Duplicat. permutand.

Dem 1513

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
26 M I
16

C.95.

Digitized by Google

8 1: 40

XIX 1418

Digitized by Google

Digitized by Google

8.24.I.16

COMMENTARII
MICHAELIS
GHISLERII ROMANI

Ex Clericis Regularibus, quos Theatinos nuncupant,

IN CANTICVM CANTICORVM
SALOMONIS

Iuxta Lectiones Vulgatam, Hebraam, & Gracas.

CVM DVPLICI COPIOSISSIMO INDICE, LOCORVM SACRÆ Scripturæ, quæ quoquo modo in eis sparsim exponuntur, & Rerum.

AB AVCTORE RECOGNITI, ET AVCTI DVPLICI ELENCHO PRO CONCIONIBVS in Euangelia totius anni altero: Et altero C X X V. Sermonum pro Oratione quadraginta Horarum, Aliorumque diuersi argumenti.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

VENETIIS, M DC XIII.

Apud Bernardum Iuntam, Io. Bapt. Clottum, & Socios.

Digitized by Google

COMMENTARII
MICHAELIS
GHISLERII ROMANI

Ex Clericis Regularibus, quos Theatinos nuncupant,

IN CANTICVM CANTICORVM
SALOMONIS

Iuxta Lectiones Vulgatam, Hebræam, & Græcas.

CVM DVPLICI COPIOSISSIMO INDICE, LOCORVM SACRÆ Scripturæ, quæ quoquo modo in eis sparsim exponuntur, & Rerum.

AB AVCTORE RECOGNITI, ET AVCTI DVPLICI ELENCHO PRO CONCIONIBVS in Euangelia totius anni [illegible]: Et altero CXXV. Sermonum pro Oratione quadraginta Horarum, aliorumque diuersi generis.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, M DC XII.

Apud Bernardum Iuntam, Io. Bapt. Ciottum, & Socios.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
Domino
D. ALEXANDRO PERETTO
CARDINALI MONTALTO
S. R. E. VICECANCELLARIO

Michael Ghiſlerius Clericus Regularis veram felicitatem.

SEDVLAE ſacrarum litterarum lectioni vbi me dediſſem, ad Canticum Canticorum Salomonis demum appulſus, tamquam ex nauigatione inſtituta mihi viſus ſum ad portũ inuectus, in quo ſuſcepta ſtudia, ſiue ſacræ lectionis ſuauitate ſingulari delibuta, ſiue amoribus perfuſa, ſiue admirandis, multiplicibuſve ſenſibus detenta, ſiue diuinis myſterijs quaſi inſolita luce perſtricta, vſque adeo conſederunt; vt in eius meditatione acerrime verſatus præſens præter inſtituti vota Commentariorum volumen condiderim, quod tibi CARDINALIS AMPLISSIME vniuerſæ Religionis noſtræ ſtudioſiſſimo dicarem. Et profecto eius Regis a opus, qui ſingulari diuini numinis prærogatiua auguſtiſſimum, & admirandum Ieruſalem templum exædificauerat, tibi maxime à me debebatur, qui noſtro ordini etiam templũ erigis Sancti Andreę Apoſtoli, certè futurum toto terrarum orbe celeberrimum: ſpemque mihi non mediocrem afferebat, fore, vt hunc de ſponſa tractatum tibi conſecratum, in tuum etiam patrocinium libenter ſuſciperes, qui vniuerſæ meæ Religioni tam cultam, ornatamque ſponſam moliris; Sponſæ enim ornatæ viro ſuo in eorumdem dedicatione ab Eccleſia ſancta diuina templa

a 3.Reg.6

dicuntur. Quo loco etiam illud sanctissimi Apostoli, quem vnice dilexit Iesus, in mentem reuocatur, qui sublatum se dicit in MONTEM ALTVM, vt sponsam intueretur Agni: sic enim ait ille: *Et venit vnus de septem Angelis, & locutus est mecum, dicens;* [a Apoc. 21. 9.] a *Veni, & ostendam tibi sponsam vxorem Agni; & sustulit me in Spiritu in MONTEM magnum, & ALTVM.* Et maximopere gaudeo, tanto me summum Deum priuilegio dignatum; vt in hac mea promulganda item Agni Sponsa ad te, sicut insignibus & nuncupatione, ita dignitatis fastigio, & virtutum celsitudine verè MONTEM ALTVM deduxerit, in quo tam alto, quàm tuto etiam loco collocata sarta (quod dicitur) & tecta ab omnibus inuidorum insidijs seruabitur: &, si non proprio, saltem sublimioris loci splendore clarior enitescet. Hilari igitur fronte hasce ingenij mei primitias tibi intimo corde oblatas, ac debitas accipe, CARDINALIS AMPLISSIME, simulque cum opere emancipatum auctorem tanto beneficio prosequare. Interim summum Deum assiduis precibus simul cũ tibi deditissima mea Religione rogabo; vt qui, [b Apo. 21. 22.] b Sancto Ioanne Apostolo docente, supernorum ciuium est, & vocatur templum in cælis, tibi diuini templi conditori sit retributor Et, si verum est, quod scribit Seneca, [c Lib. 5. de beneficijs c. 15. Tertulli. in Apolo. aduersu. Gent. ca. 39.] c nihil aliud esse, beneficium dare, quàm Deum imitari: ipse idem tibi ita in bene merendo sua vestigia prosequenti; vt lucri loco ducere videaris, pietatis nomine sumptum facere, tantæ moli meis succumbentibus viribus, munificentissime rependat, teque in longissimum æuum ad magnificentiora & peragenda, & sortienda nobis, ac toti Ecclesiæ incolumem seruet.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

DVM iterum, candide lector, proximè à me euulgata in Canticum Salomonis commentaria prælo committere cogor; (nimirum diuinæ potius benignitatis, quam meæ virtutis suffragijs primis eorumdem æditionis annis, confestim ita copiosus illa quasi certatim petentium concursus confluxit, vt nullum ipsorum iam fuerit eiusdem impressoribus relictum) Quò sacris concionatoribus, à quorum nonnullis, quibus tribuo plurimum, ad id sæpissimè hortatus, ne dicam impulsus, aliqua ex parte pro viribus satisfacerem, necnon maiori quo rumuis ea legentium commodo consulerem, duos Elenchos noua præsenti æditione addendos duxi. Alterum videlicet super Euangelijs dierum Dominicarum, omnium sacræ Quadragesimæ feriarum, totiusve anni dierum festorum, & communis sanctorum. Alterum centum viginti quinque Sermonum pro pijs quadraginta horarum orationibus, cum plurimis aliorum argumentorum sermonibus pro varijs in dies contingentibus, vt ex tabula vtrorumque Elenchorum quisque intelligere poterit. Quoad Euangeliorum Elenchum in vnaquaque cuiusuis Euangelij parte inuentionis ritu, non vnam, sed plures animaduersiones adnotaui; ac nisi ab ijs mihi necessariò recedendum non fuisset, quæ in præsenti libro sparsim continentur, vtique plures attulissem. Sæpe etiam eædem animaduersiones, seu eadem motiua, ijdemque (vt vulgato vtar nomine) conceptus à me repetiti fuere, & diuersis aptata Euangelijs duobus præsertim nominibus; tum quia ea insinuando ingeniosis concionatoribus ijs vti sit integrum; licet res ipsas, quas in præsenti opere congestas repererint, alijs in concionibus ab illis vsurpatas prætermiserint, præsertim cum consimilibus, & longè melioribus sagax scateat ingenium; tum etiam quòd sæpe vsu veniat, vt alicui

solam vnam concionem super vno aliquo Euangelio conflare opus sit, nec videatur expedire, vt istis quodammodo defraudentur animaduersionibus. Reliquum est nunc, benigne lector, vt grato animo praesentes meos labores, & lucubrationes suscipias; exploratumque habeas tibi ex ijs facultatem suppeditari, cuiusuis generis conciones, & Sermones vel ex improuiso componendi. Id vnum te rogatum velim, vt ijs, quae tibi in hisce nostris Elenchis subministrantur vtens Cantici Canticorum sententijs, quoad fieri poterit, praesertim si iuuenilem adhuc non excesseris aetatem, à nominibus abstineas Sponsi, & Sponsae; sed pro eorum vice dulcissimum Iesum, Anima, seu Ecclesia dilectum, Animam sanctam, vel saltem caelestem sponsum, & sponsam Dei, & alia huius generis epitheta adhibeas. Interim vale, & eumdem summum Deum pro tua pietate roges, vt me singulari studio de diuino amore scribentem eiusdem aliquo igniculo inflammet, atque dignetur.

INDEX

INDEX CONCIONVM, ET SERMONVM.

Qui notati sunt in duobus subsequentibus Elenchis:

IN Euangelia quatuor Dominicarum Aduentus.
Festi Natiuitatis Domini, & in eiusdem Euãgelia.
Festi Circuncisionis, In eius Euangelium.
Festi Epiphaniæ. In eius Euangelium.
Dominicarum sex post Epiphaniam, In Euangelia.
Septuagesimæ, Sexagesimę, & Quinquagesimæ. In Euangelia.
Quadragesimæ. In singularum feriarum eius Euangelia, etiam Sabbathorum.
Dominicæ Palmarum. In Euangelium.
Feriæ secundæ Dom. Palm. In Euang.
Feriæ tertiæ Hebdomadæ pœnosæ, De Christi Passione, secundum historiam, In sententias, quæ in hoc opere explicantur ex quatuor Euangelistis.
Feriæ quartæ. De vtilitatibus Passionis Christi in illud Pauli. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.*
Feriæ quintæ. in Euangelium.
Feriæ sextæ Parasceuæ de exubberãte charitate Dei in homines exhibita in Passione Christi.
Sabbathi Sancti. de doloribus B. Virginis.
Festi Paschatis resurrectionis Domini, in Euangelium.
Feriarum secundæ & tertiæ, Paschatis. in Euangelia.
Dominicæ in Albis in Euangelium.
Dominicarum quatuor subsequentium post Pascha, in Euangelia.
Rogationum, seu Litaniarum. in Euangelium.
Festi Ascensionis. in Euangelium.
Dominicæ infra Octauã Ascensionis. in Euãgel.
Festi Pentecostes, super lectione Actuum Apostolorum.
Item in eiusdem festi Euangelium.
Feriarum secundæ, & tertiæ Pentecostes. in Euangelia.
Festi Sanctissimæ Trinitatis. in Euangelium.
Dominicæ primæ post Pentecostem, in Euãgel.
Festi Sãctissimi Corporis Christi. in Euangeliũ.
Dominicæ infra eiusdem festi Octauã. De Sanctissimo Sacramento. in Euangelium.
Dominicarum reliquarum post Pentecostem, in Euangelia.

Proprij Sanctorum.

Sancti Andreæ Apostoli. in Euangelium, & eiusdem Sancti verba, *O bona Crux, diu desiderata, &c.*

Festorum Decembris.

Conceptionis B. Mariæ. in Euangelium.
Expectationis B. Mariæ, De Incarnationis diuinæ mysterio.
Thomæ Apostoli. in Euangelium.
Stephani Prothomartiris. in Euangelium.
Item ex lectione Actuum Apostolorum.
Ioannis Apostoli. in Euag. & de charitate.
Sanctorum Innocentium, in Euang.
Item super Lectionem Apocalypsis, *Ecce agnus stabat supra montem, &c.*

Ianuarius.

Cathedræ Sancti Petri Romæ.
Sebastiani Martyris. De sagittis, & vulneribus charitatis.
Agnetis Virginis.
Conuersionis Sancti Pauli Apostoli super lectionem Actuum Apostolorum.

Februarius.

Purificationis B. Mariæ. in Euangelium.
Matthiæ Apostoli super lectionem Actuum Apostolorum.

Martius.

Annunciationis B. Mariæ. in Euangelium.

Aprilis.

Marci Euangelistę. in Euangelium.

Maius.

Maius.

Philippi, & Iacobi Apostolorum. in Euangeliũ.
Inuentionis Sanctæ Crucis. in Euang.

Iunius.

Ioannis Baptistæ. in Festum ex Euangelio.
Petri, & Pauli Apostolorum. in Euangel um & Festum.
Commemorationis Sancti Pauli Apostoli. in Euangelium.

Iulius.

Visitationis B. Mariæ. in Euangelium.
Mariæ Magdalenæ.
Apollinaris Martyris. in Euangelium.
Iacobi Apostoli. in Euangelium.

Augustus.

Petri ad vincula. De multiplicibus vinculis spiritualibus.
Dedicationis S. Mariæ ad Niues. in Euãgelium.
Transfigurationis Domini. in Euang.
Laurentij Martyris. De combustione, & flammis Charitatis.
Assumptionis B. Mariæ. in Euang.
Item de eodem festo.
Bartholomæi Apostoli. in Euangel. & festum.
Decollationis B. Ioannis Baptistæ. in Euangeliũ.

September.

Natiuitatis B. Mariæ. De Gaudio talis Natiuitatis.
Exaltationis S. Crucis. In Euang. & Festum.
Matthæi Apostoli. in Euang.
Dedicationis S. Michaelis Archangeli. in Euangelium.
Item de Angelis, vt custodes sunt.

October.

Francisci Confessoris. in Euangelium.
Simonis, & Iudæ Apostolorum. in Euang.

Nouember.

Omnium Sanctorum. in Euangelium.
Item in eodem festo de Sanctis ipsis.
Martini Episcopi, & Confessoris. in Euangeliũ & festum.
Gregorij Thaumaturgi. in Euangelium.
Præsentationis B. Mariæ.

Commune Sanctorum.

In euangelium commun. Apostolorum. *Hoc est præceptum meum, &c.*
In commun. euangelistarum. in euãg. *Designauit Dominus, &c.*
In Primum euang. commun. vnius Martyris. *Si quis venit ad me, & non odit, &c.*
Item in secundum euangeli. *Si quis vult venire post me, &c.*
Item in euangelium. *Nolite arbitrari, quia veni pacem mittere, &c.*
Item in quartum euangelium. *Nihil opertum, quod non reueletur, &c.*
In commu. Martyrum tempore Paschalis. In euãgelium. *Ego sum vitis vera, &c.*
In com. Plurimorum Mart. extra tempus Paschale. In primum euang. *Cum audieritis prælia, & seditiones, &c.*
Item in secundum euangelium. *Descendens Iesus de monte stetit, &c.*
Item in tertium euangelium. *Sedente Iesu super montem Oliueti, &c.*
Item in septimum euangelium. *Qui vos audit, me audit, &c.*
Item in octauum euangelium. *Attendite à fermento Pharisæorum, &c.*
In com. Confess. Pontif. In primum euangelium. *Nemo quidem peregre proficiscens, &c.*
Item in secundum euangel. *Vigilate, quia nescitis, qua hora, &c.*
Item in tertium euangelium. *Videte, vigilate, & orate, &c.*
In com. Doctorum. in euangelium. *Vos estis sal terræ, &c.*
In com. Confess. non Pontif. In primum euange. *Sint lumbi vestri præcincti, &c.*
Item in secundum euangel. *Nolite timere pusillus grex, &c.*
In com. Abbatum. in euang. *Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus,*
In com. Virginum, in primum euangel. *Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c.*
Item in secundum euangelium. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, &c.*
In com. Sanctarum Mulierum non virginum. In idem euangelium. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, &c.*
In com. Dedicationis ecclesię. in euangelium. *Ingressus Iesus, &c.*

IN-

Index secundi Elenchi Sermonum. Pro oratione X L. Horarum.

SErmo Primus. In illud Hoseæ.2.14. *Ecce ego lactabo eam, & ducam in Solitudinem, & loquar ad cor eius.*

2. In illud Ierem.31.12. *Super ubera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili.*

3. In illud Isaiæ 26.8. *Nomen tuum, ac memoriale tuum in desiderio animæ meæ.*

4. In illud Ierem.31.3. *Longe Dominus apparuit mihi. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te, &c.*

5. In illud Isa.64.5 *Occurristi letãti, & facienti iustitiam, in vijs tuis recordabuntur tui.*

6. In illud Isa.63.7. *Miserationum Domini recordabor: laudem Domini super omnia, quæ reddidit nobis Dominus.*

7. In illud Ps.22.4 *Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

8. In illud Matth.6.21. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*

9. In illud Ps.38.13. *Quoniã aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi, &c.*

10. In illud Ps.87.10. *Traditus sum, & nõ egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.*

11. In illud Zacch.10.3. *Visitauit Dominus Deus exercituum domũ Iuda. Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.*

12. In illud Cant.1.11. *Dum esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum.*

13. In illud Ioan.1.3. *Quod factum est in ipso, vita erat.*

14. In illud Ioan.1.17. *Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.*

15. In illud Cant.1.14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

16. In illud Iere.13.23. *Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*

17. In illud Isa.53.2. *Non est species ei, neque decor; & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum.*

18. In illud Ps.41.3. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei, seu, & videbor à facie Dei?*

19. In illud Is.41.9. *Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus cõfortaui te.*

20. In illud Leui.26.11 *Ponã tabernaculum meũ in medio vestri; & non abijciet vos anima mea.*

21. In illud Luc.24.26. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?*

22. In illud Ps.34.13 *Cũ mihi molesti erant induebar cilicio, humiliabã in ieiunio animã meã, & oratio mea in sinu meo conuertetur.*

23. In illud Matth.27.46. *Deus Deus meus vt quid dereliquisti me?*

24. In illud Ier.5.1. *Circuite vias Ierusalẽ, & considerate: & quærite in plateis eius, An inueniatis virũ facientem iudiciũ, & quærentẽ fidẽ, &c.*

25. In illud Cant.2.3. *Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus, &c.*

26. In illud Eccl.24.26. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus, seu fructibus meis implemini.*

27. In illud Aggæi 2.8. *Veniet desideratus cunctis gẽtib. & ĩplebo domũ istã gloria, dicit Dominus.*

28. In illud Cant.2.3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius, &c.*

29. In illud Hoseæ.14.8. *Conuertentur, & sedebũt in vmbra eius, viuent, & inebriabuntur tritico.*

30. In illud Can.2.4. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.*

31. In illud Ps.39.6. ex vers. Hieronymi. *Multa fecisti tu Domine Deus meus, & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinẽ, si narrare voluero, & numerare plura sunt, quam vt narrari queãt.*

32. In illud Ps.4.3. *Filij hominum vsquequo graui corde. Vt qd diligitis vanitatẽ, & q̃ritis mẽdaciũ*

33. In illud Ioan.12.32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.*

34. In illud Ps.73.9. *Posuerunt signa sua signa, & non cognouerũt, sicut in exitu super summum.*

35. In illud Ps.4.7. *signatũ est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo, A fructu frumenti, &c.*

36. In illud Ps.72.26. *Defecit caro mea, & cor meũ Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

37. In illud Ps.44.6 *Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis.*

38. In illud Ps.62.8 *In velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.*

39. In illud Cant.2.6 *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

40. In illud Rom.5.5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui, &c.*

41. In illud 1.Cor.2.14 *Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei.*

42. In illud Ps.9.22. *Vt quid Domine recessisti lõge despicis in opportunitatibus, in tribulatione?*

43. In illud Hoseæ 6.3. *Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Et veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus.*

44. In illud Ps.61.4. *Quousq; irruitis in hominẽ, interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ? Nonne Deo subiecta erit anima mea?*

45. In illud 1.Cor.13.12. *Videmus nũc per speculum, & in ænigmate tunc autem facie ad faciem.*

46. In illud Psal.26.1. *Dominus illuminatio mea, & salus mea; quem timebo?*

47. In illud Ps.70.21. *Multiplicasti magnificentiã tuam, & conuersus consolatus es me.*

48. In illud Matth.6.6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, &c.*

49. In illud Ps.26.8. *Tibi dixit cor meũ, exquisiuit te facies meã, faciem tuam Domine requiram.*

50. In illud Cat.2.14. *Ostende mihi faciẽ tuã, sonet vox tua in auribus meis; Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

51. In illud Psalm.39.2 *Expectans expectaui Dominum*

mihi, & intendit mihi. Et exaudiuit, &c.
52. In illud Matth. 28. 19. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationẽ sæculi.
53. In illud Ps. 76, 2. Voce mea ad Dominũ clamaui: voce me ad Deum & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, &c.
54. In illud Isa. 55. 6. Quærite Deum dum inueniri potest: Inuocate eum dum prope est.
55. In illud Sapien. 6. 13. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inueniet.
56. In illud Genes. 32, 26. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.
57. In illud Cãt. 3. 6. Quæ est ista quę ascẽdit per desertũ, sicut virgula fumi ex aromatib. myrrhæ, et thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij.
58. In illud Cant. 3. 7. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.
59. In illud Psal. 149. 6. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites, &c.
60. In illud Ioannis 19. 15. Regem vestrum crucifigam? Ecce Rex vester.
61. In illud 1. Ioan. 4. 8. Qui non diligit non nouit Deum; quoniam Deus charitas est.
62. In illud Cant. 3. 10. Media charitate constrauit propter filias Ierusalem.
63. In illud Isa. 8. 6. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius.
64. In illud Psal. 18. 6. In Sole posuit tabernaculũ suum, & ipse tanquam sponsus, &c.
65. In illud Cant. 3. 11. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die, &c.
66. In illud Matth. 22. 11. Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?
67. In illud Ps. 24 15 Oculi mei semper ad Dominũ quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.
68. In illud Cãt. 4. 1 Oculi tui colũbæ ĩtra velũ tuũ.
69. In illud Ps. 36. 4. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.
70. In illud Sophoniæ 3. 9. Reddam populis labiũ electum, vt inuocent omnes in nomine Domini.
71. In illud 1. Thes. 5. 17. Sine ĩtermissione orate in oĩbus gratias agite: hęc est. n. volũtas Dei ĩ Christo Iesu in oĩb. vobis: Spiritũ nolite extinguere.
72. In illud Iudit. 9. 1. Ingressa est oratoriũ suum, & induẽs se cilicio posuit cinerẽ super caput suũ & prosternens se Domino clamabat ad Dominũ.
73. In illud Cant. 4. 6. Vadam ad montem myrrhę, & ad collem thuris.
74. In illud Ps. 33. 6. Accedite ad eũ, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.
75. In illud Eccles. 3. 22. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.
76. In illud Matth. 11. 12. Regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
77. In illud Iob 30. 20. Clamo ad te, & nõ exaudis; sto & nõ respicis: mutatus es mihi in crudelẽ, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
78. In illud Ps. 65. 17. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea: Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet Dominus.
79. In illud 3. Reg. 2. 20. Pete mater mea; neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.
80. In illud Isa. 51. 3. Consolabitur Dominus Sion consolabitur oẽs ruinas eius & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinẽ eius quasi hortũ Domini. Gaudium, & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.
81. In illud Ps. 103. 34. Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.
82. In illud Ps. 50. 14. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.
83. In illud Cant. 5. 1. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorũ.
84. In illud Ps. 115. 12. Quid retribuã Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, &c.
85. In illud Cant. 5. 1 Veni in hortũ meũ, soror mea sponsa: messui myrrhã meam cũ aromatib. meis.
86. In illud Isa. 58. 9. Inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum.
87. In illud Cant. 5. 1. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.
88. In illud 2. Reg. 12. 3. De pane illius comedebat, & de Calice illius bibebat.
89. In illud Prouer. 9. 3 Venite, & comedite panẽ meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.
90. In illud Ps. 45. 11. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.
91. In illud Cãt. 5. 2. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.
92. In illud Cant. 5. 2: Caput meum plenũ est rore, & cincinni mei guttis noctium.
93. In illud 2. Machab. 9. 13. Orabat autẽ hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.
94. In illud Ps. 84. 9 Audiã quid loquatur ĩ me Dominus Deus: quoniã loquetur pacem in plebẽ suã.
95. In illud Cãt. 5. 6. Vocaui, & nõ respondit mihi.
96. In illud Cant. 5. 10. Dilectus meus candidus, & rubicundus.
97. In illud Apoca. 4. 10 Et mittebãt coronas suas ante thronũ dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriã, & honorẽ, & virtutẽ, qa, &c.
98. In illud Zach. 3. 9. Sup lapidẽ vnũ septẽ oculi.
99. In illud Isa. 16. 5. Præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate.
100. In illud 1. Petri. 4. 13. Communicantes Christi passionibus, gaudete.
101. In illud Ps. 138. 14. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.
102. In illud Isa. 62. 2 Videbũt gentes iustũ tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.
103. In illud Cant. 6. 4. Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt.
104. In illud Prouerb. 28. 14. Beatus vir, qui semper est pauidus.
105. In illud Philipper. 4. 4. Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete: Modestia vestra nota sit, &c.

106. In

106. In illud Psal. 91. 14. *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt.*

107. In illud Cant. 7. 8. *Dixi, Ascendā in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ.*

108. In illud Ephes. 5. 25. *Christus dilexit Ecclesiā, & tradidit semetipsum pro ea.*

109. In illud Cant. 7. 11. *Veni dilecte mi; egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

110. In illud Cant. 8. 1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ; vt inueniam te foris, & deosculer te, & iā me nemo despiciet.*

111. In illud ipsum Cant. 8. 1. *Quis mihi det, &c.*

112. In illud Cāt. 8. 2. *Apprehēdā te, & ducā in domū matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi, &c.*

113. In illud Isa. 51. 5. *Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & in brachio gētes sperabūt. (secundū Sept.) Me insulæ expectabūt, &c.*

114. In illud Cāt. 8. 5. *Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est: seu ex Originalibus cum dolore peperit te mater tua: ibi cum dolore genuit te genitrix tua.*

115. In illud Cant. 8. 6. *Pone me vt signaculum super cor tuū, vt signaculum super brachiū tuum.*

116. In illud ipsum thema Cāt. 8. 6. *Pone me, &c.*

117. In illud Galat. 6. 17. *De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto.*

118. In illud Ps. 4. 7. *Signatū est super nos lumē vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.*

119. In illud Ro. 5. 8. *Cōmēdat Deus charitatē suā quoniā cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; Multo igitur magis nūc, &c.*

120. In illud Ps. 17. 2. *Diligā te D̄ne fortitudo mea.*

121. In illud Isa. 62. 1. *Propter Siō nō tacebo & ppter Ierusalē non quiescā, donec egrediatur vt splēdor iustus eius, & saluator eius vt lāpas accendatur.*

122. In illud Psal. 54. 7. *Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?*

123. In illud Soph. 3. 17. *Dominus Deus tuus ī medio tui fortis, ipse saluabit, gaudebit super te in lętitia: silebit in dilectione tua, exultabit super te in laude.*

124. In illud Cant. 8. 10. *Ego murus & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.*

125. In illud Ezech. 13. 5. *Non ascendistis ex aduerso,* seu, vt est in Hebr. *in confractionibus: neq; opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prelio in die Domini.*

Pro episcopo in primo Ecclesiæ suę ingressu Sermo Primus ad populū. In illud Io. 20. 19. *Venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis Pax vobis.*

Sermo 2. pro eodē. In illud Lucæ 22. 27. *Ego sum in medio vestri sicut qui ministrat.*

Sermo 3. pro eodē In illud Cāt. 1. 6. *Posuerūt me custodem in vineis: Vineam meā non custodiui.*

Pro episcopo tempore ordinationis, Sermo primus ad ordinatos. In illud Leuit. 20. 26. *Eritis mihi Sancti, quia Sanctus ego Dominus, & separaui vos à cęteris, vt essetis mei.*

Sermo 2. eiusdem argumenti. In illud Deutero. 26. 17. *Dominū elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius: vt custodias ceremonias illius, & mandata, atque iudicia.*

Sermo 3. eiusdem argumenti. In illud Isa. 52. 11. *Recedite recedite, exite inde; pollutum nolite tangere: exite de medio eius; mundamini qui fertis vasa Domini.*

Sermo 4. eiusdē argumēti. In illud Deuter. 10. 8. *Separauit Dominus tribum Leui, vt portaret arcam fœderis, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine ipsius.*

Sermo 5. eiusdē argumenti. In illud Numer. 18. 20. *In terra eorū nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: Ego pars, & hereditas tua in medio filiorum Israel.*

Religionis habitū cum quis induit, seu cū quis professionem emittit, Sermo Primus. In illud Cant. 2. 4. *Introducite me in domum vini.*

2. In illud Psalm. 125. 3. *Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.*

3. In illud Cant. 1. 4. *Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te Memores, &c.*

4. In illud Eccl. 51. 34. *Collū vestrum subijcite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam.*

5. In illud Matth. 11. 29. *Tollite iugum meum super vos: Iugum enim meum suaue est.*

6. In illud Cant. 1. 10. *Collum tuum sicut monilia.*

7. In illud Cant. 4. 1. *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.*

8. In illud Cantic. 4. 2. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendent, &c.*

9. In illud Matth. 5. 48. *Estote & vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.*

10. In illud Eccl. 2. 1. *Fili accedens ad seruitutē Dei sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.*

11. In illud Rom. 12. 2. *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri.*

12. In illud Lucæ 11. 21. *Cū fortis armatus custodit atriū suū, in pace sunt omnia, quæ possidet; Si autem fortior illo superueniens, &c.*

13. In illud Matth. 18. 20. *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū.*

14. In illud Ioan. 8. 12. *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.*

15. In illud Ioan. 7. 37. *Si quis sitit veniat ad me.*

16. In illud Matth. 5. 20. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarū, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorum.*

17. In illud Matth. 6. 24. *Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, &c.*

18. In illud 15. 17. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*

19. In illud Luc. 14. 26. *Si quis venit ad me & non odit patrem suum, & matrē, &c. non potest meus esse discipulus.*

20. In illud Luc. 14. 28. *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non sedēs prius computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat, &c.*

21. In illud Matth. 16. 24. *Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam.*

22. In illud Matth. 19. 27. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis?*

23. In illud Matth. 19. 29. *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut Patrem, &c. centuplum, &c.*

Pro monialibus, quando monasticum induuntur habitu, vel emittunt professionem. *Vel sacro velantur velamine.*

Sermo Primus in illud Cant. 1. 3. *Oleũ effusum nomen tuum: Ideo adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te.*

2. in illud Isa. 5. 2. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, &c.*

3. in illud Sap. 4. 1. *O quã pulchra est casta generatio cũ claritate, immortalis est. n. memoria illius.*

4. in illud Cant. 1. 13. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.*

5. in illud Cant. 1. 15. *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es; Oculi tui columbarum, seu columbæ.*

6. in illud Cãt. 1. 16. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus.*

7. in illud Cant. 2. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*

8. in illud Cant. 2. 3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

9. in illud Cãt. 2. 4. *Ordinauit in me charitatẽ.* seu, vt est in Hebr. *Vexillũ eius super me charitas.*

10. in illud Cant. 2. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.*

11. in illud Cant. 2. 10. *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.*

12. in illud Cant. 2. 11. & 12. *Iam hiems transijt, imber abijt, & recessit. flores apparuerunt in terra nostra, &c.*

13. in illud Cant. 2. 14. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: Ostende mihi faciem tuam, &c.*

14. in illud Cãt. 2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi: Qui pascitur inter lilia donec aspiret, &c.*

15. in illud Cant. 3. 4. *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducã illum in domum, &c.*

16. in illud Cant. 3. 6. *Quæ est ista, quæ ascẽdit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, &c.*

17. in illud collectum ex Cant. 3. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion Reginam Sulamitem in diademate, quo, &c.*

18. in illud 1. Corinth. 11. 6. *Si turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suum.*

19. in illud Cant. 4. 3. *Sicut fragmen mali punici, ita & gena tuæ absque eo, quod intrinsecus latet.*

20. in idem thema iuxta varias lectiones. *Absq; eo, quod intrinsecus latet.* Vel, *Intra velum tuũ:* Vel, *extra silentium tuum, seu, tui.*

21. in illud Cant. 4. 6. *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadã ad montem myrrhæ, & collem thuris.*

22. in illud Cant. 4. 7. *Tota pulcha es amica mea, & macula non est in te.*

23. in illud Cant. 4. 8. *Veni de Libano sponsa mea, Veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice, &c.*

24. in illud Cant. 4. 9. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno, &c.*

25. in illud Cant. 4. 12. *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.*

26. in illud Cant. 4. 13. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus: Cypri cum nardo, &c.*

27. in illud Cant. 5. 9. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? Qualis, &c. vers. 10. Dilectus meus, &c.*

28. in illud Cant. 6. 3. *Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum, &c.*

29. in illud Cant. 6. 8. *Vna est columba mea, perfecta mea: vna est, &c. vers. 9. Viderunt eam filiæ Sion, &c.*

30. in illud Cant. 6. 9. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa, &c.*

31. in illud Cant. 7. 1. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis.*

32. in illud Cant. 7. 6. *Quã pulchra es, & quam decora charissima in delicijs. vers. 7. Statura tua assimilata est palmæ, &c.*

33. in illud Cant. 7. 8. *Dixi, Ascendã in palmã, & apprehendã fructus eius, & erunt vbera tua, &c.*

34. in illud Cant. 7. 10. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.*

35. in illud Cant. 8. 5. *Quæ est ista, quæ ascẽdit de deserto delicijs affluens innixa super dilectũ suũ.*

36. in illud Cant. 8. 6. *Pone me vt signaculũ super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.*

37. in illud Cant. 8. 6. *Fortis est vt mors dilectio.*

38. in illud Cant. 8. 9. *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus, &c.*

39. in illud Cant. 8. 10. *Ego murus, & vbera mea quasi turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.*

40. in illud Matth. 13. 44. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo, abscondit, &c.*

Sermo in electione Abbatissæ, seu alterius Prælati in illud Act. 1. 24 *Et orãtes dixerũt. Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his, &c.*

Pro suadẽda cõcordia, & pace Sermo ĩ illud Hebr. 13. 1. *Charitas fraternitatis maneat ĩ vobis.*

Pro suadẽda cõionis frequẽtia Ser. ĩ illud Luc. 11. 3. *Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie.*

Pro suadenda digna præparatione ad Cõionẽ. Sermo in illud 1. Cor. 11. 28. *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat.*

Ad eos, qui iã cõicati sunt Sermo in illud Cant. 8. 2. *Apprehendam te, & ducam in domũ matris meæ, ibi me docebis, & dabo tibi, &c.*

Cum ingruit aliqua calamitas, seu cũ indicitur aliquod Iubilæum, aut Preces publicæ.

Pro gratiarum actione Sermo in illud Coloss. 3. 11 *Grati estote.*

In exequijs Defunctorũ. Sermo in illud Apocalyp. 14. 13. *Beati mortui, qui ĩ Dño moriũtur.*

ELEN-

ELENCHVS MATERIERVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR,

Pro concionibus super Euangelia totius anni per ordinem ad Concionatorum vsum dispositus.

Prior numerus paginam, secundus columnam indicat.

1 In Euangelium primæ Dominicæ Aduentus.

ERunt signa in Sole. Solem esse zelum Dei, quo sancti afficiuntur pro Dei honore. pag. 91. col. 1. E. & seq. vbi plura de tali Sole, eiusque effectibus; quamvè malum sit, vt is obscuretur.

Solem item esse Diabolum, eiusque effectus, 93. 1. E. & seq. 103. 1. D. Vtinam plenius obscuretur.

Christi, vt est Sol, multiplices effectus, 95. 1. A. & sequent. & 100. 1. C. & seq. & 102. 1. A. & seq. Quam metuendum, ne is obscuretur remouens ab anima lucem miserationum suarum.

Concupiscentiam esse Solem, deque talis solis effectibus, 98. 2. D. & sequent. Vtinam eius appareat obscuritas.

Deus est Sol, eiusve, vt talis, effectus, 102. 1. a & sequen. Væ animæ, in quibus sint signa obscurationis istius Solis.

Charitas, & desiderium cæleste est Sol. 101. 2. e Quo obscurato mors est metuenda, 603. 1. b & 1009. 2. c

Et Luna. Quomodo Ecclesia in suo progressu sit Luna, & Sol, 893. 2. c & seq. obscurari per hæresim, Vide 139. 2. e & seq.

Quomodo anima in suo progressu sit Luna, & Sol, 894. 1. b & sequen. eam obscurari per peccata, 85. 1. a

Humanitas Christi Luna & Sol, 896. 1. b Quæ peccatoribus in die iudicij obscurabitur nubibus iniquitatum illorum, de quibus, 364. 2. d

Arescentibus hominib. præ timore. Timoris cũ hyeme comparatio, eiusve effectus, 360. 2. b & sequẽ. Quomodo idem timor arescere faciat animas, 718. 1. e

Et tunc videbunt filium hominis. Christus in die iudicii se exhibebit, vt iudicem & vt sponsum. 1028. 1. b

Quod Christus, vt homo, fuerit Ecclesiæ Rex, & caput, 505. 2. c & 833. 2. b

His autem fieri incipientibus, respicite, &c. Quomodo iusti exposcant diem iudicii, 425. 1. e & 15. 2. d

Quomodo eumdem opter Ecclesia, 1051. 1. b Respicient iusti in die illa Christum coronatum diademate sanctorum, vt habes, 502. 1. c & sequenti, leuabunt capita, cum eumdem videbunt vt charitate à se ipsis coronatum, 523. 2. c

Quoniam appropinquat redemptio vestra. Quomodo in die iudicii iusti adibunt cælestem hereditatem, vt Dei sponsæ, 1029. 1. c Redemptionem appellari beatitudinẽ nostram, ad differentiam beatitudinis Christi, vt colliges ex dictis, 751. 2. c

Et quia ea obtinebitur ob Christi redemptionem, de qua, 50. 2. E, & seq.

Videte ficulneam, & omnes arbores. 375. 2. a & sequen. & . 2. e ficus, & Crux Christi quàm aptè proponantur pro indicio futuræ in mundo conuersionis, ibid. 2. a

Crucis signum apparens in iudicio quid efficiet, ibidem b

Crux Christi congruens cum ficu, congruit & cum arbore scientiæ boni, & mali, 376. 2. b

Vide de Iudicio finali plura in feria 2. Dominicæ primæ Quadragesimæ.

Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Quomodo verba Dei sint collum Ecclesiæ, & fortissima turris Dauid, 596. 2. b

Verbum Dei cur dicatur gladius, 479. 2. e & sequẽ vbi multa.

Verba Dei quam sint diuersa à verbis hominum, 847. 1. d

Vim habent fulciendi, 310. 1. b

Quomodo, & cur petra dicatur scriptura Sacra, 478. 2. d eius dogmata, & præcepta quam sint valida, 241. 2. d

2 In Euangelium 2. Dominicæ Aduentus.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.

De tribulationibus iustorum. Vide plurima in Indice rerum, verbo Tribulatio, sed præcipuè, 94. 95. & seq, & 1121. 1. a & seq.

Vide & in festo S. Petri ad Vincula.

Mittens duos ex discipulis suis. Ideo Ioannes mittit discipulos suos ad Christũ, vt eũ cognoscãt. Vbi tractari potest de cura aliorum habenda, 709.1.b & 769.2.c Vide & 601.1.a & seq. Quõ Prælati pascẽtes, & cõmunicantes sapientiam pascantur & ipsi,
Motiua quatuor impellentia ad procurandam conuersionem peccatorum, 770.1.b
Cõuersioni ĩfideliũ ĩdulgere satagit ecclesia, 961.2.c
Diuinorum sapientiam esse maxime sui communicatiuam. 704.1.c & seq.
Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Christus, vt vetus scripturarũ explanator eas, quę de ipso loquuntur, exponere debet, ideoq; earum intelligentia ab illo petenda, 61.2.c & seq.
In scripturis sacris melius, quam in vlla alia re dignoscitur Deus, 239.1.b
Christi assistentia quàm sit necessaria ad intellectũ sacrarum scripturarum, ibid.2.a
Absq; tali assistentia eędẽ videnť vilissimę, ibid.d
Earum excellentia soli Ecclesiæ Catholicæ est perspecta propter Christi assistentiam, 240.1.d
De varijs Christi manifestationibus, 348.1.c
In manifestatione humanitatis suæ Christus manifestauit & suam diuinitatem, 341.1.a
Quod Christi incarnatio erat maxime omniũ expectata, & desiderata. 277.2.b & 733.2.c
Illam, quam optarint patres, 404.2. b & 980.1.c & 994.2.d Vide in festo expectationis B. Mariæ.
Christus quærendus in ecclesia, 432.2.d
Cæci vident, claudi ambulant. Christus miscuit opera diuinitatis, & humanitatis, 752.2.c
Miraculorum Christi cognitio est odor vnguentorum illius, 59.2.a
Ijs manifestauit diuinitatem suam, 804.1.c
Sunt propugnacula argentea, 1035.2.c
Faciens miracula saliit in montibus, & superauit sanctos, 239.1.c
Ob miracula, & doctrinam maiores sustinuit persecutiones, 274.1.d
Opera Christi sunt illius manus, 851.1.b Eadẽ omnia perfectissima & purissima, 851.1.d
Miracula Christi potestatem diuinitatis indicebant, 965.2.a
Pauperes euangelizantur. Pauperes Christi esse Reges, 936.1.a. Quod humilibus reuelentur Euangelij mysteria, 69.2.b & 17.1.d & 585.1.a
Arundinem vento agitatam? De soliditate, & perseuerantia in bono, quia operum bonorum haud initia, sed finis considerandus, 965.2.b
Perseuerantia est, quæ perficit structuram domus æternæ, 243.2.a
Stabilitas charitatis est maximè optanda, 303.2.d Sicut & in reliquis virtutibus, 310.2.a vide & 307 2.a & seq.
Mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Mundum contemnens dicitur ascendere per desertum, 470.1.c
Vide plura de voluptatibus, & delicijs terrenis contemnendis in indice rerum, verb. *Deliciæ, & voluptas.* Tunicam propriam hominis post peccatũ esse asperam mortificationem, 787.2.a & seq.
Vestimenta sanctorum propria esse virtutum opera, 668.2.c & seq. & Iesum ipsum, 667.1.a
Ecce ego mitto Angelum meũ, qui, &c. De multiplici similitudine animæ sanctæ cum Angelis, 164.2.a & sequen. Vide quæ notata sunt in festo dedicationis S. Michaelis Archag.

3 In Euangelium 3. Dominicæ Aduentus,

Tu quis es? De vagatione animæ, quæ à Deo discedit, sicut sacerdotes, & Leuitæ mittentes ad Ioannem, quem putabant esse Christum, 140.2.b
Quàm metuẽda istiusmodi vagatio, 141.2.a & seq.
Vagari non potest anima, quę sit in gratia, 142.1.a
Pia anima quando conuertitur ad sæculi voluptates, errat multò magis, quàm homines mundi, ibid.2.c. Voluptatibus sæculi indulgens cur vagationis pęnam habet, 143.1.a. Vagari quomodo cõtingat animæ, quæ sit in gratia, 147.2.a
Hæretici vagantur errore maximo circa multiplices hæreses, 137.2.c
Hebræi ex scripturis sacris nequiuerunt intelligere Christum venturum humilem, 435.1.c
Mundani quomodo circuire dicantur, 438.1.a & seq. Quomodo plures faciant circuitus in singulis mundi rebus, quibus indulgent, 438.2.b
De quæsitione Dei complura, ibid.c & seq.
Possunt hæc, *Tu quis es*, dici pro excitatione ad cognitionem sui ipsius, de qua plurima habes 153.1.c & seq. Ea est duplex, 158.1.a
Cognoscere semetipsum, & Dei in se præsentiã quomodo possit anima, 154.1.c
Cognitionem sui ipsius negligens necesse est, implicetur multis erroribus, 158.1.a
De cognitione, quam habere debemus de Christo plura, 269.1. b & seq.
Ego vox clamantis in deserto. Quod Ioannes Baptista fuerit vox Christi, 338.2.a
Guttur Christi, 864.1.b
Quod instar Ioãnis, qui in deserto mortificationi indulgebat, prædicatores debeant indulgere mortificationi, 813.2.b & 814.1.d & 810.2.b
Exempla vitæ exhibere debent vna cum bona doctrina, 399.1.a & 404.1.b & 665.1.b
Se habent instar tubarum, 557.1.a
Libenter in villis prædicant, & idiotis boni prædicatores, 960.2.c
A pœnitentia exordiuntur, 809.1.c
Eorum vox, & eloquiũ est & eloquiũ Dei. 557.1.a
Eorum munus peculiare est, vt voce sua Christum deferant, 495.1.c
Prædicatio verbi Dei est duplex echo. 388.1.c
Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Quomodo cum Deus in medio sit animæ, discedere tamen dicitur ab illa: & quomodo petitur, vt reuertatur, cum non discesserit, 424.1. b
Quomodo Iesus in medio stare consueuerit, & cur. Vide in feria tertia Paschæ,
Dei locum quomodo quærat pia anima, quæ iam ibi cum illo est, 127.1.a
Cur aliquando Deus se abscondat à pia anima, 814.2.b
Cur homo nesciat Deum sibi præsentem, 153.1.c
Quomodo, & in quibus ambulet, 859.1.c
Dei præsentię in anima signa, 379.2.a
Dei conuersio quomodo fieri dicatur ad animas, & ad vnam solam animam, 170.2.d e
Assistentia Dei in Ecclesia vnde præcipuè arguatur, 150.2.c & 156.1.a
De cæcitate Iudæorum, in agnoscendo Christum. 429.1.c
Cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti. Quod calceamẽtum non soluerit Christus, quia eius caro fuit immunis à peccato, 915.2.a
De virtute humilitatis fusissime, 587.1. a & seq. expos. 3. illorum verborum vers. 4. capitis 4. *Sicut turris Dauid collum tuum*, &c.
Humilitatem esse maximè necessariam ad perfectionem, 979.1.a
Calceamenta pedum affectuum piæ animæ qualia sint, 914.1.a & seq.

4 In Euangelium Domin. 4. Aduentus.

Factum est verbum super Ioannem. Quod Prędicatores excitētur à Deo per maiorē gratiæ visitationē. 804.2.e Fidem agnoscentes dispositos ad audiendum infirmiorum animos nō possunt renuere prædicationis officium, ibid.b
Illos antecedit Deus in cōuersione aīarum, 814.2.d
Vnde ad id muneris excitentur, 884.2.d.& 887.1.a
Ecclesia in scriptis latitans excitatur ad prædicationem, 384.2.e
In deserto. Quod boni prædicatores, è contēplatione surgunt ad prædicationem, 808.2.c
De deserto religionis, vbi Christus loquitur, 392.2.e
De deserto, in quem Deus introducit animam. 466.1.a & seq. 470.1.b & seq.
Contemplationis, & actionis vicissitudo necessaria, 357.2.d
Contemplatiui quomodo, & cur fugiant procurare salutem proximi, 786.1.b & seq.
Et venit in omnem regionē Iordanis. Quod qui proximum Deo est, properare debeat ad animarum conuersionem, 353.1.d
Ecclesia pulchra est præcipuè, quia prædicatores properant per omnem regionem ad prædicandū, ibid.e & seq.
In peragrādo orbem, sancti prædicatores prę celeritate similes nubibus, & columbis, 352.& seq.
Prædicans baptismum pœnitentiæ. Quòd sancti prædicatores à pęnitentia incipiunt, 845.2.e
Ioannis vox, vox turturis, 372.2.a
Prędicatio pñtiæ est Deo dulcis, 388.1.c. & 387.2.c
De Prædicatoribus, eorumque conditionibus plurima, 127.2.d & seq.& 662.2. d & seq. & 769.2.c & seq.& 556.1.c & seq. Vide de illis plura in indice rerum verb. *Prædicatio*, & *Prædicator*.
Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. De remissione peccatorum, quod ea fit prius natura quā gratiæ infusio respectu aīæ iustificatę, 365.2.c
Eius tempus est tempus putationis, 371.2.c
Remissum peccatū resoluitur in nihil 370.2.a Deficit eodē modo, quo deficit hyems, 363.2.c Quomodo surgens aufugiat, 720.1.e & seq.
Quomodo peccatorum labem absterserit Deus sanguine, 829.1.a
De tribus pęnitentiæ partibus, 365.2.e & seq.
De pęnitentia plurima, 787.2.a & seq. Vide in indice rerum verb. *Pœnitentia*.
Illius actus tres, dispositio peccati: opera mortificationis, & recessus ab occasionibus peccatorum. 811.1.b & seq.
Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Quomodo aīa viam domino in se paret rectam, vt is in ea perambulet, 680.2.d & seq.& 836.2.b
Omnis vallis implebitur. De valle humilitatis, Quo Christus floret vt lilium in omnibus sanctis, qui præ humilitate sunt valles, 255.1.e & seq.
Christus est lilium conuallium quia humilibus est spes glorię, 252.1.c 256.1.e & 257.1.d
De quiete habenda tantum in Deo, 234.1.a & seq.
Et omnis mons & collis humiliabitur. A superbia penitus recedendum. 626.1.a & seq.
Quomodo montes, & colles impedimentorum prædicationis amouerit Christus, 333.2.a
Quomodo veniens in animam Christus saliat in mōtibus potentiarum eius, 335.2.a & seq.
Dæmones, qui montes, & colles, humiliati sunt per Christi incarnationem, 339.2.e
Et videbit omnis caro salutare Dei. Quod Deus videri nequit in præsenti sæculo. 233.2.c
Christus in manifestatione humanitatis manifestauit & diuinitatem suam, 340.2.e
Incarnatio Christi lucidissima, 278.2.d
In ea partim se manifestauit, partim se abscōdi Christus, 349.1.c
Ante ipsam Christus agnoscebatur solum per voces Prophetarum, 338.2.d
Post ipsam Christus de se odorem emisit notitiæ suæ. 43.2.c & seq.
Ex eius operæ intelligimus Deum factum sponsum animarum, 850.2.c
Deus incarnatus est, vt ex corporis gestis haberetur homo ad ipsius cognitionem, 52.1.a

5 In die Natiuitatis Domini.

De hac Christi Natiuitate plurima habes, quę videas notata in Indice rerum verb. *Natiuitas Christi*, & verb. *Christi Natiuitas*.
De itinere B. Mariæ in Bethleem, 356.1.e & seq.
Peperit filium suum primogenitū. Partus in Maria quomodo exornauit eius virginitatem, 181.1.a & seq. est externus illius decor. 878.2.d
Virginitatis, ac partus pulchritudo in Maria prouenit ex pulchritudine Christi Dei, & hois, 227.2.d
Christi partus necessitas, 369.1.a & seq. & 433.1.a & seq. purissimus, 923.2.b
Quid edito in lucē Christo, à Maria factū sit, 403.1.b
Maria Christum paruulum vt monile ad collum gestabat, 175.1.b & seq.
Sic ad collum illum deferens offerebat illi eximios actus amoris, 189.1.d
De vberib. Marię vide i indice rer. ver. *Mariæ vbera*.
Pannis eum inuoluit. Fasciis dum circūdatus est Christus, diademate fuit à Maria coronatus, 348.2.b
Quare fasciis coronatus sit à Maria non in capite, sed in corpore. 525.1.b
Et reclinauit eum in præsepio. Vide plurima, atq; pulcherrima de præsepio hoc, deq; Christo infante, & in præsepio reclinante in indice rerū, verb. *Præsepe*.
Et patres erāt in regione eadē custodientes vigilias, noctis. De nocturno tempore, quo natus est Christus, quòd fuerit lucidissimum, 123.2.c & seq.
De Angelorum, gaudio, 761.2.e
Gloria in altissimis Deo, & in terra pax. &c. 877.2.a
Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, 330.1.e 561.2.b Quibus affectib. aīa deuota meditetur mysterium Natiuitatis Christi, 979.1.c & seq.. 984.2.c
In principio erat Verbū. explicatur, 185.2.d
Verbum processit à Patre per modum osculationis, & osculi. 7.1.c & seq.
Quod factū est, in ipso vita erat. Quō omnia Christi gesta, & quidquid in ipso, ac per ipsum factum est, extiterit vita, 196.1.a & seq.
In propria venit. explicatur, 737.1.e
Gloriam quasi vnigeniti à patre. explicatur, 508.1.b & 1036.2.b.
Et verbum caro factum est. De verbi Incarnatione vide plurima in Indice rer. verb. *Incarnatio*.
Verbum diuinum, vt melius ab omnibus posset agnosci, alligauit se carni, & humanitati, 190.1.d & seq. Vide & 198.2.b & seq.

6 In Euangeliū festi circuncisionis Domini.

Vt circumcideretur puer. De triplici circuncisione, quæ ex hac scriptura colligitur, agere potes; Cordis, vnguium, & præputij.
Pro Circūcisione cordis tracta de amputatione sensibilium, & carnaliū voluptatum. Vide in Indice rerum verb. *Voluptates terrenæ*. Vnde ex illarū præ

 uana-

na natura, ac damnis plura colliges motiua ad dictam amputationem impellentia.
De amputatione affectuum, eorumq. mortificatione; Quia ijs peccatoris cor Deo obsecratur veluti pessulo, 810.2.b
Quod ijdem in vno tm̃ Deo sunt collocãdi, 393.2.e
De amputatione, propriæ voluntatis, Vide eius dãna in Indice rerum verb. *Voluntas propria.*
Pro circuncisione vnguium tracta. de amputatione auaritiæ, & diuitiarum. Quod cum auarus tangitur in diuitijs, tangitur in corde, 800.1.b
Quomodo Deus plerunque in diuitijs peccatores flagellet, per quas ii ipsũ offendere, 799.1.a & seq,
Diuitiæ quasi inuitæ detinentur apud ingratos, ibid.2.d
Pro circuncisione præputii agere potes de mortificatione concupiscentiæ, Vnde plura eius mala in indice rerum verb. *Concupiscentia.*
Quam magnam humilitatem exhibuerit Deus subijciens se legi circuncisionis, quæ erat peccatorũ, Quod verè humilitas efficit, vt qui sacto ipso ita se gerat, vt alii etiam credant in illo esse id abiectionis, 586.2.a & seq,
De hac Christi humilitate plura habes, 687.2.c & se.
Potest etiam tractari hoc loco de immensa Christi charitate, per quam tam cito cœpit pro nobis sanguinem suum fundere. Deque ipso eius sanguine, Quã congruè Christus expressus nomine charitatis, 329.1.d & 508.1.a
Charitas Christi compensari nequit alia re, quàm charitate, 1020.2.a Vide plura in Ind. rerum verb. *Charitas Christi*, & *Charitas Dei.*
Sanguis Christi quomodo dealbet, 562.2.b & 747.2.e & seq. 850 1.e & 861.1.b
Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum fuerat ab Angelo. Christus nominari non potuit, nisi nomine desumpto à cõicatione bonitatis suæ ad creaturas, 44.2.e & seq.
De nominib. Christi, 38.1.a & seq. & 40.1.d & seq.
De nomine Tetragrammaton, 38.1.b & seq. fusius.
De nomine Iesu plurima, 39.2.a & seq. Vide in Indic. rerum ver. *Iesu nomen.*
De nomine Christi, 41.2.e & seq. Videri Indic. rerũ verb. *Christi nomen.* Quod si nomen Domini magna operatur in anima, multo maiora operatur illius substantia, 59.1.b
Ad nomen Domini quomodo accurrant iusti, quid ve inde assequantur, 506.1.a

7 In Euangelium festi Epiphaniæ Domini.

Ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam. Cur ad Christi præsepe allecti fuerint pastores, & Reges, 147.2.c
Cur magi quæsierint Christũ in Ierusalẽ, 816.2.c.
Cur aberrauerint à via, qua ibant ad locum vbi Christus natus erat, 136.2.e
In magis ecclesia gentium instar metalli fluxit ad Christum, 816.2.b
Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? De modo quærẽdi & inueniendi Christum vide plurima in indice rerum verb. *Quærere.*
Quærens Christum, etsi illum non inueniat, multũ tamen semper acquirit spiritus, 439.2.e & seq.
Non inuenitur, cum quæritur in plateis, & in foro, 440.2.e & seq,
Vide plurima de modo eum quærendi, & inueniẽdi expos. 3. & 4. vers. 2.c.2. Indica mihi, 130. & seq.
Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Mundanorum mens quam instabilis, 234.1.d
Auertere iidem nituntur sanctos à bonis studiis, 327.1.e
Quomodo iidem perturbẽt quietem piorũ, 529.2.e
Quod Principes & Prælati sint tanquam Pharus, vt ex eorum cõspectu subditi discãt viã cœli, 579.1.a
De adulatoribus, quod sint vulpes paruulæ, & quo modo capiendi, 411.2.a.
Et congregans omnes Principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis, Vbi &c. Quod Principes sacerdotũ, & scribæ fuerint sodales Christi, 137.1.b
Quod Prælati debent esse tanquam armamentarium sacrarum scripturarum, 60.2.d & seq.
Prælati boni impellunt ad Christum, 822.1.a
Illis ignorantia plenis, est plenũ fore caput Christi, 784.1.c
In vsu verbi Dei debent esse prudentes, 482.2.c
Inuenitur Deus, cum sanctorum Doctorum dicta requirimus, 452.1.c
Et ecce stella, quam &c. vsque dum &c. Deus non inuenitur ex nostra iustitia, sed ex illius benignitate, 450.2.c
Cum recedimus à malo, inuenimus Deum, 452.2.d
Inuenitur Deus fide, spe, charitate, & effectu, 451.1.d & seq. & 454.1.c
Magi quomodo auertantur, vt natum Christum inuenirent, 148.2.b
Et inuenientes domum inuenerunt puerum cũ Maria matre eius, & procidẽtes &c. Magi pasti sunt à Christo per ipsã met adorationẽ, q̃ illi exhibuerũt, 148.1.a
De magorũ deuotione. Cur deuotio exprimatur metaphora vnguentorũ, aut ignium, 307.1.a quo sit fumus & nebula, 467.1.c & 614.2.c
De eorũdem fide vide plurima in ind. rerum verb. *fides.* de fide.
Obtulerunt ei munera. Magi offerentes munera Christo exuerunt flores ecclesiarum, 383.2.b
Munera, quæ magi obtulerunt Christo, conuersa sunt illis in cibum, 148.1.d.
Quod ad eorum exemplũ deuoti offerant Deo mortificationem, orationem, & eleemosinam, 467.2.d
Auro designata Christi diuinitas, 834.2.e & 836.1.e
Auro cur designata charitas, 834.2.b
Thure designata deuotio, 467.1.c & seq. 613.1.a
Designata oratio, 668.2.a
Myrrha cur sit mortificationis symbolum, 699.2.e
Ea, & stactes, seu gutta quid sint, 192.1.a
Myrrhæ fasciculus quam congruè designet verbũ diuinum, 193.2.b
Christus quam rectè dictus alligamentum stactes & myrrhæ, 194.2.b & seq.
Myrrha designata tribulationũ tolleratia, 379.1.b
Magis exposcit Maria mysteria Incarnationis, 337.1.a
Per aliam viam reuersi sunt in Regionem suam. Magis Mariã reuelat Innocentium cædem faciendã per Herodem, 410.1.a & seq. & 418.1.e & seq.

8 In Euangelium Dom. infra 8. Epiphaniæ.

Ascendentibus illis in Ierusalem secundum consuetudinẽ diei festi. De obseruantia legis. Obseruantia legis antiquitus erat foramen tutissimum, in quo viderentur posteriora Dei, 385.2.d
Lex vetus, & lex noua sunt duę manus Dei, dextera, & sinistra, 401.2.b
Seruantib. mandata legis odor exhibetur, & incorruptio, 241.2.c
Ista à Deo instituta in memoriam beneficiorũ ipsius, 73.1.d
Remansit puer Iesus in Ierusalem. Quõ dici queat Christus elongatus ab ecclesia, 305.1.d Non discedit, sed declinat à pia anima, 866.2.d
Christus ipse quomodo, discedere, & redire dicatur

tur

tur in ecclesiam,334.1.c

Quomodo Deus dicatur discedere ab anima dum in illa est,423.2.c

De isto Dei discessu,& reditu,425.2.a & 426.1.a

Cur aliqñ Deus se abscondat à pia anima, 814.2.b

Et requirebant eũ inter cognatos, & notos. Quã ardenti desiderio Maria quæsierit Christũ,155.2.c & 432.1.b

Quod Christus quæsitus in foro,& in plateis,atque apud homines non inueniatur, 441.1.a & seq.

Quomodo quærendus Christus, ac Deus vide,in indice rerum verb. *Quæro.*

Et non inuenientes regressi sunt in Ierusalem, Christus non inuenitur humano sensu,432.1.c

Non inuenitur extra Ierusalem,i. sine ecclesia Catholica duce,866.2.c

Inuenitur in sacris scripturis,440.1.c

Quæ contigerint Mariç in Ciuitate Ierusalem,cum Christum quæreret,445.2.b & 821.1.c

Requirentes eum. De cogitationib.B.Mariç in quærendo Christũ, 541.2.b & seq. & 544.1.c & 545. 2.b & seq.& 552.1.c & seq.

De eiusdẽ Virginis sanctissimæ silẽtio, 561.1.c.& s.

Post triduũ inuenerunt illum in tẽplo, sedentem in medio doctorum. Quod Christi habitaculum sit inter sanctos Doctores.199.2.d.

Quã lçtitiã habuerit Maria Christo inuẽto,133.1.d

Audientem illos, & interrogantẽ, Doctores, & Prædicatores Deum sibi adstantem & audientem habere debent,388.1.a

Cum Christus est in doctoribus necesse est sit & in alijs membris ecclesiæ,194.1.c

Stupebant autem omnes,qui eum audiebant super prudentia,& responsis eius. Quanta verborum gratia extiterit in Christo,224.1.b

Eadem eius verba quã aptè dicãtur flores, 507.2.b

Eius verba & gestus preciosiora quibuscunque gẽmis,509.1.b & seq.

Quomodo Christus traxerit homines, 52.1.a & se.

In eo quantus esset decor & gratia,223.2.c& seq.

Labiorum eius vis magna in persuadendo, 569.1.c

De doctrina Christi, vide in indice rerum verb. *doctrina Christi.*

Dolentes quærebamus te. Maria ex sui amoris magnitudine testatũ voluit filio & dolorẽ, & sollicitudinẽ suam ob id, quod illum amiserat, 132.2.c & seq. & 135.2.d

Nesciebatis, quia in his,quæ Patris mei sunt ,oportet me esse ? Christus inuentus in tẽplo quã normã dederit matri,vt ipsum facile inuenire posset, 155.1.c

Christi sollicitudo quoad Euangelij prædicationẽ quanta,403.2.a

Eiusdem sollicitudo pro ecclesia primitiua, & pro anima incipiente,939.1.c

Quã indefesse Christus indulserit saluti aĩarũ,133.2.b

Christus conuersione, & salute animarum conuiuio se reficit,734.1.b

Et erat subditus illis. De obedientia Christi perfectissima,592.1.c & seq.

De obedientiæ virtute.Vide multa in Indice rerum verb. *obedientia.*

Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. 562.1.c & 561.2.b

De contẽplatione,& contemplatiuis plura, 530.1.b

Iesus proficiebat sapiẽtia, & ætate, & gratia apud Deũ, & homines. Christus proficiens apparuit instar florum,371.2.a

De profectu ecclesiæ mystici corporis Christi, 463. 1 a & 208.1.c & seq.

De profectu animæ, vide in Indice rerum verb. *Profectus, & Progressus.*

Christus iuxta profectum animarum crescit in singulis,208.1.d

9 In Euangelium Dom.2.post Epiphaniam.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ. De nuptijs,& matrimonio spirituali Christi cum ecclesia, plura habes,414.1.c & seq.

Desponsatio animæ cũ Deo quomodo fiat,280.1.a

Cur dicatur fieri per fidem, cum fiat potius per charitatem,281.1.b

Dies istarum nuptiarũ præsupponit filios,cuius cõtrarium euenit in nuptiis carnalibus,518.2.b

Nuptiæ istæ fiunt per mutuam communicationem bonorum,524,1.d

Fiunt per spiritum Sanctum,250.2.a

Christus pro anulo semetipsum tradit sponsæ suæ, 1000.2.c & seq.

Matrimonii spiritualis,atque carnalis insigne discrimen,957.2.a

Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Cõiugatorum ordo laudatus inter præcipua ecclesiæ membra,922.2.d

Coniugati boni quales sint, ibid.e Ijdem sunt venter Christi,856.1.b

Coniugatorũ,& virginum encomiũ.683.2.a & seq.

Deficiente vino. De inopia vini consolationum, & voluptatum sæculi,24.1.c & seq.

De vino voluptatum sæculi plura, 21.2.c & seq.

De humanarum à spiritualibus consolationũ diuersitate,9.2.e & seq.& 23.2.a & seq.

Vinum,cur aliquando exposcant iusti,quod aliquando respuerant,308.1.c

De ariditate animæ,317.1.a & seq.

In ariditate spiritus constituta anima quantis agitetur molestiis,72.1.d

Expulsa ariditate quid faciat Deus in asa, 724. 2.a

Quid mihi & tibi est, mulier? Per hæc Maria fuit introducta in cellam vinariam,291.1.a

Nondum venit hora mea. Quando Christus manifestauit diuinitatem suam,257.1.a & 340.2.c

Christus postquam baptizatus est,præposuit Euangelium affectui matris suæ,433.2.c

Quodcunque dixerit vobis facite. De obedientia Christo exhibenda,152.2.a & seq.& 162.1.b & seq. Vide plura de obedientiæ virtute in Indice rerum ver. *obedientia*

Quõ per obedientiam vulneretur cor Dei, 645.1.a

Vt autem gustauit Archtriclinus aquã vinum factam. Gustus diuinorum quam sit magnus,863.1.a & sequen.& 864.1.d & 883.2.b & seq.

De gustu dulcedinis in oratione,quæ vinũ optimũ est,954.1.a & seq. 290.2.b & 983.2.d

De gustu sacrarum litterarum,quç sunt vinum optimum,955.1 c & seq.

Vide de hac materia gustum vini sacræ Scripturæ, 288.1.b & seq.290.2.a

De gustu vini cõtemplationis plurima, 289.1.c & seq.290.2.a & 984.2.b & seq.

De gustu multiplicis vini,quod in Religione seruatur,pag.289,col.3.a & seq.

De vino deuotionis,quod Christus poterat,983.1.c

Tu aũt seruasti bonũ vinum vsq; adhuc. Quõ Christus seruauit institutionem sanctiss. Sacramenti in finẽ vitæ suæ,290.col.7.a b c

Quomodo in sanctissi. Sacramento potetur Christus,986.1.d & 2.b

Quõ in vltimum vitæ suæ Christus seruarit vinum sacræ Scripturç, 287.2.d & seq.

Quomodo bonum vinum Spiritusan.seruarit vsq; adhuc post ascensionem suam.289.& 289.col.8.a

Quomodo in vltimum seruarit vinum optimũ beatitudi-

titudinis in patria, 288.2.c & seq.

Hoc fecit initium signorum Iesus. Quod Christus in miracolis faciendis superauit sanctos omnes, 337.1.c

Et crediderunt in eum discipuli eius. Quod fidei donum sit exhibitio diuinorum verborũ, quæ super vinũ amoris esse dicuntur, 69.2.b vbi plura de fide.

10 In Euangelium 3. Dom. post Epiphaniã.

Cum descendisset Iesus de monte. Quod prædicator de monte contemplationis descendere debet ad infirmiorum conuersionem, 896.2.c

Vitæ spiritualis perfectio sita est in vicissitudine curæ sui ipsius, & curæ proximi, 708.2.d

Infirmiorum præcipuè rationem habere debet, 665.2.c & c & 598.2.c & seq.

Docere pusillos quanti sit apud Deum, 658.2.c.

Prædicator bonus docet iuxta capacitatem cuiusecunque, 896.1.a & 664.2.c

Dẽt condescẽdere simplicioribus, 884.1.c & 960.2.c

Quomodo mittat imbres sapientiæ, & stillare dicatur mel verbi Dei, 663.2.c

Qđ cõformare se debeat iuxta occurẽtes necessitates atq; adeo esse collũ ecclesiæ, 578.2.c & seq. 595.1.b

Secutæ sunt eum turbæ multæ. Quod sequens Christum errare nequit, 712.b

Sequi Christum haud omnibus datum, 58.1.d

Quod Christum sequimur libere, & compulsi, atq; ab illo tracti, 51.2.d & seq.

Quod turbæ, & plebs fidelium sequitur Christum vt capilli caput, 545.1.c & seq.

Domine si vis, potes me mundare. Quomodo Dei voluntas sit vna, & multiplex, 658.a.& seq. Quod eius desiderium sit ad omnes 918.1.a

Qũo eadem voluntas à Deo auferri dicatur, 637.2.c

De Dei potentia, quod ea cognita subiicit se illi anima, 803.2.c & seq.

Quod peccato vniuersi deturpentur, ita vt operæ precium sit mundemur, 564.1.c & seq.

Quomodo denigret animam peccatũ, 85.1.a & seq.

Et extendens manum Iesus, tetigit illum. De manus Dei extẽsione, imissione, & tactu plura habes, 497.2.b

Quod manus Dei tunc sint metuendæ, quando sunt extensæ, vel super aliquem, 313.b.c

Quod Dei manus sit auxilium eius efficax, 801.2.c

Volo, mundare, & confestim mundata est lepra. Opera Christi fiebant potestate diuina, ideoque citissimè, 851.1.c & seq.

Eadem Christi opera omnia perfectissima, & purissima, 851.2.d & 852.2.c

Vade, ostende te sacerdoti. De confessione, quod ex illa magis appareat pulchritudo animæ iustificatæ, 84.2.a & seq.

Offer munus tuum, quod præcepit Moyses. Quod Christus legem Mosis perfecerit, 31..2.b & seq. Quod lex, & Euangelium inuicem cohæreant, 398.1.b

Quod Mosaicæ legis opera per se iustificare nequibant, 216.2.d

Cum autem introisset Capharnaum, &c. vide ser. 5. Ci.

11 In Euangeliũ Domin. 4. post Epiphaniã.

Ascendente Iesu in nauiculam. Quod ecclesia sit nauis, & ferculum Christi, 505.

Quod Christus reperiatur in ecclesia Apostolica, 871.2.c

Qũo in eamdem descẽdat, & ad quid, 872.1.c & 2.a

Quomodo in Incarnatione descenderit simul atq; ascenderit, 231.1.c & seq.

Ecce motus factus est in mari. Tribulationibus concutiuntur singuli, qui sunt in ecclesia, quia illa est militans, 80.1.a & seq.

Permittit easdem tribulationes Deus in sponsam venire ob illius fructificationem, 724.1.b

In tribulationibus melius, quàm in prosperis inuenitur Deus, 430.1.a & 452.2.b

Tribulationibus iustorum ecclesiam concuti vult Deus cum illi quietem ament, 237.2.a

Tribulationibus expositum esse oportet, qui cum Christo florere velit, 250.2.d

Tribulatis assistit Deus perferens quodãmodo tribulationes, & ipse, 784.1.c

Vide complura de hac materia in indice rerũ verbo. *Tribulatio.*

Ipse verò dormiebat. Quod Christus pro quietis lectulo elegerit tribulationes, easdemq; & nostrũ lectulum esse voluit, 475.1.a & seq.

Qua ratione tribulationes sint simul cum felicitatibus, 83.2.a

Illasà se immissas Deus singulari metamorphosi reddit dulcissimas, 749.2.a

In ijs quale gaudium sentiant iusti, 525.2.a & seq.

De Christi somno, & dormitione, 767.2.d & seq.

Christus dormit in Ecclesia per dilectionem, vt in proprio lecto, 325.1.c

Et accesserunt ad eum, & suscitauerunt eum dicentes. Domine salua nos, perimus. De precibus fusis à tribulato, 740.2.a & seq.

Illa oratio est dulcis Deo, quæ fit corde contribulato, 667.2.d

Quomodo oratio Deum constringat semper impetrando quod petit, 559.1.d & seq. & 57.1.d

In oratione qũo pugnetur duplici prælio, 401.2.d

Vide 324. & seq. qũo non sit suscitandus Christus, eiusq; dilectio, donec ipse velit. Quomodo idem suscitatus, & resuscitatus, 243.2.c & seq.

Quid timidi estis modicæ fidei? In ecclesiæ perturbationibus quinam deficiant, 126.1.b

Timor vnde sit, 360.2.c. Eius congruentie cum hyeme, 360.2.b & seq.

Arcetur timor ab ecclesia, vt impediens Euangelij prædicationem, 718.1.d

Timor reddit inutiles diuinas gratias, 360.2.a

Quod in fide quiescẽdũ sit absque vllo motu hæsitationis, quia est lectulus, sed paruulus, 230.2.c

Quod fides ecclesiæ sit fides viua, 218.2.c & seq.

Fidendum semper in Deo, 267.2.d & 992.1.b

Fiducia quid sit, 244.1.c & seq.

Tunc surgens imperauit ventis, & mari. Quam subito Christus ferat opem tribulatis, 334.2.d & sequen.

Quomodo ijs succurrat, 349.2.b c

Et facta est tranquillitas magna. De tranquillitate, & quiete iustorum, quamvè discrepet à quiete impiorum, 234.1.a & seq. & 235.2.b & seq.

Tranquillitas iustorũ est somnus cũ vigilia, 767.1.c

12 In Euangeliũ Dom. 5. post Epiphaniam.

Simile factũ est regnum cœlorũ homini, qui seminauit bonũ semen in agro suo. De ecclesię agro. Quod sit vnus ager & campus, pluresve, 253.1.c & seq.

Qualis sit ager, 962.1.c

Quod & mundus iste sit ager ipinguatus fimo peccatorum, in quo ortus est Christus flos cãpi, 252.1.c

Quod in ecclesia Christus plantauit bonum semen, faciẽs eã totã pulchrã, quave nõne, 617.2.b & seq.

Ecclesia quomodo nihil in se habeat, quod non sit pulchrum, concinnum, & delectabile, 69.1.c

Est hortus nobilissimarũ plantationum, 691.2.c

Cum aũt dormirent homines, venit inimicus, & superseminauit zizania. Quod ecclesia dormiat, in hæreticis, & peccatoribus, 375.2.d

Qũo.

Quomodo ecclesia dormierit, & vigilauerit in Iudaico populo, & in Christiano, 765.1.a b c d
Quòd cordis dormitatio arcenda sit, 766.2.c
Ecclesiæ Prælati quàm debeant vigilare, 443.2.e & seq. 446.1.d & 482.2.b & seq.
Prælatus bonus etiam dormiens cogitat de subditis, 767.1.a
Ignorantia in prælatis replerur rore caput Christi, 784.1
Diabolus quomodo inimicus, & sodalis Christi, 144.1.a 145.2.b
Quomodo idē per insidias vitia disseminet, 93.2.c
Vt illius isidiæ vitent, iplorandū Dei auxi iū, 145.2.c
Quòd peccatū irrepsit ex tentationis æstu, 103.1.c
Semini bono quō sit maxime noxiū peccatū, 719.1.b
Peccatū aliqn fortius insidet sanctiorib. ibid. & seq.
De Hæreticis, vt sunt zizania seminata à Diabolo in agro Ecclesiæ, 140.1.a
Notatur hæresis fraudulenta, 716.2.a & 139.2.d
Quando hæretici magis pullularint, 135.2.c
Hæreticorum natura qualis, 442.1.e
Quinā eorū magis obsint Ecclesiæ, 407.1.a 410.2.d
Ex eorum fictione quanta mala proueniant Ecclesiæ, 108.2.c
Vide plures eorum proprietates, 138.2.d & seq.
Domine, nonne bonū semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? Quod Ecclesia ex admixtione bonorum & malorum est simul nigra, & formosa, 81.1.a & seq. & 88.1.e
Inimicus homo hoc fecit. Quomodo diabolus dictus sit homo. 92.2.e
Nō, ne forte colligētes zizania eradicetis simul et triticū. Quod Ecclesiæ pulchritudo magis apparet per cōmixtionem malorum, 81.2.a
Triticum congregate in horreum meū. Quō cœlestis patria cellariorū nomine sit designata, 65.1.a & seq.

13 In Euangeliū Dom. 6. post Epiphaniam.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidē est omnibus seminibus, cum autem creuerit, &c.
De Apostolica, & Euangelica doctrina, quomodo minima existens, & acris ex eo quod doceret mortificationē, illico tamen maximos fecerit progressus supra omniū aliarū sectarum doctrinas fuse explicatum habes, 462.2.d & seq. per totam expositionem secundam, & 943.1.b & 239.2.d
Quod doctrina Christi amarissima simul fuerit, & dulcissima, 863.2.b
Quomodo Euangelica doctrina præstantior sit quacunq; sapientia humana, 27.1.d & sequē. & 30.1.c 705.2.c & seq. Quomodo sit præstantior doctrina legis & prophetarum, 19.1.b & seq. & 26.2.d Vide fusius hac de re, 315.1.a & seq.
Excellentia Ecclesiæ super alias populorum collectiones ex Christo, 270.1.e & 148.2.e
Et fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Quod Ecclesia sit hortus non olerū, sed nobilissimarum plantationum, 691.2.c
Quod in ramis euangelicæ doctrinæ venerint, & habitauerint varia infidelium genera, 629.2.a & seq.
Quod in ramis arboris huius sinapis aeris requiescent aues, dum contemplatiui se detinent in meditatione crucis, & passionis Christi, vt inde se cibent, 225.1.a & seq.
Quod meditatio ista sit cibus omnibus congruēs, 751.2.a & seq.
Quinam in ea à Christo pascantur, 871.2.b
Ex eadem hauritur triplex fructus, 396.1.c
Prouocantur ad crucis meditationē exēplo cōpluriū sanctorū, qui ob id crucē ambire dñtur. 476.1.a
In eius meditatione excitatur anima ad se crucifigēdam cum Christo, 996.1.e
In eadem excitatur ad charitatem, ibid. 2.d
In crucis palmā iustus ascēdit per ēcitationē, 951.1.b
Christus crucifixus cur arbori mali comparatus, 273.1.b
Quod fides vt granum sinapis virescit, & floret charitate, 231.2.c & seq.
Fides, & cognitio diuinitatis, & humanitatis Christi præ ceteris excellit in anima, 471.1.a Vide plura de fide in indice rerum verb. *fides.*
Iterum simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.
Mulieris nomen dupliciter sumptum, & quomodo anima sancta dicatur pulcherrima mulierum, 826.1.a & seq. & 151.2.d & seq.
Quomodo ecclesia dicta sit mulier, & pulcherrima mulierum, 148.2.d & seq.
Fermentum verbi Dei saporē secum affert, cū gratū sit omnib sensibus, 846.2.c & 862.1.a & 952.2.e
Instar fermenti acidum eleuat per mortificationē, quam suadet, 847.2.c
Nedum erudit intellectum, sed & mouet affectum, 847.2.a
Quod instar fermenti calorē igneum in se habeat, 817.1.a
Et sine parabolis non loquebatur eis. De duplici genere parabolarum, seu allegoriarum, verborum, & rerum. In præfat. cap. 4. nu. 8.

14 In Euangelium Dominicę Septuagesimæ.

Simile factum est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit prima mane. Per hunc exitum intelligentes diuini verbi egressum in mundum, factū per Incarnationem. Quod Incarnationis huius beneficiū fuerit optimū diuinę bonitatis indicium, 31.2.c
Quod in illius opere exhibitū sit cor Trinitatis vulneratum ex amoris vehementia, 647.2.d
Quanta celeritate sit factus iste Incarnationis exitus, 337.2.c & seq. & 339.1.e
Quando, & quomodo factus, 803.1.a
Quam maxime fuit necessarius, ne periret fructus Iudeæ, & Gentilitatis, 380.2.d
In eo exitu Christus descendit in Iudęam, vt in hortum suum, 898.1.e
De Christi sollicitudine pro primitiua ecclesia, & pro anima incipiente, 1030.2.d
Conducere operarios in vineam suam. Quod cū Deus vocat quē, dat simul eidē effectū vocationis, 357.1.c
Quod Deus primo mane mundi cōduxit operarios in vineā suam, qñ posuit Adā in Paradiso terrestri, vt operaretur, & custodiret illum plurima habes, 110.1.b & seq.
Quod ab initio mundi conduxit operarios in vineā veri cultus sui, plurima, 104.2.e & seq. & 963.1.b & seq. 965.2.e
Quomodo hanc ipsam vineā multiplicatā tradiderit Apostolis custodib. & operarijs, 1044.1.b & seq
De vocatione à contemplationis ocio ad vineam, Sacræ Scripturæ, 1055.1.b & seq.
Quòd ab initio vsus rationis in homine Deus conducat operarios in Animā, potentias nimirū eius in suam rectæ rationis vineam, plurima, 124.2.b & seq. & 1046.2.b
De vocatione ad vineā Religionis, 408.1.b & seq.
Religiosi feruentiores spiritu sunt vineæ florentes, 383.1.e
Hæc vocatio quā ingens sit Dei beneficiū, 387.2.a

Religio ipsa quomodo sit domus vini, & charitatis, 388.1.b & seq. 375.2.b & seq.
Vinearum spiritualium duplex genus, quæve pusillæ, & quæ excelsæ, 409.1.a & seq.
De vinea vitæ actiuæ, ad quam Christus conducit Prædicatores, 1045. & seq. & 358.1.a
Operarij vineæ Christi dicti potius custodes, quã coloni, 1044.1.b
Prædicatores, Sancti conducuntur pro mercede, quæve ea sit, ibid. c
De vocatione ad vineã vitę contemplatiuæ, ibi. 2.a
Vitæ actiuæ, & contemplatiuæ comparatæ inter se sub metaphora vineæ, 1043.2.b
Quid hic statis tota die otiosi? Excitatio ab laborandum in exercitiis spiritualibus, & detestatio otii.
Quòd impiorum otium sit maxima perturbatio, & è contra labores in exercitiis spiritualibus sint cũ maxima quiete plurima habes, 234.1.a & seq. vbi plura de ipsis spiritualibus exercitiis. Eorũ instabilitas quam sit damnosa, 436.2.b
In eisdem quomodo imitari debeamus sanctos, 168.1.b
Ite & vos. De progressu, & festinatione Apostolorũ, 352.2.a & seq.
Semper eundum in vita spirituali, & nunquam sistendum, plurima, 355.1.a seq. & 357.1.b & 2.e & 630.1.d & seq. & 914.1.d & seq. & 357.2.b
Quomodo progressus spiritualis fit paulatim ab imis ad suprema, atq; adeo sancta conuersatio sit instar palmæ crescentis, 943.2.d & seq. & 992.1.c
In vineam meam. Quod Apostoli destinati à Christo sunt in Iudaicum populum peculiarem eius vineam, 106.2.d & sequen. & 1044.1.b & sequen. & 1048.1.a
Quod Iudæi idololatræ ierint non in vineas Domini, sed in vineas idololatriæ, & qualis vinea sit ipsa idololatria, 104.2.d & seq.
Hæretici non eunt in vineam Christi, sed in vineas proprias, vel Heresiarcharum, 107.1.d & seq.
Quod praui homines, & mundani non eant in vineam domini, quæ vnum est virtutis studium: sed in plures mundi, & vitiorum vineas. Quave ratione vitia ipsa dicantur vineæ, 133.1.b & sequent. & 118.2.e
Quod spirituales aliqui non eunt in vineam Christi, sed in vineas proprias, dum ad studia propriæ voluntatis Deum trahere volunt, 237.2.e 436.1.a & sequen.

15 In Euangelium Dominicæ sexagesimæ.

Exiit, qui seminat, seminare semen suũ. De egressu Apostolorum, & Prædicatorum ad seminandum verbum Dei, 960.2.b & seq.
Interrogabãt discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quod scripturarum intelligentia à Christo exquirẽda, 61.2.a & seq. & 288.1.b & seq. & 581.1.d & seq.
Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.
Apostolis vt Christi amicis reuelata omnia mysteria, 353.1.b & 66.2.a
Cur mysteria diuinorum dicta sint foramina petræ, 390.1.d
Ob mysteriorum profunditatem scriptura Sacra est puteus aquarum viuentiũ, 712.1.e
Qui mysteria diuina velit itelligere debet esse charitate succensus, 29.1.e
Scripturæ mysteria quibus perspicua sint, & quib. obscura. 856.2.b
Et venit Diabolus & tollit verbũ de corde eorum. Quo Diabolus irrumpat in animã, eamq. furetur, 774.2.a
Quòd idem iugiter pugnet cum anima, 118.1.d
Quòd diabolus pascat se animabus, 130.2.e
Qui supra petram hi sunt, qui radices non habent, quia ad tẽpus credunt, & in tẽpore tentationis recedunt. Quænam sint fidei perturbationes, designatæ per æstus solis, quive sint, qui hisce æstibus deficiant, 125.2.d & seq. & 135.e 103.1.e
Et tentatione ab hæreticis illata proficit Ecclesia, & qui radicati sint in fide, 448.1.a
Persecutiones impedire nequeũt sanctos, ne Christum sequantur, 820.2.d
In tribulationibus iustus dignoscitur similis palmę in robore, 944.
Prædicatores sancti quò maioribus premuntur angustiis eò maiores colligunt fructus, 161.2.e
Quod autem in spinas cecidit; hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & nõ referũt fructũ.
De mundanorum iugi sollicitudine, qua semper circuunt, 438.1.a & seq.
In mundi opibus, e voluptatibus quanti insint labores, & ærumnæ, 134.1.b & seq.
Sensuum victoria per voluptates quam damnosa, 115.2.d & seq. & 116.1.a
Voluptates esse spinas, & flagella, 143.2.a & seq.
Quod autem in bonam terram; hi sunt, qui in corde bono, & optimo verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Quomodo hi sint venter Christi, 854.2.d & sequen.
De triplici fructu, incipientium, proficientium, & perfectorum, 887.1.c & seq. & 48.2.d
Quod in germinibus spiritualib. vita iuncta sit cũ floribus, & fructibus, ita vt quę his carent, careant & vita, 407.2.b
Quòd virtutum opera sint flores, & fructus: atque adeo dicuntur fructus in patientia, idest in sustinẽtia, & expectatione, 264.1.a & seq. 380.1.c & seq.

16 In Euangeliũ Dominicę Quinquagesimę.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos. Locuturus Dominus de Passione sua, simulq; & iis, qui se sequerentur imminẽtes ærumnas significaturus, eos duntaxat & seiunctim assumpsit, quos habuit magis charos. Vt intelligeremus, eos, qui tribulationibus premuntur, atq; adeo participes sunt, & socii passionum eius esse amicos, & clarissimos suos, 758.2.e
Iisdem ve ærumnis eũ expositũ esse oportere, qui cũ Christo florere velit, 250.2.d
Et bene amicis cõmunicantur à Christo passiones, & tribulationes, quia eæ sunt eius opes, 739.2.e
Præstantissimũ obtinent locum inter beneficia Dei, 309.1.a
Suntve maxime eius gratia, 474.2.b
Et ait illis. Prædixit sæpe Iesus passiones, quas subiturus erat, & resurrectionẽ, vt exploratũ fieret, eum passum fuisse, & resurrexisse voluntate propria, 618.2.b
Vtve discipulos, dilectosve suos eorum commoratione fulciret.
Ecce ascendimus Ierosolymam. Singula ista verba, cum fiat sermo de Christi passione, peculiarem, & maximam habent vim.
Ecce. Poni solet ad significandum quid nouum magnum, & admirabile, vt habes, 210.1.a & 212.1.e & 791.2.e
Et passiones Christi sunt in illo mirabiliores, q̃ qdlibet aliud, q̃ vel inipso, vel ab ipso factũ sit, 197.1.e
Ideoq; horã suã ipsemet appellabat eius passionis tps, quia tunc illustrius esset manifestãdus. 272.1.a

Ascendimus, inquit, non *ascendo*: Quia commemoratione Passionis suæ discipulos, nos've in illis excitare studebat ad studium mortificationis, quod est mons myrrhæ difficilis, atque arduus. 613.1.c & 617.2.b
Et ad virtutis studium, in quod complures cum labore ascendunt. 990.2.b
Et ad eiusdem passionis item suæ meditationẽ montem item myrrhæ. 703.2.b & seq.
Ascendere etiam se ait Christus, quando ad Passionem tendit, quia in passionibus ipsis suis regium ascensurus erat thronum, qua de re plura habes. 497.1.c & seq. & 522.2.d
Et quia in eadem passione ascensurus erat in crucẽ currum suum triumphalem. 498.2.a & seq.
Et quia passionis tempore, ac per passionem ipsam Ecclesiastici regni adiit possessionem. 737.2.d
Et quia ascendit ad prælium, cùm in passione decertarit. 386.2.c
Et quia, nedum ipse, sed et quotquot communicarent passionibus ipsius, per tribulationes, ac in tribulationibus regnum adituri erant, ideo pluraliter ait, *Ascendimus*, 522.1.a & seq.
Ierosolymam ascendimus inquit, quæ interpretatur visio pacis. Quia tunc maximè vidit pacem, cùm subiit passiones, & ærumnas, quas pro suo elegit lectulo pacis, & quietis. 475.1.a
Sicut & Sanctis quoque viris item lectulus futuræ eædem erant. ibid. 2.a & seq.
Filius hominis tradetur Gentibus, & illudetur, & flagellabitur. &c.
Passionum suarum munus quomodo, & ad quid Christus detulerit. 738.1.a
Passiones has vniuersas Christus in primo instãti incarnationis suæ collegit in corde suo, eas metens cum hominum salute. 742.2.b
De meditationis Christi dulcedine 870.2.c & seq.
Vide de hac materia notata in Dom. 6. post Epiphan. & in feria 6. Parasceues.
Cœcus clamauit dicens, Iesu fili Dauid miserere mei.
Quàm rectè dum quis fidei actum promit, vt fecit iste confitens, Iesum esse hominem, vt pote filium Dauid, & Deum, cuius est misereri generis humani, cœcus esse dicatur, cum fides ex natura sua euidentiam minimè requirat, qua in re ab humana differt scientia, vt probatum habes 69.2.c & seq. & 230.1.a & seq. & 2.c & seq. & 429.1.a & se.
De diuina Christi misericordia, quod ea fuerit ros implens illius caput 784.1.a
Quòd in eadem sita sit perfectio, & gloria Dei. 702.c & sequenti.
Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret. De impedientibus eos, qui Christum quærunt. 820.1.c & sequ. & 2.e & seq.
Prælati mali insectantur vacantes vitæ spirituali. 821.1.a
Ipse verò multo magis clamabat, &c. *Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se.* Oratio perseuerans vim habet, vt faciat stare Deum, ligans quodammodo illum 559.2.e & seq.
Quomodo stet Iesus cum delectatione intuẽs orãtem coram se. 558.1.a
Haud tam grata Deo est oratio per seipsam, quàm per modum, quo fit 560.1.c & seq.
Delectans Deum oratio efficit, vt & oranti à Deo reddatur illius dulcedo per exauditionẽ. 954.1.c
Quomodo in oratione clametur 978.1.d
At ille dixit, Domine vt videam. Quàm necessaria omnibus sit ista oratio, cum fides sit donum Dei. 231 1.c & donum præstantissimum 69.2.b
Cùm & ad cognitionis diuinæ lucem dignoscatur vanitas rerum temporalium. 420.2.c
Cùm & cognitio sui ipsius sit maximè necessaria ministris Dei, vt deducens ad ipsam Dei cognitionem 153.1.c & seq.
Et confestim vidit, & sequebatur illum. Quia fides præcedere debet dilectionem, qua Christum sequimur. 46.1.c
Et quia fides est fundamentũ iustificationis. 281.1.c

17 In feria 4. Cinerum.

Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Videre potes explicationem huius loci satis huic diei appositam 400.1.a & seq.
Quòd ista conuersione ad Deum, cui adiuncta est & auersio à reliquis, quæ Deo sint aduersa, noua instruuntur duo prælia. 401.2.c. & seq. Quomodo, & quibus armis prælia ista committantur. 386.2.c & sequen.
De conuersione à peccatis, qua ratione, & quibus actibus à peccatore fiat. 809.a.b & seq. & 811.1.b & seq. & 816.2.e & seq. & 918.1.d
In cõuersione Peccatoris quomodo procedat Deus & voce, & pulsatione 771.2.a & seq. voce tum interna, tum externa. 861.2.b
Pulsatione beneficiorum, & flagellorum ibid. a
In hac conuersione Deus procedit vt benignus pater. 862.1.a & sequ.
In eadem quomodo Deus disponat omnia suauiter ibid. 2.c & seq.
Ad eamdem excitat Deus, proponens peccatori ingentem charitatem suam in tolerandis eius peccatis, atque ingratitudine 780.1.b & seq.
Excitat ad eamdem comminans peccatori, expoliare illum tunica mortificationis, & pœnitentiæ 788 2.b & sequen.
Excitat denique ad eamdem per flagella. 497.1.d & seq. & 799.1.a & seq.
Ad eam vocans Christus quomodo stet post parietem. 351.1.c
Ea designata per apertionem ostii. 810.1.a
Ea coronatur Christus de cubilibus leonũ. 630.1.b
Ad eamdem vocat Deus, auertere nitẽs peccatores à tribus concupiscentiæ montibus 625.1.d & seq. ab hisce enim auertit & Christus in Euangelio à monte concupiscentiæ carnis, suadens ieiunium; à monte concupiscentiæ oculorum, suadẽs non thesaurizandum in terra; & à monte superbiæ vitæ, suadens vt omnem gloriã in Deum caput nostrũ referamus. *Vnge caput tuum.*
Immutemur habitu in cinere, & cilicio, ieiuneris, &c.
Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus, ne subito præoccupati die mortis quæramus spatium pœnitentia, & inuenire non possimus.
Quòd tunica propria animæ peccatricis sit pœnitẽtia, & mortificatio 788.1.a & seq.
Quàm stultè se gerat anima in hac tunica abiicienda 789.1.a & seq.
Quòd aliquando Deus hac tunica peccatorem expoliare comminatur 894.1.c & seq.
Quòd pœnitentiæ lacrimis conteratur peccatum. 927.1.c
Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. *Tu autem cum ieiunas*, explicatur egregiè locus iste 612.2.a & seq.
Quòd cum hypocritæ in mortificationibus se exhibeant tristes, verè tamen pœnitentes in iisdem lætitia perfusos se ostendunt. 611.2.a
Vt appareant hominibus ieiunantes. Quod vanæ gloriæ spiritus incipientes animas maximè demoliatur.

tur. 408. 2.d & sequent.

Vnge caput tuum. Quòd omne vnguentum, omnisque gloriæ odor in Christum caput nostrum referendum sit in mortificationibus, ad eumque nostra dirigenda sit intentio. 254.2.c & sequ.& 186.2.a

De intentione ad Christum dirigenda plurima habes 218,2.b

Et faciem tuam laua: Quòd per animæ faciem designetur illius conuersatio externa. 399.1.c & seq.

Quòd per eamdem faciem designetur cor, & mens eiusdem animæ. 400.1,d

Cùm hæ facies lauandæ sint à peccatis. De peccati nigredine plurima habes. 92,1a & seq. Quomodo peccatū ipsum vniuersa deturpet. 364.2.c & seq.

Et pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. Quomodo Deus nos bene operantes videat in abscondito, stans post parietem. 342.2.c & seq.& 351.2.b & seq.& 740.1.d

Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Explicantur hæc. 127,1,a & 634.2.c & 800.1.c.& 912.2.e

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. De cognitione sui ipsius plurima habes. 153.1.d & seq.& 157.1.e & seq.& 588.1.b

18 In Euangelium feriæ 5. Cinerum.

Cùm introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum.

Quòd anima, vt pulchra sit, accedere debet, & proximam esse Christo. 225.1.d & seq.

De accessu ad Christum per orationem, 186.2.d & seq.& 616.2.a

Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

Quomodo anima per peccatum iacere dicatur. 811 1.c & seq.

Quòd per peccatum, æquè ac per paralysim anima reddatur inepta ad bene operandū, 365.1.a & seq.

Quòd per peccatum anima malè torqueatur. ibi. d & 22.2.a & seq.& 23.1.e

Quòd misericordia exhibenda sit famulis ægrotis. Vide in Indice rerū plurima de misericordia verbo. *Misericordia*.

Vide in primis 653.1.c & sequ. vbi plurima per totā expositionem.

De modestia magna Centurionis in hac sua petitione. Quantum decoris modestia ipsa conferat piæ animæ 570.1.c.& seq.

Modestiam esse liuream seu synthesim Christi, & animæ sanctæ, ibid.d & seq.

Eadem adiuuat ad orationem, augens spiritum. 571.1.b & seq.

Ego veniam, & curabo eum. Quòd qui in domū Reguli bis rogatus descendere noluit, pollicetur, se iturum in domum Cēturionis, in qua vnà cum tribulationibus patienter toleratis & reliquę colligi possent virtutes. Tribulatum enim iucunde inspicit Deus, quando is vnà cum patientia, & reliquas exhibet virtutes. 740.2.c & seq.

Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

Quòd humilitatis actus sit oratio efficacissima. 669 2.b sicut & fides, ibid.c & seq. hæ autem duæ virtutes in his verbis continentur. Quòd duabus hisce virtutibus cor Christi vulneratum sit. 640.1.c & seq. Quòdue vulneratus Christus effuderit effectum bonitatis suæ. 641,2. d & seq. Vide plura de oratione humili in feria 5. Dominicæ primæ Quadragesi.

Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Si de fide agere velis, confuge ad Indicem rerum verb. *fides*, vnde plurima desumere poteris.

Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac, & Iacob in regno cælorum: filii autem regni eiicientur.

Quàm rectè æterna fœlicitas designetur per recubitum. 185.1.e & sequ. Vide in Dominica 19. post Pentecost.

De Gentium vocatione. 360.1.d & seq. & 362. 2. d & seq.& 371.1.e 986.1.d & 629.2,a & 887. 1.b & seq, 103.1.d & 1041.1.b

In vineis Gentium Ecclesia posita fuit custos à Iudæis. 107.1.d & seq.

De virtutibus Centurionis & emissionibus illius. 695.1.a & seq.& 917.1.e & seq.

19 In Euangelium feriæ 6. Cinerum.

Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximū tuū & odio habebis inimicum tuum. Haud mirum, quòd antiquis ita dictum sit, cum doctrina legis haud esset amoris, sed timoris, atque aspera. 19.1.c & sequen.& terrena, 2.d & 349.2.e & seq. erat enim instar hyemis, & imbris vehementis 361.2.a & seq. Et quia duris data fuerat instar petrarum, atque adeò bene & lex illa dicta fuit petra. 385. 2. c fuit instar Aquilonis 717.2.b

Quod dicitur: *Et odio habebis inimicum tuum*: nō habetur quidem in lege; at malè ex lege deducebatur, eratque hoc vnum ex iis foraminibus, quæ à Diabolo facta dicuntur in ipsa legis petra 385.2.c & seq.& 391.1.a & seq.

Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros. De abrogatione legis antiqua facienda per Christum, quaue ratione facta ea sit, cum illam perfecerit. 314.2 a & seq.& 361.2.d & 420.2.d & seq.

Quòd Christi doctrina, & lex Euangelii sit tota amoris 19.2.a & seq.& 295.1.d & seque.& 315.2.a & sequen.

Quòd eadem Christi lex fuerit tota perfecta. 20.1.e & seq.& 315.1.d & seq.

Quia fuit lex gratiæ 321.1.e

In huius legis largitione duobus insignibus beneficiis à Deo donati sumus 316.1.d & seq.

Diligite inimicos vestros. Quòd Dei præcepta nō sint impossibilia, prout malè à quibusdam præceptū istud impossibile dictum est. 294.1.e

Charitatis præceptum à Christo nouum datum dicitur, quatenus extensum, & ad inimicos. 295.1.e & sequen.

Pro hoc charitatis pręcepto seruando omnibus neruis pugnandum est nobis. ibid. 2.a & seq. Optandum, vt charitas stabilis sit in nobis. 303.2.d

Seruandum tamen ordinatè. 293.1.b & seq. & 302. 1.e Amor enim ipse est ordinatè amandus. ibid. 2. b Vera virtutis definitio secundum Augustinum, est ordo amoris. Ibid. tametsi ordinatio ista sit admodum difficilis secundum Hieronymum ibidem. 1.a

Id circo sanctorum intercessione eam assequi satagit Ecclesia. 296.2.e

Haud mirum, quòd Christus adeo nobis charitatē commendarit, vt etiam pro fidelium signo, atque vexillo illam esse voluerit. 395.2. a & sequenti.& 1003.1.d

Cùm & ille ipsum charitatis nomen habeat 508. 1. a & sequ. vt pote totus charitatis igne combustus. ibidem. 2.b & seq.

De charitate Plurima videre potes in Indice rerū verb, *Charitas*, & Amor.

De

De concordia seruanda. Quod in ea sit quoddam exemplar Paradisi.263.1.c & seq.

Benefacite his, qui oderunt vos. Etiam inimicis benefaciendum.855.1.e

Quòd beneficia ad amorem accendunt etiam inimicos cum sint indicia amoris interni.1015.1.c & seq. Ideo vocantur nomine amoris.73.2.a

Quòd eadem sunt alæ, & sagittæ amoris. 1015.2.b & sequen.

Et orate pro persequẽtibus, & calumniantib. vos. Quòd orationes nostræ debent secum habere actus charitatis.693.1.a & seq.

Quòd oratione quasi funiculo quodam oẽs virtutum habitus colligantur cum charitate. 558.2.a & sequ.

Vt sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est. Quòd in sacra scriptura Deus omnes amoris gradus exhibuit, Patris, matris, &c.293.1.c & sequ.

Quòd ob misericordiæ, pacisvæ erga proximum exhibitionem in primis ministri Ecclesiæ ostendant, se esse filios Dei.913.1.e & seq.

Quòd in affectuũ moderatione anima fit filia Dei. 914.1.c & seq.

Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. De Dei beneficiis, ac primùm quòd tanta sint, vt numerari nequeant. 292.2.c & seq.

Quòd in singulis Dei beneficiis sint beneficia plura 29.2.b & seq.

Ob ipsorum copiam dicuntur vbera Dei. 73.2.a & sequen.

Appellantur amorum nomine, quia propriè ex amore procedunt.74.1.a & seq.

Vide plura de hac materia in Indice rerum verbo. *Beneficium.*

Posses hic pariter agere de immensa Dei erga homines charitate, & Amore.

Quòd iste eius Amor explicatus sit nomine vberum quia sit potius effectus, quàm affectus.76.1.c

Charitas Dei in creaturas nititur charitati eius erga seipsum.512.1.d

Eadem in homines quomodo ab ipso Deo adæquetur essentiæ suæ.512.1.a & seq.

Vide plura de hac materia feria 2. Pentecost. & in Indice rerum verb. *Amor Dei*, atque *charitas Dei*, seu etiam *Dilectio Dei.*

Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt.

De diuersitate amoris, vt è diuina prouenit charitate, & eiusdem vt humanus est, & dicitur Amor cõcupiscentiæ.74.2.a & seq.

Vide de duplici amore concupiscentiæ & amicitiæ 298.2.c

Estote ergo perfecti, sicut pater vester perfectus est. Quòd Christianam perfectionem hoc loco Christus cõstituerit in dilectione, & charitate.295.1.e & seq.

Quòd eamdem constituerit in misericordia.71.1.a & sequen.

De perfectione Christiana in genere. Quid sit Perfectum.888.1.b

Triplex est perfectionis genus, & ex singulis eorum constat Christiana perfectio. ibid.e & seq. Tria ad perfectionem esse necessaria.978.2.b & seq.

Præsentis vitæ perfectio est imperfecta. 621.1.a & sequen.

Ideoque dicitur esse sita in iugi progressu. 355.1.c & sequen.

Attingere eam volens quid debeat facere. 984.1.d & sequent.

Deum ob oculos habere debet, quẽ imitetur. 989. 1.d In quibusque enim rebus perfectioni indigl-

gens Deum inuenit, & osculatur.979.1.d & seq.

Et semper delectatur multiplici meditatione diuinorum.1056.2.c

Perfecti Christiani dicuntur virtus ipsa, ipsaque rectitudo.77.2.d

Designati per mala punica.963.1.d & seq.

Iidem designati per Mandragoras.978.1.a

Sunt capilli Ecclesiæ.541.1.b

Tanquam genæ Ecclesiæ cõparantur fragmini mali punici.574.1.b & seq.

Eorum progressus similis progressui Solis.894.1.e & sequen.

Quomodo dicantur sedere in cœlis, dũ sunt in hoc sæculo.1053.2.b

De perfectione Dei, quamve excellentiori modo in illo sint perfectiones, virtutesve omnes, quib. perfectio constare potest creaturarum.31.1.e & seq.

Quomodo in eodem sint perfectiones vnitæ, & distinctæ.202.1.a & seq.

Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Quòd iustitiæ nomine frequenter in sacris literis significetur misericordia.71.2.c & seq.

Cur ve misericordia sic dicatur iustitia.71.2.c

Vt videamini ab illis. Misericordiæ opera, & eleemosinæ pura esse debet, & nitida, pura intentione exhibita.605.1.c & seq.

Quæ talia sunt redolent fragrantiam cœlestem.ib.d

Eadem sunt turres & propugnacula nedum miserorum, sed etiam Dei.604.2.b

Sunt quippe super cor charitatis affixa. 604.1.c & sequen.

Quàm mercedem ex iis assequatur apud cœlestem Patrem misericors.ibid.2.d & seq.

Te autem faciẽte eleemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

Quàm vitanda sit vana gloria in bonis operibus, & presertim in eleemosinarum largitione.154.2.b & seq. vbi attingitur locus iste, & 574.2.d

Puteus aquarum viuentium dictus, qui hac ratione eleemosinam facit.766.1.c

Eleemosina redolet virtutum omnium odorẽ, ideo dicta vniuersus puluis pigmẽtarii.468.1.b & seq.

De eleemosina agere singulis, plura colliges ex Indice rerũ verb. *Misericordiæ opera* & verb. *Charitas.*

Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito &c. Oratione in occulto faciendam.433.2.c

Qui in orationis studio excellere velit, curet, vt sit hortus conclusus, & fons signatus, 679.2.d & seq. & 682.1.b

Quòd intra velum, & in abscondito orantes contẽplatiui micantiores ad Deum de se emittãt radios 532.1.b & seq & trãsformentur in Deum ibid.c

Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Quòd Pater exaudiat vota eius, qui orat in abscondito in mediis precibus, 26.1.a imò antequam inuocetur. ibid.b

Quomodo semper preces illas exaudiat. 815.1.d & sequenti.

20 In Euangelium Sabbati Cinerum.

Vide quæ notata sunt in Euang. Dominicæ 4. post Epiphan.

Cum sero esset, erat nauis in medio maris, & Iesus solus in terra. Quòd anima in hoc mũdo tribulationibus agitata, sit nauis in medio maris. 40.1.a

Quòd tribulationibus anima potissimum cõcutitur, cum ei sero est, cumve ei tenebræ sunt, atque nox 40.1.c & seq.

Et Iesus solus in terra. Cum quotquot homines in hoc

hoc mundo sunt, in mari sint, hinc & inde procel lis tentationum concussi, solus Iesus in terra stetisse dicitur, quia solus ex natura sua carnis peccatũ, & instabilitatem minimè sensit. 348.1.e & seq.

Quanta sit instabilitas mentis mundanorũ, 234.1.d

Et videns eos laborantes in remigando. Videt Iesus in tenebris tribulationum tribulatos: & licet ab illis non videatur, adstat is tamen eis, obseruat, statque paratus ad ferendam opem. 430.2. e & seq.

Quantùm laborent mundani remigantes, & indulgentes vitijs. 113.2.c & seq.

Erat enim ventus contrarius illis. Quod ventus contrarius Ecclesiæ sit hæresis, Aquilonis nomine designata, quasve cum ipso Aquilone habeat congruentias. 716.1.c & seq.

Quòd ventus contrarius animabus, quæ verè laborant in mari huius mundi in remigando, & indulgendo mundanis, sit peccatum, instar Aquilonis frigidissimum, & vehementissimum. ibid. d & seq.

Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulãs super mare & volebat præterire eos.

Quomodo veniat Christus in animas laborantes in mari huius mundi, quantave cum celeritate. 335.2.a & sequen.

Quomodo idem veniat in Ecclesiam laborantem, 334.1.c & seq.

Quomodo ambulare dicatur supra mare huius mũdi, alia explicatur metaphora ambulãtis, ac discindentis retia, & laqueos eiusdem, 348.1. d & 349.1.c & seq.

At illi vt viderunt eum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerũt: omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt.

Quòd Christus aspectu suo immittat aliquãdo tribulationes. 95.1.a & seq.

Quòd tribulationes ipsæ nos conturbant instar phantasmatis, atque vmbræ. ibid. b & seq.

Et statim locutus est eis. &c. et ascẽdit ad illos in nauim. Christus in animam veniens, prius loquitur per sanctas inspirationes, tum salit in eam, ac demum incredibilem illi ingerit exultationem, 335.2.a & sequen.

Confidite, ego sum, nolite timere. De fiducia; quid sit: & quòd sit instar tignorum domus. 244. 1. e & sequ.

Et cessauit ventus. Quòd ad Christi præsentiam vniuersũ cessent labores, quibus defatigari solemus in exercitiis spiritualibus, 234.1. c & seq.

Et plus magis intra se stupebant, &c. erat enim cor eorũ obsecatum.

Quòd necesse sit, vt amor præcedat, quò quempiã dignoscere possimus ex facie, vel ex voce. 149.1.a & sequ.

Cùmque egressi essent de naui, continuo cognouerunt eum

Vt Christum dignoscamus studendum, vt egrediamur ab ignorantia rerum fidei. 149.1.d & seq.

Quanto studio impedire nitatur Diabolus egressum nostrum. 152.1.a & seq.

Vide de hoc egressu plura in feria 5. Dominicæ primæ Quadrag.

Et deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum salui fiebant.

Quòd vel exiguo fimbriæ tactu vulneratus Christus, vt Deus gratiam ex se effunderet salutis. 641.2.b & seq.

21 In Euangelium Dominicæ primæ Quadragesimæ.

Ductus est Iesus à Spiritu. Quòd fidelium, iustorumque ductor sit Spiritus sanctus, qui & eorumdem vexillum. 296.2.b & seq.

Quod idem sit ductor ad bene operandum, qui æ-nus instar Austri calefacit charitatis æstu. 721.1, b & seq.

In desertum. Desertus, & re vera solitudo, per quam ascendit pia anima, quinam sit. 466.1.a & seq.

Quomodo in hoc deserto eadem anima ascendat simul, & maneat. ibid. c & seq.

Quòd in eo Anima ipsa impellitur ad Dominum à Spiritu, 467.1.c

Christus in desertum ductus est à spiritu, cùm ad prædicationem se accingeret, vt boni edocerẽtur Ecclesiæ Prædicatores, quid ante prædicationem facere deberent, quęrentes solitudinem instar turturis. 118.2.c

Quàm rectè iidem ad id ipsum comparentur colũbæ agresti. 589.1.a & seq. & ibid. d

Quòd è contemplatione surgendum eis sit ad prædicationem, 808.2.c & seq.

Mortificationem, quàm aliis prædicaturi sunt, in suo exhibent corpore. 809.1.d & sequ.

Vt tentaretur à Diabolo. Inter tentationes iustus est sicut lilium inter spinas. 267.2.a

Aduersus Diaboli tentationes quàm vigilantes sint iusti 487.1.c & sequent.

Tentationum duplex esse genus, quæve sint diabolicæ. 365.1.e & seq.

Diabolus modis omnibus obesse nititur, idenque dicitur & sol calidissimus. 145.2.b & seq. & Aquilo frigidissimus. 722.2.b & 723.1.e

Quò eius insidias vitare possimus implorandum Dei auxilium. 145.2.b

Quam violenter irrumpat in animã. 774.1.e & seq.

Et accedens tentator. Quòd diabolus rectè dicitur tẽtator, dum accedit: quia semper cum ad iustum accedit, ad pugnandum cum eo, & tentandam illius fortitudinem accedit. Dæmones iugiter pugnare cum anima. 118. 1.e

Quibus armis pugnare sint soliti, 115.1.c & seq.

Multò magis nobis vigilandum contra Diabolum dimicãtem, quàm Christo: quia Christum aggressus est bello tantum externo: nos verò etiam bello adoritur intestino passionum, atq. sẽsuum. Et quale sit istiusmodi prælium. ibid. & seq.

Sensuum victoria quàm metuenda, ibid. 2.c & seq.

Locus istius cum diabolo prælii, est mundus iste, qui deserti nomine rectè nuncupatur, 463.1.e

Equitatus, qui cum Diabolo pugnat, est ipsamet iusti anima. 163.1.c & sequen.

Præter armaturam sacræ scripturę, de qua infra notabitur; arma quibus aduersus tentationes omnes præliatur pia anima, sunt humilitas, & obedientia, 162.1.b & seq. & 2.d & seq. & 592.1. e

Auxiliarii milites sunt Angeli, qui adsunt animæ tentationibus agitatæ, vt ei opem ferãt, 484.2.d.e

De eorum fortitudine in recto vsu gladii. 483.1.e & sequ.

Quomodo pro anima tentata dimicent cum Dæmonibus. 484.1.e & seq.

Patrinus istius prælii pro anima, est spiritus sanctus qui præsens existens apparet, & non apparet, 157.1.d & seq.

Est & Christus, in cœlo stans paratus ad opem ferẽdam, 343.2.c & seq.

Et vt est in sanctissimo sacramento, 344.2.a.b

De tribus Diaboli tentationibus, quibus superatis Ecclesia, & pia anima coronatur, vt victoriam è bello reuehens, 625.1.c & seq.

Scriptum est, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Quod scriptura sacra sit omnis armatura fortium, 581.1.c

581.1.e & seque. quòd sit clypeus, & mille clypei, ibid.b & seq.
Verbum Dei cur dicatur gladius, quasve cum gladio habeat congruentias. 479.2.e & sequ.
Sacra scriptura quomodo sit & vbera, & propugnacula, è quibus militandum est, 1033.1.c & seq.
Quod sit aceruus tritici ad nutriendas animas, 924.1.b
Quòd eadem sit similis botris palmæ, & botris vuarum pro cibo, ac potu animarum, 943.2.c & seq.
Tunc assumpsit eum Diabolus, &c. & dixit ei, si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim, Quia Angel s suis, &c.
Quomodo & Diabolus, & hæretici ad eius imitationem confugiant ad sacras scripturas, vt ex illis dimicent, 239.2.e & seq.
Quàm grauis assidua, & periculosa sit hominibus bonis ista inanis gloriæ tentatio, 588.4.d & seq.
De Angelorum custodia plura habes in feria 6. tertiæ Dominicæ Quadrag. & in festo Angelorum Septembr. Vide in Indice rerum verb. *Angelus.*
Ait illi Iesus, rursum, scriptum est, non tentabis Dominum Deum.
De discretione in vita spirituali exercenda, quid sit qualis esse debeat, & quòd sit eminentior reliquis virtutibus. 930.1.b & seq.
Idipsum & de Prudentia pluribus explicatum habes, 550.1.b & seq.
Iterum assumpsit eum Diabolus in montē excelsum valde, &c. & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.
Idololatriam ex visione creaturarum ortū habuisse, quamve rectè ea comparetur rori, quo repletū dicitur veræ diuinitatis caput, 778.1.a & seq.
Tūc dicit ei Iesus, Vade Sathana: scriptum est enim; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.
Quàm rectè verbis hisce, Vade Sathana, secura designetur Diaboli fugatio, quam subiecto Dei nomine fecit Iesus. Cùm nomen ipsum Dei tetragrammaton, quòd pronuntiatur, cùm dicitur, *Dominū tuum adorabis*: nedum pro mille clypeis deseruiat, sed & panoplia sit, omnisve armatura fortiū, 582.1.a & seq.
Quòd qui est Deus omnium ab vnaquaque pia anima adorandus sit, vt Dominus Deus eius solius: quatenus ille ita ipsam diligit, ac si eius solius esset, 417.1.c & seq. & quatenus illi soli quodammodo se exhibuerit, atque etiam subiecerit, 957.2.c & seq. & 958.1.e & seq.
Quòd vnaquæque anima vni soli Deo seruire, eumdemque solum diligere debeat. Quia mundus vniuersus non est dignus, qui ab ea ametur, cùm non sit proportionatum ipsius obiectum, 416.2.d & se.
Quomodo totus piæ animæ amor in vnum eleuetur Deum, ibid.e & seq.

22 In Euangelium feriæ 2. Dominicæ primæ Quadrag.

Cum uenerit filius hominis in maiestate sua. In die iudicii Christus se exhibebit vt iudicem, & vt sponsū. 1028.1.c
Quòd Christus ipse de eodem iudicii die pro nobis sit maximè sollicitus, 1028.1.a & seq.
Quàm ardenter eumdem diem optet Ecclesia, 1051.2.e & sequen.
Quomodo illum exposcunt iusti. 425.1.e & seq.
Et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hœdis.
Quàm rectè Christo venienti ad iudicium competat Pastoris nomen. 416.1.b & sequen.
Ex sanctarum ouium puritate, & sanctitate adiici quodammodo gloriam Christo, 415.2.b
Hœdorum metaphora quàm rectè designentur iniqui, 150.1.c & 151.1.b
Et statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris.
Quia per Dei dexteram designantur præmia, per sinistram verò supplicia, 319.2.c & seq. Et quia iustis prouiderat Deus de æternis bonis designatis per dexteram: iniquis verò de bonis terrenis, & tēporalibus designatis per sinistram, cùm in mūdo viuerent, 319.1.a & sequ. & 317.2.b & sequ.
Tempus istiusmodi segregationis iustorum ab impiis dictum tempus putationis, 371.2.d
Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt, venite benedicti, &c. possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.
De hac inuitatione ad cœleste regnum, vt ad conuiuium, 760.1.c & seq. & 763.2.c
Quòd Christus vt homo fuerit Ecclesiæ Rex, & caput, 505.2.c & 833.2.b & 62.1.a & 64.1.a
Quàm rectè iusti, vt oues à dextris segregati ad cælorum vocentur regnum, vbi & pastus est meridianus, 134.1.d sed longius. 128.2.d & seq.
Quòd in die iudicii iusti adibunt cælestem hæreditatem, vt sponsæ, 1029.1.d
In eo regno cantabitur perpetuo canticum benedictionis, 1051.2.d & seq.
Quàm rectè pia anima appellet hoc regnum domū matris, potius quàm patris sui, 457.2.d
Cū à Xpo iusti hic vocentur, & introducātur in cœleste regnum quomodo pia anima dicat se Christum ipsum in illud introducturam. 457.1.a & se.
Regnum cæleste quàm rectè appellatum cellaria. 65 1.a & sequen.
Quomodo dictum est cella vinaria, 389.1.a
Quòd adiustos Christus in die iudicii conuertetur, quia illi in hac vita conuersi fuere ad eum per bona opera, 959.2.a
Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, &c.
Cur in die iudicii propter opera misericordiæ detur regnum cœlorum, 1022.2.b & seq. vbi explicatur locus iste. Et cur nulla hic fiat mentio tolerantiæ passionum, & ærumnarum propter Deum, qd est multò præstantius dictis operibus, Vide ibi.
Quòd dum redditur præmium cælestis regni pro operibus misericordiæ, datur & pro omnibus virtutibus, quatenus misericordia est aggregatio virtutum omnium, ideoque dicitur iustitia. 71.2.c & sequenti.
Et quo eadem est præstantior omnibus virtutibus, 655.2.a & sequen.
Et est vnguentum fragrantius omnibus virtutibus 660.1.a
Vide plura de hisce misericordiæ operibus in Indice rerum verb. *Misericordiæ opera.*
Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.
Quòd cum pascuntur pauperes, pascatur Christus, 734.2.a & 753.1.c
Tunc dicet his, qui à sinistris erunt, Discedite a me, &c.
In die iudicii damnati non dicuntur aunichilari sed inclinari cum potestatibus tenebrarum, & cur 421.1.c
Amaritudo cruciatuum inferni qualis, 612.1.b & 1012.1.b

23 In Euangelium feriæ 3. Dominicæ primæ Quadrag.

Cum intrasset Iesus Ierusalem commota est vniuersa ciuitas,

ubi ei, dicens, quis est hic?
Christum esse osculum Verbi assumentis carnem, 7.1.a & sequ,
Esse os Dei, 13. 2, a Esse vnguentum compositum, 44.1.d Vnguentum effusum, 44. 1, e Vnguentum exinanitum. 44.2.d
Esse nedum solem, sed ipsammet lucem, 123.2.e
Esse botrum balsami, vt est Deus, & homo, 202.2.b
Esse ipsammet gratiam, ipsamque virtutem & sanctitatem, 35.1.d & 195,1.c
De gratiarum, ac virtutum eius excellentia plurib. agitur, 34.1.b & seq. & 202.2.b & seq.
Qua ratione Christus dicetur à virtute dilectus, 75.3.d & seq.
Gratias, & virtutes Christi fuisse eius cincinnos nũquam ab ipso præcisos, 783.2.c
Quidquid eius est esse virtutem, 420.1.d
Quomodo idem fuerit flos campi, 250.2.d & sequ, & 255.2.d & 256.1.d & seq.
Quomodo fuerit lilium conuallium, 252. 1. b & seq. 255.1.b & sequent,
Qua ratione sit fraternus & fratuelis Ecclesiæ, 195 1.a & 199.1.b
Quòd sit cor, & caput Ecclesiæ, 599. 1. b Quòd sit cor Dei, 645.2.c
Quòd sit & cor, & brachium Ecclesiastici corporis 1000.1.c & seq.
Cur appellatus dilectus ex dilecto, 827.1.e
Cur dictus electus ex millibus, 831.1.e
Est luna, & sol. 894.1.d
Eius celsitudo qualis, 860.2.e & 861.2.b
Assimilatus est templo Salomonis, 861.1. d. omnis eius actus fuit Patri sacrificium, ibid. 2.a
Angelis præstantior prædicatus, 271.2.b & 275. 1, e nec non & quibuscunque fortibus, 269. 1. b & seq. Et omnibus hominibus, 274.2.c & 375.2.a
Populi autem dicebant: Hic est Iesus Propheta, à Nazaret Galilææ.
Duobus nominibus hisce *Iesus*, &, *Propheta*, plenissimè illi satisfactum est admirationi simul, ac interrogationi. *Quis est hic?* Cùm enim in textu Græco ad nomen Prophetæ adiectum reperiatur articulus designãs singularem illum Prophetam, quẽ per Moysem pollicitus est Dominus in lib. Deuteron. cap. 18. Messiam, & Christum promittens, planè apparet, tantundem esse, *Hic est Iesus Propheta ille*, ac Hic est Iesus Christus, atque Messias, per quæ duo nomina explicatur id omne, quod de isto Domino dici posset, prout videre potes in Indice rerum, verb. *Iesu nomen*, & verb. *Christi nomen*.
Iesus autem dixit eis, Vtique nunquam legistis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.
De duplici paruulorum, & infantiũ genere, 19. 2.a
Quòd Dei laus perficiatur ex ore infantium, & lactentium: quia iis, qui simplicitate, & humilitate, sint paruuli, vera exhibeatur Dei sapientia, quæ ideo vberum nomine nuncupatur. 17, 1. d & seq.
Quomodo & per simplices, humiles, & ineruditos Apostolos perfecta sit Christi laus, cùm per illos prædicatum est Euangelium, 463.2.c & seq.

24 In Euangelium feriæ 4 Dominicæ primæ Quadragesimæ.

Accesserunt ad Iesum scribæ, & Pharisæi, dicentes, Magister, volumus à te signum videre.
Ponderans primò verbi, *Volumus*, arrogãtiam, agere potes de prauitate, & damnis propriæ voluntatis. Quòd illi inhærens sit expers omnis quietis, 436.1.b & sequent,
Quòd eadem sit causa omnis inquietudinis, omnis ve mali, ibid. e & sequen,
Quòd scribæ dicentes, *Volumus à te signum videre*, indicarint causam incredulitatis suæ ad doctrinã Christi, & ad tot, quæ à Christo facta viderẽt miracula, fuisse propriam ipsorum volũtatem. Cùm voluntas propria sit paries occludens aditũ Deo, 344.2.a & seq.
Impediatque ne Deus præsens videatur. 431.2.a & sequen.
Hos scribas imitantur, qui ad exercitia propriæ suę voluntatis, vt ad lectulum floridum Deum trahere volunt. 237.2.c
Quamquam & alteram quoque assignare liceat eorumdem Scribarum incredulitatis rationẽ: Quia non habebant cor intelligens. Neque enim ad bonum fidei assensum sufficiens est intellectus, sed necessarium est adsit & cor, charitate succensum, 400.1.a & seq. & 217.2.c & seq. & 69.2.e
Quòd in rebus fidei voluntas præcedere debeat intellectum, 149.2.a
Potes hic perpendere triplicem fidei actum, iuxta triplicem modum credendi, 454.1.a & seq.
Qui respondens ait illis: Generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei.
Ex hisce responsionis Domini verbis apparet Dominum aduersus prædictos Scribas, & Pharisæos fuisse indignatum, triplicemque eius indignationis fuisse causam. Primam, quia prauo illi in ea petitione circuirent itinere, ideoque respõdẽs ad eorum verbum, *Volumus*, dicit illos *Generationem prauam*.
Quòd voluntatem propriam sequentes circuant, prauoque incedant itinere, 436.2.a & sequ.
Ratio secunda indicatur per id, quod dicti sunt, *Generatio adultera*, quòd instar adulteræ, quæ tametsi extrinsecus virum suum diligere obseruare, se fingit, totam tamen dilectionem suam in alium directam habet amasium, cordeq; à suo ipso aliena est coniuge. Ita scribæ illi tametsi fictè Christũ obseruare, & diligere viderẽtur, dum illum appellarunt, *Magistrum*, corde tamen ab illo maximè erant alieni.
Vide & quomodo animæ, quæ voluptatibus indulgent, assimilentur adulteris, & meretricibus, 144. 1.b & sequ.
Rationem tertiam indicat Dominus verbis iis, *Signum quærit*. Est autem ratio hæc triplex. Indignatum enim se esse innuit contra illos, quòd simpliciter non crederent doctrinæ ipsius, cùm doctrina illa esset diuina, & cælestis, 20.1.a & seq. essetque per se clarissima, 135.2.d
Secundò, quia signorum euidẽtiam in eadem quærerent doctrina, cum fide doctrina certissima habenda sit absque tali euidentia, ita vt intellectus quærens euidentiam in credendis summam habeat inquietitudinem, vt habes, 434.2.a & seq. & 429.1.a & seq.
Tertio, quia non crederent tot signis, ac miraculis, quæ quotidie ab ipso fieri conspiciebant: cum illa & perfectissima essent, 851.1.d & diuinam potestatem indicantia, ibid. 2.a & 804.1.e cumque per eorumdem notitiam trahantur infideles quique, 59.2.a
Et signũ nõ dabitur ei. Negat Christus se daturũ signũ ad voluntatem Scribarum, & Pharisæorum, quia signa faciebat tantum, quæ redundarent in gloriam Patris sui, quẽ summopere diligebat. 512.2.e
Nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti. &c.
Quod passiones in Christo fuerint magis admirabiles,

biles, quam quodlibet aliud in ipso, vel ab ipso factum, 197.1.c & seq.

Quòd Christus vt botrus Cypri passione, & c resurrectione sua exciter ad pœnitentiam, 209. 1.a & sequenti.

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris quærentes loqui ei.

Quantam dulcedinem Maria perciperet ex Christo, 285.1.c & seq. & 860.2.c

Quàm suauis eidem essent Christi aspectus, ac verba, 863.2.a & seq.

Quomodo Christum quæsierit, & non inuenerit, postquam is prædicare cœpit, 440.2.c & 433.2.d

Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

Quòd volūtas propria sit forma, qua quisque suus est, & non Dei, 457.2.c & seq.

Quòd per adimpletionem volūtatis Dei anima fiat Dei & frater, & soror, & mater, cùm per talem adimpletionem Deus in illa formetur, 457.2.c & seq.

De obedientia agere si hic velis, vide de ea plurima in Indice rerum, verb. *Obedientia*.

25 In Euangelium feriæ 5. post Dominic. primam Quadrag.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis.

De Christi egressu è sinu Patris per Incarnationem Vide notata in principium Euāgeli Dominicæ Septuagesimæ.

Qualia extiterint Christi itinera, 858.1.d & seq.

Et ecce mulier Chananea egressa à finibus illis clamabat

Quomodo accedenti ad orationem, & contemplationem egrediendum sit, 518.1.a & seq. & 522.1.c & sequ.

Quomodo egrediendum presertim in rebus fidei, 518.2.d & seq. & 149.1.c & seq.

De egressu animæ à peccatis per cōuersionem, 816 2.d & seq. & 818.1.a & seq.

De egressu eiusdem ad perfectiora, ibid. 2.c

De egressu gentilium ad Idololatria ab Christum 816.2.c & seq.

De egressu animæ à finibus peccati, 810.1.a & seq. & 2.b & seq. Ab occasionibus peccati, 368.1.a

De egressu animæ ab ignorantia rerū fidei, 149.1.c

De egressu eiusdem ab ignorantia sui ipsius, 154. 1.a & seq.

Quòd Diabolus omni conatu nitatur impedire animæ egressum, 152.1.a & seq.

Clamauit dicens ei, Miserere mei, Domine fili David, filia mea male à Dæmonio vexatur. Potes hinc colligere, quàm verum sit, quòd ad ignē tribulationū iusti stillant aquas orationis, vt flores stillāt aquas odoratas, 254.1.b & seq. Quodve augetur per easdem calor Spiritus sancti, ita vt largius fluant aromata lachrimarum, 722.1.c & seq. Et quòd per illas trahimur à Deo, 58.2.e

Ponderans, quòd nō ait, *Miserere filiæ meæ*, sed, *mei*, sicut & infra, *Adiuua me*: nota, quomodo in sua oratione præmittat charitatem, quæ facit omnia cōmunia. Idvè, quia charitas sit vexillum in acie virtutum, 294.2.d & seq. Quia charitate trahitur ad nos Deus, 56.1.a & seque. 58.1.a & 824.1.b & quia vbera charitatis sint validissimę turres animæ orantis, 1040.1.a

Ponderans, quòd in verbo, *Miserere*, præmisit fidē ostende, quòd fides præcedere debet charitatem ipsam, 46.1.d

Quod eadem sit facies animæ, 400.1.a *ostende mihi faciem tuam*, primò: tum sonet vox, &c.

Quòd sit & murus & pectus animæ, Deo opponendum in oratione, 1033.2.c

Miserere mei Domine, fili David. Pondera, quàm perfecta fuerit ista Chananeæ fides, qua Iesum professa est Deum, cum illum dixit Dominum; & hominem, appellans eum filium David, quo simul illum verum protestata est Messiam. Quàm Deo sit grata confessio diuinitatis, & humanitatis Christi, 471.1.a

Filia mea malè à Dæmonio vexatur. Quòd aliorum orationes pro nobis magnifacere debemus, 824. 1.a & 825.1.a & sequen.

Qualis esse debeat oratio, vt proficua sit, 560.2.a & sequenti.

Qui non respondit ei verbum. Quod Deus differt aliquando audire orationes piæ animæ ob fiduciam quam in illa habet, 644.2.c

Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes, Dimitte eam, quia clamat post nos.

Quòd non tam aliorum orationi, quàm nostræ sit fidendum, 580.1.a & sequen.

Ipse autem respondens ait, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.

Quòd propriæ Christi oues fuerint Iudæi, & quomodo eæ dispersæ sint, 422.2.a & seq.

Quòd eorum Synagoga fuerit vinea pacifici in ea, quæ habet populos, 1048.1.a

Quòd ei, vt vineę peculiari Deus prouiderit de olbus, 405.2.e & seq.

Iudæorum conuersionē quàm ardenter optet Christus. 981.1.b

At illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine adiuua me.

Quòd orationis assiduitate teneatur Deus, quasi lucta quadam, 459.2.b & sequ.

De oratione si velis agere vide plurima in Indice rerum, verb. *Oratio*.

Qui respondens ait, Non est bonum sumere panem filiorum, & dare eum canibus.

Cur aliquando Deus non exaudiat orationes, 818.2.d

Quomodo eas semper exaudiat, 559.2.a & seq.

Quòd oratio nutriat, 668.1.b

At illa dixit: Etiam Domine, nam & catelli comedūt, de micis, quæ cadunt, &c.

Quòd oratio humilis quādo magis demittitur, magis ascendat, & quomodo, 186.2.d & seq.

Quòd Deo sit munus maximè gratum, 187.1.c & & sequen.

Quòd per eam impetrentur diuinæ gratiæ, 673. 2.b & seq.

De humilitate agere si velis vide in Indice rerum, verb. *Humilitas*.

Tunc respondens Iesus ait illi, O mulier magna est fides tua.

Quàm magnæ sint nostrę fidei vires apud Deum, 882.1.c & seq.

Quomodo eius vires tantę sint, vt vulnerent cor Dei, 640.2.c & seq.

Quale sit istiusmodi vulnus, & quomodo fiat, 641. 1.c & seq. & 642.1.a & seq.

Fidei oculo qua ratione pia anima vulneret cor Dei, à Deo priùs vulnerata, & quomodo inuicem hæc renouent vulnera, 642.2.a & seq.

De fide si volueris agere vide in Indice rerum, verb. *fides*.

Fiat tibi sicut vis, & sanata est filia eius ex illa hora. Ita Matthæus referens hæc ad vires fidei. Marcus tamen cùm pro hisce, ita habeat. *Propter hunc sermonem vade; exiit dæmonium à filia tua*: videtur eadem referre ad vires humilitatis, quam dudū Cananea

nanea exhibuerat afferens se catellam; atque humilis orationis.
Quomodo fide rapiat pia anima cor Dei, 643. 1. d & sequent.
Quomodo auferri dicatur à Deo cor voluntatis ipsius & detur illi voluntas nostra, 637.2.c & seq.
Quòd oratio bona habeat vim immutandi sermonem Deo. 954.2.b & sequ.
Quòd suscitet Deum quasi dormientem, ibid. e
Quod humilitatis actus sit oratio efficacissima, 669 2.b & seq.
Quòd & actus fidei sit efficacissima oratio, ibidem c & seq.
Quæ dicuntur de vulnere inflicto per obedientiam Christo, atque Deo, congruunt etiam & humilitati, quæ ex sententia multorum Patrum designatur vno illo crine colli sponsæ, Ideo videre potes 643.1.a & seq.

36 In Euangelium feriæ 6. quatuor Temporum Quadrag.

Est autem Ierosolymis probatica piscina quinque porticus habens.

Cum iuxta Hieronymi sententiam communiter receptã, hæc piscina deseruiret ad abluenda sacrificia, atque adeo ex eorum sanguine illius aquæ rubeæ essent, in quibus ægroti sanabantur ex quacũque infirmitate. Potes hic agere de sacramento baptismi, cuius illa extitit typus.
Quomodo in baptismo abluti sanguine Christi dicantur lacte loti, 839.2.d
Quod baptismus sit similitudo mortis & sepulturæ Christi, 707.2.b & sequ.
Quod ad illũ baptizandus accedere debeat, & haurire aquam, 708.1.c & seq.
Quòd per illum Ecclesia sit similis curribus Pharaonis demersis in mari rubro, 167.1.c
Quod ex ipso, vt è libano fluant dona spiritus sancti, 713.1.c
In eo anima quomodo induatur simul, ac exuatur, 793.2.a & seq.
Per quinque huius piscinæ, atque baptismi porticus intelligere potes quinque vulnera Christi, in quæ detinere se debent, & confugere, qui baptismi aquis sunt abluendi.
De quibus quinque vulneribus, vt de foraminibus petræ, & cauerna maceriæ plura habes, 389.1.c & seq. & 394.1.b & seq. & 396.1.b & seq.
Cùm Piscinæ, de qua hic agitur, nomen Bethesda duobus modis interpretetur, nempe domus effusionis, & domus benignitatis, & quinq. porticus habuisse dicatur, in quos confugerent, & in quib. detinerentur ægroti ab æstibus Solis tuti, atque ab imbribus: non incongruè per eam intelligere posses Religionem, seu monasterium, & Religiosorum claustra. Cùm
Religio ipsa sit domus benignitatis, & charitatis, vt habes 290.col.3.d
Eiusque claustra sint montes Conuallium, & aromatum, 423.1.c in quæ effunduntur aquæ diuinarũ gratiarum, iuxta illud psalmi 103. Qui emittis fontes in conuallibus, & in quibus effunditur aromatum, & virtutum odor.
Sintve & foramina petræ tutissima, 393.1.a & seq.
Per quinque huius pescinæ, & Religionis porticus quinque intelligere potes præcipuas virtutes, quę maximè cuilibet necessariæ sunt Religioso: porticus medios dices esse tres illas, quarum emittuntur vota, paupertatem, obedientiam, & cõtinẽtiã; porticũ à dextris primũ, virtutẽ studiũq. charitatis: & porticum quintum à sinistris, orationem de quorum singulis aliquid tangere tibi licet, ac primum.
De tribus Religionis votis in genere, vt habes 173. 1.d & sequen.
De paupertate. Quomodo ob illam Religiosi sint comæ Christi, 937.2.e
Habes autem pluribus explicatum, quàm rectè religiosi ipsi comæ dicantur, atque capilli. 538. 1.b & sequent.
Quod istiusmodi comæ sint & purpura, quodvè religiosa paupertas Reges efficiat, 935.2.d & seq.
De obedientia plurima colligas ex Indice rerũ, verb. *Obedientia.* Vide autem pro nunc.
Quomodo cùm Religiosi obedientiam exhibent, semper habeant Christum comitem, & impulsorem, 538.1.d & seq.
De corumdem obedientię vi. 636.2.d & seq.
Quanti eam faciat Deus, 637.1.b & seq.
De continentia, & castitate. Plurima colliges ex Indice rerum, verb. *Virginitas.* Vide autem pręsertim 170.1.a & seq. & 653.1.a & seq.
De charitate præter multa, quæ colliges ex Indice rerum, verb. *Charitas.*
Quod propter summam charitatis vnionem, Religio sit optimum exemplar cœlestis Patriæ, 263.1. b & seq. & 289.col.4.c & seq.
Quod admittens quempiam ad Religionis statum Deus instruat super illum aciem charitatis, 300.2. b Quòdve in Religione augeatur charitas, 301.1.a
Quòd amor, non habitus faciat religiosum, 289. col.3.b
Quòd Religionis habitus amorem præseferre debet ibidem, e
Quòd Religiosi per vnionem Spiritus feriant cor Dei. 636.1.a & seq.
Quod eorum concors habitatio sit suauis, & decora, 879.2.e
Quòd ob eamdem charitatem Religiosi diuersorũ ordinum sint vnum quid 540.1.a
De oratione demum Religioni maximè necessaria plurima colliges ex Indice rerum, verb. *Oratio.* Vide autem in primis, quàm rectè propter orationẽ & contemplationem Religio ipsa dicatur domus vini. 289.col.4.1.a & 288.col.2.b
Religio quantam cum contemplatione habeat connexionem. 538.2.d
Plurima autem de contemplatiuis intra velum studium exercentibus contemplationis, 530.2.b
De orationis speciebus tribus vide plura. 677. 1.e & sequen.

Erat autem homo quidam ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

Potes hic agere de patientia in tribulationibus: tũ de desiderio, & tertio de spe salutis obtinenda à peccatore: Hisce enim tribus tot annis ægrotus ille in piscina illa detentus est.
De tribulationibus. Quòd eæ inhæserant Ecclesiæ à peccato Adæ. 79.1.e
Quomodo in tribulationum tolerantia anima obduratur, 97.1.d & seq.
Quòd eorũ causa sit nostrũ corpus peccati, 95.2.a & sequenti.
Quomodo per tribulationes probentur homines, 497.2.c & seq.
Vide plurima in Indice rerum, verb. *Tribulationes.*
De desiderio sanitatis Paralytici. Quòd istiusmodi desiderium tantum extiterit, quantum in illo fuit amor sanitatis, 11.2.e
Quomodo in iustificatione peccatoris præcedat

Dei

Dei,& salutis desiderium in anima,180.2.a & seq. vbi distinguitur quadruplex Dei desiderium.
Quòd bonum desiderium potest esse fructuosum, & infructuosum,879.2.c & seq.
Idem quomodo dicatur parturire,vt flos fructum 880.1.a & seq.
Hunc cum vidisset Iesus. Quòd Christi aspectus penetret intima peccatoris,345.1.a & seq.
Quomodo idem sit perfectiuus,94.2. b & sequ.& 364.1.b & sequ.
Christi respectum sequi vocem,& amorem,358.2. e & sequen.
Dicit ei,vis sanus fieri? Quomodo aspiciens Christus peccatorem cum illuminet,illumve simul alloquatur per inspirationes.336.1.d & seq.
Hanc Christus illi fecit interrogationem, quia id eius est moris,vt iustificaturus peccatorem illo id faciat assentiente,774.1.c & seq.
Secundò,vt exprimente ipso ingentem auxilii egestatem forinam eius intelligeremus salutis desiderium,277.2.b & seq.
Tertiò,vt ingens illius non fieret patientia cum reliquis iuncta virtutibus,740.1.d
Gaudet quippe Christus videns animam in tribulatione patientem,750.1.b.
Quòd in tribulationibus Christus sponsetur cum anima,532.1.c & seq.
Dicit ei Iesus,surge,&c.& statim sanus factus est homo ille,& sustulit,&c.
Quòd labia,& manus in Domino idem sint.850.1. b & sequenti.
Quòd opera Domini sint veluti annuli aurei in manibus eius,ibid.c & seq.
Quòd opera Christi fuerint omnia perfectissima, 851.1.d & seq.
Indicabant diuinam potestatem,ibid.2.a & seq.
Dicebant ergo Iudæi illi,&c.Sabbathum est,non licet tibi tollere,&c. De abrogatione legis Mosaicæ quoad ceremonialia,160.1.a & seq.
Ecce sanus factus es,iam noli peccare,ne deterius tibi contingat.
Quam sit cauenda recidiuatio in peccatis.794.1.a & seq.Ibid.2.d

27 In Euangelium Sabbathi quatuor temporum Quadrag.

Et transfiguratus est ante eos. Distingue transfigurationem in quinque modos.
De transfiguratione prima animæ à figura, & similitudine Dei ad figuram Diaboli.
Quòd Transfiguratio ista facta sit à sole concupiscentiæ,ipsam decolorante animam,98.1.b & seq.
Quomodo eadem facta sit à sensibus,114.2.b & sequenti.
Qualis sit nigredo,& turpitudo imaginis,& figuræ Diaboli, in quàm transfiguratur Anima per peccatum,85.1.a & sequen.
De transfiguratione secunda,quæ est Christi à figura substantiæ Dei ad figuram peccatoris, 588.1.a & seq.& 587.2.c & seq.
Quomodo peccatoris figuram sumpserit Christus & factus dicatur peccatum,828.2.c & sequen.& 830 2.b & seq.
Quomodo in Passione dictus fuerit sine decore, & quasi absconditus vultus eius,839.2.a & seq.
De transfiguratione tertia,item Christi de figura peccatoris sine decore,ad figuram gloriosæ beatitudinis,seu corporis gloriosi, de qua in præsenti Euang. Vide quæ dicuntur de Christi pulchritudine,& decore,235.1.c & seq.
Quòd in Christi humanitate elucebant indicia diuinitatis.855.2.e
Quòd eadem humanitas decorarit quodammodo diuinitatem,830.1.b
In Christo fuisse illud omne,quod recreare potest, 860.2.d & seq.
De pulchritudine Dei plura habes 225. 1. d & sequenti.
De transfiguratione quarta,quæ est animæ à figura Diaboli ad figuram Christi,& Dei. Quòd iusti anima transformetur suscipiens in se figuram Dei, veluti in speculo,225.2.d & sequen.& 873. 2.a & 403.2.c & seq.
Eadem per propinquitatem,ad Deum est tota pulchra,621.2.b & 623.1.b
Et quòd Christus habitet in ea,86.2.e & seq.
Est spectaculum sanctitatis,905.2.c
Est pulchra sicut cœlum.85.2.a & sicut Angeli,ibidem c & seque.
Quomodo ob insignem pulchritudinem suam sit ipsimet Deo suauis,876.2.e & seq.
Istam transfigurationem animæ fieri potissimum per imitationem Christi crucifixi,in quo ille exhibitus est excessus,de quo dicitur in Euangelio, *Et loquebantur de excessu*.1002.2.d & sequent. & ibid. 2.a b,c & sequen.
Eandem transfigurationem Christus docuit fieri in monte excelso seorsum,nempe in studio meditationis,quòd & collis est,& mons excelsus,615. 2.e & sequen.
In dicto studio meditationis quomodo anima totam se Deo dedet,969.2.d & seq.
Quibus decoretur virtutibus.970.1.b & seq.
Qua exornetur charitate,ibid.d & seq.
Quomodo studium istud meditationis nedum sit mons excelsus, sed & sit seorsum, in quo anima ipsa ascendit semper magis, 466.1.a & seq.
In hoc studio introduci aliquando piam animam in cœlum.66.2.b
Quomodo in eo liceat animæ excauare cauernas in cœli maceria,397.1.c & seq.
De Transfiguratione quinta, quæ est totius compositi,animæ nimirum,& corporis à figura miseriis cooperta ad figuram gloriosam.
Quòd anima glorificata sit tota pulchra,& sine macula.621.1.c
Illam cælos ascendentem mirantur Angeli,895.2.e & 993.1.c
Ea in cælos tendente videntur speciosæ præliorum victoriæ.912.1.a
Quòd beati pascantur visione aliorum beatorum, 129.1.b & seq.

28 In Euangelium Dominicæ secundæ Quadrag.

Assumpsit Iesus Petrum,& Iacobum,& Ioannem fratrem eius,& duxit illos,&c.
Cum per montem istum designetur studium Contemplationis, vt probatum habes in Sabbatho præcedenti, & studium orationis, vt colligitur ex Euangel.Luca.9.28.vbi dicitur Iesus ascendisse in montem,vt oraret,tractare potes.
Quomodo Iesus in tres contemplationis vias introducat animas,deque singulis earum. 63. 1.c & sequen.
Quod in dicto studio Deus eleuat supra animam vexillum charitatis,299.2.b
De iis,qui in istiusmodi monte assumpti sunt,deq; con-

c

contemplatiuis plurima videre potes in Indice rerum, verb. *Contemplatiui*, sed præcipuè, 530.2.b & seq, vsque ad 532.1.e Vide & 533.1.c & seque.

Contemplationis quanta sit vis.639.1.d & seq.

Contemplatiuis quomodo cor Dei vulneretur, 637 2.a & seq. Quomodo in iisdem excitetur cor Dei, 638.1.b & seq.

Et transfiguratus est ante eos. Vide in Sabbatho præcedenti de quintuplici trāsfiguratione Cur in mōte Iesus sit transfiguratus ex Origene, 340. 2. c & sequent.

De ecstasi quid sit.815.2.a & 654.2.c & sequen.

Quòd ea sequatur ebrietatem Spiritus.870. 2. b & 761.2.b & sequen. Vbi habes & quid sit ebrietas spiritus.

Liquefactionem idem esse, quod ecstasis, 815.2.b & seq.& 817.1.b & seq.& 818.1.c

Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

Christi corpori communicatum ab anima pulchritudinem, & decorem, gloriam, atque splendorem in transfiguratione, 243.2.d & seq.

Splendorem ac pulchritudinem idem esse, 226.1.b & sequent.

Candidum, atque splendens pro eodem sumi in sacris litteris, 828.2.a

De Christi vestimentis, decore, & fortitudine, 850, 2.d & seque.

Christum nedum esse Solem, sed esse ipsam lucem, 113.2.e

Quomodo per dilectionem anima contemplatiua transformetur in Deum, Vide in Sabbatho præcedenti, 634.1.e & seq.

Quòd intentione recta transformetur anima quodammodo in Spiritum sanctum, 289.2.a

Quòd per eamdem deprædemur quodammodo diuinam imaginem à Deo.220.1.a

Quid sit pulchritudo, 79.1.a & 223.2.a & 677.1.c

Pulchritudinem veram esse tantùm in Deo 191.1.a & 228.1.e

Animæ pulchritudinem nihil aliud esse, quàm sanctitatem & bonitatem, 214.2.e

Quàm diuersa sit pulchritudo animæ à pulchritudine sensibili corporis, 488.1.b

Quòd sicut interna animæ Christi pulchritudo, & gloria etia extrinsecus eluxit in eius corpore trāsfigurato: Ita & interna animæ transfiguratæ pulchritudo indicia sui exhibeat extrinsecus, 695.1.d & fusius, 212.2.e & seq.

Eamdem animam esse lilium puritate, quia proxima Christo, 264.1.b

Dici formosam quia tabernaculum Christi, & quia vestita Christo, 89.2.b

Quantùm honoris ei Christus exhibeat.63.2.a

Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes.

Quòd duo isti sancti apparuere, cùm manifestata est Christi gloria; quia ambo isti in veteri testamento digni facti sunt, qui gloriam Dei specularētur, opertis tamen oculis, quòd & sanctis quibusque contingit contemplatiuis, vt gloriam Dei speculentur velo operti, 531.1.d & seq.

Secundò apparuerunt iidem duo, quia & lex data per Moysem, & Prophetas, quorum præcipuus extitit Elias, testificare debebant de Christo, eiusue gloriam, & doctrinam cōfirmare, 349.2.b & seq.

Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. ex Luc.9.31.

Quòd passionis Christi consideratio cum meditatione futuræ gloriæ consolentur fideles in hac vita, 396.2.b

Quàm bonum in eadem experiantur Christum cōsolationibus reficientem, 870.2.d & seq.

In eadem piam animam accipere coronam sponsalitiæ dignitatis.628.1.c

Passio Christi quomodo nox serena, 783.2.c

Quomodo tunc Christus se exhibuerit vt lampadem, 1015.2.d

In eadem passione quomodo lætatus sit Christus, 523.1.d Exultasse, in ea dicitur, quia exultationē attulit mundo.737.1.a

Passionibus confectum Christum Angeli videre desiderant.225.1.b

Passiones ipsę sunt in illo magis admirabiles, quàm quodlibet aliud.197.1.c

In passione Christum se ostendisse eum florem, qui contineret omnium florum species, 251.2.c

Quòd mediis passionibus Christus gloriam obtinuerit æquè ac flos Sole, imbribusve florens, 250.2,b & sequenti.

De immenso charitatis excessu, quod à Christo exhibitum est in Passione, atque in cruce, 509.2.b & seq. In eadem quomodo Christus dicatur conuersus in ignem, ibidem. e Quomodo illius cor combustum sit igne charitatis, 510.1.e & seq.

In cruce Christum detulisse pro pompa charitatem 511.2.d & pro gloriosissimo titulo suo, ibid. e & pro præstantissimo Dei simulacro.512.1.a & seq.

Corpus Christi pendens in cruce quale extiterit simulacrum charitatis, 511.2.b & 512.2.c

De eodē charitatis Christi excessu plurima habes 1010.2.b & seq.& 1012.1.b & seq. & 2016.1.2 & sequenti.

Potes hic quoque agere de necessitate tribulationū quam habet anima trāsfigurata in Christum quā ve eædem illi sint gloriosæ. Qua ratione tribulationes ipsæ simul cum fœlicitatibus sint in vna, eademque anima.83.2.a

Eas esse dulcissimos fructus crucis Christi.375.2.b

Per illas communicari quodammodo à Deo animę beatitudinem, & participationem sui ipsius. 846.1.e Conferri eidem coronam, & regnum, 521.1.a & 2.e & seq.

Eas esse dulces, & gloriosas eidem animæ, quia in illis comitem habet Christum gloriosum, 750.1.c

Eas reddere animam pulchram, & iucundam.440.1.c & sequen.

Designatas eas esse nomine deliciarum, ibid.a & esse proprias iustorum, ibid.e

Respondens autem Petrus dixit ad Iesum. Domine bonū est nos hic esse: faciamus, &c.

Potes hic agere de consolationibus spiritualibus, & futuræ, & præsentis vitæ.

Quomodo ea differant ab inuicem, [illegible] & seqq. & 616.2.c

Consolationes cœlestis patriæ designatæ per pastū meridianum, 134.1.d

Quā magna sit cœlestis patriæ quies, & pax, 229.9.d

Delectationes animæ contemplatiuę quàm magnā vim habeant, 534.2.b

Earum tanta aliquando est vis, vt illas anima ferre nequeat, 883.2.b

Propter has delectationes idem studium dicatur cella vinaria.289.2.a & seq.

In oratione mentali quàm ingens sit dulcedinis copia, 667.2.e & seq.

In ea fit mutua communicatio spiritus inter Deum & animam, & quomodo, 670.1.e & 2. b & seque.

Eadem est primo dulcis in se ob dulcedinem à Deo deriuatam, cum dulcis est ipsi Deo.560.1.c

Quomodo ob dulcedinem sit sicut vinum optimū 954.1.a & sequen.

Dulcedo

Dulcedo lactis, quo Christus in oratione potatur, redundat in animam orantem, 978.1.b & seq.
Ipsæmet delectationes animæ contemplatiuæ sunt oratio efficacissima, 586.1.e
In studio contemplationis, & orationis haud requirendæ primo istiusmodi delectationes, sed Deus. 199.1.a
Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Quòd Christi vmbra haud obscura, sed lucidissima fuerit, 278.2.d & sequenti.
Per nubem istam obumbrantem intelligi pono spiritum sanctum, vt in hoc mysterio Transfigurationis tres personæ Sanctissimæ Trinitatis adfuerint. Christus vt filius, Pater loquens verba subsequentia, & spiritus sanctus in nube, 277.1.b & 278.2.a 285.2.d
Et ecce vox de nube dicens, Hic est filius meus dilectus.
Quomodo Christus sit à Patre dilectus. 7.1.c & seque. Dilecti nomen tripliciter accipi. Præfati. nu. 3
Idem cur dictus dilectus ex dilecto. 827.1.e
In quo mihi bene complacui. Quid sit Deo bene complacere, 875.1.c & seq.
In Christi humanitate quomodo requieuerit Deus 495.2.a & seq.
In eadem quomodo resederit Spiritus sanctus. 838 2.b & sequen. & 496.1.c & seq.
Ipsum audite. De obediẽtia Christo exhibẽda. Quòd ea sit eminentior omnibus virtutibus. 590.1.b & sequenti.
Quanti eam faciat Deus, 637.1.b & seq.
Obedientia præceptorum suorum Christus ipse pascitur inter lilia, 420.2.b
Præcepta ipsa quàm congruè designentur per curtus, 162.1.d
Vide plurima de hac materia in Indice rerum, verbo. *Obedientia*.

29 In Euangelium feriæ 2. Dominicæ secundæ Quadrag.

Ego vado. Quòd Christus propria voluntate & ad mortem recesserit, & ad immortalitatem, 617.2.a & sequen. & 618.1.b
Et quæretis me. Quanto studio quærendus sit Deus à nobis, 866.1.e & 439.2.b & sequen.
Quærendus non perfunctoriè, 822.2.c sed cum sedulitate, 433.1.b
Quærendus verecundè, & cautè. ibid.e.
Quærendus contra infirmitatem, & ignorantiam, ibidem.d
Istud quærere quàm magnum sit bonum, 433.1.c
Istud agere non posset anima, ni prius ipsa à Deo quæsita esset, ibid.2.a
Quærendus in Ecclesia. 440.1.c In sacra Scriptura, 435.1.d & seque. & 440.1.c
In cęlesti patria ibid. Intra nosmetipsos, ibid. 2.a examinando proprias conscientias, ibid.b
Quæredus item Deus in obseruatione, & per imitationem vestigiorum Christi, atque sanctorũ eius, 151.1.c & seque. & 152.1.c & seq.
Quomodo quærendus per fidem, 149.2.c & seq.
Quærens Deum quanto maiorem gratiam acquirit tantò magis accenditur ad quærendum, 439.2.d & sequen.
Quàm malè, & insipienter Deus quæratur in foro, & in plateis, 440.2.e & seq. vel apud homines seculi, 441.1.a vel in quibusque huius mundi reb. 437.2.a & seq. & 439.1.a
Quòd Iudæi quærentes Christum iusto iudicio vagi facti sunt super terrã. Quamvis id sit magna pœna, 142.1.b & sequenti.
Quòd qui in terrenis voluptatib. Christum quęrũt eadem vagationis pæna puniantur, 142.2.d & seq.
Qui tamen est in gratia, vagari non potest, 142.1.a
Et in peccato vestro moriemini. Quàm metuenda sit mors in peccato, 370.1.e
Cùm per peccatum mors in homines prouenerit, quàm rectè illud mors ipsa dicatur. 125.2.c & seq.
Si mors est priuatio motus, atque omnium bonorũ quàm rectè peccatores dici queant in peccato, & propter peccatum mortui. 365.1.e & seq.
Quo ego vado, vos non potestis venire. Quòd cœlũ versus sequi debeamus Christum, vnde eius odorem suscipimus, 59.1.e
Sequi Christum haud omibus datum, 58.1.e
Vt Christum sequamur necessarium, vt ab illo trahamur per gratiam, 58.1.b
Quæ tamen gratia non trahit, nisi admittatur, 54.1 b & sequ.
Sequi possumus quidem Christum per imitationẽ in virtutis studio ab eius gratia adiuti, æquales tamen illi esse nequimus, 55.2.a & seq.
Peccator sequi non potest Christum cùm iaceat, & quomodo iaceat, 545.2.b & seq.
Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Quòd Iudaicus populus semp fuerit totus terrenus, 429.1.a & se.
Quod terrena ista sunt pessulum obserans Deo cor peccatoris. 809.2 d & 810.1.d
Post Adæ peccatum Deus maledixit terræ, vt ab illa homines auerteret. 995.1.e & seq.
Ob mundanorum multitudinem, Mundus iste dicitur porta filiæ multitudinis, 927.2.d
Mundum diligens quomodo dicatur manere in morte, 1009.1.e
Si non credideritis, moriemini in peccatis vestris.
Quòd fides sit fundamentum iustificationis, 281. 1.c Eadem tuenda vti caput. 948.1.b
Ea quàm sit delicata, 69.1.c & seq.
Est murus & pectus animæ, 1033.2.e & seq.
Quàm magnum sit Dei donum, 69.2.b & seq.
Quia ego sum. Nomen tetragrammaton vt significãs essentiam, diuinam naturam attingit magis, quàm vllum aliud Dei nomen, 38.1.c & seque.
Nomen istud etsi toti competat Trinitati, est tamen appropriatum filio, & cur. ibid. 2.b & seq.
Idem à Paulo etiam Apostolo tributum Christo reperitur, ibid.e & seq.
Dixit eis Iesus: Principium, qui & loquor vobis. Hac responsione significat Iesus, se eũ esse, quẽ tantopere expetiit Ecclesia in Iudaico ipso populo, vbi dicebat, *Osculetur me osculo oris sui*. 5.1.d & 6.1.e & sequen. & 13.1.c & seq.
Quòd à principio Christus locutus rectè dicitur, quatenus cùm à principio locutus est Deus ad homines, Verbũ fuit, quod loquebatur. 38.2 b & seq.
Verba Christi lilia dicũtur, quatenus ab illo, qui in carne factus est lilium, 847.1.c Ideoque illa fuere grata omnibus sensibus, 846.2.e
De verbis, & de doctrina Christi. Vide plurima in Indice rerum verb. *Doctrina Christi, & Verbũ Dei*.
Multa habeo de vobis loqui, & iudicare: sed qui me misit, verax est. Quòd peccator grauius castigatur in hac vita, cùm non iudicatur, & flagellatur à Christo, 497.1.d & seq.
Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.
Quòd Christus in cruce cognitus sit vt Deus. 272. 1.b & sequen.
In Cruce illo pendente in medio latronum manifestatæ sunt eius excellentiæ, 273.2.a & seq.

De Christo crucifixo & de cruce ipsa plurima videre potes in Indice rerum verb. *Crux.*

30 In Euangelium feriæ 3. Dominicæ secundæ Quadrag.

Super Cathedram Moysis sederunt.

Cathedram Ecclesiæ Romanæ Christianis idem esse, quòd Iudæis Cathedra Moysis, quia illa est firmamentum veritatis, & exinde petenda est vera doctrina fidei, 125.1.a & seq.

Cathedra ista dicitur lectulus Salomonis, quia in illa vera est quies. 473.1.e & seq.

Et quia in illa Christus extendit bonitatem suam, vt in lecto extenditur corpus, ibid. 2.b & 491. 1.c & sequen.

Quomodo sit ferculum Salomonis, 490.1.e & seq.

Eadem adeò excellens, vt eam peculiariter Christus sibi fecisse dicatur, ibid. 2.d & sequ.

Eius robur, & firmitas, & quòd in illa nequeat esse caries corruptionis, 491.1.a & seq.

Quòd boni Prælati debeant in primis esse fortes, quævè in illis requiratur fortitudo, 473. 1. e & sequen.

Debent esse armati gladio verbi Dei. 479.2.c & sequen. & 480.2.d & seq.

Debent esse versati in bello; cùm multipliciter eis belligerandum sit; 481.1.e & sequen.

Debent & decore pudicitiæ in primis esse ornati, ibid. 2.b & sequen.

De Prælatorum materia agere si velis, vide plurima in Indice rerum, verb. *Prælatus.*

Quòd non solum Prælati, sed & Doctorum ordo ambiés Ecclesiam lectulum Salomonis, dici queat sedere super cathedram Christi. 477.1.d

Cum inter Ecclesiæ Doctores est Christus, est pariter & in aliis eiusdem Ecclesiæ membris, 194.1.c & sequent.

Laudantur sub vberum metaphora, 607.2. e & seq. & 600.1.a & seque.

Et sub metaphora dentium, vt componunt tractatus sacros. 547.2.c & seq.

Vt docent prædicatione laudari sub metaphora labiorum, 556.1.b & seq.

Eorum eloquium est eloquium Dei. ibid. a & seq.

Quia de hac materiæ ingens in hoc opere est copia vide Indicem rerum, verb. *Doctor.* & verbo. *Prædicator.*

Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, & facite.

Obedientiam esse monille ex tot annulis, quot gradus habet. 175.1.a & seq.

Eandem esse debere in omnibus, & erga superiores omnes, ibid. 2.e & seq. & 591.1.e & seq.

Connectere cum Deo omnes nostras actiones, illasve facere meritorias, 590.1.d & seq. & 449.1.c & sequenti.

Obedienti deseruire obedientiam ipsam & pro tot quibus, & pro clypeis, & pro omni armatura fortium, 591.2.e & seq.

Vide plura de hac materia in Indice rerum, verbo. *Obedientia.*

Secundum autem opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.

Sicut bona exempla maximam vim habent trahendi animas, vt viam currant mandatorum Christi. 56.1.d & sequenti.

Ita multò maiorem vim habent trahendi ad malũ praua Doctorum, & Prædicatorum opera. Quamobrem necesse fuit, haec à Christo addi ad superiora. Vnde sumi potest occasio, tractandi, quàm necessaria sit bona vita in iis, qui alios docét, qua de re vide 399.1.a & seq. & 480.1.b & seq. Hæcq; est ratio, cur ii labiis comparentur, & labia dicantur Ecclesiæ, potius quam lingua, aut guttur, quæ non apparent, 556.2.a & seq.

Quòd opera sint os loquens, & clamans. 580.1.a

Quàm alienæ à sacris doctoribus esse debeant sordes peccati, 548.2.a & qualiter exhibeatur eorum candor, ibid. c & seq.

Vide de hac materia plura in Indice rerum, verbo. *Prædicatores*, & *Prælati*.

Quòd Prælati sint tanquam Pharus erecti in Ecclesia; vt ex eorum conspectu subditi discant cœli viam, 659.2.a & seq.

Quàm necessaria illis sit rectitudo, cave qualis, ibidem. b

Quòd Prælati mali insectantur vacantes vitæ spirituali. 821.1.a & seq.

Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum.

Quòd Prælati debeant esse faciles, & conformare se subditis, 579.2.e & sequen. & 594.2.a & seque. & 595.2.a

Dicuntur iidem vbera Ecclesiæ, vt nouerint infirmioribus se inseruire, 598.1.b & seq.

Dicuntur & sicut hinnuli, vt nouerint, se debere esse amabiles, atque benignos, & humiles, 600. 2.c & sequen.

Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.

Quòd opera bona esse debeant pura, & non ficta; & quomodo occultanda; 1054. 1.c & sequent. & 821.1.c

Deturpari opera nostra intentione praua. 219. 1.d & sequen.

Nil interponendum medium inter Deum, atque opera, & intentionem, quàm in illis habemus, ibidem, & sequen.

Ea duntaxat opera nostra apud Deum esse meritoria, quæ reperta ab illo sint inter virtutum lilia, 420.1.c Quæue Christo sint obsignata, 1002. 1.d & sequen.

Dilatant enim philacteria sua.

Iudæi vt legem Dei haberent ob oculos, & in corde scribebant illius decalogum in philacteriis, quæ gestabant in fronte, &c.

Id vero ipsum quomodo à nobis exposcat Deus. 999.2.b & sequ.

Quomodo eadem lex scribenda, & gestanda à nobis sit, atque imprimenda super cor, & super brachia, 1004.1.a & seq.

Et magnificant fimbrias. Quòd nos debeamus gloriari in Christo crucifixo, vt proprio nostro vestimento. 1001.1.e & seq. & 1034.1.a & seq.

Vel in indumento virtutum, 668.a.c & seq. & 1034 1.c & seq. & 674.2.c & seq. vbi & cur ea dicantur vestimenta animæ.

Non habitum, sed charitatem facere religiosum, 289.col. 3.e & seq.

Amant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis.

In Prælaturis ambiendis quàm diuersimode se habeant stulti, atq. sapientes, 109.2.c & seq. & 119.1.c

Super eminentiam vnde, & in quo sibi censere debeant Prælati. 578.2.c

Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim Magister vester. Quomodo Spiritus sanctus ductor noster sit, atque magister. 720.2.a & seq. & 333.1.a & se.

Ideoque in linguarum specie exhibitus in die Pentecostes. 3[illegible] & seq.

Nec vocamini magistri, quia magister vester vnus est Christus.

Quòd Christus sit vnus Ecclesiæ magister, quia per eum solum scripturarum intelligentia exhibetur. 61.1.c & seq.

Quod idem ita est magister noster, vt sit simul & Rex, 61.1.e & seq.

Vnus est enim pater vester, qui est in cœlis. Quòd Dei charitas ita instructa sit super nos, vt & Pater, & magister noster sit, & quicquid charitatem sonare potest in nos. 293.1.b & seq.

Qui maior est vestrum, erit minister vester. Quòd boni Prælati debeant esse subiecti subditis, quavè ratione, 455.2.d & seq.

Quòd Prælatura detur sæpe à Deo in donũ, & ornamentum obedientiæ, 180.2.a & seq.

Qui se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Quòd collum sit superbiæ typus, quavè ratione, 586.2.a & seq.

Qua ratione humilis celsissimum locum obtineat, quòve est demissior, eò sit celsior, ibid. e & seque. vbi plurima de virtute humilitatis.

31 In Euangelium feriæ 4. Dominicæ secundæ Quadrag.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus, &c.

Vide quæ notata à nobis sunt supra in Euangelio Dominicæ Quinquagesimæ, vbi hæc ipsa habentur ex alio Euangelista Luca.

Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, &c. Non ita erit inter vos, sed, &c.

Vide quæ notata item sunt ad finem Euangelii præcedentis feriæ tertiæ.

Vide & huius loci explicationem, 525.2.c & seq.

Assumpsit Iesus, &c.

Ex eo, quòd Iesus ascendens Ierosolymam cum discipulis suis de sua illos allocutus est passione, id contestatum habemus, vt si ad cœlestem ascendere velimus Ierusalem, Christi Domini passionem & in corde, & in ore iugiter habere studeamus. Et quidem quod habenda ea sit in corde pertractatum habes, 994.2.b & seq. & 1003.1.d & seque. & 1006.1.e & 195.2.c & seq. & 197.1.e & sequen. & 199.2.a & seq.

Vide notata in Euangelium Dominicæ secundæ Quadrag. de meditatione Passionis Christi.

Quòd eadem Christi passio habenda sit & in ore, probare potes ex iis, quæ habes 847.2.d & seq.

Tum exemplo eius, quòd communiter de iis loqui solemus libentiùs, quibus maiora habuimus charissimi amici amoris indicia, 73.1.b & seq.

Quòd autem in Passione à Christo Iesu maximum exhibitum nobis sit inditium amoris habes, 509.2.b & sequen.

Ex hisce autem duobus, memoria, & sermone de hac Christi passione, quatuor colligimus bona, quibus facillimus nobis redditur idem ascensus in cœlestem Ierusalem. Primùm, detestationẽ omnis peccati, cum ob peccata nostra passus sit Christus, 616.1.b & 53.1.a & seq.

Secundum: excitationem ad Christum ardentius amãdum, 33.2.d & seque. & 510.1.a & sequen. & 1016.2.d

Tertium: Imitationem Christi crucifixi in conuersatione, 1002.2.d, & seq.

Quartum: Mortificationis, & patiendi desiderium, imitationemque tolerantiæ 475.2.e & sequ. & 545.3.b & seq. & 1003.1.a

Tunc accessit mater filiorum Zebedæi adorans, & petens aliquid ab eo.

Admodum congruenter post passionis & mortis Christi commemorationem, proponitur mulier adorans, orationemque emittens, iungiturvè quodammodo oratio cum eadem passione. Vt intelligeremus, quascunque fidelium orationes inniti debere sanguini, ac morti Christi, vt cœlesti gratæ sint Patri, qua de re videre potes, 559.2.e & sequ. & 617.1.c & sequen. & 693.1.b & sequen. & 1002.1.b & 1040.1.a

Dic, vt hi duo filii mei sedeant vnus ad dexteram tuam & vnus ad sinistram in regno tuo.

Ambitio quomodo dementet etiam sanctos, cum omnis gloria huius mundi sit instar inebriantis vini, 76.1.a & seq.

Quomodo ambitiosi instar ebriorum in suo honorum appetitu plures faciant circuitus, 438.2.b & sequenti.

A vino ipso ambitionis suæ, vel etiam ab iis, qui illis fauere videntur circunducti. 138.2.c & seq. & 143.1.a & seq.

Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis.

Quàm verè qui terrena, & in primis mundi honores in actionibus suis à Deo petunt, nesciant quid petant, cùm & omnia nec aliquid sint præter quã vanitas, & fugaces vmbræ, 614.2.b

Explica hunc locum per illud Apostoli ad Rom. 8. *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis.* &c. vt habes, 559.2.a & seq.

Nescientibus illis quid peterent, petiisse pro ipsis Spiritum Sãctum dexteram, & sinistram in regno Christi, & sic exauditas eorum preces, vt patet ex iis. *Potestis bibere calicem?* &, *Calicem quidem meũ bibetis,* &c.

Pro quorum explicatione, videre potes.

Quòd Christi regnum extiterit in eius passione, 522.1.d & seq.

Quòd corpus Christi sanguine conspersum præferebat regiam dignitatem. 497.1.e & seq.

Quòd in corpore passibili regem miserorum omnium se exhibuit, ibid. 2.c & seq.

Quòd tribulationum calicem in hæreditarium regnum suis relinquit filiis, sicut iisdem reliquit & pacem. 522.1.e & seq.

Easdem tribulationes esse opes Christi, 739.2.e

Quàmve eæ sint preciosæ, 846.2.b & seq.

Vnde sicut hi duo filii Zebedæi sibi soli optarunt primatum in regno Christi, sic illas sibi soli optat pia anima, 59.1.a & seq.

Quòd dum tribulationes habentur charissimę, charissimus habetur & Christus crucifixus, 1001.1.e & sequenti.

Quòd & ipsi prælaturæ adnexæ à Christo exhibeãtur tribulationes, vt Prælati adimpleant, quæ defuerunt passionibus eius, 651.2.b & seq.

32 In Euangelium feriæ 5. Dominicæ secundæ Quadrag.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, &c. & erat quidam mendicus, &c.

Abundantia terrenorum quàm propriẽ dicatur lectulus, in quo tamen inaniter quæritur vera quies & beatitudo, 429.2.b.c & seq.

Quantùm errent, qui in hisce mundi rebus beatitudinem ipsam sitam putant, 437.2.e & sequ. & 438.2.d & sequen.

Quòd prospera maximè sint metuenda in præsenti sæculo, 367.1.c & sequ.

Ideòque nimias prosperitates respuit iustus, 883.2.d & seq.

Quòd diuitiæ detineantur inuitæ apud iniquos, & vellent se transferre ad iustos, 799.2.d & sequenti.

Et induebatur purpura, & bysso.

Quomodo diues iniquus sit quidem extrinsecus mollibus vestitus, nudus nihilominus dicatur, & complacens in nuditate sua, quod est pessimum, illius malum, 788.1.a & seq.

Et epulabatur quotidie splendide.

Quòd terrenæ voluptates reddunt homines terrenos, 72.1.e

Eædem etsi pascere videantur, non tamen afferunt quietem, 132.1.a

Sunt similes meretricibus, imò peioris conditionis, quàm meretrices, 144.2.c

Conuiuium sæculi quàm diuersum sit à conuiuio spirituali, 21.2.b

Et erat quidam mendicus.

Quòd mundus ille sit scena comœdiæ, 1052.2.b & sequenti.

Et quomodo iusti in eo proponuntur, vt comœdiã ipsam repræsentantes, ibid.

Iustum mendicum esse ditissimum opibus Christi, quæ sunt tribulationes, 739.2.e & seq.

Eius animam esse Regem, 938.1.b

Illius virtutibus nil comparari posse, 659.2.b

Quantùm honoris ei Christus exhibeat, 63.2.a & sequenti.

Esse dignum Dei amore super omnia creata, 417.1.b & seq.

Qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus.

Iustum istum mendicum, esse diuitem opibus Christi, vt explicatum est etsi non habeat domum, in quam se abdat, esse tamen domum, in qua commoratur, Deus 246.1.a & seq.

Etsi lecto caret, in quo decumbat, prostratum tamẽ iacentem ad ianuam diuitis esse lectulum floridum Christi. 237.2.d & seq. & 478.1.a

Etsi curru careat, in quo commode deferatur, esse tamen ferculum Christi veri Salomonis, 302.1.e & sequen.

Etsi mollibus careat vestimentis purpuræ, atque byssi terreni, esse tamen indutum Christo, 1034.1.e & seque. byssinaque habere vestimenta virtutum, ibidem 2.a & sequ. & iisdem virtutibus tanquam preciosissimis esse ornatum monilibus, 176.1.e

Esse fœtidum ob vlcera, eius tamen animam esse areolam, & phialam fragrantissimam aromatum, 872.1.d

Esse deformem, & quem homines horreant ob externas sordes, ob vlcera, atque ob penuriæ ærumnas: & tamen simul esse pulcherrimum, suauissimumque lilium inter ærumnas ipsas, 266.2.b & sequenti.

Quinimo per easdem tribulationes reddi pulchriorem, 82.2.e & seq.

Eiusve pulchritudinem esse maximè admirabilem 212.2.d & seq.

Simulque cum vlceribus corporis habere animam totam pulcham, & sine vlla macula, 621.2.e & sequenti.

Cupiens saturari de micis, quæ cadebãt de mensa diuitis.

Eundem iustum mendicum, & diuitem opibus Christi, carere quidem lautis dapibus, & panis in opia laborare. Attamen inuitare Christum ad comedẽdos fructus horti, animæque suæ, opera sua bona, 729.2.d & sequen. & 733.1.a & 734.1.d

Quin illi met esse propositum cum aliis iustis comedendum, vt dulcissimum pomum, 728.1.d & sequenti.

Ac simul oppipere refici, & nutriri dulcissima pace, quæ & fructus est eiusdem Christi, vt arboris mali, & manna suauissimum, 182.2.b & seq.

Et nemo illi dabat. Haud mirandum, quod diuitis huius non explicetur nomen, cùm fuerit absque misericordia; cuius opera boni nominis odorem causant 605.2.e & seq.

Quòd misericordiæ opera sint super cor charitatis affixa. 604.1.e & seq.

Eleemosinarium dum pascit simul quoque pasci, ibid. 2.c & seq.

Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.

Eiusdem iusti mendici labia esse ligata ex charitate, ne mala loquatur in tantis tribulationibus, 563.1.e & seq.

Ob eximiam patientiam esse abietem. 836.1.d. esse sicut elatas palmarum, ibid. 2.a & 2.c esse sicut palmam ipsam. Ibid. c

Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ.

Quòd mortis tempore iustus est sub umbra Christi, 237.1.d

Excitatur ad patriam, 356.1.a & sequen. & 358.1.a & sequen.

A tribulationibus, & miseriis vocatur ad verã quietem, 366.2.d & sequent. & 370.2.d & 741.2.c & sequenti.

Eidem in mortis articulo adstant Angelorum chori, Christusque eius dilectus, qui eum inuitant ad patriam ipsam, 1054.1.b & seq.

Quò discrimine iustum ad se colligat Deus, in hac vita perdurantem, atque per mortem, 741.1.a & sequenti.

Eidem in articulo mortis simul cum acerbissimis doloribus exhibentur quædam futuræ fœlicitatis initia, 380.1.c & seq.

Illum iam mortuum admirantur Angeli, 993.1.b & sequen.

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.

Quid significet Inferni vocabulum, 1007.1.e

Tres esse præcipuas pœnas sensibiles damnatorum in inferno, 1012.1.b & seq.

Quam diuersæ sint pœnæ & flagella inferni à flagellis præsentis vitæ, 612.1.a & sequen. & 798.1.b & sequen.

Deus cùm punit peccatores, quodammodo & ipse inferni doloribus affici dicitur, pro immensa, qua in homines fragrat æmulatione, 1009.1.e & sequenti.

33 In Euangelium feriæ 6. Dominicæ secundæ Quadrag.

Homo erat pater familias, qui plantauit vineam.

Synagogam, atque Ecclesiam esse vineam plantatam à Deo, at cum aliquo discrimine, 405.2.a & seq. & 106.2.c & seq.

Quando Ecclesia fuerit vinea Pacifici in ea, quę habet populos, 1044.1.b & seq.

Ecclesiam nedum vineam ordinariam, sed & hortum deliciosissimum plantatum fuisse ab eodem Deo, eiusvè horti pulchritudinem descriptam habes, 677.1.c & sequ.

Quòd & cultus veri Dei sit vinea ab ipso Deo plantata, 104.2.d & 105.2.c & seq.

Sicut cultus Idololatriæ, vinea est, &c. vinea plan-

plantatæ à Diabolo, 104.1.a & sequen.
Quòd vinea item à Deo plantata sit vnaquæque anima, 108.2.c & sequen. vel etiam ratio, quæ in ipsa plantata est anima, 114.2.b & sequen. & 116.1.d sequen.
Quomodo anima sit vinea pusilla, vel excelsa, 409.1.a & seq.
Eandem animam plantatam à Deo, vt hortum nobilissimum, 680.1.a & seq.
Descriptio pulchritudinis istius horti ibi.e & seq.
Quòd & terrestris Paradisus fuerit vinea, quam primo Deus plantauit, 110.1.c & sequen.
Sicut & mundus, cum suis vitiis vinea est, seu vineę plantatæ à Diabolo, 112.2.b & seq.
Quòd vinea item à Deo plantata sit virginitas, 117.1.a & sequent.
Quod sit & Religio, pluresque Dei vineæ sint plures Religiones, seu plures Religiosi feruentiores, 383.1.c & seq. & 408.1.b & seq.
Quòd vinea item plantata, a Deo sit sacra scriptura, 963.2.e & seq.
Et sepem circundedit ei. Quòd sepes Synagogæ, Ecclesiæ, Animæ, & Rationis, vt earum quælibet est vinea Dei, sit Angelorum custodia, 259.1.c & seq. & apertius ibid.2.a & seq. De hac Angelorum custodia plura videre potes in Indice rerum, verbo. *Angelus.*
Quòd Deus ipse instar sepis, ac præfortis muri dictis circundatus sit vineis, 680.2.e & seq. & 1038.2.d & seq. vbi explicatur quomodo Deus sit murus fortissimus, & fragilissimus, vt pote qui rumpatur à peccatis.
Quod & sacris scripturis circundatæ sint dictæ vineæ, Ecclesiaque in primis, 678.2.a & sequ.
Quòd cuiusque Animæ sepes sit & custodia sui ipsius, 681.1.b & seq.
Quòd vineæ Virginitatis sepes sit clausura, 117.1.c de qua fusius 658.1.c & sequent.
Quàm & Religio quoque pro sepe habet. Tametsi & aliam habeat sepè religiosus in ipsa Religione, nempe fratres ipsos suos, 263.1.b & seq. probatū autem habes, quomodo sancti fratres dicantur spinæ, ibid.e
Et fodit in ea torcular. Cùm torcular istud, quod in Synagoga fodit Dominus, intelligi à Patribus soleat lex, quam ei Deus tradidit, quavè bonum distingueretur à malo, vt vinum ab vuarum reiectamentis. Si de ea quid agere velis, plura habes in Indice rerum, verb. *lex*. Vide autē de vino ab hoc torculari expresso, 105.2.d
Quòd & sacram scripturam tam in Synagoga, quā in Ecclesia Deus foderit torcular, quo exprimeretur vinum spiritualis intelligentiæ, 106.2.d
De materia sacræ Scripturæ plurima habes in Indice rerum verb. *scriptura sacra*.
De multiplici vino, quod ex hoc torculari exprimitur vide, 288.2.b. & seq.
De alto torculari, quod Iesus solus calcauit in Ecclesia, nempe de cruce per quam educitur vinum amoris, & deuotionis, plurima pariter habes in Indice rerū, verb. *Crux*, & verb. *Christi passio*, & verbo. *passio Christi*.
De torculari effosso à Deo in Anima, & in Religione, vt sunt vineæ plantatæ à Deo, & de multiplici vino, quod exprimitur per illud, nempe per studium contemplationis, & orationis, vide 289.2.b & seq. & 289, col. 4.a & in Indice rerum, verb. *Contemplatio*, & verb. *Oratio*.
Torcular vineæ virginitatis esse humilitatem, ex qua expressum est vinum, quod est Christus, 117.1.e & seq. qua de re vide plura in Indice rerum, verb. *humilitas*.
Et ædificauit turrim.
De Prælatis, vt sunt turris Dauid, 579.2.a & sequenti.
De nomine Domini, vt est turris fortissima in medio Ecclesiæ, 593.2.a & sequen.
De turri humilitatis, 585.2.e & seq.
De turri obedientię, 591.1.c & seq.
De turri discretionis, 950.1.b & seq.
Quod Christus sit turris ædificata in vineam virginitatis, 117.1.e
Quod Mariæ oratio sit turris fortissima in Ecclesia, 593.2.a & seq.
Et locauit eam agricolis.
Plura quæ de Agricolis hisce dici queunt, notata habes supra in Euangel. Dominicæ Septuagesim. vide ibi super iis verbis, *Conducere operarios in vineam suam.*
Et peregrè profectus est.
Quomodo Deus dicatur discedere, & elongari ab Ecclesia, 426.1.a
Quomodo idem dicatur discedere ab anima, quæ vinea eius sit, 423.2.c & 425.2.a
Cùm autem tempus fructuum appropinquasset.
Ecclesiæ atque animæ flores esse opera bona, licet eadem sint & fructus, 235.1.b & sequent. & 379.1.a & seq.
In vitibus, & arboribus spiritualibus vitam iunctā esse cum floribus, atque cum fructibus, ita vt quę iis carent, careant & vita, 407.2.b
Desideria, & proposita bona esse flores vineæ Dei, piæ animæ, & rationis.
Et quomodo ea sint duplicis generis, 964.1.c & sequent.
Eadem quomodo dicantur parturire fructus, ibid. 2.a & seq. 691.2.e
De iisdem animæ floribus, deque fructibus, &c. Vide, 680.2.b & seq.
De floribus verò & fructibus Ecclesiæ, 677.1.d & seq. & 105.2.d & seq.
De pessimis fructibus Diabolicæ vineæ cultus idolorum, 104.2.c & seq.
De vitibus & fructibus Mundi, quem vineam suam fecit Diabolus, 113.2.a & seq.
De vitibus, & fructibus Mundi, quem vineam suā fecit Diabolus, 113.1.b & seq.
De palmitibus Ecclesiæ, eiusve propaginibus, 688.1.d & sequenti. 689.1.a & sequenti. & 690.2.a & sequenti. & 697.1.e & sequenti, & 699.1.b & sequenti.
Propagines animæ esse illius orationes erumpentes ex illius præcordiis, 692.2.d & seq. deque triplici earum fructu, 693.2.e seq.
Germina quoq. & propagines eiusdem piæ animæ esse diuinam laudem in verbis, & iustitiam in operationibus, 695.1.a & e & seq.
Putationem superfluorum in Ecclesia fieri per amputationem malarum consuetudinum, & errorum, 363.1.d & per eleemosinarum largitionem, ibid.a & per expropriationem bonorum temporalium, 362.2.b
Putationem verò superfluorum in anima fieri per confessionem peccatorum, quamvè rectè confessio dicatur putatio, 366.1.b & seq.
Et per amputationem occasionum peccati, 368.1.a & sequen.
Quomodo & mora dicatur putatio, 367.2.c & sequenti.
Quomodo putandi habitus virtutum, & quod in agricultura Spirituali sit diuersus ordo ab agricultura ordinaria, 368.2.a & sequ.

Auferetur à nobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.
Quòd populus abiiciens à se ornamenta virtutum abiiciat postmodum & cultum Dei.785.2.b & sequen.

34 In Euangelium Sabbathi post Domin. secundam Quadrag.

Homo quidam habuit duos filios. Quòd nedum iusti, sed & peccatores dicantur rectè filii Dei, cùm & duo latrones, qui crucifixi sunt cum Christo, filii dicti sint, & ratio.272.2.b & seq. Quin & dæmones ipsi, 111.2.a & seq.
Et dixit adolescentior ex illis. Quòd imperfecti anima rectè dicatur adolescentula, 48.2.e & seq. & 887.2.e & 889.2.c & seq.
Da mihi portionem, quæ me contingit. Quòd Deus pascat quidem voluptatibus sæculi, dans illas, nõ tamen cubet cum eis. 231.2.b & seq.
Adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam.
De auersione, & elongatione peccatoris à Deo patre suo. 363.2.a & seq.
De vagationis eius pœna, 140.2.b & sequ.
Et ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriose.
Quòd tantundem sit viuere luxuriose, ac viuere prodigè, & voluptuose, 53.2.a & seq.
Quod per vitam voluptuosam & peccatum dissipetur omnis substantia gratiæ, 364.1.b & seq. & 365.1.a & seq. & 719.1.b ibid.2.c
Quòd voluptuosè sic viuens deuoret substantiam suam cum meretricibus, cũ sæculi voluptates sint meretrices, 145.1.b & seq.
Quòd idem patiatur excæcationem, 146.1.a & seq.
De earumdem voluptatum multiplici amaritudine, 22.1.a & seq.
Et postquàm omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere.
De fame, & necessitate, atque inopia huius mundi, 277.2.c & seq.
De fame & inopia voluptatum seculi. 24.1.c & seq.
Et abiit, & adhæsit vni ciuium. (seu, vt legit Hieronymus, vni Principum) *regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos.*
Quòd Diabolo adhæreat, qui à Christo recesserit, 725.2.a
Qua ratione Diabolus exerceat dominium in peccatorem, 635.1.b & seq.
Quòd illum mittat in custodiam vitiorum suorum 112.2.a & seq. & 113.2.c & seq.
Quòd vita voluptuosa, & vitiosa, sit quoddã pascere porcos, ibid.b & seq. & 72.2.e & seq.
Quòd iste talis à Diabolo circunducatur, & circũrotetur, 143.1.a & seq.
Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant.
Quòd voluptates sæculi pascunt tantùm in transitu, saturitatem, & quietem minimè exhibentes, 132.1.a & seq.
Earumdem inopia quanta sit, 24.1.d & seq.
Quòd peccator sit similis porcis, dum eos imitatur, 154.1.b & seq.
Quòd peior sit porcis, 157.2.a & seq.
Et nemo illi dabat. Quomodo contendendum sit, vt habeantur seculi voluptates, cùm nemo illas velit cedere, 22.2.c & seq.
In se autem reuersus dixit, &c. In conuersione peccatoris quomodo procedat Deus & voce, & pulsatione, 771.2.c & seq.
Quòd procedat vt pater benignus, 773.1.a & sequ. & 995.2.c
Quòd disponat omnia suauiter, 774.1.c & seq.
Quòd per flagella immissa illum conuertat. 797.1.d & seq. idque sæpius illum in iis ipsis, per quæ ipsum offendit, 798.2.c & seque. Quin & illis eum priuans, per quæ peccare est solitus, 799.1.b & sequen.
Peccator ipse primò in se sentit tumultum cogitationum in se reuersus; secundò compunctionem pro offensa Dei: *Quanti mercenarii*, &c. & tertiò peccata ipsa suo in corde pronunciat. *Et dicam ei, Pater peccaui in cœlum*, &c. 800.2.c & seq.
Qualis debeat esse dolor in peccatore, qui conuertitur, ibid.e & seq.
Surgam & ibo ad patrem meum. Peccatori, qui conuertitur, & iustificandus est, operæ pretium est, vt surgat à præterita vita, & recedat à prauis consuetudinibus, & ab vulneribus; quæ ipsum præpediebant, 440.2.b & seq. & 811.1.b & seq.
Quomodo iaceat peccator ante conuersionem, ita vt surgẽdum primò ei sit, antequàm iter arripiat ad Deum patrem suum per conuersionem, ibid.e & sequen.
Et dicam, Pater peccaui in cœlum, & coram te. Post prædicta necessarium est, vt idem peccator confiteatur peccata sua, 811.2.b & seq. Idque saltem in voto, 810.1.c & seq.
Cum adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est.
Quòd aspectu suo Deus perficit peccatorem, conferens illi gratiam, illumque diligens, 96.2.b & seq.
Quòd peccata totius mundi respectu immẽsæ charitatis Dei sunt instar exigui roris, & tenuium guttarum aquæ super ardentem fornacem, 780.1.a & sequen.
Et accurrens cecidit super collum eius. Quomodo peccatorem denuò conuersum à peccatis Deus complectatur, conferens illi præsidium maximè tutũ, 313.2.c & seq.
Et osculatus est eum. Quòd consolationibus sensibilibus, & interna locutione eumdem reficiat Deus, illum osculans, 9.2.e & seq.
Dixit autem pater ad seruos suos, Cito proferte stolam primam, seu, vt est in textu Græco, *illam stolam illam primam.*
Quòd peccator denuò conuersus, seruorum Dei, & sacerdotum ministerio induitur Christo, & puritate, qua primo in baptismo fuerat indutus, 665.1.b & sequen.
Quòd illa stola illa prima peccatoris, quam exutam debet iterum indui, sit mortificatio, & pœnitẽtia, quam eum induunt sacerdotes, 787.2.a & seq.
Quòd charitas sit ornatus, & stola prima, qua induitur anima à peccato iustificata, Christoq. spõsata, 523.2.c & seq.
Et date annulum in manum eius. Quomodo anima ista à peccato iustificata sub exhibitionis annuli metaphora significetur desponsata in fide, idque bene post stolam charitatis, cùm iustificatio formaliter sit à gratia inhærente, & à charitate, 280.2.b & sequen.
Annulus ad quid deferatur in manibus, 850.1.a & seq. & 998.2.d & seq. & 999.1.c
Et calceamenta in pedes eius. Calceantur animæ iustificatæ à peccato pedes calceamentis, vt illius affectus decori sint vitæ sanctitate. 913.2.c & sequ. & Vtve iis iugiter operetur, & in ipsa proficiat sanctitate. 914.1.b & seq. & ibid.2.d & seq.
Calceamenta ista esse diuina præcepta, atque consilia, 914.2.a & seq.

Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus. Quod per vitulum saginatũ intelligendus sit Christus crucifixus, qui bene hic adduci, & occidi dicatur, quia per merita passionis Christi dicta anima iustificationem habet, & omni fruitur iustificationis fructu, 282.1.b
Per eundem vitulum intelligi posse eumdem Christum, animæ nuper à peccatis conuersę, & iustificatæ exhibitum in Eucharistia in memoriam passionis, & mortis illius, quo celebratur conuiuium nuptiale desponsationis, 527.1.b & ibid. d & sequẽ. Vide plurima de hoc Sacramento, & sacrificio in Indice rerum verb. *Eucharistia.*
de eodem conuiuio sacramentali. vide, 755.2.c & sequen.
Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit.
Quod peccator, cum in peccato perseueraret mortuus erat, cum esset sine Deo, qui est anima animæ nostræ, vt habes, 128.1.b & seq.
Quod peccatum ex natura sua eo tendit, vt si fieri posset, Deum, eiusque charitatem è medio tolleret, 780.1.c
Quod mortuus quoque esset idem peccator, quia peccatum est maximè noxium charitati, & gratiæ, per quam anima viuit, 719.1.b & sequent. & ibidem c & seq.

35 In Euangelium Domin. 3. Quadrages.

Erat Iesus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum.
Quod præcipuum Dæmonis studium sit, vt mutum efficiat hominem, auertens illum ab oratione, laude Dei, & à gratiarum actione, hæ enim sunt orationis species, vt habes, 486.2.c. Id vero efficit quia nouit.
Quod oratio debet esse Præcipuum studium fidelium, 910.2.c
Quod tanti eas faciat Deus, vt orationes iusti obseruet, vt illius famulus, & minister, 918.1.c
Quã rectè ea signata sit per metaphoram labiorũ, quæ Dæmon occludere satagit, 557.2.a & seq.
Et cum eiecisset Dæmoniũ, locutus est mutus, & admirata sunt turbæ.
Quod ingens orationis vis admirationem quibusque causet maximam, cum videant illam habere vim constringendi omnia instar funiculi, 558.1.d & seq. & Deum ipsum, 559.1.d & seq.
Vide plura de hac materia orationis, quæ ad rem tuam faciant, in indice rerum verb. *Oratio.*
Potes hic agere etiam de confessione peccatorum quæ liberè fit, expulso Dæmone muto Vide ibid. verb. *Confessio.*
Et etiam de prædicatione diuini verbi, ac de bonis sermonibus, quæ impediuntur à Dæmone muto, ibid. verb. *Prædicatio, & Prædicator, & Sermones, & Verbum Dei.*
Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur.
Bellum intestinum quam sit graue, ac miserum, 115.1.b & seq.
Intestinum bellum sensuum nostrorum quantas nobis afferat miserias, quantamve ruinam, ibidẽ c. & sequen.
Dissensionem Doctorum signum esse ruinæ Ecclesiæ, 548.2.c & seq.
Quod concordia, & mansuetudine ecclesia similis equitatui in curribus Pharaonis velocissimè currit ad sponsum, 166.2.c
Quod per fidelium concordiam eadem ecclesia redditur terribilis Dæmonibus, 879.2.a
Ob illam enim est similis aciei ordinatæ, 876.2.a & sequen.
Si in digito Dei eiicio Dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.
Quod in Spiritu sancto eiiciantur dæmonia, & peccata, 720.1.a & seq.
Peruenit in nos regnum Dei, cum eiecto dæmone atq; peccatis, in nobis veluti in suo throno regnat, ac triumphat Deus, 493.1.c & seq.
Et cum tribulationes pro Dei nomine toleramus, 522.1.b & seq.
Et cum Christus crucifixus est in nostro corde, 497.1.c & seq.
Et cum in nobis fuerit iustitia, & pax cum gaudio in Spiritu sancto, 319.1.a & seq.
Et cum eius seruitio addicti regnũ Deo quodammodo conferimus, 250.3.c & seq.
Et cum in nobis fuerit charitas, cum regnum Dei sit dilectionis, 834.1.b & seq.
Et quia anima iustificata est cælum quoddã, instar cæli pulchra, 85.2.a & seq.
Et instar cælestis patriæ, 90.2.b & 526.2.c & seqnẽ. & 527.1.c
Quomodo differant, peccatum habitare, & regnare in aliquo, 301.2.c & seq.
Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet.
De fortitudine, & armis, quibus diabolus præliatus est, & deuicit nostros primos parentes, 111.2.c & 118.1.d
Quam è vestigio sit debilis, & quib. obesse is queat, 409.2.a & 411.2.c
Cum sub metaphora atrii, quod in aditu est domus, ignorantię, ac tenebræ in anima designatæ censeatur ab aliquibus, potes hic agere.
Quanto studio enitendum sit, vt ab ignorantia rerũ fidei egrediamur, 149.1.c
Quamve mala sit ignorantia sui ipsius, 153.2.d & seq. & 157.1.c & 2.c
Quo pacto diabolus exercuerit dominium in homines, quos deuicit, 112.1.c
Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus.
Confidebat, & spolia eius distribuet. de Christi potẽtia super tria fortium genera, 369.1.b & seq.
Cur Deus dicatur Deus exercituum, 161.2.a & seq.
Regnum animę quomodo vsurpauit diabolus, & quomodo illum Christus expulit, 297.2.c & seq. Vide & 424.1.c
Quod Anima vel Dei, vel diaboli arx sit, iuxta vexillum, quod super se habuerit, 299.1.c
Quod hæretici sint arma diaboli, 198.1.a & seq.
Quod voluptatibus indulgentes sint fortissimum instrumentum bellicum diaboli aduersus fideles, 145.2.c & seq.
Arma item diaboli esse & voluptates sæculi, & mẽbra nostra illis indulgentia, ibid. d. & seq.
Arma peccatoris, & diaboli sunt ipsamet Dei dona, 719.2.a
Qui non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.
Potes hic agere de Hæreticis, eorumque damnis in Ecclesia. Vide in indice rerum, verb. *Heretici*, & in primis, 46.1.d & seq. & 137.2.c & seq.
Cum immundus spiritus exierit ab homine perambulat per loca inaquosa, &c.
Cum loca arida, & inaquosa, in quibus tamen diabolus non inuenit requiem, sint animæ illæ, quas Deus ad earum probationem, & ad maiorem profectum in ariditate esse permiserit. Vide quomodo non inueniat in illis requiem diabolus, quia amore languent, 307.1.c & seq. Et quia se totas in Dei manus consignarunt, 317.1.a & seq.

Et

Et dixit. Reuertar in domum meam, vnde exiui.
Quàm necessarium sit, vt animæ, quæ aliquãdo extiterint domus diaboli per peccatum, obturatos & bene custoditos seruẽt sensus omnes, ne diabolus vllum inuenire queat aditum in ipsis, 115.1.c & seq. & 681.1.b & seq.
Et cum venerit, inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam.
Domum istiusmodi intelligere potes esse animam illius, qui post iustificationem tepidus extiterit, iste enim, etsi non sit in peccato mortali, atque adeo nec diabolũ adhuc habeat intra se, paratam tñ illi exhibet animam suam. Vide quomodo tepidus sit quõdammodo peior scelesti peccatore, 142.1.c & seq. 780.2.d & seq.
Quod & ille animam suam pro domo exhibet diabolo vacantem, scopis mundatam, & ornatam, qui post iustificationem, & vitæ indulgens spiritualibus voluptatibus, & rebus sæculi se dederit. Cum ea omnia vana sint, & instar vmbrarum, 614.2.c & sequen. & 144.1.c & seq.
Tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.
Quod peccatum aliquando in sanctioribus firmius ac fortius insidet, 719.1.e & seq.
Quod vitia omnia super miseram animam peccatricem sua exigant vexilla, 299.2.a & seq.

36 In Euangelium feriæ 2. post Dominicam, tertiam Quadrages.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Quo igne comburantur inuidi, 1021.1.c
De Synagoga inuidente bono, & conuersioni Ecclesiæ gentium, 1013.2.c
Quod Hæreticorum æmulatio inuidens bono Catholicorum, & inuidia iniquorum erga iustos æquetur diabolo, & inferno; cum nequeat à sua duritie mollescere, 1014.1.b
Quod Christus operaretur miracula haud ob affectum consanguinitatis, sed ob charitatem, 851.1.b Vt ve per ea ad cælestia eleuaret, 852.2.d
Quod in Capharnaum, de cuius tamen incredulitate, & ingratitudine aliàs quæritur, tã multa Christus fecerit miracula, vt exaltarentur magis flammæ diuinæ charitatis, & beneficium ipsius, 780.1.e & sequen.
Quod bonorum Prælatorum manus sit pascere & illos, qui ad se minimè spectent, disiunctos ab Ecclesiæ corpore, vt infideles, &c. 598.1.c & seq.
Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, & ad nullam earũ, &c. nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam.
Post narratam historiam, quam habes, 3. Reg. cap. 17. ostende, Eliam ad Sidoniam illam viduam missum, quia inter alias virtutes in ipsa maximè eminebat charitas, atque misericordia. Vt dum per misericordiam pauisset Eliam, vicissim & ipsa pasceretur in tanta fame, id quod esse proprium operũ misericordiæ habes, 604.2.c & seq. Vbi plurima videre potes de iisdem operibus recurre & ad indicem rerum verb. *misericordiæ opera.*
Quod misericordiam iusti admiretur Deus, quatenus per illã referatur diuina pulchritudo, 652.1.d
Quod per illam potissimũ anima fiat magna in spiritu, 1028.2.c
Et multi leprosi erant &c. & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.
Narrata historia, quam habes 4. Reg. cap. 5. ostende Naaman ob ingenitã fidem fuisse mundatum,
Quod per motus fidei Deo exhibitum acquiratur gratia Spiritussancti. 190.1.c
Et repleti sunt omnes in Synagoga ira, & surrexerunt, &c. Quod Iudæorum æmulatio contra Christum fuerit dura sicut infernus, dum illum ad infernũ mittere per occisionem studuit, 1103.2.c
Iesus autem transiens per medium illorum ibat.
De immensa Dei patientia in non subuertendis iis, qui Christum præcipitare tentarant, 930.1.b & sequent.
Quod Dei prouidentia non deturpetur intuens hominum miserias, atque scelera, 838.1.a
Quod in iustis Christus, Deusque nedum inambulet, sed & inhabitet, non sic autem in impiis, 680.2.b & seq.
De Dei transitu, 812.1.a & 814.2.a.

37 In Euangelium feriæ 3. post dominicam tertiam Quadrages.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum.
Quod asperæ correptioni adiuncta esse debeat benignitatis dulcedo, 674.2.a Ideoque instar vini optimi dicatur, 953.2.e Vide & 209.2.d & seq.
Quod peccatum sit maximè noxium charitati, 719.1.b & seq.
Quod peccator haud sit contemnendus, cum peccatorum plebe Christus ornetur æquè ac caput capillis. 545.1.e
Quod peccatorum cõuersione coronetur Christus, & Ecclesia, 630.1.b & seq.
Quam dolendum sit, cum videmus Deum offendi per peccatum, 816.1.b & seq.
Quod correptionem facientes percutiant, vulnerẽt, & auferant ignorantiæ pallium, 821.2.d & seq.
Dic Ecclesiæ. Flumina, quæ de Ecclesia dici hoc loco possunt, videre potes in indice rerũ, verb. *Ecclesia.*
Sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.
Iniquorum conuersationem deuitandam cum illi sint instar pungentium spinarum, 264.2.b
Quam proficua è contra sit conuersatio cum iustis, 949.1.a & seq.
Facies conuersationis nostræ instar speculi suscipit faciem eius, cui ostenditur, & cum quo fuerit, 399.2.a & seq.
Spiritualis verus in fratrum conuersatione non est austerus, sed dulcis, atque iucundus, 939.2.b & sequen.
De habitu ipso conuersationis plurima habes, 570.1.c & seq.
Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quã cunque petierint, fiet illis.
Quod oratione trahantur creata omnia ad voluntatem orantis, 558.2.c & seq.
Quod trahatur & Deus, 559.1.d & seq. Eadẽ quasi fune, & catena ligatur, & trahitur è cælis Pater cælestis, 56.1.d & 2.b
Ad orantem animam quomodo fiat descensus Dei, 617.1.e
Quàm citò, quamvè liberaliter orantes exaudiat Deus, 338.2.d & 26.1.d & seq.
Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.
Quod Christus delectetur conuersatione sancta iustorum, 783.2.c
Quomodo Christus spiritualiter veniat medius inter congregatos, 729.1.c & seq.
Quomodo sedeat in medio ecclesiæ, 505.2.a & seq.
Christi assistentia quantam pacem, & securitatem afferat, 126.2.a & seq.

Quod in Cōciliis Oecumenicis medius sit Christus atque adeo in illis ecclesia sit tota pulchra, & sine macula secundum doctrinæ veritatem, 619.2.e
Posses hic quoque agere de consultatione, & consilio adhibendo, qua de re plurima habes 549.2.d & seq. vbi de necessitate, & conditionibus bonæ consultationis.
Quod Prædicatores habere debeant ob oculos Deū tibi adstantem, & audientem, 388.1.a
Quamvè Deus ipsæ validos illos reddat præsentia, sua, ibid.2.d

36 In Euangelium feriç 4. Dominicæ tertiæ, Quadrages.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorū? non enim lauant, &c.
Arguuntur spirituales zotici, Pharisæos istos incitantes in iudicandis, & damnandis fratribus, 939.2.c
Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras.
Quod diuinæ legis obseruatio fuerit tutissimum foramen petræ, 385.2.d
Quod Iudaicæ traditiones essent foramina draconum, 386.1.b
Ista foramina excauata fuisse in legis petra à Diabolo, 391.1.b & seq.
Quod humanus respectus, & lex mundi sit materia, & cauerna maceriæ, atque cauerna reguli, ibid.2.a sequen.
De diuersitate legis Dei à legibus, & traditionibus mundi plura habes, 1005.1.a & seq.
Posses hic quoque agere de virtute obedientiæ, de qua plura habes in indice rerum, verbo. *Obedientia.*
Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. De necessitate bonitatis tuę internæ, tum etiā externæ ad animæ pulchritudinem constituendā, 213.2.e & seq.
Qualis esse debeat bonitas interna, 710.1.e & seq. qualis externæ, ibid.d.& seq.
Quæ sint interna piæ animæ, 536.1.b & e & 695.1.a & seq.
Quod cultus Dei, & oratio interiorem deuotionē, & bonitatem adiunctā, habere debeant, 666.1.a & sequen.
Quod cultus legis Dei, & lex ipsa & intrinsecus in corde, & extrinsecus in operatione exhibenda sit, 1004.1.b & seq. vbi agitur & quomodo ipsa lex in corde habenda sit instar typorum, & characterū typographiæ. D.& quomodo ab iisdē characteribus fit diuersa, ibid.2.b & seq.
Iusti, eorumque cor sunt pyxis, seu tabella eburnea in quibus seruatur, & scripta est diuina lex, 855.1.e & seq. & 859.2.d
Non quod intrat per os coinquinat hominē, sed quod procedit ex ore, &c. Quomodo per peccatū coinquinetur homo, 364.2.d
Quod verba, & sermones sunt hominum emissiones, atque adeo quæ iustorum sunt, esse paradisum, 688.1.e & seq.& 898.1.c
Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis eradicabitur. Quam rectè animæ sanctæ dicantur plantationes, & agricultura Dei, 680.1.a & seq.
In arboribus spiritualibus vitam iunctam esse cum floribus, & fructibus, 407.1.a
Plantationem Dei in cordibus nostris esse Christū, 286.2.d
Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadent.
Quod Prælati sint oculi ecclesiæ, 535.2.c & oculi Christi, 838.1.d 840.1.a
Sunt vigiles, qui custodiunt ciuitatem, 446.1.d Cur ve dicantur potius vigiles, quam vigilātes, 443.2.e
Edissere nobis parabolam istam.
Quod pro intellectione Sacrarum scripturarum operæpretium fuit, vt Christus discipulos in eas introduceret. Vide feria 2. Paschæ.
Quod procedunt de ore, de corde exeunt, nec ea coinquināt hominem. Quanto studio custodire debeamus os nostrum, 561.2.c & seq.
Vbi est silentium, ibi Christum reclinare, 237.1.a
Idem quàm ornet mentem, 563.2.b
Quamve in primis deceat virgines, 640.2.a
Idem cum modestia commendatum, 573.2.d
Cor esse & os, & vbera animæ, 977.2.d
Cor esse velut promptuariū oris, & linguæ, 660.2.e
Cor, caput, & mentem in anima sumi pro eodem, 541.2.e
Idem esse ventrem, & vterum animæ, 923.1.b c.
Instrumentum esse ventrem Christi 856.1.d
De cordis custodia, 681.1.c & seq.& 100.1.d
Cor humanū esse simile speculo, 401.2.a & 403.2.c
Cor prauum esse desertum, 470.2.d
Terrenum esse currum Pharaonis, 502.2.e
Cor peccatoris quomodo obseretur Deo, 809.2.d
Cor purum, & mundum quale sit, 923.1.a
Idem vulnerat cor Christi, 647.1.c Esse ferculū Salomonis, 502.2.d
Ista cordis puritas quam sit necessaria, 47.2.c & sequen.& 253.2.c
Eamdem exhibere delicias cælestis patriæ, 990.2.d
De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c.
De malis cogitationibus, & quomodo sint compescendæ, ne damna inferant animæ, 407.2.c. & seq. & 411.2.b & seq.
Cur cogitationes potius à corde, quam à mente prouenire dicātur, 541.2.e Vbi plura habes de sanctis cogitationib. designatis per capillos spōsæ. Vide de iisdem, 936.2.c & seq.& 937.1.b & e & seq.
En in indice rerum, verb. *Cogitationes.*

39 In Euangelium feriç 5. post Dominicam tertiam Quadrag.

Surgens Iesus de Synagoga, intrauit in domum Simonis.
Potes hoc loco agere de excellentia ecclesiæ Romanæ domus Simonis Petri, in quam ita introiuit Iesus, vt in ea iugiter persistat, atque reclinet, qua de re plurima in indice rerum verb. *Romana Ecclesia.* Vide ibi. Quod sit domus, vide, 454.2.b & seq.
Potes hic quoque agere de ingressu Christi in domum Sacrarum scripturarum, quo illas sua illustrat assistentia. Vide quam rectè Sacræ scripturæ dicantur domus Ecclesiæ, 239.2.b & seq.
Quomodo Sacræ scripturæ absque Christi assistentia vilissimę videantur domus, ibid.2.e & seq. & è contra, 240.1.e & seq.
Quod eædem hæreticis sint domus iniquitatum, quia in illis Christum non habent ingressum, atq; præsentem, 240.1.a & seq.
Quod domus Sacr. scripturarum à parte superiori potissimū commendandæ sint, quia desuper fundamentum habent, cui innituntur, 240.2.b & seq.
Tigna istius domus esse fidei dogmata, præcepta vero esse eiusdem laquearia, quæ inter se debent esse connexa, ibid.e & seq.
Quod scripta sapientum mundi sint vilissimę domus, & maxime fragiles. 240.1.d
Quod Ecclesiarum particularium, vt sunt & ipsæ domus

domus Petri, signa sint prælati, laquearia vero. Clerus, 242.1.c

Quod ex commendatione prælatorum, & cleri resultet laus etiam aliorum ordinum, qui sunt in Ecclesia, ibid, d

Quod, si per domum socrus Simonis sumere velis mentem, aut cor vniuscuiusque animæ domum vt habes 775.2. d & seq. pluribus explicatum videre potes, quomodo, quove ex ostio Christus ingrediatur in huiusmodi domum, 460.1.a & quomodo in eam introducatur, ibid,

Mentem esse domum propriam humanæ naturæ, 983.2.a esse domum, & cubiculum sapientiæ Dei, 460.1.d.

Cordis ostia nunquam Deo esse claudenda, 776.1.a

Cor peccatoris quomodo obseretur Deo, 809.2.d

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.

Potes hic agere quomodo in domo Simonis, siue per eam sanctam accipias ecclesiam, siue animam piam, nunquam desint tribulationes, quibus tamẽ opem fert Iesus præsentia sua. Vnde Dominica 4. post Epiphan. & in indice rerũ, verb. *Tribulationes*, vbi plurima, 309.2.a & seq.

Quod ecclesiæ perturbationes, ac tribulationes sint maximæ illius febres, & æstus, 125.2.e & seq.

De magnis animæ febribus concupiscentiæ, & passionum, deque earum æstibus, 99.1.c & seq.

Quod febres istę sint cum frigore, & algore, quatenus peccatum frigidissimum, suscitat flammas cõcupiscentiæ, 719.2.c & seq.

Quomodo febribus hisce Christus sua opera ferat præsentia, rore gratiæ, & Spiritus sancti illas expellens, 720.1.a & seq. & 2.d

Quod Ecclesia languẽs febre amoris cũ deliquiis, mortali dicatur ægrotare languore, 305.1.c & seq. Et quomodo ei succurratur, ibid. 2.b

Charitatis febris, qua ratione deliquium afferat, & mortem, 305.2. d & seq.

Quod febris ista sit à calore, & igne perficiente, 307.1.b & seq.

Qua ratione hac febri langueat pia anima in spiritualibus exercitiis, quæve sint illius remedia, ibid. 2.b & seq. & 308.2.b

Ea languens anima similis phrenetico. 824.1.e

Et rogauerunt illum pro ea.

Quod aliorum orationibus nos commendare debeamus, 823.1.a & seq. & 824.1.a & c

Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis.

Ad Christi imperium factum illico miraculũ expulsionis febris, quia in Deo labia, & manus idẽ sunt, 850.1.b & quia Christi miracula diuinitatis potestatem præseferebant, 851.2.a

Continuò autem sanata mulier surrexit, & ministrabat, quia Christi opera & miracula fuere perfectissima, ibid. 1.e

Quod anima per Spiritus sancti gratiam sanata à peccato illico surgat ab bona opera, & ad Christi obsequium, 720.2.d & seq.

Cum autem Sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos ducebant illos ad Iesum.

Quod intellectus, mensque nostra infirma tunc ducenda ad Iesum sit, vt roboretur in fide, cum occiderit Sol nostri sensus, 232.2.a & seq.

Quod bene post Solis occasum curati à Iesu dicuntur ægroti, quia antequam à Christo expellatur febris concupiscentiæ, operæprecium est, vt occidat Sol eiusdem concupiscentiæ, quatenus lucida apparet 98.2.d & seq. alias enim non duceretur quis ad Christum.

Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ quærebant eum. Quomodo in deserto, & in solitudine in studio orationis, & contemplationis sit Deus, ibique inueniatur, deque progressu piæ animæ in tali deserto. 465.2 d & seq.

Et detinebant illum ne discederet ab eis.

Quomodo teneatur Deus ab anima, 454.1.e & sequen. & 455.2. c & sequen. & 458. 2.e & sequen. & 459.2.a & seq,

40 In Euangelium feriæ sextæ post Dominicam tertiam Quadrag.

Venit Iesus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.

Qualia fuerint Christi itinera, 858.1.d Prelati quomodo obuiam eant subditis, 443.2.b

Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem.

Quod Christi itinera fundata essent in charitate. 858.1.a

Quod fatigatus sit sicve fatigatus sederit, vt vnam Samaritanæ animam lucraretur quo loco perpendere potes ingentem Christi erga vnamquamque animam dilectionem, quæ talis est, ac si singulas solas earum diligeret. Vide, 417.1.c & sequent. & 957.2.c & seq.

Hora erat quasi sexta.

idest, Meridies. Quod bene ab Euangelista notata sit hæc hora, qua Christus sedebat sic super fontẽ, quia id potissimum ignorabatur, vbi is in meridie sederet, vt habes Cant. 1. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* idest, in æstibus præsentis sæculi. Vide, 130.2. a & seq. vsque ad finem expositionis tertiæ.

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Iesus; Da mihi bibere. Quod Deus quamlibet vel minimam occasionem accipit, vt nobis bene faciat, 802.1.a & seq.

Quomodo in conuersione peccatoris Deus disponat omnia suauiter, 774.1.c & seq.

Quomodo Deus trahet animam, funiculis amoris, auferens ab ea, quæ illã impediebant, 53.1. b & se.

Quod & boni Prælati, vt animas ad rectum deducant tramitem conformant se inclinationibus earum. 444.1.c & seq.

Dixit ei mulier illa. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ, &c. Potes hic agere de materia scrupulorum, deque illis eiiciendis, vt habes, 392.1.d & seq.

Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

Hæreticorum consortia deuitanda, 448.1.a & seq.

Cum tota hæc Samaritanę oratio sit exprobratio, & per aquas, quas eadem venerat haurire designentur sęculi voluptates, habes hoc loco, quod tractes, quomodo voluptates ex iurgia causent, & cõtentiones, qua de re vide, 22.2.c & seq.

Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi da mihi bibere. Quod Christus sit præcipuum donum Dei, factum in illius Incarnatione, 300.1.d & 30.1.a & seq. & 62.a & 1000.2.e

Quod idem Christus post incarnationem odorem emiserit notitiæ Dei, 43.2.c & seq.

Spiritum Sanctum esse præcipuum donum Dei, 9.2.a & seq.

Iustificationem pariter esse prestantissimum donũ Dei, 51.1.c & seq. Cum in ea Deus se exhibeat nobis in sponsum. 580.1.a & seq.

Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

Quod Deus nedum in mediis precibus exaudit, cũ patitur salus, & gratia: sed & preces ipsas præueniat, 26.1.a & seq. & 338.2.e

Aquas viuas Ecclesiæ esse sapientiam, & scientiam diuino-

diuinorum,704.1.e& sequenti.
Spiritum Sanctum esse impetum aquarum viuentium,707.2.e & 712.2.d
Quomodo has aquas viuas petat anima, 720.2.d & sequenti,
Quod aquæ viuæ sint diuinarum gratiarum fluentã,quibus non irrigantur duntaxat, sed & incrementum datur hortis virtutum, 709.2. d & seq.
Quod felicitas sit tantum in vno Deo,450.2.d & se.
Domine neque in quo haurias habes,& puteus altus est.
Quod puteus humanæ scientiæ altus sit, nec habet homo,in quo hauriat.cũ intellectus, quo haurienda esset sit maximè instabilis,250.1.a & seq.
Quod diuinorum sapientia sit puteus altissimus simul,ac profundissimus,706.1. d & Sacra scriptura etiam ob profunditatem sit puteus aquarum viuentium,712.1.e & seq.
Quod puteus altus sit baptismi sacramentum,& in quo baptizandus hauriat ex ipso,708.1.c & seq.
Diuinas gratias in humili anima esse puteum altũ & aquarum viuentium,709.1.e & seq.
Necnon & internam eiusdem animæ sanctitatem esse pariter puteum altum,763.2.e & seq.
Omnis,qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua,quam ego,&c.
De excellentia aquæ sapientiæ diuinorum super aquam sapientiæ humanæ 704. 1. d & seq.705.2.e & seq.fusiusque,16.1.b & seq.
De multiplici quoque excellentia aquarum consolationum gratiæ super aquas voluptatum sæculi, 21.2.b & seq,vsque ad 25.2.b & 72.2. c & seq.& 131.1.d & seq.
Sed aqua,quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.
Ad aquas diuinæ doctrinæ, per quas Christus salit in multiplici earum sensu refert hæc Origenes, vt habes,340.1.d. & seq.
Quomodo aqua diuinæ gratiæ fiat in anima fons aquæ salientis,&c.709.1.a
Ecclesiam ob aquas gratiarum,& doctrinæ esse fontem,& fontem signatum,679.1.b & seq.ob easdem aquas quomodo sit fons hortorum,707.1.b & se.
Animam quoque ob gratiarũ copiam esse fontem, curve sit dicta fons signatus,681.1. e & seq.
Quomodo eadem pia anima ob communicationem gratiarum dicatur fons hortorum,708.2.d & seq.
Quomodo ex exercitio, & bono vsu gratiæ in profectu virtutum eadem dicatur fons hortorũ, 709. 1.c & seq.vide ibid.b & seq.& 712.1. c & seq.
Spiritus est Deus, & eos,qui adorant eum,in spiritu, & veritate adorare oportet.
Quod perfecta adoratio Dei, & oratio deuotionem interiorem,& vitæ bonitatem habere debeat,666 1.a & seq.
Quod vera vita spiritualis sit perfecta oratio, & adoratio Dei,670.2.a & seq.
Reliquit ergo hydriam mulier, & abiit in Ciuitatem, & dicit,venite, &c.
Quod hic sit præcipuus charitatis effectus,vt agnitum bonum aliis impertire faciat,55.1.e
Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me,& perficiam opus eius.
Quod à primo instanti suæ conceptionis Christus concedere cœperit opus salutis nostræ, cibum suũ peculiarem,733.1.c & seq.& 753.1.a
Quod opera nostra bona sint cibus Christi,729.2.d & seq.& 734.1.e
Christo comedendi proponũtur iusti,vt poma dulcia,728.1.c & seq.vide & 748.1.e & seq.
Quod & tribulationes iustorum sint dulces cibi eorundem,& Christi,749.1.e & seq.
Quod & suæ passiones sint illius cibi prędulces,quibus opipare conuiuium instruit animæ contemplatiuæ.751.1.d & seq.
Quos cibos comederit in vtero B.Mariæ, 252. 2.a & sequen,

41 In Euangelium Sabbathi post Dominicam tertiam Quadrag.

Iesus perrexit in montem Oliueti.
Quod in montes, & colles libenter pergeret Iesus, dum hanc degeret vitam,vt intelligeremus & nobis frequentandi, montes mortificationis, deuotionis,orationis, ac studii vitæ spiritualis, in quibus eum habeamus comitem. Vide 610.2. c& seq. & 615.2.b & seq.& 990.1.b & seq.
De Christo saliente in variis virtutum montibus, 339.2.d
Quod Iesus frequentaret in primis montem oliuarum, quæ misericordiam, pacemque designat, quia in misericordia suam omnem statuerat gloriam,& exaltationem,71.1.c & vt intelligeremus, ex contemplatione misericordia Dei oriri exultationem nostram.70.1.e
Cum misericordia ipsa Dei candore pacem præseferat,atque lætitiam,855.1.c
Et diluculo venit in templum.
Quod Christus in animam veniens templum suum, tanta celeritate veniat, vt assimiletur celeritati diluculi,336.1.c & seq.
Quod Christus diluculo venit in templum tractus vel miseratione earum turbarum,quæ ad eum vẽturæ eo erant, 53. 1. a & seq. vel earumdem dilectione,55.2.d & seq.
Et omnis populus venit ad eum. Quod populus trahebatur a Christo vt ferrum à magnete, 52. 2.d & sequen,
Et sedens docebat eos. Quod Christus doceret sedens, quia regiam in magisterio suo exhiberet maiestatem,61.2.c & seq.
In lege autem Moyses mandauit, huiusmodi lapidare.
Quod lex Moyses esset asperrima, & summi timoris,19.1.c & seq.& 717.1.c & seq.361.1.c & seq.
Tu ergo quid dicis? Quod è cõtra doctrina,& lex Christi sit amoris,& misericordiæ, 717.2.a & sequẽ.& 315.1.c.& seq.& 19.2.a & seq.
Nec ego te cõdemnabo. Iustitiæ opera quomodo Deus sibi reputet aliena,70.2.d 829.2.b & seq.
Quando iustitia exercenda est, erubescit quodammodo Deus,829.2.c
Quia doloribus, inferni quodammodo affici dicitur,1009.2.a
Vide plura de misericordia Dei in indice rerũ verbo,*misericordia Dei*.

42 In Euangelium Dominicæ quartæ Quadrages.

Abiit Iesus trans mare Galileæ,& sequebatur eum multitudo magna, quia,&c.
Quod Christus carnem sumpsit, vt gestis corporeis traheret homines ad Dei cognitionem, 52. 1. a & sequen.
Quando idem velocissimè traxerit secum homines. ibid.e & seq.
Quod sequi quidem possumus Christum imitantes illum in virtutis studio, currere tamen cum illo,& æquales illi esse nequimus,55.2. a & sequen. Vide & 58.1.b & seq.

Quod

Quod Christum sequi haud sit omnibus datum, 58.1.d

Subit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Quomodo cum Iesu ascendant animæ deuotæ per desertum, simulque cum eodem sedeat, 466.1.b & seq.

Cum sublevasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum.

Diuinam prouidentiam esse oculos, quibus Deus prospicit vniuersis, 837 2.c

De speciali eiusdem prouidentia erga iustos, 336.2.d & 728.2.d & seq. & 748.1.e & seq.

Quod Dei prouidentia circuit quærens eum, qui ipsum Deum quærit, 444.2.e

Quod tanta hominum multitudo veniebat ad Christum attracta ab illo voluptate, & consolationib. 53.1.c & seq.

De Christi pulchritudine, qua populi ad eum trahebantur, 223.2.c & seq.

De eiusdem verborum gratia, qua maxime alliciebantur quoque, 224.1.a & 509.1.a & seq.

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Quod dum nos toti intẽdimus Christo, vicissim totus intendit nobis, 419.2.a b

Quod dum nil temporalium curæ habentes in Christi nos proijcimus manus, is largiter nobis prouideat; & de terrenis, & de cælestibus, 317.2.b & sequen. & 319.1.a seq.

De immensa Christi charitate erga homines, 508.1.a & sequen.

Ducẽtorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt modicum quis vnusquisque accipiat.

Quam modica, & exigua sint mundana omnia hominibus, 24.1.c & seq.

Cum mundus vniuersus non sit proportionatum obiectum amoris nostri, 416.1.e

Accepit Iesus panes, & cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Cur Christus in præcipuis operibus oculis in cælum sublatis gratias egisse dicatur, 512.1.e

De dispensatione fideli in ecclesia facienda, 849.2 a & sequen.

Quales esse debeant ministri facultatum ecclesiæ in operibus misericordiæ, 913.1.e & seq. & 917.1.a & 936.2.b

Similiter & ex piscibus quantum volebant.

In consolationibus spiritualibus exhibendis quam promptus, & largus sit Deus, 24.2.a & seq.

Quod illum, citius anima Deum diligit, Deus quodammodo tenetur pascere consolationibus spiritualibus, 130.2.c & seq.

Vt autem impleti sunt. Quod adeo plerumque consolationibus spiritualibus impleta sit pia anima, vt plus earum nequeat ferre, 883.2.a

Quomodo dulcedine spirituali duntaxat satietatẽ assequi possimus, 283.2.c & seq.

Posses hic agere de vera, & omnimoda saturitate, quam hoc miraculo Christus designare visus est. Vide 760.1. b & seq. vbi pluribus ostenduntur cõgruentiæ comestionis, & potus cum cælesti beatitudine.

Illi ergo homines cum vidissent, quod fecerat Iesus signũ, dicebant, quia hic est, &c. Si illi propter panem corporeum ita Christum celebrarunt, quid faciendũ esset nobis pro sacratissimæ Eucharistiæ pane ab eodem itidem opipare elargitum? Vide in indice rerum, verb. *Eucharistia.*

Quod misericordiæ opera boni nominis odorem causant, 605.2.e

43 In Euangelium feriæ 2. post Dominicam quartam Quadrag.

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. Magna ex charitate flagellat peccatorem Deus in hac vita, 797.1.d & seq.

Flagella ista præsentis vitæ sunt ita tenuia, vt rectè dicantur quasi flagella in comparatione flagellorum alterius vitæ, 798.1.b & seq.

Quia iustitiæ operibus semper admixtã habent eiusdem Dei misericordiam, 841.1.c & seq. & 829.1.c & sequen.

Cum peccata ipsa nostra sint funiculi, & funes, vt habes, 811.2.a rectè tunc de funiculis dices facta à Christo flagella, quando per illa nos flagellat, per quæ ipsum offendimus, qua de re habes, 798.2.d & sequen.

Quod corpori Christi communicatum sit quiddam maiestatis, & magnificentiæ diuinæ, 223.2.e & se.

Quod Prælati debeant esse fortes, quave fortitudine, 473.2.e & seq.

De reformatione ecclesiæ, 869.2.b Quæ elucet maximè in reformatione Cleri, 869.2.e

Recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.

Quid sit zelus Dei, 92.1.a Quomodo comburere, & comedere dicatur, ibid.e & seq. & 1010.1.c & seq. Vide plurima de eodem zelo honoris Dei, vt comparatur Soli, 91.1.c & seq.

Soluite templum hoc. De humanitate Christi, quam ille sibi fecisse dicitur in ferculum, lectum, ac templum, plurima habes, 495.2.e & seq. vide ibi vsque ad 498.2.a

Christus assimilatus templo Salomonis. 861.2.d

Multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. De triplici modo credendi, & quod Iesus non credat se illis, qui non credunt in illum, & illi, 454.1.a & seq.

Ipse enim sciebat, quid esset in homine.

De intima, & perfectissima Christi visione internorum nostrorum, 336.1.d & 339.2.b

44 In Euangelium feriç 3. post Dominicam quartam Quadrag.

Ascendit Iesus in templum, & docebat, & mirabantur Iudæi. Quod admiratio proueniat ex ignorantia, 988.2.b & seq.

Quod ipsamet verborum Christi gratia causabat admirationem, 224.1.b

Respondit eis Iesus, Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Doctrinam Christi esse diuinam, & cælestem, 19.1.b & seq. & 20.2. e 415.1.e

Esse totam de amore, 6.1.e & 19.1.e & seq.

Illustrare intellectum, & mouere affectum, 16.1.b & 931.2.b & 627.2.c

Exhiberi tantum humilibus, 17.2.b & 23.1.e

Fuisse redolẽtem per exempla virtutis, 30.1.e & se.

Et fragrantem, vnguentis gratiæ, gratiamque conferre, 30.2.c & seq.

Abstulisse à mundo tenebras, feras, & silentium à Dei laudibus, 269.1.d

Fuisse amarissimam simul, atq; dulcissimã, 862.1.c

Exhibitam cum Christi spiritu, 953.1.d

Vide plurima de hac materia in indice rerum, ver. *Doctrina, &, Euangelium &, sapientia Dei, & Scriptura sacra.*

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina

ctrina mea, utrum ex Deo sit. Si iuxta Augustini sententiam is intelligatur voluntatem Patris facere, qui in Christum credit, potes hic agere, quod fidei mysteria id habeant, vt prius credantur quã cognoscantur, qua de re vide, 69.1.b & seq.

Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit.

Quod sapientum mundi scientia excitet superbiã, 17.2.c & seq.

Eadem facit proferre deliria, 18.1.b

Turbat intellectus aciem, ibid. 2.a

Refrigescere facit à charitate, ibid. c & seq.

Est instar Idoli, 16.1.c & seq.

Et fragilis instar maceriæ, 269.2.b

Est instar aquarum pluuiæ, 705.2.d & seq.

Qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.

Quod boni prædicatores debeant quærere gloriã Christi, à quo mittuntur, 403.2.c & seq. 388.1.a & seq. & 399.1.b

Dicebant ergo quidam: Nonne hic est, quem quærunt interficere? & ecce palam loquitur.

Quod à prædicatione veritatis haud deterrere debeat timor persecutionum, & mortis, 360.1.d & seq. & 718.2.d & seq.

45 In Euangelium feriæ 4. Dominicæ quartæ Quadrag.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum, à natiuitate.

Quod proprium sit Christi, vt præteriens, & currẽs videat, & attento intueatur, 336.1.d

Intuetur enim instar solis, quem nouimus, tunc aspicere, cum præterit, & currit, 96.2.b & seq.

Cum per cæcitatem à natiuitate ex aliquorum Patrum sententia originale designetur peccatũ, quo natura humana priuata fuit perfectissima, qua prædita fuerat cognitione & scientia iustitiaque originali, & gratia, vt colligere potes ex dictis, 110.2.c & seq.

Potes hic agere, quomodo ab ipso cæco tractus sit Christus, nempe ab hominum peccatis tractus sit Deus, vt carnem sumeret, qua de re habes, 781.1.e & seq. & 53.2.a & seq. Et quod factus homo rectè dictus sit præteriens, cum id sit epitheton hominis habes, 837.2.d.

Et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit? hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?

Per cæcitatem sumendo tribulationes in genere cum cæcitas sit maxima tribulationum, potes hic agere de triplici scandalo, quod causat soles per tribulationes iustorum, vt habes, 82.1.e & seq.

Quod tribulationes haud semper arguant peccata præcedentia, 83.2.d & seq.

Respondit Iesus: neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

Propone hic dubiũ allatum à Chrysostomo hom. 55. qua iustitia id fieri queat, vt tam ingens tribulatio, tantaque pœna alicui infligatur, & nõ propter peccatum. Ad quod responde in hoc nullam esse iniustitiam, quia licet neque ea cæcitas habuerit causam peccati cæci, aut parentum eius loquẽdi de peccato actuali, habuit tamen causam peccatum originale, quod est prima causa ægritudinũ, & tribulationum omnium, vt habes, 114.2.d

Secundo nec argui inde posse iniustitiam in Deo quia tribulationum nostrarũ propria causa haud est Deus, sed corpus ipsum nostrum, 95.2.b

Tertio, quia etsi dicamus Christum, Deumque ipsũ eas immittere, id fit, quia dum sumus in hac vita aspicit quidem nos instar Solis, at non directè, sed obliquè, ibid. c & seq.

Quod vero id non prouenit ex defectu Dei, sed ex defectu nostri, vide probatum ex Origene, 102.2.c & sequen.

Quartò non fuisse id iniustitiam, quia imo summã esse Dei gratiam cum tribulationes immittit non propter peccata, sed vt manifestentur in iusto opera, quæ in illo is facit; Quæ vero sint ista opera habes, 97.1.c & seq. vsque ad 98.1.b

Quod autem istiusmodi tribulationes sint præstantissimum inter Dei beneficia vide 309.1.a & 538.2.c & seq. Vide de hac materia in indice rerum, ver. *Tribulationes.*

Venit nox, quando nemo potest operari.

Quod nox est tempus mortis, & futuræ vitæ, 418.1.a In quo non licet amplius operari, cum non sit locus meriti, 741.1.a & seq.

Quamdiu in mundo sum lux sum mundi.

Quod Christus ab ortu suo fuerit lux mundi, 143.2.d & seq.

Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius.

Si cum Augustino, & aliis per lutum istum accipias designatum Incarnationis mysterium, quo ablata est cæcitas ab humana natura. Vide de eius necessitate & congruentia, 50.1.a & seq.

Si per eumdem lutum intelligas potius mysterium Passionis, seu Christum ipsum, in ea factum opprobrium hominum, & abiectionem plebis, ostende, hic significatum cuicunque tribulato, vt ex tribulationibus ipsis fructum faciat, ponendum sibi super mentis oculos Christum crucifixum, qua de re vide 534.2.e & seq. & 527.2.e & 1001.1.b & seq.

Vade, & laua in natatoria Siloe, qd interpretatur missus.

Si per natatoriam istam cum Patribus intelligas baptismi sacramentũ. Vide de eius ablutione, 839.2.b vide & 708.1.b quod ad baptismum eundum à baptizando sit, quave ratione haurire ex eo debeat aquam, qua lauetur.

Potes & per istam ipsam natatoriam, seu piscinam Siloe, i. missi & Christi intelligere vulnus lateris illius, ad quod confugere debet tribulatus quisque de quo vide, 394.1.c & seq. & 510.1.c & seq.

Abiit ergo, & lauit, & venit videns.

Quod obedientia lucerna sit, & lumen exhibeat, 509.2.d & seq.

Quod obediendum sit promptè, & simpliciter, quæ necessario, 674.2.e & seq. & 501.2.d & seq.

Quomodo per obedientiam istam simplicem abripiatur cor Christi, 643.1.e

Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conspirauerant, &c.

Quod timor mundani opprobrii pro Dei honore sit expellendus, 590.2.a & seq.

Quod Iudaicus populus semper persecutus sit sanctos, 820.1.e & seq.

Quod persecutiones nõ debeant impedire, ne Christum sequamur, ibid. 2.b

Scimus autem, quia peccatores Deus non exaudit. Sed si quis Dei cultor est, &c.

Quod cum oratione debeat esse vitæ probitas, 666.1.a & seq. & 559.2.a

Tu credis in filium Dei? idest, vis credere, quod in fidei rebus voluntas debeat præcedere intellectũ, 149.2.a & seq.

46 In Euangelium feriæ 4. post Dominicam quartam Quadragesi.

Ecce defunctus efferebatur. Quod mortis scientia excitet

ciret animam ad bonum, eiusque meditatio sit optima philosophia, 995.2.c & seq.
Quod mors ex Dei misericordia proueniat, ibid. e
Eadem quàm aptè dicatur putatio, 367.2.c
In ea metitur anima à Deo, quia colligitur cum radice totius meriti, 741.1.b
Ea quàm metuenda sit in peccato, 370.1.e
Iustus tunc mori vult, quando sit Dei beneplacitū, 329.1.c
Mortis etiam tēpore est sub vmbra Christi, 237.1.e
Atque adeo eam frequenter optans Christum ipsū precatur, vt eum ad se colligat, 734.2.b
Quidni vero non moriatur libenter, 356.1.a cum in eius articulo ab eodem Christo vocetur ad cælum, ibid. & 358.1.a & 370.1.d & 2.d & 776.2.a & 1054.1.b & 631.1.e & 962.2.a
Et ei exhibeantur quædam cælestis felicitatis initia, 380.2.a & seq.

Filius vnicus matris suæ. Quod filii sint ornamenta matrum, 175.2.c
Cum filius iste esset adolescens, agere potes de iuuenili ætate, quam sit subiecta passionum tribulationibus, vide 276.1.c 904.1.c & 99.1.b & seq.
Quod affectus in vno tantum Deo collocandi sint 393.1.e & 416.1.a & seq.
Non in filiis, aut qualibet alia re mundi huius. Cū filii sicut vniuersi homines instar aquarum transeant, 837.2.e & mundana omnia instar vmbratū fugiant, 614.2.c & instar velocissimarum quadrigarum, 901.2.c Quin & instar rapidi torrentis, 899.1.b

Quam cum vidisset Dominus misericordia motus super eam. Quomodo Christus plenus esset misericordia, 781.2.b & seq.
Quod misericordia affixa sit super cor charitatis, 604.1.e & seq.
Vide ibi multa de operibus misericordiæ, nec non & in indice rerum, verb. *misericordia.*

Dixit illi, noli flere. Quod lachrimæ nostræ implent Dei capillos, quatenus is est particeps tribulationum nostrarum, 783.1.a
Quod lachrimæ, quæ non proueniunt ex charitate rectè prohibeantur, cum nedum haud sint proficuę, sed sint instar imbris animę deuastātis, 368.1.d
Quod Christus prohibuit viduæ, ne fleret, haud fere valens, vt lachrimæ in vanum effundātur, quas norant esse preciosissimam, ac singulare collyriū aduersus peccata, vt habes 927.2.a & sequenti, & 928.1.a

Et accessit. Quod Christus æque ac Sol per accessum suum omnia viuificet, 563.1.e & seq.

Et tetigit loculum. Manibus loculum tetigit, quibus omnipotentiam Dei designantibus nihil obsistit Vide de hoc tactu, 469.1.c & seq.
Tetigit, quod lignum manibus signans, ex eisdē ligno affixis in cruce bona omnia prouentura, vt habes, 852.2.e

Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Cum per mortuū istum, qui efferebatur, ex Patrū sententia designetur peccator ille, qui in opus peccati prodijt, rectè per has Christi voces intelligere potes internas illius voces sanctarum inspirationum, de quia materia plura habes in indice rerum, verb. *Inspirationes.*
Quod in Deo idem sint labia, & manus, cum dicendo is operetur, 850.1.c & seq.
Quod Christi miracula diuinitatis potestatem indicabant, 851.2.a

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Adolescens, qui peccato mortuus erat, iugi circuitu obseruans, vt habes, 638.1.b & sequenti.

Et qui cum voluntati propriæ inhæreret, inquietissimus fuerat, vt habes, 436.1.b & seq.
A peccati morte surgens per obedientiam Christi verbis exhibitam, qua facilis redditur molestissima vita ista, vt habes, 162.2.a sed iste dicitur, propter internam, quam ex iustificatione adeptus est pacem, cæpisse autem loqui. Similia verbis illis, *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo:* iuxta expositionem allatam 281.1.a & seq. cuius breuiorem sensum habes, 280.1.d

Et dedit illum matri suæ. Non solum verbis afflictam matrem consolatus est Iesus, sed & re ipsa. Nam misericordiæ opera spiritualia, & corporalia æqualiter exhibenda, vt habes, 805.2.c

Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum. Quod timor sanctus sit basis aurea super quam firmatur columna fidei, 858.2.d

Dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis. Quàm magnus Propheta surrexerit in mūdo Christus, 142.1.b & seq.

Et quia Deus visitauit plebem suam. De interna Christi visitatione, 415.1.b & seq. 415.2.c & seq. & 869.2.d

47 In Euangelium feriæ 6. post Dominicam quartam Quadrag.

Ecce quem amas, infirmatur. Ex breuitate nuncij istius collige orationes nostras ad Deum modicis verbis constare debere, cum vota, & desideria diligentium Deus exaudiat in medijs precibus, & antequam voces ipsæ exprimantur, vt habes, 262.2.b & seq. & 977.2.c
Quam validæ idcirco sint breuissimæ orationes iaculatoriæ, cum è cuspidibus vberum, & charitatis mittantur in Deum, 1039.2.c
Quod oratio sit funis & catena, qua Deum trahimus & trahimur ad Deum, 56.1.b & seq.
Quod orationes nostræ non debeant niti in meritis nostris sed tantū in meritis Christi ideo. n. hic dicitur, *quem amas tu*, non, *quem amamus nos*, 100.2.c & 559.2.d & 662.1.d
Si dictio *Ecce* sumatur vt indicans quid præsens: ostende quomodo Lazarus infirmus fuerit præsens Christo, à quo amabatur, quamuis longe abesset, ex eo quod amans ibi animo, & corde est, vbi est eius amatum, qua de re vide, 127.1.a & seq.
Et ex eo quod id morit sit Dei, vt tribulationibus velitis suis legatis, & præcursoribus præmissis ad sit & ipse cuique tribulato, 740.2.c & seq.
Quod si eadem dictio *Ecce*, sumatur potius, vt significans admirationem, vt habes, 210.1.b
Et quid magnum, & admirabile, vt habes, 212.1.e & 791.2.e Potes hic tractare, quam magnum sit, & admirabile, vt is, quem Deus amat, infirmitatibus, & tribulationibus concutiatur, cum flagella sint nocentum potius, quam innocentum, ita vt & si quæ iusto debeantur aliquando, & impium potius affligant, vt habes, 264.1.d & sequē. quin & propter istum frequenter peccatores ab illis eruantur, vt habes, 265.1.a & seq.
Quin potius ob id istud ipsum dic, magnum id esse, & admirandum, quod amor Dei eo perueniat, vt tribulationes immittendo participem opum filij sui eum faciat, quem diligit, 739.2.d nec non & regni eiusdem, 522.1.a & 2.e
Quod in hoc nuncio cum dicitur, *Ecce quem amas*, dicitur quoque implicite, *Ecce qui te amat*, cum amor sit potissima causa amoris, 1015.1.c

Quod

Quod si ita est, expone quam rectè infirmitas iungatur cum amore ex illo sponsę. *Quia amore langueo*, vt habes 309.1.b & seq.
Quomodo languor iste dicatur vulneratio, & vulnus, ibi.e & seq. Vide de vulnere ista plura. 633.1.c
Quomodo cũ languore, & vulnere isto amoris ster & sũma fortitudo, 305.2.d & seq. & 1011.1.a & se.
Infirmitas hac non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Quod glorificetur Christus per tribulationes nostras, cũ pati sit Deo gratius, quam operari pro ipso. 1022.2.c & seq.
Vide & 522.2.e & seq.
Et cũ per tribulationes Deus excitare soleat ad charitatem, vt habes 995.2.b fusiusq; in loco sæpius citato. 96.1.b & seq.
Glorificatum ostende filium Dei, quatenus charitate ipsa nostra coronam quodammodo gloriosi regni illi imponimus, vt habes, 523.2.c & seq.
Diligebat autẽ Iesus &c. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.
Quod Deus sæpe ex fiducia, quam habet in ijs, quos diligit, differt audire preces eorum, 649.1.c. & se.
Eamus in Iudęam iterum, &c. Rabbi, nunc quęrebant te Iudęi lapidare. Quod dilectionis sit vt trahat Deũ. 55.2.d & seq. Vide &. 508.1.d & seq. & 1008. 2.c
Lazarus amicus noster dormit. De iustorum morte, eiusve suauitate. Vide in indice rerum, ver. *Mors.*
Si *dormit, saluus est.* De salubri somno, & dormitione contẽplationis plura habes 325.2.b & seq. & 765. 2.c & seq. De contemplationis autem studio in genere plurima habes in indice rerum, verb. *Contemplatio* &, *Contemplatiui.*
Eamus & nos & moriamur cũ illo. Verbis hisce nos inuicem excitare debemus ad imitationẽ passionis, & mortis Christi in studio mortificationis. Vide 1003.1.a & seq. & 610.2.b & seq.
Iesus infremuit spiritu, & turbauit semetipsum. Id effecit super morte Lazari, quatenus designabat mortem peccati, indicans idipsum & nobis faciẽdum, cum tale in nobis aduertimus peccatum. Vide de hac salubri tribulatione, 800.2.c & seq.
Vbi posuistis eum? Potes hęc sumere vt dicta à Christo ad primos parentes nostros, seu ad Dęmones filios matris nostræ, & exponere ad quanta mala deduxerint homines per peccatum, qua de re vide 112. 1.c & seq.
Et lachrimatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodo amabat eũ. Bene intulisse Iudæos ex Christi lachrymis amorem eius; cum lachrymæ, & gemitus sint propriissima amoris loquela, 532.2.c. & se.
Tollite lapidem. Vide qũo aperiatur cor peccatoris amouendo id, quo concludebatur, 809.2.c & seq. & 2.b & seq.
Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit, Pater, &c.
Cur Christus in præcipuis operibus suis oculos ad Patrem leuaret. 512.1.e & seq.

48 In Euangelium Sabbathi post Dominicam 4. Quadrag.

Ego sum lux mundi. Quod ab ortu suo Christus fuerit lux mundi, 123.2.d & seq. 1016.1.a & seq.
Eundem solis appellatione designatum habes, 181. 2.c & seq. & 99.2.c & seq. & 830.2.c
Carne coronatus est Christus, æque ac Sol coronatur fulgore nubis, quæ sub ipso fit, 517.1.b & seq.
Comparatur quoque Soli, cum aduenit in animam sanctis inspirationibus, 336.1.d & seq.
Illius doctrina adeo clara, & perspicua, vt propterea dicta sit meridies, 133.2.d & 135.1.c
Eius lex haud atramento, sed luce impressa est in cordibus nostris, 1004.2.b & seq. 1005.1.b & seq.
Passionis tempore idem quomodo se exhibuerit, vt lãpadẽ accensam super cãdelabrũ crucis. 1015.2.a
Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Sequi debemus Christũ vt nostrũ vexillum, 52.1.b & 829.1.b
Eumdem sequi debemus sub vexillo charitatis, 294.1.d & seq.
Sequi illum debemus per imitationem, & quomodo, 151.2.b & seq. & 152.1.c & 55.1.e & seq.
Sequi eum debemus vt doctorem & ducem tutissimum, 52.1.a & 125.1.d & seq.
Sequi eum debemus vt famuli eius seruitio addicti. 131.1.a & seq.
Sequimur Christũ, vt famuli, eius synthesi & liurea induti, quæ est modesta conuersatio, 170.1.d & se.
Quibus notis nos Christi exhibere debeamus seruos. 1003.1.c & seq.
Sequi denique debemus Christum vt exẽplar obedientiæ, 592.1.e & seq.
Obedientia celerrimè ducit ad brauium æternæ felicitatis, 163.1.a
Eius studium quam vtile, & necessarium sit piæ animæ, 152.2.e
Quã congrue Dei pcepta, quib. cũ obedimus, sequimur Christũ dicant eiusdẽ Christi currus, 162.1.e
Non ambulat in tenebris. Qui sequitur Christum per viã obedientiæ: quia obediẽtia ipsam habet lucernã pedib. suis, 449.1.e & seq. Vide plura, si velis in Indice rerũ, verb. *Obediens.* &, *Obediẽtia.* Per accessum ad Deum fugãtur tenebrę oẽs, 621.2.a & seq.
In ignorantiæ tenebris ambulare nequit Christũ sequens, vt doctorẽ, cũ ab illo trahatur, & eleuetur ad tutã Dei cognitionẽ, 52.1.a & seq. Vide de lumine huius cognitionis petitę per osculũ, 44.e & seq. Vide & de tutissimo fidei lumine, 149.1.b & seq. 75.2.a & seq.
Peccata esse tenebras, 84.2.b in quib. ambulare nequit, qui Christũ sequitur verã rectitudinẽ. 77.2.b sequens illũ in semita charitatis, quę est regula oĩs rectitudinis, vt habes, 76.2.a & 78.1.d
Ambulare tñ in dictis tenebris, qui secundum carnem ambulant ad mendacem concupiscentiæ lucem, de qua habes, 92.2.d & seq.
Sicut & in ignorantiæ diuinorum tenebris ij ambulant, qui ad inanem ambulant sensuum lucem de qua. 132.2.a & seq.

49 In Euangelium Dominicæ Passionis.

Quis ex vobis arguet me de hoc peccato. Impeccabilitas, quã singulari rõne cõpetat Christo, 100.2.d & se. Vide & 348.2.a & seq. & 348.2.c & 346.2.e & seq. & 830.1.e
De omnimoda eiusdẽ Christi rectitudine, puritate ac sanctitate, 75.2.d & seq. 223.2.b & seq. & 271. 2.c & seq. & 274.2.d & seq. & 275.1.e. & seq.
De virtutũ ac gratiarum Christi excellentia. 34.1.c
Qũo Christus ẽt vt homo dici potuerit ipsamet virtus, & sanctitas, 34.2.e & 77.1.e & seq. & 195.1.d
Qua rõne dici potuerit peccatũ vna cũ oĩmoda ista puritate, & sãctitate fuisse ĩ Christo. 828.2.c & se.
Si veritatẽ dico vobis, quare non creditis mihi? Quod Christi verba etsi ob puritatẽ lilia essent, amara tñ erãt, quatenus, myrrhã proferrẽt veritatis, 847.1.c
Quod veritas sit basis aurea totius Euangelicæ prædicationis, 230.2.e 757.1.a
Veritas est vnum fidei obiectum. 231.1.a & seq.
Qui ex Deo est, verba Dei audit. Ex dilectione Dei prouenire, vt illius verba libenter audiantur, 1053.2. c & 47.2.e & seq. 75.2.b & seq.
Ex eadem Christi dilectione fieri, vt dulcissimũ no

bis sit commentari de iis, quæ illius sunt, 73.1.c
De verbi Dei vtilitate, efficacia, atque vsu plurima habes in indice rerum, in voce, *Verbum Dei.*
Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes? Blasphemias fuisse sicut ros super caput Christi, & quomodo, 779.1.a & seq.
Quod mali Christiani sunt in causa, vt blasphemetur nomen Domini, 778.2.c & seq.
Ego non quæro gloriam meam. Quod Prædicatores nō debeant propriam quærere gloriam, sed fructum duntaxat in auditoribus, 663. 1.a & seq. Vide in Indice rerum, verb. *Vana gloria.*
Si quis sermonem meum seruauerit, mortem nō videbit, seu, non gustabit in æternum. Explicatur hæc sententia. 115.1.b & seq.
De obseruantia diuinorum præceptorum plura habes in indice rerum, verb. *Præcepta Dei,* & verbo, *Obedientia.* Vide & 420.1.b
Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meū: vidit, & gauisus est. Explicatam habes sententiam istam, 224.2.a & seq.
Amen, amen dico vobis, Antequam Abraham fieret ego sum. Quomodo Christus, vt Verbum Patris fuerit ab æterno. 185.1.e & seq.

50 In Euang. feriæ 2. Dominicæ Passionis.

Miserunt Principes, & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Quomodo fideles apprehendere debeant Iesum, eumque tenere vtiliter, 454.1.d & se. & 455.2.c & seq. & 458.1.c & seq. & 459.2.a & se. & 983.1.c & seq. & 984.1.c & seq.
Quæretis me, & non inuenietis. Vide plurima super his verbis collecta in Euangelium feriæ 2. post Domin. 2. Quadrag.
Quo ego vado, vos non potestis venire. Vide eadem feria secunda.
Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quanti fecerit Dominus Iudaicum populum, & Apostolos haud iuisse in dispersionem gentium nisi à Iudæis ipsis compulsos, 106. 2.c & sequen.
Quod Synagoga, quæ Christum à se repulit, aliquādo petet admitti inter illius mercenarios, 145.1.b
Quæ tantum abhorrebat dispersionem gentium, tunc erit salua, quando vna cum Christo illi se adiunxerit, 156.2.b
Aemulationi Iudæorum contra dispersionem gentium, ipsa gentium Ecclesia tanta res pendebit charitate, vt eorum Synagoga & Christum communicatura sit, & nomen sponsæ, 460.1.a & seq.
Quantum autem Synagoga inuideat saluti gentiū, habes, 977.2.e
Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Quod necessario vniuersi ad Christum venire debeant, cum ille sit totus desiderabilis 863.1.c & 2.d
Quid sit animæ sitis, 283.1.b & seq.
De quadruplici siti, seu desiderio animæ ad Deum. 280.2.a & seq.
Quod Christus sit fons, vnde omnia gratiarum fluēta dimanant, 34.2.c & seq. & 202.2.b & seq.
De copia istarum gratiæ aquarum vide quæ notata sunt in Euang. feriæ 6. post Dom. 3. Quadrag.
Delectationis sitim maximam esse, cū sine delectationibus homines viuere nequeant. 9.2.e & seq.
De ardentissima siti, & desiderio consolationū spiritualium, qua æstuant pii quique, 10.2.e & seq. & 54.1.b & seq. & 308.1.a & seq.
De aquis hisce plura videre potes in indice rerum, verb. *Consolationes spirituales.*
Quam magnus homini insitus sit appetitus scien- di. 15.2.e
De aquis sapientiæ diuinæ plura notata habes in Euang. feriæ 6. post Domin. 3. Quadrag. Vide & in Indice rerum, verb. *Sapientia diuinarum.*
Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, &c. Explicatur locus iste. 927.2.e & seq.
Quod ob Spiritussancti exhibitionem ecclesia dicātur fluenta de libano, 707.2.e & seq. & 685.2.b
Quod Ecclesia sit fons gratiarum, & doctrinæ aquis redundans, 679.1.b & seq. & 704.1.d & seq. & 707.1.b & seq.
Idipsum & de pia anima, 681. 1.e & sequenti & 708.2.d & seq.

51 In Euang. feriæ 3. post Domin. Passionis.

Ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum interficere. Potes hic admirari primum Iesum quasi metuentē fugisse, cum tamen alioquin fortissimus esset. Vide, quam ille fuerit fortis, & prælatus tribus generibus fortium, 269.1.c & seq. appellatus per antonomasiam fortis. 42.1. a fortitudine indutus, & præcinctus, 673.1.b de fragili eius humanitate designata per illius ventrem, 355.2.b & e
Dic tamen eum non fugisse propter metum. Cum venter ipse eius, fragiliorq; humanitas, distinctus dicatur sapphyris. i. cælestibus virtutibus, vt habes vbi supra. Quin potius admirare Dei occulta consilia, vt habes, 385.1.c
Quod Deus ambulet in iustis, vt in ambulacris Ecclesiastici horti sui. 677.1.e
Quomodo idem ambulet in pia anima, vt in pretioso horto 680.1.b & seq.
Quomodo Christus fugiat ab improbis tendens ad iustos, 1056.1.d & seq.
Quod Christus fugiat persecutiones, vt doceat infirmiores Ecclesiæ 177.2.c & seq.
Quomodo non omnis, qui quærit Iesum, illum inuenit, cum potius is inuentum se dicat à non quærentibus ipsum, 451.1.b & seq.
Quod male quæratur Iesus, ni prius fuerit inuentus, 451.2.b
Erat autem in proximo dies festus Iudæorū Scenopegia. Dies festos institutos à Deo, vt in illis beneficia ipsius memoria versaremus, 73.2.d
Quod & nos quotidie hoc festū Scenopegiæ, & tabernaculorū facere deberemus in memoriam reducentes, & considerantes, quod in tabernaculo corporis nostri peregrinamur, à Dño, 83.1. b & seq.
Quod in hac peregrinatione eruti à Deo sumus, vt non amplius essemus tabernacula Dęmonū 85. 1.c & seq. facti tabernacula Christi, ibid. d & collocati in ecclesia tutissimo, ac pulcherrimo tabernaculo veri Salomonis, 81.2.b & seq.
Dixerunt autem ad eum fratres eius, Transi hinc &c. *Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.* Mundi gloriā fugiendā ad Christi exemplum. Vide in indice rerum, verb. *vana gloria.* & 256.1.b & 76.1.d & se.
Tempus meum nondum aduenit. Quod Christus illud peculiariter suum existimauit tēpus in quo passus est, maioraq; exhibuit amoris īdicia, 272.1.b & se.
Tempus autem vestrū semper est paratum. Mundanorū hominū tēpus est semper paratū, quia à Dęmonib. atque à propriis sensibus constituti sunt custodes vinearum mundi, 112.2.b & seq. & 115.1.b & seq.
Vos ascendite ad diē festum hunc, ego non ascendā. Ascēdunt mundani ad diē festum hūc cum delicijs, & sæculi voluptatibus se dedunt, ac circa illos vagantur. Vide quid patiantur, 142.2.c & seq.

In

In mundi rebus percipiendis quomodo discrepẽt spirituales,atq; mundani,438.2.a & seq.Vide quo modo spiritualis renuat omnem sęculi voluptatẽ. 21.2.a & seq.

Vt autem ascenderunt fratres eius,tunc & ipse ascendit, non manifestè,sed quasi in occulto.

Quod Christus cum hominibus mundi ascendit ad diem festum, licet non manifeste, sed quasi in occulto,quatenus ipse est,qui illos pascit voluptaribus iis, tametsi cum illis minimè cubet. 131. 2. b & sequen.

Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metũ Iudæorum. Mundi metum omnem abiiciendum, & palam de Christo loquendum.434.2.a & seq.

52 In Euangelium feriæ 4. post Dominicam Passionis.

Facta sunt Ierosolymis Encænia. Quod pia quæque anima dici possit Ierosolyma,cum sit pulchra sicut Ierusalem,877.2.c & seq. Vide & 880.1.a & seq.

Quod quæ talis est anima habens intra se templum Dei, vt Ierusalem,facit festum Encæniorum,& renouationis, cùm renouationem ipsam suam recolens, ait: *Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*. 84.1.d.& seq.

Vide quæ nota a sunt in Euangelium dedicationis Ecclesiæ.In communi Sanctorum.

Et hyems erat. Quod è contra animæ quæque reproborum frigidæ,& obscuræ sunt,cum in illis sit hyems peccati. Quam congruè peccatum ipsum dicatur hyems,363.1.e & seq.& 364.2.b & seq.& 370. 2.d & seq.

Quomodo ob summam frigiditatem suam idem peccatum dicatur Aquilo, faciatq; damna eadem animæ, quæ arboribus, & terræ fiunt ab Aquilone.719.1.c & seq.

Et ambulabat Iesus in templo,in portico Salomonis.

Quod etsi in reprobis,& hypocritis, qui Dei viden tur tẽpla,Christus non habitet,ambuletq; nisi in externo portico,quatenus illi extrinsecus dùraxat eius implent legem. In prædestinatis tamen, & in pia quaq; aĩa,quæ verè, & extrinsecus,& intrinsecus pulchra & sancta est, vt habes, 212.2. d & seq. in intimis commoratur, & in medio cordis, 195. 1.e & seq. sicut illa in medio quoque cordis sui diuinam legem seruare studet. 1004.1.b & seq.

Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus,dic nobis palã. Sicut in simplici fide summa est quies,ita & cum in fide hæsitatur, vel quæritur euidentia, maxima habetur inquietudo, 230.1.a & seq.

Cum Christi doctrina esset clarissima, vt habes 137 2.d & 135.1.c & seq.Obscurissima tamen videbatur ijs,qui nõ habebant puros fidei oculos,de quibus vide 217.1.e & seq. sicut & obscurissima est, & imperceptibilis reprobis illis,qui actu sunt tabernacula cedar,de quibus vide 85.1. b & nota,q in modicis hisce verbis. *Quousque* &c. tanguntur tria reprobationis signa, inquietudo intellectus, impuritas fidei,& tenebræ iniquitatis,de quibus habes in locis præallegatis,Quamquã ex primis il lis verbis, *Quousque animam nostram tollis*,& quar tũ colligere possimus signũ,nempe alterã impiorũ inquietudinẽ in instabilitate studiorũ, & in ingĩ cordis perturbatione,de qua vide 234.1.a & seq.

Quã multo magis indicat verbum, quo de illis lo quens vsus est Euangelista. *Circumdederunt eum.* Vide de perenni circuitu reproborũ,436.1. a & seq. & 438.1.a & seq.

Loquar vobis,& nõ creditis mihi. Quod verbis hisce significetur quintũ reprobationis signũ,quod est dimittere Deum,& Iesum Christum eius filium,qua de re vide,453.2.e & seq.& 454.2.a

Opera,quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. Quod Christi opera cõsona fuerint eius doctrinæ, illamve confirmarint,851.1.b & seq. Vide & 580. 1.a & sequen.

Sed vos non creditis,quia non estis ex ouibus meis. Indicatur in verbis hisce sextum,ac septimũ reprobationis signũ,Sextum quidem, quod est inobedientiæ ad Christi voces,atq; doctrinam: si essent.n. illius oues ita ei crederent,vt & ipsius doctrinam facto implerent,qua de re vide 75.2.a & seq.

Septimum aũt signũ est,quod non sunt è Christi grege,sed è gregib. mundi, de quibus habes 141.2.a & Dæmonũ,quos etiam,pastores,ac sodales Christi nuncupatos habes,141.1.a

Quod Diabolus,mundus,& caro ita pascũt istos reproborum greges, vt semetipsos pascant animab. illorum,131.1.e,& seq.& 132.1.b

Oues meæ vocem meã audiunt. Hic incipit Dñs enumerare è vestigio signa prædestinationis,atq; electionis iustorũ. Affert aũt, primum signum, quod est dilectionis erga ipsum, per quam prædestinati vocẽ eius tum internã inspirationum, tum externam doctrinæ,vt amicã audiunt,atq; dignoscũt,vt habes 305.1.b & seq. Qũo verò eam audiant,& diligant habes 75.2.b & sequẽ, vide in indice rerum verb.*obedientia*.

Et ego cognosco eas. Quod prædicta electorum charitas ortum habeat à charitate Dei.76.1.d

Quodve ab æterno præcognita ea sit cum sancta eorundem conuersatione à Deo per prædestinationem.186.1.a & seq.

Quomodo cognitio Dei ista sit, fueritq; cum charitate, quæve ea sit dilectio erga prædestinatos, 417.1.c & seq.& 995.1.a

Et sequuntur me. Hoc est secundũ signum prædestinationis, cũ fideles sequuntur Christũ pastorẽ suum in pascuis nimirũ illis, in quib.is suas pascit oues, nempe in fide catholica Ecclesiæ Romanæ, vt habes 126.1.e & seq.& in pascuis consolationũ spiritualium,de quibus,131.1.c Atq; in pascuis sanctæ cõuersationis,de quib.415.1.e & puritatis,417.2.d

Quæ sint Christi pascua, in quibus eius oues illum sequuntur, videre etiam potes,419.2.d & seq.

Qua rõne insuper oues Christi, iustiq; illũ sequuntur, colligere insuper potes ex ijs, quæ notata habes in Euang.Sabbathi post Domin.4.Quadrag.super verbis. *Qui sequitur me,non ambulat,&c.*

Et ego vitam æternam do eis. Hoc est tertiũ prædestinationis signum cũ gustus percipitur æternorum.

Quomodo in hoc gustu Christus exhibeat vitam æternam,247.1.d & seq.

Quod in hac vita exhibeantur quidam gustus patriæ cęlestis,& vitæ æternæ, 371.2.b & 318.1.c

Quam necessariæ sint consolationes spirituales ad vitam spiritualem prorogandam, 24.1.a & seq.

Vide plura in Indice rer.ver. *Cõsolationes spirituales.*

Et non peribunt in æternum. Hoc est quartũ prædestinationis signũ,iugis, præcipuaque prouidentia, qua suis ouib.prospicere videmus pastorẽ bonũ Iesum ac Deum ipsum. Vide. 122.2.c & seq.& 126.2.a

De speciali hac Dei prouidentia erga iustos sub metaphora comestionis designata plura habes 728. 2.d & seq.

Quod Deus eosdẽ instar muri ignei ambiat, ne quispiam inter eos pereat vnquam,1038.1.a & 681.1.a

Et non rapiet eas quisquã de manu mea. Hoc est quintũ prædestinationis signum,perfectissima resignatio in Dei manus,de qua,327,1,c

Quod prædestinatos seruet Deus in manu sua vt fasciculum, 195.2.c.& seq.
Quod eosdem seruet vt coronam gloriæ item in manu sua. 521.1.a & 175.1 d
Quod scriptos in manibus suis illos ipsos seruet, quave ratione, 1003.2.a

53 In Euang. feriæ 2. post Dom. Passionis.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo. Quomodo pia anima, quæ diuisa, & segregata est à mundo (Pharisæus.n. diuisum sonat) inuitet Iesum, vt manducet cum ea, 729.2.d & sequen.& 734.1.d
Et ingressus domũ Pharisæi discubuit. De antiquorũ vsu discumbendi cum comederent, 134.2.a
Qua ratione Christus ingrediatur in cor eius animæ, quæ de segregatis est, & diuisis à mũdo, quidne in illa efficiat 54.1.a & seq.
Quid ingressus comedat ibi, 749.1.d & seq.
Et ecce mulier, quæ erat in Ciuitate peccatrix. Cũ per dictionem, *Ecce*, signari soleat admirandum quid, vt habes 210.1.a & 212.1.d notare potes hic poni tãquam quid prodigiosum, & admirabile, vt mulier esset in ciuitate cum mulieribus propriũ, & peculiare inditum à natura sit, vt domi se contineãt, prout habes 568.1.c & seq.& 454.1.c
Aptè autem mulier ista, quæ non in domo, sed in ciuitate erat, per quam vagabatur nomen sortita est peccatricis, quod tantundem est ac meretricis, cũ id proprium sit meretricis epithetum, vt vaga sit, nec valens in domo consistere, vt habes, 136.1.c
Vt cognouit, quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi.
Quod per odorem, quo significatur notitia, vt habes 32.2.c & 29.1.c vnguentorũ, gratiarũ tracta à Deo fuerit Magdalena, 54.2.c & seq.& 51.1.c Vide & 59.1.c & seq.
Quod fidei cognitione trãcta ab eodẽ fuerit, 58.1.b & seq.
Fidei cognitionẽ rectè pponi in enarratione iustificationis Magdalenæ, cũ fides sit initium, & veluti fundamentũ ipsius iustificationis, 281.1.c & 46.1.c
Attulit alabastrum vnguenti. Agnito Christi accubitu eiusve ingẽti charitate, ob quã ibi ita accumbebat, de qua habes 779.2.b auditis internis eius inspirationibus, atq; pulsationibus, prout habes 772.1 d & seq. surrexit Magdalena recedens à peccatis, vt habes 811.1.c & seq. attulit alabastrum vnguenti myrrhæ amarissimæ contritionis, de qua habes 800.1.b & se. seu nardi humilitatis, vt habes 191.1. d & seq.
Et stans retro. Magdalena sicut audacter ingressa est, nullam rationem habens prauæ erubescentiæ coram conuiuantes, quæ maximè damnosa est spirituali, vt habes, 590.2.a & seq.
Ita & propter bonã erubescentiam haud ante Christi faciẽ, sed retro stetit. vide de hac erubescentia bona, 570.2.a & seq.& 574.1.d
Quod ea sit synthesis, & tunica Christi. 570.2.c
Secus pedes eius. Pedes adiuit ex humilitatis effectu, de quo plurima habes 585.2.d & seq. Agnouit per Christum victoriam se reuecturam ex Sathana, ex colere illum cœpit, vt palmam, de qua 951.1.b ad eius pedes vt ad palmæ radices stercus adhibuit peccatorum suorum, de quo, 251.1.c & seq.
Ad Christi item se proiecit pedes, quos aureos à spõ[...] dictos recolebat, ad diuina eius consilia auro decora charitatis, super quæ vniuersa illius fundata sunt itinera, vt habes 858.1.d & seq.
Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Quod Magdalenæ oculi euaserint fontes, 925.1.c
Quos excolere cœpit pedes Christi vt palmæ radicẽ rigare cœpit lachrymis ipsis suis, quarum tanta extitit copia, vt aquis piscinæ maximæ comparatæ sint, prout habes, 927.2.a Fide etiam ob id effecit, vt lacrymis ipsis proiecta ad Christi pedes sua conteretur peccata, ibid.d
Ad Christi insuper pedes lachrymas suas effudit, quo vehementius ascenderent, & salirent in cęlũ, prout colliges ex dictis, 187.1.d
Et capillis capitis sui tergebat. Potes ostẽdere, quod & hoc quoque actu Magdalena medicamentũ exquisierit peccatis suis sumens per capillos comparatos capris peccata ipsa, quibus tergãtur pedes Christi designati per montem Galaad, [...] quo resina, & medicamenta, vt colliges ex dictis 545.1.d
Et melius per capillos capitis Magdalenæ illius accipiẽs cogitationes, de quibus plurima habes, 541. 1.c & seq. tracta quomodo actu isto externo Magdalena significaũt vniuersas suas cogitationes direxisse ad pedes diuinæ charitatis, super quos Dei fundata sunt crura, atque itinera, de quibus habes, 857.2.d & seq.
Et osculabatur pedes eius. Vide de hoc pedũ Christi.i. veritatis, & misericordiæ eius osculo, quod proprium est incipientiũ, 14.1.d & seq. vbi & de aliis duob. osculis manus, & oris, sicut & 977.1.c & se.
Et vnguento vngebat. Hoc actu charitatis suæ in Christum specimen exhibuisse Magdalenam, cũ id moris fuerit Palæstinarũ, vt vnguentis perfunderent amantes. 806.2.d
Eodem externo actu significasse, quod ipsa eiusdẽ Christi ope in pedibus affectuum suorũ faciebat vngẽs illos vnguento mortificationis pro eorũ pedum vulneribus proprijssimo, atque efficacissimo vt habes 789.1.c & seq.
De triplici vnguento animæ, 37.1.c
Vnguento nardi, & deuotionis suæ Christum vnxisse Mariam, indeq; eiusdem deuotionis desumpsisse fragrantiam, 189.2.d
Per hoc deuotionis officium diuinam suscepisse gratiam, 190.1.b
Post actuum omnium Magdalenæ enumerationem pone difficultatem, cur nulla verborum, & locutionis eius fiat mentio; Cui respondebis, id factũ, quia illa haud lingua, externoque ore locuta est, sed ipsis oris actibus suis, cum opera os suum habeant, imo sint os clamans, 580.1.a b c & seq.
Sed ipsomet gemitu suo, qui est proprijssima amoris loquela, 132.2.b & seq.
Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit, æstimo, quia is, cui plus donauit. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ.
Quomodo dilectio eadem possit esse causa, & effectus eiusdem remissionis, 48.1.b
Qua ratione dilectioni adscribatur remissio, & iustificatio, quam postmodum idem Christus tribuit fidei, vbi ait, *Fides tua te saluam fecit.* 280.2.c & se.
Vade in pace. Quam aptè hæc adiecta sint, cum pax sit præcipuus iustificationis fructus, 282.2.b & seq. vide & 1036.2.b & seq.
Vide & quomodo Magdalenæ peccata haud amplius visa sunt à Christo, 621.1.c & seq.

54 In Euangelium feriæ 6. Dom. Passionis.

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilium.
De necessitate bonæ consultationis, 637.1.a & seq.
Quod eius defectus interitum prænunciet, 638.1.a
Quam abesse debeant passiones in consultatione, 639.1.a

Con-

Consultationes bonorum quam magnum habeant robur.ibid.b & seq.
Quibus decoræ sint conditionibus,ibid.d.& seq.
Ab oratione in primis illas depẽdere.638.2.c.&se.
Potes hic pariter agere de oecumenicis Ecclesiæ Conciliis, in quibus errari nequit ob assistentiam Spiritus sancti,vt habes,519.2.e & seq.
Et dixerunt,quid facimus,quia hic homo multa signa facit? Quod cætus iste Pontificum, & Pharisæorum conturbarit vniuersam Iudæorum Synagogam,886.1.c Christum ob signa mirabilia maiores sustinuisse persecutiones,274.1.d & seq.
Quod Iudæorum æmulatio fuerit dura sicut infernus, dum Christo mortẽ inferre statuit. 1012.1.b
Quod miseri isti Iudæi ex mala sui dispositione decolorati sint per aspectum, & signa veri Solis iustitiæ Christi.102.1.e
Quanta mala eis prouenerint ex ignoratione collatarum sibi gratiarum.159.1.a
Quam malè in hoc Concilio intulerint,insurgendũ quantocius aduersus Iesum ex multitudine, & copia signorum, quæ ab eo fiebant. Cum potius inferre debuissent,credamus in illum,cum miracula illa vim haberẽt trahendi, vt habes 52.1.a & se. & 59.2. a cumque per eadem veritas doctrinæ illius confirmaretur, 851.1.d & seq. diuinitatis potentiam in eo esse contestarentur, 851.2.a
Nota quõ inquiunt, *hic homo*, odio non sinente, vt illius proferant nomen,cum è contra diligentibus eum iucundissimũ sit illud proferre, 38.2.a & seq.
Nota ẽ,quõ ingrati isti in malũ benefactoris cõmẽtantur illius signa,& beneficia,cũ commentari illa debuissent, vt maxima amoris eius indicia prout ab ijs efficitur,qui eum diligunt,gratique sunt,de quibus,73.2.d & seq.
Si dimittimus eũ sic,omnes credent in eum. Ostẽde quãtum & in hoc quoque miseri illi decepti sunt, cũ exinde potius omnes crediderũt in eum,quod ipsi non dimiserunt eũ sic, sed cruci affixerunt, 51.2.c
Ita vt per passionem,mortemq; quam illi intulere, possessionem is adierit ecclesiæ vniuersalis,737.1.d & seq.
Et venient Romani,& tollent nostrum locum,& gentẽ. Ab humanis respectibus,& ab iis punctis, seu rationibus,quas vulgo appellãt, Raggion di stato,quã cauendum,391.1.c & 2.a & seq.
Quam deuitandus sit & timor mundanus, quantaue sint illius dãna,360.2.b & seq.& 718.1.d & seq.
Quam decepti fuerint Iudæi isti, & in hoc quoque cum potius exinde,quod Christum non dimiserãt sic,venerint Romani ad Christũ,& tulerint Iudæis ipsis primatum & quoad locũ, & quoad gentẽ sic vt apparet modo in ecclesia Romana, vt colliges ex dictis,472.1. e & seq.& 490.2.e & seq.
Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Quam necessaria fuerit Christi passio pro reparatione totius humani generis, 50.1.e
Quomodo per vnius Christi mortẽ deuicta sit mors ipsa, quæ in vniuersos homines vires suas exercebat.555.2.d
Quod expediebat,&c.vt per Christi mortem liberarentur oẽs homines à violentia Diaboli qua violẽtæ morti vniuersi erant subiecti,197.2.c & seq. Vide de eiusdem Christi triumpho aduersus Diabolum,atq; mortẽ,quo triumphauit in Cruce 498.1 d & seq. Vide & de tuto confugio crucis,396.1.b & 192.2.d
Quod per vnius item Christi mortem homines liberandi essent ab eo quoque mortis genere, quod ex corruptione carnis, & ex principiis prouenit internis, quam mortẽ naturalem nuncupare fas est, quæve ex nimis concupiscentiæ æstu causatur, de qua plura habes 98.2.b & seq.& & 115.1.e & seq.
Metens quippe Iesus myrrham passionum suarum vt habes 736.2.d & seq.myrrham hominib. reliquit mortificationis pro tuto medicamine aduersus prædictæ mortis pericula, de qua habes 809.1.c & seq.Vide & 789.2.a & seq.
Quod compuncto Christo in cruce effusum ex ipso sit vnguentum opobalsami,209.2.b & seq.
Quod in cruce item effusum sit præcipuum vnguentum nominis Iesu,41.2.b & seq.
Quod expediens fuerit,vt vnus Christus moreretur, ne tota gens periret ob periculũ tertii generis mortis,quæ prouenit ex defectu alimentorum.Cũ passionis tempore, atque in passionis, mortisque suæ memoriam sanctissimũ instituerit Eucharistię sacramentum, ad illiusve conuiuium inuitarit vniuersos, qua de re vide 745.2. b & seq. 527.1. a & 283.2.a & seq.
Cumque agnus tanquam occisus aperiens sacrarũ scripturarum sigilla ecclesiam in cellaria introduxit omni ciborum copia redundantia,65.1.c,& seq. & 287.2.c & seq.
Vide de ingenti copia suauissimæ escæ,ac vini consolationum spiritualium, quibus in meditatione eiusdem passionis Christi reficimur,225.1.a & seq. & 751.2.c & seq.& 870.2.e & 871.2.b

55 In Euangelium Sabbathi ante Dominicam Palmarum.

Cogitauerunt Principes sacerdotũ,& vt Lazarum interficerent. Quo perueniant, quale sve sint cogitationes iniquorum, qui destituti sunt charitate, 542.1.c
Cogitationum malarum dãna,& quomodo ijs occurrendum,408.1.a & seq.& 411.2.b
Pondera,quisnam esset,qui audiens hæc prima verba, *Cogitauerunt Principes sacerdotum*, non existimaret hic agi de cogitationibus vsquequaque perfectis,quales eæ sunt,quæ vt capilli e charitatis capite prodeuntes describuntur in encomio animæ perfectæ, 541.2.b & seq.
Cum Principes sacerdotum,sicut & prælati quippe charitate insignes quã maximè esse debeant, adeoque sub vberũ metaphora sint designati, 599.1.a
Quis vnquam vel imaginari potuisset Principes sacerdotum de patrando tam nefando homicidio cogitasse,vt Lazarũ interficerent,cũ bonorum prælatorum ea debeat esse in subditos charitas,vt pro illis seruandis semet Deo opponant, prout Moysẽ fecisse habes 983. 2. a & seq.& morti se exponere nõ vereant,vt habes 651.1.d & seq.& 652.1.b& se.
Quia multi ppr illũ abibãt ex Iudæis, & credebãt in Iesũ. Quam apte traxerit Iesus ad veram fidẽ per ea,quę eorũ oculis obiecit miracula à se facta.52.1.b&se.
In crastinum autem turba multa,quæ,&c.Vide in Euangel.Dominicæ Palmarum.
Venit hora,vt clarificetur filius hominis. Qđ hora ista fuerit tempus passionis, quando manifestata est virtus nominis Iesu,41.2.a & seq.
Quando & mediis passionibus ipsis glorificatus est, 250.1.c & seq.Vide plurima de triũpho gloriosissimo,quem egit Christus in cruce,498.2.a & seq.& 510.1.d
Quod hora ẽt ista de qua hic loquitur Iesus,est illa qñ per infideliũ conuersionẽ clarificatus is est post mortẽ suã,de qua plura colliges, 519.2.c & seq.
Nisi granum frumenti,&c. Vide notata in Euang.festi Sancti Laurentij Martiris.
Nunc iudicium est mundi,nunc princeps,&c.

Vide quæ notata sunt in Euang. festi Exaltationis Sanctæ Crucis.

56 In Euangelium Dominicæ Palmarum.

Cum appropinquasset Ierosolymis, & venisset Bethpage ad montem Oliueti: tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis, Ite in Castellum &c.

Tendens Iesus Ierosolymam, vt passionis cruciatib. se exponeret, appropinquans illi solemnissimum instruit festum summi sui specimen gaudij.

Vide de eximio isto eius gaudio in passione, 523.1.e & seq. & 736.2.d & seq.

Festum autem instruxit, vt qui desponsationem in passione ipsa esset celebraturus, 595.2.e

Vt ve qui eo passionis tempore Ecclesiæ possessionẽ adiret, 736.1.d & seq.

Ideoq; festum instar triumphi esse voluit, quia per passionem ipsam suam, vt triumphans ingressurus erat in animas, Dæmone expulso, 297.2.c & seq.

Vide de hoc eius triumpho plurima, 498.2 a & seq. & 509.2.b & seq. vbi plura de eodem triumphum charitatis agente in curru triumphali Crucis, qua de re habes & 511.1.d & seq.

De triumpho item eius agendo de morte, 1010.1.d

Ecce rex tuus venit tibi. Quod Christus vt homo sit ecclesiæ caput, & Rex. 505.2.c & seq.

Quod idem natus sit Rex, & sponsus, 525.2.a & se.

Quam diuersum extiterit Christi Regnum, seu regia illius dignitas à regno mundi, 497.1 c & seq.

Quod regia hæc eius dignitas arguatur ex eius corpore cõsperso sanguine, vulneribusque confosso, ibid 2.e & seq.

Quod rectè Christus dicatur venire vt Rex noster, quãdo venit ad passionem, quia in illa se exhibuit Regem omnium miserorum, & tribulatorum, 497.2.c & seq. 496.2.a & seq.

Quam apte additum sit, tuus, &, tibi, cum regnum Christi, & ipsiusmet Dei sit regnum dilectionis, vt habes 834.1.c & seq. Vide & 372.2.c & seq. quę pulcherrimè dicuntur ex Bernardo.

Vide & 61.2.e & seq. & 63.2.a

Mansuetus. De mansueta Christi conuersatione, 843.1.c & seq. & 844.1.c

Et sedens super asinam. De præstantissima Christi humilitate vero humilitatis exemplari. 587.2.e & se.

De humilitate autem in genere videre potes plurima, 583.1.e & seq.

Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illius Iesus. De obediẽtia, celeriter, prõptè, ac simpliciter exhibenda, vide in indice rerum ver. *Obedientia*. sed in primis, 590.1.b & seq.

Et adduxerunt asinam, & pullum, & eum desuper sedere fecerunt. Quod obedientes semetipsos adducãt, vt iumenta ad Christum, eumq. super se faciant sedere, 457.1.c & seq. & 162.1.a & seq.

Quod iustus quisque sit Christi iumentum, 161.1.c

Quod iusti aĩa sit & currus Christi, 903.2.b. & seq.

Quam rectè eadem comparetur equitatui in curribus, 163.1.c & seq.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Cum vestimenta nostra sint virtutum habitus, & operationes, vt habes. 665.2. b & seq. & 668.2.c & seq. & 664.2.c & seq. & 675.1.a & seq.

Tunc ante Christum equitantẽ super nos, nosve dirigentem sternimus vestimenta, cùm quicquid in nobis est bonarum operationum, vt suam illi proponimus, atque offerimus, qua de re habes 730.1.e & seq. & 328.2.e & seq. & 752.1.b

Alii autẽ cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Si per arbores hic intelligas palmas, prout colligitur ex Euangelio Ioannis, potes hic ostendere quod id sit muneris nostri, vt vniuersum conuersationis nostræ progressum ante Christi pedes prosternere debemus. Vide autem quã rectè conuersatio ipsa sancta, eiusve progressus assimiletur palmę 943.2.d & seq. Vide etiam plura de hac similitudine, 946.1.c

Qua vero nedũ ramis palmarũ, sed & ramis oliuarũ turbã obuiã Christo iuisse cãtat ecclesia, & colligit ex loco, vnde ii cædebant, qui erat mõs oliuarum, cũ per palmas designetur victoria, per oliuas pax: Vide quõ i hisce duob. eatur obuiã Christo, 910.2.c

Si per oliuas item sumas designatam misericordiã, poteris hic agere, quod misericordiæ opera in primis Christo exhibenda sint, qua de re vide in indice rerum; verb. *Misericordiæ opera*.

Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant Hosanna filio Dauid, &c. Quam bene victorias cum ramis palmarum Christo proclamantes, illum vt Saluatorem laudent turbæ. 911.2.e

Quam congruat Christo dicta laus, cum ille sit ipsamet salus eiusque proprium sit saluare genus humanum, vnde & proprium accepit nomen Iesu, de quo habes 39.2.a & seq.

Quomodo & nobis i oratione, & in psalmis, & hymnis obuiam Christo procedendũ sit, 911.1.a. & seq.

Potes pertractare de necessitate sollicitudinis i Dei seruitio, vt habes. 355.2.b & seq. & quam vitanda tepiditas, 780.2.c. d & seq. ponderans quõ in hoc Christi triumpho omnes sollicite aliquod exhibeant obsequium.

Per vestimenta Apostolorũ posita super iumenta, accipiens mortificationẽ corporis tracta quõ ea debeat pcedere alia obseqa Christo exhibita. 469.2.e

57 In Euangelium ferię 2. Dom. Palmarum.

Ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam. Tũc Iesus venit Bethaniã, quando vndequaq; fugabatur, & exquirebatur ad mortem: quia in corde vim obedientis tutum semper nouit habere confugiũ, cum Bethania interpretetur Deus obedientię. Vide quõ is per obedientiam ipsam teneatur, 451. & seq.

Quod Iesus fugiat ab improbis ad sanctos, 1085.1.d

Vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Christi.n. præsentia vti fasciculo myrrhæ incorruptionem exhibentis suscitatus à morte peccati, cõseruatur in vita gratiæ. Vide 195.2.e & seq.

Fecerunt autem ei cœnam ibi. Quam optandum & nobis, vt ad istorũ sanctorũ exemplũ vniuersum mũdi timorẽ arceamus. 718.1.d. & seq. 390.2.a & seq.

Qualem cœnam Christo faciant iusti. 729.2. e & se.

Et Martha ministrabat. Vide in festo Assumptionis B. Mariæ de hoc Marthæ ministerio vt vitam actiuam significat.

Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo.

Cum per Lazarum nuper resuscitatũ denuo iustificati designentur, qui in gradu adhuc sunt incipientum potes hic agere Deũ pascere solitũ hos incipiẽtes consolationib. sensibilibus, 10.1.b & seq. & 2.d

Maria ergo accepit librã vnguenti nardi pistici pretiosi & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis. Potes hic agere de humili vnguẽto deuotionis, & orationis, qd pia aĩa reddit Deo in cõpensationẽ murenularũ aurearũ, & gratiarum, quas ab illo accepit in iustificatione, 186.2.d & seq. De murenularum dono habes. 179.2.a & seq.

De effusione vnguenti super Christi pedes. Vide notata in Euang. feriæ 5. post Dom. Passionis in verbis. *Et vnguento vngebat*.

Quare nunc Magdalena nõ dicatur flevisse retro secus

eus pedes Iesu, sicut dictum est fecisse, quando accessit vt peccatrix. Responde, cum modo accesserit iustificata, & amica, formosa, & columba Christi, obtemperasse illius præcepto. *Ostende mihi faciem tuam*, &c, vt habes, 400.1.d & seq.

58 Pro feria 3. Hebdomadæ pœnosæ de Christi passione secundum historiam in ijs, quæ in hoc opere explicantur ex quatuor Euangelistis.

Cum dilexisset suos Iesus, in finem dilexit eos. 599.2.d
Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, 761.2.c
Non bibam de generatione vitis huius, quoadusque, &c. 746.1.b
Ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis, &c. 519.1.c & 759.1.a & ibid.c & 1021.2.a
Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis. 261.2.d & 742.1.d
Apparuit illi Angelus confortans eum. 261.2.a & d & 755.2.d
Iuda, osculo filium hominis tradis, 719.2.b
Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? 759.1.c
Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. 272.1.a & 1012.1.c
Si me quæritis, sinite hos abire. 323.2.c
Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me. 273.1.c
Respexit Iesus Petrum, & Petrus fleuit amare. 94.2.c
Regnum meum non est de hoc mundo, 497.2.a
Tu dicis, quia Rex sum ego, & cætera, 525.1.b & 759.2.a
De spinea corona, 521.1.d & sequenti, & 526.2.a & sequen.
Christus portat crucem, 996.2.b
Crucifixus Christus in medio latronum, 272.1.b
Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. 41.1.a
Sitio, 760.1.a
De vino myrrhato, & cum felle mixto. 612.1.b & 743.1.a
De Maria & Ioanne adstantibus cruci, 261.2.e & 498.2.c
Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei, 272.2.c
Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, Et nos, &c. 273.2.a
Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuũ. ibidem b
Hodie mecum eris in Paradiso, ibid. d & 688.2.a
Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. 261.2.b
Consummatum est. 19.2.b & 382.1.a
Inclinato capite tradidit spiritum. 499.1.e & 592.1.b & sequen.
Et velum templi scissum est à summo vsque deorsum. 531.1.b
Et petræ scissæ sunt. 386.1.b
De vulneratione lateris Christi, 647.1.c
Et continuo exiuit sanguis & aqua. 510.1.e & 276.2.b & 1022.1.c

59 Pro feria 4. Hebdomadæ pœnosæ. De vtilitatibus Passionis Christi in illud Pauli. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu de quo habes* 718.1.a

Contemplatiuis quanta ex Christi passione præuenerit vtilitas, ac suauitas, 225.1.a
Passionum suarum munus quomodo, & ad quid Christus detulerit, 738.1.a & seq.
Quod per passionem ipsam attulerit manus salutis atque redemptionis vna cum virtutum exemplis, ibidem c
Vide notata in Euang. feriæ 6. Dominicæ passionis super illis verbis, *Expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat.*
Agnus, & hœdus in solemnitate Paschali sumẽdus præcipitur, & mactandus ad designandã plenam redemptionem populi tum Iudæi, tum etiam Gentilis faciendam per Christi mortem, 147.1.b & sequen.

60 In Euangelium feriæ 5. in cœna Domini.

Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos, 599.2.d De eximia Christi dilectione, & charitate, quam in Passione, & morte exhibuit, vide in feria sexta. *Parasceues.*
De maxima eiusdem charitate exhibita in institutione sanctissimi Sacramenti. Vide in festo Corporis Christi.
Domine, tu mihi lauas pedes? Quod hisce verbis maximam Petrus contestatus sit sui humilitatem, & indignitatem, eo modo, quo & spõsa dixit, *Laui pedes meos.* Vide 791.2.a & seq.
Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet .790.2.c sequen.
Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis. De immensa Christi humilitate vero humilitatis exemplari, 587.2.c & seq De Humilitatis veritate, vide in indice rerum verb. *Humilitas.*

61 In feria 6. Parasceue de exuberanti charitate Dei in homines exhibita in Passione Christi.

Charitas morti subiecit Deum. 1008.2.e Quomodo Deum occiderit, quod à morte ipsa fieri nequibat. 1010.2.c & 1012.2.e & seq.
Propter eamdem charitatem dolores Christus sustinuit tales, qui quoquo modo dici possunt duri sicut infernus, 1012.1.b
Quomodo super Cruce Christus exhibuerit charitatem, vt lampadem haberem plures lampades, 1016.1 a
Quod super eadem Cruce exhibuerit summũ charitatis specimen. 509.2.c & seq.
Curve ibi in ignem charitatis conuersus dicatur, ibid. e & seq.
Vnde colligatur, quod Christi cor super Cruce fuerit coniunctum igni charitatis, ita vt dici quiuerit fornax ardentissima. 526.1.d & seq.
Quod exanime Christi corpus super Cruce fuerit simulacrum charitatis, 511.2.b
Quodve tale fuerit simulacrum, vt & Deus quoque illud quodammodo venerari dicatur. 512.2.b
Quomodo ipsamet charitas à Christo delata fuerit pro pompa super eadem cruce, 511.2.d
Et euecta ibid. in titulum gloriosissimum, 511.2.d & vt ipsiusmet Dei simulacrum, 512.1.a
Quomodo Christus crucifixus igne charitatis suæ trahat ipsum Crucis currum, 499.1.a & seq.
Christus crucifixus dictus arbor mali ob ingentem quam ibi exhibuit charitatem, cuius hieroglyphicum est malus. 273.1.b

Curvè dictus sit sicut malus in medio lignorum syl uestrium, 272.1.c & seq.
Ex spinea item Christi corona ingentem illius arguere licet charitatem, cum per eam intelligamus ipsum spinarum se subiecisse aculeis, vt è medio improborum eligeret iustos. 367.2.b
De Passione Domini vide quæ notata sunt in feria tertia, & feria quarta, hebdomadæ pœnosæ, & in indice rerum, verbo *Christi passio*. & verbo *Passio Christi*.
De cruce vide in indice rerum, verb. *Crux*.
De vulneribus Christi vide etiam in indice rerum, verb. *Vulnera Christi*.

62 In Sabbatho sancto de doloribus B. Virginis.

Quomodo Christus fuerit matri suæ fasciculus myrrhæ, simulque & gladius pertransiens illius animam, 198.1.a
Quod totam vitam in ærumnis transegerit & Maria sicut & Christus, 165.2.b
Qua ratione Christus matri suæ summum exhiberet dolorem, cum alioqui suauissimus esset, 207.1.a & sequen.
Desiderasse Bea. Virginem participem esse nedum exultationis, sed & passionis filii sui, 318.2.a
Quomodo eādem Christi passionem illa habuerit semper in corde, 396.1.d & 309.2.a & seq.
Quanta fuerit dolorum communicatio inter Christum ac matrem, 268.1.b & 309.2.a
Non defecisse B. Virginem ob dolorem Passionis Christi, quia per eiusdem passionis fructus recreabatur, 207.1.d
Cum Christo mente crucifixam & sanctissimā eius matrem, 937.2.b

63 In Euangelium & festum Dominicæ Resurrectionis.

Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.
De tribus aromatibus piarum animarum, contritionis, deuotionis, & pietatis, 57.1.c
Et valde mane vna Sabbathorū veniūt ad monumentū.
Quodnam amor & desiderium vehementius impellant ad locum, vbi sit res amata, 127.1.e & seq.
Quod amore liquefacta anima fluat, & currat ad quærendum Deum, 817.1.c
Imitatæ sunt sanctæ istæ mulieres sponsam charitate succensam per noctes quęrentem dilectum suū, de qua habes, 430.1.a & seq. & 431.1.b
Sedulitas quam necessaria sit, cum quæritur Iesus, 433.2.a & seq.
Id quam magnum sit bonum, 433.1.c & seq. Vide & 439.2.e & seq.
Quā magnæ sint amoris, & charitatis vires, propter quas sanctæ mulieres nullam vel custodiarū monumenti, vel alterius rei habuerunt rationem, 451.2. a & sequent.
Orto iam Sole. Quod in Christi resurrectione ortus sit Sol, cum alioqui quādo Christus ipse ante mortem conteretur in mundo, aurora potius fuisset, quam dies, 134.1.e & seq.
Quam bene in hoc resurrectionis mysterio conueniant hæc duo, Esse *valde mane*, seu vt dicit alius euāgelista, *cum adhuc tenebræ essent*, cum hoc quod hic subiicitur, *Orto iam Sole*. & quam rectè hæc dicatur dies quam fecit Dominus, 129.1.e & seq. vbi de mysterio natiuitatis eiusdē. Cū & Resurrectio sit generatio, & natiuitas quædam, vt habes, 272.2.a
Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti. Et respicientes viderunt reuolutum lapidem.
Confidentibus in Deo tantum quam facilis euadat vita spiritualis, Vide 986.1.b & seq.
Quod vniuersa, quę à vitæ spiritualis studio impedire nos possent, facile à Deo amoueantur, 335. 2.b & sequen.
Quod studia, laboresque virtutis sint iuncta cum maxima quiete, 234.1.c & seq.
Erat quippe magnus valde.
Quam difficile sit virtutis studium, 167.2.a
Viderunt iuuenem sedentem in dextera coopertum stola candida.
Quod angelicam consolationem illis Deus impertiat sæpe, quibus se inueniendum negat, 444.2.c & seq. Vide & 446.1.b
Surrexit non est hic.
Quod Christus resurgens non fuit amplius morti obnoxius, 794.1.e
Quam rectè idem comparetur flori, 203.1.e
Quod Christus semetipsum suscitarit post passionem, ac mortem, 617.2.e & seq.

64 In Euangelium feriæ 2. Paschatis Resurrectionis.

Duo ex discipulis ibant ipsa die in castellum, quod, &c.
Ex modica fide, quam Christi verbis, atque promissis exhibebant, redditi sunt discipuli illi instabiles, & inquieti, recedentes à Ierusalem, quæ visio pacis interpretatur. Vide quomodo per veram fidem duntaxat habeatur vera quies, 230.1.a
Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant. Quod sermones boni sint emissiones, ac paradisus piorum, 698.1.c
Sanctorum sermones esse de rebus bonis, eosque perutiles, 885.1.a
Vide & 673.1.e & sequent.
Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.
Colloquiorum bonorum tantam esse dulcedinem, vt & Iesum ipsum attrahant, 953.2.b & seq.
Quantum promoueant ad charitatem colloquia eorum, qui Deum diligunt, 826.1.b & sequentib. & 866.1.d
Tu solus peregrinus es in Ierusalem.
De peregrinatione nostra à cælesti Ierusalem, 143. 2.b & sequen.
Quibus ille dixit, Quæ. Quod iusti vix recordentur præcedentium laborum, & ærumnarum, quas pro dilectione Dei subierunt, 449.2.d & seq.
Quod Christo passiones omnes visæ sunt guttæ exiguæ. 769.2.d
Quod præsentis vitæ tribulationes vniuersæ sint instar vmbræ leuissimæ, & maximè fugaces, 95.1 c & sequen.
Quod sint leuis fasciculus myrrhæ, qui lætanter inter vbera feratur, 199.1.d
De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta.
Quam congruè Iesus dicatur vir, cum ob instanti cōceptionis suæ fuerit vir, & sponsus animarum, 525.2.a
Qualis Propheta extiterit Iesus, 42.1.a & seq.
Iesus dictus potens in opere, & sermone, tum quia illius verba, atque opera se inuicem confirmabāt, vt habes, 851.1.b & seq. tum quia in Deo idem sunt labia, & manus, vt habes, 850.1.b

O stulti, & tardi corde ad credendum.

Quòd terrena reddant animas instar dormientium stolidas, & tardas ad intelligendum diuina, 765. 2.a & sequent.

Quàm delicata sit fides. 69.1.c & sequen.

Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Quòd tribulationibus expositus sit oportet is, qui cum Christo florere velit, quãdoquidem & Christus mediis passionibus gloriam obtinuit resurrectionis, 250.1.b

Doctrina de necessitate tribulationum qualis sit, 948.1.e & sequ.

Oportuit pati Christum, vt ita intraret in gloriam triumphi de morte. 1010.2.d & seq. & de tartareis potestatibus, 498.1.a Vide etiam de hoc triũpho, & gloria 510.1.d & seq.

Per passionem item, mortéque suam intrasse Christum in gloriam eam, qua coronatus est diademate sanctorum fidelium, de qua habes 519.2.a & sequen. & 527.2.a

Intrasse quoque per eandem passionem in gloriam iustificationis eorumdem fidelium, 282.1.b Amplificare potes hunc locum per ea, quæ de diademate charitatis habes 513.2.c & seq.

Et incipiens à Moyse &c. interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.

Vide de hac sacrarum scripturarum illustratione p Christum factam in subsequenti feria 3. Paschatis & in Indice rerum, verbo. *Scriptura sacra.*

Et coegerunt illum dicentes, mane nobiscum, quoniam aduesperascit.

Ad hoc Iesus finxit se longius ire, vt ad exercitium talis misericordiæ duos istos discipulos prouocaret. Summopere enim misericordiæ, eiusve operibus oblectatur, vtpote in qua diuinam suam inspiciat pulchritudinem, & gloriam, vt habes 653. 1.c & seque. quæve ipsi præ reliquis omnibus fragret virtutibus, 655.2.a & seq. Vide de hac materia in Indice rerum verb. *Misericordiæ opera.*

Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis.

Quomodo in Sanctissimo Sacramento Christus detinendus à nobis sit, 983.2.e & seq.

Quem in eodem Sacramento foris agnouimus, vt habes, 976.1.a & 977.1.c

Quomodo in eodem Sacramento Christus se manifestet, 344.1.a & seq. A quib. ibi is videatur, & quomodo videatur. ibid.d

In eodem Sacramento cognoscitur à nobis Christus cùm in illo recreatos nos sentimus ineffabilibus consolationibus, 205.2.d Vide de ebrietate animę per istiusmodi consolationes 756.2.a & seq.

Cognoscitur in eodẽ Sacramento Christus ex æstu, quem in nobis sentimus charitatis, cùm illud sumimus, de quo 770.1.d & seq. & quia in illo intelligimus, excessum in nos diuinæ charitatis, 300.1.c & seq. & 757.2.c & seque.

Et ipse euanuit ex oculis eorum.

Quòd Deus in manifestando, & occultando se videtur quodammodo ludere cum animabus piis, 817.1.e

Cur aliquando Deus se abscondat à pia anima 814 2.b & sequen.

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?

Quanta amoris incentiua insint in Christi verbis, atque in sacrę scripturæ studio, 62.1.e & seq.

Quàm rectè charitati tribuantur effectus ignei ardoris, ipsumque ignis vocabulum quantum illi congruat, 1018.1.d & seq.

65 In Euangelium feriæ 3. Paschatis Resurrectionis.

Stetit Iesus in medio discipulorum.

Quàm rectè, & verè Iesus post resurrectionem dicatur stetisse, qui stetit etiam cùm occumberet. 348 2.a & sequen.

Præsentem quibus, quavè ratione se exhibeat Deus 775.2.d & seq.

Christus quantùm amet medium, cùm & in medio Angelorum, atque hominum sanctorũ vt mali arbor emineat, 171.1.c Et in medio duorum latronum dignosci voluerit, 272.1.c & seq. Et in medio humanitatis suæ se exhibuerit charitate succensum, 509.1.a & sequ. Sicut & media crucis semetipso constrauit charitate item combusto, 510. 1.a Et cùm sui medium, nempe cor charitate combustum effecerit, vt habes 510.1.d & seq.

Ideo præ omnibus medium nostri cordis exquirẽs ait, *Pone me, vt signaculum super cor tuum.* quade te plurima habes. 1004.1.b & sequen. & 1004.2.a & 1006.2.d & sequen.

Ideo boni prædicatores ipsum in medio cordis sui reclinantem præ charitate in homines gestare student. 508.1.e Ideo & pia quæque anima illum inter vbera commorantem habere satagit, vt habes, 197.1.a & sequen. & 199.1.e & sequen. & 195.2.a & seque.

Potes hic etiam tractare, quomodo sicut ipse amat medium, ita & charitatem, eiusve præceptum in Ecclesiæ, & legis medio posuerit, vt habes, 516.1. a & sequen.

Et dixit eis, Pax vobis, ego sum, nolite timere.

Quàm suaue sit istiusmodi pacis alloquium, 863.1. b & sequent.

Symbolum Christi vt ducis nostri istud est, *Pax vobis*, idemque & totius militiæ Christianæ esse voluit, 876.2.b & sequ.

Quàm benè hæc iuncta sint, *Ego sum, &c. Nolite timere*, cùm timor fiat, & desinat ex elõgatione, vel accessu, & præsentia veri iustitiæ Solis, sicut hyẽs ex elongatione, & accessu Solis visibilis, 360. 2.c & sequen.

Adde quòd per allatam pacem vniuersus abigitur metus, cùm & Ecclesia ob pacis multitudinem sit instar castrorum acies ordinata, 876.2.e & pacifica anima pace ipsa sua sit terribilis item vt castrorum acies, 877.2.b & seq.

Vide plura de pace in Euang. Dominicæ in Albis.

Et cogitationes ascendunt in corda vestra.

Quàm rectè cogitationes bonæ dicantur ascendere in cor æquè ac capilli in caput, 152.1.b & sequ. & 2.b & seq.

Videte manus meas, & pedes.

Quàm opportunè Christus discipulis, ignorantiæ tenebris offusis, & timoris frigore tabescentibus sua sacra ostenderit vulnera, quib. vt accensis lampadibus, atque flammis & tenebræ fugantur, & frigus omne vt habes, 1016.1.d quævè vt accensis item flammis signa exhibent ingentis lætitię resurrectionis Christi. ibid.2.c

Ad quid in glorioso Christi corpore sacrę istæ seruatæ sint vulnerum cicatrices?

Primò, vt essent iuges immensæ charitatis illius testes, ibid.1.c & seq. & ibid.2.c & sequ. Ita enim vt stigmatibus charitatis ferro signari voluit Iesus, sicve in suis manibus nos descripsit. 1003.1. e & sequent.

Secundò, vt per ea ad Dei charitatem & nos excitaremur, cùm sint sagittæ charitatis, 1017.2.b

Tertiò, vt In eis pateret tutum piis animabus confugium, 396.1.b & 1016.2.a

Quartò, vt iis gloriosum Christi corpus redderetur pulchrius: sunt quippe in illo vt plures oculi i corpore, & cauda pauonis. 1003.1.b Immo sunt quibuslibet gemmis preciosiora, 511.1.a & seq.

Quintò, vt Patri illa ostendat, qui aduocatus est noster interpellans pro nobis, 606.2.b

Hæc verba, *Videte manus meas, & pedes meos*, sumenda sunt vt dicta cuilibet fideli, quandoquidē iis sacris Christi vulneribus purgantur animę à peste peccati, 1016.2.b iis armamur, aduersus omnes insultus vt clypeis, & omni armatura, 592.2.d & sequenti.

Tantundem est autem hoc, *vidue &c*, ac introduci in ea sacra vulnera, quomodo autem in illa introducantur piæ animæ, habes, 64.1.d & seq.

Quàm apte cellaria dicta illa sint, in quibus ingens sit cibariorum copia, maximique thesauri, & omnis dulcedinis affluentia, 64.1.c & seq.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic al. quid, quod manducetur.

Si quod dicitur, *adhuc illis non credentibus*, intelligatur aliquos discipulorum adhuc re vera nō credidisse; potes hic perpendere immensam Christi charitatem erga illos, de qua plura habes, 508.1.a & seque.

Si verò idipsum non tam ob eorumdem obstinatā incredulitatem dictum sit, quàm quia illi magis credere optabant, vt significat eorum gaudium, gaudebant enim mirantes, quia credebant eum, quem videbant esse Christum, ac præ admiratione, & gaudio magis credere voluerunt, Potes hic agere, quomodo Christus ingerat gaudium in opere ipso, ad quod inspirat, & promouet, 335.2.c

Quàm congrue dicantur discipuli mirantes præ gaudio post visa Christi vulnera cùm ex illorum contemplatione inexplicabilis deriuet gaudii dulcedo. 64.1.d & seq.

Quòd manducare oportet Iesus in nobis, 730.1.c & sequen. & 753.2.d

Optulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis, & cū manducasset, &c.

Quemnam fauum mellis oblatum à nobis comedat Christus, 749.1.d & seq.

Quòd mellis comestione designetur beatitudinis gloria, 351.1.a

Quòd eodem fauo mellis significentur ipsius Christi passiones redditas melleas contemplatiuis, ibidem, c & seq.

Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me.

Quomodo Christus respexerit per legem, atque Prophetas, 332.1.d

Cur Prophetæ dicantur fenestræ. 350.2.b

Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

Quàm congruo ordine Christus postquam morte sua Ecclesiam sponsauit, postque allatum pacis fructum vltimo loco sacras eidem reserauit scripturas, 288.1.c & seq.

Vide, quomodo hæc scripturarum reseratio per Christum ipsum facienda erat 61.2.a & sequen. & 1035.1.c & 182.1.d 945.2.c

Aperiens sensus, vt intelligerentur scripturæ vinea multiplicium sensuum exhibuit Iesus discipulis, totique Ecclesiæ, 288.2.b Necnon & ingentē multorum ciborum copiam, maximosque sapientiæ thesauros, 62.1.c & seq. & 856.2.b vbi habes scripturas ipsas esse penu cognitionis, qua de re plura videre potes, 335.2.a

Potes, si tibi libuerit, hic tractare de materia sacrarum scripturarum, distinguens illam in tria capita de illius prærogatiuis, de commodis, deque earū studio, & meditatione,

Prærogatiuas plurimas habes sub variis metaphoris in hoc libro explicatas, vt, quod sit sicut vinū optimum, 955.1.a sit Christi pascua. 419.2.c & 601.2.d & seq.

Quòd aptissimè sit designata vocabulo ciuitatis 435.2.b & seq.

Quòd sit ferculum Salomonis. 503.2.d

Quòd Deum habeat auctorem, 240.2.c

Quòd sit aceruus testimonii, 540.1.c

Quòd sit Ecclesia collum, & turris Dauid. 596.1.b

Quòd sit fons hortorum, 712.1.a & puteus aquarū viuentium ob mysteriorum profunditatem, ibi. c

Quòd sint genæ Christi. 844.1.d

Quòd sint alæ ignis in flamma. 1020.2.d

Quòd sint domus cōmunes Christo & Ecclesię. 239 1.c & sequen.

Inter earum commoda annumerare hæc poteris.

Quòd in ipsis sicut in lecto quiescamus cum Christo 137.1.d & concipiamus, 478.1.d

Quòd ex illis dulcis extrahatur nucleus. 899.1.d dulcis & gustus, vt è botris palmæ, seu etiam vuarum, 943.2.a est suauior quacunque delectatione humana. 27.2.d & seq.

Quòd ex illis saluberrimas decerpamus herbas, 126.2.c & seq.

Quòd per eas fulciamur. 310.2.b

Quòd ex illis venari quoque possumus, 524.1.a

Quòd illis armemur vt clypeis, 581.1.d vt gladiis 487.2.d vtque omni armatura fortium. 581.1.d & muniamur vt muro præforti. 678.2.a vt ve præforti petra. 590.1.b & seq.

Quòd illis demum & ornemur vt torque, & monili. 581.1.a atque vt murenulis aureis vermiculatis argento. 184.1.a

Circa earumdem sacrarum scripturarum studium, & meditationem ages, quomodo illud consolationi sit, & labori. 1033.2.d

Quòd earum meditationes sunt delicię Ecclesiæ, & piæ animæ. 992.1.c

Quòd earū verba sunt stimuli amoris, & claui igniti. 62.2.a Huic studio quomodo sit indulgendum, 390.1.d & seq.

Quòd in illo anima vniatur cum Deo, eumque delectet. 964.2.d & seq.

Quòd vacantibus eidem studio oblectetur Deus. 754.1.b e haud prius dare se debet quis, quàm in oratione versatus fuerit in contemplatione, 963.1.d & ex illo colligimus, quātū in vita spirituali profecerimus, 964.2.a In eo intelligimus Dei charitatem instructā super nos, 293.2.a & docemur quomodo charitas vniuersa ordinanda sit ad Deum, ibid. 2.a & quomodo in charitate, & ad charitatē vocati sint fideles. 293.1.d

In eo iucunditas est maxima, 288.1.b & seq.

Quòd qui scripturas ipsas penetrāt sint oculi Christi, 840.1.c & qui illis indulgent sint venter Ecclesiæ. 924.1.b & seq.

Qui sint, qui eas ruminent, 953.2.a & seq.

Quòd qui illas gustat, reiiciat omnem humanam sapientiam. 28.1.c & seq.

Quòd tres sint illarum sensus 135.1.c

66 In Euangelium Dominicæ in Albis.

Cum esset serò die illa vna Sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus.

Quòd

Quòd Christus in nos tunc potissimum veniat, cũ fores sensuum nostrorum sunt clausæ, adeoque & serò nobis est, vt in hortum conclusum, maximeque sibi deliciosum.681.1.b
Quòd bene clausis prædictis foribus dicatur esse sero, cum nec luceat sensus ipse, quem Solis metaphora designari habes,232.2.b nec falsum,ac perniciosum admittatur lumen concupiscentiæ, quã & Solem,& lucidam dictam videre potes,98.2.e & sequen.
Quomodo Deus in nobis aduenìens,serò existens, & non apparens illucescat in cordibus nostris, 257.1.e & seq.
Quomodo admittatur,& ingrediatur in nos Deus, pluribus explicatum habes 775.2.d & seq.
Quomodo respiciat,& ingrediatur per fenestras sẽsuum nostrorum,349.1.d & sequen.
Vbi erant discipuli congregati, venit Iesus. vbi namque bona,& sancta est conuersatio prope est & Dominus,vt habes,570.1.d
Propter metum Iudæorum Apostoli conclusos se detinuerunt vsque ad aduentum Spiritus sancti, 360.2.d & sequen.
Distulit Iesus vsque ad serò apparere omnibus discipulis metu oppressis,cùm tamen diluculo surrexisset, vt maius illis sui excitaret desiderium, prout ob eamdem rationem nec sponsæ se exhibuit ab illa quæsitus,vt habes.431.1.c & sequent.433.1.c & sequen.
Vtvè magis charitate illos vulneraret,ac ad illas promoueret promendas sponsæ preces ; *fulcite me floribus,stipate me malis,quia amore langueo*, seu, *Vlnerata sum charitate*,qua de re vide 307. 1. b & seq. & 308.1.a Vide & 815.1.d & sequ.
Et stetit in medio. Vide feria tertia Paschatis super iisdem verbis.
Quòd bonus Prelatus in medio stare debeat,rectus tum vt absque vlla personarum acceptione ad subditos omnes æqualiter se habeat,580.2.a & sequ. tum vt tanquam Pharus erectus in medio ex eius aspectu subditus quisque viam discat,qua ad cœlestem tendat patriam.579.2.a & seq.
Tum vt nouerit se medium inter Deum& subditos, 578.2.a
Et dixit eis, Pax vobis. Vide in feria 3. Paschatis super iisdem verbis.
Quàm congruè Christus ista vteretur salutatione, cùm esset verus pacificus,3.1.c.& 473.1.c & sequ.
Cumque ad hoc carnem assumpserit, vt pacem in terram deferret.6.1.e & sequen.& pacis proferret doctrinam.7.1.b & sequen.
De prima pace,quam anima habet cum Deo per iustificationem,282.1.a & seq.
De interna animæ pace,quam habet anima cum semetipsa,propter quam vere dicitur pacifica. 395. 1.e & sequen.
De pace externa cum proximo,propter quam participes quodammodo reddimur fœlicitatis æternæ,263.1.c & seq.
Pacem neutiquam habendam cum carne. 486.2.d & sequent.
Quòd pacis dulcedo tanta sit,vt iure optimo mannæ absconditæ ei competat nomen.283. 2. d quin & dulcedini regni cœlestis assimiletur,283,2.d & sequent.
Quantum per eamdem pacem conferatur docoris, & maiestatis,887.1.e & 2.b
Pro pacis materia dilatanda multa colliges ex Indice rerum verbo, *Amor*, & *Charitas*, &, *dilectio*, &, *quies*.
Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & latus,
Vt ostenderet precium,quo pacem ipsam nobis cõparauit precium,inquam,passionum, ac vulnerũ suorum.281.1.b & seq.& 287.2.d
Vide plurima de Christi vulnerib. notata in Euangel. feriæ tertiæ Paschatis, & in festo S. Thomæ Apostoli.
Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.
Quòd proprium est Christi, vt aduentu suo gaudium afferat,335.2.c
Quantum gaudii afferret eius præsentia. 224.1.a & sequenti.
Insufflauit,& dixit eis, Accipite Spiritũ sanctum. Quorum remiseritis peccata,&c.
Explicatur totus hic locus.8.2.b & seque.
Quòd confessarii sint labia Christi,848.1.a
Thomas autem vnus ex duodecim,qui dicitur Didymus non erat cum eis,quando venit Iesus; Dixerũt ergo ei. &c. vsque ad finem Euang.
Vide notata in Euang.festi S.Thomæ Apostoli.

67 In Euangelium Dominicæ 2. post Pascha.

Ego sum pastor bonus.
Quòd hoc pastoris nomen idcirco vsurparit Dominus,quia dilectionem significet ad plures,426.1.c & seque.
Ita autem istud dilectionis vsurpauit vocabulum, sicut & cætera,quibus charitatem ipsam suam super nos instructam exhibet in variis scripturæ locis,vt habes,293.1.b & seq.
Congruentissimè pastorem bonum se ait Christus, cũ ad hoc natus sit,vt boni pastoris exerceret mũnia etiam ab incunabulis,121.1.c& seq.
Quomodo à primo sui exortu Christus in præsepio ipso pastor extiterit ouium,quaque ratione illas pauerit,122.1.b & seq.
Quomodo ex tunc fuerit pastor bonus, maximeq; sollicitus etiam cum cubaret in præsepio,ibid.2.a
Quòd Christus cubans vel in præsepio,vel in cruce vel in sepulchro melius,totiusve pauerit gregem suum,quàm vllus alius pastor vigilantissimus, ibidem.e & seq.
Quòd Christus solus dici queat pastor bonus,quia Solus verus pastor.131.1.d
Cùm talem habeamus pastorem, totos nos in eius manus resignare debere: pastor enim quodammodo tenetur illum,qui ipsum diligit, eive adhæret, 130.2.e & seq.
De pascuis huius boni pastoris plura notata habes in Euangelio feriæ 4. Dominicæ Passionis super verb. *Et sequuntur me.* Vide ibi.
Quæ sint herbæ,quibus ab eo suæ pascuntur oues, 122.1.a & seq.& 126.2.d & seq.
Quòd Christus gregem suam ita habuit dilectum, vt sororem paruam,1027.1.c & seque.
Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.
Quòd qui boni sunt Prælatorum,ardentissima charitate prædìti esse debeant, & esse sicut vbera super cor.599.1.a & seq,
Quomodo iidem quatenus charitate flagrãt, super Deum esse dicantur,vt vbera super cor.ibid.2.b
Quomodo à Christo calefacti eũdem recalefaciãt item charitate,ibid.d
Quomodo sint propugnacula diuinę charitatis,ibidem, & turres,acpropugnacula infirmiorum eo modo,quo & vbera sunt turres, ac propugnacula infantium,600.1.e
Quòd iidem dum subditos pascunt infirmiores,pascantur & ipsi sicut euenit vberib.601.1.b & seq.

Eo autem pascuntur lacte doctrinæ affectiuę,quo pascunt subditos ipsos.600.1.c
Quòd eorũdem perfectio sita sit in charitate.851.1.d & sequen.
Quòd gaudeant in tribulationibus, quas subeunt pro subditis.ibid.2.a & seq.
Dum autem sic gaudent,inebriant & subditos ipsos,& Deum,ibid.d
Promptitudine,qua morti se exponũt pro subditis quomodo inebrient Deum.652.1.b & seq.
Mercenarius autem,& qui non est pastor,cuius non sũt oues propria,videt lupum venientem,& dimittit oues & fugit,& lupus rapit,& dispergit oues.
Quòd Prælati mali rectè mercenarii dicantur, qui semetipsos potius,quàm oues pascant, imitantes malos illos pastores Diabolum,mundum, & carnem,qui dicuntur sodales Christi,131.1.d & seq. & 141.1.a & seq.
Quòd iidem insectentur potiùs oues,quàm lupum insectantes subditos illos,qui in simplicitate cordis indulgent vitæ spirituali,821.2.a
De bonorum Prælatorum vigilantia,& sollicitudine circa subditorum suorum gregem,443.2.e & sequ.& 347.1.b & 109.1.d & 446.2.d & 838.1.d & sequenti.
Etiam cùm dormiunt,cogitant de subditis Prælati boni,737.1.d
Quàm fortes iidem esse debeant,473.2.d & seq.& 481.1.a & seq.
Et cognosco oues meas,& cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater,& ego agnosco Patrem.
Cùm cognoscendi verbum adiunctam hic habeat dilectionem,potes hũc locũ illustrare per ea, quę de mutua dilectione inter Christum,atque animã sanctam habes,416.1.c & seq
Quòd charitas Dei in homines adęquætur diuinę essentiæ,512.1.b & seq.
Vide,quæ notata sunt super iis verbis, *Et ego cognosco eas.* in Euang.feriæ 4.Dominicæ Passionis.
Et animam meam pono pro ouibus meis. Quòd Dei charitas erga homines illum morti subiecerit. 1008. 2.c & seq.& 1010.2.b & 1012.2.e & 1020.1.e Vide & 957.2.b & seq.& 509.2.b
Et fiet vnum ouile,& vnus pastor. De vnitate Ecclesię 887.1.d & seq.& 889.2.e

68 In Euangelium Dominicæ 3.post Pasch.

Modicum & iam non videbitis me Consolationes sensibiles & spirituales esse instabiles in hac vita, cũ modo dentur,modo auferantur, idcirco maximũ sui desiderium in animabus causare. 10.1.b & sequenti.
Vide discrimen earumdem consolationum à solidis iis,quibus fruemur in alia vita.11.1.c & seq.
De instabilitate charitatis nostræ erga Christum in præsenti vita 304.2.b
Quàm debeamus suspirare ad æternam Dei visionẽ 127.2.a & seq.& 128.2.b & seq.præsentis vitæ incolatum fastidientes.83.1.e & seq.
Ad modicum tempus sua nos Deum destituere prę sentia,cùm illum diligimus,430.2.e
Quomodo iusti quique hanc efflagitent Dei conuersionem,423.2.a & seq.
Et iterum modicum,& videbitis me.
Quòd Deus occultans se,& manifestans piæ animę ludere quodammodo videatur cum illa. 817. 1.e & sequen.
Quia vado ad Patrem.
Quòd Christus post Ascensionem, qua tetendit ad Patrem,requiri minimè velit in præsentia corporea,84.2.a
Amen,amen dico vobis,quia plorabitis,& flebitis vos.
Optima sanè hęc est consolatio post enarrationem discessus Christi,quandoquidem tribulando pias animas Deus,communicat quodammodo illis suã beatitudinem,& participationem sui ipsius, 846. 1.e & sequen.
Quòd tribulationes præstantissimum inter Dei beneficia obtineant locum,309.1.e & 474.2.b & sequenti.
Quòd omnes iusti tribulationibus concutiantur, 80.1.c & sequen.Quia Ecclesia nunc est in militia ibidem,b
Quàm sit periculosum esse absque tribulationibus 341.1.c & sequen.
Earumdem necessitas tanta,quanta & hyems,367. 1.a & sequent.
Illis expositum esse oportet eum omnem, qui cum Christo florere velit.251.1.d
Immo eos potissimum esse Christi amicos,& charissimos,qui tribulationibus concutiuntur, 758.1.e & sequent.
Mundus autem gaudebit.
Qualia sint mundi gaudia, qualisve & vindemia, 114.1.c & sequ.
Quantã,quæve mala consequantur istiusmodi mũdi gaudia.142.2.c & seq.
Vide plura in Indice rerum verb. *voluptates sæculi.*
Vos autem contristabimini,sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. Quòd amaritudinem tribulationum a se immissarum in dulcedinem iustis cõuerterit Christus,749.2.a & seq.
Quòd eędem tribulationes sint dulcissimus fructus passionis Christi,375.2.b
Sint & peculiares iustorum deliciæ,980.1.a & seq.
Quale gaudium in illis sentiant iusti.523.2.a & sequen.& 948.1.d
Sentiunt autem iusti tale gaudium,quia in tribulationibus ipsis habent comitem Christum gloriosum,750.1.c
Tristitia etiam iustorum conuertetur in gaudium quatenus per tribulationes introducuntur in cœlestem beatitudinem,66.2.e
Ad beatitudinis enim requiem non peruenitur nisi per labores,& tribulationes,502.1.a
Quia potissimum regni cælorum precium est patiẽtia in tribulationibus,1022.2.d & seq.
Si in tribulationibus ipsis iusti sentiunt Christi suauitatem in hac vita,quantò magis eamdem percipient in alia vita,208.1.d
Cum autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium,quia &c.Et vos.&c.
Quòd quæ ex Deo percipitur dulcedo, obliuisci faciat præcedentium laborum,ac ærumnarũ,449 2.d & sequen.
Eiusdemque dulcedinis magnitudo efficit, vt modicum videatur totum id tempus, quod in tribulationibus transactum sit,ibid.e
Iterum autem videbo vos,& gaudebit cor vestrum.
Quam apte per hæc explicetur exhibitio cœlestis beatitudinis,quæ sita est in visione Dei,cũ & Dauid dixerit,Et videbor *à facie Dei*,233.2.e & seq.
Si per Christi aspectum causantur plerumque tribulationes,vt habes,94.1.a & seq.& 96.2.b & sequen.Admodum congruenter hic dici, *Et gaudebit cor vestrum*, vt colliges ex iis, quæ dicta reperies,523.1.c & seq.
Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.
Quia erit perfectum,vt pote in dilectione Dei super omnia.74.1.e

In

69 In Euangelium Dominicæ 4. post Pascha.

Vado ad eum, qui misit me. Duplicem hoc loco pertractare potes materiã. Vel enim in dictis verbis Dominus Iesus prædicit Apostolis proximam, ad quã iturus erat, mortem, prout iisdem ferè verbis signi ficauit in cap. 13. Ioan. & tũc de eximia illius ages obedientia, prout habes. 592. 1. d. & seq.

Vel in iisdem suam prædicit ascensionem ad cœlos quaiturus erat ad Patrem, vt ab illo, qui ipsum miserat, præmium suæ perfectissimæ acciperet obedientiæ, siue de eo ages præmio, & glorificatione de quo habes, 59. 2. b & 250. 2. e & seque. Vide & 130. 1. c & sequen.

Et nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?

Si per hoc, quod dicitur, *Quo vadis?* non tam termi nus ad quem, quàm ratio, & modus significetur, quò iturus Iesus erat ad Patrem: nempe per passionem; tracta, quomodo per hęc verba Christus prouocauit Apostolos, vt ab ipso doctrinam extorquerẽt necessitatis, & vtilitatis tribulationum, de qua habes. 948. 1. c & sequ. Vide & quæ notata sunt super illis verbis, *Oportebat Christum pati*. &c. In Euãgel. feriæ 2. Paschatis.

Potes hic pariter tractare, quòd etsi Deo gratissimũ sit silentium, placeat tamen illi permaximè opportuna locutio: vnde in sponsa vtrumque celebrat, vt habes, 555. 2. c & 556. 1. a & 562. 1. e & seq.

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. De languore charitatis causato ex destitutione consolationis præsentiæ Christi. 308. 2. b Vide & 307. 2. a & sequ. Tristati enim sunt Apostoli audito Christi discessu.

Sed ego veritatem dico vobis. Quàm proprium Christi sit, vt veritatem dicat, & quam illius verba veritatem, ac mortificationem prædicent, 607. 2. c

Expedit vobis, vt ego vadam. Potes huc referre quæ notata sunt super illis verbis, *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gẽs pereat.* In Euang. feriæ. 6. Dom. Passionis.

Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autẽ abiero mittam eum ad vos.

Potes hoc loco pertractare rationes, ob quas frequenter Deus elongat se à piis animabus sinens illas destitutas esse dulcedine consolationum, 431. 1. d & sequent.

Et quomodo incipiẽtes magis pascere Deus soleat consolationibus sensibilibus, quales eę erant, quas percipiebant Apostoli ex sensibili præsentia Christi. 10. 2. a & seque.

Quòd veræ consolationes, verumque gaudium exhibuerit Iesus Apostolis per Spiritus sancti missionem, 332. 2. a

Et cùm venerit ille arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me.

Quòd per Spiritus sancti aduentum fugetur ab anima omne peccatum, quaue ratione. 720. 1. a & seq.

Quòd infidelitas rectè dicatur peccatum per antonomasiam, quia sine fide impossibile sit placere Deo. 281. 1. b

De grauitate, & damnis peccati huius infidelitatis agere si velis, congruent quæ dicuntur de peccato Idololatriæ 104. 2. d & seq.

De iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.

Quòd per Spiritus sancti aduentum argutus, & cõuictus sit mundus de iustitia legis, quæ ostensa est insufficiens ad iustificationem, adeoque & fugata instar Aquilonis, 718. 2. e & sequ. Vide & 217. hc de insufficientia iustitiæ legis.

Arguet quoque mundum Spiritus sanctus de iustitia, quam adeo facile potuit exercere per auxiliũ gratiæ, quam Christus ei meruit, vadens ad Patrẽ per passionem, ac mortem suam, prout habes, 203 1. d & sequen.

Quomodo per Christi gratiam, & aduentum Spiritus sancti in nos reddamur idonei ad omnem iustitiam, atque adeo si eam non exerceamus, merito de iustitia ipsa arguamur. 752. 2. c

De iudicio arguet mundum, quia Princeps huius mundi iam iudicatus est. Per Spiritus sancti aduentum tolli excusationem, qua animæ peccatorum lapsus in Diaboli referunt violentiam, 729. 1. d & seque. & 297. 2. c & seq.

Adhuc habeo multa, vobis dicere, sed non potestis portare modò.

Quòd diuina mysteria haud semper vniuersis exponenda sint, 685. 1. a

Quòd Christus in docendo condescenderit infirmioribus, 884. 1. e Iccirco illius verba distillata dicuntur iuxta arctum os vasorum suscipientium, 847. 2. b

Sicut boni prædicatores pro temporis opportunitate & mittunt imbres sapientiæ, & stillant mel verbi Dei. 663. 2. b & seq.

Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim &c. vsque ad finem Euãgel. Vide totum hunc locum explicatum, 333. 1. a & sequen.

70 In Euangelium Dominicæ 5. post Pascha.

Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem. Ingenti cum hac efficacia persuadere discipulis nititur Iesus, vt ad orationem cõfugiant, qua Deum ad se attrahant, quo illi potius ad Deum trahentur per orationem ipsam. 56. 2. c & seq.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Tres conditiones tractare potes in verbis istis insinuatas, vt necessarias ad orationem, vt efficax sit.

Primam, vt quòd in oratione ipsa petitur, sit aliquid, quale nequaquam re vera est, quidquid ad mundum & carnem spectans est transitorium, & vanũ, prout habes 614. 2. c & seq. quale nec est peccatum, quòd propterea rectè tenebrarum nomine nuncupatur, vt habes 85. 1. b & sequ. Nec illud omne, quod concupiscentia suis exhibet præstigiis, vt habes, 98. 2. e & seq.

Secundam eiusdem orationis conditionem, vt qui eam promunt, per affectuum motuum moderationem facti iam sint filii Dei, qua de re habes 914. 2. a & seque. Necnõ & per diuinæ gratiæ adoptionem, atque sanctificationem, vt habes 659. 1. e & seq. & 260. 2. a & seque.

Ea quippe est Dei excellentia, vt à nullo sibi bene ministrari patiatur, qui filius eius non sit. ibid. b vide & 74. 1. d & sequ.

Tertiam, vt sint factæ in nomine Christi, illius nimirum signaculo obsignatæ, prout habes 1002. A. & Christi merita, & sanguinem Patri repræsentantes, 560. 1. e & seque. Vide & 679. 1. a & seque. vbi habes efficacissimam sponsæ orationem innixam totam in iisdem Christi meritis.

Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Quòd tunc gaudium animæ orantis est plenũ, quãdo anima delectatur in oratione, delectamentaque dem

dem orationes Deum, perfectiori ab ipso Deo perfunditur dulcedinis gaudio, dum ab illo exauditur. Pro qua re vide primú, 533.1.e & seq. vbi habes quàm magnam vim habeant delectationes cótemplatiuocum, & quomodo sint oratio efficacissima. Vide & 978.1.b & seq.

Quomodo inter Animam orantem, & Deum fiat mutua istiusmodi dulcedinis exhibitio, per effusionem sui, quam facit in oratione anima, perque osculum, & vberum porrectionem. Necnó & 954.1.c & seq. vbi idipsum sub gutturis, & vini prędulcis metaphoris significatur.

Vide etiam 560.1.a & seq. vbi habes orationis excellentiam sitam potissimum in modo, quo fit humiliter, & quomodo eadem dulcis dicatur tã Deo quàm ipsimet oranti.

Demum vide 666.2.b & sequen. vbi habes plura de hac ipsa orationis dulcedine sub mellis, lactisve metaphora designata, tum ea, qua perfunditur anima orans, tum ea, qua oblectatur & Deus.

Et quomodo illa duntaxat oratio grata, dulcisve sit Deo, quæ facta sit in nomine Christi, & ab anima operiente se Iesu Christo.

Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui.

De maxima vi charitatis Dei, ob quam Pater noster dici non dedignatur, 411.1.d & seq. & 372.1.c & sequenti.

Cùm nostra potiùs charitas sit à charitate Dei, vt habes 47.1.c & 76.1.e cur hic Iesus contrarium asserat, 48.1.b & seq. & 55.2.e & sequ, vbi habes, quomodo Deus trahi dicatur a dilectione nostra.

Quòd charitatem in nobis præcedere debeat fides 302.2.d & 461.1.c & 289.col.3.a

Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mũdum, & vado ad Patrem.

Quòd Christus exisse se dicat à Patre per Incarnationis exinanitionem, 680.2.e

Quomodo ab æterno idem exierit à Patre, procedens ex illius ore, & per intellectum, 7.1.d & seq.

Quòd idem non vnum duntaxat, sed duplex sit prælium, quave ratione, ibidem. e & sequent. & 402.1.c & sequen.

Quòd in istiusmodi pręlio haud alio pugnetur gladio, quàm ipsamet oratione, gladio sane peroptimo, de quo habes 396.2.e & seq.

Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.

Cùm petere proprie vocis signet emissionem, quærere autem Deum fiat corde, iuxta illud psalmi, *In toto corde meo exquisiui te.* Et pulsare soleat fieri manibus, quæ operationum & symbolum sunt, & instrumentum: Poteris hoc loco agere de triplici specie orationis, vocali, mẽtali, & quæ ipsa fit ope bona, de quibus plurima habes 667.1.e & seq.

De oratione vocali, quæ prima est, ibid.2.c

De oratione mentali, eiusve excellentia super vocali, ibid.e & seq.

De tertia demum orationis specie, quæ fit per bona opera, 668.2.a & seq.

De efficacia istius tertiæ speciei orationis, ibid.c & sequenti.

Omnis enim, qui petit, accipit. Id verificari, quia oratio habet uim constringendi instar vittæ atque funiculi, 658.1.c & seq.

Constringit enim creata omnia, trahitve illa ad voluntatem animæ orantis ibid.2.e & seq.

Quinimo eodem ferè modo constringit, trahitve, & Deum nedũ veluti catena, vt habes 56.1.b sed etiam vt exiguus funiculus, & tenuis vitta, 558.1.e & sequenti.

Quomodo oratio semper impetret effectum petitionum suarum, 559.2.a & seq.

Quantò magis Pater vester de cælo dabit Spiritum bonum petentibus se?

Quomodo ob deuotam orationem Deus conferat animæ Spiritum bonum gratiæ, sanctitatis, atque perfectionis, 671.2.d & seq. & 558.1.a

Vide de materia orationis, plura, si velis, in Indice rerum verb. *Oratio.*

71 In Euangelium Rogationum, seu Litaniarum.

Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum, &c.

Quòd prima, ac potissima orantis conditio sit esse amicum Dei absque vlla nimirum iniquitate, vt eius orationes exaudiantur, 666.1.b & seq. puritate decorum, & eiusdem Dei charitate succensum, 647.1.e & seq. & 486.2.c & seqn.

Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est.

Quòd Deus aliquando ob amicitiam, & fiduciam, quam habet cum amico orante, differt audire illius preces, 644.2.d & sequen.

Pueri mei mecum sunt in cubili.

Vide huius loci allegoriam ex Nysseno allatam, 488.1.d & seq.

Et si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis, et si non dabit illi surgens, eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi.

Assiduitas orationis adeò est valida, vt vel propter importunitatem teneat Deum, 460.1.a & seq.

In orationis assiduitate pia anima in murum sese opponit iræ Dei, 1038.2.b & seq.

Quòd orationis studium sit prælium, 911.1.c

In hoc orationis prælio quàm fortiter anima deuota se opponat iræ Dei. 1039.1.c & sequent.

Quod istud orationis prælium gratissimũ sit Deo, tametsi cum ipso, & in ipsum cõmittatur 401.2.c

72 In Euangelium & festum Ascensionis Domini.

Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & increpauit, &c.

Quòd sicut Ecclesia pollicita est Christo effusuram se odorem nardi, & sanctitatis suæ, postquàm ille ascendisset in cœlum, cumque ibi is recumberet in accubitu suo, vt ex Gregorio Papa habes 190.2.e Ita vicissim Christus ipse recumbentibus vndecim discipulis antequam in cęlum ascenderet, suauissimæ myrrhæ suæ illis, totique simul Ecclesiæ effudit odorem in amata quidem increpatione, sed quæ ex maxima prouenerit charitate, & maxima animi puritate, quæve maximi facienda esset. Vide quæ dicuntur super Vers.xiii. capit.5. *Labia eius labia distillantia myrrham optimam:* sed in primis in expositione quarta. 847.1.c & seq.

Vide 953.2.e vnde colliges, apte recumbentibus, &c. allatum à Christo vinum optimum in increpatione, & correctione, quam fecit.

Et duritiam cordis. Qnòd Christus positus super cor quãtumlibet durum, & molle illud reddat, & sua obsignet imagine. 1002.1.d & seq.

Et dixit eis, euntes in mũdum vniuersum, prædicate Euãgelium omni creaturæ.

Vide istorum verborum explicationem. 352.1.d & seq. Vbi habes & quanta celeritate mundum vniuersum peragrarint Apostoli volantes vt nubes, & vt columbæ.

Quòd qui amici Dei sunt, prompti ad Eangelii prædicationem esse debeant, 353.1.b
Quòd Ecclesia publica sit ex hoc, quòd Apostoli velocissime properarunt ad Euangelii prædicationẽ ibid. & sequ. vbi habes ipsam Ecclesiæ pulchritudinem sitam esse præcipuè in pedibus Apostolorum, ac prædicantium.
Vide & 386. vnde colliges, quomodo in his ipsis verbis, *Euntes*, &c. excitata sit Ecclesia ipsa ad pugnãdum cũ vniuerso terrarũ orbe. 386.1.c & seq.
Vide & 462.2.d & seq. de admirabili Ecclesiæ progressu in ista Apostolorum prædicatione.
Quòd in suo peragrationis motu isto per orbẽ Apostoli fuerint instar columnarum fixarum, & stabilium. 857.1.d & seque. & 858.2.c
Quòd Euãgelium fuerit propositum vniuerso mũdo ad differentiam legis Mosaicæ. 315.2.b & seq.
Ideoque & dictum fontem hortorum, 712.1.b
Hanc Euangelii prædicationem cur Christus appellet aromata Ecclesiæ. 718.1.c & seque.
Eamdem Euangelii prædicationem ob celeritatem dictam quadrigas Christi. 903.1.b & sequ.
In illius curru animam ad cœlum vehi, 905.1.b
Euangelii eiusdem cursum factum esse per impulsum Spiritus sancti, 494.2.c
Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet a dextris Dei.
Quàm congruè haud *Iesus* simpliciter, sed *Dominus Iesus* dicatur quando de illius assumptione fit sermo, cũ in hac Ascensionis suæ festiuitate is messuerit myrrham suam, cum aromatibus suis, colligens fructus passionis, ac virtutum suarum exultationem, & gloriam, 741.1.c & seq.
Qua celeritate Christus ascenderit super omnes cœlos, & super omnes sanctos, 425.1.c
Quomodo se habuerint Apostoli, cùm viderẽt Christum in cœlos eleuatum, 7.2.c & sequen. & 816.1.c & sequen.
Quòd petierint ab illo trahi, optantes illum sequi. 53.2.b & seque.
Quòd per Ascensionem ipsam suam Christus declinauerit tantum, atque transiuerit ab Ecclesia, 814.2.c & sequen.
Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.
Quòd Prædicantibus Apostolis Dominus cooperatus sit & suggerens illis verba, & prædicata ab ipsis verba in suis auribus accipiens, simulque inde ea deferens in aures auditorum, ita vt diuini verbi prædicatio tunc fuerit duplex Echo, 388.1.a & sequenti.
Vide & 399.2.a & seque. vbi habes quod Dominus cooperetur bonis prædicatoribus conseruando in illis sanctæ conuersationis decorem, & prędicationis suauitatem, ac efficaciam.
Quòd miraculis doctrinam suam Christus confirmarit, 851.1.d
Quòd miraculorum potestatem Ecclesia acceperit à Christo vna cum verbi prędicatione, ideoque dictum, *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea.* 1035.2.c
Vide etiam 180.1.e & seque. vnde deduces facilè, quod sanctis Apostolis ob id, quod iuxta Domini præceptum profecti sunt ad prædicationem in præmium suæ obedientiæ, & id assecuti sunt, vt miracula facerent.

73 In Euangelium Dominicæ infra octauam Ascensionis.

Cum venerit Paraclitus. Propositurus Apostolis, quæ illis imminerent, persecutiones ante omnia ob oculos eis ponit Iesus consolatorem Spiritum Sãctũ, vocans illum Paraclitum, quia futurus is sit & refrigerium in persecutionibus, & feruor de frigore timoris, 718.2.d
Hinc est, quòd & pia quæque anima tribulationibus probari, & Spiritus sancti igne succẽdi rogat, 722.1.b & sequ.
Est quippe Spiritus sãctus lætitia illa salutaris, 720.2.c & sequent.
Affertque & gaudium, 332.1.a
Ac propterea in tribulationibus ipsis iusti, in quib. inhabitat Spiritus sanctus vt in pacatissimo conquiescunt lectulo. 475.1.b & seq.
Illasve vt sibi maxime proprias æstimant delicias, 940.1.a & sequ.
Et hoc est præcipuum signum, quod Deus per Spiritum suum habitet in quopiam, quia cũ gaudio perferuntur ab eo tribulationes. 339.2.a & seq.
Vide & 343.1.c & seq.
Quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis.
Quomodo mitti dicatur Spiritus Sanctus in piam animam, 721.1.d & seq. Cur Spiritus veritatis, 718.1.c & sequen.
Ista Spiritus sancti missio cur petatur sub metaphora deosculationis. 85.1.a & seq.
Per eamdem missionem corripi omne genus intemperantiæ, 804.2.c
Cùm Spiritum sanctum Paraclitum, & consolatorem dicat Iesus Spiritum veritatis, posses hic agere de veris consolationibus, quib. ab illo perfundimur præsertim in persecutionibus. Vide in Indice verb. *Consolationes Spirituales.*
Ille testimonium perhibebit de me.
Quomodo Spiritus sanctus aduenieñs testimonium perhibuerit de Christo, 343.1.d e Vide & 333.2.d & sequent.
Quòd per Spiritus sancti apparitionem manifestatus sit Christus adueniens, 333.1.a
Et vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis.
Quòd virtutibus nostris notas facimus incomprehensibiles virtutes Dei, 190.1.c
Quòd prædicatores tunc rectè testimonium perhibent de Christo, quando prius cũ illo versati sũt in contemplationis studio. 389.1.a & 390.1.d & 808.2.c & seq.
Et quando mortificationis illius odorem ex se spirant. 846.1.b
Quam enim aliis prædicant, in suo ostendere satagunt corpore, 809.1.c & 810.2.b & 814.2.c
Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos.
De triplici scandalo, quod causatur ex persecutionibus, & tribulationibus iustorum, 82.1.c & seq.
Quantas persecutiones sustinuerit Apostolorum Ecclesia à Iudæis, 118.2.a
Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.
Cur Apostolorum Ecclesiæ non fuerit mora persecutio statim post mortem Christi, 323.1.c & seq.
De persecutione, quam habituri erat Apostoli propter prædicationem, 386.1.e & 820.1.d
Quibus quadrigis Ecclesiæ hostes militent contra eam, 902.2.c
Quòd persecutionibus, & tribulationibus Ecclesia illustrior sit reddita, 79.2.a & seq.
Hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.
Quòd prædicatori haud metuendæ sint persecutiones, 906.1.e

Quòd iidem non irruant contra persecutores, 820. 2.a & sequenti.

74 In festo Pentecostes super lectione Actuum Apostolorum.

Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.
Cur Apostoli post Christi resurrectionem, & ascensionem tacuerint, & simul conclusi se detinuerint perseuerantes in oratione vsque ad diem Pentecostes, 322.2.b & seq. & 1027.2.a
Quòd in perseueranti illa sua oratione hoc vnū petierint, vt per missionem Spiritus sancti diuinum susciperent osculum. 8.2.a & sequ.
Oratio enim instar labiorum, quibus imprimitur osculum, est ostium, per quod admittitur Spiritus sanctus, & ex præcordiis emittitur Spiritus sanctorum affectuum. 557.2.c & seq.
Vnde nil mirum, si per orationem illam iidem sanctum ipsum assecuti sint Spiritum, humili ea oratione deferente è cœlis odorem diuinum, eumdēque Spiritum. 191.1.e & seq.
Et factus est repente de cœlo sonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis.
Spiritus Sanctus quanta celeritate venerit in Apostolos, quamve apte assimiletur vento. 332. 1.d
Quomodo saliisse dicatur in montibus, ibid.
In aduentu Spiritus sancti prius auditam vocem, tum visum ignem, vbi notatur differentia inter externos sensus, ac sensus spirituales. ibi. 2. c & seq.
Et repleuit totam domum, vbi erant sedentes.
Quod domus illa, illudvè cænaculum fuerit ea cella vinaria, illave domus, in quam introductam se ait sponsa. 289.2.a & sequ.
Quòd in die Pentecostes descenderit Spiritus sanctus secundum plenitudinem, 333.1.d & seq. Vide & 297.1.b & seq.
Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis.
Cur Spiritus sanctus in die Pentecostes apparuerit in specie linguarum, 351.2.c & seq. & 1027.2.c
Quòd Spiritus sanctus in animabus existens penè totus lingua esse videatur. 352.1.a
Quàm congruè eæ Spiritus sancti linguæ tamquā ignis apparuisse dicantur. 1017.2. d & sequen.
Cur Spiritus sanctus ignis dicatur, & quō ignis proprietates æquè competant Deo, & charitati. 1018. 1.d & seq. Quomodo idem dicatur Impetus aquarum 708.1.e
Seditque supra singulos eorum.
Quòd Spiritus sanctus in dispertitis linguis residēs supra singulos Apostolorum, salierit in montibus 333.1.c & seq. Vbi habes & quod singulis eorundem collata tunc fuerit tota Spiritus plenitudo.
Quomodo eidem Spiritui sancto tribuātur linguæ alæve ignis, & sessio. 1017.2.b & seq.
Quomodo per Spiritum sanctum amota sint impedimenta omnia, quæ retardare potuissent Apostolos à cursu prædicationis. 333.1.e & seq.
Et repleti sunt omnes spiritu sancto. De diuersitate plenitudinis Spiritus sancti, qua repleti hic dicuntur Apostoli ab ea, quę in Christum venisse dicitur in Euangelio. 839.1.a & seq.
Quòd Spiritus sanctus resederit super Christum, vt super fluenta plenissima. 840.2.b
Ad quid super eumdem venerit idem Spiritus 980 1.e & sequent.
Quomodo idem Spiritus sanctus in Christo requieuisse dicatur, 496.2.b
Spiritus sancti dona quomodo à Christo erecta dicantur vt columnæ argenteæ in ferculo humanitatis suæ, ibid. 1.c & sequen.
Alii autem irridentes dicebant, Quia musto pleni sunt.
Quo musto, & vino pleni fuerint Apostoli, cum in die Pentecostes in cellam vinariam introducti fuere. 289.col.8.c & 342.1.c & seq.
Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas effundam de spiritu meo. explicatur, 520.2.c & seque.
Vbi notādum habes, cum potius dictum sit, *super seruos, & ancillas*, quàm super filios.
Quòd in die Pentecostes Christus coronatus sit à matre sua Siō corona, & diademate fidelium, quādo ad vnam Petri prædicationem conuersi sunt ad tria millia animarū. 519. 1. a & seq. sed præcipuo, 520.1.a & seq. cum tamen Ecclesia ante hanc diem esset parua. 1030.1.a
Quòd in die Pentecostes facta sit Ecclesiæ desponsatio per allocutionem quandam. 1027.2.b
Quòd post Spiritus sancti aduentum cœperit Ecclesiæ progressus. 1044.2.b
Quòd in die Pentecostes super Ecclesiam eleuatum sit vexillum charitatis. 296.2.a & seq. Tametsi spiritus ipse præsens haud agnitus sit ab adstāte populo, 341.2.c
Quòd in hoc item die adueniente Spiritu sancto Deus factus sit Ecclesiæ murus ignis, illā ambiēs. 1038.1.a
Eodem die collatum Ecclesiæ eumdem Spiritum vt indumentum, cum ipsa in Apostolis se haberet vt ostium. 1033.2.a
Collatum item vt donum, & vt plura dona. 9. 2. a & sequenti.
Et vt osculum oris diuini, 9.1.a & seq.
Vide plura in Indice rerum, verb. *Spiritus sanctus.*

75 In Euangelium Dominicæ Pentecostes.

Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Quòd dilectio nostra in Deum dignoscitur ex illius legis obseruatione. 925.1.b & seq. & 1005.1.e
Quòd Spiritus sanctus manifestetur in nobis per externa opera. 343.1.e
De duplici charitate, actuali, & affectuali, quarum oppositus est ordo. 309.1.c
De excellentia charitatis in Deum super dilectionem omnē, qua diliguntur creaturæ, 74.1.e & se.
Et pater meus diliget eum. Quòd tanta charitate iustos diligat pater cælestis, cùm ab illis diligi se animaduertit, vt ad singulos eorum peculiari ratione sit eius conuersio, 918.1.d & sequen.
Quomodo propter obedientiam & obseruantiam diuinæ legis cælestis Pater diligat vnumquemq; eorū, a quib. vulneratur crine colli. 643.1. a & se.
Vulnerum charitatis concertationem peregregiè factam inter Deum & animam habes, 289.col.8.e
Vide plura de immensa Dei dilectione in homines notata in Euang. sequentis feriæ 2. Pentecostes.
Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.
Quòd itinera Dei in animas sint fundata super dilectione, & charitate, quave ratione, 857.1.e & seq.
Quòd illa Dei itinera sint multiplicia, cùm veniat in illam vt Deus, vt Rex, vt anima, vt sponsus, &c. 858.1.b & sequenti.
Quod aduentus Spiritus sancti in die Pentecost. dicatur & aduēt us Christi spiritualis, 332.1.b & sequ. & 729.1.c & seq.
Aduenit Deus in animam iusti per nouam sui cōicationem, eaque communicatio est triplex. 730.1.a
Spiritualis Christi aduētus in Ecclesiam duo effectus. 729.1.d & seq.

De

De modo, quo Christus venit in pias animas per Spiritus sancti gratiam, deque eiusdem gratiæ effectibus duobus, 425.2.a

Quomodo Christus per spiritalem aduentum salire, ac transilire dicatur super iustos, simulque mansionem apud eos facere. 340.1.e & seq.

Qui mansionem apud istos facit per spiritus sancti inhabitationem, quomodo petatur, vt reuertatur cùm non discesserit 423.2.b & sequ.

Quòd per fidem, & obedientiam ac obseruantiam diuinorum sermonum excitetur cor Dei ad conferendum animæ augmentum diuinæ gratiæ, sicq. noua communicatione in illam veniendum, 644.1.a & sequenti.

Quòd per eandem obedientiam potissimum digno scitur Deum manere in anima detentum ab ipsa per eam obedientiam, 456.1.a & seq.

Quomodo pia anima sit ædificium, in quo habitat Deus. 627.1.c & sequ.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat.

Quòd sine dilectione Dei illius lex seruari minimè queat, cùm charitas ipsa sit vexillum in acie virtutum, vt pote sine qua virtutes consistere nequeant 294.2.d & seq.

Cùmque in charitate, & ad charitatē vocati simus quando nobis diuina proposita est lex, quę tota in amore sita est. ibid. e & seq. vbi plura. Vide & 296 1.c & seq.

Absque charitate nil roboris quidquā habere apud Deum. 824.2.c & 1024.2.c & 964.2.b

Et sermonem, quem audistis, nō est meus, sed eius, qui misit me Patris.

Exemplum ad Prædicatores diuini verbi, vt nil boni sibi adscribant, & quæ prædicant, haud sua censeant, sed Dei, cuius ipsi sunt labia. 556.1.b

Quorum & eloquium, eloquium Dei dictum habes 556.2.e & seq. Vide & 388.1.b & sequent. vbi habes illos ex Dei assistentia habere & verba, quæ prædicant, & fructum prædicationis.

Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, &c.

Ponderans istud *Paracliti* nomen potes agere de Spiritualibus consolationibus vt notatum est supra in Euang. Domin. infra octauam Ascens. quatenus illud sumitur pro significatione consolatoris cumq. Apostoli in hoc die Pētecostes per Spiritus sancti susceptionem vino ebrii dicti sint, tracta de ebrietate spirituali, quæ ex dictis est consolationibus, de qua habes 762.2.b & sequ. & 763.2.c & sequenti.

Quòd si idem Paracliti vocabulum sumas in significatu altero aduocati, Vide 736.2.c & seq. quomodo spiritus sanctus interpellet pro nobis.

Quem mittet Pater in nomine meo.

Quòd missus sit Spiritus sanctus à Patre, vt teneat locum Christi, sicut vexillum in acie tenet locum Ducis. 296.2.c

Quòd Spiritus sanctus missus item sit pro persona Christi, vt media gratia, quam Christus mundo meruit, peccata à nobis fugaret. 720.1.b & seq.

De istiusmodi missionis historia vide notata super lectionem Act. Apostolorum.

Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

Quòd Spiritus sanctus doceat illustrando intellectum nostrum. 217.2.a

Quòd suggerat nobis omnia inflammans affectum per charitatem. 324.2.c & seq. & 721.1.c & seq.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Vide notata de pace in feria 3. Paschatis Resurrect. & in Dominica in Albis.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Quò[d] Spiritus sancti aduentum arceatur ab Eccles[ia]nis timor mundanus. 718.1.d & 361.1.c

Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad P[atrem]

De amore amicitiæ, quo ita quempiā diligi[mus] vt illi velimus bonum. 74.1.e & 298.2.e

Venit Princeps huius mundi, & in me nō habet quid[quam]

De immunitate Christi ab omni peccato. Vid[e] Dominica Passionis.

Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio.

De perfectissima Christi obedientia, qua ad mortem tetendit. 592.1.d & seq.

76 In Euangelium feriæ secundæ Pentecost.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro eo.

Quàm congrue in diebus hisce Spiritus sancti immensa Dei in nos proponatur charitas, vt ipse celebretur Spiritus sanctus, per quem in nobis excitatur charitas omnis. 324.2.c & seq. Neque enim humanis artibus, aut violentiis suscitari ea potest, vt habes ibid. 1.c & seq.

Curandum nobis, vt illam excitemus memoria beneficiorum Dei sicut ignem oleo. 328. 2. c nam & propterea sponsa eadem Dei beneficia amorum insigniuit appellatione. 73.2.a & 74.1.a

Quamuis in creaturis singulis agnoscamus fragrātiam diuinæ charitatis, vt habes 75.1.b & seq. Maximè tamē eadem charitas fit nobis perspicua per hoc, quod in Incarnatione nobis dedit filium suū quod fuit maximum amoris signum ęque ac osculum. 7.1.a & 29.2.a & seq. Vide & 300. 1. c & seq. vbi amplificatur hęc exhibitio diuinæ charitatis, cùm nobis dedit eumdem filium suum in sacramēto Eucharistiæ.

Quòd per Incarnationem filii traxerit Deus homines ad sui dilectionem. 52.2.d & seq.

Ponderans singulæ huius sententiæ verba circa dilectionem, *Sic*, præter immensitatem, & excessum diuinæ charitatis, quem ex notatis habes, & ex iis, quæ habentur, 372.2.c & seq.

Potes, vt tantumdem est, sic ac in tanta perfectione, agere de perfectione eiusdem diuinæ charitatis, prout habes 833.2.c & 76.1.c

Sumendo *sic*, pro tam fortiter, tracta de fortitudine eiusdem, vt habes 1008.1.b & seq.

Circa verbum, *dilexit*, pondera quomodo non dicitur, *Sic Deus diligit*. Vt intelligeremus dilexisse illum nos, priusquam à nobis diligeretur. Vt habes 76.1.e & 510.1.a & 1015.1.d

Quòd ista Dei dilectio fuerit nostra dilectione prior in æternitate, 186.1.a & seque. sed præcipue, 186 2.b & sequ.

Circa vocem, *Mundum*. Expende amplificationem maximam charitatis Dei, cùm mundum sceleribus plenum pro obiecto habuerit, quando hominum peccatis, eorumdemque miseriis tractus est, vt habes 53.2.d & seq. & 781.1.e

Circa id, quod subiicitur, *Vt filium suum Vnigenitū*

Quam charum, atque dilectum habuerit hunc filium Pater. 7.2.d Vide 50.2.b

Dares pro eo. Quòd dando nobis filium talem cœlestis Pater multa, quin & omnia contulit dona. 7. 2.c & sequ. Vide 508.1.c

Quòd ita illum tradiderit pro mundo, vt eum subiecerit potestati Ecclesiæ. 957.2.d

Quòd pro eo redimendo eumdem dederit morti. 1008.2.a

Possent ad hunc locum spectare quæ dicũtur 508. 1.c & sequ. vbi affertur ratio, ob quam potissimũ Deus fortitus sit nomen charitatis apud homines. Et que dicuntur. 509.2.b & sequ.& 511.2.c & seq. vbi plura de eadem Dei in nos charitate exhibita in morte vnigeniti filii eius super cruce.

Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitã æternam.

De triplici modo credendi, Deum, Deo, & in Deũ, 453.2.e & seq.

Quòd credere in Christum vnigenitum filium Dei tantundem sit, ac fide, quæ per dilectionem opera tur, illum complecti, charitatisve vinculis eũ arcte sibi vnitum tenere. ibid.d & seque.

De fide viua, ex qua viuere dicitur iustus. 217. 2. c & sequent.

De eadem fide nedum informata charitate, sed & transformata in charitatem ipsam, & quomodo operetur vitam æternam. 533.2.c & seq.

Huius fidei oculo qua ratione anima feriat cor Dei, à Deo prius vulnerata, & quomodo inuicem hoc pacto renouent sibi vulnera. 642.2.a & seq.

Quòd pro vmbroso fidei lectulo promittantur à Deo domus eternę fælicitatis. 242.2.a & seq.

Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Adeò hoc verum esse, vt & in die ipso extremi iudi cii Christus futurus sit maximè sollicitus pro hominum salute. 1028.1.a & seq.

Iudicii, atque damnationis opera quomodo Deus sibi aliena reputet. 70.2.c

Immo cùm quempiam iudicare, & damnare cogitur, quodammodo inferni doloribus affici dicitur 1009.1.e & seq.

Cùm saluare sit totius Trinitatis cur approprietur Christo filio, ita vt inde proprium sortitus sit nomen Iesus, ac Saluatoris. 39.2.b & seq.

Quòd Christus descéderit in homines missus à Pa tre in mundum, vt homines ipsos efficeret paradisos. 873.1.a

Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filii Dei. Si per credere in Christum intelligas vi ua fide illum diligere, potes explicare primam par tem huius sententiæ per id, quod dicitur *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Secundam verò per id, *Qui non diligit, ma net in morte;* vt habes 920.2.a & sequ. Vide & 603. 1.b Vide 69.1.e

Quod rectè iã iudicatus, & dãnatus ad mortem is dicatur, qui Deum non diligit, quive per fidẽ cha ritate informatam illum non tenet, sicut corpus il lud morte damnatum est, quòd non teneat animã cùm Deus ipse sit anima animarum nostrarum. 128.1.b & sequent.

Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt, &c.

Potes hæc intelligere de luce, & tenebris doctrinæ, vt habes 80.1.b & seq.

Vel de luce puritatis diuinæ, de qua 31.2.e ac de te nebris peccati, de quibus 85.1.a & seque.

Vide 1004.2.b & seq. quomodo lux, & lex Dei tollatur à corde hominum per tenebras peccatorum.

77 In Euangelium feriæ 3. Pentecostes.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostiũ in ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est, & latro. Qui autem. &c.

Vide 773.2.d & seq. explicatum totum hunc locũ de violenta irruptione hostium nostrorum intra cor nostrum, & è vestigio de suauitate, qua Deus disponit omnia in conuersione peccatoris.

Quòd hæretici sint, qui non intrant in Ecclesiam per ostium Christum, sed ascendunt in illam aliũ de per suos hæresiarcas, quibus innituntur, atque adeò fures sunt, & latrones. 989.2.a & 1000.1.d & fusius 108.1.a & seq.& 140.1.a & sequ. Vide autem ibid. 2.a quomodo latrones existentes, sodales se iactent Christi.

Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt, quia &c.

Quòd hæretici fugiendi sint, nullove modo cum il lis sit standum. 448.1.c

Ego sum ostium ouium: Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones.

Ostende, quàm congruenter hoc Euãgelium ab Ec clesia proponatur diebus hisce Spiritus Sãcti, certam nobis proponens regulam cognoscendi, quãdo Spiritu sancto agamur in cogitationib. & operibus nostris, & quando agamur Spiritu Sathanę, superbię, aliorumq. vitiorũ. Et omnino ad discretionem spirituũ, quam inter præcipua Spiritus sã cti dona enumerat Apostolus, vt habes. 930.1.a & seq. Vide autem de hac spirituum discretione. ibi. c & 2.e & 938.2.e

Præter tria signa allata 335.2.e & seq. Quartum ex hisce Euangelii verbis collige signum, quo discer ni queat, An à Spiritu sancto agamur, nec ne nimi rum si inspirationes, & proposita ingrediantur p Christum vnicum, ac tutissimum ostium in sua sã ctissima lege; quando agimur iuxta legẽ Dei, quã ostium cordis nostri esse habes. 776.1.e

Sic in iis, quæ ad fidem spectant, Spiritus exinde di scernere licet, si quæ nobis suggeruntur, ingrediã tur per Ecclesiam Catholicam, quæ ostium est in Christo capite suo, vt habes. 1035.2.d & seq.

Quomodo spectantia ad Spiritum sensualitatis ingredientia potiùs per fenestras nostras, fures sint, & latrones mactantes, atque perdentes. 115.1.e & sequenti.

Ego sum ostium; Per me si quis introierit, saluabitur.

Quod per ea duntaxat opera bona saluemur, quæ aggredimur per Christum, eiusve gratiam. 643.2. e & sequ.

Quod Christus sit ostiũ, vnde egreditur gratia om nis, omne meritum, vniuersaq. salus, 202.2.d & sequenti.

Quòd eæ solæ orationes, eaque sola opera sint ad æternam salutem, quę ad ostium, qui Christus est, ipso signata sint Christo. 1003.1.c & seq.

Et ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

Vide 818.2.a Nysseni explicationem de iugi animæ progressu in hac vita.

Quòd per Christum ostium vnum in vitã spiritualem ingredi per contemplationem contemplatiui & egredi per actionem debeant actiui, vt in illa inueniant pascua consolationũ Christo innitẽtes. 991.1.b & seq.

Quòd sancti Prædicatores per ostiũ vulneris Christi ingrediũtur in illius cor charitate succensũ, & ex eodem egrediuntur, cum ad prædicationem se conferunt. 301.2.d & seq. Quanta autem, & qualia ab iis inueniantur pascua habes 64.2.a & seq.

De Christi pascuis, quæ sunt in sacris litteris, 126.2. c & sequen.

De iisdem, vt sunt inter lilia, seu in liliis. 415.1.b & sequen.& 417.2.d & 419.1.d & seq.

De Christi pascuis Spiritualium consolationum, 131.1.c & seq.

Vide & in Indice rerum, verbo. *Consolationes spirituales.*

Fur

Fur nō venit, nisi vt mactet, & perdat. Quia Diabolus, mundus, & caro dum voluptatibus sæculi pascunt animas, illas mactantes, atque perdentes pascunt semet. ibid. e

Ego veni, vt vitam habeant: per pastum spiritualium consolationum, de quibus iam notatum est. *Et abūdantius habeant,* postmodum scilicet in pascuis cœlestis patriæ, de quibus habes 128. 2. c & seq.

78 In Euangelium festi Sanctissimæ Trinit.

Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.
De Christi exaltatione & gloria post passionem, & mortem à Patre illi exhibitam. 39. 1. e & seque. & 250. 2. e & seq.
Quòd potestatem regiam in eo præsertim exercuerit Christus, vt hominum procuraret salutem per eruditionem diuinorum. 62. 1. a
Euntes ergo docete omnes gentes. Vide quæ notata sunt in festo Ascensionis super illa Euang. verb. *Euntes in mundum vniuersum prædicate,* &c.
Ponderans dictionem, *ergo*, excollata Christo potestate, inferentem congruens præceptum prædicationis. Vide 496. 2. c & seq. vbi habes eum, qui omnipotentiam Dei consideret, nullum expauescere opus, ad quod vocatus à Deo sit.
Baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti.
De Baptismo vide in Indice rerum, verb. *Baptismus.*
De personarum distinctione in diuinis, deque generatione filii à Patre vt osculi ab ore. 7. 1. d & sequ. Vide 45. 1. b
De processione Spiritus sancti per modum osculi oris diuini à Patre, & à filio. 9. 1. a & sequen. & ex Bernardo, ibid. d
Ad tam sublimia, diuinaque mysteria contemplāda quomodo tendendum. 397. 1. b & seq.
Ad eorumdem cognitionem Anima deducitur, per cognitionem suipsius, 153. 2. a & seq.
Mysteriorum reuelationem dici introductionem in cellaria Dei. 66. 2. a & seq.
De incomprehensibilitate Dei. 432. 2. e & seq.
De æternitate Dei. 185. 2. a & seq.
Quòd Deus sit actus purus. 31. 2. e
Quòd illius puritas, atque simplicitas non tollant, quin sit & pulcherrimus, 223. 2. c & seq.
Cū istud Sanctissimæ Trinitatis festū ob id in primis ab Ecclesia institutum sit, vt Trinitatem ipsā totam celebremus, gratias illi agentes de beneficiis, quibus ab ea cumulati sumus, aptissimè de hac beneficiorum Dei cōmemoratione agere poteris, pro quo vide in Indice rerum, verb. *Beneficia Dei.*
Poteris & agere de fide, quæ maximè ad Trinitatis mysterium percipiendum est necessaria. Vide 69. 1. b & sequenti.
Docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis.
Quòd per obseruantiam diuinorum præceptorum tendendum nobis sit ad fruitionem Sanctissimæ Trinitatis, 163. 1. a Vide autem 162. 1. e & seq. cōgruentias, propter quas diuina præcepta dicantur currus.
Quòd obedientia, & impletione mandatorum Dei anima instar equi portans Deum, introducit illum in cælum, vbi est fruitio eiusdem Trinitatis 457. 1. c & sequ.
Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Si perpetuam Christus Ecclesiæ pollicitus est assistentiam, quomodo ab illa discedere dicatur, & remeare, 334. 1. c & seq.
Hæc eiusdem assistentia perpetua in Ecclesia vnde præcipuo arguatur. 150. 2. e & seq. & 328. 2. e
Quòd anima seruando Dei mandata teneat illum secum astrictum. 456. 2. b
Quòd Christus perpetuò commoretur in Ecclesia Romana. 473. 2. a

79 In Euangelium Dominicæ primæ post Pentecostem.

Estote misericordes sicut & pater vester misericors est.
Quòd in misericordia, & beneficentia sita sit perfectio. 71. 1. b
Si per misericordem intelligas beneficum, prout litere series indicat, & benignum: potes hortari ad beneficia conferenda vniuersis, cùm illa amoris, & alæ sint, & sagittæ, 1017. 2. b accendantque ad amorem etiam inimicos. ibid. 1. e
Si verè, & propriè misericordem intelligas, plurima, quib. ad exercenda misericordiæ opera horteris, habes in Indice rerum, verb. *Misericordia.*
Date, & dabitur vobis: Mensuram bonam, &c.
Quod misericordes per elargitionem beneficiorū, & eleemosynarum pascant simul, & pascantur. Dū que aliis dant, pleniorem à Deo, recipiant mensuram. 604. 2. d
Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadent?
Quòd docentes praua obseruandi sint velut proximi hæresi, ne & alios cadere faciant. 407. 1. b
Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut, &c.
Vide quæ notata sunt in Euang. feriæ 3. Dominicæ 2. Quadragesimæ super ea verba, secundum autē opera eorum nolite facere.

80 In Euangelium, & festum Sanctissimi Corporis Christi.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.
Quòd in hoc Sacramēto Christus se reliquit Ecclesiæ in cibum, ac potū triplicem præsertim ob caussam Primò, quia prius cibo item Diabolus hominem sibi subiecerat. 754. 2. e Secūdo, vt Sacramenti necessitas per hoc innotesceret. 755. 1. c & Tertiò vt arctissimam cum communicantibus perficeret vnionem. 755. 2. d & seq.
Quòd cibus huius Sacramenti differt à cibis corporeis, tum quia non trāsmutatur, sicut illi in substantiam alīt, sed potius transmutat in se. 732. 1. a & seq. Tum quia iste augmento semper inseruit, cum illi, licet nutritioni semper inseruiant, augmēto tamen non item, 756. 1. e
Quòd Sacramentalis iste cibus, ac potus, dicatur verus cibus, & verus potus, cùm veram conferant vitam, quod non faciunt alii cibi. 74. 1. a & seq. Id autem efficit propter vnitam, sibi diuinitatem. ibidem. c & 748. 1. d
Quòd cibus iste triplici satisfaciat appetitui famis, sitis, atque vitæ. 284. 1. c
Quòd idem habeat in se omnis saporis suauitatem. ibid. b
De eiusdem cibi effectibus quiq. 205. 1. b
De primo effectu collationis gratiæ pro nutrienda, & augenda charitate. ibid. e & seq.
Vide & 756. 2. b vbi & apertius explicatur, charitatem istam sitam in summa communicatione, & vnione communicantis cum Christo ipso iuxta id.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē in me manet, & ego in eo. Sicut misit me viuens Pater & ego. &c.
De quibus verbis habes & 300. 2. a & 505. 2. d & 247.1.d
De secūdo effectu collationis sanitatis, & puritatis. Quomodo conferat sanitatem vulnerib. 205.2.b
Quòd in eo, & per ipsum sit omnis puritas, 419.2.e & 752.2.d
De tertio effectu delectationis, quo ineffabili dulcedine mentem recreat. 206.1.c
Quòd in illo sit omnis saporis suauitas, 752. 2. c & seq. Quòd per illius maximam dulcedinē inebriari dicantur, & quomodo. 756.2.c & b Quòd idem sacramentum inebriet causando excessum animæ ad meliora. 763.2.a
De quarto effectu vitæ, & incorruptionis, atq. immortalitatis tum animæ, tum corporis. Quòd causet vitam, notatum habes supra. Quomodo autem causet incorruptionem &, immortalitatem habes 205.2.e & seq. Quòd idoneos reddat ad æternam requiem. 134.2.c & seq.
De quinto eiusdem sacramenti effectu collationis ornamenti, & pulchritudinis. 206.2. d Quòd idē faciat amicos, & proximos Deo. 773.2.b
Hic est panis de cælo descendens. Quòd è cælo exhibitus sit panis iste sacramentalis, cùm in illo sit Christus corpore, anima, atque diuinitate, 246. 2. c & seq. In eo diuinitas conuersa in lac. 247.2.a & seq.
Quomodo idē ipse, qui in cęlis stat paratus ad opē ferendā hominibus, stet in hoc pane partim se manifestans, & partim se occultans, 258.1.d & seq.
Quod idem ipse intra hunc panem resideat in Ecclesia, vt est charitas. 505.2.e & vt excitet ad charitatem, 997.2.e
Quòd in huius panis exhibitione Christus erexerit amoris vexillum super nos. 299.2.c Quia amorem suum in eo multò perfectius, quā in vlla alia re patefecit. 300.1.c
Quòd in hoc sacramento habeātur vnita simul oīa indicia amoris Christi. 757.2.c vide & 754.1.b
Quod in eodem amor Christum subiecerit potestati Ecclesiæ. 957.1.d
De quibusdam tanti sacramēti prærogatiuis. Quòd sit melius quacunque re mundi. 14.2.d & 27.2.a
Quòd in illo Christus nos introducat in cellaria sua. 67.1.c & seq. & in cellam vinariam. 289. col. 7 a & sequent.
Quòd in illo Christus sit in accubitu suo. 148.1.b
Quòd cōicātes simul sint pauperes, & Reges. 757.1.b
Vbi habes & quod illud humiliter sumere sit maximum omniū donorū, quæ Deo offerre possumus.
Quòd illud accipiens largiatur. ibid. 2.a & eo pasta anima pascat Christum. 197.2.c & seq. & 732.1.a & seque. Et in eo potetur, idem Christus vino condito. 986.1.d
An Christus verè illud comederit. 746.1.a ibid. e
Quòd in eiusdem sacramēti sumptione pia anima nitatur vicem rependere Deo pro oībus, quæ ab ipso accepit. 730.2.d & 976.1.e
Quòd in illo Christus sugat vbera communicātiū, iisdemque vberibus illos pascat. ibi. b Quomodo ab eadem anima in illo osculetur. Ibid. 2.b
Vide notata in Euang. Dominicæ infra octauam, & in Indice rerum, verb. *Eucharistia.*

81 In Euangelium Dominicæ 2. post Pentecostem. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacr.

Homo quidam fecit cœnam magnam.
Quòd bene Christus instituens Sanctissimū Eucharistiæ Sacramentum, instruensque conuiuium regium dicatur, *homo*, qui alias apud Matthæum in eiusdem sacramenti institutione dictus est Rex, quia vt homo, est Ecclesiæ Rex & caput. 505.2.c
Sic cœna nomine intelligitur comestio, & conuiuiū instructum pro nocturno tempore, quando visibilis haud lucet Sol, sed ignis vtimur lumine. Vide 518 2.e & seq, quòd hoc Sacramentum contemplandū sit lumine fidei succensæ charitatis igne; non autē lumine sensuum, quod Solis metaphora signatum habes 232.2.b Vide & 258.2.b & seq.
Rectè *magna* dicitur cœna ista tanti Sacramenti, cum sit regia, & in ea exhibeatur regnum, 519.1.c Vide & 736.2.a sensum literæ, quem facile applicabis. & 745.2. c & seque. magis tamen ad rem vide 746.2.d & sequen. & 747.2.a
Cùm talis, tantaque sit ista cœna, haud mirū si pii quique ardentissimè illam inhient, vt inhiat sponsa. 14.2.d & 306.2.b & seq. & 976.1.a & seque.
Et vocauit multos. De hoc potius mirādum, quod eo vsque processerit Dei nostri bonitas, vt ad eam cænam vocet, inuiterque multos. Vide de hac inuitatione. 758. 1. e & seque. Et de eadem vt largiori. 754.2.d & sequent. 755.1.b & seq. & 2.a 758.1.a Vbi inuitari dicitur anima, vt magis in charitate proficiat.
Et misit seruos suos dicere inuitatis, vt venirent, quia iā parata sunt omnia.
Quòd parata esse omnia significatur iis, qui inuitātur ad communionem sacramentalem eo modo, quo sponsus antequam inuitaret ad conuiuium, significauit se messuisse myrrham passionum cum aromatibus virtutum suarum. Vide 737.2.d & se.
Si parata proponuntur omnia ex parte Christi, cōgruum est & nos omne adhibere studium, vt præparemus quæ ex parte nostra sunt necessaria ad dignam tanti sacramenti susceptionem. fit autē hæc præparatio triplici consideratione, vtilitatis propriæ, magnitudinis Christi, quem suscepturus est, & immensæ charitatis Dei vt habes 188.2.d & se.
His adde quartam considerationem Passionis eiusdem Christi. 157.2.c & seq. cùm propterea Sacramentum istud dicatur monumentum eiusdem passionis, vt habes 297.1.b Vide & 745.2.d
Vide de hac præparatione, & consideratione Passionis Christi, quàm vtilis, & necessaria sit ex loco Oseæ Prophetæ 283.2. c & seq.
Quòd vera præparatio ad idem sacramentū sita sit in contritione, & deuotione. 751.1.b & seq. Vide 306.2.e & seq.
Quòd veræ præparationis, & dispositionis huius formam à Christo ipso exhibitam habeamus. 746.2.a & seq.
Quinque potissimum ad eamdem præparationem esse necessaria, pœnitentiam, fragrantiam virtutū orationem, feruorem spiritus, & eximium puritatis candorem. 750.2.b & seq.
Quòd pro tali præparatione Spiritus Sanctus implorandus sit. 731.1.a
Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit, villam emi, &c.
Quòd terrena sint quæ alienant animas à dulcissimi sacramenti perceptione, friuolasque causant excusationes, 21.2.b & seq.
Quòd hæ ipsæ excusationes proueniant à sensibus ipsis nostris pugnantibus in nobis, & contra nos, prout habes 114.2.c & seq. facilè enim aptabis ad rem ea, quæ ibi ad aliud propositum dicuntur.
Quòd si per tres excusationes allatas, tres desumere velis concupiscentias, superbiæ vitæ, oculorum, & carnis: Ex iis, quæ habes 625.2.a & sequ. facile colliges,

colliges, quam periculosæ ea sint, poterisque aptare ea, quæ in dicto Vers.8.cap.quarto dicitur iuxta literam.623.2.e & seq. suppositis iis, quæ habes 519.1.c & seq. quòd in hoc sacramentum conferatur regnum, & fiat desponsatio Christi cũ anima. Vide de materia huius Sanctissimi Sacraméti in Indice rerum, verb. *Eucharistia*. & in festo Corporis Christi.

82 In Euangelium Dominicæ 3. post Pentecostem.

Erãt appropinquãtes ad Iesum Publicani, & peccatores. Quòd summo iure peccatores appropinquarent ad Iesum, quem vnicum suum agnoscebant medium vt illius testatur nomen Iesus, quod ob salutis, & misericordiæ, & medicinæ significationem vnguẽtum effusum dicitur 39.2.e & seq.

Ad hæc facile aptabis sensum allatum in litera. 45.2.d sumendo adolescentularum nomẽ pro imperfectis, & peccatoribus, prout sumptũ illud habes 889.1.e Quibus addes quod iuxta lect. sep. dicitur 59.2.e *Traxerunt te.* ex ipso nimirum Iesu trahentes, id, quod effundebatur vnguẽtum, & oleũ misericordiæ, de quo ex August. habes 44.2.b

Vt audirent eũ. Quòd Christi doctrina conferret medelam, & vires, 51.1.b.& seq.

Quòd verborum gratia tãta esset in Christo, vt per illam allicerentur quique ad ea audienda. 224.1.a

QuòdChristus traheret ad se peccatores, vt magnes trahit ferrum. 52.2.d & seq. Idq. in funiculis Adã & in vinculis charitatis, 53.1.b & seq.

Et murmurabant Pharisæi, & scribæ; Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Quòd murmurantium lingua dicatur gladius, & cus.366.1.c

Quòd murmurantes isti comburerentur lapidibus ignis præ inuidia. 1020.2.a

Quòd plebe peccatorum ornatum se censeat Christus, æque ac caput capillis. 545.1.d & seq. Quinimo per eorumdem cõuersionẽ coronetur. 630.1.b

Et si perdiderit vnam ex illis. Quòd peccatoris animã perdit Deus, quando illæ elongantur ab ipso auertens se, & sineris se trahi ab herbis terrenarum voluptatum. 142.2.c & seq. vbi & damna pertractata habes, quæ istiusmodi animã subire cogetur vadens post dictas voluptates sicut ouis, quæ periit.

De inani circuitu istiusmodi ouis, & peccatoris errantis post mundana ista inania. 438.1.b & seq.

Nonne dimittit nonaginta nouẽ in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec. &c.

Totius huius loci explicationẽ habes 123.2.c & se.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat. Quod ex diuinæ misericordiæ consideratione oriatur exultatio, & gaudium nostrum. 70.1.c & sequ. vbi plura de hac misericordia Dei.

Vide quæ notata sunt Euang. Sabbati post Dom. 2. Quadrag. de filio prodigo.

83 In Euangelium Dom. 4. post Pentecost.

Cum turba multa irrueret in Iesum, vt audirent verbum Dei.

Quòd funiculis amoris Iesus abstulerit ab hominibus impedimenta omnia, vt facile post ipsum currere possent. 52.2.c & sequenti.

Ponderans verbo *Irrueret*, tracta, quàm sit necessaria sollicitudo, & feruor in studio vitæ spiritualis, 355.2.b & seq.

Cum charitatis impetus maximi sunt, vt habes 1019.2.c haud mirum, quòd turbæ istæ irruerẽt in Iesum, quandoquidem ex ipsa charitate prouenit, vt illius verba libenter audiantur, vt habes 47.2.e & sequent. & 75.2.c & sequen. & 1054.1.a

Quàm congruè simplices turbæ irruisse dicantur, vt &c. cùm simplicitas in diuinæ gratiæ vsu sit maximè grata Deo. Vnde ob eam commendata anima ab sponso dicitur. *Impetus descendens de libano.* 710.2.b

Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Quòd Prædicatores ante, & post prædicationem descendere debeant ad mare passionis Christi, demittentes se ad contemplationem vulnerum eius, ibique lauare, & purificare suam in prædicãdo intentionem, suamque & vitam. hisce enim vt retibus vtuntur ad piscandas animas, prædicatione, seu doctrina, & exẽplis. 389.1.b & seq. & Idcirco oculi dicuntur sicut columbæ vt habes 222.1.d prout & puræ intentio, vt habes 218.2.d & seq. & oculi sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lactè sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima, vt habes 839.2.b & seq.

Et assimilantur gregibus tonsarum, quę ascendunt de lauacro, vt habes 554.1.a & c & seq.

Vide & 811.1.e & seq.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis. De iugi assistentia Christi in Ecclesia Romana, quæ est nauis Simonis Petri. 126.1.e & sequ. & 473.2.a & seq. Vide plura in Indice rerum, verbo. *Romana Ecclesia.*

Rogauit eum à terra reducere pusillum. Ponderans verbũ. *Rogauit*, cum potuisset dici, *Imperauit*, seu, *iussit illi*, collige, bonos Prælatos dẽre esse, benignos atque amabiles subditis, vt habes 600.1.c & seq.

Quòd iidem Prælati supereminentiam suam ex subiectione ad onera ferenda sibi prouenire debent arbitrari, & cõformare se proximis. 578.2.c & se.

Quòd progressus vitæ spiritualis paulatim ab imis sit ad superiora; quodvè nimius feruor in principio conuersationis sit periculosus. 94.1.b & seq.

Et sedens docebat de nauicula turbas. Quod Christus sedens doceret, quia regiam in docendo teneret maiestatem. 61.2.e

Quòd prædicatores tunc sedentes doceant, cùm requiem, & quietem prædicant. In eorum enim lingua etsi durum quid sit, sub lingua tamen habent requiem. Vide ex Bernardo. 674.2.c

Quòd boni Prædicatores de nauicula Petri docere debeãt, & explicare verbum Dei iuxta sensum Romanæ Ecclesiæ, atque sanctorum Patrũ. 389.2.b

Dixit ad Simonem, Duc in altũ, & laxate retia vestra in capturam.

Ex Christi assistentia, quàm sublimes, atq. efficaces sint scripturæ sacræ, & è contra, 239.2.a & seq.

In vita spirituali tendendum ad culmen perfectionis conuersatio namq. iusti excelsa instar palmæ. 944.1.c & seq.

Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Quòd Prædicatores Deum sibi adstantẽ, noctis q. tenebras expellentem habere debeant, in vanum n. laborant, ni Deus prædicatum verbum deferat ad corda audientium. 388.1.a & seq.

Quantum laborent mundani in nocte huius sæculi 131.2.c & seq. Quamque inaniter, 437.2.c & seq. & 105.1.a & seq. & 22.1.d

Quomodo pia anima tribulationib. per totã noctẽ laboret, & nihil capiat, vel aliquid capiat, Deũ inueniens, aut nõ inueniens. 430.1.a & seq.

In verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecisset, concluserunt piscium multitudinem copiosam.

Quòd Prædicatores à Deo missi, & ex obedientia prædicantes, secum, magnumque ex concionibus suis referunt fructum, 769.2.e & seq.
Vide & 387.2.c & sequ. & 351.2.c
Quòd obedientia perfecta fiat conspicua omnibus promptitudine, & hilaritate, 591.1.c Hæc promptitudo est ad simplicem nutum. 449.1.c
Illius gradus, propter quos comparatur monilibus, 175.1.a & sequent.
Per eamdem fiunt proficua, quæ alioquin essent inutilia. 449.1.e
Quòd eidem plerumque concedatur facultas faciẽdi miracula, 180.2.a
Vide plura in Indice rerum verb. *Obedientia.*
Rumpebatur autem rete eorum. De schismatis perturbatione maxima in Ecclesia, quidve tũc faciendũ 125.2.e & seque.
Et annuerunt Sociis, vt venirent, & adiuuarent, eos. Et venerunt, &c.
Quanta sit inter sanctos Prædicatores vnio, & charitas, & quòd propterea sint vna tantum vitta coccinea constringens fideles, 556.1.e & sequen.
Quomodo Ecclesiæ doctores vnum quid sint, diuersi, atque æquales, 548.1.d & 549.1.b
Quodve illorum dissensio signum sit ruinæ Ecclesiasticæ, 548.2.c
Quòd cùm vidisset Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi à me, quia homo peccator sum. Quòd in profectu spirituali pia anima semper sit pauida, ne in Dei obsequio negligens sit, neue immunda ante Deum progrediatur. 790.2.a & seq.

84 In Euangelium Dominicæ 5. post Pentecostem.

Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis, &c.
Cùm per hæc Christus deterrere velit, & auertere fideles à falsa Scribarum, & Pharisæorum iustitia quæ ex duplici capite praua erat. Primò, quia tota erat in externo duntaxat, nulla habita ratione interni. Secundò, quia prauæ nitebatur intentioni cum illi in omnibus eum sibi præfinirent finem, vt humanam captarent gloriam. Contra vtramq. harum prauitatum agere poteris. Et quidem contra primam vide, quæ notata sunt in Euang. feriæ 4. Dominicæ 3. Quadrag. super iis verbis: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me* Contra secundam verò vide notata in Euãg. feriæ 3. Dominicæ 2. Quadrag. super verbis, *Omnia verò opera sua faciunt, vt, &c*
Nisi abundauerit, &c. Potes hanc ipsam sniam sumere, vt specialiter dictã à Domino, Monachis, & Religiosis, vt per iustitiam Scribarum, & Pharisæorum intelligatur iustitia, & probitas secularium. Quòd autem summo iure multo perfectior in illis, necessaria sit iustitia, & bonitas ex triplici probabis capite: Primùm ex dignitate status, tum ex obligatione votorum, & tertio ex gratitudine maioris gratiæ, & plurium commoditatum.
Quoad duo prima dignitatẽ, & perfectionẽ status, quę ex ipsa votorũ obligatione augeatur, plura habes 173.1.b & se. per totã expositionẽ illã secũdã.
Vide multo plura 537.2.c item per totam expositionem secundam.
Quòd iidẽ sẽper progredi dẽant ĩ claustris. 392.2.a
Quòd sint Reges. 935.2.d
Quòd sint domus Christi. 918.2.b
Quòd & guttur item Christi. 864.1.b
Quòd in Ecclesia sint instar operis topiarii pulcherrimi. 677.1.e & sequent.
Quomodo dici queant eminentiores ipsomet Christo. ibid. 2.c
Eorum perfectionem sitam in amore, & charitate, cùm & eorum habitus amorem præferat, 289. col. 3.a & sequen.
Quoad gratitudinem, tracta quàm ingẽs beneficiũ sit, admissio ad statum Religionis. 300.2.b & seq.
Quomodo Religio sit domus charitatis, 289. col. 3 c & seq. Quomodo sit scala, 306.1.a & seq.
Quòd sit optimum exemplar cælestis Patriæ. 263.1. c & seq. & 289. col. 4.c Quomodo, & quales montes sint illius claustra. 422.1.e & seq.
Quòd in iis non sint grauium peccatorum occasiones, atque adeò grauia peccata supponantur abesse. 408.1.e Quòd eadem sint hortus, in quo Christus pascit filios. 470.2.c Vide plura in Indice verb. *Religio*, & *Religiosus*.
Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides. Ego autem, &c.
Vide quæ notata sunt in Euang. feriæ 6. Cinerum in initio, de perfectione Euangelii, ac doctrinę Christi super lege Moysi, & de Hebræorũ traditionib.
Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quòd per affectuum moderationẽ filii Dei fiunt, & per consequens fratres, 914.2.c Vide de hac affectuũ moderatione, ibid. a & seq.
Poteris hic quoque agere de charitate fraterna, seu etiam de pace, vide in Indice rerum, verb. *Charitas* & verb. *Pax.*
Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quod, &c.
Ad dignam Sanctissimi Sacramenti præparationẽ maximè procuranda in primis pax, cùm illud sit symbolum pacis, vt habes 432.2.d & charitas, cũ idem sit amor, & charitas. 306.1.a & seq. Quòd qui indignè ad illud accesserit, amarum id illi faciat atque mortiferum, 184.1.e
Si de digna ad tantum Sacramentum præparatione agere velis, vide quæ notata sunt in Euang. Dominicę infra octauam corporis Christi, super verbis *Quia omnia parata sunt.*

85 In Euangelium Domin. 6. post Pentecos.

Cùm turba plurima esset cum Iesu, nec haberẽt quod mãducarent. Quòd proprius pastus Spiritualiũ, & eorum, qui sunt cum Iesu, sint consolationes spirituales, 131.1.c & seq.
Mirandum quomodo qui sunt cum Iesu, careant ãdicto consolationum pastu, cur ve id aliquando permittat Iesus ipse. 431.1.c & sequ.
Quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod mãducent. Quòd tempus expensum in Dei obsequiũ etsi diuturnũ sit, vix modicum videatur. 449.2.d & sequent.
Quòd in Dei obsequio, & in vita spirituali sit maximè necessaria perseuerantia. 343.2.a & seq.
Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficiẽt in via. Quòd consolationes spirituales sint necessariæ ad vitã spiritualem prorogandã. 24.1.a Cum sine delectatione homo viuere nequeat, 9.2.e & 308.2.c & sequen.
Quantæ sint molestiæ, quæ angunt animas orbatas consolationibus spiritualibus 72.1.d & seq. Eædẽ animæ quomodo præ languore deficiant. 10.2.c & 306.2.e & seq.
Vnde illos poterit quis saturare panibus hic in solitudine?
Si solitudinis nomine vitam sumas spiritualem, qua mundus deseritur, vt habes 470.1.c & seq.

Potes hic agere de iis mundi hominibus, seu de falsa eorum hominum opinione, qui non credunt, reperiri posse in tali solitudine consolationes spirituales, quibus verè nostra reficiatur, & exaturetur fames. Vide 990. 1.c Cùm contrarium potiùs dicendum esse habeas 24.1.h & sequ.& ex consequentibus istius Euangelii deduces.

Ostendere insuper poteris prædicta discipulorum verba magis verificari de mundo isto, qui est vera solitudo, verusque desertus, vt habes 463.1.e & seq.& 470.2.a deque panibus voluptatum illius, quibus nemo exaturari in eo potest, vt habes 26.2.d & sequenti.

Plura, quæ super præsens Euangelium notanda hic forent, colliges ex notatis in Euang. Dominicæ 4. Quadrag. vide ibi.

86 In Euangelium Dominicæ 7. post Pentecostem.

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Cauendos, Diabolum mundum, & carnem, sic falsos prophetas dictos, sicut & sodales Christi, cùm sint nihilominus & Christo, & nobis maximè infesti. 141.1.a & seq.

De eorumdem deceptione, & falsitate, atque præstigiis, per concupiscentiam 98.2.e & seq.

Quòd veri, bonique fideles & extrinsecus, & intrinsecus insigni pulchri sunt sanctitate. 213.1.d & seque. 214.2.e & seq. Idue, quia ipsum induti sunt Iesum Christum agnum illum verum, nedum in externis, at etiam in internis, non sicut plerique, qui indutos quidem se exhibent extrinsecus in vestimentis ouium, & Christi, non tamen Christum, ouesque ipsas. 667.1.a & seq.& 1034.1.e & seq.

Hæreticos capiendos attendendo ad eorum falsitates, & obseruando illorum fraudes, eosve conuincendo, 406.2.b & seq.& 410.2.b & seq.

Eorumdem proprietates, & mala quatuor. 137.2.d & seq. sed in primis quomodo, & ad quid operiãt vultum suum venientes in vestimentis ouiũ. 139.2.e & seq. Quomodo eorum singuli catholicos se asserant. 325.1.d Vide & 108.1.c & seq.& 905.1.c

Ipsorum quoque naturam explicatam habes 441.1.e & sequent.

In duritie illos similes esse Diabolo, 1014.1.a & se.

A fructibus eorũ cognoscetis eos. Quòd opera bona sint flores, & fructus, 235.1.c & 739.1.a.b quodvè testificentur ore suo. 580.1.a

Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?

Quòd Deus colligat dulces vuas, ac ficus consolationum ex spinis tribulationum nostrarum. 263.1.a & sequen.

Quod peccatores sint spinæ, 264.1.e & seq. Quòd mulieres sint spinæ. 265.1.b

Non potest arbor bona malos fructus facere: & omnis arbor bona bonos fructus facit.

Quòd Ecclesia sit hortus nobilissimus Dei, quasve habeat plantas & arbores cum floribus ac fructib. 677.1.b & seq.& 688.1.e & seq.& 690.2.b & seq.

Quòd & quælibet pia anima sit agricultura, & hortus eiusdem Dei. 680.1.a & sequ.

Quòd humanum corpus, ipseq. homo rectè exprimatur metaphora ficus, 378.2.a & seq.& potẽtiæ animæ dicantur vineæ, atque vites. 379.1.b

Quòd iustus sit palma, & cur. 945.2.c & 943.2.d

Quòd germinatio piæ animæ sit diuina laus in verbis, & fructus in operationibus. 695.2.d & seq.

Germinationem, & fructificationem spirituale esse diuersam à terrena, 897.2.c & sequenti.

Quomodo flores sanctorum desideriorum dicantur parturire fructus, 964.1.c & seq.

Ad comedendos fructus operum suorum iustus quisq. inuitat Deum, idve in sui ipsius commodũ. 730.2.c & seq.& 734.1.d

Mala autem arbor malos fructus facit. Quòd hæretici sint arbores Syluestres, atque malæ, 269.2.a & seq.& 276.1.a

Quæ fructus, quæve damna ab hæreticis proueniant, 716.1.c

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Quòd arbores spirituales, quæ non proferunt flores, ac fructus, vita destitutæ censeantur, 407.2.b

Quòd arbores, atque vites mundi, & vitiorũ eius eradicentur, atque in ignem mittantur, quave ratione, 113.1.d & seq.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cælorũ, sed qui fecerit volũtatẽ Patris mei, &c.

Quòd oratio vocalis, absque interna, & vera deuotione, quæ sita est in promptitudine ad faciẽdam voluntatem, nullius sit valoris ad vitam æternam, 666.1.a & seq.

Quòd obediens diuinæ voluntati ita intrabit in regnum cælorum, vt in illud introducturus sit secũ & Christum ipsum. 457.1.a & seq.

Quod eadem obedientia celerrime ducit ad regnũ cœlorum, 163.1.a

87 In Euangelium Dom. 8. post Pentecost.

Homo quidam erat diues. Christi opes ingentes ex ditissimo corporis eius ornatu arguere, & probare potes, cùm totus is esset aurum, pretiosæque gemmæ. Nam & caput habuisse dicitur aurea redimitum corona, 831.2.a & manus aureis plenas annulis, pretiosisve gemmis. 849.1.a.c Et corpus thorace gemmis item vndique exornato. 854.1.d & seq. & pedes aureis quoque calceamentis. 857.1.c

Multo magis illum diuitem gratiarum opib. intelliges ex iis, quæ habes. 34.1.b & seq.

Quòd vnusquisq. fideliũ dici queat villicus Christi ob exhibitionẽ dictarum opũ illius, & ob creditas eis diuitias gratiæ ipsius, 19.2.a & seq.

Qui habebat villicum. Quales esse debeant dispensatores rerum temporaliũ in Ecclesia. 849.1.e & seq.& 852.1.a & seq. Vide & 913.1.e & seq. vbi de iisdẽ vt ministri sunt facultatum Ecclesiæ ministrantes viduis.

Et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Quòd peccator diffametur apud Christum, q dissipartt gratias, & beneficia illius, idq. per peccata ipsa, & mala opera sua, cùm opera voce prægrãdi clament, sintq. os vociferans. 58.1.a & 669.1.a

Quòd particula, *quasi*, aliquando ponatur ad statuẽdam veritatem, 1036.1.b

Et vocauit illũ, & ait illi, Quid hoc audio de te. De multiplici ratione, qua Deus vocat peccatores, aliquã do externa voce Prædicatorũ, 769.1.c & seq. aliquando vocib. internis, quib. exhibita eis beneficia, eorũq vicissim repræsentat ingratitudinẽ. 773.1.a & seq. Aliquando pulsatione per ærumnas, & tribulationes, 797.1.c & seq. Vide & 771.1.d & seq. quatuor diuersos vocationis modos.

Redde rationem villicationis tuæ, iã enim non poteris amplius villicare. Quàm metuenda sint mors, atq. iudicium peccatori, 370.1.e

Quòd post mortem non relinquatur amplius meriti locus. 741.1.a & seq.

Eo autem pascentur lacte doctrinæ affectiuę, quo pascunt subditos ipsos. 600.1.c
Quòd eorũdem perfectio sita sit in charitate. 851.1.d & sequen.
Quòd gaudeant in tribulationibus, quas subeunt pro subditis. ibid. 2.a & seq.
Dum autem sic gaudent, inebriant & subditos ipsos, & Deum, ibid.d
Promptitudine, qua morti se exponũt pro subditis quomodo inebrient Deum. 652.1.b & seq.
Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sũt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues.
Quòd Prælati mali rectè mercenarii dicantur, qui semetipsos potius, quàm oues pascant, imitantes malos illos pastores Diabolum, mundum, & carnem, qui dicuntur sodales Christi, 131.1. d & seq. & 141.1.a & seq.
Quòd iidem insectentur potiùs oues, quàm lupum insectantes subditos illos, qui in simplicitate cordis indulgent vitæ spirituali, 821.1.a
De bonorum Prælatorum vigilantia, & sollicitudine circa subditorum suorum gregem, 443. 2. e & sequ. & 347.1.b & 109.1.d & 446.2.d & 838. 1. d & sequenti.
Etiam cùm dormiunt, cogitant de subditis Prælati boni, 737.1.d
Quàm fortes iidem esse debeant, 473.2.d & seq. & 481.1.a & seq.
Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.
Cùm cognoscendi verbum adiunctam hic habeat dilectionem, potes hũc locũ illustrare per ea, quę de mutua dilectione inter Christum, atque animã sanctam habes, 416.1.c & seq
Quòd charitas Dei in homines adęquætur diuinę essentiæ, 512.1.b & seq.
Vide, quæ notata sunt super iis verbis, *Et ego cognosco eas.* in Euang. feriæ 4. Dominicæ Passionis.
Et animam meam pono pro ouibus meis. Quòd Dei charitas erga homines illum morti subiecerit. 1008. 2.c & seq. & 1010.2.b & 1012.2.e & 1020.1. e Vide & 957.2.b & seq. & 509.2.b
Et fiet vnum ouile, & vnus pastor. De vnitate Ecclesię 887.1.d & seq. & 889.2.e

68 In Euangelium Dominicæ 3. post Pasch.

Modicum & iam non videbitis me Consolationes sensibiles & spirituales esse instabiles in hac vita, cũ modo dentur, modo auferantur, idcirco maximũ sui desiderium in animabus causare. 10.1.b & sequenti.
Vide discrimen earumdem consolationum à solidis iis, quibus fruemur in alia vita. 11.1.c & seq.
De instabilitate charitatis nostræ erga Christum in præsenti vita 304.1.b
Quàm debeamus suspirare ad æternam Dei visionẽ 117.1.a & seq. & 128.1.b & seq. præsentis vitæ incolatum fastidientes. 83.1.e & seq.
Ad modicum tempus sua nos Deum destituere pręsentia, cùm illum diligimus, 430.1.e
Quomodo iusti quique hanc efflagitent Dei conuersionem, 413.2.a & seq.
Et iterum modicum, & videbitis me.
Quòd Deus occultans se, & manifestans piæ animę ludere quodammodo videatur cum illa. 817. 1.e & sequen.
Quia vado ad Patrem.
Quòd Christus post Ascensionem, qua tetendit ad Patrem, requiri minimè velit in præsentia corporea, 84.2.a
Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos.
Optima sanè hæc est consolatio post enarrationem discessus Christi, quandoquidem tribulando pias animas Deus, communicat quodammodo illis suã beatitudinem, & participationem sui ipsius, 846. 1.e & sequen.
Quòd tribulationes præstantissimum inter Dei beneficia obtineant locum, 309.1.e & 474.2.b & sequenti.
Quòd omnes iusti tribulationibus concutiantur, 80.1.c & sequen. Quia Ecclesia nunc est in militia ibidem, b
Quàm sit periculosum esse absque tribulationibus 341.1.c & sequen.
Earumdem necessitas tanta, quanta & hyems, 367. 1.a & sequent.
Illis expositum esse oportet eum omnem, qui cum Christo florere velit. 251.1.d
Immo eos potissimum esse Christi amicos, & charissimos, qui tribulationibus concutiuntur, 758.1.e & sequent.
Mundus autem gaudebit.
Qualia sint mundi gaudia, qualisve & vindemia, 114.1.c & sequ.
Quantà, quæve mala consequantur istiusmodi mũdi gaudia. 142.2.c & seq.
Vide plura in Indice rerum verb. *voluptates sæculi.*
Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. Quòd amaritudinem tribulationum a se immissarum in dulcedinem iustis cõuerterit Christus, 749.2.a & seq.
Quòd eędem tribulationes sint dulcissimus fructus passionis Christi, 379.2.b
Sint & peculiares iustorum deliciæ, 980.1.a & seq.
Quale gaudium in illis sentiant iusti. 523.2. a & sequen. & 948.1.d
Sentiunt autem iusti tale gaudium, quia in tribulationibus ipsis habent comitem Christum gloriosum, 750.1.c
Tristitia etiam iustorum conuertetur in gaudium quatenus per tribulationes introducuntur in cœlestem beatitudinem, 66.2.e
Ad beatitudinis enim requiem non peruenitur nisi per labores, & tribulationes, 502.1.a
Quia potissimum regni cælorum precium est patiẽtia in tribulationibus, 1022.2.d & seq.
Si in tribulationibus ipsis iusti sentiunt Christi suauitatem in hac vita, quantò magis eamdem percipient in alia vita, 208.1.d
Cum autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia &c. Et vos. &c.
Quòd quæ ex Deo percipitur dulcedo, obliuisci faciat præcedentium laborum, ac ærumnarũ, 449 2.d & sequen.
Eiusdemque dulcedinis magnitudo efficit, vt modicum videatur totum id tempus, quod in tribulationibus transactum sit, ibid.e
Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.
Quam apte per hæc explicetur exhibitio cœlestis beatitudinis, quæ sita est in visione Dei, cũ & Dauid dixerit, Et videbor *à facie Dei*, 233.2.e & seq.
Si per Christi aspectum causantur plerumque tribulationes, vt habes, 94.2.a & seq. & 96.2. b & sequen. Admodum congruenter hic dici, *Et gaudebit cor vestrum*, vt colliges ex iis, quæ dicta reperies, 523.1.c & seq.
Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.
Quia erit perfectum, vt pote in dilectione Dei super omnia. 74.1.e

In

69 In Euangelium Dominicæ 4. post Pascha.

Vado ad eum, qui misit me. Duplicem hoc loco pertractare potes materiã. Vel enim in dictis verbis Dominus Iesus prædicit Apostolis proximam, ad quã iturus erat, mortem, prout iisdem ferè verbis significauit in cap. 13. Ioan. & tũc de eximia illius ages obedientia, prout habes. 592.1.d.& seq.

Vel in iisdem suam prædicit ascensionem ad cœlos quaiturus erat ad Patrem, vt ab illo, qui ipsum miserat, præmium suæ perfectissimæ acciperet obedientiæ, sicve de eo ages præmio, & glorificatione de quo habes, 59.1.b & 250.2.c & seque. Vide & 130.1.c & sequen.

Et nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?

Per hoc, quod dicitur, *Quo vadis?* non tam terminus ad quem, quàm ratio, & modus significetur, quò iturus Iesus erat ad Patrem: nempe per passionem; tracta, quomodo per hęc verba Christus prouocauit Apostolos, vt ab ipso doctrinam extorquerẽt necessitatis, & vtilitatis tribulationum, de qua habes. 948.1.e & sequ. Vide & quæ notata sunt super illis verbis, *Oportebat Christum pati.* &c. In Euãgel. feriæ 2. Paschalis.

Potes hic pariter tractare, quòd etsi Deo gratissimũ sit silentium, placeat tamen illi permaximè opportuna locutio: vnde in sponsa vtrumque celebrat, vt habes, 555.2.c & 556.1.a & 562.1.e & seq.

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. De languore charitatis causato ex destitutione consolationis præsentiæ Christi. 308.2.b Vide & 307.2.a & sequ. Tristati enim sunt Apostoli audito Christi discessu.

Sed ego veritatem dico vobis. Quàm proprium Christi sit, vt veritatem dicat, & quam illius verba veritatem, ac mortificationem prædicent, 607.2.c

Expedit vobis, vt ego vadam. Potes huc referre quæ notata sunt super illis verbis, *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gẽs pereat.* In Euang. feriæ 6. Dom. Passionis.

Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autẽ abiero mittam eum ad vos.

Potes hoc loco pertractare rationes, ob quas frequenter Deus elongat se à piis animabus sinensque illas destitutas esse dulcedine consolationum, 431.1.d & sequent.

Et quomodo incipiẽtes magis pascere Deus soleat consolationibus sensibilibus, quales eę erant, quàs percipiebant Apostoli ex sensibili præsentia Christi. 10.2.a & seque.

Quòd veræ consolationes, verumque gaudium exhibuerit Iesus Apostolis per Spiritus sancti missionem, 332.2.a

Et cùm venerit ille arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me.

Quòd per Spiritus sancti aduentum fugetur ab anima omne peccatum, quave ratione. 720.1.a & seq.

Quòd infidelitas rectè dicatur peccatum per antonomasiam, quia sine fide impossibile sit placere Deo. 281.1.b

De grauitate, & damnis peccati huius infidelitatis agere si velis, congruent quæ dicuntur de peccato Idololatriæ 1104.2.d & seq.

De iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.

Quòd per Spiritus sancti aduentum argutus, & cõuictus sit mundus de iustitia legis, quæ ostensa est insufficiens ad iustificationem, adeoque & fugata instar Aquilonis, 718.2.e & sequ. Vide & 217. hic de insufficientia iustitiæ legis.

Arguet quoque mundum Spiritus sanctus de iustitia, quàm adeo facile potuit exercere per auxilium gratiæ, quam Christus ei meruit, vadens ad Patrẽ per passionem, ac mortem suam, prout habes, 203 1.d & sequen.

Quomodo per Christi gratiam, & aduentum Spiritus sancti in nos reddamur idonei ad omnem iustitiam, atque adeo si eam non exerceamus, meritò de iustitia ipsa arguamur. 752.2.c

De iudicio arguet mundum, quia Princeps huius mundi iam iudicatus est. Per Spiritus sancti aduentum collit excusationem, quã animæ peccatorum lapsus in Diaboli referunt violentiam, 719.1.d & seque. & 297.2.c & seq.

Adhuc habeo multa, vobis dicere, sed non potestis portare modò.

Quòd diuina mysteria haud semper vniuersis exponenda sint, 685.1.a

Quòd Christus in docendo condescenderit infirmioribus, 884.1.e Iccirco illius verba distillata dicuntur iuxta arctum os vasorum suscipientium, 847.2.b

Sicve boni prædicatores pro temporis opportunitate & mittunt imbres sapientiæ, & stillant mel verbi Dei. 663.2.b & seq.

Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim &c. vsque ad finem Euãgel. Vide totum hunc locum explicatum, 333. na & sequen.

70 In Euangelium Dominicæ 5. post Pascha.

Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem Ingenti cum hac efficacia persuadere discipulis nititur Iesus, vt ad orationem cõfugiant, qua Deum ad se attrahant, quo illi potius ad Deum traherentur per orationem ipsam. 56.2.c & seq.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Tres conditiones tractare potes in verbis hisce insinuatas, vt necessarias ad orationem, vt efficax sit.

Primam, vt quòd in oratione ipsa petitur, sit aliquid, quale nentiquam re vera est, quidquid ad mundũ & carnem spectans est transitorium, & vanũ, prout habes 614.2.c & seq. quale nec est peccatum, quòd propterea rectè tenebrarum nomine nuncupatur, vt habes 85.1.b & sequ. Nec illud omne, quod concupiscentia suis exhibet præstigiis, vt habes, 98.1.e & seq.

Secundam eiusdem orationis conditionem, vt qui eam promunt, per affectuum suorum moderationem facti iam sunt filii Dei, qua de re habes 914. 2.a & seque. Necnõ & per diuinæ gratiæ adoptionem, atque sanctificationem, vt habes 659.1.e & seq. & 260.2.a & seque.

Ea quippe est Dei excellentia, vt à nullo sibi bene ministrari patiatur, qui filius eius non sit. ibid. b vide & 74.1.d & sequ.

Tertiam, vt sint factæ in nomine Christi, illius nimirum signaculo obsignatæ; prout habes 1002. A e Christi merita, & sanguinem Patri repræsentantes, 560.1.c & seque. Vide & 619.1.a & seque. vbi habes efficacissimam sponsæ orationem innixam totam in iisdem Christi meritis.

Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Quòd tunc gaudium animæ orantis est plenũ, quãdo anima delectatur in oratione, delectatque eadem

dem orationes Deum, perfectiori ab ipso Deo perfunditur dulcedinis gaudio, dum ab illo exauditur. Pro qua re vide primū, 533.1.e & seq. vbi habes quàm magnam vim habeant delectationes cōtemplatiuorum, & quomodo sint oratio efficacissima. Vide & 978.1.b & seq.

Quomodo inter Animam orantem, & Deum fiat mutua istiusmodi dulcedinis exhibitio, per effusionem sui, quam facit in oratione anima, perque osculum, & vberum porrectionem. Necnō & 954.1.e & seq. vbi idipsum sub gutturis, & vini prędulcis metaphoris significatur.

Vide etiam 560.1.a & seq. vbi habes orationis excellentiam sitam potissimum in modo, quo fit humiliter, & quomodo eadem dulcis dicatur tā Deo quàm ipsimet oranti.

Demum vide 666.2.b & sequen. vbi habes plura de hac ipsa orationis dulcedine sub mellis, lactisve metaphora designata, tum ea, qua perfunditur anima orans, tum ea, qua oblectatur & Deus.

Et quomodo illa duntaxat oratio grata, dulcisve sit Deo, quæ facta sit in nomine Christi, & ab anima operiente se Iesu Christo.

Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui.

De maxima vi charitatis Dei, ob quam Pater noster dici non dedignatur, 411.1.d & seq. & 372.1.e & sequenti.

Cùm nostra potiùs charitas sit à charitate Dei, vt habes 47.1.c & 76.1.e cur hic Iesus contrarium asserat, 48.1.b & seq. & 55.2.e & sequ. vbi habes, quomodo Deus trahi dicatur a dilectione nostra.

Quòd charitatem in nobis præcedere debeat fides 302.2.d & 461.1.c & 289.col.3.a

Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

Quòd Christus exisse se dicat à Patre per Incarnationis exinanitionem, 680.1.e

Quomodo ab æterno idem exierit à Patre, procedens ex illius ore, & per intellectum, 7.1.d & seq.

71 In Euangelium Rogationum, seu Litaniarum.

Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum, &c.

Quòd prima, ac potissima orantis conditio sit esse amicum Dei absque vlla nimirum iniquitate, vt eius orationes exaudiantur, 666.1.b & seq. puritate decorum, & eiusdem Dei charitate succensum, 647.1.e & seq. & 486.2.c & sequ.

Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est.

Quòd Deus aliquando ob amicitiam, & fiduciam, quam habet cum amico orante, differt audire illius preces, 644.2.d & sequen.

Pueri mei mecum sunt in cubili.

Vide huius loci allegoriam ex Nysseno allatam, 488.1.d & seq.

Et si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis, et si non dabit illi surgens, eo quòd amicus eius sit propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi.

Assiduitas orationis adeò est valida, vt vel propter importunitatem teneat Deum, 460.1.a & seq.

In orationis assiduitate ipsa anima in murum sese opponit iræ Dei, 1038.2.b & seq.

Quòd orationis studium sit prælium, 911.2.c

In hoc orationis prælio quàm fortiter anima deuota se opponat iræ Dei. 1039.1.c & sequent.

Quod istud orationis prælium gratissimū sit Deo, tametsi cum ipso, & in ipsum committatur 401.2.c

Quòd idem non vnum duntaxat, sed duplex sit prælium, quave ratione, ibidem. e & sequent. & 402.1.e & sequen.

Quòd in istiusmodi prælio haud alio pugnetur gladio, quàm ipsamet oratione, gladio sane peroptimo, de quo habes 396.1.e & seq.

Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis pulsate, & aperietur vobis.

Cùm petere proprie vocis signet emissionem, quærere autem Deum fiat corde, iuxta illud psalmi, *In toto corde meo exquisiui te.* Et pulsare soleat fieri manibus, quæ operationum & symbolum sunt, & instrumentum: Poteris hoc loco agere de triplici specie orationis, vocali, mētali, & quæ ipsa sit opera bona, de quibus plurima habes 667.1.e & seq.

De oratione vocali, quæ prima est, ibid.2.c

De oratione mentali, eiusve excellentia super vocali, ibid.e & seq.

De tertia demum orationis specie, quæ fit per bona opera, 668.2.a & seq.

De efficacia istius tertiæ speciei orationis, ibid.c & sequenti.

Omnis enim, qui petit, accipit. Id verificari, quia oratio habet vim constringendi instar vittæ atque funiculi, 658.1.c & seq.

Constringit enim creata omnia, trahitve illa ad voluntatem animæ orantis ibid.2.c & seq.

Quinimo eodem ferè modo constringit, trahitve, & Deum nedū veluti catena, vt habes 56.1.b sed etiam vt exiguus funiculus, & tenuis vitta, 558.1.e & sequenti.

Quomodo oratio semper impetret effectum petitionum suarum, 559.2.a & seq.

Quantò magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se?

Quomodo ob deuotam orationem Deus conferat animæ Spiritum bonum gratiæ, sanctitatis, atque perfectionis, 671.2.d & seq. & 558.1.a

Vide de materia orationis, plura, si velis, in Indice rerum verb. *Oratio.*

72 In Euangelium & festum Ascensionis Domini.

Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & increpauit, &c.

Quòd sicut Ecclesia pollicita est Christo effusuram se odorem nardi, & sanctitatis suæ, postquàm ille ascendisset in cœlum, cumque ibi is recumberet in accubitu suo, vt ex Gregorio Papa habes 190.2.e Ita vicissim Christus ipse recumbentibus vndecim discipulis antequam in cęlum ascenderet, sua vilissimæ myrrhæ suæ illis, totique simul Ecclesiæ effudit odorem in amara quidem increpatione, sed quæ ex maxima prouenerit charitate, & maxima animi puritate, quæve maximi facienda esset. Vide quæ dicuntur super Vers.xiii. capit.5. *Labia eius labia distillantia myrrham optimam:* sed in primis in expositione quarta. 847.1.c & seq.

Vide 953.2.e vnde colliges, apte recumbentibus, &c. allatum à Christo vinum optimum in increpatione, & correctione, quam fecit.

Et duritiam cordis. Quòd Christus positus super cor quātumlibet durum, & molle illud reddat, & sua obsignet imagine. 1002.1.d & seq.

Et dixit eis, euntes in mūdum vniuersum, prædicate Euāgelium omni creaturæ.

Vide istorum verborum explicationem. 352.1.d & seq. Vbi habes & quanta celeritate mundum vniuersum peragrarint Apostoli volantes vt nubes, & vt columbæ.

Quòd

Quòd qui amici Dei sunt, prompti ad Eangelii prædicationem esse debeant, 353.1.b
Quòd Ecclesia publica sit ex hoc, quòd Apostoli velocissime properarunt ad Euangelii prædicationẽ ibid.e & sequ. vbi habes ipsam Ecclesiæ pulchritudinem sitam esse præcipuè in pedibus Apostolorum, ac prædicantium.
Vide & 386. vnde colliges, quomodo in his ipsis verbis, *Euntes*, &c. excitata sit Ecclesia ipsa ad pugnãdum cũ vniuerso terrarũ orbe. 386.1.e & seq.
Vide & 462.2.d & seq. de admirabili Ecclesiæ progressu in ista Apostolorum prædicatione.
Quòd in suo peragrationis motu isto per orbẽ Apostoli fuerint instar columnarum fixarum, & stabilium. 857.1.d & seque. & 858.2.c
Quòd Euãgelium fuerit propositum vniuerso mũdo ad differentiam legis Mosaicæ. 315.2.b & seq.
Ideoque & dictum fontem hortorum, 712.1.b
Hanc Euangelii prædicationem cur Christus appellet aromata Ecclesiæ. 718.1.c & seque.
Eamdem Euangelii prædicationem ob celeritatem dictam quadrigas Christi. 903.1.b & sequ.
In illius curru animam ad cœlum vehi, 905.1.b
Euangelii eiusdem cursum factum esse per impulsum Spiritus sancti. 494.2.c
Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet a dextris Dei.
Quàm congruè haud *Iesus* simpliciter, sed *Dominus Iesus* dicatur quando de illius assumptione fit, sermo, cũ in hac Ascensionis suæ festiuitate is messuerit myrrham suam, cum aromatibus suis, colligens fructus passionis, ac virtutum suarum exultationem, & gloriam, 741.1.e & seq.
Qua celeritate Christus ascenderit super omnes cęlos, & super omnes sanctos, 425.1.e
Quomodo se habuerint Apostoli, cùm viderẽt Christum in cœlos eleuatum, 7.2.e & sequen. & 816.a. e & sequen.
Quòd petierint ab illo trahi, optantes illum sequi. 53.2.b & seque.
Quòd per Ascensionem ipsam suam Christus declinauerit tantum, atque transierit ab Ecclesia, 814. 2.c & sequen
Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.
Quòd Prædicantibus Apostolis Dominus cooperatus sit & suggerens illis verba, & prædicata ab ipsis verba in suis auribus accipiens, simulque inde ea deferens in aures auditorum, ita vt diuini verbi prædicatio tunc fuerit duplex Echo, 388.1.a & sequenti.
Vide & 399.2.a & seque. vbi habes quod Dominus cooperetur bonis prædicatoribus conseruando in illis sanctæ conuersationis decorem, & prędicationis suauitatem, ac efficaciam.
Quòd miraculis doctrinam suam Christus confirmarit, 851.1.d
Quòd miraculorum potestatem Ecclesia acceperit à Christo vna cum verbi prędicatione, ideoque dictum, *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea*. 1035.2.c
Vide etiam 180.1.e & seque. vnde deduces facile, quod sanctis Apostolis ob id, quod iuxta Domini præceptum profecti sunt ad prædicationem in præmium suæ obedientiæ, & id assecuti sunt, vt miracula facerent.

73 In Euangelium Dominicæ infra octauam Ascensionis.

Cùm venerit Paracletus. Propositurus Apostolis, quæ illis imminerent, persecutiones ante omnia ob oculos eis ponit Iesus consolatorem Spiritum Sãctũ, vocans illum Paraclitum, quia futurus is sit & refrigerium in persecutionibus, & feruor de frigore timoris, 718.2.d
Hinc est, quòd & pia quæque anima tribulationibus probari, & Spiritus sancti igne succẽdi rogat, 722.1.b & sequ.
Est quippe Spiritus sãctus lætitia illa salutaris, 720 1.e & sequent.
Affertque & gaudium, 332.2.a
Ac propterea in tribulationibus ipsis iusti, in quib. inhabitat Spiritus sanctus vt in pacatissimo conquiescunt lectulo. 475.1.b & seq.
Illasve vt sibi maxime proprias æstimant delicias, 940.1.a & sequ.
Et hoc est præcipuum signum, quod Deus per Spiritum suum habitet in quopiam, quia cũ gaudio perferuntur ab eo tribulationes. 339.2.a & seq.
Vide & 343.1.e & seq.
Quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis.
Quomodo mitti dicatur Spiritus Sanctus in piam animam, 721.1.d & seq. Cur Spiritus veritatis, 718 1.c & sequen.
Ista Spiritus sancti missio cur petatur sub metaphora deosculationis. 85.1.a & seq.
Per eamdem missionem corripi omne genus intemperantiæ, 804.2.c
Cùm Spiritum sanctum Paraclitum, & consolatorem dicat Iesus Spiritum veritatis, posses hic agere de veris consolationibus, quib. ab illo perfundimur præsertim in persecutionibus. Vide in Indice verb. *Consolationes Spirituales*.
Ille testimonium perhibebit de me.
Quomodo Spiritus sanctus aduenies testimonium perhibuerit de Christo, 343.1.d e Vide & 333.2.d & sequent.
Quòd per Spiritus sancti apparitionem manifestatus sit Christus aduenien, 333.1.a
Et vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis.
Quòd virtutibus nostris notas facimus incomprehensibiles virtutes Dei, 190.1.c
Quòd prædicatores tunc rectè testimonium perhibent de Christo, quando prius cũ illo versati sũt in contemplationis studio, 389 1.a & 390.1.d & 808.2.c & seq.
Et quando mortificationis illius odorem ex se spirant. 846.1.b
Quam enim aliis prædicant, in suo ostendere satagunt corpore, 809.1.c & 810.2.b & 814.2.c
Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos.
De triplici scandalo, quod causatur ex persecutionibus, & tribulationibus iustorum, 82.1.c & seq.
Quantas persecutiones sustinuerit Apostolorum Ecclesia à Iudæis, 118.2.a
Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.
Cur Apostolorum Ecclesiæ non fuerit mota persecutio statim post mortem Christi, 323.1.c & seq.
De persecutione, quam habituri erat Apostoli propter prædicationem, 386.1.e & 820.1.d
Quibus quadrigis Ecclesiæ hostes militent contra eam, 902.2.c
Quòd persecutionibus, & tribulationibus Ecclesia illustrior sit reddita, 79.2.a & seq.
Hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.
Quòd prædicatori haud metuendæ sint persecutiones, 906.1.e

Quòd

Quòd iidem non irruant contra persecutores, 820. 2.a & sequenti.

74 In festo Pentecostes super lectione Actuum Apostolorum.

Cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.
Cur Apostoli post Christi resurrectionem, & ascensionem tacuerint, & simul conclusi se detinuerint perseuerantes in oratione vsque ad diem Pentecostes, 322.2.b & seq. & 1027.2.a
Quòd in perseueranti illa sua oratione hoc vnũ petierint, vt per missionem Spiritus sancti diuinum susciperent osculum. 8.2.a & sequ.
Oratio enim instar labiorum, quibus imprimitur osculum, est ostium, per quod admittitur Spiritus sanctus, & ex præcordiis emittitur Spiritus sanctorum affectuum. 557.2.c & seq.
Vnde nil mirum, si per orationem illam iidem sanctum ipsum assecuti sint Spiritum, humili ea oratione deferente è cœlis odorem diuinum, eumdemque Spiritum. 191.1.e & seq.
Et factus est repente de cœlo sonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis.
Spiritus Sanctus quanta celeritate venerit in Apostolos, quamve apte assimiletur vento. 332. 1.d
Quomodo saliisse dicatur in montibus, ibid.
In aduentu Spiritus sancti prius auditam vocem, tum visum ignem, vbi notatur differentia inter externos sensus, ac sensus spirituales. ibi. 2. c & seq.
Et repleuit totam domum, vbi erant sedentes.
Quod domus illa, illudvè cænaculum fuerit ea cella vinaria, illave domus, in quam introductam se ait sponsa. 289.2.a & sequ.
Quòd in die Pentecostes descenderit Spiritus sanctus secundum plenitudinem, 333.1.d & seq. Vide & 297.1.b & seq.
Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis.
Cur Spiritus sanctus in die Pentecostes apparuerit in specie linguarum, 551.2.c & seq. & 1017.2.c
Quòd Spiritus sanctus in animabus existens penè totus lingua esse videatur. 352.1.a
Quàm congruè eæ Spiritus sancti linguæ tamquã ignis apparuisse dicantur. 1017.2. d & sequen.
Cur Spiritus sanctus ignis dicatur, & quo ignis proprietates æquè competant Deo, & charitati. 1018. 1.d & seq. Quomodo idem dicatur Impetus aquarum 708.1.e
Seditque supra singulos eorum.
Quòd Spiritus sanctus in dispertitis linguis residẽs supra singulos Apostolorum, salierit in montibus 333.1.c & seq. Vbi habes & quod singulis eorumdem collata tunc fuerit tota Spiritus plenitudo.
Quomodo eidem Spiritui sancto tribuãtur linguæ alæve ignis, & sessio. 1017.2.b & seq.
Quomodo per Spiritum sanctum amota sint impedimenta omnia, quæ retardare potuissent Apostolos à cursu prædicationis. 333.1.e & seq.
Et repleti sunt omnes spiritu sancto. De diuersitate plenitudinis Spiritus sancti, qua repleti hic dicuntur Apostoli ab ea, quę in Christum venisse dicitur in Euangelio. 839.1.a & seq.
Quòd Spiritus sanctus resederit super Christum, vt super fluenta plenissima. 840.2.b
Ad quid super eumdem venerit idem Spiritus 980 1.c & sequent.
Quomodo idem Spiritus sanctus in Christo requieuisse dicatur, 496.2.b
Spiritus sancti dona quomodo à Christo erecta dicantur vt columnæ argenteæ in ferculo humanitatis suæ, ibid. 1.c & sequen.
Alii autem irridentes dicebant, Quia musto pleni sunt.
Quo musto, & vino pleni fuerint Apostoli, cum in die Pentecostes in cellam vinariam introducti fuere. 289.col.8.c & 342.1.c & seq.
Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas effundam de spiritu meo. explicatur, 520.2. c & sequ.
Vbi notãdum habes, cum potius dictum sit, *super seruos, & ancillas*, quàm super filios.
Quòd in die Pentecostes Christus coronatus sit à matre sua Siõ corona, & diademate fidelium, quãdo ad vnam Petri prædicationem conuersi sunt ad tria millia animarũ. 519. 2. a & seq. sed præcipuo, 520.1.a & seq. cum tamen Ecclesia ante hanc diem esset parua. 1030.2.a
Quòd in die Pentecostes facta sit Ecclesiæ desponsatio per allocutionem quandam. 1027.2.b
Quòd post Spiritus sancti aduentum cœperit Ecclesiæ progressus. 1044.2.b
Quòd in die Pentecostes super Ecclesiam eleuatum sit vexillum charitatis. 296.2.a & seq. Tametsi spiritus ipse præsens haud agnitus sit ab adstãte populo, 342.2.c
Quòd in hoc item die adueniente Spiritu sancto Deus factus sit Ecclesiæ murus ignis, illã ambiẽs. 1038.1.a
Eodem die collatum Ecclesiæ eumdem Spiritum vt indumentum, cum ipsa in Apostolis se haberet vt ostium. 1033.2.a
Collatum item vt donum, & vt plura dona. 9. 2. a & sequenti.
Et vt osculum oris diuini, 9.1.a & seq.
Vide plura in Indice rerum, verb. *Spiritus sanctus.*

75 In Euangelium Dominicæ Pentecostes.

Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Quòd dilectio nostra in Deum dignoscitur ex illius legis obseruatione. 925.1.b & seq. & 1005.1.e
QuòdSpiritus sanctus manifestetur in nobis per externa opera. 343.1.e
De duplici charitate, actuali, & affectuali, quarum oppositus est ordo. 309.1.c
De excellentia charitatis in Deum super dilectionem omnẽ, qua diliguntur creaturæ, 74.1.e & se.
Et pater meus diliget eum. Quòd tanta charitate iustos diligat pater cælestis, cùm ab illis diligi se animaduertit, vt ad singulos eorum peculiari ratione sit eius conuersio, 918.1.d & sequen.
Quomodo propter obedientiam & obseruantiam diuinæ legis cælestis Pater diligat vnumquemq; eorũ, à quib. vulneratur crine colli. 643.1. a & se.
Vulnerum charitatis concertationem peregregiè factam inter Deum & animam habes, 289.col.8.e
Vide plura de immensa Dei dilectione in homines notata in Euang. sequentis feriæ 2. Pentecostes.
Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.
Quòd itinera Dei in animas sint fundata super dilectione, & charitate, quave ratione, 857.1.e & seq.
Quòd ista Dei itinera sint multiplicia, cùm veniat in illam vt Deus, vt Rex, vt anima, vt sponsus, &c. 858.1.b & sequenti.
Quod aduentus Spiritus sancti in die Pentecost. dicatur & aduẽtus Christi spiritualis, 332.1.b & sequ. & 729.1.c & seq.
Aduenit Deus in animam iusti per nouam sui cõicationem, eaque communicatio est triplex. 730.1.a
Spiritualis Christi aduẽtus in Ecclesiam duo effectus, 729.1.d & seq.

De modo, quo Christus venit in pias animas per Spiritus sancti gratiam, deque eiusdem gratiæ effectibus duobus, 425.2.a
Quomodo Christus per spiritalem aduentum salire, ac transilire dicatur super iustos, simulque mansionem apud eos facere. 340.1.e & seq.
Qui mansionem apud istos facit per spiritus sancti inhabitationem, quomodo petatur, vt reuertatur cùm non discesserit 423.2.b & sequ.
Quòd per fidem, & obedientiam ac obseruantiam diuinorum sermonum excitetur cor Dei ad conferendum animæ augmentum diuinæ gratiæ, sicq. noua communicatione in illam veniendum, 644. 1.a & sequenti.
Quòd per eandem obedientiam potissimum dignoscitur Deum manere in anima detentum ab ipsa per eam obedientiam, 456.1.a & seq.
Quomodo pia anima sit ædificium, in quo habitat Deus. 627.1.c & sequ.
Qui non diligit me, sermones meos non seruat.
Quòd sine dilectione Dei illius lex seruari minimè queat, cùm charitas ipsa sit vexillum in acie virtutum, vt pote sine qua virtutes consistere nequeant 294.2.d & seq.
Cùmque in charitate, & ad charitatē vocati simus quando nobis diuina proposita est lex, quę tota in amore sita est. ibid.e & seq. vbi plura. Vide & 296 1.c & seq.
Absque charitate nil roboris quidquā habere apud Deum. 824.2.c & 1024.2.c & 964.2.b
Et sermonem, quem audistis, nō est meus, sed eius, qui misit me Patris.
Exemplum ad Prædicatores diuini verbi, vt nil boni sibi adscribant, & quæ prædicant, haud sua censeant, sed Dei, cuius ipsi sunt labia. 556.1.b
Quorum & eloquium, eloquium Dei dictum habes 556.2.e & seq. Vide & 388.1.b & sequent. vbi habes illos ex Dei assistentia habere & verba, quæ prædicant, & fructum prædicationis.
Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, &c.
Ponderans istud *Paracliti* nomen potes agere de Spiritualibus consolationibus vt notatum est supra in Euang. Domin. infra octauam Ascens. quatenus illud sumitur pro significatione consolatoris cumq. Apostoli in hoc die Pētecostes per Spiritus sancti susceptionem vino ebrii dicti sint, tracta de ebrietate spirituali, quæ ex dictis est consolationibus, de qua habes 762.2.b & sequ. & 763.2.c & sequenti.
Quòd si idem Paracliti vocabulum sumas in significatu altero aduocati, Vide 736.2.c & seq. quomodo spiritus sanctus interpellet pro nobis.
Quem mittet Pater in nomine meo.
Quòd missus sit Spiritus sanctus à Patre, vt teneat locum Christi, sicut vexillum in acie tenet locum Ducis. 196.2.c
Quòd Spiritus sanctus missus item sit pro persona Christi, vt media gratia, quam Christus mundo meruit, peccata à nobis fugaret. 720.1.b & seq.
De istiusmodi missionis historia vide notata super lectionem Act. Apostolorum.
Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.
Quòd Spiritus sanctus doceat illustrando intellectum nostrum. 217.2.a
Quòd suggerat nobis omnia inflammans affectum per charitatem. 324.2.c & seq. & 721.1.c & seq.
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Vide notata de pace in feria 3. Paschatis Resurrect. & in Dominica in Albis.
Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Quòd per Spiritus sancti aduentum arceatur ab Ecclesia omnis timor mundanus. 718.1.d & 361.1.c
Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad Patrē.
De amore amicitiæ, quo ita quempiā diligimus, vt illi velimus bonum. 74.1.e & 298.2.e
Venit Princeps huius mundi, & in me nō habet quidquā.
De immunitate Christi ab omni peccato. Vide in Dominica Passionis.
Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio.
De perfectissima Christi obedientia, qua ad mortem tetendit. 592.1.d & seq.

76 In Euangelium feriæ secundæ Pentecost.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro eo.
Quàm congrue in diebus hisce Spiritus sancti immensa Dei in nos proponatur charitas, vt ipse celebretur Spiritus sanctus, per quem in nobis excitatur charitas omnis. 324.2.c & seq. Neque enim humanis artibus, aut violentiis suscitari ea potest, vt habes ibid. 1.c & seq.
Curandum nobis, vt illam excitemus memoria beneficiorum Dei sicut ignem oleo. 328. 2. c nam & propterea sponsa eadem Dei beneficia amorum in signiuit appellatione. 73.2.a & 74.1.a
Quamuis in creaturis singulis agnoscamus fragrātiam diuinæ charitatis, vt habes 75.1.b & seq. Maximè tamē eadem charitas sit nobis perspicua per hoc, quod in Incarnatione nobis dedit filium suū quod fuit maximum amoris signum ęque ac osculum. 7.1.a & 29.2.a & seq. Vide & 300. 1. c & seq. vbi amplificatur hęc exhibitio diuinæ charitatis, cùm nobis dedit eumdem filium suum in sacramēto Eucharistiæ.
Quòd per Incarnationem filii traxerit Deus homines ad sui dilectionem. 52.2.d & seq.
Ponderans singulæ huius sententiæ verba circa dilectionem, *Sic*, præter immensitatem, & excessum diuinæ charitatis, quem ex notatis habes, & ex iis, quæ habentur. 372.2.c & seq.
Potes, vt tantumdem est, sic ac in tanta perfectione, agere de perfectione eiusdem diuinæ charitatis, prout habes 833.2.c & 76.1.c
Sumendo *sic*, pro tam fortiter, tracta de fortitudine eiusdem, vt habes 1008.1.b & seq.
Circa verbum, *dilexit*, pondera quomodo non dicitur, *Sic Deus diligit*. Vt intelligeremus dilexisse illum nos, priusquam à nobis diligeretur. Vt habes 76.1.e & 510.1.a & 1015.1.d
Quòd ista Dei dilectio fuerit nostra dilectione prior in æternitate, 186.1.a & seque. sed præcipue, 186 2.b & sequ.
Circa vocem, *Mundum*. Expende amplificationem maximam charitatis Dei, cùm mundum sceleribplenum pro obiecto habuerit, quando hominum peccatis, eorumdemque miseriis tractus est, vt habes 53.2.d & seq. & 781.1.e
Circa id, quod subiicitur, *Vt filium suum Vnigenitū*
Quam charum, atque dilectum habuerit hunc filium Pater. 7.2.d Vide 50.2.b
Daret pro eo. Quòd dando nobis filium talem cœlestis Pater multa, quin & omnia contulit dona. 7. 2.c & sequ. Vide 508.1.c
Quòd ita illum tradiderit pro mundo, vt eum subieccerit potestati Ecclesiæ. 957.1.d
Quòd pro eo redimendo eumdem dederit morti. 1008.2.a

Possent ad hunc locum spectare quæ dicũtur 508.1.c & sequ. vbi affertur ratio, ob quam potissimũ Deus sortitus sit nomen charitatis apud homines. Etque dicuntur. 509.2.b & sequ. & 511.1.c & seq. vbi plura de eadem Dei in nos charitate exhibita in morte vnigeniti filii eius super cruce.

Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitã æternam.

De triplici modo credendi, Deum, Deo, & in Deũ, 453.2.c & seq.

Quòd credere in Christum vnigenitum filium Dei tantundem sit, ac fide, quæ per dilectionem opera tur, illum complecti, charitatisve vinculis eũ arcte sibi vnitum tenere. ibid. d & seque.

De fide viua, ex qua viuere dicitur iustus. 217.2.c & sequent.

De eadem fide nedum informata charitate, sed & transformata in charitatem ipsam, & quomodo operetur vitam æternam. 533.2.c & seq.

Huius fidei oculo qua ratione anima feriat cor Dei, à Deo prius vulnerata, & quomodo inuicem hoc pacto renouent sibi vulnera. 642.2.a & seq.

Quòd pro vmbroso fidei lectulo promittantur à Deo domus eternę fælicitatis. 242.2.a & seq.

Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Adeò hoc verum esse, vt & in die ipso extremi iudicii Christus futurus sit maximè sollicitus pro hominum salute. 1028.1.a & seq.

Iudicii, atque damnationis opera quomodo Deus sibi aliena reputet. 70.2.c

Immo cùm quempiam iudicare, & damnare cogitur, quodammodo inferni doloribus affici dicitur 1009.1.e & seq.

Cùm saluare sit totius Trinitatis cur approprietur Christo filio, ita vt inde proprium sortitus sit nomen Iesus, ac Saluatoris. 39.2.b & seq.

Quòd Christus descẽderit in homines missus à Patre in mundum, vt homines ipsos efficeret paradisos. 873.1.a

Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filii Dei. Si per credere in Christum intelligas viua fide illum diligere, potes explicare primam partem huius sententiæ per id, quod dicitur *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Secundam verò per id, *Qui non diligit, manet in morte;* vt habes 920.2.a & sequ. Vide & 603.1.b Vide 69.1.e

Quod rectè iã iudicatus, & dãnatus ad mortem is dicatur, qui Deum non diligit, quive per fidẽ charitate informatam illum non tenet, sicut corpus illud morte damnatum est, quòd non teneat animã, cùm Deus ipse sit anima animarum nostrarum. 128.1.b & sequent.

Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt, &c.

Potes hæc intelligere de luce, & tenebris doctrinæ, vt habes 80.1.b & seq.

Vel de luce puritatis diuinæ, de qua 31.2.e ac de tenebris peccati, de quibus 85.1.a & seque.

Vide 1004.2.b & seq. quomodo lux, & lex Dei tollatur à corde hominum per tenebras peccatorum.

77 In Euangelium feriæ 3. Pentecostes.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostiũ in ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est, & latro. Qui autem, &c.

Vide 773.2.d & seq. explicatum totum hunc locũ de violenta irruptione hostium nostrorum intra cor nostrum, & è vestigio de suauitate, qua Deus disponit omnia in conuersione peccatoris.

Quòd hæretici sint, qui non intrant in Ecclesiam per ostium Christum, sed ascendunt in illam aliũde per suos hæresiarcas, quibus innituntur, atque adeò fures sunt, & latrones. 989.2.a & 1000.1.d & fusius 108.1.a & seq. & 140.1.a & sequ. Vide autem ibid. 2.a quomodo latrones existentes, sodales se iactent Christi.

Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt, quia &c.

Quòd hæretici fugiendi sint, nullove modo cum illis sit standum. 448.1.c

Ego sum ostium ouium: Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones.

Ostende, quàm congruenter hoc Euãgelium ab Ecclesia proponatur diebus hisce Spiritus Sãcti, certam nobis proponens regulam cognoscendi, quãdo Spiritu sancto agamur in cogitationib. & operibus nostris, & quando agamur Spiritu Sathanę, superbię, aliorumq. vitiorũ. Et omnino ad discretionem spirituũ, quam inter præcipua Spiritus sãcti dona enumerat Apostolus, vt habes. 930.1.a & seq. Vide autem de hac spirituum discretione. ibi. c & 2.e & 938.2.e

Præter tria signa allata 335.2.e & seq. Quartum ex hisce Euangelii verbis collige signum, quo discerni queat, An à Spiritu sancto agamur, nec ne nimirum si inspirationes, & proposita ingrediantur p Christum vnicum, ac tutissimum ostium in sua sãctissima lege; quando agimur iuxta legẽ Dei, quã ostium cordis nostri esse habes. 776.1.e

Sic in iis, quæ ad fidem spectant, Spiritus exinde discernere licet, si quæ nobis suggeruntur, ingrediãtur per Ecclesiam Catholicam, quæ ostium est in Christo capite suo, vt habes. 1035.2.d & seq.

Quomodo spectantia ad Spiritum sensualitatis ingredientia potiùs per fenestras nostras, fures sint, & latrones mactantes, atque perdentes. 115.1.e & sequenti.

Ego sum ostium; Per me si quis introierit, saluabitur.

Quod per ea duntaxat opera bona saluemur, quæ aggredimur per Christum, eiusve gratiam. 643.2.e & sequ.

Quod Christus sit ostiũ, vnde egreditur gratia omnis, omne meritum, vniuersaq. salus, 202.2.d & sequenti.

Quòd eæ solæ orationes, eaque sola opera sint ad æternam salutem, quę ad ostium, qui Christus est, ipso signata sint Christo. 1003.1.c & seq.

Et ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

Vide 818.2.a Nysseni explicationem de iugi animæ progressu in hac vita.

Quòd per Christum ostium vnum in vitã spiritualem ingredi per contemplationem contemplatiui & egredi per actionem debeant actiui, vt in illa inueniant pascua consolationũ Christo innitẽtes. 991.1.b & seq.

Quòd sancti Prædicatores per ostiũ vulneris Christi ingrediũtur in illius cor charitate succensũ, & ex eodem egrediuntur, cum ad prædicationem se conferunt. 301.2.d & seq. Quanta autem, & qualia ab iis inueniantur pascua habes 64.2.a & seq.

De Christi pascuis, quæ sunt in sacris litteris, 126.2.c & sequen.

De iisdem, vt sunt inter lilia, seu in liliis. 415.1.b & sequen. & 417.2.d & 419.1.d & seq.

De Christi pascuis Spiritualium consolationum, 131.1.c & seq.

Vide & in Indice rerum, verbo. *Consolationes spirituales.*

Fur

Fur nō venit, nisi vt mactet, & perdat. Quia Diabolus, mundus, & caro dum voluptatibus sæculi pascunt animas, illas mactantes, atque perdentes pascunt semet. ibid. e

Ego veni, vt vitam habeant: per pastum spiritualium consolationum, de quibus iam notatum est. *Et abū dantius habeant*, postmodum scilicet in pascuis cœlestis patriæ, de quibus habes 128.2.e & seq.

78 In Euangelium festi Sanctissimæ Trinit.

Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

De Christi exaltatione & gloria post passionem, & mortem à Patre illi exhibitam. 39.1.e & seque. & 250.2.e & seq.

Quòd potestatem regiam in eo præsertim exercuerit Christus, vt hominum procuraret salutem per eruditionem diuinorum. 62.1.a

Euntes ergo docete omnes gentes. Vide quæ notata sunt in festo Ascensionis super illa Euang. verb. *Euntes in mundum vniuersum prædicate*, &c.

Ponderans dictionem, *ergo*, excollata Christo potestate, inferentem congruens præceptum prædicationis. Vide 496.2.c & seq. vbi habes eum, qui omnipotentiam Dei consideret, nullum expauescere opus, ad quod vocatus à Deo sit.

Baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti.

De Baptismo vide in Indice rerum, verb. *Baptismus.*

De personarum distinctione in diuinis, deque generatione filii à Patre vt osculi ab ore. 7.1.d & sequ. Vide 45.1.b

De processione Spiritus sancti per modum osculi oris diuini à Patre, & à filio. 9.1.a & sequen. & ex Bernardo, ibid. d

Ad tam sublimia, diuinaque mysteria contemplāda quomodo tendendum. 397.1.b & seq.

Ad eorumdem cognitionem Anima deducitur, per cognitionem sui ipsius, 153.2.a & seq.

Mysteriorum reuelationem dici introductionem in cellaria Dei. 66.2.a & seq.

De incomprehensibilitate Dei. 432.2.c & seq.

De æternitate Dei. 185.2.a & seq.

Quòd Deus sit actus purus. 31.2.c

Quòd illius puritas, atque simplicitas non tollant, quin sit & pulcherrimus, 225.2.c & seq.

Cū istud Sanctissimæ Trinitatis festū ob id in primis ab Ecclesia institutum sit, vt Trinitatem ipsā totam celebremus, gratias illi agentes de beneficiis, quibus ab ea cumulati sumus, aptissimè de hac beneficiorum Dei cōmemoratione agere poteris, pro quo vide in Indice rerum, verb. *Beneficia Dei.*

Poteris & agere de fide, quæ maximè ad Trinitatis mysterium percipiendum est necessaria. Vide 69.1.b & sequenti.

Docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis.

Quòd per obseruantiam diuinorum præceptorum tendendum nobis sit ad fruitionem Sanctissimæ Trinitatis, 163.1.a Vide autem 162.1.c & seq. cōgruentias, propter quas diuina præcepta dicantur currus.

Quòd obedientia, & impletione mandatorum Dei anima instar equi portans Deum, introducit illum in cælum, vbi est fruitio eiusdem Trinitatis 457.1.c & sequ.

Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Si perpetuam Christus Ecclesiæ pollicitus est assistentiam, quomodo ab illa discedere dicatur, & remeare, 334.1.c & seq.

Hæc eiusdem assistentia perpetua in Ecclesia vnde præcipuè arguatur. 150.2.c & seq. & 328.2.e

Quòd anima seruando Dei mandata teneat illum secum astrictum. 456.2.b

Quòd Christus perpetuò commoretur in Ecclesia Romana. 473.2.a

79 In Euangelium Dominicæ primæ post Pentecostem.

Estote misericordes sicut & pater vester misericors est.

Quòd in misericordia, & beneficentia sita sit perfectio. 71.1.b

Si per misericordem intelligas beneficum, prout litere series indicat, & benignum: potes hortari ad beneficia conferenda vniuersis, cùm illa amoris, & alæ sint, & sagittæ, 1017.2.b accendantque ad amorem etiam inimicos. ibid. 1.e

Si verè, & propriè misericordem intelligas, plurima, quib. ad exercenda misericordiæ opera horteris, habes in Indice rerum, verb. *Misericordia.*

Date, & dabitur vobis: Mensuram bonam, &c.

Quod misericordes per elargitionem beneficiorū, & eleemosynarum pascant simul, & pascantur. Dū que aliis dant, pleniorem à Deo, recipiant mensuram. 604.2.d

Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadent?

Quòd docentes praua obseruandi sint velut proximi hæresi, ne & alios cadere faciant. 407.1.b

Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut, &c.

Vide quæ notata sunt in Euang. feriæ 3. Dominicæ 2. Quadragesimæ super ea verba, secundum autē opera eorum nolite facere.

80 In Euangelium, & festum Sanctissimi Corporis Christi.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

Quòd in hoc Sacramēto Christus se reliquit Ecclesiæ in cibum, ac potū triplicem præsertim ob causam Primò, quia prius cibo item Diabolus hominem sibi subiecerat. 754.2.c Secūdo, vt Sacramenti necessitas per hoc innotesceret. 755.1.c & Tertiò vt arctissimam cum communicantibus perficeret vnionem. 755.2.d & seq.

Quòd cibus huius Sacramenti differt à cibis corporeis, tum quia non trāsmutatur, sicut illi in substantiam aliti, sed potius transmutat in se. 732.1.a & seq. Tum quia iste augmento semper inseruit, cum illi, licet nutritioni semper inseruiant, augmēto tamen non item, 756.1.c

Quòd Sacramentalis iste cibus, ac potus, dicatur verus cibus, & verus potus, cùm veram conferant vitam, quod non faciunt alii cibi. 74.1.a & seq. Id autem efficit propter vnitam, sibi diuinitatem. ibidem. c & 748.1.d

Quòd cibus iste triplici satisfaciat appetitui famis, sitis, atque vitæ. 284.1.c

Quòd idem habeat in se omnis saporis suauitatem. ibid. b

De eiusdem cibi effectibus quinq. 205.1.b

De primo effectu collationis gratiæ pro nutrienda, & augenda charitate. ibid. c & seq.

Vide & 756.2.b vbi & apertius explicatur, charitatem istam firam in summa communicatione, & vnione, communicantis cum Christo ipso iuxta id.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē in me manet, & ego in eo. Sicut misit me viuens Pater & ego. &c.

De quibus verbis habes & 300. 2. a & 505. 2. d & 247.1.d

De secūdo effectu collationis sanitatis, & puritatis. Quomodo conferat sanitatem vulnerib. 205.2.b

Quòd in eo, & per ipsum sit omnis puritas, 419.2.c & 752.2.d

De tertio effectu delectationis, quo ineffabili dulcedine mentem recreat. 206.1.c

Quòd in illo sit omnis saporis suauitas, 752. 2. c & seq. Quòd per illius maximam dulcedinē inebriari dicantur, & quomodo. 756.2.c & b Quòd idem sacramentum inebriet causando excessum animæ ad meliora. 763.2.a

De quarto effectu vitæ, & incorruptionis, atq. immortalitatis tum animæ, tum corporis. Quòd causet vitam, notatum habes supra. Quomodo autem causet incorruptionem &, immortalitatem habes 205.2.c & seq. Quòd idoneos reddat ad æternam requiem. 134.2.c & seq.

De quinto eiusdem sacramenti effectu collationis ornamenti, & pulchritudinis. 206.2. d Quòd idē faciat amicos, & proximos Deo. 773.2.b

Hic est panis de cælo descendens. Quòd è cælo exhibitus sit panis iste sacramentalis, cùm in illo sit Christus corpore, anima, atque diuinitate, 246. 2. c & seq. In eo diuinitas conuersa in lac. 247.2.a & seq.

Quomodo idē ipse, qui in cęlis stat paratus ad opē ferendā hominibus, stet in hoc pane partim se manifestans, & partim se occultans, 258.1.d & seq.

Quod idem ipse intra hunc panem resideat in Ecclesia, vt est charitas. 505.2.c & vt excitet ad charitatem, 997.2.c

Quòd in huius panis exhibitione Christus erexerit amoris vexillum super nos. 299.2.c Quia amorem suum in eo multò perfectius, quā in vlla alia re patefecit. 300.1.c

Quòd in hoc sacramento habeatur vnita simul oīa indicia amoris Christi. 757.2.c vide & 754.1.b

Quod in eodem amor Christum subiecerit potestati Ecclesiæ. 957.1.d

De quibusdam tanti sacramēti prærogatiuis. Quòd sit melius quacunque re mundi. 14.2.d & 27.2.a

Quòd in illo Christus nos introducat in cellaria sua. 67.1.c & seq. & in cellam vinariam. 289.col.7 a & sequent.

Quòd in illo Christus sit in accubitu suo. 148.2.b

Quòd cōicātes simul sint pauperes, & Reges. 757.1.b

Vbi habes & quod illud humiliter sumere sit maximum omniū donorū, quæ Deo offerre possumus.

Quòd illud accipiens largiatur. ibid.2.a & eo pasta anima pascat Christum. 197.2.c & seq. & 732.1.a & seque. Et in eo potetur idem Christus vino condito. 986.1.d

An Christus verè illud comederit. 746.1.a ibid.e

Quòd in eiusdem sacramēti sumptione pia anima nitatur vicem rependere Deo pro oibus, quæ ab ipso accepit. 730.2.d & 976.1.e

Quòd in illo Christus sugat vbera communicātiū, iisdemque vberibus illos pascat. ibi. b Quomodo ab eadem anima in illo osculetur. Ibid.2.b

Vide notata in Euang. Dominicæ infra octauam, & in Indice rerum, verb. *Eucharistia.*

81 In Euangelium Dominicæ 2. post Pentecostem. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacr.

Homo quidam fecit cœnam magnam.

Quòd bene Christus instituens Sanctissimū Eucharistiæ Sacramentum, instruensque conuiuium regium dicatur, *homo*, qui alias apud Matthæum in eiusdem sacramenti institutione dictus est Rex, quia vt homo, est Ecclesiæ Rex & caput. 505.2.c

Si cœnæ nomine intelligitur comestio, & conuiuiū instructum pro nocturno tempore, quando visibilis haud lucet Sol, sed ignis vtimur lumine. Vide 518 2.c & seq, quòd hoc Sacramentum contemplandū sit lumine fidei succensæ charitatis igne; non autē lumine sensuum, quod Solis metaphora signatum habes 232.2.b Vide & 258.2.b & seq.

Rectè *magna* dicitur cœna ista tanti Sacramenti, cum sit regia, & in ea exhibeatur regnum, 519.1.c Vide & 736.1.a sensum literæ, quem facile applicabis. & 745.2. c & seque. magis tamen ad rem vide 746.2.d & sequen. & 747.2.a

Cùm talis, tantaque sit ista cœna, haud mirū si pii quique ardentissimè illam inhient, vt inhiat sponsa. 14.2.d & 306.2.b & seq. & 976.1.a & seque.

Et vocauit multos. De hoc potius mirādum, quod eo vsque processerit Dei nostri bonitas, vt ad eam cœnam vocet, inuiterque multos. Vide de hac inuitatione. 758. 1. e & seque. Et de eadem vt largiori. 754.2.d & sequent. 755.1.b & seq. & 2.a 758.1.a Vbi inuitari dicitur anima, vt magis in charitate proficiat.

Et misit seruos suos dicere inuitatis, vt venirent, quia iā parata sunt omnia.

Quòd parata esse omnia significatur iis, qui inuitātur ad communionem sacramentalem eo modo, quo sponsus antequam inuitaret ad conuiuium, significauit se messuisse myrrham passionum cum aromatibus virtutum suarum. Vide 737.2.d & se.

Si parata proponuntur omnia ex parte Christi, cōgruum est & nos omne adhibere studium, vt præparemus quæ ex parte nostra sunt necessaria ad dignam tanti sacramenti susceptionem. fit autē hæc præparatio triplici consideratione, vtilitatis propriæ, magnitudinis Christi, quem suscepturus est, & immensæ charitatis Dei vt habes 188.2.d & se.

His adde quartam considerationem Passionis eiusdem Christi. 157.2.c & seq. cùm propterea Sacramentum istud dicatur monumentum eiusdem passionis, vt habes 197.1.b Vide & 745.2.d

Vide de hac præparatione, & consideratione Passionis Christi, quàm vtilis, & necessaria sit ex loco Oseæ Prophetæ 283.2. c & seq.

Quòd vera præparatio ad idem sacramentū sita sit in contritione, & deuotione. 731.1.b & seq. Vide 306.2. e & seq.

Quòd veræ præparationis, & dispositionis huius formam à Christo ipso exhibitam habeamus. 746.2.a & seq.

Quinque potissimum ad eamdem præparationem esse necessaria, pœnitentiam, fragrantiam virtutū orationem, feruorem spiritus, & eximium puritatis candorem. 750.2.b & seq.

Quòd pro tali præparatione Spiritus sanctus implorandus sit, 731.1.a

Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit, villam emi, &c.

Quòd terrena sint quæ alienant animas à dulcissimi sacramenti perceptione, friuolasque causant excusationes, 21.2.b & seq.

Quod hæ ipsæ excusationes proueniant à sensibus ipsis nostris pugnantibus in nobis, & contra nos, prout habes 114.2.c & seq. facilè enim aptabis ad rem ea, quæ ibi ad aliud propositum dicuntur.

Quòd si pertres excusationes allatas, tres desumere velis concupiscentias, superbiæ vitæ, oculorum, & carnis: Ex iis, quæ habes 625.2.a & sequ. facile colliges,

colliges, quam periculosæ eæ sint, poterisque aptare ea, quæ in dicto Vers. 8. cap. quarto dicitur iuxta literam. 623.2.e & seq. suppositis iis, quæ habes 519.1.c & seq. quòd in hoc sacramentum contera tur regnum, & fiat desponsatio Christi cũ anima.
Vide de materia huius Sanctissimi Sacramẽti in Indice rerum, verb. *Eucharistia*. & in festo Corporis Christi.

82 In Euangelium Dominicæ 3. post Pentecostem.

Erãt appropinquãtes ad Iesum Publicani, & peccatores. Quòd summo iure peccatores appropinquarent ad Iesum, quem vnicum suum agnoscebant medium vt illius testatur nomen Iesus, quod ob salutis, & misericordiæ, & medicinę significationem vnguẽtum effusum dicitur 39.2.e & seq.

Ad hæc facile aptabis sensum allatum in litera. 45.2.d sumendo adolescentularum nomẽ pro imperfectis, & peccatoribus, prout sumpsit illud. habes 889.1.e Quibus addes quod iuxta lect. sep. dicitur 59.2.e *Traxerunt te*. ex ipso nimirum Iesu trahentes, id, quod effundebatur vnguẽntum, & oleũ misericordiæ, de quo ex August. habes 44.2.b

Vt audirent eũ. Quod Christi doctrina conferret medelam, & vires, 31.1.b & seq.

Quòd verborum gratia tãta esset in Christo, vt per illam allicerentur quique ad ea audienda. 224.1.a

Quòd Christus traheret ad se peccatores, vt magnes trahit ferrum. 52.2.d & seq. Idq. in funiculis Adã & in vinculis charitatis, 53.1.b & seq.

Et murmurabant Pharisæi, & scribæ; Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Quòd murmurantium lingua dicatur gladius, & cur. 366.1.c

Quòd murmurantes isti comburerentur lapidibus ignis præ inuidia. 1020.2.a

Quòd plebe peccatorum ornatum se censeat Christus, æque ac caput capillis. 545.1.d & seq. Quinimo per eorumdem cõuersionẽ coronetur. 630.1.b

Et si perdiderit vnam ex illis. Quòd peccatoris animã perdit Deus, quando illa elongantur ab ipso auertens se, & liniens se trahi ab herbis terrenarum voluptatum. 142.2.c & seq. vbi & damna pertractata habes, quæ istiusmodi anima subire cogetur, vadens post dictas voluptates sicut ouis, quæ perit.

De inani circuitu istiusmodi ouis, & peccatoris errantis post mundana ista inania. 438.1.b & seq.

Nonne dimittit nonaginta nouẽ in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec. &c.

Totius huius loci explicationẽ habes 123.2.c & se.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.

Quòd ex diuinæ misericordiæ consideratione oriatur exultatio, & gaudium nostrum. 70.1.e & sequ. vbi plura de hac misericordia Dei.

Vide quæ notata sunt Euang. Sabbati post Dom. 2. Quadrag. de filio prodigo.

83 In Euangelium Dom. 4. post Pentecost.

Cum turba multa irrueret in Iesum, vt audirent verbum Dei.

Quòd funiculis amoris Iesus abstulerit ab hominibus impedimenta omnia, vt facile post ipsum currere possent. 52.2.c & sequenti.

Ponderans vero. *Irruerent*, tracta, quàm sit necessaria sollicitudo, & feruor in studio vitæ spiritualis, 355.2.b & seq.

Cum charitatis impetus maximi sunt, vt habes 1019.2.c haud mirum, quòd turbæ istæ irruerẽt in Iesum, quandoquidem ex ipsa charitate prouenit, vt illius verba libenter audiantur, vt habes 47.2.e & sequent. & 75.2.c & sequen. & 1054.1.c

Quàm congruè simplices turbæ irruisse dicantur, vt &c. cùm simplicitas in diuinæ gratiæ vsu sit maximè grata Deo. Vnde ob eam commendata anima ab sponso dicitur, *Impetus descendens de libano.* 710.2.b

Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.

Quòd Prædicatores ante, & post prædicationem descendere debeant ad mare passionis Christi, demittentes se ad contemplationem vulnerum eius, ibique lauare, & purificare suam in prædicãdo intentionem, suamque & vitam. hisce enim vt retibus vtuntur ad piscandas animas, prædicatione, seu doctrina, & exẽplis. 389.1.b & seq. & Idcirco oculi dicuntur sicut columbæ vt habes 222.1.d prout & pura intentio, vt habes 218.2.d & seq. & oculi sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lactè sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima, vt habes 839.2.b & seq.

Et assimilantur gregibus tonsarum, quę ascendunt de lauacro, vt habes 554.1.a & c & seq.

Vide & 811.1.e & seq.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis.

De iugi assistentia Christi in Ecclesia Romana, quæ est nauis Simonis Petri. 126.1.e & sequ. & 473.2.a & seq. Vide plura in Indice rerum, verbo. *Romana Ecclesia.*

Rogauit eum à terra reducere pusillum. Ponderans verbũ. *Rogauit*, cum potuisset dici, *Imperauit*, seu, *iussit illi*, collige, bonos Prælatos dẽre esse, benignos atque amabiles subditis, vt habes 600.2.c & seq.

Quod iidem Prælati superieminentiam suam ex subiectione ad onera ferenda sibi prouenire debent arbitrari, & cõformare [illegible] proximis. 578.2.c & se.

Quòd progressus vitæ spiritualis paulatim ab infimis ad superiora: quodvè nimius feruor in principio conuersationis sit periculosus. 94.1.b & seq.

Et sedens docebat de nauicula turbas. Quod Christus sedens doceret, quia regiam in docendo teneret maiestatem. 61.2.e

Quòd prædicatores tunc sedentes doceant, cùm requiem, & quietem prædicant. In eorum enim lingua etsi durum quid sit, sub lingua tamen habent requiem. Vide ex Bernardo. 674.2.e

Quòd boni Prædicatores de nauicula Petri docere debeãt, & explicare verbum Dei iuxta sensum Romanæ Ecclesiæ, atque sanctorum Patrũ. 389.1.b

Dixit ad Simonem, Duc in altũ, & laxate retia vestra in capturam.

Ex Christi assistentia, quàm sublimes, atq. efficaces sint scripturæ sacræ, & è contra, 139.2.a & seq.

In vita spirituali tendendum ad culmen perfectionis conuersatio namq. iusti excelsa instar palmæ. 944.1.e & seq.

Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Quòd Prædicatores Deum sibi adstantẽ, noctisq. tenebras expellentem habere debeant. in vanum. n. laborant, ni Deus prædicatum verbum deferat ad corda prædicantium. 388.1.a & seq.

Quantum laborent mundani in nocte huius sæculi 131.2.c & seq. Quamue inaniter. 437.2.c & seq. & 105.1.a & seq. & 22.1.d

Quomodo pia anima tribulationib. per totã noctẽ laboret, & nihil capiat, vel aliquid capiat, Deũ inueniens, aut nõ inueniens. 430.1.a & seq.

In verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam.

Quòd Prædicatores à Deo missi, & ex obedientia prædicantes, secorum, magnumque ex concionibus suis referunt fructum, 769.2.e & seq.
Vide & 387.a.c & sequ. & 351.a.c
Quòd obedientia perfecta hat conspicuo omnibus promptitudine, & hilaritate, 591.1.c Hæc promptitudo est ad simplicem nutum. 449.1.a
Illius gradus, propter quos comparatur monilibus, 175.1.a & sequent.
Per eamdem fiunt proficua, quæ alioquin essent inutilia. 449.1.e
Quòd eidem plerumque concedatur facultas faciendi miracula, 180.2.a
Vide plura in Indice rerum verb. *Obedientia.*
Rumpebatur autem rete eorum. De schismatis perturbatione maxima in Ecclesia, quidve tūc faciendū 125.2.e & seque.
Et annuerunt Sociis, vt venirent, & adiuuarent, eos. Et venerunt, &c.
Quanta sit inter sanctos Prædicatores vnio, & charitas, & quòd propterea sint vna tantum vitta coccinea constringens fideles, 556.1.e & sequen.
Quomodo Ecclesiæ doctores vnum quid sint, diuersi, atque æquales, 548.2.d & 549.1.b
Quodve illorum dissensio signum sit ruinæ Ecclesiasticæ, 548.2.c
Quòd cùm vidisset Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi à me, quia homo peccator sum. Quòd in profectu spirituali pia anima semper sit pauida, ne in Dei obsequio negligens sit, neue immunda ante Deum progrediatur. 790.2.a & seq.

84 In Euangelium Dominicæ 5. post Pentecostem.

Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis, &c.
Cùm per hæc Christus deterrere velit, & auertere fideles à falsa Scribarum, & Pharisæorum iustitia quæ ex duplici capite praua erat. Primò, quia tota erat in externo duntaxat, nulla habita ratione interni. Secundò, quia prauæ nitebatur intentioni cum illi in omnibus eum sibi præfinirent finem, vt humanam captarent gloriam. Contra vtramq. harum prauitatum agere poteris. Et quidem contra primam vide, quæ notata sunt in Euang. feriæ 4. Dominicæ 3. Quadrag. super iis verbis: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me*
Contra secundam verò vide notata in Euág. feriæ 3. Dominicæ 2. Quadrag. super verbis, *Omnia verò opera sua faciunt, vt,* &c
Nisi abundauerit, &c. Potes hanc ipsam sniam sumere, vt spectatim dictā à Domino Monachis, & Religiosis, vt per iustitiam Scribarum, & Pharisæorum intelligatur iustitia, & probitas secularium.
Quòd autem summo iure multo perfectior in illis, necessaria sit iustitia, & bonitas ex triplici probabis capite: Primùm ex dignitate status, tum ex obligatione votorum, & tertio ex gratitudine maioris gratiæ, & plurium commoditatum.
Quoad duo prima dignitatē, & perfectionē status, quę ex ipsa votorū obligatione augeatur, plura habes 173.1.b & se, per totā expositionē illā secūdā.
Vide multò plura 537.2.c item per totam expositionem secundam.
Quòd iidē sēper progredi dēant I claustris. 392.2.a
Quòd sint Reges. 935.2.d
Quòd sint domus Christi. 918.2.b
Quòd & guttur item Christi. 864.1.b
Quòd in Ecclesia sint instar operis topiarii pulcher

rimi. 677.1.e & sequent.
Quomodo dici queant eminentiores ipsomet Christo, ibid. 2.c
Eorum perfectionem sitam in amore, & charitate, cùm & eorum habitus amorem præferat, 189. col. 3.a & sequen.
Quoad gratitudinem, tracta quàm ingēs beneficiū sit, admissio ad statum Religionis. 300.2.b & seq.
Quomodo Religio sit domus charitatis, 289. col. 3 c & seq. Quomodo sit scala, 306.1.a & seq.
Quòd sit optimum exemplar cælestis Patriæ. 263.1. c & seq. & 289. col. 4. Quomodo, & quales montes sint illius claustra. 422.1.e & seq.
Quòd in iis non sint grauium peccatorum occasiones, atque adeò grauia peccata supponantur abesse. 408.1.c Quòd eadem sint hortus, in quo Christus pascit tingi les. 570.2.c Vide plura in Indice verb. *Religio*, & *Religiosus.*
Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides. Ego autem, &c.
Vide quæ notata sunt in Euang. feriæ 6. Cinerum in initio, de perfectione Euangelii, ac doctrinę Christi super lege Moysi, & de Hebræorū traditionib.
Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quòd per affectuum moderationē filii Dei simus, & per consequens fratres, 914.2.c Vide de hac affectuū moderatione, ibid. a & seq.
Poteris hic quoque agere de charitate fraterna, seu etiam de pace, vide in Indice rerum, verb. *Charitas* & verb. *Pax.*
Si ergo offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris, quod, &c.
Ad dignam Sanctissimi Sacramenti præparationē maximè procuranda in primis pax, cùm illud sit symbolum pacis, vt habes 432.2.d & charitas, cū idem sit amor, & charitas. 506.1.a & seq. Quod qui indignè ad illud accesserit, amarum id sibi faciat atque mortiferum, 184.1.a
Si de digna ad tantum Sacramentum præparatione agere velis, vide quæ notata sunt in Euang. Dominicę infra octauam corporis Christi, super verbis *Quia omnia parata sunt.*

85 In Euangelium Domin. 6. post Pentecos.

Cùm turba plurima esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent. Quòd proprius pastus Spiritualiū, & eorum, qui sunt cum Iesu, sint consolationes spirituales, 131.1.c & seq.
Mirandum quomodo qui sunt cum Iesu, careant dicto consolationum pastu, curve id aliquando permittat Iesus ipse. 431.1.c & sequ.
Quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Quòd tempus expensum in Dei obsequiū etsi diuturnū sit, vix modicum videatur. 449.2.d & sequent.
Quòd in Dei obsequio, & in vita spirituali sit maximè necessaria perseuerantia. 143.2.a & seq.
Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quòd consolationes spirituales sint necessariæ ad vitā spiritualem prorogandā. 24.1.a Cum sine delectatione homo viuere nequeat, 9.2.e & 908.2.c & seque.
Quantæ sint molestiæ, quæ angunt animas orbatas consolationibus spiritualibus 72.2.d & seq. Eædē animæ quomodo præ languore deficiant, 10.2.c & 306.2.e & seq.
Vnde illos poterit quis saturare panibus hic in solitudine?
Si solitudinis nomine vitam sumas spiritualem, qua mundus deseritur, vt habes 420.1.c & seq.

Potes

Potes hic agere de iis mundi hominibus, seu de falsa eorum hominum opinione, qui non credunt, reperiri posse in tali solitudine consolationes spirituales, quibus verè nostra reficiatur, & exaturetur fames. Vide 990.1.c Cùm contrarium potiùs dicendum esse habeas 24.1.h & sequ. & ex consequentibus istius Euangelii deduces.

Ostendere insuper poteris prædicta discipulorum verba magis verificari de mundo isto, qui est vera solitudo, verusque desertus, vt habes 463.1.c & seq. & 470.2.a deque panibus voluptatum illius, quibus nemo exaturari in eo potest, vt habes 26.2.d & sequenti.

Plura, quæ super præsens Euangelium notanda hic forent, colliges ex notatis in Euang. Dominicæ 4. Quadrag. vide ibi.

86 In Euangelium Dominicæ 7. post Pentecostem.

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Cauendos, Diabolum mundum, & carnem, sic falsos prophetas dictos, sicut & sodales Christi, cùm sint nihilominus & Christo, & nobis maximè infesti. 141.1.a & seq.

De eorumdem deceptione, & falsitate, atque præstigiis, per concupiscentiam 98.2.e & seq.

Quòd veri, bonique fideles & extrinsecus, & intrinsecus insigni pulchri sunt sanctitate. 213.1.d & seque. 214.2.c & seq. Idue, quia ipsum induti sunt Iesum Christum agnum illum verum, nedum in externis, at etiam in internis, non sicut plerique, qui indutos quidem se exhibent extrinsecus in vestimentis ouium, & Christi, non tamen Christum, ouesque ipsas. 667.1.a & seq. & 1034.1.c & seq.

Hæreticos capiendos attendendo ad eorum falsitates, & obseruando illorum fraudes, eosve conuincendo. 406.2.b & seq. & 410.2.b & seq.

Eorumdem proprietates, & mala quatuor. 137.2.d & seq. sed in primis quomodo, & ad quid operiāt vultum suum venientes in vestimentis ouiū. 139.2.c & seq. Quomodo eorum singuli catholicos se asserant. 325.1.d Vide & 108.1.c & seq. & 905.1.c

Ipsorum quoque naturam explicatam habes 441.1.e & sequent.

In duritie illos similes esse Diabolo, 1014.1.a & se.

A fructibus eorū cognoscetis eos. Quòd opera bona sint flores, & fructus, 235.1.c & 739.1.a.b quodvè testificentur ore suo. 580.1.a

Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?

Quòd Deus colligat dulces vuas, ac ficus consolationum ex spinis tribulationum nostrarum. 263.1.a & sequen.

Quod peccatores sint spinæ, 264.1.e & seq. Quòd mulieres sint spinæ. 265.2.b

Non potest arbor bona malos fructus facere: & omnis arbor bona bonos fructus facit.

Quòd Ecclesia sit hortus nobilissimus Dei, quasve habeat plantas & arbores cum floribus ac fructib. 677.1.b & seq. & 688.1.e & seq. & 690.2.b & seq.

Quòd & quælibet pia anima sit agricultura, & hortus einsdem Dei. 680.1.a & sequ.

Quòd humanum corpus, ipseq. homo rectè exprimatur metaphora ficus, 378.2.a & seq. & potētiæ animæ dicantur vineæ, atque vites. 379.1.b

Quòd iustus sit palma, & cur. 945.2.c & 943.2.d

Quòd germinatio piæ animæ sit diuina laus in verbis, & fructus in operationibus. 695.2.d & seq.

Germinationem, & fructificationem spiritualē esse diuersam à terrena, 897.2.c & sequenti.

Quomodo flores sanctorum desideriorum dicantur parturire fructus, 964.1.c & seq.

Ad comedendos fructus operum suorum iustus quisq. inuitat Deum, idve in sui ipsius commodū, 730.2.c & seq. & 734.1.d

Mala autem arbor malos fructus facit. Quòd hæretici sint arbores Syluestres, atque malæ. 269.2.a & seq. & 276.1.a

Quæ fructus, quæve damna ab hæreticis proueniant, 716.1.c

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Quòd arbores spirituales, quæ non proferunt flores, ac fructus, vita destitutæ censeantur, 407.2.b

Quòd arbores, atque vites mundi, & vitiorū eius eradicentur, atque in ignem mittantur, quave ratione, 113.1.d & seq.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnū cælorū, sed qui fecerit voluntatē Patris mei, &c.

Quòd oratio vocalis, absque interna, & vera deuotione, quæ sita est in promptitudine ad faciēdam voluntatem, nullius sit valoris ad vitam æternam, 666.1.a & seq.

Quòd obediens diuinæ voluntati ita intrabit in regnum cælorum, vt in illud introducturus sit secū & Christum ipsum. 457.1.a & seq.

Quod eadem obedientia celerrime ducit ad regnū cœlorum, 163.1.a

87 In Euangelium Dom. 8. post Pentecost.

Homo quidam erat diues. Christi opes ingentes ex ditissimo corporis eius ornatu arguere, & probare potes, cùm totus is esset aurum, preciosæque gemmæ. Nam & caput habuisse dicitur aurea redimitum corona. 831.2.a & manus aureis plenas annulis, preciosisve gemmis. 849.1.a.c Et corpus thorace gemmis item vndique exornato. 854.1.d & seq. & pedes aureis quoque calceamentis. 857.1.c

Multo magis illum diuitem gratiarum opib. intelliges ex iis, quæ habes. 34.1.b & seq.

Quòd vnusquisq. fideliū dici queat villicus Christi ob exhibitionē dictarum opū illius, & ob creditas eis diuitias gratiæ ipsius, 29.1.a & seq.

Qui habebat villicum. Quales esse debeant dispensatores rerum temporaliū in Ecclesia. 849.1.e & seq. & 852.1.a & seq. Vide & 913.1.e & seq. vbi de iisdē vt ministri sunt facultatum Ecclesiæ ministrantes viduis.

Et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Quòd peccator diffametur apud Christum, q dissipaeit gratias, & beneficia illius, idq. per peccata ipsa, & mala opera sua, cùm opera voce prægrādi clament, sintq. os vociferans. 58.1.a & 669.1.a

Quòd particula, *quasi*, aliquando ponatur ad statuēdam veritatem, 1036.1.b

Et vocauit illū, & ait illi, Quid hoc audio de te. De multiplici ratione, qua Deus vocat peccatores, aliquādo externa voce Prædicatorū, 769.1.c & seq. aliquando vocib. internis, quib. exhibita eis beneficia, eorūq vicissim repræsentat ingratitudinē. 773.1.a & seq. Aliquando pulsatione per ærumnas, & tribulationes, 797.1.c & seq. Vide & 771.1.d & seq. quatuor diuersos vocationis modos.

Redde rationem villicationis tuæ, iā enim non poteris amplius villicare. Quàm metuenda sint mors, atq. iudicium peccatori. 370.1.c

Quòd post mortem non relinquatur amplius meriti locus. 741.1.a & seq.

Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me,&c.

De interno propriæ conscientiæ examine. Quòd sit ascensio per desertum, 470.2.c

Quòd anima quando examinat propriam consciẽtiam quærat Deum 440.2.b & seq.

Quomodo eidem examini indulgendum sit etiam à iustis, 897.1.d & sequ.

Quòd peccata nostra inspicere debeamus nos ipsi, ne Deus acutissimè illa inspiciat, 621.1.d

Ponderans locutionis huius modum, quo non ait, *Quid dicam*: seu, *quid scribam*, sed, *Quid faciam*, tractare potes: Quòd opera sint præparanda à nobis ante mortem, atque iudicium. 369.1.e & 371.1.e Vide, 1022.2.b & seq.

Fodere non valeo. Hoc esse vnum ex præcipuis peccati damnis, vt propter illud nequeamus bene agere reddente eo potentias omnes ineptas ad operandũ 365.1.a & sequen.

Mendicare erubesco. Erubescentia praua quàm sit dãnosa studio orationis, quæ est mendicatio spiritualis, aliisvè exercitiis spiritualib. 590.2.a & seq.

Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

Quòd amici semper debeant esse prompti ad opem ferendam amico suo, ita vt tutò ad illos confugere is queat, quandocunque opus fuerit, 683.2.c

Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset.

Quid sit prudentia, quæve sint prudentiæ veræ, ac bonæ conditiones, atque proprietates, 550.1.b & seq. Vide post illas marginales totius eius expositionis.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiant vos. &c.

Quòd diuites adiuuantes pauperes adiuuentur à pauperibus. 700.1.a

Vide id fusius probatum, 604.2.d & sequent.

Quòd pauperes sint Reges, eorumque sint æterna tabernacula, 935.2.c

88 In Euangelium Dominicæ 9. post Pentecostem.

Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem fleuit super illam, &c.

Fletu existente loquela amoris, vt habes 532.2.b & sequ. fleuisse Iesum tunc potissimum cum triumphum agens Ierosolymam adiret mortem ibi subiturus: vt contestatum faceret triumphum ipsum suum esse triumphum amoris, & charitatis, quam sibi in ferculo, ac veluti in gestamine pompatico præferri voluit in titulum, pro qua re vide 490.1.a & sequen. & 511.2.c & seque. Ex hisce enim locis facile plurimam colliges materiam.

Fleuisse in super Christũ, cum præuideret vastationem Ierusalem, vt suum exprimeret dolorẽ, Deus enim cùm punit, quodammodo inferni dolorib. affici dicitur, vt habes 1009.2.a quandoquidem istiusmodi opus punitionis alienum est ab ipsius natura, cuius propriũ est, vt misereatur, & parcat. 829.1.c & sequent.

Quòd & Prælati quique charitatem erga subditos exhibere debeant. 651.1.e & seq. Iccirco enim tũc fleuisse super Ierusalem dicitur Iesus, cum proclamatus est Rex.

Quòd & vnicuique animæ flendũ sit, quando præuiderit mala imminentia, 928.2.a Deque trib. lachrymarum vtilitatibus. 927.2.a & seq.

Si cognouisses & tu. Ex occasione illorum verborum potes hic agere de vtilitatibus cognitionis sui ipsius: qua de re plura. 153.1.d & sequ. & 156.2.c & de damnis ignorationis sui. 157.1.e & seq.

Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Quòd dies & tempus Incarnationis, quam Christus appellauit diem lætitiæ cordis sui, vt habes 519.1.d dies Iudææ dici potuerit; cùm ab eius patribus fuerit maximè desiderata, 277.1.b & 734.1.b & 980.1.e

Quòd per eam mundo allata sit pax. 13.2.b omnib. fælicitas, cùm bona plurima illam consecuta sint. 371.1.d & 288.2.d & seq.

Quia venient dies in te; & circundabunt te inimici tui vallo, &c. De sensibus miseram animam opprimentibus, 115.1.c & sequ.

89 In Euangelium Dominicæ 10. post Pentecostem.

Duo homines ascendebant in templum, vt orarent. Quã bene ascendendi apponatur verbum, cum sit mentio orationis, quæ ascensio quędam est, & eleuatio mentis in Deum, 465.2.c & seque.

Quomodo anima orans ascẽdat, simul ac sedeat eodem tempore, 466.1.c & seq.

Quomodo quæ bene ita ascendit in oratione, nunquam effundat semet ipsam, nisi cum diuinum attigerit thronum, ibid. 2.d & seque.

Quòd miro modo ista fiat ascensio in oratione per descensum, & demissionem humilitatis 186.2.e & sequen. & 187.1.c & seque. Vbi plura de oratione humili.

Pharisæus stans hæc apud se orabat.

Quòd oratio superbi dum stante stet, nec discedat ab illo, qui eam profert; cùm omnis oratio ex Spiritu habeat, & charitate, vt ascẽdat, 466.2.d & se.

Tametsi ex Spiritu superbiæ eadem habeat, vt descendat, 186.2.e

Gratias tibi ago Domine. Quòd istud debet esse præcipuũ cuiusque studium, vt iugiter Deo gratias agat. 910.1.d & sequ. & 571.1.e

Quia non sum sicut cæteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus.

Quòd oratio debeat habere adiunctam puritatem vitæ. 486.1.c & seq.

Quòd ista Pharisæi oratio mortuã exhibuerit prædictam puritatem, & vitæ innocẽtiam cùm caruerit humilitate, qua viuæ exhibentur, & conseruãtur virtutes; ipsa sustẽtãte Deum super virtutes, & Deo eam sustentante cum virtutibus reliquis, 583.2.c & sequen.

Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium, quæ possideo.

Quod oratio reddatur indecora, & inefficax, tam p liuorem iniquitatis, quàm per ostensionẽ cãdoris propriæ iustitiæ. 560.1.a & seq.

Et publicanus à longe stans nolebat nec oculos ad cælum leuare. Quòd duplex sit humilitas speculatiua, & practica: quòdve humilitas ista publicani fuerit practica simul, atque speculatiua. 586.2.c & seq.

Quòd humilitas publicani in altum erexit suæ demissionis causam; vt omnibus fieret conspicuũ ipsum indignũ esse, qui ad Deũ accederet, ibi. a & se.

Quòd istiusmodi humilitas cũ erubescẽtia de peccatis sit similis fragmini mali punici, 574.1.d

Sed percutiebat pectus suum dicẽs; Deus propitius esto mihi peccatori.

Quòd contritio causet cõfessionẽ peccatorũ. 814.1.a

Quòd per humilitatẽ impetretur diuina gratia, ardentesve ex intimis emittantur affectus, & preces, 585.2.b & seq.

Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo id est. præ illo, vt habes, 825.2.d

Quòd

Quod bene post expositam Publicani contritionem in eo, quòd stetit à longe, nec ausus est oculos ad cœlum leuare, confessionem in eo, quod peccatorem se fassus est, & satisfactionem in eo, quod pectus suum percussit, iustificatus idem dicatur: cùm & sponsus hos tres pœnitentiæ actus cum ipsa iû-xerit iustificatione, 365.2.e & sequen.
Quòd humilitas sit prima radix profectus spiritualis, & augmenti gratiæ, 710.1.a
Quòd eadem humilitas Deum inueniri faciat, 449.2.b
Quòd rectè præ Pharisæo superbo, qui in se suisq; fidebat operibus, Publicanus, qui in Deo tantùm confidebat, iustificatus dicitur, cùm è turri humilitatis Deus pendeat pro clypeis, omnique armatura fortium, 589.1.b & seq. Cumq; humilitate perficiuntur virtutes vniuersæ, 471.1.c
Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Quomodo exaltans se per superbiam, deiciatur, 539.1.c & seq.
Quòd humilitas celsissimum obtineat locum, 583.1.e & qua ratione in humilitate sint simul demissio, & ascensio: humiliatio, & exaltatio, 539.1.a & sequē. Quòve maior est humiliatio, eò & maior sit exaltatio, 583.2.a & seq.
Humilitatem tantam esse debere, quanta est, & magnitudo, quam quisque habet, 711.2.a
Quantis ictibus turrim istam celsissimam humilitatis impugnent animæ habes, 588.2.d & seq.

90 In Euangelium Dominicæ 11. post Pentecostem.

Exiens Iesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilea. De Christi itineribus, qualia, & ad quid directa, 858.1.d & seq.
Quòd Christus è terris Gentilium tetenderit in Ciuitates Iudeæ, vt ostenderet, quanti faceret vineā Iudaici populi: qua de re vide, 106.2.d
Et adducunt ei surdum, & mutum. Quod opera misericordiæ tam corporalia, quam spiritualia sint æqualiter exhibenda, 605.2.c
Et deprecabantur eum, vt imponeret illi manum.
De orationibus aliorum, quàm sint proficuæ, & quomodo exquirendæ, 824.1.a & seq.
Et apprehendens eum de turba seorsum. De amputandis peccatorum occasionibus, 367.2.e
Seorsum tam grande miraculū facere voluit Christus, cùm nobis esset humilitatis exemplar, vt habes, 587.2.d & seq.
A mundanis, & carnalibus hominibus segregandū, qui bene facere velit, 327.1.d
Misit digitos suos in auriculas eius. Quòd Prædicatores in vanum laborent, nisi Deus in auditorum corda prædicatum deferat verbum aperiens illis aures immissione Spiritus sancti, 388.1.c
Et expuens tetigit linguam eius. Quòd Prædicatores boni non tam aures delinire, quam gustum audientium reficere debeant, 663.2.e & seq.
Sicve esse fauum stillantem mel etiam cùm prædicant, quæ amara sunt sensualitati, 664.1.c & seq.
Quanta sit ista verbi Dei dulcedo, quam exhibere satagunt, 665.1.a
Quòd ea sita sit in eo, quod affectus mouent, 537.1.b & sequen.
Quòd Christi doctrina nedum erudiat intellectū, sed & afficiat gustu, 846.2.c & seq. De illius gustu, atque dulcedine eximia, Vide 861.2.d & sequen. & 952.2.e
Et suspiciens in cælum ingemuit. Cur præcipuis operib. Christi oculos ad cælum leuaret, 51 [illegible] & Vide etiā ad hoc propositum, 852.2.d cur manus eius dicātur plenæ hyacinthis.
Ingemuit Christus, quia Prædicatores, qui alios afficere velint, debent ipsi priùs affici, vt habes, 664.2.c
Et ait illi Epheta, quod est adaperire, & statim, &c.
Quòd labia, & manus in Deo eadem sint, 850.1.e & sequen.
Quàm celeriter fierent Christi miracula, 852.2.c
Quod fierent potestate diuina, 851.2.a & sequen. & 852.2.d
Et aperta sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Quòd boni prędicatores priùs debēt auditu percipere verbum Dei, tum soluta lingua illud ipsum rectè loqui, 556.2.e
Et præcepit illis, ne cui dicerent. Inanem gloriam fugiēdam in bonis operibus nostris, 588.2.d
Quantò eis præcipiebat, tantò magis prædicabant, & admirabantur. Quod dum nos occultare studemus bona, quæ facimus, manifesta ea fiunt à Deo, 821.1.c
Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Opera Christi omnia extitisse perfectissima, 851.1.d & seq. vbi explicatum habes hunc locum.

91 In Euangelium Dominicæ 12. post Pentecostem.

Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Quàm dulcis, quamve suauis esset corporea Christi præsentia, 224.2.b & seq. Vide & 861.2.d & seq.
Quàm pulcher idem esset nedum virtutis pulchritudine, sed & quoad speciem extrinsecam, 223.2.b & seq. & 229.1.a
In Christo quanta esset verborum gratia, 224.1.a & sequen.
Quantus in eodem fuerit decor, atque venustas, ibi. d. & sequen.
Quòd in Christo habebatur quicquid terrea reponerat, 860.1.c
Si odore duntaxat. Verbi tactam se dicit sponsa cū adolescentulis. Et si per eiusdem solummodo nomen magna facta asserit, quanto maiora fieri credendum per illius substantiam, & exhibitionem sensibus omnibus, 59.1.b & seq.
Quòd beatissima prędicetur pia quæq; anima, quæ sponsa eiusdem sit Christi, 890.2.b & 891.1.d
Si Christi præsentia cum miseram hanc, & mortalem hic degeret vitā, beatos reddidit discipulos, qui illum videre, quanto maiorem conferet beatitudinem ijs, qui eam viderint in gloria, 129.1.c & seq. & 7 [illegible]
De oculis contemplationis, deque contemplatiuis, 330.2.b & seq.
Multi Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ, &c. Patriarcharum & Prophetarū ecclesia, quanto Christi desiderio flagrâtit, 5.1.e & seq. & 13.1.c & seq. & 277.2.b & seq. & 404.2.b. & 994.2.d
Quod & Angeli quoquo modo desiderent, prospicere Christum, eiusve passiones, ac posteriores glorias, 225.1.b & seq.
Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?
Quod qui cælestem possessionem adire velit, operæprecium est, vt faciat bona opera, 691.2.e & seq. Vide & 1022.2.b & seq.
In lege quid scriptum est? quomodo legis. Quod Sacra scriptura sit hortus nucis, 899.1.d Quod sit penu cognitionis, & quibusdam sit obscura, quibusdam

dam vero perspicua,856.2.a & sequenti.

Quàm aptè eadem vocata sit vocabulo ciuitatis, quam circuit anima, dum illius studio indulget, 435.2.d & seq.

Quomodo tractanda,392.2.a Quod ad illius intellectum ascendatur per fidem, 503.2. d & per humilitatem,712.2.a

Quod eiusdem præcepta, & dogmata debeant inter se esse connexa,241.1.b & seq.

Quod illius verba sint stimuli amoris,& claui igni ti,62.1.c.

Quod in illa exhibeantur thesauri iudiciorum, & mandata Dei.ibid.b

Quod in illa dicamus quomodo in charitate, & ad charitatem vocati simus,295.1.c & seq.

Dicamus pariter instructam super nos Dei charitatem instar aciei,293.1.a & seq.

Ille respondens dixit diliges Dominum, &c.& proximũ tuum sicut teipsum. Vide quæ notata sunt in Euang. Dominicæ 17.post Pentecostem.

Quod charitas sit regula omnis rectitudinis,76.2. a & 78.1.c

Quod sit ornamentum omnium virtutum, 516.1.b

Dixitque illi rectè respondisti. Hoc fac, & viues.

Qua ratione charitas dicenda sit causa vitę æternę, & beatitudinis,294.1.c

Quod eidem seruetur merces plena bonorum operum,296.1.c

Ideoque pro ea seruanda omnibus neruis esse pugnandum,295.2.c

Quod in charitate proximi potissimum sit situs animæ decor,961.2.d

Cùm tamen charitas vniuersa sit directa in Deum, 602.2.b

Si materiam ipsius charitatis tractare volueris, vide Indicem rerum,verb.*Charitas*, & verb. *Amor*. & verb. *dilectio*.

Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Quod vino asperæ correctionis admiscendum sit oleum benignitatis.674.2.a

Quod propter idipsum eadem correctio dicatur sicut vinum optimum,953.2.c

Quis horum tibi videtur proximus fuisse illi. At ille dixit,qui fecit Misericordiam. Quod præceptum dilectionis proximi impleatur per exhibitionem operum misericordiæ, 604.1.c & seq. vbi & plura habes de ijsdem misericordiæ operibus. Vide & indicem rerum verb. *Misericordia*.

92 In Euangelium Dominicæ 13. post Pentecostem.

Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samariam, & Galileam. Quod sicut Sol nunquam quiescit ab itineribus suis, vt lucem, caloremque suum inspertiat, Ita & Christus nunquam a suo destiterit cursu, vt lucem cognitionis exhiberet, & ardorem charitatis, 52.1.c

Et cum ingrederetur quoddam Castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Quod ægritudines, & tribulationes excitent ad quærendum Deum, 430.1. d & sequen.

Non expectarunt leprosi,vt Christus ingrederetur Castellum, à quo ipsi per legem arcebantur, neq; enim segniter operanda est nostra salus, ne nobis contingat, quod contigit sponsæ. Vide 790.1.c & 811.2.b

Quin immò,iusti desiderant,& quærunt occasiones benefaciendi,955.1.a & seq.

Qui steterunt à longè. Quia leprosi arcebantur à consortio hominum, cum peccatum, cuius typus est lepra,sit maximè noxium charitati,vt habes, 719. 1.b & fuget spiritum sanctum,ibid.2.c

Steterunt quoque à longè per humilitatis affectũ, per quem allicitur Dei aspectus,vt habes, 584.2.b & sequen.

Et leuauerunt vocem. Quàm rectè qui erat in spiritu contribulato dicatur eleuare vocem, cùm oratio illa sit ex intimis affectibus,585.2.b & seq.

Cumque proferatur ab anima leuante se supterse, 466.2.e & seq. Et cum ad celsissimum directa sit Deum prout is à sponsa poposcit, 401.1.c & seq.

Dicentes, Iesu præceptor miserere nobis. Pondera vim breuis huius orationis. Cùm enim lepra peccati triplici egeat medicamine, vnguento diuinæ misericordiæ,vt habes,71.1. d inquiũt, *Miserere nobis*. Vnguento salutis, ideo appellant illum nomine Iesu,de quo dicitur, *Vnguentum effusum nomen tuũ*, vt habes, 39. 2. e & seq, Et vnguentis doctrinæ ac gratiæ,de quibus habes, 30.2.c. Ideo non dicunt *Iesu medice*, sed potiùs, *Iesu præceptor*. Quod enim vt præceptor illos sanarit doctrina patet ex consequentibus,vbi Christus illos erudiens ait *Ite ostendite vos sacerdotibus*.

Quos vt vidit dixit, Ite,&c. Ponderans quod non dicitur, *Quos vt audiuit*, tracta, quomodo tunc dicatur Deus videre orantes,quando illi in sua oratione ostendunt ei cor suum gemens, vt habes, 400. 1.d & seq.

Quam citò accurrat Deus ad eos, qui bene orent, 338.2.e Vide 63.2.c

Dum autem irent, mundati sunt. Quomodo per actum obedientiæ abripiatur à Christo cor misericordiæ eius, 643.2.c vbi habes & explicationem huius loci.Vide & 643.1.a & seq.

Quòd obedientia vim inferat ipsimet Deo, 455.2. e & seq.

Quòd Deum teneat sibi adstrictum vir obediens, 456.2.c

Quàm proxima Deo sit eadem obedientia, 590.1.d

Quòd obedientia sit causa multiplicium victoriarum etiam de Deo, ibid.2.e & seq.

Vnus autem ex illis vt vidit,quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum.

Quàm vtilis sit beneficiorum Dei cognitio, atq; memoria,73.2.d & seq.& 2.e & sequen. vbi plura de hac materia.

Quòd ad hanc cognitionem,atque memoriam necessarium sit,vt adsit charitas,29.1. a Vide & 29. 2.a & seq. plura de excellentia diuinorũ beneficiorum, & quomodo propter illa magnificandus sit Deus.

Nonne decem mundati sunt,& nouem vbi sunt? Cùm isti nouem cœperint quidem bene agere obedientes præcepto Christi, non tamen in bono perseuerauerint,vt decimus: tractare hic potes de necessitate perseuerantiæ,quæ perfectionẽ exhibet structuræ domus æternæ beatitudinis, vt habes, 143. 1.e & seq.Vide & 965.2.c

93 In Euangelium Dominicæ 14. post Pentecostem.

Nemo potest duobus dominis seruire. Quod fieri nequeat,vt simul in aliquo regnet peccatũ, & Deus cùm mutuo sese expellant,719.& seq.

Idcirco abigitur ab Ecclesia,& ab anima Diabolus, & aduocatur Spiritus sanctus.723.1.d & seq.

De diuersitate modi,quo in homines exercuere dominium Deus,atque Diabolus,230.1.c & seq.

Quod

Digitized by Google

Quòd fieri nequeat, vt eodem tempore quis à Dæmone, mundo, & carne pascatur voluptatibus sæculi, ac carnis, & à Deo reficiatur consolationibus spiritualibus, 21.2.b & seq. & 142.1.a & seq.
Quomodo Diabolus vsurparit dominium animæ, & quomodo illum expulerit Christus, 297.2.c & sequen.
Quòd anima quæque aut Dei sit, aut Diaboli iuxta vexillum, quod super se habuerit, 299.1.c & seq.
Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut alterum sustinebit, & alterum contemnet.
Quòd nec Diabolus, nec mundus totus sint proportionatum obiectum amoris nostri, 416.1.c
Quòd Diabolus, mundus, & caro odio habēdi sint ab vnaquaque anima, cùm sint illius hostes immites, 111.2.a & seq. Et 94.2.b & seq. Vide idipsum & de carne, eiusue sensibus, 114.2.c
Quòd recte qui Diabolum pro Domino habet, aut mundum, & carnem, haud dicitur illum, seu illos diligere, sed potiùs sustinere, quia grauissimum sit tyramnidis eorum onus, grauissima & onera, & detrimenta, quæ subire cogitur in eorum seruitio. Vide 774.2.a quomodo ij irrumpent miseramque furentur animam. Vide & 115.1.d & seq. de damnis illatis à sensib. & 98.2.d & seq. de damnis, quę sustinere cogimur per carnis concupiscentiam, & 131.1.c & seq. Quomodo Diabolus, mundus, & caro etiam dum voluptatibus sæculi pascūt animas, summum illis inferant damnum, cum semet pascant animabus ipsis.
Quòd Deus odio haberi nequit, sed contemni dicitur à peccatore, dum is ab illo deficiens auertitur ad Diabolum, mundum, &c. Cùm sit vnum, & proprium obiectum amoris nostri, 293.1.c & sequen. Cùmque immensis ab eo cumulati simus beneficiis, 292.2.c & seq. Et cum illius in nos amorem immensum aduertere fas sit, 293.1.b & seq.
Quomodo anima Deum contemnat ab illo deficiēs facta similis meretrici, 144.2.a & seq.
De eiusdem auersione à Deo, 363.1.b & seq.
Quod qui Deum pro domino habet, illum diligāt operæpretium est, cùm eius regnum sit regnum dilectionis, 834.1.c
Quòd iugum seruitutis Dei sit iucundum, atque suaue, 1005.1.c & seq. & 990.1.a & seq.
Quòd Dei seruitus sit quædam participatio cælestis patriæ, 297.1.d
Quòd eadem tota sit in charitate, 295.1.c & seq.
Quòd eadem adhibenda à nobis sit & coram Deo, & coram proximis, 1003.1.c
Protestamur illam notis dilectionis, & charitatis, ibid. d & seq.
Quòd eidem seruituti addicti, ita sint Reges, vt & regnum ipsimet Deo conferant vnà cum regia corona, 520.2.c & seq.
Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Quomodo amor piæ animæ eleuetur totus in Deum, & ad illum vnum directus sit, 416.1.c & seq.
Quòd qui Deo seruit debet esse liber ab omni alia re, 1003.1.b & 566.2.a
Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Respicite, &c.
Quòd fideles proiicere se debeant totos in Dei manus, per quem abundanter illis de omnibus prouideatur, 317.1.b & seq. & 319.1.a & seq. Vide & 410.2.b & seq. 453.2.c & seq.
De exactissima Dei prouidentia erga homines, 838.2.c & seq.
Et de vestimento quid solliciti estis? considerate lilia agri, &c. Quòd externa sanctitatis pulchritudine instar liliorū decora reddatur pia anima, 352.2.c
Quòd vestimentum, de quo paresti, vt solliciti simus, sit Iesus Christus, 667.1.a & seq. sintque, & virtutū opera & in primis subiectio, & obediētia, 668.2.c & seq.
Virtutes quam congruentiam habeant cum vestimentis, 675.1.b
Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Vide huius loci explicationem, 694.1.a & 2.a

93 In Euangelium Dominicæ 15. post Pentecostem.

Vide in Feria quinta post Dominicam 4. Quadrag. in qua hoc ipsum legitur Euangelium.

94 In Euangelium Dominicæ 16. post Pentecostem.

Cùm intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem. Quòd Iesus, qui ab æterno erat in accubitu, & conuiuio suæ fęlicitatis, vt habes, 185.1.c & seq. Inuitatus veniat in vnamquamque animam ad manducandū, quidvè ibi manducet, 773.2.c & seq.
Quòd quando diebus festiuis accedimus ad communionem, ingreditur Iesus in domum nostram, manducare panem, quave ratione, 731.2.d & seq.
Quòd panis vocabulo designetur cibus quilibet, 744.1.c
Et ipsi obseruabant eum. Inter alias rationes, ob quas Christus venit in mundum ea est præcipua, vt haberemus, cuius gesta obseruaremus, 52.1.a & seq.
Ita vt illius humanitas propterea dicta sit turris Dauid, & tanquam Pharus quædam, quam obseruaremus viatores, 587.1.c & seq.
Quomodo anima religiosa obseruare dicatur Christus in fratribus religionis suę, 980.1.a & sequen.
Quomodo quamcumque in tali obseruatione viderit in aliis monasteriis obseruantiam apprehēsam in suum deferat monasterium, 985.1.c & seq.
Pessimā extitisse obseruantiam Pharisæorum, qua hic Christum obseruasse dicuntur, cum per prauam intentionē prauum reddatur, & quodcunque opus, 219.1.d & seq.
Vt bonum sit opus aliquod faciendum ex charitate, 515.2.b
Quomodo Angeli obseruent Deum assistentes diuinæ mensæ, 259.2.b & seq.
Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.
Quod peccator eatenus peccati decoloretur nigredine, & morbo, quatenus non est ante Christum, 102.1.a & seq.
Quòd is, qui oblique ambulat coram Deo, efficiat, vt Deus pariter cum illo oblique procedat, 102.2.b & sequen.
Et respondens Iesus dixit ad legis peritos, & Pharisæos. Respondendi verbum duplicis sensus, 350.1.c & sequen.
Si licet Sabbato curare? Quòd dies festos constituerit Dominus, vt in illis quieta beneficiorum eius indulgeretur meditationi, 73.1.d
Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Quàm diuersimodè se habeant stulti ac sapientes in prælaturis ambiendis, 109.1.c & seque. & 119.1.c
Supereminentiam vnde, & in quo sibi censere debeant Prælati, 578.2.c
Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat,

llas,&c. Vide quæ notata sint super Euang. Dominicæ x. post Pentecostem & feriæ 3. post Domin. secundam Quadrag.

95 In Euangelium Dominicæ 17. post Pentecostem.

Interrogauit Iesum vnus ex eis legis doctor tentans eum. Quàm bene ab Apostolo dictum sit, scientia inflat, charitas autem ædificat, 386.2.d & 627.1.e & seq. & 716.2.b & seq.

Magister, quod est mandatum magnum in lege. Quod Christus sit vnus Ecclesiæ magister, quia per illum solum scripturarum intelligentia exhibeatur. 67.1.b & seq.

Quòd idem ita magister sit noster, vt sit simul & Rex. ibid. 2.c & seq.

Ait illi Iesus, diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. De hoc præcepto, quíve sit illius intellectus habes, 294.1.e & seq.

Qua ratione diligere debeamus Deum. 128.1.b & sequen.

Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile huic. 294.1.a & seq.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quòd charitas in Deum atque in proximum æqualis in nobis esse debeat instar duorum gemellorum, 603.2.c & sequen.

Quamquam vniuersi piæ animæ amores sint in vnũ Deum directi, 604.1.e & seq.

Quòd ad perfectam animæ pulchritudinem necessarij sint isti duo amatores. 887.1.c & seq.

In his duobus mãdatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ. Quam aptè sub duorum vberũ metaphora duo designentur amores, in Deum, atque in proximum. 602.2.a & seq.

Quòd duo ista charitatis præcepta sint duo crura, & duæ columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas. 859.1.e & seq.

Quod charitatis præceptum sit compendium totius legis, quia charitas est ornamentum omnium virtutum, 516.1.b & absque illa nil roboris quidquã habet apud Deum. 824.1.c & 964.2.b

Quòd tota Scriptura sacra excitet ad charitatem. 62.1.d & seq.

Qua ratione charitas sit vexillum in acie virtutum. 394.2.d & seq.

Vide notata super Euang. Dominicæ 12. post Pentecost. & Indicem rerum vt ibi.

Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? dicunt ei, Dauid. Quòd Christus vt filius Dauid fuerit Rex, & caput Ecclesiæ, 305.1.e & seq.

Et nemo poterat ei respondere verbum. Ex occasione istius sententiæ poteris hoc loco agere de eximia Christi sapientia, deque sapiẽtia diuinorum in genere, de qua plura habes, 704.1.c & seq.

96 In Euangelium Dominicæ 18. post Pentecostem.

Venit Iesus in Ciuitatem suam. Quòd eos, qui nobis proximiores sint, maiori prosequi debeamus charitate, 302.1.e & seq.

Sicuti & Apostolum Beatum fecisse legimus, 507.1.c & seq.

Et gloriosissimam quoque Virginem maximè sedulam pro conuersione Iudaici populi. 812.2.d & sequen.

Cum Capharnaum dictum sit Ciuitas Iesu, nõ quia eius dominium habuerit terrenum, sed quia frequentius in illa degerit, miraque operatus sit, exaggerare potes primam hanc appellationem, prout aliam appellationem similem à Bernardo exaggeratam habes. 372.2.c & seq.

Tum ostende quomodo & pia quæque anima eiusdem Iesu, & Dei ciuitas dici queat, vt habes, 877.1.c & seq.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Nouum ac admirabile proponi, vt reperti sint, qui præ charitate adiuuerint hunc paralyticum, cùm paralyticus ille alter, dixerit, *Hominem non habeo, qui, &c.* proba ex significatu dictionis, *Ecce*, de quo habes, 2.12.1.e

Quod per peccatum, æque ac per paralysim anima reddatur inepta ad bene operandum, 365.1.a & sequen.

Quomodo anima per peccatum iacere dicatur, 818.1.e & seq.

Quod lectus, in quo peccator iacet, sit terrenorum copia, atque voluptas, 429.2.b

Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Quòd ad aliorum orationes confugiendum sit. 824.1.a & seq. Quamve illæ sint proficuæ. 825.1.a

Quòd fides sit oratio efficacissima, 659.2.c & seq.

Quod illam orationem vidisse potius, quam audisse dicitur Iesus, quia fides est facies Ecclesiæ, & animarum, vt habes, 400.1.a & quia eorum fides erat transformata in charitatem, vt habes. 534.1.a & seq. Et quia fides illa operans per dilectionẽ, erat fasciculus coccineus aspectui obiectus, 563.1.d

Quàm aptè orationes ad Deum emissæ pro peccatoribus dicantur aromata, & incensum directum in conspectu illius, 657.2.a

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Quòd ægritudines, & tribulationes sæpe eueniant propter peccata, tametsi id haud semper ita sit, 82.1.e & seq. & 83.2.d & seq.

Quòd optimè hæc duo iungantur, confidentia, id est, exclusio ac effugatio humani, seruilisve timoris, & remissio peccatorum, cum & timor hyems quædam sit, vt habes 360.2.c. & seq. & peccata pariter sint hyems, vt habes, 364.2.e & seq. & ambo ad Christi veri Solis conuersionem, atque intuitum deficiant, vt habes, 361.1.c & 363.2.e & seq.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala, &c. De acutissimo Christi intuitu, propter quem dictus est similis capreæ, 541.1.c

De malis cogitationibus capiendis, atque fugãdis, 407.2.c & seq. & 411.2.b

Quomodo cogitationes dicantur fieri in corde, & a corde potiùs quàm à mente, 541.2.e & seq.

Vt autem sciatis, quia filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata tunc ait paralytico, Surge. Quòd Christi opera diuinitatis potestatem, in illo indicarent, 851.2.a

Ex eo, quod Iesus magis respiciens fidem eorũ, qui ei obtulerunt paralyticum, quam malitiam eorũ, qui aduersus se murmurabant, haud indignatus est, sed misericordiam pleniorem in paralyticum ipsum exhibuit, tractare potes, quantum is ad misericordiam propensior sit, quàm ad indignationem, qua de re habes, 71.1.e & seq.

97 In Euangelium Dominicæ 19. post Pentecostem.

Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Quàm aptè cœlestis fœlicitas explicetur metaphora comestionis, ac potus, lautiq; con-

conuiuii,763.1.c & seq.vbi octo afferuntur rationes,& congruentiæ talis metaphoræ.
Quomodo in Incarnatione cœlestis pater fecerit nuptias filio suo,quando verbum caro factum est, & humanitatem sibi vniuit in sponsam, carnis diademate coronatum, 518.1.b & seq.& fusius, 278.1.a & seq.& 752.1, d & seq.
Quomodo & in die Natiuitatis Domini eædem celebratæ sint Christi nuptiæ, 525.1.a & seq.
Quòd in Cruce eædem cum Ecclesia celebratæ sint Christi nuptiæ, 523.1.c & 996.1.a & 997.2.b & seq.& 737.2.a
Quòd nuptias item celebrarit Christus cum Ecclesia,&cum deuotis animabus in sanctissimo Eucharistiæ conuiuio;519.1.e & seq.
De nuptiali autem conuiuio isto vide, quæ notata sunt in Euang.Dominicæ 2.post Pentecostem.
Quòd nuptiæ pariter cùm Ecclesia celebratę sint in die Pentecostes,520.1.e & seq.
De matrimonio spirituali inter Christum,& Ecclesiam,414.1.c & seq.Insigne discrimen istius matrimonii à matrimonio carnali,957.2.a
Quòd matrimonium istud sit indiuisibile,& inseparabile4.15.2.c
De nuptiis,& desponsatione animæ cum Deo, 280.1.a & seq.
Quomodo hæc despõsatio dicatur fieri per fidem, cum videatur fieri potius per charitatem, 281.1.a & seq.
Quomodo vno charitatis actu anima fiat & mater, & sponsa Christi,525.1.a & seq.
Quod cum eadem pia anima Christus sponsetur in tribulationibus,523.1.c & seq. De conuiuio istarum nuptiarum,750.1.c & seq.
Quod Christus sponsæ suæ tradat semetipsum pro annulo,1000.2.c & seq.
Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Quod tempore nuptiarum Incarnationis Verbi missi à cælesti Rege fuerint Patriarchæ, & Prophetæ, vt vocarent Iudæos ad dictas nuptias, 383.2.c Vide & 349.2.d & seq.& 118.2.b
Iudaicum populum quam frequenter Deus enixus sit reducere ad rectum tramitem.768.1.c& seq.
Et nolebant venire. Quanta peruicacia Iudæi obstiterint diuinis vocationibus,& Prophetarum vocib. abijcientes verum Dei cultum, 785.1.c & seq.
De resistentia vocatorum,qua obsistunt diuinis vocationibus ad nuptias gratiæ,& Eucharistiæ,atq; æternæ fœlicitatis,787.2.b & seq.
Quod mũdani renuunt venire ad nuptias veræ beatitudinis, dum illam malè quærunt in voluptatibus sæculi,431.2.c & seq.
Iterum misit alios seruos dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui. De missione Apostolorum ad prædicandum Euangelium, inuitandumq; vniuersos ad nuptias gratiæ, 352.1.d & seq.
Quod prandiũ paratũ in nuptijs Incarnati Verbi fuere dicta,factaq; Christi, seu potiùs virtus,atque potentia,quæ in illis elucebat,717.1.d & seq.
Tauri mei,& altilia occisa sunt,& omnia parata,venite ad nuptias.Quod Christus gratiam nobis meruerit, gratiæve conuiuium instruxerit per passionẽ suam,203. 1.b & Vide & 41.2.a & seq.quod virtus nominis Iesu exhibita sit in illius passione, & morte.Vide & 209.2. b ex Christo lancea compũcto gratia præfluxerit.
Quomodo Christus in passione sua messuerit myrrham afflictionum lætissimum agens epulum,736 2.d & seq.
Quod in eadem passione triplex Ecclesiæ exhibuerit munus,triplexque eidem parauerit conuiuium nuptiale,737.2.d & seq.& 745.2.b & seq.
Quod passiones suas Christus melleas reddidit contemplatiuis,751.1.d & seq.
Quod passione sua parauerit nuptiale beatitudinis conuiuium,ibid,b & seq.
Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, & alius,&c. Mundana relinquenda vna cum propria voluntate,vt ad Christi nuptias accedamus, 436.1.d & seq.
Quod Iudaicus populus Christi nuptias neglexerit totus terrenus existens,429.1.e & seq.
Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Iudæorum populus quam male sanctos tractarit Prophetas,820.1.b
Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi, &c.
Vide istud explicatum,755.1.a & seq.
Amice quomodo huc intrasti absque veste nuptiali?
Quod charitas sit vestis, ac ornatus nuptialis Christi,atque piarum animarũ,523.2.b & seq.& 877.1.c & seq.

98 In Euangelium Dominicæ 20. post Pentecostem.

Erat quidam regulus,cuius filius infirmabatur, Capharnaum. Quam præstãtior,quocunque mundi Rege sit Christus non tantum vt Deus, sed etiam vt homo,269.1.b & seq.
De diuersa regnandi ratione,qua Christus regnat, quave Reges mundi,525.2.b & seq.
Filius reguli infirmabatur propter bonũ tum patris, cuius totum cor in illum erat filium, tum ipsiusmet filii,qui iuuenili robore, & sanitate abutebatur.Est namque in more Deo, vt peccatorem conuertat,plerumque in iis eum flagellans, ijsve eum priuans,per quæ is peccare solet,799.1. d & seq.
De singulari ratione, qua per flagella etiam principes capit Deus instar venatoris, 798.2. d & seq.
Infirmabatur reguli filius Capharnaum, quod (vt ait Hieronymus in lib.de nominibus Hebr.) interpretatur ager, seu villa consolationis; quia voluptates,& deliciæ diuitum sæculi causant infirmitates,& dolores etiam in corporibus.22.2.a & se.
Cum infirmitas ista fuerit febris, vt colligitur ex subsequentibus, tracta De magnis animæ febribus concupiscentiæ, & passionum, deque earum æstibus,90.1.c & seq.
Quod febres istæ sint cum frigore,& algore,quatenus peccatum frigidissimum suscitat concupiscentiæ flammas,717.1.d & seq. & 716.2.e
Posses etiã hic agere de bona charitatis febre, quã optare debeant fideles quique. Quod ea febris fit à calore,& igne perficiente, 307.1.b & seq.
Quod hac languens vera cum deliquio Ecclesia dicatur ægrotare languore mortali, 305.1. d & seq. Et quomodo illi succurratur, ibid.2.b Qua ratione eadem afferat ipsum deliquium, & mortem, 305.2.d & seq.
Quod hac febri languens sit similis phrenetico, 824.1.e
Hic cum audisset, quod Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum & rogabat eum.
Quod in itinere nostro ab studium orationis habeamus Iesum præeuntem,617.2. b & seq.
Quod tribulationibus,& ærumnis Deus excitet plerumque animas ad charitatem, 995.2.b & seq.
Rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius.
Cum exiguam suam fidem in hac oratione indicaret Regulus,haud credens Iesum posse sanare verbo

bo solo, potes agere de conditionibus fidei perfectæ, vt habes, 453.1.e & sequen.
Incipiebat enim mori. Quod haud expectanda mors sit ad pœnitentiam, 398.2.a
Quòd anima languens febre concupiscentiæ incipiat mori, quavè ratione, 86.1.d & seq. & fusius, 98.2.c & seq.
Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis.
Signorum euidentiam in credendis quærere, quã sit malum, 429.1.a & seq. & 434.1.a & seq.
Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat.
Qua ratione eundum sit per fidei iter, 149.2.d & sequen.
Quod in rebus fidei voluntas præcedere debeat intellectum, ibid.b
Fidem debere habere adiuncta opera, 217.2.c & sequen.
Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit, &c.
Quòd verbum, & vox Dei ita sint operatoria, vt idẽtificentur cum illius manibus, 954.2.c & seq.
Et credidit ipse, & domus eius tota. Bona Prælatorum exempla quantum valeant, 579.2.a & seq.

99 In Euangelium Dominicæ 21. post Pentecostem.

Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit, &c.
Regni cœlorum nomen optime competere Ecclesiæ, tum quia est sponsa Christi, estque voluptati Deo, 689.2.b tum quia summam habet concordẽ fidelium participationem, ibid.d tum quia in medio sui Deum habet vnientẽ multas Ecclesias particulares, 690.1.b tum quia è cœlis descendit, & in cœlis suum habet fundamentum, 577.2.b & 627.1.c & seq. tum quia est cellarium cibariorum, thesaurorum, & mysteriorũ Dei, locusque in quo diuino vacatur amori, 62.1.e & seq. tum quia terrenam omnem superat pulchritudinem, 210.2.c & sequen.
Vnde & dicitur pulcherrima mulierũ, & inter omnes gentium collectiones, 148.2.e & sequẽ. Tum quia, vna est ex diuersis sanctorum generib. 471.2.b Tum quia vt est in istis sanctis, nihil in se habet, quod non sit pulchrum concinnum, res delectabilis, 692.1.e Tum quia est tabernaculũ, in quo fidelis commorantur cum Deo, 81.2.b & seq.
Vide & quomodo similis eadem sit Ierusalem cælesti, cælestibusve spiritibus, 879.1.e & seq. & 85.2.c & seq.
Qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Quanti facere debeamus Dei Beneficia, cum eorum reddituri simus rationem. Vide 73.1.b. & seq. & 74.1.b. vbi de eorum memoria, indeq; aliqua colliges.
Oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.
Si de debito, quod cum Deo habemus, pro illius beneficiis agere velis, Vide 292.2.b & seq. quàm ingens sit eorum numerus pęnè immensus.
Quod si agere volis de debito peccatorum, vide de peccatorum grauitate, 780.1.d 2.e vbi habes, illa ex natura sua eo tendere, vt si fieri possit, Deum, eiusve charitatem è medio tollant. Vide & 719.1.b. Quomodo eadem sint maxime noxia charitati.
Quod per peccatum anima priuetur omni bono, quod habebat. 364.1.e
Quam grandem maculam idem inferat animæ. 85.1.a
Quòd tanta sit vniuscuiusq; mortiferi peccati vis, vt murum rumpat diuinæ protectionis, quem nec totius mundi atque Inferni vires dirumpere possunt, 1038.1.e
Cum autem non haberet vnde redderet. Quòd humana natura nullatenus Deo satisfacere poterat per semetipsam, atque adeo per Christum à peccatis extrahi efflagitabat. 51.1.e & seq.
Pat entiam habe in me, & omnia reddam tibi.
Quam opportune ad patientiam Dei confugiat peccator, atque ad misericordiam, quam sæpius expertus est, esse quam maximam, vt habes, 931.1.a & sequen.
Quòd peccator omnia redditurum Deo se polliceri libere queat, cõfidens in meritis Christi, cum omnis Christi actus offerri ab illo possit pro sacrificio acceptissimo, 861.2.a cumque per eiusdem Christi sanguinem Regem se nouerit constitutum, vt habes, 938.1.b
Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum demisit ei. De prõpta, & immensa Dei erga nos misericordia agere, si velis, vide in indice rerum verb. *Misericordia Dei.*
Quòd oratio habeat vim immutãdi sermones Dei, prout ex hoc loco colligitur, 954.2.b Vide & 637.2.e & seq.
Quod orationem humilem adeo liberaliter exaudiat Deus, vt concedat plusquam petatur, vt fecit debitori huic. 338.2.d
Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis qui, &c. Quod inde anima habeat, vt in peccata decidat, ac præcipuè, in scelus crudelitatis, & immisericordę, quia egreditur, & auertit se à facie Dei. 363.2.a & seq.
Sicut è contra inde perfectionem contrahit, quod ambulet coram Deo, atque cum Deo, 399.1.a
Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec, &c. Tantam is admisit inhumanitatem, quia expers erat charitatis, qua superantur vitia omnia, hocve in primis, vt habes, 512.2.e

100 In Euangelium Dominicæ 22. post Pentecostem.

Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt. Qua ratione peccatores Deum offendentes abire dicantur egrediẽtes a consortio Dei. 157.2.a & se. & 658.1.c & seq.
Quomodo & hæretici adhærentes abeant egrediẽtes, & discedentes à Christo, ibid.d & seq.
In consilijs, & consultationibus quam abesse debeant passiones, 551.1,e
Quibus destitutæ sunt conditionibus, quæ prauæ fiunt consultationes & consilia, 550.2.d & seq.
Quod defectus bonæ consultationis interitum prænunciet, ibid.1.e
De eiusdem bonæ consultationis necessitate, 549.2.d & seq.
Quod per peccata deprauetur, & corrũpatur quod libet consilium, 550.2.c
Vt caperent Iesum in sermone. Quantum cauere debeamus, ne capiamur in sermone, 561.1.c & seq. & 681.1.c Vide & 563.1.e & seq.
Capiendi verbum sumi pro obseruare, 406.2.c
Magister, scimus, quia verax es. Quomodo capiendi detractores, & adulatores, qui sunt vulpes paruulæ, 411.2.a
Quòd Christus singulari ratione fuerit Magister, vtpote cuius verbis obtemperandum esset vt Regi, 61.2.e & seq.
Quàm rectè idem Christus verax dicatur, qui illiũ est verum, ipsaque veritas, quam & eius verba sonant, 847.1.c & seq.
Et viam Dei in veritate doces. Quod Christi humilitas instar turris eleuata sit, & vt pharus verãm edocens

cens viam Dei, 587.2.c & sequenti.
De excellentia doctrinæ Christi, vide in Indice rerũ verb. *Doctrina Christi*.
Quòd bonus quisq. Ecclesiæ Doctor, ac Prędicator viam Dei docere debeat in veritate, exemplo, & sancta sua conuersatione, comprobans verum esse quod docet. 813.1.c & seq. & 556.2.c & 665.1.c & 674.1.e
Cuius est imago hæc, & superscriptio? Quod quęlibet anima fidelis in baptismo signata sit imagine Dei, quave ratione, 1003.1.d & seq.
Quod cor animæ fidelis debeat esse vt nummus impressus imagine Christi crucifixi, 1002.1.d. Easve solas dictę animę orationes, atq; opera pro cęlesti emporio aliquid esse valoris, quæ eadem obsignata sint imagine, ibid.c & seq. Vide & 1034.2.a
Quod idem cor debeat esse obsignatum, superscriptione Dei per impressionem legis illius, 1004.1.a & seq. Quodve ipsa Dei lex sit instar characterũ typographiæ, ibid.e & se. Descriptio, & impressio ista quomodo tollatur, ibid.2.b & seq.
Quòd pia anima in se veluti in speculo habeat Dei imaginem, 225.1.d & seq. & 403.2.c & sequen. & 873.2.a
Quòd Deus eam intueatur, vt ipsam perficiat. 403.2.c
Quod eamdem habeat intentione recta in se susceptam, 219.2.a Quin per eam ipsam rectam intentionem deprædetur illam quodammodo à Deo. 220.1.b
Quòd eamdem habeat per dilectionem, qua in contemplatione in Deum ipsum transformatur. 634.1.e & seq.
De imagine Dei in anima nostra quoad substantiam, 1031.2.c & seq.
De eadem Dei imagine in anima per perfectionis similitudinem exhibita, 888.2.b & seq. Quòd perfectio ista sita sit potissimùm in charitate, 295.1.d & seq. Atque in misericordia, 71.1.a & seq.
Quod ista Dei similitudo, & imago tollatur per peccati maculam, quæ est ipsamet nigredo, & tenebrę. 85.1.a & seq. Idque vi Solis concupiscentiæ animã ipsam decolorante, 98.1.b & seq. Necnon & vi sensuum. 114.2.b & seq.
Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.
Quòd anima iusti reddenda sit Deo, tum quia illo solo sit digna, 958.2.b Tum quia & illius formosa, & amica, 354.2.b Tum quia est illius domus, 246.2.a & tabernaculum Christi, 89.1.b Tũ quia est illius lectulus. 478.1.a Tum quia est illius ferculum, 502.1.d tum quia est eius curtus, 903.2.a b Tum quia est illius vnica, & sola dilecta. 417.1.d & 419.2.d Tum quia illius vexillum habet super se eleuatum, vt super propriam illius arcem. 299.1 e & seq. Tum præcipuè, quia est illius sponsa. 627.1.c & seq.
Quòd quæ corpori sunt necessaria, haud illi deneganda sint, sicut nec omittenda sunt quæ necessaria sunt ad curam domesticam ob orationis studium, 883.1.a & seq.

101 In Euangelium Dominicæ 23. post Pentecostem.

Filia mea modo defuncta est. Qua ratione anima nostra sit filia principis, atque Dei. 914.1 e & seq.
Quòd anima nostra eatenus viuere cẽsenda est, quatenus Deum sibi habet vnitum, qui eum in ipsa habet locum, quem anima ipsa habet in corpore, 128.2.a & seq. quemve habet & cor. 599.1.a
Quòd per istiusmodi Dei præsentiam ita viuat anima nostra, vita gratiæ, vt idonea reddatur ad omnia, 752.2.c. Habeat motum, quo velocissimè currat ad bene agendum, 146.1.d & seq.
Habeatque & sensationem omnium sensuum, vt patet in anima illa, quæ sponsa est Christi, cuius visum acutissimum habes, 335.1.d & seq. Cuius visus fidei oculos commendatos habes, 217.2.c & seq. Cuius auditum habes, 771.2.a & seq. & 334.2.d & seq. Cuius odoratum habes, 75.1.a & seq. Cuius gustum habes, 282.1.d & seq. Cuius demũ & tactum habes, 456.2.c & seq. & 458.1.c & seq. & 978.1.e & seq.
Quin per eumdem Deum habet & respirationem ipsam, 585.2.b & seq. & omnimodam lætitiam in omnibus potentiis, 227.2.a
Quòd à sensibus morte afficiatur, hæc anima, 113.2.e & seq.
Istam animæ mortem esse ex peccato, quo Deus ipse fugatur ab anima, vt habes, 719.2.e Quodve est maximè noxium charitati, in qua vita ipsa est sita, 719.1.b
Quamobrem haud mirum, si per illud & ineptæ reddi dicantur omnes animæ potentiæ, 364.2.c. Et anima priuari omni bono, quod habebat, 365.1.a
Sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.
De impositione, & extensione manus Dei per flagella, quibus anima ad pœnitentiam reuocatur, atque ad gratiam plura habes, 797.2.b & seq.
Et surgens Iesus sequebatur eum, Quàm cito Deus accurrat ad orantem animam, 338.2.d & 739.2.c
Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit, &c. Quomodo hæc mulier non minus traxerit Christum, ac Princeps prædictus, 57.2.a Qua ratione eadem per suam viuam fidem à Christo sanitatis virtutem sit deprædata, 218.1.b & seq.
Necnon & eumdem vulnerauerit, tangens duntaxat fimbriam vestimenti eius, 641.2.d vide ibi. a & seq. de hoc vulnere Dei.
Confide filia fides tua te saluam fecit.
Si de fide agere velis, vide in indice rerum verbo fides.
Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit.
De dormitione, & somno contemplationis, plura habes 765.2.c & seq.
Quòd à Christo arceantur, qui hunc somnum impedire satagunt, 325.2.b & seq. & 329.2.b & seq.
Et tenuit manum eius, & surrexit puella. Quod ad tactum diuinæ manus surgat per pœnitentiam anima, quæ per peccatum defuncta erat, 800.1.e & seq. & 811.1.a & seq.

102 In Euangelinm Dominicæ 24. post Pentecostem.

Cum videritis abominationem desolationis, stantem in loco sancto. Tunc, &c. Quod abominationis huius nomine significetur peccatum, quo desolatur anima ab omni bono, vt habes 365.1.a. Tum quia abominatur illud Deus, haudquaquam cum illo stare ferens in anima, 364.2.a & 719.2.e
Tum quia abominantur illud, & Angeli, ita vt & ipsi ad illius aspectum diffugiant, 260.1.d & seq.
Tum quia abominantur illud & homines, cum quibus nos viuere contingit, agnoscentes id maximè noxium charitati, 719.1.b
Tum quia abominantur illud etiam irrationales, in-

Insensibiles, necnon & inanimatæ creaturæ omnes, ita vt vix cum illo stare queant, 800.2.c & seq.
Tum demum quia ipsum in semet vndequaque est admirabile ob turpissimam, quam infert summæ nigredinis maculam, de qua, 85.1.a & sequen, & 89.2.a
Ob consputcationem, qua æquè ad fœdum lutum omnia deturpat, 364.2.c
Ob fœtorem cum fimo rectè comparetur, ac stercori. 251.1.c
Et denique ob innumera, quæ ex ipso proueniunt in animam damna, quorum aliqua habes, 719.2.b & sequen.
Quidni abominabile non sit peccatum, quod iugibus tentationibus animam concutit? 365.1.d
Quod instar parietis separat eamdem à Deo suo. 344.2.c
Quod flagellorum Dei obiectum quasi peculiare nos reddit? 264.3.d & seq.
Quod vel impenetrabilem diuinæ protectionis dirumpit murum, 1038.2.e
Quòd denique & Deum, si fieri posset, è medio tollere vellet, 780.1.d
Quidni veram illud non dixerimus abominationẽ, cuius sordes putredinem, summumque dolorem toti exhibent Ecclesiæ? 548.2.a
Fœtidumque ac putridum, vel prudentissimi cuiusque iudicium reddunt? 727.1.a
Cuius & corruptio tãta est, vt iure optimo mors ipsa dicatur. 115.2.e & seq.
Stantem in loco Sancto. Quòd peccatum in iis, qui sanctiorem profitentur vitam, firmius, altiusve ster, atque insideat, 710.1.e & seq. Vide & 142.1.d & seq. & 144.1.b & seq.
Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Quod videntes casus sanctorum in peccata, fugere debeamus ac claustra religionum, Montes Bather, & Bethel, aromatum, atque conuallium, 412.2.e & seq.
Necnon & ad studia mortificationis, & deuotionis, Mõtem myrrhæ, & collem thuris, de quibus, 610.2.b & seq.
Atque ad studia meditationis passionis Christi aliarumque meditationum, de quibus 615.2. e & seq.
Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Vide 786.1.b & seq.
Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme. 365.1.b
Quàm congruè hyemis metaphora designetur peccatum, 364.2.b & seq.
Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret, &c. Ita. &c. Iudicium finale quanta celeritate sit faciendum, 1052.1.a
Tunc apparebit signum filii hominis in cœlo, 375.1.c
Ab arbore autem fici discite parabolam Cum iam ramus, &c. ibid. 2.a
Vide notata in Euang. Dominicæ primę Aduentus.

PROPRIVM SANCTORVM.

163 In Euang. & festum S. Andreæ Apostoli.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilea. Quomodo iuxta mare huius mundi ambulandum nobis sit in nostra conuersatione, 399.1.a & 680.2.b
Vidit duos fratres. Quod Christus visu, aspectuq. suo animam perficiat. 97.1.a & seq. cum sit similis aspectui Solis, ibid.
Quàm diuersa per eumdem Christi intuitum perficiantur, 95.1.a & seq.
Quod intuitu isto Christi internæ immittantur in animam Dei inspirationes, 336.1.e & seq.
Aeque enim ac Sol Christus per sanctas inspirationes, vti per radios à se emissos ingreditur in ipsam animam, 345.1.a & seq.
Quicquid mali in anima extiterit, id omne exinde prouenire quod vel non admittitur Christi intuitus, 102.1.a & seq, Vel male idem admittitur, 102.2.b & seq.
Quæ sint quæ aditum præcludunt huic Christi aspectui, 344.2.c & seq.
Duo fratres. Super fraternam dilectionem in hac Apostolorũ electione intuitũ suum in primis direxit Christus, quia vocandi ii essent ad prædicationem Euangelii, quod lex est amoris, & fraternæ itẽ dilectionis, qui in charitate fundati essent, vt habes, 19.1.b & seq. & 295.1. d & seq. & 315.1. a & sequen.
Et ait illis, Venite post me. De Apostolorum vocatione ad iter prædicationis Euangelii plura habes, 352.1.d & seq. Vide notata in illud Euangelii Ascẽsionis Domini, *Euntes in mundum vniuersum prædicate, &c.*
Quòd post Christum ire, & currere nequeat quispiam, ni ab illo trahatur, 58.1.b
Quàm bene adiectum sit, *Post me,* cum imitari quidem Christum possimus, æquales tamen illi esse nequeamus, 55.2.a & seq. Vide & 355.2.a
Faciam vos fieri piscatores hominum. Quòd vocationes Dei vt plurimùm sint secundum cuiusque inclinationem, 343.2.c. Vide & 802.1.a. vbi habes, quomodo Deus quamlibet vel minimam occasionem accipiat, vt nobis benefaciat.
At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.
Quòd Deus dum efficaciter vocat quem, det simul & vocationis effectum, 357.1.d
Quomodo Christus velocissime traxerit homines veniens in mundum, 52.2.a
Quòd tracti à Christo sequimur eum libere, 52.1.e
Quod obedientia perfecta fiat conspicua omnibus promptitudine, & hilaritate, 391.1.c
De obedientiæ gradibus septem, 175.1.b & seq.
Quod obediens verus ad simplicem nutum intelligat prælatum, 449.1.c
Quòd idem iure optimo à Deo præficitur aliis, 180.1.a
Vide in Indice rerum, verb. *Obediens, & obedientia.*
Quod mundi, ac mundanorum contemptus causetur animæ per Christi intuitum, 884.2.e
Quòd spernens mundum spernet intrinsecus spem cælestium præmi[illegible]um, 536.1.a
De retibus, & laque[illegible]uius mundi, super quæ eminere debeamus [illegible] Christi incitationem. 349. 1.c & sequen.
O bona crux diu desiderata, &c. Quod per Christum facta sit metamorphosis amarissimæ myrrhæ passionũ in dulcissimum & optatissimum quodque, 749.2.a & sequen.
Quòd ærumnæ, quæ tolerantur pro Christo, sint leuis fasciculus portandus inter vbera, 199.1.d
Quod eadem sint lectulus pacatissimus, 475.1.a & sequen.
Quòd sint præcipuæ iustorum deliciæ, 940.1.b
In iis quale gaudium percipiatur, 523. 2.e & seq. & 1039.2.c
Quòd crux fuerit currus triũphalis Christi, & quomodo is tractus sit, 449.2.b

FESTA DECEMBRIS.

Pro festo Sancti Ambrosii Episcopi vide notata super Euag. *Vos estis sal terræ.* In communi Doctorum.

114 In Euangelium & festum Conceptionis B. Mariæ.

Liber generationis Iesu Christi. Quòd Christus saliens in montibus venisse dicatur, quatenus in Mariæ vterum venit, quæ ortum duxit à Patribus, montium nomine designatis, 337. 1. c Vide & 478.1.e ex Ruperto Abb. Mariam ob idipsum dictam fuisse lectulum Salomonis, quem ambierint sexaginta fortes.

Filii David. Cui facta est promissio Christi, quando decreuit ædificare templum Domino.

Quòd Maria fuerit formosa sicut templum Dei. 90.1.e

Filii Abraham. Cui item promissio à Deo facta est Christi ob triplicem virtutis actum, quem prompsit in immolatione filii sui Isaac: fidei, ex propriationis eius, quem habebat in mūdo charissimum, vnigeniti filii; è corpore suo emortuo oriundi: Et perfectissimæ obedientiæ. Quibus tribus actibus & Maria tres alios etiam in primo instanti suę conceptionis prompsit similes, & multo perfectiores, atq. adeo hic agere potes de hoc triplici actu.

De fide illius Vide in indice rerum, *Maria fides.*

De eiusdem ex propriatione sui ipsius per propositum virginitatis. Vide in indice rerum, *Maria Virginitas.*

De obedientia quoque eius, vide in indice rerum, *Maria obedientia.*

Iudas autem genuit Phares, & Zaran de Thamar.

Mariæ collationem egregiam cum reliquis mulieribus habes, 265.2.c & seq.

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

De Mariæ maternitate plura notata habes in indice rerum verb. *Maria maternitas.* & verb. *Maria Virginitas.*

Quod Maria fuerit Ciuitas Regis, in qua Deus suam constituit sedem, suumque vexillum, 301.2.a & sequen.

Quòd Maria fuerit Paradisus secundi Adam, quin & paradisus paradisorum, similisque paradiso cęlesti, 697.2.c & seq.

De voluptate, quæ percipitur ex ea, vt Paradiso, 953.1.b & seq.

De eximia illius sanctitate, immunitate ab omni peccato, & gratiarum copia. Vide plurima in indice rerum, *Maria gratia, & sanctitas.*

Quòd Maria vulnerata sit charitate. Vide in indice rerum, *Maria charitas.*

Pro festo San. Lucię Virgin. & martyris Vide notata super Euangel. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito.*

In communi SS. Virginum & Martyrum.

105. In festum Expectationis Bea. Mariæ Virginis.

Quoad Euangelium, Vide quæ notata sunt super illud in festo Annunciationis eiusdem B. Virginis.

Quod Ecclesia Verbi Incarnationem, à mundi exordio desiderarit, 894.2.d Vide & 5.1.d & sequē. & 13.1.c & seq.

Quam ardenter eamdem desiderarint Patres antiqui, 440.2.b & 980.2.a & 733.2.c & 961.2.c

Quòd eadem fuerit maximè omnium desiderabilis, & desiderata, 277.2.b & seq.

B. Mariam super omnes illam ipsam desiderasse, 12.1.a & seq.

Quomodo, quamve hæc Incarnatio fuerit necessaria. 50.2.b & sequenti, & 380.2.d 277.2.e & sequenti.

Quomodo illam meruerint Sancti Patres, 645.1.b atque in primis Beata Virgo Maria, ibidem, a & sequen.

Quòd Maria accelerarit ipsam Incarnationem abstrahendo Verbum quodammodo à Patre, idque sua charitate, fide, & humilitate, 645.1.c & sequenti.

Quòdve tunc & dementatum quodammodo reddiderit Deum, 646.1.c & seq.

Quòd Maria vacans contemplationi mente versabat Incarnationis mysterium, 266.1.d

Quodve qui idem contemplari velit, necesse sit, vt egrediatur, 518.2.e

Mariam per Incarnationem sponsatam cœlesti Patri, 284.2.c & seq.

Sponsam Christi eamdem esse triplicitér, 628.2.d & sequen.

Quomodo eadem soror, & sponsa Dei. 645.2.d & 647.1.a

Quàm congruè eadem Incarnatio dicta sit Christi desponsatio, 519.2.c

Cùm per illam sponsarit Ecclesiam, 47. 2.d & sequenti.

Quòd ex eius opere intelligamus Deum factū sponsum animarum, 850.2.c

Illius motiuum, & causam extitisse Dei bonitatem, hominumque miserias, 781.2.d & seq.

In eius quippe opere exhibitum est cor Trinitatis vulneratum ex amoris vehementia, 647.2.d

Illiusve beneficium est optimum diuinæ bonitatis indicium, 29.2.c

Ac præstantissimum amoris signum, 6.1.c

Quòd hominum peccata impedire illam nequirēt, 20.2.d

Eam quanta consecuta sint bona, 422.1.b & 288.2.c & 43. 2. c & sequenti, & 349. 1.e & 368.2.c & 939.2.a

Vide plura circa hanc Incarnationis materiam in Indice rerum, verb. *Christus* & verb. *Incarnatio*, & quæ notata sunt in festo Annunciat. *B. Mariæ.*

106 In Euangelium & festum S. Thomæ Apostoli.

Thomas vnus ex duodecim non erat cum eis, quando venit Iesus. Quod singularitas haud Deo sit placita, qui delectatur adesse consortio iustorum, 420.1.b

Quòd iusti ob arctam vnionem aptissimè dicti sint spinæ, 263.2.c

Dixerunt ergo ei alii discipuli, Vidimus Dominum.

Quòd iusti in diuinis gratiis fratrum societatem maxime ament, 55.1.e

Vide & 708.2.e

Vt Dominum videre possimus, quænam sint necessaria, 531.1.b

Ille autem dixit eis, nisi videro in manibus eius fixuras clauorum, &c.

Euidentiam humani sensus, humanæque ratiocinationis quærere in rebus fidei, quam magnum sit malum, 232.2.a & seq.

Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit. Pax Vobis.

Vide quæ notata sunt super similia in Euang. Dominicæ in Albis.

Deinde dicit Thomæ. Infer digitũ tuũ huc, & vide, &c. & noli esse incredulus, sed fidelis. Quomodo per hæc Christus vocarit Thomam ad fidei ianuam sibi aperiendam, 776.2.e

In hac Thomæ conuersione Christum processisse vt benignissimum patrem, prout moris est Dei in conuersione peccatoris, 773. 1.a & disposuisse omnia suauiter, 774.1.c

Per hęc ipsa Thomam vocatum fuisse vt columbam ad foramina petræ, & ad cauernam maceriæ, 389. 1.e & seq. & 396.1.c

Vide quæ de Christi vulneribus notata sunt in Euãgel. feriæ 3. Paschæ, & in indice rerum, verb. *Vulnera Christi.*

Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus & Deus.

Quòd Thomas tangẽdo vulnus lateris Christi ascẽderit scalam fidei, cum vulneratum eiusdem Christi cor sit secretum scalæ, 394.1.d & seq.

Quomodo tangens intremuerit animæ, 805.1.c.

Et manus eius stillarint myrrham, 814.1.c

Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui &c.

Quomodo vulnus lateris Christi sit simul scala cognitionis, & obscura cauerna, 394. 2. b & seq. vbi tractatur locus iste.

Fides quàm sit delicata, 69.1. e & seq.

Quàm aptè eadem significetur sub oculorum metaphora, 217.1.e & seq.

Vide de fide plurima in indice rerum, verb. *fides.*

De festo Natiuitatis Domini habes supra cum Dominicis Aduentus.

107 In Euangelium & festum S. Stephani Protomartyris.

Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas.

De missione Apostolorum, 352.1.d & seq.

De Prophetarũ doctrina, 19.1.b 369.1.b Iidem quõ pugnarint contra Synagogam, vt tollerent ab ea malum, 118.2.e

De missione Sapientum Prædicatorum, 360. 2.a & seq. & 386.1.c & seq. Motiua, quibus iidem promouentur, 761.2. b & seq. & 778.2.b & 779.2.b

Et ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis, &c. Iudaicus populus quomodo sanctos tractarit Prophetas, 820.1.c

Quòd Ecclesia persecutiones sustineat in suis Prædicatoribus, ibid. d & seq.

Cur illico post Christi mortem non fuerit nota persecutio Apostolis, 325.1.c

Sanctis Doctoribus haud metuendas persecutiones, 906.1.c

Iidem quomodo similes esse debeant palmæ in persecutionibus, 944. 2. a & sequ. Vide & 946. 1. b & sequen.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare, &c.

Quòd Iudæi persequentes sanctos, atque Prophetas pugnauerunt contra Ecclesiã & contra Synagogã ipsam, 118. 2.a & c.

Iudaicum populum vt vineam Dei quanti fecerit Christus, atque Apostoli, 106.2.c

Cum eo in pessimum statum delapso quomodo se gesserit Deus, 768.1.c & 808.1.a

Quoties volui congregare filios tuos, &c. De duplici Dei voluntate, signi & beneplaciti, deque multiplici voluntate signi, & quomodo ea mutari dicantur, 638.2.a & seq.

Quàm optãdum, vt sub Dei alis simus, quid vè exinde prouenit commodi, 313.2.c & seq.

Et noluisti. De resistentia, qua peccator obsistit diuinis inspirationibus, & vocationibus, diuinæq; gratię, 787.2.a & seq.

Quod voluntas propria sit paries occludens aditũ Deo, 344.2.d

Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta.

Quòd cor prauum sit desertus quidam, 470.2.e

Sicut & mundus quoque, 463.1.e & 470.2.a & c

Quod populus ille, qui virtutes à se abiicit, diuinæ obsistens gratiæ, diuinum pariter à se abiicit cultum, ac veram religionem, 785.2.b

118. Ex lectione Actuum Apostolorum.

Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo, &c. Et elegerunt Stephanum, &c.

Quòd tam ministri verbi Dei, quàm ministri rerũ temporalium debeant esse boni, ne Ecclesia claudicet, 917.1.a & seq.

Ministrantium viduis, & pupillis in Ecclesia qualis esse debeat probitas, 913.2.b & seq.

Et elegerunt Stephanum plenum fide, & Spiritu sancto.

Quàm aptè Stephani, idest coronæ nomen ei competat, qui extitit coronatus de iniquis, ac de dæmonibus, 613.1. b & seq. Quin & corona compuncta ex virtutum floribus 628. 1.b & seq. Et corona in primis charitatis, 523.2.d & seq. Ac demum corona spinea ærumnarum, atque martyrii, 521. 2.e & seq. & 522.1.a

Quàm bene Stephanus quando electus est in dispẽsationem rerum temporalium dictus est, *plenus fide,* cum id peculiarius competat bono Ecclesiæ dispensatori, vt sit fidelis, 849.1.e & seq.

Dicitur insuper idẽ plenus Spir. tu san. tum quia in die Pentecostes nedum Apostolis, sed & discipulis vniuersis datus est Spiritus sanctus secundum plenitudinem, 333.1.e tum quia robur id habuit spiritus, quod erat necessarium ad munus suum, 849.2.d

Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ &c. disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui &c.

Aemulationem impiorum, & hæreticorum contra pios esse duram sicut infernus, 1014.1.b

Sapientiam diuinorum comitari Spiritum sanctũ, & quia ingens sit illius vis, 706.2. c & 333. 2.b & 557.1.c & sequen. & 387.1.a & sequen. & 388.2. d & seq.

Cum autem esset plenus Spiritu sancto intendens in cælũ vidit gloriam Dei. Spiritus sancti, ac gratiæ plenitudinem esse duplicem, 35.2.e

Et video cœlos apertos, & Iesum stantem. Quòd Christus in cęlo stans paratus ad nos adiuuandos dicitur stare post parietem nostrum, 343.2.c & seq.

Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Charitatis actibus efficacissimã reddi orationem, 558. 1. b & 693.1.d & seq.

109 In Euangelium & festum S. Ioannis Apost. & Euang.

Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem.

Quod præstantissimus titulus *Dilecti Iesu* necessario adiunctum habere debuit & alterum titulum sequen-

sequentis Iesum, cum dilectione sua id peculiariter efficiat Iesus, vt dilectos post se trahat, 52.2.d & sequen.

Quod Ioannes ipse congruentissimè *dilectus Iesu* est dictus, cum esset sequens Iesum, 77.2.a.b

Quod Ioannes sequens Iesum dilectione ipsa sua traxit Iesum ad ipsum diligendum, & quomodo, 55.2.d & seq. & 416.1.c & seq. per totam expositionem tertiam.

Ob virginitatem dilectum à Christo præ cęteris Apostolis Ioannem cum virginitatis oculo vulneretur eiusdem Christi cor, vt habes, 647.1.a

Cumque virgines id vnum studeant, vt pręter Christum nullum admittant amatorem, 169.1.d

Cumque adeo sit eximius virginitatis decor, vt angelicum potius decorem referat, & diuinum, 164.2.c & 567.1.c & 170.1.b

Eiusdemve fructum Christus ipse delibarit ex tūc, quando processit ex virgine, 734.1.a

Adde & similitudinem: Virgines enim Christo ob puritatis candorem quam maximè assimilantur, 861.1.c

Quod bene Ioannes, quem sic ob virginitatem dilexit Iesus, ob idipsum dictus sit sequens Iesum, cum id peculiare sit virginum, vt sequantur, & iugiter comitentur Christum, vt genæ caput suum. 565.1.c & seq.

Quàm congruè prius dictum sit, Ioannem fuisse à Christo dilectum, cum subiectum, quod idem sequæretur Christum, cum diuersus sit Dei vsus ab vsu hominum in amicitiis eligendis. 212.1.a & se.

Quam ingens fuerit dilectio Iesu in Ioannem, 957.2.d & seq. & 206.2.d

Qui & recubuit in cœna super pectus eius. Qđ signū eximiæ Christi in Ioannem dilectionis id extitit, vt super pectus, & inter vbera sua Christus recumbē-tem eum tenuerit, vt colligitur ex dicto sponsæ, de quo, 192.2.c. Vide eadem de re clarius, 311.2.a & sequen.

Quantum hoc ipsum amoris specimen optarit Ioannes, colliges ex dictis in exposit. 3. illorum verb. *Diligemus vbera tua super vinum.* 76.1.b & seq. & magis explicite, 77.2.c vbi ex Nysseno habes, Ioannis cor in hoc recubitu effectum quasi spongiam, que exprimerentur diuina mysteria.

Quam aptè diuinorum mysteriorum exhibitio & sapientia bonorum Dei vberum nomine designetur, 16.1.b & seq. Vide & 26.2.c & seq. Quod duo Ioannes sunt duo vbera Christi. 27.1.c

Quod Ioannes recumbens super pectus Iesu hauserit hanc sapientiam, introductus in cellaria Dei. 66.2.a

Qualia extiterint fluenta Euangelii & sapientiæ, quæ è Christi pectore hausit Ioānes, 704.1.c & se.

Quod in celsissimam contemplationem in hoc ipso recubitu suo Ioānes eleuatus sit, introductus in cellam vinariam, 328.1.b & seq. Eleuato super ipsum à Iesu vexillo charitatis, 299.2.c

Quod Ioannes in hoc recubitu sederit in vmbra Christi, ad diuinā eleuatus contēplationē, 286.1.c

Quomodo recumbēs sederit simul, ac eleuatus sit. 466.1.c & seq.

Quod contemplationis studium sit oculi piæ animæ, 927.1.c & seq.

Quales oculi sint contemplatiui ipsi, 530.1.d & seq.

Quod Ioannes recumbens super pectus Iesu in ipsa contemplatione sua summis repletus sit consolationibus, atque deliciis, 990.1.d

Quod in Deo exhibitio vberum, oculi, & diuinarū consolationum sint idem, 671.1.a & seq. Sicut idē pariter sunt vbera, & guttur, atque suauitas, 953.1.d & seq.

Quod per has ipsas spirituales consolationes Ioannes habuerit cognitionem Dei maiorem, 73.1.c

Erecto eius animo ad sublimia, 54.1.c

Quanta earum consolationum extiterit vis, 883.2.b

Quod Ioannes in cęna ad instar pueruli somno oppressi veluti in matris sinum sese proiecerit in sinū Christi, 317.2.b & seq.

A dulci isto eius somno illum perturbari acerrime vetuisse Dominum, 329.2.b & sequen. & 327.1.c & sequen.

Amor, quàm congruè dicitur dulcis somnus, 322.2.c. Vide & 765.2.c & seq. & 767.1.c & seq. vbi somno vigilanti comparata habes contemplationem, & tranquillitatem sanctorum.

Quod ex amore, & charitate Ioāni tantæ extiterint deliciæ, vt cum recumberet super pectus Iesu charissimi & charitatis nomen sortitus sit, 941.1.a & sequen.

Inter Iesum a que Ioannem factam vulnerum charitatis concertationem, qualisve ea fuerit. 642.1.a & sequen.

Et dixit, Domine quis est, qui tradet te. Congruentissime adiectum hoc tertium Ioannis encomium: reuelatio enim secretorum illi peculiariter congruebat, vt amico & dilecto Christi, vt colliges ex dictis, 353.1.d Atque vt recumbenti ad eiusdem Christi vbera instar paruuli, vt colliges ex dictis, 69.2.c & seq. & 585.1.a & seq.

Filioli diligite alterutrum. Hoc enim præceptum Domini est, et si solum fiat, sufficit. Ex occasione istorum verborum, quæ iugiter Ioannes habebat in ore, latissimum sese offert argumētum charitatis, de quo tractare si velis, plurima colliges ex indice rerum verb. *Charitas*, verb. *Amor*. & verb. *Dilectio*. Vide & quæ notata sunt super Euangelia feriæ 6. Cinerum, & Dominicarum 12. & 17. post Pentecostem.

110. In Euangel. & festum SS. Innocentium.

Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius. Quod de hac Herodis persecutione, & Innocentiū cede Maria cælitus instructa ante istud Angeli monitū reuelarit illā sanctis Magis, 409.2.d & seq.

Quod Angeli instar sepis custodierint Mariam, & paruulum filium eius, vt spinæ lilium, colliges ex dictis, 260.1.a & seq.

Ambientes tamen, & custodientes haud amouerint ab illis erumnas, quibus Deus eos concuti voluit, 346.1.c & seq.

Mariam vitam in tribulationibus transegisse, sicut & Christus, 165.2.c

Particeps enim extitit ærumnarum, & persecutionum Christi, 268.1.c

Quin Christus ipse illi fuit fasciculus myrrhæ, & gladius pertrāsiēs aīam eius, 98.1.a vide & 207.1.b

Futurum est enim, vt Herodes quærat puerū ad perdendū eum. Quod Herodes non habuerit potestatem contra Christum infantem, 981.2.c & 412.1.a

Qui consurgens accepit puerū, & matrē eius nocte. Quā necessaria sit sollicitudo ī Dei seruitio, 355.2.b se.

Quod obediens verus ad simplicē nutū promptissimè obediat, 449.1.c obedientia verò perfecta prōtitudine, & hilaritate sit oib. cōspicua, 391.2.c & se.

Quam bene, & efficaciter adiiciatur, *Et matrem eius* Qñquidem Maria sine paruulo suo permanere minime potuisset, quem vnum triplici deperibat amore, 418.1.c & seq.

 Cuius

Cuius & præsentia, & aspectu summo perfundebatur gaudio, 86 0.2.c

Atque adeo illum è collo suo pendentem instar preciosissimi monilis gestabat, 175.2.b & seq.

Habebatque illum, & seruabat super cor & super brachium, vt signaculum, 1005.2.b

Baiulans autem illum in hac fuga sustentabatur ab ipso, 318.2.c

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à magis iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui, &c.

Quod sancti innocentes fuerint flores illi, qui post Christi incarnationem illico apparuerunt in terra, 371.2.a

111 Super Lectionem Libri Apocalypsis.

Ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.

Quod sanctis Innocentibus, vt virginibus in Ecclesiæ corpore tribuatur sublimis genarum locus ob ipsorum eminentiam, 565.1.c & seq.

Vbi expenditur locus iste.

Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Quod sancti Innocentes vt virgines insignes sint decore, quo & illustrem reddunt Ecclesiam, 566.1.d & seq.

Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, &c.

Quod sancti Innocentes vt virgines instar turturũ gemitu cantarint canticum nouum, collige ex dictis, 178.1.d.

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.

Quod sancti Innocentes vt virgines fuerint primus fructus sanguinis Christi, 169.1.b & seq. Vide & 568.2.d & seq. quam eximius sit fructus iste atque *primitiæ.*

FESTA IANVARII.

De festis circuncisionis, & Epiphaniæ habes supra cum Dominicis Aduentus.

In festum Cathedræ Sancti Petri Romæ,

Pro hac solemnitate plurima notata habes in indice rerum, verb. *Romana Ecclesia.* Vide ibi. Colliges etiam aliqua ex eodem Indice verb. *Ecclesia.*

Quoad Euangelium vide in festo Sanctorum Apostoli Petri, & Pauli.

112 In festi SS. Martyrum Fabiani, & Sebastiani.

Vide quæ notata sunt in Euang. *Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri*, In communi plurimorum Martyrum.

De sagittis diuinæ charitatis, quæve eæ sint, 1015.2.c

Quòd Christus ipse sit sagitta charitatis, 311.1.b

Quodve vna cum sagitta in charitatis vulnere anima sancta suscipiat & sagittatium Deum, ibid.c & sequen.

Quale sit ipsum charitatis vulnus, 308.2. e & seq.

Quomodo idem vulnus fiat in corde amantis, 633.1.c & seq.

Quod anima sancta sit simul & sagitta, & scopus sagittę in manibus Dei, 320.1.a

Quod eadem anima sit simul & sagitta, & sponsa in manibus eiusdem Dei, ibid.b

Et quomodo vt sagitta à Deo iaciatur sursum, & tamen simul requiescat in iisdem Dei manibus. ibidem, d

Quomodo differant vulnera inflicta cordi carneo à vulneribus sagittarum charitatis penetrantium corda spiritualia, 161.2.a

Qualis sit concertatio vulnerum, charitatis inter Deum, & animam, 642.1.b & seq.

Quod iaculis in corpore confossus Sebastianus duo in sua oratione iecerit spiculorum, & sagittarum genera, 1039.2.b & seq.

Quod eiusdem anima vulnerarit Christi cor vulnere charitatis per actualem deuotionem, ac per cõformationem ad illius humilitatem, & tolerantiã passionum, 639.2.d & seq.

Necnon & in vna fide, & in vna perfecta obedientia, ac resignatione, 640.2.c & seq.

Quave ratione id effecerit, 642.2.a & seq.

Quod nedum charitas, sed & virtutes singulæ sint sagittæ, quibus vulnerantur sancti, 311.2.a

113 In festum Sanctæ Agnetis Virginis, & Martyris.

Vide quæ notata sunt super Euag. *Simile est regnum cœlorum decem virginibus.* In communi Virg.

Ingressa Agnes turpitudinis locum Angelum Domini præparatum inuenit.

Quod ab Angelis vt lilium in medio spinarum custodita sit B. Agnes, colliges ex iis, quæ dicuntur 259.1.a & seq.

Cum ad angelicã similitudinem euecta illa esset per virginitatem, 178.2.c & seq.

Discede à me pabulum mortis, quia iam ab alio amatore præuenta sum.

De initiis, & præuentione amoris Christi in Agnetem, 905.2.a & seq.

Quod electio Agnetis in amicam, & sponsam Christi fuerit vere ex gratia. 2012.1.a & seq.

Ipsi sum desponsata, ipsi soli seruo fidem.

De desponsatione Agnetis cum Deo, 380.1.a

Desponsationis, & matrimonii huius spiritualis essentiam, causam, effectum, & bona colliges ex dictis, 414.2.d & seq.

Deque illius indiuisibilitate habes, 415.2.c & seq. & 635.2.c & seq.

Matrimonii huius spiritualis insigne discrimẽ à matrimonio carnali, 957.1.c & seq.

Quanta pudicitia hæc constet desponsatio, 612.2.d

Quam bene, & vere dicere quiuerit S. Agnes, Ipsi soli seruo fidem, 416.2.a & seq.

Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam.

Quodnam istud extiterit signum, & ornamentum. 178.1.a & seq.

Quod id proprium sanctæ cuiusque sit Virginis, vt præter Christum nullum admittant amatorem, 177.2.d & seq,

Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus preciosis, tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas.

Quod dexterã à S. Agnetis, Christus eius sponsus annulo exornarit preciosissimo, quive is sit, 999.1.c & 998.1.c & 281.1.d

Quodnam eiusdem collum, quibusve monilibus cinctum, ac exornatum sit, 174.1.d & seq.

Quod eiusdem animæ virtutibus tanquam monilibus exornata sit. 176.1.c

Quòd eius fides, quæ collum est animæ, monilibus ornata dicatur propter bona opera, quæ habuit annexa, 177.1.d

Quibus margaritis ornatæ sint aures eiusdem. 184.1.a

Induit me Dominus cyclade auro strata, & immensis monilibus ornauit me. Charitate indutam à Christo B. Agnetem, vt cyclade aurea, 213.2.d & seq.

Quod immensa monilia, quibus ornatam se asserit a sponso, sit charitas ipsa, atque humilitas. 179.2.a

Induit me vestimento salutis, & indumento lætitiæ circundedit me, & tanquam sponsam decorauit me corona.

Quod indumentum salutis sit Iesus ipse, eiusve vita, & puritas. 622.2.a & quomodo eo induamur, 1034.2.b

Quòd indumenta lætitiæ sint virtutum opera, & in primis subiectio animæ ad Deum sponsum suum, 668.2.c & seq.

Qua ratione B. Agnes coronam acceperit sponsalitiæ dignitatis à Christo crucifixo, 628.1.c & seq. Vide & 522.2.d & seq.

Quod & corona charitatis decorata item sit, colliges ex dictis, 523.2.c

De aureola, & corona virginitatis plura habes, 178.1.c & seq.

Mel, & lac ex eius ore suscepi, & sanguis eius ornauit genas meas.

Quòd B. Agnes in deuota oratione sua mel, & lac ex Christi ore susceperit, fusius pertractatum habes, 670.1.e & seq.

Vbi peregregiè de mutua communicatione spiritus inter Deum, & animam deuote orantem.

Sanguine Christi ornatas B. Agnetis genas in rubore virginalis pudoris. 570.1.d & sequen. & 2.a & sequen.

Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur.

Quomodo Angeli Deo assistant, & seruiant, 259.2.b

Quanta sit Dei pulchritudo, 225.1.c & seq.

Quanta sit pulchritudo Christi, vt hominis. 223.2.b & sequen.

Ecce quod concupiui iam video, quod speraui iam teneo.

Quomodo B. Agnes concupiuerit videre Deum spõsum suum, 280.2.a & seq.

Qua vnione vnita sit Deo Agnes, quando illum inuenit, 450.1.e & seq.

Quomodo B. Agnes tenuerit Deum, illi obsequens. 456.2.c & sequen. Vide & 458.2.b & seq.

114 In festum Conuersionis S. Pauli Apostoli ex lectione Actuum.

Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini accessit.

Pauli crimina prius proponi, quo magis elucerent postmodum eius conuersio, atque virtutes, 88.1.a & seq.

Quod præ superbia Paulus ante conuersionem esset vt celsissima cedrus, 492.2.a & seq.

Quanta fuerit illius obstinatio aduersus Iesum, 781.2.a

Et subitò circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram audiuit vocem, dicentem sibi, Saule Saule, quid me persequeris?

In conuersione sua Paulus pulsatus primò, tum & vocatus, 772.1.e

Quod Pauli superbia pulsatione, voceque Dei depressa fuerit, 491.2.d

Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, &c.

Quod Paulus fuerit currus triumphalis, & ferculum Christi post conuersionem. 492.1.d & seq. Talisve effectus ab ipsomet Christo, ibidem.2.d & sequen.

In hoc curru triumphasse Christum ipsum per charitatem, 507.1.b & seq.

Eiusdem currus reclinatorium, nempe Pauli animũ quomodo ob eximiam sapientiam factum sit aureum, 493.1.e & seq.

Ascensum nempe illius gloriationem effectum purpureum, quia esset in Christi cruce, ibi.2.d & seq.

Quomodo ascensus, & gloriatio ista Pauli in duabus crucibus, vti in duabus columnis fulciretur, 494.1.a & seq.

Quomodo Paulus vt triumphalis Christi currus diuina moueretur gratia, ibid.2.a & seq.

Et continuò ingressus Synagogas prædicabat Iesum, quoniam hic est Christus. Pauli prædicationem istam post conuersionem fuisse vocem turturis, 372.1.b

Quòd post conuersionem Paulus dici potuerit nasus Ecclesiæ, 931.2.d

Quomodo dici potuerit & collum Ecclesiæ portans Christum caput illius, 594.1.a & seq.

Circa Euangelium vide in Communi Abbatum.

FESTVM FEBRVARII.

115 In Euangelium & festum Purificationis B. Mariæ.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secũdum legem Moysi. Quod Maria etsi nihil haberet, quod purgaret, cum esset tota pulchra, & sine macula, vt hebes, 622.1.d & seq.

Cumque ita & in partu pura esset, vt ob virginalem puritatem cœlis ipsis assimiletur, vt habes, 87.2.e

Satisfacere nihilominus voluerit, vel falsæ hominum opinioni, qua nigra censebatur, & immunda per partum ipsum, de qua opinione habes, ibi.2.a & sequen.

Quamquam ob eximiam quoque humilitatem hac sua purgatione se instar aliarum mulierum peperisse, purgationeque indigere persuadere studuerit, 587.1.e & seq.

Christus filium suum in hoc imitata, cui in humilitate præsertim, & obedientia similem se exhibere contendit, vt habes, 166.1.a

Humilitas quippe præstantiùs in illa eluxit, quam reliquæ virtutes vniuersæ, 469.1.b & seq.

Adeò vt humilitate ipsa sua ipsiusque humilitatis cõtentione, & cum Christo humilitatis magistro contenderit, 255.2.b & seq.

Nec mirum, cum humilitas adæquari debeat magnitudini, quam quisque habet. 189.1.a

De excellenti autem tantæ virginis humilitate plura videre potes notata in indice rerum, verb. *Maria humilitas.*

Purgamur, & purificamur nos à peccatorum nigredine per pœnitentiam, 87.2.b & seq. & 88.2.a

Tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino sicut scriptum est in lege Domini.

Quomodo Christus perfecerit legem Domini, 314.1.d

Cum illam alioquin abrogasse dicatur, vt habes, 361.2.d & 420.2.d & seq.

Sanctum Domino vocabitur. Quid sit esse sanctum &

& quod solus Dominus verè sit sanctus, 15.2.c & sequen.

Ita vt in comparatione Christi Sancti omnes sint arbores infructiferæ, 275.1.a & 275.2.a

Et vt darent secundum quod dictum est in lege Domini.

Cur Deus antiquo populo carnalia vt offerrent sibi sacrificia iusserit, qui adoratur in spiritu, & veritate, 429.2.a

Quòd omnis Christi actus esset sacrificium Patri acceptissimum, 861.1.a

Par turturum, aut duos pullos columbarum.

Virgines duos Christum, & Mariam designatos per duos turtures, quos toties Deus offerendos mandabat, 171.1.b

Quàm decuerit, vt pro Christo offerrētur turtures, at non columbæ quælibet, Sed pulli columbarum. 372.1.c

Quòd tam turturis, quàm columbæ appellatione designetur Spiritus sanctus, & cur, 371.2.c

Quòd & nobis pariter hodie similia offerenda sunt sacrificia, idque exhibeat nos coram Deo similes turturi in tribus, quæ habes, 169.1.b

Necnon & columbæ studendo habere columbarum oculos, tum fidei, de quibus, 217.1. d & sequenti.

Tum puræ ac sanctæ intentionis, de quibus 219.1.c & sequen.

Tum notitiæ ac intellectus, de quibus, 221. 1. c & 926. 2. b & seq.

Tum puritatis vitæ, de quibus, ibid. d & seq.

Tum contemplationis, de quibus, 925. 1. c & sequenti, & fusiùs 530.1. b & sequenti.

Curando denique, nos exhibere columbas Dei in puritate, & sanctitate, 354.2.c & seq.

Atque in iis proprietatibus vniuersis quas ex Anselmo enumeratas habes, 221.1.c & seq.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon.

Quàm rectè ante reliquas sancti huius laudes dicatur extitisse *homo*, neque enim quis sanctus esse potest, ita vt Deum in se habere intelligat, qui semet non agnoscat hominem, vt habes 153. 1. c & sequen. quivè se non gerat vt hominem, 157.1.c & sequenti.

Quàm congrue *Simeonis* nomen, quod obedientem sonat, isti tributum sit sancto seni, qui idcirco re vera dici potuit homo, qui in obedientiæ tabernaculis suos pauerit appetitus, 152.2.d & seq.

Cum qui sine obedientia viuunt, homines nequaquam dici debeant, 174.1.a

Et homo iste erat iustus, & timoratus.

Quòd qui verè homo est, iustus dici debeat, quia per virtutum actus, qui sunt rationi conformes, assimilatur diuinæ naturæ, 675.1.a quæ est ipsa & iustitia, ac rectitudo, 77.2.a

Vt iustus quis dici queat, debere in ipso esse connexionem virtutum omnium, 1044.1.c & sequen.

Vide & 698.1.d & seq.

Quod bene ad *iusti* Epithetum adiunctum, sit, *Et timoratus*: cùm timor sit basis aurea, super quā fundatur iustitia omnis, 858.2.c

Timor autem iste non sit is, quem seruilem dicunt Theologi, qui comparatur hyemi, 360.2. b & sequenti, & 368.1. c Estve causa omnium peccatorum, 360.2.c & seq.

Sed est filialis, quo iustus ipse metuit, ne quid in ipsius conscientiam irrepat mali, de quo, 902.1.c & sequen.

Quemve idem custodire satagit vt thesaurum intra cor suum, 1001.2.c

Cum re vera non distinguatur à charitate, quæ est iustitiæ, ac virtutis vniuersæ perfectio, vt habes, 72.1.a & regula ac fundamenta, 76. 2.a 78.1. d & ornamentum, 516.1.b

Expectans consolationem Israel.

Quam ardenter sanctus iste senex cum omnibus Antiquis Patribus expectarint Christum, 404.2.b & 890.1.c & 733.2.c & 886.1.a

Vide & 120.2.b

Quod aptissimè Christus expectaretur vt consolaretur Israel, qua in illo id omne futurum erat, quod recreare potest, 869. 2.c

Quam magna is fuerit consolatio, 864.1.d

Quòd ipsa diuini Verbi incarnatio rectè dicta sit *consolatio Israel*: cum post illam Ecclesia maximis cumulata sit deliciis, 939.2.a & 362.2.a

Quod qui verè Israelitæ sunt non debeant expectare alias consolationes, quam spirituales, quæ Christi sunt. Vide in Indice rerum verb. *Consolationes spirituales*

Et Spiritus sanctus erat in eo. Quod in vnoquoque iusto sit Spiritus sanctus, licet is in illo appareat, & non appareat, 343.1.c & 354.2.c

Manifestetque se per bona opera, 343.1.c

Vide & 721.2.c

Quòd iusti anima sit fons ob insignem gratiarum copiam. 681.1.c Et puteus aquarum viuentium. 713.1.a

Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.

Quod responsi vocabulū, sicut & respondendi verbū præsupponat internas San. Simeonis voces mortem à Deo exposcentes, 351.1. c & seq.

Desideriis & orationibus iustorum quomodo satisfaciat Deus, 338.2.c & 740.1. c & 977.2.c

Quod iusti & videant, & non videant mortem. Videant, quia frequenter illam meditantur. 995.2.c & sequen.

Non videant, nec gustent illam (vt ait Dominus) quia non admittunt in se id, quod mortem afferat, 116.1.a

Et venit in Spiritu in templum.

Quòd à Spiritu sancto impellantur iusti ad bona, 708.1.c

Quòdve Spiritus ipse sit ductor ad bene operandum, quatenus instar Austri calefacit charitatis calore, 721.1.c

Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.

Quòd Christus templum supernæ Ierusalem inductus sit in templum Ierusalem terrenæ. 861. 1.d

Quod diuina lex exhibenda sit impressa super brachium nostrum per operum ostensionem. 1005.1.d

Quòd eadem sit in ornamentum iustorum instar murenularum, 181.2.c

Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum.

Quòd orationem præcedere, & comitari debeāt opera, cum sit gladius in gutture, & in manibus, 485.2.c & seq.

Quòd ipsamet opera bona, *præsertim quæ charitatis sunt*, misericordiæ, humilitatis, ac fidei, sint oratio efficacissima, 668.2.c & seq.

Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace,

Quod Christus, sanctos quosque ad se colligat per mortem, vt lilia, 872.2.c

Quod iustus ad libenter moriendum non indigeat sollicitatione, 380.2.a

Vide ibid. 1.c

Quinimo illam optans precetur Christum, vt ipsum ad se colligat, 732.2.c

Est enim ei mors in pace, & in deliciis, 941.1.c

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.
Ocularis visio Christi quantum seni isti attulerit dulcedinis, & gaudii, 224. 2. a & sequenti, & 133.1.d
Cur Christus dictus sit salutare Dei, 39.2. b & seq. & 50.2.b
De cognitione magna diuinorum, quæ Simeoni infusa est, cum Christum videret infantem, 194. 2.c & sequen.
Vide & 14.1.a & seq.
Quod parasti ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium.
Quod Christus in Incarnatione paratus sit vt Sol ante faciem omnium gentium, 517.1.c & seq.
Quinimo fuerit ipsamet lux, & lumen ad reuelationem gentium vniuersarum, 123.2.e & sequenti, & 830.2.c

116 In festum S. Matthiæ Apostoli super lectionem Actuum Apostolorum.

Vide quæ notata sunt super Euange. *Respondens Iesus dixit, Confiteor tibi Pater.* In festo Sancti Francisci.
In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit. De primatu Petri, vt Ecclesiæ capitis, & Pontificis residentis in Ecclesia Romana, 936.1.e & 491.1.d & 473.1.e & 579.1.d
Viri fratres. Quod rectè filii Ecclesiæ, ac præsertim qui erãt ex collegio discipulorũ Christi, dicti sint *viri* ad differentiam filiorum Synagogæ, quæ erat parua & sine vberibus. 1029.2.b
Cumque charitatis magnitudo, & paruitas arguat magnitudinem, & paruitatem spiritualem. 1028.1.e
Quod statura animæ ea sit viri perfecti, quæ est similis palmæ in iugi progressu, 943.2.d & seq.
Quòd iidem discipuli, & *fratres*, congruenter appellati sint, qui in charitate fundati essent in lege fraternæ dilectionis, 295.1.d & sequenti 315.1. a & sequen.
Oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui &c.
Quòd Petrus autoritatiuè exponat Sacras scripturas, quia Christi Vicarius cuius assistentia maximè necessaria est ad illarum intellectum, 325. 1.b & sequen.
Quod Scripturæ sanctæ sint dictatæ à Spiritu sancto, atque adeo dum commendantur vt domus communes Christo, & Ecclesia commendentur potissimum à parte superiori, 240.2.b & sequen. Vide & 5.2.a
De Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in nobis.
Quod peccatum aliquando in sanctioribus firmius, ac fortius insidet, pugnatque aduersus Deum, vt patuit in Iuda Apostolo, 718.1.e & sequenti.
Iudam ipsum inter Apostolos, & impios cum iustis ad quid commixtos permiserit Deus. 80. 1. d & sequenti, & 88.1.e
Vide & 93. 1.d & sequenti.
Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo &c. testem resurrectionis eius fieri.
In Prælatorum electione quanta sit adhibenda diligentia, quidve potissimum sit spectandum, 481. 2.a & seq. & 482.1.d
Et orantes dixerunt. Quod in prudentibus quibusque actionibus ad rationem primo confugiẽdum sit. 550.1.c
Tu Domine, qui nosti corda hominum.
De acutissimo Dei intuitu, 336.2.c & 343.2.c
Ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerii huius, & Apostolatus.
Ministerium verbi Dei tam præcipuum, vt pro illo exercendo Deus ipse carnem sumere voluerit. 6.1.d & seq. & 13.2.c & seq.
De quo præuaricatus est Iudas. Sine perseuerantia nullius ministerii, nullius ve studii habendam rationem, 243.2.a
Vt abiret in locum suum. Quòd qui præuaricatur non habens rationem dignitatis & gratiæ, quibus à Deo insignitus est, abeat in locum infimum, factus brutis, ac bestiis ipsis inferior, & deterior, 157 2.a & seq.
Et cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.
San. Matthiam in hac Apostolatus sorte peregrinis insignitum fuisse prærogatiuis, quandoquidem vna cum reliquis Apostolis fuit coma & corona Christi, 836.1.d
Sicut fuit & eiusdem manus, 852.1.d
Et vbera sicut turris, 1041.2.b & crura, 857.1.d & 858.2.c & currus, 161.2.a
Et equitatus in curribus, 166.2.e. & ferculum, 503. 1.b. & fluuius aromatum, 273.2.b

FESTA MARTII.

Pro festis S. Thomæ Aquinatis, & S. Gregorij Papæ Vide quæ notata sunt super Euang. *Vos estis sal terræ.*

In communi Sanctorum Doctorum.

Pro festo San. Benedicti Abbatis vide in communi Sanctorum Abbatum.

117 In Euang. & festum Annunciationis B. Mariæ.

De Incarnationis mysterio, eiusque motiuis, necessitate & effectibus plura notata habes in festum expectationis B. Virginis mense Decembr. Vide & in Indice rerum, verb. *Incarnatio.*
Missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.
Quod Angelus Gabriel vt ventus Auster destinatus a Deo sit ad B. Virginem cum illa indulgeret contemplationi Incarnationis mysterium mente reuoluens, 712.2.b & seq. & 12.2. b & 766.2.a
Quam bene adiectum ab Euangelista sit nomen ciuitatis Nazareth, quod florem designat, cùm illum nunciatus ibi fuerit, qui per incarnationem ipsam suam proferendus esset vt flos oriens in huius mundi campo, qui fimo peccati pinguissimus erat, 251.1.b c & seq.
Necnon & è campo vteri virginalis absque humano semine, 255.1.d & seq. Vide plura de hoc flore. 256.1.d & seq.
Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.
De Mariæ virginitate plurima videre potes notata in Indice rerum, verb. *Maria virginitas*, & verb. *Virgines seu Virginitas.*
Et nomen Virginis Maria. Sic appellatam B. Virginem, quia in illam, vt in proprium locum fluxerint aquæ diuinarum gratiarum, 711.2.a

Et ingressus Angelus ad eam dixit. Aue.
Ecce.& Mariæ oppositiones.404.1.e & sequenti,& 358.2.b
Cùm ex verbo græco constet, per vocem *Aue* significatum ab Angelo B.Virgini, vt gauderet, Potes hic agere de rationibus, quibus eidem gaudendum ob Angeli nuntium de incarnatione, in ipsa facienda nimirum, quia electa esset, & constrata lectulum Christi, 476.1.d
Necnon & in ferculum, 500.1.e
In Dei sponsam, 284.2.d Atque in eiusdem matrē, 261.1.e & seq.
Gratia plena. De gratiæ plenitudine, quæ extitit in Maria, 100.2.b & 302.1.c & 878.1.e & sequenti, & 221.2.b
Quòd Deus charitatem in illa ordinauit, quando ei hanc contulit plenitudinem gratiarum, 301.1.d, & sequenti. Vide in Indice rerum verbo, *Maria gratia*.
De significatu participii græci, quo Maria hoc loco dicta est vel grata, vel gratiosa. Vide 878. & sequen.
Dominus tecum. Quomodo tunc temporis id dici potuerit, cum nondum facta esset incarnatio in Mariæ vtero, 339.2.d & 645.1.e
Benedicta tu in mulieribus. Maria quam rationabiliter inter omnes mulieres, & ab omnibus virginibus benedicta, & beatissima prædicetur, 891.2.c & sequen.
Rationes tres, ob quas eadem benedicta sit in reliquis mulieribus, 265.1.e & seq.
Et benedictus fructus ventris tui.
Hunc fructum benedictum, qui & fructus Dei, 285.1.a
Christum extitisse pomum pulcherrimum, & maxime fragrans, 276.2.b
Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.
Quod B. Virgo turbata sit ob eximias laudes, in se ab Angelo collatas, æque ac per vinum potens conturbari solet mens potantis. 26.1.a
Quòd eadem Virgo cogitatione sua quasi dentibus quibusdam ruminare studuit quicquid ab Angelo accepit. 552.1.e & seq.
Et ait Angelus ei, ne timeas Maria.
B.Virgini nunquam timendum coram Domino, vel coram Angelis, quia armata fortitudine, & decore, 672.2.e & seq.
Et quia tanta munita est charitate, vt transfigere potuerit cor Sanctissimæ Trinitatis, 647. 2.d
Et quia armata fide atque obedientia, in ijs potens extitit vulnerare cor Dei. 640.2.c & seq.
Neque vero vllatenus eidem timendum ab hominibus, quæ prædicata est terribilis, vt castrorum acies ordinata, 593.2.e
B. Mariæ orationem adeo fortem, vt turri Dauid fortissimæ comparata sit, munitæ mille clypeis, & omni armatura fortium, 593.2.a & seq.
Inuenisti enim gratiam apud Deum. Tantundem hoc esse, ac Valde Deo placuisti, & grata extitisti. 878. 1.b & seq.
Ecce concipies in vtero, & paries filium.
Quod & conceptio in vtero Mariæ, & partus ex eodem purissimus futurus esset, 923.2. b & 924. 2.a
Quòd eiusdem vterus futurus esset paries & paries diaphanus, & quomodo, 347.1.c
Quanto studio Angelus enitatur excitare B. Virginem ad præbendum assensum mysterio Incarnationis in se consumando. 675. 1.d & 776. 2.c & sequenti.
De nomine Iesu vide in festo Circumcisionis.
Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.
Quam magnus futurus esset Christus nedum vt Deus, sed & vt homo, 269.1.b & seq.
Eumdem verissime dictum Altissimi filium, cùm esset oculum Verbi assumentis carnem, vt habes, 7.2.a cumque in eo esset duplex natura diuina, & humana. 6.1.a & seq.
Et 850.1.a & 861.1.e & 865.1.c
Quod Mariæ vterus fuerit lectulus Verbi, cuius lectus est vterus Patris, 236.1.d & 2.d
Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. &c.
Christum vt hominem residere super solium Dauid regnando in Ecclesia per suos Vicarios, 505.1. e.& sequen.
Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud.
In verbis hisce Bea. Virgo insignem exhibens actum fidei modum ab Angelo exquisisse, quo faciendam credebat incarnationem. 220. 2.e
Quoniam virum non cognosco.
Mariam admiratam esse de modo, quo conceptura esset, cum per votum virginitatis expoliauerit se tunica sua, simulque lauerit pedes affectuum suorum, 791.1.b & seq.
Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.
Conceptio Christi quomodo tribuatur spiritui sancto, 12.2.d
Spiritus sanctus quomodo obumbrarit Mariæ superueniens in eam, faciensque vteri illius lectulum vmbrosum, 265. 1.e & seq.
Eamque per ipsam despōsans Incarnationem, 277. 1.c & 278.1.e & seq.& 284.1.d & seq.
Quòd missio Spiritus sancti in Mariam tempore Incarnationis fuerit quasi missio manus per foramē. 803.1.a & seq.
Quòd per vmbram Altissimi obumbrantem intelligantur Christi caro, & humanitas, 278. 1.d & 236.1.e
Ideoque quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. Quod in Christo fuerit gratiarum, ac virtutum omnium connexio, vt in filio Dei, 34.1. c & seq.
QuodChristus solus dici quiuerit verus, sāctus qui solus stetit in vtero matris absque omni peccato, 246.2.e & seq.
Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.
Quod & intrinsecus B.Virgo à Deo tracta fuerit de diuina hac omnipotentia, 802.2.c
Dixit autem Maria; Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.
Quam promptè, & cum quanta fide Maria se exibuerit, vt Incarnationis mysterium in se expleretur, 1040.1.e
Quantum in iisdem verbis præ se tulerit humilitatis, 791.2.e & seq.
Quantùm & resignationis, 272.1.d & seq.& 23,2.a & seq.& 57.1.d
Quomodo ita se resignauit, vt simul quoque diuinum verbum in suum inuitarit vterum. 733,1.b & sequen.
Præbendo in ijsdem verbis assensum prædictum subiecit se mortificationi prauæ opinionis aliquorum, 812.2.e
Per eadem verba abstraxit diuinum Verbum à Patre, charitate, fide, humilitate, ac resignatione ipsa sua, 645.1.c & seq.
Immo per eadem dementatum quodammodo reddidit Deum, 646.1.c & seq.
Per incarnationem quomodo in Maria factum sit verbum, & quomodo ea sit allocuta, 1030.1.a & sequen.

Quid

Quid in primo illo suæ conceptionis instanti come derit Christus in vtero tantæ Virginis.252.1.d
Eumdem vterum fuisse vemundam phialam aromatum.872.2.d
In eo instanti collegit Christus in corde suo omnes passiones suas cum futura salute hominum. 742. 2.d & seque.Incipiens mysterium Redemptionis. 733.2.d & seq.Et Maria ex tunc communicare cepit illius passionibus.309.2.b & seque.Vide & 318 1.e & sequent.
Quàm celeriter facta ista incarnatio.539.1.c & 537 1.c & seque.
Factam esse tempore verno,& cur.371.1.c
Quomodo in eius instanti intremuerit Mariæ vterus.803.1.c
Quomodo in eodē instanti Mariæ labia à Deo oscu lata fuerint fauus distillans.675.2.b & seq.
Quantam dulcedinem senserit Maria in illo instanti.285.1.a Vide & 289.col.5.a & sequ.
In eodem instanti Mariam donatam fuisse singulari perfectione Sanctitatis.302.1.b & sequ.& 940. 2.a & seq.
Quod Verbum diuinum in illam descenderit vt lapis in proprium centrum.958.2.d
Quòd in Mariam vnam collatus sit totus Dei amor in ipsa Incarnatione.888.1.a
Quòd præstito consensu à B.Virgine disparuerit illico Angelus.812.2.c

FESTA APRILIS.

Pro festo S.Marci Euangelistæ vide quæ notata sunt super Euang. *Designauit Dominus & alios septuaginta.* In communi sanctorum Euangelistarum.

FESTA MAII.

118 In Euangelium & festum SS. Apostolorum Philippi & Iacobi.

Non turbetur cor vestrum. De intestina cordis conturbatione,& bello quale sit, quamve cōtra illam nobis inuigilandum.115.1.b & seq.
Cor caput,ac mentem in anima pro eodem sumi. 541.2.a
Quàm turbari soleat animæ illius cor, quæ Dei præsentia orbatam se censet in ariditate spiritus. 72. 1.d & seq.
Quanta sit internæ pacis dulcedo, & qualis eadem sit.281.1.d
Tantam illam esse,vt meritò in ea veluti in lectulo quiete dormiant iusti.431.1.c
Idque ne dum in prosperis,sed multò magis in tribulationibus,in quibus iusti quiete,& absque vlla turbatione veluti in pacatissimo conquiescunt lectulo.475.1.a & seq.
Creditis in Deum, & in me credite. Hæc est prima ratio,quare non debeamus committere, vt turbetur cor nostrum,si crediderimus Christum esse Deū, cùm cor, & voluntas hominis à solo Deo fulciri possit,317.2.c
Quòd credere in Deum, atque in Christum idem sit,ac tenere illum.454.1.d
Quietem tantam nobis præstari per fidem, & propterea fides ipsa lectulus dicatur communis Deo, & homini,cùm per eam quiescat & homo in Deo & Deus in homine.230.2.c & sequen.
Quòd fides sit pectus, & murus præfortis animæ, 1033.2.c
Quomodo fides ipsa deseruiat pro scuto, & omni armatura fortium aduersus omnem conturbationem.479.2.b & seq.& 581.1.e
Quòd fides sit initium & fundamentum iustificationis nostræ, per quam animæ Christo sponsatæ dulcissima perfruuntur cordis quiete, & pace interna.281.1.a & seq.& 282.2.a & seq.
Quòd bene inferatur à Christo nihil ei timendum, nec quippiam turbationis admittendum, qui credat ipsum esse Deum.Quia is per hanc fidem intelligit primò tantum se ab illo amatum,vt pro ipso mortem subire non dubitauerit,508.1.c & seq.
Secūdò se in tribulationibus ipsis illum habere comitem,611.2.a & seq.& 523.1.d comitemque gloriosum, atque adeò per illum eas sibi reddendas gloriosas,& summi gaudii.750.1.b & seq.
Et tertiò totum se illi committere debere, suamq; spem vniuersam in illum conijcere,317.2.b & se. & 419.2.a & sequ.
In domo Patris mei mansiones multæ sunt, &c.
Hæc est secunda ratio,cur animabus fidelibus nil in præsenti sæculo afferre debeant turbationis vel aduersa ipsa:quia simul cum doloribus exhibeatur & spes cœlestis gloriæ.380.1.c
Vide & 244.1.d & seq.
Quàm dulcis in gloria illa futurus sit Christus,qui & in tribulationibus pro ipso toleratis in hoc mūdo dulcissimus est.208.1.d
Qua ratione in cœlesti patria sint vna,& plures beatitudinis gloriæ.380.1.b Vnaq; & plures domus, ac mansiones,242.2.b & sequ.
Ego sum via,veritas, & vita.
Quòd Christus rectè se viam dixerit, per quam ad cælestem patriam tendere debeamus imitantes illum in itinere virtutis,55.2.a
Quòd per Christum vt per viam stratam iusti incedant nudis pedibus.793.2.e
Quòd Christus veritas quoq. sit,quia vera via,quatenus eius humanitas,& humilitas nobis instar tutissimæ phanus proposita est in ipso virtutis itinere.587.2.d & seq.
Quod veritas quoque dicatur,quia verus Deus.6. 1.d & quia reuelata doctrina eius verissima, ipsaque extitit veritas,quæ vnicum est fidei obiectū. 231.1.a & seq.Vide & in Indice rerum, verb. *Doctrina Christi.*
Quod Christus rectè vitam se dicat,quia per ipsum viuimus æquè ac corpus per animam. 128.1.b & sequ.Et quia instar cordis est fons & principium vitę omnis spiritualis,quę in charitate sita est.599 1.b & 637.1.e Et quia quicquid in ipso factum est vitam nobis confert.196.1.a & seq.
Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ad Dei Patris cognitionem perueniri non posse nisi per Christum. 350.1.c
Quòd nemo potest venire ad Patrem, vt quidquam cœlestis valoris apud eum mereatur,& impetret, nisi eius opera, & orationes sint obsignata Christo,vt signaculo.1002.1.c & seq.& 559.2.d
Per Christum nos habere accessum ad Deum in iustificatione.282.1.b & seq.
Dicit ei Philippus, Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.
Quod in visione Dei potissimum sita sit beatitudo quæ sola per se sufficit nobis, quatenus per illam satiatur anima nostra.129.2.e & seq.
Quòd visio ipsa Dei,& ipsa, quæ exinde prouenit saturitas,cum desideria in beatis sint quodammo

do

do vnus actus,691.1.b & sequenti.
Quàm inaniter, & insipienter quæratur ab hominibus mundi per quod satietur eorum appetitus, & beatitudo in alio, quàm in Deo.437.2.c & seq. & 439.1.a & sequ.
Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me?
Cur homo ignoret Deum sibi esse præsentem.153.1.c & seq.& 156.1.a
Quomodo anima possit cognoscere hanc Dei præsentiam in ipsa.154.1.c & seq.
Philippe, qui videt me, videt & patrem.
Quòd qui bene cognoscit Christum, cognoscit, & Deum.44.1.d
Ideo enim is carnem sumpsit, vt corporea visione, gestisque corporeis traheret homines ad cognitionem Dei.52.1.a & seq.
Amen amen dico vobis, qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.
Quomodo id intelligendum, vt fideles efficiãt maiora, & insigniora opera, quàm Christus ipse.677.2.c & sequ.

119 In Euangelium & festum Inuentionis Sanctæ Crucis.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine.
Quòd Nicodemus erat ex Pharisæis, qui iustiores apud Iudaicum censebantur populum, de quibus 380.2.d & seq. Quòd ve hic rectè adnotetur, Nicodemum venientem ad Iesum fuisse ex Pharisæis, qui segregati quidem instar religiosorum dicebãtur, sed præ reliquis erãt imperfectiores: quia magna res est, vt imperfectus, & malus religiosus veniat, & reducatur ad Iesum, vt colliges ex dictis, 719.2.a & seq.
Hic venit ad Iesum nocte. Quomodo nox esse queat ei, qui accedit ad Iesum veram lucem. 430. 1.c & sequenti.
Cùm Nicodemus vt adhuc imperfectus nocte, & in occulto ad Iesum venerit metuens, & erubescẽs si videretur: Potes hic agere, quàm praua, atque damnosa hæc duo sint, præsertim in hominibus bonis. Et quidem de erubescentia habes 390. 2. a & sequen.
De timore autem.360.2.b & seq.
Cùm per noctem quoque significetur ignorantia, vt habes 433.2.d Potes hic agere quàm enitendũ vnicuique sit, vt ab ipsa recedat, præsertim in rebus fidei.149.1.d
Rabbi, scimus, quia à Deo venisti magister.
Ob id in carne venisse Christum in mundum, vt magistri exerceret munia.6.2.d & 984.2.d
Quòd Christus ita extiterit Magister, vt simul & Rex fuerit.61.2.d & seq.
Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.
Quòd ex Christi miraculis argueretur in illo esse diuinitatem.804.1.d & 851.2.a
Quòd in miraculis ipsis faciendis Christus superauit alios sanctos, 339.1.c
Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest introire in regnũ Dei.
Quòd Deus quamlibet, vel minimam accipit occasionem nobis benefaciendi, & sese insinuandi. 802.1.a & seq.
In cœlestem patriam introire neminem, qui per nouam reformationem vitę denuo natus non fuerit: & quomodo hęc fiat noua natiuitas, 457.1.c & sequenti.
Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire, &c.
Quòd in baptismo anima excitata & sponsata sit, vbi & genita.998.1.a
Quòd bene renasci dicamur in baptismo, in quo vt in similitudine mortis & sepulturæ Christi, & nos mortui sumus.707.2.c & seq.
Nouam illam natiuitatem dici fieri ex Spiritu sancto, quia in baptismo exhibeatur Spiritus sanctus ibid.c & seq.& 713.1.d
Dici pariter fieri ex aqua propter purissimam ablutionem, quæ ideo dicatur ablutio lactis.839.2.d
Quòd per baptismum introducamur in Ecclesiam domum vini, & regnum Dei.289.col.7.c.d
Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex Spiritu spiritus est.
Animam per intentionem rectam nasci ex spiritu, transformatam in ipsum spiritum sanctum. 219. 2.a & seq. Vide & 221.1.d
Spiritus vbi vult, spirat: & vocem eius audis; sed nescis vnde veniat, aut quò vadat.
Quare Spiritus sanctus assimiletur vento spiranti. 351.2.c & seq.
Quomodo in anima, in qua voluerit spiret Spiritus sanctus, audiaturque illius vox in sanctis inspirationibus.335.2.a & sequ.
Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo.
Qua ratione Christus in mundum veniens ascenderit simul, atque descenderit 251.1.c & seq.
Quòd idemmet Christus in corpore suo mystico ascendat simul atque descendat, quando spirituales orationi vacnot.186.2.& seque. & contemplationi.466.1.a & sequ.
Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis.
Quòd Christus eatenus instar serpentis exaltatus sit, quatenus super crucis lignũ maledicti, & peccatoris speciem exhibuit nigram, 90.2.b & seq.
Quomodo idem exaltatus in cruce peccatũ appellatus sit.228.2.d
Quòd super cruce fuerit quidem homo manifestus sed Deus absconditus.348.2.b
Immo in medio latronum crucifixus sit, vt censeretur latro, & scelestus æquè ac illi, tametsi contrarium per illos manifestatum sit,272.2.d
In crucem vt in palmam ascendisse Christum.950.2.a & seque.
Quomodo lignum Crucis congruat cum arbore scientiæ boni, & mali, in quo peccauerunt primi parentes,499.2.a
Secundum aliquos Patres idem lignum extitisse ex arbore ipsa scientiæ,997.2.c
Quòd in crucem ipsam iustus quisque ascendat per imitationem.951.1.b
Quòd sicut Iudæi liberabantur à morte dum in exaltatum serpentem æneum oculos conijcerent: Ita & fideles quique in meditatione Christi super crucem exaltati præseruentur, & eruantur à morte peccati, excitati ad se crucifigendum cum Christo ipso 996. 1.c & promoti ad charitatem, ibidem,2.d
De hac autem meditatione plura videre potes notata in Indice rerum, verb. *Passionis Christi meditatio.*
Exaltatum Christum ob id potissimum in cruce, vt ab omnibus cõspici posset, atque adeo exaltatum vt lampadem super candelabrũ.1016.2.d & 1002 2.a & sequent.
Crucem Christi esse gladium sanctorum, 488. 1.a Immo esse omnem armaturam fortium, & mille

clypeos,

clypeos.595.2.b.c & sequ.

Si plura de ipsa crucis materia velis, vide quæ notata sunt in festo Exaltat.S.Crucis,& in Indice rerum,verb.*Crux*,& *Christi passio*,& *Passio Christi*.

Vt omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Per fidem in Christum crucifixum haberi vitam æternam,quatenus iustificationis fundamentum ipsa est fides.281.1.c & per fidei munus Deo exhibitum acquiritur Spiritus sancti gratia.190.1.b

Vide in Indice rerum,verb.*fides*.

Pro festo Apparitionis S.Michaelis Archangeli vide in festo Dedicationis eiusdem.

Pro festo S. Ioannis ante portam latinam vide quæ notata sunt super Euang.feriæ 4.Domin.2.Quad.

FESTA IVNII.

Pro festo S.Barnabę vide in communi Apostolorum super Euang. *Hoc est præceptum meum.*

Pro festo S.Basilii Magni vide in cōmuni vnius Martyris super Euangelium, *Si quis venit ad me, & non odit.*

120 In Euangelium & festum S. Ioannis Baptistæ.

Quis putas puer iste erit? Cùm ad hanc interrogationem nemo, qui respondeat,reperiatur in Euangelio,tu primum ex Euangelio ipso desume hanc responsionem, *Ioannes est nomen eius*.

Vide de hoc nomine Ioannis,& quomodo eius recordatus sit Dominus de ventre matris illius, sicut & alterius pariter eiusdem nominis lucernæ ardentis,& lucentis,347.2.c & seque.

Secundò desume responsum ex ipsissimet Angeli verbis, *Iste puer erit magnus corā Domino*, nō magnus simpliciter,quia & apud seipsum,& coram hominibus humillimum se existimari gaudebat.humilis enim celsissimum obtinet locū,vt habes 583.1.e & sequent.

Quòd si humilitas adæquari debet magnitudini, quam quisque habet.189.1.a Humillimum sane Ioannem,atque adeò & magnum coram Domino dicere operæprecium est,cùm super magnam virtutum molem ipsa eius humilitas fundata esset, 586.1.a quandoquidem inter magnitudinem, & humilitatem perfectā præclarus exhibetur circulus à magnitudine ad humilitatem,& ab humilitate ad magnitudinem,588.1.d & seq.

Vinum, & siceram non bibet.

En aliud,per quod Angelus propositę satisfacit interrogationi.Puer iste erit contemptor cuiuscunque voluptatis sensibilis,quæ per vitium designatur,vt habes fusius 22.1.a & seq.& 72.2.e & seq.

Quòd temperantiæ fructus conseruentur per vitā austeram,qualem transegit Ioannes Baptista,573.2.c & seque.

Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.

En tertium Angeli responsum Ioanni collatam in vtero copiosissimam Spiritus sancti gratiā à Christo per Mariam,& quomodo id factum sit.347.1.b & sequen.

Plenitudinem eam gratiæ & Spiritus sancti, quæ proportionata,& conueniens erat officio Præcursoris Christi,illi fuisse exhibitam,35.2.e

Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.

En quartam eiusdem Angeli responsionem. Iste puer erit primus Euangelii,& gratiæ prædicator, filios Israel,ad gratiam ipsam,eiusve datorem conuertens.Vide quæ dicuntur 269.1.c & seq.

Quòd Ioannes conuerterit multos ad Dominum, cum esset vox Christi,338.2.a Cumque esset prædicator pœnitentiæ in remissionem peccatorum, 89.2.b & seq.Atque adeò & vox turturis eius prędicatio dicta est secundum Nyssenum,372.2.a & vox columbæ.387.2.c

Istam Ioannis prędicationem pœnitentiæ securim quidem ad radicem arborum positam, fuisse appellatam ob eius robur.387.2.c attamen dulcissimam extitisse nedum in Dei auribus,vt vocem columbæ,388.1.d sed & in auribus Ecclesiæ, ideoque secundum Psellum dictam guttur Christi suauissimum,864.1.b

Elisabeth impletum est tempus pariendi,& peperit filiū, & audierunt vicini,& cognati eius,quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa.

Quàm magnam exhibeat Deus misericordiam suā quando insignem quempiam in mundum prodire,& nasci facit iustum.Siquidem propter illum vnum,illoque conspecto multis parcit peccatoribus,totique sæpius populo.265.1.a & seq.

Idque multò magis ad illius preces, quibus ille se eius iræ summo se opponit robore, 1038.2.b & seq.& 1039.2.c Adde qd ad iustū ipsū vt ad tutissimum portum confugere vnicuique liceat in fluctuoso huius sæculi mari.176.1.d

Magnificari quoque Dei misericordiam,cùm quis mundo exhibetur iustus,quia illum intueri licet vt spectaculum quoddam sanctitatis.905.2.c

Et congratulabantur ei. Congratulationem & compassionem esse duo vbera iustorum.28.1.c

Apertum est autem illico os eius,& lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.

Vtinam & ostium oris nostri conclusum teneatur, vt habes 681.1.c & lingua nostra constricta vitta silentii,vt habes 561.1.c & seq.Nec aperiantur labia,nisi ad benedicendum Deum,& ad orationē, de qua habes 557.2.a & sequ.

121 In Euangelium & festum SS. Apostol. Petri & Pauli.

Petrum, & Paulum esse duo vbera Ecclesiæ æqualia,& lacte redundantia.598.2.b & seq. Vide ibi. 2.a & sequ.eas, quæ circa vberum metaphoram, & duorum hinnulorū capreæ similitudinem plures fiunt ponderationes,facile enim quæ de Prælatis in genere ibi pertractantur,ad hos duos Prælatorum referes Principes.Sicut & ad eosdem referes ea, quæ de Doctoribus Ecclesiæ circa easdem metaphoras tractantur.607.2.a & seq.

Vide pariter in expositione secunda Vers.x.ca.ix. 650.2.b & seq.quæ de sanctis Ecclesiæ vberibus dicuntur,ac de sanctis eiusdem Prælatis. Vide & 1038.1.c & 1041.2.c

Quòd iidem duo Apostoli sint & comæ Christi capitis Ecclesiæ,habes ex Psello 836.2.d Quomodo autem sint sicut elatæ palmarum, facile colliges, ex iis,quæ dicuntur a Patribus,ibi.1.c & seq.

Quòd sint & duo Ecclesiæ oculi instar columbarū facile probabis ex iis,quæ habes 536.1.c & seq.& 838.1.d & se.vbi explicatum reperies, Quomodo fuerint super riuulos aquarum,& lacte loti,residē tes

tes iuxta fluenta plenissima. Vide & 928.1. d Quomodo isti duo oculi fuerint sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis: facile enim ea ad hos duos referes, præsertim si per portam filiæ multitudinis, Vrbem intelligas, quo maxima confluebat multitudo populorum ex toto mundo.

Quòd sint & duo Ecclesiæ mystici Christi corporis crura, duæque præfortes columnæ marmoreæ fũdatæ super bases aureas colliges facillimæ ex iis, quæ dicuntur, 857.1.c & seque. & 858. 2. c & sequenti.

Petrum esse guttur Ecclesiæ sicut vinum optimum Paulum verò esse eiusdem os redolens mala habes ex Aponio. 953.2.b

Quomodo iidẽ duo Apostoli sint Ecclesiæ Catholicæ collum, Christum illius caput in illa sustentantes, facile item colliges ex iis, quæ habes 577.1.e & seque.

Quomodo sicut turris Dauid. 579.1.e & seq. De armis denique eorumdem. 580.2.d & seq.

Respondens Simõ Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei, Beatus es Simõ Bar-Iona. &c. *Et ego,* &c.

Fidei oculo qua ratiõe Petrus vulnerarit cor Christi vulneratus ipse priùs à Deo. Et quomodo inuicem hoc pacto istiusmodi renouata sint vulnera, colliges facile ex iis, quæ dicuntur. 642.2.a & seq.

Quàm meritò *Beatus* dictus sit Petrus, cui Pater reuelauit, cùm fidei infusio, & istiusmodi reuelatio sit exhibitio diuinorum vberum, præstantissimumque diuini amoris indicium. 69.2.b & seq.

Bar-Iona. idest filium columbæ congruentissimè nũcupatum fuisse Petrum, cùm ob id beatus a Christo prædicatus est, *quia caro, & sanguis non reuelauit ei, sed cælestis Pater*: quandoquidem fides prædicta & simplicitate, & puritate decora est instar columbarum, 217.2.e Vide & 69.1.c & seq. Vide & 17.1.d & seq.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petrum ædificabo Ecclesiam meam.

Quòd Ecclesiæ Catholicæ ædificium factum sit cæmentis charitatis. 627.1.c & seq.

Quòd prima petra fundamentalis huius ædificii Ecclesiastici sit Christus, Deusque ipse, quæ fortissima quidem est licet per hominis intellectum in ea excauentur foramina attributorum. 393.2.c & sequent.

Super hanc autem primam petram Christum, istã aliam petram Petrum illius Vicarium innixam, quæ ædificium ipsum fulciter vniuersum. 577.2. a & sequ. Vide & 125.1.b & seq.

Quàm bene à Christo hic dictum sit, *Et ego dico tibi, &c, Aedificabo Ecclesiam*: cum ipsa Petri sedes, & Apostolica Ecclesia adeò sit excellens, vt ab ipso solo fieri, & ædificari potuerit Christo. 490.1. d & seq.

Quàm firmum ac solidum sit ædificiũ istud in Petro fundatum, 491.1.a & sequenti. Vide & 473.1. e & sequ.

Et porta inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris &c. & *quodcunque solueris*, &c.

Qua ratione Petri sedes, sit ipsomet inferno potentior, atque ipsis præfortibus inferni portis fortior in potestate clauium, 1009.1.c & seq.

Pro festo commemorationis S. Pauli, Vide quæ notata sunt in festo Conuersionis eiusdem.

122 In Euangelium eiusdem festi Commemorationis S. Pauli.

Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.

Apostolorũ progressus quàm admirabilis in agro, & deserto huius mundi, cùm instar ouium infirmi missi essent inter lupos, terrenos principes, atq. tyrannos, 465.1.b & seq.

Eorumdem Ecclesia quomodo ab iisdem tyrannis percussa, & vulnerata sit. 822.2.e & 820.1.d & seq.

Per Spiritus sancti aduentum sublata impedimenta quatuor, quæ harum ouium, sanctorumque Apostolorum impediebant progressum inter prædictos lupos. 333.1.a & seq. Vide & 360.1.d

Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

Prudentia in quonam serpentem imitari debeat, & quomodo illam exornet simplicitas. 550.2.d

Vide ibid. 1.c & seq. tractatum de conditionib. bonæ, sanctæque prudentiæ.

Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, &c.

Quòd eloquium Apostolorum, & cuiusque sancti prædicatoris, & Confessoris Christi suggeratur illis à Spiritu sancto, siuè eloquiũ ipsiusmet Dei, 556.2.c & seq. & 388.1.b & seq. vbi habes hanc diuini verbi prædicationem, & confessionem esse duplicem Echo.

Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.

Odio ab omnibus hominibus habitã Apostolorũ Ecclesiam, ærumnarumque nigrore infectam, sed formosam nihilominus, & pulchriorem in iisdẽ Apostolis per odium illud redditam 79.1.e & seq.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Perseuerantiam conferre perfectionem structuræ domus æternæ beatitudinis. 243.2.b

Quòd qui perdurauerit vsque in finẽ in tolerandis ærumnis, & persecutionibus propter Christum, tutus reddatur possessor salutis animæ suæ, regnique cælorum, 1022.2.c & seq.

FESTA IVLII.

123 In Euangelium & festum Visitationis B. Mariæ.

Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.

Quòd Maria festinãs ad Elizabeth tracta sit à Christo, & cucurrerit in odorem vnguentorum illius, 58.2.d

Quod surrexisse dicatur Maria, quãdo abiit in mõtana ad Elizabeth, quia charitatis affectus id habet proprii, vt suscitet à quacunque socordia, vel etiam à respectu quocunque. 811.2.c

Ex eadem charitate animam quamlibet id habere, vt ascendat, 467.1.c

Impulsui autem illius nil posse obsistere: cùm impetus eius sit impetus ignis, atque flammarum 1018. 1.b & seq.

Cum festinatione, abiisse dicitur Maria, dum ipsa impelleretur charitate, cuius & alæ dicũtur alę ignis & flammæ Dei, vt habes 1014.2.e

Quomodo autẽ hisce eius alis voletur, habes 1017 2.a & sequen.

Vnde fit, vt quo quisque est sanctior, eò sit & magis sollicitus in vita spirituali, 355.2.b & seq.

Cum festinatione item abiisse dicitur B. Maria, ne vagari censeretur, vt proprium esse solet prauarum, mulie-

Digitized by Google

mulierum.136.1.e Cum virgo alioquin esset pudicissima ipsamet virginitatis conclusam se seruare solita sępe, de qua.117.1.c
Id quippe peculiare est pudicarum quarūlibet virginum, vt conclusas se seruent, ideoque & significanti nomine apud Hebręos absconditæ appellātur, 565.1.d & seq. Et virginitas ipsa *Hortus cōclusus*, reperitur nuncupata.684.1.a & sequ.
Quinimo apud Aegyptios ideo mulieribus interdictus vsus calceorum, ne foras prodirēt, 568.1.c vbi plura de hac materia. Ideo denique & mulieres quæque species domus appellantur, 453.1.d
Quam autem necessarium id eis sit, vt domi se contineant habes 823.1.a & 1031.1.c & seq.
Abiit in montana B. Virgo, nec ei iam graue fuit montes conscendere arduos, tametsi puella esset tenella, quia Christo innitebatur, quem habebat in vtero. Sic & mōtana vitæ Spiritualis iis facillima redduntur, qui eidem innituntur Christo.990.1.b & sequent.
Quæ sint montana, ad quæ cum Christo nobis tendendum est.610.2.b & seq.
Cur mortificationis studium dicatur mons, & studium orationis dicatur collis, 613.1.c
Orationis & meditationis studia esse montana Iudææ ideit confessionis, in quæ Christo sociāte abire debet anima deuota.615.2.b & seq.
Et intrauit in domum Zacharia, & salutauit Elizabeth
De virginali pudore, quo B. Virgo intrauit in dictā domum, 567.2.c & sequ.
De eiusdem modestia, & humilitate, qua prior ipsa iunior salutasse dicitur seniorem, 570.1.d & 572.1.b & seque.
Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elizabeth.
An Ioannes sensu, & cognitione exultauerit in vtero matris ad salutationem Mariæ 344.1.a
Christus in vtero Mariæ stetit ante Elizabeth, & Ioannes tanquam post parietem diaphanum, 346.2.a & seq.
Per Mariam & Ioanni, & Elizabeth matri eius collatam ab eodem Christo gratiam, & plenitudinē Spiritus Sancti, quavè ratione.347.1.c & seq.
Perque hanc gratiæ exhibitionem Christum semet prospiciendum exhibuisse eidem Ioanni, ibid.e
Bene exultatione expressam hanc gratiæ, & Spiritus sancti susceptionem, cùm id peculiare sit Spiritus sancti, vt exultationem & gaudium suo adferat aduentu, 332.1.b & 720.2.c
Exultatio Elizabeth, & Ioannis in memoria vberū Mariæ.78.1.b
Et exclamauit voce magna, & dixit; Benedicta tu, &c. & benedictus, &c.
Quòd Spiritus sanctus in animabus existens penè totus lingua esse videatur.352.1.a
Quod à tempore repletionis huius Spiritus sancti tum in Ioanne, tum in Elizabeth cœperit Euangelii, & gratiæ prædicatio.369.1.e & seq.
Ob coniunctionem virginitatis, & partus Mariam benedictam iure prædicari nedum ab Elizabeth, sed & ab vniuersis, & benedictam præ omnib. mulieribus: quia ei vni concessum est præstantissimū ornamentum istud, de quo plura habes 181.1.a & seq. & 175.2.b & sequ. & 573.1.b & seq. & 682.1.e & seq. Inde enim benedicta inter mulieres, quia benedictus fructus ventris eius, Vide 227.2.c & seq. & 236.1.a & seq.
Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.
Quòd Maria de congruo meruerit fide, & humilitate sua, vt fieret Dei mater, vnde beatam iure eam prædicant vniuersi.646.1.e
Atque adeò ex cognitione fidei, & humilitatis propriæ ipsa arguere potuerit præsentiam Dei in se, vnde eadem beatitudo, 156.1.a
Quòd fides ipsa fuerit causa, vt eadem Virgo decoraretur & virginitatis & partus pulchritudine, 220.1.b & sequen.
Quàm magna hæc Mariæ fides.535.1.a & seque.
Mariam obtinuisse beatitudinem, qua hoc loco celebratur ab Elizabeth non tam ex Christi conceptione, & partu, quæ cōsecuta sunt, quā ex præstātissima ipsius fide.775.1.c & seq. & 927.2.e & se.
Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum.
Quòd B. Virgo gloriosa ingiter sit in Domino, & in humilitate propria.76.1.c & sequent.
Ideoque in illum retulerit quicquid in se esset præclari, 189.1.a
Et beatitudinem illam, qua generationum omniū ore celebratur, eidem acceptum ferens Domino, ob id potissimùm eum magnificauit, quia is humilitatem suam respiciens misericordiæ suæ ipsi impertierit.781.2.d & seq.
Et exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo.
Mariæ exultationem in Deo fuisse ex memoria misericordiæ illius, 70.2.c
Necnon & in signium beneficiorum eiusdem.73.1.b & sequen.
Exultationem Spiritus esse lætitiam in dilectione Dei super omnia, quæ est & perfectissimum gaudium.76.1.c

124 In festum S. Mariæ Magdalenæ.

Vide quæ notata sunt super Euang. ferię quintę, Dominicæ Passionis.
Duos insignes, eosque maximè sibi inuicem aduersos pertractare potes Magdalenæ titulos, ambos ex Euang. depromptos. Peccatricis vnum. *Mulier erat in Ciuitate* paccatrix: Et charitate succensæ alterum, *Quæ dilexit multum*, de quibus ipsamet gloriatur eo modo, quem habes 84.1.e & seq.
Cùm amor nullam potiorem habeat causam, quā amorem ipsum, vt habes 1015.2.c
Proba, Magdalenæ charitatem ex ipso peccatricis titulo maximè auctam, cùm per illum immensam magis intelligeret Dei charitatem, quæ instar fornacis ardentissimæ peccatis mūdi, quasi aquæ guttis, & exiguo rore indies suas altiùs eleuat flammas, vt habes 780.2.a & c & seq.
Quàm autem duo isti tituli simul pugnent, proba ex eo, quòd peccatum denuò adueniens charitatē fuget, & è vestigio charitate ipsa arceantur peccata.719.2.e & seq.
Sicut per amorem proprium radicem omnis peccati arcetur ab anima charitas, & per charitatem amor ipse proprius tanquam instructo, validoque fugatus exercitu, 316.1.b & seq.
Quod si in Magdalena pugnam totam videre velis, audi ipsamnet illam referentem, 299.1.e & seq.
Quòd autem peculiariùs secundus illi competat titulus, *Dilexit multum*, audi eamdem id referentem peregregie, cùm primam suam exponit conuersionem, seque instar ferocissimæ feræ à Christo vulneratam asserit charitate, vt habes 309.1.d
Vnde factum est, vt eum, quem diligebat anima ipsius eo modo, quem habes 128.1.b & seq. iugiter docentem audire satagens dicat illi: Indica mihi, vbi pascas &c. vt colliges facile ex sensu allato ab Origene, 135.1.e eodemque perfrui desiderās

idipsum

idipsum sæpius reperetet. Indica mihi &c. sensu explicato 130.2.c & seq.

Secundo multam eiusdem Magdalenæ charitatem & dilectionem in Christum ex vnico, & potissimo argues eius studio contemplationis, quo sedens secus pedes eiusdem Christi audiebat illius verbũ nedum externum, sed & internum, prout ipsa fatetur. 286.1.b & seq. & apertius 289.1.e & seq. & 299.1.c

Tertiò, ex singulari illo suscitationis Lazari fratris eius, quo à Christo cumulata est beneficio, quandoquidem beneficiis quam maximè flammam accendi charitatis habes 73.1.e & sequent. & 1015. 1.o & sequen.

Quartò, ex affectuosissimo ministerio illo, quo post prædictum beneficium super Christum recumbẽtem nardi effudit vnguentum, de quo. 191.1.c

Quintò, ex eo quòd sine ipso dilecto suo haud persistere valens. ad eius absentiam languens, animique deliquium patiens fulciri per illum exposcit, 308.1.a & seq. Quale vero istud eius esset deliquiũ habes 305.2.d Quòdve hoc languens charitatis languore phrenetico similis esset, habes 824.1.a

Sextò ex eo quòd etiam cùm à discipulis Christus derelictus fuisset Passionis tempore, ipsa animo infracto stetit iuxta illius crucem: vbi, & dixit, *Sicut malus inter ligna sylvarum, sic* &c. eo sensu, quem colliges ex dictis. 272.1.c & seq. & breuius. 273. 1.c & *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi* &c. iuxta sensum Theodoriti 286.2.a

Et de eodem, *Botrus balsami dilectus meus mihi in vineis Engaddi*. sensu Ambrosii. 209.2.a & seq.

Septimo ex ministerio aromatum, seu ex complexu exanimis corporis eiusdem Christi è cruce depositi, aromatibusve myrrhæ, & aloe delibuti, quando ad istiusmodi complexus dicere potuit. *Alligamentum guttæ fraternus meus mihi inter vbera mea commorabitur*, sensu allato ex Origene. 198.3. d & seq.

Octauò ex sedulo studio, quo Christum ipsum in sepulchro conditum quæsiuit. postquam ille resurrexit, quòd sane studium ipsamet enarrante disces ex Beda citato. 460.2.c Vide & 441.2. b & se.

Nonò, ex secessu in solitudinem, in qua vni indulgens vnioni cum ipso dilecto suo, dicebat, *Dilectus meus mihi, & ego illi*, &c. sensu allato. 416.1. c & seq.

Vnique vacans studio contemplationis frequentissimis ascensionibus eleuabatur, ita vt cœlestes spiritus illam admirantes dicerent, *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi*. &c. sensu quem colliges ex dictis 466.2.b & seq. & breuius. 468.1.c & seq.

Ex omnibus hisce allatis ita probato, quod propositum est, vt præcipuus Magdalenæ titulus, iste fuerit, quo Iesus eam insigniuit, *Quia dilexit multum*.

Adde titulum prædictum ita eidem competere, vt merito illam vt talem Angeli admirarint, appellarintque eam charitatem in deliciis. *Quam pulchra & suauis facta es charitas in deliciis*. sensu, quem ex Theodorito, & Ambrosio habes 941.1. a & seq.

125 In Euangelium festi Sancti Apollinaris Episcopi, & Mart.

Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior.

Inter Christi discipulos debere fieri contentionem potius de humilitate, qualis facta est inter Christum ipsum, & eius matrem, de qua 255.2.b

Tanto vnumquemque debere esse humiliorẽ, quãto est maior, 189.1.a

Vide de humilitate plura in Indice rerum, verb. *humilitas*, & de superbia vitanda in verb. *superbia*.

Dixit autem eis Iesus; Reges gentium dominantur eorum & qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Ego autem in medio vestri sum, &c.

Vide hunc locum explicatum 525.1.c

De humillimo, & celsissimo Christi regno, 497.1.e & seq. & 522.2.d & seq.

De Christi humilitate præstantissimo humilitatis omnis exemplari. 587.2.d & seq.

Qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator.

Quòd superiores, & Prælati debeant se censere ministros, & inferiores subditorum obedientium, cùm per illorum obedientiam ipsis subiiciantur, 637.1.c & seq. & 630.2.c & seq.

Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis & ego dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi pater: vt edatis, &c.

Quòd anima tribulata fit particeps regni Christi, quòd illi in hac vita dispositum fuit à Patre. 759. 1.a & seq.

Quòd tribulationes ipsæ ita coronent iustos, vt simul conferant & regnum. 522.1.a & seq.

Quive illas pro Christo patiuntur, sessuri sint cum eo in die iudicii, vt iudices, & cœlestis regni possessores, 1023.1.c & seq.

Pro festo S. Iacobi Apostoli Vide Euang. feriæ 4. Dominicæ secundæ Quadragesimæ.

Pro festo S. Annæ matris B. Mariæ, Vide quæ notata sunt super Euang. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro*. In communi SS. mulierũ.

FESTA AVGVSTI.

126 In festum S. Petri ad vincula.

Vide quæ notata sunt super Euang. in festo SS. Apostol. Petri & Pauli. Vide & in festo Cathedræ S. Petri Romæ.

De vinculis peccatorum pessimis, quibus cõstricti nil boni agere possumus, quòd cœlestis sit valoris 811.1.e Deque iisdem vt Deum trahentibus è cœlo in terram, 53.2.b & seq.

De secundo vinculorum genere, deq; humanis miseriis, quæ per Oseam Prophetam dicuntur *funiculi Adam*. 53.1.b

De vinculis charitatis, quibus Deus traxit homines. 52.2.d & seq. Et trahitur ab hominibus. 55.2. e & sequen.

De quarto vinculorum genere, quibus Deum deuincimus, & Dæmones, & cuncta creata per orationem, quæ & catena est, & funis, 549.2.a & seq. Et vitta, atque funiculus coccineus. 558.1.d vsq. ad 560.

De tribus religiosorum votis quinto vinculorum genere, quibus ita iidem deuinciuntur, vt magis reddantur liberi, & insigni ornamento decori. 173.1.c & seq.

De obediẽtia sexto vinculorum genere, quo ita deuincimur, vt quasi preciosissimis potius honestemur torquibus, atque monilibus. Quove & magis reddimur liberi. 174. 2. a & seq. Vide & 176. 1.e Ambrosium legentem, *Ceruix tua sicut redimicula*.

De Prælatura septimo genere vinculorum, quibus ita pariter deuinciuntur, qui per obedientiam mysticum repræsentant Ecclesiæ collum, vt quasi insignibus decorentur murenulis. 180.1.a & seq.
De virtutum omnium connexione, quæ & ipsa catena quædam est, non quidem ferrea, sed aurea, & vincula instar monilium fabrefactorum manu insignis artificis. 917.2.a & seq.
Postquam his omnibus octo vinculorum generib. B. Apostolorum Petrum instructũ ostenderis, adde & nonum, atque postremum illud, in cuius honorem hodiernum celebratur festum: Vincula ipsa ferrea, quibus pro nomine Iesu Petrus ipse in carcerib. deuinctus est, quæve & gloriosiora is cõsuit, quàm monilia & ornamenta quantumlibet præciosa, & iucundiora quàm deliciæ mundi vniuersæ. 939.2.e & sequ. prout & de coapostolo eius Paulo habes expressius. 940.1.c & seq.
Tum ostende non immeritò & B. Petrum tanti hęc fecisse vincula, & Ecclesiam præsenti illa celebrare festiuitate potiùs, quàm alia eiusdem vinculorum genera: cum per ea is pro nomine Christi passus sit, & pati pro Deo multò sit ei gratius, quàm operari item pro ipso, vt habes 931.1.c & seq. neq. Dæmonibus quid operum nostrorum tanti æstimatum, quàm nos aliquid pro Christo pati, quod & maximè formidant. 932.1.c & seq. Vnde nil mirum, si & sancti idipsum sibi maximè putent gloriosum, vt habes 932.1. c idque & aliis vniuersis studeant persuadere, vt colliges ex dictis. 309.2.a & seq. & 522.2.e & sequ. & ibid. 1.d 846.2.a & se.

Pro festo S. Dominici Confess. Vide quæ notata sũt super Euang. *Sint lumbi vestri præcincti*; In communi Confess. non Pontificum.

127 Euangelium & festum Dedicationis S. Mariæ ad Niues.

Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit ei.
Quòd bene mulier exclamasse dicatur, loquente Iesu: quia ad id impulsa, & excitata fuit vi, & dulcedine verborum illius, quæ quanta esset habes 224.1.b & sequ. & 307.2.c & seq.
Quàm congruè mulier ista excitata ad Christi laudes, laudet potius eius matrem, cùm & ipsa Dei genitrix Christum ipsum laudari consueuit, quando ab illomet laudaretur, vt colliges ex dictis. 227.1.c & sequent.
Cùm mulier eadem typum gesserit Ecclesiæ, potes hoc loco tractare rationes, quibus illa iugiter cũ suis fidelibus tantam Virginem celebrare consueuit, cive & tẽpla, & basilicas erigere, vt in ipsis frequentiori populorum collectione laudaretur, quarum prima est, quòd eadẽ Virgo est aduocata peccatorum, sicut & Christus, 155.2.e & 593.2.b & 1040.1.c
Secunda, quia mediatrix est inter Christum, atque ipsam eius Ecclesiam constrata charitate, 513.1.e.
Tertia ob sedulum eius studium erga ipsam, suosve fideles. 897.2.e & 902.2.c & 1029.2. & 1047.1.b & 1054.2.a
Quarta, quia dimicat pro ipsa. 902.2.e
Quinta, quia accurrit in auxilium deuotis suis, 811 2.b & 911.1.e
Sexta, quia inuitat Christũ in ipsam, & in pias quasque animas. 963.2.c
Septima, quia proponit Christo fructum conuersionis etiam hominum mundi. 895.2.e
Octaua, quia eius precibus excitati sumus ad Christum sub cruce. 906.2.a
Beatus venter, qui te portauit.
Nedum beatam, sed & beatissimam iure ab vniuersa Ecclesia dici Mariam ob virgineum partum, 891.2.c
B. Mariæ ventrem extitisse lectulum Verbi, cuius lectus est vterus Patris, 236.1.c quave ratione istius modi lectulus dictus sit vmbrosus. 237.2.c
Eumdem ventrem fuisse parietem diaphanum, 347 1.c Et hortum Dei. 733.1.a
Curvè is dictus sit sicut aceruus tritici, 924.1.e
Et vbera quæ suxisti. Ista Mariæ vbera quomodo dicantur de cœlo plena. 606.2.e
Quòd laudentur ex hac virginei, & cœlestis lactis plenitudine ibid. d
Et ob idipsum dicantur pulchriora vino luxuriæ, è qua vbera alia lac habent. 649.1.d
Quòd eadem sint miraculum pulchritudine. 657.2 a & præcipuum spectaculum beatorum, 950.1.c
Quòd ea filio ostendat Maria, quando orat pro peccatoribus. 949.1.b
Et per illa flectat quodammodo violenter Deũ ad misericordiam, 656.2.c
Sũt quippe oratio efficacissima. 657.2.b & efficaciora orationibus sanctorum omnium. 657.2.e
Quomodo Christum lætificẽt. 657.1.b & inebriẽt. ibidem. d
Quomodo sint vnguenta preciosissima. ibid. 2.c
Quòd dicta sint lampades dilectionis eius in Deũ, 1021.2.e
Mystica eiusdem Virginis vbera esse virginitatem, atque fœcunditatem ex Ruperto. 608.2.c
Esse geminam dilectionem, qua reis impetrat veniã & iustis gratiam, ibid. ex Richardo. esse & illius misericordiam, & pietatem. ibid. d
At ille dixit; Quinimo beati, qui audiunt.
Quid fuerit in Maria præstantius, esse virtutibus decoram, & gratia plenam, an esse matrem Dei. 25 2.a & sequen.
Maternitatem eatenus in illa extitisse præstantiorẽ quatenus iunctas habuit alias gratias vniuersas, ibid. b & ob virtutum omnium connexionem, 917.2.e & seq
Tametsi ipsa virtutum structura innixa sit in maternitate Dei. 918. 1.b ex qua maternitatis gratia magis, quam ex vlla alia re diuini in se amoris notitiam habuit, 35.2. b
Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.
Verborum Dei quanta habenda sit ratio. 847.2.e
Verbum Dei, eiusdemque legem ita custodiunt sãcti quique, vt quasi digito Dei scriptam in se ipsis cõtineant. 855.1.a & 856.1.d & quasi typis in corde, & in brachio suo ferueat impressam. 1004.1.b & seque.
Iustos esse ventrem Christi, & pyxidem eburneam sacrarum scripturarum, 941.2.a & seq.

Pro festo Transfigurationis Domini, Vide in Sabbato post Domin. primam Quadrag. & in Domin. 2. item Quadragesimæ.

128 In festum S. Laurentij Martyris.

Vide quæ notata sunt super Euang. *Amen amen dico vobis; Nisi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit*, &c. In communi vnius Mart.
Quòd B. Laurẽtius triumpho cum Christo dilecto suo reuecturus de tyranno, deque Dæmonibus, super

per ferreas craticulas, vt super reclinatorio aureo triumpharit, extenso corpore suo, toto charitatis igne combusto, ad Christi imitationem, qui super crucis ferculo, superque illius reclinatorio resedit combustus, combustumque suum extendit & corpus, qua de re plura habes 509.2.d & seq.

Quòd per dexterę eiusdem Christi complexum ad strictą anima sua ad cor illius Laurentius cor ipsum suum totum charitatis igne succensum habuerit, igne ipso desumpto ex eodem Christi corde, quod ardentissimam se exhibuit fornacem. Vide 313.2.d & 510.1.c & seq.

Charitas cur appelletur ignis in scriptura sacra. 1018.1.c

Ignis proprietates quindecim æquè & Deo, & charitati competentes, ibid.2.a & seq.

Quòd ignis ste charitatis in Laurentio nec terroribus, & cruciatibus, nec blanditiis superari, & extingui potuerit. 1020.1.b & 1024.2.a

Pro qua charitate vniuersam substantiam suam, & Ecclesiæ distribuit thesauros, ibid.c

Tametsi propter eam distributionem à Tyranno & fidei hostibus despectus alioquin sit. ibid.d

De hac thesaurorum distributione ex ipsa charitate prodeunte plura videre potes 604.1.a & ibide.c & sequen.

Quòd charitatis ignis nedum extingui potuerit cruciatibus, atque blanditiis, sed & ipsa fortior, validiorque extiterit morte, quandoquidem pro eo igne tuendo Laurentius mortem cõtempsit, 1013.1.d & seq.

Rationes diuersæ, ob quas charitas in genere fortior dicatur morte 1010.2.b & seq.

Verba Laurentii ad impiissimum Tyrãnum extitisse scintillas, & flãmas ex dicto igne charitatis eius erumpentes, 1014.1.c

B. Laurentii animam ab ipsomet intra eam existente charitatis igne in cœlum sublatam facile probabis similitudine allata. 500.1.b & seq. Idve maximo impetu cũ impetus charitatis dictos habeat impetus ignis, atque flammarum. 1014.1.d

129 In Euangelium & festum Assumptionis B. Mariæ Virginis.

Intrauit Iesus in quoddam castellum. Si per castellum, & oppidum mundum accipias, Vide quàm aptè is oppidi, & Ciuitatis nomine signetur. 435.1.c

Ingressum autem Christi in hoc oppidũ sub alia horti metaphora explicatum ab ipsomet Iesu habes 743.1.b & seq.

Si tamen magis ad rem nostram per castellum illud B. intelligas Mariam.

Quòd ea non castellum, & oppidum simplex extiterit, sed ciuitas regia, in qua Deus suam constituit sedem, suumque erexit vexillum, habes 301.1 d & seq.

Quòd in hoc oppidum vti in hortum suum Iesus ipse ingressum se asserat, habes 742.2.b & seq.

Quòd & in piam quamque animam vt in propriũ castellum idem ingressus sit, quando ea iustificata est. 299.1.e & seq.

Quòd intrandi Verbum significet adire, & capere possessionem. 340.1.c

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.

Congruentissimè adiectum ab Euangelista mulieris Christum hospitantis nomen. Marthæ enim vocabulum prouocantem significat, & excitãtem, cùm B. Virginem excitantem Iesum, vt in ipsam sicut in domum, hortumque suum veniret, habeamus, 733.1.a & seq.

Domum B. Virginis, in quam Christum excepit, fuisse eius mentem: plures verò eiusdem domus fuisse vniuersas animæ illius potentias, qualesvè eæ extiterint, 144.2.e & seq.

Quòd & anima pariter susceptum Iesum introducat in cor, & mentem suam domum matris suæ, 906.2.d & seq.

Et huic erat soror nomine Maria.

Quod duæ vitę, actiua, & contemplatiua, tanquam duæ sorores debeant simul esse, cùm vita ex ambobus mixta sit perfectissima. 326.1.b & 357.2.d

Quòd vita contemplatiua, & actiua vniformi vulneretur cor Dei. 647.1.d

Quòd vitæ spiritualis perfectio sita sit in vicissitudine curæ sui ipsius, quod est vitæ contemplatiuę, & curæ proximi, quòd est vitæ actiuæ, 708.2.d & sequ. & 302.2.e & seq.

Contemplationem nonnunquam relinquendam, vt in vita actiua proximus instituatur, 460.1.c

Atque adeò sæpius contemplatiui à Christo excitantur ad procurandam proximorum salutẽ. 775.2.c & 357.2.c surguntque à contemplatione ad pdicationis studium, 808.2.c & seq.

Actiones enim perfectas præcedere debet contẽplatio. 326.1.c

Tametsi non desint, qui metuentes per actiuam vitam redire ad sæculi occupationes, diuinæ obnitãtur excitationi, vt habes 794.2.a & seq. Non intelligentes vitam actiuam, & occupationes esse instar tunicæ interulæ, quæ exuitur sordida, & induitur munda: atque in eiusdem vitæ itinere posse ambulari pedibus affectuum mundis. 786.1.b & sequen.

Quæ etiam sedens secus pedes Domini.

Quòd in contemplationis studio sedeatur, tametsi & ascendatur, 466.1.c Quod sedeatur sub vmbra, & secus pedes Christi, gusteturque fructus illius, 279.2.a & seq. & 285.1.d

Quòd nedum sedeatur, sed & dormiatur, quamuis illius somnus bonus sit cum vigilia, 765.2.c & seq.

Maximè autem illis, qui huic indulgeant contẽplationis studio istam esse necessariam tranquillitatis sessionem, exinde probabis, quòd contemplatiui sunt mystici Ecclesiæ oculi, atque adeò & delicatissimi, vt habes 530.2.b & seq.

Quamquam in hoc à corporeis discrepant oculis, quòd vt magis in prædicta perseuerent sessione, intra velum abditos, atque secretos se seruantes acutiùs speculantur. ibid.2.e & seq. meliusque ac tutius corpus vniuersum deducunt Ecclesiæ, 531.2.d & micantiores de se ad Deum emittunt radios 532.1.b Transformati in Deum, quem vnum aspiciunt. 532.1.c

Audiebat verbum illius. Quòd in contemplatione pia anima fit tota stupor. 880.2.d & seq.

Idque in perfruendo interno Dei alloquio. 863.1.a & seque.

Qua ratione ad idem alloquium liquefiat. 817.1.a & seq. & 818.1.c & seq.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

Comparatio vitæ actiuæ, & contemplatiuæ sub metaphora vineæ. 1045.1.e & seq.

Vbi & quomodo actiui satagant circa frequens ministerium, vt coloni vineæ pacifici.

Quæ stetit, & ait. Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.

Proprium id esse solere Actiuorũ, vt remouere nitãtur contemplatiuos à sua quiete: cùm tamẽ id maximè

ximè à Deo prohibeatur, vt habes 325.2.c & seq. & 329.2.b & d.& seq.
Carnales percipere non posse gustus contemplationis, ideoque ab ea auertere obniti quoscunque possunt. 327.1.e & seq.

Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.
Quòd vita actiua ex natura sua iūctam habeat sollicitudinem, 437.1.a
Actiui quantis tribulationibus concutiantur in Ecclesia, 80.1.e & 250.2.c

Porro vnum est necessarium. Contemplationis studiū esse vnum illud, quod est necessariū. Primo, quia in illo suscitatur in anima charitas, quæ est simpliciter necessaria ad salutem. 970.1.d & seq. & 292.1.b Secundò, quia per illud assequimur perfectā cum Deo vnionem, quæ est simpliciter necessaria, 289.2.b
Tertiò quia in illo anima & se, & quicquid in se est Deo elargitur. 885.2.a & 961.1.a
Quartò, quia in illo excitantur ad mortificationē omnium potentiarum nostrarum. 814.1.b
Quintò, quia beatitudo ipsa cœlestis in hoc potissimum sita est, vt diuinam contemplemur essentiā quæ est vltimus, ac necessarius finis noster, vt colliges ex dictis 280.2.b & seq. & 129.2.c & seq.
Vnde contemplationem, & vitam cōtemplatiuam Christi sponsa vineam suam peculiarem appellat 1046.1.c & seq.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.
Quomodo cum hac Saluatoris sententia congruat sententia illa altera eiusdem: *Pulchriora sunt vbera tua vino.* qua vino contemplationis præferre videtur vbera misericordiæ, quibus in vitæ actiuæ studio lac funditur in proximorum vtilitatem. 653.2.b & sequenti.
Contemplatiuos esse præstantiores quocunq. alio fidelium ordine, quo decoratur Ecclesia. 533.1.c
Quàm verè, & de gloriosissima Virgine Maria dicatur, quòd hanc partem optimam elegerit contēplationis. 766.1.e Vide & 65.1.e
Quale extiterit eius studium contemplationis, quāve perfectum. 552.1.e & seq.

130 De Ascensione, & Assumptione eiusdē Virginis ad cęlestem beatitudinem *optimā partem, quæ nō auferetur ab ea in æternum.*

Quæ quamve, eximiæ extiterint illius ascensiones in profectibus, cùm præsentem adhuc degeret vitam. 468.2.c & seq. & 914.2.d & seq.
Quàm optarit Virgo beatissima transferri cū Christo ad cęlum. 734.2.d & 824.2.c & 1.e
Prænunciatam illi à Christo fuisse gloriosæ resurrectionis, & immortalitatis eius. 617.2.a
Firmissimeque ipsam credidisse se ad cęlos assumendam, & regnaturam cum eodem filio suo. 66.2.b
Ei morienti adstitisse Christum cum Angelorū choris, 1054.2.e
Alio verò modo illam è mundo vocasse ad se, ac reliquas sanctas vocet animas, 628.2.e & seq.
Post mortem assimilatam Christo in gloria etiam corporis. 165.2.d
Læuam ejusdē Christi sub capite Mariæ extitisse, quādo ipsa vidit illius gloriam in hoc seculo: Dexteram vero eius ipsam amplexatam esse, cùm ab illo assumpta fuit. 323.1.b
Quòd ascendens in cęlum Christo innixa Maria illum habuerit vt signaculum aduersus signacula, quibus paradisi aditus erant obsignati, 1005.2.d
Dum in cęlum assumeretur spectandos in illa choros, & acies Angelorum ipsam comitātium, & laudibus celebrantium, 911.1.e
Congratulatos enim illi ascendenti Angelos ipsos habes 905.1.c
Eamve in ipso eius ascensu admirantes habes 915.1.b & 991.1.a & 992.2.e & 993.1.b & seq.
Introductam denique eam fuisse à Christo sponso suo in cęlum vinariam cellam. 289.1.a
Quæ de mundo egressa per mortem coronata fuit de regnis mundi, vt habes 631.1.e & de Diabolo, atque de iniquis, vt habes ibid. 2.a
Mariam in cęlis coronatam fuisse triplici aureola. 628.1.c & sequen. Quibus deliciis eadem in cęlo regnans exuberet, 940.2.b & sequ.
Quotquot in cęlo, vel in terra sunt sancti emissiones illius se esse fatentur, 641.2.a Et quantum in ipsa est glorificationem suam toti impertit humanæ naturæ. 66.1.c
Regnans in cœlo proposita est, vt præmium victoriæ sicut & Christus, 945.1.c
Estq. maximè spectabilis, vt fons hortorū. 710.1.d
De illius intercessione pro nobis in cœlo. 593.2.a & seq. & 588.1.c & 672.1.e & seq. Vide in festo Dedicationis S. Mariæ ad Niues.

Pro festo S. Bernardi Abbatis. Vide quæ notata sunt super Euang. *Ecce nos reliquimus omnia.* In communi SS. Abbatum.

131 In Euang. & festum S. Barthol. Aposto.

Exiit Iesus in montem orare.
Quòd in præcipuis, & prudentibus quibusq. actionibus ad orationem confugiendum sit, 550.1.c
Quomodo nobis exeundum sit, & cùm ad orationem tendimus, 522.1.e & seq. & cùm prudentem quampiam facturi sumus deliberationem, colliges ex dictis, 551.1.e
Qua ratione Iesus nobiscum egrediatur, vt vadat, cum ad orationē eximus. 615.2.b & seq. quive sit mons, & collis, in quos egredi se libentius idem significet, ibid. e & seq.
In montem pariter exiisse Christum ad orandū in solitudine. Quàm autem istiusmodi necessaria sit solitudo, & itte se cessus, colliges ex dictis, 465.2.b.c & seq. Vnde & sponsa eūdemmet Iesum inuitat, vt secum egrediatur in agrum meditationis, 961.1.a & seq.
Prælatis quàm necessarium sit orationis, & meditationis studium. 580.1.b & seq

Et erat pernoctans in oratione Dei.
Nocturnū tēpus aptius esse ad orationē. 433.2.c
Atque adeò & sponsam in ipsa oratione sua Christum dilectum inter vbera sua pernoctaturum asserere; vt colliges ex dictis. 193.1.b & 196.1.e
Necnon & eumdem inuitare dilectū, vt simul cū ipsa in eodē orationis studio pernoctet in villis, cōtinuatā, & assiduam perficere cum vellet meditationem. 1052.2.b & seq.
In oratione Dei. Vocabulum *Dei* adiectum orationi designare orationē perfectam juxta Hebraicam phrasim, de qua. 1014.2.a
Quænam sit hæc oratio perfecta. 666.1.a
Eiusdem orationis perfectionem sitā in modo, quo illa fit. 647.1.c Eam dicēdam *orationem Dei*, quæ ipsi fit Deo. Qualis est, q̄ fit sine mentis euagatione, atque effusione: qui. n. orans mente euagatur, Deum orare minimè censendus est. Vide 616.2.a & 666.2.a & seq. Effusionē cordis in oratione coram Deo tantùm faciendam. 466.2.d & seq.
Hancque cordis, animæq. effusionem tūc idem esse ac osculum Deo exhibitum, 878.1.b & seq.

Non

Non esse dicendam *orationem Dei* eam, quæ fit cor de superbo, cùm à Deo longissime absit, qui & ab illa se auertit, 186.2.e & seq.

Nec illam, propter quam ea omittuntur, quæ necessariò facienda essent, cùm Deus ab illa potiùs fugetur, 883.1.a & seq.

Si *Dei* nomen non tam passiue, seu proprius terminatiue, sensu iam explicato, quam actiuè adiectũ hoc loco sit, vt per *orationem Dei* intelligatur oratio illa, quam Deus ipse facit. Hoc sensu nostra ea oratio perfecta, & *Dei* dicenda est, primò quia in nobis orat, & pro nobis interpellat Spiritus sanctus, qui & Deus ipse, de qua ex Paulo 559.2.b

Secundò, & illa, quæ fit operta vestimẽtorum Christi, de qua 666.2.e & signata eodem Christo vt signaculo. In qua Christus ipse Deus, & homo, eius ve merita sint, quæ orent, quæve idcirco sit efficacissima, vt habes 993.1.d

Tertiò demum & oratio illa mẽtalis, in qua anima deuota susceptum à Deo Spiritum in eiusdẽ Dei stillat os per osculum spirituale, de qua 670.2.b & sequent.

Per eam quippe anima ipsa vnitur Deo sicut amãs vnitur amato per labia, quibus osculum imprimitur, 557.2.c Eademque, instar labiorum est ostium per quod admittitur Spiritus sanctus, & ex præcordiis emittitur Spiritus affectuum, ibid.d

Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos.

Quòd bene dies dicatur factus, quando instituta est Euangelii prædicatio, per vocationem discipulorum, & electionem Apostolorum: cùm ex tunc lux Euangelii diffundi cœperit, cumque Euangelium ipsum dies illa sit, quæ aspirare tunc cœpit, vt colliges ex dictis, 421.1.a

Et elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, Simonem, &c.

Quàm congrue Apostolos, id est missos, & legatos hos nominauit, quos iam diu *ἀποστολας* Apostolas & emissiones appellarat Ecclesiæ, vt habes ex Philone 699.1.b Cumque ad id illos elegerit, vt ipsos mitteret ad prædicandum Euangelium, prout habes 352.1.d & seq.

Quantùm amoris Christus duodecim iis exhibuerit in hac electione: quandoquidem eligens illos in Apostolos, elegit & in amicos, & in proximos suos, & in vasa Spiritus sancti, & in pstantissimos Euangelii ministros, vt colliges ex dictis. 553.1.b & seq. & 357.1.c

In hac eorundẽ electione diuersissimo modo Christum se gessisse ab electoribus Principum mundi cùm rudes elegerit, abiectos, & infimæ sortis, 466 1.c & seque.

Sed tametsi ita ii essent abiecti, ac viles ex ea Christi electione habuisse, vt potentissimi essent. 464. 1.b Tantumve adeptos esse eloquentiæ, vt dici ab sponsa meruerint *fluuii aromatum*. 723.1.c & tantum honoris, ac præeminentiæ, vt in Ecclesia præcedant Prophetas. 246.1.b Et sanctis veteris testamenti præferantur, 37.1.b

Et Iudam Iscarioctem, qui fuit proditor. Plures ob rationes S. Euangelistam hoc *Proditoris* adiecisse epithetum, & notanter haud dixisse, & Iudam *proditorẽ* seu, *qui erat proditor*: at, *qui fuit proditor*. Prima vt intelligeremus illum in tempore electionis ad Apostolatum haud relictum in sua naturali malitia, seu vna cum aliis Apostolis præallatas. 347.1 c recepisse sanctificationis gratias.

Secunda, vt per hoc conspicuum fieret vniuersis, commixtione impiorum Ecclesiam præsentis sæculi, & quancunque vel celsissimam illius collectionem, ac collegium reddi illustriorem, vt habes 80.1.a & sequ. & 88.1.c quanquam id, quod fuit mali in Iuda, non fuerit ab eligente Christo, sed à Diabolo, vt habes 93.1.d

Quarta, vt notum nobis esset Peccatum aliquãdo in sanctioribus firmius, ac fortius insidere, & pugnare aduersus Deum. 719.1.c

Quinta, vt disceremus semper metuere casum in aliquod crimen, quantalibet præditi simus gratiæ prærogatiua, 902.1.c & seq.

Sexta, vt nobis magis esset perspecta fornax diuinæ charitatis, cuius flammæ altius eleuantur ex tolerantia tam ingentium peccatorum, tantæque ingratitudinis. 780.1.d & seq.

Septima demum, vt per hoc doceremur nullum in Ecclesia contemnendum præsertim Prælatorum, quamdiu in ipsa perseuerat Ecclesia, etiamsi malus ille sit. 90.1.b

Quoad martyrium Apostoli Bartholomæi, potes illi aptare, quòd à sponsa dicitur. 819. 2.d vt ipsemet illud referat, pellem, quæ illi ablata fuit designans nomine *pellii sui*.

Sanctum istum virum propria potius pelle, carnisve tunica ob Dei amorem excoriari, & expoliari voluisse, quam permittere vt à se auferretur pellicea illa mortificationis tunica, qua salubriter in primis parentibus post peccatum à Deo cooperuerat humanam naturam: quave tam insipienter expoliãtur iniqui, vt habes 787.2.c & seq. ad mortemque suam excoriantur, vt habes 789.1.a

Cùm alioquin nosset nihil homini posse contingere peius, quàm vt à Deo tali nudetur pellicea tunica. 788.1.b

Exhibitione propriç pellis Bartholomçũm effectũ fuisse pulchrum sicut pelles Salomonis. i. instar cęli, 85.2.a instar Angelorum ibid.b

Per pellis eiusdẽ expoliationem Bartholomæũ ipsũ se exhibuisse indutũ pellib. Salomonis, gloriosissimo indumẽto salutis, ipsoq. & Christo. 89.1.c Cuius & tabernaculum, & pelles ac tentorium extitit. 86.2.c Cui & similem se manifestauit in tantis perferendis cruciatibus, 90.2.b

Pro festo S. Augustini Episcopi, & Confess. Vide Euãgel. *Vos estis sal terræ*. In communi SS. Doctorum.

132 In Euangelium & festum Decollationis S. Ioannis Baptistæ.

Misit Herodes, ac tenuit Ioãnem, & vinxit eum in carcerem.

Cùm carceres pro delinquentibus instituti sint, atque vincula, cur permiserit Deus, vt Ioannes, qui nullũ vnquam admisit delictum, in carcerem ipsum vinciretur. Vide quæ notata sunt super Euang. *Cęcinuit*. in feria 4. post Domin. 4. Quadrag. & in 2. Domin. Aduentus super iis Euangelii verbis. *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.*

Propter Herodiadem vxorem Philippi, quia duxerat eã

Mulieres esse spinas, cùm spinarum & ærumnarum mundo intulerint maledictionem. 265.2.b Eas verò, quæ iniquæ sint, esse spinas ignem excitantes, quo consumuntur. 264.2.b & seq.

Mulieris pulchritudo quàm damnosa. 266.1.a quã tumve damni, atque doloris inferat mulierum cõuersatio. 266.1.c, Vel etiam recordatio, ibid.d

Dicebat enim Ioannes Herodi: Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui.

Principibus iniquis licitum id videri omne, quod concupierint, quia concupiscentia ipsa fascina-

fascinatione sua lucidum illud & pulchrum, atq. decorum ostendit, 98.2.d & seq.

Quàm bene Ioannes per id solum prædictam concupiscentiæ fascinationem detegere studuerit, q legem Dei ei opposuerit, dicens, *Non licet tibi*; cũ Dei lex sit vera lux, qua deteguntur, & fugantur tenebræ, vt habes 1004.1.b & seq. & ibi.2.b & se.

Correctionem fraternam debere esse sicut vinum optimum. 954.1.c Asperitati quippe interponendum quid benignitatis. 674.2.a

Herodias autem insidiabatur illi, vt volebat occidere eũ.

Mulieris prauæ inuidiam, & odium dici durũ sicut infernum, quia placari nequeat, nisi per mortem colliges ex dictis, 1014.1.a

Herodes enim metuebat Ioannem sciens eum virum iustum, & sanctum.

Haud mirum, quòd Herodes metuerit Ioannem, cùm quilibet iustus iustitia ipsa sua sit terribilis, vt castrorum acies ordinata, vt habes 962.1.c

Herodem nouisse Ioannem esse iustum, & sanctum quia vidit illum sicut lilium inter spinas, 264.2.c & ex verbis, ac operationibus illius, quæ ex interna eius sanctitate emittebantur veluti indicia, 695.1.c & seq.

Ioannes verè, iustus, & sanctus, quia totus pulcher in mente, in anima, & in carne, 623.1.c Et quia pulcher totus per impletionẽ totius legis, & sine macula per declinationem ab omni opere malo, 621 2.e & sequenti.

Et custodiebat eum. Quòd & iniqui custodire satagãt iustum, qui inter ipsos sit, quia norũt propter vnũ iustum consueuisse Deum parcere multis peccatoribus, 262.1.d & seq.

Et quia ex ipsis eadem percipiunt commoda, quæ ex gregibus ouium percipiuntur, si rectè custodiantur. 152.1.c

Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

Vitę probitas quàm necessaria sit docentibus. 556 2.b & seq. exemplo enim magis proficiunt, quam verbo, 665.1.b & 810.2.b & 480.2.b

Iidem sunt fauus stillans mel, etiam cùm docẽt ea, quæ amara sunt sensualitati. 644.1.b

Quomodo percutiant, vulnerentque quos docent dumque ab eis audiuntur, auferant ab illis velum ignorantiæ, affectusque rerum terrenarum. 821. 2.d & sequen.

Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus, & tribunis. Conuiuium sæculi quàm sit diuersum à conuiuio spirituali, 21.2.b

De vini, & voluptatis, quòd in mundi cõuiuio propinatur, amaritudinibus, & damnis. 22.1.a & seq.

Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi. &c.

Quòd voluptatibus sæculi indulgens sit iocus Dæmonum. 143.1.c

Quàm validum instrumentum bellicum sint sæculi voluptates, & illi, qui iis indulgent. ibi. 2.c & sequenti.

Ait illi, Pete à me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi &c.

Quanta adhibenda sit cautela in aperiendo ad locutionem ore, & præsertim ad promissa facienda 561.2.c & seq.

Quę dixit matri suæ, quid petam? at illa dixit, Caput Ioãnis Baptistæ.

In consultationibus quantùm detrimenti proueniat ex sordibus libidinis & cuiuscunque peccati. 550.2.c

Quòd anima velut equis effrenibus rapiatur passionibus, & affectibus. 903.2.c

Et contristatus est Rex. Propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare, sed misso spiculatore, &c.

Humani respectus quantùm obsint animabus, curve dicantur cauerna maceriæ, 391.2.a & seq.

Prauam quoque erubescentiam actionibus bonis, & diuinæ legis adimpletioni esse maximè infestã, multaque causare mala decreta, 390.2.a & seq.

FESTA SEPTEMBRIS.

133 In festum Natiuitatis B. Mariæ. Virg.

Vide quæ notata sunt super Euang. In festo Conceptionis eiusdem.

Natiuitas tua Dei genetrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo ex te. &c.

Quòd Maria in sua natiuitate instar auroræ consurrexerit, ideoque mœroris tenebras expellens gaudium attulerit mundo. 896.1.b & 894.2.d & seq.

Quòd secundò annunciarit gaudium, quia ex tunc accelerauit Verbi incarnationẽ, 645.2.e sicve gaudium ex tunc prænunciatum illud est, quod causari solet in mundo ex Solis ortu. Instar solis enim oriturum Christum habes 123.2.d & seq. & 517. 1.c & seq.

Tertiò gaudium nunciatum est per eamdem natiuitatem, quia exinde prænunciatum fuit mũdo subsidium ad necessitates vniuersas, quod maximè desiderabatur; vt habes 277.1.a & seq.

Per ipsam namque B. Virginem exhibita est mũdo spes subsidii panis, vinique illius viuifici, de quib. 747.1.a & seq. Nec non & aquarum illarũ de quibus. 35.1.b & seq. Et florum omnium in vno flore illo, de quo 251.2.c & seq. Et omnium fructuum in vna emissione illa, de qua 672.1.c & seq. Et vestimẽti illiusmet iustitiæ solis, quo & ipsa amicta est, Iesu Christo, de quo 665.1.c & 667.1.a Et tutissimæ habitationis, cùm ipsa esset ciuitas regia, in qua Deus suam constituit sedem, suumque & vexillum, vt habes 301.2.a Et exercitus defendentis nos aduersus hostes nostros; cùm nata sit terribilis vt castrorum acies ordinata, 878.2.c & equitatus validissimi. 170.1.e & 163.1.c & instar virgæ Moysis demergentis Aegyptios. 168.1.b & cõfugii validissimæ turris cum omni armorum genere. 593.2.e & seq.

Quòd si ad cumulum annũciationis gaudii in hac natiuitate spem requiras diuitiarum, eruditionis, ac sapientiæ, atque etiam cęlestis felicitatis, gaudendum vtique & propter huiuscemodi spẽ, Virgo enim benedicta domus erat diuitiarum, & thesaurorũ Dei. 561.1.e sacculusve pecuniæ, & scriptorũ eiusdẽ. Ibid. & secretarium omniũ scripturarum. 712.2.d Ipsa denique Paradisus ne dum terrestris, sed & cælestis, & paradisus paradisorum, 697.2.c & seque.

Haud mirũ igitur, si dilectus noster nostri gaudii cupidissimus hanc B. huius Virginis natiuitatem accelerarit, vt habes 358.2.a

Quòd si verni temporis initia, quando Sol iste sensibilis nostro proximior fit hemisphęrio, gaudiũ afferre conspicimus vniuerso mundo: quidni & per natiuitatem tãtæ virginis, ex qua ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster, gaudia dicamus allata? Quando hyems transire cæpit timoris mundi, imberque Mosaicæ legis, floresque apparere, &c. vt habes, 360.2.a & 362.1.d & seq. seu hyems peccati, & imber tentationum, &c. vt habes 364. 1.e & sequenti.

Vnicam tamen circa hoc, quod dicitur, *Natiuitatẽ*

Maria annunciasse gaudium vniuerso mundo; propo nere potes difficultatem, quòd cõsuetudo ipsa mũ di huic dicto aduersari videtur, cùm in natiuitati bus fœminarũ tristari potiùs soleat. Tũ proposi tę difficultati responde: Iure optimo cùm nascitur filia fœmina excludi omne gaudium, & ingentem toti domui inferri mœrorem: E contrà verò euenis se in natiuitate B. Mariæ, fœminæ quidem, sed fe minæ illius, quæ circundedit virum, vt habes 525 2.a & sequent.

Primo enim fęmina ista benedicta ab ipso ortu suo iucundissimum, atque pulcherrimum apparuit li lium, cùm fęminæ reliquæ etiam cùm nascuntur, spinæ sint, & aculeis suis corda suorum configunt parentum, vt habes 265.2.b & seq.

Pulchritudinem & suauitatem Mariæ clarius ex pressam habes 878.1.a & seq.

Secũdo, si in aliarum fęminarum natiuitate est mę ror, cùm ex tunc exoriatur parentibus sollicitu do illas custodiendi, quod quàm arduum sit, ha bes 1031.1.b & sequ. In Mariæ natiuitate gaudiũ extiterit operępretium est, quę haud tali indiguit custodia, vt colliges ex dictis ibid.e 568.2.c & se quen. Neque enim vel minima exoriri potuit su spicio aduersus tantæ virginis honorem, quæ vul nera quidem accepit, non tamen quia quid cõtra pudicitiam in ea dubitatum sit, prout contingere aliis solet fœminis: sed quia pudicissima extitit vulnerata charitate, vt colliges ex dictis.639.1.b

Tertiò, si in natiuitate aliarum fœminarum exori tur simul, & excitatur parentibus, ac consangui neis anxia sumptuum cura in prouidendo illi do dore, deque ornamentis monilium, & indumento rum, vt colliges ex dictis 1032.2.d & 178.1.a

In Mariæ natiuitate gaudium potiùs mundo colla tum dicamus necesse est, cùm haud eguerit adhi bitorum ornamentis, cuius genæ sicut turturis, 170.2.d & seq. cuius collum sicut monilia. 175.1. c & sequ. & in monilibus, ibid.c & seque. Vide & 1037.2.e

Dotis quoque cogitatio in ortu tantæ Virginis gau dium mundo auxit, cùm ditissimas attulerit opes exoriens dotata è cęlo dote illa opulentissima vni uersarum gratiarum, donorumque omnium, pro ut colliges ex Indice rerum, verb. *Mariæ gratia*.

Quartò si à die ortus fęminæ suscitatur in consan guineis cura difficultatis reperiendi pro illa spon sum bonum, nobilem, diuitem, cum quo quietam ea agere possit vitam, quãdo collocanda est in ma trimonium, vt colliges ex eo, quod dicitur 1027. 2.a Quis enim explicet, quibus sollicitudinibus angantur pro viris suis, quæ nuptui dantur fęmi næ? Vide 956.2.a & 957.2.b & 1007.1.d & 1014. 1.c & sequ.

Certe ob id idipsum in Natiuitate B. Marię gaudiũ toti excitari debuit humanæ naturæ, cùm illa or ta sit iam desponsata, 997. 1. e Sicve ex quo facta iam antiquitus in paradiso terrestri, coram Deo quasi pacẽ reperiens, in natiuitate ipsa sua murus nobis exhibita est, & vbera eius sicut turris. 1040 1.c & seq.

Desponsata, inquam, cum dilecto præ dilectis om nibus; sensu allato.825.2.c cum sponso, qui Deus & homo extitit, vt ipsa fatetur, 829.1.c & sequ. & 285.1.d & seq.

Quis verò melius, quantùm in tali cõnubio habuẽ rit quietis explicet, quàm ipsa? vt colliges ex di ctis.279.2.a & seq.

Quis, quantus mutuus in tali cõnubio esset amor? quem colliges ex iis, quæ habes 416.1.c & seq.

Quis, quantùm à sponso suo, quamve vnice, & ve hementiùs ea dilecta sit quàm ipsa, quæ id expli care cõtendit, 959.1. a Quamve id ennei cęlestis sponsus? qui id patefacere satagit. 888.2.d & 1008 1.a & seq.

134 In Euangelium & festum Exaltationis S. Crucis.

Nunc iudicium est mundi. In cruce à Christo exhibi tum iudicium mundi, primò quia illum, qui totus in maligno positus erat, per id dãnauit, quod ma ximum exhibuit charitatis specimen, vt colliges ex dictis.509.2.c & seque.

Secundò, quia illo condemnato morti, quæ ei de bebatur, sententiam in semetipsum ob eamdẽ cha ritatem & super se suscepit, vt habes 1008. 2. c & sequenti.

Tertiò, quia in cruce mors ipsa debellata est. 1010. 2.d & seq. & scimus eos, qui diligunt mundum, dici manere in morte, & mundum esse mortem quandam, vt habes 1009.2.c & seq.

Quartò, quia eo ipso tẽpore, quo Christus in cru ce mortuus pro mundo est, crux assignata est in eiusdem mundi iudicium, Atque adeò illius signũ in iudicio extremo apparebit, vt habes 375.1.c

Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Regnũ mun di, atq. animæ quomodo sibi vsurparit Diabolus quave ratione foras eiectus is sit à Christo super cruce, 297.2.c & seq. Vide & 299.1.c & seq. sumẽs pro vexillo Christi crucem.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.

Per crucem tanquam per trochleam à Christo eri gendam humanam naturam, 52.1.c & seq.

Per camdem tanquam per vexillum tractos fuisse homines instar aciei, & exercitus instructi, 51.2.e

Quamuis homines vniuersos, seu omnia Christus in cruce ad se traxerit, præ reliquis tamen vniuer sis duos, qui secum crucifixi erant, instar matris fi lios ad se, & secum traxisse latrones 272.2.c & se.

De exultatione, & triumpho crucis, quatenus in il la, vt in peculiari, & præstantissimo curru triũpha li Redemptor noster triumphauit regem se exhi bens pacificum, 498.1.c & seq.

Qua ratione triumphalis iste crucis currus tractus sit, quibusve trahatur animalibus, 499.1.c & seq.

Quòd currus idem crucis pretiosissimis exornatus fuerit gemmis, easque extitisse sacratissimi trium phantis in eo Christi vulnera, 510.2.c & seq.

Quòd idem Christus Iesus, cùm ad deuotos venit triumphans, crucem ipsam suam præmittat pro suo gestamine pompatico. 511.1.c & seq.

Et in hoc gestamine pompatico charitatẽ pro pom pa detulerit instar opimorum spoliorum, quia vni uersum hominis amorẽ in cruce exaltatus traxit ad se. ibid.2.d & seq. Secundò pro suo pompatico & peculiari titulo. 511.2.e Tertiò pro præstantissi mo simulacro & quasi pro simulacro ipsiusmet Dei. 512.1.a & seq. Vide ibid.2.b & seq. Et quartò per eamdem charitatis pompam, quam in cruce proponit, charitatem in primis ab hominib. am plexandam indicet, qua victoriam de vitiis vni uersis reuehant. ibid.d & seq.

Quomodo Christus triumphans in cruce, charita te ipsa sua traxerit omnia, amouens vniuersa quæ homines impedire potuissent, ne tracti ipsũ seque rentur. 52.2.d & seq.

Quomodo tu dicis. Oportet exaltari filium hominis? Et quis est filius hominis.

Christum ideo se appellasse *filium hominis*. Vt cõte statetur,

staretur, se humanas pro homine suscepisse miserias, dolores, & mortem, sicve tunc potissimùm, cùm exaltatus esset in cruce, traxisse homines in funiculis, Adam. 53.1.b

Adhuc modicum lumen in vobis est. Christi conuersationem in hac vita fuisse auroram quamdam ex hisce probat Bernardus, 134.1.c

Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis sitis.

Christum super crucem, vt super candelabrum se exhibuisse vt lampadem accensam, & lucidam, 1015.2.d & seq.

Cùm tot in Christo crucifixo præfulgidæ luceant lampades, quot in illius corpore sunt vulnera, vt habes 1016.1.b & seq. congruentissimè eos dices *filios lucis*, qui per contemplationis studium ad eorum ambulant lumen.

Quanquam ex Apostoli sententia *filii lucis* ii pariter dicendi sint vniuersi, qui sanctè, & piè in externa ambulant conuersatione, vt habes 572.2.b

Facti nimirum & ipsi lux per propinquitatem ad Deum lucem veram. 621.2.b Vnde cùm lucis vocabulo iustitia designetur & sanctitas, vel etiam lex ipsa Dei, ex cuius obseruatione sancti reddimur, vt habes 1004.2.b rectè inferes, quando in hoc Euangelio dictum est.

Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant. Significatum eos, qui iusti sunt, atque adeò & filii lucis debere iugiter ambulare, nunquam desistentes à progressu spirituali in obseruatione mandatorum & cõsiliorum Dei, ne retrocedentes, vt habes 355.1.b & seq. Necessario decidant in peccata, quæ tenebrarum appellatione iure nuncupata habes 85.1.a Vide & 1004.2.c & se.

135 In Euangelium & festum S. Matthæi Apostolis.

Vidit Iesus hominem. Vide quæ notata sunt in festo S. Andreæ Apostoli super ea Euangelii verb. *Vidit duos fratres.*

Sedentem in telonio. Quòd sedere in peccato sit maxima inquietudo, & perturbatio. 234.1.a Cum corporea sessione quanta in mundanis, & peccatoribus sit mentis instabilitas, quando studiis indulgent sæculi. ibid. c & seq. Et è contra quanta sit iustorum quies in eorum mentibus, vel in laborib. ipsis exercitiorum spiritualium, ibid. 2.a & seq.

Matthæum nomine. Nomine proprio apposito humilitatem, & vilitatem suam Euangelistam omnibus cõspicuam esse voluisse. Id enim peculiare est perfectæ humilitatis, vt in altum erigat suæ demissionis causam. 586.2.a & sequenti.

Et ait illi, sequere me. Vide quæ notata sunt in Euang. Sabbathi post Dominicam 4. Quadragesi. super ea verba. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Vide & 59.2.a

Quòd Christi respectum sequatur eiusdem vox, & amor 358.2.c

Et surgens secutus est eum. Bene *surgens*, quia sequi nemo potest Christum, qui priùs non surgat è malo 357.1.a.b.c & seq. & 811.1.c vbi habes, quomodo peccator surgens se expediat ab omnibus, quibus per peccatum detentus retardabatur à conuersione.

Sed notandum neq. surgere, neque Christum sequi potuisse Matthæum, nisi ab ipso erectus, tractusve esset; iustificationis enim vsus est à Christo, & a nobis. 51.1.c & seq. Vide 816.2.d

Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes. &c.

Christi odorem efficere, vt peccatores auertãt olfactum à peccatis, & conuertantur ad ipsum. 59.2.a

Peccatores circundasse Christum, quo illum vt caput suum quasi capilli decorarent. 545.1.d

Vide quæ notata sunt super Euangel. Dominicæ 3. post Pentecost.

Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester?

Vide quæ notata sunt super illud Euangelii feriæ 6. post Domin. 3. Quadrag.

Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.

Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.

Quòd Christus pro peccatoribus ægrotantibus medicum se exhibuerit, 31.1.b

Ideoq. &, nomine Iesus vocari voluerit, quòd medicum sonat. 40.1.c

Misericordiam volo, & non sacrificium, id est magis quàm sacrificium.

Qua ratione misericordia præferatur actibus religionis, 654.1.a & seq.

Misericordiam ipsam esse Deo acceptam æquè ac sacrum thymiama illud, quod ex pluribus vnguẽtis compositum adolebatur in tabernaculo fœderis. 655.1.d esse & hostiam eidẽ maximè acceptabilem. Ibid. Præstantioremque esse virtutibus vniuersis. Ibid. c

Vide plura in Indice rerum, verb. *Misericordia.*

Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Peccatores quomodo in causa extiterint, vt Christus veniret in terras. 50.1.c & seq. Quomodo peccata ipsa traxerint eumdem. 53.2.a & seq.

Quomodo peccatorem dum vocat Iesus, insignibus eum compellat titulis iustorum. 357.1.c & seq. Vide & 764.1.c & seq.

136 In Euangel. & festum Dedicationis S. Michaelis Archangeli.

Aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum.

Quære ad quid paruulum cum Angelis comparet Ecclesia, proponens istud Euang. cùm paruulus sit maximè debilis, & impotens, & è vestigio Angelorum maxima sit fortitudo, summaque & potentia, prout colliges ex dictis 457.2.b & sequ. Adeò vt illis Deus vtatur vt proprio & inuincibili exercitu. 164.1.c

Dic, hanc paruuli cum Angelis comparationem factam primum, vt traderetur nobis ratio, qua ad Angelorum similitudinem, & celsitudinem peruenire possimus. Secundò, vt & perspicuum nobis fieret quantùm Angelorum ope egeamus, quantumve iisdem debeamus.

Quoad primum, ostende plurimis quidem rationibus iusti animam iure assimilatam Angelis, vt fusius probabis ex dictis, 85.2.d & seq. & 164.2.a & sequen. & 167.1.b

Duas tamen potissimas similitudine paruuli nobis assignari rationes, quibus & nos iisdem Angelis similes fieri possimus; humilitatis alteram, alterã obedientiæ. De obedientia Angelorum ad quemlibet Dei nutum habes 483.2.d & 332.1.c & 164.2.d.e & sequen.

De virtute autem obedientiæ, qua simpliciter, & instar paruulorum superioribus parere debemus, plura habes 448.2.c & sequenti.

De humilitate Angelorum habes 792.2.c

Quòd per humilitatem peruenire nobis liceat ad Angelorum similitudinem etiam in celsitudine proba ex iis Euangelii verbis.

Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.
In quorū expositionē plura habes 583.1.c & seq.
Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei.&c.
Ex verbis hisce tertiam colligere potes rationem, qua paruuli effecti similes reddamur Angelis: in pace nimirum, quiete, atque concordia, per quam habetur & quædam cœlestis patriæ similitudo, vt habes 263.1.c
Quomodo ista inter Angelos sit quieta pax, atque concordia, cùm inter ipsos bellum geri habeas 483.2.d 484.1.b
Quibus pœnis expositi sint, qui scandalis suis pusillorum, &, spiritualium interturbant pacem, 327.1 d & sequen.
Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te &c.
Etsi oculus tuus scādalizat te.&c.*Væ mūdo à scādalis*
Per tria causari in mundo scandalum, manu operationum, vt habes 515.2.b
Pedibus affectuum, & potētiarum, vulnus extrinsecus in se exhibentibus, prout colliges ex dictis, 789.1.c & seq.
Et oculo contemplationis, & orationis, quando propter illum ea omittuntur, quæ necessaria sunt, vt habes 883.1.a

137 De Sanctis Angelis, vt custodes Ecclesiæ sunt, & Animarum.

Aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio, &c.
Proponitur in solennitate Angelorum hoc Euangelium, quo persuademur, instar paruulorū nos habere, vt debilitatem, infirmitatemque nostram agnoscentes intelligamus, quantum eorumdē Angelorum egeamus ope, quantumve illis debeamus. Maxima enim Dei gratia est, cùm illorum percipimus præsentiam, vt habes 446.1.b & 450.1.c
Angeli eorum semper vident faciem Patris.
Admirare Dei bonitatem, qui quos voluit continuos diuinæ essentiæ suæ spectatores, suosve ministros, & filios charissimos: hos & nobis instar paruulorum infirmis ministros pariter exhibuit, 259.2.a & seq. & 475.2.c
Quòd Angeli nobis ministrēt in pluribus. Primùm nos custodientes instar sepis, ita vt propterea quælibet anima, nedum Ecclesia dici queat, esse sicut lilium inter spinas, 260.1.a & seq. Et esse in cauerna maceriæ, 396.1.b
Secundò defendentes & liberantes nos ab aduersariis nostris & visibilibus. 484.2.b & inuisibilibus, 488.2.b Dimicantes etiam cum Dæmonibus. 484 1.c & 118.2.b
Tertiò præseruantes nos à peccatis, capientes prauas cogitationes in earū initiis, 411.2.b Vide & 407.1.c & seq. plura, quæ in hanc rem faciunt.
Quartò castigantes nos aliquando pro peccatis admissis. 484.1.d
Quintò in tribulationibus opem nobis ferentes ita tamen, vt illas à nobis non arceant, sed efficiant eas proficuas, 260.2.b & seq.
Sextò, in iisdem tribulationibus nos recreantes vmbra consolationis, 261.1.b & seq. Vide & 444.2.c
Septimò tentantes, & probantes nos. 822.2.c
Octauò excitantes ad opera bona, 183.1.c
Nonò, opera ipsa bona, quæ facimus, deferentes ad Deum, 1050.2.a
Decimò denique nos erudientes. 118.2.c & 289.1.c & 383.1.d & 783.1.c & 822.1.c & seq.
Quàm prompti iidem sint Angeli ad hæc ministeria nobis exhibenda. 484.2.d
Quomodo vt amici nostri nostris delectentur sermonib. bonis, 1053.2.d
Væ mundo à scandalis; Necesse est enim, vt veniant scādala, væ autem, &c.
Quomodo scandalū sanctis ipsis Angelis, qui nos custodiunt, à nobis ingeratur, 260.1.c & seq.
Plura si de Angelis velis vide in Indice rerum, verbo, *Angeli*.

Pro festo S. Hieronymi vide in cōmuni SS. Doctorū.

FESTA OCTOBRIS.

138 In Euang. & festum S. Francisci Confes.

Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.
Quòd nedum ob fidei infusionem, in qua præstantissimum amoris specimen paruulis, atque simplicibus exhibitū est à cœlesti Patre, vt habes 69.2.b
Sed etiam ob exhibitionem veræ sapientiæ spiritus cuius paruuli duntaxat, & humiles participes esse queunt, vna cum Christo immensas Deo grates agere potuerit B. Franciscus, exultans in humilitate sua. 585.1.a & seq.
Quantum discriminis sit inter superbam mundi sapientiam, & sapientiam Spiritus, 16.1. d & seq. Et quomodo sapientia ista spiritus paruulis tantùm exhibeatur, atque humilibus, cùm alioquin per sapientiam mundi superbia excitetur. 19.1.b. & seq.
Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis.
Quòd mundani & in primis mercatores, qualis ante conuersionem erat Franciscus, iugibus cōficiātur laboribus, 20.2.a & 21.2.a
Quàm inquieta sit eorum mens in suis exercitiis. 234.1.d & seq.
Bene illis à Christo dici, vt venirent ad ipsum, quādoquidem ii alioquin vel iacerent peccatorū onere pressi, vt habes 811.2.b
Vel inani labore circuirēt Sathanam incitātes 438. 1.b pluresque circa quaslibet mundi res laboriosissimos facerent circuitus, ibid. 2. b & seq.
Vocatio ad vitam spiritualem, ad contemptum mūdi, atque ad Religionis statum quàm ingens sit Dei beneficium, 300.2.b & seq.
Et ego reficiam vos. Vocatos & admissos in statum religionis congruentissime dici à Christo refectos, quippe qui introducti sint in domum vini. 289. col.3.a & sequent.
Quòd & singuli, qui à laborib. & onerib. sæculi ad vitam vocati sunt spirituale, refici iure dicantur, tū ꝓpter quietē, quā in exercitiis spiritualib. reperiunt. 234.2.a & seq. tum propter labores ipsos, qbus in virtutū studio reficiuntur vt suauissimis pasti fructib. 235.1.c Tum deniq. ob prædulces, qui bus à Deo pascuntur, consolationes spirituales. 130 2.c & seq. cum quibus & quietem habent, & pastū 132.1.a & sequ.
Tollite iugum meum super vos. Bene iugū iis, qui paruuli effecti sint, tolli suadetur, vt intelligamus tūc iugū, & labores vitæ spiritualis facile quemq. subiturum, cū instar paruuli eos vti iugū vnà cum Christo deferet. qua de re habes 989.2.c & seq.
Vide & 538.1.c & seq. Quòd iisdem verbis anima quæque à Christo inuitetur ad spirituale secū incundū connubium, quo per omnimodam conformationem ad eius humilitatē, ac passionem fiat ipsius sponsa, 639.2.c & sequen.

Vnde cùm Christus ipse Rex sit, necessariò conseq. vt quæ sponsa eius in sublatione talis iugi effecta est, per idem iugum facta sit & regina: atque adeo per eadem verba vocari ad regiam dignitatem de qua 1004.1.c

Quomodo Religiosi per iugum, quod subeũt triũ votorum summam adipiscantur libertatem, & dignitatem. 173.1.d & seq.

Quod per iugum humilis obedientiæ insigniantur coronæ, & monilibus, 174.1.b & seq.

Et discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Quomodo solus Christus verè dicere potuit, *Discite à me*, qui cum doctrina exhibuit & exempla, & gratiam, & delectationem, 30.2.a & seq.

De Christi mansuetudine, 843.2.e & seq.

Quàm aptè Christus vocans ad subeũdum iugum Religionis, mansuetudinis potissimùm, & humilitatis se proponat magistrum; cùm hæ duæ virtutes in primis necessariæ in quolibet requirãtur Religioso, & verè spirituali, 538.2.b & seq.

De Christi humilitate proposita pro exemplari humilitatis omnis, plura habes 587.2.c & seq.

Humilitatem cordis esse nedum veritatis, sed & affectionis. 586.1.b quæve nedum speculatiua est, sed & practica ibid. 2.e & seq.

Multiplicem esse humilitatem, vnam tamen esse bonam, quæ & cordis. 587.1.c & seq.

Et inuenietis requiem animabus vestris.

Qua ratione in iugo crucis Christi inueniatur requies animarum. 474.2.b & seq.

Quietis ac pacis internæ quanta sit dulcedo, 282.1.c & seque.

Assimilatur dulcedini regni cœlestis, 293.1.c

Quòd religiosi effecti propter Christum paruuli; iugoque Christi subiecti in eiusdem Christi manibus, atque complexu cõquiescant. 317.1.a & se.

Quòd in humili subiectioni, ac p. obedientiã celerrime deducantur ad brauium æternæ fœlicitatis. 163.1.a

Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

In iugo vitæ spiritualis esse simul & laborem, & voluptatem. 613.1.a

Legem Christi esse iugum suaue, & onus leue, 916 1.b & sequ.

Subiectionem ad iugum Christi facilem reddere molestissimam vitam itam. 161.2.a

Assumentibus iugum Christi quàm suauis reddatur vita spiritualis, 9.2.e & seq.

Onus legis Dei esse simile oneri rotarũ, quo leuius curritur in curru. 905.1.b & 901.2.c

Eamdem Dei legem dici onus, quomodo & amor dicitur pondus, vt habes 280.2.b

Atque adeò & dici onus leue, quia sit instar pennarum, quæ cuiuspiam quidem oneris sunt, leuiores nihilominus per eas redduntur aues. Vide 242.2.c & sequen.

Et ideo etiam vt aspera, & petrosa ab illa præcipitur, & quoad studium mortificationis, amanti leuis est myrrhæ fasciculus, 199.1.d & seq.

De ardentissimo charitatis igne, quo combustus B. Franciscus appellatus & Seraphicus. Vide quæ notata sunt in festo S. Laurentii martyris.

De spiculis & vulneribus item charitatis, cuius stigmata & extrinsecus in eiusdem corpore exhibita sunt, colliges aliqua ex iis, quæ notata sunt in festum SS. Fabiani, & Sebastiani.

De cætero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo fero. Quã congruant hæc B. Francisco facile colliges ex dictis. 1003.1.a & seq.

Quomodo idem glorificauerit, & portauerit Christum in corpore suo, colliges ex dictis, 1001.2.b & sequent.

Pro festo S. Lucæ Euang. Vide notata super Euang. Designauit Iesus, &c. In communi SS. Euang.

139 In Euangelium & festum S S. Apostol. Simonis & Iudæ.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.

Bene dici pluraliter hæc mãdo. Primò, quia in vno dilectionis præcepto includuntur omnia præcepta legis Euangelii, quam legem amoris, & totam dilectionis esse habes 295.1.c & seq. & 19.2.a

Secundò, quia charitas præsupponit reliquas virtutes omnes, quæ resultant ex obseruatione præceptorum Dei. 558.2.d

Tertiò quia charitas virtutum omnium est ornamentum. 516.1.b

Quartò, quia sine charitate nil roboris habet apud Deum vel totius legis obseruatio, vel quicquam, quod virtutem alioquin sapiat. 824.1.c & 964.2.b Eidẽque vni charitati reseruatur merces. 296.1.b & sequenti.

Quintò quia charitas est veluti vexillum totius diuinæ legis, sub quo vno continentur præcepta, & virtutes vniuersæ, 295.1.b & c & 295.1.e

Sextò, quia charitatis præceptum est medium, ac principale in Ecclesia, ferculo eiusdem Christi, 515.2.a & seq.

Dici autem potissimum, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem*, quia in charitate proximi situs sit animarum decor, vt habes 877.1.c

Quære, cur in solẽnitate istorum Apostolorũ, istud præcepti huius dilectionis proponatur Euangelium: & quàm congrue Apostolis idem præceptũ hoc loco factum sit. Et responde id effectum primò, quia nullo aptiori medio quàm charitate pro moueri ad prædicationem Apostoli poterant. 352 2.c & sequen.

Vide 499.2.b & seq. & apta allatam similitudinem ad rem tuam. Vide & 634.2.b

Secundò, quia nec efficaciori medio, quã charitate ipsa infideles ad rectam fidem, & ad Deum trahere poterant, quomodo nec Christus ipso, vt habes 53.1.a & seq.

Tertiò, quia in charitate, & ad charitatem congregaturi in Ecclesia erant fideles, charitatisve vexillum in illa erant eleuaturi. 295.1.b & seq.

Quartò, quia cùm ad pugnam in prædicatione sua deuenturi essent cum vitiis vniuersis, potentissimo instrui debuerunt charitatis exercitu, de quo 298.1.d & 512.2.e

Quintò, quia concitatum aduersum ipsos superaturi erant totius mundi odium, ad quod nil aptius charitate, vt colliges ex dictis. 1015.1.e & seq. Vnde bene subiicitur, *Si mundus vos odit*, &c.

Sextò vt fortiores contra insurgẽtes persecutiones redderentur. Vnde subiicitur. *Si me persecuti sunt & vos persequentur.* Nouimus enim charitatem adeò fortem dictam, vt nec morti ipsi cedat, 1010. 2.b & seq. & 1013.1.c Neque vllis superari posse tẽtationibus, & persecutionib. 1024.2.a & 295.2. e & sequenti.

Maxime autem ad rem facit, quod præceptum mutuæ proximorum charitatis potissimum ad hæc omnia significanda hoc loco adhibuit Christus Iesus dicens; *Vt diligatis inuicem*. quia per mutuam Apostolorum, fideliumque dilectionis connexionem, & vnionem, atque concordiam

In vinculo pacis Ecclesia sancta fortissima redden da erat instar validissimi equitatus, 161.1.d & seq. Et terribilis vt castrorum acies ordinata, 876.2.a & sequent.

Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit.

Præstantissimum in tribulationibus, & persecutionibus remedium istud esse, vt Christum odio habitum, & cruci affixum ob oculos habeamus, memori aque versemus, 527.2.e & 1001.1.b & 1003 1.a & seq.

Quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

Quàm ingens Dei beneficium iustis sint tribulationes, & persecutiones, cum ad eas sicut ad cęlestem fœlicitatē eligi dicantur è mundo, 309.2.a & 759 1.d Vide & 939.2.e & seq. vbi eædem dicuntur propriæ iustorum deliciæ.

Pati odio & persecutiones pro Christo, atque pro iustitia, quàm & Deo gratum, & nobis debeat esse iucundum. 1021.1.a & seq.

Si me persecuti sunt, & vos persequentur.

Tribulationibus expositum esse oportere, qui cū Christo florere velit. 250.2.d

Eas in hæreditarium regnum filiis suis Christum reliquisse, 522.2.e

Per eas admissas animas ad quiescēdum cum Christo in vno, eodemque lectulo. 475.1.a & d. seq. &

De persecutione commouenda Apostolis propter prædicationem. 386.1.c & sequ. & 820.1.d

Apostolorum Ecclesiam redditam illustriorem ob commotas in se persecutiones, 79.2.a & seq.

FESTA NOVEMBRIS.

140 In Euangelium & festum omnium Sanctorum.

Videns Iesus turbas. Visionem, & aspectū Christi peccatorum turbas decolorare, & indurare æque ac aspectus Solis Lutum. 102.2.d

Ascendit in montem. Secessit Iesus à turbis sublimem prolaturus Euangelii doctrinam: Primò, vt & nos doceret fontes esse signatos sensu, quem habes. 685.1.a Secundò, vt eius exemplo intelligerent prædicatores Verbi Dei secedendum antequam prodeant ad prædicationem, & vacandum studio cōtemplationis. 808.2.c & 389.1.a & sequ.

Vide. 615.2.b & e & sequ. de monte orationis, & contemplationis, in quem libentissime vadit Iesus & 466.1.c & seq.

Quomodo in contemplatione ascendatur, & sedeatur, sicut & hic pariter legimus. *Et cùm sedisset.*

Tertiò per ascensum in montem celsitudinem præsignare voluit Christus doctrinæ, quam Apostolis tunc exhibiturus erat, celsissimæ nimirum, non solum quia melior doctrina philosophorum, 32.1.c præstantiorque quacunque sapientia humana 27 1.c & perfectior doctrina legis, ac Prophetarum 19.1.b & 26.2.d sed quia diuina & cęlestis, 20.1.a

Et cùm sedisset. Christum, cùm docturus esset Euangelium, sedisse nedum vt magistrum in cathedra, verùm etiam vt Regem in throno, 61.2.c & seq.

Accesserunt ad eum discipuli eius. Accedendum ad sanctos Doctores, vt ex illorum contractu veluti ex tacto fauo in nos distillet mel cęlestis doctrinæ 663 1.e Quomodo autem Doctores sancti aptissimè dicantur fauus, habes 662.2.d & seq.

Ad Christum accessisse discipulos, vt illius sapientia & illuminarentur, & irrigerentur. 704.2.c & se.

Et aperiens os suū docebat eos. Qui prius aperuerat ora Prophetarum, Incarnatus iuxta vehementissimū Ecclesiæ desiderium aperiens os suum illam dum docet, osculatur, vt habes 6.2.e & seq. 13.1.d & se.

De doctrina Christi plura colliges ex Indice rerum verb. *Doctrina Christi*, & verb. *Euangelium.*

Illam Christi doctrinam, vt ex illius ore profluxit esse suauissimam. 955.2.e etiam dū aspera, & amara commendat, 865.1.b & seq. in ipsis namq. amaris beatitudinem sitam esse ostendit.

Per hanc ipsam præsentis Euangelii doctrinam explorarum vnicuique fieri, quam inaniter beatitudo quæratur vel in voluptatibus sęculi. 431.2.c & seq. Vel in diuitiis, aut aliis mundi huius bonis. 437.2.c & seq.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum.

Quòd pauperes Christi sint actu Reges. 935.2.c

Diuites sæculi qui & regna, & principatus in hoc mundo possident, esse similes miseris iis hominib. qui regiam personam agunt in comedia. 1052.2. b & sequen.

Et ò contra posse esse diuites, qui tamen sint pauperes spiritu, atque adeò & verè Reges, dum diuitias ipsas sub suo seruant capite. 317.1.e & seq. & 318.1.d

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Animæ, cuius mitis, atque modesta sit conuersatio, iure promitti possessionē terræ cælestis promissionis, de qua 372.2.c Cùm ex synthesi mansuetæ etiam decentiæ ipsa eius conuersatio indicet illam esse Dei sponsam, atque adeo & Reginā. 570.2.a & se.

Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Cùm gemitus sit loquela amoris, vt habes 532. 2.b & seq. Beati profecto ii sunt, qui lugent in oratione & contemplatione. Quis n. eorum explicet consolationem, & delectationem? 533.2.b & seq.

Si per eos, qui lugent, intelligantur lugētes pro miseriis pśentis vitæ, & pro desiderio cælestis patriæ, & eos pariter beatos esse colliges ex dictis. 83.1.e & seq. Consolabuntur autem, quatenus iis quidā etiam in hac vita exhibentur gustus patriæ, vt flores præcedentes fructus. 371.2.b

Quòd si dum in ærumnis lugent, consolabātur suauitate Christi, quanto magis consolabuntur in vita felici. 208.1.d

Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Qua ratione iustitiæ, & Dei desiderio flagrantes regni cęlorū participes esse dicantur ob dulcedinis saturitatem, 282.2.c & seq. & 283.1.d & seq.

De hac fame, sitique, ac desiderio iustorum habes & 280.2.e & seq.

Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā cōsequētur.

Propter misericordiæ operā dari à Deo regnum cœlorum ex misericordia. 1022.1.a

Misericordes dum ex misericordia pascunt, ex Dei pariter misericordia pasci. 604.2.d & seq.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Mundos corde Deum videre, quem semper habent præsentē in cāpo Ecclesia, in qua florent. 253.2.d & sequenti.

Puritatem, & simplicitatem maximè esse necessariā vt Deus videri à nobis queat. 533.2.d & 221.1.e

Simplices, ac mundos corde magis Deum diligere, quia eum magis agnoscunt, 407.2.c & seq.

Mundorum corde delicias assimilatas deliciis cœlestis patriæ, quæ sitæ sunt in visione Dei. 990.2.d & sequen.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

Per

Per affectuum moderationem, internamque pacem animam fieri Dei filiam, & beatam vt pacificam, 914.2.b & seq.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Filiis suis Christum reliquisse in hæreditarium regnum ærumnas, & persecutiones sicut & pacẽ, 522.2.e & seq.

In ærumnis & persecutionibus Deum iisdem filiis suis communicare quodammodo beatitudinem, & participationem sui ipsius, 846.1.e & seq.

Patientes persecutiones propter iustitiam sicut in sapientia possident animas proprias, ita esse & possessores regni cœlorum, 1023.1.c

Vide in indice rerum, verb. *Tribulatio.*

141. In idem festum omnium Sanctorum de Sanctis ipsis.

Ex sanctis quomodo adiici dicatur gloria Deo. 415.2.b

Deum illos gestare in pectore vt fasciculũ, 195.2.d

Dignos esse Dei amore super omnia creata, 417.1.c

E quolibet eorum ordine Deum collegisse fructus pacis & charitatis, 697.2.b

Diuersissimos protulisse fructus iuxta distincta eorum munia, licet in vno Christo instar plurium ramorum extiterint, ibid.1.e

Variosque illorum ordines esse emissiones Ecclesiæ, 699.1.a & c

In sanctorum imitatione quomodo nos gerere debeamus, 151.1.d

Cur sanctorum potius quam Christi imitatio nobis proponatur, 152.1.c

Illorum vestigia esse & vestigia Christi, ibid.d

Quantum ex illis capere nobis liceat vtilitatis, ibid.2.b

Illorum protectionem, & intercessionem nobis esse cauernam maceriæ, 396.1.d

Plura si volueris in laudem sanctorum, & quomodo se exercuerint in virtutum studio ita vt hodierna die nobis propositi sint in exemplum, Videas in indice rerum, verb. *Iustus*, seu *iusti*, necnon & verb. *Amor.* cœterasque virtutes prout singillatim in dicto reperies Indice.

De eorumdem autem fœlicitate, & gloria, quę & nobis repræsentatur in hac ipsa solemnitate, vt ad illam & nos nedum desiderio, sed & meritis tendere studeamus. Vide plurima in eodem indice rerũ, verb. *Beati*, & *Beatitudo*, & *cœlestis patria.*

Pro die Commemorationis Defunctorum Vide quæ notata sunt pro exequiis Mortuorum in fine huius Elenchi.

142. In Euang. & festum S. Martini Episc. & Confess.

Nemo accendit Lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant.

Prælatum sanctum positum super Ecclesiæ corpus, vt celsum collum, 578.2.b & seq.

Vtque lucernam super candelabrum, vt ex illius conspectu subditi quique dirigantur per rectum tramitem ad cœlestem patriam, 579.2.a

Idque nedum prædicatione, sed multo magis sanctorum operum fulgore, & exemplo, ibid.c

Eundem esse spectaculum pulchritudinis Ecclesiæ, 905.2.b.c

Verbi Dei lucernam haud abscondendam à Prælato. 448.2.c & seq.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Sanctum Prælatum esse oculum Ecclesiastici corporis, 535.2.c & 536.1.c & seq. 838.1.d & 839.2.a

Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Quæ simplicitas sit necessaria Prælatis, 838.1.e & seq.

Quod ex commendatione Prælatorum, & Cleri toto tius Ecclecastici corporis resultet laus, 242.1.d

Si Christus sit inter vbera Ecclesiæ, Prælatos, atque Doctores, necesse esse, vt sit & in aliis pariter illius membris, 194.1.c & seq.

Quàm congruè autem Prælati in Ecclesiæ corpore vbera esse dicantur, fusius, explicatum habes, 599.1.a & seq.

De sanctis Prælatis plurima sunt, quæ videas in indice rerum, verb. *Prælati*, & *Doctores.*

De B. Martini resignatione ad differendam mortẽ & prorogandos labores, 732.2.b

Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit.

Si Ioannem Cassianum sequi velis, cõgruenter hoc loco agere potes de sagaci prudentia, & discretione, quæ inter virtutes celsissimo collocatur loco vt habes, 930.1.a & seq. sub nasi metaphora.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, &c. Intentio quam aptè designetur metaphora oculorum, 218.2.b & seq. per totam expositionem tertiam, vbi plura habes de intentionis materia.

Si oculus tuus simplex fuerit, &c. Simplici ac pura intentione tantum decoris nostris exhiberi operibus, vt anima per illam Deum quodammodo faciat superbire, 883.2.d

Est enim quid præstantissimũ, simplicem, & rectam eam habere, dum carne circundati sumus, 534.2.b

Qualis esse debeat simplicitas, quæ comes requiritur bonæ prudentiæ, 551.1.a & seq.

Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Quòd intentione praua obtenebretur, & destruatur vniuersum virtutis corpus, & quicquid boni agitur, 219.1.d

Quia hoc festum S. Martini apud mundanos summæ solet esse lætitiæ, & conuiuiorum, ex eo quod in illo probentur, & degustentur vina, quæ bona sint, quæve mala poteris & tu hæc ipsa ad spiritualia transferre, ostendens,

Quæ sint vina mala, & respuenda à fidelibus, nempe vinum voluptatum sæculi, de quo, 22.1.a & sequen. & 72.2.e Et vinum humanæ sapientiæ de quo, 17.2.d & seq.

Quæve sint vina bona, & optima nempe vinum bonorum sermonum, de quo 953. & seq. & 956.1.a

Vinum orationis, de quo 954.1.b & seq.

Vinum contemplationis, de quo, 653.2.c

Vinum amoris, ac Spiritus sancti, de quo, 289.1.c & 289.col.8.c

De cella vinaria, studioque contemplationis, quęve in illa degustentur vina, 289.2.a & seq.

De cella vinaria, vt designat statum religionis, deq; eius vinis, 289.col.3.a & seq.

De diuersitate conuiuii sæculi à conuiuio spirituali, 21.2.b

De conuiuio sacramentali corporis, & sanguinis Christi, 745.2.c & seq. vsque ad 747.2.c

Quinam potissimum ad istud inuitentur conuiuiũ 755.2.d & seq. vsque ad 878.2.b

Conuiuium istud sacramentale præueniri debere à conuiuio spirituali, 751.1.a & seq.

Quæ sint necessaria ad dignam præparationem

pro

pro eodem conuiuio, ibidem 2.d. & sequen.
Transigendum hunc S. Martini diem in studio contemplationis, & desiderii cælestis patriæ anhelantes ad introductionem in illam, vt in plenissima bonorum omnium cellaria Christi, de quibus, 65.1.a & seq. & 66.2.a
Vt vè in cellam vinariam, omni consolationum vino refertam, de qua, 282.1.a & 289.col.8.d
Vtque in lautissimum voluptatum, & felicitatis cōuiuium, de quo, 750.1.b & 760.1.b & sequenti, & 763.2.e

143 In Euangel. & festum S. Gregorij Thaumaturgi.

Habete fidē Dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, &c.
Quòd fidei actus sit oratio efficacissima, 659.1.c & & sequen. Vbi habes totius huius Euangelii expositionem.
Quòd ei, qui viua orauerit fide Deus quodammodo se exhibeat subiectum, 958.1.c & seq.
Fidei viuæ quantæ sint vires in Christum, 218.1.b & sequen.
Eadem fide animam quodammodo rapere cor Dei obtinendo ab illo quicquid voluerit, 687.1.a & seq. Vide & 882.1.e
Qua ratione anima feriat cor Dei oculo fidei vulnerata prius à Deo, & quomodo inuicem ita renouēt vulnera, 642.2.a & seq.
Virtutem faciendi miracula plerumque concedi à Deo ob virtutem obedientiæ, 180.2 a & seq.
Sanctos aliquos fecisse maiora miracula, quàm fecerit Christus eodemmet id prædicente Christo habes, 679.2.c
Quamquam miracula Christi diuinitatem indicabant in illo existentem, 851.2.a

Pro festo S. Cæciliæ Virg. & Mart. Vide notata super Euang. *Simile est regnum cælorum decem virginibus*. In communi sanctarum Virginum & Martyrum.

144 In festum Præsentationis B. Mariæ Virginis.

Vide quæ notata sunt super Euang. *Extollens vocem quædam mulier de turba*, &c. In festo dedicationis S. Mariæ ad Niues.
Poteris insuper pro huius diei festiuitate agere de duodecim virtutibus, quibus gloriosissima Virgo præsentata in templum inter alias templi virgines effulsit, vt stellis coronata duodecim, mulier profecto illa, de qua in Apocalypsi 12.
Primum de illius charitate, quæ duplex extitit actualis, & affectualis iuxta id, quod habes 303.1.a & sequen.
Qua ratione Virgo benedicta vulnerata sit charitate, 308.2.e & seq.
De duplici eiusdem charitate plurima colliges ex ijs, quæ habentur 602.1.e & seq.
Vide in Indice rerum verb. *Charitas, & Maria charitas.*
Secundò, quam extiterit humilis, deque illius præstātissima humilitate, ad cuius pertractationē plurima colliges ex iis, quæ de humilitate in genere habes, 583.1.e & seq.
Vide & in indice rerum verb. *Maria humilitas.*
Tertiò, quam fuerit obediens templi præfectis, deque perfectissima illius obedientia, cuius descriptionem colligere poteris ex dictis, 174.2.e & seq. & 590.1.b & seq.
Vide & indicem rerum, verb. *Maria obedientia.*
Quartò, quam extiterit in ministerio sollicita, deque illius promptissima sollicitudine, quas suas semper præueniebat socias quo enim quis sanctior, eo & magis esse sollicitum colliges ex dictis 355.2.b & seq.
Quintò, quam sociabus aliis, quæ minus erant sollicitæ, fuerit compatiens, deque illius compassione, Vide 177.1.a & 608.2.e & seq.
Sextò, quam fuerit in sua conuersatione modesta colliges autem hac de re plura ex ijs, quæ de modesto conuersationis habitu dicuntur, 570.1.c & seq. per totam illam expositionem tertiam.
Quomodo in externa hac conuersatione sua nō fuerit zotica, sed dulcis, & iucūda sororibus. 939.2.b
Septimò, quā fuerit obseruatrix silentii, quod maximè decet virgines, vt habes, 568.2.b & 273.2.d
Colliges autem plura de hoc Mariæ silentio ex dictis, 561.1.c
Maximam extitisse illius cautelam in loquendo, quia eius collum sicut monilia, 177.1.d & seq.
Octauò, quam prudens fuerit in consulendo sororibus, quæ ipsam consulebant, vt prudentissimam. Vide 550.1. b & seq. istiusmodi prudentiæ materiam fusius pertractatam.
Nonò, quam se exhibuerit deuotam nedum coram Deo suo, sed etiam coram sororibus, deque ipsius deuotione, in cuius explicationem plura colliges ex dictis, 466.1.c & seq.
Vide & 667.1.e & seq. de triplici eius deuotionis, & orationis genere vocali, mentali, & operum.
Decimò, quam se exercuerit in studio mortificationis, pro quo colliges aliqua ex dictis, 610.2.c & se.
Quamuis ipsi minimè necessaria esset mortificationis myrrha, cui haud infesti fuere concupiscentiæ æstus, pro quibus id necessarium esse mortificationis studium habes, 613.2.c & seq. Cumque moderatos, & sanos haberet pedum affectus, pro quorū pedum vulneribus mortificationis vnguentum deseruire, habes, 789.1.c & se. Et à peccatis esset libera, pro quibus operiendis tunicam à Deo datam esse mortificationis, & pœnitentiæ habes, 787.2.b
Ei vero mortificationis studio B. Virginem indulsisse, vt voluptatem & Deo, & sibimet in illo exhiberet, colliges ex dictis, 611.1.e
Vndecimò, quam in hisce ipsis studiis deuotionis, & mortificationis, nec nō in tota cōuersatione sua se exhibuit discretam, pro quo colliges nonnulla ex dictis, 930.1. d & seq.
Duodecimò de illius perseuerantia, qua nedum totum virtutis ædificium est maximè commendabile, vt habes, 243.2.a. Sed & eiusdem virtutis monile concluditur per virtutum omnium connexionem, quam summopere necessariam esse habes, 917.2.a & seq.
Porrò antiquitus pro corona, & diademate regio monile, ac murenulas circa caput inseruisse habes. 178.2.c
Posthæc agere poteris de eiusdem B. Virginis eximio profectu præcipuè in actibus trium virtutum, patientiæ, iugis desiderii rerum cælestium, honorisve diuini, & perpetuæ in virtutum omnium cumulo humilitatis, vt habes, 468.2.e & seq.
Conclude tandem orationem cum eo, quod ex Ruperto Abbate habes, 699.2. e & seq. Bona omnia, virtutes vniuersas, omnesque gratias, quæ sunt in mundo, esse emissiones Mariæ, quibus efficitur Paradisus.

Pro festo S. Catherinæ Virg. & Mart. Vide quæ notata sunt super Euang. *Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c.* In communi, SS. Virginum.

COMMVNE SANCTORVM.

245 In Communi SS. Apostolorum.

Vide in Indice rerum, verb. *Apostoli.* & in singulorum Apostolorum festiuitatibus. Non tam congregasse, quàm inuenisse Ecclesiam dicuntur, 446.2.c

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.

Vide quæ notata sunt super illa verba, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* In festo SS. Apostol. Simonis & Iudæ.

Sicut dilexi vos. Nunc esse perfectissimum modum in dilectione positum in lege Euangelij, atque adeo ipsum dilectionis præceptum à Christo dictum, nouum, 295.1.c

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Charitatis mensuram eam duntaxat esse, vt tantum Deus diligatur, quantum ipse vult, 328.2.a & seq.

Martyrium esse id summum charitatis, ad quod eã suscitari vult Christus, 329.1.b Ideoque charitatem ipsam dici fortem sicut mortem, quia illius mensura sit vsque ad mortem, 1013.1.a & c.

Quamquam in Deo fortior eadem extiterit morte, 1010.2.b & seq.

Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.

Per obseruantiam præceptorum diuinorum vnumquemque eatenus fieri amicum Dei, quatenus sit immaculatus, 769.1.b Vide & 356.1.c

Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius.

Serui Dei nomen esse maxime gloriosum, cum seruitio Dei addicti Deum ipsum coronantes regnũ illi quodammodo conferant. 520.1.c & seq.

Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo nota feci vobis.

Quàm ingens diuinæ amicitiæ signum sit reuelatio diuinorum mysteriorum, 585.1.a & seq.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Vide 353.1.b

In amicitijs eligendis admodũ diuersum esse vsum hominum ab vsu Dei: electio enim ad Dei amicitiam non tam est ex pulchritudine, quam ex mera ipsius Dei gratia, 212.1.a & seq.

Vide & 55.2.d & seq.

Qui sint Apostolorum, & SS. Prædicatorum fructus manentes, 968.2.c & seq.

Vt quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo det vobis. Vide in Euang. Dominicæ quintæ post Pascha, *Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.*

246 In communi SS. Euangelistarum.

De Euangelio, eiusve doctrina plura habes in Indice rerum verb. Euangelium, & verbo, *Doctrina Christi.*

De eiusdem Euangelii prædicatione, & celerrima diuulgatione, Vide 352.1.e & seq. & 903.1.b

Hunc Euangelij cursum factum per impulsum Spiritus sancti, 494.2.c & seq.

De quatuor animalibus ab Ezechiele descriptis, 1017.2.d & seq.

De sanctis Euangelistis, vt composuere quatuor Euangelia, colliges aliqua ex iis, quæ dicuntur de sanctis Doctoribus sacros tractatus componentibus, 547.2.d & seq.

Designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam.

Quod Sancti Euangelistæ, & Prædicatores dicantur missi ante faciem Christi, ac si inuicem cum Christo ipso facies mutuò ostẽsuri essent, & decertaturi, Vide 386.2.c & seque, vbi plura circa hanc Euangelii prædicationem, à prædicatoribus simul cum Christo faciendam.

Quàm sit necessarium, vt illis Christus adsit comes, 960.2.a

In omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.

Quòd boni prædicatores nedum in magnis ciuitatibus, sed & libentius in villis prædicent, & idiotis, ibid.c

Necessarium esse, vt Christus sanctos sequatur prædicatores, prædicatum verbum in audientium aures deferens, 388.1.b

Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt, &c.

Quàm congruè Euangelii prædicatio nũcupata sit messis, 969.1.c

Bonorum prædicatorum inopiam maximã esse in Ecclesia, 794.2.a

Præsertim hisce temporibus, 787.1.d

Prædicatores eatenus iure dici debere operarios, quatenus prædicatio iuncta esse debet cum operibus, 404.1.b Nedum enim verbo, sed & exemplo auditores trahunt, 665.1.b & 556.2.c

Alioquin si respectus habeatur ad ipsius prædicatoris fructus, non tam operarii, & coloni, quàm custodes dicuntur, 1045.2.c & seq.

Ideoque vt opus conuersionis auditorum efficiant, opem Dei efflagitare debent, 426.2.a

Et cum à Christo habeant, vt proficiant, 951.1.c

Propterea operæpretium est, vt illum rogent, opem vt ipsis ferat in messe, 969.1.b

Ite Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

Vide quæ notata sunt in Euang. festi Commemorationis S. Pauli Apost.

Ponderãs verbum *Ite*, aliqua colliges ex iis, quę notata sunt super Euang. Ascensionis Domini, *Euntes in mundum vniuersum. &c.*

Nolite portare sacculum, neque peram. Sollicitudinem rerum temporalium Prædicatori Euangelico abiiciendam. Vide super Euang. Domin. xiv. post Pentecosten. *Nolite solliciti esse quid manducetis, &c.*

Neque calceamenta: & neminem per viam salutaueritis.

Hæc omnia dicta, ad designandam celeritatem, quæ talibus necessaria est prædicatoribus, 353.1.d

Ea abiicienda prædicatori Euangelico calceamenta, quæ viam dedeceant sanctam, quam ambulaturi sunt, qualia sunt peccata designata per pelles mortuas calceorum, 793.2.b & seq.

Esse tamen alia calceamenta, quibus ad Euangelii prædicationem incedentes pulcherrimi ingressibus suis sancti celebrantur prędicatores, quæve ea sint, 915.1.c & seq.

Quid sit esse calceatum in præparationem Euangelii pacis, 913.2.c & seq. & 914.2.a

In quamcumque domum intraueritis, primum dicite pax huic domui.

A Prædicatoribus Euangelii necessario dandam esse pacem, cum in hoc eorum sita sit pulchritudo, & excellentia, quod dent pacis nuntium, 353.2.a. &

& 915.1.e Et quia Euangelium nunciant legem amoris, & benignitatis, vt habes, 315.1.a & seq.

De pace eiusve nuncio plura videre potes notata sit per Christi salutationem illam, *Pax vobis*. In feria 3. Paschæ, & in Dominica in Albis.

Dicite appropinquauit in vos regnum Dei.

Per Euangelii prædicationem iure nunciatum esse infidelibus appropinquatum esse in illos regnum gratiæ, quod est regnum Dei, vt habes, 673.1.a & sequen.

Idve vel quia illis nunciatus est Christus eis proximus effectus, quem & regnum cœlorum nuncupatum habes, 641.2.b & seq. quive est totius gratiæ principium, vt habes, 34.2.e & 102.1.a & 2.d

Vel quia Euangelium ipsum ita est lex gratiæ, vt & ipsam conferat gratiam, 315.2.d & seq.

Appropinquatum & iustificationis, ac pacis regnū regno Dei simillimum, vt habes, 283.2.d & seq.

Et regnum dilectionis, quod esse præstantissimum regnum Dei habes, 834.1.b & seq. & 523.2.c & sequen. & 527.1.b

Appropinquatum & regnum ærumnarum, ac tribulationum pro Dei gloria tolerandarum, quæ & regnum Dei eatenus rectè dicūtur, qua enus à Christo Rege spinea corona redimitum in hæreditarium suis relictæ sunt filiis, 522.2.d & seq.

Vide & notata in Euang. festi omnium Sanctorum.

Appropinquatum & illud Dei regnum, quo qui ex infidelitate, & prauitate vitæ conuersi seruitio se addicerent Dei. Reges item efficerentur, prout colliges ex dictis, 520.2.d & seq. & 935.2.e

Appropinquatum denique & regnum cœlestis beatitudinis in patria, quod est potissimum Dei regnum: quandoquidem per prædicationem Passionis Christi, perque illius fidem in illud introducendos sese certo sperarent, prout deduces ex dictis, 65.1.a & seq. & 66.2.d & 288.2.e

147 In communi vnius Martyris. Euangelium Primum.

Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, &c. non potest meus esse discipulus.

Discipulum Christi illum duntaxat esse, qui moderatis ad eum venit affectib. erga suos, & erga seipsum, 914.1.d & seq.

Quomodo Christus discipulis suis odia commēdet cū eius doctrina sit tota amoris, & charitatis, vt habes 7.1.b & seq. & 295.1.d & seq. & 299.2.b

Haud tam odia, quàm ordinem commendare in ipsa charitate de quo 293.2.b & seq.

Amor enim haud est vere amor, ni ordinate ametur, 302.2.b

Et vera virtutis, ac discipuli Christi definitio est ordo amantis amoris, ibid.

Quomodo doctrina Christi, istiusmodi odia, & mortificationem affectuum præcipiens sit simul amara, & dulcissima, 863.2.b

In mortificatione abiicienda, quam stultè se gerat, qui intendit esse Christi discipulus, 347.2.a & seq. & 348.1.d & seq.

Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

Discipuli Christi crucem suam baiulant indulgentes mortificationi, ideoque dicuntur eiusdē Christi comæ, 833.2.b

Per martyrii & tribulationum crucem venitur post Christum, 58.2.e

Crucem suam baiulās discipulus Christi is est, qui in tolerandis ærumnis Christum crucifixum satagit imitari, 1002.2.e

Eum, qui Christi discipulus esse vult, oportet, vt crucem baiulet ærumnarum, 350.2.d

Aerumnarum crucē renuens haud potest dici Christi discipulus veniens post eum, 432.1.c

Et è contra, qui eamdem baiulant, nedum discipuli, sed & amici, & charissimi illius sunt, 758.2.e

Non ante Christum, sed post Christum venire debet, qui crucem suam baiulans, illius vult esse discipulus, habēs illum ob oculos spinis coronatū, & diademate gloriæ, 527.2.e

Vide quæ notata sunt in sequens Euang. *Tollat crucem suam ex sequatur me.*

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non sedens prius computat sumptus qui, &c.

Discipulatum Christi esse sponsalitium, & ædificiū cæmentis ædificatum charitatis, 627.1.c & seq.

Aedificium vitæ spiritualis construi sumptibus bonorum operum, 982.1.b

Quæ sint istius ædificii fundamenta, 1033.2.c

Turrim, quam in vita spirituali ędificare debet, qui Christi discipulus esse velit, esse humilitatem, 586.1.a & seq.

Quanti necessarii sint sumptus, quantumve studiū pro ædificatione huius humilitatis turris, ad exēplar humilitatis, & humanitatis Christi, quam turrim Dauid dictam habes, 587.2.c & seq.

De obedientia vt altero item turris ædificio, 591.1.b & seq.

Quanti & ad hoc pariter ædificium necessarii sint sumptus vt ædificetur ad exemplar obedientiæ Christi mysticæ turris Dauid, 592.1.d & seq.

Quòd & quique discipuli Christi semetipsos ædificare debeant in turrim cum propugnaculis, clypeis: omnique armatura fortium, 596.1.a & 2.c & sequenti.

Quòd & ipsa discretio spirituum sit ædificium turris, 930.1.a & 931.2.d & seq.

Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius, &c.

Quod necessario nobis in hac vita militandum sit, & belligerandum, 80.2.a

De bello, quod committendum est cum sensibus ipsis nostris, 115.1.b & seq.

De bello aduersus Sathanam, 299.1.e & seq.

Sumptibus studii sanctitatis vnaquęque anima instar validissimi equitatus vadit aduersum Sathanam, eiusve exercitus, 263.1.c & seq. & 2.c & seq. Vide & 167.2.b & e

Charitatis infusio quomodo comparetur ordinationi exercitus, 298.2.c & seq.

Quomodo eadem charitate, vt potentissimo exercitu prouocemur ad bellum, 295.2.a b

Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Si per Christi discipulum intelligamus generaliter bonum Christianum, per hæc significatur illi necessariam renunciationem omnium quoad affectū vt colliges ex dictis, 809.2.e & sequen. & 810.2.c

Si specialiter bonum religiosum intelligamus, per eadem significatur illi necessariam realem omniū renunciationem, ideo & dentes sicut greges tonsarum ipsos Religiosos nuncupatos habes ex Bernardo, 545.1.e & seq.

148 In Communi vnius Martyris Euangelium secundum.

Si quis vult venire post me. Tametsi Christus gratia sua trahat post se quoscunque sibi libuerit, Verissimè

mè nihilominus hic ait, *Si quis vult*, &c. quia eius gratia non trahit, nisi nostra admittatur volunta-te.55.2.a

Non ait, *Si quis vult venire mecum: sed, post me.* quia imitari quidem illum in virtutis studio possumus nullatenus tamen æquis gressibus cum illo incedere, ibid.2.a

Hinc est vt semper nobis supersit maior proficiendi gradus, vt colliges ex dictis, 355.1.c & seq.

Abneget semetipsum. Abnegationem sui ipsius esse negationem, & recessum à propria voluntate, cum illa sit forma, qua quisque suus est, & non Dei. 457.2.c

Istiusmodi abnegationem adeò necessariam esse, vt sine ea nullatenus venire quis valeat post Christũ, cùm voluntas ipsa propria impediat, ne Christus videatur, quem sequi opus esset, 431.1.a

Est enim paries illi occludens aditum, 344.2.d

Quin etiam si Christum ipsum videat, neutiquam tamen post eum venire quis pôt, qui propriam nõ abneget voluntatem: Cùm Christus recto incedat itinere, vt habes, 680.2.d

Iter vero propriæ voluntatis sit iugis circuitus, 436.2.b ei similis quo circuit & Diabolus, & qui illũ sequuntur impii quique de quo, 438.1.b & seq.

Immo tantum abest, vt is, qui non abnegat propriã voluntatem, post Christum venire queat, vt Christum potius ipsum is ad suam voluntatem trahere satagat, 238.1 b

Istam propriæ voluntatis abnegationem iure ei, qui post Christum venire velit, primo loco proponi, cum ea & cæteris eminentior sit virtutibus, & eidem Christo reddat proximiorem, 590.1.c & sequenti.

Et tollat crucem suam. Vide quæ notata sunt super præcedens Euangel. *Et qui non baiulat crucem suam*, &c.

Rectè haud dici *Crucem* simpliciter, nec *Crucem meam*. Crucem enim Christi tollere nemo posset, cùm illius ærumnæ, & passiones fuerint absque vllo consolationis lenamine, 261.2.a & seq.

At dici *Crucem suam*. Crucem nimirum ærumnarũ, Quas Christus ipse singulari metamorphosi reddidit melleas, vt habes, 749.2.a

Crucem suam, in cuius gestatione socios habet Angelos, ei suis opem ferentes consolationibus, 261.1.a & sequen.

Comitem & Christum ipsum, 513.1.c & 750.1.c & 939.2.c & 740.1.c

Comites denique & sanctos viros, 475.2.c

Crucem suam ærumnarum, quæ sibi à Deo immittuntur, vt eius viribus proportionatæ, quasve propterea hilariter defert inter vbera, vt leuem fasciculum myrrhæ, 199.1.d

Crucem denique *suam*, quia sibi peculiariter ærumnas optare debet & passiones, 59.1.a

Easdemque vt proprias æstimare delicias, 740.1.b & seq.

Et sequatur me. Vide quæ notata sunt in Euang. Sabbathi post Domin. 4. Quadrag. super ea verba, *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.*

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam.

Si hanc sententiam sumas, vt eum designat, qui propter mortis metum, vt saluam illæsamque seruet animam suam, à pœnis, & passionibus, quas ei minitantur Tyranni, vult Christum negare, aliave admittere scelera, Vide 360.2.d & seq.

Quomodo is ipsam suam perdat animam, mundano timore mortis in illa effectus causante.

Quòd si eamdem accipias, vt designat eum, qui ita curæ addictus est vitæ illius corporeæ, vt quo salnam faciat animam suam, eiusve concupiscentias, sensibus vniuersis indulget voluptatibus. Vide 142.2.c & seq.

Quomodo iste talis animam ipsam suam perdat. & 22.1.c & seq. & 1010.1.c

Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

Quomodo Martyres, qui pro Christo passi sunt, pro que illo animam suam exposuere, illam perdẽtes, inuenerint eam sibimet custoditam in vitam æternam, colliges ex dictis, 1021.1.b & seq.

Quomodo is, qui perdit animam suam mortificationi indulgens, castigans corpus suum, mortificansque concupiscentias suas, ipsam inueniat animam suam præseruatam à peccatis, atque adeo custoditam in vitam æternam, colliges ex dictis, 612.1.c & 613.2.d & seq.

Quam dabit homo commutationem pro anima sua?

Sicut vitæ corporeæ non datur precium, ita nec charitatis, in qua sita est vita animæ, & spiritus, 1024.2.d & seq.

Filius enim hominis venturus in gloria patris sui cum Angelis suis, tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Vide quæ notata sunt super Euang. feriæ 2. post Domin. primam Quadrag. Vide & quæ dicuntur, 741.1.c & seq.

149 In Communi item vnius Martyris Euangel. tertium.

Nolite arbitrari, quia veni mittere pacem in terra, non veni pacem mittere, sed gladium.

Si Euangelium detulit, quod est nuncium pacis, pacemque reliquit in signum militiæ Ecclesiasticæ, vt habes, 876.2.d. Quomodo id, quod hic dicitur intelligendum sit colliges ex dictis, 87.1.c & seq

Vbi habes bellum ipsum, quod à Christo suscitatur in anima esse & summam pacem, & prelium. Vide 486.1.c & seq.

Per gladium spiritus, & verbum Dei, quam magnã separationem, ac diuisionem Christus efficiat in anima, 489.1.c

Et inimici hominis domestici eius.

Quam graue sit intestinum bellum, & qualiter id fiat in anima. 115.1.b & seq.

Pro cæteris præsentis Euangelii sentẽtiis Vide quæ notata sunt super similes sententias in duobus præcedentibus Euangeliis pro vno Martyre.

Et quicunq; dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, &c. Vide 305.2.a ex hoc loco probatum, Per intentionem rectã vim quodãmodo inferri ipsimet Deo.

150 In Communi item vnius Martyris Euangel. quartum.

Euangelium, *Nihil opertum, quod non reueletur*, &c. habes in simili infra vltimo loco posito in Comm. plurimorum Martyr.

Amen amen dico vobis, Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Per metaphoram corruptionis grani Christum significasse passionem, mortemque suam quæ illustrius cognoscendus esset, 27 511.b & seq.

Christi mortem, & Ecclesiam cum illo consepultã germinasse plures sanctorum ordines, 690.1.b & sequenti.

Christi

Christi mortē protulisse sanctos Martyres,190.2.b
Qui amat animam suam, perdet eam.&c. vsque ad fin. Vide quæ notata sunt super similia in Euangelio secundo vnius Martyris.

151 In Communi Martyrum tempore Paschali.

Ego sum vitis vera. Christum iure optimo dici vitem veram, quia ex ipso est vinum veræ dulcedinis, de quo,379.2.c & seq.

Ad differentiam vitium alienarum, quę sunt ea, quę ad mundum, terramque spectant, ex quibus est vinum amarissimum sensibilium voluptatum, vt habes,113.1.b & seq.

Eundem dici etiam *vitem veram*, ex qua sola sunt veri fructus ad differentiam Angelorum, quos esse tantum vites florentes habes,383.1.c

Necnon & ad differentiam sanctorum Apostolorū vitium pusillarum, atque etiam minuta vuę grana proferentium, de quibus,376.2.e & seq.

Et Pater meus agricola est. Quam perfectus agricola sit Deus,679.2.b & seq.

Omnem palmitem in me non ferentem fructū tollet eū, Fideles, qui instar palmitum in Christo per fidem sunt, vt in vite, sed non ferunt fructum operum, tolluntur à cęlesti agricola, quia fides, quæ nō operatur per dilectionem, mortua est, colliges ex dictis,231.2.c & seq.

Bene autem tolli ij dicuntur, quia in arboribus, & plantis spiritualibus vita iuncta est cū floribus, & fructib. ita vt quę his carent careāt & vita.707.2.b

Tolli quoque ijdem dicuntur palmites à Christo vite vera, quatenus plerumque ab ijs tollitur & fides. Dum enim à se abijciunt ornamenta virtutū sit plerumque, vt postmodum abijciant etiam fidem, & cultum Dei,785.2.b & seq.

Et omnem, qui fert fructum purgabit eū vt fructum plus afferat.

De fructu eorum fidelium, qui sunt palmites fructiferi Christi vitis veræ.379.1.a & seq. & 964.1.c & seq. Vide & 691.2.e & 692.1.d

Quomodo tribulationibus & flagellis istiusmodi palmites purgentur, & ad quid,797.2.d & sequē. & 724.1.b

Hinc pia anima ijsdem ærumnis probari, & spiritus sancti igne succendi rogat, vt fructuum virtutum emittat odorem,722.1.b

Quod autem si purgati fructum plus afferant dicti palmites, proba ex eo, quod iustus tribulationib. pressus profert vinum lætitiæ, & odorem suauitatis, vt habes,951.1.e

Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.

Si hæc de mundatione à peccatis accipiantur, quæ in Apostolis facta dicitur propter Christi doctrinam Euangelicam, cui illi fidem præstitere, poteris hic agere quomodo iustificatio dicatur esse per fidem, vt habes 281.1.a & seq.217.1.b

Quòd si potiùs eadem sumus de mundatione, non tam à peccatis, quàm à superfluis quibusdam, & quibusdam reliquiis imperfectionum, atque defectuum, quam supra dictam vidimus purgationem per ærumnas, & tribulationes, prout sumendum indicat textus græcus, legens, *Vos purgati estis*, per Christi sermonem eum intelligas operæprecium est quo sæpius tribulationes, & persecutiones plurimas eis imminere significauit. Atque adeo agere poteris de doctrina necessitatis tribulationum, vt est fructifera, & purgatiua, de qua 948.1.d & seq.

Manete in me, & ego in vobis. Manendum in Christo per dilectionem, vt & ipso manente in nobis vitā habeamus: cum alioquin is, qui diligit mundum, eumque in se manentem habet, maneat in morte, 1009.1.c & seq.

De mutua hac iustorum in Christo, & Christi in illis mā sione colliges plura ex dictis 634.2.a & 416.1.e & seq. & 1011.1.a & seq.

Hisce ipsis verbis, *Manete in me*, &c. videtur Christus vsus ad roborandos magis Apostolos in tribulationibus perferendis instruens illos, qua ratione vitam, & fructus in eis habere queant: nimirum si satagant manere coniūctos cum ipso vera vite sua, prout ipse iunctus cum eis manet, quando tribulantur, prout colliges ex dictis,523.1.d & 611.1.b

Ego sum vitis, vos palmites. Quomodo ex Christo vera vite propaginata, atque in terra suppressa per mortem duo in primis prolata sint palmitum, & martyrum genera,690.2.b

Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū. Si hæc intelligas de mansione tantum per charitatem, vt dictum est supra. Per *fructum multum* per illam prolatum intellige ea, quæ enumerata ab Apostolo habes,512.2.d

Quòd si altero modo etiam supra significato, hæc ipsa accipias de mutua mansione in tribulationibus iustorum, atque Christi, per *fructum multum*, ea tria intellige, quæ iusto tribulato à Deo collata habes,96.1.d & seq.

Nempe perfectionem, & combustionem, atque consolationem in charitate.

Potes etiam per *multum fructum* talium palmitum intelligere exempla, & doctrinam, quam edocent quoad tribulationes ipsas perferendas, qua de re vide,944.2.a & seq.

Quia sine me nihil potestis facere. Cū Christus sit principium omnis gratiæ, quæ operatur in nobis, vt habes,202.1.a & ibi.2.d: Vide & 243.1.c. & 186.2.a

Bene ex prædictis hoc inferri, quòd nisi sit mutua per charitatem mansio inter Christum, & animam nil proferre liceat, & efficere virtutis verę, quandoquidem opera bona cum charitate, & ex charitate sunt facienda, vt bona sint, & meritoria vitæ æternæ, 515.2.b & 659.2.c

Sine me autem iure inquit Christus: quia ea sola sunt cælestis valoris, quæ ipso ob signata sint, vt signaculo,1002.1.c & quæ sint ab anima, quæ per baptismum eumdem induerit,190.2.b

Vnde ipsummet virtutis studium extra Ecclesiam, in qua Christus ipse manet, parum, aut nihil prodest,62.2.e

Si quis in me non manserit mittetur foras, sicut palmes & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Quomodo iis, qui non manent in Christo vera vite, sed & in inanibus mundi vitibus, hæc omnia contingant, colliges ex dictis,113.1.d & seq.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

De quatuor conditionibus necessariis ad efficacem orationem: duabus indicatis per ea, si mā seritis in me, nempe per charitatem, quam in oratione ipsa requiri habes,559.2.d

Et in ipsa oratione perfici habes,558.2.a & seq.

Et per attentionem, sine qua nihil valere orationem habes,666.2.a

Et duabus aliis per ea, *Et verba mea in vobis manserint*. nempe per fidem eius pollicitationibus exhibitam, de cuius necessitate, & vi in oratione habes, 769.2.c & 643.1.d & seq.

Et per vitæ puritatem, quæ sita est in impletione ver-

verborum, & mandatorum Christi, cuius puritatis necessitatem in oratione habes, 666.1.b & seq. & 668.2.c & seq.
De efficacia, & vi impetratoria orationis plurima sunt, quæ leges, 558.2.e & seq.

Pro Enang. primo plurimorum Martyrum tempore Paschali *Ego sum vitis, vos palmites;* &c. Vide quæ notata iniam sunt, in Euangelio præcedenti.

Pro Euangelio secundo item plurimorum Martyr. tempore Pasch. *Amen amen dico vobis, quia plorabitis,* &c. Vide quæ notata sunt in Euang. Dominicæ tertiæ post Pascha.

152 In Communi plurimorum Martyrum extra tempus Paschale Euangelium primum.

Cum audieritis prælia, & seditiones nolite terreri.
Timorem mundanum Christus ab Ecclesia arcet, vt impedientem Euangelii prædicationẽ, 718.1.d
Audimus vniuersi prælia & seditiones, quæ intra nos suscitantur per sensus nostros, vt habes, 114.2.d & seq.
Audimus & in Ecclesia prælia, & seditiones, quæ ab hæreticis excitantur, 108.1.b & sequenti, & 866.1.b
Audimus & nos religiosi plerumque prælia, & seditiones fratrum in monasterio, vt ex Bernardo habes. 118.1.e
Iniicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in Synagogas & custodias, trahentes ad Reges, & præsides propter nomen meum.
In sanctis martyribus suis Ecclesiam percussam, & vulneratam à Tyrannis, 820.2.d & 822.2.e
Quibus tamen persecutionibus splendida instar auris eam redditam habes, 183.1.d Vide & 79.2.b & sequen.
Ponderandum quod vltimo dicitur *Propter nomen meum.* Id enim in primis exegit Christus à discipulis suis, vt pro nomine eius ærumnas subirent, 404.1.b
Hocque inter præstantissima Dei dona censendum, vt pro nomine eius quis patiatur, 309.2.a & seq.
Continget autem vobis in testimonium. Sãctorum Martyrum testimonium exhibitum fidei Christi quãtum profuerit mundo, 544.2.d
Martyrium esse summum charitatis testimonium. 329.1.b
Ex martyrum testimonio dulce esse & Ecclesiæ eloquium, 569.1.b
Persecutiones sanctis martyribus contigisse in testimonium etiam dignitatis ipsorum qua sunt Ecclesiæ & genæ, vt habes, 574.2.c & labia, 565.1.a & ornamentum, 184.1.c. & reclinatorium aureum, 502.1.c & ascensum purpureum, ibid.d
Et collum, 925.1.a & paradisus malorum punicorum, 699.2.a & Christi crucifixi tum fructus, 690.2.e tum myrrha, 379.1.a tum comæ sicut purpura Regis, 937.2.d tum genæ 843.2.c
Martyrium esse martyribus ipsis testimonium complexus Christi, 320.1.d
Sicut & persecutiones, ac tribulationes, quas quis tolerat pro nomine eiusdem Christi, testimonium exhibent, quod qui eas patitur, nedum sit Christi discipulus, sed adeo fit ei clarus, vt ab illo particeps factus sit eiusdem lecti, 457.2.b & seq.
Quin & eiusdem beatitudinis, 846.1.a Vide & 758.2.e

Contingunt insuper eæ ipsæ persecutiones, eademque martyria in testimonium inexplebilis desiderii, quo in passione sua exarsit Christus multò plura patiendi, quam passus est, vt colliges ex dictis, 651.2.d.c
Necnon & in testimonium charitatis Ecclesiæ, 823.2.d
Et tamdem quòd Christus ipsos, qui ea patiuntur, introducat in sua vulnera, 64.1.d
Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere,
Quòd eloquia sanctorum Christi Martyrum, & cuiuscunque sancti Prædicatoris suggerantur illis à Spiritu sancto, sintve eiusdemmet Dei, 388.1.b & 656.2.e & seq.
De vi, & efficacia diuini Verbi, quod à Deo suggeritur, 372.1.c & seq.
Trademini autem à parentibus, & fratribus & cognatis, & amicis, &c.
Hæc adiici in maiorem facti detestationem, sicut & à sponsa, & à Dauid Persecutores sui nuncupati sunt filii matris suæ, vt habes, 103.2.e
Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.
Quòd sancti Martyres, & singulæ quæque piæ animæ odio habiti sint ab hominibus mũdi, in cuius odii vicem ipsi preces ad Deum pro eis fuderunt. 254.1.c & seq.
Id esse maxime admirandum in sanctis Christi discipulis, & martyribus, quod propter illos sic odio habitos ab omnibus pro Christi nomine, dum idẽ Christi nomen prædicarent, proque illo tormenta subirent, incredibiles Ecclesia sancta fecit in Christi fide progressus. Vide 463.2.c & seq.
Iidem ipsi sancti Martyres eo totius mundi odio, impiorumque persecutionibus illustriores redditi instar lilii inter spinas, 265.1.d
Et capillus de capite vestro non peribit.
Si capillum, & caput proprie sumas, potes tractare de magna, & exactissima prouidentia Dei erga iustos, de qua 728.1.d
Quodsi metaphorice eadẽ sumes, potes vel intelligere Martyrium Christi designatum per capillum capitis nostri: sicque ages quomodo, cùm persecutionibus agitarentur Martyres, implebantur crines Christi guttis noctium, vt habes, 779.2.c
Vel per capillos capitis intelligẽs cogitationes mẽtis, de quibus, 541.1.b & seq.
Poteris hic tractare, quanti Deus faciat cogitationes sanctorũ martyrum, & cuiuscunq; sancti, quãdoquidẽ vel ab vna earũ vulneratũ se ait, 641.1.c
In patientia vestra possidebitis animas vestras.
Vide illius sententiæ explicationem, 1022.2.e & sequenti.
Vnde habes, & quæ tractes de vi, & efficacia patientiæ in ærumnis.

153 In communi plurimorum Martyrum Euangelium secundum.

Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa ab omni Iudæa, &c.
Vide quæ notata sunt ad principium Euangelii Dom. 3. post Epiphan. *Et descendens Iesus de monte secutæ sunt eum turbæ multæ.*
Qui venerunt, vt audirent eum.
Vide super similia in Euang. Domin. 3. post Pẽtecost.
Quòd tãta hominũ multitudo veniebat ad Christũ ab illo voluptate, ac consolationib. tracta. 53.2.b

De

De Christi pulchritudine, qua populi ad eum trahebantur, 223.1.d & seq.
De eiusdem verborum gratia, qua maxime alliciebantur quique, 224.1.a & 509.2.e & seq.
Et sanarentur à languoribus suis.
Accedebant enim ad illum vt ad medicum, cuius vel nomen ipsum oleum, vnguentum, & medicamen esset, vt habes, 40.1.c
Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur.
Per eam nimirum, quam idem met Iesus de se fundebat fragrantiam doctrinæ suæ vnguentis optimis fragrantioris, perque illud quod impertiebat gratiæ vnguentum, 30.2.c & seq.
Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.
Christum vel minimo tactu etiam vt Deum vulnerari à fidelibus, 642.1.a & seq.
Exire autem virtutem ex illo, quia sic vulneratus effundit effectus bonitatis suæ, 641.2.c & seq.
Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat, Beati pauperes, &c. vsque ad fin. Vide quæ notata sunt super similia in Euang. festi omnium Sanctorum.

154 In Communi plurim. Martyrum Euang. tertium.

Sedente Iesu super montem Oliueti accesserunt ad eum discipuli eius.
Vide quæ notata sunt ad principium Euangelii festi omnium Sanctorum. *Ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.*
Potes insuper ponderare, quod Iesus peculiari ratione super montem Oliueti sedisse dicitur, dum doceret. Quia cum ipsius nomen esset oleum effusum, vt explicatum habes pluribus, 39.2.a & seq. & 41.2.c & seq.
Atque adeo adolescentulæ eius oleo delibutæ, eiusve vnguenti odore attractæ ipsum dilecturæ essent, vt habes, 46.1.b & seq. & 47.1.c & seq.
Debuit is certe super montem Oliuetum, oleique feracem docere, vt id de eius verificaretur doctrina, quod de ea multo ante fuerat prædictum sub vberum metaphora. *fragrantia vnguentis optimis.* Qua de re habes plura, 30.1.b & seq.
Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi?
De signis Aduentus Christi ad iudicium, Vide in Euang. Domin. primæ Aduentus.
Quod signum Aduentus tui? Optimum signum Aduentus Dei in animam, vel in Ecclesiam est morum reformatio, 869.2.b & seq.
Alterum quoque signum sunt tribulationes ab illo præmissæ tanquam ipsius legati, 740.1.d
Cùm enim quis hilariter illas tolerat, & delectatur in bonis operibus duo in eo habentur signa, quod Deus sit in anima ipsius, 379.1.a
Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos seducent.
Cautelam istam quam præmonet Christus, seruatã habes ab Ecclesia nomine eorum, qui in ipsa sunt, imperfectiores, 125.2.a & seq.
De fraudibus autem hæreticorum, deq; malis, quæ iis obueniunt, qui ab illis fuerint seducti, plura colliges ex dictis, 132.2.c & seq.
Audituri enim estis prælia, &c. Vide quæ notata sunt super similia, in Euangelio primo plurimorum Martyr. *Cum audieritis prælia.*
Et quoniã abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Peccatum esse maxime noxium charitati, 719.1.b & seq. Vbi explicatã habes & p̃sentem sniam.

In communi plurimorum Martyrum Euangelium Quartum. *Videns Iesus turbas ascendit in montem, &c.* Explicatum id habes in festo omnium sanctorum.
Euangelium autem quintum, *Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi Pater.* Vide in festo S. Francisci.

Pro Euangelio sexto. *Dixit Iesus &c. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum.* Colliges aliqua ex iis, quæ notata sunt in Euangel. feriæ 3. post Dominicam 2. Quadrages. & in Euangelium Sancti Stephani.

155 In Communi plurimorum Martyrum Euang. septimum.

Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.
Obedientiam exhibitam Prælatis sustentare Deum caput animæ, 590.2.b Vide in Indice rerum, verb. *Obedientia.*
Prælatos sanctos paratum semper in se habere lac doctrinæ, quod ex Deo attrahunt, 600.1.a
Quantum cauendum nobis sit, ne sanctos spernamus Prælatos, cùm illi sint, qui Christum caput nostrum sustentant in Ecclesiæ corpore sustentati & ipsi a Christo, 577.1.c & seq. idque prædicatione, & doctrina, 585.2.c
Ipsi sint, qui instar vberum super Deum cor Ecclesiastici corporis existentes ardentissima charitate flagrant calefacti nimirum à Christo, Christumq; ipsum recalefacientes, 599.1.a & seq.
Eorumdemq; ordo in Ecclesiæ corpore sit instar capitis, æque ac Christus, 227.1.d
Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio dicentes: Domine etiam Dæmonia subiciuntur nobis.
Quam cauendum à vitio inanis gloriæ, per quod bona haud Deo vt par esset, sed nobis tribuimus, quamve id sit periculosum, 1000.1.e & 392.1.a
Et ait illis Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem. Quam detestandum cuique vel sanctissimo vitium superbiæ, propter quod lucifer è cœlo decidit, 626.1.a
Quòd superbus quisque ad instar Luciferi nedum non sit mons excelsus, sed vere sit demississimũ barathrum, 425.1.a
Sathanã, ac Dæmones exinde nobis esse subiectos, Ex quo è mundi, ac animæ eiectus est principatu, quem tyrannice sibi vsurparat, vt habes, 297.2.c & seq. & 299.1.c & seq.
Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, &c. Quod miraculorum potestatẽ Ecclesia acceperit à Christo vna cum verbi prædicatione 1035.2.c
Quam rectè discipulis, qui Christo se subiecerunt, eiq; obtemperare studuerunt in omnibus hæc concessa à Christo fuerit potestas faciendi miracula, 180.1.e & seq.
Et pro eo ipso, quòd ij se subiecere, omnia illis subiecta sint, 455.2.c & seq.
Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur vobis, gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.
Pro inanis gloriæ periculo id studendum in bonis operibus, vt cuncta ad Deum, eiusve gratiam referemus, seruantes hoc modo flores in aqua, 254.1.e
Optimam coniecturam, optimumq. signum iustificationis nostræ, propter quam vnam gaudendum nobis esset, est, quod internæ pacis fructum gustamus, atque adeo gaudemus de spe bonorum cælestium, quæ nobis parata tenemus, 281.1.c & seq.

In

156 In Communi plurimorum Martyr. Euangelium octauum.

Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Vide quæ notata sunt ad initium Euangelii Domin. 7. post Pentecost.

Quàm apte hypocrisis fermento assimiletur, cum ad modicum totam massam corrumpit, cum vel modicum hypocrisis, & malæ intentionis vniuersa corrumpat opera nostra, vt habes, 219.1.c

Nihil autem opertum, quod non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur.

Opera bona, quæ occultè fiunt manifestari à Deo, 821.1.c

Hæreticos dici coopertos, & cur. 839.2.d & seq.

Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

Si hæc ad Euangelii prædicationem referas, vt sensit Theophilactus, potes hic agere de ipsius Euangelii diuulgatione per vniuersum mundum, prout habes, 339.2.b

Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius, quid faciant.

Excitat Christus ad dictam Euangelii diuulgationem remouens à discipulis humanum timorem, propter quem latitabant in criptis, 185.1.c & se.

Nonne quinque passeres veneunt dipondio? & vnus eorum non est in obliuione coram Deo? Nolite timere, multis passeribus pluris estis vos.

De exactissima Dei prouidentia rerum omnium vel vilissimarum, 838.2.c & seq.

De præcipua cura, quam Deus habet cuiuscumque iusti ambiens illum semetipso, vt muro præforti hortum suum, 680.2.e & seq.

Et ad illum iugiter suam habens conuersionem constanter, quem habes, 956.2.d & seq.

Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.

Vide quæ notata sunt super ea verba, *& capillus de capite vestro non peribit*. In Euangelio primo plurimi. Martyrum.

Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus & filius hominis confitebitur &c.

Hisce auertere nititur Iesus à praua erubescētia, de cuius damnis vide, 390.2.a & seq.

157 In Communi Confessorum Pontificum Euang. primum.

De materia SS. Pontificum vide in indice rerum, verb. *Prælati*, vbi plurima.

Homo quidam. Ponderare potes, quam notāter Christus Iesus haud *homo* simpliciter dictus sit. *Sed homo quidam.* Id est, homo eximius, & singularis, valdeque ab vniuersis aliis hominibus distinctus, quia cum humanitate, quam cum aliis hominibus habuit communem, vnitam habuit & diuinitatē, 861.1.e & 864.1.c & 830.1.a

Quia homo electus ex millibus, 831.1.b

Quia homo etsi extrinsecus niger ob ærumnas, & persecutiones, intrinsecus tamen & re vera formosus, atq; pulcherrimus, 90.2.b & se. & 124.2.a & se.

Quia homo solus immanis ab omni peccato, factus pro reliquis hominibus peccatum, 828.1.d & seq.

Quia homo eximius & singularis in gratiis, atque virtutibus, 34.1.b & seq.

Peregre profectus est. Admirari hic potes eiusdē Christi amoris in homines excessum, qui peregrè profectum se ait, peregrinationemq; censuit, cum per Ascensionem ad Patrem, atq; ad cælestem propriā que ipsius patriam, è terra ista discessit, in qua homines relinquebat, & dilectos suos. Pro qua ponderatione vide 372.2.c & seq. & 939.1.b

Quam congruentius homines peregrinos se censere deberent, dum in hac ipsa terra ab illo disiuncti sunt, & à cælesti ea patria, 141.1.b & seq.

Vocauit seruos suos. In prælaturis expectandam Dei vocationē, 109.2.b Cum ad aliquid vocat Deus dare simul & effectum, 357.1.d

Et tradidit illis bona sua. Illa nimirum, quæ alio nomine Spiritus san. dona nuncupare solemus, de quibus in psal. 67. *Ascendens Christus in altum captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Bona ipsius peculiariter, quatenus Spiritus san. eiusve dona in illo, vt in proprio habitaculo resederunt in omnimoda puritate, & vt in fonte, 839.1.b & seq. Vide & 496.1.e & seq. de iisdē donis, vt ea habuit Christus, 840.1.b

Et vni quidem dedit quinque talenta, alii vero duo, alii verò vnum. De prædictorum donorum sapientissima distributione, atque ratione inæqualitatis, vt sic vnum mysticum esset Ecclesiæ corpus variis distinctisve compactum mēbris, Vide 297.1.b & se.

Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Iustus gratiam, & donū aliquod à Deo accipiens, in illius vicem eius rependit vsum, 195.1.e

Omnemque bonorum operum suorum gloriam ipsi refert exhibet Deo. 730.1.e

Euge serue bone, & fidelis quia supra pauca fuisti fidelis supra multa te constituā. Prælatus in primis bonus sit, oportet pretiū est. Quid sit autē esse bonum Prælatum explicatum habes, 536.1.c & fusius, 577.1.e & se.

Quid sit eumdem esse fidelem, quod secundo maximè illi est necessarium, 849.2.b & seq.

Ob fidelem obedientiam Deo exhibitam plerumq; Dei seruus præficitur aliis ad ipsomet Deo, 180.1.a & seq.

Intra in gaudium Domini tui. Sanctum quemq; propter bonum gratiæ vsum nedū à Deo introduci in cæleste gaudium, prout habes, 64.1.c & 289.1.a & fusius, 760.1.b & seq.

Sed & ita in idem intrare, vt Dominū ipsum, ac dilectum suum in illud introducat, 457.1.a & seq.

158 In Communi Confessorum Pontif. Euangelium secundum.

Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Sanctis Prælatis id præcipuè competere, vt iugiter vigilent, cum sint constituti vigiles custodientes ciuitatem, 446.1.d cur iidem dicti sint potius vigiles, quàm vigilantes, 443.2.e & seq.

Ideoq; & dicti sunt oculi Christi, 838.1.d & 840.1.b

Et etiam dormientes vigilare dicuntur, cum cogitent de subditis, 767.1.a

Quis putas, est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam, vt det illis cibum in tēpore?

Fidelis Prælatus, quisnam sit, 849.2.b

Prælatorum sanctorū prudentia quantū habeat virium apud subditos, 445.2.a & 444.1.d

Eorumdē præcipuum munus id esse, vt subditis dēt cibum verbi Dei in tempore opportuno, condescēdentes simplicioribus, 884.1.e & 665.2.c & d Singulis cōgruū cibū exhibere studētes, 664.2.c & se.

Ideoque in sacrarum literarum studio apprime versati esse debent, 581.1.a & seq.

Quomodo iidem fiāt succipleni lacte doctrinæ, dū illud communicant, 601.1.a

Quō ob munus istud sint vbera Eccl. 598.1.c & seq.

Si probare, & tractare volueris, quis vere dicendus sit bonus Prælatus, ac prudens, & sanctus: Vide Indicem rerum, verb. *Prælatus*. Inde enim plures colligere poteris illius conditiones.

In Communi item Confess. Pontificum Euangelium Tertium *Nemo accendit lucernam*, &c. Vide in festo S. Martini Episc.

159 In Communi Confessorum Pontifi. Euangelium quartum.

Videte, vigilate, & orate. Tria quæ sancto cuique Prælato necessaria sunt, in his tribus verbis indicata pertractare poteris, cognitionem, studiumque diuinarum litterarum, de qua, 582.1.a Vide indicē rerum, verb. *Prædicator*; & verb. *Prælatus*, & verb. *Scriptura sacra*.

Vigilantiam in externa subditorum, suiq; ipsius cura, de qua, 446.1.d. & 2.b. Præsertim cùm iugiter in bello eos esse oporteat, magnaq; propterea vti, & sedula fortitudine, vt habes, 481.1.e & seq.

Et orationem in difficilibus, & prudentibus consultationibus, de qua 550.1.c & seq. Orationis enim, & meditationis studia sunt tanquam cellaria, Prælatos vt Ecclesiæ collum sunt exornantia, & tanquam propugnacula turrium, 580.1.b

In ipsa, & per ipsam orationem iidem sunt intermedii inter Deum, ac subditos, 578.2.e & seq.

Orantesq; pro panoplia, & omni armatura fortiū habent nomen Domini, 582.1.b & seq.

Nescitis n. quando tēpus sit, sicut homo, qui peregre, profectus, &c. Vsq; ad fi. Euang. Vide quæ notata sunt super duo priora Euangelia in Communi Confess. Pontif.

160 In Communi Sanctorum Doctorum.

Vos estis sal terræ, Inter plura, eaque eximia sanctorū Doctorum epitheta, pluresque conditiones, quę facile colliges ex Indice rerum, verb. *Doctor*. & verb. *Prædicator*. Id in primis hic pondera, quod ita sunt sapidæ, mordacisve Euangelii mortificationis, ac virtutis sale saliti, vt semetipsos pro optimo sale exhibuerint auditoribus, suo eos salientes, atque docentes exemplo, qua de re, 404.1.a & 814.1.d & 813.1.d & 2.c & 398.1.b & 666.1.a & 556.1.e & seq. & 665.1.c & 674.2.d & 809.1.a & 810.2.b & 562.1.a

Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Cùm sal tunc euanescere dicatur, cum illi deficit anima, & vis illa, per quam saporem in se habet, quem & aliis impertit, tractare hic potes, quod anima Doctorum, vt sunt sal terræ, sit charitas, ex qua est sapor, & valor cælestis in singulis virtutum actibus, vt habes, 659.2.c. Ideoque vt bonum sit sal, summa Doctores Ecclesiæ præditos esse debere charitate, eamdemq; in primis prædicare, 556.1.c & seq. & 845.2.e & 960.1.b

Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, sicut nihil est, quod magis sit exoptandū, quàm vt Doctores sint boni, quia cum in eorum medio, & inter eos est Christus, in aliis pariter Ecclesiæ membris sit operæ precium est, vt habes, 194.1.c & seq.

Ita nil magis illis metuendum, quam sordes peccati, & obstinationis, 548.2.a & seq.

Homines praui tales conculcant Doctores: Re vera enim in Ecclesia nullus Prælatus, Doctor, aut sacerdos contemnendus est, etiamsi minus bonus 90.1.b

Vos estis lux mundi. Iidem, qui sancti sunt Doctores propter acutissimam scientiæ notitiam non solùm sunt Ecclesiæ oculi sicut piscinę, &c. vt habes, 930.1.e. Immo & oculi ipsiusmet Christi, vt habes, 840.1.b & c.

Quibus vniuersum mysticum corpus illuminatur, 535.2.c

Sed ita diuina fulgent sapientia diuinorum, quam lucem esse habes, 706.2.a & seq. vt merito & ipsi nomen sortiti sint lucis mundi, quia doctrinę suæ luce clarissima falsam patefaciunt, inanemque lucem, quam eidem mundo fascinatio causat concupiscentiæ, vt habes, 99.1.d & seq.

Quòd si sapientia propter quam lux mundi esse dicuntur, est sapiētia diuinorum, & doctrina Christi, quem verum esse Solem habes, 95.1.c & ipsi instar solaris lucis cum eam edocent sapientiam & illuminant simul, & calefaciunt, illuminant intellectum, mouentque affectum, 56.1.c & 847.1.a quamquam hæc duo fortasse melius per duas allatas in Euang. similitudines salis, & lucis significentur.

Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.

Sicut & lux, & sal dicti sunt ob sanctæ vitę sal, quo saliti sunt, saliuntque alios, & ob insignem, qua fulgent, lucem sapientiæ: Ita iidem Doctores sancti dici queunt Ciuitas refugii infirmiorum propter eruditionem, qua pollent sacræ Scripturæ, quam iure ciuitatem dictam habes, 435.2.e & sequenti.

Quamquam aptius dices eosdem esse ciuitatem, ad quam confugiant infirmiores, eo modo, quo illos adpellatos turres, & propugnacula infirmiorum habes, 600.1.e

Sicve esse ciuitatem super montem positam, quatenus sunt sicut vbera super cor, & sicut turres super Deum cor animæ, celsissimumque montem, 599.1.a & seq.

Quomodo pro ijsdem infirmis, ac debilibus ita sint ciuitas, & turris, vt sint simul & armamentarium, 581.2.e

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt.

Vide quæ notata sunt super similia in Euangel. festi S. Martini Episc.

Doctorem sanctum ad instar Ioannis Baptistæ esse lucernam ardentem charitate, & lucētem testimonio doctrinæ colliges ex dictis, 547.2.d

Ob easdemque rationes sanctos quosque doctores reperimus dictos, lampades dilectionis, atque flāmarum, 1020.1.d

Ecclesiam quamque esse candelabrum, 690.1.a & 79.2.c

Ecclesiam Apostolicam esse fidelium domum, & matrem, 454.2.b & seq.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.

Sanctis Doctoribus maxime congruunt manifesta bona opera, quia in Ecclesia sunt tanquam Pharus, in quam itinerantium omnium oculi sunt coniecti. 578.2.a & sequenti, Vide & 1005.1.d & seq.

Per opera bona, quæ videntur glorificatur Deus, sicut e contrario per mala, quæ apparent, Doctorum opera idemmet Deus blasphematur ab infidelibus, & ab impiis vt habes. 778.2.c & seq.

Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut Pro-

Prophetas, non veni soluere, sed adimplere. Quomodo Christus dicat non venisse soluere legem, atque prophetas, cum ad illius aduentum eadem instar imbris abiisse dicatur, 361.2.a & seq.

Abrogasse illam perficiendo eam, 314.1.e & seq.

Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum, & terra iota vnum, aut vnus apex non praeteribit à lege, donec omnia fiant.

In sacris litteris nihil esse vel minimum, quod mysterio vacet implendum tempore suo. In cap. 7. Præfationis, num. 18.

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur. &c.

Paruitatem, & magnitudinem in vita spirituali argui ex modica, vel magna charitate, in qua vna est tota lex, dum manifestatur per opera misericordiæ nedum corporalia in faciendo, sed & spiritualia in docendo, & consulendo, 1028.2.a & sequen. Vide & 480.2.c

Sancti Ecclesiæ Doctores proferre eloquia tum noui tum veteris testamenti ad confirmandam Christi fidem, 969.2.b & 972.1.e

Pro hac sanctorum Doctorum materia amplificanda plurima colliges ex Indice rerum, verb. *Doctores, & doctrina*, verb. *Euangelium*, verb. *prædicator*, verb. *Prælatus*, verb. *sapientia*, & *Verbum Dei.*

161 In Communi Confessorum non Pontif. Euangelium primum.

Sint lumbi vestri præcincti. Sicut tunc lumbos præcingimus, cum omnibus induti sumus vestimentis, ita tunc demum quempiã celebrare possumus, vt sanctum Christi Confessorem, cum omnibus eum videmus amictum spiritualibus indumentis, de quibus 668.2.c & sequen. & 674.2.c d e & 675.1.b

Potes hęc explicare per duo loca Apostoli, alterum, quem habes, 665.1.d

Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis: Alterum, quẽ habes 581.1.e *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Vnde materiam sumere potes tractandi de singulis virtutibus sancti, quem celebras, & ostendere quomodo fuerint veræ virtutes, vtpote radicatæ in humilitate, 710.1.a prodeuntes de charitate, 659.2.c. simulque omnes ad inuicem connexæ, 917.2.b Vide & 918.2.d & seq.

Cùm lumborum cingulo studiũ pariter designetur pudicitię: poteris hic agere quomodo sanctus quisque eiusdẽ pudicitiæ decore debeat esse ornatus. Vide 481.2.c & seq.

Si præcinctione lumborum significatam sumas gladii præcinctionem, quæ fit super lumbos, ac femora, poteris hic agere de studio, quo sanctus quisque peccata satagit euitare abscindendo à se voluptates carnis, vt habes, 488.1.a.b.c.

Vbi egregiam habes Nysseni doctrinam, quomodo pulchritudo animæ oriatur ex terribilitate. Vide & 486.1.b

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Si lucernam nũcupatam reperiumus verbum Domini, & lucernas præcepta eiusdem, quæ pedibus inseruiunt sancti illius, qui iis plenius satagit obtemperare, vt colliges ex dictis, 448.2.e & seq.

Congruentissimè eadem Dei verba lucernas dices esse in manibus, cum illa operibus patefacere studemus eo modo, quo eiusdem verbi Dei gladii teneri in manibus dicuntur, 480.2.b & seq.

In operibus tria tractare potes indicata in prędictis verbis. Primò, quædã esse opera, q̃ cũ sint virtutis, sunt pariter & lucernæ, sed sine luce, quia sine oleo gratiæ qualia ea sunt, quæ fiunt ab infidelibus, vt colliges ex, 659.1.c. & 420.1.b.c. Vide & 688.2.e & 243.1.e

Secundò, quædam etiam esse virtutis opera, quę lucernæ quidem dici debeant cum oleo gratiæ, atque etiam cum luce fidei vtpote facta à fidelibus, quæ tamen haud mereantur dici lucernæ ardentes, qualia sunt, quæ fiunt tepide, & negligenter, de quibus vide, 780.2.d & seq. & 790.2.c

Opera certe sanctorum lucernas ardentes merito dixeris, quia cum charitate sũt facta, & ex charitate, 515.2.b & 1034.1.a

Tertio, quia quædam sunt mẽris opera, vt sunt sancta desideria, sanctaque proposita, quæ cum nunquam reducantur ad actum, non possunt dici esse in manibus, vt sub alia florum metaphora habes, 964.1.c & seq.

Sanctorum opera lucernæ ardentes dicuntur & in manibus, quatenus & quæ mente illi proponunt bonorum operum, manu perficiunt executionis, & operationis vt colliges ex dictis, 964.2.a & seq.

Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suũ quando reuertatur a nuptiis.

Sanctos quoque mortem cum desiderio expectare, Christum vt sponsum pariter expectantes, 379.1.e & 237.1.d

Expectare & diem iudicii, quo ad ipsos idem Christus reuertetur, vt sponsus, 425.1.e & seq.

Vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.

Sancti, quam lętanter à Christo vocati mori consentiant. 776.2.a

Quibus verbis, quave ratione iidem tunc à Christo vocentur, 356.1.a & seq. & 630.2.e

Si occasione istorum verbum hic agere volueris de iis, qui veniente ad ipsos Domino, pulsanteque illos, vt vel à peccatis, vel à tempore spiritus conuertãtur, tardi sunt & negligẽtes ad ei aperiendũ.

De Christi quidem istiusmodi vocatione, & pulsatione habes, 771.2.c & seq. Vide & 776.1.b & seq.

Quid mali à nobis committatur in Deum, quandò, illi confestim non aperimus, habes, 780.1.b & seq.

Modum, quo resistimus, vt haud confestim aperiamus, habes, 787.2.a & seq. & 790.2.e & seq.

Quomodo efficacioribus flagellorum mediis Deus pro flagrantissimo salutis nostræ desiderio nitatur nos commouere, vt illi aperiamus, habes, 797.1.d & seq. Qua ratione id ipsum erga pios quidẽ, sed negligentes efficere satagat manu efficacioris gratiæ habes, 801.2.e & seq.

Quomodo tandem conuersæ animæ eidem pulsanti aperuerint amouentes pessulum ab ostio habes, 811.1.b & seq.

Beati serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes. Vigilandum in expectatione sponsi, arcendumque somnum, 766.2.c & 767.2.a & seq.

Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discũbere, &c. Quam cógrue fęlicitas Patriæ cælestis explicetur metaphora discubitus, & cibi atq; potus, 760.1.c & seq.

Bene præcingi se dicitur Dominus, & transiẽs ministrare, quando in hac cœlesti beatitudine sanctos facit discumbere, nam alioquin ipse ab æterno in dicto perstitit accubitu suo, vt habes, 185.1.e & se.

Hoc autem scitote, quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam.

Quanta vigilantia custodienda sit domus mentis nostræ, & cor nostrum, ne mors, atque Diabolus, instar furum illi insidias iugiter tendant.

Ea effundentes vt penetrent, deprædentur, atque omnia dent internecioni,681.1.b & seq.& 774.1 e & 115.1.d & seq.

162 In Communi item Confessorum non Pontif. Euangel. secundum.

In laudem istiusmodi sancti multa colligere poteris ex Indice rerum, uerb. *Iustus, Insti* aia & *Iusti*.

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patria vestra dare vobis regnum.

Habes istius sententiæ explicationem egregiam, 1026.2.c & seq.

Quàm aptè sanctorum Cõfessorum ordo gregis nomine designatus sit, 540.1.b cùm plures sint diuersorum sanctorum ordines, qui & greges vocati reperiuntur, post quorum vestigia per imitationem abire debemus, 152.1.c & seq. Et maiori cum emphasi greges vni cuiusque nostrum, ex quibus, vt è tot ouium egibus nobis à Deo concessis nedum lac eruditionis, & lanam ac indumentũ exẽplorum virtutis, sed & domum in præceptis prælatorum colligere possimus. ibid.2 b & seq.

Haud minus ad d gregis nomen adiectum epithetum *Pusilli*, quod humilitatem sonat. Nam cum sancti isti confessores ex vniuersisac singulis commendabiles essent virtutibus, in quibus semper magis proficere studuerunt, dum viuerent, ex humilitate potissimum merito celebrati sunt: cum humilitas sit prima radix profectus spiritualis, 710.1.a. Et cum ipsa nitatur in virtutibus vniuersis, super quib. fundata est. 586.1.c. Proficit nihilo minus easdem virtutes, 471.2.c. Immo super totam virtutum molem sustentat Deum. 583.2.e & sequen.

Quomodo in pusillo hoc grege complacuerit sibi Deus, 875.1.c & 876.1.a

Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui, &c.

Vt persuasum omnibus fiat vos esse perfectos, vt pote eidem Patri per misericordiæ opera assimilatos, 71.1.e & seq.

Vt intelligant pariter, nedum ob simplicem Dei cõplacentiam, sed & propter opera misericordiæ dari vobis regnum, 1020.2.d & seq.

De eleemosyna vide in indice rerum, verb. *Eleemosyna*, & verb. *Misericordia*.

Quod eleemosina largiens faciat sibi sacculos, qui, &c. apertè habes in libro Ecclesiast. c.17.& 18. his verbis, *Eleemosyna viri quasi sacculus*: seu secundũ aliam lectionem, *quasi signaculum cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam cõseruabit*. Vide nihilo minus pro hac materia, 604.1,d & seq.

Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

Thesaurum sanctorum in cęlo repositum inde arguitur, quod in cælo sunt per desiderium, 127.1.a. & seq.& per amorem. 634.2.a

Quam studendum ne alibi, quam in cęlo nostrum habeamus thesaurum, 800.1.d 100.1 e. & seq.

Pro Euang. Tertio, *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam*, &c. Vide quæ notata sunt super simile Euang. primum Confess. Pontif.

163 In Eunag. pro communi sanctorum Abbatum.

Dixit Simõ Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia

Cur non omnia propter Deum relinquenda, cum mundus vniuersus non sit proportionatum obiectum amoris nostri? vt habes, 416.2.c

Per desertum ascendere dicitur, qui mundum, & ea quæ illius sunt, deserit, atque contemnit, 470.1 c & seq.

Bene qui Christum sequitur, mundum, & ea, quæ sunt in mundo, deserit; cum nouerit eos, qui mundi rebus sint addicti, esse à Deo desertos, 470.2.d

Tametsi miseri talem virum contemptui habeant, qui propter Dei amorem omnia, reliquerit, 1026.2.c

Si quamdiu in hac vita persistimus mundo vtamur, eiusve rebus necesse est, quomodo sancti aiunt se reliquisse omnia? 438.2.a

Reliquisse nihilominus dicuntur omnia, cum ab eis amouerunt affectus, quibus veluti cardinibus Deus ab eorum arcebatur corde, 810.2.c & seq.

Bene autem antequam dicunt *Secuti sumus te*, inquiunt, *Ecce nos reliquimus omnia*. Alias quippe Christum sequi minimè valuissent. Primo, quia cor, & affectus circa mundana habentes inani, iugique instabilitate circa illa versarẽtur instar axis versatilis rotæ, 234.1.c & seq.

Secundò, quia ab illis raperentur, dum eis addicti amore essent, 634.1.e diuagationem continuã saltem in corde patientes, 1001.2.c & 140.1.b & sequenti.

Quomodo vero sequendi Christum vires haberent qui ab ipsis mundi rebus rapti ea perpetuo sectarẽtur cursu, quæ pernicíosissimo currerent volatu, instar velocissimarum quadrigarum, 902.2.a atq; instar fugacium vmbrarum, 614.2.c

Quomodo sequi possent Christum, cuius semita recta est, vt habes 680.2. b si à mundi rebus, quibus addicti essent circumducti, vt habes, 143.1.a & se. iugiter, atq. inaniter circuire cogerentur, vt habes, 438.1.b & seq.

Et secuti sumus te. Bene, quia relinquentes omnia, saltem quoad effectum, calceati pedes affectuum suorum in præparationem Euangelii pacis, viam mandatorum illius currere potuerunt, 100.3.2.c

Quæ hic notanda forent circa illa verba, vide superius, in Euang. sabbathi post Domini. 4. Quadrag. super similia verba illa. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.*

Dum Euangelium istud legitur in festo Abbatis, Monachi, atque Religiosi, latum habes campum hoc loco agendi de perfectione status Religiosorum, deque compluribus, quæ in bono, sanctoque religioso celebranda habes in indice rerum, verb. *Religio*, & verb. *Religiosus*. vide ibi.

Quid ergo erit nobis? Quam bene hæc superioribus subiiciantur, cum sanctus, qui relinquit omnia, mundum contemnens, intrinsecus seruet spem cęlestiũ præmiorum. 536.1.a

Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes, &c.

Pondera, quomodo notanter dixit, *Qui secuti estis me*, vt mei nimirum discipuli abnegatis vobis met ipsis cum cruce vestra, vt habes notatum in secundum Euang. In communi vnius Mart. *Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me.* Quotquot enim crucẽ Christi baiulant, quid pro illo patientes ærumnarum, aut mortificationis in die iudicii sedebunt cum illo vt iudices, & cœli possessores, 932.1.a & seq.

Resurrectionem esse quamdam regenerationem, 272.2.b

Quibus cęlestis adeunda est hæreditas, dies iudicii est regeneratio, 111.2.a

Et

Digitized by Google

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres &c. propter nomen meum centuplum accipiet.

Quæ qualiave accipiat à Deo, qui relictis omnibus, admittitur in religionem obseruantem, domum vini, 289.col.3.c & seq.

Religionem esse optimum exēplar cælestis patriæ. 263.1.b & seq.

Quàm ingens sit beneficium admissio in religionē. 300.1.c & seq.

Quàm promptus, largusve sit Christus in largiendis consolationibus spiritualibus, ei qui omnia reliquerit propter ipsum, 24.2.a & seq.

Quanta sit illarum vis, 883.2. b quantave copia, 24.1.c

Et vitam æternam possidebit. Præter consolationes dictas, quibus ijdem præmiantur in hac vita, multo præstantioribus cumulātur in vita æterna pro exiguis, & temporaneis, quæ propter Christum reliquere. Habes autem de discrimine harum consolationum, 11.1.c & seq. & 616.2.b

Si de possessione vitæ æternæ agere volueris, vide in Indice rerum, verb. *Beatitudo*, & verb. *cælestis patria.*

164 In Communi Sanctarum Virginum Euangelium primum.

Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades, &c.

Ecclesiam, quæ regnum cœlorum dicitur, assimilari virginibus, quia ex virginum ordine dignoscitur & ipsam esse virginem, sicut ex genis, & facie vnusquisque cognoscitur qualis sit, 565.2.d & se.

Virginibus prudentibus, ac fatuis comparari regnum cœlorum, quia virgines vniuersa cœlestes quodammodo apparent, licet haud omnes spectent ad cœlum, 179.1.b & sequenti, vbi habes, quæ sint virgines fatuæ, quæve prudentes.

Ad cœlestium spirituum decorem accedere sanctas Virgines, cùm per virginitatem eleuentur ad naturam Angelicam, 170.2.b & 566.1.b & 567.1.c

Quomodo decor virginum excellat super omnem alium Ecclesiæ decorem, 568.2.d

Imo ad hoc potissimum inseruit Virginum ordo, vt Ecclesiæ augeat decorem, sicut, & genæ id in primis præstant, vt faciem ornent, 565.1.e

Si talis, tantusque ex virginibus in Ecclesiam resultat decor, cur & Babylon, & Sion, & animæ peccatrices dicantur Virgines, 46.2.d & seq.

Exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Neque enim prius excoli cœpit virginitas in orbe terrarum, quam Christus per Incarnationem desponsationem cum Ecclesia celebrasset, 48.1.d & 171.2.c

Nec ante illud tempus eius audiri cœpit prædicatio, 372.1.d & seq.

Porrò, quod per incarnationis mysterium dicta, facta sit, & completa desponsatio, habes 4.2.d & se.

Qua ratione exeundum sit obuiam tali sponso, 518.1.a & seq. & ibid. 2.e & seq. & 522.1.e & seq.

Quam decorus, quove sponsali diademate coronatus egredientibus hisce virginibus, & filiabus Ierusalem sponsus ipse sese exhibeat in contemplatione videndum ac primum vt coronatum diademate ipsiusmet carnis suæ instar Solis egressum de tabernaculo suo. 517.1.b & seq. & 524.2.e & se. & 526.1.d & seq.

Secundo, vt decorum & ornatū ipsamet fideliū Ecclesia instar preciosissimi diadematis, 519. 2. d, & seq. & 527.2.a

Tertio, vt insignitum diademate charitatis, 523.2.c & seq. & 527.1.b & seq.

Quartò, vt decorum diademate iustitiæ, 527.1.c

Quintò, vt coronatum auctoritate propheticæ veritatis. 527.2.c

Sexto, vt diademate spineo redimitum, 521.1.d & seq. & 526.2.a

De summa autem eiusdem spōsi pulchritudine plura habes, 223.1.a & seq. & 228.2.e & seq.

Notanter dictum esse, *Virgines exiisse obuiam sponso*, & nedum sponso, sed & *sponsæ*. Quamuis enim vna sit sponsa, & columba, & perfecta Christi, sancta nimirum, & Apostolica Ecclesia, vt habes 887.1.d & seq. & 889.2.a & seq.

Nihilominus & singulæ animæ, in primisque virgines ita sunt eiusdem sponsæ, ac si singulæ vna sola essent illius columba, &c. vt habes 888. 1.b & seq. & fusius, 417.1. c & seq. Ideoque virgines omnes ei egrediuntur obuiam, vt singularum sponso, atq; adeo postmodum iisdem virginibus nulla facta mentione alterius sponsæ dicitur.

Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.

De desponsatione Virginis, & cuiuscunq; piæ aīæ cum Deo, Christoq; vnico earum dilecto, 180.1.a

Quanta pudicitia hæc constet desponsatio, 612.1.d

Desponsationis, & matrimonii huius spiritualis essentiam, causam, effectum, & bona colliges ex dictis, 414.2.d & seq.

De eiusdem indiuisibilitate habes, 415.2. c & seq. & 635.2.c & seq.

Quam diuersimode Christus Virginum sponsus in hoc suo spirituale matrimonio se habeat erga virginem sponsam suam, à spōsis carnalibus erga spōsas, & coniuges suas, 957.1.a & seq.

Vide plura in Euang. Domini. 19. post Pentecost. de his nuptiis.

Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt. Quomodo moram faciente diuino verbo, vt carnē sumeret, in mundo dormitauerint omnes, 785.1.c & seq.

Quomodo dormitet & anima peccatrix, quādo diutius absque Christo, eiusve gratia ei esse contigerit, 787.2.a & seq.

Non dormitant tamen virgines, & animæ, quæ verę Christi sunt sponsæ; sed in ipso lectulo suo per noctes quærunt illam, vt habes, 430.1.a & seq. quinimo surgunt, & circumeunt ciuitatem, &c. vt habes 436.2.e & seq. & 437.2.c & seq. Vide & 819.1.e & seq.

Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit.

Nocturnum tempus significare subitum, & improuisum, prout futurum est tempus mortis, atque iudicii, 486.2.e

Exite obuiam ei. Si Virgines absconditum quærere debent, vt habes, 565.1.b & seq. Si eisdē maxime necessaria est clausura, vt habes, 823.1.a & 684.1. e si decet pariter eas esse conclusas, vt habes, 568. 1.c cur iubeatur illis, vt exeant. Iubetur quippe illis, vt exeant obuiam vni dilecto suo Christo, illi vni virginitatis exhibētes decorem: quod nusquā melius fit, quam in claustris ipsis, quæ propterea veli metaphora designata sunt, 168.1.e & seq. sicut & contemplatiui, spirituales Ecclesiæ oculi, dum intra velum custodię sensuum abditos se seruant micantiores ad Deum de se emittant radios, 532.1 b & seq. Vide & 530.2.d & seq.

Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lāpades suas. Virginitatem eam, quæ Christo dicata sit, iure lampadis metaphora designari ob charitatis ignem, quo in illum vnum Virgines flagrant. Cuius charitatis lampades maxime ardentes habes, 1014.1.b & seq.

Quamquam & ob 'e minentiam pariter dici queat lampas cum virginum ordo eminentiorem locum in ecclesia obtineat vt lampas super candelabrum, quod sub alia genarum metaphora explicatum habes,565.1.c & seq.

Ornamentum lampadis virginitatis est ignis charitatis prædictæ cum oleo humilitatis, quo ignis ille,omnisve verus eiusdem virginitatis decor fouetur,atque seruatur, 179.2.a & seq.

Porrò tantumdem est, *Virgines ornauerunt lampades suas*, ac ornatas se exhibuere, eæ nimirum,quę oleum habuere humilitatis. nam quæ dicto caruere oleo, extinctis lampadibus haudquaquam ornatas se potuerunt exhibere, humilitate enim perficitur omne ornamentum virtutis,vt habes, 471.2.c

Quæ sint autem ornamenta SS. Virginum videre poteris notata in festo S. Agnetis Virgin. & Martyr. super illa eius verba; *Posuit signum*, &c. *Dexteram meam*,&c. *Induit me Dominus*,&c. Induit me vestimento salutis.

Si plura de Virginibus expetieris, vide in indice rerum verb. *Virginitas*,& verb. *Virgines.*

165 In Communi SS. Virginum & Martyr. Euangelium secundum.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro.

Virginitatem non incongrue dici posse regnum cælorum, non solum quia cæleste quid potius est, quàm terrenum, vt habes, 169.2.c & 566.1.b & sequen.

Verum etiam quia ipsa secundum Hieronymum est Paradisus cum concentu virtutum omnium, 698.2.a.& quia sancta quælibet virgo est sponsa agni, vt habes, 544.1.1.sponsam autem agni, & Ciuitatem Ierusalem nouã; cælorumq; regnum nomina inuicem sibi communicare ex Apocalypsi habes, 617.1.c & seq.

Agri quoque appellationem eidem virginitati congruere, sicut ille & nomen vineæ aptatum habes, 144.1.a & seq.sicut & horti preciosissimi atque cõclusi,683.2.c & seq.

Vnde & qui de virgine natus est, florẽ se dicit cãpi agri nimirum sanctæ illius virginitatis, cui benedixit Dominus,vt habes,255.2.d & seq.

Sed & thesaurus item absconditus ipsa est virginitas: absconditus inquam in Ecclesia quam agrum esse pluribus probatum habes in iis, quæ notata sunt super ea verba, *Simile est regnum cælorum homini,qui seminauit bonum semen in agro suo.*

In Euang.Domin.5.post Epiphan. Thesaurus abscõditus: nam & propterea virgines non vult à quoquam videri Christus earum sponsus,146.2.d

Thesaurus,propter quem sanctis virginibus eminẽtissimus in Ecclesia tribuitur genarum locus.565.1.c. Thesaurus, quia virgines sunt primitiæ sanguinis Christi thesaurorum omnium preciosissimi,151.2.c & 568.2.c

Quod si thesaurus trahit ad se hominũ corda,& per ipsum nil est ,quod non obtineatur: & virginitas Deum ipsum ad se trahit, vt colliges ex dictis,46.1.a & 50.1 e tantamque habet vim, vt eumdẽ Deũ quodammodo compellat benedicere, & esse propitium reliquis fidelibus, 569.1.c.

Quid enim non possunt virginum preces? ibid.d

Quinimò si thesaurus propter eum, quẽ excitat sui desiderium,& amorẽ, vulnerat cor eo modo, quẽ explicatum habes,633.1.d & aufert,simulque tribuit cor desideranti,prout habes,634.1.c & seq.

& virginitatem pariter hæc omnia in Deum operari colliges ex Hyeronimo,646.2.c

Adde,quod si Christus est thesaurus Ecclesiæ, vt infra notabitur,aure optimo & virginitatem pariter thesaurum dici,cum per eam potissimum virgines eidem Christo assimilatas habeas,861.1.c

Quem qui inuenit homo. Non quæsiuit quisquam hominum hunc thesaurum, antequam Christus Ecclesiæ agro benediceret, tametsi tunc temporis alii quæ reperirentur Virginitatis similitudines,vt habes,183.1.c

Inuenit tamen illum homo absque alia quæsitione, quandoquidem post Christi aduentum eius prædicatio primum audita est,372.1.c Quando Christus ipse cum processit ex virgine fructum delibauit eiusdem virginitatis,734.2.a

Quando & duæ simul apparuere virgines, idemmet Christus,atque Maria,duo illi turtures, quorum typum gerebat par turturum, quem toties Deo offerendum præcipiebat lex, 171.1.a & sequenti.

Quando demum ipsemet Christus plantauit eiusdem virginitatis vineam,vt habes,117.1.c

Neque post ipsum Christi aduentum quæsisse se dicat quisquam hominum hunc Virginitatis thesaurum, neque enim humano studio assequi illum quisquam potest, sed simpliciter innititur à Deo exhibitum,cum sit donum Dei,vt habes,170.2.b

Quamquam postquam quis illum inuenit,maximã operæprecium est adhibeat cautelam,ne illum amittat,maximum & studium,ne illius patiatur deprædationem.Ideo quippe bene subijcitur.

Et abscondit eum. Arctissima nimirum clausura, propter quam virgines ipsæ hebraico vocabulo abscõditæ nuncupantur,vt habes,365.1.c & seq.& aliis nominibus modo dicuntur hortus conclusus,modo fons signatus,vt habes,683.2.c & seq.

Aliquando appellantur gemmæ pulcherrimæ intra velum reconditæ,568.1.b & seq.

Aliquando vineæ comparantur,quæ sepe circundata sit 117.1.c

Aliquando & lilio spinarum sepe circundato,258.1.b. & seq.aliquando dicũtur habere Ecclesiam pro muro ipsas vallante,1040.2.d.Aliquando ipsęmet murum sibi esse fatentur, 1041.2.b. Enimuero cũ puellis vix vlla reperiatur apud homines sufficiens custodia,vt habes,1031.1.c Ipsa nihilominus pudicitia est fortissimum eisdem vallum virginitatis, & honestatis,922.2.b.Sicut est etiam optimum eis frænum,171.2.c dum in earum effulget genis,vni Christo dilecto suo exhibitis,prout habes, 567.2.b & seq.

Et prægaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet,& emit agrum illum.

Quale sit gaudium, quod per istum virginitatis thesaurum excitatur,178.1.c & 59.2.e

Quomodo autem sanctæ virgines iuerint, & vendiderint vniuersa, quæ habebant, vt emerent agrum illum, & Ecclesiam, in qua sola dictus reperitur virginitatis thesaurus,vt supra notatum est, satis ex earum colliges vitis,in quibus animaduertes illas pro virginitate, Christique fide seruanda nedum externam substantiam, sed & vitam ipsam suam profudisse.

Quamquam per agrum, in quo idem inueniatur, tutoque seruetur virginitatis thesaurus, admodum congruenter intelliges monasterium, cuius claustra aliis metaphoris dicta reperimus, nunc montes Bather,nunc montes Bethel.422.2.c

Nunc montes aromatum, & conuallium,423.1.c. nunc domum vini,289.col.3.b

Sat

Sat autem constat, quomodo sanctæ Moniales inuento dicto thesauro ex diuina inspiratione, qua virginitatem suam voi Deo seruare statuerint, vadant, & vendant, vniuersa, relictaq; domo, & parẽtibus ipsum emere satagunt monasterii agrum, idque summo cum gaudio.

166 In festo sanctarum Mulierum non virg. super idem Euangelium.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro.

Ecclesiæ sanctę optime congruere nomen, *Regni cælorum*, cum instar cęlestis regni sit cellarium cibariorum thesaurorum, mysteriorumque Dei, & locus, vbi diuino vacatur amori, vt habes, 62.2.c & seq. sitque & tabernaculum, in quo vna cum Deo commorentur fideles. 81.2.b

Et quasi proprius locus voluptatis eidemmet Deo ob eximiam sui pulchritudinẽ, 678.1.c Cumq; in ea videatur Christus, 864.2.c cum sit paradisus paradisorum, 689.1.b cælestem referens planè paradisum, 689.2.b & seq. & 879.2.a

Adeoque & sicut cælestis illa patria idea desiderabilis, 862.2.e

Vide plura in Euang. Dominicæ xx). post Pentecost.

Eamdem Ecclesiam, quæ *Regnum cælorum*, ob præallatas dicta est rationes, esse *agrum* in quo varia reperiuntur germina, Virginitatis, Viduitatis, sanctive coniugii, 964.1.a. Vide & 253.1.e & seq.

Quod eadem in mundo isto sit ager impinguatus fimo peccatorum, ex quo & in quo ortus est flos ille tam eximius Christus, qui vniuersorum florum contineret prærogatiuas, 251.2.c & seq.

Quive & thesauri meruerit nomen, vt in præsenti habes Euangelio.

Licet enim *thesaurus*, iste & virginitatem designare queat, vt iam ostensum est, & etiam quamlibet cõtinentiam, seu vidualem, seu coniugalem, vt colliges ex dictis, 178.1.e & seq. Animam iusti habere thesaurum intra se 885.2.a

Magis tamen ad rem, & primus ac preciosior eiusdẽ agri *thesaurus*, idẽmet est Christus, qui & ens flos. Quis enim vereatur eum dicere thesaurum, qui est sapientia increata Patris, cum & Auctor libri sapientiæ infinitum dicat esse thesaurum sapientiæ in genere, vt habes, 601.1.e & Paulus quoque asserat, *Habemus thesaurum in vasis fictilibus*, dum scilicet Christum prædicamus nos qui sumus vasa fictilia, in quibus scientiam deferimus claritatis Dei, vt habes 663.1.a & seq. Christi verba & gesta preciosiora quibuslibet gemmis 509.1.c

Effectus thesauri si in Christo exquiris, inuenies & illos. Nam quòd diuites æque ac thesaurus suos efficiat possessores, colliges ex illo Apostoli. *Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, &c.* de quo 35.1.d.e. Quod si per thesaurum superabundanter habentur diuitiæ, etiam per Christum id à nobis haberi in diuitiis spiritualibus, preterquam quod id clare ex Apostolo eodem habes asserente. *Superabundauit gratia Domini nostri cum fide, & dilectione quæ est in Christo Iesu.* 1. Thimot.

Facili negotio id ipsum probabis discurrens per singula, superabundantiam enim sapientiæ ab ipsa elargitam habes, 704.1.c & seq.

Superabundantiam opum iustitiæ, qua non solum iremus, sed & velocissimè curreremus per viam mandatorum Dei. 642.1.a & seq.

Superabundantiam sanctitatis, qua vnaquæque anima excessum habetet spiritualis pulchritudinis, 212.1.e & seq. & 658.1.e & 534.2.b & seq.

Superabundantiam denique & redẽptionis de maledicto quidem legis habes, 314.1.c & seq.

De potestate autem, & seruitute Diaboli, qua non solum suum super nos erexit vexillum charitatis deiectis vniuersis Diaboli vexillis, vt habes, 299.1.e. & seq. & 297.2.c & seq. sed & ita abundanter instruxit in nos omnem amoris aciem, vt iam eundem Diabolum cum omnibus suis exercitibus debellare possimus, 298.1.b & sequen. & 163.1.c & 2.c. & sequen. Vide & 51.2.a

De onere demum ærumnarum, dolorum, & tribulationum, quibus in hac lacrymarum valle nos premi contingit, cum tantas in illis perferendis nobis indiderit vires, vt non desint qui iis se obiiciãt illasve & exasperent, habes, 97.1.e & seq.

Quin & quod in iisdem nedum gaudeant, sed & superabundantius gaudeant, 749.2.c

Si per thesaurum nedum habentur superabundantes opes, sed & acquiritur potestas, nobilitas, & gloria: Per Christum pariter omnem habemus nobilitatem, omnem gloriam, omnemque virtutem, vt habes, 1001.1.e & seq.

Si per thesaurum trahuntur corda, & affectus hominum, ecquis id effecit efficacius Christo? 52.2.d & seq. & 127.1.a. & seq.

Quàm bene Christus vt thesaurus dicatur *absconditus*, Vide & 124.1.c & seq.

De agro contemplationis, in quo dictus reperitur *thesaurus absconditus*. 961.1.b & seq.

Quem qui inuenit homo. Quod thesaurum istum, gustumque vitæ spiritualis percipere quis nequeat qui sit animalis homo, & non simplex, & verus homo. 298.1.d & seq.

Quod idem thesaurus non tam quæri, quam inueniri dicatur, & cur. 451.1.b & seq. Vide & 212.1.b

Eumdem thesaurum inueniri obedientia, & humilitate, 448.2.e & seq. Vide & 455.2.e. necnon & fide, & charitatis affectu, 451.2.a. & seq. & 454.1.c & sequen. melius que inueniri in tribulationibus. 451.2.c

Abscõdit. Quomodo dictus thesaurus Christus, eiusve timor à pia anima inuentus abscondendus sit, 1001.2.d & seq. Vide & 456.2.c & 458.1.b & seq. & 680.2.e & seq.

Et præ gaudio illius. Quantum sit gaudium istud, quãtave dulcedo percipiatur ab anima, quę Christum thesaurum dictum inuenerit, 449.2.d & sequẽ. & 450.1.e & seq. & 64.1.d & seq. & 758.2.c & seq. & 863.1.b & seq. Vide in Indice rerum, verb. *Consolationes spirituales.*

Vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Vt primum quis huius thesauri, Christi, seu dulcedinis vitę spiritualis notitiam habet, quo illum adipiscatur, operæ precium est, vt primo egrediens vadat, vt habes, 152.1.a & seq. & 321.1.e & seq. & 616.2.a

Secundo, vendat, quæ habet alienans à se dominiũ & possessionem peccatorum, & prauarum inclinationum, prout habes, 794.1.a & seq.

Tertio, vt emat agrum satagens acquirere dominiũ, & possessionẽ studii contemplationis agri illius, in quo is reperitur thesaurus, 14.1.e & seq. & 617.1.b & sequen.

167 In festo Dedicationis Ecclesiæ.

Ingressus Iesus perambulabat Ierico. Cũ Ierichò ea sit terra, in qua antiquitus erant vineæ Balsami, & Cypri, vt habes, 200.1.c & sequen. & 2.e & sequenti. admodum commodè tractare hic potes de myste-

 rio

rio Incarnationis, seu potiùs Passionis Christi, quãdo Iesus eiecto, Principe huius mundi ingressus, perambulansque illum, Ecclesiæ captauit possessionem, prout habes, 737.1.d & seq.

Quando & ipse factus est botrus balsami, & Cypri in eodem iudicio designato per nomen En-gaddi, quod interpretatur oculus, seu fons tentationis, vel fons hœdi, qua de re vide 202.2.b & seq. & 209.1.a & sequen.

Quòd si humano more sumere velis *perambulandi* verbum, vt significat deambulationem, quæ fit ad voluptatem capiendam, prout fit in vineis, hortisve, & locis suaueolentibus. Vide 677.2.d & seq.

Quomodo Christus Iesus in Ecclesia perambularit, & ambulet vt in loco proprio voluptatis.

Qomodo verò ambulet in anima, quæ & templum, & hortus ipsius sit, ex eaque capiat voluptatem habes, 680.1.c & seq. & 737.2.c & seq.

Quàm vero summa cum voluptate per piam Christus perambulet animã suauissimo illius oblectatus odore, cum odor vnguentorum, & hostiarum, quæ in tali offeruntur templo, sit super omnia aromata? vt habes, 653.1.d & seq.

Ex quibus omnibus deducere potes in paucis hisce verbis, *Ingressus Iesus perambulabat Iericho*, mysticã ab Euangelista ob oculos proponi piæ cuiusq; animæ nouam dedicationem in templum Domino, eo modo, quo clariùs in Euangelio feriæ 4. Dom. Passionis dictum habes; facta sunt encænia in Ierosolymis, & ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Vide ibi.

Et ecce vir Zacchæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues.

Proponi hic animam quæ è Diaboli templo cõuersa sit in sanctissimum Dei templum. Vt autem tantæ nouitatis miraculum designetur, proponi dictionem, *Ecce*, iuxta illius significatum, de quo, 210.1.a & 212.1.c.

Proponi etiam veluti in pictura egregiæ imaginis, talis animæ nigredo, quæ sanctitatem eiusdẽ præcessit, vt colliges ex dictis, 84.2.a & seq.

Et quærebat videre Iesum, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

En prima egregii pictoris insignis imaginis lineamenta, desiderium videndi Iesum, quod cum quadruplex esse queat, vt habes, 280.1.b & seq. imperfectum adhuc erat, quia exigua in eadem aïa erat charitas, vt colliges ex dictis, 150.1.b & seq.

Soror nostra parua est.

Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum: quia inde erat transiturus.

En secunda lineamenta: cum propria nõ haberet charitatis merita, quibus visionis optatæ compos esse posset, præcurrens confidentiam in meritis passionis Christi ascendit in arborem crucis eius, sycomorum dictam ob fatuitatem, quę in illa apparuit gentibus, de qua, 46.1.a Vere tamen palmam peregregiam, quæ dulcissimos protulit fructus, vt habes, 951.1.b

Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum.

En tertia lineamenta. Cum iam illius perfectius eu[a]sisset desideriũ, auctorisq; charitatis feruore quę rerer videre Iesum: is illi occurrisse dicitur, vt habes, 450.2.c & 451.1.b

Bene suspexisse dicitur Iesus, quia postquam ascendit in crucis arborem, adeò in virtutis studio creuit Zacchæus, & pia, quæ hic pingitur anima, vt statura ipsius celsissimæ assimilata sit palmæ, vt habes, 943.2.d & seq.

Vidisse verò illum, quia suo eum magis perfecit intuitu, 96.2.c & seq.

Quomodo inuicem vulnera infligant mutuo intuitu Iesus, atque anima, 642.1.a & seq.

Et dixit ad eum: Zacchæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere & festinans descendit, & excepit illum gaudens.

Per primam huius sententiæ partem cõfirmari prædicta, quòd à Christo ipso, perque eiusdem intuitum Zacchæus, piave anima in virtutis studio perfecta sit.

In secunda vero parte proponi perfectam, & iam expletam eiusdem animæ imaginem sanctum se exhibentis templum Dei.

In quo prius elucet insigne feruoris spiritus in verbo *festinans*, pro qua materia illustrãda vide 1017.2.a & seq. & 355.2.b

Descendisse autem potiùs dicitur, quam ascendisse, quia de monte myrrhæ mortificationis ea anima ad faciliorem deuenit collem thuris, prout colliges ex dictis, 613.1.c & seq. facta & ipsa quodam modo collis thuris ob fragrãtiam orationum, quæ è templo cordis eius prodeunt.

Quid autem præstantius tali contingere potest animæ, quam excipere Iesum intra se, qui in ipsa, vt in templo, & domo gloriæ suæ maneat? Vide 461.2.c & seq. & 983.1.d & seq. & 984.1.c & seq.

Ad hanc materiam amplificandam colligere non pauca poteris, circa, quæ philosophoris ex dictis, 504.1.b & seq. & 505.2.c & seq.

Amplificare potest hoc tertiũ insigne imaginis huius templi non manufacti ponderando vim locutionis Iesu, *In domo tua oportet me manere*, vt oportet dicat, quasi necessario in tali aïa maneat, quia ab illa tenetur, & non dimittitur, vt habes 458.1.c & seq. & 459.2.a & seq.

Quartum denique insigne eiusdem templi designatum per illam vltimam vocem *Gaudens*, est gaudiũ non tantum fontius orationis, vt perfectissime musices illius, de qua, 666.1.a & seq.

Sed & commune letissimi spiritualium consolationum, quas suo confert aduentu, vt colliges ex dictis, 7[...] vel in Indice rerum, verb. *Consolationes spirituales*, communique sacramẽtalis, de quo 746.2.c & seq. & 754.2.d & seq.

Si probare id magis velis, quod iusti anima sit domus, & templum Dei, eiusve domus aliàs insignis prærogatiuas, Vide, 246.1.c & seq. & 2.b. Vide & 477.2.a & seq. iunctim cum paraphrasi Chaldaica. 497.1.b necnon & 502.1.d & seq. iunctim pariter cum paraphrasi Chaldaica, 501.2.a

Quod congruentissimum sit, vt Christus, qui templum in cœlesti est Ierusalem, sponsam quoq; suã templum esse velit, colliges ex locis Apocalypsis citatis in Epistola dedicatoria.

ELEN-

ELENCHVS SERMONVM
PRO ORATIONE QVADRAG. HORARVM

Et pro alijs materijs, quę per annum afferuntur.

1 Sermo Primus X L. Hor. in illud Hoseæ 2. Vers. 24. *Ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius.*

De necessitate consolationum spiritualium pag. 9. col. 2. litt. e & seq.
Propter hanc Spiritualium consolationum necessitatem in lactare dicitur Deus animam orantem. 24. 1. a & seq.
Quamquam per idem verbum lactandi duo præcipui designentur deuotæ orationis effectus. Alterum est summæ dulcedinis earundem consolationum, quæ in illa à Deo exhibentur, de qua 668. 1. a & seque.
Alterum alienatio à sensibilibus, & terrenis per spiritualem soporem quemdam de quo. ibid. c
Vnde ad hanc ipsam alienationem, vt pote maximè necessariam animæ oranti sub alia metaphora ait Dominus. *Et ducam eam in solitudinem*, vt habes 10. 1. e & seq.
Porro animæ oranti in tali solitudine, & alienatione fieri dicitur locutio Dei ad cor, quæ fit per spiritualem Dei exosculationem, vt habes. 10. 2. b
Et bene; nam & propterea oratio ipsa sub labiorum metaphora sæpius expressa reperitur, 557. 2. a
Quia per illam anima vnitur Deo, sicut amans vnitur amato per labia, in quibus fit osculum. ibid. c
De eximia, atque prædulci, quæ per prædictam Dei exosculationem fit communicatione Spiritus inter Deum, & animam orantem, 670. 1. e & seque.
In oratione deuota pia anima susceptum à Deo spiritum stillat in os eiusdem Dei per reciproci osculum spirituale, 670. 2. b & seq.
Labia Dei dum deuotam animam osculantur, explere vberum munus, 671. 1. a
Quam inhiandum ad prædictas Dei consolationes in oratione. 10. 2. d & seq. & 14. 1. c
Quòd istæ, quæ in oratione à Deo exhibentur consolationes, dicantur fieri per osculationem osculi oris Dei ad differentiam consolationum cœlestis beatitudinis, quæ exhibentur per osculationem oris eiusdem Dei. 11. 1. b

2 Sermo 2. XL. Hor. in illud Isaiæ 32. 12. *Super vbera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili.*

Id quod in primis ab accedente ad deuotam orationē fieri debet, est, vt lacrymas fundat pro Dei vberibus, & consolationibus, omnem aliam mūdi voluptatem detestans, 21. 2. a & seq.
Quòd ipsæmet sæculi voluptates dum ab illis allicì sentimus, lacrymas nobis excutere debeant, cū in oratione earum perpendimus amaritudinem multiplicem, 22. 1. a & seq. vsque ad 23. 2. a
Prædictas sæculi voluptates detestans cum lacrymis anima deuota, plangit quoque præ desiderio diuinarum consolationum, quæ rectè vberū Dei nomine designantur, 21. 2. e idque propter ingentem quoque illarum copiam. 24. 1. c & seq. vsque ad 25. 1. b
Et quia per illas coniungimur Deo, & crescimus in vita spirituali. 72. 2. c
Consolationum spiritualium appellatione quid intelligendum sit. 24. 1. a. b
Bene autem dum hac ratione anima deuota plangit in sua oratione super Dei vbera, dicitur quoque plangere super *regione desiderabili*, vt ex allato Isaiæ themate patet. Haud enim alia est ista regio desiderabilis, quā regio, & locus ille, vbi Deus prædictis pascit consolationibus, ad quam anhelans pia illa anima dicebat, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.*
Qua de re plurima sunt, quæ videas, 130. 1. a vbi habes, quod consolationum verarum locus, sicut & locus sapientiæ soli Deo est cognitus.
Hic spiritualibus consolationibus Deus quodammodo tenetur eum pascere, cuius anima ipsum diligit. 130. 2. e & seq. ex demque solæ sunt proprius animæ pastus, ideoque pascuorum nomine designantur, 131. 1. d
Quomodo in hac desiderabili dictarum consolationum regione Christus pascat, simul & cubet, ibid. 2. b & seq.
Denique anima deuota, quæ in sua oratione prædicto modo *plangit super vbera*, & *super regione desiderabili*, plangit in eadem oratione *super vinea fertili*, lacrymas fundens præ desiderio sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, quod vineam fertilem esse colliges ex Theodoreto. 951. 1. e
Quàm ardenti desiderio ad dictum Sacramentum inhient deuoti quique 14. 2. a & 306. 2. b & seq.
Quod in hoc Sacramento sint & prædulcia Christi pascua, 419. 2. e omnisque saporis suauitas, 750. 2. d & seq.
Conclude sermonem per verba, quibus Christus ipse eamdem animam deuotā inuitet ad idem sacramentum ex Ambrosio. 14. 2. b

3 Sermo tertius X L. Hor. In illud Isa. 26. 8. *Nomen tuum, ac memoriale tuum in desiderio animæ meæ.*

Quamuis nomen Domini in oratione inuocatum, turris semper extiterit fortissima, atque tutissima orantibus, vt habes 593. 2. a & omnis armatura fortium. 582. 1. b & seq.
Attamen illius virtus, eiusdemque vis, & efficacia ante Christi incarnationem vix agnoscebatur, quia erat veluti vnguentum in vase inclusum, & obturatum.

tarum. At postmodum eadem omnibus patefacta est, cùm illud factum est oleum, & vnguentum effusum. 43.1.c & seq.

Quàm suaue sit nomen Iesu, quàmve ad sui excitet desiderium. 39.2.d

Quòd in ipso, ac per ipsum habeatur vera salus in quacunque angustia. ibid.e

Quòd in ipso maxima nobis de diuina pollicemur misericordia. 40.1.b

Quòd in qualibet ægritudine nostra, quæ maxima est ærumnarum omnium, pro tutissimo medicamento idem semper in promptu habere possimus nomen Iesu. ibid.c cùm in illo vt in vnguento optimo sint inclusa omnia Christi nomina. ibid. e & sequenti.

Quòd istius nominis vis in Christi passione potissimum manifestata sit. 41.2.b & seq.

Atque adeò, vt eius efficaciæ & nos participes esse possimus, meditationi eiusdem passionis insistendum est, quæ ob id ipsum præsidiú dicitur, & tegmentum petræ, qua operiuntur piæ animæ. 398.1.a & sequenti.

Si solum Dei nomen tantas habet vires, quantas habere credendum est eiusdem Dei substãtiam, quæ super altare proposita nobis est in sanctissimo Sacramento, quid non sperandum ab ea? 59.1.b

In hoc Sacramento Christum reliquisse nobis & turrim, ad quam confugeremus, & arma, quibus defenderemur, hostesq. propulsaremus, 595.2.d

Per idem habere possumus gratiam, qua robur nobis insit. 205.1.e

Et sanitatem si quid in nobis fuerit residui ægritudinis peccatorum, ibid.2.b

Quòd in eodem Sacramento Christus super altare stet auinctus ad nobis opem ferendum, 344.2.b & sequent.

4 Sermo quartus XL. Hor. In illud Ierem. 31.3. *Longe Dominus apparuit mihi. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te, miserans tui. Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.*

Quòd haud alia ratione Deus à nostra elongatur anima, quam quia nos ab illo per nostras elongamur iniquitates 363.2.a & seq.

Quomodo iisdem iniquitatibus elongatum ad nos trahamus Deum, ita vt longe nobis appareat. 53.2.a Idue quia is in charitate perpetua dilexit nos. quave ratione dilexerit nos in charitate perpetua. 186.1.e iunctim cum iis, quæ dicuntur, 187.1.e & seque.

Quòd dilectio eam habeat vim, vt trahat: sicve per illam anima deuota trahat Deum. 56.1.a & 58.1.a vt à Deo pariter per eamdem attractam se fateatur. 55.2.d actuque trahi. 58.1.a

Quemadmodum & oratio quoque similem habet vim, vt per illam anima deuota veluti per funem, & catenam quandam trahat ad se Deum, trahitur que & ipsa ad Deum. 57.1.b & seq.

Hinc est quod Deus postquã dixit, *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui*. Significans piæ animæ quod & ipse ab illa per orationẽ trahẽdus esset, subiicit. *Adhuc ornaberis tympanis tuis*. seu iuxta Sept. *Assumes tympana tua, & egredieris in choro ludentium*. orationem metaphorica hac designans locutione, & alludens ad id, quod dicitur in psalm. 150 *laudate Dominum in tympano, & choro.*

Quòd si magis probare hæc velis, affer alterum illum locum psalmi 67. *Preuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum*. ponderans quomodo animæ orantes dicantur *tympanistriæ*. Duo enim tympana sua assumunt, iisdemque ornata coram Domino apparet in oratione anima deuota, dum præ contritione ad imitationem humillimi illius Publicani Euangelici percutit pectus suum, & præ eximia humilitate percutit & cor suum.

Quid sit autem egredi in choro, & cur oratio ipsa hac designetur metaphora, colliges ex dictis, 910.2.e *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum.*

Bene quoque eadem oratio, & opportune dicitur *Chorus ludentium*: Re vera enim ludus quidem in illa fieri videtur, dum vt iam circa prima Prophetæ verba explicatum est, in ea, ac per eam Deus, ac orans inuicem trahunt, atque trahuntur.

Posthæc suade adstantibus, vt id vnum in oratione sua à Deo petant dilecto suo, *Trahe me*, optans, simulque efflagitans ab eo adstante super Altare in sanctissimo amoris Sacramento, vt in vinculis charitatis per amorem ipsum trahat ea ratione, quam explicatam habes 53.1.a & seq.

Nec non & per consolationes spirituales, vt habes 54.1.e & seq. & 58.1.e

Denique fac conuersionem ad Sanctissimum Sacramentum dicens & tu, *Trahe me post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*: efflagitans à dilecto tuo, vt te trahat trochlea crucis, vt vexillo charitatis, vt habes 51.2.c & seq.

Ipsum enim sacramentum esse vexillum charitatis colliges ex dictis. 299.2.d & seq.

Quod si pluribus agere velis de tam optanda Dei tractione, plurima sunt quæ colliges expositionibus secunda & tertia, atque ex Appendice super prætallata sponsæ verb. *Trahe me*, &c. Vers. 4. capitis primi.

Si de Christi vnguentis, vide 34.1.c & seq.

5 Sermo quintus In illud Is. 64.5. *Occurristi latanti, et facienti iustitiam: In viis tuis recordabuntur tui.*

Quantum honoris Christus exhibeat Animæ deuote, cùm occurrat illi prodiens in Sanctiss. Sacramẽto super Altari, ante quod illa orare intendit, 63.2.a vbi habes & breuem explicationem allati thematis.

De triplici cellario, in quod eamdem animam Christus introducit, cùm in oratione se detinere illa velit, & in contemplatione, nimirum cellarium purgatiuum, illuminatiuum, & vnitiuum, quidve in singulis eorum inueniatur, & fiat, 63.2.d & seq.

De sacris Christi vulneribus, vt sunt cellaria veri templi Salomonis. 64.1.c

Quomodo Christus occurrens animæ tribulatę in ipsa eius oratione illam introducat in eadem vulnera, ę cellaria sua, ibid.d & seq.

Quòd in eadem oratione pia anima id efflagitare debet, vt à Christo sibi occurrente introducatur in cellarium Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti. 67.1.c

Quòd & suum eidem Christo patefaciat summum desiderium, vt ab illo introducatur, in cœlestem patriam, 65.1.a Curve ea vocatur nomine cellariorum, ibid.b & seq.

Quòd & id studere debeat, vt vel in meditatione ipsa sua in eadem cellaria, cœlestemque patriam intro-

introducatur.66.2.a & sequent.
Post hæc accede ad explicanda verba illa thematis *In viis tuis recordabuntur tui*.per ea quæ dicta habes 73.1.c & seq.super verbis illis, *Memores vberum tuorum*, seu, *Commentabimur vbera tua super vinum*.
Quàm apte Dei beneficia dicantur vel illius vbera ibid.2.a vel amores.74.1.a & seq.
Beneficiorum suorum memoria, & cõmemoratione quantùm delectatur Deus,73.1.e Quamve, & nobis sit vtilis,ibid.2.a

6 Sermo 6.XL.Hor.in illud Isaiæ 63.7.*Miserationum Domini recordabor: laudem Domini super omnia, quæ reddidit nobis Dominus*.

Ex consideratione ingentis misericordiæ Domini potissimùm oriri exultationem deuotæ.70.1.e & seq.& 71.2.a & seq.vbi explicatum habes allatum ex Isaia thema.
Deum à nobis laudari ex misericordia super omnia,quia misericordiæ opera præferuntur omnibus aliis operibus illius,70.2.d & seq.
Quomodo Dauid dicat, *Memorabor iustitiæ tuæ solius*.Iustitiæ vocabulo ipsam designans Dei misericordiam,prout frequẽs est sacrarum litterarum mos.71.2.a & seque.
In Dei misericordia sitam illius fortitudinem 653.1.c & seq.
In eadem sitam Dei pulchritudinem & gloriam.71 1.c & 653.1.d
In eadem sitam Dei perfectionem.71.1.a
Id in primis in oratione efflagitandum animæ deuotæ,vt in hac vna & ipsamet habeat in se similitudinẽ gloriæ pulchritudinis,& perfectionis eiusdem Dei, Deumque ipsum ob illam in sui attrahat admirationem,653.1.e & seque.
Enimuerò misericordia ipsa fragrantior Deo est reliquis virtutibus omnibus,quia is suum in ea percipit odorem,655.2.d
Estque animæ oranti apud eũdem Deum pro odore suauissimi thymiamatis, proque hostia summopere acceptabili.655.1.d & seq.
Adeo vt per illam Deus ipse inebrietur quodammodo, & quasi à mente alienatus aliud facto exhibeat,quod contra illam suam sit mentem, quam manifestè aliàs significarit.654.2.c & sequ.& e In quo sita est omnis orationis efficacia.

7 Sermo Septimus XL. Hor. in illud psalmi 22.4. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*.

Tribulationes præsentis vitæ esse instar vmbræ leuissimæ,& maximè fugacis,95.1.c & seq.
Tribulationibus ipsis concuti omnes quotquot sũt in Ecclesia,& actiuos,& contemplatiuos,quia Ecclesia est in militia,80.1.a & seq.
Eæ autem contingunt animæ propter corporis coniunctionem.83.1.b & sequ. & 90.1.e sicut & vmbram à corpore esse conspicimus, 94. 1.b & sequenti.
Anima deuota quomodo à Deo præsente efflagitet in oratione,vt aspectu suo ipsam eruat à tribulationibus,simulque dicat se in illius præsentia nil metuere in quacunque tribulatione,95.1. d & sequenti.
Non timet mala: quia cùm oculos eleuat in Christum existentem secum in sanctissimo Sacramento,intelligit bona,quæ sibi ab illo prouenjunt cũ tribulationibus ipsis,96.1.d
Aspiciente enim Christo,tribulationesve in ipsam immittendo suo etiam perficit aspectu . ibide.2.b & sequenti.
Confirmatque in fide,& dilectione sua, comburẽs ipsam per easdem tribulationes,97.1.a
Et duram,ac solidam eam facit in tolerantia,& charitate,ibid.d & seq.
Ac demum pulcherrimo per easdem tribulationes exornatur decore.ibid.2.d & seq.
Si longius protrahere velis sermonem, Vide in Indice rerum,verbo. Tribulationes.

8 Sermo octauus XL. Hor. In illud Matth.6. 21. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*.

Quòd Christus, qui super Altare est in sanctissimo Sacramento,sit verus, ac proprius animæ deuotæ thesaurus,fusiùs probatum colliges ex iis,quę notata sunt à nobis in Euangelio Sanctarum Mulierum,super ea verba, *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro*.
Quòd haud quilibet accedens ad orandum ante sanctissimum Sacramẽtum possit dici habere cor suum ad Christum:sed is duntaxat, qui illum ita diligat,vt eum & pro thesauro habeat,& pro anima sua.Vide 128.1.b & seq.explicatum Deum ita diligendum,vt corpus diligit animam suam.
Quomodo anima deuota,quæ orat ante sanctissimum Sacramentum,sit quidem corde ante Christum,& nihilominus eius exquirat locum,127.1.c & sequent.
Quod dicens cum sponsa *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*. suum exprimat desiderium diuini pastus per sanctissimum Sacramentum, ac per Dei gratiam. 134. 2. c Necnon & locum quærat,vbi super Altare prodierit ad suscipiendas orationum preces,& ad pascendum consolationibus 130.2.e
Simulque ostendat se haud iam ampliùs illum metuere ambulantem in meridie,prout primi parentes.124.2.b sed potiùs maximo illius pręsentiæ teneri desiderio.135.2.c
Quòd anima ipsa in oratione vehementissimum suum Christo exprimere debet desideriũ ipsum conueniendi, non tam super altare latentem sub speciebus sacramentalibus, quàm in cœlesti patria,& in loco,vbi pascit,& cubat in meridie.127 2.c & sequenti.
Quomodo in cœlesti patria Christus beatos pascat triplici pastu,quive ii sint,128.2.e & seq.
Quàm quietè ibidem cubetur,quamve magna ibi sit pax.124.2.b & seq.
Quàm apte modus fęlicitatis loci illius, & patriæ exprimatur per metaphoram meridiei.129.2. e & sequent.
Deus enim ibi se communicat, quomodo Sol in meridie per lucem, & per calorem. 130.1. b & sequenti.
Qualis sit meridies dictæ fęlicitatis,ibid.e

9 Sermo 9. XL. Hor. In illud psal. 38. 13. *Quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.*

Piæ cuique animæ haud tam molesta est peregrinatio sibi cum sanctis Patribus cõmunis, quàm metus, ne sibi à Deo vagari contingat, 141.2.b & seq. Vide expositionem allati thematis, ibid.e

Triplex esse vagationis à Deo genus, & vnumquodque eorum maximè metuendum. Primum circa multiplices in vera fide errores, & hæresesde quo 137.2.e & seq.

Secundum id, quod consequitur peccatum mortale, estve maxima peccatoris pœna, de quo 140.2.b & sequent.

Tertiùm illud, quod sibi magis periculosum expauescit pia anima, circa sæculi voluptates, de quo 142.2.c & seq.

Quamuis pia anima dum est in gratia, minimè vagetur; cùm oculi ipsius sint semper ad dominum diuinas nihilominus expetit, & efflagitat à Deo refrigerationis consolationes, ne illis orbata, post sæculi voluptates vagari incipiat, 142.1.a & seq.

Spirituales, quando conuertuntur ad sæculi voluptates, errant, & vagantur multò magis, quàm homines mundani. 142.1.d

Tepidus enim est quodãmodo peior scelestibus peccatoribus, ibid.e

Qua circunductione puniantur ii, qui voluptatib. sæculi indulgent, 143.1.a & seq. quidve ex eadem referant, ibid.d

Fiunt locus Dæmonum, cùm voluptates ipsæ sint flagella, quibus anima circumducitur instar throci. ibid.e & seq.

Fiunt & fortissimum eorumdem Dæmonũ, & quorumcunque hostium Christi instrumentum bellicum contra fideles, ibid.2.c & seq.

Quis enim explicet, quantùm simpliciorib. obsint spirituales, qui hisce indulgent volup tatibus? 144.1.c & sequen.

Quomodo tales fiant similes meretricibus, ibid.2.a & seque.

Immo sint peioris condictionis, quàm ipsæ meretrices. ibid.d & seq.

Quomodo sint semper in luctu. 145.2.b & sequ. Et cooperiantur confusione in ipsismet voluptatib. ibidem.e

Quàm benè ipsa, quæ aliquando ob sæculi voluptates pdictis oibus affecta est malis dicat in sua oratione, *Remitte mihi, vt refrigerer.* Recolens ex concupiscentia sibi prouenisse, vt iis tunc se addixerit voluptatibus 98.2.e & seq. & ab eadem se fuisse fascinatam, 99.1.a

Quanti sint eiusdem concupiscentiæ, æstus. ibide.c & sequenti.

Quòd iidem æstus refrigerentur per Spiritum sanctum. 718.2.c

Dicens ergo *Remitte mihi, vt refrigerer*, tantundem est ac si in oratione sua cum eodem Propheta dicat, *Redde mihi lætitiam salutaris tui; & spiritu principali confirma me.* vt habes 720.2.e & seq.

10 Sermo decimus XL. Hor. In illud psal. 87.10. *Traditus sum, & non egrediebar; oculi mei languerunt præ inopia.*

Omni conatu Diabolus nititur impedire, ne egrediamur ad Christum in studio orationis, & meditationis. 152.1.a & seq.

Quòd anima, quæ non egreditur ad Christum in meditatione, oculos habeat languidos præ inopia cognitionis tum sui ipsius, tum etiam Dei. Dum autem hanc habet inopiam, & ignorantiam in multis erroribus implicetur necesse est. 158.1.a & seq.

Quinimò ob id ipsum fit nouissima inter peccatores, 157.2.e

Et insuper fit deterior iumentis, 157.2.e

At verò cùm anima deuota egreditur ad Christum per studium meditationis, dum seipsam cognoscere nititur, peruenit & ad Dei cognitionem. 156.1.a & seq. & c. sed fusius. 153.2.d & seq. Vide & 190 1.b & sequ.

Vnde eadem arguere queat propriam nobilitatem. 156.2.c & seq.

Meditatio sui ipsius quàm vtilis, & necessaria sit piç cuique animæ. 153.1.e & seq.

Quomodo se habere debeat in tali meditatione, vt cognoscat semet, & Dei præsentiam vide. 154.1.a

Ex brutorum consideratione anima cognoscit quã tis à Deo decora sit donis naturalibus, 154.1.c

Ex gustu Dei, quem in prædictis meditationib. percipimus, intelligimus, quanta ab ipsomet Deo in nos collata sint dona gratiç. ibid.2.c & seq.

De iugi Dei assistentia in Ecclesia, quæ arguitur potissimum ex sancta bonorum conuersatione, & ex conuersione impiorum, pro hac in oratione deprecandum, & pro illa, vt eam & nos prosequamur. 150.1.c & seq.

11 Sermo vndecimus. XL. Hor. in illud Zachariæ 10.3. *Visitauit Dominus Deus exercituum domum Iuda: Posuit eos quasi equũ gloriæ suæ in bello.*

Cur qui est Deus pacis dicatur dominus Deus exercituum. 160.2.c & seq.

Orationem esse bellum 401.2.c quin & esse etiam equitatum. 166.1.c

Quamlibet piam, deuotamque animam esse equũ gloriæ Dei. 161.1.d & seq.

Animam obedientem portare Deum instar equi: atque adeo dici introducere illum in cœlum. 457. 2.c & sequ.

Eamdem non solum esse equum, sed & currum Dei 904.2.a & seq.

Quinimò aptissimè assimilatam reperiri & equitatui eiusdem Dei. 163.1.c & seq.

Adeò vt Dæmonum exercitus ipsam maximè metuant. 163.2.c

Incutit autem hunc illis timorem anima deuota, quando in oratione sua immergitur in mare sanguinis Christi, vel lacrymarum. ibid.e

Quòd cùm Angeli sint equi, currus, & equitatus, q bus Deus pugnauit contra Pharaonem, & contra omnes aduersarios suos: Insignis admodum gratia per Dominum exercituum prodeuntem in sanctissimo Sacramento, vtuisitet Ecclesiam suam domum Iuda, & confessionis, exhibita significatur animę ante illum oranti, dum posita, & reddita dicitur quasi istiusmodi equus, & equitatus, & effecta similis eisdem Angelis, 164.1.a & seque. Vide quomodo in pluribus pia anima fit similis Angelis. ibid.2.a & seq. & 167.1.c

At cum in singulari Dominus in allato themate dicat, *Posuit eos quasi equum gloriæ suæ*: & equus seu equa gloriæ Dei ipsa sit humanitas quã assumpsit præstan-

præstätissimam prædictarum omnium pia animæ à se collatam indicat prærogatiuam, quòd in bello orationis,& sanctæ conuersationis illam reddidit similem humanitati,& animæ Christi,168.1. & sequent.

Quòd si intimius penetrare velis, qua potissimùm ratione anima ipsa fiat similis humanitati Christi, vide 162.1.b & seq. ubi habes id fieri per humilitatem,atque obedientiam, vide ibid.c quàm congrue diuina præcepta designentur per metaphoram curtus sicut & obedientia.

12 Sermo duodecimus XL. Hor. in illud Cãtic. 1. 12. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.*

Accubitus quid proprie significet.184.2.a

Tres esse accubitus Deo,triaque nobis proponi cõuiuia eiusdem. Primum æternæ felicitatis, in quo veluti in nobilissima mensa eius exhibetur gloria, vt habes 185.1.c

Secundum mundi fabricę, in quo illius exhibetur potentia, vt habes 187. 2. c Et tertium sanctissimi Altaris Sacraměti, in quo ipsius proponitur amor vt habes 188.1.b

Accumbenti Deo in primo felicitatis accubitu æterno pia anima exhibet odorem nardi, virtutisque suæ, ac bonarum operationum, 186.1.d & sequ,& 190.2.e

Accumbens verò eadem anima cùm ipsomet Deo secundæ mensæ fabricę hujus mundialis, exhibet eidem Deo nardum meditationis referentem odorem gloriæ ipsius, vt colliges ex dictis, 187.2. e & 185.1.d

Accumbens denique cum eodem tertiæ mensæ, anima ipsa illi exhibet nardum charitatis, & humilitatis suæ, summo charitatis affectu sumens S. Eucharistiæ Sacramentum. Accipiens enim corpus Domini largitur Deo præstantissimum donorum omnium.188.1.c & seq.

Sed magis ad rem nostram, Dum Deus accumbit super Altare in Sanctissimo Sacramento, vt preces exaudiat orantium, anima deuota exhibet illi nardum humilis orationis suæ, de qua ex Bernardo, 190.2.d & 191.1.a & seq.

Oratio ipsa humilis quomodo descendat,& ascendat simul.187.1.c & seq.

Quomodo eadem cùm demittitur, ascendat vsque ad cœlos,186.2.d & seq.

Per eamdem humilis orationis nardum Deo exhibitam, animam acquirere diuinam gratiam. 190. 1.b vide & 585.2.b & seque.

13 Sermo XIII. XL. Hor. In illud Euangel. Ioa. 1. 3. *Quod factum est in ipso, vita erat.*

Affer peregregiam Ambrosii pertractationem istorũ verborum, quam habes 196.1.a

Si vitæ nomine gratiam intelligas, qua apud Deũ viuimus,& per quam vt viuentes operamus opera quæ sempiternam merentur vitam, potes hic altiori principio ostendere, quàm enitendum animæ deuotæ, vt diuinum verbum meditetur, prout est & gratia ipsa,& vita,& virtutes omnes, quò ex istiusmodi meditatione aliquid & in ipsa dimanet odoris,& gratiæ, & vitæ illius, sicut colliges ex dictis,193.1.e & seque.

Secundò meditetur quomodo idem Verbum diuinum carni se alligauerit,& humanitati, quò melius ab omnibus posset agnosci.190.1.c & seq. Vt vitæ omnis, omnisue gratiæ principium, quin & ipsamet gratia.195.1.c & seq.

Tertiò meditetur vitam, passionemque Christi faciens sibi fasciculum ex omnibus punctis passionis eius, illumve inter sua ponens vbera. 199. 2. a & sequenti.

Nitens exornare munus, quod Deo exhibet, nardi, & humilis orationis suæ præstantissimo hoc amoris indicio, vt eum solum habeat in corde, ei vniuersum exhibeat cor suum, quò in illo tanquam in proprio is commoretur habitaculo.195.2.a

Quòd Ecclesia,& anima deuota dictum Christo exhibeat amoris indicium, vt eum, eiusve gesta, & passiones retentura sit in corde, vti fasciculũ: quia nouit se & à Christo gestatam,& gestari in pectore etiam vt fasciculum, ibid.2.e

Quòd dum hac ratione Christum in corde gestat pia anima, peccare nequeat.199.1.a Cùm Christus ipse, dum in eius est corde, sit nexus, & conseruatio gratiæ. ibid.b

Porrò fasciculum istum eadem anima tunc optimè inter sua ponit vbera, cùm ante sanctissimum Sacramentum monumentum totius passionis Christi ipsam eius in sua oratione meditatur passionẽ. 197.1.c & sequent.

Præsertim tunc temporis, cùm post sumptionem eius sacramenti tali se dat meditationi.196.2.b & sequenti.

Tuncquippe à Christo pasta Christum ipsum iucũdissimo pascet lacte deuotionis suæ. 197. 1. c & seq. quod lac profluet ex duobus suis vberibus cõgratulationis,& compassionis, inter quæ libentissimè is commoratur,199.2.c

14 Sermo XIV. XL. Hor. in illud Ioan. 1. 17. *Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.*

Quod Verbum, quod ab æterno extitit ipsamet gratia, veraque virtus, vt habes 202.1.b & seque. Pro quorum meliori explicatione poteris videre, quæ dicta sunt.200.1.a per totam expositionem primã verborum sponsæ, *Botrus Cypri* dilectus meus mi hi,&c.

Etiam Incarnatum dici debeat ipsamet gratia, vera que virtus.202.1.b & seq.

Christum esse totius gratiæ principium. ibid. 2. e & sequenti.

Quomodo Christus eamdem nobis meruerit gratiam per ea, quæ gessit, ac passus est in hoc mundo 203.1.b & seq.

Nomine veritatis, quam Ioannes dicit factam esse per Iesum Christum, intelligens significatum verum gaudium, quod à Christo duntaxat haberi potest, qui vnus est lætificans iuuentutem nostrã: aptissime hic ages de gaudio isto vero, quod percipitur ab anima meditante eumdem Christum gloriosum,203.2.c & 209.1.b

Quàm congrue Christus in resurrectione sua comparetur flori lætificanti.203.1.e & seq.

Quòd post mortem idem pluribus sit glorificatus goriis, 204.1.c

Quantum gaudii Christus gloriosus ei cõferat animæ, quæ ipsum meditatur, ibid.d

15 Sermo XV. XL. Hor. In illud Cantic. 1. 14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

Explicato sensu literæ, quem fusius prosecuti sumus in prima istorum verborum expositione. 199.2.c
Explica quomodo Christus in sanctissimo Sacramẽto sit botrus. 205.1.a
Tum declara, quàm iucundè anima deuota ante idem Sacramentum eumdem meditetur, vt botrũ balsami, & Cypri; ipsa tua versans meditatione, quanta sibi ab eodem Christo in tali, ac per tale sacramentum exhibeantur. ibid.c
Ac primum qua ratione per illud in se conferatur gratia, 205.1.e
Secundò, quomodo per idem habeat vulnerum sanitatem. ibid.2.c
Tertiò, quomodo per illud ineffabilibus recreetur consolationibus. ibid.d.
Quartò, quomodo per idẽ exhibeatur sibi immortalitas, ac incorruptio. ibid.e
Quintò, demum quomodo per idem habeat & ornatum, & pulchritudinis decorem, 206.1.c
Quod ex Christo lancea compunčto gratia profluxerit remissionis, & redemptionis sicuti ex ligno balsami compuncto fluit suauissimum balsami vnguentum, 209.2.a & seq.

16 Sermo XVI. XL. Hor. in illud Ierem. 13 23. *Si mutare potest Aetiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*

Quàm congruè peccator Aetiopi comparetur ob maximam peccati nigredinem. 85.1.a
Peccatorem ita reddi nigrum per approximationẽ ad tenebras. ibid. & d
Si anima instar speculi suscipit in se fornacem eius cui approximatur 214.2.c
Fieri certe nequit, vt æthiopis mutet pellem, quæ ambulat in tenebris, vtve pardi mutet varietates, quæ instar pardorum vndequaque multiplicibus, ac variis peccatorum maculis consperfa est, facta & ipsa abhominabilis multipliciter, sicut multiplicia, quæ dilexit iuxta Hoseæ prophetiam.
Hic exclamare potes perpendens, quomodo hoc ꝙ propriis ipsius animę viribus naturalibus fieri nullatenus potest, fiat tamen facillimè ex diuina gratia, quæ ex immensa Dei prouenit bonitate. 212.2. a iunctis cum iis, quæ habes 212.1. a & seq. Vide & 228.2.b
De insigni pulchritudine eiusdem animæ peccatricis, postquam iustificata est. 212.2. c & seq. deque pulchritudine eiusdem interna & externa, 213.1. a & sequen.
Sanctitatis, & perfectionis pulchritudinem inde piam assequi animam, quia Christo appropinquat veræ luci, illius per hanc approximationem in se suscipiens imaginem præfulgidam, 214.2.c & 215.1.d
Suscipere autem hanc imaginem præsertim in oculis sanctæ contemplationis, cùm ad orandum se conferens, pura ad Christum in sanctissimo Sacramento existentem sua appropinquat contemplatione, vt colliges ex Nysseno. 221.1.d
Purisque oculis sanctæ intentionis in eumdem defixi permanet, prout colliges ex dictis. 219.2.e & se.
Porro suis hisce oculis cõtemplationis, rectæ ve intentionis, & veræ fidei cùm quodammodo Deo insert, eiusve deprædatur virtutem, vt colliges ex dictis, 218.1.b & seq. & 220.1.e iunctis cum iis, quæ dicuntur. 216.1.b & seq.

17 Sermo XVII. XL. Hor. In illud Isai. 53 2. *Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, et non erat aspectus, & desiderauimus eum.*

Aptans verba ista ad Christum existentem super altare in sanctissimo Sacramento, de quo, per eundẽ prophetam dicitur. *Et quasi absconditus vultus eius.* tracta primũ quomodo ii soli digni sint, qui Dei absconsi hanc videant speciem, & pulchritudinem, qui fidei & contemplationis oculos puros habeant, & columbinos ex Origenis doctrina, 228.1.d & seq.
Tum tracta cum animæ deuotæ nil præter Christũ videatur pulchrum, vt ex Nysseno habes ibid. 2.a
Quomodo iure optimo cum sanctis vniuersis dicẽs *Desiderauimus eũ.* pro ardentissimo hoc desiderio, in sua perdurans oratione ante idem sacramẽtum præstãtissimam eiusdem dilecti sui meditetur pulchritudinem, iucundissimaque illius perfrui satagat dulcedine, Ac primũ meditetur, quomodo is vt Deus sit pulchritudo ipsa, ipseque decor; sic ve pulcher, vt ei soli vera competat pulchritudo. 225 2.b & seq. & 226.2.a & seq. Vide & 860.1.c & seq.
Secundò, quomodo idem etiam vt homo fit omniũ pulcherrimus, 223.1.d
Idque nedum ob internam animæ ipsius pulchritudinem & sanctitatem, de qua 223.2. b sed etiam quoad speciem extrinsecam, ibid.c.d. & seq.
Quanta in ipso esset verborum gratia, 224.1.b
Quantus decor, atque venustas in corporis habitu ac motu. ibid.e
Quamve propterea dulcis, ac suauis esset illius præsentia, ibid. 2.a
Vide & 860.1.d & seq.
Tertiò demum quomodo idem Christus dilectus suus etiam passionis tempore, & super Cruce, quãdo apparuit vir dolorum, nouissimus virorũ, quasi leprosus, sine specie, & sine decore, fuerit quoq. speciosissimus, decorus, ac suauissimus, 224.2.d & sequenti.
Passio Christi quantam dulcedinem præstet contẽplantibus, 225.1.a
Quod & Angeli quoque inspicere desiderent Christum passionibus confectum, ibid.b

18 Sermo XVIII. XL. Hor. In illud psal. 41. 3. *Quando veniam, & apparebo ante faciẽ Dei, seu, Et videbor à facie Dei?*

Ardens suum claræ Dei visionis desiderium haud aperte proferre ausus est Dauid, & cur, 233. 2. c & sequenti.
Quomodo & anima deuota orans ante sanctissimum Sacramentum eodem æstuans desiderio cũ Christo quodammodo conquerens, quod sub vmbra accidẽtium, ac fidei sese ipsi exhibeat sub speciebus sacramentalibus, suum tacitè illi innuat desiderium, 232.2.c & seq.
Christum vmbrosum sese exhibere piæ animæ, vt per fidem duntaxat ab ipsa videatur, quia diuina eius pulchritudo ab vno tantùm illius sensu deni grati posse intelligit. ibid.a & seq.

Sen-

Sensus humanus quàm rectè expressus metaphora Solis, ibid. b

Quod in fidei tabernaculo abscondat se Deus, ne per solem humani sensus nigrescat, ibid. d & seq.

Quòd in fidei vmbra melius sese manifestet Deus, quàm in luce Solis humanæ rationis, 233.1.b

Quòd fides sit quietissimus lectulus intellectus humani, 230.1.a & sequent. & 2.c & sequen. quomodo nõ lectus. 231.1.a sed lectulus communis Deo, & animæ. ibid. d & seq.

19 Sermo XIX. XL. Hor. in illud Isai. 41. 9. *Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus confortaui te.*

Quòd animæ deuotæ orationis studio indulgenti adsit Christus vmbrosus sub vmbra nimirum specierum sacramentalium. 229.2.c

Impiorum quietem esse maximam perturbationẽ, 234.1.a

Cùm è contra studia, actusve iustorum sint cũ maxima quiete coniuncta. ibid. b

Mentis mundanorum quanta sit instabilitas. ibid. d

Labores animæ deuotæ in exercitiis spiritualibus, & præsertim in studio orationis esse lectulũ quietissimum. 234.2.a

Exercitia spiritualia, etsi diuersa sint, oĩa esse vnũ lectulum orationis, ibid. c. & seq.

Eorumdem quietem esse floridam flore spei praesentis quietem æternam. 235.1.b

Eadem maximum conferre robur per Christi præsentiam. ibid. c

Quòd anima ipsa hanc Christi præsentiam manifestam exoptet, & petat, dum orat ante sanctissimũ Sacramentum. ibid. 2.b & seque.

20 Sermo XX. XL. Hor. In illud Leuit. 26. 11. *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos anima mea.*

Quòd anima deuota accedens ad orationem XL. horarum, manifestè primam allati thematis partem impletam intelligat, videns super altare tabernaculum sanctissimi Sacramẽti. Exinde vero excitetur, vt in ipsa oratione sua petat impleri in se eamdem Dei pollicitationem, prout eam exposuit Paulus, *Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus.* 2. Cor. 6. 16.

Per Christi præsentiam quales reddantur animæ potentiæ. 243.2.c

Qua ratione pia anima vnà cum omnibus potentiis suis fit domus Christi, 244.1.c

Ex firma fiducia, firmaque gloria spei dignosci domus huius spiritualis robur, & pulchritudinem. ibid. d & seque.

Spe ornari fiduciam, vt laqueariis ornantur tigna domus. ibid. 2.a & seq.

Animæ, vt est domus Christi, tigna, & laquearia esse duplicem dilectionem Dei, & proximi. 246.1.a Seu virtutes internas, atque externas. ibid. Vel etiã eas virtutes, quæ sunt simpliciter necessariæ ad salutem, & eas, quæ non sunt ita necessariæ, sed conferunt ad ornatum, 246.2.b & seq.

Quod insuper eadem anima deuota per id, quod in allato themate adiicitur: *Et non abijciet vos anima mea*, excitetur in ipsamet oratione sua ad desiderium domus, seu domorum æternæ beatitudinis, vbi tuta cum Deo dilecto suo commorabitur.

Quomodo beatitudo ipsa dicatur domus, seu plures domus, 242.2.c & seq.

Quomodo eadem sit domus communis Christo, atque beatis, 243.1.b & sequent.

Perseuerantiam esse, quæ perfectionem cõfert, structuræ prædictæ domus, ibid. 2.a & seq.

21 Sermo XXI. XL. Horar. In illud Luc. 24. 26. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?*

Facto breui tractatu aliquorum punctorum passionis Christi, quasi ipsum in sanctissimo Sacramento propositum mediteris, actu ea patientem; ostende, quomodo idem mediis passionibus gloriã obtinuerit æquè ac flos campi per Solem, imbresve florens, 250.2.d & seq. & 251.2.e & seq.

Quòd Christus & flos vnus extiterit, & florum omnium in se continuerit species, ibid. d

Mundum istum extitisse campum fimo peccati fœcatissimum, atque pinguissimum, 251.1.c

Ex quo Christus sine peccato natus est vt flos pulcherrimus ex fimo, ibid. e & sequent.

Quòd idem Christus iis, qui vera demissi sunt humilitate, spem se exhibeat cælestis gloriæ, 252.1.c Vide & 255.1.d & seq. & 2.d & seq.

Quòd tribulationibus expositam esse oporteat animã, quæ cum Christo florere velit, 250.1.e & seq. & 2.c & seq.

Si longius protrahere velis sermonem, multiplices in principio afferre poteris rationes, quibus Christus florem campi se dixit, liliumque conuallium quas colliges ex Appendice 256.1.d & seq.

22 Sermo XXII. XL. Hor. In illud psal. 34. 15. *Cùm mihi molesti essent induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur.*

Quòd anima deuota ad Christi in sanctissimo Sacramento præsentiam fiat similis lilio paradisi, eiusve opera rosæ, 256.1.a

Qua ratione in Ecclesiæ campo eadem anima ita floreat, vt & florem se dicat campi, & lilium conuallium, 256.1.e & seq.

Quomodo hæc anima ob hoc ipsum, quòd flos campi est, & lilium conuallium excitetur in meditatione ipsa sua ad desiderium cœlestis patriæ, intelligens duplici se expositam periculo, æmulationis impiorum, & inanis gloriæ apud viros probos idẽque desiderium præsenti explicet dilecto suo, 253.1.a & sequent.

A tribulationum, & persecutionum igne eamdem animam distillare aquas orationis, æquè ac flores distillant aquas odoratas, 254.1.b & seq.

Quàm magno eadem subsit periculo vanæ gloriæ nedũ in singulis bonis operibus, sed & in ipsa oratione sua, ibid. 2.c & seq.

Quòd ab hoc periculo tutam se seruet confugiens ad diuinæ gratiæ aquas, sicut & lilium per multorum manus delatum seruatur, si in aqua ponatur, ibidem, d.

23 Sermo XXIII. XL. Hor. In illud Matth. 27. 46. *Deus Deus meus vt quid dereliquisti me.*

Quomodo verum id sit, quod in passione sua Christus

stus ab omni destitutus sit consolatore, & solatio, atque adiutorio.261.2.b & seq.

Quod etsi piam quamque animam sociam sibi velit in ærumnis, & tribulationibus perferendis, alia tamen ratione illas ipse subiit, cùm animas in illis custodiri velit: se verò sine vlla in iisdem esse siuerit custodia.259.1.a & seq.

Qua ratione pia anima ab Angelis vt a spinarum sepe circumdata dicatur, curve Angeli nuncupentur spinæ 265.1.c qui & filii.264.2.c

Quòd hoc modo custodientes Angeli piam animã neutiquam tamen tribulationes ab illa arceant, quibus norint Deum velle illam concuti, 260. 2.b & sequenti.

Præseruent nihilominus eamdem à multis ærumnis aliis, ibid.c

Quin & in illis, quas minimè arcent, recreent consolationis.261.1.a

Quàm nobis vigilandum, & orandum, ne nostra hæc Angelorum sepes destruatur & quomodo à Deo illa destrui dicatur, 260.1.d & seq.

Quòd eadem anima præter Angelorum sepem, alia insuper habeat custodientem sepem, fratrum nimirum illorum, quibuscum Deo inseruit, atque orationes fundit 263.1.b

Spinarum nomen quomodo congruat iustis, ibid. 2.c & seq.

In concordi, & vnanimi fratrum congregatione esse quoddam Paradisi exemplar.263.1.c & seq.

24 Sermo XXIV.XL.Hor. In illud Ierem. 5.1. *Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei.*

Tanti apud Deum esse iustos, vt vel propter vnũ eorum multis parcat peccatoribus, totique & ciuitati, sicut aliquando propter vnum consurgens eximium lilium inter spinas toti parcitur horto spinarum pleno, ne ignis in illum iniiciatur, neve destruatur, 265.1.a & seq.

Quòd anima deuota sit lilium, quia proxima Christo.266.1.a & seq.

Quòd è contra peccatores sint spinæ.ibid.c

Commixtionem cum impiis non tollere à sanctis, decorem sanctitatis.264.1.a

Immo eum fieri illustriorem per illum, ibid.2.c & 265.1.c

Quod impii deseruiunt iusto pro sepe spinea ex Augustino.267.1.a & 264.2.d

Exinde piam animam dici lilium erumpens è medio spinarum, quod fugiat solicitudines sæculi, ex Origine, 267.1.d & seq.

Et quia inter spinas viuat tentationum, ac persecutionum ex Nysseno, Ambrosio & Bernardo ibid.c & seq. Quàm caute in hac vita ambulandum, quæ dictis plena est spinis.ibid.2.b

25 Sermo XXV.XL.Hor. In illud Cant.2.3 *Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.*

Vitam hominum, mundumque istum esse syluam, quave ratione ex Nysseno.276.1.c

Christum factum esse lignum Syluæ, sed fructiferũ vt nobis insertum nos quoque ex Syluestribus redderet fructiferos, ibid.d & seq.

Malus autem potiùs, quàm aliud lignum factus in hac est silua; quia malus est amoris hieroglyphicum, & ipse amoris ignem in eamdem siluam mittere venisse se ait.270.1.a & sequen.

Quòd ob refectionem, gratiæve fragrantiam, quã in Sanctissimo exhibet Sacramento, idem dictus sit malus arbor, 276.2.b

Quòd idem affixus cruci sit tanquam pomum in lignis Siluæ ex Ambrosio.ibid.c

Quòd in medio lignorum siluæ idem fuerit malus quando extitit in ligno crucis in medio duorum latronum, 272.1.b

Latrones crucifixi cum Christo quare dicantur filii Christi.ibid.2.b & seq.

Curve & ligna Syluarum sint appellati.273.1.a

In medio latronum crucifixum esse Christum, vt instar illorum & ipse latro existimaretur, atque scelestus; cuius tamen contrarium per eosdem latrones patefactum legimus.ibid.b & seq.

Pendente Christo inter latrones manifestatus illius excellentias, ibid.2.b & seq.

26 Sermo XXVI.XL. Hor. In illud Ecclesiast.24.26. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus, seu fructibus meis implemini.*

Quòd Christus æquè ac arbor mali fructibus onusta in medio Syluestrium arborum pios quosque animos attrahat ad meditanda ipsius opera, & ad imitationem virtutum suarum.271.1.a & seq.

Christum in medio Iudæorum, in quibus hyems erat peccati, passionibus expositus existimatus est purus homo, & miserrimus, cum non agnosceretur.274.1.b & seq.

Quinimò ob eos, quos ibi ex se protulit fructus virtutum, miraculorum, atq. doctrinæ maiores apud illos sustinuit persecutiones, ibid.d

Conculcantibus impiis ipsos eius virtutum fructus ibidem.c

Anima tamen deuota vnà cum veris Ecclesiæ fidelibus eumdem intuens, ac meditans, vt dilectum suũ in medio filiorum eiusdem Ecclesiæ, sanctorumq. hominum agnoscit illum ita iis omnibus præstantiorem, vt arbor mali præstantior est reliquis lignis siluarum.275.2.b & seq. & 271.2.c & seq. & 274.2.d

Quin & eumdem meditans in medio Angelorum filiorum Dei, vt habes, 259.2.b liberè fatetur & illis ipsum multò esse præstantiorem vt arborẽ mali inter ligna siluarum.271.2.d & seq.

27 Sermo XXVII.XL.Hor. in illud Agger 2.8. *Veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus.*

De quadruplici desiderio animarum ad Deum.280.1.b & sequenti.

Quàm aptè Christus dicatur desideratus cunctis gentibus, & totus desiderabilis.277.2.a & seq.

Ostende, illum iam venisse super altare, vt satisfaciat omni hominum necessitati.ibid.2.c & seq.

Tum declara, quomodo impleuerit istam Ecclesiæ, templive domum, in qua orationes funduntur, gloriã sub vmbra carnis suæ, subve vmbra specierum Sacramentalium. Quæ sane vmbra gloriosissima

est,

est, cùm & per lucida sit, atque clarissima. 278. 2. d & seq. iunctim cum sensu indicato à Bernardo. 286. 2. a & seq.
Quòd hæc vmbra adeò sit gloriosa, vt & virtus Altissimi dicatur. 278. 2. c
Quomodo anima deuota sub hac vmbra tam gloriosa sedere sedicat, quæ firmissima est, non vt reliquæ vmbræ fugacissimæ, & semper in transitu, 279. 1. c & seq.
Quod sub hac vmbra sedere, & fructus eius gustare idem sunt, nimirum iustitia, & pace perfrui. ib. 2. a & sequent.

28 Sermo XXVIII. XL. Hor. In illud Cant. 2. 3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Per Christi vmbram sumens Sanctissimũ Sacramentum cum Bernardo, vt habes 286. 2. a
Dic, in his verbis animam deuotam significare, quomodo ante idem sacramentum fide maximè feruẽti, quietissimè oret, vt colliges ex dictis ex Bernardo. 286. 1. c & seq. & 283. 2. b
Quòd si per Christi vmbram illius intelligas protectionem, prout habes 281. 2. c
Dei eamdem animam significare se sub Christi crucifixi protectione esse. 285. 2. d & seq. tutissimaq. spe eius auxilij illi suas promere preces.
De gustu eximio internæ pacis, qua anima deuota perfruitur, quamve ex tali oratione percipit, vt fructum arboris mali, Christique crucifixi. 282. 2. c
Hanc pacem esse manna suauissimum. ibi. d & seq.
Per eam extingui omnem famem, ac sitim in anima 283. 1. b
Eius dulcedinem assimilatam dulcedini Regni cœlestis. ibid. d
Si denique per sessionem sub vmbra Christi intelligas desponsationem cum Christo, prout propriè iuxta sensum literæ significatum habes 277. 1. b
Dic in dicto themate proponi animam deuotam, quæ in ipsa oratione sua summum iustificationis beneficium, quo Deo sponsata est, meditetur, menteque reuoluat.
Optimè autem hanc despõsationem asserere factã & per fidem, quæ vmbra est. 281. 1. a & per gratiã & charitatem, quæ & ipsa vmbra est. ibid. 2. d Idque per merita Passionis eiusdem Christi. 282. 1. b & sequent.
Summa verò perfundi lætitia, dum per signa quædam, & coniecturas tunc se in tali desponsatione sedere, & perseuerare coniicit. ibid. c

29 Sermo XXIX. XL. Hora. in illud Hoseæ 14. 8. *Conuertentur, & sedebunt in vmbra eius, viuent, & inebriabuntur tritico.*

Christũ crucifixũ super Altare ppoñ in Sãct. Sacramẽto, ad quẽ nos viatores anhelantes cõuertamur per accessum adorationum, non secus ac iter habentes conuertuntur ad eam, quam in silua viderint arborem fructibus onustam, propiusque accedunt. 283. 2. c & seq.
Qua ratione anima deuota ad dictam Christi crucifixi meditationem accedẽs dicatur sedere sub vmbra illius, dum orat ante sanctiss. Sacramentũ. ib. c
Quo per eamdem meditationem excitetur ad desideriũ participationis tanti Sacramenti. ibi. d Deq. eiusdẽ animæ progressu p tale desideriũ. 286. 2. a
Quòd Sanctiss. Sacramentum iis suã impertiat dulcedinem, qui ardenti desiderio ad Christum crucifixum prædicto modo conuertuntur, sedẽtq. sub vmbra illius per contemplationem. 284. 1. b & se.
Eucharistiæ Sacramentum dulce, aut amarum, viuificum, aut mortiferum sibi facere quomodo sit in cuiusque hominis potestate. ibid. d
Qua ratione inebriari dicantur, qui deuote ad Sanctiss. accedunt Sacramentum. 284. 1. c & 256. 2. a
Qualis sit ebrietas causata à potu sanguinis Christi 756. 2. b
Quid sit ebrietas Spiritualis, quæ in contemplatione contingere solet animę deuotæ. 762. 2. c & seq.
Quis enim explicet, quam sit dulcis fructus meditationis? 286. 2. b & seq.

30 Sermo XXX. XL. Hor. In illud Cant. 2. 4 *Introduxit me Rex in cellam vinariam.*

Quòd aĩa deuota orationis se dedens ante Sanctiss. Sacramentum quatuor præstantissima meditari nititur sibi collata Dei beneficia eo ipso, quòd ibi orare ei permissum est
Primum, Admissionem ipsam ad studium contemplationis & orationis. 289. col. 8. a Tam magnũ id esse, vt absq. Christo nullus in tali exerceri queat studio, nec quæpiã animarũ verè dici possit Christi sponsa, quæ in eo non se exerceat. 289. 2. a
Quàm aptè idem cõtemplationis studium dicatur cella vinaria, seu domus vini. ibid. b. & seq.
Secũdum beneficium est admissio ad mysteria corporis, & sanguinis Christi, tum vt ante idem Sacramentum oret, tum vt illius particeps fiat dulcedinis in eius sumptione. 289. col. 7. a & seq. ex Nysseno, & aliis.
Tertium est admissio ad participationem Spiritus sancti prout & sanctis Apostolis contigit, cum in cœnaculo perseuerantes, essent in oratione. 289. col. 8. b & seq. & 280. 1. c & seq.
Quartum est exhibitio spei futuræ admissionis in cœlestem patriam præstantissimam illam cellam vinariam, deque. 289. 1. a & 289. col. 8. d
Conclude sermonem admirans summam Dei bonitatem, qua & vehementissimo tenetur desiderio, vt in ipsam introducatur animam deuotam, vt cellam vinariam, maximarumque sibi deliciarum eã reputans, vt colliges ex Origene. 289. col. 6. b. c

31 Sermo XXXI. XL. Hor. In illud psal. 39. 6. ex versione B. Hieronymi, *Multa fecisti tu Domine Deus meus, & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinem: Si narrare voluero, & numerare, plura sunt, quàm vt narrari queant.*

Beneficiorum Dei tantam esse multitudinem, vt in illis ordo reperiri nequeat, 292. 2. c
Eumdem tamen ordinem inueniri in sacra scriptura. 293. 1. b
Indeque esse, quòd Ecclesia adeò lætãter gloriatur, se à Christo dilecto suo introductam in studium, & intellectum eiusdem scripturæ. 288. 1. a & seq.
Quàm aptè sacra scriptura dicta sit cella vinaria. ib. c & 289. coll. 6. d
Vina, quæ in hac cella sunt esse multiplices sensus multiplicesve & consolationes spiritus, 288. 2. b & seque.
Quæ consolationes exinde potissimùm colliguntur & cõprehẽdũtur, quòd in eadẽ cella intelligimus,

i Dei

Dei charitatem instructam,& ordinatam esse super nos,diuinorumque beneficiorum percipimus ordiné,286.1.d & seq.vbi plurima habes,circa quę longiùs protrahere possis sermonem, & mouere auditorum affectus ex allatis scripturæ sententijs explicátibus ordinem beneficiorum Dei, Creationis,Cõseruationis,Redemptionis, Prædestinationis,Præsciétiæ,Vocationis,Iustificationis, & Glorificationis.

Quomodo ob charitatis excessum idē Deus factus sit noster,& pater,& mater,& nutricius, & filius, & frater,& amicus,& sponsus,293.1.c & seq.

32 Sermo XXXII.XL.Hor. In illud ps. 4.3. *Filii hominum vsquequo graui corde; vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.*

Adeò stultos esse homines,& graui corde in collocādo amore super terrenis,vt fascinatos illos merito dicas.98.1.e & seq.

Quicquid est in mūdo respectu Dei esse vanitatem, mendacium,& instar fugacium vmbrarū.614.2.b

Quòd prædicti filii hominum ab onere earumdē rerum circumducantur corde in ipsarūmet inquisitione,143.1.b & seq.

Quàm rectius pia illa facit anima, quæ vniuersum amorem ad vnum dirigit Deum,etiam cùm diligit vel seipsam,vel proximum,vel quid ex iis,quę sibi necessaria sunt,terrenorum,293.2.d & seq.

In quo implere satagit summum illud charitatis præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*.&c.294.1.a

Charitatem esse duplicem,actualem alteram, alteram affectualem,qua vè ratione se habere debeāt ad inuicem ex Bernardo, 303. 1. b

In sua oratione anima deuota id imprimis à Deo efflagitat,sanctorumque in eo implorat auxilium vt in dilectione ipsa debitum seruet ordinem,302 1.e & seq.

Nouit enim id esse maximè arduum.ibid.2.a & veram virtutis definitionem, & essentiam esse in eo sitam.Ibid.b ex Augustino.

Vtve in ea dilectione confirmetur.303.2.c & seq.

33 Sermo XXXIII.XL.Hor. In illud Io.12.32. *Et ego si exaltatus fuero à terra,omnia traham ad me ipsum.*

Quòd Christus crucifixus propositus super Altare in sanctissimo Sacramento instar vexilli trahat nos ad se.51.2.e

Imò instar vexilliferi eleuatis manibus, in quibus habere dicitur,igneam legē,trahat nos igneo charitatis vexillo ad præliū.295.1.a & seq.& 296.1.c

Qua ratione id charitatis vexillum tradere queat ad prælium.295.2.a

Pro hoc seruando vexillo nobis esse pugnandū omnibus neruis.ibid. b & seqq.

In eo charitatis vexillo seruari plenam bonorum operum mercedem,296.1.c

Propterea vna cum Ecclesia sanctorum intercessione hanc charitatem in primis à Deo in sua oratione efflagitare debet anima deuota,ibid.2.e

Optáda,& efflagitanda ea charitatis vnio in Ecclesia,quæ ordinem non confundat.297.1.a

Illud & in ipsa oratione sua enitendum eidem animæ,vt vero amore Deum diligens non tam consolationum,gustus,quàm Deum ipsum incontēplatione requirat.298.2.c & seq.

34 Sermo XXXIV.XL.Hor. In illud psal. 72.9. *Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum.*

Quam dolendū pro miseræ animæ peccatricis statu, super quam vitia singula suum erigunt vexillum. 299.1.e & seq.

Quomodo Diabolus,cuius dicta omnia sunt vitiorum vexilla,regnum sibi vsurpauerit eius miseræ animæ:& qua ratione Christus illum ab ea expellat.297.2.c & seq.

Quod ea anima bene studio se dat contemplationis diuinorum in oratione ante Sanctissimum Sacramentum,quæ ob id,quod Christus ab ipsa expulit amorem proprium per infusionem veræ charitatis,dicere potest, *Introduxit me in cellam vinariam*,ordinauit, *in me charitatem*,instruens in me aciem charitatis,vt habes 298.1.b & seq.

Cur hæc charitatis infusio comparetur exercitui, seu ordinationi exercitus.ibid.2.d & seq.

Quòd in eodem contemplationis studio super animam deuotam Deus erigat suum vexillum charitatem,quo dignoscatur eam esse arcē suā.299.2.b

35 Sermo XXXV.XL.Hor. In illud ps. 4.7. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine; dedisti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, & vini*, &c.

Quòd Christus prodiens super Altare ad suscipiendas fidelium preces,excitet animam deuotam ad meditationē maximi beneficii,quo in exhibitione sanctiss.Sacramenti suum super illam ipse, eleuauit vexillum charitatem.299.2.e & seq.vbi explicatum habes thema allatum.

Quòd Eucharistiæ Sacramentum iure optimo dicatur charitas,& amor.Tū qa est efficacissima amoris causa: Tum quia æq.ac amor igneā habet vim: tum quia nectit animos, prout & amor.306.1.a

Quòd vexillum charitatis in eodem exhibuisse dicatur Christus,quia in illius exhibitione multò pfectiùs,quàm in vlla alia re suum nobis exhibuit amorem,300.1.c

In eodem sacramento fieri quamdam Incarnationis dominicæ extensionem.ibid.e

Quòd ex præallatis meditationib. suscitetur in aīa deuotè orante ardentissimum desiderium cōionis tanti sacramēti,quavè ratione id explicet.306.2.b

Desiderat autem,vt efflagitet non solùm Sacramentum,sed & effectus illius,306.2.d

At in primis deuotionē exposcit,sine qua nouit eorūeffectuū compotem se fieri minime posse.ibid.e

36 Sermo XXXVI.XL.Hor. In illud ps.72.26. *Defecit caro mea,& cor meum;Deus cordis mei,& pars mea Deus in æternum.*

Animam deuotam esse similem exhalationi terrestri quatenus ignea redditur per approximationē ad Deum,cùm oratura accedit ad illum in sanctiss.Sacramento existentem super Altari.307.1.b

Quod eadem anima sic ignita langueat febre amoris cum deliquio,atque adeò mortali ægrotet languore.305.1.c

Qua ratione dicta amoris febris deliquium afferat, & mortem.ibid.2.e & seq.

Quòd

Quòd iste amoris läguor sit desiderium vitæ æternæ 311.2.a & seq.
Qualis sit ista amoris febris, & languor, 307.1.d & sequent.
Quare pia anima langueat in exercitiis spiritualib. quodve huic läguori aptissimum id vnū efflagitet subsidiū, vt proponatur sibi Christi verba, & aliqua puncta vitæ, & passionis illius, quę in ipsa sua meditari queat oratione. 307.2.b & seq. & 310.2.a & sequent.
Amor Dei quomodo languorem afferat etiam in ipsis spiritualibus exercitiis, cui succurratur per consolationes spirituales. 308.2.d & seq.
Quomodo eadem anima sic languida vinum & vnguenta exposcat, quæ aliàs ea sibi oblata respuerat, 308.1.e & seq.

37 Sermo XXXVII. XL. Hor. In illud psa. 44.6. *Sagitta tua acuta (populi sub te cadēt) in corda inimicorum Regis.*

Beneficia Dei esse illius sagittas ardentissimas, quib. aduruntur, & vulnerantur etiam ii, qui alioquin à Deo ipso alieni essent. 309.1.b & 1015.1.c
Quale sit hoc charitatis vulnus. 310.2.c
Quòd anima deuota vnà cum sagitta suscipiat & sagittarium Deum in vulnere charitatis. 311.1.d
Quanquam huiuscemodi vulneris charitatis dolor tunc magis sentiatur, cū haud percipitur Dei præsentia. 309.1.c
Cumque anima deuota eius vulneris dolorem in sua sentit ariditate, tunc ardentiùs in Deum ipsū conuertitur, ibid.d & seq.
Et ideò optimum id dicitur vulnus, quia salutem affert. 311.1.e
Neq. enim similia sunt ista charitatis vulnera, quæ cordi infligūtur animæ deuotæ, vulneribus, quæ cordi infliguntur carneo, mortemque afferunt. 642.1.a
De concertatione vulnerum istorum charitatis inter Deum, & animā ipsam deuotam. ibid.b & seq.
Animam deuotam in sua oratione vulnerare cor Dei eo modo, quo speculum vulnerat solem, ibid. c & seque.
Id efflagitare insuper debet pia anima in sua oratione, vt vulnus sibi infligatur à Deo nedum sagittis charitatis, sed & sagittis quarumlibet aliarum virtutum, de quibus ex Origene habes 311.1.e

Sermo XXXVIII. XL. Hor. In illud psal. 62. 8. *In velamēto alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.*

Cur sanctus Iob adeò timuerit approximationē manuum Dei, vt dixerit, Manum tuam longe fac à me. 313.1.e & seq. & 319.2.d
Manus Dei extensio, eiusdemq. immissio quomodo inter se differant. 797.2.b & seq.
Quod peccatores in hac vita haud tota Dei manu, sed exigua eius parte, & modicum flagellantur. 798.1.c & seq.
Per Dei dexteram, eiusve complexum duo exhiberi animæ deuotæ, præsidium, & arctam cum Deo coniunctionem. 313.2.c & seq.
Hanc animæ cum Deo coniunctionem adeò arctā esse, vt conglutinatio potiùs dicenda sit, quave ratione ea fiat, & cur. 130.2.e & seq.
Quale sit præsidium, quod ex prædicto dexteræ Dei complexu prouenit eidem animæ, 313.1.e
Præsidium insuper istud esse in duplici Dei prouidentia, quam Deus habet de illa. 319.1.a
Necnon & in eo, quòd diuina Deus ei confert dona, quibus consolatur in vita, per quę ea illam ad æterna inhiare facit. ibid.c & seq.

Sermo XXIX. XL. Hor. In illud *Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Aridam se sentiens anima deuota, quid in sua petere à Deo debeat oratione. 316.2.e & seq.
Quod eadem sanctę indulgens meditationi totam se consignare debeat in Dei manus suum comprimens intellectum, ac voluntatem. 317.1.c
Intellectus quomodo à Christi humanitate sit sustentandus. ibid.d & seq.
Voluntatem & cor eius animæ à sola diuinitate cōstringi ac fulciri posse. ibid.2.a
Hæc duo in primis in sua oratione meditari debet pia anima, Christi humanitatem, eiusdemque diuinitatem. 319.2.b & seq.
Insuper eamdem animam amore languētem debere in Dei manus per veram resignationem totam sese proiicere instar puerili sese proiicientis in sinum matris. 318.2.b & seq.
Eidem quo discrimine Deus prouideat de temporalibus, & de æternis. 318.1.e & 319.1.b & seq.
Diuitias iustorum absque opere gloriam, & coronā regiam conferunt capiti, mentique illorum, 318.1.a & seq.
De ęternis bonis quomodo in hac etiam vita prouideat Deus. ibid.c

Sermo XL. XL. Ho. in illud Rom. 5.5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.*

Charitatem suscitari minime posse in nobis humanis artibus, aut violentiis. 324.1.c & seq.
Cum illius ignis à diuina dūtaxat gratia excitetur, 324.1.c & seq.
Cui cooperari satagens anima deuota, quantūm in se est, & ipsa excitare illam nititur in sua oratione idque memoria beneficiorum Dei, oleum hac ratione iniiciens igni. 328.2.c
Tantumque ad Deum diligendum ita se nititur excitare, quantùm Deus ipse diligi ab ea mandat, & vult. 328.2.a & 329.1.b
Studens hac in re Angelicam imitari naturam. 328.2.e
Opemque in eadem sui excitatione ab iisdem exposcit Angelis, 329.1.a
Vnde fit, vt & iugiter eumdem Deum in memoria habere satagat, quousq. illius clara perfrui sibi liceat visione, ibid.d
Quidni verò in memoria illum habere nitatur, quē nouit, adeò erga ipsum affectum, vt per dilectionem in ea quiescat, & dormiat. 325.1.e & seq.
Porro in hoc excitandæ charitatis studio permaximè cauendum intelligit, ne coacta violētia in oratione & contemplatione deuotionem exprimere nitatur: at illam humiliter potiùs à Deo ipso efflagitat. 326.2.e & seq.

Sermo XLI. XL. Hora. In illud 1. Cor. 2. 14. *Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei.*

Quàm ignominiose homo, qui relicto studio contéplationis diuinorum voluptatibus se dedidit, sæculi, animalis dicatur animalibus ipsis, & iumêtis insipientibus factus similis, 22.1.c & seq.

Imo iisdem animalibus, & iumentis factus deterior 123.2.b & seq.

Quid mirum si qui ex talibus hominibus sunt, quietem perturbet, qua anima deuota in oratione fruitur, & in contemplatione? 329.1. & 330.1.c

Pro qua perturbatione maximis pœnis à Deo illos subiectos habes. 327.1.e

Imò nec qui boni sunt, indulgentes vitæ actiuæ, vel bonis exercitiis istiusmodi animam deuotã à sua remouere debent quiete contemplationis, 325.2.c & seq, & 329.2.b

Actiones perfectas præcedere debere orationem, & contemplationem, 326.1.d

Suscitatur verò talis anima à semetipsa à contemplatione ad actionem maiori cũ fructu. ib. c & se.

Sat quippe ei exploratum est vitam mixtã esse perfectiorem nedum vitã actiua, sed & contemplatiua, ibid.b

Sermo XLII. XL. Hor. In illud psal. 9. 22. *Vt quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione?*

Recedere videtur longè Deus ab anima, quando illam tribulari, aut tentationibus concuti sinit. 334.

Quàm citò clamantem, ad se animam deuotam, ac tribulatam Deus exaudiat. 338.2.e

Quomodo idem subitò Christus ferat opẽ in ipsis eius tribulationibus, 334.1.d & seq.

Quòd haud vnquam eidem animæ ab oratione desistendum, cùm eis apertè Christum ipsum non videat: stet tamen ille in cœlo veluti post parietẽ nostrum paratus ad illi opem ferendam, 343.2.c

Quinimò anima ipsa dum deuotè ante S. Sacramẽtum perseuerat in oratione, mutatis vocib. haudiã ampliùs de illius quæritur recessu, sed illum sibi adstantem indicat in eodem sacramento partim se manifestantẽ, partim verò se occultantẽ, 344.1.a

In sanctissimo Sacramento à quibus, & quomodo Christus videatur. ibid.b

In eodem Sacramento Christum stare accinctũ ad nobis opem ferendum. ibid.2.a

Summopere autem anima deuota in illius roboratur confidentiã, dum eius contemplatur ministerium sibi exhibitum multò vel à ministerio Angelorum discrepans. 339.2.c & seq.

Sermo XLIII. XL. Hor. In illud Hoseæ. 6. 3. *Quasi diluculũ præparatum est egressus eius & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus.*

Anima deuota ex interno motu, quo ad orationẽ & cõtemplationem inspirari se sentit, intelligit Christũ in se aduentũ cũ nouo gratiæ augmẽto. 335.1.d

Quanta celeritate Christus in ipsam tũc veniat animam, 336.1.c

Quàm aptè tunc comparetur Soli aduenienti in diluculo. ibid.d & seq. necnon & imbri. ibid.2.b

Potentiæ animæ cur dicantur montes, & quomodo in eis saliat Christus, quando venit in animam ipsam, 335.2.b & seq.

Christus ita in animam adueniens, inspiransque ad orationem, vel aliud opus bonum ingerit gaudiũ in opere illo. ibid.d

Quam grandem eidem animæ, in quam ita aduenit exhibeat prouidentiam 336.2.c

Quod ipse cum Spiritu sancto adueniens afferat ei dem animæ gratiam, & charitatem, 334.1.a & se.

Quomodo in anima ipsa deuota postmodũ maneat simul, & saliat. 340.1.e

Sermo XLIV. XL. Hor. In illud ps. 61. 4. *Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos tamquam parieti inclinato, & maceria depulsa? Nonne Deo subiecta erit anima mea? &c.*

Quàm meritò doleat anima deuota de hostium suorum insultu, quo eam etiam in ipsis bonis studiis, atque operibus interficere tentant, Deum ab ipsa excludentes, aditumque illi præcludentes, 344.2.e

Nedum peccata, sed & propriam voluntatem esse parietem nostrum, quo ingenti nostro cum detrimento aditus Deo præcluditur, ibid.d

Opposito pariete peccati, qua ratione nihilominus ex summa sua misericordia Deus ingrediatur in animam peccatoris. 345.1.a

Inspirationes bonas in peccatorem Deus immittit ob aliqua, quæ in illo reperiũtur opera bona. ib.b

Aliquando verò illius illustrans sensus earundem inspirationum lumine. ibid.d

Quàm inclinatus sit paries propriæ volũtatis, quãve eadem sit perniciosa, cùm sit causa inquietudinis omnis, omnisve & mali. 436.1.b & seq.

Quòd voluntatem propriam sequens declinet semper in deteriora, ibid.2.c

In hoc propriæ voluntatis pariete quas fenestras reperiat Deus, per quas in animam ingrediatur, 343.2.c & seq.

Animam deuotam subiiciendo se Deo dilecto suo merito confidenter dicere, *Ab ipso salutare meum*, cùm ab ipso discissa sint retia, & laquei innumeri, quæ sibi proposita erant, 349.1.d & seq.

Sermo XLV. XL. Hor. In illud 1. Cor. 13. 12. *Videmus nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

Quòd animæ deuotæ anhelanti, atque in sua oratione flagitanti claram Dei visionem, quæ in cœlestì duntaxat patria habetur, exhibetur ab Angelis atque à sanctis spiritibus consolatio per quasdã illius visionis similitudines, nempe per cognitionem Dei ex creaturis, 182.2.d & per cognitionem in ænigmate, 183.1.a & 184.1.a

Quia diuina concipere nequimus nisi per similitudines, nec id, quod de illis conceperimus exprimi aliter potest, quàm per similitudines, omnisque noster sermo de illis est instar puncti, 182.2.c & sequenti,

Quòd Deus prospiciendum se exiStens per phantasmata animæ oranti ante sanctissimum Sacramentum non modicum illi exhibeat sui gustum, excitetque eam ad maius claræ visionis desiderium, 344.1.a & seq.

Quàm aptè ista sui ostensio dicatur esse per speculum, & in ænigmate. 344.2.c

Quo-

Quomodo ex hac cognitione Dei per speculũ, & in ænigmate eadem anima certam concipiat spẽ fœlicissimæ claræ visionis eiusdem, ibid. a & seq.

Sermo XLVI. XL. Hor. In illud psa. 26. 1. *Dominus illuminatio mea, & salus mea; quem timebo?*

Quòd anima deuota orans ante sanctiss. Sacramentũ Christum ibi præsentem meditatur vt Solem, verno tempore suum effundentem lumen. 361. 1. d

Quòd per istiusmodi Solis viciniratem ita illuminatã se eadem fateatur: vt iam haud ampliùs quidq; sibi metuendum sit, cùm per ipsummet dilectum suũ significatã sibi recolat, per eius præsentiã cessare omnem timoris hyemem, omnemq; imbrẽ lacrymarũ, prouenientiũ ex eodẽ timore seruili. 368. 1. d

Timoris huius aliquot congruẽtias cùm hyeme habes 360. 2. b & seq.

Quam aptè ob eamdem Christi viciniratem eũdẽ nedum illuminationem, sed & salutẽ suã ipsa aĩa appellet, quia certam cõcipit spẽ per illum se eruẽdam à tribulationib. ex cuius apparitione noũit eas abigi, prout per approximationem Solis in vere abigitur hyems, & imber. 366. 2. d

Tribulationum tanta est necessitas, tantaq; vtilitas in præsenti vita, quanta hyemis, imbriumve terræ, ac frugib. 367. 1. a & se. Vnde excusatur pia anima ad compellendum Christum vt salutem suam, non dum quia ipsam eruet à tentationib. verùm etiam quia illas in ipsam immisit.

Sermo XLVII. XL. Hor. In illud psal. 70. 21. *Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.*

Ad orationem accedens anima deuota, vidensq; Deũ suum super Altare sibi conuersum, de eo in primis illi gratias agit, quòd post innumera, quæ in ipsã cõtulerat beneficia, tametsi iis fuisset ingrata, multiplicarit in se magnificentiam suam, ei parcens, & ad ipsam per suam conuersus misericordiã. 71. 1. d

Quòd Deus vt magnificentissimus, & instar Solis sẽper ex parte sua conuersus sit ad nos, sed obliquitas, & peruersitas vniuersa à nobis sit. 102. 2. b & seq.

Quòd anima cùm in peccato esset, per peccatũ ipsũ à Deo se auerterit iustitiæ Sole, & ab eius lumine, atq; ab eius calore, facta vt cisterna ad solẽ istum sensibilem lucis, æstusve radios emittentẽ. 363. 1. e

Quam rectè peccatum dicatur hyems, eiusve cum hyeme congruentiæ. 364. 2. b & seq.

Conuersus ait anima deuota ad Deum solem suũ, *consolatus es me*, recolens quæ ab illo dicta sibi fuerãt, quando ad ipsam conuersus est, *Iam hyems trãsiit imber abiit, & recessit*. Peccati, n. hyems deficit eodem modo, quo deficit hyems sensibilis per conuersionem Solis, 363. 2. e & seq.

Multiplicatam ait insuper Dei magnificentiam in se per id, quod per eamdem illius conuersionem abiit à se, & recessit imber tentationum vehementium. 365. 1. d & seq.

Quòd eadem aĩa maximè consolata est in prædicta Dei veri iustitiæ Solis conuersione ad se per id, in quo agnoscit multiplicatã in se multò magis magnificẽtiã eius qa prout is ipse ei significat, flores bonorum habituum in se progemmarint. 368. 1. e tempusq; aduenerit putationis omnium habituũ malorum, ibid. 2. a & seq.

Quòdve & tunc temporis in se aduertit, intra se ad orationem adstantem coram eodem Deo suo, vocem Spiritus Sancti audiri, instar turturis pro ipsa orantis gemitibus ineffabilibus, 368. 1. c

Et exinde gratiarum auget in corde suo actiones, qt vocem istam turturis, orationemq; suam audiri nouit in cęlesti patria, testante id sibi dilecto suo cũ dixit, *Vox turturis audita est in terra nostra*, ex Gregorii PP. sniã. 371. 2. d & ex Hugone. 373. 1. e & se.

Optans vt in terra animi, cordisve sui iugiter audiatur vox amoris, quam esse & turturis vocẽ habes ibid. b & seq.

Sermo XLVIII. XL. Ho. in illud Matth. 6. 6. *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora*, &c.

Vana gloria quomodo vitanda in exercendis operibus bonis, & in oratione. 392. 1. a

Propter illam haud desistendum à bono opere, prout suadetur à sponso animæ deuotæ, quæ haud auderet egredi ad orãdum in cõi oratione XL. Hor, dicendo ei, *Columba mea in foraminib. petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi*, &c. 391. 1. d

Quã aptè oratio dicatur cauerna maceriæ, 392. 2. c

Quamquam in iisdem verbis Christus & modũ ipsimet exhibeat animæ, quo in oratione detineri se valeat triplicem ei proponẽs materiam, circa quã meditari queat. Primam, humanitatem suam, suaque vulnera: secundam, diuinitatem item suam: & Tertiam, cęlestem patriam, cæleſtiaque.

De prima Christi vulnerũ meditatione habes 389. 1. b & seq. & 396. 2. a & seq. Cur vulnera manuum & pedũ Christi dicantur foramina petræ. 389. 1. a

Vulnus lateris Christi cur dicatur cauerna maceriæ ibid. 2. a Cur hoc ipsum vulnus vsurpetur ad designandam Christi humanitatem. 394. 1. b & seq.

Quòd idẽ vulnus sit scala ad Christi cor, quod est secretum scalæ, ibi. d Quomodo vulnus ipsum sit simul scala cognitionis, & obscura cauerna maceriæ, ibid. 2. b & seq.

De secunda materia meditationis, quæ est eiusdẽ Christi diuinitas, petra integerrima, atq; fortissima; & quõ intellectum meditantis animæ excauetur in ea foramina attributorũ persistẽte sup vnũ nihilominus Deum eius affectu. 395. 1. e & seq.

De tertia demum meditationis materia, quæ est cœlestis patria, & quõ in hac meditatione vnicuiq; liceat excauare cauernas in maceria, 397, 1. c & seq.

Quòd in prædicta materia duo sint genera cõtẽplationis, quib. excauantur vel foramina in petra, vel cauernæ in maceria, ibid. e

Sermo XLIX. XL. Hor. In illud psal. 26. 8. *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea; faciem tuam Domine requiram.*

Duo esse præcipua animæ deuotæ studia. Primum, vt Deum oratura illius requirat faciem tum eam, quæ in speculo videtur, & in ęnigmate specierum sacramentalium accedens ad orandum, vbi sciuerit expositum Sanctissimum Sacramentũ pro oratione XL. Hor. tum eam, quam pura duntaxat contemplatione adiri aliquatenus, & videri posse confidit, prout ex Moysi contigisse recolit, 403. 2. d. e

Alterum est, vt cordis sui sonum in Dei ipsius aures immittat. 400. 1. d & seq.

Cordis gemitum esse dulcem Deo, & cor gemens eidem esse decorum. ibid. 2. c & seq.

Ideoque cordis ostẽsionem, eiusdemque gemitum ab anima pia illum exposcere. ibid. d & seq.

Quia in puro corde se ipsum veluti in speculo inspiciat.403.2.c

Et in genitu dilectissimam sibi amoris percipiat loquelam.532.2.c & seq.

Quando Deus petit ab anima orante, vt ostendat sibi cor, id i primis ab illa exposcere, vt illud ab omni alia se auertat, quo petitiones eius innotescant apud ipsum.401.1.c & seq. Neve idē cor, quod instar speculi est, ab aliqua alia deturpetur re. ibi.2.a

Sermo L. XL. Hor. In illud Cant. 2.14. *Ostende mihi faciē tuam, sonet vox tua in auribus meis: Vox.n. tua dulcis, & facies tua decora.*

Quòd in oratione committatur prælium cum Deo. 401.2.c

Faciem alicui ostendere tantumidem esse, ac præliari cum illo.386.2.c

Christum quoque in passione sua præliatū esse ostēdendo faciem hostibus suis.386.2.c

In orationis prælio duo simul committi certamina alterum cum Deo per faciei ostensionem, alterum per auersionem, & fugam à reliquis rebus omnibus.401.2.e & seq.

Quòd oratio sit & lucta animæ deuotæ cum Deo. 402.1.e & seq.

Orationis vocem non tam Deo gratā esse per se ipsā quàm per modū, quo fit.560.1.e Quisve is sit modus, ibid.2.d & seq.

Orationem primò in se esse dulcem ob dulcedinem à Deo in ipsam deriuatam, tum dulcem esse & ipsimet Deo. ibid.c & seq.

Sermo LI. XL. Hor. In illud Psal. 39.2. *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas.*

Proponitur hic anima deuota, quæ cum aliquādo ad Deum vt Dominum maiestatis preces fuderit, diutius ab illo nec exaudita, nec respecta fuerit, ita vt propterea iis cum illo conquerens verbis Iob, *Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me.* Exaudita tandem id, quod sibi tunc cōtigit & nobis enarret: *Expectans*, inquiens, diutius Deū meū expectaui, cùm illum deprecata sum vt Dominū, tandem postquam multùm ante illius maiestatem perstitit clamās, *intendit mihi*, & postmodum *exaudiuit* quoque *me*.

At verò eademmet anima deuota accedens ad eum ipsum Deū vt super altare egressum in Sanctiss. Sacramento, atq. adeò & præ amore pascērem inter lilia, vt ex Ambrosio habes 419.2.e dimissa consideratione maiestatis illius, id potiùs in eo considerat, vnde ametur, 420.1.d & seq.

Ideoq; ait, Dilectus meus mihi, & ego illi; q pascitur inter lilia. Dilectum potius eum appellās, quā pastorem suum, cùm Pastoris nomen significet dilectionem Dei ad plures, nomen dilecti eādem ad vnum significet.416.1.b

Quanuis non desint, qui existiment dictas voces esse potiùs expressionem ardentis affectus animæ, Dei amore æstuantis in contēplatione, quàm locutionē sēsatam, vt ex Bernardo habes 418.2.c & se.

Quamuis in iisdem luctam amoris inter Deum & animam indicari, idem inferat Bernard.419.1.a

Quāuis locutionem concisam diuersimode variis verbis supplendam complures censeant Patrum, vt habes ibid.c.& seq.

Tu tamen dic per hæc animam deuotē orantē ante Sanctiss. Sacram. exponere qualē ipsa se exhibere satagat Deo in sua oratione, & qualem vicissim in eadem oratione experiatur Deum; primò.n. stude te se ait ita Deo intendere, vt totum amorē ac spē suam in eum solum eleuet.418.1.d & seq.

Quomodo iste amor animæ si orantis dicatur amor virgo, quia ad vnum Deū Dilectus est ibi.2.a

Vicissim verò experiri se ait Deum ipsi ita intendere, vt ei soli intendere, eamq. solam videatur amare. Quomodo aūt quælibet pia aīa dici queat vnica, & sola dilecta Deo, explicatum habes 417.1.d & seq.& 419.2.b Quales enim nos Deo paramus, talis est nobiscum. ibid.c

Porro tametsi in præcitatis verbis, *Et ego illi*, haud planè id explicet dicta anima deuota, qua ratione experta illud sit eo ipso tēpore, quo orat, explicat tamen id clarius, cùm alias eadem repetēs ait, *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Quibus significat se experiri ita Deū ipsi intendere oranti, adeò que erga ipsam vnam se exhibere affectum, vt eius orationes, quasi seruus mandata obseruet, vt habes 957.2.d & seq.

Sermo LII. XL. Hor. In illud Matth. 28. 19. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.*

Accedens anima deuota ad orandum ante Sanctiss. Sacramentū meditatur quidem fidelitatem, & stabilitatem præallatæ promissionis Christi, contemplans illum in ipso Eucharistiæ sacramento residētem in medio Ecclesiæ etiam secundum corpus, & vt est charitas, vt habes 505.2.d & seq.

Quin imò pro eadem assistentia vnà cum vniuersa Ecclesia, illam super altare residentem, vt pascat & semetipsa & spiritualib. quas deuotè oranti exhibet, consolationib. digito propemodū indicās ait, *Dilectus meus mihi, & ego illi*, id est, Ego adsto illi vt vnico dilecto meo, & is adstat mihi, vt vnicæ dilectæ suæ. *Qui pascitur inter lilia* specierū sacramentalium cādidissimarum, *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbra*, vsq. ad consummationē sæculi, vt colliges ex dictis 415.1.e & seq.& 421.1.a

Quando inclinabuntur, & cessabunt vmbræ ænigmatum, ibid.d

Recolens nihilominus præallatam Christi dilecti sui promissionē cōi Ecclesiæ consensu intelligi pariter & de perpetua illius assistentia in animab. iustis, atq. adeò eumdem dici, Pasci inter lilia, iustorum consortio oblectatus, vt habes 420.1.b puritatē in eorū virtutib. flagrare volens.417.2.d & seq. gloriamve ex illorū puritate sibi adiici existimans 415.2.b Et pascens illos, & pastus ab illis, 420.1.d & 2.b & seq.

Et e vestigio animaduertens se in ipsa oratione sua aridam, satve exploratum habes rationes, ob quas Deus aliquando se abscondit, & elongari insinuat ab animabus sanctis.431.1.a & seq.

Haud vel tantillum dubitās de dictæ promissionis fidelitate, rogat ipsum dilectū suū, vt per specialis gratiæ, dulcedinisve suæ infusionē ad se reuertatur dicens, *Reuertere, similis esto, dilecte mi, capreæ hinnulorumque ceruorum super montes Bether.* sensu quem habes 423.2.c & seq.

Sermo LIII. XL. Hor. In illud psa. 76.2. *Voce mea ad Dominū clamaui; voce mea ad Deū & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.*

Tribulationes esse fructus quidem suauissimos crucis Christi.375.2.b

Eatenus

Eatenus verò timori, quatenus earum vis ignoratur, atque effectus, 485.1.a

Animam piam, cùm tribulatione premitur, timor solummodò angit offensæ Dei. 484.2.e

Idcirco ad Deum in ipsa confugit per orationem, illumve quærit, quem tamen habet comitem in ipsa tribulatione sua. 430.1.a & seq. & 611.1.b

Qua ratione animæ tribulatæ nox esse queat, in qua Deum in sua quærat oratione, qui iam cū ipsa est lux lucis, & fons luminis. 430.1.d

Nox spiritualis quomodo fiat, eiusve à nocte sensibili discrimen. ibid. e & seq.

Tribulatus cur Deum non videat, quem tamen habet præsentem, 431.2.c

Animam deuotam tunc Deum repetire, cùm in oratione sua per veram resignationem manibus contra eum illum exquirit. 430.2.e

Secus tamen illi euenire, cùm eumdem exquirit itē in tribulationibus, sed in lectulo propriæ voluntatis, ibid. & seq.

Vigilandum quidem in orationis studio, & cum sedulitate ad Dei inquisitionem, vt habes 433.2.a

Inuentionē tamen eiusdē Dei nō esse ex industria & merito animæ, at ex Dei benignitate. 450.2.c

Quòd in tentationibus, & tribulationib. meliùs inueniatur Deus, 452.2.b

Deum in ea inueniri oratione, quæ adiunctum habeat magnum charitatis affectum, 451.2.c

Dulcedo, quæ in oratione percipitur ex Dei præsentia, obliuisci facit præcedentium laborum. 449.2.d & seq. & 450.1.a

Quòd anima deuota Deum inuenerit, exinde potissimum dignosci, quòd arctissima cum illo vnitur vnione cordis, ac mentis. 450.1.c

Quàm promptum se exhibeat Christus, vt vere sine vllo labore inueniatur à deuotis quibuscunq. qui cum sollicitudine ad orationem accedunt quadraginta horarum, prodiens illis obuiam in sanctiss. Sacramento, assidensque foribus, ac sensibus eorū de quibus. 681.1.c

Sermo LIV. XL. Hor. In illud Isa. 55.6. *Quærite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.*

Quàm magnum bonum sit quærere Deum, 433.1.c

Quod nunc quærendus sit Deus, quādo à nobis potest inueniri. 439.2.c & seq.

Anima nequiret quærere Deum, nisi prius ipsa à Deo quæsita esset. 433.1.e

Quam errent plerique in hac Dei quæsitione, cùm illum quærunt in sæculi voluptatibus, 432.2.e seu vt illos eruat à tribulationibus, 432.2.b Et cùm eūdem quærunt in reb. huius mundi, in honorib. in diuitiis in potestate, in scientia, & similib. 436.1.d

Complures quoque spiritualium valde in hac ipsa Dei quæsitione errare, dum illum quærunt in variis exercitiis spiritualib. quæ ex propria assumunt voluntate. 436.1.e & seq.

Cur Deum quærant animæ deuotæ. 433.2.a Quærunt autem cum sedulitate. ibid. c

Quòd si haud illico illum inuenerint, multum nihilominus acquirūt spiritus, ac per maiora gratiæ augmenta magis accendūtur ad quærendū, 439.2.e

Quòd anima deuota eumdem quærat dilectum verecundè, & caute in oratione. 423.2.c Inuocando eum dum prope est in sanctis. Sacramēto, propter quod ipsa efficitur digna nūcupari Proxima illius. 420.2.b

Et quia recoli dictum in psal. 144.18. *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnib. inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.*

Quòd eadem anima in ipsamet oratione sua in contemplationis studio, quærat Deū examinando propriam conscientiam 440.2.b Altiusve se eleuādo ad meditationem cœlestis patriæ. 440.1.d

Sermo LV. XL. Hor. In illud Sap. 6.13. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam forib. suis inueniet.*

Cur aliquando Deus abscondat se à pia anima, ita vt declinasse videatur, cū tamen illi præsens assideat. 814.2.a & sequen.

Quomodo Deus dicat per Isaiam, se inuentum à nō quærentib. se: cùm tamen plerunq. contigerit piæ animæ, vt diutius eum quæsierit, antequàm illum inuenerit. 451.1.b & seq.

Sermo LVI. XL. Hor. In illud Genesis 32.26 *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.*

Quòd orationis assiduitate ab anima deuota teneatur Deus tenēre Deo ipso eamdem, nec se ab inuicem dimittentibus: & quomodo in orationis studio eadem anima instar Iacob luctetur cum Deo, ex Richardo & Bernardo, 459.1.d & seq.

Quàm arctè tūc anima teneat & per amoris affectū eumdem Deum dilectum suum. 458.2.d & seq.

Dicenti, *Non dimittam te*, non esse irrogandum præsumptionis crimen. ibid. a & seq.

Tantumdem esse, *nisi benedixeris mihi*, sensu allato ex Richardo. 459.2.c ac id, quod dicitur à sponsa, *Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ*, sensu allato ex Rich. & Hugone. 460.1.e & seq.

Quanquam spōsa aliquid amplius significet, si per domum matris, &c. intelligatur cum Ambr. Theodorito & aliis, cœlestis patria, vt habes 460.2.b Vide & 457.2.d & seq.

Quomodo anima deuota dicat se ītroducturā Deū in cęlum, 457.1.a & seq.

Quòd eadem introducat Deum in cœlū, quatenus facta illius iumentum perueram subiectionem ad eius voluntatem, instar equi ipsum portans, cœlū ingrediatur. ibid. c & seq. Et quatenus per eamdem subiectionem abiecta propria voluntatis suæ forma, formam accipit voluntatis diuinę. ibi. e & seq.

Sermo LVII. XL. Ho. in illud Can. 3.6. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij.*

Admirationem magnam causare deuotam animam quæ carne grauata bene oret, eleuans se ad Deum 465.2.d Quęnam sit solitudo, & desertum, in quo bene oratur. 466.1.a & seq.

Quomodo quę bene in deserto orat, dormiat simul sedeatque & ascendat. 471.2.b & 466.1.c & seq.

Animam deuote orantem debere facere cor suum thuribulum. 471.1.e

Eiusdem progressus in eleuatione mentis quomodo fiat. 466.2.b & sequenti. & 471.1.e & 2.c

Orantem deuote nusquam effundere semet, nisi cū diuinum attigerit thronum, 460.2.d & seq.

Id autem vt eo vsque ascendat ad Dominum, habere ex spiritu,& charitate.467.1.c
Atque sic ad Deu ascendendo, offerre simul se Deo in holocaustum.ibid.2.b
Porro istam sui ad Deum oblationem ab ipsa effici nedum per orationem, sed & per mortificationẽ & per elemosinas, in quibus se satagit exercere. ibid.d & seq.
Quòd eadem anima deuota ascendat necesse est primùm per penitentiam, ac per confessionem, vt bene postmodum ascẽdat & per orationem.472.1.b

Sermo LVIII. XL. Hor. in illud Cant. 3.7.
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

Templum Dei esse Salomonis lectulum, fortes autẽ &c. esse sacerdotes & illos, qui in illo orationi indulgent.476.2.c
Quin & ipsam orationem esse lectulum istum, quẽ ambiunt deuoti quique contemplatiui.431.1.c Vide 478.1.e
Quomodo iidem contemplatiui in oratione sua ambiant lectulum, in quo verus Salomon requiescit in celesti patria.477.2.e & seq.
Quod aĩa deuota inuitetur, vt p orationis studium ad Christum accedat existentem in sanctissimo Sacramento super Altari, quem vt vnicum, ac verum quieti, ac pacifici cuiusque lectum ambiunt contemplatiui, collige ex Ambros.478.1.d
Potissimùm autem inuitentur ad eumdem Christũ meditandum super crucis lectulo quiescentem, ac decumbentem.476.1.a & seq.
Quòd crucem ac tribulationes pro lectulo suo elegerit Christus.475.1.a
Quantam gratiam piæ animæ faciat Deus, quando illam tribulationibus premi permittens communicat ei Christi lectulum.474.2.b & sequen.
Tribulationes animabus iustis esse lectulum pacatissimum, in quo cum Christo quiescunt suauissimè.475.1.a & seq. Non sic autem improbis. ibi.d
Quiescentem verò in hoc tribulationum lectulo sine vllo pauore quiescere animam deuotam, cùm se meditatur circumdatam valida Angelorum custodia 475.2.b & seq. nec non & benignissima Sanctorum complurium ope.ibid.e

Sermo LIX. XL. Hor. In illud psalm. 149. 6.
Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.

Sanctos in studio meditationis præliari multipliciter, 485.2.d
Ideoque adhærentes Deo per hoc meditationis studium dici tenere gladios orationis ibid.c
Orationem rectè sub gladii metaphora designari, quia instar gladii & ipsa est potentissimum armorum genus, ex qua potissimùm reuehatur & prædictis præliis victoria. & quia lingua promitur, q̃ gladii ancipitis formã habet, vt colliges ex dictis, 479.2.d & seque.
Orationem esse gladium in gutture, & in manibus. 486.1.a & seq. Necesse enim est vt sit in gutture p pronunciationem, & in manib. per puritatem. ibi. e & seq. cum absq. puritate nullã habeat vim. ib.d
Plures esse orationis species, atq. adeò plures etiam gladios teneri in manibus piarum animarũ. ib.2.a
Cùm oratione iunctam esse debere mortificationẽ carnis, & passionũ, 466. 2. c & seq. Idq. propter latentes Dæmonum insidias, ac propterea eum ipsus subiti. ibid.e

Sermo LX. XL. Hor. In illud Ioan. 19. 15. *Regem vestrum crucifigam? Ecce Rex noster.*

Corpus Christi sanguine conspersum super Crucis ligno præferebat regiã dignitatẽ.497.1.c & seq.
Quòd Christus crucifixus miserorum omnium Regem se exhibeat, ibid.c & seque.
Inuitatur aĩa deuota ad meditationẽ istius Regis vt triumphum agẽtis super ipsa cruce, vt super curru triumphali. 500.1.a & seq & 498.2.a
In hoc crucis curru meditandum quomodo Christus humilitatem, & obedientiam pro duab. colũnis in eo erexerit, quib. regia ipsius fulciretur dignitas.498.2.d & seq.
Tum meditandum, quomodo in eodẽ Christus ipse rex non tam sedeat, quàm reclinet in reclinatorio aureo, tametsi ibi minime habuerit, vbi reclinaret caput. 499.1.b & c & seq.
Denique meditandũ quomodo à Christo ipso ideo eius trahatur & impellatur in corda animarum deuotarum. 500.1.e & seq.

Sermo LXI. XL. Horar. In illud 1. Ioan. 4. 8.
Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas est.

Cùm necesse sit, vt amor præcedat, quo quempiam dignoscere valeamus amicũ vel ex facie, vel ex voce: ex hisce enim duob. dignoscitur vnusquisq. vt habes 336.2.b & seq. Profectò qui Deum non diligit, quando templum ingrediens videt illum sup Altare in sanctissimo Sacramẽto, aut super Cruce, non nouit illum, ideoque nec eius meditari potest charitatem.
Charitatis nomine quã congruè exprimatur Deus, vt est in humanitate assumpta, & multò magis vt est in sanctissimo Sacramento. 508.1.a & sequent.
Inde apud homines Deum istud sortitum esse charitatis nomen, quòd, vt illos ad charitatem alliceret, charitatem is se exhibuit in humanitate assũptã. ibid.c & seq.
Charitate nil gloriosius Deum habuisse apud homines, quãdoquidem in igne charitatis suã in humanitate ostendit gloriam, ibid.2.a & seq.
Potissimùm autem super cruce maximum eiusdem charitatis exhibuisse specimen. 509.2.c Cũ in ignẽ charitatis ibi conuersus sit Christus. ibid.2.e
Adeò vt illius cor charitatis igne combustum fuerit, atque ardẽtissima euaserit fornax, è qua succẽderentur animæ deuotæ. 510.1.c & seq.
Quidni verè Christum animæ deuotæ meditẽtur charitatẽ super cruce, cùm in illo sacratissima habeant, quæ contemplentur, vulnera gemmis quibuslibet gloriosiora, q̃ve adeò eis esse debeãt chara, vt & ipsa propterea charitatis pariter sortita sint nomen. 511.1.a & sequ.

Sermo LXII. XL. Hor. In illud Cantic. 3. 10.
Media charitate cõstrauit propter filias Ierus.

Cùm in animam deuotam meditationi Crucis Christi indulgentem triumphans venit idemmet Christus, charitatem pro pompa sua ante se in illã præmittere. 511.2.d & sequen,
Simulacrum istiusmodi charitatis esse idemmet Christi

Christi corpus exangue, siue etiam illius cor. ibidem 2.b

Charitatem à Christo in cruce delatam fuisse pro pompa instar opimorum spoliorum, ibid.c

Necnon & in gloriosissimum tanti triumphatoris titulum, ibid.d. ac etiam vt præstantissimum Dei simulacrum, ibid.e

Charitatem esse quodammodo Deum Dei, cum ab ipsomet Deo charitas, quam habet in homines, adæquetur essentiæ suæ, 512.1.a & seq.

Nec mirũ, cum charitas eius in creaturas innitatur diuinæ eius charitati erga seipsum, ibid.c & seq.

Corpus Christi tale esse charitatis simulacrum, vt & Deus quoque illud quodammodo venerari dicatur, ibid.2.b

Sermo LXIII. XL. Hor. In illud Isaiæ 9.6. *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: Et factus est Principatus super humerum eius.*

Christum paruulum dum meditatur anima deuota coram se existentem in Sanctissimo Sacramento, tota erga illum amore liquescit: quasi enim simulacrum veri amoris illum meditatur, 513.2.e & sequenti.

Quomodo Christus infantulus meditandus sit, vt puer cæcus, ibid.e & seq.

Quomodo idem meditandus, vt puer alatus, quasve contemplari in eo liceat alas, 514.1.d & seq.

Quam pharetram, quasve sagittas gestantem contẽplari eumdem possimus, 514.2.a & seq.

Quomodo meditari valeamus Principatum super humerum talis paruuli, quem cubare potius noui mus, quàm principatum exercẽdo laborare, & progredi, 122.2.c & seq.

Dum enim cubauit in præsepio, melius ac tutius is exercuit suum pastoralem principatum, ibid.e habens oues suas super humeros, 123.1.b & sequenti.

Porro ab hoc paruulo quidem, sed pastore, princi peque peroptimo pasci & ipsa satagit anima deuota in oratione, & meditatione sua. Pasci inquã pane lachrymarum, de quo, 123.1.a & seq.

Seu herbis virentibus illis, de quibus ibid. 2. e & sequenti.

Quin & ipsomet paruulo Christo pane illo cælesti, de quo, 122.2.c & seq. & 123.1.b & seq.

Sermo LXIV. XL. Hor. In illud Psal. 18.6. *In Sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.*

Anima deuota accedens ad orationem X L. Horar. quomodo egrediatur ad contemplandum Christum verum iustitiæ Solem instar sponsi in Sanctissimo Sacramento procedentem de thalamo suo, 568.2.d & seq. & 1.a & seq.

In tali autem meditatione contemplatur eumdem Christum carne coronatum, vt Solem fulgoris corona redimitum, dum sub leui nube quasi in lucido est tabernaculo, 517.1.b & se. Vide & 126.1.d & seq.

Carnis operimento quomodo pulchrior redditus dicatur Christus, 517.1.e & seq.

Christi carnem meditandam vt coronam factam à Deo, simul atque à B. Maria, prout corona Solis à Sole fit, atque à nube, ibid.2.c

Quanquam eamdem meditari liceat & vt coronã factam à Maria, e qua Deus carnem ipsam assumpsit, vt per eam veluti per fasciam candidam summ coronaretur diuinitatis caput, nostraque curaret vulnera, & simul regnum nobis conferret, 525.1.c & seq.

Quam rectè Christus coronatus, vt dictũ est, instar Solis dictus pariter sit tãquam sponsus præcedẽs de thalamo suo, ibid.2.a seq.

Quomodo & ipsa eius incarnatio dicatur desponsatio, 518.1.d & seq.

Quòd & cum se exhibet in Sanctissimo Sacramento, vt sponsum se exhibeat, diem lætitiæ cordis sui, nuptiasve celebrans in Eucharistiæ conuiuio, 519. 1.c & seq.

Sermo LXV. XL. Hor. In illud Cant. 3. 11. *Egredimini, & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die, &c.*

Cùm inuitantur animæ contemplatiuæ, quæ accessere ad orandum ante Sanctissimum Sacramentũ ad meditandum Christum passionis tempore spineo diademate à Synagoga coronatum cur primũ eis suadeatur, vt egrediantur cum iam videantur egressæ, 522.1.e & seq. Vide & 526.2.b & seq.

Spineam coronam gloriosissimam Christo extitisse, quia è spinis compacta fuit, quas Diabolus porrexit victus, 521.1.c & seq.

Quin ideo illam ipsam Christum elegisse, quam vnam Deus præstiterat hominibus, per quam amissum recuperaret regnum, ibid.2.c & seq.

E spinis in cerebrũ Christi infixis colligi rosas preciosissimi eius sanguinis, ac tribulationum, ibid.e & seq. ex quibus tribulationum rosis regia nobis compingitur corona, regnumque confertur, 522.1.b

Nam & Christus ipse in spinea illa corona regem se exhibet tribulatorum, quibus tribulationes in hæreditarium regnum vt suis reliquit filiis, sicut iisdem reliquit & pacem ibid.2.d & seq.

In tribulationibus cum anima desponsari Christũ, & fieri illi sponsum sanguinum, 523.1.c

Atque adeò tunc iustum quemque Christum maxime habere iunctũ, cum pro illo seu immissas ab illo sustinet tribulationes, ibid.d

Gaudium Christi in passione extitisse maximũ, quia gaudium cordis eius fieret & gaudium, quod habent iusti in tribulationibus, maximum pariter est & gaudium cordis eorum, 523.1.e & seq.

In tribulationibus Christus inspiciendus vt coronatus corona spinea, & corona gloriæ, 527.1.e

Sermo LXVI. XL. Hor. In illud Matth. 22. 11. *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.*

Christi nuptias cum anima deuota fieri in Sanctissimi Sacramenti exhibitione, 527.1.b & d.

Ad easve ingredi vnumquemque non solum quando sacramentaliter communicat, verũ etiam quando ad eiusdem sacramenti conspectum accedit, vt oret. prout colliges ex sententia libri Prouerb. allata, 486.2.b

Charitatem esse ornatum nuptialem Christi, atque piarum

plarum animarum, 523.2.c & sequenti.
Vnico charitatis actu animam deuotam fieri matrem, sponsamque Christi, quin charitate item eudem coronare, 524.1.b & seq.
Ex hac desponsatione Christi, atque animæ fieri mutuam communicationem bonorum ad inuicem, ibid.c & seq. Vide & 671.1.c & seq.
In feruenti actu charitatis esse summum gaudium tum Christo, qui diligitur, tum animæ, quæ diligit, 524.2.a & seq.
Esse & aliam vestem nuptialem, in qua & ipsa includitur charitas: nempe vitæ probitatē, sine qua qui ad prædictum nuptiale conuiuium orationis accedit, merito exprobratur à cælesti Rege, 666.1.c
Sicut exprobratur & qui ad idem accedit absque indumento meritorum Christi, propter quam duntaxat nuptialem item vestem oratio Deo est grata, 666.2.c & seq.

Sermo LXVII. XL. Hor. In illud Psal. 24.15.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Animas contemplatiuas esse spirituales Ecclesiæ oculos, atque adeò eas & instar oculorum esse delicatas, 530.2.a & seq.
Quòd tunc optime istiusmodi animæ oculorum expleant munia in videndo quæ sibi contemplanda proponuntur, quando velo se seruant coopertas, 531.1.a & seq.
Quòd sane velum est arcta exteriorum sensuum custodia. 530.2.d
Cur in contemplatiuis, ac spiritualibus hisce Ecclesiæ oculis apponendum sit velum super ipsosmet, cum è contra in Synagoga legamus velum appositum super obiecta visibilia rerum sacrarum, & earum, quę diuinum quid referebant, 531.1.c & seq.
Animam contemplatiuam ita semper ad Dominum esse directam cum intra prædictum est velum, vt exinde potissimum micantiores ad Deum ipsum de se emittat sanctitatis, & affectus radios, 532.1.b & sequen.
Nec mirum, quia & in illum transformatur, quem vnum aspicere satagit, ibid.c
Quomodo contemplatiui instar oculorum, tametsi prędicto velo cooperti, deducant Ecclesiæ corpus, eruentes à laqueo fideles precibus, & orationibus suis, 531.2.d

Sermo LXVIII. XL. Hor. In illud Cant. 4.1.

Oculi tui columbæ intra velum tuum: Iuxta text. Hebr.

Contemplationis studium esse oculos piæ animæ, 927.1.c, quinimo & quamlibet animam contemplatiuam oculorum mereri nomen, 530.2.b & seq.
Animam deuotam, dum ad orationem accedit, vt mediretur Christum existentem super Altare, in Sanctissimo Sacramento, dicendam esse columbā intra nidum, seu habere oculos intra velum carnis eiusdem Christi, 532.1.c & seq.
Quam rectè eadem anima intra prædictum velum comparetur columbæ, quæ symbolum est amoris, quandoquidem per studium cōtemplationis multo magis, quam per orationem vocalem, amorem sibi apud Deum conciliet, suumque eidem protestetur amorem, sicut & corporei oculi efficaciores quam lingua sunt ad amorem carnis. 532.2.b
Adeò vt vel vna humili cogitatione, & meditatione eiusdem Dei vulneret cor. 640.1.c
Bene autem & propterea columbæ dicuntur istiusmodi animæ contemplatiuę, cum instar columbarum gemitu suum ipsum exprimant amorem, 533.1.a
Gemitum esse proprissimā amoris loquelam, 533.2.c & seq.
Quomodo ob lachrymas, quas in prædicta loquela effundit anima contemplatiua, dicatur habere oculos similes piscinis, 927.1.c & seq.
Lachrymarum commoda, & vtilitates tres, ibid.2.a & seq.
Quod eædem animæ contemplatiuæ sint & oculi Christi sic vt columbæ super riuulos aquarū, &c. 840.1.b

Sermo LXIX. XL. Hor. In illud Psal. 36.4.

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

Delectationem, qua anima deuota in sua perfunditur contemplatione, esse orationem efficacissimā, quave ratione, 533.2.b & seq.
Eiusdem animæ orationem Deo pariter esse dulcē, quæ dulcedinem prius in se habeat, 560.2.c & seq.
Quod enim anima deuota habet in se delectationis mel, per orationem ipsam suam stillat postmodum in os Dei, 666.2.c & seq.
Delectans autem Deum oratio efficit, vt & animæ oranti pariter vicissim à Deo ipsius reddatur dulcedo, dum ab illo exauditur, 954.1.c & seq.
Orationes nisi sint sicut vinum optimum Deo iucundæ, & dulces ab illo reiiciuntur. 954.1.a & se.
Quæ verò bonę sunt, & dulces sicut vinum optimū, rectà ascendunt ad Deum, eumdemque quodammodo ebrium factum eo priuare videntur sermone, quo is contra peccatores sententiam proferret damnationis, ibid.2.a & seq.
Quin & illum quasi dormientem suscitantes summam illi inferunt vim, impetrantes ab eo quod efflagitant, & pro viuis, & pro mortuis, ibidem. c & sequenti.

Sermo LXX. XL. Hor. In illud Sophonię. 3.9

Reddam populis labium electum, vt inuocēt omnes in nomine Domini.

Orationem esse labium electum à Deo eximiū donum exhibitum animæ, 557.2.b
Labiorum metaphora congruentissimè designari ipsam animæ deuotæ orationem.
Primùm, quia per eam anima Deo vnitur, sicut amās vnitur amato per labia, quibus fit osculum, ibid.c
Secundo, quia eadem instar labiorum est ostiū, per quod admittitur Spiritus sanctus, & ex præcordiis orantis spiritus emittitur sanctorum affectuum, ibid.d & seq.
Et tertio, quia sicut pulchra labia, etiam conclusa, iuuentium oblectant oculos, ita & oratio facta quoque in silētio delectat Domini visum, 558.1.b
Quàm aptè ab sponso ista deuotæ animæ labia, & ista oratio ob magnam, quam habent constringendi vim comparentur vittę, seu funiculo, & filo coccineo, ibid.c
Quomodo attenta oratione constringantur cum Christo animæ cogitationes, ne deffluant, ibid.d. & seq. Vide & 542.2.a & seq. & 543.1.a & seq.
Eadem oratione quasi funiculo quodam colligari virtutes vniuersas, vna cū charitate, 548.2.a & seq.
Con-

Constringi item oratione quasi funiculo creata omnia & trahi ad voluntatem animæ orantis, ibid. 2. e & seq. Dæmones quoque licet sint potentissimi, 559.1.b

Quodve istorum omnium est maximum, eadem ab anima deuota quasi filo quodam constringitur, trahiturvè Deus ipse, 559.1.d & seq.

Quomodo autem id semper fiat, vt per eam Deus constrictus exaudiat orantis animæ petitiones, habes, ibid. 2.a & seq.

Vt imperatoria sit Deumque constringens oratio, debere habere tres conditiones, vitæ innocẽtiam, & puritatem; charitatem flagrantem, & vnionem cum meritis passionis Christi, ibid. d & seq.

Tres alias eiusdem orationis conditiones: nempe humilem pudorem, vocem precum instar tonitrui ex collisione contritionis prouenientem, & imbrẽ lachrymarum; colliges ex dictis, 569.1.d & seq.

Sermo LXXI. XL. Hor. in illud 1. Thessal. 5.17. *Sine intermissione orate: in omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis: spiritum nolite extinguere.*

Orationis continuæ præceptum impleri nedũ per precum effusionem, sed & per externam sanctamque in virtutum exercitiis conuersationem, 667. 2.a & seq.

Conuersationem externam sanctam, & cautam conseruare, ac augere spiritum, atque etiam promouere, & adiuuare pias animas ad orationem, 571.1.b & seq.

Quinimo virtutum operationem esse per seipsam orationem efficacissimam, 668.2.d & seq.

Obediẽtiam esse orationem item efficacissimã, 669. 1.d & seq. sicut & humilitatis actum, ibid. 2.a & actũ pariter fidei, 669.2.c & seq.

Hancve orationem, quæ fit per bona primas tenere inter omnes orationis species, 669.2.a

Vnus quippe fidei actus, sicut & vnus actus obediẽtiæ, potentissimi sunt ad vulnerandum cor Dei, 640.2.c & seq. Ita vt is ob tale vulnus effundat effectus bonitatis suæ, quos vix per ardẽtissimas orationes effunderet, 641.2.b & seq.

Constringendo, idem Dei cor vulnerare animã deuotam per omnimodam conformationem cũ illius voluntate, 643.1.a & seq.

Quomodo per fidei actum vt per orationem validissimam abripiatur cor Dei, ibid. c & seq.

Et excitetur idemmet cor ad collationem gratiæ, ibid. e necnon & ad conferendum augmẽtum gratiæ, 644.1.a & seq.

Quomodo actus quoque obediẽtiæ eadem efficiat abripiens cor à Christo, ibid. 2.a

Per quæ omnia consolari eos potes, quibus per tempus haud liceat genibus flexis orationis, & meditationis studio intendere. Neque enim Deo placitũ id est, vt ab istiusmodi deuotionis, & orationis studium omittantur, quæ magis sunt necessaria, 883.1.a

Sermo LXXII. XL. Hor. In illud Iudith 9.1. *Ingressa est oratorium suum; & induens se cilicio posuit cinerem super caput suum, & prosternẽs se Domino clamabat ad Dominũ.*

Deuotionũ studium iunctum esse debere, & cum studio mortificationis, 610.2.b & 618.2.e & seq.

In studio mortificationis animam deuotam habere Deum comitem, 610.2.e & seq. qui eiusdem mortificationis participem se exhibet, 611.1.b

Tam Deum, quam animam ipsam, quæ se mortificat, voluptatem ex ea percipere mortificatione, ibidem, e & seq.

Per eam namque anima fit Deo hostia fragantissima, ibid. d

Quomodo salubris huius mortificationis optimũ symbolum sit myrrha, 611.2.d & seq.

Instar myrrhæ preseruat quoque à corruptione peccati, 612.1.d

Mortificationem debere habere hæc tria, vt bona sit, amaritudinem pœnæ, & castigationis, constrictionem membrorum, ac sensuum, & potentiarũ, atque odorem, ibid. 2.a & seq.

Istam mortificationem esse necessariam in hac vita propter concupiscentiæ æstus, 613.2.c & seq.

Deuotionis studium quale sit, 613.1.b & seq. & ad quid adeo necessarium sit in hac vita 615.1.a

Deuotio quam apte comparetur fumo, 614.2.c & 467.1.e

Sermo LXXIII. XL. Horar. In illud Cant. 4. 6. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*

In orationis studio quomodo Christus adsit animæ deuotæ, 615.2.b & seq.

Quis modus, & ordo seruandus sit in studio meditationis, ibid. e

Incipientibus primò adeundam meditationem passionis Christi, curve illa dicatur mons myrrhæ, 616.1.b & seq.

Quomodo sit meditanda Christi passio, ibid. d

Accedens ad orationem debet se auertere ab omni præcedente cogitatione, ibid. 2.a

Quã tam vim habeat oratio, quę fiat debito modo: quisve sit modus iste, 617.1.a

Quomodo fiat descensus Dei ad animam orantem, ibid. b

Quòd oratio per humilitatis actus inclinet, trahatve Deum ipsum ad ima, 584.2.b & seq.

Quòd ve per humilitatem impetretur diuina gratia ardentesve ex intimis emittantur affectus, & preces, 585.2.b & seq.

Orationem nostram niti debere in meritis passionis Christi, vt petitas consequatur gratias, 617.1.c & sequenti.

Sermo LXXIV. XL. Hor. In illud Psal. 33.6. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.*

Id, quod confusionem ingerit faciei animæ, haud aliud esse, quam nigredinem, tenebrasve peccati, de quibus habes, 83.1.a & seq.

Hanc autem confusionem omnem exinde illi prouenire, quia vel auertit, & elongat se à Deo suo iustitiæ Sole, 363.1.b & seq. Per id enim maxime denigratur culpa sua, quia ab eo non aspicitur Sole, 102.1.d & seq. Vel ex praua sui dispositione haud rectè coram illo, sed obliquè se habet & incedit, 102.2.c & seq.

Tollit hanc cõfusionem, ita vt haud amplius à Deo illa videatur, cum ipsamet subtiliter ad lumen diuinæ gratiæ sua inspicere satagit delicta, 621.1.c

Contestans ad prædicti luminis fulgorem se fuscã esse:

esse: tametsi nihil sibi conscia sit peccati, quod sit ad mortem, 620.2.c & seq.

Quinimò per approximationem ad eundem iustitiæ Solem talem suscipit eius luminis fulgorem, vt meritò iam absque faciei confusione prædicetur ab ipsomet Deo, tota pulchra, & sine macula, 623.1.a & 621.2.b & seq.

Nec mirum cum coram illo se habeat vt speculum Soli approximatum, 214.2.c & 225.1.e

Porro in prædicti luminis susceptione semper proficit magis ac magis, ita vt illius progressus nō modicum inquiat admirationis, 893.2.e

Suscipiens quippe primo diuinum lumen, progrediensque vt aurora, 894.1.a vlteriusque procedēs in gradu proficiscentium fit pulchra vt luna, ibid. b ac denique in perfectorum gradu fit similis eidemmet Soli, 894.1.c & seq.

Indica Sanctissimum Sacramentum super altare, & hortare, vt ad illud accedatur, &c.

Sermo LXXV. XL. Hor. In illud Ecclesiast. 3. 22. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.*

Animam id quā maximè effugere debere, vt in meditatione sua intellectu duntaxat diuina perscrutetur, sed vnioni Dei indulgeat per viam affectus potius, quam per intellectum, 893.2.d & seq. Vide 623.2.c & seq.

Cùm enim in oratione sua vniri cum Deo debeat vt sponsa illius per amoris, & charitatis affectus ta[…]se illi præsentet operæ pretium est; quandoquidem sponsa, vt sponsi ædificium est, cæmentis ædificatur charitatis, 627.1.c & seq.

Ex altioribus speculatioribus colligi potius eiusdē charitatis teporem, & frigus in fide, 628.1.a

Quia quanto subtilius in Deum intendimus, tanto eum minus percipimus, 814.2.a Vide & 452.2.e & seq.

Ad cælestia contemplanda quomodo tendendum sit, 598.1.a & seq. Vide & 630.1.d & seq.

Ex meditatione passionis Christi ornare se posse animam deuotam corona florum, & virtutū Christi, 628.1.b Poterit se detinere in ponderatione alicuius puncti.

Quin in eadem meditatione accipere & coronam sponsalitiæ dignitatis, ibid. d. Plura ad hanc materiam pertinentia colligēs ex dictis, 496.2.a & seq. Vide & 522.1.d & seq.

Sermo LXXVI. XL. Hor. In illud Matth. 11. 12. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Regno cœlorum vocabulo designari Christū Deū, & hominem, quave ratione is vim pati dicatur, & rapi ab anima, 641.1.c & seq.

Violentos aduersus prædictum regnum cœlorum esse in primis illos, qui contemplationi indulgentes oculorum munus in Ecclesiæ obtinent corpore, quive instar capillorum Christo eiusdem Ecclesiæ capiti inhærent arctius, 636.1.c & seq.

Violentem pariter eam dicendam esse animam, quæ soror Christi sit per gratiam, & eiusdem sponsa per actualem vnionem, ac deuotionem, 639.1.a & sequenti.

Ab hisce violentis vim pati Christum, quatenus per illos seu ab illis vulneratur ipsius cor eo modo quem habes, 641.1.e & seq. & 642.1.a & seq.

A contemplatiuis qua ratione vulneretur cor Christi per preces, 637.2.b & seq.

Ab aliis qui arctius illi inhærere satagunt, idem vulneratur per arctissimam coniunctionē voluntatum suarum cum voluntate Christi, 637.1.e & seq.

A pia denique & deuota anima vulneratur per prædictum amorem, 639.2.d Porque omnimodā eius conformationem ad illius humilitatem, & passionem, ibid. e & seq. Necnon & per actualem intentionem, ac deuotionem, 620.1.d & per humilem cogitatum, 640.1.a Per fidem denique, 642.2.a & seq. ac per obedientiam, 643.1.a & seq.

Quomodo à prædictis violentis idem regnum cælorum Christus per ea ipsa, per quæ vim pati ostensum est, insuper quoque rapiatur, allato ei cor de suæ diuinæ voluntatis, 637.2.e & seq. & 643.1.d & seq.

Sermo LXXVII. XL. Hor. In illud Iob 30. & 20. *Clamo ad te & non exaudis; sto, & non respicis: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.*

Deum, cùm animam flagellat, videri aduersari illi in duritia manus suæ, 815.1.e & sequen. & 83.2.d & seq.

Et quidem etsi is crudelis videatur, cum manu flagellat, benignissimum nihilominus in eo ipso se exhibere, & cū flagellat peccatores, & cùm flagellat iustos. Peccatores enim hic flagellat, vt à durissimis illos seruat flagellis alterius vitæ, vbi tota durissima eius manu flagellantur, cum in vita præsenti exigua duntaxat eiusdem manus suæ parte, & modicum flagelletur, 798.1.b & seq.

Adeò vt tunc potiùs dicendus esset erga illos crudelior, cum illis manu sua non aduersatur, 797.1.e & seq.

Cùm autem iustos tribulationibus concutit, tātum abest, vt crudelis cum eis sit, & in duritia manus suæ illis aduersetur, vt summum potius in eo ipso illis exhibeat amoris specimen, 644.1.d & sequen. & 309.2.a

Cùm proprium Dei sit, vt per orationem vocatus ab anima deuota in tribulationibus citissimè illi accurrat, vt ex Ambrosio habes, 338.2.e

Imò & illius præueniat clamores, vt ex Nysseno habes, 743.2.b

Cumque moris eiusdem sit, vt in mediis precibus exaudiat vota piorum orantium, 26.2.b. Quin & antequam ab illis inuocetur, ibid.

Quomodo iustus Iob clamasse se inquit ad illum, nec exauditum, &c. ibid. prouenire aliquando ex fiducia, quam Deus ipse habet de pia anima, quave eius preces audire dissimilat, 684.2.d & seq.

Cùm tamen re vera semper illas exaudiat eo sensu, quem habes, 559.2.a

Tantum vt abest, vt iustum tribulatum, siue orantē ad se non respiciat, sicut asserit Iob, vt potius citissimè ad illum accurrens, iucundissimè illum aspiciat, vna cum patientia, & reliquas exhibentē virtutes, 740.1.c & seq.

Sermo LXXVIII. XL. Hor. In illud Psal. 65. *Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea; Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*

Ad bonam orationem sicut ad bonam in cythara musicam

musicam tria debere concurrere: Vitæ probitatem preces voce expressas, atque interiorem deuotionem, 314.2.b & seq. Vide 675.1.a

Orationem vocalem sine interna deuotione nil habere apud Deum roboris, 666.2.a & seq.

Quam aptè deuotio interna designetur per exultationem sub lingua ipsius orantis, ibid.d & sequẽ. Et quòd quæ ob eam deuotionem exultat, per eandem afferat & Deo pariter exultationem stillans mel in illius os, ibid.e

Quæ cum prædicta deuotione promitur oratio vocalis quam aptè comparetur fauo stillanti, 667.2.c & seq.

Oratione vocali multo esse præstantiorem orationẽ mentalem, quæ sub lingua esse, & fieri dicitur, vt colliges ex dictis, 660.2.a Cùm per eam conseruetur gustus omnis, qui percipitur ex illo orationis studio, 667.2.e & seq.

In hac oratione mentali quam ingens sit dulcedinis copia, 668.1.b

Per eamdem haberi nedum delectationem, sed & nutritionem, ibid.c, & seq. quin & ecstasis somnum. ibid.e

Requiri in anima orante probitatem, cum in deuota oratione fiat mutua exhibitio odoris sanctitatis inter Deum, atque animam se osculantes, 671.1.e & seq.

Tametsi ob eamdem orationem animæ ipsi postmodum Deus conferat odorem sanctitatis perfectæ, ibid.c & seq.

Sermo LXXIX. XL. Hor. in illud 3. Reg. 2. 10. *Pete mater mea: neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.*

Ad orationem B. Mariæ Dei genitricis veluti ad turrim fortissimam confugiendum nobis peccatoribus, 593.1.e & seq. Hæc Virginis oratio quam aptè turri Dauid assimiletur, ibid.2.e. Cuius propugnacula sunt merita eiusdem Virginis, 594.1.b

Præsidia multiplicia sunt, qui ex tali turri pendens clypei, & omnis armatura fortium, ibid.c

Tribus mediis istam orationem efficacissimam fieri ad Christum: ostensione vberum, prolatione precum, & robore atque decore armorum, 672.2.a

Vbera Mariæ flectere quodammodo violẽter Christum ad misericordiam, 674.1.e & seq.

Eadem lætificare Christum magis, quam vinum diuinæ iustitiæ, 657.1.b

Quomodo iis B. Virgo Christum inebriet orãs pro peccatoribus, ibi.d Ipsamet vbera Christo ostensa esse orationem efficacissimam, 657.2.b & seq.

Secundum eiusdem B. Virginis medium, eiusve preces seu laudes ab ipsa prolatę sitæ sunt in commemoratione gratiarum, quas à Christo suscepit, & obsequiorum, quæ ipsa illi exhibuit, quo medio eam pariter flectere nititur ad misericordiã, 671.2.b & seq.

Tertium armorum medium situm est in fortitudine, & decore quibus Virgo Sanctissima induta, & armata orãs filium suum, 672.2.e & seq. quantave sit eorum armorum vis, 673.1.c

Quomodo eadem orans pro peccatoribus dicatur induta fortitudine, 673.1.b

Tria similia à nobis pariter adhiberi posse media, quibus efficacissima reddatur & nostra apud Deũ oratio ostensionem vberum misericordiæ erga proximum, quibus & inebriari Deum habes, 654.2.c & seq. Quæve eidem Deo esse suauissimum thymiama, & hostiam acceptissimam habes, 655.1.d & seq. Commemorationem eorum beneficiorum, & gratiarum, quibus ab ipsomet Deo cumulati sumus, prout habes, 72.2.c & seq. Et indumentum eorumdem armorũ fortitudinis, atque decori, prout colliges ex citato loco, 672.2.e & seq.

Sermo LXXX. XL. Horar. In illud Isa. 51.3. *Consolabitur Dominus Sion, consolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini: Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.*

Cum anima deuota, cui ob contemplationis studiũ competit nomen Sion, in ariditate spiritus existẽs & desertum dici queat, & solitudo, quatenus deserta videtur à Christo dilecto suo, & solitaria absque illo: Vix exprimi vel ab ipsa queunt quot in ea sint molestiarum ruinæ, quas tamen omnes vnica, solaque sui præsentia illi exhibita consolatur idemmet eius dilectus, vt colliges ex dictis, 70.2.c & seq. Vide & 54.1.c & seq.

Animam ipsam per id postmodum fieri delicias, & hortum voluptatis Dei, quatenus illa in suis potentiis voluptate perfunditur, deliciisve diuinarum consolationum, vt colliges ex dictis, 678.1.c & sequenti.

Bene propterea dici in ea inueniri gaudium, & lætitiam, & vocem laudis: quia in orationis studio eatenus ipsa est excellens, quatenus est hortus conclusus. 679.2.e

Quam aptè exprimatur pulchritudo deuotionis, & sanctitatis eiusdem animæ per similitudinem horti, 680.1.a & e & seq.

Quomodo Deus illam efficiat hortum, & cur cõclusum, 680.1.c Ex hoc enim potissimum voluptatem ex ea is capit, quod hortus conclusus sit, ibid.2.d.e

Istam huius horti conclusionem esse duplicem, à Deo vnam, alteram ab anima ipsa. De ea, quæ est à Deo. ibid.e & seq.

De ea, quæ est ab ipsa anima ob sedulam sui, potentiarumque suarum custodiam. 681.1.b & seq. & 684.2.b

Porro quia vniuersa horti pulchritudo & voluptas ex copia prouenit aquarum in illo fluentium, & voluptas animæ deuotæ prouenit ex iis, quæ in ipsa redundant gratiarum fluentis, fons insuper ea esse comperitur ad præsentiam Dei dilecti sui, & fons signatus, 681.2.e & seq.

Triplici enim signata seruatur signaculo Christo Iesu, ibid.2.b & seq.

Spiritu sancto, ibid.d. & cum sui ipsius, ibid. e & seq. & 685.1.c

Sermo LXXXI. XL. Hor. In illud Psal. 103. 34. *Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.*

Orationem deuotam adeò esse & Deo, & oranti animæ dulcem, vt non immerito Paradiso assimiletur, 684.2.e & seq.

Vt autem orationes bonę sic dici queant Paradisus, tres in se habere debere conditiones. Primam, vt nitantur in sanguine Christi, 693.1.a & seq.

Secundam, vt ex internis piæ animæ actibus eumdẽ Christi sanguinem Deo obiiciant, ibid.c & seq.

Et tertiam, vt habeant virtutum vniuersitatem cõcomitantem charitatem, ibid.2.a & sequent.

Anima enim orans debet esse ornata habitibus virtutum, ibid.b
Orationum bonarum triplex fructus, nempe vitæ beatæ, charitatis, & reliquarum virtutum, ibid.e & seq.
Orationes animæ deuotæ quomodo reddantur paradisus per fructū vitæ beatæ in hac vita. 694.1.d
Charitatis fructu quomodo eędem fiant paradisus, ibid.e & seq.
Orationibus perfectis necessario reperiti adiectū fructum habituum vniuersarum virtutum in anima orante, ibid.2.a & seq.
Præcipuum autem fructuum omnium, quos ex studio orationis, & meditationis colligit anima deuota, eum esse; quod ea fit similis paradiso tum terrestri, 696.2.a & seq. tum etiam cælesti, ibid.e

Sermo LXXXII. XL. Hor. In illud Psal. 50. 14. *Redde mihi lætitiam salutaris tui & spiritu principali confirma me.*

Accedens ad orationem anima deuota id, quod in primis efflagitare à Deo debet, est, vt sancto donetur spiritu, quo & lætificetur, & cōfirmetur in bono, 721.2.c
Quàm congruè Spiritus sanctus & lætitia salutaris dicatur, & aquilo, ibid.e vide & 722.1.a & seq.
Spiritum sanctum esse ductorem ad bene operandum, quatenus instar Austri calefacit charitatis calore, 721.1.c & seq.
Cursum animæ charitate succensæ esse instar fluminis rapidi, & instar fluxus odoris aromatum flante Austro, ibid.2.a & seq. Tuncve cursum istum esse velociorem, cum anima ipsa confirmatur magis à Spiritu sancto in charitate, ibid.e.& seq.
Gratiam & Spiritum sanctum diuerso modo à deuota anima peti, & cur, 721.2.c & seq.
Spiritus sanctus quomodo in dictam animā mitti dicatur, ibid.d & seq.
Quando vero perfectior eadem anima ad orationē accedit, id insuper petit, vt tribulationibus probetur, magisve Spiritus sancti igne succendatur, quo virtutum è se emittat fragrantiam, 722.1.b & seq.
Nouit enim multo Deo esse gratius pati in patientia pro eius amore, quam pro eodem eius amore bene operari, vt latius probatum habes, 931.2.a & seq.
Tribulationibus augeri calorem Spiritus sancti, ita vt largius in orationis studio fluant aromata lachrymarum, 722.1.c
Ariditate expulsa immittere Deum in piam animā dulcedinem Spiritus sancti efficiētis, vt ex tribulationibus ea voluptatem percipiet, & iucunde operetur bonum, ibid.2.b

Sermo LXXXIII. XL. Hor. In illud Cant. 5. 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.*

Exprimit quidem Ecclesia in prece ista sua id, quod maxime sibi est in optatis, vt bene notatur ex Nysseno, 733.2.e In huius autem sui desiderii explicatione, quam habes, 728.1.a & seq. proponit Christo dilecto suo quos in habeat iustos comedēdos vt dulcia eius poma, ibid.c
Comestionem istam à Christo fieri per specialem in iustos ipsos prouidentiam, & dilectionem, ibid. d.& seq.
Iusti isti cur dicantur fructus in horto, ibidem 2.b
Cur dicantur fructus non horti, sed pomorum, id est, charitatis Christi, ibid.c & seq.
Sed & anima deuota accedens ad orationem ante Sanctissimum Sacramentū optantis vocibus, Deū vt in ipsam aduertat, inuitat, vt veniens ille in eam in eius commodum. eius comedat opera, 729.2.d & seq.& 734.1. d vide 872.1.c & seq.
Nouum Dei aduentum in piam animam fieri per nouam eiusdem Dei communicationem illi præstitā. 869.2.d. atque adeò cùm Deus in eam aduenit, comeditque illius opera, triplicem illi exhibere nouā sui communicationem, 129.2.e
Cùm omnia bona nostra ex Dei gratia proueniant, 734.1.e. Idcirco anima deuota Deo Soli ipsa opera sua exhibet, vt fructus comedendos, tametsi bonā eorumdem operum famam minimè reiiciat, 730. 1.e & seq.
Habens enim pro suo Deum iucundissimè se suaq; omnia illi exhibet, ibid.2.b. Id pariter admirans intra se, quod iam omnia inter se atque Deum ipsum communia intelligit, ob maximam creatoris ad creaturam coniunctionem, 734.1.c
De itineribus Dei in animam multiplicibus, & fundatis in charitate, 857.2.e & seq.

Sermo LXXXIV. XL. Hor. In illud Ps. 115. 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.*

Orans anima deuota ante Sanctissimum Sacramentum, meditansque Christum dilectum suum in eo accumbentem, vt habes, 188.1.a & magnitudinem immensi in tanto Sacramento doni sibi ab illo exhibiti mente reuoluens, pro omnibus, quę in vno illo dono ab ipso suscepit, vicem rependere volens in eiusdem doni vsu id satagit efficere, 730. 2.d & seq.
Nouit quippe humilem Sanctissimi huius Sacramēti sumptionem esse maximum donorum omnium, quæ à nobis Deo offerri queunt, 188.1.c & sequē. Illud namque sumens illum, dum accipit corpus Domini, accipiens largitur ipsi Domino, ibid.2.a
Sic perseuerās ante Altare in oratione præparare se ad tantum satagens Sacramentum, Spiritus sancti in primis ad id efflagitat opem. 731.1.a vt per illū sibi dentur contritio, atque deuotio, ibid.b
Tum meditatur, quomodo designatio eius communionis, quæ fit in tali Sacramento fit ex parte Dei dignantis se demittere ad animā, qualisve fiet mutua communicatio inter Deum ipsum, atque animam, ibid.c.& seq.
Quomodo in eadem communione anima admissa ad sacras illas dapes, conuiuium eidem exhibeat Deo, ibid.2.a. & seq. quidve sibi in tali conuiuio proponendum fit Deo comedendum, ibid.b
Qua ratione Deus in conuiuio eodem comedere dicatur ob id, quod animam communicantem transmutat in se, 732.1. a & seq. Vniens sibi omnes potentias, omniaque membra illius ibid.c

Sermo LXXXV. XL. Hor. In illud Cant. 5. 1. *Veni in hortum meum, soror mea sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis.*

In meditatione passionis suæ Christū præuenire, & comitari animam deuotam illi indulgentem, 742. 1.c.& seq.

Deum seminasse myrrham passionum, & ærumnarum post primum Adæ peccatum, 736.2.e & seq.
Hanc myrrhã quomodo messuerit Christus in passione sua, idque cum exultatione, 736.1.e & seq.
Per passionem ipsam suam Christum adiisse tunc temporis possessionem Ecclesiæ, 737.1.d & seq.
Eodemque tempore attulisse eidem Ecclesiæ tria munera, nempe Sacramentum corporis & sanguinis sui; collectionem dolorum, vulnerumque omnium, quæ tunc pertulit; & salutem, ac redemptionem vnà cum virtutum exemplis, 736.2.d
Passionum suarum munus quomodo, & ad quid Christus detulerit, 738.1.a & seq.
Quod passiones suas Christus melleas reddiderit contemplatiuis, 751.1.e & seq.
Passionis Christi meditationem esse cibum omnib. congruentem, ibid.2.a & seq.
Quomodo in vno munere salutis, & redemptionis Christus plura attulerit munera, 753.2.e
In tertio dono Sanctissimi corporis Christi, & in cõuiuio Sacramentali habendos ob oculos passionũ, ac virtutũ eiusdẽ Christi fasciculos, 745.2.d &se.

Sermo LXXXVI. XL. Ho. In illud Isa. 59.9. *Inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum.*

Deum ab anima deuota inuocatum illico adesse, & venire cum auctario in illam, sese ei offerentem, 839.2.c
Tribulationes, & virtutum actus, quæ fuere opes Christi, ab illo vt præstantissima Dei dona deferri in animam, ad quam venit, 739.2.d & seq.
Atque adeo tribulationes lætanter tolerare, & delectari in bonis operibus esse signa, quod Christus ipse sit in anima eadem, 739.2.a & seq.
Tribulationes enim à se immissas Deus singulari metamorphosi animæ reddit dulcissimas, 749.2.a
Quale gaudium in ijs tribulationibus sentiant iusti, ibid.c & seq.
Ex iisdem haberi voluptatem, feruorem spiritus, & alimentum vitæ spiritualis, 750.1.a
Tribulatam animam deuotam quam iucunde inspiciat Deus, quando illa gaudens in tribulationib. vnà cum patientia & reliquas exercet virtutes, 740.1.d & seq. & 750.1.b & seq.
Eadem anima proferente in tribulationibus preces, quas Christus protulit in passione sua, metit Christus ipse myrrham cum aromatibus suis, 240.2.a
Idemque efficit quando vnà cum patientia tribulationum sunt in eadem anima actus virtutum similes iis, quos ipse exhibuit in cruce, ibid.b

Sermo LXXXVII. XL. Hor. in illud Cant. 5.1. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.*

Christum ex altari, in quo progressus est ad fideliũ preces exaudiẽdas inuitare deuotos quosque ad studium meditationis vitæ ipsius, vel suæ Sanctissimæ matris, 762.1.e, & seq. & 763.2.c
Ebrietas spiritualis, quæ ex prædictis habetur meditationibus, quid sit, 764.1.d & seq. & ibid.2.d
Eundem inuitare pariter eosdem deuotos ad meditationem conuiuii patriæ cœlestis, 760.1.b
Ea cœlestis patriæ fœlicitas quam congrue explicetur, & meditatione consideretur sub metaphora comestionis, & potus, ibid.c. & seq.
Visio beatifica quas congruentias habeat magis cũ sensu gustus, quam cum sensu visionis, ibid.d
In quibus congruentiis plura simul proponuntur puncta meditationi prædictæ aptissima, pluraque fercula dicti conuiuii.
Primum, quod ea beatitudo sensu gustus exprimitur ob eximiam voluptatem, ibid.2.a
Secundum, ob vitam, quam illa exhibet, ibid.c
Tertium ob possessionem boni, quo per eam fruemur, ibid.d
Quartum ob illius adæquationem capacitati, cuiusque, ibidem, e
Quintũ ob penetrationẽ diuinæ essentiæ, 761.1.a
Sextũ, quia beatitudo illa est sine vllo medio, ibi.c
Septimum ob vnionem, quã exhibet cũ Deo, ibi.d
& Octauum, quia per eam excluditur omne malum, ibid.e
Istud patriæ cælestis gaudium dici ebrietatem propter ingentem copiam, ibid.2.b & 760.1.a & seq.

Sermo LXXXVIII. XL. Hor. In illud 2. Reg. 12.13. *De pane illius comedebat, & de calice illius bibebat.*

Ad tribulationes, vt ad lautum conuiuium inuitari à Christo deuotum quemque, 759.2.a & seq.
Et ex hac inuitatione dignoscere animam posse, quam clara illi sit: cùm iusti tribulati sint illius amici, atque charissimi, 758.2.e & seq. & in tribulationibus iidem agnoscantur esse maximè Deo iuncti, 938.1.a
Tribulationes esse proprias iustorum delitias, ibid. b. & seq.
Hinc est, quod tanti anima deuota facit etiam doctrinam de earumdem tribulationum necessitate, vt apprehensuram se inquiat illas, vt prædulces palmæ fructus, 948.1.d. Quam sequitur & doctrina charitatis, quæ instar vini dulcissima, pariter est ibid.2.a & seq.
Ebrietatis causatq; à vino tribulationum ex Dei charitate toleratarum duo effectus præstãtissimi Alienatio ab omni hominum fiducia, & ardentius desiderium maiora patiendi, 759.2.c& sequen.

Sermo LXXXIX. XL. Hor. In illud Pro. 9.3. *Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.*

Ante altare persistens anima deuota in oratione ex præsentia Sanctissimi Sacramenti in eximiæ illius Dei benignitatem, qua & se comedendum Ecclesiæ reliquit, & ad tanti conuiuii participationem fideles inuitare non cessat, suam conuertit meditationem, ac primum meditatur, quàm cõgruè Christus in cibum se exhibeat, cùm per cibum Diabolus in paradiso hominem subiecerit, 754.2.e & sequen.
Secundò meditatur necessitatem tanti Sacramenti ab eodem Christo significatam, cùm illud exhibuerit, vt panem, ac vinum quotidianum, 755.1.c & seq. Indeque magis illius obstupescit bonitatẽ, qui ob eamdem, quam in nobis nouit necessitatẽ, & quotidie nos ad illum inuitat, ibid.2.a
Tertiò meditatur arctissimam vnionẽ, quæ in eiusdem Sacramenti participatione sub cibi, ac potus specie fit inter Deum, atque animam communicantem, ibid.d & seq.
Et quò qui ei iam vniti sunt per gratiã, atq; adeo illius amici, quantò frequentiùs communicant, tãto arctiùs cum illo vniantur, ibid.& se.

Quar-

Quartò meditatur, quomodo deuotè communicantes inebriari dicantur per actualis gratię, & dulcis sacietatis susceptionem, 756.2.e & seq.
Accenditurve per talem meditationem, in ea ingẽs desiderium ebrietatis causatæ à potu sanguinis Christi, de qua. ibid.2.b & seq.
Necnon & actualis deuotionis, quæ causa est gratię actualis, & ebrietatis spiritus, 757.1.d & seq.
Quintò demum meditatur, quomodo in eiusdem Sacramenti cõmunicatione habeantur simul vnita omnia indicia amoris Christi, ibid.2.c & seq.
Atque adeo concipit spem, enixeq; ab ipsomet dilecto suo efflagitat, vt & sibi aliquando detur communicare deuote, quo plures in illum rependere queat amoris actus, 758.1.a & seq.

Sermo XC. XL. Horar. In illud Psal. 45. 11. *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.*

In studio contemplationis vacandum quomodo sit animæ deuotæ, quò videre queat, & contemplari diuina mysteria, 766.1.a
Contemplatio quomodo sit somnus cum vigilia cordis, & aliquando somnus absque tali vigilia, 765.1.c & seq.
Sancti quomodo dormiant simul ac vigilent, nedũ cum orationi dant operam, sed & per totam vitã 767.1.c & seq. etsi præcipuè tunc iidem vigilent corde, cum instanter orant, & attente. ibi.2.a
In contemplationis studio videns anima deuota, quoniam dilectus suus est Deus, à quo bonum est omne, dat illi semetipsam, & quicquid in se est boni, 970.1.a & seq.
Reperiuntur siquidem in tali contemplationis studio virtutum quos illi det, actus heroici, ibid.b
Et in primis in illo suscitatur charitas erga eundem Deum, ibid.d
Vnde consequitur, vt anima deuota in contemplatione offerat ipsimet Deo omnem amoris actum, & diuersimode, ibid.e, lautissimumque eidem exhibeat conuiuium item amoris, ibid.2.a & seq.
Et ebria spiritu vigili, in eundem rapiatur ecstasis homo, 767.1.b
In anima contemplatiua cognitionem Dei causare desiderium vlterioris cognitionis eiusdem, 775.2.e Vide & 814.2.a sicve animam ipsam semper proficere in dicta Dei cognitione, sicut & in eiusdem amore, ibid.c
Quæ sint claues, quibus anima aperire Deo possit ostium intellectus in sua contemplatione, 776.1.b

Sermo XCI. XL. Horar. In illud Cant. 5. 2. *Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.*

Corde vigilans deuota anima in somno contemplationis, ingentes illas meditatur Dei dilecti sui miserationes, quibus cum ab illo defecisset ingrata innumeris eius beneficiis, & in peccatum prolapsa ad pœnitentiam, atque ad vitam spiritualem attracta est sicve eas meditatur, vt quasi ipsum in Sanctissimo Sacramento super altare existentem tunc sibi loquentem videatur audire, 771.2.c & seq.
Ac primum meditatur, quomodo Deus in conuersione peccatoris, procedat & voce, & pulsatione, ibid.2.c
Tunc, quomodo duplici ratione tunc animam pulset beneficiis, & flagellis, 772.1.e sicut & duplici pariter vtitur voce, interna, & externa. ibid.2.b
Tertiò meditatur, quomodo idem in conuersione peccatoris, & imprimis cum ipsa se habuerit vt patrem benignissimum, 773.1.a
Quartò, quomodo ab illo quadruplici blanda appellatione quatuor sibi reducta sint in memoriam præstantissima, quibus iam ab eo decorata fuerat beneficiis, baptismi, confirmationis, Sacramenti Eucharistiæ, & certæ promissionis hæreditatis æternæ gloriæ, 596.1.c
Baptismi beneficium sub appellatione immaculatę. 773.1.d
Beneficium Confirmationis sub nomine columbæ suæ, ibid.e & seq.
Beneficium Eucharistiæ sub nomine amicæ, seu proximæ suæ, ibid.2.b & seq.
Beneficium denique spei cælestis hæreditatis sub nomine sororis suæ, ibid.c & seq.
Quinto meditatur, quomodo Deus in conuersione ipsius, sicut & cuiuslibet peccatoris disposuerit omnia suauiter, cum petierit ab ea admitti per ostium, 774.1.c & seq.
Demum quasi denuo, sed in alio sensu eadem sibi tunc ab eodem dilecto suo iterata essent audire videtur, Deum in ipsum admitti velle per ianuam deuotionis, 776.1.b

Sermo XCII. XL. Horar. In illud Cant. 5. 2. *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.*

Meditans anima deuota Christum dilectum suum in Sanctissimo Sacramento super altare egressum, vt & cũ ipsa colloquatur, hæc ab illo sibi dicta audire videtur; atq; ex iis quadruplex meditationis suæ sumit argumentum.
Primò enim meditatur immensam eiusdem dilecti sui charitatem, qui pro hominum, & pro peccatorum salute & se, & dilectissimos, qui sibi instar cincinnorum capiti adhæsere, discipulos suos sanguinis effusioni subiecerit, & ærumnis, 779.2.b & sequenti.
Secundò, quomodo per ipsummet vt ei ingratissimam ista eius immensa charitas frigidissimo repleta sit peccatorum rore, atque etiam maxima illius beneficia gelidissimis suis oppleta sint iniquitatibus. 780.2.b
Et quo ex peccatorum & actuum ingratitudinis suę magnitudine exaltatæ sint flammæ diuinæ eiusdẽ charitatis, & beneficiorum Dei, ibid.1.c & seq.
Quandoquidem peccata totius mundi respectu charitatis Dei sunt instar exigui roris, & tenuiũ guttarum super ardentem fornacem, ibid.b & seq.
Tertiò in intimis cordis sui tum de transactis dolere satagit peccatis, tum de eo multo magis se iucusat, funditque contritionis lachrymas, quòd ob eadem peccata sua fuit in causa, vt blasphematus sit Deus; siue, qui illi instar capillorum capiti adhærent vitæ spirituali indulgentes, 778.2.b & seq.
Quomodo blasphemiæ sicut res super Christi caput, quantum in eis est, frigiditatem, Deo inferant. ibid.2.b & seq.
Quartò demum exercitare in se nititur affectum erubescentiæ, & confusionis ante Christi conspectum in ipsa meditatione audiens illum secum conquerentem de tepiditate, qua in eius seruitio, atque etiam in ea, cui tunc vacat, oratione, illius refrigerat & charitatis caput, & eas, quas ipsi suggerit sanctas cogitationes, ac meditationes, cincinnos ex

eodem eius charitatis capite prodeuntes, 780.2.d & sequenti.

Sermo XCIII. XL. Hora. In illud 1. Machab. 9.13. *Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.*

Orationem absque actionum puritate, nil virium apud Deum habere, 486.1.d
Sicut & illam, cui pura desit, & recta in Deum intētio, 219.1.d & seq.
Et multo magis eam, quę haud animo, & corde fiat, contrito, 667.2.d
Qualis ea extitit, qua in allato themate orasse dicitur scelestus Antiochus, 801.1.a & seq.
Qui nec ad manus flagellorum Dei tactum cum veræ penitentiæ, veræque mortificationis tunica iam diu à se abiecta voluit ante Deum comparere in sua oratione, idque ex ipsiusmet Dei permissione in pœnam suorum delictorum, vt colliges ex dictis, 788.1.a & seq. & 2.a & seq.
Idcirco anima deuota id in primis à Deo efflagitat vt manu auxilii efficacis ipsam dignetur tangere, 801.2. e quo vero cordis dolore veraq; contritione ante ipsum queat comparere, 800.2.d & seq.
Quod certe auxilium efficax tunc plerumque Deus exhibere solet, cùm in iis flagellat peccatores, per quæ ipsum offendunt, gerens se instar aucupis, &c. 798.2.d & seq. & instar venatoris, &c. 799.1.a & se.
Sæpe.n. Deus peccatorē conuertit tangens, & flagellans illū in iis, per q̄ is peccare est solitus, ibid. d & se.
Ac bene flagella illa, tactus Dei nomine nuncupantur, tametsi & ob breuem illorum durationem sic pariter appellentur, 800.1.c & seq.
Qua contritione ornata apud Deum compareat anima, quæ per flagella conuersa est à peccatis, eidéq; Deo preces offerre velit acceptas, ibid. 2.b & seq.
Quomodo etiam in pia anima contritionem excitet Deus segnitiem ab ea tollens, charitatisue æstu illā succendens. 802.1.a & seq.
Qua ratione postmodum eadem anima, quæ priùs negligens erat in vita spirituali, per exhibitū charitatis affectum se gerat erga Deum in orationis, & mortificationis studio, 811.2.c & seq. & 812. 1.c

Sermo XCIV. LX. Hor. In illud Psal. 84.9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.*

Internum Dei alloquium in oratione, & meditatione quam suaue sit animæ deuotæ, 863.1.a & quanti illud sit faciendum, 845.1.a & seq.
In pacis alloquio summam Dei percipi dulcedinē, 863.1.b
Non solùm quia ipsamet pacis dulcedo summa est 282.d & seq. ita vt assimiletur dulcedini regni cœlestis. 283.2.d & seq.
Verum etiam quia gustus ipse diuinorum per se est maximus, 863.1.c & 864.1.d
Ad tantæ dulcedinis copiam animam deuotam liquefieri, 817.1.c & seq. & 817. 2. d Vide, & 815. 2. e
Liquefactionem esse languorem charitatis, 815.1. d causare simul amoris calorem, & recessum à peccatis, 818.1.b causare & lacrymas, ibid. c
Per eamdem facilia reddi, quæ prius videbantur dura, 729.1.c
Liquefactionē pariter idē esse ac ecstasim, 815.2. d
Consolationum spiritualium, quæ à deuotis percipiuntur, tantas esse vires, vt nedum illos plerumque prædicto modo liquefaciant, sed & compellant aliquando orare Deum, vt eas sibi minuat, cùm corporis fragilitas eas ferre nequeat, 883.2. a & seq.

Sermo XCV. XL. Horar. In illud Cant. 5.6. *Vocaui, & non respondit mihi.*

Animam deuotam tunc à Deo minimè responsum accipere, cum prospera ab illo in suis precibus postulat, 729.2. c. cùm contrarium potius petere deberet, 883.2.e
Cumque in ipsa oratione sua consolationes potius, quàm Deum ipsum quærit, 299.1.a
Cur Deus aliquando orationes non exaudire videatur, 729.1.d.e, Vide & 644.2.c
Cùm tamen re vera illas exaudiat semper, 817.2.e. Vide & 559.2.a & seq.
Anima, quæ in studio versata sit orationis, quando per semetipsam exaudiri haud posse sibi videtur, confugit ad aliorum sanctorum orationes, 814.1. c & 815.1.a & seq.
Orationes aliorum tunc nobis esse proficuas, atque apud Deum efficaces, cùm iunctæ fuerint cum nostra in eumdem Deū charitate, qua potissimum is trahitur, 814.1.c.d. & seq. Vnde plurimùm colligere poteris materiæ, qua sermonem extendas, præsertim si videris & quæ dicuntur, 308.2.b & seq.

Sermo XCVI. XL. Hora. In illud Cant. 5.10. *Dilectus meus candidus & rubicundus.*

Ex candore, quem intuetur anima deuota in speciebus Sacramentalibus, persistens in oratione ante altare, atque in prædicta prorumpens verba, multam sibi exinde congerit, quam mediretur materiam. Ac primum in Sanctissimo Sacramento Deū suum contemplatur candidum quidem ob misericordiam, sed & rubicundum ob iustitiam, 829.1.e & seq. Rubicundum inquam, quia iustitiam exercens aliquādo erubescere quodammodo is videatur, ibid. 2.e
Tum eundem peculiarius meditans, vt factus est dilectus suus per Incarnationem, duplicem in eo veneratur naturam, diuinam candore designatam, & humanam significatam rubore, 830.1.a & seq. & 2.a & seq.
Tertiò magis se profundans in contemplatione immensæ illius dilectionis erga homines meditatur quomodo is, qui candidissimus alioquin erat innocentia, & puritate, cum candore adeo eximio iunxerit sibi & peccati ruborem, 828.2.c & sequē. 830.1.a
Præsertim cum eiusdem peccati labem is abstersērit sanguine suo super cruce, 829.1.a
Quartò coniiciens mentis oculos in illius cor lancea perforatum, candidum illum meditatur, & rubicundum ob sanguinem, & aquam, quæ inde profluere conspicit, 830.2.d
Quinto meditans eumdem vt vexillum amoris gestantem in ipso Sanctiss. Sacramento, prout colliges ex dictis, 828.1.b & seq. & fusius, 299.1.d & se.
Candidum illum cōtemplatur in purissima eius carne, & rubicundum in sanguine, quem sub vini speciebus exhibitum habet, 830.2.d
In quo eodem Sacramento illum pariter vt gloriosissimum super altare ad se progressum meditatur maxima sanctorū circundatum corona, tū virginū

propter quas eum prædicat candidum: tum martyrum, propter quos rubicundum eum appellat, 831.1. a.

Sermo XCVII. XL. Horar. In illud Apocalyp. 4. 10. *Et mittebant coronas suas ante thronum dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia.*

Est quidem is, quem in Santiss. Sacramento præsentem habemus, gloriosissimus, si illius spectetur diuinitas, quam in ea vt caput, atque aurum optimū glorificant Beati 834. 2. e & sequen. & 835. 1. a & sequenti.

Est & apud eosdem laudabilis in sęcula ob eas, quas in ipso admirantur diuinas perfectiones. 835. 1. b & seq. & 836. 2. d. Nec non & ob consilia, & cogitationes eius inuestigabiles. 835. 1. c & 837. 1. c.

Est pariter idem vt caput Ecclesiæ Sanctorum celebrandus, quatenus etiam vt homo rex noster est. 833. 2. b & Rex purissimus. 835. 2. d.

Glorificandus præsertim in concilio sanctorum ob sanctos, iustosque innumeros, qui instar egregiæ comæ illi, vt aureo capiti suo iugiter inhęrent. 833. 2. c. & seq. eumdem instar pulcherrimorum cincinnorum vt caput suum exornant ibid. d 836. 1. d & seq. & 2. e & seq.

Verùm nobis in studio orationis, in quo illū vt nostrum meditantur dilectum, laudandus is est vt Rex, simul atque dilectus: imò ob id glorificandus vt noster Rex, quia dilectus noster, quatenus illius regnum regnum est dilectionis 834. 1. a & seq. ob quod & à beatis quoque in cœlo celebratur, ibid. c

Et bene, cùm ille nil gloriosius habeat dilectione ipsa, & charitate, 808. 1. d & sequenti, qua & pro regio diademate insignitum se exhibet, 524. 2. d & seq. & 527. 1. b & seq.

Ita autem à nobis celebrandus is est, quatenus ob istud charitatis diadema caput eius dicitur aurū optimum, vt simul insignia, & multiplicia eiusdē extollamus beneficia in nobis collata, quæ è dicto capite charitatis, instar pulcherrimorum capillorum prodeunt, 834. 2. a & seq.

Sermo XCVIII. XL. Horar. In illud Zachar. 3. 9. *Super lapidem vnum septem oculi.*

Quàm aptè Christus Iesus, quem sub panis speciebus super altare conspicimus, vt petram, lapidemque vnum eximium meditari possimus, 393. 2. c & seq.

Septem oculos super hunc lapidem iccirco dixisse Prophetam, quia contemplatiui in eum suas conniectas habent meditationes, 636. 1. d Contemplatiuos enim oculorum nomine, & metaphora iure designari habes, 840. 1. b & fusius, 530. 2. b & sequenti.

Sicut & idem met Iesus super vnum quemlibet iustum instar lapidis in virtute solidum suos coniectos habet oculos diuinæ prouidentiæ, de quibus, 838. 2. c. & seq.

Quamquam anima deuota ipsum, quem habet præsentem meditans lapidem angularem Iesum, peculiares in illius anima meditetur oculos septem, qui sunt septem dona Spiritus sancti, de quibus, 839. 1. a & seq. & 840. 1. d & seq.

Ita Spiritus san[c]ti dona in Christo extitisse pariter, vt columnas ad ornatum potius, quam ad sustentationem, 496. 1. e & seq. & quomodo requieuisse dicantur super eum, ibid. 2. b & seq.

Eadem re sedisse in illo, vt in proprio habitaculo, 839. 1. b & in omnimoda puritate, ibid. c & seq.

Et in eiusdem lapidis, & Christi corpore septem alios meditatur oculos apertos, aperta nimirum illius vulnera instar oculos caudæ pauonis ipsum eius corpus exornantia, 1003. 2. b & seq.

Sermo XCIX. XL. Hora. In illud Isa. 16. 5. *Præparabitur in misericordia solium, & sedebis super eum in veritate.*

Sicut in primo Christi egressu à cœlis ad homines per Incarnationis mysterium ob id, præparatum dicitur illius solium in misericordia, quia præcipuum eius Incarnationis motiuum, & causa fuit Dei misericordia erga hominum miserias, 781. 1. e & seq. vbi habes & quomodo misericordia sit cōparata rori, ibid. 2. b

Ita & in altero eiusdem Christi egressu, quo in Sanctissimo Sacramento prodiit super altare ad exaudiendas miserorum preces, in misericordia præparatum dicendum est illius solium, cum in misericordia & gloriam, & maiestatem suam sitam subindicet, adeò familiariter miseris sese exhibens, atque communicans, vt colliges ex eiusmet verbis, psalm. 11. 6. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Quæ facilè ad hoc propositum dicta sumes, præsertim si videris eorum expositionē allatam in præcitato loco, 781. 1. e

Bene autem subiicitur in allato themate, *Et sedebis super eum in veritate.* Quia vniuersa Dei munera ita sunt in misericordia, vt simul pariter sint in veritate, atque iustitia. 859. 2. c

Quomodo hæ duæ virtutes sint quasi duæ genæ Dei, 842. 2. c & seq.

Quomodo eædem sint sibi inuicem iunctæ, ibidem, e & seq.

Quòd Deus, etiam cum orantium suscipit preces, misericordiam, ac veritatē, seu iustitiam simul ex habeat iunctas, exaudiens illas non ad voluntatem sed ad vtilitatem orantis, 918. 1. c

Aduersus quidem scelestos, qui praua intentione, & per hypocrisim accedunt ad orationem, per iustitiam, quasi è valida turri dimicat, & ipso temporis momēto quo per misericordiam quasi in phialis eos, qui deuotè, dignèque orent, potat nectare consolationum suarum, 843. 1. b

Quapropter optimè sibi prospiciet anima deuota, si in ipsa oratione sua vtriusque sit memor, & misericordiæ, & iustitiæ illius, earum simul percipere satagens fragrantiam, de qua, ibidem, b seq.

Tametsi iucundius fuerit, si misericordiæ memor sit, cuius & odor fragrantior est, vt colliges ex dictis, 71. 1. e & seq.

Cùm ex illius consideratione oriatur nostra exultatio, 70. 1. e & seq.

Sermo C. XL. Horar. In illud 1. Petri 4. 13. *Communicantes Christi passionibus gaudete.*

Animā deuotā triplici modo cōicare Christi passionib. atq; adeò & ob id ipsum gaudere. Ac primū quando

quando ad orationem se conferens ante Sanctissimum Sacramentum ita illius meditatur passionis mysteria, vt gustu, sensuque ipso suo ea probet, eorumque amarum percipiat, 589.2.a & seq. Vide & 718.1.e
Quàm bene dicat Apostolus eis, qui sic communicant Christi passionibus, *Gaudete*: cum constet in huiusmodi meditatione voluptates exhiberi animabus deuotis, 870.2.e & seq. Vide & 751.1.d & sequen.
In eadem passionis Christi meditatione quam bonum experiamur Christum consolationum gaudio nos reficientem, 871.1.b & sequē. & 2.e & sequenti.
Communicare secundò eandem animam deuotā Christi passionibus & gaudere: quando summo cum gustu tria mente sua versat præstantissima illa munera, quæ Christus summo cum gaudio toti Ecclesiæ, & ipsimet singillatim exhibuit passionis tempore, eiusdemque passionis effectus, de quibus 737.2.e & seq.
Sed & tertiò, magisque iuxta Petri in allato themate sententiam, eandem animam communicare Christi passionibus, quando tribulationibus ab illo visitatur, & tribulata ante ipsum apparet in oratione sua: Tum quia ille in ipsis tribulationibus cum ea sponsatur, qui sponsus est sanguinum, 523.1.e & sequent.
Tum quia illas à Deo accipit, quasi ab illo osculata duobus eius labiis, filio, ac Spiritu sancto, 846.1.e & seq.
Gaudendum propterea tali animæ summopere in tribulationibus iis, quia in illis Deus communicat quodammodo ei beatitudinem, & participationem sui ipsius, 846.1 a & seq.
Quanti faciendæ sint istiusmodi tribulationes sic à Deo communicatæ instar guttarum preciosissimæ myrrhæ, ibid. 2.e & seq.

Sermo CI. XL. Horar. In illud Psal. 138.14.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.

In operum Dei contemplatione iucundissimè se se detinere animam deuotā in oratione quasi in prædulcium dapum conuiuio, 187.2.e
Et quia in iisdē plura proposita habet cœlestia, 851.1.a & seq.
Opera ipsa Dei esse veluti annulos aureos in Dei manibus, atque adeo per illa eundem reddi maximè gloriosum, & ab omnib. celebrandum. 850.1.e & sequenti.
In iis præsertim operibus Dei animam deuotam cognoscere nimis, quę à Deo in semetipsā facta meditatur, 153.1.e & seq.
Haud minus iucundè eamdem animam se detinere in meditatione & operum Christi, atq; per illa pariter promoueri ad laudandum Deum, tum quia per illa videt confirmatam eiusdem doctrinam, 851.2.d
Tum quia summam in illis contemplatur puritatem, atq; perfectionem, ibi. e. Tum quia diuinitatis potestatem in iis intuetur, ibi. 2.a. Tum quia in eorum singulis immensam speculatur eius charitatem, ibid. b. Tum denique quia cælestia plurima in iis reperit, quæ meditetur mysteria ibidem, c & 852.2.d.
Porro sicut iucundè in operibus hisce tam Christi, quam Dei, vt metaphoricæ manus sunt, meditantis detinetur, Ita pariter ipsamet anima iucundissimę mentis oculis ad Christum in cruce pendentem eleuans, veras illius meditatur manus in cruce ipsa factas tornatiles, plenasve hyacinthis, 852.2.e & seq.

Sermo CII. XL. Horar. In illud Isaia 62.2.

Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.

Quàm lætandum nobis sit ex eo, quod Christus vnus verus iustus ac inclytus noster vniuersis videndum se exhibet super Altare in Sanctissimo Sacramento, cum exinde arguamus, nomen nouum, nimirum sponsa Dei, & Ecclesiæ toti, & singulis piarū animarum ab eodem Deo impositum; sicut id arguimus & ex eo, quòd iamdiu videndum se idem exhibuit, quando incarnatus est, vt habes, 850.1.c & seq.
Quanta ex hoc nouo nomine spōsæ, seu amicę Dei, quod idem esse, habes, 293.1.a & seq.
Et in ecclesiam, & in piam animam proueniant insignia, 875.2.e & 876.2.e
Quod exinde Ecclesia sit Deo suauis, quia illa ei ita complacuit, vt vocari eam voluerit, *Voluntas mea in ea*, quod nomen idem certe est, ac nomen sponsæ, seu amicæ meæ, 876.1.a & seq. & 880.1.a
Tametsi maiorē illud habere videatur emphasim, ex Hebraica voce, voluntas mea, colligitur, 637.1.a
Quomodo & vnaquæq; anima deuota dicatur suauis Deo, 877.1.a & seq.
Quomodo & Ecclesia sit similis in suo decore nobilissimę, ac sanctissimę Ciuitati Ierusalem ob idipsum, quod dictū est, nomen sponsæ, & amicę. Dei, 876.1.b & seq. sicut & vnaquęque pariter pia anima, 877.1.c & seq.
Quia & cœlesti pariter Ierusalem assimilari mereatur tam Ecclesia, 791.1.a quàm anima deuota ibi. 2.e & seq.
Porro ex hoc ipso, quod similes sunt ciuitati Ierusalem, quæ interpretatur visio pacis, consequitur vt & terribiles sicut castrorū acies ordinata. Nā & Ecclesia ob pacis multitudinem ita est terribilis, 876.2.a & seq.
Et anima, quæ pacis decore insignis, suauis, & grata Deo est, 817.1.a Pace ipsa sua interna est terribilis vt castrorum acies ordinata, & maxime spectabilis, ibid. 2.b & seq.
Quòd eadem anima deuota in ipsa contemplatione sit ipsemet stupor, 880.2.d

Sermo CIII. XL. Horar. In illud Cant. 6.4.

Auerte oculos tuos à me: quia ipsi à me auolare fecerunt.

Si hęc iuxta Nysseni sententiam sumere velis, vt dicta a sponsa. Suppone animam deuotam tria post hæc à Deo dilecto suo, quem habet præsentem super Altare in Sanctissimo Sacramento efflagitare. Vel enim affectus commota cōtritionis, & pro transactis summa humilitate dolens peccatis suis, Deum precatur, vt ea amplius non intueatur, sed rectis potius, & benignis ipsam inspiciat oculis, vt ex Nysseno habes, 884.2.c & seq.
Vel vlterius proficiens, atque exardescens desiderio patien-

patiendi aliquid pro peccatis ipsis suis; & ad Dei honorem, Deum ipsum precatur, vt nimia sibi minuat prospera, 883.2.e

Vel tertiò vehementissimo dilectionis æstu succensa, atq; in suo orationis progressu prę nimiis eiusdem orationis, & deuotionis consolationibus, liquescens, Deum supplex orat, vt illas tātillum subtrahat, ibid.b

Verùm si hæc vt sponsi potius verba sumas, prout re vera illius sunt. Primò ex his verbis colliges, quāti apud Deum sit anima deuota, quæ recta intentione oret, cum is ipse summopere de illa glorietur, 91.2.e & seq.

Tum per eadem tria colliges exhibita eidem animæ deuotæ maximè necessaria in orationis studio documenta. Primum, quòd in nimia perscrutatione diuinorum compescere debeat intellectū, 882.2.c.& 884.1.c

Secundum vt in oratione sua haud ob id tamdiu perseueret solummodo, vt spiritualibus eius deuotionis perfruatur consolationibus, 882.2.e Vide 299.1.e

Tertium ob deuotionis, orationisve studium haud quaquam omittendā, quæ necessariò alioquin sint facienda, 883.1.a

Sermo CIIII. XL. Hora. In illud Prouer. 28. 14. *Beatus vir qui semper est pauidus.*

Quòd qui in gradu incipientium sunt, illico piam animam prædicēt beatam, non sic autem qui sunt in gradu perfectorum, 891.1.e & seq.

Et si cui tutius in hac vita iste beatitudinis titulus tribuendus sit, ea sit anima, quæ quantalibet excellat sanctitate, semper tamen sit pauida, 902.1.c

Quantùm enim ad æternam confert damnationem prauus mundi timor, quem seruilem nuncupant, & de quo, 360.2.b & seq.& 468.1.c & seq.

Tantùm ad beatitudinem confert timor ille sanctus, qui filialis appellatur, & est cum charitate, ideoque iustorum, qui crura sunt Christi, & colūnæ marmoreæ, 859.1.a seu etiam ipsius charitatis, præceptorumque eius, quæ & crura, &c. ibid.c & sequen. Dicitur basis aurea secundum Ambros. 358.2.d

Propter hunc sanctum timorem anima deuota, tametsi peccato mortua sit, sæpius in ipsa oratione sua ad examen conscientiæ suæ se conuertit, atque adeo ait, *Descendi in hortum meum*, &c. 897.1.d & seq. Vide & ibid.2.b

Sermo CV. XL. Horar. in illud Philipp. 4. 4. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete; modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est.*

Quamuis hæc accipi queant, vt suadentia modestā extrinsecus conuersationem, per quā dignoscitur Christi præsentia intra piam animam gaudio exuberantem, vt habes, 570.1.d & seq.

Magis tamen ad rem nostram ea sumemus vt dicta animæ deuotæ, cui prope sit Dominus in Sanctissimo Sacramento, dum ipsa ante altare orationi indulget, atque adeo illi suadentia, vt gaudeat quidem, sed cum debito timore, debitaq; cum sollicitudine, quę modestię nomine adpellatur. Id quod melius explicat sponsa, cum ait; *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* sensu quem habes, 911.1.a & seq.

Quod gratias Deo agere, eiusdemque beneficia meditari, debeat esse præcipuum studium fidelium, 910.2.c & seq.

Quàm congruenter Sulamitis, idest Pacifica dicatur anima deuota, dum militiæ, atque castrorum eius fit mentio, 876.2.c & seq.

Quomodo & Ecclesia ob pacem ipsam, qua Sulamitis est, castris fit similis, 876.2.a & se. Et quòd sicut ob spiritualem pugnam dicitur castra, ita ob orationes dicatur chorus, seu chori, 911.2.e

Quale prælium sit oratio, cum laudando Deum cō mittatur, ibid.d

Quòd è castris chori, non è contra: quando castrorū nomine ea designantur prælia, quibus militamus in hac vita cum hostibus nostris, quia è victoria laus, & oratio, ibi.b & seq.

Sermo CVI. LX. Hor. In idem Psalm. 91. 14. *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt.*

Quod qui in Ecclesia ad orandum se sistunt ante Dominum, iure optimo dici debeant plantati in domo Domini, cùm ibi secus decursus aquarum diuinarum consolationum, & deuotionis excrescant instar palmæ in pingui tellure plantatæ, vt colliges ex dictis, 943.2.d

Quod iidem ante altare, super quo est Sāctissimum Sacr. orantes in atriis domus Dei nostri florere dicantur, excrescentes in progressu spirituali instar florentis palmæ, quia ita semper magis proficere satagunt, vt ex eo, in quo sunt progressu, fructum proferre nitantur progressus vlterioris, ibid.e

Vnde fit, vt in admirationem sui progressus Deum ipsum anima deuota commoueat, ita vt quodammodo is illam obstupescens dicat, *Quam pulchra es, & decora charissima in delitiis*, sensu, quē habes, 940.2.e seu, *charitas in delitiis*, vt habes, 941.1.a & b & seq. *Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.*

Quomodo istiusmodi animæ progressus similetur palmæ, 944.1.b & seq. 946.1.c & seq. vbi plures habes Patrum rationes.

Charitatis, & deuotionis habitus quomodo similes botris vuæ, 944.2.e

Sermo CVII. XL. Horar. In illud Cant. 7. 8. *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendā fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ.*

Poteris primo vnà cum Ambrosio, atq; Chrysostomo ostendere in his significari ingēs desiderium, firmumq; animi decretum piæ animæ ascendendi in vita spirituali per progressum in charitate, quæ palmæ nomine designatur, & in virtutib. reliquis, quæ sunt altitudines eiusdem palmæ, vt habes, 950.2.e & seq.

Et quomodo in eodem illius progressu Christus sit, qui ascendat in palmam, & apprehendat, &c. cum Cassiodoro & Beda, ibid. c

Magis tamen ad rem hæc sumēs, vt dicta ab anima deuota, duo insignia in his habes, q̄ orātib. proponas meditationis pūcta, Alterū iis, qui deuotioni, B. Marię se addicere velint, meditationem nimirū eiusdem Virginis palmæ celsissimæ in cælesti plantatæ cedes, Vide, 950.1.b & seq.

Alterum iis, qui passionis Christi deuotione tenentur, meditationem eiusdem Christi crucifixi, palmæ illius victricis, vide 951.1.b

Quomo-

Quomodo meditatione ascendatur in hanc palmá, colliges ex dictis, 466.1.c & seq.

Quòd meditans Christum crucifixum tot illius apprehẽdere queat fructus, quot meditatur eius exẽpla virtutum, quę imitemur, de quibus aliqua colliges ex dictis, 740.1.e & seq.

Quomodo ex prædicta Christi crucifixi meditatione præmantur vbera doctrinæ illius de necessitate tribulationum, 948.1, e & ex eadem doctrina vt ex botris vineæ exprimatur vinum charitatis, & gaudii, ibid.2.a & seq.

Quod animæ meditanti Christũ crucifixum vbera illius fiant sicut botri vineæ propter ingentes gustus & cõsolationes spirituales, quib. vt lætissimo potatur vino prout colliges ex dictis, 951.2.a & se.

Quamquam non incongrue verba ista, *Et vbera tua*, &c. sumens, vt dicta ab ipsomet Christo crucifixo eidem animæ deuotæ, poteris hic exaggerare.

Quomodo Christus significet, per vbera deuotionis, & orationis illius, vt per vinum potentissimũ se quodammodo refici, atque etiam inebriari, prout colliges ex dictis, 954.1.a & sequẽ. & 2.a & seq.

Sermo CVIII. XL. Horar. In illud Ephes. 5. 25. *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea.*

Quomodo Ecclesiam vt dilexerit columbam suam, licet probare posses ex pluribus ii, quę habes, 414.1.e & seq. Vbi plura de matrimonio, quod cum illa contraxit.

Nihilominus id ipsum nunc per id tantum probabis, quod adiectum habes ab Apostolo, *Et tradidit semetipsum pro ea*, explicans illum ita se eidem tradidisse Ecclesiæ, vt subiecerit se potestati illius, sicut ipsamet Ecclesia fatetur, dicens, *Et ad me conuersio eius*. iuxta sensum eorum verborum allatũ, 956.1.e & seq.

Quod Christus in primis se subiecerit potestati Ecclesiæ in consecratione Sanctissimi Sacramenti ingenti illum subiiciente amore, 957.1.d

Quomodo idem Dei amor immensus eo illũ impulerit, vt & cuilibet piæ animæ subiectum se se exhibeat in eodem Sacramento, præsertim quando ante altare preces fundũt, ibid. & seq. & propriùs, 2.e & seq.

Dei desiderium esse ad omnes, eiusdem verò conuersionem esse ad iustos, 918.1.c

Hæc Dei conuersio quomodo fieri dicatur ad animas, ibid.d & seq.

Et quomodo dicatur esse ad vnam solá animã. ibi.e

De conuersione Dei ad animam per remunerationem, 959.1.a ex Philone Carpathio.

Sermo CVIIII. XL. Horar. In illud Cant. 7. 11. *Veni dilecte mi: egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

Contemplationis studium quàm recte dicatur ager, 961.1.b

Quàm aptè & meditationes villarum exprimantur appellatione, ibid.c

Animam deuotam inuitare Deum, vt secum tendat cùm ipsa se conferre vult ad studium contemplationis, tum quia nil in hoc mundo degustat, nisi esse cum illo in prædicto studio, 961.1.c & seq.

Tum quia recolit alias se ab illo in idem studium inuitatam iis verbis. *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*. 615.2.b & seq.

Vbi plura, quæ faciunt ad præsentem materiam.

Quod accedens ad orationem, contemplationique vacare volens, primo ad vineas surgere debeat sacrarum scripturarum, per deuotam aliquam lectionem, colliges facilè ex dictis, 963.2.c & seq.

Tum meditationem in semet conuertens contemplari debeat, An vinea mentis suæ per sancta floruerit desideria, atque proposita, siue flores isti fructus parturiant operum, 964.1.b & seq. vbi habes duo esse genera desideriorum, & propositorum, bonorum aliud fructiferorum, aliud vero infructiferorum.

Cur parturiendi verbum tribuatur florib. sanctorũ desideriorum, & propositorũ fructiferorũ, ibi.2.a

Tertio debet contemplari, An ipsis operib. suis insit charitas, An in se floruerint mala punica, An in se sint ardetis in Deum dilectum suum charitatis desideria. ibid.b & seq.

Demum id eniti debet, vt cum eodem dilecto suo vniatur in contemplatione ipsa sua præbens illi cor suum vnà cum vberibus deuotionis, & charitatis, ibid.d & seq.

Simulque cum corde, & vberibus deuotionis præbens eidem totum id, quod in se est boni, atq; præclari. 969.2.d & seq.

Et charitate succensa omnem pariter illi offerens, amoris actum, & diuersimode, 970.1.d & seq.

Amoris ei exhibeas conuiuium, ibidem, 2.a & seq

Sermo CX. XL. Horar. In illud Cant. 8. 1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris & deosculer te, & iam me nemo despiciat?*

Obstupescendum quam maxime ob sacerdotum potestatem, qua Christum incarnatum nobis exhibent in Sanctissimo Sacramẽto quotidie, quem semel præbuit B. Maria, 976.1.a

Animas deuotas teneri ingenti desiderio, vt fideles quique frequentent tanti Sacramenti cõionẽ, ibid.

In Eucharistia Christum sugere vbera communicantium, iisdemq; vberib. illos pascere, ibi.b & se.

Nulla re magis Deo gratias referri posse, quam sumptione eiusdem Sacramenti, ibid.d

In frequentia communionis auferri opprobriũ omne ab Ecclesia, ibid.2.a

In hac communione animam deuotã inuocare nomen Domini super se per osculum, quidve per hoc consequatur, ibid. b & seq. Vide de hoc osculo, 670.1.e & seq.

Quomodo per eamdem communionem inhabitare dicatur terra animæ, 976.2.d

Orationum deuotionem ante Sanctissimum Sacramentum quàm optet Ecclesia, 977.1.a & seq.

Quærendum super omni alia re sedulo, vbi hęc fiat oratio ante Sanctissimum Sacramentũ, ibid.c

In qua Christus exosculatur triplici osculo ab anima orante, ibid.e

Quamquam potissimum eo exosculetur, quod oris est, & charitatis, ibid.b & seq.

Osculari, & dari vbera ab anima orante esse vnum, & idem, quia idem in illa sunt vbera, & cor. ibid.d

Ad orandum ante Sanctissimum Sacramentũ quid potissimum excitet, ibid.e & seq.

Offusionem cordis ante Sanctissimum Sacramentum esse idem, quod osculum, & vberum porrectio, 978.1.b. Quo hec facienda sit effusio, ibi.d

Dulcedinem lactis, quo Christus petatur in oratione, redundare & in animam orantem, ibid.e

In oratione animam deuotam per effusionem cordis clamare ad Deum cum patribus sanctis tacendo & cum silentio, ibid. e & seq.
Orantem ante Sanctissimum Sacramentum corporis Christi communicare spiritualiter, vt magis in ipsa oratione sua exclamet. 978.1.b

Sermo CXI. LX. Hor. In idem thema. *Quis mihi det.* &c.

Natiuitatis Christi mysterium quibus affectib. meditetur anima deuota, 979.1.b & seq.
Osculo Christum adorari vt regem, eidemque exhiberi obedientiam, ibid. d
In meditatione Christi paruuli in presepio quanta ab illo doceamur, 984.2.c.& seq.
Quid in tali meditatione eidem Christo detur ab anima deuota, 985.1.a & seq.
Quod & tunc anima deuota Christum inuenit foris, &c. Quando illum meditatur extra portā crucifixum. 980.2.e & 981.1.e
Quomodo eadem anima optet inhærere Deo per amorem, 978.2.e
Ad perfectionem cuiusque animæ tria esse necessaria, primum humilitatem, ibid. 2.b & seq.
Secundum, vt quibuscunque in rebus Deum inuenire satagat per attentam considerationem, eundēque osculetur per particularem aliquem amoris actum, 978.2.e & tertium, vt nihili faciat contemptus mundanorum, ibid. & seq.
Quid faciendum sit animæ, cum in perfectionis studio Christum inuenerit, 984.1.c & seq.

Sermo CXII. XL. Horar. In illud Cant. 8.2. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi,* &c.

Animam, quæ deuotè orare velit ante Sanctissi. Sacramentum prius Sacramentum ipsum sumere debere, & quomodo id debeat sumere, 983.1.d
Post illius sumptionem debere idem retinere in mēte sua, ibid. e & seq.
Inde per attentam meditationem audire Christum ipsam eximia docentem, ibid. 2.b
Tum illi exhibere vinum compunctionis, & deuotionis conditum affectibus variis, & mustum lachrymarum è dilectione expressarum, ibid. c
Quomodo anima quæ iam communicata sit, deuotissimè ad orationem accedat genuflexa ante idem Sacramentum; quidve in oratione ipsa sua tunc efficiat, ibid. d & seq.

Sermo CXIII. XL. Horar. In illud Isa. 51.5. *Prope est iustus meus, egressus est saluator meus: & in brachio gentes sperabunt:* secundum Septuag. *Me insulæ expectabunt, & brachium meum,* vel ex Hebr. *super brachiū meum sustinebunt.*

Quàm propriè cælestis pater Christum appellet iustum suum: cū in illo extiterint virtutes, & gratiæ omnes in omnimoda perfectione, plenaque iustitia, & sanctitas, 34.1.c & seq.
Quàm verè iustus iste nobis prope esse dicatur, vt exinde & nos eiusdem iustitiæ, & gratiæ fragrantiam percipere possimus: & in illum pariter nostræ deuotionis refundere queamus odorem, 44.1.e & sequen. Vide & 190.1.d
Quā opportune egressus Christus super altare in Sanctissimo Sacramento à cælesti item Patre nobis digito propemodum indicetur, & sub nomine saluatoris, seu Iesus, vt est in Hebræo: cum nos promouere velit ad preces illi fundendas cum certa spe salutis, 39.2.b & seq.
Quò Deum impulerit vehementissimus erga nos amor, quando Christum appellauit saluatorem suū cùm dicere debuisset, *saluator tuus*, seu, *saluator vester*, colliges ex dictis, 372.2. d & seq.
Quòd egresso Christo super altare, iure optimo gentes certam concipiant spem diuinę opis, & auxilii è brachio & protectione Dei in quacunque necessitate colliges ex dictis à S. Ecclesia, 296.1. b& sequen.
Quòd animæ deuotæ in Deo solo suam istam habeant spem; atque adeo bene illum expectare dicātur sicut insulæ, quæ ab omni seiunctæ sunt terra, 989.1.e & seq.
Quomodo anima deuota dicatur super brachium Dei sustinere in oratione ipsa sua, ita vt propterea ingentem sui causet admirationem, 992.1.c & seq. vide & 989.1.e
Et quomodo eamdem item causet admirationē ex eo, quod & in ascensu vitæ spiritualis ascendit innixa, & sustentata brachio eiusdem Dei, 990.1.b & seq. vbi plura.
Quod eadem deliciis affluens sit diuinarum consolationum ex, eo quod recumbit super Christi pectus, 990.2.d Vide & 993.1.a

Sermo CXIV. XL. Horar. in illud Cant. 8.5. *Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est,* seu ex originali *cum dolore peperit te mater tua; ibi cum dolore genuit te genitrix tua.*

Quomodo Ecclesiam pepererit Eua sub arbore, in qua peccauit, 995.1.a & seq.
Quod ex tunc Christus excitarit humanū genus ad Dei dilectionē per eas ipsas pęnas, quas ei intulit sub ea ipsa arbore, in qua per peccatū Eua corrupta est. ibi. d. A terra. n. animas auertit per id, quod terræ ipsi maledixit, ibid. 2.a. Per illas eas ærumnas easdē ad se allexit, ibid. b & seq. & per mortis sententiam excitauit ad bonum, 995.2.c & seq.
Quòd & sub crucis arbore Christus excitarit Ecclesiam, simulq; & pias quasq; animas ad vnionem cum ipso, 997.2.b & seq. Ac præsertim per Sanctissimum Sacramentum illi exhibitum, ibid. e
B. Mariæ precibus aiam deuotā excitatā, à Christo sub cruce ad meditationē ipsius crucifixi, 996.1.a & sequen.
In crucis meditatione eamdem animam excitari ad crucifigendum se cum Christo, ibid. d & seq. Nec non & ad ardentē in primis charitatē, ibi. 2.d & sequenti.
Crucem baiulans Christus excitauit nos à peccato ad sui dilectionem, ibid. b & seq.

Sermo CXV. XL. Horar. In illud Cant. 8.6. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.*

Allato primo sensu literæ, quē habes 998.1.c Ostēde id in primis Christum ab vnaquaq; exposcere aīa, vt cū ipsam tribulationib. concuti contigerit, eū crucifixū ob oculos habeas siue tribulationes cha-

charissimas habens, cùm pariter habeat præ rebus omnibus charissimum, 1001.1.d.& seq.

Tum afferens secundum literæ sensum, quem habes, 998.2.d & seq.

Tracta, quomodo ad pariter quàm enixè idem à deuota anima efflagitet, vt sibi crucifixo omnem nobilitatem, & gloriam, omnemque virtutem ascribat, 1001.1.c & seq.

Christum crucifixum, vt signaculum ab anima habendum, sicuti & indumentum, ibid.2.b

Animam, quæ gloriatur in Christo crucifixo glorificare Deū in corpore suo portando ipsum in corde, & in brachio, ibid.c & seq.

Tertiò affer tertium literæ sensum, quem habes, 998.1.d & seq.

Tum ostende, quomodo idemmet Christus crucifixus per sui memoriam & imitationem ab anima custodiri optat veluti præforti, tutissimoque signaculo obseratum thesaurum timoris Dei, & robur diuinæ gratiæ. 1001.2.d & seq. & 1006.2.d & sequenti.

Idve etiam ab eadem anima petat; vt tam orationes, quā operationes suas ipso vt signaculo obsignatas Patri exhibeat, 1002.1.c & seq.

Sermo CXVI. XL. Horar. In idem thema, *Pone vt signaculum, &c.*

Id quod in primis Christus exposcit ab anima deuota, esse vt ipsum in corde, & in operatione habere satagat sicut signaculum iugis memoriæq; 1006.2.d. Vide in horum explicationem quintum litteræ sensum, 999.2.b & seq.

Christum crucifixum in mente, & ab oculos semper habendum præsertim à deuota anima, ibid.d.

Eiusdem imaginem magnis doloribus impressam seruandam per iugem crucifixi memoriam, ibidem, e

Etiam in nostra conuersatione Christi imaginem seruare debemus, 1006.1.a vide & 1008.1.c & sequen. & 2.d & seq.

Christum crucifixum habēdum piæ animæ vt symbolum militiæ, 1006.2.b.

Allato quarto sensu literæ, quam habes, 999.1.e & sequenti.

Tracta, qua ratione anima deuota debeat præbere cor suum Christo crucifixo, 1002.1.d Et quod idē Christus positus super cor mollificatum, illud sua obsignet imagine, atque idipsum efficiat in vi operatiua animæ, ibid.e

Denique allato sensu sexto, quem habes, 999.1.e & seq. Tracta, quomodo se debeat gerere anima deuota, quæ amore langueat, vt facilè ex iis colliges quæ ibi dicuntur.

Sermo CXVII. XL. Horar. In illud Gala. 6. 17. *De cætero nemo mihi molestus sit; ego enim stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto.*

Animam deuotam ita meditari Christum crucifixum, vt in tribulationibus tolerandis illum satagat imitari, 1003.1.a Tum mortificatione imprimat corpori suo stigmata eiusdem Christi, ibi.b

Quibus seruitutē Dei exhibeat & coram proximis & coram ipsomet Deo liberam se seruās à qualibet re, & ab omni interesse, ibid.c

Charitatis enim & Spiritus sancti notis talem Dei protestatur seruitutem, ibid.d & seq.

Christum voluisse signari charitatis stigmatibus ferro in suis manibus iustos describens, ibid.2.a

Vulnera Christi esse instar pulcherrimorum oculorum exornantium pauonem, ibid.b. Esse & oculos quibus iustos aspicit, ibid.c

Haud stigmatibus ferri, sed Spiritus sancti notis obsignari se velle Christum in pia anima, ibi.d & se.

Sermo CXVII. XL. Hora. In illud Psal. 4.7. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine dedisti lætitiam in corde meo.*

Animam deuotam id peculiariter in sua oratione agere, vt Deo gratias agat pro lumine exhibito, 1004.1.a

Legem Dei esse lumen vultus illius, ibidem b & se.

Hanc Dei legem in corde iusti esse instar typorum, & characterum typographiæ, ibid.e

Quomodo lex, quæ super cor nostrū impressa est à Deo, dicatur denuo à nobis imprimi, Idq; potissimū Deus ipse à deuota exquirat anima, 1004.2.a

Quomodo eadem tolli dicatur ab hominis corde, ibid.c & seq.

Signaculum huius legis Dei esse Christum, signaculum verò legis sæculi esse mundum: ideoq; legem mundi imprimi tenebricoso atramento, legem autem Dei luce, 1005.1.a

Legem sæculi ab iis tantùm legi, qui sensuum duntaxat lumine vtantur: legem verò Dei melius absque hoc sensuum lumine legi, ibid.b

Hácve esse facillimam, illam vero maximè laboriosam, ibid.d

Legem Dei per operum ostensionem exibendā impressam super brachiū deuotæ animæ, ibi. d & se.

Sermo CXIX. XL. Horar. In illud Rom. 5.8. *Commendat Deus charitatem suam; quoniā, cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nūc, &c.*

Charitatem Dei erga humanum genus præ omnibus expendendam ab anima deuota in sua oratione, ita vt in primis quòd nec peccatum obsistere illi potuit, 1008.2.c & seq.

Quod dicta Dei charitas extingui non potuit per passionem & mortem, 1010.1.c [illegible]

Quodve illa morti subiecit immortalem Deum, 1008.2.d & 1012.2.e

Quod enim efficere nequibat mors, vt illum occideret, meditatur factū à charitate, 1010.2.a Tametsi meditatur pariter per eam ipsam charitatem, quæ Christum occidit, debellatam fuisse eamdem mortem, ibid.e & irrisam, ibid.

Meditatur quoque tantam esse eiusdem charitatis Dei vim, vt haud ambigat illā prædicare & duram sicut infernum; quandoquidem ob illam quodam modo is se subiecit doloribus inferni subiēs dolores quodammodo similes inferni doloribus, 1012.1.a & seq.

Quin & in infernū ipsum illū eadem demisit charitas tamenq; inferno fortiorē, quā do is descēdit ad īferos, vt ide sanctos erueret Patres, 1009.1.a & se.

In eo verò quam maximè in meditatione sua cómoueri in talem dilectum suū se sentit eadem aīa deuota: quod tantā meditatur in illo charitatem, vt & cum ei puniendi sunt peccatores, is quodammodo inferni doloribus, se affici dicat, ibid.e & seq.

Simulq; pro vniuersa Eccl. catholica ei gratias agit, quod

quod pro eadem sui charitate tantam exhibuerit illi potestatem, taleque robur, vt & inferno eã red diderit fortiorem, ibid.c & seq.
Charitatem Christi compensari non posse alio, quã charitate, 1020.2.a & seq.

Sermo CXX. LX. Hor. In illud Psalm. 17.2. *Diligam te Domine fortitudo mea.*

Quam bene anima deuota in hac oratione sua affectuosissima duo simul à Deo exposcat, charitatem, è qua languor, vt habes, 307.1.e & seq.& 824.1.d & mors. 1009.2.c & seq.& 1013.1.b & seq.ac fortitudinem ex ipsomet Deo, quem diligere optet, vt in se languens, & mortua per illum & vitam habeat & fortitudinem: quandoquidem diligens Deum habeat simul fortitudinem maximam cum languore, 824.1.e & sequen. necnon & vitam & mortem, 1009.2.d & seq.
Charitatem non solum separare animã à corpore, sed & separatam arctius eidem eam iungere, 1011.1.a & seq.
Ideoque fortiorem morte illam esse in eo, quod separata anima à corpore sensus deuincit adhuc viuentes, ibid.d & seq.
Quamquã & ob id pariter morte sit fortior, quod non consumatur, neque vnquam excidat finem habens, ibid.e
Porro hac charitate succensa anima pro iis preces fundit animabus, quæ in purgatorio detinentur, precibusque suis illas exinde liberans, duram illam exhibet sicut infernum secundum Philonem, 1013.2.b
Et ob eamdem charitatem zelo æstuans eius, quem adeo ardenter amat, Dei dilecti sui, probat & in semet, quomodo talis æmulatio dicatur dura sicut infernus, ob acerrimos dolores, quibus cruciatur, propter eiusdem Dei offensas, 1010.1.c & seq.
Vnde quasi tabe quadam affecta in ipsamet affectuosissima oratione sua illas sæpius iterat Prophetæ voces, *Tabescere me fecit Zelus meus*, &c. ibidem. e & seq.
Quàm aptè quæ cum tali zelo, talive dilectione promitur oratio, dicatur dura sicut infernus per hyperbolem, 1011.2.e

Sermo CXXI. XL. Horar. In illud Isa. 62. 1. *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem nõ quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur.*

Egresso Christo super Altare in Sanctissimo Sacra. animam deuotam illum meditari vt lampadẽ accensam super crucis candelabrum, 1015.2.e & se.
Meditari & illius dilectionem vt talem lampadem, quæ plures habeat lampades, 1016.1.a
Has plures dilectionis Christi lampades esse sacratissima illius vulnera, ibid.c
In hac meditatione animã ipsam detineri in contẽplandis multiplicibus eorundem Christi vulnerũ effectibus, ibid.e
Quomodo per illa, vt per accensas flammas expellatur frigus segnitiei, torpor negligentiæ, ac tenebræ ignorantiæ, ibid.e & seq. quod per eadem purgentur animæ à peste peccati, 1016.2.a
Quod iisdem vt accensis lãpadibus super turri ostẽdatur fidelibus tutum confugium, ibid.b
Quòd sint vt lampades, & flammæ accensæ insignũ lætitiæ, ibid.c
Quòd sint carbones igne succensi, ibid. e & carbones ignis desolatorii, ibid.e
Quòd iure dicta sint flammę Dei, 1017.1.a & quòd sint sagittæ charitatis, ibid.b

Sermo CXXII. XL. Hora. In illud Psa. 54.7. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?*

Animam deuotam id potissimum in oratione sua ef flagitare debere, vt ita Dei æstuet charitate, vt illius zelans honorem, ac legem alas habeat, quibus volet, 1017.1.c & seq.
Amori datas alas ab antiquis ad designãdam illius inconstãtiam, ibid.e contra vero datas charitati, quibus magis firmetur, ibid.2.a
Charitati datas alas columbæ, quæ typus est Spiritus sancti, ibid.e & seq.
Ideo eum, qui charitatem habet, & volare, & firmissime stare, ibid.2.b & seq.
Quàm rectè qui charitate flagrãt, sint designati per quatuor animalia Ezechielis, ibid.b & seq.
Quam celerior, & efficacior volatu volucrum sit charitatis volatus, ibid.e & sequen. vide & 1020.2.c. & seq.
Qualis sit charitatis impetus. 1018.1.c
Cur in sacris litteris charitas appelletur ignis, ibid. c.& seq.
Ignis proprietates æquè & Deo competere, & charitati, ibid.2.a & seq.
Vbi id probatum habes per considerationem quindecim proprietatum eiusdem ignis, ex quib. plures eruere poteris affectus.
Optandum vt & nos simus lampades dilectionis, prout sunt omnes iusti, 1020.1.e

Sermo CXXIII. XL. Hor. in illud Sophon. 3. 17. *Dominus Deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia: silebit in dilectione tua, exultabit super te in laude.*

Quantum Christus amet medium, cum & in medio Angelorum, ac hominum vt mali arbor emineat, 271.2.c & in medio duorum latronum dignosci voluerit, ibi.d & seq. Et in medio humanitatis suæ se exhibuerit charitate succensum, 491.1.a & sequenti,
Atque adeo præ omnibus medium nostri cordis exquirat, 1001.1.b & seq .& 1004.2.e
Ostende verificatam allatam prophetiam indicans eumdem Christum super altare in Sanctissimo Sacramento residentem, hacve ratione semetipso media Ecclesiæ constrasse charitate, vt habes, 505.2.e & seq.
Quam fortis sit idemmet Christus ad saluandum, 269.1.c & seq.
Quomodo ipse solus est, qui saluat, 50.2.c
Quod Christus super piam animam gaudeat in lætitia, illam vt suauẽ sibi reputans, & cur. 877.1.b
Quanto gaudio Deum perfundat anima deuota in sua oratione, 560.2.b & sequenti, Vide, & 678.1.c & sequen.
Quod Deus sileat haud proferens illico damnationis sententiam aduersus peccata nostra anhelans, vt nostri queat misereri, 21.1.d

Ideo-

Idq. ob immensam suam in nos dilectionem, quã nec totius mundi peccata vel tantillum minuere possunt, in cuius comparatione sunt instar exiguarum guttarum roris super ardentissimam fornacẽ 780.1.b
Quod ob eam ipsam dilectionẽ, qua nos prosequitur, sileat aliquando Iesus, nec respõsum exhibeat orationibus animarum deuotarum.644.2.d & se.
Quòd ob eamdem sileat, summavè nonnunquam perfundatur lætitia, quando à pia anima queritur & vocatur in tribulationibus.817.1.a
Quam magno gaudio Christus exultet super animam deuotam in tribulatione cũ summa resignatione ad se clamantem.740.1.d & seq.
Quàm rectè adiectũ à Propheta sit, *In laude, Exultabit super te in laude.* cùm insignibus prædictam animam is ipse, qui super eam exultat Iesus, celebret laudibus, quas habes 939.2.e & sequ. & 944. 2.b. & sequenti.

Sermo CXXIIII. XL. Hor. In illud Cant. 8. 10. *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.*

Quòd & Ecclesia, & pia quæq. anima per susceptionem Spiritus sancti, per quem fit quasi pacem reperiens, euadat murus igneus; sicut & igneus murus is est, quem suscipit Spiritus 1037.2. d & seq.
Quàm rectè orationi indulgens pia anima æstuantem charitate deuotionem suam vberum expressit nomine; cũ ipsa eius deuotio ita super Deũ sita sit cor suum, sicut & vbera super cor sita sunt carneum, colliges ex dictis 599.1.a & seq. & propriùs ex dictis, 602.2.b & seq.
Quòd vniuersa, quæ in tali deuotione est charitas, sit ex Deo, sicut vniuersus vberum calor ex corde est, ibid.d
Quòd deuotio à Deo charitatis calorem suscipiens Deum ipsum recalefacit, prout & vbera cor, colliges ex dictis. 599.1.b & 2.e
Quòd ita æstuans deuotio instar vberum tenera simul sit, & fortissima, colliges ex dictis. 603.1.a
Deuotionis vbera quàm aptè dicta sint sicut turres cùm vbera carnea instar turrium à natura erecta sint, colliges ex dictis. 602.1.e & 603.1.b
Eamdem deuotionem instar vberum & pasci, & pascere Deum lacte dulcedinis diuinarum consolationum, colliges ex dictis 600.1.c & seq. & 603.1. d & sequent.
Quòd anima deuota hisce munita turribus deuotionis, hisve plena consolationibus sedeat cum ingenti pace coram Deo suo, colliges ex dictis, 1041 2.a & seq.
Quòd eadem sedeat & coram Deo, & coram cœlestibus spiritibus delectationẽ percipiens, & exhibens in hortis multiplicium meditationum, colliges ex dictis, 1053.2.a & sequ.

Sermo CXXV. XL. Hor. In illud Ezech. 13. 5. *Non ascendistis ex aduerso*, seu vt est in Hebr. *in confractionibus: neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in pralio in die Domini.*

Quàm dolendum de innumeris animabus, quæ ascẽdunt per superbiam, curruntque aduersus Deum, 583.1.a & seq.
Opponentes illis muros duos, propriam voluntatẽ atque peccata. 344.2.d & seq.
Quòd è contra anima deuota in murum se opponat iræ Dei. 1038.2.c
Quid significet, *stare*, seu, *ascendere in confractionib. in conspectu Dei.* ibid.d & seq.
Deum esse murum fortissimum simul, ac maximè fragilem, vt pote quem vel vnum rumpat peccatũ mortale, ibid.e
Quàm fortiter anima deuota se opponat iræ Dei in orationis prælio. 1039.1.c & seq.
Orationem animæ, quæ sponsa sit Christi, esse efficaciorem ea oratione Moysis, qua Deum superauit, ac tenuit, ibid.e
In ea enim duo iacit spiculorum genera. ibid.2.c
Quàmve sint validæ orationes iaculatoriæ, cùm è turribus vberum, & charitatis iaciuntur in Deũ. ibid.e & seq.
Eatenus verò eamdem esse efficacẽ, quatenus Christi nititur meritis. 1040.1.a

PRO EPISCOPO IN PRIMO Ecclesiæ suæ ingressu.

Sermo primus ad populum. In illud Ioan. 20. 19. *Venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis.*

Si eunte pia quapiam anima ad montem myrrhæ, & collem thuris, quando se dat studio mortificationis, ac deuotionis, simul cum illa ire se ait Iesus, vt habes 610.2.d & seq.
Multò sanè veriùs, cùm in suam Ecclesiam venit Episcopus, qui Christi est Vicarius, dici potest venisse simul & Iesum, præsertim cùm idem Episcopus vt mysticum Ecclesiæ collũ, Iesum ipsum mysticum item Ecclesiæ caput sustentet, ac deferat, vt habes 577.1.e & seq.
Quàm aptè Episcopus Christum secum venisse significans, isto illum insigniat nomine *Iesus*, subindicans suo illo aduentu sibi polliceri talis comitis ope populo suo afferẽdam salutem, vt colliges ex dictis. 39.1.e Misericordiam erga miseros, & delinquentes, 40.1.a & medicamentũ iis, qui ægri sunt spiritu. ibid.b & seq.
Bene quoque Episcopus stans in medio subditorũ stantem pariter in eorumdem medio proponit illis Iesum, vt intelligant Iesum forè, qui illis præcepta sit exhibiturus, ita vt cùm sibi ipsorum prælato obedientiam exhibuerint, non tam se, quàm Iesum ipsum sint audituri, illum per obedientiam inuenturi, ac detenturi, vt colliges ex dictis. 456.2.b & sequent.
Vnde postmodum summam consequentur in obedientia ipsa & securitatem, & pacem, ibid.d
Ideoque ab Euangelista subiicitur, *Et dixit eis, Pax vobis*, Symbolum Christi vt ducis nostri istud est, *Pax vobis*, idemque & totius militiæ Christianæ voluit esse. 876.2.b & seq.
Quæ hoc loco notanda essent circa hanc salutationem, atque de Pace pluribus notata habes in Euãgel. Dominicæ in Albis. Vide ibi super hisce ipsis verbis. *Et dixit eis, Pax vobis.*

Pro

Pro eodem Episcopo eiusdem argumenti

Sermo secundus. In illud Luc. 22.27. *Ego sum in medio vestri sicut qui ministrat.*

Hæc esse quidem verba Christi, quem semper amas se medium pluribus notatum habes in principio Euangelii fer. 3. Paschatis.

Congruere tamen peroptimè & Episcopo: ideoq. hoc in primis polliceri is suis debet subditis, qd in ipsorum medio stare satager rectus: tum vt absque vlla personarum acceptione ad eos omnes æqualiter se habeat. 580.2.a & seq.

Tum vt tamquam Pharus erectus in medio, ex eius aspectu viam discant, qua ad cœlestem tendant patriam. 579.2.a

Tum vt sit medius inter ipsos, atque Deum. 578.2.a

Eatenus Episcopum dicere se esse in medio subditorum, sicut qui ministrat, quatenus illos sibi conspicit in omnibus obsequentes: cùm id obediétia habeat proprii, vt subditis ipsis subiiciat Prælatum 455.2.c Immo subiiciat quodammodo & Deum, ibid.d. & sequen.

Sine obedientia nil perdurare posse. 174.1.d & seq.

Eamdemque reddere subditos maximè liberos, sũmumque illis conferre honorem. 174.2.c. & seq.

Quomodo ea sit causa vocum multiplicium victoriarum. 591.1.a & seq.

Eminentior quippe ea est virtutibus vniuersis. 590.1.b & seque.

Cùm & Deo proximè inhæreat. ibid. d & cum Deo ipso connectens omnes actiones virtutis faciat illas meritorias, ibid. d & seq.

Obedientiam sustentare Deum caput animæ, quatenus subiicit illam iugo prælatorum;

Et durissimam simul eam esse, & maximè flexibilẽ quave ratione. ibid. 2.b & seq.

Quòd in primis exoptat in Ecclesia sponsa sua Episcopus id esse, vt dicere ei queat, *Collum tuum sicut monilia*, subditorum suorum obedientiam perfectam conspiciens similem monilibus, vt explicatum habes 174.2.e & seq.

Sicut qui ministrat, in medio subditorum se insuper esse ait Episcopus pollicens illis ministerium pastus, & eruditionis in vberrimis sacrarum scripturatum pascuis, de quibus. 126.2.c & sequ. Id quã maximè optans, vt & de se pariter dici queat, sicut de Christo pastore illo optimo, *Qui pascitur inter lilia* sensibus allatis. 412.1.c & sequen. & 417.2.d & sequent.

Ministerium aliud est custodis, ac vigilis, pro cuius ministerii munere iugi sibi vigilandum est sedulitate, 443.2.e & seq.

Tertium denique ministerium est defensionis, tutique confugii, exhibere enim se illis satager sicut præfortem turrim Dauid, è qua mille pendeant sacratum scripturarum clypei, qui sint & omnis armatura fortium, sensu, quem habes 581.1.b & se.

Necnon & mille item clypei, omnisque armatura fortium, quæ in nomine Domini sita sunt, vt habes 582.1.b & seq.

Pro eodem Episcopo eiusdem argumenti

Sermo tertius in illud Cant. 1.6. *Posuerunt me custodem in vineis; Vineam meam non custodiui.*

In prælaturis suscipiendis quàm diuersimodè se habeant stulti, atque sapientes, 109.2.b

Prælaturam sibi exhibitam, qui sapiens est, molestissimam rem arbitrari. ibid. d & seq. Vide & 118.2.c & 119.1.c

Prælaturæ onera, & labores similes laboribus & oneribus vinitorum. 109.1.c & seq. cùm & vnaquæq. subditorum anima sit vinea Domini Sabbaoth, ibidem.

Cur Episcopus, & Prælati quique dicti sint custodes potiùs, quàm coloni vineæ. 1045.2.d

Id quod se quàmaximè angere arbitrari debet Episcopus in hoc, quòd positus est custos prædictarũ vinearum, est, quòd se haud nouit præditum ea fortitudine, quæ talibus necessaria est custodibus de qua. 385.1.a & seq.

Neq. vt oportet ad bella est doctus. 481.1.e & seq. Et veretur, an bene sit, prout esse debent fortes prælati tenentes gladios verbi Dei, habentesque eiusdem verbi Dei ensem super femur suum, vt habes. 479.1.d & seq. & 481.2.c & seq.

Quid Christo afferre debeat Episcopus colẽs illius vineas, quidve pro suis laboribus consequatur, 1045.2.c & seq.

PRO EPISCOPO TEMpore ordinationis.

Sermo Primus ad ordinatos, In illud Leui. 20.26. *Eritis mihi sancti, quia sanctus ego Dominus, & separaui vos à cæteris, vt essetis mei.*

Sanctum se dicere Dominum, quia ita virtutes in se habet vniuersas, vt simul sit absque vlla imperfectione, sanctus sine scelere, & sine terra, vt patet ex etymologia vocis Græcæ. 31.2.c & seq.

Quòd sine terra esse debeant Clerici, proba ex eo, quòd iis satagendum, vt se auertant ab omni maledictione: Maledicens quippe Deus terræ, animas ab illa auertit, 995.2.a

Tum ex eo, quòd terrena tenebras in nobis causẽt impedientia Lucis diuinæ radios, vt colliges ex dictis. 430.1.e & seq.

Tenebras hasce esse scelera, atque peccata. 85.1.b & seq. & 1004.2.b & seq.

Quomodo Sanctus quis esse queat, & sine scelere, probet Clericis iubet Dominus alloquens Leuitas cùm non sit homo, qui non peccet. 620.2.c & sequenti.

Perfectionem quidem, & sanctitatem vitæ præsentis esse imperfectam. 621.1.a & seq.

Attamen Clericum iure optimo tunc dici sanctum, & sine macula, cùm proximum Deo se seruat. ibi. 2.b & seq.

Cùmque à cæteris vniuersis separatus totum se seruat eiusdem Dei, illius vnius amicũ, illius & proximum, totus sanè pulcher per impletionem totius traditionæ legis, & sine macula per declinationem ab omni opere malo. 621.2.c & seq.

Sermo secundus eiusdem argumenti In illud Deuteron. 26.17. *Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius,* vt

vt custodias cæremonias illius, & mandata atque iudicia.

Quamuis electio ad Dei amicitiam sit merè ex illius gratia, vt habes 212.1.b

Qui tamen in Clericorum album adscribi voluere, atque adeò ad ordines admitti petiere, Dominū peculiari ratione elegisse dicuntur: quia diuina adiuti gratia Dominum elegerunt, cui seruirent, nō aliquem mundi Principem, Regem, aut Imperatorem terræ: sed Dominum, qui sit eis Deus, illum nimirum, cui Angeli seruiunt, vt filii. 259.2.b

Proponentes & ipsi, Angelis quòd fieri poterit, coram illo se exhibere similes eo modo, quem habes notatum & in Euangelium dedicationis S. Michaelis Archāgeli, nempe per humilitatem, & obedientiam. vide ibi. *Vita* insuper sancta angelicam vitam imitantes, vt habes 86.1.a & fusiùs, 164.2.a & sequenti.

Deo seruire eligentes in ea puritate, & sanctitate, vt ob tales seruos maximè is se censeat gloriosum. 520.2.d & seq.

Ambulare in viis Dei tantūdem esse indulgere perfectioni. 399.1.a & 150.2.e

Claudicatio quàm dedeceat eos, qui sic ambulare velint. 1006.2.b

Negligentia quàm cauenda in custodiendis cæremoniis diuini cultus. 790.2.c & seq. Vide & 355. 2.b & sequent.

Sermo tertius item ad ordinatos, In illud Isai. 52.11. *Recedite recedite, exite inde; pollutū nolite tangere, exite de medio eius: mundamini, qui fertis vasa Domini.*

De quadruplici recessu, qui in allato themate indicatur, vt necessarius iis, qui ordinātur ad diuini cultus ministeriū, cùm eis bis dicitur. *Recedite*, & bis *exite*. magnam tibi suggerent materiam ea, quæ in expositionem suasionis Christi ad Animā, vt quater reuertatur, ex Patribus relata habes 406.2.a & sequent. super verba, *Reuertere, reuertere Sulamitis*, &c.

Exeundum quomodo sit è medio mundi, 156.1.d & 522.1.e & seq.

Quanto studio egressum istum Diabolus impedire nitatur, 152.1.a & seq.

Pollutū tangere idem esse, ac adhærere voluptatib. sæculi ex illo Apostoli, *Qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur cum illa*. 145.2.a

Quandoquidem istiusmodi voluptas est meretrix maxima, ibid. 1.b & seq.

Atque adeò anima, quæ talibus adhæret voluptatibus, tangitque pollutum, fit & ipsa polluta, similis meretrici; 144.2.a & seq.

Quàm enitendum Clericis, ne prædicta ratione pollutum tangant, sæculi inhærentes voluptatibus. 142.1.b & seq. Vbi plura habētur, quæ ad præsens faciunt argumentum. Adiectis iis, quæ dicuntur, ibid. 2.c & seq.

Quàm aptè Clericis, qui ferunt vasa Domini, iubeatur vt mundentur, cùm Cleri reformatio ad totius Ecclesiæ reformationem sit maximè necessaria. 869.2.e & seq.

Quod Clerici, vt dignè ferant vasa Domini, exhibere se debent phialas aromatum. 870.1.c Et purissimam tabulam, in qua sit scripta lex Dei. 856.1.d & sequ.

Et glorificare, ac portare Deum in corporibus suis. 1001.2.c & seq.

Munditiès, ac puritas cordis quàm sit iisdem necessaria. 253.2.d & seq.

Sermo quartus eiusdem argumenti In illud Deuteron. 10.8. *Separauit Dominus tribū Leui, vt portaret arcam fæderis, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine ipsius.*

Qui ad ordines promoti sūt, triplici ratione se à Deo separatos censeant. Primum à peccatoribus eo significatu, quo ad Hebr. 7.26. Christus summus sacerdos dicitur segregatus à peccatoribus. Atque adeò eniti debent, vt tametsi in hoc mundo inter peccatores viuere eis necesse sit, seruent se tamen inter illos, vt lilium inter spinas, vt habes, 264.1.b & sequent. Vide & 267.1.d & seq.

Secundo, à communi cæterorum hominum consuetudine, & viuendi ratione, atque adeò sanctificatos, & consecratos speciali aliqua cæremonia instar Nazaræorum, de quib. 537.2.d & seq. Quos & imitari studeant.

Tertio peculiariter ex aliis hominibus electos, & consecratos ad sacra ministeria. Triplex autem in allato themate indicatur eorum ministerium. Primum portandi arcam fæderis, quæ typus & figura erat Christi Iesu, vt est in Sanctissimo Sacramento. Et nemo est, qui nesciat id esse præcipuum eorum, qui ad ordinem sacerdotii promoti sint, munus; vt veram hanc deferant arcam, tum quia per consecrationem Christum quodammodo deferūt è cœlis in terras, 977.1.d tum quia per communionem sacramentalem eumdem deferunt ad cōmunicantes, 924.2.e ita vt propterea non immeritò eos dixeris, ferculum Salomonis, &c. prout colliges ex dictis. 502.1.c & seq.

Secundum, standi coram Domino: Quòd dupliciter intelligi potest, Velut relatū ad insignitos quocunque ordine, vt colligi potest ex adiecto verbo, *In ministerio*: sicve significetur, eorum munus, esse vt vnusquisque sollicitè, & sedulo exerceat corā Domino munia ordinis sui. Pro quo significatu vide, quæ dicuntur. 355.2.c & seq.

Vel vt relatum præsertim ad sacerdotes: vt significetur eorum munus standi coram Domino vt mediatores inter illum, ac plebem fidælium. Qua de re habes 578.1.e & seq.

Tertium denique ministerium est benedicendi in nomine eiusdem Dei, vt colligēs ex dictis: 582.1.c & sequenti.

Sermo quintus item ad ordinatos, In illud Nume. 18.20. *In terra eorum nihil possidebitis nec habebitis partem inter eos; ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel.*

Qui Deo se dedere per sanctorum ordinū susceptionem, in illius manus totos se debent proiicere instar pueruli in sinu matris. 317.2.b

Tunc in terra nihil possidere dicētur, cùm diuitias sibi à Deo exhibitas vt sine onere, & vt Dei læuā sub capite habebunt, in eo sensu, quem habes. 318.1.a & seq. & 319.1.c

Et bene, quia mundus vniuersus haud est proportionatum obiectum amoris eorum. 316.2.e

Ideo-

Ideoque nec partem vllam habere volunt inter ipsius mundi homines, q toti sunt in capessendis terrenis voluptatibus, iuges pro illis inuicem contentiones habentes, vt colliges ex dictis. 22.2.e & se.
Quinimo tales respuentes voluptates, etiam cùm qs illas eis offert, toti ad Dei anhelant consolationes 31.2.b & seq.
Totosque se Deo dedentes in eum vnum vniuersã suam conuertentes dilectionem eo modo, quem explicatum habes 416.2.a & seq.
Efficiuntur digni, quos Deus ita ardenter diligat, ac si vnumquemque eorum solum diligeret. 417.1.c & seq.
Atque adeò & singulis, vt eis palam faciat se illorũ esse partem, & hæreditatem in medio fidelium, tum de temporalibus, tum de æternis etiã in hac vita congruenti prouidet ratione. 317.2.e & seq. & 318.1.c & 319.1.e
Ex quo fit, vt audacter vnusquisque eorum dicat; *Dominus pars hæreditatis meæ*, &c. &, *Portio mea Dominus*. Pro quo vide Ambros. loco cit. 419.1.a
Quidni verò Portionem suam appellabit Deum, quem ita suam intelligit, vt totum in sui dilectionem, & curam conuersum illum fateri non ambigat. 957.2.d & seq.

SERMO PRIMVS CVM quis induit habitum Religionis. In illud Cant. 2. 4. *Introducite me in domum vini.* iuxta versionem Septu. Interpr.

Religionis statum quibus verbis expostcat anima, quæ ad illum inhiat. 289. col. 3.a
Quàm aptè claustra, & monasterium dicantur domus vini, cùm sint domus amoris. ibid. b
Haud habitum, sed amorem & charitatem esse id, quod facit religiosum, ibid. c
Habitum religiosi debere præseferre charitatem, ibidem. e
Quam multiplex vinum, idque sanctissimum propinetur in religione. 289. col. 4.a
Religiosi in cella semper reperiri multiplex id vinum seruatum. ibid.
Religionem esse similẽ patriæ cælesti. 289, col. 5.b

Sermo secundus item ad Religionis ingressũ in illud Psal. 125. 3. *Magnificauit Dominus facere nobiscum; facti sumus lætantes.*

Vocatio ad religionem quàm ingens sit beneficium, 300.2.c & seq.
Cùm Deus vocat aliquem, dare simul effectum vocationis. 357.1.c
Postulans admitti in religionem bene ait, *Magnificate super me dilectionem*. vt colliges ex dictis. 291.2.c seu, *Ordinate super me charitatem*. 300.2.b.c
Si vis te diutiùs detinere in hoc explicando, quòd per admissionem ad habitum, statumve religionis magnificetur, & ordinetur super eum, qui admittitur, Dei charitas. vide 293.1.b & seq. Vnde compluribus, quæ ibi afferuntur scripturæ sententiis poteris probare, illi, qui propter Deum dimisit patrem, matrem, fratres. &c. Deum ipsum factum & patrem, & matrem, &c.
Quidni verò idem admissus dicat cum reliquis fratribus, *facti sumus lætantes*. cum consolationib. iam à Deo ipso tractus vnà cum illis se post eumdem Deum cur surum confidat? vt colliges ex dictis, 55.1.d & seq.
Quidni lætetur, qui spem habet, per admissionem in statum religionis fore, vt sibi augeatur habitus charitatis per frequentatos actus. 301.1.d & seq.

Sermo tertius eiusdem argumenti In illud Cãtic. 1. 4. *Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætab. in te, Memores*, &c.

Quantùm amoris, & honoris exhibeat Christus ei, qui admittitur in Religionem 63.2.a & seq.
Quàm aptè cellariorum nomen competat monasterio, & statui religionis, colliges facilè ex dictis. 60 1.c & seqtonctim cum iis, quæ habes 62.1.c & seque. & 63.2.d & seq.
Exultationem eius, qui admittitur in religionem causari primùm ex memoria insignium beneficiorum, quibus à Deo se recolit cumulatum, 73.1.d & sequent.
Secundò, ex ipsismet spiritualibus consolationib. quibus se refici sentit, multò sanè præstantioribus iis, quas reliquit, sæculi voluptatibus. 72.2.b & sequ.
Vide fusiorem tractatum de hac materia consolationum, & voluptatum. 21.1.b & seq.
Tertiò ex consideratione misericordiæ Dei in se. 70.1.e & seque.
Quartò quia iam euadit socia Rectorum, & sanctorum fratrum, qui rectè Deum diligunt, colliges ex dictis. 67.2.b & 76.2.c 78.1.a & e

Sermo quartus in ingressu, & professione Religionis. In illud Ecclesi. 51. 34. *Collum vestrum subijcite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam.*

Religiosos per hoc ipsum, quod subiiciuntur iugo disciplinæ regularis iure optimo appellatos Ecclesiæ collum. 173.1.b Et quia in illis duæ in primis necessario elucere debent virtutes, quæ etiam sub colli metaphora congruentissimè designantur: humilitate, de qua vt animæ collo fusiùs habes 583. 1.c & seq. Et obedientia, de qua item vt collo habes 590.1.a & seq.
Quàm aptè religiosus ex ipsa subiectione ad sacra votorum obligationem commendetur: cùm vota ipsa ita ligent, vt non dehonestent, sed potiùs summam præseferant libertatem, atque adeò benè dicantur monilia. 173.1.c & seq.
Quòd ob votum paupertatis religiosi fiant comæ Christi. 937.2.a
Necnon & per eamdem paupertatem efficiantur reges. 935.2.c & seq.
Quòd & per votum obedientiæ summum item adipiscantur honorem. 174.2.c & seq.
Obediens enim corona, & monilibus exornatur sicut expugnatores vrbium. 174.2.a & seq.
Quòd per votum denique & castitatis multò magis eleuentur, cùm ad naturam euehantur angelicam. 170.1.b & seq. Quin & ad quandam diuini, ac sempiterni nominis participationem, 566.1.d & sequent.

Sermo quintus ad idem. In illud Matthæ. 11. 29. *Tollite iugum meum super vos; Iugum enim meum suaue est*, &c.

Vide quæ notata sunt in Euang. festi S. Francisci super hæc ipsa verba. Inde enim longiorem colliges Sermonem.

Sermo VI. ad idem In illud Cant. 1. 10. *Collum tuum sicut monilia.*

Religiosum, Christi iugum deferentem esse simul collum, & turrim Dauid. 596.1.c & seq. ex Ambr. Vide & ex Theodorito. 925.1.c
Congruentias item plures inter carneum collum, atque religiosum colligere poteris ex dictis. 577.1 e & sequenti.
Religiosus ipse trium votorum nexu alligatus quã aptè dicatur esse sicut monilia: cũ in se habere debeat connexionem virtutum omnium; per quam veluti per plurium annulorum seu plurium gemmarum cõnexionem preciosissimis assimiletur monilibus. 917.2.b. & seq.
Quòd religiosi monilia pariter dicantur, quia tendunt ad perfectionem. 173.2.d & seq.
Religioso haud sat esse, vt sit in statu perfectionis; at necesse esse habeat & candorem vitæ. 174.1.b
Quando boni extiterint religiosi, sunt ornamento sibimet ipsis. ibid.c
Quòd sint & maximo ornamento Ecclesiæ, vt hortus est. 701.1.d & seq.

Sermo VII. item in ingressu, seu in Professione Religiosi. In illud Cant. 41. *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.*

In Nazaræis, qui cũ Deo se deuouerent, & consecrarent, Religiosorum typum gerebant præcipuã cæremoniam extitisse in capillis, quia capilli essent optimum Religiosorum hieroglyphicum. 537.2. d & sequent.
In quibus sita sit essentia religionis. 538.1.b
Religiosos ita esse Christo iugiter inhærentes, vt capilli inhærent capiti. ibid.c
Dum obedientiam exhibent, semper habere Christum comitem, & impulsorem. ibid.d
Per apostasiam auelli à Christo, ibid.2.a
Debere se habere vt mortuos. ibid.b
Humilitatem in primis elucere in eis debere. ibi.c
Quamuis augmentum omne in virtutum progressu à Christo habeant, debere tamen & ipsos Christo cooperari. 539.2.b & seq.
Cur iidem dicti similes capris. ibid.d & seq.
Diuersorum ordinum religiosos esse & plures, & vnum quid. 540.1.a
Sacrarum litterarum studio vacare debere, ibid.c & sequenti.
Debere & ob regulares obseruantias nitere, ibid.2. b & sequen.
Quomodo Deus educat nitorem bonorum operum, quem præ humilitate occultare iidem satagunt religiosi. ibid.c & seq.

Sermo VIII. In illud Cant. 4. 2. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt*, &c.

Vide quæ ex Bernardo relata habes 534.1.b & sequ exinde enim plurimam colliges materiam, quę ad præsentem rem faciat, plurimasve boni religiosi conditiones.

Sermo IX. In illud Matt. 5. 48. *Estote & vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.*

Vide plurima notata in Euang. fer. 6. Cinerum super hæc ipsa verba: quęve ibi notantur in genere, apta ad Religiosum, cui peculiariter hæc congruunt, cùm eius peculiariter sit, vt tendat ad perfectionem.

Sermo X. item in ingressu, seu Professione Religiosi. In illud Ecclesi. 2. 1. *fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.*

Id vnum optare in primis debere, atque à fratribus efflagitare eum, qui nuper Religionem professus est, vt eorum exemplis & orationibus confirmetur, & consolidetur in ipso charitas, sicvè sibi detur, vt iugiter stet in iustitia. 303.2.c & sequ. Vide & 308.1.b & seq. id ipsum alia ratione efflagitantem a cœlestibus spiritibus.
Congruentissimè religiosum vt stet in iustitia debere stare & in timore, quem basim auream ex Ambrosio dictum habes 858.2.d
Timẽdum semper religioso, ne quid mali in ipsius irrepserit cor. 902.1.c & seq.
De materia tentationum, ad quas præparare se debet religiosus. Vide plurima, quæ notata reperies in Euang. primæ Domin. Quadrag. super ea verba *Vt tentaretur à Diabolo. Et accedens tentator.* Inde enim multa colliges, quæ ad rem tuam faciant.

Sermo XI. In illud Rom. 12. 2. *Nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri.*

Vide quæ notata sunt in Euang. Sabb. quatuor temporum Quadrag. Exinde enim plurima colliges, quæ tractes, explicans quid sit conformari huic sęculo, quod idem est ac prima, quæ ibi explicatur animę transfiguratio à figura & similitudine Dei ad figuram Diaboli.
Quidvè sit reformatio in nouitate sẽsus nostri, quã facit religiosus, cùm Deo se addicitè sæculo recedens, alioque nomine appellatur Transfiguratio quarta.

Sermo XII. pro eodem. In illud Lucæ. 11. 21. *Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet: si autem fortior illo superueniens vicerit eum; vniuersa*, &c.

Vide quæ notata sunt Euang. Domin. 3. Quadrag. super hæc ipsa verba. Inde enim plurima congeres, quibus hunc extendas sermonem iuxta præsentẽ materiam.

Sermo

Sermo XIII. pro eodem. In illud Matthæ. 18. 20. *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo; ibi sum in medio eorum.*

Sancta Religiosorum simul congregatorum conuersatione quàm delectetur Iesus. 783.2.c
Quomodo spiritualiter veniat medius inter illos. 729.1.c & seq.
Christi assistentia quantam pacem & securitatem afferat. 126.2.a & seq. Vide & 131.1.c & seq.
Quòd ex hac Christi assistentia vniuersa exercitia spiritualia Religiosorum reddantur iucunda, pacata, & florida, ac fructuosa. 233.2.d & seq.
Et vt magis hanc extendas materiam, vide 234.1.a & seq. de diuersitate exercitiorum iusti, ac Religiosi, & studiorum impii.
Quòd per eamdem Christi præsentiam ipsamet exercitia spiritualia robur conferant. 235.1.e
Quales reddantur animæ potentiæ per eamdem Christi præsentiam, 243.2.c & seq.

Sermo XIV. item in ingressu seu professione Religiosi. In illud Ioannes 8. 12. *Qui sequitur me non ambulat in tenebris?*

Vide quæ super hæc ipsa verba notata sunt In Euangelium Sabbath. post Dominicam quartam Quadragesimæ. plurimam enim ibi congestam reperies materiam pro hoc extendendo sermone.

Sermo XV. pro eodem In illud Ioann. 7. 37. *Si quis sitit veniat ad me.*

Vide notata in Euangelium feriæ secundæ Dominicæ Passionis super hæc ipsa verba, eaque applica ad Religionis vocationem & ad Religiosi promotionem ad Christum.

Sermo XVI. pro eodem In illud Matt. 5. 20. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum.*

Vide quæ notata sunt in Euang. Dominicæ quintæ post Pentecost. super hæc ipsa verba applicata ad religiosos, vbi copiosissimam habes materiã, quã in hoc pertractes Sermone.

Sermo XVII. pro eodem. In illud Matt. 6. 24. *Nemo potest duobus Dominus seruire; aut enim vnum odio habebit,* &c.

Vide notata in Euang. Dom. XIV. post Pentecost. super hæc ipsa verba, plurima quippe ibi reperies, ex quibus præsentem facies sermonem.

Sermo XVIII. pro eodem. In illud Ioann. 15. 17. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*

Vide notata in Euang. festi SS. Apostolorum Simonis & Iudę, super hæc ipsa verba.

Sermo XIX. In illud Luc. 14. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem* &c. *non potest meus esse discipulus.*

Vide quæ super hæc verba notata sunt in Euang. primum Commun. vnius Martyris.

Sermo XX. item in ingressu seu Professione religiosi. In illud Luc. 14. 28. *Quis ex vobis volens, turrim ædificare, non sedens priùs cõputat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum; ne posteaquã posuerit.* &c.

Vide notata super eadem verba in Euang. item primum Comm. vnius Martyris.

Sermo XXI. in illud Matthæo. 16. 24. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam.*

Vide notata super hæc ipsa verba In Euange. secundum Comm. vnius Marty.

Sermo XXII. In illud Matth. 19. 27. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?*

Vide notata super hæc verba in principium Euang. SS. Abbatum.

Sermo XXIII. item in illud Matt. 19. 29. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem,* &c. *centuplum,* &c.

Vide quæ super idem Euangelium SS. Abbatum notata reperies in ponderatione eorumdẽ verborũ.

PRO MONIALIBVS

quando monasticum induuntur habitum vel emittunt professionem, vel sacro velantur velamine.

Sermo Primus In illud Cant. 1. 3. *Oleum effusum nomen tuum; Ideo adolescentulæ dilexerunt te, ...*

Adolescentularum nomine eas potissimùm designari Virgines, quæ in monasteriis abscõduntur, colliges ex dictis. 46.1.a
Quòd Christus oleum, vnguentum, & gratia, virtusque ipsa nuncupandus sit. 45.2.e
Idque ob virtutum, & gratiarum illius excellentiã, de qua 34.1.c & seq.
Qua ratione virtus, & rectitudo dicatur dilexisse Christum. 75.2.d & seq.
Quòd Christus & ob id dictus sit vnguentum effusum, quia puritatis vnguentum effudit in mundum: & quia à puris animabus in eum effusum est vnguentum charitatis. 44.1.c & seq.

Sanctas

Sanctas Virgines vt simplices, ac puras magis diligere Deum, quia eum magis agnoscunt, maioremque suscipiunt gratiam. 47.2.c & sequent.
Virgines ipsas exinde Christũ diligere, quia priùs à Christo dilectæ sint, gratiæque illius odore perfusæ. ibid.1.d & seq.
Quàm suauis iisdem sit commemoratio nominis Christi dilecti sui. ibid.2.e & seq.
In veteri testamento non fuisse in vsu sanctam virginitatem, quia nondum Christus p sanctã virginem factus erat vnguẽtum effusum. 48.1.e & seq.
Quòd virgines sanctæ dum Deum pro suo eligunt sponso, dilectione ipsa sua illum ad se trahãt, quaue ratione. 55.2.d & seq. vide & 57.2.e
Quòd eædem Virgines Christum sequantur ab illo attractæ, vt à columba trahuntur columbæ. 54.2.e & sequent.

Sermo II. In illud Isa. 5.2. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, &c.*

Quòd monasteria rectè dici queant cornu filius olei, id est terra fortissima, & pinguissima ob pinguedinem gratiarum, quibus moniales, & religiosi in illis redundant, colliges ex dictis. 300. 2. b & sequen.
Quàm aptè virginitas dicatur vinea, quasve cum vinea habeat congruentias. 117.1.a & seq.
Quomodo hanc vineam Christus plantasse dicatur. ibid.d.
Huius vineæ sepem esse claustra. ibid.c vide. 823.1.a & sequen.
Turrim esse Christum. 129.1.c Necnon & ipsammet sanctarum Virginum pudicitiam, quæ & murus est præfortis, vt colliges ex dictis. 152. 2. e & 153.1.a & seq.
Humilitatem esse torcular istius vineæ virginitatis 117.1.e quamve ea sit necessaria virginibus. ibidem.2.a
Pro virginitate colenda esse agenda ea omnia, quæ sunt in cultura vineæ terrenæ ibid.b.& seq.

Sermo III. In illud Sap. 4.1. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate; immortalis est enim memoria illius.*

Virginitatem esse in homine admirabilem, cùm illum euehat ad similitudinem naturæ Angelicæ, 170 1.a & seq.
Cùm apis sit hieroglyphicum virginitatis, vt habes ibid.2.e admiratur nihilominùs sanctas virgines cœlestis sponsus ex eo, quòd similes sint turturi; Christo nimirum & Mariæ, quos designarũt duo illi turtures, quos offerendos iubebat Dominus. 171.1.b & seq.
Et quia instar turturum vnum duntaxat admittunt amatorem Christum. 169.1.c & seq.
Et quia abditum quærentes pro cantu gemitus proferunt, ibid.2.c & seq.
Virginalem pudicitiam esse frænum sponsarum Christi, 171.2.c
Virginitatem esse donum Dei. 170.1.b
Virginitatem perfectam esse ornatam decore charitatis, & humilitatis, 179.2.a
Quæ sint virgines prudentes, quæve fatuæ. 179.1. b & sequent.

Sermo IV. In illud Cant. 1.13. *fasciculus myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea cõmorabitur.*

Applica hæc ad monialem tenentem Christum cruci fixum ad pectus sensu, quem habes. 193.2.e
Quàm aptè Christi sponsa dum illum cruci affixũ gestat inter vbera, fasciculum eum appellet myrrhæ. 195.2.d & seq. & 199.2.a
Mortificationem omnem, omneque monasticæ vitæ iugum leuem existimare fasciculum eam, quæ verè Christum dilectum suum tenere satagit inter vbera sua. 199.2.d & seq.
Vide quæ notata sunt in Euang. festi S. Francisci super ea verb. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.*

Sermo V. In illud Cant. 1.15. *Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum,* seu, *columbæ.*

Pulchritudinem sponsæ Christi nihil aliud esse, quã bonitatem & sanctitatem. 214.2.e
Istius pulchritudinis causa est amicitia Dei, & approximatio ad illum. 212.1.c
Quàm diuersus sit vsus Dei, atq. hominum in amicitiis eligendis, 212.1.a & seq.
Magnum quid esse, & valde admirabile, quòd anima in hoc mũdo degens pulchra dici mereatur, & bona, ibid. 1.e & seq.
Id autem de ea potissimũ dici debere, quæ vt Christi sponsa ei se seruet proximam. 214.2.c
Intentionem quippe ad illum vnicum dilectũ suũ dirigens pulchra redditur facta & ipsa tota spiritualis, sicut & ille. 219 1.e & seq. & 221.1.d
Meritò autem duplici admiratione celebranda est sanctæ huius sponsæ Christi pulchritudo, tũ quia & intrinsecus ea pulchra, sanctaque est, & extrinsecus. 212.2.d & seq. & 215.1.a
Quibus in rebus sita sit pulchritudo ista interna, 213.1.d & seq. & quomodo perfecta reddatur per externam. ibid. 2.a
Tum quia pulchra est & corpore, & spiritu. 215.1. b Tum quia pulcra est & vitæ innocentia, & humilitate, ibid.

Sermo VI. In illud Cant. 1.16. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, Lectulus noster floridus.*

Monasterium, & claustra esse lectulum sponsarum Christi, & lectulum floridum ob sancta instituta, sanctave seniorum exempla. 237.2.d & seq.
Non solùm claustra, sed & exercitia spiritualia, etsi diuersa sint, omnia tamen esse vnum lectulum sponsæ Christi. 234.2.c & seq.
Studia enim, & actus iustorum sunt cum maxima quiete, atque adeò ipsimet eorum labores sunt lectulus quietissimus: cùm è vestigio impiorũ quies sit maxima perturbatio, 234.1.a & seq.
Lectulum istum exercitiorum spiritualium esse floridum flore spei proferẽtis quietem æternam, 235 1. b & quia sunt aspersa operibus virtutum, quæ sunt flores simul ac fructus. ibid.c
Claustra esse lectulum floridum, atque pulcherrimum sanctæ cuique moniali ob Christi, Deique præsentiam, qui sponsus est pulcherrimus. 239.2. a & sequent.

De

De pulchritudine Dei,deque eiusdem suauitate plurima habes 225.2.b & seq.
De pulchritudine autem Christi crucifixi,deq.eius suauitate habes 224.2.d & seq.
Pulchritudinem & sanctitatem animæ esse potiùs Dei,quam ipsius animæ.225.1.d

Sermo VII. In illud Cant.2.2. *Sicut lilium inter spinas,sic amica mea inter filias.*

Sanctam monialem esse lilium,quia proxima Christi,264.1.c & seq.
Spinarum nomen quàm aptè cōpetat iustis,& præsertim religiosis.263.2.c & seq.
Qua ratione & Angeli pariter dicantur spinæ.260 1.a & seq.
Sanctam monialem Angelorum sepe custoditam, à Deo seruari vt lilium in medio spinarum colliges ex dictis.ibid.b & seq.
Quin & concordi sanctarum soror societate, vt altera seruari sepe.263.2.a & seq.
In concordi,& vnanimi fratrum,sororumque congregatione esse quoddam Paradisi exemplar. ibidem.1.c & seq.
Quàm bonus sit Christus sanctæ monialis sponsus qui sponsam ipsam suam lilium redditam, duplici prædicta circundatam voluit sepe:cùm ipse absque vlla spinarum sepe pro illa esse voluerit tunc potissimum temporis quando eius factus est sponsus sanguinum,261.1.a & seq.
Tametsi mediis passionibus gloriam obtinuerit,æque ac flos campi per Solem,imbresque florens, 250.2.d & seq.

Sermo VIII. In illud Cant.2.3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Puellam esse sub vmbra alicuius designare,eamdem puellam sponsatam illi esse.277.1.c & seq.
Quomodo fieri queat desponsatio animę cum Deo incomprehensibili.280.1.a & seq.
Quàm ardenter ad hanc inhiandum sit despōsationem,& de quadruplici desiderio animæ ad Deū. ibid.2.b & seq. Vide & 286.2.a
Desponsationem istam spiritualem fieri per fidem spem,& charitatem,281.1.d & seq.
Sub vmbra Christi sedere per prædictam desponsationem,& fructus eius gustare idemmet esse,nimirum iustitia,& pace frui.279.2.a & seq.
Sub Christi vmbra sedens monialis est sub illius protectione.285.2.d & seq.
Plus autem est sedere,quā viuere sub vmbra Christi. 286.1.c
Monialis,quæ hoc pacto sedeat sub Christi vmbra quanta sit internæ pacis dulcedo.282.2.c & seq.
Hanc pacis dulcedinem assimilari dulcedini regni cœlestis.283.1.c & seq.

Sermo IX. In illud Cant.2.4. *Ordinauit in me charitatem:* seu ex Hebr. *Vexillum eius super me charitas.*

Quàm verè quæ inter sanctas admittitur moniales, dicere potest,Dei charitatem instructam,& ordinatam esse super ipsam.293.1.b & seq.
Et quod ab eodem Deo charitas super ipsam erecta sit vt vexillum.298.2.c & seq.
Qua ratione charitas sit vexillum in acie virtutum. 294.2.d & seq.
In charitate & ad charitatem conuocari moniales in claustris colliges ex dictis.295.1.d
Ideoque pro ea seruanda omnibus neruis pugnandum,ibid.2.b & seq.
Neque vero ea deiicitur,aut superatur tentationibus,& ærumnis,ibid.d
Et ei vni seruatur merces plena bonorum operum, 296.1.b & seq.
Quomodo sanctæ moniali ordinanda eadem sit in Deum dilectum suū charitas.298.1.c & seq.& 293 1.b & seq. Vide & 303.1.b de ordinatione duplicis charitatis actualis,& effectualis.

Sermo X. In illud Cant.2.5. *fulcite me floribus,stipate me malis, quia amore langueo.*

Sanctam monialem per approximationem ad Deum reddi igneam,in quo non incongruè assimilatur exhalationi terrestri.307.1.b & seq.
Quàm aptè ista diuinæ charitatis succensio languoris exprimatur metaphora ibid. c & sequ. necnon & metaphora vulneris.309.1.e & seq.
Amor Dei quomodo languorem afferre queat in exercitiis spiritualibus,ibid.2.a
Istiusmodi languori charitatis optimè succurritur à Christi sponsa per eiusdem Christi memoriam, colliges ex dictis.308.1.a & sequ.perque verborū eius reminiscentiam,307.2.c & sequen. vide 310. 2.a & c.
Hac languens charitate totam se se sancta monialis in Dei proiicit manus:vicissimque illi Deus prouidet de omnibus.317.2.b & seq.

Sermo XI. In illud Cantic. 2. 10. *En dilectus meus loquitur mihi: Surge propera amica mea,columba mea,formosa mea, & veni.*

Animam sanctā monialis dici formosam Dei, quia est eiusdem Dei columba,esse autem columbam, quia est illius amica.354.1.c & seq.
Quod ab ipsa moniali in primis exposcit Deus,esse vt in vita spirituali numquā sistat,sed semper progrediatur;cùm virtutis perfectio in hac vita nullum habeat terminum.355.1.d & seq.
Cur perfectio in præsenti sæculo sita sit in cōtinuo progressu,ibid.2.a & seq.
Quàm necessaria sit eidem moniali sedulitas, & sollicitudo in Dei seruitio.ibid.b & seq.

Sermo XII. In illud Cantic. 2. 11.& 12. *Iam hyems trāsiit,imber abyt, & recessit, flores apparuerūt in terra nostra,*&c.

Monialis quomodo vocetur ad perfectionem. 368. 1.b & sequent.
Timorem seruilem esse hyemem, ibid. d Timoris huius cum ipsa hyeme congruentiæ. 369. 2. a & sequenti.
Cur lacrymæ causatæ ab isto timore dicantur imber.368.1.d
Virtutum habitus quomodo progemmare dicantur in iustificatione.ibid.e
Habitus vitiosos putari falce frequentium actuum bonorum.ibid.2.a & seq.
Putationis tempus tunc esse,cùm resecantur superflua

flua per perfectam sui abdicationem à mundo. 371.2.d
Vocem castitatis in terra audiri, cùm sacra velatur virgo, colliges ex dictis. 372.1.d & seq.
Terram istam, ac mundum terram nostram appellans Christum quàm magnam amoris sui faciat ostensionem. 372.2.c & seq.

Sermo XIII. In illud Can. 2. 14. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: ostende mihi faciem tuam, &c.*

Monialem à Deo de mundo vocatam, vt esset ipsius columba agrestis, & à sæculo remota in claustris profectui indulgeret spirituali. 392.2.e
Cur monasterii claustra dicantur foramina petræ, & cauerna maceriæ. 393.1.a & seq.
Quomodo Deus fulciatur in monasterio, ibid. d & sequenti.
Monasterium esse secretum scalæ, ibid.
In monasterio degens studere debet, vt commoretur per iugem meditationem in sacris Christi vulneribus, vt in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, 396.1.b Vide & 389.1.b & seq.
Quòd vocata ad monasterium vocata sit & ad pugnam, colliges ex dictis, 386.2.a & seq.
Tria in primis à sancta moniali expetit Iesus eius dilectus. Vitæ puritatem, & orationem vt colliges ex dictis. 403.2.b & sequen. & 400.1.d & seq.
Ac tertiò, vt venialia deuitet peccata, quæ sunt studio perfectionis aduersantia, 408.1.b & seq.
Ista peccata venialia, præsertim quæ sunt contra regulares obseruantias, quomodo demoliri dicantur religionum vineas, 408.1.e & seq.
Iccirco hæc potissimum bono cuique cauenda sunt religioso. ibid. 2.b

Sermo XIIII. In illud Cant. 2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia: donec aspiret, &c.*

Spiritualis connubii inter Christum, & sanctam monialem, essentiam, causam, effectus, & bona in hac sententia explicata colliges ex dictis, 414.2.d & sequent. mutatis iis, quæ ibi dicuntur circa tertiũ matrimonij bonum in ea, quæ habes 417.1.d & seque. vide & 420.1.e & seq.
Quomodo Christus & pastor dicatur, & dilectus, 416.1.b & seq.
Amorem sanctæ monialis dici amorem virgineũ, quia ad vnum directus sit Deum. ibid. 2.d & seq.
quomodo amor iste sit totus in Deum eleuatus, ibid. 2.a & seq.
Quomodo vicissim Dei amor in eam solam sanctam animam directus dici queat. 419.1.b & seq. & 417.1.d & seq.
Iustum quemque dignum esse amore Dei super omnia creata. 417.1.c

Sermo XV. In illud Cant. 3. 4. *Inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum, &c.*

Quàm bene, & efficaciter sancta Christi sponsa Deũ appellat, *Quem diligit anima mea*: cùm ita illum se diligere fateatur, sicut anima suum diligit corpus, 128.1.a & seq.
Inueniri tunc potissimùm Deum cùm actus exercetur obedientiæ. 456.2.b
Perque obedientiam ipsam teneri astrictum, ibid. c tanta est enim obedientiæ vis, vt & eumdẽ Deũ subiectum faciat obedientiæ. 455.2.c & seq.
Ob maximam autem securitatem, quam in obediẽtia reperit idem obediens est semper in deliciis. 556.2.d
Quomodo monialis, quæ per admissionem ad religionem introducta à Deo est in cellaria, & in cellam vinariam, dicat se introducturam eumdem Deum in cœlum. 457.1.a & de duplici modo, quo id per vnam fit obedientiam perfectam. ibidem. c & sequen.
Sanctam Christi sponsam Deo vniri debere amore perfectissimo, in quem tres concurrunt actus. 458 1.e & sequen.
Quomodo introducere debeat Deum in cor. 460. 2.a & seq.

Sermo XVI. In illud Cant. 3. 6. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha. &c.*

Admirari iure optimo nedum homines, sed & cœlestes spiritus sanctam Christi sponsam vel e mũdo monasterium adeuntem: vel in monasterio ipso proficientem. Enimuerò ascendit per desertũ, quę mundum contemnit, 470.2.c
Cùm mundus iste sit desertus. ibid. 2.a & c.
Quanquam desertus pariter significet sanctam religiosorum conuersationem. 470.1.c
Necnon & humilitatem, quave ratione per talem ascendatur desertum. ibid. d
Christi sponsa quomodo ascendat, & proficiat in hoc mundo, ibid. 2.b
Istiusmodi profectus descriptus multis similitudinibus. 469.2.d & seq.
Eumdem profectum fieri per celerem ascensionem 472.2.d & seq.
Obsequium Deo exhibitum non esse acceptum, nisi priùs anima se mortificauerit 469.2.e
Humilitate vniuersas perfici virtutes, 471.2.c & sequent.

Sermo XVII. In illud collectum ex Can. 3. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion Reginam Sulamitem in diademate, quo &c.*

Non minùs egrediendum aduidendum sacram monialẽ, cùm monastico induitur habitu, quàm ad videndum Christum spinea redimitum corona, de quo egressu habes 522.2.b & seq.
Quòd sancta Christi sponsa Regina iure dicatur & coronata. 831.2.d
Quàm aptè eadem dicatur & Sulamitis: ac simul in signe sit spectaculum, in quod coniiciẽdi sint oculi. 904.2.b & seq.
De triplici diademate, quo eadem Christi virgo ab Ecclesia eius matre insignitur. Ac primùm de spinea corona, quæ sicut Christo vero Salomoni, ita & isti Sulamitidi est gloriosissima, quia è spinis cõpacta est dolorum, & ærumnarum, quas Diabolus porrexit victus; colliges plura ex dictis. 521. 1.c & seq. & 522.2.d & seq.
De corona alia, quæ magis est gloriosa, pulchriorque apparet, quave aurea designatur corona charita-

ritatis, per quam & inuestitura confertur regni dilectionis, 834.1.a & seq.

De tertio diademate, quod est ipsemet, quo decoratur habitus religionis, quove eadem designatur charitas insignis illa vestis nuptialis, vide ib.2.c & seq. iunctim cum iis, quæ habes 289 col.3.d

Quòd sancta Christi virgo cum habitu induitur religionis diem habeat desponsationis propter mutuam Christi, atque ipsius bonorum communicationem colliges ex dictis, 524.1.c & sequ. & quia tunc temporis Christo vt sponso suo vnitur per actualem vnionem, & deuotionem, 639.1.e & seq. & per omnimodam conformationem ad illius humilitatem, & passionem, ibid. 2.d & seq.

Quomodo tunc extiterit pariter dies lætitiæ cordis tum ei, tum Christo, 524.2.a & seq.

Sermo XVIII. In illud 1. Corint. 11.6. *Si turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suum.*

Velamen in capite significare subiectionem. 543.2.c & sequen.

Mulieris coniugatæ cogitationes vniuersas esse circa domum, ac virum suum, ibid. e

E contra verò sanctæ virginis cogitationes esse eleuatas ad Christum. 544.1.b

Cogitationes virginis, quas congruentias habeant cium capillis. 542.1.b & quomodo è charitate proueniant, 542.1.b & seq. vbi plura de hisce cogitationibus sanctis,

Virgines cur Deo consecrētur sacro velamine. 544.1.d & seq.

Quomodo virgo Christi de hac ipsa glorietur subiectione ad eumdem Christum, quam ipsa protestatur sacri velaminis susceptione, collige ex dictis, 864.1.c & seq.

Quòd Christus ipse eidem virgini subiectum quodammodo se exhibeat, 957.1.e & seq.

Sermo XIX. In illud Cant. 4.3. *Sicut fragmē mali punici; ita & genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet.*

Quomodo Virgines metaphora designentur genarum, cùm genæ in patenti faciei loco sitæ sint, & virgines absconditum quærere debeant. 565.1.d & sequent.

Genarum locum iisdem virginibus tribui in mystico Ecclesiæ corpore ob ipsarum eminentiam, ibi. 2.c & sequent.

Sicut genæ id in primis præstant, vt suo decore faciem exornent; ita & virginum ordinem ad hoc potissimum inseruire, vt Ecclesiæ decorem augeāt ibidem, e & seq.

Siquidem per sanctas virgines Ecclesia ipsa ornatur decore angelico, atque etiam diuino. 566.1.b & sequenti.

Virgines Christi debere esse eleuatas ad superiora, & depressas ad ima; id quidem per humillimam sui deuotionem, illud verò per deuotionem. 565.2.e & seq.

Virginitatem in carne fortitudine esse præstantiorem. 567.2.b

Corporis neglectus quàm deceat Virgines Deo dicatas, ibidem c & seq.

Ipsarum ornatum potissimùm in pudoris situm esse decore. ibid. 2.c & seq.

Sermo XX. In idem thema iuxta varias lectiones, *Absque eo, quod intrinsecus latet*, vel, *Intra velum tuum*; vel, *Extra silentiū tuum*; seu, *tui*.

Sanctarum virginum, quæ genarum metaphora designantur, decorem esse super omnem alium Ecclesiæ decorem, & quomodo id intelligendum. 568.2.d & seq.

Quæ, & quanta sit vis, quæ intrinsecus in sanctis hisce latet virginibus. 570.1.a & seq.

Claustra virginum se habere instar velaminis ad genas corporeas. 566.2.c & seq. & 568.1.e

Quam deceat virgines claustris esse conclusas. ibi. c & sequ.

Sic autem in claustris conclusas summam illas habere libertatem, ibid. 2.a & seq.

Quàm easdem Christi virgines deceat silentium. ibid. b & 562.1.b & seq.

Adhoc seruandum silentium quantam adhibere debeant curam. 561.1.c & seq.

Sermo XXI. In illud Cant. 4.6. *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ; vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.*

Propter concupiscentiæ æstus maximè necessarium esse in hac vita studium mortificationis, 526.1.c & sequen.

Sicut & necessarium pariter est studium deuotionis propter falsam eiusdem concupiscentiæ lucē, qua conspicua exhibentur mundana, quæ re vera nil aliud quàm vmbra fugax existunt. 527.1.a & sequent.

Duplici isto mortificationis, & deuotionis studio obtineri à Christi sponsa sanctitatis pulchritudinem, 523.1.a & seq.

Quòd Deus vnà cum sancta moniali se conferat ad studium mortificationis, quave ratione, eunte moniali, ire se dicat & ipse ad montem myrrhæ, nempe ad monasterium, in quo prædicto vacatur studio, 523.1.d & seq.

Ex mortificationibus voluptatem percipi à sanctis religiosis, atque adeo & à Deo. ibid. 2.d & seq.

Quàm aptè istud mortificationis studium myrrhę metaphora designetur. 524.2.b & seq.

Mortificationem bonam tria habere debere, ibid. c & sequent.

Deuotionis studium quale. 525.1.d & seq.

In monasterio & in vita spirituali esse simul laborem, & voluptatem. ibid. 2.e & seq.

Sermo XXII. In illud Cant. 4.7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

Quàm ingens sit pulchritudo Sanctæ virginis, quæ Deo sponsatur. 623.1.b & seq.

Per recessum à mundo, & declinationē à malo eadē Christi virgo dici meretur sine macula; per impletionem verò totius legis Dei, etiam quoad consilia meretur dici & tota pulchra. 621.2.e & seq.

Quamuis perfectio iustitiæ vitæ præsentis sit imperfecta, 620.2.c & seq.

Nihilo-

Nihilominus sancta Christi Virgo ad Deum accedens, per eã approximationem redditur tota pulchra, totaque lucida.621.2.b & seq.
Et tametsi aliquod in ea sit eorum peccatorum, quę amicitiam Dei non tollunt, cùm non sint ad mortem, dicitur nihilominus etiam tota pulchra, & sine macula, 620.2.c & seq.
Cùm enim amica Dei sit, haudquaquã illa eius peccata ab ipso Deo videntur, diuina illius charitate ea operiente, 621.1.e & seq.

Sermo XXIII. In illud Cant.4.8. *Veni de libano sponsa mea, Veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice*, &c.

Anima religiosa quomodo allatis verbis vocetur ad monasterium, secundum Ambr.631.2.b
Quomodo & secundum Hieronymum, ibid.c
Dum à mundo vocatur sancta Christi virgo suaderi ei, vt declinet à tribus montibus, tria illa mala, quæ sunt in mundo, designantibus, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ.625.2.a & seq.
Quomodo tria ista mala sint cubilia leonum, & mõtes pardorum, ibid.d
Recedendum penitus à superbia. 626.1.a priùsve recedendũ ab illa, & à concupiscentia oculorum, quæ sunt viæ ad concupiscentiam carnis, ibid.b & sequent.
Cur in tali vocatione ter ei dicatur, *Veni*, 625.2.d Vide & 631.1.b
Declinans à tribus prædictis montibus quomodo sancta Christi virgo à sponsalibus transeat ad spõsalitiam dignitatem, colliges ex dictis.625.1.a & seq.& 626.2.e& seq.
Quomodo cùm sit sponsa, fiat simul & ædificium, cæmentis ædificatum charitatis.627.1.c
Vocari eamdem Virginem a Christo in his verbis *Veni* &c.ad maiorem profectum in spiritu secundum Nyssenũ 630.1.d & seq.Vide & Tres Patres. ibi.2.c
Qualis eidem optandus sit istiusmodi progressus secundum Ambr.ibid.e& seq.
Coronari sanctam Christi virginem dum proficit in spiritu, quatenus ex imitatione Christi crucifixi coronam sibi compingit florum virtutum, colliges ex dictis.628.1.b & seq.
Et in meditatione passionis eiusdem Christi coronam accipit sponsalitiæ dignitatis.ibid.d & seq.
Coronari pariter per hoc ipsum, quod triumphat de Diabolo, 631.1.c
De aureola virginitatis plura habes 178.1.c& seq.

Sermo XXIIII. In illud Cant.4.9. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno*, &c.

Sororis nomen adiectum nomini sponsæ ad designãdam connubii inter Christum, & sanctam virginẽ tum puritatem, vt ex Hieronymo habes 646. 2. c tum incommutabilitatem.635.2.c & e.& sequen.
Sanctam istam virginem, quæ Deo dicatur vulnerare cor Dei vno oculo virginitatis.646. 2. e Necnon & quia oculos carnis, & mentis quasi vnum oculum in vnum Deum coniectos seruat.640. 1. c & sequen.
Qua ratione hoc vno oculo ea vulneret cor Dei vulnerata & ipsa à Deo, non secus ac speculum vulnerat Solem, 642.1.c& seq.
Quòd & ipsa Christi virgo idem Dei cor vulneret in vno crine colli sui, nempe in vna obedientia perfecta, 641.2.e
Et idem illa induit habitum religionis, idem Dei cor vulneretur ab Ecclesia item in vno crine colli, nempe per religiosos ipsos: seu ab ipsis religiosis per vnionem spiritus.636.1.e & seq.
Obedientiam religiosi efficere, vt is in cunctis operibus suis vulneret cor Dei, ibid.2.c & seq.
Istud vulnus Deo infligi per arctam coniunctionẽ voluntatis religiosi cum voluntate Dei.637.1.e & sequent.
Ex eo autem vulnere promanare vitam, ibid.2.a & sequenti.

Sermo XXV. In illud Cant.4.12. *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.*

Virginem fidelem esse hortum conclusum, & fontẽ signatum.683.2.c & seq.
Imo virginitatem ipsam esse hortum conclusum, ibidem e
Horti similitudo quàm aptè explicet virginis Christi pulchritudinem.680.1.a & seq.
Descriptio prædictæ pulchritudinis sub horti metaphora.ibid.1.e & seq.
Eamdem Christi virginem dici hortum voluptatis Deo, quia ipsa voluptate fruatur, 678.1.d
Atque ob id potissimùm ex illa Deum capere voluptatem, quia est hortus conclusus.679.1.c
Hanc horti conclusionem esse, duplicem, alteram à Deo, alteram ab ipsamet Christi virgine. 680.2.c & 681.1.b
De triplici eiusdem, vt fons signatus est, signaculo. 682.1.a & seq.
Mentem, quæ ea tantum cogitat, quæ Domini sunt esse fontem signatum signaculo puritatis.685.2.d & sequent.

Sermo XXVI. In illud Can.4.13. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus; cypri cum nardo, &c.*

Virginem esse paradisum cum concentu virtutũ omnium.698.2.a
Christi virginem peccato morientem vitam habere vegetiorem, 695.1.b & seq.
Internam illius sanctitatem indicia sui exhibere extrinsecus in verbis, & in operationibus, 695.1.e Vide 710.1.d & seq.
Illius germina esse diuinam laudem, & iustitiã in operationibus.ibid.e
Illam esse similem paradiso terrestri.696.2.a & se. Quin & paradiso cœlesti.ibid.
Nec mirum, cum eius & verba, & operationes sint paradisus, 695.2.d & seq.Vide & 699.2.b

Sermo XXVII. In illud Cant.5.9. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? Qualis*.&c. Vers.10. *Dilectus meus &c.*

Amantium Deum colloquia promouere ad charitatem, 826.1.d & seq

De excellentiis dilecti, & sponsi sanctæ monialis, siue Christus is sit Deus, & homo, siue Deus simpliciter. Ac primum quomodo Christus dicatur dilectus ex dilecto, 827.1.e & seq.
Christum candidum & rubicundum &c, multas ob rationes habes, 828.2.d & seq. & 830.1.a & se, & 2.e & seq. Quomodo is dictus sit *ex millibus*. 829.1.b & 831.1.b
Deum candidum dici, & rubicundum ob misericordiam & iustitiam. 829.1.c & seq.
Colliges plura de hisce excellentiis Dei & Christi percurrentes quæ à nobis afferuntur in explicationem descriptionis Dilecti, quæ habetur in hoc capit. quinto à vers. 10. vsque ad fin.

Sermo XXVIII. In illud Cant. 6, 3. *Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum, &c.*

Monasterii cōcordem habitationem esse pulchram suauem, &c. 879.2.e
Sancta Christi virgo, Deique sponsa quomodo dicatur pulchra. 886.2.e & 880.1.e & 2.d vide 874.1.b & sequent.
Quomodo dicatur suauis Deo. 877.1.a & seq. vide & 876.1.a & seq.
Quomodo dicatur eidem Deo sicut beneplacitum, seu sicut complacentia. 875.1.c & seq. & 880.2.a
Ob charitatem in Deum, atque in proximum eamdem dici decoram. 877.1.c & seq.
Decoram pariter dici ob pacis insigne, ibid.e & se,
Quomodo eadem sit similis cælesti Ierusalem. 880.1.c & sequent.
Ob pacem suam internam esse terribilem vt ordinatam castrorum aciem. 877.2.b
Eius pulchritudinem sitam esse in suauitate, & terribilitate. 880.2.e

Sermo XXIX. In illud Cant. 6.8. *Vna est columba mea, perfecta mea; vna est*, &c. Vers. 9. *Viderunt eam filiæ Sion*, &c.

Quomodo cum tres adhærentium Deo sint ordines, quæ tamen dedicatur in monasterio, prædicatur à Deo, vt vna ipsius columba. 887.1.e & seque. & 888.2.a & seq.
Quid sit, & quotupliciter sumatur perfectum. 888.1.c & seq.
Sanctam Christi virginem dici perfectam triplici genere perfectionis, ibid.d
Eam à Christo diligi amore materno, ibi, 2. b & se,
Sanctæ illius sorores quantum gaudii percipiant, dum ita eam à Christo dilectā intelligunt. 891.1.d
Discrimen, quo eadem celebratur à sororibus, quæ sunt in gradu incipientium, vel in gradu proficiētium, atque ab iis, quæ sunt in gradu perfectarum ibid.e & seq.

Sermo XXX. In illud Cant. 6.9. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa*, &c.

Triplicem religiosorum virtutem laudatam, humilitatem, castitatem & charitatem. 895.2.c
Progressum sanctæ virginis Christi esse admirabilem. 893.2.e
Cùm in statu incipientium progreditur, esse similē auroræ. 854.1.b
Progressui verò lunæ esse similem illius progressum cum est in statu proficientium, ibid. & seq.
At cum perfecta jam & in statu proficiet perfectorum, futuram similem Soli. ibid.c & seq.
Vide de hoc triplici eiusdem progressu. 895. 2.d

Sermo XXXI. In illud Cant. 7. 1. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?*

Sanctam Christi Virginem admirationem excitare in gressibus castitatis, 915.2.a & 916.1.b
Nec non & in gressibus puritatis ab omni cœno peccati. Ibid.a & seq.
Et in gressibus virtutum omnium, ibid. 2.a
Eamdem dici filiam Principis, quia sponsa Dei, colliges ex dictis. 912.1.a
Fieri autem sic filiam, & sponsam Dei per moderationem affectuum. 914.2.b
Istiusmodi affectus quo pedes pulchri, 914.1.b
In iisdem affectibus laudari iugem operationem, ibidem, c
Exercitia spiritualia affectuum quomodo exercenda, ibid. d & seq.

Sermo XXXII. In illud Cant. 7.6. *Quàm pulchra es, & quam decora charissima in deliciys*, Vers. VII. *statura tua assimilata est palmæ*, &c.

Sanctam Christi virginem esse in iugibus deliciis ex charitate in Deum, 941.1.a
Tanta autem præditam esse ea charitate, vt charitatis nomen sortiatur. ibid.b
Dulcem, ac suauem eam esse in sororum consortio, 939.2. b & seq.
In mortificationibus esse in deliciis colliges ex dictis, 940.1.a & seq.
Illius sanctam conuersationem esse in iugi progressu. 943.2.d
Iste eius progressus quomodo similis palmæ. ibid.e vide 944.1.d & seq. & 946.2.c
Esse paulatim ab imis ad suprema. ibid.e Nimirum enim feruorem in principio conuersionis esse maximè periculosum. 946.1.a
Eamdem Christi virginem esse similem Christo crucifixo. 944.2.b & seq. & 946.1.a & seq.

Sermo XXXIII. In illud Cant. 7.8. *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius; & erunt vbera tua*, &c

Sāctæ virginis Christi monasticum habitum induētis præcipuum studiū illud esse, vt charitati indulgeat, & virtuti, sicve proficiens ascendat in palmā 950.2.d & seq.
Allecta nimirum à virtute sanctarum monialiū, vt colliges ex dictis. 949.1.a
Qua ratione se habeat, vt ex earum conuersatione profectum capiat, ibid.b
Cum illis conuersari prosequens quem faciat progressum. ibid.c & seq.
Illarum doctrina, & eruditio qualis. ibid. 2. b & se.
Quàm opter, studeatque virgo Christi, vt in monasterio Christum ipsum in virtutum imitetur progressu. 950.2.e Desiderans occasiones benefaciendi. 951.1.a

Potissi-

Potissimum eam eniti ascendere per imitationem in eiusdem Christi crucem.ibid.b

Sermo XXXIV. In illud Cant.7.10. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.*

Sancta Christi virgo soli Deo dignam se iure censeat.918.2.a vide & 416.2.e & seq.

Conuersionis vox quid propriè significet. 956.1.e

Quàm gaudendum eidem virgini,cùm per virginitatis votum Deo sponsatur ob insigne discrimen connubii huius spiritualis à matrimonio carnali. 957.1.e & seq.

Sponsum enim eligit,quem eò impulit amor,vt subiectus quodammodo fieret sponsæ suæ, ibid.2.d

Quàm verè quę ad hunc dilectum conuersa est, dicere,& gloriari potest,& illum ad ipsam esse conuersum,958.1.c & seq.

Quomodo id verè dictum ab ea sit,quod Deus ad ipsam solam conuersus sit.ibid.1.e

De triplici eiusdem virginis statu,triplicique habitudine ad Deum sponsum suum.959.1.d

Sermo XXXV. In illud Can.8.5. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum?*

Sancta Christi virgo in triplici suo progressu admirationem sui causare,& cum vt incipiens progressa est in monasterium: & cùm professionem emisit,ad statum euecta proficientium:& cùm vt in statu profectorum sacro velatur velamine, colliges ex dictis.989.2.b & seq.

Perfectorum progressum esse ingem ascensum, qui tendit in imitationem Dei.ibid.d

De hoc item progressu vide.992.1.d & 2.e

Vitam spiritualem vocatam regnum cœlorum. 990.1.b

In vita spirituali & religiosa quàm necessaria sit cōfidentia in Dei tantum ope.ibid.c & seque.vide & 989.1.e & seq.& 992.1.b & seq.

Quæ sint deliciæ vitæ spiritualis.990.1.b

Per puritatem cordis sanctam Christi sponsam habere delicias cęlestis patriæ.ibid.d

Eamdem,cùm indulget vitæ spirituali, recumbere super pectus Domini,indeque sugere lac consolationum diuinarum.ibid.e

Sermo XXXVI. In illud Cant. 8. 6. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculū super brachium tuum.*

Quòd à sancta moniali exposcit Christus, id primò est,vt ab illa habeatur charissimus præ omnibus, 998.2.e & seque.

Secundò,vt veluti annulum eum ipsius sponsa gestet in annulari digito,vt in corde,illibatam ei seruans fidem,gloriamve,& nobilitatem omnem illi acceptam ferens,ibid.d & seq.vide & 1001. 1.e & sequen.

Quomodo Deus glorificetur in corpore nostro.ibi. 2.b & sequ.

Tertiò,vt veluti annulo firmissimè ipso obseratum in se custodiat Dei timorem, eumdemque Deum thesaurum cordis sui.999.1.b & seq.& 1001. 2.b

Quartò,vt ipso veluti signaculo obsignatum seruet cor,roburque suum: cogitationes & operationes suas illius imagine exhibens impressas.999.1.e & sequ.& 1002.1.d

Quintò,vt impressam veluti signaculo ipsius imaginem iugiter & in corde habeat, & in operatione, ac veluti impressis stigmatib. eius se exhibeat seruam.999.2.b & seq.& 1002.1.a & seq.

Stigmata Christi quomodo imprimantur in corpore sponsæ illius.1003.1.a & seq.

Stigmatibus,ac notis charitatis, & Spiritus sancti protestamur Christi seruitutem,ibid.e

Sextò,vt diuinam legem,& sanctam religionis regulam,vt ipsius signaculum impressum habeat super cor,& super brachium,1004.1.a & seq.

Sermo XXXVII. In illud Cant.8.6. *fortis est vt mors dilectio.*

Cùm omnis,qui diligit mundum, maneat in morte eo modo,quem explicatum habes 1009.2. e & se.

Christi virgo,vt vita viuat eiusdem Christi, per illius dilectionem è mundo egressa, mundo, & sibimet mortua est,1010.1.a & seq.charitas quippe mors quædam est.1009.2.d & 1013.1.b & seq.

Multò tamen est morte fortior,vt eadem in se experitur virgo,quando separatam animam suam à corpore suo per charitatem,per eamdem charitatem arctiùs ipsimet corpori iunctam aduertit, vt colliges ex dictis.1011.1.a & seq.

Et quando intelligit,quod separata anima à corpore sensus sui adhuc viuentes per ipsammet deuinciuntur charitatem.ibid.d & seq.

Quidni vero fortiorem eam non fateatur morte,cū ea vna sit, quæ nec consumetur,nec habeat finem. ibidem.e

Christi virgo propterea,vt charitatem ipsam fortiter in se habeat radicatam,id omne,quod in mundo est,contemptui habet,& derelinquit, 1024.2. b & sequen.

Tametsi nouerit mundum contemnere eos,qui sua dedunt Deo ob charitatem,ibid.2,d & seq.

Sermo XXXVIII. In illud Cant.8.9. *Si murus est,ædificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est,impingamus,*&c.

Quàm necessaria sit virginibus Christi clausura in monasterio.1031.1.c & seq.

Sanctæ Christi virgini,quæ se illibatam intra claustrorum muros seruet,exhibet eius dilectus monilia.ibid.2.a Monile nimirum virtutis obedientiæ, de quo.174.2.e & seq.Necnon & monilia reliquarum virtutum simul connexarū,de quib. 1006.2.c

Exhibet & collariorum ornamenta, documenta nimirum humilitatis,quæ & collaria quædā, & quędam sunt propugnacula,vt habes.587.2.b

Ædificat pariter & super eam charitatem sicut turrim,& sicut propugnacula,603.1.b

Et super murū fidei ipsius ædificat propugnacula operum bonorum.1034.2.d & seq.

Quomodo sancta Christi virgo ostium se seruet occlusum. 1031. 2. c Quidve ex hoc referat præmii. 1034.1.d & seq.Per arctā sui custodiā adipiscitur ornamentū vestimentorū ipsomet Christo induta ibidem.2.a

Sermo XXXIX. In illud Cant.8.10. *Ego murus,& vbera mea quasi turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.*

Sanctam Christi virginem non tam ab externis clau-

ftrorum parietibus, quam ab arcta suime custodia illibatam seruari, 1031.2.a vide & 1041.2.b
De hac sui custodia vide 681.1.b & seq.
Virginibus Ecclesiam esse murum pro fortem. 1042 2 d & seq.
Atque exinde habere Christi virginem, quòd ipsa sibi sit murus, & Ecclesiam habeat pro muro, quia pacem cum Deo habet. 1036.2.c
Et quia Deum ipsum habet vt murum igneũ, 1038. 1.a & seq. vide & 680.2.e & seq.
Quàm rectè talis virginis vbera dici queant sicut turris: cùm ex charitatis vberibus, de quibus 602. 2.a & seq. veluti e turribus iacula iaciat & in Deũ, & in sorores, quas vt suum diligit proximum, iacula inquam illa, de quibus, 1039.2.c

Sermo XL. In illud Matth. 13. 44. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, &c.*

Vide quæ super hæc ipsa verba notata à nobis sunt in secundum Euangelium pro Comm. Virgin. & Mart. inde enim plurima colliges, quibus præsentem extendas sermonem.

SERMO IN ELECTIONE

Abbatissæ, seu alterius Prelati In illud Act. 1.24. *Et orantes dixerunt; Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerÿ huius.*

Ab oratione prudentes quasque dependere consultationes, 550.1.c & seq.
Quod prudenter eligere, & consultare aliquid volens debeat esse expoliatus omni vehementi passione. 551.1.e & seq.
Quare summum studium adhibendum sit, vt optimus in Ecclesia, & in monasterijs præficiatur Prælatus. 482.1.d & seq.
Cùm quis in Prælatum eligitur, præfici castris militantium, 481.1.e & seq.
Atque adeo id in primis in illius electione studendum, vt fortis sit, & ex fortissimis Israel. 473. 2.d & sequent.
Qui sit rectus, in ipsaque rectitudinis iustitia erga subditos item fortissimus. 580.2.a & seq.
Qui humilitate emineat, supereminentiam suam ex subiectione ad onera ferenda sibi prouenire existimans, 578.2.c & seq.
Qui conformare se norit iuxta occurrentes necessitates suas, & subditorum, ibid. 2.e & seq.
Qui sit vigilans super gregem suum, 443.2 c & seq.
Qui sit tanquam pharus erecta, vt ex illius conspectu subditi discant viam, qua tendere debeant ad cœlestem patriam, 579.2.a & seq.
Prælatus malus quantùm obsit religioni, & monasterio. 821.1.a
A Deo potissimum petendum bonum prælatum, à quo prælatura datur in donum & ornamentum obedienti, 180.1.a & seq.

SERMO PRO SVADENDA

concordia & pace In illud Hebr. 13.1. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.*

In charitate & ad charitatem & pacẽ in Ecclesia vocatos fideles, & in religione religiosos. 295.1.d & seq. & 876.1.a & seq.
Qua ratione charitas sit vexillum in acie virtutum, 295.1.c & seq.
Neruis omnibus pugnandum pro charitate seruanda. 295.2.c & seq.
Cùm ipsi reseruetur merces bonorum omnium. ibid. d & seq.
In charitate proximi & concordia situm animarũ & religionis decorem. 877.1.e & seq.
Charitate fraternitatis, & pace, atq. concordia quẽlibet religiosum esse similem equitatui. 166.2.e & terribilem vt castrorum aciem ordinatam. 877.2.b
In concordi, & vnanimi fratrum congregatione esse quoddam cœlestis regni exemplar. 236. 1. b & seq. eidemque regno, siue illius dulcedinem similem quodammodo esse pacis dulcedinẽ. 283. 1. d
Et ob ipsius pacis decorem animam esse suauem, & gratam Deo. 877.1.e & seq.

SERMO PRO SVADENDA

frequentia Communionis. In illud Luc. 11 3. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

Tantam esse frequentiæ istius necessitatem, quanta est necessitas frequentis comestionis, ac potus. 755 1.d & seq. Ideo & Christum ad eam quotidie inuitare. ibid. 2.a & seq. vide. 756.1.d
Hanc frequentiam quàm ardenter in fidelibus optent sancti quique. 976.1.a & seq.
In communione Christum sugere vbera communicantium, iisdemque vberib. illos pascere. ibid. b
Nulla re magis Deo referre gratias norunt sancti, quàm de fructu frequentiæ sacramenti. ibid. d
In hac frequentia tolli vniuersum Ecclesiæ opprobrium, ibid. 2.e & seq.
Vide plura in Indice rerum verb. *Eucharistia.*

SERMO PRO SVADENDA

digna preparatione ad Communionem In illud 1. Cor. 11. 28. *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat.*

Quinam, quave ratione accedere debeant ad cõmunionem. 775.1.a & sequen.
In male communicantes Christũ dici venire, vt iudicem, 731.1.e
Communicantem indigne facere sibi Sacramentũ amarum, atque mortiferum. 284.1.e & seq.
Ad dignam cõionem faciendam quęnã sint necessaria. 283.1.d & seq. Ad eam se præparare volens diuinam inprimis petere debere opem. 731.1.a
Dignitatem omnem cõionis esse ex parte Dei. ibi. c
Bonã præparationẽ ad Eucharistiã sitã esse in cõtritione, & deuotione. ib. a vide 756.2.e & 757.1.d

Sermo ad eos, qui iam communicati sunt. In illud Cant. 8. 2. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis, & dabo tibi, &c.*

Post communionem detinendum Christum in mēte nostra. 983. 1. e & seq.
Immorandum enim meditationi passionis illius. 984. 2. b & seq.
Quomodo sanctissimum Sacramētum dicatur monumentum passionis Christi. 284. 2. a & seq.
In Eucharistia sumptus Christus quomodo nos doceat. 983. 1. b
Quid tanto hospiti dare debeamus. ibid. c
Animam in communione pastam pascere Christū lacte deuotionis. 285. 1. a & seq.
Vide plura, quę de tota hac communionis materia dici queunt, adnotata super Euang. fest. Sanctiss. Corporis Christi, & super Euang. Dominicæ infra eiusdem festi octauam: & in Indice rerum verbo, *Eucharistia*. Sermonem habiturus ad populum, cū ingruit aliqua calamitas, seu cū indicitur aliquod Iubilæum, aut Preces publicæ, cōfuge ad ea, quæ notata sunt super Euāgelia Domin. V. post Pascha, & Rogationum, seu Litaniarum: Et ad sermones pro XL. horis, & ad Indicem rerum verb. *Tribulatio*, & verb. *Oratio*.

Sermo pro gratiarum actione In illud Colos. 3. 15. *Grati estote.*

Quàm Deo displiceat vitium ingratitudinis. 780. 1. d & sequent.
Et è vestigio quàm delectetur beneficiorum suorū memoria, & commemoratione. 73. 1. e & seq.
Gratias Deo agendas pro iisdem beneficiis, Primò ob illorum multitudinem, quæ sanè tanta est, vt in illis ordo reperiri nequeat. 285. 2. d & seq.
Ob eamdem eorum multitudinem, & copiam illa dici, vbera Dei. 73. 2. b
Secundò quia in singulis eorum sunt plura beneficia, vnde & dicuntur vnguenta optima. 29. 2. b
Tertiò, quia conferunt ad virtutem, cùm è contra beneficia terrena sint exigua, breuia & damnosa. 73. 2. e & sequent.
Ad virtutem enim animam promouens Deus, beneficiis illam pulsat. 772. 1. a
Quartò, quia si beneficium eò est maius, quò magis ab amore procedit. 29. 2. e maxima certe sunt, quæ vt capilli è charitate Dei prodeunt. 834. 2. b & sequent.
Etsi beneficia in genere sunt indicia amoris interni. 1015. 1. e multo efficacius internum Dei amorem indicant beneficia Dei, quæ ideo & amorum nomine nuncupata reperiuntur. 74. 1. b
Et quintò, quia ad amorem accendūt. 105. 1. e atq; adeò dicuntur amoris & alæ. ibid. 2. b & sagittæ. ibid. c & 309. 1. b

Sermo in exequijs defunctorum In illud Apocal. 14. 13. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.*

Dicuntur beati iusti, cùm moriūtur, primò, quia per mortem eruuntur à laqueis, quorum plenum esse mundum istum habes. 349. 1. d & seq.
Secundò, quia eruūtur à periculo vagationis à Deo cessatque illorum peregrinatio. 141. 2. b & seq.
Tertiò, quia eruuntur à tribus potentissimis hostibus, quorum ingiter metuebant incursus. 141. 1. a & sequent.
Quartò, quia liberantur ab intestino sensuum suorum bello periculosissimo. 115. 1. b & seq.
Quintò, quia eruuntur à deceptione, & impetu ardentissimæ concupiscentiæ. 98. 2. e & seq. Ac per separationem animæ à corpore eruuntur & ab omnibus præsentis vitæ ærumnis, quarum causa ipsum est corpus. 83. 1. b & seq.
Sextò, dicuntur iidem beati, cùm moriuntur, quia vocantur ad cœlestem beatitudinem. 630. 2. e & 370. 1. d & 356. 1. a & 358. 1. a & 370. 2. d 776. 2. a
Septimò, quia in ipso mortis tempore eamdem aliquatenus gustare incipiunt cœlestem beatitudinē 380. 2. a & ibid. 1. c
Octauò, quia per mortem ipsam colligūtur ad Deū dilectum suum. 743. 2. a & colligūtur vt lilia quædam. 873. 2. a
Colliguntur cum radice totius meriti. 829. 2. b
Hinc est, quòd Deum precantur, vt ipsos ad se colligat. 734. 2. d.
Pondera quomodo ii dicuntur beati mori, qui cū iam mortui sint moriuntur. Mortui inquam mundo. De qua morte plura colliges ex dictis. 395. 1. a & seq. & 695. 1. b & seq. & 1009. 2. e & sequen. & 1011. 1. a & seq.
Hos dici in Domino mori, quia Deo præsente moriuntur. 741. 2. b & 1054. 1. b Vide quomodo sanctus Moyses mortuus dicatur in Domino. 11. 1. d & sequen.

D. IO. ANTONIVS ANGRISANVS

CONGREGATIONIS CLERICORVM REGVLARIVM Propositus Generalis.

CVM hoc opus Commentariorum in librum Cantici Cantic. à P. D. Michaele Ghislerio nostræ Congregationis Theologo compositum, grauium, ac doctorum virorum iudicio, quibus id commisimus, recognitum, atque approbatum fuerit, vt typis mandetur (modo ijs, ad quos hoc pertinebit, id visum fuerit) facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes manu propria subscriptas, & sigillo nostræ Congregationis munitas Damus Romæ die 2. Mensis Maij 1609.

D. Io. Ant. Præp. Gen.

COPIA.

GLI Eccellentiss. Signori Capi dell'Eccellentissimo Consig. di X. infrascritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relation delli dui à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitor, & del Circ. Secretario del Senato Gio. Maranegia, con giuramento, che nel libro in titolato, Commentarij in Canticum Canticorum, &c. Reuer. P. D. Michaelis Ghislerij, *non si troua cosa contra le leggi, & è degno di Stampa, concedono licentia, che possi esser Stampato in questa Città.*

Dat. die 22. Septemb. 1609.

D. Andr. Contar. }
D. Zuane Sagredo } *Capi dell'Eccelso Cons. di X.*
D. Gerom. Corner }

Illustr. Cons. X. Sec. Leonard. Otthobonus.

Reg. in lib. à car. 28.

Ant. Laur. Offic. Cont. Blasph. &c.

PRAEFATIO

COMMENTARIORVM SVPER LIBRVM CANTICI CANTICORVM.

De huius Libri Auctore. Cap. I.

1 SACRI Libri, ad cuius explicationem omni animi contentione, atque ardore ingenij sum obnixus (ita meos conatus aspiciat Deus) vt mortalium omnium singulari diuini numinis munere sapientissimum Salomonem, ita eiusdem Sancti Spiritus afflatu auctorem extitisse, cum nemo in præsentia ambigit, neque ante hac veritus fuit, tum proprium eius nomen in ipso operis titulo collocatum apertissima significatione declarat. Illud potiùs grauiorum etiam virorum animos ancipiti cogitatione distrahit; Vtrum idem Rex Salomon Regij Prophetæ Dauid filius summa præter naturæ vires doctrinarum eruditione præditus, & eximius carminum, canticorumque scriptor, de quo libro tertio Regum dicitur *a Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & erat sapientior cunctis hominibus: Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque millia:* qui in præsenti opere exarando organum fuit Spiritus sancti, ita eiusdem Spiritus organum extiterit, sicut impios quosdam fuisse legimus, vt Balaham in lib. Num. & Caiphas in Euangelio Ioannis. Enimuero ex capite 11. Libri 3. Reg. *b* aperte colligitur, illum ipsum Salomonem, qui olim immortali Deo charissimus fuerat, deinceps ob execranda, in quæ se ingurgitauit flagitia effusissimæ libidinis, & impurissimæ idolorum seruitutis infensissimum euasisse. Ex cuius controuersiæ occasione disputari hoc loco à nonnullis consueuit; An Salomon ante obitum ex contractis culpis inustas maculas, venia intimè, ac piè implorata, impetrataque, eluerit: cum nihil certi ex sacris literis colligi hac de re possit; ideoque adhuc sub iudice lis sit, pro vtraque parte sacris doctoribus differentibus: tametsi communiori tum Patrum, tum Scholasticorum, tum etiam expositorum recentiorum, quin & communi Hebræorum sensu, meoque iudicio probabiliori sententia in affirmatiuam, ac benigniorem partem propendendũ sit: Parum tamenquicquid hac de re asseueretur, ad rem nostram facit, si supponamus id, quod apud me certũ est, opus istud à Salomone compositum, cum Dei gratia insignitus esset: ideoque Spiritus sancti organum sanctum, atque diuinum existimãdum, prout illum appellat S. Gregorius Nazianzenus Orat. XI. vtpote diuino Spiritu plenum tunc potissimum, cum hæc scripsit, iuxta explicationem Eliæ Cretensis in Scholijs super citatum locum Nazianzeni. Quod ad rem nostram facit, illud est, vt quæramus; Quo tempore Salomon Sũmo Deo acceptus eumdem confecerit Librum, ante illius offensas, vel postea: & quod idem est; In iuuentute ne, an in senectute, mortique proximus. Siquidẽ senem illũ in plurima scelera prolapsum habemus manifeste in 3. lib. Reg. vbi dicitur: *Cumque c iam esset senex, deprauatũ est cor*

a 3. Reg. 4.29.

b 3. Reg. 11.1.

Salomon an ante obitũ egerit pœnitẽtiã.

Greg. Nazianzen.

c 3. Re. 11

eius

eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut Cor Dauid patris eius: sed colebat Salomon Astarthen,&c.

De tempore, quo liber iste conscriptus est à Salomone. Cap. II.

2 CVm de fide constet, tres esse sacros Salomonis libros quos sacris in litteris sibi inuicem subsequentes habemus, lib. Prouerb. librũ Ecclesiastes, & librum istum Cantici Cant. quem vltimo loco collocatũ videre est ex ordine, quo in Biblijs dispositi reperiũtur; arbitrati sunt nonnulli, in vltima ætate, & postquã à delictis resipuisset, Salomonem hunc librum composuisse, post librũ Ecclesiastes, quem item, vbi humanarũ voluptatum quibus antea delibutus à diuinis præceptis defecerat, fucatam, falsam, corruptisq; illecebris delinitã speciem, fluxaq; humana omnia cęlesti quodam oppulsu intellexisset, & ad Dei dilectionẽ ab ijsdem abstractam, & penitus auulsam mentẽ traduxisset, ab eodem cõflatum, ex cõi Hebræorum sñia asserit B. Hieronym. in principio suorum commentariorum in eumdẽ librum: Confirmatq; hanc suam opinionem duplici potissimũ medio. Primum ex cõi Sanctorũ Patrũ afflatu, quod apud eumdẽ Hierony. loco citato videre est, quo ve asseritur, Salomonẽ in trib. libris conscribendis quasi per gradus quosdã perfectionẽ deducere voluisse: ideoq; 1. in lib. Prouerb. quem pro incipientib. cõposuit, filium instruxisse, permittens illi rectum mundanarum rerum vsum: Tum in lib. Ecclesiastes ad altiorem gradum proficientiũ incipientes ipsos eleuans, filiumq; iam maturioris ætatis effectũ de Ethicis & moralib. euehens ad Physica, & ad naturaliũ cognitionẽ, à mundanis hisce vniuersis, vt à vanis rebus eumdẽ abstraxisse: Ac demum in lib. Cantici Cantic. quẽ pro perfectis confecit, illum ipsum iam consummatũ virum, calcato sæculo preparatũ, & de physicis ad sacram perductum Theologiã, cælestis sponsi iunxisse amplexibus. Alterum verò mediũ, quo ad eamdem sñiam confirmandam ijdem vtuntur, ex congruentia quadã desumptũ est: quia nimirum congruum admodũ videatur, vt Salomon in ætate iã prouecta istum conscripserit librũ de Dei erga Ecclesiã amore sub parabola, & allegoria amoris humani; qñ animũ iam à perturbationib. & passionibus liberũ, & penitus seiunctũ haberet. *Librũ Cãticorũ scriptũ à Salomone in vltima ætate, aliquorũ sententia.*

3 Mihi magis arridet altera eorum sñia, quã asseritur, Salomonẽ librum hunc effecisse, antequã deprauatum esset cor eius; idq; exinde quasi pro certo persuasum habeo, quòd cũ ipse, prout infra explicabitur, ita parabolam istã contexuerit, vt in persona sua Deum Incarnatũ, Christumq., cuius typum & in psalmis gessisse nouimus, repræsentarit, queadmodum colligitur ex ijs, quæ dicuntur in cap. 3. *En lectulum Salomonis,&c. Ferculũ fecit sibi Rex Salomon,&c.& Egredimini, & videte filiæ Sion Regẽ Salomonem in Diademate, quo&c.* Sanè ex noie dilecti, quo suã ipsam exprimit personã, iure optimo illud tanquam exploratissimum habendũ duco. Enimuerò consonum rationi est, vt eatenus hoc sibi arrogauerit Dilecti nomen, quatenus eodẽ vocabulo apud vniuersum populũ insignitus esset. Certum est aũt, tunc duntaxat illum eo nomine insignitũ, cum & diligeretur à Dño, & vicissim ipse diligeret Dñm, quod colligitur ex cap. 12. lib. secundi Regum, vbi pro ijs, quæ in vulgata sic habetur *a Misit in manu Nathan Prophetæ, & vocauit nom eius Amabilis Domino, eò quod diligeret illũ Dominus*: Hebr. & Sept. sic legunt: *Misit,&c. Et vocauit nomẽ eius Dilectũ Dei propter Dominũ, ἕνεκα κυρίου*, ob Dñm, & Domini gratia, quod tripliciter intelligi põt. Vel quia Dñs illum diligeret, ideo eũ tali nomine honestari voluisse, prout intellexit noster Interpres, & cõiter Hebræos pariter intellexisse, asserit B. Hieronym. in lib. Quæstionũ, seu Traditionũ Hebraicarũ in lib. 2. Reg. c. 12. Vel ob Dñm passiue, qui. s. diligeretur, vel diligendus esset ab ipso, vt Dñs nomine dilecti iam ex tunc ab incunabulis eum insignierit, præintelligens, se ab ipso ardentissima diligendum charitate. Porrò, si ostẽsio dilectionis, probatio est operis, vt ait Greg. Papa, &, si tunc patet, aliquẽ Deum impensius amare, qñ studiosius eius seruat mandata, vt sæpius in Euangelio testatus est Dñs Iesus: profectò tunc maiori Salomon Deum amore prosecutus, atq. Dilecti nomine nuncupatus censendus est, cum iuxta ea, quæ habentur in 3. lib. Regum in iuuentute totum se Deo emancipauit ad amplificandũ eius cultum, atque ad ædificandũ nomini eius templum illud augustissimum, quando vni innixus Deo hæc ad illum habuit verba *b Et nunc Domine Deus tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo: Ego autem*

Libr. Cãt. Cãt. Salomon scripsit anteq̃ peccaret sceleribus libidinis, & idololatriæ.

Dilecti nomẽ quo cõgruerit Salomoni.

a 2. Reg. 12.25.

Hierony.

Greg.

b 3. Reg. 3.7.

autem sum puer paruulus,& ignorans egressum,& introitum meum,&c. Dabis ergo seruo tuo cor docile,vt populum tuum iudicare poßit,& discernere inter bonũ,& malum. Vnde
a 3. Reg. 3.3. bene in eodem capite dicitur. *a Dilexit Salomon Dominum ambulans in præceptis Dauid.* Tertiò demũ,quod dicitur,,iuxta Sept. *Et vocauit eum Ieddidi.* i. dilectum ob Dñm, seu Domini gratia,intelligi,& eo pacto ab aliquibus solet, vt dilecti nomine is nuncupatus sit,quia Dñs eum fecit dilectum toti populo,cui sensui fauet, quod auctor libri Eccle
b Eccles. 47.17. siastici,quasi hæc ipsa referẽs dicit. *b Ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum; & dilectus es in pace tua.* Tunc ergo verosimilius est, eum hoc Canticũ amoris cõflasse,& vulgatum suum sibi adscripsisse Dilecti nomen, cum & maiori dilectione Deum prosequeretur,& propter eximiam,quam vndique præstitit pacem,ab vniuerso diligeretur populo, ideoque dilectus cõi diceretur assensu. Constat aũt ex libris Regum, post lapsum eius in scelera,postq; defectionem eiusdẽ à dilectione,cessasse illicò pacem, quam eousque serua
c 3. Reg. 11.14.& 23. rat,vnde in c. 11. post enumerata eius detestabilia crimina subiicitur statim. *c Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæum,*&c. Et infra. *Suscitauit quoque ei Deus aduersarium Razon filium Eliada:* Ieroboam etiam tunc ab illo desciuisse,ibidem
d 3. Reg. 4. Eccli. 47. 18. dicitur. His addo, & illã quoque confirmationem huius sñiæ, quæ cõiter desumitur ex *d* 3. lib. Reg. atque ex lib. Ecclesiastici, vbi prius ea, quæ conscripsit, narrantur opera, tũ referuntur & scelera. Quod enim dicitur ab ijs, qui aliam sequuntur sñiam de frequentibus in Scriptura Sac. anticipationib. & recapitulationib. gratis, meo iudicio, dr̃ hoc loco.

4 Restat igitur, vt confirmata opinione ista, qua asseritur, hunc librum à Salomone conscriptũ in iuuentute ante lapsus criminũ, ijs satisfaciã rõnib. quibus alia opinio nititur,& quidẽ prima, quæ desumitur ex ordine, quo libri à Patrib. positi reperiuntur in Sacro volumine, non probat, quòd in senectute post pœnitentiam à peccatis liber iste cõpositus sit, nisi iuxta Hebræorũ sñiam supponatur, in eadem ætate confectũ, & libr. Ecclesiastes, qui immediate illũ præcedit, quod ita est dubiũ apud Patres, sicut & hoc, quod modo controuertimus. Adde, quòd ex lib. Psal. manifeste colligitur, haud tutũ esse, arguere tẽpus, quo liber aliquis conscriptus sit, ex ordine, quo dispositi reperiuntur in Biblijs, quin, si in hac dispositione seruãdus esset tẽporis ordo, sanè liber Iob ex primis esse deberet. Neq; verò cõfirmatio eiusdẽ primæ rõnis, quam illi desumunt ex cõi SS. Patrum affatu, quidquam hac in re habet virium; nã Patres Salomonis libros perpẽderunt iuxta ordinẽ eruditionis, quã ẜm philosophos prior est Ethica, secunda Physica, ac demũ tertia Metaphysica, vt videre est apud B. Hieroym. loco citato: ẜm quẽ ordinem à primis itidem Patrib. ijdem dispositi sunt. At ex ordine doctrinæ haud necessariò infertur & ordo tẽporis. Quinimo, ẜm He
e In li. Seder Holã. bræorum opinionem, quoad ordinem temporis Canticorũ liber ceteros præcedit, *e* censent.n. Salomonẽ hunc composuisse in adolescentia; in prouectiori verò ætate conscripsisse lib. Prouerbiorũ, ac demum in senectute vltimum composuisse librum Ecclesiastes.

Secundæ eorum rationi, quæ nitebatur in congruentia quadam, crediderim iã satisfactum, cũ ostensum sit, multò fuisse congruentius, vt in adolescentia librum istum cõposuerit, qñ ardentiori charitatis igne eius flagrabat cor, qñ & ob internam à perturbationibus, & passionibus pacem multò magis eidem & Pacifici, & Dilecti nomen, quàm ob externã pacem propter quam dilectũ eum dixi ab vniuerso populo, conueniebat: tũc.n. neutiquã malorum habituum radices habebat in corde, quas certè, & post pœnitentiam, vel in decrepita ætate adhuc aut penitus euulsas in eo fuisse, admodũ est verosimile. Nouimus aũt
f Sap. 1.1. in lib. Sapientiæ dictum, *f* in cordis simplicitate Deum esse quærendum, atq; adeo & de eodem tractandũ. Censuerim itaq; ècontrario, Salomonem lib. istum, cum purus adhuc esset adolescẽs, primũ exarasse: prouectiorẽ verò lib. Prouer. ac tertio loco lib. Ecclesiastes. Nec mihi hũc fingo ordinẽ, sed ex enumeratione eorũ librorum facta in lib. Ecclesiasti. eũ
g Eccles. 47.18. dem desumo: Sic.n. ibi enumerati habentur: *g In cantilenis, & prouerbijs, & comparationibus, & interpretationibus mirata sunt terræ:* quibus in verbis cantilenarũ vocabulo liber iste designatur, qui inter eius Cantica præstantissimus Cantic. Cant. dicitur: Vocabulo aũt prouerbiorum, & comparationum secundus liber, qui nedũ Prouerb. est, sed & cõparationum quas frequentissimas in eo est reperire: & deniq; vocabulo interpretationũ
h 1. Cor. 12.10. tertius significatur liber appellatus Ecclesiastes, & Concionatoris, ad quem sanè ex officio spectat interpretatio sermonũ, quã Apostolus *h* numerat inter munera Spiritus san-

Quis

Quis fuerit Salomonis scopus, aut finis in hoc opere conscribendo. Cap. III.

5 Epiphan. SVpposito eo, quod apud Catholicos de fide tenendū est librum istū nedū esse Sacrū, atq; Canonicū, sed & esse Propheticum, vtpote diuino, & prophetico spiritu conscriptum à Salomone, quem propterea Epiphanius hæresi 67. appellat Prophetarū beatissimum; haud operæ pretium est, vt eorum recenseam, & confutem hæreticas, absurdasve opiniones, qui nihil spiritus in eodem libro agnoscunt. Videantur tres circa hanc materiā Theodo. antiquorum hæreticorum snīæ apud Theodoritū in eius Præfatione Comment. suorum super Cant, quas & recentiores hæretici denuo suscitarunt. Quamquā præter tres illas asserentes, Scopum Salomonis hic esse describere duntaxat amores suos, & amicæ cuiusdā suæ nomine Abisag Sunamitis, vel ēt filiæ Pharaonis, quam ardentissime adamauit; aut colloquium quoddam inter se ac Rempublicā Iudæorum, ipsum inuitantē ad regnandū super se; & illa adnumeranda sit, qua existimarunt nonnulli, inter quos est Leo Hebreus Dialogo tertio de amore; vt primus, ac præcipuus Salomonis scopus fuerit, suum designare colloquium, quod tanquā sapientissimus cū sapientia habuit, quam præ omnib. adamauit, iuxta illud Sap. *Hanc amaui, & exquisiui eā à iuuentute mea, & quæsiui, sponsam eam assumere, & amator factus sum formæ illius*, &c. Id vnū tantummodo dicam contra snīas istas admodū friuolum esse earū fundamentū; quod nusquam in hoc libro reperiatur nomē Dei Tetragrammaton, aut aliud ex eius nominib. El, Saddai, Sabbaoth, Adonai, &c. præcipuis: Siquidem, etsi ista in eo non reperiantur, reperiuntur tñ alia consona allegoriæ assumptæ Eclogæ pastoralis, & nuptialis, veluti Pastoris, sponsi, Dilecti, Amici, Fratris, Pacifici, atque similium, quibus illum in volumine sacro sæpius nuncupatum aduertere est.

Liber Cā. Cant. propheticus.

Errores quoad materiam huius libri.

a Sap. 8. 2

Inter Catholicos, qui librum istum sacrum, canonicum, atq; Propheticū agnoscunt, quædā versatur opinio ēt improbāda, fm quam Vatablus, & Isidorus Clarius in suis Annotationibus super hūc eundem librum quosdam sequentes Hebræorū doctores asserūt, primum quidem Salomonis scopum iuxta spiritualem, & allegoricum sensum fuisse, vt in hoc libro caneret Epithalamiū Christi, & Ecclesiæ; attamen, iuxta sensum historicum & litteralē, ad scopum illum tetendisse descriptionis amorū suorum erga dilectissimam coniugem suam filiā Pharaonis: vt, sicut complura, quæ Salomoni acciderunt, eorū extiterūt, typus, quę euenere: Ita & eiusdē coniugium cum filia Pharaonis figura fuerit coniugij itē Christi, & Ecclesiæ. Improbatur aūt merito ab omnib. sanæ mentis snīa ista, ita vt ab aliquibus existimata sit temeraria, & erronea; cum ex cōi SS. Patrum, & totius ecclesię consensu historicus, & litteralis libri huius, allegoricè scripti sensus is ipse sit, quē illi spiritualē & allegoricū appellant, vt latius in subsequenti capite exponā: Improbatur, inquā cōiter; quia haud videatur decens, vt Spiritus san. direxerit Salomonē ad eorū historiam cōtexendā, quæ duo coniuges amatoriè fecerunt: tametsi in coniugalib. ijs typus esset Christi, & Ecclesiæ: At quamquam hæc rō sic in genere sumpta me non conuinceret: negari. n. posset, id esse Deo indignum; cum aliquando ad aliquod prophetice significandum, quæ indigniora essent, & fieri mandauerit, & scriptis pariter cōsignari voluerit, vt ex principio prophetiæ Oseę colligi facile potest, vbi ipsemet Spiritu sancto dictāte Propheta refert, se ex Dei imperio adhęsisse mulieri meretrici, atque ex illa fecisse sibi filios fornicationum: Improbandam tamen & ipse eamdem censeo opinionem, & quod me ad id impellit est communis Ecclesiæ sensus, quem iam retuli.

Nuptiæ filia Pharaonis nullatenus esse scopum, aut materiem huius libri.

6 So. Maior Altera sententia, & ipsa aliqua ex parte reijcienda, ea est, quam tutatur Ludouicus Soto Maior in suis Præfatis pagina 31. & sequentibus, asserens, scopum quidem Salomonis eum fuisse, vt in hoc Epithalamio ageret de diuinis amoribus Christi, & Ecclesiæ; sumpta tamen forsitan occasione eiusdem scribendi ex primo, ac præcipuo amore suo, & ex nuptijs, quas celebrauit initio Regni sui cum eadem filia Pharaonis: ita vt nuptiæ, amoresque illi haudquaquam fuerint materia præcipua, & argumentum huius Cantici, at occasionem duntaxat præbuerint. Quæ quidem sententia haud mihi displiceret, si hoc pacto illam intelligeremus; vt secundum eam Salomon, qui tunc temporis, quando eas celebrauit nuptias, & in sapientia, & in Dei dilectione, & in spiritu perfectissimus erat prout colligitur ex cap. 3. & 4. lib. 3. Reg. tunc ita se gesserit in compositione huius Epithalamij spiritualis, quomodo se gerere nouimus eos, qui in vitæ spiritualis studio apprime sunt versati:

Nuptia filia Pharaonis an fuerint Salomoni occasio scribendi hunc librum.

versati: vt ex re qualibet, nedum bona, atque indifferenti, sed & ex mala quoque occasionem sumant, ac frequenter etiam & argumentum sermonis, atque colloquij, quò ad spiritum vniuersa trahantur: ijsve, quæ ob oculos versantur, dimissis, ad spiritualia ijdem eleuentur, ad quos sermo ipse habetur. Sic, iuxta hunc sensum dicendum esset, Salomonem quoque in hoc libro, occasione sumpta ex prædictis nuptijs, ijsve omnino dimissis, ita vt nulla iam amplius earum ratio habita sit, nullave commemoratio, ad spirituales nuptias fidelium euexisse animos. Sed, quòd haud hunc sensum habuerit citatus Auctor, patet ex verbis hisce, quibus se declarat. Ex quibus omnibus facile perspicere licet, non esse piaculum, existimare, vel asserere, filiæ Pharaonis nuptias, & amores occasionem, seu materiã aliquam præbuisse Auctori scribendi huius Epitalamij, seu Cantici, atque personam dilectæ (quæ tamquam sponsa loquitur in Cantico) introducendi: Videtur enim Salomõ, si diligenter attendamus, & expendamus eius verba singula, & figuras verborum, atque sententias huius diuini Cantici, prorsus alludere ad aliqnam historiam, seu rem gestam, & ad aliquos veros corporũ amores, idest ad certos aliquos, & proprios suos amores coniugales, & quidem primos, atque præcipuos, vel præsentes, vel præteritos, vel filiæ Pharaonis Regis propter eximiam eius excellentiam, vel certè alicuius alterius Reginæ præ ceteris amabilis, atque dilectæ. De cuiusmodi Regina, seu sponsa præ ceteris omnibus dilecta per allusionem, & iuxta sensum dramaticum, sed tamen nihilominus in typo Ecclesię videtur intelligendum v.g. illud Cantic. 6. cum per comparationẽ sic eleganter ait,
a Cãt.6.7 *a Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta cõcubinæ, & adolescentularũ nõ est numerus. Vna est colũba mea perfecta mea*, &c. Quo sensu haud sanè longe & hæc sententia distat à prima.

Simplicius ergo, & iuxta sanctorum Patrum definitionem dicendum: Salomonẽ id primò intendisse in hoc libro conscribendo, vt prophetice diuinos enuntiaret amores, diuinas, & nuptias, quas per Verbi Incarnationem cum Ecclesia celebraturus erat, iuxta sacramentum illud magnum, quod iam ab orbe condito ex Apostoli *b* sententia significatum fuerat ab Adam, cum primum Euam coniugem suam aspexit: scopum autem istũ, quem in hoc Epithalamio exarando primùm sibi præfixit, eò pariter direxisse tamquam ad secundarium scopum; vt per explicationem adeo flagrantium Dei amorum, amorem vicissim in singulis quibusque Ecclesiæ membris suscitaret erga eundem, qui, cum excelsus esset, atque omnipotens, ab amoris vi eo demissus sit, vt humanam naturam assumẽs, nedum per animorum consensum, sed & per corporis vnionem cõnubium cum Ecclesia, atque cum tota hominum humillima simul, atque miserrima natura inierit indissolubile: ita vt & ipse verissime diceretur Ecclesiæ sponsus, & Ecclesia vicissim, quin & pia quælibet anima, vt Ecclesiæ membrum verissimè sponsa diceretur illius. Ideoque has duas potissimum proponit personas sponsi, atque sponsæ, nullum habens respectum ad aliquam sponsam suam, cum qua ipsemet, secundum veritatem historiæ matrimonium contraxerit; aut ad amores proprios, quibus erga aliquam puellam, aut coniugem suam affectus sit. Quamquam negandum minime censeam, illum propria vsum esse persona ad immensum erga homines Dei amorem explicandum: cum diuinitus edoctus, optimè nosset, per sona ipsa sua atque suo etiam Salomonis nomine sustineri personam, nomenque Christi: constat enim, illum nonnunquam ad illustrandam parabolam, iuxta consuetum conscribendarum Parabolarum morem, semetipsum, seu suam manifestasse personam, quin suũ quoque & nomen, vt supra notatum est, & vt videre licet in subsequenti expositione soni litteræ eorum verborum Capitis primi: *c Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea*; & versuum septimi, noni, atque vndecimi capitis tertij.

7 *Verus Salomonis scopus in hoc libro quis fuerit*

b Ephes. 5.32.

c Cãt. 1.9

De modo, & forma, quo liber iste à Salomone compositus est. Cap. IV.

August.

8 *Allegoria duplex.*

EX dictis constat, librum istum minime esse historicum, at allegoricum, narrationẽque eius genus esse locutionis rerum figuratarum, non autem gestarum, vt ait Augustinus libro 8. de Genesi ad litt. cap. 1. Illud modo explicandum superest; quo allegoriæ genere scriptus dicatur; qualis sit ea, quæ assumpta est Parabola; quave ratione eadem sit proposita.

Et

Et quidem quoad primum, animaduertendum est duplex esse allegoriæ genus, altera
Allegoria huius libr. est allegoria verborũ, qual. sit ea sit. quippe est allegoria rerum, altera verborum. Allegoria rerum in eo sita est, cum ea scribuntur, quæ iam extiterunt, vt eorum similia consecutura innuantur, quo pacto Apostolus *a* ad Galatas allegorice sacris litteris scriptum fuisse dicit: Abraham duos suscepisse filios; & ad Corinthios *b* complura, quæ in deserto à Moyse scripta sunt, ea significare, inquit, quæ ad humani generis salutem gesta fuerunt à Christo Redemptore nostro. a Gala. 2. 24. b 1. Cor. 10, 1.
" Ea verò allegoria, quæ verborum dicitur, tunc vtimur, cum aliud omnino verbis exponimus, aliud sensu intelligimus, de qua M. Tullius Oratorum facile princeps libro tertio, de Oratore, illud, inquit, quod ex hoc genere profluit, non ex vno verbo translato; sed ex pluribus continuatis connectitur, vt aliud dicatur, & aliud sit intelligendum. Sicut autem primum allegoriæ genus maxime frequens est in sacris litteris, vt ex Apostolo indicatum est: ita pariter & hoc in ijsdem reperire est frequentissimum, præsertim apud Prophetas, in quibus creberrimæ leguntur parabolæ iuxta vulgatissimum Hebræorum morem, quem & Dominum nostrum seruasse videmus in Euangelio. Ideoque & Salomon, qui in hoc exarando libro, vt Prophetam se gessit, & isto quoque secundo genere vsus, egregiam assumpsit duorum coniugum parabolam, qui de mutuis, ijsve ardẽtissimis suis colloquantur amoribus, sub persona sponsi Deum proponẽs, Ecclesiam verò sub persona sponsæ. Quæ sanè parabola frequentissima est & apud alios quoque Prophetas, vt apud Dauid Psalmo 44. apud Isaiam cap. 54. vers. 4. & cap. 62. versic. 5. apud Ieremiam capite 3. vers. 1. & 4. apud Ezech. cap. 16. vers. 8. apud Oseam cap. 2. versic. 16. & vers. 19. Itaque iuxta harum allegoriarum regulam per humani amoris notas, pudici tamen, & coniugalis, secundum primariam Salomonis mentem de amore diuino tota hæc agit parabola, quod multiplicibus verbis explicatur à Patribus: sed, ceteris omnibus prætermissis, referam, quæ vnus antiquior asserit Dionysius Areopagita; is quippe in Epist. 9. quæ est ad Titum, hæc habet: Absurditatem profectò maximam imperitis, ac rudibus animis " imprimunt arcanæ illius sapientiæ Patres, cum per obscura quædam ænigmata diuinam " illam, plenamq; mysterijs, ac profanis inaccessam veritatem enuntiant. Quid memorem " Canticorum carnales, atque amatorios quamplurimos affectus, & quæquè alia sacra, & " visibilia signa occultis obducta, & in multitudine excrescentia, quæ diuina fictio sacris au" dacius inseruit, atque effinxit? Quorum profectò, si quis intueri possit intimum, secretum" que decorem, mystica esse omnia, & diuina mirabitur, atque ingenti Theologiæ lumine " plena: Neque enim putandum est, visibilia signa sui causa fuisse conficta: verum arcanæ " illius, plurimisque inuisibilis scientiæ; idcirco velata, ne profanis fierent peruia, quæ sacratissima sunt, solisque veris, ac legitimis Diuinitatis amatoribus aperta paterent. "

Cicero. Dionys.

9 Lib. Cãt. Cant. carmine est cõpositus.

Porrò, quòd Salomon in hac ipsa parabola conscribenda vt Poetam se gesserit, sicut & vt Prophetam; quòdve librum ipsum totum carmine, atque metro exarauerit, nullatenus abnuendum est: nam præterquam quòd nomen ipsum Cantici Canticorum id arguit, præsertim cum in tertio libro Regum *c* vocabulo Carminum, & in libro Ecclesiastici *d* nomine Cantilenarum, Græcè ᾠδῶν, eadem Cantica appellata reperiamus, communis est Sanctorum Patrum consensus, vt probat B. Hieronymus Prologo in libro Iob. Attamen quodnam carminum, & quale metri genus id sit, affirmari nihil certò potest; cum nec apud peritissimos Hebræorum id constet. Illud sane exploratissimum esse vnicuique debet qualicunq; liber iste conscriptus sit metro, dramatice eũ fuisse à Salomone cõpositum, vt egregiũ, atq; perpulchrũ Drama: Vnde Gregor. Nazian. Oratione in dictũ Euãgelicũ. Cant. Canticorũ Drama sponsale, seu nuptiale appellat. Et Basilius quoq; in suis Commentarijs super illud Isaiæ 5. *Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei*, ait: Canticum Canticorum nuptiale est carmen dramatico opere prætextum: id quod ante istos asseuerat Origenes homilia 1. ex duabus in Cantic. & Prologo item homilia prima, ex 4. vbi declarat peroptime, qua ratione hoc Canticum sit dramatice compositum, & quid ipsum sit drama, dicens: Libellus hic seu Epithalamium idest nuptiale carmen, vel Canticum in modum mihi videtur Dramatis à Salomone conscriptus, quem cecinit, instar nubentis sponsæ, & erga sponsum suum, qui est verbum Dei Patris cęlesti amore fla" grantis: Adamauit enim eum siue anima, quæ ad imaginem eius facta est, siue Ecclesia. "

c 3. Reg. 4. 32. d Eccl. 47 18. Hierony. Gre. Naz. Basilius. Origen.

Liber iste cõpositus in modum Dramatis.

Fitque

Fitque sermo ab ipsa sponsa, non solum ad sponsum, sed etiam ad adolescentulas: & rursum sponsi sermo non tantummodo ad sponsam, sed etiam ad amicos dirigitur sponsi. Et hoc est, quod supra dixi, Carmē hoc nuptiale in modū Dramatis esse conscriptū. Drama enim dicitur multarum personarum cantilena, vt in scenis agi fabula solet, vbi diuersæ personæ introducuntur, & alijs accedentibus, alijs etiam discedentibus à diuersis, & ad diuersos textus narrationis expletur. ,, ,, ,, ,, ,, ,,

Fauere huic Origenis, aliorumque Patrum sententiæ videtur & ipsa Ecclesia, dum in officio B. Mariæ, & in officio cuiuslibet alterius sanctæ Virginis eam canit Antiphonam: *Ante torum huius Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis*: excitans fideles quosque, vt in honorem B. Virginis, quæ iam ad nuptiarum thalamum peruenit, ea frequenter concinant cantica, quæ Salomon iam multis antea sæculis in modum dramatis canenda proposuit: quod & facto ipso facimus, cum in eodem officio complura ex hoc cātico desumpta concinimus, & recitamus. Quo loco notandum est, drama esse vocem græcam tantumdem significantem, atque apud Latinos, Actio, & repræsentatio, à verbo *Δράω*, quod est, ago, seu repræsento; vnde & Comœdiæ, & Tragœdiæ, quæ in plures actus distinctæ sunt, sicut & plures habent personas, quæ loquuntur, Dramata dicuntur. Atque adeo, tametsi proprie nec Comœdiam, nec Tragœdiam Canticum istud nostrum dicere valeamus: neque sit etiam instar aliorum epithalamiorum, in quibus iucunda duntaxat, prospera, & gloriosa canuntur sponsarum; cum in eo, nedum laudes, & prospera, sed & aduersa, quæ contigerunt sponsæ exponantur.

Drama quid sit.

Qualecunque tamen id sit, in suos actus distinctos, eosve quinque diuidi illud posse crediderim: vt primus actus sit à principio primi capitis vsque ad versic. 8. capitis secundi: Actus secundus à prædicto versic. 8. verbisque illis, *Vox dilecti mei, &c.* vsque ad versi. 7. capitis tertij. Actus tertius à verbis illis, *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, &c.* prædicti vers. 6, vsque ad vers. 2. capitis quinti Actus quartus à verbis ijs, *Ego dormio, & cor meum vigilat, &c.* prædicti vers. 2. vsque ad vers. 10. capitis sexti. Actus denique quintus à verbis illis, *Descendi in hortum nucum, vt viderem, &c.* prædicti versic. 10. vsque ad finem capitis octaui, & vltimi.

Drama libri huius distinctū in quinq; actus, eorumque diuisio.

Carmen Bucolicum, siue Ecloga pastoralis ab aliquibus non immerito dicitur drama istud: pastorales namque personæ in illo loquuntur. pastorales sunt, quibus vtuntur, similitudines; pastoralia & colloquia, vt pote de pascuis, de gregibus, de fontibus, de hortis, atque de vineis. Et congruentissimè Pastoris assumpsit personam, dum in Cantico isto personam ipse ageret Christi, vt iam explicatum est supra; dumque purissimos exponeret Dei amores erga Ecclesiam: nam & Christus pastoris nomen tanquam sibi proprium assumpsit, cum dixit: a *Ego sum Pastor bonus*: eoque vocabulo nominari maxime gaudet, quod intelligens Paulus in Epistola ad Hebræos de illo loquens, ait: *Deus pacis eduxit de mortuis Pastorem magnum ouium Iesum*: Et ipsa pastoris persona aptissima præ omnibus est ad eximiam amoris vim exprimendam: tum quia Pastores purius amant: tum quia eorum vitæ genus est valde aptum ad vacandum amori. Præter duas autem personas, quæ præcipuas agunt huius dramatis partes, ambas pastores, est insuper duplex aliud personarum genus, quæ in eodem dramate interloquuntur, sodales nimirum sponsi, pastores & ipsi, atque adolescentulæ sociæ ipsius sponsæ, quas illa appellare solet filias Ierusalem: quod duplex genus personarum in hoc dramate se habet vt in Eclogis pastoralibus, seu in Comœdijs, atque Tragœdijs se habent & Chori. 10

Liber iste est carmen bucolicū.

a Ioan. 10. 11. Hebr. 13. 20.

Porrò quia personæ, quæ in hoc Carmine inducuntur tanquam pastores, & de amore loquentes, repræsentantes Christum, & Ecclesiam, & vtriusque socij, aut sociæ, Angeli scilicet, & homines sancti, sic iuxta Allegoriæ regulas loquuntur, vt huiuscemodi personas loqui decet: vt ve inter se loqui ij re ipsa solent, qui mutuo se prosequuntur amore, adeo vt totum, quod in hoc dramate dicitur, ex inductarum personarum duci debeat ratione; haud ambigendum, quin præter verum illum, ac litteralem sensum, quem & Salomon intendit, & Spiritus sanctus (prout supra explicatum est) alius quoque sit, quem verba ipsa sonant, ideoque dicitur sensus vel soni litteræ, vel grammaticalis: qua de re videndus est Aloysius Legionensis in principio tertiæ explanationis suæ, quam addidit 11

In hoc libro duo præcipui sēsus alter soni litteræ, alter, qui verè dicitur litteralis.

Legionē.

didit luculentissimam ad duas, quas in Commentar. super Cantic. iam ediderat, vbi hoc fusius probat, respondetque rationibus, quæ in contrarium vel solent, vel possunt obijci. Hoc mihi sat modo esse videtur, quò indicarē sensus, quos prosequi opus esset ei, qui drama istud rectè exponere velit: duo enim sunt præcipui, ijque iudicio meo, ambo necessarij: Prædictus grammaticalis, & alter, qui propriè litteralis dicendus est. Quamuis autem præcipuus, ac primus litteralis iste sensus ad Christi amorem erga Ecclesiam omnia referat, supponēs, Ecclesiam esse sponsam, mutuo amore Christum prosequentem, per participationem tamen & ad piam quamque animam, quæ de Ecclesia ipsa sit, eadem referuntur, vt ad sponsam eiusdem Christi: tametsi proprio vocabulo tūc haud amplius litteralis sensus dicendus est, sed tropologicus, atque moralis, iuxta Canones Theologiæ de sensibus Sacræ scripturæ. Ideoque Patres, vel vtroque hoc sensu librum istum, totamque exponunt allegoriam, vel variant, partim de Ecclesia eam exponentes, partim verò de Anima, æquè ac si ambo essent litterales: vnde Bernardus sermone 13. in Cantica. Ipsa, inquit Ecclesia audacter, secureque sese nominat sponsam, tamquam quæ vere habet vbera meliora vino, ac fragrantia vnguentis optimis, cui numquam de vniuersitate sua deest, & vnde inebriet, & vnde fragret: quod enim sibi deest in vno, in alio habet secundum mensuram donationis Christi, ac moderationem Spiritus, diuidentis singulis, prout vult. Quod, etsi nemo nostrum sibi arrogare præsumat, vt animam suam quis audeat sponsam Domini appellare; qui tamen de Ecclesia sumus, quæ meritò hoc nomine, & re nominis gloriatur, non immerito gloriæ huius participium vsurpamus: quod enim simul omnes plene, integreque possidemus, hoc singuli sine contradictione participamus. Dum autem hæc ita se habent, cum inter pias animas purarum creaturarum nulla sit, quæ animæ B. Mariæ Virginis, & inter homines sanctos nullus sit, qui eidem Gloriosissimæ Virgini æquari possit, profectò & nulli aptius veriusque sponsæ Dei nomen competit, quàm illi. Ideoque admodum congruenter ad sensus prædictos adiectus est & iste, quem quarto loco numerare possumus, & ab aliquibus appellatus sensus de sponsa speciali, ab aliquibus verò sensus mixtus, ex litterali scilicet illo præcipuo, atque ex secundo spectante ad mores: quem quartum sensum tetigere aliquando & Veteres Patres, vt videre est in Appendice nostra. Quin Rupertus Abbas in suis Commentarijs id conatus est, vt librum istum totum, quoad fieri licuit, eodem sensu explicaret: in quo habuit, qui ipsum imitarentur, Ioannem Hailgrinum Cardinalem, Dionysium Carthusianum, aliosque ex recentioribus. Tangitur nonnunquam ab aliquibus, & quintus sensus, quem Anagogicum dixere Theologi, quo quicquid dicitur, ad superna refertur, ad cœlestem Ierusalem, & ad Ecclesiam triumphantem.

Sensus spiritualis huius libri triplex.

Bernard.

De vnitate, aut multiplicitate sensus litteralis. Cap. V.

12 QVia contigit sæpius, vt in exponenda aliqua sententia huius Cantici plures attulerim sensus eorumdem verborum, & iuxta sonum litteræ, & iuxta eum, quem verum in hoc libro litteralem appellandum dixi; & nonnunquam etiam tales, qui nedum disparati (vt dicunt) inter se sint, sed & qui sint inuicem contrarij: operæpretium censui, vt probarem, id haud repugnans esse recto exponendi generi; quin nedum mihi inurendum id crimini, sed, si quid forsitan noui à me in sensibus ijs enucleandis expositum sit, quod tamen omne Deo acceptum volo, gratiam apud legentes mihi licet immerito conciliare debere. Pro qua re haud disputationem hoc loco texam; An fas sit dicere, vnumquemque Sacræ litteræ locum posse habere plures sensus litterales: quamuis enim non ignorem, esse, qui contrarium mordicus tueantur; sequens tamen Sancti Augustini definitionem in oppositum, quam ferè communi consensu susceperunt scholastici, ex verbis eiusdem Augustini reddam mei rationem. Is quippe primum in lib. 12. Confessionum cap. 31. hæc habet, loquens de sensu ipso litterali. Ita cum alius dixerit, hoc sentit, quod ego; & alius, imò illud, quod ego: Religiosius me arbitror dicere, cur non vtrumque potius, si vtrumque verum est? Et si quid tertium, & si quid quar-

Sēsus litterales plures esse possunt vnius sñiæ Sacræ Scripturæ.

August.

quartum, & si quid omnino verum quispiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidisse credatur, per quem vnus Deus sacras litteras vera, & diuersa visuris multorum sensib. temperauit. Ego certè quod intrepidus de meo corde pronuntio, si ad culmen authoritatis aliquid scriberem, sic mallem scribere, vt quod veri quisque de his rebus capere posset, mea verba resonarent, quàm vt vnam veram sentētiam ad hoc apertius ponerē, vt excluderem ceteras, quarum falsitas me posset offendere. Ex hoc loco Augustini Sanctus Thomas 1.p.q.1.art.10. in corpore in eiusdem rei confirmationem hanc colligit rationem: Si Deus vnico actu plura intelligit, cur non & vnica locutione, vnicaque sententia plura significare potest pluribus sensibus? Nec à veritate forsitan aberrabit, qui ad hoc ipsum cōprobandum verba illa vsurpet Dauid: *Semel locutus est Deus: duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique secundum opera sua:* vt sensus sit: Vnica quidem locutione Deus locutus est; at per eam vnicam Dei locutionē duo ego audiui, duplicemque eiusdem concepi locutionis intellectum: intellexi enim, ipsum Deum & potentissimū esse, & summopere misericordem, atq; adeo reddere vnicuiq; secundū opera sua. Quem sensum insinuauit iam diu Euthymius in suis Cōmentariis super Psal. Confirmari deniq; potest eadem assertio de pluribus sensibus litteralibus egregia similitudine fontis, quam August. lib. 12. Confessionum, c. 27. ita explicat. Sicut fons in paruo loco vberior est, pluribusve riuis in ampliora spatia fluxum ministrat, quàm quilibet eorum riuorum, quo per multa locorum ab eodem fonte deducitur: Ita narratio dispensatoris tui (loquitur de Moyse, qui librum Genesis scripsit) sermocinatoris pluribus profutura, paruo sermonis modulo scatet fluenta liquidæ veritatis; vnde sibi quisque verum, quod de his rebus potest, hic illud, ille illud per longiores loquelarum anfractus trahat. Et sequitur, ostendere, quomodo vna illa sententia *a In principio Deus fecit cælum & terram* diuersos habeat sensus æque litterales.

S.Thom. Ps.61.12. Euthimi. Simile. August. a Gen.1.1

13 Neque verò contra hanc ipsam assertionem id quidquam facit, quòd per illam videatur, dari nimiā licentiā intellectui, qui vix vnquam quiescit penitus in re aliqua, & exponentibus Scripturas sacras. Siquidem licentiam istam ipsemet exhibuit Deus earumdem scripturarum dictator: quin & propterea multa dictauit obscure in figuris, in metaphoris, verbisque ambiguis, atque translatis: ideoque in ea locutus est lingua, cuius singula verba & diuersimode legi possent, vt notauit Hieronymus epist. 126. ad Euagrium, & diuersos habere possent significatus: vnde tāta inter Interpretes nata est translationum diuersitas. Nec nimia licentia dicenda est ea, qua vnius sententiæ plures afferuntur sensus litterales, quando singuli ex alijs item Sacræ scripturæ locis deducuntur, & confirmantur, atque ad eam, quæ regula est omnis interpretationis, directi sunt charitatem. Quæ confirmari possunt ijs, quæ in hunc modum dixit Augustinus lib. 3. de Doctr. Christ. Quando ex eisdem scripturæ verbis non vnum aliquid, sed duo, vel plura sentiuntur, etiam si latet, quid senserit ille, qui scripsit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere veritati, ex alijs locis sanctarum scripturarum doceri potest: id tamen eo conāte, qui diuina scrutatur eloquia, vt ad voluntatem perueniatur auctoris, per quem scripturam illam Sanctus operatus est Spiritus, siue hoc assequatur, siue aliam sententiam de illis verbis, quæ fidei rectæ non refragatur, exculpat, testimonium habens à quocunque alio loco diuinorum eloquiorum. Ille quippe auctor in eisdem verbis, quæ intelligere volumus, & ipsam sententiam forsitan vidit. Et certè Dei Spiritus, qui per eum hæc operatus est, etiam ipsam occursuram lectori, vel auditori sine dubitatione præuidit, imo vt occurreret, quia & ipsa est veritate subnixa, prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius, & vberius potuit diuinitus prouideri, quàm, vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina contestantia faciant approbare.

Hierony. August.

Qualis esse debeat lector, & auditor huius libri. Cap. VI.

14 PEruulgata, maximisque laudibus celebrata est illa Sapiētum Hebræorum lex, quam refert Origenes in prologo homi. 1. ex 4. super Cant. & alij ex Patrib. vt lectioni quorumdam Sacrorum librorum aptam præscriberent ætatem, haud sinentes, à iunioribus illos

Origenes. Hebræorum lege arcebantur in-

..rtes à le ctione huius libri.

exponi; quin etiam nec legi, nec in manibus teneri; inter quos præcipuus hic adnumeratus erat liber Canticorum: vnde sapienter B. Hieronymus, cui optime comperta lex ista erat, vtpote quam retulerat in Epistola ad Paulinum, de omnib. Scripturę libris, eã admodum comprobans, eive inhærens in Epistola 7. ad Lætam de institutione filiæ Virginis, ita scribit: Discat primò Psalteriũ, ad vltimum sine periculo discat Cantic. Canticorum quem librũ si in exordio legerit, sub carnalibus verbis spiritualiũ nuptiarum epithalamiũ non intelligens, periculum est ne vulneretur. Et Origenes loco iã citato, relata prædicta lege, hęc infert: Ob hoc ego consiliũ de omni, qui nondum carnis, & sanguinis molestijs caret, vt à lectione libelli huius penitus temperet: Audire enim pure, & castis auribus amoris nomina nesciens, ab interiori homine ad exteriorem, & carnalem deflectet auditum, & à Spiritu conuertetur ad carnem. Hierony.

Lector huius libri debet esse accensus amore Dei.

Sanè quod proprium Dei est, vt pro immensa, qua pręditus est, potentia simul ac sapiẽtia imis summa iungat, id maximè in hoc libello per Salomonem exprimi voluit tripliciter: nã in eo agitur de incomprehensibili Dei amore erga homines; tum de effectu illo pręcipuo huius amoris, de nuptijs illis, quib. per Verbi Incarnationẽ humillimæ naturæ humanæ celsissima iuncta est natura diuina; ac demũ tertiò, quod non minorẽ diuinæ eiusdẽ Sapientiæ incutit admirationem, celsissimus amor ille, sublimesq; & nuptiæ exponuntur per humillimam nuptiarũ humanarum, amorisve humani figuram, vt, sicut per regias illas nuptias humana natura ad regiam euecta est dignitatẽ, & per admirandam illam Dei vnionẽ homines effecti sunt diuinæ naturæ consortes. Ita & per figuratũ amorem diuinũ amor omnis humanus absorbeatur, sicut cãdelæ flammula absorbetur à flãma magna ardentis facis, ideo.n. in hoc ipso Cantico de diuino eodẽ amore dicitur. a *Lampades eius, lampades ignis, atq; flammarum*, idest, tam magni ignis, vt flammas omnium aliorũ amorum in se absorbeãt. Qua propter is demũ bonus, & lector est, & auditor huius libri, in quo diuinus ille accensus sit ignis, quod his verbis egregie explicat Bernad. ser. 79. in Cant. frustra ad audiendum, legẽdumve amoris carmen, qui non amat, accedit: quoniã omnino nõ potest capere ignitum eloquiũ frigidum pectus. Quomodo.n. græce loquentem non intelligit, qui græce non nouit, nec latine loquentem, qui latinus nõ est, & ita de ceteris. Sic lingua amoris ei, qui non amat, barbara erit, erit enim sicut ęs sonans, aut cymbalũ tinniẽs. Simile. a Cãt. 8. 6 Bernard. Simile.

15

Ex lectione huius libri discitur doctrina amoris Dei; eoq; accendimur.

Tametsi autem vera hæc sint; nihilominus, & id quoq; verum esse, censendũ est; quod, sicut ab eo, qui græce loqui nesciat, discitur tamen & lingua ipsa gręca per eius studium, & per consuetudinem cum eo, qui linguã illam calleat. Et candela, quæ extincta sit admota ad flãmã facis ardentis ignem excipit: Ita, fieri & id quoq; potest; vt qui frigidus adhuc sit ob defectũ ignis charitatis, ideoque, & amoris illius diuini linguam ignoret, per studium istius libri, & per lectionem, atq; auditum eorum, quæ in eius dicuntur expositionẽ, Dei ope ad eũ accendatur amorem, in eoq; etiam proficiat in dies magis, ac magis, alioquin quis ad hæc idoneus, cum nemini cõpertum sit, an ipsa sit prædítus charitate? Vnde bene Gregor. Papa Præfatione super Cantica, Ideo, ait, in hoc libro amoris quasi corporei verba ponuntur, vt à torpore suo anima per sermones consuetos discussa recalescat: & per verba amoris, qui infra est, excitetur ad amorẽ, qui supra est. Nominantur.n. hic oscula, vbera, genæ, femora. Vbi non irridenda est sacra descriptio, sed cõsideranda misericordia Dei in hoc ẽt amplior; quia dum membra corporis nominat, sic ad amorẽ nos vocat. Notemus quidem, quam mirabiliter, quam misericorditer nobiscum operatur, qui, vt nos ad amplexus sacri amoris accendat, vsque ad turpis amoris nostri verba se inclinat; Sed vnde se loquendo humiliat, inde nos intellectu exaltat; quia ex sermonibus huius amoris discimus, qua virtute in diuinitatis amore ferueamus. Addit autem præclare ipsemet Gregorius; Solerter intuendum est, ne, cum exteriora audimus, ad exteriora sentienda remaneamus, & machina, quæ ponitur, vt leuet, ipsa magis opprimat, & aggrauet. Quod ne contingat, standum est consilio antiquioris Gregorij Nysseni, quo homil. 1. in Cantic. Lectori huius Epithalamij suadet; vt in eius studio se gerat æque, ac ille, qui propositã Regis figuram contemplatur perpulchris colorib. delineatã; vt, sicut is, tametsi oculis varios obiectos habeat colores, quib. imago illa efficta est, haud tñ in colores, sed in eã imaginem, quæ per colores repræsentata est, conijcit obtutum, ita & ipse haud mentem Gre.Papa Gre.Nys. Simile.

detorqueat ad ea, quæ primo obijciuntur aspectui, ad oscula, vnguenta, nomina membrorum, eorumdemque encomia, ad lectulum, ad adolescentulas, & cetera huiusmodi, quibus veluti coloribus varijs in hoc libro tanquam in tabella repræsentatur figura nuptiarum Dei cum Ecclesia: sed ad repræsentatos diuinos amores, exhibitamque coniunctionem Dei, atque hominum mentis eleuet oculos.

De ratione explicandi, qua vtitur Auctor in suis hisce Commentarijs super Cant. Canticorum. Cap. VII.

ETsi tam multi cum Sancti Doctores, Latini, Græci, atque Hebræi fuerint, qui præsentis libri explicationi sedulam operam nauarunt, vt nullus omnino Sacris in litteris liber reperiatur, quem plures enodare, & commentari studiosè laborarint, quàm libellulus iste, ac Psalmorum volumen, vt liquido patet ex Bibliotheca Sixti Senensis, & ex apparatu Posseuini Tom. 2. præter alios quoque, qui à prædictis auctorib. minimè recensentur in dies adaucti; Volui tamen ipse pariter in pium, & eruditissimum hoc egregiorũ scriptorum album nomen dare, atque omni ingenii conatu ad sacra inuestigãda diuini operis mysteria sum obnixus, summaque industria Sanctorum Patrum, & egregiorũ Doctorum, qui ante me scripserũt, impressa vestigia vrgere studui. Ita tamen ijs institi, vt fortasse mihi verè affirmare liceat, nouam me inijsse interpretandi rationem eorum, quę hactenus à pluribus explicata fuere. Siquidem omnes, qui hucusq; in tam dulcissimum, quã difficillimum hunc librum Commentaria ediderunt, tres tantummodo exponendi rationes habuere. Nonnulli etenim, in quorum numero cuncti fere Patres, & qui Christiani Auctores ante nostrum sæculum extiterunt, spiritui tantũ emancipati, ita allegoriam exprimunt, vt allegoriæ corticem, quem soni litteræ sensum appellamus, vel penitus prætermiserint, vel sicco, quod dicitur, pede pertrãsierint. Alij sensum istum veluti allegoriæ fundamentum præmittere studuerunt, eumdemq; statim inde omnino prætereũtes, veros spirituales sensus, eiusdemq; allegoriæ litterales fuse pertractant, veluti inter antiquos sæpe egere & Origenes in longiori sua expositione quatuor homiliarũ, & Bernardus in sermonib. quos super præsenti libro ad suos habuit Monachos. Quam eamdem viã plurimi recentiores scriptores ingressi sunt; quãuis alij per tertiam quamdam viam progredi instituerint, vt. s. allegoriæ, & sensuum spiritualium explanatio pendeat ab expositione sensus iam corticis litteræ appellati, quã veluti basim, & fundamentũ ijs præposuerunt. Verum inter istos, qui meo quidẽ iudicio ceteris securius, & feliciori gressu proficiscuntur, aliquod etiam discrimen reperio nedum in spiritualium sensuum varietate, sed & in dicti sensus soni litteræ spiritualib. sensibus applicatione, in quibus pro dilecta Dei sponsa modo Animam, modo B. Virginum sumunt. Alij namque, opinantes in præsenti libro de sponsa agi pro diuersis suis ætatibus, & prius Ecclesiam, atque Animã quasi paruulam commendari, hanc veluti incipientẽ, & illam antequam Sacra lege informaretur; progressu verò operis laudes adaugeri tãquam in maiores iam, & prouectiores collatas, in animã scilicet, vt proficientem, & in Ecclesiam vt ex recepta lege multò magis suis omnibus partibus expletam, & perfectiorem redditam, atque inde tandem in vltima libri parte eamdem efferri sponsam in matura ætate iam constitutam, & huiusmodi allegoria Ecclesiam Sanctam pariter extolli, summam nactam iam perfectionem ex humana à diuino Verbo carne assumpta: animamve, quæ iam proficientiũ gradu superato, perfectorum metam attigerit. 16

Tres modi explicãdi librum istũ Cant. Canticorũ.

Origenes. Bernard.

At interpretes isti, vt facilè ex eorũ Commentarijs quisq; intelligere potest, sensum illum sępe quodãmodo trahere coguntur, qui aliorũ dux esse debeat, vt quæ ijs libet, dirigatur, parum connexioni incũbentes. Alij, iuxta illud allegoriarũ genus, quod allegoriam rerum appellatum iã dixi in superioribus, in qua plurima, & verba, & sñiæ concinnitatis cuiusdam, & ornamenti studio ad cõpotam, & absolutam parabolæ descriptionẽ conflandã potius, quam rerũ, quæ sub huiusmodi allegoria denotantur, necessitatis gratia adnecti cõsueuere, iure optimo illud præsertim moliti sunt pro virib. vt pręcipuũ allegoriarũ, & similitudinũ, quę in præsenti libro inueniũtur, intentũ expromerẽt maxime principali dictę allegorię corticis substãtiæ cõueniẽs, quoduis verbũ, & vnãquamq; proportionẽ, quę inter 17

Parabolarũ explicãdarum ratio.

ipsas allegorias,& sua interiora significata existere possunt ad amussim expendere parui-facientes. Et quamuis nonnulli in hoc quoque singularem curam adhibuerint, vt quodcunque verbum,& vnam quamque dictarum allegoriarum proportionem spirituali significationi apparent, vt egregie sanè efficere mihi visus est eximiæ doctrinæ, & multiplicis eruditionis Martinus Del Rio,qui cum primum hunc meorum Commentariorum tomũ iam fere compleuissem,singulari cum animi mei oblectatione ad me peruenit: Nihilominus neque isti semper id egere: ac propterea idem Doctissimus Del Rio infrascripta in sua Isagoge super hunc librum,cap.4.protestatus est. Notanda illa Regula verissima,nõ quæcunque in parabola commemorantur ea ad historicum,vel allegoricum sensum pertinere,vel eo explicari debere: sed ornatus dumtaxat, & decoris gratia, non vt membra, sed vt emblemata:non,quia necessaria, sed quia sic fieri solita,inseri solere: atque ideo nõ omnia bonum Interpretem, quæ in ipso litteræ cortice occurrunt, ad medullam litteræ transferre,& accommodare debere; sed ea duntaxat,quæ ad essentiam (vt sic dicam) medullæ,& scopum Auctoris,finemque parabolæ spectare videbuntur: nec semper personæ personis, nec partes partibus per omnia scrupulosius sunt conferendæ, sed totum negotium toti negotio comparandum, & totum sententiæ corpus intuendum, & integrum ex integra parabola trahendum.

18 Ipse profecto,licèt dictam regulam verissimam esse arbitrer, atque huiusmodi, vt absque ea parabolæ plurimæ,quæ in sacris litteris reperiuntur,congrue,& verè explicari nequeant:illud tamen statutum etiam habeo, videlicet cum quispiam Sacras litteras exponens,possit ex decora quadam veritate charitati congrua, quæ à B. Augustino summa,& vera omnis scripturalis expositionis regula asseritur, præsertim, cum nulla adsit alterius alicuius sacrarum litterarum loci repugnantia,singula verba expendens,congruentias omnes eorum, quæ in Parabola, & Allegoria dicuntur,ad spirituales sensus referre debeat, qui præcipue à Spiritu sancto intenduntur,dum id opportune agere possit:quod vt plurimum vsuuenit; cum à quam multis Sanctis Patribus affirmetur, nullum Sacris in litteris verbum esse,quod singulari mysterio vacet.Quinimò B. Hieronymus, nec minimum quidem characterem in ijs scribi prodit, in quo vnusquisque non possit mysteria admirari: in Commentarijs namque suis super illis Domini verbis apud Matthæum. a *Amen dico vobis,donec transeat cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant:* his vtitur verbis: Ex figura litteræ ostenditur, quod etiam, quæ minima putantur in lege, Sacramentis Spiritualibus plena sint. Idemque Hieronymus Comment.in cap.3.Epistolæ ad Ephesios,singuli,ait sermones,syllabæ,apices,puncta in diuinis scripturis plena sunt sensibus. Et S.Ioannes Chrysostomus homil. 21. in Genes.Nec enim,inquit,vel articulus est in Sacris litteris,in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus. Proinde nobis opus est,diuina gratia ducamur, & Spiritu sancto illustrati eloquia diuina adeamus.

Hierony.

a Matth. 5.18.

b Ioann. Chrysost.

Auctoris explicandi ratio.

Quo circa in hisce meis Commentarijs, iactis prius fundamentis sensus grammaticalis corticis,seu soni litteræ, huiusmodi explicandi rationi omni contentione insistere studui, adhibitis ad hanc sustinendam prouinciam Magistris Patribus omnibus, qui suis in operibus præsentis libri sententiam aliquam attigerunt,tametsi illi,vt superius insinuaui, grammaticalem sensum parui fecerint,quem ipse,vt probaui, basim quandam esse censeo, quæ sustineat,& vas, quod contineat reliquos sensus.

Possum præterea affirmare,nouam mihi viam in præsentibus Commentarijs parasse: quoniam id omne, quod singulis in versibus dicitur cum ijs,quæ in præcedentibus dicta fuerunt,apta connexione iugiter continuaui, quibusque Actibus distinctis, quod,vt operosum quoddam negotium à plerisque scriptoribus prętermittitur. Et,si modo sit aliquis, qui id præstare aliquando aggrediatur; nemo tamen est, quantum ab eorum Commentarijs mihi colligere fuit integrũ,qui idem semper efficiat. Atqui eò magis,summo Deo annuente, nouam quamdam explicandi rationem à me adhiberi existimo, quod in prima soni litteræ expositione sæpius plures sensus affero,cunctos iudicio meo,congruentes, maximeque probabiles:& quibusque eorum aptas connexiones adnecto. Quinimò alijs etiam in expositionibus, in quibus dictos sensus Ecclesiæ, aut piæ animæ, aut B.Virgini

aptare

aptare enitor, easdem pro viribus adhibeo connexiones; hoc enim pacto illud mihi assequi videor, vt Sapiētissimi viri liber, singulari prerogatiua Cant. Cāticorū nūcupatus, corporis instar appareat ex diuersis compacti, & coagmentati membris, omnibus tamen inter se certa, & requisita structura aptis, & connexis: Hæcve vsque ad totius operis calcē, Deo annuente, sum prosecutus. Tametsi, quia, si vniuscuiusque sensus vim, acumen, succum, vberem fœcunditatem exquisite enodare, atque enucleate productiori stylo ita explanare persecutus fuissem in tota præsentis operis explicatione, veluti in primis quatuor capitibus peregi, in quibus nullum non verbum singillatim discutere, ac minutatim, (vt ita dicam) concidere studui; nimis profecto in longum isthæc mea Commentaria protracta fuissent, ac non modo à Laconica dicendi forma, quæ plerisque arridet, sed etiā ab Attica recessissem. Idcirco, vt studiosis vel temporis angustia, vel mole negotiorum, varietateque studiorum, vel alijs quibusuis nominibus in peruolutandis scriptis breuitatem anhelantibus aliqua etiam ex parte satisfacerē, contractiori exponendi ratione quatuor vltima capita percurrere institui, vt optimè à diligenti lectore intelligetur, cum ad explanationem peruenero eorum verborum capitis quinti. Surrexi, vt aperirem dilecto meo. Manus meæ &c. Sic nimirum mihi persuasi partim me illorum, qui in dicendo copiam expetunt, explere cupiditatem: partim breuitatis amatorum refugere posse satietatem, cū præsertim in vltimis istis capitibus euoluendis, nihil penitus ab instituto discesserim in prima soni litteræ interpretatione, atque in Veterum Patrum Appendice; necnō in quouis commentando versiculo quinque omnes inchoatas expositiones dilucide pro viribus perstrinxerim.

Cuius rei vt etiam rationem afferam, ordinem pariter, quo in meis hisce Commentariis digerendis vsus sum, saltem aliqua ex parte nouum esse puto: quoniam, licèt ab alijs prius soni litteræ sensus cum luculento variarum lectionū examine afferatur, ac deinceps alter Ecclesiæ, Animæ, B. Virginis, cum ijs, quæ à diuersis sanctis Patribus super quouis versiculo produntur, etiam ponderetur: Nullus vtique est, qui illum prosequatur ordinē, quem ipse tenui. Enimuero, ne sensus cum lectionum varietate, Hebræa scilicet Sept. & aliorum, cum eorumdem sensuum multiplicitate, cum auctoritatibus, & expositionib. sanctorum Patrūm confunderem, super quouis versiculo Commentarios in quinque expositiones, veluti in quinque diuersa capita sum, quantum potui, dilucide partitus. 19 *De ordine ab auctore seruato in his cōmentariis.*

» In quarū prima, prius connexione facta, & proprijs cuiusque verbi significationibus expensis, omnibusque sublatis difficultatibus, & ambiguitatibus, sensus omnes singillatim distinctos cum sua breui Paraphrasi adduco, in cuiusuis margine scribens, Primus SENSVS, vel, Secundus SENSVS &c. ac deinde PARAPHASIS etiam, vbi incipit, in margine. In dictæ tandem expositionis fine lectionum varietates annoto, easque distributè explicare, vbi opus fuerit, studeo, partite suos omnes sensus veluti præcedentes inuestigando, & declarando. Atque in hisce omnibus primis expositionibus illud præsertim contendo, vt Vulgatam nostram iuxta sacrosancti Concilij Tridentini decretum exponam, alijs tamē lectionibus eam illustrans, in quo nonnunquam grauissimos auctores defecisse intelligo. Post primam hanc expositionem, secundam prosequor, quam De Ecclesia inscribo: deinde tertiam, De Anima: demum quartam, de B. Virgine: & in vnaquaque harum triū expositionum sensus in prima expositione allatos vel cunctos, vel aliquos vnicuique dictarum spiritualium sponsarum ita distinctè applico, vt assidue in margine annotetur I. SENSVS, II. SENSVS, &c. Ita vt quiuis in vnaquaque earum eum, qui magis arrideat, sensum legere possit, illud animaduertendo, vt dum dictos sensus probe cognoscere cupiat, semper eum sensum percipiat, quem in primæ expositionis margine in eodem titul. I. aut II. SENSVS, &c. tamquam propriæ basi, & fundamento respondere inuenerit. In fine cuiusque sensus etiam in alijs hisce tribus expositionibus distincte suā Paraphrasim collocaui, in qua ea omnia, de quibus fuse superius egeram, breuius perstringo, in ipsius etiā principio in margine idem verbum PARAPHRASIS ponens.

Post quatuor has distinctas expositiones, quintam & vltimam addo, quam inscribo *Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.* Quoniam, licet in præcedentibus expositionibus earum telam filamentis, & sensibus Patrum mihi contexendam curaui, veluti 20 *Patrū Catenaqualis in his Cōmentariis*

luti à fido Interprete agendum est; ita tamen id effeci, vt tela à me vt plurimum confecta fuerit; atque ideo in mearum expositionum textu ijdem à me nominati minime fuere. Verum, vt intelligeretur, ipsos fuisse, qui mihi filamenta, atque argumenta suggesserunt, eosdem sensus aliquo pacto prosequendo, ipsos aliquando innui, eorum nomina in marginibus signando. Atque vt apertius cõstaret, qua ratione dictos sensus illi pertractarint, eos simul in hac quinta, expositionum Appendice appellata congessi: atque in ea ad maiorem lectorum commoditatem distinctè Patrum omnium quandam quasi catenam cõflaui, qui suis in operibus, vel commentarijs editis super hunc librum aliquid super aliquo versiculo, vel ex professo prodiderunt, vel quouis pacto attigerunt: Eorum autem tãtum Patrum, quos ipse: Antiquos appello, qui vsque ad Bernardi ætatem floruerunt, inter quos etiam libentissime S. Thom. Aquinatem tanquam sacræ Theologiæ insignem magistrum collocassem Verum illum præterij: quia expositionem illam super Cant. quę eius nomine insignita, & inter eius opera connumerata circumfertur, eandem omnino esse intelligo cum ea, quæ Cassiodoro grauissimo, & antiquissimo Auctori tribuitur: vtrum autem illa eiusdem sit Cassiodori, ex certa id scientia nequaquam asserere possum. Illud vnum tam notum est, quàm quod notissimum, auctoris esse longe antiquioris S. Thoma, quòd ab eadem deprompsit Commentaria sua Beda, qui pluribus Sæculis Doctorẽ Angelicum præcessit. In vberi autem copia, & diuersitate dictorum Patrum interpretationũ pro viribus dictam varietatem ad pauca capita reducere studui: quamquam, vt vnusquisque melius discrimen inter eosdem perciperet, in ijsdem sensibus enucleandis propria ipsorum verba descripsi, concise tamen, eaque tantùm, quæ necessaria viderentur ad ea intelligenda, quæ suis in explicationibus præcipuè ij designassent: nonnunquam aliqua addendo ad illustranda, quæ obscurius fuissent ab ijs vsurpata. Inter istas etiam Patrum interpretationes Paraphrasim Chaldaicam posui: cum ipsa etiam antiqua sit, semperque ipsam Patrum Catenæ præposui, non quòd vel tacito mentis conceptu, ipsam, vel eius Auctorem esse Patribus anteferendam, mecum ipse reputarim: sed, quoniam eam cum ipso sacrarum litterarum textu cõiunctam reperio, vt in Bibliis Regijs videri potest: Et ex hac causa eam semper ita adhibui, vt in eodem textu legitur, sine alterius explanationis additione. Illam in prima expositione cum alijs textibus non posui, vbi lectionum varietatem ex diuersis linguis, atque interpretibus examinare consueui: quia verè ista potius hebraici textus est explanatio, quàm versio, & ideò Paraphrasis dicitur.

21 Quod attinet ad stylum, in cunctis hisce Commentarijs illud summa contentione sum *Stylus Auctoris, qualis.* enixus, vt quæ à me in medium afferrentur, dilucida, perspicua, facilia proferrentur potius, quàm limato, operoso, & concinnato dicendi stylo excellerent: ne eorum ex numero essem, de quibus Augustinus lib. 4. de doctr. Christ. prodit, quòd volentes diuinarum litterarum dictum aliquod aliis aperire, ita illud declarant, vt altero opus sit magistro ad sua percipienda commentaria. August.

Longitudinis excusatio. Et fortasse isthæc clarioris doctrinæ tradendę cupiditas sæpè in causa fuit, vt in exprimendis conceptibus longior, quàm par sit, mea videatur oratio, quæ præsertim in præsenti opere nota mihi obijci potest. Cui, vt satisfaciam, respondeo, tribus præcipue nominibus in longũ fortasse ductas esse meas præsentis libri explicationes, præsertim in quatuor prima capita. Primùm, ex causa proxime insinuata. Secundò, ob numerosam cõceptuum affluentiam; Tertiò, ob expositionum copiam, sensuumque varietatem.

Circa primum, Ab hac me culpa Pauli Apostoli præclara illa sententia eximat, qua ait: a *Sapientibus, & insipientibus debitor sum.* Enimuero, cum sanctissimi huius, ac dulcissimi libri euoluendi prouinciam suscepi, non tam ad nonnullos eximia quadam ingenij solertia, & acuta tantùm summæ doctrinæ momenta comprehendentes instituendos desumpsi, quorum instar me penitus ignarum profiteor, quàm ad me libro ipso, charitatis affectu circumfluente pro viribus examinato, ad eundem amorem pia commentatione, ac salutari studio excitandum, & erudiendum; aliosve tam acuto ingenij acumine, & subtilitate minime pollentes dulcissima doctrina informandos, & imbuendos. Primique illi, qui acerrima ingenij subtilitate statim quæcunque assequuntur, minimè longiori dicendi ratione defatigati, pedem illico referant; sed ad Paraphrases in marginibus designa- a Rom. 1. 14.

tas

eas recurrant, in quibus grauiora, fusiori sermone antea pertractata, breuissime innuuntur. Quæ eadem ratio à longitudine excusare debet, subministrata ex copia conceptuum, & multiplicium ponderationum, quæ, etsi omnes nouæ, & subtiles non sint, vt à nõnullis fortasse expeteretur, minimè tamen à nostro proposito alienas, plurimisque nõ tam acris ingenij viris eas arrisuras spero. Ad quod etiam obiectum crimen diluendum Plinii Iunioris in quadam ad Cornelium Tacitum epistola sententias hoc loco mihi describendas putaui. Quarum prima est. Vt in agricultura non vineas tantum, verum etiam arbusta, nec arbusta tãtum verùm etiam campos curo, & exerceo, vtque in ipsis campis nõ far, aut siliginem solam, sed hordeum, fabam, ceteraque legumina sero: sic in Actione (dic tu in oratione, pro vna namque, & eadem re hæc duo accipit ipsemet Plinius in eadem Epistola) plura quasi semina latius spargo, vt quæ prouenerint, colligã. Neque enim minus imperspicua, incerta, fallacia sunt iudicum (dic tu lectorum) ingenia, quàm tempestatũ terrarumque. Altera verò est; Non minus seruat modum, qui intra rem, quàm qui supra; qui adstrictius, quàm qui effusius dicit. Itaque frequenter, vt illud immodicè, & redundanter, ita hoc ieiune & infirme. Alius excessisse materiam, alius non dicitur explesse, æque vterque, sed ille imbecillitate, hic viribus peccat, quod certè etsi non limatioris, maioris tamen ingenij vitium est. Addamque duabus hisce Plinij sententijs, quod idemmet ad finem eiusdem Epistolæ subijcit. At est gratior multis actio breuis. Est, sed inertibus, quorum delicias, desidiamque, quasi iudicium respicere ridiculum est; Nam si hoc in consilio habeas, non solùm satius est, breuiter dicere, sed omnino non dicere. Quòd verò ad tertiã spectat longitudinis causam, quæ mihi imponi fortasse potest, illud vnum respondebo, quod ab Augustino in fine librorum de Doctr. Christ. asseritur verbis hisce. Longior eua sit liber hic, quàm volebam, quamque putaueram. Sed legenti, vel audienti, cui gratus est longus non est: cui autem lõgus est, per partes eum legat, qui habere vult cognitum. Quẽ verò eius cognitionis piget, de longitudine non quæratur. Qui sensus, omnesque expositiones legere noluerit, earum vnam, vel alteram, vel plures perlegat, quæ magis probabũtur; quæ minus applaudent, prætereat: quando tam disposite, & partite sunt distributæ, vt profecto de confusione conqueri nemo iure queat: cum in marginibus signa existant, vniuscuiusque sensus initia indicantia, &, si singularem eum sensum integrum prosequi renuat, vnam vel plures Paraphrases (vt superius dictum fuit) legat. In quibus, si artificiosum, laudabile, & dignum quid inuenerit, haud imperitissimo, & miserrimo peccatori id acceptum referat: sed Summo Deo, qui mihi, cum affecti corporis imbecillitate, aduersaque valetudine confecto; tum temporum angustijs presso ex necessariorum onerum Religionis, quæ Choro diu noctuque det operam, & ministerio Sacramentorum, ad tam difficile opus istud absoluendum singulare attulit adiumentum. Eumdemque pro me obsecret Deum, pari ope cumulatiori tandem me perfundat dulcedine, vt quem immensis affluentem bonis, amorem ab ipso ediscere, aliosve docere contendi, inter beatissimas mentes cumulatissime fruar in cœlo, quod vnum mihi iugibus expetitum est votis.

Plinius Iunior lib. 1 Epist.

Simile.

August.

CAN-

1 CANTICVM CANTICORVM Salomonis.

2 OSculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt
vbera tua vino. Fragrantia vnguentis opti-
mis.
3 Oleum effusum nomē tuum; ideo adolescē-
tulæ dilexerunt te.
4 Trahe me; post te curremus in odorem vn-
guentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria sua. Exul-
tabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum su-
per vinum: Recti diligunt te.
5 Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Ce
dar, sicut pelles Salomonis.
6 Nolite me cōsiderare, quòd fusca sim; quia decolorauit me
Sol: Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt
me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.
7 Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in
meridie; ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.
8 Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi
post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula
pastorum.
9 Equitatui meo in currib. Pharaonis assimilaui te, amica mea.
10 Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collū tuū sicut monilia
11 Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.
12 Dum esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorē suū.
13 Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea com
morabitur.
14 Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.
15 Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es; oculi tui
columbarum.
16 Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus: lectulus noster flori
dus.
17 Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cy-
pressina.

COM-

COMMENTARII IN CANTICVM CANTICORVM, MICHAELIS GHISLERII CLERICI REGVLARIS.

Vers. I. Canticum Canticorum Salomonis.

Proœmium simile præludio tibicinis.
Arist. 3. Rhet. ca. 14.
Simile.

IVRE optimo Peripateticorũ Princeps Aristoteles expolitæ, & ex arte A
elaboratæ orationis proœmium præludio illi simile inquit, quo fidicines,
aut tibicines vti consueuere, dum coram nobili
quodã viro, vel fidibus,
vel tibijs canendi contin-
gat occasio, Quemadmodum enim isti, priusquàm B
artificiosum & sonum, & cantum edant, tibiarum
præuia quadam inflatione, & neruorum in fidi-
bus pulsatione adstantium animos, & aures ad se
rapiunt, vnde suauissimis sonis cantus permiscen-
tes modulato concentu omnium animos pene à se
metipsis abreptos in sui attentissimam admiratio-
nem, iucundissima dulcedine perfusos traducunt.
Ita præstans Orator ornatè concinnato proœmio,
quasi insigni quodam, & nota illustriorum rerum
ab se dicendarum præmisso, beneuolos, attentos, C
ac dociles reddẽs Auditores, facilius oratorio ver
borum lepore, & grauitate sententiarum reliquũ
orationis cursum persequens summa cum laude,
quod intendit, persuadet, omnesque in suam con
Titulus huius libri est, & proœmium, & preludiũ. torquet sententiam. Quæ similitudo, si præsentis
operis titulum suis ponderibus examinemus, mi-
nimè est à nostro proposito aliena; nimirum cœle
stis amoris, ad quem sapientissimus Salomon diui
ni numinis afflatu hoc libello, quasi ardentissima
face admota nos excitare, & inflammare intendit D
præsenti titulo insigni quadam prærogatiua titu-
lorum admirabili, ea prima, quasi fundamenta ia-
cit, semina fundit, igniculos ardentissimos inge-
nerat: Ex quibus facile inexplicabilis vis amoris re
fultare, & veluti ex igne exiguo oleo pfuso, immẽ
sum possimus ignem concipere; ita vt non iniuria,
cum diu mihi dubium visum fuerit, an præludiũ,
vel proœmium esset Titulus iste appellandus: Tan
dem vtrumque dici meritò debere concludã. Præ
ludium, quatenus sapientissimus vir, præstantissi-
mi instar musici ad Immortalis, & sempiterni Dei
A amorẽ hoc libello, quasi Cantu diuina harmonia,
& inexplicabili cœlestium amorum symphonia hu
manas mẽtes à fluxarum rerum amore semotas ad
immortalium, æternique sponsi amorem exuscita
re intendit: hocque nomine. *Canticum Canticorum*
inscribit. Proœmium verò, quoniã cumulatissimè *Titulus huius Cantici est proœmiũ efficacissimum.*
tribus supradicti tituli verbis assequitur, quod in
doctissimo quouis excultæ orationis exordio, vel
à summis oratoribus præstari, vel ab eximijs elo-
quentiæ magistris doceri possit: Inter quos cũ om- Arist. vbi supra.
B nium iudicio princeps sit Aristoteles & bene di-
cendi, & bene sciendi egregius magister, quæ de
absoluto conficiendo proœmio scribit, hic addu-
cam, quò facilè, me breuiter tituli huius explica- *Proœmia quid agendum.*
tionem perstringente, quisque colligere possit, in
ipso, quæ in medium afferuntur, omnia cumulatis
simè existere. Ad docilitatem, inquit ipse, in proœ- »
mio Orator omnia refert, & si quis ita vult, vt pro »
bus videatur, his enim magis attendunt. Attẽti er »
go fiunt rebus magnis, suis, nouis, iucundis: quare »
C faciendum, vt de his oratio videatur. Quæ omnia
luce clarius non positiuè, sed superlatiuè in sacri
huius libri titulo supereminẽt. Magnũ sanè quid
est Canticum: sed quid maximum præseferens Cã
ticum Canticorum: quid Sacrosanctum, nouum,
tam multis redundans mysterijs, tam insolita amo
ris iucunditate æstuans, vt diuinum quid potiùs,
atque in altissima cœli Regia procreatum, quã hu
mana mente conceptum videatur. Duo prima ver
ba *Canticum Cãticorum*, adeò sunt succi plena, præ
D gnantia, nulla sententiarum grauitate æquanda;
vt ijs tantum cœlestis vates sit assecutus, quantum
nullus Musicus sua præuia pulsatione, aut orator
luculẽtissimo proœmio conari posset. Additur ter
tium verbum *Salomonis*, vt nullæ in ipso perfecti ti
tuli partes desiderarentur: cum in inscriptionibus
librorũ præcipuè Authoris nomen expostuletur,
necnõ inter cætera ipsius admirabilia præsens titu
lus perfectissimo ternario numero excelleret. ¶ Ti
tulus ille, qui fuit affixus Christo Dño Nostro Cru
cifixo, libro librorũ, ex cuius studio B. Paulus, qui
ad tertium cœlũ raptus fuerat, & quæ ab humana

lingua explicari nequeunt, viderat, eam omnem scientiam comparasse testatus est, quæ a vero sapiente debet æstimari, dicens: [a] *Non iudicaui, me scire aliquid inter vos; nisi Iesum Christum, eumque Crucifixum*, quatuor tātum verba habuit, Iesus, Nazarenus, Rex, Iudæorum: Huiusmodi tamen, vt, si rectè expendantur, nihil ferè in Christo Crucifixo piè contemplari liceat, quod in ijs non innuatur, & quasi apertè prodatur. Efficax certè, & reconditæ cuiusdam substantiæ, & mysteriorum plenissimus est titulus, sed nostri Epithalamij inscriptione minimè superior: quinimò quid magis suspiciendum nostrum multis nominibus liceat proferre. Quamuis enim vtrumque à Spiritusancto dictatū fuerit; in isto tamen diuinum numen Salomonis Sapientissimi viri Deo dilectissimi ore vtitur: in illo Pilati hostis sui, & indoctissimi hominis; hinc non ita breuis ille est, veluti noster trium solùm verborum *Canticum Canticorum Salomonis*, quæ & duo tantùm dici possunt: cum *Canticum Canticorum* vnum sit, veluti Sancta Sanctorum, vt inferiùs dicetur; siue tamen duo, siue tria sint, illud exploratissimū est, maximum quoddā momētū hr̄e.

Titulus huius Cantici comparatur, & præfertur titulo Christi Crucifixi.

a 1. Cor. 2. 2.

¶ Canticum, secundum communem Patrum opinionē illud significat, quod ore, vel voce in gratiarum actionem alicuius beneficij canebatur, ad psalmi differentiam, qui instrumentis canebatur: Atque hinc est, quòd nonnulli psalmi, vtramque vocem pro titulo habeant: ac ipse Dauid in 12. psalmo id nobis liquido ostendit, dum inquit. [b] *Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, psallam nomini Domini altissimi*, vt præclare super dicto psalmo notat Ioannes Chrysostomus. Canticum etiam ex Origene super 4. psalmo, est numerosus, & comparabili ratione exquisitus cōcentus in gloriam Dei factus, sanis vtique doctrinis, atque sermonibus refertus, qui cæteris quoque præbeat vtilitatem. Additur duobus hisce significatis tertium, ab Athanasio allatum in Synopsi, videlicet, Cātica omnes prophetias esse, quibus prophetæ aliqua summi Dei beneficia, ac præsertim Incarnationis mysteria omnium beneficiorum maxima vel tradiderunt, vel prædixerunt. Ob quæ tria significata liber hic *Canticum* appellatur: atque ad summā ipsius excellentiam (vt communiter Sancti Patres, & expositores omnes, etiam Hebræi volunt, sensum litteralem sectantes) denotandam *Canticum Canticorum* dicitur. Frequenti enim consuetudine, & assiduo quodam Hebræorum vsu sacris litteris huiusmodi reduplicatio vsurpatur ad alicuius rei p̄stantiam designandam, alijs omnibus eiusdem speciei supereminētem: Sic legimus in psalmis. [c] *Cœlum Cœli*; in Exodo, [d] *Sancta Sanctorum*, In Nahum, [e] *locusta locustarum*, & aliàs, *Sabbatum Sabbatorum*; & similia. Qua litterali ratione supposita, duæ statim difficultates exoriuntur. Prima, quibus Canticis præsens sit proferendum excelsius; ijs tantum videlicet a Salomone cōflatis, quę quinque millia, vt in tertio libro Regū [f] scribitur, extitere, vel Canticis vniuersis, quæ a varijs Sanctis, & prophetis condita Sacris in litteris traduntur: nā primo intuitu Salomonis tātum Canticis propter eiusdem additum nomen anteponēdum videtur, dum dicitur, *Canticum Canticorum Salomonis*. Quam opinionem Hebręi omnes, multique etiam nostrorum contestantur; Origenes autem Prologo Homiliæ primæ ex quattuor in lib. Cantic. reijcit, atq; confutat versionē Septuaginta Interpretum, qua ita titulus iste legitur, *Canticū Canticorū quod est ipsi Salomoni*, dicēs. Si voluisset intelligi, Canticorum tantum Salomonis hoc esse Canticū, dixisset vtique Canticū Canticorum, quæ sunt Salomonis: vel Canticum ex Canticis Salomonis: nunc autem quia dicitur, *Quod est Salomoni*, ostenditur tātum, ipsum esse Salomonis. Quocirca Sanctorum Patrum sententiæ inhærens, omnino affirmādum censeo, supradicto titulo nobis designari, Cāticū, quod in hoc libro habemus, tam singulari, & eximia excellere præstantia, vt cunctis, non modo eiusdem Authoris; verum etiam omnibus, quæ in veteri testamento reperiuntur Canticis, sit suo merito anteferendum.

Cantici nomē quid significet in sacris litteris.

b Ps. 12. 6.

Chrysost.

Origenes.

Athanas.

Reduplicatio eiusdē nominis præstantiam significat illius.

c Psal. 113. 16.

d Exod. 26. 34.

e Nahum. 3. 17.

Quib. Canticis præferatur hoc Cāticū Salomonis.

f 3. Reg. 4. 32.

Origenes.

¶ Hinc alia suboritur difficultas in inuestiganda, & inuenienda vera huiusmodi excellētiæ causa; Quæ facile diluitur: cū Patres omnes simul conueniant in eadem adducenda talis excessus ratione, quæ nulla alia est, quam diuinæ Incarnationis beneficium, qua æternus Deus, tanto naturæ interuallo à nostra mortalitate semotus pro inexplicabili, qua erga nos exarsit, beneuolentia, se quasi nobiscum desponsauit, humana natura assumpta; de quo admirabili beneficio singulariter, & peregregiè in hoc Cantico pertractat. Illud tamen verum est; quod, licet Patres in huius rationis substantia concurrant, aliquantum tamen in explicandi modo discrepant; Siquidem Gregorius Nyssenus ita eam explicat: Ex hac inscriptione discimus, quòd quantum ab externæ sapientiæ Canticis distant Cantica Sanctorum, tantum Cantica Sanctorum, id, quod hoc Canticorum Cantico mysterium continetur, exuperet, quo quidē maius aliquod intelligentia, neque reperire, neque capere humana natura potest.

Ob Incarnationis beneficiū Cāticū istud excellit omnibus alijs Canticis.

Greg. Nyssen. ho. 1.

Quod a Theodorito apertius hisce verbis declaratur. *Canticum Canticorum* hic liber inscribitur, propterea quod maiora Dei bonitatis opera nos edocet, & maxime recondita, atque arcana, & Sanctorum Sancta diuinæ nobis humanitatis mysteria patefacit. Gregorius Papa, quem Richardus de Sancto Victore sequitur aliqua diuersitate, inquit, liber hic non Canticum: sed, *Canticum Canticorum* dicitur: tanto est enim omnibus Canticis sublimius, quanto in nuptijs maioris festiuitatis offertur. ¶ Modus vero eamdem rationem explicandi, qui ab Athanasio, & Origene tenetur, maxime est a prædictis dissimilis: quia supponentes, Prophetias Patriarcharum, & Prophetarum, à quibus Incarnationis mysterium prædictum erat, quodāmodo à longè, vt aiunt, Cantica & ipsas esse, librū istum inquiunt, in quo non procul, & è lōginquo de sacrosancto hoc mysterio: sed propè, & de præsenti contiguus, & intimus sermo habetur, nobis mortalibus veluti in Epithalamio illud indicasse: Et propterea *Canticum Canticorum*, dici: quippe quòd post alia Cantica multò præclarius, tam immensum beneficium, tāque sublimes cœlestis spōsi nuptias canit. Quocirca idem Athanasius in Synopsi, ita concludit. *Canticum* igitur est *Canticorū*, propterea, quòd nullum aliud post ea, quæ hic canuntur, expectandum est: Et sicut in lege erant Sancta, & post Sancta, Sancta Sanctorum, post verò Sācta Sanctorum nullus alius interior locus habebatur. Ita post Cantica, Canticum est Canticorū; post Canticū verò Cāticorum non est interior aliqua, & recentior expetenda nūciatio. ¶ Præter assignatā hanc rationē litteralem, & communem, Bernardus circa finem primi Sermonis in Cantic. aliā moralem affert, volens, vt dū in præsenti libro agitur de nuptijs, & spirituali coniunctione summi Dei cum anima, ac quonis, qui spiritui incūbit, dici debeat *Canticum Canticorum*, vt Excellentior cāticis omnibus, quæ canuntur, vel pro varijs acceptis beneficijs, vel pro deuictis, & profligatis tētationū in cur-

Theodor. in Præfat.

Greg. Papa Præfatione.

Richard. Victorius.

Athanas. Origenes.

Prophetias antiquorū Patrū fuere Cantica quadam.

Bernard.

cursibus, vel ob diuersos spirituales factos progres- A sus, qui Cantica graduum appellantur.

Salomonis nomen titulo adiectũ maxima hoc libro promittit.

¶ Quod vero ad tertium istud verbum *Salomonis* conciso huic, & breuissimo titulo additum spectat, mihi maximopere arridet talis accessionis ratio, vt litteralis à Gregorio Nysseno infrascriptis verbis allata, Non ociosè mihi videtur liber hic ex inscriptione Salomoni esse attributus: Sed, vt lectores cogitent, magnum sibi quiddam, & diuinũ in ijs, quæ dicuntur expectandum esse: Nam, cum in summa sit admiratione Sapientiæ, atque doctrinæ apud omnes Salomon Rex propter id, quod diuinitus de ipso proditum est testimonium; Idcircò statim ab eius exordijs nominis eius fit mentio, vt lectores ingens quiddam, & dignũ Salomonis existimatione, & gloria de hoc libro sperarent; Et hactenus Gregorius Nyssenus.

Gregor. Nissen.

B

¶ Verùm, si ex consuetudine sacratum litterarũ dicti nominis significationem studiosius inuestigare, & expendere velimus, alias quoque rationes inueniemus, cur alijs duobus dicti tituli verbis id fuerit additum. Salomon namque Pacificus interpretatur, & profectò, si titulus libro connectendi gratia præfigitur (iuxta illam Aristotelis regulam, quam infrascriptis verbis docet, Quemadmodũ, qui fistula canunt, quod cantaturi sunt, id præcantatum coniunxerunt: sic in demonstratiua oratione scribendum est: quicquid enim velis, oportet cùm statim prædixeris, perducere, atque coniungere, idque omnes ita faciunt) Nulla re aptius istius libri initium; *Osculetur me osculo oris sui*; in quo de osculo agitur, singulari propemodum pacis signo, copulari poterat, quã cũ hoc Salomonis nomine.

Arist. li. 3. Rheto. c. 14

C

Salomonis vocabulũ repræsentat Christũ, in hoc libro loquentem.

¶ Addit etiam nomen istud Author, vt antequã librum hunc legere institueremus, eundẽ ipsum, qui Salomon nomine appellabatur, præter alios titulos, qui ipsi tribui consueuerant, librum ipsum conscripsisse intelligeremus, & sese in eo, quasi Christi typum repræsentantem intueremur; & suspiceremus Christum ipsum, verum pacificum, & pacis principem, pacemque nostram, quomodo, & per Apostolum, g & per Isaiam, h nuncupatum eum nouimus. ¶ Atque si liber hic singulariter de amore agebat, quo magis cõgruo nomine eius Author appellari poterat, quàm nomine Salomonis, & pacifici? Nihil etenim magis peculiare, & germanum amoris est, quam ipsa pax maximè præcipuus sancti Spiritus fructus, sicut etiã ipse amor, iuxta illud Apostoli, *fructus autem Spiritus*; i *Gaudium, pax* &c. Et hæc est ratio cur Salomonis nomini in præsenti libro Regis etiam nomen minimè addatur, vt in duobus alijs libris, Prouerbiorum, & Ecclesiastes eiusdem Authoris ipsemet fecit; quoniam vbi pax cum amore coniungitur, nullum prorsus, vel leuissimum timoris; aut maiestatis signum est exhibendum, vt eloquenter, & egregiè probat Bernardus Serm. 59. & 83. in Cant.

g Eph. 2. 14
h Isai. 9. 6.

Salomonis vocabulũ congruẽtissimũ amori, de quo agitur in hoc libro.

i Gal. 5. 22.

D

¶ Quæ hactenus dicta sunt pro intelligentia tituli præsentis libri, quem, Deo annuente pro viribus explicaturi sumus, quatenùs in nostra vulgata sic editum legitur: *Canticum Canticorum Salomonis*, satis (vt opinor) indicarunt, tribus dũtaxat verbis ea tanto nitore, artificioque comprehensa esse, quæ, nec excultiùs, neque eruditiùs à disertissimo quouis Rhetore ornatissimo proemio comprehendi possent. Verùm sciendum est, in tex. Hebræorũ, & Septuag. eundem titulum eodem prorsus modo non inscribi; In Hebræo namque textu legitur שיר השירים אשר לשלמה scir hascirim ascer liscolomoh. *Cãticum Canticorũ, quod Salomoni*: ac in eiusdẽ lectionis cõfirmationẽ Septuaginta sic eundem

E

traduxerũt. Ἆσμα ἀσμάτων ὅ ἐστι Σαλώμων. *Canticũ Canticorum, quod est Salomoni*. Quæ lectio, etsi reuera secundũ litteram haud discrepet à lectione nostra: quandoquidem, quod in Hebræo est in Datiuo *Salomoni*, idẽ sit, ac *Salomonis*, in genitiuo, iuxta phrasim illam Hebraicam, qua Datiui ponũtur pro Genitiuis, frequentissimam in psalmorum titulis, in quibus quoq; Sept. seruarunt phrasim prędictam, vertentes τῷ Δαυίδ in Datiuo. Vel etiã littera ל lamed, quę præfixa est nomini Salomonis, posita est pro secundum, iuxta aliam phrasim Hebraicam, quam & in Euangeliorum titulis seruatã videmus, vbi dicitur Euangelium secundum Matthæum, secundum Marcum, &c.

Datiui ponuntur pro genitiuis phrasi Hebraica.

Littera Lamed in Hebræo posita, vt significet secundum.

¶ Si tamen rationem alteram subtiliorem, magisque spiritualem exquiramus, rectè itidem affirmabimus, sapientissimum Salomonẽ singulari prudẽtia se istius libri Authorem innuere, in quo sub humani amoris figura de diuino amore esset agendum, ne quispiam vecors abstrusos, & latentes sensus contemnens, humanorumque affectuum illecebris irretitus, verba tantum attendens, de mortali hic amore agi sibi falso persuaderet: sed apertissima significatione intelligeret de illo tantum amore, qui à spiritusancto diuinitus ingeneratur; ideoque inscripsisse librum istum *Canticum Canticorum*, non *Salomonis* tantùm, vt mortalis Authoris, qui ex humana sapientia scribẽs facilè ijs, quæ scriberet mortalibus posset legentium mentes delinire, ac sauciare amoribus, Sed *Salomoni*, scilicet dictatum, & inspiratum: quando in hoc pręsertim opere nihil prorsus ipse litteris mandaret, quàm quod Sanctissimo Spiritu afflatus diuinitùs edocebatur: eundemque volebat, vt verum, & præcipuũ Auctorem haberemus, & recoleremus: cuius cælestis Authoris ipse instrumentum solummodo existeret; veluti Dauid ipsius parens cõfessus est, psalmo 44. vbi persimile epithalamiũ habetur, inquiẽs; k *Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis*. Quibus verbis Regius Propheta nobis idicare voluit, se ipsum in tam sublimi epithalamio calamũ tantum esse Sancti Spiritus, qui per ipsum, veluti per calamum quemdam breuissimis verbis cœlestia nobis, & difficilia, humanoque ingenio superiora mysteria cõmunicaret, siue potiùs innueret; eruditissimi instar scribæ, qui longissimam orationẽ exarare volens celerrimè, sæpissimè vnico charactere, quasi significãti nutu verba indicat, & singularibus verbis ad summos informat conceptus. Et hoc quoque nomine idem Salomon duobus alijs suis in libris eandẽ verborum formulam in datiuo non adhibuit: sed, etiam secundum textus Hebræorum, & septuaginta dicit, Parabolæ Salomonis, &c. Seu verba Ecclesiastes filij Dauid, &c. ĩ Genitiuo semper; quoniã in ijs tantũ vtique periculũ non percipiebat, vt in Cantico isto; Neque id tanti ponderis, atque momenti dijudicauit.

Libri huius Author Spiritus sãctus; Salomõ verò illũ scripsit, vt eius Authoris instrumentum.

k Ps. 44.

Simile.

¶ Philo Carpathius aliam addit rationem meo iudicio non contemnendam, istud nomen *Salomoni*, non veluti proprium Authoris nomen: sed, vt nomẽ appellatiuum pro significatione Pacifici sumens: illudque potiùs ad lectorem, & Auditorem referens, propter quos ab Authore liber iste scriptus fuit: ac si ista dicendi ratione *Canticum Canticorum Salomoni*, seu, *Quod est Salomoni*, Spiritus Sanctus monstrare voluerit, sacrum hunc librũ ijs tantum scriptum esse, qui proprijs profligatis affectibus in intima pacis serenitate conquiescũt suoque iure Pacifici nomen promereantur, atque ad immortalia anhelantes, diuinorum quoque amorum lectione digni redditi fuerint.

Philo.

LITTERA.

CANTICI CANTICORVM CAPVT PRIMVM.

Vers. I I. Osculetur me osculo oris sui.

Expositio Prima. Iuxta sonum litteræ.

Simile.

EST in more positum clarissimis, tum pingendi, tum sculpēdi artificibus, vt, cum intimos cuiusque animi sensus suis nequeant operibus verè exprimere; sedulo, atq; omni cura obnitantur, externa quadam operis similitudine ita intima quæque adumbrare, atq; colorare, vt sæpissimè vsu veniat, admirabilia quædam eorum opera cum spectantium oculis animorum internuncijs eorundem animos ipsos, mentesque ad se rapere: vt, dum triste aliquid mentito opere comminiscũtur, ab ijs, qui ea intuentur sæpissimè, aut veras excutiant lacrymas, aut saltem ad cōmiserationem impellant: dum lætum quidpiam, excitent lætitiam: dum iracundum, cōmoueant bilim: dum temulentum, ac tetrum, deterreant: dũ molestum, nōnihil exagitent: dum formosum, alliciãt: dum amabile, atq; beneuolum, vt plurimum iucũdissima refricata ceruentium memoria gratissimè titillare, ne dicam sauciare animos possint. Porrò quemadmodum pictores ipsi ita apposite disponunt in picturis corporum motus, eaque mēsura omnia in illis aptant, ac variãt, vt facilè ab ijs, quæ vnusquisque intuetur, aditus pateſiat ad ea, quę intus obstrusa delitescunt: ad fortes verbi gratia discernendos ab ignauis, triumphorum discrimen à stragibus, amorem ab odio, vitium à virtute. Eodē pacto præclarissimi quique scriptorum totũ in eo suum collocant studium; vt, & oratione, & verborum floribus, atque nitore ita singula quæque describãt, vt facillime ab vnoquoq; percipi queat, quid in vniuersis ijs, de quibus agit, lateat in mente, quovè intrinsecus singuli commoueantur affectu: gaudio ne, an tristitia? desiderio, an timore? odio demũ, an amore? ita vt haud incōgruè de illis verba ea proferri queant, quæ de fabris, siue Architectis asseruntur a Sapiente, [a] *Cor suum dabunt in similitudinem picturæ*: ambo enim id assequuntur per ea, quæ patent sensibus; nam quæ exteriùs efflorescunt ijs, qui sint consilij, ac rationis cōpotes indicant, quæ interius, vel ęgra sunt, vel sana: quęvè læta, quævè molesta: vt verbi gratia (quò rē ipsam aggrediar, & ad propositũ nostra detorqueatur oratio) vult aliquis pictor, vel orator quãpiã, alterius amore flagrantem indicare, hic dicet, ille pinget mulierem istam ad sui amasij vel absentiã, vel conspectum exanimatam, aut ingenti pallore languentem: primus, vt rem maximopere persuadeat, rem istam concinno elegantium verborum, ac grauium sententiarum circuitu explicabit: Secundus pulcherrimo variorum apparatu, & ornatu colorum describet. Hoc ipsum à sapientissimo omnium Salomone, siue potius à totius sapientiæ, vniuersæque eloquentiæ largitore Spiritusancto conspicimus factum: quippe qui mortalibus hoc in libello demonstraturus, quanta sit charitas, qua (vt ita dicam) exardescit summus Deus erga diuinã sponsam suam: quantaque vicissim ipsa sponsa Deum prosequatur charitate, duos parabolicè inducit pastores virum, & fœminam inter se amãtes; in limine autem libri, ea nimirum, quam præ manibus habemus sententia, puellam nobis repræsentat pro sui dilectissimi sponsi penè exanimatã desiderio, quæ, cum sibi ab adstantibus adolescētulis, & preciosissima propinarentur vina, & suauissimè redolentibus perfunderetur vnguentis, ea omnia, quasi sibi inutilia, penitusq; insufficiētia respuat: vehementique anhelans desiderio in hæc ex abrupto prorumpat verba, *Osculetur me osculo oris sui, quia &c.* quibus, licet paucissimis, ita suã, qua intrinsecus ardet, flammam significat, vt nullus reperiri queat, qui vel longissima, vel eloquentissima oratione eandem æque valeat explicare; per ea enim totam amoris vim, ipsumque amantium morem exprimit; siquidem, dum sponsam proponit languentem, ipsam subindicat amoris vim: dũ eam talibus adolescentulis ex abrupto alloquentem inducit, amantium mores, & habitus proprijssimis delineat coloribus, quippe qui, cum toti sint in amato, totumque spiritum suum in illud transfuderint, frequentissimis animi deliquijs languēt, & sæpissime colore destituuntur, & spiritu, eo præsertim tempore, quo ab illo distracti sint longiùs, qui eorum subripuerit animum, spiritum, atque colorem. Dicens itaque. *Osculetur me osculo oris sui, quia &c* talia sibi velle videtur sponsa. ¶ Animo meo, spiritu meo destituta sum: Langueo certè, & langueo maximo languore; haud tamen existimetis, me corporeo morbo languere, cui per istiusmodi vina, per huiuscemodi vnguenta opem ferre nitimini; etenim languor meus adeò est vehemens, vt per hæc omnia nihil ei conferri possit. Amore lãgueo, cui vnicum tãtùm id superest remedij, si, qui meum habet animum, qui meum seruat spiritum, ipse mihi illum per suauissima sua restituat oscula. Quamobrem auferte ista hinc, auferte vina, auferte vnguenta, & quidquid preciosi, ac redolētis per vniuersum orbem reperiri potest: adsit tãtum modo, veniat solũ dilectus meus, & osculetur me osculo oris sui. ¶ Hæc breuiter pro litteræ sono indicata potiùs, quàm explicata sufficiant, neque enim in his diutiùs immorandum videtur, quæ à Spiritu Sancto ob insigne honestatis seruandum paucissimis vix attinguntur verbis; Verùm ad sensus eos pandenda sunt vela, quos in primis ab eodem Spiritu intentos esse cognoscimus; dummodo vnum tantùm prius circa litteræ varietatem animaduerterimus.

PARAPHRASIS.

a Eccl. 38. 38.

¶ Sciendum est enim, textus tum Hebræum, tum Græcum legere. *Osculetur me ab osculis oris sui:* Hebræi namque pro eo, quod nos legimus *Osculo*, in numero singulari, habent in plurali מנשיקות min nesicihot: Sic & septuaginta Interpretes habent *ἀπὸ φιλημάτων ab osculis*; quæ lectio haud modicè conferet ad spiritualium sensuum explicationē.

Vers. I I. Osculetur me osculo oris sui.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

ARguit profectò perpetua diuini Numinis vnitas vnam, eandemque & esse, & fuisse Ecclesiam, desponsatam Deo siue per legem naturæ, quæ insita in singulorum est cordibus: siue per legem Moysis, quæ Dei digito lapideis insculpta est tabulis: siue per legem gratię, quæ per Christi Domini incarnationem fidelium infusa est mentibus: vnde & ab ipsomet Domino in præsenti libello de ea pronunciatum legimus, [a] *vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ*; Nihilominus haud certè à veritate aberrare censendi ij sunt, qui hanc ipsam distinguunt in duas, ita tamen ab inuicem dispertitas, vt à perfecta, quam ostēdimus vnitate, minimè recedant. Neque enim id

Eccles. vna, & duplex.

a Cãt. 6. 8.

DE ECCLESIA.

id nouum existimandum est, vt ipsamet res & vna simul existat, & multiplex; vna respectu totius; multiplex respectu partium: vna quo ad quidditatem (vt scholastica vtar voce) multiplex verò quò ad diuersas rationes formales: nam & corpus, vnum quidem est, si tota simul eius structura spectetur; & multiplex dici potest, si diuersa illius membra intueamur: & puella vna certè est, quæ & prius cum vno viro sponsalia de futuro contraxit, & postea grandæua effecta eidem viro iuncta est matrimonio; duplici tamen eam consideratione spectantes, in duas eam, quæ per se vna sit, nostro intellectu diuidimus: Sic ergo Ecclesia tota vnum quidem corpus est; attamen, si diuersa eius inspiciatur membra, haud incongruè multiplicem eam quis dicat, prout clarissimè ex longa Apostoli [b] ratiocinatione colligere fas est: & quamuis vna eademque semper extiterit, quæ, instar vnius puellæ vni desponsata est Domino; congruenti tamen ratione aliquam in illa distinctionem statuere possumus, vtpote quæ diuersimodè ante Christi incarnationem, atque post illam vni despōsata sit Christo. ¶ Etenim antequam Dominus noster humanam induerit carnem, Ecclesia illa antiquior, quā sæpius [c] Ecclesiam Sanctorum nuncupatam reperimus, in singularem certè à Domino electa est sponsam, haud tamen ad præsentes, sed ad futuras tātum vocata est nuptias: vt patet ex ipsiusmet Domini verbis, quibus illam per Oseam alloquens ait: [d] *Et sponsabo te mihi in sempiternum: Et sponsabo te mihi in Iustitia, & iudicio, & in misericordia, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus:* sponsabo, inquit in futuro, non sponso in præsenti: & benè, *sponsabo in fide*; cum haud aliter in Dei sponsam assumi potuerit, quam si fide in Christum venturum exornata fuisset; in hac enim Patres omnes, vniuersosque sanctos testimonium consequutos, Deoque probatos pluribus in Epistola ad Hebræos [e] asserit Apostolus. At verò post Christi incarnationem eadem non amplius dicitur desponsanda, sed sponsa; neque in fide per Christum venturum, sed per fidem in eum, qui iam ipsam à morte, atque à dæmonum eripuit faucibus per lauacrum regenerationis, ac per proprij sanguinis effusionem, ipsi desponsata est Domino; quò fit, vt rectè ei competāt verba illa eiusdem sponsi in Canticis, iuxta lectionem septuaginta Interpretum: [f] *Veni de Libano sponsa; veni de Libano, transibis, & pertransibis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à speluncis Leonum, à Montibus Pardorum.*

Simile. — Simile. — b 1. Cor. 12. — Ecclesia ante Christi aduentum qualis. — c Ps. 88. 6. — c Ps. 149. 1 — d Oseę 2. 19. — e Heb. 11. 2 — Ecclesia post Christi aduentū qualis. — f Cāt. 4. 8.

¶ Hoc itaque constituto, vt Ecclesiæ nomē duplici intellectu sumatur, & pro cœtu fidelium eorum, qui Christi præcesserunt Natiuitatem, & pro illorum collectione, qui Christi abluti sunt sanguine, (neque enim nunc loquimur de ea, quā triumphantem appellant) duplici ratione eam considerantes, duplex verborum istorum, *Osculetur me, &c.* afferri potest sensus: quorum primus sit, vt ¶ Spiritus Sanctus, cum eximium Sanctorum Patrum amorem in Deum exprimere voluerit: ipsorum proposuerit Ecclesiam, quæ præ charitate langueat, quæuè præ desiderio diuinæ incarnationis propè deficiens omnem prophetarum respuat consolationem, vniuersasque quorumlibet siue hominum, siue Angelorum fastidiat eruditionem, vtpote vnam tantum in Christo præstolās cōsolationem, vnum tantum Christum admittēs Doctorem. ¶ Quanto autem huiusmodi Ecclesia amore langueret Christi, quanto Christi desiderio flagraret, ex frequentissimis patet Sanctorum Pa-

Primus Sensus. — SS. Patrū ferè cōmunis. — Ecclesia antiqua quanto Christi desiderio flagraret.

DE ECCLESIA.

A trum clamoribus; euidentius autem, & efficacius id colliget quilibet ex ijs, quæ Regius asseruit Propheta, cum diceret. [g] *Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum super speraui:* Quomodò defecit? Audiatur S. Ambrosius, egregia id exprimens similitudine. Vt de vsu, inquit, capiamus exēplum: Si verbi gratia dicamus; Defecit ille in illam, videtur exprimi hoc verbo, quòd totus in mulieris desiderium cupiditate trāsierit: Et quicquid est, quod vehemēter expetimus, nisi eius maturiorem habeamus effectum in nos videtur longa quadam intentione lassare: Amor impatiens diù noctūque meretricias fores pulsans, si diutius potiendi desideria differantur, ipsa deficit expectatione, dū sperat, in quo vtrique non finis amoris, sed incre-

B mentum est; & quicquid est desiderabile, si non cōtingat desideranti, deficit in illud, & quasi ipsam deponit animam, qui desiderat: si tamen spes propior assurgat, dat vires spes proxima; Si autē absentia sit dilecti, eo ipso, quo absentem desiderat, qui concupiuit, animæ suæ patitur defectionem: Itaque quanto longius illud est, quod desideratur, tāto magis deficit, qui desiderat. Id ergo deficere est, in id vnūquemque totis studijs migrare, quod diligat: illud cogitat, illi adhæret, illud personat, quod receperit diligendum, in id quadam animi defectione transfunditur: vt si mater filij expectet præsentiam; quemadmodum expectabat Tobiç vxor filium peregrinantem; deficiens à desiderio,

C & in angustijs constituta, & tanquam resoluta viribus: Quid enim aliud nisi defectum quemdā eius verba significant? Sed quò magis lassatur affectus, eò ampliùs amor crescit; quo diutius abest, qui desideratur, eò expectantis desideria maiori quadam vi amoris ignescunt: Caro deficit, sed cupiditas alitur, & augetur: Hinc ergo colligere possumus, quid sit: defecit in salutare tuū anima mea: Hæc Ambrosius: quæ ad verbum hic afferenda cēsui, cum ita ad vnguem rem ipsam exprimant, quo modo Ecclesia in Antiquis Patribus defecisse dicatur, vt nec elegantiori, nec dilucidiori oratione explicari id posse crediderim. ¶ Sic igitur Christi amore languens Ecclesia, sicque pro Christi de-

D ficiens desiderio inquit. *Osculetur me osculo oris sui. Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis:* ac si diceret. ¶ Audiui iam vestram, ò Philosophi inanis philosophiæ doctrinam, qua instar vini me recreare, atque ad superna eleuare nitimini; Sed certè instar vini per hanc quodammodo inebriastis me per inflationem, atque superbiā, haud tamen per eā ædificata sum, haud plenè sum recreata, quandoquidem [h] charitas sola est, quæ ædificat, scientia autem, ac doctrina vestra inflat: Accepi iam complures ò Prophetæ, easque instar vini asperas à vobis increpationes: Percepi iā suauissimarum promissionum odores, quibus me consolari conati estis. Desistite iam omnes, [i] qui de mea tamdiu exquisistis, atque scrutati estis salute,

E qui de futura in me gratia prophetastis: Ista vnguenta vestra, promissiones, ac consolationes languorem meum curare nequeunt, desiderio meo satisfacere minimè valent: veniat, veniat ipse dilectus meus, osculetur me osculo oris sui; ipse vnus est, qui me erigere possit: Osculetur me per suā Sacratissimā incarnationē, iūgat naturā suam cū natura mea: adsit ille indutus carne mea, sicq; cumulatissimè meo satisfactū erit desiderio, sic à mea erigar, qua iaceo defectione animi, atq; deliquio. ¶ Antequā ad alterū de secunda Ecclesia accedamus sensū, tria mihi hoc loco circa loquendi modū q̄renda videnē. Primo, quanā rōne Incarnatio-

g Ps. 118. 81. — Ambros. Serm. 11. in Psal. 118. — PARAPHRASIS — h 1. Cor. 8. 1. — i 1. Pet. 1. 10

DE ECCLESIA.

nis mysterium per deosculationis metaphorã fuerit significatum. Secundo, Cur dictũ sit, *Osculetur me osculo oris sui*, & non simpliciter *ore suo*. Tertio, quidnam mysterij lateat in originaliũ lectione, quæ in plurali habet *Osculetur me osculis oris sui*. A

Incarnatio quam analogiam habeat cũ deosculatione.

¶Quò ad primum: Triplici ratione sponsam credi derim motam, vt diuini verbi Incarnationem deosculationis metaphora significarit, ob triplicẽ videlicet ipsius Incarnationis cum deosculatione cõgruentiam, atque analogiam.

Simile.

Ex Bern.

Per Incarnationem duę naturę vnita sunt in vna persona Verbi.

Aristoteles. Lib. 9. Eth. cap. 8.

¶Primo enim, quemadmodum quum osculatio exhibetur, os vnum vnà cum alterius cõjungitur ore, sicque non solum ipsa externa simul in vnum quodammodo ora copulãtur, sed, quod maius est, per huiusmodi cõiunctionem extrinsecam, simul quoque eorum vniuntur & animi; ita vt verè de B iis, qui se se inuicem osculantur, prouerbiũ illud vetustum proferri liceat, quod de amicis ab Aristotele citatur, & à nonnullis Pythagoræ adscribi solet, nimirũ amicitiã esse æqualitatem, & eandẽ animam: & amicorum esse vnam tantum animã: Idipsum, perfectiori tamen modo in Sacratissimæ Incarnationis mysterio conspicere licet: Siquidem Verbum diuinum carnem pro nobis sumere volens, naturam suam incomprehensibilem, increatam, atque immortalem vnà cum nostra fragili, ac mortali copulauit natura, ac veluti quodam osculo illam exosculans tam arctè ipsas, quæ in infinitum ab inuicem per se distarent, in vna coniunxit persona diuina, vt per huiusmodi vnionem vnus idemque Christus, & Deus dicatur & homo: & per huiusmodi communicationem idiomatum, quæ vni propriè competunt Deo, quodammodo etiam proferantur de homine: & quæ sunt hominis propria, verè, ac catholicè proferãtur de Deo. Id omne præclarè à Regio Propheta explicatum intelligo, vbi dicit, [k] *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi; iustitia & pax osculatæ sunt.* En coniunctionem duarum naturarum, quæ se se inuicẽ osculãtur per Incarnationis mysterium. Vt autem benè Dauid sensus percipiatur, animaduertendũ, Naturam humanam ab illo significatam nominibus misericordiæ, & iustitiæ, vtpote quæ diuina indigeret misericordia, & diuinam prouocasset iustitiam: Sic & misericordiæ, & iustitię nomẽ haud actiuè, sed passiuè hoc loco accipiendum videtur, prout ab Esaia acceptum reperimus, cum diceret, [l] Misericordias Dauid fideles, idest misericordias, quibus Dauid indigebat, quæue illi à Deo fideliter essent promissæ: quemadmodum etiam ab Apostolo [m] ij, qui Galatas conturbarent, Dei iudicium, atque iustitiam portare dicũtur; & ad Romanos, [n] quidam vasa iræ, quidam vasa misericordiæ nuncupantur: Diuinam verò naturam veritatis, ac pacis explicatam vocibus; veritatis, cum in Deo tantum perfecta sit veritas, Deusque ipsa sit veritas, vt clarissimè ab ipsomet Domino testatum habemus, cum apud Ioannem dicit, [o] *Ego sum via, veritas, & vita:* [p] *Et ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeã veritati, omnis, qui est ex veritate,* idest ex Deo, *audit vocem meam:* Pacis autem, cũ Deus ipsa sit pax æterna, & imperturbabilis.

k Ps. 84. 11

l Esai. 55. 4

m Gal. 5. 10

n Ro. 9. 22

o Io. 14. 6.

p Io. 18. 37.

Misericordia ergo, inquit Propheta, idest natura humana, quæ diuinæ misericordiæ maximè miserandum erat obiectum, & natura diuina, vt summam, ac illibatam suam ostenderet veritatem, quasi duo ora inuicem se se osculantia obuiauerũt sibi per ineffabile Incarnationis mysterium; sicque per ipsam Incarnationem quasi per quoddam osculum natura humana, quæ Dei merebatur iustitiam, ac iram, & natura diuina, vt pacem in terra afferret, vt & qui ab æterno erat Deus pacis, fieret quoq; [q] *pax nostra*, iuxta Apostoli dictum *faciens vtraq; vnum, & medium parietẽ maceriæ soluens inimicitias in carne sua, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem*: in vno se se osculata sunt Christo: in vno vnita sunt verbo, ita vt, quod de homine dicebatur, de terra ortum habere, iam idipsum quoque de Deo dicatur, *Veritas enim de terra orta est*, & quod Dei erat proprium, vt de cœlo prospiceret vniuersa, jam & de vili homine dicere liceat, cum iustitia, & ipsa natura humana, iustitię nomine designata in Christo de cœlo prospexerit.

q Eph. 2. 14

Ex Iusto orgelit & Bern. Pierius Valer. li. 12. pag. 157.

Incarnatio est præcipuũ amoris signum æquè ac osculũ.

Secundò: cum ex communi omnium sensu præcipuum amoris signum in osculo extet, idque non modo in hominibus, sed etiam in brutis, ac rationis expertibus ab ipsa indicetur natura: ita vt propterea apud Antiquos eiusdem amoris hieroglyphicum per columbam expressum referat Pierius Valerianus, quia mutuis sese osculis columbæ deosculentur, congruentissima ratione Incarnationis mysterium per ipsam deosculationem ab Spiritu sancto significatum dicemus: Ecquod enim maius amoris à Deo nobis exhiberi specimen potuit, quam istud ipsum, quod per Incarnationẽ est præstitum? qua eò ab amore impulsus is est, vt proprio non pepercerit filio, vt qui fœlicissimus, impassibilis, ac immortalis erat in suis, omnium nouissimus, & vir dolorum, mortique obnoxius fieret in nostris, idque pro inimicis, maximèque ingratis. Declaratum id optimè habemus à Domi- C no, cum diceret, [r] *sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*, pro eo: vbi per illam dictionem *sic*, indicatur, tantum à Patre per filij Incarnationem amoris signum exhibitum, vt verbis nullo pacto id exprimi posset. Interrogetur Apostolus, an possit vel mente quis imaginari quodpiã amoris signum ipsa diuina maius Incarnatione? In epistola enim ad Ephesios ait, [s] *Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis salu- ti, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos* D *in Christo Iesu*: Quo loco ponderanda esset vox illa *propter nimiam*, charitati enim nimiæ quidnam addi potest? Ad Romanos autem: [t] *commendat*, inquit, *charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Vbi verbo illo *commendat*, illud significasse videtur, quod à nobis asseritur: nullũ nimirum maius charitatis indicium à Deo esse exhibitum, quã quod pro nobis peccatoribus carnẽ sumere, mortemque subire dignatus sit; quò fit, vt rectè sponsa à Deo postulet osculari, dum Incarnationis flagitat sacramentum.

r Io. 3. 16

s Eph. 2. 4.

t Rom. 5. 8

Ex Origene Hieron. Chrysost. Grego. Papa, Theod. & aliis.

Diuina doctrina exhibitio, atque susceptio, p deosculatione significari solitas.

u Ps. 2. 12

¶ Tertiò, vtitur sponsa prædicta metaphora, quod idcirco præter alia, Christum carnem sumere vellet, vt ab eius ore proprio doctri- E næ hauriret fluenta. Neque verò id nouum censere quis debet, vt per hanc metaphoram doctrinæ exhibitio significetur, atque susceptio: Nam vbi nos legimus, iuxta septuaginta Interpretes. [u] Apprehendite disciplinam, Hebraica legunt נַשְּׁקוּ בַר nasceku bar, quæ egregiè à Sancto Hieronymo vertuntur, *osculamini filium*: Et quid enim aliud facimus, dum diuinum osculamur Verbum quàm ab eius ore doctrinam, ac disciplinam percipere? Ad quid diuinum illud Verbum per suam sacratissimam nos osculatus est Incarnationem, nisi, vt nos per suam doctrinam à vitijs abstractos, [illegible] perfectum

DE EC-CLESIA. virtutis culmen prouceheret? x *Apparuit*, inquit A Apostolus, *gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria sobriè, iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi:*

x Tit. 2. 11

iam e istam Verbi Incarnati doctrinam non tam ad aures exhiberi, quàm ad os: neque tam auribus percipi, quàm ore, in quod osculum imprimitur osculantis, testatur is, qui Psalm. 18. ait y *Iudicia Domini dulciora super mel, & fauum:* Nec aliunde z fauus distillans dicta sunt labia sponsæ, quàm exindè, quòd ex sponsi huius osculo fauus reddita sint ex mellita eius doctrina: propter quam suscipiendam ipsamet dicebat aliàs, a *os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam*. Et quo nam meliori Symbolo, quàm per osculum, Christi doctrina significari posset, cuius vniuersa lex in amore sita esset, & charitate? b *Mandatum*, inquit ipsemet, *nouum do vobis:* Et quod est hoc mandatum? *Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos;* & prædicatoribus suis pacem in primis prædicandam præcepit, cum diceret, c *In quamcunque domum intraueritis primum dicite, Pax huic domui*. Quapropter congruentissima ratione ab sponsa exposcitur tale osculum, cui compertissimum erat, se, dummodò ad tale admittatur osculum, statim ex illo diuino ore haurire posse charitatis doctrinam, ac pacis, vt nulla vnquam amplius cruciãda sit siti recolẽs, quæ sibi per Isaiam promissa fuissent; d *Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis:* quomodo autem siti vllatenus premi potest, quæ fluuium in os suum fluentem habuerit? e *Qui biberit*, inquit Dominus ad Samaritanam, *ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum:* Quare? Quia *aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*.

y Psal. 18. 11

z Cãt. 4. 11

a Psal. 118 v. 131.

Lex, & doctrina Christi tota est de amore.

b Ioan. 13. 34.

c Luc. 10. 5

d Esai. 66. 12.

e Ioã. 4. 13

¶ Sed cur non ait simpliciter. *Osculetur me ore suo:* At potius, *Osculetur me osculo oris sui?* Magnũ profectò, idque altissimum in hisce sponsæ verbis mysterium latere crediderim: compertissimum nãque erat Ecclesiæ, sanctisque Patribus, in diuinis distingui realiter os osculans ab osculo, quod per talem genitum sit deosculationem, distinctasque personas significari per os osculans, atque per ipsum osculum; Etenim cũ Patris dicere sit per eius intellectum, æquè ac dicere hominis est per os, certè ipse intellectus Patris, quo ab æterno dixit Verbum increatum, per oris nomen congruentissimè significatur, & ex consequenti os Dei rectè Patrem accipimus, qui idemmet est ac suus intellectus, quo tanquàm per os generare ostẽsum est, vnde ab ipsamet sapientia increata dictum est: f *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita*. Osculum autẽ huiuscemodi oris quodnam aliud est, quàm Verbum æternum? quod, à tali ore per ineffabilẽ, atque incomprehensibilem genitum intellectionem rectè osculi nomine designatur, tum quia ei ab illo supremo ore propria essentialiter cõmunicata est natura, non secus ac per deosculationẽ nostram propriũ quodammodo cõmunicamus animum: tum quia tale Verbũ, talisque filius à Patre maximè omniũ dilectus est, prout ab illomet prolatũ refertur, quum g *audita est vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite*. Hæc itaque optimè intelligens Ecclesia Incarnationem efflagitans, non ait simpliciter *Osculetur me ore suo;* sed, *osculetur me osculo oris sui*, quòd sciret, haud Patrem esse incarnandum, sed filium, vtpote cui congrueret h instaurare omnia, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, per quem iam facta fuerunt omnia. Sic ergo, cum per Incarnationem deosculari humanam naturã exposceret, ab illo, & per illum postulat osculari, qui æternum esset osculum Patris. ¶ Sanctus Bernardus aliam affert prędictæ loquutionis rationem; per os enim osculans intelligens Verbum assumens: per osculatum, carnem assumptam: & per osculũ, quod pariter & ab osculante, & ab osculato conficitur, personam ipsam ex vtroque compactam, mediatorem Dei, & hominum Christum Iesum, neminem inquit Sanctorum præsumpsisse, vt diceret. *Osculetur me ore suo*, ipsi duntaxat carni diuinæ seruantes prærogatiuam istam, cui singulariter, semelque os verbi impressum est, cum ei se i corporaliter plenitudo omnis diuinitatis indulsit: Ecclesiã B verò illam antiquam Sanctorum Patrum dicere tãtum, *Osculetur me osculo oris sui;* humilius nempè ab osculo oris illius petens se osculari, quod commune sciret esse multorum, qui dicere possunt, k *Et nos omnes de plenitudine eius accepimus*. ¶ Neque vero minoris est mysterij, quòd iuxta Hebraicam, ac Græcam sept. Interpretum lectionem, id, quod à nobis legitur singulariter. *Osculo oris sui*, in plurali, *ab osculis oris sui*, legi in prima litteræ explicatione notatum est. Nam certè idemmet per veram que lectionem Incarnationis mysterium ab Ecclesia antiquorum Patrum exposcitur. Verùm quod C iuxta lectionem nostram vnica tantùm per vnum æterni Patris osculum petitur Incarnatio, vnicumque, ac summum per verbi Incarnationem amoris signum: Idipsum, iuxta prędictam lectionem præclara quadam exposcitur amplificatione; Etenim dum per plurium osculorum deosculationem diuini verbi exposcitur Incarnatio, profectò crediderim, in vno illo sublimi, ac ineffabili osculo, quod per suam nos osculaturus erat Incarnationem, complura simul inesse & oscula, quibus vnà cum illo præcipuo osculari exoptet Ecclesia: Ea verò illa sunt vniuersa, quæ in cœlis, quæuè in terris existunt: Præclarè hoc indicat Apostolus, cum, de diuinæ Incarnationis mysterio loquens, de æterno Patre ait. l *Qui etiam proprio filio non pepercit*, D *sed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* m Et, *diligentibus Deum*, inquit idem Apostolus, *omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositũ vocati sunt Sancti:* dicatur iam ab Ecclesia, *Osculetur me ab osculis oris sui;* tantis enim diuinum verbum, carne assumpta, tantis inquam post hanc vnam osculatus est deosculationem, quanta nostra indutus carne, vel egit, vel passus est: quanta in ipso extiterunt membra, cum in singulis quidpiam doloris pro nobis subierit: quanta pro nobis fecit itinera: quanta & protulit verba.

Verbum increatũ est osculũ Patris.

f Eccl. 24. 5

g Matt. 17 5.

h Eph. 1. 10

Christus incarnatus est osculũ Verbi assumentis carnem.

i Colo. 2. 9.

k Ioã. 1. 16.

Christo nos osculãte per Incarnationem osculis pluribꝰ fuimus osculati.

l Ro. 8 32

Quot dona, tot esse oscula.

m Rom. 8. 28.

Oscula tanta Christus nobis dedit, quanta egit, vel docuit, vel passus est.

¶ Quòd si sumamus Ecclesiã pro altera illa Ecclesia, quã post diuini Verbi Incarnationẽ ab ipsomet E Christo per pretiosi sanguinis effusionẽ despõsatã notauimus: Videtur mihi hoc loco ille proponi Apostolorũ, ac Discipulorũ cętus, quẽ primitiuam Patres dixere Ecclesiã: Proponitur aũt huiusmodi Ecclesia eo in tẽpore, quod inter diẽ Ascensionis Domini, diẽque Pentecostes intercessit, quãdo expectabat indui virtute ex alto. Et quis est, qui verbis exprimere valeat, quantis Discipulorũ mentes iactarẽtur fluctibus, postquàm dilectissimi Magistri orbati sunt præsentia? Indicatur id nõ aliquo pacto ab ipsomet Domino, q. talẽ eorũ prænoscẽs perturbationẽ, talemque mentis languorẽ, quo per suum afficiendi forent discessum, consolatione huiuscemodi eos demulcebat. n (*Non turbetur cor vestrum, neque formidet: Audistis, quia ego dixi vobis, Vado*

Secundus Sensus. Ex Ambros. Bernar. & alijs.

Post Ascensionem Domini quanam ratione habuerit Apostoli vsque ad Spiritus sancti acceptionẽ.

n Io. 14. 28.

DE ECCLESIA. *& venio ad vos: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem :* o *Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Profectò nisi eorum præuidisset animi languorem, nisi præsensisset eorum perturbationem, atque formidinem, haud talibus eos Dominus allocutus fuisset verbis; *Non turbetur cor vestrum,* idque frequentius; Iactabantur certè eorum animi: Timebant enim æquè ac filioli parentum destituti præsentia; Afficiebantur quidem gaudio, quòd dilectum ipsum suum ad cęlos eleuatum vidissent, quòd illum ad Dei dexteram sedere scirent. Vndè de eis apud Lucam dicitur: p *Et ipsi adorantes,* Dominum, nempè, quem in cœlos ascendisse conspexerunt, *reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno.* Sed tamen ex alia parte haud modica eos premebat tristitia, cum se se diuina illius præsentia orbatos agnoscerent: Audi eũdem Lucam, hoc indicantem in actibus Apostolorũ, vbi ait: q *Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: Cumque intuerentur in cęlum euntem illum; Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt; Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum?* &c. Si videntibus illis eleuatus est: Si nubes suscepit eum ab oculis eorum, ita vt amplius eum cernere nequirent, quidnam intuebantur in cœlum euntem illum? nisi, quia quum se diuina illius præsentia priuatos sensere, tanta eos oppressit tristitia, vt in cęlum respicientes prope deficerent, eò spiritus suos mittere exoptantes, quò illum processisse perspexerant: Ne autem omnino deficerent, bene per Angelos dictum eis est: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum?* ac si dictum fuisset, Quænam vos afficit tristitia? quo languore tenemini? Numquid aspicientes in cęlum omnino deficere vultis in corpore? Quæ vobis ab ipso dilecto vestro dicta sunt, mente reuoluite, r *Vado, & venio ad vos:* bono animo estote, ecce enim hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cęlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum, euntem in cœlum. Tali itaque languore confecta primitiua Ecclesia, tantisque animi cõcussa perturbationibus, quasi respuens vniuersas Angelorum consolationes præ desiderio illius Paracliti, quem sibi toties a suo dilecto promissum recoleret, *Osculetur me*, ait, *osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis;* ac si dicat. ¶ Non sufficit præsentia vestra, Angeli Sancti, quantumuis speciosi sitis, quantumuis candidissimo vestiũ decore fulgeatis; Non sufficiunt hæc ad tollendum à me languorem, quo langueo dilecti mei orbata præsentia; desistite iã à consolationibus, quibus instar vini me consolari nitimini. Nolite iam amplius dilecti mei aduentum replicare, quo instar vnguentorum optimorum me recreare contenditis: hæc enim omnia haudquaquam plenè cõsolari me valent; Vnicum tantum languoris, perturbationisque meæ restat remedium, si is, qui pro me mori dignatus est, illum mihi infundat spiritum, illum perfectissimum ad me mittat paraclitum, quem toties pollicitus mihi est. Quapropter hoc vnum opto, hoc vnum a te, dilecte mi, flagito, vt osculeris me osculo oris tui, mittens ad me tantum consolatorem, quia meliora sunt vbera tua, meliores sunt consolationes tuæ, quibus per Sanctum Spiritum me consolaberis, quocumque vino alterius consolationis, multòque vino fragrantiores mihi per talem spiritum gratias, virtutesque largieris, quàm per quascumque, siue hominum, siue Angelorum exempla, vel monita consequi possem. Huiusmodi orationẽ ab Ecclesia illa factam crediderim per vniuersum illud temporis interstitium, prout etiam ex ipsa Actuum Apostolorum lectione colligere licet, vbi dicitur. s *Hic omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius.* ¶ Verum si per adeo ardentes, adeoque perseuerantes preces nil aliud a suo dilecto petebat Ecclesia, deque nulla re alia ad ipsum supplicationes offerebat, quàm de missione Spiritus Sancti, per quem cumulatam sibi obuenturam sciret consolationem, nonne claris vti potuisset verbis ijs, quibus id ipsum efflagitans vsus est Propheta Regius, cum Deum deprecans diceret, t *Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Quam igitur ob causam ad significandam Spiritus Sancti missionem deosculationis attulit metaphoram? Quidnam illam ad huiusmodi diuinæ exosculationis compulit petitionem?

¶ Recolebat quanta iam in suis fidelibus ex diuino susceperat ore; recolebat quomodo ex illo sacratissimo ore parenti suo Adæ u inspiratum fuerit spiraculũ vitæ, per quod homines summi Dei consequuti essent imaginem, per quod homo cunctis precelleret animantibus, per quod humana natura capax, & particeps esset vitę, gratię, ac sapiẽtiæ Dei: Proximam eorum retinebat memoriam, quæ iam a suo sibi peracta essent dilecto, quando paucis ante diebus, postquam resurrexerat, & priusquam in cœlum sese transferret x in suos insufflauit discipulos, & quemadmodum, sicut ait Cyrillus lib. 12. in Ioannem, cap. 16. & Athanasius ad Antioch. quæst. 64. ore suo insufflando dederat animam, quæ est principium vitæ temporalis; eodem ore insufflando daret etiam Spiritum Sanctum, qui est principium vitæ spiritualis: vt ipsemet, qui fuerat creator, agnosceretur & Redemptor. Recordabatur verborum illorum, quæ sibi post tanti oris insufflationem ab eo dicta fenuissent. y *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Agnoscens ergo, talia, ac tanta se ex illius sacratissimo ore suscepisse, & intelligens se per illam dilecti sui insufflationẽ vnicam tantum Spiritus Sãcti accepisse operationem, nempe potestatem dimittendi peccata. Agnoscens demum, post Domini sui ascensionem se plenitudine omnium donorum Spiritus Sancti donãdam, cum a Christo sibi dictum meminisset, z *Nisi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos,* congruentissima ratione, nunc ad os illud admitti exposcit, à quo ipsius Spiritus attraheret plenitudinem; vt sibi aliquando dicere liceat, a *Os meum aperui, & attraxi Spiritum.* Quidni autem ad hæc significanda deosculationis vteretur metaphora, cui manifeste constaret, Spiritum Sanctum proprijssimo nomine significari simul, & esse amorem, cuius (vt supra ostensum est) nullum aliud inter creata vehemẽtius osculatione ipsa exhiberi potest indicium? At si hac deosculationis metaphora Spiritus Sancti missionem a Domino efflagitare volebat, quanam de causa non dixit simpliciter, *Osculetur me ore suo:* sed addidit, *osculo oris sui?* profecto nos quando quempiam exosculari contingat, ore ipso deosculamur, atque ore etiã dicimur osculari; neque enim quid subsistens osculum esse quis dixerit, vt per illud oris fiat exosculatio: neque ab ipsamet deosculatione id distinguitur realiter, ita vt proprio loquendi

Marginalia: o Io.14.15 — p Luc.24.52. — q Act.1.9. — r Io.14.28 — Paraphrasis. — DE ECCLESIA. — s Act.1.14. — t Psal.103.30. — u Gene.2. — Spiritus Sancti missio cur ponatur sub metaphora deosculationis. — x Io.20.22 Cyrillus Athanas. — y Io.20.23 — z Io.16.7. — a Psal.118.131.

DE ECCLESIA. quendi modo dicere quis valet, illam fieri per oſculum, cum potius è contra oſculum per deoſculationem fieri pateat, nihilque aliud ſit oſculum, quam (vt Philoſophorum vocibus vtar) ipſamet oſculatio in facto eſſe, quæ prius erat in fieri.

Spiritus S. quomodo dicatur oſculum oris diuini, per quod à Deo oſculamur.

¶ *Oſculetur me*, dixit, *oſculo oris ſui*, quòd ſibi optime eſſet compertum, haud paria noſtra eſſe diuinis: ita vt, quamuis in creatis idem ſit oſculari ore, ac oſculari oſculo oris propter præallegatas rationes: In diuinis tamen maximum inſit diſcrimen inter huiuſmodi locutionum formulas. Siquidem in diuinis oſculum eſt, quid ſubſiſtens per ſe, realiter ab ipſa deoſculatione actiua diſtinctum, quod quidem, per ipſam oris deoſculationem procedēs aptiſſimum extet mediū, per quod altera fiat deoſculatio, quæ propriiſſimis verbis dicatur oſculatio oris diuini. Etenim, cum Pater, & filius, mutuo ſe ſe diligentes amore mutuis ſe ſe oſculantur oribus, ex huiuſmodi mutua oris deoſculatione tertiam, a ſe ipſis realiter diſtinctam producunt Spiritus Sancti Perſonam, quæ quidem quamuis idem realiter ſit cum tali deoſculatione, ſeu proceſſione paſſiua; reali tamen quoque diſtinctione diſtincta ab eadem deoſculatione, ſeu proceſſione actiua, propriiſſimo nomine nuncupatur oſculum oris, cū ab immediata proceſſerit oris deoſculatione, qua Pater, ac filius mutuo ſe ſe oſculantur, ac diligunt. Sed quiſnam audeat ad tam ſublime, tamque inacceſſibile os abſque vllo admitti medio præter ipſos, qui iidem in vna exiſtunt eſſentia? præter eos, qui in vna pares ſunt Deitate? Abſit hoc a fideliſſima Chriſti Spōſa, vt audeat admitti immediate ad os Dei; vt petat oſculari ſe ore Dei: Sic enim ad Luciferi perueniret ſuperbiam, qui eò prouectus eſt audaciæ, vt aſſerere non erubuerit, [b] *Similis ero Altiſſimo*; ſed ingenti cum reuerentia, demiſſoque animo petat, *Oſculetur me*, non quidem *ore ſuo*, ſicut ſe ſe inuicem deoſculati ſunt ab æterno Pater, & filius; ſed tantum *oſculo oris ſui*: ſed tantum Spiritu Sancto, qui vt ſuauiſſimum oſculū ex diuino proceſſit ore; Mittat mihi Spiritum Sanctū, quo vt oſculo diuini oris deoſculata, ipſa quoque quodā modo vna fiam cum illo Deo, qui me per huiuſmodi exoſculatus ſit ſpiritum, iuxta illud Apoſtoli, [c] *Qui adhæret Deo*, mediante nimirum huiuſmodi oſculo, mediante huiuſmodi ſpiritu, *vnus ſpiritus eſt cum illo*.

b Eſa. 14. 14.

c 1. Cor. 6. 17.

Bernardus Ser. 8. in Cant.

¶ Ab his parum differt ratio allata a Bernardo, dum ait; oſculum de ore eſſe tantum in diuinis, cū nimirum Pater diligit filium, eique communicat omnem eſſentiam diuinam, viciſſimque ab eo diligitur, ita vt recte filius dixerit, [d] *Ego, & Pater vnum ſumus*. Sic, cum Pater recte accipiatur oſculans, filius vero oſculatus, non incongrue per ipſū oſculum intelligi Spiritum Sanctum, quo mutuo Pater, filiuſque ſe diligunt: quiue Patris, filiique ſit gluten, indiuiduus amor, atque indiuiſibilis vnitas. Quod cum ita ſit, recta ratione Eccleſia, cū petit ſibi reuelari Dei cognitionē, eiuſdemque infundi dilectionem: non diceret, *Oſculetur me ore ſuo*: quia filius tantum accepit oſculum, cui communicata eſt omnis plenitudo diuinitatis, qui ſolus, noſſe ſe dicit Patrem, cum ait, [e] *Nemo nouit Patrem, niſi filius*; ſed diceret, *Oſculetur me oſculo oris ſui*, cum peteret ſibi infundi Spiritum Sanctum, per quem dictam Dei aſſequeretur cognitionem, atque dilectionem: Petit autem a Filio, inquit Bernardus, quia filij ſit: cui voluerit reuelare, idque per oſculum, id eſt per Spiritū Sanctum, Apoſtolo teſte, qui ait, [f] *Nobis reuelauit Deus per Spiritū ſuū*: Hæc vero reuelatio, quæ fit per Spiritum Sanctum non ſolū illuſtrat ad agnitionē, ſed etiā accēdit ad amorē, Apoſtolo dicente, [g] *Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritū Sāctū, qui datus eſt nobis*.

d Io. 10. 30

e Luc. 10. 22.

f 1. Cor. 2. 10.

DE ECCLESIA. g Ro. 5. 5.

¶ Ex his omnibus, ſiue Eccleſia petierit admitti ad Dei cognitionem per Spiritum Sanctum, vt ait Bernardus; ſiue ſimpliciter, Deo per eundem Spiritum adhærere concupierit, vt a nobis aſſertum eſt, patet, quam proprie, quamve prudenter illa huiuſcemodi ſit vſa locutionis formula, *Oſculetur me oſculo oris ſui*.

Spiritum Sanctum eſſe donum præcipuum

¶ Haud minori tamen prudentia ipſam locutam crediderim, dum etſi iuxta noſtram lectionem in ſingulari dixit, *Oſculetur me oſculo oris ſui*: iuxta Hebraicam lectionem ait in plurali, *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*; Satis enim illi conſtabat, Spiritū Sanctū donum inter omnia diuina dona eſſe præcipuum, vt pote cui vni competeret procedere, vt donum ex vi originis; Procedit enim a Patre, & filio per actum voluntatis ex vi originis, vt amor; & amor, vt amor donum eſt, imo rationem habet primi doni, vt bene ait Sanctus Thomas: hinc eſt, quòd ſæpius in ſcriptura Sacra, doni nomine ipſum Spiritum Sanctum nuncupatum reperimus: vt, cum Simoni, illū pecunia emere ſtudenti a Petro reſponſum legimus, [h] *Pecunia tua tecum ſit in perditione, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri*. & in ipſomet libro ab eodem Petro ad nuper conuerſos dictum inuenimus, [i] *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus Sācti*; Hinc eſt etiā, quod Eccleſia illum petens nomine oſculi, quod eſt præcipuum, etiam in creatis amoris donum, vel in ſingulari petijt, quod vnum, ac ſingulare eſſe intelligeret; vel etiam in plurali, quod ſibi compertiſſimum eſſet, iſtudmet donum, & plura ſimul eſſe dona. Nouerat enim ſeptem eius eſſe dona, quæ ab Eſaia [k] enumerata fuere; Nouerat [l] diuiſiones donorum, ac gratiarum eſſe, quamuis idem ſit ſpiritus: Nouerat vnicuique dari manifeſtationē ſpiritus ad vtilitatem, alij quidem per ſpiritum dari ſermonem ſapientiæ; alij ſermonem ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum: alteri fidem in eodem ſpiritu; alteri gratiam ſanitatum in vno ſpiritu; alij operationem virtutum; alij prophetiā; alij diſcretionem ſpirituum; alij genera linguarum: alij interpretationem ſermonum; Quapropter prudentiſſime petit hęc omnia dona in vno ſpiritu, dicēs, *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*, cum ipſa vnicum tantum extet corpus, cuius ij diuerſa ſint membra, quibus ſingula vnicuique collata ſunt ſpiritus dona. Et hæc de ſecunda expoſitione.

S. Thomas 1. p. q. 38. ar. 2.

h Act. 8. 20

i Act. 2. 38

Spiritus Sanctus & vnum donum, & plura dona

k Eſa. 11. 2

l 1. Cor. 12

Verſ. II. Oſculetur me oſculo oris ſui.

Expoſitio Tertia. De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

Partim ex Nyſſ. Gre. Papa, Aug. & Bernardo.

QVæ terrenis propter Deum ſe ſe orbauit voluptatibus, oſculo nunc diuinarum conſolationum refici ſe ab ipſo dilecto ſuo efflagitat pia Anima in veſtibulo Cantici huius, in quo ſtudium vitæ delineatur ſpiritualis. Siquidem à Deo natura inſitum vniuerſis eſt pectoribus, tum ijs, quæ ſunt rationis expertia, tum ijs, quæ ratione participant, voluptatem vt appetant, ac delectationem, ita vt Philoſophus aſſeruerit, abſque delectatione vitam ab animantibus tranſigi minimè poſſe: cum illa perficiat operationes, & ipſum etiam viuere, quod maximè expetitur ab omnibus: Et continuò

Sine delectatione hominem viuere non poſſe.

Ariſt. 10. Eth. 4.

DE ANIMA.

continuò probamus experimento, illud ab vnoquoque promptius fieri, in quo oblectationes imaginetur esse maiores? Hinc est, quòd singulari prouidentia, atque benignitate Deus, qui summa est sapientia, quò diutius animantia naturali perseuerarent in vita, delectationem, ac voluptatem singulis ijs eorum indidit operationibus, quę ad huiusmodi vitam sustentandam, ac longius prorogandam necessariæ essent, vt patet in comestione, potu, generatione, somno, ac cæteris vniuersis. Quòd si ad naturalem vitam conseruandam id tanta prouidentia conspicimus factum, multò certè magis idipsum, quò spiritualem vitam agere, perpetuoque in ea perseuerare homines possent, in operationibus ijs præstitú existimare debemus, quibus vita vniuersa peragitur spiritualis. Indicauit hoc Moyses paucis, sed tamen efficacissimis verbis, qui bus post primi hominis enarratā creationem, ait, tulisse Dominum Deum hominem, & posuisse eū in Paradisum voluptatis, vt operaretur: Agnoscens enim Dominus, vniuersam spiritualem vitā in eo sitam esse, vt spirituales actiones benè agantur, ac promptè, non secus atque in naturali item vita contingit: Quò meliùs, promptiùsque homines in huiuscemodi se se exercerēt operationibus, primum totius generis humani parentem posuit in Paradisum voluptatis, vbi tanta erat voluptatum copia, vt & per eximias delectationes alliceretur ad operandum, & per earundem oblectationum vigorem ab huismodi operibus nunquàm defatigatus vel ad punctum desisteret. Et quid enim voluptatis ibi deficeret, vbi locus esset voluptatis? Et quanam ratione non operaretur, qui tantis ad operandum alliceretur delectationibus? Valdè autem hic animaduertendum videtur, quòd in hunc locum, ac Paradisum voluptatis Deus tunc hominē posuit, vt operaretur, quum in principio esset vitæ spiritualis, sic enim paulò superius idem dixerat Moyses: [a] *Plantauerat autem Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat*: Ad quid eum ibi posuit, nisi *vt operaretur?* quando verò posuit? certè *à principio*: Sic enim Dei est in more positum; vt, cum quisquam in principio fuerit cōuersionis, quò faciliùs in vita se exerceat spirituali, quòve promptiùs in spiritualibus perseueret operationibus, prædulcibus, ijsque plurimis, atque eximijs eum perfundat voluptatibus, quibus, instar tenelli infantis quasi dulci quodam lacte eum in huiusmodi alens vita, & augumentum, & vires tales illi exhibeat, vt spirituales operans operationes, ne dum in ipsis minimè deficiat; sed magis, ac magis proficiat, atque ad maiora semper ascendat. Habemus hæc ab ipsomet Domino per Oseā Prophetam perpulchrè explicata, iuxta expositionem S. Hieronymi, [b] *Ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius*. Loquitur enim de Anima, nuper à peccatis conuersa, quæ in vita spirituali adeò sit tenella, vt lacte potiùs quàm solido alenda sit pane; Propterea haud minori illam prosequens dilectione, nec minorē de illa gerens sollicitudinē, quàm tenerrima mater de proprio infantulo: *Ecce*, inquit, *ego lactabo eam*, dulcissimo lacte consolationum mearum; quò facilè, ac promptè spiritualia exercere valeat opera: atq; ne ab vlla re tēporali, nevè ab aliqua sæculi voluptate ab arrepta amoueatur vita, cœptove desistat ab opere, *ducā eā in solitudinem*, alienās ipsam ab vniuersis hisce terrenis, certamque illam reddens, præter me nihil in toto hoc terrarum orbe reperiri, quod bonā, veram, solidamvè afferre queat voluptatem; cum autem ita eā in huiusmodi duxero solitudinem, vbi sola mecum commoretur vnico, ac solo dilecto suo, meas tantùm diuinas, ac spirituales admittens consolationes, ex meis tantùm pendens vberibus, tunc loquar ad cor eius: Quænam est illa locutio ad cor? quo ore? quibus fit verbis? Hieronymus, verbis consolatorijs, ac blandis eam censet fieri, & idcircò pro eo, quod in cap. 34. vers. 3. Genes. in textu Hebraico dicitur, quòd Sichem *loquutus est ad cor puellæ Dinæ*, vertit, *tristem deliniuit blanditijs*, At profectò in humanis nullam reperio aptiorem, vel efficaciorem locutionē ad cor, quàm eam, quę fit per mutuam exosculationem, in qua non extrinseca loquantur ora, sed intima inter se confabulentur præcordia; in qua verba ipsa sunt oscula: in qua denique per huiusmodi affectuum verba significatur, quam ardens in vnoquoque lateat amor: non secus ac per externas voces interni explicantur mentis conceptus: tali quoque Dominum loqui crediderim locutione, talibus eam allocuturum verbis, cum se ad cor ipsius asserit locuturum, osculis nimirum diuinæ dulcedinis se se illi vniendo, ac per huiuscemodi oscula suum illi exhibendo amorem; Quapropter nil mirum, si Anima Sancta, tantam memoria versans promissionē, nunc ea proferat verba, quæ præ manibus exponēda habemus: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia*, &c.

Consolationibus sensibilibus à Deo pascuntur incipientes.

a Gen. 2. 8.

Hierony. in Oseam. b Osee. 2. 14.

¶ Proponitur enim hoc loco Anima Deo dicata, quæ deficiat præ desiderio earum consolationum, quibus paulò antè in suæ conuersionis initio refici consueuerat, quibus perfruebatur in spiritualibus studijs; Neque enim agnoscit, quam ob causam eis à Domino fuerit orbata: neque immēsa diuinæ prouidentiæ penetrat consilia, quibus ad maiorem ipsius profectum tales ei ad tempus subtractæ sint voluptates, talesque dulcedines; ne semper paruula atque in incipientium gradu persistens molli tantummodò assuesceret sensibilium consolationum lacte: sed aliquando ad solidum quoque se se conuerteret tribulationum panem, quo & solidiores adipisceretur vires, & maiori in spiritualibus studijs proficeret incremento.

Consolationibus spiritualibus orbata, quomodo languescat Anima incipiens.

¶ Exprimit præclarè hunc Animæ languorem Dauid Propheta, cum ait: [c] *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me?* Quidnam sibi volūt oculi ab eloquio? per oculos Propheta non intelligit oculos corporeos; sed internos mentis oculos, sed ipsam mentem, sed ipsum intimum cor, oculorum nomine significatū, quòd instar oculorum diuina intelligat, diuina cōspiciat; quòd in diuinarum consolationum appræhensione reficiatur, æquè ac corporei oculi recreātur intuitu pulchri, ac delectabilium; quòd autem oculorum metaphora ipsam mentem, ipsumque significarit cor, ex ipsamet eius locutionis formula, si rectè singula perpendantur, manifestum fiet. Siquidem, si de corporis loqueretur oculis, postquàm dixit, *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum*, subintulisset, *Quando consolaberis nos*; at verò cùm dicat, *quando consolaberis me*, apertissimè nobis persuadet, se per oculorum nomen vnā tantùm significasse mentem, vnum tantùm intelligere cor: quo quidem corde recolens pia Anima, quæ à Deo sibi in principio suæ conuersionis promissa essent, illisque se defraudatam conspiciens, dum sensibilibus, diuinis tamen destituta est consolationibus, languens, atque propè deficiens, ad Dominum, qui sibi talia spopondisset ait. *Defecerunt oculi mei*, defecerunt omnes potentiæ cordis mei, defecit ipsum cor meum *in eloquium tuum*, quo

c Psal. 118. 82.

DE ANIMA. quo mihi tanta promiseras, dicentes, *quando consolaberis me* cœlestibus illis consolationibus, quibus me consolari pollicitus es? Hoc ipsum, alijs tamen verbis, hoc loco à Salomone significatum habemus, idque multò aptiori metaphora: proponit enim Animam, diuinarum consolationum desiderio languentem, quæ cum sibi tali prope deficienti pre cupiditate, multiplices ab hominibus sæculi huius offerrentur delitiæ, ac voluptates terrenę, vt per eas quasi vino quodam, & quasi vnguentis optimis sese recrearet, ad illos cōuersa dicat, *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis*. ac si diceret.

PARAPHRASIS. ¶ Quid me istiusmodi sæculi voluptatibus recreare nitimini? probata iamdiu sunt a me omnia, nec illis plene vllatenus valui consolari: auferte ista hinc: neque enim vniuersa hæc meum implere possunt desiderium; neque istiusmodi medicamentis meus curari potest languor, adhibeatis licet innumera ex hisce, nihil agetis: vnicum tātum mihi superest remedium, si dilectus ipse meus, si ipse medicus meus vnicum mihi adhibeat medicamentum: si is, ęquè ac mihi pollicitus est, loquatur ad cor meum: si osculetur me osculo oris sui: si mihi per osculum oris sui ineffabilem porrigat sui amoris dulcedinem.

¶ Considerandum autem permaxime est, quanam de causa hac petendi ratione formula ipsa vsa sit, cum ad idipsum significandum breuius dixisset, *Osculetur me ore suo*, certe enim aliquid diuersitatis inter osculationem oris, & osculationē osculi oris ab illa dignoscebatur, propter quā non audēs dicere, *Osculetur me ore suo*, ait, *Osculetur me osculo oris sui*; Agnoscebat anima Sancta, eos tantū ab immediato osculari ore Dei, qui reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginē transformātur a claritate, gloria; atque delitijs vitæ præsentis in claritatem, ac gloriam ineffabilē, & in delitiarum cumulum, atque in æternam fœlicitatem vitæ futuræ. Illos vero quantumlibet iustos, quantumlibet sanctos, qui carneis adhuc detinentur vinculis, osculari tātum osculis oris Dei; quia sicut per speculum tm̄, & in ænigmate Deū vident per sensuum phantasmata, ita eā tantū ex tali contemplatione percipiant diuinarum delitiarum partem, quæ sensuum phantasmatibus comprehendi queat, quæ ve tanquā minima illius summæ fœlicitatis particula humanæ imbecillitati sit proportionata. Quomodo enim anima Deum facie ad faciem intueri potest, quin in illum trāsformetur? quomodo beatifica perfruetur fœlicitate, quin in illam tota absorbeatur? quomodo diuinā charitatem comprehendit, quin tota in amorem liquescat? quomodo ore Dei osculari potest, quin super illud moriens egrediatur a corpore? Exemplo Moysis hoc quisque percipere valebit; cū enim ipse ad tantam cum Deo peruenisset necessitudinem, vt de eo dictum sit: [d] *Non surrexit vltra Propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem*; cum a Diuino oscularetur ore, tantā ex ipso ore percepit dulcedinis copiam, tamque ingentem delitiarum cumulum, vt eas in carne ferre non valens, super illud diuinum os è corpore efflarit animam. Indicatur id omne ex illo Deuteronomij loco, in quo illius enarratur obitus, (liceat mihi deducere id ex formula locutionis hebraicæ) etenim pro eo quod nos in lectione vulgata legimus: [e] *Mortuusque est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab, iubente Domino*: Hebræi habent, *Mortuus est ibi Moyses seruus Domini i terra Moab*, על פי יהוה ngal pi iehouah, ideſt *super os Domini*: Quomodo autem super tam eximium os non moreretur, si ab ipsomet Domino assertum legimus, [f] *Non videbit me homo, & viuet*?

Consolationes spirituales præsentis vitę quomodo differant ab ijs, quib. fruūtur beati.

Consolationes beatorū percipi nequeunt in hac vita.

d Deu. 34. 10.

e Deu. 34. 5.

B

C

D

E

DE ANIMA. ¶ Porro tanta est istius rei veritas, quòd ab ipsomet ore diuino nullus sit, qui in vita præsenti exosculari queat, quin illico mortem obeat, quamuis suauissimam; vt etiam ab antiquis Gentium Theologis præclarissimo idipsum significatum sit hieroglyphico, imagine nimirum Endymionis, quē Diana in Monte Altissimo, consopitum somno exoscularetur. Asserebant enim, Dianam, quatenus sydeꝛū vim, quam recipit ad inferiora transmittit, esse Reginam, ac dominam cœlestium proportionum, & intelligentiarum: Endymionem vero animam hominis pij significare, cuius amore flagrantes Deos, vt illam sibi perfecte coniungere possint, diuino eā exosculari ore, dum est in alto monte, nempe dum cogitationem, ac mentem in cœlum attollit, sicq; ipsam altissimo mortis somno reddere consopitam.

f Exod. 33.

¶ Petit autem iuxta aliā lectionem osculari ab osculis oris Dei, quia agnoscit, in hac vita haud fieri posse, vt quis vna, eaque perpetua fruatur fœlicitate, quemadmodum in cœlesti patria ijs, qui diuino exosculantur ore, vnicum, idemque perpetuū ex illo ore exhibetur osculum, vna, eaque summa, atque ineffabilis donatur fœlicitas; vnicus enim, ac indeficiens ex tanto ore profluit omnium delitiarum fluuius, de quo per Prophetā dicitur, [g] *fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei*; quia tamē ex isto abundantissimo, atque indeficienti flumine, tanquā multiplices riui, multiplices super eos, qui in præsenti adhuc detinentur vita, deriuant delitiæ, ac consolationes spirituales, ideo magna prudentia eas petens anima Sancta ait, *Osculetur me ab osculo oris sui*.

Consolationes spirituales præsentis vitæ sunt multæ, cum in futura vnica tantum sit.

g Ps. 45. 5.

PARAPHRASIS. ¶ Quamuis non sim digna admitti ad illud vnicum oris osculum, ad illum omnium voluptatum cumulum, obsecro, dentur saltem mihi successiue aliquæ illius particulæ, quia istę, quamquam minimæ sint respectu illius torrentis voluptatis, multo tamen meliores sunt quibuscumque voluptatibus sæculi.

¶ Quanquam haud abs re fuerit, si quispiam dixerit, Animā dicere, *Osculetur me ab osculis oris sui*, quod sciat, tanta Deum erga ipsam charitate affectum, vt non in vno dumtaxat animæ, ac cordis ore, sed etiam in singulis corporis membris dulcissimas ei exhibere soleat consolationes. Non secus, ac quotidiano experimento, id ab ijs fieri conspicimus, qui magno puerulum aliquem prosecuntur amore; ideoque nedum eius ori, sed & genis, & oculis, varijsve illius membris dulcissima imprimūt oscula; sic ipsa, de tantā præsumens dilectione, *osculetur me*, dicet, *ab osculis oris sui*: quemadmodum id ipsum alijs verbis significatum fuit a Propheta, cū suum Deo explicans desiderium dicebat, [h] *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea*.

Anima Sācta exhibētur à Deo consolationes in singulis potentijs.

Simile.

h Ps. 62. 2.

Verf. II. Osculetur me osculo oris sui.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

SI tanta est desiderij cum amore congruentia, vt fere communi Philosophorum, ac Theologorum opinione asseratur, desiderium esse amoris effectum, eoque tantum ab amore differre, quòd amor simpliciter appetat bonū, simpliciterque in illud tendat, abstrahendo a præsentia, vel absentia illius, desiderium vero in ipsum tēdat bonū, quod per

Desideriū procedit ab amore.

DE B. MARIA

per amorem appetitũ sit, sed quatenus absens est: Nec defuerint, qui desideriũ existimarint, esse ipsummet amorem; profectò ex amoris magnitudine, desiderij quoq; arguenda est quantitas: & quãto quisq; in quempiam flagrat amore, tanto illiusmet dicendus est lãguere desiderio. Quamobrem cum Beatissima Virgo Maria supra omnem creaturam, (vnica excepta humanitate Christi) diuino amore flagrarit, necessario illud consequitur, vt super omnes antiquos patres diuinæ Incarnationis langueret desiderio, per quam tanto præ alijs Deo dilecto suo arctius vniretur, quanto præ cæteris vniuersis vna electa esset, ex cuius carne Deus ipse humanam assumeret carnem, & in cuius ventre Christus gestaretur Deus & homo. Si ergo Ecclesiam antiquorum patrum, ipsosque antiquos patres præ diuinę incarnationis desiderio ita languidam ostendimus, vt prope deficiens hæc dixerit. *Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt, &c.* Quanto congruẽtius eadem à Beatissima Virgine dicta asseremus?

Aug. li. 83. q. q. 31.

Maria desiderauit verbi Incarnationẽ super om.

De Annunciatione B. Mariæ.

Proponitur itaque Beata Virgo, humanas contemplans miserias, simulque diuinas memoria versans pollicitationes illas, quibus per Verbi Incarnationem, miserijs succurrẽdum norat vniuersis, eaque Prophetarum vaticinia, quæ vel tẽpus, vel modum prænunciarent tanti mysterij, illud in primis, quo apud Esaiam per Virginem hæc omnia peragenda prædicitur apertissimis verbis ijs.[a] *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* In quorum contemplatione, tam vehementi huiusmodi incarnationis desiderio inflammata sit, vt prope animo destituta illis exclamarit psalmi vocibus:[b] *Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum.* O beatam Virginem illam, ò fœlicissimã, omnique præconio dignam huiuscemodi Virginem. Quænam ista erit? nullam audio, quæ non timens maledictionem illam, qua dicitur. Maledicta sterilis, quæ non parit, viro non adhæreat. Ego me nulli viro iungere statui; ego cuiquam hominum nolo exhibere cor meum; ego nolo partem habere cũm viro; Virginitatem seruare proposui; Deo memetipsam exhibui, & illi soli meũ tradidi cor, illũ pro mea elegi parte, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. O vtinam contingat mihi saltem vnam ex minimis esse Ancillis Virginis illius, quæ ad tantam prouehenda sit dignitatem: vtinam id saltem mihi contingat, vt tam eximiã Virginem, tamque ineffabile Incarnationis mysteriũ meis conspicere valeam oculis. Defecit caro mea, & cor meum præ tantæ rei desiderio. Cum autem in eo animi deliquio illico Gabriel Angelus, è cœlis missus apparens præclarissimis eam laudibus attollere niteretur, ac recreare sublimi illa salutatione,[c] *Aue gratia plena, Dominus tecum benedicta tu in mulieribus*; ipsa his omnibus magis perturbata iuxta id, quod in Euangelio *turbata* dicitur *in sermone illius*, ea omnia respuẽs dixerit. *Osculetur me, osculo oris sui. Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia*, &c. ac si diceret.

a Esa. 7. 14.

b Ps. 72. 26

c Luc. 1. 27

PARAPHRASIS.

Ex Rub. Abb. lib. 1. in Cant.

¶ Ad quid tot mihi laudes? quorsum tantis me extollis præconijs, ijsque instar vini, ac vnguentorum optimorum me recreare conaris? Laus mea Dominus est. Ista omnia meũ curare nequeunt languorem. Defecit anima mea, & cor meum: ab isto deliquio vnus est, qui me erigere queat, Deus cordis mei, & pars mea: illud vnum mihi solatio incipit esse, quod à te Angele Dei nunciatum audio, dum post illa in me collata præconia, mihi subinfers, *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum, ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Sed adhuc deficit anima mea, & cor meũ, dum ignoro, quomodo fiet istud in me, quæ virũ non cognosco, quæ vnum tantum agnosco Deum cordis mei, qui & vna est pars mea in æternũ. Sed si de Spiritu Sancto absque vllius viri congressu paritura sum, vt asseris; certe hoc illud vnum est, quo meo satisfiet desiderio, quod meum penitus iuuabit languorem, quo meus erigetur animus. *Osculetur me osculo oris sui. Quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*; sumat carnem ex me, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundũ verbum tuum; fiat mihi de verbo secundum verbum tuum; verbum, quod erat in principio apud Deũ, fiat caro de carne mea secundum verbum tuum.

¶ Notandum autem hoc loco, quàm congrue Beata Virgo, dum ab Angelo audierat verba illa, *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*, nõ dixit simpliciter. *Osculetur me ore suo*, sed, *osculo oris sui*.

Christus conceptus de Spiritu Sancto, & quomodo.

Quid enim per osculum oris verbi diuini, nisi Spiritus Sanctus significatur? quem supra latius probauimus, osculum esse Patris, ac filij, quatenus à Patre filioque procedit; osculum vnum, ab illis personaliter distinctum, quo ambo sese vnico, æternoque deosculantur amore: Sic itaque B. Virgo, diuini Verbi Incarnationem efflagitans ipsum deprecatur Verbum, vt ad se veniens diuina, ac incomprehensibili natura, qua ab æterno consubstãtialis est Patri, humanam exosculans naturam, ex suis visceribus carnem sumat, ac ita ipsam osculetur osculo Spiritus Sancti, de quo in suo conciperẽdum esset ventre, & per quem talis duarum naturarum exosculatio ac vnio in ventre facienda esset eodem.

In sensu 2. de Ecclesia

Conceptio Christi quomodo tribuatur Spiritui Sãcto.

Notum est autem cuilibet, qui Theologiam saltem primis attigerit labijs, cum dicitur, opus conceptionis verbi diuini fieri, aut factum esse de Spiritu Sancto, vel per Spiritum Sanctum, non excludi ab efficientia huiuscemodi operis Patrem ac filium; cum opera Trinitatis ad extra sint indiuisa: sed per appropriationem id præcipue dici de Spiritu Sancto, quia sit præcipuum opus amoris. Adde, quòd (vt præclare ait S. Thom.) Spiritui sancto attribuitur formatio corporis, quod assumitur à filio, quia ipse Spiritus Sãctus est spiritus filij: iuxta illud,[d] *Misit Deus Spiritum filii sui*: sicut autem virtus animæ, quæ est in semine, per spiritum, qui in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum; Ita virtus Dei, quæ est ipse filius, per Spiritum Sanctũ corpus formauit, quod assumpsit, iuxta illud[e] *Spiritus Sanctus superueniet in te*, quasi ad formandam, & præparandã materiã corporis Christi, *& virtus Altissimi*, idest Christus *obumbrabit tibi*, idest corpus in te humanitatis accipiet, per incorporeum lumen diuinitatis. Dicat itaque B. Virgo, & cõgruentissime dicat ad verbum. *Osculeris me osculo oris tui*, sumas ex me carnem de Spiritu Sancto.

S. Thomas 3. p. q. 32. ar. 1. ad 1.

d Galat. 4. 6.

e Luc. 1. 31

Alter sensus.

Dicat quoque iuxta aliam lectionem. *Osculetur me ab osculis oris sui*: Veniat nimirũ dilectus meus Christus, sumat ex me carnem: veniat in hunc mũdum, meq; suo paruulo ore osculetur; aliquid mihi ex suis osculis impertiatur. Quia istiusmodi amoris indicia meliora mihi erunt quacumque voluptate, &c.

Vers.

APPENDIX.

Verf. I I. Osculetur me osculo oris sui.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrafis Chaldaica fic habet: Dixit Salomō Propheta: Benedictum nomen Domini, qui dedit nobis legem per manum Moysi fcribæ Magni, fcriptam in duabus tabulis lapideis, & loquebatur nobifcum facie ad faciem, ficut vir, qui ofculatur focium fuum.

Sanctorum patrum expofitiones quas verbis hifce afferunt, ad tres referri poffunt fenfus præcipuos: ad fonum litteræ, & dramatis: ad Ecclefiam: vel ad piam animam.

Origenes. Homil. 1. ex 4. Quo ad primū. Origenes, proponi, inquit, hoc loco fponfam quandam, quæ, fufceptis quibufdā fponfaliorum nomine, ac dotis titulo, iifque præftantiffimis a fuo dilectiffimo fponfo miffis muneribus, tanto illius accenfa fit defiderio, vt cum illū ad fe venire non videat, ad Deum, quem illius Patrem intelligit, fefe conuertens dicat, *Ofculetur me ab ofculis oris fui.*

Ambrof. Serm. 1. in Pfal. 118. ver. 1. & 2. Confentientia his fere funt, quæ afferuntur ab Ambrofio, dum ait. Conftitue Virginem defponfatam multo tempore, & iufto feruētem amore; quę multa pręclara opera dilecti probabilium teftium affertione cognouerit, defiderijs fufpēfam, dilatā frequenter, iam non ferentem moras, quia omnia feciffet, vt fponfum videret, aliquando votis potitam fuis, ad improuifum fponfi aduentum gaudio conturbatam, nō quærere primordia falutationis, non verborum vices, fed ftatim quod defideraffet exigere.

Patrū Ecclefia incarnationē vberi quàm ardenter expetiuerit. Quo ad fecundum. Sumuntur hæc communiori Patrū fentētia, vt dicta à fynagoga, & Ecclefia, quæ Chrifti præceffit aduentum, expetente, atque efflagitante iamdiu promiffam Diuini Verbi Incarnationem. Quamuis autem in re ipfa, atque in fenfu iftiufmodi conueniant; differunt tamen plerique ex patribus ijs in afferenda ratione, & congruentia, qua hæc Verbi incarnatio fub metaphora exofculationis, & ofculi petita ab illa fit Ecclefia.

Origenes. Homil. 1. ex 4. Origenes quippe per ofculi metaphoram propterea petitam eam cenfet, quod Ecclefia ob id potiffimum Incarnatum Verbū videre peroptabat, vt ipfius fermones ex proprio eius ore prolatos acciperet. Sic enim hæc explicat. Ecclefia, cum a diuino verbo pro fponfalijs, atque in dotem legem acepiffet, [a] quæ *per Angelos difpofita* dicitur ab Apoftolo *in manu mediatoris*; multamque doctrinam, ingentefque promiffiones a Prophetis, qui fibi eiufdem fponfi fui nomine longo iam tempore miniftraffent; Ex ipfis huiufcemodi promiffis, atque muneribus, maiori in illum charitate fuccēfa, cum illum ad fe non videat aduentantem, præ illius defiderio ad æternum patrem conuerfa dicit. *ofculetur, &c.* q. d. obfecro Domine, vt tandē miferatus amorem noftrum mittas eum, vt iam non mihi per miniftros fuos dūtaxat, & Prophetas loquatur, fed ipfe per femetipfum veniat, & ofculetur me ab ofculis oris fui, verba fcilicet in os meū fui oris infundat: Ipfum carne indutum audiam loquentem, ipfum videam docētem. Hæc enim funt Chrifti ofcula, iuxta promiffionem, quæ eft apud Ifaiam. [b] *Non legatus, neque Angelus, fed ipfe Dominus faluabit nos.* Cum Origene confentit Hieronymus epift. 146. ad Damafum: Io. Chryf. hom. 8. A in fymbolum, quæ eft de Turture, tomo 5. Caffiodor. Beda: Philo Carpatius: Aponius: & Anfelmus in Cant. necnon & Gregorius Papa li. 19. Moral. c. 22.

Ecclefia optabat per incarnationē ofculari à Verbo vt ab illo edoceretur.

a Galat. 3. 19.

b Ifa. 33. 9 Secūd. Sept.

Origenes. Hieron. Io. Chryf. Caffiodor. Beda. Philo Carpat. Aponius. Anfelmus Greg Pap.

Idem vero Gregorius eiufdem metaphoram inde fumit, quia Chriftus fit os Dei, fic namque lib. 27. Moral. cap. 13. ait. Poteft per os Dei vnigenitus filius defignari, ficut brachium eius dicitur, quia per eum cuncta Pater operatur. Hinc eft, quod per Prophetam dicitur. [c] *Os Domini locutum eft.* Ac fi oris nomine patenter diceretur verbum: ficut nos quoque pro verbis linguam dicere folemus, vt cum Græcam, vel Latinam linguam dicimus, Latina, vel Græca verba monftremus: orans ergo fpōfa patrem fponfi, ac dicens: *Ofculetur me ofculo oris* B *fui* Tantundem eft ac fi dicat: Tangat me dulcedine præfentiæ Vnigeniti filij Redemptoris mei.

Chriftus eft os Dei. c Ifa. 58. 14

Theodoretus in Cantic. hac metaphora vfam inquit Ecclefiam: quia idcirco exoptatam peteret incarnationem verbi, & aduentum Chrifti, cuius pulchritudinem eximiam, robur, atque tegmē per Prophetas fæpius commendata acceperat, vt in cōplexum illius rueret, atque illi ofcula daret fpiritalia.

Incarnatio dicitur ofculatio, quia per illā & nos fpiritaliter Deū ofculamur. Theodor.

¶ Iuftus Orgelitanus expofitione in Cantic. ofculi metaphoram inquit vfurpatam, quia ofculū eft fymbolum pacis, & reconciliationis: quandoquidem ad hoc in primis Ecclefia Incarnationem ipfam efflagitauit, vt per Incarnatum Dei filiū Pa- C tri reconciliaretur, iuxta illud Apoftoli, [d] *Quoniam Deus erat in Chrifto, mundum reconcilians fibi, non reputans illis delicta ipforum, & pofuit in nobis verbum reconciliationis.*

Incarnatio dicitur ofculatio propter pacem, quæ per eā exhibita eft mūdo. Iuft. Orgelit. d 2. Cor. 5. 19.

Hanc ipfam rationem tetigiffe videtur Bernardus ferm. 2. in Cant. circa medium, vbi ita hæc explicat. Si mihi vult effe perfuafum Deus, quod de fuæ beneplacito voluntatis tam crebra iam legatione fpondet, nec exhibet. *Ofculetur me ofculo oris fui*, ficque figno pacis faciat de pace fecurum.

Bernardus

¶ Quamquam eodem fermone, & alteram quoque rationem cum prædicta coniungens dicat: Fęlix ofculum, ac ftupenda dignatione mirabile, in D quo non os ori imprimitur, fed Deus homini vnitur, & ibi quidem contactus labiorum complexū fignificat animorum, hic autem confideratio naturarum diuinis humana cōponit, quæ in terra funt, & quæ in cœlis pacificans. [e] *Ipfe eft enim pax noftra, qui fecit vtraque vnum.*

Incarnatio dicitur ofculatio propter vnionē naturæ diuinæ cum natura humana. e Eph. 2. 14

¶ Sunt qui hæc verba haud fynagogæ, fed ei tribuunt Ecclefiæ, quæ per Incarnatum Verbum collecta, tam ex Ifrael eft, quam ex Gentibus. Et hi afferunt, per ea efflagitari immiffionem, aut infufionem Spiritus Sancti. Ita Ambrofius fermo primo in pfalm. 118, verf. 1. & 2. & in lib. de Ifaac, & Anima, cap. 3. dicens: Petit fponfi ofculum, per quod fibi transfunditur Spiritus ofculantis: Sicut etiam E ij, qui fe ofculantur non funt labiorum prælibatione contenti, fed Spiritum fuum fibi inuicem vidētur infundere. Ita pariter & Bernardus fermon. 8. in Cant. Petit, inquit, ofculum, ideft Spiritum Sanctum inuocat, per quem accipiat fimul, & fcientiæ guftum, & gratiæ condimentum. Et paulo poft initium fermonis: fufficit, ait, fponfæ, fi ofculetur ab ofculo fponfi, etiamfi non ofculetur ab ore. Nec enim exiguum quid, aut vile putat ofculari ab ofculo, quod non eft aliud nifi infundi Spiritu Sancto.

Ecclefia petens ofculū oris diuini petit exhibitionē Spiritus Sancti.

Bernardus

Quo ad Tertium: Triplici fenfu animæ piæ hæc tributa a Patribus reperio.

Quidam enim arbitrati funt proponi in his ardens

APPEN-DIX.

dens eius desiderium cognitionis rerū diuinarū, & A illustrationis mentis. Quod hoc pacto explicat Origenes, Homil. 1. ex quatuor. Cum Anima, accepta in dotem, ac pro sponsalibus a diuino verbo lege naturæ, lege scripta, ac rationali sensu, perfectā doctrinam ex hominum ore, qui se docerent, haurire nequiret: suoque desiderio, atque amori per huiusmodi Doctores satisfacere non valeret, quo sui intellectus optaret perfectionem: tunc ad Dominū conuersam deprecando dicere, *Osculetur me ab osculis oris sui*. Mentem nimirum meam diuini verbi illuminationibus illustret; mentem meam diuinum verbum per internas doceat illustrationes; Vbi enim Anima a semetipsa cœperit obscura intelligere, & enodare perplexa, tunc iam oscula spōsi sui, idest verbi Dei suscepisse se credat. Bene autem notat Origenes, poni *ab osculis*, in plurali: vt intelligamus, vniuscuiusque obscuri sensus illuminationem osculum esse verbi Dei ad Animam delatum: quæ & recte dicuntur oscula oris; quandoquidem os sponsi intelligimus virtutem Dei, qua illuminat mentem. Idipsum asserit & Ambrosius lib. de Isaac, & Anima, c. 3. vbi ait. Osculum verbi est lumen cognitionis Sacræ. Et in eadem fere recidunt, quæ asseruntur a Gregorio Nysseno hom. 1. his verbis. Quia verba sponsi spiritus sunt, & vita: quicumque autem cōglutinatur spiritui fit spiritus, & qui vitæ coniungitur, transit a morte ad vitam; propterea spiritualis Anima desiderat appropinquare fonti vitæ, nempe ori spōsi, vnde scaturientia verba vitæ æternæ implent os, ea attrahens. Quibus & ratio attingitur metaphoræ osculi. Consentit his & Catena trium patrum apud Theodoritum.

Osculū verbi lumē diuinæ cognitionis.

Origenes.

Ambrof.

Greg Nyssenus.

Ex osculo diuini verbi hauritur spiritus, & vita.

Catena trium Patrum.

Alij secundo, piam Animam inquiunt hic efflagitare Dei fruitionem, quæ vnione fit charitatis. Ita Gregorius Nyssenus homilia prima, dicens: Quemadmodum Moyses, qui dignus est habitus cum Deo loqui facie ad faciem, eiusmodi osculorum maiori tenebatur desiderio, rogās vt videret quem desiderabat, postquam ei toties Deus apparuisset, perinde ac si nunquam eum fuisset contemplatus: Ita cæteri omnes, quorum diuinum desiderium insidebat in imis penetralibus nunquam suū satiarunt desiderium; quicquid eis eueniebat diuinitus, quo fruerentur eo, qui desiderabatur, materiam arripientes, & fomitē maioris desiderij. Quomodo etiam quæ nunc quoque Deo coniungitur anima satiari non potest fruitione quo copiosius fruitione impletur, eo vehementiori vigens desiderio, atque adeo dicens *osculetur me osculo oris sui*.

Osculum Deicū petit pia anima, petit Dei fruitionē, & vnionē.

Greg. Nyssenus.

Exod. 33.

His consentiunt quæ dicuntur ab August. lib. de amicitia, c. 6. tomo 4. Gregorio Papa, explicatione in Cant. & a Bernardo, qui serm. 3. 4. & 9. distinguit triplex osculum, quorum primum sit pedum, quod nobis conceditur, cum existētes in gradu incipientium à peccatis conuertimur, sicque auferētes peccata, quæ separabant nos a Deo, pacem cum ipso inimus: cum ad misericordiam, & veritatem, quæ sunt duo pedes Dei, humiliter prouoluimur, vt per veritatem peccata damnemus, & per misericordiam veniam speremus. Secundum osculū fit, cum primum in gradu proficientium existentes, ad bona consurgimus opera, quod dicitur manus, quia tunc manus Domini osculamur, cum ei bona opera nostra offerimus, vel cum ab eo virtutū dona recipimus. Tertium vero fit osculum oris, quod tunc fit, cum iam consumpto luctu pœnitentiæ, iā acceptis virtutum donis, mens cęlesti desiderio inspirata, gradum perfectionis cum iam attigerit, ad

August.
Gregor.
Bernard.

secreta interioris cubiculi gaudia impatiens amoris introduci desiderat, Cum ergo, inquit Bernardus, anima perfecta ad duo prima oscula, remissionis scilicet peccatorum, & donorum virtutum admissam se Dei gratia sentiat, congruentissime tertium tantum petens, inquit, *osculetur me osculo oris sui*, idest, hoc vnum, quod mihi reliquum est, efflagito, vt perfecte per Spiritus Sancti infusionem cū meo vniar dilecto.

APPEN-DIX.

¶ Tametsi hæc osculorum distinctio multò magis ad propositum afferri poterit, si dixerimus in his verbis, *Osculetur me osculo oris sui*, vel iuxta originalia, *osculis oris sui*, loqui Christum Dominum; Sic enim optimè ille vocabit ad triplicem statum B animam; ne, cum fuerit in peccatis renuat conuersionem; vel cum fuerit conuersa sistat pedē in gradu incipientium, sed ascendat ad gradum proficiētium, ad bona opera exercenda; indè prouehatur ad perfectionem, vbi per iugem contemplationem sibi perfectè vniatur amore.

Neque verò nouum esset, hæc verba tribuere sponso, cum tot iam ante sæcula S. Ambrosius hæc tribuēs Christo Domino, dicat: Venisti ad altare, vocat te Dominus Iesus, vel animā tuam, vel Ecclesiam, & ait; *Osculetur me ab osculis oris sui*. Videt, te mūdum esse ab omni peccato, quia delicta de terra sunt: ideò te Sacramentis dignum indicat, & ideò inuitat ad cęleste conuiuium, dicens, *Osculetur me ab osculis oris sui*.

Ad altare quibus verbis inuitet nos Deus.

Ambrof. lib. de Sacr. c. 2.

C ¶ Videatur idem Bernardus toto Sermo. 7. vbi peregregiè de ipso oris, & fruitionis osculo agit, existimans, hæc esse verba piæ animæ exorantis in præsentia Angelorum, atque cum illis colloquentis, & tamquam sponsi sui sodalibus desideriū cordis sui aperientis: Vide, inquiens, familiare, amicūque colloquium animæ in carne suspirantis cum cęlestibus potestatibus. Gestit in oscula, petit quod cupit, non tamen nominat quem amet, quia illos nosse non dubitat, vtpotè de quo sibi frequēs cum illis soleat esse confabulatio: Propterea non dicit, *Osculetur me ille, vel ille*, sed *osculetur me*, tantū; sicut Maria Magdalenæ non exprimebat ex nomine quem quæreret, sed tantum aiebat ei, quem puD tabat hortulanum: *Domine si tu sustulisti eum*: Quē eum? non aperit, quia palam omnibus esse credit, quod à suo corde neç ad momentū recedere pōt.

¶ Tertiò denique Ambrosius lib. de Sacramentis ca. 2. ita hæc tribuit piæ Animæ, vt per ea censeat, illam suum ingēs exprimere desiderium, quo optat cum Christo vniri in Sacramento Altaris; sic enim ait: Anima videt, se ab omnibus mundatā esse peccatis, & dignam, quæ ad Altare Christi possit accedere: quid est enim Altare, nisi forma corporis Christi? Vidit Sacramenta mirabilia, & ait: *Osculetur me ab osculis oris sui*. hoc est, osculum mihi Christus infigat. Quare? *Quia meliora vbera tua sunt vinum*, hoc est, meliores sensus, meliora Sacramenta tua super illud vinum, quòd etsi suauitatem E habet, lætitiam habet, gratiam habet; Tamen in illo lætitia sæcularis, in te autem iucunditas est Spiritualis. Indicat hunc sensum, & Teodoritus in suis Commentarijs.

Ambrof.
Theodor.

Anima optat admitti ad altare, & ad Sanctissimū Sacramentum.

¶ De sensu Ruperti Abbatis lib. 1. in Cant. tribuentis hæc verba B. Virgini, nil hic notandum superest, cum nil noui in eo sit, quod in quarta Expositione nostra non habeatur.

Rup. Abb.

Ex

LITTERA.

Ex Vers. II. Quia meliora sunt vbera tua vino.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

QVamuis ex ijs, quæ in Superioris Sententiæ explicatione dicta sunt, quid hęc, quę prę manibus habemus, verba significent, facilè ab vnoquoque colligi possit: Nihilominus haud abs re factum crediderim, si seiunctim eorum nouam hoc loco instituamus considerationem; Primo, vt sensus ille, qui supra indicatus potius, quàm explicatus est, magis elucescat: Secundò, vt præter illū, alterum quoque addamus minimè contemnendū; Et tertio, vt quæ in ijs latent spiritalia, diligentiori considerari possint examinatione.

¶ Cum itaque in superioribus indicatum sit, Sponsam hisce verbis respuere vniuersa vini solatia, quæ sibi præ amore deliquium patienti à suis oblata essent socijs; quia ab vna dumtaxat dilecti sui recreari posset presentia, ab vno illius erigi posset osculo, cuius vbera, atque amores multò essent quocumque vino præstantiora: Animaduertendū, vberum nomine hoc loco non tam significari ipsa vbera, seu mammas, quàm amores; metonymicè enim hac voce significatur amor, quatenus amoris sedes est in vberibus, & in corde, cui ipsa adhæret vbera: Sic in libro Prouerbiorum ab impudica illa fœmina ad suum dicitur amasium: a *Veni inebriemur vberibus*; quod melius patet per ea, quæ subdit: *Et fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies.*

a Prouer. 7.18.

Confirmatur hoc ex ipsa Hebraicæ vocis significatione: In Hebræo enim, vbi noster legit, *vbera tua*, habetur דדיך dodecha: דוד dod autem dictio anceps est, quippe quæ, & ipsa significet vbera, & frequentius in vsu sit ad designādum amorē, amatorem, amicum, atque dilectum; prout etiam à nostro Interprete frequentissimè in hoc cantico dilecti voce illam reperimus expressam; Demum ex re ipsa hoc nobis fiet manifestum, si consideremus, hæc verba *meliora sunt vbera tua vino*: non de aliqua proferri muliere, cuius vbera commendari soleant, vt in subsequentibus factum apparet, cum Sponsæ vbera comparantur duobus hinnulis capreæ; Sed de viro. At quis vnquam in homine vbera commendata intellexit? Benè tamen, & Spiritus sanctus hac voce vsus est ancipiti; & noster Interpres, sequens septuaginta, *vbera tua* legit, quo maiora nobis indicarentur mysteria, vt ex ijs manifestum fiet, quæ in subsequentibus dicentur expositionibus.

II. SENSVS.

¶ Haud tamen à veritate aberrauerit quis, si tā vberum, quàm vini nomen hoc loco metaphoricè dixerit positum; vt per vbera & amor significetur, & ipsius exhibitio designetur amoris; per vinum autem ea exprimatur indignatio, quæ frequens inter amantes soleat commoueri. Neque verò id nouum in Scriptura Sacra censeri debet, vt per vini metaphoram ira designetur, & indignatio, atque etiam ipsius indignationis supplicia; nā apud Micheam Prophetam legimus. b *Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem*, idest prophetabo vinum furoris, ac indignationis: prædicam tibi supplicia, quibus per diuinam punieris indignationem. Et Ieremiæ 25. dicitur. c *Sume Calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te*: Dauid quoque. d *quia calix*, inquit, *in manu Domini vini meri plenus mixto*: & in Apocalypsi habemus: e *Et hic bibit de vino iræ Dei*, quòd mixtum est mero in calice iræ ipsius.

b Mich. 2.

c Iere. 25. 15.

d Psal. 74. 9.

LITTERA.

e Apoc. 14. 10.

A

¶ Si itaque metaphoricè sponsam hoc loco dicamus locutam; huiuscemodi sensus afferri poterit pro verbis hisce, Vt in hoc Epithalamio inducatur sponsa, quæ, cum iamdiu dilecti sui præstolata esset aduentum, neque illum aduentantem conspiceret, præ illius desiderio maximum animi patiatur languorem, ac propè deficiat. Cui cum ab adstantibus puellis diceretur, quampiam ob rem suum ei forsan indignatum sponsum, prout sæpissimè inter amantes contingere solet, atque idcirco eū trahere moras; ipsa, in illius amore confisa responderit, *Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt vbera tua vino*: ac si dicat.

B

PARAPHRASIS.

¶ Quid mihi turbas facitis? Quid afflictionem additis afflictæ? Consolatrices onerosæ vos estis: Veniet dilectus meus, & osculabitur me: sat mihi notum est, quo me prosequatur amore: Certè multo vehementior in eo ardet amoris flamma, quam quæ ab vlla extingui valeat indignatione. Veniet, non diffidam vnquam; veniet & ad sui in me amoris ostensionem osculabitur me osculo oris sui. Sic in hoc sensu *Osculetur* pro osculabitur positum erit: frequentissimum enim in Scriptura Sacra id reperitur, vt imperatiua, siue optatiua, pro futuris ponantur, immo & apud Hebræos futura pro Imperatiuis, ac deprecatiuis ponūtur, atque etiam hoc loco verbū ישקני isciaccheni, futurum est, *Osculabitur me*, cum Hebræi, & deprecatiuo careāt, & optatiuo.

C

¶ Quamuis etiam deprecatiuè hæc ipsa accipi possint: vt sponsa ad socias dicat.

PARAPHRASIS.

¶ Scio, dilectum meum haud me derelicturum ob vllam indignationem. Dicatis quidquid vobis libuerit, ego non despero, desiderium meum vehementius est: Non desistam illum præstolari. Veni dilecte mi, & osculeris me osculo oris tui: qa haud mihi persuadere possum, tantam in te commotam indignationem, vt pristinæ oblitus sis dilectionis, cum multo vehementiora sint tui in me amoris, quàm indignationis inditia.

D

¶ Mutatio personę tertiæ in secūdam nullum offendat, cum id ex amoris vehementia contingere soleat.

Ex Vers. II. Quia meliora sunt vbera tua vino.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia.

SI tantum apud parentes nostros falsa illa scientiæ potuit promissio, quā a serpente audierāt, a *In quacumque die comederitis ex hoc fructu, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum*: Si improbus in ipsius scientiæ appetitum tantas habuit vires, vt & fallacię deceptoris sui maiorem, quàm diuinæ veritati præstiterint fidem: & se vnà cum vniuerso genere suo perpetuæ morti obnoxios constituere non dubitarint. Haud certe mirum, quod tanti apud Ecclesiam habuerit roboris verissima Omnipotentis Dei promissio, qua per Prophetas, ac per semetipsum hominibus diuinā, perfectamque pollicitus fuerat scientiam, vt præ scientiæ illius desiderio scientiam humanam neglexerit, & inanem carnis respuerit sapientiam: ac tota præ illius liquefacta sit desiderio, ex cuius ore

E

Primi sensus applicatio prima.

Ex Nyss. Anselmo.

a Gen. 3. 5

Scientiæ desideriū quātū habeat virium.

DE ECCLESIA.

ore tantæ satisfaciendum sibi nosset scientiæ cupiditati.

Audierat ipsummet Dominum per Prophetam dicentem. [b] *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua ambulabis.* Hæcq;,& his similia memoria versans maiori semper incalescebat tantæ scientiæ desiderio, frequentissimisque ad eam anhelans suspirijs, sæpius repetebat. *Doce me iustificationes tuas.* [c] *Viam mādatorum tuorum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.* Offerebant autē ei Philosophi humanam philosophiam: porrigebāt sapientes sęculi inanem astrorum orbium cęlestiū, vniuersarumque sublunarium rerum cognitionē: propinabant vinum mundanæ eloquentiæ, vt illā in tanto recrearēt languore, vt illius sedarent sciētiæ sitim. At ipsa sat sibi conscia de cuius scientiæ langueret desiderio, eas respuens omnes ad illud anhelat verbum, a quo solo per fectam edocta sapientiam, cumulate sibi satisfaciendum intelligeret. [d] *Osculetur me*, inquiens, *osculo oris sui.*

b Ps. 31. 8.

c Psal. 118. 26.

d Cant. 1.

PARAPHRASIS.

¶ Veniat ille, qui me diuino exosculans ore perfectissimum mihi imprimat diuinæ scientiæ osculum, qui per huiusmodi osculum oris sui [e] bonitatem, & disciplinam, & scientiā doceat me: Quia multo præstantior est illius doctrina, atque sciētia quacumque scientia humana, quacumque & sapiētia mundi.

e Psal. 118. 65.

¶ Sed valde notanda sunt ipsius Ecclesiæ verba, quibus diuinæ sapientiæ super sapientiam humanam expressit præstantiam: neque enim melius, neque efficacius id a quoquam exprimi potuisset; nā singulis verbis insignes indicauit diuinæ sapientiæ prærogatiuas. *Quia meliora sunt*, inquit, *vbera tua vino.*

Primo dicit, sapientiam Dei esse meliorem, non simpliciter præstantiorem, aut nobiliorem.

Secundo, illam nomine nuncupat vberum.

Tertio addit, eam non esse simpliciter vbera cuiuscumque, sed vbera Dei, dicens, *tua.*

Et quarto quamlibet aliam mundi scientiam vini exprimit metaphora.

Sapientia mūdi haud reddit probos sæculi sapientes.

¶ Bene autem indicatur primo sapientiæ diuinę præstantia super humanam sapiētiam ex eo, quod melior sit: quippe quæ eos, qui ipsam didicerint, meliores reddat; cum è contra per inanem philosophiam, nec boni extiterint sæculi sapiētes. Quapropter præclarè ab Apostolo dicitur, [f] *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum*: Quæ enim maior stultitia, quàm scire rectū astrorum ordinem, si tu nescias in rebus tuis ordinem rectum seruare? quàm scire perseuerantes iuxta primam Dei ordinationem cælestium orbium volutiones, si tu Dei nescias obtemperare præceptis? quā scire virtutū definitiones, diuisiones, atque proprietates, si tu eas acquirere non studeas? Potest ne maior reperiri stultitia, quam aliena quærere, cum sua nesciat: scrutari cęli plagas: mundi spacia rimari, animantium naturas inuestigare, quę sibi prodesse nō possunt, cum Deum ignoret, quem solum deberet inquirere? cum semetipsum non agnoscat, cui totus indulgere deberet? Et quam stultitiam reperies maiorem, quàm Deum cognoscere, atque illū non venerari, vt decet: illique non inseruire, prout tantæ cōgruit maiestati? Quid stultius, quàm nosse, quid faciendum sit, illudque phalerata verborum tractare eloquentia, si id nunquam executioni mandetur? Præclare Richardus de S. Victore. Qui de virtutibus, inquit, prudenter differere solent, easque in se habere non student, ex auro sciētiæ, & argento eloquentiæ idolum sibi faciunt: scientia enim sanctitatis sine intētione bona quid

f 1. Cor. 3. 19.

Richard. lib. 1. de eruditione hominis interioris cap. 38.

alind est, quàm imago sine vita? scientia sola sine sanctitatis effectu, & bonitatis affectu quid aliud est, quàm simulacrum vanum sine motu, & sensu? bene de his dicitur [g] *simulachra gentium argentū, & aurum, opera manuum hominum; os habent, & nō loquentur:* siquidem inanis scientia optime fortasse nouit, quæ sit virtus confessionis, quomodo confiteri, Deumque laudare debeat, & tamen non confitetur, nec laudat; sic os habet, & nō loquitur. Nouit, quomodo vitam suam circumspicere debeat, eam tamen quomodo oportet circumspicere dissimulat; sic oculos habet, & non videt. Nouit, quæ virtus sit obedientiæ, & qualis debeat esse, nec tamen vult obedire; sic aures hābet, & nō audit: Per scientiam huiusmodi homo discernendi instrumētum fortassis habet spiritualis odoramenti, sed dū in moribus discernendis nullum studium imponit, de inutili instrumento inaniter gloriatur, nares enim habet, & non odoratur. Scit, quomodo se oporteat in bono opere exercere, nec tamen vult fructum boni operis per experientiam capere; sic manus habet, & non palpat. Profectuum pedes per scientiam accepit, & quomodo in anteriora se extendere oporteat didicit; sed pedes habens minime incedit, si ad profectum non tendit. Supplicandi doctrinam accepit, & non vult supplicare; sic guttur habet, & non clamat.

DE ECCLESIA.

Sapientia mundi est idolum.

g Psal. 113.

Quid ergo mirū, si per huiusmodi simulachrū boni effecti non fuerint? Sapientia vera non tantū illustrat intellectum, verum etiam mouet affectū. Etenim cum voluntas nostra cæca ex sui natura sit, traditum tamen habet a Deo intellectum, qui per scientiæ lumen illustratus, tanquam minister ei facem præfert, viamque ostendit, quo mouedū, quove incedendum sit; quid amandum, quid odio prosequendum; quid faciendum, quid ve sit fugiēdum. At vero quemadmodum vsu venire conspicimus, vt si inter eum, qui facem præfert, atque illum, qui talem prosequitur facem, densum aliquod ponatur corpus, ipsum facis impeditur lumen; & solummodo obscura ex eo corpore prouenit vmbra, ita vt præ obscuritate is, cui præfertur fax illa, nec pedem mouere valeat: Ita profecto, & sapientibus mundi huius contingere crediderim, qui inter intellectum, scientiæ lumine illustratū, ac voluntatem suam, quæ ab huiusmodi lumine illustranda, ac dirigenda esset, intermedia ponunt mundana; nil enim mirum, si verū impediant sciētiæ lumen: nil mirum, si eorum voluntas nullatenus se mouere possit, cum vniuersum illud scientiæ lumen, in denso, atque terrestri intermedio detentum nil aliud eorum offerat voluntati, præterquam obscurissimam humanarum rerum vmbrā. Hincque factum est vt tota Philosophorum sapiētia in rebus vanis considerandis, ac perscrutandis, & in propria gloria aucupanda cōsumeretur; nullumque in eo studium ij collocarint, vt per eamdē scientiam affectu mouerentur ad ea, quæ sibi vtilia essent peragenda, atque ad fugiēda illa, quæ sibi plurimum detrimenti afferrēt. Exactissime hęc omnia, breuissimis licet verbis, ab Apostolo expressa intelligo in ijs, quæ paulo superius allata sunt. [h] *Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt:* Quare? *Quia euanuerunt in cogitationibus suis:* quia totum scientiæ lumen cōsumpserunt in vanis speculationibus, in perscrutādis vanitatibus, atque mundanis, quæ inter intellectum suum, ac propriam voluntatem, proprium affectum ipsi sibimet intermedia posuerunt. Vnde contigit, vt ex terrestrium rerum vmbra obscuratum sit insipiens cor eorum: sicque cum dicerent

Sapientia vera illustrat intellectū, & mouet affectum.

Simile.

h Ro. 1. 21

sc

DE ECCLESIA. se esse sapientes, stulti facti sunt, eam scil. antes sapientiam, quæ, cum bonos eos non effecerit, stultitiæ potius, quàm sapientiæ nuncupanda sit nomine. *Meliora* sunt *vbera* scientiæ diuinæ *vino* scientiæ sæcularis, Sancta ait Ecclesia: Etenim scientia, quæ ex diuini verbi profluit ore, quoscumque potauerit doctos reddit, & meliores; nam lumen, (vt dictum est) exhibet voluntati, quo per virtutis viā incedere queat; atque hoc illud est, quòd & ab ipsomet Domino verbis ijs pollicitum sibi recolebat in psalmis, vbi dicitur, i *Intellectum tibi dabo*, (i Psal.31.8.) idest, eam te docebo scientiam, qua & doctus fias, & bonus; *instruam te in via hac qua ambulabis*. Neque enim intellectum tantum, sed etiam cor per suam Deus illustrat doctrinam. Vnde per Ieremiā, hanc ipsam pollicens sapientiam. k *Dabo*, ait Dominus, *legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam*. (k Ier.31.33.) Et bene in corde potissimū, & in intimis visceribus, l *Viuus est namque sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationū & intētionū cordis*. (l Heb.4.12) At quemadmodum lux Solis nō solum illustrat, sed etiam influit calorem, virtutē, ac motum, in id, qd irradiat, suaq; vi vsq; ad illius intima penetrat: (Simile.) Ita quoque & diuini verbi lux non modo intellectum illustrat; sed & gratiam, & motum præstat affectui, cunctaque cordis intima penetrat, quod in subsequentibus ab ipsamet Ecclesia expertum intelligemus, cum dicet: m *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est*; (m Can.5.6) ad verbi enim illustrationem, ad diuinę doctrinæ lumen cuncta illius commota sunt intima, tantoque eius præcordia exarserunt calore; vt tota præ amore liquefacta facillime per viam mādatorum Dei cucurrerit: Iure igitur optimo ait nunc ad sapientes sæculi, *Osculetur me Deus osculo oris sui; Quia meliora sunt vbera eius vino*.

(Sapientia, & doctrina Dei cur uberum nomine nūcupetur.) Quomodo autem cunctis humanæ sapientiæ artibus non præferatur ab vnoquoque scientia talis, cum ex diuinis profluat vberibus? Sed si ex diuinis profluit vberibus, quanam ratione ipsorum vberū sortita est nomen? An fortasse quia sapiētia increata, vnam eandemque habens essentiam cum suo principio, sicut vno, eodemque Dei nomine nūcupatur, ita vnum, idemque vberum sortita sit vocabulum?

(Sapientia Dei humilibus tantum exhibetur.) An vero quia sicut vbera ijs tantum sugenda traduntur, qui paruuli extiterint, quive toti ab ipsis pendeant: Ita quoque & diuina doctrina ijs tantū exhibeatur, qui simplicitate, ac humilitate sint paruuli, quive toti ex diuina pendeant prouidentia, atque benignitate? Vnde terribili illi imprecationi quendam sese subiecisse legimus. n *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam*; (n Psal.130.2) Si mente, ac animo humilem me non exhibeo: si puritate, simplicitate, atque animi demissione paruulus non sum, si instar infantuli totus non pendeo a Dei vberibus, atque ab eius eruditione: *sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea*: idest illud ipsum mihi contingat quod puerulo illi euenire solet, qui ante tempus a matre fuerit ablactatus, qui maternis destitutus vberibus infœlicissimam cogitur mortem obire; quasi dicat, nisi humilis, simplex, ac paruulus extitero, merito a diuinis repellar vberibus, merito diuina destituar doctrina, quæ paruulis tantummodo porrigi solet. Quapropter Apostolus singulos adhortans fidelium, vt ad huiuscemodi vbera sugenda reddantur idonei, ait: o *Quasi modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Si tamen gustastis, quoniam suauis est Dominus*. (o 1.Pet.2.2.) Quo loco animaduertendum, Apostolū maxima locutum cautela, vt significaret, quomodo paruulum se exhibere quis debeat, vt dignus sit, cui diuina doctrinæ vbera præbeantur; neque enim paruuli omnes ad ista admittuntur vbera: (Paruulorū duplex genus.) sed ij tantum, qui grandæui quidem sint sensu, atque prudentia; sed tamen animi demissione, ac puritate se exhibeant paruulos: qui sint quasi modo geniti infantes; qui sint rationabiles, idest prudentes, sicut serpentes, sed sine dolo, ac simplices sicut columbæ: At vero ijs, qui paruuli sensu sint, atque prudentia, animi tamen eleuatione, atque superbia existant gigantes, nullatenus tam sancta præbentur vbera: Hos siquidem paruulos mundana potius sapientiæ ad sua inuitans aridissima vbera. p *Quis est*, inquit, *paruulus declinet ad me, & vecordi locuta est, Aquæ furtiuæ dulciores sunt*; (p Prou.9.16.) a quibus tamen vberibus è vestigio illos diuina deterrere studet sapientia, dum ait, q *Fili mi, si te lactauerint peccatores*, (q Prou.1.10.) idest si sæculi sapientes tibi mundanæ scientiæ, ac sapientiæ carnis vbera obtulerint, vt ex eis exitiosum lac sugas, *ne acquiescas illis*: sed ab ijs te auertens, eorumque declinans superbiam, atque insipiētiam, esto paruulus, sed rationabilis, & sine dolo, vt vbera mea sugere tibi liceat; neque enim vllo pacto mea tibi vbera sugere fas est, nisi a pessimis illis sis auulsus vberibus: nisi perniciosissimum reliqueris lac sapientiæ carnis, atque humanæ doctrinæ. r *Quem docebo scientiam? quem intelligere faciam auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus*, ait ipsemet Dominus apud Isaiam. (r Isai.28.9)

¶ Hanc vberum distinctionem optime intelligens Ecclesia, dum sapientiæ, ac doctrinæ diuinæ excellentiam præ cunctis mundanę sapientię artibus demonstrare contendit, exactissima vsa est in singulis verbis cautela, cum enim præclarissimum illius insigne per uberum indicasset nuncupationem; sciens, ipsam mundanam scientiam, sicut falso sibi nomen adscripsit sapientię: ita pariter falsissimè quoque uberum usurpare uocabulum, non dixit, *Quia meliora sunt vbera*, simpliciter; sed addens, *tua*, palam ostendit, se de ueris loqui uberibus, deque uera sapientia, ac de doctrina Dei: quæ tanto scientię præstaret humanę, quanto ubera, & ubera uerbi Dei uilissimo, ac terrestri præstarent uino inebrianti.

¶ Quamuis per hanc *vini* appellationem, qua mundi significauit sapientiam, & alias prudentissima Ecclesia indicet diuinę doctrinę prerogatiuas, quibus illa sit præstantior. Etenim quemadmodū uinum si absque aquæ admixtione potetur, (Simile.) complures, eosque pergraues ad caput emittens uapores, miserum illum, qui biberit, inebriare conspicimus: (Scientia mundi dānata dis, quæ & vini.) unde fit, ut is primo absurdissima proferat deliramenta. Secūdo insanis commoueatur indignationibus. Tertio molestissimis opprimatur doloribus. Quarto obstupescat. Quinto perturbatum habeat aspectum, ut nec, quę ante oculos habet, discernere queat, & quod unum est, plura sibi esse uideantur, quodve fixum est, ac stabile, in orbem existimet circumferri. Sexto frigus maximum extrinseco præseferat tremore, tametsi uinum ipsum ex natura sua calefaciendi uim habeat. (Scientia mūdi superbiā suscitat.) Eodem certè modo, & mundi sapientia, si absque admixtione dicatur sapientię diuinę, de qua dicitur, s *Aqua sapientiæ potabit illum*, (s Eccl.15.3) plurimos ad discentis mentem superbiæ, & inflationis emittit uapores; iuxta illud Apostoli, t *scientia inflat*, (t 1.Cor.8.1.) unde & præclarè per sapientem dicitur, u *Ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum* (u Eccl.31.31.)

DE ECCLESIA.

perborum arguet ebrietate potatum, idest sicut ignis probat ferri duritiem, cum quãtumlibet ill id molle reddere videatur, nunquam tamen consumere id potest: sic vinum in ebrietate potatum ostẽdit, quanta in potantium cordibus eleuata extet superbia; vel melius, iuxta lectionem Græcã, quæ sic habet *κάμινος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ, οὕτως οἶνος καρδίας ἐν μάχῃ ὑπερηφάνων*, idest *fornax probat aciem in tinctura, sic vinum corda in contentione superborum*; vel iuxta aliam lectionem, *sic vinum corda superborum in ebrietate* ἐν μέθῃ. Ac si dicat, quod sicut per tincturam ferri in aquam ignis probat ac ostendit hominibus gladium acutum; siquidem si comparanda est acies gladij, aliquoties ferrum, aut chalybs candens aquæ intingitur, sicque melius induratur, & duriorem adipiscitur temperaturam: Ita pariter & vinum ostendit, ac manifestat hominib. corda superborum, dum illa per ebrietatem madefiunt, & veluti vino immerguntur; quod non tam de vino vitis intelligendum est, quam de ipsa mundi sapientia, vini nomine significata. Neque enim minus per huiusmodi sciẽtiam, quam per vinum, & fiunt, & ostenduntur corda superba. Quod si æque ac vinum inebriat scientia mundi per inflationem, atque superbiam; Quid mirum, si ea omnia in illo, qui sic per eum inebriatus sit, contingere videamus, quæ eis diximus euenire, qui mero inebriati sint?

Sciẽtia cũ superbia facit proferre deliria.

Primo enim per superbiam ipsam in deliriũ incidens absurdissima profert deliramenta. Et quænam maiora deliria dici queunt, quàm non esse Deum in rerum natura; quàm non esse Dei prouidentiam, quæ vniuersa gubernet, ac seruet? quàm negare animæ immortalitatem? Et tamen præ superbia sapientes sæculi, quos aptiori vocabulo insipientes dixeris, quam sapientes, ad tantam peruenerunt insipientiam, vt ea proferre non dubitarint, [x] *Dixit insipiens in corde suo*, ait Propheta. Quid? *Non est Deus*. De his enim mundi sapientibus videntur hæc sumpsisse Eusebius Cæsariẽsis, & Augustinus expos. in ps. 13. Et contra eos, qui diuinam negarent prouidentiam, audi Ecclesiastem; [y] *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuã, neque dicas coram Angelo, non est prouidentia: Ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuũ tuarum*. An fortasse erubuerunt, hominem bestijs similem, atque mortalem asserere? Audi quid a nonnullis eorum proferatur. [z] *Vnus interitus est hominis, atque iumentorum, & aqua vtriusque conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriũtur, similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum*.

x Psal. 13. 1.
Euseb. Cæsar. Aug.
y Eccl. 5. 4.
z Eccl. 3. 19.

Sciẽtia mũdi causat indignationes.

Secundo præ eadem superbia insanissimis commouetur indignationibus, iuxta illud, [a] *In multa sapientia multa est indignatio*, tũ propter opinionum diuersitatem, pro quibus iugiter contendũt; tum propter continuas æmulationes, aut etiã quia quempiam sibi præferri non sustinent.

a Eccl. 1. 18.

Sciẽtia mũdi causat dolores.

Tertio grauissimis opprimitur doloribus, iuxta illud, [b] *Qui addit scientiam, addit dolorem*, seu *laborem*: eo quòd quanto plura didicerit, tanto maiorem sibi intelligat impendendum laborem in ijs addiscendis, quæ multò plura ignorata supersunt.

b Eccl. 1. 18.

Sciẽtia mũdi inducit stuporem.

Quarto Altiora se præ superbia perscrutans, ita obstupescit, vt neque de ijs, quæ scit, rectè valeat loqui. Vnde à Salomone monemur; [c] *Ne plus sapias, quam necesse sit, ne obstupescas*: idest, ne per superbiã plus de temetipso sentiẽs, maiora præsumas inuestigare, quàm tuum ingenium ferre valeat: ne nõ solũ non proficiat ingeniũ tuũ ex superuacanea sapientia; sed & retundatur, & obtusa fiat mentis tuæ acies: Id enim ijs, qui nimis sapere voluerint, euenire solet, vt & in acie ferri, cum adhibetur ad scindendũ aliquid durius, quam ipsius vis ferat: quodq; oculorũ aciei ad lucem improportionatã intenta: & quod demũ euenit dentibus, pomum immaturum, aut acerbam adhuc vuam mordentibus, ita enim obstupescunt, vt nequeant sine dolore etiam aptos, ac maturos manducare cibos.

c Eccl. 7. 17.
Simile.

Sciẽtia mũdi turbat intellectus aciem.

Quinto, ita præ superbia turbatum habet aspectum, vt nec ea, quæ sunt maximè propinqua, atq; facillima cognoscere valeat; Legat librum Iob. [d] c. 38. 39. & 40. & animaduertet vnusquisq; quanta à sapientibus mundi ignorentur, quæ facillima videntur; Et quid homini magis proximum quã ipsemet? & tñ mundi sapientes, nec sua, nec seipsos agnouere; Ex rebus visibilibus Deum quidem esse intellexerunt; verumtamen adeò obtusam intellectus aciem habuerunt, vt, cum vnus tantùm esset, atque præcelsus, complures ipsi Deos, eosque vilissimos existimarint: [e] *Mutauerunt enim gloriã incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, & serpentum*; Ac demum in vertiginem versi cuncta in contrarium accipere, nil rectè intelligentes, sed singulis in reb. errantes: Quamobrem eos irridens Esaias ait, [f] *Vbi nunc sunt sapientes tui? annunciẽt tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituũ super Aegyptum: stulti facti sunt Principes Taneos, emarcuerunt Principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius: Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens*.

d Iob. 38.
e Rom. 1. 23.
f Isa. 19. 12.

Sciẽtia mũdi refrigescere facit à charitate.

Sexto quamuis scientia, & cognitio ex natura sua charitatis calore animam calefacere soleat, cũ quò plura cognoscuntur, eò maiora amoris incentiua suscitari debeant in Deum, à quo tanta prouenerint: Nihilominus adeò illa præ superbia ij abusi sunt; vt quantò plura intelligerent, tantò magis in charitate ipsa refrigescerent: tantoque algore sunt affecti, vt benè contra illos eam sententiã prolatã censeas, quã sic iuxta Lectionem Sept. contra Caim illatam legimus: [g] *Tristis, ac tremens eris super terram*: [h] *Ipsi enim videntes*, ac per talem sciẽtiam *sic* ea, quæ sunt in mundo prauè intelligentes, *admirati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos*: Et quod peius est, [i] *illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor*: trepidabant enim, gloriã terrenã amittere, quæ nihil aliud est, quã mera vanitas: Deum autem offendere, & à gloria æterna excidere minimè timebant. Quapropter, [k] *sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniũt, repletos omni iniquitate, malitia*, & cæteris, quæ ab Apostolo enumerantur: *& cum iustitiam cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte*.

g Gen. 4. 12.
h Psal. 47. 6.
i Psal. 13. 5.
k Ro. 1. 28.

Sapientia, & doctrina Christi humilitatẽ conferẽs quanta bona largiatur.

¶ Ex his omnibus apertissimè constat, quàm verè, ac congruè dicatur ab Ecclesia, *Quia meliora sunt vbera tua vino*: quamve rationabiliter vinum respuens huiusmodi scientiæ humanæ, diuinam efflagitet doctrinam, per quam haud quaquam infletur, sed maiorem acquirens humilitatem, multò maiorem adipiscatur & exaltationem, iuxta illud, [l] *Sapientia humiliati exaltabit caput illius*. Nec mirum, cum ipsam tanquam paruulus ex diuinis sugens vberibus, per eam non modo in scientia crescat quotidie: sed etiam in prudentia, in charitate, atque etiam in sanctitate: prout Apostolum pro suis Philippensibus exoptasse intelligimus, cum diceret; [m]

l Eccl. 11. 1.
m Phil. 1. 9.

Et

DE ECCLESIA.

Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abũdet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri sine offensa in diem Christi.

Sed haud minori promptitudine ea proferre nõ dubitet, despiciens quoque & vinum doctrinæ legis, ac Prophetarum, quod sibi à Scribis offerebatur, vt per illud ab eo recrearetur languore, quo præ desiderio doctrinæ Christi propè deficiebat: Neque enim per huiusmodi vinum curari hic potest languor, cuius vnicum tantum erat medicamẽtum Incarnatio Verbi, eiusque doctrina, *Quia meliora sunt vbera eius vino:* Quia multò prætatior est Christi doctrina illa omni, quæ, vel per legem tradita est, vel per Prophetas. Tres huius rei rationes, easq; potissimas ipsamet indicat Ecclesia; dũ, vnam efflagitans, & alteram respuens ait, *Quia meliora sunt vbera tua vino:* Etenim cum Euangelicam doctrinam *uberum* expresserit nomine, profectò iuxta triplicem vocis *uberum* significationem, triplicem quoque ipsius doctrinæ indicauit prærogatiuam, necnon, & triplicem rationem, qua eadẽ præferenda sit vino doctrinæ legis, ac Prophetarum: Ponderemus singula.

Doctrina Euangelica præstantior doctrina legis, ac Prophetarum.

¶ Prima vberum significatio, prout clarius in litteræ explicatum est expositione, est, vt metonymice pro amoribus, seu ꝓ dilectione hoc loco ponantur: Quod si ita est; Ecquænam efficacior afferri posset ratio ad exprimendam Euangelicæ doctrinæ præstantiam super doctrina legis, ac Prophetarum, quàm quod hæc sit vinum asperrimũ, illa sit suauissimus amor? Quod prophetarum doctrina asperrimum extet vinum, haud longa indiget probatione, cum apertissime vnicuique id pateat, qui eorum volumina legerit; quid enim aliud continent, quam acerrimas increpationes? quam terribiles minas? quid aliud prænunciant, quã grauissima onera, quibus infelices opprimendi essent populi? quod si quando quid læti in ipsis reperiatur, pro tempore Euangelicæ doctrinæ illud omne prænunciatum inuenies, quando de timore trãseundum esset ad amorem: quando serui adoptandi essent in filios: quando Dominus, & Deus terribilis, atque zelotes in benignissimum Patrem, in amabilissimum vertendus esset & fratrem. Quid dicam de legis doctrina? An non asperrimum vinum, quæ timoris lex erat, atque tremoris? Signa ipsa externa, quibus quodammodo cõsignata est, hoc optime declarant. Quid enim, quando illa super Sinai data est, quid apparuit, præterquam terribilia? quid auditum, præterquam horribiles sonitus? Nonne vniuersus populus ingenti cõcussus est timore? [n] *Et ecce* (dicitur in libro Exodi) *coeperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat, & timuit omnis populus, qui erat in Castris: Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mõs terribilis.* Non sic lex Euangelij, quæ haud timoris, sed amoris lex esset. Vnde Apostolus. [o] *Non accessistis*, ait fidelibus, *ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tuba sonum, & vocem verborũ, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant quod dicebatur, & si bestia tetigerit montem, lapidabitur; & ita terribile erat, quod uidebatur: Moyses dixit. Exterritus sum, & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei uiuẽtis, Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorũ frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum: qui conscripti sunt in cœlis, & Iudicẽ omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem, Iesum.* Quod si inspiciãtur signa ipsa, quibus hæc consignatã lex est, profectò negare poterit nemo, quod hæc amoris sit, æque, ac illa antiquior timoris extiterat. [p] *Factus est enim repente de cœlo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, sedítque supra singulos eorũ, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto.* Et quid nam est aliud Spiritus sanctus, quã ipsemet amor? quodve efficacius reperiri potest amoris signum, quàm ignis? Et si vniuersa lex Euangelij amoris notis inscripta, atq; amoris verbis dicta esset, quo nam meliori eam decebat consignari signo, quàm linguis igneis?

Doctrina Prophetarum aspera, timorísque incutiens.

Doctrina legis asperrima, cum esset timoris.

n Exo. 19. 16.

o Heb. 12. 18.

Euangelij amoris signo consignatũ est.

p Act. 2.

Quòd si aliam quæris cõsignationem, qua Christus eam in suo consignauit corpore: quod aliud reperies signum, nisi amorem? Etenim, cum testamentum suum Dominus completum significasset, quando in cruce pendẽs extrema illa protulit verba. [q] *Et consumatum est*: nullo alio illud signare voluit signo, præterquàm sacratissimo cordis vulnere: vt significaret, vniuersum testamentum, ac legem illam ex amore, ex intimis cordis penetralibus processisse: eoque illam spectare, vt & ad amorem impellat singulos, & in singulorũ cordibus, vbi amoris sedes esset, remaneret scripta. Quæ omnia & apertissimis verbis, & sub figura in sacris literis explicata reperiuntur: Nam apud Ezechielẽ clarissimè Dominus: [r] *Dabo uobis*, inquit, *cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & legem meam custodiatis, & operemini:* Quibus verbis apertissimè indicantur signacula amoris, spiritus nempè Sanctus, atque cor, in quo ipsa scribenda esset lex: & bene pollicetur Dominus, se ablaturum cor lapideum de medio populi illius, qui legem in tabulis lapideis scriptam habuisset, vtpote durissimam, atque asperrimam. Sub figura verò hæc ipsa in libro Iosue significantur, quando Iesus superata Ciuitate Hai ædificauit altare ex lapidibus integris, quibus ferrum non est iniectum: & scripsit super ipsos lapides Deuteronomium legis Moysi. Quid enim hæc sibi voluerunt? nisi quod à Domino nostro factum dicimus, cum nouã traderet Euãgelij legem: Sic enim, inquit Origenes, & Iesus noster post superatos Dæmones, & vitia, ædificat altare, in quo Patrem propitium reddat, ex fidelibus, puris, integris, & qui ignita maligni iacula concupiscentiæ non receperint, quivè ferrum pugnæ, ac litium nunquàm admiserint, & pacificis: scripsit autem in eorum cordibus Deuteronomium, quod secundam legem sonat: scripsit legem amoris, quã notat ab Ecclesia efflagitatam, cum diceret. [t] *Bonus es tu, & ĩ bonitate tua doce me iustificationes tuas;* idest, satis iã te mihi exhibuisti terribilem, quum me per primã edocuisti legem: at, cum compertissimũ mihi sit, te summa præstare bonitate, ac benignitate, & ingenti me prosequi dilectione, illud vnum iam oro, vt in bonitate tua doceas me iustificationes tuas. Cõsidera, inquit Ambrosius medicũ, vtilia apponentẽ medicamenta vulnerib. ea tamẽ, quæ mordeant vlcerũ virus: aut certè ferro putrefacta resecantẽ: Cum in eo ipso bonus sit medicus, quia vtilitatem operatur ægroti, & faciat qđ prodesse nouerit; Tamẽ, quia æger dolorẽ, aut nõ vult, aut non pŏt sustinere propter infirmitatẽ affectus sui, rogat, vt medicus eũ quadam bonitate, & suauitate sua curet, & nõ asperitatẽ adhibeat medicamẽtorũ; non ferro incidat vulnerũ fibras: aut si aliter non potest, vt cum moderatione faciat, & qua-

Testamentum noui consignatũ est signo amoris in latere Christi.

q Io. 19. 30.

r Ezech. 36. 26.

s Iosu. 8. 31.

t Psal. 118. 68.

Ambros. Serm. 9. in Psal. 118. Vers.

DE ECCLESIA.

& quadam subtilitate mitiget vim doloris: Et ideò cum in Euangelij bonitate meliùs doceatur Ecclesia iustificationes Dei, quàm in legis seueritate; congruentissimè & in isto amoris Cantico hanc, quæ in bonitate docenda sit, amoris legem, ac doctrinam exoptans exclamet: *Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt vbera tua vino*, quia multò præstantior est doctrina ista, qua in bonitate tua me docere pollicitus es, aspero illo vino antiquæ legis, qua me summa hucusque erudisti seueritate. ¶ At non solùm ob hanc Euangelicæ doctrinæ prærogatiuam, sed ob aliam quoque ardentius idipsum efflagitat, ob aliam, inquam, Euangelij excellentiam, quæ ex secundo vocis *vberum* significatu colligitur. Etenim, si vberum nomine ipsamet, vt sonat, vbera significata intelligantur; haud obscurè ex hoc loco colligere fas est, Euangelij legem esse quid diuini, ac cœlestis; diuinamque in se continere, atque in alios conferre gratiã:

Euangelij doctrina est diuina, & cœlestis.

B

Simile.

Nam quemadmodum vbera carnis carnalia sunt; & quod ex eis profertur, ex intimis eiusdem corporis prolatum, carnale etiam quodammodo est, carnisve & nutritioni, & augmento inseruit lactẽtibus; Eodem pacto & Christi veri Dei, ac hominis doctrina diuina, atque cœlestis dicẽda est; & quod ex illa profluit cœleste, ac diuinum, cœlestes, atq; diuinos eos reddit, qui eius participes fuerint diuinæ cognitionis, iuxta illud Petri, ᵖ *Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem donata sunt, per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quem maxima, & preciosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ: fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.* Hanc autem doctrinæ Christi prærogatiuam ex his verbis: *Quia meliora sunt vbera tua vino*, colligendam inde mihi persuadeo, quòd, dum fit cõparatio inter eam, atque doctrinam legis; per vinum, quo nuncupatur legis doctrina, indicari videatur legem illam esse terrenam, atque ex ea nil, præterquam terrena profluere; cum vinum terrena res sit, & ex vino terrena tantùm proueniant; Quare, sicut ex eò, quòd vinum terrenum est, indicatur, legem illam terrenam extitisse: Ita pariter, ex eo quòd vbera Christi diuina sunt, atque cœlestia, illius etiam doctrinam, quę per ea significatur, diuinam esse, atque cęlestem, indicari manifestum est; sicut etiam indicatur, diuinum atque cœleste quid esse, quæ ex illa profluit gratia.

p 1. Pet. 1. 2.

C

D

Legis doctrina erat terrena.

x Io. 1. 17.

Porrò quòd antiquæ legis doctrina terrena fuerit, patet ex eo, quod per terrenum data est hominem, prout à Ioanne Baptista significatum est, cum diceret, ˣ *Lex per Moysen data est*; sicut autem lex illa per Moysem data est terrenum, quæ per se ad terram deprimeret, terrenaque profluerent; Ita *gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*, Ita & Euangelij lex per Iesum Christum facta Deum; atque cœlestem, & cœlestis, & diuina dicenda est, adeoque cœlestis, atque diuina, vt & homines ipsos cęlestes reddat, atque diuinos, diuinam cõferens gratiam, verasque, ac cœlestes pollicitans promissiones: Neque enim per hanc sicut per illam promittitur amplius terra melle, ac lacte manans, abundantia frumenti, vini, & olei, cæteraque similia: sed adoptio filiorum Dei; sed hæreditas Regni cœlestis: sed abundantia Spiritus Sancti.

E

Euangelij doctrina perfecta ex Christi colligitur gestis.

Quòd si *vberum* vocem in tertio sumamus significatu, nimirum pro lacte, quod in vberibus continetur, atque ex ipsis manat; vt sit positum continens pro contento; tertia quoque apparebit ratio, eaque perpulchra, atque subtilis, qua Iure ab Ecclesia doctrina Christi præstantior asseritur vino legis antiquæ, seu etiam doctrinæ Prophetarum, & *meliora sunt vbera eius vino*. Vt autem hæc ratio benè percipiatur, animaduertendum est, lac matris, quo infans nutritur, esse ipsummet panem, quo nutrimur grandiores; Etenim, cum à paruulo solidus comedi nequeat panis, comeditur à matre, sicque per illius traijcitur mammillas, in lac liquidum, ac molle conuersum, quod ab Infante hauriri possit, quove ille nutriri valeat, & crescere; Dominus noster Iesus Christus cum esset verbum apud Patrem, per quod facta sunt omnia, panis erat, & panis Angelorum, qualem caperent pro modo suo Angeli, & ex quo in cœlo potestates, & virtutes intellectuales pascerentur: at verò cum homo infirmus iaceret in terra, nec posset ad eum peruenire, panis iste cœlestis, vt panem Angelorum mãducaret homo, qui illum in illa solida verbi substantia comedere minimè poterat, traijciens semetipsum per mammillas naturæ humanæ, quam assumere dignatus est, & verbum caro factum in molle sese illi exhibuit lac; vt qui infirmus, ac paruulus esset, haberet lac, quo in vita spirituali nutriri posset & crescere: Vnde quibusdam infirmis Apostolus ait: ʸ *Non iudicaui, me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum:* Ipse enim factus est nobis ex pane solido lac molle, ex cuius haustu cumulatam assequeremur Iustitiam; per quod cresceremus in sanctitate perfecta, & in quo solidam addisceremus sapientiam; ᶻ *Ipse* (vt idem ait Apostolus) *factus est nobis sapientia, & Iustitia; & sanctificatio, & redemptio*, Experta iam fuerat Ecclesia, vino illo antiquæ legis se semper magis, ac magis perturbatam, neque vnquàm per illam crescere valuisse ad perfectionem, quandoquidem ᵃ *neminem ad perfectum adduxit lex*: Quomodo igitur non exoptaret, quomodo ardentissimis suspirijs non efflagitaret, vt sibi sugere liceret lac illud, in quo tota inesset Euangelij summa, & è quo multò maiores acquireret vires in bonis exequendis, ab illius prouocata exemplis, quàm ex quocũque antiquæ legis præcepto, quàm ex quibuslibet Prophetarum increpationibus? è quo multò perfectiori se alere posset doctrina vita eorum, quæ gessit, quæve passus est Christus, quàm ex quacunque lege scripta, quã ex quacunq; eloquẽtissima Prophetarum oratione? *Quia meliora sunt vbera tua vino.*

y 1. Cor. 2.

z 1. Cor. 1. 30.

a Heb. 7. 19.

II. SENSVS.

¶ Iuxta secundum sensum, in littera allatum: Proponitur hoc loco Antiquorum Patrum Ecclesia, quæ, cum sibi præ desiderio Incarnationis diuinæ propè deficienti suggereretur à quibusdã vel Infidelium, vel eorum, qui firmam, vt par esset, diuinis promissis fidem minimè præstarent, verbum non incarnandum, Filium Dei haud amplius à Patre mittendum, eò quòd Deus innumeris, atque nefandis commotus sceleribus, vniuerso indignatus esset humano generi: ijs neglectis, vtpote modicũ in rebus diuinis versatis, fixa in solidissima fidei anchora ad Patrem miserationum conuersa dicat, *Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt vbera tua vino:* Non secus ac eam ipsam clarius idem fecisse inuenimus in psalmo; cũ ad Deum pari modo conuersa ait: ᵇ *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine; quibus iurasti Dauid in veritate tua?* id est, vbi est ᶜ iusiurandum, quod iurasti ad Abraham patrem nostrum, daturum te nobis? Erige cornu salutis nobis i domo Dauid pueri tui: Sicut loquutus es per os Sanctorũ, qui à sæculo sunt Prophetarũ tuorum, Ad faciendam misericordiã cũ Patrib. nostris, & memorari testamenti tui sancti: *Me-*

Peccata ne quibũs impedire Incarnationem.

b Ps. 87. 50.

c Luc. 1. 7[?]

mor

DE ECCLESIA. *mor eſto Domine opprobrii ſeruorum tuorum, quod cō-* A *tinui in ſinu meo multarum gentium*: Memento opprobrij, quod ego in filijs meis, ac ſeruis tuis ſuſtineo; quod à multis gentibus infidelibus ſuſcepi, quaſi intra ſinum meum; quod pertuli intra me: *Quod exprobrauerunt iſti inimici tui Domine, quod exprobrauerunt* tibi magis, quàm mihi, *commutationem Chriſti tui*: quòd nimirum mutaueris ſententiam de Chriſto tuo; quòd nō ſis miſſurus amplius Chriſtum tuum: idque propterea, quòd indignatus ſis peccatis meis: Peccauimus, verum eſt, impiè geſſimus, iniquitatem fecimus: [d] *Ecce tu iratus es, & peccauimus: & in ipſis peccatis ſemper fuimus*: propter peccata iratus es, & poſtquàm iratus es, à peccato non deſtitimus: Nihilominus ſuſtinere B non poſſum opprobrium iſtud, quod exprobrauerunt inimici tui Domine: Nihilominus non deſpero de tua immenſa miſericordia: [e] Scio enim, quod, *cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis*: Nihilominus certa ſum, quia per aduentum tuum ſaluabimur: Sic itaque & Eccleſia, iſtiuſmodi commota opprobrio, ad Deum ipſum conuerſa ait.

d Iſai. 64. 5.

e Hab. 3. 2.

PARAPHRASIS. ¶ *Oſculetur me*: oſculeris me obſecro Oſculo oris tui, Quia meliora ſunt vbera tua vino: Neq; enim adduci vnquam poſſum, vt de te diffidam; cū perſuaſiſſimum mihi ſit, multò præſtantiora eſſe vbera miſericordię tuæ ipſo tuæ indignationis vino; Miſeri iſti putant, te indignatum, vt hominem: aſſerunt, cor tuum indignatione commotum, ita vt te pœnituerit miſericordiarum tuarum antiqua- C rum, quas mihi pollicitus eſſes à ſæculo: Nihilominus ego audacter te deprecabor, Veni Domine, noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ: Oſculare me oſculo oris tui, Quia meliora ſunt vbera tua vino. Quia adeo bona ſunt vbera miſericordiæ tuæ, vt ſtatim ac indignatione aliqua commotus es, omnia tibi commoueantur viſcera: illico totus liqueſias corde; Neque enim inſtar hominis indignationem opere complere vales, quin ſtatim te pęniteat, *Cōuerſum*, ait Deus ipſe per Hoſeam in horum cōfirmationem, [f] *conuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea: Non faciam furorem iræ meæ: Non conuertar, vt diſperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui Sanctus*: D [g] *Et propterea* ait Eſaias, *expectat*, vel iuxta vim Hebraici verbi חכה hacha *anhelat*, ſeu *inhiat Dominus, vt miſereatur veſtri. Et ideò exaltabitur parcens vobis, Quia Deus iudicii Dominus*: ſit Deus iudicij, ſit Deus iuſtus, qui aliquando indignatione commotus iudicium exercet, pęnaſque infligit eis, qui ipſum irritare non ceſſant: nihilominus beati ſunt omnes, qui expectant eum, vel anhelant ad eum, confidentes in eius miſericordia: *Plorans nequaquam plorabis; miſerans miſerebitur tui: Ad vocem clamoris tui; ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi: Et dabit vobis panem arctum, & aquam breuem*: ideſt per aliquantulum temporis, quouſque venerit plenitudo temporis, adeo modicum panis verbi Sācti ſui, E & aquæ ſcientiæ ſalutaris tibi dabit, vt præ deſiderio illorum ingenti langueas languore, atque etiā propè deficias; Miſericordia tamen motus mittet ad te vnigenitum filium ſuum, ſapientiam increatam, verbum æternum, *neque ipſum faciet auolare à te vltra Doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis.*

f Oſ. 11. 8.

g Iſai. 30. 19.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Michaelis Ghiſlerij.

DE ANIMA.

Ex Verſ. II. Quia meliora ſunt vbera tua vino.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima.

RESpuit quidem paruulus & precioſiſſima quę cunque propinentur vina, & lautiſſimas, quę ſibi offerantur dapes, quamuis eſuriat, quamuis ſitiat, quamuis querulis vocibus prope deficiēs ſibi opem ferri depoſcat: Reſpuit autem illa, quia optimè à natura edoctus, ea omnia ſibi inſufficientia intelligit. Ad vbera coniectos habet oculos: ad vbera manus tendit: ac pro vberibus lacrymas fundit, vtpote in quibus totius inopię eius vnicum, ac proprium inſit præſidium, & à quibus cumulatā ſe nouit aſſecuturum cōſolationem. Animam quālibet eorum, qui cœli regnum penetrare contendunt in paruulorum numero conſtituendam negabit nemo, cui Saluatoris noſtri notum ſit dictū illud. [a] *Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum*: Huiuſmodi igitur anima, cœleſtium conſolationum (diuino ſic permittente decreto) & fame aliquando oppreſſa, & ſiti, cum à ſocijs ijs, quibus diuina parum curę ſunt, atque cœleſtia, opulentiſſimum ſibi inſtruatur terrenarū conſolationum conuiuium, precioſiſſimumque ſæculi voluptatum propinetur vinum, quamuis arida ſit: quamuis ardentibus ſuſpirijs propriam manifeſtet inopiam; nihilominus ea ipſa renuit, apprimè intelligens, quàm diuerſum ſit iſtiuſmodi mundanorum conuiuium ab eo, in quo cœleſtium conſolationum dapes paruulis in Chriſto miniſtrari ſolēt, ac porrigi. Recolit enim id, quod per Hoſeam Prophetam dicitur, [b] *Particeps idolorum Ephraym, dimitte eum, ſeparatum eſt conuiuium eorum*. Idcirco dimittit mundum cum vniuerſa voluptatum eius copia, quæ tanti à mundanis fiunt, vt & pro Idolis colantur: Ad vna tantum Chriſti vbera anhelat: ad ea tantùm ſuos conijcit affectus; ac pro ijs lacrymas fundit; iuxta illud Iſaiæ conſilium, [c] *Super vbera plangite, ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea fertili*, ab his enim cumulatè ſuæ ſperat ſatisfaciendum ariditati; ab his ingentem conſolationum ſe nouit aſſecuturum cumulum: atque ex his perfectiſſimè inopiæ ſuæ prouidendum confidit, in quibus dapum omnium maxima inſit abundantia, cunctaque impleri queunt deſideria; non ſecus ac in regione inquit, deſiderabili; atque in vinea fertili. Quapropter præclarè ad hæc inhians, *Oſculetur me*, inquit, *oſculo oris ſui*: ipſa Dei vbera oſculi deſignans nomine, tum quia in ipſis, non ſecus ac in oſculo ſumma inſit voluptas; tum quia conſolationes eæ, quæ ex ipſis hauriuntur, ſpirituales ſint, atque diuinæ; non ſecus ac ex oſculo oſculantis ſpiritum communicari animaduertimus: Deinde apertiùs ſe declarans, afferenſque quodammodo rationem, quare oblatas ſæculi reſpuat voluptates, quia ſeparatum ſit conuiuium eorum, ſubdit: *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: qua, breui licet ſententia, non modo diuerſitatem oſtendit conſolationum mundi à Chriſti conſolationibus: ſed etiam quantum hæ illis præferendæ ſint, indicat: Quid dico indicat, cum potius efficaciſſimis id probet rationibus? Ecqua enim longiſſima, atque etiam eloquentiſſima oratione melius probari poſſet, quàm diuinæ iſtæ, cœleſteſque

a Matt. 18. 4.

Cōuiuium ſæculi diuerſum à cōuiuio ſpirituali.

b Hoſ. 4. 17.

c Iſai. 32. 12.

Simile.

DE ANIMA.

flesque consolationes præstantiores consolationibus sint terrenis, quàm, illas vberũ, has vini significare nomine?

Etenim his nominibus triplici id probatur ratione, primo ex abundantia, & perpetuitate spiritualium, atque & è contra ex inopia, ac breuitate temporalium, ac terrenarum. Secundo ex earũ superfluitate, & illarum necessitate: tertio demũ ex perfecta vnarum dulcedine, & ex admixta aliarũ asperitate, & amaritudine.

¶ Quid vino acrius? d *Amaritudo animæ*, inquit sapiens, *vinum multum potatum*: Et in Prouerbijs, e *cui*, inquit *væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui fouea? cui sine causa vulnera? cui suffosio oculorum? nõne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?* ac si diceret: Tanta est vini amaritudo, siue tãta in homine ex vino causatur amaritudo, vt nulla alia reperiri queat, quæ cum illa sit comparanda: ex illo enim prouenit amaritudo in intimis animę passionibus: amaritudo in familia domestica: amaritudo in externa cõuersatione propter eas, quas suscitat rixas: amaritudo in quibuscumque actionibus propter innumeras foueas, ingentiaque, quibus subijcit pericula: amaritudo in corpore propter vulnera, atque dolores, quib. illud opprimit: ac denique amaritudo in honore, quem præ omnibus æstimare solemus, propter erubescentiam, suffusionemque oculorum. Quòd si talis, ac tanta vino inest, atq; ex vino procedit amaritudo, haud certè ea minor est, quam vnà cum sæculi voluptatibus, terrenisque consolationibus iunctam experimur quotidie, atque deflemus.

d Eccl. 31. 39.
e Prou. 23. 29.

Voluptates sæculi, quãtã amaritudinẽ afferunt.

¶ Si enim quæris in honore amaritudinem confusionis, ac erubescentię: Ec quod maius dedecus, quæve confusio maior, quàm, eum, qui in tanto cõditus est honore, vt dignus habitus sit, qui vnà cũ Angelicis spiritibus ad cœlestium consolationum admittatur conuiuium, pro vilissimis terræ, ac carnis voluptatibus, inexplicabili ignominia brutis redditum esse similem, atque iumentis? f *Homo cum in honore esset, non intellexit*, ait Propheta, *comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*: qui cõsolationes intellectu percipere poterat in rebus speculandis cœlestibus, non intellexit; ijs minimè frui voluit; sed vnà cum iumentis totum sese terrenis inuoluit: Et g *qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora*, æquè ac fœdissimi scarabei; benè & de his, qui huiuscemodi opprimuntur amaritudine, h *Confundentur*, ait Esaias, *ab Idolis, quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis, quos elegeratis*. Quidni enim erubescerẽt, qui cũ delitijs Paradisi Dei sui frui potuerint; vanos, vilesque elegerunt hortos, indignissimisque se se oblectarunt delitijs? Quidni confundãtur præ summa ignominia, atque opprobrio, qui, cum ex Deo vero, ex Deo totius consolationis, ex oratione, meditatione, cæterisque spiritualibus, quibus ille colitur exercitijs, inexplicabilibus perfrui debuissẽt consolationibus; terrena elegerũt, quæ sibi in Idola erigerent; quibus totis conatibus ministrarent: quib. semetipsos ita sacrificarent, vt vniuersas consolationes, cunctasque delicias suas in illorum cõstituerint cultu, & ex illorum colligant sacrificijs? Confundentur certè ab his Idolis, quibus sacrificauerunt, & erubescent super hortis, quos elegerunt, quando tantum intelligent dedecus: prout erubescebant ij, ad quos inquit Apostolus: i *Quẽ fructum habuistis in illis*, nempe ignominijs, *in quibus nunc erubescitis*, cum intellectus oculum purgatum habetis? profectò alium nullum, preterquam confusionis amaritudinem.

Voluptates sæculi honori obsunt.
Voluptates sæculi quãta afferunt ignominia amaritudinem.
f Psl. 48. 21.
g Thren. 4. 5.
h Esai. 1. 29.
i Rom. 6. 21.

DE ANIMA.

¶ Quòd si quæras, qua amaritudine per easdem sæculi voluptates, quibusve vulneribus, atque doloribus corpus ipsum conficiatur: haud longo tibi procedendum est itinere, cum quicquid ægritudinis, quicquid doloris humanum cruciat corpus: quæcumque in carne scateant vlcera: quæcumque infligantur vulnera, ea omnia ex nimio terrenarũ voluptatum vsu, experientia teste, prouenire nouerimus, k *Putruerunt*, ait Propheta Dauid; *& corrupta sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ*: quia scilicet tam insipiens fuit, vt totum me carnali dederim voluptati. *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus*, quoniam ita me carnis inuolui delitijs, vt ab eis me illusum non animaduerterim; ideò non solùm in anima, qua afflictus sum, & humiliatus sum nimis: qua miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem; sed etiam in corpore tantis repletus sum doloribus, talibus cruciatus ægritudinibus, tantisque scateo vlceribus, vt non sit sanitas in carne mea. Vnde benè & illius filius Salomon: l *Nunc ergo inquit, fili mi audi me, & attende verbis oris mei: Ne abstrahatur in vijs eius*, scilicet volupta tis, *mẽs tua, neque decipiaris semitis eius: multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea*. Egregiè verò idem met sapiens humanam describit insipientiam, propter quam tantam non sentiat periculorum amaritudinem, tantaque non animaduertat pericula: m *Statim*, inquiens, *eam* scilicet voluptatem, *sequitur quasi bos ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans, quod ad vincula stultus trahatur; donec ipsa* sæculi voluptas *transfigat iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum; & nescit quod de periculo animæ illius agitur*.

Voluptates sæculi causant ægritudines, & dolores in corporibus.
k Psl. 37. 6.
l Prou. 7. 24.
m Prou. 7. 22.

Propter quid pluribus, ac maioribus in externa conuersatione contendimus rixis, quàm propter huiusmodi voluptates assequendas? habemus in libro Genesis singularem id exprimentem historiam. n Quando Isaac fodit duos primos puteos, pro quibus rixati sunt Philistei, & quando tertiũ fodit, pro quo haudquaquam rixati sunt: *Foderũt enim*, dicit textus, *serui Isaac in torrente, & repererunt aquam viuam, sed & ibi iurgium fuit Pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium: Nostra est aqua. Quamobrem nomen putei, ex eo quòd audierat, vocauit calumniam: Foderunt autem & alium, & pro illo quoque rixati sunt, appellauitque eum inimicitias: Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt; itaque vocauit nomen eius Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus*. Qui sunt serui Isaac, qui interpretatur risus, nisi appetitus cuiuscumque, qui risui indulgere, consolationibusque sese studeat oblectare? Huiusmodi appetitus tunc fodiunt primos puteos, cum iuxta Domini querelam, o ipsum derelinquentes Deum fontẽ aquæ viuæ fodiunt sibi cisternas dissipatas voluptatum sæculi, quæ continere non valent aquas delectationum, ac consolationum, eo, quòd eædem consolationes maximam in se admixtam habeant amaritudinem; & bene pro his puteis pastores referuntur rixati; quia, cum duo tantum sint putei, & magna Pastorum, ac gregum potandorum sit multitudo: cum pauca sint, quæ voluptatem afferant: & è contra infinitus numerus eorum, qui voluptatem quærunt, ac insatiabiles vniuscuiusque appetitus; profectò necesse est, vt pro huiusmodi rebus maximæ concitentur contentiones; quandoquidem quilibet dubitans, ne sibi deficiant, neve sibi præripiantur, cum reliquis facillimè contendit, vt primus illis perfrui valeat; & quia singulorum exsatiari non potest appetitus, omnia pro semetipso vellet vnusquisque

Voluptates sæculi causant contentiones.
n Genes. 26. 15.
o Ier. 2. 13.

DE ANIMA. quisque: & cum cuipiam iniuriam fecerit, ab illo A sustinet calumnias; & cũ ab aliquo, ne ea assequatur, quoquo pacto impeditur, illico inimicitias suscitat: ac propterea congruis nominibus puteos illos legimus nuncupatos, alterum calumniam, alterum verò inimicitias: Sicut e contra aptissimo etiam latitudinis nomine tertium puteum inuenimus appellatum, pro quo nullæ commotæ sunt cõtentiones, quemvè pacificè obtinuit, summaque tranquillitate perfruitus est Isaac: ex cuius demum pacifico vsu ipsemet Isaac sese à Domino dilatatum agnouit. Etenim puteus iste Deus est, qui

p Ier. 2. 13 se ᵖ *fontem aquæ viuæ* per Ieremiam nuncupauit,

q Cant. 4. 15. quive etiam ᑫ *fons hortorum* cœlestium est, *& puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano:* Hunc puteum haud fodiunt serui Isaac, æquè B ac superiores, sed ipsemet Isaac: non appetitus carnales; sed ipsamet mens lætabunda, & gaudens; fodit autem tunc illum puteum in terra aliena, quando in hac misera vita, in hac lacrymarum valle ʳ

r Isai. 58. 14. *delectatur super Domino,* ˢ quando *exultat in Domino, et delectatur super salutari suo.* Quãdo inquit:

s Ps. 34. 9.

t Ps. 72. 28. ᵗ *Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam:* Puteus iste vnus est, attamen pro illo nulla suscitatur contentio, nullæ mouentur rixæ: quia tantas habet aquas viuas consolationum, quæ fluunt impetu de Libano, atque de cœlis; vt latitudo propriissimo dicatur nomine; quòd si innumeri ex illo spirituales haurire velint consolationes, vniuersi latissimum habeãt locum, copio C sissimasque hauriant aquas; Tanta est enim istius putei latitudo, adeoque magna spiritualium delectationum in ipso est copia, vt emphasi quadã Pro-

u Ps. 30. 20 pheta sic exclamarit aliquando, ᵘ *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti* (intra puteum) *timentibus te;* & cum ad puteum il-

x Ps. 17. 20 lum per diuinam adductus est gratiam, ˣ *& eduxit,* ait, *me in latitudine.* Vt autem ad propositum redeamus, cum per allatam historiam optimè sit probatũ, quã magna ob cõtentiones, & rixas in terrenis voluptatibus insit amaritudo, æquè ac in vino.

Voluptates sæculi conturbant familiam, amaritudineque afficiunt parentes eorũ, qui illis indulgent.

¶ Reliquum modo est, ostendere, quomodo eædem voluptates, nõ secus ac ipsum vinum domui etiam suæ, ac præsertim patri summam afferãt amaritudinem: quod quidem vtinam quotidiano à D nobis non probaretur experimento; breui tamen oratione à Salomone idipsum expressum habemus, cum diceret. ʸ *Qui commessatores pascit, confundit patrem suum:* Ecquis enim peius commessatores pascit: quàm qui insatiabilibus cupiditatib. cunctis satisfacere studet: quàm qui appetitus vni-

y Prouerb. 28. 7. uersos delitijs quibuscumque pascere, ac recreare contendit; tales profectò tantam, & patri, & toti domui suæ afferunt amaritudinem, & confusionem, vt vix mente id concipi possit.

Voluptates sæculi affligunt animam.

¶ Quid dicam de interna animi amaritudine, qua vnusquisq; cruciatur intrinsecus, dum istius perfruitur delitijs? Quid de asperrimis conscientiæ redargutionibus, quibus tamquam acutissimis E mordemur dentibus? Certè, si cuipiam hac de re fides præstanda sit, Salomoni opulentissimo, ac delicio sissimo Regi præstãdam esse crediderim: Qui cum in libro Ecclesiastes longè enarrasset, quomodo totum suum in eo collocarit studium, vt quotquot vel mẽte excogitari possunt, perfrueretur delitijs, ac voluptatibus, quæ ex hisce terrenis rebus percipi queũt: concludit tandem, sæpiusq; id repetit, vniuersa illa nil aliud esse, quã merã vanitatẽ, atque in omnibus voluptatib. ijs vidisse, ac sensisse afflictionẽ spiritus: Quapropter tãquã is, qui de oibus periculũ fecerit, paternam singulis sub vini

metaphora in libro Prouerbiorum dat admonitionẽ, dicens: ᶻ *Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & sicut regulus venena diffundet:* ac si dicat: Ne attendas terrenarũ voluptatum initia, quòd in hisce terrenis reb. quæ vitro sunt multò fragiliores, pulchram habeãt speciem, quòd suauitatem summam polliceantur; nã licet in principio ex ijs maximam tibi videaris percipere dulcedinem: in fine tamen tantam senties amaritudinem, vt præ animi, atque etiam corporis afflictione consistere nequeas, æquè ac is, quem acutissimis dentibus momordit coluber, quemve veneno suo infecit regulus. DE ANIMA.

z Prouerb. 23. 31.

Hanc autem sapientis admonitionem iugiter in mẽte impressam habet Anima Sancta: idcirco nũc eas ab hominibus sæculi sibi oblatas respuens, ait, *Osculetur me osculo oris sui, Quia meliora sunt vbera tua vino:* ac si diceret.

PARAPHRASIS.

¶ Satis me ista deceperunt, quando eorum non agnoscebam amaritudinem: quando mihi, quasi libet esurienti voluptates, et amara dulcia esse videbantur: At modo, quid mihi ea iterũ suggeritis? ᵃ

a Iob. 6. 6. *Nunquid potest comedi insulsum?* nunquid voluptas percipi potest ex re, quæ diuinæ consolationis nõ sit sale condita? *aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?* auferte iã ista hinc: quia ᵇ *cor,*

b Prou. 14 10. *quod nouit amaritudinẽ animæ suæ:* quod sibi cõsciũ est secreti mœroris, *in gaudio eius non miscebitur extraneus,* haud facilè solatijs istis capietur, quæ ex-

c Ps. 118. 85. trinsecus adhibentur: ᶜ *Narrauerũt mihi Domine iniqui delectationes,* (sic legit Aug.) *sed nõ vt lex tua:* osculare me ergo suauissimo osculo oris tui, quia meliora sunt vbera tua vino: quia, cum delectationes illæ tuæ sint instar vberum, ipsammet proferũt dulcedinem.

Voluptates sæculi haud esse necessarias, sed superfluas.

¶ Non solũ aũt ob hanc amaritudinis rationem Anima Sancta respuens vinum mundanarũ consolationum diuinas illis præponendas significat delitias; sed ẽt ob secundã, quam tetigimus rationẽ, necessitatis nimirũ cœlestium, & superfluitatis mũdanarum. Etenim vinum haud esse ad vitã necessarium, sed potius quid superfluum, patet primo ex quotidiana experientia, qua cõplures videmus, absque vllo vini vsu longissimam protogare vitã. Secundo ex eo quod inter necessaria à sapiente minimè id ponatur, cũ in libro Ecclesiastici ait, ᵈ *Initium,* vel ἀρχῆ, idest *summa vitæ hominis,* summa eorũ, quę necessaria sunt ad vitã hominis sustentandã, *aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegẽs turpitudinẽ:* Tertio demũ idipsum ex eo proba-

d Eccl. 29. 28.

e Hom. 6. 2. tur, quod ᵉ Nazareis, qui in antiqua lege Sanctorũ, & religiosorũ typũ gerebant, oĩs vini vsus interdi-

f Iud. 13. 5 citur. Sic de ᶠ nascituro Sampsone prohibetur Patri Manue, vt eum neq; vinum, neq; siceram bibe-

g Luc. 1. 15 re sinat: Quia Nazareus futurus esset ex vtero matris suæ: sic ẽt de Ioanne Baptista dr̃ Zachariæ, ᵍ *Vinũ & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur ex vtero matris suæ.* Quod si haud necessarium est vinum, sed potius quid superfluũ, atque indecens ijs est, qui tanquã Nazarei sese Domino dicarent: multò magis hoc ipsum de sæculi asserendũ est voluptatibus, quę vini nomine significatę sunt; Hinc est, quod etiam à sapientissimis Philosophorum Gentilium, nedum tanquam superfluæ, & nõ necessariæ; verùm, vt maximè omnium damnosæ abdicatæ sunt: Quod multò magis à fidelibus suis Dominum nostrum requisisse apparet, vbi dixit; ʰ

h Luc. 9. 23. *Qui vult venire post me abneget semetipsum,* renunciando scilicet terrenis voluptatibus, *& tollat crucem suam, & sequatur me.* Idcirco Anima Sancta, quæ

quæ & veram profitetur sapientiam, & cum Nazareis totam se se Deo dicauit, sponsumque suũ sequi desiderat, vinum illud, & voluptates istas respuit, tanquam sibi superfluas, atque damnosas, exposcens cœlestes illas consolationes, sine quibus in spirituali vita diutius vix perseuerare licet, dicẽs, *Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt vbera tua vino:* vberum eas exprimens nomine, quòd sicut vberum vsus paruulis adeò est necessarius, vt sine illis nullus reperiatur, qui nedum adolescat, sed vel breuissimam transigere queat vitã: Ita quoque tanta sit ijs, qui paruuli spiritu, atque malitia extiterint, spiritualium, ac diuinarum consolationum necessitas; vt si quis illis omnino caruerit; si illis diutius fuerit orbatus, in vita spirituali neque proficere, neque vllo pacto valeat perdurare: per spirituales autem consolationes hoc loco non solũ intelligimus consolationes, gustusque illos sensibiles, quos percipiunt animæ deuotæ in exercitijs orationis, ac meditationis: sed etiam eas, quas sentiunt iusti in quocunque spirituali exercitio, siue etiam in tribulationibus ipsis: qualibus perfruebatur Apostolus, cum diceret: [i] *Repletus sum consolatione, superabũdo gaudio in omni tribulatione nostra:* Vnde apparet quã congruè ab ipsa anima propter istiusmodi vberum necessitatem dictum sit, *Quia meliora sunt vbera tua vino.*

Consolationes spirituales necessaria ad vitã spiritualẽ prorogandam.

i 2. Cor. 7. 4.

¶ Quamquam per hanc loquendi formam, ac per nomina, quibus vtrumque significat consolationum genus, tertiam quoque ambabus ijs, quæ allatæ sunt, euidentiorem indicat rationem, qua spirituales delitiæ, delitijs præstantiores sint sæculi, quavè has respuat, illas verò efflagitet, nẽpe ex spiritualium abundantia, & perpetuitate, atq; ex terrenarum inopia, ac breuitate. Siquidem vinum semel tãtùm ex botris exprimitur, idque modicũ: &, cum semel expressum, fuerit consumptũ, haud amplius idipsum exprimi potest, cum botri illi, & vua illa, ex qua fuerat expressum, non habeat iam, quod denuò fundat, sed in perpetua proiecta sit ariditate; At vero vbera, cũ semel fuerint expressa, adhuc habent, quod exhibeant sugẽtibus: & cum exhausta videntur, rursum de fonte materni pectoris sumunt, quod eisdem propinent sugentibus. Sic autem pariter & cõsolationes terrenæ, cum vix ad modicum temporis ex hisce terrenis rebus exprimantur semel, vel aliquoties ad summum, illicò deficiunt, in maxima eos, qui illas expresserant relinquentes inopia, atque ariditate: quod benè per Ioelem Prophetam eis significatum est, cum diceret. [k] *Expergiscimini ebrii, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro:* ac si dicat: bibistis illud cum dulcedine, haud sentientes amaritudinem; sed si ob tam magnam, quæ talibus delitijs inest amaritudinem, à vestro mortali somno expergisci negligetis, expergiscimini iam, & maximis vlulate fletibus, quod eæ ipsæ, quas tanto studio ex terrenis rebus expressistis, illicò perierunt ab ore vestro, illicò defecerunt præ summa ipsarum inopia, præque magna terrenarum rerum breuitate, atque ariditate. E cõtra verò consolationum spiritualium tanta est copia, vt quantumcunque earum quis fuerit particeps, semper eadem reperiat vbera plena, quæ sugat. Explicat id præclare Esaias, ipsummet proponens Dominum, qui ad tales consolationes quoslibet vocet his verbis, [l] *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite: Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra.* In quibus quatuor de diuinarum consolationum vberibus significantur.

Consolationum & delitiarũ spiritualium copia quanta sit.

Voluptatũ sæculi inopia ac breuitas.

k Ioel. 1. 5.

l Isa. 55. 1.

¶ Primum, summa earum excellentia, quippe quæ non solum sitim, sed & famem tollant, cũctorumque delectabilium, quæ vel gustui grata sint, vel ad humanam vitam sint necessaria, vim in semetipsis contineant, atque proprietatem: vnde & aquæ dicuntur, & panis, & vinum, & lac: potatę sitim extinguunt, omnemque ab anima instar aquarum tollunt ariditatem; & instar vini vniuersum ab ea tollunt mœrorem; Et cum comeduntur, omnem à prouectioribus, instar panis abigunt famẽ diuinorum, atque etiam cunctam ab ijs, qui in incipientium gradu extiterint, instar lactis expellũt debilitatem.

Consolationum spiritualiũ sufficientia quãlis.

¶ Significatur secundo ingens Dei in istis consolationum vberibus exhibendis promptitudo: quippe qui non modo ea semper pro quibuscũque, qui ea sugere velint, parata esse voluerit: sed insuper continuis quoslibet ad ea sugenda vocet clamoribus.

In Cõsolationib. spiritualib. exhibendis quã promptus, et largus sit Deus.

¶ Tertio indicatur præclara eiusdem Dei in illis porrigendis largitas, ac liberalitas; quippe qui absque vllo temporalium rerum pretio illas largiatur, ac simul eas quodammodo vẽdat: Necnon & ipsarum consolationum valor significatur immensus, vtpote quæ nullum ex ijs, quę in terra sunt preciosissima, idoneum habeant precium; cum tamen suum, idemque summũ eas habere necesse sit precium, quo emantur: Quomodo enim dicũtur emi, si absque argento, & absque vlla conferantur commutatione? profectò, cum nihil in humanis, nihil ve in rebus terrenis habeamus, quod illis sit æquiualens, cum per nulla opera nostra vt sic eas mereri valeamus, dantur nobis absque argento, & absque vlla commutatione; nihilominus cum hoc pacto absque vlla dantur commutatione, emi dicuntur, & emi precio maximo, sanguine Iesu Christi, [m] *in quo*, vt ait Apostolus, *habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundũ diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia.*

m Eph. 1. 7.

¶ Quarto demum significatur in eisdem verbis summa voluptatum terrenarum inopia; Nam quãtumuis pro illis quis expendat, vel bonorum temporalium, vel laboris, nunquam tantum ex eis percipere, vel haurire potest, vt ijs vel quasi pane valeat se recreare, ac vires aliquãtulas sumere. Quod vehementer admirans Dominus indicat, dum eis, qui rebus tã aridis tanto studio indulgent, vt absque vllo fructu sua vniuersa consumant; *Quare* inquit, *appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate?* Cum è contra, ea sit diuinarum consolationum copia, vt quotquot Dei suxerint vbera, semper absque vllo labore tantum inueniant, quod hauriant, vt vnusquisque maxima se recreare queat abundantia; singulorum enim, qui tale comederint lac, *delectabitur anima in crassitudine.*

Voluptatũ sæculi inopia: & consolationum spiritualiũ quanta sit copia.

¶ Hanc tertiam rationem, qua terrenis voluptatibus præstant spirituales, atque cœlestes consolationes, tangit Bernardus, dicens; pulchrè sponsam vino comparare carnalem affectum: quia, sicut vua semel expressa nõ habet iam, quod denuò fundat, sed perpetua ariditate damnatur: Sic caro in pressura mortis ab omni prorsus sua delectatione siccatur, nec vltra reuirescit ad libidines: Verum vbera non sic: Hæc enim cũ exhausta fuerint, rursum de fonte materni pectoris sumunt, quod propinẽt su-

Bernard. Serm. 9. in Cant. in fin.

De ANIMA. ſugentibus. Meritò proinde, inquit Bernardus, meliora carnis, ſæculi, e amore aſſeruntur vbera ſpōſę, (accipit enim hęc tanquam ad ſponſam dicta,) quæ nullo vnquam lactentium numero areſiunt; ſed ſemper abundant de viſceribus charitatis, vt iterum fluant. Hæc dicta ſufficiant circa primū pręſentis ſententiæ ſenſum, quantum ſpectant ad Animam; Sed, nè omnino ieiuni trāſeamus & ſenſum alterum, quem ſecundo loco in littera attulimus.

II. SENSVS. ¶ Iuxta eum dicendum, hoc loco proponi a Spiritu Sancto Animam diuinæ miſericordiæ, ac bonitati firmiſſimè nitentem: quæ, cum ad modicum temporis aliquando abſque vllo ſpiritualium rerum guſtu, atque in magna ariditate à Deo derelicta videretur, & à nonnullis, qui in vita ſpirituali parum verſati eſſent, in deſperationē propè adduceretur, quaſi Deus ob peccatum aliquod occultū ei indignatus haud amplius ad ipſam eſſet venturus, ſuiſque ſpiritualibus, atque diuinis conſolationibus eum haud amplius recreaturus, in illius benignitate confidens, eoſque deſpiciens ad ſuum conuertatur conſolatorem, & dicat.

Conſolationibus ſpiritualib. deſtituta, qd facere debeat Anima.

PARAPHRASIS. ¶ *Oſculetur me*, vel, Oſculetur me oſculo oris tui. Non deſpero, quantumuis te meis offenderim ſceleribus: Recolo te dixiſſe, [n] *In quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius*: Veni obſecro, & me tua dilectiſſima præſentia deoſculare oſculo conſolationum tuarum: *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: quia multò præſtantiora ſunt vbera miſericordiæ, ac benignitatis tuæ quolibet vino indignationis, qua in nos videaris commotus. Quomodo autem ita indignatus eſſe potes, vt me penitus relinquas? cum adeò præſtent vbera miſericordiæ tuæ vino talis indignationis; vt tu ipſe vniuerſo populo tuo ſignificatum reliqueris, & ſemper ſingulos portaturum filios tuos, eoſque tua conſolaturum gratia, cum diceres: [o] *Audite me domus Iacob, & omne reſiduū domus Iſrael, qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua: Vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram, ego portabo & ſaluabo.* Quid timeam iam indignationē tuā, cum vbera benignitatis, ac miſericordiæ tuæ ſuperent omnem matris miſericordiam? Mater portat filios in vtero, eoſque natos tādiù geſtat in vlnis, proprijſque alit vberibus, quamdiu adoleuerint; cum autem creuerint, à ſe eorum abdicant curam: Tu verò non modo nos in tuo portaſti vtero: non modo cum in initio eſſemus conuerſionis in tuis portaſti vlnis, tuiſque pauiſti conſolationum vberibus; ſed pro ea, qua in nos affectus es miſericordia, nunquam nos deſerere vales; polliceris enim, te non ſolùm, cum adoleuerimus, ſed etiam vſque ad extremum vitæ noſtræ nos geſtaturum, noſtrique curam habiturum, ac tua conſolaturum præſentia. Quid mihi obijciunt indignationem tuam, cum meliora ſint vbera miſericordiæ tuæ vino ipſius indignationis? Peccaui, verū eſt, teque ad iracundiam meis concitaui peccatis: At indignatio tua multum ſuperatur à miſericordia: cum enim noſcas, me paruulum eſſe, infirmū, ac puerum delicatum, quamuis irritatus, quamuis indignatione commotus in modico, & ad punctum me dereliquiſſe videaris, haud tamen mei obliuiſci potes, haud me diutius à tuis abdicas vberibus: ſed illicò commouentur viſcera tua ſuper me, ſic enim aliquando ipſemet ſignificas, dicens, [p] *Si filius honorabilis mihi Ephrahim, ſi puer delicatus, quia ex quo loquutus ſum de eo: (nimirum in indignatione) adhuc recordabor eius; Idcircò conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum, miſerans miſerebor eius*: Et cur Domine Deus, & Pater vitæ meæ, niſi quia vbera tua meliora ſunt vino?

n Ezech. 18.22.

o Iſai. 46. 3.

p Ier. 31. 20.

DE B. MARIA

Ex Verſ. II. Quia meliora ſunt vbera tua vino.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.

Verti non immeritò ſolet in controuerſiam, quidnam in B. Virgine extiterit præſtantius, Et ne plenam gratia, de quo ab Angelo eam legimus commendatam; An vero eſſe matrem Dei. Et quidem S. Aug. lib. de Sancta Virginitate, ſimpliciter aſſerere videtur, præſtantius fuiſſe, quòd extiterit gratia plena: ait enim, Beatior Maria percipiēdo fidem Chriſti, quàm concipiēdo carnem Chriſti: Nam & dicenti cuidam, [a] *Beatus venter, qui te portauit*; ipſe reſpondit, *Imo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt*: Denique fratribus eius, id eſt ſecundum carnem cognatis, qui non in eum crediderunt, quid profuit illa cognatio? Sic & materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi fœlicius Chriſtum corde, quàm carne geſtaſſet. Hæc Auguſtinus.

In Maria qd fuerit præſtātius, eſſe gratia plenā. An eſſe matrē Dei

Aug. c. 3.

a Luc. 11. 27.

¶ Nihilominus, cum ab ipſamet B. Virgine hoc loco dicantur Meliora vbera, & amores Dei, quocumque vino laudis Angelicæ, vel humanæ: in contrariam libentiſſimè adducor ſententiam; vt præſtantius illi fuerit, ita a Deo dilectam fuiſſe, vt eā pro ſua elegerit Matre, quàm quòd reliquis omnibus gratiarum priuilegijs ab illo fuerit cumulata. Id autem mihi exinde perſuadeo, quòd ideò tanta illi gratiarum collata eſt plenitudo, tam excellens gratiarum cumulus, tamque maturo tempore, vt eſſet idonea dignitati matris, ad quam fuerat electa, vnde, ſi fiat ſermo de maternitate, ſeiuncta à diuinæ gratiæ prærogatiua, verum eſt quod ab Auguſtino aſſeritur, Nihil Mariæ profuturam fuiſſe Chriſti maternitatem, niſi per gratiam eum concepiſſet prius mente, quam corpore: niſi per diuinæ gratiæ plenitudinem Chriſtum prius in mēte, quā in carne geſtaſſet: Attamē Chriſti maternitati tam inſignis congruebat diuinæ gratiæ præparatio. Si enim Rex Dauid pro conſtructione templi tam immenſam auri, argenti, cæterorumque omnium fecit præparationem, vt vniuerſis, qui eam legerint, grandis incutiatur admiratio: idque propterea ab eo actum eſt, quòd non homini quantumlibet pręinſigni, ſed Domino Deo conſtruenda eſſet habitatio; ſic quippe ipſemet loquitur: [b] *Opus grāde eſt, neque enim homini præparatur habitatio, ſed Domino Deo*: profectò multò maior à ſummo omnium Rege in B. Virgine facienda erat pręparatio & priuilegiorum, & gratiarum, cum in illius ventre opus tam grande, ac tam ſublime pararetur, habitatio Dei pariter, ac hominis, opus Incarnationis diuinæ; cū B. Virgo illius pararetur mater in terris, qui æternum Deum haberet Patrem in cœlis. Quòd, ſi iuxta vulgatam illam Ariſtotelis propoſitionē, Propter quod vnūquodque tale, & illud magis, argumentari licet: Certè id inferre facillimè fas eſt, Dei matrem eſſe, Deum peperiſſe, in B. Virgine præſtantius extitiſſe, quàm gratiarum omniū cumulum; quādoquidem reliqua omnia priuilegia, reliquæ gratiæ, in tanta præſertim copia propter hoc vnum ei collata ſunt, quia Mater Dei eſſet futura. Quapropter præclarè ipſamet, cum ſingularē illam Gabrielis audiſſet laudem, *Aue gratia plena*, cumque huiuſcemodi reſpuens vinum ad Deū cōuerſa,

Maternitas B. Virgini fuit præſtātior quacūque alia prærogatiua illius.

b 1. Paralip. 29. 1.

DE MARIA

uersa diuinæ se subiecerit voluntati, diuinamque efflagitarit Incarnationem, per verba illa. *Osculetur me osculo oris sui*: prout longius supra est explicatum. Nunc in istis verbis affert rationem, quare id tanto exposceret studio, quæ tanto plena esset gratiarum cumulo: & ait. *Quia meliora sunt vbera tua vino*; ac si diceret. A

PARAPHRASIS.

¶ Quamuis tua Domine benignitate tantis sim cumulata gratijs: quamuis suauissimum mihi sit, quòd tua liberalitate & dici merear, & sim gratia plena; Laus tamen ista haud conferenda est cũ singulari hoc priuilegio, quo Mater tua cõstituar: idcirco obsecro te, vt osculans me osculo oris tui, sumas ex me carnem de Spiritu Sancto, Quia meliora sunt ista amoris indicia, quibus Dei mater & dicar, & sim, quàm sit vinum cuiuscumque alterius priuilegij, alterius laudis, quantumuis insignis, quantumuis eximiæ. B

¶ Bene autem præstantissimam laudem illã Angeli per vini designauit metaphoram, quia sicut per vinum potens solet conturbari mens potãtis: Ita per laudem huiusmodi adeò eximiam, adeoq; excelsam, & mens eius conturbata est humillimæ Virginis, conturbatione licet salubri: Ideoque in Euangelio dicitur: [c] *Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.*

c Luc. 1. 29

¶ At quam proportionem, dicet aliquis, vbera Dei habent, cum maternitatis insigni, quo à Deo singulari donata est priuilegio, vt Virgo mater esset, & mater Dei: Si de proprijs vberibus dixisset, *Quia meliora sunt vbera mea vino*, haud impropria esset locutio, aptaque esset metaphora vberũ, quibus maternitatem ipsam suam designaret, cum in vberibus præcipuum matris constitutum sit munus alendi filios, quos peperit; Nihilominus & proprijssimè quoque locuta est, cum dixit, *Quia meliora sunt vbera tua vino*. Siue enim vberum Dei appellatione amor Dei significetur, siue proprio significatu vbera ipsa designentur, siue lac indicetur, qđ ex vberibus fluit; Rectè, & propriè B. Virginis maternitas per ea signatur: Nam, cum in ipsa Virgine lac miraculosum fuerit, & vbera cœlesti lacte exuberantia Dei singulare munus extiterint, vnde ab Ecclesia dicuntur vbera Sacra, & de cœlo plena: iure optimo Virgo beatissima, *vbera tua*, dixit, potiusquam *vbera mea*, ac si dixisset vbera, & lac, dona tua a te Deo meo mihi collata, vt ipsa mater tua exinde intelligeret, q. te lactaré sacro vbere de cęlo pleno. Proprius tamen *vbera tua* dixit ad tam excelsam designandam maternitatem, per Dei vbera illius intelligens amores; quia nulla alia in re Dei amorem efficacius in se exhibitum nouerat, quàm per donum ipsum maternitatis huiusmodi: sicut nec Christo Pater vlla in gratia quantumuis eximia præstantius, ac validius amoris præstitit specimen, quàm in collatione filiationis eius: quod egregie explicatur ab Apostolo in epistola ad Hebræos, vbi ait. [d] *Tanto melior Angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te? & ad Angelos quidem dixit, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem, Thronus tuus Deus in sæculum sæculi*, &c. Per reliquas sane gratias vniuersas, quantumcumque eximias Beata Virgo nullo magis honorifico insignita est nomine, quam ministræ, & ancillæ Dei, sicut & Angeli insigni gratiarum decore sublimes, idipsum ministrorum Dei nomen sortiti sunt: ideoque dixit, *Ecce Ancilla Domini*; at vero per singulare hoc maternitatis priuilegium, illustrissimum matris Dei nomen adepta est, & singularem diuini amoris, eiusdemque diuinitatis adepta est participationem.

Maternitas B. Mariæ quam proportionẽ habeat cũ vberib. Dei.

d Heb. 1. 4

APPENDIX.

Ex Vers. II. Quia meliora sunt vbera tua vino.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Præ multitudine dilectionis, qua dilexit nos magis, quàm Septuaginta nationes.

Cõueniunt Patres vniuersi in hoc, vt verba hæc ad præsentem dicta sint sponsum, qui sponsæ ipsi sese exhibuerit statim, ac protulit ea verba. *Osculetur me osculo oris sui*. Sed quamuis secundum Origenem tam homilia prima ex duabus, quam homilia item prima ex quatuor, Theodoritum, atque Gregorium Papam expositione in Cantic. vocatus atque rogatus ad spõsam illico accessisse dicatur, vt illam compotem efficeret votorum eius, quæ ipsi proposuerat, dicens, *Osculetur me osculo oris sui*: Vnde & colligit egregie idem met Origenes, quanta cum celeritate Deus spiritalis sponsæ exaudiat preces, & vota: cũ in medijs precibus sponsam hic audierit, iuxta illud, [a] *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum.*

Origenes. Theodor. Greg. Papa.

In medijs precibus exaudit Dominus vota piæ animæ orãtis.

a Isa. 59 secundum sep.

Tamen Bernardus sermone nono in Cãt. qui (vt notatum est in præcedentium verborum catena) sponsam cum sodalibus ibi locut. inde: moribus sponsi existimauit: haudquaquam vult, sponsum hoc loco sponsæ se exhibuisse vocatum, atque rogatum, sed sua spõte. Vnde colligit, Deum non solum preces spiritualis sponsę celeriter audire, cũ inuocatur; verum etiam eidem præsto esse, & gratias elargiri de se loquenti, & confabulanti. Non vocatus nunc, inquit, adfuit, & delectatus verbis præuenit preces, iuxta illud, [b] *Antequã clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.* C

Bernard.

De se loquẽtibus illicò Deus adest, eorumque vota exaudit, antequam inuocetur.

b Isai. 65. 24.

In allegoria explicanda tanta inter eosdem Patres est sententiarum varietas, vt difficile admodũ sit ad exiguum numerum, vel ad concordiam eas adducere vniuersas. D

Communior est, vt vberum Dei metaphora dulcis noui testamenti gratia, atque doctrina designetur, quæ præstantior asseratur rigore, & austeritate veteris testamenti, vini appellatione signati. Ita Orig. hom. 1. ex 4. Cassiodorus, Beda, Aponius, Iustus Orgelit. expos. in Cant. & alij, quem sensum longius pertractatum habes in secunda nostra expositione.

Lex & doctrina noui testamenti præstantior lege testamenti veteris.

Origenes. Cassiodor. Beda. Aponius. Iustus Orgel.

Plerique per vbera Dei ex carnalium uberum situ, & positione i pectore, & supra cor, ipsum Dei pectus, seu cor designatum accipiunt: Differũt autem hi in explicando, quodnam illud sit pectus, atque cor Dei, & cui præferatur uino. E

Siquidem Origenes primùm intelligit cogitationes, iudicia, & sensus, atque consilia ipsius, nam hom. 6. in Ezec. sic ait, [c] Ioannes recubuit super pectus Iesu, qui communionem habiturus erat intellectuum, & cogitationũ ipsius. Et apertius hom. 1. ex duabus in Cant. Communica, inquit, ut sponsa cum sensibus sponsi, & scies, quia inebriant, & lætificant istiusmodi cogitatus.

Origenes.

c Io. 13. 23

Consiliorum Dei particeps effecta anima charitate flagrans.

Idipsum sensisse uidetur Greg. Nyss. hom. 1. dũ ait: Omnino autem, qui cor quidem occultam, & arcanam diuinitatis uirtutem intelligit, non errabit: ubera autem bonas diuinæ uirtutis pro nobis operationes merito possumus existimare, per quas uniuſ-

Greg. Nyssen.

APPENDIX.

Pia anima ſifilia Dei, & participatio eſſectũ eorũ deſeruiunt pro qualibet nutrimento.

vniuſcuiuſque vitam, tanquam nutrix alit Deus, vnicuique eorum, qui accipiunt, conueniens largiens nutrimentum. Quibus verbis & illud intelligere videtur hoc loco ſignificatum, iudicia ipſa, & conſilia Dei atque eorum opera ijs, qui ea percipiant, deſeruire pro nutrimento lactis, atque vini, iuxta poſſibilitatem, & captum vniuſcuiuſque, idque multo præſtantius quam quod terrenum eſt vinum.

Origen. d Ioan. 13. 23.

Sapientia, & doctrina, quæ in duobus eſt teſtamẽtis præſtãtior, & dulcior omni voluptate ſenſibili.

Alio pacto Orig. hom. 1. ex 4. in Cant. per cor, ac pectus Chriſti, illius ſcientiam, atque dogmata intelligit. Certum eſt enim ait, quod Ioannes in principali cordis Ieſu, atque in internis doctrinæ eius ſenſibus requieuiſſe dicatur in Euangelio, ibi requirens, & perſcrutans theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ, qui reconditi erant in Chriſto Ieſu; ſic ergo hoc loco ait Sponſa: Cor tuum ò ſpõſe, & mẽs, id eſt dogmata, quæ intra te ſunt, vel doctrinæ gratia ſuperat omne vinum, quod cor hominis lætificare ſolet.

Ambroſ.

Ad idem recidunt, quæ ait Amb. lib. de Iſaac, c. 3. a quo tamen apertius hic ſenſus explicatur ſer. 1. in pſ. 118, ver. 1, his verbis. Tanquam deſpiciens omnes iucunditates, & delectationes ſuas, cœleſtibus cupiens inhærere mandatis, ait. Quoniam optima præcepta teſtamentorum tuorum ſuper omnẽ appetentiam carnis, & ſæculi voluptatem. Meminerat enim, ſe in Eua ante ſic lapſam.

Greg. Nyſ.

Doctrina Chriſtiquã uis infantilis melior eſt quacunque doctrina, et ſapiẽtia humana.

At vero Greg. Nyſſ. hom. 1. eandem Dei doctrinam, & ſapientiam per vbera accipiens, vino cenſet eam præferri omnis humanæ ſapientiæ: egregie enim hoc loco ait ſignificatum, vniuerſam humanam ſapientiam, atque ſcientiam non poſſe exequari ſimplici nutrimento diuinarum diſciplinarum; lac fluit ex vberibus: eſt autem nutrimentum infantium: Vinum autem propter vim, & calorem datur fruendum perfectioribus, ſed tamen quod eſt perfectum in externa ſapientia minus eſt, quã diuini Verbi infantilis doctrina. Propterea vino humano meliora ſunt vbera diuina.

Anſelmus.

Ad hunc ipſum ſenſum referri poteſt, & expoſitio Anſelmi, qua inquit, doctrinam Euangelicam hic præferri doctrinæ Philoſophorum.

Sacra Scriptura doctrina ſuauior quacũque delectatione humana.

Philo Carpat.

Philo Carpathius applicat hæc ad duo teſtamẽta. Vt enim, inquit, vbera hinc inde pectori affixa cor ambiunt. Ita duo teſtamenta ex Spiritu Sancto ſpiritalem nobis potionem, diuini lactis inſtar effundũt, noſque ſuper delectationes omnes humanas ſanctiſſime lætificant, atque tuentur.

Greg. Papa.

At vero Gregorius Papa lib. 30. Moral. c. 10. per Chriſti vbera Doctores accipiens. Iſta inquit ſunt vbera, id eſt Doctores, quæ in arca pectoris fixa, lacte nos potant; quia ipſa arcanis ſummæ contemplationis inhærentes ſubtili prædicatione nos nutriunt.

Origenes.

Pia anima oblectatur in perſcrutãdo ſenſu ſpirituali, reiecto ſenſu litteræ.

Origenes hom. 1. ex quatuor obſcurius verba iſta applicans ad animam; poſſumus dicere, inquit, quia donec quis paruulus eſt, & nondum ſemetipſum ex integro obtulit Deo, bibit vinum, quod affert ager ille, qui habet intra ſe etiam theſaurum abſconditum, & bibens lætificatur ex vino. Cũ autẽ obtulerit & deuouerit ſemetipſum Deo, ac Nazareus fuerit effectus, atque inuenerit theſaurum abſconditum, & ad ipſa vbera, fonteſque peruenerit Verbi Dei, vinum, & ſiceram iam non bibet; dicens ad ipſum Dei Verbum de his theſauris, qui in ipſo ſcientiæ, & ſapientiæ reconditi ſunt, *Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum*. Quo loco videtur iſtiuſmodi ſenſum afferre; vt anima imperfectior in agro ſacrarum litterarum vino lætificetur ſenſus litteralis: quod tamen vinum poſtea reijciat cũ perfectior effecta, arctiuſque Deo iuncta theſauros complectitur ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, qui in eodem agro abſconditi ſunt, ſpiritualique ſenſu, & abſconditis oblectata myſterijs dicat, *bona ſunt vbera tua vino*.

Guſtãs Dei ſapientiam reijcit ſapientiã humanam.

Vel per agrum accipit Orig. Eccleſiã, in qua pia anima, dum imperfectior eſt, delectetur vino ſciẽtiarum humanarum, quas poſtmodum contẽnat, dum perfectius Deo ſacrata diuinam guſtauerit ſapientiam, iuxta ſenſum allatum ex Nyſſeno.

Tres Patres Ambroſius. Euchariſtia Sacramentũ eſt melius, ac ſuauius quacunque re mundi.

Catena trium Patrum apud Theodoritum commendari per hæc putat ſacramenta altaris, quæ tãtam conferant dulcedinem, vt cum ea vix comparari queat dulcedo cuiuslibet rei: ait enim. Quod ſi vbera myſtice etiam vis intelligere, per vbera illa admiranda, & vino præſtantiora; cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus omnes nos pietatis alumni nutrimur. Quem ſenſum attulimus ſupra in Appendice ſuperioris ſententiæ, ſignificatũ quoque ab Ambroſio lib. 5. de Sacramentis, cap. 2.

Greg. Papa.

Charitatis doctrina præſtãtior quacumque cura temporali.

Gregorius Papa expoſ. in Cant. per duo Chriſti vbera duplicem accipiens dilectionem, cuius doctrina præſtantior ſit omni re temporali, Ex duplici, inquit, hoc vbere anima lacte pietatis nutritur; per vinum vero intelligens curam temporalem, a qua mens cuiuslibet ſæcularis inebriatur ita, vt ad inuiſibilia cognoſcenda inſenſibilis reddatur: vbera, inquit, vino meliora exiſtunt, quia illud necat, hæc nutriunt: illud oculos mentis turbat, hæc acuunt: illud apoſtatare facit etiam ſapientes, hæc ipſos idiotas vtique ſapientiſſimos faciunt: quæ quot vicibus ſponſa cum dilectionis vbertate ſugit, tot ſententias ſapientiæ in ventrem memoriæ trahit.

Bernard. Serm. 9.

Vbera lõganimitatis, & miſericordiæ Chriſti efficaciora ſunt ad ſpirituale profectum quã increpatio prælatorum.

Bernardus Abbas per duo Chriſti vbera intelligens eius longanimitatem, & miſericordiam. Anima, inquit, experta geminam Chriſti bonitatem: gemina enim dulcedo ſuauitatis exuberat in pectore Ieſu, Longanimitas nimirum in expectãdo, & facilitas in donãdo, iuxta illud Pſalmi.[e] *Longanimis, & multum miſericors*: huius inquam geminæ bonitatis, horum vberum dulcedinem experta anima, inquit, audaciam ſumpſiſſe ex his vberibus, vt peteret oſculari: quaſi dicat ſponſo, quem ſibi illico præſentẽ vidit ex improuiſo. Quid mirũ, ſi ſic præſumo de te ò ſponſe, quæ de tuis vberibus tantam ſum experta abundãtiam ſuauitatis? certe ad audendum me illa prouocarunt non meorum confidentia meritorum: pinguedo enim gratiæ, quæ de tuis vberibus fluit, efficacior mihi eſt ad ſpiritualem profectum, quam mordax increpatio Prælatorum. Hunc ipſum ſenſum videtur ſequi etiam Hugo de Sancto Victore lib. 1. Miſcellan. 2. tit. 53. tom. 3.

e Pſ. 102. 8

Hugo Vic.

Aponius.

Ioannes Baptiſta, & Ioãnes Euãgeliſta duo vbera Chriſti præſtantiora quarũcũque Prophetarũ doctrina.

Aponius lib. 1. in Can. per Chriſti vbera duos intelligit Ioannes, Baptiſtam, & Euangeliſtã, dicens. Non eſt inconueniens duo vbera Chriſti Baptiſtã, & Euangeliſtam duos Ioannes intelligi proprie, qui Eccleſiæ poſt oſcula Incarnationis pleniſſima vbera ſunt propinati. Cum alter eum Solum, peccatum mundi tollentem, Agnumque demonſtrat Eccleſiæ. Alter In principio Verbum Deum, apud Deum Patrem manentem: qui per immaculatã vitam, ita in Chriſti amore, quaſi vbera pectori adhæſerunt. Porro hæc duo vbera fundentia lac doctrinæ incarnationis, & æternæ filiationis verbi, præſtantiora vino doctrinæ omnium prophetarum extitiſſe ex hoc loco videtur colligere idem Aponius.

Rupertus Abbas.

Rupertus Abbas libro primo in Cantic. per duo Dei vbera duplicem intelligit diuini amoris, & Spi-

APPENDIX.

Dulcedo amoris Dei, & spiritus sancti quã eximia fuerit in B. Maria.

Spiritus Sancti dulcedinem; duoque præcipua data eiusdem Spiritus, alterum in remissionem peccatorum, alterum in diuersarum gratiarũ diuisiones, tribuensque verba illa Beatæ Mariæ, quæ hisce ambobus vberibus lactata significatur per illa Angeli verba. ‡ *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*; quatenus & in Cõceptione filij præseruata est ab omni sorde corruptionis; & omni gratiarum genere decorata est per superuenientem spiritum; Ideo ait, recte nunc eam dicere, *meliora vbera* ista *vino*: quòd optime agnosceret, quam melior, dulcior, & fortior esset huiusmodi voluptas, siue amor Dei, in quo concepit, vino voluptatis carnalis, sine cuius ebrietate nulla vnquam mulier præter ipsam concipere potuit, aut poterit.

‡ Luc. 1. 35.

Bernard.

Gratia, quæ confertur in oratione melior est scientia sæculari.

Singulari modo Bernardus sermone nono in Cant. de vberibus sponsæ, atque animæ hæc accipit, velut dicta a sponso in hunc sensum. Habes sponsa, quod petijsti, & hoc tibi signum, quia meliora facta sunt vbera tua vino. Hinc te scilicet noueris osculum accepisse, quod te concepisse sentis; vnde & vbera tua intumuerunt, facta in vbertate lactis meliora vino scientiæ sæcularis, quæ quidẽ inebriat; sed curiositate, non charitate; implẽs, nõ nutriens; inflans, non ædificans.

Vel, vt dicta ab eiusdem sponsæ sodalibus, idq; duplici modo.

Scientia dona necessaria vino contemplationis.

Primo, vt tale quid sibi velint; Iniuste murmuras aduersus sponsum; quia id plus valet, quod ille iam dedit, quam quod tu petis; quod enim postulas, te quidem delectat: Sed vbera, quibus paruulos alis, quos & pascis, meliora, idest necessariora sunt vino contemplationis.

In aliorum cura, & eruditione maior fructus, quam in contemplatione.

Secundo, vt eidem animæ desideranti secretum contemplationis, & curæ ipsarum propriam præferenti quietem dicant. Noli & cętera, vt supra: quia maior in vberibus, quã in amplexibus fructus existit: per ea enim nos vendicas a carnalibus desiderijs, quæ vini nomine designantur.

Prælatorũ duo vbera sunt congratulatio, & compassio.

Declarat autem Bernardus serm. 10. quænã sint vbera sponsæ illius, quæ alijs bene præsit, vel alios bene doceat, nimirum duplicem affectum maternum congratulationis, & cõpassionis, iuxta illud Apostoli: ‡ *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus*: pro diuersitate autem istorum vberũ diuersas & lactis proponit species; vt congratulatio quidem exhortationis, compassio vero consolationis lac fundat. Porrò vtramque speciem dicit vbertim cœlitus irrorari pectori suo spiritualem matrẽ toties sentire, quoties diuinum osculum sumit.

‡ Rom. 12. 15.

Vers. III. Fragrantia vnguentis optimis.

Expositio Prima. Iuxta sonum litteræ.

CVm ex communi fere omnium nostrorũ sententia verba ista ad superiora referri soleant, quasi adiectiuum *fragrantia* sit appositũ *vberum*, quæ in præcedenti versu dicta sunt meliora vino. Idcirco sententiæ huic inhærentes, quam, vt videmus communiorem, ita & probabiliorem pariter existimare debemus; supponendum, adiectiuum *fragrantia* dupliciter accipi posse, vel vt simpliciter positum, sicut sonat; vel vt sit positiuum pro cõparatiuo *fragrantiora*, iuxta frequentissimam tum sacrarum, tum profanarum litterarum consuetudinem.

Si hoc secundo modo sumatur, sensus est planus; vt sicut vbera quo ad saporem, atque dulcedinem, siue etiam vim, atque virtutem iam prælata sunt vino, quod inter liquores omnes iucundissimum, atque efficacissimum existimari solet: sic & modo quoad odorem eadem præferantur vnguentis, ac aromatibus ijs, quæ odoris fragrantia maxime excellant; vt sic appareat, iure ab sponsa reiecta fuisse & vina, & vnguenta, quibus ipsam recreare studuissent eius sociæ.

LITTERA. I. SENSVS.

Beda. Iustus Orgel. Anselmus.

Si vero sumatur primo modo, sic tale adiectiuũ erit appositum vberum, in hoc sensu; vt ipsa vbera, cum sint fragrantia vnguentis optimis, cum redoleant odorem optimorum aromatum, sint meliora vino, quantumlibet suauissimo, quantumlibet redolenti, cuius odore ipsam recreare studerẽt: ac si diceret sponsa.

II. SENSVS.

Cassiodor. Greg. I. P. Rup. Abb. Bernard.

Quid mihi præ desiderio dilecti mei deficienti affertis vini odores? Nolo istiusmodi medicamenta; veniat, veniat ille, & osculetur me osculo oris sui; sat enim noui, quia vbera eius fragrantia vnguentis optimis meliora sunt uino. Atque hic sensus magis accedit ad eum, quem ex originalib. deducere fas est.

PARAPHRASIS.

Originalia quippe neutiquam hæc referre uidẽtur ad superiora. Nam Hebræa, præcedentem sententiã signo illo finiunt, quod uocant sophpassuk, & hic nouam incipiunt sententiam, atque sic legũt לריח שמניך טובים lereah scemanecha thobim, idest, *odori*, uel *ad odorem*, uel *propter odorem vnguẽtorum tuorum optimorum*: tum subdunt: *Oleum effusum nomen tuum*. Quis uero non uideat, hunc esse sermonem præcisum, amanti, atque præ amore deficienti maxime congruum? qui quidem sic præcise cum admiratione prolatus isto, uel simili modo supplendus est. Odori, uel ad odorem unguentorum tuorum, quibus es delibutus, quis alius comparari potest? Quem sensum reddiderunt Septuaginta Interpretes, cum uerterint, *& odor vnguentorum tuorum super omnia aromata*: ϗ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα. Ad quem sensum haud difficile etiam littera nostra refertur, si ipsa quoque accepta ut sermo præcisus cum admiratione sic suppleatur *fragrantia* (substãtiuè) unguẽtis, uel in unguentis optimis, scilicet tuis, cuinam comparari potest fragrantiæ alterius? ac si dicat. Talis, ac tãta est, ut nulla alia ei comparari queat.

III. SENSVS.

Origenes. Greg. Nyssen. Theodor. Philo Carp. Aponius.

Quãquam, si dictionem לריח lereah uertamus, *propter odorem* (sæpius enim, ut notũ est, qui Hebraicam callent linguam, littera ל lamed assumi solet pro præpositione propter:) hic sermo præcisus isto modo suppleri poterit. Propter odorem unguentorum tuorum optimorum, ipsa, quæ iam deficio, recreabor illico, atque animam summam. Ad quem sensum reducetur quoque, & littera nostra, si substantiuum *fragrantia*, sumatur in septimo casu: ac si diceret sponsa ad socias.

IIII. SENSVS.

littera lamed sumi solita pro præpositione propter.

Auferte ista hinc: auferte uina: auferte, & unguenta: Neque enim his recreari ualeo. Veniat modo dilectus meus: Osculetur me osculo oris sui, hoc est unicum languoris mei remedium: quia mihi meliora sunt ubera eius uino: & tantus est odor unguentorum, quibus ipse est delibutus, ut per eius fragrantiam illico reficienda sim. Ad exagerãdam autem istam sponsi fragrantiam bene subdit, *Oleum effusum nomen tuum*, idest tanta est ista fragrantia, ut non solum dici queat summe odoratus, sed oleum, & unguentum ipsum effusum: ipseque bonus odor nominetur, prout latius infra explicabitur.

PARAPHRASIS.

Vers.

Verf. III. Fragrantia vnguentis optimis.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

I. SENSVS. VVlgata Philosophorum opinione asseritur, odoratus organum secundum participationem aliquam esse naturæ igneæ non secus, ac organum visus est de natura aquæ, & organum auditus est de natura aeris. Quòd si hoc verum est, prout verissimum esse existimo; & si sensibilibus, ac carnalibus spiritualia comparanda sint, haud incongruè dicet quis, eum, qui diuinorum operum percipiat fragrantiam, participem aliquo pacto esse debere charitatis.

Simile.

Charitatis calore succensus debet esse, qui diuina intelligere studeat.

Hinc enim factum est, vt gentes illæ, quæ ignis huius omnino expertes fuere, quantumlibet magna, & admirabilia Dei intuerentur opera; nunquam tamen operum eorũ, vel naturæ diuinæ perceperint odorem, prout bene de ijs in lib. Sapientiæ, dicitur. [a] *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei* (non ea, quæ tantummodo inflat, sed ea, quæ per charitatem ædificat) *& de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est: neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex: cum a magnitudine creaturæ, & speciei cognoscibiliter poterit creator horum videri.* Nec mirum, quod ipsius tam eximiam percipere non potuerint fragrantiam, cum vani essent a charitate, cum ignis eius essent expertes; è contra vero Ecclesia sancta, quæ in suis fidelibus iam ab orbe condito per dilectionem Deo est desponsata, cum iugiter secundum aliquid igneam vim charitatis habuerit, eximiam diuinæ naturæ fragrantiam ex eius percepit operibus, [b] *inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, conspiciens intellectu*, odoratuque olfaciens diuinorum operum odorem, ait, *Quia vbera tua fragrantiora sunt, vnguentis optimis*, significans, vbera misericordiæ Dei, quibus ille per osculum oris sui, ac per Verbi Incarnationẽ perfectissimo modo suam nobis cõmunicauit bonitatem, multo esse cunctis alijs gratijs, ac donis, quæ in nos contulit, fragrantiora. Odor in rebus creatis non tam est ipsa rerum natura, quam illius indicium. Sic quemadmodum cum vel rosæ, vel alicuius redolentis pomi odorem percipimus, non tam rosam, vel pomum percipimus, quàm ipsius indicium quoddam ita euidens, vt ex ipso eius odore illico intelligamus, quod in manib. habemus, vel quod prope nos est, esse rosam, vel tale pomũ, quod tam suauem redoleat odorem: eadem ratione & in diuinis, odor Dei haud est ipsa Dei natura diuina; neque odor operum Dei ipsa sunt Dei opera; sed est ipsius naturæ diuinæ indicium illustre: ipsarumque gratiarum, atque operum eius manifestissimum signum. Ita vt ex odore Dei, quem in rebus hisce creatis, ac sensibilibus illum redolere sentimus, eius immensam, sublimem, atque incõprehensibilem aliquatenus intelligamus naturam: & ex maiori, vel minori fragrãtia bonitatis, quam ex diuinis donis, gratijs, ac beneficijs accipimus, maiora, vel minora ipsa esse dona, ac beneficia cognoscamus.

a Sap. 13. 1

b Rom. 1. 20.

Odor diuinorum quidnam sit.

Simile.

Simile.

Gratia & beneficium eò maius, quò magis ex amore procedit.

Porro quemadmodum in vnguentis, floribus, cæterisque odoratis rebus maiorem aduertimus tunc ea diffundere ex se odorem, quando calore quopiam ignis, vel aeris, aut calidi alicuius venti fuerint calefacta, vnde spõsa inferius dicet, [c] *Surge Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata eius:* Eodem pacto tanto maiorẽ vnaquæque gratia, & vnumquodque Dei beneficium redolebit odorem, quanto magis charitatis igne fuerint succensa, quanto magis ex diuino processerint amore; propterea Ecclesia Sancta ex diuinis vberibus, quibus Deus perfectissime sese nobis communicans per incarnationem, singularem atque præstantissimam nobis exhibuit misericordiam, & gratiam, maiora quàm ex cũctis alijs gratijs, ac beneficijs percipiens amoris eius indicia, rectè ait, *Quia fragrantia sunt vbera tua vnguentis optimis*, per vbera Dei significãs beneficium Incarnationis, ac Redemptionis, quo perfectissimo modo suam nobis communicauit bonitatem; per vnguenta vero optima reliquas omnes intelligẽs gratias, reliqua beneficia, quibus suę quoque naturę, ac bonitatis haud mediocrem redolet fragrantiam.

c Cãt. 4. 16

Beneficia Dei quare dicãtur vnguenta optima.

Quæ haud vnguenta simpliciter, sed vnguenta optima dicuntur.

Primum, Quia, cum ab optimo proueniant, [d] a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, optima sint, necesse est. Deinde, quia quemadmodum ea dicere solemus vnguenta optima, quæ ex pluribus odoratis speciebus composita, per illam proportionatam mixtionem eximiam redoleant fragrantiam: quale est illud, quod a Domino institutum legimus in Exodo: [e] Ita quoq; & singula Dei beneficia complures semper admixtas habent & alias gratias, quæ omnes simul in vnum compositæ, optima conficiunt vnguenta, eximium redolentia diuinæ naturæ, ac diuinæ bonitatis odorem; Ecquis enim enumerare possit, quãta, exempli gratia, in vno beneficio creationis admixta sint particularia beneficia? quot enim distinctæ res ad nostrum creatæ sunt vsum, tot in vno creationis beneficio distincta collata sunt dona, quæ singula per se disiuncta egregium diuinæ bonitatis redolent odorem: & simul in vnum composita optimum conficiunt vnguentum, quod & optimã redolet fragrãtiam. Omnibus ergo istiusmodi vnguentis optimis diuina vbera fragrantiora asserit Ecclesia; quia beneficium Incarnationis, ac Redemptionis, quod tanto charitatis igne succensum est, vt per vberum, siue amorũ nomine significari debuerit; & in quo ipsa diuinæ misericordiæ vbera nobis exhibita sunt, multo maiora, quam reliqua omnia, quæ in nos collata sint beneficia, diuinæ bonitatis indicia exhibeat, quod indicat Apostolus, cum ait, [f] *Deus, qui diues est in misericordia* (en vbera eius) *propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos* (en quomodo hæc vbera igne charitatis succensa sint) *& cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu:* en quomodo tradidit nobis ipsa vbera misericordiæ; quorum odor, atque fragrantia tanta extitit, vt vnguenta optima superarit; vnde & bene subdit: *Vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu.* Exemplo ex humanis desumpto hæc omnia comprobare facile licet. Ponamus, Regem infimæ conditionis hominem quempiam eleuare ad statum nobilitatis: tum illum equestri exornare dignitate: deinde ingentes illi præbere cẽsuum copias: tum inter primos, ac intimos suos eum adsciscere. Certe per hæc omnia, maxima bonitatis, ac benignitatis suæ Rex ille exhiberet indicia. Nihilominus si homine illo in captiuitatem ducto, mortisque sententia damnato, Rex ipse, vt illum

Simile.

d Iac. 1. 17

e Exo. 30. 34.

In singulis Dei beneficijs sunt plura beneficia.

Incarnationis beneficium maiorẽ facit diuinæ bonitatem, quàm reliqua beneficia cũcta.

f Ephes. 2. 4.

Simile.

DE ECCLESIA. & ex captiuitate erueret, & ex morte liberaret: semetipsum pro eo traderet, illius vestes indueret; illius captiuitati se subijceret: ac pro illo mortis subiret sententiam, profecto beneficium istud præstantius esset quolibet alio: profecto per hoc vnũ illustrius captiuo illi, ac singulis, qui hoc audirēt, innotesceret singularis in eum Regis huius charitas, quàm per vniuersa alia beneficia quantúlibet optima, quantumlibet eximia.

Sic profecto, ex his ad diuina ascendentes quantumuis præclara essent beneficia creationis, conseruationis, electionis, & cæterorum huiusmodi, ex quibus, tamquam ex vnguentis optimis ingens diuinæ bonitatis ad Ecclesiam perueniret fragrantia; Nihilominus quando rex Altissimus, porrigēs nobis vbera misericordiæ, ac benignitatis suę, pro nobis, sub diabolica captiuitate constitutis tradidit semetipsum, nostra indutum carne, factũ pro nobis maledictum; & vt nos a morte redimeret, semetipsum morti subiecit; tunc ingenti voce exclamandum, *fragrantiora vbera eius vnguẽtis optimis*.

g 1. Io. 4. 9. g *In hoc* enim (vt bene dilectus ait Discipulus) *apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eũ.*

Secundum hũc ergo primum sensum, quod ait Ecclesia, breuiter tale est.

PARAPHRASIS. Haud operæ pretium est, vt commemoratione peregregij doni scientiæ, vel eximiorum aliorum donorũ, quibus a Deo decorata sum, recreare me nitamini, deficiētem præ desiderio incarnationis: hoc enim vnum opto, vt veniēs dilectus ipse meus osculo me osculetur per incarnationem; quia vbera illius incarnati, & ea, quæ per incarnationis beneficium is præstitit amoris indicia, ne dum dono scientiæ humanæ præstantiora mihi sunt, & dulciora: sed & præstantissimis quibuscumque donis alijs sunt mihi item fragrãtiora; cum præ ipsis omnibus maiorem mihi exhibeant bonitatis illius notitiam.

II. SENSUS. Iuxta secundum autem sensum, his verbis ecclesia indicare videtur causam, propter quam diuina vbera meliora sint vino; nempe quia ipsa sint fragrantia vnguentis optimis, simulque multiplicem subindicare rationem, quare doctrina Christi pręferenda sit vino scientiæ sæcularis, atque doctrinę eorum, qui sapientes sint secundum sæculum.

Ex Origine aliqua. *Doctrina Christi, cur melior sit doctrina Philosophorum.* At vero haudquaquam hæc percipi possunt, nisi prius palam fiat, quibusnam vnguentis delibuta sint vbera Christi, & quænam sint ista vnguenta optima, quorum fragrantia redolet ipsa Christi doctrina.

Doctrina Chr. fluit fragrãs duplici genere vnguentorũ, scilicet gratiæ & virtutis. Multiplicia quidem ea esse non est, quod quis dubitet; ad duo tamen genera illa nos breuiter reducere possumus; Nempe ad vnguenta gratiæ, quibus Christus est plenus, & delibutus, quæve de sua plenitudine diffundit in alios: Et ad vnguenta virtutis, atque bonorum exemplorum, quibus doctrinam suam omnibus reddidit fragrantissimam. Ostendit præclare Apostolus Petrus hoc duplex vnguentorum genus, & quomodo ijs delibutus is fuerit, totique mundo eorum impertiuerit fragrãtiam. Ait enim: h *Vos scitis, quod factum est verbũ per vniuersam Iudæam, incipiens enim a Galilæa post baptismum, quod prædicauit Ioannes, Iesum a Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute.* h Act. 10. 37. *Spiritu Sancto*, en vnguenta gratiæ: *Virtute* autem, inquit, designans alterum vnguentorum genus, nempe virtutis, atque bonorum exemplorũ, vnde & subdit; *qui pertransijt benefaciendo, & sanãdo omnes oppressos a Diabolo*; neque enim eius virtus, atque potentia, qua vnctus dicitur magis exi-

A stimanda fuisse in ea vi, qua mirabilia facere poterat, quamve & vox Græca *δυνάμις*, hic significare videtur, quam in ipsis virtutum habitibus: neque illius progressus, quo pertransibat benefaciendo, minor censendus fuisse progressu eo, quem faciebat in bonis operibus: cum nec minus per virtutũ actus, ac per earundem virtutum exempla sanaret in anima oppressos a diabolo, quam per miracula illa, quibus dæmones a corporibus obsessis eijcere soleret. DE ECCLESIA.

Doctrina Philosophorum haud confirmata fuit virtutum exemplis ab ijs qui eã docuere. Cum igitur Christus Dominus istis virtutũ vnguentis optimis in perfectissimo gradu vnctus esset, certe haud dubium, quin & vbera doctrinę eius ijsdem delibuta fuerint, atque adeò bene ab B Ecclesia dicuntur meliora vino scientiæ sæcularis. Siquidem cum Philosophi factis omnino contradicerent ijs, quibus alios erudiebāt, eorum doctrina tantum aberat, vt virtutum odore recrearet audientes, vt potius illos penitus ab ipsis alienarent virtutibus, vtpote quas vel impossibiles, vel nõ necessarias censerent.

Doctrina Christi fragrans vnguentis bonorum exẽplorum. Cum è contra nullus sit, qui ad virtutem nõ alliciatur, dum percipiat fragrantiam exemplorum in Christo, qui eas edocuit: vnde bene Petrus Apostolus, i *Christus passus est*, inquit, *pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* sic Doctor ipsemet. k *Discite a me*, ait, *quia mitis sum, & humilis corde*: l *Exẽplum dedi vobis, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* i 1. Pet. 2. 21

C Quod si ob istud vnguentorum genus Christi vbera, atque doctrina adeo sunt fragrantia, vt meliora sint vino, ac doctrina sæculi: Multo id verius asserendum erit, si consideretur, quomodo eadem sint fragrantia altero vnguentorum optimorũ genere. Christus enim Dominus ad hoc gratiarum omnium vnctus est vnguentis; vt per doctrinæ suę vbera talibus delibuta vnguentis eximiam nobis exhiberet fragrantiam eorundem vnguentorum, atque eandem aliquo pacto impertiret gratiam, qua veluti ex vnguentis optimis delectationem, & auxilium, & medelam consequeremur. m *Spiritus Domini super me*, ait, *eo quod vnxerit me Dominus ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionẽ.* k Matt. 11. 29. l Io. 13. 15 *Doctrina Christi fragrat vnguentis gratiæ, gratiãque cõfert.* m Esai. 61. 1.

D Spiritus Domini, quo vnctus est Christus, ipsa est gratiæ plenitudo, ipsa sunt vnguenta optima gratiarum, quibus ille est delibutus, quibus vbera eius fragrant odorẽ suauissimum. In vberibus namque præcipue vnctus significatur, cum dicitur ad quid vnctus fuerit, nẽpe ad doctrinam ex vberibus propinandam; *ad annunciandum*, inquit, *pauperibus misit me*, Bene autẽ hoc loco animaduertendum, quomodo ex ijs, quę hic dicuntur, nedum significetur, quòd Christus vnctus fuerit gratiarum vnguentis, quòdve illius doctrina ijsdem gratijs redoleat; verum etiam id innuatur, quòd istiusmodi doctrina in audientiũ animos similem immittens fragrantiam, eiusdem E gratiæ, eorundemve vnguẽtorum participes illos efficiat, eadem in illis efficiens, quæ per vnguentorum optimorum fieri solent delibutionem.

Doctrina Christi consert gratiã, confert quoque, & delectationẽ in bene operando. Primo enim summam fragrantia sua afferũt delectationem ijs, qui eorum perceperint suauitatẽ, iuxta illud Prouerbiorum. n *Vnguento, & variis odoribus delectatur cor: sic & bonis amici consilijs dulcoratur anima:* sic enim & animæ fidelium per fragrantem amici nostri Christi doctrinam, perque gratiam, quæ ipsis cum tali doctrina exhibetur, tantam percipiunt oblectationem, vt non modo promptissime eam amplectantur; sed etiam summa cum delectatione ea perficiant, quæ per ipsam di- n Prouer. 27. 9.

DE ECCLESIA. didicerint; prout fatetur Propheta, dum ait; o *In via testamentorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis*, id autem non obscure in præcitata Isaiæ prophetia indicatur: dum pro *Ad annunciandum mansuetis misit me*, in lectione Hebraica habetur. *Ad euangelizandum pauperibus misit me*, quã lectionem sequuti sunt etiam Septuaginta, & Euãgelista, p quandoquidem verbum euangelizandi significat lætum, ac bonum nuncium afferre, læta nunciare, Atque adeo cum Christus Dominus ad hoc vnctus dicatur, fragrantiamque in sua doctrina diuinæ redoleat gratiæ, præsertim in nunciando læta pauperibus; manifestè colligitur, immẽsam ijs, qui pauperes spiritu essent, per eius doctrinam, perque gratiam, quę cum ea confertur, exhiberi lætitiam, qua & promptè, & alacriter eã opere adimpleant.

o Psal. 118. 14.

p Luc. 4. 18.

Doctrina Christi conferens gratiam confert & medelã.

Secundo vnguentis vnguntur homines ad ægritudinum medelam; vnguenta enim præcipua esse inter ea, quæ sanitatem conferant, nullus est qui dubitet; quandoquidem id quotidiano probamus experimento. Vnde & per Sapientem dicitur, q *Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones cõficiet sanitatis, & non consummabuntur opera eius.* Porro Christi doctrinã per gratiæ vnguenta, quæ confert, hoc ipsum in animabus efficere clarissimè ex eadem patet prophetia, qua Christus vnctũ se ait, Vt mederetur cõtritis corde; ijs, nimirum, qui peccatorum vulneribus cor habent ita transfixũ, vt de ipsis vere ea proferri queant, quæ per eundẽ Prophetam dicuntur. r *Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticẽ capitis non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo*; profectò enim si huiusmodi vulnera peccatorum diuinis hisce fota fuissent vnguentis, illico & curata essent.

q Eccl. 38. 7.

r Isai. 1. 5.

Doctrina Christi conferens gratiam, confert & vires, & auxilia ad bene operandum.

Neque vero minus per istiusmodi vnctionem eos, quos deliniuerit, corroborat, quam terrena faciant vnguenta, quibus idcirco palæstritæ vngi solent, vt per ea solidiori confirmentur robore; nam simul cum doctrina conferens diuinam gratiam, validissimas confert & vires, vehementiaque auxilia, quibus facillimè & ea, quæ præcipiuntur, perficere valeamus: & ea, quæ nobis impedimẽto sũt, ne in viam mandatorum eius progrediamur, facili negotio superare possimus: Quod subindicatur in verbis ijs, quæ subsequuntur; *Et prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem*: nempe, vt vnà cum prædicatione mea illis, qui sub dæmonis seruitute essent captiui, quive sub illius custodia violenter tenerentur clausi, tantum conferrem auxilij, vt facile sese a captiuitate liberare possent, atque vniuersa destruere impedimenta.

III. SENSUS.

Virtutes Dei quã excellẽtiores sint virtutibus creaturarum.

Iuxta tertium sensum: Ecclesia Sancta hoc loco extollit virtutum Dei excellentias, asserens, eas tales esse, vt cum ipsis nullæ creaturarum comparari queant virtutes. Quanquam autem id multis capitibus probare potuisset, tamen verbis concisis hoc potius indicat, quàm vllo pacto probare illud audeat, quod nec verbis exprimi, nec humana mente concipi posse existimaret; indicat autem talib. verbis, vt per ipsa efficacissimis id, quod intendit, probet rationibus, Dum enim virtutes, quæ sunt in Deo; vnguenta optima appellat; Tres, easque potissimas subindicat rationes, propter quas virtutes illæ cæterorum omnium virtutibus præferendæ sint.

Euseb. lib. 4. demõst. Euang. ca. 15.

Virtutes in Deo sunt oẽs in singulis absque vlla cõpositione.

Etenim cum vnguẽta optima ea a nobis dici soleant (vt supra notauimus) ex quibus per proportionatam plurium vnguentorum compositionem

A vnicus, isque suauissimus profertur odor, qui illorum omnium odores in se vno complectens, & ab ijs omnibus sit distinctus, & eos omnes propria superet fragrantia. Certe dum virtutes, quæ sunt in Deo, præferuntur reliquis creaturarum omnium virtutibus ex eo, quod sint vnguenta optima, indicatur prima ratio, quare hanc habeant excellẽtiã; nimirum quòd singulæ virtutes Dei in se habeant & reliquas omnes: non secus ac vnguẽnta optima reliqua, ex quibus constant, in se habent vnguẽta. Sed multo, imò in infinitum præstantiori modo; nam in vnguẽtis nostris necessaria est compositio, atque admixtio plurium vnguentorum, & quamuis in vno illo, quod ex tali fit compositione, sint

Simile.

B quodãmodo & reliqua vnguenta, haud amplius ibi ea sunt in propria natura, sed ex ijs tertiũ quid est resultans ab ijs omnibus distinctum; At verò virtutes, quæ sunt in Deo, singulæ absque vlla cõpositione, absque vlla permixtione reliquas omnes in se continent, atque ob summam Dei simplicitatem idem sunt realiter, cum reliquis omnibus. Nec ex ipsarum omnium vnione tertium quid resultat distinctum à reliquis; quamuis in tanta vnione, atque identitate ita reliquæ omnes sint in vna, vt tamen & singulæ virtualiter sint distinctæ à reliquis, & cunctæ pariter sint abinuicem virtualiter distinctæ. Cum enim in Deo sit vnica essentia illimitata, atque vnicus pariter actus illimitatus:

C profecto in illa vnica essentia eas omnes sibi identificatas habet perfectiones, quæ in creaturis realiter reperiuntur distinctæ: & per illum vnicũ actũ agit quicquid agerent omnes perfectiones, omnesque virtutes: non secus, ac si re ipsa distinctæ essẽt: sic quamuis eæ sint identificatæ realiter; cum tamen ante omne opus intellectus ita habeant proprios, & distinctos terminos, atque obiecta, ac si essent distincta actu, ita virtualiter abinuicem distinguuntur, vt dicere liceat, in Deo esse Sapientiam, Iustitiam, Charitatem, ac reliquas virtutes, non includentes imperfectionem, quatenus per Sapiẽtiam, Iustitiam, ac reliquas virtutes ita Deus operatur, ac si eæ essent abinuicem distinctæ. Bene ergo ab Ecclesia vnguentorum optimorum nomine ex-

D pressæ ita extolluntur, ut cum iis nullæ in creatis queant reperiri, quæ ullatenus comparentur: quãdoquidem, dato quòd increatis uirtutes eę, quæ uirtutis habent perfectiones, etiam cum cæteris uirtutibus iunctæ debeant esse, ita tamen sunt abinuicem distinctæ, ut & una non sit alia, & altera sit alteri opposita.

Virtutes in Deo sunt absque omni imperfectione.

Ex ista prima ratione deducitur & secunda, quę per idem nomen unguentorum optimorum haud obscurè innuitur; Cum enim ea inter unguenta & esse, & dici soleant optima, quæ & optimæ sint compositionis, & perfectissimum referant odorẽ, quæuè magis ab omni imperfectione, omniq; fœtore sint aliena: profectò arguitur, uirtutes, quæ

E sunt in Deo, eo uniuersis creaturarum pręferendas esse uirtutibus, quòd in genere uirtutum sint usquequaque perfectæ, quoduè omnis imperfectionis sint penitus expertes. Quod & à Philosophis fortasse uulgato illo significatum est nomine *Actus puri*, quo Deum nuncuparunt, innuentes, in Deo esse omnem puritatem absque ulla impuritate, absque ulla imperfectione: in Deo esse omnem uirtutem in summo gradu perfectam, non tam in habitu, quàm in actu: imò, Deum esse ipsammet uirtutem, & clarius à Ioanne Theologorum Principe sub lucis metaphora expressum idipsum est, cum diceret; s *Deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt ulla*. Quemadmodum enim tanta est lucis illius, quæ

Deus Actus purus.

s 1. Io. 1. 15

DE ECCLESIA.

quæ a Sole dimanat, perfectio, vt in eius compara- A tione lumina omnia tenebrarum potius, quàm lucis nuncupanda sint nomine: Ita talis est virtus, tales sunt virtutes, quæ in Deo absque vlla imperfectione existunt; vt in earum comparatione creaturarum omnium virtutes sordium potius, quã virtutum nuncupandæ sint vocabulo, ac summum potius fœtorem quam fragrantiam vllam redoleant,

Deus lux est.

t Iob. 25. 4 t *Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce*, dicitur in libro Iob, *Luna etiam non splendet, & stella non sunt munda in conspectu eius. Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?*

u Deuter. 32. 4. u *Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate, iustus, & rectus*: Deus sanctus, Deus ἄγιος ἀπὸ τοῦ ἄγους, ἀπὸ τῆς γαίας, Sanctus sine scelere, sine terra. B

x Leuit. 11 x *Sancti estote* ait, *quoniam ego sanctus sum*, idest meas imitamini virtutes: estote absque imperfectione: estote alieni a rebus hisce terrenis, quoniam ego virtutibus optimis præditus sum; sed quantumlibet sancti simus, quantaslibet habeamus virtutes, tantis eæ permixtæ sunt imperfectionibus, vt recte nostrum omnium nomine dixerit Isaias, y *Et facti sumus vt immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ*: iustitiæ nostræ, virtutes illæ, de quibus tanquam de odoratissimis animæ sanctæ vestimentis a Domino dictum est aliquando: z *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*, cum comparantur virtutibus ijs, quæ sunt in Deo, dicuntur adeo & fœdæ, & C fœtidæ, ac si essent pannus menstruatæ. Quid mirum ergo, si Ecclesia, cui satis hæc erant comperta, diuinas illas extollens virtutes, dicat ingenti cum admiratione. *Odori vnguentorum optimorum*, virtutum optimarum tuarum, quidnam aliud comparari potest, quod vel minimam in earũ comparatione redoleat fragrantiam?

Virtutes nostra tantas habent admixtas imperfectiones, vt nullatenus comparẽtur cum virtutibus, quæ sunt in Deo.

y Esai. 64.
z Cant. 4.

Tertio denique. Optimũ id dicitur in vnoquoque genere, quod est omnium primũ eorum, quæ in illo continentur genere, quodve cæterorum eorum omnium est origo, & causa: & quod reliquis omnibus perfectius habet esse in illo genere. Sic optimam lucem dicimus eam, quæ i Sole refulget, quippe quæ inter luces, siue potius lumina omnia D ipsa sit prima, & origo cæterarum omnium, adeo perfectum in illo lucis genere habens esse, vt a nullo dependeat. Hac itaque ratione, & virtutes Dei dicuntur vnguenta optima, quod in genere virtutum optimæ sint, nimirum omnium primæ, origo, & causa, ac reliquis omnibus in genere virtutis esse perfectius habentes; vnde fit, vt nec reliquæ omnes cum ijs vllatenus cõparandæ sint. Etenim quicquid virtutis reperiatur in creaturis, id omne est accidens quod potest adesse, & abesse ab illis absque illarum corruptione; At vero virtutes, quæ sunt in Deo, sunt ipsamet essentia Dei, & Deus substantialiter est virtus, sicut substantialiter est & bo- E num, & esse: vnde per Ioannem dicitur, a *Deus charitas est*, idest non modo habet charitatẽ, sicut creaturæ: sed est ipsamet charitas: *& qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*: cum idem sit Deus, ac charitas, & virtus; idemque sit charitas, ac ipsemet Deus. Ac veluti chirotecæ eatenus suauem, & iucundum redolent odorem, quatenus vel odorata aqua fuerint madefactæ, vel compositis oblitæ vnguentis: attamen licet huius, vel illius vnguenti odorem referre dicantur, nunquam tamen ipsum dicuntur vnguentum, sed vnguento tãtum inunctæ: Ita creaturæ omnes, eatenus virtutis aliquem spirant odorem, quatenus diuinarum virtutum, diuinæque gratiæ suauitate, & odore perfun-

Virtutes Dei sunt origo, & causa virtutũ omnium.

Greg. Nys.

a Io. 4. 16.

Simile.

DE ECCLESIA.

duntur, neque tamẽ idcirco ipsius virtutis, & gratiæ nomẽ sibi arrogare possunt: sed vnus Deus suo iure ipsa virtus, & odorum fons appellatur, cũ essentialiter (vt iam dictum est) charitas sit, quæ virtutibus supereminet omnibus, æque ac oleum liquoribus superfertur vniuersis. Ideoque recte subijcitur, *Oleum effusum nomen tuũ*, idest, Talia sunt aromata, tua optima, & eæ, quæ in te sunt, virtutes, vt dici debeas ipsummet oleum, ipsummet vnguẽtum, ipsaque virtus. b *Omnis sapientia, & virtus a Domino Deo est*, ait Sapiẽs, *& cum illo fuit semper, & est ante æuum*. Fons sapientiæ, ac virtutis omnis, verbũ Dei in excelsis. Vnus est altissimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus: c *Ipse creauit illam in Spiritu Sancto*: (ipse per gratiam Spiritus Sancti creauit illam in creaturis) *& effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum*. d *omne enim datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminũ, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*. Siquidẽ, si aliquid sit in nobis virtutis, odoris, ac lucis, quod ex supremo illo fonte hauserimus, illud tamen omne transmutationi subiectum est, ac vicissitudinis obumbrationi: cum nunc virtutibus præditi suaui redoleamus fragrantia, clarissimaque fulgeamus luce, & paulo post misera quadam, ac imperfecta vicissitudine vitijs obnoxij maleolentem spiremus odorem, densisque perfundamur tenebris.

b Eccl. 1. & 5.

c Eccl. 1. 9.
d Iac. 1. 17.

virtutũ nostrarum instabilitas.

¶ Atque adeo cum ait Ecclesia, *Odori vnguentorũ optimorum* secundum tertium sensum, tantundem est, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

¶ Fragrantia vnguentorum optimorum tuorũ Domine, tanta est, vt nullatenus virtutes nostræ cũ tuis comparandæ sint. Neque enim tantum virtutes nostræ ex tuis processerunt, quando in nos infusæ sunt: verum etiam eatenus eæ in nobis perseuerant, quatenus a te conseruantur, a quo prouenerunt. Audebo comparare virtutes meas cum virtutibus tuis, odorem virtutum mearum, cum fragrantia illa essentiali, illimitata, ac immutabili, quæ ex vnguentis, ac virtutibus tuis resultat? Absit: Fragrantia certe vnguẽtorum tuorum optimorum est super omnia aromata, cum tu sis ipsummet oleum, atque aroma. Oleum enim effusum nomen tuum.

IIII. SENSVS.

Iuxta quartum sensum, modicis verbis explicat Ecclesia, quare tanto ardore Christi exposceret incarnationem, nimirũ quia agnosceret se fore omnino recreandam, atque etiam corroborandã per manifestationem virtutum illius, perque optima illius exempla: quorum notitia haud minus mentes fidelium prope deficientium recreandæ essent, quam per odorem vnguentorum optimorum intima recreantur languentium præcordia; & prope deficientes corroborantur vitales spiritus. Circa quæ nihil est, quod hic immoremur: cum & nõnulla iam dicta sint in secundo sensu, & plura dicenda sint sæpius in sequentibus.

Vers. III. Fragrantia vnguentis optimis.

Expositio Tertia. De secunda Sponsa, quæ est anima iusti.

I. SENSVS.

DVplici ex parte homo cum constet, corpore videlicet, atque anima, duplici quoque voluptatum genere à prouida donatus est natura, carnalibus nẽpe, quib. sensitiuus recreetur appetitus, & alijs

DE ANIMA.

Voluptatũ naturaliũ duo ſunt genera, alterum carnis alterũ mentis.

& alijs altioris gradus, quibus mens perfruatur rationalis; Ac licet inter has, atque illas ſummum inſit diſcrimen, vtræque tamen ſuis ita homines ad ſe pertraxerũt illecebris, vt, nedum habuerint, qui pro ipſis deperirẽt: verum etiam complures ſic dementarint, vt in ipſis ſummam ſtatuerint fœlicitatem. Atque adeò, tam eos qui carnalibus, quã qui intellectualibus inhæſere Philoſophorum, ſtultos iure optimo dicet, qui verè ſapiat: cum ij, qui carnales complecterentur haud longè à brutis diſtarent, quibus idem eſt ſenſibilium voluptatum ſcopus, eademque in voluptatibus ijs definita beatitudo; Ij verò, qui voluptatibus ĩtellectualibus indulgentes humanam in eis conſtituere fœlicitatem, tametſi meliùs viderentur ſapere: attamen æque ac illi ſtulti extitere; cum minimè intellexerint, itiuſmodi voluptates, quæ puræ, firmæque re vera ſint in vna duntaxat perfectiſſimi intelligibilis Dei contemplatione reperiri. Hinc eſt, quòd extollens Anima Sãcta eas, quarum deſiderio propè deficiebat, conſolationes, ac voluptates ſpirituales, haud ſatis ſibi eſſe cenſuit, ſi illas præferret voluptatibus ijs, quibus brutis reddimur ſimiles; ſed inſuper & ijs ipſis eas præſtantiores oſtendit, quas optimus quiſque mundanæ ſapientiæ ſtudioſus optimas definiret: dicens. *Quia meliora ſunt vbera tua vino*, ſcilicet ſenſibilium, ac terrenarum voluptatũ: *ſed & fragrantiora vnguentis optimis*: benè *fragrantiora*, benè *vnguentis*, & bene *vnguentis optimis*.

Conſolationes ſpirituales conferunt cognitionem Dei.

Conſolationes enim ſpirituales nõ tantùm ſunt ſimpliciter meliores voluptatibus ijs intellectualib. quas ſibi præfiniebant, qui ſapientiores erant Philoſophi: ſed inſuper multò maiorem, quàm illæ vt ſic diuini numinis exhibent notitiam: [a] *Quia delectaſti me Domine* (inquit Regius Propheta, *in factura tua, & quia in operibus manuum tuarum exultabo*: per has exultationes, ac oblectationes tanta diuinæ maieſtatis tuæ illuſtratus ſum cognitione, vt me continere non valeam, quin exclamem: [b] *Quã magnificata ſunt opera tua Domine*, vere enim apparet, te eſſe Deum omnipotentem, cuius tam incomprehenſibilia ſunt conſilia, atque iudicia, tam inueſtigabiles viæ, vt iure dicere mihi liceat: *Nimis profunda facta ſunt cogitationes tuæ: Vir inſipiens*, qui per humanam philoſophiam ſapiens ſe exiſtimãs indignus eſt, qui tam Sanctis perfruatur delectationibus, *non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc*: Et alibi: [c] *Anima autem mea exultabit in Domino, & delectabitur ſuper ſalutari ſuo*; Hinc propter adeò ſublimes, ac ſuaues delectationes, atque ex ipſis diuinis conſolationibus tam claram ipſius Domini percipiam cognitionẽ, *vt omnia oſſa* mea, omnes potentiæ, ac vires meæ *dictura ſint, Domine quis ſimilis tibi*; Eſaias quoque Propheta; idipſum nobis prænuncians ait: [d] *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*: mẽtibuſque per iſtiuſmodi conſolationum aquas illuſtrati, *dicetis in illa die* populis vniuerſis, *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: Notas facite in populis adinuentiones eius, mementote quoniam excelſum eſt nomen eius*.

a Pſ. 91. 5.
b Pſ. 91. 6.
c Pſ. 34. 9.
d Iſ. 12. 3.

Fragrãtia ſignificat notitiam.

Hac ergo prima ratione fragrantia dicuntur ipſa Domini vbera, & fragrantiora vnguentis optimis: cum odor: atque fragrantia notitiam deſignare ſoleat, vt patet ex illo Apoſtoli, vbi ait: [e] *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.*

e 2. Cor. 2. 14.

Voluptates ſpeculatiuæ quare vocẽtur vnguẽta.

¶ Quæret autem aliquis: quanam de cauſa delectationes ſpeculatiuæ, quibus mundi ſapientes perfrui ſolent, vnguentorum nomine ſint ſignificatæ; cum certè primo aſpectu inter illas, atque vnguenta nulla appareat proportio; Facile tamen huic ſatisfiet quæſtioni: ſi dixerimus, hoc loco per vnguentorum nomen nõ tam ſignificari ipſam vnguentorum ſubſtantiam, quam præcipuum eorum effectum, nempe odorem, ac delectationes, quas per ſuam exhibent fragrantiam. Cum autem odor iſte, ac iſtiuſmodi voluptates, quæ per talem præſtantur fragrantiam firmiores ſint, & puriores; quia abſque vlla deturpatione afficiunt ſenſum olfactus, firmiuſque eundem oblectãt, quippe quę, etiam poſtquam euacuata fuerint, perdurantem ad multum temporis ſpatium ſui relinquant odorem. Idcirco vnguentorum nomine, ſiue potius per vnguentorũ delectationes eæ ſignificatæ ſunt voluptates, quæ in philoſophiæ contemplatione percipiuntur. Quæ (vt bene inquit Ariſtoteles) delectationum omnium maximè ſunt admirabiles, tum puritate, tum firmitate.

Ariſt. li. 10 Ethic. c. 7.

Voluptates ſpeculatiuæ quare poſtponãtur cõſolationib. ſpiritualib.

At adhuc alia ſupereſt difficultas; quomodo prædictæ delectationes ſpeculatiuæ, cum ſint vnguenta optima, minus tamen, quam aliqua res alia fragrantes dici poſſunt; quomodo ab anima fragrantiora eis dicantur vbera Domini: nam certè quod optimum eſt in aliquo genere, hanc habere videtur prærogatiuam, vt nil ei in genere illo queat præferri. Nihilominus verum eſt, quod & illæ ex natura ſua ſunt optimæ inter omnes oblectationes, quibus humana natura perfrui poſſit: cũ optimæ potentiæ optimæ ſint & operationes, & voluptates. Et ſimul quoque verum eſt, quòd talibus vnguentis optimis fragrantiora ſunt Chriſti vbera: & præterquam quod illæ ex natura ſua præſtantiores ſunt, cum ſint diuinæ, ratio ea inſuper eſt, quàm affert Sapiens in libro Eccleſiaſtes, quia [f] *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti*: quia quod a natura optimum inditum eſt in contemplatione, vt per illud diuini numinis notitia, atque fragrantia ad humanam mentẽ proueniret, muſcis morientibus, ac ſuperbis, & vanis corruptibilium rerum ſpeculationibus, ita corruptum eſt, vt amiſſa ſuauitate, atque fragrantia, quam reddere debuiſſent, non immerito ab Anima ſancta, & de illis dici potuerit. *Quia meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*:

f Eccl. 10. 1

PARAPHRASIS.

¶ Quia conſolationes tuæ cœleſtes, quibus nedelectatione me cumulas, ſed & tui eximiã ideſt. mihi præſtas notitiã, tã vino præferendæ ſunt dũ carnalium voluptatum, quam etiam vnguentis optimis intellectualium delectationum, quę primũ inter delectationes obtinent locum.

II. SENSVS.

Iuxta ſecundum ſenſum, Anima Sancta his verbis potiſſimum indicat rationem, propter quam conſolationes ſpirituales meliores ſint terrenis, ac ſenſibilibus voluptatibus: Nimirum quia vbera conſolationum harum ſint fragrantiora vnguentis optimis: quia tales conſolationes optimos virtutum affectus habeant iunctos.

Conſolationes ſpirituales virtutũ affectus optimos iunctos habẽt.

Ecquis enim explicare valeat quos dilectionis, quos ſpei, quos cõpaſſionis affectus redoleat anima, quæ diuinis in meditatione perfunditur conſolationibus? Quis exprimere queat, quę deſideria ardentia, quę ſancta propoſita, quive ad virtutes ſtimuli in illis excitentur, qui tantos perceperint guſtus? Et quis fragrantiorẽ proximis exhibet odorem humilitatis, manſuetudinis, patiẽtiæ, obedientię, continentię, charitatis, ac reliquarum virtutum omniũ, quã is qui ex diuinis vberib. Sanctarum, atq; prædulciũ conſolationum lac ſugat? cũ è cõtra tantũ, abſit, vt vinum terrenarum conſolationum aliquam conferat virtutem, vt potius vitiorum omnium fœtore repleat eos, qui ipſo delectantur: [g] *Luxurioſa res*

DE ANIMA

res vinum, inquit Sapiens, *& tumultuosa ebrietas; quicumque his delectatur, non erit sapiens*: Quomodo enim Sapiens esse is possit, ac virtute praeditus, in quo per vinum excitantur vitia omnia, tum illa, quae ex irascibili, tum illa, quae ex concupiscibili ortum habent? per luxuriosam enim rem hoc loco non significatur tantum inordinata Veneris libido, sed omnes immodicae voluptates; sed omnis superfluitas in vestitu, potu, & alijs similibus, vnde a Sancto Ambrosio sic eadem citatur Prouerbiorum sententia. *Prodigum est vinum, & contumeliosa ebrietas*: qua lectione significatur, vinum dici luxuriosam rem, quoniam prouocat ad luxū, prodigalitatem, gulam, libidinem; atque ad omnē lasciuiam: quae certè omnia haud minus a terrenis, & carnalibus voluptatibus, quā ab ipso vino fiunt, Ideo iure optimo dr ab anima. *Quia vbera Christi fragrātia vnguentis optimis meliora sunt vino*: idest, Quia consolationes Christi, spirantes eximiorū affectuum, & praestantissimarum virtutum fragrātiam vino praeferendae sint voluptatum saeculi.

Prou. 20. f

Amb. li. 2. offic. c. 21.

III. SENSVS.

Virtutum, ac gratiarū Christi excellentia.

Ex Grego. Nyss. Origene Philone Carp.

Iuxta Tertium Sensum, quemadmodum in superiori expositione per ea, quae hic dicuntur, commendatae sunt ab Ecclesia virtutes, ac gratiae diuinae, vt sunt in Deo, Ita quoque & ab anima sancta, nunc extolluntur eaedē virtutes, ac gratiae, vt sunt in Christo hoie, earūq; summa, breuissimis licet verbis, commendatur excellentia. Commendatur autē triplici ex capite. Primo ex multiplici gratiarum omnium, atque virtutum coniunctione, Secūdo ex ingenti earum perfectione; & tertio ex earundem primatu, & causalitate. Haec enim tria capita, siue hae tres rōnes includuntur in noie illo vnguētorum optimorum, quo ipsae significatae sunt.

Nam primo, vnguenta optima (vt notatū est supra) ea dici solent, quae ex complurium suaueolentium aromatum confecta sunt mixtione; quo fit, vt dum anima, inquit, fragrantiam virtutū, ac gratiarum Christi tantam esse, vt nulla sit in creatis, quae cum illa comparari queat, vocans virtutes, ac gratias eas nomine vnguentorum optimorum, indicet primam rationem immensae illorum excellētiae. In Christo enim a primo instanti conceptionis gratiae omnes simul vnitae, omnesque virtutes fuerunt, semperque in illo perseuerarunt, ac perdurabunt in aeternum; Simul namque in illo primo instanti habuit Christus immēsam gratiam vnionis, ex cuius vi fuit absolutè, & simpliciter Deo gratus ac sanctus, omniq; virtute praeditus; habuit & gratiam habitualem; quamuis enim istiusmodi gratia habitualis, & inhaerens animae per modum formae permanentis non fuerit necessaria animae eius ad excludendum peccatum, sicut est homini lapso, neque ad primariā eius sanctificationē, sicut fuit necessaria Angelis, vel Adae in statu innocentiae, quia iā per gratiam vnionis sanctificatus fuerat. Tamē ad debitā illius animae pulchritudinem, & dispositionē, & ad connaturalem modum operandi, atque adeo ad perfectā participationē diuinitatis, & consummatā iustificationē, illam habuit in illo instanti, aequè, ac alij sancti, licet multo perfectiori modo; simulq; in eodē instanti eas omnes virtutes infusas habuit, quae non includerent imperfectionem, Benè igitur ab anima ei dicitur, *Odori vnguētorum optimorū tuorum*, nullus scilicet alius cuiuscumq; creaturae comparari pōt; cum in creatura nulla tā arcta gratiarū omnium, atque virtutū reperiri queat coniunctio. Quod ipsum clarius per David prophetā expressum est, cū ad eundē dicit, *h Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis*, ac si diceret. O Christe, propterea vnxit te Deus. Deus tuus (repetitio iuxta consuetam scripturarū phrasim) oleo laetitiae, vnguento Spiritus sācti; propterea gratia vnionis sanctificauit te Verbum Diuinum: propterea gratia habituali exornauit te Deus tuus, Pater tuus ac ipsa Deitas tua: propterea tanta gratiarum copia repletus es prae consortibus, ac participibus tuis, prae iis, qui hoc ipso oleo laetitiae vncti sunt, qui cum Apostolo dicere queunt, *i Vnxit nos Deus, & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris*; vt quia participes ij tui haud quaquā plenè, perfectè, atq; immutabiliter virtutibus indulserunt, vitiaq; fugerunt, tu cumulatissimè diligeres iustitiam, virtutes omnes absque vlla mutabilitate prosequēs, & odires iniquitatem, à peccatis vniuersis penitus alienus.

Gratiarum ac virtutū omniū summa coniunctio in Christo.

h Ps. 44. b.

DE ANIMA.

Propterea denotat causam finalē.

i 1. Cor. 1. 21.

Neq; verò minus eaedem Christi gratiae, atque virtutes extolluntur per secundam rationem summae ipsarum perfectionis, quae etiā per vnguentorum optimorū nomen subindicatur: cum illa sint vnguenta optima, quae summam inter vnguēta habent perfectionē, quaevè magis aliena sunt ab omni defectu; Quis aūt dubitet, Christi gratias esse vsquequaq; perfectas, cum in eo sit omnis plenitudo diuinitatis? quòd si gratiae illius summā habēt perfectionē, certè & eius virtutes oēm pariter perfectionem habeant necesse est: quādoquidem ex summo, ac perfectissimo pricipio, summae quoque ac perfectissimae opus est resultent virtutes: Adde, quod si à Philosophis heroum quorūdam virtutes, quatenus ab hoibus iis fierent, qui Diis quodammodo similes sese reddidissent, diuinae potius quam humanae existimatae fuere, Quanto magis extollendae sunt perfectissimae virtutes Christi, in quo haud simplex Dei similitudo, sed ipsamet fuit plenitudo diuinitatis? Ac si ex quatuor signis Socrates virtutes heroicas, & vsquequaque perfectas dijudicādas censuit; ex eo quod semper optima pro finibus in omni actu, & operatione faciūt appetere, & nunquā inclinant ad contrariū; ex eo quòd semper bonū, & honestum ex affectu, & ratione eligūt, idq; haud propter aliud, quā propter ipsum bonum, & honestum, nunquam retorquentes electionē ad aliquid vtile, vel delectabile: ex eo quòd adeo firmam, atq; immobilem reddunt voluntatem ad bonū honestum, vt nullus sit sensus, vel affectus contrarij, & demum ex eo, quòd catenus delectari faciunt in actu virtutum, vt haud fieri posse videatur, vt in alio quopiam quaerenda sit delectatio, talemque ingerunt contrarij contemptum, vt nec ad illud quoquo pacto respicere sinant: Si inquam ex istis quatuor signis virtutes dijudicandae sint vsquequaq; perfectae, certè nullae in creatis perfectiores Christi virtutibus reperiri queunt; cum in creatura nulla magis signa illa eluceat, quā in Christo, qui ita moderatas habuit passiones, vt semper à rōne praeueniretur, nec vnquā per illas vllo modo ad illicita trahi potuerit. Quapropter congruētissimè vnguentorū optimorū nomine designatae, adeò eximiae dicuntur esse perfectionis, vt cū earū fragrantia nullus sit, qui cōparetur odor cuiuscunque virtutis creaturarum.

Virtutes, et gratiae Christi summae perfectissimae.

Arist. li. 7. Ethic. c. 1.

Ita refert Alb. Mag. in 7 li. Eth. Arist. c. 1.

Virtutes heroicae, ac perfectissimae ex quatuor signis dijudicandae.

¶ At quid dicemus de tertia rōne subindicata in nomine item vnguentorum optimorū, propter quam eaedem gratiae, ac virtutes Christi caeteris vniuersis sunt praeferendae? Certè, si optimum in vnoquoq; genere illud est, quod est primum, & caput, atq; principiū, & causa, à quo cetera pendent, à nullo tn illorum dependens; meritò Christi virtutes, & gratiae vnguenta optima, gratiae optimae, & virtutes optimae dici debent; ipse enim Christus est

Virtutes, ac gratiae Christi sūt principiū, & causa virtutū, & gratiarum nostrarum.

DE ANIMA. est caput totius Ecclesiæ, eiusque gratiæ, ac virtutes ita sunt omnium primæ, omniũque principia, vt nulla sit vel gratia, vel virtus earum, quibus fidelis quisque capiti suo connectitur, quæ ab illis non deriuetur, prout testatur Apostolus, dicens: [k] *Veritatem facientes, crescamus in charitate in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam sub ministrationis secundum operationem, in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate:* Ac si dicat: Quemadmodum spiritus vitalis à capite defluens & cerebro sensum, & energiam quandam membris omnibus clargitur, vnde totum corpus cum suis membris iuxta cuiusque proportionem crescit, & coalescit, dummodo per diuersas iuncturas, & commissuras, neruos, articulos, musculos, & tendones sibi inuicem connexa sint membra, nec ab se inuicem separata; alioqui influere non potest: Ita Spiritus Sanctus, & gratia à capite nostro Christo manans in singula corporis mystici Ecclesiæ membra; vim, virtutem, & gratias suas cum quadã efficacia diffundit, modo totum corpus bene sit compactum, bene scilicet inuicem connexis membris, singulisque suo loco hærentibus, & aliorum consensione, velut quadam iũctura colligatis: per quam Spiritus Sancti virtutem à capite manantẽ totum corpus Ecclesiæ crescit pro cuiusque conditione, ac proportione, iuxta quod diuiserit illis Spiritus Sanctus. Per Christum enim sanctificamur, de plenitudine gratiarum, atque virtutum eius accipientes, qui est vas plenum vnguentorum optimorum totius gratiæ, omnisque virtutis, per quod ad vniuersos fideles & gratiæ ipsæ deriuantur tanquam per aquæductum quemdam, prout ille de semetipso ait. [l] *Ego, quasi trames aquæ immẽsa* de fluuio gratiarum, atque virtutum diuinarũ, *Ego quasi fluuii dioryx*, & fossa diuinarum aquarũ plena, *& sicut aquæductus exiui de Paradiso* vteri virginalis; *Dixi, rigabo hortum meum plantationum*, Ecclesiam nimirum, in qua tot sunt plantationes, quot sunt fideles; *& inebriabo prati mei fructũ*, augens virtutis fructum in anima, abundantiores in eam effundens gratias.

[k] Eph. 4. 15

Gratia, & virtutes fidelium deriuantur à Christo, tãquam ex aquæductu.

[l] Eccl. 24. 41.

Quamuis autem is, quatenus homo non sit ipsa gratia, ipsaque virtus; sed tantum gratia & virtute plenus; tamen propter summam earumdem gratiarum, atque virtutum plenitudinem, qua eas in nos diffundit, dicitur & gratia, & virtus, ea ratione, qua vas plenum aliquo vnguento, ipsius vnguenti nomine nuncupare solemus; vnde & benè subditur, *Vnguentum effusum nomen tuum:* ac si diceretur.

Christus quomodo sit ipsa virtus.

PARAPHRASIS. ¶ Tanta gratiæ, ac virtutis copia plenus es, vt eas in nos quoque effundens, & gratiæ, & virtutis nomine nuncupandus sis: Quod clarius ab Apostolo significatum est, cum diceret: [m] *Ex ipso vos estis in Christo Iesu, Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio:* idest ex ipso quidem Deo Patre vocante, atque trahẽte, vos fideles estis in Christo Iesu, virtutibus fragrãtes, de cuius plenitudine accepistis quicquid gratiæ, quicquid virtutis in vobis est: Etenim ipse Christus tanta sapientiæ, iustitiæ, ac sanctitatis de sua in vos effudit plenitudine, vt rectè dici possit, factus nobis sapientia, iustitia, & sanctificatio, ac simul quoque redemptio ab omni iniquitate.

[m] 1. Cor. 1. 30.

PARAPHRASIS. Dicetur itaque à pia Anima; odori vnguentorũ optimorum tuorum haud alius est, qui adæquetur odor: Excellunt enim gratiæ, ac virtutes tuæ gratijs, & virtutibus vniuersis cuiuscunque creaturæ: tum quia in eis summa est adinuicem vnio: tum quia sunt optimæ, & vsquequaque perfectæ: tum demum, quia sunt principium, & causa gratiarum omnium, & virtutum cuiuslibet creaturæ.

IIII. SENSVS. Iuxta quartum sensum id exprimit Anima per ea, quæ hic dicuntur, quod iam à nobis explicatũ est, asserens, se propter fragrantiam vnguentorum optimorum, propter communicationem gratiarũ, atque virtutum Christi, & ad Deum conuersam esse, & vires in spirituali progressu assecutam, & virtutibus exornatam fuisse.

Verf. III. Fragrantia vnguentis optimis.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

DE B. MARIA

I. SENSVS. Quia in superioribus B. Virgo respuens quodã modo eam Angeli laudem, qua dicta fuerat Gratia plena, explicare cœpit ingens, quod sibi inesset, Incarnationis desiderium, quia meliora essent vbera eius, nempè illa amoris indicia, quibus Dei Mater constitueretur, vino cuiuscumque alterius laudis quantumuis eximiæ: Nunc per ista verba, *Fragrantia vnguentis optimis*, idipsum magis explicãs, iuxta primum sensum significat, prædicta vbera, atque amoris indicia nedum esse meliora vino: sed esse quoque fragrantiora vnguentis optimis: propterea quod multo præstantior per hanc eximiam gratiam immensæ eius erga ipsam dilectionis & sibi, & vniuersis exhiberetur notitia, q̃ per quælibet vnguenta optima: quàm per quascũque etiam præstantissimas alias gratias: prout latius supra declaratũ est in expositione quarta præcedentium verborum.

Maria maiorem nõ tiam amoris Dei in se assecuta est, ex eo quod est electa in matrem eius, quã ex vlla alia re.

II. SENSVS. Hoc ipsum alio modo per hæc verba, iuxta secundum sensum accepta significatur: siquidem dicens B. Virgo, *Quia vbera tua fragrantia vnguentis optimis meliora sunt vino:* affert rationem, quare respuere videatur Angeli laudem, tantoque ardore diuinam Incarnationem in vtero suo fieri expetet, Ac si dicat.

Ex Ruperto Abbate nonnihil. In Maria gratia maternitatis iũctas hẽt vniuersalias gratias, & ideo hęc omnibus alijs præfertur.

PARAPHRASIS. Quia indicia ista amoris: quia gratia ista, ac beneficium istud tuum, quo tu Deus meus, ex me carnem sumens, Matrem tuam me constituere dignatus es, iuncta simul habet quæcumque beneficia optima, quæcunque insignia priuilegia, atque etiã quascumque eximias gratias; ideò vbera ista tua, beneficium, ac gratia ista tua meliora sũt vino cuiuslibet laudis: haud enim laus esse potest aliqua, quam per istud singulare amoris indicium non habeam, quod redolet vnguentis optimis.

III. SENSVS. Iuxta tertium sensum B. Virgo, postquam in verbis ijs, *Quia meliora sũt vbera tua vino*, respuit quodammodo laudem illam, qua ab Angelo dicta est gratia plena: nunc, dicens, *Odori vnguentorũ optimorũ tuorũ: & fragrantia vnguentis optimis:* præcisè valdè diuini verbi gratias extollit, collatamq; sibi laudem, & oẽs, quibus cumulata est, gratias refert in Verbum ipsum, à quo eas accepisse cognoscit.

Pro quorum omnium plena intelligentia animaduertendum est ex præclara S. Tho. doctrina: quòd cum plenitudo gratiæ duobus modis accipi possit, nimirum ex parte ipsius gratiæ, quatenus in aliquo est secundum omnem sui excellentiam, & vim; & ex parte habentis ipsam, quatenus quis plenitudinẽ illius hẽt secundum propriã sui ipsius cõditionem, propriove proportionatam statui, & officio; prima gratiæ plenitudo vni cõpetit Christo

3. p. q. 7. articu. 10. Gratia plenitudo duplex.

DE B. MARIA

propter diuini Verbi vnionem: At B. Virgini sic eadem competit gratiæ plenitudo ex parte sui ipsius, vt sufficientem eam habuerit, & congruentem statui, ac dignitati Matris Dei, eamque ex Christo ipso, in quo plenitudo gratiæ extitit secundum sui excellentiam. Ex hac doctrina patet, quàm rectè B. Virgo, & congruēter hic loquatur; audita enim laude illa, qua dicta est Gratia plena, eaque quodā modo repudiata ex eo, quòd Christi vbera meliora sibi essent vino huiusmodi laudis: Nunc in ipsum diuinum Verbum eam, ac ceteras omnes, quę in se conferri possent, referens laudes, mirū in modum illud extollit, dicens: Fragrantia, quæ ex tuis vnguentis optimis profluit tanta est, vt nulla sit alia cuiuscumque creaturæ, quæ cum illa valeat cōparari: Addit autem ad maximam emphasim: *Oleū effusum nomen tuum*: tanta nimirum est, vt ipsum oleum, atque vnguentum sis nominandus: Ac si diceret.

PARAPHRASIS.

Ego quidem Domine, summo odore tui gratia fragro: In me omnis est gratia requisita ad maximè sublimem Matris tuæ dignitatē, quia sum gratia plena: sed id omne in me est, quia inueni gratiam apud te: [a] *Quia enim respexisti humilitatem ancillæ tuæ, ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: At odori vnguentorum optimorum tuorum, perfectissimisque gratijs tuis, Gratia mea vniuersa nullatenus comparari potest: Tu enim es ipsamet gratia: [b] In te est gratia omnis vitæ, & veritatis. In te omnis spes vitæ, & virtutis. Ego redolens, ac odorata sum, nō quia ipsa sim odor; sed quia te tanquam vas portaui in vtero meo, quod es ipsumet gratiarum vnguentum: vnde rectè oleum, atque preciosissimum vnguentum nominaris. [c] Ego odorem reddo, quia tu quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi quodcumq; vnguētum optimū vaporasti me habitationē tuā.

a Luc. 1. 48.
b Eccl. 24. 25.
c Eccl. 24. 20.

IIII. SENSVS.

Hęc ipsa significat B. Virgo per eadem verba iuxta quartum sensum, dicens ad Verbum diuinum, Fragrantia, siue propter fragrantiam vnguentorum optimorum tuorum, gratiarum tuarum, quib. scilicet es delibutus, ego habeo id omne, quod in me reperitur odoris, ac gratię, iuxta ea, quę dicta sunt in superioribus.

Vers. III. Fragrantia vnguentis optimis.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica: A voce miraculorum tuorum, & potentiæ tuæ, quæ fecisti populo tuo, domui Israel cōmoti sunt omnes populi, qui audierunt famam potentiæ tuæ, & signorum bonorum tuorum.

Quotquot verba ista exponunt ex antiquis Patribus ad duos reducuntur ordines; Qui enim interpretati sunt lectionem Sept. quæ sic habet, *Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata*, de Christi fragrantia hæc accipiunt; Qui verò nostrā exposuere vulgatæ lectionem, referentes adiectiuum *Fragrantia* ad *vbera* iuxta primos sensus allatos à nobis in prima soni litteræ expositione, non tam de Christi, quàm de Ministrorum eius odore, eadem sumunt.

Ex ijs, qui de Christi fragrantia hæc accipiunt, quidā per Christi vnguenta spiritualem illius gratiam designatā arbitrantur, quæ præferatur vnguētis ijs, quæ Moyses ex præcepto Dei composuisse legimus, quæ ve figuram horū extitisse nouimus: atque adeo præferri inquiunt Christū ipsum, quē Pater vnxit Spiritu Sancto, verbis legis, ac Prophetarum, quorum Ecclesia, quæ hic loquitur, vsum habuit, atque notitiam. Ita Origenes hom. 1. ex 4. Theodoritus, & partim Aponius, qui hæc accipit de odore, gratia, & spiritu, quem à Christo suscipimus in baptismo; multo certe præstantiori, quàm oleum compositum a Mose.

APPENDIX.

Christus, eiusq; gratia præfertur vnguentis Mosis, ac verbis legis, & Prophetarum.

Bene autem hic notat Theodoritus, nequaquā dici, *odor vnguenti tui super omnia aromata*; sed, *odor vnguētorum tuorum*: vt per hoc indicetur, multa esse gratiarum munera, quæ ab vno, eodemque fonte profluerent.

Origen. Theod. Aponius.

Gratiarum munera multa ab vno fonte.

Origenes loco præcitato accipiens hæc, vt verba animæ, per vnguenta Christi specialem, quę ex ipso profluxit gratiam intelligit spiritalis, ac mysticæ intelligentiæ diuinorum. Sic enim ait: Anima præfert spiritualem, ac mysticam intelligentiā diuinorum omnibus aromatibus moralis, naturalisque philosophiæ, in quibus ante cognitionem Verbi Dei sese exercuit: Erant enim omnia illa aromata quædam, quia in his institutio probabilis, & morum quæritur emendatio: quia in his deprehēditur vanitas sæculi, & caducarum rerum, respuūtur falsa miracula.

Origen.

Diuinorū intelligentia præfertur philosophia morali, & naturali.

Alij per vnguēta eiusdem Christi ipsas eius virtutes, sicut & per aromata quoque virtutes intelligunt aliorum; quibus tamen quorumcunque aliorum Sanctorum virtutibus præferri hic inquiunt virtutes Christi, siue virtutes singulorum seiunctim sumantur, quatenus vnus in aliqua illarū, alius in alia excelluit: siue accipiantur coniunctim, quatenus in quopiam omnes simul fuerint nectæ: Ita Greg. Nyssen. hom. 1. in Cant. Philo Carpath. & videntur huc spectare, quæ dicuntur ab Origene homil. 1. ex duabus. Exponit autem Nyssenus hunc locum per verba illa Habachuc; [a] *Operuit cęlos virtus eius*: dicens, Sed tamen hæc omnia scilicet aromata, & virtutes aliorum Sanctorum nihil sunt, si conferantur cum illa perfecta, & omni ex parte absoluta virtute, quam Habachuc Propheta dicit cœlos comprehendisse, inquiens, *operuit cœlos virtus eius*; Quibus verbis cœlorum nomine cęlestes Sanctorum virtutes intelligere visus est Nyssenus, quæ a virtute Christi ob ipsius sublimitatē, & excellentiam opertę sint. Affertque rationē hāc: quia virtus Christi sit ipsa per se virtus, ipsa per se sapientia, ipsa per se Iustitia, & cætera huiusmodi.

Virtutes Christi quātum excellant virtutibus alterius cuiuscumque.

Greg. Nyss. Philo Carpath.

Virtus Christi virtutibus aliorū præfertur, quia est ipsa per se virtus, & illæ nihil sunt respectu eius.

a Habac. 3. 3. secundū Sept.

Ex illis verò, qui hæc ad ministros referunt, seu ad vbera Christi; Quidam haud pro comparatiuo, sed pro positiuo, vt sonat, accipiunt adiectiuum *fragrantia*, quasi vbera ea dicta sint meliora vino, quia sunt fragrantia vnguentis optimis. Ita Cassiodorus, Ita & Gregorius Papa, qui, cum per Christi vbera duplicem sumpserit dilectionem, eadem nunc asserit dici fragrantia, quia suauissimum redoleant odorem per doctrinam, ac per Sancta opera; sic enim ait: Hæc vbera charitatis vnguentis optimis fragrant, quia odorem suauitatis per sapiētiæ verba, & Sanctitatis exempla secum portant: quicumque enim Sancta Charitate per gratiam Dei se reficit, is spiritualium donorum & odorē, & suauitatem sentit, quorum bonorum vbertate proximos quosque ad interiora gustanda secum trahit, & vt in amorem diuinum conualescant, siue calescant, istis vberibus nutrit.

Cassiod. Greg. PP.

Charitatis vbera redolent suauissimum odorem per sancta verba, & exempla.

Ita pariter & Bernardus Serm. 11. in Cant. vbi, ostendens, quomodo Ecclesia habeat vbera, quæ simul sint meliora vino, & fragrātia &c. ait: Ecclesię nūq. de vniuersitate sua deest, & vnde inebriet, & vn-

Bernard.

APPENDIX.

& vnde fragret, quod enim ſibi deeſt in vno, habet in altero, ſecundum menſurã donationis Chriſti; fragrat enim in his, qui ſibi faciunt amicos de mammona iniquitatis: inebriat in miniſtris Verbi, qui vino lætitiæ ſpiritualis infundunt terram, inebriant eam, & fructum referunt in patientia.

Rupertus Abbas.

Maria Spiritusſancti conſuetudo, omnia charismata, quæ alijs diuidit ſigillatim.

Ita denique & Rupertus Abbas aſſerens, vnà cũ dulcedine, ac duobus datis Spiritus Sancti, quibus quaſi duobus Verbi vberibus lactata eſt B. Virgo Maria; vnà cum tanta dulcedine amoris, eidẽ Virgini plenæ gratiæ infuſa fuiſſe chariſmata, quæ cæteris Sanctis ab eodem Spiritu diſpertiuntur, & diuiduntur, ideò ea vbera dicta fragrantia vnguẽtis optimis, ipſis chariſmatibus.

Apoſtoli, et Euangelici Doctores ſeferuntur a Spiritu ſancto veteris teſtamenti quoad fragrantiã tũ gratiæ, tum etiam virtutum.

Alij, idem adiectiuum *fragrantia* pro comparatiuo *fragrantiora* ſumentes, aſſerunt Apoſtolos, Sãctosve Doctores, vel fragrantia gratiarum, & vnctionis Spiritusſancti, vel fragrantia bonæ famæ, & bonorum exemplorum præferri Sanctis Patriarchis, Prophetis, Sacerdotibus, atque Regibus veteris teſtamenti. Ita Beda, & Iuſtus Orgelitanus ex illo Apoſtoli, [b] *Deo autem gratias, qui ſemper triũphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco*; & illo: [c] *Et qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.*

Beda.
Iuſtus Orgel.
b 2. Cor. 2. 14.
c 2. Cor. 1. 21.
Anſelm.

Spiritusſanctus quos inungit, veros reges, et ſacerdotes facit.

Ita & Anſelmus, qui, cum per Chriſti vbera doctrinam acceperit Euangelicam; Redolet, inquit, doctrina Euangelica, & bona opinione, & fama ſua ad ſe trahit, & redolet per optima vnguenta, quia in doctrina Euãgelica ſunt dona ſpiritualia, quæ ſunt optima reſpectu vnguentorum carnaliũ, quibus ſolebant inungi amatores, vt melius placerent, vel etiam cænantes: optima quoque dicũtur, quia quos inungunt, veros Reges, ac ſacerdotes efficiunt.

Vnguenta piæ animæ triplicia.
Bernard.
Hugo Victo.

Triplicem vnguentorum animæ diſtinctionem in vnguenta contritionis, vnguenta deuotionis, & vnguenta pietatis, ſingulaque eorum fuſius pertractata videre eſt apud Bernardum ſerm. 11. & 12. in Cant. atque etiam apud Hugonem de S. Vict. lib. erudit. Theologicæ ex Miſcellaneorum. 1. li. 2. tit. 60. tom. 3.

Ex Verſ. III. Oleum effuſum nomen tuum.

Expoſitio Prima. Iuxta Litteræ ſenſum.

I. SENSVS.

SI verba iſta cum verbis illis *fragrantia vnguentis optimis*, iungantur manifeſtum eſt ex dictis in ſuperioribus, id, quod hic dicitur additum eſſe ad amplificandam ingenti cum emphaſi ſummã ſponſi fragrantiam; Etenim cum in verbis ijs ſignificaſſet iam ſponſa, odorem, atque fragrantiam vnguentorum optimorum, quibus is erat delibutus, vel fragrantia ipſius, quam redolebat ob vnguenta illa optima, tantam eſſe, vt nulla ſit fragrantia alia cuiuſpiam, quæ cum illa valeat cõparari; nunc ad ſummam, ac vehementiſſimam amplificationẽ addit; eum nuncupandum eſſe oleum effuſum: ac ſi diceret.

PARAPHRASIS.

Adeò verum id eſt, quòd fragrantiæ tuæ nulla eſt, quæ comparari queat alterius cuiuſpiam fragrantia, vt propter tuæ iſtius fragrantiæ excellentiam, vnguentum ipſum, ac ipſemet odor nominãdus ſis: & vnguentum non incluſum, quod odorẽ haud emittat extrinſecus, ſed effuſum, ac longè latèq; ſuauiſſimam emittens fragrantiam, quæ tamdiu perſeueret, quamdiu perduret ipſa vnguenti ſubſtantia. Locutio hyperbolica, ei planè ſimilis, qua in pſal. 44. verſ. 9. ad amplificationem odoris, atque fragrantiæ, qua veſtimenta eiuſdem ſponſi redolent ex ſuauiſſimis, quibus delibuta erãt vnguentis, iuxta Hebraicam lectionem dicitur: *Myrrha, & gutta, & caſia omnia veſtimenta tua*, ideſt Veſtimenta ipſa tua adeò fragrant, vt nomen eorum ſit vnguenta, myrrhæ &c. vt dici queant ipſamet myrrha, gutta, & caſia.

LITTERA.
Pſal. 44. 9.

II. SENSVS.

At verò, ſi verba illa, *fragrantia vnguẽtis optimis*, referantur ad *vbera*: hoc loco ſponſa noua ſententia commendabit ſponſum ſuum: ſignificans, illũ adeò eſſe amabilem, tum proper egregias virtutes, tum ob ſingularem venuſtatem, vt nomen eius ſit oleum effuſum. Quorum verborum apertiſſimus ſenſus eſt, ſi conferantur cum verbis ijs, quibus in libro Eccleſiaſtici Sanctiſſimus, maximèque amabilis commendatur Ioſias Rex, nempe: [a] *Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta, opus pigmentarij*, ideſt, Memoria Ioſiæ, collata ad compoſitionẽ odoris, eſt facta opus pigmentarij, inuenitur eſſe ſimilis operi pigmentarij, qui diuerſis ſpecieb. per aptam, ac proportionatam mixturam componit odoriferum oleum, vel vnguentum maximè redolẽs: Ac ſi dicatur, Adeò amabilis extitit Ioſias Rex, vt nomen ac fama eius ſint inſtar vnguẽti optimi; quotieſcumque enim eũ nominari, vel de illo ſermonem haberi, aut aliquid audiri contigerit, tanta & loquentibus, & audientibus quibuſcumque exhibetur ſuauitas, quanta ex fragrantia vnguenti optimi cuilibet exhiberi ſolet olfactui: Sic itaq; in hoc ſenſu ait ſponſa, *oleum effuſum nomen tuum*. Ac ſi dicat:

a Eccl. 49. 1

PARAPHRASIS.

Nihil mihi ſuauius, quàm te nominare, nil iucundius, quàm pronunciare, vel pronunciatum ab alijs audire nomẽ tuum: eſt enim id mihi, & vniuerſis inſtar fragrantiſſimi vnguenti, longè, latèq; ſuã effundentis fragrantiam. Quę loquendi phraſis ex amantium more ſumpta eſt: Amanti enim nil ſuauius, nilque fragrantius, quàm nomen, ac memoria dilecti: quam de illo quidpiam vel loqui, vel audire. Vtitur autem ſponſa potius nomine vnguẽti, ac olei, & ſimilitudine ſuauitatis, quæ percipitur ex vnguentorum odore, quàm ſimilitudine alterius rei, vel alterius ſuauitatis: tum quia in præcedentibus verbis fragrantiæ vnguentorum optimorum commemoratio facta fuerat, ſicque ex eadem re, quam in ore habebat, deſumit ſimilitudinem: tum quia puellæ, ac præſertim ſponſæ vnguẽtorum ſuauitate delectantur: Tum deniq; quia nominis fama ſummam cum vnguentorum odore habet proportionẽ: vnde & in lib. Eccleſiaſt. dicitur. [b] *Melius eſt nomen bonũ, quàm vnguenta pretioſa.*

b Eccl. 7. 1

Circa litteram originalium Hebræorum, atque Græcorum, Notandum primo, in textu hebraico elegantem hoc loco eſſe paranomaſiam in dictionibus *Nomen tuum*, & *oleum*: cum enim oleum in Hebræo dicatur שמן ſcemen; nomẽ verò dicatur שם ſcem, ſpõſa his ſimilibus nominibus ſic ludit, dicens שמן תורק שמך ſcemen thurac, ſcemecha. Porrò olei vocabulo apud Hebræos nedũ oleũ ſignificatur oliuarium: ſed & id omne, quod inungit, qualia ſunt vnguenta aromatica, & pretioſa: atque adeò benè à Sept. pro vnguento hinc ſumptũ eſt, ſicut etiam communiter accipitur à Doctoribus Hebræorum.

Secundo Notandum, dictionem Græcam ἐκκενωθέν, qua vſi ſunt Septuaginta, ab aliquibus interpretari *effuſum*, ab alijs verò *exinanitum*, ab alijs *euacuatum*: Quæ lectionum diuerſitas haud modicum conferet ad ſpiritales ſenſus, vt ex dicendis patebit.

DE SPONSA SPIRITVALI.

Ex Vers. III. Oleum effusum nomen tuum.

Expositio Secunda. De Sponsa Spirituali Ecclesia, Anima, ac B. Maria.

Christus tripliciter considerari potest, sicq; triplex hoc & nomen.

TRiplici ratione Christum Dominum cōsiderare cum liceat, nimirum, vel vt Verbum æterni Patris filium, ab æterno genitū, vnam, eamdemque cum suo genitore habens substantiam, vnam bonitatem, vnamque potentiam, simulque cū illo infinitum, atque immensum: vel vt Deum in tempore per Incarnationis mysterium cum humana natura coniunctum: vel vt hominem, humanis subiectum miserijs, incomprehensibili modo cum humanitate iunctam simul habentem & diuinitatem in vno diuino supposito; tribus præcipuis nominibus nuncupare ipsum solemus; etenim quatenus æternum est Patris Verbum, admirabili nomine illo Tetragrammaton appellamus eum יהוה Iehouah; quatenus Deus est, coniunctam habēs humanitatem, proprijssimo nuncupamus nomine Iesu: & quatenus homo est, per sacratissimam diuinitatis coniunctionem vnctus, Christum eum vocamus, nomine certè suauissimo. Quapropter si rectè, atque exactè, quod hoc loco à sponsa de eius nomine dicitur, exponendum à nobis sit, operæpretium mihi videtur, vt singillatim explicetur, quomodo cuique horum trium nominum congruant, quæ hic à sponsa dicuntur, & quàm aptè vnumquodque eorum, *Oleum effusum*, dici queat.

De Nomine Tetragrammaton.

Nomen Tetragrāmaton diuinā naturā attingit magis quam cætera omnia Dei nomina.

Et quidem à primo exordientes; Quemadmodum constantissimè apud omnes concessum est, æternam, infinitam, immensam, atque incomprehēsibilem Dei naturam nullo, quod à nobis repertū sit nomine explicari posse, iuxta illud Prouerbiorum, [a] *Quod nomen est eius, & quod nomē filii eius?* Ita persuasissimum quoque est vniuersis, inter ea nomina, quibus Deum nuncupatum legimus in sacris litteris, nullum esse, quod magis eius naturam attingat, quàm nomen Tetragrammaton, quo ipsius significatur essentia; Ideoque hoc se nomine nuncupari per semetipsum professus est, cum Exodi 6. ad Moysen dixerit, [b] *Ego Iehouah, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Iehouah non indicaui eis*, & Isaiæ 42. [c] *Ego Iehouah, hoc est nomen meum.* Quid clarius? interrogatus etiam à Mose, quodnam esset nomen eius: [d] Respondit, *ego sum qui sum* manifestè contestans, nomen illud esse sibi maximè congruens, vtpote quo perfectissimum suum exprimatur esse; hoc verò, idest, de quo loquimur, nomē Iehouah: quo significatur, Deum ita ab æterno fuisse, esse, atque in æternum futurum, vt sit ipsum suum esse; quo etiam ita significatur distinctè eius diuina essentia, vt cum simplicissima ipsius vnitate diuinarum personarum Trinitas, & æterna earum distinctio, origines, atque productiones insinuētur: de quibus omnibus subtilia multa, atque præclara dici hic possent, quæ tamen, cum parum ad nostram exponendi rationem conferant, missa facere satius censui: Eorum tamen complura cuicunque fas erit legere apud Petrum Galatinum lib. 2. de arcanis catholicæ veritatis c. 9. 10. & 11.

a Prou. 30. 4.

b Exo. 6. 2.

c Isa. 42. 8.

d Exod. 3. 14.

Nominis Tetragrāmaton vis & significatio.

Petrus Galatinus.

Nomē Tetragrāmaton quō sit vnguētum effusum.

Quod ad rem nostram facit illud est, quod per hoc significatur, Deum tales, ac tantas habere perfectiones, vt sit ipsamet perfectio; vt sit ipsummet perfectissimū esse, in quo cunctæ includantur perfectiones; Ac propterea rectè ad Deum sic dicitur, *Vnguētum effusum nomen tuum*; ac per vnguentum effusum tale perfectissimū designatur esse, talisq; substantialis Dei perfectio: non secus ac in præcedentibus eiusdem perfectio per vnguentorum fragrantiam designata est.

Simile.

Eusebius Cæsar. li. 4. de demōst. Euang. c. 5

Quāuis haud incongruè dici possit, hoc nomen Tetragrammaton dici vnguentū, propterea quod esse Dei in vna simplicissima perfectione infinitas includat perfectiones, non secus ac vnguentum optimum in vno suauissimo odore complures mixtarum specierum includit odores: Dici verò nō solū vnguentum simpliciter, sed vnguentū effusum, propter summam communicationem ipsius diuinæ essentiæ, ac diuinarum perfectionū, quę fit ad intra; cū Pater per æternam generationem eamdēmet essentiam suam vnà cum omnibus, & singulis perfectionibus absolutis communicet filio; quam ipsemet filius simul cum Patre per spirationem actiuam effundunt (vt ita dicam) ab æterno pariter in Spiritum Sanctum.

Nomen Tetragrāmaton proprium sit Trinitati appropriatur per cipuè filio, & cur.

Hilar. li. 5. de Trinit.

Tertull. li. aduersus Praxeam.

Leo Papa: Ep. 13.

Aug. 2. de Trin. à c. 7

Amb. li. 1. in Lucam de Angeli apparitione: & ante hos Clem. li. 5. Cōst. c. 16.

Verùm, quamuis nomen istud, sicut & reliqua omnia, quæ ad essentiam spectant, æquè toti competat Trinitati: per appropriationem tamen, non secus ac in cōpluribus attributis diuinis fieri consuetū est, Verbo diuino accommodatur à Sponsa, vtpote cui illud maximè conuenire videtur: tum quia si vera esset complurium Sanctorum Patrum sententia, vt quotiescumq; Deū cuipiam Antiquorum Patriarcharū apparuisse, ac locutū esse in scripturis legimus, Verbum diuinum intelligendum id sit; certè si Verbum extitit, quod in Rubo Moysi apparuit, quodque nomen illud significauit admirabile, nullus erit, qui abnuat, ad ipsum maximè propriè tale competere nomen, quo se nuncupatum tunc asseruit; tum quia idcirco nomē istud dicebatur ineffabile, non quòd ad vocis pronunciationem ineffabile esset, cū vel semel in anno intra Sanctuarium à Summo Sacerdote in populi benedictione pronunciaretur, prout ex Hebræorum constat traditionibus; Sed propter mysterij significatum, quia maximè competeret Verbo diuino, cuius occultissima esset notitia, quoadusq; per semetipsum sese illustraret, nostra indutū carne: Atque idcirco apud Hebræos moris est, vt cū in scriptura Sacra nomē istud יהוה Iehouah inuenerint, haud legant יהוה Iehouah, vt scriptum est, sed alio nomine אדני Adonai, id est Dominus, illud exprimant, quod tamdiu seruandum asserunt, quādiu venerit Messias, quamdiu videlicet ipsum Verbū, cui maximè illud competit, humana natura assumpta, illius nos edocuerit vim.

Nomen Tetragrāmaton quare diceretur ineffabile.

Adde quòd ex compluribus Sacræ Scripturæ testimonijs manifestissimè apparet, nomen istud ipsi Verbo maximè competere; dicitur enim in Isaia: [e] *In die illa erit Iehouah exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui:* Quam sententiam Paraphrasis Chaldaica ita reddidit: In tēpore illo erit Messias Deus (Tetragrāmaton) exercituū ad diadema gaudij, & ad sertum exultationis residuo populi sui: Quin hoc & ab Apostolo significatū crediderim, vt nomē istud Iehouah propriè competat Christo 1. Cor. 12. vbi ait [f] *Nemo potest dicere: Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto.* Neque enim id propriè Paulum sibi velle censendū est, vt dixerit neminē posse exprimere hoc nomen Domini Iesu, nisi in Spiritu Sancto; cū & ab Infidelibus, & à compluribus, qui alieni sunt à Spiritu Sancto, id nomen frequentius exprimatur: sed quod intendit est, vt nemo possit dicere, Iesum esse Dominum, & Iehouah; esse videlicet Deum, cuius proprijssimum nomen est Iehouah; (quod cum ab Hebræis communiter legeretur, vt dictum

e Isa. 28. 5.

f 1. Cor. 12. 3.

Paulus tribuit nomē Tetragrāmatō Christo Iesu.

DE SPONSA SPIRITVALI

ctum est per vocem Adonai, Septuaginta verterūt κύριος, idest Dominus, nisi in Spiritu Sancto: hęc nempe cognitio, atque hæc confessio diuinitatis in Christo, à Spiritu Sancto in nobis proueniat necesse est: Sic in verbis Apostoli prius ponitur prædicatum, & postea subiectum, æquè ac si, iuxta ordinem dictum fuisset: *nemo potest dicere: Iesus est Iehouah, & Dominus, nisi &c.* Neque hoc nouum est in Scripturis, vt prædicatū præponatur subiecto: confirmari enim id potest per alium Apostoli locū ad Rom. 10. vbi ait. g *Quia, si confitearis in ore tuo Dominū Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris:* In quibus verbis eodem modo *Dominus*, quod est prædicatum, præponitur subiecto, quod est *Iesus*: vt sensus sit: si confitearis in ore tuo, quod Iesus est Dominus idest iehouah, &c. Quem sensum attulisse mihi visus est Aug. concione 13. in psalm. 118. vbi ait: Nos autem ne offendamus, & cadamus, opprobria eorum ne timeamus, sed respondeamus eis Verbum, hoc est Verbum fidei, quod prædicamus. *Quia si credideris, inquit, in corde tuo, quia Dominus est Iesus, & confitearis in ore tuo, quia Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris.* Idipsum confirmare licet, & alio loco eiusdē Apostoli Philip. 2. quo dicitur. h *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen; vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, & c. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloriam Patris* (sic legunt Codices Græci, & Antiqui Patres) vbi pari ratione ab Apostolo *Dominus* nomē iehouah ponitur vt prædicatum, ideoque sicut & in præcitatis locis ponitur absque articulo, ὁ, in textu gręco, vt sensus sit: omnis lingua confiteatur, quòd Iesus Christus in gloriam Patris est Dominus, Iehouah, quod est nomen illud super omne nomē, cui flectatur omne genu. Quę omnia clariora apparēt, si locus perpendatur Isaiæ, vnde Paulus hæc sumpsit. Isaias i enim in cap. 45. postquàm Deus multis verbis ostendit, se esse verum Iehouah, idest verè existentem ab æterno, & immutabiliter perpetuò existentem: ad finem capitis ait. k *Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua:* Quid sit autem, *Iurabit omnis lingua*, declaratur per versionem Sept. *& iurabit omnis lingua Deum; dicens: Iustitia & gloria ad eum veniet:* Quæ sic reddidit Paulus, *& omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus ad gloriā Patris;* idest, quia Iesus Christus, qui est Iehouah, ad gloriam est Patris.

g Rom. 10. 9

August.

h Philipp. 2. 9.

i Isa. 45.

K Isai. 45. 24.

Quæ cum ita sint, Iure optimo Christi sponsa, diuinum alloquens sponsum suum, eique tām admirabile approprians nomen, ait. *Oleum, siue vnguētum effusum nomen tuum,* ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Tu non modo habes odorem; sed es ipsa odoris substantia: Non modo habes essentiam, & cum essentia bonitatē, ac perfectionem; Sed es ipsamet essentia tua, ipsamet bonitas, ac pfectio: vnde nomen tuū Iehouah est ipsummet esse: est ipsummet bonum (bonum enim, & ens non differunt realiter) quia te signat esse ipsum bonum, & ipsummet vnguentum. Et quia boni proprijssimum est, vt sit sui maximè communicatiuum, profectò nomen istud tuum non est vnguentum in tua tantum diuinitate inclusum; sed est vnguentum ad creaturas omnes effusum: Communicans enim esse, ac bonitatem tuam ad extra, tu fecisti omnia, cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt.

Ps. 145. 6.

De Nomine Iesu.

II. SENSVS.

At si propter simplicis esse effusionem, desuper in se ab illo superno, atque æterno Verbo factam, tantam ex eius nomine, quod illius essentiam significat, sponsa percipit suauitatem, vt illud vnguentum effusum nuncuparit; quamuis id non sit verè proprium ipsius Verbi, sed tātum appropriatum; Quam suaue eidem esse, existimādum est, nomen dulcissimum Iesu, ex cuius effusione ipsa perfectionem omnem sui esse acquisiuit, omnemque salutem; quodve Verbi ipsius haud appropriatū, sed proprijssimum est, quatenus nostrā assumpsit naturam. Persuasissimum enim vniuersis id esse debet, Nomen istud quoad vim, & efficaciam ita proprium esse Christi Domini, vt tametsi aliquando in scripturis cuipiam illud reperiatur impositum, eatenus ei impositum id fit, quatenus is typum in aliquo gesserit nostri veri Iesu; prout longiùs probant Tertull. lib. contra Iudæos cap. 9. Origenes homil. 2. in Exodum, & 22. in Num. Euseb. lib. 4. demonstrationis Euangelicæ cap. 27. 28. & 29. Atque etiam alij complures, quos hic citare longum esset.

Tertull. Origenes. Euseb. Cęsar.

Neque verò opus est, vt quis dubitet, hoc sacratissimum nomen Iesu esse proprium Verbi Incarnati quo ad vim, & efficaciam, ex eo, quòd cū saluare sit totius Trinitatis: & tam Pater, quàm filius, & Spiritus Sanctus simul, & indiuisè salutem efficiant, videatur potius, proprium illud esse totius Trinitatis, quàm solius filij: dicendumque id potius appropriatum ipsi filio, quàm eius proprium; siquidem, licèt tota Trinitas salutem efficiat; modus tamen eam efficiendi exhibitus est per Verbum incarnatum, per Christum, qui satisfecit pro peccatis nostris, l factus propitiatio pro sceleribus totius mundi, m mediator Dei, & hominum, n in quo instaurata sunt omnia. Bene autē diximus, nomen istud proprijssimum esse Verbi diuini Incarnati: quādoquidem haud propter humanitatem Christus dictus est Iesus, sed propter diuinitatem, sine qua homo haud operatus esset salutem. Dicat itaque sponsa ad Christum dilectū suum, o *Nomen tuum, ac memoriale tuum in desiderio animæ meæ:* dicat, *vnguentum effusum nomen tuū.* Quia nihil mihi magis est in optatis, quàm, vt proferre valeam hoc suauissimum nomen Iesu, Vnguentum est, & vnguentum effusum.

Iesu nomen quò sit proprium Christi, cum saluare sit totius Trinitatis.

l 1. Io. 2. 2.

m 1. Thim. 2. 6.

n Eph. 1. 10

Iesu nomen quā suaue sit animæ piæ.

o Isa. 26. 8

Bene profectò vnguentū, bene quoque effusum, non solum ob eximiam suauitatem, quam ex eo ipsa percipere solet, iuxta secūdum sensum allatum in littera: verùm etiam ob triplicem aliam rationem, quæ ex eo indicatur sensu, quem primo loco attulimus item in littera.

Prima ratio est; vt per hoc designetur, Christū Dominum haud exhibuisse fragrantiam salutis, quemadmodum falsò exhibent res sæculi huius, de quibus dicitur, p *Fallax equus ad salutem, in abundantia virtutis suæ non saluabit,* quemadmodum & vanè fit quoque ab hominibus mundi, de quibus dicitur, q *Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus,* r *quia vana salus hominum:* Vel etiam quemadmodum fiebat à Sanctis Prophetis, qui semper promittebant salutem à Domino faciendam; cum tamē prēter istiusmodi promissionum fragrantiam, salutem ipsam haudquaquam possent afferre: Sed esse ipsammet salutem iuxta illud, f *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?* Sed esse ipsummet Saluatorem, qui t *operatus est salutem in medio terræ.* Quapropter, cum (ut bene dicitur ab Apostolo, u *non sit in alio aliquo salus: nec sit aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri,* egregiè hoc loco à Spōsa, horum omnium optimè conscia dicitur, *Vnguentum effusum nomen tuum,* ac si diceretur.

Iesu nomen dici vnguētum, quia Christus est ipsamet salus.

p Ps. 32. 17

q Ps. 145. 3

r Ps. 59. 13

f Psal. 26. 1

t Ps. 73. 12

u Act. 4. 12

DE SPONSA SPIRITVALI.

Nomen tuum congruentissimè est Iesus, quia tu re ipsa Iesus es: Tu enim es Saluator noster: tu salnatio: tu Deus salutis nostræ: Tu non modo odorem Saluationum exhibes promittendo salutem; sed & ipsum vnguentum salutis, effusum in vniuersam terram.

PARAPHRASIS.

Dicitur secundo nomen Iesus *Oleum, ac vnguentum effusum*, quia per illud immensa Christi Domini misericordia exprimitur: Ecquis enim ignoret, oleum atque vnguentum in Scriptura Sacra symbolum esse misericordiæ, cũ lene sit, molle, atque suaue, nullam in se habens asperitatem? Sic igitur ait sponsa; *Vnguentum effusum nomen tuum*, ac si diceret.

Iesu nomine significatur summa Christi misericordia, & ideò tale nomen dicitur vnguentum.

Tantam mihi Domine exhibuisti misericordiã per eam, quam mundo attulisti salutem, vt congruentissimè iam ex hoc dici debeas ipsamet misericordia; iuxta illud, y *Misericordia mea, & refugium meum susceptor meus, & liberator meus*, & illud, z *Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia mea.*

PARAPHRASIS.

y Ps. 143. 2 z Ps. 58. 18

Tertio dicitur Vnguentum effusum nomen Iesu: quoniam Christus Dominus nedum saluauit tunc orbem, quando per proprium sanguinem illum redemit de maledicto mortis; quando in Cruce cum antiquo cõfligens hoste, illum eruit de potestate tenebrarum, Verum etiam quotidie saluat vnumquemque, exhibendo se singulis medicum cõtra quascumque animi infirmitates; atque ideò per Isaiã inquit, se a *vnctum, vt mederetur contritis corde*; quod ipsũmet nomen Iesu in lingua Græca significare inquit Cyrillus Ierosolimitanus, sicut enim Hebraica lingua significat Saluatorem, sic & Græca significat medicum. Et quia dum se nostrum exhibet medicum, haud tãtum per extrinsecus adscita medetur medicamenta, prout ab vniuersis medicis fieri consuetum est, sed insuper per semet ita medetur, vt & se ipsum, & nomen suum pro medicamento exhibeat; Idcirco non tantum medicus, sed & vnguentum, ac medicamentum dicitur, & nomen eius Iesus eximium censetur vnguentum, quod non modo ingentem exhibeat fragrantiam, sed & cunctis animarum morbis perfectam præstet curationem.

Iesu nomen est medicamentum optimum.

a Isa. 61. 1.

Iesu nomen significat medicum.

Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi. 10.

Addamus & quartam rationem, quare idipsum nomen Iesu dicatur vnguentum; Nimirum, quia sicut vnguentum aliquod eximium, cum cõstet ex compluribus aromatibus, odoratisque speciebus, in proprio odore, quem ex tali aromatum vnione reddit, virtualiter, nec non etiam realiter quoquo pacto includit singulos quoque aromatum illorũ odores; eodem fere modo, cum nomen Iesu sit impositum ad significandum Christum Dominum, qui constat ex diuinitate, & humanitate simul miro modo vnitis, videtur quodammodo continere diuersa ea nomina, quæ his duabus imposita sunt naturis; & quamuis vnam tantum exprimat Saluatoris significationem; in ea tamen & reliquas omnes includit ceterorum nominum significationes, quæ Christo Deo pariter, & homini imponenda reperimus in Prophetarum libris. Vt autem quã verum id sit, appareat, ostendamus hoc, singula eorũ perpendentes. Nomen illud Emmanuel de quo Isaias inquit, b *Et vocabitur nomen eius Emmanuel* quoad suam significationem quis abnuat, includi in significatione nominis Iesu? cum in significatione Saluatoris manifestè pateat, significari, Deum, quò nos saluaret, factum esse nobiscum, carne, ac natura nostra assumpta: Sicque cum dicitur Iesus, Emmanuel quoque, idest, nobiscum Deus dici, manifestum est. Secundum nomen est, Accelera, spolia detrahere, festina prædari, prout ei imponendum præcipitur Isaiæ, c *Voca nomen eius Accelera, &c.* atqui Christum Dominum, cum Iesum, ac Saluatorem se mundo exhibuit, accelerasse, festinumque cucurrisse ad salutem operandam, quam in expoliatione principatuum effecit, manifestissimè cunctis patebit, qui recolant per Prophetã de eo dictum, d *Exultauit, vt gigas ad currẽdam viã, à summo cœlo egressio eius, & occursus eius, vsque ad summũ eius:* Et quod ab Apostolo asseritur, e Christum operatum salutem, expoliando principatus, & potestates; ac traducendo illos confidenter, triũphando illos in semetipso. Quid dicam de sex ijs nominibus, quæ idem Isaias enumerat, cum ait: f *Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, & Princeps pacis?* Audi Bernardum, In his omnibus vnum inuenies nomen Iesu, sed expressum quodammodo, & effusum: nempè ipsum est, de quo Sponsa in Cantico amoris ait. *Oleum effusum nomen tuum.* Habes ergo vnum ex his omnibus appellationibus Iesum; nec omnino, aut vocari posset, aut esse Saluator, si fortè quidpiam horum defuisset, Nunquid non verè admirabilem eum sumus experti singuli in mutatione vtriq; voluntatũ nostrarũ? Hoc nẽpe est saluationis nostræ principium, cũ incipimus respuere, qđ diligebamus, dolere vnde lætabamur, amplecti quod timebamus, sequi, quod fugiebamus, optare, quod contemnebamus; Admirabilis planè, qui hęc operatur mirabilia. Sed nihilominus & cõsiliarium sese exhibeat necesse est in electione pœnitentiæ, & vitæ ordinatione, ne forte sit nobis absque scientia zelus, & voluntati bonæ prudentia desit. Sanè opus est, vt Deum quoque probemus, in remissione videlicet priorum delictorum; quia nec sine hac salus nobis constare potest: & nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus; Verùm ne id quidẽ sufficit ad salutem, nisi fortẽ quoque experiamur in expugnando impugnantes nos, ne ab eisdem rursum concupiscentijs superemur, & fiant nouissima nostra peiora prioribus. Videtur iam aliquid deesse Saluatori? Planè deesset, quod maximum est, nisi & Pater esset futuri sæculi, vt per eum scilicet in immortalitatem resurgeremus, qui per præsentis sæculi patrem generamur ad mortem; Neque hoc satis, si non etiam Princeps pacis, Patri nos reconciliaret, cui traditurus est regnum, & fortè sicut filij perditionis vtique non salutis, resurrecturi nõ videremur ad pœnam; Multiplicabitur sanè eius imperium, vt meritò Saluator dicatur etiam pro multitudine saluandorum, & pacis non erit finis; vt veram noueris esse salutem, quæ non possit timere defectum. Hæc Bernardus; quibus egregiè probatum apparet, quomodo prædictorum sex nominum significationes, in vna includantur significatione nominis Iesu. Reliquũ est, idipsum animaduertere etiã in duobus, quæ supersunt Christi nominibus, siquidem Ieremias nonum affert nomen dicens, g *Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster*; cuius quidem significatio adeo inclusa est in significatione nominis Iesu, vt re vera nihil aliud sit, esse Saluatorem nostrum, quàm esse simul Dominum, ac iustum nostrum, qui instar humanissimi Domini, non tantum generalem, sed specialissimam nostri curã gesserit: qui vt nos saluos faceret, semetipsum obtulit Patri, ita vt Iustitiæ, qua nos puniendi essemus, ipse se subiecerit, factus iustus noster; quinę h Cum factus sit nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, sic salutem nobis attulit, vt nos iustificaret, ac sanctificaret, quos redemerat iustus noster. De ci-

Iesu nomen includit intra se omnia nomina, quæ Christo Domino propriè imponenda dicuntur.

b Isa. 7. 14.

c Isa. 8. 3.

d Ps. 18. 7.

e Coloss. 2. 15.

f Isa. 9. 6.

Bernardus serm. 2. in Circumcisione Domini.

g Ier. 23. 6.

h 1. Cor. 1. 30.

cimum ac vltimum Christi nomen est Oriens, sic enim ait Zaccharias [l] *Ecce vir, Oriens nomē eius;* At quid sibi vult nomen istud, quidve significat, nisi expulsionem tenebrarum, ingentisque lucis splendorem? ac profectò hoc ipsum est, quod sub nominis Iesu includitur significatione: sic enim Dominus noster mundo salutem attulit, vt & peccatorum fugarit tenebras, & summum diuinę gratiæ, diuinæque cognitionis intulerit splendorē, quod egregie per Isaiam significatum est, cum dicitur: [k] *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur; & videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclytū tuū, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.*

l Zach. 6. 12.

k Isa. 62. 1.

B Quis verò dubitet, nomen istud nouum, in quo cetera omnia essent inclusa, esse sacratissimum nomen Iesu: quod per Angelum à Patre illi impositum est, cum Ioseph dictum fuit: [l] *& vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum?* Præclare Cyrillus Alex. Nomen, inquit, hoc nouum, à Patre enim opinor per Angeli vocem impositum est; & infra: Quādo, inquit, Vnigenitus filius, qui patri coeternus ante
" omnia sæcula extitit, nouissimis tēporibus homo
" factus, & ex muliere natus; & filius declaratus, &
" primogenitus appellatus, & inter multos fratres
" numeratus est: tunc ille quoque qui secundum na
" turā Pater est, Patris leges (vt ita loquar) secutus,
" nomen hoc præfiniuit. Et certè nomen istud diui-
" num haud ab alio, quàm à Deo imponendū erat: & vnguentum istud cœleste haud aliunde, quàm è cœlis profluere poterat: vnguentum planè optimum, quod ex cunctis Christi nominibus, veluti ex fragrantissimis aromatum speciebus compositum quodammodo est: vnguētum, quod & in omnibus Christi nominibus effusum, suauissimā per vniuersum orbem redolet fragrantiam.

l Matth. 1. 21.

Cyrillus Alexandri. de fide ad Theodosiū

Quæret fortasse aliquis, & non immeritò, Si vnguentum est nomen Iesu propter allatas rationes, & vnguentum effusum: Quando nam effusum est? quomodo, & quam ob causam effusum est?

Iesu nomen quādo fuit vnguētum effusum.

Primo quidem aspectu respōdendum videtur, tunc vnguentum illud fuisse effusum, quando in die Circumcisionis illud impositum legimus, cum dicitur, [m] *Postquam consummati sunt dies octo; vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum fuerat ab Angelo;* sed certè, quamuis eo tempore impositum fuerit tale nomen, haud tamen crediderim, tunc illud dicendum vnguentū effusum; vnguentum quidem ex tunc, imò ex quo ab æterno Patre per Angelum prænunciatum fuit, & vnguentum pretiosissimum ipsum extitisse, certissimum est; verumtamen tunc temporis vnguentum istud tam eximium videtur potius fuisse inclusum, quàm effusum. Veluti enim quando vnguentum aliquod eximium in vase aliquo est inclusum, sit licet id odoratissimum: sit licet suauissimum, ac efficacissimum, minimè tamen suum extrinsecus emittit odorem: minime suam exhibet vim, quamuis ex vasis rimulis aliquātulum spiret fragrantiæ; Eodem pacto & sacratissimum ac suauissimum nomen Iesu, in die Circumcisionis Christo Domino impositum, atque in eo tāquam in vase tunc inclusum, etsi eximij esset valoris, etsi admirabili præstaret gloriæ fragrantia; occultam tamē illam seruabat in Christo, quòd si ex Christi prædicatione, vel ex eius miraculis, ac præclaris gestis, tanquam ex rimis quibusdam aliqua tanti nominis innotuit vis, & quidpiam illius spirauit fragrātiæ, exiguum quidem admodum illud omne exti-

m Luc. 2. 21

Simile.

A tisse dicendum est, si ingens illius spectetur vis, atque fragrantia, quæ tunc innotuit, ac per totum diffusa est orbem, quando vas ipsum, sine potius vnguentum, quod in Christo, tanquam in vase inclusum extiterat, totum effusum est, Quādo Christus dixit. [n] *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea:* quando in Cruce pendens propria morte mortem omnium superauit: Quando per proprium sanguinem, quem fluminum instar ex suo sacratissimo corpore effudit, vniuersum redimens mundum, illum & sibi & æterno Patri proprium, ac naturale acquisiuit in regnum. Tunc enim simul cum sanguine, atque cum vita effusum eximium, ac prætiosissimum vnguentum istud est sacratissimi nominis Iesu.

n Ps. 21. 15

Iesu nominis virtus manifestata est in Christi passione.

B Quod ab eius aduersarijs singulari Dei prouidentia significatum est titulo illo, quem super caput ipsius posuerunt: [o] *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum;* Ad quid enim tituli istius inscriptio super Christi caput posita est, nisi, vt per illam hanc intelligeremus vnguenti nominis Iesu effusionem, quæ a Christo totius Ecclesiæ capite vsque ad extremum terræ facta est; iuxta illud psalmi, [p] *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaròn, quod descendit in oram vestimenti eius?* vis enim, & fragrantia nominis Iesu ex Christo, in cruce pendente per vniuersum diffusa est orbem: quidni autē diffunderetur, cum tam pretiosum tamque eximium, quod eo vsque in illo, tāquam in vase inclusum fuerat; vnguētum, in tanta effusum sit copia, vt eius virtus descenderit in barbam, barbam Aaron, nempe in Apostolos, eosque omnes, qui fortiter, ac viriliter ei, vt summo sacerdoti adhærentes, illius prosecuti sunt sanctitatem, atque etiam eius fidem defendere studuerunt: *& in oram vestimenti eius;* nēpe nō solum in cœlos, terras, maria, & omnia, quæ in eis sunt; quibus tamquam pulcherrimo decore indutus dicitur ibi, [q] *Dominus regnauit decorem indutus est:* quæve sunt eius vestis, iuxta illud; [r] *Amictus lumine sicut vestimento?* & [s] *Abyssus sicut vestimentum amictus eius:* Sed etiam in Infernū, qui est ora vestimenti eius, atque in inferiores partes terræ. Vnde Apostolus ad Philippenses, loquēs de huiusmodi tam larga sacratissimi vnguēti effusione: [t] *Humiliauit,* inquit, *semetipsum, factus obediēs vsque ad mortem, mortem autem Crucis;* (& quid tum?) *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen,* (En vnguentum optimum: audi eius effusionem:) *vt in nomine Iesu omne genuflectatur Cœlestium, Terrestriū, & Infernorum.*

o Io. 19. 19

p Ps. 132. 2

C

q Ps. 92. 1.

r Ps. 103. 2

s Ps. 103. 6.

D

t Phil. 2. 8.

De Nomine Christi.

Si nomen Tetragrammaton, quod ab essentia, nomenque Iesu, quod a salute deriuatur, oleū, ac vnguentum dicitur effusum, prout longius explicatum est, quatenus ambo sunt Redemptoris nostri, alterum illi appropriatum, vt verbo æterno: alterum illius maxime proprium, vt est verbum ęterni patris, quod in tēpore humanam assumpsit naturam: profecto tertium quoque eiusdem nomen, quod est Christus, vnguentum dicetur effusum, idque multo congruentius, cum ab vnctione sit deriuatum. Reliquum est igitur, videamus primo, quanam ratione Dominus noster Christi sit nomine insignitus; Secundo, si Christi nomen vnctum significat, quam ob causam a sponsa non vnctus tātummodo, sed ipsum sit dictus vnguentum: & tertio, quo pacto sit vnguentum effusum.

E

Cōmunior Sanctorum Patrum sensus.

Notum autem omnibus est, triplex personarum genus in Scriptura Sacra Christi nomine nuncu-

patum,

DE SPONSA SPIRITVALI.

patum, Reges, Summum Sacerdotem, atque Prophetas, propterea quod hi omnes sacra ex Dei pręscripto vngerentur vnctione, prout de summo sacerdote constat ex lib. Exodi: [u] de Regibus, ex libro Regum: [x] ac de prophetis ex lib. 3. Regum, [y] vbi vnctus dicitur Eliseus: indicare enim per hanc vnctionem voluit Deus, illos, qui alijs præficiendi essent, quive populum erudituri, ac præsertim qui sibi sacrificia essent oblaturi, fragrantissima delibutos esse debere gratia cœlesti, qua subditos sine vlla regerent offensione: & indoctos sine vllo docerent errore: & suas, totiusque populi victimas absque vlla offerrent macula. Duplex enim in Scriptura Sacra vnctionis reperitur genus, alterū materiale, quod per materiale fiebat oleū: alterum verò spirituale, quo spirituali gratiæ vnguento vncti in Psalmo dicuntur Sancti Patriarchæ, vbi dicitur [z] *Nolite tangere Christos meos*: & quis dubitet, ad hanc spiritualem indicandam, a Domino institutam extrinsecam, ac materialem? Quod si ita est, quis iam non videat, quam congruè Dominus noster nomine isto insignitus sit Christi? Si enim Reges dicebantur Christi, ipse [a] *constitutus* est *Rex à Patre super Sion montem Sanctum eius*, & [b] *regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nō erit finis*: Si Prophetæ: ipse est singularis ille Propheta, de quo Moyses: [c] *Prophetam de gente tua, & de fratrib. tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus, ipsum audies*: Si denique Summus Sacerdos Christus Domini dicebatur: ipse Summo functus est Sacerdotio secundum ordinem Melchisedech, idq; per Dei decretum Iuramento firmatum: [d] *Iurauit enim Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*: Quod si Patriarchæ propter gratiæ vnctionem, ac propter Sāctitatem eodem decorati sunt nomine: ipse est Sanctus Sanctorum, tātaque gratia delibutus, vt de eo per Danielem sic prophetatum fuerit, [e] *Vngetur Sanctus Sanctorum*.

Christi nomen competit trib. personarū generibus.

u Exo. 29. 7.
x 1. Reg. 10
y 3. Reg. 19 16.
z Psal. 104. 15

Christi nomen, quàm congrue appropietur Domino nostro.

a Psal. 2. 6.
b Luc. 1. 32
c Deut. 18. 15.
d Psal. 109. 4
e Dan. 9. 24 Vide Tertullianum lib. contra Praxeā ante finem.

Ac si horum omnium singuli, cum vnam tantū prædictarum haberent dignitatem, Christi appellati sunt; profectò rationi videtur consentaneum, vt Dominus noster per excellentiam Christus sit dictus, in quo eæ omnes simul conuenerunt dignitates.

Siquidem quamuis fuerint aliqui simul Reges, ac Prophetæ: quamuis alij fuerint simul Sacerdotes, & Prophetę; nemo tamen Summus simul & Sacerdos & Rex, & Propheta, præter Redemptorem nostrum reperitur.

Christi nomen est vnguētū, quia plures simul in se includit dignitates.

Vnde primam colligere possumus rationē, quare ipsi, ex eo quod vnctus sit, per sponsam dicatur, *vnguentum nomen tuum*, & quare Christi nomē vnguentum nuncupetur. Quemadmodum enim vnguentum vnum plures in se continet aromatum species, & in odore vno plures quoque simul exhibet aromatum odores: Eodē pacto vnus Christus noster plures simul Christorum continet dignitates, atq; in vna ipsius Christi nominis significatione plures simul significantur dignitates.

Simile.

Quāuis ex singulari eius vnctione, propter quā istud ipsum Christi nomen illi velut proprium factum est, alteram fortasse congruentiorem colligere licet rationem, ob quam nomen istud, siue is potius in nomine isto a sponsa vnguentum dictus sit.

Christi nomē dicitur ob singularem vnctionem, quæ per ipsum significatur

Quænam vero est singularis ista vnctio, nisi cōmunicatio diuinæ essentiæ, diuinæq; virtutis, per quam vt filius Dei ab vngente Patre, veluti oleo inunctus est ab æterno; atque adeo & Christus, vnctusve singulari modo appellatus.

Euseb. Cæs.

Affert hanc rationem Eusebius Cæsariensis libro quarto demonstrationis Euangelicæ, cap. decimoquinto, dicens: Supremæ, atque ingenitæ diuinæ essentiæ virtutem illam, quæ omnia valet, omne bonum pręstat, omnem pulchritudinem subministrat, diuinus spiritus proprio, & conuenienti exemplo conferens, atque accommodans, Dei oleū appellat. Quare & Christum & vnctum eum, qui illius particeps est, vocat. (& paulo infra ait.) Eum, qui solo hoc toto oleo vnctus est, quive diuinæ, atque eius, quæ cum nullis alijs communicatur paternæ fragrantiæ particeps factus, & qui solo ex illo genitus Deus Verbum communicatione ignē tis ingeniti, Deus de Deo est declaratus, Christū, atque vnctum vocauit; quocirca in Psalm. 44. ad hunc ipsum dicitur: [f] *Sedes tua Deus in sæculū sæculi, virga directionis virga regni tui: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis*, idest, præ ijs, qui eodem Christi nomine insigniti fuere. Hęc Eusebius.

f Psal. 44. 7.

Sed magis ad propositum nostrum, cum hic agamus de nomine Christi, vt competit filio Dei, non tam vt Deus, quàm vt homo est; singularē aliam assignare possumus vnctionis rationem per eandem diuinitatem, quatenus is vt homo plenus erat ipsa diuinitate, cui hypostaticè humanitas illius vnita erat.

Nam, si in familiari loquutione obseruamus nōnunquam, vas aliquod precioso vnguento plenū ipsius vnguenti nomine nuncupari, quia in se vnguentum contineat: quantò magis Dominus noster vas plenum vnguento diuinitatis, cum [g] *in ipso habitet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*: nō modo vnctus, sed & ipsummet dici potest vnguentū, & ipsemet Deus; Idcirco bene ei dicitur à sponsa *vnguentum effusum nomen tuum*: dum enim dicitur Christus, haudquaquam ei Christi nomen cōpetit, sicut & puris hominibus, qui vel extrinseca tantùm, vel, si intrinseca, & spirituali, illa quidem finita vncti sunt vnctione; sed multo excellentiori modo, propter excellentiorem, ac singularem, qua vnctus est, vnctionem, in eo, quòd in se continuit Deum vnguentum ipsum: quæ tātum reliquas omnes superat vnctiones, quantum diuinitas superat creaturam.

Tāgit hāc rōnem Origenes li. 2. Periarchō cap. 6.
g Colos. 2. 9.

Quod & alio quoque pacto confirmare licet ex præcipuo, & singulari altero vnctionis modo, quo secundum hominem vnctus idemmet est vnguento gratiæ, iuxta illud Petri, [h] *vnxit eum Deus Spiritu Sancto*: & illud Psalmi 44. [i] *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*. Qua certe ita vnctus est vnctione, vt in ipso tāquam in vase ipsummet gratiæ vnguentum repositum sit, propter quod dictus est [k] *plenus gratiæ, & veritatis*, & [l] *plenus Spiritu Sancto: de cuius plenitudine nos omnes accepimus*: de cuius vnctione, seu de cuius vnguento nos omnes vncti pariter sumus, Iuxta illud Pauli, [m] *Vnxit nos Deus, dans pignus Spiritus in cordibus nostris*, [n] effundens illud per Iesum Christū in nos.

Christi nomē vnguentum ob vnctionem gratiæ, qua singulariter vnctus est Dominus noster.

h Act. 10. 38.
i Psal. 44. 8.
k Io. 1. 14. & 16.
m 2. Cor. 1. 21.
n ad Titū 3. 6.

Ex quo alia desumitur ratio, propter quam ob idem Christi nomen vnguētum dictus is sit; quòd ex tali nomine Christi omnes, qui ei adhæserint, Christiani, & vncti dicuntur; Neque enim Reges inter homines (vt benè notat Cyrillus Hierosolimitanus) commune cum reliquis hominibus regium nomen habent, neque quisquam, qui Christus diceretur, subditis suis, vel etiam consanguineis Christi nomen communicauit; quia in vniuersis alijs Christi nomen vnctum tantum significabat: in solo Domino nostro nomen istud, non modo vnctum, sed & ipsum significauit vnguentum; atque

Christi nomē vnguentum ex eo, quod fideles Christianos reddit.

Cyril. Hierosol. catechesi 10.

DE SPONSA SPIRITVALI. atque adeò ſolus Chriſtus noſter ſuos reddidit Chriſtianos, diuinæ nimirum conſortes naturæ, & diuinæ gratiæ vnguento delibutos: conſtituēs eos Reges, & Sacerdotes, atque Prophetas, vt diuina prænuncient, prout bene ab Apoſtolo ſignificatur, cum eos ſic vocet: o *Vos autem gens ſancta, regale ſacerdotium, genus electum, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum*.

o 1. Pet. 2. 9.

Ac propterea Sponſa haud dicit ſimpliciter, *vnguentum*, ſed, *vnguentum effuſum nomē tuum*, quòd ſcilicet nomen eius, Chriſtus, tam eximiam vnctionem deſignaret, per quam largiſſimè in ſingulas fidelium animas gratia effunderetur, & vnguentum Spiritus Sancti. Quam vnguenti effuſionem, ſub alia effuſionis aquæ metaphora, promittit Deus apud Iſaiam, dicens, p *Noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſſime, quem elegi: effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionē meā ſuper ſtirpem tuam*: Et per Ioelem: q *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnē, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt: ſed & ſuper ſeruos meos, & ancillas meas in diebus illis effundam ſpiritum meum*. Hancve diuinam promiſſionem in Die Sancto Pentecoſtes, quando Spiritus Sanctus effuſus eſt ſuper Apoſtolos impletam oſtendit Princeps Apoſtolorū, ſubijciens, r Chriſtum, poſtquam reſurrexit, dextera Dei exaltatū: & promiſſione Spiritus Sancti accepta à Patre, illum effudiſſe, prout ab adſtantibus omnibus, etiā corporeis oculis videbatur. Et Apoſtolus Paulus ſ in Epiſtola ad Titum, eundem (inquit) *Spiritum Sanctum effuſum in nos abunde per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum*. Quibus ſic ſtantibus, quid mirum, ſi ſponſæ tam grata ſit nominis Chriſti commemoratio, per cuius ſignificationem tanta bona à ſuo dilecto aſſecutam ſe intelligeret? Dicat itaq; ad ipſum, *oleum effuſum nomen tuum* Chriſtus, non ſolum propter eximiam vnguenti ſpiritualis effuſionem, quæ per illud ſibi facta eſt, verùm etiā propter ingentem ſuauitatem, quam ex eiuſdem nominis commemoratione percipit.

Chriſti nomen vnguētū effuſum propter largam effuſionem Spiritus Sancti.

p Iſa. 44. 3. q Ioel. 2. 28. r Act. 2. 17. ſ Tit. 3. 5.

Ex Verſ. III. Oleum effuſum nomen tuum.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Et nomen tuum Sanctū auditum eſt in vniuerſa terra, quod eſt electum magis, quàm oleum vnctionis, quo vnguntur capita Regum, & Sacerdotum.

Locus iſte celeberrimus eſt apud Patres: Sed quāuis multipliciter ab eis exponi ſoleat; eorum tamē expoſitiones ad quatuor reduci queunt exponēdi rationes.

Prima eſt, vt per verba iſta ſignificetur, nomen, aut virtutem Dei eſſe vnguētum effuſum, quia ex quo Chriſtus carnem ſumpſit, vnguentum nominis veri Dei, quod prius, tanquam in vaſe incluſum erat in Iudaico populo, eiuſque notitia, & gratia effuſa eſt per vniuerſum terrarum orbem.

Dei veri nomen ante Chriſti incarnationē erat vnguētum incluſum in vaſe Iudæa.

Ita Didymus Alexandrinus libro primo, de Spiritu Sancto Tomo ſexto operum Hieronymi, dicens, Vnguentum, quod vaſe cōtinetur, habet quidem odoris ſubſtantiam, ſed prohibetur longiùs ſpargi: Cum autem vas foris fuerit effuſum, emittit procul beneolentiam. Ita Chriſti nomen, benè olens ante aduentum eius in ſolo Iſraelis populo verſabatur, quaſi Iudeæ vaſe incluſum: a *Notus enim*, ait, *in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius*. Quando autem corruſcans in carne ſua Saluator, in vniuerſam terrā, quin potius in omnē creaturam extendit vocabulum ſuū, impleto eo, quod ſcriptum eſt; b *Quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra*, quibus conſequenter Apoſtolus loquitur: c *Non enim aliud nomen datum eſt ſub cælo, in quo oporteat nos ſaluos fieri*. Et Pſalmiſta ad Dominum loquitur: d *Magnificaſti ſuper omnia nomen Sanctum tuum*: Tunc cōpletum eſt, *vnguentum effuſum nomen tuum*. Significat autem effuſionis verbum largam, & diuitem muneris abundantiam, Itaque cum vnus quis alicubi, aut duo Spiritum Sanctum accipiunt, non dicitur. e *Effundam de Spiritu meo*, ſed tunc quando in vniuerſas gētes munus Spiritus Sancti redundauerit: Et ad Titum Apoſt. ſalutem factam gētibus commemorans, ait, f *Nō ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed per lauacrū ſecundæ regenerationis, & innouationis Spiritus Sancti, quem effudit ſuper nos abundanter*. Et hic enim largam attributionem ſpiritus, verbum effuſionis oſtendit.

Didymus. Alexan.

APPENDIX. a Pſ. 75. 2. b Pſal. 8. 1. c Act. 4. 12. d Pſ. 137. 2. e Ioel. 2. 28. f Tit. 3. 5.

Hiſce conſentiunt, quæ aſſeruntur ab Origene homil. 1. ex duabus in Cant. ab Ambroſio lib. 1. de Spiritu Sancto, & Chryſoſtomo homilia decimaquarta in Marcum.

Orig. Amb. Chryſ. Anſelm.

Anſelmus quoque haud lōge ab his diſſentit, tametſi legatur vulgata: *Oleum effuſum nomen tuum*, ait enim: Oleum dum in vaſe eſt, neque odorē profert, neque dolores ſanat: effuſum vero, odores emittit, & dolores ſanat. Ita & nomen Dei, dum ipſe adhuc in ſinu Patris concluſus teneretur, parū, vel nihil cognoſcebatur; poſtquā vero carnē ſumpſit, præſentia mundum viſitans, ſe ipſum omnib, cognoſcendum exposuit, odorem, ideſt famā, & bonam opinionem de ſe emiſit; & infuſum, dolores bene recipiētium prædicationem ſuam, & peccata ſanauit.

Chriſtus poſt incarnationē odorem de ſe emiſit, & peccata ſanauit.

Sed excellentius haud admodum diſſimili ſenſu hunc locum pertractat Ambroſius lib. 3. de Virginibus, aliquantulum poſt dimidium, dicens. Sēper vnguentum hoc erat; ſed erat apud Patrem: erat in Patre: olebat tantum Angelis, & Archangelis, tanquam intra vas cæli; Aperuit os Pater dicens. g *Ecce poſui te in teſtamentum generis mei, in lucem gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ*: Deſcendit filius: Repleta ſunt omnia nouo odore. (& poſt pauca.) Ipſe Dei filius in corpore, tanquam in vaſe odorem primo cohibebat, ſuum opperiens tempus, ſicut ait h *Dominus dat mihi linguam eruditionis, vt ſciam quando me oporteat dicere ſermonem*: Venit hora, aperuit os; Exiuit vnguentum, quādo virtus exhibat de eo. Hoc vnguētum exinanitum eſt ſuper Iudæis, & collectum eſt a Gentibus: exinanitū in Iudæa, & redoluit in omnibus terris. Sic Ambroſius pro eodem accipit *exinanitum*, atque *effuſum*. Origenes autem ex eo putat, homilia prima ex quatuor, dici exinanitū, quia per Incarnationem, i Chriſtus *cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens*. Alij eodem ſenſu legunt, accipiuntque *vnguentum euacuatum*. Vnde Gregorius Nazianzenus oratione in Chriſti Natiu. Qui plenus eſt, inquit, vacuatur; ſua enim gloria ad breue tempus exhauritur, vt plenitudinis eius ego particeps efficiar. Affert autem rationem Ambro. lib. 6. in Lucam in fine expoſitionis c. 7. dicens. Ideo exinanitum, vt maiori fides odore fragraret.

Poſt Incarnationē repletus eſt mūdus odore notitiæ Dei.

Amb. g Iſa. 43. 6

Per prædicationē & miracula Chriſtus redoluit odorem virtutis Dei.

h Iſa. 50. 4

In incarnatione Chriſtus effuſus, exinanitus, & euacuatus eſt.

Orig. i Phil. 2. 7. Greg. Nazianz.

Ru-

APPEN-DIX.

Rup. Abb.

Rupertus quoque Abbas hæc ad Christi incarnationem refert. Tamen, cum sequatur lectionem Vulgatæ, *Oleum effusum nomen tuum:* egregiam circa olei vocabulum facit ponderationem, dicens, Quis potest æstimare fortitudinẽ istius nominis? (per nomen Dei, Verbum intelligit:) porro nomen hoc tam forte, tam magnum ecce est oleum effusum. Mira res, Quid verbo fortius? & quid oleo suauius? Ergone verbum a sua natura est immutatum? Non: sed qualitates creaturarum, cum quib. illi ratio est, hinc pro virtute, illinc pro vitio diuersæ, imo contrariæ sunt: Verbi gratia, diabolus in cœlo per vitium superbus fuit; B. Virgo per virtutem humilis in terra apparuit: pro qualitatibus tam diuersis, tamque contrarijs vnum, idemq; verbum diabolo, vt flumen, & Beatæ Virgini, vt oleũ se exhibuit, iuxta illud, [k] *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Verbum Dini est fortε, ac melle pro diuersitate virtutũ, aut vitiorum nostrorum.

k Iac. 4. 6.

Alij non tam per Verbi incarnationem vnguentum ipsum, inquiunt effusum nominis eius; quam per passionem, seu in passione Christi; Ita Theodoritus, dicens; Quemadmodum vnguentum in vase conclusum inclusam continet & ipsam odoris fragrantiam: Sin autem effundatur, ipsum quoque replet aerem; Sic Dominus Christus ante passionem paucis notus erat: at posteaquam Crucem, mortẽque sustinuit, continuo Beati Apostoli suauitate illa repleti sunt, terram percurrentes, & maria traijcientes, omnibusque Euangelium nuntiantes, odoris suauitate mundum vniuersum compleuerunt; ob id ait Sponsa, *vnguentum effusum nomen tuum*. Satis est enim Christi nomen ad piorum animas vnguentis quodammodo imbuendas, atque omni odoris suauitate conspergendas. Theodorito consentit & Aponius, & Philo Carp.

Christi nomẽ post passionem domini effusum est in omnes Gentes.

Theodor.

Aponius.

Philo Carpat.

Christi nomen vnguẽtũ effusum, quia vnctione Spiritus Sancti vnguentũ habuit infusum.

Secunda exponendi ratio allusionem ponderat vnguenti ad nomen Christi, quod vnctionem signat. Sic Eusebius Cæsa. lib. 4. de præparatione Euang. c. 16. Quodnam tandem aliud, ait, est nomẽ, vnguentum effusum significans, nisi ipsum Christi nomen? nam alioqui neque fieri, neque nominari posset Christus, si vnguentum infusum nõ sit. Vbi nota præsupponi ab Eusebio, in Christo prius extitisse vnguentum infusum, postmodum vero etiam effusum: primum Spiritus Sancti, & gratiæ vnctione eũ vnctum, postea ab illo Spiritum eundem, eandemque gratiam effusam in eos, quos vnxerit Christianos. Quæ apertius explicãtur à Cassiodoro, à Beda, & Iusto Orgel.

Euſ. Cæſ. Caſſ. Beda Iustus Orgel.

Solus Christi odor in ecclesia redoleat.

Cyrill. Alex.

Cyrillus Alex. li. 9. de Adoratione ita ad Christi nomen hæc refert, vt per ea significetur, solum Christi odorem in Ecclesia redolere debere: nec alium quærendum, vt faciunt Iudæi.

Christum vnguẽtum cõpositũ, quia eius cognitio composita ex notitia Dei, & notitia hominis

Ponderansque idem Cyrillus li. 4. item de Adoratione, quomodo vnguento Christi nomen assimilatum sit, inquit, id factum, quia, sicut vnguentum est compositum: ita & quæ de Christo cognitio, composita ex duobus sit: idem namque Deus, & homo est; vnus tamen ex vtroque filius, atque Christus.

Greg. PP.

Charitas est oleũ effusum, per quã a Christo dicimur Christiani.

Gregorius Papa eodem sensu: Nomen (inquit) sponsi Christus est: sed nomen sponsi, quasi oleum effunditur, quia quicunque nomine Christiano in veritate censentur, charitate Sancta affluunt, qua molliuntur; vt flãmas exemplorum emittant, eadem charitate continuè suffunduntur.

Philo Carpath.

Christũ vnguẽtum effusum sequũtur, uel ob effusionẽ virtutis

Philo Carpathius duobus modis Christum dici, inquit, vnguentum effusum; vel quia cum ipsemet instar vnguenti effusi descendit in mundum, vimque suam, & potestatem Apostolis tradidit, totus mundus pietatẽ Sanctissimè redoluit. [Quomodo & Ambros. ser. 1. in psal. 118. vers. 1. & 2. idem accepit dicens: *vnguentum exinanitum nomen tuum:* Hoc est totus immundis impuritatibus diuersorũ facinorum fœtebat hic mundus: nunc spirat vbique suauitas pudicitiæ, vnguentum fidei, flos integritatis.] Vel ex eo, quòd Ecclesia, vel anima, fracto vase super Christum ipsum effundens vnguentum amoris, & charitatis, prout Mariam fecisse legimus in Euangelio, [l] instar vnguenti effusi redolens per totam huius mundi domum, is ipse reddatur.

sua in mundum, vel quia in ipsum effusũ est ab Ecclesia vnguentum charitatis.

Amb.

l Io. 12. 3.

Quamuis idemmet Philo eodem loco, paulò ante prædicto, per vnguentum effusum videatur intelligere summam charitatem, ardentissimumque amorem creatoris ad creaturam, quæ effusa est, quando Christus ipse mortem obiuit.

Philo Carpath.

Sũma Christi charitas vnguẽtum effusum in morte illius.

Quibus consona sunt quodãmodo, quæ habentur apud Ambros. lib. de Isaac, & Anima cap. 3. his verbis: Aspirat in verbo odor gratiæ, & remissio peccatorum, quæ in totum diffusa mundũ omnia, tanquã exinanito repleuit vnguento: quia per vniuersos grauis vitiorum colluuies detersa est.

Amb.

Magisvè consona iisdem sunt, quæ afferuntur ab August. conc. 3. in psal. 30. vbi per vnguentum Christi accipiens illius misericordiã: Nec, inquit, vnguentum misericordiæ tuæ in Ierusalem, quasi in vase tenuisti; sed tanquam confracto vase, vnguentum diffusum per mundum, vt impleretur, quod dicitur: *Vnguentum effusum nomen tuum:* & ita mirificasti misericordiam tuam in Ciuitate circumstantiæ, idest, in omnibus gentibus, diffundẽs misericordiam tuam.

August.

Misericordiam suam Christus effudit in omnes Gẽtes.

Theodoritus hanc nominis Christi effusionem, seu per vnguẽtum istud effusum eam intelligi posse existimat vnctionem, quæ fit in Sacramento baptismi, cum cathecumeni initiãtur per sacram vnctionem, velut signo, ac nota quadam regia spiritalis vnguenti chrismate inuncti, ac sub ea visibili vnguenti specie inuisibilem Sancti Spiritus gratiam suscipiẽtes: Quem sensum tetigit ante Theodoritum Ambrosius lib. de ijs, qui mysterijs initiãtur, cap. 6.

Theodor.

Christi nomẽ dicitur vnguẽtum effusum propter effusionem Spiritus Sancti, signatã in vnctione, q fit in baptismo.

Ambros.

Ad hæc & illa pariter reduci possunt, quæ cum egregia monitione leguntur apud Gregorium Nazianzenum oratione in Sanctum baptisma, modicis hisce verbis. Vnguentum illud nostra causa exhaustum odoremur, spiritali modo illud accipientes, atque ab eo ita efformati, & commutati, vt ex nobis quoque suauis odor afflētur. Quibus verbis talem significare videtur sensum; vt sicut vnguentum effusum suauius fragrat, atque ea, quibus admouetur, suaui odore perfundit: Eodem quoque modo Dominus, postquam nostræ salutis causa exinanitus est, cognitione sui, velut quodam odore vniuersum orbem impleuerit: Vel etiam in baptismo per vnctionẽ olei sancti specialiter in nos Spiritum Sanctum effuderit, atque hinc à nobis spiritualiter accipi necesse esse; hoc est, vt beneficia ab eo in nos collata sentiamus, & in primis gratiã Spiritus Sancti; atque ab eo adeò efformemur, atq; in alteram qualitatem migremus, vt ipsi quoque suauis odor simus, ac de nobis dici queat; odoratus est Dominus odorem suauitatis.

Greg. Naz.

Christus vnguẽtũ exinanitum ita a nobis participandus, vt & nos quoque simus suauis odor.

Tertia exponendi ratio subtilis, atque perpulchra est Gregorij Nysseni, Hom. 1. in Cant. qui per hæc arbitratur significari, Deum talem esse, vt superet omne nomen; neque vllum nomen Theologicum excogitari à quoque posse, quod naturam, & excellentiam eius explicet: Sed ex quibusdã illius vestigijs, & effectibus eius quodãmodo odore percepto, ea illi tribui nomina, ijsve nominibus ex-

Greg. Nyss.

Diuinitatis vnguentũ & Dei natura nominari nequit aliunde, quã ex eius effectibus.

APPENDIX.

Simile.

e primi quibus à Theologis dicitur ſapiens, bonus, ſanctus, & cetera huiuſmodi: quemadmodũ euenire ſolet in vnguēto iam effuſo, quod eatenus nominamus, quatenus ex reliquijs, & odore in vaſe, è quo euacuatum vnguentum eſt, ipſius vnguenti percipimus naturam, tametſi haud attingamus vnguenti ſubſtantiam. Quodcunque enim, inquit, nomen fecerimus, quo cognoſcatur vnguentum tuæ diuinitatis per eorum, quæ dicuntur, ſignificationem, non ipſum ſignificamus vnguentum; ſed paruas alias reliquias vaporis boni, diuini odoris theologicis nominibus indicamus. Et paulo poſt ſubdit, Et omnia nomina illa, quibus Deum dicimus ſapientem, potentem, beatum, iudicem, ſaluatorem, &c. modicam quandam indicāt diuini vnguenti qualitatem, quam vniuerſa creatura per ea, quæ cernuntur miracula inſtar vnguentarij cuiuſdam vaſis in ſe impreſſit.

Euſeb. Cæſ. Filius Dei nominari non poteſt, niſi nomine deſumpto ex communicatione bonitatis factæ creaturæ.

Ad hęc quoquo pacto reduci & ea poſſunt, quę aſſeruntur ab Euſebio Cæſarienſi lib. 5. de demonſtratione Euangelica, c. 1, vbi inquit, filium Dei eſſe fragrantiam Patris, ut ſecundum exquiſitam rationem, neque dici a nobis, neque colligi poſſit cogitationibus. Tametſi vnguentum euacuatum dicatur, quia euacuationem, & effuſionem bonitatis ſuę vniuerſis communicauerit creaturis.

Bernar. *Ieſu nomē Iudæis non effuſum. Idemq; & infuſum, & effuſum.*

Quarta denique exponendi ratio eſt Bernardi, qui de melliſluo nomine Ieſu hæc dicta accipiens, Primũ, ſerm. 14. in Cant. circa finem, oſtendit, quo modo Iudæi habeant hoc oleum nominis Ieſu, nõ tamen effuſum, ſed clauſum in vaſe Codicum Sacrorum; ita vt eo minimè vngantur, nec eius percipiant fragrantiam.

Secundo, in ſerm. 15. præmittẽs, in aduẽtu Chriſti nomina quæ diuinam maieſtatem ſignarent, effuſa in nomina pietatis, idque declarans a medio ſermonis vſque ad finem, eloquentiſſimè explicat, quam apte nomen Ieſu comparetur oleo, cum æque, ac oleum lumen foueat, cibet, vngat, & ſanat.

Tertio, ſerm. 18. oſtendit, cum hoc nomen ſit infuſum, & poſtea effuſum. Infuſum quatenus intus ſolidat ad ſalutem per virtutes, quæ dantur nobis propter nos, vt ſaluemur: Effuſum vero, quatenus foris quoque muneribus ornat ad lucrum, vt per ea proximis prodeſſe poſſimus; infuſum præcedere.

Ex Verſ. III. Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te.

Expoſitio Prima. Iuxta litteræ ſonum.

LITTERA.

Litteræ quidem ſonus eorum, quæ hic dicũtur, per ſe apertiſſimus eſſet, ſi ſuperiorum verborum ſenſum primum tantummodo attuliſſemus; ſed quia, præter primum addidimus & ſecũdum, nonnihil in ſe habent difficultatis: cum non appareat quonam pacto, iuxta vtrunque ſenſum cum verbis ijs, *Oleum effuſum nomen tuum*, poſſint connecti. quapropter duplicem ipſa quoque neceſſe eſt habeant intellectum, qui in duplici particulæ *ideo* acceptione fundetur.

Ideo duob. modis accipi in ſcriptura.

Sciendum eſt itaque, particulas iſtas *Ideo*, & *propterea* Hebraicè עַל־כֵּן ngal chen, duobus modis in Scriptura Sacra vſurpatas reperiri; primo & frequentiori, vt denotant effectum. Altero vero, vt denotant non effectum, ſed cauſam, & ſic ſignificant cauſalitatem quandam, & ſtant pro altera particula (Quia.) Primi modi nihil eſt, quod hoc loco afferamus exempla, cum vniuerſæ Sacræ paginæ illis reperiantur plenæ.

Secundi vero modi, ac ſecũdæ acceptionis, quæ rarior eſt, manifeſta habemus exẽpla in libro pſalmorum; primum in pſalm. 44. [a] *Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Vbi particula illa, *propterea*, ſiue *Ideo*, haud denotat effectum, ſed potius efficientiam, & cauſalitatem quandam. Neque enim quia Chriſtus dilexit iuſtitiam, & odio habuit iniquitatem, ideo vnxit eum Deus; neque per hæc verba ſignificatur, dilectionem iuſtitię in Chriſto effeciſſe, vt vngeretur per Verbi vnionẽ, vel per gratiæ plenitudinem, cum Chriſtus ab inſtanti Conceptionis vnctus fuerit, antequam vllũ exercuiſſet iuſtitiæ actum; per quem cauſata fuerit talis vnctio, quóve ipſam vnctionem mereri potuerit: Imo è contra per dictam vnctionem effectũ eſt, vt Chriſtus immutabiliter diligeret iuſtitiam, & odio haberet iniquitatem, prout egregiè aſſerit Athanaſius oratione ſecunda contra Arianos poſt medium: ſicq; in verbis Prophetæ particula, *Ideo*, & *propterea*, iuxta expoſitionem Athanaſij talẽ denotans cauſalitatem, huiuſmodi reddat ſenſum: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem immutabiliter, nõ ſicut ceteri hominum, propterea, id eſt quia vnxit te Deus, &c. Et in eodem pſalmo 44. [b] *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Neque enim Chriſtum ideo benedixit Deus in æternum, quia diffuſa erat gratia in labijs eius; Sed ideo potius diffuſa eſt gratia in labijs eius, quia illum Deus benedixerat. Sic in pſalmo 41. [c] *Ad me ipſum anima mea conturbata eſt, propterea memor ero tui de Terra Iordanis*, &c. Non quia ad me ipſum anima mea conturbata eſt, ideo memor ero tui; ſed quia memor ero tui, ideo ad me ipſum anima mea conturbatur. Sic Geneſ. 38. [d] Iudas de Thamar confitetur; quod ſe iuſtior fuerit, *propterea* inquit (vt eſt in Hebræo) *non tradidi eam Selæ filio*: Non enim illam, ideo Selæ filio ſuo non tradidit, vt ſe iuſtior eſſet; ſed ideo iuſtior fuit, quia non tradidit illã Selæ filio. Quod expreſſit Vulgata, legens, *Quia non tradidi eam*, &cæt.

a Pſ. 44. 8

Athanaſ.

b Pſ. 44. 3

c Pſ. 41. 7

d Gen. 38.

I. SENSVS.

Si ergo in verbis hiſce, *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*: particulam eam primo modo ſumamus, planus eſt ſenſus, iſque communis, optime cum præcedentibus, iuxta primum ſenſum intellectis congruens, nempe.

PARAPHRASIS.

Quia *oleum effuſum eſt nomen tuum*: quia tu tam bene oles, vt ipſum dicaris vnguentum, maximam redolens fragrantiam: *ideo* tanta odoris ſuauitate allectæ *adoleſcentulæ dilexerunt te*, in quo ſenſu manifeſte apparet, particulam, *ideo* denotare effectum dilectionis, cauſatum in adoleſcentulis ab odore ſponſi.

II. SENSVS.

Quòd ſi eandem particulam ſecundo modo accipiamus, vt denotat cauſalitatem quandam: tunc iſtorum verborum ſenſus congruens cum præcedentibus, iuxta ſecundum ſenſum acceptis, talis erit.

PARAPHRASIS.

Ideo quia *adoleſcentulæ dilexerunt te, nomen tuum eſt illis oleum effuſum*, tantam ex nominis tui commemoratione percipiunt ſuauitatem, quãta ex ſuauiſſimo percipitur vnguento effuſo: Quo ſenſu particula *Ideo* cauſalitatem quandam dilectionis denotat in adoleſcentulis, cauſantis ſuauitatẽ, ac guſtum illum, quem ex commemoratione percipiũt nominis ſponſi à ſe dilecti: Et planè quod hic dicitur ex rei natura ſumptum eſt; nam qui aliquem diligit, propterea quòd illum diligit, maximã percipit

DE ECCLESIA.

cipit suauitatem, cùm de illo verba fieri intellexerit, atque ex amore resultat gustus ille: sicq; amor est, qui causat istiusmodi dulcedinem.

Quoad originalium lectionem, vnum tantū breuiter notandum est: Vbi nos habemus, *adolescentula*, in textu Hebraico esse dictionem עלמות, ngalamoth: quæ dictio non significat simpliciter adolescentulas, sed adolescentulas virgines, & abscōditas ab hoīm conspectu. Circa cuius veritatis probationem multa hoc loco dici possent, quæ tamē, quia haud est nostri muneris in his detineri, videri possūt apud Petrum Galatinum, longius de hac istius dictionis significatione disputantem.

Petrus Galat. lib. 7. c. 15.

Ex Vers. III. Ideo Adolescentulæ dilexerunt te.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

1. SENSVS.

a Rom. 10. 13.

In nomine Iesu quanta insit vis.

COmmendans aliquando nominis Domini excellentiam Apostolus in Epistola Ad Romanos, iucundissimam illam affert propositionem: [a] *Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit*; qua quidem significat, tantam in Sanctissimo Nomine Iesu Christi esse vim, vt non modo polliceatur, sed & efficiat salutem, quotiescumque bene fuerit innocatum: ac non modo Saluatorem iuxta propriam denotet etymologiam, sed & ipsam salutem. At vero quia vnguentum sanitatem conferre non potest, nisi effundatur: Nec quisquam nomen Domini potest inuocare, nisi illud per prædicationem quodammodo effusum fuerit, egregiam faciens gradationem, subdit. *Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credēt ei, quem non audierunt? Quomodo autem audiēt sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?*

Simile.

Fides præcedere dēt dilectionē.

Etenim quemadmodum ita natura cōditi sumus, vt appetitus noster nil valeat eligere, nisi prius id cognitum habeat, quod sibi complectendum sit: atque adeo voluntati, (quæ a Philosophis cæca dici solet) necesse est præeat lumen intellectus: Ita quoque diuina constitutum est prouidētia, vt ea, quæ superant intellectum nostrum, nec eligi, nec amari a nostra valeant voluntate, nisi fidei præcesserit lumen, nisi per fidem ea à nobis cognita sint, quæ debeant diligi.

Simile.

Ac veluti in naturalium cognitione animaduertimus, dignosci nil posse ab intellectu, dū anima corpori est alligata, nisi per externos sensus id cognoscatur prius, quod intelligendum sit; nisi prius phantasmata per sensus fuerint transmissa rerum earum, quarum intellectus ipse proferre debeat cognitionem: Eodem modo nec fide quidpiam ex cęlestibus, supernaturalibus, atque diuinis possumus intelligere, nisi prius, vel per intrinsecam reuelationem, eius aliquam habeamus notitiam; [b] *Fides* enim, vt bene ab Apostolo definitum est, vbi supra, *est ex auditu*. Hinc est, quod Ecclesia volens commendare vim nominis Iesu, simulque ostendere, qua ratione illud salutem per fidem, atque dilectionem sit operatum in Ecclesijs particularibus, quas propter nouam fidei susceptionem, adolescētularum exprimit nomine, præposuit prius, *Oleum effusum nomen tuum*, deinde subdit: *ideo adolescentulæ dilexerunt te*. Statim enim, ac in Sacratissima Passione, confracto vase corporis Christi preciosissimum Nominis Iesu vnguentum effusum est, simulque cum eo effusa est & gratia Spiritus Sancti (vt supra explicatum est) illico Iesu Christi Crucifixi fides per Apostolos prædicata est; illico tanti nominis virtus enituit. Nam [c] *quia in Dei Sapientia non cognouit mundus per Sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes*. Quænam est ista stultitia prædicationis, nisi prædicatio nominis Iesu Christi, super Crucem effusi? Declarans enim se ipsemet Apostolus subdit. *Nos prædicamus Christum Crucifixum, Iudæis quidē scandalum, gentibus autem stultitiam: Ipsis autē vocatis Iudæis, atque gētibus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.*

b Rom. 10. 17.

Post Domini mortem illico cœpit est prædicari nomen eius.

c 1. Cor. 1. 21.

De hac Iesu Christi Crucifixi prædicatione primitiua illa Apostolorum Ecclesia, ipsum alloquēs Redemptorem suum, *oleum*, inquit, *effusum nomen tuum*, ac si diceret.

PARAPHRASIS.

Per prædicationē Apostolorum ad fidem atque ad Dei dilectionem conuersus est mundus.

Prædicare cœpimus salutem, quam mundo attulisti, in Cruce pro nobis moriens, sicque per hanc prædicationem nostram in vniuersum orbem tui Sacratissimi nominis vnguētum effusum est, illiusque diffusus est odor: ac simul cum eo effusa est & gratia, qua gentes ipsum nomen Sanctum tuū cognouerunt. Ideo enim adolescentulæ, ac particulares Ecclesiæ fidem tuam percipientes, crediderunt in te, nomenque tuum confitentes, dilexerunt te. Quod autem hoc ita sit, ex eo quod in Actibus Apostolorum legimus, manifestissimè cōprobatur. [d] Vt primum enim Petrus Apostolus post Spiritus Sancti effusionem Iesum Christū prædicauit Crucifixum multitudini illi, quæ ex diuersis nationib. conuenerat; vt primum ea ratione vnguentum nominis Iesu Christi effusum est, illico circiter tria millia animarum Christi fidem percipientes, baptizata sunt in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorum; & accipientes donum Spiritus Sācti dilexerunt illum. Sic quoque statim, ac idem Apostolus eodem pacto ipsum nominis Iesu Christi effudit vnguentum in domo Cornelij: [e] *Adhuc eo loquente, cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum*, baptizatique sunt in nomine Domini Iesu Christi, credentes in illum: factaque est domus vna ex adolescentulis istis, de quibus hic dicitur, quod dilexerunt Christum propter vnguēti nominis eius effusionem.

d Act. 2. 41.

e Act. 10. 44.

Ecclesia gētiū, & animæ peccatrices quomodo dici possunt Virgines post conuersionem.

Notandum est autem primo in hac sententia, Ecclesias particulares adolescentulas Virgines nūcupatas, non tam quia pudicitiam, ac fidē vni Deo iugiter seruarint, cum ante cōuersionem vnà cum idololatria in impudicitiarum cœno, instar meretricum reuoluerentur, quàm quia post conuersionem a Deo sint ardenter amatæ, sollicitèque seruatæ; necnon & propter eximiam pulchritudinem, ornatum, ac opes spirituales, iuxta vulgatam sacrarum litterarum consuetudinem, in quibus ad significandam ciuitatem, aut nationem ardenter amatam, virginis nomen vsurpatur, sicut & ad significandum eiusdem pulchritudinem, ornatum, ac opes; propter quæ sit valde optabilis; sic de Ierusalē dicitur. [f] *Despexit te, & subsannauit te Virgo filia Sion*. Et *Cecidit: non adiiciet, vt resurgat virgo Israel*, de populo Israelitico. Quin & de Babylone: [g] *Descende, sede in puluere Virgo filia Babylon*. Adde quod etsi ante cōuersionem multipliciter fornicatæ fuerint, ita tamen post cōuersionem per diuinam purificatæ sunt gratiam, vt castissimæ, ac purissimæ Virgines dici potuerint, tales eas illo exhibente, qui ipsas sibi elegit in sponsas, prout ab Apostolo Ephesiorum Ecclesiæ significatum est, cum diceret: [h] *Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo: vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam,*

f Is. 37. 22.

f Amos 5. 2.

g Isa. 47. 1.

h Ephes. 5. 25.

DE ECCLESIA.

clesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit Sācta, & immaculata. Vnde factum est, vt Ecclesiæ Corinthiorum ab eodē Apostolo diceretur. i *Aemulor enim vos Dei æmulatione: Despondi enim vos vni viro, Virginem castā exhibere Christo.* A

i 2. Cor. 11. 2.

Notandum secundo, Spiritum Sanctum per os sponsæ congruentissimè locutum, quando, cū iuxta allatum sensum debuisset dicere, *Ideo adolescentulæ crediderunt in te*, dixit potius, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*: siquidem, cum per Apostolorum prædicationem non modo audientium intellectus per fidem illustraretur, sed etiam eorundem voluntas per dilectionem inflammaretur; quatenus vnà cum prædicatione sæpius a Deo super eos, qui audiebant, Spiritus Sanctus effundebatur, prout k in domo Cornelij factum retulimus ex Actibus Apostolorum; Ecclesia Sancta volens commendare excellentiam nominis Iesu Christi, eiusque prædicationis virtutem ostendere ex effectibus: illum vnum enumerat eorundē effectuum, qui inter oēs esset præstantior, & in quo vno reliqui includerētur oēs, nempe dilectionem. Adde, quod, cum dilectio sit quodammodo anima fidei, ita vt fides sine illa, per quam moueri, ac operari possit, censeatur mortua; dum commendabatur Ecclesiarum, vel animarum fides, quasi effectus prædicationis nominis Iesu Christi, & effusionis Spiritus Sancti, rationi consonum erat, vt talis ea esse ostenderetur, qualem perfectam, atque formatam esse, necesse est; atque adeo dictum, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*, quo ipsa fidei anima signaretur. Hæc quoad primū sensum: De secundo vero, quæ dicenda essent, in tertiam expositionem, quæ est de anima, reiecta reperies. B C

Quare dictū sit, dilexerūt te, cū dici debuerit, crediderūt in te.

k Act. 10. 44.

Ex Vers. III. Ideo Adolescentulæ dilexerunt te.

Expositio Tertia, De secunda Sponsa, quæ est pia anima.

EXploratum sanè est vniuersis, ex ijs, tum demum vnamquamque rem commēdari aptiùs, ex quibus potissimum eius dignoscitur præstātia: ideoque, cum ex effectibus singula dijudicentur, congruentissimè Anima Sancta postquam Christū dilectum suum ex suauissimo eius nomine cōmendauit, postquam ipsum eius nomen effuso comparauit vnguento, addit & alteram eiusdem nominis eius commendationem eximiam, ex præstantissimo illius desumptam effectu, dicens, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*. Per quam quidē duo egregie confirmat, quæ subobscure in verbis ijs (*oleum effusum nomen tuum*) indicaret. D

Primum, quòd omnis nostra dilectio sit a dilectione illius. g *In hoc enim est charitas;* inquit dilectus Discipulus, *non quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suū propitiationem pro peccatis nostris*; Ex eo autem, quod ipse prior dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, factus Iesus, ac Saluator noster; ex eo, quod nomen istud Iesus in Sacratissima Passione factum est vnguentum effusum (vt declaratum est) singularis iste dilectionis effectus productus est in animabus, & ideo adolescentulæ dilexerunt Iesum suum. E

Charitas nostra est a charitate Dei, & Christi.

g Io. 4. 10.

Alterum est, quod dilectio nostra eatenus est a Christo, qui prior dilexit nos, & diligendo nos, causauit in nobis mutuam in ipsum dilectionem; quatenus is effundens vnguētum nominis sui, gratiam quoque in nos effundit Spiritus Sancti, per quam vniuersa producitur charitas, iuxta illud Apostoli, b *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.*

DE ANIMA.

Charitas nostra producitur a gratia, quæ nobis confertur.

b Rom. 5. 5.

Non dixit simpliciter sponsa, *Ideo ego dilexi te*, sed; *Ideo dilexerunt te*, triplicemque ob causam de alijs pijs animabus id potius asseruit, quam de semetipsa. Primo, vt magis pateret vis eiusdem nominis eius, quippe quod effusum, non in vna tantum, sed in innumeris fidelium animabus præcipuum istud charitatis produxerit effectum; prout ipsemet optabat, cum diceret; c *Ignem veni mittere in mundum, & quid volo, nisi vt ardeat;* & cū ad Patrem preces funderet: d *Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.* Secundo, vt ostenderet, se maiori impetu allici ad Christum diligendū, cū videret etiam eas, quæ in vita spirituali adhuc adolescentulæ essent, quæve adhuc in incipientium gradu reperirentur, ob suauissimi vnguēti effusionem in Saluatorem suum charitate affectas. Ac tertio, vt notam faceret summam, quæ inter sanctos est, bonorum omnium participationem. Cū enim singulæ animæ mēbrum sint mystici illius corporis, quod ex animabus omnibus est compositum, profecto singulæ participes sunt bonorum omniū, quæ ab vniuersis fiunt, & omnes quoque participant de quolibet bono opere, quod ab vnaquaque fuerit factum; sic ergo quæ se tam arcta charitatis vnione cum vniuersis fidelibus recolit iunctam, inquit, *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*, & cum adolescentulis ipsis ego quoque te diligo, quia e *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.*

Dilectionis aliarū, cur meminerit anima Sancta potius, quam dilectionis propria.

c Luc. 12. 49.

d Io. 17. 26

e Psal. 118. 63

Non dicit autem; *Ideo vniuersi dilexerunt te*; sed nominat tantum adolescentulas, dicens, *Ideo adolescentulæ*, ac virgines *dilexerunt te*: quod optimè sibi constet, animas illas, quæ instar adolescentularū simpliciores essent, quæve instar purissimarū Virginum essent a peccati labe puriores, & acutius percipere fragrantiam vnguenti effusi, & facilius admittere gratiam: ac propterea vehementius ad Iesum diligendum allici. Etenim quemadmodū vnguentum quantumlibet pretiosum haud æquè ab omnibus percipitur, quamuis effusum ad omnes transmittat odorem; quin ab ijs nullatenus percipitur, qui per aliquam distillationem, vel per ægritudinem aliam obtusum habēt odoratum; Ad eos vero qui purum habent olfactum, suauissimam transfundit fragrantiam, quæ tanto a singulis sentitur melius, quāto puriorem vnusquisque habuerit sensum; Eodem pacto, & vnguentum nominis Iesu, quamuis in vniuersum terrarum orbem effusum sit; haud tamen æquè ab omnibus percipitur illius odor; haud ad omnes beneficiorū ipsius trāsfunditur notitia; neque enim ab ijs, quorum per peccati immunditiam obscuratū est cor insipiens, notitia hæc percipi potest; Sed ab ijs tantummodo ea dignoscuntur beneficia, qui instar simplicium adolescentularum, ac purissimarum Virginum permanserint in simplicitate, & puritate cordis; de talibus enim per Dominum dicitur. f *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Simplices ac puri magis diligūt Deū, quia eum magis agnoscunt, ac maiorē suscipiunt gratiam.

Simile.

f Mat. 5. 8.

At quamuis congruenter iuxta hūc primum eorum, quæ hic dicūtur, sensum, ipsæ nominatæ sint Adolescentulæ, ac Virgines; multo tamen congruētius earundem præsertim commemorationem factam intelligemus, Si quæ hic dicuntur, sumpserimus iuxta secundum sensum. Nam, si hoc loco Anima Sancta significare voluit, Idcirco suauissimum, & instar vnguenti effusi esse Iesu Christi nomen,

II. SENSVS.

Diligenti Deū, quam suauis sit commemoratio nominis eius.

DE ANIMA. men, eiusque memoriam, quia is diligatur; profecto nullum aliud personarum genus congruentius, quàm Virginū poterat nominari. [g] *Mulier enim innupta, & virgo*, vt ait Apostolus, *cogitat quæ Domini sunt, vt sit Sancta, & corpore, & spiritu*; quippe quæ Deum pro suo elegerit sponso, totumq; suum in Deum direxerit amorem. Ac veluti quæ aliquē magno amore prosequitur, summa perfundit voluptate, cum illius recolit nomen, vel cum de illo verba fieri intellexerit; Eodem pacto animæ, quæ instar Virginum pro sponso Christum elegerunt, cum Iesum Christum præ omnibus diligant, ingētem ex illius nominis commemoratione percipiūt suauitatem; maximaque perfruuntur dulcedine, cū de illo verba fieri senserint: iuxta illud. [h] *Qui ex Deo est*, idest qui Deum diligit, *verba Dei audit*: Nec mirum, nam si amanti nihil cōtingere potest suauius, quàm, cum præsens habet sui amoris obiectum: quàm, cum præsentia fruitur eius, quē diligit: profecto sequitur, vt eidem suauissimum id omne sit, quod illum sibi repræsentet.

g 1. Cor. 7. 34.

Simile.

h Io. 8. 47.

Neque verò turbare quem debet, quòd dilectio Christi dicatur causa suauitatis, quæ ex illius nomine percipitur; cum è contra, iuxta primum sensum explicatum sit, in his ipsis verbis significari ipsam suauitatem nominis Iesu, esse causam dilectionis in Christum; haud enim hoc nouum est, vt eadem dilectio in Deū dicatur & causa, & effectus eiusdem rei; nam & Dominus ipse in celeberrimo illo Magdalenæ [i] Euangelio, in duabus propositionibus asseruit, dilectionem esse tum effectum, tum causam remissionis peccatorum. [k] *Cui minus dimittitur, minus diligit* (en dilectionem effectū remissionis:) [l] *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*, (en quomodo eadem dilectio est ipsius remissionis causa.) ac quemadmodum vtrūque horum verum est, quia (vt bene inquit Caietanus) & dilectio est causa perficiens remissionē, & remissio est causa disponens, & prouocans ipsam dilectionem. Ita quoque vtrumque horum verum est: & quod suauitas, virtusve nominis Iesu sit causa dilectionis adolescētularum in Iesum, causa, in quam, agens, atque perficiens ipsam dilectionem: & quod eadem dilectio adolescentularum in Iesum, quæ prius dicta est effectus, sit etiam & causa ipsius suauitatis, quam adolescentulæ percipiunt in Nomine Iesu; causa, inquam, ex qua maiori accessione emanet dicta suauitas.

Dilectio eadem dici potest causa, & effectus eiusdē rei.

i Luc. 7.

k Luc. 7. 47.

l Luc. 7. 48.

Caiet. expos. in Euangelium Lucæ.

Ex Vers. III. Ideo Adolescentulæ dilexerunt te.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

I. SENSVS. Virginitatem in veteri testamento haudquaquam seruari solitam, sat nouimus. Causa verò, propter quam ab illis antiquioribus Sanctis adeò eximia virtus minimè fuerit amplexata, tametsi assignentur complures, haud omnibus constat; Si tamen quod mihi videtur, dicendum sit: Hanc ipsam eius rei causam extitisse existimarim, quod virtus ista Angelica potius, quàm humana pro eo seruāda esset tempore, quo Christus ex Beatissima Virgine humanam assumpsisset naturam, & virginitatem ipsam in Maria fidei suæ annulo desponsasset. Neque enim rudi illi populo decens videbatur, vt mulier, quæ facta fuerat in adiutorium viri, quæve post Euæ peccatum sub viri potestate cōstituta fuerat, absque viro vitam degeret, cui nite-

Virginitas quare non fuerit iussa in veteri testamēto.

A retur, quemve diligeret. At verò cum Christus factus est homo, ita vt vnaquæque puellarum pro dilectissimo sponso eum sibi posset accipere: tūc Virginitatis hortus excoli cæpit: tūc immensus surrexit Virginum chorus: tunc maximè Virginum cateruæ Iesum dilexerūt: hocque illud est, quod per primam ipsam Virginem hoc loco significatur verbis hisce, *Oleum effusum nomen tuum, Ideò Adolescentulæ*, ac Virgines *dilexerunt te*: ac si diceret.

DE B. MARIA

Quia tu ex me Virgine carnem sumens factus es talis, vt nominari queas vnguentum in vniuersum orbem effusum: quia instar pretiosissimi vnguenti, quod cōstat ex vnione plurium aromatum, tu quoque constans ex vnione naturæ diuinæ, atque humanæ factus es Iesus Christus, Deus, & homo in B vno supposito diuino: & quia te in omnes ita effudisti, vt omnes te in sponsum accipere possent: *Ideo Adolescentulæ*, ac Virgines infinitæ *dilexerūt te*, præteritum pro futuro diligent) te, vtpote qui sis ipsamet pulchritudo: cuius nomē est ipsamet puritas: teque vnum eligent in virū dilectissimum, cui perpetuam seruent fidem: iuxta illud Apostoli. [a] *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.*

PARAPHRASIS.

a 2. Cor. 11. 2.

Ex Vers. III. Ideo Adolescentulæ dilexerunt te.

C *Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.*

Paraphrasis Chaldaica: Et Ideò dilexerunt iusti ambulare post viā bonitatis tuæ, vt possideant sæculum hoc, & sæculum venturum.

Primum, iuxta dramaticum sensum Origenes hom. 1. ex duabus supponit, adolescentulas, sponsæque sodales nunc primò apparuisse, atq; ab spōsa fuisse conspectas. Quando (inquit) illa sponsi patrem rogabat, & ad ipsum sponsum cominus loquebatur, nondum adolescentulæ aderant. In medijs verò precibus ingreditur adolescentularum chorus.

Origenes.

D Porrò diuersitas expositionum Antiquorū Patrum quibus vario modo hanc explicant sententiam, ex diuersa prouenit acceptione vocabuli *Adolescentula*. Triplicem autem apud illos reperio eius nominis acceptionem.

Adolescentularū triplex genus.

Primo enim communiori sensu eæ intelliguntur Animæ, quæ per baptismi gratiam renouatæ sunt, Ita Amb. li. de Isaac, & Anima, c. 3. & lib. 5. de sacram. c. 2. Cassiod. Beda, atque Greg. Papa expos. in Cantic. idemque Gregorius lib. 24. Moral. cap. 4. Confirmat hanc acceptionem Ambrosius ex illo Psalmi 102. [a] *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.*

Diligunt Christū animæ renouatæ per gratiā baptismi.

Amb.

Cassiod.

Greg. PP.

Beda.

a Ps. 102. 5

E Notatq; Cassiodorus, benè femineo genere has nuncupatas, quia animæ Sanctorum, quo maioris fragilitatis sibi consciæ sunt, eo amplius Christū diligunt.

Secundò animas adhuc imperfectas intelligunt alij adolescentularum appellatione signatas, & ex his quidam eas intelligunt animas imperfectas, quæ in statu sunt incipientium; Ita Anselmus: fragiliores ait significat, & teneros adhuc in fide, qui licet ex temporalibus adhuc consolationem sumant: Deum tamen diligere dicuntur, quia illum ipsis temporalibus præponendum iudicant, quē tam dignum, tamque suauem sentiunt. Et Aponius. Adolescentulæ, inquit, idest rudes adhuc ad credendum animæ. Idipsum & Philo Carpatius, & Iu-

Adolescentulæ sunt animæ, quæ adhuc reperiuntur in gradu incipientium.

Anselmus.

Aponius.

Philo Carpath.

Iustus Orgel.

APPENDIX. & Iuſtus Orgelitanus, Eccleſias nouellas intelligens.

Adoleſcentulæ dicuntur, & animæ, quæ ſunt in gradu proficientium. Alij verò eas intelligunt animas, quæ, licet adhuc imperfectæ ſint, incipientium tamen gradum tranſgreſſæ, in gradu ſunt proficientium, eaſve Eccleſias particulares, quæ inſtruuntur, & proficiũt: ita Origenes hom. 1. ex quatuor, qui, ponderans, cur ſponſa, quæ perfecta ſupponitur, dixerit: *Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te, quia vnguentum exinanitum nomen tuum*, ait, per hęc indicari, quòd niſi ſe exinaniſſet vnguentum, capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudine potuiſſet, niſi ſola fortaſſis ſponſa: quia vnguentum iſtud exinanitum nõ ſpõſæ, ſed Adoleſcentulis dilectionis dederit cauſam; ac ſi per hæc ipſa ſponſa talia diceret: Adoleſcentulæ quidem propterea dilexerunt te, quia exinaniſti te de forma Dei, & factum eſt vnguentum exinanitum nomen tuum; Ego autem non pro exinanito vnguento, ſed pro ipſa vnguentorum plenitudine dilexi te, quia odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. — Origen.

Rupertus. Quibus conſona ſunt, quæ dicuntur à Ruperto Abbate his verbis; Niſi oleum effuſum fuiſſet: niſi Verbum caro factum eſſet, animæ imperfectæ auſæ non fuiſſent diligere Deum; imò nec auſæ fuiſſent illum audire, vnde & dicebant; [b] *Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.*

b Ex. 5. 10.

Bernardus. Bernardus quoque ſerm. 19. in Cant. haud admodum diſpari ſenſu ait, hoc loco à ſponſa commendari fructum effuſi nominis Dei: quod propterea adoleſcentulæ dilexerunt illum: effuſum ſiquidem ſentiunt, quod integrum capere non valebãt: Effuſio quippe (ait Bernardus) nomen facit captabile, captum amabile. Sed adoleſcentulis duntaxat; Qui capaciores ſunt, integro gaudent, effuſo non indigent: Angelica creatura irrepercuſſa mentis acie intuetur diuinorum iudiciorum abyſſum multã, quorum ſummæ æquitatis ineffabili delectatione beata, gloriatur inſuper effectui ea nuncupari per ſuum miniſterium, ac palam fieri, & propterea diligit meritò Dominum Chriſtum.

Adoleſcentulæ dicuntur animæ perfectæ. Tertio demum ſunt, qui Adoleſcentularum nomine ſignificatas ſumunt vel Eccleſias, vel animas perfectas idoneas ad generandam prolem Domino: ita Gregorius Papa lib. 19. Moral. cap. 9. Martyres inquit Philo Carpathius. Animas verò ſtrenuas, & virili ſenſu præditas ait Theodoritus. Quæ autem iſtæ ſint, quave ratione ſponſum diligant, explicat præ ceteris Gregorius Nyſſenus homil. 1. in Cant. hoc pacto. Quemadmodum amor materialis non attingit eos, qui adhuc ſunt in infantia: neque eos, qui extrema confecti ſunt ſenectute: Ita etiã in diuina pulchritudine, qui eſt adhuc infans, & fluctuat, & omni vento doctrinæ circumfertur: & qui eſt vetus, & ſenio confectus, & non procul ab interitu, ad cupiditatem inueniuntur immobiles: ſola autem ea anima, quæ ſtatum trãſiit infantilem, & ad ſpiritualis ætatis florem peruenit, nec maculam accepit, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, & neque propter infantiam caret ſenſu: neque ob vetuſtatem eſt imbecilla, quæ adoleſcẽtula hoc loco nominatur, ea diligit toto corde, totiſque viribus illam pulchritudinem, cuius deſcriptionem exemplumque, & interpretationem non inuenit cogitatio.

Greg. PP. Philo Car. Theodor. Greg. Nyſ. Simile. *Dilectioni Dei, quæ animæ aptæ ſunt.*

Notandum, apud aliquos reperiri expoſitã hãc ſententiam, iuxta illam lectionem. *Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* Ita Bern. ſerm. 19. in Cant. & Richardus de Sancto Victore lib. de gradibus charitatis par. 1. cap. 2. Quæ tamen lectio haud conſentanea eſt originalibus Hebr. & Græc. nec reperitur apud quẽquam bonorum codicum Latinorum; quamquã Eccleſia illam amplexata ſit in antiphona, qua cantat: *In odorem vnguentorum tuorum currimus. Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* — LITTERA.

Michaelis Ghislerij.

Verſ. IV. Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Expoſitio Prima. Iuxta litteræ ſonum.

Propoſuerat in ſuperioribus Salomon ſpõſam præ dilectiſſimi ſpõſi ſui amore languentem, præque eiuſdem deſiderio animæ deliquium patientẽ: cui à ſocijs vina offerrentur, & vnguenta, quorum vel hauſtu recreare ſe poſſet, vel odore: Cum verò ab illa ea omnia tanquam ſibi inſufficiẽtia reiecta ſignificaſſet, vtpote quæ ab vnius dilecti ſui oſculis ſe refici poſſe exiſtimaret, cuius guſtus multo eſſet melior, quàm vinum: cuius & odor vnguentorum vniuerſorum ſuperaret fragrantiam: Nunc in hoc quarto verſu perſiſtens in eodẽ actu, videtur inducere illaſmet adoleſcentulas, ac ſponſæ ſocias, quæ poſt oblata vina, & vnguenta, illam adhuc in terra iacentem proprijs manib. nitantur erigere: quarum tamen opẽ ſpõſa reſpuens, æquè ac earundem reſpuerat vina, & vnguenta, dicat, ipſas nihil, quantumlibet nitantur, effecturas, cum pedibus conſiſtere nequeat, viribus vniuerſis deſtituta: ab vno tantum ſe poſſe erigi, è cuius ſola præſentia tantas ſe ſperaret accepturam vires, vt non modo fortiter ſtare, ſed & illum vel volantem celerrimè proſequi poſſit vnà cum ipſis, quæ tanto ſtudio ſe niterentur erigere. Sicut autem in ſuperioribus etſi ad puellas verba haberet: ob immenſam tamen amoris vim, quaſi non aduertens ſe cũ illis loqui, verba direxit ad ſpõſum: Ita etiam hoc loco ait: *Trahe me: poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum:* ac ſi diceret: — I. SENSVS.

Quid tanto ſtudio laboratis? quemadmodũ odoribus veſtris recreari haud potui, ita nec manibus veſtris erigar. Iacebo viribus omnibus deſtituta: iacebo in terram proſtrata, quoadusque ipſe veniat dilectus meus, qui me ſua ſola erigat præſentia: qui me ita recreet ſuo amore, vt non modo meis conſiſtam pedibus, ſed & iucundiſſima eius vi tracta poſt ipſum ad odorem vnguentorum, quibus is præ omnibus eſt delibutus, currã, ipſum ſequẽs; Quinimò pro certo habeo, vos quoque vniuerſas ſuauiſſima vnguentorum eius fragrantia allectas, celerrimo curſu illum proſecuturas: Sicque poſt ipſum in odorem vnguentorum eius curremus omnes ſimul. — PARAPHRASIS.

Quo ad lectionum varietatem. Notandum primo, Septuaginta Interpretes, quod nos iuxta Hebraicum textum habemus. *Trahe me*: legere εἵλκυσάν σε, ideſt, *traxerunt te*: vel iuxta codices Regiũ, & Complutenſem εἵλκυσάν με, ideſt *traxerunt me*: Quæ verba cum præcedentibus iũgenda ſunt: Sicque, ſi legamus, *traxerunt te*, prout hẽt Codex Romanus nuper emendatus, atque Aldinus, & vt legunt Origenes, Ambroſius, Nyſſenus, Theodoritus, & alij, ſenſus hic erit; vt ſponſa ſignificet, eas ipſas adoleſcentulas traxiſſe ſponſum ad ſe, quæ illum dilexerant, quia oleum effuſum eſſet nomen eius; ac ſi dicat. — II. SENSVS.

Tam bene oles o ſponſe, tamque amabilis es, vt adoleſcentulæ omnes te diligant, atque ad ſe trahere ſtudeant: vnde quid mirum, ſi ipſa cum om- — PARAPHRASIS.

D nibus

LITTERA. nibus socijs meis post te curremus in odorem vnguentorum.

III. SENSVS. Quòd si, iuxta aliam lectionem legamus. *Traxerunt me*: In duplici sensu hæc accipi posse videntur: Primò, vt sint verba sponsæ, quæ, cum à socijs ducta esset ad sponsum: illicò sic eum affari incipiat; *Traxerunt me*, &c. ac si diceret:

PARAPHRASIS. Mihi quidem, dilecte, eras ignotus: neque enim adhuc vel tuum agnoueram nomen; neque tuã senseram fragrantiam: at, cum iam adolescentulæ dilexerint te, quia oleum effusum nomen tuum; ab illis adolescentulis tracta & ipsa ad te sum, illę me traxerunt; quapropter iam simul omnes te sequemur, in odorem currentes vnguentorum tuorum.

PARAPHRASIS. Vel alio modo sic, Cum præ tui desiderio languẽs (B) iacerem prostrata: illæ ipsæ adolescentulæ, quæ dilexerunt te, opem mihi ferentes, traxerunt me ad te; ita vt iam omnes simul velocissimo cursu te simus prosecuturæ in odorem vnguentorum illorũ, quibus suauissimè fragras.

IIII. SENSVS. Secundo, vt sint verba sponsi: qui, cum à puellis ad sponsam esset adductus, quæ præ illius amore lãguebat: statim ac apparuit, sic eam allocutus sit: *Traxerunt me*: quasi diceret.

PARAPHRASIS. En præsto sum: compulerunt me puellæ: traxerunt me; non potui longius protrahere aduẽtum meum: cui sponsa, quæ ex illius præsentia cõtinuò spiritum sumpsisset, animo erecta, respõderit; *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Iam minimè amplius iacebo. sentio immensam fragran- (C) tiam tuam: quare post te curram simul cum omnibus socijs meis in odorem vnguentorum tuorum.

Notandum Secundò: diuersimode ea, quæ hic dicuntur, distingui, ac legi solere; vulgò enim ferè communiter legũt, *Trahe me post te*, tum, coma interposita, subdunt, *curremus in odorem vnguentorũ*: quam distinctionem secutus est Ambrosius in lib. de his, qui mysterijs initiãtur. Iustus Orgelitanus, Aponius, Vigilius lib. 3. contra Eutichem Tomo Quarto Bibliothecę veterum Patrum, Bernardus, & alij complures. Sed & Paraphrasis Chaldaica, hanc ipsam adhibens distinctionem, legit: *Dixerunt iusti illius generationis, Dominator totius sæculi* (D) *trahe nos post te, & curremus post viam bonitatis tuę*; Attamen bona lectio, alio pacto hæc ipsa distinguens, legit, *Trahe me*: & interposita coma, subijcit, *post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, quam distinctionem manifestè adhibuerunt Septuaginta: quam & sequuntur omnes antiquiores Patres, atque etiam emendatiores Codices.

Notandum Tertio, in Hebræo nequaquam haberi vltima illa verba, *In odorem vnguentorum tuorum*: sed ea à Septuaginta addita, etiam à nostro Interprete retenta fuisse, vtpote quæ antecedentib. maximè congruerent.

Vers. IV. Trahe me: post te curremus in (E) odorem vnguentorum tuorum.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

CElebberrima inter Theologos versari solet q̃stio: fuerit ne ad reparationem humani generis ita necessarius Diuini Verbi in mundum aduẽtus, & Iesu Christi passio, vt haud fuerit possibile, vel per simplicem creaturam, vel per alium modũ id reparatum iri. Constantissima tamen omnium definitio in eo sita est, vt, quamuis innumeris alijs modis perfici id potuerit per absolutam Dei potẽ-

(A) tiam; cum non sit impossibile apud Deum omne verbum; Nihilominus, supposita Dei præordinatione, qua per Christi Incarnationem, ac passionem, tamquam per modum omnium congruentissimum ille præsciuit ab æterno, & prædeterminauit hominem redimendum, nulla reperiri potuerit creatura, nullusque alius excogitari modus, quo id perficeretur. Hanc Dei præordinationem optimè notat Ecclesia, quam & apud Isaiam reuelatam videre est ijs verbis: [a] *Prope est iustus meus, egressus est* (nempe secundum prçordinationem æternam) *Saluator meus; & brachia mea*, (in cruce scilicet extensa) *populos iudicabunt: me Insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt*. Notat, & (B) illud, quod neque ab homine, neque ab Angelo, sed ab vno Deo incarnato, ipsoque dilecto suo saluanda esset, prout eidem Prophetę reuelatum est, ac per eumdem apertissimis verbis ijs prænunciatur, quibus in cap. 63. pro eo, quod vulgata habẽt. [b] *Nõ est tribulatus, & Angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos*: secundum versionem Septuaginta dicitur: *Non legatus, neque Angelus, sed ipse saluauit eos, eò quòd diligeret illos, & parceret eis; ipse redemit eos & suscepit illos, & exaltauit*. Quam lectionem secutos Antiquos Patres, & Concilia, esseque apud illos locum istum decantatissimum ostenditur à Leone Castro in suis Commentarijs super Isaiam. Circa quam tamen (C) notandum, Sanctum Hieronymum in suis Commentarijs in Isaiam animaduertere, in Hebræo nõ haberi ea prima verba, *Non legatus, neque Angelus, sed ipse saluauit eos*, quæ ad rem nostram faciunt. Nihilominus, salua semper Hiernoymi reuerẽtia, dicendum: si bene aduertantur, & perpendantur ipsa Hebraica verba, Septuag. vertisse, quod in Hebræo legerent: etenim in textu Hebraico sic modo legitur. לא צר ומלאך פניו הושיעם lo tzar vmalach panau oscigham: porro Septuaginta prout bene aduertit citatus Leo Castr. pro dictione צר tzar, quæ significat tribulationem, legerunt dictionem ציר tzir, quę significat legatum; quod facillimè fieri tunc potuisse, fusius ille ostendit: Sicque rectè (D) pro, *non tribulatio*, vertere, *non legatus*; tum bene sequitur, *neque Angelus*, quod in Hebræo est, *& Angelus*, coniunctione (*&*) negatiue sompta, vt relata ad negationem pręcedentem. Dictionem verò פניו panau, quam Hieronymus, sequens Hebræos iungit, cum Angelo, quasi eius regimine, vertens *Angelus faciei eius*, Septuaginta verterunt αὐτὸς ipse, prout & alias quoque vertere consueuerunt, vt Exod. 33. [c] vers. 14. Vbi enim in textu Hebraico habetur פני panai, & Hieronym. *Facies mea præcedet te*, ipsi verterunt *αὐτὸς προπορεύσομαί σου, ipse præcedam te*. Et in sequenti versu, quod in Hebræo est, *Si non facies tua*, Septuaginta verterunt, *Si non ipse tu simul eas*, sicut & ipsemet Hieronymus, *Si non tu* (E) *ipse præcedas*. Ex quibus aduertere est, Septuaginta faciem accipere solitos pro persona: ac si dicatur, Si non persona tua propria præcedat: Et mea persona propria præcedet; & hoc pariter loco, quẽ præ manibus habemus: & ipse in persona propria saluabo eos; prout etiam vox Græca πρόσωπον, & pro facie, & pro persona sumi solet. Hæc fusius fortasse circa allatam Isaiæ sententiã; at non abs re, cum locus is sit celeberrimus, maximeq; cõgruẽs cum ijs, quæ vnico verbo, sensaque præcisa, *Trahe me*, indicantur potius, q̃ exprimuntur ab Ecclesia; quę sicut in Psalmo 43. cum genus humanum per peccatum in terram deiectum animaduerteret, tam anxiè ad Deum, à quo solo erigi se posse sperabat, clama-

DE ECCLESIA.

Reparatio generis humani nõ poterat fieri aliter, quã per Christi incarnationem, & passionem, supposita Dei præordinatione illius

a Isa. 51. 5.

b Isa. 63. 9.

c Exo. 33. 14.

DE ECCLESIA.

matiit, dicens, [d] *Quoniam humiliata eſt in puluere Anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter: Exurge Domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum:* Sic & nunc quoque in hoc Cantico in terram proſtrata præ deſiderio Incarnationis diuini Verbi, à quo vniuerſam humanam naturam è terra ſuſcitandam ſperabat, nedú per præcedentia (vt viſum eſt) omne vel hominum, vel Angelorum miniſterium, opemque, & auxilium reſpuit; ſed & per ea, quæ hic dicit. *Trahe me, &c.* adhuc viribus deſtituta iacẽs, ad illum ipſum exclamans ſolum, cuius etiam vnius tanto ardore efflagitat oſculum. Trahe me, inquit, tu, quia haud trahere me poteſt Angelus aliquis, nec eleuare iacentem me poteſt quiſquam hominum; ſi tu me erexeris, poſt te curremus, &c.

d Pſ. 43. 11

Valde autem perpendendum eſt, quod ſponſa optans, ac petens, ſe per diuini verbi Incarnationem erigi, non ait ſimpliciter *Erige me*, vel, *præbe mihi auxilium*, aut, *porrige mihi manũ*, prout ab ijs dici ſolet, qui in terra iacentes alterius opem implorant. Sed maiori cũ emphaſi, inquit, *Trahe me:* Neque minori indigent conſideratione ea, quæ illico ſubijcit: *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Redemptio noſtra facta eſt abſque meritis noſtris, ſicut et prima iuſtificatio.

Primo enim vtitur hac voce. *Trahe me:* quia ſicut id, quod ab aliquo trahitur, motum ab eo habet, a quo trahitur. Ita quoque & humana natura, dum a peccato per Chriſti Incarnationem erigenda erat, & per Ieſu Chriſti ſanguinem redimenda, vniuerſam redemptionem, ſicut motũ ad iuſtitiã, ac iuſtificationem ab ipſo ſuſceptura erat, qui eam per primæ gratiæ exhibitionem a peccato, atque è terra traheret abſque vllis operibus, vel meritis eius: prout bene ab Iſaia prophetatum habemus his verbis: [e] *Excutere de puluere, conſurge, ſede Hieruſalem; ſolue vincula colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit Dominus. Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini. Propter hoc ſciet Populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum.* Et Apoſtolus. [f] *Iuſtificati gratis per gratiã ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum.*

e Iſa. 52. 2.
f Ro. 3. 24.

Iuſtificationis vſus eſt & a Chriſto, & a nobis.

Bene vero ſtatim, ac dixit. *Trahe me*, ſubintulit, *poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorũ*, quia etſi hominum redemptio ſit mere a Chriſto: etſi erectio, atque prima iuſtificatio a peccatis ſit abſq; vllis operibus, ac meritis noſtris; vſus tamen ipſius iuſtificationis, eiuſque effectus non ſolũ eſt a Chriſto; ſed etiam a nobis, atq; a noſtro libero arbitrio per quod Chriſti cooperamur redemptioni; vnde Apoſtolus, [g] *Adiuuantes, ait, exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, ait enim tempore accepto exaudiui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis; nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum; ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, &c.* Et longius in ſua prima Canonica Apoſtolus Petrus. [h] *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrii, perfecte ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam in reuelatione Ieſu Chriſti, quaſi filii obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis; ſed ſecundum eum qui vocauit vos Sanctum, & ipſi in omni conuerſatione Sancti ſitis, quoniam ſcriptum eſt, Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum, &c.*

g 2. Cor. 6. 1.
h 1. Pet. 1. 13.

PARAPHRASIS.

Sic itaque *poſt te curremus*, inquit Eccleſia ad Chriſtum, ſi traxeris me per redemptionem ſanguinis tui, cooperantes multiformi gratiæ tuæ. Ne

A que enim vna ſola congratia, quam per Chriſti redemptionem ſe ſuſcepturam confidit, ſed multiplex, & ideo ait; *In odorem vnguentorum tuorum*, ad quorum odorem, atque fragrantiam nõ modo ſe ambulaturam; ſed & celerrimo curſu illum ſe ſecuturam promittit: indicans ardens quo eius redemptioni cooperatura ſit, ſtudiũ, vt poſſit comprehendere, quod ſibi propoſitum eſt brauium æternæ hæreditatis.

Redemptio noſtra a Chriſto facta eſt virtutis maxima.

Secundò nõ dicit Eccleſia ſimpliciter, *Erige me:* ſed *trahe me:* ad exprimendas maximas vires, quib. à Chriſto è peccati limo extrahenda foret: Quemadmodum enim cum quidpiam graue è terra eleuandum ab aliquo ſit, maximo conatu, magniſq; B viribus trahi id ab eo, neceſſe eſt: Pari ratione humana natura, ſuper qua ſicut onus graue grauata erant peccata, cum per Chriſti erigenda eſſet Incarnationem, & paſſionem, maximis profectò viribus erat ab illo pertrahẽda: & idcirco Eccleſia bene inquit, *trahe me*, vt iuxta Apoſtoli deſiderium, *omnes* [i] *ſcirent, quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis Chriſti in eos, qui credunt, ſecundum operationẽ potentiæ virtutis eius.* Et quoniam quando vires trahentis ſuperent pondus eius, quod trahitur, nedũ ſimpliciter id mouetur attractum; ſed & celerrimo curſu per immiſſam mouetur virtutem: prout quotidie in ijs, quæ vi magna ante oculos noſtros mouentur, experientia comprobamus: bene quoq; C poſtquam dixit, *trahe me:* ſubdit: *poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum:* ac ſi diceret.

Simile.
i Eph. 1. 19.

PARAPHRASIS.

Si tu me tua immenſa traxeris virtute, per ipſam virtutem tuam particeps ero gratiarum tuarum: Sicque curremus omnes in odorem, ac participationem vnguentorum; cum enim per fragrantiam talium vnguentorum [k] dilataueris greſſus meos, ita vt non ſint infirmanda veſtigia mea; tunc viam mandatorum tuorum curram, quia dilatãdo greſſus, vireſque exhibendo pedibus meis, dilatabis quoque & cor meum.

k Pſ. 17. 37.

Humana natura erigenda erat a Chriſto per Crucẽ tãquã per trochleam.

Vtitur Tertio Eccleſia hoc verbo *trahẽdi*, quòd ſciret, ſe à Chriſto erigendam per crucem, veluti per trochleam quamdam, recolens, id ſibi ab ipſomet ſponſo ſuo pollicitum, cum in hoc cantico di D ceret: [l] *Sub arbore malo ſuſcitaui te.* [m] *Dominus noſter* (vt ait Apoſtolus) *peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, Iuſtitiæ viuamus:* Sic igitur cum id, quod per trochleam mouetur, vel eleuatur proprio verbo trahi dicatur: Et ipſa ſponſa, propriam ſeruans locutionem, inquit, *trahe me:* quemadmodum etiã ab ipſo Redẽptore noſtro, dum iſtiuſmodi prænunciaret erectionem hoc ipſum ſeruatũ videmus, cũ crucis lignũ aſcenſurus, dixit. [n] *Cum exaltatus fuero à terra oĩa traham ad me ipſum.* Quia verò quod trochlea trahitur, velociſſimo curſu trahi ſolet: cum trochleam ipſam currentem proſequi cõpellatur; idcirco benè Eccleſia Sancta poſtquam dixit, *Trahe me:* allu- E dens ad prędictum erectionis modum, ſubdit: *poſt te curremus in odorem vnguentorum.* Quomodo curremus? violenter ne cõpulſi, crucis machinã ſequemur, prout fieri ſolitum, diximus, an verò liberè, & noſtra ipſa nos propellente voluntate? Curremus (ò rem mirabilem) & liberè, non modò haud renitentes, ſed & cum ſumma oblectatione poſt ipſum nos propellentes; qui per crucem nos traheret & ſimul quoque curremus ſuaui violentia, compulſi quodammodo ab odore vnguẽtorum illius, à virtute nimirum gratiarum earum, quas ex illo in cruce pendente percepturi ſumus; eo ferè modo tracti, quo per erectum vexillum, ſeu ab erecto vexillo trahuntur milites, & liberi, & compulſi,

l Cãt. 8. 5.
m 1. Pet. 2. 24.
Simile.
n Io. 12. 32.

Sequimur Chriſtũ libere, & compulſi ab illo tracti.

DE ECCLESIA.

pulsi; quod egregio intellectu significasse videtur A ipse, qui tanquam vexillum erigendus in cruce, in præcitata sententia dixit: ° *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. (Omnia)* scilicet rationalem creaturam, quasi exercitum vexillo ipso traham, vtens verbo trahendi eo sensu, quo & in libro Iudicum ᵖ Debbora dixit Barac: *Præcepit tibi Dominus: Vade & duc exercitum in montē Thabor:* vbi in Hebræo, pro *duc exercitum*, est משכת umasciahta, & trahes in montem Thabor.

o Io.12.32

p Iud.4.6.

Christus carnē sumpsit, vt gestis corporeis traheret homines ad Dei cognitionē.

Quartò hoc *trahendi* verbo vtitur Ecclesia, quoniam sciebat, Christum Dominum carnem sumpturum, non tantum vt humanam naturam à peccato erigeret; sed etiam, vt eamdem ad veri Dei cognitionē eleuaret, ac de cœlestib. erudiret. Quē- B admodum enim bonus magister videns, imbecilliores discipulos altiora capere minimè posse, ad minutiora sese dimittens, ex facilioribus trahere illos dicitur ad altiora, ac difficiliora: Eodem pacto & Christo magistro optimo: *Trahe me* dicendum ab Ecclesia fuerat, vtpote qui hoīes per ea, q̄ eorum sensibus objiciebat, ad sublimissimam tracturus erat Dei cognitionem: Quia enim (vt præclare inquit Athanasius) hoīes sese auerterāt à cōtemplatione veri numinis, & tanquā in abyssum profundissimè demersi, humi oculis defixis, in ge-

Simile.

Athanasi. li. de incarnatione Verbi Dei.

» neratione, rebusque sensibilib. Deū requirebant,
» hominum mortalium, & Dæmonū simulachra ef-
» figiantes; ideo hominū amator Deus, & cōis om-
» nium Saluator, ac Dei Verbū corpus sibi assump- C
» sit, homo inter hoīes versaturus, vt hominū sensus
» præoccuparet, quib. persuasum erat, in reb. corpo-
» reis Deū consistere; quò ex rebus, quas ministerio
» corporis gesturus erat, veritatem intelligerent, at-
» que ita cogitatione sua ad Patrem assurgerent: vt
» siue rerum naturam admirabundi specularentur,
» viderent illam ipsam, quasi protestari Dn̄m verū
» Christum esse; siue circa homines aīo, contempla
» tioneque hærerent, vt eos Deos arbitrarentur; ex
» Christi Saluatoris tn̄, cum aliorum operib. cōpa-
» ratione, eum solū inter homines Saluatorem esse,
» Deique filiū, constaret; cum nihil rerum gestarum
» tale apud alios reperirēt, qualia in actis Verbi Dei
» conspicerent: Siue præoccupati persuasione ad dæ D
» mones se conferrent, animaduertentes, eos à Dn̄o
» fugari, statim ratiocinarentur, eum, qui hæc fece-
» rit, solum esse Dei Verbū, ac dæmones oī diuinita
» te carere; Quòd si eorū animus circa mortuos desi
» gereiur admiratione, vt eos, quasi heroas colerēt,
» aut ex genere eorū Deorum esse putarent, quales
» apud Poetas inuenias; statim tn̄, modo resurrectio
» nem Saluatoris ante oculos ponerent, cōfessuros,
» illos falsos esse, Christum aūt verum Deum esse, vt

pote mortis ipsius debellatorem. Postulās itaq; Ecclesia hāc corporalē Christi præsentiā, hācq; sapiētissimi Præceptoris sui demissionē, dicat *Trahe me:*

PARAPHRASIS.

Veni videlicet in carnē, atque ab istis rebus cor- E poreis, quas imbecillioribus per tuam exhibebis præsentiam, *trahe* vniuersum mūdum ad veri Dei cognitionem: tuisque virtutum præclarè gestis *trahe me:* sic enim *curremus omnes in odorem vnguentorum tuorum*, adorantes tuam Sāctam diuinitatem: toque ex notitia tuorum præclarè gestorum, quorum fragrantia per vniuersum terrarū orbem effundetur, inuitabimur, sequemurque exultantem ad currendam viam, virtutis viam currentes.

Egregiè autē Dauid Propheta describens Christi Domini aduentum, eiusque velocissimum cursum, modum nobis subindicat, quo ille, in hunc mundum adueniens, homines velocissimo quoq; cursu traxit ad cœlos: Ait enim, ᑫ *Exultauit, vt gigas ad currendam viam à summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.* Siquidem

q Psal.18.7.

APPENDIX.

venit hilariter, venit cum lætitia, & exultatione: venit vt gigas, & fortis ad currendam præsentis vitæ viam absque vlla defatigatione: venit cū tāta fortitudine, vt non solum ipse cucurrerit; verùm etiā vniuersum secum traxerit orbem; Non secus ac fortissimus gigas, qui tantis polleat viribus, vt cōplures celerrimo cursu post se trahere queat. *A summo cœlo egressio eius:* venit à summo cœlorum habitaculo, & descendens in mundum, tanta per mundum ipsum bene agendo, ac fortiter patiendo cucurrit celeritate, vt *occursus eius* fuerit *vsque ad summum eius*, scilicet cœli: vt de terris ascenderit ad summam cœlorū celsitudinem, prout ipsemet testatum reliquit, cum diceret, ʳ *Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem &c.*

Christus quo velocissime traxerit secū homines, veniens in mundum.

Simile.

r Io.17.28

Sed certè cucurrit, vt Gigas fortissimus: cū homines quoque de terris traxerit ad cœlos, rapidissimoque cursu eos post se currere fecerit. Non secus ac primus orbis rapidissimo cursu post se ceteros trahit orbes. Quemadmodum enim septem planetæ, licet proprias sortiantur sphæras, proprioque cieantur motu ab occasu ad orientem, eo tamen ita lento mouentur, vt nonnulli nequaquam prorsus moueri videantur: cum verò motibus contrarijs à primo mobili impelluntur ab ortu ad occasum, tanta prorsus festinatione, & velocitate currunt, vt vna tantum die ab vno ad alterum mundi polum perueniant: Sic profectò & homines vniuersi, licet proprio appetitu moueantur ad Dei cognitionem, & fruitionem: ante Christi tamen aduentum ita lento, ac contrario motu ad eum è terrenis, ac corporeis ad incorporea mouebantur; vt haud moueri viderentur; Et ipsamet, quæ tunc erat Ecclesia, cum legem teneret à Summo Deo sibi traditā, exploratasque haberet diuinas promissiones, quibus aliquātulum recrearetur, ad eumdem sanè Deum colendum, ac diligendum, aliqua ratione mouebatur, licet ita lente, vt vix aduerteretur; sæpissimè namque sese ad terrena detorquebat, ad animalium scilicet sacrificia, atque ad terrenarum rerum pollicitationes; ab ipso tamē Christi Saluatoris aduentu, cujus à Summo cœlo egressio eius in terram, & occursus eius de terra vsque ad Summum cœlorum, quasi à suo primo mobili tracta, plenissimo gradu, & citatissimo cursu à terrenis rebus abstracta, ad Summum Deum, atque ad cœlestia fuit prouecta; propterea hæc optans dicebat: *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Simile.

§ Quintò demum, & vltimò vtitur Ecclesia hac voce *trahendi*, quòd sciret, se à Christo per amorē erigendam, atque trahēdam: Quid est enim amor, nisi immutatio quædam in animo nostro impressa ex re appetibili, & desiderabili, quæ attrahit ad se appetitum nostrum: non secus ac magnes attrahit ferrum; nam sicut magnes qualitatem quamdam imprimit ferro, per quam quantumlibet durū illud sit, ac graue, facillimè ad trahitur, ita quoque & bonum imprimens voluntati inclinationē, rapidissimo illam ad se pertrahit motu. Atq; quod Christus per amorem humanam ad se tracturus esset naturam, dum pro ea carnem sumeret, mortemque subiret, adeò manifestum est, vt haudquaquā indigeat probatione; si enim tria sunt, quæ maximè per amorem trahere solent, nimirum bonitas, beneficia, atque amor ipse; quis dubitet, Christum carnem sumendo, mortemque pro humana natura subeundo, præ omnibus quibuscumque reb. ho-

Christus veniens in mundum, mortemq; subiens traxit per amorem humanam naturam.

DE ECCLESIA.

homines traxisse, in quo haud tãtum bonitas, sed A tria ea oĩa simul in supremo gradu concurrunt: vbi enim maior apparuit bonitas, quàm in Christi Incarnatione, in qua diuinitas ipsa, summaq; bonitas ita humanæ communicata est naturæ, vt ambæ in vno identificatæ sint supposito? Et quod maius beneficiũ, quam Deum pro hoĩe hominem factũ, talemque hominem, qui esset opprobrium hominũ, vir dolorum, & sciens infirmitates; quive ignominiosissimã crucis mortẽ subiret? Quæ verò charitas, quive amor ei comparari põt, quem Christus exhibuit, dum dilectissimã animã suã posuit pro inimicis, & pro ingratis? Traxit profectò præ omnib. Christus, & traxit per dilectionem; ac propterea proprijssimè locuta est Ecclesia, dum per eius incarnationem se ab illo erigi efflagitans, inquit, B *Trahe me.* Hanc ipsam loquendi phrasim seruatã videre est ab ipsomet Domino, dũ istiusmodi polliceretur erectionem per Oseã Prophetã. [s] *In funiculis n. Adam trahã eos*, ait, *in vinculis charitatis: ero eis, quasi exaltans iugum super maxillas eorum:* idest, pertraham homines factus homo, desumam ex Adam carnẽ, carnisque miserias; etenim, quia homines carnales diligere nesciebant, quem non videbant, Deum purissimum Spiritũ; Christus, vt illos ad tantã erigeret dilectionẽ, sub Adæ carne & videndũ sese illis exhibuit, & diligendum; bene aũt funiculi Adã dicuntur ea, quam assumpsit, humana natura, humanę miseriæ, passiones, dolores, atque mors ipsa: quoniam sunt vincula, quib. ho- C mines ad charitatem trahuntur: vnde & subditur: *In vinculis charitatis:* Et quis est, quẽ talia trahere non possint vincula? certè vincula hæc disrũpi nequeunt: quandoquidẽ [t] *funiculus triplex difficile rumpitur:* Quomodo vero rumpentur tot funiculi simul iuncti, quorũ singuli triplices sunt, cũ ex tribus illis bonitate, beneficijs, atque amore, quib. amor conciliatur, sint connexi? imò tantæ sunt fortitudinis funiculi isti Adã, vt per eos Christus Dominus nõ modo se homines tracturũ polliceatur, sed insuper tam rapido eos tracturũ motu, vt illos post se currere faciat: nã ne quid eos ab istiusmodi retardaret cursu: *Ero*, inquit, *eis quasi exaltans iugũ super maxillas eorũ:* Duo quippe erant, quibus præ D grauati hoĩes, quantumlibet beneficijs traherentur, ita impediebantur à cursu, vt vel tardissime, ac lentissimo gradu Deũ sequerentur trahẽtem, vel neutiquam sese mouerent: iugum nimirũ peccati, quo tenebantur oppressi, ita vt vix oculos ad cœlũ attollere possent: & frœnũ timoris, quo per idẽ peccatũ ita tenebantur adstricti, vt nedũ post Deũ quoquo pacto currere minime possent, sed nec vel à lõge auderẽt ad illũ accedere; tali enim subiecti fuerant maledictioni, cũ per peccatum [u] *facti sunt sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus*, vt *in chamo, & frano maxilla eorum* constringerentur, quib. pomum vetitum mordendo, peccauerant, vt *non approximarent ad Deum.* Ambo hęc per funiculos Adã, perque vincula charitatis abstulit Chri- E stus ab ipsis, atque ideò dicebat, *Et ero eis, quasi exaltãs iugum super maxillas eorũ*, idest adimã eis iugum; cui frænum quoque annexum est: hoc. n. significat, iugũ super maxillas extollere: nam ad maxillas pertinet frænũ, sicut iugũ ad collum, hoc ẽt clarissime paraphrasi Chaldaica significatur, dum sic ea interpretatur: *Sicut agricola bonus, qui alleuat humerum bouum, & relaxat in maxillis eorum*, scilicet fræna, vt declarat interpres. Quapropter congruentissime Ecclesia, postquã petijt, se per Christi Incarnationẽ talib. trahi funiculis, audacter asseruit, *Post te curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ*, vt po-

[s] Os. 11. 4.

[t] Ecc. 4. 12.

Funiculis amoris Christus abstulit ab homine impedimenta, ea, vt facile currere q̃ possent post ipsum.

[u] Ps. 31. 9.

te quæ optime sciret, per vincula charitatis Saluatoris sui se non modo trahendam, sed & ea sibi auferẽda, quæ suum retardare possent cursum, dum traheretur. Et hæc quò ad primum sensum allatũ in littera. Iuxta secundum, & tertiũ nonnulla, quę dici possent, in tertiã expositionẽ, quæ est de Anima, consultius differenda censui, congruentiori nimirum loco, cum ea aptiùs, (vt videbimus) ad Animas applicentur, quàm ad Ecclesiam.

IIII. SENSUS.

¶ Iuxta quartum autem sensum, Christus Dominus sponsam suam Ecclesiã alloquens ait, *Traxerunt me:* Significans, se ab hominib. è cœlo in hãc miserrimam tractũ lacrymarũ vallem, tractum inquam miseratione. Quòd si quæras, quib. funiculis hoĩes illum è tam sublimi cęlorum habitaculo traxerint: haud certè dicendi sunt eũ traxisse funiculis illis Adã, quib. ipse illos se tracturum pollicitus fuerat, vinculis charitatis: Sed alijs funiculis itẽ Adã, quibus Adã cum vniuerso suo irretitus est genere, nẽpè peccatis, atque miserijs: ea rõne, qua trahi eũ a periclitante diceremus, quẽ, dimissis cõmodis proprijs, scaphã scandentem videremus, mediosve in fluctus se committentẽ, quo illũ ab insurgentibus erueret vndarũ procellis, quibus miserrimus is, exiguæ dũtaxat tabulæ innixus, pene esset oppressus: siquidẽ nulla alia a re tractum hunc talẽ appareret, præter quã à miserijs, à periculis atq; ab instante periclitantis eius morte, à quo nullũ fortasse vnquã accepit beneficium, vel obsequiũ, nullũvè expectare põt commodum. Expressit hoc clarissime ipsemet Dñs apud Isaiam dicẽs; [x] *Non me inuocasti Iacob, neq; laborasti in me Israel: Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis nõ glorificasti me; Nõ te seruire feci in oblatione, neq; laborẽ tibi prebui in thure: Non emisti mihi argento calamũ, & adipe victimarũ tuarũ non inebriasti me: Verũtamen seruire me fecisti in peccatis tuis: prebuisti mihi laborẽ in iniquitatib. tuis: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorũ non recordabor:* Ac si diceret: Ne existimes, me in hunc mundũ descensurũ, teque à diaboli seruitute erepturũ, tuis attractũ bonis operibus, tuisvè meritis; *Nec enim inuocasti me:* i. non tãti apud me opera ista tua valere existimes: quia inuocationes tuæ, & psalmorum multitudo, quã decantas, perinde sunt, ac si non essent: Imò tua ista obsequia irã potius meam, quã beneficentiã prouocant: cum illa nec debitis modis, nec debita exhibeas fide; sed scito, peccata ipsa tua me traxisse, cum mea commouerunt misericordiæ viscera; *seruire* enim *me fecisti* tibi in hoc mundo pp peccata tua; laborem mihi tantorum itinerum, tantarũ anguitiarum, tantarumque passionum præbuisti per iniquitates tuas. Quem sensum melius reddit lectio septuaginta Interpretum, quæ hẽt: *Sed in peccatis tuis defendi te, & in iniquitatibus tuis.* Bene verò addit: *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me;* quia nimirum tantummodo pp viscera misericordiæ suæ visitauit nos oriẽs ex alto: [y] *Apparuit enim benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operib. Iustitia, quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiã saluos nos fecit.* Cũ itaque hoium peccatis tractus sit Christus in mundũ, rectè suã alloquens Ecclesiã, dicere potuit *Traxerũt me*, s. homines, commouentes peccatis suis viscera misericordię meæ. Cui cõgruẽter ab Ecclesia rũdetur: *Post te curremus*, liberati videlicet à tãto peccatorũ onere: *Curremus* aũt *in odorẽ vnguentorũ tuorũ*, nempe excitati a summa misericordiarum tuarum fragrantia, à notitia miserationum tuarum, curremus, tãtas cõtemplantes misericordias tuas.

Hominum peccatis, eorumque miserijs tractus è Christus è cęlo in terram.

Simile.

[x] Is. 43. 22

[y] Tit. 3. 4.

PARAPHRASIS.

DE ANIMA.

Verſ. IV. Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Expoſitio Tertia. De ſecunda Sponſa, quæ eſt pia anima.

I. SENSVS. VVlgatum inter intellectum, ac voluntatem diſcrimen id afferri à naturalib. ſolet, vt, cũ intellectus rei cuiuſpiam eliciturus eſt intellectionẽ, prius rem illam per ſpiritualem ad ſe trahat ſpeciem; voluntas vero contra, ſi quidpiam eligendũ ab ipſa ſit, prius trahatur ab illo, quã eius promat electiones. Ratio autem, quare prius trahenda ſit voluntas, hæc mihi eſſe videtur, quòd cũ ideo illa eligat bonum aliquod, vt in ipſo tamquam in re ſibi congruenti requieſcat, neceſſe eſt, vt prius ad illud tendat: quia motus præcedere debet quietem terminum ſuum: Quomodo verò tendet, niſi à bono ipſo trahatur? Porrò cũ quies in bono congruẽti cognito nil aliud, quàm ipſa ſit delectatio, ipſaque voluptas; propterea communi omnium cõſenſu illa recepta eſt Poetæ ſnia, *Trahit ſua quemq; voluptas*; quam citat Aug. tract. 26. in Ioannẽ ad hoc ipſum propoſitum; id enim vnuſquiſque libentiſſime vult, in quo perfectius ſuam quietem, ac voluptatem ineſſe, exiſtimet: & econtra quanto quiſq; ĩ aliqua re minus vel ſenſerit, vel intellectu cognouerit voluptatis, tanto minus ad eam mouetur; tanto difficilius eam eligit: atque ſi eã aliquando elegerit, difficilius quoque ĩ ea perſeuerat electione.

Voluptas, et delectatio trahũt voluntatẽ cũ inſequuntur.

Bernard. Hinc bene hoc loco proponitur à Spirituſanto Anima pia, quæ, cum aliquando à Deo ſummo omnium bono tracta ipſum elegiſſet, in quo quieſceret: ipſi ſeſe dediſſet, ſummiſque ab ipſo cumulata eſſet voluptatibus in contemplatione, atque alijs exercitijs ſpiritualibus; poſtea per aliquantulũ tẽporis, ijs orbata cõſolationibus, quaſi in terra proſtrata iaceat, ita vt nihil boni efficere poſſit: quam cum eius ſocij, qui vni, eidẽque vitæ indulgẽt ſpirituali, ad ſublimia nitetẽtur erigere, atque ad cõtemplationi vacãdũ, beneque agendũ prouocarẽt vel bonis conſilijs, vel ſanctorum exemplis, ea oĩa indignans, ipſa æque ac ſupra reſpuerat vinũ conſolationum terreſtrium, & vnguenta conſolationum, quæ in rerum naturalium ſitæ ſunt contemplatione; ita & nũc illorũ reſpuat adhortationes, ceteraque auxilia ſpiritualia; pro certo habẽs, per ea erigi nequaquam ſe poſſe, quæ ab vno ſolo erigenda ſit Chriſto per conſolationes illas, quarum aliquantulum ſibi exhibuerat guſtum; atque adeò talia proclamet, *Trahe me: poſt te curremus in odorẽ vnguentorum tuorum.* Etenim quamuis in ariditate ſit: quamuis proſtrata iacens, poſt Deũ currere nequaquam poſſe, videretur: quã ijs ſibi Deus, tenebroſis quodãmodo nubibus offuſus non appareret; ad ipſum tñ conuertitur, ſine quo nec viuere quidem vel ad punctum valeat. Ac quemadmodũ Heliotropium, ſolaris herba, ſua naturali inclinatione ſemper ad ſolem conuertitur, ſiue is in Oriẽte ſit, ſiue ſit in meridie, ſiue in occidente: quod vero non modicam incutit admirationẽ, nubilo etiam obumbrante diem, dum nec Aquila videt ſolẽ, illa ſolẽ videt, & abſque vllo errore ad ipſum ſemper conuertitur, à quo & vitam, & totum, quem habet accepit vigorẽ; Sic & anima ipſa, quæ iã per fidem deſponſata eſt Chriſto, et dũ Deum non videt per cõſolationes, eum tñ ſibi præſentem intelligẽs, ad ipſum conuerſa ait: *Trahe me: poſt te curremus*, &c. Euenire nonnunquã ſolet, prægraue aliquod marmor, aut põdus aliud, quod nec magno hominum numero ingenti vt multi ſve funib. è loco ſuo moueri vel ad digitum potuit, trochlea adhibita conuerti ab vno, vel paucis hominibus ad libitum, atque in ſublime trahi; Id ipſum & piæ contingit animæ; dum. n. præſentis vitæ miſerijs: dum tędio, acediaque opprimitur, licet omnib. viribus ipſam erigere obnitãtur homines, inane id omne eſt; nec enim infinitis hominum cõſolationibus, cõſilijs, ac adiumẽtis corde eleuari, trahique ad Deũ põt; Verum vbi trochlea admoueatur diuini amoris, diuinarumque conſolationum, faciliime recreatur, & exuſcitatur; caveq rõne trahitur à qualibet admonitiũcula, vt in via ſpirituali velociſſime curr at: Ac propterea dicit: *Trahe me*: ac ſi diceret.

Anima pia & ſi triſtitia tenebris ſit offuſa, et conuertitur tamẽ ad Deũ.

Simile.

Simile.

Conſolationibus Spiritualib. quã facilè erigatur anima.

PARAPHRASIS. Socij iſti mei haud quaquam me erigere valẽt, nec quicquam vniuerſis adiumentis iſtis ſuis, licèt obnixè nitantur, eleuare me poſſunt ad te, quia nimis oppreſſa ſum, factaque ſum mihimet ipſi grauis, dũ tuis orbata iaceo conſolationibus: quapropter adhibe iam tu dilectę mi trochleam amoris tui, adhibe trochleas conſolationum tuarum Domine, ſicque velociſſimo curſu poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Quomodo verò Anima audet à Domino petere, vt ipſam trahat, ſi is ab ea elongatus videtur? Audet profectò, quia etſi longius videatur abeſſe; per internam tñ virtutem ipſe ei præſens apparet, vnde & ait: [a] *Longe Dominus apparuit mihi*, auditq; eum ſibi reſpondentem: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui*: neque enim à longe Dñs proſpectans, ferre diutius poteſt, vt anima, quam ſibi in ſponſam elegerit, in triſtitia, atque in ariditate iaceat proſtrata, ſed illius miſerans, attrahit eã. Quomodo attrahit? Erigẽdo illã diuinis delectationibus, & cęleſtibus conſolationibus: Vnde & per eundem Ieremiam Subdit: [b] *Adhuc ornaberis tympanis tuis*; vel clarius, iuxta lectionem Septuaginta: *aſſumes tympana tua, & egredieris ĩ choro ludentium*: ac ſi diceret: quamuis orbata conſolationibus, quib. iã fruebaris, proſtrata nunc iaceas, ne timeas, quia *in charitate perpetua dilexi te*, meaq; ſuper te commota ſunt viſcera; & ideò adhuc iã exhibebo tibi eas ipſas, quib. oblectabaris, voluptates: ſicque aſſumens tympana tua, attraheris à me: & egredieris in choro ludentium, eorũ videlicet, qui cũ exultatione velociſſimo curſu me ſequuntur. At quis non videat, quã iſtiuſmodi ſponſi promiſſioni ea congruat, quæ hoc loco à ſponſa fit obſecratio? Dum. n. (vt ſępius dictum eſt) proſtrata iacet, intuens à longè dilectum ſuũ, ſcienſque, quanta is eã proſequatur charitate, animos ſumit implorandi eius opẽ, & ait, *Trahe me*, Ac, ne quis exiſtimaret, ſe velle ab ipſo violenter trahi brachijs, vel aliqua vi externa, Subdit: *Poſt te curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ*, indicans, optare, ſe ab illo erigi, ac trahi ijs ipſis funiculis, quib. ille pollicitus eſt, ipſam tracturũ, dilectione nimirũ, ac delectatione voluptatum, & conſolationum, quæ ex odore vnguentorũ ipſius percipiuntur. Narrat Baſilius Magnus, reperiri iſtiuſmodi modũ aucupãdi colũbas agreſtes: vt vnam earũ capiens auceps, & domeſtico illã aſſuefaciens cibo, cicurem, ac domeſticã eã reddat; tum ſuaue olentibus vnguentis illius alas perungens, ad agreſtes ipſam dimittat, atque cum ijs coniungi eam ſinat; Illa verò per vnguenti fragrantiam agreſtẽ illũ vniuerſum columbarum gregẽ in paratũ trahat columbarium; ſiquidem beneolentem ſequuntur omnes, ab illius odore pertractæ, ſicque facillime in ipſius aucupis deueniunt poteſtatem. Si ergo columba odore vnguentorum ſuorum tantam habet vim, vt vniuerſum gregem co-

a Ier. 31. 3

b Ier. 31. 4.

Simile.

Baſilius Epiſt. 175. ad Iulittã.

Columbas aucupandi modus egregius.

DE ANIMA.

columbarum, & columbarum agreftium trahat, A fuauitateque eiufdem fragrantiæ alliciat eas quo cumque fibi libuerit, & in illius etiam poteftaté, qui ipfas fit occifurus; quàm congruentius idipfum ab anima Sancta de mitiffima columba, deq; Chrifto dilecto fuo afferere licuit, qui fuauiffimis gratiarum omnium delibutus vnguentis, per eximiam fragrantiæ fuauitatem vniuerfas quantumlibet agreftes, & iperfectas ad fe attrahat animas? earundemque gratiarum, & confolationum dulcedine, quas traxerit, poft fe currere faciat, quoadufque ad cœleftem æterni Patris perueniant manfionem: vbi omni penitus interfecta malitia, perpetua potiantur fœlicitate? Dicat itaque, dicat audacter fponfa Chrifti, *Trahe me: poft te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Gratia, & confolationes diuinæ nō trahūt, nisi admittantur.

Sed valde in his fponfæ verbis confiderandum eft: quòd petens erigi confolationibus, fub metaphora odorum hoc petit; quàmve proprie vtatur verbo ifto *Trahe;* Etenim quamuis vnguenta, ceteraque odorata id habeant proprij, vt ad fe per fuam trahant fragrantiam; haud tamé quempiam trahere queunt, nifi & ipfa trahantur ab odoráte; fiquidem prius certè res odorata de fe emittit euaporationes quafdam: tum (vt experientia comprobamus) neceffe eft, vt per nares aer trahatur, ficq; cum aere attracto odorem ipfum, vel ipfius odoris fpeciem ad organum olfactus adducimus: & tunc eodé tempore odorem percipimus, proméntes fenfationé olfactus: fimulque ab ipfa eius odoris trahimur fuauitate. Quod in fenfibili contingit odore, hoc ipfum & in diuinis confolationibus cötingere, nouerat fponfa; nam Chriftus cum fit omnibus gratiarum delibutus vnguentis: cum fit Deus totius confolationis, femper quidem de fe emittit immenfos gratiarum cumulos, fuauiffimofque diuinarum confolationum odores: at vere haud per iftiufmodi, quas de fe emittit fragrantias, quafcúque ad fe attrahit animas: quia ita homines condidit liberos, vt haud quaquam eos trahere velit, ni ipfi fimul concurrant, admittentes confolationes, ac gratias; ni ipfi eius traxerint fragrantiam immiffam: ficque fimul tempore, & anima trahit ad fe gratias, & confolationes diuinas, eas admittendo; & Chriftus per iftiufmodi gratias, & confolationes illam trahit poft fe: quamuis anima trahere non poffet gratias, ac cöfolationes, ni eæ prius fuiffent à Chrifto immiffæ. Atque ideò fponfa, hęc optime intelligens, valde congruenter ait, *Trahe me:* quafi dicat.

Simile.

PARAPHRASIS.

Per me non ftabit: ego dilecte mi exopto trahere fuauitatem fragrantiæ tuæ: Tu modo, vt tui moris eft, iá trahe me ꝑ ipfas: Sic. n. poft te curremus.

Confolationes fpirituales faciunt currere poft Chriftum.

Bene aút, inquit, *curremus:* nam fi tunc quifque [a] *currit viam mandatorū* Dei, *cum* fibi à Deo *dilatatur cor*, iuxta id, quod fibi euenifle afferit Dauid Propheta; certè fummo iure ꝓmittit, fe poft Chriftum in vita fpirituali curfuram, cú ab eo fpiritualibus trahetur confolationibus; nam, vt bene ait S. Thomas, hoc maximè competit confolationi, & delectationibus, vt dilatent cor, promptiffimumq; illud reddant ad id, quod fuaferint.

a Pf. 118. 32. S. Tho. 1. 2. q. 33. art. 1.

Singularitatē quantum deteftentur fancti.

At vide quanta loquatur cautela: neque. n. dixit, *Curremus tecum*, fed *curremus poft te*, & quáuis dicere debuiffet *Curram*, cum pro fe fola petiffet *Trahe me*; cautè tñ dixit, *curremus:* Promittit, fumma quidé follicitudine, fummoque ftudio vitę fpirituali fe vacaturam; Sed tñ haud vult fola, & fingulari curfu fuū profequi fponfum, cum recolat ꝑ fapientem dictum, [b] *Væ foli, fi ceciderit, non habet fublenantem fe:* non vult fingularitatis vitio, vehe-

b Eccl. 4. 10

DE ANIMA.

mentiori, ac indifcreto feruore in fpiritualibus exercitijs facere quidpiam, quod Patrū, ac Prælatorum excedat præfcriptum, quodque à fratrib. minime fiat. Currere quidem vult, fed cum obedientia Patrum, fed cum charitate fratrum, atque ideò non ait, *poft te curram*, fed *poft te curremus*, ipfa videlicet vná cum fratribus, quos à te fimiliter tractos, fummo conatu imitari contendam; atque ét vnà cum Patribus meis, quorum præceptis omni, qua potero, parere nitar follicitudine.

Chriftū in virtutis ftudio imitari quidē poffumus, æquales tamē illi effe nequimus.

Non dixit, *Curremus tecum*, quoniam ei optime conftabat, Chriftum Dominum tāta fortitudine, tantaque velocitate cucurriffe, quando noftrā affumens naturam, exultauit vt Gigas ad currendā B viam, vt potius volaffe, quam cucurriffe vifus fit; Nec mirum, nā etfi is verus effet homo; erat tamen fimul & verus Deus, de quo per Prophetam dr: [c] *Et afcendit fuper Cherubim, & volauit: volauit fuper pennas ventorum;* Et quis eft, qui cū tā forti Gigāte æquali curfu currere audeat? quis cū celerrimo huius aquilæ volatu fuū audeat cōparare quantumlibet velociffimū curfum? Optabat planè aliqñ anima quædam, & ipfa hře alas, quibus quoquo modo volare poffet. At nequaquam eft aufa petere alas aquilæ, quibus æquali volatu cum Chrifto volare fibi liceret: Sed petiit tantum, fiue potius optauit alas columbę, quibus aliquantulum poft Aquilam volantem & ipfa volaret, fed poftea requiefceret, cum vlterius infatigabilem profequi non poffet Gigantem; Sic. n. dixit [d] *Quis dabit mihi pennas ficut columbæ, & volabo, & requiefcā?* Chriftus folus vniuerfas in fumma perfectione, & abfq; vllo defectu exercuit virtutes: quia Chriftus folus plenus extitit omni vnguentorum, ac gratiarū fragrātia: quia in Chrifto folo extitit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: quia Chriftus in tanta perfectione cuncta fimul in fe habuit virtutū vnguenta, vt de eo folo dici poffit, [e] *Oleū, fiue vnguentū effufum nomen tuum.* Reliqui vniuerfi quantacunq; prçfulferint fanctitate, quia de plenitudine eius acceperunt, poft illum quidem cucurrerunt in odorem vnguentorum eius, dum ab eximijs virtutum eius exēplis attracti omni, qua potuerunt follicitudine, fummoque feruore imitari eum conati funt. D Atque ideo nūc prudētiffima fponfa poftquā petijt fe ab illo trahi, fubdit; *poft te curremus*, te nimirum fequentes: Addit autem, *in odorē vnguentorum tuorum:* quòd fciat, fe non poffe hře virtutes in ea perfectione, qua erant in Chrifto, tamquā vnguēta optima: Sed fummæ fibi gloriæ futurum, immēfæque vtilitati, atque eximiæ perfectioni, fi aliquo pacto particeps effe queat odoris vnguentorum illius. Hæc, iuxta primum horum verborū fenfum.

c Pf. 17. 11.

d Pf. 54. 7.

e Cant. 1. 3.

II. SENSVS.

Greg. Nyf. Theod. tres Patres.

Charitas in Deū duplex in anima cōfideratur.

Quò ad fcdm aūt fenfū, quo iuxta verfionē Septuaginta fignificatur, eas ipfas adolefcentulas nēpe animas puras, quæ dilexerunt Deū, per dilectionē fuā ipfam Deū ad fe traxiffe, animaduertendū primò duplicē in aīa confiderari poffe dilectionē E in Deū, alterā, quæ infunditur in iuftificatione; alterā verò, quæ cōfequit ipfam iuftificationē. Quāuis aūt vtraq; iftarū dilectionū prior re vera fit dilectio Dei, cū oīs noftra charitas fit à charitate ipfius, quia [f] *charitas Dei* (vt inquit Apoftolus) *diffufa eft in cordibus noftris per fpiritū fanctū, qui datus eft nobis;* peculiariter tñ Dei charitas dr prior ea dilectione nřa, quę infunditur in iuftificatione abfque vllis præcedentib. meritis. At verò altera illa nřa dilectio, quæ ipfam cōfequitur iuftificationē, dr quodāmodo prior charitate Dei, q̄a per eā meremur augmētū grę, magifq; Deū ad nos diligendos ꝑ eā ipsā ꝓuocamus, ex qua maiori eius dilectione

f Rom. 5. 5

Qua dilectione trahamus Deū ad nos diligendos.

DE ANIMA.

ctione ipse inducitur ad maius augmentũ gr̃æ conferendum. Vnde in libro Prouerb. æterna Sapientia ait, g *Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilãt ad me.* (per amorem videlicet studiosum ad me tracti, atque allecti) *inuenient me:* quia vigilantes in dilectione mea trahent me ad se, sicque facili negocio me in se ipsis reperient.

g Prou. 8. 17.

Deus quã congrue dicatur trahi à dilectione animæ.

Neque turbare quempiam debet, quod Deus trahi dicatur, cum verbum istud trahendi violentiam præseferre videatur; Nam certè, si amoris uis violẽtia dicenda est, summo iure trahi & Deus dicitur, qui per charitatem ipsam ad mutuã prouocatur dilectionem. Nonnę corporeis frequenter cernimus oculis, extinctam facem, in qua tamen aliquid residui vel ignis extiterit, vel caloris, vi exigui ignis illius sui, tenuisve caloris superpositam ad se trahere flammã, ita vt, tametsi & sublimior, & distans ea sit, tracta nihilominus, flammulis sese demittat quibusdam? Simile quid & in eo contingere existimandum est, cum excelsus Deus trahi ab anima dicitur; nam vt primũ in pia anima quidpiam apparuerit ignis charitatis, vi caloris illius, licet exigui magnam & excelsam ad se trahit diuinæ dilectionis flammã, ita vt qui in altis residet, ad eam conuertatur infimam; quod apertius ipsa fatebitur infra, vbi dicet. h *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Ex hoc enim quod Adolescentulæ, animæque puræ, ac simplices dilexerunt Dominum, & per dilectionem sese conuerterunt ad eum, ipse etiam Dominus sese conuertit ad illas, ab eis videlicet per vincula charitatis attractus: atque ideò bene à sponsa dictum est. *Dilexerunt te, traxerunt te,* quibus verbis significasse videtur, adolescentulas diligendo traxisse, vt sit vnicus tantum actus: neq; enim aliud quidpiam est, trahere, & aliud, diligere: sed eo ipso actu, quo animæ dilexerunt Deum, per dilectionem ipsam suam traxerunt illum; vnde haud dictũ est, *Dilexerunt te, & traxerunt te,* quasi duo essent actus distincti: sed *dilexerunt te traxerunt te,* quasi vno actu.

Simile.

h Cant. 7. 10.

Diligere, & trahere Deum est vnus idemque actus.

Sed quid connexionis cum his habent ea, quæ subijciuntur: *Post te curremus in odorem vnguentorũ tuorum?* Maximam profectò: siquidem, cum animę puræ per dilectionem Christum Dominum traxerint ad se, illum certè habent habitantem in cordibus suis, iuxta illud Apostoli. i *Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati, & fundati:* habentes autem Christum habitantem in cordibus suis, Christum ipsum redolent vnguentum exinanitum; atque, cum vita Iesu in eis manifestetur eximijs virtutibus illis, quas ad Christi imitationem exercent, per virtutum earum odorẽ, perque pretiosissima gratiarum vnguenta, quibus ex Christi præsentia delibutæ apparent, efficiunt, vt omnes qui talem perceperint fragrantiam, qui tantas in eis perspexerint virtutes, velocissimo cursu, ac promptissimo animo Christum sequantur, currentes post eum in odorem vnguentorum ipsius: Numerat autem se quoque sponsa cũ reliqua multitudine præ humilitate.

i Ad Eph. 3. 17.

III. SENSVS.

Quæ tamen explicantur melius per aliam illam litteram, quæ iuxta tertium sensum dicitur, *Traxerunt me:* Sic enim eadem Anima significat, eas adolescentulas, animasve puras, & simplices, quę ardenti dilectione dilexerunt Christum Dominum, suis bonis, sanctisq; exemplis traxisse & ipsam ad eundem sponsum, ita vt post illum iã facile vnà cum illis currere queat in odorem vnguentorum eius, quibus per virtutum exercitia redolere eas, cognoscit.

IIII. SENSVS.

Iuxta quartum sensum; Accedens tandem Christus ad Animam, eamque [illegible] sua consolãs præsentia, sic eam affatur.

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

Adolescẽtulæ illæ [illegible] dilexisse, asseris, Traxerunt me [illegible] suis, ex ardenti charitatis, qua me [illegible]lexerunt [illegible] ctu emissis, effeceruntque vt te meis [illegible] solationibus, cum per illarum priuationem [illegible] re te voluissem: Cui illa respondet: *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum:* ac si diceret. Ia[illegible] istis erecta consolationibus: iam tua recreata præsentia, quæ hucusque languens mouere me minime poteram: quæ prostrata, ac pene animo destituta segnis iacebam in tuo seruitio, cũ his ipsis adolescentulis lætanter, ac promptè te sequar, currẽs post te viam vitæ spiritualis in odorem vnguentorum tuorum, corroborata dulcedine ac suauitate gratiarum tuarum, necnon & exemplo tuarum virtutum.

Porrò tanta est animarum purarum vis, vt Christum diligentes, precibus suis, non secus ac fortissima catena, Deum ipsum deuinciant, trahantq; quocũque eis libuerit: Sic videmus, ea ratione à Moyse precibus cũ deuinctũ, vt dixerit. k *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos:* Sic quoque precibus timentium eum trahi illum quocunque ijs ipsis libuerit, testatur Dauid Propheta cum ait: l *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet:* Ac si diceret; sinet, se ab eis per orationis catenam trahi ad faciendum quodcumque petierint, tractumque se vertit quocunque eis libuerit.

Per orationem, quasi per catenã trahitur Deus, atq; ligatur.

Simile.

k Exo. 32

l Ps. 144. 19.

Veruntamen id hac in re est animaduertendũ, quod quando Animæ dicuntur trahere Deum, eæ trahuntur ad Deum potius, quã Deus trahatur ad ipsas. Præclarè hoc duobus exemplis declarat Dionysius Areopagita. Primò, si imaginemur catenam multi luminis, quæ pendeat è cœlo vsque ad terrã ante nos, sumentes nos dictam catenam, semperq; mutantes manus versus superius, videremur quidem trahere catenam deorsum; sed verè non deijceremus eam, cum ipsa esset præsens, & sursum, & deorsum: sed nos ipsi potius traheremur, eleuati in maiorem illius catenæ splendorem. Alterum verò est, si ascẽderemus in nauim, & teneremus funes, qui extenderentur ab aliqua petra, vel scopulo ad nos, vt nobis auxilio essent; dum funes illos traheremus, certè haud traheremus petram, aut scopulũ ad nos; sed è contrario nos ipsos, & nauim traheremus ad illam. Oratio catena illa est, quam animæ sanctæ iaciunt in cęlum, vt per ipsam Deum deuinciant: preces sunt funes illi, quibus, dum in naui corporis nostri præsentis sæculi procellosum nauigamus mare, firmissimam Petram Christum trahere contendimus; at certè, dum per huiusmodi funes: dum per tam illustrem catenam Deum, ac petram nostram Christũ trahere videmur ad nos, admirabili ipsius prouidentia nos trahimur ad illum, ac post illum currimus in odorem gratiarum eius. Atque hoc illud est, quod sponsa hoc loco significat audiens quippe Christum dilectum suũ, significantem, se ab ijs, qui ipsum diligerent, tractum fuisse, per catenam videlicet orationis, atque per funes precũ earum, optime cõscia de eo, quod contingere solet in huiuscemodi attractione, Respondet: *Post te curremus in odorem vnguentorũ tuorum:* quasi dicat.

Trahens Deum dũ trahit, trahitur.

Dion. lib. de diui nomi. c. 3.

Simile.

Oratio est catena, & funis, qua & Deũ trahimus, & trahimur ad Deum.

Si Adolescentulæ sociæque meæ, animæ puræ, ac simplices ad te iecerunt orationis catenam, teq; traxerunt: pro certo habeo, eas ad te erectas, atque attractas fuisse; quapropter me quoque cum illis vniam, simulque omnes, prædictam trahentes catenam

PARAPHRASIS.

DE B. MARIA

tenam, curremus poſt te, vitam exercentes cęleſtẽ: A idque in odorem vnguentorum tuorum, ad exemplar virtutum tuarum.

Verſ. IV. Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.

Reſignatio perfectiſsima ratione fuit in B. Maria.

VNiuerſis quidem virtutibus Beatiſſimam Virginem præ ſimplicibus creaturis omnib. eniruiſſe, manifeſtum eſt; ſingulari tamẽ modo ex verbis his, *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguẽtorum tuorum*, in ea virtute pręceteris ipſam excelluiſſe, apparet, quam vulgato nominę Reſignationem dicunt; B quamve totius vitæ ſpiritualis ſummam, atque compendium quoddam ęſtimauere nonnulli. Cum enim tam eximia iſta virtus in eo ſita ſit, vt voluntatem ſuam, ac ſimul etiã ſę ipſam totam vnaquæque anima tradat Deo, vel ei, qui ipſius Dei vices in terris gerit, Pręlato, vt de ipſa is quomodocumque illi libuerit plenè, ac in omnib. & per omnia diſponat: vtque illam quocumq; ipſi placitum fuerit, trahat; non ſecus ac is, qui in parpulo nauigans ſcypho funem, quo alligatus eſt ſcyphus ijs tradens, qui in magna nauigant naui, ab illis quocumque eis videbitur, trahitur: nauemque ipſam ſequitur in quamcumque ea ſeſe conuerterit partem, illius proſequens veſtigia, illius inhęrens & curſui; ſic & Maria Sanctiſſima totam ſeſe exhibens Deo, ait, *Trahe me; poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Quamuis autem per vniuerſum ſuæ vitæ curriculum talia ſemper replicauerit verba, tunc tamen primum cenſendũ, ea protuliſſe, cum in primo inſtanti, quo animata eſt, corpus, & animam, voluntatem, & quicquid in ſe eſſet Deo dicauit: aſſerens, ſe velle ab illo deduci, ac trahi in hiſcę præſentis vitæ procellis: [a] *In te*, inquięns, *proiecta ſum, ex vtero*, tibi ex tunc dicata, *de ventre matris meæ tu es protector meus*: [b] *In manibus tuis tempora mea, in manibus tuis ſortes meæ*.

Reſignationis virtus eſt ſumma totius vitæ ſpiritualis.

Simile.

C

a Pſ. 70. 6.

b Pſ. 30. 16.

D

PARAPHRASIS.

Trahe me, neque enim mouere me vel volo, vel valeo, niſi tu traxeris me: velociſſimo curſu poſt te curram in odorem vnguentorum tuorum, ad minimum præceptorum nutum. Conuenire etiam hęc poſſunt, quæ hoc loco dicuntur, cũ verbis ijs, quæ ab eadem dicta ſunt Virgine, quando reſpondens ad Angelum dixit, [c] *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*, prout etiam eiſdem conuenire, diximus, ſuperiora illa, *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Sic, dicens, *Trahe me*; idem erit, ac ſi diceret. Iacebam maximo tui deſiderio flagrans, Verbum dilectiſſimum: Turbata etiam iacebã ob maximam Angeli Salutationem: admirationę perculſa dę modo, quo te, Virginitate ſeruata, eſſem paritura, iacebam; At cum audierim, te ex ſpiritu ſancto in me concipiendum, obſecro iam nunc, vt me E ad tantam gratiam quamuis indigniſſimam ancillam tuam eleuare digneris. Semper quidem me tibi tradidi, ac dicaui; at nũc in manibus tuis me in omnibus exhibeo; *Trahe me* quocumque volueris: *fiat mihi ſecundum verbũ tuum: in odorem vnguẽtorum tuorũ*, ad tuas gratias, ad tua ſuauiſſima præcepta promptiſſime, ac celerrime ſubeunda, parata ſum. Vel, poſt te fontem omnium gratiarum aromata fluentem, ipſa cum vniuerſis fidelibus curremus ad cœleſtia in odorem, ac participationem gratiarum tuarum.

APPENDIX.

Verſ. IV. Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Appendix expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica, Qñ inquit, egreſſi fuerunt populus domus Iſrael de Aegypto, maieſtas dominatoris ſæculi erat dux eorum in columna nubis per diem, & in columna per noctem. Dixerunt iuſti illius generationis; Dominator totius ſæculi trahe nos poſt te, & curremus poſt viam bonitatis tuæ.

Iuxta Sept. Traxerunt te, poſt te, &c.

Qui verſionem exponunt Sept. Interpretũ, conueniunt Patres vniuerſi, quotquot videre mihi licuit, in eo quod verba iſta, *Traxerunt te*, vt à ſponſa prolata accipiunt, vtque cum præcedentibus cõnexa, ac ſi dicatur, *adoleſcentulæ dilexerunt, & traxerunt te*.

Cõmunior ſententia.

Diſcrepant tamen in aſſignandis ſubſequentib. *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Si quidem communiori eorum ſententia eidem aſſignantur ſponſæ, quæ hucuſque locuta fuerat.

Origenes

Origenes tamen homil. 1. ex duabus in Cãt. Adoleſcentulis potius ea tribuit, de quibus dictum à ſponſa fuerat, *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerunt te*: cum primum illæ ab ipſa conſpectæ eſſent, quas & pediſſequas ſpõſi dicit, ſic enim ait, Adoleſcentulæ reſpondent: *Poſt te curremus, &c.* Quam pulchre ſponſi pediſſequę, necdum fiduciã habent ſponſæ: ſponſa non poſt tergum ſequitur, ſed ingreditur, iuncta lateri: apprehendit dexterã ſponſi, & manus eius ſponſi dextera continetur; famulæ verò ingrediuntur poſt eam; licet autẽ haud dicat apertè Origenes, cui nam hæc reſponderint adoleſcentulæ, ſponſæ ne loquenti, an ſponſo præſenti; ex eo tamẽ, quod ipſas, vt ſpõſi pediſſequas, & quæ ſequantur poſt tergum illius hæc dixiſſe, aſſerit, id quod & ex commemoratione vnguentorum colligitur; ſecundum eum, vt ſponſo hæc dicta deſumi videtur. Origenem ſecutus eſt Baſilius commen. in Eſaiam; ſuper illa verba, [a] *Et erit pro ſuaui odore puluis &c.* Et Gregorius Nyſſen. homil. 1. in Cant. & ex Latinis Anſelmus, qui tamẽ Anſelmus haud ſponſo, ſed ſponſæ ab adoleſcẽtulis hæc dicta accipit in hunc ſenſum: Tu vis ire poſt eũ & nos certe curremus tecum, ideſt laborabimus tecum obtinere gaudium nuptiarum, fundatæ in odore, ideſt prædicatione, & fama tua, quæ nos attrahit.

Baſil.
a Iſ. 3. 24.
Gregor. Nyſſ.
Anſelm.

Origenes.

Trahitur Deus fide.

Circa id, quod ex communi ſententia à ſponſa dictum eſt, *Traxerunt te*: Dubitatur, quomodo Deum traxerint adoleſcentulæ ipſæ, quę eum dilexerunt.

b Mat. 18. 20.

Trahitur Deus vitæ probitate.

Origenes, Deũ trahi, inquit hom. 1. ex quatuor, ab Eccleſiis proficientibus, per adoleſcentulas deſignatis, per earum fidem: quia [b] *vbi fuerint duo, vel tres in nomine ſuo congregati* eo libenter Chriſtus venturum ſe, polliceatur, fide eorum tractus, & vnanimitate allectus. Trahi quoque ab animab. proficientibus per morum emendationem, & eruditionem diſciplinę, ex illo Prouerbiorum, [c] *Eruditis interſum cogitationibus*, conſtat.

c Prou. 8. 12.
Greg. Nyſſ.
Trahitur Deus dilectione.
Prou. 8. 17.
Theod.
Tres Patres Philo Carp.

Greg. Nyſſ. hom. 1. trahi, inquit, Deum ab animabus, diligentibus eum per ipſaſmet earum dilectionem, per quam illum ad ſe conuertunt, prout is fatetur Prou. 8. *Ego diligentes me diligo, & ditem ijs, qui me diligunt, ſubſtantiam.* Idipſum ſentit, & Theod. & Catena Trium Patrum apud eũdem.

APPENDIX.

Porrò ex Theodoreto colligitur, eas ipsas animas, quæ Christum traxerint per dilectionem, trahi simul ab eodem Christo, quem diligentes sequi peroptant. Primò enim ait, eas amore illius sic incensas fuisse, vt illum ad se traxerint; & post, cum ita secutas esse, vt cursu id fecerint, ne relinquerentur, neve seiungerentur à dilecto suo. Deinde subdit: Animæ igitur strenuo ac virili sensu prædītæ, vitæque voluptatem, & lasciuiam, atque desidiam fugientes, & laborem delitijs anteponentes, post sponsum currunt, vnguenti fragrantia illectæ, atque attractæ, ac veluti vinculo quodam inexplicabili vinctæ & colligatæ.

Theod. — *Trahens Christū anima trahitur a Christo.*

Philo Carpatius singulari modo, inquit, significari per hæc [d] tractum Christum a duabus Adolescentulis Aemorrhoissa, & Cananæa; atque adeò legens, *Traxerunt te post te, in odorem vnguentorum currentium*, asserit, ambas illas Christum à tergo traxisse, quatenus illius ad se traxere misericordiam.

Philo Carpat. — *Aemorrhoissa, et Cananæa traxerunt Christum ad se.* — d Luc. 8. Mat. 15. 22.

Ab ijs, qui vt sponsæ petitionem hæc accipiunt, iuxta lectionem Vulgatæ; *Trahe me; post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*; diuersimodè hæc exponuntur. Primò enim quidam arbitrātur, Ecclesiam, vel piam animam petere, vt à Deo trahatur per gratiam, quo sequi eum possit per imitationem; neque enim currere quis valet per viam mandatorum Dei, nisi per ipsam trahatur gratiam. Ita Cassiod. Greg. Papa, Beda, Iustus Org. (tametsi per gratiam fidei peculiariter tractionem istam is explicet,) Apon. expos. in Cant. Bern. serm. 21. item in Cant. At præ ceteris melius sensum istum explicat Ambrosius in lib. de Isaac, & Anima c. 3. in plurali legens & petitionem, dicens; Ideò Anima festinat ad Verbum, & rogat, vt attrahatur, inquiens, *Attrahe nos, post odorem vnguentorum tuorū curramus*, ne fortè derelinquatur, quia currit Dei Verbum, non est alligatum. Denique exultat tāquam Gigas ad currēdam viam, & quia egressus eius à summo cœlo, & occursus eius vsque ad summum eius, videns se imparē tantæ velocitati, dicit *Attrahe nos*. Bona anima, quæ non pro se sola, sed pro omnibus rogat: Habemus enim cupiditatem sequendi, quā vnguētorum tuorum inspirat gratia: sed quia cursus tuos æquare non possumus, attrahe nos, vt auxilio tuo fultæ, vestigijs tuis possimus insistere. Si enim tu attraxeris, curremus & nos, & spiritalia velocitatis flabra capiemus: deponuntur enim sarcinæ, quibus manus tua fulcro est, & oleum tuum infunditur, quo curatus est ille, [e] qui à Latronib. vulneratus est. Ac, ne impudēs tibi videatur quod ait, *Attrahe nos*, audi dicentem: [f] *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*; Vides quòd libenter nos attrahit, ne remaneamus sequentes; sed qui vult attrahi, currat, vt [g] comprehendat; & currat, superiora obliuiscens, & ea, quę sunt priora appetens; sic enim poterit Christū comprehendere. Prudenter ergo rogat, vt attrahatur, quia nō omnes sequi possunt: Denique Petro, dicenti: [h] Quò vadis? Respondit Verbum Dei: Non potes me sequi modo, sequeris autē postea: Claues ei commiserat regni cœlorum, & sequendi se imparem iudicauit: Hanc tamen animam nō distulit, quia non prǫsumebat, sed rogabat: Denique ait, Introduxit me Rex in cubiculum suum.

Post Deum currere nequit is, quē Deus non traxerit p. gratiam. — *Cassiodor. Greg. PP. Beda. Iustus Orgel. Aponius. Bernardus.* — *Trahimur à Deo p. fidem.* — *Ambrof.* — e Luc. 10. 34. — f Matt. 11. 28. — g Phil. 3. 13. — *Christū sequi haud omnib. datum.* — h Io. 13. 36.

Hoc quod Anima petit à Christo, trahi per gratiam in genere, applicat Bernardus serm. cit. 21. ad gratiam diuinarum cōsolationum, ac [i] Anima torpens, & destituta spiritualibus consolationibus, dicat: Propterea opus habeo trahi, quoniā refriguit in nobis paulisper ignis amoris tui, nec valemus à facie frigoris huius currere modo, sicut heri, & nudius tertius. Curremus autem postea, cum reddideris lętitiam salutaris tui, cum redierit melior tēperies gratiæ: cum sol iustitię iterum incaluerit, & pertransierit tentationum nubes, quę hunc operire ad horam cernitur: atque ad lætum flatum aurę blandioris folio cœperint vnguenta liquescere, & aromata fluere, & dare odorem suum: Tunc curremus: in odore illo curremus: spirantibus inquam, vnguentis curremus, quoniam abscedet torpor, qui nunc est, & reuertetur deuotio, & iam nō erit opus nobis, vt trahamur, quippe odore excitatis, vt sponte curramus: Nunc verò interim trahe me post te.

Bernardus — *Deuotionis dulcedine trahitur anima post Christum.* — *Anima deuota currit in odorē diuinarū consolationū.*

Nuper baptizatis tribuit eamdem petitionem Ambro. lib. de ijs, qui myst. initiantur c. 6. aspirantibus ad veram resurrectionem, cuius formam seu similitudinem in ipso accepere baptismo: verba eius hęc sunt: Quantę hodie renouatę animę dilexerunt te Domine Iesu, dicentes, *Attrahe nos post te in odorem vestimentorum tuorum curremus*, vt odorem resurrectionis haurirent: Vbi notanda est lectio noua, quę pro *vnguentorum tuorum*, habet *vestimentorum tuorum*.

Ambrof. — *Nuper baptizati petunt trahi a Christo vt currat ī odorē resurrectionis eius.*

Aponius prǽlato hęc tribuit, & Paulo Apostolo, qui cum alios post se tracturos ad Christum sit eruditione, & exēplis, quò trahere illos queat, qui fidei suę sunt commissi, ab ipsomet primo magistro suo Christo trahi petat eo modo, quo magister trahit discipulum, assidua scilicet commonitione, atque etiam verberibus, cum opus sit.

Aponius. — *Prælatus petit a Christo trahi, vt a magistro.*

Secundo principaliter exponunt hæc alij, vt petitionem factam ab Apostolis tēpore Ascensionis Christi. Ita Greg. Papa homil. 19. in Euangel. Cassiod. Anselmus, & Bernardus serm. 21. Gregorius quidem & Anselmus de tractione per Spiritū, ac per sanctam imitationem versus cœlum, petitionem ipsam intelligunt. Cassiodorus, & Bernardus de tractione corporea, seu per mortem, quam Ecclesia illa, intuens dilectum suum ascendentem, efflagitabat, gestiens eum sequi, atque assumi cū illo in gloria.

Apostoli petunt trahi a Christo ascendente in cœlum. — *Greg. PP. Cassiodo. Anselmus. Bernardus.*

Tribuitque idem Bernardus petitionem eādē, eodem serm. 21. animæ desideranti mortem, illam quę efflagitanti ac si hoc pacto ea loquatur: Ecce adolescentulę, propter quas manere me in carne necesse erat, amant te, & amando firmiter inhęrēt tibi, meque minimè iam opus habent, nulla mihi causa vlterius in hac vita commorādi: Idcirco trahe me post te.

Bernard. — *Mortem desiderat pia anima post profectū proximi.*

Tertio Beatæ Marię Virgini festinanti ad visitādam Elisabeth hanc petitionem tribuens Rupertus Abbas. Trahebatur, inquit, post Dominum fœmina desideriorū, trahebatur, & currebat in odore vnguentorum, ac beneficiorum taliū: & ipsam currere, idest, [i] in montana cum festinatione abire, erat dicere, *Trahe me post te*; Nam qui veraciter diligit, & trahitur, & trahi cupit. Vnguenta autem Dei, ait Rupertus, esse ipsius beneficia: pretiosum enim, inquit, erat vnguentum, magnum erat beneficium, quod dederat Dominus sterili conceptum tanti viri.

Rup. Abb. — *Maria festinans ad Elisabeth trahitur a Christo, & currit ī odore vnguētorū eius.* — i Lu. 1. 39.

Quarto de tractione per angustias, & tribulationes exponunt hęc aliqui; Indicat hunc sensum Ambrof. in vltimis verbis illis, quę supra ex ipso retulimus ex lib. de Isaac & Anima, quando dixit, Petro negatum à Domino, vt se sequeretur, per martyrium videlicet, cum adhuc non esset tempus illius; sed apertius eumdem prosequitur Bernardus serm. 21. Vbi interrogat animam sanctam, quanā ratione, cum pluraliter mox subiunctura sit *curremus*,

Trahimur à Deo tribulationib. — *Ambrof. Bernard.*

APPENDIX.

mus, trahi se singulariter postulet; Atqui cum tunc trahamur, quando tentationibus, & tribulationibus exercemur; tunc verò curramus, cum internis consolationibus, & inspirationibus visitati tãquã in suaue olentibus vnguentis respiramus; proponit ipsam animam, sic respondentem, Quod austerum, & durum videtur, retineo mihi tanquam forti, tanquam sanæ, tanquam perfectæ, & dico singulariter, *trahe me*. Quod suaue, & dulce, tibi, tanquã infirmo communico, & dico, *curremus*; Noui ego adolescentulas delicatas, & teneras esse, & minus idoneas sufferre tentationes, & propterea mecum volo, vt currant, sed non vt mecum trahantur; Volo habere socias consolationis, non autem laboris.

Pia Anima tribulationes sibi soli, consolationes vero omnibus proximis optat.

Circa verba illa, *post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*: Tres facit ponderationes Orig. homil. 1. ex quatuor, Primam, si Ecclesia cum adolescentulis ab vno solo sensu, idest odoratu tantummodo capta, currere se in odorem sponsi, commemorat; Quid agent cum & auditum earum, & visum, & tactum, gustumque occupauerit Verbum Dei? & singulis quibusque sensibus virtutes ex se competentes naturæ earum, capacitatique præbuerit.

Fruitionis Dei quãta erit suauitas.

Origenes.

Secundam; si solum nomen Verbi, quia factum est vnguentum exinanitum, sic suscitauit Adolescẽtulas, vt caperent eius fragrantiam, currerentque post illud; quid faciet eius substãtia? Quid inquit, adolescentulæ istæ virtutis, quid vigoris accipiẽt, si quo pacto potuerint aliquando ad ipsam incomprehensibilem, atque ineffabilem substantiã eius peruenire? Et respondet; Ego puto, quòd si aliquãdo ad hoc peruenerint, iam non ambulent, neque currant, sed vinculis quibusdam charitatis eius adstrictæ, adhæreant ei, ne vltra mobilitatis alicuius vllus in eis resideat locus; sed sint cum eo vnus spiritus, & compleatur in eis illud, quod scriptũ est: l *Sicut tu Pater in me, & ego in te, ita & isti in nobis vnum sint*. Quibus consona sunt, quæ ait Bern. ser. 21. Quid si vnctionem in se effusam sentiret, cuius ita tenui exhilarata fragrantia promouetur, vt currat? Mirum si non & volaret.

Si nomen Verbi magna operatur in anima, quanto maiora operabitur eiusdẽ substantia.

l Io. 17. 21.

Tertiam: Animam ipsam dicere, *curremus*, non, *current*, de adolescentulis tantum; Vel quia illa cursu indigeat adhuc, & profectu; vel quia tametsi ea perfecta sit; pro adolescentulis tamen, quæ cursu adhuc, & profectibus egent, currere se fateatur, facta omnia omnib⁹, vt omnes lucrifaciat, sicut ille, m *qui cum non esset sub lege, fit tamen sub lege, vt eos lucrifaciat, qui sunt sub lege*.

Pia Anima nõ dedignatur se numerare cũ imperfectis.

m 1. Cor. 9. 21.

Gregorius Papa ponderans, cur quæ dixit singulariter, *Trahe*, dicat pluraliter, *Curremus*; id, inquit, esse in causa, quia in odore charitatis Dei, quã currens percipit, etiam præceptum dilectionis proximi aduertit: propter communionẽ scilicet mutuã Sanctorum in bono.

Charitas facit viã cõmunia.

Bernard. ser. 21. Non curram, ait, dicere animã, ego sola, etsi sola me trahi petierim: Currẽt & adolescentulæ mecum: ego in odorem vnguentorum tuorum, illæ vero excitatæ meo exemplo, atq; hortatu; ac per hoc omnes in odorem vnguentorũ tuorum curremus.

Bernard.

Beda fieri, inquit, transitum à plurali ad singulare, quia cum vna sit Ecclesia, ex pluribus tamen cõstat Animabus.

Beda.

Augustinus in Ps. 90. ex his verbis deducit, nos sequi debere Christum ad cœlum, vnde eius odor venit, sic enim ait: Amemus et imitemur, curramus post vnguenta eius; venit enim, & oleuit, & odor ipsius impleuit totum mundum. Vnde odor? de cœlo; sequere ergo ad cœlum, si non falsum respondes, quod dicitur, Sursum cor, sursum cogitationem, sursum amorem, sursum spem. Deducit idẽ, & Gregor. Papa homilia 19. in Euang. circa finem.

August. *Cælum versus sequi debemus Christum, vnde odorẽ eius suscipimus.*

Greg PP. August.

In expositione verò psal. 37. idem Aug. ex iisdẽ deducit, odorem Christi efficere, vt auertamus olfactum à peccatis nostris. Quia, inquit, habemus per Spiritum odorem Christi, vt dicamus ipsi Spõso nostro; *Post odorem vnguentorum tuorum curremus*, auertimus à putoribus nostris olfactum, & conuertentes ad ipsum aliquantulum respiramus.

Christi odor efficit, vt auertamus olfactũ à peccatis.

Idem Aug. per odorem vnguẽtorum Christi, cognitionem accipit miraculorum, quæ virtute ipsius fiunt, ad quæ infideles quoque currant per cõuersionem. Sic quippe lib. 9. confes. cap. 7. loquens de miraculis à se visis, dum adhuc Manichæus esset, ad reliquias Sanctorum martyrum. Et tamẽ, inquit, tunc cum ita fragraret odor vnguentorũ tuorum, non currebamus post te.

Odor vnguentorum Christi cognitio miraculorũ eius.

Basilius in c. 3. Isaiæ, agens de his Christi vnguẽtis, seu de eorũ odore, habet hæc verba; Sed chrisma illud, quo vngebatur Pontifex, vnguentum erat, & commendatione dignum, & periucundè oblectans animum. Quibus duo mihi subministrantur sensus, Primus, quàm velocius sacerdotes, qui chrismate vncti sunt, currere debeant post Christum. Alter est, quòd per sacramẽtum chrismatis, & confirmationis fideles vigorem accipiant currẽdi post eundem.

Basilius.

Sacerdotes currere debent post Christũ velocius, quã seculares.

Chrismatis sacramẽtũ confert vigorem currẽdi in via Dei.

De eiusdem Christi vnguentis agit fusius Bernardus sermone 22. & Hugo de S. Vict. lib. erudit. Theol. ex Miscellan. 2. lib. 2. tit. 61. vide eumdem lib. erud. monast. lib. de nuptijs spiritualibus, vbi agit de cursu.

Vnguenta Christi q. Bernard. Hug. Vict.

Ex Vers. IV. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sensum.

ANimaduertens iam sponsa, se cum socijs colloqui, cum hucusque ex vi amoris ad absentem sponsum verba direxerit; Nunc quasi se corrigens, ad eas ipsas, quas alloquebatur, sermonẽ conuertit, dicens, *Introduxit me Rex in cellaria sua*, quãuis illico ab eadem amoris vi spõsum iterum compellatur affari, cum subdit: *Exultabimus*, &c. quæ in hoc versu habentur. Cum autem verbum, *Introduxit* dupliciter accipi possit, vel pro præterito, vt sonat; vel pro futuro, iuxta phrasim frequẽtissime in scripturis sacris vsurpatã. Si accipiatur pro præterito: sensus huiuscemodi esse videtur, vt per ea, quæ hic dicuntur, talia sibi velit sponsa.

I. SENSVS.

Dixi, à meo tantum dilecto, & ab eius presentia erigi me posse; Ne tamẽ puteris, ò sociæ, gratis me id asserere, spemque hanc meam friuolam esse, scitote, quia aliquando me ipse Rex meus (vocat dilectum Regem, Hebræorum more, qui in amore istiusmodi vtuntur vocibus, frater mi, Rex mi, &c. sicut etiam apud nos inter amantes consuetum esse conspicimus) introduxit in intimas ædes suas, aptum videlicet ad amori vacandum locum. Cum vero pluribus prosequi vellet, amoris magnitudine ex recordatione illius dulcedinis, quam tũc sensit, quasi præscindens sermonem, ad sponsum ipsum ait: *Exultabimus, & lætabimur in te*, ac si diceret: Tantus tũc fuit gustus, quem ex tui amore percepi,

PARAPHRASIS.

LITTERA. cepi, vt iugiter ipsa cum his socijs meis simus exultaturæ. A

II. SENSVS. Quod si sumamus illud ipsum verbum, *Introduxit*, vt positum pro futuro, prout melius sumendũ fortasse videtur: sponsa his verbis ex eo, quod certè sibi de sponsi promittit dilectione, & illius extollet amorem, & semetipsam per id, quod futurum sperat, aliquatenus consolabitur; quasi diceret.

PARAPHRASIS. Cõfido planè, atque pro certo habeo, sociæ charissimæ, me aliquando à dilecto meo compoté faciendã eius, cuius desiderio ardeo, pro quo & prostrata langueo: veniet enim, & non modo me sua iucundissima eriget præsentia, sed etiam introducet me i intimas ædes suas, vbi amori vacãtes, ò dilecte mi, exultabimus (plurale pro singulari) lætitia summa perfruar in te; Vel, non ipsa tantum, sed omnes sociæ congaudentes mihi, simul exultabimus, & lætabimur in te. Septuaginta pro *exultabimus, & lætabimur* habent ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν, idest *exultemus, & lætemur in te*: quasi iam ex tunc exultationem pro eo, quod speraret, incipere velit. B

III. SENSVS. Symmachus pro eo, quod nos cum Hebræis, atque etiam cum Septuaginta habemus, *Introduxit*, in præterito, legit εἰσαγαγέτω, in Imperatiuo *Introducat*. Quod, cum deprecatiuè sumendum sit, Tertium nobis subindicat sensum, quo per hæc verba prosequens eadem spõsa suam, quam ab initio huius Cantici cœpit, deprecationem ad sponsum, exprimit, quonam ab illo trahi petierit, quove, si ab eo traheretur, suum directura esset cursum, sic enim dicens, *Introducat me Rex in cellaria sua* ἐπαγαλλιασώμεθα, idest *hilares simus, & lætemur ĩ te*: tale quid dicere videtur. C

PARAPHRASIS. Quæ modo languens prostrata iaceo, opto, me tua erigas præsentia; ad hoc id opto, quod sciam me, à te tractam, post te cursuram in odorem vnguentorum tuorum; Sed quia tu per eum, quo velocissimè curris, cursum ad illum tãdem peruenis locum, vbi tuæ esse solent delitię: vbi tua omnia reposita sunt bona; Idcirco id opto in primis, vt post meum, quo te sequẽs cucurrero cursum, in ea me introducas cellaria tua, vbi simul delitijs indulgẽtes, hilares simus, simulque omnes, quæ mecum cucurrerint, lætemur in te. D

Quo ad litteralem vocum significationem, vnũ certè haud prætermittendum est. Quod enim noster vertit, *in cellaria sua*, in hebręo est, חדריו chadarau, quam vocem Septuaginta interpretati sunt εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ. Atqui *cellarium*, apud latinos significat locum abditum, inquo asseruantur cibi, atque commestibilia, quod alio nomine penu dici solet: quem significatum; habet etiam ταμιεῖον apud græcos, quamuis per hanc vocem ipsi significent omnem locum absconditũ, siue in eo seruentur cibi: siue abscondantur, ac repositi sint thesauri, arma, ac pretiosa quæque; siue demum penetralia ipsa, in quibus secretiora quæque fiunt atque cælantur, quam significationem habet & חדר chadar apud Hebræos. Quamuis per hanc vocem in scriptura sacra proprijssimo nomine is exprimi soleat locus, in quo amori vacatur: E

a Cãt. 3. 4 Sic Cant. 3. vbi noster vertit, a *in cubiculum genitricis meæ*: in Hebr. est אל חדר הורתי veel cheder horathi: in hunc. n. locum abditum volebat sponsa introducere dilectum quem post diuturnos labores inuenerat, vtpote in locum idoneum ad mutuos exhibendos amores: sic apud Ioel b dicitur in c. 2. יצא חתן מחדרו ieze chathan mechedro: quod noster vertit; *Egrediatur sponsus de cubili suo.*

b Ioel. 2. 16

DE ECCLESIA. Ex his autem significatis colligemus in spiritualibus sensibus sponsam loqui de introductione tũ in locum, vbi reponuntur cibaria: tum in locum, vbi secretiora seruantur: tum demum in locum, vbi mutuo vacetur amori.

Ex Vers. IV. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

EX præstantissimis diuinæ dilectionis indicijs, quæ sibi à Deo dilecto suo in paradiso terrestri exhibita recolit in Adam totius humani generis parente, maiores Ecclesia sumens animos, postquam in præcedentibus dixit ad sponsum ipsum suum, *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, conuersa ad gentes, quibus nimium fortasse visa esset de Deo sibi præsumere, hæc subijcit: *Introduxit me Rex in cellaria sua*; ac si diceret.

PARAPHRASIS. Ne admiremini, ò Gẽtes, tantum me in meo cõfidere dilecto, vt si ipse me traxerit, erexerit, atque deduxerit, certa sim post illum cursuram in odorẽ vnguentorum ipsius, secuturamq; eum quocumq; cucurrerit, etiam vsque ad cęlos: Ne admiremini, inquam; nam ego ipsa, quæ trahi à sponso nunc efflagitaui, olim introducta ab ipso fui in cellaria sua, cum in paradiso in meis parentibus ad summas fui admissa voluptates, ad pretiosissima quæque cibaria, ad abditissimos secretorũ thesauros, atque ad eximiam amoris exhibitionẽ; Hæc enim tria per cellariorum nomen significari, ostensum est in litteræ expositione. *Ecclesia introducta in cellaria Dei, quãdo Adam introductus fuit in Paradisũ terrestrem.*

Paradisus terrestris locus, in quo seruabantur cibaria. Ac bene primo in ipsa cellaria, vt significant locum, in quo reposita sunt cibaria, introductam se ait, quando in Adam introducta est in paradisũ; quandoquidem in Paradiso præterquam quod vniuersæ reperirentur voluptates, atque deliciæ, suauissimus pariter ille, ac pretiosissimus seruabatur fructus, quo in longissimum tempus vita prorogaretur humana, a Arbor vitæ, pro cuius custodia, vt tuto post hominis lapsum seruaretur, positus ibi à Deo est Cherubim, qui flãmea rõphæa vniuersos ab illius arceret contactu: a Gen. 3. 24.

Neque verò minus rationabiliter se in eodem Adam introductam tunc asserit in Dei cellaria, nẽpe in abditissima arcana, atque ad pretiosos thesauros sapientiæ, de qua in libro sapiẽtiæ dicitur; b *Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei propter disciplinæ donæ commendati*. Etenim indubitata Theologorum omnium opinione definitum est, Adam a primo suæ conditionis instanti perfectissima à Deo donatum esse scientia, quod etiam manifeste asseritur in li. Ecclesiastici, cum dicitur: c *Consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleuit illos: Creauit illis scientiam spiritus: sensu impleuit cor eorum, & mala, & bona ostendit illis*: Ait igitur Ecclesia: *Introduxit me Rex in cellaria sua*, nempe ad inspiciẽdos thesauros scientiæ eius: nam tametsi cum primum conditus est Adã, scientiæ illius habuerit habitũ; eiusdem tamen exercitium tunc promplisse, cum intra paradisum introducta est in Adam, ex eo intelligimus, quod Adam intra paradisum vniuersis animantibus propriũ imposuit nomen, iuxta singulorum naturas, atque proprietates, quas per tam per- b Sap. 7. 14 *Adam donatum esse perfectissima sapientia.* c Ecc. 17. 1 *Ecclesia in Adã introducta est in cellaria scientiæ.*

DE ECCLESIA.

perfectam omnium cognitionem optime habuit A exploratas.

Ecclesia in Adam compos est facta secretorum Dei.

Sed multo magis tunc introducta est in cellaria Dei, quando altissimorum cōpos facta est secretorum eiusdem Dei; Tunc enim, vt probabiliter asseritur ab aliquibus, cognouit horribilem illum Angelorum casum, qui propter superbiam è cœlo deiecti fuerunt; simulque cognouit, summoque affecta est gaudio, quod tantæ illi Angelorum ruinæ per terrenos homines, qui ex ipsius stirpe progenerarentur, reparandæ forent; Tunc, vt bene inquit Epiphanius in exordio libri aduersus hæreses, distinctè & explicitè cognouit mysterium sanctissimæ Trinitatis; Tunc quoque, vt compluribus doctoribus iisque insignibus placet, in Adamo cognouit ineffabile diuinæ Incarnationis arcanum, B Incarnandumque Verbum, vt caput humani generis adorauit; Introducta tunc est quoque in ea cellaria, quæ sunt loca aptissima ad amori vacādum, in intimas Dei ædes, in secretissimum eius cubiculum, in cœlum Empyreum; quando in eodem paradiso adeò eximium in Adam exercuit contemplationis genus, vt eius mens à sensuum omnium vsu abstracta in ecstasim, curiæ cœlesti, & Angelorum choris interfuerit. Videatur Aug. lib. 9. de Genesi ad litteram, c. 19. Greg. Papa li. 4. dialog. c. 1. & Bernardus serm. 2. in Septuag. fusius hoc comprobantes ex illo Apostoli ad Ephesios, quo dicitur, Adā experrectū dixisse: d *Hoc nunc os ex ossib. meis*, &c. & e *Erunt duo in carne vna*, secundū sacramen C tum in Christo, & Ecclesia: id quod Christus Dominus in Euangelio Deum, in quem f Adam erat absortus, dixisse, asserit. Meritò ergo hæc recolēs, & in dilectum ipsum firmissimè confidens, dicat Ecclesia: *Introduxit me Rex in cellaria sua*; lætus autem tunc fuit gustus, vt iugiter tibi gratias agens, cum omnibus Gentibus in te simul exultaturæ simus. Vel melius; Quia *introduxit me Rex in cellaria sua* tunc in primo parente Adam; Inde spem certā assumo, si ipse aduenerit, meq; sua traxerit præsentia, me tantum post illum cursuram in odorem gratiarum eius, donec iterum in eius introducta cellaria, ipsa cum omnibus gentibus & mente lætemur, & corpore. Et hæc de primo sensu.

Amb. Catharinus cōment. in Genesim, Pererius ēt com. in Gen.
Epiphan.
S. Th. 2. 2. q. 3. art. 7. Bonau. in 2. dist. 23.

Ecclesia in Adā introducta in cælum empyreū per raptū. & ecstasim.

Aug.
Greg. Pa.
Bernard.
d Eph. 5. 31
e Mat. 19. 4

PARAPHRASIS.

II. SENSVS.

Hieron.
Theodor.
Greg. PP.
Iustus Orgel.
Rup. Abb.

D Quoad secundum verò sensum, quo præteritū *Introduxit*, iuxta frequentissimam Prophetarū consuetudinem, accipitur pro futuro, *Introducet*: per ea, quæ hic dicuntur, Ecclesia Sancta videtur afferre rationem, quare tanto studio efflagitarit Christi aduentum, nimirum, quia pro comperto haberet, sibi per illum exhibendam intelligentiam sacrarum scripturam, sicque ab illo introducendam in cellaria sua, vnde postea summa perfundatur lætitia. Vel per hæc ipsa Verba semetipsam consolatur, cum tamdiu efflagitauerit Redemptorem, suumque expectarit Doctorem, f *per patientiam, & consolationem scripturarum*, iuxta Apostoli consilium; spē habēs, atque in spe illa se se confirmās, prout & apud Esaiam fecisse legimus, vbi, dicente Domino: g *Liga testimonium, signa legem in discipulis meis*, id est, vt bene interpretatur Hieronym. Lex, & prophetia ligetur apud eos, & clausa sit, atque signata, vt quod legunt, non intelligant, ipsa respondet. *Et expectabo Dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob, & præstolabor eum*, idest, quia Euangelio succedēte, lex apud Hebræos clausa est, atque signata, & iubes, nequaquam Iudæis, sed gentibus assignari; idcirco ego expectabo Emmanuelem, quem promittis esse venturum: certa sum enim, quia ipse introducet me in cellaria sua.

f Rom. 15. 4.
g Isa. 8. 16.

Pro huius aūt sensus intelligentia animaduertendum; inter ea, quæ Christo Domino reseruata essent, præcipuum illud ab omnibus existimatum, quod in sacrarum scripturarum intelligentiam fideles esset introducturus. Etenim scriptura ante Christi aduentum tantæ erat difficultatis, vt nullus esset, qui ipsam intelligere posset, imo vix reperiebatur vllus, qui eam rectè posset vel legere: h Erat namque, prout per Esaiam significatum est, *Sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicentes, lege istum: & respondebit, Non possum, signatus est enim: & dabitur liber nescienti litteras, diceturq; ei lege: Et respōdebit, Nescio litteras*: Sicque neque à Gentibus, quæ litteras ignorarent, neque à Iudæis ipsarummet litterarum peritis, legi poterat: cum ea aperire, vel frangere nequirent signacula, quibus arctissime liber iste signatus esset. Clamet licet Angelus voce magna, dicens: i *Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Nemo tamen poterat neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illū*. Vni tantum id reseruatum est Christo, qui tanquā agnus occisus proprio sanguine vniuersa delens, atque confringens signacula; librum ipsum ita aperuit, vt postmodum vel à minimis idiotis & legi, & intelligi possit, prout Ioanni ostensum nouimus in Apocalypsi: k Vt primum enim Christus, tanquam agnus mansuetus ductus est ad victimam Crucis, proprio cruore confringens signacula, quibus sacræ scripturæ liber tamdiu fuerat obsignatus, factusque tanquam occisus, quia post occisionem à mortuis resurrexit, apparens discipulis, simul in vnum congregatis, totamque Ecclesiam repræsentantibus, aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Hoc ergo illud est, quod ab Ecclesia, Christi aduentum præstolante præuisum sub præclara metaphora modo significatur, dum inquit: *Introducet Rex in cellaria sua*. Cuius quidem sententiæ si singula verba exactius perpendantur, plena reperientur esse sacramentis.

Scriptura sacra intelligentia exhibēda per Christum.
h Is. 29. 11
i Apoc. 5. 2.
k Apoc. 5. 6.
Scripturarū intelligētia quā do exhibuerit.

Nam primo per verbū illud *Introducet*, innuitur, Dominum in edocendo Ecclesiam scripturarum sensum, se se exhibuisse vt bonum atque apprime versatum magistrum: Quemadmodum enim præceptor bonus docere quospiam volens scientiam, quæ difficilis sit, & subtilis, prius faciliori quadam eruditione, quam εἰσαγωγὴν ac introductionem nuncupant, eorum, & ingenio proportionata, & captui, illos ad arduam introducit disciplinam; tum clarioribus eos de quacumque voluerit difficultate erudit demonstrationibus: Sic & Magister optimus Christus, suam de Altissimia sacræ scripturæ mysterijs docturus Ecclesiam, faciliorem quamdam ex iis, quæ gessit, quæve perpessus est, prius illi exhibuit εἰσαγωγὴν, ac introductionem: tumque aperto, ac illustrato eius sensu, & intellectu, facili negotio illam in maxime E sublimia ipsarum scripturarum eleuauit cellaria, prout ab illa efflagitatum per Verbum illud *Trahe me*, ostendimus supra: Vnde apparet, quam proprie hoc loco dicat, *Introducet me Rex in cellaria sua*, neque enim illico eleuata est: sed paulatim introducta est in dicta cellaria.

Simile.

Verum si verbo isto, *introducet*, istiusmodi significatur mysterium: nonne melius, & congruentius dictum fuisset: *Introducet me* Præceptor, vel magister, quo clarius expressa esset præceptoris metaphora? Cur ergo dictum potius est: *Introducet me Rex*? Quid nam sibi vult Regis nomen, cum de eruditione agitur? Multum sane; Enimuero in tali eruditione haud decebat alium nominare, quā Regem: neque tantum doctorem regio nomine non

Scripturarū intelligentia exhiberi debuit à Rege.

DE ECCLESIA. non honestare congruebat: cum & doctrina talis sit, vt à Rege tantum doceri potuerit & doctor ipse ad hoc institutus sit Rex, vt talem doceat doctrinam. i *Ego autem*, inquit ipsemet de se ipso, *constitutus sum Rex ab eo*, scilicet, Patre, *super Sion montē Sanctum eius*: Ad quid? *Prædicans præceptum eius*, vt videlicet prædicem, ac doceam præceptum, ac legem eius: Atque id facto probatum est: k tunc enim aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas, cum iam l *regnauit a ligno*: postquam super crucis & cathedram simul, & thronum sedit: postquam in Cruce pronunciatus Rex Iudæorum, tanquam agnus occisus est, tunc nempe ille per resurrectionem agnus tanquam occisus, aperto sacræ scripturæ libro, solutisq; eius signaculis, m *fecit, & nos Deo nostro Regnum*; Ita ut congruentissime dicere nobis liceat, *Introduxit nos Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te* summo omnium Rege, à quo vnà cum doctrina, & regnū simul accepimus.

i Psal. 2. 6.

k Luc. 24. 45.

l Psf. 95. 10 *Secundum septuag.*

m Apoca. 5. 10.

Bene in cellaria cibis referta: beata certè Ecclesia in istiusmodi introducta cellaria; ibi enim reperiet copiam lactis, quo nutriat infantes; ibi seruata inueniet olera pro infirmis: ibi panis habebit abūdantiam, quo pronectiorum corda confirmet, *panis*, inquam illius, n *qui de cælo descendit, vt si quis ex ipso manducet, nō moriatur*: panis o verbi, quod procedit de ore Dei; Ibi prædulcia reperiet p eloquia Dei, dulciora super mel, & fauum; Ibi demū reconditum inueniet suauissimum Manna verbi Dei, q *omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suauitatem.*

In scriptura sacra ingens ciborū copia.

n Io. 6. 58.

o Mat. 4. 4

p Psal. 18. 11.

q Sap. 16. 20.

Sed & multo certe beatior introducta interius, pretiosissimos in illis visura reconditos sapientiæ thesauros: *Iudicia* nimirum r *Dei desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum*, mandata ibi quoque repertura, quæ s diligat super aurum, & topation: t *In doctrina*, enim (vt dicitur Prouerb. 24. 2.) & intelligentia scripturarum *replebuntur cellaria*, id est cellaria ipsa scripturarum apparebunt plena *vniuersa substantia pretiosa, & pulcherrima*. Intuebitur ibi abditissima Dei secreta, ita vt dicere queat: u *Incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi*: tunc x *emittet Deus verbum suū & liquefaciet ea* mysteria, quæ prius adeo densa, & dura extiterant, vt nec lynceis penetrari possent oculis, nec potenti aperiri possent manu: ibi *flabit spiritus* eiusdem Dei, *& fluent aquæ* sapientiæ, & cognitionis: Ipse est enim, *qui annunciat verbum suum Iacob, & iudicia sua Israel*: ipse est q iis, quos in istiusmodi introduxerit cellaria, ea manifestat iudicia, quæ sunt alioquin incomprehensibilia. Quam obrem tanto tunc beatiorem fore se confidit Ecclesia, cum à sponso ipso suo in illa fuerit introducta; quanto præstantiori priuilegio id sibi senserit esse concessum: nam certè Deus *non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.*

r Pf. 18. 11

s Psal. 118. 127.

t Prouer. 24. 2.

u Psa. 50. 8

x Psal. 147 18.

At beatissima profecto dicenda erit, in eadem introducta, quia in ipsis sacræ scripturæ cellariis diuino vacabit amori, arctissimisque charitatis vinculis cum Christo coniungi poterit. Quis vero dubitet, sacræ scripturæ libros intimas esse ædes Dei, aptissimumque ad amori vacandum locum; cū ibi tot habeat amoris stimulos, tot quibus succendatur, charitatis flammas, quot gesta narrantur, quot verba leguntur? Senserunt sanè flammas istas discipuli illi, qui dixerunt, y *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret scripturas.* Agnoscebat hos stimulos sapientissimus ille Eccles. vnde & dicebat, z *Verba sapientum sunt stimuli, & quasi claui in altum defixi*

In sacra scriptura studio reperiuntur maxima incentiua amoris diuini.

y Luc. 24. 32.

z Eccl. 12. 11.

A *per magistrorum consilium data sunt à pastore vno*; ac si diceret: Verba sapientum; verba sacræ scripturæ, quæ per sapientes prolata sunt, sunt sicut stimuli, excitantia pigros homines ad Dei dilectionem, sicque cor hominis penetrant vsque ad intima, sicut claui, qui desiguntur in altum; quo enim figuntur altius, eo plus penetrant; id si quidem significat *in altum figi*: Vel melius, iuxta lectionem Septuaginta: sicut claui πεπυρωμένοι, id est igniti: sicut enim claui igniti altius, & facilius lignis infiguntur, illa incendentes: ita & sapientum verba in penitissimos sinus intellectus nostri figuntur, suoque igne & nostra inflammant corda. Hanc verò vim inde habent, quòd à Deo vno pastore summo, qui est veritas prima, & regula veritatis, procedunt, B & *per Magistrorum*, à Deo inspiratorum *Concilium*, vnanimemque consensum tradita sunt: Quoniam omnes veræ sapientiæ Magistri, omnes Prophetæ in veteri, & Apostoli in nouo testamento eamdem attestantur, & confirmant veritatem, vt appareat, omnes ex vno ore loqui. His ergo stimulis in Christi cellariis ad Christi dilectionem promota, hisque igniti s clauis ibidem cum Christo arctius cōfixa; atque illius amore succensa, summa ratione subiicit Ecclesia: *Exultabimus, & lætabimur in te*: Quicquid enim suauitatis, quicquid gaudii, quicquid iucundi desiderari potest, id omne in istis reperiet cellariis; vnde nil mirum, si non modo interiori lætitia perfundenda sit, sed & exterioribus C quoque exultatura sit signis. Exultabit autem, & lætabitur non in se, sed in Christo, recolens dictum, a *Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde*: Et exultabit non ipsa sola, sed & cum ea exultabunt pariter omnes ij, quibus ipsa doctrinam sacrarum scripturarum, b *quam sine fictione didicit, sine inuidia* communicauerit; quibusve eiusdem doctrinæ honestatem, atque diuitias non absconderit, & ideò benè in plurali ait; *Exultabimus, & lætabimur*.

DE ECCLESIA.

Sac. Scriptura verba sunt stimuli amoris, & claui igniti.

Simile.

a Pf. 31. 11

b Sap. 7. 13

Iuxta Tertium sensum haud incongrue hoc loco per cellaria intelligere possumus Ecclesiam catholicam, in quam à Domino introduci exoptet vel Synagoga, vel populus aliquis infidelis, qui, D cum diuina excitatus gratia per infidelitatem se prostratum, atque in terra iacentem animaduerteret, Deum superius exorauit, vt per suam vocationem, ac gratiam ipsum erigere, ac post se trahere dignaretur, cumque sibi polliceri posse visus esset, vt sic tractus post illum curreret in odorem vnguentorum, atque virtutum ipsius: Modo intelligens, c *non esse currentis, neque volentis, sed miserentis Dei*; ab illo clarius efflagitat, vt post cursum illum, quem peregit, toto ipsum sequens conatu suo, eum introducere dignetur in cellaria sua, in Ecclesiam catholicam, dicens; *Introducat me Rex in cellaria sua; exultabimus, & lætabimur in te*: Ac si dicat.

III. SENSVS.

c Rom. 9. 16.

E Cursurum me quidem confido, si tu me traxeris Domine, & cursurum post te in odorem vnguētorum tuorum, imitans te in virtutum studio. Verum quia parū mihi emolumenti ex vniuerso prouenier cursu, nisi intra Ecclesiā fuerim admissus, vbi me reficiam: vbi tuarum gratiarum particeps esse queam: vbi in tua charitate radicatus atq; fundatus tibi gratam exhibeam seruitutem, teq; comprehendam, atque complectar; Ideò oro, atque obtestor, vt introducas me in istiusmodi cellaria tua: Sic enim vna cum omnibus fidelibus communi exultabimus gaudio, summaque perfruemur lætitia; idque *in te* dilecto nostro, qui tantam in istis cellariis cibariorum nobis parauerit copiam, tan-

PARAPHRASIS

Extra Ecclesiam Catholicam virtutum studium parū, aut nihil prodest.

DE ECCLESIA.

Eccleſia Catholica eſt cellariũ cibariorũ, theſaurorũ, ac myſteriorũ Dei, & locus, vbi diuino vacatur amori.

tantas diuitias, tantoſque theſauros.

Quænam verò cibaria, dicet quis; qui theſauri ſunt iſti, quos in Eccleſia catholica recondidit Chriſtus, propter quos ipſa Eccleſia cellariorum nomine ſignificata eſt? panis verbi Dei; panis, qui de cœlo deſcendit, caro Chriſti: vinum, ac ſanguis eiuſdem Chriſti: cibaria, quæ homines confirment in gratia; & vinum quod inebriet per amorem: cibaria talia, atque in tanta abundantia, vt qui in Eccleſiam, eorum cellaria fuerint admiſſi congruentiſſimè verbis ijs vti poſſint, quibus decem illi viri apud Ieremiam dixerunt; [d] *Habemus theſauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis*. Felices profectò tales, tantòque fęliciores quòd in huiuſcemodi cellariis non ſolum habent theſauros iſtos cibariorum; ſed inſuper habent ĕt theſauros omnium gratiarum: habent & reliqua ſacramenta: habent diuitias, atque theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. [e] *Inſtructi*, vt ait Apoſtolus, *in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionẽ myſterii Dei, & Patris Chriſti Ieſu, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*; Ecquid enim ſecreti, quid myſterij in ijs cælari poteſt cellarijs, in quibus diuino indulgetur amori? Quid in Eccleſia fidelibus poteſt abſcondi, quos Chriſtus vocat amicos? [f] *Vos autem*, inquit, *dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis*. Meritò igitur exultabunt: meritò lætabuntur in amico, atque dilecto ſuo Chriſto, quicunque in talia introducti fuerint cellaria, quicumq; in ipſa perſiſtent Eccleſia.

d Ier. 41. 8.

e Col. 2. 2.

f Io. 15. 15.

Ex Verſ. IV. Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te.

Expoſitio Tertia. De ſecunda Sponſa, quæ eſt anima iuſti.

I. SENSVS.

Contemplationis viæ tres, purgatiua, illuminatiua, & vnitiua.

CVm anima illa, quæ eò peruenit, vt Chriſti fieret ſponſa, per tres iam tranſierit gradus omnes, incipientium, proficientium, & perfectorum, neque enim perfecta eſſe potuiſſet, prout iam eſſe proponitur, niſi per anteriores proficientium, atque incipientium gradus aſcendiſſet: profectò neceſſe eſt, vt in tribus modis contemplationis ſeſe exercuerit, prius in purgatiuo, tum in illuminatiuo, ac demum in vnitiuo, cui totam, reliquis tamẽ duobus haud omnino dimiſſis, ſeſe dediderit: Sed quia. [a] *Non poſſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Et quia haud poteſt anima à ſemetipſa in huiuſcemodi contẽplationis modis ſeſe exercere, niſi diuina adiuta fuerit ope, niſi diuina eam duxerit manus, ideo hoc loco ait. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*. ſatiſque ad propoſitum hæc inquit, atque de hac ſua gloriatur introductione anima illa, quæ diuinis ad tempus deſtituta conſolationibus, in magna iacens ariditate, Chriſti efflagitauit præſentiam, qua conſolaretur, quave ita erigeretur, ac traheretur, vt haud dubitaret, ſe poſtea velociſſimo illũ, quantumuis currentem, in odorem virtutum, ac gratiarum eius ſecuturam curſu.

a 2. Corin. 3. 5.

PARAPHRASIS.

Acque eſt enim, ac ſi dicat. Ab illo trahar certo, nec de eius diffido dilectione. Nam alias, antequã in tanta dimiſſa eſſem ariditate, ab illo, à quo vt à potentiſſimo Rege, & Rege meo omne mihi bonũ prouenire cognoſco, introducta ſum in cellaria ipſius: admiſſa ad quemlibet ſpiritualis vitæ gradũ, ex gradu incipientium ad gradum proficientium, & ex ipſo proficientium gradu ad ſupremum gradum perfectorum.

DE ANIMA.

Chriſtus quantũ honoris exhibeat piæ animæ.

Bene autem ad hæc ſignificanda iſta vtitur metaphora, Introductionis in cellaria, dicens. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, Primo enim per hæc verba ſummum exprimit amorem, ſummumque honorem, quo à Chriſto ſummo Rege omnium excepta ſit. Nam quemadmodum ſi videamus Regem hominem quempiam ad ſe accerſere, illique venienti ipſummet obuiam ire, atque etiam proprijs manibus illum in prima cubicula, tum in ſequentia, ac demum in intimas introducere ædes: illico arguimus, hominem illum à Rege maximi fieri: illico pronuntiamus eum apud Regem honoratiſſimum. Idipſum ſane & de Anima Sancta, quę à Chriſto introducta ſit in cellaria eius, affirmare neceſſe eſt. Nam per hoc intelligimus, Regem Regum Dominum tanti hanc feciſſe animam, vt eam non modo per primam gratiam vocarit ad ſe; non modo per miniſtrorum ſuorum conſilia, adhortationes, atque exempla ad vitam admiſerit ſpiritualem; ſed & per ſemetipſum obuiam illi factus ſit, proprijſque manibus, efficacioribus auxilijs, dulciſſimiſque conſolationibus eam introduxerit in quaſcumque contemplationis vias, in intimiores contemplationis ædes. Quam dilectionem, quęve honorem expreſſit Eſaias [b] Propheta, cum Dominum alloquens diceret. *Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam*. id eſt, ipſemet obuiam proceſſiſti animæ illi, quæ à te accerſita, lætanter venit ad te, quæve à peccatis conuerſa, iuſtitiam facere ſtuduerit. *In viis tuis recordabuntur tui*, Quomodo enim tãti obliuiſci poteſt amoris? quomodo tantus honor ab eius excidere poteſt memoria? In ipſis contemplationis viis, per quas, illi occurrens, eam proprijs manibus duxiſti, introducens eam in cellaria tua recordabitur tui, dicens. *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum*.

Simile.

b Eſa. 64. 5

Bene autem Anima Sancta, volens eum exprimere amorem, atque honorem, quo à Chriſto in contemplationem introducta eſt, inquit, ſe ab eo introductam in cellaria ipſius, non in primum tantum, ſed & in primum, & in ſecundum, atque etiã in tertium.

Cellaria tria, in quæ introducuntur animæ contemplatiuæ.

In cellario purgatiuo quid inueniatur.

Tria enim ſunt Chriſti cellaria, in quæ animæ introducuntur contemplatiuæ. Primum eſt cellarium purgatiuum, in quo ea ſeruãtur cibaria, quæ incipientibus, ac recenter à peccatis conuerſis ſint maxime congrua, fructus nimirum pœnitentiæ, panis doloris, ac vinum lacrymarum. In hoc enim cellarium illico, ac introducta fuerit anima, multa iſtiuſmodi ibi inuenit, quibus ſe paſcat cibaria: peccatorum deteſtationem, eorumdemque contritionem, iudiciorum Dei timorem, infernalium pęnarum horrorem, odium, atque contemptum ſui ipſius, propriæ miſeriæ erubeſcentiam, & cetera huiuſmodi; quibus, non modo tanquam optimis medicamentis ſe purget à peccatis ipſis; verum etiã in tali conſiſtens incipientium gradu, ita in contẽplatione reficiatur, vt paulatim creſcat in magnũ augmentum: atque etiam cum creuerit, ad ſecundum proficientium eleuetur gradum, ſimulque in ſecundum introducatur cellarium, quod illuminatiuum dicitur; tum quia in eo reconditum inueniatur iuſtitiæ lumen, quod [c] ſibi *non illuxiſſe fatentur impii* apud ſapientem, virtutiſve theſaurus; tũ quia in eo arcana quarumcumque aperiantur virtutũ, ita vt haud pigeat imitari, quod vel in Chriſto, vel in Sancto alio videatur abſconditum.

c Sap. 5. 6.

Etenim cum in hoc illuminatiuum introducta quis

DE ANIMA.

In cellario illuminatiuo quid seruetur, quid ve fiat.

quis fuerit cellarium, videns humilitatis, obedientiæ, castitatis, cæterarumque virtutum splẽdorem, atque præstantiam, toto conatu ad illas se se conuertit, totoque ad illas inhiat desiderio. Contemplatur, quantum singulæ in Christo refulgeant capite suo, quantum in singulis excelluerint Sanctis qui Christum imitari studuere; animaduertens autem, se longissime ab illis distare; omnibus sese ad illas promouet affectibus: efflagitat diuinam opẽ: proponit sibi illarum præmia: ac nunquam earum remittit exercitationem, quoadusque ipsarum compos fuerit effecta. Tuncque, postquam aliquã diu in hoc secundo sese detinuerit cellario, eiusq; qui in eo seruatur, virtutis thesauri particeps extiterit, introducatur & in tertium, maximeque intimum eiusdem Christi cellarium, quod ab effectu vnitiuum appellare fas est, quia in eo vni tãtum indulgeatur amori, per quem anima ipsa, quę iam ad perfectorum eleuata est gradum, cum Christo vnitur dilecto suo. In ipso enim cõtemplatur diuinas perfectiones, easque admiratur, atque in eis sese oblectat: exultat de illius gloria, optans in creaturas omnes per vniuersum terrarum orbem eam diffundi: in memoriam reuocat infinita, quæ ab illo in se collata sunt beneficia: totoque gratias agit affectu: suam illi in omnibus, & per omnia porrigit voluntatem: nihilve aliud habet in optatis, quàm, vt illi placeat: gloriari sane ea potest, atque lætari, & dicere, *Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te.*

In cellario vnitiuo quid fiat.

II. SENSVS.

Iuxta secundum sensum, exprimit hoc loco Anima Sancta, quanta sibi insit fides in Christum dilectum, quantaque fiducia; quippe quæ quanto magis à Christo destitutam se sentiat, quantoque magis ab omni se elongatã animaduertat consolatione, tanto maiori se ab illo confidat cumulandã fauore. *Introducet* enim, inquit, *me Rex in cellaria sua; exultabimus, & lætabimur in te:* per cellaria autem Christi intelligit corporis illius vulnera. Etenim quemadmodum in augustissimo illo Salomonis templo complura ædificata erant cellaria, atq; cubicula, & adyta, in quibus eorum reconderentur thesauri, quæ vel ad ipsius templi vsum, vel ad ministrorum eius exercitia necessaria essent, prout colligitur ex primo libro Paralipomenon, vbi dicitur, [d] *Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis: necnon & omnium, quæ cogitauerat atriorum, & exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini, & in thesauros Sanctorum.*

Vulnera in Christi corpore instar cellariorũ templi Salomonis.

Simile.

d 1. Paral. 28, 11.

Eodem pacto, & in Sacratissimo corporis Christi templo quinque excauata sunt vulnera in quibus ij reconderentur thesauri, qui ad animarum salutem, & consolationem necessarij essent. In hęc ergo pia anima se introducendam cõfidens ait. *Introducet me Rex in cellaria sua*, pro certo enim habet, [e] *Prope esse dominum his, qui tribulato sunt corde*, recolitque dictum, [f] *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*, & ideo omnib. destituta consolationibus, confidenter hæc ait: *Introducet me Rex in cellaria sua*, vnde summa prouẽtura est exultatio, & gaudium, *exultabimus*, enim, *& lætabimur in te.*

Anima tribulata introducitur à Christo in eius sacratissima vulnera.

e Ps. 33. 19.
f Ps. 90. 15.

Bene autem dum se in Sacratissima vulnera introducendam ait, haud simpliciter a dilecto suo, sed a Rege id faciendum asserit: a Rege, inquam, eorum potissimũ, qui ab omnibus destituti sunt, quiue vndique tribulationib. sunt concussi: a Christo, super Crucis throno residente: a Christo, qui spineam coronam gestaret in capite; vt ex spineo diademate proprium agnoscerent Regem, qui ærumnarum, ac tribulationum spinis cõfossi essent. [g] *Petra enim refugium herinaciis*; nam ij, qui instar herinaciorum vndique angustiarum spinis operti sunt, haudquaquam aliud tutum agnoscunt refugium, præterquam ipsam petram, Christum cruci fixum; neque alium volunt Regem, quàm ipsummet Christum Crucifixum. Ab hoc itaque Rege introducendam se, ait nunc anima sancta in ipsius cellaria. Porro tũc in istiusmodi cellaria introducitur anima, tribulationum laniata vulneribus, cum ei per diuinam gratiam conceditur, vt in meditatione sua ipsa penetret vulnera pretiosa: eorumq; percipiat fructus: statim autem ac in ea introducta fuerit, in ijs tãquam in plenissimis, & abditissimis cellarijs vniuersorum reperit cibariorum copiam, ita vt quomodocunque sibi libuerit, sese reficere possit: illic abditissima intuetur Christi precordia: illic diuinæ misericordiæ ditissimos percipit thesauros; inde Sacramentorum, gratiarumque omnium haurit fontes inexhaustos, ibi tam arctis charitatis vinculis cordi vnitur amantis, vt iure ab ipso in subsequentibus nuncupetur, [h] *columba sua in foraminibus petræ in cauerna maceriæ*, vt iure & ipsa quoque, in talia admissa cellaria profiteatur, [i] *hanc esse requiem suam*, in ipsisque sese lętanter, ac dulcissime habitaturam; Ecquis enim prædulcia illa gaudia: ecquis ingentes illas exprimere valeat delitias, quæ in tam Sanctis percipiuntur cellarijs?

Tribulatorum Rex est Christus Crucifixus.

g Ps. 103. 18.

Introductio animæ in vulnera Christi quid fiat: quantaque in ijs reperiãtur.

h Cãt. 2. 14

In vulneribus Christi quanta reperiatur dulcedo.

i Psa. 131. 14.

Crede mihi ò homo, inquit Bonauentura, quia si in Christum per hæc angusta foramina intrare volueris, non solum anima, sed etiam quietem, ac dulcedinem mirabilem inueniet corpus tuum: & quod carnale est, & ad carnalia tendit, ex illo vulnerum introitu fiet adeo spirituale, vt ceteras præter eas, quas ibi sensit delitias, reputet esse nihil. Imo fortasse aliquando anima propter aliquam obedientiam, vel vtilitatem dictabit esse recedendũ; & caro allecta illa dulcedine dicet, ibi esse immorandum. Et si ita accidit de corpore, quanta credis animam frui dulcedine, quæ per illa foramina coniungitur Christi cordi? Certè exprimere tibi nequeo, sed experire, & scies. Sciebat planè, ac optimè id sciebat anima Christi Sponsa, quæ sæpius hæc fuerat experta, ac propterea postquam dixit, *Introducet me Rex in cellaria*, illico, gaudia illa, illasque subindicãs dulcedines, inquit: *exultabimus, & lætabimur in te.* Atque est autem, ac si dicat.

Bonau. in stimulo amoris, c. 1.

PARAPHRASIS.

Tametsi ita tuis destituta sim consolationibus, vt propterea a te efflagitarim, vt traheres me, reddens mihi lætitiam salutaris tui, quo vna cum alijs, qui te diligũt, currere valerem post te ad odorem, & notitiam gratiarum tuarum. Absque tamẽ hæsitatione confido, quia me etiam sic pressam ærumnis introduces in Sacratissima vulnera tua, cellaria planè, & cibis, & thesauris plena: cellaria, in quibus commode amori indulgeamus simul: tuq; ipse Rex tribulatorum, atque adeo Rex meus me in ea introduces tribulatam: *exultabimus* sane in eis corpore, omnibusve membris, & *lætabimur in te* anima cum omnibus potentijs ipsius.

III. SENSVS.

Iuxta tertium sensum, anima illa, quæ in superiori versu pollicebatur, cursu velocissimo virtutis viam se cursuram, si à Domino traheretur per diuinam gratiam, sciens ijs, qui huiusmodi cursum cõsummauerint, æternam repositam felicitatẽ, prout ab eximio illo significatur cursore, qui ait. [k] *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.*

k 2. Tim. 4. 7.

Nunc

DE ANIMA.

In cœlũ nemo admittitur, qui nõ nitatur in meritis Christi.

Nunc suum deprecatur Regem magnificentissimum, vt postquam cucurrerit in odorem vnguẽtorum, ac virtutum eius, ipsam introducere dignetur in æterna tabernacula, dicens. *Introducat me Rex in cellaria sua.* Neque enim quemquam in felicissimam illam patriam introire posse, existimat, qui in illius non innitatur meritis, a quo pretio sanguinis sui tanta nobis empta est gloria: nisi ab illo, qui deuicta morte æternitatis aditum nobis reserauit, a Iesu Nazareno Rege Iudæorum introducatur: de ipso enim per Esaiam ait Dominus. [l] *Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius* (crucem nimirum, quam super humeros ille in passione gestauit) *& aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.*

l Es. 22.22

Cœlestis patria cur vocetur nomine cellariorum.

Ac bene iucundissimam regionem illã cellariorum exprimit nomine, vt vnico verbo præstantiores illius exprimeret excellentias.

Primò enim dum in plurali vocat eam Regis cellaria, illud subindicat, quod in Euangelio ab ipsomet expressum est Rege, cum diceret, [m] *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*: Tum ipso cellarij nomine tantum ibi indicat repositam spiritualium ciborum copiã, vt facillimè vnusquisque in solo aspectu diuinæ gloriæ plenissimè exsaturari queat, iuxta illud psalmi, [n] *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Indicat quoque, in huiusmodi tabernaculis ea conspici, [o] *arcana verba, quæ non licet homini loqui*: Nec non & thesaurorum, diuitiarum, & gloriæ Dei consparticipes fieri, qui in talia admissi fuerint cellaria, iuxta illud: [p] *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Postremo indicat arctissimam beatorum cum Deo vnionem: ibi enim vtpote in loco aptissimo, & propriissimo ad amori vacandum, perfectissima charitate, perpetuaque felicitate felicissimæ quæque animæ suo vnientur dilecto: Quapropter iure optimo ex tam eximiorum cellariorum modica tantum vel commemoratione exultans, ac gaudens subdit, *Exultemus, & lætemur in te.* Aeque est autem, ac si dicat,

m Io.14.2.
n Ps.16.24
o 2.Cor. 12.4.
p Mat.25. 34.

PARAPHRASIS.

O vtinam postquam ab illo tracta, in odorem gratiarum eius cucurrero viam mandatorũ eius, introducat me Christus Rex meus in æterna tabernacula, cellariaque illa sua, cibis plenissima, & thesauris gloriæ eius, in quibus mutuæ absque vlla cessatione simul cum illo vacem dilectioni; *Exultemus* gestu corporis, *& lætemur* toto corde, quotquot ad hæc inhiatis animæ fideles, in huius introductionis commemoratione.

Ex Vers. IV. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

Legimus in libro Genesis, Abraham, quia fidelis Dei seruus esset, tanti à Domino æstimatum, vt quasi indignum quid censuerit Deus ipse, atque absurdum, si quod ab se faciendum erat, illi minimè aperuisset: ait enim, cum ad quinque Ciuitates destruendas descenderet: [a] *Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & benedicenda sint in illo omnes nationes terræ?* Sic etiam in Euangelio legimus, Christum Dominum vniuersa fidei mysteria Apostolis amicis suis manifestasse, ait enim; [b] *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis:* Porrò si ijs, qui amici tantummodo Dei erant, diuina sunt reuelata secreta, quantò magis à filio propriæ id exhibendum fuerat matri? quantò magis à Christo Beatæ id concedendum fuerat Virgini? Indicat sanè, hanc et factam esse reuelationem, ac manifestationem Lucas Euangelista in paucis ijs verbis: [c] *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo;* Quid enim conseruabat, nisi ea diuina mysteria, phrasi hebraica verborum nomine nuncupata, quæ à Spiritu sancto edocta fuerat? conferebat autem mysterium vnum cum altero, & omnia ad inuicem, idque intrinsecus in corde suo, tantoque cum gaudio, ac exultatione, quantam nec quisquam vel mente concipere posset. Sed hæc omnia conseruabat, quia (vt benè inquit Rupertus Abbas lib. 2. de gloria, & honore filii hominis, circa principium.) Ipsa habebat tempus tacendi, & tempus loquendi, eratque, dum Christus viueret, hortus conclusus, fons signatus: à Christi verò Ascensione incipiens loqui, atque eructans, quæ in cordis ventre seruarat, erant emissiones eius paradisus, & fauus distillans labia eius.

a Gen.18. 17.

DE B. MARIA.

b Io.15.15

Mariæ infusa cognitio diuinorum mysteriorũ.

c Luc.2.19

Rupertus Abbas.

Hanc diuinorum arcanorum per Spiritum Sanctum sibi infusam cognitionem ipsamet nunc aperiens, inquit, *Introduxit me Rex in cellaria sua:* Metaphorica autem istiusmodi vtitur locutione, quoniam quemadmodum, qui in intimas ab aliquo Rege introducitur ædes; & in abditissima eius penetralia, absque vlla dubitatione omnium illius compos fit secretorum, intuens quicquid seruatum latebat in abdito: Ita quoque & ipsa B. Virgo sic particeps facta fuit arcanorũ Dei, ac si à summo omnium Rege in diuina introducta fuisset penetralia, in quæ cum introductus fuisset aliquando Paulus Apostolus, [d] *vidit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*

Simile.

d 2.Corin. 12.4.

Neque verò quidpiam vel à pietate, vel à veritate abhorrens quis diceret, si assereret B. Virginẽ per hæc verba non tantum significare, se à Spiritu sancto plenius eruditam de diuinis mysterijs: verum etiam pro breui aliquo temporis spatio catenus introductam in Christi cellaria, atque in cœlum empyreum, vt & diuinam essentiam intuita sit visione beatifica. Etenim si & Moysi, & Paulo id concessum asseritur, iuxta Sancti Augustini, Chrysostomi, Basilii, Ambrosii, Anselmi, & aliorũ opinionem, profectò multò congruentius, ac rationabilius, ipsi Dei genitrici concessum fuisse credendum est.

Mariã pro breui aliquo tempore vidisse i hac vita diuinã essentiam, probabile est.

Asserit hoc clarè Rupertus Abbas super illa verba Cant. [e] *Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet*: ait enim: Si quispiam dixit, & teste Deo, vel conscio non mentiens dixit, [f] raptum se fuisse in Paradisum, siue vsque ad tertium cœlum, ita vt nesciat, siue in corpore, siue extra corpus raptus fuerit, & audisse arcana verba, quæ non licet homini loqui: Quantò magis tu Regina cœlorum persæpè cœlestibus interfuisti, quippe quã & circumsteterunt obstetricum vice, gloriam Deo concinantes Angeli, & inter hæc didicisti, vel assecuta es aliquid, quod latet, & latere nos debet.

Rupertus Abbas.
e Cant.4.1
f 2.Corin. 12.4.

Asserit idipsum clarius & Sanctus Antoninus, & in eamdem sententiam citat Albertum, afferentem in huius rei confirmationem verba illa Bernardi.

f. par titu. 15. cap.17. §.17.
Hom.4. super Missus est.

DE B. MARIA

Illi soli datum est nosse, cui datum est experiri: & illa: Vt qui soli Patri notus est, sic & illi, siue itaque intelligamus per hæc verba, *Introduxit me Rex in cellaria sua*, beatam Virginem significare, se aliquando admissam ad summum gaudium, ad visionē diuinæ essentiæ; siue teneamus ipsam per illa id tantum exprimere voluisse, quod a Summo omnium Rege particeps sit effecta diuinorum mysteriorum, & compos secretorum Dei; atque etiam thesaurorum cælestium: congruentissime subdit: *exultabimus, & lætabimur in te*, Quidni enim præ gaudio exiliret, quæ tantis beneficijs à filio cumulatam se agnosceret? Hæc dici possunt, si accipiamus verbum, *Introduxit*, in præterito, vt sonat.

II. SENSVS.

Maria firmissime credidit se ad cælos assumēdam, regnaturam quē cū filio.

Quod si iuxta secundum sensum illud intellexerimus pro futuro, *Introducet*. Tunc haud incōgruè dicere possemus, Beatam Virginem hoc loco exprimere firmissimam, quam in filium haberet, fidem: ex eo enim quod Deum in proprium introduxerat vterum, cum Dei concepit filium, se & in Dei introducendam cellaria, ad cęlosque assumēdam, firmissime credidit: & ex eo quod particeps in terris fuit passionum Christi, credidit & in cœlis se cum illo glorificandam, iuxta illud Apostoli. g *Si compatimur, & conregnabimus*. Sic ergo dicens, *Introducet me Rex in cellaria sua*, haud obscure significabit, se post suam dormitionem in cœlos assumendam, atque super omnes Angelorum choros exaltandam. Quæ expositio multo congruentior erit, Si teneamus ipsi B. Virgini hanc suam exaltationem reuelatā multo ante fuisse; quod sentit Damascenus oratione prima de dormitione Deiparæ, & Anselmus lib. de excellentia Virginis, cap. 7. vbi ait, accepisse Virginem ea hora, qua filium concepit, suæ prædestinationis, & super omnes choros Angelorum exaltationis certam, atque indubitatam reuelationem.

g Rom. 8. 17.

Damasc. Anselmus.

Maria quātum in se est, glorificationē suā impertit toti humanæ naturæ.

Bene autem hanc suam exprimens glorificationem, subdit, *Exultabimus*, in plurali, *& lætabimur in te*; quia & ipsa eam, quam acceptura esset gloriam, haud sibi soli propriam vellet; sed toti humanæ naturæ eam impertiret: & quia eius deuoti de illius gloria, atque exaltatione exultaturi essent, propriam eò eleuatam videntes matrem, quò ipsi iugiter eleuata habere conantur & corda.

Ex Vers. IV. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica, Et applica nos ad radices montis Sinai, & da nobis legem tuam de thesauro tuo, quod est in firmamento, & delectabimur, & exultabimus.

Quoad dramaticum ordinem, communior Patrum sensus est; vt cum sponsa simul cum socijs adolescentulis cucurrerit; sola tamen introducta à sponso sit in cellaria, & abdita eius. Atque adeo postmodum ad illas egressa, quæ foris remanserant, gratiam eis referat, quæ sibi à dilecto suo præstita fuerat, hæc dicens: *Introduxit me Rex in cellaria sua, &c.* Tum adolescentulæ de eius bono congaudentes, subiecerunt: *Exultabimus, &c.* Vel idipsum sibimet optantes, ad sponsum conuersæ dicant: *Exultemus, & lætemur in te*. Ita Origenes in vtraq; expositione sua, Gregorius Nyssenus, Theodoritus, Bernardus, & alij.

Origenes. Nyssenus. Theodor. Bernardus.

Iustè introducti in cellaria Dei esse par ticipatio secretorū illius.

APPENDIX.

Quid sit autem introductio ista in Dei cellaria, seu in cubiculum (vt legit Ambrosius) communiori sensu a Patribus sic explicatur, vt per eā intelligenda sit participatio illa, quam Deus vel Ecclesiæ, vel animæ perfectiori exhibet diuinorum sensuum, & secretorum suorum. Differunt tamen in huius rei explicatione.

Cellaria Dei sūt ipsa mysteriorum Sacra Scriptura.

Quidam enim communicationem istam factam accipiunt per intellectum Sacrarum Scripturarū, ita vt Dei cellaria, ipsa sit Sacra Scriptura: Sic Hieronymus epistol. 142. ad Damasum, Theodoritus, Gregorius Papa, & Iustus Orgel. & Rupertus Abbas.

Hier. Greg. PP. Iustus Orgel. Theodor. Rup. Abb.

Referunt alij hæc ad introductionem in cœlū: sed & isti adhuc differunt inter se.

Cellaria Dei cœlestis patria.

In meditatione introducitur aliquādo anima deuota in cęlum.

Quidam hanc introductionem accipiunt vt factam per contemplationem ei similem, qua Paulus h *raptus in Paradisum, & vsque ad tertium cœlum vidit arcana verba, quæ non licet homini loqui*: propter quam introductionem dicebat alias idē Apostolus. i *Nos autem Spiritum Christi habemus, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis*. Ita Origenes vtraque expositione, Gregorius Nyssenus homilia prima, Theodoritus, Tres Patres apud eundem, Aponius. Sed præ ceteris Ambrosius lib. de Isaac, & Anima capit. 3. eleganter sensum illum his explicat verbis. Beata anima, quæ Dei ingreditur penetralia: insurgens namque de corpore ab omnibus fit remotior, atque intra semetipsam diuinum illud, si quo modo assequi possit, scrutatur, & quærit. Quod cum potuerit comprehendere, ea, quæ sunt intelligibilia supergressa, in illo confirmatur, atque eo pascitur. Talis erat Paulus, qui sciebat, k se raptum in Paradisum: sed siue extra corpus raptū, siue in corpore nesciebat, &c. etenim perfectioni studens solum illud bonum diuinitatis intendit, nec aliud quidquam requirendum putat, quia tenet, quod summum est: solaque sibi abundat, quia sola sibi est satis. Nec sola aliquando est, cui præsul Dominus adest. Denique in illud diuini illius introducta secretum, *Exultemus*, inquit, *& lætemur in te*. Non enim in diuitijs, auri, argentique thesauris, non in possessionū fructibus, non in potestatibus, non in conuiuijs, sed in solo Deo exultat.

h 2. Cor. 12. 4.

i 1. Cor. 2. 12.

Orige. Greg. Nys. Theodor. Tres Patres. Aponius. Ambros.

Diuinus sīcū imbuta anima introducitur in Dei secreta, exultās in Deo solo.

k 2. Cor. 12. 2.

Theodor.

Cellaria Dei, mens eius à Deo.

Theodoritus particularius in ipso cœlo cellarium, seu cubiculum Dei, illius intelligit mentem, quod accepit fortasse ex Origene, qui homil. prima ex quatuor per cubiculum animæ, in quod l ingredi ei præcipitur, quando oratura est cœlestem Patrem, mentem intelligit eiusdem animæ.

l Mat. 6. 6.

Cassiodo. Beda. Anselmus.

Per fidei cognitionē introducitur pia anima in cellaria cælestia.

Cassiodorus, Beda, Atque Anselmus de reuelatione facta, & cognitione per fidem bonorum, & mysteriorum cœlestis patriæ hæc sumunt: Vnde Beda, introductam animam sic ad nouiter renatam per hæc loqui ait, Ideò deprecor sponsum, vt nos post se currentes, data manu ipse, ne deficiamus, adiuuet, quia iam dulcedinem Regni cælestis prælibaui; iam gustaui, & vidi, quoniam suauis est Dominus: iam bona, quæ mihi in cęlis sunt præparata, ipso reuelante cognoui. Mexque ad ipsum conuersa, ei gratias agens, *Exultabimus*, inquit, *& lætabimur in te*: ac si diceret; Nequaquam ipsi de perceptis muneribus extollimur: Sed in omni, quod bene viuimus, exultamus, immò exultabimur & lætabimur in tua misericordia.

Aponius.

Per spē pia anima hic introducitur in cęlestē Patriā.

Aponius pari ratione de introductione sibi iam facta per spem, seu in spe in eamdem cœlestem patriam loqui, asserit, piam animam.

Philo Carpat.

Per tolerātiā tribulationū, introducitur i cælestē Patriam.

Philo Carpathius, legens cum Simmacho: *Introduc*

APPENDIX. *troduc me Rex in promptuarium ſuum*, aſſerit, illos A introduci in huiuſmodi promptuarium, qui perſecutiones, ac tribulationes patiuntur pro tuenda, & conſeruanda iuſtitia: iuxta illud, [m] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*

m Matt. 5. 10.

Ambr. *In Paſſione, ac reſurrectione Christi Eccleſia quaſi nupta reuelata ſunt Christi myſteria, ſiue introducta in Christi cubiculũ.*

Ambroſius ſerm. 1. in pſal. 118. in verſ. 7. & 8. reuelationem myſteriorum paſſionis, mortis, ſepulturæ, ac Reſurrectionis Chriſti poſt eiuſdẽ Chriſti paſſionem factam aſſerit animæ, ſeu Eccleſiæ, quando & ſponſa facta eſt, ſic quippe ait. Quando introduxit eam Rex in cubiculum ſuum, paſſionis tempus, lateris compunctio declarat, ſanguinis effuſio, ſepulturæ vnguentum, reſurrectionis myſterium: vt oſculum quaſi ſponſa acceperit. In cubi- B culum autem Chriſti ſit introducta Eccleſia, non iam quaſi tantummodo deſponſata, ſed quaſi nupta: nec ſolum thalamum ſit ingreſſa, ſed etiam legitimæ claues copulæ conſecuta ſit: Introduxit. n. eam Rex, in omnia interiora myſteria, dedit ei claues, vt aperiret ſibi theſauros ſcientiç ſacramentorũ; clauſas antea fores panderet, cognoſceret quieſcentis gratiam, defuncti ſomnum, virtutem reſurrectionis.

Rupertus Abbas. *B. Maria compos eſt facta ſecretorũ Dei.*

Ruper. Abbas B. Mariæ hæc applicans, arbitratur, illam per hæc verba *Introduxit me*, ſignificare Eliſabeth, reuelationem, ac plenam infuſionem ſibi factam myſteriorum Dei: cui reſpondeat Eliſabeth *exultabimus*, &c. exultauit enim infans in vtero eius. C

Ambroſ. *Euchariſtia Sacramentum eſt cellariũ Christi plenum omni bono.*

Ad Sacroſanctum Altare, & Sacramentum Euchariſtiæ videtur hæc referre Ambroſ. in lib. 5. de Sacramentis, cap. ſecundo, ibi enim de vocatione Chriſti ad hoc cæleſte conuiuium agens, *introduxit*, ait, *me rex in cubiculum ſuum*, Græcus, *in promptuarium ſuum, & in cellarium ſuum.* Vbi bona libamina, vbi boni odores, vbi mella ſuauia, vbi fructus diuerſi, vbi epulæ variæ, vbi plurimis epulis tuum prandium condiatur.

Philo Carpathius.

Ad hoc fortaſſe alluſit & Philo Carpathius, dũ breuiter ait, promptuarium Chriſti primum eſſe corpus illud, in quo ſibi domicilium fabricauit.

Origenes. *Cur Sponſus dictus ſit Rex.*

Ponderat Origenes hom. 1. ex quatuor vocabulum Regis à ſponſa vſurpatũ: & propterea inquit, D Regem hic nominatum eum, qui alias vel dilectus, vel fraternus, vel alio nomine nuncupari ſolet, vt oſtenderetur per hoc nomen prædiue cubiculum, vtpote Regium, atque immenſis opibus repletum.

Circa verba illa, *exultabimus, & lætabimur in te.* Notandum, ea ab alijs tribui ſponſæ referenti ad Deum gaudium, quod ex tanta gratia percepiſſet, vnà cum ſocijs ex illo participantibus. Ita Gregorius Papa, Caſſiodorus, Beda, & alij. Ab alijs tribui ſociabus ſponſæ, quæ adhuc imperfectiores eſſent: & ex his quidam aſſerunt, ab ijs dicta ad animam introductam, eique congratulantibus. Ita Nyſſenus, Theodoritus, & Bernardus cum Origene Homil. 1. ex duabus. alii vero inquiunt, ab ijſdẽ E prolata ad Deũ deprecatiuè. Ita Origenes Homil. 1. ex quatuor; Anſelmus quoque, dicens, eas ſic ſpõſum alloqui: Quia tu Domine ſponſam tuam iam in ſecreta tua introduxiſti, ideo & nos præparabimus idoneas, vt cũ ea introducamur. *Exultabimus* enim, ſcilicet in corpore, bene operantes cũ exultatione, *& lætabimur* in anima, quia lætitia bona cogitabimus: vel *lætabimur*, ſi bona fecerimus non coactè, ſed voluntariè; & hoc in te, omnia tibi attribuentes tanquam primæ cauſæ.

Greg. Pap. Caſſiodor. Beda. Origenes. Nyſſenus. Bernardus. Anſelmus. *Per bona opera nos præparare debemus ad ſuſcipiẽdas gratias.*

Apud Bernardum ſerm. 23. videri poteſt diſtinctio hortorũ, cellariorum, & cubiculorum ſponſi.

Michaelis Ghiſlerij.

LITTERA.

Ex Verſ. IV. Memores vberum tuorum ſuper vinum: Recti diligunt te.

Expoſitio Prima. Iuxta Litteræ ſonum.

SVppoſitis ijs, quæ de dictione *vberum*, eiuſque ſignificatione longius à nobis iam dicta fuere ſupra, in prima expoſitione verborum illorum, [a] *Quia meliora ſunt vbera tua vino*, facilis quidem iuxta lectionem noſtram eſt eorum, quæ hic dicũtur, intellectus. a Can. 1. 2

I. SENSVS.

Proſequens enim ſponſa, quam cœperat narrationem, nunc exponit, quanam ratione cum ſocijs exultatura ſit in eo ipſo, quem alloquitur dilecto ſuo, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Tantus tunc fuit, vel erit guſtus, tantuſque fructus, quem ex tui amore percepi, vel percipiam, vt iugiter ipſa, & hæ ſociæ meæ ſimus exultaturæ, *Memores vberum tuorum*: ob id ſcilicet tantum, quod memores erimus amorum tuorum, ac dulcedinis tuæ multo ſuauioris, quam quodlibet præſtantiſſimum vinum: Nec quiſquam futurus eſt, qui hanc ob rem indignetur, quive vllatenus hac de re miretur: nam *recti diligũt te*: quotquot enim recta ſunt, quotquot à recta ducuntur ratione, tui amore flagrant.

Verum quamuis iuxta lectionem noſtram facilis, ac ſimplex horum ſit ſenſus; Hebraicus tamen textus haud ita ſimplicem habet intellectum, ex æquiuoca enim duarum dictionum ſignificatione multipliciter ea, quæ hic dicantur, poſſunt exponi. Siquidem vbi noſter legit *Memores*, in Hebræo eſt verbum נזכירה nazchira, quod quidem triplicem poteſt habere ſignificationem: primo enim, iuxta ſenſum lectionis noſtræ ſignificare poteſt, *recordabimur*, ac *memores erimus*. Secundo, & proprius ſignificat. *Memorabimus, in memoriam reuocabimus & commentabimur*. Tertio demum poteſt ſignificare *odorabimus, & olfaciemus*: ſic & apud Oſeam [b] cap. 14. verſic. 8. dicitur: *Odor eius, ſicut vinũ Libani*: Vbi dictio hebrea זכרו zichrò, quæ eſt pro dictione *odor* ab eodem verbo זכר zachar deriuata eſt, quod & noſter interpres animaduertens, ſic eam vertit. *Memoriale eius ſicut vinum Lybani*: In hoc quoque ſenſu in pſalm. 19. verſic. 4. dicitur: [c] *Memor ſit omnis ſacrificii tui*, idest odoretur Dominus ſacrificium tuum, & Iſai. 66. 3. [d] *Qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat Idolo*. Qui enim recordatur thuris ille eſt, qui in odorem thus incendit.

b Oſeæ 14. 8.

c Pſ. 19. 4

d Eſa. 66. 3

Altera dictio æquiuoca eſt מישרים meſciarim, quæ tribus, aut quatuor modis accipi poteſt. Primo vt ſignificat, *rectitudines*, iuxta communiorem acceptionem. Secundo vt ſignificat *rectitudinibus*, in ſeptimo caſu, ideſt ob rectitudines. Tertio vt ſignificat *rectos*, iuxta verſionem noſtram. Et quarto iuxta non improbabilem nonnullorum opinionẽ, vt ſignificat epithetum vini præſtantiſſimi, quod etiam videmus illi attributum in hoc eodem libro Canticorum, cap. 7. verſic. 9. vbi pro eo, quòd nos legimus: [e] *Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum*; in Hebræo ſic habetur ad verbum; *Guttur tuum ſicut vinum illud bonum, quod vadit ad dilectum* למישרים lemeſciarim, ideſt in rectitudinibus, & recta; Sic

e Cant. 7. 9.

LITTERA. etiam Prouerb. 23. vers. 31. pro eo, quod noster vertit, f *Ne intuearis vinum*, &c. *Ingreditur blande*, &c. in Hebræo dicitur, *Ne intuearis vinum*, &c. *Ambulat* במישרים beneficiarim *in rectitudinibus*.

f Prouerb. 23.31.

Cum igitur tanta sit harum duarum dictionum æquiuocatio, ac tam multiplex significatio: præter sensum lectionis nostræ, quem si iuxta frequentem Sacrorum librorum consuetudinem, abstractum *rectitudines*, sumatur pro concreto *recti*, etiã Hebraica ipsa reddere possunt: nonnullos alios, eosque perpulchros eorum, quæ hic dicuntur, intellectus afferre fas est. Erit itaque

II. SENSUS Legionensis. Secundus sensus, iuxta distinctionem Legionẽsis, qua post verbum *Commentabimur*, adhibetur coma; & tum subditur: *Amores tui præ vino*, scilicet sunt suauiores: vt, postquam sponsa dixit, exultaturam se ob præsentiam, & congressum sponsi sui, & lætaturam, subijciat protinus ea, quæ hos amantium cõgressus natura sequuntur, commemorationem, scilicet mutui erga se animi, atque sensus, dicens præcise, vt amantium mos est,

B

PARAPHRASIS. In memoriam reuocabimus, nempe quas molestias inuicem distracti pertulerimus; qui æstus animorum nostrorum fuerint: Tum subdat: Amores enim tui præ vino sunt suauiores, ac optabiliores; siquidem rectitudines dilexerunt te, idest, Te omnes rectitudines, omnia bona; Te omnes gratiæ circumstant; Te omne decus exornat; egregia omnis, & diuina indoles in te vno elucet, ac semper hæc eluxerunt.

III. SENSUS. Tertius autem sensus aliquantulum ab hoc diuersus, istiusmodi erit; si distinctio adhibeatur nõ post verbum *commentabimur*, sed post *vbera*, siue *amores tuos*.

PARAPHRASIS. *Exultabimus, & lætabimur in te*. In memoriam reuocantes amores tuos: gustus nimirum atque delitias, & fructus, quos in cellarijs tuis percepi, cum tecum vnitate perfruerer. Tanta est enim suauitas, quæ ex tua percipitur præsentia, tuoque congressu, vt puellæ, ac Virgines te diligant, atque dilexerint semper, multo magis quam quodlibet vinum: idque rectitudinibus, idest amore recto, in quo est sinceritas sine vllo fuco, & fraude: vel ob rectitudines, & virtutes tuas, vt sit allusio ad ea, & confirmatio eorundem, quæ superius dixit, g *Oleum effusum nomen tuum*; *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*.

g Can. 1.3

IIII. SENSUS. Quartus sensus est, vt sponsa significare velit, adeo sibi suauem præsentiam, atque congressum sponsi: amorumque illius fruitionem tantam sibi præstare iucunditatem, vt post hac nullam prætermissura sit occasionem, qua eorum quoquo modo particeps esse permittatur; sic, dum Hebraica hoc pacto vertuntur, *Olfaciemus, & odorabimus amores tuos*, & hic, adhibita distinctione, subditur, *Super vinum præstantissimum, quod in rectitudinibus, & recta vadit, dilexerunt te*, scilicet puellæ. Videtur esse allusio ad eos, qui cum bibere nequeant vinum, siue ob ægritudinẽ, siue ob aliud quodpiã impedimentum, ex illius tamen se recreant odore. In hunc igitur modum ait sponsa.

PARAPHRASIS. Quãdoquidem in cellarijs tuis haud datur tua iugiter perfrui præsentia, tuo congressu, tuisque amoribus, siue ob multiplicem meum languorem, siue ob id, quod ita tibi sit placitum ob rationem aliquam, tibi vni perspectam: dabo tamen operã, vt vna cum his socijs meis, ex ijs saltem nos recreemus amoris indicijs, quæ vel mente concipere possumus: necnon & ex ijs, quæ in te elucere meminimus. Sic vel odore olfaciemus ipsos amores tuos;

A

non secus ac odore vini recreantur, qui illius potu se reficere nequeunt: Multoque magis nos ipsos odorabimus amores tuos, quàm illi olfaciant vinum, cum puellæ omnes te diligant, semperque dilexerint præ quolibet vino, quantumuis præstantissimo. LITTERA.

V. SENSUS. His quatuor sensib. addi potest, & quintus quẽ nobis præstant Septuaginta Interpretes: cum enim sic legant, *Diligemus vbera tua super vinum. Aequitas dilexit te*: Videtur his sponsa significare sponso, non solum se ipsam, sed & omnes socias suas tanti amorem illius, eiusque indicia æstimaturas, vt cuilibet alteri rei quantumlibet delectabili, quæ per vinum designatur, ea sint prælaturæ; idque summa cum ratione, quandoquidem ipse tali creatus est indole, atque decore, vt dici queat, in eo ipsam esse æquitatem, ipsam virtutem, atque ipsum met decus, Vel alio pacto, & sit

VI. SENSUS. Sextus sensus, quo sponsa talibus sponsum suũ affari videatur.

PARAPHRASIS. Quia tu tanta me prosecutus es dilectione, tantaque mihi exhibuisti amoris indicia; iam & ego, & sociæ meæ omnes diligemus ipsos amores tuos, multo magis, quam vinum præstantissimum, quãve quodlibet aliud suauissimum, ac maxime delectabile. *Rectitudo* enim *dilexit te*, idest in tui dilectione summa inest rectitudo, summa honestas, summa virtus, summumque decus. Vel quia qui te dilexerunt, quive te diligũt, recti sunt, vtpote qui à recta ducuntur ratione: quem sensum clare reddidit Symmachus, dum pro eo, quod Septuaginta verterunt εὐθύτης ἠγάπησέ σε *rectitudo dilexit te*, ipse vertit οἱ εὐθεῖς ἠγάπησάν σε, idest, *recti sunt, qui diligunt te*.

C

Ex Vers. IV. Memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt te.

Expositio Tertia. De secunda Sponsa, quæ est anima.

D

Exploratã sanè ea est differentia, qua fides à scientia discrepat: cum scientia conclusiones suas ad ea resoluat prima principia, quæ naturali lumine cognita sint: Vnde scire illa quis dicitur, quæ vel sensibus percipit, vel proprio attingit intellectu, cuius & vniuersa cognitio ex cognitione pendet sensitiua; Fides vero conclusiones itẽ suas ad primam resoluat veritatem, nempè ad Deum, qui nec falli, nec fallere vllatenus potest. Neque enim, quæ per simplicem fidem cognoscimus, vel sensu, vel intellectu nostro comprehendere possumus: Vnde rectè à Sapiente monemur in lib. Ecclesiastici: a *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus; non est enim tibi necessarium, ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis: In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus, plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi*. Notissimum discrimẽ istud inter hęc duo egregie plano his verbis, *memores vberum tuorum super vinum*, exprimit Ecclesia Sancta sub pręclaro vberum, ac vini discrimine.

Fides atque scientia discrimen quod nam sit.

E

a Eccles. 3. 22.

I. SENSUS. Siquidẽ cum supra retulisset, se introductã, vel etiam introducendam in cellaria Sanctarum Scripturarum, vbi præter multiplices, quibus recreata fuerat, voluptates, arcana quoque cęlestia, diuinaque

DE ECCLESIA.

que mysteria reuelata perceperat: ac propterea se vnà cum fidelibus in eo, qui talem sibi præstaret cognitionem, exultaturam; nũc subijcit, quanam ratione in suo exultatura sit Rege, dicens: *Memores vberum tuorum super vinum*: ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Exultabimus in te, Deus meus, quia iugiter memoria versabimus, vnde hæc fidei doctrina in nos deriuarit, fidemque ipsam cuilibet humanæ scientiæ vino præferemus.

Quo loco si singula perpendantur verba, manifestissimè intelligemus, quàm exactè à sponsa tota exprimatur fidei natura. Primò enim dum eam præfert scientiæ, præsupponit id, quod apud omnes pro comperto habetur, aliquid inter fidem, atque sciẽtiam inesse discriminis: Tum ex metaphorica ambarum nuncupatione, in quonam istud insitum sit discrimen, subindicat. Quapropter si illud nos quoque attingere velimus, elaborandũ nobis est, vt perscrutemur, quæ nam inter vinum, ac lac, quod ex vberibus profluit, extent differentiæ, propter quas lac ipsi præferatur vino; Et quidem nonnullas earum attulimus supra in secunda, & tertia expositione illorum verborum. [b] *Quia meliora sunt vbera tua vino*: quas ibi cuilibet videre fas est.

b Cãt. 1. 1.

Scientia pẽdet ex sensuũ cognitione.

Simile.

Hoc tamen loco vnam addere possumus, nimirum, quòd sicut vinum, priusquam gustetur, atque potetur, vniuersis quodammodo probatur sensibus, illudque bibimus vt præstantissimum, quod sensibus omnibus fuerit probatum: Eadem ratione scientia, vt intellectu percipi possit, ex sensuum cognitione pendeat, necesse est: Tuncque præstantissimam habere dicimur alicuius rei scientiam, cũ rem illam vniuersis cognoscimus sensibus. Cuius contrarium (vt in principio notatum est) in simplici accidit fide: Nam quemadmodum cum lac sugit infans quis, absque vlla sensatione vel oculorũ, vel olfactus, vel auditus, vel manuum tactus id sugit: Ita quoque & simplex fidei cognitio tunc rectè à nobis percipitur, cum absque vlla sensibili cognitione tanquam à paruulis ex diuinis vberibus reuelatio hauritur supernaturalium mysteriorum: Et quemadmodum lac tunc est præstantissimum, cum ex ipsis hauritur vberibus, quis enim lactens infantulus, lac extra matris vbera videns, illud libenter bibat? quin imò naturali ab illo potius auertitur abominatione: feruntque naturales, lac adeò esse delicatum, tamque facilis corruptionis, vt vel à modico aere corrumpatur; Ita pariter & fides vt sic, simplexque eius cognitio ea est omnibus numeris absoluta, quæ absque vlla naturali, & sensibili probatione ex diuina percipitur reuelatione. Quomodo enim nos intellectu paruuli, atque infantes supernaturalia, altissimaque mysteria extra diuinã reuelationem inspicientes, nostro tenui capere possumus intellectu, cum per ipsammet naturalem cognitionẽ ab ijs sæpe auertamur potius? Quin & supernaturalia ipsa sacramenta haud minus quàm lac, sunt delicata, vtpote quæ si a quoquam considerentur extra diuina vbera, & extra diuinam reuelationem, illicò ab exigua hominis ratiocinatione adeò plerumque corrũpuntur, vt vel falsa, vel omnino impossibilia ei videantur. Properea verissima est illa Isaiæ sentẽtia, quæ iuxta lectionem Septuaginta dicitur. [e] *Si non credideritis, non intelligetis*: quandoquidem frustra intellectu laborat, qui diuina mysteria extra fidei reuelationem, extra diuina vbera, & extra Deum reuelantem intelligere conatur; Nec falsò quis firmam, stabilemve spiritualem sibi spondeat vitam, ni simplici credens fide, instar infantis ex diuinis Dei vberibus cęlestia sugat mysteria: per eandem

Fidei natura, & quid dicat ↄquo sito sit.

Simile.

Fides, quã sit delicata.

c Isa. 7. 9.

enim Esaiæ sententiam contestatum id nobis voluit Dominus, dicens, iuxta lectionem vulgatæ, *Si non credideritis non permanebitis*; vel iuxta Hebraicum textum, *Non stabiliemini*: idest. Nisi tam alta, tamque sublimia sacramenta per fidei lumẽ, eiusque assensum ex diuinis perceperitis vberibus, handquaquam fieri potest, vt vel ad punctum in fideli permaneatis vita, aut vllo pacto in statu stabiliamini iustorum. Quamobrem iuxta consiliũ Sancti Regis Iosaphat. [d] Credamus in Domino Deo nostro, & securi erimus, ac stabiliemur: Credamus Prophetis eius; & proficiemus in Ecclesia.

d Paral. 20. 20.

Cautissimè autem sponsam locutam apparet, dũ fidem haud simpliciter lac nuncupauit: sed vberũ potius expressit nomine; vt significaret, illius cognitionem eatenus vniuersis alijs præstare cognitionibus, quæ naturali nituntur lumine, quatenus immediatè ex diuinis hauritur vberibus: quatenus totum id, quod cognoscimus ex diuina reuelatione, suscipimus: quatenus à prima veritate intellectus noster edocetur id, quod certissimũ est.

B

Quamquam ex eo, quòd vberum nomen hoc loco non tam pro ipsis vberibus, quàm pro amore, amorisque indicijs positum est (vt latius probatum est supra in prima expositione eorum verborum, [e] *Quia meliora sunt vbera tua vino*) dici non incongruè possit, fidei infusionem amorum nomine ab Ecclesia nuncupatum, quod ipsa sit præstantissimũ diuini amoris inditium; prout etiam in humanis experimur; vt, cum familiari cupiam nostra reuelamus arcana, abditissimaque aperimus secreta, eximium absque vlla controuersia amoris specimen exhibere illi, dicamur: Quapropter & Dominus noster, cum in hac degeret vita, perpendens aliquando amorem, qui suis à Patre exhibitus esset discipulis, Spiritu Sancto commotus, quasi illũ admirans, pro ijsque Patri gratias agens ait, [f] *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*. Quo loco animaduertendum est, quàm congruè Dominus locutus sit, quamve egregiè in paucis hisce verbis ostẽderit, reuelationem mysteriorum Dei, fideique infusionem esse simul & quandam porrectionem diuinorum vberum, lactisvè propinationem, & insigne diuini amoris indicium; hoc enim postremum ex ipsa indicatur confessione, & gratiarũ actione: Primum verò eleganter subindicat, dum inquit, talem reuelationem factam esse tantummodo *paruulis*: quasi dicat, eos tantummodo ad diuina admissos vbera, qui instar paruulorum absque sensuum discussione, absque argumentorum discursu diuina crederent sacramenta, [g] *captiuantes intellectũ in obsequium Christi*, ac fidei. Quæ omnia optimè (prout ex dictis apparet) cũ ijs cõueniũt, quæ hoc loco ab Ecclesia eiusdem Domini sponsa significãtur, cum ait. *Memores vberũ tuorum super vinum*.

Fidei donũ est præstantissimum amoris indicium.

e Cãt. 1. 1.

C

Fidei infusio est porrectio diuinorum vberum, eximiumque diuini amoris specimen.

D

g 2. Cori. 10. 5.

Nec abs re est, quòd hac voce *memores* vsa sit, cũ fidei cognitionem humanis præferret scientijs: præcipuam enim per hanc loquendi phrasim significare voluit credentium proprietatem, quòd vniuersa, quæ eorum superent intellectũ, pro certissimis habeant, firmissimeque credãt, Memoria semper retinentes primam veritatem, ac Deum, vnde primum sibi eorum prouenit reuelatio. Quamuis enim fides sit in intellectu, tanquam in subiecto, iuxta illud Apostoli. [h] *Fide intelligimus aptata esse sæcula*, & ad Coloss. [i] *Instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterij Dei Patris, & Christi Iesu*. Eius tamen certitudo, certusq; ipsius intellectus assẽsus ex memoria pẽdet vniuersus; quatenus oĩa, quæ credimus,

Credẽtium proprietas.

E

h Heb. 11. 3.

i Col. 2. 2.

Fides quãuis sit in intellectu, pẽdet tamẽ à memoria

DE ANIMA.

à Deo reuelata recolimus, reducentes ea ad illum, A vt ad primam veritatem.

Fidei iuncta esse debet charitas.

Valde quoque ad propositum à sponsa subijcitur, *recti diligunt te*: per ea nanq; subindicat, quòd ipsa cum suis fidelibus, ita per fidem Dei sibi arcana reuelantis, memores futuræ sint, vt haud fide duntaxat in eum credant, sed & ardenti illũ prosequãtur charitate. Cum, n. ei optime constaret, fidẽ sine dilectione mortuã reputari: atque adeo operę pretiũ esse, vt fidei iũcta sit charitas, si ea aliquam allatura sit exultationem; cũ agnosceret, haud posse Christum cõmorari in cordibus nostris, & in nostra memoria, nisi illũ pariter diligamus, iuxta illud Apostoli, [k] *habitare Christum per fidem in cordibus vestris in charitate radicati, & fundati.* Statim, B ac dixit. *Memores vberũ tuorũ super vinũ*, charitatis meminit, dicens. *Recti diligunt te*: ac si diceret.

k Eph. 3. 17.

Summa perfundemur lætitia, quòd nobis fidei cognitionem elargiri dignatus es Domine, tantũque tuam istam fidei doctrinam humanis omnib. præferemus scientijs, vt te, tuamque reuelationem semper memoria versaturæ simus, nedum per ipsam, qua te confitebimur, fidẽ, sed & per dilectionem, qua te prosequi studebimus, siquidem quotquot a recta ducuntur ratione, hoc pacto tui memores sunt, vt diligant te.

PARAPHRASIS.

Quæ hucusque dicta sunt tametsi propriè secundum illum sensum præcedentium verborum Ecclesiæ competant, quo per Christi cellaria, in quæ C illa introductam se retulit, intelliguntur Scripturæ Sacræ: haud tamen difficile aptari a quolibet poterunt etiam ad tertium illum sensum, quo per eadem Christi cellaria, Ecclesia ipsa intelligitur.

Quòd si per introductionem in cellaria, accipiatur status primi hominis in paradiso terrestri, prout iuxta primum accepimus sensum: Tunc hoc loco Ecclesia significabit, se iugiter memorem futuram tantorum beneficiorum, quę in iucundissimo statu illo paradisi a Deo suscepit, multòq; magis, quã vini delectabilis cuiuslibet rei terrestris. Nullumque fore, qui hac de re miretur, quoniã quotquot à recta ducuntur ratione, ipsum diligãt Deũ, illumque diligentes, nil magis habeant in optatis, quã vt singuli sese illi deuinctos intelligant. Qua- D re autem diuina beneficia, vberum nomine sint expressa: & qua ratione ea præferantur vino delectabilium rerum terrenarum, in subsequenti expositione, in applicatione secundi sensus ad animam aliquatenus explicatum videre fas cuique erit.

Ex Vers. IV. Memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt te.

Expositio Tertia, De secunda Sponsa, quæ est anima.

III. SENSVS.

QVamuis ex vnaquaque Dei, operumq; ipsius consideratione, ingenti animæ quæq; perfundantur lætitia, suauitatem tamẽ pręcipuam, gaudiumque tunc eædẽ percipiunt vehementius, cũ eundem Deũ contemplãtur, vt patrem misericordiarum: cum & illius intuẽtur opera misericordiæ. Hinc est, quod Apostolus, dum præ immenso gaudio ad eum benedicendum impelleretur, indicaturus, illum esse Deum largitorem totius consolationis, prius insigni eum decorat epitheto isto, Patris misericordiarum, dicens; [a] *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis*; ac si diceret: qui eatenus Deus esse à nobis cognoscitur, vniuersamque cõsolationem, ac totum gaudium præstare hominibus, quatenus Pater misericordiarum esse intelligitur. Quod ipsum propheta clarius expressit, dicens; [b] *Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius*: ac si diceret: Eatenus suauis est Dominus, quatenus miserator, & misericors, patiens, & multum misericors. Et eatenus exultant in illo animæ piæ, quatenus animaduertunt, & memores sunt, miserationes eius esse super omnia opera, & in omnibus operibus eius.

Ex misericordia Dei cõsideratione oritur exultatio nostra.

a 2. Cor. 1. 3.

DE ANIMA.

b Ps. 144. 9.

Vnde & memoriam abundantiæ suauitatis eius eructabunt, & iustitia pariter eius exultabunt.

Neque enim sufficiet ipsis, dulcedinem adeo eximiam gustu percipere considerationis: sed insuper misericordiæ eius opera memoria versantes, prægustatam præ ingenti eiusdem dulcedinis abũdantia eructabunt suauitatem. [c] *Misericordias Domini in æternum* cantantes; quin & in eiusdem Domini iustitia exultabunt, quoniam in ijs ipsis, quæ is per iustitiam exercet, operibus, illustres misericordiæ radios elucere cognoscunt.

c Ps. 88. 1.

Propterea & ea, quæ in hoc Cantic, loquitur Anima Christi Sponsa postquam dixit, *Exultabimus, & lætabimur in te*, subijcit modo: *Memores vberum tuorum super vinum*. Metaphorice enim loquens nomine vberum, misericordiam intelligit; vini vero vocabulo iustitiam, iuxta ea, quæ dicta sunt supra in prima expositione illorum verborũ, [d] *Quia meliora sunt vbera tua vino*, in quorum verborum sensibus explicandis nonnulla quoq; sunt tacta, quæ ad hanc, quam præ manibus habemus, conferunt materiam. Indicat namque his verbis pia anima; quanam ratione exultatura sit in Deo, nimirum memoria versans illius misericordias, easque super vinum iustitiæ eius.

d Cant. 1. 2.

Porro per hanc loquendi phrasim innuere voluit, se maiori perfundi lætitia, dum diuinam recolit misericordiam, quàm, dum vniuersas eiusdem Dei intueretur operationes; omnia enim Dei opera ad duo referuntur genera: ad ea, quæ ex misericordia proueniunt, & ad ea, quæ ex iustitia: quia [e] *Vniuersa via Domini misericordia, & veritas*, idest iustitia. Idque congruentissime, vtpote à sponso edocta, qui cum iustus pariter sit atque misericors. Iustitiæ tamen, & indignationis opera à se aliena reputat; ac peregrina, prout clarissime per Isaiam expressum habemus, vbi dicitur; [f] *sicut in monte diuisionum stabit Dominus: sicut in Valle, quæ est Gabaon, irascetur, vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo*. [g] & in Ezechiele, *Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat?* Ad iustitiæ, ac indignationis opera non descendit, nisi ab extrinseco prouocetur; Cum è contrario opera misericordiæ absque vllo extrinseco merito, ex mera sua operetur bonitate interna, iuxta illud Psalmi. [h] *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius*: Hãc igitur misericordiæ super iustitiam, & indignationem excellẽtiam in sua metaphorica locutione aliquo pacto subindicauit sponsa. Dum enim Dei misericordias, vberum eius nomine significauit, & è vestigio iustitiam, ac indignationem, vini appellatione expressit, quasi quid tale sibi voluisse videtur.

Misericordia opera præferũtur omnib. operibus Dei.

e Ps. 23. 10

Iustitia opera quæ Deus sibi aliena reputet, opera vero misericordia, & propria.

f Es. 28. 21

g Ezec. 18. 23.

h Ps. 29. 6.

PARAPHRASIS.

Exultabimus in te Deus meus, Memores misericordiarum tuarum, quia instar mulieris, vberibus proprijs infantẽ lactantis natura quodãmodo tener es, atq; misericors: memores, inquam, erimus Simile.

mise-

DE ANIMA.

misericordiæ tuæ multo magis, quam iustitiæ, & indignationis item tuæ: quia istam à te extrinsecã quodammodo esse intelligimus, sicut vinũ extrinsecum quiddam est ab humano corpore; illam vero tibi internam, propriam, ac peculiarem esse animaduertimus, non secus, ac vbera humani corporis partes sunt integrantes: non secus, atque lac ab intrinseco ex ipsis profluens vberibus.

In misericordia sita est quodãmodo Dei perfectio.
Simile.

Verum non modo istam misericordiæ diuinæ super diuinam iustitiam, & indignationem; sed & aliam quoque sub hac vberum, & vini metaphora, eamque haud minoris ponderis anima subindicat præstantiam: nam quemadmodum prominentia vbera in mulieribus ita necessaria sunt, vt sine eis nullatenus aliqua feminarum dici queat perfecta, quasi perfectio mulieris in ipsis sit sita vberibus; Vnde in hoc Cantico eadem, quæ hic loquitur, sponsa, quasi conquerens de sorore sua, quod mulieris adhuc non haberet perfectionẽ, inquit. [i] *Soror nostra paruula est, & vbera non habet:* Ita etiã in misericordia quodammodo sita est Dei perfectio, quod contestatus est Christus Dominus, qui, cum apud Matthæum discipulis aliquando dixisset. [k] *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est:* vt homines intelligerent, in quonã Dei esset sita perfectio ista, apud Lucam seipsum declarans ait. [l] *Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est:* ac si dicat, Perfectionem Dei in eo sitam esse, sciatis, quod misericors est; Idcirco & vos quoque, si instar illius perfecti esse vultis, estote misericordes; misericordia enim summa est tum Dei, tum hominum perfectio. Atqui cũ tantam perfectionem ex iustitia, & indignatione Dei prouenire nullatenus vel legerit, vel audierit Christi sponsa, iure optimo illi misericordiã præferre potest, dicens: *Memores vberum tuorum super vinum*, quia vinum siue habeatur, siue non habeatur, nullam vel animę, vel corpori necessariam addit perfectionem.

i Cant. 8. 8
k Matt. 5. 48.
l Luc. 6. 36

Misericordia est gloria Dei.

Tertium quoque eiusdem diuinæ misericordiæ excellentiam subindicat, quia misericordia sit gloria ipsius Dei: Quemadmodum enim vbera in mulieribus sunt quodammodo gloria earum, quatenus de ipsis gloriari solent, vt patet ex verbis ipsius sponsæ, quibus in hoc Cantico gloriatur, cum ait: [m] *Ego murus, & vbera mea quasi turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens:* Eodem pacto & misericordia est gloria Dei, prout ex verbis Apostoli haud obscurè colligitur, quibus ait, [n] *Omnes quidem peccauerunt, & egẽt gloria Dei.* Quis verò dubitet, peccatores indigere diuina misericordia, magis quàm vlla alia re? indigentes igitur misericordia diuina, indigent gloria Dei, cum ipsa Dei misericordia sit gloria ipsius. Vnde & apud Esaiam cap. 30. 18. per illam dicitur Deus exaltari; [o] *Exaltabitur Deus parcens vobis.* Propter hanc itaque misericordiæ excellentiam haud abs re sponsa diuina illam præfert iustitiæ, quam vini exprimit nomine, quia ex vini vel possessione, vel vsu nihil cuiquam gloriæ addatur.

m Cant. 8. 10.
n Rom. 3. 23.
o Esai. 30. 18.

In Deo qua ratione misericordia dicatur esse præstantior quam iustitia.

Valde autem animaduertenda est eius cautela, quam in locutione sua iugiter seruare solet. Cum enim ipsi exploratissimum esset: in Deo re vera nõ dari magis, & minus: neque in eo vllam assignari perfectionem, atque virtutem, quæ aliis vel cuipiã aliarum re vera valeat præferri: quandoquidem quicquid est in Deo, id omne est simplicissimo, ac perfectissimo modo: & perfectiones oẽs æqualem in illo habent infinitatem, quamuis misericordiã diuinã diuinæ præferre videatur iustitiæ: haud tamen simpliciter eam ausa est præferre, sed inquit

A tantum, se velle memoria versare misericordiam, potius quã iustitiam: quia secundũ nostrum modũ concipiendi misericordia sit magis propria diuinę bonitati, perfectioni, atque gloriæ: atque ideò inquit; *Memores vberum tuorum super vinum.* Nouit enim, hanc esse inter rectos, ac prauos differẽtiã, quòd hi nullã de diuinis miserationibus, quę sibi exhibitæ sint, seruant memoriam, iuxta illud Psalmi. [p] *Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ;* Recti verò iugiter ipsas memoria versant; prout à pia illa anima apud Esaiam factũ legimus, quando ait: [q] *Miserationum Domini recordabor: Laudẽ Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel,* B *quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum.* Quo loco animaduertere licet, quantũ inter se cõueniãt animæ piæ: nam quemadmodũ ea, quæ hic memor esse vult vberũ Dei super vinũ, idcirco ipsius diuinæ misericordiæ, magis quã eiusdẽ Iustitiæ vult esse memor, quòd in misericordia Dei gloriã, perfectionẽ, ac laudem sitam esse existimet: ita & quæ apud Esaiam loquitur: *Miserationũ Domini* se recordaturam ait, quia in ipsis melius, quã in vlla alia re laudem Dei agnoscat: vnde & subdit: *Laudem Domini super omnibus &c.* Verum dicet quis, si adeò inter se conueniunt animæ piæ, vt oẽs diuinæ memores esse studeant misericordiæ: cur C Propheta ille ait, [r] *Memorabor iustitiæ tuæ solius.* Sciendũ est, misericordiã frequentissimè in Sacris paginis iustitiæ nomine nuncupari solere. sic Iob enumerans insignia, quæ in pauperes præstitit, misericordiæ opera, inquit: [s] *Iustitia indutus sum, & indui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo: oculus fui cæco, &c.* sic in psalmis, dũ commẽdatur pius, atque misericors erga pauperes, dicitur: [t] *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Sic idemmet Dauid postulans diuinã misericordiam pro peccatis suis, ait: [u] *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & exaltabit lingua mea iustitiã tuam.* Et in alio psalmo exponẽs, quomodo animæ sanctæ Deũ exaltent quatenus misericors est, ait ea, quæ superius quoque attulimus. [x] D *Memoriã abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabunt, Miserator, & misericors Dominus, sſeguimus, & multum misericors,* per Mimesim supple (dicentes) *miserator &c.* Iuxta hanc igitur sibi frequenter vsurpatã loquendi consuetudinẽ tunc quoque locutus est Dauid, cũ dixit: [y] *Memorabor iustitiæ tuæ solius;* quod ex ipso psalmi contextu, & ex antecedentibus cuique clarissimè patet; Cum. n. prius dixisset; *os meum annunciabit iustitiã tuã:* illico declarat quid noĩe iustitiæ intellexerit, addens: *Tota die salutare tuũ;* nempe salutem, quam ex misericordia tua nobis attulisti: Postea subdit; *Quoniã nõ cognoui litteraturã, introibo in potẽtias Domini, Dñe memorabor iustitiæ tuæ solius,* ac si dicat.

E Quoniam non cognoui numerum. s. beneficiorũ tuorum *γραμματείας* Græcè scripturã, munus *γραμματέως* scribentis numerum, & ratiocinia; quoniã beneficia, quæ nobis pſtitisti, enumerare nec scio, nec valeo: te omnipotentem fatebor, illud vnũ facere studebo, vt semper memor sim misericordiæ tuæ, vnde tot prouenerunt beneficia.

Porrò cum Iustitiæ nomẽ duplici significatu tũ apud Sacros, tũ apud prophanos Doctores accipi soleat, & pro particulari virtute, quæ contra distinguitur à misericordia: & pro virtutum omniũ aggregatione, pro virtute, & Sãctitate in genere. Cũque Sãctitatis, ac virtutis pfectio in charitate, atq; in operib. misericordiæ sita sit, prout apparet ex

Misericordiam Dei Sancti semper memoria versãt; peccatores, nullã eius habent memoriam.
p Ps. 105. 7
q Esa. 63. 7
r Ps. 70. 16
Misericordia frequẽter ĩ Sacra Scriptura appellatur nomine iustitia.
s Iob. 29. 14.
t Ps. 111. 9.
u Ps. 50. 16
x Ps. 144. 7
y Ps. 70. 16
Misericordia qua ratione appellatur nomine iustitia.
Mat. 25. 35

DE ANIMA.

eo, quod eiusdẽ virtutis discussio vniuersa, quæ à superno Iudice facienda est in extremo iudicio, versatur circa misericordiæ opera: congruentissima sanè ratione misericordia ipsa, quamuis à particulari virtute iustitiæ contradistinguatur, generalis tamen iustitiæ nomen aliquando sortitur. Quin & præcipuè nomen istud ei competit, quia (vt supra tetigimus) in eamet iustitia, & indignatione, quam nobiscũ in hoc sæculo Deus exercet, plus inest misericordiæ, quàm iustitiæ, iuxta illud Iacobi Apostoli: a *Misericordia superexaltat iudicium.* Ad rem itaque nostram redeuntes, ex his omnibus satis confirmatum habemus quod asserebatur, Sanctos vniuersos in hoc conuenire, vt diuinarum miserationũ memores esse continue studeãt; Quod & sponsa apertè hic protestatur, dum statim ac dixit: *Memores uberum tuorum super vinum:* subijcit: *Recti diligunt te:* ac si dicat,

a Iac.2.13.

PARAPHRASIS

Nec nouum est, quod nos misericordiæ tuæ adeo memores simus; cum Sancti vniuersi, & quotquot à recta ratione ducuntur, pro huiusmodi misericordiæ tuæ recordatione te diligant, summoque prosequantur amore, quem adeo sibi benignũ recolunt, atque misericordem.

II. SENSVS.

Iuxta secundum sensum: Exponit hoc loco Anima Sancta quid factura sit, exultans in Deo suo, qñ ab illo introducta fuerit in cellaria cõtẽplationis, vel vulnerũ Christi, vel gloriæ cęlestis, Et quã ob causam in ipso exultatura sit Deo. Ait igitur: *Cõmẽtabimur,* in memoriam reuocabimus; ac si diceret,

PARAPHRASIS.

Tunc tibi, cuius in cellariis ipsis tuis perfruemur congressu, enarrabimus eas, quas te absente, pertulimus molestias: quanto tui desiderio flagrantes fuerimus.

Quomodo a sitiuerit anima nostra ad te *Deum fortem viuum, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum:* Quomodo fuerint nobis *lachrymæ* nostræ *panes die, ac nocte, dum* ab ipsis potentiis nostris diceretur nobis *Quotidie: Vbi est Deus tuus?* dum nobis quotidie insultarent potentiæ sensitiuæ; Vbi est Deus vester dicentes, quem adeo iactabatis dulcem, atque suauem? Vbi sunt deliciæ illę spirituales, atque cœlestes, quas adeo prædulces existimastis, vt pro illis nostras despexeritis eas, quas vobis exhibebamus suauissimas.

a Psal.41.3.

Quæ sint molestiæ, quæ sentiũtur ab anima constituta in ariditate spiritus.

Præclarè autem Christi sponsa neque in particulari istiusmodi proponit molestias, neq; in generali vllatenus illas nominat: Sed tantum dicit, *Cõmentabimur:* haudquaquã addens, quid esset commentatura: per aposiopesin mirum in modum illas ipsas exagerans, quasi eæ tantæ fuerint, tamq; multiplices, & magnæ, vt nec enumerare illas tunc queat, nec illarum vel commemorationẽ valeat sustinere. Porrò sicut qui ex acutissimo cõualuit morbo, dum iucunda perfruitur valetudine, medico adstanti gratissima cõmemoratione enarrat, quos ægritudine sua pertulerit dolores, quos febriũ æstus, quã sitim, quãvè inquietudinẽ: Ex istiusmodi n. tristiũ memoria duo simul colligit bona. Alterum, quòd suauiorem sibi reddit sanitatem, cuius præstantia (iuxta prouerbium illud, contraria iuxta se posita magis elucescunt) ex prædictorum cõparatione melius sibi redditur explorata; Alterum vero, quod efficacius ex præcedentis morbi difficultate, periculo, ac grauitate accuratissimũ præsentis medici extollit studium, & curam eiusdem diligentissimam: multoque magis hac ratione sese illi deuinctum ostẽdit. In eundem modum, & Anima Christi sponsa quamuis dum dilectissimi sponsi destituta esset præsentia, dum ab illo distracta esset, grauissimas, quas perferebat, nec nominare posset molestias;

Simile.

DE ANIMA.

Sponso tamen adstanti, suaque iucũdissima præsentia eas omnes propulsanti, in memoriam illas reuocaturam, ac enarraturam se, pollicetur: idque tum vt maiores illi rependat grates, cuius ope à tantis eruta sit molestijs, & ex cuius congressu tantis cumulata sit gaudijs; eaque ratione illum magis sibi reddat benignum, arctiorique quodammodo sibi deuinciat vinculo: Tum vt iucũdiorem eam sibi reddat exultationem, suauioresque illas delitias, quas ex sponsi præsentia percipiet, & quibus in prædulci illo perfruetur congressu, sicque magis ac magis terrenas, atque sensibiles despiciat voluptates, quæ animum à Deo auertunt, & à rectitudine. Ac propterea statim, ac dixit, *Commentabimur, & in memoriam reuocabimus* molestias, &c. subintulit: *vbera*, seu *amores tui super vinum*: scilicet sunt meliores, atque suauiores. Quomodo autem per *vbera Dei*, illius designentur cõsolationes; ac per *vinum* delitiæ exprimantur terrenę, ac sensibiles: & qua nã ratione istiusmodi metaphoricis nominibus vberum, ac vini multiplex significetur excellentia celestium consolationum super sensibiles voluptates, longius explicatum videre est supra in expositione tertia verborum illorum primi versus, *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Quare, ne acta agamus, vnicam tantum hoc loco consolationum spiritualium attingam prestantiam, quã ijsdem metaphoricis nominibus innuisse videtur sponsa, nempè quòd per illas coniungimur Deo, ac per consequens semper magis ac magis in virtute, & in vita spirituali augemur, crescentes in virũ perfectum. Quemadmodum enim qui matris vbera sugit, dum eas sugit, ipsi coniunctus est matri, atque per id, quòd ex ijs sugit, nõ modo nutritur, sed & augetur: & qualis fuerit nutrix, talis frequẽtius euadit & infantulus: sanus, si illa sana, & infirmus si illa aliquo langueat morbo: Eodem pacto & qui vbera Dei sugit per spiritualium voluptatũ susceptionem, Deo, vt dictum est secundum consuetum, & ordinarium vsum, censetur coniũctus, ac per huiusmodi lac non enutritur solum, sed & quotidie crescit in vita spirituali. Et quia Deus est vsquequaque perfectus, vniuersis exornatus virtutibus, omnique prędítus rectitudine; is quoque, qui pie eius vbera sugit, perfectus, ac rectus euadat, necesse est. Idcirco sponsa quò magis in diuinis hisce exultet consolationibus, quòve magis ad eas afficiantur animę vniuersę: postquam dixit, *cõmentabimur* &c. subdit, *Vbera tua*, seu *amores tui*, idest consolationes, quę ex amoribus tuis tãquam ex tuis vberibus suguntur, *super vinum* sunt meliores, *Rectitudines diligunt te.* Ac si dicat,

Consolationibus spiritualib. coniungimur Deo: & crescimus in vita spirituali.

Simile.

Plut. opusc. 1.

PARAPHRASIS.

Exultabo in te, Deus meus quia consolationes tuæ terrenis vniuersis excellunt delitijs: nã quemadmodum vinum, cum terrena res sit, atque luxuriosa, quoscumque sibi adhæserint, illiusque delectati fuerint epotatione, terrenos reddit, luxuriosos, ac improbos, iuxta illud Sapientis: a *Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas, quicumque his delectatur, non erit sapiens,* immo erit insipiens, atque prauus. Quia, b *qui amat vinum, & pinguia* (vt ab eodem dicitur Sapiente) *non ditabitur,* virtute nimirum, sapientia, ac rectitudine, sed maximam sibi conciliabit prauitatis contumeliam: *qui* enim c *suauis est in vini demorationibus,* idest qui delectatur immorari in potatione vini, *in suis munitionibus,* & habitaculis *relinquet contumeliam,* ac ignominiam.

Simile.

Voluptates terrenæ reddunt homines terrenos, ac prauos.

a Prouer. 20.1.

b Prouer. 21.17.

c Prouer. 12.11.

Ita & voluptates sęculi, cum terrenæ sint, atque prauæ, terrenos quoque, ac prauos quoscumque sibi

DE ANIMA.

sibi adhæserint, reddunt. [d] Qui enim *adhæret meretrici, vnum corpus cum illa efficitur*, & improbus æque, ac illa est redditur. Has ergo iure optimo detestabor, ait sponsa, ad tuas illas cœlestes conuersa delicias, eas quasi ex tuis sugẽs vberibus: Sic enim tecum vniar, & [e] *Mihi adhærere Deo bonum* erit, quoniam qui tibi *adhæret*, Deus meus, non iam amplius terrenus, animalis, atque carnalis, sed *vnus spiritus* tecum *est*. Et, cum rectitudines te semper & diligant, & dilexerint: cum virtutes omnes te exornent: cum gratiæ vniuersæ te circumstent, vtpote a quo rectitudo omnis, omnis virtus, & gratia pendet vniuersa; ipsa quoque & recta reddar, virtutibus exornata, tuisque affluens gratijs.

d 1. Cor. 6. 16.

e Psal. 72. 28

A

Et hæc de secundi sensus applicatione iuxta litteræ sonum.

B

Posset tamen eadem lectio alio pacto ad eandẽ aptari Animam: vt per verbum illud, *commentabimur*, sic absolutè positum ipsa significet, se, cum in varia cõtemplationis cellaria a suo introducta fuerit Rege, Apostoli obtemperaturam consilio, quo suadet, vt [f] semper gaudeamus, sine intermissione oremus, atque in omnibus, & per omnia gratias agamus.

Alter eiusdem sensus applicatio.

f 1. Thess. 5. 16.

Sic enim & ipsa *Exultabimus*, inquit, & *lætabimur in te; Commentabimur, atque in memoriam reducemus*, quæcunque scilicet in nos a te collata sunt beneficia.

Hanc regulam tradere & ij solent, qui de oratione, & meditatione libros scripserunt; vt cum quis ad contemplationis studium accesserit, prius meditationi insistat, per quam Dei gustans dulcedinem, tota in illo exultet; tum enarrans diuina beneficia, per gratiarum actiones illi grates rependat, a quo tanta suscepit bona.

Contemplationis studio indulgens, quid seruare debeat.

C

Sicut per Prophetam factum apparet, quando dixit. [g] *Lætabor & exultabo in te* (per meditationẽ nimirum;) tum per gratiarum actionem *psallã nomini tuo Altissime*; ob id ergo Anima, quæ ad cõtemplationis admissa cellaria in huiuscemodi studio optime erudita est, postquã dixit, *Exultabimus, & lætabimur in te*, subdit. *commentabimur*; ac per subsequentia verba; *vbera tua*, seu amores tui *super vinum*, subindicat quid commentatura, ac enarratura sit sponso adstanti, nempe ea, quæ ex vberib. misericordiæ eius sibi propinata sunt beneficia; cum nec quidquam Deo gratius, nec quidquã sibimet vtilius commemorari posse, cognoscat.

g Psal. 9. 3

D

Porro quòd hac beneficiorum memoria, ac cõmentatione Deus præ omnibus vel sacrificijs, vel laudibus oblectetur; ex eo perspicuum fiet vnicuique, quòd statim, ac præcipuum aliquod beneficium præstitit populo suo, præcepit, vt in exhibiti beneficij memoriam festum celebrarẽt, quo in ijs diebus, ab vniuersis vacantes operibus, in illud vnum suum collocarent studium, vt tantum, quod accepissent beneficium, in memoriam reducerent, de illo commentarentur; sibique id largienti, gratias agerent; & præcipuas pro gratiarum actione offerrent oblationes.

Beneficiorũ suorũ commemoratione, quã maxime delectat Deus.

E

Quòd verò nil nobis hac ipsa diuinorum beneficiorum memoria, & commemoratione reperiri queat vtilius, ex ipso talium beneficiorum nomine, quo hic ab sponsa appellantur, cuique fit persuasum: nuncupantur namque *amores Dei*, quasi ea hoc præ omnibus sibi vendicent rebus, vt eum, in quo vniuersa sita est vita nostra spiritualis, in nobis diuinum accendant amorem. Certissimum enim est, amorem nullam efficaciorem habere causam quàm mutuum amorem: propriumque est ipsius amoris in genere, ac præsertim amoris diuini, vt alium suscitet amorem, idque per beneficia: nõ secus, ac ignis proprium est, vt per prunas aliũ accendat ignem. Vnde Apostolus. [h] *Si esurierit*, inquit, *inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius*: Ac si dicat: ijs beneficijs quasi quibusdam ardentibus prunis illum vel inuitum ad amorem accendes.

Beneficiorũ diuinorum memoria, quam vtilis.

Beneficia tua significantur nomine amorio.

Neque suo caret mysterio, quòd dum beneficia diuina amorum nomine exprimenda erant, nõ simplici, ac quacumque amoris appellatione, sed voce æquiuoca vsa sit sponsa, quæ & amores ipsos significaret, & vbera; vt enim ex vberum significatione pateret vnicuique, qua ratione humanis diuina præferenda essent beneficia: vtque omnes intelligerent, quam suauior esset diuinorum beneficiorum commemoratio quacũque delectabili re terrena, istiusmodi vtens voce, postquam dixit, *Commentabimur*, &c. subijcit *Amores tui*, seu *vbera tua super vinum*. Siquidem beneficia Dei sunt instar vberum; nam quemadmodum vbera lactantiũ semper habent lactis fluenta, quæ proferant; quare cũ semel fuerint expressa, adhuc habẽt, quod de fonte materni pectoris exhibeant sugentibus; eodem modo & beneficia ipsa diuina perpetua sunt, quãtoque ex ijs plura suscipiuntur, tanto quotidie potiora donantur; tantoque ex ipso dominici pectoris fonte, ex ipsa Dei benignitate propinantur maiora.

Simile.

h Rom. 12. 20.

Beneficia diuina ob ipsorum copiam dicũtur vbera Dei.

Simile.

Qua in re iure optimo terrenis omnibus præferenda sunt beneficijs, quæ, cum a terrenis hominibus, non secus, ac vinum è terra, proueniãt, & pauca sunt, & breuia, eaque vt plurimum damnosa.

Beneficia terrena sũt exigua, breuia, atque damnosa.

Veluti vinum ex botro expressum, cuius post primam expressionem, quæ facta sit in torculari, ne stilla quidẽ ex eodem exprimi potest botro; quin illud ipsum, quod expressum est, plus sæpius detrimenti potatum affert, quàm vtilitatis.

Simile.

Simile.

Valde autem ad propositum subiecit spõsa. *Rectitudines dilexerunt te*; per hæc quippe verba id præclarè intendit, quod in primis sibi proposuit, vt asereret, ac certissima sentẽtia definiret, vbera Dei, diuinaque beneficia multò magis æstimanda esse, quàm vinum humanorum beneficiorum; nimirũ ob summam, quam præstant rectitudinem, & ingentes, quos conferunt ad virtutem stimulos: cum enim Deum vniuersæ circumstẽt rectitudines, virtutes omnes, omnesque gratię, profectò quicquid ab ipso profluit, rectissimum id sit, necesse est: rectissimum autem cum sit, nullatenus prauitatẽ potest conferre; sed rectitudinem summam, summasque gratias conferi, ac omnes virtutes: Cum è contrario vinum vitiorum omnium fomes sit quidã, vt alias probatum est.

Beneficia Dei conferũt ad virtutem.

Quod dictum in superiori est sensu de diuinorum beneficiorum commemoratione, & gratiarũ actione; idem & iuxta tertium sensum ab eadem Anima dicitur, sed clarius, & absque vlla comparatione: Ait enim.

III. SENSVS.

Introducta à te Rege, ac Domino meo, & admissa in cellaria tua, *Exultabimus, & lætabimur in te* Deus meus, commentantes, atque in memoriam reuocantes beneficia immensa, quæ per tuã in nos collata sunt dilectionem, sicque ab istiusmodi incentiuis amoris erga nos tui, nos quoque ingenti cum suauitate, ac gaudio ad te mutuo redamandũ accẽdemur; Tanta est quippe amoris tui dulcedo, tantumque in te diligendo inest suauitatis, vt omnes animæ piæ te multo magis quàm vinum, ac vniuersa terrena (quæ vt delectationem afferentia vini nomine significata sunt) & diligant, & dilexerint

PARAPHRASIS.

DE ANIMA.

rint semper, idque recti, hoc est nobis, idest amore recto, sincero, & absque vlla prauitate: vel rectitudinibus, idest propter eximiam rectitudinem, quam in te consistere sciunt, dum se absque vllo tuo commodo, vel vtilitate à te dilectas, beneficijsque cumulatas intelligunt.

Circa hunc autem sensum duo sunt, quæ examinanda videntur. Primum est: quare amorum nomine designata sint diuina beneficia. Alterum verò est, cur Sanctorum dilectio, qua Deum prosequuntur, cum ea comparetur dilectione, qua diligitur vinum, cur ve eidem præferatur, cum dicitur: *Super vinum dilexerunt te rectitudinibus.*

Beneficia diuina cur amorũ nomine appellentur.

Ac pro eo, quod primo loco examinãdum proponitur. Sciendum est, vniuersa quidem beneficia, siue ea collata sint à Deo, siue ab hominibus, aut alijs creaturis (si beneficia sint dicenda ea commoda, quæ ab irrationalibus percipiũtur) amoris, siue amorum nomine nuncupari posse, prout & supra quoque tactum à nobis est: tum quia ea sunt extrinsecæ quædam exhibitiones eius, qui intrinsecus ardet, amoris; tum quia præ cæteris vniuersis amorem sibi conciliant; proprius tamen, ac peculiari quadam ratione diuinis id competere beneficijs. Si quidem, vt colligitur ex doctrina Sãcti Thomæ.

S. Thom. 2.2. q. 117. ar. 6. i cor. & ad primum.

Inter humana, atque diuina beneficia id communiter assignari potest discriminis, quòd cũ humana, vt plurimum non tam ex amore, quàm ex liberalitatis fonte proueniant: diuina propriè ex amore semper exoriuntur. Porrò liberalis homo, quia à liberalitate, quæ moderatur concupiscentiam terrenorum bonorum, ad ea largienda mouetur, quæ parui facit: eadem ratione sua illa largitur & ei, quem diligit, & ei, quem nullo amore prosequitur. At Deus, cum haud exinde ad beneficia conferenda moueatur, quòd aliquo pacto afficiatur ad sua, quod ve sua pro nihilo habeat; ex amore impellitur ad id potius, & ex charitate duntaxat, quæ in eius ardet pectore: ideoque illos solummodo suis afficit beneficijs, quos sua dilectione dilexerit.

Beneficia diuina propriè ex amore proueniunt.

Atque hinc quoque factum crediderim, vt eadem diuina eius beneficia, iuxta alteram Hebraicæ vocis significationem, vberum nomine expressa hic sint à sponsa, quod ea in illos à Domino cõferantur, quos ipse veluti filios prosequatur amore non secus ac vbera filijs à matre ex naturali porrigi solent dilectione.

Simile.

Vnde eximium colligere licet immensæ charitatis Dei argumentum, quod vniuersos homines paterno diligat amore, omnesque instar filiorum habeat, cum [i] *pluat, Solemque suum oriri faciat super bonos, & malos,* cumque singulis sufficiẽtia largiatur auxilia, quibus si ij voluerint, salutẽ queãt; id quippe in primis is optat, vt omnes salui fiant.

Charitas Dei in homines quãta sit.

i Mat. 5. 45

Quoad alteram quæstionem; supposito, quod sæpius dictum est in superioribus, sub vini metaphora terrena ea signari, quæ delectationem hominibus afferunt:

Charitatis in Deũ excellentia super dilectionem rerum terrenarum.

Ex duabus moralis philosophiæ regulis duplicem colligere licet excellentiam dilectionis erga Deum super dilectionem erga terrena.

Prima regula est, quòd, vt ait Philosophus, tres sunt species amicitiæ, nempe delectabilis, vtilis, ac honestę. Sic cum quidpiam diligimus, vel propter vnum illorum, vel propter duo simul, vel propter omnia tria in vnam rem conuenientia illud diligamus, necesse est. Et quanto plura ex his nos ad aliquid amandum impellunt, tanto talis dilectio perfectior censenda est.

Arist. lib. 8 ethic. 3.

Amicitiæ species tres.

g Eth c. 2. 3. & 11.

Altera regula est, quod iuxta eundem Philosophum, non quilibet amor habet rationem amicitiæ, sed is duntaxat, qui est cum beneuolẽtia, quo ita quempiam diligimus, vt illi velimus bonum: nam si haud ijs, quæ diligimus, sed nobis ipsis bonum velimus, profecto is amor haudquaquam amor amicitiæ, sed amor concupiscentiæ dicendus est.

Amor amicitiæ quis.

Ex hac secunda regula colligitur prima excellẽtia charitatis in Deum præ terrenarum rerum dilectione: nam terrena omnia concupiscentiæ amore diligimus, quatenus ad hoc tantum ea diligimus, vt quoupiam ex illis bonum nobis prospiciamus.

At Deum non modo amore concupiscentiæ atque ob nostrum commodum, verum etiam amore amicitiæ diligimus, in bonum nimirum ipsius, in mutuæ ipsius beneuolentiæ compensatione, quãdo rectè illum diligimus: propter hanc charitatis præstantiam benè à sponsa hoc loco dictum est, *Super vinum dilexerunt te:* scilicet puellæ, ac animę puræ: eamque confirmat verbo illo, quod subijcit: *rectitudinibus,* idest amore recto, sincero, & absq; vlla prauitate: ac si dicat, in eo illas diligere Deũ super vinum, quod non eum diligunt amore prauo, & imperfecto, quo diligi solet vinum, ac similia; sed amore recto, atque perfecto, quo ita sibi bonũ volunt, vt tamen, prout recta postulat ratio, Deo quoque id velint, illius intendentes gloriam.

Charitate diligimus Deum amore amicitię.

Confirmaturque id ex altera quoque eiusdem charitatis excellentia, quæ ex prima regula colligitur. Nam vini quidem dilectio valde imperfecta est, & praua, quoniam diligitur, vt plurimum tantummodo propter delectationem, & voluptatem, quæ ex ipso percipitur, quatenus delectabile est; & licet nonnunquam diligatur propter vtilitates, quę ex illo proueniunt, quatenus vtile est, haud tamen vnquam propter honestatem quis ipsum amauit: tantum abest, vt honestũ quid sit, vt potius sit peculiare honestatis contrarium; vnde apud Romanos quorum studium in honesto diligendo permaximè situm erat, moris id fuisse legimus, vt mulieres, quas honesti studiosissimas optabant, à vino penitus abstinerent: atque etiã in scriptura Sacra [h] Nazaræis, quos honestatis, ac sanctitatis studiosos præ cęteris sibi eligebat Dominus, vini prohibetur vsus, vtpote [l] *in quo,* vt inquit Apostolus, *est luxuria,* omnisque luxus, excitans passiones concupiscibilis, ac irascibilis. Quod autem de vini dicimus dilectione, id ipsum & de nimia cuiuscumque rei terrenæ, quæ per illud designatur, dictum intellige. At vero charitas, qua Deus diligitur, est vsquequaque perfecta; quando quidem non solum ortum habet ex delectatione, quam ille, qui est summum omnium delectabile, exhibeat; vel ex vtilitatibus innumeris, quibus ipse nos cumulat, a quo est omne bonum & omne donum perfectum; sed etiam, idque in primis ex immensa honestate, bonitate, ac rectitudine, quam in ipso, qui est summum bonum, intelligimus. hanc ergo istius charitatis excellentiam egregiè à sponsa indicatam habemus, dum ait. *Super vinum dilexerunt te,* scilicet puellæ *rectitudinibus,* scilicet tuis: æque enim est, ac si dixisset,

Charitate diligimus Deũ ob eius honestatẽ, & rectitudinem magis, quàm ob delectationem & vtilitatem.

h Num. 6. 3

l Eph. 5. 18

PARAPHRASIS.

Animæ sanctæ diligunt te multo perfectius, q̃ à terrenis hominibus diligantur terrena: quoniam diligunt te propter rectitudines tuas: ex eo quod in te rectitudinem omnem, omnemque honestatem, ac bonitatem sitam esse, animaduertunt.

IIII. SENSVS.

Iuxta quartum sensum, qui est lectionis Hebraicæ, dum sic vertitur: *Olfaciemus amores tuos super vinum*

vinum, quod recta vadit, dilexerunt te, scilicet puellę A anima sancta, quæ se a Domino aliquando introducendam in illius cellaria, & in æterna tabernacula, firmissima asseruit fide, agnoscens, felicitatē vniuersam illius patriæ in eo sitam, vt Deus conspiciatur, ac perfectissima charitate diligatur: subdit, *exultabimus, & lætabimur in te:* Cum autem tantæ dulcedinis se in hac vita compotem esse non posse, animaduertat, quia immensam, atque infinitam Dei charitatem intellectu cōprehendere nequeat; inquit, se omnino illius suauitatis aliquo pacto participem velle fieri: velleque in ipso etiā in hac vita omnem suam constituere exultationē; dicens, *olfaciemus amores tuos:* Ac si dicat.

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

Quia te facie ad faciem intueri non possumus; B quia immensam charitatis tuæ dulcedinem gustare nequimus. In creaturis saltem, quasi odoratu quodam tuos percipiemus amores. m *Delectasti enim nos Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum* exultabimus, vel minimo tuæ dilectionis odore.

m Ps. 91.5

In creaturis singulis agnoscimus fragrantiā diuinæ in nos charitatis.

Bene autē inquit, *Olfaciemus amores tuos;* quia quemadmodum qui aliquam rem diligit suauem, ac beneolentem, quacumque in compositione res illa fuerit permixta, licet eam minime intueatur; licet eius odor simpliciter ex illa compositione minime reddatur; acuto tamen, ac perspicaci odoratu suo animaduertit, illic ibi esse, vbi non apparet:

Simile.

C Eodē modo & quæ Deum diligit Anima, tametsi illum claro intuitu cernere nequeat; in creaturis tamen vniuersis, quæ illius bonitatis participes sunt, intellectu suo illum cognoscit, & quasi odoratu quodam fragrantiam percipit amoris eius. n *Etenim* (vt dicitur in libro Sapientiæ) cum in operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent, quoniam bona sunt, quæ videntur.

n Sap. 13.7

Quid est namque persuasum habere, quoniā bona sunt? nisi bonitatis diuinę in illis agnoscere participationem? nisi amoris diuini fragrātiam in eis olfacere? Quid mirum autem, si fideles omnes, qui hoc pacto tantos olfecerint amores, Deum ipsum adeò diligant, vt de eis dicatur, *Super vinum præstātissimum dilexerunt te, &c.*

V. SENSVS.

D Iuxta quintū sensum: Anima, quæ supra à Christo Crucifixo, tribulatorumque Rege in Sacra vulnerum ipsius cellaria introductam se aliquando, atque etiam introducendam prædixit, significauit quid in huiusmodi cellarijs factura esset, dicens; *Exultabimus, & lætabimur in te:* Modo exponit, quem fructum ex ea introductione, & gaudio prolatura sit, inquiens: *Diligemus vbera tua super vinū;* affertque rationem, subdens: *Rectitudo dilexit te.* Ac si diceret.

PARAPHRASIS.

In ipsis vulnerum tuorum cellarijs pretiosissima inuenientes doctrinæ tuæ cibaria; nedum exultabimus in te; sed & diligemus eam, quam ibi ex vberum tuorum fonte suxerimus doctrinam, multò magis quàm vinum doctrinæ, atque scientiæ mundanę: Tua enim doctrina illa nec errorem, nec prauitatem admittere potest, quoniam rectitudo, & virtus ipsa ita te dilexit, vt a primo instanti conceptionis tuæ vnita tecum fuerit.

E Circa hæc autem, quæ à sponsa dicuntur, pręter missis ijs, quæ de excellentia doctrinæ Christi, ac scientiæ Dei, super humanam, mundanamve scientiam, longius in expositione secunda verborum illorum, o *Quia meliora sunt vbera tua vino,* pertractata sunt: Duo tantum hoc loco examinanda videntur. Primum, Quid sit diligere Christi crucifixi doctrinam: Alterum verò. Qua ratione de Christo propriè dicatur. *Rectitudo dilexit te.*

o Cāt. 1.1

DE ANIMA.

Quo ad Primum: Animaduertendum est, vnam quamque doctrinam duobus modis à quopiā cōplecti posse, vel intellectu tantum, vel intellectu, & voluntate: Qui intellectu tantum doctrinam aliquam suscipit, apprehendit quidem illius veritatem cognitione, eidemque cognitioni intellectus sui præbet assensum, vtpote quæ in se contineat veritatem, ipsius intellectus obiectum; haud tamen pari ratione apprehendit illam ipsam & voluntate. Nam tantùm abest, vt qui hac præditi sunt cognitione, velint & factis implere, quod verum agnoscunt, vt illud potius frequenter, quod falsitatem, & errorem in se contineat, sibi eligant prosequendum: Sic complures fidelium intellectu Christi doctrinam admittentes; voluntate tamē doctrinam mundi eligunt, quam diligant, quamve suis comprobent operibus. Atque his rectè verba illa Saluatoris nostri optimè congruunt; p *Dilexerūt magis tenebras, quam lucem:* nam etsi clarissimo intellectus intuitu veritatis lucem in Christi agnoscant doctrina: dilexerunt tamen, ac volūtate præelegerunt prosequi mundi doctrinam, in qua tenebras, errorem, ac falsitatem esse, intelligunt: diligentes vinum tā falsæ doctrinæ super vbera Christi. At verò Animæ Sanctæ, mundi tenebras omnino abhorrentes, Christi tantum crucifixi complectuntur doctrinam, dicentes cum Apostolo: q *Nec arbitratus sum, me scire aliquid, nisi Christum, & hunc crucifixum;* huic autem haud solo intellectu assentiunt, vel verbis tantummodo prædicant illā veram; sed & voluntate ipsam executioni mandandam eligunt, hoc quippe est, diligere eam: Vnde vna quædam illarum in psalmis dicebat: r *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis: Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis:* Ac si diceret; prius mandata tua, ac doctrinam tuam meditatione considerauí, menteque ac intellectu meo illa vt verissima complexa sum; tum in illis vniuersis summam cognoscens veritatem, ac probitatem, & rectitudinē, eadem & dilexi, & mea prosecuta sum voluntate: Si quidē ea diligens, opere adimplere conata sum: Leuaui enim manus meas ad illa, vt in ipsis me exercerem. In hunc igitur modum,

Doctrinam aliquā diuersimode cōplecti possumus, intellectu, & voluntate.

p Io. 3.19

Doctrina Christi, quo modo, & a quibus diligatur.

q 1. Cor. 2.2.

r Ps. 118.47

PARAPHRASIS.

Diligemus, ait sponsa ad Christum in cruce pendentem, diligemus doctrinæ tuæ vbera super vinū doctrinæ sæculi; mundanorumque præceptorum vino præferemus præcepta tua, haud fide tantum ea vera fatentes, sed & opere implentes, vt bona.

Quo ad Secundum; Quamuis, vniuersi, qui recta ratione dicuntur, rectitudinem diligant, & virtutem: nihilominus haudquaquam de vlla creatura pura simpliciter affirmandum, quòd rectitudo, ac virtus dilexerit eam modo illo singulari, quo dilexit Christum; loquimur autem non de prima rectitudine tantum, quæ est Deus ipse, sed & de rectitudine, & virtute generica, quæ Deo competit, & creaturæ, cui dilectio tribuitur per prosopopeiam. Porrò vnum dumtaxat Christum rectitudo ista dilexisse dicitur, quia is à primo suæ cōceptionis instanti vna cum gratia vnionis, quæ prima rectitudo ei vnita est hypostaticè, & gratiam vnitam sibi habuit sanctificantem, ita vt nedum per primam illam rectitudinem, & per gratiam vnionis illius: verum etiam per plenitudinem gratiæ habitualis, qua sanctificatus, omnique virtute, ac rectitudine est cumulatus, dictus sit rectus, ac Sāctus, & rectitudini inseparabiliter vnitus, siue singulari ratione ab ipsa rectitudine dilectus; hoc quippe dilectionis est proprium, vt quantò maior ea extiterit,

Virtus, & rectitudo, quaratione dilexisse dicātur Christū peculiari modo.

DE ANIMA.

terit, tanto arctiori vnione diligentem deuinciat cum re dilecta: atque adeò haud incongruè dici potest, quod Christo sponso à pia anima dicitur; *Rectitudo dilexit te*, tãtumdem esse, ac si diceretur; Rectitudo ĩseparabiliter tibi vnita est. Quod multò proprius ei vni competeret, & soli, si id de prima quoque rectitudine, & Deitate intelligamus, quã perfectissimo modo vnione (vt dictum est) hypostatica cum eius humanitate vnitam fatemur.

VI. SENSVS.

Iuxta Sextum sensum, Christi sponsa explicat hoc loco, in quonam sita sit exultatio illa, de qua prædixerat; *Exultabimus, & lætabimur in te*, nẽpe in dilectione Dei sui super omnia: Tum affert, seu potius subindicat, quem ex huiusmodi dilectione consecutura sit fructum, subijciens, *Diligemus vbera tua super vinum.*

Circa quæ verba primo notandum, per *vbera* hic significari amores, prout supra metonymicè accipi posse, probatum est: per *vinum* verò terrena illa omnia, quæ in præsenti vita diliguntur, vt delectabilia. Benè autem delectabilia omnia præter Deum, vino sunt designata: Nam, cum sponsæ intentio ea sit, vt explicet, in Dei dilectione futuram vniuersam exultationem, ac delectationem suam, qua ipsum præ omnibus delectabilibus dilectura sit, tamquam omnium maximè delectabile: congruentissimè cetera vniuersa, quæ vt delectabilia diligi solent, vini designauit metaphora, cui tanquam proprium adscriptum recolat, quod [f] *lætificet cor hominis*. Dei vero amorem vberum nomine expressit, tum quia de diuino amore hic loquetur potissimum, vt summam affert dulcedinem, & ex vberibus lactis defluit dulcedo; tum quia optime sciret, Amorem in Deo, vt bene inquit Bonauentura ex Bernardo, esse potius effectum, quam affectum, quod plurima ei, quem dilexerit, conferat beneficia, non secus, ac vbera plurimum lactis exhibent sugentibus.

f Ps. 103.15

Amor Dei cur explicatur vocabulo vberum.

In c. 4. Euang. Ioannis.

Secundo notandum, quod congruè in dilectione Dei suam anima sancta constituat exultationẽ vniuersam. Etenim exploratum illi erat, exultationem, ac delectationem perfectam in Dei tantum fruitione reperiri: fruitionem autem Dei in eo sitã existimauit, quòd inhæreret Deo per amorem; iuxta illud Aug. lib. 1. de doctr. Christ. cap. 4. Frui est, amore inhærere alicui propter se. Porro huiusmodi Dei fruitionem haud in simplici constituit eius dilectione: Sed in dilectione Dei super oĩa; quia haudquaquam exultare, lætitiaque perfrui potest anima, quæ fuerit in diuersa distracta: neque Deũ ita quis diligere potest, vt in illo exultet, eiusque fruatur præsentia, qui cetera vniuersa è suo nõ expulerit corde: vt illum solum amatorem admittat qui solus ipsum sua impleat præsentia.

Gaudiũ perfectũ est in dilectione Dei super omnia.

Tertio ponderandum, cur dictum sit, *Diligemus Amores tuos*, cum simplicius dici potuisset: *diligemus te*. Vt breuiter dicam, quod sentio, per hãc loquendi formam id sponsam significasse, crediderim, quod sæpius & dictum, & dicendum est, dilectionem nostram in Deum vniuersam, ex diuino illius erga nos amore, qui præcessit, ortum habere: iuxta illud: [t] *Non quod nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos*. Cum enim vniuersi, qui diligunt, in eo, quem diligunt, quoquo modo cõmorentur: Deus quoque nos diligens, suo modo est in nobis, nostrumque inhabitat cor: illum vero in nobis sentientes dilectione accendimur in eum, eiq; nisi valde ingrati esse velimus, mutuũ exhibemus amorem: diligentesque eius amorem, ipsum mutua dilectione prosequimur, nosque illi tradimus, quem prius nobis se exhibuisse, animaduertimus,

Charitas nostra ortũ hêt a charitate Dei.

t 1. Io. 4. 20

DE B. MARIA

iuxta illud ipsiusmet sponsæ, [u] *Dilectus meus mihi, & ego illi*.

u Cãt. 2. 16

PARAPHRASIS.

Egregium vero ex huiusmodi dilectione Dei fructum sese consecuturam præter exultationem indicat sponsa, cum subdit: *Recti sunt, qui diligũt te*: nempe rectitudinem ipsam, ac perfectionem. Ac si dicat.

Cum autem te super omnia dilexero, recta, atq; perfecta ero. Recti namque sunt ij omnes, qui diligunt te. Quod quidem verissimum esse, ex eo facile colligitur, quod charitas est regula vitæ perfectæ, quàm Apostolus sub alia metaphora, [x] *Vinculum perfectionis* appellat. Porro quemadmodum id omne, quod ad regulam factum sit, rectum absq; vlla dubitatione asserimus: ita quoque vita, quæ ad charitatis regulam ducta fuerit, rectam affirmemus, necesse est.

Rectus quis dicãdus sit.

Charitas est regula vitæ spiritualis.

x Coloss. 3. 14.

Simile.

Ex Vers. IV. Memores vberum tuorum super vinum: Recti diligunt te.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

Gloriari quidem potuisset Beata Virgo de generis nobilitate, quam ex magna trahebat serie, tum Regum, tum Sacerdotum; nam etsi voluisset gloriari, non fuisset insipiens, sicut insipientes plures sunt hominum, qui in terrenis hisce gloriãtur, exultantque, ac maxime delectantur in memoria, & commemoratione illustrium progenitorũ suorum: exultare multo magis eidem licuisset Virgini memoria eximiarum, quibus decorata esset, gratiarum, illiusque præsertim, quam iamiam exposuit, introductionis in cellaria sponsi. Nihilominus, cum sibi exultandum, ac gloriandũ fuit, haudquaquam in istiusmodi exultauit gloriatione, sed sciens, eum, [a] *Qui gloriatur, in Domino tantum gloriari* oportere, exultationem, ac gloriam suam vniuersam in Deo constituit: pro se autem ad instar Apostoli [b] gloriantis in infirmitatibus suis: in ipsa humilitate, & exiguitate sua gloriata est, vnde & ait: *exultabimus, & lætabimur in te: Memores vberum tuorum super vinum*. Quo loco vini nomine mundi intelligit gloriam, prout etiam in Apocalypsi idipsum vsurpatum inuenimus, vbi dicuntur [c] *Reges* multi *inebriati, qui habitant terram, de vino prostitutionis meretricis* illius *magnæ quæ sedet super aquas multas*, superbiæ nimirum, ac vanægloriæ, quæ solium suum super transeuntes aquas constituisse dicitur; quia multo velocius transeat, quàm ipsæ transeunt aquæ, iugiter fluentes.

Maria gloriatur tantum in Domino, & in humilitate sua.

a 1. Cor. 1. 31.

b 2. Cor. 12. 5.

Mundi gloria cur explicata sub metaphora vini.

c Apo. 17. 2.

Bene autem huiusmodi sæculi gloria, vini est expressa metaphora, quandoquidem instar vini, ac multo magis, quàm vinum homines inebriet, sicque in superbiam eos eleuet, vt quicquid ab ijs perpeti solet, qui vino ebrij sint, contingat pariter & illis.

Adde quòd sicut vinum illico euanescit ad aerem, inaneque redditum virtutem omnem amittit, tametsi potentissimum illud sit, ni bene obtũratum seruetur in vase: Eodem modo & ea, quæ gloriam nobis conciliant, nisi operta a nobis seruentur, & in abdito clausa, illico redduntur inania, vacuosve nos reddunt virtutis omnis. Quod ne sibi contingeret Beatissima Virgo, illud omne, de quo exultare, & gloriari poterat, summo claudens silentio

Simile.

DE B. MARIA PARAPHRASIS

tio; *Memores inquit vberum tuorum ſuper vinum;* ac ſi dicat.

Exultabo in te, Deus meus, memoria verſans nõ ea, quæ mundi gloriam afferrent: non virtutes: nõ aliud quidpiam; ſed tantummodo humilitatem meam, propter quam mihi tanquam paruulæ exhibuiſti vbera tua, vt exinde tantas ſugerem gratias, vtve te quoque gratiarum omnium fontem, meũ traxerim in ventrem. Atque hoc illud eſt, quod ipſamet clariſſimis aſſeruit verbis, cum apud Eliſabeth caneret; [d] *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* vide autem quã clare explicat, quòd exultauit. Memor exiſtẽs vberum ipſius Dei ſuper vinum; ſubdit enim, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ:* quid tum? *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes;* Tantum abeſt vt quiſpiam miretur, me in te exultare, atq; in humilitate mea; tuiſque in vberibus gloriari, vt Recti omnes, & vniuerſi, qui à recta ratione ducuntur, cũ diligant te, in me quoque glorificaturi te ſint, cum me beatificabunt humillimam.

d Luc. 1. 47.

Ex Verſ. IV. Memores vberum tuorum ſuper vinum: Rectè diligunt te.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica, Et delectabimur, & exultabimus, & recordabimur eorum: & diligemus Deitatem tuam, & recedemus ab Idolis populorũ, & omnes iuſti, qui faciunt, quod rectum eſt corã te, timebunt te, & diligent præcepta tua.

Quamuis Antiquiores Patrum, qui verſionẽ Septuag. interpretati ſunt, in eo conueniant omnes, quòd totam hanc ſententiam adoleſcentulis ijs tribuunt, quibus tribuerunt & verba præcedẽtia; *Exultemus, & lætemur in te:* diſcrepant tamẽ inter ſe in hoc ipſo tripliciter.

Quidam enim arbitrantur, ab adoleſcentulis totam ſententiam ipſam dictam ad ſponſum. Ita Origenes hom. 1. ex quatuor, & Ambroſius ſerm. 2. in pſal. 118. verſ. 1.

Orig. Ambr.

Alij è contrario exiſtimant, eam totam dictam ad ſponſam: Ita Gregorius Nyſſenus, Theodoritus, Tres Patres, & ex latinis poſterioribus Bernardus ſerm. 24. in Cant. At Origenes hom. 1. ex duabus, tertio modo, prima verba inquit, dicta ad ſpõſum, poſtrema verò, *Aequitas dilexit te:* dicta ad ſponſam.

Greg. Nyſſ. Origen.

Qui ergo ad ſponſum hæc dicta ſumit Origen. primam quidem partem, *Diligemus vbera tua ſuper vinũ:* in vtraque expoſitione ſua vno, eodemque modo ſic explicat, vt animæ, quę haud perfectę adhuc ſunt, tale quid dicere velint. Nos quidem nõdum in id perfectionis aſcendimus, vt diligamus vbera tua plus, quam vinum, vel certè vbera tua, quæ ſunt ſuper vinum; gerimus tamen ſpem, vt poſte adoleſcentulæ in id ætatis proficere, quo poſſimus non ſolum paſci, & ali ex vberibus verbi Dei; ſed & diligere alentem. Verba vero illa, *Aequitas dilexit te;* duobus explicat modis Homil. 1. ex quatuor.

Anima etiã imperfecta ſpem habere debet ſpõſum aliquando diligendi Domini.

Primo vt vox iſta ſit veluti incuſantium ſemet ipſas, quaſi quæ nondum, abiecta omni iniquitate, peruenerint ad æquitatem, vt poſſint iam diligere vinum ſuper vbera ſponſi; ſcientes, inconueniẽs eſſe, vt aliquid adhuc reſideat iniquitatis in eo, qui ad perfectionem ſpiritualis, & myſticę doctrinæ peruenerit. Ac ſi dicant: Diligemus vbera tua ſuper vinum, nec aliquid patiemur, in nobis reſidui ſit iniquitatis, cum æquitas dilexerit te, atque adeo dilectio ipſa erga te cum iniquitate nullam habere queat partem.

Cũ dilectio ne Dei eſt incõuenies vt aliquid ſit imperfectioni.

APPENDIX.

Secundo, vt per hæc ſignificetur, in Chriſto eſſe ſingulas quaſque virtutes, cum ſit ipſamet æquitas, ſicut alibi [a] dicitur ipſa iuſtitia, ipſaque pax.

In Chriſto virtutes oẽs perfectiſſimo modo.

a Eph. 2. 14.

Ambroſius ſerm. 2. in pſalm. 118. verſ. 1. totã ſententiam applicat ad eos, qui à Chriſto vocati, relicto ſæculo, illum ſequuntur, pro certo habentes, in tali itinere errari non poſſe: Obſcuris tamẽ verbis de Ioanne Apoſtolo peculiariter id explicat, dicens: Viam ſæculi cæperat currere Ioannes; ſed auditis Chriſti imperijs, (quando ſcilicet de naui eũ vocauit) deſeruit viam mũdi, ſecutus eſt Chriſtũ; probauit, quia in eo corrigit iunior viam ſuam, ſi Chriſti verba cuſtodiat, dicens. *Diligamus vbera tua ſuper vinum:* Sic tamen bibens, vt non abſorberetur uino: ſed gratia eius lætitiam cordi hauriret non corporis ebrietate titubaret. Denique bibens hoc uinum aperuit oculos ſuos, & uidit uiam rectam: reliquit tortuoſas uias, dicens: *Aequitas dilexit te:* hoc eſt, non flexuoſa itinera te ſequũtur; ſed ſolus ad te poteſt iuſtitiæ trames peruenire: qui enim diligit iuſtitiam, non ſe auertit à Chriſto: quo modo enim arbitrum iuſtitiæ, remuneratoremq; meritorum innocens metuat conſcientia?

Amb.

Ioannes Euangeliſta correxit viam ſuã ſequens Chriſtum.

b Mat. 4. 19.

Sequens Chriſtũ errare nequit.

Eccleſiæ Apoſtolorum hæc dicta accipiunt Nyſſenus, Theodoritus, atque tres Patres: Ac ſi fideles quique dicant: ſicut tu dilexiſti ubera Chriſti ſuper uinum, doctrinamque illius ſuper omnem ſapientiam ſæculi, & ſuper omne, quod delectat in mundo. Ita & nos diligemus ubera, atque doctrinam tuam, eamque tuto ſugemus, quia rectitudo, ideſt Chriſtus dilexit te.

Apoſtolorũ doctrina magnifaciẽda, quia eſt a Chriſto, qui illos dilexit.

Greg. Nyſſ. Theodor. Treſpatres

At peregregiè Gregorius Nyſſenus ad Ioannẽ dilectum Chriſti diſcipulum hæc dicta accipiẽs, ait: Verbi amauit ubera, [c] *qui ſupra pectus Domini in cæna recubuit,* & ueluti quandã ſpõgiam cor ſuũ appoſuit fonti, & ex ineffabili quadam traditione repletus Chriſti myſterijs, nobis quoque exhibet mammillam, a verbo impletam, noſque implet bonis, quæ ei a fonte ſunt indita, magna voce prædicans, quod ſemper eſt verbum: Vnde nos quoque merito illi dicemus: *diligemus vbera tua ſupra vinũ:* Propterea autem diligimus tuorum documentorũ influxũ, quia te dilexit rectitudo: [d] *hic eſt enim ille diſcipulus, quem diligebat Ieſus:* Ieſus autem eſt rectitudo, quia ipſo quicquid eſt obliquum, corrigitur, & deducitur ad rectitudinem.

Greg. Nyſſ.

Ioãnes Euãgeliſta diligens Chriſtũ ſe cor ſuũ, quaſi ſpõgia, quo excepit, primerentur diuina myſteria.

Origenes Homil. 1. ex duabus, ad ſponſam, ſiue eccleſiam, ſiue animam perfectam dictum cenſet: *Aequitas dilexit te:* ob eximias, quibus decorata eſt virtutes. Ac ſi dixiſſent. Tu es ipſa æquitas, prout & a nobis dici aliquando ſolet ad exprimendas ingentes alicuius virtutes, eſt ipſa virtus, virtutis nomen illi tribuendo.

c Io. 13. 23.

Ioãnẽ dilexit Ieſus, ſi eſt rectitudo.

Bernardus quoque ſumens hanc ipſam partem, quæ ſecundum vulgatam legitur. *Recti diligunt te:* vt ab adoleſcentulis dictam ad eandem animam, vel a bonis ſubditis ad prælatum ſanctum, inquit, hæc ab illis dicta propter quoſdam item ſubditorum, & imperfectiorum, qui non exultarent in matre, memores vberum eius; ſed ſpeciali gloriæ matris inuidentes, & captantes occaſionem murmurandi aduerſus eam, ex eo nimirum, quòd ſola in cellaria introiſſet. Propter hos itaque ait, ad eam inquiunt. *Recti diligunt te,* ac ſi dicerent. Non ſit tibi

d Io. 13. 23.

Anima perfecta dicitur virtus ipſa, ipſaq; rectitudo.

Orig. Bern.

APPENDIX.

Prælato ad uersus improbos murmurantes sufficere debet opinio bonorũ, & testimoniũ bonæ conscientiæ.

bi curæ de iniqua reprehensione blasphemarum harum: cum constet, quia recti diligunt te: Bona, inquit Bernardus bona profecto cõsolatio, cum blasphemamur a malis benefacientes, si recti diligunt nos: sufficit enim aduersus loquentium iniqua, opinio bonorum cum testimonio conscientiæ: e *In Domino enim laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur*. Quærit deinde ipse Bernardus, qui sint isti recti, de quibus hoc loco fit sermo; & ait, sicut Dominus rectus dicitur, quia non est iniquitas, in eo, iuxta illud psalmi: f *Rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo*: Eodem pacto; & illum hominem rectum, dici qui Dei similitudinem seruat: quive & recte in omnibus sentit, & à recto, quod sentit, in nullo dissentiat: qui in omnibus rectè per fidem, & recto per charitatem acquiescunt: cuius fidem dilectio animat, probat actio.

e Ps. 33.3.

Rectus dicendus is, qui est similis Deo absque iniquitate.

f Ps. 91.16

Rup. Abb.

Elisabeth, & Ioannis exultatio vnde.

g Lu. 11.27

Mariã cur diligãt omnes recti.

Rupertus verò Abbas existimans, totam hãc sententiam esse Elisabeth ad B. Virginem, quando exultauit infans in vtero ipsius, inquit, hic ab ea exponi materiam, vel causam exultationis in illa: ac si diceret: Hæc est materia, vel causa exultationis, & lætitiæ nostræ in te, Memoria vberum tuorum; quia virgineis vberibus lactasse illum prædicaberis, qui creauit te: Dicemus enim: g *Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti* Christe: Huius rei memores super vinum, idest super omne, quod in hoc sæculo dulce videtur, aut iucundum; *Recti diligunt te*, idest certissime diligent te. Hoc ipso enim, quod recti sunt: quod non inuidi, immo beneuoli sunt, memores vberum tuorum diligent te. Rectorum illorum primus est infans meus, qui a voce salutationis tuæ, qua salutasti me, iam exultauit in gaudio in vtero meo, & lætatur in te: Nec desinet exultare, memor vberum tuorum super vinũ, idest omne sæculum respuens, & carnalis voluptatis commercium: virum se Deo dedicãs virgineũ, propter vberum tuorum lac dulcissimum, quæ videlicet vbera tua de cœlo plena lacte virgineo lactauerunt Deum.

Charitas est regula, & fundamẽtum rectitudinis omnis.

Eorum qui ad sponsum, & Christum Iesum hęc dicta accipiunt, sequentes lectionem Vulgatæ, siue ab Adolescentulis, siue à sponsa vnà cum ipsis adolescentulis; quidam ¶ Arbitrati sunt, per ea significari, ita exultandum à pijs quibusq; in Christo, vt memores sint vberum illius, idest gratię, vel doctrinæ eius super vinũ austeritatis legalis, quia qui illum diligunt, recto sunt corde, atque adeò super omnia eum diligunt; cum rectus esse quis neutiquam possit, qui aliquid eius præferat dilectioni, à quo solo id omne habet, quod in ipso fuerit boni. Ita Cassiodorus, Iustus Orgel. Anselmus, Aponius, Beda, & alij.

Cassiodo. Iustus Orgel. Anselm. Aponius. Beda. Greg. PP.

Gregor. Papa referre videtur hæc ad memoriam passionis Christi, per quam pia Anima accenditur ad Dei dilectionem, sic enim ait: Exultare vult spõsa Christi in sponsi delitijs in memoriam vberum; quia, dum recolit, quanta charitate Christus eam dilexerit, qui sanguine suo eam moriens in Cruce redemit, & quotidie eam in sinu Ecclesiæ matris, eiusdem sanguinis lacte nutrit, proculdubio magis, ac magis in eius dilectionem intendit. Quod lac benè super vinum dulce esse dicitur, quia per sanguinem Christi misericorditer educamur, qui per legis litteram seuerè prius cõstringebamur.

Ex memoria Passionis Christi anima accẽditur ad Dei dilectionem.

Greg. PP. Cassiod. Aponius.

Ex eo, quod vltimo dicitur. *Recti diligunt te*: colligit idem Gregorius, rectitudinem esse fundamẽtum dilectionis Dei, sicut & dilectio Dei est perfectio rectitudinis; id quod & à Cassiodoro notatum est, Ac si dicatur: Nullus te diligit Domine, nisi rectus; & nullus est rectus, nisi qui te diligit. Aponius quoque idipsum, & alij complures.

LITTERA.

Rectitudo est fũdamẽtũ dilectionis Dei.

Philo Carpat.

Rectitudo sita in quonam sit.

h Ps. 110.1

Sed Philo Carpathius, est, inquit rectitudo, cõtinere se ab omni specie delictorum: conscientiam suam cum Dei lege conformare, eiusque mandata omnia intento corde perficere, iuxta illud psalmi h *In consilio rectorum; & congregatione magna opera Domini.*

Vers. V. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

Expositio Prima. Iuxta litteræ sonum.

SENSVS.

Qvia in superiori versu apertissimis verbis sponsa significaret, quam magna dilectione ipsam suus amaret sponsus, vtpote qui eã introduxerit, necnõ & sæpius introducturus esset i intimas ędes suas: Modo, ne fortasse putarẽt socię, se ? eo, q᷑ de spõsi sui amore iactabat, inani ac credula decipi imaginatione; quasi credibile non esset, vt ipsam subnigro colore & fuscã tam ardenter amaret quisquam: Idcirco huiusmodi earum suspicioni per præoccupationem occurrens, & colorem suum purgans, iuxta commune fœminarum ingenium, quæ, si quid in ipsis turpe extet, quod nequeant occultare, id quibus possunt modis defendere, ac purgare conantur: inquit: *Nigra sum, sed formosa, &c.* comparans se tabernaculis Arabum, ex Cedar Ismaelis filio ortum ducentium: ac tentorijs Salomonis, quæ quamuis quo ad id, quod extrinsecus apparet, atra sint, & inconspicua, cum imbribus, & solis ardori pateant; intrinsecus tamen pulcherrima sunt, ac preciosissimo præfulgent opificio cum intertextis margaritis: Ita coniunctim similitudines allatæ accipiendæ videntur Origeni hom. 2. ex quatuor Nysseno hom. 2. Aponio, & Bernardo serm. 28.

Origenes. Greg. Nys. Aponius. Bernar.

II. SENSVS.

Verùm, cum in tabernaculis Arabum nihil sit cõspicuum, nec id, quod exterius, nec id, quod est interius: alio pacto, & probabilius, similitudines diuisim accipiendæ videntur, & distributiuè, vt altera alteri tantum membro conueniat in hũc modũ. Nigra sum, vt tabernacula Arabum, quæ nullã habent pulchritudinem propter populi incuriam, paupertatem, & inelegantiam: quæ ve quia perpetuò sub dio versantur, nigricant; Attamen sum pulchra vt pelles, siue cortinæ (has enim proprie significat vox hebræa יריעות ieringoth, siue tẽtoria Salomonis, quæ ob Regis magnificentiam nitebant interius, atque insigni erant elegantia, & artificio: Quem sensum communiorem reperio tum apud antiquos Patres, tũ apud Hebræorum Doctores.

Origenes. Theodor. Tres Patres. Cassiod.

Circa lectionum varietatem Notandũ primò, Hebraicam vocem שחורה Sciehorah, haud nigrã simpliciter significare: sed subnigram, atque adeò melius redditã in versu sequenti, vocabulo fuscæ, *Nolite me considerare, quòd fusca sim.*

Greg. PP. Beda. Anselm. Iustus Orgel. Philo Carpat. Rup. Abb. Bernard. & Hebręi.

Notandum secundo: pro eo, quod noster Interpres secutus Septuaginta vertit *formosa*, i Hebrẹo haud esse vocem יפה Iapha, quæ pulchram, & formosam significat, sed esse vocem נאוה naauah, cuius significatus proprius est, Desiderabilis, & amabilis.

Notandum tertiò; in Hebræo non esse aliquod verbũ: sic enim habetur, *Nigra ego* apud Septuag. *Nigra sum ego, & formosa.*

Vers.

DE ECCLESIA.

Vers. V. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

QVàm apte vocibus hisce Ecclesia hoc loco sit vsa; dum nigram simul se dicit, atque formosam, ex eo perspicuum fiet, si intellexerimus, quid nã per illa sibi ipsa velit, & quid sit nigredo, quid vè formositas: Siquidem nigredo nil aliud est, quã simplex color; notum est autem ijs, qui de sensib. & sensatis vel exiguam cognitionem attigerint, colorem esse quid in superficie corporis opaci; nam licet in intimis quoque eiusdem corporis partibus is insit, vt patet, cum corpus illud cõfringemus; id tamen certum est, eum nullatenus esse obiectum visus, nisi quatenus in externa corporis superficie illuminatus existit; At formositas, & pulchritudo sita est non in vna tantum extrinseca, & colorata corporis superficie: sed in plurium membrorũ cõpositione, atque in apta, & congruenti eorumdem membrorum proportione inter se, vnà cum venustate, ac gratia, prout alias explicabitur fusius. Cũ autem hæc ita se habeant, manifestè apparet, haud repugnanter dici quid nigrum, atque formosum, quod de se affirmat Ecclesia: quippe quæ, cum animaduerteret, quosdam esse fidelium, qui & in præsenti vita, quę nil aliud est, quàm continua militia super terram, perfectam optarent quietem, querulisque obmurmurarent vocibus, dicentes: [a] *Expectauimus pacem, & non est bonum; & tempus curationis: & ecce turbatio.* Hos filias Ierusalem nuncupãs, breui hac alloquitur oratione; *Nigra sum, sed formosa*: Ac si dicat.

Nigredo quid sit.

Pulchritudo quid sit.

a Ier. 14. 19

PARAPHRASIS.

Si filiæ estis Ierusalẽ, quæ interpretatur visio pacis; si pacem in me videre exoptatis; si quietem, si summam demum pulchritudinem, scitote, me nigram quidem in extrinseca superficie, persecutionibus ab inimicis agitatam; angustijs a falsis filijs arctatam: & calumnijs innumeris denigratam; At tamen hæc omnia sunt tantummodo color extrinsecus, & intimam handquaquam tollere possunt, immo mirum in modum augent pulchritudinem; quæ est in membris meis; quæve ex aptissima mẽbrorum meorum resultat compositione, & gratia.

Ambros. Cassiod. Beda. Iustus Orgel. Aponius. Anselm. Bernar. Hugo Vic.

Circa hæc autem, quæ in præsenti sententia ab Ecclesia affirmata intelligimus; Notãdum primò: Externam miseriam non secus ac corpori nigredinem ab antiquò post Adæ peccatum mystico Ecclesiæ corpori semper inhæsisse, atque ab illa, quatenus militans est, neutiquam separari penitus posse. Hinc illud est quod à principio in [b] Abel iusto persecutionem à fratre sustinuit, & continua temporum successione continuatis aucta est tribulationibus: Ita vt & de primæ illius Ecclesiæ filijs dixerit Apostolus: [c] *Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt; circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ.* Vides quantam nigredinem? Et de Apostolis: [d] *Puto*, inquit, *quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus: Vsque in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus,* A *& laboramus operantes manibus nostris: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema.* En Ecclesiam Christi sponsam adeò persecutionum, ac miseriarum nigredine coopertam, vt omnes quotquot externam tantum illius faciem intuentur, eam contemptui habeant: adeoque despicabilis apparens, vt vniuersi oculos ab ea auertant: facta est enim omnium peripsema, quod omnes indignentur, quodq; vniuersi à se abijcere studeant: At nigredo ista extrinsecus tantum est; & quamuis tanta sit, non tollit eam, quę intus est, pulchritudinem, immo ad hoc ab æterno illo artifice tam atro delinita, & cooperta est colore, vt per eũ illustrior interna eius redderetur pulchritudo. Veluti enim pretiosus lapillus, ac margarita cęno, vel aliquibus nigris circumtecta à gemmario pulueribus, quę eamdem postea splendidiorem sint reddituræ; licet exteriori facie deformata videatur, interiori tamen dilucidius adhuc enitescit; ac deformitas, & nigredo illa non modo turpiorem eam non reddit, sed omnino formosiorem, atque illustriorem: Ita quoque & ipsa Ecclesia per miseriarũ cœnum, perque pressurarum nigredinem formosior redditur, propterea benè de se ipsa inquit: *Nigra sum, sed formosa*: Nigra sum, [e] quia *Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos*: Sed Deus ipse idcirco hac me circumtexit nigredine, vt illustrior per eam redderet. [f] *Maledicimur, & benedicimus*, subdit idem Apostolus: *persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.* Per maledictionum, persecutionum, ac blasphemiarum nigredinem magis, ac magis refulget Ecclesiæ charitas in Deum, atque in eos ipsos, qui eam persequi contendunt: illustrior redditur eius patientia, multoque magis illius enitescit fides. Quod sub alia metaphora in Apocalypsi significatum crediderim, dum Ecclesiæ per candelabra aurea designantur: aurum namque per ignem probatur, malleis extenditur, & in candelabri formam producitur; atque in hunc modum instrumẽtum ignis efficitur, ac luminis: sic profectò & Ecclesiæ ipsæ tentationibus probatæ, tunsionib. persecutionum extenuatæ, ardẽt igne charitatis, fideique lumine emicantes, lucent per patientiam, perque ceterarum virtutum actus.

Miseria, et tribulationes sunt nigredo Ecclesiæ militantis, quæ illi inhæserunt ab Adæ peccato.

b Gen. 4.

c Heb. 11. 37.

d 1. Cor. 4. 9.

DE ECCLESIA.

Tribulationes nõ tollũt: sed augent Ecclesiæ decorẽ.

Simile.

e 1. Cor. 4. 9.

f 1. Cor. 4. 12.

Ecclesiæ cur designata per candelabra aurea. Ecclesiæ pulchritudo i quibus sita sit.

Notandum secundò; Quamuis Ecclesię pulchritudo in genere, vt iam dictum est, in virtutum sita sit nitore, & in insignibus, quib. à sponso suo Christo decorata est, gratijs; Ex eo tamen quòd ipsamet hoc loco se inquit cum nigredine exteriori, cum colore atro, qui est in superficie ipsius, esse etiam formosam, indicare, pulchritudinem suam in eo sitam, quòd vniuersa membra sua, licet nigra sint per externas tribulationes, aptissimam inter se habeant charitatis connexionem, prout longius ab Apostolo [g] in Epistola ad Corinthios probatum est; quodque singula eius membra non solum sint inter se aptè disposita; verum etiam summam habeant proportionem, summamve perfectionem, ita vt rectè, atque perfectè sua exercere queãt munia Doctores, & Idiotæ: Prælati, ac subditi: contẽplatiui, atque actiui: quod & manifestissimis quoque verbis ab ipso eius sponso significatũ est; quippe qui cum in capitulo quarto huius Cantici per genericam exclamationem sponsæ extulisset pulchritudinem, dicens: [h] *O quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es*, explicans deinde in quonã tanta eius sita esset pulchritudo, singula illius cõmendat membra, incipiens ab oculis: tum summã quoque eorum omnium inter se connexionem laudans, atque proportionem ait; [i] *Tota pulchra es*

g 1. Cor. 12.

h Cãt. 4. 1.

i Cant. 4. 7.

DE ECCLESIA.

es amica mea, & macula non est in te: sic & in capite sexto: atque in capite septimo idem seruatum videbimus. Notandum Tertio, per adhibitas similitudines subindicari causam, propter quam Ecclesia eo modo sit nigra, & misera: nec non & quàm generalis propter subindicatam causam in singulis eiusdem Ecclesiæ membris sit dicta nigredo.

Tribulationib. nigra est Ecclesia, quia adhuc est in militia.

Primò etenim sponsa causam ipsam innuit, dum se comparat tabernaculis: Siquidem, cum tabernacula in genere sint habitacula militum, qui belligerantes in castris commorantur, & ad ipsius militiæ vsum; idcirco Ecclesia Sancta nigra dicitur, sicut ipsa tabernacula, quod adhuc in bello versetur: ita vt nigredinis eius ista sit ratio, & causa peculiaris, quia in præsenti sæculo sit in continua militia: [k] *Militia est enim vita hominis super terrã:* Vnde & à sponso ob id, quod in huiusmodi persistat militia, aliquando comparatur [l] equitatui, aliquando dicitur [m] terribilis vt castrorum acies ordinata: nec non & ipsamet hoc vnum in se conspici posse, significauit, cum diceret. [n] *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Ac propterea communi, ac vulgato Epitheto Ecclesia Militans nuncupatur, vt contra distinguitur à Triumphanti, quæ, [o] cum ascenderit *dealbata, innixa super dilectum suum de deserto* huius mundi, nullo erit nigredinis, atque miseriæ conspersa inquinamento. Quid verò mirum, quòd Ecclesia militans nigra sit ob persecutiones, ob vitæ asperitatem, atque ob continuas miserias, si instar tabernaculorum iugiter in castris commoretur sub dio; si perpetuis persistat in prælijs; cum in militia atra sint omnia insectationibus, afflictionibus, vulneribus iniurijs, minis, atque pauoribus plena sint vniuersa? Sed inter tabernacula ipsa, quibus se comparat haud abs re duo illa nomina addidisse videtur, duos illos tabernaculorum Dominos, atque habitatores: Cedar videlicet, atque Salomonem: Illud enim, quod supra tactũ est, innuere nititur, quòd vniuersi quotquot in ipsa sunt; eadẽ persecutionũ, siue tribulationum, ac miseriarum nigredine nigri sint, ita vt quoad omnes, & quoad singulos verum sit, quod ait, *Nigra sum*, quia vniuersi, ac singuli, qui in Ecclesia sunt, ad alterutrum horum generum spectant, siue ad Contẽplatiuos, siue ad Actiuos. Enim verò Cedar nomine, actiuos designatos ex eo colligi potest, quòd Arabes, qui sunt filij Cedar, idcirco perpetuo in tabernaculis habitare ferantur, quoniam omnes pecoribus pascendis, atque pecuariæ arti indulgeant, totumque studium suum in eo collocent, vt varias peragrent regiones quò pecoribus ditiores reddantur: Nomine verò Salomonis, contemplatiuos aptissimè significatos ipsa eius nominis manifestat interpretatio: Salomon quippe pacificus interpretatur; pacificos verò, ac paci, & quieti indulgentes esse contemplatiuos nullus est, qui abnuat. Porrò quod ij, qui in Ecclesia actiuæ vitæ munia exercent, nigri sint nigredine persecutionum, tribulationum, ærumnarum, prætérquàm quod ex ipsa actionum natura manifestum est, vno tantum Apostoli Pauli exemplo vnicuique fiet persuasissimum; qui cum præ omnibus pro ingenti, quo flagrabat, salutis animarum desiderio, huiusmodi i vita extiterit solicitus, quã ta nigredine fuerit circumtectus, exponit [p] Corynthijs dicens: *Ministri Christi sunt,* (alij videlicet) *& ego: vt minus sapiens dico, plus ego:* Ac si diceret, si alij pro Christi gloria, proque animarum salute, actiuæ se dederunt solicitudini, ego præ ceteris vniuersis in hanc totum meum adhibui studiũ. Quid tum? Summam ex istiusmodi studio conse-

Tribulationibus concutiuntur omnes, & singuli, qui sunt in Ecclesia.

Actiui quantis tribulationibus concutiatur in Ecclesia.

k Iob. 7. 1.
l Cant. 1. 9
m Cãt. 6. 9.
n Cant. 7. 1
o Cãt. 8. 5.
p 2. Cor. 11. 23.

A cutus sum nigredinem: *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter;* & cetera, quæ longius prosequitur: & post longam ærumnarum seriem subijcit: *Præter illa, quæ extrinsecus sunt;* Quænam sunt ista? ipsamet actio: *Instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor:* Ac si dicat, si de re aliqua mihi gloriãdum sit, Christi spõsam, matremque meã Ecclesiam imitabor: gloriabor nempè de nigredine mea, dicãque Niger sum, sed formosus: quia ipsa nigredo, ac infirmitas mea meam redũdat in gloriam, meque reddit illustriorem, ac formosiorem.

B Verùm nil mirum si Ecclesia nigra sit in actiuis, ærumnisque confecta, quandoquidem actionis natura (vt dictum est) hoc secum fert, quemadmodũ manuum natura ea est, vt callum, si multum laborent, obducant: At valde mirandum est, quod & contemplatiui quoque nigri dicãtur; cum illi quieti sese totos dicarint: cum cõtemplationis perfruãtur delitijs: cum pacem temporibus omnibus insectentur, eamque videantur habere; ita vt si qui sunt, qui pacifici in hoc mundo dici queant, ij ipsi sint, quibus id proprie competat: Et tamen verum est, quod inquit Ecclesia, *Nigra sum;* non solũ quoad actiuos, sicut *tabernacula Cedar*, verum etiam quo ad ipsos contemplatiuos, atque pacificos *sicut*

C *pelles, ac temeria Salomonis.* [q] *Ecce* ait alibi, *in pace amaritudo mea amarissima:* Ecce rem admirandam: ecce rem incredibilem: in ipsa pace contemplationis, in ijs ipsis, qui vitæ contemplatiuæ indulgentes, pacifici nominantur, & sunt, est amaritudo amarissima: sunt ærumnæ permaximæ, est nigredo obscurissima. Quod ergo hic ait breuiter, tale est.

PARAPHRASIS.

Ne offendamini fideles, qui ad cęlestem spectatis Ierusalem, quod adeo ærumnis me atram conspiciatis: nam extrinsecus quidem, tam in actiuis, quàm in cõtẽplatiuis nigra miserijs sum, quę milito adhuc in terra: Attamen & in ijsdem formosa quoque sum ob eximiam eorumdem membrorũ

D meorum charitatis connexionem, ob præstãtissimas, quibus ijdem præditi, & decori sunt, gratias, atque virtutes.

II. SENSVS.

Iuxta Secundum sensum quo comparationes diuisim, & distributiue accipiuntur, Ecclesia Sancta hoc loco singulari arte suam extollit pulchritudinem: vtitur enim illo, quo peritissimi oratorum vti solent artificio, vt, si qui in eo, quem commendare proposuerint, extiterint defectus, eos nequaquã silentio prætereant, sed ante omnia in mediũ proferant, & quibus possunt efficacioribus verbis amplificent, vt postea ex eorum defectuum cõparatione magis illa eniteścant bona, quæ commendãda sint. Hac arte & Lucam exactissime in Apostoli

E Pauli commendatione vsum inuenimus, quippe qui egregia tanti Apostoli gesta narraturus, insignesque illius virtutes laudaturus, quo ista omnia redderentur illustriora, prius ipsius defectus ante omnium oculos exposuit, quantaque valuit, exagerauit eloquentia, dicens: [r] *Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem Sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas, vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem:* sitiebat discipulorum Christi sanguinem; illos ad internecionẽ, quibus poterat artibus, inquirebat: erat spirans minarũ, & cędis in illos, His tantis pręnarratis criminibus, facillimum sibi fecit aditum

Simile.

Contemplatiui etiam nigri sunt tribulationibus.

q Is. 38. 17.

ad

DE ECCLESIA.

ad ipsius extollendas virtutes, atque ex ijs ipsis criminibus illustrius ostendit, quanta in illo diuina effulserit gratia, quæ eum vas electionis constituerit. Sic ergo Ecclesia, cum animaduerteret, sese non modicum denigrari ex admixtione complurium iniquorum, ac impiorum: intelligens, hãc sibi nigredinem obijci posse à cœlestibus spiritib. qui, cum sint filij Ierusalem cœlestis, nulla istiusmodi deturpentur nigredine: pulchritudinem suã illis purgare volens, ante omnia ipsam proponit nigredinem, eamque per comparationem, quam affert, exaggerat plurimum: Tum ex ipsamet nigredine illustriorem ostendit decorem; sic enim ait: *Nigra sum filia Ierusalem sicut tabernacula Cedar*, tum subdit: *Sed formosa sicut pelles Salomonis.*

Ecclesia ex admixtione bonorum atq; malorũ est simul nigra et formosa.

Porrò quòd in Ecclesia præsentis sæculi sint simul admixti, & boni, quibus illa formosã: & mali, quibus nigra reddatur; ex [r] Euangelicis confirmatur parabolis, Zizaniorum cum tritico admixtorum in agro: & sagenæ missæ in mare, atque ex omni genere piscium congregantis. Quòd autem per eos, quos in se habet, peccatores nigra reddatur, omnibus persuasissimum esse debet, quibus cõpertum sit, iniquos, ac peccatores taura coopertos, ac deturpatos nigredine, vt de eis per Prophetam dictum sit: [f] *facies eorum sicut nigredo ollæ*, quemadmodum enim olla igni admota natiuum colorem amittit, & tota nigrescit, ita peccatores fœdi prauorum affectuum igni redduntur, & atri: Vnde & Isaias; [t] *facies*, inquit, *combusta vultus eorũ*: & eamdem metaphoram seruans Ioel ait. [u] *Omnes vultus eorum redigentur in ollam*: quam nigredinem multò efficacius per adiectam explicat similitudinem Ecclesia ipsa, dum addit, *Sicut tabernacula Cedar*: Quemadmodum nãque tabernacula Cedarenorum, & Arabum idcirco adeo nigra sunt, & atra, quia Arabes atri sint per incuriam, atq; nigri per viles artes. Ita & Ecclesia, in qua commorãtur peccatores ideo nigra est, quoniam nigri sunt peccatores: Ac veluti Arabes propter triplicem rationem nigri, ac atri esse feruntur: nimirum quia instabiles sint: quia pecorib. pascendis indulgeant: & tertio quia depredationibus, & latrocinijs studeant, Eodem pacto iniqui ac peccatores ex eisdẽ tribus rationibus tam atram sibi adsciscunt nigredinem. Enimuero ij adeo instabiles sunt, vt rectè in eos prolata illa Domini censeatur sententia, qua maledictus Cain dixit: [x] *Vagus, & profugus eris super terram.* Quod ita & re ipsa esse manifestis verbis sub meretricis persona peccatorem describens exposuit Salomon, dicens. [y] *Et ecce occurrit illi mulier garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens consistere domi pedibus suis.* Nec mirum, quia ab eo trahuntur, qui semper [z] circuit, & perambulat terram, ambulantes & ipsi in circuitu quærentes, quẽ deuorent, & cui deprædentur; sunt enim [a] *Fures infideles, & socii furum.* Dæmoniorum; sunt [b] *quasi lupi rapientes prædam: ad effundendum sanguinem: contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt:* Sunt latrones, qui nunquam alienis exaturantur bonis, Idque quia toti sunt in suis pascendis pecoribus: in suis pascendis sensib. qui exatiari nunquam possunt, cum nec [c] *saturetur oculus visu, nec auris auditu.* Vtinam autem eos pascerent iuxta tabernacula pastorum; Sic enim nec furtis indigerent, ac præda: nec instabiles, vagiq; circuirent: nec nigri essent per tanta, tamque nefanda scelera; sed relictis tabernaculis pastorum, relictis Ecclesiæ Prælatis, eorumque despectis sanctis præceptis, bonisque exẽplis, pascunt iuxta alia tabernacula Cedar; ad exẽplar aliorum impiorũ: iuxta

r Matt. 13. 24.

f Nahum. 2. 10.

Simile.

t Esa. 13. 8

u Ioel. 2. 6.

Simile.

Peccatorũ nigredo vnde sit.

Simile.

x Gen. 4. 12.

y Prou. 7. 10.

z Iob. 1. 7.

a Is. 1. 22.

b Ezech. 22 27.

c Eccl. 1. 8.

A Ecclesiã malignantiũ, vagantes circa cõcupiscentiarũ pascua, modo in pascuis concupiscentiæ carnis; modo in concupiscentia oculorum: ac sæpissimè in pascuis superbiæ vitæ. At non erubescat spõsa Christi horum nigredinẽ; neque. n. quidquam per huiusmodi nigredinem deturpatur, imò quia eos intra se cum bonis permixtos continet, illam libentius fateatur, & dicat, *Nigra sum, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar*. addatq; *Sed formosa sicut pelles Salomonis*, tantùm enim abest, vt istiusmodi impiorum nigredo, iustorum deturpet pulchritudinem; vt ex illorum commixtione quã maximo potius ijdem augeantur decore. Non secus ac fulgentes margaritæ cum nigris admixtæ sint B lapillis, non secus ac varij flores cum viridi cõmixti sint herba, iuxta illud sponsi; [e] *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*

DE ECCLESIA.

Ecclesię pulchritudo magis apparet per commixtionem impiorum.

Simile.

e Cant. 2. 2

Ad quid vero, dicet quis, volens Ecclesia suam extollere pulchritudinem, pellib. ac tentoriis sese assimilauit Salomonis? haud aliam crediderim ob causam, nisi vt in ea persisteret, quam cœperat, tabernaculorum metaphora, cum enim in ipsa commorentur fideles, qui à cœlesti peregrinantur Ierusalem, non secus ac in tabernaculis habitare solẽt hospites, & aduenæ extra Ciuitates. Idcirco iure optimo semetipsam & quo ad nigredinem, & quoad decorem assimilauit tabernaculis. Ac sicut nigredinem suam exactissime per comparationẽ ad tabernacula Cedar explicauit: ita quoq; & pul C chritudinem suã expressit illustrius per similitudinem ad pelles, siue tentoria, & tabernacula Salomonis; Quis enim dubitet, inter tabernacula eius temporis, ea pulchritudine, ac magnificentia, atq; ornatu ceteris præstare, quæ à Salomone facta essent, quibusve ipse vsus sit Salomõ? Porro Salomõ non tantũ nomine Rex pacificus extitit, sed & re, quapropter si tabernacula sibi fabricauit, credendũ ad delitias, non ad bella iis vsum fuisse. Quod si ad delitias, & à Rege magnificentissimo facta fuerunt, à Salomone omnium sapientissimo, atque opulentissimo, cuius vniuersa, quæ fecit, opera, tẽplum, vrbana domus, domus agrestis, & solium, in quo sedebat, magnificentissima, pulcherrima, & D vsquequaque concinna narrãtur: profectò absque vlla dubitatione & ipsa quoque tabernacula ingẽtẽ artificis sui sapientiã, summãque illius magnificentiam admirantibus omnibus exhibuerint, necesse est, Dicat ergo Ecclesia congruentissimè: *Sed formosa sum sicut pelles, & tabernacula Salomonis*; per hanc. n. similitudinem non solũ in genere suã commendat formam: verũ etiã subindicat, in quo nam illa sit sita, atque vnde tãta sibi proueniat pulchritudo: ex eo nimirum præcipuè, quòd tabernaculum sit veri Salomonis: ex eo, quod verissimus Rex pacificus Christus in ea, tamquam in tabernaculo habitet cũ hominibus ad delicias, cum [f] eius *delitiæ sint esse cũ filiis hominum.* [g] *Ecce enim taber-* E *naculũ Dei cum hominibus* (vt dicitur in libro Apocalypsis) *& habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt;* [h] *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos*, ait sponsus, *& fundabo te in sapphiris: & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles: vniuersos filios tuos doctos a Domino, & multitudinẽ pacis filiis tuis: Et in iustitia fundaberis.* Quo loco animaduertendum, quàm exactè Deus vniuersam ipsius Ecclesiæ, quæ & sub mulieris, & sub tabernaculi metaphora significatur, exprimat pulchritudinem; primo enim inquit, se eam instar mulieris comptæ decoraturum, quod clarè ex Hebraica colligitur lectione, quæ vbi nos legimus: *Ecce*

Ecclesia est tabernaculum in quo vna cum Deo cõmorãtur fideles.

Bernard.

f Prou. 8. 31.

g Apoc. 21. 3.

h Is. 54. 11

Hier. in Is.

[DE ECCLESIA.]

ego sternam per ordinem lapides: habet, ecce ego sternam בפוך אבניך bappuch abanaich. quod omnes vt bene notat Hieronymus, præter Septuaginta, transtulerunt: *Sternam in stibio lapides tuos*; in similitudinem videlicet comptæ mulieres, quæ oculos pingit stibio; Secundò, pretiosissimorum lapidum, quibus exornanda sit ac munienda, enumerat nomina, saphiros nimirum, & iuxta versionem septuaginta, carbunculos, iaspidem, christallum, reliquosque omnes, quos sub nomine lapidum electorum, ac desiderabilium comprehendit; Tertiò aperit, qui nam sint isti lapides, filij nimirum ipsius, qui erunt vniuersi docti à Domino; sicque in Iustitia & sanctitate fundati, multo maiori, quàm quicumque lapides pretiosi matrē suá, Deique sponsam, ac tabernaculum Salomonis illustrabunt fulgore. Ac demum id, in quo propriè vniuersa sita est pulchritudo, summam nempè iustorum omnium extollit connexionem, aptissimáque inter eos commendat proportionem. Atq; hęc tota est formositas, propter quam ipsa Christi spōsa formosam se inquit esse, sicut pelles, ac tentoria, & tabernacula Salomonis: Adeò vt tale quid per hæc sibi velle videatur.

[PARAPHRASIS]

Tametsi ob admixtionem iniquorum hominū nigra extrinsecus sim, instar tabernaculorum Cedar, quia illi instar Cedarenorum atri sunt: instarque eorumdem instabiles, in me vt in tabernaculo se operiant, deprædationi vacantes, suosque pascētes affectus; sum nihilominus & formosissima sicut pelles Salomonis, tabernaculum existens veri Salomonis Christi, inhabitantis in iustis, ac sanctis ijs, qui in me sunt, atque cum ijsdem delitiantis in me, quam sibi in peculiare fabricauit tentorium.

Vers. V. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

Expositio Tertia. De secunda Sponsa, quæ est anima.

[*Quod iusti tribulationib. cōcutiātur triplex ingeris scādalum.*]

TRiplici ratione, quantum ex sacris paginis colligere licet, homines offensos nouimus propter vitam miseram, quam pij, ac iusti in præsenti sæculo transigunt, & propter iuges tribulationes, quibus iusti in hac vita concutiuntur: Quidam enim, ij quæ sanctissimi viri, haud valentes intelligere, quare impijs omnia prospera euenirēt & è contrario iusti continuis tribulationum fluctibus opprimerentur, ingenti concussi sunt scandalo, existimantes, iustos ex tanta miseriarum nigredine deturpari: necnon & de diuina nonnihil hæsitarunt prouidentia: Sic Dauid: [a] *Mei* inquit, *penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, Quia Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns*: Et Habacuc Propheta: [b] *Vsquequo*, inquit, *Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiēs, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem: videre prædam, & iniustitiam cōtra me? Quare respicis contemptores, & taces, conterente impio iustiorem se? & facies homines, quasi pisces maris, & quasi reptilia, non habentia ducem.* Alij perpetuā atque infallibilem illam existimātes regulam, qua in scripturis sacris definitur, aduersa euenire solere propter peccata, iuxta illud Psalmi: [c] *Propter iniquitatem corripuisti hominem*; statim ac quēpiā quantumlibet iustum, quantumlibet sanctum, tribulationibus pressum inspexerint, aliquam in eo peccati turpitudinem asserunt esse: quantoq; quēpiā maiorib. inspexerint afflictatum ærūnis, tantò illū ex peccatis turpiorem affirmant; Sic Eliphas Themanites videns, patientissimum Iob tantis cumulatum tribulationib. peccatorum multitudine eum nigerrimum, turpissimumque asseruit, dicēs: [d] *Nunquid timens Deus arguet te, & veniet tecū in iudicium? Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestib. &c. Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita*: Sic & Apostoli, videntes cæcum à natiuitate, quem postea illuminauit Dominus, hanc ipsam sequentes opinionem, ad Magistrum suū conuersi, dixerunt: [e] *Rabbi, quis peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?* audieruntque Christū, errorē illum cōfundentem, cum diceret; *Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed, vt glorificetur Deus per illū.* Alij tertiò videntes eos, qui Deo inseruiunt, tribulationib. concuti, persecutionib. agitari, ærumnisq; confici, infelices, miseros, ac maxime deformatos illos existimant, è contra pulcherrimos eos esse, definiunt, qui à Deo recedentes, prosperis abundant, blasphemantesque illa proferunt, quib. impios Iudæos locutos apud Malachiā legimus. [f] *Vanus est, qui seruit Deo, & quod emolumentū, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes; Siquidem ædificati sunt facientes iniquitatem, & tentauerunt Deū, & salui facti sunt.* His igitur trib. personarum generibus Aīa Christi sponsa hoc loco satisfacere nititur, suā purgans tribulationum nigredinē: Atq; ad primos quidē, & ad vltimos satisfacit, ostendendo, tribulationibus illis nullatenus se deturpari, neq; vllo pacto internā sibi per illā auferri pacis, ac fęlicitatis pulchritudinē; sed potius augeri; inquit enim, *Nigra sum, sed formosa filia Ierusalē, sicut tabernacula Cedar sicut pelles Salomonis*: Quib. verbis quā rectè primorum scandalo, ac hæsitationi, & vltimorum errori satisfactum sit, persuasissimum fiet vnicuique, si diligenti singula perpendātur examine.

[a Ps. 72. 2. — b Habac. 1. 2. — c Ps. 38. 12. — DE ANIMA. — d Iob. 22. 4. — e Io. 9. 2. — f Malac. 3. 14. — Ambrosi. Iustus Orgel. Bernard.]

Primò namque vt illos sibi beneuolos reddat, perhonesto eos compellat nomine filiarum Ierusalem, Ac si diceret.

[PARAPHRASIS.]

O vos, qui ad cęlestis illius Ierusalē perfectissimā pacē creati estis filiæ Ierusalem, quæ interpretatur visio pacis, quia hoc vnum optatis, hoc vnū quæritis, in hoc vnū vestros omnes intenditis nec uos, vt pacis videatis pulchritudinem, haudquaquā scādalum in me patiamini, nihilve de diuina, quæ in me maximè effulget, hæsitetis prouidētia, ex eo quòd me tribulationum nigredine decoloratam inspicitis, fateor, me nigram quidem esse (neque.n. cælare id vel possum, vel velim, si possim) fateor me vndique angustijs esse oppressam, & agitatā; Sed tamen simul quoque formosa sum, fælix quantū in hac vita fieri pōt, atque beata, simul & *nigra*, & *formosa sunt tabernacula, & tentoria*, simul nigra sunt propter imbres, æstus, ac ventos, quibus cōtinuè sunt subiecta; & formosa propter aulæa, ac gemmas, quibus intrinsecus sunt exornata, *Nigra* exterius quo ad hanc externā superficiē, *nigra* quo ad hominum oculos, at *formosa* intrinsecus. Adeoq; formosa, & felix, vt ea ipsa nigredo, eę ipsæ tribulationes, quib. primo aspectu deformis, atq; infelix existimor, summā mihi seruēt pulchritudinē, ac felicitatē internā, Sic, [g] *gloriantur in tribulationibus*, ait Apostolus, sic & Dominus; [h] *Beati*, inquit, *estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis.*

[*Tribulationes augent pulchritudinē āiæ.* — g Rom. 5. 3. — h Mat. 5. 11. — Simile.]

DE ANIMA.

lis. Quemadmodum enim si miles aliquis ita inuicto, ac strenuo esset animo, vt primus obsessæ arcis muros conscenderet: cum ei exprobraret quis, quòd vulneribus, sanguine, cœnoque deformatus esset, Responderet profectò è vestigio, se ex illo cœno, ex sanguine, & vulneribus nedum non pollui, sed illustrari; cum ea omnia, quæ primo aspectu atra videntur, ipsum Regi, & exercitui omni celeberrimum exhibeant, & gloriosissimum. In eundem modum & Anima sancta in carne non secundum carnem militans pro Rege suo, atque adeo persecutionibus agitata, tribulationumque vulneribus confossa, atque earumdem tribulationum decolorata nigredine, dum sibi à quopiam exprobratur, quòd deturpata, quòd misera, quòdve infelix sit: Respondet: *Nigra sum, sed formosa*: nam hæc ipsa nigredo, hæ ipsæ tribulationes formosissimam, & gloriosissimam Christo Domino meo, & vniuersæ curiæ cœlesti me reddunt.

Tribulationes animæ propter corporis coniunctionem.

Quòd si quis rem hanc intimius penetrare voluerit, animaduertet, per comparationes, quas attulit, exactissimè subindicari & causam tantæ nigredinis: & quomodo in vno, eodémque supposito simul sint & nigredo, & decor: & quo pacto decor ipse non modo non minuatur, sed potius augeatur per talem nigredinem; dum enim se comparat tabernaculis, indicat vniuersam nigredinem suam, omnesve, quibus premitur, ærumnas, inde sibi prouenire, quod tabernaculum sibi habeat adiunctum: quòd extra patriam peregrina, & hospes in tabernaculo habitare cogatur, ipsumque tabernaculum maximè graue iugiter gestare, sibi opus sit. Quodnam autem tam graue est tabernaculũ, nisi corpus illud terrenum; de quo Petrus Apostolus, [i] *Quamdiu sum*, inquit, *in hoc tabernaculo*: & infra: *Certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi*. Ex hoc lacrymæ, ex hoc miseriæ, ex hoc tribulationes omnes, ex hoc, & super hoc nigredo prouenit vniuersa. Enimverò tribulationes, quæ sanctum quemque opprimere videntur, color tantum extrinsecus ac nigredo in corporis extrinseca superficie sunt; sed animæ, quæ intrinsecus est, quæ intra ipsum habitat corporis tabernaculum, haudquaquam tollunt pulchritudinem, iuxta illud Apostoli: [k] *Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati*: Nihilominus per has ærumnas, per hanc nigredinẽ nec deturpatur eximia eius forma, nec vllatenus interna eius minuitur quies, & pax, per quam in hac vita formosa efficitur: quinimò augetur non modicum. Difficile plane à nobis concipi hæc possunt: verè tamen ita se res habet; nam si aliquo pacto interna pax animæ sanctæ per tribulationes minueretur, iam nigredo paulatim vniuersam illius deturparet formam: & tamen verum est quod ipsa ait: *Nigra sum, sed formosa*: idque quia sum sicut tabernacula: quia in corporis tabernaculo habito, & ipsa sum instar tabernaculi: quia corporis tabernaculo sum vnita.

i 2. Pet. 1. 13. & 14.

k 2. Cor. 5. 4.

PARAPHRASIS.

Quòd si quis quærat, qua ratione in vno eodemque supposito ita stent simul istiusmodi & nigredo, & decor, vt nigredo ipsa nihil officiat decori; audiat sponsam ipsam, propriam attingentem rationem per ea duo nomina, quæ ad tabernaculorũ apposuit similitudinem; per duos tabernaculorũ Dominos, atque inhabitatores, Cedar videlicet ac Salomonem: *Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*, Conquerens aliquando Propheta Dauid de præsentis vitæ miserijs: [l] *Hei mihi*, inquit, *quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus.*

l Psal. 119. 5.

A cus. Vis scire causæ & nigredo & decor in vna, eademque sit aĩa? quia est incola huius terræ Cedarenorum tenebricosorum (Cedar enim tenebras sonat) ac iniquorum hominum, necnon & Dæmonum: quia incolatus eius in præsentis vitæ tabernaculo prolongatus est: quia habitat cum habitantibus Cedar: cum habitantibus mundum tenebrarum harum: quia multum incola fuit anima illius è patria cælesti, idque in tabernaculo corporis: simulque internam cum Deo, & cum proximo, & quòd difficilius est, cum semetipso conseruat pacẽ. Quia etiam cum his, qui oderunt pacẽ, est pacifica: quia etiam cum hominibus ijs, qui eam persecutionib. insectantur, quantum in ipsa est, iuxta Apostoli cõsilium, pacem studet habere: quia cum passionib. B suis, quæ oderunt pacem, iugeque sibi commouẽt bellum, ita pacifica est, vt cum loquitur illis, imperans eis, ne turbas concitent, easque sub rationis fræno coercet, illæ ipsam impugnent *gratis*: idest absque vllo damno, absque vlla internæ pacis perturbatione, absque vlla ipsius animæ deturpatione, quæ sola & vera animæ est pulchritudo: sola & vera, quam in hac vita habere potest, felicitas. Dũ ergo sponsa se dicit nigram simul & formosam, *sicut tabernacula Cedar, & Salomonis*: hoc ipsum significat, miseram se quidem esse, tribulationumq; nigredine circumtectam, quia à patria existens incola vnà cum tabernaculo corporis sui, habitare C cogatur cum habitantibus Cedar, ac mundum istũ tenebricosum; sed simul quoque esse formosam, ac felicem, quia in ipso tabernaculo sit pacifica: quia quantum in se est, tabernaculum studet esse Salomonis; quia & extrinsecus cum proximis, & intrinsecus cum semetipsa perfectam studet habere pacem, in qua vniuersa consistit eius formositas. Et hæc quoad purgationem animæ sanctæ, ad eos factam, qui de illius nigredine scandalum patiebantur, existimantes illam infelicissimam.

Quare tàm in vna eademq; pia anima sit simul miseria, & felicitas.

Pulchritudo pia animæ sita est in perfecta illius pace.

At non solum his duarum personarum generibus per ea, quæ hic dicit satisfacit Christi sponsa; verùm & ijs, qui regulam illam, quod tribulationes propter peccata immittantur à Deo, perpetuã, atque infallibilem existimant.

Altera primi sensus applicatio.

D Ad hos, *Nigra sum*, ait, *sed formosa filiæ Ierusalẽ*: Ac si dicat. Non erubesco nigredinem ærumnarũ: non nego, ne cœlo maximam, qua vndique sum circumtecta, tribulationum nigredinem: Minimè tamen verum id est, quod ex hac nigredine extrinseca, ex his tribulationibus inferre vos sentio: Nã, etsi extrinsecus nigra sim, munda tamen intrinsecus sum à peccatis; simul cum nigredine sum formosa, & munda, ita vt haud frustra tanta mihi de sponsi mei Christi dilectione promiserim. At quæ sponsa est Christi humilitatis magistri, haud adeò mentis est expers, vel adeò superba, vt se ea ratione formosam asseruerit, ac si ab omnibus immunis esset peccatis; formosam enim, & mundam se dixit E esse cũ tribulationũ nigredine contra prædictũ illorum errorem, qui affirmarent, non immitti tribulationes à Deo, nisi pro peccatis: & idcirco vt hunc confunderet errorẽ, seseq; purgaret, & Christi, qui eius dilexit formam; *Nigra sum* inquit, *sed formosa*: prout à patientissimo quoq; Iob dictũ inuenimus: [m] *Nõ peccaui, & in amaritudinib. moratur oculus meus*: Quo nãque non peccasse se asserit, qui alias sæpius peccasse se dixit, his verbis; [n] *Peccaui quid faciã tibi ò custos hominũ. Parce peccatis meis*; & alijs similibus? Non peccasse se nihilominus ait, quia haud quaquã pro peccatis eæ sibi cõtigissent amaritudines, quibus tũc temporis affligebatur: Vnde & alio in loco ad hoc ipsum comprobandũ;

PARAPHRASIS

Tribulationes haud sẽper arguũt peccata præcedentia.

m Iob. 17. 2

n Iob. 7. 20. 14. 16.

DE ANIMA.

o Iob. 6. 3.

° *Vtinam, inquit, appenderentur peccata mea, & calamitas, quā patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret*; Ac si diceret, Peccata quidē habeo, quia septies in die cadit iustus: tamen peccatorum grauium, quæ mortē inferunt, quæve Dei iram merentur, nihil mihi conscius sum. Atque adeò hoc vnum exopto, vt peccata hæc quotidiana, quæ à me committuntur, pro quibus Eliphaz inquit, me irā tuam meruisse, in statera aliqua vnà cum istis, quibus oppressus sum, calamitatibus pōderarentur: profectò enim existimo, calamitates ipsas esse multo huiusmodi peccatis grauiores: & ex hac ponderatione omnibus manifestum fieret, me nequaquam propter peccata ærumnis confectum; sed quia sic placitum est voluntati tuæ, vt magis in me refulgeret gloria tua. Hoc pariter est, quod hoc loco inquit Anima sancta, purgans nigredinem suam, ad eos, qui ex tribulationū nigredine peccatorum inferrent deformitatem.

Quod cōfirmatur ex similitudine, quam affert, tabernaculorum Cedar, & Salomonis; qua significat, se idcirco nigram tribulationibus, quia (vt dixi superius) extra patriam habitet in tabernaculo terrestri: quia versetur inter peccatores; atqui, cum in huiusmodi exilio, & in tali conuersatione impossibile nobis sit vitare omnia, & singula peccata venialia, videtur implicitè ea quidem non negare: quæ internam non auferrent pulchritudinem: Imò dum fatetur se nigram simul, ac formosam esse, innuit pariter, decorē ipsum per huiusmodi nigredinem illustriorem reddi: non secus ac cādida manus subfusco infecta sapone, per illum ipsum, candidior redditur, per quem denigrata videtur, & deturpata. Ideò namque & Anima sancta formosior, quia est nigra: & ad hoc per tribulationes infuscata, & denigrata à Domino est, vt formosior reddatur, ac sanctior: p *Tribulatio enim*, vt inquit Apostolus, *patientiam operatur, patiētia vero probationem, probatio verò spem, spes autē non confundit, quia charitas Dei*, in qua vniuersa sita est animæ pulchritudo, *diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Et hæc de primo sensu, in quo similitudines accipiuntur coniūctim, & nigredo sumitur pro tribulationibus, persecutionibus, angustijs, atque miserijs.

Tribulationes augent animæ decorem.

Simile.

p Rom. 5. 3.

II. SENSVS.

Origenes. Hieron. Io. Chrys. Ambros. Gregor. Nyss. Greg. PP. Philo Carpat. Bernard.

Iuxta secundum autem sensum, quo similitudines diuisim accipiendæ videntur; per nigredinem haudquaquam tribulationes, sed peccata designātur. Cum enim anima sancta, quæ prius multis inuoluta fuit sceleribus, per diuinæ gratiæ auxilia, per pœnitentiam, perque virtutum studia, ad tam eximiam peruenisset sanctitatis pulchritudinem, vt in Christi sponsam fuerit assumpta: Cumq; hoc sibi persuadere ij nequaquam possent, qui illā tantis peccatis denigratam recolerent, præoccupans ipsa earum obiectionem, vocansque illos filias Ierusalē, quia fideles essent, ac filij Ecclesiæ, quæ per Ciuitatis Ierusalem metaphoram sæpius designari solet: confitetur quidem superiorem peccatorū nigredinem; sed ex præteritæ nigredinis confessione illustriorem præsentem ostendit sanctitatē, ac pulchritudinem suam, propter quam adeò à Christo dilecta sit, vt in illius sponsam ab eo assumi meruerit, in eiusque cellaria & sit sæpius introducta, & adhuc se introducendam confidat, dicens: *Nigra sum, sed formosa*, ac si dicat. Nigra iampridem fui per innumera, eaque absurdissima scelera, quibus q denigrata erat facies mea super carbones: sed tamen modo, diuina adiuuante gratia, haudquaquā per nigredinē illā, vlla ratione deturpor: sed formosa sum: sed iustificata sum: sed tanta præ-

PARAPHRASIS.

q Tren. 4. 8.

DE ANIMA.

A dita sum sanctitatis pulchritudine, vt bene oīa mihi de Christo polliceri valeam, quem ita pulchritudinis meæ amatorem agnoui, vt in suam me elegerit sponsam. *Nigra* quidem fui, *sicut tabernacula Cedar*, quando ego ipsa tabernaculum erā Cedar, idest tenebrarum, habitante in me peccato, & potestate tenebrarum: sed iam, Dei gratia, formosa sum, sicut pelles Salomonis, sicut cęlū, & sicut Angelici spiritus cęli cęlorum; habitante in me vero Salomone, sicut & in illis.

In his autem animæ sanctæ verbis animaduertendum est primo, quàm egregie suam purget nigredinem, ex superiori vita contractam: simulq; p peccatorum, ac scelerum concessionem, mirum in B modum propriam extollat sanctitatis pulchritudinem. Quemadmodum enim pictorum peritissimi priusquam pulchram in tabula delineent imaginem, tabulam totā nigro operiunt colore: tum sup nigra tabula ipsam, quam volunt, imaginem pingunt; quo venusta, concinnaque imago atro circūvoluta campo, ex ea nigredine, atque vmbra pulchrior appareat. Ita quoque & Christi sponsa, suā volens commendare formam, prius proposuit peccatorum nigredinem: tum pulchritudinem adiecit, vt in corpore, tātis peccatis subdito, pñs magis effulgeret sāctitas; quod & ab Apostolo sępius factum inuenimus, quippe qui in commendanda tum propria, quam ex Dei misericordia cōsecutus fuerat, tum aliorum sanctitatis pulchritudine, hac C ipsa vsus est arte; de semetipso namque ait: r *qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus*: en campum nigrum. Intuere modo perpulchram imaginem. *Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu*: de alijs verò ad Ephesios: f *Et vos* inquit, *cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationū & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri*: En nigredi D nem: Vis videre formositatem? Audi: *Deus autē, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & cōsedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu*: Quo loco pōderanda sunt, in quibus Apostolus & nigredinem constituerit, & formositatē: Nigredinem constituit in eo, quod ambuletur in peccatis: in eo, quod elōgati à Deo homines errēt secundum sæculum mundi huius, errabundi vagētur per viam sæculi; ac tertio in eo, quod se ipsos subiecerint diabolo, ambulantes, & conuersantes secundum principem potestatis aeris in desiderijs carnis: pulchritudinem vero constituit in viuifica E tione, & resuscitatione, qua per Christi gratiā saluati, Christi habitaculum constituuntur: atque ēt in eo, quod consedere mereantur in cęlestibus in Christo Iesu, participes eiusdem regni cælestis cū Christo: cuius ipsimet per gratiæ cooperationem primum sese constituerant cælos. Quæ omnia quā exacte a sponsa in his, quę præ manibus habemus, explicata sint, quamve clare, ex singulorum examinatione facile vnicuique fiet persuasum.

Ex cōfessione peccatorum præteritorū magis apparet pulchritudo animæ iustificatæ.

Simile.

r I. Tim. 1. 13.

f Eph. 2. 1.

Nigredo animæ in quo sita sit.

Pulchritudo animæ in quo sita sit.

Animaduertendum est igitur secundo, per peccata congruentissime animam dici nigram: quandoquidē per illa ea, quæ pulcherrima creata est ad imaginē, & similitudinem Dei, tātis cōmaculatur maculis, vt de ipsa sic fœdata iure optimo per pro-

phe-

DE ANIMA.

phetam dictum sit. [t] *Denigrata est facies eius super nigredinem* (sic enim habet lectio Hebraica, vbi nos legimus; *Super carbones;*) neque enim nigredo, ac macula, quam infert peccatum, est instar nigredinis communis, & ordinariæ, quæ deturpat tantummodo corpora ea, quæ tetigerit; sed est super huiusmodi nigredinem, quoniam & ipsam denigrat animam, quæ spiritus est. At vero quia difficile humana mente concipi potest, qua ratione anima, quæ spiritus est, nigredinem aliquam in se admittere queat, acute plane sponsa nostra in sua similitudine, qua propriam confirmat nigredinẽ, subindicat, & quo pacto id fieri possit, & quid sit huiusmodi nigredo.

Peccata qualem nigredinẽ inferant animæ.

t Thren 4. 8.

B Dicens quippe se *nigram, sicut tabernacula Cedar*, innuit, eatenus se esse nigram, quatenus quodammodo est tabernaculum Cedar; porrò, cũ Cedar interpretetur, tenebræ; manifeste colligitur, illam idcirco esse nigram, quod facta sit tabernaculum tenebrarum, quod in ipsa commorentur tenebræ. Et bene, cum peccatum, quod in ipsa & habitat, & regnat, quove denigratur, tenebrarum vocabulo exprimatur sæpius in Sacris litteris, eodemq; modo denigret, quo & tenebræ ipsæ, per priuationem diuini luminis, gratiæve diuinæ, qua animæ quæque illustrantur, ac decorantur. Sicut enim ob id aer est tenebrosus quòd per interpositum opacum aliquod corpus priuatum est lumine: ita pariter & ob id anima denigrata dicitur, & nigra, qd per interpositionem terrenorum, circa quæ admittuntur peccata, diuini luminis est priuata fulgore. Hæc explicat sponsa, dum ait: *Nigra, sicut tabernacula Cedar*, seu tenebrarum.

Peccati macula, & nigredo quid sit.

Simile.

Quamuis per hanc similitudinem exprimatur etiam, vnde fiat, vt anima, quæ prius erat purissima, ac formosissima, tantis dehonestetur sceleribtantaque deturpetur nigredine: nimirum quia facta est tabernaculum Cedarenorum, ac potestatis tenebrarum; quia a Dæmonibus, qui a cœlesti patria expulsi, effugiunt a Deo, atque ab omni bono, tanquam tabernaculum conuoluitur in gyrũ circa tenebras, circa terrena, ac vana, ita vt recte de se metipsa verba ista Ezechiæ proferre queat. [u] *Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum:* Atque hoc illud est, quod ad quosdam hac ratione nigros, nonnulli per Isaiam dicebant. [x] *Propter hoc elongatum est iudiciũ a vobis, & non apprehendit vos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus; palpauimus, sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus in meridie, quasi in tenebris, in caliginosis, quasi mortui.* Nigredo namque omnis in anima ex eo est, quod principiũ tenebrarum tabernaculum constituta, tenebris vndique est circumfusa; vnde & per eundem Isaiam de populo nigro, qui postea, vniuersa purgata nigredine, omnibusque fugatis tenebris, formosus redditus esset, ac lucidus, dicitur. [y] *Populus, qui ambulabat in tenebris* (quatenus nimirum a potestate tenebrarum, cuius se constituerat tabernaculũ, per peccatorum tenebras trahebatur) *vidit lucem magnam, lux orta est eis:* quatenus ereptus de potestate tenebrarum ipsam in se admisit lucem veritatis. Quomodo vero iustitiæ in se admiserit lumen, & qua ratione per huius luminis splendorem formosus factus sit populus ille, qui ambulabat in tenebris, de semetipsa loquens Christi sponsa, aptissima explicat pellium Salomonis metaphora, dicens: *nigra fui, sed modo sum formosa, sicut pelles Salomonis.* cum enim Salomon typum gesserit Saluatoris nostri, tam nomine, quam & Sapientia, rectis-

Peccatis denigratur anima, quia fit tabernaculum dæmonum.

u If. 38. 12.

x If. 59. 9.

y Isa. 9. 2.

Michaelis Ghislerij.

A sime hoc loco ipsum sub illius exprimit vocabulo, qui & æterna sit Sapientia Patris, & non modo Rex pacificus, sed [y] & *Pax nostra*, iuxta Apostoli dictum. *Qui fecit vtraque vnum.* Quòd si per Salomonem Christum intelligit sposũm, profecto per pelles quoque, ac tentoria Salomonis Christi pelles intelligat, necesse est. Vis scire tentoria, vbi habitationem suam Christus Dominus constituerit? [a] *Dominus in cœlo parauit sedem suam*, ait Propheta; [z] *& extendit cœlum sicut pellem:* eo nimirum, veluti tentorio quodam vniuersam operiens terram. Tanta profecto est piæ animæ pulchritudo, vt inter ea, quæ humano patent aspectui, nihil à sponsa reperiri potuerit, cui assimilaretur aptius, quàm cœlum, quod pulchritudine omnia excedit.

DE ANIMA

y Eph. 2. 14

Aia sãcta est pulchra, sicut cęlum

z Ps. 102. 19.

a Ps. 103. 2

Et verè sicut cœlum formosa ea est, & sicut tentorium veri Salomonis: quia in ipsa præfulget fides, quæ per dilectionem operatur, à qua non minus quàm à Sole vniuersa dependet pulchritudo, quæ ve totius virtutis fons est, æquè ac Sol fons totius est lucis: quia instar cœli perpetuò mouetur, in virtutum studio proficiens, & ad anteriora se semper extendens: Imo (vt bene, ac subtiliter ait Bernardus) formosior est Anima Sancta cœlo isto corporeo; quia cęlum istud præterit; Rationalis autem, & spiritualis animæ species est æterna: decor enim eius est *charitas* [b] quæ *nunquam excidit*; est *iustitia*, quæ [c] *manet in sæculum sæculi*: est [d] *patientia*, quæ *non peribit in finem*: Est [e] *timor Domini permanens in sæculum sæculi*: sunt denique & reliquæ virtutes omnes, quæ instar rutilantium stellarum perpetuo splendore coruscant.

Serm. 27. Cant.

b 1. Cor. 13 8.

C

c Psal. 4. 9.

d Ps. 9. 19.

e Ps. 18. 19

Quòd si ob hanc perpetuitatem cœlũ istud corporeum nullatenus conferendum est decori, ac formositati spósæ. Quomodo igitur ipsa se inquit formosam, sicut pelles Salomonis, sicut tentorium Christi, sicut cœlum ipsum?

At sciendum; aliud esse cœlum, cui sponsa suam comparat pulchritudinem, de quo per Prophetã item dicitur. [f] *Cœlum cœli Domino*, scilicet est in habitationem, in tẽtorium, ac tabernaculum. Hoc vt bene inquit Bernardus, (eius enim verbis hæc explicabo) extentum sicut pellis, non spatijs tamẽ

Pulchritudo piæ animæ est similis pulchritudini Angelorum.

f Ps. 113. 16.

D locorum; sed affectibus animorum: Hoc miris, varijsque artificis distinctum operibus; diuisiones autem sunt non cœlorum, sed beatitudinum: nam alios quidem posuit Angelos, alios Archangelos, alios Virtutes, alios Dominationes, alios Potestates, alios Thronos, alios Principatus, alios Cherubin, alios Seraphin; sic stellatum cœlum hoc: sic depicta pellis ista præcipua veri Salomonis; Habet autem ista pellis tam grandis quamplurimas eiusdem Salomonis pelles: quoniam vnusquisque beatus, & Sanctus, qui ibi est, pellis est vtique Salomonis: benigni siquidem sunt, & extenti in charitate, pertingentes vsque ad nos, & curam gerentes nostri, [g] *Omnes administratorii spiritus, missi in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.*

Serm. 27. Cant.

E Quamobrem sicut cœlum cœli singulariter dicitur vniuersa illa multitudo beatorum collecta; Ita & cœli cœlorum propter singulos, qui vtique cœli sunt, ac nominatur; & ad singulos spectat, quod dicitur; [h] *Extendens cœlum sicut pellem*: Ex his pellibus, ac cęlis sponsa similitudinem sumit, cum ait, se *formosam, sicut pelles Salomonis.* Nec immerito inde sumit similitudinem, vnde sumpsit originem. At qua ratione huiuscemodi cœlis suam comparat formam? Quia vnum Deum adorat, & colit, sicut & Angeli: Christum super omnia amat, quomodo Angeli: casta est; quomodo Angeli, idque in carne peccati, & fragili cor-

g Heb. 1. 14

h Ps. 113. 2

 pore,

DE ANIMA. pore, quod non Angeli: quærit postremo, & sapit, quæ apud illos sunt, non quæ super terram. Quod » euidentius cœlestis insigne originis, quam ingeni » tam, & in regione dissimilitudinis retinere simili- » tudinem? gloriam vitæ cœlestis in terra, & ab exu » le vsurpari? in corpore denique pene bestiali viue- » re Angelum? cœlestis sunt ista potentiæ, non terre » næ. Hæc Bernardus.

Ex quibus omnib. manifestissimè apparet, quam congruè Anima, quæ propter Sanctitatem suam Christi est sponsa, pellibus Salomonis suam contulerit pulchritudinem; & quā vere ea, quæ per peccatorum nigredinem potestatis tenebrarum tabernaculum fuerat obscurissimum, per vitæ renouationem cœlorum, Angelorumque æmuletur decorem, ita vt iure optimo dicere potuerit, *Nigra fui, sicut tabernacula Cedar, sed modo sum formosa, sicut pelles Salomonis*: Quod paucioribus verbis expressit & Apostolus, cum Ephesiis diceret; [i] *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Ac si diceret. — i Eph. 5.8

Fuistis prius nigri, quia eratis tabernacula Cedar, & potestatis tenebrarum: nunc autem, quia facti estis pelles, ac tentoria veri Salomonis, qui lucem habitat inaccessibilem, facti estis lux, in illo formosissimi, ac præfulgidi, instar cœlorum, qui sunt ipsius pelles, ac tabernacula. Ex quo Apostoli loco apparet, quàm congruè quod dicitur; *Nigra sum*, pro præterito, *Nigra fui*, acceperimus: præsertim cum & Chaldæus (vt videre est in Appendice) de præterito vituli peccato Synagogam loqui faciat; & Hebraicus textus, vt notatum est in litteræ sono, minime repugnet, cum nullum apponat verbum, legens. *Ego nigra, & formosa, sicut tabernacula Cedar, &c.*

Altera secūdi sensus explicatio. Quod si quis verbum illud, *sum*, pro præsenti tēpore, vt sonat, accipiendum cōtendat, tunc dictionē illam, *nigra*, sumemus pro, *fusca*, prout sumpsit Origenes, Ambrosius, & alij: vt significet non omnimodam nigredinem, sed nonnihil nigredinis, quam nigredinem nos Italicè dicimus, *bruno, ò brunezza*: & in hoc sensu propriè locuta est sponsa, dum dixit se nigram; voluit enim significare, se esse subnigram, & fuscam aliquantulum, prout esse solent pastores. Vt ipsamet se explicat in sequenti versu, cum ait; Nolite me considerare, quod fusca sim, &c. quod & dictio Hebraica שחרחרת scechorah, egregia innuit auroræ similitudine, quæ ita est, vt tamen sit etiā lucida, quatenus tenebris admixtam habet & lucem: שחרחרת scechorah enim deducitur à verbo שחר sciachar, quod propriè aurorare, & diluculare significat, vnde quia crepusculum, & aurora est nigra, ponitur quoq; pro denigrare, atque nigrescere.

Iuxta hunc autem sensum. Purgat anima sancta pulchritudinem, ac sanctitatem apud eos, qui sibi obijcere potuissent peccatorum reliquias, ac fomitem sensualitatis, ei relictum etiam post iustificationem.

Declarat Apostolus longius, quomodo anima etiam iustificata hac ratione sit fusca simul, & formosa. Audi colorem fuscum. [k] *Ego carnalis sum venundatus sub peccato: quod enim operor non intelligo*, idest non approbo, *non enim, quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio*: & cetera: ac post multa. *Video aliam legem*, fomitis scilicet, ac sensualitatis *in membris meis repugnantem legi mētis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*: vis scire, quomodo cum hoc — k Ro. 7.14

A fomite, cum hoc colore subnigro anima sancta sit simul quoque & formosa: Audi. *Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati*: idest quātuis fomite inclinet ad malum; quatenus tamen spiritualis, gratiæque pulchritudine honestor, seruio legi Dei: sicque formosa sum, quoniam nihil *nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu* (animabus scilicet illis, quæ sunt sponsæ Christi Iesu) *qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me*, omnesque illas *à lege peccati, & mortis*, qua adeo nigra eram, & turpis, vt nullus in me reliquus esset decor. Hæc longius Apostolus, quibus tota sponsæ explicatur mens. — DE ANIMA.

B Neque enim aliud innuere illa voluit, dum dixit, se *nigram, ac fuscam esse sicut tabernacula Cedar*, quam quod dixit Apostolus de fomite, de motibus concupiscentiæ, ac sensualitatis, deque continua pugna inter legem, quæ est in membris eius, & legem mentis; inter duos homines, qui in ipso vno essent, hominem animalem, seu carnalem, & hominem spiritualem.

Siquidem per similitudinem tabernaculorum Cedar innuit, se eatenus fuscam esse, quatenus est sicuti tabernacula, quibus in terra Cedar vtuntur milites in bellis: tabernaculorum enim vsus præcipuus est in bellis, quādo in castris exercitus demorari opus est: quatenus ipsa in terra ista Cedar, ac
C tenebricosa est veluti tabernaculum, ac bellorum vsus deseruiens: quatenus semper est in pugna, ac bello illo, quod enarrauit Apostolus.

Porro quod propterea sit subnigra, quia semper sit in huiusmodi bello, clarius ipsamet indicat in subsequentibus, dicens: [l] *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol*: Quare verò decolorauit te Sol? quia *filii matris meæ pugnauerunt contra me.* — l Cant. 1.6

Verùm quamuis hoc pacto aliquantulum sit subnigra: est tamen simul, & formosa; licet enim [m] carne seruiat, idest seruire compellatur legi peccati, ac fomiti; mente tamen seruit legi Dei. — *Alia sāba ex fomitis nigredine redditur illustrior.* — m Ro. 7.25

D Imò eò est formosior, quia hoc pacto est subnigra; nam quemadmodum maius inuicti animi robur, maioremque erga suum Principem beneuolentiam miles ille præsefert, qui valetudinarius, vulneratus, ac imbecillis dimicare aggrediatur, & audacter in hostes irrumpit, quàm ille, qui idem firmis lacertis, firmaque valetudine pro suo agat Imperatore: Ita anima illa, quæ prauæ consuetudinis imbecillitate, assiduisque fracta passionibus, pugnam cum vitijs, ac prauis sensualitatis motibus init, & enixè in acquirendis virtutibus, Deo seruiens laborat, multò apparet illustrior, quàm, si nulla vnquam imbecillitate esset confecta. — *Simile.*

Dicat igitur sponsa, quæ talis est; *fusca sum, sed formosa.*

E At audiamus quomodo, & quare sit adeò formosa, ait enim se esse, *formosam sicut pelles Salomonis*: Apostolus in loco præcitato decorem animarum Sanctarum in eo constituit, quod illæ mente seruiant legi Dei: quod liberatæ sint à lege peccati, & mortis, idest à peccatis mortiferis, idque, quia sunt in Christo Iesu; quòd si illę sunt in Christo, & Christus quoque est in illis, ait enim ipsemet Christus: [n] *Qui manet in me, & ego in illo*: & omnino ideò secundum Apostolum formosæ sunt, quia Christus habitat in illis, iuxta illud Apocalypsis; [o] *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt.* — *Pulchritudo sp. aīæ unde prouenit, quod Christus habitet in illa.* — n Io. 6.56 — o Apoc. 21.3

Quod

DE ANIMA. | DE B. MARIA.

Quod clarius infra Paulus quoque explicat, di- A
cens. p *Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis: Si autem Chriſtus in nobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus verò viuit propter iuſtitiam*, bene autem ex eo, quod ſpiritus Dei habitet in nobis, infert Apoſtolus, Chriſtum, quoque habitare, & eſſe in nobis, quia per ſpiritum ille habitare ſolet in anima, prout ab eodem ſignificatur, cum ait, q *Habitare Chriſtum in cordibus veſtris per ſpiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.*

p Rom. 8. 6

q Ephes. 3. 17.

Si ergo pulchritudo animę inde prouenit, quia Chriſtus i ea habitet, profectò hoc illud eſt, quod innuere vult & Chriſti ſponſa, dum inquit, ſe eſſe *formoſam ſicut pelles, ac tentoria Salomonis:* æquè enim eſt ac ſi diceret. B

PARAPHRASIS.

Idcirco formoſa ſum, quia ſum ſicut animæ illæ, in quibus tanquam in proprijs tentorijs verus commoratur Salomon: quia & ipſa ſum tentoria Regis pacifici, quia per Spiritum Sanctum habitat Chriſtus in corde meo, prælium indicens paſſionibus, prauiſque concupiſcentijs meis.

Hoc autem illud eſt, quod ſummam hac in re incutit admirationem: quòd, habitante Chriſto in anima vt in tentorio bellico, anima ipſa ſimul eſt. & fuſca propter bellum, & formoſa propter pacē: quia bellum, quod in ea commouet Chriſtus inter hominem ſpiritualem, & hominem animalem: inter ſpiritum, & carnem: inter rationem, ac fomitē ſenſualitatis, ſumma eſt Animæ Sanctæ pax, per quam eximiè formoſa conſtituitur. C

Bellū, q ſuſcitatur Chriſto habitante in anima, eſt ſūma pax adeoq; per illud fit ala fuſca, & formoſa.

Quomodo namque Chriſtus Ieſus, qui Salomō dicitur, ac pacificus aliud, quàm pacem afferret? quomodo Chriſtus, qui nullibi ſuum figit tentorium, niſi vbi ſit pax: quia r *factus eſt in pace locus eius*, aliud ſuſcitare poſſet bellum, niſi in quo ſumma eſſet pax? Significarunt hoc Angeli illi, qui, cū Rex iſte pacificus in mundū aduenifſet, ſimul concinentes dixerunt; ſ *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quomodo nāque ab Angelis per Chriſti aduentum in terra pax annunciaretur, cum ipſemet Chriſtus dicat, t ſe non veniſſe, vt pacem mitteret, ſed gladium, & bellum; niſi bellum ipſum, quod à pacifico ſuſcitatur, & bellum ſimul eſſet, & pax? niſi in huiuſmodi bello ſumma ineſſet pax, per quam formoſa fieret anima ipſa, quæ militat? Quæ pax idcirco ab Apoſtolo dicitur exuperare omnem ſenſum, cum ait; u *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras*: quia talis ſit, vt humana mens in ea comprehendere nequeat, quomodo ſtet ſimul cum bello tam inteſtino, tamque perpetuo: quomodo & bellum ſit ſimul, & pax. D

r Pſ. 75. 3.

ſ Luc. 2. 14.

t Matt. 10. 34.

u Phil. 4. 7

Secundum hæc ergo, quod ait ſponſa breuiter tale eſt.

PARAPHRASIS.

Ne offendamini, quòd me adeò dilectam prædicarim à Chriſto ſponſo meo, fuſcam adhuc ob fomitem, & reliquias quas in me conſpicitis, peccatorum: nam, etſi propterea ſubnigra ſim ſicut tabernacula Cedar, quia & ipſa propter prædicta ſēper in bello ſim, æquè ac tabernacula Cedarenorū dimicans cum paſſionibus, & cōcupiſcentijs meis: ſum nihilominus pariter & formoſa ſicut pelles Salomonis, habitante in me Chriſto meo vero Salomone, vt in bellico tabernaculo, qui per illud ipſum, quòd prædictum intra me ſuſcitat bellum, pacificam me reddit pacificus, perfectiſſimamque in me operatur pacem illam, in qua ſumma omnium adeſt pulchritudo animarum. E

Verſ. V. Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.

Illam purgās Beatiſſima Virgo puritatis, ac Virginitatis calumniam, qua ab Hæreticis compluribus, atque à Iudæis præſertim impetitur, Hoſue omnes filiarum Ieruſalem nomine cōpellās, quòd ad terrenam ſpectent Ieruſalem; quodvè de ſynagoga potius ſint, quàm de Eccleſia: *Nigra ſum, ait, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis:* ac ſi dicat.

Rup. Abb.

PARAPHRASIS.

Quamuis iuxta prauam mentis veſtræ ſententiam, ſim adeo fœda, & nigra, atque immunda, vt tabernaculis Cedar, quæ omnium ſunt nigerrima, ac immūdiſſima tabernaculorum, comparanda vobis videar, qui meum humano intellectu capere nequitis partum cum Virginitate coniunctū: qui terrenis rationibus meam abſque coniuge metimini conceptionem. Nihilominus re vera ſum formoſa, virginitatiſque decore pulchra, talemq; me tenent, quotquot recta credūt fide: adeoque in eorum mente munda ſum, & formoſa: vt cum pellibus & tentorijs præfulgidis, atque pulcherrimis magnificentiſſimi regis Salomonis me conferant. Neque honeſtiores ſane, neque aptiores a B. Virgine afferri potuiſſent ſimilitudines, quibus ſuū confirmaret intentum: nam præterquam quod per illas ſummam; iuxta non credentium, atque credentium opiniones, nigredinem, & immunditiā, ſummamque pulchritudinem, ac decorem in genere ſibi ineſſe confirmat: confirmat quoque particula rem eorundem, vel impiiſſimam calumniam, vel maxime illuſtrem laudem: ſiquidem cum Cedar (vt ſæpius dictum eſt in ſuperioribus) tenebræ interpretetur: per tabernacula Cedar eæ deſignātur mulieres, quæ tenebrarum, ac ſcelerum tabernacula ſint: mulieres peccatrices, mulieres, quæ ſpiritus immundi, poteſtatiſque tenebrarum tabernacula ſe conſtituerint, è quorum vna Ieſus in a Euangelio dicitur, eieciſſe ſeptem Dæmonia; Ac talib. tabernaculis, talibus mulieribus blaſphema mente, blaſphemoque ore ſceleſtiſſimi omniū Iudæi Dei genitricem comparant, dum eius impugnant Virginitatem: dum & mortuum, & in cœlis reſidentem, adhuc linguis perſequi non ceſſant filiū eius Ieſum, quem in terris viuentem cruci affixerunt: ideò congruentiſſimè ipſa, cui id optimè erat exploratum: *Nigra ſum*, inquit, (in opinione veſtra) *ſicut tabernacula Cedar:* atque ideò tantis me inceſſere nō deſiſtitis blaſphemiis. Per *pelles autem Salomonis*, non illius, qui terreno in Iudæa potitus eſt Regno; ſed illius, qui cœleſte obtinet imperium, Chriſti nimirum Regis Pacifici, cœli iſti deſignantur corporei, quos Salomon noſter, qui & Deus ſimul eſt, & homo b extendiſſe dicitur ſicut pellē, ac tamquam tentoria, vniuerſam terram operientia, prout ſupra in præcedenti expoſitione oſtenſum eſt. Aptiſſime vero quæ eſt formoſa propter Virginitatem cum filii conceptione, ac partu: comparatur cęlis, aptiſſime Mariæ pulchritudo, quę in eo ſita eſt quod Chriſtum Dei filium in ventrem ſuſcepit, atque è ventre protulit, propria illæſa virginitate, & abſque vllo puritatis ſuæ detrimento, cęlorum confertur pulchritudini: nam & cęli ipſi lu-

a Mat. 16. 9.

b Pſ. 103. 2

Maria virginitate quā apte cōparetur cęlis.

Simile.

APPENDIX.

lumen in se suscipiunt, ac radios Solis ex orbe Solari, idemque ad inferiores emittunt orbes: cũ vero ex istiusmodi Solis lumine, ac radijs maximo illustrentur fulgore, plurimasque de se proferãt virtutes, ac influentias; nullum tamen vel in luminis susceptione, vel in illius emissione propriæ puritatis patiuntur detrimentum: nullam in proprio corpore admittunt confractionem; quod autem eodẽ planè modo Christum in se susceperit, nobisq; protulerit Virgo, ipsamet innuit statim, cum subdit. *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit &c.* A

Cant. 1. 6.

Vers. V. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

Appendix expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Quando fecerũt domus Israel vitulum, denigratæ sunt facies eorum, sicut filiorum Aethiopiæ, qui morantur in tabernaculis Cedar: & quando egerunt pœnitentiam, & dimissum fuit eis peccatũ, multiplicatus fuit splendor vultus eorum, sicut vultus Angelorũ, eò quod fecerunt cortinas tabernaculi, & resedit in medio eorũ maiestas Domini. Moses autem magister eorum ascendit ad æthera, & posuit pacem inter eos, & Regem eorum.

Peccatis denigrata est facies populi Israel, pœnitentia vero facta est instar vultus Angelorum.

Discrepant primo Patres in definiendo, quibusnam hæc à sponsa dicantur. Siquidem etsi manifestum sit, quòd dicta sint filiabus Ierusalẽ, per has tamen, quas allocuta apparet sponsa, Quidam illas intelligunt adolescentulas, de quibus in præcedentibus, Ita Origenes homil. 1. ex duabus, quem sequi videntur Cassiodorus, Beda, Aponius, & quotquot animas fideles accipiunt.

Filiæ Hierusalem, quas alloquitur sponsa quænam sint.

Idem tamen Origenes hom. 2. ex 4. negat, ad prædictas Adolescentulas hæc habita; quin potius ad æmulas sponsæ ea refert, quales Iudæi sunt, & filiæ synagogæ, improperantes Ecclesiæ gentium nigredinem ignobilitatis, & idololatriæ, quod sensit & Athanasius in synopsi, & Theodoritus. D

Origenes. Cassiod. Athanas. Theodor. Aponius.

Tertio Aponius superbas intelligit virtutes, vel perfectos quosque, admirantes progressum sponsæ, & Ecclesiæ. Ita & Psellus apud Theodoritum.

Quoad explicationem autem nigredinis, & pulchritudinis sponsæ maior est inter eosdem Patres discrepantia.

Ecclesia Gẽtium nigra per ignobilitatem generis, & per scelera præcedẽtia, sed formosa per fidem Christi.

Primo enim, qui volunt, hæc dicta ab Ecclesia Gẽtium ad filias synagogæ, & Iudæos, Origenes, Athanasius, & Theodoritus supracitati, nigrã inquiunt, illam se esse concedere, quatenus ignobilis, non trahens originem ex Sanctis Patriarchis; quatenus incircumcisa, & præputiata, vt ait Athanasius: vel etiam quatenus Idololatriæ, & grauissimis sceleribus prius dedita fuit, vt ait Theodoritus: nihilominus esse formosam p id, quòd Christo adhæsit per fidem, à quo singularem accepisse se gloriatur pulchritudinem. E

August. Eucher.

Secundo, nigram simul, & formosam se dicere Ecclesiam, inquiũt alij, quia cõstet ex malis simul, & bonis. Ita Aug. lib. 3. de doct. Christ. c. 32. & expos. in psalmos 3. 77. & 94. ponderans, quomodo non dicatur, *Fusca fui*, sed *sum*. Ita & Eucherius lib. quæst. vet. testamen. quæst. in Cant. & Beda.

Ecclesia nigra, ac formosa ꝓ admixtionẽ malorũ, atque bonorũ.

Ad quem sensum referri possunt & quæ dicit Amb. lib. de init. myst. c. 7. Nigra, quia ex peccatoribus: decora fidei Sacramento.

Ambr.

Necnon & ea, quæ dicuntur a Tribus Patrib. apud Theodoritũ, & Philone Carp. Quod ecclesia nigra simul, & formosa dicatur, quatenus constat ex ijs, qui conuersi sunt de populo Israel, propter quos est formosa; & ex conuersis de populo Gentili, propter quos se dicit nigram, idest, ignobilem. Et id, quod ait Amb. ser. 2. in psal. 118. ver. 1. quòd synagoga nigram se dicat propter incredulorum perfidiam: formosa, quia ex ipsa Christus, & Apostoli; & quia prior facta est congregatio Dei.

Tres Patres. Philo Carpat. Ambros. Chrysost. Origenes.

Tertio, nigram, alij dicunt, se asserere ecclesiam, vel piam animam propter peccata præterita: formosam vero propter pœnitentiam, seu per lauacrum regenerationis, aut etiam per gratiam. Ita Orig. Hom. 2. ex 4. Hier. comm. in c. 2. Sophoniæ, & epist. 22. ad Eustochium, Chrys. Hom. 1. de virtute, tom. 5. Amb. li. 2. de Spiritusancto, c. 11. & comm. in ps. 50. super illa verba: Asperges me Domine hyssopo, & in psal. 118. serm. 2. ver. 1. & ser. 18. vers. 5. Greg. Nyss. hom. 2. in Cant. & Greg. Papa, li. 9. Moral. c. 18. & comm. in Cant. Philo Carp. Bernar. ser. 25. in Cant.

Hieron.

Ecclesia, & pia anima nigra ꝓ peccata: formosa per pœnitẽtiam, per baptismũ, & per gratiam.

Inter quos singulariter Nyss. existimans, piã animam hic significare, quomodo, cum esset nigra, facta sit formosa, quia Christus ipsam dilexerit, prout dictum immediatè fuerat ijs verbis *Rectitudo dilexit te*. Nolite mirari, inquit, illam dicere ad adolescẽtulas, quòd me dilexerit rectitudo; sed quòd cũ nigra essem peccato, & per opera affinis essem, & coniuncta tenebris, me pulchram fecit per dilectionem, sua pulchritudine commutata cum mea turpitudine; in se enim trãslatis sordibus meorum peccatorum mihi suam impertije puritatem. Declarat, quomodo quod nigrum erat, factum sit speciosum egregia similitudine, quomodo noctu, cum dominantur tenebræ, simul nigra redduntur omnia, etiamsi sua natura sint splendida; adueniente autem luce in ijs, quæ tenebris, & caligine erãt obscurata, non manet ea, quæ tenebris erat assimilatio: Ita etiam traducta anima ab errore ad veritatẽ tenebrosa quoque vitæ forma simul mutetur ad lucidam gratiam. Quem Nyss. sensum tetigisse videtur, & Amb. ser. 2. in ps. 118. cum proponit animam, & specialiter Ioannem dilectum Domini discipulum, admirantibus, quod seruus supra Domini num reclinaret in cœna; quodve caro illa peccatrix supra templum verbi recumberet, dicentem, *Fusca sum*, quia peccaui, decora, quia iam me diligit Christus: quam relegauerat in Eua, scilicet carnem, recepit ex Virgine, suscepit ex Maria.

Anima nigra peccatis facta est formosa, cũ Christus in se cepit sordes illius.

Nyssen.

Ambros.

Anima nigra, quia peccauit formosa, quia diligitur a Christo.

Idem vero Ambros. serm. 18. in eundem psalm. 118. Præclarè notat, quomodo pia anima præmisit nigrã, vt augeret decoram; nec dixit: *Nigra sum decora*, ne quod nigrum est, decorum æstimaretur.

Ambros.

Conciliatque hæc duo Gregorius Papa in Cãt. vt nigram se dicat Sãcta anima, & formosam; quia semper & turpitudinem peccatorum suorum percipiat: & tamen illius iustitiæ, quàm in intimis videt, in exterioribus actibus secum solertem formã gerat.

Greg. PP.

Origenes.

Origenes Homilia 1. ex duabus in Cantic. videtur hæc applicare ad animam, quæ adhuc catechumena, vel incipiẽs sit, quæ vnà cum nigredine præteritorum peccatorum sit speciosa per pœnitentiã; non tamen cãdida ante quam abluta sit per baptismum, aut per maiorem profectũ. Quærimus enim, ait, quomodo nigra, & sine candore sit pulchra. Pœnitentiam egit a peccatis, specimen ei largita est conuersio, & ideo speciosa cantatur: quia vero

Anima incipiẽs, aut catechumena fusca, at formosa per pœnitentiã, candida autem per baptismum, et ꝓ profectũ.

nec

APPENDIX. nec dum omni peccatorum sorde purgata, nec dũ lota est in salutem, nigra dicitur: sed in atro colore non permanet; fit enim candida, quando ad maiora consurgit, & cum ab humilibus incipit ad alta conscendere, diciturque de ea; Quæ est ista, quę ascendit dealbata.

Cant 8.5. secundum Septuag.

Ecclesia, et pia anima nigra tribulationibus, formosa profectu virtutum, & coronis.

Quarto, nigram, nonnulli asserunt, dici ecclesiam, aut piam animam propter ærumnas, & tribulationes, ac pugnas, formosam vero propter coronas. Ita Amb. lib. de Spiritu Sancto, cap. 11. dicens; Aut certè nigra exercitij sui puluere, dum præliatur: decora, dum victoriæ suæ insignibus coronatur. Ita & Cassiodorus, Beda, Iustus Orgelitanus, Anselmo, Hugo de Sancto Victore lib. 1. instit. monast. serm. 84. tom. 2.

Bernar. *Nigredo tribulationum auget sponsæ decorem.*

Bernard. serm. 25. in Cantic. vbi ostendit, nigredinem, ipsasque afflictiones augere sponsæ pulchritudinem, vnde tam de illa gloriatur, quam de præclara pulchritudine.

Aponius. Augustin. *Ecclesia, et pia anima nigra per fomitem, formosa per gratiã.*

Aponius quoque nigram, ait, dici Ecclesiã propter persecutiones, & afflictiones; at formosam propter multiplices, quibus decoratur sanctorum ordines.

Quinto Nigram se ait, Ecclesia, vel Anima, per naturam, ac fomitem peccati: formosam per gratiam. Ita Aug. serm. 201. de verbis Domini, & sermo. 56. de tempore. Vnde enim, inquit, nigra? a *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea*: Vnde formosa? *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuẽ dealbabor*? Vnde nigra? Apostolus dicit. b *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati.* Vnde formosa? *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.*

a Psal. 50. b Rom. 7. 23.

Ambros. *Virgo nigra per carnem formosa per virginitatem.*

Ad hęc & Ambrosius in lib. de ijs, qui myst. init. cap. 7. dicens, Nigra per fragilitatem conditionis humanæ; decora per gratiam.

Sexto ad quamlibet Virginem Sanctam hæc aptans Ambrosius libro exhortat. ad Virg. Nigra, inquit, per carnem; decora per virginitatem.

Rupertus Abbas. *B. Maria prægnãs nigra icredulis, formosa fidelib.*

Quæ Rupertus Abbas aptat ad Virginem Dei genitricem, quæ nigram se dicat, secundum opinionem male videntium, quia prægnans inuenta sit: at formosam secundum opinionem rectè credentium, quia salua virginitate de spiritu Sancto impręgnata.

Quoad allatas similitudines sciendum, ab aliquibus sumi quidem ambas coniunctim, vt relatas tam ad nigredinem, quàm ad formositatem comprobãdam. Ita ab Origene hom. 2. ex 4. à Gregorio Nysseno, ab Aponio, & à Bernardo serm. 28. in Cant.

Origenes. Nyssenus. Aponius. Bernardus.

Communiori tamen sensu diuisim illas accipi, & distributiuè; primam vt relatam ad nigredinem, secundam ad pulchritudinem. Ita Origenes in homil. 1. ex duabus; nec non & in præcitata secunda ex quatuor, Theodoritus, Tres Patres, Cassiodorus, Gregorius Papa, Beda, Anselmus, Rupertus Abbas, atque Bernardus serm. vigesimosexto in Cant. & Iustus Orgelitanus.

Origenes.

Sciendum secundo. In explicatione harum similitudinum non minorem inter eosdem Patres esse diuersitatem. Primo enim Origenes homil. 1. ex quatuor sumit illas coniunctim, quasi prius allatæ essent à Iudæis exprobrantibus Ecclesiæ gentium ignobilitatis nigredinem, & quasi Ecclesia ipsa in hunc sensum illas repetat.

Quamuis pro coloris obscuritate comparetis me, tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis: Tamen & Cedar ex Ismaele descendit, qui non fuit expers diuinæ benedictionis, sed & pellibus Salomonis comparatis me, quæ non aliæ sunt, quã pelles tabernaculi Dei, & tamen miror, vos mihi coloris exprobrare nigredinem.

DE B. MARIA

Quomodo non meministis, quod in lege vestra scriptum est, quid passa sit c Maria, quæ detrogauit Mosi, cum accepisset Aethiopissam nigram in vxorem? quomodo ignoratis, illius imaginis adũbrationem in me nunc perfici veritate? Ego sum illa Aethiopissa; ego sum nigra quidem pro ignobilitate generis, formosa vero propter pœnitentiam, & fidem.

c Nu. 12. 1

Origenes. *Nigredo peccati assimilat a tenebris.*

Idem tamen Origenes Homil. 1. ex duabus, distributiuè easdem accipiens, nigredinem peccatorum: assimilatam inquit, tenebris, quod sonat nomen Cedar, pulchritudinem vero pœnitentiæ, & virtutum, verique cultus, pellibus pretiosissimis, quas Salomon adhibuit in ornatum tabernaculi.

Theodor. *Anima sãcta formosa quia tabernaculũ Christi, & quia vestita Christo.*

Conuenit & Theodoritus apertius id declarãs, quod dicitur de pellibus tabernaculi, ac si per eã similitudinem sponsa significet, se ita formosam, vt tabernaculum Christi veri Salomonis effecta sit; additque, per pelles Salomonis intelligi posse vestimenta eiusdem Salomonis, quibus is vestiebatur in omni gloria sua: ac si per hanc similitudinem sponsa dicat, se esse formosam, quia vestita sit Christo vero Salomone.

Aña quæq; habere debet fiduciã proficiendi in vita spirituali.

Greg. Nyss. Homil. 2. eandem explicationem sequitur, ait tamen, similitudines istas à pia anima allatas ad exhortationem subditorum in hunc sensum. Et vos ergo ò filiæ Ierusalem aspicite ad vestram matrem: etiamsi essetis tabernacula Cedar, propterea quod in vobis habitaret Princeps potestatis turpitudinis, Cedar enim interpretatur obscuritas, eritis pellis Salomonis: eritis templum Regis, cum in vobis inhabitarit Rex pacificus, pelles enim ex parte nominauit totum ambitum regij tabernaculi.

Tres Patres. Philo Carpat.

Per obscuritatem, notatam nomine Cedar, conuersos ex atra Gentilitate: per pelles vero Salomoni, & pacifici, conuersos ex populo Israel, habente apud se pacificum sermonem legis, & Prophetarum, ab Ecclesia dignari asserunt Tres Patres, ac Philo Carpat.

Cassiodo. Anselmus. *Ecclesia nigra ab persecutionibus, formosa, quia est tabernaculũ Christi, & quia con. dat ijs, qui se mortificant.*

Cassiodorus per Cedarenos persecutores intelligit, quibus denigratur Ecclesia, per pelles vero Salomonis, & pacifici, designari dicit eandem Ecclesiam exinde formosam, quia facta sit tabernaculum Christi, digna, scilicet visitatione, & consolatione illius: & quia ex ijs est, qui se ipsos mortificant, æque, ac tabernacula facta sunt ex pellibus animalium mortuorum.

Beda. *Ecclesia nigra quatenus secundũ opinionẽ insipientium censetur inimica totius mũdi.*

Hoc ipsum penitus, & Beda quoad secundam similitudinem: Quoad primam tamen ait, Cum Cedar filius fuerit Ismahelis, de quo dictum est. d *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum.* Cumque ipso nomine, quod tenebras sonat, vel peruersos homines, vel immundos spiritus insinuet: quando dicitur: *Nigra sicut tabernacula Cedar, sicut*, non pro veritate, sed pro æstimatione insipiẽtium poni. Quasi Ecclesia ideo nigra sit, quia generalis mundi totius esset inimica, iuxta illud. *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*, & quia insipientes existiment, ipsam mansionem in se præbere vitijs, vel malignis spiritibus.

d Gen. 16. 12.

Gregorius Papa hæc in hunc modum accommodat ad piam animam, vt nigra dicatur sicut tabernacula Cedar, quia in quantum tenebras mortali-

APPENDIX.

talitatis portat, nigredine corruptionis sordidatur: & formosa sicut pelles Salomonis, qui Christum repræsentat, dicatur: quia dum Sanctos quosque, qui ad imitationem Christi se mortificant, imitari non negligit, eorum pulchritudini per similitudinem se iungit.

Anima Sãcta nigra, sicut tabernacula Cedar, quia despecta: formosa sicut pelles Salomonis ob studium mortificationis.

Sicut tabernacula Cedar, ait Iustus Orgelitanus nigram se dicere animam, quia tamquam purgamenta huius mundi facta sit omnium peripsema: Sicut pelles Salomonis, quia semper mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumfert, vt vita Iesu manifestetur in carne sua mortali.

Triplicem affert sensum Aponius.

Aponius. *In Ecclesia nullus prælatus, aut Sacerdos est contemnendus, etiamsi minus bonus videatur.*

Primum, vt per has similitudines significetur nullum in Ecclesia contemnendũ, præsertim Prælatum, quamuis externa cuiuspiam cõuersatio despicabilis appareat; sed propter gradum, & ordinẽ venerandum, ac si dicatur, ô filiæ Ierusalem non vilescat vobis extrinsecus minus pulcher aspectus, qui tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis assimilatur: quia licet illa vilia sint: magni tamen, ac Sancti Patriarchæ Abrahæ contegũt prolem, cui benedixit Deus in Auo; (Cedar enim filius Ismahel filij Abrahæ) & licet mortuorum animalium exuuiæ sint pelles Salomonis; attamen Sanctam ab æstu, & pluuia contegunt arcam, altare, & omnia vtensilia tabernaculi Sancta Sanctorum.

B

Ecclesia progressus explicatus.

Secundo per easdem similitudines inquit, Ecclesiam explicasse progressum suum de errore ad veram fidem ex mendacij caligine ad lucem veritatis: de truculenta iracundia ad pacis tranquillitatem, ex defensione idolorum ad defensionem vnius veri Dei.

C

Ecclesia suscipit peccatores pœnitẽtes, & continet intra se Sanctos.

Tertio Ecclesiam, inquit, comparari tabernaculis Cedar, qui interpretatur tenebrosus mœror, quatenus sub alas suscipit impios pœnitentes, defenditque, ac protegit ad se confugientes ab imminente gladio: comparari verò pellibus Salomonis, quatenus Sanctos intra se continet viros, misericordes, pacificos, & orthodoxos.

Rup. Abb.

Rupertus Abbas applicans hæc ad Beatam Virginem; Nigram inquit, illam se dicere sicut tabernacula Cedar, quòd sicut Ismahel pater Cedar niger, ac ferus homo iure eiectus fuit cũ matre sua Agar, & è regione omnium fratrum suorum in solitudinem fixit tabernacula, ita & ipsa cũ eo, quòd conceperat, videretur eijcienda viri sui domo, & hereditate indigna. Formosam verò sicut pelles Salomonis, quia sicut exterior cultus, & omnis dignitas sapientissimi Regis incõparabiliter splenduit, ita vt nullus ei Regum potuerit vnquam comparari. Ita & Virginitatis ipsius splendor præ omnibus Sanctis, & filijs regni Dei sit admirabilis. Bene autem notat Rupertus, nõ dictum esse, *sicut Salomon*, quia Salomon apud se habuit iniquitatem, iuxta illud. [e] *Quia habuisti apud te hoc, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi; disrumpens discindam Regnum tuum*, sed *sicut pelles Salomonis*, idest sicut deforis ædificauit templum manufactum, sicque formosam se, inquit, dicere Beatam Virginem, sicut templum Salomonis, quia ex ipsa Deus templum sibi non manufactum, & non manufactam sapientia sibi ædificauit domum.

D

B. Maria formosa, sicut tẽplum Salomonis.

e 3. Reg. 11.

E

Bernard. serm. 26. *Nigredinẽ miseriarũ anima habet ex coniunctione corporis.*

Denique similitudines easdem Bernardus prius exponit, sumendo eas diuisim, vt Anima dicat, se nigram sicut tabernacula Cedar, quia est in tabernaculo corporis, in quo peregrinatur, ac militat: quodve est tabernaculum Cedar, idest tenebrarũ, quia animam, quasi obiectu sui, incircumscripti

A

luminis interim fraudat aspectu, nec sinit omnibus videre illud, nisi per speculum quidem, & in ænigmate, vnde prouenit ei nigredo; dicere vero se formosam, sicut pelles Salomonis: quod sit instar cœlorum tum eorum, qui videntur: tum eorum, qui non videntur, & spirituales sunt, Angelorum nimirum, ac beatorum, quos Deus [f] extẽdisse dicitur, sicut pelles; qua de re pluribus egimus in tertia expositione, in secundi sensus explicatione, vbi & cõplura ipsius Bernardi attulimus verba.

APPENDIX.

Anima Sãcta formosa instar cœlorum, & Angelorũ. Serm. 27. in Cant. f Ps. 103. 2

Origenes. *Anima sãcta formosa instar cœlestis patriæ.* *Anima Sãcta quomodo nigra, et formosa instar corporis Christi.* Bernar.

Origenes quoque Homilia secũda ex quatuor, quando ait, sponsam comparari pellibus veri Salomonis, & pellibus tabernaculi non manufacti, vnius, quod fixit Deus: addere ad hæc videtur, ipsam piam animam per hanc similitudinẽ designari, esse formosam instar cœlestis patriæ, quæ secundum aliquos est tabernaculum illud non manufactum, de quo loquitur Paulus ad Hebr. 9. Quamquam per illud ipsum tabernaculum possit etiam accipi corpus Christi secundum Chrysostomũ; & alios; atque ita eadem anima comparabitur corpori Christi ea ratione, qua eandem similitudinem explicat Bernardus aliàs.

Christus foris niger, sed intus formosus.

Accipiens enim easdem similitudines idem Bernardus in serm. 28. cõiunctim, vt ambæ allatæ sint ad probandam nigredinem: per pelles Salomonis, ait, intelligi eas, quas Rex in vsum tabernaculi soleret assumere, si quando in tentorijs habitare liberet, quas vtique obscuras sine dubio, & terram esse necesse fuit, vtpote quæ quotidiano forent expositæ soli, & frequentium iniurijs pluuiarum: neque id frustra, sed vt is, qui intus repositus erat, ornatus nitidior seruaretur: Sic per pelles Christi veri Salomonis intelligit despectam illius speciẽ extrinsecam: Quapropter bene, inquit, se sponsa ait nigram, sicut pelles Salomonis, quia afflicto cõdoleat; & fraternum eam decoloret incommodum, quam nigredinem, & ipse sibi Salomon pro nobis dignanter induit, [g] *Qui peccata nostra tulit in corpore suo super lignum*: Nigram etiam propter persecutionis nigredinem, quæ pro summo ornamento habetur: & de hac potissimum gloriatur, hanc libentius imitatur de pellibus sponsi, cum illi dixerit. [h] *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.*

Anima Sãcta dicit, se nigram, eo modo, quo & Christus niger. g 1. Pet. 2. 24. h Io. 15. 20

Vers. VI. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.

Expositio prima. Iuxta Litteræ Sensum.

CVm in superiori versu sponsa nigrã se dixerit, nunc se corrigens significat, locutam se ex aliorum opinione, nec tanto nigrore affectam esse quanto sociæ ipsæ existimant, sic eas compellans.

PARAPHRASIS.

Ne spectetis, neque despiciamini me, quòd fusca sim, & subnigra; is enim nigror, quo suffusa sum, mihi innatus non est: sed est aduentitius, & talis, vt auferri facile possit. Causa autem huius accidentis ea extitit, quòd aspexit, percussit, atque combussit me Sol.

Circa lectionum diuersitatem: Notandum variare Interpretes in versione dictionis Hebraicæ שזפתני scezaphtani, quæ proprie significet *aspexit me*. Ab interprete tamen nostro versa est, *decolorauit me*, ab effectu talis intuitus; sicut etiam ab altero effectu eiusdem, Aquila illam vertit

quẽ-

LITTERA.

συνέκαυσέ με, combuſſit me. & Theodotiõ *συνέφρυξέ με, torrefecit me*. Symmachus autem *παρέβλεψέ με, torue inſpexit me.* Quo ſenſu & Septuaginta vertiſſe *παρέβλεψέ με*, indicat Origenes homilia ſecũda ex quatuor. nec incõueniẽter iuxta ſignificationem verbi *παραβλέπω*, quod, vt ex Ariſtotele probat Budæus, hoc ſignificat torue, & limis oculis aſpicere. Quamquam & id quoque ſignificet (vt notat idem Budæus) quod eſt, nõ intendere; quo ſenſu idem Origenes vbi ſupra hoc loco illud ſumpſiſſe videtur: & clarius Ambroſius locis citatis in Appendice, legens. *Quia non intuitus eſt me Sol*, & Ioannes Chryſoſtomus homilia trigeſimaſeptima in Matt. Quicquid tamen ſit, certum eſt, tum ab ipſo Origene homilia prima ex duabus, tum a cæteris, qui verſionem Septuaginta interpretati ſunt, idem verbum acceptum in ſignificatione contraria, nempe pro aſpicere, iuxta ſignificationem verbi hebraici.

Ex Verſ. VI. Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.

a 3. Reg. 19. 9.

QVam apertis verbis ſuarum ærumnarũ cauſam attulit Elias, a cum Domino illam ab ipſo percontante, dum fugeret à facie Iezabel, & vnam ſibi optaret mortem, reſpondit: *zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filii Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eã*. Hæc ipſa ſub Solis metaphora affertur ab Eccleſia Chriſti ſponſa cauſa ſuarum tribulationum, ſuarum miſeriarum, ſuæque nigredinis. Cum enim ſupra haudquaquã negaſſet; ſe eſſe extrinſecus nigrã ob mundi huius perſecutiones, dixiſſetque, ſimul cũ hac nigredine eſſe ſe adeo formoſam, vt aſſumpta ſit in Chriſti ſponſam: Modo quia animaduertebat, ſe propter iſtiuſmodi nigredinem ab omnib. gentibus deludi, ſuaque membra facta eſſe omniũ peripſema; ne quis putaret hanc ſibi innatam, ita vt iugiter huiuſmodi tribulationibus fuerit oppreſſa, & perpetuo talibus opprimenda ſit anguſtijs, affert cauſam iſtius nigroris: ſimulque oſtendit, quomodo is ei ſit accidens extrinſecum, quod aliquando a ſe auferendum ſit, quodve non modo non deturpet vllo pacto, ſed maximopere ſuum augeat decorem: id quod in ſuperiori ſubindicauerat verſu, propterea ergo ad eos, qui cum deſpectu quodam ipſam intuerentur.

Bernardus

PARAPHRASIS.

Nolite, inquit, *conſiderare quòd fuſca ſim*: nigror enim iſte non ex mea prouenit natura, ſed ex extrinſecis hominum imperfectionibus, ex hominũ ſceleribus: & ſi vultis, vt propriam, ac peculiarem iſtarum perſecutionum, ac tribulationum afferam cauſam, ſcitote, eam eſſe Solem, ardentemque zelum Dei mei, qui me in hunc decolorauit modum.

Zelus honoris Dei cur comparetur Soli.

Bene autem Solis nomine, Dei zelum nominauit: tum vt ex ſolis effectibus perſuaſum fieret omnibus, multo plura ſibi ex huiuſmodi zelo prouenire commoda, quàm incommoda, multoque magis per eumdem ſuum illuſtrari decorem, quam propria fuſco colore denigretur ſpecies: tum vt ex ipſo Solis nomine ſingulis innoteſceret, nigrum illum colorem extrinſecum, quid eſſe tantum in facie extrinſeca, cum Sol eas tantum denigrare ſoleat partes, quas extrinſecus tetigerit.

DE ECCLESIA.

Decoloratur, verum eſt, Chriſti ſponſa ab iſto Sole zeli. Fatetur & ipſa: ſed, cum iſta decoloratio proueniat a Sole: videamus quid talis Sol, quid ipſe iuſtitiæ zelus prius in ipſa efficiat: quos effectus in ea producat: & quando iſtiuſmodi perſecutionum cauſet nigrorem.

Zeli honoris Dei, & iuſtitiæ effectus quatuor.

Porro complures hoc loco afferre liceret Solis effectus, quos ad illius ſimilitudinem zelus Dei producit in ſponſa: ſed, ne prolixiores ſimus, quatuor ponderabimus tantũ, & eos, quos nobis quatuor diuerſæ ſuggerunt lectiones, quas in prima expoſitione ſoni litteræ notauimus.

Zelus Dei quomodo illuminat Eccleſiam.

B Horum autẽ primus eſt illuminatio, hæc enim primus, ac præcipuus eſt Solis illius ſenſibilis effectus: huncque attingit Eccleſia Sancta, cum iuxta Hebraicam, & Septuaginta Interpretum lectionẽ, inquit: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia aſpexit me Sol*: manifeſtum autem vnicuique eſt, quòd Sol haudquaquam habet oculos, quibus aſpiciat; at translatè dicitur aſpicere, propterea quod nos aſpicere, atque ab aliis aſpici faciat, exhibens lumen, per quod & videamus, quæ nobis obijciuntur: & videamur ab ijs, qui nos intuentur.

Zelus nil nobis latere permittit, quod factum ſit cõtra Deum.

Et quidem duobus modis Eccleſia illuminata dicitur à Sole zeli Dei; primo, quia per illum ita afficitur, vt ſingulos hominum intueatur, videatque errores, nullusque illam latere poſſit eorum, C qui contra Deum delinquunt, quem ipſa zelatur. Vnde & per Prophetam ait. b *Vidi præuaricantes, & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt*, atque etiam experientia idipſum comprobamus; nam, cum quempiam ſummo proſequimur amore, illius adeo zelamur honorem, vt lynceos videamur habere oculos ad ſingulos vidẽdos, qui quidpiam contra illum fecerint inhoneſti: ac naturali quoque id perſuademur ratione, cum enim amicũ verum, æque ac noſmetipſos diligamus, hinc fit, vt quemadmodum ita à natura inſtituti ſumus, vt amor proprius talem in nobis proprij, & honoris, & commodi ſuſcitet zelum, vt nil contra illa vel dici, vel fieri à quopiam poſſit, quod illico nõ præ D ſentiamus: Eodem pacto & æqualis in amicum dilectio æqualem honoris, ac commodi eius ſuſcitãs zelum, nil nobis abſcõditum eſſe permittit, quod illis contrarium ſit.

b Pſ. 118. 158.

Simile.

Zelo Dei illuſtrior reddita eſt Eccleſia.

Altero quoque modo per Dei zelum illuminatur Eccleſia, quatenus per eum illuſtrior redditur: à quo cogitur ex latibulis egredi, perque bonorum operum lucem refulgere: quid enim Eccleſiam, eiuſque membra gentibus vniuerſis reddidit illuſtrem, niſi zelus ipſe honoris Dei? niſi zelus iuſtitiæ, qui ipſam & religionis ritus, & amores toto orbi contrarios edocere compellebat? hinc populi vniuerſi, qui propria diligebant, ac tuebãtur inſtituta, quive antiquis Patrum inhærebant erro E ribus, proprios aperuere oculos, & eam, quæ ipſis aduerſabatur, inſpexere Eccleſiam: contra quam tantos ciere motus, vt exinde inſtar ſilicis, quæ quantò pluribus ferri percutiatur motibus, tantò plures de ſe emittit ſcintillas, tantò magis & ipſa facta ſit illuſtrior, maioreſque de ſe ſplendores emiſerit. Quid Eliam pauperculum, ac vilem hominem, pilis indutum, ac Zona pellicea præcinctum adeò reddidit omnibus notum, vt vniuerſa contra eum cõmota ſit Iudæa? Zelus, quo zelabat pro Domino Deo ſuo: Quis eumdem adeò reddidit illuſtrem, vt & Reges ipſi eum ad ſe accerſerent, illique obuiam irent? zelus Dei. Quid Phinees adeò omnibus fecit conſpicuum? Quid Matathiam cũ

Simile.

filijs

DE ECCLESIA.

filijs suis Machabeis: zelus, quem zelati sunt pro A Domino Deo suo; iste tãquam sol aspexit eos; isto tanquam Solis lumine illustrati sunt: ac propterea benè hoc loco tota Sanctorum Ecclesia inquit, se à Sole aspectam, *Quia aspexit me Sol*.

Zelus Dei quomodo dicatur cõburere.

At dum secundum aliam Aquilæ lectionẽ ait, se ab eodem Sole combustam. *Quia combussit me Sol*: alium designat eiusdem zeli effectum combustionis. Porrò si intimius zeli penetremus quidditatem, animaduertemus, illum vel non distingui ab amore, & charitate; vel esse ipsius charitatis perfectionem: Siquidem nihil aliud est, quàm ardens amor, quàm feruor ardentissimus ex feruentissimo amore procedens.

Zelus Dei quid sit.

Quòd si amor est, quomodo amorem causare B dicitur? si feruor est ex charitatis igne procedẽs, quomodo animas charitatis igne comburere dicitur, quæ iam per ipsam accensæ sunt charitatem?

Simile.

Verum difficultas hæc facile tollitur: quemadmodum enim igni materiali, si accensum apponas ignem alium, ex alterius ignis accessione fit ardentior, magnasque eleuat flammas, quibus ea, quæ per priorem illum ignem calefacta tantummodo erant, comburantur, ac penitus incendantur. Eodem pacto, cum igni simplicis charitatis, ardens adijcitur ignis zeli, ac æmulationis Dei, tunc tantæ suscitantur amoris flammæ, vt nil sit in ijs animabus, quæ aliquo charitatis calore fuerant affectæ; quod per illas non incendatur, & comburatur. C Nec obstat, quòd zelus ex charitate procedere videatur, nam & oleum ex igne pene mortuo accenditur, tantasque nihilominus suscitat flammas, vt eadem comburat ligna, ex quibus ignis in ipsum prouenit. Atque hinc est, quòd cum ipsamet sponsa charitatem, & zelum, æmulationemq; igni compararit, zelo tamen, ac æmulationi, quæ ipsam perficit charitatem, non ignem quemlibet adscripsit, sed ignem maximè ardentem, flammisque eleuatum, dicens: [c] *Dura sicut Infernus æmulatio; lampades eius, lampades ignis, atque flammarũ.* Hinc & in præsenti sententia propriam seruans locutionem, dixit. *Quoniam combussit me sol.* Quia. n. potest alicubi esse ignis, qui tamen existens, vel D modicus, vel coopertus, ac pene mortuus neutiquam rem illam comburat, in qua fuerit repositus. Ecclesia Sanctà explicare volens, quam ardens sit Dei zelus, ex isto id patefacit combustionis effectu, quasi non quilibet charitatis ignis sit zelus Dei; sed charitas illa, quæ ipsas comburit animas, semperque per eandem combustionem ardet magis, ac magis; haud vero aliter cõburit, quam ita singulas Dei amore succendẽs animas, vt pro eius honore tuendo, nullam sui habeant rationem. Quod autem ista sit zeli Dei combustio, qua comburit animas, simulque Ecclesiam, quę nihil aliud est, quàm ipsarum animarum collectio, ex Dauid Prophetæ persuademur verbis, quibus ait: [d] *Zelus domus tuæ comedit me*. vbi, dum comestionem E zelo Dei attribuit, haud obscurè nobis innuit, & combustionem istam, quã eidem zelo tribuit spõsa, fieri per quandam deuorationem, & transmutationem. Sicut enim, quod comeditur, ab illo deuoratur, & in illius transmutatur substantiã, qui ipsum comederit: sic & id, quod comburitur, ab eo deuoratur igne, & in illius ignis transmutatur naturam, qui ipsum combusserit: Vnde & apud profanos, atque etiam in Scriptura Sacra ignis deuorare dicitur, ac comedere, vt in lib. Num. [e] *Ignis Domini deuorauit extremam castrorum partẽ*, & in psalmis. [f] *Iuuenes eorum comedit ignis*. In

c Cãt. 8. 6.

Zeli Dei cõbustio, qd sit.

d Ps. 68. 10

Simile.

e Nu. 11. 1

f Ps. 77. 63

eũdem modum, cum combusta dicitur Ecclesia ab igne, siue à Sole zeli, quo zelata est Dominum, significatur, ipsam ita ab huiuscemodi zelo esse deuoratam, vt nihil in ea remanserit, quod eius proprium spectet commodum; sed totam quodammodo in illum, quem zelatur, transmutatam: vt nil sit, quod ipsam exhilaret, nisi quod ad Dei spectet honorem & gloriam: nullave alia angatur ex re, nisi quãdo Deum suum, quem zelatur, probro affici, atq; offendi, intellexerit; & idcirco, & quando dixit: [g] *Quoniam Zelus domus tuæ comedit me*: addidit. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me*; & hoc loco, cum secundum vnam lectionem dixit, nõ esse mirandum, quod fusca sit angustijs, quia combussit eam Sol; secundum aliam lectionem, vt infra videbimus, inquit: *Quia decolorauit me Sol*.

g Ps. 68. 10

Ex hoc secundo combustionis prouenit, & tertius huius Solis, ac zeli Dei effectus torrefactionis, qui per illam Theodotionis lectionem exprimitur, qua Sponsa ait. *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia torrefecit me Sol*. Quid est autem ista torrefactio in Ecclesia, nisi induratio quædam in Dei charitate? Quod enim igne torrefactum fuerit, indicatum conspicimus.

Zelus Dei indurat, et solidat animas in charitate.

Enimuero fidelium animæ, quę modo prędicto a flammis Zeli Dei combustę fuerint, ita per eundem Dei zelum indurantur in Dei dilectione, vt nullis vel percussionibus, vel persuasionibus, vel persecutionibus confringi, aut emolliri queant, quin eius tueantur honorem: quin illius prædicẽt gloriam, quem tanto zelantur zelo. Hinc & ipsa Ecclesia in eo, quem supra citauimus loco, zelum, ac æmulationem duram appellauit, dicens: [h] *Dura sicut infernus æmulatio*: neque enim æmulatio, ac zelus Dei idcirco durus dicitur, quasi ipse sit durus; sed quia duros efficiat, quos suo torrefecerit æstu. Hinc & Prophetæ omnes, tametsi cõtinuis agitarentur persecutionibus, quia zelo isto erant torrefacti, nunquam destiterunt, quin vbi Dei honor id exposcebat, & calamitates prædicerent, & populos minis deterrerent, & Reges asperrimis obiurgarent increpationibus. Hinc & tot martyres à Christi fide nec minis, nec cruciatibus, nec morte ipsa dimoueri potuerunt: Vnde & Apostolus, qui bene ab hoc Sole fuerat torrefactus: [i] *Ego, inquit, non solum alligari, sed & mori in Ierusalẽ paratus sum propter nomen Domini Iesu*: idest potius quàm à nominis Domini Iesu prædicatione, & ab illius defensione vel tantillum auertar, quem zelo zelatus sum: quod & clarius expressit, cum diceret: [k] *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an Angustia? An fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sed in his omnibus superamus*, idest duri persistimus, ac solidi in ipsa charitate; *propter eum, qui dilexit nos; Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro*. Vnde illi tanta certitudo? vnde tanta durities? Quia zelo zelatus est Dominum: quia dura, sicut infernus æmulatio, quia torrefecit eum Sol zeli Dei sui. Hinc & quartus decolorationis effectus ab istomet Sole prouenit: Hinc fuscus color ærumnarum: hinc nigror persecutionum. Cum enim Ecclesia sancta eo modo, quo diximus, & illuminata, & combusta esset à zelo Dei; cum adeò per eũdem zelum Dei dilectione indurata esset, haudquaquam eiusdẽ Dei sustinere potuit opprobria; hinc

h Cãt. 8. 6

i Act. 21. 13.

k Rom. 8. 35.

Zelus Dei causauit persecutiones Ecclesiæ.

DE ECCLESIA. hinc internis cruciata est afflictionibus, iuxta illud; l *Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*: Et, cum nequaquam continere se posset, quin eius defenderet honorem, quin illius prædicaret gloriam, quem tanto prosequebatur amore; cumque adeò ipsam in huiusmodi zelo induratam inspicerent gentes, contra eam mundus commotus est vniuersus: vnde persecutiones, bella, cruciatus, mortes, miseriarumq; omnium cumulus. At non est, cur ob huiusmodi nigredinē deludatur: nigror enim iste, miseriæ istæ, non sunt Ecclesiæ à natura innatæ, sunt accidentia tantummodo extrinsecum, quod facili negotio ab ea auferetur, cum *momentaneum & leue tribulationis æternum gloriæ pondus* in eam operabitur. Dicat ergo, & audacter dicat: *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol.*

l Ps. 118. 139.

PARAPHRASIS. Nolite me despicere, quasi deformis sim propter istam subnigredinem persecutionum, ac ærumnarum, quibus extrinsecus me denigratam inspicitis; nam nigra quidem, & fusca sum, fateor; sed tamen simul quoq; formosa sum: Nigror enim iste ex eo prouenit, quod Sol zeli, quo zelata sum Deū meū, decolorauit me: Verū, dum istiusmodi decolorauit miserijs, simul quoq; idēmet Sol me illustrauit, meque charitatis cōbussit flammis, atque etiam suo torrefaciens calore, durissimā me, ac maximè solidam reddidit in eius, quem zelabar, dilectione: Quid ergo istā consideratis nigredinem? quid istum vnum, atque postremum zeli mei inspicitis effectum? Cur non potius tres alios admiramini eiusdem solis effectus præcipuos, illustrationis, combustionis, ac torrefactionis? Et hęc dicta sufficiant, dum per nigredinem, ac colorem fuscum intelligimus persecutiones, ærumnas, atque miserias, quibus in præsenti statu opprimitur Ecclesia.

ALTER SENSUS. Quòd si per eumdem colorem fuscum, ac per nigrorem intelligamus peccatorum, & iniquorum commixtionem cum iustis, ac sanctis; prout eum sumpsimus in secundo sensu, quem in secunda expositione præcedentis versus attulimus: Tūc Christi sponsa Ecclesia in his, quæ præ manibus habemus, exponet, quomodo ista subnigredo minimè sit talis, vt innatum suum detur pare valeat decorem; cum talis nigror haudquaquam sit sibi naturalis, sed extrinsecum accidens, quod ex extrinseca proueniens causa, tolli possit; declarat autem, quæ sit ista causa, dicens, se decoloratam à Sole. Porrò cum ex illa Domini m parabola tritici, ac zizaniorum, in qua apertius explicatur, quomodo in eiusdem Ecclesiæ agro commixtio ista facta sit, diabolo illam adscriptam videamus, qui, cum omnes dormirent, venit, & superseminauit zizania in medio tritici: planè constat, hanc ipsam à sponsa assignari eiusdem commixtionis causam: diabolum videlicet ipsum, frequentius enim in sacris litteris Spiritus sanctus vnam, eāndemque rem modo in bonum, modò vero accipit in malum, idque ob diuersas eiusdem rei proprietates, diuersosque effectus, sic vinum pro diuina accipit gratia, pro beatitudine æterna, proque deuotione in bonam partem: & sæpius eodem vtitur ad significandam diuinam iram, prauas voluptates, & cetera similia in malam partem: sic eadem ignis metaphora & Deum significat, omnia illustrantem, ac cōburentem: & diabolum quoque omnia deuastantem sic & alias complures vsurpat res: Quapropter minimè mirandum est, quod diabolum Solis nomine nūcupauerit Ecclesia ob id, quòd Christus, Deusque ipse Sol appelletur; ob id potius hoc nobis admirationem incutere debet, quòd cum diabolus sit causa omnis obscuritatis, vtpote potestas tenebrarum, non videatur congruere illi Solis nomē, qui principium est, ac origo totius lucis. Nihilominus non est, cur vel ob hanc causam admiremur: nam ex natura sua lucidissimus is est, vnde & Lucifer apud Isaiam nuncupatur: at Lucifer, & Sol iste peccatorum tenebris obscuratus est, iuxta illud, o *Lux obscurata est in caligine eius.* p Et, *Obtenebratus est Sol in ortu suo*: haud tamen propterea amisit combustiuam vim Solis: sed eam mutauit, vt qui combusturus erat charitatis æstu, quatenus ad Dei dilectionem promouere debebat, post peccatum miseras animas æstu comburat concupiscētiæ: & qui prius formosus, ac lucidissimus existēs combustione sua ceteros, si non peccasset, spiritus illustrasset, postea obscuratus, comburendo decoloret, nigredinemque, ac peccatorum tenebras miseris inferat animabus. Hæc igitur cum Christi sponsæ optimè essent perspecta, non dubitauit, illum solis nomine nuncupare, præsertim cum eidem, id quoque esset compertum, quod qui obtenebratus est, sæpius q se transfiguret in Angelum lucis, vt quod tenebris offusus comburere nō posset, falsa saltem comburere valeat luce. Animaduertendum est autem, Ecclesiam sanctam, ne minimo quidem dissentiret à sponso, qui dixerat, diabolum in tenebris, cum omnes dormirent, superseminasse zizania, quamuis diabolum Solis nomine appellarit, neutiquam tamen dixisse ab illo se quoquo pacto illustratam, aut lumine aliquo eum sibi manifestatum: Sed tantum, se ab illo decoloratam; imò secundum lectionem originalium Hebræorum, ac septuaginta, cum inquit, se ab huiusmodi Sole aspectam, aut male inspectam, videtri tacitè ipsius diaboli indicare malignitatem, qui veluti Sol in nubibus latens, aspexerit quidem ipsam, & aspiciendo in tenebris eam combusserit, ac decolorauerit; non tamen vllo pacto se ei manifestauerit, ne declinaret ab illo. Solet enim plerūque contingere, vt Sol iste corporeus, densis coopertus vaporibus, quamuis lucis suæ radijs orbem minimè illustret, ardentioribus tamen exurat æstibus, eoque tunc nobis magis sua obsit combustione, quò minus illius ituemur radios, quovè minus ab eo nos auertimus, quem nobis scimus esse obnoxium: Tunc aspicit quidem nos Sol, suoque nobis officit aspectu: at nos nequaquā aspicimus illum, atque ideò tunc dicere fas est, in tenebris quodammodo, atque in vmbra nos à Sole combusti. In hunc ergo modum indicat Ecclesia sancta, se per impiorum commixtionem à diabolo denigratam per insidias; ipsa enim hanc commixtionem nequaquam sibi habuit innatam, quia ab æterno illo Patre familias, à conditore suo non fuit seminatum in ipsa aliud, quàm simplex, & optimū triticum: diabolus in tenebris superseminauit zizania: illi, quos congregauit Christus in ipsam, r erant genus electum, regale sacerdotium, gēs sancta, populus acquisitionis, de tenebris vocati ad lucem; At diabolus tenebris lucem obnubilans, perditos, peccatores & impios immiscuit sanctis, illisque lux quodammodo denigrata est. Vnde bene eum affert pro causā, dicens; *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia aspexit, seu despexit me Sol*: per hunc quippe malignum aspectum idem in ea factum est, quod in bona plantatione ac perpulchra in arbore per Solis aspectū fieri solet. Quemadmodū.n. plerumq; id euenire solet in arbore bona, vt, radice illæsa seruata, ex nimio Solis intuitu aliqui eius arescant rami, alijs viridibus, ac pulchris rema-

m Mat. 13. 25.

Aponius.

In scripturis sacris sæpius eadem res & in bonum, & in malū sumitur.

Diabolus cur dicatur Sol.

n Isa. 14. 12.

o Isa. 5. 30.

p Isai. 13. 10.

q 2. Cor. 11. 14.

Diabolus quomodo per insidias viris dissemi net.

Simile.

In Ecclesia impij commixti sunt bonis per insidias à diabolo.

r 1. Pet. 2. 9.

DE ECCLESIA.

remanentibus: Ita pariter & in Ecclesia, radice illæsa seruata in Petri sede, quia portæ inferi nō præualebunt aduersus eam, complures fidelium per diaboli insidiosas suggestiones, perque illius æstus

Simile.

arescunt in charitate, turpesque fiunt, ac denigrantur peccatis, ramis alijs, alijsque fidelibus magis ac magis in eadem virentibus charitate, magisque quotidie in sanctitate proficientibus. At sicuti arbor illa, etsi saluam habeat radicem; etsi multos virides, & pulchros habeat ramos; dicitur tamē quodammodo arida, & turpis, ac decolorata, cum tenera aliqui tantum rami in illa sint aridi: Eodē modo & Ecclesia propter improbos, quos in se habet admixtos, nigra dicitur, & decolorata, At videamus modum, quo ab extrinseco decolorata est Sole:

Simile.

Idem est, ac ille, quo à Sole decoloratur & arbor: quemadmodum enim arbor prius aspicitur à Sole: tum rami ij, qui in ipsa fuerint infirmiores, teneriores, magisque Solis æstibus subiecti cōburuntur: post combustionem arefiunt torrefacti: ac demum prædictis torrefactis, & arefactis ramis, atroque colore denigratis, ipsa quoque vniuersa decolorata dicitur arbor. Eadem ratione & plantatio fidelis Ecclesiæ sanctæ prius obtenebrata à Sole, à diabolo per insidias aspicitur in obscuro, ita vt super eius ramos atque fideles [f] supercadat ignis tentationis, & non videant Solem, qui talem immittit ignem; ac propterea qui infirmiores in ipsa extiterint, & molliores, huiusmodi igne cōburuntur: tum post tentationum combustionem ijdē arescūt rami, vniuersum gratiæ humorē, quo pulchri, ac virides florebant, deperdentes: nec arescunt simpliciter; sed quod peius est, torrefiunt, cum ariditate simul quoque & nigris peccatorum maculis denigrati: Inde tota Ecclesia extrinsecus fusca dicitur, cum decolorata appareat. Verum haud tanta est ista nigredo, vt propterea deridenda sit, turpisque censenda. Fatetur hæc omnia ipsamet, eaque vt extrinseca accidentia extrinsecæ adscribit causæ.

f Psal. 57. 9.

PARAPHRASIS.

Nolite enim inquit, *considerare me, quod fusca sim*: nolite me cum despectu intueri, ex eo quòd modò propter istam iniquorum commixtionem subnigra sim, quasi id mihi nigroris innatum sit: quasi à me numquam sit auferendum; nam ex extrinseco id mihi prouenit, quia Sol aspexit me, Sol inquam obtenebratus diabolus me insidiosè aspexit: aspectuque suo in aliquibus meis fidelibus me combussit æstu tentationum suarum; simulque in ijdem me torrefecit, ac decolorauit. (Hæc omnia, iuxta diuersas, quæ in littera allatæ sunt, lectiones clarissimè exprimuntur.) Attamen, quia decoloratio ista est accidens, extrinsecus adueniens, facili negocio à me auferetur, [e] cum venerit Dominus, qui iubeat seruis suis, vt tollant de mundo scandala omnia: vt colligant zizania ad comburendum; vt aridos præcidant ramos in combustionem. Tūc enim apparebit, quàm formosa sim, cum non tanget me Sol, neque vllus æstus. Nunc verò, tametsi per hanc commixtionem aliquantulum decolorata appaream: nigror tamen iste non tollit pulchritudinem, ac sanctitatem meam, quia radix est sancta, etsi rami aliqui inutiles. Imò & rami complures virides sunt, ac florentes, pulchrioresque ex eo apparent, quòd ipsi inter aridos virescunt gratia, florentque virtutibus.

Impiorū admixtio non tollit pulchritudinē Ecclesiæ, auferetur que ab ea aliquando.

e Matt. 13. 41.

DE ANIMA.

A

Ex Vers. VI. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.

Expositio Tertia. De secunda Sponsa, quæ est Anima.

CVm exploratum omnibus vellet pia Anima; vnde ea sibi prouenisset nigredo miseriarū, & tribulationum, propter quam à quibusdam habebatur contemptui: & quomodo simul cum huiuscemodi nigredine eximius sibi ex eadem causa

B

prouenitet decor. *Nolite*, inquit, *me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol*: Solis nomine Christum exprimens, à quo ea omnia sibi euenire cognoscebat: tum quia hoc tamquam proprium illius esse sciebat: tum quia per Solis metaphoram plenissimè, quod ipsa intenderet, probari animaduertebat. Imaginemur enim, vt dum quispiam vel commoratur apud Solem, vel per loca eodem Sole circumfusa graditur, terram, ac deformem eius vmbram intuens quis absque alia animaduersione inanibus voculis dicere inciperet ò vsquequaque deformem hominem: ò nigerrimum portentum; posset planè suo iure apricans ille, ac per Solē deambulans respondere: ò te omni ratione destitutū

Simile.

C

hominem: omnis prorsus iudicii expertem, qui Solis splendore illuminatam faciem meam cernere vel negligens, vel nesciens in fluxam istā dumtaxat, & leuem vmbram ab eodem enascentē Sole defigas obtutum. His ijsdem profectò verbis compellat Anima sancta homines illos, qui extrinsecā tribulationum, ac miseriarum nigredinem, ad exiguum temporis spatium duraturam, & vanas referentē vmbras, qua à clarissimo Iustitiæ Sole Christo Domino sæpè decoloratur, considerantes, nequaquam interiorem, ac splendididissimum inspiciunt fulgorem, ab eodem sapientiæ, ac bonorum omnium Sole sibi gratissimè impertitum, dicens; *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol*; Ac si dicat. Si respicitis extrinsecam formam meam, in superficie carnis nigra sum, verum est, propriè tribulationes: *Quia decolorauit me*, Sol iustitiæ, permittens, atque etiam immittens ærumnas istas; sed, licèt primo aspectu sic nigra appaream; conuertite tamen, & conijcite oculos in veram faciem meam, ab eodem Sole insigni illustratam fulgore, nigredo tribulationum est veluti vmbra fugiens, at nolite considerare hāc vmbram, respicite potius formam meam præfulgidam in sæculum permanentem. Videte, quàm ab ipsomet Sole, qui suo modo vmbram istam causat nigram, atque fugacem, reddar simul & splendida, & decora, siquidem is me aspiciens decolorat, fateor, sed & illustrat.

PARAPHRASIS.

D

E

Circa hæc autem, quę ab Anima dicuntur, quatuor sunt explicanda. Primò enim probandum, quòd Christus Dominus, dum quempiam aspicit, tribulationes in illum immittat, ærumnarumque eum decoloret nigredine. Secundò, quòd tribulationes præsentis vitæ sint instar earum, quæ à Sole causantur, vmbrarum. Tertiò, quare dum in præsenti sæculo commoramur, animas Christus decoloret, dum illas aspicit. Et quartò, quo pacto dum Animam decolorat, simul quoque eam reddat formosam.

Quò ad primum, cum ipsamet Anima sæpius Deum deprecetur, vt ipsam dignetur aspicere, quò per

Aspiciens animam

DE ANIMA.

Christus, & tribulationes in eã immittit, & à tribulationibus eam liberat.

a Ps. 30.17.
b Ps. 30.8.

per huiusmodi aspectum ab vniuersis eruatur tribulationibus, dicens: a *Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua, Domine non confundar, quoniam inuocaui te:* cumque eadem fateatur, se per Christi Domini aspectum ab omni seruatam aduersitate, dicens: b *Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus Animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos,* vbi scilicet tuta, atque à persecutionibus libera consisterem; Primò quidem aspectu, falsum videtur, quod dicitur, Animam per Christi veri Solis aspectum decoloratam nigredine tribulationum; Nihilominus vtrumque verum est, & quod idem Christus tribulationes immittat, & quod à tribulationibus eamdem seruet per vnum eundemque aspectum, quo illam & decolorat, & reddit formosam. Porrò quòd Christus aspiciendo decoloret, tribulationesque immittat, colligitur tum ex verbis illis Habachuc prophetæ: c *Aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes seculi.* Aspiciendo enim Dominus immisit tribulationes in gentes superbas, & instar montium elatas, quibus cum illæ dissoluerentur, ab eo Sole, qui ipsas aspiciebat, decoloratæ sunt: tum ex ijs, quæ in Euangelio d legimus contigisse Petro post trinam eius negationem; legimus enim, Christum Dominum respexisse Petrum, & Petrum fleuisse amare: aspiciens quippe eum Sol iustitiæ doloris ac tristitiæ decolorauit nigredine, quorum manifestum exhibitum est signũ per lachrymas amaras, quæ ex cordis amaritudine prouenere; sed clarius expressit hæc sponsa, dicens: *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol:* & secundum aliam lectionem, *quia aspexit me Sol.* Decolorauit enim ipsam causando in ea tribulationum obscuram vmbram, idq; per suum lucidissimum aspectum, quo instar splendidissimi Solis eam aspexit.

Aspectus Christi causat plerumque tribulationes.

c Habac. 3.6.
d Luc. 22. 61. & 62.

Tribulationes præsentis vitæ sũt instar vmbra leuissimæ & maximè fugacis.

Enimuerò si cumulus tribulationum omnium, quæ in hac vita nobis incutiuntur, rectè inspiciatur, animaduertemus, nil aliud eas esse vniuersas, quam atram quidem, sed leuissimam, ac maximè fugacem vmbram: Agnouerunt hoc & Gentiles plerique; agnouerunt Philosophi illi, qui stoicam profitebantur sectam, vnde naturali tantum lumine ducti id pro certo definiere, quod longius in suis Tusculanis quæstionibus probare nititur Tullius; vniuersos, quibus in præsenti vita angimur, dolores, afflictiones, ærumnas, & tribulationes nil aliud esse, quam meram, ac vanam, & leuem opinionem, imaginationemque nostram. At quid necesse est, Gentiles, atque Profanos afferre, cum per spiritum sanctum clarissimè id sæpius in scripturis sacris definitum appareat? Apostolum audiamus, quomodo præsentes omnes nuncupet tribulationes: e *Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ:* ac si dicat: tribulationes omnes quotquot vel mente excogitari possunt in hac vita, persecutiones vniuersæ, angustiæ, cruciatus ipsi quantumuis atroces, quantumuis difficiles atri quidem sunt, tetri quidem apparent: at nil aliud sunt, quàm nigra vmbra, quàm momentanea, ac leuis vmbra: in momento enim transeunt, leuesque fugiunt omnes, leuissimarum instar vmbrarum. Audiamus Prophetam clarius id asserentem: f *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ac si dicat: si magnus concutiar tribulationibus, si aduersariorum potentissimorum agiter persecutionibus, si atrocissimis excrucier cruciatibus, si quocumque me vertã, mortem ipsam mihi imminere conspiciam, non timebo mala, nil mihi timoris incutiẽt ea omnia, quoniam tu mecum es verus iustitiæ Sol; quòd si tu mecum es: quòd si me aspicis tu, qui vniuersum illustras orbem, quomodo timebo obscuritatem? quomodo pauebo tenebras? scio, optimeque mihi compertum est, tribulationum, ærumnarumq; omnium nigredinem, qua à te quoquo pacto decolorata videor, nil aliud esse, quam atram quidem, sed vanam, sed leuem, sed fugacem vmbrã: Timeant ij, qui instar paruulorum à vanis deterrentur vmbris, quòd cẽseant, eas esse corpora subsistentia; ego non timebo, quoniam tu mecum es; quoniã scio, vmbras istas ex tui illustratione prouenire.

e 2. Cor. 4. 17.
f Ps. 22. 4.

DE ANIMA.

Tribulationũ causa propria non est Christus sed corpus nostrum.

Ex hac autem vmbrarum appellatione colligere id nobis licet, quod tertio loco explicandũ proposuimus: Quare videlicet Christus Dominus, qui est fons totius gaudij, totiusque cõsolationis, aspiciendo, tribulationes ærumnasque causare dicatur. Etenim si tribulationes ipsæ vmbræ sunt, ab eo tamquam à Sole prouenientes, consequitur manifestè, vt earum propria, & peculiaris causa non tam in Christo sit, quam in nobis, qui tribulatione denigramur: Vnde enim amabo nostra prouenit vmbra? profectò non ex solis intuitu propriè: nam solis effectus proprius est illuminatio, non obscuratio: est lumen, non obscuritas, idque manifestè apparet ex illius aspectu in corpora diaphana, in quibus nil vmbrarum conspicitur, nilque videtur ab ipso Sole causatum, præterquam lumen, & fulgor. Quod si non ex Solis intuitu, planè ex aliquo, quod in nobis sit, nosque consequatur continue, id contingere asserendum est: propriàque ac intimam talis vmbræ causam in nobis esse definiendum est. Quid verò istud est, nisi ipsummet corpus nostrum? quod terrenum, opacumque cũ sit, lumen quidem ex vna parte, qua à Sole illustratur, suscipit, at propter opacitatem, & densitatem suam illud neutiquam transmittere potest, ideo remanente altera eius parte obscura, ac lucis experte, sui ipsius nigram, ac vanam reddit vmbram. Quod si vmbræ istius naturalis causam non nisi impropriè adscribimus isti Soli corporeo: Quis iam ambigat, vmbrã quoque tribulationum, ac ærumnarum impropriè tantum adscribi vero Iustitiæ Soli? cum tribulationum, ac miseriarum omnium propria, ac germana ea sit causa, quòd corpus istud gestamus terrenum: quòd in corpore cõmoramur graui; corpus peccati ipsum est, quod diuinam transmittere non valens lucem, quam ex diuino suscipit Solis aspectu, tetras huius vitæ causat miserias. Vnde exclamat Apostolus; g *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* idest de corpore, quod est causa miseriarum, atque etiam mortis ipsius; quod est causa huius continuæ mortis, quam agimus in hac vita, dum tantis premimur angustijs, dum iugiter versamur in medio vmbræ mortis. Quemadmodum enim in vmbræ corporeæ productione animaduertimus, tum tantummodo à corpore eam emitti, cum corpus ipsum obliquè à Sole fuerit aspectum; nam cũ directè Sol illud aspexerit, nulla ex eo prouenit vmbra, vt quotidie obseruamus in meridie, quando Sol est in Zenith nostro, directeque nos aspicit, rectos dirigens radios suos super caput nostrum. Idem pariter & de tribulationum vmbra dicendum est; siquidem ex eo huiuscemodi in nobis proueniunt vmbræ, quòd Christus iustitiç Sol oblique nos aspicit, nõ directè; cum enim directè nos ille aspexerit in æterno cœlestis patriæ meridie; tunc nulla ex corpore nostro resultabit miseriarum

Simile.

g Rom. 7. 24.

Simile.

Tribulationes immittit Christus in hac vita, quia nos aspicit obliquè, nõ directè.

DE ANIMA. riarum vmbra; nullæ erunt tribulationes, nullæ angustiæ, nullæ persecutiones: h *Absterget* nempè *Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.* Hinc est, quòd tanto studio inquirebat sponsa Anima, vt i sibi indicaret, vbi ipse pasceret, vbi cubaret in meridie; sperabat namque si in meridie illo ab eo cõspici, seu totius ipsum aspicere potuisset, nullam amplius tribulationum vmbram in se fore videndam. Modo enim per hujusmodi vmbras nigra est, nec potest negare: quia decolorauit eam Sol; decolorauit autem, tribulationesq; immisit, quia (vt aptissimè legit Origenes) obliquè ipsam aspexit: Id verò non ex ipsius Solis prouenit defectu, sed ex defectu nostri: Siquidem Christus Dominus fulgentissimus iustitiæ Sol semper est in meridie, vbi splendidissimos lucis emittit radios, vbi æterna cubat felicitate, æternaque eas, quas in tali meridie contigerit esse, pascit beatitudine; Nos in causa sumus, vt ille obliquè aspiciat, quia in præsenti sæculo peregrinamur ab eo: quia numquam in eodem statu permanemus: quia ex debilitate corporis nostri ante faciem caloris eius sustinere non possumus. k *In meridiano* enim, vt dicitur in lib. Eccles. *exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere?* Dicat ergo Anima sancta sed impropria locutione: *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me: quia obliquè aspexit me Sol.*

h Apoc 7. 17.
i Cãt. 1. 7.
k Eccl. 43. 3.

PARAPHRASIS.

Vmbra enim ista, fuscus iste color extrinsecum tantum est accidens, quandoquidem à Christo vero Sole causatur per accidens (vt aiunt Scholastici:) Intuemini potius quod ab eodem Sole fit per se: considerate splendorem, & decorem, quem simul cum ista decoloratione mihi impertitur; Perpendite quomodo efficit, vt id, quod momentaneum, & leue est tribulationis meæ, supramodũ æternum in sublimitate gloriæ pondus operetur in nobis: Contemplemini, quàm illustrem me reddat, quàmve formosam etiam in hac vita, dum per ipsas me decolorat tribulationes: Nonne videtis quanta ab isto lucidissimo mihi proueniant Sole?

D Quænam verò sunt ista, dicet quis, quæ adeò lætitat sponsa? Referat ea Apostolorũ Princeps: l *Deus enim*, inquit, *omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternam gloriam in Christo Iesu*, idest qui effecit, vt Christus Iustitiæ Sol ita vos tribulationum decoloraret vmbra, vt simul quoque per ipsas tribulationes formosissimas vos per æternam redderet in futuro sæculo gloriam *ipse* mediante eodem Sole *modicum passos*, idest ærumnarum momentanea vmbra decoloratos, etiam in hac vita vos maximè illustres reddet, maximeque formosas, idque conferens in vos tria vna cum prædicta decoloratione, ac vmbra: primò nempe vos *perficiet*: secundò *confirmabit*: & tertiò *consolidabit*: ò sacrarum litterarum maximam congruentiam. Tria refert Petrus, quæ à Deo Animæ conferuntur vna cum tribulationibus, quibus multo illa reddatur illustrior, quam reddita fusca sit. Tria multo prius attulit & sponsa, dum suam purgat miseriarum nigredinem: quove maiorem incutit admirationem, quæ ab Apostolo subobscuris significata sunt verbis, ea ipsa clarissimis expressit sponsa, idque ex varia interpretum lectione apparet: quod enim Petrus ait, *perficiet*, id sponsa explicat, dicens: *Quia aspexit me Sol*: quod ille significat per verbum *confirmabit*: hæc exprimit eo verbo, *Quia combussit me Sol*: Ac demum *solidabit*, quod est tertium Apo-

Vna cũ tribulationibus quæ bona conferãtur piæ animæ à Deo.
l 1. Pet. 5. 10.

A stoli verbum, ipsa exponit, dicens. *Quia torrefecit me Sol.*

DE ANIMA.

Perpendamus singula, fatetur quidem Anima, se à Christo per tribulationum vmbram decoloratam; at sustinere non potest, vt homines propter hanc modicam, extrinsecamque nigredinem, ita ipsam despiciant, vt eius non intueantur splendorem, quem ex eodem, qui ipsam decolorauit, fusci pit Sole; propterea sicut secundum lectionem nostram inquit, non esse tanti faciendam subnigredinem suam, quia decolorauit eam Sol; ita iuxta Hebraicam, ac septuaginta lectionem, ait, *Nolite me considerare*, atque despicere, *quod fusca sim, quia aspexit me Sol*; significans, se minimè à quopiã propter tribulationes esse contemnendã, quia quan- B do ipsam decolorauit Iustitiæ Sol, tribulationes in eam immittens, aspiciendo decolorauit eam; At certè si Sol aspicit, multo illustrius fit corpus ex ea parte, qua per illum illustratur, quàm ex parte altera nigrum reddatur per vmbram. Quid est autem, Christum animam aspicere, nisi quod inquit Apostolus, eam perficere; perficit eam lumine gratiæ, dum eam intuetur. Hinc est, quòd cum intuitus est Petrum, illico Spiritus sancti gratia eum illustrasse significat; sic enim Ioannes narrat Euangelista, quod cum ab Andrea, Petrus adductus esset ad Iesum; m *Intuitus eum Iesus, dixit: Tu es filius Ionæ, quis interpretatur* columba: ac si dixisset: Tu iam ex hoc es filius Spiritus sancti, cuius typum gestat C columba; hoc enim tibi meo contuli aspectu, illustrans te lumine gratiæ diuinæ, quo ita perfectus es, vt filius Spiritus sancti dici merearis: Hinc etiã cum adolescentem illum aspiceret, qui ab eo efflagitarat, quid facto opus esset, vt vitam consequeretur æternam: illico eum eodem gratiæ illustrauit lumine, vnde apud Marcum legimus, n *Iesus autem intuitus eum dilexit eum*: quomodo.n. quempiam diligere censendus est Christus, nisi suam illi exhibendo gratiam? nisi diuino eum illustrando lumine? nisi suo eum perficiendo splendore? quo perfectus ille habeat vires, quibus ipsum, si velit, sequi valeat ducem: quòd si adolescens ille eũ minimè est secutus, id ex eius prouenit defectu, qui à diuino aspectus Sole, à Christo dilectus, gratiæque decore perfectus, abstulit se à diuino illo intuitu. Hoc demum & illud est, quod eadem significat Anima, dum ait: o *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo*; æquè enim est, ac si diceret: Aspexisti nos Sol iustitiæ, atque instar Principum, qui eleuantes vultum in quempiam, illumque læta, ac hilari aspicientes facie, summam ei conferunt lætitiam, & tu Domine Rex meus, & Deus meus hilarè super nos eleuasti faciem tuam, lætisque, ac fauorabilibus nos intuendo oculis, tamquam signum quoddam eleuasti super nos declarationem tuæ beni- E gnitatis, tuique fauoris: quidni autem gauderem præ tali intuitu? *dedisti* plane *lætitiã in corde meo*: quia cum fauorabili, clarissimoque aspectu tuam contulisti & gratiam, diuinæque me eiusdem gratiæ illustrasti lumine, sicve & tuo me perfecisti fulgore, ita vt sicut cordis lætitia, quam mihi contulisti, in extrinseca quoque resultat facie, iuxta illud Prouerbiorum: p *Cor gaudens exhilarat faciem*: sic & gratiæ tuæ lumen, quo me intrinsecus perfecisti, formosamque reddidisti, in extrinsecos resultans actus, extrinsecus quoque me reddat formosam. Quapropter *nolite me considerare*, ait sponsa ad filias Ierusalem, atque cum contemptu despicere *quod* ad modicum *fusca sim* tribulationũ vmbra, quia *Sol* ipse, qui *me* suo in hunc modum *deco-*

Aspectu suo Christus perficit animã.
m Io. 1. 42.
n Mar. 10. 21.
o Ps. 4. 7.
Simile.
p Prouer. 15. 13.

colo-

DE ANIMA.

PARAPHRASIS

Per tribulationes Christum comburit animas, confirmans illam in fide, & dilectione sua.

colorauit aspectu, formosissimam quoque eodem me fecit intuitu, illustrans me lumine suo, suaque perficiens gratia.

Adeoque me formosam exhibuit; vt non modo hoc me suo perfecerit lumine: sed & in ipsa confirmauerit gratia, duplici me comburens æstu, & ipsarummet tribulationum, & charitatis suæ: idcirco *nolite* iam amplius *me considerare, quod* ob tribulationes *fusca sim, quia* per ipsas *combussit me Sol*. Quomodo verò comburendo Christus confirmet in gratia, sicque & fidem, ac dilectionem nostram confirmando, fortissimam per talem combustionem reddat & Animam, præclare ab eodem explicatur Apostolo, cum ait: q *In quo* (scilicet quod per Iesum Christum regenerati estis in spem viuam, in hæreditatem incorruptibilem conseruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo) *exultatis: Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestra fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi, quem cum non videritis, diligitis; in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata*: Ac si dicat: Quamuis per Christi veri solis intuitum aliquantulum vos decolorari opus sit per tentationum, ærumnarumque subnigredinem: Tribulationes tamen ipsæ instantaneæ sunt, nec durant amplius, quam modicum nunc: Et quamuis per earum obscuram deni gremini vmbram; vanæ tamen eæ sunt, ac instar vmbrarum cito transeunt. Nihilominus multo maior est splendor & decor, quem per eiusdem solis consequimini aspectum: nam dum decolorat per tribulationes, iisdem æstibus, quibus decolorat, simul quoque vos comburit, confirmando vos in fide, ac dilectione sua, in quibus vniuersa sita est animarum pulchritudo, & sanctitas: Comburit enim tentationum æstibus, *vt probatio fidei vestræ inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione* sua: fiatque multo *pretiosior auro, quod per ignem probatur*, probata & ipsa in combustione tanti Solis. Quid mirum autem si huiuscemodi æstibus combusti, multo redditi sitis pulchriores auro, quod per ignem probatur? quid mirum, si vnà cum tentationibus & ærumnis tam illustrem habeatis lætitiam: cum hoc pacto in fide confirmati, & in dilectione, credentes exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata? Mirandum verò maxime est, quod quispiam ipsam deludat animam pro tam modica nigredine, pro tam momentanea tribulationum vmbra, qua à Sole Iustitiæ decolorata est. Addidit denique & tertium sponsa, quo multo illustrior per eiusdem Solis aspectum reddita est eius species, nempe quia ipsam & solidauit, & torrefecit in charitate, ac patientia; quia perfulgentissimum gratiæ suæ lumen, perque amoris æstus verus Iustitiæ Sol ita eam charitate succendit, vt tam firma ac solida in illius persisteret dilectione, tamque dura in quibuslibet ferendis aduersis, vt & semetipsam obijciat cruciatibus, & illatos exasperet. Quorum infinita habemus in martyribus exempla: sed & clarissime patientissimus, optimeque ab hoc sole torre factus Iob suo nobis id patefecit exemplo; qui vehementissimis à diabolo percussus plagis, r surrexisse dicitur, suaque conscidisse vestimenta, idque nullam aliam ob causam, nisi vt tamquam fortis athleta contra omnes insultus ad prælium liber insurgeret; sic enim præclare id exponit Origenes, dicens: Auditis plagis omnibus surrexit ad prælium surrexit ad virtutem, atque ob id conscidit vestimenta sua, vt expeditior, atque constantior esset in bello, vt illa, quæ impediunt, à se proijceret.

q 1. Pet. 1.6

In tribulationum tolerantia, & in charitate quam dura, et solida fiat à Christo pia anima.

r Iob. 1.20.

DE ANIMA.

Origenes li. 1. in Iob.

» Nam & vere talis mos est in aliquibus gentibus, vt cum ad durum prælium venerint, tunc scindentes vestimenta sua, cum indignatione, & furore currant contra aduersarios intemperanter: nudo pectore: cum fiducia se offerentes: vt est Syrorum gens; & aliæ Barbaræ gentes expoliantes se, atque in ipsis tunicis se præcingentes, nudo pectore, atque scapulari viriliter eunt ad bellum: sic ergo & admirabilis Iob, scindens vestimenta sua, nudus, atque audax stetit in spiritale prælium. Vtque ostenderet, quàm torrefactus, ac solidatus esset à Sole, quàm ve duritiæ suę cruciatus superaret durissimos, postquàm vlcere illo tam grandi vulneratus est, quod totum operiebat corpus, s Accepta testa saniem radebat: Non accepit molle aliquid, vt abstergeret leniter; sed accepit testam duram, asperam, vt raderet cum dolore saniem: Dic, inquit Origenes, dic ò Beate Iob, ob quam rem hoc facis? Cur hunc dolorem exasperas? Cur augmentas? Cur exaggeras, testa radendo lamentabile hoc vulnus, atque sæuissimam hanc plagam: cum potius debueras obseruare, iuuare, leuare, fouere, vngere, defricare: vt per hæc vniuersa mitiorem, atque blandiorem redderes hunc sæuissimum dolorem, plagamque terribilem? Sed respondens iustus Iob dicit: Ego ò Viri, non succumbo his doloribus, neque istis pęnis deficio, non debilitor, neque delassor; Non enim sunt dolores isti fortiores animæ meę firmitate: non sunt hæc tormenta duriora cordis mei duritia. Vnde verò tantam beatus iste vir habuit duritiem? nisi quia etsi decoloratus esset à Sole, qui tantas illi infligi per misisset plagas; ab eodem tamen Iustitiæ Sole aspectus, & gratiæ lumine est perfectus, & æstibus charitatis per ipsas tentationes combustus in fide confirmatus est, ac in dilectione: adeoque in ipsa solidatus dilectione, & in patientia est obduratus, vt planè se ab illo torrefactum valeat gloriari. Iure igitur Anima, quæ sic ab eodem Sole torrefacta est, gloriosè dicere potest: *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me*, & in ipsa decoloratione formosissimā quoque me reddidit, & gloriosam, *quia aspexit me; quia combussit me; quia torre fecit me Sol*.

s Iob. 2.9. Origenes li. 2. in Iob.

Sponsæ nigredo planè haudquaquam magnifacienda à quopiam est, quia decolorauit illam Dominus, quia per decolorationem ab eodem Domino eximia decorata est pulchritudine, fulgentissimoque gratiæ, & fidei, charitatis ve, ac patientiæ illustrata est decore: quod & is ei aliquando est contestatus: cum per Prophetam, secundum nonnullos haud contemnendos Doctores, tum Hebræorum, tum etiam nostrorum, iuxta Hebraicam lectionem diceret: t *Si dormias inter tripodas, & ollas, penna columbæ de argentata, & posteriora dorsi eius in pallore auri*, idest, si inter nigerrimas tripodas, & ollas dormiens ex illarum contactu denigrata aliquantulum fueris: si atrocissimis ærumnis, atrisque tribulationibus, in quibus tamquàm in tripodibus, & ollis decoquuntur homines: si nigris confecta angustijs fuscam te irrideant ignari: Ne animo excidas; nam, etsi ad modicum sis subnigra:

Per tribulationum nigredinē formosissimo decore pia aña exornatur à Christo.

t Ps. 67.14.

DE ANIMA. gra; eris tamen formosa, sicut columba, quæ candidissimas habet, quibus volet, pennas, ita vt deargentatæ videantur: quæve posteriora dorsi habet fulgenti auro distincta: sic enim & tu *formosa mea, columba mea in foraminibus petra*, candidissimis puræ fidei decoraberis alis, quibus in ipsis etiam tribulationibus mente voles ad cœlestem, quæ tibi parata est, gloriam: dorsumque tuum, quo ipsas perfers tribulationes: patientia tua fulgentissimo charitatis auro erit illustris: vnde verò hoc animæ continget, nisi quia aspiciet eam Iustitiæ Sol? Quemadmodum enim tunc pulchrior apparet columba, cum à Sole aspecta, præter eximium, quem in aliquibus pennis ostentat candorem; per eundem Solis intuitum auro, varijsque præfulgidis in dorso enitet coloribus: Eadem ratione & Anima sancta ex eo illustrior est; quin & inde vniuersam suam habet pulchritudinem, quòd à Christo iustitiæ Sole est aspecta, quodque illius irradiata est radijs: Vnde quamuis ijs qui talem non vident Solem, tribulationibus fusca videatur: formosa tamen est, vnde & ait: *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia aspexit me Sol*: Et hæc, si per colorem fuscum, accipiantur tribulationes.

Simile.

ALTER SENSVS. Si autem per nigredinem, fuscumque colorem intelligantur vel peccatorum maculæ (prout accepimus in secundo sensu tertiæ expositionis versus præcedentis) vel violenta, qualem post Adæ peccatum in nobis sentimus inclinatio ad malum difficultasque ad bonum (prout sumpsimus in tertio præcitatæ expositionis sensu.) Anima sancta hoc loco purgans huiusmodi nigredinem, ostendet, eam haudquaquam sibi esse naturalem, cum à Deo candidissima condita sit, & decoris eximij: sed ab extrinseco id sibi contigisse nigroris, qui aliquando à se sit auferendus, cum dealbata in propriam ascendet patriam, innixa super Christum dilectum suum. Vt autem appareat, quod prædicta nigredo ab extrinseco sibi aduenerit, & quòd propterea non debeat illudi, causam eius affert accidentis, dicens: *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol*: per Solem inordinatam intelligens concupiscentiam, ex qua tamquam ex pessima radice vniuersa ortum habent peccata, vniuersaque ad malum prouenit inclinatio, quoniam u *Vnusquisque* (vt ait Apostolus) *tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus.*

u Iac. 1.14.

At verò, vt horum, quæ à sponsa dicuntur, veritas omnibus fiat perspicua, duo sunt examinanda: Primum, quomodo concupiscentia in anima dicatur esse extrinseca causa extrinseci accidentis, cum sit de intrinseca ratione ipsius animæ, quippe quæ tres præcipuas, easque de sui intrinseca ratione habet portiones, rationalem, irascibilem, atque concupiscibilem: Secundum, quomodo concupiscentia illa, quam sponsa inquit, sibi esse nigredinis extrinsecam causam, sit Sol, quave ratione hoc ei competat Solis nomen.

Quo ad primum ergo, sciendum, concupiscentiæ nomen tripliciter apud Theologos vsurpari: Primò, vt significat vim concupiscendi, quæ concupiscibilis appellatur, & est præcipua portio appetitus sensitiui, quæ ab irascibili distincta est: secundo, vt significat appetitionem boni, quod conducibile videtur, vel assequendi, si absens sit, vel conseruandi, cum adest. Tertio, vt significat istam ipsam secundam appetitionem, A sed inordinatam, sed violentam, sed rebellem; seu potius ipsam concupiscentiæ rebellionem, violentiam, inordinationem, inclinationemque ad malum. Primo quidem, ac secundo modo accepta concupiscentia ita est de intrinseca ratione Animæ, quatenus est corpori coniuncta, vt nullo pacto ab ea valeat separari: talesque concupiscentias habuere primi parentes in statu innocentiæ, & beati habebunt in patria, nec vllatenus homini dici queunt extrinsecæ, quippe quæ concreatæ sunt cum ipsa animæ essentia à Deo omnium conditore; vt per eas homo bona, quæ sibi conducibilia sunt, concupiscens, facilius hanc degat vitam, futuramque inquirat. At sponsa, cum inquit, à concupiscentiæ Sole, tamquam ab extrinseco quopiam, extrinsecam sibi causatam peccatorum nigredinem, concupiscentiam haud ita accipit: sed sumit eam in tertio sensu, prout frequentius in scripturis sacris spiritus sanctus vsurpare consueuit; non tam pro appetitione, quam pro ipsius appetitionis inordinatione, violentaque rebellione, ac procliuitate ad malum, captiuante animam ad legem peccati, quam aliquando Apostolus x appellat peccatum; non quòd ipsa vere peccatum sit, sed (vt sancta Tridentina declarat synodus) quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat: de qua Iacobus Apostolus, y *Concupiscentia*, inquit, *cum conceperit, parit peccatum*: Hanc concupiscentiam nequaquam habuere primi parentes in statu innocentiæ? sed post peccatum duntaxat, vt vitium naturæ, quæ creata est in iustitia, & sanctitate veritatis, quasi quid extrinsecum illi adhæsit in illius peccati pœnam: vt quia ipsi à Deo rebellauerant, continuam in se concupiscentiæ sentirent rebellionem: & quia per pomum, quod male concupierunt, à summo declinauerant bono, continuam ad malum in se sentirent procliuitatem, summamque ad bonum sibi inesse intelligerent difficultatem: Hanc concupiscentiam, quam hac ratione ijs extrinsecus aduenisse, diximus, vniuersis simul cum peccato originali suis communicauere, atque communicant posteris. Porro quia ipsa est actualium peccatorum omnium causa: idcirco præclare Anima Christi sponsa illi veluti extrinsecæ cuipiam rei omnem adscribit originem eius, quæ extrinsecus pariter in se est, nigredinis, dicens; *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.*

DE ANIMA.

B Concupiscentia qua ratione dicatur extrinseca animæ.

x Ro. 7. 7. Ses. 5. cã. 5

y Iac. 1. 15

C

D

Quid verò concupiscentia ista, malorum omnium radix, quid inquam, habet commune cum Sole, à quo vniuersa, quæ sub cœlo sunt, bona proueniunt? Propter duas, easque præcipuas Solis proprietates, quas & ipsa concupiscentia cum illo communes habere videtur, fulgorem nimirum, atque calorem, Solis vocabulo concupiscentiam appellatam crediderim: has enim ambas suo modo habet & concupiscentia; lucida quidem illa videtur, ac maxime clara, quòd concupiscibilia, ad quæ nos inclinare contenderit, clarissima suo ostendit lumine, exhibetque pulcherrima. At lumen istud, quod nobis ostentat, verum lumen non est, sed est mera nugacitas, quæ miseras fascinat Animas, mentis oculos perstringens, vt obcæcatas misero secum circumferat gyro. Exactissime hæc omnia sapiens vnica expressit sententia, cum diceret: z *Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia*: Quo loco ani-

Concupiscentia cur dicatur Sol.

E

Concupiscentia nomen tripliciter sumitur.

Concupiscentia quo dicatur lucida.

z Sap. 4. 12

DE ANIMA. animaduertendum, quòd nugacitatis nomine lumen ipſum, ac ſplendor ſignificatur concupiſcentiæ, quod cum apparens tantummodo ſit, rectè nugacitas dicitur, quæ vana, ficta, & contemptibilis res eſt. Iſtius verò nugacitatis, iſtius falsò apparentis luminis concupiſcentiæ faſcinationem obſcurare inquit bona: primò enim per ſuũ apparentem ſplendorem concupiſcentia faſcinat: tum ex faſcinatione ſequitur bonorum obſcuratio. Faſcinatio certe nihil aliud proprie eſt, quam præſtigium quoddam, quo perſtringuntur oculi, ne videant rem, prout eſt: ſic faſcinare quis dicitur, quando, vt quoſpiam decipiat, lumine falſo illorum perſtringit oculos, ne verũ videre queãt: & in hoc ſenſu hoc verbum accepit Apoſtolus ad Galatas ſcribens: a *ò inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit, non obedire veritati, ante quorum oculos Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus?* ſic ergo in hoc ſenſu concupiſcentia miſeras falſo ſplendore faſcinat animas. Hinc ſequitur earumdem animarum decoloratio, obſcuratio, atque etiam obcæcatio: nimio enim ſplendore, quo mala illa illuſtrat, quæ proſequenda proponit, mentis obcæcat oculos, ne bonorum percipere valeat veram, & ſubſiſtentem claritatem, ac pulchritudinem, ſicque ei optimè congruit, quod de Sole ipſo in libro dicitur Eccleſiaſtici: b *Refulgens radiis ſuis obcæcat oculos:* ſic obſcurare dicitur & bona, & animas ipſas, quæ bona illa proſequi debuiſſent: vnde ſicut per ſapientem dictum eſt; *Faſcinatio nugacitatis obſcurat:* Ita per Apoſtolum de Animarum obſcuratione dictum eſt: c *Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Quid mirum igitur, ſi Chriſti ſponſa ab huiuſmodi concupiſcentiæ Sole decoloratam ſe aſſerat, à quo tãtis ſe tenebris offuſam intelligat? At multo rationabilius ab eodem Sole decoloratam ſe, affirmat, quia vehementiſſimis illius combuſta ſit æſtibus; vnde ſecundum Aquilæ lectionem pro *decolorauit me*, inquit, *combuſſit me Sol.* Quis verò explicet, quanti ſint huius Solis; quanti ſint concupiſcentiæ æſtus, qualiterve comburat, ac decoloret comburens. Præclarè quidem in lib. Eccleſ. hæc explicata reperiuntur, vbi ſapiens ille, de viſibili loquens Sole, ait: d *Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris: Tripliciter Sol exurens montes radios igneos exuſſians, & refulgens, radiis ſuis obcæcat oculos.* Ac ſi dicat, Solem ſeruare proprietatem fornacis ardentis in operibus ardoris, quoniam inſtar illius inflammat, & comburit: Tripliciter enim, ideſt multo plus, quàm alias terræ partes comburit montes, ſuper illos exufflans, ac copioſè effundens, vel efficacius, vt ſit comparatio Solis cum eo, qui fornacem accendit, continuaque fouet materia: Ac ſi dicat, eſt aliquis, qui accendit fornacem, eamque cuſtodit, ac fouet ſubminiſtrando materiam pro conficiendis operibus iis, quæ æſtu & ardore fiunt: At Sol triplo magis exurit montes, ideſt Solis in calore efficacia longe excedit, quam libet accenſam fornacem, cum totos montes exurat, quoſ ſuis radiis primum attingit, & verberat. Porrò hæc non minus ſoli concupiſcentiæ, quàm corporeo ac viſibili congruunt: Concupiſcentia enim & ipſa in iis, quæ in Anima efficit, operibus ardoris, ſeruat proprietates fornacis ardentis, quia inflammat, & vrit: Immò eſt ardentiſſima fornax, ardentiſſimuſque clibanus: Vnde & de impiis per Oſeam dicitur: e *Omnes calefacti ſunt, quaſi clibanus; quia applicauerunt quaſi clibanum cor ſuum, cum inſidiaretur*

Concupiſcẽtia quomodo faſcinet & quid ſit faſcinatio.

a Gal. 3. 1.

Concupiſcentia quomodo decoloret animam.

b Eccl. 43. 4.

c Ro. 1. 21

Cõcupiſcẽtia æſtus quibus animam comburit, & decolorat quales ſint.

d Eccl. 43. 3.

Simile.

Simile.

Cõcupiſcẽtia eſt fornax ardentiſſima.

e Oſe. 7. 6.

eis, ſcilicet diabolus: tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipſe, ſcilicet clibanus, ipſa concupiſcentia, *ſuccenſus quaſi ignis flamma.* Quamuis, ſi iſta Prophetæ verba exactius perpendantur, per ea non tam ſignificatur, quòd concupiſcentia ſit clibanus; quàm quòd eos, quos ipſa ſuccenderit, tantis inflammet æſtibus, vt illos ardentiſſimos reddat clibanos: ac præclarè quidem cor malorum dicitur clibanus, à coquente ſuccenſus; ſicut enim clibanus à coquente ſuccenditur, & ab igne, qui intra ipſum voluitur, omni ex parte calefit, ac denigratur: ſic & cor impiorum igne concupiſcentiæ incenditur, & ab eodem igne intra ipſum ſe ſe voluente ad impietatis opera præparatur, ac denigratur: ita vt iure dicere queant, ſe ob peccatorum maculas nigros, ac fuſcos eſſe, quia Sol, atque ignis iſte eos decolorauit. Quod ſi concupiſcentiæ æſtus tanti ſunt, vt corda hominum ardentiſſimos reddant clibanos, ardentiſſimaſque fornaces, profectò multo maiores iidem dicendi ſunt, quàm cuiuſlibet fornacis ardores, multoque concupiſcentia ipſa dicenda eſt ardentior, quàm quælibet ardentiſſima fornax: quod clarè ſub metaphora Solis iſtius viſibilis in Eccleſiaſtico explicabatur: f *Tripliciter* enim, pluſquàm fornax cuſtodita *in operibus ardoris Sol exurit montes, radios igneos exuſſlans:* nam concupiſcentiæ vis quoad calorem longe excedit quamcumque fornacem accenſam. Neque verò myſterio vacat, quòd Sol iſte tripliciter comburere dicitur, monteſque præcipuè: ſiquidem maioribus à concupiſcentia ij cõburuntur æſtibus, qui inſtar montium per ſuperbiam eleuati fuerint, cum ſuper inflatos exufflet radios igneos. Tripliciterque eos comburit, quia g *Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut eſt concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ:* hoc triplici igne miſeras comburit animas, tantumque in eas iniicit ardoris, vt præcipites, ni diuina adiuuet gratia, in quodcumque præcipitium illas deuoluat, qua de re quærebatur Apoſtolus, dicens: h *Non quod volo, bonum, hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc ago: Video enim aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Hocque illud eſt, quod egregie ſignificat ſapiens, per illa, quæ tetigimus, verba: i *Et inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia:* vbi pro dictione: *Inconſtantia* in Græco eſt dictio ῥεμβασμὸς, quæ propriè ſignificat circumrotationem fundæ, deduciturque ab ipſo nomine fundæ, quæ in Græco dicitur ῥεμβὸν: atque adeò indicat, ipſam concupiſcentiam ſua inconſtantia ſemper modo in hæc, modo in illa circumuerti, ſecumque miſera circumrotatione circumferre & Animas, atque illas præcipites proiicere, non ſecus ac funda illud proiicit, quod circumrotat ſaxum: ſic autem ſenſum, qui prius erat ſine malitia, animamve tranſuertit, quę ſine malitia à Deo condita fuerat, ac de pura, & candida in nigram vertit, & fuſcam. Quapropter iure ipſamet inquit: *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia cõbuſſit, ac decolorauit me Sol:* Ac ſi dicat; Licet, compluribus aliquando peccatorum maculis fuerim deturpata: licet & nunc propter aliquas peccatorum reliquias, ac propter iugem carnis, & ſpiritus pugnam, quam ſentio in membris meis, ſim aliquantulum fuſca; haud tamen propterea à vobis deſpicienda ſum, turpiſque cenſenda, nam & nigredo præteritorum peccatorum, & fuſcus

DE ANIMA.

Simile.

Cõcupiſcẽtia eſt quælibet fornace ardẽtior

f Ecc. 43. 4

Cõcupiſcẽtia quid faciat animæ cum illam cõburit æſtibus ſuis.

g 1. Ioã. 2. 16.

h Ro. 7. 19

i Sap. 4. 12

Concupiſcentia inſtar fundæ circumrotat aiam

Simile.

PARAPHRASIS

DE B. MARIA.

scus iste color, quem modo in me consideratis, extrinsecum accidens sunt, & extra meam illam rectam, qua in Adam condita sum, naturam: ijs decolorauit me Sol concupiscentiæ, idque per suum falsum splendorem, perque ardentissimos æstus, quibus me combussit. Hoc nempe accidens, intrinsecum meum non tollit decorem, si diuina me adiuuerit gratia: sicut & concupiscentiæ Sol meos omnino perstringere non valet oculos, nec tantis me amplius comburere potest æstibus; quandoquidem, vt probabili conijcio opinione, Gratia Dei per Iesum Christum Dominũ nostrum ita me liberauit de corpore mortis huius, deque his æstibus; vt quamuis denigrent me aliquantulum per continuam pugnam, perque alia peccata venialia; non tamen ita comburunt, vt eam deturpent pulchritudinem meam, propter quam me in suam Christus assumere dignatus est sponsam.

Ex Vers. VI. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

I. SENSVS. Rup. Abb.

Dixerat in præcedenti sententia Beata Virgo, loquens cum filiabus Ierusalem terrenæ, perfidos compellans Iudæos, Nigram se quidem esse in opinione ipsorum, quatenus corruptam illam blasphemare non erubescerent: Verumtamẽ esse formosam, ac virginem, quamuis in vtero habuerit, atque ex vtero protulerit filium. Nunc idipsum confirmat; afferens rationem, qua probet id, quod impossibile videtur, vt vna & eadem vno eodemque tempore sit mater, & Virgo, sit prægnans, & incorrupta. Ratio autem ea est, quia decolorauit eam Sol, ille nimirum Iustitiæ Sol, a *Qui illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum*: Verbum æternum; Ait igitur ad eos ipsos, quos prius allocuta fuerat, vel ad eos, qui eorum sequerentur errorem: *Nolite me considerare, quòd fusca sim*, Nolite me despicere, quòd in Iudæorum perfida opinione sim fusca, atque corrupta. *Nolite considerare, quod fusca* aliquantulum fui, cum filium concepi, ac peperi: quia iuxta ordinem naturæ quæcumque conceperit, ac pepererit fusca fit, corrupta, atque Virginitatis expers: Nolite inquam, hoc considerare secundum communem, ac vniuersalem naturæ regulam: *quia decolorauit me Sol*. Neque enim conceptus, ac partus meus est cuiuspiam puri hominis; nec quod concepi, ex semine, hominis concepi: sed b *Quod in me natum est, de Spiritu sancto est*: Verbum æternum æterni Patris filius fieri dignatus est & filius meus: ipsum me matrem effecit: ipsum est, quod intra mea viscera, de meis sanguinibus carnem sibi assumpsit humanam: ipsum est, quod me suo decolorauit conceptu, & partu, & decolorauit, vt Sol. Quemadmodum enim sol influentia sua absque vlla terræ confractione, ita illius penetrat viscera, vt in ipsis internis eius visceribus, eam decoloret, producens è terra ipsa fulgentissimum aurum absque ipsius auri semine; eodem pacto & Dei filius verus iustitiæ Sol absque vlla virginitatis meæ confractione, omnipotenti diuinitate sua, mea penetrauit viscera, ibique absque vllo humano semine de meis sanguinibus purissimum, ac fulgentissimum humanitatis suæ produxit aurum. Ita me decolorauit, quia semetipso reddidit grauidam. At verò decoloratio ista haud talis est, vt propter eam quasi fuscam, atque corruptam despicere me debeatis: sed est decoloratio admirabilis, decoloratio tanti splendoris, vt oculos perstringat humanos; eorum nimirum obcæcans mentes, quæ humanis rationibus tantum intueri velint mysterium: Matrem enim me fecit, ac Virginem: quod mens capere nequit humana. Quid ergo consideratis me fuscam? An quia Sol in purissimam chrystallum absque vlla eius deturpatione immittit splendorem, quo intuentium perstringuntur oculi, propterea chrystallus ipsa fusca dicenda est, atque obscura? Imò verò tunc multò per solis intuitũ pulchrior ea reddita est, atque fulgentior, & magis pura: fusci sunt oculi: obscuri sunt oculi, qui nimis in illam defigunt obtutum: ita pariter haud ego fusca cẽsenda sum, atque per corruptionem obscura: *quia decolorauit me Sol*, tam admirabilem absque vlla mei corruptione in me immittens splendorem, vt Mater simul essem, & virgo: fœcunda, & incorrupta. Hæc quidem, si per nigredinem, impiam sumamus de virginalis pudicitiæ corruptione sententiam; & per formositatem, illibatam virginitatẽ cum fœcunditate coniunctam.

Maria quomodo dicatur decolorata ex Christi partu.

a Io. 1. 9.

PARAPHRASIS.

b Luc. 1. 35.

Simile. *Christus sumens carnem ex Maria decolorauit illam quomodo Sol decolorat terrã, atque chrystallum.*

Simile.

ALTER SENSVS.

Verum cum per nigredinem peccatum quoq; designari videatur; alterum planè non contemnendum tum superioris, tum præsentis versus afferre poterimus sensum: vt B. Virgo suam quidem in his commendare velit pulchritudinem, puritatem, ac sanctitatem, eam tamen omnem suo adscribens sponso, quem in infinitum seipsa & formosiorem fatetur, & puriorem, ac sanctiorem.

Vt autem benè sensus iste percipi possit, nõ nulla ex sacra supponenda sunt Theologia: Nimirũ tam Christum, quam B. Virginem ab omni immunes fuisse peccato, vel peccati macula, omninoque fuisse impeccabiles; c oportebat *enim vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus*: at huius Pontificis & Matrem sanctam, innocẽtem, ac impollutam esse decebat; & propterea d *sanctificauit tabernaculum suum Altissimus*. Insuper tã Christum, quàm eius sanctissimam matrem gratia plenos extitisse: Siquidem, sicut de Christo apud Ioannem dicitur e fuisse *plenum gratiæ, & veritatis*, ita & B. Virgo apud Lucam ab Angelo dicitur f *gratia plena*.

Immunitas ab omni peccato, & plenitudo gratiæ quo discrimine comparãt Christo, ac B. Virgini.

c Hebr. 7. 26.

d Psal. 45. 5.

e Io. 1. 14.

f Luc. 1. 28.

Attamen maximum adest discrimẽ inter Christum, & matrem, tum in immunitate à peccato; tum etiam in plenitudine gratiæ. Enimverò Christus Dominus ita est immunis à peccato, vt nullo pacto cuipiam peccato obnoxius esse potuerit: tum quia non traxit originem ex infecta radice, conceptus de Spiritu sancto: tum quia gratia vnionis talis, ac tanta est, vt repugnantiam habeat cum ipsa formali deformitate peccati, & ex vi talis vnionis ex debito omnimoda ei communicata est immunitas à peccato. Sed Beata Virgo ex vi suæ conceptionis obnoxia fuit originali peccato, debitumque habuit contrahendi illud, nisi id diuina impeditum fuisset gratia; Siquidem ipsam in Adam peccasse, manifestum est, g *Omnes enim in Adam* peccasse, & ideò indiguisse redemptione, inquit Apostolus: nec pòt ab vna generali clausula magis quã ab alia illa excipi; nã vtrãq; exceptionẽ æquè falsam existimat Augustin. certúq; de fide est, eã à Christo, qui fuit vniuersalis totius humani generis redẽptor, fuisse redẽptã: & si Christus pro ea mortuus est, profectò, & ipsam aliquo pacto mortuã fuisse necesse est, saltẽ in Adã, iuxta Apostoli illationẽ, quia *si vnus pro omnibus mortuus est*, ergo oẽs mortui sunt:

g Ro. 5. 12. *Maria redẽpta fuit à Christo.*

Aug. lib. 2. de pec. merit. c. 20.

D. B. MARIA.

indigniſſe redemptione, inquit Apoſtolus: nec poteſt ab vna generali clauſula magis quàm ab alia illa excipi; nam vtramque exceptionem æquè falſam exiſtimat Auguſtinus; certumque de fide eſt, eam à Christo, qui fuit vniuerſalis totius humani generis redemptor, fuiſſe redemptam: & ſi Chriſtus pro ea mortuus eſt, profectò & ipſam aliquo pacto mortuam fuiſſe neceſſe eſt, ſaltem in Adam, iuxta Apoſtoli illationem, quia *ſi vnus pro omnibus mortuus eſt*, ergo omnes mortui ſunt: [h] *Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur*. Atque hinc patet diſcrimen, quod hac in immunitate inter ipſam dicebam eſſe, ac Chriſtum: quòd ipſa ſecundum naturam obnoxia erat peccato; ex gratia tamen, ac ſingulari priuilegio ab illo eſt præſeruata, atque in primo inſtanti ſuæ cóceptionis præcipuum hoc ei collatum eſt donum, vt nec originali eſſet infecta, nec ab actuali vllatenus poſſet denigrari; at Chriſtus Dominus nec ſecundum naturam vllo pacto obnoxius fuit peccato, & ex debito perfectiſſimo modo hanc ipſam immunitatem habuit.

Auguſtin. Lib. 2. de pecc. merit. c. 20. 21.

h 1. Corin. 15. 22.

Neque minus inter eoſdem ineſt diſcriminis in eo, quòd pares eſſe videbantur in plenitudine gratiæ: Nam Chriſtus eſt principium gratiæ, ſecundum diuinitatem quidem authoritatiuè; ſecūdum humanitatem verò inſtrumentaliter, iuxta illud; [i] *Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*: atque adeò talem habuit Gratiæ plenitudinem, vt ea in ipſo fuerit, & in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus, & omnino (vt loquuntur Scholaſtici) quæ pertingeret ad ſummū gratiæ, & quantum ad eſſentiam, & quantum ad virtutem, pro vt aliàs declaratum à nobis eſt ex S. Thoma: Beatiſſima autem Virgo, licèt habuerit gratiam ſufficientem ad ſtatum illum Matris Dei, ad quem fuerat electa: tantamque gratiæ plenitudinem, vt eſſet propinquiſſima auctori gratiæ, non tamen habuit gratiam in ſumma excellentia, qua poteſt haberi, nec ad omnes gratiæ effectus: Et idcircò quamuis ex parte ſui ipſius dicta ſit gratia plena: non eſt tamen ita gratia plena, ſicut eſt Chriſtus, qui plenitudinem habuit gratiæ ex parte ipſius gratiæ, vt dictum eſt: quin & eam ipſam, quam Maria habuit, plenitudinem per Chriſtum communicatam accepit.

Gratiæ plenitudinem quomodo habuerint Chriſtus, ac B. Virg.

i Io. 1. 17.

PARAPHRASIS.

His animaduerſis facilè eorum, quæ hic dicuntur, percipietur ſenſus: Ait enim Beata Virgo: *Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar: Sed formoſa ſicut pelles Salomonis*: Ac ſi dicat.

Secundum naturam quidem ego eram nigra, ac peccato originali obnoxia, ſicut & reliqui omnes, qui in corporis tabernaculo peregrinantur: Verumtamen ex diuina, quæ me præſeruauit, gratia ſum formoſa, atque ab omni huiuſmodi originalis, vel etiam actualis peccati macula immunis, ſicut pelles Salomonis, id eſt ſicut tabernaculum, ac tentorium veri Salomonis, Regiſque pacifici: ſicut corpus Chriſti, ſicut ipſa humanitas Chriſti, in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Ego enim ſum quoddam eiuſdem Chriſti tabernaculum, in quo per nouem commoratus eſt menſes, quodve, vt tali eius habitationi eſſet idoneum, ſanctificauit Altiſſimus, maximaque illuſtrauit gratiæ plenitudine.

Greg. PP. Bernardus

Ne quis autem ex his eius verbis, & ex hac ſimilitudine exiſtimaret, ita illam eſſe formoſam, & quoad perfectiſſimam à peccatis immunitatem, & quoad omnimodam gratiæ plenitudinem, ſi-

Michaelis Ghiſlerii.

APPENDIX.

cut eſt Chriſtus, abſque vllo inter vtrumque diſcrimine: agnoſcens immenſam ſui ab illo diſtantiam, ex omni quodammodo quicquid in ſe relucet decoris, ipſi adſcribit Chriſto, ſummumque pulchritudinis, ac gratiæ eius extollit excellentiam, vtpote quæ tanta ſit, vt in illius comparatione ipſa fuſca quodammodo videatur, etiamſi nihil in ſe vmquam fuerit maculæ, ſubijciens: *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol*. Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

In comparatione quidem Chriſti adeò ab illius puritate, & ab illius gratijs vniuerſa ſuperatur puritas mea, decor meus, omniſque gratiarum mearum cumulus, vt fuſca quodammodo videar: Attamen, Animæ fideles, nolite me deſpicere, *quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol*. Chriſtus enim verus Iuſtitiæ Sol, hoc pacto me vobis fuſcam apparere fecit. Quemadmodum enim Sol iſte corporeus lucidiſſima quæquè cum ipſe apparuerit, obſcurat ſidera: ita & ille me ſua decolorauit præſentia. Verum, ſicuti quando Sol iſte corporeus obſcurare videtur ſidera, tantum abeſt, vt quidpiam in eis vel realiter efficiat, vel manifeſtet obſcuritatis, quòd tunc magis ſuum illis impertitur lumen, cum ea aſpexerit præſens: totaque illa obſcuratio eſt ex parte noſtri, quibus in præſentia maioris luminis obſcurum videtur lumen minus: Eodem modo quando me Chriſtus decolorauit, ſua magis illuſtrauit gratiæ luce, maioremque mihi impertijt ſplendorem, cum ſit filius meus; at quòd decolorate videtur, fuſcamque oſtendere, id ex veſtræ prouenit mentis debilitate.

B

Maria fuſca uidetur comparata ad Chriſtū.

Simile.

C

Ex Verſ. VI. Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

D

Paraphraſis Chaldaica: Dicit cœtus Iſrael coram populis: Nolite me deſpicere, eò quòd nigrior vobis ſum, & quia feci iuxta opera veſtra, & adoraui Solem, & Lunam.

Suppoſitis ijs, quæ iam dicta ſunt circa intellectum verbi παρέβλεψεν, quod ab aliquibus hic in verſione Sept. ſumitur pro aſpexit ſimpliciter, aut directis radijs: ab alijs pro torue, ſeu obliquè aſpexit.

Sciendum, Solis nomen hoc loco multipliciter accipi apud antiquos Patres; quidam enim in bonum illud vſurpatum cenſent; quidam verò in malum. Qui in bonum; Solis vocabulo vel Deum, & Chriſtum deſignatum exiſtimant: vel zelū Dei, vel ardens, quo flagrat anima, deſiderium eiuſdē Dei; vel charitatis æſtus. hæc tria poſtrema deſignata cenſuit Bernard. ſerm. 28. in Cant. per Solē quippe accipit Dei, ac iuſtitiæ zelum, quo ſponſa accenditur, & accingitur aduerſus malignantes, iuxta illud. [a] *Zelus domus tuæ comedit me*: [b] *& tabeſcere me fecit Zelus meus, quia obliti ſunt verba mea inimici tui*.

E

Bernardus

Zelans honorem Dei decoloratur à Sole.

a Pſal. 68. 10.

b Pſ. 118. 136.

Charitatem vero accipit, quatenus per decolorari à Sole inquit, ſignificari ignoſcere charitate fraterna, flere cum flentibus, cum infirmantibus infirmari, vri ad ſcandala ſingulorum.

APPENDIX.

Charitas quo decoloret animã.

Desideriũ cœleste quo decoloret animam.

Accipit denique ardens Dei desiderium, supponens, colorem fuscum in pia Anima esse amoris Dei languorem, sicut se declarat; Languor iste coloris quædam exterminatio est, & defectus in desiderio animæ, iuxta illud: c *Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus*: Ergo instar vrentis Solis, desiderij ardor peregrinantem in corpore decolorat, dum vultum gloriæ inhiantem impatientem facit repulsa, & excruciat amantem dilatio.

c Ps. 76. 7.

Qui Deum & Christum verum Iustitiæ Solem intelligunt, multifariam hæc exponunt.

Possunt autem varij eorum sensus reduci ad sex exponendi modos, quorum Primus est, vt sint verba Synagogæ, prout exponit Ambrosius sermo. secundo, in psalm. 118. versic. primo, proponens illam, talibus per hæc filias Ierusalem, & fideles alloquentem, quæ & cuilibet animæ peccatrici tribui possunt.

Ambr.

Synagoga est fusca, quia est destituta aspectu Christi.

Nolite refugere me, quia fusca sum. Ideò fusca sum, quia Sol me reliquit; inquit, Synagogam talia sibi velle per istiusmodi verba; Amisi colorem vultus mei: obtusa facta est acies oculorum meorum, quibus ante Solem videbam: in tenebris ambulo, quæ diem Christi nescio. Nolite tamen despicere me, quoniam qui reliquit, potest rursum aspicere, misereri iterum: Solet congregare dispersos, desertos requirere, colligere destitutos. Omnes tribus Israel conuenite: aspicite me decoram antea dilectam: Nolite aspicere me, quoniam offuscata sum: hoc est, non hoc solum aspiciatis, quia offuscata sum: Non est intuitus me Sol, & ideò offuscata sum; sed lucet Sol super iustos, & in iustos: super iustos pro gratia, super iniustos pro misericordia: illis mercedem meritorum tribuens, istis peccata dimittens: Et gentibus non lucebat ante, nunc lucet: Nunc illis oritur, qui oriebatur mihi: qui illis remisit, remittet & mihi. Nolite arbitrari, quoniam offuscata sum, quòd penitus reliquerit me Sol, & iam non intueatur, non requirat ad gratiam. Dissimulauit à me, quia non seruaui mandata eius, reconciliabitur, cum viderit meorum pœnitentiam delictorum. Non vidit me Sol, quia non recepi venientem. Non aperui fenestras, vt lumen vitæ intraret: cum aperuero, illuminabit oculos meos, qui venit, vt totum mundum illuminaret; & videant etiam nõ videntes.

Anima decolorata p peccatũ, qa nõ admisit Christi intuitum.

Ambrosi.

Eccl. ex Gẽtibus prius erat fusca, quia nõ respiciebatur à vero Deo.

In sermone autem 12. versiculo primo, item in Psalm. 118. candem sequens lectionem: *Quia non respexit me Sol*, Ecclesiæ ex Gentibus hæc tribuit, quibus obiectam à Iudæis sibi nigredinem ignobilitatis, & præteritæ idololatriæ purgat, quod nigrorem illum habuerit, quia ipsam haud respexerit sol Iustitiæ, vt indignam tali eius aspectu.

Diuersitas solis sẽsibilis. & Dei solis spiritualis ĩ denigrando.

Origenes.

Tres Pref.

Quem sensum clarius explicauit Origenes homil. secunda, ex quatuor, vbi constituta differentia inter solem istum corporeum, qui tunc magis denigrat, quum magis quempiam aspicit,: & solem incorporeum Deum, qui tunc denigrare dicitur, cum despicit, nec intuetur aliquem, quosque magis ad libram sui splendoris consistentes respexerit, eos magis illustrat, omnique circumdat fulgore: inquit, hic Ecclesiam Gentium prosequi purgationem nigredinis suæ, vtpote, quæ non sit sibi naturalis; Sed despectu solis facta sit: nempè quia cum sol Iustitiæ eam non inuenerit rectè stantem, nec ipse in eam rectos direxerit lucis suæ radios; Ac si diceret; Ego sum populus Gentium, qui prius non aspexi ad solem iustitiæ, nec steti ante Dominum; & ideò nec ille me aspexit, sed despexit: neque adstitit mihi, sed præterijt.

APPENDIX.

Peccator dicitur niger qa sit destitutus aspectu diuino.

Secundus exponendi modus est, vt per hæc pia Anima purget nigredinem vitæ iniquæ præteritæ, præteritorumque scelerum suorum: Modus autem iste est triplex iuxta triplicem lectionem.

Ambrosi.

Ambrosius quippe libro de Isaac, & Anima capitulo quarto legens; *Quia non est intuitus me sol*, indicat, per id excusare se animam, seu potius in hoc referre causam prædictæ nigredinis, quia tũc destituta fuerit aspectu diuino. Quod intelligendum est in eo sensu, quem supra explicauit idemmet Ambrosius sermone secundo, in psalmo. 118.

Io. Chrys.

Ad hunc quoque sensum referri possunt, quæ dicuntur à Ioanne Chrysostomo homil. 37. in Matth. si non intellexeris, veniet Dominus, vt perdat te, & de templo sanctitatis expellat, & aliam sponsam de Gentibus castiorem inducat in cubiculum sanctitatis, vt tu proiecta, & in tenebris constituta dicas per Salomonem: *Ne aspexeritis me, quoniam ego sum denigrata, quoniam despexit me sol*. Tametsi hæc ad Synagogam directa sint.

Origenes.

Obliq; ambulãs corã Deo efficit, vt Deus pariter cõtra eũ obliquè procedat.

Secundo Origenes homil. tertia, ex quatuor accipiens verbum *despexit*, pro obliquè respexit hisce loquentem eamdem proponit animam.

Hinc est in me, quam exprobras, ista nigredo, quia despexit me sol propter incredulitatem, & inobedientiam, ac peccata mea; cum verò rectè stetero ante eum, & non fuero obliqua in aliquo, neque declinauero ad dexteram, neque sinistram, sed fecero rectas semitas pedibus meis, contra solem Iustitiæ incedens in omnibus iustificationibus eius sine querela, tunc & ipse rectus me despiciet, & nulla erit obliquitas, nec erit causa vlla despectus, & tunc reddetur mihi lux mea, & splendor meus. Probat autem Origenes, quod obliquitas vniuersa, talisque Christi despectus sit à nobis, ex nostra inconstantia, & instabilitate, non ex Deo, qui ex parte sua semper rectè aspicit. Primò exemplo regulæ rectissimæ, quæ, si curuo ligno adhibeatur, videtur quidem per illam argui ligni prauitas; non tamen regula est, quæ ligno causam peruersitatis imposuit. Secundo ex loco Leuitici, iuxta lectionẽ sept. vbi inquit Deus d *Si incesseritis mecum peruersi, incedam & ego vobiscum peruersus*: Siue vt in alijs exemplaribus: *Si incesseritis mecum obliqui, incedam & vobiscum obliquus*: & paulo inferius: *Quoniam ambulauerũt in conspectu meo obliqui, & ego ambulabo in furore meo cum eis obliquus.*

Obliquitas & peruersitas omnis est à nobis.

Simile.

d Leui. 26. 23.

Origenes.

Peccator decoloratur per aspectũ Dei ex mala sui dispositione.

Tertio idem Origenes homi. prima ex duabus, in hunc sensum hæc tribuit vel Synagogæ, vel Animæ, vt dicat; Ne admiremini, coloris esse me teterri: sol despexit me: pleno quippe radio in me luminis sui fulgor illuxit, vt eius sim calore fuscata: neque enim vt decuerat, vt solis dignitas expetebat, illius in me Lumen excepi. Quæ explicari possunt per doctrinam ipsiusmet Origenis homil. secunda ex quatuor, quod sicut sol duplicis est virtutis, vnius, qua illuminat; alterius, qua adurit: Sed pro rebus, aut materijs subiacentibus illustrat aliquid, nitorem ei conferens: aut infuscat aliquid ardore: Sic & sol iustitiæ radios immittẽs in quempiam indurare aliquando dicitur, & obfuscare cor, animamve illius, quod. s. talis sit materia cordis eius, quæ præsentiam eius non ea accipit parte, qua illuminat, haud exhibens se aptam ad suscipiendum lumẽ gratiæ ipsius, sed ea

qua

APPENDIX.

qua adurit, luteam se quodammodo illius obijciens radiis.

Anima sancta in comparatione Christi videtur fusca Gregor. Papa.

Tertius exponendi modus est, vt pia Anima decoloratam se dicat à Christo, quatenus quantumlibet alioquin fulgeat sanctitate; in comparitione tamen illius Iustitiæ solis fusca apparet, æque ac stellæ fulgorem amittere videntur in cōparatione solis huius visibilis. Ita Gregorius Papa Comment. in Cant. & Bernard. serm. 28.

Bernard.

Animā fidelē illustrat Christus vndequaq; illā suo circum spiciens fauore.

Quartus modus est Philonis Carpathij, qui pro *παρέβλεψεν despexit* apud sept. videtur legisse *περιέβλεψεν circumspexit*; atque adeo existimat, Ecclesiam, aut piam Animam significare, se haud contēnendam ob nigrorem, quia tametsi ante fidem vita & moribus tenebrosa fuerit; attamen post fidem consecutam ex sola diuina clementia, à sole iustitiæ fuit illustrata, & dealbata, dum is ipsam vndequaqne circumspexit.

Phil. Car.

Tribulationes tolerata pp Christū non faciunt hominē contemptibilem.

Quintus exponendi modus est Anselmi, qui arbitratur, Ecclesiam, aut piam animam verbis hisce significare, se nequaquam esse contemnendam, quia fusca sit tribulationibus, ac persecutionibus, quandoquidem illas patiatur propter Christum iustitiæ solem.

Anselm.

Maria decolorata, quatenus impleta à sole diuino per quē cōcepit.

Sextus denique modus est Ruperti Abbatis, qui ait, B. Mariam per hæc significare, se concepisse in vtero non ex humano semine; sed quia Deus verus sol ipsam impleret, quod fusius explicatum videre est in primo sensu nostræ expositionis quartæ.

Rup. Abb.
Gre. Nys.

Nigredo peccati ex tentationis æstu irrepsit in animam.

Ex ijs, qui in malum hoc loco solis nomen vsurpatum arbitrantur: quidam tentationes diabolicas, earumque æstus designatas opinantur. Ita Gregorius Nyssenus hom. 2. in Cant. inquit, Animam, quæ peccatis extiterit obnoxia, hoc loco significare, sibi hanc nigredinem nequaquam esse naturalem, quippe quæ à Deo condita sit purissima, & ad sui ipsius imaginem: neque fuisse consentaneum, vt ei, quæ lucidis Dei manibus fingebatur, illiniretur forma aliqua tenebricosa, & nigra: sed esse aduentitiam, cum Sol tentationis ardentem æstum per fraudem inijciens, eius formam ex splendido colore mutauit in nigrum. Deiecit enim, inquit Nyssenus, Sol iste primum germen adhuc imperfectum, & carens radicibus: & priusquam aliquē acquisiuisset habitum, & per agriculturam rationum in profundo potum dedisset radicibus, statim per inobedientiam viridi, & florente forma exsiccata, per æstum nigrum effecit.

Hieron. Amos 3.

Idipsum alio pacto explicat Hireonymus libro tertio, comment. in Amos, in cap. tertio, asserens, animam dicere. *Nigra sum, sed speciosa, quia decolorauit me Sol*. Corpora enim vmbris, ocioque marcentia tentationes & æstus sæculi ferre non possunt: quæ autem ad luctam; & ad certamina præparantur Sole siccata; superāt mundi iniurias, & benedictionem Sancti Spiritus consequuntur, dicentis ad iustum. [e] *Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.*

e Psa. 120. 6.

Aponius.

Ecclesia, et pia anima nigredinē miseriarū habēt ex sole psecutionū, & tribulationū.

Aponius eodem fere sensu per solem diabolum ipsum sumit.

Alij eadem Solis metaphora designatos affirmant æstus persecutionum, & ærumnarum. Ita Cassiodorus, dicens: similo esse id, quod hic dicitur à sponsa, ei, quod dicitur ab Apostolo. [f] *Nolite deficere in tribulationibus meis, quæ est gloria vestra:* [g] *non enim sunt condigna, &c.* Idipsum & Beda ex eo euangelii, [h] vbi Dominus significauit parabola seminis, iacta in petram semina, Sole orto æstuasse, & quia non habebant humorem aruisse, quod postea declarans, addit: *Facta autem tribulatione, & persecutione propter verbum continuo scandalizantur.* Idipsum Iust. Orgelitan. ac Bern. Serm. 28.

Cassiod.
f Epha. 3. 13.
g Ro. 8. 18.
h Matth. 13. 6.

APPENDIX.

Beda.
Iust. Org.
Bernard.
Theodor.

Ex idololatria prouenit nigredo in Gētes, et Synagogā

Theodoritus videtur sequi sensum paraphrasis Chaldaicæ, ait enim, sponsam in his talia sibi velle: *Ne despiciatis me, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol*, Quæ in præsentia fusca sum, candidissimam estis conspecturæ, & præ admiratione cōclamabitis, [i] *Quæ est ista quæ ascēdit dealbata.* Vobis autem, & causam huiusce nigredinis exponam. Denigrata sum, dum creaturas adoro, omisso Creatore, & Solem hunc aspectabilem colo, pro Sole iustitiæ: Verum, quæ sit inter hunc, atque illum differentia animaduertēs, relicta creatura ad Creatorem adorandum me contuli. *Nolite* igitur *me, quod fusca*, nigraque *sim considerare.* Me namique Sol aspexit, vel (vt Symmachus interpretatur) attigit me Sol.

i Cāt. 8. 5.

Ex Vers. VI. Filij matris meæ pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

Expositio Prima. Quo ad Literæ sonum.

PRosequens Sponsa afferre extrinsecam, & accidentariam nigredinis suæ causam; cum iam significasset, inde eam prouenisse, quod Solis combusta fuisset ardore: Nunc affert rationem, quare sic à Sole decolorata fuerit; Quæ autem ab ea dicuntur hoc pacto iuxta Rabbi Abraham Aben Esdra congruenter inter se connecti, congruumque huiusmodi sensum habere possunt: Fratres mei incensi sunt rixa, & contentione aduersum me, & posuerunt me custodem vinearum, etiamsi huic custodiæ non essem assueta, cum præsertim ne meam quidem vineam custodierim, atque ideò cum in his vineis me huc, illucque peruagari, atque subdio commorari oportuerit, vt eas custodirem, vehementioribus Solis æstibus combusta, ac decolorata sum.

I. SENSVS.

Sed fortasse melius verba illa; *vineam meam non custodiui*, sic cum præcedentibus connectentur; Dum fratres mei posuerunt me custodem in vineis aliorum, vineam meam non custodiui; vt sensus sit.

II. SENSVS.

Cum vineam meam custodiendo, libera essem à Solis ardore, quatenus ibi ab illo me facile seruare poteram: fratres mei nescio quo felle, quove ardentissimo in me succensi furore, pugnauerunt contra me, coegeruntque, vt relicta vinea mea, custodirem vineas aliorum; in quibus ardor Solis maximè æstuabat: Vnde cum nō haberem, in quo me à tantis seruare, ac defendere possem æstibus, *aspexit, combussit, ac decolorauit me Sol*, sicq; vt cernitis, reddidit fuscam.

PARAPHRASIS

Filij matris eiusdē appellatio quid significet.

Notandum est autem, periphrasim istam fratrum, qua à Sponsa dicuntur *filii matris meæ*, quāuis communiori sensu vsurpata videatur in diminutionem fraterni amoris ab illis erga sororem exhibiti, vtpote à fratribus, minimè ex eodem patre oriundis; posse tamen haud incongruè accipi, vt positam ad amplificationem eiusdē amoris fraterni, in maiorem facti eorum detestationē, eo modo, quo vsurpatam eamdem reperimus in psal. 49. vbi Dauid ait; [a] *Sedēs aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalū.* ac si diceret. Nedū aduersus fratrem quemlibet lo-

a Psal. 49. 20.

DE ECCLESIA.

quebaris, eumque scandalizabas lingua tua; sed & insuper ponebas scandalum etiam aduersus illum fratrem tuum, qui ex eodem ortus est vtero matris tuæ, quemve idcirco præcipuo diligere debuisses amore.

Circa lectionum varietatem: quoad rem omnes quidem conueniunt, licet in verbis nonnihil sit discriminis: Nam quod noster vertit: *Pugnauerũt contra me*; In Hebræo est ניחרו בי niharu bi, i. *cum ardore succensi sunt mihi*. Symmachus vero *διεμαχέσαντό μοι*, idest *impugnauerunt me*, Sed Septuaginta cum aliqua etiã sensus diuersitate verterunt *ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί*, idest. *pugnauerũt in me, in me*, inquam, in ablatiuo, nõ in accusatiuo, quod stet pro contra, & aduersum me, prout accipit Ambr. Vnde bene notat Origenes, sponsam hoc loco significare, fratres suos dimicasse in ipsa, non contra ipsam. Atqui hæc lectio mysterio maximè (vt videbimus) congruit; quoad sonum autem litteræ nõ intelligo, quid significet, præter id, quod & ceteræ significant lectiones, vt pugna, quæ facta dicitur in ea, fuerit contra illam; nisi fortè, si coniecturæ detur locus, sponsa significare velit, fratres suos secum inuicem dimicasse in ea, idest pro ea: quis scilicet ipsorum illam apud se habiturus esset: atqui, cum nemo id alteri concedere vellet, coacta ipsa sit, in hoc illis tandem conuenientibus, vt aliorum vineas custodiret: ita vt vineam propriam custodire nequiuerit.

Lib. de If. & anima. Homil. 1.

III. SENSVS.

Notandum est quoque, vbi noster legit. *Vineam meam*, in Hebræo haberi כרמי שלי charmi sceli, idest, *vineam meam, quæ mihi*, vbi deficiente verbo multa suppleri queunt: multaque præclara subindicantur; vt verbi gratia, quæ mihi dono data est; quæ mihi hæreditate obtigit, quæ mihi pro mea assignata est dote: quæ mihi meis plantata est sudoribus, & cetera huiusmodi.

IV. SENSVS.

Quanquam ex hac lectione deducere, & quartum possimus sensum, si nomen vineæ vltimo hoc loco haud propriè, & pro vera vinea hic positum dixerimus, sed translatè pro specie, & forma, cuius sponsa multo maiorem habere debuisset rationem, quàm cuiuslibet vineæ. Ac si dictum ab ea esset.

PARAPHRASIS.

Posita custos in vineis, illasve custodire coacta, formam meam, vineam illam, quæ mihi in primis custodienda fuisset, nõ custodiui: ita vt propterea decolorata sim à Sole, & obfuscata.

Ex Vers. VI. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

I. SENSVS.

Ad idolatriã sẽper fuit procliuis Iudaicus populus.

IVdæorum populus, quàm procliuis semper extiterit ad Idolorum cultum prosequendum, quàmve magnis propter Idololatriam à Deo contritus sit ærumnis, ita omnibus, qui Sacras vel attigerint litteras, est compertum, vt haudquaquam longa indigeat probatione.

Propterea synagoga, quàm in principio secundæ expositionis primi versus, probauimus fuisse antiquitus Christi sponsam, prout nunc est Ecclesia, volens confirmare, quomodo nigredo vniuersa, quæ sibi objiciebatur siue tribulationum, siue etiam peccatorum ex eo prouenerit, quod à diabolo combusta, ac decolorata fuisset, tanquam à Sole: nunc affert rationem quare tãtis eam æstibus diabolus comburere, ac decolorare potuerit: causam autem omnem eidem peccato adscribit Idololatriæ, dicens. *Filij matris meæ pugnauerunt cõtra me, posuerunt me custodem in vineis, cum nec vineam meam custodierim.*

Loquitur autem pars Iudaici populi iustior de ijs, qui à veri Dei cultu eam amouebant, ac si diceret.

PARAPHRASIS.

Filij matris meæ Synagogæ, sed non eiusdem Patris, cum ex Patre diabolo essent, totis me impugnauerunt conatibus; neque enim ferre poterant, vt verum colerem Deum, cum ipsi fœdissima adorarent idola; sicut autem nulla est conuentio luci ad tenebras, nec Deo ad Belial: ita & inter me, atque inter illos continua extitit pugna: atque ideo ardentissimo mihi furore succensi dimicauerunt contra me malis exemplis, pessimis persuasionibus, ac plerumque armorum etiam violentia: posuerunt me tandem custodem in vineis, trahentes me ad difficillimum falsorum Deorum cultum, cũ nec vineam cultus veri Dei, & legis, quæ mihi donata ab ipso fuerat, custodierim; quamuis vineæ eius custodia esset alioquin, & iucundissima, & facillima. Hinc vinearum illarum indulgens curæ denigrata, combusta, ac decolorata sum omni peccatorum sorde, maximisque angustijs, atque flagellis, idque ab vrenti Sole diabolo, quãdo Deus, me castigans [b] misit immissiones per Angelos malos.

Simile.

b Psal. 77. 49.

Circa hæc vero, duo sunt, quæ aliquid habent difficultatis, & ideo aliqua indigent discussione.

Primum est, qua ratione idolorum cultus, necnon & cultus veri Dei, illiusque lex dicantur vineæ; quæve inter istas vineas extet differentia.

Secundo, examinandum id nobis est, quo pacto synagoga asserat, non custodisse vineam suam, cultum veri Dei minime seruando, eiusque præceptis non obtemperando, cum eam ipsam in carissimam Dei sponsam electam nouerimus.

Quo ad Primum. Si rem ipsam spectemus. Vinea nihil aliud est, quam collectio plurium vitiũ, ex quibus colligatur vinum: Et quidem cultus falsorum Deorum coadunatio est plurium rituum, ex quibus & vinum colligitur.

Vinea quid. Quomodo cultus Dei & eius lex sint vinea, sicut et cultus idolorum.

Similiter & cultus veri Dei, eiusdemque lex maximè fertilis est vinea, in qua plures plantatæ sunt cæræmoniæ, multaque præcepta, quæ si excolantur, & custodiantur, copiosissimum proferunt vinum. Quin & ob id potissimum religionis cultus, diuinaque lex sub ipsa vineæ metaphora designantur congruenter; quòd iugi studio excolenda ea non minus sint, quàm vinea ipsa terrestris.

Quod autem idolorum cultus vinea sit, & vinea, quæ vuam, vinumque proferat, qualisve sit huiuscemodi vinea, quale & vinum, manifestissimis verbis per Moysem Patriarcham explicatum habemus in libro Deuteronomij, vbi pertractans differentiam maximam, quæ est inter has duas vineas, inter cultũ Dei veri, ac cultum falsorũ Deorum, ait. [c] *Non enim est Deus noster, vt dii eorum, & inimici nostri sunt Iudices*: postea declarans apertius, qualis esset falsorum deorum cultus, subdit.

Tres Partes Idololatriæ qualis vinea sit.

c Deut. 32. 31.

De vinea Sodomorum, vinea eorum & de suburbanis Gomorræ: Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus: Fel Draconum vinum ipsorum, & venenum aspidum insanabile. De vinea Sodomorum est Idolorum cultus: quia execrabilis est, æque ac Sodoma, & Go-

DE ECCLESIA.

d Gen. 18. 22.

& Gomorra, d quarum clamor, atque peruersitas, vsque ad Dei peruenerunt aures. De vinea Sodomorum est, quia æque, ac Sodoma, & Gomorra cœlesti deuastata est igne ita vt recte de ipso item, vt de huiuscemodi vinea dicatur in psalmis. e *Incensa igni, & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.*

e Psal. 79. 17.

Sed de vinea Sodomorum est præcipue: quia illis vinea, tales profert fructus, qui primo quidem aspectu pulcherrimi videntur, & suauissimi: At cũ colliguntur, & vani reperiuntur esse, & fœtidi: fertur namque in terra illa Sodomorum, quæ a Deo igne, ac sulphure combusta est, remansisse, siue de nouo enatas esse arbores, aspectui perpulchra habentes poma, quæ vt primum a carpente tangũtur, in cinerem resoluuntur, summumque de se emittunt fœtorem, ac fumum. Ita refert Abulensis super citatum Deuteronomij locũ, citatque Isidorum libro 15. Ethicorum, & Solinum cap. de Iudæa.

Mirabilis de terra Sodomorum.

Abulensis. Isidor. Solinus.

Idololatriæ fructus vani, & fœtidi

In hunc igitur modum, & fructus, quos idololatria profert, quamuis pulchri, ac suaues esse videãtur; vani tamen sunt, cum accipiuntur, ingentemque de se emittunt fœtorem: quod egregie expressit Apostolus ad Romanos, dicens. f *Quem ergo fructum habuistis, in quibus nunc erubescitis?* Ac si dicat, Videbantur perpulchri iam prius vobis Idololatriæ fructus, at postquam eos tetigistis, vani esse apparuerunt, nihilque ex ijs vobis relictum est, præterquam fœtor, ac ignominia: ita vt de ipsis modo erubescatis.

f Ro. 6. 21.

Quod si quis curiosius perscrutetur, quinam sint isti, quos vinea idololatriæ profert, fructus, audiat eundem Apostolum in eadem epistola longius illos enumerantem: g *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori: Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ* (isti sunt, quos collegerunt fœtidos fructus) *nam feminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est cõtra naturam: Similiter autẽ & masculi relicto naturali vsu feminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicẽ, & masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt, Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia;* plane de vinea Sodomorum, vina eorũ, & de suburbanis Gomorræ. Sed vtinam vani tantum essent, ac fœtidi idololatriæ fructus, sicut sunt fructus vinearum Sodomæ, & Gomorræ: nam insuper sunt etiam amarissimi, & mortem afferũt ijs, qui eos gustauerint, vel etiam attigerint; vnde bene Apostolus, vbi dicebat, fructus istos vanos esse, ac fœtidos: addit: h *nam finis illorum mors est.* Et Moyses, *Vua*, inquit, *eorum, vua fellis, & botrus amarissimus.* Ac si dicat, qui in huiuscemodi vinea dulciores, ac suauiores instar dulcissimæ vuæ vidẽtur esse fructus, ij sunt amarissimi, ac instar fellis. Nec mirum, cum inter eos, qui falso eorum indulgent cultui, radix sit amaritudinis, germinans fel, & amaritudinem ipsam, iuxta illud, quod per eundem Moysem dicitur, i *Ne forte sit inter vos vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auersum est hodie a Domino Deo nostro, vt vadat, & seruiat Dijs illarum Gentium, & sit inter vos radix germinans*

g Rom. 1. 27.

Idololatriæ fructus amarissimi, ac mortiferi.

h Rom. 6. 21.

i Deut. 29. 18.

A *fel, & amaritudinem.* Fel draconum vinum ipsorũ, & venenum aspidum insanabile: eæ enim ipsæ, quæ ex tali cultu colliguntur, voluptates, summam tandem gustui quoque afferunt amaritudinem, mortemque instar insanabilis veneni ijs inferunt, qui tale biberint vinũ; patuit hoc manifestissime, vel in vnica illa k vituli adoratione, ex qua prædulces quidem populus ille sibi videbatur collecturus fructus; vnde & dicitur. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* & Moyses *vocem cantantium*, cum è monte descenderet, se audire testatur ad Iosue. At postea cum gustare illos cœpit, quos dulcissimos fructus existimauit, amarissimos sensit: quodque suauissimum credidit vinum, reperit esse fel draconum, ac venenum aspidum insanabile, quod gustatum afferet mortem. Propterea enim Moyses l vitulum illum aureum combustũ, in puluerem vere redactum, & aquæ mixtum populo vniuerso in potum dedisse dicitur: vt ex huiusmodi potu illinsinet idoli, quod falsis coluerãt ludis, cantilenis, atque choræis, intelligerent, sensuque perciperent talis idololatriæ fructuum amaritudinem & quomodo etiam mortem afferrent ineuitabilem. Vnde & illico subditur in textu, *Ea die per manus Leuitarum, qui vindices extiterunt iniuriæ Dei, occisos esse quasi triginta millia hominũ* de populo illo: & quod mortalitate ista multo extitit amarius, Deus insuper asperrimas illas intulit minas: *Ego in die vltionis visitabo, & hoc peccatũ eorum.*

DE ECCLESIA.

k Exo. 32.

B

l Exod. 32. 20.

C At non tales sunt fructus vineæ eius, quam sponsa suã nuncupat. Nec talis est vinea cultus veri Dei vinea legis Dei.

Ambros. Iustus Orgel.

Siquidem vinea ista, vinea est electa, quam æternus ille Paterfamilias prius in cordibus singulorum plantauit, inserendo in eis legem naturæ, per quam vnum ac verum Deum colere docerentur.

Vinea cultus, ac legis Dei qualis sit.

In hac vinea plantauit omne semẽ verum; ac postea eandem dilatauit per legem scriptam, in qua tot plantauit vites, totque arbores, quot sui cultus instituit ritus: quot tradidit, & præcepta.

Quis vero vineæ istius fructuum explicet suauitatem? Quis vineæ ipsius exprimat pulchritu-D dinem? m *Lex Domini immaculata conuertens animas*; neque enim, sicut vineæ falsorum deorum fœda est: neque instar illarum vinea Domini animas occidit & corpora; sed eas ipsas, quæ mortuæ fuerant, viuificat, conuertens eas de morte ad vitam.

m Ps. 18. 8.

Fructus istius vineæ adeo prædulces, adeò suaues, vt mellis præferantur dulcedini; sunt enim *Dulciores super mel, & fauum*: fructus isti sunt virtutes, quæ ex Dei cultu, & lege nascuntur, quæ tanquam ex varijs, diuersisque arboribus, ex diuersis præceptis vt perpulchra, atque distincta poma nascuntur.

Vinum, quod ex hac vinea colligitur, est deuotio, vinum, quod lætificat cor hominis, exultãs in E Deo, quem colit: iuxta illud. n *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meũ & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.*

Ambros.

n Ps. 15. 8.

Vinea ista tam electa hæreditate obtigit Iudaico populo: vnde in ipsius persona, *Dominus pars hæreditatis meæ*, inquit Propheta *& calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi: Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Et sponsa quoque in eiusdem populi persona, iuxta Hebraicã lectionẽ, vocat illã hoc loco *Vineã meã, quæ mihi*, Scilicet hæreditate obtigit.

Ve-

DE ECCLESIA.

Verumtamen quamuis peculiaris ipsius esset hæreditas; quamuis adeo pulchra esset, adeo frugifera, cum eam non custodierit: cum noluerit assuescere tali custodiæ: cum eam non excoluerit, posita est in custodia vinearum, & cultum falsorũ deorum; idque ab ijs ipsis, qui ex eodem essent populo, eiusdemque matris filij: Vnde & iure conqueritur, dicens: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: Vineam meam non custodiui.*

Quo populus Iudaicus dicatur nõ custodisse cultũ, & legẽ Dei, licet in eo semper fuerint aliqui boni.

Quomodo autem id verum sit, quòd Iudaicus populus cultum Dei, eiusque legem non custodierit, facilè vnicuique fiet persuasum, qui sacras euoluerit litteras: & quamuis nunquam aliqui de prædicto populo defuerint, quos sibi Deus reliquisset sui adoratores veros, legisque obseruantissimos, quibus sponsæ competeret nomen, & pro quibus Dei compesceretur furor, ne vniuersos è mundo tolleret: Sic namque videmus, o quando vniuersus populus vitulum aureũ adorauit, in vero Dei cultu perstitisse saltem Moysem, & Iosue, per quos ira placata est Dei: Sic & ad p Eliam Prophetam, quando omnis populus Deum adorabat Baal, affirmauit Deus, se sibi in Israel seruasse *septem millia virorum, quorum genua nõ essent curuata ante Baal, omneque os, quod non adorauit eum, osculans manũ:* Sic & populus ipse hoc fatetur, dicens per Isaiam; q *Nisi Dominus reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus:* idest, nisi Dominus aliquos de medio nostrum sibi reseruasset, qui ipsius cultum, ac legem custodirent, ita illi fuissemus, execrabiles, sicut fuit Sodoma, & Gomorra: atque etiam nisi paucorum illorum meritis, & intercessione adiuti fuissemus, ad nihilum fuissemus redacti, sicut populus Sodomæ, & Gomorræ; quamuis inquam, semper aliqui de Iudaico populo, ac Synagoga perseuerantes extiterint in veri Dei cultu, & in eiusdem legis obseruatione: ita tamen pauci frequenter extitere, r vt Isaias comparet eos vnico racemo, post vindemiam relicto; vel duabus, aut tribus oliuis in summitate rami post oleæ excussionem; adeoque pauci ij erant, vt in comparatione tanti populi vix vlla eorum haberetur ratio, parum enim (vt vulgato prouerbio dicitur) pro nihilo reputatur. Ex quo factum est, vt frequentissimè Synagoga vniuersa, omnisque eius populus generaliter in scripturis arguatur criminis huius, quòd Dei cultum, & legem non custodiret: s *Adhuc viuente me,* ait ad illum Moyses, *& ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum, quanto magis, cum mortuus fuero?* Et Dominus per Isaiam; t *Filios* inquit, *enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerũt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum:* Et per Hieremiam; u *A sæculo,* inquit, *confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix: Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum; quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?*

o Exod. 32. p 3. Reg. 19. 17. q Isa. 1. 9. r Isa. 17. 6. s Deut. 31. 27. t Is. 1. 2. u Hier. 2. 20.

Sic & ferè per omnes Prophetarum paginas totus arguitur populus. Vnde & in Actibus Apostolorum Stephanus generali sententia, sic eum allocutus: x *Dura ceruice, & incircumcisis cordibus, & auribus: vos semper Spiritui sancto restitistis: Sicut Patres vestri, & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti Patres vestri? & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuistis: Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis.*

x Act. 7. 51.

Iure igitur optimo & sponsa, ac synagoga ipsa in persona totius Iudaici populi dicere potuit id, quòd tam frequenter & à Domino, & à sanctis eius ministris dictum accepit: *Vineam meam non custodiui.*

PARAPHRASIS.

Non custodiui cultum veri Dei: non custodiui suauissimam eius legem: & à filijs matris meæ Ierusalem prauo bello impugnata, posita sum custos vinearum idololatriæ, quas sanguine filiorũ meorum irrigarem, iuxta illud Psalmi: y *Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs: Et effuderũt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam.* Hinc mihi nigredo peccatorum omnium, quia decolorauit me æstibus suis sol, nempe diabolus. *Infecta est en mea terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus meis,* & fornicatus est populus meus *in adinuentionibus,* & sceleribus *suis;* Hinc mihi & nigredo tribulationum, persecutionum, ac ærumnarum: combussit enim me æstibus suis, ac decolorauit me sol ille ardentissimus; cum *iratus est furore Dominus in populum suum, & abhominatus est me hæreditatem suam: & tradidit* me *in manus Gentium, & dominati sunt* mei *qui oderunt me. Et tribulauerunt* me *inimici* mei, & humiliata sum *sub manibus eorum.* Verumtamen nigredo hæc vniuersa extrinsecum mihi est accidens: statim enim ac vineam meam custodierim: statim ac ad sponsum meum conuersa fuerim, tota à me tolletur ista nigredo: Sic aliquando *vidit Dominus* ipse, cum tribularer, *& audiuit orationem* meam, *Et memor fuit testamenti sui, & pœnituit eum, secundum multitudinẽ misericordiæ suæ:* Et dedit populum meum *in misericordias, in conspectu omnium, qui ceperant eos.*

y Ps. 105. 37.

II. SENSVS; *Iudaicũ populum vineam Dei, quantifecerint Christus, atque Apostoli.*

Iuxta secundum sensum Ecclesia primitiua Apostolorũ explicat hoc loco, quare sic a Sole zeli Dei combusta sit; vt tanta nigredine persecutionũ, ac tribulationum decolorata sit: nimirum, quia a Iudæis compulsa est, vt relicta synagoga, transiret ad Gentes, in quibus multa sibi facienda fuere pro fidei zelo, quæ permaximas contra se suscitatur persecutiones. Porrò quòd Iudaicus populus electissima fuerit vinea Dei, ex vulgatissimo illo Isaiæ loco omnibus est conspicuum, cum clare dicatur, z *Vinea autem Domini exercituum, domus Israel est, & vir Iuda germen eius delectabile.* Hanc vineam, tanquam peculiarem æterni Patris hæreditatem Christus Dominus excolendam accepit, vnde sub altera ouium metaphora, dixit: a *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierant domus Israel:* & per Isaiam in vineæ persistens metaphora, b *Torcular, ait, calcaui solus, & de gentibus nõ est vir mecum:* ac si dicat, In vinea Israelitici populi ego solus calcaui torcular Sacratum Scripturarum, quod in ipsa ab antiquo foderat Pater meus; ego solus expressi ex dicto torculari spiritualis intelligentiæ vinum, & nolui, vt quisquam de Gentibus mihi adhæreret; non quòd nullus ex Gentibus in ipsum crediderit, hoc enim falsum est; sed quòd nullum ex gentibus in Apostolorũ numerum adscriptum esse, voluerit. Hanc ipsam vineam a Christo Domino tanquam propriam, & peculiarem acceperunt & Apostoli custodiendam, ac excolendam, quando eis dixit: c *In viam Gentium ne abieritis, & in Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Vtinam autem hanc eis vineam custodire licuisset, quam veluti hereditariam a Domino suo acceperant. Neque enim huius

Ambr. Cassiodo. Greg. PP. Beda. Philo Carpat. Iustin. Anselm. Bernard. z Is. 5. 7. a Matt. 15. 24. b Is. 63. 3. c Matt. 10. 5.

DE ECCLESIA. ius custodiam pro vniuerso reliquissent orbe, non secus ac [d] Naboth Iezraelita, qui nec pro argenti copia, nec pro vinea meliori, quã sibi Rex Achab offerebat, vineam propriam, ac hereditariam relinquere vmquam voluit: multoque libentius eã excoluissent, quàm ceteras aliarum Gẽtium vineas; non secus ac agricola multò libentius propriam, & hereditariam excolit vineolam, quàm aliorum vineas, etiam cum maximo lucro. Si hanc vineam custodisset Ecclesia illa Apostolorum, haud certe tanta, siue a Sole zeli Dei, siue a Sole persecutionũ decolorata fuisset ærumnarum nigredine, nã multa ibi habuisset, quæ sibi vmbram facerent, quę sibi pro vmbellis inseruirent, quibus se ab ardẽtioribus Solis æstibus defendere valuisset: cognitionem, & cultum vnius veri Dei, qui [e] *scapulis suis* obumbraret illi, ita vt *sub pennis eius* speraret: Neque enim contendendum ibi fuisset contra pluriũ deorum falsitatem; quod in vineis gentium, motuum, persecutionumque vniuersarum extitit causa: summam Sacrarum Scripturarum inter se congruentiam: cum enim ea, quæ in antiquo testamẽto ordinata sunt per Scripturas Sacras, [f] vmbrã haberẽt futurorum, vt inquit Apostolus, facile in dogmatibus fidei comprobandis ad illas confugere potuisset vmbras, ibique se a persecutionum æstibus seruare: prout sæpius in Epistola, quam ad Hebræos ipsos scripsit, Apostolum fecisse, animaduertimus: prophetarum vaticinia, quibus sub varijs figurarum vmbris, diuersisque metaphoris id omne fuerat prædictum, quod iam per Christum opere impletum prædicandum erat; enimuero si scandalum quoddam apud populum illum mouisset crucis prædicatio, illico sub Prophetarum vaticinijs, veluti sub optimis vmbellis se tutari valuisset, ita illum prophetijs conuincens, vt, si recta vti voluisset ratione, non modò eos non insectaretur, sed tamquam veritatis, pacisque nuntios summo prosequeretur honore. Quid dicam de lege illa diuina, ad quam veluti ad tutissimum confugere eis licuisset vmbraculum, si quando quid motus contra eos cieretur, cum vitia obiurgarent, vel virtutem suaderent?

d 3. Reg. 21.

In vineola antiqui populi Ecclesia multa habuit, quæ sibi pro vmbraculis deseruirent.

e Ps. 90. 4.

f Coloss. 2. 17. Heb. 10. 1.

Hinc tanto affectu Paulus Apostolus istiusmet vineæ exoptabat custodiam, vt diceret: [g] *Optabã ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem: qui sunt Israelitæ: quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamẽtum, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum Patres, & ex quibus Christus secundum carnem.* Verum, o Iudæorum peruersitatem, dum primitiuam illam Apostolorum Ecclesiam fidissimam, diligentissimamque synagogæ custodem amplexari, ac iuuare debuissent, succensi sunt illi, tantasque contra eam mouerũt pugnas, vt ipsa ab eis expulsa, ad custodiam vinearum Gentium exposita sit; quod clarissimis verbis Apostolum eis significasse cõperimus, cum diceret: [h] *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gẽtes: Sic enim præcepit nobis Dominus.* Et hoc illud est, de quo nostra hic quæritur sponsa cũ ait: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui:* Dicit autem, se ab illis positam custodem vinearum Gentium, non quòd verè Iudæis placuerit, Apostolos Christi fidem Gentibus prædicare: sed quòd ab illis repulsi, ad gentes conuertẽdas ire coacti ij sint: Nõ secus ac Dux ille, qui à cõciuibus è propria expulsus Republica, dum in aduersariorũ illius Reipublicę castris militans illorum Dux constituitur,

g Rom. 9. 3.

Ecclesia Apostolorũ posita est custos in vineis Gẽtiũ a Iudæis.

h Act. 13. 46.

Simile.

A dicere quodammodo potest, se à conciuibus, qui eũ expulissent, illius exercitus positum esse Ducẽ.

At posita Ecclesia Sancta ad custodiendas Gentium vineas ardentissimo zeli Dei sui Sole combusta est: vehementissimis decolorata est persecutionum æstibus: ærumnarumque, ac tribulationum obfuscata est subnigredine. Siquidem, cum in medio vinearum illarum se comperisset, quæ instar vineæ illius viri stulti, de qua loquitur Salomon, [i] totæ repletæ erant vrticis, ac spinis, totæ dissipatæ, totæque destructæ; ardentissimo æstuare cœpit zeli Sole, quo zelata est Christum Dominum Deum suum: cępit eas excolere; quid enim in illis custodiret, in quibus nihil aliud esset, quàm spinæ peccatorum, quam vrticæ prauarum cõsuetudinum? extirpare cœpit infinita illa vitia, quibus totæ erant opertæ: in agrestes vites, ceterasque arbores, in hominum nimirum mentes, quæ vel infrugiferæ erant, vel agrestes, ac amaros operum fructus proferebant, inseruit verbum Dei, iuxta illud Iacobi. [k] *Suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras:* plantauit virtutum vites optimas, ex quibus suauissimum colligere posset æternæ felicitatis vinum: irrigauit illas aqua sapientiæ.

DE ECCLESIA.

In vineis Gẽtiũ quid faciẽdum fuit ecclesiæ Apostolorum, & quo in eis decolorata fuerit.

i Prou. 24. 30.

B

k Iac. 1. 21

Hæc autem omnia egit sine vlla earum vmbrarum, quibus in vinea sua se operire poterat. Neque enim vnum Deum credebant Gẽtes: neque Sacris fidem præstabant Scripturis: neque Dei legem habebant; propterea paupercula custos a Sole decolorata est cruciatibus, & tribulationibus: propterea per vniuersum terrarum orbem contra ipsam motæ sunt persecutiones; neque enim Gẽtes illæ, quæ tanta falsorum Deorum varietate mentem obtenebratam habebãt, vnius Dei prædicationem admittere volebant: neque qui tantis sæculi huius assueti erant illecebris, eas a se resecari patiebantur. Neque [l] vulpes illæ, quæ vineas istas demoliebantur, vani scilicet philosophi, Idolorumque Sacerdotes, qui instar vulpium inani Philosophia, falsisque artibus, ac illusionibus populos decipiebant, se a tali custode capi sustinebãt. Nec demum [m] singularis ille aper diabolus, qui dictas vineas depascere solitus esset, antiquam a se tolli sinebat harũ vinearum possessionem.

C

l Cant. 2. 15

m Ps. 69. 14

D

Iuxta tertium sensum præclare hoc loco hæreticorum exprimitur natura, quippe qui, cum alieni sint a fide Catholica; singuli tamen inter se pugnãt pro Ecclesia Catholica, vt eorum videlicet secta nomine Catholicæ Ecclesiæ honestetur. Hinc in ea, quæ vere Ecclesia Catholica est, multa nigredo per impiorum multorũ commixtionem: hinc sponsa decoloratur a Sole, nempe a diabolo per istã zizaniorum commixtionem. Ait ergo Ecclesia Sancta. *Filij matris meæ pugnauerunt in me* vel *prę me.*

III. SENSVS.

Ac per filios matris suæ, ipsos significat hæreticos, qui quidem quamuis ex Ecclesia prodierint; non tamen fidelium fratres dici debent, cum vere ex Ecclesia non sint, iuxta illud Ioannis. [n] *Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis.* idcirco autẽ filios matris suæ eos vocat, vt significet, eos distinctos esse ab ijs, quos verè in se continet fratres, ex eadem matre, eodemque Patre prognatos; quotquot enim sacro renati sunt baptismatis fonte: quotquot Christum confitentur: quotquot Euangelij custodiunt legem, vnius censentur eiusdemque matris filij, nimirum synagogæ, vnde Ecclesia, & Christus ipse, & Euangelium prodijt, iuxta illud Isaiæ. [o] *Quia de Sion exibit lex, & verbũ Domini de Ierusalem.* & illud. [p] *Adhuc dicent in auribus tuis Sion, filij sterilitatis tuæ. Angustus est mihi locus:*

E

Hæretici, rõne ab Ecclesia dicãtur filij matris meæ, et non fratres mei.

n 1. Io. 2. 19

o Is. 2. 3.

p Is. 49. 20.

DE ECCLESIA.

cus: fac spatium mihi, vt habitem. Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi istos? At non omnes ex eodem sunt patre: qui enim verè Christum sequuntur fideles, ij omnes ex vno sunt Patre Christo, p Solliciti, iuxta Apostoli dictum, Seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus Spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis suæ, vnus enim ipsorum Dominus, vna fides, vnum baptisma: Vnus Deus, & pater omnium Deus qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus illis: atque adeo vniuersi ab vno tantum Christo Christiani dicuntur; & ab vna fide fideles. Qui verò particularium hominũ hæreses, ac sectas sequuntur, ij diuersos habent patres, impios nimirum hæresiarcas, quorũ sequuntur errores: sicque veluti non iam Christi, sed illorum filij, ab eis sortiuntur & nomen: ita Ariani ab Ario; Sabelliani a Sabellio: Manichæi a Manete: Lutherani a Luthero, & sic de singulis. Atque hi omnes, cum non habeant vnitatem fidei, & vnum Patrem, a quo in vno corpore seruentur vniti in vnitate Spiritus, in vinculo pacis, semper inter se contendunt, & pugnant, quodve in eis admirandum valde est: cum vniuersi pro hoc vno inter se iuges habeant pugnas, vt singulis in suis sectis Catholicæ Ecclesiæ nomen habeant; omnes tamen in hoc conueniunt, vt veram totis conatibus impugnent Ecclesiam Catholicam. Hæc omnia egregie paucis verbis Christi sponsa Ecclesia ipsa Catholica expressit, cum iuxta lectionem Septuaginta dixit. Filii matris meæ pugnauerunt in me (in ablatiuo) ac si diceret.

p Eph. 4. 5

Hæretici dissentiunt omnes inter se de nomine Ecclesiæ Catholicæ, licet uniuersi in eo conueniant quod simul verum Ecclesiam Catholicam impugnãt.

PARAPHRASIS.

Hæretici, qui quamuis eandem mecũ habeant matrem synagogam, nullatenus fratrum nomine digni sunt; tum quia diuersos habent patres, qui diuersas constituere sectarum familias; tum quia nulla vel mecum, vel inter se iura fraternitatis seruant. Isti inquam, filij matris meæ inter se ipsos pugnauerunt in me, & pro me: vt me scilicet haberẽt: haud quidem, vt meam haberent fidem rectam, quam è toto orbe profligare contendunt; sed, vt meo honestarentur nomine. Pro hoc enim vniuersi inter se disceptarũt, vt vnusquisque Catholicus nuncuparetur, vtve Catholicæ Ecclesiæ nomen propriæ obtinerent collectioni, & synagogæ Satanicæ. Propterea posuerunt me custodem in vineis suis; cum enim agnoscerent miseri, sectas suas nequaquam subsistere posse: cum intelligerent, ex vineis eorum fructus colligi non posse, nisi adsit, quæ illos custodiat; Fecerunt instar illius, qui, cũ propriam vineam per se custodire non valeat, regia insignia in illa apponit, vt sic regem reuerẽtes, nullus sit, qui vineam illam attingere audeat; sic enim & ipsi pro defendendis vineis sectarum suarum, proque colligendis ex ijs fructibus, perditione, ac deceptione miserabilium animarum, Christi apposuere insignia: me Christi Regis sponsam Ecclesiam Catholicam in eis ponunt custodem, meumque regium Ecclesiæ Catholicæ nomen illis imponunt; vt vel hac ratione ex regij nominis huius reuerentia nemo eis audeat obsistere, vnde consequatur, vt fructus vineæ illæ pessimos eis afferant, quos nemo attingat. Porrò hoc est propriũ Hæreticorum studium, vt sub mentito habitu, nomine, atque persona, suas tueantur hæreses, miserasque fascinẽt animas; vnde Dominus noster eos cauendos admonens; q Veniunt, inquit, ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Paulus Apostolus eos describens; r Huiusmodi, inquit, Pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi: nec mirum, ipse enim s Satanas transfigurat se in Angelum lu-

Simile.

Hæreticorũ propriũ est, vt sub mẽtito noĩe, et habitu Catholicorum decipiant animas.

q Matth. 7. 15.

r 2. Corin. 11. 13.

s Exo. 32. 4

A cis: Sic & Iudæi illi Principes, qui vniuersum populum ad vitulum aureum adorandum trahere volebant, honestissimo vitulum illum Dei, qui eos eduxerat de terra Aegypti, honestarunt nomine: & Aaron, inuitans vniuersam plebem ad dicti vituli solemnitatem celebrãdam, t Cras, inquit, Solemnitas Iehouah est, sic & Ieroboam vitulos suos, quos fecit ad auertendum populum Israel a cultu veri Dei, honestissimo item nomine elohim honestauit, qui eduxit Israel de Aegypto, dicens. u Nolite vltra ascendere in Ierusalem, ecce Dij tui אלהיך ישראל elohecha Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, constituitque diem solemnem in mense octauo quintadecima die mensis, in similitudinem solemnitatis, quæ celebrabatur in ea populi parte, quæ verũ B seruabat Dei cultum; constituens & ipse custodẽ in vinea sua veram Dei filiam, & sponsam; atque adeo non solum populus Israel ad vitulos adorandos attractus est, eoque in errore confirmatus; sed & populus Iuda; sed & populus Ierusalem, quam elegit Dominus, vt poneret nomẽ suum ibi ex omnibus tribubus Israel, à suo auersus est Deo, nec proprium custodiuit veri Dei cultum: Sic enim legitur in libris Regum post exaltatos x a Ieroboã vitulos, qui dicebantur Dij Israel: post institutam solemnitatem ad similitudinem solemnitatis, quæ fiebat in Ierusalem, secundum verum Dei cultum, Et fecit Iudas malum coram Domino, & irritauerũt eum super omnia, quæ fecerant Patres eorum in peccatis C suis, quæ peccauerunt. Aedificauerunt enim & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam. Atque hoc illud est, quod & sibi quoque euenisse conqueritur Ecclesia Sancta; dum, postquam dixit, se ab Hæreticis positam custodem vinearum ipsorum, subdit. Vineam meam non custodiui. Acque enim est, ac si diceret.

DE ECCLESIA.

t Exo. 32. 5

u 3. Reg. 12. 28.

x 3. Reg. 14 22.

Hæretici omnes vineas hæresum, ac sectarum suarum custodierunt, in ijsque maximum fecere progressum, honestantes illas falsissimo nomine meo, sectas nimirum suas nuncupantes Ecclesiam Catholicam. Ex hoc autem ingens exortum est ma D lum; nam in plerisque Prouinciis vineam meã germanam: vineam meam quæ mihi hæreditario iure à Christo Patre meo, ac ab apostolis est relicta, rectam inquam & Catholicam fidem non custodiui: Hinc tanta & tribulationum, & miseriarum, & peccatorum in me prouenit nigredo. Hinc æstus persecutionum me decolorauit, vt cernitis: Hinc diabolus Sol ille ardentissimus me tãtorum impiorum hominum permixtionis decolorauit nigrore.

Ex hæreticorum fictione quanta mala preuenerunt Ecclesiæ Catholicæ.

Ex Vers. VI. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

E

Expositio Tertia. De secunda Sponsa, quæ est Anima.

QVi se ad vinearum curam, & ignaros agnoscunt, & debiliores, quive quietam, atque à laboribus, & periculis liberam degere volunt vitam; melius & sibi, & vineæ suæ prouidentes; cuipiam, qui in vinearum studio sit versatus, quive continuis operibus assuetus, laboribus minime frangatur, eam committunt, eiusdemque eũ præponunt custodiæ, quem bonum, & vineæ, & fructuum

Anima sancta vineam voluntatis suæ per semetipsam custodire nolens Prælatos illã tradit custodiẽdam.

DE ANIMA.

ctuum cuſtodem intelligunt. Hos imitata eſt aliquando & Chriſti ſponſa anima ſancta, ac religioſa. Cum.n. vineam ſibi a Deo dono datam haberet animam ſuam, illam cuſtodire per ſemetipſum nequaquam voluit; ſed tum quia ſe ignaram, ac debilem norat ad tantum operis, atque ad talem cuſtodiam: tum, vt quiete Deo inſeruiens, fructus ipſius animæ per obedientiam abſque vllo periculo ſuſciperet, ſuo cuſtodiendam tradidit Prælato. Quamuis poſtea, quæ propriæ vineæ, propriæque animæ cuſtodiam habere noluit, per vim à fratribus vinearum, ac animarum cuſtos ſit poſita aliorum. Atqui hoc illud eſt, quod ipſa ingemiſcit, quodve ſuæ nigredinis, ſuarumque calamitatum omnium cauſam fuiſſe aſſerit, cum afferens rationem, quare a Sole fuerit decolorata, ait. *Filii matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui.* Acque enim eſt, ac ſi diceret.

PARAPHRASIS. Si vultis ſcire cauſam, cur tantis decolorata ſim tribulationum æſtibus, idque ab ipſo Sole iuſtitiæ; quid dicam vobis? cauſa vniuerſa hæc eſt, quod fratres mei, filij religionis, ac matris meæ me ſuper alios, Prælatum conſtituerunt: me animabus aliorum præfecerunt, curamque ac cuſtodiam animarum tradiderunt: violentia magna me coegerunt, vt cuſtodirem vineas aliorum, qui vineam meam non cuſtodiui. Sed cum abnegaui memetipſum, cuſtodiẽdam alijs tradidi animam meam.

Circa hæc autem ſponſæ verba Notandum primo: Quamuis vineæ metaphora in ſcripturis ſacris ſæpius vſurpata reperiatur pro Synagoga, & collectione fideliũ, ac præſertim in capitulo quinto prophetiæ Iſaiæ; nihilominus admodum aptè eamdem accommodari & ſingulis animabus, præſertim fidelibus, nam quicquid de celebri illa Synagogæ vinea apud Iſaiam eſt dictum, facilè & vnicuique aptatur animæ fideli: prout videre eſt apud eos, qui prophetiam illam exponunt. Harum igitur vinearum cuſtodem ſe poſitam, inquit Anima Sancta, animaſque ipſas aptiſſimo vinearũ nuncupat nomine: quod in earum cura atque cuſtodia non minus ſibi laborandum, ac vigilãdum ſit, quam illi, cui plurium cuſtodia commiſſa ſit vinearum.

Prælatura onera & labores quanti.

Simile.

Quemadmodum enim vinearum terrenarum cuſtodi continuis circa vineas deſudandum eſt laboribus, ac non modo iugiter ei laborandum; Sed etiam ſumma ſolicitudine eſt vigilandum, vt videat, ſi operarij bene, ac diligenter operentur: vt cuſtodiat fructus, vt arceat fures, malaſque beſtias, quæ demoliuntur vineas; Ita pariter & ei, cui plurium commiſſa eſt cura animarũ, non ſolum continuis circa earum cultum deſudandum eſt laboribus, arguendo, obſecrando, increpando, idque in omni patientia, & doctrina. Sed & ſumma vigilandum ſolicitudine, iuxta illud Apoſtoli: a *Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euãgeliſtæ miniſterium tuum imple; ſobrius eſto:* Sicque vigilandum, vt pro creditarum animarum cuſtodia nec æſtibus, nec imbribus cedat, nec laboribus parcat, nec ſomno: imò nec proprio, ſi opus fuerit, parcat & ſanguini. Quia ſicut b *Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis*, Ita quoque & bonus vinearum, animarumque cuſtos, vt talium vinearum fructus ſeruet illæſos, cum propriæ etiam vitæ diſcrimine arcere debet & prauos homines, qui inſtar furum fructus virtutum ab animabus deprædari ſtudent, & dæmones ipſos, qui quicquid in animabus extiterit boni, inſtar malarum beſtiarum deſtruunt, deuaſtant, atque conculcant.

Prælato bono quid agendum.

a 1. Tim. 4. 5.

b Io. 11. 14

Quis verò eſt, qui tanto oneri idoneum ſe intelligat? præſertim cum nouerit, adeò huiuſmodi vineas Chriſto Domino eſſe dilectas, adeòque earum expetitum fructum, vt proprio eas ſanguine irrigarit, & arctiſſimam ab earum cuſtodibus de ſingulorum fructibus exquiſiturus ſit rationem, cum dicet: c *Redde rationem villicationis tuæ.* Certè Chriſti ſponſa ſatis ſuam exploratã habuit inſufficientiam; agnoſcenſque, ſe longè eſſe tanto oneri imparem, multum diuque pugnauit cũ fratribus, ne tantæ præficeretur cuſtodiæ: Vnde & ait; *Filii matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis:* quaſi diceret.

c Luc. 16. 2

PARAPHRASIS. Volebant me fratres mei præficere animarũ cuſtodiæ: At ipſa intelligens, quantum põderis cum tali cura humeris meis imponendum foret, quantumque ad iſtiuſmodi munus & ignorantiæ mihi ineſſet, & debilitatis, ne oneri aliquando ſuccumberem, reſtiti pro viribus; At fratres mei pugnauerunt contra me: pugnaui & ego, quantum licuit; ſed tandem illi me impugnatam vinearum addixerunt cuſtodiæ.

Quo loco animaduertenda eſt maxima, quæ inter prudentes ac Sanctos viros, atque inter ſtultos & prauos homines in Prælaturis ſuſcipiẽdis ineſt differentia. Enimverò tanta eſt hominum ſocordia, tantaque ambitio, vt pro aſſequendo Epiſcopatu totis inter ſe dimicent viribus; tantumque abeſt, vt oblatas renuant vinearum, ac animarum cuſtodias: quòd potius illicitis etiam plerumque artibus eas extorqueant: exultantque, cum ijs potiti fuerint, æquè ac ſi rem maximè honorificam, vtilem conſecuti eſſent, atque ſalubrem. d *Stultus homo*, inquit Salomõ, *plaudet manibus, cum ſpoponderit pro amico.* Quid enim reperiri queat, quod maiorem arguat ſtultitiam, quàm ſpondere ſemet ipſum, omniaque ſua pro amico exponere, ac de hoc gaudere? quid magis ſtultum, quàm exultare, cum pro aliorum cura noſmetipſos periculo exponimus? quæ maior ſtultitia; quàm manibus plaudere, lætitiaque exilire pro onere ſibi impoſito grauiſſimo? Non exultauit certè ſponſa Chriſti; Sed intelligens onus ſibi impoſitum, pugnaſſe ſe ait. Quidni autem cum fratribus pugnaret Anima Chriſti ſponſa, ne vinearum, animarumque cuſtodiam ſuſciperet? Si e Moyſes ille Sanctiſſimus quodammodo cum ipſo pugnauit & Deo, ne Iudaici populi ducatum acciperet? quidni cum fratribus ipſa pugnaret, ſi videret, imponi aliarum vinearum cuſtodiam, aliarum animarum curam ſibi, quæ nec propriæ vineæ, animæque ſuæ curam atque cuſtodiam habere voluit? Quidni pugnaret cum fratribus, quæ ignara eſſet de Dei vocatione ad talem cuſtodiam? Victa verò, & impugnata à fratribus ſuis poſitam ſe, dicit, cuſtodem vinearum, quodve communi ferè omnium conſenſu pro eximio munere, proque maxima habetur gratia, ipſa grauiſſimum, ac moleſtiſſimum contra ſe factum exiſtimat bellum. Quis enim mũdanorum hominum, cum aliquorũ opera ad quãpiam euectus ſit Prælaturam, non diceret; Tales, ac tales pugnauerunt pro me: totis conatibus, ope, atque fauore pro me pugnauerunt cum ijs, qui mecum ad hanc concurrebant dignitatem: eorum tandem auxilio poſitus ſum cuſtos vinearum, Epiſcopatum adeptus ſum, animarum mihi tradita eſt cuſtodia. Chriſti ſponſa ſi poſita eſt vinearum cuſtos, per vim ibi ſe poſitam aſſerit: & licet vis iſta, vis fratrum fuerit; licet pugna vniuerſa ex fraterno prodierit amore; moleſtiſſimum contra ſe

In Prælaturis ſuſcipiẽdis, quam diuerſimodè ſe habent ſtulti, atque ſapientes.

d Prou. 17. 18.

e Exod. 3. 11.

Prælaturã ſibi exhibitã viri ſancti moleſtiſſimam rem arbitrãtur

ſi nullum alind habuiſſet vmbraculum, potuiſſet profectò Anima magna ex parte in paradiſo ſe & ab æſtibus tutari tribulationum, illas multò ante præuiſas ſua à ſe auertens prudentia: & ardentes concupiſcentiæ quoquo pacto declinare valuiſſet radios, prout aliqua ex parte per moralis Philoſophiæ cognitionem ab aliquibus vel etiam Gentilium Philoſophorũ factum videmus. Sed & aliud inſuper in ea paradiſi vinea, multoque melius anima habebat vmbraculum, iuſtitiam originalem, quæ erat abſoluta comprehenſio omnium habituum, quibus homo ſecundum omnes vires, & facultates ſuas rectus, & pfectus reddebatur, ac idoneus ad exercendas expedite & perfecte oẽs actiones, naturæ ſuæ conuenientes.

Iuſtitia originalis, quã dũ fuit vmbraculũ hominis in ſtatu innocentia.

B Per hoc autem vmbraculum non ſolum ab vniuerſis eruebatur miſeriarum, ac tribulationum ardoribus: cum illa præſtaret homini omnem felicitatem, quæ naturaliter ab eo expeti, & cõparari poſſet, tribuens ei omne bonum, omneque ab illo auertens malum; verũ etiam ab atra præſeruabatur peccatorum nigredine, qua à cõcupiſcentiæ Sole decolorari potuiſſet, idque per rectitudinem partis ſuperioris, qua homo ſecundum rationem, & voluntatem erat ſubiectus legi, ac voluntati diuinæ; & per rectitudinem partis quoque inferioris, qua caro, & ſenſus ad iudicium rationis, & ſpiritus penitus conformabatur. Necnon & per id, quòd nullam habebat propẽſionem ad malum, nullamque ad bene agẽdum difficultatem: C per gaudium perpetuum, per continuã conſcientiæ pacem, & ſecuritatem, ac per ſummã mentis quietem, & tranquillitatem, quibus omnino repugnat peccatum.

Gratia gratũ faciens vmbraculũ tertium primi hominis in ſtatu innocentia.

Quid ſi & tertiam addas gratiæ gratum facientis, per quam ita homo in paradiſo amicus ac familiaris Deo cõſtituebatur, vt iuxta communiorem, ac probabiliorem Theologorum ſententiam, omne etiam peccatum veniale in eo innocentiæ ſtatu ab illo auerteretur?

Immortalitatis donũ vmbraculũ quartũ primi hominis.

Habebat inſuper homo in illo innocentiæ ſtatu, in vinea paradiſi & quartum eximiumque vmbraculum, quo maxime terram mortis declinaſſet nigredinem, donum videlicet immortalitatis, quo in eo ſtatu poterat non mori: D cum igitur talia, tamque eximia in paradiſi vinea haberentur vmbracula: cum tam ingens omnis declinandi Solis ibi haberetur commoditas, quis non iure cunctis eam ꝑferret, quæ in mundo ſunt, vineis? Merito proinde, & queritur Chriſti ſponſa, & deplorat, quòd talem nõ cuſtodierit vineam, dicens. *Vineam meã non cuſtodiui*. Poſitus quidem in hac vinea fuerat Adam, non ſolum, vt operaretur; ſed etiam, vt cuſtodiret illam; ſic enim dicitur in Geneſi. m *Tulit Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum*. A quo nam cuſtodiret, ſi nullus ibi fuiſſet hominũ, qui aliquid in ea furaretur? ſi nulla ibi accedere potuiſſet mala beſtia, quæ hanc demoliretur vineam? E Cuſtodia certe illa, vt colligitur ex Auguſtino, non tam vineæ, quam ipſi neceſſaria erat homini: debebat enim eam ſibi diligẽter cuſtodire, diuinis obtemperando præceptis, ne propter inobedientiam tanta, huiuſcemodi vineæ amœnitate priuaretur, atq; felicitate. Debebat præterea cuſtodire eam vineã aduerſus dæmones: non, vt eos a paradiſo arceret: ſed, ne aurem fallacibus eorum præſtaret conſilijs, quibus deceptus a Dei recederet obedientia, vnde poſtea ab ipſa paradiſi deturbaretur habitatione; prout modo ſponſa ſibi in ſuis parentibus eueniſſe conqueritur, dicens. *Vineam meam non cuſtodiui*. Quare enim præclaram illam non cuſtodiuit vi-

Paradiſus terreſtris quõ cuſtodiẽdus erat homini.

m Ge. 2. 15

Aug. lib. 8. de Gen. ad lit. c. 10.

A neam ſuam, niſi quia a dæmonibus ſe decipi paſſa eſt in paradiſo? Niſi quia dæmonum obtemperans conſilijs, diuinum in paradiſo haud cuſtodiuit pręceptum? Propterea bene id ipſamet exprimit, ſubdens. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis.*

At filios quidem matris ſuæ dæmones nuncupat, quòd vere illiuſmet matris filii a Deo conditi ij ſint, in cuius filiam genitam ſe nouit a Chriſto. n *Qui regenerauit nos in ſpem vitæ æternæ*, cœleſtis nimirum Ieruſalem, quam Apoſtolus matrem noſtram appellat; Veruntamen, etſi propter hoc filios matris ſuæ illos dicat, quoad perfectiſſimam eorũ ſubſtantiam, & quoad gratiam illam, qua copioſius in ſua ipſorum creatione decorati fuerant, B vt eius ope inter alios cœleſtes ſpiritus, ſi voluiſſent, in cæleſti Ieruſalem, tanquam in ſinu propriæ matris perſiſterent in æternum; Fratres nihilominus ſuos neutiquam eos dicit pia anima: tum quia nouit, nedum è matris ſuæ ſinu per ſuperbiam illos excidiſſe, ſed & omni ſpe deſtitutos ſinus patriæ illius: tum quia intelligit, nedũ fraterna ab illis non diligi charitate; ſed inſtar peſſimorum inimicorũ exitiali odio inſidias, tentationes, ac perſecutiones ſuſtinere ſe iugiter ab eis ob id potiſſimum, quod ipſa filiam ſe cuſtodire ſatagat Dei, qui communis eſt pater: & ob id, quod in filiam genita ſit matris illius cæleſtis, quæ cõmunis eſſe debuiſſet, & mater eorum.

Dæmones quo dicantur filij matris noſtra.

n Gal. 4. 26

C Propterea igitur, iuxta Hebraicam lectionẽ ait: *Filij matris meæ ſuccenſi ſunt mihi*, vel *exarſerunt in me*, Quique iam in cœlis aſſueti erant ad pugnas, noua cum hominibus aggreſſi ſunt prælia. Vnde & bene per eandem Chriſti ſponſam, iuxta lectionem noſtram dicitur. *Filij matris meæ pugnauerũt contra me*. Pugnas quidem, eaſque grauiſſimas tũc iniere, quando, exiſtente ſponſa in vinea paradiſi in primis parentibus ſuis, vineamque illam cuſtodiente, in tortuoſo ſerpente parentes illos ſuos agreſſi tamdiu cum eis pugnauerunt, quo ad vſq; illos penitus expugnarunt. Arma verò, quibus tantas commiſere pugnas, non fuerunt ferrea; ſed blãda colloquia: Sed verba mendacia, ſed deceptoriæ D interrogationes: Sed fallacia conſilia: Arma planè ſpiritualia nequitiæ, arma multò quibuſlibet ferreis armorum generibus validiora: Habemus has pugnas: habemus & hæc ipſa arma egregie in Sacra Geneſis hiſtoria enarrata: dicitur enim: o *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus*. Quid tum? In hoc tam callido ſerpente, cum patẽtibus noſtris callide tortuoſi illi filij matris noſtræ, ſpiritus nequitiæ deceptorias adorſi ſũt pugnas. Et vide, q̃ blandis incipiãt verbis: *Cur præcepit vobis Dominus, vt non comederetis ex oĩ ligno Paradiſi?* vide mendacia maniſeſtiſſima: Deus dixerat: *Ex omni ligno paradiſi comede*. Diabolus mendacij pater mendaciter, Deum, E inquit, præcepiſſe, ne comederent ex omni ligno paradiſi. Voluit infelix Eua cum diabolo miſcere colloquia, nec animaduertit, colloquia huiuſcemodi potentiſſima eſſe arma nequitiæ: Reſpondit enim ad blanda illa diaboli verba, animaduertitque mendacium in illis expreſſum; Sed nihilominus callidam non cauit deceptionem: nam dicens: *De fructu lignorum, quæ ſunt in Paradiſo veſcimur*; indicat, ſe itellexiſſe mẽdaciũ, & illius à ſe repulit ictum; At, cũ addidit: *De fructu vero ligni, quod eſt in medio Paradiſi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur*. Vehementioribus ſe expoſuit falſorum conſiliorum ictibus: fecit que inſtar illius, qui cum longius ab

Quibus armis dæmones pugnarint contra hostes in Paradiſo terreſtri.

Dæmonũ pugna cũ primis parẽtibus noſtris qualis fuerit.

o Gen. 3. 1

Simile.

aduerſa

DE ANIMA.

aduersarij sese tutarit iaculis: cominus tamen accedens nudato pectore mortiferum in corde suscipit vulnus: Sic enim & ipsa è longinquo sese tutauit a mendacio; at latens in se tædium, & infidelitatis scrupulum suo denudans aduersario, mortale deceptionis in corde suscepit vulnus. Siquidem statim ac diabolus denudatam intuitus est in mulieré, præcepti diuini displicentiam, tædium, ac odium in falsa, quam ab illa factam accepit talis præcepti exaggeratione, quę de proprio addidit, *& ne tangeremus illud*: statim ac eiusdem mulieris in diuino pręcepto hæsitationem sibi in ijs verbis. *Ne forte moriamur*, per illud, forte, nudatam conspexit: Vehemétissimum in illius cor deceptionis, fallacisque consilij immisit iaculum, dicens. *Nequaquam morte moriemini: Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis, sicut Dij, scientes bonum, & malum.* Accepit feralem ictum misera parens nostra: nam illico subditur. *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile*; Vnde enim agnouit, quod lignum illud esset bonum ad vescendum, cum ipsum adhuc minime gustasset? nisi quia iam acceperat ictum malesuadæ diaboli deceptionis? Quid vero ex hoc ictu secutum est? omnimoda illius expugnatio: Nam statim illa tulit de fructu illius vetitæ arboris, & comedit. Quodve omnium extitit pessimum ea, quæ a Deo condita fuerat in adiutorium viro cõtra omnia, quæ ei quoquo pacto aduersata fuissent, validissimum euasit tormentum; quo vtetur diabolus ad illum debellandum: sic enim in citata prælii istius descriptione subijcitur. *Deditque* (scilicet mulier) *viro suo, & comedit*. Pugnas itaque istas deplorans anima Christi sponsa, ipsasq; pro causa afferens vniuersæ nigredinis suæ, ait: *Filii matris meæ pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.*

Non pugnaui pro viribus meis: non restiti quãtum poteram inimicissimis illis filijs matris meæ: idcirco ab ijs, ita sum expugnata, vt me a custodia extruserint Paradisi vineæ meæ, ponentes me custodem in vineis mundi huius.

Dæmones quo pacto exercuerũt dominium in homines quos in Paradiso deuicerant.

Duo in his animæ verbis animaduertenda supersunt. Primum est, quomodo dæmones, postquã in prædicta pugna victoria potiti sũt in homines, vt in deuictos, sibique subactos homines illos potentiam exhiberent dominij sui, idipsum cum illis agere studuerunt, quod prius a Deo cum eijsdé factum aduerterant, tametsi ratione diuersa. Nam sicut viderant, Deum in paradisi custodiã eos destinasse: ita è contra & ipsi, postquam eos expugnarunt, tulerunt illos de paradiso, & posuerũt in vineis mundi, vt eadem in illis efficerent, quæ ex Dei præcepto facienda fuissent in vinea paradisi; vt videlicet operarentur, & custodirent illas: *posuerunt* enim, inquit sponsa, *me custodem in vineis*. Multo vero diuersimode in eundem hominé hæc & a Deo, & a dæmonibus peracta sunt. Nã, si Deus posuit hominem in paradisi custodiam: in vnius tamen solius paradisi vineæ eum destinauit custodem: Ad dæmones in multis, ac penè infinitis vineis vnum tantummodo hominem custodem posuere, quod custodis munus ab illo vno nequaquã impleri poterat.

Secundo, si Deus posuerat hominem custodem paradisi: plane ita cuncta in eo disposuerat, vt nullus esset, qui vineam illam præsente homine, quoquo pacto demoliri posset, totaque hominis custodia in eo sita erat, vt tantummodo Dei pręceptum custodiret, vtque se in eo custodiret, quo a Deo cõditus fuerat, innocentiæ statu.

At vero dæmones vnum eundemque hominem posuerunt custodem in vineis dissipatis, in vineis vndequaque apertis, in quas quicumque voluerit, ingredi queat, quas & conculcent malæ bestiæ, demoliantur vulpes. Demum, si homo positus a Deo custos in paradisi vinea, operari in ea debuisset, operatio certe illa haudquaquam (vt supra ostensum est) molesta illi, aut laboriosa extitisset, quin potius periucunda. At a dęmonibus custos positus in vineis, ita in illis misero operandum est homini, vt totam in laboribus, ac molestijs, totam in sudore transigat vitam: vineæ enim illæ, quarum positus est custos, spinis, ac vepribus plenę sunt, atq; adeo in laboribus, atque in sudore vultus sui eas excolat, necesse est. Ex quibus omnibus apparet, quam rectè hoc ingemiscat anima, quod a dæmonibus posita sit custos in vineis; per hoc enim intellexit aperte, se deuenisse in manum Dominorũ crudelium: prout aliquando Ægypto per Esaiam minatus est Deus, cum diceret. p *Et tradam Aegyptum in manu Dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus exercituum.*

PARAPHRASIS.

p Is. 19.4.

Alterum, quod in his sponsæ verbis, *Posuerunt me custodem in vineis*, animaduertendum superest, illud est, quam congruè mundum istum, & hanc lacrymarum vallem, in quam e Paradiso eiectus est homo, vineæ explicarit metaphora: & quam etiam apte non vnam eam, sed plures dixit vineas. Enimuero, vt ab eo exordiamur, quod facilius sit: plures vineas dixit, quia in vno mundo plura sunt vitia: quorum singula distinctam, ac propriam cõstituant vineam: neque enim vnum aliquod mundana habent, quod ea simul vnita restringat, prout habere conspicimus spiritualia, cælestia, atque diuina, quæ omnia, licet infinita esse videantur, p vnam tamen vniuntur charitatem. Ac propterea fere semper, quando fit sermo in Scripturis Sacris de vinea Dei, deq; vinea virtutis, in singulari vnica nuncu patur vinea, sic apud Isaiam loco sæpius citato. q *Vinea* dicitur *fuisse dilecto in cornu filio olei*. Sic & Dauid vnicam dicit vineam, r *quam plantauit dextera Dei*: Sic & Redemptor noster in Euangelio, s vineam vnicam æternum illum Patrem familias plantasse significat: Sic & sponsa ipsa: vnam eandemque vineam, quam communem cum pacifico Rege habet, vnicæ vineæ explicat nomine, dicens. t *Vinea fuit Pacifico, in ea, quæ habet populos*: & postea subdit. *Vinea mea coram me est*. Hinc & hoc ipso loco, quem præmanibus habemus, *Vineam*, inquit, *meam non custodiui*: E contra vero, cum verba fieri contigerit de vinea huius mundi, cuius princeps ipse est diabolus, de vinea vitiorum, fere semper plurium vinearum vocabulo illam in eisdé Scripturis expressam inuenimus. Sic de Philisthinorum vineis, ex quibus catulus ille leonis egressus est in occursum Sampsonis, dicitur in libro Iudicum, u *Cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens*, Diabolus nimirum, qui in his vineis, tãquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: quemve verus ille Sampson Christus Dominus dilacerauit, quasi hædum. Has vineas x vulpium illarum flamma consumpsit, ad quarum caudas faces ardebant: quia callidi, ac deceptores dæmones facibus contentionum eas consummunt. Sic, cum hanc mũdi vineam percutit Dominus, in plurali vineæ Aegyptiorum percussæ dicuntur. y *Et percussit*, inquit Dauid, *vineas eorum, & ficulneas eorum*: & alibi: z *Et occidit in grandine vineas eorum*: Sic & Salomon, quando hanc mundi vineam excoluit,

Mũdus nõ est vna, sed plures vineæ, cum ã contra virtutis sit vna tantum.

q Isa. 5.1.
r Psal. 79. 15.
s Luc. 20.
t Cant. 8.
u Iudic. 14 5.
x Iudic. 15 5.
y Psal. 104 33.
z Psal. 77. 47.

DE ANIMA.

a Plantaui, inquit, *mihi vineas*, in plurali Sic & per Amos prophetam ad quoſdã, qui hanc ipſam excolere ſtudebant vineam, dĩ in plurali *b Plantabitis vineas amantiſſimas, & nõ bibetis vinum earum*. & paulò inferius *c in omnib. vine.s erit planctus*: Sic & per ſponſam, Chriſtũ dilectum ſuũ deſcribentẽ, qui propter ipſam in hanc mundi vineã deſcenderit, *factus pro nobis peccatũ pro ſimilitud ne abſq; peccato*, vt nos à peccato redimeret, *d Botrus*, inquit, *Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*; qđ interpretatur oculus tentationis: quia vinea mũdi plures in ſe habeat vineas plãtatas in loco tẽtationis; ſic demũ & hoc loco cõgruentiſſime, dũ ſignificat, ſe in hanc mundi iſtius vineã deſtinatã a filijs matris ſuæ. *Poſuerũt*, inquit, *me cuſtodẽ in vineis*, pluraliter: non in vna vinea ſingulariter: plures.n. in mundo iſto vitiorũ vineas cuſtodire illã coegerũt.

a Eccl. 2. 4. b Am. 5. 11 c Amos 5. 17. d Cant. 1. 13.

Mundus eiuſq; vitia cõtinẽt in ſe vites verũ ſæculi ex quibus exprimitur vinum voluptatũ ſenſibiliũ.

Sed quanã rõne mundũ iſtum, eiuſq; vitia vinearũ deſignauit metaphora? An quia in mundo, necnon in quolibet mundi vitio plures plãtatæ ſunt res ſæculi, ex quibus, tanquã ex vitib. colligitur vinũ voluptatũ ſenſibiliũ: vinũ, quod lętificat cor hominũ carnaliũ? Certe terrenæ delectationes, quæ ex his ſæculi rebus colliguntˀ, vinũ ſunt, & vinũ potentiſſimũ, quod ita miſeros inebriat hoĩes, vt eos à Deo auertat, & à ſemetipſis. Nec minus congrue vites dicuntˀ terrena iſta oĩa, ex quibus prædictum delectationũ ſenſibiliũ exprimitur vinũ: nã quemadmodũ vites iſtæ terreſtres tãdiu bonũ aliquod in ſe habẽt, quãdiu in terra radicatæ, ac virides ꝑſtiterint; eradicatæ ſiquidẽ, ac explãtatę ſi fuerint, nihil in ſe habent ſpecioſi, nihil ſuauis, atq; ad nullũ deſeruiunt vſum, præter quã ad ignis flãmas ſuſcitandas. Eodẽ modo mundana iſta oĩa quãdiu radicẽ in terra huius mũdi habuerint, quãdiu in ſuo perſtiterint vigore, tãdiu pulchros ad intuentium oculos extendunt palmites: cõpluribus inſtar melleolorũ vinculis ſe cũ hominib. nectũt: tã diu prædulces proferunt cupiditatũ botros, ex quib. poſtea exprimatur, & iucundiſſimũ ſenſibiliũ voluptatum vinũ; At, cum per corruptionẽ è mundo eradicatę, euulſæq; fuerint, tunc nil in ſe habent vel ſpecioſi, vel cõmodi, atq; nulli alij inſeruiunt vſui, niſi ad maiores in inferno ſuſcitandas flãmas, quibus miſeri illi cõburantur, qui eas in præſenti ſæculo congregauerint, quive ex eis in hac vita vinũ colligere ſtuduerint. Habemus hæc à Deo per Ezechielẽ Prophetã haud obſcuris verbis ſignificata: Cũ diceret: *e Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnib. lignis nemorũ, quę ſunt inter ligna ſyluarũ? nunquid tolletur de ea lignũ, vt fiat opus, aut fabricabitur de eo paxillus vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce igni datũ eſt in eſcã: vtramq; partẽ eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillã, nunquid vtile erit ad opus? Etiã, cũ eſſet integrũ, non erat aptũ ad opus, quãto magis, cũ illud ignis deuorauerit, & cõbuſſerit, nihil ex eo fiet operis Propterea hæc dicit Dominus Deus. Quõ lignũ vitis inter ligna ſyluarũ, quod dedi igni ad deuorãdum: ſic tradã habitatores Ieruſalẽ, & ponã faciẽ meã in eos, de igne egredientur, & ignis conſummet eos.*

e Eze. 15. 2

Quomodo vero habitatores Ieruſalẽ terrenæ: quõ mundi huius incolæ igni, inſtar lignorum vitis tradentur? niſi quia cum rebus iſtis terrenis, quas inſtar lignorum vitis eſſe, diximus, ita ſuos cõnexos habent animos, vt ſimul cum eis ad ignẽ deputentur? quõ de igne egredientur, & ignis cõſummet eos? niſi quia p mortẽ egredientˀ de igne concupiſcentiæ prædictarũ vitium: & in inferno, igne illo, flãmaq; illa ardentiſſima, quæ per has vites ſuſcitata fuerit, cõſummentur abſq; conſumptione? hæc.n. vnica eſt differentia inter vites veras, & vites terrenarum rerũ, quæ per illas deſignantur, qđ

A vites veræ vnà cum flãma, quam eleuarint, cõſummunt ea, quæ ſibi adhærent, ſimulq; conſummuntur & ipſæ: & ideo bene de eis per prophetam dictum eſt; *vtramque partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam.*

At vites terrenarum rerum, prout iunctæ ſunt quoad affectũ cum animabus mundanorũ hominũ, etſi quoad eundẽ ſui affectum cum ipſis aiab. igni tradantur in gehenna, ſuſcitant quidẽ ingentes flammas, quibus miſeras illas aĩas cõburunt; haud tñ eas penitus conſummunt, cũ nec ipſæ conſummãtur, perpetuas ſuſcitantes, & conſeruantes flammas, quæ animas cõburunt in æternum, cõbuſtione multo peiori, quã ſi eas penitus conſummerent. Sic ergo (vt ad propoſitã redeamus quæſtionẽ) cum mundana iſta omnia, vniuerſæq; res ſæculi huius congruenter vitib. cõparentur: cumq; in mundo iſto, ac in quolibet mundi vitio plures plãtatæ ſint mundanarũ rerum vites, ex quibus vinũ colligitur terrenarũ oblectationũ, ſenſibiliumque voluptatũ, plane iure optimo aĩa, quæ refert, qñ è paradiſi vinea in hunc mundũ à dæmonib. eſt eiecta; mũdum ipſum vineæ expreſſit metaphora, mũdique vitia, vinearum appellauit vocabulo, dicens: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis.*

B

DE ANIMA.

Mundus, eiuſq; vitia dicuntur vinea quia in illis ſemper laborandũ eſt aque ac in vineis.

Quamuis ex eo, quòd cuſtodẽ ſe in his vineis poſitã aſſerit: alteram haud minus idoneã afferre liceat rõnem, quare mundum iſtũ, ac mũdi vitia ſub C vinearum metaphora expreſſit: nimirũ quod in his cuſtodiendis iugi, indefeſſoq; labore ſibi æquè, ac in vineis laborandum ſit: ſiquidẽ quemadmodum ei, qui vineã cuſtodit, ſemper laboret, neceſſe eſt, vel fodiendo terram, vel eligendo lapides, vel euellendo ſpinas, vrticas, ceteraſque malas herbas, vel plantando varias vites, vel plantatas putando, vel inſerendo, vel denique vindemiando; ita pariter, & miſeræ animæ, quæ à dæmonibus cuſtos poſita ſit vinearum huius mundi, iugibus, nulla ſibi data requie, deſudandum eſt laboribus in dicta vinearum cuſtodia. Enimuero & ipſa terram fodit, qñ cogitationis ligone terrã vertit: quando cogitatione ea etiam verſat, quæ ſub terra latent, abſtruſa. Eligit & ipſa lapides anguſtiarũ, & ærumnarum, D quibus carnaliũ voluptatum ſibi perturbatur fructus, eaſque pro viribus ex harũ vinearum viis eijcere nititur. Sed tanti in vineis illis huiuſmodi extant lapides, vt etiã poſt multos labores ſæpius in ops grauiter offendat. *Via enim impiorũ cõplanata lapidibus*: prout dr̃ in libro Eccleſiaſtici, quamuis ſecundũ aliam lectionem *complanata* legatur. Nec minus laboris, minuive offenſionis ſuſtinet infelix anima in euellendis aſperrimarum ſolicitudinum ſpinis, vrticis, ac vepribus, quorũ pleniſſimæ ſunt mũdi vineę, iuxta illud Eſaiæ. *f Et erit in die illa omnis locus, vbi fuerint mille vites, mille argenteis, & in ſpinas, & in vepres erunt.* i. oẽs vineę mũdi, quę in magno habẽtur pretio, *in ſpinas, & in vepres erunt.* E Nec aliud vidit Salomon in vinea viri ſtulti, quam huiuſmodi ſolicitudinũ vepres, vnde & ait. *h Per vineã viri ſtulti tranſiui, & ecce totã repleuerant vrtica, & operuerunt ſuperficiẽ eius ſpina.* Quid vero laboris adhibendum credimus Animæ, quæ, vt ex terrenarũ rerũ vitibus voluptatũ fructus percipiat, ſolicitudines iſtas, quæ eas impediunt, euellere nititur, nec tñ põtecũ & vias harũ vinearũ iſtiuſmodi ſpinis ſępierit Dñs, prout per Oſeã Prophetã minatˀ, dicẽs. *i propter hoc*, videlicet, qđ totũ ſtudiũ tuũ in hoc collocaſti, vt quiete terrenarũ delectationũ peiperes fructũ, *ego ſepiã viã tuã*, qua p mũdi vineã tibi incedendũ eſt, *ſpinis* variarũ ſolicitudinũ quæ penitus eradicare nõ valeas, quib. & tuũ trãſfigat cor. Quid dicã de labore, quo eadẽ miſera aĩa mũdi huius

In mũdi vineis quã tos labores ſuſtineant mundani.

Simile.

f Eccl. 21. 11. g Iſ. 7. 23. h Prou. 24 i Oſe. 2. 6.

DE ANIMA.

di huius custos in plantandis desudat varijs terrenarũ rerum virib: in cõgerendis diuitijs, honorib. potentijs, ac dignitatibus, ex quib. postea vinũ colligat sensibiliũ, ac temporaliũ voluptatũ? Explicet laborẽ hunc auarus, qui, vt magnas cõgerat opes, laboriosam exercet vitã & in mari, & in terra, & ad Solẽ, & ad imbres, & ad frigora, & ad æstus, idq; vt aliqñ dicere queat sibimet. *K Aĩa habes multa bona in annos plurimos, requiesce, cõmede, bibe, epulare.* Explicet idẽ ipse, quos in his plantandis diuitiarũ vitibus sustineat labores, cũ *l insatiabilis sit oculus cupidi in parte iniquitatis, nec satiabitur, donec consummant, arefaciens animam suam*; quandoquidem insatiabilitas ista consummit tandem animam propriam,, arefaciendo eam anxijs curis.

K Luc. 12. 19.

l Eccl. 14. 9.

Explicet ambitiosus, quos & ipse in plantandis honorũ vitibus, perferat labores: explicent & alij, qui aliarũ vinearum custodes, aliarũ huius sæculi rerũ sibi plantant vites. Sed & postquã illas tanto cũ labore plantauerint, quantũ eis superest operis in ijs putandis palmitib. qui vites ipsas impediunt, ne desideratũ eis proferant fructũ? quantũ operæpretiũ est, desudent, quò ea amputent, quæ sibi impedimento sunt, ne ex coaceruatis terrenis reb. colligant vinũ? quantæ contentiones cũ æmulis? quãta defensionis studia contra aduersarios? Quid dicã de laborib. insertionis? quib. tanta in ipsas terrenarũ rerum vites inserunt media, tantos fauores iustos, atq; iniustos,, quibus adinuentur in conseruãdis quæcunq; fuerint consecuti, atq; in acquirẽdis ijs, quæ adhuc adipisci minimè potuerint? Sed fortasse operationes istæ oẽs tã laboriosæ, sudores hi vniuersi, qui in vinearũ mundi custodia, atq; cultu effundunt, bene impensæ existimari possent, si saltẽ in vindemia boni colligerentur fructus, si suaue colligeretur vinũ. Verumtamẽ, *m luget vindemia, infirmata est vitis*, ingemiscent *oẽs, qui lætabantur corde*, quive in terrenis voluptatib. veras lætitias se inuenturos, sperabant: *Cũ cantico, atq; lætitia non bibent vinũ, amara erit potio bibentib. illã*: Nec mirum, qñquidem, *n vua* taliũ vinearũ est *vua fellis, & botrus amarissimus: Fel Draconũ vinũ* earum, *& venenũ aspidum insanabile*: mundi. n. huius voluptates summã secũ afferunt amaritudinẽ, & mortẽ ipsã, prout longius probatũ est in expositione tertia verborũ illorum, *o Quia meliora sunt vbera tua vino*; quin tã modicũ vini istius ex mundi vineis colligitur ab his, qui custodiunt eas, vt vix ex eo suã madefacere valeãt linguã: Proprerea luget Isaias Propheta dicẽs: *p Super hoc plorabo in fletu Iazer, vineã Sabamæ, quoniã super vindemiã tuã vox calcantiũ irruit*, (tot. n sunt, qui hoc voluptatũ vinũ calcare contẽdunt, vt vix guttã eius singuli gustare valeant) *& auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo: & in vineis nõ exultabit, neq; iubilabit: vinũ in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstuli*. Propterea & Anima Christi spõsa se in his mũdi vineis custodẽ positã ingemiscit. Dũ verò ait: *Filij matris meæ pugnauerũt cõtra me, posuerũt me custodẽ i vineis: vineã meã nõ custodiui*; æq; est, ac si dic.

Vinearum mundi vindemia qualis sit.

m Isa. 24. 7.

n Deut. 32. 32.

Voluptates mũdi quã sint amaræ, & dãnosæ, & modicæ.

o Cant. 1. 2.

p Isa. 16. 9.

PARAPHRASIS

Prima causa omnium tribulationũ omniumq; peccatorũ est peccatum originale.

Formosissima mundẽ, & candidissima cõdita sum à Deo ad imaginẽ, & similitudinẽ eius, absq; vlla miseria felicissima, & absq; vlla peccati macula purissima: Sicq; permãsissem, si vineã meã, quã mihi creator meus tradiderat, vt eã operarer, ac custodirẽ; Si Paradisũ terrestrẽ in meis primis custodissẽ parẽtib. ibi nullatenus me vel Deus iustitiæ Sol decolorasset tribulationib. ac ærũnis, vel Sol cõcupiscẽtiæ peccatorũ decolorasset nigredine; habebã. n. in dicta Paradisi vinea multa vmbracula, quib. me à Solis eruerẽ æstib. eximiã rerũ scientiã, iustitiã originalẽ, gratiã gratũ facientẽ, immortalitatis donũ particularemq; Dei mei protectionem, quæ mihi perfectissimè obumbrarent. At dæmones *filij matris meæ* Ierusalem celestis, in cuius filios conditi fuerũt, sicut & ego, *pugnauerunt contra me*, quãdo in Paradiso Parentes meos aggressi tamdiu cũ eis pugnarũt, quamdiu effecerunt, vt vetitum comederent pomum. Tunc *me* miseram, meque infelicẽ *posuerunt custodem in vineis* mũdi huius, cuius illorũ princeps maximũ obtinet principatũ; quia *vineam meam* Paradisi *non custodiui*, custodiẽs prçceptum Dei, quòd pro vineæ illius custodia mihi imposuerat: Hinc mihi nigror iste, quẽ inspicitis: vniuersus; Hinc miseriæ oẽs: hinc tribulationes; hinc ærumnæ, quibus vt probet, ac purget, *decolorauit me* Deus Iustitiæ *Sol*; hinc peccata omnia; hinc fomes peccati; decolorauit enim me Sol cõcupiscẽtiæ in his mundi vineis, cum in eis illa nequaquã haberem vmbracula, quæ habebam in vinea mea, quibus me ab istius Solis tuarer æstibus.

DE ANIMA.

IV. SENSVS.

Iuxta Quartũ quoque litteræ sensum, aptari hçc piæ possunt animæ, deploranti misæriã nigredinis suæ, & afferenti rationẽ, ac causam, vnde omnis in ipsam deuenit nigredo peccati; nimirũ quia dçmones tentationibus, spiritualibusve nequitiæ armis pugnauerunt contra ipsam, expugnatãq; posuerũt custodem in vineis mundi, subijcentes eã studio multipliciũ vitiorũ ea rõne, qua explicauimus iam Ex quo factũ est postmodũ, vt insignẽ illã speciem, decorẽque Sanctitatis suæ, qua Dei præferebat similitudinẽ, quæ singulari Dei gratia ipsi tunc primũ obtigerat, cũ admissa fuit in illius hereditatẽ per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, quçve sibi multò maiori excolẽda fuisset studio, quàm vinea quælibet sæculi huius: quãdoquidẽ si custodisset illã, haudquaquã defraudata fuisset vino deuotionis & consolationis diuinæ: neque nigrorẽ peccatorũ contraxisset eũ, quẽ contraxit in custodia vinearũ mundi, in quibus cõbusta à Sole cõcupiscentiç decolorata ea rõne est.

V. SENSV.

Iuxta tertiũ sensum, anima Christi sponsa propinquiorẽ affert cãm, propter quã peccatorũ nigredinẽ in se prouenisse, animaduertit, & propter quã a sole concupiscẽtiæ decolorata fuit, atque cõbusta. Quemadmodũ enim in his ipsis verbis, iuxta præcedentẽ sensũ, attulit cãm primã, ac generalẽ, seu originẽ totius nigredinis. Ita, iuxta tertiũ sensũ, proximã ac peculiarẽ assignat rationẽ nigredinis peccatorũ, nimirũ quia sensus ab eo, ꝙ recta dictabat rõ ad suos ꝓprios appetitus, seu ad mundana, terrena, carnalia, atq; caduca se abstraxerint.

Pro huius aũt sensus intelligentia, Notandũ primo: Aĩam quã hoc loco præsupponimus loqui vt Christi sponsam, nõ esse aĩam, quatenus est forma corporis humani, & quatenus est pars distincta ab humano corpore: sed esse aĩam coniũctã corpori, vt supponi pro toto cõposito hominis, ex aĩa, & corpore, qđ hoc aĩæ nomine nuncupať à parte nobiliori & oĩno aĩæ vocabulũ hic sumi ꝓ homine. Homo igitur prius proprios sensus appellat filios matris, ꝙ secũ ex eadẽ progeniti sint matre; quãuis. n. carnalis hominis mater, sensuũ mater proprie dici nõ debeat, quia sensus, prout hoc loco accipiunť, prout sunt aĩæ sensitiuæ. q̃ à Deo solo i hõie creari manifestũ est, cũ non sit re distincta ab aĩa rõnali: nihilominus apto vocabulo, eorũ dr̃ mater, quia vere illorũ generat organa, oculos nares, aures, & cor, in quo & potẽtiæ, tã irascibiles, quã cõcupiscibiles, & vniuersç operanť passiones, Sicut. n. hominis dr̃ mater, quia materiã præparat corporis, licet aĩam minime producat præcipuam hominis partem: Ita pariter & sensuum eiusdem hominis mater dicitur quamuis potentias sensitiuas nequaquã producat.

Sensus cur ab homine dicãtur filii matris suæ.

ducat.

DE ANIMA.

ducat, quæ ſunt quaſi, aĩæ partiales ipſorũ ſenſuũ. Patres quidẽ ſuas eos appellare potuiſſet; at incõgruũ ſibi viſum eſt illos patres ſuas appellare, q̃ in ſuis ipſius dãnũ adeo atrociter pugnaſſent. Senſuũ nomẽ exiſtimauit illis minime cõpetere, qui bonũ totius minimè ſenſiſſẽt. Fratres dicere haud quaq̃ poterat, cũ nil i eis fraterni erga ipsã, vel iter ſe ipſos amoris cõſpexiſſet, ſed ingẽs tmmodo odiũ, ingẽtes cõtẽtiões, ac ppetuas aniaduertiſſet pugnas.

Idcirco hoc eos appellauit filiorũ matris ſuę vocabulo, quaſi nullũ repererit aptius: quia filij eiuſdem matris, ſed nõ eiuſdẽ patris ſorores ſuas, quas ex eadẽ matre progenitas habẽt, fraterno haudquaquã proſequi ſoleant amore, quin potius cũ illis peſſime ſe ſe gerãt vt plurimũ. Sic nãque & ſuos ſecũ agere intelligit ſenſus, æque ac ſi ex diuerſis oriundi eſſent patribus; quãuis reuera vnũ eundẽque ſecũ habeant patrẽ Deũ, & ſingulorũ ipſorũ, & totius animæ conditorem, *Filij matris meæ*, inquit, *pugnauerunt in me*.

Bellũ inteſtinũ, quã ſit graue, ac miſerũ. Inter omnia bellorũ genera nullũ atrocius, nullũ execrabilius, nullũ denique Reipublicæ eſt perniciosius bello inteſtino. Vrbes, quas innumerabilis expugnare minime põt, qui ab extrinſecus fuerit, exercitus, modicũ illico demolit᷑, ac ſolo ęquat inteſtinũ bellũ. Reſpublicæ, quæ aduerſarias extranearũ Gentiũ immenſas strauere cohortes, per inteſtinũ bellũ ſtatim conſternuntur, & rediguntur in nihilũ: corpus ipſum humanũ tantæ plerũq; eſt fortitudinis, vt nec multis extrinſecis cedat, qui ipſum aggrediuntur, aduerſarijs; idipſum tñ, ſi modica inteſtina humorũ perturbetur diſcordia, viribus deſtitutũ vniuerſis, illico i terrã ꝓſternit᷑. ô miſerrimas pugnas, in quibus oĩa q̃dẽ miſera, ſed (vt bene inq̃t Tullius) nihil miſerius, quã ipſa victoria.

Lib. 4. ep. fam. ep. 9.

Tunc nãq; in Rempublicã crudeliores ſunt victores, cũ ex fratribus victoriã fuerint conſecuti: tunc frequentiores ciuiũ proſcriptiones: tunc acriores perſecutiones: tunc interneciones cruẽtiores: tunc denique vrbis deſolatio.

Senſuum inteſtinũ bellum quantas afferat miſerias. Experiebatur hęc optime Apoſtolus, qui inteſtinã hanc ſenſuũ patiebatur pugnam: vnde tãtas ex huiuſcemodi pugna commotas ferre amplius non valẽs miſerias, exclamauit aliquando. a *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

a Ro. 7. 24

Ac ſi diceret: adeò ſum infelix, tantaſq; ſuſtineo miſerias ob inteſtinũ illud bellũ, quod ex ſenſibus patior in corpore, vt corpus ipſum, mortis corpus dicendũ mihi videatur, quia per ipſum ferè iugiter mortis patior miſerias. b *Oculus meus deprædatus eſt animam meã*, dicebat ille, qui has plorabat miſerias: oculũ nominans potentiã ſenſitiuã, quia viſionis ſenſus ceteris ſit fortior in hac pugna: atq; præſtantior. Ac ſi diceret.

Ex ſẽſuum victoria miſero homini fit animæ deprædatio.

b Thren. 3. 51.

Sẽſus mei inteſtinũ cũ Anima mea geſſerunt bellũ, ac victoriã conſecuti, ipſam deprædati ſunt, furantes quicquid in ea boni repererunt.

Senſus cum vicerint ſpiritum, captiuum ducũt miſerũ hominem. Nec ſolũ iſtiuſmodi miſer ille homo ex prædicta ſenſuum victoria conſpicit deprædationẽ: verùm etiam infeliciſſimam ſui ipſius intuetur captiuitatem, qua à victoribus ſenſibus ducitur captiuus: quod ingemiſcit Apoſtolus, cum ait: c *Video aliam legem in membris meis* (ſenſus nimirũ) *repugnantem legi mentis meæ*. (En inteſtinũ bellũ, vide quid ſequitur, cũ lex illa ſẽſuũ: cũ ſenſus ipſi victoria potiti fuerint) *& captiuũ me ducẽtẽ in legẽ peccati, q eſt in mẽbris meis*: victores nãque ſẽſus captiuũ miſerũ trahunt hominẽ ad ſua ſenſibilia, ita vt nil aliud cogitet, nil amet, præterquàm vana, & ſenſibilia, ad quæ illũ traxerint. Sed quod peius omnibus eſt, ex huiuſcemodi ſenſuum victoria, per ſenſus ipſos mortẽ ſibi videt inferri, mortẽ inquã

c Ro. 7. 23.

Senſus tum victoriam reportarint inferunt animę mortẽ.

Michaelis Ghiſlerii.

A peccati, mortẽ Animæ, quæ multò eſt morte corporis atrocior.

DE ANIMA.

Explicauit hæc Ieremias Propheta egregia metaphora dicẽs: d *Aſcendit mors per feneſtras noſtras ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis*.

d Ier. 9. 21.

Per ſenſus, quomodo ingrediatur mors. Mors certè, ſi exactius inquiratur quid ſit, nil aliud eſſe reperiet᷑, præterquã mera vitæ priuatio: porrò cũ priuatio nihil ſit reale, q̃uo per feneſtras aſcendere, & ingredi dr̃? planè ſi aſcendit ad mortẽ inferendam, cũ aſcendit, adhuc mors nõ eſt poſt quã verò ingreſſa eſt, nil ex ea permanet, q̃d poſſit diſperdere paruulos fori, ac iuuenes de plateis.

B Quid ergo mortis noĩe per prophetã intelligitur, niſi id, q mortem affert? Sic & à Chriſto Dño idipſum mortis nomen apud Ioannẽ acceptum inuenimus pro eo, q̃d per ſẽſus mortẽ nobis affert, vbi dicit. e *Si quis ſermonẽ meũ ſeruabit, non guſtabit, mortẽ in æternũ*: profectò, n. mortis nullus eſt guſtus; ſed id q mortẽ affert, guſtatur, cũ illius dulcedine perfruimur, q guſtatũ affert mortẽ; cũ per ſenſus ſenſibilium, ac terrenarũ rerũ concupiſcentiã admittimus, à qua per mortẽ peccati miſera occiditur anima: vnde & in antecedentib. dr̃. f *Si quis ſermonẽ meũ ſeruabit, mortem non videbit in æternũ*, vt ſignificetur, non per vnũ dũtaxat, ſed per oẽs, & ſingulos ſenſus id admitti in nos, q̃d mortem nobis inferat.

e Io. 8. 52.

f Io. 8. 51.

Simile.

Atq; hoc illud eſt, quod Ieremias ſignificat, dũ ait. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras*, indicans, id nobis euenire per ſenſus, q̃d validiſſimo oppido per

C parua, quæ in eius męnib. extiterint, foramina, q̃dque fortiſſimæ turri per ſuaſmet euenire ſolet feneſtras. Quẽadmodum. n. oppido, ac turri parũ confert, q vndequaq;, & ex oĩ parte ſint inexpugnabiles, ſi per foramina, ac per feneſtras aliquas aditum in eis habere valeant hoſtes; inde. n. aſcendũt, mortemq; ijs inferunt, qui ſe alioqui tutiſſimos in eis putarint. Ita parũ homini prodeſt, q inexpugnabili diuinæ gratiæ ſit circundatus muro, ſi ſenſuũ foramina, ſi ſenſuũ feneſtras in ſe habeat apertas: per has. n. aſcendunt terrena, atq; carnalia: per has ingreditur concupiſcentiæ æſtus, ex quo peccati prouenit mors. Hoc deplorat propheta. *Quia aſcẽdit mors per iſtas feneſtras noſtras; ingreſſa eſt domos noſtras diſperdere paruulos de foris*, ideſt bona ꝓpoſita;

Senſuũ cuſtodia quã neceſſaria.

D quæ paruula, & in principio tenera habebamus in mente: necnon *& iuuenes*, fortia nimirũ opẽra, *de plateis*, quæ extrinſecus quoq;, ac in plateis apparebant. Hocq; in præſenti ſentẽtia ingemiſcit, & anima Chriſti ſponſa; oſtẽdens, q̃uo hanc peccati mortẽ, quã alio nomine nigredinẽ nuncupat, per ſuos in ſe ingreſſa ſit ſenſus, dicens. *Filij matris meæ pugnauerũt in me* (in ablatiuo) *poſuerunt me cuſtodẽ in vineis: vineã meã non cuſtodiui*. Quibus paucis verbis explicat, ſe ea oĩa in ſe fuiſſe experta, quę in inteſtinis bellis contingere ſoleãt, miſera. Primo. n. ſignificat, eas ſe pertuliſſe miſerias, quas inteſtinorum bellorum tempore Reſpublica perpeti ſolet,

E dicẽs. *Filij matris meæ pugnauerut in me*. Ac ſi dicat. Senſus ipſi, qui mecũ coniunctiſſimi ſunt, ſine quibus ne vitã quidẽ hanc ducere valeo, qui mecũ ex eadẽ progeniti ſunt matre vt per eos ad verũ promouear bonũ; vtve per illos mihi ſubminiſtrentur obiecta, quibus adiuuer ad eliciẽdas bonas operationes. Iſti inquã filij matris meæ inteſtinũ ſuſcitarũt bellũ, quod eo extit pernicioſius mihi, quod in me illud commiſere, intra me, prome, atque etiam contra me. Quid enim contra me moleſtius fieri? quid mihi miſerius euenire potuiſſet, quàm has inteſtinas in memetipſa ſentire pugnas?

Apparuere aũt magis, quas ex tali inteſtina pugna pertulerit miſerias, ex eo, quã contra ipſam, &

DE ANIMA.

de ipsa sensus potiti sunt, victricesq; in se. n. ea oĩa experta, significat, miseranda, quæ supra enumerata fuere. Primo deprædationẽ: nam, cum ipsa insignẽ quandã haberet vineã, rõnis, vineã electã; in qua oẽ semen verũ, vineã maxime frugiferã, q̃ summus ille, ac cęlestis agricola propriis plãtauerat manib. quamve ei veluti in hereditariã cõcesserat possessionẽ, vt per bona opera illã excoleret, ac diligẽtissima custodiret custodia: sensus de victoria insolescentes; hanc ei deprędati sunt; quod iis deplorat verbis *Vineam meam non custodiui*. Ac si diceret.

A sensibus rationẽ superantibus, quãta mala perferat anima.

PARAPHRASIS.

Postquã pugnauerunt in me, meq; expugnarunt, rectũ mihi deprędati sunt rõnis vsum. Quomodo. n. vineã illã custodissem, quã illi deprędati essent? Passa tunc quoq; est & infelicissimam captiuitatẽ, quod significat, cũ ait. *Posuerunt me custodem in vineis: Vineam meam non custodiui*, ac si diceret.

Abstraxerũt me à vineç meç custodia; à rectę rõnis studio me auocarũt, simulq; posuerunt me custodẽ in vineis ipsorũ, captiuantes me in sui ministeriũ; effecerunt. n. vt, relicto rectæ rõnis vsu, quo terrena oĩa despectui habuissem, tota indulgerem custodiæ potentiarum sensitiuarũ: captiuã me duxerunt in vineas suas: ita vt & intellectus meus nil aliud excogitaret, nisi qũo nouis artibus sensitiuas oblectare posset potẽtias: voluntas nil aliud eligeret, nil aliud amaret, præterquã sensibilia illa, q̃bus sensitiuæ potẽtię recrearẽtur. Ac demũ. vt nil aliud mea versarẽ memoria, p̃ter sensibilia illa, quæ potẽtiis ipsis sensitiuis voluptatẽ præbuissent aliq̃n. Ex hac aũt misera captiuitate tertiã infelix aĩa in se experta innuit miseriã miseriarũ oĩum maximã mortẽ nimirum peccati, q̃ sub alia metaphora nigredinẽ appellauit: verba quippe ista, *Posuerũt me custodẽ in vineis: vineã meã non custodiui*, ad hoc attulit, vt ostenderet, qũo à Sole cõcupiscentię decolorata fuisset, q̃ in præcedentib. verbis significarat, cũ diceret. *Nolite me cõsiderare, q̃d fusca sim, quia decolorauit me Sol*. Innuit itaq; hoc loco, se à sensib. positã custodẽ in vineis eorũ, nempe in eorum potentiis, in quib. maxime arderẽt cõcupiscẽtiæ radii; vel potius ĩ vineis huius mũdi, quas sensus veluti vineas proprias habẽt. De quib. vineis satis superq; pertractatũ est in sensu secundo istius sniæ, vbi longius probatũ est, qũo mundus iste sit vinea, & qua rõne vineæ in plurali dicatur pp plura illius vitia, ac demũ qũo vehemẽtissimè in dictis vineis Sol concupiscentiæ ardeat, vñ postea prouenit, vt infelix illa anima, quæ in eis custos posita sit, à tali concupiscentiæ Sole per peccati nigredinem sit & decolorata: quandoq̃nidem g *concupiscentia cum conceperit, parit peccatum*. Ne igitur acta agamus

g Iac. 1. 15.

Vnum tãmodo nobis quo ad hunc tertiũ sensũ pertractandũ superest; Cur videlicet rõ, ex qua rectũ oẽ dependet, vineæ noĩe explicet, quãve cũ vineis habeat congruentiã. Porrò vinea locus est, in quo cõsitæ sunt vitæ, quę producũt vuas, ex quibus suauissimũ exprimitur vinũ, iure optimo vineę noĩe expressa est humanæ mentis rõ, vtpotè in qua frugiferæ illæ plãtatę sunt vites intellectus, & voluntatis, è quib. rectè cultis, si putent superflui curiositatis palmites, si extrinsecæ ostẽtationes auferãtur, & pã pina, p̃dulces proferunt vuę bonarũ cogitationũ, sanctorũq; desideriorũ, & varia vini genera: nẽpe vinũ contẽplationis diuinarũ rerũ: vinũ dulcissimorũ affectuũ: vinũ charitatis diuinæ, & vinũ lachrymarũ, q̃ ne dum hoĩes, sed & Deum ipsum inebriat, iuxta illud: h *Inebriabo te lacrhyma mea*.

Ratio qũo dicatur vinea bolet.

Benè igitur Christi Spõsa de rõne sua inquit; *Vineam meam non custodiui*. Quibus verbis præter ea, quæ supra notata sunt, duo insuper significat.

h Isa. 16. 9

Rõni obtẽperans nequit peccare, & cur.

Primũ, quòd, si rõnis vineã custodisset, nequaq̃ ea peccati nigredine à Sole cõcupiscentiæ decolorata fuisset; q̃nquidẽ in illa duo habebat vmbracula, quib. ab huius Solis se tutari valuisset æstib. diuinã videlicet gratiã, necnõ, & particularẽ protectionẽ Angelorũ, atq; ẽt ipsius Dei: Quæ tñ nequaq̃ habuit in vineis mũdi, in quib. posita fuit custos à sensib. vñ factũ est, vt in iis sic à dict. decolorata sit sole.

Alterũ est, quòd ipsam vineã rõnis nõ custodiuit, cum posita est custos in vineis mundi: q̃m hæc duo incõpossibilia sunt, custodire vineas mũdi, & simul custodire vineã rectę rõnis; oĩno. n. sibi inuicẽ hæc aduersantur, sicut caro & spiritus: nec quis rectam sequens rationem, sensui deseruire potest, nec qui sensibus addictus est, vllo pacto prosequi valet, id quod recta dictat ratio.

Sensibus ac roni simul inseruire impossibile est.

Ex Vers. VI. Filij matris meæ pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quę est B. Maria.

Cvm iam Virgo gloriosa dixisset, se nigrã quidem secundũ falsam Iudæorũ opinionẽ, atq; corruptã, ex eo quòd filiũ in vtero concepisset, ac mũdo edidisset: Sed tñ re vera Virginẽ, & ante partũ, & post partũ permansisse, & formosam tanquã tabernaculũ, ac tẽplũ veri Regis Salomonis: Cũ significasset, se iuxta eorundẽ blasphemias decoloratã quidẽ fuisse: attamẽ decolorationẽ illã factã à sole Iustitiæ, à Verbo æterno, q̃n virtus altissimi obũbrauit ei: q̃n concepit de Spiritusan. Nũc apertius explicat, quas, ijdẽ contra se gesserint pugnas, dicens: *Filii matris mea pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui*. Ac si diceret.

Rup. Abb.

PARAPHRASIS.

Iudæi filii quidẽ matris meæ Synagogæ: sed nõ filij Patris mei, cũ ex Patre diabolo sint: neq; ẽt vllatenus fratres mei, cũ nulla sit cõuentio Dei Patris mei ad Belial eorum patrẽ: Isti inquam filii matris meæ exitiali odio prosequentes filiũ meũ Christũ; & mihi pariter, quæ illũ peperissem, infestissimi aduersarij pugnauerunt contra me: bella mouerunt contra virginitatẽ meã, suisq: blasphemiis effecerunt, vt vineã meã non custodierim, quatenus persuaserunt sibi ipsis, atq; ẽt alijs persuadere conati sunt, me non custodisse, nec intactã, ac illibatã seruasse vineã virginitatis meæ, in qua nullus libidinis ardor officere mihi vnquã valuit; simulq; posuerunt me custodẽ in vineis concupiscentiarũ mũdi, existimantes, ac asserentes, me carnis indulsisse cõcupiscentiis, sicut, & reliquæ mulieres: in quib. vineis maximi quidẽ sunt libidinis æstus, illas denigrantes, quæ earũ indulgeãt custodiæ. Quamobrẽ ò filiæ Ierusalẽ, animæq; fideles, quibus optimè est cõpertum, huiusmodi filios matris meę odij passionẽ super mentis oculos habere, ita vt veritatẽ discernere nequeant, *Nolite me considerare*, q̃d aliquãtulũ *fusca* extrinsecus appareã, & ab impijs tenear nõ Virgo, & corrupta, posita in cõcupiscentiarũ vineis; nam re vera, *Sepè expugnauerũt me à iuuentute mea, sed nõ potuerũt* perfidi isti Iudæi: Siquidẽ *decolorauit me* certe *Sol* ac matrẽ, sicut & cæteras mulieres fecit apparere nõ tñ ille Sol libidinis, sed ille, q̃ est verus sol Iustitiæ, qui me fęcundã fecit, atq; ex me nasci dignatus est, seruata virginitate mea.

Cõtra virginitatẽ B. Mariæ quã acriter pugnauerint Iudæi.

Pro perfecta istius sensus explicatione vnum est, quod declarationẽ exposcit; Quare videlicet Virginitas vineæ expressa sit nomine, quamvè cum vinea terrestri habeat congruentiam: nam quod idipsum de vineis concupiscentiarum quærendum videtur, haud quaquam nouo indiget tractatu, cum

Virginitas cur dicatur vinea, & quã congruentiã cum vinea habeat.

DE B. MARIA.

Ambr. lib. exhortat. ad Virg. ante mediū.

cum ea ipſa, quæ in tertia expoſitione, ſenſu ſecundo de vineis mundi dicta ſunt, ad vineas quoque concupiſcentiarum poſſint aptari. Et quidem Ambroſius virginalem fructum, ipſamque virginitatem vineam nuncupat, facitque, ipſam differre à coniugio, quòd in ea haud plantata ſint olera ſicuti in coniugio: Ait enim: Nemo auferat animæ veſtræ vineam, & vilia olera ſerat: Vinea enim quidã fructus virginalis eſt: coniugia velut olerum plantaria ſunt in quibus frequens zelus eſt, & ideò a ſicut olera herbarum citò cadunt, atque marceſcunt, niſi finem imponat ſenectus, aut ad perfectũ vehat continentia: Non veniat ergo in vos, b Achab, qui cócupiſcat vineam veſtram delere, & extinguere: Nec veniat in vos Iezabel, vanum illud, & ſæculare profluuium, hoc enim ſignificatur vocabulo, vana, & vacua redundantia; Sed veniat Nabuthe, qui venit à Patre, ſicut ſignificat nominis ipſius interpretatio, qui vineã ſanguine defendat ſuo, & pro eo mortem offerat. Hæc Ambroſius; quibus alludit ad Hiſtoriam Naboth Iezraelitæ, cuius vineam concupiuit Rex Achab, vt ex ea faceret ſibi hortos olerum, quæ habetur in libris Regum: ſed certè nec cauſam affert Ambroſius, quare Virginitas dicatur vinea: Nec congruentiam aſſignat inter vineam, ac virginitatem.

a Pſ. 36. 2.

b 3. Re. 21

Dicamus ergo nos, Virginitatem iure optimo dici vineam, cum ea omnia illi competant, quæ apud Iſaiam c dicuntur de vinea Domini: necnon & maximas habeat cum terrena vinea congruentias. Siquidem virginitas fuit vinea dilecto noſtro Chriſto, qui hanc præ cæteris virtutibus dilexit in terris; quod ex eo apparet, quia & inter diſcipulos ſuos Ioãnem ſpeciali proſecutus eſt dilectione, qui ſpeciali prærogatiua virginitatis erat inſignitus, & inter mulieres hebrças ſingulari dilectione pro ſua elegit matre, quæ prima profeſſa eſt virginitatem. Ac propterea propheta inquit, hanc vineam fuiſſe *Dilecto in cornu filio olei*. id eſt in terra fortiſſima, atque pinguiſſima, quod Virginitas perfecta in Bea. Maria fuerit terra illa fortiſſima, quæ fortem Gigantem edidit mundo, terra omni gratiarum pinguedine pinguiſſima. Hanc vineam ſepiuit iugi illa clauſura, & qua & Maria ab omnium hominum ſe abſcondebat aſpectu, quave & Virgines, quæ vere cuſtodire velint virginitatis vineam in penetralibus clauſas ſe cõtinent domi. Ex hac vinea offenſionis lapides eligit dilectus, auferens ab ea omne opprobrium, omnemque maledictionem, qua in antiquo illo Iudæorum populo opprobrio habebantur Virgines. Neque vero vinea iſta ab alio plãtari poterat, quam ab ipſo Dilecto, qui eam plantaſſe dicitur electam: quoniã ipſe eſt, qui eis, quos ſibi elegerit, vt virgines ſequantur agnum quocunque ierit, virtutem præſtat, qua electam valeant ſeruare virginitatẽ: nec enim virginitas terrena res eſt: ſed cæleſtis: nec humana, ſed potius Angelica. Quis. n. ſine ſpeciali Dei ope in carne viuere poſſet, æque, ac ſi eſſet ſine carne? Vt autem vinea iſta ab innumeris prædonibus, quæ ipſam demoliri ſtudent, ſeruari poſſet illæſa, ædificauit quoq; turrim in medio eius: quando in Virginis vtero ipſe ſibi in vno diuino ſuppoſito duas vniuit naturas, humanã, ac diuinam. Tunc enim ſe ipſum ædificauit in medio huius vineæ, vt eſſet d *turris fortitudinis a facie inimici*. Sed & torcular in hac vinea fodit, in quo ipſemet botrus efflorеſcens exprimeretur in vinum ſuauiſſimum lætificans Deum, & homines. Quod vero iſtud eſt torcular, niſi perfecta virginis humilitas? quod bene per defoſſionem extruitur, quandoquidem vera humilitas per deiectiſſimam extruitur animi demiſſionem: Extruxiſſe autem hoc torcular in B. Virgine dicitur Chriſtus: quia ipſemet ſingulari humilitatis prærogatiua eãdem decorauit virginem, propter quam illius humilitatẽ ex ea humillima Virgine, exprimi voluit in mundum; vt qui à cæleſtibus ſpiritibus potabatur in cælis, expreſſus per huiuſmodi humilitatis torcular, quod in vinea extructum erat virginitatis, etiam ab omnibus biberetur in terris. Porro hoc humilitatis torcular in vinea virginitatis adeo eſt neceſſarium, vt pleræque virgines, licet per virginitatem multorum fructuum copiam afferant: cũ tamen torcular iſtud in ſe minime habeant effoſſum, vinum nequaquam colligere queant meriti cuiuſpiam ad æternam felicitatem. Vt igitur virginitatis vinea huiuſcemodi proferat vinum, torcular illud in ea eſſe debet humilitatis: illaque vniuerſa in ipſa ſunt peragenda, quæ in terreſtribus vineis fieri conſpicimus: euellendæ ſunt ſpinæ ſolicitudinum ſæculi: putandi ſunt palmites ſuperfluarum cogitationum, ſuperfluorumque verborum, quia *virgo*, vt inquit, Apoſtolus, e *& mulier innupta cogitat* tantum, *quæ Domini ſunt, quomodo placeat Domino, vt ſit Sancta, & corpore, & ſpiritu*, auferenda ſunt pampina oſtentationis: Inferendum eſt verbum Dei, ſiue per Sancta colloquia, ſiue per Sacrorum Librorum lectionem, ſiue etiam per orationem; Et tunc demum virginitatis vinea f afferet fructum centeſimum, prout apud Matthæum indicat Dominus, vinum nimirum perfectæ deuotionis in hac vita, & vinum æternæ fęlicitatis in vita futura.

c Iſa. 4.

Virginitatis vinea, quã plantata in Beata Maria.

Virginitatis ſepes, q̃.

Virginitatis vineam plantauit Chriſtus.

Virginitatis turris, eſt Chriſtus Vineævirginitatis torcular eſt humilitas, ex qua expreſſum eſt vinum, quod eſt Chriſtus.

d Pſ. 60. 4.

Humilitas quã neceſſaria virginibus.

Pro virginitate colẽda, ea omnia agenda ſunt, quæ ſiunt in vineis terrenis.

e 1. Cor. 7. 34.

f Matt. 13. 23.

Illud denique hoc loco notãdum eſt, quod Beata Maria non tantum vineam appellat virginitatem, ſed peculiariter vineam dicit ſuam, tum quia eam præ omnibus ſeruauit; tum quia eam veluti peculiare, ac ſingulare donum à Deo accepit, quando etiam poſt partum virgo eſt ab illo ſeruata, vt eſſet virginum omnium Regina, & mater: ac propterea, iuxta Hebraicam Lectionem ſignanter dixit, *vineam meam, quæ mihi*, in ſingulare videlicet à Deo collata eſt in donum, atque in propriam tradita eſt hereditatem.

Quod ſi hæc vinea in hereditatem B. Mariæ à Deo eſt donata; ſi virginitas, tam propria, tamque peculiaris eſt illius vinea, profecto falſum eſſe conuincitur, quod impii aſſeuerant Iudæi, vt ipſa vineam hanc ſuam non cuſtodierit.

Ex Verſ. VI. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphraſis Chaldaica: Quia prophetæ falſi fuerunt cauſa, vt deuolueretur ira furoris Domini ſuper me, & docuerunt me, vt ſeruirem Idolis veſtris, & ambularem in inſtitutis veſtris: Domino autem ſæculi, qui eſt Deus meus, non ſeruiui: neque ambulaui in legibus eius, neque cuſtodiui præcepta eius, & legem eius.

Tres partes habet iſta ſententia; Primam, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me*. Secundam, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis*. & Tertiam, *Vineam meam non cuſtodiui*. Cum in expoſitione vniuſcuiuſque harum partium multipliciter inter ſe diſcrepent Patres, ne in tanta opinionũ varietate cõfuſio-

[APPENDIX.] fusionem legenti pariam, singulas earundem partium seiunctim pertractare operæpretium censui, & multiplicitatem sententiarum reducere ad capita.

Prima pars, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me*, vel *in me* (in ablatiuo) vt legit Orig. Pugnaq; ipsa, cuius in ea parte fit mentio, duobus modis intelligi solet, vel in bonum, vel in malum.

[Cassiodorus, Origenes, Beda, Iustus Orgelitanus, Anselm., Bernard.] In malum multipliciter accipitur. Primò enim intelliguntur hæc, vt dicta ab Ecclesia primitiua, enarrante pugnas illas, quas sustinuit à Iudæis filiis Synagogæ matris suæ. Ita Origenes Homil. 1. ex duabus, tametsi exemplificet id Historia Pauli, persequentis eandem Ecclesiam. Ita & Cassiodorus, Beda Anselmus, Iustus Orgelitanus, & Bern. Serm. 29. in Cant. [*Iudæi pugnauerunt contra Eccl. primitiuā.*]

[Ambr., Beda, Iustus Orgelitanus.] Cum quo primo itellectu iungi potest, & is, quo ab eadem primitiua Ecclesia hic enarratur pugna illa, quam sustinuit à fidelibus, qui erant ex circūcisione, contendentibus, vt qui ex gentibus erant, iudaizarēt: quē sensum tetigit Ambrosius Serm. 2. in Ps. 118. Vers. 1. & Beda, Iustusq; Orgelitanus. [*Iudaizātes fideles pugnauerunt contra Ecclesiā primitiuā ex Gentibus.*]

[Rupertus Abb.] Huic quoque primo intellectui adnecti potest, & quod asseritur à Ruperto Abbate, vt per hæc B.V. Maria significet, à Iudæis, & se impugnatam, & virginitatem suam. [*Iudæi pugnauerunt contra B. Mariam.*]

[Auc. op. imperfect. in Matth.] Quodvè asserit Auctor operis imperfecti in Math. Hom. 3. apud Io. Chrysostomum; vt Synagoga significet, Iudæos in ipsa pugnasse, persequentes iugiter Prophetas: Viperarum (ait citatus Auctor) natura est rumpere viscera matrum suarum, & sic nasci: Quoniam ergo Iudæi assiduè persequentes Prophetas, corruperunt matrem suam Synagogā, sicut ipsa lugens dicit in Canticis; *Filii mei dimicarunt in me*. (nota hanc lectionem.) Ideò Ioannes vocauit illos a genimina viperarum. [*Iudæi pugnauerunt cōtra synagogā prosequendo prophetas.* a Luc. 3. 7.]

[Ambr.] Secundò principaliter in malum accipiuntur hæc, vt dicta à pia Anima enarrante, vnde factum sit, vt decolorata, seu despecta à Sole sit, idque tribus modis; Vel enim per hæc significat impugnationem passionum suarum, vnde Ambr. lib. de Isa. & Anima cap. 4. ait: *Filii matris meæ pugnauerunt in me*. Hoc est impugnauerunt me corporis passiones, carnis illecebræ decolorauerunt me ideò Sol iustitiæ mihi non refulsit. [*Passiones pugnauerunt cōtra aīam & spiritū.*]

[Greg. Nyss., Psellus, Bern.] Vel primam significat pugnam, qua in Paradiso terrestri impugnata est in primis parentibus à Dæmonibus, quos filios matris suæ. i. fratres suos appellat, quia ab eodem conditi sint, à quo condita est & ipsa, quomodo accepit ea Gregorius Nyssen. Hom. 2. in Cāt. quē sequitur & Psellus apud Theodoritum, tetigitque eumdem sensum Bernardus Serm. 29. in Cant. indicans, secundum aliquos explicari hoc loco pugnam Dæmonum, qua iugiter dimicare cum anima satagunt. [*Dæmones ī Paradiso pugnauerunt cōtra aīam in tētatione primorū parentum.* *Dæmones pugnant iugiter cū aīa.*]

Vel tertio, vt eadem Anima significet in contemplatione creaturarum oppugnatā se à rationibus, ex humana sapientia prouenientibus, quas filios dicit matris suæ, nimirum ipsius sapientiæ. [*Humana sapientia rōnes pugnāt cōtra aīam.*]

[Bern.] Vel deniq; vt anima religiosa significet pugnas, quas in monasterio sustinere aliquando coacta sit à fratribus ipsis suis, filiisvè matris suæ eisdem. s. religionis, pugnas intestinas, adeoque grauissimas, maximèque deplorandas, quem sensum prosequitur Bern. Serm. 29. in Cant. [*Religiosi in testino bello pugnāt contra piā aīā.*]

[Tres Patr.] In bonum quoque diuersimodè accipitur ista pugna, cuius hic meminit sponsa. Ac primum de pugna Apostolorum, quos rectè Ecclesia filios appellat cęlestis Ierusalem matris omnium fidelium, iuxta sententiam Origenis Homil. 2. Ex quatuor, & Theodoriti. Vel iuxta Gregorium Papam, congregatio eorum fidelium, qui per ipsos conuersi sunt, filios matris suæ eosdem dicit, cum ex vna sint matre Ecclesia; Vel iuxta Bern. Serm. 29. qui ex eadem Synagoga matre totius Ecclesiæ.

Porrò secundum Origenem loco citato Ecclesia gentium ait Apostoli pugnauerunt in me, & non contra me, idest pugnauerunt in sensibus, & in corde meo, vt destruerent omnem infidelitatem, omnemque malitiam. [*Apostoli pugnauerūt ī Eccles. & cōtra ecclesiā vt ī illa destruerēt infidelitatē, & malitiā omnem.* Orig.]

[Ambr., Theodor., Gre. Papa, Philo. Car., Bern.] Secūdum Ambrosium vero serm. 2. in psal. 118. ver. 1. Theodoritum, Gregorium Papam: Philonē Carpathium, atque Bernardum; Apostoli non in damnum, sed in vtilitatem ecclesiæ in eo ipso pugnauerunt contra ecclesiam, ita vt iure dicere potuerit, pugnauerunt etiam contra me.

Sicut eadem ratione contra synagogam pugnasse significantur prophetæ, arguentes, obsecrantes, & increpantes illam, prout tangit Ambros. loco cit. [*Prophetæ pugnauerunt cōtra synagogā, vt tollerēt ab ea malū.* Ambr.]

[Orig.] Secundo in bonum eadem accipitur pugna, quatenus ex sententia Origenis Homil. 2. ex quatuor. Anima nuper conuersa enarrare dicitur pugnam Angelorum, quam illa in se factam ab eis perceperat, vt à filiis matris suæ Ierusalem cælestis. Ac si diceret. Cū ab aduersariis potestatib. grauissimæ contra me mouerentur pugnæ, Angeli Sancti pugnauerunt in me, vt scilicet in me destruerent vitia, & imperfectiones, atque minuerent vires passionibus. [*Angeli pugnauerūt ī aīa, vt in illa destruerent vitia.*]

Secunda pars. *Posuerunt me custodem in vineis*. & ipsa in bonum accipi solet, & in malum.

In bonum accipitur primo ab ijs, qui asserunt, per hæc significari, ab Apostolis, qui in primitiuæ Ecclesiæ vtilitatem pugnarunt, eidem ecclesiæ datos fuisse libros sacros, vt eos, quasi vineas quasdam custodiret, seruando mandata, & quæ in illis scripta sunt. Ita Origenes Homil. 2. ex quatuor, & Theodoritus. [*Apostoli posuerunt Ecclesiā custodē vinearū dantes illi libr. sacros.*]

Nec multum ab hoc distat, quod dicitur ab Amb. ser. 2. in ps. 118. idipsum studium significari exhibitum à sanctis prophetis, vt synagoga custodiret mandata Dei. De Angelis id sumitur secundò ab Orig. loco cit. qui pugnantes in anima, posuerunt illam custodem in vineis diuinorum sensuum, ac dogmatum, ex quibus posset vinum bibere, quod lætificat cor hominis. Tertiò de translatione ecclesiæ ad excolendas vineas Gentium, facta ab Apostolis, in ipsius ecclesiæ vtilitate pugnantibus, intelligunt hæc Ambr. ser. 2. in psal. 118. ver. 1. Cassiod. Greg. Papa, Phil. Carp. deque eadem, vt facta à Iudæis pugnantibus in damnum eiusdem Ecclesiæ, intelligunt Beda, Anselmus, Iustus, atque Bern. ser. 30. in Cant. Quartò secundum Rupertū Abbatem significatur per hæc, B. Virginē ob impugnationem eorundem Iudæorum factam esse custodem ecclesiarum Gentium. [*Ecclesia custos vinearū mandatorū Dei.* *Angeli posuerūt Ecclesiā custodē sensuū, & dogmatū diuinarū.* *Ecclesia posita custos vinearum Gentium.* *Maria à Iudæis facta custos ecclesiarum Gētium.*]

Quinto secundum Orig. Homil. 1. ex duabus sūmenda hæc sunt, vt dicta in persona sanctorum illorum, qui constituti in ecclesia sunt ad procurandam aliorum salutē doctrina, & exemplis: cui sensui suffragatur, & Aponius. Nec ab hoc differt admodum sensus Bern. ser. 30. quo Prælatus ille hæc dicit, qui coactus à fratribus sit, vt curam susciperet animarum aliorum. [*Doctores, & Prælati positi custodes vinearū.* Orig. Aponius. Bern.]

In malum quoque diuersimode eadem pars accipitur. Primum quippe Greg. Nyssen. Homil. 2. in Cant. & Psellus asserunt, per hæc significare piam animam, quomodo expugnata à dæmonibus in paradiso terrestri traducta sit in suis parentibus à custodia paradisi ad studium ponendum in vineis vitiorum. [*Anima à dæmonibus posita est custos vitiorum.* Greg. Niss. Psellus. Tres Patr.]

Secun-

APPENDIX.

Anima distracta est in varios idolorũ cultus ab humanis rationibus.

Secundo Catena trium Patrum dicit, eandem significare, quomodo expugnata a rationibus humanæ sapientiæ, distracta est in varios Idolorum cultus ex contemplatione creaturarum.

Amb. Beda.

Ecclesia primitiua coacta seruare cæremonias legis.

Tertio secundum Ambrosium serm. cit. in psal. 118. & Bedam; explicat, & deplorat per hæc Ecclesia primitiua miseriam illam suam, quia a fidelibus Iudaizantibus coacta aliquando fuit, seruare circũcisionem, cæterasque cæremonias legis.

Extraneis implicati actiones nostras negligimus. Greg. PP.

Quarto denique Greg. Papa Homil. 17. in Euãg. hæc dicit, Ecclesiam Sanctam de membris suis infirmantibus dicere. Vineæ quippe nostræ sunt actiones, quas vsu quotidiani laboris excolimus. sed custodes in vineis positi, vineam nostram minime custodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostræ negligimus.

Tertia denique huius sententiæ pars illa. *Vineã meam non custodiui*, tripliciter accipitur, vel vt pertinens ad simplicem euentus narrationem, vel vt causa prædictorum: vel tertio vt effectus consequens præexpositam pugnam, & custodiam vinearum.

Synagoga non custodiuit vineã legis. Amb.

Vt pertinens ad simplicem narrationem accipitur ab Ambrosio serm. 2. in psalm. 118. ver. 1. asserente, explicari per hæc a synagoga, quòd nequaquam obtemperauerit propheris, nec custodierit vineam legis diuinæ, peculiarem sibi a Deo traditam.

Ecclesia vineam legis non custodiuit etiam in synagoga. Amb. Beda.

Vel difficultatem eiusdem legis per hæc ab Ecclesia dici contra eos, qui illius iugum ei imponere studuerunt, ac si dicat, Cum vineam ipsam meã eius legis nec prius custodierim, aut custodire potuerim. Quem sensum præter Ambros. lo. cit. sequitur & Beda.

Bernard. *Prælati bonus fatetur se custodire, nescire, vel animam propriam.*

Vel tertio est exaggeratio, seu amplificatio querelæ piæ animæ illius, quam fratres religiosi coegerint, vt curam animarum susciperet aliorum, cum adhuc non custodierit vineam animæ propriæ, nec sui ipsius curam habere nosset. Ita exponit Bernar. serm. 30. vbi egregie explicatum videre est, quomodo anima sit vinea.

Greg. PP. *Ecclesia translata ad Gentes quia vineã Iudea non custodiuit.*

Vt causa accipitur a Gregorio Papa dicente, hãc afferri ab Ecclesia primitiua causam, propter quã dispersa sit in Gentes, quia Iudeam vineam suam non custodierit, quando illa custodiri despiciens, fideles a se repulit.

Anima Sãcta nõ quærit quæ sua sunt.

Vt effectus duobus modis sumitur, vel vt denotans effectum bonum, vel effectum malum significans.

Orig. Theod. Bernard.

Vt denotans effectum bonum accipitur primo ab Origene Homil. 1. ex duabus, a Theodorito, & a Bernardo serm. 30. effectum charitatis, ob quam pia anima non quærit, quæ sua sunt, sed quæ aliorum, quorum posita est custos.

Origen. Aponius. *Ecclesia, & pia anima post conuersionem non custodit vineam vitæ cultusq; pristini.*

Et secundo ab eodem Origene Homil. 2. ex quatuor, & ab Aponio effectum abiectionis instituti, disciplinæ, cultus, ac vitæ pristinæ, quam vt hæreditariam vineam propriam prius custodiebat Ecclesia, tum ea, quæ ex Gentibus, tum ea, quæ ex Iudæis, vel anima, antequam per conuersionem poneretur custos in vineis Christi.

Greg. Nys. *Anima excidens a paradiso non custodiuit vineam immortalitatis.*

At vero vt denotans effectum malum accipitur primo a Gregorio Nysseno, existimante, piam animam per hæc deplorare casum suum a vinea paradisi terrestris, quando in primis parentibus expugnata a dæmonibus non custodiuit vineam immortalitatis, impassibilitatis, Deo assimilationis, & alienationis ab opere malo.

Secundo ex sententia trium Patrum anima significat ex distractione ad cultum idolorum, id in primis sibi euenisse mali, quòd vineam rectæ ratio- A nis, quę ibi dictabat, vt creaturas omnes ad archetypum rerum earum conditorem referret, non custodierit.

LITTERA.

Tres Patres. *Anima idolatria nõ custodiuit vineam rectæ rõnis.*

Quemadmodum & synagoge, secundum Philonem Carpathium ex eodem cultu idolorum; vel secundum Ambr. ser. 2. in psalm. 118. ver. 1. ex inobedientia erga prophetas id contingit mali, vt non cũstodierit propriam vineã mandatorũ legis diuinę.

Phil. Carp. Amb.

Quamquam idem Ambr. lib. de Isaac, ca. 4. effectum, quod animę expugnatę a passionibus contigit, per hęc accipiat, quòd scilicet deuotionem, & obseruantiam plenam seruare non potuit.

Synagoga ob idololatriam non custodiuit vineam legis Dei. Amb. *Ecclesia nõ custodiuit vineam synagoga.*

Communiori tamen sententia per hęc significatur malus is euentus, qui translationem Ecclesię ad B Gentes consecutus est, vt ecclesia ipsa relinquẽs synagogam, & Iudeam non custodierit vineam suam peculiarem. Id quod & B. Virgini obtigisse ait Rupertus Abbas.

Vers. VII. Indica mihi, quem diligit Anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Amb. Cassiod. Beda. Iustus Orgel. Anselm. Bern. Rupert. Abb.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sonum.

Dvobus modis ea, quæ hic dicuntur, cum superioribus connecti possunt. Primo, vt sponsa C sic ut hucusque licet cum socijs verba haberet, sępius tamen ex amoris vi ad absentem sponsum sermonem direxit. In eundem modum hæc pariter ad ipsummet, qui adhuc absens sit, proferat. Secundo, & fortasse melius, ac subsequentibus congruẽtius: Vt, cum sponsa multis hucusque verbis ingentem socijs declarauerit, quo erga dilectum suum flagraret, amorem, mutuamque illius in se dilectionem indicarit, atque efficacissima quoq; oratione significarit, quàm ardenti desiderio ad illius anhęlaret præsentiam. Nunc fingatur sponsus aduentasse, ad quem illico sponsa huiusmodi habuerit verba: *Indicã mihi*, &c. Iuxta hanc duplicem connexionem, duplicem quoque horum verborum afferre possu- D mus sensum.

Origen.

I. SENSVS.

Quorum alter est, vt post coloris sui purgationẽ, quam in duobus pręcedentibus versibus sponsa fecit egregie; modo prę amoris magnitudine, quasi diutius domi se continere non valens, suum patefaciat desiderium, quod tale, ac tantum esset, vt cum aduentantem pręstolari amplius non posset dilectũ decreuerit, abiecta pusillanimitate feminea, ad illum accedere, sed ab vnica tantùm re impediri, quòd ignoraret, quò sibi tendendum foret, vt illũ conuenire valeret. Sic igitur prę amoris, ac desiderij magnitudine absentem, ęquè ac si pręsens esset, alloquens sponsum: *Indica*, inquit, *mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: ac si dicat

PARAPHRASIS.

E Quamuis ita viribus destituta sim, vt nec vnguẽtorum fragrantia, nec vinum quoquo pacto me erigere potuerint; ne tamen omnino peream, illud euitar, vt ad te veniam, quem diligit anima mea. Languor nempe meus haud prouenit aliunde, quã ex eo, quòd sine anima sum. Animam meam tu habuisti iamdiu, ex quo dilexi te; idcirco tanto ardore tuum exposcebam osculum, vt per illud eam mihi restitueres: idcirco tantam ex tuo odore expectabam recreationem: idcirco tanta auiditate tuum pręstolabar aduentum, confidens, me post te cursuram velociter, à te videlicet tractam, quem diligeret anima mea, imò ab ipsa tractam, quę in te esset, anima mea. En iam diutius te pręstolari ne-

LITTERA. nequeo: Ipsa me trahit Anima mea: ipsa me allicit ad te: *Indica* igitur *mihi*, sponse mi, *vbi pascas* gregē tuum, *vbi cubes in meridie*: vbi te reperire potero, quando præ magnis æstibus & homines, & animalia quæque cubare solent ad vmbras; nec enim æstibus paream, nec ardentissimos Solis pertimescam radios: in ipso quippe meridie, velocissimo cursu ad te contendam anhelans.

II. SENSV. Altero verò sensu, his verbis sponsa non tam suū exprimit desiderium vehementissimum, videndi sponsum; quam propriam excusat negligentiam, qua ad sponsum minimè perrexit, à quo tantùm diligeretur, quemve & ipsa tanto prosequeretur amore: Sic igitur vt primum aduentantem intuita est dilectum suum, obuiam illi facta; statim, vt moris est feminarum, se purgare cœpit, quare illum eò usque secuta non fuerit, dicens: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: Quasi per præoccupationem apud sponsum, qui de eius amore aliquatenus posset esse suspectus, se purgans dicat.

PARAPHRASIS. Amor quidem in te meus talis ac tantus est, Dilecte mi, vt hucusque pro tui desiderio penè defecerim; vt te vnum cogitarim semper, teque vnum locuta sim: Iamque diu est, quòd te adijssem teque secuta essem: atque vtinam scissem, quò loci te conuenirem, profectò nulla me res detinere valuisset: trahebat enim me ipsamet anima mea, quæ in te erat, quem diligebat; At quamuis me ad te trahi, & compelli intelligerem; quid facere tamen, quòve iter dirigerem ignorabam; nec enim sciebam, vbi locorum esses; Quapropter amabo te, *Indica mihi* pro futuro tempore, *vbi in meridie pascas* greges, & *vbi* tunc temporis *cubes*, siquidem nullis parcēs laboribus, rectà eò aduolabo, tecumque commorans, tua iucundissima perfruar præsentia.

Circa lectionum varietatem. Notādum primo, tam in Hebræo, quàm in Græca versione Septuag. Interpretū id, quod noster legit in præsenti, *quem diligit*: in preterito haberi: *quem dilexit anima mea*; quæ lectio antiquiorem indicat sponsæ dilectionem.

Sic quoque ad significandam continuatam, ac perennem dilecti curam, quā erga suum exhibeat gregem, pro eo, quod noster in præsenti legit; *Vbi pascas*: in Hebræo esse in futuro; *Vbi pasces*: Clarissimeque ex verbo, תרעה thirnghe, sicut etiam ex Græco verbo ποιμανεῖς, quo vtuntur hoc loco Septuaginta, explicari illi, quod in textu nostro dubium alicui videri posset, an scilicet, dum quæritur, vbi sponsus pascat; intelligatur de loco, vbi ille pasceret semetipsum, vel vbi pasceret gregem: Verba enim illa patefaciunt, quæri locum, vbi dilectus pasceret gregem.

Notandum Secundo, pro eo, quod nos legimus, *Vbi*, in Hebræo esse vocē איכה echa, quæ dictio cum anceps sit, & significet tam vbi, quàm quomodo, ab aliquibus Hebræorum hic sumitur in secundo significatu pro Quomodo, vt sponsa non tam locum sibi indicari petat, quàm modum, & rationem, qua dilectus eius pascat, & cubet in meridie. Nihilominus haud discedendum à nostra vulgata, & à versione Septuag. communique nostrorum intellectu; præsertim, cum & Hebrçorum quoque communior opinio idipsum sentiat, vt petatur nō modus, sed locus, in quo sponsus pascat &c. & vox ipsa Hebraica sumatur in primo significatu pro vbi.

Notandum tertio, pro eo: quòd noster legit: *Vbi cubes*. In Hebræo haberi verbum in hiphinghil תרביץ tharbis, qd trāsitiuè accipitur, & sonat, *Cu-*A *bare facies*: Qua lectione significatur, à sponsa non tam quæri locum, vbi dilectus cubaret, quàm locum, vbi suum cubare faceret gregem; quia videlicet is magis de grege, quàm de semetipso esset solicitus: Quæ haud modicum spiritualibus congruēt sensibus. DE ECCLESIA.

Vers. VII. Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

B MOtus naturalis id esse, conspicimus, proprium, vt eo fit vehementior, properetque celerius, quo propius ad præstitutum accesserit finem. Haud sane multum ab istius motus natura humanorum desideriorum motum distare crediderim: hunc namq; vehementiorē in fine animaduertimus multo magis, quam in principio; & est par vtriusque ratio; siquidem naturalis motus nihil aliud est, quam manifestum rerum inanimatarum desiderium, quod inclinationem dicimus naturalem, qua proprium exoptant quodammodo centrum; vnde fit, vt, cum ad finem magis accesserint, magis quoque, & properent, quò illud naturaliter concupitum attingant; idipsum hominibus à cognitione præstatur, & ratione; vt vehementiori C tunc in aliquam rem tendant desiderio, cum propinquius ad eam accesserint consequendam. Visum est in principio huius Cantici, quàm ardenti desiderio Ecclesia Sancta in Antiquis Patrib. Christi Domini aduentum exoptarit, atque præsentiā; porro desiderium istud quo longius protrahebatur, eo ardebat vehementius. a *At vbi venit plenitudo temporis, quo misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus*. Tunc iuxta naturam motus desiderii exarsit vehementissime. Hinc illud est, quod hoc loco per Spiritum Sanctum eadem nobis proponitur Ecclesia, quæ eo ipso tempore, quo Christus æterni Patris D filius fulgentissima Natiuitatis nocte ex Maria Virgine ortus est in Præsepio, vehementissimo eiusdē dilecti sui flagret desiderio, & quasi eum præsentem habeat, cuius præsentiam cupiditate exoptabat tam grandi, locum ab eo efflagitet, in quo ortus sit, dicens *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. quorum verborum vim, atque dulcedinem quò facilius, ac iucundius percipere quilibet valeat, singula perpēdenda sunt exactius; neque enim abs re factum existimarim, vt illorum expositio in Sacratissima Natalis Domini festa mihi inciderit.

Desiderij motus similis est motui naturali, & quo.

a *Gala. 4. 4*

E Illud igitur primo animaduertendum, quā præclare in his paucis verbis significetur, quinam essent, qui Christum inuenire tam ardenter exoptarent, propter quos ea, quæ hic dicuntur, adscribātur & toti Ecclesiæ; dum enim dicitur: *Quem diligit anima mea*, innuitur, illos tunc temporis, quando Christus natus est in præsepio, tam ardenti eū inquisisse desiderio, qui essent instar animæ Ecclesiæ, per quos videlicet Ecclesia vitam haberet, æque, ac corpus vitam per animā habet: quive Christo per dilectionem inhærerent: æque, ac animam ei inhærere intelligimus, quem amore prosequitur. Præter Dei genitricem Mariā, Beatum Ioseph, ac domum Zachariæ, Pastores ij erant, qui, audito Angelico nuntio, natum quæsierunt in præsepio, quem totius mundi crediderunt Saluatorem: Ma-

Diligentes Christum sūt Anima, per quā viuit Ecclesia.

Pastores, & Magi quā ardēti desiderio quæsierint vna secū Christū.

DE ECCLESIA.

gi ij erant, qui, cum vidiſſent Stellam in Oriente ortum Regem quærierunt in Bethleemitico oppido, quem & ſuper celos, & ſuper vniuerſam terrã regnantem adorarent; paſtores quidem anima erant Eccleſiæ, quæ ex Iudæis, Magi vero Eccleſiæ, quæ ex Gẽtibus. In his tunc viuebat Eccleſia, quia in his vitam habebat charitatis; quia in his Chriſtum diligebat veluti animam ſuam. In his tanto ſtudio ſuum exoptabat, ac inquirebat, dilectum, vt diceret. *Indica mihi, quem diligit anima mea.* Ac bene non ab hominibus tanti Regis locum inquirit, ſed ab ipſomet Rege, ſed ab ipſomet, quem diligebat, Chriſto. Quemadmodum enim qui abditum aliquem inſpicere velit theſaurum, ab eo illum ſibi indicari, ac demonſtrari, expoſcit, qui illius habuerit claues, quive illum indicare & ſciat, & valeat, & qui ignotum adire deſiderat locum, ab eo illum ſibi indicari efflagitat, cui optime locus ille ſit notus. Ita quoque & Eccleſia Chriſti ſponſa, cũ abditiſſimum contemplari exoptaret Incarnationis myſterium, ab eo illud ſibi indicari poſtulat, a quo vno id fieri poſſe, intelligebat. Cumque ignotum ſibi, in quo Chriſtus ortus eſſet, adire concupiſceret locum, ab ipſomet Chriſto illum ſibi petit oſtendi. Recolebat enim, quæ per prophetam dicerentur. [h] *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in locum, quem poſuit.* Notat, illum compotem ingentis eſſe felicitatis; qui, cum in valle lacrymarum conſtitutus, aſcendere conſtituerit in locum illum, quem Dominus in propriam ſibi elegiſſet manſionem, in locum quem ex vili brutorum animalium præſepio in admirabile ſibi poſuiſſet palatium, in quo naſceretur, in quo & requieſceret, adiuuatur ab ipſomet Domino, ipſummet ducem habet, qui talem ſibi poſuit locum. vere profecto beatus, cui Chriſtus indicare dignetur præſepii locum, in quo paſcit, in quo cubat in meridie. Propterea, *indica*, inquit Eccleſia.

Simile.

Incarnationis myſteriũ, ac locus Præſepij ab vno indicari ſui Chriſto.

h Pſa. 86.6 Sic legit textus Græcus, & Pſalterium Romanum.

PARAPHRASIS.

Indica mihi tu locum iſtum: niſi enim illum tu mihi indicaueris; niſi abs te mihi fuerit auxilium, beatitudinem haud quaquam conſequi valeo: beata plane dici poſſem; beatam me cenſerem, ſi locũ habitationis gloriæ tuæ inuenirẽ: ſi locum, in quo naſci dignatus es, adire mihi liceret.

Bene autem quærens præſepii locum; non dixit ſimpliciter: *Indica mihi vbi* natus ſis, vbi locum habitationis tuæ conſtitueris: ſed *indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Quare vbi paſcas? Paſtores loquebantur, quid mirum, ſi Chriſtum inquirunt paſtorem? quid mirum, ſi locum illius inquirentes, locum vbi is paſcat, inquirunt? præſertim cũ & Deus ipſe eundem vt paſtorem polliceatur miſſurus filium ſuum per Ezechielem, vbi dixit. [c] *Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas: ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem.*

In Præſepio Chriſtũ quærens Eccleſ. quæris illũ vt paſtorẽ.

c Ezec. 34. 23.

In præſepio certe iumenta ſolummodo paſci ſolent, & ſi qui paſcuntur hominum, haud alii paſcuntur, quam ij, qui iumentorum curam habuerint: & tunc, licet in eodem loco paſcuntur iumenta, & homines; non tamen vno eodemque paſtu homines, quo & iumenta paſcuntur: iſta enim fœno paſcuntur, illi pane. Paſtor noſter Chriſtus, in præſepio naſcens, & iumenta paſcit, & homines: nec alios homines, quàm eos, qui iumentorum curam haberent. Quòd quidem inter iumenta natus ſit, perſpicuum omnibus eſt, longèque antequàm naſceretur, id per Habacuc prophetam prænuntiatũ ibi habemus, vbi pro eo, quod nos legimus, *In medio annorum viuifica illud,* in verſione Septuag. di-

In Præſepio Chriſtus paſcit iumenta fœno.

d Hab. 3.2.

A citur, *In medio duorum animalium cognoſceris.* At quomodo, quove cibo iumenta ipſa, in quorũ medio natus eſt, pauerit, haud omnibus eſt exploratum: Indicatur tamen iis Iſaiæ verbis. [e] *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui.* Pauit, exhibendo eis ſui ipſius cognitionem: pauit ſe eillis manifeſtando. Si quæris cibum, quo ea pauit: fęnum tibi quærendum eſt, quod bonus Paſtor attulit in præſepe. Audi vero eundem Prophetam, hoc tibi indicantem. [f] *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni.* Intuere Chriſti carnem; intuere verbum æternum carnem indutum: hoc eſt fœnum poſitum ante iumenta; legimus, [g] Nabuchodonoſor Regem fœnum inſtar bouis

B comediſſe, idque in ſuorum delictorum pœnam, vnde & per Danielem ei dictum eſt *Fœnum, vt bos comedes.* Legimus & in libro Machabæorum, [h] Iudam Machabęum cum iis, qui cum eo fugiſſent in deſertum, fœnum comediſſe, idque propter inimicorum metum, & ne contaminarentur cum gentibus. At accedat iam vnuſquiſque ad Sanctum Domini præſepium, comedat fœnum, ſicut bos; Agnoſcat Chriſtum poſſeſſorem ſuum, ſicut cognouit & bos; Neque id pęnam reputet; ſed ſummam exiſtimet gratiam, quòd huiuſcemodi fęnum ſicut boui comedere ſibi liceat; Secedat iam Chriſtianus in deſertum præſepij locum, ibique inter iumenta vitam in montibus contemplationis agat; vbi fęni

C cibo veſcatur cum iumẽtis; ſic enim & ab aduerſariorum omnium timore liberabitur, & ab omni peccatorum coinquinatione purgabitur.

DE ECCLESIA.

e Iſai. 1. 3.

Chriſtus in Præſepio factus eſt fœnum iumentorum.

f Iſa. 40.6.

g Dã. 4. 22

h 2. Mach. 5.27.

Quòd ſi fęni nomen abhorret, ſciat, Chriſtum in præſepio eſſe paſtorem, vt ibi paſcat non ſolum iumenta fęno; ſed & homines pane, homines tamẽ ſuorum curam habentes ſenſuum, qui inſtar iumẽtorum effrænes poſt concupiſcentias currere, & comedere ſolent fęnum terreſtre mundanarum rerum. Hos homines paſcit paſtor bonus in præſepio, & paſcit ſemetipſo pane cęleſti. Panis terrenus haud quaquam dat vitam, niſi vbi vitam reperierit; quin nec ibi eam largitur, ſed tantummodo, quam inuenit, pro modico conſeruat temporis.

D Nec mirum, quo enim pacto vitam cõferre poſſit, qui vitam in ſe minime habeat? At Chriſtus in præſepio panis effectus, vitam comedenti confert, & vitam æternã, quippe qui ſit panis viuus, de cęlo deſcendẽs. Iure certe Eccleſia, *Indica*, inquit, *mihi, vbi paſcas.* animaduertit nanque, quòd plane in Sacratiſſimo ſponſi pręſepio ſui paſcendi eſſent fideles. Comedat iam quiſque panem hunc, cum iam omnibus peruius eſt locus iſte præſepij: comedat agnoſcendo in Chriſto latentem diuinitatem; comedat, intelligendo, ſi poteſt, & ſi non poteſt, credendo panem illum, qui in præſepio in cibum ei proponitur.

In Præſepio Chriſtus paſcit homines ſemetipſo pane cęleſti.

Quòd ſi imbecillior ſit quis, ita vt panem hunc mandere minime poſſit per contemplationem; Accedat nihilominus quiſquis talis eſt adhuc infan-

E tulus, accedat ad paſtoris præſepium, vbi Chriſtus paſcit. Inueniet ſane ibi, & panem molliorem; panem lacrymarum; contempletur infantem, iacentem in præſepio, ingentemque lacrymarum copiã profundentem: his ſeſe paſcat lachrymis: panis enim ſunt lachrymæ iſtæ, & panis, qui cor hominis confirmet, nutriens, atque conſolidans in charitate omnes, qui ipſum comederint. cibus indignationis erat iam lachrymarum panis: vnde ad Dominũ conuerſus dicebat aliquando Propheta. [i] *Domine Deus virtutum quouſque iraſceris ſuper orationem ſerui tui; cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura.* Cibus erat mœ-

In Præſepio qui ſunt imbecilliores paſcuntur pane lacrymarũ Chriſti.

Panis lacrymarum, quo Chriſtus paſcit in præſepio, qualis ſit.

i Pſa. 97.5.

ſtitiæ

DE ECCLESIA.

stitiæ lacrymarum panis, verum est: nam & idem Propheta regius; k *Fuerunt*, inquit, mihi *lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum d.citur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?* Sed tunc lacrymarum panis cibus erat doloris, atque tristitiæ: quando Dei filium, pastoremque nostrum haudquaquam habebamus præsentem; quando audiebamus, à Gentibus nobis exprobrari; vbi est Deus vester? Nec habebamus, quem illis ostenderemus, Christum: panis ille erat ex lacrymis nostris confectus, quid vero ex nobis, peræterquã dolor, præterquam mçstitia prouenire potest? At panis lacrymarum, quo Pastor bonus in præsepij pascuis homines pascit, non est confectus ex lacrymis nostris; sed ex lacrymis, quas is assumpsit ex nobis, quasve pro nobis effudit. Beatæ profectò Animæ, quæ tali pastę fuerint pane. Beatus ille, qui tanti pastoris inuenerit pascua. Dicat iam ergo pastori suo ecclesia, etsi absens is esse videatur. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas.*

k Psal. 41. 4.

PARAPHRASIS

Indica præsepij locum, vbi iumenta pascis fœno carnis tuæ: vbi maturos viros pascis pane diuinitatis tuæ: vbi demum & eos, qui imbecilliores sint, pane pascis lacrymarum tuarum.

Verùm, dicit quis, si sponsa requirit pastorem, petitque, vbi pascat gregem suum ab eo sibi indicari, id ergo probandum erat, quomodo Christus Pastor bonus in pręsepio suas pascat oues: Enimuerò oues neque pane, neque fœno pasci solent, sed herbis virentibus. Vnde & Ezechiel Deum introducens ouium pastorem, sic eum loquentem proponit de pascuis, quibus oues suas pasturus is esset. l *In pascuis vberrimis pascã eas, & in montibus Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.*

In Præsepio qua ratione Christus dicatur pascere oues, qua pasci solent herbis.

l Ezec. 34. 14.

Ad hæc dupliciter respondere possumus. Primò, tametsi oues secundum vsum ordinarium virentibus pascantur herbis: nihilominus cum ouis quæmpiam esse contingat, quam pastor speciali diligat amore, & pane plerumque ipsamet manu pastoris pascitur: cuius rei manifestissimũ in Scriptura Sacra habemus assertorem Natham Prophetam, qui, cum celebrem illam Regi Dauid proponeret parabolam: m *Pauper*, inquit, *nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis suis simul, de pane illius comedens, eratque illi sicut filia.* Quare, si à terreno pastore id fieri contingit, vt de eodem pane pascat ouem, quam præ alijs diligit, de quo pascitur & ipse: planè multò magis id ipsum de pastore celesti asserere licet, qui & Pastor bonus, & amantissimus ouium suarum simul est pater: vt quas inexplicabili prosecutus est dilectione, oues suas in præsepij pascuis non modo de eo, quo ipse pascitur, pascat lacrymarum pane. Sed & de se ipso: qui est panis Angelorum de cœlo descendens, id, quod nulli vnquam Pastori contigisse, audiuimus; quia nullus vnquam pastor tantam in oues proprias habuit, vel habere potest charitatẽ, quantam pastor ipse cęlestis habuit in suas.

Christus in præsepio pascit oues suas pane.

m 2. Reg. 12. 3.

Quòd si quis in his præsepij pascuis herbas adhuc perseueret inquirere virentes: Sciat nec eas in his vberrimis deesse Domini pascuis; herbæ enim sunt variarum documenta virtutum, quibus simplices oues Christi pascuntur: His herbis huiuscemodi oues, & à Sanctis omnibus pascuntur pastoribus, vnde per Ieremiam à Deo dicitur: n *Et dabo vobis Pastorem iuxta cor meum, & pascet vos scientia, & doctrina.* Porrò si Pastores, qui sunt iuxta cor Dei, istiusmodi herbis doctrinæ pascunt Dei gregrem: nunquid pastorum Princeps filius Dei his ipsis oues suas defraudabit? Absit hoc ab humana mente. Enimuero in ipsis præsepij pascuis perfectissimo modo vniuersarum exhibet documenta virtutum, quodve mirabile est, summo id facit silentio, cum enim infantulus iaceret in præsepio, nec dum vocis, & loquelæ organa haberet soluta, multò perfectius gemitu, atque exemplo virtutes docuit, quàm si ab eruditissimo oratore eloquentissima doctæ fuissent oratione. An non dulcissimam in his præsepij pascuis charitatis reperimus herbam, dum ibi intuemur Deum pro nobis hominem factum? dum intelligimus, Deũ tanto nos prosecutum charitatis ardore, vt cum in sua impassibili pro nobis pati non posset diuinitate, quo eximium nobis charitatis ostenderet specimen, passibilem induerit carnem? Audi Apostolum ex hac charitatis herba pastum proponentẽ: o *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* p *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.* An non maximè virentem in eisdem pascuis habemus humilitatis herbam, herbam mortificationis, herbam paupertatis, herbam obedientiæ, & herbas reliquarum virtutum omnium, quibus, cum libuerit, pasci valeamus? Quid igitur mirum, si Ecclesia illa primitiua locum istum, istaque Pastoris celestis pascua tam ardenter exoptarit, vt ab ipso æquè ac si præsens esset, quem diligebat, indicari sibi ea petierit, dicens; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas:* Haud certè id cuiquam admirationem incutit, qui talia agnouerit pascua, qui talem aliquando mente adiuerit locum.

n Ierem. 3. 15.

DE ECCLESIA.

o Tit. 3. 4.

p Tit. 2. 14.

Ad quod admirationem aliquã ingerit, illud est, quod in hac sua pascuorum Christi inquisitione sponsa non solum petit, sibi indicari locum, vbi pascat pastor ille celestis, sed etiam, vbi cubet, dicens; *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes:* Nec videtur inquirere duo distincta loca, nam addidisset particulam distinctiuam, Et, dixissetq;, Indica mihi, vbi pascas, & vbi cubes. Sed vnum tantummodo locum, in quo & pascat simul, & cubet. Ex quo non modica insurgit difficultas, qua nam ratione Christus, si in præsepio cubat, Pastor dici queat, & Pastor bonus: & quomodo si Pastor bonus est, cubare dicatur, & non potius solicitum circa gregem vigilare. Enimuerò pastoris boni id proprium est, vt pro sui gregis custodia vigilanter aduenientes obseruet, & cuncta, quæ circa illum fieri contigerit; vt solicitus, huc, illucque discurrat, nec ęstui parcens, nec frigori: Sic Dominus, cum se Pastorem bonum futurum per Ezechielem polliceretur. q *Ego pascam*, inquit, *oues meas, & ego accubare eas faciam: Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam.*

Christus quo sit pastor bonus, maximeq; solicitus in præsepio cubans.

q Ezec. 34. 15.

Sed facile vniuersa hæc diluetur difficultas, si bene perceperimus, quis, qualisve sit, quem sponsa cubantem inquirit. Petit enim, sibi indicari sacratissimi præsepis locum, in quo æterni Patris filius factus est Pastor hominũ factus homo: Quærit Deum factum infantem, qui præ membrorum teneritudine fascijs alligatus iaceat in præsepio, ibique suum pascat gregem. At certè pastor iste infantulus multo sollicitius, fortius, ac vigilãtius, dum cubat, tuetur gregem, quàm quilibet vigilantissimus, validissimus, maximeque solicitus pastor alius: tutioraque, & magis quieta, atq; pacifica Christus paruulus, & cubans in præsepio humano

Christus dum cubat melius, ac tutius pascit gregẽ.

DE ECCLESIA.

mano gregi exhibet pascua, quàm si solicitudine A maxima huc illucque discurreret. Proprium enim id habet Pastor hic optimus, vt tunc melius, ac tutius suas pascat oues, cum & cubare contigerit: Sic, dum super crucis stratum cubauit, perfectissimo pauit modo, adeoque tuta ipsa reddidit pascua vt & lupum illum infestissimum, & tortuosum serpentem, & leonem rugientem dilacerauerit diabolum; quia t *cornua in manibus eius*, dum ibi cubaret, & *ibi abscondita est fortitudo eius*: Sic & quando cubauit in sepulchro tamquam fortissimus Pastor, prædam à diaboli abstulit faucibus; gregemque raptum, ex inferno in felicissima cœlorum transtulit pascua. f Quia requiescens accubuerat vt leo, & quasi leena fortissima ad prædam sibi raptam ascẽdit cubans: Sic quoque & dum in præsepio paruulus cubat, cubans vigilantissimè, fortissimè, summaque securitate suum pascit gregem. Nec mirum, quandoquidem, etsi paruulus cubet, Deus tamen est, tantaque fortitudine præditus, vt nullus sit, qui ei resistere valeat; etsi paruulus cubãdo gemit, eius tamen vagitus multo maiorem infestantibus gregem incutit terrorem, quàm cuiuslibet fortissimi leonis rugitus; ita vt, si Prophetæ dicere licuit t *Leo rugiet, quis non timebit?* multo veriùs nos dicere possimus: Christus gemit, Christus vagit, quis non timebit? Nec opus est, vt pro sui gregis custodia paruulus iste pastor huc illucque discurrat, cũ oues suas super proprios humeros habeat, quippe qui in maximo illo itinere, quo pro ingenti suarũ ouium solicitudine e cælis ad terras descendit, u relinquens nonaginta nouem Angelorum oues in deserto illo cælesti, venit ad vnam illam, quæ perierat, ad humanum videlicet genus, illamque inuentam posuit super humeros suos: x *Ecce* enim ait Esaias, prædicens vniuersa hæc, *Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius, dominabitur: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo: Sicut Pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.* Quid clarius? Quæ est merces Christi, nisi ouis illa vna, propter quam in præsepe descendit? Hæc est merces eius, quam secum habet, dum ouẽ, quæ perierat, imposuit super humeros suos: hoc est opus eius, quod est coram illo: vt in brachio fortitudinis suæ congreget agnos nouellos in fide, & in sinu suo leuet oues debiles; atque, vt fœtas, quæ filios pariturae sint ad fidem, portet in humeris: Hæc enim omnia sibi adhuc infantulo cubãti fuere proposita. y *Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis: Et factus est Principatus super humerum eius.* Principatus iste oues sunt, quas pascit; qui bene factus est super humerum eius; quandoquidem ex quo ouem illam, quæ perierat, imposuit super humeros suos, vniuersum humanũ gregem super eosdem habet humeros; indeque eũ prudentissimè, & fortissimè, ac quietissimè pascit; vnde subijcit Propheta. *Et vocabitur nomen eius*, scilicet Paruuli Pastoris, cubantis in præsepio, *Admirabilis*: Quid ergo, miraris, si paruulus existens, & cubans munia eximij Pastoris exhibeat? *Consiliarius.* Quid illo prudentius, qui paruulus adhuc existẽs ceteris pastoribus prudentissima gregis pascendi præbeat consilia? Nil illo fortius, quippe qui & vocetur, & sit *Deus, & fortis* per antonomasiam. Quã iugi autem pascat custodia, illud nobis eius indicat nomen, quo dicitur, *Pater futuri sæculi*, idest auctor æternitatis, quia deuicta morte, æternitatis aditum suis reserauit ouibus. Porrò quæ pascua reperiri queunt tutiora, quis vnquam quietius, maiorique securitate, ac pace gregem suum pascere potest, quàm paruulus Pastor, cubans in præsepio, qui proprio nomine ab effectu *Princeps* dicitur *pacis?*

t Habac. 3. 4.

f Gen. 49. 9

t Amos 3. 8.

Christus in Præsepio habet oues suas super humeros.

u Luc 15. 5

x Is. 40. 10

y Is. 9. 6.

DE ECCLESIA.

Bene profectò, sicut in nostra lectione sponsa pastorem istum quærit cubantem, locumque ab eo sibi indicari exposcit, *Vbi pascat, vbi & cubet*: Ita iuxta hebraicam lectionem non tam quærit pastorem ipsum cubantem, quàm eumdem suas cubare facientem oues, dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea eam vbi pasces, vbi cubare facies*: Nam etsi Christus in præsepio cubet, cubat tamen ex infirmitate quò nos quietos, & validos per gratiam cubare faciat in pace, atque in gloria. Cubabat quidem ab æterno Verbum Patris in cælesti illo stratu, vbi perpetua, ac inexplicabili perfruebatur felicitate: vbi B absque vlla lassitudine quiescebat; cubabat tunc in meridie, qui nunquam deficeret, cum Pater ipsum misit in mundum, vt esset Pastor bonus, atque fidelium, simpliciumque ouium suarum pasceret gregem: tunc qui in diuina fortitudine felicissimè cubabat in cælis, in summa infirmitate misero cubauit in stratu Præsepij: ita vt rectè de illo ad æternũ Patrem ea dici possint verba; quæ per Prophetã ad aliud propositum dicta fuere: z *Vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius*; in infirmitate nimirũ carnis eius, in infirmitate infantilis ætatis eius, quę cubare cogeretur in stratu Pręsepij: vt ex misera cubatione sua, nos eximia cubare faceret pace, atque felicitate; quãdo enim sic à Patre versatum est stratum eius in infirmitate eius, simul cum infirmitate C iunctam habuit & validissimam fortitudinem, simulque cum paruulo illo corpusculo vnitam habuit & diuinitatem: & qui infantulus in stratu iacebat Præsepij, Deus simul erat, & homo vsquequaque perfectus, qui tamquam optimus Pastor & cubaret, & suas cubare faceret oues: Propterea (vt iã supra animaduerti) sponsa, iuxta diuersas lectiones petit, sibi indicari ipsum Præsepij locũ, vbi cubet, atque etiam vbi cubare faciat oues.

Quamuis per vltimam illam particulam, quam addit, *In meridie*: hoc ipsum multò apertius innuat: Siquidem etsi quando Pater versauit stratum Domini Iesu in infirmitate eius, in hoc quoq; ipsum eius versauit stratum, vt, qui in cælesti stratu perpetuo cubabat meridie, in stratu Præsepis cubaret in D media nocte, quando tenebræ solent esse densiores: prout prænuntiatur in libro sapientiæ, vbi dicitur: a *Cum quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo à regalibus sedibus in terram prosiliuit*: Nihilominus nox illa haud minus refulsit, quàm dies quælibet lucidissima iuxta illud Prophetæ: b *Et nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Nam quemadmodum tenebræ noctis illius erant densissimæ, & obscurissimæ, antequam Christus nasceretur, prout esse solent tempore mediæ noctis: ita proportionabiliter & lumẽ noctis illius, postquam Christus natus est, lucidissimum, ac fulgentissimum extitit: prout esse E solet in meridie, quando sol est in medio firmamẽti: Nec mirum, quandoquidem in ipso illius sacratissimæ noctis medio, in medio terræ splendidissimus exortus est Iustitiæ Sol, tamquam sponsus procedens de thalamo suo; vnde præclarè Isaias, tam eximium illius noctis vaticinans fulgorem: c *Orietur* inquit, *in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies*: In quibus verbis valde notandũ est, quòd non inquit simpliciter *orietur in tenebris Sol tuus*: Sed *orietur in tenebris lux tua*, ad indicandam excellentiam fulgoris eiusdem Christi, quippe qui haudquaquam lucem habeat vt accidẽs, prout corporeus iste Sol; sed sit ipsamet lux substantialiter, pro-

Christus cubat ex infirmitate, vt nos cubare faciat ex virtute in pace, & gloria.

In Præsepio quõ versatũ sit vniuersũ stratũ Christi.

z Ps. 40. 4.

a Sap. 18. 14.

Nox Natiuit. Christi quam fuerit lucida.

b Ps. 138. 12.

c Is. 58. 10

Christus nedum est Sol, sed est ipsamet lux.

DE ECCLESIA. propter eam, quam sibi vnitam habet, diuinitatẽ; ac propterea aliàs idem Propheta lucis vocabulo eum sæpius significat; d *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; Lux orta est eis:* e *Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* f *Non erit tibi amplius Sol ad lucendũ per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: Sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam; Non occidet vltra Sol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam:* g *Et erit lux lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, in die, qua alligauerit Dominus vulnera populi sui, & percussuram plagæ sanauerit eius.* Lux lunæ non lucet, nisi in nocte: in qua verò nocte & luna simul, & Sol eodem tempore luxit, nisi in nocte Natiuitatis Domini? Tunc ortus est quidem Sol iustitiæ, sed qui luceret septempliciter, idest multo magis quàm Sol, qui per diem illuminat: quia Sol ille est lux per essentiam: propterea bene & Ioannes de hoc loquẽs Sole: h *Erat, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Propterea Lucas, quando ea in nocte Angelus Domini stetit iuxta pastores, euangelizans illis gaudium magnum, quia natus esset eis Saluator, dicit, i claritatem haud ordinariam, sed claritatem Dei circumfulsisse illos. Sed si tam magna est Christi lux, vt nullatenus cum ista luce Solis sensibilis valeat comparari. Quare Isaias subdit; *Et tenebræ tuæ erunt sicut meridies?* Nitebatur quidem Propheta sanctus pro viribus immensam illius sacratissimæ noctis lucem aptissimis ostendere verbis: At quia inter eas luces, quæ hominibus conspicuæ sunt, nullam fulgentiorem reperit, nullamque efficaciorem illa, quæ in meridie cernitur, quando Sol iste corporeus est in medio firmamenti, totamve, quam de se emittere potest, lucem effundit: idcirco huius meridianæ lucis similitudine, veri Iustitiæ Solis lucem expressit, dicens: *Et tenebræ tuæ erunt sicut meridies:* ac si diceret: Tenebræ illius noctis euadent splendidissimæ; tantaque luce fulgebit nox illa tua, in qua pro te verus exorietur Sol Christus, vt nec verba habeam idonea, quibus illam exprimam; dicam tamen meridiem. Propter hanc ipsam rationem & sponsa eodem meridiei vocabulo sanctissimum illius noctis tempus expressit, quo lux diuina effulsit super orbem terrarum, quando Christus cubauit in præsepio: dicens *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Ac per particulam istam *in meridie*, id simul significat, quod dicebam: Paruulum illum Pastorem tuum Christum vnà cum carnis infirmitate vnitã habere & maximam Diuinitatis virtutem: qua dũ cubaret ex infirmitate, simul quoque cubare faceret nos oues pascuæ eius. Nam si in tempore mediæ noctis tantam splendescere facit lucem, vt ex media nocte fiat meridies, planè ipse, qui cubat, Deus sit, operæpretium est; quandoquidem *Deus est* k *qui*, vt inquit Apostolus, *de tenebris lucem splẽdescere* facit. Et nox ista ea *est dies, quam fecit Dominus*, iuxta Prophetę vaticinium: vniuersę enim dies fiunt per cursum solis corporei: at dies ista, in quã tenebricosa conuersa est nox, non à Sole isto corporeo, sed ab illo, qui tunc mundo exortus est, Iustitiæ Sole; sed à Christo immediatè facta est, qui ipsomet ortu suo ne dum illam fecit diem, sed & meridiem idest instar meridiei splendidam eam reddidit: sicut enim meridies consueta fit à Sole, existente in altiori puncto orbis firmamenti, ita & ipse, iuxta Zachariæ vaticinium, ea in nocte m *per viscera misericordiæ suæ visitauit nos oriens ex alto:* felix illud Præsepe, in quo peculiari fulgore tantus effulsit Sol: felix locus ille, in quo Pastor ille bonus mundo exortus pascit, cubat, & cubare facit in meridie illa. Meritò certè tam ardenti desiderio illum inquirit sponsa, dicens; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes, in meridie*: Quasi dicat.

d Is. 9. 2.
e Isa. 49. 8.
f Is. 60. 19.
g Is. 30. 26.
h Ioa. 1. 9.
i Luc. 2. 9.
k Cor. 4. 6.
l Ps. 117. 24.
m Luc. 1. 78.

Nox Natiuit. Christi cur dicatur meridies.

Nox Natiuit. Christi quomodo sit dies, quã fecit Dominus.

PARAPHRASIS. Video, noctem fulgere sicut meridiem, quia charitas Dei circumfulsit me: Scio, te Deum, ac Pastorem meum natum pascere, & cubare in Præsepio: Angelus enim à te missus id mihi significauit: ac nescio, vbi sit locus iste: ideò *indica* ipse *mihi* hũc locum, *vbi pascas, vbi cubes, in* hac *meridie*; neque enim amplius continere me possum, quin eò te cõueniam; indica mihi illum; Festina sanè eò aduolabo, vt ibi à te pascar, vt ibi tecum cubem: vt ibi te perfruar. n Timuere iam in paradiso parentes nostri, cum deambularet Deus ad auram post meridiem, atque ideò se absconderunt, putantes effugere posse illius præsentiam, quæ iam felicem illum iustitiæ originalis meridiem pertransire fecerat, at nos cũ eumdẽ sciamus, in terra cubantem in meridie, tantum abest, vt ab eo abscondi debeamus, quòd potiùs hoc vnum exoptamus, hoc vnum petimus, vt non abscondat, sed indicet nobis locum, vbi sic cubat in meridie; Parentes nostri tũc timuerunt, audientes vocem ipsius, qua loquebatur, ambulans post meridiem; timuerunt autem, quia nudos se agnouerant: Ideò dicebat Adam: *Audiui vocem tuam, & timui, eò quòd nudus essem*; At nobis haudquaquam est metuenda præsentia eius, cum & ipse nudus apparuerit, vt nostram operiret nuditatem: nec voce incutere potest timorem, cum vocem nullam, preter ploratus emittere valeat infantis loquela. Quapropter dicere & nos possumus: Indica quæso nobis, vbi pascis, vbi cubas, vbi hanc demum vocem emittis.

n Gen. 3. 8

II. SENSVS: Iuxta secundum sensum; Ecclesia Sancta post Christi aduentum hoc loco purgans semetipsam, exponit illi, quare non semper cum eodem feruore, eademque multitudine eum secuta fuerit, nempè, quia aliquando tanta extitit catholicæ fidei perturbatio, vt quodammodo ignoraret, quo eum sequi posset, idest, quibus Christianis fidem præberet; loquitur autem ex persona imperfectiorum, ac simpliciorum fidelium, & quadam cum verecundia inquit: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*, ac si diceret.

PARAPHRASIS. O Christe, *quem diligit anima mea*, quæso ex hoc iam *indica mihi, vbi pascas*, idest in quorum doctrina bonum pastum præbeas fidelibus tuis, & *vbi*, quove in loco, & in quibus Sanctis viris quiete permanens *cubes*, necnon & quorum ope, ac doctrina fideles tuos in fide quiescere, ac persistere facias in meridie horum æstuum, quibus totus ardet orbis: *Ne vagari &c.*

Amb. Aug. Cassiod. Greg. PP. Aponius. Iustus. Anselm.

Pro istius sensus intelligentia nonnulla discutiẽda sunt; Primò: qua nam ratione Ecclesia, quæ est Christi sponsa, aut aliqui illius fideles ignorent id, quod vniuersis, vel etiam cæcutientibus est maximè conspicuum, quove pacto petat, sibi à sponso indicari locum, vbi fides sit, cum exploratissimũ omnibus sit, fidem totam esse in Cathedra Petri, eoq; loci absque vllo errore habitare, & cubare Christũ per fidem in cordibus fideliũ, vbi ipsa sit Petri Cathedra.

Secundo examinandum, quomodo eo in loco, vbi firma sit eius fides, Christus Dominus suos pascat fideles, & quomodo ibi cubet, illosve cubare faciat, qui in se credũt. Ac demũ, quomodo tũc magis pascit, & cubat, quando est meridies.

Quo

DE ECCLESIA.

Eccleſiam Romanam Chriſtus ſibi elegit ſicut antiqui tus elegerat Ciuitatem Ieruſalem.

Quo ad Primum: Sciendum, in veteri teſtamento elegiſſe Deum Ciuitatem vnam Ieruſalem, in quo auguſtiſſimum ſibi ædificaretur templum habitationis gloriæ ſuæ; in qua & quæcumque ad ſacrificia pertinerent, perficienda eſſent; in qua demum commorarentur & Sacerdotes, ad quos cõfugiendum eſſet pro quocunque dubio circa verã religionem. Sicut autem in Synagoga Ciuitatem vnam Ieruſalem eligit Dominus, cui vniuerſa niteretur religio: ita pariter poſtquam Chriſtus Dominus venit in mundum, Sanctamque ſibi deſponſauit Eccleſiam, vnam elegit ſedem, cui vniuerſa niteretur fides catholica: Petri videlicet cathedrã, vnamve Vrbem Romanam, vbi potiſſimum ipſius Petri reſideret ſucceſſor; vnde ad Petrum, dixit aliquando: o *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam:* & de hac multò congruentius dici poteſt per Chriſtum Ieſum, quod per Dominum de ciuitate, ac templo dictum eſt Ieroſolymitano: p *Elegi, & ſanctificaui locum iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus:* quod ipſemet ſignificauit, cum diceret: q *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* In hac voluit, vt vniuerſa ſibi offerrentur ſacrificia: neque enim eorum, qui extra hãc Romanam extiterint fidem, vllatenus vel orationes admittit, cum r haud ſit *ſpecioſa Laus in ore peccatoris,* vel r ſuſcipit ſacrificia, quæ odiuit anima eius veluti abhominationem: Ad hanc vt quilibet accederet, voluit, cum quidpiam circa religionẽ, & circa res fidei ineſſet dubitationis, veluti ad aſylum totius veritatis.

o Mat. 16. 18.

p 2. Par. 7. 16.

q Luc. 22. 32.

r Eccl. 15.

Eccleſia Romana eſt firmamentũ veritatis.

Quapropter ad Timotheum, ſcribens Apoſtolus, Eccleſiam iſtam vocat domum Dei, in qua videlicet Chriſtus Dominus inhabitat, nec non & s columnam, ac firmamentum veritatis, dicens: *Vt ſcias quomodo oporteat, te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis.* Verùm, tametſi fidelibus conſtet vniuerſis, veram, ac catholicam fidem in hac eſſe Petri Cathedra, in qua Chriſtus in ſuo reſideat Vicario: in qua Chriſtus, & paſcat, & cubet, haud tamen omnibus eſt perſpicuum, quà ad ipſam tendendum ſit. Contingit aliquando, vt turris, vel oppidum aliquod in excelſo monte conſtructum vniuerſis per multa millia paſſuum ſit conſpicuũ; & tamen complures itineris, anfractuſque viarũ ignari, neſcientes viam illam, qua ad oppidum ipſum tenditur; dum oppidum vident, ab oppido aberrantes, haudquaquam illud attingant, quoadusque expertum inquirant ducem, qui veram, ac bonam eis indicet ſemitam: Sicut ergo ijs, qui oppidum proprijs cernunt oculis, dum viarum expertes ſint, experto duci dicere licet: Indica mihi, vbi ſit oppidum illud; aut turris illa: Eodem pacto & Eccleſiæ Sãctę ex perſona eorum, qui in ſe ſunt, imperfectiorum, ignorantium, atq; ſimplicium optimo duci Chriſto dicere fas eſt. *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes:* cum enim multi ſint viarum anfractus, quibus ad Petri tenditur cathedram; quandoquidem multæ ſunt hæreſes, multæ & ſectæ, quæ ad ipſam ducere videntur; imbellicores nihilominus, & inexperti, tametſi ipſam à longe inſpiciant, ſcientes, in ea eſſe veram, & catholicam fidem, facilè ab ipſa aberrant, niſi bonum, & expertum habeant ducem. Quidni verò Eccleſia vniuerſalis, infirmiorum perſonam induens, pro ſemetipſa petat, quod pro illis obtinere exoptat. Si particularis illius filius Paulus Apoſtolus pro infirmiorum ſalute ſe ſe infirmũ facere non dubitauit, ita vt diceret aliquando: x *Factus ſum Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, ijs, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant lucrifacerem, iis, qui ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem) cum ſine lege Dei non eſſem: ſed in lege eſſem Chriſti, vt lucrifacerem eos, qui ſine lege erant; factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem; omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Indica mihi,* ait, *quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*

s 1. Tim. 3. 15.

Eccleſia quæ petat ſibi indicari, quod omnibus conſtat, Chriſtum reſidere in Cathedra Petri.

Simile.

Theodor.

DE ECCLESIA.

x 1. Cor. 9. 10.

Sed in petitione iſta animaduertenda eſt ſumma ipſius Eccleſiæ cautela, quam ex duabus particulis, quas adhibuit, colligere licet: nimirum ex illa; *Quem diligit anima mea:* & ex altera: *In meridie:* Dum enim apponit particulam illam, *Quem diligit anima mea;* id indicat, quod iam ſæpius dictum eſt, petitionem hanc ſe efficere eorum tantùm nomine, qui imperfectiores, infirmiores, ac ſimpliciores eſſent in fide. Aeque enim eſt, ac ſi diceret.

Ex perſona imperfectiorum Eccleſia, petit indicari ſibi locum, vbi Chriſtus paſcat, & cubet.

PARAPHRASIS

O Chriſte dilecte mi, ij quidem, propter quos in vita ſpirituali perſiſto, non ſecus ac corpus humanum propter animam perſeuerat in vita temporali; ij, ex quibus omnem habeo motum ad ſingula, quæ mihi agenda ſint bona, ſicut ex anima corpus; perfectiores, qui in me ſunt, quive in me ea omnia exercent munia, quæ in humano corpore exerceri ſolent ab anima: ita vt, & ipſi anima mea quodammodo dici queant: Iſti, inquam, optimè norunt, vbi habites, vbi paſcas; vbi cubes; diligunt enim, ac dilexerunt te iamdiu: atque adeò perfectiſſimo modo in te credunt, cum dilectio fidem præſupponat; cumque te diligant, viarum omniũ expertiſſimi ſunt; nec facilè eſt, eos aberrare à fide Romana, atque à Cathedra Petri, in qua tu paſcis, & cubas. At quoniam in me non ſolùm ſunt perfectiores iſti, ſancti, atque experti; verum etiam complures imperfectiores, ſimpliciores, & in fide imbecilles, qui ex nimia ſimplicitate, nimiaque ignorantia haudquaquam te iugiter ſequi valent, & facile aberrare queunt à fide Romana, & à Petri Cathedra, in qua tu paſcis, & cubas: Idcirco illud à te efflagito, vt imperfectioribus ijs, qui in me ſunt, indices, vbi paſcas, vbi cubes: vt eos, qui te minimè diligunt, tu tuo ſancto illuſtres lumine, tu in fide corrobores, quò in illis quoque te iugiter proſequi poſſim: quòue cum ipſis etiam te conuenire valeam, in loco vbi & paſcis, & cubas: ibique te per dilectionem perfruar.

Per alteram verò particulam illam, *In meridie,* quam vltimo loco ſubiecit, cautiſſime explicat eadem Eccleſia, pro quo tempore, quamve ob cauſam locum illum ſibi à Dilecto ſuo indicari expoſcat: Ac benè vno meridiei nomine & tempus hoc exprimit, & cauſam.

Pro tempore ſchiſmatum & maximarũ perturbationũ Chriſtus oſtendus eſt ad Petri Cathedrã, & ad fidem Romanam.

Quoniam enim in meridie maximi eſſe ſolent calores, ingenteſque corporum perturbationes, iuxta illud Eccleſiaſtici: y *In meridiano ſol exurit terram, & in conſpectu ardoris illius, quis poterit ſuſtinere?* Idcirco per meridiei nomen maximas ſignificauit Fidei perturbationes, ingenteſque tribulationum æſtus, quibus haudquaquam Iuſtitiæ ſol Chriſtus, ſed infeſtiſſimus ille peruerſitatis, ac falſitatis ſol diabolus Eccleſiam exurit, ita vt vix fortiores, quinè maximè perfecti, ac ſancti ſunt, in conſpectu huiuſcemodi ardoris valeant ſuſtinere. Contingit ſanè frequentius, tantas in Eccleſia commoueri turbas, vt vix perfectiores in recta, & catholica fide ſtabiles perſiſtere queant: vt vix ſanctiores,

y Eccl. 43. 3. Caſſiod. Beda.

DE ECCLESIA. ctiores, ac maximè experti locum discernere valeant, vbi Christus pascat, vbi cubet in Petri cathedra; prout quando in Romana Ecclesia schisma aliquod exortum sit; tunc quippe, cum plures simul sint, qui summos se exhibeant Pontifices: cum plures se in Petri cathedra residere contendant, facilè in hoc viarum anfractu, & in his perturbationum æstibus à Christi loco aberrant, qui simpliciores sunt ac minimè experti, cum eis minimè cõstet, vbi nam, & apud quem illorum Christus pascit, & cubat; prout & præ ceteris perturbationum æstib. cõtigit tempore Constantis Imperatoris Arriani, qui, cum se maximè catholicum venditaret, vt sub falsa catholicæ fidei determinatione Arianam propagaret hæresim, frequentissima indicebat Episcoporum concilia, in quorum vno Ariminensi, tanti fuere Catholicæ fidei æstus, vt, iuxta Hieronymi dictum, vniuersus ingemiscens orbis terrarum se Arianum miratus sit: quando ingentes quoque & in ipsa Petri cathedra commotas legimus turbas.

Pro istiusmodi igitur perturbationum temporibus Christi sponsa Ecclesia, cum sibi postulat à dilecto suo indicari locum, qui alias vniuersis est maximè conspicuus, fidem nimirum rectam, & catholicam, fidem Romanam, Petrique cathedram, vbi ipse in tali meridie pascit, & cubat.

In Ecclesia æstib. ac perturbationibus quinã deficiant. Ac bene etiam prædictum perturbationum tempus, prædictosque fidei, Ecclesiæque Romanæ æstus meridiei nomine designauit; vt idipsum confirmaret, quod sæpius animaduersum est, petitionẽ hanc à se fieri ex persona infirmiorum, ac imperfectiorum, qui in his perturbationibus à recto declinant tramite, atque a vera deficere solent fide: nam perfectiores quique, licet aliquantulum perturbari tunc temporis videantur; haud tamen deficiunt, sed in fide bene radicati, & fundati, per ipsos perturbationum æstus magis in fide Romana solidantur, magisque diuinæ gratiæ irrigati humore, crescunt in charitate.

Simile. Quæ omnia meridiei tempore in herbis terræ obseruare vnicuique liber: tunc enim ad ardentissimos Solis æstus eæ quidem herbæ, quæ bene sint radicatæ, quæve idoneum habeant humorem, quamuis tabescere aliquantulum videantur: per ipsos tamen Solis radios, à quibus tabefactæ videntur, magis in terra radicantur, solidanturve in se ipsis, ac magis augentur; at verò herbæ illæ, quæ haudquaquam bene fuerint radicatæ, quæve humore madefactæ minimè fuerint, meridiano æstui resistere nõ valentes, illicò arescunt. Propterea ergo Christi sponsa, dum pro imperfectioribus istis, qui meridianos æstus sustinere minimè possunt, suum deprecatur dilectum, vt sibi locum indicet, vbi pascat, vbi cubet, addidit cautissimè particulam, *In meridie*, dicens, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.*

Neque verò silentio prætereundum est, quòd sponsa, dum sponsum quærit, super Petri cathedra sedentem, tamquam pastorem quempiam illum inquirit: locumque illum quasi pascua sibi petit ostẽdi, dicens: *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: Siquidem per hanc loquendi formulam insignia subindicari videntur mysteria.

In Ecclesia Romana cubare dicitur Christus propter ingem assistentiam. Primò enim (vt ab vltima exordiar particula) per verba illa; *Vbi cubes*: iugis, ac perpetua designatur Christi Domini assistentia, qua requiescit, & cubat absque vlla discessione in Petri cathedra: quam ipsemet est pollicitus, cum apud Matthæum diceret: y *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*. Bene autem per cubationis situm exprimitur diuina hæc Christi assistentia perpetua; nam quemadmodum qui cubans moratur in aliquo loco, tamdiu permanenter eo persistit in loco, quamdiu ibi cubat: Ita dum Christus perpetuo pascit, & cubat in Ecclesia Romana, permanenter, & absque motu progressiuo in ea commoratur, eique perpetuo assistit. y Matt. 28 20. Simile.

Christi assistẽtia quã tam paci, & securitatẽ afferat Ecclesia Romana. Secundò dicitur Christus cubare in Ecclesia Romana non solum propter continuam, quam illi exhibet, assistentiam; Verùm etiam propter ingentem quam illi, omnibusque eius fidelibus præstat pacẽ, ac securitatem. Nec mirum, quòd tantam cubãdo Salvator noster afferat pacem, tantamque securitatem: cum experimento videamus, locum illum, in quo Princeps aliquis cubauerit, per solam Principis illius præsentiam esse ita pacificum, & ita securum, vt nullus sit, qui illic contendere audeat, nec cuipiam alium offendendi ibi vel pateat aditus, vel adsit animus. Propterea per Ezechielem dicebat Dominus. a *Ego Dominus Deus ero eis in Deum; & seruus meus Dauid Princeps in medio eorum: Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra, & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus.* Cubãs quippe Christus in Ecclesia Romana eos, qui in periculosissimo huius mundi habitant deserto, securos dormire facit in saltibus mundi huius, in quibus latibula solent esse ferarum. Quam securitatem apertius expressit & sponsa, iuxta lectionem Hebraicã, pro eo, quod nos legimus; *Vbi cubes*, inquit, *Vbi cubare facias*; & bene: nam hoc ipsum per eundem Ezechielem se facturum pollicitus est, cum diceret. b *Ego pascam oues meas, & ego accubare eas faciam.* Simile. a Ezech. 34. 24. b Ezec. 34 15.

Simile. Quidni autem fideles in Ecclesiæ Romanæ accubent pascuis, si copiosissimum in illis habeant pastum? Qui in Regis Palatio de mensa regia viuit, quantalibet Ciuitas inopia prematur ciborum, securus quiescit, ac cubat, cum sibi copiosus semper præsto sit pastus, à Rege exhibitus. Quantò magis in Ecclesia Romana securæ cubare possunt Christi oues in pascuis, vbi Christus, qui simul Rex Regũ est, & Pastor bonus, cubans ipse, & cubare eas facit, & pascit, abundantissimum eis præbens pastũ? *In pascuis vberrimis pascam eas*, ait ipsemet per Ezechielem: *& in montibus excelsis Israel erunt pascua earum, ibi requiescẽt in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.* Pascit Christus oues suas in pascuis vberrimis Ecclesiæ Romanæ, vbi abundantissimum illis exhibet virentium herbarum pastum: pastus iste nullus alius est, quã herbarum, quæ colliguntur, ac decerpuntur ex mõtibus excelsis Israel; Montes planè Israel, sunt Sacræ Scripturę, Montes quidem excelsi propter sublimitatem sensuum: montes verò Israel, quia ad populum Israel traditę sunt. *Illis* enim filijs Israel, vt inquit Apostolus, c *credita sunt eloquia Dei*; vel cum nomen Israel interpretetur, videns Deum, Scripturæ Sacrę dicuntur montes excelsi Israel, quoniam ab ijs solum earum celsitudo potest attingi: ab ijs solum intellectu eę penetrari queũt, qui Deũ prius suo viderint intellectu, quive Dei habeãt cognitionem, & credant in illũ. Herbę virentes horũ montium Israel, ea sunt dogmata, quę ex ipsis desumuntur Scripturis Sacris, documenta Sanctorum morum: Antiquorum Patrum imitanda exempla: diuina mandata, diuinaque consilia, quę omnia vberrimè in Sacrarum Scripturarum montibus progerminant, exortaque à fidelibus omnibus decerpuntur in vberrimis Romanę, catholicęque Ecclesię pascuis.

In Ecclesia Romana fideles pascãtur pastũ, qui ex Sacris Scripturis decerpitur. Ezec. 34. 14. *Sacra Scriptura quomodo dicãtur mõtes Israel. Quęve sint herba horum montium.* c Rom. 3. 3

Vers.

DE ANIMA.

Vers. VII. Indica mihi, quem diligit Anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

a Matt.6.21. EX præclarissima illa Redemptoris nostri sententia, qua dicitur: *a Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*; nonnihil mihi circa hæc spōsæ verba difficultatis exoritur: Qua scilicet ratione Anima Sancta eius inquirit locum, quem diligit, cum statim ac Deum dilexit, ibi suo extiterit corde, vbi ipse est Deus: Enimuero hoc est, quod Christus Dominus sua illa significare voluit sententia, vt vniuscuiusque cor, vniuscuiusque animus eo sit loci, vbi illud est, quod dilexerit: nomine quippe thesauri id omne expressit, quod præ vniuersis diligitur, tāquam maximè bonum, vel quia re vera bonum id sit, vel quia sic apprehenditur, vt maxime bonum; quoniam thesaurus adeo bona res est, vt per ipsum fere omnia obtinere confidamus bona: porro cum Deus sit omne bonum, iuxta illud: *b Ego ostendā tibi omne bonum*: nil inter amabilia vniuersa congruentiùs, quam illo significari potest thesauri vocabulo: atque adeò cum per Saluatorem nostrum dicitur; *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*: illud præsertim indicari videtur, quòd cor, atque anima eius, qui Deum veluti suum diligit thesaurū, in eodem est loco, vbi ipse est Deus.

Locum Dei quō quærat pia aīa, cū iā ibi sit, vbi ipsomet Deꝰ

b Exod.33.19.

Quòd si ita res se habet, quid quærit modo Anima Christi sponsa locum, in quo iam simul cū suo est dilecto? Quomodo tam feruenti desiderio ad ipsummet, quem diligit, Deum inquit; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie?* Verba certè ista repugnantiam in se habere videntur: nam petens, indicari sibi locum, vbi quispiam sit, innuit, se illum minimè diligere: cuius locum inquirit: Si enim diligeret illum, haud peteret, indicari sibi locum, vbi & ipsa iam esset corde, atque Anima sua.

Nihilominus & verum est, quod anima ibi sit, vbi Deus est thesaurus eius: & summa cum ratione eum sibi locum indicari exposcit, vbi Deus est, pascens, & cubans in meridie: nec vlla in sponsæ verbis inest repugnantia.

Etenim diligens quidpiam, triplici modo ibi esse potest, vbi est id, quod tamquam suum diligit thesaurum: per amorem, per desiderium, & per delectationem, ac fruitionem.

Aīa triplici mō esse pōt, vbi est id, quod diligit.

Primò enim homo quidpiam tamquam sibi maximè bonum apprehendens, per amorem ad illud inclinatur, & diligit illud; abstrahensve à præsentia vel absentia eius, in illud sese transformat; ac simul per actum amoris eodem est in loco, in quo id, quod diligit extat.

Secundò, videns idipsum, cum quo per amorē iam est, re ipsa à se abesse, consideransque illud, vt bonum absens, maximo ad illud tendere nititur desiderio, & tunc per huiusmodi desiderium ibi dicitur esse, vbi id est, quòd diligit, quodve desiderat.

Tertio denique quod diligebat, atque desiderabat, possidet, eoque perfruitur, ac in illo, & cum illo per delectationem permanet, & quiescit. Verùm etsi his tribus modis cor diligentis dicatur ibi esse vbi est thesaurus eius, vbi est id, quod diligit; realiter tamen tertio dumtaxat modo in eodem loco a-

A nima actu est, in quo est id, quod diligit: quia cum in eo, quod iam præsens possidet, quiescat per delectationem, certè ibi eam esse comperitur, vbi illud est, in quo ipsa quiescit; cum duobus aliis modis in eodem loco sit tantummodo per inclinationem quamdam, qua ad suum inclinatur thesaurū. Quo modo ergo, dicet quis, verum illud est, quòd, vbi est animæ thesaurus: vbi est id, quod diligit, ibi & ipsa sit anima, etiamsi illo minimè fruatur, etiamsi in illo minimè quiescat adhuc per delectationem? Si amor & desiderium feruntur ad bonum, quod diligitur, per motum, quomodo ibi esse Anima, ibi què quiescere dici potest, vbi thesaurus ille, bonū que illud extiterit, ad quod tendit per motum amoris, ac desiderij? Si mouetur, certè neque ibi est, nec

Amās Deū eundēque desiderans est ibi per amorē, & desideriū vbi ipse est Deus.

B quiescit eo in loco, quò mouetur. Nihilominus ēt per istiusmodi inclinationis, per istiusmodi amoris, ac desiderij motus congruentissimè dicitur ibi esse, vbi est thesaurus eius, quia iuxta probabiliorem Philosophorum opinionem, motus non distinguitur realiter à termino. Sed, tametsi tunc quoquo pacto ibi esse dicatur; haud tamen censendū, simpliciter eam ibi esse: sed esse per amorem dumtaxat, ac desiderium; atque adeò, quia ibi se aliquo pacto esse, intelligit, ab ipsomet amore, ab ipsomet desiderio, propter quod ibi est, vehementius eam impelli, ad id vt tendat velocius, quod diligit illumve vt penetret locū, vbi illud ipsum sit, quod sibi diligēdum proposuit: Hinc illud est, quod Regius Propheta, cum per amorem, ac desiderium iā

C esse cæpisset in loco, vbi suus habitaret dilectus, tā veloci & amoris, & desiderij cursu ad eum impulsus est, vt diceret: *c Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini*: Ac si diceret: Cū te Domine Deus meus, veluti meum diligerem thesaurum, iam per amorem, atque per desiderium in atrijs tuis cępi esse, vbi tu es: ac propterea tanto dilectionis impetu ad ipsa tua inclinor tabernacula, ad locum habitationis gloriæ tuæ, vt haud exprimere valeam, quā maximè ea mihi sint dilecta: propterea quoque eo vehementer ab ipso eorum impellor desiderio, vt præ velocissimo cursu prope deficiam, ad instar illorum, quos præ nimio cursu spiritū suscipere non

c Ps.83.2.

D valentes, deficere videmus in via. Concupiscit .n. & deficit anima mea in atria Domini. Hinc etiam & Anima Christi sponsa ab eodem amore, & desiderio, per quæ iam quoquo pacto eo in loco esse cęperat, in quo pascebat, & cubabat eius dilectus, ad illum velocissimo cursu currere nititur; atq; adeò ipsum quasi præsentem habeat, ad quem tēdit, ait: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. Ac si dicat.

Quia te diligo, vehementissimaque amoris inclinatione ad te tendit Anima mea; idcirco, vt te perfrui mihi aliquando liceat, velocissimo desiderij cursu ad te festinare contendo; Verumtamen id mihi accidit, quod ei euenire solet, qui ignarus locorum summa celeritate aliquò venire nitatur, quò

PARAPHRASIS

Simile.

E tamen nunquam perueniet, quoadusque expertum reperterit ducem; sic enim & ipsa per desideriū curro ad te, Dilecte mi; At, quia locum nequeo penetrare, vbi sedes in excelso gloriæ tuæ solio, quia locus habitationis gloriæ tuæ est mihi ignotus, te adire non valeo: Propterea hoc vnum à te efflagito, *Indica mihi* tu & locum istum, *vbi pascis, vbi cubas in meridie*.

Notandum est autem quàm aptè ardentissima Christi sponsa in istiusmodi sua petitione singula apponat verba: Primò enim, cum simpliciter dicere potuisset; *Indica mihi, quem diligo, vbi pascas* &c.

ad

DE ANIMA.

de ipsa sensus potiti sunt, victoriaq; in se, n. ea oīa expertā, significat, miseranda, quæ supra enumerata fuere. Primo deprædationē: nam, cum ipsa insignē quandā haberet vineā, rōnis, vineā electā; in qua oē semen verū, vineā maxime frugiferā, q̄ summus ille, ac cælestis agricola propriis plātauerat manib. quamve ei veluti in hereditariā cōcesserat possessionē, vt per bona opera illā excoleret, ac diligētissima custodiret custodia: sensus de victoria insolescentes; hanc ei deprędati sunt; quod iis deplorat verbis *Vineam meam non custodiui*. Ac si diceret.

A sensibus rationē superantibus, quāta mala perferat anima.

PARAPHRASIS.

Postquā pugnauerunt in me, meq; expugnarunt, rectū mihi deprędati sunt rōnis vsum. Quomodo. n. vineā illā custodissem, quā illi deprędati essent? Passa tunc quoq; est & infelicissimam captiuitatē, quod significat, cū ait. *Posuerunt me custodem in vineis: Vineam meam non custodiui*, ac si diceret.

Abstraxerūt me à vineę meę custodia; à rectę rōnis studio me auocarūt, simulq; posuerunt me custodē in vineis ipsorū, captiuantes me in sui ministeriū; effecerunt. n. vt, relicto rectæ rōnis vsu, quo terrena oīa despectui habuissem, tota indulgerem custodiæ potentiarum sensitiuarū: captiuā me duxerunt in vineas suas: ita vt & intellectus meus nil aliud excogitaret, nisi qūo nouis artibus sensitiuas oblectare posset potētias: voluntas nil aliud eligeret, nil aliud amaret, præterquā sensibilia illa, q̄bus sensitiuæ potētię recrearētur. Ac demū. vt nil aliud mea versarē memoria, p̄ter sensibilia illa, quæ potētiis ipsis sensitiuis voluptatē præbuissent aliq̄n. Ex hac aūt misera captiuitate tertiā infelix aīa in se expertā innuit miseriā miseriarū oīum maximā mortē nimirum peccati, q̄ sub alia metaphora nigredinē appellauit: verba quippe ista, *Posuerūt me custodē in vineis: vineā meā non custodiui*, ad hoc attulit, vt ostenderet, qūo à Sole cōcupiscentię decolorata fuisset, q̄ in præcedentib. verbis significarat, cū diceret. *Nolite me cōsiderare, q̄d fusca sim, quia decolorauit me Sol*. Innuit itaq; hoc loco, sè à sensib. positā custodē in vineis eorū, nempe in eorum potentiis, in quib. maxime arderēt cōcupiscētiæ radii; vel potius ī vineis huius mūdi, quas sensus veluti vineas proprias habēt. De quib. vineis satis superq; pertractatū est in sensu secundo istius sniæ, vbi longius probatū est, qūo mundus iste sit vinea, & qua rōne vineæ in plurali dicatur pp plura illius vitia, ac demū qūo vehemētissimè in dictis vineis Sol concupiscentiæ ardeat, vñ postea prouenit, vt infelix illa anima, quæ in eis custos posita sit, à tali concupiscentiæ Sole per peccati nigredinem sit & decolorata: quandoq̄nidem g *concupiscentia cum conceperit, parit peccatum* Ne igitur acta agamus

g Iac. 1. 15.

Ratio qūo dicatur vinea hōīs.

Vnum tm̄modo nobis quo ad hunc tertiū sensū pertractandū superest; Cur videlicet rō, ex qua rectū oē dependet, vineæ noīe explicet, quāve cū vineis habeat congruentiā. Porrò si vinea locus est, in quo cōsitæ sunt vitæ, quę producūt vuas, ex quibus suauissimū exprimitur vinū, iure optimo vineę noīe expressa est humanæ mentis rō, vtpotè in qua frugiferæ illæ plātatę sunt vites intellectus, & voluntatis, è quib. rectè cultis, si putent superflui curiositatis palmites, si extrinsecæ ostētationes auferātur, & pāpina, p̄dulces proferunt vuę bonarū cogitationū, sanctorūq; desideriorū, & varia vini genera: nēpe vinū contēplationis diuinarū rerū: vinū dulcissimorū affectuū: vinū charitatis diuinæ, & vinū lachrymarū, q̄ ne dum hoīes, sed & Deum ipsum inebriat, iuxta illud: h *Inebriabo te lacrhyma mea*.

h Isa. 16. 9

Rōni obtēperans nequit peccare, & cur.

Benè igitur Christi spōsa de rōne sua inquit; *Vineam meam non custodiui*. Quibus verbis præter ea, quæ supra notata sunt, duo insuper significat.

Primū, quòd, si rōnis vineā custodisset, nequaq̄

A ea peccati nigredine à Sole cōcupiscentiæ decolorata fuisset; q̄nquidē in illa duo habebat vmbracula, quib. ab huius Solis se tutari valuisset æstib. diuinā videlicet gratiā, necnō, & particularē protectionē Angelorū, atq; ēt ipsius Dei: Quæ tñ nequaq̄ habuit in vineis mūdi, in quib. posita fuit custos à sensib. vñ factū est, vt ī iis sicà dict. decolorata sit sole.

DE ANIMA.

Alterū est, quòd ipsam vineā rōnis nō custodiuit, cum posita est custos in vineis mundi: q̄m hæc duo incōpossibilia sunt, custodire vineas mūdi, & simul custodire vineā rectę rōnis; oīno. n. sibi inuicē hæc aduersantur, sicut caro & spiritus: nec quis rectam sequens rationem, sensui deseruire potest, nec qui sensibus addictus est, vllo pacto prosequi valet, id quod recta dictat ratio.

Sensibus ac roni simul inseruire ipossibile est.

B

Ex Vers. VI. Filij matris meæ pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quę est B. Maria.

CVm iam Virgo gloriosa dixisset, se nigrā quidem secundū falsam Iudæorū opinionē, atq; corruptā, ex eo quòd filiū in vtero concepisset, ac mūdo edidisset: Sed tñ re vera Virginē, & ante partū, & post partū permansisse, & formosam tanquā tabernaculū, ac tēplū veri Regis Salomonis: Cū significasset, se iuxta eorundē blasphemias decoloratā quidē fuisse: attamē decolorationē illā factā à sole Iustitiæ, à Verbo æterno, q̄n virtus altissimi obūbrauit ei: q̄n concepit de Spiritusan. Nūc apertius explicat, quas, ijdē contra se gesserint pugnas, dicens: *Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui*. Ac si diceret.

Rup. Abb.

C

PARAPHRASIS.

Iudæi filii quidē matris meæ Synagogæ: sed nō filij Patris mei, cū ex Patre diabolo sint: neq; ēt vllatenus: fratres mei, cū nulla sit cōuentio Dei Patris mei ad Belial eorum patrē: Isti inquam filii matris meæ exitiali odio prosequentes filiū meū Christū; & mihi pariter, quæ illū peperissem, infestissimi aduersarij pugnauerunt contra me: bella mouerunt contra virginitatē meā, suisq: blasphemiis effecerunt, vt vineā meā non custodierim, quatenus persuaserunt sibi ipsis, atq; ēt alijs persuadere conati sunt, me non custodisse, nec intactā, ac illibatā seruasse vineā virginitatis meæ, in qua nullus libidinis ardor officere mihi vnquā valuit; simulq; posuerunt me custodē in vineis concupiscentiarū mūdi, existimantes, ac asserentes, me carnis indulsisse cōcupiscentiis, sicut, & reliquæ mulieres: in quib. vineis maximi quidē sunt libidinis æstus, illas denigrantes, quæ earū indulgeāt custodiæ. Quamobrē ò filiæ Ierusalē, animæq; fideles, quibus optimè est cōpertum, huiusmodi filios matris meę odij passionē super mentis oculos habere, ita vt veritatē discernere nequeant, *Nolite me considerare*, q̄d aliquātulū *fusca* extrinsecus appareā, & ab impijs tenear nō Virgo, & corrupta, posita in cōcupiscentiarū vineis; nam re vera, *Sepè expugnauerūt me à iuuentute mea, sed nō potuerūt* perfidi isti Iudæi: Siquidē *decolorauit me* certe *Sol* ac matrē, sicut & cæteras mulieres fecit apparere nō tñ ille Sol libidinis, sed ille, q̄ est verus sol Iustitiæ, qui me fęcundā fecit, atq; ex me nasci dignatus est, seruata virginitate mea.

Cōtra virginitatē B. Mariaquā acriter pugnauerint Iudæi.

D

E

Pro perfecta istius sensus explicatione vnum est, quod declaratione exposcit, Quare videlicet Virginitas vineæ expressa sit nomine, quamvè cum vinea terrestri habeat congruentiam: nam quod idipsum de vineis concupiscentiarum quærendum videtur, haud quaquam nouo indiget tractatu, cum

Virginitas cur dicatur vinea, & quam congruentiam cum vinea habeat.

DE B. MARIA.

cum ea ipſa, quæ in tertia expoſitione, ſenſu ſecundo de vineis mundi dicta ſunt, ad vineas quoque concupiſcentiarum poſſint aptari. Et quidem Ambroſius virginalem fructum, ipſamque virginitatem vineam nuncupat, facitque, ipſam differre à coniugio, quòd in ea haud plantata ſint olera ſicuti in coniugio: Ait enim: Nemo auferat animæ veſtræ vineam, & vilia olera ſerat: Vinea enim quidē fructus virginalis eſt: coniugia velut olerum plantaria ſunt in quibus frequens zelus eſt, *a* & ideò ſicut olera herbarum citò cadunt, atque marceſcunt, niſi finem imponat ſenectus, aut ad perfectū vehat continentia: Non veniat ergo in vos, *b* Achab, qui cōcupiſcat vineam veſtram delere, & extinguere: Nec veniat in vos Iezabel, vanum illud, & ſæculare profluuium, hoc enim ſignificatur vocabulo, vana, & vacua redundantia; Sed veniat Nabuthe, qui venit à Patre, ſicut ſignificat nominis ipſius interpretatio, qui vineā ſanguine defendat ſuo, & pro eo mortem offerat. Hæc Ambroſius; quibus alludit ad Hiſtoriam Naboth Iezraelitæ, cuius vineam concupiuit Rex Achab, vt ex ea faceret ſibi hortos olerum, quæ habetur in libris Regum: ſed certè nec cauſam affert Ambroſius, quare Virginitas dicatur vinea: Nec congruentiam aſſignat inter vineam, ac virginitatem.

Ambr. lib. exhortat. ad Virg. ante mediū.

a Pſ. 36. 2.

b 3. Re. 21

Dicamus ergo nos, Virginitatem iure optimo dici vineam, cum ea omnia illi competant, quæ apud Iſaiam *c* dicuntur de vinea Domini: necnon & maximas habeat cum terrena vinea congruentias. Siquidem virginitas fuit vinea dilecto noſtro Chriſto, qui hanc præ cęteris virtutibus dilexit in terris; quod ex eo apparet, quia & inter diſcipulos ſuos Ioānem ſpeciali proſecutus eſt dilectione, qui ſpeciali prærogatiua virginitatis erat inſignitus, & inter mulieres hebręas ſingulari dilectione pro ſua elegit matre, quæ prima profeſſa eſt virginitatem. Ac propterea propheta inquit, hanc vineam fuiſſe *Dilecto in cornu filio olei*. ideſt in terra fortiſſima, atque pinguiſſima, quod Virginitas perfecta in Bea. Maria fuerit terra illa fortiſſima, quæ fortem Gigantem edidit mundo, terra omni gratiarum pinguedine pinguiſſima. Hanc vineam ſepiuit iugi illa clauſura, & qua & Maria ab omnium hominum ſe abſcondebat aſpectu, quave & Virgines, quæ vere cuſtodire velint virginitatis vineam in penetralibus clauſas ſe cōtinent domi. Ex hac vinea offenſionis lapides eligit dilectus, auferens ab ea omne opprobrium, omnemque maledictionem, qua in antiquo illo Iudæorum populo opprobrio habebantur Virgines. Neque vero vinea iſta ab alio plātari poterat, quam ab ipſo Dilecto, qui eam plantaſſe dicitur electam: quoniā ipſe eſt, qui eis, quos ſibi elegerit, vt virgines ſequantur agnum quocunque ierit, virtutem præſtat, qua electam valeant ſeruare virginitatē: nec enim virginitas terrena res eſt: ſed cæleſtis: nec humana, ſed potius Angelica. Quis. n. ſine ſpeciali Dei ope in carne viuere poſſet, æque, ac ſi eſſet ſine carne? Vt autem vinea iſta ab innumeris prædonibus, quæ ipſam demoliri ſtudent, ſeruari poſſet illæſa, ædiuicauit quoq; turrim in medio eius: quando in Virginis vtero ipſe ſibi in vno diuino ſuppoſito duas vniuit naturas, humanā, ac diuinam. Tunc enim ſe ipſum ædificauit in medio huius vineæ, vt eſſet *d turris fortitudinis à facie inimici*. Sed & torcular in hac vinea fodit, in quo ipſemet botrus efflorescens exprimeretur in vinum ſuauiſſimum lætificans Deum, & homines. Quod vero iſtud eſt torcular, niſi perfecta virginis humilitas? quod bene per defoſſionem extruitur, quandoquidem vera humilitas per deiectiſſimam

c Iſa. 4.

Virginitatis vinea, quæ plantata in Beata Maria.

Virginitatis ſepes, q.

Virginitatis vineam plantauit Chriſtus.

Virginitatis turris, eſt Chriſtus. Vineæ virginitatis torcular eſt humilitas, ex qua expreſſum eſt vinum, quod eſt Chriſtus.

d Pſ. 60. 4.

extruitur animi demiſſionem: Extruxiſſe autem hoc torcular in B. Virgine dicitur Chriſtus: quia ipſemet ſingulari humilitatis prærogatiua eandem decorauit virginem, propter quam illius humilitatē ex ea humillima Virgine, exprimi voluit in mundum; vt qui à cæleſtibus ſpiritibus potabatur in cælis, expreſſus per huiuſmodi humilitatis torcular, quod in vinea extructum erat virginitatis, etiam ab omnibus biberetur in terris. Porro hoc humilitatis torcular in vinea virginitatis adeo eſt neceſſarium, vt pleræque virgines, licet per virginitatem multorum fructuum copiam afferant: cū tamen torcular iſtud in ſe minime habeant effoſſum, vinum nequaquam colligere queant meriti cuiuſpiam ad æternam felicitatem. Vt igitur virginitatis vinea huiuſcemodi proferat vinum, torcular illud in ea eſſe debet humilitatis: illaque vniuerſa in ipſa ſunt peragenda, quæ in terreſtribus vineis fieri conſpicimus: euellendæ ſunt ſpinæ ſolicitudinum ſæculi: putandi ſunt palmites ſuperfluarum cogitationum, ſuperfluorumque verborum, quia *virgo*, vt inquit, Apoſtolus, *e & mulier innupta cogitat* tantum, *quæ Domini ſunt, quomodo placeat Domino, vt ſit Sancta, & corpore, & ſpiritu*, auferenda ſunt pampina oſtentationis: Inſerendum eſt verbum Dei, ſiue per Sancta colloquia, ſiue per Sacrorum Librorum lectionem, ſiue etiam per orationem; Et tunc demum virginitatis vinea *f* afferet fructum centeſimum, prout apud Matthæum indicat Dominus, vinum nimirum perfectæ deuotionis in hac vita, & vinum æternæ fęlicitatis in vita futura.

DE B. MARIA.

Humilitas quā neceſſaria virginibus.

Pro virginitate colēda, ea omnia agenda ſunt, quæ fiunt in vineis terrenis.

e 1. Cor. 7. 34.

f Matt. 13. 23.

Illud denique hoc loco notādum eſt, quod Beata Maria non tantum vineam appellat virginitatem, ſed peculiariter vineam dicit ſuam, tum quia eam præ omnibus ſeruauit; tum quia eam veluti peculiare, ac ſingulare donum à Deo accepit, quando etiam poſt partum virgo eſt ab illo ſeruata, vt eſſet virginum omnium Regina, & mater: ac propterea, iuxta Hebraicam Lectionem ſignanter dixit; *vineam meam, quæ mihi*, in ſingulare videlicet à Deo collata eſt in donum, atque in propriam tradita eſt hereditatem.

Quod ſi hæc vinea in hereditatem B. Mariæ à Deo eſt donata; ſi virginitas, tam propria, tamque peculiaris eſt illius vinea, profecto falſum eſſe conuincitur, quod impii aſſeuerant Iudæi, vt ipſa vineam hanc ſuam non cuſtodierit.

Ex Verſ. VI. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Quia prophetæ falſi fuerunt cauſa, vt deuolueretur ira furoris Domini ſuper me, & docuerunt me, vt ſeruirem Idolis veſtris, & ambularem in inſtitutis veſtris: Domino autem ſæculi, qui eſt Deus meus, non ſeruiui: neque ambulaui in legibus eius, neque cuſtodiui præcepta eius, & legem eius.

Tres partes habet iſta ſententia; Primam, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me*. Secundam, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis*. & Tertiam, *Vineam meam non cuſtodiui*. Cum in expoſitione vniuſcuiuſque harum partium multipliciter inter ſe diſcrepent Patres, ne in tanta opinionū varietate cōfuſio-

H 3

APPENDIX.

fusionem legenti pariam, singulas earundem partium seiunctim pertractare operæpretium censui, & multiplicitatem sententiarum reducere ad capita.

Prima pars, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me*, vel *in me* (in ablatiuo) vt legit Orig. Pugnaq; ipsa, cuius in ea parte fit mentio, duobus modis intelligi solet, vel in bonum, vel in malum.

Cassiodorus. Origenes. Beda. Iustus Orgelitanus. Anselm. Bernard. *Iudæi pugnauerunt contra Eccl. primitiuã.*

In malum multipliciter accipitur. Primò enim intelliguntur hæc, vt dicta ab Ecclesia primitiua, enarrante pugnas illas, quas sustinuit à Iudæis filiis Synagogæ matris suæ. Ita Origenes Homil. 1. ex duabus, tametsi exemplificet id Historia Pauli, persequentis eandem Ecclesiam. Ita & Cassiodorus, Beda Anselmus, Iustus Orgelitanus, & Bern. Serm. 29. in Cant.

Ambr. Beda. Iustus Orgelitanus. *Iudaizantes fideles pugnauerunt contra Ecclesiã primitiuã ex Gentibus.*

Cum quo primo itellectu iungi potest, & is, quo ab eadem primitiua Ecclesia hic enarratur pugna illa, quam sustinuit à fidelibus, qui erant ex circũcisione, contendentibus, vt qui ex gentibus erant, iudaizarẽt: quẽ sensum tetigit Ambrosius Serm. 2. in Ps. 118. Vers. 1. & Beda, Iustusq; Orgelitanus.

Rupertus Abb. *Iudæi pugnauerunt contra B. Mariam.*

Huic quoque primo intellectui adnecti potest, & quod asseritur à Ruperto Abbate, vt per hæc B.V. Maria significet, à Iudæis, & se impugnatam, & virginitatem suam.

Auc. op. imperfect. in Matth. Iudæi pugnauerunt cõtra synagogã persequendo prophetas. a Luc. 3. 7.

Quodvè asserit Auctor operis imperfecti in Matth. Hom. 3. apud Io. Chrysostomum; vt Synagoga significet, Iudæos in ipsa pugnasse, persequentes iugiter Prophetas: Viperarum (ait citatus Auctor) natura est rumpere viscera matrum suarum, & sic nasci: Quoniam ergo Iudæi assiduè persequentes Prophetas, corruperunt matrem suam Synagogã, sicut ipsa lugens dicit in Canticis; *Filii mei dimicauerunt in me.* (nota hanc lectionem.) Ideò Ioannes vocauit illos a genimina viperarum.

Passiones pugnauerunt cõtra animam & sponsã. Ambr.

Secundò principaliter in malum accipiuntur hæc, vt dicta à pia Anima enarrante, vnde factum sit, vt decolorata, seu despecta à Sole sit, idque tribus modis; Vel enim per hæc significat impugnationem passionum suarum, vnde Ambr. lib. de Isa. & Anima cap. 4. ait: *Filii matris meæ pugnauerunt in me.* Hoc est impugnauerunt me corporis passiones, carnis illecebræ decolorauerunt me ideò Sol iustitiæ mihi non refulsit.

Dæmones i Paradiso pugnauerunt cõtra animam in tentatione primorũ parentum. Greg. Nyss. Psellus. Bern.

Vel primam significat pugnam, qua in Paradiso terrestri impugnata est in primis parentibus à Dæmonibus, quos filios matris suæ. i. fratres suos appellat, quia ab eodem conditi sint, à quo condita est & ipsa, quomodo accepit ea Gregorius Nyssen. Hom. 2. in Cãt. quẽ sequitur & Psellus apud Theodoritum, tetigitque eumdem sensum Bernardus Serm. 29. in Cant. indicans, secundum aliquos explicari hoc loco pugnam Dæmonum, qua iugiter dimicare cum anima satagunt.

Dæmones pugnant iugiter cũ anima. Humana sapientia rationes pugnãt cõtra animam.

Vel tertio, vt eadem Anima significet in contemplatione creaturarum oppugnatã se à rationibus, ex humana sapientia prouenientibus, quas filios dicit matris suæ, nimirum ipsius sapientiæ.

Tres Patr. Bern. *Religiosi in monasterio pugnãt contra pia anim.*

Vel deniq; vt anima religiosa significet pugnas, quas in monasterio sustinere aliquando coacta sit à fratribus ipsis suis, filiisvè matris suæ eisdem. s. religionis, pugnas intestinas, adeoque grauissimas, maximèque deplorandas, quem sensum prosequitur Bern. Serm. 29. in Cant.

In bonum quoque diuersimodè accipitur ista pugna, cuius hic meminit sponsa. Ac primum de pugna Apostolorum, quos rectè Ecclesia filios appellat cęlestis Ierusalem matris omnium fidelium, iuxta sententiam Origenis Homil. 2. Ex quatuor, & Theodoriti. Vel iuxta Gregorium Papam, congregatio eorum fidelium, qui per ipsos conuersi sunt, filios matris suæ eosdem dicit, cum ex vna sint matre Ecclesia; Vel iuxta Bern. Serm. 29. qui ex eadem Synagoga matre totius Ecclesiæ.

Apostoli pugnauerũt i Eccles. & cõtra ecclesiã vt i illa destruerẽt infidelitatẽ, & malitiã omnem. Orig.

Porrò secundum Origenem loco citato Ecclesia gentium ait Apostoli pugnauerunt in me, & non contra me, idest pugnauerunt in sensibus, & in corde meo, vt destruerent omnem infidelitatem, omnemque malitiam.

Ambr. Theodor. Gre. Papa. Philo. Car. Bern.

Secũdum Ambrosium vero serm. 2. in psal. 118. ver. 1. Theodoritum, Gregorium Papam: Philonẽ Carpathium, atque Bernardum; Apostoli non in damnum, sed in vtilitatem ecclesiæ in eo ipso pugnauerunt contra ecclesiam, ita vt iure dicere potuerit, pugnauerunt etiam contra me.

Prophetæ pugnauerunt cõtra synagogã, vt tollerẽt ab ea malũ. Ambr.

Sicut eadem ratione contra synagogam pugnasse significantur prophetæ, arguentes, obsecrantes, & increpantes illam, prout tangit Ambros. loco cit.

Orig. *Angeli pugnauerũt i anima, vt in illa destruerent vitia.*

Secundo in bonum eadem accipitur pugna, quatenus ex sententia Origenis Homil. 2. ex quatuor. Anima nuper conuersa enarrare dicitur pugnam Angelorum, quam illa in se factam ab eis perceperat, vt à filiis matris suæ Ierusalem cælestis. Ac si diceret. Cũ ab aduersariis potestatib. grauissimæ contra me mouerentur pugnæ, Angeli Sancti pugnauerunt in me, vt scilicet in me destruerent vitia, & imperfectiones, atque minuerent vires passionibus.

Apostoli posuerunt Ecclesiã custodẽ vinearũ dantes illi libr. sacros.

Secunda pars. *Posuerunt me custodem in vineis.* & ipsa in bonum accipi solet, & in malum.

In bonum accipitur primo ab ijs, qui asserunt, per hæc significari, ab Apostolis, qui in primitiuæ Ecclesiæ vtilitatem pugnarunt, eidem ecclesiæ datos fuisse libros sacros, vt eos, quasi vineas quasdam custodiret, seruando mandata, & quæ in illis scripta sunt. Ita Origenes Homil. 2. ex quatuor, & Theodoritus.

Ecclesia custos vinearũ mandatorũ Dei. Angeli posuerũt Ecclesiã custodẽ sensuũ, & dogmatũ diuinorũ. Ecclesia posita custos vinearum Gentium. Maria à Iudæis facta custos ecclesiarum Gentium.

Nec multum ab hoc distat, quod dicitur ab Amb. ser. 2. in ps. 118. idipsum studium significari exhibitum à sanctis prophetis, vt synagoga custodiret mandata Dei. De Angelis id sumitur secundò ab Orig. loco cit. qui pugnantes in anima, posuerunt illam custodem in vineis diuinorum sensuum, ac dogmatum, ex quibus posset vinum bibere, quod lætificat cor hominis. Tertiò de translatione ecclesiæ ad excolendas vineas Gentium, facta ab Apostolis, in ipsius ecclesiæ vtilitate pugnantibus, intelligunt hæc Ambr. ser. 2. in psal. 118. ver. 1. Cassiod. Greg. Papa, Phil. Carp. deque eadem, vt facta à Iudæis pugnantibus in damnum eiusdem Ecclesiæ, intelligunt Beda, Anselmus, Iustus, atque Bern. ser. 30. in Cant. Quartò secundum Rupertũ Abbatem significatur per hæc, B. Virginẽ ob impugnationem eorundem Iudæorum factam esse custodem ecclesiarum Gentium.

Doctores, & Prælati positi custodes saiarũ. Orig. Aponius. Bern.

Quinto secundum Orig. Homil. 1. ex duabus sumenda hæc sunt, vt dicta in persona sanctorum illorum, qui constituti in ecclesia sunt ad procurandam aliorum salutẽ doctrina, & exemplis: cui sensui suffragatur, & Aponius. Nec ab hoc differt admodum sensus Bern. ser. 30. quo Prælatus ille hæc dicit, qui coactus à fratribus suis, vt curam susciperet animarum aliorum.

Anima à dæmonibus posita est custos vitiorum. Greg. Niss. Psellus. Tres Patr.

In malum quoque diuersimode eadem pars accipitur. Primum quippe Greg. Nyssen. Homil. 2. in Cant. & Psellus asserunt, per hæc significare piam animam, quomodo expugnata à dæmonibus in paradiso terrestri traducta sit in suis parentibus à custodia paradisi ad studium ponendum in vineis vitiorum.

Secun-

APPENDIX.

Anima diſtracta eſt in varios idolorū cultus ab humanis rationibus.

Secundo Catena trium Patrum dicit, eandem ſignificare, quomodo expugnata a rationibus humanæ ſapientiæ, diſtracta eſt in varios Idolorum cultus ex contemplatione creaturarum.

Amb. Beda. *Eccleſia primitiua coacta ſeruare cæremonias legis.*

Tertio ſecundum Ambroſium ſerm. cit. in pſal. 118. & Bedam, explicat, & deplorat per hæc Eccleſia primitiua miſeriam illam ſuam, quia a fidelibus Iudaizantibus coacta aliquando fuit, ſeruare circūciſionem, cæteraſque cæremonias legis.

Extraneis implicati actiones noſtras negligimus.

Quarto denique Greg. Papa Homil. 17. in Euāg. hæc dicit, Eccleſiam Sanctam de membris ſuis infirmantibus dicere, Vineę quippe noſtræ ſunt actiones, quas vſu quotidiani laboris excolimus, ſed cuſtodes in vineis poſiti, vineam noſtram minime cuſtodimus; quia dum extraneis actionibus implicamur, miniſterium actionis noſtræ negligimus.

Greg. PP. *Synagoga non cuſtodiuit vineā legis.*

Tertia denique huius ſententiæ pars illa. *Vineā meam non cuſtodiui*, tripliciter accipitur; vel vt pertinens ad ſimplicem euentus narrationem, vel vt cauſa prædictorum: vel tertio vt effectus conſequens præexpoſitam pugnam, & cuſtodiam vinearum.

Amb. *Eccleſia vineam legis non cuſtodiuit etiam in ſynagoga.*

Vt pertinens ad ſimplicem narrationem accipitur ab Ambroſio ſerm. 2. in pſalm. 118. ver. 1. aſſerente, explicari per hæc a ſynagoga, quòd nequaquam obtemperauerit prophetis, nec cuſtodierit vineam legis diuinæ, peculiarem ſibi a Deo traditam.

Amb. Beda. Bernard.

C Vel difficultatem eiuſdem legis per hæc ab Eccleſia dici contra eos, qui illius iugum ei imponere ſtuduerunt, ac ſi dicat, Cum vineam ipſam meā eius legis nec prius cuſtodierim, aut cuſtodire potuerim. Quem ſenſum præter Ambroſ. lo. cit. ſequitur & Beda.

Prælatus bonus fatetur ſe cuſtodire, neſcire, vel animam propriam.

Vel tertio eſt exaggeratio, ſeu amplificatio quę relæ piæ animæ illius, quam fratres religioſi coegerint, vt curam animarum ſuſciperet aliorum, cum adhuc non cuſtodierit vineam animæ propriæ, nec ſui ipſius curam habere noſſet. Ita exponit Bernar. ſerm. 30. vbi egregie explicatum videre eſt, quomodo anima ſit vinea.

Greg. PP. *Eccleſia tranſlata ad Gentes quia vineā Iudea non cuſtodiuit.*

D Vt cauſa accipitur a Gregorio Papa dicente, hāc afferri ab Eccleſia primitiua cauſam, propter quā diſperſa ſit in Gentes, quia Iudeam vineam ſuam non cuſtodierit, quando illa cuſtodiri deſpiciens, fideles a ſe repulit.

Anima Sācta nō quærit quę ſua ſunt.

Vt effectus duobus modis ſumitur, vel vt denotans effectum bonum; vel effectum malum ſignificans.

Orig. Theod. Bernard.

Vt denotans effectum bonum accipitur primo ab Origene Homil. 1. ex duabus, a Theodorito, & a Bernardo ſerm. 30. effectum charitatis, ob quam pia anima non quærit, quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum, quorum poſita eſt cuſtos.

Origen. Aponius. *Eccleſia, & pia anima poſt conuerſionem non cuſtodiuit vineam vitæ cultuſq; priſtini.*

E Et ſecundo ab eodem Origene Homil. 2. ex quatuor, & ab Aponio effectum abiectionis inſtituti, diſciplinæ, cultus, ac vitæ priſtinæ, quam vt hæreditariam vineam propriam prius cuſtodiebat Eccleſia, tum ea, quæ ex Gentibus, tum ea, quæ ex Iudæis, vel anima, antequam per conuerſionem poneretur cuſtos in vineis Chriſti.

Greg. Nyſ. *Anima excidens a paradiſo non cuſtodiuit vineam immortalitatis.*

At vero vt denotans effectum malum accipitur primo a Gregorio Nyſſeno, exiſtimante, piam animam per hæc deplorare caſum ſuum a vinea paradiſi terreſtris, quando in primis parentibus expugnata a dęmonibus non cuſtodiuit vineam immortalitatis, impaſſibilitatis, Deo aſſimilationis, & alienationis ab opere malo.

Secundo ex ſententia trium Patrum anima ſignificat ex diſtractione ad cultum idolorum, id in primis ſibi eueniſſe mali, quòd vineam rectæ ratio-

A nis, quę ſibi dictabat ratio, vt creaturas omnes ad archetypum rerum earum conditorem referret, non cuſtodierit.

LITTERA.

Tres Patres. *Anima idololatra nō cuſtodiuit vineam rectæ rōnis.* Phil. Carp. Amb.

Quemadmodum & ſynagoge, ſecundum Philonem Carpathium ex eodem cultu idolorum; vel ſecundum Ambr. ſer. 2. in pſalm. 118. ver. 1. ex inobedientia erga prophetas id contingit mali, vt non cuſtodierit propriam vineā mandatorū legis diuinę.

Quamquam idem Ambr. lib. de Iſaac, ca. 4. effectum, quod animę expugnatę a paſſionibus contigit, per hęc accipiat, quòd ſcilicet deuotionem, & obſeruantiam plenam ſeruare non potuit.

Synagoga ob idololatriam non cuſtodiuit vineam legis Dei. Amb. *Eccleſia nō cuſtodiuit vineam ſynagogæ.* Amb.

B Communiori tamen ſententia per hęc ſignificatur malus is euentus, qui tranſlationem Eccleſię ad Gentes conſecutus eſt, vt eccleſia ipſa relinquēs ſynagogam, & Iudęam non cuſtodierit vineam ſuam peculiarem. Id quod & B. Virgini obtigiſſe ait Rupertus Abbas.

Verſ. VII. Indica mihi, quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

Caſſiod. Beda. Iuſtus Orgel. Anſelm. Bern. Rupert. Abb.

Expoſitio Prima. Iuxta Litteræ ſonum.

C Dvobus modis ea, quæ hic dicuntur, cum ſuperioribus connecti poſſunt. Primo, vt ſponſa ſicut hucuſque licet cum ſocijs verba haberet, ſępius tamen ex amoris vi ad abſentem ſponſum ſermonem direxit. In eundem modum hæc pariter ad ipſummet, qui adhuc abſens ſit, proferat. Secundo, & fortaſſe melius, ac ſubſequentibus congruētius: Vt, cum ſponſa multis hucuſque verbis ingentem ſocijs declarauerit, quo erga dilectum ſuum flagraret, amorem, mutuamque illius in ſe dilectionem indicarit, atque efficaciſſima quoq; oratione ſignificarit, quàm ardenti deſiderio ad illius anhęlaret præſentiam. Nunc fingatur ſponſus aduentaſſe, ad quem illico ſponſa huiuſmodi habuerit verba: *Indicā mihi*, &c. Iuxta hanc duplicem connexionem, duplicem quoque horum verborum afferre poſſu-

Origen.

D mus ſenſum.

I. SENSVS.

Quorum alter eſt, vt poſt coloris ſui purgationē, quam in duobus pręcedentibus verſibus ſponſa fecit egregie; modo prę amoris magnitudine, quaſi diutius domi ſe continere non valens, ſuum patefaciat deſiderium, quod tale, ac tantum eſſet, vt cum aduentantem pręſtolari amplius non poſſet dilectū decreuerit, abiecta puſillanimitate feminea, ad illum accedere, ſed ab vnica tantùm re impediri, quòd ignoraret, quò ſibi tendendum foret, vt illū conuenire valeret. Sic igitur prę amoris, ac deſiderij magnitudine abſentem, ęquè ac ſi pręſens eſſet, alloquens ſponſum: *Indica*, inquit, *mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: ac ſi dicat

PARAPHRASIS.

E Quamuis ita viribus deſtituta ſim, vt nec vnguētorum fragrantia, nec vinum quoquo pacto me erigere potuerint; ne tamen omnino peream, illud enitar, vt ad te veniam, quem diligit anima mea. Languor nempe meus haud prouenit aliunde, quā ex eo, quòd ſine anima ſum. Animam meam tu habuiſti iamdiu, ex quo dilexi te: idcirco tanto ardore tuum expoſcebam oſculum, vt per illud eam mihi reſtitueres: idcirco tantam ex tuo odore expectabam recreationem: idcirco tanta auiditate tuum pręſtolabar aduentum, confidens, me poſt te curſuram velociter, à te videlicet tractam, quem diligeret anima mea; imò ab ipſa tractam, quę inte eſſet, anima mea. En iam diutius te pręſtolari ne-

LITTERA. nequeo: Ipsa me trahit Anima mea: ipsa me allicit ad te: *Indica* igitur *mihi*, sponse mi, *vbi pascas* gregē tuum, *vbi cubes in meridie*: vbi te reperire potero, quando præ magnis æstibus & homines, & animalia quæque cubare solent ad vmbras; nec enim æstibus paream, nec ardentissimos Solis pertimescam radios: in ipso quippe meridie, velocissimo cursu ad te contendam anhelans.

II. SENSV. Altero verò sensu, his verbis sponsa non tam suū exprimit desiderium vehementissimum, videndi sponsum; quam propriam excusat negligentiam, qua ad sponsum minimè perrexit, à quo tantùm diligeretur, quemve & ipsa tanto prosequeretur amore: Sic igitur vt primum aduentantem intuita est dilectum suum, obuiam illi facta, statim, vt moris est feminarum, se purgare cępit, quare illum eò vsque secuta non fuerit, dicens: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: Quasi per prǫoccupationem apud sponsum, qui de eius amore aliquatenus posset esse suspectus, se purgans dicat.

PARAPHRASIS. Amor quidem in te meus talis ac tantus est, Dilecte mi, vt hucusque pro tui desiderio penè defecerim; vt te vnum cogitarim semper, teque vnum locuta sim: Iamque diu est, quòd te adijssem teque secuta essem: atque vtinam scissem, quò loci te conuenirem, profectò nulla me res detinere valuisset: trahebat enim me ipsamet anima mea, quæ in te erat, quem diligebat; At quamuis me ad te trahi, & compelli intelligerem; quid facere tamen, quòve iter dirigerem ignorabam; nec enim sciebam, vbi locorum esses; Quapropter amabo te, *Indica mihi* pro futuro tempore, *vbi in meridie pascas* greges, & *vbi* tunc temporis *cubes*, siquidem nullis parcēs laboribus, rectà eò aduolabo, tecumque commorans, tua iucundissima perfruar præsentia.

Circa lectionum varietatem. Notādum primo, tam in Hebræo, quàm in Græca versione Septuag. Interpretū id, quod noster legit in præsenti, *quem diligit*: in preterito haberi; *quem dilexit anima mea*; quæ lectio antiquiorem indicat sponsæ dilectionem.

Sic quoque ad significandam continuatam, ac perennem dilecti curam, quā erga suum exhibeat gregem, pro eo, quod nōster in præsenti legit; *Vbi pascas*: in Hebræo esse in futuro, *Vbi pasces*: Clarissimeque ex verbo, תרעה thirghe, sicut etiam ex Græco verbo *ποιμαίνεις*, quo vtuntur hoc loco Septuaginta, explicari id, quod in textu nostro dubium alicui videri posset, an scilicet, dum quæritur, vbi sponsus pascat; intelligatur de loco, vbi ille pasceret semetipsum, vel vbi pasceret gregem: Verba enim illa patefaciunt, quæri locum, vbi dilectus pasceret gregem.

Notandum Secundo, pro eo, quod nos legimus, *Vbi*, in Hebræo esse vocē איכה echa, quæ dictio cum anceps sit, & significet tam vbi, quàm quomodo, ab aliquibus Hebræorum hic sumitur in secundo significatu pro Quomodo, vt sponsa non tam locum sibi indicari petat, quàm modum, & rationem, qua dilectus eius pascat, & cubet in meridie. Nihilominus haud discedendum à nostra vulgata, & à versione Septuag. communique nostrorum intellectu; præsertim, cum & Hebrǫorum quoque communior opinio, idipsum sentiat, vt petatur nō modus, sed locus, in quo sponsus pascat &c. & vox ipsa Hebraica sumatur in primo significatu pro vbi.

Notandum tertio, pro eo: quòd noster legit: *Vbi cubes*. In Hebræo haberi verbum in hiphinghil תרביץ tharbis, qđ trāsitiuè accipitur, & sonat, *Cubare facias*: Qua lectione significatur, à sponsa non tam quæri locum, vbi dilectus cubaret, quàm locum, vbi suum cubare faceret gregem; quia videlicet is magis de grege, quàm de semetipso esset solicitus: Quæ haud modicum spiritualibus congruēt sensibus.

DE ECCLESIA.

Vers. VII. Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

Motus naturalis id esse, conspicimus, proprium, vt eo fit vehementior, properetque celerius, quo propius ad præstitutum accesserit finem. Haud sane multum ab istius motus natura humanorum desideriorum motum distare crediderim: hunc namq; vehementiorē in fine animaduertimus multo magis, quam in principio; & est par vtriusque ratio; siquidem naturalis motus nihil aliud est, quam manifestum rerum inanimatarum desiderium, quod inclinationem dicimus naturalem, qua proprium exoptant quodammodo centrum; vnde fit, vt, cum ad finem magis accesserint, magis quoque, & properent, quò illud naturaliter concupitum attingant; idipsum hominibus à cognitione præstatur, & ratione; vt vehementiori tunc in aliquam rem tendant desiderio, cum propinquius ad eam accesserint consequendam. Visum est in principio huius Cantici, quàm ardenti desiderio Ecclesia Sancta in Antiquis Patrib. Christi Domini aduentum exoptarit, atque præsentiā; porro desiderium istud quo longius protrahebatur, eo ardebat vehementius. a *At vbi venit plenitudo temporis, quo misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus.* Tunc iuxta naturam motus desiderii exarsit vehementissime. Hinc illud est, quod hoc loco per Spiritum Sanctum eadem nobis proponitur Ecclesia, quæ eo ipso tempore, quo Christus æterni Patris filius fulgentissima Natiuitatis nocte ex Maria Virgine ortus est in Præsepio, vehementissimo eiusdē dilecti sui flagret desiderio, & quasi eum præsentem habeat, cuius præsentiam cupiditate exoptabat tam grandi, locum ab eo efflagitet, in quo ortus sit, dicens *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. quorum verborum vim, atque dulcedinem quò facilius, ac iucundius percipere quilibet valeat, singula perpēdenda sunt exactius; neque enim abs re factum existimarim, vt illorum expositio in Sacratissima Natalis Domini festa mihi inciderit.

Desiderij motus similis est motui naturali, & quō.

a *Gal. 4.*

Illud igitur primo animaduertendum, quā præclare in his paucis verbis significetur, quinam essent, qui Christum inuenire tam ardenter exoptarent, propter quos ea, quæ hic dicuntur, adscribātur & toti Ecclesiæ; dum enim dicitur: *Quem diligit anima mea*, innuitur, illos tunc temporis, quando Christus natus est in præsepio, tam ardenti eū inquisisse desiderio, qui essent instar animæ Ecclesiæ, per quos videlicet Ecclesia vitam haberet, æque, ac corpus vitam per animā habet: qui ve Christo per dilectionem inhærerent: æque, ac animam ei inhærere intelligimus, quem amore prosequitur. Præter Deigenitricem Mariā, Beatum Ioseph, ac domum Zachariæ, Pastores ij erant, qui, audito Angelico nuntio, natum quæsierunt in præsepio, quem totius mundi crediderunt Saluatorem: Ma-

Diligentes Christum sūt Anima, per quā viuit Ecclesia.

Pastores, & Magi quā ardenti desiderio quæsierint Præsepe Christi.

DE ECCLESIA.

A gi ij erant, qui, cum vidissent Stellam in Oriente ortum Regem quæsierunt in Bethleemitico oppido, quem & super celos, & super vniuersam terrã regnantem adorarent; pastores quidem anima erant Ecclesiæ, quæ ex Iudæis, Magi vero Ecclesiæ, quæ ex Gẽtibus. In his tunc viuebat Ecclesia, quia in his vitam habebat charitatis; quia in his Christum diligebat veluti animam suam. In his tanto studio suum exoptabat, ac inquirebat, dilectum, vt diceret. *Indica mihi, quem diligit anima mea.* Ac bene non ab hominibus tanti Regis locum inquirit, sed ab ipsomet Rege, sed ab ipsomet, quem diligebat, Christo. Quemadmodum enim qui abditum aliquem inspicere velit thesaurum, ab eo illum sibi indicari, ac demonstrari, exposcit, qui illius ha-

Simile. *Incarnationis mysterium, et locus Præsepij ab vno indicatur Christo.*

B buerit claues, quive illum indicare & sciat, & valeat, & qui ignotum adire desiderat locum, ab eo illum sibi indicari efflagitat, cui optime locus ille sit notus. Ita quoque & Ecclesia Christi sponsa. cũ abditissimum contemplari exoptaret Incarnationis mysterium, ab eo illud sibi indicari postulat, a quo vno id fieri posse, intelligebat. Cumque ignotum sibi, in quo Christus ortus esset, adire concupisceret locum, ab ipsomet Christo illum sibi petit ostendi. Recolebat enim, quæ per prophetam dicerentur. [b] *Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in locum, quem posuit.* Notat, illum compotem ingentis esse felicitatis; qui, cum in valle lacrymarum

b Psa. 86. 6 *Sic legit textus Græcus, & Psalterium Romanum.*

C constitutus, ascendere constituerit in locum illum, quem Dominus in propriam sibi elegisset mansionem, in locum quem ex vili brutorum animalium præsepio in admirabile sibi posuisset palatium, in quo nasceretur, in quo & requiesceret, adiuuatur ab ipsomet Domino, ipsumque ducem habet, qui talem sibi posuit locum. vere profecto beatus, cui Christus indicare dignetur præsepii locum, in quo pascit, in quo cubat in meridie. Propterea, *indica*, inquit Ecclesia.

Indica mihi tu locum istum: nisi enim illum tu mihi indicaueris: nisi abs te mihi fuerit auxilium, beatitudinem haud quaquam consequi valeo: beata plane dici possem; beatam me censerem, si locũ habitationis gloriæ tuæ inueniré: si locum, in quo

PARAPHRASIS.

D nasci dignatus es, adire mihi liceret.

Bene autem quærens præsepii locum; non dixit simpliciter: *Indica mihi vbi* natus sis, vbi locum habitationis tuæ constitueris: sed *indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quare *vbi pascas*? Pastores loquebantur, quid mirum, si Christum inquirunt pastorem? quid mirum, si locum illius inquirentes, locum vbi is pascat, inquirunt? præsertim cũ & Deus ipse eundem vt pastorem polliceatur missurus filium suum per Ezechielem, vbi dixit. [c] *Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas: seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.*

In Præsepio Christũ quærit Ecclesia, quærit illũ vt pastorẽ.

c Ezec. 34. 23.

E In præsepio certe iumenta solummodo pasci solent, & si qui pascuntur hominum, haud alii pascuntur, quam ij, qui iumentorum curam habuerint: & tunc, licet in eodem loco pascuntur iumenta, & homines: non tamen vno eodemque pastu homines, quo & iumenta pascuntur: ista enim fœno pascuntur, illi pane. Pastor noster Christus, in præsepio nascens, & iumenta pascit, & homines: nec alios homines, quam eos, qui iumentorum curam haberent. Quòd quidem inter iumenta natus sit, perspicuum omnibus est, longèque antequàm nasceretur, id per Habacuc prophetam prænuntiatũ ibi habemus, vbi pro eo, quod nos legimus, *In medio annorum viuifica illud,* in versione Septuag. dicitur. *In medio duorum animalium cognosceris.* At quomodo, quove cibo iumenta ipsa, in quorũ medio natus est, pauerit, haud omnibus est exploratum: Indicatur tamen iis Isaiæ verbis. [e] *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* Pauit, exhibendo eis sui ipsius cognitionem: pauit se eillis manifestando. Si quæris cibum, quo ea pauit: fœnum tibi quærendum est, quod bonus Pastor attulit in præsepe. Audi vero eundem Prophetam, hoc tibi indicantem. [f] *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni.* Intuere Christi carnem; intuere verbum æternum carnem indutum: hoc est fœnum positum ante iumenta; legimus, [g] Nabuchodonosor Regem fœnum instar bouis comedisse, idque in suorum delictorum pœnam, vnde & per Danielem ei dictum est *Fœnum, vt bos comedes.* Legimus & in libro Machabæorum, [h] Iudam Machabeum cum iis, qui cum eo fugissent in desertum, fœnum comedisse, idque propter inimicorum metum, & ne contaminarentur cum gentibus. At accedat iam vnusquisque ad Sanctum Domini præsepium, comedat fœnum, sicut bos; Agnoscat Christum possessorem suum, sicut cognouit & bos: Neque id pœnam reputet; sed summam existimet gratiam, quòd huiuscemodi fœnum sicut bouis comedere sibi liceat; Secedat iam Christianus in desertum præsepij locum, ibique inter iumenta vitam in montibus contemplationis agat: vbi fœni cibo vescatur cum iumẽtis; sic enim & ab aduersariorum omnium timore liberabitur, & ab omni peccatorum coinquinatione purgabitur.

d Hab. 3. 2.

e Isai. 1. 3.

Christus in Præsepio factus est fœnum iumentorum.

f Isa. 40. 6.

g Dã. 4. 22

h 2. Mach. 5. 27.

Quòd si fœni nomen abhorret, sciat, Christum in præsepio esse pastorem, vt ibi pascat non solum iumenta fœno: sed & homines pane, homines tamẽ suorum curam habentes sensuum, qui instar iumẽtorum effrænes post concupiscentias currere, & comedere solent fœnum terrestre mundanarum rerum. Hos homines pascit pastor bonus in præsepio, & pascit semetipso pane cœlesti. Panis terrenus haud quaquam dat vitam, nisi vbi vitam repererit; quin nec ibi eam largitur, sed tantummodo, quam inuenit, pro modico conseruat temporis. Nec mirum, quo enim pacto vitam cõferre possit, qui vitam in se minime habeat? At Christus in præsepio panis effectus, vitam comedenti confert, & vitam æternã, quippe qui sit panis viuus, de cœlo descendẽs. Iure certe Ecclesia, *Indica*, inquit, *mihi, vbi pascas.* animaduertit nanque, quòd plane in Sacratissimo sponsi præsepio sui pascendi essent fideles. Comedat iam quisque panem hunc, cum iam omnibus peruius est locus iste præsepij; comedat agnoscendo in Christo latentem diuinitatem: comedat, intelligendo, si potest, & si non potest, credendo panem illum, qui in præsepio in cibum ei proponitur.

In Præsepio Christus pascit homines semetipso pane cœlesti.

Quòd si imbecillior sit quis, ita vt panem hunc mandere minime possit per contemplationem; Accedat nihilominus quisquis talis est adhuc infantulus, accedat ad pastoris præsepium, vbi Christus pascit. Inueniet sane ibi, & panem molliorem; panem lacrymarum; contempletur infantem, iacentem in præsepio, ingentemque lacrymarum copiã profundentem: his sese pascat lachrymis: panis enim sunt lachrymæ istæ, & panis, qui cor hominis confirmet, nutriens, atque consolidans in charitate omnes, qui ipsum comederint. cibus indignationis erat iam lachrymarum panis; vnde ad Dominũ conuersus dicebat aliquando Propheta. [i] *Domine Deus virtutum quousque irasceris super orationem serui tui, cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Cibus erat mœstitiæ

In Præsepio Christus iumenta pascit.

In Præsepio q sunt imbecilliores pascuntur pane lacrymarũ Christi.

Panis lacrymarum, quo Christus pascit in præsepio, qualis sit.

i Psa. 79. 5.

DE ECCLESIA. stitiæ lacrymarum panis, verum est: nam & idem Propheta regius; k *Fuerunt*, inquit, *mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?* Sed tunc lacrymarum panis cibus erat doloris, atque tristitiæ: quando Dei filium, pastoremque nostrum haudquaquam habebamus præsentem: quando audiebamus, à Gentibus nobis exprobrari; vbi est Deus vester? Nec habebamus, quem illis ostenderemus, Christum: panis ille erat ex lacrymis nostris confectus, quid vero ex nobis, præterquã dolor, præterquam mæstitia prouenire potest? At panis lacrymarum, quo Pastor bonus in præsepij pascuis homines pascit, non est confectus ex lacrymis nostris; sed ex lacrymis, quas is assumpsit ex nobis, quasve pro nobis effudit. Beatæ profectò Animæ, quæ tali pastæ fuerint pane. Beatus ille, qui tanti pastoris inuenerit pascua. Dicat iam ergo pastori suo ecclesia, etsi absens is esse videatur, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas.*

k Psal. 41. 4.

PARAPHRASIS. Indica præsepij locum, vbi iumenta pascis fœno carnis tuæ: vbi maturos viros pascis pane diuinitatis tuæ: vbi demum & eos, qui imbecilliores sint, pane pascis lacrymarum tuarum.

Verùm, dicit quis, si sponsa requirit pastorem, petitque, vbi pascat gregem suum ab eo sibi indicari, id ergo probandum erat, quomodo Christus Pastor bonus in præsepio suas pascat oues: Enimuerò oues neque pane, neque fœno pasci solent, sed herbis virentibus. Vnde & Ezechiel Deum introducens ouium pastorem, sic eum loquentem proponit de pascuis, quibus oues suas pasturus is esset. l *In pascuis vberrimis pascã eas, & in montibus Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.*

In Præsepio qua ratione Christus dicatur pascere oues, quæ pasci solent herbis.

l Ezec. 34. 14.

Ad hæc dupliciter respondere possumus. Primò, tametsi oues secundum vsum ordinarium virentibus pascantur herbis: nihilominus cum ouis quæmpiam esse contingat, quam pastor speciali diligat amore, & pane plerumque ipsamet manu pastoris pascitur: cuius rei manifestissimũ in Scriptura Sacra habemus assertorem Natham Prophetam, qui, cum celebrem illam Regi Dauid proponeret parabolam: m *Pauper*, inquit, *nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis suis simul, de pane illius comedens, eratque illi sicut filia.* Quare, si à terreno pastore id fieri contingit, vt de eodem pane pascat ouem, quam præ alijs diligit, de quo pascitur & ipse: planè multò magis id ipsum de pastore cœlesti asserere licet, qui & Pastor bonus, & amantissimus ouium suarum simul est pater: vt quas inexplicabili prosecutus est dilectione, oues suas in præsepij pascuis non modo de eo, quo ipse pascitur, pascat lacrymarum pane. Sed & de se ipso: qui est panis Angelorum de cœlo descendens, id, quod nulli vnquam Pastori contigisse, audiuimus; quia nullus vnquam pastor tantam in oues proprias habuit, vel habere potest charitatẽ, quantam pastor ipse cœlestis habuit in suas.

Christus in præsepio pascit oues suas pane.

m 2. Reg. 12. 3.

Quòd si quis in his præsepij pascuis herbas adhuc perseueret inquirere virentes: Sciat nec eas in his vberrimis deesse Domini pascuis; herbæ enim sunt variarum documenta virtutum, quibus simplices oues Christi pascuntur: His herbis huiusce modi oues, & à Sanctis omnibus pascuntur pastoribus, vnde per Ieremiam à Deo dicitur: n *Et dabo vobis Pastorem iuxta cor meum, & pascet vos scientia, & doctrina.* Porrò si Pastores, qui sunt iuxta cor Dei, istiusmodi herbis doctrinæ pascunt Dei gregem: nunquid pastorum Princeps filius Dei his ipsis oues suas defraudabit? Absit hoc ab humana mente. Enimuero in ipsis præsepij pascuis perfectissimo modo vniuersarum exhibet documenta virtutum, quodve mirabile est, summo id facit silentio, cum enim infantulus iaceret in præsepio, nec dum vocis, & loquelæ organa haberet soluta, multò perfectius gemitu, atque exemplo virtutes docuit, quàm si ab eruditissimo oratore eloquentissima doctæ fuissent oratione. An non dulcissimam in his præsepij pascuis charitatis reperimus herbam, dum ibi intuemur Deum pro nobis hominem factum? dum intelligimus, Deũ tanto nos prosecutum charitatis ardore, vt cum in sua impassibili pro nobis pati non posset diuinitate, quo eximium nobis charitatis ostenderet specimen, passibilem indueric carnem? Audi Apostolum ex hac charitatis herba pastum proponentẽ: o *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* p *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.* An non maximè virentem in eisdem pascuis habemus humilitatis herbam, herbam mortificationis, herbam paupertatis, herbam obedientiæ, & herbas reliquarum virtutum omnium, quibus, cum libuerit, pasci valeamus? Quid igitur mirum, si Ecclesia illa primitiua locum istum, istaque Pastoris cœlestis pascua tam ardenter exoptarit, vt ab ipso æquè ac si præsens esset, quem diligebat, indicari sibi ea petierit, dicens; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas:* Haud certè id cuiquam admirationem incutit, qui talia agnouerit pascua, qui talem aliquando mente adiuerit locum.

Christus in præsepio pascit oues suas herbis virentibus

n Ierem. 3. 15.

DE ECCLESIA.

o Tit. 3. 4.

p Tit. 2. 14.

Ad quod admirationem aliquã ingerit, illud est, quod in hac sua pascuorum Christi inquisitione sponsa non solum petit, sibi indicari locum, vbi pascat pastor ille cœlestis, sed etiam, vbi cubet, dicens; *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes:* Nec videtur inquirere duo distincta loca, nam addidisset particulam distinctiuam, Et, dixissetq;, Indica mihi, vbi pascas, & vbi cubes. Sed vnum tantummodo locum, in quo & pascat simul, & cubet. Ex quo non modica insurgit difficultas, qua nam ratione Christus, si in præsepio cubat, Pastor dici queat, & Pastor bonus: & quomodo si Pastor bonus est, cubare dicatur, & non potius solicitum circa gregem vigilare. Enimuerò pastoris boni id proprium est, vt pro sui gregis custodia vigilanter aduenientes obseruet, & cuncta, quæ circa illum fieri contigerit; vt solicitus, huc, illucque discurrat, nec æstui parcens, nec frigori: Sic Dominus, cum se Pastorem bonum futurum per Ezechielem polliceretur. q *Ego pascam*, inquit, *oues meas, & ego accubare eas faciam: Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam.*

Christus quo sit pastor bonus, maximeque solicitus in præsepio cubans.

q Ezec. 34. 15.

Sed facile vniuersa hæc diluetur difficultas, si bene perceperimus, quis, qualisve sit, quem sponsa cubantem inquirit. Petit enim, sibi indicari sacratissimi præsepis locũ, in quo æterni Patris filius factus est Pastor hominũ, factus homo: Quærit Deum factum infantem, qui præ membrorum teneritudine fascijs alligatus iaceat in præsepio, ibique suum pascat gregem. At certè pastor iste infantulus multo sollicitius, fortius, ac vigilãtius, dum cubat, tuetur gregem, quàm quilibet vigilantissimus, validissimus, maximeque solicitus pastor alius: tutioraque, & magis quieta, atq; pacifica Christus paruulus, & cubans in præsepio humano

Christus dum cubat melius, ac tutius pascit gregẽ.

DE ECCLESIA.

mano gregi exhibet pascua, quàm si solicitudine maxima huc illucque discurreret. Proprium enim id habet Pastor hic optimus, vt tunc melius, ac tutius suas pascat oues, cum & cubare contigerit: Sic, dum super crucis stratum cubauit, perfectissimo pauit modo, adeoque tuta ipsa reddidit pascua vt & lupum illum infestissimum, & tortuosum serpentem, & leonem rugientem dilacerauerit diabolum; quia r *cornua in manibus eius*, dum ibi cubaret, & *ibi abscondita est fortitudo eius*: Sic & quando cubauit in sepulchro tamquam fortissimus Pastor, prædam à diaboli abstulit faucibus; gregemque raptum, ex interno in felicissima cœlorum transtulit pascua. ſ Quia requiescens accubuerat vt leo, & quasi leæna fortissima ad prædam sibi raptam ascēdit cubans: Sic quoque & dum in præsepio paruulus cubat, cubans vigilantissimè, fortissimè, summaque securitate suum pascit gregem. Nec mirum, quandoquidem, etsi paruulus cubet, Deus tamen est, tantaque fortitudine preditus, vt nullus sit, qui ei resistere valeat; etsi paruulus cubādo gemit, eius tamen vagitus multo maiorem infestantibus gregem incutit terrorem, quàm cuiuslibet fortissimi leonis rugitus; ita vt, si Prophetæ dicere licuit t *Leo rugiet, quis non timebit?* multo veriùs nos dicere possimus: Christus gemit, Christus vagit, quis non timebit? Nec opus est, vt pro sui gregis custodia paruulus iste pastor huc illucque discurrat, cū oues suas super proprios humeros habeat, quippe qui in maximo illo itinere, quo pro ingenti suarū ouium solicitudine e cælis ad terras descendit, u relinquens nonaginta nouem Angelorum oues in deserto illo cæleſti, venit ad vnam illam, quæ perierat, ad humanum videlicet genus, illamque inuentam posuit super humeros suos; x *Ecce* enim ait Esaias, prædicens vniuersa hæc, *Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachiū eius, dominabitur: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo: Sicut Pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit*. Quid clarius? Quæ est merces Christi, nisi ouis illa vna, propter quam in præsepe descendit? Hæc est merces eius, quam secum habet, dum ouē, quæ perierat, imposuit super humeros suos: hoc est opus eius, quod est coram illo: vt in brachio fortitudinis suæ congreget agnos nouellos in fide, & in sinu suo leuet oues debiles, atque, vt fœtas, quæ filios parituræ sint ad fidem, portet in humeris: Hæc enim omnia sibi adhuc infantulo cubāti fuere proposita. y *Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis: Et factus est Principatus super humerum eius*. Principatus iste oues sunt, quas pascit; qui bene factus est super humerum eius; quandoquidem ex quo ouem illam, quæ perierat, imposuit super humeros suos, vniuersum humanū gregem super eosdem habet humeros; indeque eū prudentissimè, & fortissimè, ac quietissimè pascit; vnde subijcit Propheta, *Et vocabitur nomen eius*, scilicet Paruuli Pastoris, cubantis in præsepio; *Admirabilis*: Quid ergo, miraris, si paruulus existens, & cubans munia eximij Pastoris exhibeat? *Consiliarius*. Quid illo prudentius, qui paruulus adhuc existēs ceteris pastoribus prudentissima gregis pascendi præbeat consilia? Nil illo fortius, quippe qui & vocetur, & sit *Deus, & fortis* per antonomasiam. Quā iugi autem pascat custodia, illud nobis eius indicat nomen, quo dicitur, *Pater futuri sæculi*, idest auctor æternitatis, quia deuicta morte, æternitatis aditum suis reserauit ouibus. Porrò quæ pascua reperiri queunt tutiora, quis vnquam quietius, maiorique securitate, ac pace gregem suum pascere potest, quàm paruulus Pastor, cubans in presepio, qui proprio nomine ab effectu *Princeps* dicitur *pacis*?

r Habac. 3. 4.

ſ Gen. 49. 9

t Amos 3. 8.

Christus in Præsepio habet oues suas super humeros.

u Luc 15. 5

x Is. 40. 10

y Is. 9. 6.

A B C D E

Bene profectò, sicut in nostra lectione sponsa pastorem istum quærit cubantem, locumque ab eo sibi indicari exposcit. *Vbi pascat, vbi & cubet*: Ita iuxta hebraicam lectionem non tam quærit pastorem ipsum cubantem, quàm eumdem suas cubare facientem oues, dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea vbi pasces, vbi cubare facies*: Nam etsi Christus in præsepio cubet, cubat tamen ex infirmitate quò nos quietos, & validos per gratiam cubare faciat in pace, atque in gloria. Cubabat quidem ab æterno Verbum Patris in cælesti illo stratu, vbi perpetua, ac inexplicabili perfruebatur felicitate: vbi absque vlla lassitudine quiescebat; cubabat tunc in meridie, qui nunquam deficeret, cum Pater ipsum misit in mundum, vt esset Pastor bonus, atque fidelium, simpliciumque ouium suarum pasceret gregem: tunc qui in diuina fortitudine felicissimè cubabat in cælis, in summa infirmitate misero cubauit in stratu Præsepij: ita vt rectè de illo ad æternū Patrem ea dici possint verba; quæ per Prophetā ad aliud propositum dicta fuere: z *Vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius*; in infirmitate nimirū carnis eius, in infirmitate infantilis ætatis eius, quę cubare cogeretur in stratu Pręsepij; vt ex misera cubatione sua, nos eximia cubare faceret pace, atque felicitate; quādo enim sic à Patre versatum est stratum eius in infirmitate eius, simul cum infirmitate iunctam habuit & validissimam fortitudinem, simulque cum paruulo illo corpusculo vnitam habuit & diuinitatem: & qui infantulus in stratu iacebat Præsepij, Deus simul erat, & homo vsquequaque perfectus, qui tamquam optimus Pastor & cubaret, & suas cubare faceret oues: Propterea (vt iā supra animaduerti) sponsa, iuxta diuersas lectiones petit, sibi indicari ipsum Præsepij locū, vbi cubet, atque etiam vbi cubare faciat oues.

Quamuis per vltimam illam particulam, quam addit, *In meridie*: hoc ipsum multò apertius innuat: Siquidem etsi quando Pater versauit stratum Domini Iesu in infirmitate eius, in hoc quoq; ipsum eius versauit stratum, vt, qui in cælesti stratu perpetuo cubabat meridie, in stratu Præsepis cubaret in media nocte, quando tenebræ solent esse densiores: prout prænuntiatur in libro sapientiæ, vbi dicitur: a *Cum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo à regalibus sedibus in terram prosiluit*: Nihilominus nox illa haud minus refulsit, quàm dies quælibet lucidissima iuxta illud Prophetæ: b *Et nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*. Nam quemadmodum tenebræ noctis illius erant densissimæ, & obscurissimæ, antequam Christus nasceretur, prout esse solent tempore mediæ noctis: ita proportionabiliter & lumē noctis illius, postquam Christus natus est, lucidissimum, ac fulgentissimum extitit: prout esse solet in meridie, quando sol est in medio firmamēti: Nec mirum, quandoquidem in ipso illius sacratissimæ noctis medio, in medio terræ splendidissimus exortus est Iustitiæ Sol, tamquam sponsus procedens de thalamo suo; vnde præclarè Isaias, tam eximium illius noctis vaticinans fulgorem: c *Orietur* inquit, *in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies*: In quibus verbis valde notandū est, quòd non inquit simpliciter *orietur in tenebris Sol tuus*: Sed *orietur in tenebris lux tua*, ad indicandam excellentiam fulgoris eiusdem Christi, quippe qui haudquaquam lucem habeat vt accidēs, prout corporeus iste Sol; sed sit ipsamet lux substantialiter, pro-

DE ECCLESIA.

Christus cubat ex infirmitate, vt nos cubare faciat ex virtute in pace, & gloria.

In Præsepio quā versatū sit vniuersū stratū Christi.

z Ps. 40. 4.

a Sap. 18. 14.

Nox Natiuit. Christi quam fuerit lucida.

b Ps. 138. 12.

c Is. 58. 10

Christus nedum est Sol, sed est ipsamet lux.

DE ECCLESIA.

propter eam, quam ſibi vnitam habet, diuinitatẽ; ac propterea aliàs idem Propheta lucis vocabulo eum ſæpius ſignificat; ᵈ *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; Lux orta eſt eis:* ᵉ *Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* ᶠ *Non erit tibi amplius Sol ad lucendũ per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: Sed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam; Non occidet vltra Sol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam:* ᵍ *Et erit lux lunæ, ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die, qua alligauerit Dominus vulnera populi ſui, & percuſſuram plagæ ſanauerit eius.* Lux lunæ non lucet, niſi in nocte: in qua verò nocte & luna ſimul, & Sol eodem tempore luxit, niſi in nocte Natiuitatis Domini? Tunc ortus eſt quidem Sol iuſtitiæ, ſed qui luceret ſeptempliciter, ideſt multo magis quàm Sol, qui per diem illuminat: quia Sol ille eſt lux per eſſentiam: propterea bene & Ioannes de hoc loquẽs Sole: ʰ *Erat*, inquit, *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Propterea Lucas, quando ea in nocte Angelus Domini ſtetit iuxta paſtores, euangelizans illis gaudium magnum, quia natus eſſet eis Saluator, dicit, ⁱ claritatem haud ordinariam, ſed claritatem Dei circumfulſiſſe illos. Sed ſi tam magna eſt Chriſti lux, vt nullatenus cum iſta luce Solis ſenſibilis valeat comparari. Quare Iſaias ſubdit; *Et tenebræ tuæ erunt ſicut meridies?* Nitebatur quidem Propheta ſanctus pro viribus immenſam illius ſacratiſſimæ noctis lucem aptiſſimis oſtendere verbis: At quia inter eas luces, quæ hominibus conſpicuæ ſunt, nullam fulgentiorem reperit, nullamque efficaciorem illa, quæ in meridie cernitur, quando Sol iſte corporeus eſt in medio firmamenti, totamve, quam de ſe emittere poteſt, lucem effundit: idcirco huius meridianæ lucis ſimilitudine, veri Iuſtitiæ Solis lucem expreſſit, dicens: *Et tenebræ tuæ erunt ſicut meridies:* ac ſi diceret: Tenebræ illius noctis euadent ſplendidiſſimæ; tantaque luce fulgebit nox illa tua, in qua pro te verus exorietur Sol Chriſtus, vt nec verba habeam idonea, quibus illam exprimam; dicam tamen meridiem. Propter hanc ipſam rationem & ſponſa eodem meridiei vocabulo ſanctiſſimum illius noctis tempus expreſſit, quo lux diuina effulſit ſuper orbem terrarum, quando Chriſtus cubauit in præſepio: dicens *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Ac per particulam iſtam *in meridie*, id ſimul ſignificat, quod dicebam: Paruulum illum Paſtorem tuum Chriſtum vnà cum carnis infirmitate vnitã habere & maximam Diuinitatis virtutem: qua dũ cubaret ex infirmitate, ſimul quoque cubare faceret nos oues paſcuæ eius. Nam ſi in tempore mediæ noctis tantam ſplendeſcere facit lucem, vt ex media nocte fiat meridies, planè ipſe, qui cubat, Deus ſit, operæpretium eſt; quandoquidem *Deus* eſt ᵏ *qui*, vt inquit Apoſtolus, *de tenebris lucem ſplẽdeſcere* facit. Et nox iſta ea ˡ *eſt dies, quam fecit Dominus*, iuxta Prophetę vaticinium: vniuerſę enim dies fiunt per curſum ſolis corporei: at dies iſta, in quã tenebricoſa conuerſa eſt nox, non à Sole iſto corporeo, ſed ab illo, qui tunc mundo exortus eſt, Iuſtitiæ Sole; ſed à Chriſto immediatè facta eſt, qui ipſomet ortu ſuo ne dum illam fecit diem, ſed & meridiem ideſt inſtar meridiei ſplendidam eam reddidit: ſicut enim meridies conſueta fit à Sole, exiſtente in altiori puncto orbis firmamenti, ita & ipſe, iuxta Zachariæ vaticinium, ea in nocte ᵐ *per viſcera miſericordiæ ſuæ viſitauit nos oriens ex alto:* felix illud Præſepe, in quo peculiari fulgore tantus effulſit Sol: felix locus ille, in quo Paſtor ille bonus mundo exortus paſcit, cubat, & cubare facit in meridie illa. Meritò certè tam ardenti deſiderio illum inquirit ſponſa, dicens; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes, in meridie:* Quaſi dicat.

d Iſ. 9. 2.
e Iſa. 49. 8.
f Iſ. 60. 19.
g Iſ. 30. 26.
h Ioa. 1. 9.
i Luc. 2. 9.

Nox Natiuit. Chriſti cur dicatur meridies.

K Cor. 46
l Pſ. 117. 24.

Nox Natiuit. Chriſti quomodo ſit dies, quã fecit Dominus.

m Luc. 1. 78.

PARAPHRASIS.

Video, noctem fulgere ſicut meridiem, quia charitas Dei circumfulſit me: Scio, te Deum, ac Paſtorem meum natum paſcere, & cubare in Præſepio: Angelus enim à te miſſus id mihi ſignificauit: ac neſcio, vbi ſit locus iſte: ideò *indica* ipſe *mihi* hũc locum, *vbi paſcas, vbi cubes, in* hac *meridie*; neque enim amplius continere me poſſum, quin eò te cõueniam; indica mihi illum; Feſtina ſanè eò aduolabo, vt ibi à te paſcar, vt ibi tecum cubem: vt ibi te perfruar. ⁿ Timuere iam in paradiſo parentes noſtri, cum deambularet Deus ad auram poſt meridiem, atque ideò ſe abſconderunt, putantes effugere poſſe illius præſentiam, quæ iam felicem illum iuſtitiæ originalis meridiem pertranſire fecerat, at nos cũ eumdẽ ſciamus, in terra cubantem in meridie, tantum abeſt, vt ab eo abſcondi debeamus, quòd potiùs hoc vnum exoptamus, hoc vnum petimus, vt non abſcondat, ſed indicet nobis locum, vbi ſic cubat in meridie; Parentes noſtri tũc timuerunt, audientes vocem ipſius, qua loquebatur, ambulans poſt meridiem; timuerunt autem, quia nudos ſe agnouerant: Ideò dicebat Adam: *Audiui vocem tuam, & timui, eò quòd nudus eſſem*; At nobis haudquaquam eſt metuenda præſentia eius, cum & ipſe nudus apparuerit, vt noſtram operiret nuditatem: nec voce incutere poteſt timorem, cum vocem nullam, prçter ploratus emittere valeat infantis loquela. Quapropter dicere & nos poſſumus: Indica quæſo nobis, vbi paſcis, vbi cubas, vbi hanc demum vocem emittis.

n Gen. 3. 8

II. SENSVS.

Iuxta ſecundum ſenſum; Eccleſia Sancta poſt Chriſti aduentum hoc loco purgans ſemetipſam, exponit illi, quare non ſemper cum eodem feruore, eademque multitudine eum ſecuta fuerit, nempè, quia aliquando tanta extitit catholicæ fidei perturbatio, vt quodammodo ignoraret, quo eum ſequi poſſet, ideſt, quibus Chriſtianis fidem præberet; loquitur autem ex perſona imperfectiorum, ac ſimpliciorum fidelium, & quadam cum verecundia inquit: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, ac ſi diceret.

PARAPHRASIS.

O Chriſte, *quem diligit anima mea*, quæſo ex hoc iam *indica mihi, vbi paſcas*, ideſt in quorum doctrina bonum paſtum præbeas fidelibus tuis, & *vbi*, quove in loco, & in quibus Sanctis viris quiete permanens *cubes*, necnon & quorum ope, ac doctrina fideles tuos in fide quieſcere, ac perſiſtere facias in meridie horum æſtuum, quibus totus ardet orbis: *Ne vagari &c.*

Amb.
Aug.
Caſſiod.
Greg. PP.
Aponius.
Iuſtus.
Anſelm.

Pro iſtius ſenſus intelligentia nonnulla diſcutiẽda ſunt; Primò: qua nam ratione Eccleſia, quæ eſt Chriſti ſponſa, aut aliqui illius fideles ignorent id, quod vniuerſis, vel etiam cæcutientibus eſt maximè conſpicuum, quove pacto petat, ſibi a ſponſo indicari locum, vbi fides ſit, cum exploratiſſimũ omnibus ſit, fidem totam eſſe in Cathedra Petri, eoq; loci abſque vllo errore habitare, & cubare Chriſtũ per fidem in cordibus fideliũ, vbi ipſa ſit Petri Cathedra.

Secundo examinandum, quomodo eo in loco, vbi firma ſit eius fides, Chriſtus Dominus ſuos paſcat fideles, & quomodo ibi cubet, illoſve cubare faciat, qui in ſe credũt. Ac demũ, quomodo tũc magis paſcit, & cubat, quando eſt meridies.

Quo

DE ECCLESIA.

Ecclesiam Romanam Christus sibi elegit, sicut antiquitus elegerat Ciuitatem Ierusalem.

A Quo ad Primum: Sciendum, in veteri testamento elegisse Deum Ciuitatem vnam Ierusalem, in quo augustissimum sibi ædificaretur templum habitationis gloriæ suæ: in qua & quæcumque ad sacrificia pertinerent, perficienda essent: in qua demum commorarentur & Sacerdotes, ad quos cõfugiendum esset pro quocunque dubio circa verã religionem. Sicut autem in Synagoga Ciuitatem vnam Ierusalem eligit Dominus, cui vniuersa niteretur religio: ita pariter postquam Christus Dominus venit in mundum, Sanctamque sibi desponsauit Ecclesiam, vnam elegit sedem, cui vniuersa niteretur fides catholica: Petri videlicet cathedrã, vnamve Vrbem Romanam, vbi potissimum ipsius Petri resideret successor: vnde ad Petrum, dixit aliquando: o *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam*: & de hac multò congruentius dici potest per Christum Iesum, quod per Dominum de ciuitate, ac templo dictum est Ierosolymitano: p *Elegi, & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus*: quod ipsemet significauit, cum diceret: q *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*. In hac voluit, vt vniuersa sibi offerrentur sacrificia: neque enim eorum, qui extra hãc Romanam extiterint fidem, vllatenus vel orationes admittit, cum r haud sit *speciosa Laus in ore peccatoris*, vel r suscipit sacrificia, quæ odiuit anima eius veluti abhominationem: Ad hanc vt quilibet accederet, voluit, cum quidpiam circa religionẽ, & circa res fidei inesset dubitationis, veluti ad asylum totius veritatis.

o Mat. 16. 18.

p 2. Par. 7. 16.

q Luc. 22. 32.

r Eccl. ... [illegible]

Ecclesia Romana est firmamentũ veritatis.

Quapropter ad Timotheum, scribens Apostolus, Ecclesiam istam vocat domum Dei, in qua videlicet Christus Dominus inhabitat, nec non & s columnam, ac firmamentum veritatis, dicens: *Vt scias quomodo oporteat, te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis*. Verùm, tametsi fidelibus constet vniuersis, veram, ac catholicam fidem in hac esse Petri Cathedra, in qua Christus in suo resideat Vicario: in qua Christus, & pascat, & cubet, haud tamen omnibus est perspicuum, quà ad ipsam tendendum sit. Contingit aliquando, vt turris, vel oppidum aliquod in excelso monte constructum vniuersis per multa millia passuum sit conspicuũ; & tamen complures itineris, anfractusque viarũ ignari, nescientes viam illam, qua ad oppidum ipsum tenditur; dum oppidum vident, ab oppidu aberrantes, haudquaquam illud attingant, quoadusque expertum inquirant ducem, qui veram, ac bonam eis indicet semitam: Sicut ergo ijs, qui oppidum proprijs cernunt oculis, dum viarum expertes sint, experto duci dicere licet: Indica mihi, vbi sit oppidum illud; aut turris illa: Eodem pacto & Ecclesiæ Sãctę ex persona eorum, qui in se sunt, imperfectiorum, ignorantium, atq; simplicium optimo duci Christo dicere fas est. *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes*: cum enim multi sint viarum anfractus, quibus ad Petri tenditur cathedram; quandoquidem multæ sunt hæreses, multæ & sectæ, quæ ad ipsam ducere videntur; imbellicores nihilominus, & inexperti, tametsi ipsam à longe inspiciant, scientes, in ea esse veram, & catholicam fidem, facilè ab ipsa aberrant, nisi bonum, & expertum habeant ducem. Quidni verò Ecclesia vniuersalis, infirmiorum personam induens, pro semetipsa petat, quod pro illis obtinere exoptat. Si particularis illius filius Paulus Apostolus pro infirmiorum salute sese infirmũ facere non dubitauit, ita vt diceret aliquando: x *Factus sum Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, ijs, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege, vt eos, qui sub lege erant lucrifacerem, iis, qui sine lege erant, tamquam sine lege essem) cum sine lege Dei non essem; sed in lege essem Christi, vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant; factus sum infirmus infirmis, vt infirmos lucrifacerem; omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos*. *Indica mihi*, ait, *quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*.

s 1. Tim. 3. 15.

Ecclesia quo petat sibi indicari, quod omnibus constat, Christum residere in Cathedra Petri.

Simile.

Theodor.

x 1. Cor. 9. 20.

Ex persona imperfectiorum Ecclesia, petit indicari sibi locum, vbi Christus pascat, & cubet.

B Sed in petitione ista animaduertenda est summa ipsius Ecclesiæ cautela, quam ex duabus particulis, quas adhibuit, colligere licet: nimirum ex illa; *Quem diligit anima mea*: & ex altera: *In meridie*: Dum enim apponit particulam illam, *Quem diligit anima mea*: id indicat, quod iam sæpius dictum est, petitionem hanc se efficere eorum tantùm nomine, qui imperfectiores, infirmiores, ac simpliciores essent in fide. Atque enim est, ac si diceret.

PARAPHRASIS

O Christe dilecte mi, ij quidem, propter quos in vita spirituali persisto, non secus ac corpus humanum propter animam perseuerat in vita temporali; ij, ex quibus omnem habeo motum ad singula, quæ mihi agenda sint bona, sicut ex anima corpus; perfectiores, qui in me sunt, quive in me ea omnia exercent munia, quæ in humano corpore C exerceri solent ab anima: ita vt, & ipsi anima mea quodammodo dici queant; Isti, inquam, optimè norunt, vbi habites, vbi pascas: vbi cubes; diligunt enim, ac dilexerunt te iamdiu: atque adeò perfectissimo modo in te credunt, cum dilectio fidem præsupponat; cumque te diligant, viarum omniũ expertissimi sunt; nec facilè est, eos aberrare à fide Romana, atque à Cathedra Petri, in qua tu pascis, & cubas. At quoniam in me non solùm sunt perfectiores isti, sancti, atque experti; verum etiam complures imperfectiores, simpliciores, & in fide imbecilles, qui ex nimia simplicitate, nimiaque ignorantia haudquaquam te iugiter sequi valent, & facile aberrare queunt à fide Romana, & D à Petri Cathedra, in qua tu pascis, & cubas: Idcirco illud à te efflagito, vt imperfectioribus ijs, qui in me sunt, indices, vbi pascas, vbi cubes: vt eos, qui te minimè diligunt, tu tuo sancto illustres lumine, tu in fide corrobores, quò in illis quoque te iugiter prosequi possim: quòuè cum ipsis etiam te conuenire valeam, in loco vbi & pascis, & cubas: ibique te per dilectionem perfruar.

Pro tempore schismatum & maximarũ perturbationũ Christus quærendus est ad Petri Cathedrã, & ad fidem rectam.

Per alteram verò particulam illam, *In meridie*, quam vltimo loco subiecit, cautissime explicat eadem Ecclesia, pro quo tempore, quamve ob causam locum illum sibi à Dilecto suo indicari exposcat: Ac benè vno meridiei nomine & tempus hoc exprimit, & causam.

E Quoniam enim in meridie maximi esse solent calores, ingentesque corporum perturbationes, iuxta illud Ecclesiastici: y *In meridiano sol exurit terram, & in conspectu ardoris illius, quis poterit sustinere?* Idcirco per meridiei nomen maximas significauit Fidei perturbationes, ingentesque tribulationum æstus, quibus haudquaquam Iustitiæ sol Christus, sed infestissimus ille peruersitatis, ac falsitatis sol diabolus Ecclesiam exurit, ita vt vix fortiores, quinè maximè perfecti, ac sancti sunt, in conspectu huiuscemodi ardoris valeant sustinere. Contingit sanè frequentius, tantas in Ecclesia commoueri turbas, vt vix perfectiores in recta, & catholica fide stabiles persistere queant; vt vix sanctiores,

y Eccl. 43. 3. Cassiod. Beda.

Verſ. VII. Indica mihi, quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima iuſti.

a Matt. 6. 21.

Locum Dei quẽ quærat pia aña, cũ iā ibi ſit, eũ ipſomet Deo

EX præclariſſima illa Redemptoris noſtri ſententia, qua dicitur: *a Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum*; nonnihil mihi circa hæc ſpõſæ verba difficultatis exoritur: Qua ſcilicet ratione Anima Sancta eius inquirit locum, quem diligit, cum ſtatim ac Deum dilexit, ibi ſuo extiterit corde, vbi ipſe eſt Deus: Enimuero hoc eſt, quod Chriſtus Dominus ſua illa ſignificare voluit ſententia, vt vniuſcuiuſque cor, vniuſcuiuſque animus eo ſit loci, vbi illud eſt, quod dilexerit: nomine quippe theſauri id omne expreſſit, quod præ vniuerſis diligitur, tãquam maximè bonum, vel quia re vera bonum id ſit, vel quia ſic apprehenditur, vt maxime bonum; quoniam theſaurus adeo bona res eſt, vt per ipſum fere omnia obtinere confidamus bona: porro cum Deus ſit omne bonum, iuxta illud: *b Ego oſtendã tibi omne bonum*: nil inter amabilia vniuerſa congruentiùs, quam illo ſignificari poteſt theſauri vocabulo: atque adeò cum per Saluatorem noſtrum dicitur, *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum*: illud præſertim indicari videtur, quòd cor, atque anima eius, qui Deum veluti ſuum diligit theſaurũ, in eodem eſt loco, vbi ipſe eſt Deus.

b Exod. 33. 19.

Quòd ſi ita res ſe habet, quid quærit modo Anima Chriſti ſponſa locum, in quo iam ſimul cũ ſuo eſt dilecto? Quomodo tam feruenti deſiderio ad ipſummet, quem diligit, Deum inquit; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie?* Verba certè iſta repugnantiam in ſe habere videntur: nam petens, indicari ſibi locum, vbi quiſpiam ſit, innuit, ſe illum minimè diligere: cuius locum inquirit: Si enim diligeret illum, haud peteret, indicari ſibi locum, vbi & ipſa iam eſſet corde, atque Anima ſua.

Nihilominus & verum eſt, quod anima ibi ſit, vbi Deus eſt theſaurus eius: & ſumma cum ratione eum ſibi locum indicari expoſcit, vbi Deus eſt, paſcens, & cubans in meridie: nec vlla in ſponſæ verbis ineſt repugnantia.

Aña tripliči mõ eſſe põt, vbi eſt id, quod diligit.

Etenim diligens quidpiam, triplici modo ibi eſſe poteſt, vbi eſt id, quod tamquam ſuum diligit theſaurum: per amorem, per deſiderium, & per delectationem, ac fruitionem.

Primò enim homo quidpiam tamquam ſibi maximè bonum apprehendens, per amorem ad illud inclinatur, & diligit illud; abſtrahenſve à præſentia vel abſentia eius, in illud ſeſe transformat; ac ſimul per actum amoris eodem eſt in loco, in quo id, quod diligit extat.

Secundò, videns id ipſum, cum quo per amorẽ iam eſt, re ipſa à ſe abeſſe, conſideranſque illud, vt bonum abſens, maximo ad illud tendere nititur deſiderio, & tunc per huiuſmodi deſiderium ibi dicitur eſſe, vbi id eſt, quòd diligit, quodve deſiderat.

Tertio denique quod diligebat, atque deſiderabat, poſſidet, eoque perfruitur, ac in illo, & cum illo per delectationem permanet, & quieſcit. Verùm etſi his tribus modis cor diligentis dicatur ibi eſſe vbi eſt theſaurus eius, vbi eſt id, quod diligit; realiter tamen tertio dumtaxat modo in eodem loco a-

A nima actu eſt, in quo eſt id, quod diligit: quia cum in eo, quod iam præſens poſſidet, quieſcat per delectationem, certè ibi eam eſſe comperitur, vbi illud eſt, in quo ipſa quieſcit; cum duobus aliis modis in eodem loco ſit tantummodo per inclinationem quamdam, qua ad ſuum inclinatur theſaurũ. Quomodo ergo, dicet quis, verum illud eſt, quòd, vbi eſt animæ theſaurus: vbi eſt id, quod diligit, ibi & ipſa ſit anima, etiamſi illo minimè fruatur, etiamſi in illo minimè quieſcat adhuc per delectationem? Si amor & deſiderium feruntur ad bonum, quod diligitur, per motum, quomodo ibi eſſe Anima, ibique quieſcere dici poteſt, vbi theſaurus ille, bonũque illud extiterit, ad quod tendit per motum amoris, ac deſiderij? Si mouetur, certè neque ibi eſt, nec

Amãs Deũ eundẽque deſiderans eſt ibi per amorẽ, & deſiderium vbi ipſe eſt Deus.

B quieſcit eo in loco, quò mouetur. Nihilominus ẽt per iſtiuſmodi inclinationis, per iſtiuſmodi amoris, ac deſiderij motus congruentiſſimè dicitur ibi eſſe, vbi eſt theſaurus eius, quia iuxta probabiliorem Philoſophorum opinionem, motus non diſtinguitur realiter à termino, Sed, tametſi tunc quoquo pacto ibi eſſe dicatur; haud tamen cenſendũ, ſimpliciter eam ibi eſſe, ſed eſſe per amorem dumtaxat, ac deſiderium; atque adeò, quia ibi ſe aliquo pacto eſſe, intelligit, ab ipſomet amore, ab ipſomet deſiderio, propter quod ibi eſt, vehementius eam impelli, ad id vt tendat velocius, quod diligit illumve vt penetret locũ, vbi illud ipſum ſit, quod ſibi diligẽdum propoſuit: Hinc illud eſt, quod Regius Propheta, cum per amorem, ac deſiderium iã

C eſſe cœpiſſet in loco, vbi ſuus habitaret dilectus, tã veloci & amoris, & deſiderij curſu ad eum impulſus eſt, vt diceret: *c Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini*: Ac ſi diceret: Cũ te Domine Deus meus, veluti meum diligerem theſaurum, iam per amorem, atque per deſiderium in atriis tuis cępi eſſe, vbi tu es: ac propterea tanto dilectionis impetu ad ipſa tua inclinor tabernacula, ad locum habitationis gloriæ tuæ, vt haud exprimere valeam, quã maximè ea mihi ſint dilecta: propterea quoque eo vehementer ab ipſo eorum impellor deſiderio, vt præ velociſſimo curſu propè deficiam, ad inſtar illorum, quos præ nimio curſu ſpiritũ ſuſcipere non

c Pſ. 83. 2.

D valentes, deficere videmus in via. Concupiſcit .n. & deficit anima mea in atria Domini. Hinc etiam & Anima Chriſti ſponſa ab eodem amore, & deſiderio, per quæ iam quoquo pacto eo in loco eſſe cœperat, in quo paſcebat, & cubabat eius dilectus, ad illum velociſſimo curſu currere nititur; atq; adeò ipſum quaſi præſentem habeat, ad quem tẽdit, ait: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS

Quia te diligo, vehementiſſimaque amoris inclinatione ad te tendit Anima mea; idcirco, vt te perfrui mihi aliquando liceat, velociſſimo deſiderij curſu ad te feſtinare contendo; Verumtamen id mihi accidit, quod ei euenire ſolet, qui ignarus locorum ſumma celeritate aliquò venire nitatur, quò

Simile.

E tamen nunquam perueniet, quoad uſque expertum repererit ducem; ſic enim & ipſa per deſideriũ curro ad te, Dilecte mi; At, quia locum nequeo penetrare, vbi ſedes in excelſo gloriæ tuæ ſolio, quia locus habitationis gloriæ tuæ eſt mihi ignotus, nec adire non valeo: Propterea hoc vnum à te efflagito, *Indica mihi* tu & locum iſtum, *vbi paſcis, vbi cubas in meridie*.

Notandum eſt autem quàm aptè ardentiſſima Chriſti ſponſa in iſtiuſmodi ſua petitione ſingula apponat verba: Primò enim, cum ſimpliciter dicere potuiſſet; *Indica mihi, quem diligo, vbi paſcas* &c.

ad

DE ANIMA.

A ad significandum intensissimum, quo Deum prosequeretur, amorem, ait; *Indica mihi quem diligit anima mea:* Quare *quem diligit Anima mea?* An fortasse, dum diligit Anima tua, non diligis & tu? An dum tu diligis, non diligit & Anima tua? Sanè dũ Deum diligit, anima diligat necesse est; Attamen dum ait; *quem diligit Anima mea*; simul cum dilectione, & causam indicat, & modum huiusmodi dilectionis. Nam si anima est, quæ Deum diligit, idcirco eum diligit, quia sui ipsius Animam agnoscit illum; Deus siquidem est Anima animæ: atque adeò ita eum diligit, quomodo ipsa a suo diligitur corpore, quod animat.

Anima s. diligit Deũ quõ corpus diligit animã suam.

Quis verò explicet, quanta sit istiusmodi animę dilectio erga Deum animam suam, nisi qui eum intelligat modum, quo corpus suam diligit Animam? Sanctus Thomas præclarè in libro de dilectione Dei, & proximi hęc explicãs, triplicem corporis statum distinguit, Animãdi, Animati, & Exanimis: Quem triplicem statum in ipsa quoque Anima distinguere possumus respectu Dei, qui est eius Anima. Porrò sicut in corpore animãdo tria sunt, potentia susceptiua animæ, naturalis appetitus ad eam habendam, & virtus dispositiua organizans embrionem, disponensque illum ad eam suscipiendam: ita & in Anima tria eadem reperiuntur, antequam animetur à Deo: primò enim potentiam habet susceptiuam, quatenus capax est Dei, atque ab illo solo perfici potest. Quid dicã de naturali eius appetitu, cum omne perfectibile suam appetat perfectionem? habet denique & virtutem dispositiuam, potentias nimirum naturales, diuina gratia pręueniente adiutas, quibus & ipsa quodammodo ad suam disponatur vitam; quamuis enim dispositiones ad gratiam sint magis à Deo, quàm ab anima: atque adeò propriè ipsemet Deus sit, qui Animam præparet, ac disponat ad sui susceptionem, iuxta illud Prouerbiorum: *d Preparetur voluntas à Domino*: Nihilominus quia Anima per naturalem liberi arbitrij potentiam benè vtitur gratia pręueniente, qua naturales eius potentiæ corroborãtur, & ipsa pariter aliquo pacto dispositionẽ ad Deũ, vitamque suam suscipiendam in se habere, ac se se quodammodo præparare dicitur, iuxta illud item Prouerbiorum: *e Hominis est præparare animam*: Et illud Dauidis: *f Dilata os tuum, & implebo illud.* Sic igitur dum anima, Christi sponsa suum erga illũ amorẽ hac exprimit locutione: *Quẽ diligit Anima mea*: hæc oĩa breuissima hac innuit oratione.

S. Thom. Opusculo 61. c. 10.

Simile.

B

C

d Prou. 8. 35. secũdũ sept.

D

e Prou. 16. 1

f Ps. 80. 11.

PARAPHRASIS.

Quem solum agnosco mei perfectiuum; quandoquidem tanta est, quam tui Domine Deus meus habeo capacitatem, vt iure optimo de creaturis vniuersis, deque omni re, quæ alia a te sit, illud proferre mihi liceat: *g Vanitas vanitatum, & omnia vanitas;* cum vniuersa simul ne minimam capacitatis meæ implere valeant partem, Te diligit anima mea, atque ideò *h Sitiuit ad te Deum, fontem viuum*, teque diligens, nil prætermitto, quo, quãtùm in me est, ad tui me disponam susceptionem, parãs tibi vias, rectasque faciens semitas tuas:

g Eccl. 1. 2

h Ps. 41. 3.

E

At multò plura per hanc ipsam breuem orationem; *Quem diligit Anima mea:* significari intelligimus, si ex similitudine corporis in secundo statu, quando iam animam, simulque cum anima & vitam habet, & sensum, & motum, ab ipsa anima sibi elargita. Anima quoque consideretur, vt Deum habens vitam suam. Tunc enim, cum illa intelligit, se ab huiusmodi Anima sua donatam & vita, & sensu, & motu morali, tanto Deum ipsum amore prosequitur, vt ea vniuersa in illius impendat dilectionem: hocque illud est, quod innuit sponsa, dum ait: *Quem diligit Anima mea*; æque enim est ac si diceret.

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

Quem Anima mea, veluti suam *diligit* Animam, vt potè à quo habet, vt viuat per gratiam; vt sentiat, quæ tua sunt, vtque ad bonas moueatur operationes: *Quem diligit Anima mea*, ita vt iam non ipsa viuat in se, sed tu viuas in illa: *quem diligit aĩa mea*, i reformata *in nouitate sensus* sui, *vt probet qua sit voluntas* tua *bona, & beneplacens, & perfecta. Quem diligit Anima mea*, ita vt nil mihi videre, nil audire, nil loqui, nil ve alio pacto sentire sit gratum, nisi quod ad te spectet, quodve ad tuum redundet honorem, ac gloriam: vt nil me contemplari, menteque mea versare delectet, nisi te Animam animæ meæ: *Quem diligit anima mea*, vt potè à quo veluti ab Anima sua motum suscepit vniuersum: atque adeò ita te diligit, vt quicquid agit, propter te agat.

Anima s. quali amore Deũ diligat, à quo & vitã, & sensum, & motum habet tãquã ab anima sua.

i Ro. 12. 2.

Sed adhuc in eadem breui oratione includitur ingens cupiditas, qua appetit, esse perpetuã huiusmodi coniunctionem cum Deo suo; summumque studium, quo abhorret separationem ab illo: neque enim minùs Anima hanc abhorret, illam ve desiderat, quàm corpus coniunctionẽ appetat perpetuam cum anima sua, separationemque ab illa abhorreat. Siquidem optimè nouit, multò maiora ex separatione Dei sui sibi prouentura detrimenta, quàm ea, quæ post Animæ separationem corpori prouenire videmus: Ideò, dum eum sibi dilectissimum significare voluit, non dicit simpliciter; *Quẽ diligo*. Sed, *quẽ diligit anima mea*: ac si dicat

PARAPHRASIS.

Cui tam arcta vnione coniuncta est anima mea: vt nil sit, per quod à te separari queat, cum in hoc vniuersum suũ collocet studium, vt dicere possit: *K Quis nos separabit à charitate Dei? Certa sum enim quia, si ipsa noluero, neque mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit me separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu* dilecto meo.

K Ro. 8. 35

Sicut autem dilectionem suam, qua Deum prosequebatur, tam aptè per istiusmodi loquendi formulam expressit, vt nec melius, nec efficacius ea exprimi posset: ita pariter eadem prudentia cęlestẽ, quam sibi indicari petebat gloriam, talibus significauit verbis, *Vbi pascis, ubi cubas in meridie*: per hęc namque pauca verba totum id exprimit, quod de cælesti illa fęlicitate, humana mente excogitari queat, explicat enim primum, quomodo ibi à Domino vniuersa exhibeãtur, quæ delectationem afferre possint, idque per verbum, *pascis*: secundò, quòd quicquid molesti reperitur in mundo, id omne ab ea excludatur, dicens, *Vbi cubes*, vel, *ubi cubare facies*: in quibus duobus sita est omnis felicitas, ac demũ tertiò per verbum, *In meridie*, innuit modum, quo ibi ea exhibeatur felicitas.

Origenes Greg. Nys. Psell. Bernard.

Locus ille cęlestis patrię, dicitur locus, vbi Christus suas pascit oues, vbi Deus suos pascit amicos: & per hoc pastus nomen, vniuersæ exprimũtur delitiæ, omnesq; delectationes; quandoquidem dulcedo, quæ delitiarum omnium propriissimum est symbolum, gustu propriùs percipitur in pastu, ac cibis, quam vllo alio sensu, vel vlla alia re. Triplici verò pastu in cælesti patria beatos à Deo pasci colligimus ex sacris litteris: Primò herbis: Secundò lilijs, ac floribus: & Tertiò adipe frumenti. Pascuntur, primo herbis, quas ipsi seminauerint, recipientes ibi fructum bonorum operum, quæ hic egerint, iuxta illud Apostoli: *l Quæ seminauerit homo, hæc & metet*: Sanè tantus est harum herbarum gustus, vt ipse solus ingentem conferat

Cælesti in patria Beati à Deo pascũtur triplici pastu. P. pastus est ex his, quæ seminata, sũ in hac vita.

ferat

DE ANIMA.

ferat beatitudinem, teſte Propheta, qui ait: m *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit.* Quod ſi herbarum istiuſmodi paſtus talem exhibet beatitudinem, quid paſcua conferēt

m Pſ. 127. 2.

liliorum? inter quæ, & quibus eo loci ſponſus paſcit, n *qui paſcitur inter lilia?* Lilia ſanè iſta terrena aut ouiū, aut hominum paſtum eſſe, quis dixerit, cum nec oues, nec hoïes ex ijs ſeſe alere queant? paſcere tñ dicuntur ex eo, quòd hominis, & cæterorū animantium viſionē paſcunt, & odoratum: iuxta communem illam loquendi formulā, qua, cum nos delectat, perpulchram aliquā rem intueri, viſum, oculoſq; paſcere dicimur. Atqui, cum paſtus iſte nō ſit proprius, ſed metaphoricus paſtus, idcirco ſponſa nō ait ſimpliciter, Dilectum paſcere lilijs, ſed paſcere inter lilia, dicens: o *Qui paſcitur inter lilia*; vt modū ipſum ſubindicaret, quo lilijs beati à Deo paſcuntur in Patria; nēpe per viſionem, quam exiſtentes inter candidiſſima, ac maximè redolentia lilia, paſcunt ingenti cum delectatione liliorum eorum pulchritudine, & odore: viſio namque oculorum mentis, qua animæ vident in patria, haud pulchritudine tantum paſcitur, ſed & odore, & ijs vniuerſis, quæ aliquam conferant oblectationem. Lilia horum paſcuorum Dei ſunt Angelici Spiritus, qui (vt bene inquit Ambroſius) non laborant, neq; nent: cum à principio creationis ſuæ perfectionem ſuam habeant, & candorē gloriæ: p Vnde *nec Salomon*, aut quiſpiam glorioſiſſimus mūdi huius Princeps *in omni gloria ſua eſt veſtitus, ſicut vnum ex iſtis*, iuxta Saluatoris noſtri definitionem: Lilia ēt ſunt ſancti vniuerſi, qui inſtar liliorum vita candidi, ſanctorum operum exemplis odorem ſuauem relinquunt in mundo. Lilia præcipuè ſunt Virgines ſanctæ propter eximium caſtitatis candorē, & propter puritatis fragrantiam: Lilium candidiſſimū eſt Virginū mater B. Maria, de qua dicitur: q *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*: Lilium deniq; lilijs vniuerſis & candore, & odore præſtantius eſt humanitas Chriſti, qui de ſemetipſo aliquando aſſeruit: r *Ego flos campi, & lilium conuallium*: Ex his omnibus lilijs paſci optans anima ſancta, cæleſtem à ſponſa ſibi indicari expoſcit patriam dicens; *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcis.*

Lilijs paſci dicũtur Beati per viſionē humanitatis Chriſti, B. Virg. aliorũque ſanctorũ in gloria.

n Cãt. 2. 16.

o Cant. 2.

Lilia cæleſtis patria quæ ſint.

Lib. 7 in c. 12. Lucæ.

p Luc. 12. 27.

q Cãt. 2. 2.

r Cãt. 2. 1.

Feliciſſimæ certè oues illæ, quæ in talib. paſcuis à ſummo vniuerſorū Paſtore, & talib. herbis paſcūtur, & talib. lilijs: At multò feliciores eas dicemus, ſi animaduertimus, animā ſanctā, quādo à Deo ſuo petit, ſibi indicari locum, vbi paſcat cæleſtē gregē; non tam id petere, propterea quòd in dictis paſcuis iſtiuſmodi ſint & herbarum, & liliorū paſtus; qui maximam conferant beatitudinem; quàm quia ibi oues paſcantur ex adipe frumenti, hoc. n. eſt, quod ipſa præ vniuerſis deſiderat, huc oïa eius tendunt deſideria; huc oïs illius directa eſt petitio, dixit aūt vniuerſaliter; *indica mihi, vbi paſcas*; quia qui ad cæleſtem illam peruenerit patriam, triplici vt dictum eſt, non ſolū ex adipe frumenti, ſed & ex herbis, & lilijs vſquequaq; ſuauiſſimo paſcitur paſtu. At verò conuiuiū illud, quod ibi ex adipe exhibetur frumenti, eſt oïum ceterorum in infinitū prædulce; ipſumque vnū eſt, in quo beati tali ſatiātur paſtu; qd apertiſſimè Regius Propheta ſignificauit, cū diceret. ſ *Qui poſuit fines tuos pacē, & adipe frumenti ſatiat te*: Nec eſt, quòd quis quærat, quiſnā ſit iſte paſtus ex adipe frumenti, cū ab eodē Propheta id explicatū ſciamus alias, vbi inquit, t *Satiabor, cū apparuerit gloria tua*: clarè enim patet, adipē frumenti eſſe diuinā eſſentiā, in cuius viſione vniuerſa eſſentialis beatorū gloria ſita eſt. Quę benè haud frumētū ſimpliciter, ſed adeps dicitur frumenti, quia in

Viſio diuina eſſentiæ eſt ſcipuus beatorū paſtus in patria.

Eſſentia diuina cur dicatur adeps frumenti.

ſ Pſ. 147. 3.

t Pſ. 16. 15.

A quolibet frumento quantūlibet pulchro, quātūlibet puro ſemper eſt aliquid furfuris, at in adipe frumēti nihil reperitur admixtū vel furfuris, vel cuiuſpiā alterius rei. Quid diuina eſſentia purius excogitari pōt? in qua nihil eſt mutabilitatis, nihil admixtionis, nihilque imperfectionis vel minimæ: in cuius comparatione nil aliud purum videtur.

Sed & bene addidit, *Vbi cubes*, vt ſignificaret apertius, quem locum ſibi à dilecto ſuo indicari peteret, ſi enim dixiſſet: *indica mihi, vbi paſcis*, tantum modo, haudquaquam de cæleſti patria locuta videretur, cū etſi eo in loco, perfectiſſimo modo ſuū Deus paſcat gregē, paſcit tñ etiam in hoc mundo: Imò propterea in hunc mundū deſcendit, vt eſſet

B

paſtor bonus, paſcēs fideles oues ſcientia, doctrina, atq; exēplo. Verū, cum addit; *Vbi cubes*, nullū relinquit dubitādi locum, quin patriam illam efflagitet cæleſtem. Aeque enim eſt ac ſi diceret.

Satis iā te noui in hoc mūdo paſcētē; Noui te pro tuis paſcēdis gregib. u tota die laborantē: Noui te ēt in cælis pro defenſione ouiū tuarū x ſtātē à dextris virtutis Dei. At qd mō mihi eſt in optatis: id vnū, qd à te obtinere percupio, illud eſt, y vt inhabitē in domo tua oïbus dieb. vitæ meę, vt videā voluptatē, q̄ præſtas in cælis, & viſitē tēplū tuū: vt videā eſſentiā tuā, qua perfectiſſimo, ac feliciſſimo paſtu cæleſtes paſcis ſpiritus, & in qua æterna cubas quiete; quapp, *Indica mihi quē diligit aïa mea, vbi paſcas, vbi cubes*: Indica mihi, vbi te inueniā paſcētē ſimul,

PARAPHRASIS

u Io. 4. 6.

Act. 7. 55.

y. Pſ. 26. 4.

C

atque cubātē: Indica mihi, vbi à te pleniſſima paſci queā ſatietate eſſentiæ tuæ, vbi tecū perpetua felicitate in tua cubātē eſſentia, ſimul quoque & me cubare facias: vbi z. in pace in idipſum dormiā, & requieſcā. Hoc. n. quoque per hāc ſignificatur particulā: *vbi cubes*: perpetua nimirū, ſecuriſſima, atq; oïno imperturbabilis cæleſtiū paſcuorū quies, & pax: de qua p Prophetā dicebatur, a *Qui poſuit fines tuos pacē*: Qd apertius hebraica exprimitur lectione, qua dr̄: *vbi cubare facias*. Siquidē ppea cęleſtis illā patria nuncupatur Ieruſalē, quæ interpretatur viſio pacis, q̄ cū ibi diuina videatur eſſentia, in qua cumulatiſſima eſt pax: ſimul quoq; à cōprehēſorib. vſquequaque p̄fecta ibi cubat in pace. Ibi cubare nos faciet

z Pſ. 4. 9.

Caleſtis patria quam magna ſit quies & pax.

a Pſ. 147. 3

D

idē ipſe, qui paſcit: ibi cubabit, atq; quieſcet vniuerſus nr̄i intellectus appetitus, nec quicquā amplius ſcire cōcupiſcet, ibi cubabit & ipſa volūtas, cæleſtique in amore quieſcet, vniuerſale illud diligēs bonū, i quo ſūt oïa bona, & extra q̄ nihil eſt, quo frui quis valeat, ibi denique cubabunt & oēs potentiæ.

Illud vnū nobis mō ſupereſt explicandum, quo pacto per vltimam illam particulā, *In meridie*, modus ab eadem ſponſa innuatur quo in eo, quē ſibi indicari petit, loco, prædicta exhibeatur felicitas.

Pro huius aūt rei intelligētia illud pro indubitato ſupponendū eſt, quod ab oïbus pro confeſſo hr̄, cōſummatā cæleſtis patriæ beatitudinē cōpleri, & per viſionē diuinæ eſſentiæ, & per ardētiſſimā Dei

Beatitudo cæleſtis patriæ quibus actibus ſit conſummata.

E

charitatē ſimul cū gaudio, & fruitione eſſentię eiuſdē, quæ diligitur. Quod cū ita ſit, planè apparet, eū eſſe modū, quo Deus in Patria prædictā beatis confert beatitudinē, q̄ beatorū illuſtrat intellectū, ſuāque illis proponit eſſentiā pro obiecto intellectus, quòdue ita per ſui amoris ardorem eorumdem Beatorum voluntatem inflammat, vt charitate penitus ardeant, & inexplicabili voluptate, ac gaudio, ipſo potiantur, cuius ardent amore: ſed vide amabo, quàm præclarè hæc omnia per vnicam illam particulam, *In meridie*, innuantur à Sponſa. Cōſtat ſanè, meridiē nil aliud eſſe, quàm tempus illud diei quando Sol eſt in medio firmamenti, & per conſequens quando de ſe maiorem emittit lucē, & quando

II. ANIMA.

do ardentiores causat æstus. In perpetuo ergo meridie Deus pascere, & cubare dicitur, perpetuam conferens beatitudinem, quoniam in eumdem modũ, quo Sol in meridie existens, perfectissimè sublunari huic mundo sese communicat, & ipse per summã felicitatem sese communicat beatis, exhibens eis lumen gloriæ, ac per illud eorum perficiens, atq; corroborans visionem, & inflammans voluntatem, per ardentissimos, quos in eis producit, charitatis ęstus totum sese illis præbens summum bonum: ita vt & ipsi per tam ardentes succensi flammas, toti resoluãtur in illum. En quõ ibi pascit, & cubat in meridie.

Deus i Patria cõmunicat se beatis, quomodo Sol i meridie sese communicat, per lucem, & calorem.

Verùm si subtiliùs rem ipsam consideremus, videbimus per hanc particulam, *in meridie*, non tantùm significari, in quibus consummata exhibeatur beatitudo: Verum etiam in quo potissimum illa cõsistat, quod maximè apud scholasticos est cõtrouersum: significatur enim, eam sitam esse potissimum in actu intellectus, in visione beatifica, quod Scripturæ Sacræ magis est consonum, iuxta illud Psalmi: b *Vnam petij à Domino, hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt uideam voluptatem Domini, & visitem templum eius.* c Et, *videbitur Deus Deorum in Sion*: &, d *Satiabor cum apparuerit gloria tua*: & illud Ioannis. e *Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Iesum Christum.* Siquidẽ per istiusmodi particulam, *in meridie*, significatur, Deum in cælesti patria perfectissimo modo Beatis sese communicare, quomodo & Sol iste corporeus perfectissimè sese communicat in meridie, per eximiam lucem, ac per ingentem calorem; At quemadmodũ, tametsi Sol per prædictos ambos sese communicet effectus, lucis, atque caloris: luce tamen potissimũ hanc sui præstat communicationem; quandoquidẽ prius sese manifestat per lucem, & tum per ipsius lucis refractionem, per effectum quoque se communicat caloris? Eodem pacto & Deus, quamuis sese communicet tum intellectui, tum voluntati beatorum, exhibens illis essentiam suam & pro obiecto visionis per lumen gloriæ, & pro obiecto voluntatis, atque amoris per summam, & infinitam bonitatem; beatitudinem tamen tunc potissimum cõfert, dum exhibens eis lumen gloriæ, intellectui eorum sese perfectè communicat: ex qua postmodum communicatione sequitur & altera communicatio per amoris ardorem: prius enim beati vident diuinam essentiam, & cum ex istiusmodi visione accẽditur eorum charitas ad eam amandam, quam per prædictam beatificam visionem summum omnium agnouerunt bonum: neque enim voluntas quidpiam diligere potest, quod prius cognitum non sit per intellectum. Prudentissimè igitur Anima sancta hãc addidit particulam, *in meridie*: Quis verò perpetuũ hunc non exoptaret Meridiem? hunc quærat, hũc petat anima quæq; à sponso, quem diligit: hunc in præmium efflagitet, dilectionis: dicat, & audacter dicat: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: O verè meridies exclamat Bernardus, plenitudo feruoris, & lucis, Solis statio, vmbrarũ exterminatio, desiccatio paludum, fœtorum depulsio. O perenne Solstitiũ, quando iã non inclinabitur dies, ò lumen meridianum, ò vernalis temperies, ò æstiua venustas, ò autumnalis vbertas, & ne quid videar præterisse, ò quies, & feriatio hyemalis: Aut certè, si hoc magis pbas, sola tũc hiems abijt, & recessit: Hũc locũ, inquit, tantæ claritatis, & pacis, & plenitudinis indica mihi, vt & ego quoque te in lumine tuo, & in decore tuo per mẽtis excessum merear contemplari pascentẽ vberius, quiescentem securius: Nam & hic pascis, sed non in satietate ne cubare licet: sed stare, & vigilare oportet propter timores nocturnos.

Beatitudo patria est potissimum in visione diuinæ essentiæ.

b Ps. 26. 4.
c Ps. 83. 8.
d Ps. 16. 15
e Io. 17. 3.

Simile.

Meridies æternæ felicitatis qualis sit.

Bernardus serm 33. in Cant. ante medium.

D B ANIMA

II. SENSVS.

Iuxta secundũ sensum, Anima, quæ post ardentẽ feruorẽ aliquantulũ in Dei seruitio tepefacta est, quoniam sensibilibus orbatã se sensit consolationibus spiritus quib. tamquã lacte, cũ adhuc paruula esset, à Domino fuerat enutrita cũ aliqñ Christi dilecti sui in se sentiat præsentiam, qui per internam inspirationẽ ei exprobret, quare eũ pristino nõ fuerit secuta feruore ad sui purgationẽ locũ inquirit, vbi ipse consolationũ pastu suos pascat fideles: vbi, & in quonã studio pascat per delectationes, & cubet absque vllo discessu in meridie præsentis vitę, quæ tantis æstuat miseriarum æstibus; vt & ipsa cõ illũ iugiter sequi possit; quasi dicat, se idcircò illũ minimè secutam, q̃ sibi subtractas sensisset consolationes spiritus, nesciretque, vbi eas reperiret: q̃ eius orbata esset præsentia, & ignoraret, quonam in studio ipsum inuenire, ipso perfrui, & cũ illo vniri sibi liceret: Propterea inquit: *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. Sicut dubitauit Iob de loco Sapientiæ, & intelligentię, qua perficitur intellectus, dicẽs: f *Sapiẽtia vbi inuenitur, & quis est locus intelligẽtiæ*? qm vni tñ is cognitus esset Deo. Ita & Anima sancta hic dubitat de loco consolationũ spiritualiũ, in quib. est affectus perfectio: & sicut sapiens sapientiã, & intelligentiã ab eodẽ efflagitauit Dño, cui soli illius locus notus esset, dicens: g *Da mihi Domine sediũ tuarũ assistricẽ sapientiam: Mitte illã de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecũ sit, & mecũ laboret, vt sciã quid acceptũ sit apud te*. Ita & sponsa consolationes spiritus ab eo exposcit, qui solus illas elargiri põt, petens, sibi earũ indicari locũ, ac dicens; *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes, in meridie*. Neque verita est, hoc petere, cũ pro certo haberet, eas haudquaquã sibi negandas. Ideò quippe dum eas petit, significat, se illum, diligere, à quo eas exposcit, dicens; *Indica mihi quẽ diligit anima mea*: sciens & de sapientia dictũ. h *Præbuit illã diligentib. se*; An non idẽ est, *Quẽ diligit anima mea*, atque, quẽ diligo (Non põt. n. diligi Christus à quopiã; cuius tñ anima illum minimè diligat, vt quando quis diligit Christũ, tantummodo vt ab eo corporalia, ac tẽporalia sibi conferantur, sicut diligebant Christum, qui, i cum panibus ab eo saturati essent in deserto, illum iterum quærebant, vt iterũ ab ipso saturarentur panib. quod is optimè agnouit; Vnde & dixit eis: *Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panib. & saturati estis*. At verò sponsa Christi Christum diligit corde, & Anima, quia non quærit ab eo tẽporalia, atque carnalia, quæ omnia propter ipsum arbitrata est vt stercora: sed quærit tantùm ipsummet, quem diligit: & si qua quærit, spiritualia quærit, quibus magis cum illo vniatur, quibus & pascatur in vita spirituali. Ac propterea, dum spirituales ab eo quærit consolationes, aptissimè dixit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, &c.*

Cõsolationum verarum locus, sicut & locus sapientiæ, soli Deo est cognitus.

f Iob. 28. 12.

g Sap. 9. 4.

h Eccl. 1. 10

i Io. 6. 26.

Diligere quis Christũ põt, cuius tamen aia Christũ non diligat, & quõ id fieri queat.

Non quæro sæculi voluptates, non bona temporalia, non quicquam, quod ad carnem spectet; Nã anima mea, spiritus meus te diligit, Indiget & ipsa pastu cõsolationum spiritualium, has exposco, has quæro à te, quem solum diligit anima mea, & quẽ solum animas pascere noui.

PARAPHRASIS

Eum, quem aia Deũ diligit, Deus quodãmodo tenetur pascere consolationib. spiritualib.

Habet autem & maximam emphasim hæc loquendi formula: *Indica mihi, quem diligit anima mea*: significat namque Christum Dominum quodammodo teneri ad ipsam pascendam, cum enim dicit; *Quem diligit anima mea*, quẽ est ac si diceret: Cui adhæsit, cui conglutinata est anima mea; quan-

DE ANIMA.

quando namque cuiuſpiam anima aliquem diligit, quæ diligit conglutinatur per amorem animæ illius, quem diligit. Vnde de Ionatha, ex anima diligente Dauid dicitur: *k Et factum eſt cum compleſſet Dauid loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quaſi animam ſuam.* Quod ſi ſponſa, diligens Chriſtum, conglutinata eſt Chriſto, profecto à Chriſto ſuſcepta eſt cura illius: nam & hoc quædam ſe expertã, aſſerunt, cum diceret per Prophetam. *l Adhæſit*, vel (vt legit Auguſtinus) *conglutinata eſt anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua*: Vbi nota, quàm propriè loquatur, dicens: non tibi ſimpliciter: ſed, *poſt te*: quia eatenus Anima Chriſto conglutinatur per glutem dilectionis: quatenus illum ſequitur: quatenus illius ſeſe dicat ſeruitio; tuncque libentiſſimè ſuſcipitur à dextera eius. Porrò ſi à Chriſti dextera ſuſcepta eſt: ſi in eius nobiliſſimum ſeruitium admiſſa eſt, nulli dubium eſt, quin & ab illo debeat paſci: nam & hoc videmus etiam in Principibus huius mundi, vt, cum aliquem ad ſua admittãt ſeruitia, illicò annonam eis aſſignent, qua paſcantur: *m Nec enim quiſpiam*, vt inquit Apoſtolus, *proprijs militat ſtipendijs*: Dum ergo Chriſti ſponſa ait, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas*; talia dicere videtur.

k 1. Reg. 18. 1.

l Pſ. 62. 9.

Simile.

m 1. Cor. 9. 7.

PARAPHRASIS.

Adhæſit, & conglutinata eſt Anima mea poſt te: Tuo dicata eſt famulatui, idcircò à te debet paſci; propterea *Indica mihi, vbi paſcas* conſolationibus ſpiritualibus: Neque verò id mihi vllatenus negare potes, nam *quando adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua*: neque cauſari potes impotentiam, quòd tibi deſint conſolationes, quibus me paſcas, quòd me tantis nequeas paſcere conſolationibus, nam ea ipſa, qua me ſuſcepiſti, dextera tua, omni conſolationum plena eſt genere: *n Delectationes enim in dextera tua vſque in finem*.

n Pſal. 15. 11.

Paſcuorum verò metaphora Spirituales exprimit conſolationes: quoniam per has conſolationes, tanquam proprio paſtu anima recreatur, quia per eas enutritur, & creſcit in vita ſpirituali, non ſecus ac corpus per cibos corporeos alitur, & debitum ſuſcipit augmentum.

Conſolationes ſpirituales paſcuorũ nomine ſignificantur, quia ſunt proprius animæ paſtus.

Nam quamuis & conſolationes ſæculi, paſtus eius eſſe videantur; talis tamen ſunt paſtus, vt mortem ipſi inferant, tantùm abeſt, vt per eas illa vel nutriatur, vel creſcat in augmentum ſpiritus; ſunt namque ex eo paſtus genere, *o Quod*, vt inquit Iob, *guſtatum affert mortem*.

o Iob 6. 6.

Chriſtum autem quærit paſtorem, dum quærit conſolationes, & ait: *Indica mihi vbi paſcas*: Quoniam Chriſtus ſolus eſt, qui conſolationes exhibẽs animam paſcat; optimum illi præbens, ac ſimul prædulce nutrimentum, iuxta vniuſcuiuſque complexionem, ætatem, & neceſſitatem: Chriſtus ſolus eſt, qui materno animas paſcat affectu, earum in omnibus curam gerens, eaſque ſemper ad maiores promouens profectus. Nam paſtores ceteri, vt ſunt diabolus, mundus, & caro exhibent, & ipſi temporalium, carnaliumque conſolationum paſtus: At tantum abeſt, vt per huiuſmodi paſtum Animas paſcant, vt potius in ipſa conſolationum exhibitione, ex ipſis animabus paſcant ſemetipſos: quod præclarè nobis expreſſit Propheta, cum ait: *p ſicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos*: quaſi enim oues prædicti Paſtores, miſeras congregant animas ad paſcua voluptatum ſæculi, quaſi oues illas carnalibus paſcunt delitijs; ac dum huiuſmodi voluptatibus eas paſcere videntur, ipſi ſe ſe paſcunt ex illis, ponentes eas in inferno: Sic miſeræ Animæ ignorantes, quod admoniti ſunt à Salomone, *q* in

Chriſtus ſolus eſt verus paſtor bonus.

Diabolus mũdus, & caro dũ voluptatibus ſæculi paſcunt alias, paſcunt & ſemet animabus ipſis.

p Pſ. 48. 15

q Prou. 9.

A talium voluptatum paſcuis eſſe gigantes, ac Dæmones, & in profundis inferni ſuas eſſe ſemitas, dum putant ſe paſci, ipſi ſunt ſuorum paſtorum paſtus, nam *mors depaſcet eos*. Hos paſtores imitantur & peruerſi quique hominum, qui ſimplices animas ad ſæcularium voluptatum paſcua trahere nituntur: contra quos omnes iſtiuſmodi paſtores per Ezechielem exclamat paſtor bonus: *r Væ paſtoribus Iſrael: qui paſcebant ſemetipſos: Non ne greges à Paſtoribus paſcuntur?* Ac ſi dicat: Quid noui hoc eſt? Greges paſci ſolent à paſtoribus, paſtoreſque eorum curam, ac ſolicitudinem gerere debent: at vos Paſtores impij, atque peruerſi non modo nõ paſcitis infelices Animas, quę ſe à vobis paſci exiſtimant, quandoquidem voluptates illæ, ad quarũ paſcua eas congregatis, nec nutritionem afferunt vllam, nec vllum augmentum; ſed cum ijs illas paſcere videmini: cum ijs illas paſcere nitimini, quæ guſtatæ afferunt mortem; paſcitis voſmetipſos ex earum interitu: *ſ Et diſperſæ ſunt*, ait Dominus, *Oues meæ, eo quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri*.

DE ANIMA.

r Ezechi. 34. 2.

ſ Ezech. 34. 5.

Notandum inſu, er, quod dum ſponſa Chriſtũ quærit paſtorem, non petit tantùm, ſibi indicari, vbi is paſcat: ſed vbi paſcat ſimul, & cubet: Ait enim, *Vbi paſcas, vbi cubes*: Enim verò etiam ipſis voluptatibus ſæculi, etiam ipſis carnalibus, ac terrenis conſolationibus paſcit nos Chriſtus: quando quidem ipſe eſt, qui elargitur & ea, quibus in ſæculo ad voluptatem vtimur, diuitias, honores, ſanitatẽ, pulchritudinem, & cetera huiuſmodi; nec poſſemus vllum elicere fruitionis, ac delectationis actum, niſi ipſe nobiſcum phyſicè concurreret. Attamen, dum hoc pacto his paſcit voluptatibus ſæculi, paſcit quidẽ Chriſtus; Sed nõ paſcit ſimul, & cubat: quia etſi tẽporalia illa tradat bona: etſi ad actus delectationũ, quę percipiũtur ex illis, cõcurrat, (vt dictũ eſt) phyſicè, & quatenus actus ſũt naturales, non tñ cõcurrit ad illos, quatenus inordinati ſunt moraliter, quatenus nos ad malũ vſum ea, quæ nobis cõtulit, bona conuertimus in prauas ſęculi, carniſque delitias, ac voluptates. Imò ab huiuſmodi ſæcularium voluptatum vſu fugatur, non ſecus ac apes per fumum fugantur à melle, quod produxerint: Hinc per Sapientem dicitur: *t Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate*: Quę autem maior iniquitas, quàm oblectari donis contra eorum largitorem? Quæ cogitationes magis ſine intellectu reperiri queunt, quàm eæ, quæ ad vanas excogitandas voluptates exponuntur? Hinc & per Iob dicitur, *u* ſapientia non inueniri in terra ſuauiter viuentium, quoniã haud cubat Chriſtus æterna ſapientia in terra, vbi animæ paſcuntur ſæculi voluptatibus: at verò vbi anima paſcitur veris voluptatibus Spiritus, ſimul cum ipſis conſolationibus cubat & Chriſtus, quia ſemper ibi ſua adeſt præſentia, vbi piam animam talibus paſcit delitijs, imò & ipſemet delectatur, cum ea ipſa, quę paſcitur, Anima, vnde per Iſaiam dicitur: *x Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te, Deus*. Quod ergo ait ſponſa, tale eſt.

B

Conſolationibus ſæculi paſcit quidẽ Chriſtus, at nõ cubat cũ illis.

C

D

Simile.

t Sap. 1. 5.

u Iob. 28. 13.

E

Conſolationibus ſpiritus paſcens Chriſtus iam animã, paſcit ſimul & cubat.

x Iſa. 62. 5

PARAPHRASIS.

Haud ſatis mihi eſt, vt me aliquibus paſcas voluptatibus: Tuam potius prędulcẽ exopto pręſentiã. Nolo ſæculi delitias, quæ illã excludunt: ſi conſolationes quæro ſpirituales, nõ tã eas quæro, quia ſint voluptates, quia ſint cõſolationes, quibus à te paſcor: quàm quia, cũ illis te Deũ meũ pręſẽtẽ habere, cõfido; quã, quia, in iſtiuſmodi paſcuis te cubare, cognoſco: Idcirco *indica mihi, vbi paſcis vbi cubas*.

Neq; verò minus ineſt myſterij in eadem petitione,

DE B. MARIA.

tione, cum iuxta aliam lectionem ait: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubare facias.* Per eam enim petit, sibi indicari, vbi Deus simul pascat per consolationes, & cubare faciat eas, quas consolationibus pascit, animas per quietem, pacē, & securitatem: quandoquidem consolationes, & voluptates sæculi etsi pascere videantur; pascunt tamen vix pro tantillo temporis, & quodammodo in transitu, iuxta illud, quod mundani in libro sapientiæ fatentur, cum dicunt. *y Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuntius percurrens; & tamquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus; aut tamquam auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumētum itineris illius; sed tantum sonitus alarum, verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aerē, & commotis alis transuolauit, & post hac nullum signum inuenitur itineris illius; aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum; diuisus aer continuo reclusus est, vt ignoretur transitus illius.* Tantúmque abest, vt istiusmodi sæculi delitiæ eos, qui ipsis pasti fuerint, quoquo pacto cubare faciant, illisque aliquam conferant quietem, vt potius maximam eis afferant inquietudinem propter continuum internæ conscientiæ morsum: vt & multa suscitent bella; cū [illegible] quæ tales exhibent voluptates, pauca sint, & infinitus sit eorum numerus, qui ex ijs se pascere contendant: *z Errauerunt in cunctis montibus*, ait Dominus per Ezechielem, *Et in vniuerso colle excelso* super quos vix maximis peruenire possent laboribus, & in quibus multiplici pascuntur periculo. *Et super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei*: neque enim super terra quieti commorari poterant, ac tuti: neque dum terrenis in pascuis terrenis pascerentur delitijs, cubare vllatenus eis permittebatur; sed propter istiusmodi voluptatum penuriam dispersi sunt super terræ faciem, vt inde saltē aliquas colligerent porcorum siliquas: quibus nec possent exsaturari.

Voluptates sæculi etsi pascere videantur, haud tamē cubare faciunt, quos pascunt.

y Sap. 5. 9.

z Ezech. 34. 6.

Vnicum modo nobis examinandum superest: Quare addatur particula illa, *in meridie*, & quare sponsa, spirituales à Christo quærens consolationes, hac loquendi formula vtatur: *Indica mihi, vbi pascas: vbi cubes in meridie*: Porro congruentissime hoc meridiei nomen isti aptatum esse sæculo, facilè intelliget quilibet, si recolamus, quod sæpius dictum est in Superioribus, Meridiem nil aliud esse, iuxta sensum illum, quo hoc loco sumitur; quàm tempus, quo Sol est in medio firmamenti: & ex consequenti, quando Sol, licet maximè oblectet per lucem, per nimios tamen æstus maximè etiam affligit. Solem esse concupiscentiam, longius ostensum est supra in principio secundi sensus, qui allatus est in tertia expositione illorum verborum; *Decolorauit me Sol*: Quod autem iste concupiscentiæ Sol temporis præsentis sæculi sit in medio huius mundi, sicut Sol iste corporeus est in medio firmamēti, ex ijs Ioannis verbis manifestū est, quibus ait: *a Quicquid est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* In medio vero mundi existens Sol iste concupiscentiæ maximam quidem de se emittit lucem, qua splendida, pulchra, ac valde delectabilia ea facit apparere, quę concupiscit: vt patet ex eo, quod de pomo illo legimus ligni scientiæ boni, & mali: quippe quod tam ingenti luce per concupiscentiæ Solem fuit perfusum, vt *b* infelix *mulier* viderit illud, *quod bonum esset ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* At dum lucem istam emittit, per illius refractionē simul quoq; & ingentes causat calores: iuxta illud Ecclesiastici. *c Concupiscentia quasi ignis exardescit.* Sic cum per lucem, quam in Susannam emisit, perpulchram senibus apparere ipsam fecisset, illico per eiusdem pulchritudinis crebram considerationem ardentibus illos inflammauit æstibus, vnde & dicitur. *d Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem; & exarserunt in concupiscentiam eius.*

Præsens sæculum cur dicatur meridies.

Concupiscentię Sol vna cū luce astu inflāmat.

a Io. 2. 16.

b Gen. 3. 6.

c Eccl. 9. 9.

d Dan. 13. 8.

Sic & Holofernes *captus est in suis oculis*, intuens Iudith, sibi per concupiscentiæ lucem illustratam, statimque illius cor concupiscentiæ ardore exarsit vnde dicitur: *e Cor autem Holofernis concussum est, erat enim ardens in concupiscentia eius*, scilicet Iudith, quam tam attentè fuerat intuitus. Quid mirū autem, si mortuus est Holofernes, si mortui sunt & senes illi, nedum morte corporis, sed & morte Animæ, quę multò est peior, cum tam ardentibus Solis concupiscentiæ inflammati sint æstibus? Nonne videmus, complures quotidie propter corporei Solis calores mortem obire? Quare quemadmodum prudentiores hominum meridianos deuitant ęstus, cōfugientes ad loca vmbrosa, ne ab eis lædātur in corpore. Ita pariter & Animæ, quæ prudentia spiritus prudentiores sunt, meridianos concupiscentiæ æstus deuitant, ne ab ijs quoquo pacto lædantur in spiritu: confugiunt verò ad Deum, de quo dicitur per sapientem, *f Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum Meridiani*: Et per Esaiam: *g Quia factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculum ab æstu*: cōfugiunt ad Christum Dominum, de quo per Ieremiam dicitur: *h Spiritus oris nostri Christus Dominus, captus est in peccatis nostris, cui diximus: In vmbra tua viuemus in Gentibus*; de quo inferius in hoc cantico & sponsa: *i Sub vmbra*, inquit, *illius, quem desideraueram, sedi*: quasi iam inuenisset locum, quē modo sibi ab ipsomet Christo indicari, exposcit his verbis; *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie*; æquè enim est, ac si his diceret.

Iudith 10. 17.

e Iudit. 12. 16.

Simile.

Consolationibus pasci vult spōsa sub vmbra Christi, vt fugiat ęstus concupiscentiæ.

f Eccl. 34. 19.

g Isa. 25. 4.

h Thren. 4. 20.

i Cant. 2. 3

PARAPHRASIS

Indica mihi, qua in re, quoue in studio in his pręsentis vitæ æstibus à te pascantur, ac recreentur spiritualibus cōsolationibus oues tuę sub vmbra tua: Da mihi, vt sub vmbra tua sedeam; ibique à meridianis concupiscentiæ æstibus liberam, spiritualibus me pasce consolationibus, & tecum quietam in pace cubare facito.

Vers. VII. Indica mihi, quem diligit Anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

QVod in Euangelio Gloriosa Virgo significauit filio suo ijs verbis: *a Fili quid fecisti nobis sic? Ecce ego, & Pater tuus dolentes quærebamus te*: Idipsum & per ea, quæ hic dicit, eidem, significat; sicut verbis illis primò suum ei erga ipsum ingentem indicauit amorē, ex cuius indicio sat illi ostensam censuit & eius, quæ ob amissionē ipsius perculsa est, doloris magnitudinem, dicens quippe, *fili*, vnico verbo totum id expressit, quod de tanto, tamque eximio amore vel longissima explicari posset oratione. Nam inter amores naturales maior nullus est amore matris in filium: vt colligitur ex verbis illis Dauid; *b Doleo super te frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amorem mulierum; sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam.* Ex hoc autem tam gran-

a Luc. 2. 48

Maria ex sui amoris magnitudine testatū voluit filio & dolorē, & solicitudinem suā ob id, quod illum amiserat.

b 2. Reg. 1. 26.

DEB. MARIA. grandi amore, quo filium ipſum ſuum diligebat A mater talis, quæ haud comparem in terra tanti filij haberet patrem, inexplicabilem ſuum pariter expreſſit dolorem, ſubijciens: *Quid feciſti nobis ſic?* Ac ſi diceret: Quare nos tanto cruciaſti dolore, vt penè mortui ſimus? Quare ſic nos afflixiſti, vt nec dolorem noſtrum exprimere valeamus? Tum ex ſui amoris, atque doloris magnitudine, & ſummam eidem manifeſtauit ſolicitudinem ſuam, addens; *Ecce ego & Pater tuus*: (en amor ingens maternus) *dolentes*, en (dolor, prædicto proportionatus amori) *quærebamus te*, (en ſolicitudo ſumma, quam in eo quærendo adhibuit, quem adeò diligebat, & pro cuius abſentia tam grandi angebatur dolore.) In eumdem modum hoc quoq; loco, cum per verbum B illud: *Indica*; cum ſignificet, quem ex tanti filij amiſſione ſentiret dolorem, eamque ſolicitudinem, qua in illo inquirendo iactaretur: per id tamē, quod ſubiicit; *Quem diligit anima mea*; eiuſdem doloris, & ſuæ ſolicitudinis magnitudinem mirum in modum exaggerat; etenim per hæc verba ſubindicat, ſe magno dolore, magna que ſolicitudine ipſum quærere, eo quòd magno illum proſequeretur amore vtpotè filium ſuum vnigenitū, & filium talem, qui & pater, & ſponſus ipſius eſſet; atque adeò maximum eſſe talem dolorem ſuū, quoniam & amor quoque maximus eſſet; quando quidem nedum amore naturali eum diligeret vt filium, ac talem filium vnigenitum.

Maria amor ī Christū qualis, & quantus fuerit.

Sed & amore gratię, & amore Iuſtitię: hos enim C duos amores ſignificat formula loquendi; *Quem diligit anima mea*; Animam namque diligere quēpiam, videtur contra diſtingui à dilectione carnali, ſeu etiam naturali, qua diliguntur ea, quæ corpori, ac carni ſecundum naturam amabilia exiſtunt: Tuncque anima diligere dicitur, cum ſpiritus diligit: Spiritus autem non diligit, niſi vel per gratiæ infuſionem, & tunc dicitur diligere amore gratiæ qui propriè dicitur charitas: vel ob virtutes, & gratias inſignes, quas in eo, quem amat, inſpexit, & tunc dicitur diligere amore iuſtitiæ.

August. Bernard.

Apertiſſimè igitur ad hæc omnia ſignificanda eidem, quem quærebat, dilecto ſuo dixit; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, &c.* Acque D enim eſt, ac ſi dixiſſet.

PARAPHRASIS. Satis tibi exploratum eſt, dilecte mi, quàm ardens tuæ charitatis flamma me vrat: Noſti, quàm grauis mihi tua ſit abſentia: intelligis, quàm ingēti diſcrucier dolore, dum te amiſſum inquirere mihi operæ prætium eſt; Quare indica iam mihi vbi ſis: neque enim fas, Matri te, id abſcondere, cuius anima tam arcto tibi conglutinata eſt glutine dilectionis; neq; congruū videtur, vt iam amplius pro tanto amore Matri tantum exhibeas dolorem.

At haudquaquam abſque propria diſcuſſione, tantæ Virginis prætereunda eſt circumlocutio illa, qua locum, vbi commoraretur filius, ita deſcribit: *Vbi paſcas, vbi cubes, vel vbi cubare facias in me-* E *ridie*. Per hanc enim primò eidem filio tertium ſignificat affectum, propter quem is indicare ei deberet, vbi nam eſſet; ſummam nimirum fruitionē, ſummumque gaudium, quod ipſa ex eius incundiſſima præſentia iam ſolita eſſet percipere, vt pote per quam vniuerſi, qui in eum inſpexerint, inexplicabili paſcantur voluptate, ita vt in ea iugiter, ſi fieri poſſet, cubare, atque perſiſtere vellent: talia autem per hæc dicere videtur Virgo benedicta.

Christi præsentia quātum gaudij afferret Mariæ, ijs ne omnibus quiillū intuerentur.

PARAPHRASIS. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi* te inuenire queam; vt quid enim ieiuna, mæſta, & errabūda te inquiram, quæ tui præſentia tanta iam paſcebar oblectatione, vt ſæpè ſæpius, nè à te intuēdo abſtraherer, corpus ipſum meum paſcere negligerem, quamve adeò quiete eadem tua cubare faciebas præſentia, vt ne latum quidem vnguem à te diſcedere poſſem? Quid ſi alios hac ipſa nunc paſcis præſentia tua, eoſque ante te cubare facis quietos, ac lætabundos, cur me ſolam, cur me, cuius anima te tantum diligit, ab hoc excludes paſtu, ab hac repelles quiete?

DEB. MARIA.

Addit verò particulam, *in meridie*. Quia propter hoc Chriſtus paſcit: propter hoc cubare facit, quoniam eſt in Meridie, quoniam ipſum efficit meridiem: quoniam adeò ſe intuentes ſua illuſtrat, atque oblectat præſentia, vt ſoli iſti corporeo neutiquam cedat, quando eſt in meridie. Propterea inquit; *Indica mihi, vbi paſcas vbi cubes in meridie*: quia Meridies illa, quæ per talem ſolem effecta ſit, haud eſt inſtantanea, ſicut eſt meridies ſolis corporei, quæ per vnicum tantum illud durat momentum, quo ſol velociſſimo currens curſu, in medio eſt firmamenti. Enimverò Chriſtus iuſtitiæ, ſol vbi ſua paſcit præſentia, haudquaquam per modicū, breueque eſt inſtans, ſed per longum temporis ſpatium, ſed per triduum, quo ibi cubauit.

Sed aliam etiam ob cauſam ſapientiſſima Maria locum, quem inquirebat, vbi Chriſtus eſſet, talibus circumſcribit verbis: *Vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: latens enim per hæc indicauit myſterium, quod ei poſtea ab ipſomet filio patefactum eſt, cū diceret. *Quid eſt, quod me quærebatis? c Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Nimirum quòd ipſe haud alibi eſſe poſſet, quàm vbi animæ paſcendæ eſſent doctrina, ſcientia, atque exēplo, quandoquidem ad hoc eum in hunc mūdum miſſum, ſciret, à Patre, vt eſſet paſtor bonus, vt paſceret humani generis gregem doctrina, atque ſcientia, *d erudiens* illum, *vt* abnegans *impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſte, & piè viuat in hoc ſæculo*: Idcirco aptiſſimè loquens ait; *Indica mihi, vbi paſcas*: Addit verò; *vbi cubes*: quia intelligebat, illum tam prompto animo, tam quietè, adeoque indefeſſè prædictæ animarum ſaluti indulgere, prædictoque paſcendi ſtudio inuigilare, vt in eo quaſi in quieto ſtratu cubare videretur; quia in his, quæ Patris erant, oportebat eū eſſe, ita vt multo ipſi id eſſet iucundius, quàm, ſi quietè cubaret in ſtratu. At cur quærit Dei genitrix eum potiſſimum locum, vbi paſcat Ieſus, & cubet in meridie? Idcirco crediderim, quia vbi Chriſtus paſceret, ibi ſemper ſit meridies, propter perſpicuam lucē, quæ in illius fulgeret doctrina. Vnde per Euangeliſtam dicitur: *e Stupebant omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſponſis eius, & videntes* (nempe lucem magnam, quæ in eius apparebat doctrina) *admirati ſunt*.

Quā indefeſſe Christus indulserit animarum salut

c Luc. 2.49

d Tit. 2.12

Doctrina Christi quā clara.

e Luc. 2.47

Verſ. VII. Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphraſis Chaldaica: Quando peruenit tempus, vt Moyſes diſſolueretur ab hoc ſæculo, dixit coram Domino: Manifeſtum eſt coram me, quòd populus iſte futurus eſt, vt peccet, & vadat in captiuitatem: nunc autem indica mihi, quomodo gubernabuntur; & quomodo habitabunt inter populos, quorum decreta ſunt his grauiora

 calore,

APPENDIX.

calore, & æstu in meridie in reuolutione Tamnuz.

Origen.

Quoad Dramatis seriem supponit Origenes homil. 1. ex duabus, sponsam conspexisse sponsum, illique illicò se abscondenti hæc dixisse. In homilia autem secunda ex quatuor, exposcit, inquit, ab ipso sponso suo sponsa, vt ei locum secreti sui indicet, & quietis, quandoquidem amoris impatiens, etiã per meridiem cupit audire sponsum, eo præcipuè tempore, quo clarior lux, & splendor diei perfectus, & purus est, vt assistat ei, oues pascenti, vel refrigeranti.

Origen. *Dilectionis nomẽ quã aptè competat Christo.*

Circa appellationem illam. *Quem diligit*, seu (vt legunt sept. *Quem dilexit anima mea.* Hoc nouo nomine inquit Origenes hom. 2. ex quatuor Christũ compellatum, quia filius sit Charitatis, ipsaque dilectio.

Gre. Nyss. *Deus proprio nomine exprimi nequit, exprimitur tamen aliquatenus à nobis nomine dilectionis.*

Gregorius verò Nyss. hom. 2. in Cant. melius id explicans sponsam sic inducit loquentem. Renuncia mihi, quem diligit anima mea: ita enim te nomino, quoniam nomen tuum superat omnem cogitationem, & intelligentiam, nec vniuersa natura particeps rationis id effari potest, aut comprehendere. Nomen ergo tuum, quo tua cognoscitur bonitas, est meæ animæ ad te habitudo: quomodo enim te non diligam, qui me sic dilexisti; etiamsi adeò nigra essem, vt animam tuam posueris pro ouibus, quas tu pascis. Non potest cogitari hac maior dilectio, quàm tua anima meam permutare salutem.

Dilectio animæ in Deum qualis esse debeat. Origenes. Aponius. Anselm. August. Bern.

Alij eo nomine compellatum eundem asserunt sponsum, non tam ob charitatem ipsius, quam ob charitatem loquentis sponsæ, qua scilicet illũ prosequitur: & Origenes quidem, atque Aponius eam inquiunt, per hæc significari dilectionẽ, qua Deus diligendus præcipitur ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute.

August. ser. 50. de verbis Domini, & Bern. serm. 33. in Cant. asserunt; significari dilectionem Spiritus, vt contradistinctam à dilectione carnis.

Beda.

Beda, Bene, inquit, eum, cuius præsidium flagitat, dilectum animæ suæ vocat, quia quò grauius est periculum, de quo eripi cupit, eò amplius illũ, per quem se eripiendam nouit, diligit.

Ambros.

Denique Ambros. in lib. exhortat. ad Virg. & lib. 4. Hexame. c. 5. & ser. 2. in Psalm. 118. vers. 1. ponderans, quomodo Synagoga dicat: *Quem dilexit.* Cur ait, *Quem dilexit anima mea*, dicis, & non; *quem diligit?* Cur dimisisti, quem tenebas? Dilexisti Patrum fide; amisisti incredulitate: tenebas charitatis vinculis; amisisti longo fune perfidiæ.

Synagoga Christũ nõ inuenit, quia illum nõ diligit.

Circa petitionem factam verbis istis; *Indica*, seu *Annuncia mihi, vbi pascas, vbi cubes*, seu, vt legit Ambrosius; *vbi pascis, vbi manes in meridie*, diuersa à diuersis Patribus dicuntur, idque potissimum ob diuersam acceptionem meridiei, quo tempore & pascere, & cubare dicitur Sponsus.

Cælestis Patriæ felicitas designatur per pastũ meridianũ. Origenes. Psellus. Hieron. Epist. 22. Bernard.

Quidam enim sub meridiei, & meridiani pastus metaphora felicitatem Patriæ ab Ecclesia, vel à pia Anima inquiri arbitrantur per hæc, in qua videlicet patria Sponsa Deum conuenire exoptat. Ita Origenes Homil. 1. ex duabus: Non quæro, inquit, alia tẽpora, quando vespere, quando diluculo, quando in Solis pascis occubitu: Illud tempus inquiro, quãdo in florente die, quando plena luce in maiestatis tuæ splẽdore versaris. Ita Psellus apud Theodoritũ. Ita & Bern. Serm. 33. vbi declarat, quò in ijs dũtaxat pascuis & pascit simul, & cubat imperturbabili securitate. Declaratque præclarè, quomodò ibi solum pascat in meridie, ipsum efficiens meridiẽ, quia in toto eo tempore, quo in hoc mundo cõuersatus est, pauit in aurora. Nam vsque adeò, inquit, per totum id temporis lux pusilla, & tam quam lux

In Cælesti Patria Christus pascit simul, & cubat in meridie. *Christi conuersatio in hac vita fuit quadã aurora.*

A auroræ apparuit, vt diẽ esse interim apud homines penè vniuersitas ignoraret: a *Si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent*: & vtique ipsis paucis discipulis dicebatur. b *Adhuc modicum lumen in vobis est*; eo quòd aurora esset, & initiũ, vel potius indicium diei, dum Sol adhuc absconderet radios suos, & minimè eos spargeret super terrã. Erat ergo aurora, & ipsa subobscura satis, tota illa Christi conuersatio super terram, vsque dum occũbens, & sursum exoriens Solaris suæ præsentiæ lumine clariori fugauit auroram, & mane facto, absorpta est mors in victoria: Vnde dicitur. d *Et valde mane vna Sabbatorum veniunt ad monumentũ orto iam Sole.* Sanè ex tunc eleuatus est Sol, & sensim B demum effundens suos radios super terram, cæpit paulatim vbique clarior apparere, feruidiorq; sentiri; Verùm quantumlibet incalescat, & inualescat, vbi multiplicet, & dilatet radios suos super omne huius nostræ mortalitatis curriculum, (erit enim nobiscum vsque ad consummationem sæculi) non tamen ad meridianum perueniet lumen, nec in illa sui plenitudine videbitur modo, in qua videndus est postea ab his dumtaxat, quos hac visione ipse dignabitur.

a 1. Cor. 2. 8.
b Io. 12. 35.
Post Christi resurrectionem, & in mundo illuxerit dies non tamen facta est meridies.
d Marc. 16. 2.

Gre. Nyss. *Sanctissimi Sacramẽti pastus efficit nos idoneos ad æternam requiem.*

Gregorius Nyssenus Homil. 2. in Cant. eodẽ quidem sensu vocem accipit meridiei, at singulari modo id sumens, quod dicitur, *Vbi pascis*, de pastu sanctissimi Sacramenti Corporis, & Sanguinis Christi, vel etiam gratiæ, per quem idonei reddimur ad æternam illam patriæ felicitatem; Doce me, inquit, C dicere piam animam, vbi pascas, vt salutari percepta pastione, æterno impleat nutrimento, quam qui non comedit, non potest ingredi vitam æternam: & accurrens ad fontem, diuinum potum hauriã, quẽ tu, tamquam ex fonte præbes sitientibus, aquã profundens ex tuo latere, ferro hac vena aperta, quam qui gustauerit, fit fons aquæ salientis in vitam æternam. Si enim in his me pascas, me omnino facies cubare in meridie, quando in pace simul dormiens requiescam in luce, quæ caret vmbra, Sole lucente super verticem, in qua tu cubare facis eos, quos tu pauisti d quando tu pueros tuos excipies tecum in cubile. Nemo autem hac meridiana requie dignus censetur, qui non fuerit filius lucis, & filius diei. D Qui autem se ex æquo separauit à Vespertinis, & matutinis tenebris, hoc est vbi incipit malum, & in quod desinit, is in meridie, vt in eo cubet, collocatur à Sole Iustitiæ.

d Luc. 11. 7.

Christus pascit, & cubat in meridie Ecclesiæ præsentis sæculi. Amb.

Alij eadem meridiei metaphora Ecclesiam præsentis sæculi accipiunt, in qua Christus pascit, & cubat. Quod Ambrosius Serm. 2. in Psal. 118. Sic declarat: Meridiem nosti esse Ecclesiã, quę tenet Christum. In libro autem 4. Hexameron cap. 5. apertius ait ad Christũ ipsum. In meridiano pascis, hoc est in Ecclesiæ loco, vbi iustitia resplendet, vbi fulget iudicium, sicut meridies, vbi vmbra non cernitur, vbi maiores sunt dies, quod eis Sol iustitiæ, tamquam æstiuis mensibus diutius immoretur.

Aponius: *Christus pascit, & cubat in Cathedra Petri.*

E Aponius meridiem istum peculiariter Petri sedẽ intelligens, & Ecclesiam Apostolicam: Ista, inquit, pascua Euangelicæ, scilicet Doctrinæ, quæ Apostolorum Principi reuelata est Petro, non videt anima, nisi quæ vestigia Petri credendo, & confitendo prosecuta fuerit.

Christus pascit, & cubat i iustis, vt in meridie. Amb. Iustus Orgel. Anselm.

Ad eiusdem Ecclesiæ personas referunt hæc alij. Ad quoslibet quidem iustos Ambr. Serm. cit. in Ps. 118. dicens, Qui receperunt te sicut salutis auctorem, in meridie sunt. Illis luces, illis calet gratia tua sicut meridies: illis meridies factus es, qui pascuntur in diuitijs tuis, & in te sperant: Ideò, vt dicit Dauid, e Deduces eorum iustitiam tamquam lumẽ,

e Ps. 36. 6.

& iu-

APPENDIX.

& iudicium eorum tamquam meridiem. Eodemque ſenſu in libro exhortat. ad Virg. ait. Vbi Chriſtus manet, niſi vbi iuſtitiæ meridies fulget? Ideoque dicitur: *f In Sole poſuit tabernaculum ſuum.*

f Pſ. 18. 6.

August.

Augustinus quoque tum in Serm. 50. de verbis Domini, tum in Epiſtola 48. ad Vincentium de iuſtis hæc accipit, vt Eccleſia ipſa dicat Sponſo ſuo; *Vbi paſcis, vbi cubas in meridie:* ideſt, quod in Pſalmo dicitur: *g Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in Sapientia.* In quibus luce fulgentibus, & charitate feruentibus, quaſi in meridie requieſcit: Ne forte, &c.

Iuſti ſunt meridies, in qua cubat Christus.

g Pſ. 89. 12

In lib. verò de vnitate Eccleſiæ ca. 18. *Annuntia mihi,* inquit, dicere Eccleſiam, *vbi paſcis, vbi cubas in meridie?* ideſt qui ſint meridies, vbi tu paſcis, & cubas, ideſt, qui habent charitatem, & non diuidunt vnitatem: Ne fortè &c. Confutat autem Auguſtinus Donatiſtas, nitentes per hunc locum probare, veram Eccleſiam eſſe in Africa apud ipſos, quatenus Africa ſita ſit in meridie. Hos, inquam, bene cõfutat primò, quia, *in meridie,* non eſt reſponſio ad interrogationem, vt ipſi fingunt; ſed eſt pars ipſius interrogationis. Deinde, quia, dato etiam, quòd eſſet reſponſio ad interrogationem, adhuc non haberent intentum: nam in meridie propriè eſt ea pars Africæ, quæ Aegypto adiacet, vbi non eſſent Donatiſtæ; Sed, tunc, inquit, ſignificaretur, Christum paſcere, & requieſcere in Aegypto, ideſt in illis Monaſterijs, atque Eremo, vbi eſſet ingẽs Monachorum multitudo.

Cõtra Donatiſtas probantes ex hoc loco Christũ cubare apud ipſos in Africa.

B

C

Aponius refert hæc peculiariter ad ſacroſanctas Christi Virgines, atque ad Sanctos Monachos, & religioſos.

Aponius. *Chriſtus paſcit, & cubat in Sacroſanctis virginib. & religioſis.*

Alij ad claritatem hæc referunt, quæ in ipſa eſt Eccleſia. Ita Theodoritus: Non immeritò, inquit, quærit Sponſa, vbi meridiano tempore Spõſus maneat: qua enim tempeſtate cognitionis lumen magis fulgebat, hæreſes, Christianorum quidem præferentes nomen, ſed veritatis expertes, pullularunt: propterea ſolicita quærit, vbi Sponſus cum ouibus meridietur, ne in eorum, qui ſe ſodales ſponſi profiterentur, greges incidat: vnde ſubditur: Ne, &c. Idipſum & catena Trium Patrum apud eũdem Theodoritũ: Sed præ cæteris Origenes Homil. 2. ex quattuor, dicens: Si quando Sol Iuſtitiæ Chriſtus Eccleſiæ ſuæ excelſa, & ardua virtutum ſuarum ſecreta manifeſtat, amœna etiam paſcua, cubiliaque meridiana videbitur edocere; Nã cum adhuc initia habet diſcendi, & prima (vt ita dicam) ab eo ſcientiæ ſuſcipit rudimenta, tunc dicit Propheta. *h Et adiuuabit eam mane diluculo;* Nunc ergo, quia perfectiora iam quærit, & excelſiora deſiderat, Meridianum ſcientiæ lumen expoſcit. Affert verò Origenes in prædictorum confirmationem duo loca Geneſis: Alterum, quando *i* Deus apparuit Abrahæ, ad quercum Mambre, ſedenti ad oſtium tabernaculi ſui meridie: Alterum, *K* quando Ioſeph fratres paſcit, conuiuium illis exhibens in meridie.

Theodor. *Heretici quãdo magis pullularint.*

Tres Patres.

Origen. *Meridiana paſcua tũc anima inueniuntur à Chriſto, cũ ei manifeſtantur myſteria ardua.*

D

h Pſ. 45. 6.

i Gen. 18. 1

K Gen. 43. 16.

Ad hunc ſenſum reduci poſſunt, & quæ ab Ambroſio dicuntur lib. de Iſaac, & Anima ca. 4. vbi per tria iſta, *paſcis, cubas,* ſeu manes, & *in meridie,* tres Sacræ Scripturæ ſenſus deſignatos accipit, litteralem, quem regularem appellat, moralem, myſticũ; Sic enim, ait, cum de Verbo anima loquitur, irradiante ſibi Verbi ſplendore conuerſa ad ipſum dicit; *Vbi paſcis, vbi manes in meridiano?* Rectè dicit; *Vbi paſcis* quia regulare eſt Dei verbum: *Vbi manes?* quia morale: *In meridiano,* quia myſticum: Siquidem quia *l* meridie Ioſeph cum fratribus ſuis in conuiuio conſtitutus, futurorum myſteria temporum reuelabat: ſed etiã Dauid ait. *m Reuela Domino viam tuam, & ipſe faciet, & educet ſicut lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem.* Et ipſe Paulus, *n* circumfulſiſſe ſibi lumẽ meridie aſſeruit, quando à perſecutione eſt cõuerſus ad gratiam.

E

Amb. *Scriptura Sacra tres ſenſus.*

l Gen. 43. 16.

m Pſ. 36. 6.

n Act. 9. 3.

Sunt qui referunt meridiei vocabulum ad æſtus perſecutionum, tentationum, ac ærumnarum, quibus in hoc ſæculo aduritur ipſa Eccleſia. Ita Caſſiodorus, & Beda, dicẽs; Christus, qui paſcit oues ſuas inter eas cubat in meridie, quia corda fidelium ſuorum, ne feruore tentationum intus areſcant, memoria ſupernę ſuauitatis reficit, & in eis ipſe propitius manere conſueuit.

Caſſiod. Beda. *Tentationis tẽpore Chriſtus paſcens oues ſuas quieſcit in illis.*

Philo Carpathius ad horam Paſſionis, & mortis Christi idipſum meridiei nomen refert quãdo ab hora ſexta vſque ad nonam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram.

Phil. Carp *Hora mortis Chriſti meridies.*

Sed Gregorius Papa ſub meridiei metaphora ardorem vitiorum accipiens, Primum expoſitione in Cant. ait; In meridie Christus ſub vmbra paſcit, & cubat; quia in refrigeratione Sancti Spiritus ſibi quaſi requiem, & paſtum parat: per meridiem quippe ardor vitiorum exprimitur, per vmbrã vero ſpiritualis gratiæ flatus deſignatur. Meridie ergo feruente in vmbra Chriſtus requieſcit, quia dum in reprobis æſtus vitiorum flagrat, ipſe ſponſæ ſuæ ſpiritum refrigerij tribuit.

Greg. PP. *In iuſtis per gratiã chriſtus ſibi, & illis requiẽ parat ſub vmbra, dũ impij æſtuãt in meridie.*

Libro verò 30. Moral. ca. vlt. Paſcitur, inquit, Dominus, cum noſtris actibus delectatur: cubat verò in meridie, cum ex deſiderijs carnalibus ardẽte corde reproborum, apud electorum ſuorũ pectora refrigerium inuenit cogitationis bonæ.

In iuſtis Dominus paſcit, & cubat in meridie victoriã mundi.

Ioan. Chryſoſtomus Homil. de virtute Tomo 5. legens; *Dicite mihi vbi paſcat, vbi cubet in meridie.* Sicut, inquit, cõiux amatrix viri, abſente marito ſuo, per feneſtras circumſpicit, ipſum requirens, & vbique ſpeculans in Mari, & in Terra: & ſi viderit nauim veniẽtem, ibi putat eſſe virum, & ſi viderit viatores procul venientes, inter ipſos adeſſe exiſtimat, & occurrens eis, interrogat, dicens; Dicite mihi, vbi eum dimiſeritis, in qua regione, aut in qua Ciuitate, quid dicentem, aut quid facientem, aut quãdo venientem? In hunc modum omnis ſancta Eccleſia conſtricta amore Chriſti, interrogat Prophetas, Vidiſti eum? putas modo venit? putas adhuc in cælis eſt? putas adhuc nonaginta, & nouem oues, quæ non errauerunt, paſcit in cælis, & non venit ad erroneam ouem? Dicite mihi vbi paſcit, vbi cubat, quem diligit anima mea.

Io. Chryſ. *Sancti quã ardenter deſiderẽt Dei præſentiã.* Simile.

Rupertus Abbas, tribuens hæc B. Mariæ, refert ad illud triduum, quo Chriſtum amiſſum quæſiuit qui erat in templo in medio Doctorum. Dubitat autẽ Rupertus, quomodo id neſciret Maria, quod Prophetæ non neſciuerunt.

Rupert. Abb. *Maria cur quæſierit dolens Chriſtũ amiſſũ, cum tamen ſciret, vbi is eſſe deberet.*

Si enim, inquit, non neſciebat, quomodo quærens dolebat, dolens quærebat? Si autem neſciebat, quomodo, vel de quibus in corde ſuo conferebat, prout ab Euangeliſta dictum eſt ijs verbis: *o Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo;* Videntur enim hæc duo pugnantia eſſe inter ſe. At reſpondet, Mariam id haudquaquam ignoraſſe, quoniam gratia plena erat, & ex conſequenti magna erat Propheſiſſa; quæſiſſe tamen cũ dolore, vbi Chriſtus eſſet, quia diſpenſationi diuinæ ipſa ſuo ſilentio ſeruiens, quamuis cum quærẽtibus quæreret tempus tacendi cuſtodiebat, & dolentibus condolebat.

o Luc. 2. 51

LITTERA.

Ex Vers. VII. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum,

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sonum.

I. SENSVS. His verbis duo simul efficit Spōsa: Primò enim affert rationem, quare tam sedula sit, tantoq; studio sibi indicari petierit locum, vbi sponsus pasceret, atque cubaret in meridie; nimirum, quia, cū ipsa se amplius continere non possit, quin Spōsum adeat: & nisi locus, vbi is commoratur, fuerit indicatus, facilè inani labore, & cum dedecore post greges aliorum pastorum vagari sibi opus sit.

PARAPHRASIS *Indica* inquit &c. *Ne vagari incipiam*; idest, ne, dum locorum ignara te quæro, vagabunda errem per diuersa loca, atque modo vnum, modo alium de te rogans, omnes sodalium tuorum caulas circū eam cum dedecore, & probro. Prudentissimè autē sponsa hāc suæ petitionis affert rationem, vt simul quoque per eam, & alterum efficiat; nempe vt sponso suam exhibeat in eum obseruātiam, quippe quę licet summo illius videndi, atque adeundi desiderio angatur; nolit tamen vllo pacto cum eius offensione, vel cum propriæ modestiæ detrimento ab alio quopiam, quam ab ipsomet ipsius, cuius tanto desiderio flagrat, locum edoceri. Quia in re zelotypiæ inijciens stimulum, compellit quodammodo ipsum, ad id sibi præstandum, quod iam efflagitarat.

Quo ad Lectionum varietatem Notandum; tam in Hebræo, quam in Græco textu Septuaginta Interpretum haberi dictionem ancipitem ad significandum id, quod noster legit, *Ne vagari incipiam*, in Hebræo est עטיה chenghothia. At hæc dictio עטיה nghothia, significat & vagantem, & pallio tectam. Vnde aliquibus sic videtur præsens locus interpretandus. *Quare enim ero cooperta, & pallio amicta apud greges sodalium tuorum*. Septuaginta autem habent participium: περιβαλλομένη, quod quidam iuxta significatum lectionis nostræ vertunt: *sicut circumducta*, alij, *sicut adoperta*, vel, *sicut cooperta*, iuxta alterum significatum lectionis Hebraicæ.

SanctusPagninus, & alij.

Interpres Theodoreti.

Interpres Origenis, Ambrosi. & alij.

Porrò, si iuxta secundum hunc significatum hęc accipiantur, duplex potest esse horum verborū sensus: vel enim sponsa significabit, petere, sibi indicari locum, vbi sponsus pascat, ne ipsa sit tamquam meretrix, quæ velo se obducere solet, vt de Thamar scribitur in Genesi. *a Quam cum vidisset Iudas suspicatus est, esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur*: Iuxta quem sensum tale quid sponsa dicere videtur ad sponsum.

Origenes.

a Gen. 38. 15.

II. SENSVS. *Indica mihi, &c.* Quare enim committes, vt sim tamquàm meretrix apud greges sodalium tuorū; Nisi tu mihi locum indicaueris, vbi pascis, & cubas, quò te conuenire queam, tecumque commorer: Qui me solam viderint, Pastores, ac sodales tui, qui me à te derelictam inspexerint apud greges ipsorum, meretricem me esse opinabuntur. A quo sensu non est aliena nostra lectio vulgata: *Ne vagari incipiam*, quandoquidem vagari proprium videtur esse meretricis epithetum, prout colligitur ex lib. Prouerb. cap. 5, vers. 6. vbi de ea dicitur; *b Vagi sunt gressus eius*, & cap. 7, vers. 10, vbi eadem *c* asseritur esse *garrula, & vaga quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis*.

PARAPHRASIS

b Prouer. 5. 6.

c Prouer. 7. 10.

III. SENSVS. At fortasse melius per hæc verba; *Ne fiam sicut cooperta*, vel, *Quare ero sicut cooperta, & pallio amicta*: sponsa significat luctum magnum, in quo versatura sit, nisi sibi indicetur locus, vbi suum inueni-re queat dilectum: vt sensus sit.

PARAPHRASIS *Indica mihi, &c.* Quare enim ero post greges sodalium tuorum pallio cooperta ob luctum, in quo ex tui absentia versor; Videmus enim id moris esse ijs, qui in luctu versantur, vt velo faciem, caputque operiant. Idque sæpius obseruare fas est in scripturis sacris, vt 2. Reg. 15. 30. *Porrò Dauid ascendebat Cliuum oliuarum, scandens, & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite: Sed & omnis populus, qui erat cum eo operto capite ascendebat, plorans.* Et 2. Reg. 19. 4. *e Porro Rex operuit caput suum, & clamabat voce magna; Fili mi Absalom; Absalom Fili mi*. Sic Ester. 6. 13. *f Amman festinauit ire in domum suā, lugens, & operto capite: &* Ierem. 14. 4. *g Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.*

d 2. Reg. 15. 30.

e Reg. 19. 24.

f Est. 6. 13.

g Ier. 14. 4.

IIII. SENSVS. Quamuis Tertio etiam per hæc verba significare videatur sponsa modestiam, ac verecundiā propriam, ac si dicat.

PARAPHRASIS *Indica mihi*, &c. Cur enim committes, vt sim cooperta propter pudorem, ac verecundiam, & decorem honestatis meæ apud greges sodalium tuorū. Quod enim propter verecundiam, ac modestiam puellæ faciem cooperiant, prǽterquam quòd quotidiana obseruamus consuetudine, colligitur vtique ex Scriptura Sacra Sic enim legimus Genes. 24. 65. *h* Rebeccam, viso Isaac tulisse pallium suum, ac cito sese illo operuisse. Et Tertullianus in lib. de corona militum, ait: Apud Iudæos tam solemne est feminis eorum velamen capitis, vt inde noscantur.

h Gen. 24. 65.

Tertull.

V. SENSVS. Symmachus pro participio περιβαλλομένη, quo vsus diximus Septuaginta Interpretes, ponit aliud participium ῥεμβομένη, quæ dictio etsi communiter explicetur, vaga, seu errās, prout citatur apud Theodoritum: cum tamen videatur deriuari à nomine ῥέμβος, quod significat, fundam, videtur per eam sponsa significare, se petere, indicari sibi locum, vbi &c. Ne instar fundę huc, illucque circumrotetur super greges sodalium sponsi, ad quem sensum referri potest & verbum, quo vsi sunt Septuag. iuxta intellectum eorum, qui legunt, *sicut circumducta*. Quæ omnia spiritualibus deseruient sensibus.

Ex Vers. VII. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia.

I. SENSVS. Quod nautis in suis accidit itineribus, si in borealem stellam oculos coniecerint, vel non coniecerint, idipsum contigit Magis eo in itinere, quo ad nuper exortum Christum adorādum venere: quamdiu enim nouam, quæ in cælo eis apparuit, stellam intuiti sunt, haud alio egere duce, qui locum eis indicaret, vbi Christus natus esset, & quamuis longissimum habuerint iter, nunquàm tamen à recto vagati sunt tramite. At verò, cum à boreali stella, ab eo, quod ab ipsis apparuit, sidere oculos auerterunt, illico vagari coacti sunt. Vnde sic de eis scriptum est apud Matthæum. *a Cum natus esset Iesus in Bethlehē Iuda: Ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum*. Dictum est supra in primo sensu secundæ expositionis præcedentiū verborum, Ecclesiam illam, quæ Christum diligebat tunc temporis, cum in Sacratissima Natiuitatis nocte exortus est mundo, quæ ex Pastoribus con-

Simile.

Magi tunc aberrarunt a via, qua ibant ad locū, vbi Chri. natus est.

a Mat. 2.

DE ECCLESIA. constabat, atque ex Magis, ea verba protulisse, *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie:* fusiusque id explicatum ibi est, At modo prosequitur eadem Ecclesia in persona tum Pastorum, tum etiam Magorum: *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum:* Quibus verbis id exprimitur, quod sanctis iis Magis euenisse dicebam, cum auertentes oculos à stella, quæ apparuerat eis in Oriēte, declinantesque in Ciuitatem Regiam Hierusalem illicò vagari cœperunt, ac tamdiu sunt vagati, quamdiu extra illam egressi sunt Ciuitatem, quando iterum stellam ante oculos habuere, quæ *antecedebat eos donec uenirent ad locum, ubi puer erat.* Et vide quam bene Ecclesia Sancta, quæ hęc omnia animaduertebat, ista designet, quę facta sunt Magis, dicens: *Indica mihi, &c. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Sodales Christi haud alii profectò tunc erant, quam ij, quibus commissa erat cura pascendi populum Israel, Rex nimirum Herodes, Princeps Sacerdotum, & Scribæ, ac Doctores prædicti populi: Qui omnes bene dicuntur Christi sodales, primò quia eamdem pascendi populi exercebant artem, pro qua exercenda Christus in mundum descenderat, vt esset Pastor bonus: Secundò, quia eundemmet pascebant populum, pro quo pascendo Christus in terram missus fuerat à Patre, prout ipsemet fatetur, cum ait. *b Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel;* & Tertio, quia se Christi fingebant socios, vnde Herodes ad Magos dicebat: *c Ite, & interrogate diligēter de puero, ut & ego ueniens adorē eū.* Et Principes Sacerdotum, & Scribæ tāquā ipsius sodales, prophetias, quæ de ipso agerent, in medium afferebant: cum enim ab eis sciscitaretur Herodes, *ubi Christus nasceretur,* ipsi tanquam Christi sodales dixerunt: *In Bethlehē Iudæ: sic enim scriptum est per Prophetam: d Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in Principibus Iuda ex te enim exiet Dux, qui regat populū meum Israel:* Sed certè quamuis Christi sodales viderentur: reuera tamen infestissimos illius aduersarios eos vniuersos extitisse, compertum est. Nam neque pascēdi artem ita exercebant, prout à Christo, atque ab eius veris exerceri opus esset sodalibus: quandoquidem non pascebant sana Scripturarum doctrina populi gregem, sed doctrina ab ipsis excogitata: iuxta illud. *e Quare transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Hypocritæ bene de vobis prophetauit Isaias. f Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* Neque aliquam de salute populi curam gerebant; tantum enim aberat, vt gregem Domini congregarēt ad diuinę legis pascua, vt potius huc, illucque illum dispergerent, ita vt recte etiam contra istos, sicut contra eorum maiores propheta- rit Ieremias. *g Væ Pastoribus, qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ. Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad Pastores, qui pascunt populum meum. Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.* Lege Iosephum Hebręorum historicum, & videbis, quomodo à Pastoribus istis, a Sacerdotibus, & Scribis dispersus sit grex pascuæ Dei in varias sectas, Essenorum, Pharisæorum, Galilæorum, ac Sadducæorum, quæ omnes turpissimos contra veram Dei legem, & cōtra prophetarum instituta afferebant errores. Quomodo sodalis Christi Herodes, qui Idumæus genere, in Iudæorum sese intruserat Regnum? Quomodo sodales Christi Principes Sacerdotum tēporis

Sodales Christi, qui nā tunc essent, cum Christus natus est, qua ve ratione.

b Mat. 15. 24.

c Mat. 2. 8.

d Mich. 5. 2

Sacerdotes, & Scribæ, quā male pascerēt Iudæorū populū quando Christus natus est.

e Mat. 15. 3

f Isa. 29. 13

g Iere. 23. 1

Iosep. He. Lib. 18. Antiq. ca. 18.

A illius, qui haud, quaquam electi à Deo tanquam Aaron, sed per pecuniam, malisque artibus principatum illud emere contenderunt sacerdotij? de quibus per Oseam dicebat Dominus. *h Ipsi regnauerunt, sed non ex me; Principes extiterunt, & non cognoui.* An fortasse Sodales Christi dicēdi sunt, qui se Christi fingebāt amicos? imo infestissimi eius dicendi sunt æmuli, quippe qui, etsi natiuitatis ipsius proferebant locum; etsi ad ipsum adorandum sese venturos pollicebantur; maximis tamen odijs contra eum turbabantur; prout ab Euangelista significatum est ijs verbis. *i Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cū illo:* Imo in ipsamet amicitiæ fictione ei ipsi crudelē machinabantur mortem, cuius sese mentiebantur sodales; quod cruentissima patefactum est Sanctorum

B clade Innocentū. Quid ergo mirum, si Christi spōsa eos adeo abhorreret, vt diceret. *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorū?* volebat, idq; summis precib. efflagitabat, vt sibi Sacratissimus indicaretur præsepii locus, vbi Christus pasceret, vbi & cubaret in meridie: Sed optabat ab ipsomet Christo, quem diligebat anima sua, Sacratissimum locū illum sibi indicari, qui ibi pasceret, & cubaret; Siquidem hoc metuebat, quod sibi euenit. *Nē vagari inciperet post greges sodalium* eius. Vagata est. n. post greges pessimorum sodalium Christi, quamdiu tres Magi in Ciuitate Ierusalem a Iudæorum plebe Christum natum quęsiuere: post huiuscemo

C di greges Herodis, ac Principum Sacerdotum, atque Scribarum, qui sese Christi fingebāt sodales, tali tunc errore vagata est ecclesia Christi sponsa, vt nec vnquam eum, quem tanto studio quærebat, inuenire ibi potuerit, & ferme ipsummet, quem quærebat, internecioni subiecerit Christum. Hęc sequamur primū sensum allatum in secunda expositione præcedentium verborum, quo ecclesia in Magis, atque in Pastoribus petebat, sibi indicari locum Sanctissimi præsepis, vbi Christus pascebat, atq; cubabat in præfulgida Natiuitatis nocte.

Quod si alterum, quem secundo loco ibi attulimus, sequamur sensum: Ecclesia sancta, quæ in persona eorum, qui in se essent, imperfectiorum, locū

D sibi a Christo Domino indicari petierat, eosque viros, in quibus ipse pasceret, atque cubaret per sanam, tutā, atque Catholicā fidē: ubi ipse sederet in Cathedra Petri. Nunc affert rationem, quare id tanto exoptet desiderio; quare id tanto petierit studio, nimirum, ne alioquin sibi inani, ac pernicioso labore, vagandum sit post varias hęreticorum sectas, quas greges sodalium Christi appellat.

Mihi autem diligenter ista ecclesiæ verba consideranti, multiplicesque eorum sensus perpendenti, qui per varias Interpretum, ac textuum nobis proponuntur lectiones, Quatuor in modicis hisce verbis à prudentissima sponsa afferri videntur hæreticorum, atque eorum, qui ab hæreticis decipiū-

E tur, conditiones, & proprietates præcipuæ simul; & in vna ratione, quatuor, eæque vhementissimæ indicari rationes, quare tam ardenti studio dixerit. *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi pascas, ubi cubes in meridie.*

Prima igitur ratio, propter quam à Magistro vę ritatis veram fidem imperfectiores, ac simpliciores, qui in se sunt, edoceri poscit Ecclesia, ea est, ne post hæreticorum greges, ac sectas vagari incipiat in illis. Nouit enim Ecclesia Sancta, hanc esse proprietatem primam eorum, qui per hæresum infecti fuerint errores, vt statim ac ad hæreses declinauerint, vagari, atque errare incipiant, ita vt nec vnquam, quamdiu in tali perseuerāt errore, ad locū, vbi

DE ECCLESIA.

h Ose 8. 4.

i Matt. 2. 3

Ecclesia quo vagari cœperit in trib. Magis dū quæreret locū Natiuitatis Christi.

II. SENSV.

Hæreticorū proprietates, & mala quatuor.

Hæretici vagantur errore maximo circa multiplices hæreses.

DE ECCLESIA. vbi Christus pascit, & cubat, ad veram, rectamve fidei cathedram peruenire queât: nec vnquam in vna, eademque sententia firmi persistant, vel vna, eademque ambulent via. Experta quidem id est Sancta Mater Ecclesia, experta est, & vtinã adhuc non experiretur in compluribus miseris Europæ Prouincijs, quàm multiplici errore vagari inceperit, atq; adhuc vagetur post greges Sodaliũ Christi; experta in vna Germania, in qua tali errore miseræ vagantur Ciuitates, miseri vagantur & homines, qui aliàs Christi Sedem præ reliquis colebant nationibus, vt de vna semper in aliam prolabãtur hęresim, sæpiusque euenerit, vt vnus, idemque homo, vna eademque Ciuitas in modico tẽporis spatio plures variauerit sectas. An non de his dici potest, quod per prophetam dicitur. *K Errauerunt in solitudine, in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: esurientes, & sitientes anima eorum in ipsis defecit*? Sane si qui vagari dicendi sint, haud alios peiori errore, quàm istos vagari, crediderim, quia veritatis via aberrantes, recte dicuntur vagari, atque errasse *in solitudine*. Quæ enim peior solitudo, quàm locus, qui sit extra Ecclesiam Catholicam? quàm secta, quæ a Christo sit aliena? quam fides, in qua dæmonum, ac hæreticorum omnium sint falsitates? Certe si in istiusmodi solitudine vagati sunt, *errauerunt* quoque miseræ istæ gentes in *inaquoso*. Quando erant in Ecclesia Romana, vbi Christus pascit, & cubat, & ipsæ vna cum ceteris Christi ouibus, copiosissimis gratiæ aquis reficiebantur, ita vt dicerent *l Super aquas refectionis educauit nos*, at modo infelices omni gratiarum humore priuati, errant ac vagantur *in solitudine, in inaquoso*. Et quæ prius letæ dicebant. *In loco pascua ibi me collocauit;* ibi me cubare fecit: nunc vagantes *in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*: locum ac Petri sedem, vbi Christus pascit & cubat: fidem, in qua Christus pascit, atque cubare, & tutos, quietosque habitare facit fideles, haudquaquam inuenire eis permissum est. Quid mirum autem, si nec ea amplius dicere possint, quę alacri prius concinebant voce. *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: Animam meam conuertit*, scilicet ad se, ita vt nil aliud diligeret, nil aliud cogitaret, nil aliud crederet, nisi qd ab ipso edocta fuisset, si post greges sodalium Christi vagantes, *errauerunt in solitudine, in inaquoso, viam Ciuitatis habitaculi non inuenerunt*, quandoquidem *esurientes, ac sitientes* Christi pascua, atque doctrinam, prę eorũ inopia, ac præ nimio errore, quo vagati sunt, *Anima eorum in ipsis defecit*. Ne hæc igitur sibi contingerent; ecclesia, tam ingenti studio pro imperfectioribus Christum exorabat, quem ardentissimo diligebat amore, dicebatque. *In dica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*, affertque potissimam hanc rationem. *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*.

k Psal. 106. 4

l Ps. 22. 2.

Heretici, et qui ab illis seducũtur quomodo circumduci dicãtur.

Sed, iuxta aliã lectionem, quam sequitur Theodoritus, & alij; dum inquit: *Indica mihi*, &c. *Ne fiam veluti circumducta in gregibus sodalium tuorũ*. Secundam affert rationem, secundamque eorum, qui ab hæreticis peruertuntur, conditionem: seu potius eam ipsam & rationem, & conditionem, quam primo loco attulerat, magis confirmat. Ratio autem hæc est, ne fiat veluti circumducta: significat autem per verbum istud, se metuere, ne id sibi eueniat, quod naui in procelloso contingere solet mari. Quemadmodum enim nauicula, fluctibus hinc inde iactata, dum a procelloso concutitur turbine, eousque circumducitur, quousque in maximos aquarum vertices demergatur: & sicut

Simile.

A nunquam vllo vel vndarum, vel ventorum impetu magis de eiusdem nauis metuendum est periculo, deque eorum, qui in illa extiterint naufragio, quam, cum a turbinis vento circumducitur: ita numquam magis de Ecclesiæ nauicula in aliquibus metuendum est regionibus, quæ instar maris vehementissimis fluctuant persecutionum, atque contentionum procellis, quàm, cum a turbine hæresis circumducitur. Propterea Apostolus illud saluberrimum dedit consilium, *m Vt iam non simus paruuli fluctuantes*, instar nauis in medio fluctuosi maris, *& circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris*, ne id nobis eueniret *n* quod ijs euenit, qui *circa fidem naufragauerunt*. Quamobrem sicut Apostoli, cum *o* eorum nauicula iactaretur magnis fluctibus in medio maris, ita vt pene mergerentur, *accesserunt ad Iesum, eumque suscitauerunt, dicentes: Salua nos Domine, perimus*. Ita nunc ipsamet ecclesia, quæ & nauis Apostolorum est, & sponsa Christi, cum in hoc procelloso huius sæculi mari, maximis iactatur tentationum fluctibus, sub alia metaphora se ab eodem Iesu adiuuari exposcit dicẽs. *Indica mihi*, &c. affertque rationem, qua naui sese confert periclitanti, addens. *Ne fiam sicut circumducta*.

m Eph. 4. 14.

n 1. Tim. 1. 19.

o Matt. 8. 24.

Verum cum subijcit: *in gregibus sodalium tuorum*. per istam ipsam locutionem. *Ne fiam sicut circumducta*: altera metaphora eam ipsam designare videtur eorum, qui in hæresum decidunt errores, secundam conditionem, secundamque rationem, quare a Christo doceri velit. Metaphora nimirum puellæ, quæ in medio gregum circumducitur. Quemadmodum namque mulier illa, quæ a Pastoribus, per iocũ circumducitur in medio gregum, si multis circumducatur gyris, capitis sentiẽs vertiginem, magno plerumque impetu in terram decidit, ita vt vix erigere se queat amplius. Eodem pacto, & infelices animæ illæ, quæ per multiplices errorum gyros ab hæreticis circumducuntur, quasve & dæmones miserando circumducunt ioco, mẽntis vertiginem patientes, tam graui decidunt casu, vt & vitam amittant gratiæ, &, ni speciali a Deo adiuuentur auxilio, haud vltra se erigere valeant. Hocque illud est, quod veretur benignissima mater ecclesia, ne propter aliquos imperfectiores filios suos sibi ea aliquando competant, quæ de Aegypto per Esaiam prolata sunt. *p Dominus miscuit in medio eius Spiritum vertiginis; & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens*.

Simile.

p Isa. 19. 14.

At non modicum istamet secunda Christi sponsæ ratio confirmatur, si ponderemus dictionem, qua vsum diximus Symmachum, ad significandã hanc circumductionem. Dictum est supra in fine primæ expositionis, Symmachum vsum fuisse verbo, quod deriuatur a funda, atque adeo, iuxta illius interpretationem, sponsam hoc loco significare, se a suo petijsse dilecto, vt indicaret sibi locum, vbi pasceret, &c. Ne instar fundæ huc, illucque circumrotetur super greges sodalium eius. Quo quidem sensu Christi sponsa videtur significare, se idcirco a Christo Domino auxilium implorare, ne id sibi contingat, quod vel lapidi pretioso, vel vasculo pleno pretioso vnguento euenire solet, cum circũrotatur in funda. Sicut .n. pretiosa margarita cũ circũrotatur in funda, idcirco circũrotatur, vt lõgius proiecta, penitus deperdatur. Ita & animę fideles, qualibet margarita pretiosiores, quę pretiosissimo sanguine Christi sunt redẽptæ, cũ in funda erroris ab hæreticis circumrotantur, eam ob causã circum-

Heretici, et qui ab illis seducti sint quo circumrotentur instar fundæ.

Simile.

DE ECCLESIA.

circumrotantur, vt longius à Catholica proijciantur ecclesia, vtque extra ecclesiam proiectę pereāt. Et sicut vitreum, ac fictile vasculum, quod pretioso vnguento sit plenum, id circo circumrotatur in funda, vt vehementiori proiectum impetu, peiori frangatur ruptura, atque vt vnguentum inclusum magis spargatur, sicque omnino pereat, quod tanti erat valoris, quodve tam suauem redolebat fragrantiam. Eodem pacto & fideles, qui pretiosissimum fidei vnguentum, pretiosissimum & thesaurum *q* in vasis, vt inquit Apostolus, fictilibus habent, cum in hæresis, atque erroris funda ab Hæreticis eos circumrotari, contigerit, tam vehementi impetu in durissimam obstinationis illiduntur petram, vt fere irremediabili dirumpantur fractione, pretiosumque, quo pleni erant, fidei vnguentum penitus effundatur ex ipsis, ac euanescat: cuius tanto grauior sit amissio, quanto maior fragrātia, & maior pristinæ eorum fidei indicia percipiuntur à posteris.

Simile.

q 2. Cor. 4. 7.

Tertia conditione Hereticorum, eorumque qui per hæreticos decepti, in hæreses prolabuntur, nō modicum Ecclesiæ adiuuatur petitio, atque ideo ea vtitur pro tertia ratione, qua spōso persuadeat, vt sibi opem ferre dignetur, dicens. *Ne fiam tanquam meretrix cooperta super greges sodalium tuorū.* Hæc est enim tertia illa Gentium, hæresi infectarū conditio, vt meretricibus comparentur, non secus ac Ciuitas Ierusalem, quæ aliàs Ciuitas Dei, Ciuitas fidelissima dici soluta erat, meretrici à Deo comparata, & meretrix dicta inuenitur apud Isaiam, cū Propheta quasi rem execrabilem admirans, dicit. *r Quomodo facta est meretrix Ciuitas fidelis, plena iudicii?* Quòd si quisquærat, quanam ratione Hæretici similes dicantur meretrici, legat Ieremiam prophetam, & inueniet dictum. *s A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, Non seruiam: In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* Legat Ezechielem item Prophetā, & inueniet simili modo dictum. *t Accidit post omnem malitiam tuam, (va, va tibi, ait Dominus Deus) & ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ, & abhominabilem fecisti decorem tuum, & diuisisti pedes tuos omni transeunti & multiplicasti fornicationes tuas.* Porrò quemadmodum Iudæorum populum per prophetas, & à Deo ipso fornicarijs meretricibus propterea comparatum videmus; quoniam sicut meretrix haud vnius viri iugo subiecta est, sed tot admittit, quot obijciuntur: imo & ipsa sese offert cuilibet transeunti, vt cum illis fornicetur, ædificatque sibi lupanar, ac prostibulum, vt in ijs commodius valeat fornicari, Ita & ille populus haud vnius veri Dei iugo subesse voluerit, sed tot falsis se subiecerit Diis, quot sibi propositi essent, totque complexus sit, quot excogitare potuit errores: atque vt commodius cum istiusmodi Diis fornicari posset, vtque liberius eos coleret, & idola, & phana, & lucos sibi plantauerit, erexerit, & ædificauerit. In eundem modum & Hæretici præsertim nostri temporis & ii, qui per hæresim contaminati quoquo pacto ab Hæreticis fuerint, proprissimo meretricis nomine nūcupantur; quoniam haudquaquam sub vnius veræ Christi fidei subesse volunt iugo: sed illud confringentes, dirūpentesque charitatis vincula, quibus in vnione fidei cum vniuersis constricti fuerant fidelibus, tot se subiiciunt idolis, quot hæresiarcarum complectuntur dogmata: quorum enim sequuntur errores, eorum quodammodo colunt, & idola, eosque

Hæretici comparantur meretrici.

r Isa. 1. 21.

s Iere. 2. 20.

t Ezec. 16. 23.

A tanquam Deos adorant, quorum & nomine gloriantur: cum haud amplius à Christi nomine Christiani: sed vel Ariani ab Ario, vel Sabbelliani à Sabbellio, vel Lutherani à Luthero, vel Caluinistæ à Caluino, vel aliis nefandis appellari velint nominibus, ab ijs nimirum desumptis, cum quibus per varios errores fornicari oblectantur.

DE ECCLESIA.

Bene autem horum quilibet meretrix dicitur, quia, quamuis ex vno, quod quisque assumpsit, nomine, vnius tantum errorem complexus videatur, sub vna tñ illius secta, cuius nomen assumpsit, multi ac magni aliorum Hæreticorum comprehendūtur errores, quos sequit̃, & cū quib. fornicatur cōtra veram & Catholicam fidem. Istiusmodi meretricum proprietates in Prouerbiis Salomonis egregie explicatas habemus, cum dicitur. *u Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga quietis impatiēs, nec valens consistere pedibus suis in domo:* de quibus non est modo dicendum per singula; satis enim nobis est, id probasse, quòd Hæretici, gentesque illæ, quæ hæresi contaminatæ fuerint, hanc habent cōditionem, vt sint tanquam meretrices; nec mirum, cum & hæresis ipsa in genere sub meretricis magnæ metaphora per Ioannem descripta sit in Apocalypsi, *x* Propterea ipsamet Ecclesia, cum nil magis habeat in optatis, quàm vt arctius iugiter charitatis vinculis cum vno Christo constringatur dilecto suo: cumq; nil magis abhorreat quam à suo dilectissimo deficere sponso: hác addit rationem, qua Christo Domino persuadeat, vt sibi indicet, vbi pascat per veram fidei doctrinam, & vbi cubet per Petri Cathedram. *Ne fiat sicut meretrix apud greges sodalium* eius. Valde vero notanda est phrasis hebraica, qua hanc explicat rationem, dicens. *Quare enim ero sicut cooperta,* idest sicut meretrix. Atque enim est, ac si diceret,

B

u Prouer. 7. 10.

x Apo. 17. 3.

C

Vt quid Christe dilecte mi committes, vt ad tātam deueniam miseriam, vt meretrici assimilanda sim, quæ est sine proprio viro? Qua ratione id permittes, si in tuum id non redundat honorem, si in meum tam ingens vergitur detrimentum? quare non indicabis mihi, vbi pascas, vbi cubes? quare quæ tua benignitate desponsata tibi iam fueram, modo tua orbata præsentia inimicis tuis prostituta apparebo? *Indica* iam quæso *mihi, quem modo diligit anima mea, indica vbi pascas, vbi cubes* in his meridianis perturbationum æstibus: ne patiaris, me aliquando fieri sicut meretricem, quod absque vlla dubitatione mihi continget, nisi tu me erudieris.

PARAPHRASIS.

D

Neque suo caret mysterio, quod haud dixit simpliciter. *Quare enim ero sicut meretrix.* Sed pro meretrice significanda, hac vsa est voce; *sicut cooperta, vel pallio amicta:* Enimuero plus aliquid per hoc nomen coopertæ, quam per nomen meretricis significasse videtur; imo & quartam per huiusmodi dictionem, vt significat ipsam meretricem, hæreticorum subindicat conditionem; simulque & quartam sponso innuit rationem suæ petitionis. Certum nanque est, hæreticos omnem amisisse erubescentiam, omnemque deposuisse pudorem, ac honestatis decorem, non secus ac infames meretrices, ita vt de eorum singulis illud proferri liceat Ieremiæ Prophetæ, *y Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Quapropter si cooperti dicantur, haud profecto propter aliquid boni, faciem coopertam habere cēsendi sunt; Sed vt plures ac maiores struant fraudes; vt plures suis decipiant erroribus, pietatis velo, Catholicæque Religionis nomine, tanquam honesto pallio suæ meretriciæ

Hæretici dicantur similes meretrici pallio copertæ.

E

y Iere. 3. 3.

DE ECCLESIA.

tetricitæ conuersationis faciem operiunt, suasque A meretricias decipiendi circumtegunt artes. Quod bene in libro Iob explicatum habemus, vbi dicitur. z *Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens. Non me videbit oculus, & operiet vultum suum.* Quibus in verbis tres designantur hæreticorum fraudes, insignisque eorum innuitur calliditas. Primo, per oculum intellectus, & arrogantis scientiæ suæ obseruant caliginem; cum enim, iuxta Saluatoris sententiam. a *Omnis, qui male agit, odio habeat lucem*: ipsi obseruant caliginem deceptionis, vt ita peruersos suos disseminent errores, ne impediri queant, imitantes hac in arte Magistrum suum diabolum, qui obseruans & ipse noctis caliginem, b tunc, *cum dormirent homines, & dormitarent*, ita vt eum videre, ac propulsare minime possent, *superseminauit zizania in medio tritici*, propterea bene de ijs adiicitur, quod, cum obseruant caliginem, dicunt: *Non me videbit oculus*: Quibus secunda corū designatur fraus, quæ in hoc sita est, quòd ita deceptionis caliginem obseruent, vt per oculum suæ arrogantis scientiæ ad decipiendas animas cognoscant, ac sciant Catholicorum dogmata, eorumq; perscrutentur instituta, quò eam impugnent; & tamen tanta in deceptionis caligine id peragant, vt ac si certi sint, nec à sapientum, ac prudentum oculis se agnoscendos, dicant. *Non videbit nos oculus*: sed si ad mala perpetranda, & ad errores persuadēdos obseruant caliginem, cum oculus ipsorum videat, nec tamē ab alieno oculo videantur, ad quid operiunt vultum suum? sic enim subditur in præcitata sententia Iob. *Operiet vultum suum.* Per hæc sane tertia eorum manifestatur fraus; qua ementiti Catholici nominis pallio, suam cooperiunt peruersę conuersationis faciem; falsoque Catholicæ fidei velo suos arrogantis, ac impiæ sciētiæ, & prædicationis cooperiunt oculos. Constat nanque eis, etiam in deceptionis caligine facile ab oculis Sapientum peruersam eorum dignoscendam cōuersationem, arrogantemque intelligendam scientiā. Non secus ac oculi felis, qui etiam tenebras obseruare solent ad damna patranda, propter idipsum modicum lucis, quod ex se emittunt, conspiciuntur ab ijs, qui eos intuentur: atqui sicut ij ipsi oculi quibus felis caliginem obseruat, ac tenebras, vt in obscuro quicquid furtim inuenerit, subripiat, illā manifestant, efficiuntque, vt haud quaquam committantur damna, quæ felis ipsa facere fuerat aggressa, impedientibus ijs, qui illam per eiusmet oculos agnouerunt: ita pariter ea ipsa hæreticorum scientia, ea ipsa Sacrarum Scripturarum perscrutatio, catholicorumque dogmatum inquisitio, quā in deceptionis caligine adhibere ij solēt, quò Scripturarum veritatem peruertant, & catholicam fidem in obscuro impugnent, suisve sophismis maxima animabus fidelium inferant detrimenta, manifestant illos oculis sapientum, qui ex ea ipsa Scripturarum disputatione, & ex eo ipso veritatis lumine, quod sua præseferunt eruditione, nedum doctrinam eorū peruersam, sed & impijssimam ipsorū intelligunt conuersationem; vnde facilè eos impediunt à malis perpetrandis, facileque à fidelium propulsant cœtibus. At vide amabo ipsorum hæreticorum calliditatem, ac fraudem singularem: cooperiunt nempe vultum suum, conuersationem suam simulato sanctitatis pallio: cooperiunt oculos scientiæ, ac eruditionis suæ, velo Catholicæ doctrinæ, ne vel ab ipsis dignosci queant Sapientissimis. c *Veniunt ad vos*, dicebat de illis Dominus, *in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hanc tam peruersam hæreticorum calliditatem, hanc eorum præcipuam cōditionem adeo abhorret Ecclesia, vt, cum ex imperfectiorum persona Christo Domino de Apostolica postulasset erudiri fide, dicens. *Indica mihi vbi pascas*, &c. vt huius suæ petitionis fieret compos, id pro efficacissima attulit ratione, ne instar hæreticorum fieret cooperta, dicens. *Quare enim ero sicut cooperta apud greges sodalium tuorum?*

Hæreticorū fraudes tres — z Iob 24. 15. — a Io. 3. 20. — b Matt. 13. 25. — *Hæretici cur operire dicatur vultū suum.* — Simile. — c Mat. 7. 15.

Quo loco Notandum est, quàm congrue cum Christo loquens, quò magis infensos ei reddat hæreticos, à quibus se penitus liberari efflagitaret, ipsius sodales eos appellet, quippe qui sub ementita Sacramentorum Communione, sub ficto Catholici nominis amictu simplicem Christi gregem decipientes, quasi sint Christi sodales in pastoritia arte, iisdem sese illum pascere profitentur scripturarum pascuis, quibus & à Christo pasci is solitus est: sed certe infensissimi sunt Christi hostes, fures que sunt, ac latrones, nec veniunt ad Christi gregē nisi vt furentur, & mactent.

Hæretici dicantur Sodales Christi.

Ex Vers. VII. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

C QVamuis complures pœnæ peccatum etiam in hac vita consequantur, nulla certè inter eas est, quæ maiorem incutere debeat pauorem illa, qua peccator fit vagus super terram, & profugus ante faciem Domini Dei sui: cum re vera nec vlla maior ea sit, prout contestatus videtur a Cain ille fratricida, qui ob grauitatem huius potissimum pœnę in desperationem se adactum significauit. Ideò ipsemet Dominus, cum hac se castigaturum peccantem aliquando minitus esset per Isaiam 57. 17. dicens. *Propter iniquitatem auaritiæ*, idest cupiditatis, & cōcupiscentiæ eius, *iratus sum, & percussi eum: Abscondi faciem meam, & indignatus sum: Abijt vagus in via cordis sui.* Ne infelix ille, instar alterius Cain in desperationem ob istiusmodi pœnam incideret, subiecit illicò. *Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius.* Quamuis videatur abscōdisse faciem suam, dum peccator circa terrena vagatur: haud tamen alio pacto auertisse dicitur faciem, nisi quatenus peccator ab ipso auersus sese abscondit, quod & vagus ille Cain asserebat, cum diceret: c *Abscondar à facie tua, & ero vagus, & profugus in terra*: Anima Christi sponsa, cum se dilecti sui ope ab antiqua vagatione iam sanatam recoleret, animaduerteretque aliquando diuinis se destitutam consolationibus, metuens, ne iterum in pristinam relabatur vagationem, ad sponsum conuersa ait: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas*, &c. Affertque pro istiusmodi petitionis suę ratione eum ipsum, quem de antiqua vagatione habet, pauorem, dicens; *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.*

Vagū fierī super terrā maxima peccatoris pœna. — a Is. 57. 17 — b Ge. 4. 14.

Quorum verborum vis vt omnibus fiat perspicua, Primò declarandum, qui nam sint Christi sodales, de quibus hoc loco loquitur sponsa, quive sint eorum greges, post quos vagari trepidat. Tum deinde explicandum, quomodo in his modicis verbis Anima Sancta peccatoris, atque eius, qui sæcularibus indulget voluptatibus quinque permaxima indicet mala, & quinque grauissimas pœnas.

Et quidem Christi Sodales haud alii hoc loco intelliguntur, quàm Diabolus, Mundus, & Caro: qui

Diabolus mūdus, & caro quō dicātur sodales Christi.

qui cum ſint tres infeſtiſſimi totius humani generis aduerſarij; Chriſti tamen propterea ſodales dicuntur, quòd & ipſi Paſtores ſeſe exhibeant gregis paſcuæ illius; Sed certè tales ſunt eius ſodales, vt & cum Chriſto, & cum iis, qui ab eo ſuper gregem ſuum paſtores conſtituti ſunt, totis viribus contendere ſtudeant, præſertim in conſolationibus ac voluptatibus exhibendis: quod perpulchra nobis figura ſignificatum eſt in libro Geneſis, vbi dicitur: *d* Iſaac, ac paſtores illius fodiſſe in torrente, & reperiſſe aquam viuam; *Sed ibi fuiſſe iurgium paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac, dicentium. Noſtra eſt aqua.* Cum enim Chriſtus Dominus ſolus ſit fons aquæ viuæ, verarum conſolationum: cum tantummodo paſtores iſtius Iſaac, quod interpretatur riſus: paſtores Chriſti, qui eſt Deus totius cōſolationis, ſpiritualium ac verarū voluptatum puteum fodere queant: Paſtores Geraræ, diabolus, mundus, & caro pro aqua viua iurgium faciunt, & cum Chriſto, & cum eius Paſtoribus, aſſerentes, aquam conſolationum eſſe ipſorum: ſe ipſos ſolos veras exhibere poſſe conſolationes: ſe ipſos ſolos veris potare, ac paſcere poſſe conſolationibus. At profecto in iis ipſis vilibus, quas paſtores iſti exhibent, conſolationibus, haud Chriſti gregem paſcunt, ſed ipſi ex Chriſti grege, quem talibus paſcere videntur voluptatibus, paſcunt ſemetipſos, prout ſupra in ſecundo ſenſu tertiæ expoſitionis ſuperiorum verborum oſtenſum eſt latius. Iſti ſunt ſodales Chriſti, ſeu potius Chriſti æmuli, qui in eo ipſo, quod ſe exercere profitentur paſtoris munere, vniuerſam eiuſdem Chriſti diſſipant Eccleſiæ vineam; qua de re conqueritur apud Ieremiam, vbi ait. *e Paſtores multi demoliti ſunt vineam meā, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis: poſuerūt eam in diſſipationem, luxitque ſuper me.* Erat ſane grex Chriſti, mundanorum grex, quamdiu illi à Chriſto Sacramentis, & cæleſtibus paſcerentur cōſolationibus: erat grex Chriſti, quando, inſtar ouium ſimplicium Chriſtum ſolum bonum, agnoſcebant paſtorem. At quando in viliſſimo, inſtar porcorū volutari cœperēt ſæcularium deliciarum cœno: at quādo porcorum ſiliquis paſci elegerūt: Tunc qui erant grex Chriſti, facti ſunt grex prædictorum ſodalium Chriſti: tunc qui erat grex ouiū, conuerſus eſt in gregem porcorum; *f* quem adeo diligerent dæmones, vt vniuerſa illa dæmonum legio in eum ſe mitti à Domino poſtularit; Sic enim dicitur in Euangelio. *g Erat circa montem grex porcorum magnus, paſcens. Et deprecabantur Dominum Spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus.* Neque enim negandum eis videbatur, vt mitterentur in gregē illorum, qui iam paſcebantur ab ipſis in terrenarum voluptatū paſcuis: Sed vide amabò, quid vtilitatis attulere paſtores iſti, dum eis permiſſum eſſet, vt intrarent in gregem porcorum, ait namque Euangeliſta. *Et exeuntes ſpiritus immundi introierūt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari.* En quid commodi: en quid vtilitatis miſero mūdanorum prouenit gregi ab iſtiuſmodi paſtorib. qui ſe Chriſti mentiuntur ſodales: In mare præcipitatus eſt perturbationis, atque confuſionis: *h Grex perditus eſt populus meus,* deplorans ait Dominus per Ieremiam, *paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus, de monte in collem tranſierunt obliti ſunt cubilis ſui, omnes, qui inuenerūt comederunt eos.* Populus, qui iam erat grex ouiū paſcuæ Chriſti, factus eſt grex perditus porcorum, factus eſt

d Ge. 26. 18

Diabolus, mūdus, & caro paſtores hōies ſæculi paſcūt ſemetipſos.

e Ier. 12. 10

f Luc. 8. 32

g Mar. 5. 11

Mūdanorū grex quid vtilitatis habeat à ſuis paſtoribus.

h Ier. 50. 6

A grex diaboli, mundi, atque carnis, à quibus viliſſimis ſæculi paſcitur delitiis: Nec mirū, nam iſti paſtores eorum ſeduxerunt eos, mentientes ſe Chriſti ſodales. Quid verò aliud in vilibus prædictorum paſcuis gregi illi contingere poterat infelicius, quàm vagari in montibus ſæcularium voluptatum, & vagatione continua tranſire de monte in collem, de voluptate in voluptatem, ad quas tāta aſcenderet difficultate, tantoque labore, quanto in excelſos aſcenditur montes?

Hanc vagationem vehementius exhorret Anima Chriſti ſponſa, ac propterea tanta auiditate cupiens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, cæleſtem patriā ſibi indicari efflagitat: vbi ad ſatietatem paſcatur: B vbi & perpetua, ac imperturbabili fruatur quiete, dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea, &c. Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*

In quibus verbis valde ponderanda eſt tanta ſponſæ cautela: Enimuerò, cum deſiderium habēs diſſolui, & eſſe cum Chriſto, in cæleſtem patriam deduci expoſceret. Videbatur dicere debuiſſe. *Indica mihi, &c. Ne incipiam peregrinari,* vel, *ne tamdiu, ne amplius peregrina ſim poſt greges ſodalium tuorum:* Haud tamen hanc ſuæ petitionis attulit rationem; idque ideo, quia multò magis vagationem ſibi metueret, quam quòd moleſtam haberet peregrinationem: nec videbatur congrue dicere poſſe. *Ne peregrinari incipiam,* quæ haud tunc inciperet peregrinari; ſed à primo ſuæ creationis die iſtiuſ C modi cœperit peregrinationem, iuxta illud Apoſtoli. *i Dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à Domino.* Neque dicere auſa eſt. *Ne amplius peregriner.* vel, *Ne tamdiu peregrina ſim poſt greges,* &c. nam id vnum ſibi præ oculis poſuit, vt in omnibus, & per omnia voluntatem ſuam voluntati conformet dilecti: quapropter cum ſponſus velit, vt adhuc peregrinetur in fide, atque in ſpe, nequaquam illius voluntati quoquo pacto reſiſtere auſa eſt, vt peregrinationem ſibi moleſtam oſtenderet, quam illi gratam exiſtimaret; præſertim cum ignoraret, an iſtiuſmodi peregrinatio ſua in eiuſdem ſponſi ſui redūdaret gloriā, propter aliquē aīarum fructū, quē vel doctrina, vel bonis exemplis facere adhuc ipſa D poſſet in proximo, quòd ſi Apoſtolus, *k* cui *viuere Chriſtus* erat, *& mori lucrum,* quamuis *diſſolui cuperet, & eſſe cum Chriſto:* haud tamen auſus eſt iſtiuſmodi petere diſſolutionem, neque ab huius vitæ peregrinatione liberari popoſcit: ſed dixit. *Quòd ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro; Coarctor autem è duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis melius: permanere autē in carne, neceſſarium propter vos:* Quomodo id peteret ſponſa, quod à Chriſti voluntate vereretur eſſe alienum? Cupit quidem, & valde cupit diſſolui, & eſſe cum illo, & ideo ait, *Indica mihi,* &c. Sed tamen, hoc petens, non inquit. *Ne amplius peregrina ſim,* Verum. *Ne vagari incipiā* E *poſt greges,* &c. Eatenus à peregrinatione illa diſſolui expoſcit, quatenus veretur vagationem. Propter quam cauſam etiam prophetam à peregrinatione liberari popoſciſſe patet, cum in pſalmo trigeſimo octauo dixerit. *l Quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Remitte mihi, vt refrigerer, prius quam abeam, & amplius non ero.* Aeque enim eſt, ac ſi diceret. Aduena ſum apud te, peregrinus ſum à loco, vbi paſcis vbi cubas in meridie. Indica mihi quæſo locum iſtum, vt in illa meridie refrigerer, paſcar, ac recreer priuſquam, dum in hac peregrinor vita, abeam à te, vagando ſcilicet poſt terrenas voluptates; nā certe, ſi id mihi contingat, amplius non ero, quia ipſæ me necabunt

Peregrinationē à cæleſti patria, cur nō adeo moleſte ferat pia anima vt vagationem.

i 2. Cor. 5. 6

A peregrinatione liberari cur nō audeat expoſcere pia anima.

k Phil. 1. 21

A peregrinatione liberari tantum petit pia anima, quatenus veretur vagationem.

l Pſ. 38. 13

bunt delitiæ: amplius non ero idoneus ad cælestis patriæ iter peragendum: amplius non ero aduena, & peregrinus apud te, sicut omnes patres mei: sed ero vagus, & profugus apud sodales tuos.

Vagari non pōt aia, quę est i gratia.

Quid vero est, quod sponsa dixit. *Ne vagari incipiam*: cum breuius dicere potuisset. *Ne vager*. aut. *Ne sim vaga?* Caute profecto sēper loquitur Christi sponsa: cum sibi exploratum esset, neutiquam se vagari, quoadusque perseueraret in gratia, tametsi peregrinetur à Deo; tametsi per aliquantulū temporis destituta videatur, m oculi enim ipsius semper ad Dominum: expandit manus suas ad illum, exclamatque cum propheta, n *Expandi manus meas ad te, Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Doce me facere voluntatem tuam quia Deus meus es tu: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum Domine, viuificabis me in æquitate tua.* Idcirco ipsa, quæ se Christi sponsam per diuinam gratiam esse, probabili agnoscebat opinione, dixit. *Ne vagari incipiam*, expauescens id, quod adhuc minimè sibi contigisset, postquam in sponsam assumpta est à Deo suo; ne videlicet per peccatum à sponso auersa, & conuersa ad creaturas, & voluptates sæculi, amissaque dilecti sui gratia, tunc demum errabunda incipiat vagari. Quanquam per hanc loquendi formam, & id quoque explicet, quod sibi maximè metuebat; ne scilicet diuinis orbata consolationibus, post sæculi voluptates vagari inciperet, expauescens; ne id sibi contingat, quod rotæ, aut trochleæ, quæ cū moueri cæperit, illico tanto impellitur, ac deuoluitur impetu, vt vel violentia magna detineri vix queat, quin cæptam prosequatur reuolutionem. Quod vtinam non eueniret quotidie iis, qui initia non metuunt malarum cogitationum, quibus prima fit vagatio circa mundana, atque carnalia.

m Psal. 24. 15.

n Ps. 142. 6

Pia anima quādo conuertitur ad sæculi voluptates errat multo magis quā homines mundani.

Neque suo caret mysterio, quod dixit. *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*; cum dicere ei licuisset. *Ne vagari incipiam cū gregibus*. Enimuero anima, quæ speciali priuilegio in sponsam à Christo Domino eligi dignata est: quæve tantis ab illo exornata est gratiarum cumulis, quæ iam gustauit, & vidit, quoniam suauis est Dominus, quæve optimè nouit quoniam beatus vir, qui sperat in Domino: quando à Deo auertitur, à quo tantis cumulata est beneficiis: quando circa sæculi voluptates vagari cæperit, propter experimentum, quod habet dulcedinis Dei, & propter ingentem, quam in Deum ostētat ingratitudinem, magis delinquit, quam homines mundani, quibus haud exhibitus est eiusmodi suauitatis gustus, hocque illud est, quod Iacobus significat Apostolus, cum ait. o *Scienti bonum facere, & non facienti peccatum est illi*; videlicet maius, quam si id nesciret, quamve illis sit, qui id ignorant, quod ipsis est exploratum. Apertius vero Petrus, p *Si refugientes*, inquit, *coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est Sancto mandato.* Atque hoc ipsum hoc loco ipsa significat sponsa dum ait. *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorū*. i. ne in vagatione mea multo magis à te elonger, quam homines mūdani: quod melius in Hebraica lectione exprimitur, in qua pro eo, quod nos legimus, post greges, habetur *super greges*.

o Iac 4. 17

p 2. Pet. 2. 20.

Quinimo, si attentius hæc verba perpendamus, subtilius quid per ea sobindicari intelligemus. Nimirum, quòd quando anima, quæ Christi extitit sponsa, circa sæculi voluptates vagari incæperit, postponenda sit mundanis hominibus, ac magnis peccatoribus, non solum in ipsa vagatione: verum etiam in principio vagationis: idest, nō solum quādo iam penitus à Deo auersa, circa terrenas voluptates effrænato vagatur impetu; sed etiam quando per tepiditatem paulatim incipit vagari; quæ tamen, vt per hyperbolim dicta sumenda sunt ad tepiditatis detestationem exaggerandam eo modo, quo ab aliquibus Sanctorum Patrum ea intelligūtur verba Apocalypsis. q *Vtinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.*

Tepidus quodāmodo est peior scelestis peccatoribus.

q Apo. 3. 15

Bene autem inquit, *post greges*, in plurali: quandoquidem etsi vniuersa mundanorum multitudo vnus sit grex, vt supra ostensum est, sodalium Christi, diaboli scilicet, mundi, atque carnis, quatenus in hoc vno omnes consentiunt, vt à dictis Christi Sodalibus pasci velint; quia tamen neutiquam ab vno charitatis vinculo simul vniuntur, & vnusquisque quærit quæ sua sunt: singulique soli in terrenarum voluptatum pascuis pasci vellent, plures dicūtur greges; tot namque sunt, quot circa prædictas voluptates vagantur, quotve in prædictis pascuntur pascuis.

Mundani cur dicantur greges i plurali.

At explicemus iam, quod polliciti sumus quænam sint quinque illa mala, quæ contingere ei diximus, qui à Deo auersus, ad terrenas se se conuerterit consolationes, quive sæculi indulgeat voluptatibus: Audiamusque sponsam vno ancipiti verbo, iuxta diuersas interpretum lectiones ea omnia significantem.

Delitiosorū hominū mala, & pęnę quinque.

Primò enim, dum iuxta nostram vulgatæ lectionem, inquit: *Ne vagari incipiam*, &c. Primum significat malum, primamque pęnam, de cuius grauitate pluribus hucusque actum est; nimirum quod vagatur. Quare verò sæculi delitiis indulgens, vagatur? Triplicem ob causam.

Voluptatibus sæculi indulgens, cur vagationis pęnā habeat.

Primo, quia continuam habet mentis euagationem, iuxta illud, r *Abiit vagus in via cordis sui.*

r Is. 57. 17

Secundo, quia terrena, atque creata omnia, quæ consolationem afferant, cor eius, qui illis indulserit, satiare nequeunt.

Et tertio propter cōtinuam earumdem rerum, ac voluptatum instabilitatem. Propter has rationes continua illi vagatione huc, illucque vagandū est per varia voluptatum genera, prout Salomon à se factum expressit longius in libro Ecclesiastes, vbi inquit, modo se conuertisse ad opes congerendas; modò ad coaceruandos ministros: modo ad studium scientiarum humanarum; modò ad gulæ subministrandas dapes, & pocula; modo ad carnis delicias: Et tandem illam ipso dignam attulit sententiam: f *Risum reputaui errorem, & gaudio dixi quid frustra deciperis?* vel (vt legunt Septuaginta) *Quid hoc agis?* Quasi diceret. Voluptatum omniū perfruitionem nil aliud tandem esse animaduerti, quam miseram vagationem: id enim significat, hoc loco nomen erroris, quod dictio Græca περιφορά, qua vsi sunt Septuaginta, apertissimè manifestat, περιφορά namque nil aliud significat, quàm vagationem, & si de verbo ad verbum exprimatur, circumlationem eam interpretari, necesse est: Sic itaque concludit Sapientissimus Salomon. Postquam ad varia; & vniuersa terrenarum voluptatum genera me conuerti, intellexi, me in earum fruitione semper vagatum fuisse, ac propterea gaudio, quod ex illis percipere videbar, dixi. *Quid frustra deciperis?* putas te aliquando exsaturādum? *Quid frustra decipe-*

f Eccl. 2. 2.

DE ANIMA.

deciperis, existimans, te aliquando per istiusmodi vagationem ad præfinitum terminum peruenturum? *Quid hoc facis*, vt me vagari facias ab ijs, quę veras afferunt consolationes?

Qua circumductione puniantur y qui voluptatibus sæculi indulgent.

Secundum malum significatur à sponsa, dum iuxta lectionem Thodoriti, inquit. *Ne fiam sicut circumducta in gregibus sodalium tuorum*: Circumductionem videlicet, qua ij, qui terrenis, ac temporalibus voluptatibus indulgent, circumducuntur vel ab ipsis voluptatibus, vel ab ijs, qui hoc loco dicuntur Christi sodales, à demonibus nimirum, vel à mundo, & carne, siue mundanis, atque carnalibus hominibus. Quemadmodum autē id, quod rotæ cuipiam adiacens ab ipsa circumducitur rota, in puncto tantùm, & vix per breuissimum instans B stabili inhæret plano, cum semper vna cum rota circumuoluatur. Ita & qui sæculi voluptatibus adiacent, quę cum sint temporales, tamquam rota esse censentur, vix in puncto, & per modicum instans stabiles perfrui ijs queunt, cum iugiter vna cum temporis rota simul cum illis circumferantur & ipsi, propterea vt iamiam dictum est, iuxta lectionem Septuaginta Salomon risum, ac huiusmodi voluptatum fruitionem existimauit circumlationem. Propterea & hoc metuens Christi sponsa, inquit: *Ne quando fiam veluti circumducta in gregibus, vel apud greges sodalium tuorum*, eo namque magis ipsam expauescit circumductionem: quòd veretur, ne apud mundanorum greges, à dæmonibus, ceterisque Christi Sodalibus per ipsas sæculi voluptates vana, ac misera circumducatur circumductione. Sicuti enim quispiam lapidē immittens in stagnum totam per varios, ac multiplices orbes stagni circumducit aquam. Ita & dæmones, seu mundus, & caro, vel vnicam voluptatem in animam inijcientes, vniuersam illius mentem per varios, ac multiplices cogitationum ac desideriorum gyros circumducunt.

Simile.

Simile.

Ex circumductione voluptates quid referāt mundani.

At vtinam hoc pacto dumtaxat pessimi isti sodales Christi, miseram circumducerent animam; desisteret forsitan citò huiuscemodi circumductio, prout illicò cessare conspicimus prædictam aquæ circumductionem, in qua tanti illi orbes ad nihilum breuissimo temporis spatio rediguntur. Sed D quod multò est peius, infelicem illam excæcantes, constituunt eam ad rotam prædictarum voluptatum; vt, dum rota illa progreditur, in gyrum circumducatur & ipsa, prout *t* à Philisteis Sampsoni factum legimus in libro Iudicum. Porrò quemadmodum Sampson in iugi illa circumductione molebat quidem triticum; Sed quod suis deseruiret inimicis, sibique nil aliud acquirebat, præterquam labores, ac defatigationem: pari modo & Anima in prædicta, qua à terrenarum rerum rota circumducitur circumductione, molit sanè farinam voluptatum, ac delitiarum: Sed voluptates, & deliciæ eæ deseruiunt potius ad suorum inimicorum vsum: cum sibi nil aliud ex ijs remaneat, E præterquam labor, ac defatigatio magna, qua in illis elaborauit adipiscendis.

Simile.

t Iudic. 16. 21.

Voluptatibus indulgens fit iocus Demonum.

Sed est aliud adhuc peius, quod Christi metuit sponsa, dum, inquit: *Ne fiam veluti circumducta apud greges Sodalium tuorum*: Timet namq; ne quod peccatoribus, ac deliciosis hominibus euenire solet, & ipsa circumducatur à Christi sodalibus, in propriam pęnam, ac in illorum iocum: nō secus ac throcus à pueris ludentibus proijci solet in terrā, flagellisque tamdiu circumduci, quamdiu illis libuerit: hanc etenim pœnam recolit à Propheta imprecatam ijs, qui voluptuosam agerent vitam: cum *u* diceret: *u Pone illos, vt rotam*. Idest circumduc illos voluptatum flagellis, sicut flagellis in iocum circumduci solet rota, seu, vt clarius habetur in Hebræo, *trochus*. At quomodo flagella dicuntur voluptates, quæ oblectant, cum flagella percutiāt? eo sanè modo, quo Christus Dominus diuitias, easdemque voluptates in celebri illa seminis parabola, spinas nuncupauit, dicens. *x Quod autem in has spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur & non referunt fructum*. Flagella certè sunt voluptates; tum quia sunt flagellorum omnium causa, tum quia, dum gustantur, peniciosissimè animas flagellant. An non flagellum maximum voluptas illa, quæ Israelitico populo exhibita est in carnibus: *y* Quando Dominus *pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata*, quando *comederunt, & saturati sunt nimis. & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo; & adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos?* An non flagellum pessimum voluptas illa, *z* quam ex Moabitis, ac Madianitis mulieribus percepere Iudæi, quando suspensi sunt principes populi contra Solem, & occisi sūt vigintiquatuor millia hominum; quando in ipsa voluptatis fruitione, in ijs ipsis membris, quibus tam fœda percipiebatur voluptas, à Phinees Sacerdote percussus est vir Israelita vna cum muliere illa, cum qua fornicabatur. Flagella profectò sunt C vniuersæ sæculi deliciæ, multoque perniciosiora, quàm ea, quæ cōmuniter flagella dicere solemus. Idcirco ea metuens Christi sponsa, & expauescēs, ne per ea iocus fiat dęmonib. dicebat: *Indica mihi &c. Ne quando fiam veluti circumducta, apud greges Sodalium tuorum*: ne ipsis voluptatibus circūducar vt rota, & throcus. Quamquam, si ponderemus vocem Symmachi, qua circumductionem hanc exprimit sponsa, intelligemus illam multò magis ei metuendam, quòd per eam non solum iocus, vt dictū est, fiat Sathanæ, inimicorumque suorum; verùm etiam fiat arma eorundem contra proximum suū, dictio namque Symmachi (vt notatum est in fine expositionis primę iuxta sonum litteræ) significare potest circumductionem, ac circumrotationem instar fundæ, vt sensus sit: *Ne quando fiam veluti circumducta, & circumrotata instar fundæ apud greges Sodalium tuorum*. Porrò quàm aptè hac circumrotationis fundæ methaphora istam, quæ per voluptates fit, circumductionem, quàm ve congruè vocem illam ῥεμβομένη, vsurpauerit sponsa: ex alio libri sapientiæ loco facilè omnibus fiet perspicuū: vbi prout alias quoque ponderatum est, exprimere volens sapiens hanc ipsam circumductionē Animæ, & sensus, quæ fit per voluptates, earūque concupiscentiam; pro eo, quod nos legimus; *a Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum*: In textu Greco dicit; ῥεμβασμὸς, idest, & circumrotatio instar fundę concupiscentię transuertit sensum, ῥεμβομαι, enim deducitur à nomine ῥέμβω, à quo & verbum ῥεμβασμὸς, quo hoc loco vsus est Symmachus, deduci videtur. Metaphora autem in hoc sita est; quod quemadmodū funda, quę circumrotatur, est quoddā armorum genus, quo qui bene vti sciuerint, facilè quemcumque voluerint, in terram posternāt, vt de adolescentulo Dauid legimus, *b* Gigantē eo prostrasse Goliath; & sicut quando funda circumducitur, ad hoc circūducitur, vt per illā quispiam vehementiori lædatur ictu. In eumdē modū, cum Anima per sæculi voluptates circūrotatur, ac circūducitur, aptissimum redditur instrumentum bellicum, quo dæmones, mundus, & caro fortissimos quosque deijcere solent ictu vehementissimo

Propte-

DE ANIMA.

Voluptates sæculi sunt flagella, & spinas...

x Luc. 8. 14

y Psal. 77. 27.

z Nu. 25. 7

Voluptatib. indulgens est fortissimū instrumentū bellicū hostiū Christi contra fideles

a Sap. 4. 12

b 1. Reg.

u Ps. 82. 14

DE ANIMA.

Propterea e Romanos admonebat Apostolus, ne A exhiberent *membra sua arma iniquitatis peccato*, obediendo terrenarum voluptatũ cõcupiscentijs. Legitur *d* in libro Iudicum de Septingentis viris Gabaonitis, quod fortissimi essent, *sicve fundis lapides ad certum iacientes, ut capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.* Multò sanè congruentius dici idipsum potest de fortissimis Christi aduersariis, ac de vniuersæ humanæ naturę hostibus; quippe qui eos, qui voluptatibus vacant, tam bene per ipsas circumducunt voluptates, vt nullo armorum genere melius, quàm illis dimicent: prauosque cupiditatum lapides per eos ad certum contra alios ita iaciũt, vt vix vnquam ictum fallant & per illos eos B quoque, qui omnino ab vniuersis sæculi rebus se alienarunt, percutere queãt. Probamus hoc, & quotidiana ingemiscimus experientia, videntes, quot, quantique sapientissimi, ac prudentissimi viri per mulieres, quæ voluptatibus indulgent, infelicissimis prosternantur casibus: quotve iuuenes per exẽpla seniorum, qui sæculi deliciis perfruuntur, earũdem voluptatum cupiditatibus percutiãtur. Quis verò exprimere valeat, quàm validum dæmonum instrumentum sit anima illa, quæ sanctitatis opinione, ac fama apud vulgũ in honore habetur, quando sæculi deliciis vacare conspicitur? Propterea hoc loco ea, quæ se Christi sponsam agnoscit, hoc affert apud dilectum suum pro ratione suæ petitionis, qua spirituales petebat consolationes; ne C tale fieret instrumentum bellicum sodalium illius: Ne quãdo fiat veluti circumducta, instat fundæ per consolationum terrenarum circumductionem: Ne fiat sicuti anima illa, quæ sanctitate præstitit, ac postea in damnum fidelium per ipsas circumducta est voluptates, vt per praua illius exempla, etiam perfectorum mentes deliciosis percutiantur cogitationibus.

Propter hanc ipsam ferè causam, iuxta aliam lectionem Hebraicam, & Sept. inquit: *Indica mihi*, &c. *Ne quando fiam veluti adoperta* aut *cooperta*: vel *quare enim ero veluti cooperta, & pallio amicta in gregibus*, seu *super greges Sodalium tuorum*. His enim verbis iuxta triplicem; quam in prima expositione D attulimus ipsorum sensum, triplex subindicat malum peccatoris, ac eius, qui sæculi sese dedit voluptatibus, triplicemque insuper eiusdem pœnam addit ijs, quæ iam enumerata sunt.

At igitur, propterea se tanto studio diuinas exposcere consolationes, ac propterea tanto ardore locum illum à sponso sibi indicari exposcere, vbi pascat, vbi cubet in meridie, quòd maximopere vereatur, ne prædictis destituta consolationib. spiritus, aliquando ad sæculi voluptates conuersa, fiat instar meretricis quæ à diabolo præparata est ad deiiciendas animas; quæve, vt dicitur in libro Prouerbiorum, *e Ornatu meretricio præparatur ad decipiendas animas*. Etenim, vt iam iam dicebam sub E altera fundæ metaphora, nullo aptiori ad deiiciendas animas dæmones vtuntur armorum genere, quam iis, qui Sanctitatis apud populum opinione præcellant, quando ij sese terrenis dedunt delitiis: proinde non ait simpliciter sponsa; *ne fiam sicut meretrix*, sed; *Sicut cooperta*: quoniam istiusmodi homines, qui spirituales habentur, eò perniciosiores sunt, cum sæculi sese dedunt voluptatibus, quòd conuersationis suæ faciem cooperiunt pallio sanctitatis, illisque voluptatibus, tanquam ad spiritus leuamen se afferunt frui, quasi eæ necessariæ sint propter terrestris corporis infirmitates: quasi sine ipsis vita hæc prorogari minimè possit: quasi eæ bonæ sint; hi profectò *ornatu meretricio occurrunt* imbecillioribus, *præparatique sunt ad decipiendas animas*; quandoquidem simplices, atque imbecilles, eos videntes sanctiores talibus addictos voluptatibus, audientesq; illas esse bonas, vtiles, atq; necessarias, totos sese ad eas conuertunt illico: sicque qui prius tanquam damnosas illas detrectabant, atq; mortiferas; postea ab istis coopertis, ab istis meretricib. decepti, ac per illas à dæmonibus à mundo, atque à carne in terram deiecti, tanquã porci in earum cœno sese volutant.

Bene aute anima, quæ sæculi indulget voluptatibus, comparatur meretrici, quoniam meretrix præ omni alio personarum genere ad istiusmodi delicias prosternitur, vniuersasq; singulorum sensuum laxat habenas. Idcirco ad talem animam per Ieremiam dicitur. *f Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga*: idest, vsquequo anima, quæ Dei filia eras per Sanctam conuersationem, nunc instar meretricis, quæ vaga est, & quietis impatiens, nec valens in domo consistere; vaga facta es? vsquequo instar eiusdem meretricis terrenis hisce, ac carnalibus deliciis dissolueris? Quòd si quispiam ex Scriptura Sacra discere velit, quàm magna dissolutione per huiusmodi delicias dissoluantur, qui eis indulgent, legat librum Sapientiæ, audiatque illos, sibi inuicem colloquentes in hunc modum. *g Venite fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tãquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis: Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors*. An non malum maximum, an non pœna grauissima dissolutio ista? Qui fortissimi erant, quando Deo adherebant, cum postea rebus adhæsere terrenis facti sunt dissoluti neruis omnibus: qui prius diuinis pascebantur consolationibus postea terrenas complectentes voluptates fame perierunt, ac dissolutione, iuxta illud Ieremiæ; *h Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis; qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora*. An nõ malum pessimum, meretrici similem per voluptates sæculi redditam esse animã, quæ Christo Domino fuerat desponsata? Quam verò similitudinem habet anima ista cum meretrice? sicut meretrix cum tot fornicatur viris, quot sibi offeruntur: ita & anima deliciosa cũ tot fornicatur terrenis voluptatibus, quot sibi obiiciuntur, iuxta illud Ezechielis. *i Fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuã omni transeunti, ut eius fieres*; Propterea sicut fornicariæ datur libellus repudii à viro, quem prius assumpserat: ita & animæ, quæ cũ terrenis voluptatib. fornicatur à Christo Domino idẽ repudii datur libellus, iuxta illud Iere. *K Pro eo, quod mœchata est auersatrix Israel, dimisi eã, & dedi ei libellum repudii*. Quamjaũt grauis pęna sit huiusmodi libellus repudii, collige ex illo psalmi. *l Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te*. Sed & multo deterioris conditionis, quàm meretrices redditur anima talis; nam meretrices si fornicentur, mercedes accipiunt ab iis, cũ quibus fornicari contigerit; At infelix anima, dum cum sæculi voluptatibus fornicatur, tantum abest, vt aliquam ab illis recipiat mercedẽ, vt potius perniciosissimas eis ipsa mercedes de propria præstet substantia, quod Dominus per Ezechielẽ testatum voluit, vbi dicitur. *m omnib. meretricibus dantur mercedes. Tu autem dedisti mercedes cunctis amatorib. tuis, & dona donabas eis, ut intrarent ad te vndiq, ad fornicandum tecũ; factumque est*

Marginalia: e Ro.6.13. — d Iud.20.16 — *Voluptatibus sæculi, cũ indulgẽt spirituales quantũ obsint simplicioribus.* — e Pro.7.10 — DE ANIMA. — *Meretrici similis est aia, quæ voluptatib. sæculi dedita est.* — f Ier.31.22 — g Sap. 2.6. — h Thr. 4.5 — *Aia voluptuosa, quã similitudinẽ habeat cũ meretrice.* — Simile. — i Ezec. 16. 15. — k Ier.3.8. — l Ps.72.27 — *Aia voluptuosa est peioris cõditionis, quã meretrices.* — m Ezec.16 33.

DE ANIMA.

est in te contra consuetudinẽ mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio (collatione nimirũ fornicationis tuæ, omnis alia meretricis fornicatio existimabitur leuior) *in eo enim; quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in cõtrarium.* Et bene factum est in contrarium, quia nõ solum non accipit mercedem à prædictis voluptatibus; verum etiam pro ea mercede, quam illis ipsa præbuerit, complura, ac ingentia ab eis suscipit detrimenta. Quam vero illis porrigit mercedem? Totum id boni, totum id præclari, quo à Deo dilectissimo sponso fuerat donata, ac honestata: mentẽ videlicet, quã totam in earum voluptatũ cogitationibus, desiderijs, ac machinationibus occupatam exhibet: oculos, nares, aures, gustũ, sensuumq; potentias vniuersas, quas in earundem porrigit famulatum: loquelam, quam in eis effutit commendandis: manus, ac pedes, quos ad illarum acquisitionẽ, atque defensionem continuis defatigat laboribus, totum denique corpus, quod coram illis in terram prosternit. Dãna autem, quæ ab illis in compẽsationẽ tantæ mercedis, seu potius tantarũ mercedum tantorumq; donorum misera recepit, vt breui ea complectar sententia, ea omnia sunt, quibus in hac vita ipsam afflictari contigerit, de quibus alias sermo est habitus, diceturq; sæpius in posteriorib. Quid vero mirũ, quod Christi sponsa tam grauem expauescens pœnam, dixerit: *Indica mihi,* &c. *Ne fiam veluti cooperta, ac meretrix apud greges sodalium tuorum?* Quid mirũ, si delitiosam animã meretricem nuncuparit, cum ipsamet, cui adhæret voluptas, sit meretrix omniũ maxima? Audi Amb. præclaram illam, quæ à Salomone allata est, insignis meretricis descriptionẽ, ad ipsam sic adaptantem voluptatem. Voluptas meretricio procax motu: infracto per delitias incessu: nutantibus oculis, & ludentibus iaculans palpebris, retia, quibus pretiosas iuuenum animas capit; oculus enim meretricis laqueus est peccatoris: Quemcumque viderit, sensu dubio prætereuntem in angulo transitus domus suæ, sermonibus adoritur gratiosis, faciẽs iuuenum volare corda, domi inquieta, in plateis vaga, osculis prodiga, pudore vilis, amictu diues, genis picta. Etenim quia verum decorem naturæ habere non potest, adulterinis fucis affectatæ pulchritudinis lenocinatur speciem, non veritatem: Vitiorum succincta comitatu: nequitiarum choro circumfusa: dux criminum: talibus verborum machinis murum mentis aggreditur humanæ: Sacrificium pacis est mihi, hodie reddo vota mea: hac ex causa progressa sum obuiam tibi, &c. quæ habentur in littera Salomonis. *n* Nam quid tã meretricium, quàm sæcularis voluptas, quæ à fenestra domus suæ intrat oculos, prima tentamẽta præludens, & penetrat cito; si tu in plateam prospiciẽs, idest in publicas transeuntium vias, non in legis interna mysteria obtutum mentis intendas? Ea profectò est, quæ validioribus vinculis, velut cubile quoddam consociatæ nobis communitatis intexit, vt qui reclinauerit se, ligetur: & opprobriosæ fraudis velamine operiat corporis sui stratum ad solicitandos iuuenum animos. Absentiam viri, hoc est incuriam legis obtexens, lex enim absens peccantibus est: nam si adesset, non delinqueretur, & ideò ait; Non adest vir meus in domo; spargit odores suos voluptas, quia Christi odorem nõ habet: Thesauros demonstrat, regna promittit, amores spondet continuos, inexploratos concubitus, pollicetur sine pedagogo disciplinas, sine monitore sermones, vitam sine solicitudine, mollem somnum, inexplebilem cupiditatem. Hæc Ambrosius,

Amb. li. 1. de Cain, & Abel ca. 4.

Voluptas sæculi est meretrix maxima.

n Pro. 7. 6.

Michaelis Ghislerij.

A quibus egregie probatum habemus, sæcularem voluptatem esse meretricem omnium maximam. Quod si voluptas meretrix est, profectò nil mirũ, vt dicebam, quòd Aia, quæ illi tam arcta adhæret vnione, & ipsa meretrix nũcupetur: præsertim, cũ ab Apostolo dictum inueniamus: *o* eum, *qui adhæret meretrici, fieri vnum corpus cum illa: membraque sua facere membra meretricis:* Nam si vnum corpus cũ meretrice voluptate est, sane, & vna res est cum illa; quare si illa meretrix est, & ipsam meretricem esse, necesse est: sicque iure optimo ab habitu meretricio per sponsam meretrix dicta est, cum diceret. *Quare enim ero veluti cooperta apud greges sodalium tuorum.*

o 1. Cori. 6. 15.

B Sed per eadem verba insuper & quartam quoq; & quintam Christi sponsa significat eorum pęnã, qui ijsdem sæculi voluptatibus indulgent. Dictum est enim in prima expositione, nomine coopertæ præter illud, quod iam examinatum est Meretricis significatum, significare etiam posse mulierem, quæ sit in luctu, vel propter viri orbitatem; vel propter quid molesti, quod ei acciderit. Vel mulierẽ, quæ sit cooperta propter verecundiam, erubescentiam, aut confusionem aliquam.

Quarta igitur pœna, quam anima sancta expauescit, cum ait. *Ne quando fiam veluti cooperta super greges sodalium tuorum;* ea est. Ne ad terrenas conuersa voluptates, cogatur luctuosam degere vitã, quam vulgo falsa appellatione dicunt voluptuosam, atque delitiosam. C Ne fiat instar illius animę, quæ à Deo auersa, sponsoque orbata per eas ipsas, quibus oblectari studet, voluptates tanto repletur luctu, vt propter eum, & faciem, & caput coopertum habere cogatur, quando, iuxta Sapientis dictum, *p Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit.* quid ni autem in luctu versetur anima quę per istiusmodi voluptates dilectissimo suo orbata est sponso, quæ & suo priuata est Deo? Legimus in lib. Iudicum, *q* Michę à filiis Dan ablatũ fuisse idolum, quod tanquam Deũ colebat, eundẽque Micham clamoribus maximis eam deplorasse amissionẽ Dei sui. Cumq; ei diceretur; *Quid tibi vis? cur clamas?* sic respondisse, *Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia, quæ habeo, &* D *dicitis, Quid tibi est?* At si Michas tãtis clamoribus, tantoque luctu prosecutus est illos, qui sibi subripuissent idolum, quod ipse sibi fecerat, quia simul cum idolo illo deos suos, & quicquid boni haberet, amisisse existimabat. Nonne multo magis anima illa in iugi luctu versari dicenda est, & esse veluti coopertã propter eundẽ luctum, quæ à sæculi voluptatib sibi videt ablatũ non idolũ, non sculptile, quod ab ipsa factũ sit: sed verum Deũ à quo ipsamet sit condita: quæ vnà cũ Dei amissione, vniuersis orbata est bonis? si illud esse coopertã, nõ esset apud greges sodaliũ eius, quem amisit Dei sui, luctus ille haud esset pęna, vel malũ aliquod, imo E non mediocre censendũ esset bonum. *r Quæ enim,* inquit Apostolus, *secundum Deum tristitia est pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operatur.* Verũ quia, cum luget orbitatem sponsi, fit quidem cooperta propter luctum, sed in gregibus sodalium Christi, sed apud mundanos, qui instar porcorum in sæculi sese volutant voluptatibus, cum non dimittat occasiones, cumq; inter eas ipsas, quę sibi Christũ subripuere, voluptates, ipsum, quem amisit, inquirat Dilectum: luctus is in maximam ei redũdat pęnã. Idcirco prudentissime dictũ est à sponsa: *Indica mihi,* &c. *Ne quando fiam veluti cooperta in gregibus Sodaliũ tuorũ,* Vel efficacius, iuxta Hebraicã lectionẽ *quare enim ero veluti cooperta super,* aut, *apud greges*

Voluptatibus sæculi indulgens est i luctu.

p Prou. 14. 13.

q Iudi. 18. 23.

Lugere Christi amissionẽ, et permanere in voluptatib. sæculi, est pęna, ac malũ grauissimum.

r 2. Cor. 7. 10.

DE ANIMA.

Sodalium tuorum? quasi dicat; quare te hoc pacto lugebo, quod nihil mihi prosit: ex quo luctu nihil mihi proueniat vtilitatis?

Voluptatibus indulgẽs cooperitur cõfusione in ipsismet voluptatibus.

Et nota, quòd prudenter non dixit simpliciter. *Quare enim ero in luctu, vel lugens*: aut; *Ne quando fiam lugens*: sed; *ne fiam cooperta*: vt per vnicam dictionem, non solum prædictam quartam significaret pœnam; sed & erubescentiam, pœnam quintã simul quoque subindicaret; *Confusio*, inquit Oseas Propheta, ſ *Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua*: Ephraim, quod interpretatur frugifer, aut crescens, idest animam illam, quę prius Deo adhærens, frugifera erat, propter bonorũ operum studia, & crescens propter iuges, quos in vita spirituali faciebat progressus, ad sæculi voluptates conuersam captiuã capiet confusio, qua de iismet voluptatibus, quas complexa est, cõfundetur, ac erubescet: & quæ Israel, ac videns Deum nuncupari poterat, cum frueretur Dei meditatione, confundetur in voluntate sua, in iis ipsis, quas sua voluntate elegerit, voluptatibus. t *Confundetur*, nãque iuxta Isaiæ propheriam *ab Idolis, quibus sacrificauit, & erubescet super hortis, quos elegerat, cum fuerit velut quercus, defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua*. Et bene confundetur, quia, cum verũ haberet Deum, cui aliquando semetipsam obtulerat hostiam viuentem, sanctam, illi placentem, & rationabile obsequium, summa ignominia Dei hostiam sacrificauit voluptatibus sæculi, quas velut Idola coluit, quibus & semetipsam, & quicquid in se est, obtulit. Quapropter super iis ipsis delitiarum hortis, quos voluntate sua elegerit, erubescet: cum se absque omni virtutum, ac gratiarum ornamento orbatam, velut quercum defluentibus foliis redditam, animaduerterit, ac veluti hortum sine aqua; quippe quæ etsi horti nomine nũcuperur: etsi in voluptate, ac oblectatione viuere videatur, sine tamen veræ oblectationis, ac consolationis aqua, continuam sustinet confusionis pęnam. Vtinam autem istiusmodi animæ erubescerent confusione salutari propter peccatum, ac propter Dei, verarumque consolationum amissiones, ipsas dimittens sæculi voluptates; neque enim tunc esset pęna confusio ista. At confunditur, confusioneque cooperta adhuc in ipsis mundanorum delitiis & requiescere vult, & perseuerare, simulque cum hominibus sæculi dicit id, quod apud Ieremiam habetur. u *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra*. Propterea hanc tam grauem expauescens pęnam anima, quæ adhuc Christi est sponsa, vt eam exprimeret, non dixit simpliciter. *ne quando fiam veluti cooperta*, scilicet confusione: sed addit *in gregibus*, vel *Apud greges sodalium tuorum*: idest, ne fiam instar eius, quæ cooperta quidem est confusione propter sæcularium voluptatum fęditatem, & tamen cum mundanis in illis sese oblectat.

ſ Osee.10.6.

t Isa.1.29.

u Ier.3.25.

Ex Verſ. VII. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

CVm satis, superque in superioribus verbis exponẽdis declaratum sit, quam solicita inquisitione Beata Virgo dilectissimum, quem amiserat, filiũ quæsierit inter cognatos, & notos, vt ait Euangelista: quamve graui dolore eius cruciatus sit animus, dum Christum, quem & vnicum filium, & sponsum, & Patrem, & Deum suum esse, intelligebat, inuenire non posset per totum illud triduum. Nihil est, quòd in his iterum detineamur: nam ea duo hoc loco clarius ab ipsa significantur: Inquisitio, dum inquit. *ne vagari incipiam*, &c. Dolor; atq; luctus; dum iuxta aliam lectionem, ait. *ne quando fiam veluti cooperta*, scilicet propter luctum, &c.

APPENDIX.

Ex Verſ. VII. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et quare, inquit Erunt transmigrantes inter greges filiorum Esau, & Ismael, qui applicant sibi Idola sua pro sociis.

Quoad litteram, & dramaticum sensum conueniunt Patres omnes, vno excepto Ambrosio, vt hęc adiecta sint præcedentibus in excitationem Zelotypiæ sponso, vt vel propter id periculi, cui se expositam significat sponsa, ni sibi indicetur locus, quo tuta dilectum suum ipsa conuenire queat in meridie, & is, qui æmulatur ipsam æmulatione, studeat illico eius satisfacere petitioni.

Porrò, cum ex ambiguitate vocis, qua ancipitẽ vocem Hebraicam interpretati sunt Septuag. duplex apud Antiquos Patres sit lectio, (vt notatum est in prima expositione) legentibus aliquibus ad instar vulgatæ; *Ne vagari*, seu, *errare incipiam*, aut, *Ne fiam veluti circumducta, & errabunda*: aliis verò; *Ne fiam veluti operta, aut circumamicta*. Origenes hom. 1. ex duabus vtramque simul connectens lectionẽ in hunc modum hęc exponit; *Indica mihi*, &c. Nisi. n. tu mihi annuntiaueris, incipio errabunda iactari: & dum te quæro, in aliorum greges incurro, & quia aliorum erubesco faciem, meam absque mora mox contegere incipio; Sum quippe spõsa formosa, & aliis nudam faciem meã non ostendo, nisi tibi soli, quem iampridem deosculata sum. Vnde apparet, Origenem id, quod dicitur. *Ne fiã sicut cooperta*; accipere vt à sponsa dictum ad significandam modestiam, pudoremque suum virginalem, propter quem facie cooperta incedere decreuerat, si opus fuisset.

Orig. *Aia Christi spõsa erubescitt & tendere ẽ lijs, quam Christo.*

Quo sensu accepit idipsum, & Hieronymus Epistola vigesimasecunda ad Eustochium, dicens ad Virginem. Zelotypus est Iesus, non vult ab aliis videri faciem tuam, excuses licet, atque causeris, obducto velamine ora contexi, & quæsiui te ibi, & dixi. *Annuntia mihi ne quando efficiar, sicut operta super greges sodalium tuorum*, tumebit, & dicet, *Si non cognoueris te*, &c.

Hier. *Virginem vult à quoquã videri Christus eius sponsus.*

Idem tamen Origenes loco iam citato, post relata verba, quibus ad bonum sensum istud faciei cooperimẽtum refert, subiicit, eamdem sponsam sic per hæc locutam: *Annuntia mihi*, &c. *Ne quando fiam sicut cooperta*, &c. Vt ista non patiar: vt non fiam cooperta, vt ora non contegam, & ad alios vsque perueniens incipiam forsan, & eos amare, quos nescio; quibus videtur idipsum in malum sensum accipere, sicut accipi nonnunquam in Sacris litteris pro meretrice, ostensum est in prima expositione.

Origenes. *Mulier operta sumitur pro meretrice.*

Quemadmodum in malum sensum eandem vocem accepit August. episto. 48. ad Vincentium, & serm. 50. de Verb. Domini, pro obscura, latenti, & ignorata.

August. *Ecclesia ñ ꝗd est operta, occulta et ignorata.*

Sed clarius idem Origenes homi. 2. ex quatuor, vbi ait, ob hoc Ecclesiam, seu animam requirere meridiana Christi cubilia, & plenitudinẽ scientiæ à Deo

Origenes.

APPENDIX. *Philoſophorum ſcholę dicūtur adoperta, quia apud illos veritas tecta eſt.*

a Deo petere, ne videatur eſſe, ſicut vna ex Philoſophorum Scholis, quæ Adoperta nominatur, quia plenitudo veritatis apud eos tecta eſt, & adoperta.

Eccleſia eſt ſpōſa Chriſti, cum Gentium collectiones ſint ſponſæ Angelorū, qui bus earū cura demandata eſt.

a Deu. 32. 8 ſecundū Septuag.

b Io. 10. 27

c Deuter. 32. 9.

Per Sodales Chriſti eodem loco Origenes intelligit Angelos illos, quibus demandata eſt ſingularum gentium cura, iuxta illud. a *Cum diuideret excelſus gentes, & diſpergeret filios Adam, ſtatuit terminos Gentium ſecundum numerum Angelorum Dei:* & iſti, inquit, greges ſunt fortaſſis Sodalium ſponſi, Gentes ſcilicet cunctæ, quę velut pecora ſub Angelus paſtoribus conſtitutæ ſunt: Grex verò ſponſi illæ dicuntur, de quibus ipſa in Euangelio veritas, dicit, b *Oues meæ vocem meam audiunt:* Exiſtima demum, vnumquemque gregem eſſe ſui Angeli ſponſam, adopertamque nominari ob prædictam rationem: Sicut grex Chriſti, de quo dicitur: c *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius:* ſponſa eſt illius.

B

Ambroſ. *Synagoga, qua Chriſtū a ſe repulit, aliquando petet admitti inter illius mercenarios.*

Ambroſius, eandem ſequens lectionem; *Ne forte fiam ſicut circumamicta ſuper greges Sodalium tuorum*, ſingulari modo & vocem, *circumamicta*, & totum hunc explicat locum, tum in lib. exhortationis ad Virgines: tum in pſam. 118. ſerm. 2. verſ. 1. accipiens quippe vocem, *circumamicta*, pro mercenaria, arbitratur Synagogam per hæc exponere, Chriſto deſideriū ſuū; ſic. n. ait in ſermone citato. Quæres tamquā aliena, quę proxima eras; tāquam pauper, quæ diues fuiſti; Vis ſequi, quæ præcedebas, & vtinā vel ſequaris, quos pręcedere debuiſti; Mercenaria eſſe deſideras, quæ ante mercenarios colligebas; Mercenariæ vtiq; vox iſta dicentis eſt; *Ne forte fiam circumamicta ſuper greges ſodaliū tuorum.* Quæ proſelytos ex Gentib. ante ſuſcipiebas, nunc ipſa in nationibus vis proſelytis ſuſcipi, & tāquam aduena congregari. In libro autem de Iſaac & Anima eadem eodem applicat ſenſu.

C

Eccleſia, & pia Anima ex Chriſti abſētia imminet periculum incidendi in hęreticos.

Communiori tamen ſenſu locus iſte ſumitur, vt explicans periculum vel Animæ, vel Eccleſiæ, cui ſcilicet periculo ſponſa ex ignoratione loci, vbi Chriſtus paſcat, & cubet in meridie, ſubiacet incidēdi in hæreticos, ſchiſmaticos, aut falſos fratres, vel etiā dæmones, ſiue legatur; *Ne fiā ſicut cooperta aut circumamicta:* ſiue; *Ne efficiar velut circūducta, errabunda, ac circūeunta*, ſiue; *Ne vagari incipiā.* Ita Auguſt. locis ſupra citatis, ſed in primis in ſer. 50. de verbis Dñi, vbi ait, hęreticos dici Sodales Chriſti, quia de eadē menſa viuunt, & mēſæ Chriſti ſacramēta pertractā t: Sodales, inquit, dicti ſunt quaſi ſimul edales: quod probat ex illo pſa. 54. d *Si inimicus ſuper me magna locutus fuiſſet &c. Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus, qui ſimul mecū dulces capiebas cibos, &c.* Ita & Gregor. Nyſſenus hom. 2. in Cant. Tres Patres apud Theodoritū, atque idē ipſe Theodoritus, qui Chriſti Sodales dictos ait hæreticos, quia habitū & nomen Chriſti circūferūt: quia Eccleſias ædificāt, & diuinas ſcripturas interpretantur; tametſi per eas male paſcant fideles.

D

Auguſt. *Hæretici cur dicantur ſodales Chriſti.*

d Pſal. 54. 13. Greg. Nyſſ. Tres Patres Theodor. PhiloCar. Caſſiodo. Beda. Iuſt. Org. Anſelmus Bernard.

Ita & Philo Carpathius, Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, & Bernard. ſer. 33. Ita Iuſtus Orgelitanus, qui Sodales Chriſti hæreticos nūcupatos inquit, quia prædicant Natiuitatē, Paſſionem, ac Reſurrectionem Chriſti; re tamē vera illi cōtradicunt, iuxta illud Apoſtoli 2. Timot. 3. e *Habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Ita denique & Aponius, qui eiuſdem appellationis hæreticorum, duas alias addit rationes: primā, quia ipſi hæretici ſunt vicarij Angelorum Apoſtatarum, qui auſu temerario Chriſtos ſe facere præſumpſerunt: Secundam, quia paſcunt eodem ſacrarum litterarū conuiuio, veneno tamen; qui enim, ait, ad vnā

e 2. Tim. 3. 5.

Aponius.

E

Michaelis Ghiſlerij.

A

menſam proprios cibos deferebant propter cōmune cōuiuium, Sodales nūcupati ſunt ab Antiquis.

APPENDIX.

Greg. Papa. *Vagari quo modo cēſeantur animę, quæ Iſe habent diuinā gratiam. Mali Chriſtiani cur dicantur ſodales Chriſti, & cur greges.*

Gregorius Papa periculum hic ab Anima exponi, ait, quo ſibi metuit, ne ob Chriſti abſentiam incidat in falſos fratres, illoſve imitetur: Verè, inqt, in quo Chriſtus non cubat, vagatur; quia mēs, quā ille ſuauis, & ſpecioſus, ſiue pōderoſus Chriſti ſpiritus non implet, multis cogitationibus diſſoluta circūfertur. Sed qui ſunt Sodales Chriſti, poſt quorum greges ſponſa vagari pertimeſcit? Niſi falſi quippe Chriſtiani, qui aut ob nominis ſolius, aut etiam ob Sacramētorum Communionem fratres Chriſti vocantur, quia electis, quos ipſe fratres vocauit, in Eccleſia cohabitando ſociātur: Quorum multitudo bene per exprobrationē greges appellātur; quia, dū quaſi irrationalia animalia ſine ordine viuunt, ſeductoribus ſpiritibus ad deuorandū traduntur. Poſt huiuſmodi greges vagatur quiſquis ab intimo deſiderio expulſus, reproborū ſtultitiam per ſimiles cupiditates imitatur.

Bernard. *Dæmones quō dicantur ſodales Chriſti.*

Pſal. 10. 2. *Vt dæmonū inſidias vitare poſſimus, implorandū Dei auxilium.*

Bernardus citato ſer. 33. Sodales illos Chriſti, in quos pia anima veretur incidere, arbitratur eſſe dęmones, qui transfigurant ſe in Angelos lucis; ſic ve hunc explicat locum; Mihi videtur ſic dictum, & propter dolos inuiſibilium poteſtatū, ſicut ſunt ſeductorij ſpiritus, ſedentes in inſidijs, & parantes *ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde*: Propter hos maximè videtur mihi illa meridies optanda etiam nobis; vt clara luce deprehēdamus aſtutias diaboli, atque Angelum Sathanæ illum, qui ſe transfigurat in Angelum lucis, ab Angelo noſtro diſcernamus: Non enim aliter nos cuſtodire ſufficimus f *ab incurſu, & dæmonio meridiano*, niſi in meridiano æquè lumine. Quod quidē dęmonium ideo meridianū dictum exiſtimo, quia ſunt aliqui de numero malignorum, qui cum merito tenebroſæ obſtinatæque voluntatis ſuæ nox, & nox perpetua ſint, diem tamen ſe ad fallendum ſimulare nouerūt, nec modo diem, ſed & meridiē: ſicut eorum princeps non contentus eſſe æqualis Deo, ēt aduerſatur, & extollitur ſupra id, qd dr̄ aut ꝙ colitur Deus. Itaq; niſi cordi illius, quē forte aliquod huiuſmodi dæmonium tentandum acceperit, oriens ex alto illuxerit verus meridies, qui falſum conuincat, & prodat, non poterit omnino cauere; ſed tentabit, & ſupplātabit ſine dubio ſub ſpecie boni. Pro bono ſcilicet malum incauto, & improuido perſuadens. Et tunc meridies, ideſt maior claritas apparet tentans, cum quaſi boni maioris imaginem præfert.

f Pſ. 90. 6. *Dæmoniū merid. auſ quodnā ſit.*

Rupertus Abbas ſic legit. *Ne vagari incipiā per greges ſodalium tuorum*: ac per hos Chriſti ſodales intelligit conuenticula, quæ fiunt circa cathedras, & doctrinas Scribarum, & Phariſæorum, qui ſeſe Chriſto ſodales, ſiue pares faciunt, quive in cæremonijs ſuis iuſtificari volunt; & ſuam quærentes iuſtitiam, iuſtitiæ Dei, quæ Chriſtus eſt, non ſunt ſubiecti, atque adeo per illorum greges, ait, vagari meritò verebatur B. Virgo Maria.

Rup. Abb. *Scribæ, & Phariſæi, quō ſodales Chriſti.*

Verſ. VIII. Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum: & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

Expoſitio Prima. Iuxta Litteræ ſonum.

LOcus iſte & facilis eſt, & valde difficilis: facilis quidem, ſi Hæbreorum inſpiciatur textus,

k 2 ſi He-

LITTERA.

si Hebraica obseruetur phrasis, quæ frequentissima est in scripturis Sacris, Difficilimus vero est, si textum nostrum iuxta Patrum omnium sententiã exponere velimus; quandoquidem difficile valde est, assignare modum, quo hæc cum superioribus queant connecti, dum de sui ipsius vel cognitione, vel ignoratione intelligantur; dicamus primò quę faciliora sunt, cum quædam etiam circa difficiliora afferre, fortasse licebit.

I. SENSVS.

Pro intelligentia igitur primi eorum, quæ hic afferuntur, sensus; Notandum, vulgatissimam esse apud Hebræos phrasim, vt post verba addant pronomina frequenter, quæ ad nihil aliud deseruiãt, præterquam ad simplicem orationis ornatum, prout & in Italica, & Latina, atque etiam in qualibet lingua quædam in orationib. interponuntur particulæ, quæ etsi superfluæ sint quoad significatũ; non modicum tamen iuxta vniuscuiusque idiomatis consuetudinem afferunt leporem; quamuis nõ defuerint insignis auctoritatis Doctores, qui haud assentiri voluerint, vt istiusmodi pronomina, de quibus modò est sermo, sint omnino superflua: nã, tametsi nil significare videantur; significant nihilominus, inquiunt, emphasim quandam, quæ in præcedenti latens est verbo: quicquid autem sit de hoc, certum est, iuxta hanc phrasim, per ea pronomina nil noui significari.

Pronomina iuxta Hebraicã phrasim sæpius post verba ponũtur ad ornatũ orationis.

Innumeros Sacræ Scripturæ locos in istius phrasis comprobationem afferre, fas esset.

C Verùm quoniam id, vt dixi, iis, qui linguæ Hebraicę sunt periti, est maxime vulgatum, haudquaquam in his detinebor; præsertim cum in hac ipsa, quã præ manibus habemus, sententia duplex istius phrasis ani naduertere liceat exemplum.

In Hebræo, n. sic habetur אם לא תדעי לך im lo tedenghi lach, idest. *Si non cognoscis tibi*, vbi pronomen, *tibi*, est superfluum, æque ac si diceremus Italice: *se non te lo sai*; Sic postmodũ subiicitur צאי לך, izei lach, idest, *egredere tibi*, vbi idem pronomen superest.

Animaduersa itaque istiusmodi phrasi, facillimus est eorum, quæ hic dicuntur, sensus; si in littera quoque nostra supponamus, pronomen, *te*, esse superfluum. Cum etenim in præcedenti sententia ingens explicasset sponsa, quod sibi inesset; desiderium, vt suum sequi posset dilectum, optassetque, ab eo indicari sibi locum, in quo illũ inuenire posset. Nunc sponsus ipse facilem dat ei modum, quo eum valeat reperire, dicens.

PARAPHRASIS.

Si ignoras, o pulcherrima inter mulieres, vbi scilicet ego pascam, *egredere* cum pascis hædos tuos, *& abi post vestigia gregum*, quæ videris & inuenies, scilicet me, *iuxta*, vel (vt est in Hebræo) *supra tabernacula pastorum*, quasi dicat. Tabernaculum meũ stat superius, sublimiusq; vniuersis tabernaculis pastorum: vel, est situm iuxta tabernacula extremum. Porrò sensus iste est planissimus, neque opus est, vt ad eius explicationem quidpiam fingamus.

Verum cum Sancti omnes, quotquot hunc locum attigerunt, Patres de cognitione, seu ignoratione sui ipsius sponsam admoneri, asserant, nulloque pacto pronomen, *te*, superfluum esse consentiant; quamuis Hebraicus sensus planissimus sit, vt vidimus, ac maxime facilis: ne tamen à communi Patrum sententia penitus recedatur, illud vnũ enitendum mihi videor, vt quod dicitur *Si ignoras te*, de ignoratione sui ipsius accipiatur, & totam nihilominus sententiam cum superioribus cohærere ostendatur. Ac propterea præter eum, quem iam attulimus, duos alios non contemnendos afferri posse credideꝛim, sensus.

LITTERA.

II. SENSVS. Ex Athan. Iust. Org. Rup. Abb.

Quorum alter est; vt, cum superius sponsa pro sui excusatione, quòd Dilectum non fuisset secuta, asseruisset, se haudquaquam ad illũ fuisse egressam, quia ignoraret, vbi locorum is esset, ac propterea periisset, sibi ab eo indicari locum, vbi pasceret, & cubaret in meridie, ne egressa vagari inciperet, vel fieret quasi adoperta post greges sodaliũ eius, quando illum inuenire minime posset. Nunc in hac sententia sponsus ipse ad prædicta respondet, dicens.

PARAPHRASIS.

Si ignoras te, quam scilicet pulchra sis, ignoras videlicet & me: ignorare potes vbi ipse sim. Quare, cum sis *pulcherrima inter mulieres*, *egredere post vestigia gregum tuorum*, sequens nimirum greges tuos. Vel *egredere* iam extra domum, extra Ciuitatem, *& abi* post ea, quæ repereris *vestigia gregum* meorum, simul atque *tuorum*, quia quicquid meũ est, id tuum quoque esse volui *& pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*. Nec dubites, tibi vagãdum fore, quocumque enim processeris, ibi me reperies, cum tantus sit is, qui in te effulget, pulchritudinis decor, vt me haud diutius à te abesse permittat: vt me quantumlibet distantem ad te alliciat celerrime.

III. SENSVS Greg. Nyss.

Postremus denique sensus est, vt ea, quæ hic dicuntur, non sint verba sponsi, prout cõiter accipi solent: sed sint sociarum sponsæ, prout ea accipit Gregor. Nyss. & nonnulli Hebræorum. Enimuerò cũ istiusmodi puellæ audissent sponsam in vers. 5. & 6. nigredinem suam purgantẽ, multumq; laborantem in sua forma defendenda: cumq; illã præ desiderio, atque etiam præ metu aliquo, ne sua nigredine sponsum offenderit, existiment, periisse in præcedenti versu, indicari sibi ab ipso sponso locũ, vbi pasceret, & cubaret, in meridie, ne, &c. modo in præsenti vers. 8. audacter illius commendantes pulchritudinem, dicunt. *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, &c.*

Hunc sensum apertius exprimunt Græca, iuxta versionem Septuaginta Interpretum, quæ sic habent ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶν, ἔξελθε σὺ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, καὶ ποίμαινε τοὺς ἐρίφους σου ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων. In quibus verbis animaduertendum, pro eo, quod noster legit in vocatiuo. *O pulcherrima inter mulieres*, i Gręco haberi ἡ καλὴ, in nominatiuo cum articulo; obseruatum est autẽ à compluribus, articulos apud Græcos indicare quid præcipui, ac aliquid præstantius in iis nominibus, quibus apponuntur, quam vim etiam in lingua Italica habent articuli; pręstantius enim quidpiam significamus, cum dicimus, exempli gratia, *è il dotto; è la bella*: quam cum simpliciter pronuntiamus, *è dotto, è bella*. Hoc animaduerso, facile vim verborum Septuaginta percipiemus, quæ sic verti possunt. *Si non cognoscas te ipsam, quod ea sis, quæ inter mulieres es ipsa pulchra*, Italice, *sei la bella*, quod noster apte expressit, legens. *O pulcherrima inter mulieres egredere tu in calcaneis, (vel in vestigiis) gregum, & pasce hædos tuos super tabernacula pastorum*. Ac si dicerent puellæ ad sponsam.

Articuli addũt vim nominibus in lingua Græca, & Italica.

PARAPHRASIS.

Si dubitas de pulchritudine tua, si non cognoscis te ipsam, quam pulchra scilicet sis, quòdve inter mulieres præ omnibus vere sis pulchra, nihil est, quod domi amplius continearis, vbi à nobis id tibi fiat persuasum. Verum *egredere* tu *post greges, & pasce hædos tuos super tabernacula pastorum*. Sic tumet propriis percipies auribus, quam pulchra ab vniuersis celebreris pastoribus: sic propriis intueberis oculis, quãtò Dilectus tuus te prosequatur amore, quippe qui inter illos cõmorans pastores,

DE ECCLESIA. res, à tua pulchritudine allectus, velociſſimo ad te A properabit curſu.

Quo loco Notandum, ſicut in verſione Septuagin. non eſt pronomen illud, *tuorum*, ſed *gregum*, ſimpliciter: ita neque in Hebræo id haberi, neque etiam in aliquibus Latinorum noſtrorum Codicibus verſionis Vulgatæ.

Verſ. VIII. Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula Paſtorum.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.

Vt ex Hebræorum animis beneficium illius eximium, quo Iſraeliticus populus ex Aegyptiaca captiuitate liberatus eſt, nulla vmquam deleret oblinio; celeberrimam Paſchæ *a* feſtiuitatem à Deo inſtitutam legimus, in qua religione præcipua, ac ſolemnibus ceremoniis agnus comedendus erat paſchalis: porrò id obſeruatione dignum videtur in iis, quæ in iſtiuſmodi feſtiuitatis inſtitutione præcipiuntur; quod poſtquam Moyſes mãdauit ſumendum *agnum ſine macula, anniculum, ac maſculum, ſubiicit; b Iuxta quem ritum tolletis, & hœdum.*

a. Exo. 12.

b Ex. 12. 5 *Cur agnus, & hœdus in ſolẽnitate Paſchali ſumendus præcipitur.*

Quibus verbis primo aſpectu præcepiſſe videtur, ſimul cum agno & hędum quoq; ſumendum. Sed ſi intimius diſcuſſa res fuerit, iuxta communem Patrum expoſitionem, haud vterque ſimul & agnus, & hędus ab vnaquaque familia, ſed alteruter eorum erat ſumendus; ita tamen hoc verũ eſt, vt quamuis alteruter tantùm ab vna familia eſſet comedẽdus, in vniuerſa nihilominus totius populi collectione, in vniuerſa ſynagoga & agnus ſimul ſumeretur, & hędus.

Mecum autẽ ipſe ſæpius ſum perſcrutatus, quidnam hoc duplici pecoris genere teſtatum voluerit Deus, cum in tanti beneficij memoriam ea aſſumenda mandauit. Atque vt ingenue fatear, quod mihi hac in re dicendum videtur.

Crediderim, Dominum præcepto id iuſſiſſe nõ tam, vt in memoriam deſeruiret liberationis eius, quæ per ipſum facta fuiſſet ex Aegyptiaca ſeruitute, quam, vt monumentum foret perfectiſſimæ Redemptionis, quæ per filium ſuum facienda erat ex diabolica captiuitate.

Enimuero, quia per filii ſui Incarnationem, ac paſſionem, & Iudaicum populum redempturus erat, & Gentes iuxta illud Iſaiæ. *c Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum & gloria Domini ſuper te orta eſt; & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.*

c Iſa. 60. 1.

Idcirco & agnum tollendum præcepit, qui typus eſſet Iudaici populi propter manſuetudinem, & hædum, quo Gentes deſignarentur; tum quia inſtar hædorum exultarent in rebus peſſimis, & in actus profuſæ eſſent laſciuos; tum etiã quia propter abſurdiſſima ſcelera, & ingentes, quibus detinebantur abhominationes, inſtar eorundem hædorum fœditiſſimo olerent odore.

Quia igitur tam ex Gentili, quam ex Iudaico populo futurum erat, vt Eccleſia Sancta conſtaret, quam Chriſtus ex Inferni ereptam faucibus deſpondit Virginem caſtam: ideo in vniuerſa illius antiqui populi collectione, & agnus deſumendus erat, & hœdus. Ac propterea hoc loco ſponſus, ad hanc verba habens Eccleſiam, inquit. *Si ignoras te: &c. paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* DE ECCLESIA.

Pro quorum verborum intelligentia recolenda ſunt, quæ in primo ſenſu ſecundæ expoſitionis præcedẽtis verſus iam dicta fuere. Vidimus enim ibi, Eccleſiam in ſuis primitiis ardore ingenti à Chriſto dilecto ſuo, qui nuper mundo exortus erat, in nocte Natiuitatis efflagitaſſe, vt ſibi indicaret locum, vbi natus paſceret, atque cubaret, ne ſibi ex eius loci ignoratione vagandum foret poſt greges ſodalium eius, prout facto illi in Magis euenisse, oſtendimus.

His in memoriam redactis facillimus eſt eorũ, quæ hic dicuntur, intellectus, iuxta primum ſenſum, qui in littera allatus eſt. Tanto enim ſponſæ B ſuæ deſiderio ſatiſfacere volens Chriſtus, iuſtiſſimæ illius ſic reſpondet petitioni, dũ in tribus Magis per Ciuitatem Ieruſalem vagaretur.

O pulcherrima mulierum, *Si ignoras*; vbi locorum cubem, & paſcam. Quid adhuc detineris in me inquirendo Ieroſolimis; ſi me inuenire deſideras, *egredere* quantocyus ex regia Ciuitate, *& abi poſt veſtigia gregum* ouium tuorum, paſtores nimirum ſequens, qui, cum carnales paſcerent oues, facti ſunt greges tui ſpirituales, me illos ad te attrahẽte per Angelos, qui eis annuntiauerunt *gaudium magnum, quia natus ego eſſem Saluator mundi*, (vel ſimplicius, iuxta originalia Hebræa, & Græca) C *egredere, & abi poſt veſtigia gregum*: egredere iam è Ieroſolymis, & extra Ciuitatem proficiſcere per viam agrorum, in qua pecorum paſcuntur greges; ſequere veſtigia gregum, quæ ibi reperetis: *& paſce hœdos tuos*, ipſos videlicet Magos, Gentium primitias, *iuxta tabernacula paſtorum*. Siquidem iuxta ipſa paſtorum tabernacula me paſcentem reperies, atque cubantem in præſepio: ibi me videbis, vno eodemque carnis meæ fæno paſcentem, & bouem, & aſinum, Iudaicum nempe populum, qui inſtar bouis mũdus reputabatur, & Gentilem inſtar aſini immundum. Etenim prout ex Iſraelitico populo carnis meæ præſentia viles paui paſtores: ſic pariter & ex Gẽtibus paſtum præbebo & regibus; vt & qui viles ſunt gregum paſtores, agnoſcant, ſe D ex eo, quòd meo paſti ſunt fæno, in regiam dignitatem fuiſſe euectos, vt ſint Gens Sancta, regale Sacerdotium, & populus acquiſitionis. Et qui populorum Reges extiterint, intelligant, ſe per carnis meæ fænum, quod illis obiectum eſt, ouiũ mearũ factos eſſe paſtores; egredere igitur, & quandoquidem ipſe Princeps paſtorum, tanquam Paſtor bonus prope paſtorum tabernacula in iumentorum præſepio cubo, atque paſco; veni *& paſce* ibi *hœdos* iſtos *tuos iuxta tabernacula* ipſorum *paſtorum*, ſic facili negotio deſiderii tui compos effecta, haud amplius ignorantiam cauſare poteris.

I SENSVS. PARAPHRASIS.

Tres Magi quo Ieroſolymis auertuntur, vt natũ quem quærebant regẽ inuenirent.

Ad Præſepe Chriſti cur allecti ſint Paſtores, & reges.

Hęc omnia quàm probabiliter, quamve cõgrue dicantur, intelliget quiſquis Euangelium legerit ſecundum Matthæum: ibi enim dicitur, *d* Magos, poſtquam aliquantulum per regiam Ciuitatẽ vagati eſſent, ex illa egreſſos abiiſſe, Stellæque indicio natum inueniſſe Saluatorẽ, eoque ab Eccleſia paſtos, cum illũ adorarunt. *Qui cum audiſſent regem, abierunt: & ecce Stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniẽs ſtaret ſupra, vbi erat puer. Videntes autem Stellam, gauiſi ſunt gaudiõ magno valde; Et intrantes domum, inuenerunt puerũ cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* E

d Mat. 2. 9

Quo loco notandum eſt, quâ ratione tres Magi, qui

DE ECCLESIA.

qui hœdorum nomine designati sunt, ab Ecclesia, seu potius ab Ecclesiæ sponso pascantur. Enimuero in hac sententia, quam præ manibus habemus, Ecclesiæ dicitur, vt eos pascat iuxta tabernacula pastorum; at in eo, quem iamiam citauimus Euangelij loco, vbi refertur, quomodo id impletum sit, sic habetur. *Et procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt*, &c. Vnde colligitur, per eorum adorationem, quam Christo exhibuerunt, perque munera, quæ eidem obtulerunt, ipsos Magos fuisse pastos: ita vt illorum adoratio, munerúque oblatio in ipsorum redundauerit commodú; quod & de singulis quibusque actibus, qui ab vnoquoque fidelium ad Dei gloriam exercentur, dicere fas est. Quicquid enim Deo damus, in animæ nostræ conuertimus cibum. Sic pasti sunt Magi, dum procidentes adorauerunt Christum iacentem in præsepio, quasi hœdi ex matris vberibus, sicut enim hœdi corpore inclinato, capiteque, ac ore eleuato lac fugunt ex vberibus matris, eoque pascuntur. Ita & illi corpore ante Christum non modo fratrem, sed & amantissimam eorum matrem procidentes, mente que eleuata Deum adorantes, cognitionis diuinæ suxerūt lac, eoque sunt copiosissime pasti. Sic quoque & in ipsa munerum oblatione pasti ijdem sunt instar hædorum. Nam quemadmodum hœdi maiusculi, cum herbis pascuntur, eleuato capite, ac plerumque etiam toto eleuato corpore è rupibus, vt plurimum herbas ipsas decerpunt: ita & illi adeo suam eleuarunt mentē, vniuersasque animæ potentias, vt ex Christo prærumpta illa rupe, de qua dicitur in psalmis. *e qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum* altissimam decerpserint cognitionem, largissimasque herbarum virentium gratias: quibus ita sunt pasti, vt intellectu illum talem cognouerint esse hominem, qui simul rex esset, & Deus, & volūtate infantem illum pro ipsis hominem factum, benignissimumque regem, ac Deum suum ingenti amore sint prosecuti. Quod & munerum oblatione, & ipsis protestati sunt muneribus, offerentes aurum regi, thus Deo, ac myrrham homini, quem pro ipsis mortem obiturum, intelligebant. Porro diuina id gratia effectum est, vt & aurum, & thus, atque etiam ipsa myrrha, quæ mortalitatis est typus, quando Christo à Magis oblata sunt, in prædulces conuersa sint cibos, quibus illi pasti sunt in vita gratiæ, vt per hoc nobis fieret exploratum, etiam ea, quæ maxima detrimenta, ipsamque mortem plerumque solent afferre, cum Deo offerūtur, conuerti in cibos, quibus in vita spirituali nutriamur. Proinde egregie a sponso Ecclesiæ dictum est. *Pasce hædos tuos*, quia vellet a Magis adorari, prædictisue, quibus illi pascerentur, honorari muneribus, Idque *iuxta tabernacula pastorum*, vbi in Bethlehemitico oppido præsepis tabernaculum elegerat, in quo nasceretur. Et hæc, si pro sponsa accipiamus Ecclesiæ primitias.

Magi pasti sun. a Christo per ipsāmet, quā Christo exhibuerunt, adorationē.

Simile.

Ps. 113. 8.

Munera, q Magi obtulerunt Domino, cōuersa sunt illis in cibum.

Quæ Deo offerimus in nostrum cōuertimus pastum, etiā si aliās mortem afferre solerent.

B

C

D

E

II. SENSVS.

Alia applicatio.

Quod si per sponsam intelligamus Ecclesiam in vniuersali, vt habet admixtos, & perfectos, & imperfectos: cum in superiori sententia ab illa (vt vidimus) pro ijs qui in ipsa sunt imperfectioribus, atque ex eorum persona efflagitatum à Domino sit, vt illis indicaretur locus, vbi ipse pasceret, atq; cubaret, vbi requiesceret in Petri cathedra, quibusve in hominibus per veram pasceret fidem, quo tutò eis conuersari liceat; neve vagari sibi cōtingat post hæreticorū greges: Nunc sponsus ipse Christus Dominus ad istiusmodi postulata respondens, facilem dilectæ suæ dat modum, quo & imperfectiores illius ipsum reperire queant, quove

A absque vllo fidei periculo coram ipso valeant conuersari, dicens: *Si ignoras te, &c.* Ac si diceret,

DE ECCLESIA.

PARAPHRASIS

Pulcherrima quidem cum sis inter omnes variarum religionum cœtus, haud fieri potest ò mihi præ omnibus, quæ sub cælo sunt, dilectissima, vt meus tibi ignotus sit locus, vbi pascam, & cubem in istius vitæ meridie; neque tibi metuendum est, ne vagari incipias, ne ve fias cooperta, aut circumducta post hæreticorum, ac dæmonum greges, quoadusque in tanta perseueras pulchritudine. At quoniā imperfectiores plurimi tibi permixti sunt, quibus in hoc sæculo aliquantulum denigraris: *Si* in eis, qui tua sunt membra, *ignoras*, vbi locorū, quibusve in hominibus me per sanam doctrinam, perque catholicam fidem pascentem, atque cubantem reperias: *Egredere* ex perplexæ dubitationis, ac hæsitationis labyrintho, quoadusque enim in eo perstiteris, vagari tibi necesse erit: *Sed abi post vestigia gregum tuorum*. Habes plures catholicorū, atque Sanctorum fidelium greges, qui meam iugiter audiūt attentissimè vocem, illorum vestigijs inhære, hos cura, vt prosequantur omnes, qui in te sunt: *Et pasce hædos tuos*, imperfectiores nimirum illos, qui haudquaquam cum agnis à dextris, sed cum hœdis à sinistris segregari merentur: pasce illos *iuxta tabernacula pastorum*, idest Pontificum Romanorum, illius doctrinæ eis porrigens pastū, illiusque fidei, quæ in Ecclesijs Romanorum Pontificum exhiberi solet: ibi enim me tutò reperies, cum ibi sanctificauerit tabernaculum meum Altissimus.

Simplices ac imperfecti qua ratione tutā Christi fidē consequi valeant.

Circa hæc autem, quæ à sponso hoc loco dicuntur, antequam ad alios accedamus sensus: quatuor examinanda videntur exactius. Primum, qua ratione Ecclesia catholica dicatur pulcherrima mulierum. Secundo, quam necessario egrediendum ijs sit, qui in ignorantia versantur. Tertio, quam ob causam non dicatur simplicius. *Sequere greges tuos*, vel; *abi post greges tuos*: sed: *abi post vestigia gregum tuorum*, & Quarto, cur pascendi sint hędi, ac imperfectiores iuxta tabernacula pastorum.

Quo ad primum, Notatum quidem & alias est, frequentissimam esse sacrarum litterarum consuetudinem, vt populorum, ac Regnorum collectiones sub mulierum exprimant nomine, ac metaphora, sic Chaldæorum populus dicitur filia Chaldęorum: & Gens Babylonica, filia Babylō, in psalmis. *f Filia Babylonis misera, beatus, qui retribuet tibi*, &c. Sic Aegypti populus apud Ieremiam dicitur *g* filia Aegypti. Sic sæpissime Iudaicus populus filia Sion dictus est; vel sub mulieris meretricis metaphora est exprobratus, vt lōgius apud Ezechielē 16. factum inuenimus. Porrò cum tam frequēs sit istiusmodi scripturæ vsus, haud cuiquam mirandum superest, cur Ecclesia Sancta sub Virginis, ac sponsæ metaphora cum mulieribus conferatur, mulieribusq; omnibus præferatur, cū mulierū nomine vniuersæ, quę ab ipsa disiunctę sunt, designētur Gētiū, ac populorū collectiones. Bene autē quę Virgo est castissima, quæ ve Christi est sponsa, pulcherrima dicitur inter oēs mulieres: Nā cū pulchritudinis excellentiā tribus ex rebus in mulieribus metiamur, apta videlicet mēbrorū proportione; pulchro suauique colore: ac demum decenti, quo extrinsecus ornantur, ornamento; pulcherrima certè spōsa est inter omnes mulieres, quippe quæ summam illam habeat membrorum proportionem, quam explicat Apostolus in Epistola ad Ephesios, dicens: *h Veritatem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnē*

f Ps. 136. 8.

g Ier. 46. 11.

Ecclesia quā sit pulcherrima inter omnes Gētiū collectiones.

h Eph. 4. 15

DE ECCLESIA.

A subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in aedificationem sui in charitate. Candidus sanè color, rubore nonnihil perfusus, pulchritudinem humanis conciliare solet corporibus, vnde in cap. quinto huius cantici, cum pulchritudo spõsi exprimitur, ante omnia is dicitur candidus, & rubicundus. At quænam mulierum istiusmodi colore pulchrior dici potest Ecclesia, quæ in sanguine agni est dealbata? Reliquæ sectæ, reliqui populorum cœtus instar mulierum meretricum fuco sese colorant, stibio depingunt oculos suos; cum enim verum habere nequeant probitatis candorẽ, falso saltem mẽbra sua colorare contendunt: Quapropter omnibus præferenda est Christi sponsa, B cuius videlicet membra verissimo puritatis candore, ac perfectissimo charitatis rubore perfusa sunt, ita vt de eis per Ieremiam dictum sit; *i Candidiores Nazaræi eius niue nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores.* Quid dicam de ingẽti, quæ ei ex cultu externo prouenit, pulchritudine? quænam ex vniuersarum Gentium religionibus ei in cæremoniis? quæ in sacrificiis? quæ in Sacerdotum ministeriis? quæ denique illi comparari potest in legibus? Sanè nõ est alia natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest Ecclesiæ, quam instar fulgentissimi ærabit indumẽti, iuxta illud Apostoli; *k Quicunque in Christo baptizati estis; Christum induistis.* Hac ergo veste C exornata, talibusque in extrinseco etiam cultu decorata ornamentis, haud dubiũ, quin congruẽti appellatione pulcherrima inter mulieres nũcupata sit.

i Thrẽ. 4. 7

k Gal. 3. 14

Ab ignorãtia rerũ fidei toto studio nitẽdũ est vt egrediamur.

At huic, quæ pulchritudine sectis supereminet vniuersis, quando in aliquibus membris suis ignorat, vbi Christus pascat, & cubet, præcipitur, vt egrediatur: *Si ignoras egredere*: quoniã sicuti ei, qui in perplexo aliquo labyrintho versatur, in quem nec Solis radii penetrare queant, nec ciborũ quidpiam reperiatur, quemvè inhabitent feræ, toto enitendum est studio, vt egrediatur: ne, vel fame pereat, vel ferarum lanietur morsibus.

Ita pariter, & ii, qui eorũ, quæ ad fidem spectãt, ignorantia detinentur, omnibus neruis contendere D debent, vt de huiuscemodi egrediantur ignorãtia, in qua densissimis offusi sunt tenebris, & innumeris impiorum, ac hæreticorum incursibus sunt expositi, in qua & præ inopia verbi Dei fame pereant, necesse est. Egrediendum igitur Ecclesiæ est in istis simplicioribus, atq; imperfectioribus, ex hoc ignorantiæ Labyrintho, vt diuinę lucis cõpos fieri valeat, & eum reperire possit, qui & pascit abundantissimè, & quietem præstat tutissimam.

Quam diuersimode nos gerere debeamus circa fidẽ, atque circa scientiam.

Atquì si subtiliùs egressus huius vim perpẽdere velimus, inueniemus, à Domino præclarè hoc loco significatum modum, quo ea, quæ sunt fidei, discere valeamus: quovè veræ vitæ spiritualis, in qua ipse pascit, & cubat, methodum assequi facillimè liceat; Siquidem primò, inquit, egrediendum, E tum abeundum; egrediendum per voluntatẽ, abeundum verò per intellectum. Notum est. n. quòd sicut abire, competit intellectui, cuius proprium est, vt ratione discurrat, sic, egredi, quoque congruit volũtati, cuius id est peculiare, iuxta Philosophorum definitionem, vt ad singula, quæ elegerit, egrediatur obiecta. Quod ergo hoc loco significare vult sponsus, tale est; vt qui verã, ac catholicam fidem assecuturus est: quiq; ipsum in loco sanctitatis eius est inuenturus, haudquaquã ita se gerere debeat, prout in naturalium rerũ inuestigatione homines sese habere conspicimus. Enimverò cũ alicuius rei scientiã perscrutamur, iuxta consuetum naturæ ordinẽ prius intellectu circa illam ratiocinatione discurrimus, tũ post diutinã ratiocinationem voluntate ad illud egredimur, illudvè eligimus, atq; complectimur, quod circa rem illã ratio ipsa tenendum dictauerit. At in perscrutãdis fidei rebus prius egrediendum per voluntatem, tũ per intellectum ratiocinatione abeundum, atque discursu; prius namq; voluntate immobili id complectẽdũ, quod à Deo reuelatum esse, percipimus: prius voluntate *l* intellectus omnis in captiuitatem reducendus est in obsequiũ Christi. *m Corde. n.* vt inquit Apostolus, *creditur ad iustitiã*, idest voluntate, & affectu; siquidẽ necessarius est egressus, necessaria est motio voluntatis, vt intellectus per fidẽ Christi rebus credẽdis assentiat; cum aũt per voluntatẽ hoc pacto egressus quis fuerit: tunc, circa ea, quæ sibi credenda proposita sunt, intellectus discurrere potest; ita tamẽ, vt vniuersus illius discursus, omnisq; ratiocinatio principijs fidei sit innixa, idque iuxta Sanctorum Patrum definitiones, sic nempè facili negotio verissimam inueniet fidem: sic Christum ipsum inueniet, in fide catholica pascentẽ, atque cubantem. Propterea, postquã dixit; *Egredere*, subintulit illico; *& abi*, intellectu videlicet discurrente: Non tamen dixit, *Abi*, simpliciter; *Sed abi post uestigia gregum tuorum*; Ac si dicat.

DE ECCLESIA.

In fidei rebus voluntas præcedere debet intellectum.

l 2. Corin. 10. 5.

m Ro. 10. 10.

PARAPHRASIS.

Cum ea, quæ sunt fidei, fueris complexa, egrediens ad illa: abeas quidem, tibi licet, ratione atq; discursu; Verumtamen in ea ipsa, quam circa illa feceris, ratiocinatione, esto tandem sicut greges ouium, quæ eo abeunt semper, quò à Pastore ducuntur; sic verò & tu instar simplicium ouium abiens intellectu; *pasce hœdos tuos*, cogitatus nimirũ tuos, quibus, instar exilientium hœdorum in altum exilis, alta sapiens; hos, inquam, hędos pasce, cum intellectu abis, atque discurris; sed *pasce eos iuxta tabernacula pastorum*, iuxta Apostolorum, Sanctorum Patrum, & Pontificum canones, atque decreta.

Per fidei viã quã ratione gradiẽdũ sit.

Verùm cum ad hæc significanda satis fuisset dicere; *Egredere, & abi post greges tuos*: quidnam sibi voluit Dominus, hac vtens locutionis formula; *Egredere, & abi post uestigia gregum tuorum*? Insigne sanè per hæc crediderim subindicatum mysterium, nẽpè quòd perplexa sit catholicæ fidei via, quippe quæ talis est, vt vnico tm̃ tramite per illam progredi liceat, vbi sunt vestigia Maiorum. Quamuis etenim via doctrinæ, ac mandatorum Dei per se facillima sit, ita vt tutissimè percurri queat, prout ab eo factum audiuimus, qui ait; *n Viã mandatorum tuorum cucurri*: quamuis rectissima per se sit, si recto per eam procedatur tramite, iuxta illud Isaiæ: *o Semita iusti recta est rectus callis iusti ad ambulandum*: Facilis tamen est, ac recta iis solummodo, qui impressa Maiorum intueantur vestigia; nã si vel tãtillum ab impressis quis declinet vestigiis, illicò in lapides offensionis, in lutum fędarum opinionum, in prærupta errorum, atque in foueas ruet perditionis. Hinc Magister ille optimus, qui sua in huiuscemodi via primus impressit vestigia, talibus eam nobis indicat vocibus; *p Hæc est via: ambulate in ea: & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Et præcipuus ille aries, Gregis Dei ductor Moyses. *q Custodite*, inquit, *& facite, quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: Sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis.* Et alio loco: *r Veni*, inquit, *ad Sacerdotem Leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis, qui indicabunt* tibi

n Psa. 118. 32.

o Isa. 26. 7

p Isa. 30. 21

q Deut. 5. 32.

r Deu. 17. 9

DE ECCLESIA. *tibi iudicii veritatem. Et facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te, iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum. Nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.* Vt igitur tutò per hanc catholicæ fidei viam pergere quilibet possit, tutissimum Dominus dat modum, cum ait: *Egredere, & abi*: non hac illacuè, quàcumque tua te deduxerit mens; sed *post uestigia gregum tuorum*, per viam videlicet rectam, quam frequentibus fidelium vestigiis tritam perspexerit. Benè etiam inquit; *abi post vestigia gregum tuorum*, & non; *abi per uiam illam, per quam abire uideris greges*: vt nullus esset, cui facilis iste modus deseruire non posset, quò pergeret tutò. Enimuerò haud omnibus præsto sunt catholicorum greges, quos in fide ambulantes obseruent, quosvè sequantur; contingit enim plerumque, quempiam inter hæreticos, ac infideles conuersari, vbi nullus adsit, quem consulat catholicum: vt autem & iste, & vniuersi, qui veram Christi fidem sibi indicari exoptant, eã tutò valeant reperire; omnibus generaliter dicitur, vt egrediantur, & abeant post vestigia gregum Ecclesiæ: post vestigia catholicorum; quia nulli, qui per Baptismi Sacramentum inter Ecclesiæ filios sit adscriptus, vel aliqua fideliũ, & catholicorum vestigia deesse possunt, quæ intueatur, quęvè eũ rectè per fidei iter deducant, opera scilicet quæ illi gesserint, in fide ambulantes: illorũ libri, qui de fide pertractant: illorũ denique mores, quorum fama, instar vestigiorum, audientium aurib. restat impressa. Abeat quicumque ille sit Ecclesiæ filius per huiusmodi gregum vestigia, ita suam instituat vitam, suosvè & mores, sicut intellexerit ũ Catholicis fieri; intellectu suo abeat, ac discurrat circa ea, quæ sunt fidei, iuxta vestigia fidei, quæ in catholicorum scriptis viderit impressa. Nec vereatur, se non inuenturum, vbi Christus pascat, & cubet: sic namque & ii, qui per abrupta errorum, per que sublimes ratiocinationes se pascere contendebant, instar hœdorum, atq; caprarum, quæ licet paratum, ac promptum in plano habeant, quo pascantur, cibũ, naturali impetu per rupes, per colles, perque abrupta huc illucq; herbas, frondesvè decerpere contendunt cum periculo: vnde istiusmodi vanas, ac instabiles hominum electiones vulgari lingua ab hac, quam cum capris habent, similitudine, nominare solemus *capricci*: sic inquam & isti hædis. Similes in pascuis ouium pascuntur, in pratis fidei iuxta tabernacula pastorum, prout ab ipso sponso significatum videmus, cum subdit: *Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*. Et hac quò ad primum sensum.

Simile.

II. SENSVS. Iuxta secundum autem sensum, respondet hoc loco Christus sponsus Ecclesiæ, quæ in superiori versu, cum vniuersum mundum istum vitiorum versutiis oppletum videret dixerat: *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi pascas, ubi cubes in meridie*; indicans, se in iis, qui pusillo animo essent, haudquaquam eum prout fas erat, secutam fuisse, quòd ignoraret, vbi nã inueniri posset in meridie istius sæculi nequam. *Si ignoras te*, inquit, *ò pulcherrima inter mulieres, egredere*, &c. Ac si diceret.

PARAPHRASIS. Si ignoras te, quam pulchra sis, quãti à me fias, ignorare potes & me: Eatenus ignorare potes, qđ iugiter tibi adsim, quatenus in aliquibus, qui in te sunt, ignoras temetipsam: quatenus in iis ipsis ignoras pulchritudinem, ac dignitatem tuam, quòd tanto te sum prosecutus amore, vt. *f* me metipsum tradiderim pro te, quò te *sanctificarem, mũdans te lauacro aquæ in uerbo uitæ, vt exhiberem mihi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam,*

f Eph. 5. 25

A *aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut esses sancta, & immaculata*. Quare cum & pulchritudine, & sanctitate vniuersarum religionum sectis, omniũque Gentium collectionibus absque vlla comparatione sis præstantior, haud amplius in huiusce modi te contineas pusillanimitate: haud amplius in hac te detentam patiaris ignorantia: sed magno animo *egredere, & abi post uestigia gregum* meorum, quos tuos quoque esse volui: egredere per voluntatẽ ab hac ignorantia dignitatis tuæ: egredere ab hac pusillanimitate, & intellectu, atque considera tione *abi post uestigia gregum tuorum*: intuere opera illorum fidelium, quorum non paucos apud te reperies greges, quos ipse pastor bonus oues meas pa

B sco; videbis. n. me tibi semper adesse, nec longiùs tibi fore euagã dũ, vt me reperias, qui haud possim adduci vnquam; vt à te vel tantillũ elonger. Quod si certior hac de re fieri exoptas, *Pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*; postquam egressa fueris, abierisque post vestigia gregum tuorum, eos ipsos, quos pacis perturbatores, voluptuosos, dissolutos, vagos, ac tales in te esse, cognoueris, qui & lasciuia, & dissolutione ac inquietudine hœdorũ nomen sortiti sint, & ob prauos mores à sinistris inter hędos segregari ab ouibus mereantur, hos inquam *hœdos*, abiens post vestigia sanctorum fidelium, eorumque inhęrens imitationi, *pasce iuxta tabernacula pastorum*: iuxta Sanctorum Doctorum,

C ac Prælatorum documenta; planè enim tunc tibi fiet exploratissimum, qua ratione ita semper ego sim pręsens, vbicumque ipsa processeris, vt tibi amplius perẽdum minimè sit, vbi me reperias, vbi pascam, vbi & cubem in meridie.

Quis verò non intelligat, quàm pulchrè Dominus sponsæ suæ testatum hoc loco voluerit, quòd iugiter illi præsens assistat? Neque enim meliùs, neque efficacius aliunde id quispiam arguere posset, quàm ex his duobus, pura videlicet, sancta, & immaculata tot sanctorum conuersatione, & admirabili tantorum peccatorum, atque impiorum conuersione: Propterea hæc duo illi proponens; Primò ait; *egredere, & abi post uestigia gregum tuorum*. Quemadmodum namque abiens post aliqua

Dei assistentia in Ecclesia arguitur pcipuè ex s. conuersat. bonorũ & ex cõuersione impiorum.

D vestigia, ex vestigiorum inspectione arguit illicò, & quanam animalia sint, quæ inde transierint, & quòd ea tuta sit via, cui pertranseuntium sunt impressa vestigia. Ita pariter ex consideratione operum eorum, qui in huius vitæ curriculo sanctè ac piè conuersantur, & conuersati sunt, certa colligitur Dei assistentia in Ecclesia; siquidem haud humanarum est virium, vt boni quid piam agamus, sed gratiæ, liberum arbitrium adiuuantis; sed Dei, per gratiam hominibus assistentis, eosque cõfortãtis, atque cum illis in via virtutis, ac perfectionis ambulantis: quod sæpius in scripturis sacris affirmatum habemus, cum de bona sanctorum conuersatione verba fiunt. Hinc de Enoch iusto, antequã

Simile.

E referatur raptus à Deo, dicitur: *t Et ambulauit Enoch cum Deo*. Et de Noe itẽ sancto dicitur: *u Noe uir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulauit*. Hinc per Deum ipsum ad fidelissimum dictum est Abraham: *x Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus*: quasi perfectio vniuersa inde pendeat, quòd corã Deo ambuletur per virtutis viam; quod præsens Deus habeatur vt comes; vnde Iacob, hæc probè exploratissima habens, eidem Deo id professus est, cum diceret: *y Deus, in cuius conspectu ambulauerunt Patres mei Abraham, & Isaac: Deus, qui pascit me ab adolescentia mea*; Et Michæas Propheta, docere nos volens, in quonam consistat perfectio, & sanctitas,

t Gen. 5. 22
u Gen. 6. 9
x Ge. 17. 1
y Ge. 48. 1

DE ECCLESIA. ctitas, idipsum significat, dicens: a *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.* Cum igitur Sanctorum virtus inde pendeat, quòd sancti cum Deo per viam virtutis ambulent, quòdve Deus sua illos comitetur præsentia; congruenter sponsus ad hâc suâ adstruendam præsentiam, multiplices sanctorũ greges, præclaraque eorum gesta consideranda proponit, dicens: *Abi post vestigia gregum tuorum.* Idque non tam, vt in istiusmodi persistatur consideratione, quàm, vt qui in Ecclesia vel pusillanimes sunt, vel imperfectiores, exemplo tantorum gregum per eamdem viam proficiscantur & ipsi, abeuntes post vestigia Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum; Vnde haud amplius dubitandum illis sit, quòd Dominus eis adsit, ideò benè addit: *Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Eamdẽ perpetuam suam in Ecclesia confirmans assistentiam altero illo efficacissimo inditio, conuersione. s. peccatorum. Sicut enim impossibile quodammodo est, vt hœdi quietè in ouium pascuis cõtra suam pascãtur naturã; quippe qui ex natura sua inquieti sint, instabiles, semperque exilientes; pastumque haud aliunde nouerint sumere, quàm ex caprarum vberibus. Ita impossibile quoque est, vt peccatores, qui tum ob naturam corruptam, tum ob prauam, inueteratamque consuetudinem inquietissimo vanitatis studio vagari huc illucque perpetuò consueuerunt, quique tantummodo de terræ, carnisque vberibus carnalium terrenarumque voluptatum lacte sese alere sciant, quietè ad Christi ouium pascua se se conuertant, in eisque iuxta Sanctorum præcepta pascãtur: impossibile inquam est, nisi is eis adsit Dominus, qui eos creauit, qui sua præsentia corruptã reformet naturam, quiuè ad hoc venit in mundum vt ait Apostolus. a *Quia Christus venit in mundum peccatores saluos facere.*

a Mich. 6. 8.

Simile

a 1. Timo. 15.

Ex his, quæ circa hos duos primos sensus dicta sunt, facile erit vnicuique & tertium sensum ad eãdem Ecclesiam adaptare.

Vers. VIII. Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres: egredere, & abi post vestigia gregum tuorum; & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

I. SENSVS. Simile. *In sanctorũ imitatione quo sese gerere debeat alia, optans inuenire christũ in spiritualib. exercitijs.*

QVi damulam aliquam inuenire cupit venator, repertis damulæ illius insistit vestigijs; ac si fortè post multum peragratum itineris, prædictorum vestigiorum finem videat sine feræ occupatione, haud idcirco ab instituto desistit: sed canem ducem suum consectari pergens, ac retrocedens eòusque ambulat, quousque alia reperiat vestigia eò loci, vbi vertẽs illa se abdidit, & ita adhuc vrgens vestigia illa, quæ videt, tamdem voti cõpos effectus, eam inuenit, quam auide peruestigabat, & inuentam illaqueat. In eundem modum Anima illa, quæ Christum similem capreæ, hinnuloque ceruorum inuenire peroptet, sequens rationem vt ducem, prosequi debet vestigia, & exempla Sanctorum Priorum, atque præsentium: &, si nimio feruore currens non inuenerit, quem quæritat, in vestigijs viri cuiuspiam sublimis Sanctitatis; si fortè post studiosam, & enixam nonnullorum Sanctorum imitationem, Christum tamen haudquaquam fuerit conse- A cuta, cũ non dum ad eam sit vocationem destinata; non idcirco tamen hastas (quod dicitur) abijciat: sed aliquantò cursum inflectens, aliquorum inferiorum monumenta, & notas aduertat, necesse est: quæ consectans, Christum ipsum demum reperiet. Hoc illud est, quod hoc loco per Dilectum ad Sponsam significatum crediderim. Cum enim in Superioribus Anima Christo dilecto suo ingens illius inueniendi palam fecisset desiderium suum, petijssetq; ab eo, indicari sibi locum, vbi ipsum reperire posset pascentem, atque cubantem: hunc dilectus facillimum dat ei modum, quo illa compos fieri queat eius desiderij sui, dicens: *Si ignoras te*, &c. Ac si diceret.

DE ANIMA.

B Si, ô Anima mihi dilectissima, adeò tibi est in optatis, vt me reperias, quem sequaris, quouè & potiaris; ignorasque locum, vbi me pascentem inuenias, atque cubantem: En tibi modum ostendo, ne haud amplius talem causari possis ignorantiã. Modus verò hic est: *Egredere, & abi post vestigia*, &c. Primò tibi egrediendũ est ad mei peruestigationẽ: Quærendus sum namque, vt inueniar: Tum procedendum tibi est post ea, quæ perspexeris, vestigia, & exempla Sanctorum: Quòd si istiusmodi prosequens vestigia, adhuc me non repereris, tertium tibi faciendum superest, vt me tutissimè inuenias: *Pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*: nequaquã voluntati, atque consilio tuo innitaris in prosequẽdis vestigiis quorumlibet Sanctorum; sæpe enim C continget, vt me minimè reperias, cum insignem quempiam imitari volueris Sanctum; cum quædã alicuius egregiæ Sanctitatis viri vestigia, & gesta, quæ tibi magis sunt admiranda, quam imitanda, fueris consectata: quapropter tunc aliquantulum tibi ab ijs retrocedendum est vestigiis, ac inferiorũ obseruãda sunt gesta, qui pedem nusquam audeãt figere, præterquam vbi Prælatorum obedientia iusserit; sic quippe & ipsa, si cupiditates, ac desideria tua, quæ instar hœdorum huc illucuè liberius exiliunt, iuxta pastorum tabernacula paueris: Si iuxta Prælatorum tuorum præcepta per virtutis processeris viam; illicò me reperies, tuaque me illaqueabis obedientia; ita vt amplius de mei inquisitione minimè tibi laborandum sit.

PARAPHRASIS.

D Circa hæc autem primò notandum: Animã piã à Christo Domino dici pulcherrimam inter mulieres, non quòd re ipsa omnes alias animas superet in probitate, quæ est animæ pulchritudo; hoc namq; ex ipso contextu falsum esse, conuincitur, quandoquidem iniustè tot Sanctis animabus, quæ ita Deũ semper habent præsentem, vt cum ipso arctissima sint vnione coniunctæ, præferretur ea, quæ illius præsentiam minimè intelligit, quæuè, vbi is pascat, & cubet, ignorat; Verùm duplici ratione sic eã Diuinus compellauit Dilectus. Primò, vt ex hac appellatione omnibus fieret persuasum, eo modo, eoque ardore vnamquamque fidelem, ac piam animã ab E ipso diligi, ac si singulæ vniuersis alijs essent Sãctiores, quod ab ipsamet sponsa in hoc Cantico significatum est infra, vbi ait: *Dilectus meus mihi*; prout latius ibi, Deo dante, explicabitur. Secundò, vt eã ipsam Animam, quæ animo consternata videbatur, quòd Christi dilecti sui non intelligeret præsentiã quòd nec eum inueniret, nec sciret, qua ratione illũ reperire, ac prosequi posset, hac blanda appellatione demulceret, animaretque ad ipsum peruestigandum. Qua in re cælestis sponsus videtur quodammodo conformatus benigno Patri, qui, cum filiolum suum gementem inspexerit, quòd aliquid à se prætermissum iam præ ipsius patris timore agere minimè audeat, blanda sic eum compellat appellatio-

Qua ratione qualibet anima pia dicatur pulcherrima aliorum.

a Cãt. 2. 16

Simile.

DE ANIMA.

latione, ò bonum filium, ò filium obedientissimũ, fac hoc, &c.

Egressus ad Christũ perquirẽdum ante omnia est maxime necessarius, et ideo diabolus toto studio illum impedire nititur.

Notandum secundò, satis apposite ei, qui Christi præsentiam ignoret, quinè nesciat modum, ac locum, vbi eum valeat reperire, ante omnia præcipi, vt egrediatur, quoadusque enim non egreditur ad Christi peruestigationem, semper in perniciosissima illius ignorantia, atque in summa mentis inopia perseueret, necesse est. Hinc est, quòd aduersarius noster diabolus in hoc totum suum collocat studiũ, vt quotquot potest impedimẽtis nos ab isto arceat egressu; prout per Ieremiam in persona cuiusdam animę significatum est, vbi ait: b *Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum*; quod & regius Propheta expressit, cum diceret: c *Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia. Traditus sum* in pessimam Dei mei ignorantiã, quia inimicus meus *circumædificauit aduersum me* difficultatem immensam, ac possibilitatem illius inueniendi: *aggrauauit compedem meum* onere solicitudinum terrę, ita vt non egrederer ad eum, quem adeò optabam, peruestigandum, cuius & adeò necessaria mihi esset præsentia, vt sine eo præ omnium rerum inopia necessario mihi pereundum sit: atque adeò, cum in hunc modum traditus essem, vt non egrederer, *Oculi mei languerunt præ inopia*. Egredere, igitur, inquit Dominus, ne sinas te impediri, si ignoras, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

b Thren. 3. 7.
c Psal. 87. 10.

Sanctorũ potius q̃ Christi imitatio proponitur ipsi animæ, quanã ratione.

Tertio notandum; congruentissima ratione ab sponso dictum esse; *abi post vestigia gregum*, licet iuxta similitudinem, in principio huius tertiæ expositionis allatam aptius dicẽdum videretur: *Abi post vestigia mea*: Enimuerò, quia si Christus Dominus dixisset: *Abi post vestigia mea*: Anima deterreri forsan potuisset ab eius, quem peroptabat, inquisitione; quòd valde quid arduum sibi faciendum proponeretur in imitãdis operibus eius, qui & Deus simul esset, & homo: idcirco quò facilius perfectionis viam aggredi illa posset, quoue suum peruestigaret, ac inueniret dilectũ, illorum ei sponsus proposuit sectanda vestigia, eorum imitanda & gesta, qui homines puri essent, sicut & ipsa: qui Dei oues essent, æque ac ipsa, dicens: *Abi post vestigia gregum*: vt nequaquam ei foret verendum, se quoque iter illud tutò aggredi posse, in quo tantorum Christi gregũ videret impressa vestigia. Quãquam dicendo *Abi post vestigia gregum*, implicite & sua ipsa proposuit vestigia, ac si dixisset: *Abi post vestigia mea*: quandoquidem Sanctorum vestigia sunt & vestigia Christi, quippe quæ super Christi vestigia sunt impressa: Sic namque Sancti quique ad Christi imitationem bona operari sunt opera, sicut mulier per iter arduum prosequens viri suũ, super viri vestigia suos figit & pedes, simulque cũ viri vestigijs imprimit & sua; hinc toties per ipsummet Dominum, cum ad virtutis iter, atque ad bona opera peragenda hortaretur discipulos, sua illis vestigia sunt exhibita, super quę ij figere possẽt pedes, vt ibi: d *Discedite a me, quia mitis sum, & humilis corde*: e *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*: f *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. g *Christus namque*, vt ait Apostolus, *passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius*. Bene autem nomine vestigiorũ opera designantur, quę vel à Christo Domino, vel ab eius gesta sunt Sanctis: quoniã post virtutis iter impressa ipsa remanent opera, æquè ac post iter terrenum abeuntium remanent impressa vestigia.

Sanctorũ vestigia sunt & vestigia Christi.

Simile.

Simile.

d Matt. 11. 29.
e Io. 13. 15.
f Luc. 9. 23.
g 1. Pet. 2. 21.

Notandum quartò: Potuisse quidem sponsum dicere; *Abi post vestigia ouium*, cum sancti quique, quorum proponebat vestigia, ex vno sint grege ouium Dei: At aptius dixisse: *Abi post vestigia gregum*; quò magis dilectam ad sui peruestigationẽ animaret, cũ tot haberet sanctorum vestigia, quæ sequi posset, cum tam varia essent sanctorum genera, totque distincti greges, ex quibus quẽcumque illi liberet, imitari fas esset. Quarè verò, dicet quis, cum de gregibus suis à Domino fiat sermo, haudquaquã is dixit: *Abi post vestigia gregum meorum*: sed potius; *abi post vestigia gregum tuorum*. Primò respõderi posset: In originalibus Hebræis, ac Grecis dubitationem istam nullum habere locum, cũ nec *meorum*, habeant, neque *tuorum*: secundò dicendum; Sãctorum Christi greges, nostros à Christo greges appellari, vt per hanc dicendi formulam suam is nobis exaggeraret dilectionem, propter quam ita se se nobis communicauit, vt quicquid suum esset in mundo, atque in Ecclesia, id nostrum quoque indifferenter esse voluerit, quorum animas in dilectissimas sponsas assumpsit. Vnde Apostolus Paulus cum seruus esset Iesu Christi: fidelium tamen, ac infidelium se seruum asseruit: cum diceret: h *Omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem*: & alibi: i *Non nosmetipsos prædicamus: Sed Iesum Christum Dominum nostrum: Nos autem seruos vestros per Iesum*; quoniam sancti ad nostram vtilitatem Christo inseruiunt, & quia ex ipsis tantum percipere vnicuique liceat emolumenti, quãtũ ex proprijs gregibus percipi solet. Etenim duo sunt præcipuè, quæ ex nostris ouium gregibus cõmoda percipiuntur, cibus, ac indumentum, quæ duo ad corpoream vitam præseruandam, sunt maximè necessaria. At quis non videat, hæc ipsa, quatenus ad spiritualem vitam necessaria sunt, ex sanctorum gregibus ab vnoquoque colligi posse? Si cibum velimus: lac proferunt diuinæ doctrinę: Si vestes: virtutum tradunt exempla, ex quibus virtutum indumenta nos quoque texere valeamus, ijsque cum libuerit indui, iuxta Apostoli consiliũ, quo ait, K *Induite vos sicut electi Dei, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam &c.* Sed quia præter cibum, ac indumẽtum, tertium quoque ad temporalem vitam istam cõseruandam est necessarium, nempè domus; hæc enim tria per sapientem necessaria numerantur, vbi dicit: l *Initium vitæ hominis, aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem*. Quæ tria & ad vitam quoque spiritualem in suo genere necessaria sunt. Vt fieret omnibus cõpertum, & hoc tertium etiam à sanctis conferri, quamuis ex gregibus nequaquam id haberi soleat: Postquã dixit ad sponsam: *Abi post vestigia gregum tuorum*: illicò subintulit Dominus: *Et pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*. Ecquæ verò tutiora exoptari possent tabernacula, quàm Prælatorum præcepta sanctorum? Quæ pulchrior domus, quàm maiorum obedientia? Sanè quicumque in hac domo habitare studuerit; quicumque iuxta hæc tabernacula suos pauerit appetitus, nec hostium quantumuis terribilium verebitur incursus, ad ea enim illicò confugiens, tutissima permanebit, nec lædetur vel ab æstu concupiscentiæ, vel à frigore spirituali, vel à calore nimij feruoris, vel ab imbribus tentationum, vel denique à ventis perturbationum, ac mutabilitatis.

Sanctorum Christi greges cur dicantur greges nostri.

h 1. Cor. 9. 19.
i 2. Cor. 4. 5.

Ex sanctis quãtũ vtilitatis capiatur.

K Colos. 3. 12.
l Eccl. 29. 28.

Obedientia est tabernaculũ, & domus tutissima.

Notandum quinto: haud incongruè dici posse per hæc verba: *Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum*; ad id alludi, quod in hædis obseruatur carnalibus: qui vt sani crescant, ac pingues, cum

Obedientiæ studiũ quã vtile, & necessarium, sit pro Anima.

capræ

DE ANIMA.

capræ ducuntur ad pascua, haudquaquam liberi A post matres abire sinuntur, sed in pastorum tabernaculis conclusi seruantur, ibique iuxta eadem tabernacula ex matrum pascuntur vberibus; quoniã, si liberi abire permitterentur, præterquàm quòd lõgitudine, & asperitate lassarentur itineris, nimia insuper consummerentur exultatione, continuaq; saltuum dissolutione perirent. Porrò, quia Animæ appetitus, ac passiones, instar hœdorum dissolutæ, vagæ, atque instabiles multoque peiori exultatione exilientes, si liberæ post concupiscentias sinãtur abire, & continua vagatione lassantur, & mortem afferunt. Idcirco hoc loco ab expertissimo illo Pastore piæ præcipitur Animæ; vt hos hœdos affectuum suorum in obedientiæ tabernaculis conclusos custodiri sinat, ibique iuxta tabernacula, atque præcepta Pastorum Sanctorum illos pascat; Sic enim & B se in vita conseruabit spirituali, & absque vlla dubitatione ipsum inueniet, habebitque præsentẽ pastorem, à quo pasci exoptat; quippe qui in prædictis tabernaculis, siue super prædicta tabernacula pascit, & cubat in meridie præsentis sæculi.

Obedientia vt grata sit Christo non debet esse coacta.

Neque verò prætereundum est, quòd non dicitur: *Pascantur hœdi tui, &c.* sed *pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*: per hoc namque indicari videtur, quod, etsi Animi appetitus à Pastoribus, ac Prælatis pasci soleant iuxta eorum tabernacula, atque præcepta; haud tamen Christum inuentura est animapascentem, accubantem in meridie, nisi & ipsamet eosdem suos pascat hœdos iuxta prædicta tabernacula: nisi ipsa voluntariè, ac lubenter, nõ coactè Prælatorum suscipiat eruditionem. C

II. SENSVS.

Cur bona ignoret, Deũ sibi esse præsentẽ.

Iuxta secundum sensum: affert cælestis sponsus rationem, quare Anima Sancta, quæ Deum semper habet præsentem, eum ipsum sibi ignoret adesse, quem arctissimo charitatis vinculo sibi habet vnitum; simulque, & modum assignat, quod id valeat intelligere, ità vt haud amplius ei petendum sit, vt indicetur sibi locus, vbi ipse pasceret, atque cubaret in meridie. Ratio autem, quæ innuitur prædictæ ignorantiæ, nulla alia est, quàm ea, quæ in illa est ignorantia sui ipsius, sic enim ait Dominus: *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum*: Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Tuam vehemẽter admiror petitionem, qua à me efflagitas, vt indicem tibi, vbi pascam, & cubem in D meridie istius vitæ; quasi enim ignorare videris, quòd tibi iugiter adsim: quòd tantùm te diligam, vt totũ studium meum in id collocem præcipuè, vt & te pascam delitijs, ac gratiis: & in te cubẽ; delitiis fruẽs pulchritudinis tuæ; Certè enim eatenus hæc ignorare potes, quatenus ignoras temetipsam, & pulchritudinem tuam; nam si ignoras te, quòd sis pulcherrima creaturarum omnium, quòdue probitate, ac sanctitate cæteris quodammodo apud me præferenda sis animabus, ignorare potes & me.

Cognitio sui ipsius ducit Animam ad Dei cognitionem. Athanas.

Porrò si attentius rationem hanc expendamus, videbimus nec meliorem, nec magis propriam assignari posse aliam. Enimuerò dum in meridie præsentis sæculi sumus, Deum per se cognoscere minimè nos posse, ita est omnibus persuasum vt probatione non egeat. Si ergo quoquo pacto Dei cognitionem habemus, ea omnis ex cognitione effectuũ illius pendeat, necesse est; cum autem inter vniuersa, quæ Deus in inferiori hoc operatus est orbe, illa supremum teneant locum, quæ in hominis conditione ab ipso peracta sunt, quæuè is iugiter in illius peragit anima, manifestè consequitur, ab illo perfectius Deum cognosci, qui melius semetipsum intelligit: Neque vllatenus quemquam posse percipere mirabilia, quæ in ipso per suam præsentiam Deus operatur, qui semetipsum ignoret. Hinc sapientissimus ille Dauid tanto studio huic propriæ cognitioni intendere contendebat, tantamque ex istiusmodi sui ipsius cognitione etiam Dei, qui incomprehensibilis alioquin est, consequebatur notitiam, vt ad ipsum aliquando conuersus, in hæc prorupe- rit verba: *m Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam*, idest tui cognitio, quæ ex me, meique productione, & opificio gignitur, est adeò mirabilis, vt vix possim ad eam peruenire, quasi dicat: Nulla ex re ad tui melius eleuor cognitionem, quàm ex scientia, & cognitione mei ipsius, Siquidem cum animam meam, & quæ in me operatus es, quæuè operaris quotidie, scientia comprehendere nitor, tantam tui percipio cognitionẽ, vt illius comprehensio debiles intellectus mei superet vires: vnde enim meliùs intelligimus, Deum esse spiritum, immortalem, nullisque constringi spatiis, Vnde, illum esse vbique, & vbique indesinenter operari: Vnde, eum esse inuisibilem, ac penitus incõprehensibilem colligimus apertiùs, quàm ex eo, quòd & animam nostram, quæ illius est factura, cognoscimus spiritum esse, & incorporeã, & immortalem, quamuis mortale sit corpus, cui vnita est; quàm ex eo, quòd eamdem animam esse indiuisibiliter in toto, ac in qualibet eiusdem corporis parte, & variis, multiplicibusque functionibus per diuersas potentias iugiter operari, animaduertimus. Incomprehensibilem verò Dei naturam tunc certè definimus, cum agnoscimus, nec eius, quæ in nobis est, animæ naturam plenè à nobis posse comprehendi: sic & illius bonitatem immensam ac infinitam tũc intelligimus, liberisque fatemur vocibus, cum insignes, ac mirabiles gratiæ effectus, quos ille in nobis operatur, agnoscimus. Propterea apud antiquũ Iudæorum populum, cui in figura contigisse omnia asserit Apostolus, id moris fuisse videtur, vt Sacerdotes, ad quos propriùs Dei cognitio spectabat, & gratiarum actio; cum ad templum accedere vellent, prius sese ab omni sorde purgatos cognoscerent: vnde ad hoc significandum in libro Exodi *n* dicitur, Moyses fecisse *labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi*. Quibus verbis innui tur non solùm Sacerdotes, qui in templo Dei ministrabant, semetipsos in speculis intueri, ac cognoscere debuisse; Sed & mulieres, quæ pro eiusdem templi ministerio excubabãt ad ostiũ tabernaculi, sua quoque habuisse specula, quib. intelligerent, sese prius debere cognoscere, si Deũ cognoscere, eique ministerium aliquod vellent exhibere. Quod & apud Gentes per inscriptionem illam significatum existimo, quam in Delphico Apollinis templo ad ostium fuisse, refert Plato in Charmide γνῶθι σεαυτόν, idest, Nosce te ipsum. Necnon, & per speculum illud, quod Aegyptias mulieres, dum sacra facerent, in manu gestasse solitas, inquit Alexãder ab Alexandro lib. 6. cap. 8. Nec enim ab aliquo quippiam boni peragi potest, qui semetipsum ignoret; quod modicis verbis sapientissimus expressit E Salomon, cũ diceret: *n Vbi nõ est scientia animæ, nõ est bonum*: idest, cum quis seipsum ignorat, nil boni in se potest habere. Quamquam per hanc sententiã idipsum quoque significari videatur, quod in verbis, quæ præ manibus habemus, significauit & Christus Salomon verus: in ea nimirum anima non esse Deum, qui est bonum per essentiam: seu, illam animam ignorare Deum in se existẽtem, quæ & semetipsam ignoret. Ex quibus omnibus patet, quàm vera, quamuè efficax sit hæc Christi ratio quoad id, quod Anima asserebat, se ignorare, vbi ipse esset; *Si ignoras te*, ignoras scilicet & me, &c. vt supra.

DE ANIMA.

m Ps. 138. 5.

Cognitio sui ipsius est necessaria ministris Dei.

n Exo. 38. 8.

Ignorantia sui ipsius & mala.

n Prou 19. 2.

Neque verò minus efficax est modus, quem idẽ spon-

DE ANIMA.

sponsus eidem tradidit Animę, quo de sua iugi assistentia ea certior fieri queat: Ait enim: *Egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Enimverò cum prædictæ Christi præsentiæ ignorantiam ex sui ipsius ignoratione Animę prouenire, significarit; ante omnia ab istiusmodi ignorantiæ Labyrintho illi egrediendum esse, demonstrat; vt videlicet intellectu consideret naturalia, quibus præ ceteris animantibus vniuersis à Deo exornata est: & affectu gustet gratuita, quibus adeo sancta redditur, atque pulchra; vt Christus ipse tamquam ab ea, quę pulcherrima sit inter mulieres, tanta sit captus dilectione eius, vt nec ad punctum quidem ab ea elongari possit. Declaremus singula. Egressus ille ab sui ipsius ignoratione manifestè innuitur per id, quod statim post verba illa; *Si ignoras te*: Subijcitur: *Egredere.* Porrò sicut ex aliquo loco externo haudquaquam egredi quis potest, nisi corporeis progrediatur pedibus, ita nec ab interna propriæ mentis ignorantia quæpiam egredi potest Anima, nisi abeat intellectu ratione, neque discurrat: propterea, *Egredere*, inquit spõsus; *& abi post vestigia gregum tuorum.* Qui sunt greges tui, ò homo, nisi vniuersa animantia rationis expertia, quæ tibi ita à Domino sunt subiecta, sicut pastoribus ouium greges subiectos esse, conspicimus; quæve ad tuum inseruiunt commodum, æquè ac pecudum greges ad proprij Domini vtilitatem? Si igitur agnoscere optas, vbi Christus, Deusque pascat, & cubet: si intelligere vis, quòd tibi pręsens assistat, considera animantium, ac gregum istorum vestigia, & operationes; Siquidem ex illorum operationibus intelliges, qualia ipsa sint, & quales sint eorum animæ: quantumque inter illas atque animam tuam insit discriminis; animaduertes enim, illorum operationes vniuersas circa sensibilia, infima, ac terrena versari, æquè ac vestigiorum indicia in terris impressa apparent. Sicut autem ex vestigiorum signis, quæ in terra conspiciuntur, arguimus illicò, quale vnũquodque animal sit, quod terram calcauit: ita ex sensibilibus, terrenisque animãtium operationibus agnosces, & eorum animas esse tantùm sensibiles, atque terrenas. Sanè ex his gressibus per comparationem ad dictos greges, dictaque animalia deueniet ipsa, quæ spõsa est Christi, in cognitionem ingentis pulchritudinis, ac decoris sui, quo propter naturalia dona à suo exornata est sponso, vnde cum Propheta exclamare cogetur: o *Quid est homo, quod memor es eius?* quænam ipsa sum, quod ita memor es mei, vt iugiter mihi adsis? quis nam *filius hominis*, quod tanti *eum reputas? Minuisti eum paulò minus ab Angelis*; nam etsi corporeum eum condidisti; talem tamen ei dedisti animam, quæ ad tuam imaginem esset spiritualis, incorporea, ac immortalis, æque ac Angeli: *Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi; Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.*

Cognoscere semetipsã, & præsẽtiã Dei in se quo possit anima.

Simile

Ex brutorũ consideratione ala cognoscit, quã præclaris donis naturalib. decorata sit.

Simile.

o Psl. 8. 5.

At non satis est animæ, quæ egredi ex prædictis voluerit ignorantiis, vt abeat post vestigia gregum suorum, vt suum intelligat decorem, quo per naturalia dona animantibus supereminet vniuersis: nã quia per peccatum dona ista naturalia ita sunt deprauata; vt, cum peccatum aliquod animam infecerit, & ipsa, quæ ex donis illis proueniebat, pulchritudo omnis denigretur; haudquaquam ex illis tantummodo iugis Christi intra animam præsentia argui potest, quippe qui sæpius per peccatum ab illamet expellatur: sed si naturalib. & gratuita coniun-

A iungantur, tunc ab omni & sui ipsius, & præsentiæ Dei ignorantia egredietur tuta Anima sancta: Tũc quod suus sibi adsit Dilectus, reddetur certissima. Idcircò præclarè additum est: *Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Prælatorum nimirũ obedientiæ te subijciens: appetitus tuos iuxta sanctorum Patrum documenta diuinis pasce consolationibus, diuinaque comprime gratia. Quod si quis quærat, quid hæc ad cognitionem pulchritudinis, quæ ex donis prouenit gratuitis; quidue ad intelligendam diuinam præsentiam? Respondendum, ad illa tantum ista conferre, vt nec meliori modo ad ea peruenire fas sit; siquidem dum affectu diuina gustamus, mente quoque percipimus, quàm suauis

B quàmve benignus sit in nos Deus, qui Sacramentorum fontes nobis aperuit; qui diuinorum mandatorum dulcedinis participes reddidit: qui propria morte peccati mortem nobis ademit: qui futuræ resurrectionis spem indidit: qui denique & cęlestẽ gloriam pro legis suæ obseruatione nobis parauit. Hocque illud est, quod tantopere optabat Propheta Regius, vt affectu Deum gustaremus, quò scilicet intellectu prædicta perciperemus, vnde & dicebat: p *Gustate*; affectu nimirum; *& videte*, scilicet intellectu: Quid? *Quoniam suauis est Dominus: Beatus vir, qui sperat in eo*: Quomodo enim non beatus, quem Deus tanta gratuitorum donorum exornauit pulchritudine? cui & arctissima dilectionis vnione coniunctus est Christus? Quam pulchritudi-

C nem, quamve Christi vnionem haud planè intelligit, nisi qui Deum gustat iuxta sanctorum præcepta; nisi qui iuxta Prælatorum obedientiam diuinis gustib. suos pascat affectus; & ideò non dicitur simpliciter; *Pasce hœdos tuos*; sed additur: *iuxta tabernacula pastorum.* Significasse videtur, & hęc idem Propheta, vbi ad sponsam pariter loquens ait: q *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum, quoniã ipse est Dominus Deus tuus.* Aequè enim est, ac si diceret: O Anima Christi sponsa, *o pulcherrima inter mulieres*, videre, ac intelligere nequaquam poteris, quàm pulchra sis, quali

D que dilectione te prosequatur Deus; & quomodo tibi præsens assistat, tuo oblectatus decore; nisi per obedientiam tuis obtemperaueris Prælatis; nisi affectus quoque tuos paueris *iuxta tabernacula pastorum*: Idcirco *audi* prius quidquid tibi à tuis pręcipitur pastoribus: tum intellectu *vide*, Deum scilicet tibi adstantem: Si enim oblita *populum tuum*, qui in star hœdorum inani exultatione huc illucque vagatur effrenis: Si oblita *& domum patris tui*, terram videlicet, quam terrenus incoluit Adam, inclinaueris *aurem tuam* ad Sanctorum documenta, atq; ad Prelatorum præcepta, pascens *hœdos tuos iuxta tabernacula Pastorum: Concupiscet Rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus*: sed *tuus*, tibique eũ præsentem intelliges, quippe qui de semetipso asseruit: r *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum.*

DE ANIMA.

Ex gustu Dei intelligimus quãta ab illo in nos collata sint dona gratuita.

p Psl. 33. 9.

q Psl. 44. 11

r Prou. 8. 31.

PARAPHRASIS

Iuxta tertium sensum, ad Animam contemplatiuam, quę, cum in contemplatione aridam aliquando se animaduerteret, dubitans, ne sua nigredine, peccatorum nimirum reliquijs Christum offenderit, ita vt is ab se longius discesserit; ac propterea adeò superius in hac sua purganda nigredine laborauit, petiitque à sponso, vbinam ipsum reperire valeret pascentem, atque cubantem in Meridie tanti ęstus, tantæque perturbationis: Ad hanc, inquam, Animam pię aliquot, quæ in sancta conuersatione eius sunt, socię his verbis respondent, talique eam fouent consolatione, facilem illi exhibentes modum, quo de Christi in eam dilectione, de-

que

D. E B. MARIA

quę eiuſdẽ pſentia certior fieri qat: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres: egredere, &c.* Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS

Si ignoras te ipſam, quòd pulcherrima ſis inter Animas fideles, quæ Chriſto inſeruiunt; ſi propter modicum illud nigredinis, quod tibi ineſſe cognoſcis, times de pulchritudine tua; ac ppterea anxia es, quòd Chriſtum te reliquiſſe, exiſtimas: *Egredere* aliquantulum de cõtẽplatione ad actionem: *Et abi poſt veſtigia gregum tuorum;* ponè ſequens, atq; deducens fidelium, qui tibi commiſſi ſunt, greges: eoſque, qui inter illos inſtar hœdorum, inſtabiles extiterint, laſciui, ac molles in Eccleſijs, quæ *paſtorum* ſunt *tabernacula, paſce* doctrina, paſce conſilio, paſce exemplo; Sic enim planè intelliges, quàm ingẽs ſit pulchritudo, & ſanctitas tua, quippe quę vniuerſorum ad ſe alliciat oculos: ſic & exploratiſſimum tibi fiet, ſponſum tuum ob tam eximiã ſanctitatem tuã tibi adſtare, vt & te ipſam in tanta actionum varietate ſuſtentet; audies namque paſtores, ſanctoſque vniuerſos tantæ pulchritudinis tuæ commotos admiratione, miriſq; te celebrantes præconijs: Audies, quo pacto, tametſi nigra fueris aliquando; tametſi ariditatem quamdam ſentiens, à tuo deſerta tibi videaris Dilecto, ille tamẽ tibi præſens aſſiſtat, te paſcat, ſuoque in pectore cubare faciat in tali æſtus Meridie: Audies inquã illos adinuicem exclamantes de te: *ſ Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum dealbata, innixta ſuper dilectum ſuum?*

In actione aliquando percipitur Dei præſentia, quodnã percipiebatur in contemplatione.

Verſ. VIII. Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres: egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum; & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.

Singulari ex epithето illo; *Pulcherrima inter mulieres:* quo ſponſam hoc verſu exornatam conſpicimus, planè omnibus ſit perſuaſum, ea, quę hic dicuntur, ad glorioſiſſimã Dei genitricem Mariã ſpecialius pertinere, quippe quæ ſola, & mulieres vniuerſas, & quotquot puriſſimæ fuerint, ſiue futuræ ſint animæ, quæ nomen ſponſæ Chriſti mereantur, pulchritudine ita ſuperet ac ſanctitate, ſicut Sol fulgore ſtellas ſuperat omnes. At verò, qua ratione quicquid in hac ipſa ſententia dicitur, ad eamdem congruat Virginem, haud ita facilè demonſtrare fas eſt. Nihilominus ex ijs, quæ pro Superioris verſus explicatione ſunt dicta, ad ea etiã, quæ hic dicenda ſint, aditus patefiet. Etenim, ſicut ſuperiora ita expoſuimus, vt per ea ſignificatũ ſit idem, quod in Euangelio clarius expreſſit Mater

t Luc. 2. 48 Ieſu verbis ijs: *t Fili quid feciſti nobis ſic? ego, & pater tuus dolentes quærebamus te;* Sic & iſta, quæ hoc loco ab ſponſo reſponſa ſunt, eo pacto explicanda videntur, vt congruentia ſint cũ reſpõſo illo, quod in eodẽ Euangelio Ieſum ad ipſam matrem dediſ-

u Luc. 2. 49 ſe, legimus: *u Quid eſt, quod me quærebatis? Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Hoc ipſum igitur, quod ibi vt amantiſſimus filius reſpondit ad Matrem, nunc dilectiſſimus ſponſus ad eamdem reſpondet vt ſponſam, dicens: *Si ignoras te &c.* Aeque enim eſt ac ſi dicat,

Chriſtus in adytis in templo quã mor... Mari, vt ipſum inuenire facilè poſſet.

O pulcherrima, puriſſima, atque ſanctiſſima inter omnes mulieres: Si tanta anxietate *ignoras*, vbi me amiſeris, vbi & me tam ardenti deſiderio, tantoq; vt aſſeris, ſtudio per triduum à te quæſitum reperires: *Si ignoras*, ſcireq; cupis, vbi me poſthac valeas inuenire; *Egredere, & abi poſt veſtigia gregũ:* ideſt, vbicũq; ne exiſtimare potes, eſſe oues aliquas paſcendas; vbi videris ſigna & veſtigia ouium, quibus præbere mihi opus ſit doctrinæ pabulum, eò *egredere, & abi;* atque ibi *paſce hœdos tuos*, vehementiſſima nimirum deſideria tua, quibus me intueri peroptas; ibi namque me reperies *iuxta tabernacula paſtorum*, apud Scribas videlicet, & Phariſæos, & in templo, vbi commorantur Sacerdotes, qui ſunt paſtores plebis meæ: ibi enim dum ipſos interrogo; licet ipſi rebelles ſint, & paſci nolint; paſco tamen ſimplicem turbam.

D. E B. MARIA

Circa hęc autem, duo breuiter adnotanda ſunt. Primũ, quàm rectè ſibi hæc congruant: quòd Chriſtum oportuerit eſſe in his, quę Patris ſui eſſent: & quòd idem Chriſtus ibi ſit, vbi ſint ouium greges, quibus paſtum præbere eũ oporteat; Siquidẽ greges ij ſunt Patris eius: ad quos paſcendos ſe ſe miſſum ab ipſo ſignificat Patre, cum ait: *x Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſrael:* Ac bene greges illos, cum ad Matrem loquitur, *Tuos*, inquit: quia per id, quod illis ipſa peperit Saluatorẽ, ijdem, qui Patris tantummodo erant, facti ſunt ẽt ipſius, quæ mater Paſtoris eſſet, atque ſalutis.

Greges Chriſti ſunt & Mariæ greges.

x Matt. 15. 24.

Alterum, quod notã dũ ſupereſt, illud eſt, quàm aptè vehementiſſima illa B. Virginis deſideria, hœdorum ſint expreſſa metaphora. Quemadmodum enim ea eſt hœdorũ natura, vt vehementi impetu, continuoque motu hùc illucuè exiliant. Ita quoque & prædicta deſideria, quibus adeò ſibi Dilectũ filiũ ſuum inuenire, ac intueri peroptabat amãtiſſima Mater, impetu vehementiſſimo, perpetuoque motu de loco exiliebant ad locum, vbi, quem cupiebant, inuenire ſperaſſent: Hinc per totũ illud triduum Glorioſiſſima Virgo iſtiuſmodi impulſa deſiderijs, nullum Ciuitatis Ieruſalem permiſit locũ, in quem non aduolaret, quærens, quem diligebat anima eius.

Maria deſideria inueniendi Chriſtum amiſſum cur cõparentur hœdis.

Verſ. VIII. Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres: egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum; & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

Appendix Expoſitionum collecta ex Antiquis Patribus.

Paraphraſis Chaldaica: Dixit Sanctus, & Benedictus Moſi Prophetæ: Tu poſtulas, vt deleatur illis exilium: Synagoga, quæ comparata eſt puellæ pulcherrimæ, & quam anima mea diligit, ambulet in vijs iuſtorum, & ordinet orationẽ ſuã in ore Prefectorũ ſuorũ, & deducat generationes ſuas, & doceat filios ſuos, qui comparantur hœdis caprarũ, vt ambulent in domum Eccleſiæ, & in domum doctrinæ: & propter illud meritum ſuſtentabũtur in captiuitate, donec mittã eis regẽ Meſſiam, qui ducat eos in requiem ad tabernaculũ ipſorũ, quod eſt domus Sanctuarij, quam ædificabunt ei Dauid, & Solomon Paſtores Iſrael.

Cõmunis quidem eſt Sanctorum, & Antiquorum Patrum cõſenſus, ſicut & in prima litteræ expoſitione dictũ eſt, vt, quod dicitur; *Si ignoras te;* ſiue ad Eccleſiam, ſiue ad Animã dicatur, de ignorãtia ſui ipſius intelligendum ſit. Diſcrepant tamen, tum in afferenda ratione huius dicti; tum in explicandis ijs, quæ poſt prædicta verba ſubijciuntur, atque in afferendo ſenſum totius ſententiæ huius.

Athanaſius in Synopſi videtur ſentire per verba iſta: *Si ignoras te*, &c. Deum indicare animæ, vnde ei pro- Athanaſ.

APPENDIX.

ei proueniat, vt ipsum ignoret, adeoque operæpretium ei fuerit, tanto studio ipsum inquirere, ac dicere, *Indica mihi*, &c. Ex eo nimirum, quia ignoret seipsa m: simulque innuere illi & rationem, qua ipsum cognoscere queat, si scilicet cognoscat sese,

Dei cognoscit anima dū cognoscit se ipsā.

His similia videntur, quæ primo loco ait Iustus Orgelitanus, aptans hæc vt dicta ad Ecclesiam pulcherrimam inter hæreticorum sectas, dictas mulieres, quia virginitatem, quæ in Christo est, amiserunt, quasi per hæc: *Si ignoras te*, Christus ei indicare velit, haud opus esse, vt tantum laboret in ipso inquirendo: quandoquidem si cognosceret semetipsam, quibusuè decora sit gratiis, & quòd eius pulchritudinem rex concupiuit, intelligeret, intra se ipsum esse, quem quæreret, iuxta illud: *a Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

Iustus Orgel. *Ecclesia ex cognitione decoris sui arguere pōt assistētiam Dei in se.* a Matt. 28. 20.

Rupertus quoque Abbas eamdem horum verborum; *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres*: prosequens exponendi viam, censuisse videtur Christum per hæc indicare B. Virgini, qua ratione intelligere ea queat, quòd locus, in quo quiescit, sit ipsamet, si nimirum non ignoret; si cognoscat id, quod optimè illi est exploratum, pulchritudinem, ac beatitudinem suam ex fide ipsa sua, prout testata est ei Elisabeth, dicens: *b Beata quæ credidisti, quoniā*, &c. atque ex humilitate item sua esse, prout cōfessa est *c* ipsamet, cum dixit; *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Ac si Christus ita cū ea loquatur. Si ignoras, idest cum non ignores te, & vnde sis pulcherrima inter mulieres: nec ignorare potes, vbi pascam, & cubem: ibi. n. quiesco, vnde tu pulchra es, & beata: ipsaq; fides, & humilitas tua locus sunt requietionis meæ, quibus tu adeò es pulchra adeoque beata.

Rup. Abb. *Maria ex cognitione fidei, & humilitatis propria arguere potuit præsentiam Dei in se.* b Luc. 1. 45 c Luc. 1. 48

Ambros. lib. de Isaac & Anima c. 4. Christū peccatrici Animæ hæc dicere arbitratur, ac per hæc modum illi præscribere, quo eum habere queat præsentem: si nimirum cognoscat seipsam, quò nobilitate ipsa sua adiuuetur, fugiatque carnis illecebras, eius demque moderetur & motus. Sic enim ait: Nisi cognoscas te, decora inter mulieres, quæ quæreris, & relicta sis: nisi te pœniteat lapsus tui: nisi deuotionē intentionis approbes: nisi fides tua, & sinceritas augeatur; querela nihil proderit: Ac sic: Nisi cognoscas te, quia decora es, nisi pulchritudinem naturæ tuæ serues, & corporis te illecebræ non demergāt, nihil tibi naturæ melioris nobilitas suffragabitur: Cognosce igitur te, & naturæ decorem; & exi quasi exuta vinculis pedem, & carnalia integumenta nō sentias, vestigium mentis tuæ corporalia vincula non implicent, vt pes tuus speciosus appareat: Hoc est enim quod ait: *Exi tu in calcaneis gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum*; quia per greges regnū intelligimus, eò quòd potestatis sit, gregibus præsidere; præsidet autem vnusquisque sibi quadam potestate regali si coerceat in se corporis luxus, & seruituti redigat carnem suam: ideò dictū est Luc. 17. *d Regnum Dei intra vos est*. Exi igitur, ad Animam dicitur, à seruitio, exi à carnis imperio, & exi non in carne, sed in spiritu: exi ad regimē potestatis, ideò additur: *Pasce hœdos tuos*, idest regeea, quæ in sinistra tua sunt: nam si non regantur, facilè labuntur: Coerce petulantiam, & lasciuiam tui corporis: Edoma leues motus: pasce eos non in corporeis tabernaculis, sed in tabernaculis pastorum, qui regere gregem norunt: *e Sunt enim amabilia tabernacula Israel, sicut nemora obumbrantia super flumen.*

Amb. *Præsentiā Dei in se p cognitionē sui, & per mortificationē habere pōt Anima.* d Luc. 17. 21. e Num. 24. 5.

De cognitione, quam habere debet Anima quæque sui ipsius, & ad quā hic ab spōso excitatur, eleganter agit ipsemet Ambros. in Psalm. 118. Sermo. 2. vers. 1. & Serm. 10. vers. 1. necnon & in lib. 6. Hexameron c. 7. & 8. videatur ibi.

Secundum Sept.

In citato Sermo. 2. in Psalm. 118. Vt Synagogæ à Christo dicta hæc sumit, ac si is ei dicat. Nisi te cognoscens, dicas; Fusca sum, quia peccaui, sed decora, quia diligor, quia genus sum Abrahæ: nihil tibi proderit Patrum gratia: *f Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*. Non suscipio personam hominis, non suscipio prærogatiuam generis; nisi videro congruentem generi morum nobilitatem, vt fiat iusti generis electio. Quod si scias te, & cognoscas, quia peccato obnoxia es; Exeundum *in calcaneis gregum* est tibi. Exi ergo nuda pede: & *pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum*. Quæ sine peccato est; agnos pascit, oues pascit: quæ autē peccato obnoxia est, pascit hœdos, qui à sinistris sunt: Nō enim potest esse in dextera pastoris boni: sequatur magis dicentem Petro: *g Vade retro me Satan*. Sequendo Petrus, in dextera meruit collocari: ideoque ei dicitur: *h Pasce agnicolos meos*: Sed quò exeat audi: *Ad tabernacula*, inquit, *pastorum*; hoc est ad Gentes, ad dispersionem; ideoque dixit, *i Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis*: vt repleatur orbis terrarum grege Christi: significans, tunc fore saluam Synagogam, cum se huic dispersioni & gregi etiam ipsa sociauerit, qui repleuit omnē mundum: Tabernacula enim Pastorū, regna sunt terræ.

f Matt. 3. 9 g Marc. 8. 33. h Io. 21. 15 *Synagoga tūc salua, erit cum se vna cum Christo ad iunxerit dispersioni Gentium.* i Zacc. 13. 7

Gregorius Nyss. homil. 2. in Cantico, sic legens. *Si non cognoscas te ipsam, ò pulchra inter mulieres, egredere tu ex vestigiis gregum*, &c. *& pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum*: Vel, secundum aliam lectionem; *Et pasce hœdos tuos pro tabernaculis pastorum*: putansque, hæc esse verba amicorum sponsi, quib. sponsam admoneant, qua ratione ea, quæ in se hēt, tutò conseruare valeat, bona: Subtiliter hunc locū exponit contra eos, qui absque rationis vsu non cōsiderant rerum naturas: sed tantum eorum, qui vixerunt, prauum intuētes vsum & consuetudinē, aberrant à sano rerum iudicio: non prudentem aliquam ratiocinationem, sed consuetudinem, rationis expertem constituentes iudicem boni, atque honesti; vnde magnifaciunt mundanam potentiam, resque terrenas maximi æstimant, vtpote quę magis ab illis cognoscantur, quàm propriæ animæ nobilitas: vt sensus sit; O Anima, quæ ex nigra facta es pulchra, si est tibi curæ, vt longo tempore duret gratia, & decor tuæ formę, ne aberres post vestigia eorum, qui pręcesserunt; sequere rationem: non vulgarem hominum consuetudinem rationis expertem: Non aspicias ad pecudum vestigia, quę per calces eos significant, qui vitæ terrenę sunt affixi. Non est enim apertum, An sit hœdorum semita ea, quę apparet, quam tu sequeris; propterea quòd à te non cernantur, qui vestigijs suis vitam tribuerunt: postquā in mortis stabulum desieris, timendum est, ne in gregem hœdorum adscribaris, qui ad sinistram collocandi sunt, quos ignorans, eorūque vestigiis inhærens, secuta es. Exi ergo ex istis vestigiis, &c.

Gre. Nyss. *Aīa vnde propriā nobilitatē debeat arguere.*

In eadem recidūt, quę dicuntur & à Psello apud Theodoritū, existimante, per hęc tradi rationē pię Animę, qua inuenire queat oues, cognoscere scilicet, qui fidelium sint oues Christi, eosuè adire.

Psellus.

Catena trium Patrum apud eumdem Theodoritum censet, verbis hisce eidem Animædari modū quo in cognitionem sui ipsius valeat deuenire, nimirum per considerationem rerum naturalium, & per imitationem quorundam animalium irrationalium, ac si Christus ita illam affetur: ò pulchra inter mulieres, ac speciosa propter fidem, & charitatem erga me, in omni gente infidelitatis morbo labo-

Tres Patres. *In sui cognitionem aīa deuenire potest per con*

APPENDIX.

Exemplis rerũ naturalium, & per imitationẽ irrationalium.

borante, & carnis voluptatibus inuoluta: Egredere tu: Tu, inquam, ſi tibi es ignota, ſi myſterium tuum intellectu non complecteris; ex parte mentis interiore ad ſenſum progredere tu, quæ ratione prorſus es ornata; nam ſi vbi paſcam omninò vis diſcere, ne in hac quidem egreſſione oportet, te à ratione penitus in contrarium conuerti: *Egredere* autem *in veſtigiis gregum*, nempè in diuerſarum naturarum re ipſa expreſſis veſtigijs, per quæ ſigillatim indagando ratio definitur. Greges dicuntur rerum naturę: quoniam earum ſingulæ factæ ſunt dignæ, quas prouidentia ſua Deus quaſi paſtor gubernet, moderetur, ac regat. *Et paſce hœdos tuos*, turbidos, ſcilicet animi motus, vt ſiniſtræ partis retinentes locum. *In tabernaculis paſtorum*: exemplis vtique rerum naturaliũ: conuertens nimirum deſidiam in diligentiam exẽplo formicæ, & apis, imprudentiam exemplo ſerpẽtis in prudentiam, &c.

Theod.

Prælatus cõpleđi debet nedum perfectos ſed & imperfectos & peccatores.

Theodoritus quoque inter hos connumerãdus, qui ſententiam iſtam mitius accipiunt, vt continentem eruditionem; ſiquidem arbitratur, per hæc à Chriſto quamlibet edoceri piam Animam, ſed eam in primis, quæ alijs præeſt; vt nedum iuſtorum rationem habeat, ſed etiam peccatorum, ac ſi is dicat: Te ipſam aſpiciens, ò anima, & dotes tuas conſiderans (pulchra enim es facta, & mulierum omnium formoſiſſima) quæ tui ſunt ſimiles agnoſce; Sin te ipſam ignoras, veſtigia gregum explora, Sanctorum vitam perſcrutare, & in illorum tabernaculis, ideſt in Apoſtolicis Eccleſijs hœdos tuos paſce, cum in Euangelijs audieris: *K Videte, ne contemnatis vnum de puſillis iſtis minimis, qui in me credunt.*

K Matt. 18. 11.

Alij in horum expoſitione alia procedunt via; vt per hæc ſponſus ita ſponſam hortetur ad ſui cognitionem; vt tamen ſimul iungat & comminationem malorum, quæ illi immineant, ſi hanc deſpexerit cognitionem ſui ipſius: eſtque hæc exponendi ratio multò apud Patres frequentior, quàm præcedens. Tametſi & inter eos, qui hanc ſequũtur, multiplex ſit varietas.

Bernar.

Quidam enim comminationem aggrauant quã maximè poſſunt, ponderantes ſingula: inter quos præcipuus eſt Bernar. qui ſer. 38. in Cant. exiſtimat, Animam piam hoc loco dura increpatione à Chriſto argui, propterea quòd ignorans, quòd adhuc in corpore ſit, auſa eſt petere, vt indicaretur ſibi locus gloriæ Dei: Quamuis enim pulchra ſit, pulchra tamen eſt inter mulieres, inter carnales, ac ſæculares animas, nihil in ſe virile habentes, nihil forte, aut conſtans in actibus ſuis demonſtrantes, ſed totum remiſſum, totum femineum, & molle, quod viuunt & quod agunt; cum ipſa iam non ſecundum carnẽ ambulet, ſed ſecũdum ſpiritum: ex eo nihilominus quòd adhuc in corpore viuit, citra perfectum adhuc pulchritudinis proficit, ac proinde nõ pulchra omnimodo & inter Angelicas beatitudines. Reuocatur ergo, inquit Bernardus, ad ſe ipſam, & ignorãtia conuincitur, & inſolentia caſtigatur. Terribiliterque ſponſus intonat in dilectam, non tamquam ſponſus, ſed tamquam magiſter humilitatis: & non quaſi, iratus, ſed vt territa purgaretur, purgata idonea redderetur huic ipſi, cui inhiat, viſioni: vt deſinat, donec inter mulieres verſatur, inquirere, quæ apud ſublimes illas ſunt poteſtates, ſolis ipſis perſpicua, ſolis licita, tamquam cæleſtibus cæleſtia ad videndum. Quod autem intonat, & comminatur tale eſſe, ait in ſer. 35. Si te ignoras: Si indignam te neſcis illa tua familiari, & ſuaui rerum contemplatione cæleſtium, ac diuinarum: Si ignoras tui excellentiam, meique bonitatem, quæ ſemel à me, didiciſti,

Spiritalis anima in hac vita habet pulchritudinẽ imperfectam.

Anima, quę ſemetipſam ignorat, fit deterior iumentis.

& accepiſti, intrare ad te ipſam, & in intimis tuis meam præſentiam ſuſpirare: Egredere de Sanctuario meo, corde tuo, vbi ſecretos, ſacroſque veritatis, ac ſapientiæ ſenſus dulciter haurire ſolebas: & magis, tamquam vna de ſæcularibus paſcendis, & oblectandis tuæ carnis ſenſibus intricare: Hœdos quippe dicit vagos, & petulantes corporis ſenſus, per quos peccatum, tamquam mors per feneſtras intrauit ad animam. Bene autem congruit quod ſequitur: *Iuxta tabernacula paſtorum*: Non enim ſupra, ſicut agni: Sed iuxta tabernacula paſtorum hœdi paſcuntur; Paſtores ſiquidem, qui verè Paſtores ſunt, licet tabernacula habeant de terra, & in terra, corpora ſcilicet ſua his diebus, quibus nunc militant: non tamen de terra, ſed de cæleſtibus paſcuis dominicos greges paſcere conſueuerunt: neque. n. ſuam eis, ſed Domini prædicant voluntatem: At hędi, qui ſunt corporis ſenſus, cæleſtia non requirunt, ſed iuxta tabernacula paſtorum, ex omnibus ſcilicet bonis ſenſibilibus huius mundi, quæ eſt regio corporum, ſumunt, vnde ſua deſideria non tam ſatiẽt, quàm irritent. Hæc Bernardus in ſerm. 35. vbi ſubtiliter põderat, quare non ſit dictum ſimpliciter; *Egredere*: ſed; *Egredere, & abi*; non cum gregibus: ſed; *poſt veſtigia gregum tuorum*; Quoniam, ait, propter ſui ipſius, ac Dei ignorationem homo egregia creatura gregi admixta eſt: Hinc cum beſtiali ſimilitudine Dei ſimilitudo putata eſt: hinc ſocietas cum iumentis pro conſortio Angelorum inita eſt, iuxta illud Pſalmi: *l Homo cum in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Verùm præſenti ſententia ſignificatur, cum, qui prius beſtijs æquabatur, nunc & poſtponi, idque ſignificat, *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum.* Cõuincitur enim ire poſt greges homo & in pręſenti vita: Siquidem eo ipſo cenſetur egredi poſt gregalia animantia, quòd ſolus ipſe conuerſatione degeneri iura naturæ transgrediens, rationis compos, rationis expertia moribus & affectibus imitatur. Pecus quidem ſi ſe ratione non regat, excuſationẽ habet à natura, à qua hoc ei munus penitus denegatum eſt, quam excuſationem non habet homo, cui ab ipſa natura ſpeciali prærogatiua illud eſt datum.

l Pſ. 48. 13.

Neque ſolùm in hac vita, ſed & in futura conuincitur ipſe homo, ire poſt greges extremitate pœnæ.

Nam homines quidem meritò ignorantiæ ignorari, ideſt reprobari, & ad tremendum illud iudicium ſtare debent, & igni perpetuo tradendi ſunt, non autem pecudes. Nec dubium, fore deterius his qui ſic erunt, quàm his, quæ omninò non erunt: *m Melius ei fuerat, inquit, ſi natus non fuiſſet homo ille*: non vtique ſi natus non fuiſſet omnino: Sed, ſi natus non fuiſſet homo, ſed, verbi gratia, aut pecus, aut alia quæpiam creatura, quę quoniam iudicium non habet, ad iudicium non veniet, ac per hoc, nec ad ſupplicium.

m Matt. 26. 24.

Conſentientia his habet Hugo de Sancto Victore Erudit. Theolog. ex miſcellan. 2. lib. 1. tit. 82.

Hugo Vic.

Origenes quoque homil. 1. ex duabus, licet haud pro iumentis greges ſumat, atque hœdos, ſed metaphoricè: pari tamẽ modo ita hęc accipit, ac ſi Chriſtus ad eamdem Animam dicat.

Origen.

Ignorantia ſui ipſius cauſat Animæ, vt ſit nouiſſima inter peccatores.

Si non cognoueris te, quoniam regis es ſponſa, & à me facta formoſa, id tibi erit in pœnam, quòd nouiſſima fies in veſtigijs paſtorum, idque non inter oues, & iuſtos: Sed inter hædos, & peccatores, cum quibus habitans, non poteris habere partem mecum.

Idem tamen Origenes homil. ſecũda, ex quatuor mi-

APPENDIX.

Cognitio sui ipsius duplex: altera quoad substantiã: altera quoad operatiões.

minùs post multa distinguit cognitionem sui; vt altera sit quoad motus & affectus animi, per quá cognoscat vnusquisque, quomodo se habeat circa bonum, ac malum, circa virtutes, ac vitia; Altera verò sit quò ad substantiam eiusdem Animæ, per quam intelligatur, qua ratione Anima sit incorporea, extrinsecus aduenieus, immortalis, facta ad imaginẽ Dei, & cetera huiusmodi. Hac distinctione posita, multisque circa illius explicationem dictis: ita hũc locum exponit, vt hæc a Verbo Dei dicantur ad Animam, quæ in profectibus posita est, nondum tamen ad summum perfectionis ascendit, quæ pro eo quidem, quòd proficit, pulchra dicitur: vt autẽ peruenire possit ad perfectionem, fiat ad eam comminatio necessaria, quòd nisi semetipsam cognouerit, qualis scilicet sit in moribus, & in actionibus, inquirendo de suis profectibus, & perscrutando de proprijs vitijs; nisi cognouerit, quàm sublimis creata sit naturæ, & cetera huiusmodi: nisi vigilãter se exercuerit in lege diuina, continget ei, de his singulis opiniones colligere diuersorum, & sequi homines, nihil egregium, nihil ex spiritu locutos: hoc est enim, exire in vestigijs gregum, & eorum doctrinã sectari, qui, etsi ipsi permanserint peccatores, nullũ peccatoribus remedium prouidere potuerint: quos qui sequitur, hœdos vtique, qui peccatorum typũ gerunt, videbitur pascere, circumiens tabernacula pastorum, diuersas scilicet sectas Philosophorum. Concludit demum, vt in summa hoc intelligatur; quia necesse est, animam eam præcipuè, quæ bona, & pulchra est, sensibus, & ingenio vigilans, cognoscere semetipsam, & dare operam ad sui agnitionẽ per exercitia doctrinæ, & studia diuina, ac per hoc agi spiritu Dei, & spiritu adoptionis; Aut, si talis hęc anima semetipsam neglexerit, & à diuinis studijs, declinauerit, necesse est, eam operam dare studijs mundanis, & sapientiæ sæculi, & agi *n* spiritu huiusmundi *o* iterum in timore iuxta Apostoli dictum. *Pulchram*, non simpliciter, sed, *inter mulieres*, dici ait, animam, quam hic alloquitur spõsus, quia per pulchritudinem suam præcellat ceteras, nõ virgines, sed mulieres, illas scilicet, quæ corruptionẽ passæ sunt, nec in Virginitatis integritate permanserunt.

Cognitionẽ sui ipsius negligẽs necesse est implicetur multis erroribus.

n 1. Cor. 2. 12.
o Rom. 8. 15.

Cum his consentiunt, quæ dicuntur à Philone Carpathio: Iusto Orgelit. Aponio, atque Anselmo in explicatione pœnæ, quam eidem animæ semet ignoranti comminatur sponsus per ea verba; *Egredere*, &c.

Neque ab ijsdem valdè dissentiunt, quæ dicuntur à Gregor. Papa in Iob. lib. 16. cap. 21. & lib. 30. cap. 12. Sed expressius expositione in Cantica, vbi ait. Si ignorat se sponsa, egrediatur, & abeat; quia quisquis nescit, se in hoc positum, vt tẽtationes per sufferentiam vincat, à familiaritate Christi recedit quia in bello positus cum Domino suo pugnare recusat; ignoratque, vbi desit pugna, deesse & coronam. Dignè ergo à pugnatoribus secernitur, vt vestigia gregum sequatur; quia dum prudentes quosque imitari negligit, necessariò reprobos sequitur, quos stultitia brutis animalibus fecit similes: atque immundas cogitationes quasi hœdos lasciuos in corde nutrit; & efficitur ei similis, etiam quia à fide recedit; siquidem per tabernacula pastorum, cõuenticula exprimuntur hæreticorum, quia à fide recedunt. Quo loco Gregorius id, quòd de ignorantia sui arguitur Anima, non tam de ea accipit ignorantia, qua illa ignorat nobilitatem sui ipsius, prout accepit in citatis locis librorum moral. quã de ignorantia illa, qua eadem ignorat necessitatem, & vtilitatem tribulationum, quibus opus est, vt pugnent

Greg. PP.

Ignorans, se tribulationibus à Deo subiectum esse quid patiatur.

A iusti quilibet in hac vita.

De qua ignorantia idipsum accepere & Cassiodorus, & Beda, aptantes comminationem hanc ad Ecclesiam quamdam particularem: seu ad animã, quę alijs præsit, deficientem in tribulationibus, in hũc modum; vt Christus, respondens ijs, quæ in præcedentibus ab illa dicti fuerant, sic eam compellet. Quid ita loqueris, quasi à me possis in tentatione vlla ratione deseri; teque in custodienda ab hostib. nostra vinea nimio feruore, quasi meridiani solis, denigratam esse, quereris, quam ipse per lauacrum regenerationis iam pulchram inter mulieres, idest inter aliorum dogmatum Synagogas esse donaui, sed pulchriorem multo tribulationum examinatione reddendã esse disposui? Quod si hæc fortè ignoras, nec reminisceris, quia nemo coronatur, nisi qui legitimè certauerit; *Egredere* à meo consortio, & *abi post vestigia gregum*: idest errantium actus imitare, cum te ipse magis vnius mei gregis custodem esse, decreuerim, cui vnum esset ouile, & vnus pastor: *Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*, idest perditos nutri auditores, secuta insipiẽtium doctrinas magistrorum, relictis verbis prudentium, quæ per magistrorum consilium dantur à pastore vno. Namque ipse quidem te, si me diligis, meos agnos, idest simpliciter mihi, & innocenter seruientes animas, verbo salutis pascere iussi: tantam huic officio curam te impendere volui, vt malles, cuncta pati aduersa, ipsius etiam mortis subire tormentum, quàm ab eorum pastione desistere. Quòd si ignoras, te sub huiusmodi conditione mihi esse desponsatam, tuos potius hœdos pasce, idest erraticis sociare Doctoribus, præbe luxuriosis, & superbis, qui & rectè hœdi vocantur, & tui hœdi, videlicet, qui ad sinistram sunt in iudicio ponendi: Tui vero, quia non iuxta meorum regulam mandatorum: Sed iuxta tuos magis instituuntur errores, idest eos, quibus antequã mihi iungereris, retenta es: Non hæc autem iubendo Dominus (ait Beda) sed potius minitando loquitur, & insinuando, quid proueniat eis, qui tentationum aduersa non ferentes, ab Ecclesiasticæ pacis se vnione secernunt.

B

C

Cassiod. Beda.

Tribulationes ac tẽtationes patiẽter nõ ferens, quid patiatur.

D Augustinus quoque ad Ecclesiam hanc comminationem factam arbitratus est, pertractatque hũc locum sæpius Epist. 48. ad Vincentium: lib. 2. cõtra 2. Epistolam Gaudentij, lib. de Pastoribus ca. 15. sed præstantius serm. 50. de verbis Domini, dicẽs: Corripit sponsus, vt constringat, vt seruet. Nisi cognoueris temetipsam, inquit, ò pulchra inter mulieres, quãtumlibet enim sint aliæ pulchræ donis viri tui, hæreses sunt: ornatu, non visceribus pulchræ sunt: foris extrinsecus nitent, nomine Iustitię se dealbãt: omnis autem pulchritudo filiæ regis intrinsecus: Nisi ergo cognoueris temetipsam, quia vna es, quia per omnes gentes es, quia casta es, quia colloquio peruerso malorum sodalium corrumpi non debes: Nisi cognoueris temetipsam, quòd rectè mihi desponsauit ille Virginem castam exhibere Christo, rectèque te mihi exhibeas: ne malis colloquijs, sicut Serpens Euam seduxit astutia, sic & tui sensus corrumpantur à castitate tua: Nisi ergo talem cognoueris temetipsam: Exi, Tu exi. Alijs enim dicturus sum: Intra in gaudium Domini tui: Tibi nõ dicam: Intra, sed, Exi; vt sis inter eos, qui ex nobis exierunt; Exi tu: Sed nisi cognoueris temetipsam, tunc exi. Si autem cognoueris temetipsam; intra. Si non cognoueris, exi tu in vestigijs gregum & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Exi in vestigijs non gregis, sed gregum: & pasce, non sicut Petrus oues meas: sed hœdos tuos in tabernaculis non pastoris, sed pastorum, non vnitatis, sed dissensio-

E

August.

Fideles ignorãtes excellentiam Ecclesię Catholicæ facile incidunt in foueas hæreticorum.

LITTERA. ſionis; non ibi poſita, vbi eſt vnus grex, & vnus paſtor.

Hierony. Hieronymus Epiſtola 22. ad Euſtochium, Virginem Chriſto ſponſatam increpatam, per hæc accipit, ac ſi Chriſtus ipſe ita illam alloquatur. Sis licet pulchra, & inter omnes mulieres ſpecies tua diligatur à me ſponſo tuo: niſi te cognoueris, & omni cuſtodia ſeruaueris cor tuum: niſi oculos iuuenum fugeris, Egredieris de thalamo meo, & paſces hœdos, qui ſtaturi ſunt a ſiniſtris.

Virgo quę cuſtodire debeat decorem ſuum Chriſto.

Aponius. Aponius denique ſumit hæc, vt comminationẽ factam à Chriſto ad Synagogam, quæ minimè agnouerit, quantis, & qualibus à Deo ſuo decorata ſit prærogatiuis, & quibus illuſtrata ſit gratijs: Sic verò ipſam explicat comminationem, vt egrediatur de proprio ſolo in captiuitatem poſt veſtigia variarum gentium, gregum violenter ipſam trahentium, & paſcat cæremonijs legis Moſaicæ filios ſuos, hœdos, à ſiniſtris collocandos, iuxta tabernacula paſtorum, ideſt iuxta religionem, Regum, & Principum, in quorum regna, & poteſtatem tradetur. Ideò autem iuxta tabernacula, & non intra paſcere hœdos ſuos, dicitur, ait Aponius. Quia cum videretur idololatriis minimè ſeruire, tamen filios ſimiles paſcit, quos neſciet Chriſtus in die Iudicij; & cum ſe extollit, legem Moyſi, & ritum circumciſionis cuſtodire, iuxta eſt impietatem eorum, qui idola colunt.

Synagoga quanta mala prouenerit ex ignoratione collatarum ſibi gratiarum.

Verſ. IX. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, Amica mea.

Expoſitio Prima. Iuxta Litteralem ſenſum.

AMantibus conſuetum id eſſe ſolet, vt quam rei amatę pulchritudinem propriis verbis iuxta mentis conceptum exprimere nequeunt, translatis ſimilitudinibus aliquot, ſaltem vel delineare contendant: ſæpius id in hoc amoris Cantico obſeruare fas erit.

Sed & in his, quæ præ manibus habemus, hoc ipſum cernere eſt. Enimuerò poſt longam ſponſæ expectationem: poſt diutina dilecti videndi deſideria: poſtque multas de tanta mora querelas, cum aduentaſſet tandem ſponſus, ſtatim in ſuperiori verſu commendare ſtuduit dilectæ pulchritudinem, dicens: *ò pulcherrima inter mulieres.*

Verùm quia tam eximiam, qua mulieribus omnibus præſtabat, pulchritudinem haudquaquam propriis verbis planè commendari poſſe intelligebat, egregia ſanè ſimilitudine, præclariſſimo illã in hac ſententia extollit præconio.

Vt autem dilucidè & allatæ ſimilitudinis, & ipſius præconij vis percipi queat à ſingulis, Notandum, prò eo, quod in noſtra lectione habemus; *Equitatui meo*: In originali Hebraico legi לסוסתי leſuſathi Quæ dictio duplicem cauſauit difficultatem: Alteram, quòd cum סוסה ſuſah ſit ancipitis ſignificationis, quatenus ſignificat & equam feminam, & equitatum, diſſident expoſitores in ipſius ſimilitudinis explicatione, adaptãtibus quibuſdam illam ad equitatum, aliis ad equam, quam difficultatem auget & Græcus textus Septuaginta Interpretum, qui pro ancipiti dictione hebraica, ancipitem poſuerunt & Græcam τῇ ἵππῳ, ἵππον nã que in feminino vtrumque ſignificat, & equam, & equitatum. Cauſauit & alteram difficultatem prædicta dictio לסוסתי leſuſathi; ſiquidem nonnulli, exiſtimantes, iod illud, quod in eius eſt fine, eſſe paragogicum, redundans, prout ſæpius in Scripturis Sacris contingere ſolet, & prout exempli gratia in vno primo verſu Threnorum ter contigiſſe obſeruatur in dictionibus רבתי rabbathi, bis: & שרתי ſarathi: legentes, *equa*, vel, *equitatus*, abſq; iod, *mea*, vel, *meo*, cenſent ſimilitudinem fieri ad equam, vel equitatum in genere, non ad particularia Salomonis. Alij ècontra id nullatenus hoc loco admittentes, prædictum Iod, vt affixum, & pronomen accipiunt feminei generis: & legunt: *Equa mea*, vel, *Equitatui meo*.

LITTERA.

Secundò ad eiuſdem ſimilitudinis intellectum recolenda ſunt, quæ in libris Regum, & Paralipomenon de equis Salomonis dicuntur: Siquidem in lib. 3. Regum hæc legimus: a *Congregauit Salomon currus, & equites, & facti ſunt mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitum, & diſpoſuit eos per ciuitates munitas, & cum Rege in Ieruſalem.* Et poſt pauca: *Et educebantur equi Salomonis de Aegypto, & de Coa, & ſtatuto pretio perducebant: Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto ſexcentis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta: Atque in hunc modum cunctis Reges Hethæorum, & Syriæ equos venundabant.* In ſecundo autem libro Paralipomenõ legimus: b Salomonẽ habuiſſe quadraginta millia equorum in ſtabulis, qui ei adducebãtur de Aegypto, tamquã ex communi ceterarum regionum emporio.

a 3. Reg. 10. 26.

b 2. Par. 9. 25.

I. SENSVS.

His animaduerſis: Similitudinis, quæ hoc loco affertur, ad ſponſę pulchritudinem exprimendam, duplex afferri poteſt ſenſus.

Primus eſt, vt ſimilitudo ipſa fiat ad equam, vel equas, quæ ſint in curribus aduectis ex Aegypto; qui nomine Regis eius Pharaonis ſignificatur: ſitque hæc ſimilitudo ducta ad declarandum liberale illud, & ingenuum, quod elucebat in ſponſæ facie. Hunc ſenſum ſequuntur plures etiam ex noſtris, ſed in primis Legionenſis: confirmatque illum primò ex naturali Equarum pulchritudine, cum equi præſtent inter omnia animantia, apta membrorum, & totius corporis compoſitione, atque figura, inſitque illis elegans quiddam, ac generoſum, idque tum molli flexu crurum, tum elatione ceruicis, oculorumque alacritate, tum ſpiritu ipſo, atque hinnitu: eadem ipſis equis ſpecioſiora equę habent feminæ.

Secundò, exemplo Lyrici, qui hac ipſa ſimilitudine equæ feminam adoleſcentem, virique expertem in hunc modum commendat: Quæ velut latis equa trima campis Ludit exultim, metuitque tangi.

Verùm, quamuis ſenſus iſte haud ſit contemnendus; cum tamen ferè omnes, quotquot viderim Patres, ancipites Hebraicam, ac Græcam dictionem, pro equitatu, iuxta noſtram accipiant lectionem, haud tanti mihi facienda videtur vel Hebræorum opinio, vel Lyrici Poetæ auctoritas, vt hoc vno ſenſu contenti ſimus: præſertim, cum multò aptius pulchritudo ſponſæ, eiuſque grauitas, atque maieſtas cum equitatu comparetur, quàm cum equa: & cum videamus intra eamdem ſponſam comparatam cum exercitatu, & acie inſtructa. Sit ergo ſecundus, atque præſtantior ſenſus, vt per ea, quæ hic dicuntur, tale quid ſibi velit ſpõſus.

II. SENSVS.

Tanta eſt pulchritudo, grauitas, atq; maieſtas faciei tuę: tamq; tui aſpectu delector, quàm delectari ſolent homines intuentes pulcherrimum equitatũ meum, qui conſtat curribus Pharaonis, ideſt pulcherrimis, ac præſtantiſſimis. Vel, o amica mea, tanta eſt pulchritudo tua, vt eam aſſimilauerim equitatui meo, &c. Nam ſicut ipſo equitatu meo com-

PARAPHRASIS.

LITTERA.

complures gentes superare, ac mihi subdere soleo: ita & tu pulchritudine tua omnes, ac me in primis tibi subditum reddis, atque deuincis. Non prætereundum hoc loco, quod rectè notatum est à Legionensi: cum enim præsens similitudo ex equitatu, & curribus, non videatur esse similitudo pastoralis, atque ex pronomine, *meo*; manifestè indicet Salomon, se hic loqui sub persona propria, non sub persona pastoris, dicendum, ipsum in hoc allegorico opere illam tenere scribendi rationem, quam scriptores vniuersi probati seruare solent: vt licèt vt plurimum se sub persona pastoris inducat loquentem, non numquam, ea persona detracta, se manifestet loquentem: sicque ipsam allegoriam variet, atque distinguat, vel, vt satietati occurrat, quam perpetuus verborũ translate positorum vsus afferret: vel, vt orationi lumen inferat, seque ipse interpretetur. Vide Legionensem variis id tum Sacrorum, tum profanorum exemplis comprobantem.

Quòd si absque pronomine, *meo*, legamus: *Equitatui in curribus Pharaonis*: prout eos legere notauimus, qui putant, in dictione Hebraica Iod esse redundans: tunc tertium afferre licebit sensum, qui animæ sit maximè congruus, nec tamen à littera sit alienus; vt sit allusio ad equitatum, *e* quem in equis, & curribus instruxisse, legimus Pharaonem aduersus fugientes Hebræos: fiatque per hæc responsio ad id, quod in Versiculo septimo, dictum fuerat à sponsa: *Indica mihi, & cæt. Ne vagari incipiam*; vel; *ne fiam veluti cooperta post greges Sodalium tuorum*: & sensus sit: sponsæ haudquaquam metuendum de sponsi sodalibus: quandoquidem, etsi ipsa pulcherrima sit instar pulcherrimi equitatus: est tamen vniuersis aliis, præter quàm sibi, vniuersis sodalibus suis ita terribilis propter insignem honestatem, eximiamque maiestatem, quæ in eius elucent vultu, sicut Hebræorum populo terribilis antiquitus extitit equitatus in curribus Pharaonis. Quòd autem hic sensus à Littera non sit alienus, exinde colligi potest, quòd in capitulo sexto, hæc ipsa sponsa præter complures, summasque alias laudes, hac in primis commendatur à sponso, quòd sit terribilis vt castrorum acies ordinata. Nec quispiam alius exercitus adeò vnquam Hebræis extitit terribilis, ac metuendus, sicut equitatus ille in curribus Pharaonis: de quo in Exodo legimus, *d* Pharaonem iunxisse currum, & omnem populum assumpsisse secum: Tulisseque *sexcentos currus electos, & quicquid in Aegypto curruum fuit, & duces totius exercitus*: & subdit textus: *Cumque appropinquasset Pharao, leuantes filii Israel oculos, viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valde*. Ac benè ex hoc Pharaonis comitatu sumpsit sponsus similitudinem, quoniam illius terror singulis Hebræorum ita esset perspicuus, vt & sponsa ipsa, quæ equitatus exercitusque minimè vidisset, optimè propositam perciperet similitudinem.

III. SENSVS.

e Ex. 14. 6

d Exod. 14. 6. & 10.

Origenes alio pacto hanc Pharaonis historiam præsenti aptat sententiæ, quartumque nobis suggerit sensum, vt sponsus per hæc probare velit, sponsam pulcherrimam esse inter mulieres, easq; omnes pulchritudine superare, æque ac in mari rubro equitatus Dei, currus superasse legimus Pharaonis: Ac si dicat.

IIII. SENSVS.

Sicut tunc in Aegypto, cum Pharao, persequẽs populum Israel processit in curribus, & equitatu: & meus longè præcellebat ipsos Pharaonis currus, vtpote qui illos superauerit, & in mare demerserit. Ita & tu amica mea sponsa præcellis omnes mulieres, similis effecta ipsi equitatui meo: nullaque mulier alia pulchritudinis viribus te est potentior, quippe quę per eas, & me ipsum deuiceris. Iuxta hunc autem sensum Salomon hoc loco clarè proponet Deum, in persona propria loquentem, non iam sub persona pastoris, aut ipsiusmet Salomonis: quod nequaquam dissonum est à Littera: Sicut nec à Littera dissonat, vt iuxta primos sensus Salomon, pastoris persona exutus, semetipsum in propria persona loquentem inducat: quemadmodum enim iuxta prædictos sensus propriam ei licuit inducere personam, vt omnes intelligerent, ipsum esse, qui per totum hoc Canticum sub metaphora loqueretur pastoris: ita multò magis Deum ipsum in propria persona inducere secundum præsentem potuit sensum, vt singulis fieret perspicuum id, quod ipse intenderet in hoc Cantico, sub sua, atque pastoris persona, Deum metaphoricè loquentem proponere.

LITTERA.

Vers. IX. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, Amica mea.

Expositio Secunda, de prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

INter varia, ac magnifica, quæ in scripturis Sanctis Deo adscribuntur nomina, nullum fortasse frequentius est reperire eo, quo dicitur Dominus Deus exercituum: Si quid autem est, quod curiosius indagandum sit, hoc mihi videtur præcipuum, qua ratione nomen istud Deo conueniat, cum iuxta Apostoli dictum, *a Non sit dissensionis Deus, sed pacis*: & exercitus è contra non pacis sint, sed dissensionum, atque bellorum: Et cur tam frequenter in Sacris paginis eo nuncupetur.

Dominus Deus exercituum cur dicatur is, qui è Deus pacis.

a 1. Corin. 14. 33.

Et quidem si exactiùs nominis huius vim perscrutemur, inueniemus, eximiam ex illo in Deum prouenire gloriam, & gloriam duplicem, potentię nimirum, atque pulchritudinis. Porrò cum tria inter creaturas sint, in quibus hæc duo maximè eminent, Angelici videlicet spiritus, stellæ cœli, atque armatorum hominum copiæ: hæc tria hoc nomine militiæ, & exercitus in Sacris litteris nuncupari solent: ideò iure optimo is, qui tum pulchritudine, tum potestate etiam his tribus supereminet exercitibus, Dominus exercituum nuncupatur, Nam quamuis Angeli tantæ sint potestatis, vt *b* vnus solummodo eorum vna nocte interficere potuerit centum octoginta quinque millia Assyriorum; tantæque sint pulchritudinis, vt vnus ille, quem aliquando *c* in medio trium puerorum vidit Nabuchodonosor, similis filio Dei dictus sit: Tantum tamen eorum pulchritudo vel nihil, vel modicum quid est in comparatione pulchritudinis Dei, vnde in lib. Iob dicitur, *d* Deus in Angelis suis reperisse prauitatem, non solum quia in Angelis ijs, qui ab ipso apostatarunt, fœdissimam reperit peccati maculam, verum etiam quia eos, qui in propria perstiterunt pulchritudine, in infinitum reperit distantes à summa illa prima, ac infinita pulchritudine sua. Nec eam, quam adeò magnam habent, potestatem vllatenus exercere valent, præterquam ad nutum supremæ potestatis Dei, cui subiecta sunt omnia. Idipsum & de secundo, ac tertio exercitus genere dicendum: & de tertio quidem armatorum hominum nihil est, quòd quidpiam dicatur, cum quotidiana probemus experientia, immensos hominum exercitus ad simplicem

Deus dicitur Dominus exercituum propter eximiã pulchritudinẽ, ingentemq; potentiam.

b 4. Re. 19. 35.

c Dã. 3. 92.

d Iob. 4. 18

DE EC-CLESIA.

cem Dei nutum in nihilum redactos Sidera verò, A & vniuersa militia cœli, si ingentem, ac maximam in sublunaribus suo influxu habent potentiam; Si inter omnia, quæ nostro obiiciuntur aspectui, sunt maximè pulchra: quicquid tamen per admirabilem suam vim influunt, ex diuino pendet concursu, ex diuino prouenit iussu: & quicquid pulchritudinis habent, id omne immundum ac turpe est respectu pulchritudinis Dei: *e Ecce enim*, inquit Baldad Suites in libro Iob, *Luna etiam non splendet; & Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Propter hæc duo igitur, pulchritudinem, ac potentiam, quæ in hoc triplici exercitus genere maximè effulgent, dicitur Deus Dominus exercituum. Quòd propter pulchritudinem, colligitur ex insigni illo præconio, quo *f* Seraphim, tantum commendantes decorem, clamabant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria*, idest decore eius: Quod verò propter potentiam, patet ex illo item Isaiæ, quo dicitur: *g Propter hoc, dicit Dominus Deus exercituũ, fortis Israel.* Porrò sicut per istiusmodi comparationem ad exercitus, hanc duplicem homines in Deum conferunt gloriam; ita singulari certè mysterio & Deus ipse, cum hac eadem duplici gloria honestare homines voluit; cum Ecclesiam, fidelium hominum collectionem, sponsamque dilectam ex his duobus, pulchritudine commendatę voluit, atque potentia; exercitui eam similem asseruit, talique exercitui, qui apud homines & pulchritudine, & viribus sit prĕstantior; nempe equitatui, qui instructus sit ex currib. præstantissimis: Sic enim ait: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea*: Ac si dicat.

e Iob 25.5

f Isa. 6.3.

g Isa. 1.24.

Similitudine equitatus commendatur ecclesia ex pulchritudine & ex potentia.

PARAPHRASIS.

O Ecclesia, quam mihi meo reconciliaui sanguine, ita vt iure amica mea dici debeas, dixi iam, te esse pulcherrimam inter omnes mulieres: pulchritudine, ac sanctitatis decore vniuersis aliarum sectarum præstare collectionibus; atmodo adeò magnam dico, esse hanc pulchritudinem tuam, vt tantum mihi per illam præstetur oblectationis, cum eam intueor, quantum hominibus exhiberi solet voluptatis ex visione pulcherrimi exercitus, qui perpulchris constet & equis, & curribus: quin per hanc ipsam, qua excellis, sanctitatis pulchritudinem, nil minus, quàm potentissimus equitatus, iis polles viribus, atque potentia quibus reliquas superas sectas, & quod maius omnibus est, meipsum tibi subiectum quodammodo reddis.

Origenes. Ambros. Aponius. Bernard.

Equitatui sanè debuit comparari, quæ ex magna equorum instructa est multitudine: Tot enim in se fortissimos habet equos Ecclesia, quot habet & fideles, quod clarè per Zachariam Prophetam significatur ijs verbis; *h Visitauit Dominus exercituum gregem suum, domum Iuda*, idest Ecclesiam: *Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello*: Non dicit; posuit eos equos: Sed, quasi equum gloriæ suæ, vt idipsum innueret, quod Sponsus significat, dicens; *Equitatui meo assimilaui te*; Quamuis etenim fidelis quisque, & vnaquæque anima equus sit Domini, totque in Ecclesia sint equi, quot dorsum suum curuauerunt, vt suscipiant sessorem Verbum Dei super se, & frenum eius patiuntur, vt quocumque is voluerit, flectat eas, & agat habenis præceptorum suorum; tanta nihilominus in illis est charitatis vnio; vt contra fidei, bonorumque morum aduersarios talem constituant equitatum, qui sit quasi vnus equus gloriæ Dei in bello; multò namque maiorem gloriam & sibi, & Deo per tam arctam conciliant vnionem, quam quæ ex validissimo plurium exercituum robore, posset conciliari: Vnde subiicitur per Prophetam. *Et erunt quasi fortes, conculcantes lutum viarum in prælio: bellabunt, quia Dominus cum eis, & confundentur ascensores equorum.* Nec enim quotquot in mundo sunt superbissimi equi; nec quotquot ex Inferno insurgunt ascensores equorum, contra Ecclesiam quidpiam habere possunt virium, cum à Domino, posita sit, quasi equus gloriæ eius: cùm Dominum habeat sessorem: cum equitatui similis sit Regis Pacifici, vtpotè quam Rex Pacificus nedum equitatui suo assimilauit, sed & equitatui, & curribus. Per hoc quippe Apostoli, & qui in Ecclesia prędicationis munus exercuere, tam fortiter cõtra ad B uersariorum sectas dimicati sunt, & contra potentissimos præliati sunt hostes: per hoc, iuxta Prophetæ vaticinium, *quasi fortes extiterunt, conculcantes lutum viarum in prælio*; quia curribus similes se se exhibuerunt Quemadmodum enim currus, vix per modica rotarum puncta terram tangens, velocissimo cursu quodlibet perficit iter, celerrimoque rotarum motu quicquid sibi obijciatur, conculcat & terit. Ita & illi, quia vix per ea, quæ carnis necessitas requirit, rebus adhæsere terrenis, quia in carne ambulantes, non secundum carnem ambularunt; vniuersam peragrantes terram, celerrimo cursu per totum terrarum orbem Euangelium prædicarunt, breuissimoque temporis spatio quascumque sibi contrarias contriuere potentias. Vnde factum C est, vt tam pulchra esset Ecclesia, quæ mereretur assimilari *Equitatui Salomonis, in curribus.*

h Zach. 10 3.

Equi Dei in ecclesia tot sunt; quot sunt sancti, quotve fideles.

DE ECCLESIA.

Ambros. Tres Patr. Iusti. Org. Phi. Car p.

apostoli, & viri Apostolici quomodo dicantur currus.

Simile.

Sed quidnã sibi vult sponsus, dum non ait; *in curribus*, simpliciter, at; *In curribus Pharaonis?* Dictum est in prima expositione, per currus Pharaonis significari currus Aegypti, cuius Rex Pharao; quia præstantissimi quique curruum Salomonis ex Aegypto essent adducti: per hæc autem & Pharaonis, & Aegypti nomina id, designatur, quod non modicum Ecclesiæ amplificat pulchritudinẽ. Pharao quippe dissipans interpretatur, & Aegyptus tenebras, vel angustias, & tribulationes designat: atque adeò per hæc significatur, eos, qui præstantiores in Ecclesia fuere in doctrina, & san- D ctitate, ad Christum adductos, vel ex dissipantis Diaboli faucibus: vel per angustias, persecutiones, ac tribulatione: & denique ex Gentilitate, quæ in tenebris infidelitatis, & ignorantiæ habitabat; iuxta illud: *i Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis*: qua de re & ipsamet in superioribus gloriabatur Ecclesia, cum diceret: *K Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*: id namque pulchriorem illam reddit, quòd formosa facta est, sicut pelles Salomonis, cum prius fuisset Nigra, sicut tabernacula Cedar: & Christus verus ille Salomõ haud aliunde equitatum suum, ac currus, quam ex Ae- E gypto comparauit: quippe qui, iuxta Apostoli dictum, *l de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum*, quique *m dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.* Nec cuipiam ignotum est, eo citius Euangelium per vniuersum orbem delatum, quò ij, qui currus erant Ecclesiæ, vehementioribus pressi sunt angustiis: quò maioribus agitati sunt persecutionibus: quòve magis seipsos ærumnis confecerũt eò celerius suũ perceperũt cursũ: Vnde Apostolus: *n Ego sic curro non quasi in incertũ: sic pugno nõ quasi aerem verberans: sed castigo corpus meũ, & in seruitutem*

Doctores insigniores ex infidelibus, & peccatoribus conuersi Eccl. pulchritudinem augere.

i Isai. 9.2.

K Cãt. 1.5

l 1. Pet. 2.9

m Coloss. 1.12.

Prædicatoribus vtquo maioribus premuntur angustijs, eo maiorẽ in Eccl. colligunt fructum.

DE ANIMA. *tem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Et ad Hebræos: *o Deponentes,* inquit, *omne pondus, & circumdans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Hæc
o Heb.12.1. quo ad Ecclesiam dicta sufficiant: ceteros enim sensus aptius ad Animam in sequenti aptabimus expositione.

Vers. IX. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, Amica mea.

Expositio Tertia, de Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

I. SENSVS. CVm cælestis sponsus piam animam in superiori sententia præclaro illo commendasset encomio, quo eam asseruit pulcherrimam inter mulieres: nunc ostendit, meritò ipsam sic commendatã, quippe quæ tanta præcellat sanctitate, vt eius amica dici queat, cuius humanitati propter eximiam
Origenes. Theodori. sanctitatem sit assimilata; dicens quippe iuxta primũ Litteræ sensum; *Eque mea in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea;* tale quid sibi velle videt.

PARAPHRASIS. Pulcherrima es inter mulieres: siquidem ego assimilaui te humanitati meæ, cui per diuinitatem insedi, veluti pulcherrimæ cuipiam equæ, per quã & mũdum iustum triginta tribus peragraui annis. assimilaui autem te equæ meæ in curribus Pharaonis, in curribus, qui ex Aegypto aduehi solerent, in curribus præstãtissimis, humanitati nimirũ meę quæ curribus præstantissimis præceptorum Dei alligata, velocissimo cursu aduolauit ad cælum, atque adeò cum tali humanitatis meæ te insigniuerim similitudine, iure optimo pulcherrima inter mulieres, sanctissimaque inter ceteras animas, & Amica mea dici potes. Innuit itaque Christus, vniuersam Animæ pulchritudinem, propter quam ad ipsam amandam pertractus est, inde pędere, quòd ad ipsius imitationem humilitatem prosecuta est ante omnia, & per obedientiam diuinis omninò se se alligauit præceptis.

Humilitate, atq; obedientia aia fit similis humanitati Christi, & Dei amica, atque pulcherrima.

In his enim duabus præ cũctis virtutibus alijs, Christi excelluit humanitas, vnde has duas præ ceteris indicauit Apostolus, cum de ea ipsa loqueretur humanitate: atq; ad illas fideles hortaretur,
a Philip.2. dicens. *a Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominũ, factus, & habitu inuentus, vt homo: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis:* quasi diceret: studete, vt in his præcipuè Christo similes sitis, in humilitate, atque in obedientia. Enimuerò Anima, quæ generosa sit, varijsque, ac præclaris naturæ dotibus exornata, nunquam ad tantam perueniet dignitatem; nisi instar equæ frænum admittat timoris Dei; nisi instar equæ, quæ currui alligata sit, & ipsa diuinis sit alligata præceptis. Porrò hæc Dei præcepta satis congruenter curribus comparantur præstantissimis: Nam primo, sicut currus onerosi per se quidẽ sunt, at propter rotas, quas habent adiunctas, ac si leuissimi essent, facillimè pertrahuntur. Ita & diuina præcepta, si secundum se, & iuxta eorum ponderentur naturam, haud dubiũ, quin grauissima sint, ita vt de quibusdam illorum audacter Petrus protulerit, *b Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus?* Si tamen eadem cum adiunctis diuinarum gratiarum perpendantur rotis, absque vllo perficiuntur labore, quod apertè significatum habemus à Domino, vbi ait; *c Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Secundò quẽadmodum propter adiunctas rotas grauissima in curribus trahuntur pondera, quę absque curribus nullatenus ferri possent ab equis. Ita & Dei adiuuante gratia, diuina implentes præcepta, facillimè portant vitæ præsentis onera, quæ alioquin ita sũt grauia, vt quidam propter ea dixerit: *d Factus sum mihimetipsi grauis:* & Apostolus: *e Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & ingemiscimus grauati.* Quod præclarè Dominus sub aliis metaphoris per Isaiam significauit, vbi dixit: *f Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset, sicut flumen pax tua, & iustitia tua, sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semen tuum, & stirpes vteri tui, vt lapilli eius, non interisset, & non fuisset attritum nomen eius a facie mea.* Tertiò sicut currus aurigam habent insidentem, qui equos rationis expertes per rectum dirigit callem: ita & ij, qui instar animantium rationis expertium extra studium obedientiæ, ac mandatorum Dei per deuia prius, ac per præcipitia huius mundi ambulant, quive eo absque vlla consideratione currebant præcipites, quò impetus eos ferebat appetitus sensibilis, cum ad obedientiæ currum: cum ad currus præceptorum Dei sese alligari patiuntur: cum obedientiæ vacant mandatorum Dei, Deum habẽt aurigam, qui eos per huius vitæ stadium rectà dirigat: Vnde Dominus ipse ad Iosue ait: *g Confortare, & esto robustus valde, custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam;* & in libro Prouerbiorum Salomon; *h A Domino,* inquit, *diriguntur gressus viri, quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Dirigit autem diuinus auriga iste non solum per semetipsum, sed & per alios aurigas Prælatos Sanctos, vnde in libro Sapientię dicitur: *i Direxit opera eorum in manibus Prophetæ Sancti.* Quartò sicut currus sunt ad pugnandum aptissimi, atque adeò quandocumque Scriptura Sacra magnum aliquem recensere voluerit belli apparatum, semper currus præ omnibus refert. Ita & diuinorum præceptorum obseruantia adeò valida est in spiritualibus prœlijs, vt per eam facilè aduersarii deijciantur, quotquot nobis obsistere ausi fuerint: quod Israelitico populo testatũ voluit Moyses, cum diceret: *K Si custodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei, disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ maiores, & fortiores vobis sunt.* Et Salomõ, *l Vir,* inquit, *obediens loquetur victorias.* Hinc est, quod nulla alia de re magis expauescit Diabolus, quàm cum fideles in his obedientiæ curribus confidẽtes viderit: scit enim, certo se ab illis superandum, cum quicquid agunt per Dei, ac prælatorum obedientiam agere student: propterea totum in id suum collocat studiũ, vt ab his curribus eos auertat, his eos priuet, exploratissimum tunc habens, absque vllo labore victoriam se reuectturũ ex iis, qui alioquin, dum in obedientia militarent, superari nullatenus possent; quod in primo illo parentum nostrorum casu obseruare quilibet potest. Qua enim ratione, quibus armis, quibusve viribus deijcere illos valuisset, si in fortissimo præcepti diuini curruij acriter dimicassent? Quintò veluti qui

Præcepta Dei quam congruè designentur per currus.
Simile.
b Act.15.10.
c Matt.11.30. Simile.
Obedientia faciles red dit molestias huius vitæ istam.
d Iob 7.20.
e 2.Cor.5.4.
f Is.48.18.
Simile.
Obedientia dirigitur vnusquisque iuxta rectã rationem.
g Ios.1.7.
h Prou.20.24.
i Sap.11.1.
Simile.
Obedientia potentissimũ armorũ genus contra oẽs aduersarios.
k Deut.11.22.
l Prou.21.28.

DE ANIMA.

qui præſtantiſſimi ſunt curruũ, curſu velociſſimo ad brauium deducunt: ſic & Dei quoque ac prælatorum præcepta celerrimo curſu per præſentis vitæ iter obedientes ad brauium deducunt æternæ felicitatis: quod per Salomonem expreſſum habemus, vbi ait, m *Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam Sapientiæ monſtrabo tibi: ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum.* Cum igitur tāta inter currus, ac diuina præcepta inſit proportio, plane apparet, quàm recte ea ſint deſignata hac ipſa curruum metaphora; quàmve congrue de anima ſancta, atque obedienti per Chriſtum dictum ſit. *Equæ meæ in curribus Pharaonis*, ideſt præſtantiſſimis, *aſſimilaui te Amica mea.*

Simile.

Obedientia celerrime deducit ad brauiũ æternæ felicitatis.

m Prou. 4. 10.

B

Verum eſt tamen, quòd ſi ex iſtiuſmodi ad prædictos currus alligationes, ipſorum curruum commoda conſequi velit anima: ſi commendanda ſit per comparationem ad equam alligatam ad currus præſtantiſſimos: dum ſic alligata eſt, haud debet propter aliquem mundi reſpectum, propter aliquam, vel carnis, vel ſenſuum repugnantiam a recto tramite deuiare, nec retro reſpiciens a cæpto quoquo pacto deſiſtere itinere: & imitari debet vaccas illas, quæ cum iunctæ eſſent ad plauſtrum, arcamque portarent Domini; quamuis a ſenſu reuocarentur ad proprios vitulos, nullatenus ſeſe retro verterunt, nec vel ad punctum a recto retardatę ſunt itinere: ſic nāq; de eis refert textus, n *Ibant in directum vaccæ viam, quæ ducit Bethſames, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes, & nō declinabant, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.*

Obediẽs nō debet propter vllũ reſpectum retro reſpicere.

n 1. Reg. 6. 12.

C

Iuxta ſecundum ſenſum, quamuis commendatio iſta, qua ſponſæ pulchritudo exprimitur per ſimilitudinem ad Equitatum in curribus, Eccleſiæ peculiarius videatur cōgruere, quæ inſtar pulcherrimi equitatus, ex pluribus ſummo charitatis ordine inſtructis conſtat fidelibus, & os multiplici ſanctarũ animarum acie refulget; ingentique robore præſtat, prout latius in ſecunda pertractatum eſt expoſitione. Haud minus tamen congruenter & anima quę libet eadem equitatus ſimilitudine cōmendatur, quæ propter ſtudium vitæ ſpiritualis; & contemplationis ad tantam peruenerit ſanctitatis pulchritudinem, vt digna ſit, quam cæleſtis ſpōſus pulcherrimam vocet inter mulieres. Enimuero quemadmodum cum inſtructiſſimi alicuius equitatus acies in ſpatioſo luſtratur campo, tanquā ad ſpecioſiſſimum ſpectaculum videndum vniuerſus propinquarum Vrbium confluit populus; præſertim, ſi ad copiam hominum ſplendidiſſimis inſtructorum armis inſignes addantur currus, qui armatis militibus ſint referti, oblectatur enim maximopere hominum mens, & ipſius nuncia oculorũ quæ ſæpiſſime artificioſo opere ſunt facta: admitātur eximiam, & ad certum quaſi perpendiculum diſtributam cum militarium armorum, tum ordinum ſerie opportunā diſciplinam: obſtupeſcūt ſingularem inter equites vnionem, paratam ad vnumquemque ſui Imperatoris nutum, curruũ velocitatem, & equorum, ac equitum aptitudinem, ad quamuis pugnam & expeditionem fortiſſime propenſam. Ita cum anima ſancta è mundi actibus egrediens, videndam ſe exhibet Deo, Angelis, atque Sanctis, ſplendore gratiarum, pretioſo, ac vario ſuarum virtutum ornatu: paſſionum internarũ egregie partito ordine, maximaq; feruoris celeritate, qua in Dei vtitur miniſterio; Angelos omnes, cunctos ſanctos, ipſumque Deum ad ſe rapit, ingentemque eis præſtat oblectationem. Qua propter haudquaquā mirandũ, ſi tanta illius pulchritudine oblectatus ſponſus, per hanc equitatus eā cōmendet ſimilitudinē, dicens. *Equitatui meo*, &c. Nec enim mirandum eſt, inquit Bernardus, vnam animam equitatus multitudini aſſimilatā, ſi aduertamus, quanta in ipſa vna virtutum acies habeatur: quanta in affectionibus ordinatio: quanta in moribus diſciplina: quāta in orationibus armatura: quātum in actionibus robur: quantus in zelo terror: quanta denique ipſi cum hoſtibus conflictuum aſſiduitas, & numeroſitas triumphorum: Ac bene poſt ſuperiorem ſententiam, qua ſponſus ſponſæ iuſſerat, vt egrederetur, illico ei per eundem dicitur ſpōſum. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te*: per hæc enim oſtenditur, quàm prompte pia anima obtemperauerit ſponſo, quippe quæ ad vnicum illius verbum egreſſa eſt ſtatim è mundi illecebris, necnon & quando opus fuit pro fratrum ſalute egreſſa eſt a contemplationis pace ad actionis campum, in quo plane equitatui ſe ſimilē reddidit, qui in campum egrediatur, vel ad luſtrationem, vel ad prælium. Hæc pro hoc ſenſu dicta ſufficiant: Vide quæ pro eccleſia dicta ſunt ſupra.

II. SENSVS.

Equitatui quã aptè cõparetur pia anima.

D

Simile.

DE ANIMA.

Bern. ſerm. 39. in Cāt.

Iuxta tertium ſenſum, addidit hanc ſententiam ſponſus cæleſtis, quo magis piam animam impelleret ad egrediendum, quod iam in præcedenti verſu illi apertius perſuaſerat, dicens. *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere; &c.*

III. SENSVS

Addit autem hanc ſimilitudinem, vt vniuerſum ab illius mente amoueret pauorem, per quē ab eo, quem ei ſuaſerat, retardari poſſet egreſſu è contemplatione ad actionem: vel ex actibus, ac illecebris ſæculi ad ſtudium rerum ſpiritualium: valde enim illa circa hoc perplexa, ac pauida videbatur eſſe, quippe quæ Dæmonum metueret inſultus, vnde & dicebat in verſ. 7. *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie: Ne vagari incipiam*; vel, *Ne fiam veluti coopertæ, poſt greges ſodalium tuorum.* Quod ergo ait, tale eſt.

Dæmones metuũt piā animam.

Egredere, quid times? Pulcherrima quidem es inter mulieres tātoque excellis ſanctitatis decore, vt propterea ita te diligam, ac ſi ipſa præ omnibus ſancta eſſes; attamen pro iſtiuſmodi pulchritudine ac ſanctitate haudquaquam ab egreſſu amouēda es, quaſi a dæmonibus offendi queas: nam hæc ipſa ſanctitas, propterquam ingentes mihi præſtas delicias, ſodalibus meis dæmonibus, imperijsque eorum miniſtris permaximum incutit terrorem. Quapropter, o amica mea, aſſimilaui te equitatui in curribus Pharaonis, quoniam tantum illis es terribilis, quantum filiis Iſrael extitit terribilis equitatus ille cum curribus, quo Pharao eos inſequebatur in mari rubro; quo nil vnquam populo illi extitit terribilius.

PARAPHRASIS.

Egregium vero in ſimilitudine iſta ineſt myſterium; innuitur namque per illam nedum, quod dæmonibus terribilis ſit anima Sancta; ſed & inſuper, quam ob cauſam adeo ſit illis metuenda: nimirum quia, inſtar equitatus in curribus Pharaonis, qui in mare rubrum demerſus eſt olim, & ipſa demerſa ſit in mare rubrum ſanguinis Chriſti, per lauacrum regenerationis, & renouationis, & quotidie demergatur in mare lacrymarum, atque contritionis; de qua dicitur, o *Magna eſt velut mare contritio tua.* Ex quibus colligitur, quod etſi terribilis ea ſit, & terribilis inſtar equitatus in curribus Pharaonis; non modicum tamen ineſt diſcriminis inter rationē terribilitatis eius, ac terribilitatis prædicti equitatus: ſiquidem equitatus Pharaonis terrorem incuſſit, cum eſſet extra mare; cum vero in mare demerſus eſt, ſummum attulit gaudium.

Pia anima timorem incutit dæmonibus, quãdo demergitur in mare ſanguinis Chriſti, vel lacrymarũ.

o Thren. 2. 13.

DE ANIMA. At anima propterea timorem ingerit dæmonibus, quia semel per baptismum in mare demersa sanguinis Christi, quotidie in hoc ipsum mare se deijcit, totam in illud suam collocans fiduciam, vniuersasque in illud suas inijciens operationes; quo dæmonibus nil potest contingere terribilius, qui alioqui si extra mare rubrũ ipsam inspexerint, immensam ex illa percipiunt oblectationem, irritantes eam contra Deum.

PARAPHRASIS. Iuxta quartum denique sensum, hac vna similitudine duo sponsus agit. Extollit quippe mirum in modum animę pulchritudinem: tum ab eadem anima vniuersum adimit pauorem, quo dæmones, ac impios metuebat, qui sese Christi fingerent sodales, quod & iuxta præcedentem sensum ab eodem factũ, ostẽdimus. Pulchritudinem quidem ex tollit animæ, cũ eam similem asserit equitatui suo.

Greg. Nyss. Aponius. Psellus. Quis vero est iste equitatus Dei, qui tanta excellit puritate, ac sãctitate, vt ex eo; quod illi similis quo quo pacto est anima, manifestissime ꝓbetur, ipsam esse pulcherrimã inter mulieres? Sane, si sacras voluamus paginas; intelligemus, hunc Dei equitatũ proprie, & peculiariter esse equitatum ab ijs distinctum equitatibus hominum, equorum, ac curruũ quos ad bella instruunt Reges terreni.

Angeli sũt equi, currus & equitatus, per quos Dominus pugnauit contra Pharaonẽ. Et quidẽ primo ipsi Angeli equi sunt, quos Dominus equitat eques, vnde in psalmo decimoseptimo dicitur. p *Et ascendit*, vel, vt proprio vocabulo in Hebræo exprimitur. *Et equitauit*, scilicet Deus, *super Cherubim, & volauit*: tũ nõ modo sunt equi, sed & currus Dei, in quibus Deus optimus in sidet auriga, iuxta illud psalmi sexagesimiseptimi. q *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis*:

p Ps. 17. 11
q Ps. 67. 18

Et tertio ex his equis, ac curribus immensus, ac potentissimus instructus est Dei equitatus. r Orauit aliquando Elisæus, vt aperirentur oculi Giezi, quo proprijs intueri is posset oculis istiusmodi equitatum, quem in sui defensionem destinauerat Deus. Et subijcit sacra historia. *Et aperuit Dominus oculos eius, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi*.

r 4. Reg. 6. 17.

De hoc igitur equitatu suo in hac sententia loquitur sponsus, quo in Hebræorum auxilium inuisibiliter, contra hostilem Pharaonis equitatum & currus, Deum dimicasse indicat Habacuc Propheta, vbi ait. *Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua saluatio?* Huic equitatui animam assimilat, dicens, *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, Amica mea*. ac si dicat.

s Haba. 3. 8

PARAPHRASIS. O Anima per ea ipsa, quibus facta es pulcherrima, ac Sanctissima inter cęteros, & Amica mea dilectissima, propter ingentem puritatem, promptissimam obedientiam, solicitumque, quod à te exhibetur mihi, ministerium, iam non videris assimilanda tantummodo mulieribus, ceterisque mortaliũ Animabus: Sed Angelis ipsis, ac cælestibus spiritibus. quapropter iis assimilaui te, qui sunt pulcherrimus ac potentissimus equitatus meus. Neq; verò cum sis amica mea, vllatenus tibi a meis timendum est Sodalibus, à dæmonibus, impijsque hominibus, quin iuxta meũ consilium egrediaris; nam per hanc ipsam pulchritudinem tuam, non modo illis maximũ incuties terrorẽ: verum & summam eorũ potentiam ad nihilum reduces; non secus ac Angelicus equitatus meus ingentem Pharaonis potentiã, totiusq; Ægypti equitatũ deiecit, ac currus.

Circa hæc, duo sunt, quæ exactiori indigent examine: Primum, quam aptè Anima Sancta, quæ Dei sit amica, Angelicis assimiletur spiritibus: Alterũ, quomodo eiusdem Animæ potentia, atque victoria contra Christi Sodales cum Angelorum potentia congruat, qua impiũ superarunt Pharaonem.

Angelis quomodo sit similis pia Anima. Quoad Primum: plures assignari queunt inter Angelos, animamque Sanctam similitudines: Prima, quia etsi Anima Sancta sit in carne, dum in huius mundi militat prœlijs, haud tamen de illa id proferri potest, quod de hominibus sæculi asserit Propheta: ſ *Equi eorum caro, & non Spiritus*. Ita enim in carne militat contra spiritalia nequitiæ, ac si instar Angelorum, qui carnis sunt, omnino expertes, & ipsa extra carnem esset. t *Spiritu facta carnis mortificans*, u quærensque tãtùm *quæ sursum sunt*, iuxta Apostoli consilium, *non quæ super terram*.

ſ Esa. 31. 3.
t Ro. 8. 13.
u Colo. 3. 1

Secundò, sicut Angeli diuina toti accensi sunt charitate, ac propterea instar igneorum curruum ad Elisei orationem eos apparuisse, retulimus ex libris Regum: Ita & Anima Sancta eadem ita flagrat charitate, vt de ipsa & eius similibus id intelligendum videatur, quod de throno Dei, ac rotis eius asserit Daniel: x *Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accensus*.

x Dan. 7. 9

Tertiò, sicut Angeli etsi plerumque à Deo mittantur in ministerium propter eos, qui hereditatem capiunt salutis; numquam tamen ab illius recedunt præsentia, cuius semper vident faciem, atque essentiam: Ita & Anima Sancta licet à contemplatione egrediatur aliquando, vt aliquid operis pro sua vel proximorum agat salute; numquam tamen à Dei præsentia recedit, vnde & per Prophetam ait; y *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear*: Nec mirum; nam quemadmodum Angeli cum à Deo mittuntur, ita mittuntur, vt tamen credendũ sit, Deum ipsum eis insidere equitantem super illos, prout colligitur ex eo psalmi. z *Qui ascendit*, seu, *equitauit, super Cherubim, & volauit*; sic & cum ad opus quodpiam Anima egreditur, censendum est, Deum in se habere dirigentem, æquè ac aurigam.

y Ps. 15. 8.
z Ps. 17. 11

Quartò, sicut Angeli ita sunt in Dei ministerio celeres, vt propterea & curribus assimilentur, iuxta illud Ecclesiastici: a *Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim*; & velocissimis ventis, iuxta illud Psalm: b *Qui facis Angelos tuos spiritus*: idest, qui facis eos tam celeres ad exequenda tua mandata, quam ipsi sunt venti: Ita & Anima sic illos in celeri imitatur Dei seruitio, vt instar curruum viam currat mandatorum Dei; quin & Aquilis per Isaiam comparetur prę celeritate, ac cursu: c *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, sicut Aquilæ, current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient*.

a Eccl. 49. 10.
b Ps. 103. 5
c Isa. 40. 31.

Quintò, quemadmodum Angeli tanta præditi sunt potestate, ac viribus, vt in iis faciendis, quæ à Deo sunt imposita, difficillimum sit, vt quid eis valeat obsistere, vnde equitatus dicuntur exercitus Dei, & per Prophetam comparãtur flammæ ignis, qui inter elementa omnia maximè est actiuus: d *Qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos flãmam ignis*: Sic pariter & Anima adeò cum Dei auxilio fortis est ac valida, vt audeat dicere: e *Omnia possum in eo, qui me confortat*: & f *Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

d Ps. 103. 5
e Philip. 4. 13.
f Ro. 8. 31.

Sextò, sicut Angeli, qui cum Lucifero non ceciderunt; quoniam instar equorum semetipsos Deo subiecerunt, Deumque perpetuum habent assessorẽ, ita sunt ab omni casu alieni, vt ex cõmuni Theologorũ sententia dicantur, & sint in bono immobiles, vtpote quos optimus ille semper dirigat auriga: Sic

DE ANIMA.

ga. Sic quamdiu Anima Sancta, instar equi sese subiecerit Domino, ita vt dicere possit: *g Vt iumentũ factus sum apud te, & ego semper tecum*: quamdiu, instar currus sese ab illo dirigi sinat, dicens: *Tenuisti dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me*: fieri nequaquam pót, vt in aliquod decidat peccatum, per quod à Christi separetur charitate: Vnde & cum Apostolo dicere ei licet; *h Certa sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*

g Ps.72.2. h Ro.8.28

Septimò, sicut Angelorum equitatus nõ modo propter pulchritudinem, sed & propter perpetuã iubilationem, qua Deum perpetuò laudant, non cessantes clamare alter ad alterũ: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: summam Deo afferunt oblectationem; Sic & Anima quoque eodem pacto illum oblectat, cum nõ solum sit instar prædicti equitatus, pulchra; Sed & ad eorum imitationem, tota die, & nocte non cesset laudare nomẽ Domini, & quasi tuba quadam iubilans, dicat: *i Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.*

i Ps.33.2.

Verùm, quamuis propter has omnes similitudines Angelis similis existat, qui sunt equitatus Dei; vnam nihilominus præ omnibus, atque ab ijs, quæ enumerata sunt, distinctam diuinus indicat sponsus, eaq; sita est in modo, quo contra Dei æmulos, tam Angeli, quàm anima ipsa sese gerit ad instar illorum: ait enim: *Assimilaui te, amica mea, equitatui meo in curribus Pharaonis*, idest in hoc præcipuè te prædicto assimilaui Angelorum equitatui meo, quòd sicut illi Pharaonem cum vniuerso equitatu & curribus aduersariorum meorum depresserunt, demergentes ipsum cum curribus, & equitibus eius in mare rubrum; in eumdẽ modum & tu Tartareũ Pharaonem diabolum cum curribus & equitibus eius, vehementioribus nimirum cupiditatibus, atque peccatis, quibus te oppugnare nitebatur in mare rubrum demersisti sanguinis mei.

Vers. IX. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, Amica mea.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

I. SENSVS.

Maria a filio suscepit eius similitudinem.

SI naturæ quidem obseruemus vsus, videbimus, magnam inter matrem, ac filios, vt plurimùm esse similitudinem: atque adeo cum filium intuemur, pronuntiamus illico, similem esse matri, quia exinde filius sumat similitudinem, vnde sumpsit & originem. At vero si gratiæ inspiciamus ordinem, animaduertemus, sane ingentem inter beatam Mariam matrem, ac Christum Dominũ illius Filium extitisse similitudinẽ, quæ tamen haudquaquam a matre iuxta naturæ ordinem pendeat, sed potius a filio: quia enim Maria prælecta est, vt esset Christi mater, inde habuit, vt Christo quoquo pacto effecta sit similis: inde factũ est, vt tanta gratiæ honestaretur plenitudine, quãta tam insignem matris Dei decebat dignitatem.

Propterea igitur congruentissime ad eam, quæ prius per diuinã gratiam Dei extitit amica, quam mater per conceptionẽ, & partũ, hoc loco ait Christus ipse. *Equa mea assimilaui te, amica mea*: per equam suam propriam designans humanitatem, cui Deus insedit, sicut equæ insedere solet eques.

Porro complura perpendere fas est, in quibus

DE ANIMA.

Maria multipliciter fit similis humanitati Christi.

Beata Virgo assimilata sit humanitati Christi. Et primum quidem, atque præcipuum insigne est pręstantissimę puritatis: sicut enim Christus, ita vsquequaque extitit purus, vt non modo ab omni peccati labe fuerit alienus; sed & omnino impeccabilis esset: ita ad illius similitudinem, & eius genitrix Maria omnis peccati extitit expers, nec vlla vnquã peccati macula fędari potuit: quod per illud designatum est Habacuc prophetæ, quo dicitur, *a Sol, & Luna steterunt in tabernaculo suo*: quia tam Christus, qui fulgentissimus iustitiæ Sol, quàm Virgo candidissima, quæ per candidam significata est Lunam, steterunt & in conceptione sua intra tabernaculum materni vteri, & per totum prætentis vitæ curriculũ in proprij corporis tabernaculo absque vllo vel minimo casu peccati, quamuis multo perfectiori modo Sol steterit, cui id ex debito propriũ fuit propter gratiam vnionis, quam Luna, atque Beata Maria, cui idipsum ex singulari concessum est priuilegio, prout longius explicatum est supra in quarta expositione illorum verborum versiculo 6. *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.* Assimilata est secundò Maria ad Christi humanitatem; quia si Christus quoad humanitatem totam hanc vitam in laboribus egit ac in ærumnis, persecutionibus vndique agitatus, angustiis oppressus, vulneribusque confossus, & ipsa pariter ad illius similitudinem in persecutionibus, & ærumnis vniuersam hanc vitam transegit: quod per eumdem prophetam significatum crediderim, ijs verbis. *b In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ*: idest & Sol & Luna: & Christus, & Maria, qui steterũt in tabernaculo suo per impeccabilitatem, ibunt Domine Deus meus, in luce sagittarum tuarum, vitam hanc peragentes ambo subiecti tribulationibus, persecutionibus, & ærumnis, quas tu, veluti ardentissimas sagittas, & instar fulgurantis, ac vibrantis acutissimæ hastę in illos immittes. Immo & eidem assimilata est tertio in obscuritate: quia si Christus per mortem obscuratus est Sol: & Maria pariter per densissimas dolorum tenebras in animo eodem obscurata est tempore: prædixit hoc Ezechiel verbis illis. *c Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum.*

Maria puritat. similis quoque facta humanitati Christi.

a Habac.3 11.

Maria vitã transegit in tribulationibus aque ac Christus

b Habac.3 11.

c Eze.32.7

Quarto demum & in gloria filio assimilata est Mater quoad illius humanitatem: nã quemadmodum Christi humanitas in cælũ eleuata est, sedetque ad dexteram Patris: ita & Beata Maria nõ modo in anima, sed & in corpore gloriosè assumpta est in cælum, ibique sedet in gloria ante conspectum Dei ad Christi similitudinem, quod per Prophetam regium ipsemet testatur Dominus, vbi dicit. *d Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo*: neque enim magnificentiorem in terris Christus habuit thronum, quàm ipsius Virginis sinum. Ac sicut simili fere modo vterque ad Dei cõspectũ eleuatus est: ita & pari fere modo terris inde resplendent, iuxta illud Isaiæ. *e Erit lux Lunę, sicut lux Solis*: Et sicut Christus per eam ipsam, quam cœlis inuexit, humanitatem, aduocatus est apud Patrem pro peccatis hominum, iuxta illud Ioan. *f Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christũ iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Similiter & eius genitrix Maria id pcipue studet in cęlis, vt pro peccatorib. Deum exoret, vnde & a tota Ecclesia iure optimo aduocata dr̃ peccatorũ.

Maria post mortẽ assimilata est humanitati Christi in gloria.

d Ps.88.38

e Is.30.26

Maria aduocata peccatorum, sicut et Christus.

f 1.Io.2.1.

Verum, etsi propter has omnes similitudines Christi humanitati similis sit Virgo Sanctissima, ita vt propterea congruentissime dici possit a sponso *Equa sue assimilata*:

APPENDIX. *Maria similis humanitati Christi præcipue in humilitate & obedientia.* His tamen omnibus omissis similitudinibus, vnum solummodo ab illo subindicatum est, in quo præ ceteris vniuersis tanta adest similitudo, idque est eximia humilitas, ac obedientia: idcirco non dixit simpliciter. *Equa mea assimilaui te Amica mea:* Sed, *equa mea in curribus Pharaonis assimilaui te*. Ac si diceret.

PARAPHRASIS. In hoc præcipue amica mea dilectissima, tua insignis elucet pulchritudo, quia tanta excellis animi demissione, tantaque ad vniuersa, quę tibi pręcepta fuerint, obedientia, vt ob hęc in primis assimilauerim te pulcherrimæ, ac Sanctissimæ humanitati meæ, qua instar equæ humillimè colla subieci sub iugo legis diuinæ, quave alligata ad pręstantissimos præceptorũ diuinorũ currus, memetipsũ humiliaui, factus obediens vsque ad mortẽ. Quomodo autẽ per huiusmodi alligationẽ humilitas metaphorice designetur, & qua ratione præstãtissimorũ curruum metaphora significentur mandata diuina, longius explicatũ est supera in primi sensus adaptatione ad animam, expositione tertia.

Quod si quis id sibi explicari velit, quo pacto B. Virgo non ad equam, sed ad equitatum assimilata sit: legat eiusdem sensus applicationem item ad animam, in expositione tertia iuxta secundum sensum: intelligetque, multo congruentius ea omnia tantæ conuenire virgini, quàm alij cuipiam quantumlibet sanctæ.

Vers. IX. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te Amica mea.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Quando egressi sunt filij Israel de Aegypto, secuti sũt Pharao, & exercitus eius post eos in curribus, & in equitibus, & erat via clausa eis a quatuor partibus: a dextris, & a sinistris erant deserta plena serpentibus ignitis; & post tergũ eorum erat Pharao impius, & exercitus eius; & ante eos erat mare carectosum. Quid fecit ille Sanctus, & benedictus? reuelatus est in virtute potẽtiæ suæ super mare, cũ soffocatus est Pharao, & exercitus eius, & currus, & equites, & equi eius. Et similiter perijsset Israel, nisi Moyses Propheta extendisset manus suas in oratione corã Domino, & auertisset iram Domini ab ipsis, & aperuerunt ipse, & iusti generationis illius os suum, & dixerunt Canticum, & transierunt in medio maris carectosi per siccum propter meritum Abraham, & Isaac, & Iacob dilectorum Domini. *Equitatus Dei contra Pharaonẽ fuit oratio Moysis, ac iustorum.*

Origenes. Sensus Lit. Quoad sensum, ordinemque dramaticum, Origenes Homilia prima ex duabus, arbitratur, per hæc edoceri animam piam, quomodo cognoscere sese debeat: sic quippe ait, sponsum his suã cõpellare sponsam: Si vis, intelligere, o sponsa, quomodo scire te debeas, cognosce, cũ te comparauerim, & tunc videbis, talẽ te esse, quã turpari non debeas, cũ tuã speciem cognoueris; Assimilata enim es equitatui meo in curribus Pharaonis: siquidẽ quantum differt equitatus meus ab equis Pharaonis: tantò melior es filiabus omnibus tu, amica mea.

Bernardus. Bernardus se. 39. in Cant. putat, hæc dicta ad consolationẽ eiusdem sponsæ; quæ in præcedenti sententia grauiter obiurgata fuerat, sic nãque ait. Vbi sponsa præsumptio dura, & austera increpatione repressa est, ne tristior remaneret, bona illi aliqua, quæ iã acceperat, ad memoriã reducũtur, & alia, quæ nondum acceperat, promittuntur; sed & pulchra denuo perhibetur, & appellatur amica: Ac si sponsus dicat. Quod tibi duro locutus sum, amica mea, nulla in me tibi suspicio sit odij, vel rancoris: nam signa amoris mei in te euidẽtia sunt ipsa mea munera, quibus te honoraui, & ornaui. Nec mihi animi est, illa retrahere, sed magis addere ampliora, vel sic: Non ægre feras amica mea, minime te accipere modò, quod postulas, quæ tanta à me iam accepisti, & maiora horũ accipies, si in præceptis meis ambulaueris, & amore meo perseueraueris. Primũ autem donũ, quod sponsus enumerat, est, quod assimilauit eã equitatui suo ĩ curribus Pharaonis.

Theodoritus. Apud Theodoritũ dicitur: sponsum, cum sponsam amoris stimulo percitam, & ad se currere festinantem cerneret, equæ æripedi similem illam pronuntiasse.

Ambros. Quibus consona videntur, quæ habet Ambrosius serm. 2. in psal. 118. vers. 6 dicens similitudinẽ desumptam ex cursu velocium equorum.

Legens autem citato serm. *Equa mea in curribus Pharaonis assimilaui te, proxima mea*. Nomine (equę) non vnã inquit, significari equã, sed equitatum, sicut alibi nomine (ouis) significatus est ouiũ grex: Per currus autem Pharaonis, intelligit currus præstãtissimos, quales ij erant, quos Pharao instructissimos habuit. Tum, per hæc, ait, commendari Ecclesiam, quod concordia summa, summaq; mansuetudine fidelium, similis sit equis in curribus, instar eorum velocissime currens ad Deum, dicens; sicut equi iuncti concorditer trahunt currum, & patienter suscipiunt iugum, & portant congrua cũ gratia, & iugi illius susceptione mansuescunt; sic & congregatio nationũ Gentilibus indomita moribus se ante iactabat: vbi verò suscepit iugum dicentis: a *Tollite iugũ meum, quia leue est, & onus meum, quia suaue est*; & cępit sponsa Christi cocordia, & mansuetudine populorum esse sublimis, & toto circumferri orbe tamquã currus, & equis velocibus supra mundũ rapta, ascendit ad sponsum. Denique & in posterioribus Canticorũ partibus dicit: b *Posui te currus Aminadab*: Multos currus spiritales habet Ecclesia, quos omnes spiritalibus habenis Dominus regit. *Cõcordia, et mãsuetudine populorũ Ecclesia similis equatus in curribus velocissimè ascendit ad sponsum.* a Matt. 11. 29. b Cant. 6. 11. iux. Sep.

Ambros. Idem tñ Ambrosius libro de Isaac, & Anima capite 4. piam animã cõmendatam hic censuit, nedũ ex velocitate cursus, sed & ob fęcunditatem, idest nedum ex profectu eius proprio, sed & ex profectu, quem doctrina, & exemplis facit in alijs, propter quæ similis videatur Prophetis, atque Apostolis: Verba eius hæc sunt. Virtutis labor quærit victoriã, vt possit equæ illi, quæ Salomonis est, comparari, velox ad currendũ, habilis ad partũ, quoniã fęcunditas animæ desideratur, & quæritur: Huic equæ similis æstimatur hæc anima, hoc est prophe ticæ, vel Apostolicæ virtuti: eò quòd in eorũ annumeretur gregem, qui fæcunditate prædicationis suę totius orbis terrarum spatia resperserunt: & quamuis in corpore constituti, nulla tamẽ cursus spiritalis sensere dispendia. *Pia Anima similis Apostolis ex duplici effectu.*

Præter Ambrosium sunt & alij, qui spiritualem Christi sponsam vel Ecclesiam, vel animam dictam existimant Apostolis similem; ita vt equitatus in curribus sint ipsi Apostoli, prout egregiè explicatum habes apud eumdem Ambrosiũ, Sermon. quarto in Psal. 118. versic. 8. sed diuerso mode. *Apostoli sũt equitatus Christi in curribus.*

Catena Trium Patrum talibus sponsam alloquentem inducit sponsum: *Equa mea*, idest Apostolis meis, in quos celeriter ad Euangelium diuulgandum currentes, ego conscendens, omnes orbis *Ecclesia Apostolis similis per imitationẽ.*

APPENDIX.

orbis terrarum terminos ſum peruagatus; *in curribus Pharaonis*, id eſt in Gentibus, quibus inſidens Pharao intelligibilis vehebatur, te virtute ſimilē dixi: quia enim in cœtibus Gentium Eccleſia prędicationem Apoſtolorum audiens, & credēs in Christum, qui ab ipſis prædicabatur, ipſius effecta eſt propinqua illis aſſimilata eſt, cum Apoſtolicam vitam imitaretur. A

Iuſt. Org. Iuſtus Orgelitanus; Chriſtus, inquit, loquitur ad Eccleſiam; tunc *equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te*: cum Sapientes mundi ad eam fidē euocandos conuerti, vt depoſito tumore ſæculi, ſub me, qui ſum ſalus vera, currendo proficiāt, meque circumferendo pijs prædicationibus, credentium fide oculis manifeſtarent. Ac ſicut Princeps mundi huius, qui iam miſſus eſt foras, falſis Philoſophis tanquam claris curribus vſus eſt ad perniciem: ita ego mea ſapientia repletis Apoſtolis, credentes inſtituam ad ſalutem. B

Eccleſia ſimilis equitatui i curribus in celeri fidei diuulgatione per Apoſtolos.

PhiloCar. Philo Carpathius duplicē putat, eſſe ſimilitudinem, vt Eccleſia primum dicatur ſimilis Apoſtolis ob id equos appellatis (legit enim, *Equis meis*:) qd velociter curſum bene viuendo, & prædicando cōfecerint. Curribus vero Pharaonis eadem aſſimiletur, quoniam olim in idololatriæ cultu miſerrime verrebatur; vtque currus Pharaonis olim demerſi ſunt in mare, ſic & eius veteres ritus, atque mores per Spiritus Sancti gratiam, & ſpiritalis vndæ fluxus diſſipati ſunt in baptiſmi Sacramento.

Per baptiſmum eccleſia ſimilis currib. Pharaonis.

Origenes. Aponius. Sed clarius, & melius hæc ipſa explicantur, ſi ſit vna dumtaxat ſimilitudo eo modo, quo ea explicauit Origenes Homilia ſecunda ex quatuor, quem ſecutus eſt & Aponius, vt *in curribus Pharaonis*, ſumatur pro, ex curribus Pharaonis, & ſenſus ſit. Equitatui meo, qui fuit ante in curribus Pharaonis, & nunc ſequitur me in equis albis, purificatus in lauacro aquæ, ſimilē te arbitror, proxima mea. Per currus autem Pharaonis, intelligendas inquit Origenes, animas illas, quas diabolus veluti quadrigas agit, & quibus velut curribus aſcenſis exagitat, & impugnant dæmones vel Eccleſiam Dei, vel ſingulos quoſque fidelium; per equitatū vero Dei, illas intelligit animas, quæ frenum diſciplinæ eius accipiunt, & iugum portant ſuauitatis eius, & quę ſpiritu Dei aguntur, & in hoc eſt eis ſalus. C D

Eccleſia, vt conſtans ex infidelibus purificatis ī baptiſmo ſimilis equitatui ī curribus Pharaonis: Impij ſunt equitatus diaboli, & iuſti equitatus Dei.

Aponius. Aponius, tametſi quoſcumque impios Pharaonis currus eſſe, aſſerat; ſpecialiter tamē tales fuiſſe, inquit, Principes Sacerdotum in funeſtiſſimo prælio paſſionis Chriſti, qui primi in tanto ſcelere concurrerunt, & poſt ſe omnem turbam pro curribus traxerunt: de quibus, currus fabricauit æreus Pharao diabolus, ſuper quos ſedens, Domini corpus in mortem egit. In quo curru carroſum, fragilemque temonem Iudam aptauit, primum omniu laqueis confringendum. Iuſtos autem inquit, eſſe equitatū & currus Domini, quos Apoſtoli potentes, ac manſueti equi vitæ exemplo, & ſana doctrina trahunt per iuſtitiæ campos: in quibus curribus rotæ ſunt, voluntas, & rationabilis ſenſus; temones, agens officium; qui ſplendidi quoque ſunt veræ conſcientiæ auro obrecti, & in omni ſancta conuerſatione fulgentes. E

In Paſſionis Chriſti prælio gb. curribus vſus ſit diabolus.

Iuſti quaratiõe ſint currus Dei.

Bernard. Addit Bernard. iuſtos dici equitatus Dei, quia ſecum habeant Angelicum equitatum, prout oſtēſum eſt Giezi puero Eliſæi, vt habetur in 4. li. Re. c

Iuſti cur equitatus Dei.

c 4. Reg. 6 17.

Alii tamen ipſos Angelos equitatum illum intelligant, cuius hic ſit mentio, & cui pia anima aſſimiletur, quorum opera Pharaonis currus demerſi ſunt. Ita Aponius, & Pſellus, & ante illos Gregor. Nyſſ. homilia 3. qui affert rationem, quare equitatus nomine ſint expreſſi, dicens, an non eſt hoc maxim exercitum, quod quomodo fieri non poteſt, vt naua li prælio ſit parta victoria, ſi non nauticus exercitus demerſerit exercitum hoſtium, qui eſt in nauibus: ita nec i equeſtri prælio victus fuerit quiſpiā, ſi non aliquæ equeſtres copiæ inimicorum ex aduerſo ſteterint. Quoniam ergo id, quod erat validiſſimum exercitus Aegyptiorum, in equis ſitum erat & curribus, vim aduerſus illos allatam, quæ non cadebat ſub oculos, per quam aduerſus illos parta eſt victoria, equos verbum nominauit: nam illi quoque ſentiebant Deum belligerantem, & inter ſe clamabant. d Dominus bellum gerit aduerſus Aegyptios, & fugiamus a facie Domini. Confirmat deinde, quomodo Angeli ſint Dei equitatus ex locis Habacuc 3. e *Qui aſcendis ſuper equos tuos.* & pſal. 67. f *Currus Dei decem millibus*, &c. & ex 4. g Regum, de equis, & curribus oſtenſis Giezi; necnon & Zachar. 1. h vbi propheta nominauit equos differentes cum homine ſtante in medio montium.

Angeli ſūt equitatus Dei, quo aſſimilatur anima; quomodo in bello Pharaonis pugnauit in mari rubro.

Gre. Nyſſ. Pſellus. Aponius.

d Exod. 14 25.

e Habac. 3 8.

f Pſ. 67. 18.

g 4. Reg. 6 17.

h Zac. 1. 8.

Demum ſententiam iſtam ad animam ſic applicat Gregorius, vt per eam conſilium detur, oportere, animā ſuſcepto ſupra ſe verbo rectore, & deuictis equis Aegyptijs, cum ipſis equis, & aſcenſoribus, & omnibus copijs ſuffogatis, ita aſſimilari illis Angelorum copijs qui cōtra Pharaonem dimicarūt in mari rubro. Et omnino per hæc iuxta Gregorium ſignificatur, animam ſanctam hoc loco cōmendari ex eo, quod contra diabolum, eiuſque vitia pugnauit, eaque demerſit per baptiſmū, ac per hoc ſimilis facta eſt Angelicis copijs.

Anima ſancta ſimilis Angelicis copijs.

Cassiodo. Beda. Anſelm. Communior quoque Latinorum Patrum ſententia ex hac ipſa victoria, & demerſione eccleſiā, atque animam commendatam accipit: ſed quatenus per eam aſſimilata eſt Iſraelitico illi populo, & exercitui, qui egreſſus eſt ex Aegypto, quem equitatum ſuum appellet Deus, quia ipſe, inſtar aurigæ ei præfuit, introduxitque eum ad terram pro miſſionis. Ita Caſſiodorus, Anſelmus, Bed. Qui tres inſuper alias addūt ſimilitudines inter eccleſiam, & illum Dei equitatum. Quia ſicut ille ob ſuperuenientes currus Pharaonis perterritus quidem eſt, ſed cęleſti eſt protectione ſeruatus, ſic eccleſiā idēmet Deus inter minas perſequentium ſuo ſemper docuit fidere præſidio. & quia, ſicut dum ille per columnam ignis illuſtrabatur, Aegyptiæ turmæ tenebris operiebantur. Ita in eccleſia ſuperna diſpenſatio iuſtos a reprobis certa ratione ſecernens, hos ſua gratia irradiat; illos in merita cæcitate relinqt. Et demum, quia per hoc, quod vbi ad mare rubrū peruentum eſt, Exercitus Iſraeliticus liberatur, Aegyptij autem, reuerſis ad eos aquis, demerguntur; illud indicatur, quod in eccleſia accidit, cum in ipſa mortis vnda, rapit prauos ad interitum, & pijs refert iter ad ſalutem.

Eccleſia ſimilis populo Iſraelitico, atque equitatui Dei ī currib. Pharaonis.

Greg. Pa. Gregorius Papa alio pacto eandem ſimilitudinē ad populum illū piæ applicat animæ; Sic enim ait: Scimus, quia equitatus Iſraeliticus, currus Pharaonis fugiens, in mare demerſos reliquit: nec tamen ſtatim terram promiſſionis intrauit, ſed prius multas tentationes in eremo quadraginta annis ſuſtinuit, multos Reges multis laboribus expugnauit. Et ſic tādem, quod promiſſum ſibi fuerat, laborioſe acquiſitum ſuſcepit. Huic equitatui ſancta anima ſponſo amica, ſimilis efficitur quæ prius in baptiſmo omnia peccata ſua extincta, quaſi Pharaonis exercitū reliquit; & poſtmodū iter huius mūdi habitatores malignos ſpiritus viuit, imminētia vitia, quaſi Reges alienos proſternit, & ſic tādē ad beatā terrā, in qua cū ſponſo delectetur, peruenit.

Bernard. Vide Bernardum ſerm. 39. circa medium, hunc

ipſum

APPENDIX.

Vitia sunt currus, & equi damonum.

A ipsum communiorem sensum prosequentem, vbi per equos,& currus Pharaonis accipiens vitia vniuersa,tria præcipua eorum enumerat,Malitiã,Luxuriam;& Auaritiam,ostendens quomodo singula eorum currus sint,& quibus trahantur equis.

Origenes. *Iustus assimilatur animæ Christi.*

Origenes Homilia secunda ex quatuor legens, *Equa mea*,per eam intelligit Sanctissimam Christi animam:cui similem redditam ait,piam animam, vtpote exemplari nostræ omnis sanctitatis.

Aponius. *Anima iusti Christus assimilat animã suã.*

Quin Aponius addit, Christum pro sublimi laude assimilare ipsam animam suam cuicumque animæ iustorum per hæc,quæ hic dicit.

Theodor. *Pia anima similis humanitati Christi.*

Explicat autem ista clarius Theodoritus, per Christi equam totam eius humanitatem accipiẽs, ac si is ita piam animam alloquatur: Te animã propinquam meam factam, atque ideo propinquam appellatam, & reipsa nominis fructus assecutam, equæ dico esse similem meæ, qua ego vtens Pharaonem intelligibilem submersi, tibique largitus sum libertatem. Confirmat hanc suam expositionem Theodoritus ex verbis Apostoli, quibus ait. i *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ,configuratum corpori claritatis suæ*, Et; K *Nos vero reuelata facie gloriam Domini,speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquã a Domini spiritu.*

i Phili. 3. 21.
K 2 Cor. 3 18.

Rup. Abb. *Virga Moysis fuit equitatus tcurribus Pharaonis.*

Per equitatum denique istum, cui assimilatur sponsa, Rupertus Abbas sumendam existimat, virgam Moysis,quandoquidẽ ex illo loco Exodi, vbi currnum Pharaonis narratur submersio in mare rubrum, nullum apparet fuisse equitatum Domini,prætorquam vna virga Moysis,& Aaron, cuius percussione Deus reducens aquas maris,omnẽ Aegvptiorum contriuit exercitum.

Maria assimilata Virga Moysis.

Ait autem Rupertus,dictæ virgæ assimilari hoc loco Beatã Virginem, præsertim si considerentur maximæ virtutes, quas per eandem virgam in eodem libro Exodi *l* factas legimus;Quemadmodũ enim virga illa maleficorum virgas omnes deuorauit, & omnem superbiam Aegvptiacam contriuit,& deinde germinauit,frõduit,floruit, & fructum protulit, vt dicitur in lib. Numeri, *m* non plantata,non succo terræ animata; sed virtute cælesti supra vsum naturæ prouecta:Sic B. Virgo cũctã prauitatem hæreticam interemit, superbiam diaboli deiecit,conceptu florida,partu fructifera,virgo in conceptu,incorrupta in partu,virgo ante partum,incorrupta post partum.

l Exo. 7. 12.
m Nu. 17. 8

Hier. *Anima sancta Christo comparata est quasi currus, & iumẽtũ irrationale.*

At Hieronym.lib.2.in Habacuc super illa verba c.3. *Qui ascendis super equos tuos*,&c.nouo,& inusitato modo hęc exponit,sic enim ait:Sponsus loquitur in Cantico Canticorum. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te,proxima mea*, Non qđ Christus ecclesiam,vel sermo Dei animam, quam sponsam suam vocat,quadrigis comparet Pharaonis:sed ꝙ oĩs anima,quamuis sancta sit, atq; perfecta ad Deum cõparata, quasi currus Pharaonis sit & iumẽtum. Vnde & Moyses Exodi quarto loquitur ad Dominum; *n* Ego autem sum ἄλογος,idest irrationalis sic Septuaginta pro quo nos legimus. *Ego autem nõ sum eloquens*,& Dauid,*o Vt iumentũ*, ait,*factus sum apud te*;non quòd absolute iumentũ sit:sed quod apud Deum iumentum sit.

n Ex. 4. 10
o Ps. 72. 23

Vers. X. Pulchrę sunt genę tuę sicut turturis.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sensum.

CVm in superioribus sententijs generaliter spõsus sponsæ suæ extulisset pulchritudinem,dicens eam pulcherrimam inter mulieres,præstantissimoque illam assimilans equitatui suo: Nunc ad particularia descendit membrorum eiusdem præconia:duoque eorum pro hac prima vice commendat,genas,& collum: quamuis postea,& tertiã addat oculorum laudem,vbi in versu 15. post aliam generalem commendationem illam; *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es*; subdet: *Oculi tui columbarum.*

LITTERA.

In hac igitur,quam præ manibus habemus, sententia,genas commendat,& collum.Est autem ob varietatẽ textuum inter expositores dissensio, quanam ratione prædicta laudentur membra; ex innata eorum pulchritudine,an verò ex ornamentis,quibus extrinsecus exornata cõspicerẽtur.Enimuerò, si Hebraicus inspiciatur textus, haud dubiũ, quin tota hæc laus sit ex ornamentis desumpta. At si lectionis nostræ ratio habeatur,ex innata pulchritudine vtriusque membri commendationem desumptam asserendum est.

I. SENSVS.

Sciendum igitur in Hebræo pro eo quod noster vertit. *Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis*; sic legi; *Pulchra sunt genæ tuæ* בתורים bathori, idest in thorim.Quamuis autem dissentiant inter se Doctores Hebræorum in definiendo, quodnam ornamentũ per hanc vocem תורים thorim significetur:asserentibus quibusdã, significari torques:alijs,quod sint gemmæ,aut margaritæ coniunctæ,& ordinatæ secundum ordinem dispositionis.Alijs demum putãtibus esse ornamentum delineatum,seu depictum instar turturis; quandoquidem dictio תור thor turturem significat.Conueniunt tamen in eo omnes, vt per illam vocem significetur quoddam ornamẽti genus,propter quod speciosæ reddantur mulierum facies,ac genæ in primis, quodcumque illud sit.Imo & Hieronymum hanc ipsam dictionẽ pro ornamento accepisse, manifestum est in sequenti versu,quod enim in Hebræo dicitur תורי זהב thorezahab,ipse vertit,Murenulas aureas. Vnde adducor,vt existimem, ornamentum istud constasse ex murenulis, ad turturis speciem effigiatis, quæ ex temporibus descendentes vsque ad genas, non modicum illas exornarent. Vt eorum, quæ hic dicuntur,sensus sit.

PARAPHRASIS

Pulchra sunt genæ tuæ per se,& ex natura sua, sed pulchriores redduntur ex murenulis illis, ad turturis speciem effigiatis,quibus exornatæ sunt.

II. SENSVS.

Noster iterpres,vertẽs: *sicut turturis*, pro בתורים bathorim legit כתורים chathorim accipiens litteram כ chaph pro littera ב beth,inter quas tanta inest characterum similitudo, vt facile vna sumatur pro altera.Qua in re secutus est antiquissimam, ac præstantissimam septuaginta Interpretum versionem,qui rationem habentes sensus eius,quem pręcipuè Spiritus Sanctus intendit,hebraicam sic reddiderunt sententiam; *Quid speciosa facta sunt genæ tuæ sicut turturis*.Præclarè autem spõsus, iuxta hãc nostram lectionem, per similitudinem ad genas turturis,genas commendat sponsę;sic enim eas nõ ex extrinseco tantum, amabilique celebrat colore;sed,& quod maioris est Laudis,ex innata quadam illas extollit honestate,quæ in illis elucet,verecundiæ,ac pudicitiæ. Enimverò Turtur circa genas pulchrum valde,& honestum habet coloris blãdi,& amicabilis insigne, nihil quidem lasciuũ repræsentans, sed egregiam venustatis ostentans gratiam. Rectè verò septuaginta magna cum emphasi legunt: *Quid,seu,quam pulchra facta sunt genæ tuæ sicut turturis*, quasi pulchritudo illa, quæ in sponsæ genis eluceret,non esset ordinaria,sed tam insignis, vt intuentibus non modicum incuteret stupo-

LITTERA. stuporem, quippe quæ adiunctum eximium habe ret honestatis decorem.

Ver. X. Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.

Expositio Secunda de prima sponsa, quæ est Ecclesia.

II. SENSUS. QVemadmodũ ex ijs omnibus, quæ specioso in corpore humanam alliciunt visum, amoremque cóciliant intuentibus, siquis id commendare velit; quod præstantissimum sit, genas non immeritò commendabit, vtpote quæ præcipuum inter vniuersa corporis membra teneant locum: si tamen colore candido, elegantique rubore fuerint perfusæ, simul cum honestatis, pudorisque decore. Ita, cũ inter cunctos Ecclesiæ ordines, cunctaq; membra Virgines sint, quæ præ omnibus diuinum conciliant amorem: iure optimo primus eis assignãdus fuerat locus in panegyrico sponsę: iure optimo ante cęterorum sanctorum ordines commendare eas debuit sponsus, & Agnus. Ipsæ enim sunt primus fructus sanguinis agni immaculati: *a Hi sunt*, prout dicitur in Apocalypsi, *qui cũ mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit: Hi empti sunt ex hominibus primitia Deo, & agno*: neque enim tã pretiosa virginitatis gemma alio emi potuisset pretio, quam sanguine agni immaculati; neque adeò purus Christi sanguis pro vllo alio hominum genere congruentius videbatur effundendus, ac impendendus, quàm pro ijs, qui sine macula futuri essent ante thronum Dei. Propterea ergo Christus Ecclesiæ sponsus, quam sibi exhibuit immaculatã Ecclesiam commendans, à purissimo Virginum in primis illam extollit ordine; idque sub genarum metaphora, quod i genis extrinsecus eluceat, quæ intrinsecus inest, pudicitia: Ait enim: *pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*. Et quidem haud aliam præstantiorem ad Sanctarum Virginum laudem afferre potuisset cóparationem, quàm turturis, seu genarum illius: cum inter vniuersa animantiũ genera nullum sit, in quo magis, quàm in turture excellétior perspecta sit pudicitia; vulgato enim omnium ore fertur, tantæ turtures esse pudicitiæ, vt præter vnum coniugem, nullum admittant alium per totum vitæ spatium: & si is diem obierit, perpetuam seruent castitatem. Porrò id propriũ Virginum est, maximeque in illis commendabile, vt vni sese despóndeant Deo, ac nullum præter illum amatorem admittant; illum vnum ducem appellent virginitatis suæ, illum sponsum, illum dilectũ dicant: vnde *b* Apostolus: *despondi*, inquit, *vos uni viro Virginem castam exhibere Christo*. Non desunt quidem, qui se se Christi effingentes Sodales, ad suum illas allicere studeant amorem, atque connubium: alliciunt demones suggestionibus vehemẽtissimis; solicitat mondus multiplici terrenarum rerum pulchritudine: attrahit inimica caro prædulci illecebrarum esca, at quamuis eæ, quæ veræ Virgines non sunt, tales admittant amatores, dicãtque, quod quædam earum apud Oseam impijssimo proculit ore: *c Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, Lanam meam, & Linum meum, oleum meum, & potum meum*; Quæ tamen veræ sunt Virgines, hoc vnum tantummodo metuunt, ne vel tantillum ad prædictos Christi Sodales diuertant. Hinc ardentissima illa ad eum deprecatio: *d Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie; Ne vagari incipiã*; vel iuxta aliam litteram; *Ne fiam quasi adoperta post greges Sodalium tuorum*: Ac propterea tantæ fidei, atæ in se dilectionis, tantæ denique earum castimoniæ optimè conscius sponsus cœlestis, has in primis laudibus celebrans, per turturum eas laudat similitudinem: dumque illarum pudicitiam, pudicitię assimilat turturum; de eo ipso extollit Ecclesiã, quod in huiusmodi Virginum ordine tam arcta sibi vni charitate sit iuncta, vt id præ omnibus abhorreat, ne vagari incipiat post greges sodalium suorum. Hæc iuxta sensum lectionis nostræ.

a Apoc. 14. 4.

Virgines sunt primitia fructuũ sanguinis Christi.

Turturum pudicitia qualis.

Virgines sõla id vnũ studẽt, vt præter Christũ nullum admittant amatorem.

b 2. Cor. 11. 2.

c Osee. 2. 5.

d Cant. 1. 7.

DE ECCLESIA.

I. SENSUS. Quod si sensum Hebraici textus prosequi velimus, quem in litteræ expositione primo loco attulimus: dicendum, easdem à Christo commendari Virgines, quæ genarum in corpore Ecclesiæ obtinent locum; commendari autem ex ornamẽto, turturum effigiem repræsentante, quoniam ijs omnibus eæ sint honestatæ, quæ in turturibus notantur præclara, quibusve eximia illarum manifestatur pudicitia, Quænam verò sunt ista? Tria: Primum id, quod iam de ipsis enarratum est, quod præter vnum, nullum alium admittunt coniugem: Secundum, quòd in siluis morantur, ac in desertis: Et tertium, quód pro cantu gemitus proferunt, de primo iam dictum est; quale verò id sit ornamentum in Virgine, Beatissima Virgo Agnes ijs ipsis significauit verbis, quibus ad eum, qui ipsam ardentissimè depetibat, Tyrannum ait, discede à me, quia iã ab alio amatore præuenta sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subarrauit me. Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter ipsum amatorem admittam. Iam amplexibus eius castis adstricta sum, iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater Virgo est, cuius Pater fœminam nescit, ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo.

Virgines in quibus sint similes Turturis.

Ser 90. inter Ser. S. Ambrosii.

Quod autem & instar turturum id & ipsę hẽant præclari, vt in remotis commorentur desertis: patet ex eo, quòd in domuum, ac Monasteriorum septis ab omnium hominum aspectu remotas commorari illas animaduertimus, vtpote quibus optime exploratum sit, tam pretiosum thesaurum, qualis pudicitia est, atque Virginitas, illæsum difficile posse seruari, nisi ab humano remoueatur aspectu: ibique in solitudine instar turturum cum suo cœlesti iunguntur sponso, vnaque cum illo mente volitant, cœlestia contemplantes mysteria. Sed & vniuersas mundi huius detestantes delectationes, cantant quidem præ interna animi voluptate; at instar turturum gemitibus cantant; quæ enim in cęlesti patria nouum cantaturæ sunt canticum ante sedẽ Dei, & ante quatuor animalia, quia nouo honestatæ fuerint Virginitatis decore, Et in hac quoque vita suo, quoad fieri potest, sese iungentes sponso, p̃ gaudio cãtant & cãtãt quasi cãticũ nouũ. Quis. n. antiquis temporibus tale vnquam cecinit canticũ quod simile esset gemitibus turturum? Nouum id cãticum est; quia denuo postquam Christus ex hominibus Virgines cœpit, postquam Virginitas in Ecclesia fulgere cœpit, cępere, & Virgines ipsæ hoc nouum canere canticum, vniuersas suas in eo statuentes delicias, vt dulcissimis deplorent gemitibus, sponsi vitam contemplantes, necnon & ad diuinum anhelantes conspectum, & æternam gloriam specu lantes.

Virgines sõlita instar turturũ gemitibus cantãtes canticũ nouum.

Apoc. 4. 5.

DE ECCLESIA.

Ver. X. Pulchræ sunt genę tuę sicut turturis.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

QVia in genis pudor apparet puellarum, insigne pudicitiæ, apte admodum ex aspectu dilectæ suę quā rubore animaduertit suffusam, ad laudem, qua ipsam celebrarat in præcedēti versu; commotus spōsus sub genarum metaphora, & per comparationē ad genas turturis, quæ ex natura sua pudicitiā præsefert, singulari encomio ipsam eius euehit pudicitiam, quæ præ oī alio decore ī pulchra elucet puella, iuxta illud Ecclesiast. 26. a *Gratia super gratiam mulier Sancta, & pudorata: oīs ponderatio non est digna continentis animæ*, idest gratia superans alias gratias mulier Sancta, seu, vt habent Græca, fidelis, s. viro suo, & verecunda, & quæ ad quemlibet alterius viri intuitū rubore suffunditur, in genis suam ostentans pudicitiam; nihil est in rebus, quæ apud homines æstimantur, quod cum ea sit conferendum. Præstantissimam aūt hanc extollens pudicitiæ eius gratiam, magna cum emphasi id facit, prout rectè expresserunt Septuaginta vertentes; *Quid*, seu, *Quā pulchra facta sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Quibus tria simul a cęlesti illo sponso in tam præclaræ virtutis laudē breuiter designata, crediderim.

a Ecc. 26. 19.

Primo, pudicitiam illam, quæ ad eum gradum peruenerit, vt id in Anima efficiat, quod per naturalem in turture fit castimoniam: quæ ita Deo animam faciat addictam, vt nullum vnquam, præter ipsum, amatorem admittat; talem, ac tātam esse vt humanis verbis commendari minime possit.

Virginitas est in homine admirabilis, cū illā trahat ad similitudinem naturæ Angelicæ.

Secundo, sublimem istiusmodi pudicitiæ indicat effectum, qui ingentem cunctis incutiat stuporem: Quòd de hibus Angelos facit in carne, n. præter carnem viuere, vt inquit Hieronym. magis Angelicum est, quàm humanum.

Hie. Epist. 22. ad Eustochium.

Hinc est, quod & Sapiens, Angelicam hāc in homine admirans castimoniæ claritatem, in ea prorūpit verba. b *O quam pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est n. memoria illius*; Ac si dicat. Quis non obstupescat, tam insignem inobscuris hominib. intuens pudicitiæ claritatem? Certe. n. licet ij propter corruptibilis carnis admixtionem mortales sint, propter tantam nihilominus castitatis claritatem immortales redduntur. Quidni immortalis memoria Virginum, si earum Virginitas, vt Deo inhærens immortali, vllam pati nequit corruptionem?

b Sap. 4. 1.

Nam quemadmodū materia tanto est nobilior, quanto magis vnicæ formæ accommodari potest, a qua vltimam demum perfectionem assequatur, vt in cęlorum mole licet intueri, quæ, cum nihil in se habeat contrarij, sic perfectionem a sua forma habet, cui ab initio inhæsit, vt neq; aliam formam admittere possit, neq; sit vllā subitura corruptionē. Ita & S. Virginitas, quæ Deo adhæsit, vt ab eo pficeretur, nullum potest interitum formidare.

Simile.

Quidni immortalis virginū memoria, quæ Angelis similes factæ sunt immortalibus? Audiatur „ Chrysostomus, qui in libr. de Virginitat. cap. 79. „ hæc habet verba. Si id scire vis, Christum loquentem attende. c *Neque nubent, neque vxorem ducent; sed sunt sicut Angeli in cælo.* Vide interuallum, quā „ in excelsum locum Virginitas mortale corpus extollat. Qua enim, quæso, re differebant ab Angelis „ Elias, Elisæus, Ioannes, veri hi Virginitatis amatores? nulla, nisi quod mortali natura constabant; nā „ cetera si quis diligenter inquirat, hi nihilo minus „ affecti reperientur, quàm beatæ illæ mentes: & idipsum, quod inferiori conditione videntur esse, in „ magna est eorum laude ponendum; vt, n. terrarum „ incolę, & ij, qui essent mortali natura, possent ad illam virtutem vi, & cōtentione peruenire, vide quāta eos fortitudine, quanta vitæ ratione pditos fuisse, oporteat. Virginitatem fuisse, quæ tales eos reddiderit, ex eo perspicuum est, nam si vxores habuissent, & liberos, haud facilè adducti essent, vt & in solitudine viuerent, & suas familias contemnerēt, & reliqua, quæ necessaria essent ad vitam, non cōpararent; Nunc verò his oībus soluti vinculis, tāquam in cælo, sic in terris diuersantes, non parietibus, non tecto, non lecto, non mensa, non alijs eius generis rebus indigebant; quin illis cælum erat p tecto, Solum pro statu, pro mensa solitudo; & quæ sterilitas Solitudinis alijs famis effectrix videtur, Sanctis illis viris suppeditabat omnium rerum copiam. Ideoque forsan à cælesti sponso talis, tantáque hominis pudicitia, per quam ad tam sublimē euehitur Angelicam claritatem, pudicitiæ assimilatur turturis, quæ in desertis commoratur, volitatque per Siluas, *Quid pulchra facta sunt*, inquit, *genæ tuæ sicut turturis*; Non dicit: *Quid pulchra sunt genæ tuæ*: At, vt vnà cū admiratione, & causam quoque significaret tantæ admirationis, ait; *Quid pulchra facta sunt genæ tuę*, designans, propterea mirandum, istiusmodi reperiri in homine pudicitiam, quia humanam ea superet naturam, diuinique muneris gratia in illo factam esse, oporteat, quod & sapiens illa Anima professa est aliquando, cum dixit: d *Vt scivi, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum, adij Dominū, & deprecatus sum illum.* Additque præclarè August. lib. 10. confess. c. 29. dictam citans sententiam. Continentiam iubes. Da quod iubes, & iube quod vis. Atqui hoc tertium illud est, quod ab spōso designatū dicebā.

Chrysost. c Luc. 20. 35.

DE ANIMA.

Virginitas donum Dei est.

d Sap. 8. 21

August.

Ver. X. Pulchrę sunt genę tuę sicut turturis.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

DE perfectissima B. Mariæ Virginitate nullus sanè inter catholicos relinquitur dubitandi locus, vtpote quam varijs figuris præsignatā, multiplici Prophetarum oraculo prænuntiatam, ac demum apertissimis Euangeliorum sententijs, communique totius Ecclesiæ definitione didicere testatam; Ex ea nihilominus laude, qua in hoc versu à cælesti sponso tantæ Virginis commendatur pudicitia, nonnihil fortasse aliquibus exoriri posset scrupuli; qua videlicet ratione turturis comparata sit pudicitiæ, quæ coniugalis potius est, aut vidualis, quam virginalis. Enimuerò si ex quopiam animantium genere ad virginalem Mariæ pudicitiam commendandam, capienda erat similitudo, ex apibus potius desumenda videbatur, quæ sunt proprijssimum Virginitatis hieroglyphicum, pro virginali, quę eis naturaliter inest, integritate, iuxta illud Ambrosij; Digna Virginitas, quæ apibus comparetur: sic laboriosa, sic pudica, sic continens: Rore pascitur apis, nescit concubitus, mella componit: Ros quoque Virgini est Sermo diuinus, quia, sicut ros Dei verba descendūt; Pudor Virginis est intemerata natura: Partus Virginis, fętus laborum expers amaritudinis, fertilis suauitatis.

Apis hieroglyphicum virginitatis.

Ambros. Libr. 1. de Virginib.

Congruentissimè nihilominus cælestis sponsus similitudinem adhibuit pudicitiæ turturis, dicēs: *Pulchræ sūt genæ tuæ sicut turturis*, hac vnica similitudine

Maria pudicitia quā similis pudicitiæ turturis.

DE B. MARIA. dinè & summam illius extollens pudicitiam Virginis, & cum Virginea eiusdem puritate, coniugiū simul adfuisse demonstrans; nam si per turturem, eam intelligamus, quā inter volatilia scimus, eius pudicitiæ esse, vt præter vnum, nullum alium admittat coniugem, id innuit, quòd etsi illa Virgo, esset, vnum tamen instar turturis habuit coniugē, cui desponsata erat, Ioseph.

Si verò per turturem eum intelligamus Regem Virginum significatum, de quo in capitulo secundo huius Cantici dicitur: a *Vox turturis in terra nostra audita est.* Singulari certè encomio tātæ Virginis extollit castimoniam, vtpotè quæ similis extiterit pudicitiæ, & integritati suæ; Sic quemadmodum in superiori versu suæ humanitati dilectissimam assimilauit matrem, ob insignem, quam in illa videbat, humilitatem, atque obedientiam, vt videre est ibi in quarta expositione; Ita & in præsenti sententia eandem sibimetipsi propter eximium cōparat virginitatis insigne. Atq; hinc factū crediderim, vt toties à Deo in veteri lege pręceptū legamus, vt offerretur par turturū in propitiationē, ac purgationē peccatorū, vel in expiationē immunditiei; q̄ duo isti per illos turtures repræsentarentur Virgines, Christus, atque Maria, Mater, ac Filius: Sponsus, ac spōsa; quorū oblatione vniuersa propitianda essent orbis delicta, cunctæque expiandę & sordes. Cum igitur turtur Beata esset Maria propter insignē puritatem, quanam meliori cōmēdari potuisset similitudine, quàm alterius turturis, qui compar ipsius esset? quàm integritatis Christi quæ primum esset Virginalis pudicitię exemplar? propterea congruentissimè vertere Septuaginta; quos, & noster Interpres secutus est: *Pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis;* in singulari; non, sicut turturum, in plurali; Sicque simul & Virginitas, & coniugalis in Maria commendata est castimonia; quæ duo simul perfectissimo modo in ipsa coniuncta fuere.

a Cā. 2. 12

Aponius.

Virgines duo Christus, & Maria designatæ per duos Turtures, quos offerēdos præcipiebat Dominus.

Vers. X. Pulchrę sunt genę tuę sicut turturis.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Quando egressi sunt ad desertum, dixit Dominus ad Mosen. Quam pulcher est populus hic, vt dentur eis verba legis, & sint sicut inauris in maxillis eorum, vt non recedant a via bona, sicut non recedit equus, in cuius maxilla est frænum.

Lex Dei est tanquā inauris ad ornamentum, & tanquā frænum ad compescendum.

Quoad sensum dramaticum Origenes homilia secunda ex quatuor, quem sequitur etiam Bernar. serm. 40. ita, hæc cum superioribus connectit; vt postquam sponsus austeriori ad sponsam vsus est comminatione, protestatus ei, quod nisi cognosceret semetipsam, exitura esset in vestigijs gregum, & pasceret non oues, sed hædos; cum illa erubuerit super austeritate præcepti, sed & rubor verecundiæ diffusus in vultu speciosas effecerit genas eius & multo quam fuerant pulchriores, hæc intulerit sponsus: Tum per Ecclesiæ genas intelligit eos, q in illa castitatis, & pudicitiæ excolunt honestatem quoniam in genis honestas, & verecundia animæ agnoscitur.

Origen. Bernard.

Sēsus germanus, atque communis apud vniuersos Patres est, vt per hæc commendetur pudicitia, & cōtinentia ecclesiæ, vel animæ, atque etiam Beatæ Virginis per comparationem ad turturem, quia sponsa spiritualis vnum tantummodo Christum amatorem admittat, & ad illum semper anhælet, æque ac turtur vnum duntaxat admittit coniugē, ex cuius absentia flebili gemit cantu.

Pudicitia, & continentia, encomium.

APPENDIX.

Ita Origenes, atque Bernardus locis citatis. Ita Ambrosius serm. 3. in psalm. 118. versic. 1. & lib. de Isaac, & anima, cap. 4. Theodorit. Cassiod. Greg. tā Nyss. quam Papa, Beda, Philo Carpathius, Iustus Orgelita, Aponius, Anselm. atque Rupertus in suis commentarijs super Cantica.

Bernard. Origenes. Ambros. Nyss. Cassiodo. Gre. Pap. Philo. Iustus. Aponius. Beda. Anselmus Rupertus.

Singulari tamen modo Greg. Nyss. homil. 3. in Cantic. notat, hæc dicta, quoniam ij, qui temperatam, & puram vitam exercuissent, indignari fortasse, potuissent, se in superiori sententia comparatos equis, quorum luxuriosam libidinem significauit Ieremias, vbi ait. b *Equi in feminas currentes facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat:* præsertim cum & Dauid terribilem duxerit, c fieri sicut equum, & mulum, quorum iubet in chamo, & fræno maxillas constringere: æque enim est, inquit, ac si ad mitigandam superiorem similitudinem diceret ad ecclesiam sponsus.

Gre. Nys. b Ier. 5. 8. c Ps. 31. 10

Non sunt maxillæ tuæ eiusmodi, vt sicut equus chamo, & fræno opus habeas, vt constringaris: sed per puritatem turturum tibi ornantur genæ: pro fræno nempe tibi est turturū assimilatio, per quas vitæ puritas designatur.

Pudicitia est frænum sponsarum Christi.

Dicit autem, hęc sponsum admiratiue proferre. *Quid pulchræ factæ sunt genæ tuæ?* vt legunt Septuaginta, ad indicandum, id extra naturam esse taliū equorum, qui cum in carne sint, impuris operibus carnis dediti solent esse naturaliter.

Ponderatque Origenes citata homilia secunda ex quatuor; haud simpliciter dictum; *Quam pulchræ sunt genæ tuę*, sed, *quā pulchræ factæ sunt genæ tuę*, vt significaretur, prius quidem non ita eas fuisse, sed posteaquam suscepit oscula sponsi; & ipse, qui loquebatur per Prophetas prius adfuit, & mundauit sibi ipsi Ecclesiam suam lauacro aquæ, & fecit eam non habere maculam, aut rugam, & agnitionem sui præstitit ei: tunc factæ sunt speciosæ genæ eius. Tunc enim castitas, & pudicitia, & virginitas quæ prius non fuerat, per ecclesiæ genas speciosó decore diffusa est.

Orig.

Virginitas excoli cœpit post Christi aduentum.

Ad communem sensum adduntur ab aliquibus Patrum & alij insuper sensus, alięque rationes similitudinis allatæ.

Siquidem Origenes loco citato, commendatā ecclesiam hac inquit similitudine, quia continentiæ, & pudicitiæ in ea tanquam turturum volitet multitudo.

Orig. *Continentiū multitudo magna in Ecclesia.*

Aponius, per turturem intelligens Christum, eodem vocabulo significatum in illo psalmi octogesimitertij. *Passer inuenit sibi domum, & turtur nidū sibi, vbi ponat pullos suos.* Quia, inquit, in suis Doctoribus Sancta ecclesia castitate, & varietate virtutū turturis, idest Christi imaginem imitatur, necessario ab ipso laudatur, dicendo. *Quam pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis.*

Aponius.

Additque ob id quoque eandem adhibitam similitudinem, quod sicut turtur pręceteris auibus remota incolit loca, & ibi construit nidum, educatque pullos, vbi hostis, aut nūquam, aut vix habeat accessum. Ita & Sancta Anima fugiendo malorum consortia, & respuēdo quicquid pretiosum in præsenti cernitur vita, cognoscitur facere cœlestem prolem, doctrinę suæ sermone genitam, eandemque vitę exemplo nutritam transmittit ad cœlum. Quam rationem affert etiam Bernard. serm. 40.

Prædicatores Ecclesiæ imitantur Christū in pudicitia. Aponius. Bernard.

Prædicatores Sācti similes turturi, quārti solitudinem.

Tres Patres apud Theodoritum commendari hic, censent, piam Animam, nedum ex continentia sed & ex decenti sermone, ex oratione, ex abstinentia,

APPENDIX. Tres Patr. *Genarū pia animæ pulchritudo, quibus in reb. sita sit.*

tia, solitudine, ac patientia, vt sponsus tale quid dicat. Mirum in modum profecto pulchræ factæ sunt genæ tuæ, quæ ad similitudinem turturis verecundiam, & continentiam amplecteris, & Apostolorum consuetudinem imitaris: nec gentium more immoderato genarum motu vteris in disputationibus, nugis, & orationibus, & edacitate in cibis, vnde reliqua omnis nascitur intemperantia; sed eiusmodi potius moderatione, vt conciso, compositoque sermone superuacuam Græcorum sapientiam viceris; in orationibus autem Regnū Dei, & iustitiam eius tantummodo quæras: cibis vero non exquisitis, & iucundis vescaris, sed necessariis contenta sis. Ex quo fit, vt omnibus in rebus temperanter viuas; neque vero hæc referas ad gloriam, & ostentationem; quin etiam quod ad fortitudinem, & patientiam spectat, tam leni animo feras, in dextera gena te percuti, vt percutienti etiā alteram præbeas, ad Christi imitationem, æquo animo alapas sustinentis, & mandatum seruari posse reipsa comprobantis: atque instar turturis volucris solitariæ, secedentis in solitudinem, ibiq; ieiunantis, atque ita docentis, ostentationem, atq; humanas laudes fugiendas: Atque hoc quidem pacto decoræ factæ sunt genæ tuæ, quasi turturis, dū te & in cohibendis per abstinentiam cupiditatib. temperantem, & in iracundia per patientiam moderanda, fortem ac strenuum præbes.

Ansel. *Prædicatores sunt genæ Ecclesiæ.*

Anselmus per genas Ecclesiæ, intelligit altiores illos, qui scripturas terūt, & earum capaces faciūt inferiores: genæ enim dicuntur, inquit, pars hominum, quæ terit cibum, & mittit in ventrem: & sicut in genis est signum pudoris, ita prædicti illi altiores semper pudorem prædicant, & castitatē.

Bernard. *Genæ animæ piæ sunt duo necessaria ad intētionem rectā, res, & causa bona.*

Bernardus Serm. 40. in Cant. existimat, hic commendari sponsæ faciem, per quam designetur Animæ intentio; Ait autem, non dictum esse simpliciter; *Pulchra, aut decora es facie*, prout dici mos est: sed; *pulchra sunt genæ tuæ*, propterea quòd duo quædam in facie intentionis necessaria requiruntur, res nimirum, & causa; idest quid quisque intendat, & propter quid; & ex his duobus animæ vel decor, vel deformitas indicatur: Sic solùm inquirere Deum propter ipsum solum, hoc planè, inquit Bernardus, est vtramque bipartitæ intentionis faciem habere pulcherrimam, atque id proprium, ac speciale sponsæ, cui merito singulari prærogatiua audire conueniat: *pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis*: quæ pudica est, & maximè solitaria.

Ex Vers. X. Collum tuum sicut monilia.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sensum.

I. SENSVS.

PRosequens sponsus membrorum sponsæ, quē cœperat, panegyricum, à genis descendit ad collum commendatque illud ex adhibito monilium ornamento, siquidem si Hebraicum inspiciamus textum, in quo sic habetur, *Collum tuum in monilibus*: Aeque est ac si dicat.

Non modo genæ tuæ sunt pulchræ ex murenulis, ad turturum speciem fabrefactis; sed & collum tuum pulchrum quoque est propter adhibita monilium ornamenta; neque enim solum ex innata pulchrum illud est pulchritudine, sed & ex ipsis monilium ornamentis.

II. SENSVS.

Noster autem interpres (sicut & in superiori genarum laude notauimus) secutus Septuaginta pro בחרוזים bacharuzim, *in monilib.* legit כחרוזים chacharuzim, *sicut monilia*, legens litteram כ cnaph, pro littera ב beth, quam modo textus hebraicus habet: inter duas litteras tanta, vt diximus, est characterum similitudo, vt facillimum sit, vnam pro altera sumere. Et certò valde prudenter hac in re noster Interpres ipsos secutus est Septuaginta: tum quia maior adhibenda videretur fides codicibus illis antiquioribus, maximeque correctis, quibus ij vsi fuissent sapientissimi viri, in re præsertim tam graui, qualis erat conuersio hebraici textus in linguam Græcam: tum etiam quia multò magis per hanc lectionem commendaretur colli pulchritudo ex innatis, quàm per hebraicam ex adiunctis extrinsecùs ornamentis.

LITTERA.

B Tota modò difficultas sita est in explicanda huius similitudinis congruentia inter collum, atque monilia; complures enim, cum istiusmodi congruentia sibi minime esset perspecta, quasi nihil per huiusmodi similitudinem significaretur, sensum prosequentes hebraici textus nullam vulgatæ habuerunt rationem. Mihi sanè tam apta hæc videtur similitudo monilium ad collum, siue colli ad monilia, vt haud parem fortasse reperiri posse, existimem, qua cuncta meliùs exprimātur, quæ ad ipsius colli necessaria sint pulchritudinem.

Enimuerò tria sunt, quæ requiruntur, ad hoc vt mulieris collum pulcherrimum dici possit; rotunditas, candor, & externa ornamenta; & egregie ex perfecta rotunditate extollitur sponsæ collum per hanc similitudinem ad monilia: quoniā monilia ad circularem figuram sunt fabrefacta, ita vt in rotundum extensa principium habeant cum fine coniunctum; sicve eius colli rotunditas, quæ figuram habet circularem, congruentissimè per illa designatur: quasi ita rotundum id sit, vt perfectum adæquet circulum. Nec minus congruè candor eiusdem colli per similitudinem celebratur monilium: si per monilia, ea intelligantur, quæ ex candidissimis connexa sunt margaritis, qualia sunt quibus nostra ætate nobiles mulieres exornari cōspicimus, Italicè *Vezzi di perle*: quam significationem; proprius habere videtur Hebraica dictio haruzim חרוזים, cuius vim explicantes Rabini asserunt, esse lapides pretiosos, ac præsertim margaritas perforatas, & filo copulatas. Qua nam verò ratione colli candor exprimi meliùs potuisset, quàm cum illarum assimilatus est margaritarum candori, quæ ad ipsius adhiberi soleant ornatum? Hinc ex eadem monilium similitudine & tertia quoque in sponsæ collum confertur laus, idque multò efficacius, quàm si diceretur monilibus ornatum; dū enim ipsis comparatur monilibus, significatur, adeò illud vsquequaque speciosum esse, ac pulchrum, vt neutiquam ad augendum decorem adscititijs opus habeat monilium ornamentis, cum ipsa eius pulchritudo pro cunctis suppleat ornamentorum generibus. Quo sensu Bernardus: solet, inquit, collum ornari monilibus, non ipsis comparari: Sed hoc illę faciant, quibus, quia de proprio non inest decor, aliunde necesse est, vt mendicent, vnde se speciosas mentiantur.

Bernard. Ser. 41. in Cant.

» Nam sponsæ collum in se ipso formosum, & tā decenter, quasi natura formatum est, vt extrinsecùs non requirat ornatum.

Quid enim opus est, peregrinorum fucos adhibere colorum, cui propria, & tamquam innata sufficit pulchritudo, in tantùm, vt ipsorum quoque, quæ ad ornatum quæruntur, monilium possit adæquare nitorem? Quod igitur hoc colli encomio asseritur, breuiter tale est.

PARAPHRASIS

Collum tuum omnimoda decorum est pulchritudine, Ita enim est rotundum, sicut perfectissimus

DE ECCLESIA. mus monilium circulus; Candore non cedit monilibus candididissimarum margaritarum: estque sicut monilia pretiosiora, quibus colla decorari solent feminarum; Siquidem adeo in semetipso, & ex natura sua illud est speciosum, vt haud talibus egeat ornamentis, cum illa suo adæquet decore.

Ex Versicu. X. Collum tuum sicut monilia.

Expositio Secunda. De Secunda Sponsa, quæ est Ecclesia.

I. SENSVS. QVod manifestè Sanctis Patribus asseritur, quòdque à Scholasticis post multas disputationes certissima conclusione definitur, vt vota, nedum non minuant, sed augeant meritũ actionum; id iuxta sensum Hebraicæ lectionis sub metaphora monilium præclarè nobis indicat sponsus, dum ait: *Collum tuum in monilibus*, vel, *propter monilia* scilicet pulchrius redditur. Per collum nẽpe Ecclesiæ, Monachorum intelligit ordinem, ac Religiosorum, qui colli in illa exercent munus in eo, quòd iugo sese subijciunt seruitutis Dei; frequentissimum namque in scriptura est, vt per colli subiectionem id significetur, quòd quippiam Dei seruitio sese addixerint: vt apud Esdram, vbi dicitur, *a Optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui*: Et in Ecclesiastico, *b Collum vestrum subijcite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinã*: & alibi sæpius; Per monilia verò in plurali, intelligit tria vota, castitatis, paupertatis, atque obedientiæ, quibus quilibet adstricti sunt religiosorum, quia licet ligare videantur; haud tamen ita ligant, vt dehonestent.

Religiosi sunt Ecclesiæ collum.

a 2. Esd. 3. 5.
b Eccle. 51. 34.

Vota religiosorũ ita ligant, vt non dehonestent, sed potius summam præseferãt libertatem.

Quemadmodum enim monilia, & torques, etsi videantur collum ligare; tamen id nedum non ligant, sed & liberrimum ostendunt, & non mediocre illi addunt decus, ac ornamentum. Ita tria vota tametsi deuincire, & alligare videantur religiosum; vindicant tamen illum potius in gloriosissimam purgatæ conscientiæ libertatem, è multis sæculi ereptum periculis, confracto diaboli iugo, quo ante opprimebatur, conferuntque eidem ornamenta, ea vniuersa, quæ pium quemque decent.

Simile

Religiosus dũ sese vouet Deo, sũmã adipiscitur dignitatẽ ac potestatem.

Qua propter bene cuilibet, qui religionem adire velit, verba illa dici queunt sapientis; *c Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius.*

c Ecc. 6. 25

Neque enim istiusmodi vinculis indignandum aliquatenus, quia torques sunt, atque monilia: quorum obligatio libertatem veram minime tollit: imò regiam, ingentemque conferunt potestatem, ac dignitatem, iuxta illud commune affatum: Seruire Deo, regnare est; vnde & *d* beatus dicitur, qui portauerit iugum à iuuentute sua. Ac veluti siquis vilis homuncio admitteretur ad supremi Regis ministerium cum obligatione perpetua, vt esset intimus ipsius Regis cubicularius, vel exercitus Imperator; certè is per talem obligationem haud dicẽdus esset ligatus, omnimodaque libertate priuatus: sed potiùs maxima gratia exornatus, & eximia donatus liberè imperandi potestate.

d Thre. 3. 27.
Simile.

Ita & qui ad Dei seruitium per votorum obligationem adstringitur, neutiquam ligatus asserendus, sed excellentissima libertate donatus; Sed sum

A mam ad bona peragenda potestatem adeptus.

Non secus ac *e* Patriarcha Ioseph, quando ad Regis Pharaonis, regnique totius Ægypti ministerium euectus est; cum ad id muneris obligatus est, ea insignitus est libertate, & potestate, vt ad illius oris imperium cunctus populus obediret.

DE ECCLESIA. e Gen. 41. 41.

Ac sicut in illa historia Ioseph textus dicit, à Rege Pharaone torquem aureum illius collo circum positum, qua significaretur, eam obligationem ipsum haudquaquam ligare, sed esse instar illius aurei monilis, quod libertatis signũ esset, ac summæ dignitatis, & potestatis. Ita & in præsenti sententia sponsus sub eadem monilium metaphora eam designans libertatem, ac potestatem, illudque decus, B quo per votorum obligationem Religiosi honestati sunt in Ecclesia: *Collum*, inquit, *tuum in monilibus*. Ac si dicat.

Religiosi, qui in te colli specimen habent, pulchri quidem, ac Sancti redduntur per ea, quæ ex bonis habitibus bona peragunt opera; at multò certè pulchriores, & Sanctiores propter vota dictã di sunt, quibus sese adstrinxere: quandoquidem ea ipsa opera, quæ aliàs ex bonis habitibus facta, pulchros eos reddidissent, & Sanctos, per votorũ obligationem reddita sunt præstantiora, & per cõsequens illos honestant magis, non secus ac pretiosa monilia pulchrum decorant collum.

PARAPHRASIS

Sicut autem ex isto sensu lectionis hebraicæ colligimus, Monachos ac Religiosos commendatos C ex tribus votis: ita haud minus eosdem & iuxta sẽsum lectionis vulgatæ laudatos ex summa eorumdem perfectione, inspicere licet, dum sponsus ait: *Collum tuum sicut monilia.*

II. SENSVS.

Ac sicut per comparationem ad monilia, diximus in prima expositione, sponsæ collum commẽdari ex tribus, rotunditate, candore, ac ornamento: in eumdem modum ex triplici capite per eamdem comparationem dicendum est, à Christo ipsos commendatos religiosos.

Primum ex perfectione status; per rotunditatem enim perfectionem designari, patet ex eo, quòd inter figuras vniuersas rotunda, & circularis sit perfectissima: vnde & in posterioribus, cum sponsa D e x perfectione, Christi opera sub manuum figura commendare vellet, ex absolutissima ea commendauit rotunditate, dicens. *f Manus eius tornatiles*. Quam rectè autem Monachi, & Religiosi ex statu commendentur perfectionis inde perspicuũ fit, quòd animaduertimus, illos cum solemnitate professionis sese ad ea, quæ sunt perfectionis obligasse; vnde Dionysius: eos ait, qui nominantur Dei famuli, ex Dei puro seruitio, & famulatu vniri ad amabilem perfectionem; pateteque id ex ratione etiam ipsius perfectionis, quæ sita in eo est, vt ab E affectu hominis excludatur nedum id, quod est charitati contrarium, sed etiam illud omne, quod impedit, ne mentis affectus totaliter dirigatur ad Deum; hocque illud est, quod intendunt Religiosi, dum ita sese Deo mancipant; vt nihil sibi reseruent: sed sensum, linguam, vitam, atque substantiam illi immolent.

Religiosi sunt in statu perfectionis, & quo modo.

f Cãt. 5. 14

Lib. Eccle siastic. hierar. ca. 6.

Notandum autem, quàm aptè ijdem Religiosi haud circulo simpliciter aureo, vel argenteo comparentur; sed monilibus, ijsve, quæ ex candidis fabrefacta sunt vnionibus, in rectum filum immissis, quæ tamen eatenus circularem habent figuram, quatenus filum ipsum rectum in circulum ducitur, quando ad rotundum quid appenditur; quo indicatur, Religiosorum perfectionem haud esse perfectionem formaliter ex sui natura, vt aiũt Scholastici; sed in via, quatenus illi per semitam iusti,

DE ANIMA.

Religiosos haud satis est esse i statu pfectionis, at necesse est hēat et candorē vitæ.

iusti, quæ recta est, ambulantes post Christum, ad ipsam formalem tendunt perfectionem, cui conformare se satagunt.

Verum quia haud satis est, vt Religiosi in statu sint perfectionis, nisi ad huiusmodi statum addant, & puritatem intentionis, nisi & candor vitæ in eorum eluceat actionibus, propterea rectè monilibus comparantur margaritarum, quæ præter rotunditatem, summum quoque habent candorem. Enimuero ij sunt Religiosi, quibus hæc diuina competit laus, quibus & ea congruunt Ieremiæ verba, quæ de d Nazareis dicuntur. *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte*; Ecquis enim rectiùs Nazaræus dicendus est, qui interpretatur segregatus, & sanctificatus, quàm bonus Religiosus, qui & a sæculi turbis segregatus est, & Deo semetipsum sanctificauit?

Religiosi sūt sibimetipsis ornamētum, quam boni extiterint.

Porro, cum Nazaræi isti tanto decorati fuerint candore, cum in rotunditate perstiterint perfectionis; tunc vere ad Ecclesiam dici potest; *Collum tuum, sicut monilia*, ipsi enim adeo per hæc duo & pulchri redduntur, & sancti; vt haud alio egeāt extrinseco monilium ornamento, sed sint sicut ipsa monilia, ipsi sibimetipsis existentes ornamentum per internas, externasque virtutes.

Ex Versic. X. Collum tuum sicut monilia.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima.

SI eò magis vnūquodq; sit celebrandū, quò magis ad boni appropinquat naturam, obedientia certè inter virtutes omnes præstantissimam merebitur laudem: quippe quæ tam proximè ad boni naturam accedat, vt sicut bonum diffusum apparet in omne id, quod est; adeò vt & malum ipsum, vt quoquo pacto esse possit, bonum pro subiecto habeat operæpretium sit. Ita & obedientia adeò cunctis necessaria est humanis actionibus, adeoque cunctis admixta est exercitijs hominum, vt necesse sit, reperiatur etiam in ijs, quæ illi sunt repugnantia. Neque enim vel regnum, vel Respublica, vel Ciuitas, vel familia, vel exercitus, vel Schola, imò nec Latronum cohors, nec ipsa ciuium rebellio, quæ se à proprij Principis obedientia remouet, sine aliqua obedientia vel ad punctum perdurare possent. Quòd si obedientia in genere, vel quatenus est pars Iustitiæ tanto laudanda est præconio, quidnam laudis in eamdem conferendum erit, si spectetur, vt pars est Religionis, quatenus per illam fidelis Anima propriam contemnit voluntatem, qua nihil habet præstantius, eamque Deo subiicit, siue Prælatis propter Deum? sanè, si regula illa vera est, quod quanto aliquid virtutis est difficilius, tantò id est laudabilius, cum executioni mandatur, obedientia ista præ omnibus indubitanter extollenda est; ipsa namque est, quæ cum difficillima pugna nostram à nobis aufert voluntatem: ipsa est, quæ tanta difficultate nos de nobismetipsis triumphare facit: ipsa est, quæ nos propriæ voluntatis tanto cum labore reddit expugnatores, ita vt rectè per Salomonem dicatur: a *Melior est qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium*: idest, præstantiori dignus est laude, qui per obedientiam ita semetipsum expugnat, vt Dominus fiat animi sui, propriam subijciens voluntatem, quam qui difficillimis certaminibus multas expugnet Vrbes. Quòd si expugnatores Vrbium apud antiquos corona, atque monilibus decorabantur, & torquibus ad summam eorum laudem, summumque honorem: profectò multò congruentius ea ipsa in virum conferenda sunt obedientem. Vndè benè idemmet Salomon; b *Audi*, inquit, *Fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ* (idest esto obediens) *vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo*. Et sponsus cœlestis in ea, quam præ manibus habemus, sententia, iuxta Hebraici textus sensum, videns animam obedientem tali monilium honestatam decore, insigni illam commendans præconio ait: *Collum tuum in monilibus*; Per collum obedientiam ipsam designans, qua Anima Dei iugo subiicitur. Ac si dicat.

Simile.

Obedientia similis est naturæ boni.

Sine obediētia nil perdurare pt.

Obedientia maximè laudabilis quia & maxime difficilis.

a Prou. 16. 32.

Obedīēs corona & monilib. orna-tur, sicut expugnatores vrbium

b Pro. 1. 8

I. SENSVS. Theod. Hierony.

Obedientia tua per se quidem pulchra valde est; at multò redditur pulchrior per id, quòd monilibus exornata est pretiosissimis: per id, quòd te tamquam tui ipsius triumphatricem torque exornat aureo charitatis; quatenus per illam non solum tuis obtemperas maioribus, sed quod in immensum præstantius est, illis obtemperans propter Deum, cui eam, quam tanto labore expugnasti, voluntatem tuam, pro ingenti, qua erga illum affectus es charitate, iam dedicasti.

PARAPHRASIS

Obedientia quō sit exornata monilibus.

At multò efficaciùs eadem extollitur obedientia, cum sponsus iuxta lectionem nostram ait: *Collum tuum sicut monilia*: per hanc namque monilium similitudinem totum id vnico exprimit verbo, quod in intima perfectissimæ obedientiæ natura potest esse sublime, ac gloriosum. Siquidem primò innuit, ita obedientiam similem esse monilibus, quòd tametsi videantur gestantis collum ligare, graueque eidem onus adiicere: nihilominus qui ea circa collum habet, per ipsa potiùs liberum se iactitet, eximiumque ex iis ornamētum sibi obuenire cognoscat: ac propterea, moris id esse videmus, vt militum duces monilia, ac torques super collum gestent. Sic & perfecta obedientia licet deuincire videatur obedientes, eisque plurimum afferre & oneris; re tamen vera eos maximè liberos exhibet, cum eos à seruitute liberet peccati; ac veluti fortissimos duces, qui propriam expugnarint voluntatem, gloriosissimos reddat, iuxta illud Salomonis: c *Vir obediens loquetur victorias*. Quomodo loquetur? nisi quia obedientia ipsa illum validissimum ducem tacitis proclamabit vocibus, æquè ac monilia. Quibus & ea consonant, quæ per Isaiam dicta accepimus: d *Si glorificaueris Deum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris Sermonem: Tunc delectaberis super Domino. & sustollam te super altitudines terræ*: Hinc est, quod ad istiusmodi diuinæ legis obedentiam filium adhortans sapiens: e *Conserua*, inquit, *Fili mi præcepta Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: Liga ea in corde tuo iugiter, & circumda ea gutturi tuo*. Quomodo enim præceptis circumdari potest guttur, ac collum, nisi & ipsa præcepta monilia sint?

II. SENSVS.

Simile.

Obedientia facit maximè liberū summūq; confert honorem ipsi obedienti.

c Pro. 22. 28.

d Isai. 58. 13.

e Pro. 6. 20

Verum per hanc obedientiæ comparationem ad monilia aliud secundo indicatur mysterium, nimirùm quòd sicut monilia ex multis compacta sunt annulis, vel ex multis margaritis; Ita & perfecta obedientia ex pluribus constat gradibus, quorum primus est, vt opere perficiatur, quicquid præcipitur vel à Deo, vel ab illis, qui eius vices gerunt in terris, iuxta illud Apostoli; f *Admone illos, Principibus, & potestatibus subditos esse: dicto obedire: ad omne opus bonum paratos esse*.

Obedientia est monile ex tot annulis, quot gradus habet, qui-ne ij sint.

f Tit. 3. 1.

Huic

DE ANIMA.

Huic annulo & ſecundus connectitur, quo non tantùm facto obeditur: ſed & ſine vllo murmure, ſine excuſatione, & ſine vlla tergiuerſatione fit illud omne, quod mandatum fuerit, prout à Chriſto obedientiæ exemplari factum legimus, vt ipſemet apud Iſaiam ait; *g Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorſum non abii*: Vides præclarum monile ex duplici annulo compactum? retrorſum non abij, en primum: non contradico, en ſecundum: At ad tam eximij monilis perfectionem & tertius adiungatur, neceſſe eſt annulus, tertius videlicet gradus, & ſummus, quo non tantum opere obeditur, & abſque murmure, ſed & captiuatione intellectus ad voluntatem imperantis: iuxta illud Apoſtoli: *h In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti*; porrò per hunc tertium gradum mirabili artificio totum concluditur monile; nam captiuato intellectu noſtro in obſequium voluntatis alterius, voluntas noſtra connectitur cũ voluntate præcipientis, ita ut iure iſtiuſmodi obedientia quæ perfecta eſt, dicatur eſſe ſicut monilia.

g Iſ. 50. 5.

h 2. Cor. 10. 5.

Quamuis monile hoc longiùs extenſum videre liceat apud Bernardum, quippe qui alios addat annulos: in Sermone enim quodam de virtute obedientiæ, ſeptem perfectæ obedientiæ enumerat gradus: quorum primus eſt, vt obtemperetur libenter, iuxta illud: *i Voluntarie ſacrificabo tibi*: Sola enim voluntas eſt, quæ totius operis ornat effectũ, ſine qua nec benè aliquid agitur, etiamſi bonum id eſſe videatur.

Bern. To. 2

Obedientiæ gradus ſeptem.

i Pſ. 53. 8.

Secundus vt obediatur ſimpliciter: quia qui per hanc obedientiæ viam ambulat ſimpliciter, ambulat & confidenter.

Tertius, vt & hilariter: *K Hilarem enim datorẽ diligit Deus, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate.*

K 2. Cor. 9

Quartus, vt velociter, iuxta illud: *l Viam mandatorum tuorum cucurri*: Sicut *m* & Zacchæus feſtinus ad ſimplex Domini præceptum *deſcendit, & ſuſcepit illum gaudens in domum ſuam.*

l Pſal. 118. 32.

m Luc. 19. 6.

Quintus, adimplere viriliter, iuxta illud: *n Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes, qui ſperatis in Domino*: ita vt quicquid ingruat impedimenti, vel aduerſi, ſemper vir obediens dicere queat; *o Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.*

n Pſ. 30. 25

o Pſ. 118. 60.

Sextus, vt quod viriliter adimpletur, fiat etiam humiliter; ſine humilitate enim virtus fortitudinis non ſolùm virtus non; eſt, ſed & in ſuperbiæ decidit vitium.

Septimus denique, vt indeſinenter obtemperetur, ac perſeueranter; Atque hic poſtremus eſt annulus, quo totum monile finitur: ſine perſeuerantia enim haudquaquam perfectus cõcluditur circulus. Porrò cum ea, quæ hoc loco à ſponſo extollitur Animæ Sanctę obedientia ſit vſquequaque perfecta, prædictiſque omnibus connexa annulis, congruentiſſimè dictum apparet: *Collum tuum, ſicut monilia.*

Præſertim, cum adhuc & tertia cõſiderari queat proportio inter eamdem obedientiam atque ipſa monilia: Nam quemadmodum in monilibus tanta eſt annulorum connexio, vt non poſſit trahi vnus annulus, quin trahantur & ſubſequentes: &, ſi vnus è medio ſubtrahatur, ea tota diſiungitur. Ita & obedientia talis eſſe debet, vt vnicum exercens gradũ, & ceteros ſimul exerceat. Neque enim perfecta cẽſebitur, ſi vni Prælato obediatur, & non alteri, cum Petrus *p* iubeat obediri non tantùm bonis, ſed & diſcolis. Neque in vna tantum re obtemperandum, & non in alia, prout à compluribus fieri conſpicimus, qui in ijs, quæ propriæ conformia ſunt volun-

Obediẽtia perfecta eſt in omnibus rebus, & erga ſuperiores omnes.

Simile.

p 1. Petr. 2. 18.

DE B. MARIA

tati, quæve ſibi grata exiſtunt, obediẽtiſſimi ad primum obtemperant nutum, ſed in illis, quæ grauiora ſunt, atque moleſta, inobedientes ſunt, atque rebelles: horum certe collum haudquaquam dici poteſt ſicut monilia; prout de collo dicitur ſponſæ. Quod, tum æquabili, continuataq; rotunditate perfectionis: tum pulcherrimo ingentis ſimplicitatis, ac puritatis candore, atque ſplendore, congruentiſſima ſimilitudine ad ipſa cõparatur monilia. Quin tanta eſt obedientiæ, quæ eſt in Anima Sancta, perfectio, vt haud alio extrinſecus indigens monilium ornamento, ipſa ſibi pretioſiſſimum ſit monile aureum, necnon & margaritarum.

Ex Verſ. X. Collum tuum ſicut monilia.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Maria.

INter mulierum ornamenta quantumlibet pretioſa, propriam liberorum prolem vniuerſis, quę vel in gemmis, vel in margaritis, vel in auro, vel in argento, vel denique in ſumptuoſis oſtentantur veſtibus, præferendam, egregiè ſignificauit inſignis Graccorum mater Cornelia Romana, cui, cum à nobili, atque prædiuite Matrona quædam oſtenderẽtur ornamenta pretioſiſſima, quibus ea ſeſe exornaret, ac ſpecioſam redderet: ipſa filios exhibuit è cõtra, dicens: Et hæc ornamenta mea ſunt: Ac ſi diceret; Iſti ſunt meæ veſtes; hi gemmæ, ac margaritæ meæ; hi mea pretioſiſſima monilia: his exornor, his reddor & pulchra. Adeoque hoc verũ eſt, vt & Spiritus Sanctus loquens ad Eccleſiam per Iſaiam Prophetam de myſtico, admirabilique illo partu, quo immenſam gentium multitudinem paritura ipſa eſſet ad fidem, dixerit: *Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circundabis tibi eos quaſi ſponſa*: Quòd ſi myſtici filij, vel proles, quæ ex corruptionis ſemine orta eſt, præſtantiſſima Matrum dicuntur ornamenta, pretioſiſſimaq; quibus inſtar ſponſæ mirum in modum exornantur, monilia: certè id multò rationabilius de ea aſſerendum eſt vera prole, quæ abſque matris corruptione de Spiritu Sancto concepta, ſine vlla Virginitatis læſione orta eſt mundo. Quapropter iure optimo cæleſtis ſponſus Glorioſiſſimam laudibus celebrans hanc Dei genitricem, poſtquam admirabilẽ illius extulit Virginitatem, vnà cum matrimonio connexam, vbi dixit: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*: Nunc eiuſdem commendans partum, qui incredili decore iunctus cum eadem eſſet Virginitate, ſubijcit: *Collum tuum in monilibus;* iuxta hebraicam lectionem, vel; *Collum tuum ſicut monilia*; iuxta lectionem vulgatæ. Acque enim eſt, ac ſi dicat.

Filij ſũt ornamẽta matrum.

Val. Max. lib. 4. c. 4.

a Iſ. 49. 23

Marię virginitas & illuſtrata fit per partum.

PARAPHRASIS

Specioſa valde es propter inſignem Virginitatis pudicitiam, qua exornaris; tametſi iuncta ſis matrimonio; at multò ſanè eris pulchrior per prolem, quam, in Virginitate perſiſtens paries, geſtabiſve ad collum, tunc nempe collum tuum pulcherrimũ erit in monilibus, quia per filium, quem ad illud baiulabis, pretioſiori id decorabitur ornamento, quàm ſi vel margaritarum, vel aureorum compluribus exornatum eſſet monilium. Enimverò vnigenitus ille ex tuo pendens collo & inſtar monilium illud circumdabit, & quod maius eſt ita ſpecioſum id reddet, vt haud alio extrinſecus egeat monilium ornamento: erit quippe tunc *Collum tuum ſicut monilia*, ipſum ſibi omne erit ornamentum; ipſum monilia omnia.

Chriſtus pẽdẽs ex Maria collo ſpecioſiſſimum extitit monile.

APPENDIX.

Ex Verſ. X. Collum tuum ſicut monilia.

Appendix Expoſitionum collecta ex Antiquis Patribus.

PAraphraſis Chaldaica: Et quàm pulchra ſunt dorſa eorum, vt ſuſtineant iugum præceptorũ meorum,& ſint ſuper eos,ſicut iugum ſuper ceruices bouis,qui arat in aratro,& ſuſtentat ſe,& dominum ſuum.

Origen. Theod. Bernard.

Senſus litteræ is eſt,quem affert Origenes homilia prima ex duabus,dicens.Vt ornamentum,quod ſolet è Virginum collo pendere, & nuncupatur ὁρμίσκος monile, ita ſine hoc decore, & tuum ipſum collum eſt ornamentũ:quem ſenſum affert & Theodoritus,& Bern.ſerm.41.

Gre. Nyſſ.

Circumſpectio piæ animæ.

Alia ratione hæc explicat Gregorius Nyſſenus homilia tertia:exiſtimat namque, ſponſum his in verbis adhuc perſiſtere in ſimilitudine equorũ,qui bus in ſuperiori verſu ſponſa a ſe fuerat comparata:laudat enim,inquit,collum,quod in figuram circuli eat in gyrum;quod etiam ſuperbis, & ferocib. equis videmus fieri:ſicque torquis nomine,circulũ ſignificari exiſtimat.

Simile.

Hanc vero commendationem ita Nyſſenus applicat animæ,quod ſicut equus collum in orbem flectens,ad omnes ſuos greſſus aſpicit,quo fit,vt inoffenſus,& tutus ſit greſſus eius: ita anima ſancta ad ſe ipſam aſpiciat; & tutiſſime ad curſum diuinum feſtinet,vniuerſa deuitans impedimenta quod nõ mediocrem illi affert laudem.

Aia Sancta tãquã portus i Mari.

Secundò, ponderans dictionem Græcã, ὁρμίσκος qua pro monilibus vſi ſunt Septuaginta,dicit, eam eſſe diminutiuum à dictione ὅρμος, quæ etſi & portum ſignificet, & torquem: primò inquit, per eam portum illum ſignificari, qui in Lunæ formam cauatus,ſinu mare excipit, quietemque adnauigantibus exhibet:tum ex metaphora propter circularem figuram ſignificari etiam monile, & ornamentum colli.Hoc poſito:aſſerit, piam animam commendari ex eo,quòd ſit inſtar portus,quieta,tranquilla,& tuta taliſve,vt ad eam confugientes, qui mare fluctuoſiſſimum huius ſæculi nauigant,quietem, tranquillitatem, ac pacem ſecuriſſimam reperiant per eius verba,atque exempla.

Virtutibus tãquã monilib. ornata eſt pia anima.

Tertiò ponderat,collum aſſimilatum non vni tãtùm,ſed pluribus monilibus,per quod ait, commẽdari animam ex perfectione in vnaquaque virtute, quaſi ſignificet,habere illam exornatum collum,& vitam monili temperantiæ,monili pietatis, monili fidei, cæterarumque virtutum, ſine quibus ea pulchra dici minime poſſet.

Per myſticum Eccleſiæ,atque piæ animę collum, quod hic ab ſponſo commendatur,intelligunt aliqui obedientes,vel obedientiam ipſam,ex eo quod collum iugo ſubijciatur,& ſit flexibile. Ita Hieronym.ſuper illa verba Iſa.52. *Solue vincula colli tui.* & Theodoritus,atque Ambroſius.Quod collum recte monilibus comparatum inquiunt, quatenus obedientia non ligat, ſed inſtar monilium eſt potius ornamento. Vnde Ambroſius ſermone 3. in pſalm. 118.verſiculo 1.legens: *ceruix tua ſicut redimicula*, quæ ſunt ornamentum colli ex monilibus. Portare,ait,Chriſti iugum ſuaue eſt,ſi ornamenta putes ceruicis tuæ eſſe,nõ onera.Attolle ergo oculos tuos ſemper ad Dominum Deum tuum, & quære Deũ, & inuenies.Erige ceruicem:redimicula non vincu

Hieron. Amb. Theod.

Obediẽtia nõ ligat, ſed ornat.

A la geris. Muta quoque animalia redimiculis gaudent,& falerari ſibi magis,quàm nudari videntur. Genæ ſicut turturis præferent inſignia verecundię: redimicula ceruicis libertatis attollent fiduciã. Leue eſt enim iugum Chriſti, & ideo ceruix eo nõ prę mittur,ſed leuatur.

APPENDIX. Ambroſ. *Iugũ Chriſti non eſt oneri, ſed ornamento.* Origen. *Obedientia Eccleſiæ eſt ſimilis obediẽtia Chriſti.*

Alio pacto Origenes homilia ſecunda ex quatuor,idem ipſum obedientiæ collum hac ſimilitudine commendatum cenſet:ſiquidem per monilia, ſeu redimicula,quæ ſunt ornamentum colli ex monilibus conſtans,intelligit Chriſtum, qui prior factus eſt obediẽs vſque ad mortem;ſicque exiſtimat hoc loco Eccleſiæ obedientiam, ſeu eos, qui in eccleſia obedientes ſunt, Chriſti iugum ſuſcipientes, B comparari ad obedientiam Chriſti:vnde ait: Magna in hoc laus ſponſæ eſt,magna Eccleſiæ gloria, vbi imitatio obedientiæ eius exæquatur obedientiæ Chriſti,quem imitatur.

Iuſt. Orgel. *Cõtẽplatiui ſunt collũ & ornamẽtum Eccleſię.*

Iuſtus Orgelitanus per idem Eccleſiæ collum intelligit contemplatiuos, qui legem Dei meditãtes, ac ruminantes,reddunt diuinam doctrinam: qui, quia ſunt præclara Eccleſiæ ornamenta,dicantur eius monilia.

Prędicatores, & Doctores ſunt Eccleſię collum. Caſſiod. Aponius. Beda. Anſelm.

Communius tamen ſub colli metaphora ſancti Eccleſiæ Doctores,ac Prædicatores celebrati dicũtur a Sanctis Patribus: quatenus inſtar colli ſe habent in corpore Eccleſiæ,dum cibos diuinæ doctrinæ traijciunt in eiuſdem Eccleſiæ ventrem, & verba proferunt de intimo mentis: vt aſſerunt Caſſio- C dorus,Beda,Aponius,& Anſelmus:qui addit,ob id quoque illos dici Eccleſiæ collum, quòd Chriſto capiti totum Eccleſiæ corpus coniungant, æque ac collum continuat,atque coniungit capiti corpus.

Prędicatores cur cum parati monilibus. Caſſiod. Beda. Greg. PP. Anſelm.

Hoc collum,hoſve prędicatores monilibus comparatos inquiunt Caſſiodorus, & Beda,quia caſtæ doctrinæ gemmis,& virtutum ornamentis decorãtur;quandoquidem monile eſt ornamentum Virginum,vel matronarum.

Gregorius Papa monilibus eoſdem comparatos,inquit,vel quia Eccleſiæ ſunt ornamentum; vel à rotunditate,ideſt perfectione: vel quia Eccleſiam muniunt. Quam vltimam rationem ſic explicat Anſel- D mus;quòd ſicut monile monet aliquos,vbi ſe recipiant,& munit pectus habentis, ne aliquis manus injiciat: ita prædicatores doctrina ſua muniunt Eccleſiam,ne adulter diabolus manus injiciat; & monent minores de Eccleſia, vbi ſe recipiant, & ſequantur.

Greg. PP. Aponius.

Addit vero Gregorius,quem ſecutus eſt & Aponius:quia in monilibus gemmæ in auro ponuntur, & per aurum ſapientia, per gemmas autem opera exprimuntur:Collum,inquit, Eccleſiæ ſicut monilia exiſtere,quoniam quilibet rectus Eccleſiæ prædicator & ſapientia ſe interius induit,& opera exterius exercet,quæ in ſapientia vidit.

Phil. Carp. a Gen.38. 18. iuxta Sept.

Philo Carpathius illos præcipue commendatos hic cenſet prædicatores,quos Eccleſia primùm à Iu- E dęa,tanquam monilia noſtræ fidei ornamenta accepit,quod probat ex eo,quod in Geneſi dicitur, a Iudas dediſſe Thamar monile.

Tres Patr. *Humilitas vera eſt ſicut monilia. & cur.*

Inter eos,qui piæ animæ hæc applicant: quidam ſub colli metaphora eius humilitatem laudatam aſſerunt.Ita Catena Trium Patrum apud Theodoritũ,qui iſtiuſmodi paraphraſi hanc explicãt ſniam, Collum tuum pulchrum effectum, ſicut monilia. Neque enim tibi ferreum eſt collum,vt propter ſuperbiam flecti nequeat;ſed propter modeſtiam facile verti poſſit,vt monilia ex auro elaborata,cuius quidem auri probitatem, ac puritatem humilitas tua ſimplicitate non ficta imitatur.Adduntve:quòd ſi minime ſimulatam humilitatem monile ſignificat,

APPENDIX.

eat, sponsæ Christi collum tamquam monilia commendatum, & virtutum indicat multitudinem, & implicitam in singulis virtutibus humilitatē. Quēadmodum enim monile recta figura prius ab artifice conflatur; deinde in circulum accommodate ad vsum circumflectitur: sic homo virtute perfectus, cum absoluta vitæ moderatione rectus sit, ceteris compatiendo, per humilitatem flectitur, atque dimittitur. At collum humilitate circumdatum est animi ratio, quæ vt collum reliquo corpori caput coniungit; sic ipsa mentem cum sensibus connectit: dum ex virtutum habitu mentem per actiones sensibus applicat, sensusque rursum ex virtutum præscripto ad mentem reducit. Flectitur item per humilitatem, dum non ex propria extollitur dignitate, sed ex pulueris, ac materiæ abiectione demittitur.

Simile. — *Compassio reddit piā animā sicut monilia.* — *Rō aīa est sponsa collū sicut monilia.*

Ambrosius in lib. de Isaac, & anima, c. 4. patientiā commendatam cēset: sic enim ait. Laudatur anima, quòd cælesti sibi illuminante præcepto, iam speciosa, iam pulchra sit, quæ vultu præferat castitatis decorem, & redimicula ceruicis attollat, in qua sunt patientiæ, & humilitatis insignia.

Ambros. — *Patiētia est collū, & ornamētū piæ animæ.*

Ioan. Chrysostomus homilia octaua ex varijs in Matthæum, videtur referre hæc ad commendationem silentij, dum ait: Huius fidelis operis eleemosynæ sub religiosæ taciturnitatis silentio Salomon, Ecclesiam commendans, olim protestatus est dicēs. *Speciosæ sunt genæ tuæ propter taciturnitatem tuā.* Tametsi (vt verum fatear) Chrysostomus videtur confudisse hunc locum cum altero loco capitis quarti, vbi item commendantur sponsæ genæ, in quarū commendatione in versione Septuag. illud adiectū reperitur: *præter taciturnitatem tuām.* Quicquid tamen fit de Chrysostomo, cuius certe auctoritatem maximi facio: de eodem silentio præsens colli encomium interpretatur Rupertus Abbas, dicens, collū Beatæ Virginis comparatum monilibus: quòd sicut monilia muniunt matronarum pectora, vnde & dicuntur monilia, eo quod pectus muniant, ne quis extraneus, ac impudicus manus inijciat. Ita & collum Mariæ muniunt verba illius; non solùm, ne quid otiosum, aut noxium, seu inordinatum per vocem erumpat; verùm etiam, ne ipsum bonum eius, diuinumque mysterium ei creditum leuiter viam, vel vocem inueniat, vt auris aliena, quæ custodire fortasse nesciret huiusmodi margaritas, intelligat.

Chrys. — *Silentium est ornamētū piæ aīæ.* — *Rup. Abb.* — *Mariæ maxima cautela in loquēdo, quia eius collum sicut monilia.*

At fidei laudem refert hæc ipsa Gregorius Papa explanatione in illud Psalmi quinti pœnitent. *Vt audiret gemitus compeditorum*, &c. Sic quippe ait: Collum, fides est, per quam Deo fidelis quisque coniūgitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesia, quæ eius est corpus vnitur. Et quia fides sine operibus mortua est, quasi collum sponsæ monilibus circumdatur, dum fides Sanctæ Animæ operib. decoratur. Ideoque ei dicitur: *Collum tuum sicut monilia.*

Greg. PP. — *Fides est collū aīæ sicut monilia ppbona opera, quę habet annexa.*

Denique Bernardus Serm. 41. accipit hæc, vt Encomium intellectus puri, atque simplicis eiusdem Animæ. An non, inquit, tibi vedetur colli quodammodo vice fungi intellectus, per quem tua anima traijcit in se Spiritus vitalia alimenta, atque in quædam transmittit viscera morum, affectuumque suorum? Hoc ergo collum, idest purus & simplex intellectus, cum nudam, & apertam veritatem satis per se ipsum reniteat, non indiget ornamento: Sed ipsum tamquàm pretiosum monile animam decenter exornat, ac proinde simile monilibus ipsis describitur: Bonum monile veritas, bonum puritas, siue simplicitas, bonum plane monile sapere ad sobrietatē.

Bernar. — *Intellectus purus piæ aīæ, est eius collū, & ornamentum.*

A Philosophorum, ac hæreticorum intellectus nō habet hunc in se puritatis, veritatisque nitorē: & ideò multam curam gerunt, ipsum colorare, & fucare phaleris verborum, & versutijs Syllogismorum; ne, si nudus appareat, falsi etiam appareat turpitudo.

LITTERA.

Vers. XI. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sonum.

B QVemadmodum in Superioris sententiæ expositione duplex eorum, quę ibi dicebantur, allatus est sensus: alter, quo sponsæ genæ, atque collum ex adscititijs commendabantur ornamentis; Alter verò, quo eadem membra ex pulchritudine laudabantur innata: In eumdem modum & eorum, quæ consequenter hic ab eodem sponso prolata sunt, duplex sensus assignari potest;

Vt autem vtriusque sensus facilis sit intellectus, id prænotandum est, quod etiam supra est tactum; Hebraicam dictionem, quam noster vertit, *Murenulas*, esse vnam eamdemque cum illa, quam in præcedenti sententia vertit: *Sicut turturis*: Vnde collegimus, unum idemque significari ornamen-

Murenulæ quid sint.

C tum genarum, à capite è temporibus pendens per dictionem תורי thore, quod suprá significatum est per dictionem בתורים batthorim, seu כתורים chattorim: Atque hoc crediderim, significare voluisse & Septuaginta Interpretes, cum dictionem תורי thore verterunt ὁμοιώματα similitudines, idest ornamenta similia illis, quæ prædicta essent. Non est mei instituti, multiplices aliorum recensere sententias. Circa explicationem ornamenti murenularum, dicam aliqua in appendice: Pro nunc sat istud sit, attulisse quid ipse sentiam. Non abnuo tamen, inter ea, quæ ab alijs dicuntur, id mihi probabilius videri, quod asseritur; Murenulas, quæ hic promittuntur
D sponsæ, esse ornamentum colli, eius nimirum, quod superius immediatè dictum fuerat esse sicut monilia.

Notandum quoque pro eo, quod noster Interpres legit; *vermiculatas*: in Hebræo esse עםנקדות nghim necudoth, idest *cum punctis*: cui lectioni consentit & versio Septuaginta, quæ habet *μετὰ στιγμάτων. cum stigmatibus, & punctis*: necnon & Quinta editio, quæ legit, *ἐν κέγχροις in milijs*, idest punctis, instar milij minutis: atque etiam Symmachus, legens *μετὰ ποικιλμάτων. cum varietatib.* Vnde apparet, quid sibi voluerit Hieronymus per vocem illam, *vermiculatas*: nimirum, argenti punctis variatas;
E ad instar illorum vermiculorum, quorum dorsum variorum colorum punctis variatum inspicimus.

His animaduersis ad propositos iam deueniamus sensus, quorum primus est, vt sponsus, qui genas iā commendarat sponsæ ob pulchritudinem, quæ in illis eluceret ex ornamento murenularum, ad speciem turturum effigiatarum: nunc quò ex pulchriori ornamento eadem pulchriores reddantur, pretiosiores polliceatur sese illi facturum murenulas, dicens: *Murenulas aureas faciemus tibi*, &c. Ac si dicat.

I. SENSVS.

Quandoquidem tantum decoris ex his, quibus ornata es, murenulis in tuis genis elucere, conspicio; dabo operam, vt tibi aliæ perfulgidæ fiant mu-

PARAPHRASIS

LITTERA. renulæ ex auro, quod argenteis punctis perpulchrè sit variè ornatum.

II. SENSVS. Altero verò sensu idem sponsus, qui prius genas collumque sponsæ commendarat ex innata pulchritudine, quòd genæ essent instar turturis, collum autem instar monilium: nunc donum eidem pollicetur sponsæ, quod tantæ pulchritudini sit maximè proportionatū, & per quod is augeatur decor, qui in laudatis effulgeret membris, collo videlicet, atq; genis, dicens: *Murenulas aureas faciemus tibi*, &c. Ac si diceret.

PARAPHRASIS. Tanta quidem in genis, atque in collo tuo effulget pulchritudo, per eum, qui in ipsis enitet, decorē vt me mirum in modum oblectet; atqui vt aliquod tibi mei erga te amoris specimen exhibeam, donū elargiar, quo in ijs ipsis membris, quibus me adeò oblectas, magis magisvè exorneris; dabo enim operam, vt & pro genis, & pro collo murenulæ tibi fiāt aureæ, punctis argenteis affabrè intermixtæ.

Septuaginta Interpretes huic sententiæ connectunt & principium subsequentis: Sic enim legunt *ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσομέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. Similitudines auri faciemus tibi cum stigmatibus*, seu *punctis*, aut *distinctionibus argenti, quoad vsque Rex fuerit in recubitu suo*: Quam lectionem sequentes Patres ferè omnes antiquiores ad sponsi socios hæc referunt, quæ ipse sponso tribui: qua de re pluribus in Appendice agam, vbi illorum afferentur expositiones: Nostra certè distinctio Hebraico textui est conformior; quamuis ad spirituales sensus vtraque sit aptissima.

Vers. XI. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Expositio Secunda. De prima Sponsa quæ est Ecclesia.

Virginibus datur Aureola, & qualis sit. CVm tres sint, quæ enumerari solent, aureolæ; Virginum, vna, alia Martyrum, & tertia Doctorum, haud sanè postremum tenet locū ea, qua exornantur Virgines, quæ perpetuis, dum in carne sunt, decertantes prælijs, cum gloriosissimam non modo, ex carne, sed & ex dæmonibus, atque etiam ex mundo consequantur victoriam, ac propterea tā insigni sint decore perfusæ, vt cælestem ad se alliciant sponsum, dignæ sunt, quibus perfulgida dono detur aureola, quæ & aurea sit, vt ingenti correspondeat Virginitatis pretio; & pro eiusdem summę puritatis candore candidissimis argenti vermiculata sit punctis. Hæc illa est, quàm in præsenti sententia cælestis sponsus post commendatas Ecclesiæ genas, ac Virgines, ipsi pollicetur Ecclesiæ, dum ait; *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: Aequè enim est ac si diceret.

PARAPHRASIS. Quandoquidem *pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis*: quandoquidem eæ, quæ in te sunt Virgines, tā insigni decore sunt pudicitia virginali, tamque prę claram ex propria carne referunt victoriam, vt illibatas sese seruent, atque pulcherrimas, curabo, vt post consummatam victoriam, postque exantlatos tantorum præliorum labores singulæ singulis prębeantur aureolæ, quæ instar murenularum caput earum decore circundēt eximio, atque vt per istiusmodi aureolas illarum nobilissimæ designetur victoria; vtque per easdem pro ingenti, quo effulserunt, puritatis candore dignoscantur ab alijs, vel Martyribus, vel Doctoribus; dabo operam, vt mu-

A renulæ, quibus eæ sunt decorandæ, fiant ex auro, sintque argento vermiculatæ. DE ECCLESIA

Aureola quo designetur per Murenulas aureas &c. Sed circa hæc duplex insurgit difficultas: Prima est; quòd incongrua videtur acceptio murenularū pro aureolis; Nam, cum certum apud Theologos sit, aureolam coronam quamdam esse, distinctam ab aurea: seu coronulam distinctam à corona, quæ communis est beatis omnibus: congruentiùs dicendum videbatur: vel aureolas, vel coronulas aureas faciemus, quàm murenulas, cum murenulæ aliud sint ornamenti genus, à coronis distinctū. Cui quidem difficultati dupliciter satisfieri potest. Primū; quia haud constans est apud Theologos, nec quidquam in Sacra Scriptura comperti habetur, quodnam ornamenti genus, quove in corporis membro

B ipsa effulgeat aureola: tametsi exploratum sit, illam gaudium quoddam esse accidentale de aliquo insigni facto, essentiali præmio superadditum, corporali decore declaratum: Vnde nil prohibet, quin congruo murenularum nomine significari potuerit.

Verùm quoniam communiori Doctorum sentētia, idipsum aureolæ ornamentum instar coronulę effulget in capite eorum, qui ea sint insigniti: idq; Ecclesia Romana testari videtur; cum & de Martyrum aureola cantet: *Corona aurea super caput eius, expressa signo Sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis*: & de Virginitatis quoque aureola: *Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præpa-*

C *rauit in æternum*. Secundo & meliùs dicendum est, congruentissimè sponsum huiusmodi, quam Virginibus præparauit, aureolam murenularum expressisse appellatione: per murenulas namque hoc loco prout supra declaratum est, eas propriè intelligit, quæ turturum simulacris fabrefactæ, sponsarū frōtes exornarent, caputque circumdarent, necnon & temporibus, atque genis non modicum decoris adijcerent. At certè si Antiquorum Imperatorum inspiciantur imagines coronatę, animaduertere fas erit vnicuique, coronas, quibus antiquitus Reges in figniri solerent, nil aliud esse vt plurimum, quā vel lauri ramusculum ad circuli formam compactum, quo caput circumdabatur coronati: vel murenulas

D margaritarum, aliarumque gemmarum, circulo caput cingentes, ac exornantes à fronte vsque ad occipitium. Tametsi id coronarum genus frequentiùs in mulierum inspicere liceat imaginibus, quæ vel Imperatorum coniuges essent, vel ex imperiali prosapia. Quamobrem quis iam incongruum asserat, Virginum præsertim aureolas atque coronas, murenularum nomine nuncupari: cum manifestè pateat; haud aptiori appellatione exprimi potuisse?

Aureola virginitatis cur aurea argento vermiculata. Altera difficultas inde exoritur, quòd singulare, eximiumque promittens ornamenti genus, aptius videbatur sponsus dicere debuisse: *Murenulas argēteas faciemus tibi vermiculatas auro*: cum id & communi consuetudini magis esset conforme, qua nō

E aurum argento, quod vilius est, sed è contra argentum auro exornari solemus, quod pretiosius est, atque præstantius; & per murenulas argenteas melius Virginalis designaretur candor. Nihilominus asserendum est, aptissimè ipsum locutum esse sponsum dum ait: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: nam cum eæ, quæ Virginibus dātur, aureolæ propter duplicem, quæ in ipsis effulsit, virtutis pulchritudinem eis conferantur: videlicet propter insignem Dei dilectionem, & propter puritatem eximiam: rationi congruum est, vt ex auro sint fabrefactæ, quod & propter excellentiam inter omnia metalla, & propter splendorem est symbolum charitatis, quæ Virgineę pudicitiæ, & virtu

tibus

DE ANIMA.

tibus, vniuerſis longè eſt præſtantior; ſed vt & ipſius quoque tam eximiæ puritatis quodpiam ineſſet indicium, per quod Virgines diſtinguerentur à ceteris Sanctis, qui Deum ſummo item proſecuti eſſent charitatis amore, eæ ipſæ, quæ aureæ eis donandæ eſſent, murenulæ, atque aureolæ, puriſſimis ac candidiſſimis argenti punctis vermiculatæ promittuntur. Quæ quidem argenti puncta, quatenus Virginitatis præſeferunt inſigne, per quod Virgines diſtinguantur à ceteris beatorum ordinibus, pulcherrima ſanè, pretioſiſſima, ac nobiliſſima exiſtimanda ſunt. Non ſecus ac ſi alicuius exercitus Imperator aurea indutus ſaga ex vna, vel altera parte portiunculam commiſceret argenti, aut argenteam geſtaret vittam, quam Italicè dicimus *banda*, quò ex ſingulari opere facilius à reliquis Ducibus diſtingueretur: abſque vlla dubitatione nobiliſſima, maximèque pretioſa, ea argenti portiuncula, vel argentea vitta cēſenda eſſet, vel ex hoc vno, quòd ſummum referat virum, ſummamque dignitatem.

Simile.

Verſ. XI. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

Virginibus prudentib. ac fatuis cur cōparatū cælorum regnum.

a Matt. 25. 1.

DVbitaui frequentius in mente mea, qua nam ratione Dominus apud Matthæum regnū cælorum aſſimilarit decem Virginibus, egredientibus obuiam ſponſo, & ſponſæ, quarum aliæ eſſent prudentes, aliæ verò fatuæ: Neque enim ad regni cælorum ſimilitudinem pertinere videbantur Virgines illæ fatuæ, quæ ab ipſo excludendæ forent; neque congruum cenſebam, cælorum regnum ad illas aſſimilari, quæ nihil haberent commune cum cęlis. At animaduerti tandem congruentiſſima ratione id à cæleſti ſponſo fuiſſe aſſertum: quia inter vniuerſos hominum ſtatus, Virgines ſunt, quæ magis cæleſtem in ſe repræſentent vitam, vtpote quæ inſtar Angelorum *b* non nubent, neque nubentur. Sed ſi Virginitas cæleſtis res eſt, & Virgines vitam in terris agunt cæleſtem, ita vt iure optimo ex illis cælorum regni deſumatur ſimilitudo, quid nam id eſt, quòd quædam ex ijs ipſis Virginibus ab ipſo cęlorum regno excluſæ dicuntur? Egregium ſanè per hanc ſimilitudinem diuinus ille ſponſus teſtatum voluit myſterium: nempe omnes, quæ in Eccleſia ſunt, Virgines, cæleſtes quodammodo apparere; haud tamen omnes dignas eſſe, quæ cælorū adeant regnum, quaſve cæleſtis diligat ſponſus: quoniam plures earum ſunt, quibus inſignis ille, ac verus deeſt pulchritudinis decor, propter quem verè cæleſtes dici poſſint, & Angelis ſimiles. Virgines quidē eæ ſunt, quia carnalem ſeruant integritatem; at hanc non ſeruant ex Dei dilectione humiles, quò charitate, & humilitate ſua cæleſtem ad ſe attrahāt ſponſum. Quid ergo mirum, ſi à Regno excluduntur cælorum, cum fatuæ ſint: cum oleum non habeant humilitatis, quo ignem in corporibus ſuis conſeruent dilectionis, & charitatis? At verò aliæ ſunt Virgines, quæ, cum prudentes ſint, verumque ac perfectum ſeruent ipſius Virginitatis decorem, non modo cælorum in ſe repræſentant regnum; ſed & tamquam pulcherrimæ cæleſtis regis ſponſæ in illud ad perpetuas admittuntur nuptias. Inter has illa eſt Anima Sancta, quam veluti dilectiſſimam ſponſam ſuam Deus ipſe hoc in Cantico miris extollit præconijs. Hinc eſt, quòd ante omnia in præ-

b Marc. 12. 25.

Virginum duplex genus.

Virgines fatuæ q̄ ſint.

Virgines perfectæ quæ ſint.

DE ANIMA.

A cedenti ſententia ſingulari illa admiratione ſub genarum metaphora eximium eius tantæ puritatis celebrauit decorem, quaſi is verè cæleſtis eſſet, dicēs: *Quàm pulchræ factæ ſunt genæ tuæ ſicut turturis?* Atq; vt ſigno quoque externo oſtenderet virginalem eius pudicitiam omnibus numeris abſolutam, vtpote quæ ſummo niteat charitatis, & humilitatis decore, pollicetur, ſe quoddam facturum ornamentū, per quod id vniuerſis fiat perſuaſum, dicens: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS

Cum adeò pulchræ ſint genę tuę, vt iure optimo turturis genis comparandæ ſint: cum tam ſpecioſa ſit virginalis integritas, vt propter ingens charitatis, qua me vnum ſolum diligis, humilitatiſve decorem, B turturi debeas comparari, quæ præ eximia pudicitia vnum tantummodo admittit coniugē, ſummamque in genis præſefert humilitatis modeſtiā: Idcirco curabo, vt tibi fiant murenulæ, ad turturū figuram effigiatæ, quæ ex temporibus deſcendentes, eas ipſas exornent genas Virginitatis tuæ; quæve aureæ ſint, per aurum excellentiam charitatis, qua me proſequeris, deſignantes: & tamen ſuper tā pretioſo ac præfulgido auro, puncta permixta habeant argenti, ita vt argento ipſo, quod auro vilius exiſtens, humilitatis typum gerit, vermiculatæ dicātur; cum tanta tua ſit animi demiſſio, vt viliſſimis te ſimilem cenſeas vermibus; quæ alioquin propter auri, charitatiſve, atque etiam Virginalis pulchritudi-C nis fulgorem & Angelis comparanda eſſes, & cælis. Neque verò, quia vilis videtur humilitas, idcirco non exornat: Imò verò propterea aurum ipſum tum Virginitatis, tum etiam charitatis illuſtrat quā maximè, quia in ipſa vilitate ingentem habet & pulchritudinem; prout in illo obſeruare fas eſt encauſto, Italicè nuncupato, *Smalto*, quo, etſi nil aliud id per ſe ſit, quàm viliſſimum vitrum, perpulchrè tamen ab aurificibus pretioſiſſimum depingitur aurum. Præclarè autem ſponſus has ſponſæ promittēs murenulas, quibus perfectiſſima deſignatur Virginitas, non dicit; *faciam*, in ſingulari, ſed, *faciemus*, in plurali; per hoc nempè ſignificat, ſe curaturum, vt vniuerſi, quotquot ſunt hominum, ac Angelorum, D qui eam intueantur, huiuſcemodi illi faciant murenulas, & tamquam eximium in eam conferant ornamentum, vt Virginem eam prædicent, & charitate flagrantem, atque etiam ſumma inſignique humilitate demiſſam: qua quidem prædicatione multò magis ipſa decoretur, quàm quibuſlibet murenularum ornamentis, quibus corpora exornantur mulierum. Sicque diuinum verbum mirificè exaggerat, quam cœperat, ipſius animæ Virginalis integritatis commendationem.

Virginitas perfecta eſt ornata decore charitatis, & humilitatis.

Simile.

ALTER SENSVS.

Quia verò in Superiori ſententiā non tantùm Virgineam commendauit Animæ pudicitiam, ſed & illius quoque inſignem obedientiā: quia & genarū, & colli ſimul extulit pulchritudinem, quæ in Anima elucerent: dum in hoc verſu murenulas illi polli-E cetur, quibus ſpectabilior ipſa eius redderetur pulchritudo, ornamenta talia promiſiſſe videtur, quibus illa, & genas exornaret, & collū. Quis vero dubitet, & collum murenulis exornari, cum id quotidiè in mulieribus obſeruare fas ſit, quæ monilia margaritarum; & murenulas aureas varijs figuris fabrefactas geſtant ad collum? Quapropter id nobis examinandum ſupereſt, quæ nam ſint hæ murenulę aureę, argento vermiculatę, quę ad obedientiæ ornamentum Animæ Sanctæ promittuntur: quaquè ratione iſtiuſmodi murenulas Animæ Chriſtus pollicetur, quæ habet collum in monilibus, vt dicitur in textu Hebraico; quæuè, iuxta textum noſtrū, col-

D. E. ANIMA.

collum ipsum obedientiæ pulchrum habet sicut monilia.

Mihi verò, duo per istiusmodi murenularũ promissionem significari videntur præclara, quæ animæ obedienti in illius obedientiæ vel præmiũ, vel ornamentum conferuntur à Domino in vita ista præsenti: Quorum primum illud est, quòd cum illa tam insigni obedientiæ decore sit speciosa, vt haud alio egeat extrinsecùs ornamento, per quod pulchrior reddatur, quippe quæ iam ob summam perfectionem sit sicut monilia; in tantæ virtutis præmium, effecturus est Dominus, vt iam cæteris præsit, eosque, & doceat; id enim significat, cum ait: *Murenulas aureas faciemus tibi*. Siquidem hoc quoque à terrenis Regibus obseruari videmus, vt cum quempiam super alios milites ducem constituunt, in signum talis præfecturæ aureas ei murenulas, aut monilia conferant aurea; vnde & ad collum talia eos cernimus ornamenta gestare, per quæ Duces se prædicent constitutos. Et quidem consuetus Dei mos est, vt quem obedientia insignem aspexerit, eum ad aliorum eleuet curam: quod verbis illis testatus est Christus, quibus ait: c *Beatus ille seruus, quem inuenerit Dominus ita facientem*, (facto videlicet id omne adimplentem, quod illi sit imperatum:) *Verè dico vobis, super omnia, quæ possidet, constituet eum*. Imò idem ipse Christus Dominus noster tunc constitutus à Patre est Pontifex secundum ordinem Melchisedech, totiusque Ecclesiæ caput, cum perfectissima ornatus apparuit obedientia, Apostolo hoc testante, cum diceret; d *Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam, & consummatus*, idest perfectus, *factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex, iuxta ordinem Melchisedech*. Propterea & is quoque Patrem imitatus, cum ascensurus ad cœlum Vicarium suum relinquere vellet in terris, qui toti præsideret Ecclesiæ; illum ad tantum euexit Principatum, quem magis obedientia reperit insignitum; atque adeò legimus e in Euangelio, primùm per tres vices Simonis nomine Petrum compellatum, quòd obediens interpretatur; tribusque vicibus Dominum sic Petrum ipsum interrogasse: *Simon Ioannis diligis me plus his?* contestando, illum iam obedientissimum esse; tum post quamlibet huiuscemodi eius obedientiæ contestationem, murenulas aureas illi largiendo, subiecisse: *Pasce agnos meos*: eleuando eum ad totius Ecclesiæ regimen: vt vniuersos iam pasceret fideles, qui & vniuersis præstaret obedientiæ decore. Quomodo vero, quibusve eos pasceret cibis; nisi eloquia haberet diuina, quibus in fide aluntur fideles? Enimverò statim ac quis ad animarum curam à Deo fuerit eleuatus, id præcipuè ei imponitur muneris, vt de diuinis verbis erudiat populos, præcipiatque ea, quæ per diuinam legem præcipiuntur. Atque hoc illud est, quod indicare voluit sponsus, dum ait: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: quasi totæ illæ murenulæ aureæ, argenti, puctis essent vermiculandæ; & vniuersa dignitas, qua alijs anima Sancta præficitur, diuinorum eloquiorum sit exornanda doctrina & prædicatione: f *Eloquia* enim *Domini, eloquia casta*; vt dicitur in psalmo; *argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum Septuplum*. Quàm præclarum autem sit istiusmodi murenularum donum, quod animæ sponsus pollicetur obedienti, inde fiet omnibus persuasum, quòd apud Danielem dicitur: g *Qui docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti, & qui ad Iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates*.

Obediens à Deo præficitur alijs.

Prælatura sæpe à Deo datur in donum, & ornamentum animæ obedienti.

c Luc. 12. 43.

d Hebr. 5. 8

e Io. 21. 15.

f Ps. 11. 7.

g Dan. 12. 3.

D. B ANIMA.

At non minoris sanè excellentiæ, neque minus præclarum alterum illud est donum, quod secundo loco per hæc verba in præmium sponsus, & in ornatum spondet obedientiæ, quatenus Sanctæ pollicetur animæ, se ei concessurum, vt in virtute obedientiæ opera faciat mirabilia, quæue diuinam adæquent potentiam. Sic Abbati Ioanni concessum legimus; vt per obedientiam id operis planè diuini faceret in terra; vt lignum aridum, quod ad Senioris imperium per tres continuos annos irrigauerat, virescere: Sic & Mauro virtute obedientiæ præstitum id narrat Gregorius, vt ad Abbatis Benedicti præceptum super humidas laci vndas illæsus incederet, ad instar Principis Apostolorum, h qui ad Christi iussum suis pedibus mare calcauit: Sic & in igne quoque obedientiæ miracula apparuere tunc, quando (vt Sulpitius Seuerus refert) adolescẽs ille ex Abbatis præcepto medias fornacis flammas nil cunctatus ingreditur, cui flammæ ipsæ tam perfecta obedientia victæ, velut tribus quondam Hebræis pueris, cessere venienti; ita vt qui putabatur arsurus, velut frigido rore perfusus, se ipse miratus sit. Quid dicam de sublimi illo, maximeque excelso miraculo, quod virtute obedientiæ etiam in altissimo factum est cælo, quo is, qui felicissimus ab æterno in sinu quiescebat Patris, de altissimo cœlorum habitaculo in angustissimum attractus est vterum Virginis ad carnis vilitatem, ad miserias, atque ad ignominias? Obedientia certè Mariæ Virginis tanto donata est ornamento, tantaque virtute; statim enim ac præclarissima illa obedientiæ ac resignationis protulit verba: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*: descendit illicò Verbum Dei in vterum eius. An non verè tunc inspicere licuit collum tantæ Virginis exornatum murenulis, quas illi suus ipse effecit sponsus; aureas propter similitudinem ad aurum diuinitatis, eiusque potentiæ; & vermiculatas argento, insignis videlicet humilitatis, qua ancillam se nominat Dei, quæ eiusdem Dei Matrem ab Angelo audierat se salutatam? Propterea igitur obedienti Animæ non simpliciter dicitur: *Murenulas faciemus tibi*: sed, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*. Notum est enim, sepissimè in Scripturis Sacris aurum diuinitatis Symbolum esse, diuinæque virtutis, quòd vel ex vno huius Cantici loco colligere licet, vbi id apertissimè significatur, cum de Christi capite, quod Apostolo i teste, Deus est, dicitur: K *Caput eius aurum optimum*. Vnde cum iam supra ostẽsum sit, murenulas, atque monilia signum ac typũ esse potestatis, propterea, quòd à Principibus concedantur, & donentur illis, quibus aliquam conferunt potestatem, vt patet in Iosepho, Daniele, & alijs; & per aurum diuinum quid designetur, manifeste patet id, quod à sponso promittitur in præmiũ ac ornatum obedientiæ, dum pollicetur murenulas aureas, illud esse, quod iam dictum est, vt quæ eluceat per obedientiæ nitorem, eluceat magis magisve per potestatem diuinam: illi similem potestati, cuius solius est, vt ea facere possit miracula, quæ naturæ excedunt ordinem. Quem sensum clarius indicat lectio Septuaginta Interpretum, quæ pro, *Murenulas aureas* habet *ὁμοιώματα χρυσίου. Similitudines auri*: Aeque enim est, ac si cæleitis sponsus in hunc modum loqueretur.

Quandoquidem collum obedientiæ tuæ decorum est sicut monilia, concedam tibi in præmium tantæ obedientiæ, vt mirabilia facere possis: ipsique tuæ præstabo obedientiæ, vt potestate sit exornata adeò insigni, quæ diuinæ sit similis potestatis.

Obedientiæ plerũqz conceditur potentia faciẽdi miracula.

Sulp. dial. 1. c. 13.

Lib. 2. dial. cap. 7.

h Matt. 14. 28.

Dialog. 1. cap. 12.

i 1. Cor. 11. 3.

K Cãt. 5. 11

PARAPHRASIS

Ac

DE B. MARIA

Ac ne in ſuperbiam elata ex tam præclaro murenu larũ ornamento, vniuerſum deperdas meritũ, atq; decorem, ipſas murenulas argento vermiculatas tibi tribuam; argento (inquam) humilitatis, quòd etſi multò ſit auro vilius, per hoc ipſum, quod vile appatet, multum adeò pretioſum exornat aurum diuinæ potentiæ. Hinc eſt, quòd Sancti ij, quibus iſtiuſmodi murenulæ collatæ aliquando ſuere, cum aliquod virtute obedientiæ inſigne patrarunt miraculum, quò glorioſiores per talem virtutem reddebantur, eò humilius de ſuis ſentiebant meritis.

Obedientiæ præclara opera per humilitatem maximè exornantur.

Verſ. XI. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Maria.

PRædicturus Iſaias Propheta præſtantiſſimũ illud Dei opus, quo ſupra omnem naturæ ordinẽ in vna puella duo mirabili coniuncta ſunt artificio Virginitas, atque Partus, quæ maximè inter ſe videntur pugnantia, antequam quidquam de illo referret, ad Achaz Regem Iuda conuerſus, dixit: *a Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra*; quaſi ſignificare voluerit, [illegible], quod prædicturus iam erat, futurum opus mirabilius, maiuſque ſignum, quàm vllum aliud, quodcumque enarrari poſſit, ſiue illud factum ſit in inferioribus partibus mundi, ſiue ſit faciendum in ſupremis cælorum; quandoquidem in illo, magis quàm in ceteris omnibus mirabilibus diuina manifeſtanda eſſet potentia. Tum ipſum proponens ſignum, declarat, quomodo ſit ſpeciale opus Dei, dicens: *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*. Ac ſi dicat; Ecce opus, quod Deus ipſe facturus eſt tam admirabile: Ecce opus, quod præſtantiſſimum diuinæ potentiæ ſignum futurum erit: Virgo concipiet, & pariet: puella, quæ Dei futura eſt Mater, & ſponſa, virginitate ornabitur ſimul & partu; idve quia Deus ipſe iſtiuſmodi eam decoraturus eſt ornamento, in quo hæc duo vnita ſimul eluceant; quod in hoc Cantico amatorio idẽ ipſe, qui tantæ puellæ ſponſus eſt dilectiſſimus, teſtatum voluit, cum in præſenti ſententia, illam alloquens, ait: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*. Cum enim in ſuperiori verſu ex ſumma eam commendaſſet integritate, necnon & ex prole, quam geſtatura illa eſſet ad collum: nunc, & puellæ ipſi, & toti perſuaſum vult eſſe mundo, id omne, quod adeo inſignem in eam cumularet laudem, ex eo prouenturum, quòd à ſe ornanda illa eſſet pretioſiſſimo murenularum ornamento, quod diuina manu fabricatum, ea duo ſimul vniret, ita vt vnum per alterum & pulchrius redderetur, & pretioſius: Aeque enim eſt, ac ſi diceret.

Virginitatis, & partus coniunctio in Maria eſt opus Dei præſtãtiſſimũ in ornamentũ tantæ Virginis.
a Iſ. 7.11.

PARAPHRASIS

Quoniam ò dilectiſſima mihi præ omnibus, iam pridem animaduerti inſignem pulchritudinem, quæ ex præſtantiſſimæ pudicitiæ in te redundabat decore; tantùm id mihi placuit, vt ad eiuſdem integritatis tuæ ornatum multò pulchrius, ſplendidiuſque tibi faciendum, ac largiendum curarim ornamentum, quod nulla vmquam habuerit, vel habitura ſit mulierum: tale videlicet, quod ſit ex auro conſectum puriſſimæ Virginitatis, habeatque ſimul pũcta, & picturas, & ſit vermiculatum argento, ideſt partu, & conceptione humanitatis meæ, quæ inſtar

Michaelis Ghiſlerij.

A argenti puriſſimi, ſummaque arte elaborati mirum in modum aurum illud exornet. Porrò quemadmodum egregius aurifex, aureum vas effingens, ad venuſtiorem ipſius ornatum nonnunquam eidem vaſi admirabili opere confectas argenteas adnectit imagines, vel ſtatuas: ita vt licet aurum longè præſtet argento; tamen quia artificium, quod eminet in argenteis illis imaginibus, rarius ac pretioſius auro ipſo, ita vas illud locupletat, atque illuſtrat, vt profectò nobiliſſimum id cenſeatur ex auri materia, ex qua eſt conflatum; lõgè tamẽ nobilius, quòd ſingulari illo præſtantis artificis argenti opere colluceat. Ita ſummus huius vniuerſitatis opifex Deus cum ex puriſſimo Virginitatis auro nobiliſſimum glorioſæ Virgini Mariæ murenularum effecerit ornamentum, eidem ornamento admirabilis partus
B quaſi argentea quædam ſigna adiecit; quo tantò illud redditum eſt præſtantius, quantò per eum magis elucet diuini artificis opus; ita vt de tam eximio ornamento id proferri liceat, quod in libro Eccleſiaſtici *b* de Sole legimus dictum: *Vas admirabile, opus Dei*. Bene verò per argentum partus ſignificatus eſt humanitatis Chriſti, ſiue potius proles ipſa, & Chriſtus, quia ſicut argentum ignibus purgatur, ita & Chriſti humanitas ignibus tribulationum, paſſionum, atque dolorum purificata quodammodo viſa eſt; nam licet nullam vnquam vel habuerit, vel habere potuerit peccati ſcoriam; paſſa eſt tamen complura pro peccatis hominum, quæ ſuper ipſam
C poſita erant à Patre, iuxta illud Iſaiæ, *c Et poſuit Dominus in eo iniquitates omnium noſtrum*. Bene quoque hoc argento vermiculatæ dicuntur murenulæ aureæ Virginitatis Mariæ, quoniam ipſa Chriſti humanitas, *d* quę de Virgine orta aſcendit ſicut virgultum coram Deo, & ſicut radix de terra ſitienti, tamquam vermis reputata eſt: prout Chriſtus ipſe, de ſe loquens teſtatum reliquit, cum diceret: *e Ego autem ſum vermis, & non homo.*

DE B. MARIA

Simile.

Partus in Maria quomodo exornauit Virginitatem.

b Eccl. 43 2.

Argẽtoquarõne deſignetur partus, & proles Mariæ.

c Iſ. 53.6.

d Iſ. 53.2.

e Pſ. 21.7.

Verſ. XI. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

D
Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Tunc dictum eſt Moyſi: Aſcende ad firmamentum, & dabo tibi duas tabulas lapideas, exciſas ex Saphyro throni glorię meę, & ſplendidas, ſicut aurum optimum ordinatas per lineas, ſcriptas digito meo, in quibus ſcripta ſunt decem verba, quæ expurgata ſunt, magis quàm argentum, quod expurgatum eſt ſepties, ſeptem vicibus: dabo autem eam per manum tuam populo domus Iſrael.

Lex Deiſſ in ornamẽtũ aiæ fidelis iſtar murenularũ.

Quia antiquiores Patrum in iſtius ſententię explicatione verſionem interpretati ſunt Septuaginta, qua ſic legitur: *Similitudines auri faciemus tibi cũ diſtinctionibus argenti, quoad vſque Rex ſit in recubitu, ſeu, accubitu ſuo*; vt notatum eſt in fine primę expoſitionis: Supponendum in primis eſt; omnes ferè
E quotquot hanc ſecuti ſunt lectionem, haud ſponſo, ſed eius Sodalibus hęc tribuere; id, quod & à Iuſto Orgelitano, Anſelmo, Ruperto Abbate, atque Bernardo factum eſt, tametſi lectionem vulgatę interpretati ſint. Cęterùm Caſſiodorus, Gregorius Papa, Beda, alijue complures ex illis, qui vulgatam exponunt, ipſi hæc tribuunt ſponſo.

Quòad ſenſum ſoni litterę, ac dramatis lectionis Se-

Gre. Nyſſ.

APPENDIX.

A Septuag. Greg. Nyss. hom. 3 in Cãt. referẽs hęc pariter ad equorum similitudinẽ, quæ in vers. 9. fuerat allata: quoniam, inquit, pulchritudo animæ assimilata fuerat equis, qui currus perdunt Aegyptios, hoc est exercitui Angelico: illis autem equis dicit bonus ascensor, frænum quidem esse puritatem, ornatum autem, & collare varia monilia, quæ resplendent per virtutes: volunt etiam amici, aliquam fieri accessionem pulchritudini equi, ornantes phaleras ex auri similitudinibus, quibus etiam imprimũt notas puritatis argenti, vt magis splendeat pulchritudo ornamenti, fulgore argenti contemperato cum nitore auri. Tum subdit inferius: Quia ergo regis equum per præcedentia ornamenta aptum fecerunt ad eum excipiendum: (idem est autem Deũ
B in aliquo esse, & esse super aliquem) relicta consequentia, & significatione tropica ministri, qui parant equum fecerũt lecticam: Oportet nos, inquiũt facere auri similitudines, cum notis argenti, quę equi formam decorant, vt sit Rex non in cathedra, sed in accubitu suo.

Origen. Theod. Tres Patres. August.

Communior tamen; atque facilior eorumdẽ sensus is est, quem Origenes affert in fine homil. 1. ex duabus, vbi ait. Post hæc (idest post prædictas genarum, atque colli sponsæ commendationes) fit sponsus in recubitu. Quo interim dormiente, apparent sponsæ Sodales sponsi, & his eam sermonibus consolantur. Nos tibi aurea ornamenta facere non possumus; non enim tam diuites sumus, vt sponsus
C tuus, qui aureum tibi monile largiatur, nos similitudinem auri faciemus cum stigmatibus argenti, verùm non omni tempore, sed donec sponsus tuus surgat à cubitu; cum enim ille surrexerit, ipse tibi aurum, ipse tibi faciet argentum. Ita idem Origenes hom. 2. ex quatuor, Theodoritus, Tres Patres: Augustinus, & alij; licet discrepent in intellectu illorũ verborum: *Donec*, *seu quoadusque*, &c. vt videbimus.

Origen. Theod.

Spiritualiter hæc ipsa in hunc sensum à Sanctis Angelis, atque à Prophetis ad Ecclesiam dicta primùm, censet Origenes homil. 2. ex quatuor, dicens: Aurum verum in illis est, quæ incorporea sunt, & inuisibilia, ac spiritualia: similitudo verò auri, in quo non est ipsa veritas, sed vmbra veritatis: Sic itaque hoc loco per similitudines auri designantur,
D quę in lege administrata per Angelos, & in Prophetis per figuras, & imagines, & similitudines, & parabolas tradita sunt, de quibus Apostolus: *Omnia*, inquit, *in figura contingebant illis*. Sunt tamen in his & paruæ quædam distinctiones argenti, inditia scilicet sensus spiritualis verbi, & interpretationis rationabilis, licet valde & rara, & exigua; siquidẽ ante aduentum Domini vix sicubi Prophetarum aliquis parum quid occulti sermonis aperuit, vt Isaias, cum dicit: *Vinea Domini Sabaoth, Domus Israel est*, & cetera huiusmodi. Vbi Dominus noster aduenit,
E manifestauit omnia verba virtutis suæ. Hæ enim, quæ per amicos sponsi factæ sunt similitudines auri, &c. non in sempiternum mansuræ promittũtur, sed tempus ei statuitur ab illis, dicentibus: *Vsquequo Rex sit in recubitu suo*: Cum namque recubans per mortem, dormierit vt leo, & vt catulus Leonis, & post hæc suscitauerit eum Pater, siqui fuerint conformes resurrectionis eius, iam non in similitudine auri, idest non in corporalium rerum cultu manebunt, sed aurum verum ab ipsis percipient, credẽtes, & sperantes, non ea, quæ videntur, sed quæ non videntur. Neque iam distinctionibus paruis, sed in latitudinem diffuso vtentur argento: audient enim, quia in illa auri similitudine Petra, Christus est: & mare baptismus. Hæc Origenes pro primo sensu,

1. Cor. 10. 1.

Isai. 5.

Post Christi mortẽ & resurrectionẽ aperta sunt Scrip. Sacr.

A quem in omnibus secutus est & Theodoritus.

Ad Animam verò eadem vel ab Angelis, vel à Sãctis Doctoribus dicta diuersimodè explicantur. Siquidem Origenes eadem homil. 2. ex quatuor supponit, hac habita ad animam adhuc imperfectam, dicens: Dõnec adhuc paruula est anima, & imperfecta, & sub tutoribus, & actoribus posita, siue Doctorib. Ecclesiæ, siue Angelis, qui paruulorũ custodes esse dicuntur apud Matthæum; *a* similitudines auri fiunt ei, cum non solidis, & fortibus alitur verbi Dei cibis: sed similitudinibus imbuitur; cum parabolis, & exemplis docetur: fiunt autem ei paruulæ distinctiones argenti, quatenus parua aliqua, & rara de secretioribus mysterijs aperiuntur, vt desi-
B derium concipiat maiorum: neque enim desiderari quid potest, si penitus ignoretur; hæc autem fieri cõuenit *vsquequo Rex sit in recubitu suo*, idest vsquequo in id proficiat huiusmodi anima, vt capiat Regem, & habeat recumbentem in semetipsa: habitat enim Verbum Dei in Anima perfecta: vnde apud Ioannem: *b Ego*, inquit, *& Pater meus veniemus, & cœnabimus cum eo, & mansionem apud eum faciemus.*

Catena trium Patrum, quæ est apud Theodoritum haud admodum diuerso sensu, ad animam tamen perfectiorem ab Angelis ita hæc asserit dicta. Quoniam à nigredine, Idolorum cultu contracta, liberata es, & Apostolis per virtutem similis reddita,
C & cognoscẽdæ veritatis studiosa: nos naturam quidem diuinam, quæ, vt aurum alia cum materia nulla, sic ipsa nullis cum alijs naturis comparari potest, tradere minimè valemus, cum ea nec concerni, nec mente comprehendi queat; simulacra tamen ipsius quædam ex rerum naturalium aspectu, & contemplatione, argento quasi distincta, & vermiculata faciemus tibi: eorum, quæ in mundo sunt, rationes ostendentes, quòd rerum omnium Dominus, qui est ipsa veritas in te, velut in accubitu, & requie sua conquiescens, propriam similitudinem suam te ipsam ostendat, vt tu temetipsius imaginem agnoscas, eumque in te pascentem, & tamquam sigillum in proprio signo expressum recubantem.

Explicantur magis hæc ferè à Gregorio Nysseno
D homil. 3. vbi per auri similitudines intelligit quicquid concipitur in præsenti vita de ineffabilib. mysterijs diuinis, apparens in subtilibus notis argenti, per quod significantur verba, per quæ conceptiones illæ proferuntur, iuxta illud Prouerbiorum. *c Argentum ignitum lingua iusti*: vt per ea, quæ hic dicũtur, significetur, quòd diuina natura superat omnem, quæ comprehendit, cogitationem: quæ autem de ea nobis inest intelligentia, mentisque cõceptio, est similitudo eius, quod quæritur: per speculũ namque, & ænigma describit quamdam illius apparentem speciem, quæ inest animis ex quadam cõiectura: omnis autem oratio, quæ exprimit huiusmodi mentis conceptiones habet vim cuiusdam puncti in
E diuidui, non valens explicare id, quod vult mentis cogitatio: adeò vt omnis conceptio mentis sit infra Dei comprehensionem; omnis autem interpretans oratio videatur esse breuis punctus, vt quæ non possit simul extendi cum latitudine ipsius conceptionis. Vnde sic Animam, in qua Christus accumbit, alloqui videntur Angeli, Sanctique Doctores: Tibi ò Anima, quæ rectè equis es assimilata, faciemus quædam veritatis simulacra, & quasdam similitudines, quæ non possunt accuratè & exactè ostendere, quæ inest, mentis conceptionem: Tu autem, his acceptis, fies per fidem subiugale iumentum, &, habitaculum eius, qui in te est habitaturus, per eius, quæ est in te, habitationem; eius enim eris &

APPENDIX.

Origen

Ara adhuc imperfecta eruditur de diuinis per similitudines, & exempla.

a Matt. 18. 10.

b Io. 14. 23.

Tres Patres.

Diuinorũ cognitionis, quę similitudinib. rerum naturalium à Deo tantũ dari potest.

Gre. Nyss.

Diuina concipere nequimus, nisi per similitudines, & quid, quod de eis concipimus exprimi põt.

c Prou. 10. 20.

Omnis nostra oratio de diuinis, est insufficiẽs.

se-

APPENDIX.

ſedes, & domus. Hęc ſatis certè perplexè Nyſſen. A

Aug.

Diuinorũ cognitio in præſenti vita habetur per ſimilitudines, et ænigmata.

Sed apertius Auguſt, & breuius in lib. 1. de Trinit. c. 8. vbi ait: Tunc (ideſt in futuro ſæculo) reuelabitur à filio Pater d *cum euacuauerit omnẽ principatum; & omnem poteſtatem & virtutem*, vt dicitur. 1. Cor. 15. ideſt, vt neceſſaria non ſit diſpenſatio ſimilitudinũ per Angelicos principatus, & poteſtates; Ex quarum perſona non inconuenienter intelligitur dici in Canticis Canticorum, ad ſponſam: *Similitudines auri faciemus tibi, cũ diſtinctionibus argenti, quoadusque Rex in accubitu ſuo eſt*, ideſt quoadusque Chriſtus in ſecreto ſuo eſt, quia *vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*, e *Cum Chriſtus*, inquit, *apparuerit, tunc, & vos apparebitis cum ipſo in gloria*. Quod antequam fiat f *videmus nunc per ſpeculum & in ænigmate*, hoc eſt in ſimilitudinibus, *tunc autem facie ad faciem*. Hiſce conſentiunt, quæ dicuntur à Petro Damiano Epiſtola 38. poſt initium. B

d 1. Cor. 15. 24.
e Colo. 3. 4.
f 1. Cor. 13. 12.

Quamuis autem ex enumeratorum Patrum ſententia vel ab Angelis, vel à Sanctis Doctoribus piç Animæ, vel Eccleſiæ promitti in hoc verſu videantur ornamenta intellectus, vt viſum eſt; ex aliorum tamen ſententia, quæ hic dicuntur, de ornamentis potius ſpectantibus ad mores, & vitæ probitatem ſumuntur.

Pſellus.

Angeli procurant piæ aiæ progreſſum in ſanctitate.

Siquidem Pſellus apud Theodoritum exiſtimat, Angelos, ſeu Sanctos Doctores tale quid per hæc ſibi velle, talibusque affari piam Animam. Quandoquidem futurum eſt, vt Rex in te, quæ ipſum pariter amas, & quæris, requieſcat, agè ſine te à nobis inſtrui, atque exornari. Quamuis enim nõ vt aurum ò ſponſa virtutibus fulgeas, ſed adhuc, vt argentum ſplẽdeas; te ad auri tamen ſimilitudinem decorabimus, ſimilemque reddemus cherubico, & flammeo, ac venerando ſolio, in quo Rex, deſcendens ſe reclinet, & quieſcat. C

Ambroſ.

Eccleſia perſecutionib. poſt Chriſti aduentum reddita eſt ſplendida, inſtar auri igne purgata.

Ambroſius ſerm. 3. in pſalm. 118. ver. 1. legens: *Similitudines auri faciemus tibi ex diſtinctionibus argenti, quoadusque Rex eſt in declinatione ſua*: Ex his, inquit, quæ in lege ſunt, & Prophetis, mediocriter ante crediderant gloriam Ieſu: ſed hæreditas eius diffuſa per populos, quò frequentius examinata, eò amplius eſt probata: crebræ. n. perſecutiones Eccleſiæ iuſtorum nobis titulos martyrii victorias ediderunt. Itaque ſicut aurum bonum, ita Eccleſia cum vritur, detrimẽta nõ ſentit, magis fulgor eius augetur, donec Chriſtus veniat in regnum ſuum, & reclinet caput ſuum in Eccleſiæ fide, qui cum veniſſet ad oues perditas Domus Iſrael; non habebat, vbi caput ſuum reclinaret. Hæc Ambroſius. D

Ex Sacra Scriptura, colligitur, Eccleſiã inſtar auri purgãdam igne tribulationum.

Clarius tamen eamdem ipſius lectionem ſic accipere poſſumus; vt iis verbis Angeli Sancti ad primitiuam Eccleſiam ſignificare velint, ſe ex lege, & Prophetis, quæ deſignantur per diſtinctiones argenti; velle illi facere, ſimilitudines auri nimirum oſtendendo ipſi, qualiter ad auri ſimilitudinẽ purganda ſit per caminum tribulationum, idque quoadusque Chriſtus veniat in regnum ſuum, vbi fidelibus ſuis perfectã ac ab omnibus anguſtiis liberã tribuat requiem: Eam enim Chriſtus ſuam reputat requiem, quam ipſis præſtat fidelibus. E

Virginitatis ſimilitudines tantũ habebat Eccleſia ante aduentum Chriſti.

Hieronymus ſingulari modo in libro 1. contra Iouinianum, hæc ſumens, vt verba ſponſæ, & Eccleſiæ ad Chriſtum. Audiamus ait, quod loquatur ſponſa, antequam ſponſus eius ad terras veniat, patiatur, inferos penetret, ac reſurgat. *Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoadusque Rex in accubitu ſuo eſt*. Antequam reſurgeret, Dominus, & Euangelium coruſcaret, nõ habebat aurum ſponſa, ſed ſimilitudines auri: argentum autem, quod in nuptiis ſe pollicetur habere, habebat varium, atque diſtinctum in viduis, continentibus, ac maritatis: per aurum itaque hoc loco Hieronymus Virginitatem intelligit.

APPENDIX.

Pro intelligentia litteræ noſtræ, & lectionis vulgatæ id primò explicandum, quid à Patrib. intelligatur per ornamentum murenularum, quod ſponſæ promittitur vel à ſponſo, vel à ſponſi ſodalibus.

Murenula ẽt ornamẽtũ qualeſit
Hierony.
Caſſiodo.
Beda.
Rupertus.

Siquidem Hieronymus Epiſtola 15. ad Marcellam, pro ornamento colli illud accipiens; Aurum, inquit, colli tui, quod murenulam vulgus vocat, quòd ſcilicet metallo in virgulas lenteſcente, quædam ordinis flexuoſi catena contexitur, abſque pa[r]entibus vendidit. Hieronymum ſequuntur Caſſiodorus, Beda, atque Rupertus. Qui volunt, idcirco iſtiuſmodi ornamentum colli, dictum Murenulas, quod ſit factum ad ſimilitudinem Murenæ piſcis marini, quæ plicat ſe in orbem.

Iuſt. Org.

Iuſtus Orgelitanus per murenulas putat ſignificari ornamentum à capite deſcendens, quo ceruix ornetur.

Anſelmus.
Bernard.

Anſelmus, atque Bernar. intelligunt per eaſdem ornamentum non colli, aut ceruicis, ſed aurium.

Greg. PP.
Aponius.

Ex Gregorio Papa haud colligi poteſt apertè, cuiuſnam membri ornamentum eæ ſint, ſed tantũmodo ad id eas inſeruire, vt ipſis monilia collo ligentur: Quod & Aponius aſſerit, qui legit: *Catenulas aureas faciemus.*

Greg. PP.
Caſſiodo.
Beda.
Aponius.
Iuſtus.
Anſelm.
Scrip. Sac. ſunt murenulæ aureæ vermiculatæ argento.
Anſelm.

Quodcumque tamen ſint ornamentum, id ponderatur ab omnibus, quòd aureæ aſſeruntur, argẽtoque vermiculatæ; & myſtice ſecundum Gregorium Papam, Caſſiodorum, Bedam, Aponium, Iuſtum Orgelitanum, atque Anſelmum, donum deſignant intelligentiæ ſacrarum litterarum, quæ aureæ dicuntur, vel propter ſapientiam, claritatemque ſenſus ſpiritalis, vel propter charitatem, quam edocent; vermiculatæ autem argento aſſeruntur, vel propter nitorem eloquentiæ, vel propter ſonoram prædicationem. Vel ſecundum Anſelmum ad hoc promittuntur Doctoribus huiuſmodi murenulæ vermiculatæ argento, vt ſciant Sac. Scripturę ſententias diſpenſare, prout vnicuiq; opus ſit. Aut, ſecundum Aponiũ; Quæ diſtinctas habeat prophetias, alias Chriſti cõceptioni alias natiuitati, alias paſſioni, alias reſurrectioni, &c. congruentes, quæ quaſi interſertæ argenti vermiculatione coruſcẽt.

Aponius.

Beda.
Ad S. Scri. exẽpla dirigenda ſunt facta, & verba.

Beda murenulas, ait, fabrili arte compoſitas collo circumdat, cum anima quęque fidelis in omnibus, quæ loquitur, & agit; imò in omni, quod viuit, & quod ſpirat, continuè Scripturis Sanctis intendit, ſenſumque ſuum & verba diligenter ad earum exempla dirigit.

Rup. Abb.

Laudans Deũ pro beneficio Incarnationis facit murenulas collo B. Mariæ.

Rupertus Abbas in hunc modum fideles ad B. Virginem loquentes inducit: ò Virgo Virginum, quomodo factum eſt iſtud? quia nec primã ſimilẽ viſa es, nec habere ſequentẽ? Laxa vocis iter, & collum tuum ſilentio communitũ pande interdũ, & tutis auribus amicorũ fidelium, vel breuiter eloquendo committe ſecretum, vt dicas nobis, quomodo, vel per quid Altiſſimo placueris: qualis ille tibi fuerit primum in corde, ſiue in vtero, deinde in conuictu, ſiue in colloquio, dũ lactares vberib. dũ geſtares eũ vlnis? ſumus. n. fidei artifices, argentarii fideles, & ad laudẽ illius, qui tibi hæc magna fecit, faciemus murenulas veritatis, ornamenta benedictionis, & gratiarũ actionis, benedicendo, & gratias agẽdo; quia ſic fecit tibi, ita vt nõ ſit locus, vbi vox laudis huius non audiatur, vox ſonora, laus altiſona, quæ tuum nomen concelebrans, iugiter te ambiat, & quodammodo de collo tuo dependeat.

Bernar-

LITTERA.

eſt enim vt myrrhæ faſciculus adeò odoratus, vt eum peroptem iugiter habere inter vbera mea, & cætera, quæ in ſubſequentibus explicabuntur. Neque verò modica, vel noua eſt iſta laus ex odore deſumpta: nam ſi rectè recolamus, hanc ipſam laudē in principio huius Cantici ab eadem ſponſa in dilectum collatam vidimus in verbis illis? g *Fragrantia vnguentis optimis.*

g Cãt. 1. 3.

II. SENSVS.

Quòd ſi verba, quæ in præterito poſita ſunt pro futuro tempore accipiantur, prout à pleriſq; ex noſtris accipiuntur; Eadem ſponſa audita illa, quam in præcedenti ſententia ſponſus ſibi fecerat, murenularum aurearum pollicitatione; & aliquod grati animi ſignum illi exhibere volens, donum id ei promittit, quod mulieribus, ac præſertim adoleſcentulis congruens eſt, redolentis nimirum vnguenti effuſionem, iuxta patriam conſuetudinem. Acque enim eſt, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Non habeo aurum, quod tibi rependam: quod tamen mihi eſt pretioſi, id omne tibi, qui meus es Rex, exhibeo: Siquidem dum tuæ accubueris mēſę, effundam ſuper te vnguentum, quod pretioſiſſimum eſt, ex nardo confectū, quove ipſa vti ſoleo: ſic, vnguento illo effuſo, nardus mea dabit odorē ſuum. Sequitur in ſubſequentibus, quid inſuper factura ſit ad ingentis, qua erga illum ſeſe deuinctam agnoſcit, obligationis oſtenſionem, necnon & ad ardentiſſimi, quo in eum flagrat, amoris ſpecimen, dicens: *Faſciculus myrrha*, &c.

Circa lectionum varietatem animaduertendū primò, Hebraicam vocem עד ngad, quam noſter Interpres reddidit; *Dum*: ſignificare etiam, Donec, quouſq; & quamdiu, prout ea reddidere Setuag. Interpretes, & ex noſtris legit Greg. Papa lib. 35. Moral. cap. 13.

Animaduertendū ſecundò, in textu Hebraico, ſicut & in noſtra Vulgata pronomen, *ſuum*, ambiguū eſſe, atque adeò referri poſſe tam ad nardum, quàm ad regem; At ex melioribus codicibus Græcis Vaticano, Compluteſi, Regio, atq; Aldino, qui habent αὐτοῦ maſculini generis, patet, Sept. illud retuliſſe ad Regem, non ad nardum, quæ & in Græco eſt feminini generis: tametſi ex Origenis Commentarijs, & ex Theodorito, atque Ambroſio Sermo. 3. in Pſalm. 118. colligatur etiam in verſione Sept. fuiſſe ambiguitatem; cum aliqui Codices haberent αὐτῆς feminini generis, relatum ad nardum.

Verſ. XII. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuum.

Expoſitio Secunda. De Prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.

I. SENSVS. Pierius Valerian. lib. 39. cap. de circulo.

Circulus eſt hieroglyphicū, Dei, & æternitatis eiuſdē.

Fælicitas æterna deſignata per cōuiuium.

QVi Aegyptiorum hieroglyphicorum nobis monumenta reliquere, circulo Aeternitatē Dei, & ipſum quoq; Deum deſcribi ſolere, affirmant: idque ſatis rationabiliter, quoniam nec principium, nec finem aſſignare liceat in circulo, quod proprium æternitatis eſt, proprium & Dei, qui ſolus æternitate dignus eſt, & cui ſoli ęternitas eſſentialiter competit, qui etſi α ſit, & ω principium, & finis: α tamen eſt ſine α, principium ſine principio, & ω, ſine ω, finis ſine fine; Sicut autē circulo hanc deſignarunt æternitatē Aegyptii, quę neq; principiū habet, neq; finē: ita & antiquiſſimi Poetarū, cum diuinā felicitatē, qua Dij perfruerentur, quave & ab ęterno potiti eſſent, quoquo pacto exprimere vellent, perpetuo ambroſię explicarunt A conuiuio. Quid antiquos, quid profanos commemoro Poetas, cum abſque fabularum fictione & in Sacra Scriptura eamdem ipſam felicitatem per conuiuii Symbolum ſignificatam reperiamus, idque à Chriſto Domino? Sic enim is apud Matthæum, de hac loquens felicitate: a *Dico*, inquit, *vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cælorum*: Et iterum apud Lucam ait; b *Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent, in regno Dei*. At quamuis quotquot ea felicitate perfruentur, accumbent in regno Dei, atq; in regno cœlorum, de nullo tamen eorum dicere fas eſt, quòd accumbent in accubitu ſuo, B ſi per accubitum æternam intelligamus felicitatem, quæ nec principium habuit vllum, nec finem habitura eſt: prout intelligendum Hebraica ſuadet dictio, quæ (vt in prima expoſitione notatum eſt) circuitum, ac circulum propriè ſignificat, quòd nec principium habet, nec finem; conuiuiumque illud, cui in rotundum accumbitur; Solius enim Dei eſt, in iſtiuſmodi æternitatis circulo accumbere, in quo Pater intellectione æterna intelligens ſemetipſum, & æterna perfruitur felicitate, & æterna generatione coæternum generat Verbum, & mutuò ſeſe inuicem æterno diligentes amore Pater, & Filius perfruitione æterna, æterna ſpiratione ſpirant Spiritum Sanctum, qui vnus, idemque cum illis exiſtens Deus, ſicut eiuſdem conſors eſt Deitatis, ita & eiuſdem æternitatis C conſors eſt, atque etiam eiuſdem æternæ felicitatis, eiuſdem circularis conuiuii, & eiuſdem accubitus in rotundiſſima illa æternæ fęlicitatis menſa.

DE ECCLESIA.

a Mat. 8. 11

b Luc. 13. 29.

Deus ſolus dici pōt ſēper fuiſſe ī accubitu ſuo, q. a ſolus in æterno accubuit felicitate.

De hoc itē accubitu Aug. Gre. PP. Rupe. & Bernar.

Porrò, cum ſolius Dei ſit iſtiuſmodi accubitus, aptiſſimè profectò ſponſa locuta eſt, quando, æternam Dei ſignificare volens felicitatem, dixit: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*; Vt enim palàm omnibus faceret, accubitum iſtum in circulari, & æterna felicitate proprium Solius eſſe Dei, non dixit ſimpliciter: *Dum eſſet Rex in accubitu*: ſed addidit pronomen, *ſuum*, dicens: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*. Ac ne cui fortaſſe aliqua irrepere poſſet ſuſpicio, accubitum iſtum, quem proprium Dei diceret, aliquod quandoque habuiſſe principium, haud di- D xit in ſimplici præterito: *Dum fuit Rex in accubitu ſuo*. Sed in præterito imperfecto; *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*: *Eſſet* namque æternam deſignat perſeuerantiam in illo accubitu, omneque excludit principium; iuxta id, quod communiter à Sanctis Patribus obſeruatur in illud Ioannis: c *In principio erat Verbum*: vbi animaduertunt, haud dictum eſſe in præterito: *In principio fuit Verbum*: quia præteritum illud indicaret, Verbum ante principium non fuiſſe, ſed aliquod habuiſſe principium, prout in Geneſi per præteritum, *fecit*, ſignificatum eſt, cælum, & terram facta eſſe in principio, ante quod minimè eſſent, ibi d *In principio creauit Deus cælum, & terram*; Sed congruentiſſimè dictum: *In principio erat Verbum*; E quandoquidem pręteritum imperfectum (*erat*) dicit anteceſſionem ipſius principii, ſicque principium omne à Verbi excluditur generatione. Sic igitur propriiſſima locutione Eccleſia Sancta locuta eſt, dum ait: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*: Ac ſi diceret.

c Ioã. 1. 1.

d Gen. 1. 1.

PARAPHRASIS.

Dum Deus meus, qui & vniuerſorum Rex eſt potentiſſimus, & meus eſt Rex maximè amabilis, à quo pendeo, à quo præſeruor, cuius & mea omnia exiſtunt, quemvè, vt Regem adoro, ſimulque vt ſponſum ſumma proſequor charitate: Dum, inquam, Rex iſte ab æterno in æterna accumberet felicitate, quæ ſua propria eſt, ac peculiaris. Quid tum?

DE ECCLESIA.

tum? Nardus mea dedit odorem suum: Quid nardus tua? quomodo nardum habuisti, quæ in æternitate daret odorem suum, si tu non eras in ipsa, in qua Rex accumbebat æternitate?

Vbi, quæ ea porũs in tẽpore, fuerũt præsentia Deo in æternitate.

Pro intelligentia istius difficultatis, & eorum, quæ his verbis à Sancta significantur Ecclesia, notandum est, id apud Theologos omnes pro confesso haberi, in æternitate quamlibet rem cognitam fuisse à Deo secundum proprias, ac specialissimas conditiones, quas habitura foret aliquando, postquam ceperit esse in tempore: siuè, vnamquamque rem, quæ aliquando futura sit, ab æterno extitisse præsentem Deo. Quòd si hoc verum est prout verissimum, ac indubitanter tenendum catholica asserit fides, pro indubitato habendum, & Ecclesiã, quamuis per Christi mortem fuerit desponsata in tempore, ab æterno tamen præsentem fuisse Verbo Diuino, quod ipsam desponsauit: ab æterno in mente illa Diuina nardum habuisse, atque etiam in illo accubitu æternitatis ipsam eius nardum dedisse odorem suum.

Difficultas modo reliqua est, quidnam sit ista Ecclesiæ nardus, quave ratione ea dederit odorẽ suum Regi, dum esset in accubitu suo.

Nardus (vt dictũ est in prima expositione) hoc loco positum est pro vnguento nardino, quod videlicet ex nardi vel foliis, vel spicis, aliorumque odoramentorum permixtione compositum odoratissimum est, & maxime calidum: de quo Dioscorides lib. 1. cap. 64. Plinius lib. 12. cap. 21. & libr. 13. cap. 1. Quidnam verò in Ecclesia, quod maximè sit odoratum, maximeque & calidum, nisi Sancta fidelium vita, ac perfecta eorumdem conuersatio? hæc constans ex humilitate, per humilé nardi herbam significata, atque ex admixtione variarum virtutum, suauissimum reddit odorem, iuxta illud Apostoli: *e Christi bonus odor sumus in omni loco*; & præ eximię charitatis ardore calidissima existẽs, ingentem aliis quoque calorem communicat charitatis, iuxta illud eiusdem Apostoli ad Timotheum: *f Exemplum esto fidelium in verbo, & in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.*

Conuersatio Sãcta fideliũ quã ab æterno dederit Deo odorẽ suũ. Nardũ spõsa bona illius opera, & virtutes sumunt.

Origenes. Cassiodo. Gre. Nyss. Gre. Papa. Tres Pat. Beda. Anselm.

Notanda est autem vis verborum, quibus Sancta vsa est sponsa: Neque enim dixit: *Dum esset Rex in accubitu suo effudi nardum meam*, cuius odore ipse recreatus est Rex; Sed tantummodo: *Dum esset Rex, &c. nardus mea dedit odorem suum*: quia eatenus in æterno illo accubitu Deus odoratus est odorem ipsius, Sanctamq; fidelium eius intellexit conuersationem, quatenus ad eam Sanctam conuersationem, ipsos prædestinauit in æternitate: iuxta illud Apostoli, *g Qui vocauit nos vocatione sua Sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quę data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Licet autem æterna ista electio nullum supposuerit meritum in iis, qui congrua vocati essent vocatione, nec facta fuerit secundum eorum opera, sed ex mera Dei miseratione, & secundum eius propositum, & gratiam, vt inquit Apostolus: Dicit tamen Ecclesia, nardum suam tunc dedisse odorem suum ad nares diuinas, quia in illo ipso instanti æternitatis, quo illos ad congruam elegit vocationem, Deus agnouit, eos ex libero arbitrio cũ gratia cooperante vocationi consensuros, Sanctosve futuros, & immaculatos; sicq; perfusus est odore Sanctitatis, ac nardi Ecclesiæ, æque ac si præsentem Sanctam eius intuitus esset conuersationem. Nil verò aliud in his intendit spõsa, nisi vt eum ipsum, quem redolet, virtutis odorem in suum referat dilectum; volens enim pro laudibus, quibus à Christo iam fuerat commendata,

e 2. Corin. 2. 15.
f 1. Tim. 4. 12.
g 2. Ti. 1. 9

Virtus nostra omnis referẽda in Deum.

A vices ei rependere laudũ, ex perfectissima illum cõmendat totius Sanctitatis excellentia; idq; sub odoris metaphora. Incipit autem hunc suũ panegyricum in ista sententia, & præclaro vtitur artificio; siquidem proponit præstantiam propriæ virtutis, ac Sanctitatis, quippe quæ dederit odorem suum Altissimo Regi, eique notissima extiterit, cũ æterna is perfrueretur felicitate, vt quò magis suæ virtutis præstantia apparet, eò magis illius extollatur gratia, magisq; illius eluceat Sanctitatis omnimoda perfectio, à qua quicquid in se est, dependet, & odoris, & Sanctitatis, quod in subsequentibus testatum reliquit, cum ait: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, &c. Quodque ait breuiter tale est.

DE ECCLESIA.

B Pulchra sanè sum, & Sancta in Sãctis, qui in me sunt fidelibus; nam insignibus à dilecto meo donata sum muneribus iis, quæ audistis; Quin ab æterno, cum Deus ipse, qui & dilectus meus est, & Rex vniuersorum, æterna in semetipso perfrueretur felicitate, nardus Sanctæ conuersationis meæ dedit ei odorem suum, quando illam præsciuit: At is in Sanctitatis meæ comparationem nedum odorem refert Sanctitatis, sed est fasciculus myrrhæ, ipsamet Sanctitas.

PARAPHRASIS.

Quamquam idipsum melius significatur, si pronomen, *suum*, non referatur ad nardum, sed ad Regem, prout colligi potest ex textu Hebraico, & clarius ex versione Septuaginta, in qua pronomen *αὐτοῦ* masculini generis, haud referri potest ad vocem *νάρδος* quę est generis feminini: vt sensus sit.

C Cum Rex meus, & Deus meus æterna perfrueretur felicitate, nardus Sanctæ conuersationis meæ dedit quidem odorem, quandoquidem is ab æterno illam præsciuit, quando elegit illos, qui in me futuri erant Sancti, & immaculati, ante constitutionem mundi: at ipsamet nardus mea tunc non tã meum dedit odorem, quàm odorem eius, quem scilicet ex ipso desumptura erat, qui fasciculus myrrhæ mihi est, ipsaque Sanctitas.

PARAPHRASIS.

Iuxta secundum sensum. Ecclesia pro murenularum munere, quod sibi à cælesti sponso promissum fuerat, vt quoquo pacto ex animi gratitudine respondeat, quoddam ei promittit donum, dicẽs:

II. SENSVS.

D *Dum esset Rex in accubitu suo*: Quousque fueris in cælesti accubitu tuo felicissimo, *Nardus mea dedit odorem suum*. Nil sanè habet, quod Deo largiri possit, nisi demissionem, nisi vilitatem, nisi propriam abiectionem, ac humilitatem; hanc illi pollicetur, hanc ad cælestem ipsum accubitum se spondet eleuaturam, idque effundendo humilem orationem, iuxta illud Prophetæ. *h Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.* At certè paradoxum videtur, dicet quis, vt dum istud orationis donum eleuandum est ad altissimum cælorum accubitum, per demissionem faciendum id sit, ac per effusionem.

Bernard.

h Pf. 141. 3

Oratio humilis, quõ ascẽdat vsque ad cęlũ tunc cũ demittitur

E Nihilominus haud vllam id inuoluit contradictionem; quin & manifesto id probare licet exemplo, quomodo hęc duo simul stare valeant, vt eodem tempore eiusdem orationis sit & maxima demissio, & maxima eleuatio. Nam is, qui de profundo puteo trochlea aquam trahere velit in altum, eò illam eleuat altiùs, quò profundius dimittit funem: sic ergo & is, qui ad cælum suam eleuare voluerit orationem, illam sanè haud alio pacto eleuabit, quàm demittens, atque humilians cordis sui funem. Enimuerò quemadmodum eleuare volens aquam de puteo (vt in cępta persistamus similitudine) si funem manibus in altum tolleret, profectò multò magis demitteret, atque à putei ore ipsam elongaret aquam, ita & qui cordis superbia ora-

Simile.

Simile.

DE ECCLESIA. orationem ad Deum emittit, tantò indigniorem A illam reddit, tantòque magis à Deo illam elongat, quantò maiori ſuperbia ipſam eleuarit. b *Accedet homo ad cor altum*, inquit propheta, ideſt accedet ad orationem co rde ſuperbo; *& exaltabitur Deus*. Sanè cum Deus in altiſſimis habitet, altiùs nequit exaltari: Quomodo ergo exaltabitur? Dicitur exaltari, non quia ipſe, qui omninò immutabilis eſt, altiorem petat locum, ſed quia oratio corde alto emiſſa, magis ab illo elongatur, qui Altiſſimus eſt ſuper omnes Deos.

b Pſa. 63. 7

Porrò congruentiſſimè Sancta locuta eſt Eccleſia, dum volens ſignificare, ſe talem oblaturam orationem ad eum, qui ſederit in Altiſſimo cælorum accubitu, ait: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*: per Nardum nempe, quæ B herba humilis eſt, & tamen ſuauem redolens odorem, virtus deſignatur humilitatis, quæ vilis quidem per ſe eſt, ac valde demiſſa: Sed tamē & Deo, & hominibus maximè grata, per vnguentum verò Nardi, humilis deſignatur oratio, quæ fit ex Nardo humilitatis in ſpiritu contrito, & in animo humiliato, tamquam in mortariolo contuſa.

Quod ergo pollicetur ſponſa, nil aliud eſt, quàm oratio adeò humilis, quæ vſque ad Deum perueniat; idque eo modo, quo aromatum odores in altum emitti ſolent. Enimuerò, & aliàs per Prophetam id ſignificatum norat ijs verbis: c *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo*: Incenſum deorſum proijcitur ſuper ignem in foculo ardentem proiectum autem deorſum, igneque accenſum, vilem in altum eleuat fumum, cuius odor penetrat altiſſima quæque. Sic & vnguenta effunduntur deorſum, effuſa verò deorſum ad celſiſſima fragrantem emittunt ſuauitatem odoris; ad inſtar horum vnguentorum effundam, inquit Eccleſia, nardum orationis meæ, ipſaque dabit odorem ſuum vſque ad cæleſtem Dei accubitum; d *Oratio enim humiliantis ſe*, (vt dicitur in libro Eccleſiaſtici) *nubes penetrabit*: *& donec propinquet, non conſolabitur*: neque enim ſumma altitudo, nec nubium obſtaculum illius aſcenſum impedire valēt, imo cæleſtia omnia tranſgreditur, adeò vt non admittat priùs conſolationem, nec ceſſet clamare, quouſque ad Deum ipſum acceſſerit, quouſq; Altiſſimum Regē ſuo perfundat odore, vñ & ſubditur: *Et non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat*. Sed perpendamus amabò, quàm rectè in omnibus ſacræ ſibi conſonant paginæ, per metaphoram effuſionis vnguenti Sponſa ſignificat, orationem ſuam eleuandam ad cœlos vſque. *Nardus mea dabit odorem ſuum, dum fuerit Rex in accubitu ſuo*. Et Sapiens in loco Eccleſiaſtici, cuius iam mentionem feci, ſub metaphora effuſionis lachrymarum clariùs id ipſum explicat, quòd per orationis demiſſionem, ac humiliationem in altum illius odor extollatur, & quod vnguentum lachrymarum per deſcenſionem aſcendat vſque ad Altiſſimum Dei accubitū: ait enim: e *Nonne lachrymæ viduæ à maxilla deſcēdunt*? Quaſi id magnum ſit prodigium, quod ſummam incutiat admirationem, & ſubdit tantæ admirationis cauſam: *A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum, & Dominus exauditor delectabitur in illis*; Id namque mirabile eſt, quòd dum à maxilla deſcendunt, effuſæ deorſum; deſcendentes ſimul ab eadem maxilla, aſcēdunt vſque ad cœlos: quod vè mirabilius eſt, Deus qui ibi in cæleſti, perpetuoque eſt felicitatis accubitu, cui & nihil adijci poteſt delectationis, exaudiens illas, earumque perfuſus odore delectabitur in illis: Quare? niſi quia inſtar fragrātiſſimæ Nardi effuſæ ſuauiſſimum de

c Pſ. 140. 2

Simile.

Oratio humilis deſcēdit, & aſcēdit, ſimul.

C

d Eccl. 35. 21.

D

e Eccl. 35. 18.

E

ſe emittunt odorem? Ex his autem omnibus præſtantiſſimum colligere licet diuinæ benignitatis indicium: quandoquidem Deus humilem orationem noſtram, in qua noſtras ei proponimus miſerias, noſtras ei noſtrumque fœtorem, tamquam odoratiſſimam Nardum acceptat: eiuſque effuſione maximopere oblectatur; adeo vt Eccleſia eximium illi promittens donum, dicat: *Dum eſſet Rex*, ſeu *quouſque erit Rex in accubitu ſuo. Nardus mea dabit odorem ſuum*; tamquam maximè honorificum munus humilem ei promittit orationem ſub Nardi nomine, intelligens, per illam haud minùs Deum honorari, quàm per plura, & & pretioſiſſima aromata; quod & ſanctum Azariā apud Danielem Prophetam apertiùs feciſſe legimus, Quando, iſtud ipſum humilis orationis Deo offerens munus; poſt propoſitas multas ſuas, & populi ſui miſerias, tribulationes, atq; anguſtias, poſt multorum peccatorum confeſſionem, dixit: f *Sed in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, ſicut in holocauſto arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium, ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi*. Oſeam quoque Prophetam Iſraelitico populo idipſum perſuaſiſſe comperimus, vbi ait: g *Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei, omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum*. Quodnam bonum à nobis accipere poteſt is, qui & ſolus bonus, & ſummum bonum eſt? Subdit: *Et reddemus vitulos labiorum noſtrorum*; nimirum humilem orationem, quam labiis noſtris proferemus, multò magis tibi honorificam, quam complurium vitulorum, quamvè multorum ſacrificiorum munus præclariſſimum. h *Inuoca me in die tribulationis*, ait Deus ipſe, *eruam te, & honorificabis me*, videlicet per eam humilem inuocationem, quam mihi exhibebis: *Sacrificium* enim, ac munus ſummi honoris *Deo* eſt *Spiritus contribulatus: i Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies*.

DE ECCLESIA.

Oratio humilis munus eſt maxime honorificū, maximeq; gratum Deo.

f Dan. 3. 40

g Oſe. 14. 3

h Pſ. 49. 15

i Pſ. 50. 19

Verſ. XII. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuum.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

QVamquam vnus tantummodo ſit cæleſtis accubitus, in quo Deus Rex excelſus ab æterno accubuit, vnus inquam, æternus æternę felicitatis accubitus, de quo plurib. in præcedēti actum eſt expoſitione; dum tamen per Dei accubitum menſam eius, vel conuiuium accipimus, præter vnum illum æternum, in quo glorioſus, ac felix fuit, & erit in ſæcula; duos alios accubitus animaduertere, fas eſt, quos idemmet Rex inſtruxit in tempore.

II. SENSVS.

Primus eſt vniuerſa mundialis hæc fabrica, quā veluti opiparam menſam parauit, in qua accumbere poſſet homo, tot propoſitas habens dapes, quot in ea conditæ eſſent creaturæ. Neque enim ex ſolæ cenſendæ ſunt hominis dapes, quæ corporeum paſcunt ventrem; at multo ſuauiores, & lautiores eæ ſunt, quibus eius paſcitur intellectus: ſic in Geneſi a legimus, hominem haud priùs in lucem editum, quàm cuncta condita forent, quibus paſcendus eſſet; enimuerò decens minimè videbatur, vt ad conuiuiū adduceretur, niſi priùs magnificentiſſimè inſtructa eſſet menſa: parato circulari hoc accubitu, parato hoc conuiuio ex animantibus, piſcibus, volucribus, atque reptilibus; ex herbis,

Mundi fabrica eſt menſa, & conuiuium homini propoſitum.

a Ge. 1. 26.

DE ANIMA.

herbis, arboribus, floribus, atque fructibus: ex auro, argento, pretiosissimisq; margaritarum generibus; ex terra, & aqua, necnon ex cęlis ipsis, cęlorūque præfulgidis stellis, atque sideribus, die sexto, Adam formatus est, qui accumberet.

Porrò, sicut in æterno accubitu gloria Regis exhibita est eiusdemque felicitatis; ita & in primo accubitu hoc temporali exhibita est potentia eiusdē Regis, atq; magnificētia: vnde necesse erat, vt & tertius instrueretur accubitus, in quo summus eiusdem benignissimi Regis manifestaretur amor. Hunc autem haud minori sanè magnificentia tunc Christus parauit Rex noster, quando in vltima cęna, *b cum dilexisset suos, in finem dilexit eos*, instituens Sanctissimū Eucharistię Sacramentum, in quo ita ipse accumberet, vt tamen quibuscumque simul accumbentibus semetipsum exhiberet in cibum, per quem tam arcto cum ipsis accumbentibus vinculo vniretur amoris; vt & ipse in illis esset, & illi in ipso, iuxta illud: *c Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Neque verò solum in illa tam memorabili cęna hunc semel instruxit accubitū; sed illum ipsum per Sacerdotes instruit quotidie in mensa Altaris, suauissimas apponēs dapes, corpus videlicet suū, sanguinem suum, animam suam, atq; etiam ipsam diuinitatem suam; accumbēs & ipse, tamquam Rex dilectus, maximèque amabilis: nō tam, vt se pascat, quàm vt eas alat animas, quę eius fuerint amore succensæ, imò vt ipse se earū pascat dilectione, quas pro ardentissimo amore sanguine proprio pascit, & corpore. Quocirca nihil magis habet in optatis, quàm vt fideliū quique ad istiusmodi accedant accubitū, nec quicquam ei offerri potest gratius, quam dilectio sibi exhibita, dum in isto accubitu fuerit. Propterea namque anima illa Sancta, cùm immensa Dei perpenderet beneficia, insigniaque animaduerteret dona, quæ ex mera illius in se collata essent dilectione; cumq; aliquid in eorum omniū repēdere vellet vicem, quasi nil aptius reperire potuerit, dixit: *d Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*: Ac si diceret: Id illi retribuā, quod ei maximè gratum intelligo: quandò est in accubitu suo ad mensam Altaris in Sanctissimo Sacramento, offerā illi dilectionem, ac humilem orationem meā: accipiēs videlicet tam sacrosanctum, ac venerabile Sacramentum, sub Calicis metaphora designatum, idq; cum gratiarum actione. Quid mirum igitur, si &, quæ hic loquitur Anima sponsa Christi, dilectione cum sponso certans, nec habens, quod illi pro collatis rependat murenularum ornamētis, ad hoc ipsum confugiat oblationis genus, dicens apertè: *Dum fuerit Rex in accubitu suo, nardus mea dabit odorem suum*: quid enim per Nardi vnguentum, quod & fragrantissimū est, & maximè calidum, designari potest aptiùs, quàm ipsa eius charitas, quæ & fragrantior est vnguentis optimis, & quolibet igne ardentior. Hanc nardum se Regi oblaturam pollicetur, & Regi maximè amabili, dum erit in accubitu suo; pauperculum in hoc imitata, cui præpotens quispiam suū viridarium beneuolè commiserit, excolendum. Quemadmodū enim is cupiens in sui amantissimum Dominū aliquam grati animi testificationem edere, cùm nequeat illi exhibere munus, quod non sit ex bonis ipsius: statuit tandem ex eo ipso, quod suæ custodiæ traditum est, viridario lectissimos nonnullos fructus colligere; eosque in carthallo perpulchre variis, ac odoratis floribus exornato illi, dum ad mensam accumbit, amabilibus verbis munusculum largitur: Et Dominus, licèt sibi id, quod suum est, dono dari aduertat, accipit tamen grata fronte propensam largientis voluntatem. In eundem ferè modum, & anima Christi sponsa, cùm nil ex proprijs habeat, quod dilectissimo largiri valeat Regi gratum, atque iucundum, matura tamdem decernit deliberatione, ex ijs ipsis virtutibus, quas ab illo accepit, seligere actus charitatis, quos illi, dum est in accubitu suo, dum ad mensam Altaris accūbit in Sanctissimo Sacramēto, perpulchrè humilitatis, & deuotionis floribus exornatos gratissimum largiatur munusculum; vnde & congruenti locuta est locutione, dicens: *Dum erit Rex in accubitu suo, nardus mea dabit odorem suum.*

b Ioh. 13. 1

In Sāctissimo Eucharistię Sacramento Christus est ī accubitu suo.

c Ioh. 6. 57

Sāctissimū Eucharistię Sacramētū humiliter sumere est maximum omniūdonorū, q̄ à nobis Deo offerri q̄ant.

d Psal. 115. 12

Simile.

Eucharistię Sacramētū sumens, dū accipit corpus Domini, accipiēs largitur ipsi Domino.

Non dixit: *dabo Nardum meam*; sed *Nardus mea dabit odorem suum*: Nam re vera accedens ad Sanctissimum Sacramentum ipsa accipit potiùs, quàm largiatur, cùm corpus Christi accipiat; quia tamen cum humilitate accedit, & cum deuotione, ac cum gratiarum actione, idque vt per dilectionē suo vniatur dilecto, accipiens largitur: quid largitur? ipsos actus & charitatis, & humilitatis, atque deuotionis. Ex nardo enim sua, quæ deuotionem designat, quatenus vnguentum est odoratum; quatenus verò vnguētum ex humili herba compositū, humilitatis est typus: & quatenus vnguentum est calidissimum, ardentem præfigurat charitatem: ex nardo, inquā, istiusmodi humilitatis, deuotionis, & charitatis, quam ab ipso Rege accepit, humiles, ac deuotos dilectionis depromit actus, quibus tā fragrans emittitur odor, vt Regem mirum in modum oblectent accumbentem: sic ait. *Dū esset Rex in accubitu suo, Nardus mea dedit odorem suum.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? nihil certè mihi est, quod illi rependā: rependam tamen aliquid, accedens ad ipsum, dum in Altaris mensa fuerit in accubitu suo: suscipiens videlicet illum humiliter, ac deuotè, quò sic perfectissimo cū eo vniar vinculo dilectionis; tunc Nardus charitatis, humilitatis, ac deuotionis meæ dabit odorem suum, quo is proximè recreetur.

Circa hæc autem notandum, Christi sponsam non modò hic insinuare, se, vt gratissimum quid Deo exhibeat, sanctissimum suscepturam Eucharistiæ Sacramētū, sed & metaphoricis quoq; verbis indicare, quid agendū sit vnicuique, qui dignè ad tam venerabilem accessurus sit Christi accubitū; in duobus verò subsequentibus versibus id significare, quod agendum sit post corporis Christi sumptionem, quive ex istiusmodi oblatione consequātur fructus. Qui de præparatione ad tam sacrū mysterium agunt, triplici consideratione eam faciendam docent: consideratione nimirum vilitatis, ac indignitatis propriæ ex qua actus promanantur humilitatis; consideratione magnitudinis, ac excellentiæ incomprehensibilis eius, qui in ipso Sacramento suscipiendus sit; vnde deriuentur actus reuerentiæ, atque deuotionis: Et demum consideratione immensæ charitatis Dei, propter quam eò deuenit, vt non modo in nostrum pretium semetipsum dederit super aram Crucis; sed & super Altaris mensam totum sese nobis communicarit in cibū; ex qua consideratione fit vt cor accedētis ad talem accubitum inflammetur, vt in vehementissimos prorumpat amoris affectus. Atqui hæc ipsa sunt, quæ Christi sponsa à se exhibēda pollicetur hæc sunt, quæ modicis ijs insinuat verbis *nardus mea dedit*, seu *dabit odorem suum*, prout patet ex dictis.

Triplici cōsideratione fit præparatio digna ad Sanctiss. Eucharist. Sacramētū

Vers.

DE B. MARIA

Verſ. XII. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuum.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.

I. SENSVS. PRæclariſſima quidem ea eſt Sapiẽtis ſententia, qua ſaluberrimè conſulens ait: a *Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam*. Neque enim diuinæ gratiæ in ea anima perſiſtere poſſunt, in qua virtus non adſit humilitatis: neque facile cuiquam eſt, humilitatis redolere odorem, in quo excellentia magnitudinis adſit, niſi iuxta magnitudinem pari is ſeſe demittat humilitate. Hinc eſt, quòd Beatiſſima Virgo, cui ſemper id ſapientis conſilium intimis inſixum fuit præcordijs, perceptis eximiis illis, quibus a diuino Verbo celebrata fuit, præconiis, hæc intulit illicò, *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorẽ ſuum*, quicquid in ſe laudis dignũ appareret, in ipſum ſuum referens encomia ſtem. Aquè eſt, ac ſi vel ad adſtantes Angelos, vel ad animas Sanctas conuerſa diceret.

a Eccl. 3. 10 Humilitas adæquari debet magnitudini, quã quiſq; habeat.

PARAPHRASIS. Tametſi adeò eximiis à dilecto meo celebratã me audieritis præconiis; quicquid tamen eſt, quod in me aliquid mereatur laudis, id omne ab illo me habere ſciatis: enimuerò dum ipſe, qui eſt Rex magnus, & excelſus ſuper omnes cælos, eſſet in accubitu ſuo; dum in ſinu Patris accumberet, æterna perfruens felicitate, id odoratus eſt, tanquam fragrãtiſſimũ odorem, quod in me humile fuit, quod vile, quodvè abiectum: nardus enim humilitatis meæ dedit odorem ſuum, odorem, inquàm, ſuum, qualem redolere ſolent humilia.

Maria quicquid i ſe eſſet virtutis, in Deũ retulit.

Poſſent autem iuxta hunc ipſum primum ſenſum aptius hæc exponi, ſi pronomen, *ſuum*, quod in litera noſtra eſt reciprocum ad nardum, ſumamus poſitum pro non reciproco eius, vt notatum eſt ſupra; vt ſenſus ſit.

PARAPHRASIS. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo:* Dum Verbum diuinum ab æterno in ſinu accũberet Patris nardus mea, exiguitas, ac vilitas mea dedit odorem illius; cum enim parua eſſem, placui Altiſſimo, ita vt de meis viſceribus gignerem Deum, & hominẽ: Sic eæ ipſæ, quibus is me exornauit laudibus, & quicquid in me virtutis elucet, id oẽ in illius referendum eſt encomium: meum namque nihil aliud eſt, quam vilitas, quàm abiectio, quàmvè humilitas, quæ per Nardum herbam ſignificatur humilem, atque vilem; quòd ſi Nardus ipſa mea aliquem redolet odorem gratię, atque virtutis, odor is omnis eius eſt, qui me tantis deliniuit gratiarum vnguentis.

II. SENSVS. Iuxta ſecundum ſenſum, quo præterita pro futuris ſumuntur, Beatiſſima Chriſti Mater, & ſponſa, cùm pro eximio illo ornamento Virginitatis cum partu, quod ſibi ab æterno Rege promiſſum fuerat, aliquid in grati animi ſignum polliceri vellet, nil aliud quod polliceretur, reperit aptius, quã humilem deuotionem, quàmve amorem erga eã ipſam, quam pepeiſſet, humanitatem. Et non ſecus ac ageret paupercula, quę nil habens, quod Regi rependere poſſit pro pretioſiſſimis margaritarũ ornamentis; id tamen pollicetur, quod & præſtare poteſt, & Regi ipſi gratiſſimum fore, intelligit; nimirum iis iptis ornamentis pro illis amore ſe vſuram: vt hoc pacto, cum nequeat ad pretioſa munera reſpondere; aliquatenus ſaltem reſpondeat ad amorem, à quo ea prouenerunt. Sic quippe & Bea. Virgo ait: *Dum fuerit Rex in accubitu ſuo. Nardus mea dedit odorem ſuum*. Ac ſi diceret.

Maria Chriſtũ ad collũ baiulãs, eximiæ illi offerebat actus deuotionis, atq; amoris Simile.

APPENDIX. PARAPHRASIS. Dũ in ſinu meo, ex me ortus Rex meus, & Deus meus dilectiſſimus accubueris veluti in proprio accubitu, vt ex vberibus meis paruulus factus, lac ſugens te reficias, ſicut cum magnus, & excelſus eſſes, ab æterno accumbebas in ſinu Patris, æterna generatione genitus, felicitate te reficiebas æterna; tunc nardus deuotionis, & dilectionis erga te mea dabit odorem ſuum; dum enim te, tanquàm pretioſiſſimum ornamentum, è meo collo pendentem intuebor, effundam in te ardẽtiſſimos deuotionis, atque amoris affectus: ſic ad immenſam, quam tu mihi dilectionis exhibuiſti, oſtenſionem quoad fieri poterit, pari reſpondere curabo charitate.

Verſ. XII. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuum.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Dum eſſet Moſes magiſter eorum in firmamento, vt ſuſciperet duas tabulas lapideas, & legem, & præcepta: ſurrexerũt impii generationis illius, & fecerunt vitulum aureum vnà cum promiſcuis, qui erant inter eos, & fœtida fecerũt opera ſua, & egreſſum eſt eis nomẽ peſſimum in ſæculo; quoniam ante odor eorum exibat diffuſus per orbem, & poſtea fœtidi facti ſunt, vt abſinthium, cuius odor quam peſſimus eſt.

In vituli adoratione fœtidi facti ſunt Iudæi.

Quoad ſeriem dramatis, Origenes homil. 2. ex quatuor aſſerit, ſpõſam poſt auditam muneris pollicitationem, ſibi à Sodalibus Sponſi factam in prę cedenti verſu 11. ingreſſam eſſe ad ſponſum accũbentem, & vnguentis ſuis illum vnxiſſe; nũcve explicare mirum quoddam, quod tunc euenit: quòd Nardus, quæ prius odorem non dederat, cùm eſſet apud ipſam, tunc dederit odorem ſuum, cùm corpus contigit ſponſi: vt non tam ille ex Nardo odorem, quàm Nardus ex ipſo ſumpſiſſe videatur. Additque idem Origenes; Quòd ſi legatur, vt alia habent exemplaria. *Nardus mea dedit odorem eius*: inuenitur adhuc aliquid diuinius, vt videatur, vnguentum hoc Nardi, quo vnctus eſt ſponſus, non tantùm ſuum, qui Nardo ineſſe naturaliter ſolet; ſed ipſius ſponſi odorem cepiſſe, & ipſius odorem ad ſponſam reportaſſe, vt in eo, quo vnxit eũ, odorem ſponſi per ipſius vnguenti munus acceperit, & hoc ſit, quod dicere videatur. Nardus mea, qua vnxi ſponſum, regreſſa ad me odorẽ mihi detulit ſponſi, & velut ſuperato naturali ſuo odore, præfragantia Sponſi ipſius mihi detulit ſuauitatem.

Origenes.

Colligitque exinde Bernardus ſerm. 42. hæc nõ ad ſponſum, qui iam abſceſſerat, ſed ad ſponſi ſodales habita eſſe, quia non dicit ad ſecundam perſonam. *Dum eſſes Rex in accubitu ſuo*; ſed ad tertiã: *Dum eſſet Rex in accubitu, &c.*

Bernard.

Quoad ſpiritalem ſenſum, tametſi in expoſitione ſuperioris ſententiæ animaduerſum ſit, prima verba iſta: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo*: ſecundum verſionem Sept. referri ad præcedentia: atque adeo ibi allata ſint complura, quæ à Patribus dicta ſunt, ad eorum explicationem; Haud tamen abs re nunc fuerit, ſi ad eorumdem intellectũ breuiter Patrum omnium ſimul afferantur ſententiæ, quæ ad quinque reducuntur.

Prima, vt per Chriſti accubitum hic deſignetur illius accubitus in cęleſti felicitate. Ita Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 8. Gregorius Papa, non ſolùm ſuper

Accubitus Chriſti ad ſuc

per

APPENDIX.

per hunc locum; sed & in lib.35. Moral. cap. 13. Rupertus, atque Bernardus.

August. Greg. PP. Rupertus. Bernard. Ambros. Cassiodo. Beda. Aponius. Iust. Org. Anselm. Orig. Hierony. Theodor. Greg. Nys. Tres Patr. Anselmus.

Secunda accubitum intelligit per incarnationem. Ita Ambros. Serm. 3. in Psal. 118. Vers. 1. Cassiodorus, Beda, & Aponius.

Tertia accubitum intelligit Passionis in Cruce, seu Resurrectionis è Sepulchro. Ita Iustus Orgelitanus, & Anselm.

Quarta accubitum Christi accipit pro eius morte. Ita Origenes, tum homil. 2. ex quatuor, tum homil. 1. & homil. 2. ex duabus, Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum, & Theodor.

Quinta demum illum intelligit Christi accubitum, quo is in pia anima accumbit, & requiescit. Ita Gregor. Nyssen. Tres Patres, & Ansel.

Circa id, quod de Nardo dicitur. *Nardus mea dedit odorem eius.* Origenes homil. 2. ex quatuor duobus modis illud explicat.

Origenes.

Per deuotionis officium Deo exhibitū pia aīa diuinā accipit gratiā.

Primò, vt per hæc significetur, quòd vngens Christum Nardo deuotionis, seu bonorum operum, aut etiam prædicationis, per ipsammet huiuscemodi vnctionē suscipiat eius odorem, & gratiam,

Per fidei munus Deo exhibitū acquiritur Spiritusan. gratia eiusdemq; doctrina.

Secundò, quòd offerens fidei suæ munus veluti vnguentum Nardi, recipit exinde gratiā Spiritussancti, & fragrantiam doctrinæ spiritalis.

Ex virtutibus, quibus nos præditi sumus, Dei virtutes agnoscimus, et alijs notas facimus, q per se incomprehensibiles sunt.

Tertiò, Gregorius Nyssenus homil. 3. existimat, per hæc ab anima Sancta significari, se ex virtutibus, quibus prædita est, agnoscere Dei virtutes, illasve, quæ per se incomprehensibiles sunt, & alijs notas facere. Ait quippe, his verbis illam responderе ad Angelos, qui in superiori sententia ei promisissent similitudines auri, &c. Ac si dicat. Quomodo vos non ipsum sincerū aurum diuinitatis, sed per gratias conceptionu mentis nobis donatis auri similitudines, non dilucida oratione, quæ sunt eius, aperiētes, sed per exiguas notas argenti ratione præditi præbentes quasdam apparentes species eius, quod quæritur. Ita ego quoque per bene spirantem mei vnguenti fragrantiam sensu percepi illius ipsius bonum odorem; Quasi omninò significare velit, ex ijs, quæ in se animaduerteret virtutibus, ex quibus, tanquam ex multis aromaticis speciebus vnum fit nardi sui vnguentum, se deuenire in cognitionem perfectissimæ virtutis Dei, alijsq; eandem notam facere. Affert autem Gregor. exemplum Pauli, vt videre est apud ipsum.

Tres Pat.

Ex virtutibus proprijs pia aīa repræsentat Christū atque Deum exēplarvirtutū oium.

Ab his parum discrepant, quæ dicuntur à Catena trium Patrum, secundum quos eadē anima per hæc sic loqui, videtur: Efficax ex diuersis agendi, speculandiq; rationibus cognitio conquisita, instar Nardi ex varijs aromatibus conditæ, præbuit specimen Dei per naturam inaccessi, cuius ego speciem, ac notam gero, vt imago ipsius ac similitudo; & moribus, illius similitudinem referens, cum in me, tanquam in imagine repræsento exemplar.

Per progressū in virtutib. acquiritur Dei cognitio licet exigua.

Psellus apud Theodoritum haud admodum dispari sensu arbitratur, eamdem piam animā hisce significare, se per progressum, quem fecit in virtutib. appropinquasse quidem Deo, illiusvè cognitionē assecutam, sed odoratu dumtaxat, idest exiguā.

Nardus Ecclesiæ et piæ animæ est Christus.

Secundùm alteram quoque lectionem, quæ habet: *Nardus mea dedit, odorem suum*: diuersimodè hæc accipiūtur à Patribus. Primò enim Nardi nomine ab aliquibus intelligitur Christus. Ita Origenes homil. 2. ex quatuor. Si quādo, inquit, voluerimus integrè, & decenter exponere de deitate Christi, virtutemque eius, ac maiestatem dignis assertionibus consignare, tunc fortasse meritò dicet vel Ecclesia illa, vel Anima, quæ ita manifeste potuerit gloriam eius exponere. *Nardus mea dedit odorem*

Christus vocatur Nardus dando vt suū cum

suum. Nec mirum videri debet, si Christus, quemadmodū fons est, & flumina aquæ viuæ de eo procedunt, & quemadmodū panis est, & vitam dat: ita & nardus sit, & odorem reddat, & vnguentū sit, quo qui vncti fuerint, Christi fiant, sicut dicitur in Psalmo a *Nolite tangere Christos meos*; Fortasse enim, secundum illud, quod dicit Apostolus; b his, *qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali*, singulis quibusq; sensib. aīæ, singula quæq; Christus efficitur: lumen oculis: cibus gustui; verbum auribus; vnguentum naribus; ac demum palpabilis tactui.

APPENDIX.

ab Ecclesia vel aīa, qd de eius deitate digne exprimitur

a Psal. 104. 15.

b Heb 5. 14

Theod.

Ita & Theodoritus, qui & rationem reddit, cur Christus dictus sit Nardus dicens: Nardum quidē nominat Christum, quoniam vnctus est Nardo pistica illa pretiosa, cuius odor repleuit totam domum, quæ mundū significat vniuersum: obsequiū enim a piis hominibus Domino exhibitū, orbem terrarum impleuit fidei suauitate.

PhiloCar.

Passio, & mors Christi martyres ad martyria excitauit.

Ita & Philo Carpathius, quamuis non tam Christum, quam Christi necem, sub eodem Nardi vocabulo designatā accipiat, ait enim, Sic grata, ac memor sponsa clamat ad sponsum. *Nardus mea dedit odorem suauitatis*, idest. Tu mihi dedisti suauitatē vnguentorum, nempe martyrum, & illustrium actionum efficaciā, decus, & gloriam. Nardus enim dedit odorem suum, idest Martyrum; & nex tua, seu passio Martyres adhortata est, pro te pati: nam & tu pro nobis passus es.

Psellus.

Virtutes oēs nil aīæ cōferūt ad vitā æternā, nisi Christū induerit per baptismum.

Ad hanc primam Nardi acceptionem referri & id potest, quod à Psello apud Theodoritum affertur pro ratione, cur sponsa Nardi potius meminerit, quā alterius aromatis, ait quippe; Quia, si quis hominum rectè viuat, licet omnes acquirat virtutes, nisi Christum diuino baptismate induerit, nil reuera vitæ æternæ hisce virtutibus consequetur. Arcanum hoc vnguentariorū exemplo fit manifestum; cum enim vnguentum Nardinum volunt cōficere, licet alia multa in vnum coniiciant, nisi nardum, quæ quidem est herba, simul adhibuerint, frustra operam sumunt.

Origenes.

Nardus spōsæ Christi sunt bona opera, & virtus.

c 2. Cor. 2. 15.

Secundo eodem Nardi nomine, ab aliis designata sumuntur bona opera, seu virtus, è qua illa proueniunt. Ita Origenes homil. 2. ex duabus, vbi ait, tunc istiusmodi animæ nardū dare odorem suum; quando anima facta fuerit, vt Apostolus, & dixerit. c *Christi bonus odor sumus in omni loco in iis, qui salui fiunt, & in iis, qui pereunt.*

Cassiodo. Beda.

Post Christi Incarnationē Ecclesia virtus maiorem dedit odorem.

Ita Cassiodorus, Gregor. Papa, atque Anselm. quamuis, iuxta diuersam acceptionem accubitus, diuersa ratione hæc explicent. Nam Cassiodor. & Beda per Regis accubitum intelligentes Christi incarnationem, in qua & Ecclesiam suam vitali cibo reficere, & ipse bonis eius actibus refici voluit. In eo accubitu cū is esset, Nardum Ecclesiæ odorē suum dedisse, dicunt; quia cum Dei filius in carne apparuit, Ecclesia in virtutum cælestium feruore excreuit; non quia & ante eius incarnationem spirituales, ac Deo deuotos viros non habuerit; sed quia absque vlla dubitatione tunc arctiorib. se virtutum studiis mancipauit, cum Regni cælestis aditum cunctis rectè viuentibus, mox vt carnis vincula soluerentur, patere cognouit.

Gre. Papa.

Post Christi ascēsionem ecclesia nardus, ac virtus dedit odorē suū per bonam, quę diffusa est fama.

Gregorius vero Papa, qui per eundem accubitum intelligit cælestem Beatitudinem. Accubitū, ait, suum rex intrauit, quando Dominus Noster Iesus Christus corporaliter cœli interiora penetrauit, quo ibi quiescente, nardus spōsæ odorem suū dedit, quia virtus Sanctæ Ecclesiæ suauem fumū bonitatis longe, lateque sparsit: Ad cælos enim Dominus ascendit, & Spiritum Sanctum suum super

disci-

APPENDIX.

diſcipulos miſit, quo impleti, verba ſalutis mũdo prædicarent, & per Sancta opera boni odoris famam circumquaque diffunderet. Et in lib. 35. Moralium, c. 13. Virtutes; inquit, proficientium in notitia ceterorum hominum quaſi ſuauitate fragrãt odorem. Hinc eſt enim, quod per Paulum dicitur. d *Chriſti bonus odor ſumus Deo*: Hinc eſt, quod Sãcta Eccleſia in electis ſuis quandam fragrantiam ſuauitatis odorata, in Canticis loquitur, dicens: *Donec Rex in accubitu ſuo eſt, nardus mea dedit odorẽ ſuũ*: ac ſi apertius dicat. Quoadusq; meis obtutibus Rex apud ſe in requie ſecreti cęleſtis abſconditur electorum vita miris virtutum odoribus exercetur: vt quo adhuc eum, quem appetit, non videt, ardentius per deſiderium fragret. Rege quippe in accubitu ſuo poſito, nardus odorem dat, dũ, quieſcente in ſua beatitudine Domino, Sanctorum virtus in Eccleſia magnæ nobis gratiam ſuauitatis adminiſtrat.

d 2. Cor. 2. 15. *Virtus Sanctorum dat odorẽ ſuũ per Sancta deſideria.*

Anſelmus *Virtus Eccleſię, dedit odorẽ, quia Chriſtus paſſus eſt, & reſurrexit.*

Denique Anſelmus, dum per accubitum accipit Chriſti paſſionem, & reſurrectionem, per ea, quæ hic habentur, Eccleſiam hæc ſibi velle, ait: Meritò debeo Chriſtum diligere, quia ipſe dedit mihi nardum, ſcilicet virtutes, & hoc, dum eſſet in accubitu ſuo, id eſt in paſſione, & reſurrectione ſua, ſcilicet quia ipſe paſſus eſt, & reſurrexit, ideo virtutes mihi dedit, quæ dederunt odorem ſuum, id eſt ſibi conuenientem, bonam videlicet famam.

Tertio exhibitam nardi frangrantiam intelligunt alij de fragrantia non tam virtutis in genere, quam particulari alicuius virtutis.

Et aliqui quidem de fidei odore, eiuſdemque cõfeſſione: ita Ambroſius ſerm. 3. in pſal. 118. verſi. 1. dicens: Iam redolet fides, ideoque dicit Eccleſia. *Nardus mea dedit odorem ſuum*. & dicit cum præſumptione, expectans retributionem: Fragrat vnguentum gratiæ, ex quo virgo generauit, & Dominus Ieſus Sacramentum Incarnationis aſſumpſit. Ita pariter & Iuſtus Orgelitanus, aſſerens, per hæc ſignificari, Eccleſiam vnguento confeſſionis Chriſtum vnxiſſe, accumbentem in Cruce, vel in ſepulchro, dum prædicauit, illum voluntariè paſſum eſſe, ac reſurrexiſſe pro ſalute fidelium.

Ambroſi. *Fides eſt nardus Eccleſia, quã dat odorẽ per bona opera.* Iuſt. Orig.

Rub. Ab. Beda.

Explicant alij idipſum de odore humilitatis, & eo præſertim, quem dedit Beata Maria. Ita Ruper. Abbas, ſed excellentius Bernar. ſerm. 42. vbi ait.

Bonus humilitatis odor, qui de hac valle plorationis aſcendẽs, perfuſis circumquaque vicinis regionibus, ipſum quoque regium accubitum grata ſuauitate reſpergat. Eſt Nardus humilis herba, quã & calidæ ferunt eſſe naturæ hi, qui herbarum vires curioſius explorarunt; & ideo per hanc videor mihi non inconuenienter hoc loco virtutem humilitatis accipere: ſed quæ Sancti amoris vaporibus flagrat. Quod propterea ſane dico, quoniam eſt humilitas, quam nobis veritas paſcit, & non habet calorẽ: & eſt humilitas, quam charitas format, & inflammat: atque hæc quidem in affectu; illa in cogitatione conſiſtit.

Nardus humilitatem deſignat.

Humilitas düplex altera in cogitatione, altera in affectu.

His animaduerſis applicat hæc ad vnamquamque animam humilem, ſed præſertim ad humillimam omnium Beatam Virginem: quid enim, inquit, eſt aliud. *Nardus mea dedit odorem ſuum*; quã placuit mea; humilitas? non mea ſapientia; nõ mea nobilitas; non mea pulchritudo, quæ nulla erant mihi; ſed quæ ſola inerat humilitas, dedit odorem ſuum, id eſt ſolitum. Solitò placet Deo humilitas, ſolitò plane, atque ex conſueto Deus humilia reſpicit: & ideo, *cum eſſet rex in accubitu ſuo*, id eſt i excelſo habitaculo ſuo, Accubitus enim Regis, ſinus eſt Patris, quia ſemper in patre filius: Illuc quo-

Maria humilitas, vſque ad ſinũ patris odorẽ ſuũ dedit.

que humilitatis odor aſcendit; in altis enim habitans, humilia reſpicit in cælo, & in terra.

De humili vero oratione exponit hæc ipſa, idẽ Bernardus eodem ſermone, dicẽs. Primitiua Eccleſiæ potes hunc aptare ſermonem ſi recordaris dies illos, quibus, aſſumptus Domino, vbi erat prius, & ſedente in dextera Patris, illo ſuo antiquo nobili, atque glorioſo accubitu, diſcipuli erant congregati in loco vno, perſeuerantes in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Ieſu, & fratribus eius. Nõne tibi videtur, re vera tunc temporis Nardum paruulæ, & trepidantis ſponſæ dare odorem ſuum? Denique, cum factus eſt repente de cœlo ſonus, tãquam aduenientis ſpiritus vehementis & repleuit totam domum, vbi erant ſedẽtes, tunc patuit, quã gratus humilitatis, & quam beneplacitus odor aſcenderat, cui mox tam copioſa, & glorioſa remuneratione reſponſum eſt.

Bernard. *Humilis orationis odor, qualis fragrarit i primitiua Eccleſia.*

Aptius tamen ad eãdem primitiuam Eccleſiam hæc ipſa aptabimus nos, iuxta eam lectionem, quę habet: *Nardus mea dedit odorem eius*; vt ipſa ſignificet, tunc temporis, quando Chriſtus aſſumptus in cęlum, erat iam in accubitu ſuo; Orationem ſuam humilem, ſuamque humilitatem odorem ſponſi ad ipſam regreſſam detuliſſe ſibi: ſiquidem cũ Spiritum Sanctum acceperit, vniuerſa cæleſtis Regis, dilectique ſui chariſmata aſſecutam ſe profitetur, quæ recte per eius deſignantur odorem: quandoquidem Spiritus Sancti collatio, vnctionis nomine exprimi ſolet, iuxta illud Apoſtoli. *Qui vnxit nos Deus.*

Oratio humilis Apoſtolorũ ad eos regreſſa detulit odorem Dei, id eſt Spiritũ Sanctum.

2. Cor. 1. 21.

Aponius videtur hæc intellexiſſe de nardo pœnitentiæ, quæ dederit odorem Chriſto, in humilitate carnis accumbente, effuſione lacrymarum.

Aponius. *Nardus pœnitentia odorata.*

Denique aptant, quæ hic dicuntur, ad Mariam Magdalenã Orige. vtraque expoſitione ſua; Greg. Nyſſ. Beda, Apon. vt videri apud ipſos poteſt.

Origenes Nyſſ. Beda. Aponius. *Magdalena nardus dedit odorem.*

Verſic. XIII. Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Expoſitio Prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

A Superiori ſententia verſus iſte cum pendeat duobus modis explicandus eſt, prout duplici ſenſu illa explicata eſt: Aut enim ſponſa ad eas reſpondet laudes, quæ ſibi ab ſponſo collatæ iam fuerant: aut ad præclari muneris pollicitationem, quæ ſibi ab eodem fuerat facta, vices rependit alterius muneris promiſſione. Si ad laudes reſpondeat: iam ſupra oſtenſum eſt, quid per hæc ſibi ipſa voluerit, pro laudibus nimirum laudes rependere, idque ſub aromaticarum ſpecierum, ſiue ſub odorum metaphora; egregia namque Rhetorũ arte, ex eo ipſo, quod in ſe erat cõmendabile, occaſionem ſumpſit amplificandi encomium laudũ illius ſiquidem concedens, in ſe aliquid eſſe fragrantiæ, propter eã nardũ, qua vti, vngiq; ſoleret; multo tñ infert illum fragrantiorẽ, quippe qui haud aliunde ex extrinſeco vnguento eum, quem redolet, ſuſcipiat odorem Sed intrinſecus eum habeat ex propria natura, ita vt non mõ fragret odorẽ, ſed ſit ipſa res, vnde redoleat fragrantia, ipſiuſq; ſit odoris principiũ: myrrha nimirum, & balſamus; quæ pretioſiſſima ſunt inter vniuerſa aromatum genera.

I. SENSVS.

Vt aũt eorũ, q̃ i hoc verſu dicũtur, vis bene pcipiãt, tũ iuxta hoc primũ, tũ iuxta ẽt ſecũdũ, quẽ poſtea afferã, ſenſum, Notãdũ primo, myrrhæ nomẽ

LITTERA.

hoc loco dupliciter sumi posse, vel pro arbore, eiusque folijs, ac floribus, vel pro aromate quodā, qđ ex myrrhæ ipsius defluit arbore; Myrrha enim, vt ait Dioscorides libro primo, c.67. Plin. lib. 12. c. 15. & Theophrastus de historia plantarum, lib. 9. c. 4. aromatica quædam arbor est, instar Thuris odoratissima, in Arabia nasci solita, ex qua, cum inciditur, quædam distillare solet resina, quidamque sudor priusquam incidatur, sponte emittitur fragrātissimus, hanc autem odoratissimam resinam, siue hunc sudorem; has ve lacrymas suauissime redolentes, myrrhæ nomine plerumque nuncupata reperimus, quod aroma, & vnguentum sit ex myrrha productum, vt uideri potest apud citatos auctores; & præsertim apud Dioscoridem loco citato, & sæpius in hoc cantico, ut in cap. 5. uers. quinto. a *Manus mea distillauerūt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima*: & infra. b *labia illius lilia distillantia myrrham primam*. Alio tamen nomine ex eo, quod instar guttę defluat, guttæ nomine, vel Græce σάκτις, appellatur frequenter. Cum itaque hoc duplici significatu tum myrrhæ nomen, tum dictio Hebraica מור mor accipiatur: hinc varietas orta est inter interpretes: Vulgata enim pro myrrhæ floribus, ac foliis illud sumpsisse videtur: Septuaginta vero pro myrrhæ resina idem intellexisse: porro, cum in Hebræo habeatur צרור המר tzeror hamor: & dictio illa צרור tzeror quodlibet ligamen significet, atque etiam sacculum ipsum, in quo quidpiam ligatur, vt צרור כספו tzeror chaspo Genes. 42. 35. c *ligamen, & sacculum argenti sui*. Et apud Aggæum. d *Qui congregauit mercedes, misit eas in sacculum pertusum*: in Hebræo, misit eas אל צרור נקוב el tzeror nacub: Septuaginta hoc loco pro ligatura in aliquo panno, vel pro sacculo, in quo facta est ligatura, eam dictionem accipientes, verterunt ἀπόδεσμος τῆς σακτῆς. *alligamentum gutta*, vel stactes, idest sacculum, in quo ipsa ligata sit myrrhæ gutta. Noster autem interpres vertit: *Fasciculus myrrhæ*: plures intelligens myrrhæ flores, pluraque folia in vnum ligata fasciculum, quē nos Italice dicemus, *Mazzetto, o Ramaglietto di mirra*. Hunc equidem nostræ vulgatæ lectionis probabilem censeo intellectū cū Titelmano, Legionē si, Genebrardo, & alijs. Quamuis sciam nō deesse, qui improbent intellectum istum, quia nusquam apud eos, qui de myrrha scribūt, vel antiquos, vel modernos id reperiatur animaduersum, quòd virgæ, seu folia, & flores illius sint odorata, prout ab vniuersis de eius gutta asseritur: atque adeo fasciculi nomen a nostro vsurpatum dicāt pro eodem, pro quo etiam Septuaginta Hebraicam vocem vertisse, diximus, nempe pro alligamento, non quidē fruticum, foliorum, aut florum myrrhæ, sed stactes, & guttæ eiusdem myrrhæ, ac pro olfactoriolo myrrhæ istiusmodi pleno; idque confirment, quia & Cicero lib. 3. Tuscul. eodem vocabulo fasciculi vsus sit ad ipsum significandum olfactoriolum.

Myrrha, & stactes, seu gutta, quid.

g Can 5. 5
b Cā. 5. 13

c Gen. 42. 35.
d Aggæi 1. 6.

Fasciculi vocabulo, quid significetur.

His quippe non obstantibus haud adduci possum, ut a meo discedam intellectu: nā ad id, quod dicitur, nullum auctorem mentionem fecisse odoris arboris myrrhæ, præterquam eius guttæ, ac resinæ: responderi facile posset, id ab auctoribus nō animaduersum, quia supponitur, arbores, quæ resinam proferunt odoratam, eundem quoque pacto redolere odorem in caudice, atque in ramis, folijs, & floribus, sicut obseruare est in cypresso, in pinu, in terebintho, in abiete, & ceteris huiusmodi præsertim si ipsa infecti sint gutta. Ad id uerò, qđ dicitur de Cicerone, ut dicam, quod sentio, in eo ipso loco, quē citant, fasciculū, pro fasciculo florū,

A qui ad nares admoueri solet, usurpasse is mihi uidetur; Sic enim ait: (Ex pones, quæ spectet, florida, & uaria, fasciculum ad nares admouebis, incendes odores, & sertis redimiri iubebis, & rosa.) Sanè nusquam alibi, uel apud ipsum Ciceronem, uel apud alium probatum auctorem prædictam uocem usurpatam reperi ad aliud significandum, quàm paruulum fascem, in quo aliqua sint colligata, siue ij flores sint, siue litteræ, siue aliud quid tale.

LITTERA.

Notandum secundò, sponsam hoc loco alludere ad puellarum, & præcipuè sponsarum consuetudinem. Enimuerò cum & fragrantia oblectentur odorum: & pulchro capiantur florū colore, id moris habent, ut uel aromatum sacculos, uel florum
B fasciculos gestēt ad pectus, quò & odorū redoleāt fragrantiā, & florum exornentur pulchritudine.

His animaduersis facile iam erit eorū, quæ hic dicuntur assignare sensus. Primò enim, vt dictum est, pro laudibus, quas à spōso susceperit, laudes quoque illi rependit spōsa, sub odoris, odoratarumve metaphora rerum. Æquè est autem, ac si diceret, conuersa ad socias.

I. SENSVS.

Est quidem fateor aliquis in me odor: at odor is omnis haud mihi naturalis est, neque est mihi innatus; ex nardo fragrat, quo extrinsecus sum delinita: Sic sponsus meus, qui & Rex meus est, & dilectus meus, mea captus aliquando fuit fragrātia, quia cùm esset in accubitu suo, non ego, sed nar-
C dus mea dedit odorem suū; Verùm ipse, cùm suauissimum redoleat odorem, non ab extrinseco aromate aliquo eum suscipit, cùm ex natura sua fragrantissimus sit: Est enim mihi idest ad mei comparationem; vel est mihi idest videtur, & censetur mihi, veluti fasciculus ex pulcherrimis, maximeque redolentibus myrrhæ floribus, & ramusculis concinnatus: Aut instar stactes, ac guttæ, in sacculo alligatæ, cuius tanta sit fragrantia, vt eum iugiter peroptem in pectore meo recondere. Quapropter iugiter, quoad mihi licuerit, inter vbera mea commorabitur.

PARAPHRASIS.

Illud hoc loco notandum, myrrham potiùs, quā aliud quodpiam aroma assumpsisse sponsam ad si-
D gnificandum, dilectum suum esse ipsammet substantiam odoris, quoniam Myrrha aromatib. vniuersis excellere videatur adeò vt bene Athenæus lib. 15. ca. 11. asseruerit, ex myrrha ipsa vnguenta omnia nomen desumpsisse μῦρον, quippe vnguentum Græcè dictum putat, quasi μύῤῥον ab aeolica voce μυῤῥα. Quia enim, inquit Athenęus, pleraque vnguenta mixta myrrha componuntur, quædā ēt sola myrrha cōstāt, vt stacte vsus obtinuit, vt ἀπὸ τῆς μύῤῥας omnia vnguenta μῦρα nominarentur.

Quod si sponsa in superiori sñia non ad laudes respōderit sponsi, sed ad illius munera, promittēs
E & ipsa aliquā rependere vicē. Post pollicitationē, quā fecit effusionis fragrantissimæ Nardi suæ, dū fuerit Rex in accubitu suo; nūc vlterius procedēs, id pollicetur, quod ex internis proferat cordis sui penetralibus, nempe amorem, perpetuāq; eius memoriam; quo nec quidquam ab ea præstari potest pretiosius, nec quidquā illi offerri potest gratius. Ait igitur; *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*. Ac si dicat.

II. SENSVS.

Vt aliquod amoris specimen tibi exhibeā, dilecte mi, dabo operā, vt iugiter inter vbera mea cōmoreris: vt semper te præ oculis habeā: & quā gratum est puellis, vel fasciculos florū, vel vnguentorū alligamenta in medio recōdere pectoris, vel inter vbera collocare; tā mihi iucūdum erit, vt te in meo recondā pectore, quò ibi cor meum tu solus

PARAPHRASIS.

pro

DE ECCLESIA. pro ſede habeas: & quod ſedes amoris eſt id tibi pro ſede elargiar: dumque elargito potieris habitaculo, commorans inter vbera mea, multò maiorem ipſa ex te accipiam & fragrantiam, & decorē, ac pulchritudinē, quàm ex myrrhæ faſciculis deſumere ſoleant puellæ, dum eos geſtant ad pectus inter vbera, pro odore, & pro ornamento.

Antequam ad alias accedamus expoſitiones, Notandum pro eo, quod nos habemus; *Dilectus meus*, in hebræo eſſe dictionem דודי dodi: porro dictio דוד dod multiplicis eſt ſignificationis: frequentius enim patruum ſignificat, & patris fratrem: aliquando ſumitur pro filio ipſius patrui, vt Ieremiæ 32. Et dedi in oculis Chanamel דודי dodi ideſt filij patrui mei: nam antea in hoc eodem capite Chanamel ſæpius dictus eſt filius דודו dodo ideſt patrui ſui. Significat inſuper eadem dictio, Amatorem, amorem, amicum, ac dilectum, necnon & vbera. Iſta autē huius dictionis varia ſignificatio, varias quoque interpretum cauſauit verſiones: nam Septuaginta verterunt ἀδελφιδός μου: ideſt fratris, vel ſororis filius: fraternus, fratruelis, & conſobrinus meus: Quinta editio legit: ἑταῖρός μου, ideſt Sodalis, vel amicus meus: Simmachus deniq; pro vt & nſa vulgata hēt ἠγαπητός μου. i. dilectus meus. Verſiones nihilominus oēs amorē exprimūt mutuū, ac tenerū, amātéq; ſpōſum. Per verſionē verò Septuaginta deſignatur ſponſus, qui ſit eiuſdē tribus, & eiuſdem cognationis: quod apud hebræos maximè æſtimabatur, præſertim in connubijs.

Notandum & id, quòd pro eo, quod habemus, *commorabitur*, in hebræo efficacius ילין ialin, *pernoctabit*, id eſt commorabitur iugiter diù noctuq;.

Verſic. XIII. Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

Eccleſia, quæ à prima conditione hominis cæleſti deſponſata eſt verbo, auditis ijs, quæ à dilectiſſimo ſponſo in ſe collatæ eſſent, virtutum laudibus, quamuis in ſuperiori ſententia, quaſi datas illas accipiens laudes, virtutem, gratiamve quoquo pacto in ſe eſſe profeſſa ſit, dicens. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum:* prout lōgius explicatum eſt ſupra in primo ſenſu ſecundæ expoſitionis prędictorum verborum; in hac tamē, & in ſequenti ſententia, ſeruata eadem odoris metaphora, laudes eaſdem cū ingenti acceſſione, miroque artificio in illum refundit: ait enim primo in hoc verſu 13. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Verū eſt fateor, quod aliquis in me, ac in meis fidelibus eſt odor virtutis: haud tamen ego ſum, quæ redoleo, quia haud ex ijs, quæ naturaliter homini indita ſunt, neque ex proprijs hominum viribus fragrātes in me habeo virtutes: ſed odoris omnis, quem tantis dilectus meus extollit præconijs, ex nardo eſt gratiæ, quæ mihi ab illo collata eſt; quæve & mea facta eſt, dum illi per liberum conſēſi arbitrium. Dilectus quippe meus verbum æternum, cui, dum eſſet in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum, eſt ipſamet gratia ipſamet virtus; cumque omnes in ſe habeat virtutes, omneſque gratias in vna ſimul vnitas eſſentia, videtur mihi eſſe inſtar faſciculi fragrantiſſimæ myrrhæ, ex

A quo ſuauiſſimus emanet odor ad homines, atque DE ECCLESIA. hinc eſt, quod omnibus neruis elaborandum mihi eſſe videor, vt eum in meo condam pectore; ſic. n. dum inter vbera mea commorabitur ipſe, qui & odor eſt, & odoris principium; mihi quoque aliquantulum ſuæ imperriet fragrantiæ, ita vt dicere iugiter queam; *Nardus mea dedit odorem ſuum.*

Exactius autem ſingula hæc perpendentes; inquirendum primo, quàm apte diuinum verbum *faſciculo* comparetur.

Secundo, cur potius *faſciculo myrrhæ*, quam aliorum florum: & cur non ſimpliciter dictum ſit, *Faſciculus myrrhæ*, ſed additum ſit, *mihi*.

Tertio, quare vna, eademque virtus, & gratia, B quæ ſupra nardi nomine deſignata eſt, hic nō per nardum, ſed per myrrham ſignificetur.

Ac demum quarto, quę ſint vbera Eccleſię, inter quæ verbum commorans, ſuum illi impertitur odorem.

Circa primū; Cum in Deo ita ſint perfectiones vniuerſæ, omneſque virtutes, vt quamuis virtualiter inter ſe diſtinctæ ſint, ita tamen in vna identificentur diuina eſſentia, vt vnus, idemque Deus iuſtitia ſit, ſapientia, charitas, & virtutes omnes, quę imperfectionem minime includunt: aptiſſima ſane ſimilitudine, vt oſtenderet, diuinum verbum eſſentialiter virtutes in ſe continere vniuerſas, faſciculo illud comparat Eccleſia Sancta: quia virtutes, quæ alioquin ab inuicem diſtinctæ eſſent, funiculo immenſitatis ſuæ in vnica eſſentia haberet vnitas, æque ac in vnico faſciculo plures filo ſimul vniti ſunt flores, qui alioquin ab inuicem eſſent diſtincti. Porro ſicut faſciculus idem eſt, quod ipſimet flores, & dicitur quoquo modo odor ipſe, qui ex floribus emittitur: ita & verbum diuinum idē eſt, quod ipſamet virtus, quodve perfectiones ſingulę, & vniuerſæ, diciturque & ipſum odor, ac gratia, quæ ex perfectionibus profluit. *Faſciculi ſimilitudo, qua ratiōe congruat verbo diuino.* C *Simile.*

At quoniam ingens inter ipſum verbum, atque faſciculum ineſt diſcrimen, licet aliqualis inter ea adeſſe videatur ſimilitudo, quia in faſciculo ſinguli flores, etſi in vnum ſint colligati ab inuicem tamen reali diſtincti ſunt diſtinctione ſaltem numerica. At in Deo ita in vna eſſentia vniuerſæ colligatæ ſunt perfectiones, vt nulla inter eas adſit diſtinctio realis, ſed tantummodo virtualis: quatenus illæ ita habent diſtinctos terminos, atque obiecta, ac ſi eſſent diſtinctæ actu. Et quia licet in faſciculo per florum vnionem, quędam adſit compoſitio, ita vt compoſitus dicatur ex multis floribus: in ea nihilominus vnione perfectionum, quæ eſt in diuina eſſentia, ſumma adeſt ſimplicitas abſque vlla cōpoſitione. Propterea ſponſa, vt ſimilitudinem indicaret, quæ inter faſciculum eſſet, ac Verbū, dixit; *Faſciculus myrrhæ dilectus meus*: vt vero innueret, cum ſimilitudine, multum quoque ineſſe, & diſcriminis: haud ſimpliciter protulit: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus.* ſed addens, *mihi*, dixit. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi.* Ac ſi diceret. D E

PARAPHRASIS. Quia non habeo in creatis, quod diuinam adæquet illimitationem: afferam ſimilitudinem aliquam, quæ mihi quoquo pacto diuini Verbi perfectionum, gratiarum ac virtutum omnium fragrantiam delineare videtur: Sane mihi videtur eſſe inſtar faſciculi compacti ex multis myrrhæ ramulis, atque floribus.

Faſciculo autem dilectum aſſimilans, myrrhæ potius, quam aliorum florum meminit prudentiſſima ſponſa, dicens. *Faſciculus myrrhæ*, & cætera. *Verbū quare dicatur faſciculus myrrhæ potius, quàm aliorū florum.*

Primo, quia inter aromaticas arbores myrrha in odoris ſuauitate ceteris omnibus præferenda

DE ECCLESIA. videatur. Vnde factum est, vt de se ipsemet dilectus, verbum æternum, ac sapientia increata protulerit aliquando. a *Ego quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.*

a Eccl. 24. 20.

Secundo, propter eam myrrhæ proprietatem, qua non modo odorem, sed & incorruptionē præstat corporibus. Iure igitur optimo Ecclesia Sancta myrrhæ potius, quam aliorum florum fasciculi metaphora diuinas verbi extollit perfectiones, diuinasque gratias: vtpote, quæ vniuersis creaturarum omnium gratiis, atque virtutibus præstent in infinitum: quæve nullam secum admittant imperfectionis corruptionem. Et quis scit, si propterea dixit, sibi peculiariter esse fasciculum myrrhæ, qđ eæ ipsæ, quæ ab illo sibi impertiuntur, gratiæ ipsam ab omni præseruent iniquitatis corruptione? id enim gratiæ proprium esse, constat, vt iniquitatem arceat, nec illam secum compati queat.

Neque vero offendere quemquam debet, quòd virtutem, ac gratiam diuinam, quam in superiori sententia nardi metaphora designarat, cum diceret. *Nardus mea dedit odorem suum.* Nunc non iam nardi, sed myrrhæ exprimat nomine: nam propter eximiam, quam illa de se emittit fragrantiam, & nardus, & myrrha est, nec nardus solum, & myrrha, sed & quodcūque illud sit, quod in terris suauem redoleat odorem: Vnde inferius eadē varijs aromatum, lignorum, pomorumque explicatur nominibus, vbi ad sponsam ipse ait dilectus. b *Emissiones tuæ, paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus Cypri cum Nardo: Nardus & Crocus, fistula, & cinnamomum, cum vniuersis lignis Libani, myrrha, & aloe, cum omnibus primis vnguentis.*

Gratia, & virtus sua modo myrrhæ, modo nardi nomine explicatur.

b Cant. 4. 13.

Illud denique reliquum est, vt videamus, quare potius inter vbera, quam in vllo alio membro suo fasciculum istum habere peroptet sponsa: quæve sint Ecclesiæ vbera, inter quæ commoraturus sit illius dilectus. Porro, si memores fuerimus verborum Apostoli, quibus ait. c *Lac vobis potum dedi:* intelligemus, absque vlla dubitatione, Doctores esse, qui in Ecclesiæ corpore vberum habeant rationem, mammillarumque obtineant locum; quādoquidem ipsi sunt, qui doctrinæ Sanctæ lac proferunt, quod multò melius est quolibet vino sæcularis scientiæ. Aptissime autem Ecclesia inter hæc vbera, gratiarum, virtutumque fasciculū dilectū suum, Verbum æternum habere tanto peroptat desiderio, tantoque studio sibi elaborandū insinuat, vt is inter ea præcipue commoretur. Exploratissimum enim habet, quòd inter illa talis existens fasciculus, non modò ipsis vberibus, sed & lacti, qđ ex ijs manat, suam communicaturus sit gratiæ fragrantiam: ita vt, nedum Doctores ipsi diuinæ gratiæ sint futuri participes; sed & vnà cum lacte Sanctæ eruditionis reliquis membris eamdem, quam ex fasciculo susceperint; communicaturi sint, gratiam, eumdemque myrrhæ odorē. Enimuero quēadmodum iuxta vulgatum Philosophorum affatum, vnà cum lacte ab infantulo & mores suscipiūtur nutricis: ita & cum lacte spiritualis eruditionis & virtus quodāmodo, & gratia Doctoris cōmunicatur Auditoribus; idque quia Verbum, ipsaq; gratia; & virtus inter eos commoratur, qui vberū locum in Ecclesiæ corpore tenent.

Aponius. Iust. Orig. *Si Christus sit iter vbera Ecclesiæ & Doctores in alijs quo que illius mēbris ipsum futurum, necesse est.*

c 1. Cor. 3. 2.

Simile.

Nouit certe dilectissimus sponsus, quantum id sponsæ esset in optatis, quantùmve id illi sit necessarium, vt inter istiusmodi eius vbera ipse commoraretur qui fasciculus est perfectionum gratiarum ve omnium: ac propterea vt primùm Apostolos ad erudiendas gentes destinauit, vt primùm Mundi Doctores eos instituit; illico inter illos tāquam inter Ecclesiæ vbera sese commoraturum, pollicitus est, vt nimirum carissimæ sponsæ satisfaceret desiderio, atque necessitati. Vnde in fine Euangelij secundum Matthæum, talibus eum inuenimus alloquentem discipulos. d *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Quid clarius? Hæc, si sequamur lectionem Vulgatæ, iuxta primum sensum congruentissime ab Ecclesia in genere ad increatum Verbum responsa apparent.

DE ECCLESIA.

d Matt. 28 19.

I. SENSVS.

At si iuxta eumdem primum sensum lectionem Septuaginta Interpretum expendere velimus: intelligemus, hac sententia illam præcipue Ecclesiam, quæ ex Gentibus collecta est, respondere ad sponsum, ad Christum, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem; atque in illum totius gratiæ, totiusque virtutis refundere laudem. legunt enim Septuaginta, prout in prima explicatum est expositione. *Alligamentum* (idest sacculus) *guttæ,* (idest resinæ, quæ ex myrrhæ arbore defluit,) *Fraternus meus mihi inter vbera mea commorabitur.*

Pro quorū verborum intellectione animaduertendum est, Diuinum Verbum a prima quidem orbis creatione effusum quodammodo fuisse in omnes creaturas, vt in singulis rebus eius percipi posset fragrantia, cuius singulæ participes factę essent secundum suam capacitatem. Vnde in libro Ecclesiastici, de sapientia increata sic dicitur. e *Et effudit illam* (sapientiam videlicet) *super omnia opera sua, & super omnem carnem, secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se.* Idcirco namque Verbum, & sapientia increata in omnes effusa est creaturas, vt magis sese illis præberet, qui ipsam diligerent, intellectu nimirum percipientes eum, qui in singulis creaturis effusus esset, odorem ipsius. f *A magnitudine enim speciei, & creaturæ* (vt dicitur in libro Sapientiæ) *cognoscibiliter poteſt Creator horum videri.* Ex cuius odoris perceptione magis ac magis ad eius promouerētur amorem, iuxta id, quod ab ipsamet sponsa in præsenti significatum est Cātico, vbi idem alloquens Verbum, dixit. g *Oleum,* seu *vnguentum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.* At quoniam, dum sic effusum præberetur istiusmodi vnguentum, licèt ingens eius esset fragrantia, ita vt ab vnoquoque hominū percipi posset, summamque vniuersis afferre posset suauitatem, ac oblectationem, nihilominus à maiori eorum parte nequaquā percipiebatur. h *Vani enim,* inquit Sapiēs, *sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerūt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes, agnouerunt, quis esset artifex.* Restrinxit se Verbum ipsum, atque vt vehementiori hominum nares moueret odore, alligauit quodammodo virtutem diuinitatis suæ, quando i *Factum est Verbum abbreuiatum super terram;* alligauit autem eum in sacculo corporis, quod induit, de quo in Psal. loquens. K *Conscidisti,* inquit, *saccum meum, & circumdedisti me lætitia.* Quis autem tantæ virtutis in tam paruo sacco restrictæ, in nostra carne alligatæ iam non perciperet fragrantiam? certe virtus vnita fortior. Vnde Apostolus. l *Et manifeste magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mūdo, assumptum est in gloria.*

Verbum effusum in omnes creaturas ab orbe condito.

e Ecc. 1. 10

f Sap. 13. 5

g Can. 1. 3 *Verbum diuinum, vt melius ab omnib. posset agnosci, se alligauit carni, & humanitati.*

h Sap 13. 1 Origenes. Ambrosi.

i Ro 9. 28.

K Psal. 29. 12

l 1. Tim. 3. 6.

Ad hæc igitur alludēs Ecclesia Gentium primo eū, qui ipsam desponsauit in fide, haud spōsi cōpellat noīe, sed noua quadā appellatione, *Fraternum* nominat;

Origenes. Theodor. Nyss.

DE EC-CLESIA.

nominat; hoc ipsum nimirum per istiusmodi signi ficans vocabulum, quòd nō in lege, sed in fide ab illo fuerit desponsata; duo quippe fratres, qui erāt in vtero Rebeccæ, duos significasse populos, ex ijs apertissime constat Domini verbis; quibus ad eorum matrem respondens dixit. m *Dua gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur: populusq; populum superabit, & maior seruiet minori.*

Fraternus, seu fratrus lis Ecclesia Christus, et qua ratione.

m Gen. 25. 23.

Isti autem duo populi, duoque fratres, sunt populus Iudæorum, qui per circumcisionem, ac legem antiquitus in Synagoga vni desponsatus est Deo; & populus nationum, qui in Ecclesia per fidem Verbo desponsatus est incarnato; quoniam verò Verbum hoc ex populo Iudæorum, qui ipsius frater erat, carnem assumpsit; quando n *semen Abraha apprehendit*: quando Christus, o *factus est Deo ex semine Dauit secundum carnem.* idcirco fraternum suum eum nuncupat ipsa Gentium Ecclesia, quasi filium fratris sui, quia p *ex Iudæis Christus secundum carnem*, vt ait Apostolus. Eandemq; ob causam alio nomine, secundum alios vocat eum consobrinum suum. Quamuis hoc homine rectiùs eum appellabit vnaquæque Anima, quæ filia sit Ecclesię: Gentium, quàm ipsa Ecclesia: quandoquidem Consobrini ij dicuntur propriè, qui filij sunt duarum sororum; Sorores autē esse Synagogam, cuius filius est Christus, animarum fidelium sponsus; atque Ecclesiam, cuius filia vnaquæque est Anima, quæ Christi sit sponsa, nullus est, qui dubitet: præsertim, cùm in fine huius Cantici Ecclesiam ipsam de Synagoga sic loquentem animaduertamus: q *Soror nostra paruula est, & vbera nō hēt: Quid faciemus sorori nostræ, cū alloquenda est;* Quem autem siue consobrinum, siue fraternum, aut fratruelem suum teneris appellat nominibus, insigni profectò Sancta Ecclesia extollit præconio, dicens. *Alligamentum, seu sacculus gutta, fraternus meus mihi inter vbera mea commorabitur.*

n Heb. 2. 16.

o 2. Tim. 2. 8.

p Rom. 9. 5

q Cant. 8. 8

His enim verbis tam præclaro artificio totius odoris, totius virtutis, totiusque gratiæ laudes in illū refundit, vt non modo asserat, in ipso esse omnem gratiæ plenitudinem, omnemque virtutem; Sed & ipsam eum prædicet gratiam, ipsamque virtutem, quod tam excelsum est, atque sublime, vt vni soli competat Deo. Primò nãque significat, Christum sibi factum sacculum guttæ, nimirum hominem r *plenum gratia, & veritatis*, s & in quo *habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter* propter vnionem hypostaticam: t *de cuius plenitudine nos omnes accepimus*, & ex quo, tamquam ex proprio sacculo ipsa impertitam suscipit gratiæ fragrātiā.

Christum nō tm plenum gratia, sed est ipsamet gratia, ipsa que virtus, & quomodo.

r Ioh. 1. 14

s Colos. 2. 9.

t Ioh. 1. 16.

Tum, si subtilius eius perpendantur verba, alterum quoque fatetur, dum illum ita asserit sacculum guttæ, vt & guttam quoque indicet ipsum sibi esse in sacculo, ipsam videlicet gratiam, ipsamque virtutem, in humanitatis, atque in carnis sacculo alligatæ, idque ob eamdem gratiam vnionis: Siquidem etsi vnio prout est modus humanitatis, sit quid finitum simpliciter, & tantùm secundum quid infinitum, ac per consequens nō possit Christus per eam vt sic, dici esse ipsa gratia, atque virtus substantialiter: id enim propter infinitatem, atque immensitatem diuinæ eius essentiæ vni competit Deo, tamen ex parte personæ, quæ per ipsam vnionem communicata est Christi humanitati, quæve infinita est simpliciter, illimitatæque essentiæ, per vnionem dicitur Christus id habere diuinum, vt sit ipsamet gratia, ipsaque virtus, ipsa denique gutta in sacculo humanitatis alligata, atque conclusa. Quòd si quærat quispiam, quam ob causam Ecclesia Christi sponsa diuinam gratiam, diui

Michaelis Ghislerii

A namque virtutem guttæ, seu stactes nomine designarit, legat, quæ superius dicta sunt, vt explicaretur, cur eadem gratia, eadēque virtus per myrrhā fuerit significata, neque. n. gutta aliud est, quā fragrans resina, quæ ex myrrhæ profluit arbore. Legat etiam in loco citato rationem, quare ipsa Ecclesia Christum inter vbera sua potissimum habere peroptet.

DE EC-CLESIA.

II. SENSVS.

Iuxta secundum sensum, Ecclesia, quæ in superiori sententia vicissitudinem cæperat officij ad munerulatum munus, sibi ab Sponso promissum, nūc idipsum prosequitur officium, illud ipsum videlicet exornans humilis orationis donum, quod paucis illis expresserat verbis. *Dum erit Rex in accubitu suo, Nardus mea dabit odorem suum.* Exornat au-

B tem munus suum præclara sui amoris exhibitione; pollicetur enim, tantam se cum humili oratione sponso præstaturam & dilectionem, vt eum solùm tunc habitura sit in corde, ei vniuersum exhibitura cor suum, vt in eo tanquam in proprio commoretur habitaculo, illudve ipse possideat solus, à quo solo totum ipsa habet, quicquid habere potest, spiritualis fragrantiæ. Quantum verò hoc vnū gratum is habeat præ muneribus omnibus, quæ vel in vniuerso mundo sibi offerri queunt, indicat ipsemet sponsus cælestis in fine huius Cantici, quādo pro eximio illo, ac inextimabili beneficio, quo pro eadem sponsa corpus, & sanguinem, & vitam ipsam sub arbore Crucis effuderat, hoc vnum vt si

C bi rependeret ab ea muneris, efflagitauit; cum post verba illa, *Sub arbore malo suscitaui te, &c.* subinfulit: u *Pone me, vt signaculum super cor tuum.*

Porrò, cùm in humili fidelium oratione duob. modis diuinum verbum contēplari fas sit: vel quatenus incarnatū subiectum est miserijs, angustijs, atque doloribus: multaque perfecit opera, quæ homines imitarentur, aut admirarentur, si imitari nequirent; vel quatenus gloriosum ab æterno sine carne perfruebatur felicitate: aut post resurrectionem, etiam cum carne gloriosissima potitur Beatitudine: Vtroque horum modorum sese ipsum in suorum fidelium cordibus habituram promittit: in sequenti quidem versu, prout gloriosum est, at-

u Cāt. 8. 6.

Christum duobus modis contemplari licet, vel, vt passibilem; vel, vt gloriosum.

D que in summa felicitate; in versu vero præsenti, prout in misera vita ista sese gessit, tum in ijs, quæ egit; tum in ijs, quæ passus est.

Ac certè nulla aptiori locutionis phrasi exprimere eum potuisset, quē Christo exhibitura esset, amorem, dum eum in corde sese habiturā sponderet, quā significando, sese illū super cor suū ita posituram, ac si esset fasciculus: nec cōgruentiori metaphora explicare potuisset collectionē vniuersarum & actionū, & passionum Christi, quā fasciculi myrrhæ. Nouerat quippe, tali sponsum suū erga ipsam affectū esse dilectione, vt iustos, fidelesq; eius in vnū fasciculū colligatos teneat, ne quis illorū excidat è suo pectore, quod à sapientissima illa

Ecclesia fasciculū de actionibus & passionibus Christi inter vbera gestare promittit, quoniā, se à Verbo vt fasciculū quoque gestari in pectore.

E didicerat femina Abigail, vbi dicebat ad Dauid: x *Si surrexerit aliquādo homo, persequēs te, & quærēs animā tuā, erit ania Domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentiū apud Dominū Deū suū.* Et per Amos Prophetā idipsum cōfirmatū nouimus ibi, cū de Deo loquens dixit. y *Qui adificat in cælo* (in ipsa nimirū Ecclesia) *ascensionē suā*. i. altū, excelsumq; habitaculū suum, *& fasciculū suū super terrā fundauit*, idest, & qui firmauit, stabilesve super terrā reddidit electos, quos in vna Ecclesia, veluti in uno colligatos seruat fasciculo suo. Idcirco iure optimo & ipsa, ut ingens mutui sui in illū aliquod exhiberet amoris indiciū, fasciculum item de eius gestis sese facturam spondet, necnon & de ijs uniuersis,

x 1. Reg. 25 29.

y Amos 9. 6.

N 3 quæ

DE ECCLESIA.

quæ in ipso facta fuere, dum ærumnosam hanc degeret vitam, dumque ærumnis, doloribus, atque vulneribus confossus, ex hac vita migrauit: Fasciculum, inquam, myrrhæ, quæ & amarissima est ad gustum, & fragrantissima ad odoratum: fasciculũ myrrhæ, quæ non modo corporibus incorruptionem, sed & animabus perfectissimam conferat vitam. Enimuero quicquid in Christo factũ est, gratiam conferre, & vitam, præclare Ambrosius ex ijs Euangelij confirmat verbis. z *Quod factum est in ipso, vita era*: dicens: Caro facta est in ipso, vita est: infantia facta est in ipso, vita est: iudiciũ factũ est in ipso, vita est: mors facta est in ipso, vita est: remissio peccatorum facta est in ipso, vita est: Vulnus factũ est in ipso, vita est: illusio facta est in ipso, vita est diuisio facta est ĩ ipso, vita est: Sepultura facta est in ipso, vita est: Resurrectio facta est in ipso, vita est. Vide, quanta in ipso facta sunt, quibus vitæ nostræ facta conuersio est, vt quæ perierat, redderetur. Ad postremum venditio facta est in ipso, vita est: Redemptio facta est in ipso, vita est. Ad mortem venditus est a Iuda, emptus a Iudæis ad mortem, vt pretioso eius sanguine nos redimeret ad vitam. Hæc est vita, quæ facta est; hæc est vita, q̃ apparuit; hæc est vita, quã audiuimus; hæc est vita, quæ erat apud Patrẽ, quia ipse, qui erat in principio, ipse postea est natus ex Virgine, vt esset vita morituris. Merito igitur horum omniũ collectio, quæ in Christo, siue a Christo facta fuerunt, fasciculus dici potuit myrrhæ, quæ eximium gratiæ conferat odorẽ, vitęque spiritualis incorruptionẽ.

Christi actiones, & passiones vniuersa vitã afferũt.

Amb. Enarratione in Psal. 36.

z Io. 1. 3.

Et vide, quam prudenter Christi sponsa, dum talem sese facturam, ait, fasciculum, subiiciat: *Inter vbera mea commorabitur*. Notum est ijs, qui anatomen inspexerint corporis humani, inter vbera sitũ esse cordis, ex quo tamquam ex fonte vnà cum spiritibus vitalibus per vniuersa, ac singula membra vita diffunditur: vbi vero melius fasciculus collocari posset eius myrrhæ, quæ vitam conferret, quã super Sanctis ijs fidelibus, ex quibus per spiritus feruorem ad totum Ecclesiæ corpus vita dimanat gratiæ? Idcirco congruentissime inquit: *Inter vbera mea commorabitur*.

At quid quasi ingens munus hoc ad sponsum mittit, cum hac in re tantum absit, vt quid præclari Domino conferat, vt maximum potius, ac præclarissimum vitæ donum ab eo suscipiat?

Gratiam a Christo accipiens aĩa Sãcta in illius vicem pro munere rependit ipsius gratiæ vsum.

Verum sane est, quòd vitam, gratiamve ex istiusmodi fasciculo myrrhæ Sancta suscipit Ecclesia; atque adeo tãto studio illum inter vbera habere conatur: attamen gratiam accipiens, eximium simul & ipsa dilecto elargitur munus, dum accepta bene vtitur gratia, in humili nimirum oratione promendo in suis fidelibus actus deuotionis, compassionis, mortificationis atque etiam amoris, quos Sancti quique in meditatione eorum, quæ in Christo facta fuerunt, ex impertita promere solent gratia deuotionis. Quapropter tale quid sibi velle videtur, dum ait: *Fasciculus mirrhæ*, &c.

PARAPHRASIS.

Pro murenulis aureis, vermiculatis argento, proque ijs virtutibus, quæ per huiusmodi designãtur murenulas, quas ex tua ingenti liberalitate mihi elargiri digneris; ipsa tibi reddam humilem orationem meam; teque humilis orationis meæ odore perfundam, quousque fueris in accubitu cælestis felicitatis tuæ. Atque, vt iucundius tibi, mihique magis fructuosum tale exhibeatur munus, dabo operam, vt eo tempore, quo meam porrigam orationem, ex ijs omnibus, quæ pro me, vel gessisti, vel perpessus es, veluti fasciculum quemdã cõtexam: sicque tu dilecte mi, sis mihi, atque inter vbera mea, fideliumque meorum cordibus fasciculus myrrhæ, amarissimæ simul, ac fragrantissimæ: Sic enim propter illius amaritudinem præstabo tibi actus compassionis, ac mortificationis: propter odorem vero actus præbebo deuotionis, atque amoris.

DE ANIMA.

Versic. XIII. Fasciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Expositio Tertia, de Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

INter cõplures, eosque præclaros ritus, quos in Scripturis Sacris ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum præsignandum, institutos reperimus, præstantissimum locum tenere Agni Paschalis comestionem, inde facile est vnicuique colligere, quòd Sacramentum hoc instituturus Dominus tunc temporis illud instituit, cum ad hoc cœnæ accumberet ipsius Agni. Quamuis autem cęremonię vniuersæ, quas Deus in prædicti agni esu, atque occisione seruandas præcepit, ad id absque vllo dubio spectent, quod ab ijs faciendum esset, qui non typicum, sed verum in Eucharistia comesturi erãt agnum. In primis tamen id inter eas obseruãdum videtur, quod mandatum legimus istiusmodi verbis. a *Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase*: statimque subditur: *Fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrumque postem*. Agnus ipse, quem comesturi essent, præcipitur immolari Domino: tum ex eius sanguine aspergenda mandãtur, quæ circa domus portam essent, superliminare nimirum, & vtrumque postem; idque fasciculo hyssopi, qui sanguine occisi agni intinctus esset. Enimuero per hæc ea præfigurabantur, quæ faciẽda essent in ipso Sanctissimi Sacramenti mysterio, quæve post illius susceptionem vnicuique forent agenda. Quænã vero sunt ista? Primo, cũ quis tam Sanctũ celebrat mysteriũ, dum Sacramentũ suscipit, in quo Sacrosanctũ est Christi corpus, ac sanguis, Christum ipsum Dei vnguentum, Agnumve, qui tulit peccata mundi immolare debet in acceptabile sacrificiũ: tum fasciculũ accipiens, in illius sanguine intinctũ, vniuersa, quæ is pro totius orbis redemptione, vel ĩ horto, vel in domib. Annę, Cayphæ, Pilati, atque Herodis: vel denique in mõte Caluario, atque in Cruce pertulit, in vnum veluti fasciculũ colligens, qui eius immaculati Agni intinctus sit sanguine, cum istiusmodi fasciculo memoriæ passionis, sanguinisve pro se effusi portas p̃cordiorũ suorũ aspergere dẽt. Quæ oĩa ad vnguẽ anima Sancta a se præstanda, pollicetur, dũ, vt grati animi pro murenularum a sponso sibi promisso munere, quodpiam illi rependeret donũ, istud ipsum spondet, se celebraturã mysteriũ. Primo namque in superiori sentẽtia sacrificiũ se illi oblaturã promisit maxime odoratum, idq;, dũ ipse, qui Rex esset cælestis, Sacrosanctæ sui Altaris accumberet mensæ. Dum esset, seu, dum erit, Rex in accubitu suo, nardus mea dedit, seu dabit odorem suum At in præsenti sentẽtia, vt gratum fiat sacrificium istud suum in conspectu Dei; fasciculo intincto pretioso ipsius Agni sanguine aspersuram se, asserit, quæ circa suam essent portam, dicens: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera commorabitur*. Atque enim est, ac si dicat.

II. SENSUS. *Primi sensus applicatio ad animam patet ex illius applicatione ad Ecclesiã.*

a Exo. 12. 21.

Post Sanctissimi Sacramenti sũptionẽ imorãdum, meditationi passionis Christi.

Cum

DE ANIMA PARAPHRASIS.

Cum immaculatum agnum æterno Patri immolauero, haud longius mihi abeundum erit, vt herba colligam, ex quibus faſciculum concinnem illius ſanguine intingendum; iuxta antiquæ legis præceptum; ipſemet namque dilectus meus, qui & Agnus eſt, quem immolabo, & Deus ſimul, cui immolabo, erit mihi faſciculus, ſnomet ſanguine intinctus; faſciculus myrrhæ, faſciculus amaritudinum, faſciculus dolorum, faſciculus vulnerum, ſanguinem defluentiũ; porro faſciculus iſte inter vbera mea commorabitur: ſic nẽpe agni ſanguine vbera ipſa, quę ſunt veluti duo poſtes oſtij cordis mei, necnon & meum quoque pectus, quod inſtar ſuperliminaris eidem eſt oſtio, abundantius aſpergẽtur; vt hoc pacto nil ex meo corde egrediatur, nil ingrediatur in illud, quod ipſius immaculati Agni non ſit ſanguine intinctum: nil cogitet, nil meditetur, quod Chriſti paſſionem non redoleat.

Sic igitur mirabili ſane artificio anima Chriſti ſponſa modicis hiſce verbis, id omne ſe facturam pollicetur, quod vel in figura præfigurabatur immolationis Agni Paſchalis, vel in figurato Dominici corporis myſterio faciendum ipſemet Dominus ijs verbis mandauit. *b Accipite, & comedite: hoc facite in meam commemorationem*, quod apertius explicauit Apoſtolus, cum diceret; *c Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.*

b Luc. 22. 19.
c 1. Cor. 11. 26.
Simile.
Sãctiſſimũ Sacramẽtũ quo dicatur monumẽtũ paſſionis Chriſti

Terrenorum id moris eſt Principum, vt cũ quid præclari geſſerint, imagines aureas ijs dono dent, quos dilexerint, in quibus vnà cum ipſorum effigie id omne, quod ab eis geſtum ſit appareat impreſſum. Tum ij, qui eas ſuſceperint imagines, ipſas ſummo cum honore geſtant ad pectus, vt hoc pacto & magnanimum, beneuolúque Principem ſuum, & quod ab illo geſtum eſt, iugiter in ſuo corde profiteantur habere.

Inter omnia, quæ a Chriſto cęleſti Rege facta ſunt, nil eſt, qđ pro humano genere, vel fortius factum ſit, vel magis præclarum, quam, cum pro illo tantis affectus eſt cruciatibus, tam vehementibus oppreſſus eſt doloribus; quam, cum pro illius redemptione in Crucis ligno cum diabolo huius mundi Principe maximum inijt mortis certamen, in quo vniuerſum contriuit mortis imperium.

Ad ſimilitudinem igitur terrenorum Principũ, multo tamen excellentiori modo, & ipſe ſuis dono dedit dilectis non aureum, ſed triticeum numiſma, in quo ſub ſpecie panis, ac vini nõ mõ ipſius impreſſa eſſet figura; ſed diuiniori certe miraculo, ipſemet in propria eſſet ſubſtantia, cum proprio corpore, & ſanguine, cum propria anima, atque etiam cum propria diuinitate.

In illo autem ita impreſſit opus paſſionis ſuæ, vt quaſi monumentum quoddam id eſſet, in quo ſingillatim vniuerſa, quæ pertulerat, in vnum ſimul collecta conſpici poſſent quod multis antea ſeculis per Dauid ſignificatum eſt, vbi dicebat. *d Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.*

d Pſ. 110. 4

Quæ enim magis mirabilia in Deo reperiri poſſunt, quam amaritudines, quam dolores, quã vulnera, quam paſſiones, quam ipſa denique mors?

Paſſiones ſunt magis mirabiles i Chriſto quodlibet aliud, qđ vel in ipſo vel ab ipſo factum ſit

Sane quòd Deus tam late patentem condiderit mũdum, quòd tam multiplices, tamque pulchras creauerit creaturas: quòd magnificentiſſima opera fecerit, faciatque quotidie, haud valde mirandum in eo eſt, qui omnipotens ſit. Ea potius mirabilia dicẽda ſunt, maximamque in illo admirationem incutiunt, quæ infirmitatis ſunt, miſeriæ, ac debilitatis; ac propterea Chriſti paſſiones iure optimo mirabilia appellauit Dauid, ſignificans, Deũ ipſum pro ea, quæ ſibi innata eſt, miſericordia dando ſemetipſum in Sanctiſſimo Sacramento eſcam timentibus, ac diligentibus ſe, ita ipſum inſtituiſſe Sacramentum, vt quaſi in illo vniuerſa eſſent impreſſa, quæ ipſe perpeſſus fuerat: memoriã ac monumentum quoddam id eſſe voluerit eorum, quæ in ſe maxime forent miranda; vt cum quis iſtiuſmodi ſuſceperit, ab eo elargitum toreuma, ſic ipſũ in pectore geſtet, vt corde meditetur quæcunque ad eius ſpectant paſſionem: & idcirco ſponſa, vt grati animi exhibeat ſignum, non tantum ipſum deuote, & humiliter accipere nititur Sacramentũ, prout in ſuperiori aſſeruit ſententia, dicens. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorẽ ſuũ*: ſed & poſtquam illud ſuſceperit, ita ipſum geſtaturam ſpõdet in pectore, vt vniuerſas dilecti ſui paſſiones, vniuerſa vulnera in eodem meditatura ſit, ſic ſimul in vnum coniũcta, quomodo complures flores in vno faſciculo cõnectuntur; ac propterea hac faſciculi vtẽs metaphora, efficaciſſimis id omne ſignificauit verbis, dicens. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*: Vulgatiſſimum namq; in Scripturis Sacris eſt, per myrrham, quæ amariſſima res eſt, ærumnas deſignari, dolores, vulnera, ſanguinis effuſionem, mortemq; ipſam, quæ ſuper omnia dici ſolet amara: ac propterea congruentiſſime Chriſti ſponſa, per faſciculum myrrhæ, & faſculum ſignificauit hyſſopi, qui in veteri teſtamento ſanguine paſchalis agni intingendus erat: & ipſum quoque Sanctiſſimum deſignauit Euchariſtiæ Sacramentum, quod per agnũ illum præfigurabatur.

Porro cũ clarius dicere potuiſſet. *In pectore meo commorabitur*: aptiſſime locuta eſt Chriſti ſponſa, dum ait; *Inter vbera mea commorabitur*, egregium nempe per hæc indicat myſterium, quòd videlicet a Chriſto ſalutari paſta Euchariſtiæ cibo, Chriſtũ ipſa paſtura ſit lacte deuotionis ſuæ, inſtar tenerrimæ Matris eius. Aiũt naturales, lac fieri ex ijs ipſis cibis, qui comeduntur a matribus.

Euchariſtia Sacramẽto paſta pia anima paſcit Chriſtũ lacte deuotionis propria.

Enimuero ij, qui comeduntur, cibi traijciuntur per matrum viſcera, ſicque primo conuertuntur in ſanguinem, deinde in vberibus conuertuntur in lac, vt inde à filiolis ſugatur infantibus: quod autem de lacte dicitur terreno, atque carnali, idipſũ quodammodo, & de lacte dicere licet ſpiritualis deuotionis, quòd fiat ex cibo ſpirituali, quem Sancta comederit anima: primo namque Chriſti ſponſa ſimul, & mater cibum ſuſcipit Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, corpus dilecti ſui: tum adeò Sanctum cibum per ſua traijciens viſcera, dum ipſius dilecti paſſionem, ſanguinemve pro ſe effuſum mente reuoluit, conuertit illum quodammodo in ſanguinem, ac demum ſanguinem illum, paſſionis nempe myſteria, eorumdemque memoriam in vberibus compaſſionis, atque amoris in lac conuertit deuotionis, quo Chriſtus ſuauiſſimè ab ea paſcitur, inter ipſa illius commorans vbera.

Verſicu. XIII. Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.

Cum beatiſſimæ Virgini ſub metaphora murenularum aurearum argento vermiculatarum à cœleſti ſponſo eximium promiſſum fuiſſet donũ

DE B. MARIA.

Virginitatis cum partu: vt muneri munus rependeret, filium ipsum, quem paritura erat, Deo polliceretur, pro certo habens, nullum aliud eo reperiri posse præstantius; ait enim: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cōmorabitur*. Quib. verbis primò significat, sibi cōplacitū esse, vt dilectissimus is, quem ex Dei dono paritura erat filiū, vniuersarum sit expositus ærumnarum generibus, promptissimaque voluntate Deo sese illum offerre, ita vt sit fasciculus myrrhæ, amaritudinis, atq; miseriæ: quatenus, sicut in vno fasciculo multiplices colligati sunt flores; sic & in illum multiplices confluant angustiæ; vniuersaque amaritudinum genera, & omnes miseriæ (peccato tantùm excepto) in illo reperiantur vnitæ, quod multis antea sæculis in eius persona Dauid significauit, cū ad dominum diceret: *a Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me*: & Ieremias quoque dicens: *b Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio*.

Maria quomodo fuerit Christus, fasciculus myrrhæ, ac simul etiam gladius pertransiens animam eius.

a Psal. 87.8.

b Ier. 3.15.

Secundò, cùm subiicit: *Inter vbera mea commorabitur*: indicat, se non modò dilectissimum filium suum hoc pacto oblaturam, sed & animam suam, quæ ita illi erat conglutinata, vt ab illo disiungi minimè posset. Quæ omnia apertiùs senex ille significauit Symeon iustus, & timoratus in Euangelio, cùm ad ipsam Dei genitricem diceret: *c Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur, & tuā ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*. Quod ergo ait Beata Virgo, tale quid esse videtur.

c Luc. 2.34

PARAPHRASIS

Quòd me Deus meus Virginitatis, & Partus, ipsam exornantis Virginitatem honestare dignatus es dono, haud mei profectò cuiuspiam fuit meriti sed id omne ex tua factum est miseratione, qua me in tuam eligere dignatus es Matrem: nam dum esses Rex pius, atque misericors in accubitu æternæ felicitatis tuæ, nardus humilitatis, & exiguitatis, meæ, quæ nullum ex se emittebat odorem, dedit tamen odorem, nō quidem meum, sed tuum, quē scilicet oleo ex ipsa, qua a te electa sum gratia.

Quapropter odorata iam effecta, gratiæque tuæ fragrans odore, pro tanto munere, quod in me cōtulisti, ego quoque vicissim & tibi, quod valeo, donum offero: filium nimirum mihi dilectissimum Christum, quem de meis visceribus pariam Deū, & hominem; promptissima voluntate consentiēs; vt iuxta tuam æternam prædeterminationem ad gloriam nominis tui, & pro totius mundi salute vniuersis expositus sit angustiarum generibus; sicque inde fasciculus mihi erit myrrhæ, & iugiter inter vbera mea commorabitur; vt simul cum illo, & meam tibi offeram animam, eodem transfixam angustiarum gladio, iisdemque confossam vulneribus, quibus eum confodiendum noui, meoque fixum est pectori, quæ ve numquam a mea recedēt mente.

Versic. XIII. Fasciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patrib. collecta.

Paraphrasis Chaldaica; In tempore illo dixit Dominus ad Mosen: Vade, & descēde, quia se corrupit populus tuus: dimitte me, vt consumem eos. Tunc reuersus est Moses, & quæsiuit miseri-

APPENDIX.

A cordiam à facie Domini, & recordatus est Dominus inclinationis Isaac, qui ligatus fuerat à Patre suo in monte Moriah super altare: & conuersus est Dominus ab ira sua, & habitare fecit maiestatem suam in medio eorum, sicut antea.

Pro sensu litteræ facit primo, quod ait Origen. hom. 2. ex 4. vbi, secundum versionem Septuag. legens: *Alligamentum gutta fraternus meus mihi, &c.* arbitratur, sponsam adhuc ad socias hæc habuisse verba in hunc sensum. Fraternus meus mihi guttā redolet, & hanc nō diffusam, neque vt libet dispersam, sed colligatam, & constrictam, quo scilicet odor ipsius densior reddatur, & vehementior; & hic, inquit, cùm talis sit in medio vberum meorū B demoratur, & commanet, & requiem, ac mansionem suam facit, in loco pectoris mei.

Origenes.

Pro eodem litteræ sensu facit secundò, quod ait Grego. Nysse. hom. 3. quatenus existimat, alludere hic sponsam ad illam mulierum se ornantium consuetudinem, qua non solum exteriori se decorant ornatu, verum etiam suauia in vestimentis vnguēta portant: vt per ea, quæ hic dicuntur, talia sibi velle videatur sponsa: Fraternus meus mihi est alligamentum, quod a collo suspendo supra pectus, per quod bonum odorem præbeo corpori.

Pro sensu spirituali, primo supponendū ex communi Patrum sententia, Christum ab Ecclesia nuncupatum secundum versionem Septuag. fraternū suum, quia ex sorore eius synagoga natus is sit, vel C ex Iudaico populo, qui frater item eius fuit.

Christus quo fraternus Ecclesiæ.

Porro quod idem Christus Iesus ab Ecclesia dictus sit, esse sibi, alligamentum guttæ, seu stactes, Orig. Hom. 2. ex quatuor, refert ad Mysterium Incarnationis hoc pacto, dicens: Videtur alligamentum esse, & vinculum quoddam animæ corpus, in quod alligamentum gutta in Christo diuinæ virtutis, ac suauitatis astringitur.

Origenes

Diuinitas alligata corpori Christi tanquam gutta in alligamento.

Aliaque ratione idipsum explicatur ab eodem Orige. tum citata Homilia 2. ex quatuor, tum Homilia item 2. ex duabus, sumente nomen guttę simplici significatu, vt sonat exiguam liquoris particulam. Quorum diffusam explicationem breuiter Theodoritus his prosequitur verbis: Alligamentū D guttæ eum vocat, quoniam ipse descēdit, sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, & a Prophetis etiam vocatus est stilla. *a Erit ex stilla populi huius congregatus congregabitur Iacob.*

Theodor.

a Mich. 5. 7.

Quem locum Michææ sic exponit Origenes. Decebat, eum, qui veniebat, congregare non solum Iacob, sed & omnes gentes, quæ sicut Propheta dicit, *b Reputatæ sunt tanquam gutta ex stila*, exinanientem se diuinitatis forma, effici ipsum vt guttam, & sic venire ad congregandam guttam Gentium, & guttam nihilominus reliquiarum Iacob.

secundum Septuag.

b Esa. 40.15

Ambros. serm. 3. in psal. 118. versic. 1. legens. *Colligatio gutta consobrinus meus inter media vbera mea E commorabitur*. Corpus, inquit, suscipiens Dominus Iesus charitatis se vinculis illigauit, & non solum se membris nostris, & passionibus naturalibus, sed etiam cruci vinxit, ideoque botrio, &c.

Ambros.

Christus carnem induens illigauit se vinculis charitatis.

Quibus verbis, nedum ad Mysterium Incarnationis hæc refert; sed etiam ad Mysterium Passionis, ad quod & Theodoritus hæc ipsa refert, secundum versionem Symmachi, quæ habet: *Alligamentum*, seu, *fasciculus mirrhæ*. Myrrha enim, ait ipse Theodoritus, sponsi mortem, & quæ inde ad sponsam peruenit, indicat suauitatem.

Generaliter alii hæc, quæ a pia anima dicuntur, sumunt. *Alligamentum gutta fraternus meus mihi, &c.*

Orig.

Pri-

APPENDIX.

Fidei rationes vinculis veritatis alligatas hîc anima ſancta.

Primo enim Orig. Hom. 2. ex quatuor, ſi ad vnã quamque, ait, animam hæc referuntur, alligatura guttæ, dogmatum continentiæ conſtrictio, ac diuinarum ſententiarum nodoſitas intelligitur. Innexæ enim ſibiinuicem ſunt fidei rationes, & vinculis veritatis adſtrictæ.

Greg. Nyſ.

Secundo Greg. Nyſſenus Hom. 3. per hæc deſignari, cenſet, piam animã nullo pacto, vel mẽbris, vel potentiis delinquere poſſe, dum Chriſtum alligatum habet ad cor; facit quippe Nyſſenus egregiam conſiderationem in eo, quod cor eſt fons nobis innati caloris, a quo per arterias in vniuerſum corpus calor diſtribuitur, per quem fiunt calida, & vitalia corporis membra, vt quæ foueantur ab igne cordis, dicens: Ea anima, quæ ſuſcepit bonum Chriſti odorem, & cor ſuum fecit alligamentum huius ſuffitus, ſe ita comparat, vt omnia ſingillatim vitæ ſtudia, tamquam alicuius corporis membra ferueãt ſpiritu, qui ex corde permeat, nulla iniquitate in vllo membro corporis refrigerante dilectionem in Deum.

Aia, quæ Chriſtũ alligatũ hẽt ad cor nullo in membro deliquere põt, nulláq; potentia.

Tertio Catena trium Patrum arbitratur, per eadem ſignificare piam animam, Chriſtum ipſum, dum eſt inter vbera ſua, eſſe ſibi nexum, & conſeruationem collatæ gratiæ, ac ſi ita loquatur. Nexus eſt, & conſeruatio ſtillæ diuinæ gratię, quę mihi communicata eſt, dilectus meus: per fidem enim, inquit, acceptus, ſpiritualia tuetur; atque conſeruat Eccleſiæ munera, fideleſque confirmat, ac roborat, ne a veritate deſciſcant.

Tres Patr. *Chriſtus eſt nexus, & conſeruatio gratiæ, quæ data eſt animæ, dum eſt inter eius vbera.*

Quarto demum Pſellus apud Theodoritum exiſtimat, per hæc animam indicare, quomodo propter Chriſtum omnia contemnat, ac ſi dicat. Quãuis aliæ animæ mundi curis, & negotiis implicẽtur, ego Chriſti ſpõſi mei percipiens voluptatem, eum inſculpam in tabulis cordis mei.

Pſellus.

Inter hos ſenſus adnumerari poteſt & ſenſus allatus a Philone Carpathio. quamuis enim ex eius Latina verſione appareat, illum legiſſe: *Faſciculus*, ſeu *manipulus myrrhæ patruelis meus mihi*: crediderim tamen, ipſum haud receſſiſſe a Græco textu Septuag. illumque interpretatum eſſe: *Alligamentum guttæ*, &c. Cui & congruit eius expoſitio, qua ait, per hæc Eccleſiam ſignificare, ſe deſponſatam a Chriſto per ſanguinem, & aquam, quæ ex eius latere profluxerunt.

Propter Chriſtũ pia anima contemnit omnia.

Eccleſia à Chriſto deſponſata per ſanguinem & aquam.

Lectionem noſtram; *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, Aponius refert ad tolerantiam tribulationum propter Chriſtum: ſicve in hoc ipſo ſenſu, & Bernar. 43. hunc locum præclare explicat, ſingulaſque perpendens voces, ait, Faſciculus myrrhæ; ante, Rex, modo dilectus: ante in accubitu, modo inter ſponſæ vbera: Magna humilitatis vis, cui etiã Deitatis maieſtas tam facile ſe inclinat. Cito reuerentiæ nomen in vocabulum amicitiæ mutatũ eſt, & qui longe erat, in breui factus eſt prope. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*: Myrrha amara res, dura, & aſpera tribulationum ſignificat: ea ſibi dilecti cauſa imminere proſpiciens, gratulabũda id loquitur, confidens, ſe omnia viriliter ſubituram. *c Ibant*, inquit, *gaudentes diſcipuli a conſpectu Concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Propterea non faſcem, ſed faſciculum dilectum dicit, quòd leue pro ipſius amore ducat, quicquid laboris immineat, & doloris: bene faſciculus, quia paruulus natus eſt nobis: bene faſciculus, quia *d non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis*, *e id enim*, inquit, *quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationum, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. Erit ergo quandoq;

Aponius.

Bernar.

Humilitatis vis quãta ſit apud Deum.

Tribulationes, quę propter Chriſtum ſuſtinentur, ſunt animæ Sanctæ leuis faſcicul. myrrhæ, quẽ lætanter fert inter vbera.

c Ac. 5. 41
d Ro. 8. 18
e Cor. 4. 17

A nobis cumulus gloriæ ingens, qui modo eſt faſciculus myrrhæ. An non faſciculus, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue? Non quia leue in ſe, nec. n. leuis paſſionis aſperitas, mortis amaritudo; ſed leuis tamen amanti: Et ideo non ait tantùm *faſciculus myrrhæ, dilectus meus*: ſed, *mihi*, inquit, quæ diligo, faſciculus eſt: vnde & dilectum nominat, monſtrans, dilectionis vim omnium amaritudinum ſuperare moleſtiam.

APPENDIX. *Charitas ſuperat omnem moleſtiam.*

Communis nihilominus Patrum Latinorũ ſenſus eò ſpectat, vt per hæc Eccleſia, vel pia anima, vel etiam B. Virgo ſignificẽt, ſe velle Chriſti paſſionem iugiter habere in corde, nedum per ingem meditationem, verùm etiã per imitationem: myr- [B] rhæ autem metaphorã vſurpatam, inquiunt, tùm quia myrrha amara res ſit, prout & Chriſti paſſio: tum quia Chriſtus in paſſione ſua myrrha, & aloe vnctus ſit; tum denique quia per memoriam paſſionis Chriſti à corruptione peccati præſeruantur animæ, ſicut per myrrham à putredinis corruptione præſeruantur & corpora. Faſciculum verò myrrhę dictum Chriſtum ipſum patientem: ſeu faſciculi methaphoram vſurpatam, quia in meditatione vitę, ac paſſionis Chriſti ſingula eius geſta, atq; tormenta tamquam in vno faſciculo collecta ſeruentur à ſponſa, quod egregiè explicatum videre licet apud Bernar. ſer. 43. poſt dimidium.

Chriſti ſpõſa iugiter illius paſſionem meditari ſatagit, & imitari.

Bernar.

Circa vltima verba illa: *Inter vbera mea commorabitur*? Tametſi cõmuniori Patrum ſenſu, cordis [C] ſitum per ea deſignari pro certo habeatur & ipſummet cor, quod inter vbera ſitum eſt: Quidam tamẽ eadem accipiunt metaphoricè. Sic Grego. Papa per verba animę accipiens duplicem dilectionem Dei, & proximi, ait; bene Chriſtus faſciculus myrrhæ inter vbera commorari dicitur, quia in dilectione Dei, & proximi habitatio Dei ædificatur: Sãcta quippe anima dum Deum ſic diligit, vt proximum non contemnat, & amorem proximi ſic exequitur, vt diuinum non minuat, proculdubio vbera in pectore ſibi locat, quibus Chriſtũ amplectens, ipſum nutriat: quaſi enim vberibus Chriſtus nutritus roboratur, dum hac gemina dilectione, vt fortius inhęreat, delectatur.

Greg. Pa. *Chriſti habitaculum eſt inter dilectio. Dei, & proximi quæ ſunt duo vbera pia animæ.*

Aponius, & Iuſtus Org. Sanctos illos intelligũt [D] Doctores, qui prędicãt Chriſti paſſionẽ, ac mortẽ.

Aponius. Iuſtus Orgelit. *Xp̃s cõmoratur inter Sãctos Doctores.*

Philo Carpathius duo ſumens teſtamenta inter ea Chriſtum faſciculum myrrhæ inquit, quia in vtroq; teſtamẽto ſũt teſtimonia paſſionis Chriſti.

Philo Carpath. *Xp̃s faſciculus myrrha inter duo teſtamenta.*

Deniq; Bernar. ſer. 43. vbera, ait ſponſæ ſunt cõgratulatio, & cõpaſſio, de quibus Apoſtolus; *f Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus*. Quia verò inter aduerſa, & proſpera verſans, nouit vtrobique pericula non deeſſe, mediũ huiuſcemodi vberũ ſuorũ vult habere dilectum, cuius aduerſus vtraque continua protectione munitã, nec læta extollant, nec triſtia deiiciant.

Bernar. f Ro. 12. 15 *Xp̃m pia animo tenet inter duo vbera congratulationis, & compaſſionis.*

E Verſ. XIV. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.

Expoſitio Prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

DIfficultas iſtius loci, quæ certè maxima eſt, prouenit potiſſimũ ex hæbraica voce הכפר acopher; cùm, nec apud hebręos conſtet, quidnam per eam hic ſignificetur. Et quãuis maior eorum pars in hoc conſentire videatur, quòd ſignificet quoddam aromatis genus; neſciunt tamen definire qualenam propriè ſit iſtud aroma.

LITTERA.

aroma. Auget verò non modicum difficultatem, A quod & Septuaginta dictionem illam interpretati sunt τῆς κύπρου. & noster interpres, illos secutus vertit, *Cypri*, cum haud appareat, quid per botrũ Cypri designari queat, præsertim, cùm illicò subsequatur; *in vineis En-gaddi*, quæ regio quidem est, haud tamen in Cypro insula, sed in Iudæa.

Ipse, prætermissa multiplici variarum opinionũ serie, cùm singulæ earum, quę afferri solent, sententiarum, vel hebręorum, vel Græcorum, vel etiam Latinorum suas habeant difficultates, & obiectiones, propter quas improbandę videantur, duobus modis absque tantis difficultatum ambagibus locum istum exponendum, crediderim: vno modo, iuxta hebraicam lectionem: altero autem, iuxta le B ctionem vulgatæ, & Septuaginta, neque verò id nouum est, vt diuersi sint sensus iuxta lectionum varietatem, & præsertim, iuxta lectionem hebraici textus, ac versionem Septuag. atq; vulgatę: imò hoc frequẽtissimè cõtingere ijs, qui Sacrę Scripturæ studiosi extiterint, manifestũ est, & i hac nostra Canticorũ expositione, idipsũ etiã obseruauimus sępè, & obseruabimus sępissimè in subsequẽtib.

I. MODVS.

Primus igitur modus ex hebraico textu erutus est, vt sponsa, postquam dilectum suum, instar fasciculi myrrhę sibi asseruit; nunc ad eisdem fragrãtiam exaggerandã alteram addat similitudinem, nempè balsami, quòd & myrrhæ & cęteris omnibus aromaticis speciebus in odore præfertur, dicens: *Botrus Copher*, idest, *Balsami dilectus meus mihi in vineis En-gaddi*. Plura autem sunt, quæ me ad hunc sensum afferendum impellunt.

Botrus Copher est botrus Balsami.

Balsamũ prouenisse in vineis En-gaddi.

Primum est, quòd quę ab Antiquis, probatissimè auctoribus de balsamo conscripta reperio, optimè ijs congruunt, quæ in præsenti sententia afferuntur: Consentiunt.n.oẽs balsami arborem in Iudæa prouenire. Ita Theophrast. lib. 9. c. 6. de historia plant. Plin. lib. 12. capite 25. & Dioscorides lib. 1. c. 18.

Theophr. Plinius. Dioscorides. Iustin. hist. Strabo. Ioseph. he.

Imò Iustinus Historicus lib. 36. Strabo lib. 16. Geographiæ, sępiusq; Iosephus Hebr. Antiq. li. 9. c. 1. lib. 14. c. 7. lib. 15. c. 4. atque etiam lib. 1. belli Iudaici, c. 16. particularem assignantes Iudææ Prouinciam, inquiunt, in terra Ierico illam nasci, nomine autem Ierico, non vnam tantummodo intelli gunt ciuitatem Ierico; sed aliquantulum terræ tractum, qui ab ipsa Ciuitate Ierico denominationẽ accipiens, Iericuntina terra dicatur.

Porro, qui descriptionem inspexerit terræ promissionis, videbit, circa fines Ierico esse & terram En-gaddi, ad mare mortuũ sitã; ita vt iure optimo, & ipsa sub noĩe Ierico a pręcitatis auctorib. cõprehensa sit, vtpote, q̃ intra tractũ terræ Ierico sita sit.

Orig. Amb. Beda. Abulensis. Christianus. Hier.

Quamobrem haud dissentiet ab illis, qui in terra En-gaddi, præsertim tempore Salomonis, balsamum prouenisse asseueret, quod affirmat Origenes circa fin. hom. 2. in Cantica, Ambros. ser. 3. in psal. 108. vers. 1. Beda lib. 2. expositionis in Cantica: Abulensis super c. 14. Genesis. Christiannus Adricomius Delphus in suo Theatro Terræ Sanctæ, in descriptione terræ Iuda; nu. 116. & alij cõplures ex modernioribus, & quod pręalijs maioris est auctoritatis, hoc ipsũ apertissime asserit & Hierony. in lib. Traditionum, seu Quæstio. Hebraic. in Genes. vbi super illa verba c. 14. vers. 7. Genesis. *Et percusserunt omnem regionem Amalekitarum, & Amorrhæorum sedentem in AzaZonthamar*; hæc habet verba: Hoc oppidum est, quod nũc vocatur En-gaddi, balsami, & palmarum fertile.

Quod autem per vineas En-gaddi non vuarum, sed arborum Balsami, hoc loco intelligendæ sint vineæ, aperte ex eodem patet Hieronymo, tum in Epitaphio Paulę Epist. 27. ad Eustoch. vbi ait: Contemplata est Balsami vineas in En-gaddi: tum in cõmentarijs super c. 27. Ezechie. vbi ait, prophetã enumerare balsamũ, qđ nascit̃ ex vineis En-gaddi. Quin id ipsum & ex ijs certissime mihi persuadeo, quæ a Plinio in loco paulo ante citato de qualitate dicuntur arboris Balsami: sic.n. de illa loquitur.

LITTERA.

Balsami planta est instar vitis

Hier. Plinius.

Viti similior est, quam myrtho, malleolis seri dñ nuper iuncta, vt vitis; & implet colles, vinearũ modo, q̃ sine adminiculis se ipsæ sustinent: Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit: & infra: Semẽ eius est vino proximũ gustu, colore rufum, nec sine pingui, peius in grano, quod leuius, atq; viridius.

Cum itaque arbor balsami instar vitis sit, quæ & botros quodammodo proferat, & vineas faciat in En-gaddi. Quis iam dubitet, Hebraica voce כפר copher illam significatam, cum in hoc fere omnes consentiant Hebræorum, vt per illam hoc loco, quædam significetur aromatica species? Quam vero post nardum, ac mirrham aptius afferre sponsa potuisset aromatis speciem, quàm balsamum, quæ (vt bene inquit Plinius vbi supra) vniuersis præfertur odoribus? sic enim optimam facit gradationẽ. Primò sui ipsius mẽtionem faciens nardi Tum dilectum fasciculo comparans myrrhæ, vel alligamẽto guttæ, quæ nardo fragantior est. Ac demum fragrantissimo eumdem assimilans balsamo. Atqui, vt præstantissimum odorem fragrare illum ostenderet, præstantissimoque aromati illum esse simi C lem assereret, non ait simpliciter. *Copher*, seu, *balsamus dilectus meus mihi in vineis En-gaddi*; Sed *botrus Copher*, seu *balsami dilectus meus, &c.*

Theophr.

Enimuero Botrus ipse in balsami arbore odoratissimus est, ita vt Theophrastus lib. 9. de Historia plantarum, c. 6. dicat: Fructus eius, scilicet balsami valde odoratus est, & magis, quam lacryma, quæ communiter primũ locum in fragãtia tenere existimatur. Neque vero contra hunc sensum id quicquã facit, quod ab aliquibus obijci solet ex c. 27. Ezechie. a manifeste colligi, quomodo in Hebræo appelletur balsamũ, nempe פנג panag nõ כפר copher, prout hoc loco est.

a Ezec. 27. 17.

Hoc, inquàm, nõ obstat; nam, præterquãquòd D nihil prohibet, quin dici possit, eamdem rem duplici vocabulo appellatã: ex ipsomet Hieronymo super citatum locum Ezecchielis cõstat, haud minus ambiguã esse vocẽ panag. quã Copher: Sic. n. ait, verbũ פנג panag Symmachus, & Theodotio, ita vt apud Hebræos positũ est, transtulerunt, pro quo Septuag. vnguenta; nos balsamum vertimus. Ob id autẽ crediderim, Hierony. sic vertisse, quod Sept. verterunt vnguẽta, quia balsamũ præstantissimum sit oĩum vnguentorum, vt dictum est supra.

Hic mihi videtur germanus huius præsentis similitudinis intellectus, quem quidem ẽt ad litterã nostram, quæ habet; *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi* accomodare possemus, si con E iecturis agendum foret, dicentes, per botrum Cypri significari Botrum ipsius Balsami, quæ Cypri nomine propterea sit nuncupata, quòd aliquando ex Cypri Insula istiusmodi arbor, ac vites delatæ sint in terram En-gaddi.

Verum quia id gratis omninò dicitur; cũ apud nullum probatũ auctorem legamus, in Insula Cypri vel esse, vel fuisse vnquã balsami arbores, quæ inde trã splãtari potuerit, Cypriq; nomẽ accipere.

Ideò meliùs dicendũ nostrũ interpretẽ, cùm incertũ apud hebręos videret, quid nomine Copher intelligendũ foret, secutũ esse Septuaginta Interpretes, qui dictionẽ illã Hebraicã pro τῆς κύπρου intellexerunt, vnde & ipse *Cypri* vertit; per Cypri nomen

LITTERA. men non inſulam intelligens Cypri, prout pleriq; A exiſtimant; ſed aromaticam quamdã arborẽ quæ in balſami vineis vnà cũ ipſis balſami arboribus in terra naſcatur En-gaddi: κύπρος enim Græcè arbuſculam quãdam ſignificat, quę vel eadem eſt cũ noſtro liguſtro, vel ei ſimilis, ſuaueolentẽ proferẽs florẽ, ex quo vnguentũ ſeu oleũ fit κύπρινον, Cyprinũ, vel liguſtricũ appellatũ, quod a Theophr. li. 9. de Hiſtoria plantarũ c. 7. inter odoratiſſima connumeratur vnguenta; de hac abore his verbis loquitur Plin. lib. 12. c. 24. Cyprus in Aegypto eſt arbor Ziziphi folijs, ſemine coriandri, flore cãdido, odorato. Coquitur hic in oleo, premiturq; poſtea, quod Cyprus vocatur: optimũ habetur è Canopica in ripis Nili nata. Secũdũ Aſcalone Iudææ: Tertiũ Cypro inſula odoris ſuauitate. Quidã hãc eſſe dicũt, quę in Italia Liguſtrũ vocatur. Ex quibus verbis colligimus cõfirmationẽ eius, quod dicebã per Cyprũ hoc loco illã ſignificari Arborẽ, quippe quæ in Iudęa reperiatur pręcipua. Quinimo ex Ioſepho Hebræo colligitur aperte, pſtãtiſſimã iſtiuſmodi arborẽ in ipſo Engaddi reperiri, ſicut ſupra probatũ eſt, & de balſamo. In lib. n. 5. de bello Iudai. c. 4. deſcribens Regionẽ Iericũtinã, ad quã ſpectare diximus terrã, & vineas Engaddi, ait, in illa eſſe pretioſiſſimos paradiſos, & hortos, eandẽq; feracẽ eſſe opobalſami, Cypri, & Myrobolani. Et idipsũ aſſerit Egeſippus quoq; lib. 4. de excidio Ieroſolymi. c. 17. vbi ait Cyprũ, & Balſamũ naſci circa fontẽ ab Eliſæo ſanatũ in agro Iericuntino. Porrò, cũ prędicta Arbor, ſeu frutex Cypri maxime odoratũ proferat florẽ: hũc florẽ ob ſimilitudinẽ, quã cũ vuę botris habet, nõ incongrue botri noĩe ſignificauit ſpõſa, cũ diceret. *Botrus Cypri dilectus meus mihi*, ſiquidẽ liguſtri flores in botrorũ formã ſeſe extendunt, vt ex hac eorũ figura conſpicis.

Cypri arbor & botrus, qualis Origenes indicat.

Theophr.

Plinius.

Iof. Heb.

Egeſippus



Sic rectè hæc iuxta Vulgatę lectionẽ cum ſuperioribus congruent. LITTERA.

Cum enim in ſuperiori ſententiã ſponſa ſignificarit, ſed dilectũ ſuum inter vbera geſtaturã, ac ſi eſſet faſciculus ex myrrhæ floribus concinnatus: nũc idipſum ſimilitudine explicat altera, vnius videlicet floris, qui non faſciculus ſit diuerſorum florum; ſed, quaſi quidam botrus, qui a puellis itẽ iter vbera ſoleat collocari, & p odore, et p decore. Quidquid itaque per Botrum Copher, aut Cypri ſignificetur, ſiue botrus balſami, ſiue flos Cypri arboris in botri formam enaſcens, hoc certum eſt, & indubitatum, ea quæ hic dicuntur, ad præcedentium amplificationem addi a ſponſa.

B Quare cum illa, iuxta duplicem ſenſum accepta ſint, & hæc quoque iuxta vtrumque ſenſuum illorum ſumi debent.

I. SENSVS. Ac primo iuxta primũ, quo ſponſa ad ſponſi laudes, quibus fuerat exornata, mutuis reſpõdere cœperat laudibus, idque ſub odoris, odoratarumque rerum metaphora: cum iã in præcedenti ſententia ſignificaſſet, illũ eſſe ipſammet pulchritudinẽ, ipſamque gratiã, atque ipſum odorem, ex quo totus is quoque deriuaret, & Nardi odor, qui ex ipſa tragrabat, dicens. *Dum eſſet Rex*, & cętera. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur:* prout longius in prima illorum expoſitione habes elucidatum.

C Nunc hoc ipſum confirmat dicens. *Botrus Copher*, ideſt balſami, ſeu, *botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi*: ac ſi dicere velit.

PARAPHRASIS. Tantus eſt odor tuus, vt nõ modo mihi videaris eſſe faſciculus mirrhæ, ſeu alligamentum ſtactes: ſed videaris inſuper eſſe quidquid fragrantiſſimũ in arboribus, in vnguentis, ſeu in floribus redoleat odorem, mihi enim videris eſſe botrus balſami, q gignitur in vineis En-gaddi, qui ve vniuerſis præfertur odoribus: ſeu, videris pulcherrimus, candidiſſimus, maximeque redolens Cypri flos, quĩ in vineis En-gaddi.

II. SENSVS Iuxta ſecundum autem præcedentium verborum ſenſum, non ad laudes reſpondens ſponſi, ſed pro murenularum munere munus rependere ſpõdens amoris. Sic idipſum, quod cæperat, altera am-
D plificat ſimilitudine, dicẽs. *Botrus Copher*, ſeu, *Cypri*, & cætera. Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Vt amoris ſpecimen tibi exhiberem meum, me tibi præbituram pollicita ſum cor, & geſtaturam te ſemper in illo, quomodo puellæ faſciculos florum, vel alligamenta ſtactes ferre ſolent inter vbera, vbi ſedes eſt cordis. Nec immerito id faciam, quãdoquidẽ tu, dilecte mi, es mihi faſciculus myrrhæ, & alligamentum guttæ: imo & id, quod in odoribus vniuerſis reperitur pręſtantiſſimum. Es enim botrus Copher, ſeu balſami illius, qui tam mira ſuauitate in vineis flagrat En-gaddi. Vel es & faſciculus mirrhæ, ſeu alligamentum guttæ: & pulcherrimus, & odoratiſſimus flos Cypri arboris, in
E botri formam enaſcens in balſami vineis, quæ in terra ſunt En-gaddi.

Verſ. XIV. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.

SI ſimilitudine faſciculi myrrhæ Eccleſia immẽſam perfectionem cœleſtis Regis, ſummãque eiuſdem perfectiſſimi Dei, cũ omnibus perfectionibus

DE ECCLESIA.

I. SENSVS.

Verbum incarnatū est totius gratiæ principium.

In Deo quomodo perfectiones sint vnitæ, & distinctæ.

nibus simplicitatem egregie delineauit.

Si & Verbum Incarnatum perfectionum, item omnium cumulū, & totius gratiæ principium, ac fontem per metaphoram, alligamenti stactes, & guttæ eadem insinuauit apertius in præcedēti sententia: sane nec minus aperte, nec minus egregie totum id per vnam hoc loco exprimit botri balsami vel per alteram, botri Cypri similitudinē: imo & propterea hanc similitudinem addit, vt quod per vnam se haud exprimere posse, cognouerat, per alteram saltem confirmaret pro viribus.

Enimuero dum Verbum, quod pro suo elegerat dilecto, assimilat botro Copher, seu balsami, illud ipsum confirmat, quòd Deus substantialiter sit ipsa virtus, quòd haud ab extrinseco redolentem suscipiat odorem, sed sit ipsamet substantia odorata; quòd non sit balsamo, vel alio delibutus vnguēto, prout homines sūt: sed balsamus ipse sit, & ita balsamus, & ita perfectio, ac virtus, vt cum simplicissima vnitate vniuersæ, quę excogitari possent, quę ve in singulis creaturis distinctæ ab inuicem reperirentur perfectiones, in ipso vnitæ sint modo incomprehensibili, ita vt & vna, eademq; sint omnes & virtualiter sic distinguantur ab inuicem, ac si actu distinctos haberent terminos, distinctaque obiecta: hæc enim sunt, quę per botri indicat vocem; nā & balsami botrus vna quidem res est, vna substantia balsami, vnus denique botrus; attamen in vno balsami botro, plura quoq; sūt balsami grana.

Et bene, quia in creatis nulla potest reperiri res, quæ diuinam simplicitatem repræsentare valeat, pluriumque, ac omnium in vnica illius essentia perfectionum cumulus, absque vlla actuali distinctio ne per nullam creaturarum similitudinem concipi potest: sicut superiorem afferens similitudinem, prudentissime dixerat. *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi.*

Ita & modo, cum ad eiusdem rei cōfirmationē hanc alteram botri balsami addit, nō dicit simpliciter, *Botrus balsami dilectus meus;* sed adiiciens particulam, *mihi.* ait; *Botrus Copher, seu balsami dilectus meus mihi,* Quasi dicat.

PARAPHRASIS.

Mihi, quæ haud exprimere valeo diuina, nisi per ea, quæ hominū sensib. patent, Dilectus meus, ac Deus meus videt ita esse ipsa virtus, virtutisq; substantia: ita in vnica suæ illimitatæ essentiæ perfectione vniuersas, quæ in aliis distinctæ sunt, habere perfectiones, vt non immerito ipsum comparandum censeam botro balsami: quamuis multum inter illum, ac balsami botrum sciam esse discriminis, qa in botro ita ligata sunt grana, vt botrum ipsum componant: eaque ab inuicem reali sint inter se distinctione distincta: & odor, qui & in granis est, & in botro, accidens quoddam est, licet & botrus, & grana odorata substantia sint.

At dilectus meus, ita est substantia odorata, vt sit ipse odor balsami, ipsaque virtutis substantia, nec vllam in eo, quæ plura videntur, grana perfectionum, vel compositionem faciunt, vel distinctionem.

Vide autem, quam caute in his afferendis similitudinibus Ecclesia Sancta se gesserit: haud enim aliunde eas assumpsit, quam ex myrrha, & balsamo, quæ inter aromatū genera, ac inter ea, quæ suauē redolent fragantiā, primū teneant locum, prout de myrrha in secunda præcedentis probauimus expositione, ac de balsamo in expositione prima præsentis sententiæ diximus: neque etiam id ausa fuisset, nisi ipsamet increata sapientia se, & balsamo comparasset, & myrrhæ, vbi dicit. *a Et sicut balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha*

Theophr.

A *electa dedi suauitatem odoris.*

DE ECCLESIA.

Quam cautelam etiam iuxta litteram nostram seruasse, dicendū est; quia enim Verbum ipsum florem nuncupandum intelligebat in subsequētibus vbi ait. *b Ego flos campi.* Ideo audenter & ipsa illum flori assimilat, & flori perpulchro odoratissimo, & maxime candido, qui ex pluribus constās flosculis, ita vnus existat, eamque referat formam, vt botrus quidam appareat, atque adeo a ait *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi:* per quam quidem similitudinem ea omnia explicat, quæ per balsami botrum iam significata ostendi: quod enim in balsami botro odorata sunt grana, hoc in botro Cypri fragantes sunt flosculi: nihil est autem, quod in iisdem repetendis, hic longius B detineamur.

Eiusdē primi sensus applicatio ad Christū.

Christus, & congrue cōparatur botro balsami vel Cypri.

Sed insuper tam per botri balsami, quam per botri Cypri similitudinem maximas Verbi eiusdē nedum vt æterni, & increati; verum etiam vt incarnati Ecclesia Sancta commendat perfectiones, dum ait. *Botrus Copher,* idest balsami, seu *botrus Cypri dilectus meus mihi.* Enimuero per hanc botri similitudinem primo subindicat, quomodo in Christo duæ naturæ conueniant in vno supposito; quomodo Christus cum, sit vna tantum persona, duas tamen simul vnitas habeat naturas: quemadmodum namque in botro siue balsami, siue Cypri duo sunt, ramusculi videlicet, & grana baccarū balsami, seu flosculi Cypri, quæ duo etsi distincta C sint; in vnum cauliculum tamen coniuncta, vnicū botrum constituunt. Ita & in Christo duæ naturæ sunt, humana, atq; diuina distinctæ inter se; vnus tamen Christus Deus, & homo, quia vnum suppositum, in quo ambæ illæ naturæ simul vnitæ sunt vnione hypostatica.

Porro quemadmodum ramusculi, qui forsan per se haudquaquam essent odorati, ex iis, quæ sibi vnita sunt, granis, vel flosculis suaueolentibus impertitā suscipiunt fragrantiā: ita & humanitati Christi, per ramusculos illos designatæ per eam, quæ illi vnita est, diuinitatem diuina communicatur perfectio, diuinæ Sanctitatis odor, diuinaq; gratia At vide amabò, quàm præclarè per istiusD modi botri similitudinem tam insignes à sponsa extollantur Christi perfectiones, eiusque virtutes; siquidem sicut in botro balsami plura sunt grana, quæ omnia suauem redolent odorem; vnus tamen eorum omnium est balsami odor: & in botro pariter Cypri plures sunt flosculi, odorati quidē omnes, sed vnus est omniū Cypri odor. Ita & in Christo sunt gratię vniuersæ sunt virtutes omnes, donaque omnia illa, quæ nec peccatum includunt, nec beatitudini repugnant; eæ tamen omnes perfectiones, omnesque virtutes vnam redolent diuinitatis perfectissimi videlicet balsami, suauissimeque Cypri fragrantiam; & ideo, quò maioribus cumularetur laudibus, cōgruentissimè ipsi ab Ecclesia comE paratus est botro seu balsami, seu Cypri; sed & illud quoque multò melius per hanc botri comparationem designatur, quàm per superiorem fasciculi myrrhæ, vel alligamēti guttæ, quòd Christus sit totius gratiæ principium, & quod de plenitudine eius nos omnes accepimus: Etenim, sicut balsami vnguentū haud aliunde profluit; quàm vel ex botro, vel ex arbore balsami: & unguētum Cypri num ex botro fit Cyprino: ita nec pretiosissimum gratiæ vnguentum aliud habet principium, præterquàm Christum Dominum: *c Gratia, enim, & veritas per Iesum Christū facta est;* vt dicitur apud Ioannem; quòd si Pater nobis gratiam ipsam confert, propter merita Christi eam elargitur, quæ ab

Gratia totius principium Christus est.

c Io. 1.17.

æterno

DE ECCLESIA.

æterno præuidit: iuxta illud Apostoli ad Ephesios A d *Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei per Iesum Christum in ipsum secundum propositum voluntatis suæ: in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo.* Atqui quemadmodum ex botri pressione, vel ex arboris incisione educitur ipsum balsami vnguentum: cum enim pressus fuerit botrus, cumque eiusdem arbor incisionibus vulnerata fuerit, tunc defluit vnguentum, quo homines vnguntur.

d Eph. 1. 5.

Simile.

Sic & ex eo, quòd Christus angustijs, & doloribus pressus, multiplicium vulnerum incisionibus confossus est, gratiam per ipsas angustias, dolores, ac vulnera meruit, & fragrantissimum eiusdē gratiæ vnguentum profluxit in mundum: Vnde Apostolus: e *Eum autem*, inquit, *qui modico, quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortē: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.* B

e Hebr. 2. 9

Ac sicut vnguentū Cypri per id fit, quòd botrus seu flos arboris Cypri, in botri formā extensus, ad ignem coquitur in oleo, vt ex Plinio ostensum est in prima expositione: sic & vnguentum gratiæ per id factum est ad vnctionem hominum, quòd Christus botrus Cypri maximè odoratus, charitatis igne in oleo coctus est misericordiæ, id quod significauit Apostolus, cùm dixit: f *Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatē suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu, Gratia enim estis saluati per fidem.* C

Gratiā quō meruerit nobis Christus per passionē suam, ac per ea, quæ egit in hoc mūdo.

f Eph. 2. 4.

Vnde apparet, quam apta, quàmvè efficax sit similitudo ista, qua Ecclesia vtitur, Christum appellans botrum vel balsami, vel Cypri.

Sed haud minùs aptè & locum apposuit prudentissima sponsa, terræque nomen, vbi botrus is nasceretur, cui suus similis esset dilectus, adijciens: *In vineis Engaddi.* D

Nam & vinearum commemoratio mysticum quid innuit; & nomen Engaddi, si eius spectetur interpretatio, maximis plenum est sacramentis. Origenes homil. 2. ex duabus, & item secunda ex quatuor in Cantica, quem complures sequuntur & alij, asserit, Engaddi interpretari oculus tentationis, vel oculus tentationis meæ.

Origenes.

Engaddi interpretatio.

Hieronymus autem super c. 47. Ezechielis: hoc idem nomen interpretatur, oculus, seu fons hædi; fons nempe, (vt aliàs melius ostendemus) tum apud Hebræos, tum apud Græcos oculi nomine frequentius exprimi solet.

Hier.

Quid vero illud est, quod sibi per hæc vult Ecclesia Sancta? Id sane exprimit, quod apud aliquos fortasse verti posset in dubiū. Christū nimirum esse principium (vt dicebam) totius gratiæ, non modo quatenus gloriosus sedet ad dexteram Patris, & gratiam consummatam prǽstat in gloria ijs, qui ad felicitatem cœlestē admittuntur, sed etiā, quia & ij in præsenti sæculo illā per eius merita consequātur, eaque donentur, qui variis peccatorum vitijs alligati fuerint; & quia illam is meruit, cum in miserijs, angustijs, atque doloribus hanc peragraret terram; Idcirco eum botrum balsami, seu Cypri dixit in vineis fontis hædi, vel tentationis. E

Siquidē quid aliud est mundus iste, quàm fons peccati, quod per hædum in Scripturis designari solet. g *Mundus totus*, ait Ioannes, *in maligno positus est.* h &, *Quidquid est in Mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscētia oculorum, aut superbia vitæ.* Quid aliud est terra ista, quam fons tentationis, cum i *tentatio sit vita hominis super terram?* Quænam vero sunt vineæ istius fontis hædi, vel tentationis, nisi vitiorum habitus? nisi tria illa, quę iam ex Ioāne retuli, Concupiscentia carnis, concupiscētia oculorum, & superbia vitæ? de quibus superius eadem dicebat Sponsa. K *Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis.*

DE ECCLESIA.

g 1. Io. 5. 19
h 1. Io. 2. 16
i Io. 7. 1.

k Cant. 1. 6

In his ergo vineis Engaddi; Christum botrum balsami, seu Cypri, ex quo gratię vnguentum profluxerit, factum sibi ipsa inquit Ecclesia: sibi autē, inquit, idest membris suis, quæ secundum carnem ambulantia, iam erant obnoxia peccato: l *Omnes quippe*, vt ait Apostolus, *peccauerunt, & egent gloria Dei: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. In sustentatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.*

l Ro. 3. 23.

In eo autem sensu, dicitur Christus factus botrus, & principiū, ac causa gratię in vineis Engaddi, & in uitiis, ac malignitate mundi huius, quo & Apostolus dicit. m *Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatū:* Sic per hanc similitudinem peccati, dū peccatum ipsum per eā damnauit in mundo, peccatoribus gratiam meruit, qui in ipsius mundi uineis detinebantur.

m Ro. 8. 3.

Iuxta secundum sensum, prosequitur Ecclesia Sancta suum, quod sponso pollicebatur, exornare donum humilis orationis: cœperat namque illud exornare amoris exhibitione, quo in ipsa humili oratione illum inter ubera, atque in corde gestaturam asserebat; daturamque dicebat operam, ut is iugiter in ipso cordis sui commoraretur habitaculo, meditaturam uidelicet illum.

II. SENSVS.

Cassiod. Beda.

Quia verò duobus modis Christum sponsum meditari licet, vel vt carne indutus miseram hanc vitam transegit, bonis insudans operibus: tribulationibus, doloribus, vulneribus, mortique expositus: vel cum eadem carne resurrexit, ascenditque ad cęlos, ad Patris considens dexteram: cùm in superiori sentētia præclara similitudine illa fasciculi myrrhæ iam ostenderit, se illum primo modo contemplaturam in sua humili oratione; nunc sub altera haud minus pręclara botri Cypri similitudine illud quoque exponit, quod & secūdo modo, prout gloriosus permanet in sæculum sæculi, eumdē meditatura sit, atque inter vbera habitura dilectū suum, dicens, *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Quibus verbis adeo egregie id indicat, quod intendit, ut haud aptius idipsum alijs exprimi posset uerbis. Primo enim Christum gloriosum florem appellat: & bene, nam & arbores, quæ per hyemis asperitatem turpes, ingloriæ, & quasi mortuæ reputabantur, statim ac hyems transierit, cum resurgere quodammodo cœperint, gloriosæ per flores euadunt, & floridæ.

Simile.

In resurrectione Christus, quam cōgrue comparetur flori.

Sic ergo & Christus, qui est n arbor illa, quam plantatā inquit Propheta secus decursus aquarū, vt fructum suum daret in tempore suo, quamuis dum angustiarum, dolorumque asperrima afflictabatur hyeme, despectus ita uideretur, & inglorius: vt per Isaiam dictum de eo sit. o *Et ascendet sicut*

n Psal. 1. 3
o Isa. 53. 2

DE ECCLESIA.

sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiẽti, Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum. Despectum; et nouissimũ virorũ, virum dolorũ, & sciẽtem infirmitatẽ, & quasi absconditus vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum. Quia nimirum illum, quasi omniũ miserrimu hominem morte turpissima vidimus condemnatum; post istas tamen ærumnarũ, mortisque procellas gloriosus resurrexit, ac floridus, ita vt iure optimo flori cõparãdus videretur.

p Ps. 91. 14.
q esa. 63. 1. & 28. 5.

Quòd si quicunque ij sint, qui ad cælestem admissi sint patriam, flores pro tanta gloria à Propheta dicuntur, vbi ait. *p Plantati in domo Domini, in atrijs Domus Dei Nostri florebunt.*

Quanto congruentius Christus *q formosus in stola sua, gradiẽs in multitudine fortitudinis suæ*, qui est *corona gloriæ, & sertum exultationis* omnib. beatis, flos dicitur, & non quilibet flos, sed flos Cypri? & flos in botri formam effectus dicitur ab Ecclesia, non solum quia flos Cypri summum habet cãdorem, qui est typus gloriæ. Verum etiam quia gloria illius perpetua est, quia ipse flos est, perpetuo florens: κύπρος enim, vt super hunc locum notant Patres Græci ἀπὸ τοῦ κυπρίζειν, quod florere significat, deducitur. Et bene hoc additur ad distinctionem gloriæ carnis nostræ, quæ ad momentum flos apparet in terra, sed illico euanescit arescens, iuxta illud. *r Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri: exiccatum est fœnum, & cecidit flos.*

r esa. 40. 7.

Sed cur non dixit *flos Cypri*, vt *botrus Cypri dilectus meus mihi*? Cur botrum potius, quam florem eum nuncupauit.

Duplicem crediderim ob causam, id à prudentissima sponsa factum.

Christus post mortẽ pluribus gloriis est gloriosus.

Primo, vt per botri nomen significaret, Christũ gloriosum haud vna tantum gloria honestatum, sed pluribus, simul in vnum illum glorificãtibus, non secus, ac plura grana in vnum ramum conuenientia, vnum efficiunt vuæ botrum: & sicut in ipso flore Cypri cernere est, in quo plures ita coniũcti sunt flosculi, vt eum reddere videantur instar vnius botri. Quænam vero plures istæ sunt gloriæ, quæ Christum sic gloriosum efficiunt? resurrectio à mortuis: expoliatio inferorum: ascẽsio ad cęlos: sessio ad dexteram Patris: missio Spiritus Sãcti; Iudicis potestas super viuos, ac mortuos; Sanctificatio quotidiana fidelium; & alia his similia, quibus veluti flosculis quibusdam sic glorificatus est, vt iure optimo flori assimiletur, qui botrus dicatur Cypri.

Simile.

Christus gloriosus quãtũ gaudij conferat ijs, qui ipsum meditatione speculantur.

Quamquam ob alteram quoque rationem eadem Ecclesia botrum potius eum nũcupauit, quã florem, nempe vt hoc pacto duo simul innueret; Quòd Christum ita meditari velit gloriosum, qui simul & flos sit multiplici gloria exornatus, & ad instar botri vuæ, botrus existens floribus, vinum in Sanctos fundat gaudii, exultationis, & felicitatis æternæ, quod in verbis iis, quæ paulo ante citata sunt, significauit Isaias, vbi dicebat. *s Et erit Dominus corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.*

s esa. 28. 5.

Neque vero suo caret mysterio, quòd cum cuilibet botro, seu flori Cypri Christum gloriosum comparare potuisset; illi tamen potissimum eum comparauit, qui prouenit in vineis Engaddi, per hoc.n. indicat, se velle quidem contẽplari, suaque humili in oratione illũ in corde gestare vt gloriosum, sic vt eũ velle contẽplari nedũ, vt vnã cum Patre habentem gloriã; Verum &, vt intrantẽ in gloriam suã per eas, quas in hoc mundo à peccatoribus sustinuit, passiones, iuxta ea, quæ is de semet ipso asseruit apud Lucam: *t Nonne hæc oportuit, Christum pati, & ita intrare in gloriam suam:* quã gloriam ex parte exposuit inferiùs, vbi eadem replicans verba, dixit: *u Quoniam sic scriptum est; & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã, & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Porrò aptissima appellatione mundus iste, vbi Christus tot sustinuit passiones, Engaddi dictus est, quod nomen (vt supra notatũ est) oculus, seu fons hædi, vel tentationis interpretatur; cùm quicquid est peccati, quod per hædũ designatur, ex mundo profluat, tamquam ex fonte; sicut & quicquid pariter est tentationis, miseriæ; atque ærumnarum. Bene autem vinearum nomen appositum est, per quas ij significantur peccatores, à quibus Christus eas, quibus in Engaddi, atque in mundo isto pressus est, sustinuit passiones; vinearum nomine designati, quoniam illorum quidam ex domo Israel erant, *x* quę vinea Domini Sabaoth apud Isaiam dicitur quidam verò ex Gentilitate, de qua per Moysem dictum est: *y De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ:* Sed tam isti, quàm illi vineæ certè Engaddi, idest fontis tentationis, atque peccati tunc extiterunt, cum Dominum occiderunt: ita vt de illis iurè proferri queat, quod per eumdem Moysem de illis subiicitur: *Vua eorum, vua fellis:* quo Dominum potauerũt in Cruce: *& Botrus amarissimus*, propter amarissimos, quibus eumdem interfecerunt, cruciatus. At si botri illorum amarissimi fuerunt, sanè Christus noster per eos ipsos cruciatus, inter eos ipsos, qui tales ei proferebant botros: in istis vineis Engaddi, factus est botrus Cypri, flos, inquam, perpetua gloria florẽs: quando de morte surrexit ad vitam: de sepulchro descendit ad Inferos: de terra ascendit ad cœlos, vbi gloriosissimus sedet ad dexteram Patris, vnde & in terras Sanctum demisit Spiritum. Quorum omnium iugem memoriam se habiturã spondens Ecclesia, cum munus ei, qui suus esset dilectus, pollicetur humilis orationis, ait: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Ac si dicat.

DE ECCLESIA.

t Luc. 24. 26.
u Luc. 24. 46.
x Isa. 5. 7.
y Deu. 32. 32.

PARAPHRASIS.

In humili, quã tibi exhibebo, oratione mea dabo operã, vt cuncta, quæ pro me vel egisti, vel perpessus es, semper in corde habeam: ex iis omnibus, quasi fasciculum quemdam efficiens, ita vt mihi tu futurus sis dilecte mi fasciculus myrrhæ, qui inter vbera mea commoreris: at non tantùm ea mente reuoluam, quæ in te acta sunt, quæ egisti, quæve es passus, dum in hac vita cõficereris laboribus, cruciareris ærumnis, cõfodererisque vulneribus; sed eas quoque glorias, quas consecutus es per ærũnas, cruciatus, ac mortem, quibus in hoc mundo, qui & tentationis, & peccati fons est, à peccatoribus oppressus es, Resurrectionẽ, Ascensionem, & cetera similia: sic curabo, vt inter vbera mea commoreris, non modò vt fasciculus myrrhæ amarus, atque inglorius; Verùm etiam, vt botrus Cypri, vt flos, perpetua gloria florens: gloriamque & aliis præstans: vt botrus factus in vineis Engaddi, sed translatus in Paradisum æternæ felicitatis.

Vers. XIV. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

QVi allatam in libro Numerorum historiam de prægrandi illo botro super vectum è terra pro-

DE ANIMA.

ræ promiſſionis ab exploratoribus deportato, eiuſdemque hiſtoriæ intellectum norit, quo communi ſenſu à Sanctis Patribus botro illo Christus in cruce pendens præfiguratus aſſeritur; nequaquam mirabitur, quòd anima, cui in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eiuſdem myſterij ab ipſomet Christo exhibitum eſt monumentum, quæue in eodem Sacramento prædulci eius botri fruitur ſuauitate, & famem ſatians, & ſitim extinguens; dũ de ipſo loquitur Sacramento, botrum illud appellet. Illud verò potiùs non modicum incutit admirationis, quidnam ſit, quod ipſa, quæ & prudentiſſima eſt, & maximè cauta in ſuis locutionibus, dũ dilectum ſuum, prout in Sacramento eſt, botrum appellat, nequaquam botrum eum dicit vuarum, ſed botrum vel balſami, vel Cypri; ait enim: *botrus Cepher*, id eſt balſami, vel, *botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*. Cæperat Sanctiſſima Sponſa ex occaſione muneris, quod in grati animi ſignum dilecto pollicita fuerat, agere de ſacratiſſimo Altaris Sacramẽto, illud ipſum in munus promittens ei, à quo illud accipiebat: atque adeò in verſu 12. oſtendit modum, quo illud oblatura foret; quidnè tunc temporis à ſe eſſet agendum dicens: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuum*: Deinde in verſu 13. idem exornans munus, declarauit, quid etiam pro tempore illo, quo tam ſanctum offerret donum; quid poſt ipſam oblationem ſibi facto opus ſit, ſeu potiùs quid factura ſit dicens: *Faſciculus myrrha*, &c. Nunc demum eamdem proſequens materiam in hoc verſu 14. oſtendit, quid ex tanto munere, tantoque Sacramento collectura ſit commodi, ſimulque ſubindicat præſtantiſſimos ipſius Sacramenti effectus: & licèt ſub botri vuæ figura egregiè (vt iam oſtenſum eſt) Christus ipſe ſignificaretur; nihilominus, quia meliùs per botrum balſami, ſeu botrum Cypri id exprimebatur, quod ipſa intendebat, effectus videlicet ipſius Sacramenti; de quo loquebatur, idcirco non dixit: *Botrus vuæ dilectus meus mihi*: ſed, *botrus balſami*, ſeu *Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*.

In Euchariſtia Sacramẽto Chriſtus eſt botrus, & quõ.

Vt autem eius ſenſus vis percipiatur, ſciendum: multiplices, variosque à ſacris Doctoribus aſſignari ſolere Sanctiſſimi Sacramenti effectus; qui tamen vniuerſi ad quatuor reduci poſſũt præcipuos, nimirum ad gratiam, ad ſanitatem, ad oblectationem, atque ad immortalitatem, quibus & quintum non immeritò addemus, pulchritudinis. Hos omnes hac breui metaphora, aut ſimilitudine botri balſami ſeu Cypri acutiſſimè ſanè ſubindicauit, quę eos in ſe experta iam ſæpius fuerat Christi ſponſa.

Sanctiſſimi Sacramẽti effectus quinque.

Primò namque, dum Chriſtum ipſum exiſtentem in Sacramento botrum ſibi inquit, fuiſſe, vel balſami, vel Cypri, ex quo vnguentum fit pretioſiſſimum vel Cyprinum, vel balſami; gratiam ipſam ſignificat, quæ per Sacramentum confertur, ex opere (vt inquit) operato, quanè, tamquàm pretioſiſſimo vnguento, quod ex iſtiuſmodi botro exprimitur, delinimur. Imò per hanc botri vocem non ſolùm ſignificatur, hoc Sacramentum conferre gratiam, id quod eſt communis effectus omniũ Sacramentorum, præſertim ſi per collationem gratiæ intelligamus ipſius gratiæ augmentum, prout intelligẽdum ſacra docet Theologia in materia de Euchariſtia; ſed inſuper ſignificatur, ita hoc Sacramentum conferre gratiam, vt in hoc ipſo aliquid habeat proprij, atque peculiaris; quia reliqua Sacramenta non ordinantur per ſe primò, & directè ad nutriendam charitatem propter ſolam perfectionem eiuſdem Charitatis, maioremque vnionem cum Chriſto, ſed ordinantur ad ſpeciales effectus, propter quos conferunt ſpecialia auxilia, & aliquod augmentum gratiæ: at verò hoc Sacramẽtum per ſe primò ordinatur ad perficiendam vnionem cum Chriſto, atque cum eius corpore, iuxta illud Apoſtoli: *a Vnum corpus ſumus, qui de vno pane, & de vno Calice participamus*: quem effectum (vt benè animaduertit August. Tract. 26. in Ioan. ac Cyprianus Serm. de Cęna Domini, & alij) ſignificant ipſęmet ſpecies Sacramentales, quæ conſtãt ex pluribus rebus in vnum coaleſcentibus. Quis autem non intelligat, in botro balſami eſſe pluriũ granorum vnionem, ex qua ipſe vnus ſit botrus, & ex quibus, ſi exprimantur, vnum ſit balſami vnguentum; & botrum pariter Cypri ex plurium floſculorum coniunctione conſtare, vnumque vnguentum Cyprinum ex pluribus illis ſimul vnitis floſculis confici?

Per Sãctiſſimũ Euchariſtia Sacramentũ confertur gratia, idq; ſpeciali modo.

a 1. Cor. 10. 17.

Sed ſi tam exactè primus iſte effectus, qui ex ſãctiſſimo Sacramento prouenit, per hanc botri ſeu balſami, ſeu Cypri metaphoram ſignificatur: exactius certè per eamdem & effectus ſecundus indicatur ſanctitatis. Notum eſt quippe, inter vnguẽta illa, quæ vulnerum curationi adhiberi ſolent, nullum eſſe balſamo præſtantius, quod ex ipſo exprimitur botro: & Cyprinum quoque vnguentũ ſuauiſſimum, quod ex botro ſit Cypri, ægritudinibus mederi, ſanitatemque conferre, teſtis eſt Plinius lib. 23. c. 4. & Dioſcorides lib. 1. cap. 107. Quamuis autem id hac in re difficultatem aliquam faciat, quòd ſi vulnera per hoc Sacramentum curarẽtur, certò per illud peccata tollerentur mortalia, quæ inter animæ vulnera primum tenent locum, quod regulariter haudquaquam in illo fieri, communis eſt Scholaſticorum omnium opinio. Nihilominus veriſſimum eſt, quod & ſpõſa hoc loco ſubindicat, vulnerum ſe conſequi ſanitatem per hoc Sacramẽtum; quodvè & Patres aſſerunt, Sacramẽtum iſtud eſſe peccatorum medicamentum: nam, & peccata venialia remittit, & à mortalibus præſeruat, conferens ex opere operato actuale Dei auxilium, & fauorẽ ad illa vitanda, & ad ſuperãdas tentationes.

Sãctiſſimũ Euchariſtię Sacramẽtũ quo cõferat ſanitatem vulneribus peccatorũ.

Tertium quoque ſanctiſſimi Sacramenti effectũ per hanc metaphoram botri balſami ſeu Cypri egregiè commendat anima. Sanè effectus iſte oblectationis, ac ſuauitatis, qui ex tam p̃dulci prouenit Sacramento, guſtari quidem poteſt, exprimi verò verbis minimè poteſt: quia ſuauitas illa eſt ſpiritualis, mẽtemque recreat magis quàm corpus: Vnde in Antiphona, quam canit Eccleſia, hic ipſe ſuauitatis, & oblectationis effectus his verbis cõmendatur: *Mens impletur gaudio*. Oſtenſum eſt autem ſupra in tertia expoſitione, illorum verborũ Verſiculi tertij: *b Fragrantia vnguentis optimis*: per odoris metaphoram optimè deſignari has delectationes ſpirituales; ſicut & per nares intellectum, ac mentem, quæ illas percipiunt. Quòd ſi ita eſt, quis iam non videat, quàm aptè prudẽtiſſima ſpõſa hanc ſuauitatem, quam ex ſanctiſſimo Sacramẽto ſe percepturam, cõſideret, per fragrantiſſimũ, ſuauiſſimumque vel balſami, vel Cypri odorem ſignificarit, qui ex ipſo prouenit botro balſami, ſeu Cypri?

Sãctiſſimũ Euchariſtię Sacramẽtũ mentem recreat ineffabilibus cõſolationibus.

Denique ſi frequentiorem attendamus balſami vſum, quo Principum corpora condiuntur, ne corrumpantur; animaduertemus, per ipſam botri balſami metaphoram & quartum ab anima apertiſſimè indicari eiuſdem Sacramenti effectum, quem ex illius ſumptione perceptura ſit, immortalitatis ſcilicet, ac incorruptionis, non animæ tantum, ſed &

Euchariſtię Sacramẽtũ cõfert incorruptionẽ, et immortalitatẽ non tã animæ, ſed & corpori, & quõ.

DE ANIMA. & corporis, quod ex natura sua corruptibile est: A hunc enim veluti præstantissimum Sacramenti huius effectum Dominus assignauit apud Ioannem[c] cùm diceret: *c Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die*: Et propterea Concilium Nicænum appellauit hoc Sacramentum Symbolum resurrectionis; & Sanctus Ignatius Epistola 114. Pharmacum illud vocauit immortalitatis. Quem immortalitatis, & resurrectionis effectum per alteram quoque similitudinem botri Cypri significatum, non abnuet, qui iuxta Græcorum Patrum sententiam supponat, vocabulum Cypri κύπρου significare floritionem, ita vt tamtumdem sit Botrus Cypri, ac flos in botri formam effectus arboris Cypri, & flos floritionis, illius nimirum B floritionis, qua iusti per resurrectionem *d in atriis domus Dei florebunt*, vt ait Propheta. Quamquàm per similitudinem botri balsami, nedum significetur iste resurrectionis, & immortalitatis effectus, sed & specialis ratio designetur, qua idem causatur, nempe specialis coniunctio cum Christo. Enimuerò tametsi per Eucharistiæ Sacramentum non conferatur corpori aliquod donum, quod ratione gratiæ, & gloriæ animæ non debeatur; dabitur tamen proprio, & speciali titulo, nimirum propter specialem coniunctionem cum Christo, factam per hoc Sacramentum. Ad quod confirmandum faciunt, quæ à Gregorio Nysseno asseruntur his verbis. Corpus nostrum non potest consequi im- C mortalitatem, nisi huic corpori immortali Christi fuerit coniunctum. Quibus similia asserunt Cyprianus Serm. de Cœna Domini: Tertulianus lib. de resurrectione carnis & clarissimè Cyrillus lib. 10. Ioan. c. 13. & lib. 11. cap. 27. dum ait: Non poterat (supposita scilicet ordinatione diuina) vel non poterat, (idest non congruebat) aliter corruptibilis hæc natura corporis ad immortalitatem, & vitam perpetuam traduci, nisi naturalis vitæ corpus illi coniungeretur. Hoc ergò non obscurè in sua botri balsami similitudine subindicat Sponsa: Innuit enim, non solùm ipsum effectum, sed & modum illius, nempe quod, sicut ex balsami botro vnguentum colligitur balsami, per quod cor- D poribus incorruptio confertur, quando per vnctionem illis coniungitur: ita ex Christo dilecto suo, prout est in Sanctissimo Sacramento, vnguentum gratiæ ipsa collectura sit, per quod & animæ, & corporis perpetuam consecutura sit incorruptionem, ac immortalitatem: sicque significat efficaciam carnis Christi, quæ futura est proxima causa nostræ resurrectionis, ac vitæ immortalis.

c Ioã. 6. 56

Côcil. Nic. Ignatius.

d Ps. 91. 14.

Per specialē coniūctionē cū Christo habemus ex sanctissimo Sacramēto effectum immortalitatis.

Greg. Nys. Orat. Catech. c. 37. Cyprianus Tertull. Cyril. Alexandrinus.

Per ambas autem similitudines tam botri balsami, quàm botri Cypri, quintumquoque eiusdem Sacramenti effectū consecuturam se indicat, effectum, inquam, ornatus, atque decoris: hoc namq; Sacramentum nedum optimum, at & pulcherrimum est; apertissimè id attestante Zacchariа Propheta iis verbis. *Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius* scilicet Dei: *nisi frumentum electorū, & vinum germinans Virgines*? idest, quicquid boni, quicquid pulchri est in Deo, id omne est in Eucharistiæ Sacramento sub speciebus frumenti, panis, ac vini, quod mundo exhibitum est, vt in electis & bonitatem, & pulchritudinem augeat; vtque pulchritudine puritatis diuinæ, nō modò germinet, verùm etiam exornet pulcherrimas Virgines Hanc itaque pulchritudinē, huncque insignis puritatis ornatum Virgo, & sponsa Christi se quoque per ipsum Sacramentum consecuturam affirmat, dum Christū dilectum suum, qui in ipso est, E botrum balsami, seu botrum Cypri sibi futurum asserit; nemo enim est, qui nesciat, quantum pulchritudinis, quantūq; decoris puellæ sibi conciliare soleát ex rebus odoratis, & ex floribus, quibus sese exornat. Quod ergo ait Anima, quæ hos omnes effectus ex ipso Sanctissimo Sacramento sibi prouenturos, intelligit, dicens: *Botrus Copher*, idest balsami; vel, *botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi*; tale quid esse videtur.

Eucharistię Sacramētū confert animæ ornatū ac pulchritudinem insignem

Zacch. 7. 18

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

In signum grati animi pro munere illo, quod mihi pollicitus est dilectus meus Christus, rependā & ipsa ei aliud munus: Deum enim ad mensam Altaris in Sanctissimo Sacramento ille erit in accubitu suo, nardum ei offeram humilitatis meæ, humiliter ac deuotè ipsum accipiens Sacramentū, daboque operam; vt postquàm illud sumpsero, ipse, qui in eo est Sacramēto, mihi sit fasciculus myrrhæ, inter vbera mea commorans, corde illius meditans passionem. Quidni autem istud ei præbeam donum, cum ex ipso Sacramento id omne consecutura sim quod vel mihi, vel cuilibet fideli contingere potest boni, atque præclari? Ipse etenim, qui in eo est dilectus meus Christus tamquam balsami, ac Cypri botrus, vnguento me vnget gratiæ; ipse mihi vulnerum impertiet sanitatem; ipse mētem meam suauissimis perfundet delectationibus: ipse per eam, quam mihi infundet, gratiam, dum sese mecum coniunget, & animæ, & corporis incorruptionem præstabit, ac immortalitatem; ipse denique & puritatis pulchritudinem, & virtutum omnium conferet ornamentum; atque hæc omnia mihi exhibebit, dum Sanctissimum humiliter, ac deuotè accipiam Sacramentum, in quo tamquam balsami, seu Cypri botrum se mihi relinquere dignatus est pro ingenti, qua me dilexit, charitate, in vineis Engaddi, in huius mundi vineis, ex quibus vinum prouenire solet, in quo est omnium malorum libido, atque concupiscentia: in hac terra En-gaddi, quæ fons est hædi, omnisque peccati, & fons tentationis, cùm ex ea vniuersæ tētationes, tamquàm ex proprio profluát fonte in hac lachrymarum valle, ne videlicet ipsis inhæream malis: ne tentationibus deijciar; & ne opprimar angustijs.

Vers. XIV. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

QVod pluribus verbis explicatum reperimus apud Isaiam Prophetam; vbi ait: *a Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus Sapientiæ &c.* id breuius, particulari floris specie filium suum appellans explicat B. Virgo, dum ait: *Botrus Cypri dilectus meus mihi*: significat quippe, ita Christum ipsum efficiendum florem, vt complures in se habiturus sit flosculos gratiarum & donorum Spiritus Sancti: quomodo flos Cypri vnus quidem est flos candidi coloris, sed constans ex pluribus flosculis, quibus in botri formam expanditur. Ad quid autem hoc loco huiuscemodi metaphora suum B. Virgo exprimit filium? Quid vè hæc cum superioribus? Ex occasione muneris, quod in grati animi signum Deo pollicebatur, significauerat Virgo benedicta, martyrium animæ propriæ, illi se oblaturam: Quia verò ibi, cùm id explicaret in præcedenti sententia, indicauit, martyrio se transfigendam ab ipso filio suo, quatenus cogno-

a Isa. 11. 1.

DE B. MARIA

cognoſcebat, illum maximis opprimendũ paſſio- A nib. ita vt adhuc infantulus, quaſi faſciculus amariſſimæ myrrhæ is ſibi futurus eſſet, & quaſi gladius acutus, qui ſuã trãſfigeret animã. Nunc cuidam tacitæ reſpondere videtur obiectioni, quę in hunc modũ ſibi fieri potuiſſet: Quanam videlicet ratione, quamve ob cauſam Chriſtus natura ſua dulciſſimus, ac maximè delectabilis, qui matrem præ vniuerſis diligebat filiis, illi tñ amariſſimus futurus eſſet, quam tanto proſequebatur amore? Ad hæc autẽ reſpondet, verum quidẽ eſſe, quòd Chriſtus ſuauiſſimus ſit, maximè decorus; quodve ſibi potiſſimum ingentem collaturus eſſet gratiæ fragrantiam, ſummumq; decorem, ac demum, quòd & iocundiſſimo illius aſpectu, quotquot in illum oculos coniecerint, ſummopere recreandi eſſent, B atque adeo botrum Cyprifuturũ; Sed tamen quia ille ipſe vt botrus Cypri in vineis Engaddi, quod ſonat fontem hędi, atque tentationis, in mundo videlicet, qui peccatorũ omnium, omniumq; tentationum fons eſt, in ſimilitudinem peccati naſciturus eſſet ad tẽtationes, ærumnas, perſecutiones, vulneraque, & mortem ſubeundam; inde fieri, vt per ipſum, tanquam per acutiſſimum gladium ſua transfigenda ſit anima. In hunc igitur ſenſum, dũ B. Virgo ait: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*: hæc ſibi velle videtur.

Christus B. Marię summum gaudium summumq; dolorẽ simul exhibebat sua ssentia

Cùm dilectiſſimum mihi filium è meo collo pẽdentem, ac inter vbera mea commorãtem aſpexero, maxima perfundetur amaritudine aĩa mea: nã C etſi is ſpecioſus forma pręfiliis hominũ, inſtar pulcherrimi, candidiſſimi, ac ſuaueolentis floris Cypri ex ſui natura recreare, multipliciq; gratiarum odore perfundere aptus erit. Mihi tamen ita flos, botruſq; erit Cypri, vt illud perpetuo meo fixum futurum ſit cordi, quòd etiam, vt botrus Cypri in vineis proueniet Engaddi, ad hoc naſciturus in mũdo deſignato per vineas Engaddi, vt peccatorũ omniũ ſubeat pęnas, vtq; tentetur per omnia, amariſſimas perferens tentationes, & paſſiones.

Passionis Christi fructus recreabant B. Virginẽ, ne deficeret pro illo, quo ob illã transfigebatur dolore.

Quod ſi alteram ſequamur lectionem, quæ habet *botrus Copher*, ideſt balſami *dilectus meus mihi in vineis En-gaddi*. Egregiè B. Virgo per hanc ſententiam & rationem aſſignat, quare Chriſtus, qui D alioquin ſuauiſſimum ſpirat odorem, ſibi amariſſimus ſit faſciculus myrrhæ; & ſimul indicat, quantus ex illius paſſione mundo prouenturus ſit fructus; perſiſtens enim adhuc in aromaticarũ rerum metaphora, ſpeciem tamen varians aromatis, hæc addit ad ea, quæ iam dixerat; *botrus balſami dilectus meus mihi*, &c. Ac ſi diceret.

PARAPHRASIS.

Idcirco mihi dilectus meus erit faſciculus amariſſimæ myrrhæ, &c. quoniam ſemper, cũ illum intuebor inter vbera mea commorantẽ, recordabor, ipſum mihi, ideſt ex me natũ in vineis En-gaddi, in hoc mundo totius peccati, totiuſq; tẽtationis, miſeriæ, atq; laboris fonte, vt eſſet inſtar botri balſami in vineis terræ Engaddi, vt inſtar illius botri E tẽtationibus conuicijs, perſecutionibus, atq; vulneribus præmeretur; ſicq; ex ipſo ſuauiſſimum vnguentũ balſami, & gratiæ copioſius flueret, quod odore eximio ex mũdo, & hœdorũ, ideſt peccatorũ fonte expelleret fętorem, & contra tentationes quaſlibet hoĩes redderet fortiores. Præclarè antẽ hac vnica botri balſami Metaphora cõfirmat Virgo glorioſa, quod in ſuperiori dixerat ſuã, ob iugẽ memoriã paſſionis filii ſui cor ſuũ veluti quodã gladio transfigendũ; ſimulq; indicat, qũo propter eos, quos ex illius paſſione itelligebat, cõſecuturos fructus, ita ſuus recreãdus eſſet aĩus, vt pręmartyrii illius amaritudine nequaquã deficeret.

Michaelis Ghislerij.

APPENDIX.

Verſ. XIV. Botrus Cypri dilectus meus mihi in Vineis En-gaddi.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphraſis Chaldaica: tunc enim deſcendit Moſes, & duas tabulas lapideas portabat in manibus ſuis, & propter peccata Iſrael aggrauatæ ſunt manus eius, & ceciderunt tabulæ, & cõfractę ſunt. Et tunc abiit Moſes, & comminuit vitulũ, & diſperſit puluerem eius in fluuium, & potũ dedit filiis Iſrael, & occidit omnes, qui erant rei mortis: & aſcendit ſecundò ad firmamentum, & orauit coram Domino, & placauit pro filiis Iſrael. Tunc præceptum eſt ei, vt faceret tabernaculum, & Arcam. In illo tempore feſtinauit Moſes, & fecit tabernaculum, & omnia vaſa eius, & arcam, & poſuit in arca duas tabulas alias: & conſtituit filios Aaron Sacerdotes, vt offerrent oblationes ſuper altare, & vt libarent vinum ſuper oblationes; & vnde erat illis vinum ad libandum? nonne ipſi morabantur in deſerto loco, qui non eſt aptus ad ſeminãdum, neque etiam erant illi ficus, neque vites, neque malogranata? Sed ibãt ad vineas Engaddi, & accipiebant inde botros vuarum, & exprimebãt ex eis vinum, & libabant ex illo ſuper altare quartam partem hin ſuper ſingulos arietes.

Quoad ſonum literæ, per botrum Cypri, vno excepto Origene, qui homil. 2. ex 4. botrum Cypri arboris, ſeu virgulti cuiuſdam proferentis florem inſtar Botri, ſeu botrum floridũ intelligi poſſe, ſignificat, conueniunt Patres omnes, vt intelligendus ſit botrus vitis, & vuæ, prout intellexit etiam Paraphraſis Chaldaica. Diſcrepant tamen in intellectu vocis *Cypri*, & eius, quod ſubiicitur: *In vineis Engaddi*. — Orig. — *Botrus flos Cypri cuiusdã virgulti.* — Sẽsus cõis *Botrus Cypri botrus vuę.*

Patres enim Græci, Origenes vtraque expoſitione, Gregorius Nyſſenus, Theodoritus, Tres Patres, Pſellus, & Philo Carpathius Cypri vocem cẽſent hoc loco ſignificare floritionem, vt ſermo ſit de botro vuæ haud quidem maturæ, ſed florentis, quoniã *κύπρος* Græcè deriuatur à verbo *κυπρίζω* floreo, putanteque *κύπρος* hoc loco pro eodem poſitum à Septuagint. ac ijdem in cap. ſeptimo, poſuerunt ſimilem vocem *κυπρισμὸς* floritio; vbi enim Vulgata habet: a *Si flores fructus parturiunt*: Septuaginta legunt *εἰ ἤνθησεν ὁ κυπρισμός*. ſi floruit floritio. — Origen. Greg. Nyſ. Theodori. Tres Pat. Pſellus. Philo Car. — a Cãt 7.12

Alii exiſtimant, inſulam Cypri eo nomine deſignatam, in qua botri vuarum felicius proueniũt. Ita communis ferè latinorum ſenſus Caſſiodori, Gregorii Papæ, Anſelmi, Bedæ, Ruperti, atq; Bernardi. Pro Cypariſſo arbore ſumpſiſſe eamdẽ vocem, vt Iuſtus Orgelitanus, aſſerens, Chriſtum ſignari crucifixũ, botrum in ligno odorato, & incorruptibili, quale nouimus eſſe lignum Cypariſſi. — Gre. Papa. Caſſiodo. Beda. Anſelmus. Rup. Abb. Bernard. Iuſt. Orig. Origenes.

Id, quod adiicitur: *In vineis En-gaddi*, quidam interpretationem dumtaxat nominis Engaddi attendentes, referunt ad myſterium, ſecundum illam interpretationem. Ita Origenes vtraque expoſitione, Tres Patres, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Iuſtus Orgelitanus, Anſelmus, atque Rupertus. — Tres Patr. Greg. Papa Philo Car. Iuſt. Org. Anſelm. Rup. Abb.

Alii, vt Gregorius Nyſſenus homil. 3. Theodoritus, atque Pſellus vineas illas deſignatas accipiũt, quæ ſunt in terra pingui.

Ac demum alii idipſum intelligunt de vineis haud quidem vitium proferentium vinum, ſed ar-

O borum

APPENDIX.

Gre. Nyss. Theodor. Psellus. Origenes. Ambros. Hierony. Cassiodo. Beda. Aponius. Bernard. Theod. Origenes.

borum proferentium balsamum, quales antiquitus erant in oppido En-gaddi, quod est in terra Iericunthina, vt duplex sit similitudo, ad botrũ vuarum Cypri, & ad botrum balsami, seu ad arbores ipsas balsami, prouenientes in vineis Engaddi. Quod indicat Origenes hom. 2. ex quatuor: Asserunt autem apertè Ambrosius serm. 3. in Psal. 118. Vers. 1. Hieronymus Epistola 27. ad Eustochium, & super cap. 27. Ezechielis, Cassiodorus, Beda, Aponius, & Bernardus serm. 44.

Quoad sensum, & seriem dramatis. Theodoritus ait, Sponsam hæsitãtem, quo nomine sponsum appellet huc illuc se vertere, atque illi vndiq; collectas appellationes imponere, cùm nomen illo dignum non reperiat; ideoque post prædicta nunc rursus eum botrum Cypri nominare. Quæ meliùs sic explicat Origenes homil. 2. ex quatuor dicens: Spõsa ad adolescẽtulas in hũc modũ loquitur. Primò quidem nardus mea odorem mihi sponsi mei reddit. Secundò verò alligamentum guttæ effectus est fraternus meus mihi, demorans inter media vbera mea. Tertiò botrus Cypri in vineis Engaddi, superans omne quicquid est in odoribus, & floribus suauitatis: quò scilicet audientes hæc adolescentulæ, magis ac magis ad charitatem spõsi concitentur. Idcirco autem singulatim, & per ordinem prædicta nominat, vt per eos gradus, profectus quosdam doceat charitatis.

Psellus.

Simpliciùs Psellus apud Theodoritum ex Gregorio Nysseno sponsam sic loqui putat: Mihi floret sponsus, vt odoriferi botri iucundè florent in En-gaddi, quæ est regio vitibus abundans, atque vuæ suauitate ceteris omnibus antecellens.

Christus typis nobis quo proficiat.

Quoad sensus spirituales. Patres Græci, qui per *botrum Cypri* intelligunt vuarum botrum florentem, conueniunt ferè omnes in hoc, vt hac similitudine Ecclesia, vel pia anima diuersos subindicare velit progressus, quibus animæ quæque proficere solent in vita spirituali, aut Christus in eis proficere dicitur. Quod sic explicat Origenes homil. 2. ex quatuor. Diuinum Verbum, in quibus vitis vera efficitur, haud repente maturos botros producit, & dulces; nec repente ex eis efficitur vinum suaue, & lætificans cor hominis; sed primò produ cit suauitatẽ tantummodo odoris in florẽ. Botrus verò, inquit, hic florens, esse memoratur, in vineis En-gaddi, quod interpretatur oculus tentationis, vt gratia fragrantiæ ipsius immittatur in initijs animæ, vt post hæc pati possit acerbitatem tribulationum, & tentationum, quæ propter Verbum Dei credentibus excitantur, & ita demum maturitatis eius dulcedinem præbet.

Origenes. *Christus incipientib. licet nõ ex hibeat vinũ: præbet tamen sua uitatẽ quã dã odoris.*

Theod.

In tentationib. præsentis seculi, sentit suauitatẽ Christi, quãto magis in vita felici.

Eadem acceptione tam *botri Cypri*, quã eius, qđ additur, *in vineis En-gaddi*: aliquantulum tamen diuersimodè hæc explicans Theodoritus, piã animam ad Christum sic loqui, ait; In tentationibus etiam constituta, & à multis oppugnata tuam sentio suauitatẽ, & vineis hoc tempore florescẽtibus (allegoricè accipiantur) sed in medio tentationũ existentibus (tentatio enim, hominis est vita super terram) suauem botri tui florentis odorem antepono. Qui, si dum flores, tam es iucundus; qualisnam eris, cum ad maturitatem accedes?

Greg. Nys. *Christus nõ est idẽ in oĩbus sed iuxta profectũ animarũ crescit in singulis.*

At quod dicitur de profectu animarum, seu de profectu Christi in ipsis animabus piis; præ ceteris explicat Greg. Nyssenus hom. 3. dicens: Qui natus est puer Iesus, qui in iis, qui ipsum susceperũt, diuersè proficit sapientia, & ætate, & gratia, non est idẽ in omnib. sed pro modo eius, in quo est: quatenus is, qui ipsum capit, est idoneus, talis apparet, aut infans, aut proficiens, aut perfectus, conue

A nienter botri naturæ, qui non semper cernitur in vite in eadem forma, sed formã mutat cum tẽpore florens, perfectus, maturus; vinum factus: Profitetur ergo vinea fructui suo, quòd nondum sit matura, & tempestiua ad vinum, sed expectat plenitudinem temporum; non tamen tanquam omninò expers fruendarum delitiarum; per florem namque certam significat spem de futura gratia, certa autem spes de gratia est fruitio iis, qui per patientiam expectant. Per locum En-gaddi intelligens Gregorius significatum locum pinguem, in quo radices agens vitis, optimum, & suauem edit fructum, ait: Quoniam qui legi Domini voluntatem habet congruentem, die & nocte in ea meditãs,

B efficitur *a* arbor semper germinans, aquarũ fluxibus pinguis euadens, suoque tempore fructũ præbens: ea de causa sponsi vinea in En-gaddi agro pingui, actis radicibus, hoc est in profunda cogitatione, quæ per diuina documenta irrigatur, & augetur, florentem hunc botrum produxit, suum intuens agricolam, & plantatorem.

a Psa. 1. 3.

Philo Car. *Botrus Cypri humanitas Christi, eiusve Ecclesia.*

Incipientes vitã spirituale, & Cathecumeni sunt botrus Cypri.

Philo quoque Carpathius de eodem animarũ profectu hæc sumens, botrumque Cypri humanitatem Christi, ac fidelium Ecclesiam designari existimans, quatenus Christus typum fidelium gerere voluit; per fontem hędi intelligens Baptismum, quo abluuntur peccatores; Botrus, inquit, dũ maturat, voluptatem affert intuentibus, sic qui cęperunt in Christum credere, nondum tamen matu-

C ros fructus capientes, botro florenti comparãtur: cùm verò iam maturum botrum degustant, veram Christi fidem, charitatemque induti, perfecti esse incipiunt, & sponsæ nomine adpellantur, hi ex Gentibus, & Iudæis sunt fideles omnes: nam & sponsus Sacro fonte lotorum typum gessit: propterea laudatur à sponsa, cùm dicit: *Botrus Cypri patruelis meus mihi in vineis En-gaddi.*

Tres Patr. *Veritas colligitur ab anima ex pluribus variisve rerũ naturis, vt botrus florens.*

Catena trium Patrum per hæc significari, asserit, veritatem tanquàm botrum florentem ex pluribus, variisve naturis colligi ab anima oculo rationis; Sic n. Qualis est, inquit, vua adhuc florens, quæ vinum, cordi lætitiam afferens, pollicetur: talis est mihi propter imperfectionem meam dilectus meus in vineis En-gaddi, hoc est in variis re-

D rum naturis, quæ perspicuæ sunt oculo tẽtationis (id enim est Gaddi) oculo nimirum rationis, naturas rerum, ac veritatem in omnibus explorantis. Hæc enim eas indagans, tanquam florentem vuã in ipsis colligit veritatem, quę veluti vinum quoddam à figuris mentem dimouebit, cùm diuersas, quæ in mundo sunt, rationes in se ipsa coactas amplectetur.

Origenes. *Christus ipse botrus Cypri, quem sua charitatis igne accendit.*

Qui per botrum Cypri florem Cypri arboris accipi posse, censet, Origenes homil. secunda ex quatuor, duobus modis hoc exponit. Si inquit, Cyperus accipiẽdus est sui generis arbor, cuius fructus etiam flos non tantum odoris suauitatem, quantũ & vim calefaciendi, ac fouendi dicitur possidere,

E illa sine dubio accipitur sponsi virtus, qua incalescunt animæ erga fidem eius, & charitatem, quæ contingebat eos, qui dicebant: *b Nonne cor nostrum ardens erat intra nos, cum adaperiret nobis Scripturas?*

b Luc. 24. 32.

Qui in tentationibus Deũ minime offendit ei Christus est botrus Cypri.

Vel certè quoniam de vineis En-gaddi botrus hic florens nominatur esse. Si quis est, qui intellectũ habere põt, quomodo tentatio est vita hominis super terrã, & intelligit, quõ quis in Deo erigitur, à tentatione, & qui agnoscit qualitatẽ tẽtationis suę, ita vt possit de ipso dici, quia in his oĩbus non peccauit labijs suis corã Deo; huic botrus Cypri de vineis Engaddi, quod interpretatur oculi

tenta-

APPENDIX.

Perfectis ſoli poſſunt percipere gratiā diuini odoris.

tentationis, efficitur Verbum Dei. Notat tandem obſeruandum, quòd verba Sponſæ ita referuntur, vt & nardus, & alligamentum guttæ, & botrus Cypri ipſi ſoli ſint, vtpote, quæ in hos iam profectus aſcenderit: Sola enim perfecta anima eſt, quę ita habet purum, & purgatum odoramentum ſui ſenſus, vt poſſit Nardi, & guttæ, & Cyperi ex Verbo Dei procedentis fragrantiam capere, & gratiā diuini odoris haurire.

Christus crucifixus botrus Cypri.

Inter latinos Patres Ambroſius ſerm. 3. in pſal. 118. verſ. 1. & Aponius Chriſtum vt crucifixum dictum putant botrum Cypri; vt ſit alluſio ad botrum illum vuarum portatum è terra promiſſionis ab exploratoribus ſuper vectem, id quod & Iuſtus Orgelitanus indicat.

Aponius. Amb. Iuſt. Org.

Alii communiter ferè propter gaudium reſurrectionis eundem dictum putant botrum Cypri. Ita Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, Rupertus, atque Bernardus. Explicat autem pręclarè Bernardus ſermo. 44. quomodo eidem animæ Chriſtus ſit botrus Cypri gaudio reſurrectionis, qui fuit faſciculus myrrhæ amariſſimæ in morte dicens: Dominus Ieſus myrrha tibi in morte, botrus in reſurrectione, ſeipſum tibi ſaluberrimum temperauit in potum, in lachrymis in menſura. Itaque, ſi tu peccaſti, luxiſti, bibiſti amaritudinem: ſi autem iam reſpiraſti in ſpē vitæ, vita ſanctiori mutata eſt tibi myrrhæ amaritudo in vinum, quod lætificat cor hominis, & fortaſſe hoc illud ſignificauit, quod Saluatori oblatū eſt in Cruce vinum myrrhatum & ideo noluit bibere, quoniam iſtud ſitiebat. Tu ergo poſt myrrhæ amaritudines vinum iucundū experiens haud temere, & ipſe dicere poteris: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.*

Christus botrus Cypri ppter gaudium reſurrectionis.

Caſſiodo. Beda. Anſelm Rup. Abb. Bernard.

Christus post pœnitētia lachrymas exhibet aīa gaudiū ſpi vitæ, & reſurrectionis.

Ita Bernardus ad effectum id refert Reſurrectionis, ſicut & Rupertus Abbas, dicens, idcirco Chriſtum botrum Cypri; quia venit vocare peccatores, vt reſurgant in reſurrectione prima per lauacrum regenerationis.

Marc. 15. 23. Rup. Abb.

Christus botrus Cypri meditātiōe reſurrectionis ſuam.

Alij tamen ſimplicius ita propter reſurrectionem botrum Cypri, ſicut propter paſſionem faſciculum myrrhę dici, exiſtimāt, Chriſtum Ecclesię, aut piæ animæ, quatenus vtrumque horum myſteriorum iugiter memoria verſare velint. Ita Caſſiodorus, & Beda.

Christus botrus Cypri dū excitat mœrorē pœnitentia.

Aponius ponderans interpretationem vocis Cypri, quæ interpretatur triſtitia, & mœror, ait, Chriſtum Eccleſiæ eſſe botrum Cypri, dum peccatoribus mœrorem pœnitentiæ in mentibus ſeminat, vt eos ad illam ſublimet beatitudinem, de qua dictum eſt; *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.*

Propter baptiſmi fōtē Christus in Eccleſiis, et aīabus eſt botrus Cypri gaudio reſurrectionis.

Circa id, quod adiectum eſt: *In vineis Engaddi*, Qui inter Patres Latinos iuxta ſignificatum vocis Engaddi, quatenus interpretatur fons hædi, illud expoſuere; communiori ſenſu per fontem hædi fontem intelligunt Baptiſmi, quo abluuntur peccatores, deſignati per hœdos. Ita Gregorius Papa, Caſſiodorus, Beda, Aponius, Anſelmus, Rupertus, Bernardus, ac etiam Philo Carpathius ex Græcis: per vineas autem Engaddi, intelligunt vel Eccleſias, in quibus eſt fons baptiſmi, vel animas, quæ per eumdem fontem abluuntur, ſeu ablutæ ſunt: Bene inquit Beda, cùm lætitiam Dominicæ reſurrectionis ſignificaret, dicendo: *Botrus Cypri, dilectus meus mihi:* addidit cōtinuò: *In vineis Engaddi*, id eſt fontis hœdi, quod eſt apertè dicere: In donis ſpiritualibus, quæ ex tempore baptiſmi fidelibus conferuntur.

Greg. PP. Caſſiodo. Beda. Philo Car. Aponius. Anſelm. Rupertus. Abb. Bernard.

Alij eiuſdē inhærentes ſignificationi vocis *Engaddi*, quatenus interpretatur oculus tentationis;

Michaelis Ghiſlerij.

A In vineis Engaddi Chriſtum botrum Cypri dictū cenſent vel quia Chriſtus Crucifixus, tentationib. impetitus eſt Scribarū, & Phariſæorum, vt ait Iuſtus Orgelitan. vel quia Eccleſia, per vineas ſignata, in tentatione oculorū eſt poſita in hoc mundo, in quo omnia ſunt nobis propoſita ad tentandos oculos, vt ait Anſelmus: vel quia in eadem Eccleſia ſit oculus tentationis, qui lachrymas fundat, & tētationes, quæ nunquam deſunt vitæ hominum, proſpiciat, vt ait Bernardus.

APPENDIX.

Engaddi oculus tētationis, & curChriſtꝰ botrus Cypri i vineis oculi tentationis. Iuſt. Orig. Anſelm. Bernard.

Qui verò per hæc; *in vineis En-gaddi*: putant, ſimilitudinem alteram adhibitam, diuerſa ratione hæc explicant.

Ambroſ.

B Primò enim Ambroſius ſerm. 3. in pſal. 118. ver. 1. referens hæc pariter ad Chriſtum Crucifixum, vt & præcedentem ſimilitudinem. Si locum quęrimus, ait, regionis cuiuſdam, quæ in Iudæa eſt, locus hic dr, in quo opobalſamum gignitur: Si interpretationē, tentatio latinè ſignificatur. In illis ergo vineis lignū eſt, quod ſi quis cōpungat, vnguentum emittit: Sic fructus eſt ligni: ſi non incidatur lignū, non ita fragrat, & redolet: cùm aūt compunctū fuerit artificis manu, tunc lachryma diſtillat: Sicut & Chriſtus in illo tentationis ligno crucifixus illacrimabat populū, vt peccata noſtra dilueret; & de viſcerib. miſericordiæ ſuæ mittebat vnguentum dicēs: a *Pater dimitte illis, quia neſciūt, quid faciunt*: Tunc ergo in ligno cōpunctus eſt lancea, & exiuit de eo ſanguis, & aqua omni vnguēto C ſuauior, accepta Deo hoſtia, per totū mundū odorē ſanctificationis effundens; & quaſi balſamū ex arbore: Inde opobalſamum expreſſus dr, eo quòd cōpunctione ligni balſamū per cauernam pūctionis erumpit. Compunctus igitur Ieſus, odorem remiſſionis peccatorum, & redemptionis effudit.

Ex Christo lancea cōpunctō gratia profluxit remiſſionis, ac redēptionis, ſicut ex cauernis ligni balſami eō pūcti fluit ſuauiſſimū balſamivnguentum. a Luc. 23. 34. Beda.

Secundò Beda per balſamum, quod in vineis Engaddi prouenit chariſmata diuina figurata ſumens, dicit. Et ſponſus in vineis eſt Engaddi, quia & ipſe Dns in carne apparens plenus eſt Spiritu Sancto, & eius dona ſpiritus credentib. ipſe largitur. Notatq; mirandū ordinem, quo priùs ſponſa dicit, accūbente Rege nardū ſuam odorem dediſſe, deinde ipſum faſciculo myrrhę cōparat; tertiò D eundē botrum Cypri cognominat, ad vltimū in vineis En-gaddi eū eſſe commemorat. Quia & priùs diſcumbentē in Cęna Dominum mulier deuota nardo perfudit: Deinde diſcipuli crucifixum, ad ſepeliendum, myrrha vnctum, linteis inuoluerūt: & poſt hæc ipſe, gaudio reſurrectionis mox adueniente, ſpiritalia fidelibus dona diſtribuit.

Christus botrus balſami i vineis Engaddi ob ſpiritalia cariſmata.

Tertiò Bernardus ſerm. 44. applicat hæc ad medicū ſpiritualem, qui inſtar Samaritani illius Euāgelici, ad vulnerum curationem adhibere debeat vinum feruidi zeli cum oleo manſuetudinis. Declaratvè præclarè, quomodo balſamum compaſſionis proueniat ex intimis noſtris, ex vineis Engaddi, quod interpretatur fons hędi: & vinū zeli E ex botro Cypri exprimatur, nempe ex Chriſto, iniuriisvè ei illatis; poſt multa concludit: Habens itaque ex fraterno oleum manſuetudinis, & ex diuino amore vinum æmulationis, ſecurus accede ad ſananda vulnera illius, qui incidit in latrones, piiſſimi Samaritani optimus imitator; ſecurè quoque dicito & tu cum ſponſa: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.* Hoc eſt zelus iuſtitiæ, amor dilecti mei mihi in affectibus pietatis.

Bernard. Luc. 10. 33 *Prælatus i correctionibus vti dēt zelo, et māſuetudine.* Aponius.

Denique Aponius ex eo, quod narratur, balſami vites tranſplantatas è proprio Iudææ ſolo areſcere, deducit, fidei confeſſionem, per illas deſignatam, ex Eccleſia tranſplantatam ad hæreticos, areſcere.

LITTERA.

Vers. X V. Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

I. SENSUS.

SPonsus auditis laudibus, quibus à sponsa fuerat commendatus, perceptisve munerum promissionibus; quibus ea ardentem erga ipsum contestata fuerat charitatem; haud amplius se continere valuit; sed qui fixis obtutibus, quando ea loqueretur, in illam loquentem coniectos habuerat oculos, eximiam admirans eius pulchritudinem, exclamat: *ecce tu pulchra es amica mea; ecce tu pulchra es;* In quibus verbis tria sunt, quæ istiusmodi pulchritudinis encomium maximè augent. Primum est dictio, *ecce;* quæ quidem etsi primò aspectu demonstrantis esse videatur; haud tamen hoc loco demonstrantis est, sed augentis potiùs, ac admirantis, prout est in Psal. 132. *a ecce quam bonũ, & quam iucundum habitare fratres in vnum,* idest; O quàm bonum, atque iucundum &cæt. Hinc est, quod noster interpres in principio capitis quarti, vbi hæc ipsamet verba, & in Hebræo, & apud Septuaginta habentur pro, *b ecce tu pulchra es amica mea;* vertit. *Quàm pulchra es amica mea, quam pulchra es.* Augetur secundò eadem laus nomine illo, quod ad pronomen, *Tu*, adiicitur, *amica mea,* seu *proxima mea,* vt habent Hebræa, & Septua. per hoc namque significat sponsus, se iampridem illius pulchritudine captum; atque adeò pro amica, proximaque sibi eam assumpsisse; at tunc temporis multò eam sibi apparere speciosiorem, multũque incrementi in illius pulchritudine factum admirari, quippe quæ & re ipsa pulcherrima sit, & ornatu extrinseco, id enim innuere videtur per hoc, quod bis dicit. *ecce tu pulchra es, ecce tu pulchra es.* Quamquàm hęc ipsa replicatio ad eiusdem encomii amplificationem non modicum faciat, ingentem enim sponsi admirationem indicat, qui, cùm verba inuenire minimè potuerit, quibus id, quod intendebat, exprimeret, per geminatam eorundẽ verborum exclamationem, pro viribus saltem se id significare enititur. Cùm itaque triplici hac amplificatione hoc pulchritudinis Sponsæ encomiũ exornauerit sponsus, haud dubium, quin præstantissima per ipsum in sponsam conferatur pulchritudinis laus, tale quid enim per hæc sibi velle videtur.

Ecce, est dictio admirationem significans.

a Psal. 132. 1

b Cant. 4. 1

PARAPHRASIS.

O quã pulchra es amica mea, adamaui te, meã te eligens in amicam, cumque te proximam mihi assumpsi, pulchrã certè te vidi, pulchramque quã maximè; At modo cum te intueor, tantam in ipsa tua pulchritudine animaduerto accessionẽ, vt admirari quidem illam possim, verbis tamẽ exprimere minimè valeam, pulcherrima enim es ornatu, pulcherrima multò magis re ipsa.

II. SENSUS.

Secundùm quem primum istorum verborũ sensum, vocabulum *amica,* seu *proxima* accipitur positum, vt quid diminuens. Verumtamen ex versione Septuag. quæ cum articulo habet ἡ πλησίον μου in recto; Cũ articulus apud Græcos (vt alias quoque notatum est) emphasim quamdam habeat, designans eximium, quid, patet, eamdem vocem cum emphasi appositam, vt quid eximij addentẽ ad pulchritudinem: quam emphasim in eo sitam esse, crediderim, quòd significatur, in tantùm eã, quæ laudatur à sponso pulchritudinis, commendabilem esse, & in tantũ esse pulchram, in quantũ Spõsi ipsius proxima est; adeo vt laus ipsa pulchritudinis eius vniuersa nitatur in singulari amicitia, quã habet cum sponso, & in eo, quòd peculiari ratione proxima est eiusdẽ sponsi: prout interpretantur Patres Græci Origenes, Greg. Nyssenus, & alij. Sic secundum hanc acceptionem, & in nostra lectione vulgata sumentes vocem, *amica mea,* nõ in vocatiuo, sed in recto, alterum istũ afferre possumus sensum iis, quæ hic dicuntur admodum congruentem.

DE ECCLESIA.

Pat. Græc.

PARAPHRASIS.

O quàm pulchra mihi es, quæ es amica mea: Et quia amica es mihi vnica, ò quã tu ipsa pulchra mihi videris. Cuius sensus veritas ex ijs confirmari potest verbis, quibus in cap. 7. ipsamet, quæ nũc cõmendatur, ait: *c Ego dilecto meo,* scilicet amica sũ, & proxima, & *ad me conuersio eius.* idest, & iõ in iugiter conuersos habet oculos, cõuertiturque totus ad contemplandam speciem meam, quam vnicè diligit.

c Cãt. 7. 10

In Hebræo sic habetur: *Ecce tu pulchra proxima mea. Ecce tu pulchra:* sine verbo.

Vers. X V. Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Antiqua Patrũ Ecclesia, quã fuerit pulchritudo.

I

a Nu. 24. 5.

DIuinum referens oraculum Balaam ille scelestus, insignem commendare volẽs antiquę Ecclesiæ pulchritudinem, magna quidem cum admiratione in ea prorupit verba: *Quã pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel.* At certè licèt tanta esset eius Ecclesiæ pulchritudo, vt istiusmodi incuteret admirationem; haud tamen adeò illa extitit insignis, vt verbis exprimi, aut pluribus saltem similitudinibus delineari minimè posset. Propterea post admirationem illam is ipse, qui sic exclamarat, quasi verba ei non supperterent ad tam eximiam pulchritudinem extollendam, quatuor similitudinibus ipsam celebrat, subiiciens: *Vt valles nemorosa: vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus: quasi cedri prope aquas.* Verùm quando Ecclesiæ eiusdem, postquã Christo in Cruce pendenti desponsata est, ab ipsomet eius sponso cõmendatur pulchritudo, cũ admiratione quidem ea extollitur; sed tamen nulla adhibetur similitudo; imo verò tanta extollitur cũ admiratione, vt non semel admirasse sat fuerit; sed & iterato exclametur: *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es.* Vnde autem dicet quis, tanta diuersitas? An, quia Balaam, etsi diuinum enunciãs oraculum in illam proruperit admirationẽ: haud tamen vniuersam perfectè eius comprehendit pulchritudinem, atque adeò similitudinibus, iuxta imperfectam, quam de illa habebat, cognitionem, imperfectè etiam ipsam expressit? An potiùs, quia pulchritudo antiquæ illius Ecclesiæ in externis actibus potissimum percipiebatur, ita vt, & in illis potissimũ sita videretur, idcirco externarum rerum similitudinibus eam exprimere valuit Balaam, quod tñ nequaquam fieri potuit, cũ pulchritudo eiusdem extolleretur Ecclesiæ, quæ post mortẽ Christi dealbata est in sanguine agni? Ita sanè: nam & maximã factam accessionẽ ad pristinam pulchritudinẽ in ipsa Ecclesia, quæ priùs fuerat electa in amicã, & proximã: cum postmodum ẽt in dilectissimã sponsam à Christo assumpta est, indicat ipsemet Spõsus eius Christus per ea, quæ hic asserit: dũ. n. ait: *Ecce tu pulchra es amica mea.* Et postea subiicit: *Ecce tu pulchra es:* hęc sibi velle vĩ.

O quàm

DE ECCLESIA.

PARAPHRASIS.

O quàm præclara eſt pulchritudo tua; Tanta certè eſt, vt nulla ſupperant verba, quibus exprimatur: nulla in iis, quæ ſenſibus patent, reperiatur ſimilitudo, qua deſcribi vllatenus queat: Eras quidem iam tunc quoque pulcherrima, quando te in meam elegi amicam; cumque mihi amica, & proxima eſſes in lege; pulchram namque tunc temporis & agnoui, & feci: at poſt legem gratiæ, per quam mihi in ſempiternum deſponſata es in fide, & in iuſtitia interna, atque perfecta, tãtum in te pulchritudinis augmentum intueor factum, vt nedum admirans pulchram te proclamem, dicens: *Ecce tu pulchra es amica mea*. ſed meliori modo, quo id fieri poteſt, quaſi maiori admiratione vehemẽtius exclamare iterum cogar: *Ecce tu pulchra es*: ſeu, O quàm pulchra es, non dico iã amica mea: quia non modò amica es, ſed & dilectiſſima Sponſa.

Vt autem benè iſtius ſenſus vis percipiatur, primò videndum, qua ratione pulchra fuerit Eccleſia antiqua per legis diuinæ obſeruationẽ, & quomodo in Dei amicam fuerit electa: An videlicet propter pulchritudinẽ ſuam: An potiùs inde eam habuerit pulchritudinẽ, quia in Dei amicam electa fuerit. Secundò declarandum, quomodò ea ipſa Eccleſia, poſtquam Chriſto deſponſata eſt, præter priſtinam illam pulchritudinem, multò maiori decore illuſtris reddita ſit per gratiam.

Pulchritudo Eccleſiæ in populo Iudaico ſub lege viuẽtis qualis eſſet.

Et quidem quoad primum. Conſtat vniuerſis, qui ſacras vel attigerint literas, talem antiquę Eccleſiæ fuiſſe pulchritudinem, vt tota in externis actibus, atq; in munditie ſita eſſet externa: fuerũt ſanè complures in ea, qui illuſtres extiterunt Sãctitatis decore, Chriſtum venturũ fidei oculis intuẽtes: at pulchritudo ipſa, quam ex lege habebant, in externis, (vt dictũ eſt) enitebat purificationibus: Hinc tot in ea ſacrificiorum, oblationumque inſtitutiones: hinc tot baptiſmatum genera: hinc tot per legem ei præceptæ ſunt cæremoniæ, quibus ipſa illuſtris appareret externa eius pulchritudo, quę licet haud eſſet omnibus numeris abſoluta; talis tamen erat, qualem decebat Eccleſiam illam, quæ in amicam, ſeu proximam tantummodò aſſumebatur à Domino. Neque enim propterea in amicã à Deo electa, eſt, quod iſtiuſmodi in illa elucerat pulchritudo; ſed quia Deus illam in amicam elegit, inde factum eſt, vt per legis ornatum eam aſſequeretur pulchritudinẽ. Qd nõ obſcurè à Moyſe ſignificatũ habemus, cũ ad illã verba habẽs ait: b *Memento dierũ antiquorũ; cogita generationes ſingulas: Interroga Patrẽ tuũ, & annũciabit tibi, maiores tuos, et dicẽt tibi: Quando diuidebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael* (vel ſecundum lectionem Septuag.) *iuxta numerũ Angelorũ Dei. Pars aũt Domini populus eius. Iacob funiculus hæreditatis eius*. Acq; .n. eſt, ac ſi diceret: Si vis ſcire, qñ in amicam, ac proximam ſuam te Deus elegerit, ad antiquiſſima tempora confugias, neceſſe eſt; Si.n. Antiquos, Maioreſque tuos mente interrogaueris, inuenies, tunc temporis id tibi contigiſſe, quando ſingulis Angelis Gens vna à Deo aſſignata eſt, quã veluti amicã diligerent, cuſtodirentque veluti proximam; Te quippe haud Angelo cuipiã tradidit, ſed ſibimetipſi aſſumpſit. Neque verò tũc eam, propter quam poſtea illuſtris prædicata es, habebas pulchritudinem, imò verò in ſummo verſabaris dedecore: *Inuenit* namque te *in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis*: Sed cùm te in amicam elegit, ſimul quoque pulcherrimam inter omnes gentes conſtituit, præclaro videlicet illo te exornans legis decore, per quod illa ipſa non modicum aucta eſt, quã

b Deu. 32. 7

Michaelis Ghiſlerij.

A cum ipſo inieras, amicitia: *Circumduxit te, & docuit* per legis exhibitionem, *Et cuſtodiuit, quaſi pupillam oculi ſui*: quia inſtar cariſſimæ amicæ te diligebat. Porrò pulchritudo hæc tanta tunc temporis erat, vt ipſimet Deo quamdam (vt ita dicam) incuteret admirationem; haud tamen per ſe ſolam ad veram, perfectamvè ſanctitatis pulchritudinẽ pertingebat, ſed quædam potiùs erat illius vmbra, qua ipſamet Eccleſia à Chriſto fuerat decoranda: cùm is ſibi illam exhiberet ſponſam non habẽtem maculam, neque rugam; Quæ omnia non obſcurè ſignificauit Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos: vbi ait: c *Significante Spiritu Sancto, nondum propalatam eſſe Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum, quæ parabola eſt temporis inſtantis,* B *iuxta quam munera, & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem ſolummodò in cibis, & in potibus, & variis baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis*: quo ſcilicet per Chriſtum corrigenda erant, vt munditíes non tantùm in carne, ſed & in anima intrinſecus eſſet; vtque pulchritudo non tãtùm in extrinſecis ſita eſſet actibus, & obſequiis; ſed & perfectiſſimo modo in ſponſa fulgeret intrinſecus. Qualis verò iſtiuſmodi futura eſſet pulchritudo abſoluta, atque perfecta, ipſemet, qui illam præſtitit Chriſtus, in Euangelio teſtatum omnibus voluit. Siquidem cum apud Matthæum dixiſſet; d *Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem,* C *aut Prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere*. Subiecit illico quomodò eam perfecturus eſſet, augens quàm maximè priſtinam Eccleſiæ pulchritudinem, cum ait; *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicii. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicii, &c. Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Eſto conſentiens Aduerſario tuo*, &c. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis: Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* D *Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te: erue eum*, &c. Eodemque modo ſequitur, & de vitandis omnibus iuramentis, de alienanda mente ab omnimoda vltione, deque perfectiſſimo gradu charitatis in proximum; de dilectione erga inimicos, de beneficentia erga eos, qui infenſo ſunt animo, & de precibus Deo offerendis pro perſequentibus, & calumniantibus: Tandemque concludit: *Eſtote ergo, & vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*. Quibus verbis quaſi breuiſſimo Compendio, eam omnem exprimit ſponſæ ſuæ pulchritudinem, quam nec vniuerſæ eloquentiſſimorum Oratorum linguæ vix longiſſimis deſcribere vllatenus poſſent orationibus; ſignificat enim, illam E perfectioni, ac pulchritudini Dei ſimilem eſſe. Quis vero Dei pulchritudinem valeat explicare? quid illa pulchrius vel mente excogitare quis poſſit?

DE ECCLESIA.

c Heb. 9. 8.

d Mat. 5. 17

Eccleſiæ quanta à Chriſto collata ſit pulchritudo.

Pulchritudo Eccleſiæ ferè inexplicabiliſque ac pulchritudo Dei.

Verſ. X V. Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

EA eſt hominum conſuetudo, iſque in eligendis amicitiis vſus, vt eos in amicos aſſumant, quos

DE ANIMA.

quos vel ob morum præstantiam, vel ob eximiam formæ pulchritudinem sibi gratos intellexerint; Ita vt haud amicitia pulchritudinis, sed pulchritudo potiùs causa sit amicitiæ. A

In amicitijs eligendus, quã diuersus sit vsus homi- nũ ab vsu Dei.

Pulchritudo est gratia quæ-dã alliciens ad se, in qua insit.

Pulchritudo enim, iuxta Platonicos est gratia quædam, gratum reddens illum, in quo sit, idvè habet proprii, vt intuentium non oculos tantùm, sed & animum ad se alliciat, prouocetq; vel etiam inuitos ad amorem, ac amicitiam, vnde & sumpsit nomen καλὸς, quod apud Græcos ἀπὸ τοῦ καλεῖν, à vocando dictum est. Quamuis autem ita se res habeat in mutuis hominum amicitijs, minimè tamē asserendum idipsum in amicitia Dei cum hominibus. Neque enim pulchritudo, gratiave aliqua, quæ in anima præcesserit, Deum ad hominem diligendum allexit: vel vt hominem in amicum assumeret quoquo pacto prouocauit; cùm iuxta propheticum dictum, *a* facti sint vniuersi, vt immũdi, omnesque hominum iustitiç, quasi pannus mēstruatæ, tantùmque absit, vt quispiam per præcedentem pulchritudinem Dei amicitiam sibi conciliarit, vt summam potiùs per eam, qua deturpatus est, turpitudinem illi prouocarit abhominationem, teste alio Propheta, qui ait, *b Corrupti sunt, & abbominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* At è contra, quia Deus prior Animam dilexit, atque in suã elegit amicam, illa formosa redditur, atque pulchra per gratiam præuenientem, quam is ei præstitit. Neque enim (ait *c* ipsemet Dominus ad eos, quos in amicos elegerat Apostolos) *Vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Sicque fit, vt Dei Amicitia totius pulchritudinis causa in ea sit anima, quæ ad illam assumpta est, quod apertissimis verbis in libro Ecclesiastici explicatum habemus, vbi ij prædicabantur *d* Beati, qui in amicitia Dei decorati sunt, qui decorem videlicet, ac pulchritudinem ex diuina consecuti sunt amicitia; qui inde habuerunt, vt decori dici possent, ac pulchri, quod in numerum adscripti sint amicorum Dei. Inte igitur optimo animarum sponsus Christus, eximiam dilectæ suæ extollens pulchritudinem, insigni eam celebrat admiratione; ita tamen, vt simul quoque & tantæ pulchritudinis præcipuam indicet causam, amicitiam nempe suam, dicens: *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es:* Ac si dicat,

Electio ad Dei amicitiã estimere ex gratia illius.

a Isa.64.5.

b Psal.13.2.

c Io.15.16

Pulchritudinis I aiæ cã est amicitia Dei.

d Eccl.48.11.

B C D

PARAPHRASIS.

Amica mea es quare & pulchra pariter es; tantaque iã in te effulget pulchritudo, vt non immeritò singulis, qui eã intuentur, admirationem incutiat.

Sed tam præclarum eximiæ pulchritudinis encomium exactius iam perpendamus; cæle stis namque est sponsus, & æterna sapientia, quæ loquitur: quapropter haud ambigendum, quin singula, quæ in ea adhibuit verba, propriam eamque maximã habeant energiam.

Notat Chrysostomus in cap.3. Isaiæ, dictionem, *Ecce*, propriam Prophetarum esse, frequentissimèque ab illis vsurpatã, cùm magnum aliquid, nouũ, ac inauditum exprimere vellent: hinc in admirabilibus de Christo Domino vaticiniis ferè semper eã appositam reperimus: *e Ecce virgo concipiet, & pariet filium: f Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex*, &c. *g Ecce ego mitto Angelũ meum, qui preparabit viam meã ante te: h Ecce ego adducam seruũ meum Oriētem: i Ecce vir oriens nomen eius; K Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper*, &c.

Io. Chris. *Ecce, est dictio, quæ apponitur frequenter ad significãdũ quod nouũ, magnũ ac admirabile*

e Isa.6.14.
f Ier.23.5.
g Mala.3.1
h Zac.3.8.
i Zac 6.12
k Zaca.9.9

Id autem non modò apud Prophetas frequentissimum (vt iam dictum est) reperimus, sed & apud profanæ eloquentiæ auctores. Quapropter si quis dixerit, in hoc quoque sponsi panegyrico hãc ipsam dictionem eamdem habere vim, vt insigne quid, & nouũ ac admirabile significet, haud lõgiùs à vero aberrabit. An non maximè præclarum, maximeque admirabile est, animam quç per peccati maculas ita deformata erat, vt de ipsa per Propheta quemdam dictum sit: *l Denigrata est facies eius super carbones*; pulchram adeo effectam, vt & diuinos ad se alliciat oculos: *m Si mutare potest Aethiops pellem suam*, ait Ieremias Propheta, *aut pardus varietates suas; & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum*; quasi id fieri minimè posset, vt quæ deturpata esset per peccatum, pulchritud ne decoraretur Sanctitatis. Et certè sic se res haber, si homo secundum proprias vires cõsideretur: fit tamen facilè per diuinam gratiam.

DE ANIMA.

Animã pulchram dici magna res est, ac admirabilis.

l Thre.4.8
m Ier.13.23

Sic igitur prudentissimus sponsus, vt prius significaret, pulchritudinem, quam commendabat, esse maxime quid admirabile, hac dictione suum exorditus est encomium: *Ecce.*

Bene autem & pronomen apposuit *(tu)* & verbum *(es,)* vt rem ipsam magis amplificaret, designãs, ad maiorem incutere debere admirationem, quod inter tot animarum myrriadas ipsa quasi vnica pulchra sit.

Verùm ne quis existimaret, pulchritudinem istam, quæ in anima iustificata effulget, esse ex merito illius, vel ex illius natura, quod omninò impossibile dixit, statim ac protulit: *Ecce tu pulchra es*; subiecit; *Amica mea*, per quam appellationem innuit, vnde in ea tanta enitere cçperit pulchritudo, nempe ex gratia, vt iam explicatum est.

At quidnam sibi vult, quod ad amplificandam Animæ istius pulchritudinem, iterum replicans: *Ecce tu pulchra es*; non jam addit, *amica mea?* Eximium sanè per hoc significatur mysterium: cùm enim eam, quæ non modò amica, sed & carissima sibi esset sponsa, propter ingentem Sanctitati perfectionem commendaret ex ipsa Sanctitatis pulchritudine, quæ haud ordinaria, sed in excellentissimo esset gradu, laudat illam primò ex pulchritudine iustificationis, quam haudquaquam mereri potuit, quave ex diuina potissimum gratia iustificata est, & eleuata ad Dei amicitiam, dicens: *Ecce tu pulchra es amica mea*: deinde suum amplificans panegyricum addit iterum: *Ecce tu pulchra es*; designans, eam pulchram esse, nedum, quia iustificata, verùm etiam quia iustificata, & Dei amica adeò in virtute profecit, vt & maximum meruerit gratiæ augmentum, & ad gradum peruenerit perfectionis, in qua perfectissima sita est pulchritudo, qualem eam deceat, quæ sit amica, & sponsa eius, qui ipsa est pulchritudo, gratia ipsa, ipsaque Sanctitas.

Anima Sãcta pulchra dicitur propter iustificationẽ, & pulchrior propter augmẽtũ iustificationis.

Cassiodo. Beda. PhiloCar. Aponius.

Anima Sãcta pulchra extrinsecus & intrinsecus.

Quamquam dici insuper possit, replicasse quidem cçlestem sponsum: *Ecce tu pulchra es*; vt magis ac magis animæ Sanctæ extolleret pulchritudinẽ, quippe quæ non modò interna excelleret virtute, verùm etiam in externis actibus consummato fulgeret nitore: haud tamen iterasset pariter & dignissimam illam appellationem: *Amica mea*: quoniã cùm pulchritudo extrinseca Animæ ex interna illius proueniat pulchritudine, ita vt nec numero differant, satis erat, amicam illam appellasse prima vice; quandoquidem haud quidpiam dubii esse poterat, quin & consummata quoque illius pulchritudo ac Sanctitas, quæ in externis illius effulget actibus, inde ortum habeat potissimum, quòd Dei esset Amica. Sic igitur, iuxta hunc sensum tale quid in sua hac oratione panegyrica Diuinum Verbum sibi velle videtur.

E

Nunc

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

Ex interna pulchritudine, & sanctitate aiæ prouenit et externa.

Nunc ò Anima Sancta planè intelligo, te esse omninò pulchram, siquidē ex eo, quòd Amica mea es habes in te meam gratiam, vnde decor vniuersus i primis emanat; ecce tu pulchra es intrinsecus: ex quo fit, vt ēt extrinsecus sis maximè pulchra.

Bene autem dicitur extrinseca animæ pulchritudo, & Sāctitas ex Sanctitate prouenire intrinseca: Sic namque etiam quotidiana obseruamus experientia, ex hilaritate, vel tristitia intrinseca cordis prouenire exultationem, vel mœrorem extrinsecum, iuxta illud sapientis, n *Cor gaudens exhilarat faciem, & in mœrore animi deiicitur spiritus.* Probat id verbum ipsum egregia arboris parabola, quæ si bona sit, bonos quoque profert & fructus, si mala malos: o *Neque enim potest*, inquit: *arbor mala fructus bonos facere, neque arbor bona fructus malos facere*. Porrò, sicut vas chrystallinum, licet ex se satis illustre appareat & pulchrum, tunc tamen temporis clariori radio, ac splendore emicat, cum clara plenum aqua collocatum sit ante lumē: idemque si è vestigio attramento, vel turbulento alio liquore sit plenum intrinsecùs, terras, horridas, & opacas de se emittit vmbras. In eumdem modum & anima, licet quatenus ad Dei similitudinem est effecta, gloriosissima pulchritudine enitescat; nihilominus si turpissimis interius affluat cogitationibus, & affectibus, exteriori ēt facie cū ad fraternæ conuersationis lumen fuerit ante diuinum Solem opposita, exteriori opere præ se ferre nil potest, nisi criminum tenebras, ac scelerum fœditates.

n Prou. 15. 13.

o Mat. 7. 17

Simile.

Verùm ècontra si interius purissima diuinę gratiæ aqua exuberet, purissimisque sit decorata habitibus, exterius quoque conuersa ad Solem, clarissima semper integerrimarum actionum luce splendescet. Vnde haudquaquam mirandum, si summam cœlestis sponsus laudibus celebrans spōsæ suæ pulchritudinem, priùs de interno illius decore protulerit: *Ecce tu pulchra es amica mea.* tum etiam de pulchritudine externa, quæ ex illo interiori decore prouenit, subijciat: *Ecce tu pulchra es.* Haud, inquam, mirandum, præsertim cùm in altero quoque, eximio illo pulchritudinis encomio, quo Spiritus Sanctus Animam illam commendauit, quæ summi Regis sit sponsa, eumdem celebrādæ internæ priùs, & postea externæ pulchritudinis modum seruatum reperiamus. Sic enim habemus in quadragesimoquarto psalmo Epithalamij: p *Omnis gloria eius filia Regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus*: Omnis quippe talis animæ decor, præstantissimaque eius pulchritudo ab intus est, & interna; eaque in fimbriis aureis: fimbriæ dici solent, quæ sunt extremæ clamydis partes, quævè sunt ad vltimas oras vestis: vestis autem qua intrinsecus anima induitur, est Dei lex, iuxta illud; q *Exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me*: Fimbriæ autem istius vestis ipsa est Charitas, quæ totius legis finis est, & totius pulchritudinis est perfectio, testante id Apostolo, vbi ait: r *Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*: Cuius charitatis cùm aurum in Scripturis Sacris symbolum esse soleat, optimè designata ea est per fimbrias aureas. Quamquam alius interpres apertiùs illam explicasse videatur, qui (vt notat Chrysostomus) pro eo, quod nos habemus; *in fimbriis aureis*; vertit *ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς*, per constrictoria aurea: charitatem quippe esse, quæ totam simul constringit perfectionem asseuerat, Paulus, f dum eam dicit vinculum esse perfectionis, arctissimo quippe necessitudinis vinculo animam ipsam cum Deo constringit, atque cum proximo. At quoniam consummatam, & vsquequaque perfectam pulchritudinem neque charitas neque puritas conferre animæ possunt, nisi exteriùs quoque tam charitas, quàm puritas effulgeant in operatione virtutis, idcirco sicut in eo, quod exponendum suspicimus, sponsi encomio, statim ac per verba illa: *Ecce tu pulchra es amica mea*: internus sponsæ commendatus est decor, & de externo pariter subiectum est. *Ecce tu pulchra es*: Ita & in Dauidico isto alio eiusdem sponsæ encomio post dicta verba; *Omnis gloria filia Regis ab intus, in fimbriis aureis*; adijcitur; *circumamicta varietatibus*: vt intelligeremus, gloriam, & decorem sponsæ non esse tantummodo in fimbriis aureis, vel in cogitationibus auri, quibus interna pulchritudine ea decoratur ab intus; Sed & in variarum virtutum actibus, quibus vndique in externa conuersatione, tamquàm perpulchra cooperitur veste, quæ opere plumario multiplici sit intertexta colorum, auri, atque gemmarum varietate.

Pulchritudo interna quib. in rebus sita sit.

p Ps. 44. 14

q Isa. 61. 10

r 1. Ti. 1. 5.

Io. Chrys. homil. in Psal. 44.

f Col. 3. 14

DE ANIMA.

Perpulchritudinē externā in cōuersatione perfecta efficitur pulchritudo interna aia.

Verf. XV. Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

SI tantus est castitatis decor, tantaque in iis effulget pulchritudo, & claritas, qui castitate pręcellunt, vt per Sapientem summa cum emphasi, ingentique cum admiratione eam factam reperiamus exclamationem; a *O quam pulchra est casta generatio cum claritate?* Sane multò congruentius sapientissimo sponso, verboque diuino de pudicitia Virginali, quæ cùm partus decore fuit coniuncta, maiori cum admiratione, maiorique cum energia ad gloriosissimam Virginem Mariam exclamaro licunt; *O quàm pulchra es amica mea*, vel; *proxima mea; ò quàm pulchra es*: seu, *Ecce tu pulchra proxima mea*, (id enim hoc loco propriè significare nomen Amicæ, & Hebraicus, & Græcus indicat textus) *Ecce tu pulchra es*: Porrò in his verbis quatuor breuiter sunt adnotanda, vt tota eorum vis innotescat.

a Sap. 4. 1

Primò enim, quia duo erant maximè præclara, quibus tantæ Virginis excellebat pulchritudo, virginalis pudicitia, ac partus pariter virginalis, vt ambo in vno includerentur Encomio pulchritudinis, eadem bis repetitur vox, *pulchra*; nam quamuis duo in illa essent maximè pulchra, vnicam tamen constituebant pulchritudinem in Maria.

Pulchritudo Mariæ ex virginitate, atque ex partu.

Secundò, quia tum Virginitas, tum partus etiā in Maria æquè noua erant: æquè & maximè admiranda; ad encomium tam Virginitatis, quàm partus dictio illa, *Ecce*, apponitur, quæ (vt in superiori expositione notatum est) inaudita, noua, maximèque admirabilia indicat, illa esse, ad quæ apponitur; Sic bis dicitur: *Ecce tu pulchra es; ecce tu pulchra es*: Quamuis Isaias Profeta vnico tātum, *Ecce*; hęc ipsa duo, Virginitatem, ac partum Marię significarit, cùm diceret; b *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.*

b Isa. 6. 14

Tertiò, quia pulchritudo tam eximia, in qua simul vnita hæc essent Virginitas, & partus singularis extitit in Maria: imò, quia decor tam Virginitatis, quā partus singularis in eadē fuit; quippe quæ prima Virginitatē Deo obtulit vsquaquaq; perfectā; quævè illū suo peperit partu, qui est speciosus

DE B.MARIA

forma præ filiis hominum; & ex quo id omne dimanat pulchri, quod in singulis reperitur creaturis: idcirco ad hanc singularem ostendendam pulchritudinem bis quoq; adijcitur pronomen (tu:) *ecce tu pulchra es: ecce tu pulchra es.*

Maria, proxima Deo, pulchra per virginitatem, & partum.

Quartò deniq; & vltimò, vt omnibus fieret perspicuum, vnde hæc omnis in Maria enituit pulchritudo, tam quæ ex Virginitate, quàm quæ ex partu, insigni hac eam cœlestis sponsus honestauit appellatione. (*Proxima mea:*) enimuerò si per approximationem ad Deum fulgenti illustramur fulgore, iuxta illud Psalm. c *Accedite ad eum, & illuminamini:* profectò, quæ maximè omnium ad Deũ proximè accessit, maximè quoque omnium à Deo illustrata sit operæpretium est. Quod si ad Deum haud alio pacto accedimus, quàm nos ipsos illi cõformando per vitæ sanctitatem: Ecquænam alia inter puras creaturas Deo magis proxima dicenda est, quàm Maria, quæ sanctior est vniuersis, quæ tota pulchra est, ita vt nulla vnquam in ea fuerit macula? per hanc igitur præstantissimam sanctitatẽ, per hanc summam omnium approximationem ad Deum summa quoq; omnium purarum creaturarum decorata est pulchritudine.

c Psal. 33.6

Quamobrem aptissimè dum tam præclaro Encomio tantæ Virginis celebratur pulchritudo; *proxima mea* dicta ea à Deo est: *Ecce tu pulchra es proxima mea: ecce tu pulchra es:* Quibus verbis, iuxta ea, quæ notata sunt, tale quid cælestis sponsus sibi velle videtur.

PARAPHRASIS.

O quæ tanto præfulges Sanctitatis decore, vt præ vniuersis proxima mea dici merearis. Inauditam, nouam, ac singularem vehementer in te admiror virginitatis pulchritudinem. Quod vero admirabilius, magisq; in te elucet nouum, ac singulare, illud est, quod tu sola ita coniunctam habes gloriam partus, cum Virginitatis decore, vt nec Virginitas per partum quidquam suæ amiserit claritatis, nec partus gloriosissimus quidpiam ex Virginitate habuerit impedimenti. Imò adeò formosa per vtriusque pulchritudinem redderis, vt verissimè de te vna dicere liceat: *Ecce tu proxima mea pulchra* quidem *es* propter virginalem pudicitiam; sed *Ecce tu* ipsa sola multò es pulchrior per virgineum partum: per hunc nempe, quæ summa priùs enitebas claritate, tantò es illustrata fulgore, vt intuentium perstringas oculos; me enim peperisti lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Vers. XV. Ecce tu pulchra es amica mea; Ecce tu pulchra es.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Voluntati Dei obtemperans pulchra est anima.

PAraphrasis Chaldaica: Quando faciebant filii Israel voluntatem Regis sui, ipse in Verbo suo laudabat eos in consistorio Angelorum Sanctorum, & dicebat: Quàm pulchra sunt opera tua filia mea, dilecta mea, Congregatio Israel in tempore, quo facis voluntatem meam, & laboras in verbis legis meæ?

Pat. Græc.

Quoad sensum soni litteræ conueniunt Patres Græci in expositione primæ illius partis: *Ecce es pulchra proxima mea;* vt significetur, pulchram ob id prædicari sponsam, quia proxima sponsi sit; discrepant autem in afferenda ratione, cur in secunda parte simpliciter dictum sit: *Ecce es pulchra:* absque additamento illius particulæ: *proxima mea.*

APPENDIX.

Gre. Nyss. Psellus. Tres Patr. Origenes.

A Siquidem Gregor. Nyssenus homil. 4. Psellus vnà cum Catena trium Patrũ haud adiectam censent hanc particulam, quia haud eadem affertur ratio pulchritudinis, sed diuersa, népe oculorũ pulchritudo, propter quam iterum pulchra prædicatur, adijciturq; pro ratione *Oculi tui columbæ.* Alio pacto Origenes vtraque expositione, existimans; idcirco minimè eã particulam repetitã, vt magis pulchritudinis eius, quæ commendabatur, exprimeretur profectus. Quod sic ipsemet explicat homil. 3. ex quatuor dicens; Nunc sponsam iã sponsus speciosã profitetur, & speciosam nõ sicut priùs in mulieribus tñ, sed quasi proximã sibi; & adhuc in maiorẽ titulum laudis extollit, & affirmat, quia non tñ cũ proxima est ei speciosa sit, sed etsi contingat

Anima sã cta etiam si cõtingat ali quãdo Dei absentia pa ti, pulchra tamen permanet, & Sancta.

B ei absentem esse, ẽt sic speciosa sit: Grandis quippe in hoc profectus illius ostenditur, vt quæ priùs tantum speciosa in mulieribus dicta est, nunc vt proxima speciosa dicatur: ex ipso sine dubio sponso splẽdorem decoris accipiens; vt semel ab ipso sumpta pulchritudine, etiamsi accidat paulum sponsi absentiam pati, nihilominus pulchra permaneat.

Greg. Nys. Psellus.

Quoad sensus Spirituales, Primam partem egregiè explicat Gregorius Nyssenus, quem sequitur & Psellus apud Theodoritũ, supponens, hominẽ se habere instar speculi, ideoq; vel pulchritudinẽ, vel deformitatem ex iis desumere rebus, quibus approximatur. Hoc supposito ait. Quoniam expulso à tergo vitio, expurgata à Verbo anima Solis circulum in se suscepit, & simul reluxit cum luce,

Speculo similis est homo repræsẽtans ea, ad quæ fuerit approximatus.

Ex appropinquatione ad Deũ, anima fit pulchra, & lucida.

C quæ in ipsa apparuit; propterea ei dicit Verbum, Pulchra facta es, quæ meæ luci appropinquasti per appropinquationem attrahens dispensationẽ pulchritudinis; *Ecce es,* inquit, *pulchra propinqua mea.* Deinde, cum se cohibuisset, & eam veluti in quadam accessione contemplatus esset pulchritudinis, rursus eamdem repetit orationem: *Ecce tu pulchra es.* Sed priùs quidem eam nominauit propinquam: hic autem eam, quæ cognoscitur ex specie oculorum: *Oculi enim tui columbæ.*

Origenes.

Ecclesia pulchra in præsenti sæculo, & pulchra in futuro.

Quod vna eademq; Ecclesia, seu pia anima bis dicatur pulchra, multipliciter explicari à Patribus solet. Primò enim Origenes homil. 3. ex quatuor ad duplicẽ hæc refert pulchritudinem, alterã præ-

D sentis sæculi, alteram futuri: Potest, inquit, profundiori fortassis Sacramento, quod dixit: *Ecce, es speciosa sponsa mea:* intelligi de præsenti sæculo dictum; quia speciosa sit & hic Ecclesia, cum proxima est Christo, & cùm imitatur Christum. Quod verò iterauit: *Ecce es speciosa;* potest ad futurum sæculum pertinere, vbi iam non solùm imitatione, sed ipsa sui perfectione formosa est, & speciosa, & ibi dicat, esse oculos eius columbæ.

Tres Pat.

Pulchra est aĩa Sancta tũ in actione, tũ in cõtẽplatione.

Ad pulchritudinem in actione, & pulchritudinem intellectus in cognitione, in scientia, & in cõtemplatione referunt Tres Patres apud Theodoritum, dicentes: sic sponsam actionis puritate præstantem, & contemplationis luce splendentẽ spon-

E sus aspiciens alloquitur: *Ecce pulchra es propinqua mea: Ecce pulchra es:* En formosa existis, quia particeps es pulchritudinis meę, quoniã pristinæ incredulitatis turpitudinẽ abiecisti, & imitatores meos Apostolos imitando, ad me per virtutẽ appropinquasti: Ecce decora es, quippe quę ab Angelis meis species tuas, quæ in mundo sunt, didicisti, atque ita cognitione etiam, & scientia es exornata.

Amb.

Pulchra...

A quibus haud admodum discrepant, quæ dicuntur ab Ambrosio serm. 3. in Psalm. 118. Vers. 1. his verbis: Quoniã cognouerat Ecclesia mysteriũ, & pro totius mundi redẽptione crucifixũ Dominũ Iesum prædicabat, meretur audire; *Ecce es bona,*

quæ

APPENDIX.

quæ me bonum dicis, & ipsa bona es; quæ vidisti A gloriæ meæ decorem: & ipsa speciosa es, & decora; Quid est: Christum dicere: *bona es, & decora es*: nisi illud Euangelicum, Constans esto filia, remissa sunt tibi pecata tua?

Cassiod. Beda. Phl. Carp. *Pia aña bis pulchra ob pulchritudinẽ internã, & externam.* Aponius. Greg. PP.

Tertiò ad perfectionem operis & munditiem cogitationis duplicem pulchritudinis laudem referunt Cassiodorus, & Beda. Ad quod idem reducuntur explicationes Philonis Carpathij, intelligentis duplicem sanctitatis decorem commendatum, extrinsecum, & intrinsecum: Et Aponij, referentis idipsum ad decorem mundiciei consciẽtiæ, quæ Deo exhibetur, & decorem irreprehensibilis conuersationis, qua Ecclesia, & pia Anima pulchra est etiam inimicis, & alienis a fide. B

Gregorius Papa refert quartò eadem ad duplicis dilectionis Dei, & proximi decorem, quo Deus delectatur quàm maximè.

Bis pulchra aña ob duplicem dilectionem. Iust. Org. Anselm.

Quinto, de sanctitate corporis, & sanctitate spiritus ex illo Apostoli. 2. Cor. 7. vt sit sancta corpore, & spiritu, explicant hæc Iustus Orgelitanus, atque Anselmus.

Aña sãcta bis pulchra ob duplicẽ sanctitatẽ, corporis, & spiritus.

Sextò Bernard. serm. 45. per geminam animæ pulchritudinem intelligens decorem innocentiæ seruatæ, & humilitatem: per quã ipsa animæ pulchritudo seruatur, vel etiamsi amissa est; restauratur, iuxta illud; *Asperges me Domine hyssopo*, (quæ est herba humilis, humilitatemque designat) *Et mũdabor: lauabis me, & super niuem dealbabor*: Vnde ait; Beati C qui custodiunt vestimenta sua mũda, videlicet simplicitatis, & innocentiæ: si tamen & decorem indueto humilitatis adijciant: Profectò audiet, quæ huiusmodi inuenit: *Ecce tu pulchra es amica mea; Ecce tu pulchra*. Ecce admirãtis vox est, reliquum laudis, Meritò admiranda, cui sanctitas amissa humilitatem non attulit, sed seruata admisit: meritò pulchra reperitur, cui neutra defuit pulchritudo: Rara auis in terris, aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia non excludi: & ideo Beata quę vtramque retinuit. Sancta Maria sanctimoniam nõ amisit, & humilitate non caruit: Et ideo concupiuit Rex decorem eius, quia humilitatem innocentiæ sociauit; Respexit enim, inquit, humilitatem ancillæ suæ. D

Bernard. *Pulchritudo duplex i Aña sãcta Innocentia vita & humilitas.* Ps. 50. 9. *Maria geminatã habuit pulchritudinẽ, quia sanctitatẽ nõ amisit, & humilitate non caruit.* Rup. Abb. *Maria pulchra decore virginitatis, & partus.*

Demum Rupertus Abbas Mariam inquit commendatam ex decore virginitatis, & partus.

Ex Vers. XV. Oculi tui Columbarum.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sonum.

GEnerali encomio sponsæ pulchritudinem extollens: seu potiùs admirans sponsus, oculos tantùm celebrat ex membris illius particularibus, quamuis de singulis multa sibi essent, quæ diceret: Ea nãque omnia opportuniori reseruat tempori, vt videbimus, Deo dante, in c. 4. 6. & 7. Quin & ea ipsa E quæ de oculis dicit hoc loco, non tã ab illo dicuntur, vt ipsos cõmendet oculos, quàm vt generale qđ cœpit, prosequatur, atque cõcludat encomiũ, & manifestum omnib. faciat, vnde nam potissimũ in Spõsa tam ingens proueniat speciei decor, qui & se, & quoscumque intuentes abstrahat in stuporem. Sic in vna eademque sñia, postquàm admirans dixit: *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es*: subijcit: *Oculi tui colũbarum*. Quæ quidem verba nõ modicum in se continent difficultatis, si tamen eorum germanus percipiatur intellectus, manifestè apparebit, quam bene superiora confirment.

Noster Interpres sic legit: *Oculi tui columbarum*: vt A clarissimè pateat, oculos sponsæ commendatos per comparationem ad oculos columbarum: Hebraicus; tamen textus, & Septuag. Interpretes, legentes (*oculi tui columbæ*) videntur, illos comparasse nõ ad oculos columbarum, sed ad ipsas columbas: vel potiùs, cùm nullum apponãt aduerbium comparationis indicãt, eos esse ipsasmet columbas; quæ omnia sicut multam, quoad Spirituales sensus, suggerunt materiam, ita è contra valde arduam reddunt sententiã, quoad eius litteræ sonum. Neque enim apta videtur, quæ, iuxta lectionem Vulgatæ fit comparatio oculorum Sponsæ ad oculos columbarum: nam quid pulchritudinis in columbarum oculis inspicimus? quidvè apud antiquos auctores, qui de animalium proprietatibus, ac membris monumenta reliquere, de pulchritudine oculorũ columbæ reperimus scriptum, vt ad ipsorum comparationẽ perpulchri mulierum oculi commendẽtur? Quod verò recentiores nonnulli asserunt, haudquaquam hoc loco nostrates accipiendas columbas, quæ parum oculorum pulchritudine præstent, sed quas Syria, aut Palestina alit, quarum esse dicuntur formosissimi oculi, cum figura, tum splendore, profectò voluntariè dictum crediderim, cùm nec apud vllũ Hebręorum interpretum hanc in palæstinis columbis oculorum pulchritudinẽ vel nominatam reperiã, quos tamen par esset, huius rei conscios fuisse, saltem vel per traditionem Maiorum, qui eas terras incolẽtes, id obseruare potuerant; nec quispiam sit Patrũ nostrorum, qui huius præcipuè pulchritudinis in Syris, aut Palestinis columbis meminerit, cũ tamẽ eorum complures iis regionibus propinqui fuerint, vel eas adierint, vt Hieronymus, Origenes, Theodoritus, &c. Sicut autem hoc voluntariè dictum censeo, ita haud minus voluntariè arbitror dictum & illud, quod nouum, & tamquàm maximè notabile in suis super hunc locum commentariis Alphõsus Oronzeus ait; Sponsæ oculos dici oculos columbinos, quia vbi columba antiquitùs sacrificanda erat, Sacerdos illius oculos potissimũ consideraret, quos si pulchros reperisset, totam censeret pulchram, & sacrificio aptam. Nescio enim vnde Auctor iste nouam hãc eruerit obseruationẽ, cuius certè nec Scriptura Sacra, nec Iosephus meminit aliquãdo, cùm de animalium sacrificiis agunt.

LITTERA.

I. SENSVS.

Illud ergo dicendum pro istius loci intellectu, quod ab omnibus, cùm nostris, tùm etiam Hebręis expositoribus dicitur, quodvè ex Scripturis Sacris eruitur. Notum est sanè, columbas in Sacris paginis esse, Symbolum puritatis, ac castitatis, quia alteri, quàm suo coniugi minimè adhæreant, vt asseritur ab Aristotele lib. 9. de Historia Animalium ca. 7. & à Plinio lib. 10. c. 34. & Symbolum simplicitatis, iuxta illud Domini nostri: *Estote simplices sicut columbæ*. Hoc itaque est, quod sponsus in sponsæ oculis celebrat, simplicitatem eximiam, puritatemvè insignem. Enimuerò hæc duo sunt, quę nedum oculos, in quibus elucent, sed & totum illustrant corpus: Vnde Redemptor noster: *Si oculus tuus*, inquit, *simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit*: Et certè obseruamus quotidie, puellas illas maximè omnium gratas esse hominibus, atque amabiles, quæ modestę, simplices, ac puræ sint oculis, manifestum est autem, illud amabilius esse, ac gratius, quod pulchrius sit.

Columbæ symbolum puritatis, & simplicitatis. Matth. 10. 19. Luc. 11. 34

Quapropter, cum sponsi intentio hoc loco sit, spõsam suam commendare ex admirabili pulchritudinis decore, inde præsertim eam extollit, vnde summa exoriri soleat pulchritudo. Parùm autem refert siue comparationem oculorum faciat ad oculos columbarũ, siue ad ipsas columbas, nam & oculi colũbarum,

LITTERA. barum,& columbæ ipsæ vnum idemque hic significant,puritatem nimirum,vt dixi,atque simplicitatem. Quamquam congruentiùs fortasse purissimi, ac simplicissimi sponsæ oculi ad ipsarum columbarum oculos comparentur,iuxta vulgatę lectionem: quoniam id propriissimum sit oculorum columbę, vt præ columbarum puritate, ac simplicitate nunquàm ad alium,præterquàm ad vnicum coniugem conuertantur,vt asseritur à Plinio in loco supra citato. Ac propterea verosimile est,iuxta hebraicam, & Septuag. Interpretum lectionem,dictum: *Oculi tui columbæ*:in recto;quasi ad id alludatur, quod columbæ coniuges alter in alteram coniectos habeat oculos.Quamquàm & id quoque dici possit, dictũ columbæ,totum pro parte per Synecdochem,nẽpe pro oculis columbarum: Sic igitur iuxta hunc sensum hoc pacto sponsus sponsam affari videtur.

PARAPHRASIS. Summopere quidem pulchra es amica mea,tantaque effulges pulchritudine,vt intuentibus maximam incutias admirationem.Quod autem præ omnibus tuum illustrat decorem, ingens est pudicitiæ puritas,summaque simplicitas,quæ in tuis emicant oculis,quos instar oculorum purissimæ, ac simplicissimæ columbæ,in me vnum dilectum tuum semper habes coniectos:Neque enim tu in purissima erga me dilectione,vel etiã in ipsa simplicitate quipiam columbis cedis;atque adeò ita mihi fida es,vt quandocunque oculos meos in te conijcio,tuos ipsos oculos conspiciam in me directos,& fixos.

II. SENSVS. Ex hebraico autem textu, qui habet עֵינַיִךְ יוֹנִים nghenaich ionim:præclarum alterum, & admodũ congruentem elicere possumus eorum,quæ hic dicuntur, sensum: dictio namque illa יוֹנִים ionim, qua noster vertit,*columbarum*, quàm ve Septuaginta verterunt *περιστεραὶ columbæ*, deducitur à verbo יָנָה ianah,quod significat rapere,deprædari, opprimere,& vim inferre:quapropter & nomẽ ipsum יוֹנָה ionah,non modo columbam, sed & deprędatricem,opprimentem, vimque inferentem significat:quo sensu accipi videtur Sophoniæ.3.vbi in hebræo habetur: *a Væ fœdata,& inquinata* הָעִיר הַיּוֹנָה hanghir,haionah.*Ciuitati deprædanti, vimque inferenti*,vel(vt vertit Pagninus)*Ciuitati,quæ spoliat*, vbi Hieronymus legit.*Væ præuaricatrix,& redempta ciuitas*.Sic Ieremiæ 25.vbi Hieronym.legit: *b Quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ*: In hebræo habetur, pro (*à facie iræ columbæ*; מִפְּנֵי חֲרוֹן הַיּוֹנָה mippene haron haiona;*à facie iræ depopulantis,deprædantis,& vim inferentis*.Sic denique apud eumdem Ieremiam, vbi Hieronymus legit: *c à facie gladij columbæ*;Hebraico in textu habetur מִפְּנֵי חֶרֶב הַיּוֹנָה mippeneh chereb haionah; *à facie gladij opprimentis*,vel *deprædantis*, aut *depopulantis*.Itaque hoc quoque loco dictio ipsa יוֹנִים ionim, non incongruè poterit sumi iuxta hanc acceptionem,vt sponsæ oculi dicantur esse deprædãtes, seu vim inferentes eo sensu,quo & in c.4.vbi enim in vulgata nos legimus: *d vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*: Hebræa habent pro (*vulnerasti cor meum*: לִבַּבְתִּנִי libbabthini, idest abstulisti mihi cor,prout benè à Septuag.Interpretibus versum est ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἐνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Excordasti nos, deprædata es nobis cor vno oculorum tuorum. Inest quippe vis quædam in pulchris pudicæ præsertim puellæ oculis,quæ ita intuentium ad se alliciat Animos,vt & vulnerare,& deprædari dicatur cor; quam vim sitam potissimum in pudicitiæ puritate, atque in honesta simplicitate esse, ipse, qui hic loquitur,sponsus indicare videtur, quando in capite quarto ad Encomium *e* oculorum,atque genarũ, in quibus duobus membris pudicitiæ decor elucet atque simplicitas,illa apposuit verba: *præter id, quod intrinsecus latet*;vel,iuxta lectionem Sept.*absq; eo,quod reticetur in te*:vi nimirum ista,de qua modò est sermo.Propter quam in capite sexto idem sponsus ijs exclamare coactus est verbis: *f Auerte oculos tuos à me,quia ipsi me auolare fecerunt*; rapientes videlicet cor meum ad se, vimque mihi maximam inferentes.Insigni itaque Encomio sponsus hoc loco sponsa oculos modicis hisce extollens verbis;*Oculi tui* יוֹנִים ionim,idest columbæ, seu deprædatores,vimque inferentes:hæc sibi velle videtur.

Colũba vox ex hebræo accipitur pro deprædatrice, & vim inferẽte.

a Sophon. 3.1.

b Ie.25.38

c Ier.46.16

d Cãt.4.5.

e Cãt.4.1. & 3.

DE ECCLESIA.

f Cant.6.4

PARAPHRASIS. Adeò pulchra es amica mea,vt præ pulchritudine ipsa tua ad te veluti quoddam singularis formę prodigium admirandum compellar: Quid verò mirum,tam ingentem per hanc pulchritudinem tuam vim mihi inferri?Cùm oculi tui præ maxima pudicitiæ puritate,præque eximiæ simplicitatis decore vno eodemque tempore & columbæ quodammodo sint purissimæ,ac simplicissimæ, & rapientes existant,ac deprædantes;cùm cor meum ad te rapiant, animam meam à memetipso deprædentur, tantam mihi inferentes vim,vt te vnam amare, te vnam cogar admirari,ac dicere: *O quam, pulchra es amica mea,ò quam pulchra es.*

Ex Vers. XV. Oculi tui Columbarum.

Expositio Secunda. De prima Sponsa quæ est Ecclesia.

CElebeerrima illa quidem inter fideles iam tunc ab Ecclesiæ primordijs peruulgata est quęstio: In quo nam potissimùm nostra niteretur iustificatio;iis nimirum,qui ex Iudæis essent contendentibus,eam niti in operibus legis,retinentibus è vestigio aliis, qui ex Gentibus ad Christi fidem erant conuersi,& asserentibus,illam fundatam non in operibus legis,sed in operibus,quę ex humana sapiẽtia facta essent. Tantas autem in Ecclesia quæstio ista commouit turbas, vt ad eas sedandas necesse fuerit,Apostolum Paulum duas scribere Epistolas, alteram ad Romanos,ad Galatas alteram: in quib. falsitatis vtramque arguit opinionem,& Iudæorũ, & Gentium;validissimisque conuincit rationibus, eam,quę in Ecclesia est,iustificationem,virtutisque perfectionem,neque in humana niti sapientia, neque in operibus legis;sed in fide tantùm perfecta: tantumque abesse,vt per ceremonias,& opera legis iustificari quis vllatenus possit, vt ea nec iustificare potuerint antiquam Patrum Ecclesiam. Quamuis enim Iudæorum populo per istiusmodi legis opera conferri videretur iustificatio, vnde dicebatur. *a Qui fecerit ea,viuet in illis*; Nihilominus re vera haud ex ijs operibus,sed ex fide potissimum quicũque iustitiam adepti essent,iustificabantur; iuxta illud; *b Credidit Abraham Deo,& reputatum est illi ad iustitiam: c Et ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo,quia d sine fide impossibile est placere Deo*: per quam fidem lex ipsa nedum non diistruebatur, sed statuebatur potiùs, & confirmabatur.Hoc,quod longiùs in duabus præcitatis Epistolis probare contendit Paulus,vnico tantum oculorum Encomio,eoque per breui cęlestis asserit spõsus,dum ait: *Oculi tui columbarum*. Cùm enim in hoc ipso versu iam significasset, Ecclesiam, quæ in Iudaico populo in amicam à se assumpta fuerat,ad mirabili virtutis decore per externa opera legis,per pulchramque apparuisse; eandemque, postquàm in sanguine Agni est dealbata, & ex amica in sponsam euecta est Dignitatem,multò illustriori exorna-

Iustificatio quib.in operib.niteatur maximè cõtrouersum in Ecclesia.

a Leuit. 18 15.

b Gen.15. 6.

c Rom.3. 20.

d Heb.11.6

tam

DE ECCLESIA.

tam pulchritudine, dicens: *Ecce tu pulchra es amica mea; Ecce tu pulchra es.* Nunc vt id notum faceret, vnde tota illa eius pulchritudo proueniret, siue ea, qua decora erat in Antiquis Patribus, siue ea, qua modò effulget, subijcit. *Oculi tui columbarum.* Quibus in verbis primò significat, totam illius pulchritudinem ex fide ortū ducere, & in fide vniuersam niti Sanctitatis eius perfectionem. Secundò nō obscure subindicat, quid ipsa sit fides, quodve illius sit munus: idque per oculorum metaphoram. Tertiò per comparationem ad columbas, seu oculos columbarum innuit, qualis ea sit fides, quæ Ecclesiam adeò reddit pulchram, & Sanctam. Ac demū; quā ingens sit tantæ fidei vis, per id exponit, quod hebraicam dictionem יונים ionim significare posse, ostendimus in prima expositione, sensu secundo. Examinemus breuiter singula hæc quatuor, sic enim tota huius sententiæ vis percipietur.

A

B

Iustificatio nostra fidei potissimum nititur, tā quam fundamento.

Ac de primo quidem nullus est ambigendi locus, cùm pulchritudo vniuersa, quæ vel Ecclesia decoratur, vel singulæ fidelium animæ, in iustificatione sita sit, & purificatione: constat autem, tam iustificationem, quàm purificationem per fidem ipsam conferri, testante id Paulo Apostolo, vbi ait: *e Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Et Petro item Apostolo, asserente: *f* Deum fide purificare hominum corda; Ecquæ autem pulchra dici potest facies, in qua oculi sint deformes? *g* Lian haud adamare potuit Iacob, quia pulchra nequaquam ei videretur, quæ lippos haberet oculos: Et cæcus, ac lippus, vel maculam aliquam habens in oculo à diuino ministerio arcentur; quoniam decentem haudquaquam habeant pulchritudinem, vt diuino adstare queant conspectui. Quòd si externus faciei decor ex corporeis pendet oculis, sanè idipsum & de decore asserendum est spiritali, quòd ex spiritualibus item dependeat fidei oculis.

e Rom. 5. 1

f Act. 15. 9

g Genes. 29. 17.

h Leuit. 21. 18.

C

Quo fit vt anima, quæ formosos istos fidei oculos habet, tanta sit & iustitiæ, & Sanctitatis decora pulchritudine, vt ad Dei promoueatur amicitiam, prout de Abraham legimus in Epistola Iacobi: *i Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est:* & non modò ad Dei amicitiam promoueatur, sed & sponsetur eidē Deo, prout Deus ipse apud Oseam testatur, cùm ait: *K Et sponsabo te mihi in sempiternum: Et sponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio, & in misericordia, & miserationibus: Et sponsabo te mihi in fide,* eodem planè modo, ac ipsemet Deus iam sponsus effectus, nūc postquàm dixerat: *Ecce tu pulchra es* decore scilicet iustitiæ, subdit: *Oculi tui columbarum;* fidem indicans eius decoris causam.

i Iac. 2. 23.

K Oseæ 2. 19.

D

Fides, quā aptè per metaphorā oculorū exprimatur.

Et certè haud aliā aptiori, quàm oculorum metaphora fides exprimi poterat: quod enim in corpore oculi sunt corporei, id in fidelium animis ipsa est fides respectu diuinorum; vnde in præcipua parte animæ collucata est, in mente, ac intellectu; sicut & corporeos oculos in præcipua corporis parte, in capite, & in aperta facie sitos, animaduertimus.

E

Simile.

Ac propterea sicut proprium oculorum munus est, vt videat, quæ corporalia sunt, nullaque certior corporalium datur cognitio, quàm quæ habetur per oculorum intuitum: ita, vt, cùm quidpiam certissimum asserere velimus, propriis id oculis intuitos esse, affirmemus.

Idem pariter fidei munus est, quoad diuina, vt intellectu ita prospiciat, quæ humanam excedunt mētem, ac si eadē corporeis intueretur oculis: Est quippe firmissimus intellectus assensus ad ea, quibus voluntas assentiendum imperauerit; sicut subiectiuè inest intellectui, vt dici queat quodammodo intellectus, quo mysteria intelligamus supernaturalia: quomodo Apostolus ad Hebræos: *l fide,* inquit, *intelligimus, aptata esse sæcula verbo Dei;* & ad Colossenses: *m Instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterii Dei Patris, & Christi Iesu.*

DE ECCLESIA.

Fides quid sit.

l Heb. 11. 3

m Coloss. 2. 2.

Fides videt per lumen infusum à Deo.

Porrò, si subtilius hanc inter fidem, & corporeos oculos expendamus similitudinem, animaduertemus, qua ratione fides ipsa, etsi in intellectu sit, non tamen per lumen naturale intellectus diuina cognoscat, sed per lumen supernaturale à Deo infusum.

Simile.

Enimuerò quemadmodum oculi corporei præcipuam à Sole, iuxta Philosophorum opinionem, habentes causalitatem, tametsi lucidos ab illo infusos in se habeant spiritus, nihilominus haud vnquam proposita videre queunt obiecta, nisi externo eiusdem Solis lumine illustrentur.

In eumdem modum, & oculi intellectus, quāuis naturale rationis lumen à Deo habeant, à quo conditi sunt, neutiquam tamen per inditum illud naturale lumen, quę diuina sunt, & supernaturalia, intelligere possunt aliquando, nisi ab ipsomet superceleiti, à quo conditi sunt, Sole illustrentur & lumine supernaturali: nisi à Deo illis infundatur lumen fidei, quo illa, quæ eorum excedunt rationem, tā certo, atque etiam magis vero intueantur intuitu, licet desit euidentia, quàm certo intuitu visibilia obiecta ab oculis inspiciuntur corporeis. Iure igitur optimo per oculorū metaphoram exprimitur fides, quæ tantam cum oculis habet congruentiam.

Fides Ecclesiæ, est fides viua.

Verùm haud mortui oculi sunt, sub quorum metaphora fides Ecclesiæ significatur: sed viui, p quos ingens pulchritudo addatur ad corpus: sic namque cum decoram aliquam commendare volumus faciem, oculos viuos eam habere dicimus: mortua est vt definit Iacobus Apostolus, *c Quæ sine operibus sit:* Fides Ecclesiæ est maximè viua, quia *d Iustus viuit ex fide,* quæ vita informata sit charitate: & per eamdem charitatem exercet munia vitæ. Hacve ab ipsis mundi primordiis sancta decorata est Ecclesia, adeò vt per eam potissimū perillustri encomio commendata sit ab Apostolo: dum in Epistola ad Hebræos *e* fidem magnificè extollit ex actis Patrum à mundi exordio vsque ad Dauid, & Prophetas. Quamquàm multò præclarius eadem in hoc Cantico à celesti celebretur sponso, dum ait: *Oculi tui columbarum, vel, oculi tui columbæ.* Aequè est enim, ac si dicat.

c Iacob. 2. 26.

d Habac. 2. 4.

d Gal. 5. 6.

e Hebr. 11.

I. SENSVS.

PARAPHRASIS.

Tantus est sanctitatis tuæ decor, dilectissima mihi præ omnibus, vt admirari quidem illū possim, exprimere autē humanis non valeam verbis. Quòd si quid tamen dicendum sit, id vnum commemorasse sat erit, vnde totus is exortus in te est admirabilis istius pulchritudinis decor, fides nimirum tua, quæ, cùm instar viuorum oculorum maximè viua sit per charitatem, est pariter instar Columbarum purissima, & eximia simplicitate decora. Quicquid enim tibi proponitur doctrina reuelata, simpliciter credis, æquè ac si corporeis id omne intuereris oculis, nec multiplici ratiocinationis te seduci permittis fallacia, tantamque in illa pudicitiæ seruas puritatem, vt nec alienam humanæ sapientiæ doctrinā, alienosve vllatenus ei permisceas errores: nec ad quempiam quantumlibet doctum, quantumlibet sapientem, præterquàm ad me vnicum sponsum, ac Doctorem tuum, illius coniectos habeas oculos, mihi vni præstans fidem, & iis, qui meo te docuerint

Fides Ecclesia purissima, & maximè simplex.

no-

DE ECCLESIA. nomine. Ex quibus omnibus apparet, Catholicæ Ecclesiæ fidem inde id habere, vt tam insignem Ecclesiæ, eiusque fidelibus conferat pulchritudinem, quia excellit & puritate, & simplicitate maxima: quod & à Sapiente animaduersum crediderim, dũ fideles ad huiusmodi, & puram, & simpliecem fidẽ singulos promoueret, dicens: *f Sentite de Domino in bonitate; & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum; apparet autem eis, qui fidem habent in illum.*

f Sap. 1. 1.

II. SENSVS.

Fidei viuæ quanta sit vis, & potentia.

Vim verò tam puræ, tamque simplicis fidei, quis vnquam valeat explicare? cùm tanta sit, vt inuincibilem Deum quodammodo vincat, eumdemq; quodammodo deprædetur, cuius voluntati nullus est, qui resistere queat? Quis hæc vnquàm auderet asserere? quisve hæc crederet, nisi ab ipso Domino in illius commendationem prænunriata fuissent? *Oculi tui* (ad ipsam ait Ecclesiam) עיניך *ienim*, idest *deprædatores, ac vim inferentes*: Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Tam ingens pulchritudinis, ac sanctitatis tuæ vis, qua me quoque ad tui pertrahis admirationem prouenit ex præstantissima fide, qua mirum in modum excellis purissima simul, ac simplicissima: Fides hæc tua tam valida est, vt & mihi vim inferat, & meam à memetipso deprædetur virtutẽ. Quòd si quis quærat exempla potentiæ tam magnæ, qua fides viua pollet, inuenient sanè non modica. An non virtutem à Sponso diuino per fidem suam illa deprædata est mulier, quæ annis duodecim fluxũ sanguinis patiebatur? lege Euangelium secũdum Marcum: *g Cùm*, inquit, *ea audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius: dicebat enim, si vel vestimentum eius tetigero, salua ero*; En quomodo per fidem tantum aggressa est facinus; vis videre virtutis diuinæ deprædationem? *Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quia sanata esset plaga eius*; Agnouit hanc deprædationẽ Sponsus cælestis, manifestamq; illam oĩbus fecit; subdit nãque Euangelica Lectio: *Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutẽ, quæ exierat de illo, cõuersus ad turbã aiebat; Quis tetigit vestimẽta mea?* Et tametsi discipuli dicerẽt, *Vides turbã cõprimẽtem te, & dicis, quis me tetigit?* Ille nihilominus vniuersis hanc fidei prædã volẽs esse testatã: *Circumspiciebat videre eã, quæ hoc fecerat*: quoadusque illa, quæ deprædata fuerat, procidit ante eum, profitens furtum: Tunc nempe illa protulit verba; *Filia fides tua te saluam fecit. Vade in pace, & esto sana à plaga tua.* Iam sana facta erat à plaga, quid iam opus erat dicere: *Esto sana à plaga tua?* Per fidei vim deprædata à Domino fuerat diuinam sanitatis virtutem; laudauit Dominus tantam fidei vim, quamuè per fidem illam furtiuè consecuta fuerat sanitatem, pacificam eius voluit esse possessionem; quasi fidem eius commendare voluerit, his ipsis verbis, quibus totius Ecclesiæ hoc loco commendat fidem, ac dicere; *Oculi tui deprædãtes*: Fides tua me deprędata est, tuamque mihi summopere placet esse, quam fecisti, prædam.

g Marc. 5. 25.
g Luc. 8. 43

Neque verò furtiuè dumtaxat pura, ac simplex fides Deum deprædari potest; Sed & aperta contentione vim ei valet inferre, ac per eam vim, qua pollet, quicquid contentiosè petierit, extorquet quodammodo ab illo. Notissimum est in Chananea *h* exemplum, quæ filiæ curationem à Domino rogãs; quamquam vehementius ille contra eam obniteretur, & iniuriosa canis appellatione; adeò tamen fortiter propria contendit fide, vt illi ipsi, qui insuperabilis alioquin esset, tantam intulerit vim, vt ille quasi victus, nedum id præstiterit, quod illa efflagitarat, sed & celeberrimum illud fidei eius protulerit encomium; *O mulier magna est fides tua; fiat tibi*

Fides vim infert ipsimet Deo
h Matt. 15. 22.

DE ANIMA. A *sicut vis*; huic penitùs simile, quo sponsam vniuersalem hoc loco commendat Ecclesiam, dum ait: *Oculi tui vim inferentes.*

Ex Vers. XV. Oculi tui Columbarum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

QVanquam ex communi fere Theologorum consensu intentionis actus ad voluntatem pertineat potius, quam ad intellectum; quandoquidẽ nil aliud intentio est, quam in aliud tendere, proB priumque est voluntatis, vt ad finem vniuersas moueat animæ vires, nihilominus quia voluntas mouere non potest ad finem, nisi per actum intellectus is præcognoscatur, tanquam terminus, & scopus eorum, quæ in illum ordinantur, & ordinare est opus rationis, ac intellectus: haud longè a veritate aberrauerit, qui intentionem ipsam ad intellectum quoque spectare, contendat. Quinimo quòd ad intellectum ea pertineat priusquam ad voluntatem, inde colligitur, quòd ita asseritur esse actus voluntatis, vt tamen ex directione proueniat intellectus, a quo prius voluntas ipsa mouetur. Porro sicut in Scripturis Sacris intellectus exprimi solet nomine oculorum, quia per ipsum Anima æque, ac corpus per oC culos videat, atque cognoscat, quæ intelligibilia sunt: vnde in libro Numerorum dicitur, *a Assumpta parabola, dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis Dei intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.* Et apertius in Epistola ad Ephesios Apostolus. *b Deus*, inquit, *det vobis illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes*, &c. In eundem modum & ipsa animæ intentio, oculorum item nomine, & metaphora in iisdem Sacris literis exprimitur: ac ne longius exempla peramus, cælestis sponsi habemus verba præ manibus: dum enim ex Sancta intentione vniuersam animæ pulchritudinem prouenire significat, statim, ac dixit: *Ecce D tu pulchra es amica mea, Ecce tu pulchra es*, subiicit: *Oculi tui columbarũ.* Intelligebat quippe diuina Sapientia, nullo aptiori, quam oculorum, eam explicari posse metaphora: nam triplex præcipue inter ipsam, ac oculos inest proportio.

Intentio, et ad volũtatẽ spectat, & ad intellectum.

a Num. 24. 3.

b Ephes. 1. 18.

Prima est, quòd sicut oculo prius eò aciem intendimus, quò postea nobis tendendum sit, & corpore ita & intentione illum prius respicimus finem, ad quem postea per operationes tendere debeamus & anima.

Intentio quã apte significetur per oculorũ metaphoram.

Simile.

Secundo sicut inter oculum, atque id, ad quod tẽdere opus sit, nihil interponatur, necesse est, quia oculus eo tendit, illudque videt, quod immediatius E sibi proponitur: eodem modo inter intentionem, ac Deum, ad quem per intentionem in cunctis operibus tendere debet anima, nil interponendum corporeum, atque terrenum, quod alienum sit a Deo: quoniam ea est nostræ intentionis proprietas, vt id potissimum respiciat quod immediatius sibi extet oppositum, siue spirituale illud sit, siue carnale.

Inter intentionem nostram, ac Deũ nil intermedium ponẽdũ est.

Simile.

Tertio demum, sicut vniuersa corporis pulchritudo ex oculorum pulchritudine potissimum dependet, & gratia, ita & totus animæ decor, totaque sanctitas ex intentionis rectitudine pendet, & sanctitate: prout egregie animarum sponsus Christus explicauit in Euangelio, cum diceret. *c Lucerna corporis tui, est oculus tuus*, idest lucernæ lumen eo con-

Ex intẽtionis rectitudine prouenit vniuersa animæ sanctitas.

c Mat. 6. 22

DE ANIMA.

conuertitur, quo tendendum sit; ita & oculus tuus ad id semper conuertitur, atque intendit, quod tuo tibi agendum est corpore: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit*, idest deformitas, seu pulchritudo animæ tuę ex pulchra, aut deformi; ex sancta, vel praua intentione tua prouenit; Si enim illa simplex fuerit: absque vllo scilicet temporali medio in Deum respiciens lumen verum, ac sempiternum, veram, ac indeficiētem lucem, totum spiritale; ac mysticum animæ tuę corpus lucidissimum erit; si secus verò, si obscuro aliquo inter intentionem tuam, ac Deum interposito medio, illa fuerit nequam: totum enim tunc deforme, ac tenebrosum erit animæ tuæ corpus, quod cōstructum est ipsis operibus nequam, quę ab Apostolo membra sunt appellata, vbi ait. *d Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malā, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus.*

d Colos. 3. 5.

I. SENSVS.

Vnde igitur melius animæ sanctæ pulchritudinem cælestis extollere poterat sponsus, quā ex sanctæ eius intentionis encomio, sub oculorum metaphora. Idcirco ait. *Oculi tui columbarum*, seu juxta aliam lectionem: *Oculi tui columbæ.* Præclare autem tam pulchrę animę intentionem oculis assimilat columbarum; quandoquidem sicut columbarum oculi, ad nullum alium intenduntur, præterquam ad vnicum coniugem: ita & istiusmodi animæ intentio ad nihil temporalium, sed ad vnicum duntaxat spōsum directa est Deum.

Intentio recta, quare assimiletur oculis colūbarum, vel ipsis columbis.

Hæc est namque differentia maxima inter animā Sanctam, & illas, quæ deformes sunt, atque peruersæ: quòd istæ, etiam in operibus ijs, quæ ex sui natura bonitatem præseferunt, suos intentionis oculos directos ad terrena habent, atque ad praua, iuxta illud Prou. *e Oculi stultorum in finibus terræ*; stulti sane ij sunt, qui cum cælestem ex operibus, quæ operantur, adipisci queant pulchritudinem, per illa ipsa & deformes redduntur, & ab omni excidunt merito; quia per insaniam intentionis oculos in finib. terræ sitos quodammodo habent, terrena semper, ac vilia in suis spectantes operibus, inanem gloriā, superbiam ambitionem, & cetera huiusmodi, quales & Scribas, & Pharisæos fuisse in Euangelio *f* longius ostendit Dominus, qui iustitiam suam faciebant coram hominibus, vt viderentur iusti: *g* dilatabantque philacteria sua; *h* amantes primos accubitus in mensis; *i* & salutari ab hominibus, Rabbi, qui & merito *K* sepulchra dealbata dicuntur: qua fæditate ij vniuersi censendi sunt deformes, qui vel fuerunt, vel sunt modo peccatores in terra, de quibus apud Zachariam, quando agitur de amphora iniquitatis, dicitur. *l Hæc est oculus eorum in vniuersa terra*; idest ad hanc amphorā iniquitatis peccatores, quotquot sunt in vniuersa terra, intentionis oculum semper habent coniectum; quicquid enim agunt propter iniquum operantur finem. At econtra, quæ pulcherrima est anima Sancta, cum nouerit, intentionis oculum ad Deum tantummodo esse conuertendum, vt patet ex eo, quod apud eumdem Prophetam dicitur. *m Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel*: idest ad Dominum coniecta esse debet vniuersorum hominum intentio: tam sapienter eam dirigit, vt non immerito de illa protulerit Salomō. *n Sapientis oculi in capite eius.* Enimuero ita illos semper coniectos habet in sponsum; & caput suū; vt in ipso eius capite quodammodo siti illi videantur, vnde factum est, vt iure optimo, ob idipsum oculis columbarum ab ipsomet sponso comparati sint; *Oculi tui columbarum.*

Simile.

1. *Intentione praua mundani deturpāt semetipsos, & omnia opera sua.*

e Prou. 17. 24.

f Mat. 6. 1.

g Mat. 23. 5.

h Luc. 14. 7

i Mat. 23. 7

K Mat. 23. 27.

l Zac. 5. 6.

Intentionē in Deū tantūmodo dirigūt iusti vnde & pulchri redduntur.

m Zac. 9. 1.

n Eccl. 2. 14

DE ANIMA.

Quòd si quemadmodum oculus corporeus, iuxta Philosophorum sententiam, quando in aliquid fuerit intentus, suscipit speciem illius, & in illud quodammodo transformatur, vt promat vel pulchræ, vel deformis rei visionem: Eodem pacto & intentio, quæ oculus est animæ suscipit speciem illius, ad quod fuerit directa, & in illud sese ita transformat, vt vel bonam, vel prauam reddat operationem, iuxta illius, in quod transformata est, bonitatem, aut prauitatem, sane apparebit, quam recte de purissima, ac simplicissima animæ sanctæ intentione ad summum eius laudis cumulum a diuino verbo, iuxta lectionem Hebraicam, & Septuaginta Interpretum dictum sit. *oculi tui columbæ*, dum enim illa spiritualibus semper intenta est, sic ipsorum spiritualium intra se suscipit speciem, sicque in spiritualia transformatur, vt quodammodo instar Spiritus Sancti pura sit, ac maxime simplex, eoque pacto dicatur columba, quæ Symbolum est ipsius Spiritus Sancti. Aptissime autem pluraliter & *oculi*, & *columbæ* vna dicta est intentio, quia sicut licet duo sint in corpore oculi, ad vnicam tamen simul concurrunt visionem, ad vnicum ambo intenti sunt obiectum, ita vt haud tollatur, quin vnicus sit corporis visus per id, quòd duobus impertitus sit oculis. In eundem modum, licet plures videantur intentiones pro temporum opportunitate, quatenus tamen singulæ, ac vniuersæ ad vnum directæ sunt Deum, pluralitas illa, quæ in eis apparet, haud tollit, quin eæ omnes ad vnicam tantum reducantur intentionem, sicque eodem tempore & plures intentiones, & vna pariter intentio ea est: congruentius autem quæ vna est, per oculos in plurali significata est, vt in omnibus corporalium oculorum sibi constaret metaphora.

Intentione recta aīa trāsformatur in spiritualia, atque etiam quodāmodo in Spiritū Sanctū.

Simile.

B

Intētio recta, & vna est, & plures.

Simile.

C

Sed etsi vnus sit Spiritus, ad quem recta animæ intentio directa est, vnaque columba, in quā transformata illa mēt est, nihilominus quia vna illa, quæ & multiplex est intentio, ad plura coniecta est Spiritus Sancti munia, propterea ad illius commendationem dicitur sponsæ. *Oculi tui columbæ.* Neque nouum est, vt oculi dicantur Septem Spiritus Dei: nā & in Zachariæ visionib. reperimus. *o* Super Christum lapidem vnum esse septem oculos: & septem isti oculi inferius *p* dicuntur esse Domini, qui discurrunt in vniuersam terram: Septem nimirum spiritus Dei, septem columbæ, septem dona Spiritus Sancti, vt exponit Hieronymus, quæ super Christū *q* florem de radice Iesse requieuisse, asserit Isaias, quæve in vniuersam terram disseminata sunt, quando in die Pentecostes *r* Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.

Intētione aīa Sāctæ, qua ratione sit plures colūbæ.

D

Oculis designātur munera Spiritus Sancti.

o Zac. 3. 9

p Zac. 4. 10.

q If. 11. 1.

r Act. 2.

Iuxta hunc itaque primum sensum, piam animam cælestis sponsus per hæc modica verba *Oculi tui columbæ*, seu, *columbarum*, sic affari videtur.

E

PARAPHRASIS.

Pulcherrima es, amica mea; pulcherrima sanctitate interna, pulcherrima & externa; pulcherrima in cordis puritate, pulcherrima & in perfectione operationum. Quis tuam istam non admiretur pulchritudinem? quis de tua adeo eximia non obstupescat sanctitate? Cum oculos habeas columbæ? cum tam puram, tamque simplicem in vniuersis tuis operationibus habeas intentionem, vt tota spiritualis effecta, in ipsum quodammodo transformata ea sit totius Sanctitatis fontem Spiritum Sanctum? Admiratione sane prægrandi iterum, atque iterum clamabo. *O quam pulchra es amica mea; & quam*

DE ANIMA. *quam pulchra es; Oculi enim tui columbarum*, adeo pudica es, adeo pura, vt intentionem tuam haud ad aliud quidpiam, prӕterquam ad me vnicum dilectũ tuum dirigas vnquam; non secus ac pudicissimӕ columbarum ad nullum alium, prӕterquam ad vnicũ coniugem, suos vnquam conuertunt oculos: Hinc plane fit, vt & in corde, & in operationibus adeo prӕcellenti decora sis pulchritudine.

II. SENSVS. Iuxta secundum quoque sensum egregie idémet sponsus per vnum oculorum epithetum, duo simul ostendit his verbis. *Oculi tui deprӕdantes*, seu, *vim inferentes*, causam videlicet vniuersӕ, qua anima Sancta decora est, pulchritudinis, & vnde ipsemet ad tantӕ illius pulchritudinis pertrahatur admirationem.

Per intentionem rectã desfdamur quodãmodo diuinã imaginẽ a Deo. Enimuero haud aliunde tam ingens in Sancta anima effulget pulchritudinis decor, nisi ex eo, qđ illa per rectam intentionem suam prӕstantissimam ad se rapiat, & quodammodo deprӕdetur ipsius Dei speciem. Quomodo vero, inquies, istiusmodi fit deprӕdatio? Sicut corporeus oculus intẽdens in aliquem, illius per eam intentionem ad se rapit, & furtiue quodammodo deprӕdatur imaginem; vnde si oculum in nos intentum propius intuemur, nostram in illius pupilla, quasi in speculo impressam cernimus imaginem: Eodem pacto & animӕ oculus intentio, dum in speciosissimum directa est Deum, sic prӕfulgidam illius ad se rapit, ac deprӕdatur imaginem; vt & ipsa diuino decore sit pulchra, diuinaque sanctitate sit sancta. Propterea, vt paulo superius animaduersum est, oculorum nomine intẽtionem ipsam cӕlestis expressit sponsus, dicens: *Oculi tui* יונים ionim, idest *deprӕdantes, ac rapientes*; ӕque enim est, ac si dicat.

PARAPHRASIS. Pulchra es certe admirabili sanctitate, o amica mea: ita vt decor ipse tu⁹ verbis vix exprimi queat: ea enim est intentio tua in cunctis, quӕ a te aguntur, operibus, vt cum semper ad me directa sit, meã ad se rapiat, & deprędetur imaginem speciosissimã; non secus ac oculi corporei eius, ad quem sint intẽti, ad se rapere solent imaginem. Atque hinc factũ est, vt nedum intentio tua diuino micet fulgore; sed & opera, quӕ iuxta illam a te fiunt, diuinam redoleant sanctitatem; & tu ipsa diuina decora sis pulchritudine.

Intentione recta vim quodãmodo inferimus celestibus, ac Deo ipsi. Denique per hӕc ipsa verba, *oculi tui* יונים *ionim*, idest *vim inferentes*, prӕclare sponsus cӕlestis exponit, vnde potissimum ad tam ingentem animӕ Sanctӕ pulchritudinis admirationem ipsemet pertrahatur, vt exclamarit: *O quam pulchra es amica mea, o quam pulchra es*, inde enim factum id est, quia animaduertit, illius intentionem, qua singulas operatur actiones, prӕ ingenti puritate, ac simplicitate eo peruenire, vt sibimet Deo vim inferat, violenterque quodammodo ab illo rapiat cӕlestia: quod idẽ spõsus non obscure significauit in Euangelio, cum diceret. *f Regnum cӕlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Regnum quippe cӕlorum penetrari minime potest, nisi opera sancta per puram, ac violentissimam intentionem maxima vt intendantur in illud. An non violentus, qui per *t* potum vnum aquę frigidӕ, recta intentione exhibitum, cӕlum a Deo rapit? An non violenta *u* vidua illa Euangelij, quę per duo minuta, quӕ intentione ad Deum directa, in templi gazophylacium immisit, Deo vim quodã modo intulit, adeo vt cӕlestem patriam ille a se rapi, permiserit?

f Matt. 11. 12.

t Matt. 10. 42.

u Luc. 21. 2.

PARAPHRASIS. Idcirco igitur, inquit, sponsus, tuam admiror, o anima Sancta, pulchritudinem ac sanctitatem, quia oculi tui vim inferentes sunt: quia purissima intentio tua, qua potissimum ista es decora pulchritudine, tantam habet potentiam, vt & mihi ipsi vim inferat, violenterque per suam insignem puritatem id mihi rapiat, quod pretiosissimum habeo regnum cœlorum.

Ex Vers. XV. Oculi tui Columbarum.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quӕ est B. Maria.

DE B. MARIA. Si fundamentum totius gratiӕ, totius pulchritudinis, vniuersӕque sanctitatis est fides: haud dubium sane quin Dei Genitrix Maria iustos vniuersos sua fide superauerit, qui ex fide vixerunt, sicut & sanctitatis decore, & gratiarum cumulo cuicumque purӕ supereminet creaturӕ. Illud tamen nonnihil incutere solet dubitationis, qua ratione fides illius dici debeat fundamentum, & causa eius quoque pulchritudinis, qua decorata est per partum cum virginitate coniunctum.

Fides B. Maria extitit fundamentum, & causa, vt & partus, & virginitatis decoretur pulchritudine.

Primo enim in contrarium illud videtur, quòd potius in huiuscemodi pulchritudinis promissione nonnihil Beata Virgo hӕsitasse visa sit: quippe quӕ Angelo nuntianti, aliquantulum hӕsitans ea respõderit verba. *a Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quasi id fieri posse, non crederet, vt virgo sine viro conciperet, pareretque sine vlla virginitatis lӕsione.

a Luc. 1. 34

Deinde si fides fundamentum prӕdictӕ pulchritudinis in Maria extitisset, profecto id ei prӕ ceteris fuisset exploratum: quare ergo ipsamet non fidem, sed humilitatem potius pro eius fundamento, & causa attulit, dum dixit. *b Quia respexit humilitatem Ancillӕ suӕ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna, qui potens est?* Indubitanter nihilominus tenendum, ex fide eius eximia vniuersam hanc in Beata Virgine prouenisse pulchritudinem: hoc enim est, quod hoc loco asserit cӕlestis sponsus, dum post verba illa stuporis, & admirationis plena: *Ecce tu pulchra es proxima mea: Ecce tu pulchra es*, subijcit. *Oculi tui columbarum*, seu iuxta aliam lectionem, *Oculi tui columbӕ*. Aeque enim est, ac si diceret.

b Luc. 1. 48

PARAPHRASIS. O mihi prӕ omnibus proxima, admirabili propter Virginitatis decorem illustris es pulchritudine. At multo certo illustrior es propter partum, quo tua ipsa mirum in modum decoratur virginitas. At pulchritudo hӕc vniuersa eo te magis illustrat, qđ ex pręcellentissima tua prouenit fide: fides namque tua, qua credidisti vniuersis, quӕ tibi ab Angelo pnuntiata fuere, & purissima extitit, & maxime simplex, vt non immerito oculis comparari possit purissimarum, maximeque simplicium columbarũ, necnon & ipsimet puritati, atque simplicitati, quӕ per purissimas, ac simplicissimas designatur columbas.

Neque vero contra tam insignem fidei puritatẽ quidpiam apparens illa facit eius hӕsitatio; tantũ enim abest, vt virgo gloriosa per illa verba. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* vel minimum quid dubitauerit in promissione angelica; vt potius per ea verba fides ipsa ostensa sit perfectior, vt firmissima potius fide, rem certò faciendam supponens, modum inquisierit, quo implendum id esset, iuxta communem Patrum sententiam.

Quando vero ipsamet Virgo Sanctissima dixit, se dicendam Beatam ab omnibus generationibus,

quia

APPENDIX. quia respexit Deus humilitatem suam, per actũ humilitatis ipsam suã perficere voluit fidem, propter quam, nil sibi adscribens, pulchritudinem suam vniuersam Deo acceptam retulit.

Bene ergo sponsus ait. *Oculi tui columbarum*; sicut & Elisabeth in Euangelio post singularem illã tantæ pulchritudinis admirationem, qua ad ipsam

c Luc. 1. 42. Virginem exclamauit magna voce. *c Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*, similẽ isti, qua sponsus hoc loco ait. *Ecce tu pulchra es*, per virginitatem inter mulieres: *Ecce tu pulchra es* per

d Luc. 1. 45. partum ventris tui, subintulit: *d Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino*. Vere enim Beata Virgo per actum illũ fidei, quo assentita est Angelo nuntianti filij conceptionem, condigne sese disposuit, ac de cõgruo meruit, vt simul mater Dei esset, & Virgo permaneret immaculata.

Ex Vers. XV. Oculi tui columbarum.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et quàm recta sunt opera tua, & occupationes tuæ, sicut pullorum columbæ, qui mundi sunt, vt offerantur super altari meo.

Sunt quidem complures Patrum, qui in eo conueniunt, vt allata similitudo mystice exponenda sit, ita vt sub columbarum vocabulo, non tam aues ipsæ intelligantur, quàm Spiritus Sanctus, cuius typum gerunt columbæ, vt aperte colligitur ex eo,

a Mat. 3. 16. quod in Euangelio legimus, *a* descendisse Spiritum Sanctum super Redemptorem nostrum. Est tamen adhuc inter istos Patres nonnihil diuersitatis in expositione huius sentẽtiæ, *Oculi tui columbæ*, seu, *columbarum*.

Origen. Ambros. Tres Patr. Theod. Philo Car. Cassiodo. Bernard. Quidam enim existimant, his commendari non tam externos, quàm internos mentis oculos, ipsam que animæ notitiam, & cognitionem, quæ idcirco dicatur *sicut columbæ*, quia vniuersa spiritaliter videat, & prout opus est, spiritaliter intelligat. Ita Origenes, tum Homilia secunda ex duabus, tum Homilia tertia ex quatuor, Ambrosius serm. 16. in psal. 118. vers. 3. Catena trium Patrum apud Theodoritum, Theodoritus ipse, Philo Carpathius, Cassiodorus, atque Bern. serm. 45.

Notitia, & intellectus piæ animæ quõ sit spiritualis. Notat autem Theodoritus, idcirco non dici, *sicut ipsius columbæ*, sed, *sicut ipsa columba*, idest spiritales,

Theod. diuina gratia pleni, ab omni caligine liberi, *b reuelata facie gloriam Domini contemplantes, in eandẽ imaginem transformari a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu*, vt possint dicere. *c Nobis autem Deus reuelauit per spiritum suum*.

Oculos spirituales qua ratione habeat anima Sancta. Gregorius Nyssenus Homilia quarta, tam de cognitione, quàm de vita, & operationibus spiritalibus hæc intelligens, egregie circa ea philosophatur

b 2. Cor. 3. 18. in hunc modum. Quoniam qui non amplius aspicit ad carnem, & sanguinem, ad vitam aspicit spiritualem, spiritu ambulans, & corporis actiones spiri-

c 1. Cor. 2. 10. tu mortificans, totus effectus spiritalis, non anima-

Greg. Nys. lis, neque carnalis, hac de causa fertur testimonium de anima liberata a corporali affectione, quòd habeat speciem columbæ in oculis, hoc est characterẽ vitæ spiritalis: quòd illustretur perspiciente animi facultate, siquidem, iuxta naturalium sententiã, oculus species excipiens, quæ exeunt ex rebus aspectabilibus ita visum in operationem deducit: hac de causa laus pulchritudinis oculorum est forma colũbæ, quæ apparet eorũ pupillis. Sic quoniã pu-

A rus factus est aiæ oculus, capax est characteris colũbæ, & Spiritus Sancti, propterea in eam cadit, vt cõtempletur sponsi pulchritudinem. Nunc enim primum in sponsi formam intendit oculos, quoniam sponsum habebat in oculis. *d Nemo enim potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu Sancto*. Ecce pulcher es patruelis meus, &c. — d 1. Cor. 12. 3.

Orig. Super Philosophia allata a Nysseno de receptione specierum in oculis, videtur fundatus & sensus allatus ab Origene Homilia tertia, ex quatuor, vbi ait. In futuro sæculo, vbi anima iam non solum imitatione, sed & ipsa sui perfectione formosa est, dicit esse oculos eius columbas, vt duorum oculorum columbæ duæ intelligantur esse, filius Dei, & Spiri-

In futura vita beati dicitur oculos his duos ut debat colubas, Christũ scilicet, & Spiritũ Sanctum.

B tus Sanctus. Et ne mireris, si columba simul dicatur cum vterque simul aduocatus dicatur, sicut Ioannes Euangelista declarat, Spiritum quidem Sanctũ dicens paraclitum, quod est Aduocatus; & de Iesu Christo nihilominus in Epistola *e* sua dicit, quia ipse sit Aduocatus apud Patrẽ pro peccatis nostris: sed & apud Zachariam prophetam *f* duæ oliuæ ad dexteram, & ad sinistram candelabri positæ, vnigenitum nihilominus, & Spiritum Sanctum designare creduntur. — e 1. Io. 2. 1. — f Zac. 4. 11.

Denique Rupertus Abbas per hoc ipsum, quòd columba Typus est Spiritus Sancti, arbitratur, in his commendari in Beata Virgine plenitudinẽ gratiarum. Per oculos enim illius, comparatos oculis

Rup. Abb. Maria omnib. gratijs plena, idea dicitur habere oculos columbarũ.

C columbarum, accipit septem dona Spiritus Sancti, cuius symbolum est columba. Nec est, inquit nouũ, vt ipsa septem dona dicãtur oculi: nam & apud Zachariam Propheram *g* ipsamet significantur per septem oculos, qui sunt in vno lapide Christo. Iuxta quam acceptionem, talia Christum per hæc sibi, asserit, velle. Omnium gratiarum tu facta es particeps, ex quo me castis visceribus suscepisti, *h* super quem requiescunt omnia prædicta Spiritus sancti dona, vt dicitur apud Isaiam & *i in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. — g Zac. 3. 9. — h Is. 11. 2. — i Coloss. 2. 9.

Ab alijs eadem colũbarum similitudo haud mystice, sed proprie intelligitur de colũbis ipsis, quas inter aues conspicimus. Et inter hos quoque diuersitas reperitur expositionum. Quidam enim, nedũ

D columbas, sed & oculos, qui commendantur, proprie accipiunt pro oculis sensibilibus. Ita Origenes enim Homilia secunda ex duabus, existimans commendari puros, & castos piæ animæ oculos, ait. *K Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iã mœchatus est eam in corde suo*, & oculos non habet colũbæ. Qui autem habet oculos columbæ, videt recta, & misericordiam promeretur: porro quis videt recta, nisi qui casto cõspectu, & puris intuetur oculis?

Orig. Oculo casti, & puri sunt oculi colũbini. — K Matt. 5. 28.

Psellus. Psellus quoque apud Theodoritum, his consentanea dicens, Iucundis, inquit, oculis es prædita columbæ virginis, cum oculos tuos ab errore auerteris, & eos in me creatorem tuum intenderis: Colũbæ autem oculos memorat, vt purum Virginis obtutum significet. Tam mundos enim oculos habet,

E vt puriter pulcherrimum sponsum aspiciat.

Greg. PP. Eandem exponendi rationem, licet diuerso modo, sequens Gregorius Papa: Sponsæ inquit, oculi bene columbarum esse perhibentur, quia dum in temporalibus gemit, & ad æterna desiderio rapitur in simplicitate suos sensus custodit, & carnales concup iscentias detestatur: columba quippe in amore pro cantu gemit. Et bene Sancta anima columbę cõparatur, quia dum reprobi quique in amore mundi garriunt & lætantur, mens electa in cælesti desiderio atteritur, quia timet, ne amittat, quod diligit, dum differtur.

Sponsus suos qui in simplicitate gaudiant & gemi.

Alij oculorum nomen metaphorice sumunt. Ita Cassio-

APPENDIX.

Cassiodo. Beda.

Cassiodorus, & Beda internos cordis oculos commendatos, arbitrantur. Beda enim; *Oculi*, inquit, *tui columbarum*, idest, oculi cordis tui simplices, & mundi, atque ab omni duplicitate fallendi, ac simulandi prorsus immunes. Item oculi tui columbarum, quia sensus tui spiritali sunt intellectu prædditi. Itē oculos columbarum habet amica Christi, quia omnis, quæ illum veraciter intus amat, nullo exterarū rerum appetitu, miluorum more accenditur, nulli viuētium aduersum quid inferre meditatur: quod columbinæ fertur esse mansuetudinis, quæ cuncta, quæ occurrunt simplici, miti, & humili corde contemplatur.

Oculi Sanctorum sint simplices.

Aia Sancta nulli irasci tur.

Quibus consona sunt quodammodo, quæ asserit Bernardus serm. 45. dum existimans, laudari sponsæ humilitatem, ait: Ad hoc respicit, quòd illa reprehensa de alta inquisitione sua, continuò non cūctata est ad simpliciora descendere, ita vt diceret: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*. Multum profectò distat inter vultum gloriæ, & fasciculum myrrhæ, & ideò magnum humilitatis insigne, inde huc acquiescere reuocari. Ergo *oculi tui columbarum*: Iam, inquit, non ambulas in magnis, neque in mirabilibus super te: sed, instar simplicissimæ volucris contenta es simplicioribus, nidificans, in foraminibus petræ, meis vulneribus immorans: & libenter ea, quæ sunt de me duntaxat, incarnato, & passo, oculo intuens columbino.

Bernard.

Humilitas animæ commēdatur a oculis columbinis.

Hug. Vict.

Hugo de Sancto Victore lib. 1. de instit. monast. c. 3. per oculos columbarum, propter quos Anima laudatur a sponso, intelligit memoriam, & intellectum eius; ait enim: duos habet oculos dextrum, & sinistrum, memoriam & intellectum; in hoc futura prouidet, in illo transacta deflet. Hos oculos clauserunt in Aegypto Patres nostri: quoniam nō intellexerunt opera Dei, nec fuerunt memores multitudinis misericordiæ eius.

Oculi, qui sunt memoria & intellectus.

Sunt, qui mysticos Ecclesiæ oculos laudatos, asserunt; Sacerdotes nimirum, vt ait Aponius, & Prædicatores, vt ait Gregorius Papa. Quam oculorum Ecclesiæ acceptionem pro Prædicatoribus longiùs diffeutiens Anselmus ait: *Oculi tui*, idest Prædicatores, qui tibi prouident, vt oculi corporei, erunt *columbarum*. Intransitiuè dictum est, idest erunt re vera columbæ, idest septem virtutes habebunt, quæ denotantur per septem naturas columbæ. Colūba enim secus fluenta habitat, vt viso accipitre se mergat, & euadat: meliora grana eligit; alienos pullos nutrit: rostro non lacerat: felle caret: in cauernis petræ nidificat: gemitum pro cantu habet. Ita Prædicatores Sancti secus diuinæ scripturæ fluenta, quibus eorū irrigantur corda, inhabitant, vt eorum munimento ab incursu diabolico euadant: Meliora grana, idest meliores sententias scilicèt non hæreticorum eligunt: alienos pullos idest, homines primùm à Christo alienatos, qui pulli idest filij diaboli fuerant, doctrina sua nutriunt, & exemplo: Rostro non lacerāt idest bonas sententias, hæreticorum more lacerando, non peruertunt: felle carent, ita nimirum irrationabili: In cauernis petræ nidificant, idest in plagis mortis Christi, qui est petra firmissima, nidum ponunt idest, in fide mortis Christi refugium, vel spem ponunt: per nidum quippe refugium, & spes designātur: columba enim adueniente imbre ad nidum fugit, & spem in nido habet. Gemitum pro cātu habet, idest, sicut alij delectantur in cantu, ita ipsi in tribulatione, & gemitu. Habet etiam hanc naturam columba, vt visionem amissam recuperet. Ita quoque & Prædicatores, & prouisores Ecclesiæ aliquo dono Sancti Spiritus amisso per aliquod delictum, recuperant illud: sicut Dauid, qui spiritū prophetiæ, quem amiserat, recuperauit. Habet itē hanc naturam, quòd gregatim volat: Eodem modo Prædicatores gregatim, idest Catholicam fidem tenentes, tendunt ad alta gressibus bonorum operum, atque virtutum: nam quot bona opera facimus, tot gressibus ad Deum properamus. Alis se defendit columba; ita boni Prædicatores sententijs Patrum se muniunt, atque defendunt.

Prædicatores esse colūbas, quas vecū illis habeant congruentias.

LITTERA.

Vers. X V I. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

AVdito præstantissimo illo pulchritudinis Encomio, quod in præcedenti sententia à sponso in se collatū fuit, sponsa haudquaquam propterea, iuxta vanarum puellarum morem insolentior facta est, imò humiliorē sese exhibuit, vtpote quæ non tam corporis, quàm animi decora esset pulchritudine. Ideoque illam omnem, quam à sponso acceperat laudem, magnaque cum accessione in eumdē sui refundit Encomiastem, dicens: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.*

Vt autem bene tota huius sententiæ vis percipiatur: & faciliùs, quæ hic dicuntur, ad sensus aptari queant spirituales; tria notanda sunt.

Primò, dictionem, *Ecce* eamdem hoc loco habere vim, atque in superiori habuit versu: significat enim admirationem, ac stuporem magnum propter rem nouam, inauditam, ac maximè insignem.

Secundò animaduertendum particulam, *&*, quæ dicitur; *& decorus*: non accipiendam hic vt simplicem coniunctionem copulatiuam, sed, vt particulā augentem, & amplificatiuem. In hebræo quippe pro ea est particula אף aph, quæ ad orationē, cui postponitur, quampiam addere solet amplificationem, significat enim hæc omnia; ampliùs, adhuc, etiam, & imò: Sed & aliquando significat; Quantò magis: vt clarè videmus in cap. 4. libri Iob, a vbi dicitur אף שכני בתי חומר aph scohene bathe homer. *Quanto magis, qui habitant domos luteas.*

Et, sumitur amplificatiuè.

a Iob. 4. 19

Tertiò sciendum, pro eo, quod nos legimus; *Decorus*: in hebræo esse dictionem נעים naghim, quæ quidem dictio non tantùm significat pulchrum, decorum, atque venustum: verùm etiam iucundū, suaue, & delectabile: Sicque vertitur in psal. 80. b *Psalterium iucundum cum cythara*: psalm. 132. c *Ecce quā bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*: psalm. 134. d *Psallite nomini eius, quoniam suaue*: Imò & hoc loco sexta editio vertit τερπνὸς, *suauis, iucundus*, ac *delectabilis*.

Decorus propriè quis.

b Ps. 80. 3.
c Ps. 132. 1
d Ps. 134. 3

Quod etiam noster interpres significare voluit, dum vertit; *& decorus*: decor enim supra pulchritudinem, quæ sita est in apta membrorum proportione, cum quadam coloris suauitate, dulcem quamdam, iucundam, atque suauem reddit gratiam, quæ non tantùm in debita partium figura, sed & in motu, in sermone, in habitu, cultu, & aspectu, ac denique in omni actione conspicitur: quam qui habeat, vsquequaque pulcher existit, qui verò ea careat, etsi fortasse dici queat pulcher, nullatenus tamen potest dici decorus.

His breuiter adnotatis facile eorum, quæ hic ab sponsa dicuntur, intelligitur sensus, est autem istiusmodi;

PARAPHRASIS.

Si mea admirabilis tibi videtur pulchritudo: si tanto ob pulchritudinis meæ præstantiam stupore commotus es, vt exclamans dixeris. *Ecce tu pulchra es*

LITTERA.

ti, amica mea, Ecce tu pulchra es, Certe o dilecte A mi, multo admirabilior eſt tua pulchritudo, multoque vehementiori ob iucundiſſimum decorem tuum ipſa afficior ſtupore, vnde & ego multo congruentius admirans exclamare contendã. *O quàm pulcher es?* noua ſane, inaudita, atque omnibus numeris abſoluta eſt pulchritudo tua: *Ecce enim es pulcher, imo es & decorus*; non ſolum pulcher es apta membrorum, colorisque ſymmetria, ſed inſuper præ ſumma venuſtate, gratia, atque concinnitate, qua & in verbis, & in habitu, & in actionibus tuis decorus appares, ingentem intuẽtibus vniuerſis, ac mihi præcipue dulcedinem exhibes, atque ſuauitatem. Pulcher es in teipſo; decorus etiam in actibus, habituque externo.

Vel: *Ecce tu pulcher es*: Admirationem, ſtuporemve inijcis per pulchritudinem tuam: quanto magis per dulcedinem, ac ſuauitatem, qua te intuentes tuo oblectas decore? Noua, inaudita, ac præſtãtiſſima eſt pulchritudo tua; quanto magis decor ipſe tuus, tua iucũditas, cæq;, quas p̃stas, delectationes.

Verſ. XVI. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.

Expoſitio Secunda. De Prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.

ID in verbis hiſce aduotandum in primis, quòd ſicut in ſuperiori ſententia pulchritudinis laus eatenus in Eccleſiam collata eſt, quatenus amica, ac ſponſa eſſet Chriſti: ſic enim ibi dicebatur; *Ecce tu pulchra es amica mea*, ſeu, *proxima mea; ecce tu pulchra es*, ſcilicet ſponſa mea. In eundem modũ, vt ijdem ipſi ſint radij, qui reflectuntur ab Eccleſia amica, & ſponſa, eatenus in verbum refunditur laus pulchritudinis, quatenus effectus eſt eius dilectus in humanitate aſſumpta: propterea dicitur; *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus*. Acque enim eſt, ac ſi diceret.

PARAPHRASIS.

Ego quidem pulchra ſum, quia amica, ſponſaq; tua ſum: quia per arctam amicitiæ neceſſitudinẽ; D perque ea, quibus tibi coniuncta ſum ſponſaliorũ iura ingenti hac decorata ſum pulchritudine, quã adeo præclaro extuliſti panegyrico: At profecto tu quoque pulcher es, quia dilectus meus es: non quia exinde aliquid a me acceperis pulchritudinis, ſed quia tu per eam, quæ tibi ab æterno ingenita eſt, pulchritudinis gratiam, id quoque admirabiliter reddidiſti, pulchrum, atque decorũ, quod ex me ſuſcepiſti, quod ve alioqui deformiſſimum, maximeque triſte eſſe ſoleret, humanitatem nimirum, & carnem vilem, quam pro ea, qua me proſecutus es dilectione, aſſumere dignatus es. Neque enim diuinitate tãtũmodo pulcher es, qua *a* *es ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtantiæ Patris*, quave *b candor es lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula maieſtatis Dei, & imago bonitatis illius*: Sed etiam humanitate aſſumpta, qua me tibi deſponſaſti in miſericordia, & miſerationibus, quave meus propriiſſima appellatione factus es dilectus, meuſque fraternus (iuxta lectionem Septuaginta.) Quidni ergo admirer tuam hanc eximiam, nouam, inauditã ve pulchritudinem, & dicam. *Ecce tu pulcher es dilecte mi*; quandoquidem & me quoque per tuam hanc pulchritudinem reddidiſti formoſam: at non modo pulcher es, ſed & decorus quam maxime, dulciſſimus, atque ſuauis.

Pro perfectiori intelligentia eorum, quæ hic di-

DE ECCLESIA.

cuntur, exactius diſſentiendũ eſt, quo pacto Chriſtus non tantum quatenus Deus, verum etiam quatenus homo pulcher extiterit, ſitque etiã pulcherrimus, ſuper omne, quod pulchrum eſt in creatis, ita vt ab illius pulchritudine deriuatum ſit quicquid & in Eccleſia eſt pulchri.

Secundo examinandum, qua ratione idem ipſe, nedũ vt pulcher, ſed & vt decorus celebratus ſit.

Dictum eſt ſupra, pulchritudinem in genere, iuxta Platonis ſententiam nihil aliud definiri, quã gratiam quãdam exiſtentẽ in eo, quod pulchrũ ſit. — *Plato. In Sympoſio.*

Porro gratiam iſtam Platonici in tribus præcipue aſſerunt ſitam; in virtute videlicet animi in figura, ſeu ſpecie externa, ac tertio in voce, & ſono: B aiuntque hanc gratiam, quæ animum ad ſe rapit per rationem, per viſum, atque per auditum, pulchritudinem dici, & in Græco καλὸν à verbo καλῶ, ex eo, quod vocet, rapiatque ad ſe. Ex hac Platonis Platonicorumque doctrina ſecundum aliqualem proportionem colligere poſſumus id, quod dictũ eſt, Chriſtum Eccleſiæ dilectum eſſe vſquequaq; pulcherrimum, etiam quoad humanitatem aſſumptam: nam ſi virtutẽ in illius animo ſpectes, ea certe tanta eſt, vt propterea quaſi per antonomaſiam Sanctus dictus ab Angelo ſit. *c Quod ex te naſcetur Sanctum, vocabitur filius Dei*, & bene Sanctus, *d Quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum*. Et bene propterea quoque pulcherrimus, qui primæ illius gratiæ, quæ in virtute animi fulget: multo ta C men excellentiori modo ſumptæ, tanta decoratus eſt copia, vt iure de illo dictum ſit: *e Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti a Patre plenũ gratia, & veritatis*; per gratiam quippe vnionis, atque etiam per gratiam habitualem, & actualem illud omne in animo ſuo habuit virtutis, quod vel verbis exprimi, vel mente excogitari poteſt: *f de cuius plenitudine ita nos oẽs accepimus*, vt iure Eccleſia, cuius nos membra ſumus, illi pulchritudinem, ſãctitatemve ſuam vniuerſam acceptam retulerit, dicens. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi*.

Pulchritudo quid ſit, quibuſque in reb. ſita ſit. Marſil. Ficin. ca. 2. in orationem quintã Sympoſij Platonis.

Chriſtus ut homo pulcherrimus ob eximiã ſanctitatẽ. c Luc. 1. 35. d Io. 10. 36. e Ioã. 1. 14. f Io. 1. 16.

Quamuis autem ſingularem illum diuinitatis, ſeu potius gratiæ vnionis ſplendorem, ac gloriam Chriſtus ſponſus per illud temporis ſpatium, quo in hoc mundo conuerſatus eſt, intra ſinus animæ potiſſimum repreſſerit; haud tamen cenſendum, propterea caruiſſe ſecunda pulchritudinis gratia figuræ, ac ſpeciei, grauitatis, & magnificentiæ cuiuſdam, quæ extrinſecus apparens, externos quoq; ad ſe raperet oculos. Nam & corpore quoque pulcherrimũ illum apparuiſſe, id indicat pſalmi, quo dictus eſt; *g Speciosus forma præ filijs hominum*: & ſponſa inferius idipſum ſignificabit apertius, cum dicet: *h Dilectus meus cãdidus: & rubicundus, electus ex millibus*. Quod autem & eam ipſam diuinitatis gloriam, & magnificentiam, quæ in illius anima repreſſa fuerat, extinſecus pariter & corpori cõmunicatam quoquo modo habuerit ex eo, colligi E tur pſalmi, quo dicitur, *i Confeſſio*, ſiue iuxta Hebraicam lectionem, *Gloria, & pulchritudo in conſpectu eius, ſanctimonia, & magnificentia in ſanctificatione eius*; id eſt. Quæ gloria diuinitatis, quæ ve pulchritudo ſanctitatis, ac gratiæ in conſpectu ipſius; tantummodo ſunt intra animam Chriſti; eadem ſanctimoniæ gratia, diuinitatiſque idem ſplendor, pulchritudo, atque magnificentia, etiam corpori eius communicata eſt, in quo tanquam in templo, & in ſanctificatione ſuam claudere voluit diuinitatẽ: ſanctificationis. n. noĩe templũ ſignificari, in quo gloria Dñi per manet, frequens eſt in Scripturis Sacris: Vnde & Theod. ſuper hæc verba ait: Etenim humana natura ſuſcepta, & per eam homini-

Chriſtus pulcherrimus etiam quoad ſpeciem extrinſecam. g Pſ. 44. 3. h Can. 5. 10. *Chriſti corpori ab anima communicata eſt Sanctitas, & magnificentia.* i Pſa. 95. 6. Theodor.

DE ECCLESIA.

minibus apparens, suæ magnificentiæ splendores emittit, & omnes ad se adorandum trahit, nam sanctificationem eius templum illud appellauit, » quod suscepit. An non sanctimonia, & magnificen» tia quædam diuina illius apparuit facie, quando, » *K facto flagello de funiculis, eiecit de templo ementes, & vendentes, & mensas nummulariorum subuertit*, nullusque fuit ex tanta hominũ multitudine, qui ei quoquo pacto obsistere ausus sit? An non diuini quidam splẽdoris radij ex illius corpore, ac præsertim ex oculis micasse credendi sunt, quem ad vnicam tantum vocem secuti sunt Apostoli, relictis omnibus, quæ sibi aliàs vel bona visa essent, vel speciosa.

k Io. 2. 15.

A

Verborum gratia quæ erat in Christo extitit.

B

Conscia optime erat huius secundæ pulchritudinis eius gratiæ Ecclesia Sancta, sicut conscia extat & primæ; at nõ minus cõscia est & tertiæ, quæ cum soni sit, atque vocis sensu percipitur auditus; propterea audacter exclamauit. *Ecce tu pulcher es*, seu, *o quam pulcher es dilecte mi*: Quomodo enim de hac in Christo dubitaret pulchritudine, quæ per hanc magna ex parte decorata est? *l Fides enim per Verbum Dei. m Diffusa est gratia in labijs tuis*; ait propheta diffusam dicit gratiam, vt eam intelligeremus tamquam ex pleno vase fluentem in labia illius: nam ex diuinitate Verbi, tamquam ex fonte gratia illa omnis ad labia, & ad totam humanã eius naturam promanabat, quod & apertius idem indicat propheta, subiiciens. *Propterea benedixit te Deus in æternum*, æternam videlicet tibi vniendo diuinitatẽ, vt diffusa esset gratia in labijs tuis. Porro si cuiuslibet *Sapientis*, vt dicitur in libro *n* Ecclesiastes, *verba oris, gratia* dicuntur; quantò magis verba Christi, a quo omnis prouenit Sapientia, gratia dicenda sunt? Audi Euangelistam enarrantem, quantam is per hanc tertiam pulchritudinis gratiam in populis commoueret admirationem. *o Mirabantur*, inquit Lucas, *in verbis gratiæ, quæ procedebant ex ore ipsius*: Et Petrus apud Ioannem: *p Domine*, inquit, *ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei*, id est per eximiam illam pulchritudinis gratiã, qua decoratus es, ad te vnum nos raptos sentimus, habes quippe verba vitæ æternæ: atque adeo nos te vsquequaque pulcherrimũ credimus, & cognoscimus, vtpote filiũ Dei. Quod paucioribus verbis nostra expressit Sponsa, dum dixit. *Ecce tu pulcher es dilecte mi*.

l Rom. 10. 17.

m Psal. 44. 3

C

n Eccl. 10. 12.

o Luc. 4. 22

p Io. 6. 68.

Verùm per vnicam illam dictionem, *decorus*, multo illustriorem in Christum ipsum contulit laudem: quod & per particulam, &, subindicatum dixi in prima expositione: significauit quippe, illum nedum pulcherrimum esse, vel in anima per virtutis, ac sanctitatis gratiam, vel in corpore per speciosam formam, vel denique in verbis per gratiam vocis; sed & insuper in singulis actionibus, in quolibet incessu, ac motu, in toto denique vitæ suæ cultu, necnon & habitu ipso tantam præ se tulisse venustatem, tantoque decore sese gessisse, vel cum regiones peragraret, vel cum sedens doceret, vel cum miracula operaretur, vel cum obiurgaret incredulos, vel cum parceret delinquentibus, vel cum pœnas minitaretur perfidis, vel cum consolaretur pusillanimes, vel cum triumphans ingrederetur Ierusalem; vt rectè de illo longe ante per prophetam prædictum fuerit, quod *q decorem induerit*, illo scilicet, veluti vestimento, ac pallio, ita circumdatus vndequaque, vt nihil in eo appareret qđ coopertũ non esset decore, venustate, ac gratia.

In Christo quantus in esset decor, gratia, atq; venustas.

q Psal. 92. 1

Quamquam iuxta Hebraicæ vocis significationem, qua pro, *decorus*, dicitur, *suauis*, & alia præ omnibus admiranda per hãc appellationem eiusdem designetur laus dulcedinis, & suauitatis. Quã dulcis autem pulcherrima eius esset præsentia ex ijs verbis colligere possumus, quibus is dixit. *r Abraham exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauisus est*: Si enim Abraham ille Sanctissimus tantis antea sæculis summma ob id tantum perfusus est exultationis dulcedine, quia desiderium tantũ modo habuit illius videndæ; vel quia per fidem a longe illa quoquo pacto ei perfrui licuit: quantã credimus eorum fuisse exultationem, quibus corporea illius præsentia perfrui, datum est? Ob quid magnus ille præcursor Ioannes Baptista, *s Exultauit præ gaudio infans in vtero* matris, nisi quia & corporeæ Christi præsentiæ sensit dulcedinem? Quid dicam de inexplicabili suauitate illa, quam per eamdem humanitatem suam, & contemplatiuis exhibet in terris, & beatis præstat in cęlis? *t Dilexisti iustitiam*, inquit Propheta Regius, *& odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*; idest; O dilecte non homo tantum, sed & Deus, quia *dilexisti iustitiam*, vniuersas prosequens virtutes; *& odisti iniquitatem*, peccatum non faciens, nec permittens, vt in te vllus inueniretur dolus; *propterea Deus*, Paterq; tuus *vnxit te oleo exultationis*, vel vt legit Symmachus ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως, *oleo nitoris, ac venustatis*, quo nimirum facies tua Sãcta decorata est, & pulcherrima effecta, ac dotibus, & ornamentis insignibus nobilitata, ita vt beatos spiritus mirifice oblectet, idque *præ participibus tuis*, præ vniuersis ijs, qui tecũ eiusdem cęlestis consortes sunt felicitatis, & gloriæ; qui vt & ipsi pro cuiuscunque meritorũ proportione a cœlesti totius felicitatis Patre vncti suo modo sunt oleo letitiæ, item atque nitoris. Idem igitur, qui præ omnibus istiusmodi vnctus est oleo exultationis, atq; decoris, & venustatis, maxime suauis, & maxime decorus, ac vsquequaq; pulcherrimus a Sancta dici põt Ecclesia: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus, seu, dulcis, atq; suauis.*

DE ECCLESIA.

Corporea Christi præsentia, quã dulcis, atq; suauis.

r Io. 8. 56.

s Luc. 1. 41

t Psal. 44. 8

Verum his sponsæ verbis cõtraria videntur quę ab Isaia propheta *u* de eodem dicta sunt; *Nõ est, species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem*. Verissime nihilominus sponsa exclamat ad Christum: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, siue *suauis*: & quæ per Prophetam de eodem dicuntur, verissima item sunt. Isaias enim de Christo locutus est, quando pro redemptione generis humani abscondit quodammodo vultum suum tempore passionis: atque adeo dicit, non esse ei tunc temporis speciem, aut decorem; non quòd vere etiam tunc non fuerit speciosus forma præ filijs hominũ pulcherrimus, atque decorus; sed quia absconditа videretur pulchritudo illa, illeque decor; vnde bene subijcit: *Et quasi absconditus vultus eius*.

D

Christus quomodo fuerit speciosissimus decorus, & suauissimus & è contra sine decore doloribus omnibus expositus.

u Isa. 53. 2.

E

Quid mirum autem, si nouissimus tunc videretur virorum, atque despectus, quando in hunc modum suum abscondit vultum? Bene Augustinus enarratione in psal. 127. Sponsus est, ait, Dominus Iesus, quo nihil pulchrius: q quasi fędus apparuit inter manus persequentiũ; iuxta illud Isaiæ: Et vidimus eũ, & nõ habebat speciẽ, neq; decorẽ. Ergo sponsus noster fœdus est? Absit. Quo enim illum Virgines amarent, quæ in terra maritos non quęsierunt? Ergo persequentib. fędus apparuit. Qđ vero ait propheta, illũ esse virũ dolorũ, & scientem infirmitates, non tollit, quin in ijs ipsis, quos pro spõsa sustinuit, doloribus, in ijsq;, quas ꝑ eadẽ sanãda, expertus est, ĩfirmitatib. eidẽ spõsę maxime suauis

August.

DE ECCLESIA. suauis existat: Quod fortasse idem propheta per A illud significare voluit verbum, quo in medio eorum, quæ relata sunt, dixit. *Et desiderauimus eum.* Enimuero non desideratur, nisi quod bonum sit, pulchrum, atque suaue. Porro dolores ipsi, ipsæ passiones, ac ipsa eius vulnera tantas afferunt dulcedines, vt præ illarum suauitate sæpius contemplatiui eorum obliuiscantur, quæ ad corporalem vitam conseruandam necessaria sunt, & a sensibus abstrahantur. Nec aliud quid pulchrum Sancti existimant, præterquam Christi Crucem, ipsumq; Christum in Cruce pendentem, vnde Apostolus. x *Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini Nostri Iesu Christi.* Quid ergo iam exclamare Sancta vereatur Ecclesia. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus,* siue *suauis*: præsertim cum tantum per ea, quę is passus est, animaduertat illustratā eius pulchritudinis gloriam, tantasque per illa ipsa ab eo præstari oblectationes; vt non ipsa modo admiretur eum, atque peroptet; sed & Angeli illum, & eius passiones, & glorias, quæ ex illis consecutæ sunt passionibus, ardentissimo desiderio prospicere cupiant, testāte id Apostolo Petro, qui de his loquēs ait: y *de qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt propheta qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes, in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prænuncians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias; quibus reuelatum est: quod non sibimetipsis, nobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis, per eos, qui euangelizauerunt vobis Spiritu Santo misso de cęlo, in quem* (seu, vt habent Gręca) *in qua desiderant Angeli prospicere*; idest, in quæ mysteria, in quas passiones Christi, ac posteriores glorias, quæ ex ijs passionibus in Christum redundarunt; vel in quem Christum, sic passionibus affectum, posterioribusue glorijs decoratū desiderant Angeli prospicere: non quod non prospiciant, sed quia prospicientes, præ illius pulchritudine atque dulcedine numquam satientur; at quò fruuntur magis, eo magis semper frui desiderent.

Passio Christi quātam dulcedinē præstet contemplatiuis

x Gal. 6. 14.

Passionibus confectum Christum, & Angeli quoque inspicere desiderant.

y 1. Pet. 1. 12.

Vers. XVI. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.

Expositio Tertia, de Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

Simile.

QVemadmodum pulchritudo omnis, quæ in speculo cernitur, minime tribuitur speculo, sed exemplari, quod in ipso repræsentatur: pari ratione & vniuersam, quę in pia anima cōspicitur, pulchritudinem haud animæ adscribendam, sed Deo, cuius in illa veluti ī speculo recipitur forma; præclare significauit Apostolus, cū diceret. a *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini Spiritu*; vbi pro eo, quod nos habemus, *Speculantes*, Græce est κατοπτριζόμενοι, κατοπτρίζεσθαι autem significat, susceptā in se imaginem tanquam speculum repræsentare; & hoc modo Apostoli sensus est. Nos gloriam Domini, tamquam speculum recipientes, receptamque alijs videndam exibentes a claritate in claritatem, idest per abundantem Dei claritatem, gloriā, ac pulchritudinem in nos transfusam, transformamur in eamdem cum illo imaginem, accedentes ad eius imaginem, & similitudinem, Domini Spiritu sic nos transformante. Quod ergo longius expli-

Pulchritudo animæ Sanctæ est potius Dei, quā ipsius animæ.

DE ANIMA. cat Apostolus, hoc ipsum sponsa, animaque Sācta breuius hoc loco fatetur: dum enim ad superiora illa Dei verba. *Ecce tu pulchra es amica mea*, seu, *proxima mea, ecce tu pulchra es*, per hæc respondet: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*. Tale quid sibi velle videtur.

Pulchritudo ista, quam in me admiraris, haud mea est, sed tua, Domine Deus meus: quam enim per eam, qua te prosecuta sum, dilectionem transfusam in me suscepi admirabilem pulchritudinem tuam, hanc in me repræsento. Tu igitur pulcher es in me: quapropter multo congruentius admirabor ipsam inauditam, ac incomprehensibilem pulchritudinem tuam quam tu meam. Ecce enim tu & in me pulcher es, & decorus, dum meus dignaris esse dilectus: & in temetipso multo es pulchrior, multoque venustior, quippe qui vsquequaque pulcherrimus sis, omniq; venustate decorus; quo sicut nil pulchrius, ita nil reperiri potest iucūdius, atque suauius.

At quanam ratione, dicet fortasse aliquis: Deus, qui summe est simplex, pulcher dicitur, atque decorus, cum pulchritudo sita sit in partium proportione, atque in quadam coloris suauitate.

Non defuerūt sane quipiam, ijdem Doctissimi, qui propterea quod Deus esset maxime purus, pulchritudinem ab illo negarint, quasi repugnans esset pulchrum puro; quasi aduersantia sibi sint pulchritudo, & puritas; & illa quidem sit corporum, hæc spirituum; illa pertineat ad compositionem, hæc ad simplicitatem: atque adeo pulchri ratio indigna sit Deo, in quem verissime cōpetit ratio illa multò sublimior sūmę puritatis, & simplicitatis.

Puritas, & simplicitas maxima a ud tollūt a Deo, quin pulcherrimus.

Nihilominus verissimum est, quod ait sponsa *Ecce tu pulcher es dilecte mi*: Quo enim pacto pulchritudine Deus carebit, qui omnibus ijs, quæ pulchra sunt, vniuersam, quam habet, elargitur pulchritudinem? b *Qui plantauit aurem* (inquit Regius Propheta,) *non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?* b Ps. 93. 10

Deus rerum pulcherrimus.

Simili argumentatione ipsemet vtitur Dominus, vt probet, sibi partum conuenire, & haudquaquam eum a se esse alienum, ait quippe apud Isaiā. c *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariā?* Si ego qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero? Quapropter, sicut ex eo, quod Deus auditum; visumque, & generationem aliis præstat, irrefragabili illatione infert Spiritus Sāctus, Deum esse audientem, videntem, necnon & generantem: eadem profecto veritate Deus absque vllo dubio pulcher infertur ex eo, quòd reliquis pulchris omnibus ipse sit, qui pulchritudinem impertitur. c Isa. 66. 9.

Vnde in libro Sapientiæ, hoc pro certissimo habens, ait Sapiens. d *Quorum* pulcherimorum, (videlicet astrorum) *si specie delectati, Deos putauerūt; sciant, quanto his dominator eorum speciosior est: Speciei enim generator hæc omnia constituit*: Sane ipse est pulchris omnibus pulchrior (si tamen comparatio aliqua inter finita fieri licet, & infinitum) quia vniuersas, quas cunctis aliis impertitur, pulchritudines eminentissimo in se continet modo. Simile.

Quamobrem cur celebris illa Helenæ effigies, quam Appelles summo artificio pinxit, inspiens quinque pulcherrimas Virgines, & ex singulis quicquid pulchri in eis esset, in illa delineans, cōmuni omnium consensu pulcherrima illarū puellarum existimata est; quoniam id omne, quod in illis esset, ea in se contineret, pulchritudinis, & multo amplius: congruentissima ratione nos quoque inferre debemus, Deum præ vniuersis, quotquot vel reperiuntur, vel excogitari queunt,

DE ANIMA.

pulchris esse pulcherrimum, cum vniuersam in se contineat singulorum pulchritudinem, ac infinitã insuper aliam, quam nulla creaturarum in se vel habeat, vel habere possit. A

Pulchritudo vera in Deo tantũ est.

Tantum vero abest, vt pulchritudine careat, quia est maxime purus, ac simplicissimus, vt insignis ille Plato, qui facile superauit omnes, quot quot de pulchritudine scripsere, in ijs potissimum maiorem constituat pulchritudinem, quæ maiori prædita sint puritate: ac propterea Deum, qui summe omnium est & purissimus, & simplicissimus, ita esse, indicat pulchrum, vt solus ipse sit vere pulcher: in eoque solo vera, & perfecta sit pulchritudo, quippe quæ æterna sit, nullum habens principium, vel finem; integra, haud quaquã ex vna parte pulchra, ex altera vero deformis: incorruptibilis, nullo temporis incommodo marcescens, nullaque loci mutatione mutabilis: eoque pacto essentialiter pulchritudo, vt ex nulla alia pulchritudine sit participata; sed pulchris omnibus ipsa sit impertita: quas esse conditiones perfectæ pulchritudinis Socrates, a prudentissima Diothima se didicisse, fatetur, in ea, quæ sibi ab illa tradita fuerat, diuina prorsus disciplina amatoria: E

Plato in Symposio.

In Deo sũmã esse symmetriã, ac proportionẽ quã plures ad pulchritudinem necessariã asserunt.

Neque vero quia purissimus est Deus, nullasque partes in eo assignare, fas est; proportionem ab illo debemus excludere, in qua pulchritudo ab aliquibus constitui potissimum solet.

Quin admirabilem proportionem, ac symmetriam inspicere vnicuique licet in illo, siue eius cõsideretur essentia; siue ad id omne, quod is habet, animi conijciatur obtutus, siue demum ea, quæ ab illa aguntur, aspiciantur opera. C

Est namque Deus Trinus, & Vnus, vna essentia, vna natura simplex, indiuisibilis, infinita, omnisque plena perfectionis; at in illius essentiæ vnitate, diuino sane fulgore sacer effulget trium Personarum ternarius, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. En eximiam symmetriam: Pater est a semetipso: Filius est a Patre: Spiritus Sanctus est a Patre, & Filio simul. Pater est ingenitus, nec vllum agnoscit principium, aut originem: Filius personaliter est a Patre distinctus, simulque illi, & consubstantialis est, & coæternus, nõ factus, sed genitus ante Luciferum in splendoribus Sanctorum: Spiritus Sanctus haud a Patre solo, neque a Filio solo, sed a Patre, & Filio procedit, vtroque quidem simul spirante, vno tamen illis existentibus Spiratore. Quid dicemus de eximia attributorum, & perfectionum proportione, quæ tanta est, vt sint ab inuicem distincta, cum tamen vna, eademque res sint, quia in vna essentia identificantur, virtualemq; duntaxat inter se habent distinctionem. De proportione tamdem factorum ipsius nihil est, quòd quidpiam dicam, cum tanta ea sit, vt satis superque omnibus sit explorata. D

Si talis igitur vna cum summa puritate, ac simplicitate, tantaq; in Deo reperitur symmetria, atq; proportio; quis iam audeat dubitare, An vere ab anima Sancta pulcher is dictus sit? E

At quæ prudentissima est, ipsius Dei Sponsa, dũ de pulchritudine Deum laudat, talibus vtitur verbis, vt ad istiusmodi pulchritudinis panegyricũ nihil sit, quod adijci possit.

Enimuero sic loquitur magna cum emphasi *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, seu, *& suauis atque iucundus*. Quibus verbis non modò ex admirabili symmetria diuinam extollit pulchritudinem, verùm etiam ex eo quod inexplicabili quoque modo in se contineat quicquid gratiæ, quicquid venustatis desiderari potest in pulchro.

DE ANIMA.

Pulchritudo Dei cõtinet in summo tres gratias quas ponebant Antiqui.

Orpheus.

Tres gratias ad pulchri cumulatam perfectionem necessarias ponebant Antiqui, quas primus omnium Orpheus hisce appellauit nominibus ἀγλαΐ τε, θάλεια, καὶ εὐφροσύνη πολύολβε, id est splẽdor viriditas, lætitiaq; vberrima. Porrò dũ Aĩa inquit: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi*: primam in Deo ipso commendat pulchritudinis gratiam, splendorem nimirum per quem potissimum ipsa significatur pulchritudo: tanta est quippe apud homines inter pulchritudinem, ac splendorem communio, vt & splendorem sæpius pulchritudinis nomine exprimant, & pulchritudinem haud aptiori, quàm splẽdoris designent appellatione.

Pulchritudo, & splendor sunt fere synonima.

Hinc est quod Solis, Stellarumque splendorem dicimus pulchritudinem; & pro fulgenti auro aurum dicimus pulchrum; hinc quando eximia in Sacris litteris exprimenda est pulchritudo per ingentem significatur splendorem: Sic Ioannes in Apocalypsi, *a* præstantissimam mulieris illius describens pulchritudinem, amictam Sole illam delineat, coronatam duodecim præfulgidis Stellis, Lunamque habentem sub pedibus. Idipsum ab eo factum est, cum pulchritudinem describeret patriæ cœlestis: haud enim aptiori eam appellare nouit nomine, quàm splendoris, claritatis, & lucis: totamque micantibus lapidibus, vel auro, vel vitro perlucido eam asserit exornatam.

a Apoc. 12. & 21.

Splẽdorem summũ in Deo esse, & quare Deus dicatur indutus lumine.

Imo & summa omnium pulchritudo ipsius Dei, nomine splendoris ac luminis exprimitur: Vnde in Psalmo legimus. *f Confessionem*, vel iuxta Hebraicam lectionem *gloriam, & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento*. Quam enim Dei pulchritudinẽ propheta primo appellarat gloriã, ac decorem, eamdem postea lumen vocauit, cum sciret, ita se hæc habere intra se, vt quod splendẽs in Deo est, idipsum & eius pulchrum dicatur, ac gloriosum: & quod pulchrum est, lumen dicatur, ac splendens; bene autem pulcherrimum simul ac splendidissimum Deum, lumine dicit amictum; nam lux fuit primum, quod Deus creauit in obscurissimo illo confusionis terræ, cœlique chaos: quã lucem inter corporeas creaturas præcipuam naturæ suæ, quę lux est inaccessibilis, tamquam vestimẽtum circumposuit; vt quamuis a Dei essentia longe esset aliena, tamen vt omnium rerum præstantissima, & magis proxima diuinæ substantiæ, tamquam vestis ei adiuncta dicatur, ac diuinæ naturæ imaginem quamdam referre.

f Ps. 103. 1

Dum itaque sponsa Deum ex pulchritudine laudat, dicens: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi*: ex prima illum extollit pulchritudinis gratia, & splendore nimirum. Quid autem Deo splẽdidius, qui & fons luminis, & *g* Pater luminũ dicitur? qui & lux est p essentiã, sicut & per essentiã ipsa est pulchritudo.

g Iac. 1. 17

Verum dum non modo illum pulchrum admiratur, ac splendidum; sed & decorum insuper eũdem appellat, dicens: *Ecce tu pulcher es, & decorus*; & secundam quoque in ipso, qui vsquequaque pulcherrimus est, admiratur, ac celebrat gratiam, eam nẽpe, quã viriditatẽ ab antiquis nuncupatã dixi.

Per viriditatem autem existimant quidam significatam permanentiam, atque integritatem in pulchritudine: nec incongrue, nam viride opponitur flaccido, & arescenti, quod defectum pulchritudinis signat.

In Deo solo summã esse pulchritudinis permanentiã.

Vnde apud Isaiã, *h* quæ præsentaneę corruptioni obnoxia est, hominum pulchritudo, fœno cõparatur, quod etsi ad modicum temporis viriditatẽ præseferat, illico tamẽ flaccescit. *Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius tãquã flos agri. Exiccatũ est fœnũ et cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo.*

h If. 40. 7.

Et

DE ANIMA.

Et quidem quod pulchritudo Dei iſtiuſmodi habeat viriditatem, haudquaquam a ſponſa fuerat admirandum, vel laudibus celebrandum, cum id neceſſario conſequatur ex eo, quod *Deus* lux eſt, & pulchritudo per eſſentiam, prout iam obſtupuerat, cum diceret: *Ecce tu pulcher es.*

Hinc enim in ſingulis quibuſque aliis pulchris iſtius eſt viriditatis defectus, quia haud eſſentialem habent pulchritudinem, ſed accidentalem, & participatam, quæ vel a principio intrinſeco, vel ſaltem ab extrinſeco poteſt corrumpi.

Sic Angeli, cœleſteſque ſpiritus omnes, etſi prę ſtantiſſima abſque vlla dubitatione decori ſint pul chritudine; perfecta haud ornati ſunt viriditate, quia quantumlibet eximia illa ſit, & incorruptibilis ab intrinſeco; poſſet nihilominus, ſi Deo liberet, ad nihilum deduci, & corrumpi ab extrinſeco voluntatis Dei principio.

Sed tametſi per viriditatem, quæ ſecunda eſt pulchritudinis gratia, bene iuxta prædicta opinionem accipi queat permanentia, atque integritas in ipſa pulchritudine, cõgruentius tamen, Antiquos per hoc viriditatis nomen id, crediderim, ſignificare voluiſſe, quod in pulchritudine intuentium oblectat aſpectum: decor ille gratiæ, atque venuſtas, quæ in pulchra ſpecie conſpicitur; poteſt enim qu dpiam pulchrum eſſe, primam habens ſplẽ doris gratiam; quod tamen ſecunda hac gratia careat, nequaquam oblectans, ſed potius lædens iutuentium obtutus.

Per viriditatis gratiã ab antiquis ſignificata eſt venuſtas ac decor, qui intuẽtiũ oblectat aſpectum.

Aptiſſime autem viriditatis noĩe iſtiuſmodi ſignificatur gratia, cum nihil inter ea, quæ oculis ſpectantur, viſionem magis oblectet, quam ipſa viriditas: quod non modo experientia probamus quotidie, sed & per Sapientem teſtatum illum reperimus in libro Eccleſiaſtici, cap. 40. verſ. 22. vbi ait. i *Gratiam, & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hoc virides ſationes*: & hinc eſt, quod hanc quoque gratiam pulcherrimæ Eccleſiæ conferendam prædicens Iſaias, ſub præſtantiſſimæ viriditatis metaphora illam deſignat, inquiens. *K Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron*: iſti enim tres Iudææ montes præ omnibus alijs eiuſdem regionis amœniſſimi erant ob arborum, florum, fructuumque copiam; ita vt eximiam illorum viriditatem nemo eſſet, qui non admiraretur: ac propterea, quæ hic loquitur ſponſa, inferius in hoc Cantico, dum eiuſdem ſponſi commendat pulchritudinem, ex eo quod hac ſecunda gratia exornatus ſit, eandem ſeruans metaphoram ait: *l Species eius, vt Libani* .i. tota eius ſpecies, totus corporis habitus, vultuſque ipſe eſt admirabilis, qualis eſt Libanus: & quo plus cernitur, eo maiorem excitat admirationem, vt Libanus per amœniſſimam viriditatem, qua totus, ac vndique coopertus, & decoratus eſt. Quam igitur venuſtatis gratiam, iuxta nomen aliud, quod ab Antiquis ſecundæ gratiæ impoſitum fuerat, ſub viriditatis metaphora inferiùs Anima explicabit: nunc *decori* extollit appellatione dicens: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*. Neq; enim ſicut ſplendor, ac pulchritudo Solis, ſi proprius in eum figatur obtutus, intuẽtes obcæcat oculos, totamque viſionis potentiam deſtruit. Neque ſicut de ſenſibilibus quibuſque dicitur quod ſenſibile vehemens deſtruit ſenſationem; ita & de Dei pulchritudine exiſtimãdum eſt, atque ſplendore. Nam licèt in infinitum illius pul chritudo vniuerſas excedat & pulchritudines, & ſplendores, omnemque exuperet intellectum, ita vt naturali potentia comprehendi, vel etiam conſpici minimè queat; nihilominus eam in ſe habet vim, vt quotquot in ipſam mentis coniecerint oculos, mirum in modum oblectet, perficiat, ac corroboret; dum quidem in hac vita peregrinamur, per lumen fidei, at in patria, per lumen gloriæ.

i Eccl. 40. 22.

k Iſa. 35. 2.

Pulchritudo Dei, ita eſt ſplendidiſſima, vt tamen ſummopere mẽtis oblectet oculos.

l Cãt. 5. 15.

Simile.

Porro nec tertiam gratiam a præſtantiſſima iſta Dei pulchritudine abeſſe, ſignificat ſponſa: ob hoc quippe in prædictæ pulchritudinis encomio ea eſt vſa Hebraica voce, quę & decorum ſignat, & dulcem, ſuauem, atque iucundum: quia tanta eſt diuinæ pulchritudinis excellentia, vt non vni dun taxat intellectui præſter delectationem, ſed & voluntati, & ſingulis quibuſque potentijs omnimodam conferat lætitiam, quam pro tertia gratia numerabant Antiqui; idcirco non dixit tantummodo. *Ecce tu pulcher es, & decorus*; Sed per duplicem vnius vocis ſignificationem, dixit: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi; & decorus, atque ſuauis*; Aeque eſt autem, ac ſi dicat.

Pulchritudo Dei non intellectui tãtũ, ſed & omnibus potẽtijs omnimodã cõfert lætitiam.

PARAPHRASIS.

O quam pulcher es dilecte mi, quis iam tuam non admiretur, non obſtupeſcat, non amet pulchritudinem? Ecce enim ita es pulcher, vt nulla ad pulchritudinem tuam fieri queat acceſſio: habes gratias vniuerſas, quotquot deſiderari poſſunt: pulcher es, micanti fulgens ſplendore; quinimo vna cum ſplendore adeo decorus es, vt intuentibus quibuſcunque per venuſtatem tuam maximam pręſtes delectationem: Sed & inſuper in omnibus, & per omnia eadem pulchritudine, decore, atque lætitia, quam vultu præfers, dulciſſimus es, atque ſuauis.

Verſ. XVI. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.

NOuum illud, ac admirabile ſignum exponens Iſaias Propheta, quo Virgo proponebatur duplici & Virginitatis, & partus ornata decore, ſtatim ac dixit: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filiũ*; ſubintulit: *Et vocabitur nomen eius Emmanuel: Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*; indicans nimirum, vnde faciendum eſſet, vt in vna eademque femina, duo iſta reperirentur, quæ tam longe alioquin inter ſe diſperata eſſe conſueuerint.

Iſa. 7. 11.

Pulchritudo Virginitatis, ac partus in Maria ex pulchritudine prouenit Christi, qui Deus ſimul erat, ac homo.

Neque enim tam præclarum decorem ex ſemetipſa habitura erat femina illa, repugnantibus vniuerſis naturæ legibus; ſed quia is, quem illa paritura erat, Deus futurus erant, & homo; ac quemadmodum in vno Verbi ſuppoſito duo ſimul erãt vnienda, Deitas, atque Humanitas, quæ in infinitum diſtant inter ſe; ita & in ea, quæ talis filii futura erat mater, congruenti decore ea duo vnienda fuerant, Virginitas, atque Partus.

Simile.

Hoc itaque ſubindicans Propheta, ait; *& vocabitur nomen eius Emmanuel*; ideſt; Inde Virgo illa duplici iſta & partus, & Virginitatis pulchritudine decora erit, quia & eius filius duplici pulchritudine erit decorus, Deitàtis, atque humanitatis. Erit enim verus Deus, vnde *& vocabitur Emmanuel*, hoc eſt nobiſcum Deus; ſed erit pariter, & verus homo, omnimoda Sanctitatis pulchritudine ornatus, inſtar ceterorum infantium, quibus dulcia grata eſſe ſolent: *Comedet butyrum, & mel.* Sed tamẽ ad huc infantulus perfectiſſimo ornatus erit rationis decore, æque ac prudentiſſimus, ſapientiſſimuſque vir, vtpote qui *ſciet reprobare malum, & eligere bonum*.

APPENDIX.

PARAPHRASIS.

Quod multis præcedentibus sæculis Isaias vaticinatus est: Hoc ipsum in præsenti sententia ipsamet Gloriosissima fatetur Maria, quippe quæ, cum in præcedenti versu de prædicta duplici pulchritudine Virginitatis, & Partus commendatam se, accepisset, à Verbo, propriæ humilitati consona respondens, ait: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Ac si dicat.

Quid meam obstupescis pulchritudinem: quid me admiraris, quòd pulchra sim & virginitate, & partu? Tua potius, dilecte mi, admiranda est incomprehensibilis pulchritudo, ex qua prouenit quicquid in me est pulchri vel in Virginitate, vel in partu, vel in vtroque simul iuncto. *Ecce enim tu pulcher es*, quatenus es Deus vsquequaque purissimus, imo & quatenus homo: adeo es decorus, vt totū id in te, reperiatur gratiarū, qđ vel in creaturis omnibus simul reperitur: Pulcher es humanitate, pulchrior diuinitate: Vnde & ex te totam hanc, qua me extollis, suscepi pulchritudinem: propterea namque partus extitit mihi gloriosus, quia per illum te genui gloriosissimum, atque pulcherrimum: propterea & Virginitas mea adeo mi canti fulget decore, quia te peperi totius integritatis auctorem obtupescam ipsa congruentius, & dicam: *ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.*

Vers. X V I. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Respondit cœtus Israel coram Dominatore sæculi, & ita ait: Quàm pulchra est Maiestas Sanctitatis tuæ: quoniam in tempore, quo tu habitas inter nos, & suscipis voluntarie orationes nostras.

Origenes a Isa. 53. 2. *Dei pulchritudinem is tuetur, cuius oculi columbæ acquirunt.* b Isa. 53. 2.

Conferens Origenes homil. 3. ex quatuor hunc locum cum altero loco, quo apud Isaiam a Christus proponitur apparens sine specie, & sine decore, distinguensve, quibus idem & decorus sit, & in decorus, ait: Hi, qui tātummodo credunt sponso, non tamen perspicere potuerunt in Verbo Dei, quanta sit pulchritudo, dicunt: b *Et vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem*: sed species, eius indecora, & deficiens præ filiis hominū. Quæ autem bene profecit, & supergressa est adolescentularum, & octoginta concubinarum, & sexaginta Reginarum ordinem, ista potest dicere: *Ecce es decorus, patruelis meus, & quidem speciosus.* Nunc autem primum videtur attentius inspexisse sponsi sui pulchritudinem, & considerasse illis oculis, qui columbæ dicti sunt, decus ac speciem verbi Dei; quia reuera non potest priùs perspici, nec agnosci, quanta in eo sit magnificentia, nisi priùs oculos quasi columbæ, idest intelligentiam spiritualem accipiat.

Theod. Tres Patr. Psellus Greg. Nyss. *Præter Deū nihil videtur pulchrū aia sāta, & verè solus Deus bonus, ac pulcher.*

Conueniunt cum Origene in afferenda ratione, cur nunc primum sponsa pulchrum, ac speciosum verbum pronuntiet, Theodoritus, necnon apud eumdem tam Catena trium Patrum, quàm Psellus: At præ ceteris eam ipsam explicat Gregorius Nyssenus homil. quarta, dicens; Nunc primū virgo in sponsi formam intendit oculos, quoniam sponsum habebat in oculis: *Ecce pulcher es, patruelis meus, & formosus.* Ex quo enim mihi nihil aliud esse videtur pulchrum, sed auersata sum omnia, quæ ante reputabantur in bonis, & pulchris, non amplius mihi aberrat de bono iudicium, vt aliquid aliud existimem præter te esse bonum, & pulchrum, non vllum honorem humanum, non gloriam, non splendorem mundanum, non potentiam: hæc enim ijs, qui aspiciunt ad sensum, boni quidem specie sunt illinita, sed non sunt id, quod putantur. Quomodo enim fuerit pulchrum, quod nullo modo consistit? nam quod in hoc mundo est honoratum, suam habet essentiam in sola existimatione eorum, qui esse existimant. Tu autem verè pulcher, non solum pulcher, sed ipsa pulchri essentia, semper talis es, omninò id quod es: nec in tempore florēs: nec in tempore rursus florem abijciēs; Sed cùm vitæ æternitate simul extendēs speciem, ac decorem, cui nomen fuit benignitas, & charitas in homines.

Cassiodorus Beda. Ruper. Ab. Bernardus

Addunt Cassiodorus, Beda, Rupertus Abbas, atque Bernardus serm. 45. hæc sponsam subintulisse de pulchritudine verbi, vt in illud refunderet collatam ab ipso pulchritudinis laudem. Ac si dicat: Ego siquidē quicquid pulchritudinis, simplicitatis, ac gratiæ spiritualis habeo, hoc te largiēte percepi, per quod & remissionem peccatorum, & bonæ actionis efficaciam, & internam puritatem habui: Tu autem, dilecte mi, veraciter, & sine comparatione pulcher es, & decorus.

Pulchritudo Ecclesiæ, & animæ à Deo est.

Bernard.

Deus dū dicit animā pulchram infundit ei pulchritudinem.

Aia vicissim dum dicit illum pulchrū, refundit in illū suam pulchritudinē

Quod alio pacto sic explicat Bernardus ser. 45. verbum dicere ad animam: Pulchra es, & appellare amicam, infundere est, vnde & amet, & se præsumat amari. Ipsi verò animæ verbum vicissim nominare dilectum, & fateri pulchrum quod amat, & qđ amatur, sine fictione, & fraude adscribere illi, & mirari dignationē, & stupere ad gratiā. Siquidem pulchritudo eius, dilectio eius, & ideo maior, quia præueniens. Medullis proinde cordis, & intimarū vocibus affectionum tantò amplius, atque ardentiùs clamitat sibi diligēdum, quantò id priùs sensit diligens, quàm dilectum. Itaque locutio verbi, infusio doni: responsio Animæ, cum gratiarum actione admiratio: & idcirco plus diligit, quod sensit in diligendo victam: & ideò plus miratur, quòd præuētam agnoscit: vnde non contēta est, semel dicere pulchrum, si non repetat, & decorum; eminentiam decoris illa repetitione designans.

Anselm.

Tertiam denique rationem affert Anselmus, dicens. Vox sponsæ: Tu sponse pulchram me vocas, & talem me oportet esse, quia tu pulcher: & ideo, nisi pulchra essem, tibi coniungi non possem.

Pulchra esse debet anima, quæ Christo adhæserit.

Pulchrum autem, & decorum verbum prædicat sponsa.

Primò, quia illud pulchrum extitit in lege, & Prophetis: decorum verò, ac speciosum in Euangelio, & Apostolis, vt ait Philo Carpathius.

Philo Car.

Secundò, quia pulchrum (vt idem asserit Philo) in custodia bonorum, quæ promiserat ante sæcula; decorum verò in promissione promissorum.

Aponius. Cassiodo. Gre. Pap. Beda. Iust. Orig. Anselmus Rupertus Abb. Bernard.

Tertio, quia idem caro factum, pulchrum extitit puritate corporis, decorum verò decore animæ, vt ait Aponius.

Quartò demum, & vltimo, secundum communiorem sensum Cassiodori, Gregorij Papæ, Bedæ, Iusti Orgelitani, Anselmi, Ruperti, atque Bernardi, quia pulchrum in diuinitate, decorum verò in humanitate. Quod egregiè explicat Bernardus, dicens in serm. 45. In vtraq; Christi substātia dignū expressit omni admiratione decorē, in altera naturæ, in altera gratiæ. Quàm pulcher es Angelis tuis Domine Iesu, in forma Dei, in die æternitatis tuæ splēdor, & figura substātię Patris quàm mihi decorus es, Domine mi, in ipsa tui huius positione decoris

Christus pulcher deitate, decorus humanitate.

Etenim

LITTERA. Etenim vbi te exinaniuiſti, vbi naturalibus radijs A lumen indeficiẽs exuiſti; ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulſit, ibi amplius gratia radiauit: quàm clara mihi oriris ſtella ex Iacob; quàm lucidus flos, de radice Ieſſe egrederis: quàm iucundum lumen in tenebris viſitaſti me oriens ex alto; quàm ſpectabilis, & ſtupendus etiam virtutibus ſupernis, in conceptu de Spiritu Sanctò, in ortu de Virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ fluentis, in coruſcatione miraculorum, in reuelationibus Sacramentorum: quam denique rutilans poſt occaſum Sol iuſtitiæ de corde terræ reſurgit, quã formoſus in ſtola tua demum Rex gloriæ in alta cœlorum te recipis. Quomodo non pro his omnibus omnia oſſa mea dicẽt *Domine, quis ſimilis tibi?* B

Ex Verſ. XVI. Lectulus noſter Floridus.

Expoſitio Prima. Iuxta Litteræ ſenſum.

TRibus modis, quæ hic dicuntur exponi, atque cum ijs, quæ mox explicata ſunt, connecti queunt. Vt autem cuiuſlibet ſenſus appareat probabilitas.

Primo notandum, in Hebræo eſſe dictionem illam, ſeu particulam אף aph, quam licet per aliã particulam, &, iamiam reddidiſſet noſter interpres, cum vertit, *& Decorus;* eius tamen hoc loco nullum, vel indicium appoſuit.

C Quid autem ſignificet, & quam vim habeat prædicta illa particula, nihil eſt quod hic iterum repetam, cum ſatis ſuperque nobis ſit, in prima expoſitione præcedentium verborum id adnotatũ: illud tantum dico, per eam non modicum amplificari orationem.

Secundo notãdum, dictionem Hebraicam, quã noſter reddidit, *Floridus*, proprie ſignificare, viridem רענגה rangananãh enim nomen deducitur a Verbo רענן ranganan, quod *virere* ſignificat: ſæpiuſque noſter interpres רענן ranganan nomen alibi *viridem* vertit. Et Aquila hoc loco eãdem vertit εὐθαλής, tam viridem, quam floridum ſignificans: quamquam ſiue viridem, ſiue floridũ D legamus lectum, ad eumdem ſenſum reducere id valeamus; vt ſignificetur lectus apte pulchreque diſpoſitus, ac exornatus.

Tertio notandum, in verſione Septuaginta duplicem reperiri lectionem, ſiquidem in Codicibus Regio, & Complutenſi, ſic habetur: πρὸς κλίνην. Et in Codice Vaticano πρὸς κλίνη ἡμῶν σύσκιος. ideſt *ad lectum noſtrum vmbroſus*: quam lectionem ſequuntur Gregorius Nyſſenus, Tres Patres, & Pſellus apud Theodoritum, & alij): & ſecundum hãc videntur Septuaginta in textu Hebraico pro particula אף aph legiſſe אל el, ideſt ad. At vero, Codex Aldinus, & textus, qui eſt in expoſitione quatuor Homiliarum] Origenis, habent κλίνη ἡμῶν σύσκιος, ideſt *Lectulus noſter vmbroſus*. Eamdemque E lectionem ſequitur idem Origenes Homilia ſecunda ex duabus, & Theodoritus, necnon & Ambroſius ſer. 4. in pſalmum 118. verſ. 4. Quamquam Ambroſius videatur legiſſe pro vna dictione, προσκλίνη, cum ſic legat: *Acclinatio noſtra opaca*.

I. SENSVS. His animaduerſis, Primò in hunc modum, quæ hic dicuntur, connecti queunt cum precedẽtibus, vt eorum deſeruiant amplificationi, ſignificentq; ſponſum non modo in ſe eſſe pulcherrimum, maximeque decorum, ſed inſuper illum, & alia quælibet, quacumque ratione ad ipſum ſpectarint, ſua ipſius præſentia & pulcherrima reddere, & maxime florida: ita vt ſenſus ſit.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS. Pulchritudo tua dilecte mi talis eſt, vt omnem excedens pulchritudinẽ, iure veluti nouũ quid, & inauditũ eã mirari cõpellar. *Ecce enim pulcher es*, ſed & præſtãtiſſima venuſtate *decorus*: neq; vero tu dũtaxat ea rõne pulchritudine, & decore excellis.

At quod mihi illuſtrius eſt, per tuam venuſtiſſimam, maximeque floridam præſentiam lectulum quoque noſtrum floridum reddis: vnde & hoc magis, ac magis obſtupeſcens, continere me minime valeo, quin exclamem *Ecce tu pulcher es, o quam pulcher es, dilecte mi, o quam decorus, quam vt per te lectulus noſter floridus eſt?* Vel

II. SENSVS. Secundo per hæc indicare videtur Sponſa, quid ſibi agendum ſit erga tam illuſtrem dilectum. Cũ enim in ſuperioribus ingẽtem illius admirata eſſet pulchritudinem, atque decorem: nũc incipit explicare, qualis tam pulchro congruat lectulus, quales & domus: vt ſenſus ſit.

PARAPHRASIS. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*; quanto ergo magis neceſſe eſt, vt *Lectulus noſter floridus ſit*, in quo tu requieſcere minime dedigneris? Vel in eodem ſenſu: *Ecce tu pulcher es, &c.* quinimo tãtus eſt decor tuus, vt & lectulum noſtrum floridũ eſſe, opus ſit, vt & tu in illo requieſcas. Vel

III. SENSVS. Tertio inuitare per hæc, videtur, dilectum ad lectulum ſuum, quaſi illum ei indicans, quem adeo pulchrum, adeoque decorum iamiam obſtupuerat: vt tale quid exprimere velit.

PARAPHRASIS. Pulcherrimus quidem es, dilecte mi, tantoque decore illuſtris, vt non immerito te vnum admirẽtur omnes, At certe haud propterea, quod adeo eximia excellis pulchritudine, nos dedignari debes ac noſtra. Amabò igitur adeſdum. En *lectulus noſter floridus*. En floribus, & pulcherrimis, & odoratiſſimis paraui lectulum noſtrum. En lectulus noſter viridis; haudquaquam Solis tibi pertimeſcendi ſunt æſtus, quib. tua denigretur pulchritudo, prout ab illis me, recolis denigratam. Ecce enim lectulus noſter, & viridi herba conſtratus eſt, & virentibus coopertus arborum ramis.

Hunc ſenſum Septuaginta interpretes ſecutos exiſtimo; dũ quippe verterunt. *Ad lectulum noſtrum vmbroſus;* quaſi iſtiuſmodi verba ſponſæ indiderunt.

PARAPHRASIS. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus;* porro cum *vmbroſus* ſis, vt pote qui in apertis hiſce cãpis vmbroſa petere ſoleas loca, *ad lectulum noſtrum* declina, qui viridibus coopertus eſt ramis.

Quamquam hæc lectio Septuaginta, & alterũ poſſit habere ſenſum fortaſſe congruentiorem: vt hoc pacto dilectum ſponſa alloqui velit.

IIII. SENSVS. *Ecce tu pulcher, es & decorus*; ita vt maximã mihi propterea incutias admirationem, Attamen cũ adeo pulcher ſis, adeoque decorus in teipſo: *ad lectulum noſtrum vmbroſus* accedis: haud aperte tuũ mihi manifeſtas decorem, ſed in vmbra tantum ad me accedens, vmbramque tantummodo tuæ mihi exhibẽs pulchritudinis præſtãtiſſimæ. Quem quidem ſenſum ſpiritualibus congruentiſſimum eſſe videbimus.

Diuerſitatem lectionum, quæ eſt in ipſa verſione Septuaginta, videre quilibet poterit in Appendice, vbi & Patrum ſenſus explicãtur.

Ex Verſ. XVI. Lectulus noſter floridus.

Expoſitio Secunda. De Prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

INter ea, quæ continuo cientur motu, quibuſve difficilius eſt, reperire quietem, humanus ſane

LITTERA. I. SENSVS.

Intellectus ac mens humana rerũ omniũ maxime instabilis est.

in primis adnumerandus est intellectus, humanaque mens, quam propterea aptissima similitudine comparabis molæ, quæ vel ab aquarum impetu, vel a cuiuspiam animalis circumrotatione agitata sit iugiter. Id autem in intellectu magis est admirandum, quod absque vllo corporis motu, ita semper in motu est, vt vix quidpiam reperiri queat, in quo vel ad modicum temporis valeat quiescere: semper enim huc illucve discurrit; nunc terrenũ speculatur solum; nunc longissimos orbis terrarũ peragrat fines; alias remotissima transfretat maria, profundissimasque perscrutatur abyssos; alias cœlorum orbes, sidera, Stellasque cõsiderat fixas: *a* ascendit vsque ad cœlos, & descendit vsque ad abyssos: imo adeo illi arduum est, aliquam reperire quietem, vt etiam in vnius eiusdemque rei speculatione continua iugiter ratiocinatione discurrat, semperque fere aliquid aliud intueatur, ad quod tendendum sibi sit, & per quod longius ab optata arceatur quiete.

Simile.

a Psal. 106. 26.

Hinc tot circa vnam, eamdemque rem frequenter apud Philosophos variæ, multiplicesque reperiuntur opiniones, hinc tot inanes disputationes; hinc tot argumentandi rationes; hinc tot Sophismatum genera, hinc denique & tot, tantique inuentionum modi.

Quod optime exploratũ habens Sapientissimus ille Ecclesiastes, apertissimis id testatur verbis, cum ait: *b Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem, & proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus, quæ fiunt sub Sole. Hanc occupationẽ pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea:* Et infra. *c Vidi afflictionem, quam dedit Deus filijs hominum, vt distendantur in ea: Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem.*

b Eccl. 1. 13.

c Eccl. 3. 10.

Porrò si in ijs, quæ sub Sole sunt, quæve sensibus patent, adeo occupatus est intellectus humanus, vt iugi ratiocinatione distentus, nullam habeat requiem: quanto magis ab omni elongabitur quiete in perscrutatione Dei, quem nec perpetuo attingere potest discursu? Quid ergo? qui tantis distenditur motibus, expers omnino quietis erit? & cum omnis motus ad aliquam tendat quietem, solus humani intellectus discursus ab omni eum arcebit quiete?

Neutiquam sane: nam propterea ratiocinatione discurrit, vt aliquo tandem perueniat, vbi aliquid quietis assequatur; vt quidpiam tandem attingat, in quo, tamquam in lectulo, valeat requiescere: atque adeo triplicem habet lectum, opinionem, scientiam, ac fidem.

Intellectus humanus, tres habet lectos, i quibus quiescit opinionem, scientiam, ac fidem.

Enimuero, cum circa quid naturale ratiocinatur, post diutinum discursum quiescit tamdem, cuipiam inhærens opinioni, qua vnum aliquid de illo existimat; vel firmiorem de eo assecutus cognitionem, in ipsa eius quiescit scientia.

Opinio, ac scientia licet sint lectuli intellectus, sunt tamẽ lectuli inquietissimi.

Ac certe, licet & opinio, per quam dubitanter intellectus assentitur, & scientia, per quam certiorem tenet assensum; ipsius lectuli dici queant inquietissimi tamẽ sunt lectuli, vtpote in quibus, etsi quoquo pacto quiescat; ita tamen quiescit, vt iugiter huc illucque versetur: quo fit, vt non incongrue de vtroque illorũ id proferri possit, quod ad aliud propositum a propheta dictum est. *d Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.*

d Psal. 40. 4.

In sua quippe infirmitate, qua intellectus opprimitur, dum sensibilium phantasmatum indiget opera, vniuersum illius stratum, omnisque lectulus, quem propriis sternit viribus, iugi versatur mutatione. Nam cum primum in aliqua requieuerit opinione, illico lectus is ex aliqua alterius opinionis probabilitate ei versatur: cumque in lectulo scientiæ quietum se permansurum, existimat, adeo statim illum animaduertit versatum, vt tunc manifestius se nihil scire, cognoscat: *eo quod in multa sapientia,* (vt ait Ecclesiastes *e*) *multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.*

e Eccl. 1. 18.

Quod si dum inferiora ista, ac naturalia speculatur, adeo inquietam in prædictis lectulis inuenit requiem, quanto minorem in iisdem reperiet quietem, dum Dei, diuinorumque, ac supernaturalium indulget contemplationi? *f Quis,* ait Sapiens ille, *inuestigabit magnalia Dei? virtutem autem magnitudinis eius, quis annuntiabit? aut quis adiiciet, enarrare misericordiam eius? Non est minuere, neque adiicere: nec est inuenire magnalia Dei. Cum consummauerit homo, tunc incipiet; & cum quieuerit, operabitur.* Quid igitur? nullum humanus intellectus reperire poterit lectulum, in quo quietè conquiescat, ac tutò?

f Eccl. 18. 1.

Nullum profectò, si lectulum ille velit à semetipso propriis cõstratum viribus; at si in eo quiescere satagat, quem haud ipse sibi, sed Deus ei parauit, certò quietissimum habebit lectulum, requieve quàm maximè imperturbabilem.

Quisnam verò est iste lectulus?

Tertius ille, quem supra enumeraui, post opinionem, atque scientiam: fides, *g* quã *donum Dei,* asserit Apostolus; in hac adeò immobiliter is, qui ex natura sua maximè instabilis est, quiescit. vt nec à cuiuscunque opinionis probabilitate, nec a quacumque euidentissima demonstratione, neque si contrarium ex ipsa oculorum visione perciperetur, a certissimo illo dimoueri, seu quoquo pacto perturbari possit assensu, quem reuelatis præbuerit rebus.

Fides est lectulus quietissimus intellectus humani.

Neque enim in ijs necessariam, vel sensibilem aliquam quærit probationem, vel naturalem aliquam perscrutatur rationem. Iure igitur fides ab Ecclesia hoc potissimum lectuli nomine signatur, cum ait. *Lectulus noster floridus.* Sponsa enim Sancta, ad Christi respondens laudum suarum panegyrim, illumque in eum refundens: cum in ijs verbis; *Oculi tui columbarum,* fidem suam permaxime celebratam animaduertisset, cui potissimũ sua vniuersa niteretur pulchritudo, ac Sanctitas: sicut per præcedentia: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus,* ab ea præclare respondit, quibus in hunc modum commendabatur a sponso: *Ecce tu pulchra es amica mea; Ecce tu pulchra es:* ita & per hoc. *Lectulus noster floridus:* ad illa oculi tui columbarum respondet. Oculorum tamen metaphoram in metaphoram commutat lectuli, idque vt efficacius in ipsum reijciat dilectum, quicquid in sua fide, vel pulchri esset, vel boni.

Vt autem cunctis tota istius responsionis vis totaque ipsius sponsæ intentio magis perspecta reddatur, singula primo exactius eius ponderãda sunt verba.

Nam quòd fidem non lectum simpliciter, sed lectulum potius nuncupauit, summa id prudẽtia ab illa factum, crediderim, vt duas, quas fides ipsa habet, innueret conditiones; quarum altera est, quòd fides vt sic talis est lectus, vt quicumque tuto iacere in eo velit, absque vllo motu quiescat necesse sit, alioquin cadet in præceps. Opinio, atque scientia humana, lecti sane sunt magni, & spatiosi, vnde qui in eis iaceat, ex vna parte versari potest in aliam: imò iugiter ex vna in contrariam se transfert opinionem, & ob contincentem

In fide quiescẽdũ absque vllo motu hæsitationis quia lectulus paruus.

aliquam

DE ECCLESIA.

aliquam rationem, ex vna in aduersam versatur sententiam, ita vt vix tantillum in lectis ijs (prout supra ostensum est) haberi possit quietis.

Fidei obiectum vnũ quodue illud sit.

At in fide neutiquam sese versare fas est, vna est quippe vnum est, quod circa vnumquodque credendũ est: vna est veritas prima, vt complexæ significabilis per propositiones, quæ est obiectũ illius. In hac vna veritate, quã vnus Deus reuelauit, quietus, atque immobilis conquiescat, oportet, qui tutus in fide iacere velit lectulus.n. angustissimus est ipsa fides, ita vt statim ac quis vel per modicam se mouerit hæsitationem, in falsitatis præceps decidat, operæpretium sit. b *Coangustatum est stratum*, inquit Isaias ad aliud propositum, *ita vt alter decidat*.

b Is. 28. 20

Fides respectu visionis beatificæ non esse lectus sed lectulus intellectus humani.

Quamquã ob alteram quoque haud minus fortasse, congruentem rationem lectulum potius, quã lectum eamdem appellauit, vt videlicet eam indicaret differentiam, quæ inter eamdem fidem est, ac claram Patriæ visionem: lectus quippe, aut lectulus sunt symbolũ maioris, ac minoris quietis. Quis vero nesciat, multo maiorem quietem per visionem beatificam humanum intellectum habiturum, quando in pace in idipsum cum Deo suo dormiet, & requiescet, quam per fidẽ habeat modo? nam etsi nunc quoque in Deo requiescat tutissimus de ijs omnibus, quæ ab eo fuerint reuelata; modica tamen, & valde angusta est ista quies in comparatione illius, qua potietur in patria, quando, non tantum de paucis, quæ sibi reuelata sint, certus erit, sed & clarissima visione i Deum ipsum intuebitur, sicuti est; non K ex parte tantum illum cognoscens, sed perfectissime, sicut ipsemet ab illo cognitus est: quando in Dei essentia videbit, & reliqua, ita vt nullius rei cognitio aliunde sibi sit exquirenda, propter quam inquisitionem aliquo pacto a percepta desistat quiete.

i 1. Io. 3. 2.
K 1. Cori. 13. 2.

At si per hæc sponsa respondet ad superiora verba illa sponsi, *Oculi tui columbarum*, quare sicut ibi a sponso dictum est ei: *Oculi tui*: & ipsa hic, de eadẽ sua loquens fide, non dixit: *Lectulus meus*, sed *Lectulus noster*?

Fides est donũ Dei, magisq. Dei dicenda est, q̃ hominis.

Sicut sane Dei bonitatem decuit, donum, quod a se infusum erat Ecclesiæ, totum illi tribuere, quã si eius proprium esset; ideoque dictum ab eo fuit congruentissime: *Oculi tui*; Ita & eximiam Ecclesię humilitatem, præstantemque eiusdem gratitudinem dedecebat, vt quam a Deo sibi infusam agnosceret fidem, quasi propriam sibi adscriberet soli, dicens: *Lectulus meus*, Quæ igitur prudentissima, maximeq; in singulis verbis cauta esse solet, haud quaquam *lectulus meus*, sed *lectulus noster* inquit, innuens, satis sibi esse compertum, fidem, in qua veluti in proprio lectulo ipsamet suo quiesceret intellectu, non suam esse tantummodò, sed & Dei dilecti sui, imo magis ipsius esse Dei, a quo & collata iam sibi fuit, & conseruatur.

Fides est cõmunis lectulus Deo, ac homini: per eãdem requiescit, & homo in Deo, & Deus in homine.

Quamuis & ob alteram quoque rationẽ dicat, *Lectulus noster*: quasi fides sua, sibi atque dilecto communis sit lectulus: sicut enim ipsa quiescens in fide, quam habet in Deũ, in ipsomet Deo quiescit: ita & Deus in eadem requiescens fide, quam illa habet in ipsum, & in Ecclesia pariter quiescit: testẽ id Apostolo, vbi ait: l *Christum habitare per fidem in cordibus fidelium*.

l Eph. 3. 17

Verum tametsi ob primam quidem rationem quælibet fidelium fides *lectulus noster*, dici ab Ecclesia queat; quãdoquidem vnaquæque fides, etiã quæ informis est, & a Deo infusa, & Dei donũ est.

Fides ea sola est com-

Ob secũdam tamen rationem minimè id de omni fide pferre fas est, q *lectulus noster* sit, Deo nimirum communis, atque Ecclesiæ seu nobis, qui ipsius Ecclesiæ fideles sumus, & membra. Siquidem in ea tantùmodo fide requiescit Deus, quæ & charitate sit formata, & virtutum omnium sit ornata decore. Nec *lectulus noster* Sancta dixisset Ecclesia, nisi de ea loqueretur fide sua, quæ dilectionis, virtutumque omnium redoleret odorem. Imò quia de hoc ipso eam, quam ab illo acceperat, commendabat fidem, propterea audacter dixit: *Lectulus noster*: vt non modo fidem suam, sed & quicquid ei inesset boni, atque præclari illi ipsi acceptum referret, cui totus fidei lectulus esset communis.

DE ECCLESIA.

munis Deo, ac homini lectulus, quæ est formata per charitatem.

Ait itaque *lectulus noster floridus*: per hanc floridi vocem illud ipsum in sua commendans fide, qđ à Verbo in eadem iam fuerat celebratum in superioribus, vbi dicebat: *Oculi tui columbarum*: Viuacitatem enim ibi charitatis, virtutisque puritatis ac simplicitatis Ecclesiæ in fide extulerat sponsus, vt videre est in secunda eorum verborum expositione; virorem quoque eiusdem charitatis, ceterarumque virtutum decorem in eadem fide sua commendat hoc loco sponsa, dum eam floridam dicit Dictio enim, *floridus*, duplicem habere potest significatum: Alterum est, vt idem sit, ac virens, beneque affectus, quo sensu in libro Prouerbiorum dicitur: l *Animus gaudens ætatem floridam facit*: & in libro Danielis Nabuchodonosor de semetipso ait: m *Ego, Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo*. Alterum verò, vt idem sit, ac floribus exornatus: quem sensum communiori acceptione reddere videtur: Vtroque autem horum modorum in præsenti sententia accipi potest.

l Prou. 17. 22.
m Dan. 4. 1

Fides charitate floret, atque virescit.

Porrò, dum fidem suam, quam sub lectuli metaphora designauit, floridam dicit Ecclesia Sãcta, virentem, ac bene se habentem, ex eo illam cõmendat, quòd Dei informata sit charitate, quòdque in summa potentiarum suarum omnium compositione ea optimè se habeat. Quemadmodum namque corpus ab anima potissimum suum sumit virorem tuncque bene sese habet; ac bene affectum apparet cùm bene inter se eius conueniant humores: Eodẽ pacto & fides ex charitate, quam ipsius animam Iacobus n asserit, vniuersum, quo floret, sumit virorem, indeque habet, vt recta sit, ac bene affecta, si ipsius hominis sensus, atque potentię ita inter se fuerint compositæ, vt nil in ipsis sit, quod ei vllatenus aduersetur.

Simile.

n Iac. 2. 26.

Fides florens est per virtutum opera, quæ flores sunt, fructúque proferũt vitæ æternæ.

Quod, si dum lectulum suum floridum dicit, fidem ipsam suam floribus exornatam significet, quis iam dubitat, ex reliquarum virtutum ornamento illam ab ea commendatam? Ac profectò bene florida in hoc sensu dicitur Ecclesiæ fides: quia dum istiusmodi fides per dilectionẽ operatur, quot virtutũ opera exercet, tot exornata est floribus; imò potiùs tot de semetipsa profert & flores, ex quib. suauissimi postmodum producantur fructus gloriæ, ac felicitatis æternæ.

Fides florens est, quæ de se longè lateq; spargit odorem.

Sed non ob id tantummodo fides Ecclesiæ dicitur florida, quia floribus ea sit exornata virtutum, ex quibus fructus quoque colligantur dulcissimi: verùm etiam, quia dum virens est per dilectionẽ, & per eamdem dilectionem operatur, frangrantissimos longè lateque de se emittit odores, Quod, sæpiùs significauit Apostolus: ad Thessalonicenses enim ait: o *Gratias agimus Deo semper pro omnib. vobis: memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ Spei Domini nostri Iesu Christi*. Et paulò inferius: p *A vobis diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia, & in Achaia: sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta*

o 1 Thes. 1. 3
p 1. The. 1. 8.

DE ECCLESIA. *lia est, ita vt non sit nobis necesse quidquam loqui*; sic & ad Romanos: q *fides* inquit, *vestra annuntiatur in vniuerso mundo.* Et ad Ephesios: r *Audiens fidem vestram, quæ est in Domino Iesu, & dilectionē in omnes Sanctos, non cesso, gratias agens pro vobis* Quod ergo ait Ecclesia, tale est.

q Rom. 1. 8
r Eph. 1. 15

PARAPHRASIS. Quid, quod tuum est donum, fidem meam tam præstanti celebras encomio, dicēs: *Oculi tui columbarum*? Tu ipse potiùs propterea mihi laudibus extollēdus es, cuius ea est magis, quàm mea; tū quia illam tu mihi contulisti, vt in eā meus in hoc sæculo quiesceret intellectus; tum quia tu pariter vnà mecum in præsenti sæculo in illa æquè ac in lectulo quiescis: *Ecce enim, quia tu pulcher es, & decorus*, ac maximè *floridus*: fides ipsa, *lectulusque noster* per tuam præsentiam, *floridus* quoque est, non tantum virore florens charitatis, sed & virtutum omnium floribus exornatus, qui vitæ æternæ proferunt fructus; floribus maximè redolentibus, vnde & fragrantissimus per vniuersum terrarum orbem diffunditur eius odor, ita vt, & remotissimæ Gentes ad istiusmodi lectulum alliciantur.

II. SENSVS. Secundum autem hos significatus & lectuli, & floridi, facile, & iuxta sensum illum, quem secundo loco in prima litteræ expositione attuli, ea, quę hic dicūtur, ad ipsam aptare licet Ecclesiam, quasi illa per admirandæ pulchritudinis, eximijque decoris Dei considerationem admonita sit, qualem suam esse deceat fidem, vt in illa is, qui tam pulcher est, adeoque decorus dilectus ipsius, requiescere minimè dedignetur; ac propterea dicat: *Ecce tu pulcher es, & lectulus noster floridus*, ac si istiusmodi verbis Deum ipsum alloqui velit.

PARAPHRASIS. Fidem meam certè rectam esse, necesse est, vt in ea quiescere meus queat intellectus; At quāto magis operæpretium est, vt eadem florida sit, cùm & tu Deus meus in illa mecum quiescere velis, qui admiranda excellis pulchritudine, quive totus decorus es?

Vel; *Ecce tu pulcher, dilecte mi, & decorus*, quin imò necesse est, vt & *lectulus*, fidei nostræ *floridus*, sit per dilectionem, reliquasque virtutes: Neque enim fas est, te tam pulchrum, tamque decorum in fide quiescere, quæ nō sit florida virtutibus hisce.

III. SENSVS. Iuxta tertium sensum; Ad eumdem fidei lectulū Ecclesię Verbum inuitat: Et quidem, si lectionem Vulgatæ sequamur, nil noui circa hunc sensum superest dicendum: ostenditur quippe fides florida, qualis floridissimum deceat Deum.

At, si Hebraicam prosequi velimus lectionem, quæ habet: *Lectulus noster viridis*; vel Origenis, atque Ambrosij, qua dicitur; *Lectulus noster, seu accubitatio nostra vmbrosa, aut opaca*: Insignia profectò, iuxta hunc sensum innuūtur mysteria; Tale enim quid Verbi sponsa sibi velle videtur.

PARAPHRASIS. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, haud tamen quia adeò pulcher, adeò purus, adeo sanctus adeò perfectus, adeòque decorus es, me dedigneris, quam pulchram reddidisti, purā, ac sanctam. En *lectulus noster viridis, atque vmbrosus* tibi paratus est, in quo vnà mecum quiescas: nequaquam tibi pertimescendi sunt Solis radij, idest humanorū sensuum, humanæque rationis iudicia, cogitationes, atque sententiæ, quibus tuus denigretur decor, prout illis mea aliquando denigrata est species: Ecce etenim fidei lectulum virentibus Sacræ Scripturæ sententijs cooperui, ita vt iam in eo conquiescere queas in vmbra.

Pro cuius sensus intelligentia. Primò aduertendū est, Deum absque vlla dubitatione ita esse pulchrum, atque perfectum, vt à nullo extrinseco, aut intrinseco principio, vel in minimo eius lædi possit pulchritudo, aut perfectio: atque adeò (vt longiùs ostensum est supra) ipsum solum esse verè pulchrum, quia solus habet pulchritudinem omninò permanentem, ipsaque est pulchritudo. Nihilo minus qui nullam in se admittere potest maculam apud homines, ab vno denigrari dicitur humano sensu, ita vt haudquaquam eius appareat pulchritudo. Enimuerò humanus sensus est, qui Deum facit esse corporeum, quia illum imaginari nequit, nisi sub corporeis, quæ sibi pateant, membris: humanus sensus est, qui pluralitatis in Deum inijcit maculam, cùm haud valeat comprehendere, quomodo in vno eodēque Deo tria sint distincta supposita: humanus sensus est, qui Deum malū pronūtiari non erubescit, qui mala in hoc mūdo creauerit: haud enim sibi psuadere potest, quòd mala ab eo, qui summè est bonus, idcirco permittantur esse in hoc mundo, vt per ea bonum perficiatur: humanus sensus est, qui improuidentiæ ignominiam Deo irrogat, existimans, illum vilescere, si prouidentiam erga hæc habeat inferiora: humanus denique sensus est, qui cunctas illas excogitauit blasphæmias, quibus vel à Philosophis, vel à Iudæis, vel ab hæreticis, & infidelibus quibuscumque diuina apud homines denigrata est pulchritudo, diuina simplicitas, diuinaque perfectio. Hunc hominis sensum sub Solis metaphora Sacræ nonnumquam exprimunt paginæ, idque congruentissimè, (vt præclarè animaduertit Philo Hebræus) quia sicut Sol iste corporeus radijs suis, dum terrena illustrat, eximiam quodammodo siderum, stellarūque in cœlo fulgentium denigrat pulchritudinē: in eumdem ferè modum, & sensus humanus, quāuis, dum terrenis inhæret, illustrare ea videatur radijs cognitionis suæ; ijsdem tamen denigrat quodammodo quicquid vel in Deo, vel in cœlestibus splendoris est, & pulchritudinis; ita vt haud conspici queant. Ac propterea tanto studio Deus à Iacob se dimitti efflagitabat, antequā Sol suos emitteret radios, dicebatq; in Genesi. t *Dimitte me, iam enim ascendit aurora*: Ac si diceret. Quousq; sensus tui Sol, suos non emisit radios, meam tibi præstantissimam inspicere licuit pulchritudinem: at cū iā aurora ascenderit, spargiq; incipiant radij cognitionis tuæ, & istiusmodi Solis Sensuū tuorū, dimitte me: alioquin nō modicū meus denigrabitur decor. Vnde & bene paulo post subditur: u *Ortusque est ei statim Sol postquàm trāsgressus est Phanuel, ipse verò claudicabat pede*. Cùm enim humano sensu, humanaq; ratiocinatione de Deo quis excogitare cæperit, illico transgreditur Phanuel, quod interpretatur videns Deum: illicò & claudicat, ita vt modo in vnam, modò in alteram inclinet opinionem. Porrò Deus, qui in delicijs maximis reputat, vt cum hominibus conquiescat, & conuersetur, ne à prædicti Solis radijs aliqua vel apparens sibi irrogetur macula; ne ex humani sensus sententia, ac ratiocinatione quoquo pacto nigrescens videatur fidem homini infudit, in qua ab illius sensu sese abderet, & simul cum illo conquiesceret in hoc sæculo, compotem eum faciēs pulchritudinis suæ. Quod egregiè Dauid ijs significauit verbis; x *In Sole*, vel *Soli* (vt est in Hebræo) *posuit tabernaculum suum, & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo*, idest Deus soli sensus humani posuit tabernaculum suum, fidem videlicet, qua Sol ille, veluti tabernaculo abderetur: & tunc ipse tamquàm Sponsus procedens de thalamo suo. Quis est iste thalamus, nisi gloria æterna, in qua Deus veluti in thalamo perpetua requiescit felicitate? De hoc thalamo

Dei pulchritudo ab vno tantum denigratur humano sensu, & quo.

Sensus humanus Solis metaphora exprimitur. Philo Hebr. Lib. de somnijs paulò ante mediū Simile.

t Gene. 32. 26.

u Gene. 32. 31.

In fidei tabernaculo abscōdit se Deus, ne a Soli humani sēsus nigrescat.

x Psl. 18. 6.

DE ECCLESIA

mo glorioſiſſimus, atque inſtar Sponſi pulchritudine eximia, micantique decore inſignitus ipſe procedit ad homines, vt cum illis conquieſcat in eodẽ fidei tabernaculo, quo Sol abditus eſt humani ſenſus: vt dum per fidem quaſi in tenebris eorum ſenſus, ac ratio condita eſt, ipſa eius pulchritudo, ac decor illis magis fiat perſpecta; ſimulque conquieſcant in hoc fidei tabernaculo: Deus quidem ſeſe ipſis communicans, quantum in præſenti ſæculo fieri poteſt: illi verò, quantùm eis permittitur, diuinam eius contemplantes pulchritudinem, diuinoque eius fruentes decore. Hæc igitur cùm exploratiſſima eſſent Eccleſiæ ſanctæ, diuinam aliquando admirata pulchritudinem, atq; decorem, illicò Deum ad illud ipſum inuitat tabernaculum, quod, Soli ab eo poſitum, Regius dicebat Propheta. Vocat autem iſtiuſmodi tabernaculum; *Lectulum noſtrum*, ideſt ſibi, Deoque communem; vtpote in quo ambo ſimul conquieſcant. Et bene ad hunc lectulum dilectum ſuum inuitat Deum, illum ei indicans, cùm ait: *Lectulus noſter viridis*, ſeu *vmbroſus*: perſuaſiſſimum namque habet, ad talem lectulum libentiſſimè eum venturũ, cùm ipſam in eo quieſcentem inſpexerit; nouitque ſummæ eius pulchritudinis, ſummique decoris multò magis ſe in hoc vmbroſo fidei lectulo compotem faciẽdam, quàm ſi humani ſenſus Sol ſuos in ipſam emitteret radios: Quãdoquidem y Deus *Lux eſt, qua in tenebris lucet*. Vnde & per Prophetã dixit aliquando: z *Ponam tenebras coram eis lucẽ*: a Et *Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ ſicut meridies*: Quoniam (vt bene inquit Apoſtolus:) b *Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit* in ſuorum fidelium *cordibus ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu*.

In fidei vmbra melius ſeſe manifeſtat Dei pulchritudo, quàm in luce Solis, rationiſque humanæ.

y Iob. 1. 5.

z Iſ. 42. 16.

a Iſ. 58. 10.

b 2. Cor. 4. 6.

IIII. SENSVS.

Iuxta quartum ſenſum, allatum ad lectionem illam Septuaginta Interpretum, quæ habet: *Ad lectulum noſtrum vmbroſus*. Tacita modeſtia Eccleſia Sancta conqueritur quodammodo cum Deo dilecto ſuo, quòd cum tam pulcher ſit, tamque decorus, nihilominus per fidem tantummodo vmbram ſibi exhibeat ſuæ pulchritudinis. Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Ecce tu quidem, dilecte mi, fulgentiſſima micas ſpecie, glorioſiſſimoque rutilas decore; attamen haudquaquam hanc mihi intueri licet pulchritudinem, ſed vmbroſus accedis ad lectulum noſtrũ; ſed vmbram duntaxat illius mihi proponis, cum per fidem tete mihi exhibes, in qua veluti in lectulo ſimul conquieſcamus.

Vel per hæc ſuum eidem tacite innuit deſideriũ quo flagrat, videndæ illius pulchritudinis, non iã in ænigmate, atque in vmbra, ſed clare, & facie ad faciem. Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus: nunquid ſemper *ad lectulum noſtrum vmbroſus*. ſcilicet venies; Nunquid non dabitur aliquando, vt abſque vmbris hac tua perfruar pulchritudine? numquid non transferar aliquando de iſto fidei lectulo ad claram tui decoris viſionem? Vel tertiò: Quia ſcio, te admiranda decorum eſſe pulchritudine: vellem quidem, idque mihi prę omnibus eſt in optatis, illam tuam intueri pulchritudinem; tu tamen *vmbroſus* tantummodo *ad noſtrum* fidei declinas *lectulum*. Sic, quæ hic dicuntur, per Apoſiopeſin, & reticentiam dicta videntur à Sponſa.

Fides ad intellectũ ſpectat, eiq; nõ poteſt ſubeſſe falſum.

Circa hæc, duo notanda ſunt. Primò, quam præclarè his tribus dumtaxat verbis (*Ad lectulum noſtrum vmbroſus*) totum id breuiſſimè exprimatur quod innumeris quæſtionibus à Scholaſticis diſputari ſolet de fide. Enimuerò, dum ipſam lectulum nominat, innuit (vt ſupra oſtenſum eſt) ad in- A tellectũ illam pertinere, vtpote, in qua ille, qui ex natura ſua inquietiſſimus eſt, tutiſſima tamẽ in ea requieuit quiete: per quod & aliud inſuper indicatur, quòd fidei rectæ falsũ ſubeſſe minimè queat: nam alioquin nec lectus dici poſſet, nec quietè in ea humanus quieſcere poſſet intellectus. Quia verò fides eſt donum Dei, & tamen quoad eius actũ, principium ipſius effectiuum eſt in ipſo credente, ita vt efficienter à nobis ſit ſimul cum Deo, id quoque ab ſponſa ſignificatum eſt, dum eam non lectulum ſimpliciter, aut lectulum meum, vel tuũ: ſed, *lectulum*, dicit, *noſtrum*, Deum alloquens. Denique cũ tota cognitio quidditatis fidei pendeat ex obiecti eius formalis cognitione, exactiſſimè id etiam per verbum illud, *vmbroſus*, explicatur. B Obiectum quippe fidei, iuxta omnium Patrum, Scholaſticorumque ſentẽtiam, eſt Deus non viſus, ſeu alio nomine, prima veritas non viſa, teſtante id Paulo in celeberrima illa fidei definitione, qua ait: c *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium*: Vnde claræ viſioni illam idem opponens Paulus: d *Videmus*, inquit, *nunc per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*: eumdẽ ſcilicet Deum videbimus. Sic vnus, idemque Deus eſt obiectum & claræ viſionis, & fidei: ſed illius, vt clarè viſus; Fidei autem, vt non viſus, at vt vmbroſus: quod enim Apoſtolus ſpeculum vocat, atque ęnigma, hoc vmbram dicit Eccleſia; & quem Deum non viſum dicunt Theologi, hunc ſponſa C Deum vocat vmbroſum, dicens: *Ad Lectulum noſtrum vmbroſus*.

DE ECCLESIA.

Fidei actus eſt à Deo, et ab homine.

c Heb. 11. 1

d 1. Cor. 13 12.

Alterum, quod notandum ſupereſt circa hunc ipſum ſenſum, illud eſt: quod verbi ſponſa, dũ petit admitti ad claram Dei viſionem, ſuumque eius pulchritudinis intuendæ deſiderium illi proponit nequaquam apertis id verbis exprimere audet, ſed per reticentiam intelligi volens, id tantum exponit, quod ſibi in hoc ſæculo præſtatur, quodvè aliquando finiri exoptat, ac quàm primum perfici. Nouit enim Eccleſia, Moyſi, e qui apertis verbis hoc ipſum Deo patefecit deſiderium, quippe clarã Dei viſionem audacter petijt, dicens: *Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt* D *ſciam te*: Reſponſum fuiſſe; *Non poteris videre faciẽ meam: non enim videbit me homo, & viuet*. Nouit ẽt quòd ſi ab eodem Deo promiſſa Moyſi fuit oſtenſio, ac manifeſtatio gloriæ ſuæ, ijs verbis; *Ego oſtendam tibi omne bonum*: haud alia tamẽ ratione, quã in vmbra, tanta illi oſtenſa eſt gloria; Neque enim Deus ei exhibuit apertam, claramvè faciei viſionem, ſed vmbram tantummodò ſuæ illi præſtitit gloriæ: vmbroſus ad eum acceſſit, vmbroſus & illi apparuit; quod verba ipſius Domini teſtata ſunt, quibus ad Moyſen dixit: f *Cum tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeam*: E vt ſcilicet per ſuæ dexteræ rimulas, vmbram tantummodo videret faciei ſuę, donec tranſiret, & poſtquam pertrãſijt, ablata dextera, vmbram pariter duntaxat gloriæ ſuæ illi conceſſit, vnde & ſubdidit: *Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris*. Notat hæc optimè ſapientiſſima ſpõſa, atque adeò haudquaquam hoc iterum tẽtauit, ſed tacitè intelligi volens, ab eo, qui corda ſcrutatur & renes, id dũtaxat petijt, vt vel vmbroſus ſuæ ſe exhiberet fidei, vtve ad lectulum fidei ſuæ accedens, ipſe eam videret aperte, cui ſeſe manifeſtaſſet vmbroſus: eo modo, quo & Dauid, cùm hanc ipſam claram à Deo petijt viſionem, cumque hoc ſuum illi expreſſit deſiderium, nequaquam apertis id fecit verbis, ſed id potius petijt, vt ſibi daretur,

Deus videri nequit in præſenti ſæculo.

e Exo. 33. 13.

Moyſes in vmbra dũtaxat Deũ vidit.

f Exo. 33. 22.

poſt

DE ANIMA.

post huius vitæ cõsummationem à Deo videri, cuius faciem tanto ardore optaret: vnde & dixit. g *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei*: vel, vt significãtiùs est in Grçco; *Et videbor à facie Dei*.

g Ps. 41. 3.

Ex Verſ. XVI. Lectulus noster floridus.

Expoſitio Tertia, de Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

Quies impiorũ maxima eſt perturbatio.

EA est mundanorum, impiorumque conditio, vt cum ab externis ferientur operibus, tũc maiori concutiantur turbatione: cumque ſeſe dederit quieti, tunc motibus agitentur vehementioribus. Et quidem præclara ſimilitudine Sapiẽtiſſimus Salomon teſtatus hoc eſt in libro Prouerbiorum, vbi ait: a *Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo; ita piger in lectulo ſuo*. Quemadmodum enim oſtium in cardine poſitum eſt, vt in eo quieſcat, vtve huc, illucque minimè iactetur: & tamen in illomet, in quo constitutus eſt, vt quieſcat, ita quieſcit, vt ferè continua circunrotatione vertatur: Eodem pacto, & mundanus homo, qui pigerrimus eſt ad bene operandum, ea, quæ ad animæ ſuæ ſpectant ſalutem; in quiete illa, qua veluti in lectulo ſuo quieſcit, in ijs ipſis, quæ tandem conſecutus eſt, vel diuitijs, vel honoribus, vel voluptatibus, quæve tamquàm mollem ſibi ſtrauit in lectulum, vt dulci in eo quieſcat ſopore, ita quidem quieſcit, vt nullam habere poſſit quietem, ſed cõtinuo potiùs vertatur circuitu. At è veſtigio tanta homines iuſti perfruuntur quiete, vt in iis ipſis ſtudijs, in quibus ſummo ſeſe exercent labore, etiam dum operantur, quieſcant. Vnde verò diſcrimen hoc prouenit? haud aliunde, niſi quia vtrorũque mentes valde inter ſe ſunt diuerſæ. Enimuerò Sanctorum hominum mentes quodcunque arripuerint virtutis ſtudium quietiſſimæ in illo ſint, neceſſe eſt, cum in ſingulis habeãt ad ſtãtem Deum, ex quo omnis prouenit quies; At mentes mundanorum inquietiſſimæ ſemper ſint, operæpretium eſt; quia etſi id aſſecutæ videantur, in quo priùs ſperabant ſe inuenturas quietem; attamen, cum appetitui ſuo per illud minimè ſatisfactum intelligant, ex eo ipſo, quod requiem fuerãt arbitratæ, ad aliud mouentur, atque ad aliud ferè in infinitum: imò ſuper vna eadẽque re, varijs cogitationibus, & multiplici plerumque circumuoluuntur deſiderio. Propterea de his loquens in libro Eccleſiaſtici ſapiens ille ait: b *Præcordia fatui quaſi rota carri: & quaſi axis verſatilis*: Nam ſicut rota, planum tangens, in puncto tantùm quieſcit iuxta Mathematicorum ſententiam; cum ceteris partibus vniuerſis ſuſpenſa ſit à loco ipſius quietis. Ita planè & fatuorum mundanorum mentes poſt aſſecutionem eius rei, in qua quietem repertuꝛos ſeſe ſperabant, quieſcunt quidem in ea prima opinione, & imaginatione ſua; Sed quieſcunt quaſi in pũcto indiuiſibili, quod ferè nihil eſt; at in reliquo ab omni quiete ſuſpenſæ ſunt. Ac bene non cuilibet rotæ comparantur, ſed rotæ carri: quia adeo ab omni quiete ſunt alienæ, vt totum hominẽ, omneſque eius potentias ſuo inquietiſſimas reddant motu; non ſecus ac rota carri, quæ & carrum, & quicquid in illo eſt, ſua mouet circumrotatione. Atque vt & illud exprimatur, quod in ijs ipſis, quæ tangunt, & in quibus quieſcere videntur, omnis pariter expertes ſint quietis: *quaſi axis verſatilis* dicuntur cogitatus earum: quia & axis circa illud ipſum ſemper verſatur, quod tangit, & in quo quieſcere videtur. Quæ quidem omnia confirmant Salomonis parabolam; inde namque mundanus piger ſic vertitur in lectulo quietis ſuæ, vt oſtium in cardine ſuo, quia illius mens eſt inſtar rotæ carri, atque axis verſatilis. Cuius contrarium, cùm in mentibus contingat iuſtorum, hinc fit, vt hi ea ipſa bonorum operum ſtudia, in quibus ſummo deſudãt labore, quaſi lectulum reputent, in quo dulciſſima perfruantur quiete. Quod in eodem libro Eccleſiaſtici ſignificatum reperimus ijs verbis. c *Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis*. Iuſti etenim homines, qui virtutum opib. ditiſſimi ſunt, idcirco ſtudium habent pulchritudinis, quia pacificãtes sũt in domibus ſuis: idcirco in virtutũ ſtudijs requieſcunt, quaſi ea habeant, per quæ pulchri reddãtur, & floridi, quia in præcordiorum ſuorum domib. perfectiſſimam obtinent quietem, & pacem. Vnde verò hanc habent quietem, & pacem? Ex Dei ſanè præſentia, vnde & florem habent, & pulchritudinem: quia d *in pace in idipſum* cum illo in illis ipſis ſtudijs, quæ exercent, *dormiunt, & requieſcunt*. Qđ exploratiſſimum habens Anima, quæ Chriſti eſt ſponſa, rectè poſtquam ad commendandam Verbi pulchritudinem dixit: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, quibus illud etiã probarat, quòd ſua ipſius pulchritudo haud aliunde proueniret, quã ex præſtantiſſima pulchritudine Verbi: nunc iſtud ipſum confirmans, addidit; adeo id verum eſſe, vt per eius, qui pulcherrimus ſit, præſentiam, & ea, q̃ à ſe exercentur, ſtudia pulchra reddantur, & florida, ait namque *Lectulus noſter floridus*. Ac ſi dicat.

a Prou. 26. 14

Simile.

Studia, actuſque iuſtorum sũt cum maxima quiete coniuncta.

Mentis iuſtorum, ac impiorũ diſtrimen.

Mentis mũdanorũquã ita ſit inſtabilitas.

b Eccl. 24. 5

Simile.

Labores iuſti ſunt lectulus quietiſſimus.

c Eccl. 44. 6

d Pſal. 4. 9

PARAPHRASIS.

Quid meam, dilecte mi, extollis pulchritudinẽ? Tua potiùs mihi extollenda eſt pulchritudo, tuuſque decor, vnde quicquid in me eſt dimanat pulchritudinis: *Ecce* enim *tu pulcher es, & decorus*, qui ſolus verè es pulcher; & ex quo oĩs prouenit pulchritudo: vnde ex tui præſentia non modo me pulchram reddidiſti, & Sãctam; Sed & laborioſa alioquin virtutum ſtudia, quaſi lectulum mihi exhibuiſti, in quo tecum conquieſcerem; lectulumque iſtum noſtrum floridum feciſti: cùm tu in eo mecũ quieſceres, qui & e flos Cypri, es ex multis floſculis in botri formam effectus, f *& quaſi plantatio roſæ in Ierico*.

e Cant. 1. 14.

f Eccle. 24. 18.

Porrò, ſi exactiùs modica iſta verba perpendamus, complura, quæ in eis latent, intelligemus myſteria. Nam primò cùm multiplicia ſint virtutum ſtudia, cumque multiplex ſit ſtudium bene viuendi, iuxta diuerſas Dei vocationes, haud tamen eã ſunt plures lectuli, ſed vnus duntaxat: quia ad vnã diriguntur Dei gloriam, in qua perfectiſſimè anima Sancta quieſcit, iuxta illud Apoſtoli: g *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipſum*: h Et: *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite*, omnia vnam conferunt Chriſti pacẽ: de qua idem Paulus: i *Et pax*, inquit, *Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote*: Omnia vnus ſunt Domini lectus, in quo & nos cum illo quieſcimus: K *Diuiſiones quippe miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus, & diuiſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus*. Atque adeò ſponſa, quæ prudentiſſima eſt Anima Sancta, dum iſtiuſmodi virtutũ ſtudia lectuli nomine appellat, non dicit: *lectulus meus*, ſed *lectulus noſter*, quia ſat norat, inde ex ſtudijs illis ſibi prouenire quietem: inde ea ſibi in lectulum eſſe parata, quia in ipſis ſecum quieſcat & Chriſtus; quam enim quietem in illis habere poſſet, ſi ſola in ijs iaceret, frigore torpens accidię, abſque

Exercitia & ſtudia multa ſpiritualis etſi diuerſa ſint, oĩa ſunt vnus lectulus.

g Coloſ. 3. 7.

h 1. Cor. 10 3.

i Coloſ. 3. 15.

k 1. Cor. 12 5.

DE ANIMA.

A

l Eccl. 4. 11

que calore diuinæ gratiæ? Certè hùc illùcque sese iactaret, vt quidpiam reperire posset caloris, nec tamen vllatenus calefieri posset: *l Vnumquamque* (vt dicitur in libro Ecclesiastes) *quomodo calefiet? at si dormierint duo simul, fouebuntur mutuo*. Cùm simul cum Christo in vno, communique lectulo studiorum virtutis requiescit, mutuò quidem sese fouet; Christo nimirum gratiæ calore calefaciente animam; Anima verò cooperatione sui liberi arbitrij collatam à Christo gratiam, eumdemve quodammodo Christum fouente.

Quies præsentis sæculi modica est.

Quare verò non dixit, *lectus*, sed, *lectulus noster*: An quia modica est quies, quam spiritualia exercitia præbent? Ita sanè; nam quamuis si quietes illas spectemus, quibus in hoc sæculo quacumq; in re perfrui queunt homines, quies ista absque vlla dubitatione omnium sit maxima, ac propterea virtutum studia lectus latissimus dici debeant: In cõparatione tamen quietis futuræ, quæ in cælesti habenda est patria, & præsens requies exigua est, & virtutum studia exercitiave spiritualia lectulus paruus sunt: quandoquidem æterna illa requies sola, lectus est magnus, ac maximus.

B

exercitiorũ spiritualiũ quies est florida flore spei, proferẽtis quietẽ æternam.

i Is. 66. 23.

Nihilominus etsi studia ista in comparatione illius lecti maximi sint lectulus modicus; sunt tamẽ *lectulus floridus*; quia lecti illius spem conferunt: quia & maximam illam requiem progignunt quodammodò, æquè ac floridæ arbores fructus parturiunt; vnde requies illa apud Isaiam dicitur *i Sabbathum ex Sabbatho*, idest requies ex requie. Quamquàm & ob id quoque lectulũ floridum ea appellet Sponsa, quia illa varijs bonorum operũ aspersa sint florib. qui & flores pulcherrimi sunt, & suauissimi pariter vno eodemque tẽpore sunt fructus; siquidem flores isti, sicut *K Et flores* sapientiæ, sunt *Fructus honoris, & honestatis*, i. diuitiarũ (vt patet ex Græco) quia opera bona eo ipso actu, quo fiũt, honori sunt, meritorumq; plurimorum diuitias conferunt facienti. Vnde & Paulus, his florib. vt lectulum studiorum suorũ aspergerent, persuadens Colossensib. ait: *l In omni opere bono fructificantes*. Insuper lectulum floridum eadem virtutũ studia asseruit ob eorundem bonorũ operum fragrantiam suauissimam: propter bona etenim opera, quib. lectulum exercitiorum spiritualium, tanquam suaueolentib. floribus conspersus est, odoratissimam de se emittit sanctitatis, bonorumq; exẽplorum famam, ita vt dicere queat: *m Christi bonus odor sumus in omni loco*; & cum sapientia: *n Fructificaui suauitatem odoris*. Hæc autem omnia rectè ex Christi præsentia deuenire, fatetur.

K Eccl. 24. 23.

Virtutũ opera ita sũt flores, vt sint simul & fructus.

l Colos. 1. 10.

Opera bona flores sunt maxime redolentes.

m 2. Cor. 2. 15.

n Eccl. 24. 23.

C

D

Quòd si floridum in altero quoque significatu sumatur pro virenti, bene sese habente, vegeto, atque robusto, haud minùs congruè, vel minùs verè eadem Christi spõsa ex illius præsentia ipsummet lectulum exercitiorum spiritualium, studiorumq; virtutis asserit effectum floridum: si tamen in hoc sensu floridi nomen analogicè sumatur: Floridus enim propriè in hac acceptione reb. tantùm animatis competit, vt primo analogato: vnde *lectulus floridus* dicitur, non tam quia ipse vegetus sit, ac benè affectus, quàm quia eam, quæ in ipso requiescit vegetam, virentem, atq; robustam efficiat Sponsã; quod sub alia viæ Domini metaphora apertè testatus est Salomon: cum diceret: *o Fortitudo simplicis via Domini*, i. studia virtutis, quæ non modò lectulus, sed & via Domini sunt, quatenus in illis per sanctas operationes, perque spirituales profectus quietè ambulatur: studia, inquã, ista sũt fortitudo simplicis; quandoquidem Animæ simplici virorẽ conferunt fortitudinis, vegetamq; illam reddunt

E

o Prou. 10. 29.

Exercitia studiaq; virtutis robur conferunt, & Christi præsentiam.

ad bonũ. Haud tñ hoc pacto lectulus iste floridus à sponsa dr, nisi ob Verbi præsentiã, per quã vigor roburq; omne ex ipso ad Animã prouenit, iuxta illud Isaiæ: *p Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te; ne timeas, quia ego tecum sum, ne declines, quia ego Deus tuus, confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei*.

DE ANIMA.

p Isai. 41. 9.

In exercitijs, studijsque virtutum anima sancta per Christi præsentiam in lecto quiescit vmbroso.

Quo item sensu iuxta aliam lectionem ab eadẽ Sponsa dicitur: *Lectulus noster vmbrosus*, seu, *Accubatio nostra opaca*. Quia per Verbi præsentiam ita vmbrosa redduntur studia virtutum, vt anima dũ proficit, sub vmbra cõquiescat in eis, ne vel vratur ab æstu nimij feruoris, vel algeat frigore torporis, vel perturbetur imbrib. tentationum: ita vt ad obũbrans ipsam vnà cum fidelibus vniuersis dicere queat. *q In vmbra tua viuemus in Gentibus*.

q Thren. 4.

Vmbrosus Deus quietem parat: cum opem fert, & tamen abesse videtur.

Quòd si iuxta versionem Septuaginta legamus: *Ad lectulum nostrum vmbrosus*: per hæc conqueretur quodammodo Anima Sancta cũ verbo dilecto suo, quod, cùm ad lectulum exercitiorum spiritualiũ, atq; ad virtutũ studia sibi præsens assistat, vmbrosus tamen assistit, occultis nimirum sibi opem ferens auxilijs; quod plerumq; contingere solet. Simulque latenter vt sese ipsi manifestet, exposcit, ꝑ ut aliquando & Dauid efflagitasse legimus, cũ diceret. *r Qui Regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin, et Manasse*: tale quid autem his verbis sponsa sibi velle videtur.

r Ps. 79. 2.

PARAPHRASIS.

Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus, ita vt cunctis, qui pulchritudinem tuam mente contemplantur, inauditam & admirationem præbeas, & cõsolationem: At nescio, cur mihi sponsæ tuæ in spiritualib. exercitijs meis haudquaquam tuã hanc manifestes præsentiam adeò dulcem, adeoq; decorã; scio quidem, te mecum in prædictis conquiescere studijs, atque adeò quietem in illis mihi exhibere, ita vt lectulum nostrũ iure dici ea debeant: attamen ad hunc lectulum cũ venis vmbrosus accedis vmbram tantummodò tuæ mihi exhibens præsentiæ: appare iam amabò, *s Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluũ me fac in misericordia tua: Domine non confundar* in vmbra ista, *quoniam inuocaui te*.

s Ps. 30. 17

Dilucidari autẽ potest hic locus ex altero loco Ieremiæ Prophetæ, vbi dicitur: *t Hæc dicit Dominus. Inuenit gratiam in deserto populus, qui remãserat gladio: Vadet ad requiem suam Israel. Longè Dominus apparuit mihi*. Quibus in verbis tria significantur: Primùm, quomodo Animæ illæ, quæ à Diaboli gladio præseruatæ sunt in deserto huius mũdi, inuenerint gratiam in cõspectu Domini, atq; adeò ab illo sint electæ, ac desponsatæ, vt inferius hoc ipso loco apertiùs significatur, cum idem Dominus dicit: *In charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te*.

t Ier. 31. 2.

Secundò indicatur, istiusmodi sponsis paratum à Deo lectulum, vt cùm virtutum sese dederint studijs, vadant ad requiem suam. Ac demum tertiò illud quoque innuitur; quòd Dominus, qui & dilectus est, & Sponsus earum animarum ad lectulum prædictum vmbrosus accedit. Vnde & bene quædam illarum ait: *Longè Dominus apparuit mihi*; nõ propè, & in manifesto, quod idem est, atque hoc, quod asserit Sponsa, dum inquit: *Ad lectulum nostrum vmbrosus*. Quare autem Deus aliquando suã dilectis quoque abscondat præsentiam; & quare latenter suum illis nonnumquam præstet auxiliũ, non manifestè: aliàs explicabitur aptiùs, ipsamet suggerente Sponsa.

Vers.

DE B. MARIA.

Ex Vers. XVI. Lectulus noster floridus.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quae est B. Maria.

a Num. 17. 8.

Virginitas cum partu coniuncta, quam magnum prodigiū extiterit in Maria.

INgens sanè id fuit miraculum, quod in Numerorum libro *a* de Aaronica virga narratur, quę absque vlla terreni humoris ope & florida reddita est, & fructu pariter euasit onusta: cum eius flores folijs dilatatis in amygdala formati sunt: At prodigium multò maius, multòq; admirabilius illud profectò fuit, quod in Beata Maria factum celebratur, quando absque vllo virili semine Christum incorrupta Virginitate cócepit, & peperit purissimū, maximeque redolententem florem, ac benedictū simul fructum ventris sui.

B

b Isa. 11. 1.

Verùm quod obscurius in illo significatum est typo, Isaias sub ijsdem virgæ, ac floris metaphoris pronuntiauit apertiùs, cum diceret: *b Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini*, &c. Multò tamen clariùs istud ipsum, quod in se gestum est, in hac sententia, quam prę manibus habemus, gloriosissima exposuit Virgo Maria, quę diuini Verbi, & Mater est, & spósa. Cum enim in superioribus verbis obscuriùs forsan prodigium illud, quo duplici & virginitatis, & partus decore exornata esset, vniuersamque huiuscemodi pulchritudinis laudē in Verbum retulisset, quod & diuinitate pulchrū, & humanitate factum esset decorum. Nunc illud ipsum magis, magisque explicans ait: *Lectulus noster floridus*. Ac si dicat.

C

PARAPHRASIS.

Ego quidem virginitate pulchra sum, pulchra pariter & partu, quia tu dilecte mi, & diuinitate pulcher es, & humanitate decorus: inde enim ingens illud in me factum est prodigium; quo lectulus vteri mei, in quo tu nouem mensibus requieuisti, per tui præsentiam redditus est floridus, duplici florens flore, & te nimirum, quem concepi, qui flos es campi, & lilium conuallium, & virginitate, cuius typus lilia sunt candidantia.

Mariæ vterus Lectulus Verbi, cuius lectus est vterus Patris.

c Ps. 109. 3

D

Circa hunc autem sensum, id vnum tantummodo est notandum, quàm aptè B. Virgo locuta sit, dū vterum suum, in quo iacuit Christus, non lectum dixit, sed lectulū; vt innueret, alterum amplissimū Verbo extitisse lectum, vterum Patris, in quo illud æterna potitū est felicitate; & ex quo æterna generatione est genitum, iuxta illud Psalmi, *c In splēdoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.*

Iuxta lectionem Septuaginta, quæ habet. *Ad lectulum nostrum vmbrosus*. Dicta hæc sunt ad præcedentium quoque explicationem: Aequè enim est, ac si Dei genitrix diceret.

Maria quō obumbrauit Spir. Sāct. & quō vteri illius lectulus vmbrosus factus sit.

Simile.

d Luc. 1. 35

E

Inde pulchra sum & Virginitate, & Partu, quia tu, & diuinitate pulcher es, & humanitate decorus Tu enim virtute propria ad lectulum vteri mei descendens, vmbrosus descendisti, in modum vmbrę me circundans, & ab omni præseruans cócupiscētiæ calore, non secus, ac is, qui obumbrat, obumbratum à calore defendit Solis: vt hæc sint similia illis, quæ ab Angelo dicta eidem sunt: *d Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*: quæ verba in hoc ipso sensu accipit Ambros. in libro de initiandis mysterijs c. 3. & Hilar. lib. 2. de Trinitate.

Quòd si iuxta aliam lectionem legamus: *Lectulus noster vmbrosus*: idipsum confirmans, dicet B. Virgo.

Ambr. Hilar.

Pulchra sum, &c. vt supra. Nam tu lumen incorporeum in lectulo vteri mei corpus assumpsisti, ac per assumptam humanitatem tuæ incomprehensibilis pulchritudinis, & puritatis in me faciens vmbram, lectulum ipsum nostrum vmbrosum reddidisti, qui tuæ & pulchritudinis particeps factus est, & puritatis: in quo sensu Angeli verba accipit Gregorius Papa.

APPENDIX.

Greg. PP. li. 33. mor. ca. 3.

Ex Vers. XVI. Lectulus noster floridus.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Præsentia Dei crescūt fideles Ecclesiæ.

PAraphrasis Chaldaica; In tempore, quo tu habitas in lectulo nostro dilecto, filij nostri multi sunt super terrā, & crescimus, & multiplicamur, sicut arbor, quę plantata est iuxta fontem aquarū, cuius folium pulchrum est, & fructus eius multus

Bernard.

Pro serie dramatis, Bernard. serm. 46. arbitratur, sponsam per hæc indicare dilecto suo thalamum ornatum, simulque eumdem tacitè ad illum inuitare.

Quoad sensus Spirituales; multiplices sanè illos reperire est apud Patres, tum ob varietatem lectionum, quibus vsi ij sunt; tum ob variam acceptionē *lecti*, cuius hic fit mentio.

Orig.

Primò enim Origenes tum homil. 2. ex duabus, tum hom. 3. ex quatuor legens; *lectus noster vmbrosus*: lecti vocabulo humanum corpus designatum asserit. Vt commune autem Christo, & Animæ dictum id vult; *lectus noster*; vel quia Anima in corpore posita digna sit adsci sci ad consortium Christi: vel eo sensu, quo Apostolus ait: *a Quia corpora nostra membra Christi sunt*; Vel tertio, quia diuina virtus peruenit vsque ad corpus per donum castitatis aliorumque bonorum gratiam.

Corpus humanū, quō lectus Christi, & anima simul.

a 1. Cor. 6. 15.

Corpus humanū cur dicaturum brosum.

Porrò istiusmodi lectum & corpus ipsum vmbrosum dici, inquit Origenes: primùm, quia sub vmbra Christi existens, neque per diem vratur Sole, neque per noctem vratur Luna.

Secundò, quia non sit aridum, nec infructuosū, sed frugiferum, & tamquàm densitate boni operis nemorosum.

Tertiò, quia sit in loco vmbroso, quod obscurè sic explicat.

In corpore existēs aīa Sancta, quō dicatur esse ī vmbra Verbi etiā fecūdū corpus.

Si adhuc in corpore positus intelligam densitatem spiritualium sensuum, & intelligentiam Sacrarum Scripturarum, tam crebra opacitate contextam, vt rapidior æstus, qui multos solet adurere, & arefacere fructus eorum; me tamen tenebrare non possit, nec vlla vis tentationum fidei in me germen arefacere; tunc possum dicere, quia cubile nostrum vmbrosum. Quibus in verbis per locū vmbrosum videtur intelligere studium Sacræ Scripturæ.

Theodor.

Scriptura Sacra est lectus, in quo Ecclesia cū christoquiescit sub vmbra.

b Is. 26. 18

Sed meliùs, & clariùs à Theodorito, eamdem lectionem sequente, eadem Scriptura Sacra designata asseritur per lectum ipsum, quem sponsa dicit vmbrosum. Lectus, inquit, vt arbitror, appellat diuinam scripturam, in qua & sponsus, & sponsa conquiescentes mutuò, spiritali consuetudine coniunguntur. Ac sponsus quidem præbet verbi semina: sponsa autem illa suscipiens, concipit, & fert in vtero, & parturit, & clamat cum propheta: *b Propter timorem tuum Domine in vtero concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quem gestauimus super terram.* Porrò lectum vmbrosum, vt a spiritus gratia protectū, & ab ardore peccati defensum vocat, quod enim nubes erat Israeli, id nobis Spiritus est auxilium.

Ambros.

Ambr. eamdem sequens lectionem textus Græci, ac.

APPENDIX.

Christus reclinat vbi est silentiū.

ci, atque adeò legens: *Acclinatio nostra opaca*: serm. A 4. in Psal. 118. vers. 4. Primum ex eo, quòd verba ista iuncta sunt cum præcedentibus: Ecce es formosus consobrinus meus, & quidem pulcher: colligit, sponsam exinde laudari, quod Christum tacito laudet affectu, dicens: fidus mysteriorum interpres tacendo plus prædicat: nec in tabernaculo loquacis, & garruli, sed in viri serij, qui sit parcus alloquij, caput suum Christus reclinat. Tum per acclinationem opacā quatuor accipit designata, Ecclesiam, æternam patriam, Christi Crucem, ac denique eius carnem; sic enim ait: Meritò opacam significat acclinationem, quia in Ecclesia cōstitutos virtus obumbrat Altissimi. Hac vmbra Dauid protegi se postulabat, ne eum per diem Sol vreret, vel B Luna per noctem. Hanc vmbram spiritalis ministrat gratia, torrida sæculi huius, & mundi æstiua fugientibus. Opaca igitur acclinatio Christi, & Ecclesiæ sunt, quibus Dei Patris æterna illa requies aspirat. In hac ergo requiescamus vmbra, peccatorum nostrorum æstibus fatigati. Si quos adussit libido, hos Domini Crux refrigeret, in qua se reclinauit, vt nostra delicta susciperet: si quos culpa lassauit, hos Iesus gremio suscipiat suo, & molli foueat amplexu. Vnde audeo dicere, quod caro Christi, Acclinatio sit Ecclesiæ.

Gratia vmbrosas reddit Animas in quibus Christus reclinat.

Illud autem postremum, quod caro, & corpus Christi designatum à sponsa sit vocabulo acclinationis, seu lecti nostri, asseritur etiam ab Origene hom. 3. ex quatuor, vbi ait: Considera, ne fortè pos- C sit etiam illud corpus, quod assumpsit Iesus, commune ei cum sponsa cubile nominari; quoniā quidem videtur, per ipsum Ecclesia Christo esse sociata, & participium verbi Dei capere potuisse, secundum quod Mediator Dei, & hominum dicitur.

Origenes. *Corpus Christi acclinatio, & lectus communis Christo & sponsæ.*

Iustus quoq; Orgelitanus idem Christi corpus dictum ait, *lectulum nostrum floridum*, quia sincerū quia suaueolens, & quia ex B. Virgine.

Iustus Orgel.

Quin, & Greg. Nyss. hom. 4. Catena trium Patrū, & Psellus, tametsi aliam sequantur lectionem, quę habet: *ad lectum nostrum vmbrosus*: idem Christi Corpus, seu humanam naturam vocabulo lecti nostri significatum accipiunt: vt eorum, quæ hic dicuntur, sensus sit istiusmodi. Venisti tu pulcher, & D decorus patruelis meus ad lectum nostrum, factus vmbrosus: nisi enim ipse teipsum obūbrasses, serui forma operto mero radio diuinitatis, quis tuam sustinuisset apparitionem? quomodo enim potuisset mortalis natura coniūgi cū ea, quæ interitui minimè est obnoxia, & ad quam non patet aditus; nisi nobis in tenebris viuentibus vmbra corporis fuisset interiecta inter lucem?

Gre. Nyss. Tres Patr. Psellus. *In incarnatione verbū se obūbrauit, & quare.*

Philo Carpathius singularem habens lectionē huiuscemodi; *Accubatio nostra in vmbra*: accubationis nostræ vocabulo mortem designatam putat quæ sub vmbra dicatur, quia mortis tempore iusti E quiescunt sub vmbra Christi, iuxta illud Psalmi. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecum es.*

Phi. Carp. *Mortis tempore iusti sūt sub vmbra Christi.* Psal. 22. 4.

Apud eos, qui versionem Vulgatæ exponunt, cōmuniori sensu, *lectuli nostri* vocabulo quies, tranquillitas, & pax designata accipitur; appellatio verò floridi refertur ad virtutum varietatem, atque decorem. Est tamen & inter hos qui communiorē hunc sensum sequuntur, aliqua diuersitas.

Lectulus trāquillitatis floridus ob varietatē virtutū.

Nam Gregor. Papa censet, in his designari, quietem adeptam in sanctis exercitijs floridam virtutum floribus reperiri. Quid, inquit, per sponsæ lectulum, nisi ocij quietem intelligimus? Mens. n. quæ sponsum suum Christum singulariter amat, inquantum potest ab omnibus solicitudinibus mūdi vacat: virtutes quibus Sponso placeat, intus accumulat, quæ dum omnia, quę temporalia sunt, cōtemnit, lectum sibi cum sponso in pace victoriæ facit, vbi quò quietiùs pausat, eò ampliùs flores inuenit, quibus se sponso decoram ostendat.

Greg. PP. *In sāctorū exercitiorū studijs innuitur quies et florescit tutum.*

APPENDIX.

Cassiodor. Ecclesiæ tranquillitatem, & pacē floridam dictam ait, quia cum in pace quieta est, tūc liberiùs contemplationi diuinę insistit; tuncque vigilias, ieiunia, & cetera bonorum operum exercitia exequitur.

Cassiodo.

Addit his Beda & alteram rationem, quare prædictus Ecclesiæ lectulus dicatur floridus; nimirum propter prolem fidelium, quam ipsa Ecclesia fidei flore redolentem Deo gignere ex aqua, & Spiritusancto consueuit, tunc potissimum, cum pacem habet. Notat autem ipsemet Beda, obseruari in hoc Cantico, Sponsam semper in domo, vel in lectulo, vel alio quolibet interiori loco cū suo dilecto manere, concupiscereq; at è contra, sponsum ad forinseca potiùs opera, vinearum, hortorum, vel aliorum huiuscemodi amicam suam euocare; Quia Ecclesia sancta, si fieri posset, semper in tranquillitate pacis Domino famulari, & sobolem ei cælestem propagare desideret: Deus verò crebris eam in præsenti exerceri disponit tribulationibus, quò mūdior ad perpetua bona perueniat.

Beda. *In pace prolē maiorē Deo gignit Ecclesia.* *Tribulationib. iustos cōcuti vult Deus, cùm illi trāquillitatem ament.*

Alij lectuli nomine non tam quietē ipsam, quā locum quietis designatum putāt: & inter hos quoque est diuersitas.

Siquidem Aponius de sepulchro Christi id accipit, in quo Christus quieuit in triduo mortis: hoc autem floridum dictum ait, propter aromata, ex varijs floribus confecta, quibus delibutum fuit corpus Christi.

Aponius. *Lectulus floridus sepulchrū Christi.*

Rupertus Abbas vterum intelligit B. Virginis, in quo idem Christus quieuit nouem mēsibus, & ex quo virginitate matris seruata, egressus est flos ille pulcherrimus, ꝓpter quē floridus dici meruit.

Rup. Ab. *Lectulus floridus vterus B. Maria.*

Anselmus iustos accipit, in quibus Deus requiescit, in quibus haudquaquam offenditur Ecclesia, sed requiescit. Hi autem tales, inquit, sunt floridi; idest habentes initia bonorum operum; per florē ideo accipimus initiū, quoniā flos præcedit fructū.

Anselm. *Lectulus floridus Christi sunt qui habent initia bonorū operum.*

Ad hunc sensum quoquomodo reduci possunt quæ Ambr. tametsi aliam lectionem sequatur, asserit in libro de Isaac, & Anima c. 4. his verbis. Possumus hæc: *Acclinatio nostra opaca*, de moralibus Animæ accipere. Vbi enim requiescit Christus, & Ecclesia, nisi in operibus suæ plebis? Denique vbi impudicitia, vbi superbia, vbi iniquitas erat, ibi ait Dominus Iesus; b *Filius hominis non habet, vbi reclinet caput suum.*

Ambro. *Lectulus, et acclinatio Christi, & Ecclesiæ sūt iusti, & eorum opera bona.* b Matth. 8. 20.

Bernar. serm. 46. claustra significata, inquit, & monasteria, in quibus quietē a curis sęculi viuitur & solicitudinibus vitæ; floridum autem hunc lectulum Sponso ab Ecclesia demonstrari, ait; cum exemplis, & institutis Patrum, tamquam quibusdam bene olentibus respersa floribus fratrum conuersatio, & vita refulget.

Bernard. *Lectulus floridus monasteria aspersa institutis & exēplis Patrū.*

Tum aptans hæc ad animam religiosam. En, inquit, forte appetis, & ipsa cōtemplationis quietē, & bene facis; tantùm, ne obliuiscaris flores, quib. lectulū sponsæ legis aspersum. Ergo cura & tu; tuū circundare bonorum florib. operum, virtutū exercitio tanquàm flore fructum, sanctum ocium præuenire. Neq; .n. putes, de propriæ amore quietis, sanctæ obedientiæ actib. seniorumque traditionibus præiudicium vllatenus faciendum. Alioquin non dormiet tecum Sponsus in lecto vno, illo præsertim, quem tibi pro obedientię floribus, cicutis, atque vrticis inobedientiæ aspersisti.

Ad studia propria vacātes si ad lectulū floridū Deū trahere volunt quidā, quāuis id malū sit.

Vers.

LITTERA.

Versic. X V II. Tigna domorum nostrarum Cedrina: Laquearia nostra Cypressina.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sensum.

COmmunis ferè expositorum omnium opinio verba hæc ita cum superioribus connexa existimat, vt ab vna eademque Spōsa sint dicta, & ad idipsum significandum; quod in præcedentib. ea explicare cæpisset. Quæ quidem opinio mihi quoque maximè arridet. Quamobrem duplicē arbitror, & ea quoque posse admittere sensum. Vel enim deseruient ad maiorem pulchritudinis amplificationē, prout & præcedētia. Vel sicut in præcedentibus honestissimè Sponsus ad communem inuitabatur lectulum: ita & hoc loco ad communes inuitabitur domus.

I. SENSVS. PARAPHRASIS. Ac iuxta primum sensum, tale quid per hæc sibi velle videtur Sponsa:

Tanta est pulchritudo, decorque tuus, dilecte mi, vt non modò tu pulcher sis, atque decorus, meque per pulcritudinis tuæ communicationem & pulchrā reddideris, & speciosam; Sed insuper quæcumque nostra sunt, per tuam præsentiam pulcherrima euadant, ac nobilissima: nam & lectulus noster propterea floridus est, & domus quoque nostræ, instar domus regię nobiles, pulchræ, & fortes apparent, ac odoratæ, quasi earum *tigna* sint *Cedrina, & laquearia* sint *cypressina*; Ob hoc. n. ꝙ mihi ades: ob id ipsū, ꝙ quicquid mihi est, tuū est, vniuersa mihi florere vidētur, vniuersa sūmo odore fragrātia, vniuersa nobilissima existimo, ac regia. Alluditur aūt ad antiquā Iudæorū Regū cōsuetudinē, qui in domib. Cedrinis habitabāt, vt de semet ipso ait Dauid ad Nathan prophetam: *a Vides ne, quòd ego habitem in domo Cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium?* Sic & de præstantissima illa domo, quam ædificauit Rex Salomon, quamuis tota ex lapidibus pretiosis esset ædificata; cedro tamen eam totam exornatam legimus; sic enim dicitur in 3. Regum. *b Et tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis etiā cedrinis sustentabatur.* Et infra. *c Porticum quoque fecit solij, in qua Tribunal est: & texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem.* Imò & magnificentissima quoque, quam idem Salomon ædificauit, domus Domini, laquearibus tecta est Cedrinis, & tota lignis Cedrinis cooperta refertur in eodem libro tertio Regum. *d*

a 2. Reg. 7. 2.

b 3. Reg. 7. 3.

c 3. Reg. 7. 7.

d 3. Reg. 6. 9. & 10.

II. SENSVS. PARAPHRASIS. Iuxta alterum verò sensum post verba illa: *Lectulus noster floridus*; addit hæc, ipsamet Sponsa: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Ac si dicat.

Haud lectulum tantummodo tibi paraui, sed & domus: quapropter si ad lectulum istum, quem in aperto hoc campo floribus, herbisque constraui, quemue virentibus arborum ramis cooperui, accedere dedignaris, quasi minus tutus videatur: En domus nostræ pulcherrimæ, atque fortissimæ, ad has declina; earum enim tigna sunt cedrina, & laquearia sunt Cypressina: ita vt & fragranti odore redoleant; & eximio decoræ sint ornamento, nec ad vllum, vel imbrium, vel ventorum impetum cōcuti queant. Vel alio modo. Adesdum dilecte mi, qui adeò pulcher es, & à quo mea est pulchitudo oīs; En lectulus noster floridus: En & domus nostræ, quarum tigna sunt cedrina, & cętera.

III. SENSVS. Quamuis autem communi ferè (vt dictum est) expositorum opinione ea, quæ hic dicuntur, sponsæ verba esse, censeantur, atque adeò probabilius hoc mihi quoque sentiendum proposuerim: haud tamen penitùs improbanda videtur nonnullorum Hebræorum opinio, qui non sponsæ hæc tribuūt, sed sponso: quam sententiam inter nostros quoq; secutus est Origenes homi. 3. ex quatuor; licet idē ipse homil. 2. ex duabus, nec sponsam, nec spōsum hic loqui velit, sed amicos Sponsi, vt videre est in Appendice nostra.

Hanc inquam opinionem, tantùm abest, vt omninò improbandam censeam, vt admodum potiùs probabilem illam existimem. Valde enim cōgruū est, vt sicut mutuis laudibus hucusque sponsus, ac sponsa se celebrarunt, mutua sibi inuicem promiserunt & munera: ita & mutuò pariter, sese inuitarint: Ac propterea quia ijs verbis; *Lectulus noster floridus*: Sponsum honestissimè sponsa inuitarat ad lectulum, qui floribus ei paratus esset: Sic vicissim ad communes domos sponsus ipse sponsam inuitet: aut pro illa inuitatione ad lectulum, domos ei offerat, quæ & magnificentissimæ sint, & pulchèrrimæ, atque tutissimæ, vtpote quarum tigna sint cedrina, laquearia vero cypressina, quæ duo sunt ligna imputribilia, & redolentia quam maximè, ac propterea inter reliqua lignorum genera etiam nobilissima.

Iuxta hūc igitur sensum hisce ad verba illa spōsæ (*Lectulus noster floridus.*) respondens sponsus dicet.

PARAPHRASIS. Si lectulum mihi parasti, floribus redolentibus, viridibusque constratum herbusculis, atque virentibus coopertum arborum ramis: En tibi magnificentissimæ, atque pulcherrimæ paratæ à me sunt domus nostræ, earum enim Tigna sunt Cedrina, & Laquearia Cypressina; ita vt nihil in eis desiderandum sit vel securitatis, vel oblectationis.

Circa lectionum varietatem nihil est, quod hoc loco notandum sit in hoc versu: nam etsi dictionē illam רחיטנו rahitonu, quā noster secutus Septuaginta vertit: *Laquearia nostra*, hebræorum quidā interpretentur; *ambulacra nostra*; quidam; *canales nostri*: Et alteram quoque dictionem ברותים berothim, quam noster vertit: *Cypressina*; prout etiam & Septuaginta; Alij abietem: alij pinum; alij aliam cuiuspiam arboris suaueolentis speciem; alij demum lapidum genus quoddam significare existiment; nulla tamen eorum habenda est ratio, quippe qui diuinantes hæc fingant; cùm etiam iuxta ipsorum concessionem significatus propriorum nominum, quæ in sacris paginis reperiuntur, ignorātissimi sint, quod multò magis existimandum est de ijs, quæ hoc tantùm loco nominata inueniuntur.

Illud tantummodò notari posset, quod spiritualibus fortasse deseruiet sensibus, secūdum Septuaginta efficacius de trabibus, ac laquearijs dici esse Cedros, atque Cypressos. Sic enim legunt *δοκοὶ οἴκων ἡμῶν κέδροι φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι. Tigna domorum nostrarum cedri, laquearia nostra Cypressi*: quasi sint ipsæmet arbores Cedri, atque Cypressi.

Laqueariorum nomine significantur superiores partes cubiculorum, quæ & lacunaria appellantur, quoniam tignorum interualla quandam lacuum speciem præberet videantur; quas partes italice dicimus *soffitti*: nomine verò *tignorum*, vel eæ hoc loco significātur trabes, quib. tota fulcitur domus, aut tabulatū, quo muri ipsius domus cooperiri solerent apud Iudęos, quales ij erant, de quibus in ædificio templi dicitur. 3. regum. 6. *e Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, vt* e 3. Reg. 6. 6.

non

DE ECCLESIA.

non hærerent ſcilicet tabulata cedrina *muris templi.* Vel, quod magis mihi placet, præſentique ſententiæ congruentius mihi videtur, ſignificantur illæ trabes, quibus ipſa fulciuntur laquearia; vt ex ſuperiori potiſſimum parte communes commendétur domus, quod ſpiritualibus ſenſibus maximè congruere intelligemus.

Verſ. XVII. Tigna domorum noſtrarum Cedrina: Laquearia noſtra Cypreſſina.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa quæ eſt Eccleſia Sancta.

I. SENSVS.

QVamquam hæc vniuerſa Mundi machina ſuum nobis indicet Creatorem, & eius, qui incomprehenſibilis eſt, Dei nobis ſuggerat cognitionem, iuxta illud Pſalmi: *a Cœli enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Quamquàm, & tanta ſit eiuſdē Dei immenſitas, vt nihil in toto orbe terrarum reperiri queat, cui non adſit per præſentiam, per potentiam, ac per eſſentiam (vt aiunt Theologi;) Illud tamen veriſſimum eſt, quòd ſpecialiſſimo quodammodo Sanctæ adeſt Eccleſiæ, quam præcipuo amore proſequitur, & cuius, vt dilectiſſimæ ſponſæ præcipuam gerit curam: Et exploratum eſt, nuſquā melius haberi cognitionem tum ipſius Dei, tum præcipuæ eius curæ prædictæ, quàm ex libris ſacris, vt colligi facilè poteſt ex illo Pſalmi, quo dicitur, *b Deus in domibus eius* ſcilicet Ieruſalem, *cognoſcetur, cùm ſuſcipiet eam.* Vbi Propheta tale quid ſibi velle videtur. Cùm Deus Eccleſiam, quæ per ipſam deſignatur Ieruſalem, ſuſcipiet, ſcilicet in ſponſam: cum eam in ſuam ſuſcipiet curam, cum eam ſuſcipiet complexibus: Tunc ipſe, qui alioqui difficillimè cognoſci poteſt, facili negotio cognoſcetur in domibus eius. In ſacris certè ſcripturis, quæ bene domorum ſignificantur metaphoris, domusq; dicūtur Eccleſiæ: nam in iis illa ſeſe concludit, æquè ac in domibus homines, ne huc illucve per varia Gentium vagetur diſciplinarum hoſpitia: Ad eas, æquè ac homines ad domus, confugit & ipſa, poſtquam per huius ſæculi diutinos labores laſſatam ſe ſentit: Sub his, æquè ac ſub domibus homines, vitare & ipſa ſolet concupiſcentiæ æſtus, frigus, glaciemve, corporis, imbrium violentias, & ventorum impetus, tentationes, tribulationes, incurſus, ac perſecutiones filiorum, aerearum poteſtatum, & Principum huius mundi: In his, æquè ac Virgines intra domus, illibatum ab Hæreticis ſuum cuſtodit pudicitiæ decorem: in his denique, vt in propriis domibus cum dilectiſſimo ſuo commoratur ſpōſo, cum Chriſto conuerſatur, cum Chriſto loquitur, cum Chriſto comedit, cum Chriſto quieſcit, eiuſdemque ita dulciſſima fruitur præſentia, vt non modò pulchritudinem eius admiretur; ſed & decorem obſtupeſcat illum, quem ſibi, lectuloque ſuo, atque etiam domibus hiſce impertitum cognoſcit: quod hoc loco ab ea præclarè explicatum habemus; vbi, poſtquàm verbis iis: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus;* diuinam illius extulit pulchritudinem: poſtquàm, & communem fidei lectulum floridum ex illius præſentia redditum ſignificauit, cùm diceret: *Lectulus noſter floridus;* tandem concludit, non fidei tantummodò lectulum, ſed & ſcripturarum ſacrarum communes domos, magnificentiſſimas ex eadem ipſius præſentia effectas, ac nobiliſſimas, maximèque pulchras, & for-

a Pſ. 18. 1.

In ſcripturis ſacris meliùs quā in vlla alia re cognoſcitur Deus.

b Pſ. 47. 4.

Scriptura ſacra ſunt domus communes Chriſto, & Eccleſia.

Simile.

A tes; ait enim: *Tigna domorum noſtrarum cedrina laquearia noſtra cypreſſina.* Ac ſi dicat.

Quidni diuinam tuam admirer pulchritudinē? quidni tuum dilecte mi eximium prædicem decorem? Cùm ex tui iucundiſſima præſentia, quæ vilia prius apud me erant, quæve & fœtida videbantur, cùm abeſſes, perfecta vſquequaque reddita conſpiciam: fidem enim, quæ prius mortua erat, & per praua fœtebat opera, modò floridam mihi factam intueor, variis virtutum aſperſam floribus: necnon & ſacrarum ſcripturarum domus, quæ abſque vllo robore priùs exiſtimabantur, abſque decore, & abſque vlla ſuaueolentia, fortiſſimæ jam, cùm tu adſis, pulcherrimæque mihi videntur, ac maximè redolentes, ita vt in omnem terram illarum diffundatur fragrantia: ſiquidem & myſtica illarum dogmata, quibus inſtar tignorum eæ fulciuntur, cedrina apparent & robore, & odore: & præcepta moralia, quibus quaſi laquearibus exornantur, cypreſſina dici queunt ob ſummam, quam emittūt, fragrantiam, atque etiam ob pulchritudinem, & incorruptionem.

Vt autem horum, quæ hic ab Eccleſia dicuntur, vel in laudem verbi, vel in laudem ſacrarum ſcripturarum, vis percipi queat. Primò id notandum, lectulum vnum tantummodò habere, cui plures ſunt domus. Quamuis enim plures ſint Sacrarum Scripturarum domus; vna tamen duntaxat eſt fides: quia ſicut vnus tantùm eſt Dominus, ita vna ſolummodo fides, iuxta illud Apoſtoli, *c Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.* Vnus quippe Deus, quatenus eſt prima veritas vnicam conſtituit fidem: vnicum ſponſæ, quæ & vna eſt, ſternit & lectulum, in quo ſolo humanus in præſenti ſæculo cum ipſo quieſcere valeat intellectus. Domus verò tot habet, quot Prophetæ ſunt, quot Sancti, quot Apoſtoli, quot & Euangeliſtæ, quorum ſcripta in ſacrorum librorum adnumerantur catha logum, quos ad hoc fabros inſtituit Spiritus Sanctus, vt tot diſtinctas conſtruerent domos, quæ eſſent communes Deo, & ſponſæ eius; Propterea accuratè ipſa loquens, non dicit: *Tigna domus meæ,* vel *domorum mearum,* aut etiam *tuarum;* ſed, *domorum noſtrarum.*

At quod mirabile valde videtur id eſt, quòd quādocunque ad aliquam prædictarum domorum Sācta ſe confert Eccleſia, ad hoc in illam ſe confert, vt cum dilecto ſuo in fidei lectulo requieſcat, & cùm vna tantùm ſit fides, vnicum tamen illius lectulum in ſingulis illarum domorū reperit, in ſingulis corroboratum, in ſingulis tutò cuſtoditum, necnon & in ſingulis perpulchrè exornatum; quandoquidem quotquot ſacri ſunt libri, ab vno dictati ſint ſpiritu Sancto, atque adeo vnam confirmant fidem, quæ omnibus, & ſingulis iis nititur, quæcumque à Deo reuelata fuere.

Porrò domus iſtæ ſacrarum ſcripturarum, niſi verbum, ſponſuſque ipſe adſit, qui ſua eas illuſtret præſentia, caſulæ quædam, & exigua, viliaque videntur mapalia in comparatione ſcriptorum humanæ ſapientiæ, quæ inſtar magnificentiſſimorum palatiorum à Philoſophis Gentium in altum eleuata ſunt, acumine doctrinæ, quæve ab eloquentiſſimis Oratorū & verborū, & florū multiplicium exornata ſunt lenociniis. Neque enim in ſcripturis ſacris hæc apparent ornamēta verborū, neque, vt ait Apoſtolus, *d* in eis aliqua videtur ſublimitas ſermonis aut ſapientiæ, qua homines inflari ſolēt. Imò & primo aſpectu viliſſima, maximèq; abſurda in eis dicta vidētur: vt quòd Deus ſit factus homo, quòd paſſus ſit,

DE ECCLESIA.

PARAPHRASIS.

Chriſti aſſiſtētia, quā neceſſaria ſit ad intellectū ſacrarū ſcripturarum.

In pluribus domibus ſacrarū ſcripturarum Eccleſia vnicā habet fidei lectulum, & ratio.

c Eph. 4. 5.

Scriptura Sacra abſq; aſſiſtentia Chriſti viliſſima videntur.

d 1. Cor. 2. 1

DE ECCLESIA.

sit, quòd mortuus: quòd ex nulla præexistente materia vniuersum hunc condiderit mundũ: quòd Deũ pœniteat: quòd Deus irascatur: doleat, lætetur: quòd Deus homo factus in modica panis specie contentus, homini sese præbeat in cibum, & cetera huiusmodi, quibus vniuersæ sacræ plenæ sunt paginæ. Hinc est, quod eæ à Philosophis contemnebantur, vt vilia, turpiaque, & fœtida mapalia, quia Dei in illis non intuebantur præsentiam. Quinimò & nostro sæculo ijs, quibus super has domus diuina nõ fulget præsentia, Sacræ Scripturæ sunt quidem domus, cùm ad eas confugiant, in eis sese tueri studeant, atque ex illis, veluti ex turribus contra Catholicos sagittas iaciant: at proh dolor, domus sunt iniquitatum; quamobrem querulis vocibus ijs ad Dominum exclamare possumus, quibus Dauid aliquando, hæc fortasse præuidens dicebat: *e Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum*: Respice in testamentum, fœdusque tuum, in quo tua docuisti secreta, in quo nota fecisti quæcunque agere debeãt homines, quidve ipse facturus sis: illustra præsentia tua Sacrarum Scripturarum domus: vt quid respectu hæreticorum, ac Iudæorum ab illis tam longè abes? Isti sanè qui obscurati sunt terræ: qui obscuri sunt in terra: qui terreno sensu obscuratum cor habent, ac intellectum: quive terrena sapientes obscurati sunt, tua præfulgida orbati præsentia, repleti sunt domibus iniquitatum: possederunt sacrarum scripturarum domos, eas frequentantes, ijsque iugiter vtentes: ita tamen vtentes, vt ex domibus iustitiæ, ac Sanctitatis, domos eas efficiant iniquitatum: illis ita repleti sunt, vt quicquid iniquitatis simplicibus persuadere voluerint, ex sacris persuadeãt paginis: vt quandocunque à Doctoribus se suaque peruersa defendere velint dogmata, ex Scripturarum Sacrarum id faciant domibus. Adesto igitur Deus meus, ne tam indignum contingat facinus: Respice in harum Scripturarum & domus, & testamentum tuum. Quidni autem hanc Dei præsentiam totis efflagitemus viribus, cum illa sit, quæ harum domorum ingentem manifestat præstantiam?

Sacra Scriptura hæreticis sũt domus iniquitatũ, quia in eis Christũ non habent præsentem.

e Psal. 73.20

Tantùm enim abest, vt viles eæ sint, fragiles, aut turpes: vt ipsæ solæ regiam habeant magnificentiã, & fortissimæ sint, atque pulcherrimæ.

Nam etsi mundi Sapientum scripta propter rationum acumen, propter eloquentiæ flores, ac propter sententiarum grauitatem primo aspectu palatia videantur excelsa, pulcherrima, atque validissima; re tamen vera supra modum viles sunt domus, deformes, ac maximè fragiles; ita vt de earum habitatoribus, & de eis, qui ad illas declinant, in illisve confidunt, id proferri queat libri Iob. *f Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non cõsurget.* Nec mirum, etsi enim in altum eæ eleuatæ videantur: terrenum tamen habent fundamentum; fœdæque sunt, cùm ex fœdo luto sint constructæ; Vnde & de ijs, qui eas incolunt, eodem, qui supra iam citatus est, libro Iob dicitur: *g* quòd *habitent domos luteas; & qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea, de mane, vsque ad Vesperum succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* Sponsa duntaxat Ecclesia Catholica & decorem intelligit earum domorum, quæ sibi communes sunt, ac sponso: ipsa earum experitur robur, quia in illis pulcherrimum Deum habet præsentẽ; propterea statim ac ipsius Dei præsentem admiratur pulchritudinem, dicens: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus,* subijcit. *Tigna domorum nostrarum Cedrina, laquearia nostra Cypressina*; indicans, se iam

Scripta sapientũ mũdi sunt vilissima domus, & maxime fragiles.

f Iob. 8.15

g Iob 4.19

Scripturarũ sacrarũ excellentia soli Ecclesiæ Catholicæ perspecta ob Christi assistentiam.

animaduertere Sacrarum Scripturarum excellentiam, quam priùs minimè vidisset. Vnde & apud Lucam legimus, Christum ipsius Ecclesiæ spõsum, postquàm gloriosus, pulcherque resurrexit à mortuis, *h* apparuisse Discipulis, illisve aperuisse sensum, vt intelligerent scripturas.

DE ECCLESIA.

h Luc. 24. 45.

At quid nam hoc est, quòd cùm ex Dei præsentia decore, magnificentissimæ, summo odore fragrantes, roboreque quàm maximo fortes istiusmodi Sacrarum Scripturarum domus exhibeantur; dum tamen id celebratur à sponsa, nulla de ipsarum fundamentis fit mentio, nulla de murorũ pulchritudine, de lapidũ pretio, nulla denique de aliis earum partibus fit commemoratio, nisi de vna tantum, quę superior est vniuersis? quasi hæ domus in superiori duntaxat parte pulchritudinem præseferant, stabilitatem, atque decorẽ: aut quasi ex superiori parte decor omnis ad partes reliquas dimanet, vniuersaque pulchritudo.

Magnũ sanè hac in re Ecclesia sancta innuit mysterium. Hoc autem illud est, quòd diuersa valde est ratio domorum Sacræ Scripturæ à terrenis hisce, & lapideis, quæ ab hominibus ædificantur in terris; istæ enim robur omne à fundamentis habẽt, quæ subtus terram effusa sunt; pulchritudinem verò ex murorum ædificio, vel externo aulæorum ornamento. At domus Sacrarum Scripturarum, si fundamenta, quæ sunt voces, ac verba inspiciantur; si sermonum spectetur compositio, quibus quasi muris constructæ sunt; si denique externa in eis Oratorum requirantur ornamenta; nihil in se vel roboris habent, vel decoris, aut magnificentiæ, earum quippe *i* littera occidit: At quicquid vel boni habent, vel pulchri ex parte habent superiori, quia ibi suum habent fundamentum, ipsum nimirum Deũ, cui innituntur, & à quo descenderunt: quod & Petrus Apostolus *K* significauit, cum diceret: *Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit: Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Et Paulus: *l Omnis scriptura,* inquit, *diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus,* idest eatenus omnis Scriptura bonitatem habet, robur, vtilitatem, atque decorem quatenus Deo innititur, à quo descendit, & inspirata est. Atque adeò sponsa ad Superiorem hanc istarum domorum partem semper oculos coniectos habens, Deoque illam innixam aspiciens, communicatam domibus ipsis ex diuina præsentia in ea admiratur magnificentiam, fortitudinem, atque decorem, dicens: *Ecce tu pulcher es,* &c. *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.*

Scripturarũ sacrarũ dom' à parte superiori potissimum cõmendantur, quia de super fundamentũ habẽt verum cui innituntur.

i 2. Cor. 3. 6.

k 2. Petr. 1. 20.

l 2. Tim. 3. 16.

Duo autem potissimùm in hac superiori parte, necnon & in totis Sacrarum Scripturarum domib. commendat: *tigna, & laquearia*: Tignorum nomine illa significans fidei dogmata, quæ id omne suffulciunt, quod in eisdem sacris præcipitur libris: Quomodo enim quicquid in illis mandatur, tanti ab hominibus fieret, tantoque obseruaretur studio, nisi ex eisdem sacris paginis Dei haberetur cognitio? nisi per fidei dogmata intelligeremus, Deum, qui ea præcipit, esse omnipotentem, immensum, omniscientem, infinitum, summè bonum, misericordem, & iustum, qui & æterna pręmia largiatur custodientibus, quæ ab ipso mandantur, & supplicia pariter æterna de iis sumat, qui illa neglexerint? Cùm ergo præcepta ista, æquè ac in domibus laquearia tignis, ab hisce fulciantur

Fidei dogmata sunt tigna domorũ sacrarũ scripturarũ

Digitized by Google

DE ECCLESIA.

tur dogmatibus, rectè hæc appellauit tigna; illa verò laqueariorum expressit metaphora. Præcepta siquidem instar laqueariorum exornant dogmatū tigna, totamque operiunt harum domorum fabricam; Parum enim prodesset, fidei dogmata esse in Sacris Scripturis, nisi in eisdem descripta, & essent præcepta, ex quorum custodia ornamentum resultat virtutum. Neque in ipsis sacrarum Scripturarū domibus tutos vel ab æstibus concupiscentiarum se custodire possent fideles, vel à procellis angustiarum, vel ab imbribus persecutionum, vel ab impulsu tentationum, nisi eæ opertæ essent laquearibus istis præceptorum diuinorum, quæ sui obseruatione omnem propulsarent impetum.

Dogmata, & præcepta sacrarū scripturarū simul inter se debēt esse connexa.

Porrò sicut nec tigna dogmatum, nec laquearia præceptorum aliquid afferre possent commodi, nisi per charitatis nexus ea sibi inuicem essent compacta: Ita nec dogmata fulcirēt, nisi singula, & vniuersa sibi inuicem cohærerent: neque præceptorum cōsistere possent laquearia, vel quidpiam conferre possent ornamenti, aut securitatis: nisi ita simul ea omnia essent connexa, vt vnam continuam facerent structuram. Vnde quia arctissimam hanc connexionem tam in dogmatibus, ac præceptis, quàm in eisdem dogmatibus inter se, & inter ipsa pariter præcepta in Sacrarum Scripturarum domibus sancta animaduertit Sponsa; rectè ex his duabus potissimum earum partibus illas potuit commendare dicens: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.*

Quòd si subtilius laudes, quas & dogmatum tignis, & laquearibus præceptorum confert, discutiamus; id omne ab illa expressum, intelligemus, quod præclari est in singulis eorum, quodve inter illa discriminis inuenitur. Neque enim vtraque, dicit, esse cedrina, nec ambo cypressina: Sed, *tigna cedrina, laquearia* verò *cypressina.*

Cedrus quid sit.

Cedri autem nomine haud illa hoc loco signatur arbor, quam in Italia plantatam videmus in viridariis, quæve & mala cedrina profert, sed alterum arboris genus, quod in monte Libano potissimum gignitur, atque in miram crescit altitudinem, quę & cedrus Libani dici solet in sacris paginis, & cedrus Dei: de qua arbore videri potest Plinius in lib. 13. suæ naturalis historiæ cap. quinto, & fusius Andræas Matthiolus in suis Commentariis super caput 76. primi libri Dioscoridis. Ligna autem istius arboris, quæ & cedrina nuncupari solent, quatuor eximias habere, dicuntur, proprietates, quibus & dogmatum fidei, quatuor pręcipuè designantur laudes, dum ab Ecclesia tignorum cedrinorum exprimuntur metaphora. Prima, quòd durissima sint, atque fortissima, vnde & aptissima ex illis fiunt tigna ad pondera fulcienda. Quid verò durius ipsis, quæ in scripturis traduntur, fidei dogmatibus, cùm, super illis vniuersarum rerum pōdus ab increata portetur sapientia; recole illud Pauli: *m Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ Dei Patris, portansque omnia verbo virtutis suæ.* Quid illis fortius, quibus nullus est, qui resistere valeat? recole illud Domini: *n Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri:* Imò eo pacto dura sunt, ac fortia ista diuinarum scripturarum dogmata, vt nulla corrumpi valeant carie, ac propterea in æternum verè persistant, quod & de cedrinis lignis celebratum accepimus, quæ & æterna dicuntur à Plinio. *o Veritas enim Dei manet in æternum;* Vnde & Dauid: *p In æternum,* ait, *permanet verbum tuum Domine.* Et ipsemet Dominus, *q Cælum,* inquit, *& terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Quia verò ligna cedrina pulcherrima

Dogmata sacrarū scripturarum quā valida sint.
m Hebr. 1.
n Luc. 21. 15.
Dogmata scrrarū scriptur. sunt æterna.
o Ps. 116. 2.
p Psal. 118. 89.
q Matt. 24. 35.

A sunt, absque vlla nodorum macula, rectè diuinorum dogmatum summa celebratur pulchritudo, dum tigna cedrina nuncupantur, quæ quidem immaculata pulchritudine intellectus ad se conuertant, & animas hominum; quod apertis verbis significauit Propheta, cùm diceret: *r Lex Domini immaculata conuertens animas.*

Quàm pulchra sint.
r Psl. 18. 8.

Demum ea est lignorum cedrinorum proprietas quarta, vt haud instar aliorum lignorum à quolibet cædi queant ad opus; necesse est namque, vt ea cædere sciat, in eoque sit valde expertus, qui ex illis quidpiam perficere velit operis: Vnde legimus, Salomonem quando his lignis ad templi fabricam vti voluit, istiusmodi alloqutum verbis Regem Hirā;

Dogmata sacrarū scripturarū ab expertis tātum potera ctanda.

B *s Præcipe, vt præcidant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis, scis enim, quomodo non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cædere, sicut Sidonii.*

s 3. Reg. 5. 6.

Quòd si ligna cedrina experti tantum bene cædere norunt, certè & fidei dogmata, quæ tigna dicuntur cedrina, ab ijs explicanda significantur, quibus à Deo datus sit sermo sapientiæ, aut sermo sciētiæ secundùm manifestationem Spiritus, quive in sacrarum litterarum diutina versati sint lectione, qualem Timotheum fuisse indicat Paulus, cùm ei dicit: *t Mali homines, & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes: Tu verò permanes in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris: Et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ*

t 2. Tim. 3. 13.

C *te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu.*

Quod enim difficile valde sit, tigna illa cædere, istaque Sacræ Scripturæ exponere dogmata, alia illa Ioannes *u* significauit metaphora libri signati, quem vnus tantummodò agnus, tamquàm occisus aperire potuit; qua de re aliàs tractatum est lōgius. Hæc itaque omnia in istis dogmatibus hac vnica tignorum cedrinorum appellatione prudentissima celebrat Ecclesia.

u Apoc. 5.

At dum altera laqueariorum cypressinorum vtitur metaphora, ad ea commendanda præcepta, quę in eisdem habentur Scripturis Sacris, aliquid proprii, maximè que præclari in illis celebrare censenda est. Potuissent enim & ipsa laquearia dici cedrina, dicta sunt tamen cypressina, quia cypressina ligna duas præcipuas habent proprietates, quibus & duo præstantissima indicantur in sacrarum scripturarum præceptis. Cypressinum quippe lignum non tantùm incorruptibile est ipsum, æquè ac etiā cedrinum, verùm etiàm eam, quam in se habet, & aliis impertit, incorruptionem: ab vniuersa enim præseruat incorruptione id omne, quod illi adhęserit.

D

Præcepta sacrarum scripturarū se seruantib. cōferūt fragrantiā, & incorruptionem.

Secundò & odoratissimum in se est, & illi ipsi, quod sibi quoquo pacto fuerit approximatum, eūdem communicat odorem. Propterea *laquearia cypressina* dicta sunt diuina mandata, quia & ipsa fragrantissima sunt, vnde in principio huius Cantici *x* sub vberum metaphora dicta sunt *fragrantia vnguentis optimis;* & illis, qui ipsa seruauerint, ipsisque adhæserint, eumdem bonum Christi odorem communicant: ita vt cum Paulo dicere valeant: *y Christi bonus odor sumus;* bona namque eorum fama lōgè, latèque diffunditur.

E

x Cant. 1. 3.
y 2. Cor. 2. 15.

Quid de incorruptione dicam, quæ per eorumdem præceptorum obseruationem communicatur? Cùm apertissimis verbis in libro Sapientiæ explicatam eam habeamus, vbi dicitur: *z Custoditio legū consummatio incorruptionis est?*

z Sap. 6. 19.

Iuxta secundum sensum Sancta, vniuersalis, ac orthodoxa Ecclesia, quæ Christum dilectum suum in

DE ECCLESIA. præcedentibus ad communem inuitauerat lectulũ, A fidem illi indicans, in qua sola in præsenti sæculo humanus quiescere potest intellectus, & per quam inhabitare ipsummet Deum in suorum fideliũ cordibus asserebat Apostolus: Nunc iam & domum eidem indicat nõ vnam, sed plures, vt ad singulas illũ alliciat: domus autem istas particulares intelligit Ecclesias: in quibus & ipsa habitat per fidei normã. Bene autem domorum nomine illas appellat: nam si Ioanni in Apocalypsi *a* septem Ecclesiæ septem particularium Prouinciarum sub figura septem candelabrorum ostensæ sunt; sanè multo congruentius sponsæ plures Ecclesias particulares sub plurium domorum metaphora Deo exhibere licuit, quem norat, ita in singulis earum habitare, atque in suo B proprio tabernaculo, vel in propriis domibus, prout ipsemet in libro Leuitici testatum voluit, vbi ait: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiciet vos anima mea*: quæ verba ita refert Apostolus. *d Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus.* Ad has itaque, quasi ad communes domus Sponsum Ecclesia Catholica inuitat, eas commendans, & ait: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Ac si dicat.

a Apoc. 1. 20.

b 1.

c Leuit. 26. 11.

d 2. Cor. 6. 16.

PARAPHRASIS. Quia tam ingens tua est pulchritudo, sanctitas, atque omnimoda perfectio, vt ex eo, quod tibi per tuam approximata sum gratiã, maxima ad me pariter dimanarit pulchritudo, & sanctitas: absit vllo pacto committam, vt à me vel ad punctum elongeris: En paratus est fidei lectulus, in quo pariter C quiescamus: paratæ sunt & plures, diuersæque Ecclesiæ, in quibus ambo commoremur, quasi in communibus domibus.

Neque eas abhorrere debes tu, qui magnificentissimus es, atque pulcherrimus: nam & ex regia cõstructæ sunt magnificentia, regioque ornatæ decore. Prælati enim, qui in eis tignorum obtinent locum, cedrini sunt robore fortitudinis, & vitæ incorruptione; & Clerus sacerdotum, aliorumque ordinum, quo instar laqueariorum eædem exornantur, & operiuntur, ne aerijs pateant potestatibus, est cypressinus propter vitæ incorruptionem, quam populo impertit, ac propter virtutum suauissimam, quam de se spargit, fragran- D tiam.

Prælati sũt tigna Cedrina domorũ Ecclesiæ.

Clerus se habet instar laqueariorũ Cypressinorum in Ecclesiis, quanuerãno.

Circa hunc sensum multa quidem pertractari possent de Prælatorum, Clerique boni conditionibus, quæ vel ex tignorum, laqueariorumque metaphoris, vel ex cedrinorum, & cypressinorum colliguntur appellationibus; quia tamen facilia sunt, & ferè ab omnibus hoc loco attinguntur, ea prætermittens, illud tantùm notabo: Cùm sub domorum metaphora laudatur Ecclesiarum magnificentia, & sanctitas, nihil de fundamentis, nihil de parietibus nihil denique de vlla alia earum parte dici, præter quàm de ea tantùm, quæ superior est, cæloque proximior: nil de inferiori populo, nil de pauperibus, aut diuitibus, nil de Principibus sæcularibus dici, E aut de quopiam alio multiplicium, quæ in ipsa sunt ordinum: Sed Prælatorum duntaxat, & Cleri fieri commemorationem. Persuasissimum namque Ecclesiæ Catholicæ erat, hac vna superiori parte commẽdata, & reliquas pariter esse commendatas: quales enim sunt Prælati, & Clerus, talis & reliquus est populus vniuersus, iuxta illud Ecclesiastici: *e Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis Rector est Ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Adde quod in his magis apparet Ecclesiarum magnificentia, nobilioresque sunt, quia Deo magis proximi.

Ex prælatorum, & Cleri commendatione cæterorũ ordinũ ... fit ... refulsat, & laus & quare.

e Eccl. 10. 2.

Neque abs te esset, si quis ad maiorem eorum laudem, & Græcam perpenderet lectionem, quia dicuntur esse Cedri ipsæ, & ipsæ Cypressi propter sublimem vitæ perfectionem propter quam & sponsus, de se ipso dixit: *f Quasi Cedrus exaltatus sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion*: Vt hoc pacto ad Ecclesias is inuitetur, in quibus complures sint, & Cedri, & Cypressi ei similes.

DE ECCLESIA.

f Eccl. 24. 17.

III. SENSVS. Iuxta tertium Sensum, pro vmbroso fidei lectulo Christus magnificentissimas, atque æternas domos Sanctæ pollicetur Ecclesiæ: Cùm enim verbis ijs: *lectulus noster vrid.* vel, *Ad lectulum nostrum vmbrosus*; prout legunt Septuaginta, Ecclesia Sancta iamiam ad fidei lectulum, seu tabernaculum vmbrosum inuitasset Sponsum, tacitéque illi suum indicasset desiderium, quo claram ipsius anhelaret præsentiam; modò Verbum ipsum breui hac illi satisfacit responsione: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Ac si dicat.

Pro fidei lectulo vmbroso Ecclesiæ promittuntur à Deo domus æternæ felicitatis in futuro sæculo.

PARAPHRASIS. In præsenti quidem vita, qua in peregrinatione versaris, in hoc vmbroso fidei tabernaculo commoreris necesse est, vmbrosusque & ipse in isto fidei lectulo tecum libentissimè conquiesco; at pro huiusmodi, quod in vmbra est, tabernaculo, cùm ad peregrinationis terminum perueneris, in cælesti patria domos magnificentissimè, regioque cultu ædificatas, ac exornatas: domos incorruptibiles, atque æternas; tigna enim earum cedrina, & laquearia cypressina, quæ nullam in se admittãt corruptionem: in his pariter, æquè ac in nostris proprijs domibus commorabimur ambo, & clarè mea perfrueris visione.

Quæ obscurioribus verbis, concisaque oratione ab Ecclesia prædicta fuere, quæve hoc loco à Verbo pollicita illi sunt, apertiùs ab Apostolo explicata inuenimus in Epistola secunda ad Corinthios: vbi vnà cum sponsa ait: *a Scientes, quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonã voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum*: & paulo superiùs: *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati.* Sponsi verò responsionem, domorum æternarum pollicitationem in principio eiusdem capitis his verbis explicat idem ipse Apostolus: *b Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis.* At quamuis adeò apertè hæc per Paulum explicata habeamus; duo nihilominus adhuc circa hæc sponsi verba) *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra Cypressina*) declaranda supersunt. Primum, Cur, *domorum*, dictum sit in plurali, cùm iuxta Apostoli explicationem vna duntaxat sit domus æterna illa in cælis. Secundum, cur tignorum, ac laqueariorum earum solummodo facta sit mentio, quidve per hæc significetur. Ac primum quidem facile enodatur, si recolamus, quod à Domino dictum est in Euangelio: *c In domo Patris mei mansiones multæ sunt*; Si enim essentialem spectemus beatitudinem, vna tantummodo est domus illa cælestis, quatenus Beati omnes vnam Dei essentiam clarè vident, ac possident: quæ Beatitudo Patriæ sub metaphora domus exprimitur propter rationem, quam inferiùs afferam. Veruntamen in ista vna domo plures sunt mansiones, imò & plures sunt domus, quia in ea vnica Dei visione plures sunt gradus maiorum, atque minorum beatitudinum, iuxta multiplicem meritorum vniuscuiusque varietatem: Neque enim tam ex Deo, quàm ex Beatis ipsis huiusmodi prouenit diuersitas; nam quamuis Deus diuersos beatitudinis gradus suâ sponte pro ratione inti-

a 2. Cor. 5. 6.

b 2. Cor. 5. 1.

c Ioã. 14. 2.

In patria est vna communis, ... que & plures domus: quomodo ...

DE ECCLESIA.

tiæ distributiuæ distribuat: ita tamen eos vnicuiq; distribuit, prout quisque per bonorum operum studium meruerit, ac per charitatem: cuius maioris vel minoris charitatis meritum Theologi asserunt, esse primam causam variorum graduum beatitudinis, ex illo Apostoli: *d Reddet vnicuique secundum opera sua*: licet proxima eorumdem causa sit plus, vel minus luminis gloriæ, quod iuxta charitatis meritũ singulorum intellectui maius, vel minus à Deo infunditur. Hæc est autem ratio, propter quam multiplices, varijque beatitudinis gradus expressi sunt nomine plurium domorum, seu plurium mansionũ (domus enim, & mansio pro eadem Beatitudine ponitur, in qua Beati, quasi in propria domo manent, atque quiescunt) quia vnusquisque dum in via extiterit, quasi propriam domum, proprijs meritis aliquam earum sibi parat; per virtutum studium, diuina adiuuante gratia, eam sibi construens quodammodo, atque ædificans; quæ tamen domus omnes & vna dicuntur, & plures: vna propter vnitatem specificam, neque enim eæ specificè inter se distinguũtur, quamuis diuersitate graduum distinguantur, propter quam multorum graduum diuersitatẽ plurium numero explicantur.

d Rom. 2. 6

Beatitudo patriæ cur dicatur domus.

Sic notandum, eas, quas singuli sibi ædificant, domos à sponso haud *tuas* dici, vel *meas*, sed *nostras*, ait enim: *Tigna domorum nostrarum*: nam etsi fideles eas sibi ædificent, ac propterea, quasi singulorum propriæ dici, queant; tamen quia, Deo adiuuante eas construunt, quia & Deus per suam gratiam ad eam concurrit constructionem, idcirco ille quasi communes domus, nostras eas dicit, vt pote communibus ædificatas impensis: *e Nisi enim Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.*

Beatitudo est domus cœlis Christi ac Beatorum.

e Ps. 126. 1

Quod meliùs explicat per duo illa, quę nominat: *Tigna* nimirum, ac *laquearia*, per quæ & gratiam designat, & opera: vnde diuersimodè eorum meminit nam *laquearia* quidem *nostra* appellat; *Tigna* verò non item: quoniam gratia ipsius solummodo est, quam gratis confert, nec nostra dici debet, cùm eã minimè meruerimus, saltem respectu primi illius effectus, primæque illius infusionis; *Alioquin* (vt inquit Apostolus) *f gratia iam non esset gratia*: Operum verò merita, nostra dicuntur à Domino quoniã ipsi communia sunt, ac nobis; quia ipse per gratiam, qua nos corroborat, nobiscum illa operatur; *g Gratia enim Dei sumus, quicquid sumus*, vt idem ait Apostolus. Quòd si laborantes opera efficimus meritoria, nequaquam nobis ea adscribenda sunt, sed gratiæ potissimum, quæ operatur nobiscũ: Sic Paulus, quamuis plus ceteris se laborasse, inquiat; subdit tamen: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.*

Gratia solius Dei est.

f Rom. 11. 6

Opera & hominũ sunt, & Dei.

g 1. Cor. 15. 10.

Bene autem gratia Dei, quæ ad ædificationem cõcurrit domorum æternarum, quæve & potissima pars ipsius est Beatitudinis, *Tignorum* expressa est metaphora: & operum merita *laquearia* dicta sunt. Siquidẽ gr̃a ipsa est, quæ instar tignorũ nostra fulciens opera, efficit, vt sint meritoria: Opera quippe nr̃a per se nihil meriti haberent, vel decõgruo, vel de cõdigno ad vitam æternã: Vnde quemadmodũ, si è domo tigna auferas, tota & laqueariorum structura corruat, necesse est: Ita si ab ædificio domus æternæ beatitudinis sustentans dimoueatur gratia, & vniuersa operum studia excidant, operæpretium est; Ac propterea Apostolus aliquã do dixit, *h Gratiam esse vitam æternam*: quia ipsa sit, quæ instar tignorum eam sustentet, ac fulciat: Opera verò, instar laqueariorum gratiam operiunt quodammodo, atque exornant, dum ostendunt, illam tam præclaros sortitam effectus, dumque liberum arbitriũ illi consentiens, ac voluntatem cooperantem manifestant. Ita enim in harum domorum structura gratiæ connexa sunt opera, vt tignis laquearia, idque per consensum voluntatis, ipsiusque liberi arbitrij cooperationem. Porrò nec suo caret mysterio, quòd dum Dominus æternarum domorum pręstantiam, pulchritudinem, ac securitatem pollicetur, haudquaquàm ex fundamentis, parietibus, aut portis eas commendat, quæ ex variis constructa sint lapidib. pretiosis, prout in Apocalypsi *i* eam ipsam domũ sub nomine Ciuitatis nouæ Ierusalem Ioannem cõmendasse legimus, sed ex superiori duntaxat parte illas hoc loco celebrat, ex laqueariis nimirũ, atque ex laqueariorum tignis, dicens: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.* Per hoc enim indicat, pulchritudinem vniuersam, omnemque illarum domorum excellentiam ex consummata potissimum gratia, atque ex perseuerantia in operibus bonis prouenire, iuxta illud Euangelii. *K Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*: ac propterea gloria ipsa à Theologis dicitur esse gratia consummata: *Cedrina* verò, ac *cypressina* potiùs, quàm ex auro, vel ex lapidibus pretiosis, dixit, esse prædicta *tigna*, ac *laquearia*: tum, vt regiam earum domorum significaret magnificentiam, cùm in cedrinis domibus Reges habitare solerẽt, vt dictum est in prima expositione: tum, vt illarum domorum omnimodam innueret æternitatem, ac incorruptionem, quarum typus cedrina ligna sunt, atque cypressina, quæ imputribilia cùm sint, æterna propterea dici solent.

Vbi supra.

Gratia instar tignorũ sustẽtat opera nostra, & structuram domus æternæ beatitudinis.

Simile.

h Rom. 6. 23.

B

DE ECCLESIA.

Opera instar laqueariorum operiunt, & exornant diuinam gratiam.

Simile.

Perseuerãtia est, quæ perfectionẽ cõfert structura domus æternę beatitudinis.

i Apoc. 21. 12.

K Matt. 10 22.

C

Verf. XVII. Tigna domorum nostrarum Cedrina: Laquearia nostra Cypressina.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

D

SI contingat aliquando, vt Princeps quispiã vilem inhabitet domum, exornatur ea illicò nobilissimis auleis, regiis peristromatibus, sericis, auroque intextis stragulis, atq; tapetis, ispergitur florib. & suffitibus fumigatur suaueolẽtib. ita vt suo iure effecta aurea, serica, & in florem, atque odorẽ oẽm cõuersa dici queat. Qđ terrenis, vilibusque his eueniť ædibus, illud ipsum vsu venit & domib. spiritualibus Animæ. Quid enim vilius, quiduè deformius quàm illius potentiæ, antequam Christus Dominus ad eas accedat? *a Orientur*, ait Isaias, *in domibus eius spinæ, & vrticæ: & paliurus in munitionibus eius: Et erit cubile draconũ, & pascua struthionum.* Domus animæ ipsæ sunt eius potentiæ, in quibus ea habitat: vnde & vulgari prouerbio de eo, qui quadam non attendat potentia, illum non habitare dicimus. In his potentiis priùs quidem nihil aliud apparebat, quam prauæ affectiones, malsque impetus, vitia, terrenæ curæ, atque solicitudines, in his commorabantur dracones inferni, suumque in eis turpissimum constituebant cubile, in his vilissimi ijdem dæmones, maximèque deformes fœdissimo cum Anima sese pascebant cibo. At postquàm eadem Anima in sponsæ Christi euecta est dignitatem: postquam domos istas suas communes fecit, & Christo, ad illius præsentiam, qui pulcherrimus est, maximèque decorus, ac vsquequaque perfectus, reddita est & ipsa sanctitate decora, pulchraque vitæ perfectione, & vniuersa, quæ ei vilissima priùs erant, atque fœdissima, florida iam illi videntur,

E

Simile.

Christi præsentia quales reddantur Animæ potentię.

Potẽtię sũt domus aĩæ, quamve vilesilla sit, ac deformes antequam Christus ad eas veniat incolendas.

a Is. 34. 13.

DE ANIMA.

tur, magnificentissima, & in summum translata decorem. A

Porrò, cum ad exaggerandum Sponsi sui pulchritudinem ea omnia maximè conferre, intelligeret, non modò eam, qua ipsamet decorata esset, illi adscripsit sanctitatis pulchritudinem; sed & quam in lectulo studiorum suorum florere conspiceret, illius quoque præsentiæ acceptam retulit, dicens: *Lectulus noster floridus*: Addit modo, & quod ex eadẽ illius prǫsentia in suis contigit potentijs, dicens: *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*: Aequè est autem, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Quid, dilecte mi, de eximia pulchritudine, deq; decore tuo dici potest, quod sat sit? ex tua duntaxat præsentia studiorum meorum lectulus factus floridus est: Sed & potentiæ ipsæ meæ iam magnificentissimè mihi videntur, regioque virtutum decore ornatæ, fortissimæ pulcherrimæ, diuinumque odorem tuum redolentes, quoniam ipse, qui es Rex magnificentissimus, ad me accedere dignatus es. Tigna domorũ nostrarum, magnanimitas, & fiducia, quæ in his potentiarum mearum domibus tignorum obtinent locum, fortitudine, & incorruptione sunt cedrina; & spes gloriosa, quæ instar laqueariorum prædicta tigna operit, atque exornat, cypressina est incorruptione item, atque fragrantia. B

Sensus iste ex quodam Apostoli loco confirmari potest, & explicari. In Epistola enim ad Hebræos loquens Paulus de domo Christi filii Dei ait: b *Christus tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos si fiduciam, & gloriam spei firmam retineamus*. Quibus in verbis tria breuiter ostenduntur, quæ maximè ad hæc conferunt. Primum, quænam sit Christi domus, singulæ nimirum Animæ piæ, quod adeò verum est, vt quæ verè pia est Anima, non vnam dũtaxat illius se constituat domum, verùm & tot eidem præparet domos partiales, quot in se habet potentias, illum solum sui habitatorem volens intellectus, illum in memoriam, illum in suam semper admittens volũtatem. Quamobrem etsi vnam Apostolus dicat tantùm Christi domum; nil tamen prohibet, quin plures quoque dici queant; tum, quia respectu totius Ecclesiæ plures sunt Animæ fideles; tum quia respectu vnius eiusdemque Animæ plures sunt illius potentiæ. Quia verò vt & potentiæ, & Anima ipsa sint domus, in quibus habitet Christus omnimoda perfectione pulcherrimus, operæ pretiũ est vt sint decoræ, atque perfectæ: decorẽ istum, hãcque perfectionem ex duobus potissimùm intelligi ipsamet indicat sponsa, metaphoricè loquens, ex Tignis cedrinis, atque ex cypressinis laquearíis: Quã metaphoricam locutionem explicans Apostolus, pro tignis cedrinis fiduciam assignat, pro laquearíis verò cypressinis gloriam ponit spei, dummodò vtraque firma teneatur: *Si tamen*, inquit, *fiduciam, & gloriam spei firmam retineamus*. Quæ duo, quam rectè sub metaphora expressa sint vel tignorum, vel laqueariorum ‖ optimè animaduertet, qui vim earum vocum percipiat, quibus Apostolus citato visus est loco: Nomine enim fiducię non eam tantum modò intelligit virtutem, quam ad magnanimitatem pertinere, ait Sanctus Thomas; sed intelligit insuper, & arctissimam animæ necessitudinem cum Christo, qua firmissimè in illum confidit, ita vt ab eius confidentia nulla abs re distrahi possit, & adeo fiducialiter cum eo agit, vt libertate quam maxima cum illo conuersetur, illum alloquatur, atque de illo etiam cum aliis liberrimè verba faciat, absque vllo metu: quæ omnia græca vox, quæ hic habetur, significat *παῤῥησία*, ex qua verbum *παῤῥησιάζειν*, seu *παῤῥησιάζεσθαι*, liberè, ac fiducialiter agere, & loqui. C D

b Heb. 3. 6

Domus Christi est Anima Sancta, illiusq; potentia.

Ex fiducia firma, firmaque gloria spei dignoscitur domus spiritualis robur, & pulchritudo.

Fiducia nomine quid significetur.

2. 2. q. 129. ar. 6.

DE ANIMA.

Quid verò aptiùs tignorum nomine in Anima, seu in illius potentiis potuit designari, quàm talis fiducia? quæ & fortissima sit, ita vt vniuersam vitæ spiritualis fulciat machinam, & instar tignorum inter se connexorum, vniuersos actus, verbaque omnia sibi habeat copulata nexibus charitatis. Atque adeò benè etiam cedrina & ipsa dici debet, sicut & tigna, quia & robore firmissima est, & absque vitii carie incorruptibilis.

Fiducia & rectè tignorũ, cedrinorum metaphora designatur.

Quam incorruptionem & spes quoque habet, qua prædicta exornatur fiducia, æquè ac laquearíis tigna. Quòd si quæratur, qua ratione spes ipsam exornet fiduciam, rectè id quoque indicat Pauli verba: neque enim simpliciter ait; *Christi domus estis, si fiduciam, & spem habeatis*: sed; *si fiduciam, & gloriã spei habeatis firmam*. Quid est namque gloria spei, nisi spes gloriosa, quæ scilicet gloriam addat, & ornamentum? Quamquam si græca Apostoli spectetur vox quale hoc sit spei ornamentum magis elucescit: non est quippe *δόξα*, quæ propriè gloriam significat, maiestatem, atque splendorem, sed *καύχημα*: quæ, non tam gloriam designat, quàm gloriationem. Gloriatio autem spei, quid est, nisi cùm talis habetur spes, vt in ea, quis glorietur, ac si in illa id omne habeat ornamenti, ac gloriæ, quod ad fiduciam exornandam potest optari? Quod alio loco idem significauit Apostolus, cùm diceret. c *Per quem*, scilicet Christum *habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei*: Vbi fiduciam illam, de qua in præsentiarum est sermo, appellat accessum per fidem in gratiam, in qua gratia, atque fiducia stamus inquit, quasi innixi cedrinis tignis, quæ tigna quasi laquearíis quibusdam cypressinis exornata habemus gloriatione Spei gloriosissimæ filiorum Dei. Quid enim iis, qui fiduciam, necessitudinemque cum Deo habent, contingere potest gloriosius, atque ornatius spe gloriæ filiorum eiusdem Dei? Benè verò istiusmodi spem laqueariorum nomine Sponsa expressit; nam instar laqueariorum non tantùm ornamento deseruit, vt dictum est: verùm etiã ab omnibus æstibus concupiscentiæ, ab omnibus imbribus illecebrarum, ab omni procella tentationum, ac denique ab omni aerearum potestatum impetu & Animam, & illius potentias tutissimè operit.

Spes ornat fiduciã vt laquearia ornant tigna, & quo modo.

Spei gloria quid sit.

c Rom. 5. 2

Spes quàm rectè laqueariorum metaphora exprimatur.

Quo fit, vt rectè Anima ista sancta, quæ Christi est sponsa, quæuè in hoc loquitur Cantico, ad præsentem, inhabitantemque dilectum de communibus domibus potentiarum suarum dicere potuerit: *Tigna domorum nostrarum cedrina: Laquearia nostra cypressina*. Tunc autem ex hac vltima domorũ parte suas quilibet commendare potest potentias, cùm vsque in finem firmam habeat fiduciam, ac spei gloriationem, vt benè præcitato loco dicebat Apostolus.

‖ Vers. XVII. Tigna domorum nostrarum Cedrina: Laquearia nostra Cypressina.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

SEntentia est Augustini, ab vniuersis communi cõsensione recepta, Gloriosissimam Mariã prius mente Christum Dominum concepisse, quàm corpore: quamobrem haud quis datur ambigendi locus, quin eadem Virgo, sicut perfectissimam carnis incorruptionẽ habuit ex cõceptione, & partu Christi,

August. Lib de sancta Virginitate cap 3. tom. 6.

DE B. MARIA

sti, qui integritate fuit pulcherrimus, eximiaque perfectione decorus: ita & omnimodam incorruptionem pariter mentis ex eiusdem habuerit conceptione mentali. Quòd si hoc vniuersis constantissimè patet, minimè sanè ipsammet latere potuit Virginem. Quid verò faceret, quæ præ omnibus nõ minus humilitate, quàm integritate præstaret? haud certè se valuit continere, quin ipsamet id omnibus prædicaret. Propterea sicut in superiori sentẽtia ijs verbis: *Lectulus noster floridus*: Vniuersam corporis sui pulchritudinem, siue qua ex Partu, siue qua ex Virginali decorabatur pudicitia, illi acceptam retulit, qui suus esset dilectus, quemuè corporeo concepisset fœtu: ita & in præsenti sententia eidem illud omne ascribit, quod in mente sua esset vel puritatis vel roboris, vel etiam odoris, idque sub præclara plurium domorum communiũ metaphora, vt omnes animæ suæ potentias includeret; simulque vt ostenderet, ita se Verbo exhibuisse eas potentias, vt in vniuersis, ac singulis earum, quasi proprijs in domibus illud habuerit habitans; ait enim: *Tigna domorum nostrarum cedrina: Laquearia nostra cypressina*: Ac si dicat.

Maria & corporis, & mentis puritatẽ omnem adscribit cõceptioni Christi corporea, atq. mentali.

Quia tu pulcher es diuinitate, & humanitate decorus; propterea, dilecte mi, ipsa pulchra sum partu, pulchra & integritate virginea; Inde enim factũ est, vt & lectulus vteri mei, in quo tu per nouẽ quieuisti menses, floridus factus sit, & vniuersarum potentiarum mearum, quas tu incolere dignatus es, cogitationes, desideria, atque proposita ob tuam sacratissimam præsentiam cedrina facta sint atq; cypressina. Sicut enim, quia tu pulcherrimus, atq; odoratissimus flos in vtero meo quieuisti, lectulus noster floridus est effectus, virgineo decorus partu: ita & potentiarum mearum cogitationes, atque proposita cedrina facta sunt, instar cedrorum imputribilia, nullamve corruptionis cuiuspiam admittentia cariem, necnon & cypressina ob summam, quam ex te suscepere, puritatis, integritatisve fragrantiã, qui *quasi cedrus in me exaltatus es. Libano* candidissimo *& quasi cypressus in me monte Sion.*

Bene autem Virgo benedicta mentis, potentiarũ ue suarum pulchritudinem, atque integritatem purissimam ex tignorum, ac laqueariorum dumtaxat commendatione patefecit: bene & cogitationes vniuersas, omniaque proposita, aut desideria sua sub his tignorum, ac laqueariorum expressit nominib. nam & tigna, & laquearia ad superiorem domorũ pertinent partem, & quicquid extitit in tantæ Virginis mente, atque potentijs, ad cælum dũtaxat spectabat, ad superiora semper erat directũ: nil de terrenis cogitabat, nil inferiorum rerũ amabat, quicquid optabat, cæleste erat, cælestia solummodò sua versabat memoria, cælestia denique semper proponebat ob oculos.

In Maria mente quicquid erat, cœleste erat.

Vers. XVII. Tigna domorum nostrarum Cedrina: Laquearia nostra Cypressina.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

COMMVNES SENSVS.

PAraphrasis Chaldaica: Dixit Salomon Propheta: Quàm pulchra est domus sanctuarij Domini quæ ædificata est per manus meas ex lignis cedrinis: sed pulchrior est domus Sanctuarij, quæ ædificanda est in diebus Regis Messiæ, cuius trabes erũt ex cedris: quæ sunt in paradiso voluptatis, & tigna eius erunt ex abietibus, & arceuthis, & pinis.

Origenes.

APPENDIX.

Quoad seriem dramatis: ex communi quidem Patrum opinione verba ista sumuntur, vt dicta ab eadem sponsa, quæ protulit superiora (*Lectulus noster floridus*) eodem nimirum sensu. Vnus duntaxat Origenes à communi hac aliorum Patrum sentẽtia est alienus: idemque diuersus est à semetipso duobus in locis, quibus hæc explicasse reperitur: siquidem in homil. 2. ex duabus simpliciter affirmat, hæc esse verba multitudinis, & amicorum sponsi: in homil. verò 3. ex quatuor, ipsimet sponso eadem tribuens ait: Videtur ab sponso responderi ad gratiam eorũ, quæ dicta fuerunt priùs à sponsa; quibus edoceat eam, cuiusmodi sint tecta ista communia, & qualis in eis materia contignationis habeatur.

Quoad sensus spirituales: Communior quidem is est, vt per Ecclesiæ domos designentur Ecclesiæ particulares, per tigna Prælati Ecclesiastici, seu Prædicatores verbi Dei; per laquearia verò presbyteri, seu Clerus, aut etiam plebs ipsa fidelium; Ita Orig. homil. 3. ex quatuor. Et trabes, inquit, appellantur cedri, quibus & fortitudo robustior, & odor suauitatis inest, per quod & in operibus solidũ, & in doctrinæ gratia fragrantem designat Episcopum. Similiter autem & laquearia Cypressos appellauit, vt per hoc incorruptionis virtutem, & odoris scientiæ Christi plenos esse debere presbyteros, designaret.

Domus sũt ecclesię particulares, tigna sunt Episcopi, laquearia Clerus.

Origen.

Episcopi, ac presbyteri quales esse debeant.

Ita & Theodoritus per Ecclesiarum tigna præstantiores eius viros accipiens, per laquearia verò inferiores. Ita & Ambrosius lib. 3. Exameron, cap. 13. Ita Aponius, multas ad hæc duo virorum genera aptans proprietatum arborum, & lignorum cedri, atque cypressi. Ita & Bernardus sermon. 46. in Cantic. vbi per tigna earumdem Ecclesiarum Prælatos, seu etiam Principes, qui quasi tigna parietes, iustis impositis legibus, fortiter stringunt, ne sua quisque lege, vel voluntate viuentes, tanquàm parietes inclinati, & materiæ depulsę dissideant à semetipsis, & sic omnis structura ædificij corruẽs dissipetur. Per laquearia verò, quæ à tignis firmiter pendent, & domus ornant, intelligit bene instituti cleri mansuetos, & disciplinatos mores, riteque ad ministrata officia; quæ Principum tamquam tignorum beneficio, & munificentia sustententur, & protegantur potentia: cedrina verò dici tigna, quia Principes, ac Prælati instar cedrorum debent esse validi, constantes, longanimes in spe, vsque ad superna mentis verticem attollentes, bonumque fidei, ac conuersationis suæ odorem spargentes: cypressina quoque dici laquearia, quia quilibet de Clero instar cypressi, quæ boni odoris est, & imputribilis, incorruptæ vitæ debeat esse, ac fidei.

Theod. Ambr. Apon. Bernard.

Prælati atque Clerus quales esse debeant.

Prædicatores, atque Prælatos per tigna, & plebem ab illis edoctam per laquearia accipiunt Cassiodorus, Gregorius Papa, Beda, Anselmus, Rupertus Abbas, & alij. Vnde Gregorius Papa. Tigna, inquit, tectum sustentant, laquearia verò domum implent, & ornant. Sic sic in Sancta Ecclesia Prædicatores boni scripturam diuinam in corde, & ore portant, quam fidelibus quasi tectum expandentes prędicant, vt dum Ecclesia prædicatione construitur, munimen accipiat, quo ab imbribus tentationum protegatur. Cedrus autem, & cypressus imputribilia ligna esse perhibentur, quibus bene omnes electi figurantur, quia cum temporalia nullo secte... par desiderio, æterni fiunt, eo quod mente in æterna figuntur.

Cassiodor. Greg. PP. Beda. Anselm. Rup. Abb.

Prædicatores sunt tigna, plebs verò laquearia.

Prædicatores sunt tigna cedrina, justitia populor qui similia quearia Ecclesię.

Et bene animaduertit Beda, laquearia dependere affixa tignis, quia necesse est, vt quicunque in Sancta Ecclesia sublimes virtutibus splendere desiderant; summorum Patrum dictis, atque exem-

APPENDIX.

pijs, quibus à terrenorum ambitu suspendantur, tota mente inhæreant. Aptat insuper ad Prædicatores & alias cedri proprietates, quod virtute Verbi cœlestis soleant hæreticorum dogmata repellere, prout cedri odor serpentes fugat: quodve suo spirituali sensu scriptura Sancta confecta sit, quæ nulla hæreticorum altius corrumpi, nulla poterit sæculi labentis ætate consumi, sicut resina cedrina in conseruandis libris adeò est vtilis, vt perliniti ex ea, nec tineas patiantur, nec tempore consenescant. Addit & de Cypresso: In eo inquiens, quòd medendis apta est corporum passionibus, quòd suæ venustatem comę nullo ventorum impulsu deponat, constantiam exprimit, eorumque actionem, qui altiorum virtutũ ornatibus Ecclesiam decorant.

Patrũ dictis inhærẽdum.

Prædicatori quã congruant cedri proprietates.

Phil. Carp. Singulariter autem Phil. Carp. per tigna Ecclesię intelligit Prophetas; per laquearia verò cypressina B Apostolos, iuxta illud Isaiæ. *a Et pro abiete mutabitur Cyparissus*: Quoniam, inquit; trabes interiores sunt, quam laquearia, & à laquearibus trabes occultantur: delectatio autem, & ornatus domus sunt laquearia: Propterea Prophetas primùm trabib. comparat: deinde propter ornatum Ecclesiæ, sibi ab Apostolis collatum, laquearia Cypressina nostræ domus Apostolos, quos in Ecclesia nostra Principes posuit appellauit, vtque ad illud Pauli responderet. *b Posuit Dominus in Ecclesia primò Apostolos, mox & prophetas*; præcedũnt in Ecclesia Apostoli Prophetas.

a Is. 55. 13. Secũdum Sept.

Prophetæ sunt tigna, Apostoli laquearia.

Apostoli in Ecclesia præcedunt prophetas.

b 1. Cor. 12.

Ad hunc fortasse sensum referri possunt & quæ in horum explicationem dicuntur ab Ambros. ser. 4. in psal. 118. vers. 4. vbi per Ecclesiæ trabes intelligens Maiores, seu Antiquos iustos, eorumdemque C gloriam; per lacunaria Apostolos, eorumque gratiã obscuris hisce verbis ait. *Trabes domorum nostrarũ Cedri*: Cedri specie Maiorum, qui iusti fuerunt, gloria declaratur: *c Iustus* enim, *vt palma florebit sicut cedrus Libani multiplicabitur.* Sicut enim cedrus nõ putrescet: ita nec Maiorum gloria vlla vetustate corrumpetur. *Lacunaria nostra Cypressi*: Genus hoc arboris numquam amittit viriditatem suam; Solã hãc arborem ventus numquam suo honore dispoliat; sola numquam veteri exuitur amictu, aut nouo flore vestitur. Sic Apostolica quoque gratia nescit defectum, sed venustate sui floret.

Amb.

Sanctorũ gloria qualis sit.

c Ps. 91. 13

Singulariter quoque & Theodoritus per domũ sponsæ, ac sponso communem sacram intelligit scripturam; Hæc, inquit, arborum genera posuit, quoniam cedrus incorruptione, Cypressus odore præ- D stat. Vtrumque autem in diuina scriptura licet inuenire, quæ quidem nobis non modo tectus est, sed & domus, & mensa, & cibus: nec solum odoris suauitatem suggerit; verùm etiam incorruptionem, & veritatem, & immortalitatem pollicetur.

Theod.

Scriptura Sacra domus nostra est odorem exhibet, & incorruptionem.

Et Catena trium Patrum apud eundem Theodoritum per tigna cedrina Ecclesiæ dogmata accipit pietatis, & religionis, quæ quasi tigna ipsam continent Ecclesiam, & quasi cedri fortiter constituta solida in Christi fide innituntur: per laquearia virtutes intelligit, quibus quasi cypressinis perturbationum, ac vitiorum corruptionis expertibus exorna-

Tres Patr.

Dogmata pietatis sũt tigna cedrina, virtutes autem sũt laquearia domus Ecclesiæ.

A tur Ecclesia, earumque fragrantia spirituali consperguntur, qui Animæ sensus habent exercitatos.

Alij de pia Anima hæc interpretantur. Ac primũ Gregorius Nyssenus homil. 4. legens: *Trabes nostræ cedri, laquearia nostra cypressi.* Trabium autem cedrinarum nomine virtutes Animæ intelligit internas, firmas, ac validas: per laquearia cypressina virtutes externas, quæ instar laqueariorum ornant, ac instar Cypressi bene olent: vt per hæc innuatur, animę domum non modo internarum virtutum robore cõtignandam: verùm etiam externæ quoque conuersationis bonæ exornandam decore. *d* Sunt enim prouidenda bona, & coram Deo, & coram hominibus. Quod autem Anima se contignare debeat his cedrinis tignis, confirmat Gregorius ex illo Ecclesiastes. *e In pigritiis humiliabitur contignatio, & in otio manus perstillabit domus*; vt videre est apud ipsum.

Gre. Nyss.

Cõuersatio nẽ bonam externam Aiæ necessariã esse præter internarũ virtutũ robur.

d Ro. 12. 17.

Iustus Orgelitanus, domorũ nomine intelligens animam iusti ex illo Apostoli. *f Vos estis templum Dei*, per earum tigna, & laquearia intelligit duplicẽ dilectionem, Dei, ac proximi.

e Eccl. 10. 18.

Aiadomus Christi.

f 1. Cor. 3. 17.

Simili modo ex eodem loco Apostoli per domũ spiritalem vnamquamque Animam sumens Bernardus serm. 46. per tigna cedrina eas, quæ necessariæ sunt ad salutem intelligit virtutes, per laquearia verò cypressina illas, quæ non sunt ad salutem necessariæ, sed conferunt ad ornatum. Curate, inquit, fratres, spirituali huic ædificio, ne forte, cum in superiora proficere cœperit, vacillet, & corruat, si lignis fortibus non fuerit subnixum, & colligatum. Curate, inquam, illi tigna dare imputribilia, & immobilia; Timorem videlicet Domini, *g* qui *permanet in sæculum sæculi*. Patientiam, de qua scriptum est, *h* quia *patientia pauperum non peribit in finem*; Longanimitatem quoque, quæ sub quouis structuræ pondere inflexibilis perseuerans, in infinita sæcula vitę beatæ protenditur, Saluatore dicente. *i Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*. Magis autem super omnia charitatem. *k* quæ *numquam excidit*, *l* quia *fortis est*, inquit, *vt mors dilectio*: studete deinde his tignis substernere, & alligare alia æque pretiosa, & pulchra, cui tamen illa ad manus fuerint in opus laquearium ad decorem domus, sermonem scilicet scientiæ, & sapientiæ, prophetiam, gratiam curationum, interpretationem sermonum, & cetera talia, quæ magis noscuntur fore apta ornatui, quã necessaria saluti. De his præceptum Domini non habeo, consilium autem do subdit de alijs lignis, quæ facilius inueniuntur, & elaborantur, Pacem, bonitatem, benignitatem, gaudium in Spiritu Sancto, misereri in hilaritate, tribuere in simplicitate, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.

Bern.

Tigna domus animę sunt virtutes simpliciter necessaria ad salutẽ; laquearia verò eæ, quæ cõferũt ad ornatũ, & nõ sunt ita necessaria.

g Ps. 18. 19

h Ps. 9. 19.

i Matt. 10. 22.

k 1. Corin. 13. 8.

l Cant. 8. 6

Denique ex hoc loco Ambrosius serm. 4. in psal. 118. vers. 4. probat, animam Sanctam non posse corrumpi, dicens; Anima ergo corrumpi nescit, quę florentibus membris viget semper iustitiæ, ceterarumque virtutum culmina patienti magnanimitate sustentat, & ideo non defluit, neque deficit, quia nihil in ea rimosum est, atque remissum, nihil mobile, nihil lubricum, nihil, quod vitio sermonis ex eo possit effundi.

Amb.

Anima Sãcta nequit corrumpi.

Finis Cap. Primi.

CAPVT SECVNDVM.

1 EGo flos campi, & lilium conuallium.
2 Sicut Lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
3 Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus
inter filios. Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi; &
fructus eius dulcis gutturi meo.
4 Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.
5 Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo.
6 Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
7 Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoadusq; ipsa velit.
8 Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.
9 Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
10 En dilectus meus loquitur mihi; Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.
11 Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit.
12 Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra.
13 Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea. speciosa mea, & veni.
14 Columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ, ostēde mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.
15 Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.
16 Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.
17 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ Reuertere. Similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bether.

CAPITIS SECVNDI VERSICVLVS PRIMVS

EGO FLOS CAMPI, ET LILIVM conuallium.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

LITTERA.

DE connexione quidem principij istius capitis secundi cum fine capitis præcedentis nulla inter Doctores est controuersia; conueniunt enim omnes, vt hic sponsus, & sponsa easdem prosequantur alternas laudes, quas in superiori capite cœperant. Illud verò maximè controuersum est, cuiusnam sint prima ista verba, sponsi ne, an sponsæ. Hebræi.n. omnes, atque etiam nonnulli ex nostris ea, vt à sponsa dicta accipiunt, ex eo quòd se laudare magis congruat feminis, quàm viris: Communiori verò Patrum nostrorum sententia sponso potiùs adscripta reperiuntur. Mihi sanè difficile admodum videtur, vt pro certo aliquid hac in re definiam, præsertim cùm tam sponso, quàm sponsæ congruant æquè aptè, si superiorum habeatur ratio. Vtramque igitur, vt probabilem ex his opinionibus pertractandam proposui: tametsi multò probabiliorem illam censeam, quæ sponso hæc tribuit; Neque enim quidquam apud me valet ratio, propter quam Hebræi asserũt, hæc tribuenda sponsæ potiùs, quàm sponso, quia se laudare præsertim ex pulchritudine dedeceat virum; maximèque congruum sit feminæ, & puellæ; Siquidem frequens id reperio etiam apud poetas profanos, maximè in carminib. Bucolicis, quale & hoc est Cantici Canticorum, vt viri quoque dũ amori indulgent, semet coram suis commendẽt amasiis, vt videre est in primis Ecloga 2. apud Virgilium. Quamquàm, si mysterium spectemus multò id dictum sit congruentius, cùm sæpiùs in sacris literis reperiamus, Deum Ecclesiæ sponsum sese laudibus celebrantem.

Greg. Nys. Ambros. Tres Pat. Psellus.

I. SENSVS.

Primò igitur, iuxta probabiliorem, & cõmunionem Patrum sñiam dicendum, ad inuitationẽ spõsæ ipsum eius dilectum his respondere. Cùm.n. in fine præcedentis capitis sponsa verbis ijs *Lectulus noster floridus* & quæ sequuntur; vel pulchritudinem eius præclara extulisset amplificatione, vel eum ad floridum inuitasset lectulum, domusque cõmunes: hac vnica sententia sponsus breuissimè ad vtrumque respondet, ad inuitationem quidẽ, significans, haud sibi opus esse. vt pro sua conseruanda pulchritudine, vel ad floridum, viridem, aut vmbrosum declinet lectulũ, vel in fortes, pulchrasve sese recipiat domos; ita.n. pulchrum se esse, atque decorum, vt nihil sibi timendum sit, ne in campo, vel in conuallibus deturpetur: quinimò multò magis in istiusmodi locis suum effulgere decorem, quàm in abscondito lectuli, vel intra

A domus: Sic dum ait: *Ego flos campi, & lilium conuallium:* æquè est, ac si dicat.

LITTERA.

PARAPHRASIS.

Quid de mea times pulchritudine? Pulchritudo mea haud eget quiete lectuli, neque opus habet operimento domuum: Ego quippe ita pulcher sum, ac flos est campi, vel lilium conualliũ. Quapropter sicut huiuscemodi flores in campo, ac in conuallibus & ad perfectum augentur decorẽ, & illum ipsum, quẽ assecuti fuerint, melius conseruant, quàm si vel lectulis aspergantur, vel conseruentur in domibus, in quib. arescunt subitò, ac lãguent: In eumdẽ modũ & ipse in quiete lectuli, vel in abscondito domuum aresco quodammodo, &

Simile.

B langueo: In campo persistam, operæpretium est vt mea illustrior reddatur pulchritudo. Porrò in hoc sensu ita sese commendat sponsus, vt haudquaquam illum dedeceat sua ipsius cõmendatio propter quod indecens adductos, dixi, Hebræos, vt illius hæc verba esse negarint: imò verò talis decet virum pulchritudo, ac decor, qui omnib. fit conspicuus, quive per varios casus probatus sit, per Solem, per imbrem, atque per ventos.

Simul autem hisce similitudinibus floris cãpi, ac lilij conuallium egregiè ipsemet comprobat sponsus, quæ iam iam à sponsa in eius laudem fuerant dicta. Aequè enim est, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

C Quod ais, ex mei præsentia, & lectulum, & domos nostras reddi florida, perpulchra, ac maximè redolentia; ita verum est, vt nihil verius proferri vnquam possit: sum namq; flos Campi vberrimi, ac lilium, quod pulcherrimum, fragrantissimumque in conuallibus irriguis nascitur.

Quòd si non sponsum, sed sponsam hic loqui velimus, prout præter Hebræos omnes, ex nostris asserunt Legionensis, & Genebrardus, & ex antiquis Patribus Gregorius Myssenus in suis expositionibus super Cantica, necnon & Ambrosius ex complurium sententia in lib. de institutione Virginis. cap. 15. & ex sententia propria serm. 5. in psal. 118.

D Tribus modis hæc exponi possunt.

II. SENSVS.

Primò, vt vno eodemque spiritu illud ipsum prosequatur, quod in fine superioris Capitis cœperat: Cęperat namq; sponsi pulchritudinẽ amplificare ex eo, quod ex illius præsentia sua oĩa florida reddita essent, pulchra, atq; magnifica, vnde & dicebat: *Ecce tu pulcher es, & decorus; lectulus noster floridus; Tigna domorũ nostrarum cedrina, &c.* Nũc eamdẽ prosequens amplificationem, id prædicat quod sibi in primis faciẽdũ proposuerat, quodve implicite innuerat in iis verbis: *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus:* quibus responderat ad collatã sibi pulchritudinis laudẽ, in sponsum ipsum generali-

LITTERA. neraliter referens quicquid in ſe eſſet pulchritudinis. Enimuero cũ ĩ verſu 15. verbis illis: *Ecce tu pulchra es amica mea; Ecce tu pulchra es*: Ex duplici cõmẽdata eſſet pulchritudine, innata nimirũ, atq; adſcititia in veſtitu, ac ornamẽtis. Apertiùs hanc ipſam duplicis pulchritudinis laudem in eundem refert, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Adeo verum eſt, vt quicquid in me eſt pulchritudinis, à te ortum habeat, & à te pendeat, qui pulcherrimus es, maximeq; decorus, vt nõ modo noſtra omnia ex tua præſentia florida reddita ſint, atque magnifica; verũ ẽt ex eadẽ iſtud ipſum prouenerit, quod tantis extollis præconiis: q̃d pulchra ſum pulchritudine, quæ fulget in facie, ceteriſve in mẽbris meis, necnõ & pulchritudine ornamẽtorũ externa. Ecce.n. ex ipſa tui præſentia & lectulus noſter floridus eſt, & ego ipſa ſum flos pulcherrimus, qualis ĩ pingui prouenire ſolet cãpo ac propterea maximè illuſtris ſum pulchritudine ĩnata: ſed & inſuper ob prǽſtantiſſimũ indumentorũ, ceterorumq; ornamentorũ ornatũ, extrinſecus quoque pulcherrima appareo; ſum nẽpe vt lilium cõuallium, quod præ abundantiori aquarum irrigatione, & pulchrius creſcit, & odoratius.

Neque vero nouũ eſt, vt in Scripturis Sacris ea, quæ in mẽbris ĩdita eſt, pulchritudo generica, floris exprimatur metaphora, quæ aũt ex veſtimentorum extrinſeco reſultat ornatu, ſub lilij deſignet ſimilitudine. Nã & Dominus noſter in Euãgelio, cum à nimia nos arcere vellet veſtimentorũ ſolicitudine hæc habuit verba. a *De veſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quõ creſcunt: non laborant, neq; nent: Dico aũt vobis quoniã nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.* Et in libro Sapientiæ peruerſi illi homines, de propria loquentes pulchritudine, quæ iuuentutis tẽpore maximè efflореret. b *Non prætereat*, inquiũt, *nos flos tẽporis*; quod & Latinum Poetam vſurpaſſe videmus, cũ iuuentutis pulchritudinẽ his deſcriberet verbis: *Et primo flore iuuẽta*. Porro per ea, quę hic aſſerit ſponſa, non modo quicquid vel in ſe, vel in rebus ſuis eſt pulchritudinis ſponſo refert acceptum; ſed & ſumma cum honeſtate, maximoque cum artificio ita ſe, ſuaque commendat, vt ſponſum ipſum ad ſe alliciat efficaciſſime.

a Mat. 6. 28

b Sap. 2. 7

III. SENSVS. Sed & in alio ſenſu accipi hęc poſſunt, vt dicta ab eadẽ ſponſa in reſponſionẽ eorũ, quæ vltimo loco ab ſponſo in fine ſuperioris capitis fuerant prolata; Dictũ eſt quippe ſupra ſatis probabiliter, verba illa (*Tigna domorũ noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*) cõtinere ſponſi promiſſionẽ, qua ſpõſę pro lectulo florido, ad quẽ ipſum inuitarat, magnificẽtiſſimas, atq; perpulchras pollicebat̃ domos: Ad hęc igitur, hiſce r̃ndet ſponſa: *ego flos cãpi & lilium conuallium*, Innuẽs, ſummopere ſe earum domorum teneri deſiderio, ingentemque earundem ſibi ineſſe neceſſitatem. Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Iſtud eſt, dilecte mi, quod mihi prę omnibus eſt in optatis; hoc eſt, quod in primis mihi præſtes operæpretium eſt, vt has noſtras adeam domos, vt in his pariter commoremur ſoli, vt in his ab omni inſurgentium metu conſeruer tuta; Ecce etenim dum extra illas per campos, valleſque vagor, ſum velut flos campi, & lilium conuallium.

Simile. Quemadmodũ iſtiuſmodi flores facile à quolibet tranſeunte conculcantur, facile & à quocunque carpuntur: q̃nquidem ſunt in aperto campo, vel in conuallibus, ad quas oĩbus patet aditus: Ita & ipſa, dum extra domũ per agros, cãpoſque vagor, te quæritans vnicum aĩæ meæ dilectũ, omnium expoſita ſum offenſioni; ſemperq; metuo, ne id mihi contingat, quod prædictis cõtingere ſolet floribus, nã & ea ipſa, quam in me tã inſigni iã extuliſti præconio, pulchritudo præſtantiſſima timorem hunc mihi auget quã maximè; quia cum pulchra ſim, tanquã flos in pingui campo proueniens, & tanquã lilium, q̃ ceteris liliis pulchrius, ac fragrantius in conuallib. floret irriguis, timeo, ne ſicut his ipſis ſua obeſt pulchritudo, propter q̃ tranſeuntes quilibet ad ea alliciuntur carpenda, ita & mihi meus ipſe officiat decor, quẽ tibi vni ſeruari fas eſt. Pręclare aũt hęc & virgineo conſona ſunt pudori, & femineo congruentia ſunt timori, quibus re vera nil eſt, quod magis nocere valeat, quam ingens pulchritudo, quæ pluribus ſit perſpicua, quæve in penetralibus non ſit abſconſa domorum: Ex reſponſione autem ſponſi, quam ad hæc iis faciet verbis, (*ſicut lilium inter ſpinas*) &c. Senſus huius magis eluceſcet probabilitas, prout in ſubſequentibus apparebit.

IIII. SENSVS. Demum hæc ſumi non incongrue poſſunt, vt dicta à ſponſa, non tam in ſui ipſius, quàm in ſponſi commendationem per Epitaſin, vt hic iterum alterna incipiant laudum encomia, ſenſuſque ſit.

Ego quidem pulchra ſum, fateor, neque.n. falſum à te proferri põt: ſed tua, dilecte mi, multò illuſtrior eſt pulchritudo: Ego ſum flos, ſed flos vnus ex viliorib. qui naſcũtur in cãpo, flos, qui cũ nihil ĩ ſe habeat eximii, haud propriũ ſortitus eſt nomẽ. At tu prę illa, quę in te mirabiliter effulget, pulchritudine, præq; ſuauiſſimo, quo fragras odore, haud quilibet es ex florib. ſed ille es flos, qui & pulchritudine, & odore vniuerſis p̃eminet florib. Es quippe liliũ, quod in irriguis floret conuallib.

Circa lectionũ varietatem. Notandũ Primo in Hebræo eſſe duo nomina, de quorum ſignificatione inter ipſos ẽt hebræorum Rabbinos non modicum eſt controuerſiæ: primum eſt חבצלת chabatzeleth, alterum eſt כשושנה ſciolciannah. Quidam.n. primo nomine, inquiunt, ſignificari roſam, ſecundo vero lilium, quod ſex habeat folia. Quidam vero ſecundo nomine volunt ſignificari roſam, potius quã lilium, q̃m lilium haudquaquã naſcitur inter ſpinas, prout roſam ipſam inter illas quotidie conſpicimus ortam: vnde & in ſubſequentibus verbis dicitur à ſponſo כשושנה cheſciosciannah, ſicut roſa inter ſpinas. Alii violã accipiunt: primo vero nomine aſſerunt ſignificari florem eximii odoris, nigriq;, aut purpurei coloris: vnde nonnulli ex noſtris adducti ſunt, vt florẽ iſtum crediderint eſſe eũ quem Vaccinium dicunt Latini, de quo Poeta ait. *Vaccinia nigra leguntur*. Porrò, cum inter ipſos Hebræorũ Doctores tanta, quoad iſtas Hebraicas voces, ſit opinionum varietas, nihil eſt, quod in earum vera ſignificatione inueſtiganda nos detineamur; præſertim cum illam optimam credere debeamus, quã noſter tradit interpres, ſecutus Septuag. Interpretum verſionem quibus multo magis Hebraicarũ vocum ſignificatus perſpectos fuiſſe exiſtimandũ eſt, quã quibuſlibet ex modernioribus. Neq; id contra hanc facit verſionem, quòd lilium non naſcatur inter ſpinas, ſed roſa: nã hoc ipſum, quod liliũ dicetur eſſe inter ſpinas, ad myſterium ſignificandũ eſt poſitũ: Nec à rerum natura alienũ eſt, quod lilium inter ſpinas naſcatur; alienum certe eſſet, ſi diceretur lilium naſci ex ſpinis, quod de roſa proferri poteſt. Adde Hieronymũ, & veteres Græcos ſcribere, Suſannah ligua punica, ſeu phęnicia, eſſe lilium, & à liliis Suſas vrbem, de qua in libro Eſther, vocatã eſſe, vt & oleũ ſuſinum, quod confectum eſt ex ipſis liliis. Sed & inter eos, qui lilium ea voce ſignifica-

DE ECCLESIA. ficatum accipiunt, adhuc aliquid est dissensionis; existimantib. aliquibus de lilio nigro id intelligendum, quod absq. aliquo cultu nasci solet in cōuallibus: aliis vero de lilio cādido, q & in hortis florere cōspicimus: hisce postremis, & ipse assentiendum censeo cum cōi Sanctorum Patrum cōsensu.

Secundo notandum: in hebræo non esse, *campi*, simpliciter, sed, *campi feracis*, pinguis, atque vberrimi, quod enim noster vertit, *campi*, Hebraice est השרון hasaron שרון Saron autem terram proprie significat campestrem, seu planitiem, ac locū pinguem, atque feracem: vnde planities illa vberrima, quæ est à Cæsarea, vsque ad Ioppen, Gentili nomine שרון Saron dicta est; de qua Isaiæ 33. c *Et factus est Saron sicut desertum*. Et primo lib. Paralipomenon. d *Porro armentis, quæ pascebantur in Saron, præpositus fuit Setrai Saronites*. Sunt quidam recentiorum, qui asserunt, hāc ipsam vocē hebraicam ab aliquibus explicari vbertatis, seu saturitatis. Ipse tamen neminem reperi, qui hoc pacto verterit ex hebræo, non antiquos Interpretes, non Sāctem Pagninum, non versionem Bibliorū Regiorum, non Agathium, non Isidorum Clarium, non denique Vatablū, & nescio vnde ea deriuari posset explicatio, nisi vbertas pro cāpo vberi accipiatur, & saturitas pro pingui, ac feraci planitie, è qua fruges proueniunt ad saturitatem.

c Isa. 33. 9.
d 1 Par. 27. 29.

Vers. I. Ego flos campi, & lilium conuallium.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

HEbræorum Doctorum ea est sententia, vt qđ in genere pertractatum à Spiritu Sancto est in superiori capite de amore Dei, atque Ecclesiæ, idipsum specialius in hoc secundo capite describatur, exordio inde nimirū sumpto, vnde prima, ac præstantissima amoris exhibita sunt indicia, ab iis, quæ in Aegypto præstita sunt, beneficiis, ac propterea perpulchram, inquiunt, in hoc ipso capite fieri Veris descriptionem, quo tempore Aegyptiaca contigit liberatio. Porrò, si aliquid hæc sententia in se habeat veritatis, illud in primis hoc loco quærendum videtur: Quare, cum de eximio illo amoris indicio agendum sit, quo à cælesti sponso ex Aegyptiaca seruitute dilectissima sposa Ecclesia educta est Iudæorum, ex hisce potissimum verbis. *Ego flos campi, & lilium cōuallium*. sumatur exordium; quidve per hæc sibi voluerit Spiritus Sanctus. Sane cū in hoc omnes cōueniant Hebrei, vt sponsæ hæc sint verba, illud mihi dicendū vř, aptissime ex hisce desumi exordium, per quæ breuissime totum id, quod à sponso illi præstitū esset, beneficiū delinearetur: Iudaicum videlicet populum, ex Aegypto per deserta, per campos, vallesq; à Domino ductum, ad Solis radios, æstusque expositum, ad imbrium procellas, ad ventorū impetus, ad varias tētationes, ad famē, ad sitim, & ad multiplices inimicorū isultus: ita tñ, vt gloriosior redderetur: vtque gloriosiora i illo facta sint in iis ipsis, quibus in apertis campis expositus est, vel tentationibus, vel æstibus, vel aliis quibuscunque. Quod modicis verbis Moyses, qui ductor eorum fuit, illi significauit, cum diceret. a *Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Panem non comedistis, vinum, & siceram non bibistis, vt sciretis, quia ipse est Dominus Deus vester*. Et apertius in libro Sapientiæ dicitur. b *In omnibus magnificasti populum tuū Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & omni loco assistens eis*. Quapropter iure optimo populus ille, (non loquor de iis, qui in illo peruerse egerunt in deserto, ac propterea in eodē morte consumpti sunt; sed de Iudæorum Synagoga in genere) flori se comparare potuit, qui in aperto floreat campo, lilioque, quod in apertis itē redoleat conuallibus. Inde enim magis magisque eius gloria magnificata est, ac per omnes nationes latius illius diuulgata est fama, virtutumque diffusus est odor, quod dū tantis expositus esset molestiis, maiora semper in dies, ac gloriosiora in ipso facta sint prodigia.

Iudæicus populus q ea qua i deserto passus est gloriosior redditus est: quavé ratione.
a Deu. 29. 5.
b Sap. 19. 20

Verùm si, cum de liberatione ab Aegyptiaca seruitute hæc accipiantur, rebelli populo Iudæorum dicere licuit: *Ego flos campi, & lilium conuallium*; profecto multo congruentius cum hæc ipsa ad redemptionem referuntur, quæ per Christum erāt facienda, cuius & illa liberatio extitit typus, nedū Ecclesia, quæ redempta est, sed & is, qui eam redemit Christus, dicere eadem potest verba. Et quidem, si vel ipsius Christi inspiciatur vitæ, gloriæq; processus, vel consideretur series præcedentium verborum, plane constat, quam apte his ad Ecclesiam responderit, quamve de semetipso hæc vere protulerit. Enimuero cum ad quietem se ab Ecclesia inuitatum audierit, quando ea & lectulum exhibuit floridum, & domos magnificas, cumq; ex iis intellexerit, Ecclesiam id præcipue in optatis habere, vt vnà cum ipso tranquilla pace in lectulo quiesceret fidei, quieteque in domibus cōmoraretur Sacrarum Scripturarum, illarum nimirū indulgens contemplationi: Vt eam edoceret, quietē, pacemve haudquaquam in hoc mundo quærendam esse, ostendens, qualem ipse sese exhibuerit, indicat pariter, qualem, & illa ad eius imitationem se se debeat exhibere. Ait enim. *Ego flos campi, & lilium conuallium*. Ac si dicat.

I. SENSVS.
Beda.
Bernard.
Quies haud quaquā in hoc mundo quærenda.

Quid quietem in fide quæris? quid pacem in cāpo proponis? Quid ad domos me inuitas contemplationis, vbi tanta peragenda sunt foras? Ego instar floris tabesco in lectulo quietis, & instar lilii exsiccor in tranquillitate: ad persecutiones, ad iniurias, ad passiones in campo huius mundi ego pręclare florui, instar floris, qui in campo perseuerat ad Solem, ad imbres, atque ad omnem aeris perturbationem. Tibi ergo, vt mihi vniri queas, eædē perferendæ sunt perturbationes: tuque iisdem concutienda es persecutionibus, vt & ipsa in præsentis vitæ floreas campo.

PARAPHRASIS.
Tribulationib. expositū esse oportet, qui cū Christo vult florere.
Simile.

Porrò quàm vere hæc à sponso dicantur, vt mediis passionibus, iniuriis, ac persecutionibus decorem obtinuerit, & gloriam, æque ac flos cāpi, &c. Nullus profecto abnuet, qui ipsiusmet sponsi, ac Redemptoris nostri ea recolat verba. c *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* ijs quippe apertius hoc ipsum testatus est, quod in hoc Cātico amatorio sub metaphora floris campi, liliique conuallium designauit obscurius: siquidem nisi Christus mortuus esset, haudquaquā gloriam adeptus esset resurrectionis: flos factus est in resurrectione pulcherrimus, quia in passione ab æstu, ab imbribus, à ventis impetitus est opprobriorū, persecutionū, & insaniis denique mortis: adeo pulcher, ac odoratus propter has effectus est passiones, vt propterea tū ob insignem, in quam floruit, pulchritudinem, tū ob fragrantissimum odorem, qui ex eius nomine redoluit, & in cælis, & in terris adoratus sit, atque etiam in inferno,

Mediis passionib. Christus gloriā obtinuit, æque, ac flos cāpi, per Sol. imbres. florens.
c Luc. 24. 26.

DE ECCLESIA.

ferno, teſtante id Apoſtolo in vulgatiſſimo loco illo ad Philippenſes, vbi ait: *d* Chriſtum ſeſe exinaniſſe; formamq; ſerui accepiſſe, humiliaſſe ſemetipſum ad omnia cruciatuū genera, vſque ad mortem Crucis: propter quod eumdem effectum glorioſiſſimū campi florem, pulcherrimumq; lilium conuallium, & exaltatum à Deo gloria, & honore, donatumve nomine fragrantiæ tam eximię, vt vniuerſorū vnguentorū ſuperaret odorem: atque adeo ad illius nominis duntaxat fragrantiam flecti omne genu cœleſtium, terreſtrium, & infernorū, & omnem linguam cōfiteri, quia Ieſus Chriſtus & flos eſt, & lilium glorioſiſſimum, cum ſit in gloria Patris.

d Phil. 2. 6.

Verum ſi exactius has floris campi, & lilij conuallium diſcutiamus metaphoras, intelligemus, Chriſtum Dñm non modo in reſurrectione, manifeſtatione, atque adoratione pulcherrimum factū eſſe florem ob perſecutiones, vulnera, & mortem; at ēt in ipſis opprobriis, & in ipſis paſſionib. præclariſſimū extitiſſe florē, necnon & adhuc lilium eſſe maxime odoratū, vbi aliquid pati contigerit in mēbris ſuis, ita vt iure & dixerit, & dicat continue: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Patres Sācti multiplici proportiōe metaphoras iſtas floris campi, liliiq; conualliū in Chriſtum ſponſum aptare contendunt, ijs tamen omnibus pro nunc omiſſis, quia in Appendice vnicuique illas legere licet, quod ad propoſitam expoſitionem faciat, id duntaxat hoc loco eſt aſſerendum.

Ac primo animaduertendum, ita Chriſtum eſſe florem, ſicque & florem fuiſſe, vt ſit & flos, & omnes pariter flores, vnde & indefinite dr: *Ego flos campi*: Tum videndum, quis, qualiſve ſit iſte campus, in quo is tam multiplex floruit flos, præſertim, cum ex Hebraica voce, vt in expoſitione prima declaratum eſt, conſtet, cāpum iſtum feracem eſſe, & pinguem. Denique conſiderandū, quare, qui in campo flos eſt multiplicis generis, idem tamen in conuallibus liliū fiat: quæve iſtæ ſint cōualles, in quibus hoc redoleat lilium.

Mūdus iſte eſt cāpus fimo peccati factus pinguiſſimus.

Sane campus, cuius florem ſeſe aſſerit ſponſus, eſt mundus iſte, ac præſens ſæculum, campus plane latiſſimus, cāpus maxime pinguis, atque adeo vberrimus cāpus eſt, in quo paſcūtur vniuerſa pecora cāpi. Qua vero rōne cāpus iſte dr̄ pinguiſſimus, niſi quia fimo impinguatus eſt peccatorū? fimo certe tanti fœtoris, vt non creatas dūtaxat, ſed & increatas, ac inuiſibiles Dei offendat nares, aptiſſimo nihilominus ad reddendū campum vberrimū. Vnde.n. tam præclari cęleſtium deſideriorū flores in iis proueniunt, qui adhuc conuerſantur in mundo, niſi quia iſtius mundi cāpus pinguis eſt fimo peccatorū? niſi ex ipſa multiplicium peccatorum conſideratione? Hinc aīa illa Sancta ad cuſtodiam prouocata eſt aliquando mandatorum Dei: hincve flores bonorū operum protulit in iſto mundi cāpo, quia tantā in illo animaduertit iſtius fimi copiā, atque pinguedinem, propterea.n. ad Dominum dicebat: *e. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi mandata tua.* Peccatū denique fuit, quod inſtar corruptiſſimi fimi ita huius mundi campum impinguauit, vt in ipſo, atque ex ipſo præſtantiſſimus ille exortus ſit flos, de quo apud Iſaiam dictum eſt: *f Et flos de radice eius aſcendet.* Certiſſimum, quippe eſt cauſam Incarnationis, prout ea facta iam eſt, ipſum fuiſſe peccatū, verbumque diuinū propter peccatū eam ſumpſiſſe carnē, quam ſumpſit: *g Venit enim Ieſus peccatores ſaluos facere*, vt inquit Apoſtolus: & *h Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factū*

e Pſ. 118. 118

Chriſtus ortus eſt flos in mūdi cāpo, qui fimo peccati pinguiſſimus erat.

f Iſa 11. 1.

g 1. Tim. 1. 15

h Gal. 4. 4.

DE ECCLESIA.

A *ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Vnde & i fidei ſymbolo cōfitemur idipſum, dicentes. *Qui propter nos hoīes, & pp noſtrā ſalutē deſcēdit de cœlis; & Incarnatus eſt de Spiritu Sācto ex Maria Virgine, & homo factus eſt.* Sic aūt factus eſt homo, vt & flos pariter factus ſit, aſcēdens de virga, quæ *i* egreſſa eſt de radice Ieſſe. Quo loco præclara animaduertenda eſt verborū antitheſis; in ſymbolo quippe, dum confitemur, Verbum factum hominem, deſcendiſſe illud dicimus: cū vero idem ipſe Chriſtus à Propheta ſub floris metaphora prænuntiatur aſcenſurus dicitur. Quare hoc, niſi quia cum Chriſtus carnē aſſumpſit exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, deſcendens à forma Dei, in qua æqualis erat Patri, & aſſumens ſimilitudinem carnis peccati? At idem ipſe, qui deſcendit, per aſſumptionem carnis, eodemmet tēpore, quo deſcendit, ex ipſo mundi campo vt pulcherrimus, ac maxime redolens aſcendit flos ab omni peccato alienus, Sāctitatis omnis inſignitus decore, vniuerſæque gloriæ fragrans odore.

i Iſa. 11. 1.

Chriſtus in mundū veniēs, & deſcendit ſimul, & aſcendit.

B

Inter ea, quæ ad ſummum Dei artificium ad mirandum nos prouocant in rerum natura haud vltimum ſane id tenet locum, quod quotidie inſpicimus, ex fœdiſſima terra, fœdiſſimoque fimo pulcherrimos, odoratiſſimoſque produci flores, quorum pulchritudine viſus oblectetur, quorum & fragrantia tranſeuntium alliciatur olfactus. Quod autem multo maiorē hac in re incutit admirationem, illud eſt, quod in vno eodemque eiuſdem terræ campo, vno eodēque fimo impinguato non vnum duntaxat eiuſdē ſpeciei florem exoriri, videmus, ſed multiplices, & odore, & colore, imo & forma, ſpecieq; diuerſos, candidos, cęruleos, croceos, rubeos, atque variegatos. Verum ſi hæc adeo in terrenis hiſce obſtupeſcentes admiramur floribus, qui hodie ſunt, & cras in clibanū mittuntur: quis iā ob ſingularem non obſtupeſcat Chriſti floris noſtri aſcenſionē? cum ſic eum videat de mūdi campo aſcendere, vt ſicut elongantur cęli à terra, ſic ipſe & à peccatis elongatus ſit, & à mundanis affectibus. Propterea.n. ad ſponſam dixit: *Ego flos campi*; vt iſtiuſmodi ipſius miretur aſcenſionē. Vt intelligeremus, ita ipſum ē mūdi cāpo aſcēdiſſe, ſicut multiplices ex vno cāpo terreſtri aſcendere ſolent flores; Etſi namque flos ſit, eſt tamen flos campi, flos multiplex, flos vniuerſas florū cōtinens ſpecies, quaſcumq; admiramur in campis. Iſaias id quoque teſtatū voluit, nā ſtatim ac dixit. *K Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*; ſubiunxit, quomodo flos iſte flos ſit cāpi, multiplices in ſe continens flores: *Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus Sapiētiæ, & intellectus; Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus, Scientiæ, & pietatis: & replebit eum Spiritus timoris Domini: Non ſecundum viſionem oculorū iudicabit*, &c. plures quippe proſequitur enumerare florū ſpecies, quæ in illo vno continerentur, qui flos eſt cāpi. An non perpulchri floris ſpecies Iuſtitia eſt? nonne & Māſuetudo diſtincta eſt ſpecies alterius floris? nonne & Humilitas, & Patientia, cæteræq; virtutes diuerſæ ſunt florū ſpecies? Harum omniū & pulchritudinem, & fragrantiam in ſe coēuntes ſignificat ſponſus, cum ait: *Ego flos campi*. Ita tamen earum omnium in ſe oſtentaſſe ſubinnuit pulchritudinem, & exhibuiſſe odorē; ita eas in ſe manifeſtaſſe hominibus, quatenus in campo huius mundi, inſtar florum, qui in terreſtri campo naſcūtur, imbribus expoſitus eſt opprobriorum, & aſſiduis laborum, & ventis perſecutionum, & variis aeris mutationibus, diuerſiſque hominum incurſibus.

Chriſtus de carne naſcens peccati, ſine peccato pulcher rimus ortus eſt, vt flos ex fimo. Simile.

C

Chriſtus noſtra flos cāpi eſt, vt florū omnium in ſecō tineat ſpecies, atque virtutes.

D

k Iſa. 11. 1.

E

DE ECCLESIA.

sibus. Enimuero tunc illius perspecta est patientia admirabilis, cum vulneribus confoderetur, & tanquam ouis ad occisionem se duci fineret. Tunc illius didicimus mansuetudinem, cum iniuriis appeteretur, nec tamen quidquam responderet, iuxta illud Apostoli, *l Qui cum malediceretur non maledicebat, cũ pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste.* Illius sapiẽtiam tunc certe intelleximus, cum à Scribis, & Pharisæis tentatus Sapientissimis eos obmutescere fecit respõsis: Sic & per ceteras discurrendo virtutes, idipsum animaduertere fas est. Quoniam pulcherrimus Ecclesiæ sponsus eo pacto è mundi ascendit cãpo, vt floribus campi similem se exhibere voluerit: vnde & bene ad illam ait: *Ego flos campi.*

l 1. Pet. 2. 23.

B Quare vero addit; *& lilium conuallium?* An liliũ non est vnus ex floribus campi? An conualles idẽ sunt, quod Campus? Nequaquam: haud. n. superflua hæc censenda sunt verba; sed aliud quid valles sunt à cãpo: & aliquid proprii habet liliũ, quod flores non habent cãpi; seu melius; aliquid specialius exhibet sponsus, dum lilium est conuallium, quod neutiquam præstat, dum flos duntaxat est campi. Quidnam autem istud sit speciale, tunc intelligemus, si nouerimus prius, in quo differant conualles à campo, quæ vo sint istæ conualles. Cãpus (vt dictum est) est totus mundus iste: At conualles eæ sunt animæ piæ, quæ instar conuallium præ demisso de semetipsis sensu humiles sunt, ac præ lachrymarũ copia sunt maxime irriguæ. C In huiusmodi conuallibus Christus, qui mũdo vniuerso est flos campi, specialius in præsenti sæculo factus est lilium. In præsenti, inquam, sæculo, nã in futuro non lilium amplius erit, sed frumẽtum in abundantia, quando de eis id adimplebitur psalmi, quo dicitur. *m Et valles abundabunt frumento.* fruitione nimirum gloriæ, qua ex adipe ipsius frumenti satiabuntur. Nunc quãdo flos est campi, per exempla virtutũ Sanctis ipsis est liliũ conuallium; quoniam non gloriã, sed spem sese illis exhibet gloriæ, iuxta illud Pauli. *n Secundum dispensationẽ Dei, quæ data est mihi in vobis, vt impleã verbum Dei mysterium, quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, nunc autem manifestatũ est Sanctis eius, quibus Deus voluit notas facere diuitias gloriæ Sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ.*

Christus est liliũ conuallium, quia humilis est spes gloriæ.

m Psal. 64. 14.

n Col. 1. 25.

D Bene vero lilium sese dicit sponsus, dum spem gloriæ animarum Sanctarũ se asserit; nã etsi flores omnes spẽ præseferant, quandoquidem floib. inspectis, ad fructuum illico erigimur spem, lilium tamen præ floribus vniuersis id magis habere proprii, vt spẽ ipsam designet, inde colligere facile est, quod apud antiquos pro hieroglyphico Spei præcipue haberetur: atque adeo in antiquorum monumẽtis cum inscriptione spei lilium potius, quã alium quempiam florem potissimum inspicimus, & in compluribus Imperatorum nummis ab altera parte reperimus Deum dextera lilium prætendentem, cuius inscriptio est; *Spes publica*, seu: *Spes augusta*: aut: *Spes P. R.* Vnde & Poeta, cum spem de Marcello conceptam significare vellet, insigni eũ sic celebrat Encomio.

Lilium spei hieroglyphicum.

Pier. Vale. lib. 55. cap. de lilio.

Aene. li. 6.

Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos;
& quæ sequuntur vsque ad versum illum
——Si qua fata aspera rumpas;
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.

Quòd si lilium est proprium spei hieroglyphicum, quis iam non videat, quàm apte Christus Ecclesiæ sponsus lilium sese dicat conuallium, A animarum Sanctarum, quem apertius Apostolus *o* spem nostram appellat?

DE ECCLESIA.

o 1. Ti. 1. 1.

II. SENSVS.

Iuxta secundum sensum: Ecclesia, quæ collatam in se à Christo pulchritudinis laudem in Christũ ipsum referre iam cœperat; nunc sub duabus metaphoris duplicem, quã in se celebratam audierat, pulchritudinem illi ipsi acceptã refert, cui in præcedentibus, & pulchritudinem adscripserat lectuli fidei, & quicquid in domibus Sacrarum Scripturarum, vel decoris esset, vel fortitudinis.

B Pro istarum autem metaphorarum intelligẽtia, Sciendum, duplicem quidem in Ecclesia Sancta considerari posse pulchritudinem, prout & in qualibet sponsa: Altera est ipsi inhærens, quã & internam superiùs dixi: Altera est eidem quodãmodo externa in perpulchro vestium ornatu: Prima resultat ex gratia sanctificante: Secundam vero habet ex multiplici Sanctorum ordine, ex multitudine fidelium sancte, ac pie viuentium, quibus quasi præfulgidis, candidissimisque cooperitur vestib. iuxta illud. *p Leua in circuitu oculos tuos, & vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: Viuo ego, quia omnibus his, velut ornamento vestieris, & circũdabis tibi eos, quasi spõsa.* Porro sicut flores pulchritudinem vniuersam, quã habent ex Solis habent præsentia: vnde & tunc primum illos è terra florere videmus, cum Veris tempore Sol eidẽ approximare cœperit terræ, ibique obseruamus, illos exoriri pulchriores, vbi magis Solis præsentia fruantur, prout euenire conspicimus in campo aperto, C necnon & in conuallibus, quæ vndequaque Soli expositæ sint: In eumdem modum, & quicquid in Ecclesia est pulchritudinis, id omne à Christo habet iustitiæ Sole, quem iugiter habet præsentem, atque adeo bene hoc illi acceptum referens, ait: *Ego flos campi, & lilium conuallium;* pulchritudinẽ quidem internã designans metaphora floris, quatenus sanctificatio, & sanctitas, quæ est gratiæ effectus, & in qua sita est vniuersa, quæ ipsi inhæret pulchritudo, instar florum efflorescit, iuxta illud Psalmi. *q Super ipsum autem efflorescet sanctificatio mea;* pulchritudinem vero externam vestimentorum, metaphora exprimens lilii pulcherrimi, quale in irriguis conuallibus nascitur, quia (vt in D prima dictum est expositione) *r Nec Salomon in omni gloria sua indutus est, sicut vnum ex istiusmodi liliis:* ideoque & sub eiusdem lilii metaphora pulchritudo eadem descripta reperitur apud Isaiam; vbi dixit. *s Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium:* Dicens igitur. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Atque est ac si dicat.

p Isa. 49. 18.

Simile.

q Psal. 131. 18.

r Mat. 6. 28.

s Isa. 35. 1.

E Ex tua præsentia, dilecte mi, nõ modo is, in quo conquiescimus, fidei lectulus noster est floridus; nec tantum in nostris Sacrarum Scripturarum domibus Regiæ magnificentiæ decor apparet: Verũ & illud omne à me prouenit pulchritudinis, quod ijs admiratus es verbis; *Ecce tu pulchra es;* seu, *O quàm pulchra es amica mea, ò quam pulchra es.* Nam si propter internam pulchra sum gratiam, inde hanc habeo pulchritudinem, quia tu mihi ades, quia sic tuis semper exposita sum gratiarum influentiis, æque ac flos campi influentiis expositus est Solis. Imo & illud ipsum, quod pulchra sum propter ornamẽtum insigne fidelium, piarumque animarum, ex te pariter in me prouenit, non minus ac in lilio id, quod insigne perpulchri coloris, summæque mollitiei conspicimus, indumentum ex radijs prouenit Solis: Ego enim tuæ subiecta sum prouidentiæ radiis, sicut lilium conuallium radiis expositum est Solis corporei.

PARAPHRASIS.

Vers.

DE ANIMA.

Verſ. I. Ego flos campi, & lilium conuallium.

Expoſitio Tertia De Secunda. Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

III. SENSVS.

CVm & inanis gloriæ periculum, & impiorum æmulatio, quæ duo præ omnibus Sanctos quoſque ad cæleſtis patriæ excitant deſiderium, illos magis ſoleant inſectari, qui maiori reniteant ſanctitatis decore: aptiſſime profectò anima illa, quæ præ inſigni Sanctitatis pulchritudine in Chriſti aſſumpta eſt ſponſam, dum vehementiſſimum ſuum exprimere vult cæleſtis domus deſiderium, duplicem iſtam eius affert cauſam ſub metaphora floris campi, & lilii conuallium. Enimuero, cum in vltima ſententia ſuperioris capitis eius ſponſus Chriſtus domũ non manu factam ipſi ſpopondiſſet æternam in cęlis, cum diceret. *Tigna domorũ noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*, prout ſupra declaratũ eſt. Ad iſtiuſmodi pollicitationem his modo reſpondet. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Hoc vnum præ omnibus opto, vt quas promittis, adeam domos, vt tuta in eis tecum iugiter mihi liceat commorari, vt quam ex te accepi Sanctitatis pulchritudinẽ, hanc tibi vni exhibeam illibatam, quod in hac vita difficile fieri poſſe, cognoſco: In ea enim *Ego* ſum velut *flos campi, ac lilium conuallium*, ſiquidem per hoc ipſum, quòd tua benignitate decora ſum Sanctitate, maioribus hanc amittendi ſubſum periculis, nam, cum omniũ oculi in me ſint coniecti, ac propterea omnium offenſioni pateã, veluti flos, qui in aperto eſt campo liliumque pulcherrimum, quod in apertis floret conuallibus: impii quidem ob inuidiã, & æmulationem, tanquam delicatũ florem me, vel conculcare, vel laniare contendunt, imo & apud Sanctos quoque periculum ingens imminet, ne mea mihi maxime officiat pulchritudo, ne ab ipſa excidam Sanctitate, ſiquidem ſicut floris campi, liliique cõuallium pulchritudo, atque fragrantia eos alliciunt, qui ipſa viderint, vel eorum odorem perceperint, ad ea carpenda, vnde fit, vt langueant quãprimum in eorum manibus, atque areſcant. Ita & ex ipſa mea Sanctitate, cũ mea viderint præclarè geſta, vel bonorum operum meorum perceperint fragrantiam, Sancti quique ad me imitandum adducuntur, & ad me laudandum, vnde fit, vt periculo ſubſim, quàm maximo, ne vel per tepiditatem langueſcam, vel per inanem gloriam areſcam, ſicque omni deſtituar Sanctitatis decore, dum complurium ore celebror, quæve tibi vni illibata ſeruanda eſt, pulchritudo, hæc ne ab hominibus ſumatur, ac pariter deturpetur, periculum eſt non modicum.

Simile.

Simile.

Exactius hęc examinantes, animaduertendum, ita Animam Sanctam ad ſuam exprimendam intentionem flori ſe comparaſſe, & lilio, vt tamen ſimul quoque affirmarit, ſe eſſe florem campi pinguis, atque feracis, & lilium conuallium.

Vnde id primo inueſtigandum, quis ſit campus iſte, quæve conualles: Et an idem, vel quid diuerſum ſint conualles, in quibus anima eſt liliũ, & cãpus, in quo eadem vt florem florere ſe, dicit. Tũ videndum, quare, quove pacto vnamet Anima, & flos indefinite ſit campi, & lilium conuallium.

Eccleſia eſt vnus cãpus, & plures cãpi, pluresq; conualles irrigua.

Campus Eccleſia eſt, in qua ſola odorati, vereq; pulchri flores exoriuntur Animarũ Sanctarum, Campus autem eſt non cuiuslibet generis, Sed Saron, campus vberrimus, campus maxime diuinarum gratiarum copia pinguis, de quo Iſaac ait in Geneſi. *a Sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, de quo & Dauid. *b Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & campi tui replebuntur vbertate*: vnus quidem campus Eccleſia eſt, & plures campi: quia plures ſunt Eccleſiæ particulares, quæ tamen omnes vna dũtaxat ſunt Eccleſia Catholica: atque adeo vna, eademque Eccleſia, & campus in ſingulari dicitur ab Sponſa, & conualles in plurali. *Ego flos campi, & lilium conuallium*; idem enim per vtrumq; nomen ſignificatur. Siquidem quæ propter pinguedinem gratiarum campus dicta eſt pinguis, eadem propter earumdem gratiarum fontes ſalientes in vitam æternam, conualliũ deſignata eſt nomine. Porrò pinguedinem ipſam campi ex ijs ipſis fontibus prouenire manifeſtum eſt, quæ tam in cõuallibus fluunt, quam in campo: Vnde quod de conuallibus in pſalmo dictum eſt. *c Qui emittis fontes in conuallibus*: idem ipſum de campo in plurali dictum apud Iſaiam reperimus, vbi Dominus ait. *d Et in medio camporum fontes*. His diuerſarum gratiarum fontibus irrigua Eccleſia multiplices producit flores, qui tamen omnes, licet diuerſitate ordinum diuerſi ſint, in hoc tamẽ conueniũt, quòd flos ſunt campi, & lilium conuallium. Propterea Spiritus Sanctus, qui hæc ita Salomoni dictauit, vt quæ ad ſponſum pertinerent, vni duntaxat competerent Verbo: quę vero ſponſæ eſſent, ſingulis congruere poſſent animabus Sanctis, quę eidem in vnitate fidei deſponſatæ ſunt ſponſo: Indefinite dixit primum: *Ego flos campi*, nullum particularem nominans; ſed omnes ſimul cõprehendens, ſiue purpureos, ſiue croceos, ſiue cæruleos, ſiue variegatos, rubros, & albos: horum enim colorum omnium flores in campo cernuntur pingui.

DE ANIMA.

a Gen. 27. 27.

b Pſ. 64. 12

c Pſ. 103. 10

d Iſa. 41. 18

Eccleſia cãpus multiplices pfert flores, q tamen omnes, etſi inter ſe ſint diuerſi, conueniunt tamẽ in eo, quòd ſunt lilium propter puritatem cordis.

Et in pinguiſſimo Eccleſiæ cãpo quædam animarum virginitate ſunt candidæ, quædam martyrio purpureæ, cõplures ob terrenarum rerum contemptũ cæruleæ, nonnullæ ob pallorem mortificationis croceæ, aliæ ob multiplex virtutis ſtudiũ variegatæ, quæ tamen omnes aptiſſime de ſemetipſis dicere queunt. *Ego flos campi*; ſicut & id, quod ſequitur. *& lilium conuallium*: Hoc. n. in Eccleſia mirabile eſt, quòd omnes, quos habet quantumlibet inter ſe diuerſos flores, in eo cõueniunt, vt vnuſquiſque illorum liliũ ſit. Vnde in libro Eccleſiaſtici ad ſingulas Animas, quæ in campo florent, dicitur; *e Florete flores, quaſi lilium, & date odorem.* Per lilium quippe, quod cãdidiſſimũ eſt, ac maxime fragrans, puritas deſignatur cordis, quam vnaquæq; anima habeat, operæpretium eſt, quæ in cãpo floret Eccleſiæ: hinc eſt, quòd tantis precibus hanc à Deo Dauid efflagitabat, cum diceret. *f Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis*; nouerat. n. ſe in Eccleſia florere minimè poſſe, neque fieri poſſe, vt partem cũ ſpõſo haberet, niſi per hanc cordis munditiem ſic floruiſſet, vt lilium quoque diceretur, & eſſet; ſponſus nãque cœleſtis, cum in Eccleſię cãpo paſcit, inter animas paſcit, quæ flores ſint varii propter diuerſa virtutũ ſtudia, ſeu propter diuerſos ordines: quęve propter puritatem cordis liliũ ſint conuallium, prout ipſamet teſtatur ſponſa, cum ſæpius ea repetit verba. *g Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia*; quod eſt idem cum eo, quod dr in libro Prouerbiorum. *h Et cum ſimplicibus*, id eſt puris corde *ſermocinatio eius*. Neque. n. alibi ſermocinatur, aut conuerſatur Chriſtus, quam in cãpo, ſeu in conuallibus Eccleſiæ, vbi quotquot Sanctitatis pulchritudine floruerint Animę, & flores ſunt,

e Eccle. 39. 19.

Cordis puritas, quã neceſſaria ſ [illegible]

f Pſ. 50. 12

g Cã. 2. 16.

h Pro. 3. 32

DE ANIMA.

sunt, & lilium, atque adeo de mundis corde potissimũ ab ipsomet dictũ est. *i Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*, quem scilicet præsentem semper habebunt in campo, in quo florent.

i Mat. 5. 8.

Illud denique notandũ, quòd etsi anima sancta hoc loco duo illa, impiorum æmulationem, & vanam gloriam explicet mala, quibus subesse sibi videbatur ob sanctitatis pulchritudinẽ, & ob quæ inflammatur quotidie magis ad domos illas desiderandas, quas sponsus ei promiserat, non manufactas in cælis, adeo tamen aptis ad hoc exprimendũ vsa est metaphoris floris campi, ac lilii conuallium, vt & proposita indicarit pericula; & simul significarit, haudquaquam per ea mala suam à se pulchritudinẽ, & sanctitatẽ auferri, nã alioquin, B nec Sancta dici posset, nec esset amplius Christi sponsa. Vt aũt hæc percipi queant, animaduertendum, floribus campi, vel lilio conuallium propriã pulchritudinem, propriumque odorem duobus modis officere posse, cùm à transeuntibus videntur, atque percipiuntur. Ab ijs enim carpũtur, vel, vt ad ignem distillentur, vel, vt in manibus portẽtur ad decorem, seu ad odorem.

A tribulationũ igne Aĩa Sancta distillat aquas orationis, aquæ ac flores odorati distillãt aquas. Simile.

Primo florum damno, primum designatur Sanctæ Animæ malum, quod ab impiis sustinet.

Secundo autem alterũ innuitur, quod ob iustorum laudes illi imminet periculũ. Enimuerò quémadmodum ij, qui odoratos campi flores destillare volunt, postquàm illos carpserint, discerpunt eos, laniãt, premuntq; in vase, & ponunt ad ignẽ: C at nihilominus etsi innatam pulchritudinem, inditumq; odorem ij amisisse per eas videantur pressuras, odoratas è se stillantes aquas multo magis oblectant, diuturniusque suam seruant fragrantiam, quam si illæsi in sua relicti essent plantatione. In eundem fere modum peruersi quique, dum animas Sanctitatis decore in Ecclesiæ campo florentes aspiciunt, carpunt quidem eas, discerpunt persecutionibus, laniant ærumnis, premunt angustijs, & igni exponunt multipliciũ tribulationum; ex his tamen omnibus, quæ illas in maximũ adducunt discrimen, quæve ingentia mala videntur, nil earum pulchritudini læsionis prouenit; nilve fragrantiæ illis deperit. Quinimo magis ac magis earum augetur sanctitas; quandoquidem, dũ angu- D stiis premuntur, dũque igne torrentur tribulationũ, odoratissimas stillant pro ipsismet suis persecutoribus, aquas orationis, & gratiarũ actionis, ac obsecrationis; quæ quidem aquæ fragrãtia sua & homines recreant, & Angelos, ac Deum ipsum; ita vt de semetipsis illud proferre queant Apostoli: *k Quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.*

k 1. Cor. 4. 9.

Porrò aquæ istæ, quas ad ignem stillant, sunt odoramenta illa, quæ in cęlestibus phialis conseruantur, quæve effunduntur ante thronum Dei iuxta illud Apocalypsis. *l Et viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.* Quod autem Animæ Sanctę, quę E flores sunt campi, dũ ab iniquis igni tribulationũ exponuntur, huiuscemodi stillẽt orationũ aquas, & Dauid testatur exemplo sui ipsius, & Paulus de omnib. profitetur Apostolis. David. n. ait. *m Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio: humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur.* Quomodo conuertetur? Quia nimiru dum instar aquarum in altum ad Deum ex corde suo emittitur, postquam ad summũ cęli peruenerit, cõuertitur ad ipsummet deorsum, pulchriorem reddens eius pulchritudinem, ac sancti-

l Apo. 5. 8.

m Ps. 34. 13.

A tatẽ, quam illi detrui pare contendebant atque consumere; non secus ac obseruamus in floribus, qui distillantur, quorũ quæ stillant aquæ, postquã ad vasis in quo distillantur, peruenerint cacumen, illico conuertuntur, deciduntq; deorsum. Idipsum in psalmo 108. cõtirmãs ait: *n Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi: quod tantũdem est*: ac si dicat.

n Ps. 118. 4.

Quando iniqui me, diuina fauente gratia, decorũ, pulchrumq; viderent, ac propterea me ipsum, & pulchritudinem, ac Sanctitatẽ meam diligere debuissent: *Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi: Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea*; quasi videlicet florem cãpi molestiis me prementes, ignique me exponẽtes tribulationum. *Ego autem*, subdit, *orabã*. ad ignem ipsum lachrymarũ, orationumque fragrantissimas stillabam aquas. Quas aquas, & vniuersos Christi discipulos stillasse, cum ad eundem exponerentur ignẽ, ijs verbis affirmat Paulus. *o Maledicimur, & benedicimus, persecutionẽ patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.* In has igitur aquas cũ & Anima resoluatur, quæ Christi est sponsa, dũ ob suam sanctitatis pulchritudinẽ persecutiones, molestiasve ab impiis sustinet, eo ipso tempore, quo ab ipsis premitur molestiis, excitatur magis ad promissas desiderandas domos cęlestes: propterea cõgruentissime ei dicere licuit: *Ego flos campi.*

o 1. Cor. 4. 12.

Sed etsi ab altero quoq; malo se ad idem desiderium excitari asseueret, à periculo videlicet inanis gloriæ; tam apta nihilominus hoc asserit metaphora, vt & ipsum indicet, cui subest periculum, & simul quoque innuat, sanctitatem suam ex illo seruatam esse illæsam, idque dum ait: *Et lilium conuallium.* Quemadmodum enim si quis in pratum incidat, florum varietate circumuestitum, aut in cõualles, perpulchris refertas lilijs, ipsorumque tum amœnitate, tum pulchritudine, tũ odore allectus, eorum aliquem sumpserit, quem non modò, & oderetur, & intueatur: verùm etiam circunstantib. omnibus offerat olfaciendum; sanè ex multiplici, diuersoque contactu, & odoratu flos sæpè languescit, & innatam amittit venustatem. In eundẽ modum sese res habet cum Anima Sancta, quãdo ab hominibus iustis illius Sãctitas laudibus celebratur, quando bonæ illius famæ odorem magnifaciunt; tunc enim quasi per multorum manus porrigitur vt lilium, & maximo subest inanis glorię periculo: propterea quippe tanto studio præcipiebat in Euangelio Dominus, ne, cùm aliquod bonum opus facimus, per manus illud ostentari permitteremus, per manus, inquam, nedum aliorũ, sed nec nostras, quando dicebat: *p Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Verumtamen, licet graue admodum Christi sponsæ sit huiusmodi periculum; nihilominus cùm ab hominibus laudatur eius Sanctitas, haudquaquam ob illorum præconia vanæ gloriæ tabe suam deturpari sinit pulchritudinem: neque enim sibi ipsi eas ascribit laudes, sed Domino; efficitque idipsum, quod lilio conuallium fieri solet, vt illæsa eius seruentur pulchritudo, & odor, postquam a pluribus olfactum fuerit, postquàm & per multorum manus fuerit hinc inde versatum, sicut enim hoc assequitur liliũ per id, quòd ad aquam ponitur, ita & anima, quæ verè Christi sponsa perseuerare voluerit, cùm extollitur, cùm ipsius præclarè gesta celebrãtur, ad aquas recurrit diuinæ gratię, vt quam pulchritudinẽ per aquas adepta est in cõuallibus Ecclesię Sanctę, eandem per easdẽ aquas conseruet illæsam. Hinc cùm prędicari se sentit, illud cõcinit psalmi. *q In Domino laudabitur anima mea;*

DE ANIMA.

Inanis gloriæ periculũ quo vitent Sãcti quig. Simile.

Inanis gloriæ periculũ maximum, cũ ex multorũ ore celebramur: quæve rõne à tali illæsi periculo se seruent iusti.

p Mat. 6. 3.

Simile.

q Ps. 33. 3.

APPENDIX. *mea, audiant mansueti, & lætentur.* Ac si dicat Quid me laudatis? Anima mea non laudatur, non admittit laudes, nisi in Domino, nisi ad aquas gratiarum posita; audiant id mansueti, & iusti, & lætentur, quod ad tam ingens periculum inanis gloriæ, pulchritudinem à Domino mihi collatā nunimè amisi: audiant, odorem bonæ meæ famæ percipientes: sed cùm in aquis gratiarum immersa sum, & tunc me cum lætétur & ipsi. *n Gratia enim Dei sum id, quod sum.* Quid autem habeo, quod non à diuinis accepi erim gratiarum fontib. in conuallibus? *f* Si autem accepi, quid gloriabor in memetipsa quasi nō acceperim?

n 1. Cor. 15. 10.

f 1. Cor. 4. 7.

IIII. SENSVS. Iuxta sensum illum, quem quarto, & vltimo loco attuli, in prima litteræ expositione, eadem met Anima, quæ Christi est sponsa; per concessionem quandam, sponsi sui eximiam celebrat pulchritudinem; concedens enim se pulchram esse per sanctitaté, prout ille asseruerat superius, vbi dicebat: *Ecce tu pulchra es amica mea, Ecce tu pulchra es*, ex hoc, infert, illum multo se esse pulchriorem, id autem asserit sub duabus metaphoris, ait quippe. *Ego flos campi, & lilium conuallium:* videlicet, tu es. Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Ego quidem, si aliqua floreo sanctitatis pulchritudine, flos campi dici possum: quoniam in vno dūtaxat Ecclesiæ campo floreo; modica autem ea ipsa est, qua floreo pulchritudo, ac propterea quasi nil habēs egregij, vel in decore, vel in odore, nullius præclari floris sortita sum nomen; neq; enim rosa sū, neque viola, neque hyacinthus, neque alius quispiam ex eis, quorum nomen celebratur in mūdo: Sed sum flos campi, cuius, etsi aliqua sit pulchritudo, tenuis tamen, ne dicam fœtidus odor est. At tu & præ admirabili pulchritudine, & præ suaueolenti fragrantia, haud quilibet es ex floribus campi; sed es lilium, & lilium conuallium; neque enim in vna tantum flores hac militanti Ecclesia, sed in cōuallib. omnib. in quib. a montibus æternis gratiarum defluunt fontes.

Sanctitate & pulchritudo anima se inferior sit sanctitate, & pulchritudine Christi.

Præclare autem Christus, cum laudatur, de sanctitatis pulchritudine, lilium dicitur conuallium: cum enim multæ conualles inueniantur spirituales, multi nimirum Sanctorum Spirituum ordines multi & fidelium gradus, ad quos omnes, veluti ad conualles gratiarum fluenta defluunt: in omnibus, atque in singulis ordinibus, ac gradibus hisce Christus floret, ut lilium, quia in omnibus præstantissimus eminet iustitiæ eius candor, in omnibus fragrantissimus eius percipitur odor.

Christus floret, vt liliū in omnibus Sanctorum Spirituum generibus qui fra humilitate conual les sunt.

Quod vero maxime notandum est, cū excelsus sit super omnes Deos, nusquam tamē alibi, quam in conuallibus reperitur, atque adeo lilium cōuallium dicitur: conualles certe sunt planities humiles, & lilium in altū super omnes flores in suo eueheitur stipite: Ergo altissimus Christus humilium tātummodo esse voluit, in humilib. duntaxat floret, humilibus solummodo suam manifestat pulchritudinem, suamque exhibet fragrantiam: quoniam vt in psalmo habetur, *t Excelsus est Dominus, & humilia respicit in cælo, & in terra;* Superbis Angelis iis, qui haudquaquam in planitie humilitatis, in conuallibus perseuerarunt ordinum suorum, sed super astra cæli ascendere conati sunt, Christus lilium se minime præstitit: neque enim est in montibus excelsis, sed in conuallibus: Vnde nec liliū superborū dignatur se vllatenus dici: Quis enim candor, quæve puritas cordis in mentibus esse potest superbis? cum *u Superbia*, vt dicitur in libro Ecclesiastici, *sit initium omnis peccati*. quam vero communicationem cum iis habere potest diuinum Verbū

t Ps. 137. 6.

u Eccl. 10. 15.

A quod est lilium candidissimum, fragrantissimum, & ipsamet puritas? cum, vt dicitur in eodem libro *x initium superbiæ hominis sit apostatare a Deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor eius*. idest ipsius superbi.

DE B. MARIA.

x Eccle. 10. 14.

Vers. I. Ego flos campi, & lilium conuallium.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa que est B. Maria.

ITa facto ipso Christus sponsus suam extulit humilitatem, vt in ea nulli voluerit esse secundus.

B Humillima sane B. illius Genitrix Maria: atq; adeo in humilitate suam in primis constituit gloriam, cum dixit. *a Quia respexit humilitatem Ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* At multo in humilitatis prærogatiua ipse sese exhibuit gloriosiorem; nam eius sese iactauit magistrum, ait enim. *b Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Contendit cum illo de humilitate Maria, scit quippe gratissimum ipsi huiuscemodi esse certamen: At contendit & Christus, nec patitur, in humilitate superari vllatenus. Vbinam verò tam pręclara humilitatis habetur cōtentio? Haud alibi sane, quam vbi & de amore cōtenditur, in Cantico amatorio: contenderūt de pul

a Luc. 1. 48.

b Matt. 11. 29.

Humilitatis certamine contendunt Christus, & Maria, & quo Christus in certamine isto superior esse voluerit.

C chritudine: Christus Mariam pulchram dixit: Maria in illum retorsit iaculum, pulchrum illum appellans, atque decorum; Maria omnem, quam habebat pulchritudinem, & virginitatis, & partus a Christo se accepisse, professa est. Quid faceret ad tam vehementem ictum humilitatis magister? Inuenit profecto modum, quo illud ipsum in Mariā retorqueret: sicque primas in suo teneret certamine: Asserit se quoq; ab ipsa suam suscepisse pulchritudinem: quodve oēm superat humilitaté, addit, non ab ipsa duntaxat, sed & ab omni anima iusti aliquid iugiter se accipere pulchritudinis: atq; adeo non illi soli, sed & omnib. ac singulis Sanctis suum quodammodo acceptam fert pulchritudinē

D respondens enim ad præcedentia verba ait: *Ego flos campi, & lilium conuallium:* ac si diceret.

PARAPHRASIS. Si pulcher mundo apparui, dum in pulcherrima, sanctissimaque visus sum carne, tu mihi hanc contulisti pulchritudinem, quia ex te carnem accepi atq; adeo, si propter assumptionem carnis flos factus, floridū reddidi lectulum nostrum, vtera tu certe flos campi dicendus sum: quia sicut flos cāpi absq; vlla hōis opera, per virtutem duntaxat solis ab ipsa campi terra accipit & pulchritudinem, & odorem. Ita & ego absq; humano semine, absq; vllo opere maritali per virtutem Spir. Sancti ex purissimo tuo sanguine, ex tuis visceríb. pulcherrimā, maximeq; redolentē hanc suscepi carnē: tu. n. es cāpus ille Saron: cāpus gratiarū oīum copia pinguissimus, quæ sola me tā speciosū terris producere valuisti. At quāuis vna vice hanc a te susceperim pulchritudiné, quādo me ex tuo protulisti vtero, adhuc tamen quotidie ab oīb. animab. illis, quæ vere humiles sunt conualles, & ad quas tanquam ad valles depressas diuinarum defluunt gratiarum fluenta, aliquid accipio decoris, atq; fragrantiæ: ab illis. n. per bonorū operū studium, vt pulchrū producor lilium, ita vt congruentissima ratione ob id lilium dici queam conuallium: illæ quippe per virtutem Spir. Sancti me priùs concipiunt in puris, sanctisque propositis; quando verò per pura opera, sancta illa executioni mandant proposita, me producunt

Simile.

E COMMVNIO R PATRVM SENSVS.

R sicut

APPENDIX.

sicut valles per virtutem Solis candidantia profe-runt lilia, & sicut mater conceptum parturit filiũ. Hæc confirmantur per illa ipsiusmet sponsi verba: c *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei ille meus Frater, Soror, & Mater est.*

c Matt. 12. 50.

Versic. I. Ego flos campi, & lilium conuallium.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Dixit cœtus Israel: Tempore, quo dominator sæculi collocat maiestatem suam inter me: Ego similis sum lilio viridi ex paradiso voluptatis, & opera mea pulchra sunt, sicut rosa, quæ est in campo horti voluptatis.

Præsentia Dei Anima fit similis lilio paradisi, eiusq; opera Rosæ.

Pro serie dramatis nullum apud veteres Patres repetio, qui quidquam dicat præter vnum Bernardum, qui in principio sermonis 47. in hunc modũ hæc cum præcedentibus nectit, quasi sponsus ad ea respiciat, quæ ab sponsa superiùs dicta sunt in verbis; *Lectulus noster floridus.* Ne enim, inquit, sibi flores adscriberet, quib. lectulus decoratus, & venustatus thalamus videbatur, infert sponsus, se esse florem cápi: nec de thalamo sanè prodire flores, sed de campo, & suo munere, & sui participatione fieri, qd tenitet, & quod redolet. Ipse quippe sicut ambitiosus amator, ita & formator benignus dilectæ suæ piè illi, dignanterq; demonstrat, cui nitorem, de quo gloriabatur, ac suaueolentiã debeat deputare. Ne quis exprobrare illi posset, & dicere: a *Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Ego flos cãpi*, inquit, de me est, quod gloriaris.

Bernard.

Gloriãdum in Domino, à quo est et bonũ nostrũ.

a 1. Cor. 4. 7.

Beda existimat, sponsum ad actionis opera cohortari sponsam, quam contemplationis studio inhiare, atque quieti intellexerat per ea, quæ ab illa dicta acceperat. *Lectulus noster floridus, &c.*

Beda.

Spiritales sensus, quos quidem multiplices afferunt Patres, ad quatuor reduci possunt exponendi rationes.

Quidam enim vel totam, vel partem huius sententiæ referunt ad mysteria Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, & Glorificationis Christi, tametsi plerique eorum non modicum in hac exponendi ratione discrepent inter se.

Communior tamen sensus est, vt Christus se dicat florem campi, quia absque humano opere è B. Virgine ortus est mundo, non secus ac flos campi absque vllo humano nascitur cultu; lilium verò cõuallium, quia in eadem Incarnatione sua ex parentib. ortum duxit humilib. per humiles nimirũ valles designatis: Ita Cassiodor. Beda, Anselm. & partim Bernard. serm. 47.

Christus flos ortus è B. Virgine liliũ ex humilib. parẽtibus.

Cassiod. Beda. Anselm. Bernard.

Orig. hom. 2. ex duab. generaliter hæc ad eamdem referens Incarnationem, per quam Christi odor, & gratia toti exhibita sunt mundo. Propter me, inquit, qui in valle eram, sponsus descendit in vallem, & in vallem veniens fit lilium. Pro ligno vitæ, quod plantatum est in Paradiso Dei, totius campi, id est totius mundi, & vniuersæ terræ flos factus est. Quid enim sic potest esse flos mũdi, vt vocabulum Christi? Vnguentũ effusum nomen eius. Aliter idipsum dicitur. *Ego flos campi, & lilium conuallium.*

Origen.

Pro ligno vitæ Paradisi Christus factus est flos totius mundi.

Clariùs tamen ipsemet Orige. in hom. 3. ex quatuor, asserens, hæc esse verba sponsi de semetipso ad suos sodales; Campus inquit, planities terræ dicitur, cui cultura adhibetur: conualles verò saxosa magis, & inculta indicant loca. Possumus autem,

In Iudaico populo Christus fuit flos tantum, in Gẽtiũ verò Ecclesia est etiã lilium propter carnem, quam sumpsit, vt eam sibi desponsaret.

A & campum illum intelligere populũ, qui per prophetas colebatur, & legem: conuallem verò, saxosum, & incultum Gentium locũ. Sponsus ergo hic in Iudæorum populo flos fuit; b Sed *quoniam neminem ad perfectum adduxit lex*; idcirco in illo non potuit verbum Domini ad florem proficere, & ad perfectionem fructuum peruenire: In ista tamẽ cõualle gentium effectus est lilium: in eo quòd vestiuit eum Pater cœlestis tali vestimento carnis, quale nec Salomõ in omni gloria sua habere potuit. Nõ enim Salomon habuit absque concupiscentia viri, & concubitu mulieris immaculatam, & nulli prorsus peccato obnoxiam carnem. Quib. in verbis videtur significare, incarnatum Verbum fuisse quidem in campo Iudaici populi florem, at ingloriũ,

b Heb. 7. 19. Luc. 12. 27.

B quia illud non cognouerunt: sed in conuallib. Ecclesiæ Gentium fuisse gloriosissimum lilium, vtpote in quibus cognita est illius gloria, & candor inexplicabilis puritatis.

Ambrosius. *Christus vt flos contritus magis redoluit in passione.*

Ambros. lib. 2. de Spiritu Sancto, c. 5. Rectè, inquit, Christum ex Virgine incarnatum dictum florem campi, quandoquidem instar floris etiam in passione contritus, & laniatus maiorem fragrauit odorem: Lilium verò congruè etiam dictum asserit serm. 5. in psal. 118. ver. 1. quandoquidem in ipso æquè ac in lilio candor sit diuinitatis, & rubor humanitatis; lilium quippe intrinsecus grana quædam habet rubra, seu potiùs crocea, & ipsa bonũ referentia odorem, sicut & caro Christi. Idipsum

Christus liliũ est propter vnionem diuinitatis, & humanitatis.

Rup. Abb.

C asserit & Rupertus Abbas.

Cyrill. Alex.

Diuinitas in Christo instar odoris in lilio.

Cyrill. Alexandrin. in lib. de vnigeniti Incarnatione ca. 9. qui habetur primo to. Conciliorũ appendice 3. ad tomum quartum Concilij Ephesini: Eatenus florem, & lilium, asserit, dictum Verbum per Incarnationẽ, quatenus in ipso incorporea diuinitas, quæ Maiestatem suam mundo instar odoris dispersit, facta sit tamquam corporea in subiecto humanitatis corpore per hypostaticam vnionem. Quemadmodum in flore odor, tametsi res sit incorporea, habet tamẽ quasi proprium corpus id, in quo inest; vnumque ex vtroq; intelligitur liliũ, adeò vt corrumpatur ratio ipsius, vnius rei discessu, in subiecto enim corpore odor est.

Simile.

Aponius. *Christus in cælesti cãpo flos ante incarnationẽ post incarnationẽ factus est lilium.*

D Apon. flos campi Christus ante Incarnationem, quia in toto cœlorum campo coruscans cœlestib. spiritibus extitit admirandus. Post Incarnationem verò effectus est lilium conuallium, cum descendit in vallem lacrymarum: & tria attulit, abolitionem peccati, abstersionem mendacii, & refrigeriũ concupiscentiæ, æque ac lilium tria ex se exhibet, candorem, odorem & ad quæque adusta ignibus, medicinam.

Theodor. *Christus flos campi ob corpus, liliũ cõuallium ob salutem mortuis allatã.*

Theod. Christus in Incarnatione flos campi ob terrenũ corpus; liliũ vero cõualliũ, i. inferiorũ partiũ terræ, quatenus mortuis attulit salutẽ, nuntiauitque resurrectionem, in infernum descendens.

E Bernar. serm. 47. florem potissimum campi, ait, Christum se factum per incarnationem dixisse, qa ad instar floris, qui in aperto est cãpo, carnis expositus est passionib. atq; adeo vt Ecclesiam ad tolerantiam animaret passionum, ad quam illam vult habere, sequacem, dicere: *Ego flos campi*: addere verò, se esse *& lilium conuallium*, quia humilium duntaxat gloria erit, corona, & præmium.

Bernard. *Christus flos cãpi ob passionẽ, liliũ conualliũ ob gloriã, quã humilibus exhibet.*

Eucher.

Eucher. lib. 3. in lib. Regum: Christus liliũ propter gloriã resurrectionis, foris cãdidũ ꝑpter gloriã corporis, intus vero aureũ ꝑꝑ fulgorẽ animæ. Et ante passionẽ quidẽ liliũ quasi clausũ: propter passionẽ quippe gloria, & honore coronatus est: post passionem vero lilium repandum, quatenus in assumpta humanitate potentiam diuinæ clari-

Christus liliũ ob gloriã resurrectionis, & ante passionẽ lilium clausũ, post passionẽ lilium repandum.

tatis

APPENDIX.

tatis, quam habuit apud Patrem, priuſquam mundus eſſet, oſtendit.

Beda. *Christus primum humanitatẽ, post modum, & diuinitatẽ suam manifestauit.*

Quod alio pacto explicat Beda, dicens. Pulchre in lilio prius ſe candor exterior paulatim aperit, & ſic demum aurei coloris, quæ latebat intus, gratia pateſcit, quia natus in mundo Dominus prius homo ſublimis his, qui in eum vere credebant: at tempore procedente Deus verus innotuit.

Ambro. *In Christo diuinitas fuit impaſſibilis.*

Denique Ambroſ. florem, ac lilium dictum cenſet Incarnatum Verbum, quatenus eius diuinitas etiam poſt Incarnationem extitit impaſſibilis, ſic quippe ait lib. 7. in duodecimum c. Lucę. Chriſtus lilium, quia flos ſublimis immaculatus, innoxius, in quo nõ ſpinarum offendat aſperitas, ſed gratia circunfuſa clareſcat: Sunt enim ſpinæ roſarũ, quia tormenta ſunt Martyrum, non habet ſpinas inoffenſa diuinitas, quæ tormenta non ſenſit.

B

Secundus modus exponendi is eſt, quo hæc referuntur ad Chriſti decorẽ, & gratiam, vel reſpectu ſuipſius, vel reſpectu aliorum.

Aug. *Christus flos cãpi, quia decus mundi, liliũ conualliũ, quia Virginitas humilium.*

Vnde Auguſt. lib. de ſalutarib. documẽtis, c. 34. tom. 4. (ſi Auguſtini eſt liber ille) ait: Chriſtũ Dominum per hæc verba; *Ego flos campi*, &c. ſignificare voluiſſe, ſe eſſe decus mundi, & virginitatẽ humilium Rupertus quoque Abbas flos cãpi, inquit, eſt Chriſtus, quia decus mundi.

Rup. Ab. Origenes. *Animabus pro diuersitate graduũ perfectionis aliquibus Christus est flos, aliquibus lilium.*

Orig. hom. 3. ex quatuor, ſequens intellectum, quem attuli ſupra, florum campi, & conuallium, cẽſuit, per hæc ſignificari, eumdem Chriſtum pro diuerſitate meritorum aliis animab. eſſe florẽ, aliis vero lilium, dicens. Ad vnamquamq; animam id referentes: huic quidem animæ, quæ pro ſimplicitate ſui, & planitie, vel æquitate campus dici poteſt, fieri florem Verbum Dei, & initia bonorũ operum docere: his vero, qui profundiora iam quęrũt & demerſiora ſcrutantur, quaſi in conuallib. vel ꝑ claritate pudicitiæ, vel fulgore ſapientiæ efficitur lilium, vt & ipſi fiant lilia, erumpentia de medio ſpinarum, id eſt fugientes cogitationes, & ſolicitudines ſæculares, quæ ſpinis in Euangelio comparatæ ſunt.

C

Ambr. Caſſiodo. Beda. *Christus flos redolẽs in oẽm terrã, liliũ effulgens in humilibus.*

Ambr. ſerm. 5. in pſal. 118. ver. 1. Caſſiod. & Beda; Florem campi dictum aſſerunt Chriſtum, quatenus odor eius in omnem diffunditur terram: lilium vero cõuallium, quatenus in humilib. elucet magis eius gratia.

D

Idem Ambroſ. lib. 3. de Virginibus; Flos campi, inquit, Chriſtus, quia patentem ſimplicitatem puræ mentis frequentat; lilium vero conuallium, quia & flos humilitatis, & ſimplicitatis.

Amb. *Christus flos cãpi ob ſimplicitatẽ, liliũ conuallium ob humilium virginitatẽ.*

Hieronym. Epiſt. 8. ad Demetriadem; Chriſtus, ait, quaſi auctor virginitatis, & Princeps loquitur confidenter: *Ego flos campi & lilium conuallium.*

Iuſtus Orgel. *Ego flos campi, &c.* tantumdẽ eſt, ac: Ego decus mundi ex virginitate humilium.

Greg. Papa. Chriſtus flos campi, quia Animæ cõfert decorem cæleſtis deſiderij: lilium vero cõuallium, ob mũditiem, quam confert humilib. Bene, inquit, florem Chriſtus ſe nominat, quia dum ſpinas peccatorum exterminat, mentem ſpõſæ & pulchritudine iuſtitiæ ſuæ exornat, & narib. cordis, dum cœleſte deſiderium applicat, interiora animę quaſi odore refocillat: lilium autem recte conuallium dicitur, quia munditia eius eſt virtus humilium.

E

Hier.

Iuſt. Org.

Greg. PP. *Christus flos, quia animæ confert pulchritudinẽ, & desideriũ cale*

Tertio exponendi modo, hæc tribuuntur Eccleſiæ: vt de ſemetipſa dicat, *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Vnde Ambroſ. ſerm. 5. in pſal. 118. ver. 1. florem campi dici, inquit, Eccleſiã ob fidei, aliarumq; virtutum odorem; lilium verò ob ſplendorem operum. In lib. autem inſtitutionis Virginis c. 15. Pleriq; ait, accipiunt, quòd Eccleſia videatur dicere: *Ego ſum flos campi, & lilium conuallium*; quæ in hac conualle huius mundi gratiam boni odoris exhalat ſedula confeſſione pietatis.

APPENDIX. *fit, liliũ verò oſt, ob mũditiẽ, quã confert humilibus.*

Amb. *Eccleſia flos cãpi odore virtutũ, liliũ conuallium ſplendore operũ.*

Catena trium Patrum apud Theodoritum, florem campi Eccleſiam aſſerit in Iſraelitis; lilium verò conuallium in Gentib. ac ſi diceret; Ego quidẽ Eccleſia ex Iſraelitis, & ex Gentib. congregata, quã tum pertinet ad Iſraelitas qui per legem, & Prophetas ab incredulitate, & malitia ante purgati, atque inſtar cãpi exæquati, haud ita multum ab honeſto diſtabant, pluuia cæleſtis cognitionis irrigata, virtutibus florui. Quantum autem attinet ad Gẽtiles, qui per infidelitatem naturali æqualitate priuati, & vitiorum turbine depreſſi erant, veluti lilium ex imo in ſublime cõſurgens, & ab radice ad idoneam magnitudinem per calamum aſcendens, ne vallium profunditate abſcondatur, ſed excelsã pulchritudinem ſuam præſeferat, fide in Chriſtũ innitor, & per purgationem ex confuſione vitiorũ emerſi, atque in contemplationis faſtigio virtutũ decore ſum exornata.

Tres Patr. *Eccleſia in Iſraelitis ẽ flos, in Gentib. vero liliũ, & quare.*

Phi. Carp. *Eccleſia Sãcta florẽ ſe dicit ꝓpter ꝓphetarum vaticinia: lilium vero propter Euã gelium.*

At Philo Carpathius florem aſſerit, eſſe Eccleſiam propter vaticinia Prophetarum; lilium verò propter Euangelica verba Domini, dicens: Tamquam iam grata facta, & accepta ſponſo, dum in illius verſatur amplexu, & cultu mandatorum, florem campi ſe ipſam appellat: poſtquam prophetica vaticinia meditata, audit Iſaiam dicentem; *Lætare deſerta arida, exultet deſerta, & floreat vt lilium, & efflorebit deſerta antiqua.* Sed nunc non ſolum floribus redolet; ſed & iuſtitiæ fructus maxima ſuauitate replet, & ideo dicit: *Ego flos campi*; Propheticis admunita, & ornata vaticinijs. Quod autem & lilium vallium ſe rurſus appellat, Euangelicis, & ſalutáribus, & ſuaueolentibus verbis ſponſi maximopere delectatur: cum is diſcipulos ſuos ſine curis, atque ſolicitudine rerum humanarum eſſe, iubet, dicens. *Conſiderate lilia campi.*

Iſa. 35. 1

Luc. 12. 27

Quarto demum exponendi modo, piæ animæ hæc tribuuntur; vtpote, quæ ex ampliſſimæ naturę humanæ campo orta ſit flos omnium præſtantiſſimus, creueritque in altum, inſtar lilij.

Gre. Nyſſ. *Ex cãpo naturæ noſtræ ampliſſimæ Anima Sãcta oritur flos, & liliũ, quaue ratione à terra aſcendat, ut lilium.*

Ita Gregor. Nyſſen. Hom. 4. in Cantic. dicens. Si campũ intellexerimus naturæ amplitudinem, propterea quod ea ſit apta ad ſuſcipiendas multas, & infinitas mentis conceptiones, reſq;, & diſciplinas quæ ab eo, qui noſtram colit naturã, elaborata eſt Anima, exoritur ex noſtro campo flos, bene olens. nitiduſque, & purus.

Hic campus etiamſi nominetur vallis, cum vita cœleſti comparatus, nihilominus eſt campus; nec obſtat, quo minus, quæ in ipſo culta eſt flos recte fiat;

Ex concauo enim in altum oriens aſſurgit germen, ſicut licet videre fieri in lilio: Magna enim ex parte, cum in rectum a radice inſtar arundinis excurrerit herba lilii, tunc florem edit ex vertice, nõ modico intercedente interuallo, a terra tantum diſtans, quantum, vt opinor, ſatis ſit ad hoc, vt maneat pura in ſublimi pulchritudo, non inquinata mixtione terrę. Talia autem per hęc ſibi velle videtur Anima Sancta ſecundum Nyſſenum.

Simile.

Ego poſtquam fui ad lectum ſponſi noſtri corpore adumbrati, qui ſibi ædificauit domum, mihi legens ædes virtutum cedris, odore cupreſſorum exornans tectum, ex campo naturæ orta ſum flos, & colore, & odore reliquorum florum præſtantiſſima.

LITTERA. Vers. II. Sicut lilium inter spinas: sic Amica mea inter filias.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sensum.

HAud dubium, quin hæc verba sint spōsi: vt tamen cum præcedentibus congruam habeant connexionem quatuor exponēda sunt modis, iuxtaqua druplicem superiorum sensum.

I. SENSVS. Primo igitur sponsus ipse, qui sui exemplo spōsam prouocarat ad campum, lectulum renuens, atque domos: nunc illud ipsum prosequēs de eo certiorem illam reddit, quod in apertis nequaquam ei timendum sit campis, atque conuallibus: æque ac si dicat.

PARAPHRASIS. Ad apertos procedes campos, vbi flores germinant, & innatam melius, quam in lectulo aut in domib. pulchritudinem seruant, & odorem: minime autem verendum tibi est, ne omnib. exposita quid patiaris detrimenti: nam etsi ipse absq; vlla tutela sic foras expositus sim ad omnia, æque, ac flos campi, & lilium conuallium; Tu tamen vndiq; custodita seruaberis. Es quippe lilium & tu decore, atque fragrantia, sed non vt ego, lilium conuallium simpliciter: at *inter* has quæ te ambiunt *filias*, es *sicut lilium inter spinas*: ita nimirum earum septa custodia, sicut lilium sepe spinarum.

II. SENSVS. Quæ expositio tertio quoque superioris sententiæ congruit sensui; cum enim ibi sponsa indicasset sponso ingens, quo flagraret, desiderium, summamq; illarum domorum necessitatem, quas in fine præcedētis capitis ille ei obtulisset, ex eo quòd in campo, & vallib. omnium transeuntium exposita esset læsioni, non secus ac flos decorus; qui in aperto renitet campo, vel lilium pulcherrimum, quod in irriguis floreat conuallib. Nunc ad hæc sponsus istud dat ei responsum.

PARAPHRASIS. Haudquaquā adeo perturbari debes, quod extra has domos adhuc te in campo commorari permittam: neq; in campo ipso adeo tibi est metuendum, ne a quopiam lædaris transeuntium; nam ita ab his filiab. in quarum medio es, defenderis; *vt lilium inter spinas*, quod in medio ipsarum spinarū pulcherrime, & tutissime floret. Porro queadmodum quicūq; ad tale liliū carpendū accesserit, magis ipse puncturis offenditur spinarū, quam vllam lilio inferre queat læsionem: Ita tantum abest, vt tu ab iis, qui te aggrediuntur, valeas vel in minimo offendi, vt in illos potius vniuersa, quam tibi irrogare studuerint, redundet offensio. (Simile.)

III. SENSVS. Quòd si in præcedentib. iuxta secundū sensum, sponsa ita semetipsam laudarit, vt tamen pulchritudinem omnem, quæ in se esset, sponso acceptam retulerit, siue quæ in suis membris esset innata, siue quæ ex vestimentis, ornatuq; reniteret extrinseco. Ad id, quod audiuit sponsus. *Ego flos campi, & lilium conuallium*. sic iterum respondet, vt per eā ipsam, quam illa vsurpauerat, lilij metaphoram ingenti cum accessione, quam iam commendarat, denuo extollat pulchritudinem, atque etiam bonitatem illius, dum enim ait: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*, sic eam coram suis celebrare videtur sodalibus (eos enim alloquitur.)

PARAPHRASIS. Vere, amica mea, lilium est vsquequaq; pulcherrimum: tanta est certe illius pulchritudo, tantaque suauitas, vt nulla sit inter filias, atq; puellas, quę ei valeat comparari: sic autē eas omnes, & in pulchritudine superat, & in suauitate, qūo lilium, quod inter spinas sit, & pulchritudine, & fragranti suauitate ipsas excellit spinas. Hūc sensum cæteris cōgruētiorē, responsio indicat sponsæ ipsius, quæ pro hac qua commendata est, comparatione lilij inter spinas, altera comparatione mali inter ligna siluarum in sequenti sententia extollit sponsum, ipsam commendantem.

IIII. SENSVS. Denique dum iuxta quartum sensum sponsa nō tam semetipsam pulchritudine commendauit, quam sponsum; se quidem asserens vnum ex floribus campi ignobilem, ac innominatum, at illum adeo pulchrum affirmans vt dicendus sit pulcherrimum lilium conuallium: Sponsus istiusmodi prouocatus laude, eamdem ipsam cum Epithasi non modica in illam reijciens, ait *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*. Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Quid te ignobilem campi asseris florem, meq; *lilium* irriguarum prædicas *conuallium*? Imo vero tu es *lilium* pariter pulcherrimum: neq; lilium es conuallium, in quib. plures nitent flores, pluraque florēt & lilia: sed es *lilium inter spinas*, quod est singulare, nec æquale habet in pulchritudine, & forma: sic enim & tu *inter filias* singularis es pulchritudine, atq; decore. Ac sicut lilium, etsi nonnūquam a spinis ipsis pungitur, dum eæ a vēto mouentur, nihil tamen propriæ amittit pulchritudinis; imo maiorem de se emittit odorem: Eodem sane modo & tu, amica mea, quamuis a filiab. aliquando præ æmulatione lædi, vel in decore videaris, vel in honore; illæsa tamen tua semper remanet fama, vigetque & decor.

Circa lectionum varietatem. Primo de Hebraica dictione שושנה sciosciannah, quam complures Hebræorum non lilium, sed rosam exponūt, haud operæpretium est, ea repetere, quæ iam dicta sunt in superiorib. Videantur in fine primæ expositionis præcedentis sententiæ, quæ circa eam hoc loco forent dicenda.

Secundò notandum, admodum præclare a Septuaginta redditum: *In medio spinarum*, & *In medio filiarum*, quod noster interpres legit; *Inter spinas*, atque *Inter filias*, multo enim aptius exprimitur id quod in primi, ac secundi sensus explicatione dictum est, fieri videlicet comparationem sponsæ, filiarum corona circūdatæ, ad lilium, quod circundatum sit sepe spinarum, dum dicitur; *In medio* vel *spinarum*, vel *filiarum*, quam cum dicitur, *Inter spinas*, & *Inter filias*.

Tertio animaduertendum id, quod & alias adnotatum est, & adnotabitur sæpius, Hebraicam dictionem רעיתי ranghithi, quam noster vertit; *Amica mea*: tam amicam meam, quam proximam meā significare: Vnde a Septuaginta reddita est *πλησίον μου*, idest *proxima mea*. An vero in vocatiuo posita hæc sit, an in nominatiuo, neq; ex Hebraica, neq; ex Græca dictione colligi potest, neque ex Latina: Vnde fit, vt nec illud constare queat, ad quemnam hæc a sponso facta sint verba: ad sponsamne, an ad illius socias, tametsi id sit probabilius, & verisimilius, vt ad ipsammet sponsam sint habita.

Vers. II. Sicut lilium inter spinas: sic Amica mea inter filias.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

QVòd passionib. se Christus exponere voluit, ac persecutionibus, vt suo Martyres prouocaret exemplo, quòdve in eo Martyres vniuer-

> DE EC-CLESIA.

vniuerſos voluit ſuperare, quia omni ſe priuari voluit adiutorio, omnique conſolatione deſtitui; ita vt propterea etiam a Patre ſe in ipſis paſſionib. derelictum conqueſtus ſit; cum è veſtigio Martyres, etiam dum cruciatib. eſſent expoſiti, vndequaque quaſi ſepe quadam, diuina ope, Angelorumq; circundarentur auxilijs, necnon & cœleſtib. perfunderentur conſolationib. ipſemet, qui iſta operatus eſt, ſponſus multo ante prænuntiauit, cum diceret. *Ego flos campi, & lilium conuallium: Sicut lilium inter ſpinas*, ſeu, *in medio ſpinarum: ſic amica mea inter filias*, ſeu, *in medio filiarum*. Aeque eſt quippe, ac ſi hoc pacto ipſam alloqueretur Eccleſiam.

> PARAPHRASIS.

Ne tanto ſtudio quietæ fidei quæreres lectulum ne in domibus ſemper Sacrarum Scripturarũ quieti indulgeas contemplationis: ne me ad tranquillitatem inuites, & pacem: pax enim nec præſenti cõgruit ſæculo, nec tibi, vel mihi in huius mundi cõuenit campo; flos campi marceſcit in lectulo; liliũ conuallium areſcit in domibus; cum tamen in cãpo, atque in conuallibus ad Solem, imbres, ſerenũve, tam flos, quam lilium & in decore vigeant, & in odore: *Ego* quidem *flos campi* ſum, *& lilium conuallium*. Sed & tu, cum *amica, & proxima mea ſis*. *Lilium* certe es, mihi aſſimilata in pulchritudine, Sãctitate, ac puritate: quapropter in campo tu quoque perſiſtas, operæpretium eſt, perſecutionibus expoſita, anguſtijs, ac tribulationibus.

Neque vero tibi propterea metuendum eſt, ne quid, omnium nationum expoſita inſultib. aerearumque poteſtatum inſidijs appetita, patiaris detrimenti: nam etſi ſis lilium in campo, præ forti tamen ambiris cuſtodia, prædulcibuſve conſoueris conſolationibus; *Ego* quidem, cum *flos* eſſem perpetuo vigens, fragrãſq; in naribus Patris, propter te *flos* factus ſum *campi, liliumque conuallium*: omnium me expoſui incurſibus in huius mundi campo, in hiſce lacrymarum conuallib. abſq; vlla defenſione, abſque vllo adiutorio, omni denique deſtitutus conſolatione: cum & perfectiſſima Sanctitatis pulchritudine, inſtar pulcherrimi floris, florerem, & ſuaueolẽti exemplorum odore, inſtar odoratiſſimi lilij, fragrarem, ad apertas expoſitus ſum miſerias, ad apertas perſecutiones, & paſſiones. At tu in ipſomet expoſita campo, in ijſdem conuallib. eo ipſo tempore, quo perſecutionib. concuteris, quove aſperrimis afflictaris tribulationibus, Angelorum cuſtodiris tutela, Sanctorumque circumtecta es ope: atque adeo *in medio* iſtarum *filiarum* Ieruſalem es quidem *lilium* pulcherrimum, ſed liliũ, quod ſpinarum eſt circundatum ſepe.

Ad exactam autem eorum, quæ hic dicuntur, intelligentiam, tria diligentius pertractanda ſuperſunt.

Primum, qua ratione filiarum nomine Angeli potiſſimum deſignentur.

Tum, quo pacto Angeli ipſi, ſeu etiam Sancti quiq; ſpinis comparentur, quamve cum ſpinis habeant proportionem, habere enim debent aliquã, ſicut Eccleſia habet ad lilium.

Tertium deniq;, quomodo, cum & Chriſtus lilium ſit in medio renitens Angelorum, haud tamẽ lilium is dici queat inter ſpinas, quod vni conceſſit ſponſæ.

> a Iob.1.6. Angeli, quo dicãtur, & ſint filij ſeu filiæ Dei.

Et quidem quoad primum, Qui initium legerit libri, Iob, vbi dicitur. *a Quadam die, cum veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, adfuit inter eos etiam Satan*; plane intelliget, dum filiarum nomine Angeli nuncupantur, haud alterius cuiuſpiam dici filias, quam Dei, cuius filij nominãtur, & ſutparum enim refert filiæne dicantur, aut filij, cum inter cœleſtes ſpiritus illos neq; maſculus quippe ſit, neque femina, ſed pro temporis opportunitate modo in maſculino filij, aliàs filiæ in feminino dicantur, prout hoc loco pro decore materiæ, quia ſponſam circundant, quæ honeſtiſſima eſt mulierum, filiæ potius dictæ ſunt, quam filij. Quænam vero iſta eſt filiatio, quauè ratione filii Dei ſunt?

> DE EC-CLESIA.

Primò quia à Deo immediatè abſque vlla præexiſtenti materia conditi ſunt, vnde nec aliũ, præter ipſum, patrem agnoſcunt, à quo ſolo ſuum habuere principiũ; Et quis ſcit, An propterea filiæ abſolutè dicti ſint in ſententia, quam habemus præ manib. quòd filiæ ſint; cùm tamen nullus eorũ appareat pater? Sed ob aliam magis propriam filiationem ijdem filii Dei, ſunt, ea nimirũ qua geniti ſunt ad gratiam: & licèt filiatio hæc ſanctis etiam hominib. competat per Chriſtum, iuxta illud Ioannis; *b Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri, iis, qui credũt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt*: peculiari tamen quadam ratione ipſis ea cõpetit Angelis, quatenùs ſic geniti à Deo ſunt per gratiam, vt ei tamquam proprio patri continuò aſſiſtant, non ſecùs ac patrib. carnalib. boni aſſiſtere ſolent filii; ita vt & de iis quoq; illud proferri non incongruè poſſit ad Deũ, quod ad patrẽ terrenum, qui beatus prædicatur per Prophetam, dictum eſt aliquando: *c Filii tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſæ tuæ*, Vnde in loco illo, quem ſupra citaui ex libro Iob, hæc potiſſimùm aſſignari videtur ratio, quare ij filii Dei eſſent, quia corã Deo aſſiſterent. Et in Prophetia Danielis de eiſdẽ dicitur: *d Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei*; Sic quippe Deo aſſiſtunt, vt inſtar promptiſſimorum filiorum parati ſint ad eius capeſſenda imperia: Hæc etenim excellẽtia eſt Dei Patris, vt à nullo ſibi miniſtrari patiatur, qui filius eius non ſit: hæc eſt Angelorum prærogatiua, vt filiali timore pariter, & amore tãquã filii Deo miniſtrent, ab illius numquam recedentes præſentia; quin & tunc quoq;, cum ad aliquod mittuntur miniſterium, in circuitu menſæ eius adſtantes, diuinæ illius eſſentiæ ſemper paſcuntur fruitione.

> b Ioa.1.12
>
> Angeli, dei filij dicuntur, quatenus quam filij illi aſſiſtunt ſemper.
>
> c Pſl.127.3.
>
> d Dan.7.10

Porrò illud quam maximè eſt admirandum, quod ij ipſi Angeli, qui filii Dei, ſunt, & iugiter Deo aſſiſtunt, vt filii in circuitu menſæ eius: ſimul quoque & Sanctæ aſſiſtunt Eccleſiæ, ita vt ſicut Deus in ſũma beatitudinis gloria in medio eorũ reſidet; Sic & Eccleſia in campo præſentis ſæculi, in hiſce lacrymarum conuallibus, dum anguſtiis, & perſecutionibus hinc & inde deprimitur, in medio eorundem ſit; nec immeritò, cum ſit ſponſa Altiſſimi, Patris illorum. Verùm quoniam diſcrimen ingens eſt inter gloriam Patris, atque miſeriam ſponſæ, idcirco diuerſiſſimo certè modo tales filii Dei aſſiſtunt Deo, atque Eccleſiæ eius ſponſæ: Deo etenim aſſiſtunt in circuitu menſæ eius, prout dictum eſt, vt ab eo, veluti à Patre cæleſti reficiantur beatitudine: At ſponſæ aſſiſtunt, vt eam in miſeriis circundent, ac protegant, vt illius cuſtodiant pulchritudinem, vtque eius promoueãt ſanctitatem; atque adeo cum ea dicitur, eſſe, *inter filias*, ſiue in earum medio, ita inter illas eſſe aſſeritur, *Sicut lilium eſt in medio Spinarum*: ita vt ſicut ipſa, cum amica, & proxima Chriſti ſit, lilium eſt candidiſſimum propter puritatis decorem, ſanctitatiſq; fragrantiam: ſic & Angeli, qui illi aſſiſtunt, illamque circundant ſpinæ ſint. Quis verò hoc proferri permitteret, niſi ſic eos ſponſus appellaſſet? ait enim:

> Angeli, qui tanquã filij ſemper aſſiſtũt Deo ad eius mẽſã, aſſiſtunt quoque, & Eccleſiæ, quæ eius eſt ſpõſa.
>
> Diſcrimen aſſiſtentiæ Angelorũ ante Deũ, atque ante Eccleſiam

Michaelis Ghiſlerii. R 3 *Sicut*

DE ECCLESIA.

Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias.

Neque verò nouum est, vt Angeli, qui filij seu filiæ Dei sunt, spinarum designentur appellatione: nam & apud Isaiam *e* his spinis asserit, se Deus vineam suam sepiuisse domum Israel, iuxta multorũ Patrum sententiam: his & sepes compacta est eiusdem vineę, in qua, & propter quam Vnigenitus Patris familias ab agricolis occisus est filius, iuxta illud Euangelij: *f Et sepem circumdedit ei*: His spinis certè & Ecclesiæ Sanctæ, & quod multò est admirabilius, vnicuique fidelium fortissima à Domino cælestis præsidij circundata est sepes: vnde ad vnumquemque eorum dicitur: *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, quod videlicet est Ecclesia Sancta: *g Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te*; & per eundem prophetam de toto fidelium corpore quod est ipsamet Ecclesia, dicitur alio loco. *h Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos?* Quid emittet? præsidium: sic quippe eos circundat, vt sepes spinarum vineam circundans; atque adeo, instar sepis, eos custodiẽs, ab omni impetentium eripit incursu. Quid enim de lilio fieret, quid de vinea, nisi istiusmodi spinarum sepe circundata esset? *i Vbi non est sepes, diripietur possessio*; dicitur in libro Ecclesiastici. Hoc certè est, quod benignissimus Synagogæ sponsus, quod prouidentissimus illius Pater tam acerbis illi minitatus est minis, cùm dixit: *K Auferam sepem eius, & erit in direptionem*: hoc est, quod querulis vocib. Regius deplorans Propheta ait ad Dominum: *l Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem*; Quid tum? *Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis*. Quomodo verò has sepes destruere potest spõsus, qui spõsam suam lilium effecit pulcherrimum? quinè ad seruãdam tam decori lilij pulchritudinem, ex Spinis Sanctorum Patrum, ex spinis sanctorum denique & Angelorum illas ei circundedit; ita vt ipsimet hoc significans, dixerit: *Sicut lilium inter spinas; sic amica mea inter filias?* Adduci sanè is minime posset, vt sepes istas destrueret, nisi priùs ab ipsius Ecclesiæ membris ex dissiparentur: Homines sunt, qui & spinas euellunt, ex quib. ea compacta erat sepes, per peccatum, Angelos à se expellentes: Vnde præclare Basilius; Omni credenti in Dominum, inquit, Angelus assidet, si non ipsum nos per praua opera fugauerimus. Quemadmodum enim apes fugat fumus, & columbas fætor expellit: sic custodem vitæ nostræ Angelum lachrymosum, & fœtidissimum abigit peccatum.

Et apud Ieremiam ipsosmet Angelos, hoc significantes reperimus sub alia metaphora, vbi dicunt: *m Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatum est; vsque ad nubes*. Absit ab vnoquoq; fideliũ istiusmodi sepis dissipatio, vbi namq; Angelorum non adest custodia, diabolus damna quàm maxima ingerat, operæpreciũ est: quæ quidem damna Salomõ sub vna morsus colubri exprimens metaphora, ait: *n Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber*. Verùm, quamuis complures sint Prouinciæ, complures populi, & multi etiam eorũ, qui in Ecclesia sunt, fidelium, in quib. magna ex parte huiusmodi destructa est sepes Angelorũ (magna, inquã ex parte, quia penitùs illa destrui minimè potest, cum & infidelium, & impiorum curam, ac prouidentiam habeat Deus, & per consequens Angelos etiam illis adstare mandauerit, ad maiorem illorũ damnationem, iuxta illud Deuteronomij secundũ versionem Septuaginta; *o Constituit terminos populorum, iuxta numerum Angelorum Dei*: & in prophetia Danielis, *p* Persas, quantumlibet infideles atque peruersos proprium Angelum habuisse, reperimus, qui eorum gereret curam: ac propterea Princeps Regni Persarum diceretur) Catholica tamen Ecclesia, necnõ & ij omnes, qui in ea sunt, mẽbra sana, intra hanc Angelorum sepem custodiuntur illæsi: cumque nullam in illa admittat confractionem, nullus est, qui ad eam penetrare valeat, nullus, qui eam diripiat, nullus, qui conculcet; sicque in medio eorum perseuerat in sua puritate, vt lilium in medio spinarum, ita vt nec portæ inferi præualeant aduersus eam, ac propterea iure optimo verbis hisce à sponso, & laudibus celebratur, & inuitatur ad campum laboris: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*.

Ponderanda est autem vis istius similitudinis, qua Angelorũ custodia, spinarum comparatur tutelæ. Neque enim vel tabernaculo comparatur vndiq; operto, vel fortissimis mœnib. vel validissimæ turri, sed spinarum sepi, quæ lilium ad apertum cęlum expositum ambiat; per hoc quippe ardua soluitur difficultas, quæ in verbis exoritur sponsi; cõtraria namque sibi inuicem hæc esse videntur, operæ, pretium esse, Ecclesiam, eiusque fideles in eam po perseuerẽt expositi tribulationib. persecutionibusque, vt instar pulcherrimi lilij floreant, & decore Sãctitatis, & odore virtutum; vtve simul ab Angelis vallata sit, ne ijdem tribulationibus deprimãtur, neuè deijciantur persecutionib. Quomodo autem hæc sibi inuicem minimè aduersentur, ipsa indicat vsurpata spinarum similitudo. Enimuerò, quemadmodum spinarũ sepes haudquaquam circumponitur lilio, dum intra domos sit, at dum est in campo, vel in conuallibus. Ita & Angelorum custodia eatenus Ecclesiæ à prouidentissimo tradita est Patre, quatenus est in campo miseriarum, & in conuallibus lacrymarum, quando enim ad cælestes admissa fuerit domos, nequaquam indigebit amplius istiusmodi custodia.

Deinde quemadmodum spinarum sepes ita lilium tutatur, vt tamen ad vniuersa: quę à cęlo proueniunt, illud relinquat expositum, siue solis radij sint, siue pluuiæ, imbresve, siue venti, aut aliud qd tale, quib. ad perfectum perducitur decoris augmentũ, meliusq; seruatur, quàm si ab ijs operiretur In eumdem modũ & Angeli ita Ecclesiam, animasve fideles custodiunt, vt tamen ad omnia, quæ è cęlis à Deo illi immittũtur, eam expositam sinant, siue flagella ea sint, siue infideliũ, aut falsorum filiorum persecutiones, siue quodcũq; genus sit illud tribulationũ; cum hæc idcirco illi permittantur à sponso, quia ei necessaria sint, & ad perfectum fidei augmentum, & ad Sanctitatis decorem seruandum, vt & ipsa lilium sit, æquè ac sponsus est liliũ conuallium. Sic quippe illi ipsemet, cum ad Apostolos verba haberet, testatus est sponsus: *q Non est seruus maior Domino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur*, &c, *r Inijcient vobis manus, & persequentur, tradentes in Synagogas, & custodias, trahentes ad Reges, & præsides propter nomen meum, continget autem vobis in testimonium. Trademini autem à Parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras*: En lilij decorem, en lilij augmentum in fidelib. ac simul & in ipsa Ecclesia, medijs persecutionibus, angustijs, ac tribulationibus. Quid igitur efficiunt Angeli, dum Sanctã custodiunt

Marginalia: e Isa 5.2. — *Angeli qua ratione dicantur Spinæ.* — f Matth. 21. 33. — *Angeli instar sepis circundant, custodiuntque Ecclesiam.* — g Ps. 90. 10 — h Ps. 36. 27 [sic] — i Eccl. 36. 27. — k Is. 5. 5. — l Ps. 88. 41 — *Angelorum sepem quõ Deus destruere dicatur.* — Hom. in Psal. 33. — Simile. — m Ier 51. 9 — n Ecc. 10. 8 — DE ECCLESIA. — o Deut. 32. 8. — p Dan. 10. 13. — *Angeli ita custodiunt Ecclesiã, vt tamẽ tribulationes ab illa non arceãt, quib. illam cõteri velit Deus.* — Simile. — Simile. — q Io. 15. 20 — r Luc. 21. 12.

DE ECCLESIA ſtodiunt Eccleſiam, dum Sanctas tuentur & Animas? Quod faciunt ſpinæ, dum lilium in campo cuſtodiunt puriſſimum.

Angeli quo custodire dicuntur, si tribulationes, à Deo permissas non arcent.

Porrò, ſicut ſpinæ ad hoc lilio deſeruiunt, vt audaces ab eo arceant tranſeuntium pedes, aut manus, ne ab illis carpatur, aut ignominioſè conculcetur; necnon & aliquid etiam vmbræ ad cæleſtes influxus conferunt, ad Solis æſtus, ad imbres, atq; ad ventos: Eodem pacto, & Angeli ſua tutela ita cuſtodiunt Eccleſiam ab inſurgentium impetu, vt non patiatur, vnūquēque illā, prout ei libuerit, cōculcare, & vehementiores vel demonū vel Principū Mūdi impediāt impetus, à quib. conteri poſſet:

Simile.

f 1. Cor. 10. 13.

f Fidelis Deus, inquit, Apoſt. *qui non patitur, vos tentari, ſupra id, quod poteſtis, ſed facit etiam cum tentatione prouētum, vt poſſitis ſuſtinere. Angelis enim ſuis mandauit de te, vt custodiāt te in omnib. vijs tuis*, atq; adeò *ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Imò in his ipſis tentationibus, & perſecutionibus, quæ è cælis à Deo eidem immittuntur Eccleſiæ, exhibent ei, quæ liliū eſt candidiſſimum, permultum vmbræ diuinarum conſolationum, multumq; vigoris. t Cùm Agar Abrahæ ancilla in deſerto ingenti præmeretur tribulatione ob aquæ inopiam, filijq; Iſmaelis opperiretur mortem, Angelica cuſtodita eſt ſepe: apparuit enim Angelus ei, conſolatus eſt illam, oſtendit que abundantiſſimum aquarum puteū: Eliæ pariter nonne & conſolatio, & vigor ab Angelo exhibitus eſt, cùm fugeret peſſimæ Iezabelis perſecutionem? cuſtoditus ſanè eſt ab angelica ſepe; adiutum autem ab iſtiuſmodi ſepe vmbra conſolationis tertij libri Regum indicat hiſtoria, vbi dicitur u quòd cùm ille obdormiſſet in vmbra ſpinoſi Iuniperi, *Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi; Surge, & comede*, panem nimirum ſubcinericiū ei porrigens, & vas aquæ. Tres quoq; pueros, quos x Nabuchodonoſor in fornacē ignis ardētis mitti imperauit, Angelica præctos cuſtodia, atq; in medio flāmarū cōſolatione pfuſos ab Angelo, legimus, i hęc verba: *Angelus aūt Domini deſcēdit cū Azaria, & ſociis eius in fornacem, & excuſſit flammā ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventū roris flantem: & non tetigit eos omninò ignis, nec contriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit*: vnde illi ſumma repleti exultatione *laudabant, quaſi ex vno ore, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace.* Etſi. n. ſpinæ Angeli ſint, haud tales ſpinæ ſunt, quæ lilium, quod circundant, igne comburant, prout de ſpinis concupiſcentiarum per Iſaiam dicitur. y *Et erunt populi quaſi de incendio cinis ſpina congregata igni comburentur*: & per alium Prophetam: z *Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*: ſed oēm potiùs extinguunt ignē, mitigātq; ærumnarum ardorem. Quid iam igitur in campum egredi ſpōſa pauebit de ocio ad actionem, de trāquillitate ad labores, & perſecutiones, cùm tali ſpinarum circūdata ſit ſepe in ipſomet cāpo, ſicut lilium in medio ſpinarum?

Angeli in tribulationib. nostris vmbra nos recreāt consolationis.

t Gen. 21. 15.

u 3. Reg. 19. 5.

x Dan. 3. 49.

y Iſ. 33. 12

z Pſa. 117. 12.

Chriſtus quo dictus flos, & lilium ſine vllis ſpinis, quæ illum circundarent.

At quamuis hæc, quæ de ſponſa dicuntur, veriſſima ſint, quatenùs (vt dictum eſt) in tribulationibus ab Angelis adiuuatur, angelicaque recreatur conſolatione, ac propterea congruentiſſimè ad eā dictum ſit: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Minimè tamē verum videtur, quod de ſemetipſo Chriſtus protulit, vt illam ad tribulationem ſecum alliceret in campum, atque in conualles: *Ego flos campi, & lilium conuallium*: abſque vllis ſcilicet ſpinis, abſq; vlla ſepe, prout explicatum eſt in primo ſenſu iſtorum verborum. Habuit ſe. n. acutiſſimas ſpinas, quę eius circundarent caput, in ſpinea corona manifeſtum eſt: ſed ſpinæ illæ non ad cōſolationem, vel ad tutelam, ſed ad dolorum augmentum eius circundederunt caput. Quod ergo ait, abſque ſpinis vllis florem ſe eſſe campi, liliū que conuallium; illud ſuæ ſignificat ſponſæ, quod ſæpius dictum eſt, ſe in campo huius mundi, & in conuallibus lacrymarum pro illius amore abſque vlla Angelorum, aut hominum ope, vel conſolatione expoſitum fuiſſe ad quaſlibet paſſiones, & ad quoſlibet cruciatus. Sed tametſi in hoc ſenſu iſta ſumantur, adhuc maior eſt difficultas: nam & ab Angelo illum confortatum refert Euangeliſta his verbis: *a Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum.* Et quādo in cruce pependit, b iuxta crucem ei adſtiterunt Mater eius, Ioānes dilectus eius diſcipulus, ſoror Matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalene: Vnde non videtur verum, qđ dicitur, illum fuiſſe ab omnibus deſtitutum in paſſione, ſicque in campo florem fuiſſe, liliumque in conuallib. abſque ſpinarum ſepe, abſq; adiutorio, vel conſolatione vlla Angelorum, aut hominū, de quo ipſemet cum Patre conqueſtus eſt, cùm ſpiritum emiſſurus dixit: c *Deus Deus meus, quare dereliquiſti me?*

a Luc. 22. 43.

b Io. 19. 25

c Matt. 27. 46.

Quo verum sit quod Christus ab omnib. destitutus est.

His tamen non obſtantibus, veriſſimum id eſt, quod veritas ipſa & in prædictis verbis, pendens è cruce, & in hoc Cantico, Sponſi gerens perſonam hiſce ſignificauit: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Tantùm enim abeſt, vt vel ab Angelo, vel ab abſtantibus aliquid Saluatori noſtro cōſolationis collatum ſit, vel auxilij, vt potius propter illos ingens ei facta ſit dolorū acceſſio, & acceleratio mortis. Non eſt quidem dubium, vniuerſos Angelorū ordines promptiſſimos extitiſſe ad faciendam ei ſpem fortiſſimam, ad ei opem ferendum, ad eum cōſolandum, quem ſuum agnoſcebant Dominum, quod & facto fecerunt, cum ille in deſerto tentationib. à diabolo appetitus fuit, d quando, cum poſt deuictum Satanam eſuriret, *Acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei*: & feciſſent ſæpius, ſi ipſe voluiſſet, quod Petro teſtatum voluit in horto, dicens: e *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?* Noluit tamē iſtam admittere opem: Vnde & quando ab Angelo confortatus dicitur, nequaquā ab illo ita eſt confortatus per aliquam conſolationem, vt vel modicum quid diminutum ſit triſtitię eius: ille enim confortauit, tantummodò excitando ipſum ad fortiter, conſtanterq; ſuſtinendas iniurias, & paſſiones, & hæc duo facile cōiūgi queūt maxima animi conſtantia & fortitudo cum ſumma triſtitia; quod & in Chriſto factū eſſe id comprobat, quia ſtatim ac ab Angelo confortatus eſt: f *Factus in agonia prolixius orabat*, cœpitque illicò pretioſiſſimum ſuum effundere ſanguinem; ſubijcit namque Euangeliſta: *Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis, decurrentis in terram*: proceſſitque actutum ad paſſiones, mortemvè ſubeundas, quaſi impulſus ab eo Angelo, qui ipſum confortauerat: Vnde colligitur, haudquaquam lilium in medio Spinarum dici eum debuiſſe, dū in campo floruit, & in conuallib. Præclaram in libro Geneſis habemus iſtorum figuram, g vbi cum, voce diuina facta ab Abrahā, puer Iſaac fuit ereptus ab internec one, dicitur, leuaſſe Abraham oculos ſuos, & vidiſſe poſt tergū arietē, hærentē cornib. inter vepres & ſpinas, illumvè pro filio Iſaac ſacrificaſſe. Qua in hiſtoria, (prætermiſſo pro nunc altiſſimo illo myſterio, quod haudquaquam in Chriſto mori potuit diuinitas, per Iſaac figurata; ſed humanitas duntaxat, & caro mortalis, quæ per arietem deſignatur) animaduertendum; arietem illum

d Matt. 4. 11.

e Matt. 26. 53.

Angelus quo Christū confortasse dicitur.

f Luc. 22. 44.

Angelus Christū confortans, & Mater eius ijsque iuxta Crucem aſtabāt, cū quodammodo illius celeritatis mortis fuerunt.

g Gen. 22. 13.

DE ECCLESIA. illum inter spinas quidē, vepresq; fuisse; per quas tamen non modo non custodiretur à morte, sed te neretur potius ad ipsam internecionem. Quare, sicut spinæ illæ haud dubium; quin & vulnus, & mortem ipsi causarint arieti, quem perplexum tenebant cornibus. Ita & Angelus, & Sancti, qui cruci adstabant, haudquaquam vt validissima spinarum sepes Christum custodierunt à morte, vel consolati eum vllatenus sunt in tormentis, pro vt Martyribus ab Angelis, aut viris Sanctis fieri consuetum est: at potius illi mortem, (vt dictum est) quodammodo causarunt, doloresque quàm maximè auxerunt; quam mortem, quosve dolores verè causarant priùs pessimę aliæ spinæ peccatorum totius orbis, propter quæ aries noster & morti addictus, & tam atrocibus confossus est vulneribus, atque tormentis. *h Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris*: gemens exclamat Ierusalem: Haud nāque is captus fuisset vnquàm ad passiones subeundas, nisi ab istis peccatorū spinis detentus fuisset, & vepribus.

h Thren. 4. 20.

III. SENSVS. *Cōmunior Patrū sensus.* Iuxta sensum illum, quē tertio loco attuli in prima expositione, quemve & subsequentibus congruentiorem dixi, & apud Patres communiorem inuenimus; Præclara comparatione lilij ad spinas Sanctam Ecclesiam cælestis sponsus super vniuersas totius orbis sectas extollit. Et quidē circa hæc complura essent dicenda; at quoniam à multis pertractata sunt eorū, qui ista exposuerūt, referenturque nonnulla in Appendice, duo tantum breuiter hoc loco mihi attingenda videntur, quæ ad prædicti sensus conferunt intellectum.

Alterum circa appellationes, & nomina filiarū, ac amicæ meæ: Alterum circa vim similitudinis, & comparationis allatæ. Enimuerò in nomine filiarum, quo appellatæ sunt hæreticorum sectæ, seu infidelium collectiones, duo sunt, quæ adnotentur, egregia.

Extra Ecclesiā Catholicā nulla vnitas reperitur. Primùm, quòd nulla extra Ecclesiā reperiri potest vnitas, cum nullibi extra illam vera reperiatur charitas; vnum enim duntaxat est caput in Ecclesia Catholica, vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, vnum corpus, vnum cor, atque vna Dei amica; extra illam verò tot capita, tot fides, totque & mēbra disiuncta ab inuicem potiùs, quàm corpora; quot hæreses sunt, quot sectæ, quot errores, ac sæpiùs etiam quot & homines.

Bene igitur hæ *filia* pluraliter dictæ sunt, & è cōtra, quæ vna est Ecclesia singulari numero *Amica* dicitur, & *proxima*.

Hinc & alterum quoque illud factum est, quòd de Ecclesia quidem dictum est, cuius amica sit; quæ, cum vnum solummodo Christum habeat & pro capite, & pro sponso, iure ab illo *Amica mea* appellata est, iure vnius Christi vna dicitur Amica. At verò de pluribus illis sectis, cum innumeros habeāt patres, nequaquam quorum nam filiæ sint, vllatenus expressum est, sed *filia* indefinitè, & simpliciter dictæ sunt: Quis enim tot nomina recēsere posset, quot sunt, ac fuerunt Hæreticorum, Philosophorum, aut Seductorum, qui varias disseminarūt hæreses, variosque diuulgarunt errores. Imò, quātis forsitan recenseri possent; nullo tamē pacto aliqua facienda erat commemoratio, sed quasi deletis Patrum nominibus filiæ simpliciter sectæ illæ sunt appellatæ, iuxta morem illum, quem in Ecclesia temporibus hisce seruari videmus, vt vndecunque hæreticorum nomina deradantur: & benę, nā & hoc illis imprecatus est Dauid, cū diceret; *i Deleantur de libro viuentium, & cū iustis non scribātur.*

i Psl. 68. 29.

Amicā dici Ex quibus omnibus apparet, inane id esse, quod quærebatur, quare Ecclesia *Amica* tātùm dicta sit, cum collectiones reliquæ, *filia* sint appellatæ: nam multò præstantius est, esse Christi amicam, quàm cuiuslibet creaturæ filiam. Quinimò, si inter nomen filiæ, & nomen Amicæ fiat comparatio, quatenus vtrumque ad eumdem Christum refertur, prę stantiùs adhuc est nomen Amicæ, quam filiæ; quia per Amicam hoc loco non cuiuslibet generis significatur amica, sed sponsa, & vxor, vtpote quæ arctiori dilectione cum Christo vnietur: vnde & in Hebræo, & in Græco, pro *Amica mea*, dicitur, *proxima mea*, quasi per antonomasiam ipsa & præ sodalibus omnibus, & præ ipsismet filiabus Christo sit magis proxima. Notum est autem, quantum gradus iste coniunctionis ceteris omnib. præstet ex ijs Adæ verbis: *K Hoc os de ossibus meis, & caro de carne mea: Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem & adhærebit vxori suæ, &c.*

DE ECCLESIA. *Christi amicā esse præstantius ē, quā dici illius met filiam.*

k Gene. 2. 23.

Vim similitudinis Ecclesiæ ad lilium, & reliquarum sectarum ad spinas, necnon & comparationis eiusdem Ecclesiæ ad prædictas sectas, seu lilij ad spinas, in tribus potissimum sitam crediderim.

Primò, quia sicut lilium candore, pulchritudine, atque odore oblectat quàm maximè, & ecōtra spinæ nihil in se habent pulchritudinis, nil suauitatis; sed & atræ in se sunt, & horrorem incutiunt intuentibus: Ita & Catholica Ecclesia præ puritate, præ sanctitatis decore, præq. suorum fidelium fragrantia in morib. homines oblectat, & Deum: Hæreticorum autem, & infidelium collectiones varijs scelerum generib. atræ sunt; tantūq; abest, vt quidpiam conferant delectationis, vt horrorē potiùs ijs inferant, qui eas cōsiderarint: ac propterea, ad istā super illas oēs excellentiam pulchritudinis exprimendam, non modica energia dicta est Ecclesia respectu illarum esse *sicut lilium inter spinas*: quia tūc magis lilij enitet pulchritudo, cùm inter ipsas est spinas.

Ecclesia Catholica quā cū sectis vniuersis sit fragrantior.

Secundò ex eo per hanc comparationem Sācta commendatur Ecclesia, quòd oībus, qui ad ipsam accesserint, quive eam attigerint, eādem, q̄ in se habet, sanctitatis impertiat pulchritudinem, gratiarumq; fragrantiam, æq; ac lilium: cum è vestigio congregationes infidelium quotquot ad ipsas accesserint, quotquot ipsas attigerint, instar spinarū, suis multiplicium errorum pungant aculeis.

Simile.

Tertiò deniq; Ecclesia ceteris vniuersis præfertur sectis, eximioq; encomio extollitur per comparationem ad illas, vt ad spinas: Qm̄ eę ad hoc populos congregant, vt ignibus illos comburant, ignib. inquam, in hac vita concupiscentiarum, & in futura ignibus gehennæ: prout spinæ quoq; ad hoc inseruiunt, vt ignis suscitēt flammas, & ad hoc congregantur, vt ignem accendant, iuxta illud; *l Spina congregatā igni comburentur*. Cùm tamen Ecclesia, & quotquot in illa veri, sanctiq; sunt fideles, instar pulcherrimi, & odoratissimi lilij, in domos deferantur cælestes, vt à superno cælorū Rege instar lilij seruentur illæsi, & instar lilij gestētur in manibus: ita vt de ipsis id proferri queat, q apud Isaiā p̄nūtiatū legimus; *m Et erūt in manu Domini corona gloria*. Compacta nimirum ex pulcherrimis lilijs.

Simile.

l Isa. 33. 12.

m Isa. 62. 3.

Vers. II. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

NVnquid colligunt (ait Dominus in Euangelio) *a de spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Innuens fieri

a Matth. 7. 16.

DE ANIMA. I. SENSVS.

fieri vix posse, vt ex spinis, quæ asperrimæ sunt, aliquid colligatur dulcedinis: quod si hoc adeò arduum est in spinis hisce, quas tamē sæpius prędulces aliquos fructus proferre, videmus, vt moros, & alios huiusmodi: quid de spinis ijs dicēdum erit, quibus plenum est sæculum istud, quæ non manum duntaxat, & carnem, sed & præcordia transfigunt, & Animam? Quid, inquàm, de miserijs pręsentis vitæ, de angustijs, de persecutionibus, de periculis, deque hominibus ipsis, qui multò peius, quàm quęlibet spinæ fratres & lingua pungunt, & manu? Nunquid colligi de his aliquid possit, quod suauitatem conferat, & consolationē? Si ordinem exquiras naturę, impossibile id sanè est: veruntamen, quod naturaliter fieri nequit, id facillimum Deo est; atque adeò nunc cælestis Spōsus ex spinis consolationem Sponsæ exhibet Animæ Sanctæ: cum enim illa in præcedenti sententia pro ratione sui desiderij, quo ad cælestes domos anhelabat, pericula attulisset quàm maxima, quibus in humana conuersatione sese agnoscebat expositam, dum in campo floreret præsentis sæculi, & in hisce constituta esset lacrymarum conuallibus: Consolatur eam Verbum, quam nouerat, necesse habere, vt modicum adhuc perseueraret in campo, quoadusque ad perfectum perueniret augmentum; consolatur verò, persuadens illi, haudquaquam ob prædicta pericula ei metuendū; quādoquidem & in ista miseriarum vita validissimā habeat custodiam, & in ipsis conuallibus lacrymarum, quemdam iam teneat Paradisi typum.

Paradisi exemplar; quoddā est in concordi & vnanimi fratrū congregatione.

Vt autem melius, quæ à Spōso dicuntur, breui explicentur paraphrasi; & vt facilius ab vnoquoque eadem percipi queant: Notandum in primis est, commune esse axioma apud Spirituales: Vnicam inter lacrymas, inter pericula, innumerasque sæculi huius miserias, Paradisi, cœlestisque felicitatis imaginem; vnicum illius beatissimę tranquillitatis exemplar hominibus in hac vita exhibitū, idque in concordi fratrum congregatione, & in vnanimi eorundem fratrum conuersatione. Collectum verò est axioma istud ex sacris paginis, ac præsertim ex Psal. 132. In quo Propheta, cum hāc Fratrum vnionem ingenti extulisset admiratione, dicens: *b Ecce (vel) ò quàm bonum, & quàm iucūdum, habitare fratres in vnum:* confirmassetq;, qđ admiratus fuerat duplici similitudine, vnguenti nimirum, quo sanctificatus est Aaron, & roris Hermon, subijcit hæc verba. *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in sæculum:* per quæ illud profectò innuit, quod in præallato asseritur axiomate. Aequè est enim ac si dicatur: Quidni tantam admirer bonitatem? quidni tantam extollam iucunditatem, quæ in vnanimi sita est conuersatione, cùm illā cælestem patriam, æternamque felicitatem quodammodo repręsentatam intuear? Quoniam in loco, vbi illa sit; in ipsa concordi fratrum conuersatione Dominus mandauit benedictionem, volens, in ea esse quodammodo felicitatum omnium copiā, & vitā vsq; in sęculū.

b Psl. 132. 1.

Certo vita æterna, & vsq; in sæculum in præsenti sæculo haberi non potest: nihilominus in vnanimi fratrum conuersatione haberi dicitur, quia nimirum, etsi reuera illa non habeatur, habetur tamen expressa quædam illius similitudo, qualis haberi potest in conuallibus lacrymarum; per arctā quippe fratrum vnionem sancti quique, & in vita gratiæ semper perseuerant, & in sanctitatis pulchritudine custodiuntur: Fratres simul vniti non modò summā exhibent consolationem, sed insuper à quolibet custodiunt oppressore, & à quolibet præseruant periculo; ita vt propterea à Sapiente dictum sit: *c Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi Ciuitas firma,* idest concordia fratrū inexpugnabilis est, & fortis, æque ac Ciuitas munitissima. Quæ cum ita sint, aptissimè, haud dubium, per hoc Spōsus sanctam consolatus est Animam, quæ pręsentē detestans vitam, illiusque metuens pericula ad cęlestem inhiabat felicitatem: per hoc, inquā, quòd hanc habeat illius felicitatis imaginem in fratrum concordia, quòdue à fratribus vnanimi charitate connexis custodiatur, dicens: *Sicut lilium in medio spinarum, sic amica mea in medio filiarum;* Aequè est autem, ac si dicat.

c Prou. 18. 19.

PARAPHRASIS.

Quid adeò perturbaris, amica mea, quod extra patriam adhuc te peregrinari sinam? quid tantum in huius seculi campo trepidas, ne ab imminentibus deijciaris periculis? quid hominum expauescis incursus? Quamuis in campo floreas, atque adeò tanquàm flos campi omnium læsioni videaris exposita: quamuis lilium sis in conuallibus lacrymarū, ac propterea innumeris periculis subiecta appareas; æquo Animo nihilominus esto, quæ per id, quod proxima mea facta es, mei similis reddita, & in puritate, & in sanctorum morum fragrātia, lilij instar iam flores, & redoles; nam in ipsomet sæculi huius campo, in ipsismet lacrymarū cōuallibus tua illæsa seruabitur pulchritudo; & in conuersatione quoque, quam adeò vereris, ac metuis, per eosmet, quos times, fratres ab vniuersis custodieris periculis: ipsi te in ærumnis consolabuntur, ipsi tibi in angustijs opem ferent, ipsi te ab hominum, demonumq; seruabunt incursibus, ipsi denique & tantū subministrabunt delectationis, ac voluptatis, quantū ad repræsentandam cælestis Patriæ felicitatem sufficiens sit. Ita vt tu in medio eorū, seu inter eos, qui filiæ sunt æternæ Ciuitatis Ierusalem, iam dici queas, esse sicut lilium inter spinas, seu in medio spinarum. Quemadmodū enim spinæ, quę alioquin & sementem, & flores suffocāt in campo, cū simul circa liliū fuerint connexę, per arctam, qua inter se connectuntur, coniūctionem, & iucundam lilio exhibent vmbram, & fortissimā circa illud faciunt sepem, per quam à quibuslibet pulchritudo illius præseruatur periculis: In eumdem modum per eosdem homines, à quibus tantū tu tuæ times sanctitati, à quibus alias fortasse in huius sæculi campo tu ipsa ignominiosè conculcata es, cum ij instar spinarum per charitatē in vnanimi connexi sunt vnione, & suauissimam accipies consolationum vmbram, & tanquàm prę forti vallaberis sepe. Ac velut is, qui lilium, quod in medio est connexarum spinarum, carpere attrectauerit, puncturis potius transfigitur ob nexum spinarum, quàm vllam lilio inferre valeat læsionem: Ita & ob id quoque bono animo esse tu debes, proxima mea, quia quicunq; ad decorem tuum lædēdum accesserit, ab vnanimi fratrum tuorum transfigetur aculeis vel obiurgationis, vel orationis, nec minimum quid afferre tibi poterit detrimenti.

Simile.

Circa hæc, vnum duntaxat animaduertendum est, nulla aptiori similitudine fratrum spiritualiū designari posse arctā animorum cōnexionē quàm spinarum: Spinæ enim hoc habent peculiare, vt ad primum contactū, quo sese mutuò attigerint, etiā absque vlla hominum opera, ita se inuicem complectantur, vt difficillimū valde sit, vnam ab alia separare: quam illarū proprietatem perspectam optimè habens Nahū Propheta, illis in hæc verba similem dixit, conuiuium eorū, qui vniuntur simul ad vinum potandum: *d Sicut spinæ se inuicem complectuntur; sic conuiuium eorum pariter potantium*

Spinarum nomen cur fratribus congruat.

d Nah. 1. 10.

con-

DE ANIMA.

consumentur quasi stipula ariditate plena.

Benè verò Sponsus non quoslibet homines, nō quaslibet Animas ipsis comparauit spinis; sed illas tantummodo, quæ filiæ sunt Ierusalem, ait quippe: *Sic amica mea inter filias;* haud dubium, quin filias intelligat Ierusalem, quàs sępius in hoc Cātico nouimus compellatas: Vt primùm enim ac Anima quæpiam filia æternæ Ierusalem esse cepe-rit, hanc spinarum proprietatem habeat, operæpretium est, vt cum alijs arctissimo charitatis vniatur nexu: omnesque quotquot filiæ sunt Ierusalem, hoc in primis habent peculiare, vt vnanimi sese inuicem complectantur consensu.

IIII. SENSVS.

Iuxta sensum illum, qui quarto, & vltimo loco in littera allatus est, præclarissimo Christus sponsus sanctam Animam extollit encomio, arrepta nimirum occasione ex ea laude, quam ipsa in illum contulerat. Enimuerò cum ab ea dictus esset *liliū conuallium:* Ipse vicissim *lilium* pariter eam appellat; additque, tale eam esse lilium, quale *inter spinas* florere solet: atque adeò, tantā esse ipsius pulchritudinem sanctitatis, vt ex consortio iniquorū, inter quos floret, sit *veluti lilium inter spinas*.

Ala illa est lilium, quia proxima Christi

Vt autem sensus istius vis benè percipiatur, Notandū primò, animam sanctam eatenus à Christo lilium dictam, quatenus ipsius amica est, atq; proxima; per id etenim lilij adepta est puritatē, ac sanctitatis decorem; quod diuino approximata est Verbo: quamquàm nec ad illud approximare valuisset, nisi illud ad eam sese dimisisset, nisi illud prius proximum se ei præbuisset.

Sanctitatis decorē verum Christus solus conferre potest

Qua in re animaduertendum insigne est discrimen, quod in Animæ approximatione est ad Christū, vel ad homines iustos. Siquidem etsi iusti omnes lilium sint, iuxta illud; *e Iustus germinabit sicut lilium:* nullus tamē iustorum hanc habet vim, vt animæ, quæ sibi per conuersationem approximarit, eam illico conferat sanctitatem, quam habet in semetipso; neque enim lilium quodpiam reperitur in terris, quod adhærenti sibi alicui id cōmunicet, vt & ipse lilium sit: At quemadmodū lilium terrestre id tantùm præstat rei, quæ sibi fit approximata, vt per aliquod temporis spatium instar lilij redoleat, suum nimirum illi quoquo pacto impertiens odorem: Ita, & qui iustos tetigerit, atque cum probis conuersatur hominibus, id tantùm ex eorum conuersatione assequitur, vt & iustitiæ, ac probitatis fama quodammodo redoleat: hūc quippe solummodo odorem ei impertiunt; nam quod re uera iustus & ipse sit, & lilium, haudquaq̄ ab ijs conferri potest, qui lilia sunt per participationem: ab eo tantum id exhibetur, qui lilium est per essentiam; à Christo duntaxat, qui est sanctus Sanctorum: vnde ipsemet apud Ioannem dicebat aliquando: *f Et pro eis ego sanctifico me ipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* Ac si dicat,

e Oseæ 14. 6.

f Io. 17. 19.

Idcirco ad homines descendens, hominibusq; approximans, lilium me exhibui & puritate, & sanctitate decorū; vt & ipsi, quotquot ad me fuissent approximati, quotquot mihi adhęsissent, lilia efficerentur in veritate, non in odore duntaxat; verā videlicet meam participantes puritatem, verumque decorem, non fama tantummodò sanctitatis.

Porrò quæ Christi proxima est Anima, etiamsi inter impios ei viuere opus fuerit, nullatenus per ipsam cum impijs commixtionem istum, quem a Christo impertitum accepit puritatis, ac sanctitatis decoē, amittit. Sicut argentū viuum si ex pendenti loco super puluerulentam terram proijciatur, in plurimos quidem dispergitur globulos; nullo tamen pacto cū puluere commiscetur, nec quicquam contaminatur; imò in ipsomet puluere candidum se seruat, & nitidum: ac si iterū colligatur: denuò sese totum colligit absque vlla vel minima pulueris particula. Eadem ratione, dū Deus vult, vt in hac mundi vniuersitate inter improbissimos viros proiectæ nonnunquam iaceant Animæ sanctæ; haud, tamen illæ ex improborum consuetudine contaminati quid contrahunt: sed inter ipsos pulchræ, candidæ, ac per diuinam gratiam fulgentes perseuerant, quoadusque à sponso sic puræ, ac candidę colligātur in celū, quando & improbi illi in infernū detrudentur puluerulenti; ac fœtidi.

DE ANIMA.

Cōmixtio cum impijs nō tollit à sanctis decorem sanctitatis.

Simile.

Hæc omnia Sponsus in hac sententia, quam prę manibus habemus, & explicat, & amplificat præclarè per similitudinem lilii, quod inter spinas sit, dicens, Animam sanctam, quæ ipsius amica est, atque proxima, inter peccatrices, quæ filiæ quidem sunt, sed filiæ talis Patris, cuius nomen ad sponsę aures resonare minimè congruat, filiæ diaboli iuxta illud: *g Vos ex patre diabolo estis:* Inter has, inquàm filias, animas peccatrices esse sicut lilium, inter spinas: Spinas enim esse huiusmodi Animas peccatrices, apertissimis verbis in libro 2. Regum professus est Dauid, cum diceret: *b Præuaricatores, quasi spina euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus: Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato; igneque succensa comburentur vsque ad nihilum.*

g Ioā. 8. 44

Peccatores sunt spinæ.

b 2. Re. 23. 6.

Triplicem verò pulchritudinis prærogatiuam per hanc similitudinem lilij inter spinas cælestis sponsus in sancta commendat anima.

Primò enim indicat, talem esse illius sanctitatē, vt ex eo, quòd inter peccatores ei cōuersari necesse sit, quasi vnicum lilium inter illos effloreat: tā tùm enim abest, vt ab illis quidpiam contrahat dedecoris, vt potiùs ad eorum comparationem multò reddatur illustrior, ęquè ac lilium pulchrius redditur ex comparatione spinarum: æque ac lumen splendidius ad tenebrarum apparet comparationem; quod, Philippenses alloquens expressit Apostolus, dicens: *i Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ inter quos lucetis, sicut luminaria in mūdo.* Sed & aliud adhuc in hac prima prærogatiua includitur, quod non obscurè per eamdem significatur similitudinem, nimirū, quòd, peccatores, inter quos floret Anima sancta, primi expositi sint ijs, quæ à Deo immittuntur, flagellis, à quibus pia Anima sæpè pręseruatur illæsa; quod & lilio euenire solet in campo, quando impetus omnes, ex inter quas floret, subeunt spin. Quod & modicis verbis præclarè Salomon significauit in Prouerbiis, vbi ait: *K Pro iusto datur impius, & pro recto iniquus,* idest cum malum aliquod impendet iusto, frequenter fit, vt illud iustus euadat, & impius id pro eo patiatur. Necnon & cū ex æquitate diuinæ iustitiæ magnum aliquod malum imminet, vel irruit super Prouinciam aliquam, quod etiam iustis debeatur, propter eorum imperfectiones: tunç iustus supplicio malorū redimetur, & expiabitur quodammodo serū impij pretium, & redemptio eius, quibus punitis cessabit ira Dei: quem sensum apertius textus Hebraicus habet, legens: *Redemptio iusto impius, & pro rectis est præuaricator;* iuxta quæ & Septuaginta sic verterunt, περικάθαρμα δὲ δικαίου ἄνομος: idest purgamētū, vel expiatio iusti est impius.

Inter peccatores illustrior à ala sancta.

i Phil. 2. 15

Peccatores attingunt flagella, quæ iustis quoq; debebantur.

k Prou. 21. 18.

Propter vnum iustū multis parcitur peccatoribus.

Secunda prærogatiua pulchritudinis, & sanctitatis Animæ iusti, quæ per hanc ipsam similitudinem lilij inter spinas extollitur, ea est, quòd tā grata est ipsimet cælesti sponso, tantamque illi per eximium sanctitatis decorem, perque sanctorum

motum

DE ANIMA

morum fragrantiam exhibet ſuauitatis voluptatẽ A vt propter ipſam frequentius etiam impijs parcat, quos ſuccidere, & penitus è mundo tollere decreuerat: fitque plerumque, vt per vnam Animam ſanctam, quę inter impios commoratur, toti parcatur Prouinciæ, toti & populo. Hinc in Geneſi legimus, *l* Angelos illos, qui ad Pentapolin euertendam venerant, ſolicitaſſe Loth, vt è Sodomis diſcederet quantocius; quoniam ipſius ſanctitatis pulchritudo diuinam contineret iram, ita vt nihil cõtra ſceleſtos illos populos ab eis fieri poſſet, quoadusque ipſe de medio non receſſiſſet illorum: Et Deus per Ieremiam; *m Circuite*, inquit, *vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium & quærentem fidem, & propitius ero ei*; ſcilicet Ieruſalem, vt bene Hieronymus aſſerit ſuper hunc locum. Imò vnius Dauidis ſanctitas tantum apud Deum habuit viriũ, vt etiam poſt eius mortem populo Iudæ euerſionis pœnam, quam infinitis ſceleribus commeruerat, per multũ prorogauerit temporis: vnde in quarto libro Regum legimus hæc verba; *n Noluit Dominus diſperdere Iudam propter Dauid ſeruum ſuum*. Quomodo verò, dicet quis prærogatiua iſta ſignatur per ſimilitudinem hanc lilij inter ſpinas? Explicat hoc inſigni parabola Rabbi Iehuda antiquiſſimus ex Hebræorũ Doctoribus, dicens: Simile eſt hoc cuidam Regi, qui in horto ſuo plantandas curauit radicem fici, & radicem vitis, & radicem malorum punicorum, aliorumque pomorum, traditoque eodem horto in curam Eunucho, abijt: cumque poſt multum temporis rediſſet, egreſſus eſt in hortũ, vt videret, quid feciſſet; vidit illum plenum ſpinis, & vepribus: iuſſitque illicò, venirent, qui omnia ſuccideren: Interea autem vidit ibi roſam, ſeu lilium inter ſpinas illas florens: acceſſit, odoratusq; eſt, & illius fragrãtia recreatus eſt eius ſpiritus: dixitque, ob iſtam roſam, ſeu lilium totus ſeruetur hortus.

l Gen. 19. 15.

m Iere 5. 1

n 4. Reg. 8. 19.

In lib. Midras Scir baſcirim.

Simile.

Tertia denique Animæ ſanctæ laus, tertia eius ſanctitatis prærogatiua per hanc ſimilitudinem lilij inter ſpinas, in eo eſſe ſignatur, quòd per illud ipſum, quod ſuſtinet ab impijs, inter quos illam commorari, neceſſe eſt, perſecutiones, calumnias, iniurias, & cruciatus, nil ſibi minuitur pulchritudinis, nil ſanctitatis; quinimò propter illa multò maiorem longè lateque ſanctitatis ſuæ famam diffundit, non ſecus ac lilium, quod inter ſpinas eſt; ſi quando à circumpoſitis compungitur ſpinis, tantum abeſt, vt quidpiam innatæ amittat vel, fragrãtiæ, vel pulchritudinis; vt per hoc ipſum, quòd cõpunctum eſt, quodvè huc illucvè eſt agitatum, eũ longius ſpargat odorem, quem priùs in ſe continebat incluſum: ſicvè magis tranſeuntes ad decorem ſuum intuendum alliciat. Quod quàm ſit verùm, in Martiribus cunctisvè ſanctis comprobatum habemus, ita vt haud opus ſit, vt ad hoc probandum detineat. Dum ergo diuinum Verbum ait. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*; huiuſcemodi encomio, iuxta hunc quartum ſenſum animam ſanctam commendare videtur.

Sancti perſecutionib. impiorũ illuſtriores redduntur.

Simile.

PARAPHRASIS.

Quid præ animi tui demiſſione inſignem tuam deprimis ſanctitatis pulchritudinem, vilem te aſſerens quempiam ex florib. campi, qui nec nomine proprio ſit inſignitus, cum nihil in ſe habeat præclari? Quid vniuerſam ſanctitatis, & pulchritudinis laudem in me confers, lilium me prædicans cõuallium? En & tu quoq;, cum proxima mea ſis, tanta decora es pulchritudine, tantaque redoles ſanctitatis fragrãtia, vt lilium & ipſa dici debeas; nec quodlibet lilium, ſed lilium, quod inter ignobiles & aſperas floret ſpinas: tanta eſt quippe Sanctitas tua, vt inter ipſos, cũ quibus conuerſaris, peccatores quaſi vnicum lilium reniteas, præſertim, cum ſi quæ mundo immineant flagella, illos ante te habeas, quos veluti ſpinas ijs obijcias. Quinimò ea eſt ſanctitatis tuæ excellentia, vt propter te vnicũ liliũ & ſpinis ipſis parcere cogar, ac peccatoribus. Quòd ſi quando à Spinis hiſce transfigeris perſecutionibus, opprobrijs, ac cruciatibus: tua nihilominus talis eſt ſanctitatis pulchritudo, vt tunc tẽporis maiorẽ, ac ſuauiorẽ de ſe emittat fragrãtiam.

DE B. MARIA

E Verſ. II. Sicut lilium inter ſpinas: ſic Amica mea inter filias.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.

SI ſpinis mulieres congruentiſſimè aſſimilãtur, quia ſpinarum mundo intulerint maledictionem; quia ſpinas intra ſe conceptas habeant doloris, ærumnarum, & quod peius eſt, peccatorũ; multò certè congruentius Glorioſiſſima Virgo Maria lilium dici poteſt, quæ immaculatum, ac benedictum mundo edidit lilium; qua ne immaculato puritatis candore ei ipſi, quod protulit, aſſimilata eſt lilio. Iure igitur Chriſtus, qui eius & ſpõſus eſt, & filius, qui homo ex ea natus eſt, & liliũ conuallium in ſuperiori ſe dixit ſententia, præclariſſimo nunc illam extollit encomio, cũ reliquis vniuerſis eam conferens mulieribus, liliumq; eam appellãs, illas vero ſpinas, *ait enim, Sicut lilium inter ſpinas; ſic amica mea inter filias*. Ac ſi dicat.

III. SENSVS.

Ex eo, quod mihi omnium proxima es effecta, meque collium æternorũ lilium, è tuo vtero protuliſti lilium conualliũ: adeo mihi aſſimilata es, vt & tu quoq; liliũ ſis, lilium autem inter ſpinas: ita enim tu & puritate, & fragantia gratiarum vniuerſis excellis filiabus, & mulieribus, vt lilium iis, inter quas floret, excellit ſpinis.

PARAPHRASIS.

Pro intelligentia iſtius tam inſignis B. Mariæ encomij, eſſet hoc loco examinandũ, quanta illius extiterit puritas, & quomodo abſque vlla peccati macula concepta, nullove vnquàm peccati vel minimo tacta næuo, in ſuo iugiter perſeuerans candore, & mulieribus excellat vniuerſis, vt lilium ſpinis, & Chriſto vero lilio aſſimilata, liliũ & ipſa dici meruerit. Verùm quia de hac eius puritate aliàs pertractatũ eſt, & pertractabitur ſæpiùs, ne acta agamus, videri poſſunt, quæ dicta ſunt in primo capite, in quarta expoſitione illorum verborũ ver. 6. *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim; quia decolorauit me Sol*. Illud pro veriſſimo tenendum pro nũc: quoad puritatis cãdorẽ, Glorioſam Virginẽ Chriſto fuiſſe ſimilẽ, hac vnica tantùm differentia inter illos exiſtente, quòd Maria puriſſima, & impeccabilis extitit per gratiam, Chriſtus verò per naturã.

Maria per tas qualis, & quanta.

Ne tamen collatio tantæ Virginis cum mulieribus reliquis omninò intacta pertranſeat, præſertim cum eximiæ per hanc vnicam comparationem in illam à ſponſo collatæ ſint laudes, tres ex huiuſmodi lilij inter ſpinas ſimilitudine colligamus excellentias illius ſuper alias feminas.

Mariæ pulchritudinis collatio cũ pulchritudine aliarum mulierum.

Quarum prima eſt, quòd ſicut lilium candidiſſimum pulchritudine, ac decore intuentium ad ſe allicit oculos; ſpinæ verò potiùs auertũt, quotquot caſu aliquo in ipſas fuerint coniecti: In eundem modum, & Virgo glorioſa tum eximia corporis pulchritudine intuentes quosque ad pudicitiam excitauit, vt colligitur ex Ambroſio lib. de inſtitu-

tione

DE ANIMA.

tione Virg. cap. 7. tum sanctitatis suæ decore diuinos ad se pertraxit oculos, iuxta illud Prophetæ; *a Et concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus:* sanctorũque mentes per eiusdem pulchritudinis contemplationem magis ac magis in bono roborantur, & ad Deum glorificandũ promouentur, iuxta illud eiusdem psal. *b Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, & adorabunt eum.* Reliquæ vero mulieres etsi pulchritudinis externæ speciem aliquam habeant, internam tamen vel penitùs non habent: vel si per diuinam gratiam quoquo pacto illa sint decoratæ; nulla tamen earũ vel est, vel fuit aliquando, quæ per peccati deformitatem diuinos à se nonnunquàm non auerterit oculos, ita vt cũ Propheta cuilibet illarũ dicere opus fuerit: *c Proiecta sum à facie oculorum tuorum, Auertisti faciem tuam à me, & facta sum conturbata.* Quinimò & ea ipsa, qua florent, externa pulchritudine Sanctorũ deterrent oculos propter carnis illecebras. *d Propter speciem* namque *mulieris multi* (vt dicitur in lib. Ecclesiastici) *perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi igni exardescit.*

a Ps. 44. 12.
b Ps. 44. 13.
c Ps. 30. 23 Ps. 29 9.
d Eccl. 9. 9

Simile.

Mariæ memoria, quã suauem effecit virtutũ, gratiarũque fragrantiam.

Secunda Mariæ super reliquas mulieres excellẽtia ea est: quod sicut lilium naribus admotũ suauissimam de se emittit fragrantiam: spinæ autem puncturas absque vllo immittunt odore. Ita & B. Virginis memoria, quæ bene per olfactionem designatur, cùm & apud hæbræos, prout in primo capite notatum est in prima expositione illorũ verborum ver. 4. *Memores vberum tuorum super vinũ;* vnũ idemque verbum significet & recordari, seu memorem esse, & olfacere; atque vna eademque dictio & memoriam, seu memoriale, & odorem significet: Ita, inquam, & ipsius B. Virginis memoria eximiam nobis variarũ virtutum confert fragrantiam, ita vt aptissimè & de illa proferri queat, quod de Moyse in Ecclesiastico dicitur: *e Memoria eius in benedictione est:* non modò, quia quicunque eius est memor, illã semper benedicat, operæpretium est, dicens vnà cũ Sancta illa muliere Elisabeth: *Benedicta tu inter mulieres:* Verùm etiam, quia dum quis illius memor extiterit, excitatur illicò, & ad Deum benedicendum, cum eadem exclamans Elisabeth; *Benedictus fructus ventris tui.* Et insuper repletur benedictionibus gratiarum. At reliquarum mulierum memoria, instar spinarum, nos pungit aculeis concupiscentiæ, & peccatorum offendit fœtore: vnde Spientissimus ille Ecclesiastes: *f Lustraui,* inquit, *vniuersa animo meo, vt scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam: & rationem, & vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium, & inueni amariorem morte mulierem.*

e Eccl. 45. 1
Mulierũ recordatio, q̃ damnosa.
f Eccl. 7. 26

Simile.

Tertiò denique mulieribus, ac filiabus vniuersis excellit Maria, sicut lilium circunstantibus excellit spinis: quia sicut liliũ manibus gestatum, & contrectatũ, gestanti decus, contrectanti confert odorem: spinæ verò præter damnum, quod pungendo possunt inferre, si manibus gestentur, aut contrectentur, ignominiam insuper portanti inferunt, ac dedecus non modicum: Ita B. Mariæ conuersatio, quando ad illam accedimus, quando cũ illa commoramur, virtutũ exemplis decoros nos reddit, virtutum item odore fragrãtes; atque adeo nos ad se vocat, dicens: *g Trãsite ad me omnes, que concupiscitis me, & à generationibus,* ac fructibus *meis,* honorum nimirum, & honestatis, *implemini: Qui audit me non confundetur; & qui operantur in me, non peccabunt.* At filiarum, reliquarumque cõuersatio mulierum, præterquàm quod carnis est nos transfigit illecebris, mali insuper odoris apud proximos nos inficit fama: vnde in libro Ecclesiastici dicitur: *h In medio mulierum noli commorari: de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. & mulier confundens in opprobrium.* Adeo quippe obest mulierum conuersatio, vt minus malum sit, minusve periculosum conuersari cum homine iniquo, quàm cum muliere, etiamsi bona illa sit: quia mulier libidine pungit, & opprobrium adducit quàm maximum. Atque hæc satis ad Beatæ Mariæ super omnes mulieres prærogatiuas eas intelligendas, quibus à cœlesti sponso hac breui commendata est sententia: *Sicut lilium inter spinas; sic amica, seu, proxima mea inter filias.*

g Eccl. 24. 26. & 30.

Mulierum cõuersatio, quantũ dãni, & quantum dedecoris conferat
h Ecc. 42. 12.

Vers. II. Sicut lilium inter spinas: sic Amica mea inter filias.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: In tempore autem quo ego declino à viis, quæ rectæ sunt coram eo, & ipse aufert maiestatem sanctitatis suæ à me, ego comparata sum rosæ, quæ germinat inter spinas, à quibus perforantur, & rumpuntur folia eius; sic ego sum compuncta, & scissa propter pessimas impositiones in captiuitate inter prouincias populorum,

Propter peccata tribulationes.

Pro serie dramatis faciunt, quæ super hunc locum dicuntur à Cassiodoro, & Beda, Aponio, atq; Anselmo; vt sponsus per hæc prouocet sponsam ad tolerantiam persecutionum, ac si dicat.

Cassiodor. Beda. Aponius. Anselm.

Sicut spinæ vento motæ lacerant lilium, ac perforant; sic filiæ, improbi scilicet, mollitiis sæculi deditι spiritu Satanæ agitati iustos quoque laniãt id eoque nec tu debes fugere; imò in medio corũ sis lilium, quia & ego cùm non indigerẽ, fui flos campi, & lilium punctus multis persecutionibus.

Origenes.

Alio pacto Origenes homil. 3. ex quatuor, cum enim velit, hæc vnà cũ præcedentibus ab sponso habita ad sodales suos, ait, in his afferri ab eo causam, cur qui in campo flos fuerit, voluerit esse in conuall lib. lilium: nimirum, vt proxima eius imitatione ipsius efficeretur & ipsa lilium.

Sed communiori Patrũ sensu egregio encomio sponsam suam in his idem celebrat sponsus.

Porrò encomiũ istud diuersimodè explicari solet tam ab iis, qui illud de Ecclesia prolatũ accipiunt, quàm ab illis, qui piæ Animæ id applicant.

Ecclesia excellẽtia superoẽs alios cœtus quãta sit.

Enimuerò quidam arbitrati sunt, Ecclesiã hic commendari per comparationem ad hæreticorũ cœtus, vt tantum cœtibus illis omnib. ipsa excellat, quantum liliũ excellit spinis. Ita Ambros. serm. 5. in Psal. 118. vers. 1. Theodoritus, Iustus Orgelita. & alii. Sed maiori cum emphasi istum ipsum sensum explicat Orig. homil. 2. ex duabus, dicens: Sicut lilium non potest spinis comparari, inter quas semper exoritur: eodem modo proxima mea super omnes filias lilium est in medio spinarum.

Amb. Theodor. Iust. Org. Origenes.
Ecclesia in florũ per ad mixtionem peccatorum illustratur.

Alii eamdem Ecclesiam iustorũ exinde commẽdatam asserũt, quòd tametsi multos admixtos habeat vel hæreticos, vel prauos Christianos; pura tamen permanet, fidelis, & sancta ita inter illas existens, sicut existit liliũ inter spinas. Ac bene ijdem hæretici, seu improbi, qui filiarũ vocabulo insigniti sunt, vel ob communionem Sacramentorum, vt ait Augustin. vel ob Dei vocationem, & electionem, vt ait Theodoritus, spinæ hic dictæ sunt, cũ suo pugnant contactu; quandoquidem & hoc in maxi-

Orig. Theod. August. Cassiodo. Beda. Philo Car. Greg. PP. Anselmus. Aponius. Bernard.

APPENDIX.

maximam iustorum redundat laudem, quòd inter eorum persecutiones in lilij perseuerent puritate, atq; fragrantia. Ita Origenes homil. 3. ex quatuor, Theodorit. August. libro de vnitate Ecclesiæ c. 13. to. 7. & Epist. 48. ad Vincentium, atq; enarratione in psal. 99. Cassiodor. Gregor. PP. lib. 1. Moral. c. 1. Beda, Aponius, Philo Carphatius, Anselm. atque Bernard. serm. 48.

Orig. *Ecclesia Gentium ex infidelibus emersit, velut lilium è medio spinarũ.*

Origenes hom. 3. ex quatuor Infideles, quoque per filias, atq; per spinas significari existimat, vt Ecclesia Gentium exinde hic commendetur, quòd è medio infidelium quasi ex spinis emerserit.

Aug. *Improbi circumdant Ecclesiam instar sepis spinea.*

August. lib. 5. de Baptismo contra Donatistas c. 27. reprobos per easdem spinas accipiens, arbitratur, eamdem ferè laudem in Ecclesiam iustorũ conferri, quæ in cap. 4. in ipsam collata est ijs verbis *a Hortus conclusus, soror mea sponsa, fons signatus*, vt dicatur esse *sicut lilium in medio spinarum*; quia qui in ipsa sunt electi, sunt in medio reproborum, quasi quædam spinarum sepe ab illis circundati.

a Cant. 4. HugoCar. *Christus spinarũ aculeis subiectus, vt ex improborũ medio eligeret iustos. Christus instar canis venatici.*

Deniq; Hugo Cardinalis super hunc locũ egregiè. *Sicut*, inquit, amor spõsæ notatur hic erga spõsum; sic notatur etiam amor sponsi erga sponsam: Qui enim lilium inter spinas colligere vult, aculeos spinarum necessariò patitur, quod liquidum est in ipso sponso: nam illud liliũ de medio reproborum colligens, aculeos spinarum passus est, dũ electos colligeret prædicando per se, & per suos, persecutorum morsiones sustinuit. Vnde Ecclesiastes 10. *Qui dissipat sepem*, idest synagogam populorũ, *mordebit eum coluber*. Fecit autem Dominus, sicut canis venaticus, qui feram insequens, caput intra spinarum aculeos immittit, non timens exulcerationem, vt feram capiat. Ecclesiam quasi feram intra spinas, idest, intra reprobos latitãtem extraxit: sed punctiones spinarum, vsq; ad sanguinis effusionem sustinuit, in cuius signum coronam spineã portauit in capite super Crucem.

Ex ijs, qui vt piæ Animæ encomium hæc sumũt.

Pia anima fugiens solicitudines sæculi, est instar lilij erumpentis è medio spinarum. Orig. Ambros. Greg. PP.

Primò Origen. hom. 3. ex quatuor per id, inquit hic, eam commendari, quòd erũpat de medio spinarum: & declarat quomodo: quia nimirũ fugiat cogitationes, & solicitudines sæculares, quę spinis in Euangelio comparatæ sunt.

Ad hunc sensum referri possunt, quæ dicuntur ab Ambrosio serm. 5. in psal. 118. dum ait, spõsam dici lilium in medio spinarum, hoc est inter solicitudines huius sæculi, quæ mentem hominis, animumque compungunt. Ob hoc ipsum commendatam eamdem animam censet Greg. Papa; sed comparatam ad reprobos, & homines sæculi, qui solicitudines ipsas sæculi sectantur, liliumq; ideò dictam inter illos, qua sola à mortalitatis radice ad cælestem pulchritudinem assurgit, & munditie cãdorem corde, & corpore sibi ipsi custodit, & proximos quosque bonæ opinionis odore reficit.

Pia anima quomodo sit lilium.

Tres Patr.

Catena triũ Patrum apud Theodoritum in eo tantùm ab his discrepat, quòd eosdem mundanos nedum spinas ob allatam rationem nũcupatos ait, sed & filias, quia sunt effeminati voluptatib. carnis, & quia ex patre diabolo sunt. Aptè verò, inqt, piam animam lilio comparatam, quia nulla præmatur solicitudine eorum, quæ vel ad victum pertinent, vel ad vestitum; quod probat ex illo Euangelij: *b Et de vestimento quid soliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent.*

b Matth. 6.

Theodor. *Iustus quomodo liliũ.*

Theodorit. ponderãs, quomodo eadem Anima dicatur lilium, ait; Liliũ cùm exteriori decore splẽdet, tum aureum intus flosculum cõtinet. Talis est Anima iustitiæ splendore circundata, & spiritale sapientiæ, cognitionisque donum in intimis penetralibus gestans.

Greg. Nys. *Pia anima inter tentationes, vt liliũ inter spinas.*

Non desunt, qui per spinas, ac filias designatas arbitrentur tentationes, ac tribulationes, nec non & aduersarias potestates, & quotquot in eo ex patre diabolo esse, comprobatur, quòd ipsis tentationibus, ac tribulationibus piam impetũt animã, vt exinde illa celebretur hoc loco, quod in medio tentationũ, ac tribulationũ, atque eorum, qui easdem ipsi suscitare non cessant adeò pura, atque illibata perseueret, vt meritò æquiparanda sit lilio florenti inter spinas. Ita Gregorius Nyssenus hom. 4. & Amb. lib. 1. de Virginibus, dum ait: *Tanquàm lilium in medio spinarum.* Quod est euidentis indicij, spiritualiũ nequitiarum sentibus virtutem obsideri, vnde nemo fructũ referat, nisi qui cautus accedat. Quamquàm & aliud quoque ex his Ambrosij verbis colligi possit: In his videlicet; *Tanquàm lilium inter spinas*; designari difficultatem virtutis. Sed magis pręallato Nysseni sensui fauent, quæ ab eodem Ambrosio habentur lib. 3. item de Virginibus, vbi hanc referens sentẽtiam; *Tanquàm lilium in medio spinarum*, ait: Nonne inter asperitates laborum, cõtritionesq; animorum boni flos odoris assurgit, quia contrito corde Deus placatur?

Amb. *Virtutis difficultas quanta.*

Bern. *Quam cautè in hac vita ambulãdũ, quæ spinis plena est, & tentationibus.*

Clariùs autem Bernardus serm. 48. eũdem prosequens sensum; Attende, inquit, pessimũ germen eius, cui maledictũ est terræ nostræ. Cùm, inquit, colueris eam, spinas, & tribulos germinabit tibi: Donec ergo in carne est Anima, inter spinas profecto versatur, & necesse est, vt patiatur inquietudines tentationũ, tribulationumque aculeos. Quod si lilium est ipsa iuxta spõsi verbũ, videat, quàm vigilem, solicitamque esse oporteat super custodiam suam, septa vndique spinis, hinc inde aculeos intendentibus. Nec enim vel leuissimam spinæ sustinet vllatenus punctionem floris teneritudo; sed mox, vt modicè premitur, perforatur.

Et si inter spinas simus impiorũ, tentationũ, & tribulationũ, in Deo tamen confidendum.

Paulo autem inferius subiicit: Spina culpa est, spina pœna est, spina falsus frater, spina vicinus est malus. O candens liliũ, ò tener, & delicate flos, increduli, & subuersores sunt tecum, vide, quomodo cautè ambules inter spinas. Plenus est mundus spinis. In terra sunt, in aere sunt, in carne tua sunt. Versari in his, & minimè lædi, diuinæ potẽtiæ est, non virtutis tuæ. *b* Sed *confidite*, inquit, *quia ego vici mundum.* Et si igitur vndique tibi intendi prospicias tribulationũ tanquàm tribulorum aculeos, nõ turbetur cor tuũ, neq; formidet, sciens, *c quia tribulatio operatur patientiã, patientia, probationem, probatio spem, spes autem non confundit. d* Considera lilia agri, quomodo inter spinas vigent, & nitẽt. *Si fœnum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic custodit*, quantò magis amicam, & spõsam suam charissimam?

b Ioa. 16. 33
c Rom. 5. 3
d Mat. 6. 30

Bernard. *Inimicis bene faciẽdũ.*

Aliam insuper laudem in his ipsis verbis in eãdem animam ab sponso collatam idem asserit Bernardus eodem ser. 48. nimirũ quòd & inimicis ipsis, atque persecutoribus suis benefaciat, dicens: Non mediocris titulus profectò virtutis, inter prauos viuere bonũ, & inter malignantes innocentiæ retinere candorẽ, & morũ lenitatem: magis autem si his, qui oderunt pacem, & pacificum, & amicum ipsis te exhibeas inimicis. Id planè tibi similitudinem datam de lilio iure quodam proprietatis specialiter vendicabit, quod ipsas vtrique pungentes se spinas candore propio illustrare, & venustare non cessat.

Christus fuit lilium inter spinas tẽpore passionis.

Diuerso denique explicandi modo procedunt nonnulli ex Patribus, desumẽtibus prima ista verba; *Sicut lilium inter spinas*; vt à sponso dicta de semetipso

LITTERA. metipso, lilio conuallium. Sic enim Ambrosius, lib. Institutionis Virg. cap. 14. ait, Christus erat liliũ in medio spinarũ, quando erat in medio Iudæorũ.

Amb. Rub. Abb. Vnde Rupertus Abbas, Iudæos pariter intelligẽs per spinas, seu Iudaicas accusationes, detractiones, atque tormenta: Sic per filias putat significari hæreses vanas: quod probat ex eo, quòd cùm filiæ absolute ponuntur in scripturis sacris, nunquã significationem bonam habere soleant; vt ibi: e *Filiæ discurrerunt super murum, sed exasperauerunt eũ, & iurgati sunt, inuiderunt illi, habẽtes iacula*, & ibi: f *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas*. Hoc posito, istiusmodi inquit esse præsentis sententię sensum: vt Christus sic Beatam Virginem alloquatur. Quæcunque spinæ lacerauerunt me, ipsæ & te lacerauerunt amicam meã: quęcunque huiusmodi filiæ tibi inuiderunt, & mihi detraxerunt. Vbi ego spinis compungebar, imò & clauis configebar, tu præsens patiebaris, mente cõuulnerata, & vbi tuæ Virginitati à filiabus derogatur, mihi quoque inuidiosè detrahitur. Verùm sicut ego spinas pertuli quidem, sed superaui: Ita & de te veraciter prædicabitur, quòd cunctas hæreses interemisti in vniuerso mundo.

Filiarũ nomen absolutè positũ in sacris scripturis malum sẽsũ habet.

e Gen. 49. 23.

f Pro 31. 29.

Christi dolorũ particeps & Maria: & hæretici compungentes Mariã cõpungũt, & Christum.

Vers. III. Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios.

Expositio Prima. Iuxta sonum litteræ.

I. SENSVS. PLanissimus istius sententiæ sensus, in quo omnes & nostri, & Hebræi conueniunt, is est, vt in alternarum laudum contentione, sponsa nullatenus se superari velit à sponso, atque adeò cùm in superiori versu per lilii ad spinas comparationem vniuersis filiabus reliquis ab illo se prælatam audierit: Nunc eandem ipsam ei rependat laudem cum accessione non modica, præferens illum quibuscunque ipsius sodalibus, quibuscunq; aliis dilectis per comparationẽ arborum siluestrium, & infructuosarum ad arborẽ mali, quæ frondib. pulchra sit, atq; fructibus, quæ haud pulchritudine tantùm, & odore olfactum oblectet, ac oculos; sed & per eos ipsos, quos profert, fructus, & saporis suauitatem conferat gustus, & corpori nutritionẽ: loquens enim cum iis, quæ sibi adstabant, ait: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*. Ac si dicat,

PARAPHRASIS. Dilectus meus lilium me esse asseuerat, adeoque meam celebrat pulchritudinem, vt in mei cõparatione quoad decorem, & gratiam, puellę omnes ita se habeant, vt spinæ ad lilium, quod inter eas floreat, & fragret suauiter. At si talis est decor meus; si talem redoleo gratiæ suauitatem, qualẽ is prædicat, multò sanè illustrior pulchritudo, sua uitasve illius: Ego enim, præter pulchritudinem, ac suauitatem boni odoris, nihil ampliùs in memetipsa præclari esse intelligo, ac proinde bene lilio sum comparata, & flori; At ille sic vniuersis pręstat hominibus, vt malus vniuersis præstat siluarum arboribus, non in pulchritudine duntaxat ramorũ, & frondiũ; sed & in speciosissimo fructuũ, pomorumque colore, in odore suauissimo, atque in prædulci eorumdem sapore: quò fit, vt multò rationabilius sit, vt ipsa illum diligam, ex quo fructus percipiam iucundissimos, quàm vt ab eo diligar, cui nullum exhibere valeo fructum, nullum commodum, vtilitatem nullam.

Quamuis autem communis iste sensus congruẽtissimus sit: tamen quia haud ita commodè sententiam istam cũ superiori versu cõnectit, iuxta duos illos sensus ipsius, quos primo, & secundo loco attuli in prima expositione: idcirco & duobus aliis modis, quæ hic dicũtur, exponi posse, mihi videntur, & non incongruè. LITTERA.

II. SENSVS. Quorum alter parum à communi differt, estque istiusmodi, vt sponsa ad socias conuersa tale quid sibi velit.

PARAPHRASIS. Dilectus meus florem se asserit campi, & liliũ conuallium, neque in medio filiarum esse, vt liliũ in medio spinarum, circundatam nimirum ab ipsis, æquè ac liliũ à sepe spinarum: imò verò & ipse, cùm sibi libuerit, in medio est filiorum, & à filiis
B circundatur, æquè ac ipsa à filiabus, sicque & pulchritudine, & suauitate, & fructibus filios illos superat vniuersos, sicut arbor mali, quæ est inter ligna siluarum, nedum in perpulchro ramorum, foliorumque virore, sed & in speciosissimorum, prædulcium, ac suauiter redolentium fructuũ copia siluestribus supereminet arboribus.

Porrò sensus iste, sicut & alter, qui iamiam afferetur, educitur meliùs ex lectione Septuaginta, quæ sic habet. *Sicut malus inter ligna siluarum; sic dilectus meus in medio filiorum*: prout & superiorem versum legerunt: *Sicut lilium in medio spinarum, sic amica mea in medio filiarum*. Vbi id animaduertẽdum est, quod in præcedenti sententia in vtroque
C membro pro eo, quod noster Interpres legit, *inter spinas, & inter filias*: Septuaginta legunt, *in medio spinarum, & in medio filiarum*: In hac verò diuersimodè vertetunt, quod in vulgata habetur eodẽ modo, *inter ligna siluarum, & inter filios*, nam in prima parte *legunt, inter ligna siluarum*, alter vero in secunda, nempe, *in medio filiorum*. Quæ adnotatio etsi parui videatur esse momenti: talis nihilominus est, vt tertium nobis suggerat eorum, quæ hic dicuntur, sensum haud penitus contemnendum, præsertim cum is spiritualibus, prout in subsequẽtibus apparebit, sit maxime congruus.

III. SENSVS. Sensus autem iste est, vt hæc ab sponsa, non tam ad sponsi laudem dicta sint, quàm in confirmationem eorum, quæ in præcedentibus sibi ab illo si-
D gnificata fuerant. Enimuerò sponsus, vt à lectuli ocio, atq; à domorum quiete spõsam ad campos attraheret, atq: ad valles, florem se dixerat campi, liliumque conualliũ, feceratque illam certiorem, quod ei haudquaquam timendũ esset in campo, cùm filiarum ambiatur custodia, sitve æquè ac lilium spinarũ sepe circundatum, quod tamen de se proferri minimè posset, quippe qui absq; vlla custodia in campo persisteret, periculis, omnique aeris mutationi expositus, ęquè ac flos, qui in aperto campo floret, æque ac liliũ, quod in apertis fragrat conuallib. Ad hæc sponsa ipsa respondens, ad socias cõuersa ait: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus in medio filiorum*. Ac si dicat.

PARAPHRASIS.
E Adeo vera hæc sunt, quę meus de se asserit dilectus, vt etiam tunc temporis, cum in medio extitit filiorum, quando cum hominib. conuersatus est, semper in densis conuersatus sit siluis, expositus ad vniuersa pericula, inter illos quippe ita se habuit, æque ac arbor mali inter ligna siluarũ, nam, sicut arbor mali nil adiuuatur à siluestrib. iis arboribus, quin potiùs per hoc, quòd inter illas est, magis ei sua obest pulchritudo, pomaque sua, cũ quotquot transeunt, siue homines ii sint, siue feræ, reliquis illis intactis, ad ipsam vnam accurrant, ipsam vnam excutiãt: ipsam deniq; vnam dilacerẽt, Ita tantũ abest, vt dilecto meo filiorũ omnium pulcherrimo vniuersisq; gratiis maximè isigni, quid-

piam

piam opis exhibitum sit ab hominibus, & socijs, vt ob idipsum, quòd inter illos pulcherrimus apparuit, vehementioribus impulsus sit ictibus, pluribusque ob æmulationem appetitus sit insidijs.

Illud denique hoc loco notandum, haud abs re factum esse, vt, cum arbori cuipiam sponsus assimilandus esset, malo potiùs, q̃ cuilibet alij sit assimilatus: neq; .n; ob id dũtaxat malo est cõparatus, qa inter fructiferas arbores malo nulla iucũdior, pulchrior nulla, nulla delicatior; verũ ob id potissimũ qa arbor ista mali peculiariùs amorib. esset dicata: vnde & apud Antiquos amoris hieroglyphicũ extitisse asserit Pierius Valer. confirmatq; fusius cõpluribus Antiquorum auctoritatib. libro suorum hieroglyphicorum 54. c. de malo. Idcirco in hoc cantico amatorio, aliàs quoque paulò inferiùs ab eadem sponsa amore sauca dicitur: a *Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo*, & pro finem. b *Sub arbore malo suscitaui te*.

a Cant. 2. 5. b Cant. 8. 5.

Vers. III. Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

INgenti sanè cum admiratione per Patriarcham Moysem de Verbo incarnando, deque Christo Deo simul & homine id profertur encomium. a *Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui?* Ac si dicatur: Nedum vllus est in fortibus, qui similis tui sit, quatenus Deus es: sed nec quispiam inter eosdem est, qui similis sit tui, quatenus eris homo: *Tu* enim *magnificus es in sanctitate, terribilis, atque laudabilis*, vel (vt habent Septuaginta,) *admirabilis in laudibus, & faciens mirabilia*; Quib. in verbis Christus Dominus triplici prærogatiua præponitur triplici generi fortium, Dijs nimirum Gẽtiũ, per id, quòd facit mirabilia: Principib. mundi, per id, quòd terribilis, ac p̃stantissimus sit in laudib. atque Hæresiarchis, per id, quòd magnificus est in Sanctitate. Ecclesia quoq; per pulchra similitudine his ipsis trib. fortium generib. eũdem præfert, dum ait: *Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios*. Quod enim antiquus ille populus simplicib. in eo extulit verbis, hoc ipsum Ecclesia Catholica prædicta mali ad ligna siluarum exprimit comparatione: Dijs verò potissimùm, Principibus, ac Hæresiarchis suum præfert dilectum, quoniam hæc tria fortium genera sunt, quæ cum illo ĩ mundi huius siluis non modò conferri, sed & præferri nonnunquam soleant. Aeque est autem, ac si dicat.

Christus non tantum vt Deus, verũ etiam vt homo præstantior est Dijs Gẽtiũ, Principib. Mundi, & Hæresiarchis.

a Exod. 15. 11.

PARAPHRASIS.

Si sectis omnibus, si vniuersis Gentium, populorumque quorumlibet collectionib. ita me & puritatis decore, & sanctitatis fragrantia præfers ob id duntaxat, quòd *proxima tua* existens, lilium sim pariter, æquè ac tu, *& lilium inter spinas*: multò certè id de te prædicandum est verius, quòd cunctis præferendus sis diaboli filiis; nam & in eo ipso, quòd dilectus meus factus es, in hominis, inquam, forma, quam pro mei dilectione assumpsisti, ita es inter falsos Deos, ĩter Mũdi Principes, atq; inter Hæresiarchas, *Sicut est malus inter ligna siluarũ*. Enimuerò quemadmodum mali arbor siluestres illas arbores vniuersas pulchritudine superat, odore, ac fructuum copia: Ita & tu cunctis excellis fortib. illis in pulchritudine sanctitatis, in laudũ fragrantia, atque etiam in mirabilium operum exhibitione: Es quippe *magnificus in sanctitate, terribilis in laudibus, & faciens mirabilia*.

Simile.

Vt autem & laudis istius, & allatæ comparationis vis bene percipi queat, duo sunt, quæ exactiorem requirere videntur tractatũ. Primùm, quàm congruè cum triplici illo fortium genere Christus conferatur: quàmve congruè id fiat per allatam comparationem mali ad ligna siluarum: Alterum, quàm apposite Christus, vt Ecclesiæ dilectus, assimiletur malo arbori, & fortes ij lignis siluarum.

Atque, vt ab hoc secundo exordiar: Qui vel profanas, vel sacras reuoluat literas, antiquissimum reperiet Idololatrarum morem fuisse, vt cum primùm Idolum aliquod erexissent, statim eidem siluã, lucumque plantarent, aut plantatam dicarent.

Hinc est, quòd toties Israelitico populo b præceptum est à Domino, vt, cùm ad terram promissionis applicuissent, cùm Idololatrarum Gentium terras attigissent, Idolorum confringerent statuas, lucosque succiderent.

Siluestriũ arborũ lucus propriũ erat decus Deorũ Gentium, atq; adeo ij dicũtur ligna siluarum.

Hinc & quando de aliquo Rege Israel dicitur, quòd Idoli alicuius statuam erexerit, additur, & lucum quoque plantasse, vt de Achab in tertio Regum dicitur: d *Et posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum*: Adeoque silua, lucusque Idolorum proprium quodammodo extitit decus, vt propterea indignũ censuerit Deus verus, ea sibi dicari, & peculiari id cauerit præcepto, dicens: e *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui: nec facies tibi, atque constitues statuam, quæ odit Dominus Deus tuus*.

b Exod. 34. 13. c Deut. 7. 5. d 3. Reg. 16. 32. e Deut. 16. 21.

Quòd si lucus, siluestresque arbores tam proprium falsorum Deorum decus existunt; quis iam non videat, quàm aptè hoc loco à sponsa sub nomine, & metaphora siluestrium arborum expressi ij sint? Et quidem admodũ congruè tam falsi Dij, quàm superbi Principes sæculi, necnon & Hæresiarchæ, & seductores ligna dicuntur siluarũ; quoniam id in primis in mundo efficiunt, vt cælestem ab eo arceant lucem, diuinarumq; laudũ indicant silentium; nã & in siluis silentiũ esse percipimus: vnde & siluarũ vocabulum, iuxta nonnullorum sentẽtiam à silentio sumpsere, sicut & ob id, quòd sine luce sint, luci quoque sunt appellatæ.

Dij Gentiũ Principes sæculi, & hæresiarchæ dicũtur ligna siluarũ, quia arcent lucem silentiũ faciũt à Dei laudibus, et feris, & latronibus exhibẽt latibula.

Portò, quia ex eo, quod siluarũ arbores cæleste arcent lucem, & silentium causant in ipsa siluarũ obscuritate, inde fit, vt bestijs, ferisque, necnon & latronibus in ijsdem latibula exhibeant.

Hinc bene per Prophetã hæc tria à Christo Domino in prædicatione sua è mundo amouenda prænuntiantur, his verbis. f *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam*. Quando enim Christus sponsus vniuersis lignis superiorem sese ostendere voluit, efficacissimam mundo præstitit Euãgelij vocem, qua altissima illa exciderẽtur ligna siluarum; quave superiorem sese exhiberet falsis Dijs, Principibus sæculi, ac populorum seductoribus, & hæresiarchis. *Vox* enim illa *in virtute, vox illa in magnificentia, vox Domini confringentis cedros*, aliasque siluarum arbores; dum autem illas confregit, dum illis sese superiorem exhibuit, tria potissimum è terris abstulit mala illa, quæ ij eæque arbores causabant; tenebras, feras, atque silentium à laudibus Dei; *Reuelauit* quippe *condensa*, quibus diuini luminis impediebatur fulgor: *præparauit ceruos*, ferasque reliquas ad dolores partus, atque ad fugam, expellens per illuminationem scientiæ peccatorũ bestias, & dæmones animarum latrones. Post quæ, factum est, vt & pessimum illud cessarit silentium, ita vt iam *in templo eius omnes dicant gloriam*.

Tria mala à mundo Christus aufert doctrina sua.

f Ps. 28. 8.

Sed

DE ECCLESIA

Sed præter allatas, alia insuper est ratio, propter quam fortes illi sæpiùs iam nominati dicti sunt siluestres arbores, & ligna siluarũ: ea autem est, quia sicut arbores siluestres ad id potissimùm inseruiũt vt ignem suscitent, accendant, & feruent: Ita & fortes illi ignem in mundo suscitant concupiscentiarum: ignem in Ecclesia accẽdunt dissensionũ ignẽ excitant persecutionum: ignem denique conseruant inferni.

Simile.

Charitatis igne Christus omnẽ alium extinguit ignẽ.

Porrò ignium istorum flammas Christus eadem sua prædicatione diuidens, iuxta illud Psalmi: *g Vox Domini intercidentis flammam ignis*, sic eas intercidit, ac diuidit, vt in medio ipsarum ignem suæ ponat charitatis, extinguentem omnem alium ignem. Atque hinc factum crediderim, vt ab Ecclesia is Mali ligno sit comparatus, malique nomine sit expressus; & talis mali, quæ inter ligna siluarum plantata sit.

g Psal.28.7.

Christus quare dicatur malus inter ligna siluarum.

Quamuis enim alias quoque variis lignorum generibus eum comparatum videamus, variisque arborum nominibus expressum reperiamus, *h* vt cedri, cypressi, palmæ, oliuæ, Balsami, & aliorum similium: quamuis & sæpiùs lignum vitæ sit appellatus, & ligno illi sit comparatus, *i quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia, quæcunque faciet, semper prosperabuntur*: nunquàm tamen alibi præterquam nunc, quando cum fortibus illis confertur, lignum dictus est mali: quoniã, ibi potissimum malum sese exhibet, vbi sunt ligna siluarum; siquidem, cum malus, vt dictum est in fine primæ expositionis, symbolum sit, & hieroglyphicum amoris, aptissimè in filiis densissimis huius sæculi, vbi tot erant siluestria ligna, & falsorum Deorum numina, tot superbissimorũ Principum imperia, totque seductorum, & hæresiarcharum cohortes, quæ, instar siluestrium arborũ, ignũ multiplicium flammas succenderent, ipse, qui venit ad hoc potissimùm, vt *K* amoris ignem mitteret in mundum, dictus est, *esse sicut malus inter ligna siluarum*; Et prudentissima Sponsa vno eodemque tempore, quem ob amoris prærogatiuam Mali metaphora designarat, eumdem ob eumdem amorem compellat nomine dilecti sui, dicens: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.*

h Eccl.24.

i Psal.1.3.

K Luc.12.49.

Neque verò mouere quemquam debet, quòd indignum videatur, Ecclesiam Christum Deum, & hominem vili celebrasse encomio; ex eo quod præstatior sit falsis Diis, Principibus sæculi, falsisque doctoribus, & hæresiarchis, idque per talem similitudinem, quasi ij Christo aliquo pacto conferri possent, prout ligna siluarum comparantur cum arbore mali.

Enimuerò ea in hoc encomio Ecclesiæ Sanctæ fuit intentio, vt quod hucusque à se factum fuerat in alternis laudibus, idipsum & hoc loco præstaret: vtve quam in præcedenti versu ab sponso acceperat laudem excellentiæ super omnes quorumlibet infidelium sectas, & super omnes hæreticorum collectiones, eamdem in Christum ipsum referret: nam si vniuersa corporis pulchritudo à capite in primis dependet; certè & in mystico Ecclesiæ corpore eatenus tanta est Sãctitatis pulchritudo, per quam cunctis excellit populorum collectionibus, quatenùs excellentiùs caput habet Christum, *l ex quo ipsum eius corpus, per nexus* (vt ait Apostolus;) *& coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei*: quatenus Christus iis tribus excellentior est fortium generibus, qui sunt capita ceterarum collectionum: quive à cæco mundo ita cũ Christo conferuntur, vt à plerisque prælati eidem sint, non tantùm quatenus apparuit in habitu humanitatis, verum etiam quatenus ab æterno æterni Patris æternus extitit filius.

Ecclesia cũ sit præstantior est populorum collectionibus, quia Christus eius caput præstantior est capitibus illarũ.

l Coloss.2.19.

DE ECCLESIA

Hinc quippe apud Isaiam, cum Iudaico populo, de tam nefando ausu conquerens Deus, dicebat: *m Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem? Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis, conducentes aurificem, vt faciat Deum: & procidunt, & adorant*: *n* Superbissimus Babyloniæ Rex Nabuchodonosor, quando ad sanctos illos pueros blasphema illa protulit verba: *Ecquis est Deus, qui eripiet vos de manu mea?* Nonne Deo se prætulit? Tyranni pariter illi, qui Christi nomen insectati sunt, in id suos omnes intenderunt neruos, vt sese illo superiores ignaræ exhiberent plebi, gloriosiores, atque in omnibus illo præstantiores.

Falsi Dij Principes sæculi, & hæresiarchæ Christo non solum collati, sed & prælati inueniuntur.

m Isa.46.5

n Dan.3.15.

Id quod & quicunque seductores, quicũque hæresiarchæ facto persuadere conati sunt, quippe qui contra illius doctrinam, contra Catholicam fidẽ falsa propagarunt dogmata, falsosque contra eum tuentur errores, de quorum singulis proferri id verissimè potest, quod de Antichristo per Apostolum dicitur: *o* Quod sit *homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.*

Hæretici æquiparantur Antichristo.

o 2. Thess.2.3.

Hinc est, quòd à sequacium suorum collectionib. auferũt Christi nomen, vt haud ampliùs Christiani dicantur à Christo; sed, vel Ariani ab Ario; vel Sabelliani, à Sabellio: vel Donatistæ à Donato; vel Lutherani à Luthero, & sic de singulis.

Quos tamen omnes bene filios indefinitè Sancta nominauit Ecclesia, quia, iuxta Apostoli dictũ, verè sint filij perditionis.

Iure igitur cum his Christũ ipsum suũ comparauit, cum ij omnes contra Christum multiplicium sectarum capita sese exhibuerint, atque exhibeãt; cùm ij omnes Christo sese prætulerint, præferantque quotidie, vt per hanc comparationem magis magisque sponsi sui ingens appareret excellentia super illos, non in decore dũtaxat Sanctitatis, sed & in fragrantia laudum, atque in mirabilium operum fructibus, vtve aperriùs innotesceret, eum in his tribus potissimùm illos sic superare, vt de ipso solo id Moysis, quod in principio relatum est, proferri queat: *p Quis similis tui in fortibus Domine? Quis similis tui? magnificus in Sanctitate, terribilis*, seu, *admirabilis in laudibus, & faciens mirabilia.*

p Exo.15.11

Hæc enim omnia egregiè probantur per similitudinem mali ad ligna siluarum: nam re vera fortes ij, quamuis gloria insignes videantur exterius, & decori nonnũquàm appareant Sanctitatis pulchritudine, quamuis complura, eaque magna præseferant; nec tamen gloriam vllam, præterquam inanem in mundi oculis habent: nec quidpiam redolent *Sanctitatis*, vel præstare quid possunt, quod dulcedinem veram, aut veram aliquam afferat vtilitatem. Sunt siquidem instar arborum siluestrium, quæ haud alium in se habent decorem, præterquam eum, qui in defluentibus inest foliis, quæve licèt fragrantiam aliquam, fructuumque copiam polliceri videantur, nec odorem tamen emittunt, nec fructus proferunt vllos, quibus vel olfactum, vel gustum recreare queant humanum, si quos enim producunt fructus, si ad porcorũ, ceterarumq; bestiarũ potiùs, quàm ad hominum deseruiunt vsum: prout & eáquæ

Christus præstantior sit falsis Dijs, Principib. sæculi, & Hæresiarchis.

Simile.

DE EC-CLESIA. quæ vel ab Idolis, vel à Principibus ſæculi, vel ab A hæreſiarchis proferuntur, quando aliquid proferũt, illis tantummodo apta ſunt, qui inſtar brutorum ad vilia cõuertunt, qui ve inſtar porcorum ſemper circa lutum voluntantur illecebrarum carnalium; quos nec in tanta conferunt abundantia, vt ex iis miſeri illi exaturari poſſunt, prout patet
q Lu. 15. 11 ex *q* parabola filii prodigi, qui cùm cuperet implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant; eas tamen ad ſaturitatem habere minimè poterat.

Chriſtus autem Eccleſiæ Catholicæ dilectus, quamuis in iſtius modi filiis inter prædictos ſit filios perditionis, eſt tamen, velut arbor quædam Mali inter illos, qui ligna ſiluarũ ſunt: quoniam, B ſi pulchritudinem habet; ea vera eſt, & proficua: taleſque ex ſe profert pomorum fructus, qui & intuentibus voluptatem, & carpentibus, ſeu quomodolibet tangentibus ſuauiſſimum conferunt odorem: quodve his eſt præſtantius, cum comeduntur, dulcedine recreant guſtũ, & ſitim, famẽque omnem ſimul extinguunt: & inſuper ipſam nutriunt vitam. Quis ergo iam non videat, quàm ingens iſta ſit Chriſti laus, dum dicitur, *Inter filios eſſe, ſicut malus inter ligna ſiluarum*, cùm hac vnica ſimilitudine ſic filiis illis præferatur, vt ſumma cũ breuitate, quicquid in ipſo eſt præclari, quicquid ſuauitatis, quicquid vtilitatis, quicquid deniOperũ Chriſti virtus, decor, atq; fragrantia. que admirabilis, excellẽtiſſimo modo expreſsũ ſit ac laudibus celebratum: ex fructib. namq. operũ C
r Ioã. 1. 14. eius, æquè ac ex fructibus pomorum arboris mali vidimus, gloriam, ac pulchritudinem ipſius,
ſ Io. 10. 25. eſſe *r gloriam quaſi vnigeniti à Patre*, tantuſve ex iiſdem emiſſus eſt odor ſuauitatis, vt ab ipſomet de illis aliquãdo ſit dictum: *ſ Opera, quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me*. Quid dicam de ſanctitatis fragrantia, quam ex iis percipiunt, qui ea mente contingũt? Quid de dulcedine, quæ guſtibus exhibetur eorum, qui ipſa cõtemplantur? Quid de omnimoda ſaturitate?
t Ecc. 24. 25 quid denique de cumulatiſſima vita gratiæ? *In t me* (de ſemetipſo, ait in libro Eccleſiaſtici) *gratia omnis viæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis*. Tantaque liberalitate iſtiuſmodi mirabilium operum ſuorum poma, fructuſque offert D vniuerſis, vt planè appareat, eũ eſſe i apertis ſiluis, ad quas abſq. vllo repagulo omnibus pateat adi-
u Eccl. 24. 26. tus, vnde & ait: *u Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me*, ideſt, quos mea allicit pulchritudo, malus enim ſum in aperta ſilua, *& à generationibus*, ideſt fructibus *meis implemini: Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea*, vita nimirum, quam tribuo, *ſuper mel, & fauum*.

II. SENSVS. Iuxta ſecundum ſenſum: Chriſti ſponſa Eccleſiæ ſic in præſenti ſententia dilecti ſui tuetur decus, vt & inſigni pariter encomio eundem extollat.

Quia enim ex eo, quòd in præcedentibus dixerat Chriſtus ſponſus, ſe eſſe florem campi, liliumque conuallium expoſitum conculcationi omniũ E hominũ, & ab ipſis etiam Angelis derelictum, cũ è veſtigio fideles quique ſint in medio Angelorũ, ac virorum Sanctorum, vt per illos cuſtodiantur, & conſolationum vmbra recreentur, atque ac lilium in medio ſpinarum, ex hiſce ſuſpicio aliqua in puſillorum mentibus exoriri facile poterat, vt Chriſtus quatenus homo minor eſſet & Angelis, & hominib. Sanctis, præſertim, cùm apud Prophe-
x Iſa. 53. 3. tam per id, quod appellatus eſt *x Nouiſſimus virorum*, hominibus vniuerſis videatur poſtpoſitus:
y Pſal. 8. 6. necnon & *y* ab Angelis minoratus dicatur, in pſalmo.

Idcircò, vt hanc omnem tollat ſuſpicionem, ad puellas conuerſa, ad fideles nimirum animas, ſic illas affatur. *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*. Ac ſi dicat. DE EC-CLESIA.

Quamuis pro humani generis ſalute omnibus miſeriarũ generib. ſeſe ſubiecerit dilectus meus Chriſtus, exhibens ſe tanquam florem in campo, aut lilium in conuallibus abſque ſpinarum ſepe, abſque vlla vel hominum ope, vel conſolatione Angelorum; haud tamen propterea ſuſpicandũ vllatenus, vel hominibus, vel Angelis quibuſcunque minorem eum eſſe in dignitate, in decore Sãctitatis, in operum exhibitione, atque in virtute: imò verò in eadem humanitate, vt meus erit dilectus, cùm ſibi libuerit, etiam in huius mundi filiis erit, in medio Sanctorum hominum, atque in medio Angelorum, qui miniſtrabunt ei. PARAPHRASIS. Origenes.

Inter hos, atque illos Dei filios longè vtriuſque præſtantiorem exhibebit ſe in omnib, vt arbor mali præſtantior eſt inter ligna ſiluarum.

Porrò præclarè Eccleſia Chriſtũ in medio Sanctorum hominũ conſiderat, atq; in medio Angelorum, dum in medio filiorum eum intuetur: quoniam tam Angeli, quàm Sancti quiq; filii Dei in Scripturis Sacris appellari conſueuerunt: & tam homines pii, quàm Angeli à Chriſti excellentia longè inferiores dicuntur: nam de Angelis quidẽ apertiſſimum illud eſt pſalmi: *z Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? ſimilis erit Deo in filiis Dei*; de hominibus verò Sanctis per eundem Prophetam dicitur: *a Ego dixi, Dii eſtis*, ideſt Deo ſimiles per ſanctitatem, *& filii excelſi omnes*, Sed tamen rectè ſubiicitur. *Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de Principibus cadetis*; Ac ſi diceretur: Etſi propter ſanctitatem filii Dei appellari poſſitis, & quaſi Dii quodammodo ſitis ob ſimilitudinem, quam ad Deum ipſum habẽtis in ſanctimonia, nullatenus tamen cum Chriſto conferri poteſtis, qui cùm verus, ac naturalis ſit filius Dei, & Deus ſimul eſt, & homo: *Vos autem*; quantumlibet ſitis ſancti: puri tamen homines eſtis, vnde & *ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis*, niſi ab illo fulciamini, facillimè in peccatum cadetis, dum in præſenti eſtis ſæculo. Vel, vt ſit futurum pro præterito; Ita puri homines eſtis, vt ſicut vnus de principib. ſicut primi parentes, & vos in peccatum cecideritis, ex illorum corrupto ſemine geniti. Chriſtus præſtantior Angelis vniuerſis, & omnib. hominib. Sanctis.
z Pſa. 88. 7
a Pſ. 81. 6.

Ideò congruentiſſimè Eccleſia cum Sanctis quibuſcunque, tum Angelis ipſis eum præferens, ait: *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*. Filii ſiquidem illi magnæ, forteſque ſunt arbores, recreare poſſunt conſolationibus, cuſtodire repagulis; fulcire inſpirationibus, vel admonitionibus, adiuuare denique orando, miniſtrando, docendo, & exemplis ad bonum eleuando: Solus tamen Chriſtus fructus, pomaq; profert gratiæ, *b* ſuper quem multiplex requieuit b Iſa. 11. 2
gratia Spiritus ſancti: *c per quem gratia, & veritas facta eſt*: *d In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*: & *e De cuius plenitudine nos omnes accepimus*, qui ob multiplicem, quam ex ſe profert, gratiam, inſtar pomorum perpulchrum *f candidus eſt & rubicundus*, quive ob earundem gratiarum fragrantiam tam ſuaui redolet odore, vt in principio huius Cantici, *g vnguentum effuſum* ſit nominatus, & ſolus Chriſtus in vita ſpirituali, nutrire poteſt, quia ſolus per eã quæ ab ipſo carpũtur, gratiæ poma animam reficit eſurientem, ac ſitientem, quandoquidem ipſe ſolus lignũ illud eſt vitæ, de quo Ioan. ait; *h In medio plateæ* h Apo. 2. 22
c Io. 1. 17.
d Col. 2. 3
e Ioh. 1. 16
f Can. 5. 10
g Can. 1. 3

DE ANIMA.

Ciuitatis noua Ierusalem, & vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium; de quibus plura dici deberent, si proprius hic esset locus.

Vers. III. Sicut malus inter ligna siluarum; sic dilectus meus inter filios.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

I. SENSVS. *Passionis tempus horam suā appellabat Christus, quia tunc illustrius cognoscēdus esset.*

QVamnis Christus Dominus semper, dum in terris cōuersatus est, dignosci facile ab vnoquoq; potuerit, peculiare tamen plenioris huius cognitionis tempus illud extitit, quādo ille ad passionem accessit, & cruentam obiit mortem, ideoq; tempus illud horam suam appellauit sæpius, *a* vt propriam ac peculiarem horam, & tempus manifestationis suæ, prout apud Ioannem testatus est, quando, cum Gentiles quidam ipsum videre peroptarent, ad Apostolos, qui id sibi retulerant respondit, dicens: *b Venit hora, vt clarificetur filius hominis: Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti, cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert:* quibus in verbis per metaphoram corruptionis grani, ex consensu omnium Patrum passionem, mortemq; suam intellexit, quam quam reuera nulli obnoxius fuerit corruptioni.

a Matt. 26. 45. Mar. 14. 35. Iob 7. 30. & 8. 20. & 13. 1.
b Io. 12. 23.

Porrò id ipsum, quod adeò apertè de semetipso testatus est, multis anteà sæculis per Prophetā prænuntiauit metaphoris haud quidem obscuris. Vnde in insigni illo Cantico Habacuc, iuxta versionem Septuag. legimus. *c In medio duorum animalium cognosceris, cum appropinquauerint anni, cognosceris, cum aduenerit tempus, ostenderis.* & si enim totū illud temporis spatiū, per quod illius passio perdurauit, hora tempusq. eius dici potuerit, in quo clarificandus erat filius hominis, illi tamen præsertim id ascribitur tempori, quo in Cruce pependit inter latrones, quos rectè iuxta volgarem opinionem (vt notat Hieronymus) duorū animaliū nomine designauit Propheta, quia latrones, instar irrationabilium, agrestiumque animalium ex præda viuere soleant, & ex rapina.

c Haba. 3. 2.

In medio latronū crucifixus Christus cognitus ē Deus.

Hieronym. in Habacuc prophetam.

Enimuerò tunc potissimū temporis id manifestatum est, quod omniū præstantissimum erat, eū non esse hominem duntaxat, sed esse & Deū, & tunc fructus apparuere salutis humanæ: tunc deniq; fragrantiam de se effudit gratiarū: tunc & cōtemplantibus dulcedinem parauit ineffabilem.

Hinc est, quòd eius Sponsa Anima sancta ad illud in primis tempus coniectos habet oculos mentis, eosq; præsertim in statu illū contemplari conatur, quo crucifixus erat inter latrones: ideoque in hoc Cātico amatorio referēs, quantū per istiusmodi cōtemplationem adepta sit cognitionis eius, conuersa ad pias quasque animas ait: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios,* vel, *in medio filiorum.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Dilectus meus totus est in laudib. meis cumulādis, cùm ipse multo magis mihi sit celebrandus, meam sanctitatis pulchritudinem illustriorem, inquit, redditam per id, quod in medio impiorum æque ac lilium floreum inter spinas: At certè multo id rationabilius de ipso affirmandum est, cuius tunc præstantissimæ magis eluxerunt excellentiæ, quando *d cum sceleratis deputatus est*, siquidem inter duos illos, in quorū medio confixus est, filios, atq; latrones ita eximius, ac præstās apparuit in pulchritudine virtutū, in fragrantia gratiarū, in floribus cicatricū, atq; in fructib. sacramentorum, vt malus inter ligna siluarū præstantiorem præsefert pulchritudinem, odorem, atque dulcedinem frondibus, ramis, floribus, & pomis.

d Isa. 53.

Pro exacta istius sensus intelligentia. Primò assignanda est ratio, quare latrones illi filiorum nomine sint expressi: Secundò, quàm congruè ijdem sub siluestriū arborum metaphora sint designati: Tertiò quàm aptè Christus sponsus cruci affixus arbor dictus sit mali: Ac denique, quomodo inter latrones cognitus sit Deus, qui prius ab impiis Iudæis existimabatur scelestus: qua ve Christi excellentiæ manifestatæ tunc fuerint, cum in Cruce penderet in medio latronum.

Quoad primum: filios aptissimè duos illos appellauit latrones haud dubium quin ipsius Christi, multęque assignari possunt rationes, quare hac ij insigniti sint appellatione: Prima, quia Christus Dominus tanquam mater eos ad resurrectionis partum concepit, dum illos admisit ad societatem passionis suæ, iuxta illud Apostoli, *e Sicut socij passionum estis, sic eritis, & consolationis, f &, Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.*

Latrones crucifixi cū Christo, quare dicantur filij Christi.

e 2. Cor. 1. 7
f Rom. 6. 5.

Notum est quippe scripturæ studiosis, resurrectionem esse quamdam generationem, ita vt propterea Paulus *g* de resurrectione id psalmi accęperit, quod Christo dictū est à Patre: *h Filius meus es tu; ego hodie genui te.*

g Ac. 13. 33.
h Psal. 2. 7.

At si propter hanc conceptionem latrones filii Christi appellati sunt, multo fortasse magis ob aliam conceptionis speciem idē meruerūt nomen, qua nimirū ad Euangelicam legem cōcepti sunt, nam si Paulo *i* Galatas filios suos nūcupare licuit, quia illos ad Christum sua peperit eruditione, quod & Corinthijs protestatur, dicens: *K. In Christo Iesu per Euāgelium ego vos genui:* multo certè congruentiùs Christo horum latronū tribuere debemus conceptionem, & per consequens eius filios illos appellare, quādoquidem vnum à dextris, alterum à sinistris sibi consedere fecit in cathedra Crucis in qua totam eos edoceret Euangelii doctrinam. Denique filii Christi rectè dicūtur quia Christus, instar amātissimæ matris eos in primis secum trahere conatus est, tanquam dilectissimos filios, alterum eorum assumēs dextera alterum verò sinistra, ne absque matre deperirent in terris.

i Gal. 4. 19.
k 1. Cor. 4. 15.

Quamuis enim omnia se tracturum, pollicitus esset, cùm diceret. *l Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum:* hos tamen præ reliquis vniuersis quodammodo manib. propriis secū trahere voluit. Quamquam de altero id proferre potuerit, quod apud Isaiam de filiis Israel à Domino dictum accepimus. *m Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me,* de eo nimirum, qui sinistra manu ab illo exaltatus, duci se minimè est passus, quive parturientem ad resurrectionem, atq; ad Euangelium blasphemiis spreuit, atque conuiciis, ita vt per syllepsim de eo, quasi de pluribus, Prophetæ verbis dictum sit: *Ipsi autem spreuerunt me:* sicut, & à Matthæo, & à Marco, quasi de pluribus dictum est, *n Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.*

l Io. 12. 32.
m Isa. 1. 2.
n Matt. 27. 44.
o Marc. 15. 32.

Quod tamen ab vno tantùm factum probabilius, iuxta Lucæ Euangelium asserunt Cyprian. in serm. de passione Domini, Cyrillus Ierosolym. catechesi communi tertiadecima, August. libro 3. de consensu Euangel. capite 16. Ambros. comm. in Lucam.

Lucam. Hierony. com. in 27. Matthæi, Leo sermone 2. de Passione, Gregorius libro 27. Moralium, capite 16. & alii complures, non obstantib. multis, atque grauissimis Patribus, qui contrarium asseuerant. Bene igitur Christi sponsa latrones illos ambos filiorum nomine appellauit dicens: *Sicut malus inter ligna siluarũ, sic dilectus meus inter filios.*

Latrones quare ligna siluarũ sint appellati, dũ in Crucis ligno pẽderent.

At sicut bene filiorum nomine nuncupati sunt; ita & congruentissimè dicti sunt ligna siluarum. Enimuero dum lignis confixi essent, rectè appellatione lignorum, quibus vniti quodammodo erãt, nuncupati sunt.

Quàm verò aptè haud ligna simpliciter, nec ligna quælibet dicti sint, sed ligna siluarũ, ipsum indicat latronum studiũ, quod in siluis exerceri solet in primis, ipsorum & commoratio, quæ in siluis frequentior est, in quibus abdere ij sese solent, vt latrocinia plura, maioraque committant.

Christus crucifixus, quare assimilatus sit arbori mali.

Non minus autem congruè Christus, qui in illorum medio ligno Crucis similiter est confixus, ligni nomine fuit appellatus, & ligno mali ab anima Sancta assimilatus: hac enim mali metaphora significatur, Christũ crucifixum esse charitatem ipsam, cum arbor mali, vt supra notatũ est in fine primæ expositionis, sit præcipuum amoris hieroglyphicum, & insuper insigne alterum indicatur mysteriũ: Malus quippe plantata in silua, in silua quidem est, & inter ligna siluarũ, haud tamen siluestris est, prout reliqua ligna illa: Sic & Christus Crucifixus, quamuis inter latrones positus esset, & in silua huius mundi, vt corda prædaretur hominum, atque vniuersa ab hominib. quodammodo furaretur, iuxta illud, quod de se fassus est, cũ diceret: *p Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*: nequaquam, tamen eo modo siluestre extitit lignũ, prout latrones ii, qui cum eo crucifixi erant, nequaquam scelestus, quia non rapuit aliena.

p Io. 12. 32

q Ecc. 11. 30

In medio latronũ cruci fixus est Christus, vt instar illorũ latro existimaretur, atque scelestus, cuius tamen contrariũ per ipsos latrones manifestatum est.

Verùm contra hæc argui potest ex ea libri Ecclesiastici sententia, qua dicitur: *q In filiis suis agnoscitur vir.* Nam si latrones filii Christi erant, & Christus Crucifixus extitit in medio filiorum latronum, cũ ex filiis agnoscantur parentes, per filios latrones, atq; scelestos videtur & Christus agnitus latro, & latro scelestus. Equidem haud abnuendũ, quin ad hoc Iudæi in medio latronum illorũ Christum crucifixerint, vt & ipse, instar illorum, latro existimaretur, vt latronem scelestũ eum prædicarent; ideo in medio eum collocarũt quasi latronum omniũ parentem, ac principem, vtpote quem proclamarũt furatum esse gloriam Dei. Sed tamen sicut arbor mali, quæ in silua est, quãdo est absque floribus, & fructib. videtur esse arbor siluestris, & nihil à reliquis siluarum lignis discrepare: at verò cum florib. decora est, & fructib. onusta, tunc exploratum fit vniuersis, quàm longè à natura discrepet lignorum siluestriũ, tuncque illius manifestæ sunt excellentiæ. In eumdem modũ Christus Dominus antequam flores in carne sua emitteret vulnerũ sacratissimorum; antequam in Cruce fructus proferret gratiarum; antequam saluberrima produceret poma Paradisi, latro visus est, ac scelestus: vnde & de semetipso ait: *r Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me*; At, cum in Crucis lignum elatus flores iam emisit, illicò innotuit omnibus, haudquaquam latronem eum esse, aut scelestum, testante hoc vno ex iis ipsis, qui cum eo crucifixi erant, latronibus, cum alterum reprehenderet, dicens: *ſ Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es: & nos quidem iustè, hic autem nihil mali*

Simile.

r Matt. 26. 55.

ſ Lu. 23. 40

A *gessit*: Ac si diceret: Neque tu times Deum, qui, cum in eadem crucis pœna cum Christo verseris, eius magis misereri deberes, eiusque sanctitatem, atq; præstantiam magis agnoscere, cùm apertè pateat, illum haudquaquam hæc pro aliquo pati latrocinio, prout nos, qui pro multis à nobis patratis furtis, atque scelerib. meritò hac pœna damnati sumus, ipse enim nil vnquàm admisit criminis. Tunc, cùm ex floribus sacratissimorũ vulnerũ fructus erupere gratiarũ; inter duos illos filios præstantissimæ ipsius excellentiæ mundo manifestatæ sunt, quàm pulcher nimirum esset, instar pomi pulcherrimi, candidus diuinitate, & rubicundus humanitate, quam suauis, quippe qui fragrantia diuinæ gratiæ, quam ex vulnerib. effundebat, infestissimũ quemq; peccatorum tolleret fœtorem: quàmve instar pomorum prædulcium gustui dulcis esset, qui dulcedinem exhiberet Paradisi. Quæ omnia per mutuũ colloquium inter illum, atque alterum ex latronibus adeò apertè demonstrantur, vt planè ex tunc apparuerit, quàm verè ab anima sancta dicta hæc fuissent. *Sicut malus inter ligna Siluarum, sic dilectus meus inter filios*: sicut pulchritudo, fragrantia, atque dulcedo mali tunc fit magis perspicua, quando ea est in medio siluestriũ arborum onusta & florib. & pomis; sic tũc excellentiç Christi dilecti mei innotescent apertius, quando is in medio erit latronũ cruci affixus, vulneribusque confossus. Audi latronem, & pulchritudinem, & fragrantiam eius proclamantẽ: *t Memento mei Domine, dum veneris in Regnũ tuum*, vel, vt est in Græco, *ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*, *in regno tuo*: Sensit bonus ille latro gratiam, ex Christi vulneribus erumpentem, intuitus est pomorum pulchritudinem: atque adeò illicò Deum illũ protestatur, & hominem regia maiestate decorum, appellans ipsum Dominum, & addens, cùm veneris in regno tuo, idest, cùm veneris iam regnans: cùm veneris in hac regia maiestate, quam modo super Crucis throno adeptus es: Odoratus est gratiarum eius fragrantiam, & ideò per illam peccatorũ suorum fœtorem à se arceri peroptans, inquit: *Memento mei*: Neq; enim aliud per hæc verba efflagitabat, nisi vt Christus sua ei condonaret delicta, vt bene notat Aug. lib. 6. contra Iulianum ca. 5. Porrò dulcedinem earundem gratiarũ, quamve gustui suauia poma ex ista arbore mali producta tunc fuerint, ipsiusmet Redemptoris nostri responsio ad latronem clarissimè manifestat: cum enim ait: *u Hodie mecum eris in Paradiso*: innuit, poma, fructusq; illos, quos proferebat in Cruce, eius esse dulcedinis, eius saporis, eius deniq; & virtutis, vt beatitudinem conferant Paradisi, & vitam æternam, quæ in Paradiso iugi perdurat dulcedo felicitate. Neq; verò ea dũtaxat dulcedo ex fructib. exhibetur Christi Crucifixi, qua Beati in futuro sæculo perfruentur in gloria; sed & in hac quoq; vita ea delectationũ spiritualiũ ex iisdem percipitur suauitas ab iis, qui contemplationi sese dediderint, quæ similis dici queat suauitati illi cælesti.

Inter latrones pẽdente Christo manifestata sunt eius excellentia.

t Lu. 23. 42

u Lu. 23. 43

B C D E

Iuxta sensum tertio, & vltimo loco in prima expositione allatum, Anima sancta confirmat id, qđ in superiorib. in sui commendationem dictum accepit. Siquidem, cùm Christus eius sponsus, deiiciens sese, illamque extollens, florem campi se asseruisset liliumque conuallium expositum conculcantium pedibus, oppressumque in passione absq; vlla Angelorũ, vel hominum ope, & consolatione, ipsam verò lilium, Angelorum, sanctorumq; Patrum sepe circundatum. Nunc in istorũ confirmationem, necnon & in gratiarum actionem hisce

DE ANIMA.

illa respondet: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*. Ac si dicat fratribus adstantibus.

PARAPHRASIS.

Quod de semetipso meus asserit dilectus Christus, ita verum est, vt illud abnuere minimè valeā: etenim cum in mundum descendit, siluam certè adiit omnibus perniam, neque propterea, quòd inter homines conuersatus est filios suos, aliquid ab illis vel opis ei præstitum est, vel consolationis: quinimò sic in medio extitit eorum, sicut malus existens inter ligna siluarum.

Præclarè autē in his verbis, hoc sensu acceptis ea omnia designantur, quæ Christus passus est; siue consideretur in medio hominū in genere: siue consideretur in medio Iudæorum, quos peculiari filiorum suorū nomine in scripturis sacris Deus insigniuit: fuit .n. sicut malus inter ligna siluarū, quando instar puri hominis in medio hominum sic conuersatus est, vt & esuriret, & defatigaretur, & aliis huiuscemodi subiectus esset miseriis. Quēadmodum malus inter ligna siluarū, dū in hyeme floribus, frondibusve expoliata est, dumq; fructibus caret, nil ab arborib. siluestribus differre videtur: imò & illis, quæ semper virescunt, quæve altius eleuantur, ignobilior existimatur, atque deformior: ita & Christus, quando in hyeme miseriarum, persecutionū, atque dolorū in medio hominum est conuersatus; quando non agnoscebantur, nec intelligebantur frondes, quas de se emittebat, sacræ doctrinę, flores, quos propria virtute proferebat, ingentiū miraculorū, & fructus gratiæ, quos in maxima producebat copia, tanquam vnus existimatus est de populo: imò & nouissimus virorū apparuit, omnibusve deformior hominib. ita vt de illo Isaias, x *Vidimus eum* dicat, *& non erat aspectus, despectum, & nouissimum virorum*: & ipsemet de se ipso: *Ego autem sum Vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*. Porrò quia sic inter homines est conuersatus, vt instar reliquorū hominum, & magis quam reliqui homines miser existimari voluerit, æque ac malus in hyeme est inter ligna siluarum: hinc illud pariter factū est, vt & sicut ceteri hoies morti fuerit expositus, sicut in hyeme malus, quæ est inter ligna siluarū cæsioni subiacet ęquè ac reliqua ligna illa. Rectè insuper malo inter ligna siluarū assimilatus est Christus, dū in medio Iudæorū & doctrina, & miraculis appareret illustris: planè enim constat tunc maioribus illum affectū molestiis, quando illustriora operabatur miracula; quādo præstantiorem edocebat doctrinam: tunc contrà illum magis magisve scribæ irritati sunt, & Pharisæi: tunc in eum commotæ sunt populorū turbæ: tunc eum sępiùs lapidibus obruere conati sunt: tuncq; Principes Sacerdotum collegerunt Concilium, vt eum morti traderent. Vnde postquam insigne illud resurrectionis Lazari diuulgari cępit miraculū, dicebant. z *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum*. Euenitque Domino nostro illud ipsum, quod malo euenire solet inter ligna siluarum, quando perpulchris onusta est pomis, quam, arborib. ceteris prætermissis, quotquot per siluam transire contigerit, percutiūt fustib. & petrarum ictibus, excutiūtque omnibus neruis.

Christus in mūdo dum passionibus esset expositus, existimatus ipurus hō, & miserrim⁹, eū nō agnoscentur.

x Isa. 53. 2.

y Psa. 21. 7.

Christus ob virtutū signa, & ob eximiā doctrinā maiores sustinuit persecutiones.

z Io. 11. 47

Simile.

Simile.

Fructus virtutū Christi à Iudęis conculcati.

Denique *sicut malus inter ligna siluarum, sic* Christus piæ Animæ *dilectus inter filios*: quoniam, sicut malus, dū est inter ligna siluarū licet perdulcia, atque perpulchra proferat poma, quæ tametsi magna eorū habenda esset ratio, attamen propterea quòd in silua proterūtur, vel marcescunt in terra, vel à feris, & brutis animantib. conculcantur, aut ab iisdem, instar siliquarum absque vllo comedūtur delectu: vixq; ab aliquo homine, quem per siluam transire, illaq; intueri contigerit, carpūtur comeduntur, & conseruantur. In eumdem modum & Dominus noster, dum in huius mundi silua inter filios hominum atque inter siluestria, & infructifera versari dignatus est ligna, inter rebelles filios Dei quamuis odoratissimos, perpulchros, optimosque protulerit fructus decoris, & honestatis, fructus humilitatis, mansuetudinis, patientię, ceterarumq; virtutum, fructus quoque gratiarū, atque miraculorum, ij tamen à Iudæis, tanquam brutis, rationisque expertibus conculcabantur, despiciebantur, aut absque vllo comedebantur delectu: Tunc videlicet temporis, quando donis miraculorum, curationumq; perfruebantur absq; vlla gratiarum actione, vixque pauci reperti sunt eius discipuli, qui ratione instar verorum hominū viuentes, & excellentiam illorum fructuū per diuinam intelligentes gratiam, auiditate quàm maxima eos carpserunt, comederunt, nobisque suis seruarunt in scriptis.

A

B

Vers. III. Sicut malus inter ligna siluarum; sic dilectus meus inter filios.

C

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

NOn modicum sanè sacrarum Scripturarum peritis id ingerit difficultatis, quod à sapiente in libro Ecclesiastes dicitur: a *Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni*: Neque enim verosimile videtur, vt sapientissimus Salomon adeò in arctum vel bonitatem constituerit, vel sapientiam, vt & ab vniuerso femineo eas excluserit sexu, & vix in vno illas reperisse se dixerit inter mille homines, atq; adeo non incongruè nonnulli per hyperbolem hæc dicta existimarūt: asserentibus aliis, ea accipienda de mutabilitate, & fictione sexus feminei, in quo virilem sexum longè excedit. Quicquid tamen sit de sensu litteræ: Mihi certè in hac sententia mysticus arridet sensus, facitque is permultum ad confirmationem eorum, quæ à Gloriosissima Virgine dicūtur in Christi laudem, dum ait: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*. Enimuero Ecclesiastes id sibi vult, vt iustitiam vniuersam, quæ in toto est mundo, siue in viris, siue in mulierib. ea conspiciatur, vni adscribat Christo, qui est vir ille, de quo per Ieremiam dicitur: b *Nouum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum*, quemve sponsa inferius c electum dicit ex millibus, hunc vnum, ac solū Ecclesiastes asserit reperisse de millib. id est, de vniuersis, quotquot in mūdo sunt hominū, qui bonum faceret, de mulierib. verò nullā, vt verū esse appareat, quod in Psalmis testatus est Propheta, d *Non est, qui faciat bonum in viris, vel in mulieribus, vsque ad vnum*. quid est, *vsque ad vnum?* vsque ad Christū, inquit Aug. quo adusq; mentis aciē non dirigamus ad Christū, nullū ī humano genere fructū reperire valemus, quia solus Christus cū Deus sit, & hō, bonitatē habet p naturā, solus Christus bonū à semetipso operatus est. Reliqui vniuersi nil à semetipsis boni proferre vel pnt, vel potuerūt vnquā. Qnquidē e *Nō sumus*, vt ait Apost. *sufficiētes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*, quicquid in Sanctissimo quolibet reperitur virtutis, Christi

a Eccl. 7. 29

D

Inter homines vniuersos solus Christus à semetipso bonū protulit

b Ier. 31. 22

c Cāt. 5. 10

E

d Psa. 13. 3

August. In psa. 13.

e 2. Cor. 3. 5

DE B. MARIA

ſit potius ea virtus dicenda eſt, qui eſt principium totius gratiæ, quam Sancti illius, iuxta illud Pauli, *f Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit: ſed abundantius illis omnibus laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum*; Sancti quique in Chriſti comparatione infructiferæ arbores ſunt. Hinc bene, quæ omnium Sanctiſſima extitit Maria, hanc in primis dilecto ſuo conferēs laudem, cū ſe mulieribus omnib. ab illo prælatam accepiſſet in Sanctitatis, puritatisve decore, atq; fragrantia, quaſi ipſa eſſet liliū, reliquæ ſpinæ: nūc ad hæc reſpondens ait: *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*. Ac ſi dicat.

f 1. Cor. 15. 10.

Sancti oēs in Chriſti cōparatione ſunt arbores infructiferæ.

PARAPHRASIS.

Ipſa, ſi ceteris mulierib. ſanctitate, vt affirmas, præſtantior ſum, ſi virtute fragrantior, haud tamen talis ſum, vt fructum quempiam à me proferre valeam: liliū pulchrū, ac redolens ſum, quia tibi approximata ſum lilio vero: At tu ita hominibus excellis vniuerſis, vt arbor mali lignis excellit ſiluarū; tu enim ſolus à temetipſo bonū profers fructum: tu ſolus, dilecte mi, poma ex te producis gratiarū: tu ſolus vitam conferre potes: Reliqui vniuerſi quantumlibet excelſi ſint, quantumlibet Sancti, etſi filij Dei ſint, ſilueſtres ſane arbores ſunt, ſi per ſe conſiderentur, quippe qui nil ex ſe proferant boni: fructus omnes, pomaque omnia, quæ in hac mundi ſilua reperiuntur, à te proueniunt, qui in mundo factus es dilectus meus inter homines, ac præſertim inter filios Dei.

Verſ. III. Sicut malus inter ligna ſiluarum; ſic dilectus meus inter filios.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Ecce ſicut pulchra & laudabilis malus citrea inter arbores infructuoſas, & totus mundus cognoſcit illam: Ita Dominator ſæculi fuit laudabilis inter Angelos in tempore, quo reuelatus eſt in Monte Sinai, quando dedit legem populo ſuo.

Deus in legis latione laudabilis inter Angelos.

Dramaticus ſenſus vnus eſt Patrū omnium, vt hæc à ſponſa dicta ſint, quæ ſponſo, à quo laudata fuerat, vicem reddat laudationis; ſed cum acceſſione non modica, vt explicatum habes in primo ſenſu primæ expoſitionis noſtræ.

Spiritualis autem ſenſus quadruplex apud eoſdem Patres reperitur; nam, tametſi omnes in eo conueniant, vt commendetur Chriſtus ſimilitudine, ſeu exceſſu arboris mali ad arbores ſilueſtres: diſcrepant tamen in explicanda ipſa laude, qua is eodem exceſſu præfertur filijs.

Origen. *Chriſtus & Angelis, & hominibus prefertur.*

Primò enim Origenes homil. 3. ex quatuor, filiorum nomine, tam Angelos, quàm homines deſignatos accipiens, in hoc inquit ſitam præſentem laudem, quòd vtriſq; Chriſtus præferatur, ſicut arbor mali lignis præfertur ſiluarū, cum fructū habeat, qui non ſolum ſapore omnes, ſed & odore præcellat, & duos animæ ſenſus, idest, guſtū, & odoratum reficiat. Diuerſis. n. ait, copijs menſam ſuā nobis præparat Sapientia, in qua, non ſolū panem vitæ apponit, ſed immolat carnes Verbi: & non ſolū miſcet in cratere ſuo vinū, ſed & mala odorata ſatis adhibet, & dulcia, quæ non tantū in ore, & labijs ſuauitatem reddant, ſed & interioribus tradita faucibus dulcedinem ſeruent.

Bernard.

Econtra Bernard. ſerm. 48. negat, vllatenus hoc loco Chriſtū præferri Angelis, ſed hominibus dūtaxat: primùm quippe dubitationem proponens

Michaelis Ghiſlerij.

A circa ſimilitudinem allatam, ait, Mouet me de ligno hoc, quod non tantæ excellentiæ eſſe videatur, quantæ aliquod ceterorū, & ideo minus digne aſſumi in opus ſimilitudinis, vtpote quod nō ſufficiat laudis vicem implere. Denique nec ſponſa magni æſtimaſſe videtur, quæ hoc in lignis ſiluarum tantùm afferre curauit, nimirū ſterilibus, nec fructus humano victui aptos ferentibus. Cur ergo omiſſis melioribus. & nobilioribus. lignis, huius mediocritas arboris adducta in mediū eſt ad formandū ſponſo præconiū? Itane ad menſurā laudē recipere debuit, qui ad menſurā ſpiritū non accepit? Hæc nēpe data de illa arbore ſimilitudo facit vt videat habere ſuperiorē, qui parem non habet.

APPENDIX.

Chriſtus ſimilitudine mali inter ligna ſiluarum præfertur hominibus tātum & non Angelis.

B Tum ad hæc ſic reſpondet: fateor, parua laus, quoniam parui laus; non. n. in hoc loco prædicatur magnus Dominus, & laudabilis nimis, ſed paruus Dñs, & amabilis nimis; paruulus vtiq; qui natus eſt nobis: Ergo non maieſtas extollitur hic, ſed commēdatur humilitas digneq; ac rationabiliter, quod infirmū, & ſtultum eſt Dei, hominū fortitudini, & ſapientiæ antefertur; ipſi namq; ſunt ligna ſilueſtria, & infructuoſa, quoniam ſecundum Prophetam. *a Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt, qui faciat bonū nō eſt vſque ad vnum*. Vna inter ligna ſiluarum Dominus Ieſus arbor faciens fructum, ſecundum hominem ſane, etſi prælatus hominibus, ſed ab Angelis minoratus. Miro etenim modo & Angelis ſeſe, factus caro, ſubiecit, & Angelos ſibi, manens Deus, ſubiectos retinuit: denique: *b Videbitis*, inquit, *Angelos aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis*, quod in vno, eodemque homine Chriſto Ieſu & infirmitatem foueant, & ſtupeant maieſtatem. Quia ergo ſponſæ id dulcius, quod ſe immanuit, ſapit, libentius attollit gratiam, præfert miſericordiam, ſtupet dignationem. Libuit proinde hominem inter homines admirari, non inter Angelos Deum, tamquā malus inter ligna ſiluarum excellit, & non plane inter hortorum plantaria.

a Pſ. 13. 3.

Chriſtus vt hō & ſi prælatus homini nibus minoratus. eſt tamē Angelis quos idē ipſe vt Deus ſubiectos retinuit.

C

b Io. 1. 51.

Porrò in hoc, quod à Bernardo aſſeritur, vt hominibus Chriſtus præferatur, conueniunt Patres vniuerſi. Sed adhuc inter ipſos non modicum eſt diuerſitatis.

D Quidam enim illorū exiſtimant, Chriſtum ipſum præferri ijs in primis hominib. qui iuſti ſunt, atque adeo digni, vt dicantur filii Dei. Ita Origenes homil. 2. ex duabus. Ad Chriſtum, inquit, lautus eſt omne, quod dixeris, & in fructuoſa ſunt omnia: quæ enim poſſunt dici ad eū comparata, fructifera? etiam ligna quæ videbantur fructibus incuruari, ad collationem aduentus eius infructuoſa monſtrata ſunt. Ideo *vt malus in lignis ſiluæ, ita fratruelis meus in medio filiorum*. Sed clarius Ambroſius ſerm. 5. in pſal. 118. ver. 1. dicens. *Tanquā malum in lignis ſiluæ, ita conſobrinus meus in medio filiorum*. Eò quod ſuper Prophetas, & Apoſtolos intima corda hominum verborū ſuauitate mulcebat, ſed non ſolùm odor, verùm etiam cibus ſuauis in malo eſt, ergo cibus ſuauis eſt Chriſtus. Ita Gregorius Papa, ita Caſſiodorus, Beda, & Iuſtus Orgelitanus aſſerentes, Chriſtum filium Dei naturalem merito hic præferri illis, qui per ipſius gratiam adepti ſunt filiationem Dei.

Chriſtus inter inſtar vt malus inter ligna ſiluarum.

Origenes. *Chriſtus cō paratus Prophetis, & Apoſtolis, vt malus, &c.*

E

Gre. Pap. Caſſiodo. Beda. Iuſt. Orig.

Chriſtus ſolus hominib. prælatus eſt, vt malus, &c.

Alij è contra filiorum nomine homines prauos intelligentes, quos aliquando filios diaboli, aliquando filios iræ nonnimus appellatos, ijs præferri, inquiunt, Chriſtū, vtpote, inſtar arborum infructiferarū, vt ait Theodoritus: vel quia (vt dicitur in Catena triū Patrum) ad ſiluæ ſimilitudinem luxurient, & belluinis voluptatibus inſeruiant.

Theodori. Tres Patr.

APPENDIX.

Origenes. *Christus collatus est cü bestijs arboribus, cü Iudæis, & cü Gentilibus est vt malus &c. Christi doctrina Catholica quã præstantior sit doctrinis Hæresiarcharum.*

Sed & inter hos quoque, qui in malum sensum A accipiunt, filiorum nomen, aliquid est diuersitatis, nam præterquam quòd quidam generice pro quibuslibet prauis hominibus id sumunt, vt dictum est, Origenes homil. 3. ex quatuor ad hæresiarchas, & nomen prædictũ, & cõparationem restringit, ita vt videatur Ecclesia, comparans suauitatẽ doctrinæ Christi ad asperitatem hæreticorũ dogmatum, ac sterilem, infructuosamq; doctrinam, dicere: Mali quidem suauia esse dogmata Ecclesiastica, ligna verò siluæ esse ea, quæ à diuersis hæreticis affirmantur, vt de istis infructuosis lignis siluæ dictum sit, quod in Euangelio scriptum est; *a Ecce iam securis ad radicem arboris posita est, b & Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* B

a Mat. 3. 9. b Luc. 3. 9. Rup. Abb. Philo Car.

Rupertus Abbas tam nomen pariter filiorum, quàm comparationem restringit ad Iudæos.

Philo autẽ Carpathius filiorũ vocabulo Iudæos ipsos designatos accipiens, per ligna tamen siluarũ intelligit Gentiles, vt vtrisque Christus præferat.

Discrimen inter filias & filios. Aponius.

At alij ita quoscunque prauos, seu infideles per vtrumque vocabulũ significatos sumunt, vt tamẽ cum illis potissimũ collatum, ijsdemque prælatũ arbitrentur Christum, qui per Christũ id tandem assequantur, vt & fructiferi reddãtur, & spem consequantur adoptionis filiorũ Dei. Vnde notat Aponius, haud de malitia notari hic filios, sicut in præcedenti sententia filias, quæ spinis comparatæ sunt, vt potè armis diaboli, cum è contra filiis istis, qui & ligna siluarum nuncupati sunt, exultationem in dilecti aduentu futuram Propheta prædixerit, vbi ait; *c Tunc exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem Domini, quoniam venit.*

c Ps. 95. 12. Greg. Nyss.

Egregiè & Gregorius Nyssenus homil. 4. ostendit, Christũ, quando humanam assumpsit carnem, descendens in siluam vitæ huius, factum esse lignum siluæ, fructiferũ tamen, vt homines quantũlibet prauos, atque siluestres, è siluestribus redderet fructiferos. Præclarè enim circa hæc philosophans, quæ à sponsa dicuntur. Primo notat, siluæ nomine siluestrem significari hominum vitam, in qua luxuriant varia genera animi perturbationũ, in qua, tanquam in antro insident, & delitescunt feræ exitiosæ, quarum natura in luce, & Sole est otiosa, & vim non habens operandi, vires habet in tenebris. Nã postquam sol occidit, nocte adueniente, Propheta dicit, *d Bestiæ siluæ in ea exibunt.* Secundò, ostendens, quomodo in hac silua Christus factus sit malus, & ad quid, ait: Quoniam ergo *e singularis ferus*, qui pascitur in silua, grauissimũ attulit damnum pulchræ vineæ humanæ naturæ, sicut dicit Propheta: *Vastauit eã aper de silua*: propterea in silua plãtatur malus, quę in eo quidẽ, quod est lignũ, est eiusdẽ essentiæ cũ silua humana, cetatus est. n. Christus in similitudine absq; peccato, in eo aũt, quòd talẽ fert fructũ, vt per eũ dulces reddantur sensus animæ, habet maiorem à silua differentiã, quàm ea, quã habet liliũ à spinis, vsque adeo, vt cũ forma habeat etiam boni odoris delectationem. Pomi autem gratia conuenienter tribus sensibus distribuitur, speciei aspectui, odore olfactui, & dulcedine gustui.

Vita hominũ silua, et quomodo.

d Ps. 103. 20. e Ps. 79. 14.

Christus factus est lignum siluæ sed fructiferũ, vt nobis inferetũ, nos quoq; redderet fructiferos ex siluestribus.

Vnde comprehenditur differentia excellentię Christi ab excellentia sponsæ, quoniam ille quidẽ & nobis fit lætitia oculorũ, & vnguentum odoratui, & vita comedentibus, humana aũt natura perfecta per virtutes solũ fit flos, non agricolam nutriens, sed seipsam exornans. Ille. n. non est bonorũ nostrorum egẽs, sed nos illius bonorũ egemus, Propterea spõsum aspicit purgata Aĩa in lignis sil

uæ factũ malum, vt sibi inferens omnes agrestes ramos siluę, efficiat, vt similes fructus producant.

f Psal. 44. g Cant. 1. Origenes. Theod. Ambros. Gre. Papa. Cassiodo. Beda. Iust. Org. Aponius. Bernard. Origenes. Gre. Nyss. Anselm. Philo Car.

Circa vim encomij huius, quo Christus celebratur similitudine Mali. Communis est Patrum omnium sensus, vt laus triplex in illũ conferatur, pulchritudinis, iuxta illud Psalmi: *f Speciosus forma præ filiis hominum*, fragrantiæ gratiarũ, iuxta illud: *g Vnguentum effusum nomen tuum*, atque refectionis, quam refectionem genericè sumunt Theodoritus, Ambros. Cassiodorus, Beda, Iustus Orgelitanus, Aponius, Bernardus, necnon & Origenes homil. 2. ex duab. quæ nimirũ fit per verba, per doctrinã, & per exempla. Alij tamen illam præsertim accipiunt, quæ fit per Sacramentũ Eucharistiæ. Indicat hoc Origenes homil. 3. & 4. Grego. Nyssenus homil. quarta. Psellus, & Anselmus; sed apertiùs Philo Carpathius, qui ait, malum & esui aptum est, & potui. Vt ergo mysticam lætitiam designaret, quam ipsi sponsæ elargitus est sponsus, dicens: *h Accipite, & comedite, hoc est corpus meũ, & accipite, & bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*, propterea malum appellari puto. Tria enim bona Malum continet. Esum, per quem significat Christi corpus, potum, quo significatur salutaris Christi Iesu sãguis, & odorẽ, per quẽ fides exprimitur.

h Lu. 22. 19 *In Eucharistia Sacramento Christus est sicut malus.*

Illud denique notandũ hoc loco superest, ab aliquibus mali nomine haud arborem, sed pomum sumi. Vnde Ambrosius serm. 5. in psal. 118. vers. 1. C ait: *Tanquam malum in lignis siluæ*. Huiusmodi pomum odorem gratum habet, vt cęterorum pomorũ fragrantiam vincat. Christus ergo affixus ad lignum, sicut malum pendens in arbore, bonum odorem mundanæ fundebat redemptionis, quæ peccati grauis detersit fetorem, & vnguentum potius vitale effudit.

Ambros. *Christus, è Cruce pendens vt pomũ est pulchrum, & odoratum.*

Et Psellus apud Theodoritum ob id, ait Verbũ appellatum pomum, vt innuantur fontes illi salutares, qui ex latere ipsius Verbi, & saluatoris emanarunt. Etenim si fortè à quopiam comprimatur pomum, liquorem sanguineũ, & aqueum emittit. Videtur autem Psellus sumpsisse Malum pro malo granato, prout accepit & Aponius. D

Psellus. *Christus pomũ aquã & sanguinẽ, quæ fudit ex latere.*

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Prima. Iuxta Sensum Litteræ.

POst præstantissimas Sponsi laudes celebratas, congruenti sanè ordine sponsa indicat primò, quomodo illius capta sit amore, idq; in primis optarit, vt tam insigni desponsaretur sponso: Tũ quomodo voti sui compos sit facta, ac demũ, quàm iucundum id sibi fuerit, quàmvè suaues exinde E cõsecuta sit fructus, persistit autem in hisce explicandis in ea ipsa, quam ceperat, Mali metaphora, alluditq; ad id, quod viatori contingere solet, qui cũ, per densas peragrans siluas, æstibus, siti, fameq; sit defatigatus, id vnum in optatis habet, vt ad arborem perueniat mali, quam inter siluarum ligna vnicam nouit & vmbra iucundiorem, & prædulcibus onustam pomis, ad quam deniq; etiam è lõginquo conspectam velocissimo tendit & cursu, sedet, cubatq; ad illius vmbram, illius delectatur aspectu, carpit poma, sitim eis extinguit, omnemque tollit, & famem. Porrò tria ista, desideriũ ex amore causatũ, consecutionem ipsius desiderij, necnon & vnionem cum sponso, quem adeo peroptarat,

Simile.

&

LITTERA.

& dulcedinem, quã ex tali perceperat vnione, ordine magis distincto explicat, iuxta lectionem originalium Hebræorum, ac septuaginta; quæ sic habet. *In vmbra eius desideraui* (en primum,) *& sedi* (en secundum) *& fructus eius dulcis palato meo, seu faucibus meis;* (en Tertium.) Quod ergo ait tale est.

PARAPHRASIS.

Cùm dilectus meus inter filios sit instar mali inter ligna siluarũ, cum & decoris pulchritudine, & bonæ famæ fragrantia, & morum suauitate præstantior ille ipse sit hominib. vniuersis, atque ac arbor mali omnibus siluarum lignis pulchritudine excellit, pomorumque odore, atque dulcedine: cumque adeò insignes illius compertissimæ mihi sint excellentiæ, allecta ab iis sum ad eum amandum, atque adeò id imprimis concupiui, vt sub illius mali vmbra esse, & viuere, mihi daretur: vt ei adhærere mihi fas esset, vtque ei desponsata sub illius vmbra, & vnà cum illo viuerem eius sponsa. Accessi ad illum, quodque optabam sum assecuta; sub vmbra quippe illius, quem desideraueram, quemve amaueram sedi, ei iuncta sum, fructusq; conuersationis illius, & verba factaque eius tantam mihi exhibuere dulcedinem, quantam inter ligna siluarum defatigato, ac sitienti poma præstare solent arboris mali.

Sub vmbra alicuius esse puellam significat, desponsatam eam illi esse.

Vnum circa hæc est notandum: præclarè hac metaphorica locutione: *esse sub vmbra dilecti* significari, desponsatam eidem esse: illũve pro viro habere; quandoquidem vir vmbram quandam suæ efficere solet sponsæ, dum illam iuuat, & protegit. Vnde in libro Ruth. cap. 3. vers. 9. legimus, *a* Ruth Moabitidẽ dixisse Booz. *Ego sum Ruth ancilla tua, expãde pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es;* idest, tibi iure propinquitatis despõsari debeo, quapropter in signum huius desponsationis, qua sub vmbra tua custodiẽda sũ, expãde palliũ tuũ super me, vt pallio ipso tuo tuã pollicearis, & vmbrã. Et Angelus ad Mariam, significãs, eã a spiritu sancto iuuandam, ac protegendam eo modo, quo sponsa à suo protegitur viro; *b Virtus,* inquit, *Altissimi obumbrabit tibi,* ac si dicat: Handquaquam alicuius viri ope indigebis: Spiritus enim sanctus sua te desponsabit gratia: Spiritus sanctus virtute sua in hoc partu tibi opem feret: atq; adeò, quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: quoniam sub Dei es vmbra, illi vni perfectissima desponsatione coniuncta. Est autem phrasis ista. *Esse sub vmbra cuiuspiam:* similis alteri phrasi: *Vocari nomen alicuius viri super aliquam:* qua idipsum designatur, desponsatam nimirũ alicui esse, cuius nomine ea non vocetur tantummodo, sed & protegatur: Vnde apud Isaiam *c* dicitur: *Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tãtummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum:*, quod non incongruè ad desponsationem mundi cum Christo referunt nonnulli; prout & ad eamdem & ista, quę hic dicuntur in sequenti referentur expositione secunda, congruũt enim mirum in modum sibi inuicem hi duo textus, ita vt, quod in hoc Cantico sub arboris, fructuũque metaphora significatum habemus, idipsum ibi sub eadem metaphora significetur, sed apertius, vbi post relata verba subiicitur: *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel.*

a Ruth. 3. 9
b Luc. 1. 5.
c Isa. 4. 1.

DE ECCLESIA

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

INter eaquæ humanum excitant desiderium, duo in primis mihi esse videntur, ad quæ tanquam ad duo capita referantur cetera omnia: Ea vero sunt amor boni, atque pulchri, & eiusdẽ boni inopia, atque necessitas: quamuis enim amor potissimũ sit, cuius impetu ad desiderandum quilibet impellitur: vehementiùs tamen quod bonũ pulchrumque est, desiderat quisque quando boni illius maximè indiget quod simplex amor etiã absque vlla necessitate desiderare compelleret. Si quid igitur vnquam fuit, quod ab hominibus desiderandũ esset, id certè præ omnib. illud extitit, vt Verbum Dei humanam naturam assumeret, sanctamque sibi sponsaret Ecclesiam: Hinc, secũdum Hieronymum, qui hoc ardentiùs desiderasse, visus est, Daniel ab Angelo, *a* vir desideriorum appellatus est eo tempore, quo de ipsa Verbi Incarnatione certior factus est, quasi in præstantissimo istius rei desiderio reliqua bonorũ omnium desideria vniuersa includerentur. Hinc idem ipse, qui sponsus desiderabatur, ab huiuscemodi hominũ desiderio proprio nomine desideratus cũctis gentibus à Domino dictus est, sic enim apud Aggæũ habetur: *b Et veniet desideratus cunctis Gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum:* Hinc & in capite quinto huius Cantici amatorij, quę iam despõsata erat Ecclesia, de suo loquens hoc sponso; *c* Totum eũ appellat desiderabilem, vel totum desiderium, iuxta originalium lectionem Hebræorum, & septuaginta, hinc demique eademmet Sponsa in hac, quam præ manibus habemus, sententia istiusmodi Verbi Incarnationem, istiusmodi, & despõsationem summo studio à se pristinis temporibus desideratam affirmat, dũ ait: *in vmbra eius concupiui, scilicet, esse, vel sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Porrò quæ ob id, quòd tali flagrauit desiderio, Sponsa desideriorum iure optimo dici potest, in paucis hisce verbis, & vehementissimum suũ nobis exhibet desideriũ, & simul rationes innuit, quare tàm ardens id fuerit, quia nimirũ, nedum ab amore excellentiarum Christi, verùm & à multiplici sua necessitate impulsa fuerit ad desiderandam Christi Incarnationem, eiusdẽque desponsationem. Excellentias quidem illius expressit in præcedentib. verbis, dum vniuersis eũ prætulit Dijs Gentium, vniuersis Angelis, & vniuersis hominibus, dumq; Malo inter ligna siluarũ eum assimilauit, necessitates verò, quibus iam opprimebatur, innuit per ea, quæ sese ab illo consecutam asserit. Sed apertiùs necessitates istas exploratas Deus voluit, simulq; & opem, quam illis per hanc filij sui Incarnationem mũdo erat laturus, atque adeò per Isaiam talibus verbis hæc contestatus est, *d Non esurient, neque sitient, & non percutiet eam æstus, & Sol, quia Miserator eorum reget,* seu, *consolabitur eos. Non esurient* (en vna necessitas, Verbi nimirum Dei, propter cuius inopiam durissima mundus peribat esurie) *Neque sitient* (en necessitas alia gratiæ cælestis, quæ aqua viua à Domino dicitur, & fons aquæ salientis in vitam æternã; propter cuius egestatẽ pręsiti miseri homines arescebãt. Et propter has duas necessitates recteorum

Desideriũ excitatur ab amore, & ab egestate.

Incarnatio Christi maximè omnium desiderabilis, & desiderata.

a Dan. 9. 23 10. 11. & 19.
b Aggæi. 2. 8.
c Can. 5. 16

Quib. necessitatib. premeretur Ecclesia ante Incarnationẽ Christi.

d Is. 49. 10

DE ECCLESIA.

tum animas defecisse asserebat Dauid in psalmo, A vbi ait: e *Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit*; sed præter has duas erat & tertia totius humani generis necessitas, vmbraculi nimirū, protegentis ab æstu concupiscentiarum, & ab obscurissimo, & ardentissimo Sole diabolo: quā tertiam necessitatem Isaias clarè significat, dum addit. *Et non percutiet eam æstus, & Sol*: hisve omnibus opem ferendam per Christum indicat Propheta, dum ait. *Quia miserator eorum reget, seu consolabitur eos*. Propter has ergo iure & Sponsa Ecclesia, se eiusdem Christi Incarnationem tanto desiderasse, ait, ardore: Ab his se & liberatam significat, quando is carnem assumpsit, ipsamque in Sponsā accepit, factus dilectus suus, sic, dum ait: *sub vmbra illius, quem desideraueram sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo*: atque est, ac si dicat:

e Psal.106.5

PARAPHRASIS.

Cùm tam insignes dilecti mei excellentiæ mihi compertæ essent audiui; cum nossem illum inter quoscūque vel homines, vel Angelos, vel eos, qui falsò Dij dicerentur, multò esse præstantiorem: & quatenus per carnis assumptionem meus faciē dus erat dilectus, atque ac malus omnibus præstat lignis siluarum, cumq; pulcherrimam, fragrantissimam, pomisq; onustam malum in carne futurum eū agnoscerem, desideraui quammaximè illum, optaui, vt me aliquando desponsaret quantocius B per Incarnationem, quò sub vmbra, & protectione tā insignis sponsi mihi esse liceret: tantoque vehementiori eū desideraui ardore, quantò maiorē opem ab eo in meis sperabam miserijs, in æstu nimirum, ac Sole torrente, in esurie, atque in siti. At tādem Benedictus Deus, pro summa, qua me prosecutus est dilectione, Malus factus est per incarnationem, me sibi sponsauit in fide, meisque omnibus opem tulit necessitatibus, atque adeò ex tūc *sub vmbra illius, quem desideraueram sedi*, sub spōsi mei tuta, tranquillaque sedena protectione, per quam obumbrata sum & ab omni æstu persecutionū, & à diabolo Sole infestissimo, & ab omni æstu concupiscentiarū seruata sum, simulq; & omnis in me sedata est vel esuries Verbi Dei, vel sitis gratię cęlestis, ac propterea *fructus* huiuscemodi mali, verba nimirum, factaque sponsi mei, necnon & alia, quæ per illum facta est gratia *dulcis* admodum extitit *gutturi meo*, ita vt nihil amplius in hoc sæculo mihi sit expetendum.

Congruentissimè aūt ab spōsā Incarnatio Christi, vmbrę, seu obumbrationis noīe est expressa, in carnis n. assumptione Christus humanitatem sibi cum diuinitate in vno diuino supposito vniuit.

Incarnatio verbi qua ratione dicatur vmbra.

Porrò cum vmbram tunc exhiberi videamus, quando lumini corpus opponitur: certè in prædicta duarū naturarum vnione vmbram, obumbrationemque factam dicere oportet, quandoquidem caro opaca lumini opposita est diuinitatis. At si vmbra per Incarnationem exhibita est, cuiusnam ea extitit vmbra, diuinitatisne, an humanitatis? Gregorius Papa diuinitatis eam fuisse asseuerat: corpusque, quod Deus sumpsit, Dei asserit vmbram, sic, n. explicat ea Angeli verba ad Mariam. f *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*: Quia vmbra nō aliter exprimitur, nisi per lumen, & corpus: virtus ei Altissimi obūbrabit, quia in eius vtero lux incorporea corpus sumpsit. Clariusve Bernardus serm. 48. in Cant. Mariæ, inquit, obumbrauit proprii filij caro. Vmbra eius caro eius. Verumtamen, cùm in naturalibus vmbram haudquaquam luminis, sed corporis dici, videamus: in codē pactu & vmbram, quæ in verbi Incarnatione exhibita est humanitatis, seu corporis potiùs, quàm diuinitatis

Cuius vmbra Christi exhibita fit in illius incarnatione.

Gre. Papa. Lib. 33. Moral cap. 3.

f Luc. 1. 35

Bernard.

dicendam crediderim, corporis tamen eius, cui diuinitas ipsa coniuncta erat vnione hypostaticam, qua corporis vmbra virtus Altissimi, diuinaq; potentia elucet sub tali obumbratione, quæ humanis oculis, humanoq; proportionata fit intellectui, hocq; illud esse existimo, quod Angelus Mariæ significauit, cùm diceret. g *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*, idest in hac verbi Incarnatione Spiritus Sanctus tibi illabetur, eiusq; ope Christum in carne cōcipies, per quam carnem diuinitati vnitam virtus Altissimi obumbrabit tibi, quatenùs in vmbra illius corporis, quæ ex obiecto lumine diuinitatis intra tuum exhibebitur vterum virtus Altissimi elucebit, & eximia tibi conferentur indicia potentiæ Dei. Sic bene Ecclesia sancta post diuturnum, ardentissimumq; Incarnationis Verbi desideriū: *sub vmbra*, inquit *illius, quem desideraueram se sedisse*, quia Christo sponsatam se agnoscebat, nō quatenus is *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, sed quatenus *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*: per cuius carnis vmbram *vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia, & veritatis*: quatenus hominum caput factus est, & primogenitus omnis Creaturæ; atque adeo sub istius spōsi vmbra sedisse se asserit, sub illius nimirum protectione, quia Virtus Altissimi ipsam obumbrauit, C tutissimeque protexit: Virtus, inquam, Altissimi, quæ ex Christi humanitate, instar vmbræ, emittebatur ob diuinitatis lumen oppositū, ob diuinitatem, quæ illi vnita erat humanitati. Quid verò fortius, quid validius ista Christi vmbra, quæ & virtus Altissimi dicitur, & vmbra manus, ac fortitudinis Dei, iuxta illud: h *In vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cœlos, & fundes terram*: Vmbra certè manus, per quam, veluti per manum virtute Altissimi mirabilia facta sunt opera. Quid enim? i Vmbra Petri virtutem Altissimi, quæ in Petro operabatur, manifestauit; & Christi vmbra fortissima quænā efficere non potuit? & vmbra Christi virtutem Altissimi manifestare non valuit? Imò verò tantæ, vt dictum est, virtutis ipsa Christi extitit D vmbra, tamque clarè Dei in se præ se tulit virtutē, vt non incongruè virtutem Altissimi eam appellauerit aliquis.

g Luc. 1. 35

Io. 1. 1.

Christi vmbra est virtus Altissimi.

h Is. 51. 16

i Act. 5. 14

Neque enim obscuram quampiam vmbram ex Christi humanitate, vnita cum lumine diuinitatis credendum est processisse, sed vmbra illa vmbra extitit perlucida, vmbra clarissima, vtpotè quę hominis erat talis; qui & homo erat, & Deus. Quam vero vmbram clarissimā exhiberet Christi humanitas, nisi clarissimam? Quod si ex naturalib. quispiam huius claræ obumbrationis exposcat exemplum, illud sane aptissimum erit, quod ex vitreo vase rubro, vel viridi desumi potest. Quemadmodū enim vas istud rubrū, lumini obiectum vmbram quidem ex se emittit, sed vmbram præseferentem E ruborem, cū claritate quadam in ipso rubore, idque quia ruborem vnitū habet cū vitrea claritate. Eodem pacto & Christi humanitas clarissimā ex se emisit vmbram, præseferentem humanam, ac rubram quodammodo naturam, cū quapiam diuinitatis claritate: quandoquidē vna cū rubra humanitate, & pellucidam vnitā haberet diuinitatē. Neque nouū est i Scriptura Sacra, vt vmbra aliqua clara sit, quæ ex re fiat lucida: nam & in transfiguratione Domini Matthæus refert. K Nubem lucidam obumbrasse Apostolos. Si lucida erat nubes, quomodo obumbrauit, nisi quia, cū ipsa lucida esset, lucidam pariter sui effecit vmbram? ita tamen luci-

Vmbra Christi haud obscura sed lucidissima.

Simile.

K Mat. 17.

DE ECCLESIA.

lucidam, vt Apostolorum proportionata esset aspectui; & vt quæ in se ipsa propter nimis excellentem fulgorem humanum hebetaret aspectum, in sui ipsius vmbra ab humanis conspici posset oculis: quod & de nube ipsa affirmandum est humanitatis Christi, de qua per Isaiam prædictum legimus. *l Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum*: nube quidem leuissima, tantique fulgoris, vt vel ex vmbra sua ita vniuersum illustrauerit orbem, vt qui in eam intendere minime poterant, iam diuinæ illius gloriæ redditi sint spectatores, teste Ioanne Apostolo, vbi ait. *m Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre plenum gratiæ, & veritatis*; quando nimirum *Verbum caro factum, habitauit* inter nos; quod antiquitus sub figura, & in nube habitarat in medio populi sui. Quomodo autem vidimus gloriã eius? in vmbra, quæ emissa est ex eius carne cum diuinitate coniuncta: En vmbra illa lucidissima in virtute illa, qua & loquebatur, quicquid dicebat, & faciebat, quicquid sibi placuiũ erat: in hac certe vidimus gloriam eius, talemque eam esse cognouimus, qualem decebat Vnigenitum a Patre: ita vt iam ex hoc constet, quàm verum id sit, quod de se Ecclesia asserit, cum ait. *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*; quam vtique Verbo desponsatam per Incarnationem virtus Altissimi obumbrauit, protegens simul, atque illustrans. Ex quibus omnibus ea diluitur difficultas, qua alienissimum videtur nomen vmbræ ab Incarnatione, per quam lux potius allata est mundo. Vmbra quippe ista, sub qua Ecclesia sedit, quando per Incarnationem Christo est desponsata, vmbra pellucida extitit, ita vt per eam Christus illuminauerit his, qui in tenebris sedebant, & in vmbra mortis: dumque populus, qui sedebat in tenebris, ista obumbratus est vmbra clarissima, per eam ipsam vidit lucem magnam, videns gloriam Christi, gloriam quasi vnigeniti a Patre.

Sed adhuc altera superest difficultas. Quo pacto Ecclesia sub vmbra Christi sedisse se dicat, quando quidem improprium valde est verbum sedendi, vbi nomen est vmbræ, quæ fugacissima est, semperq; in transitu.

Vmbra vnde habeat, vt fugacissima sit, ac semper in transitu.

Verumtamen & hæc quoque facile tollitur, si animaduertamus primo vnde habeat vmbra in genere, vt fugacissima sit, ac velocissime transeat. Enimuero cum vmbra ex duorum fiat concursu, ex corpore videlicet, atque ex lumine, inde profecto habet, vt semper in transitu sit, quia vel ambo, quæ ad eam faciendam concurrunt, motu versantur, & trãsitu: vel saltem alterutrum eorum: sic vmbra illius, qui ambulat facem gestans accensam, fugax certe est, & in trãsitu semper, quia & corpus mouetur, & lumen; sic & vmbra arboris fugax est, & in transitu, quia quamuis absque vllo sensibili motu in terris fixa sit arbor, in motu tamen continuo, & in continuo transitu est lumen Solis, quod ad vmbram illam concurrit. Vnde fit, vt qui ad arboris vmbram sedere velit vix sese demittat, quod statim vmbrã ipsam conspicit effugisse: ac ppea bene in naturalib. hisce impropria dici põt locutio, quando verbum sedendi cum nomine iungitur vmbræ: at vero quando verbum istud sedẽdi iungitur cum umbra Christi, proprijssima est locutio, quoniam Christi umbra firmissima est, & per consequens tuta quã maxime: ita enim semper vno eodemque modo ab instãti conceptionis lumen Diuinitatis in Christo unitũ est cum corpore humanitatis, ut nulla, quoad hanc unionem, uel ex parte diuinitatis, uel ex parte humanitatis in eo fieri unquam potuerit mutatio: quod si in conuenientibus ad Christi umbram nulli reperire est mutationem, quoad prædictam unionem, certe nec ipsi eius vmbræ aliquam mutationẽ tribuere fas est; certe & vmbra, virtusque eius firmissima dicenda est, sub qua iugiter sedere queat fidelium ecclesia: per illam nimirum tutissime a spõso protecta, per illam, & illustrata: ita vt qui ante hanc desponsationem in vmbra mortis sedebãt per iugem veri luminis priuationem, iam in vmbra sedeant Christi per diuini luminis irradiationem, nõ amplius in tenebricosa, sed in pellucida sedentes vmbra.

Vmbra Christi firmissima est, & tuta.

Sub vmbra Christi sedere, & fructum eius capere, idem sunt, nimirum iustitia & pace perfrui.

Præclare quoque Christi sponsa, quando sedit sub prædicta vmbra dilecti sui, fructum pariter illius gutturi suo dulcem fuisse affirmat. Neq; enim alio pacto sub illa sedere posset vmbra, nisi fructum in ea reperisset, cuius dulcedine se recreare posset, & alere: neque alibi reperire posset hunc fructum, quàm sub vmbra illius: neque ad eius admissa esset esum, nisi sedisset sub vmbra illius, quem desiderauerat. Enimuero si subtilius ista pensemus, eam dulcis Christi fructus est ipsamet Christi vmbra: & fructus istius comestio, haud aliud est, quàm sessio ad vmbram prædictam. Vmbram Christi iam vidimus esse dicta, factaque illius, seu potius virtutem, atque potentiam, quæ in dictis, factisve elucebat ipsius; quæ vmbra ex illius humanitate, ad lumen diuinitatis opposita, quasi ex corpore quodam processit. Porrò ea ipsa redemptoris dicta, & facta, eaque ipsa illius virtus dum obumbrant, & quatenus vmbra sunt, dulcedinem pariter summam gutturi afferunt Ecclesiæ: iis nimirum, qui affectu ea attingunt & gustu, quive contemplatione quasi fructus pomorum ea comedunt, de quibus fructibus apud Isaiã Dominus. *n creaui*, inquit, *fructum labiorum pacem*: & Apostolus. *o Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei*: *p Fructus lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate*. Quin fructus isti simul cum dulcedine nutriunt, & vitam conferunt gratiæ, ita vt iure id Prouerbiorum *q* de ijs proferri queat: *Fructus iusti lignum vitæ*, idest quæcunque Christi veri iusti opera, quæcunque & dicta gustu a fidelibus fuerint percepta, fructus tales sunt, quales ij erant fructus, quos lignum vitæ protulit in paradiso. Porrò quòd vnum idemque sit, sedere sub Christi vmbra, & dulcedinem fructus illius percipere, seu fructus eius comedere, inde probatur facile, quòd eatenus sub Christi vmbra sedisse se asserit Ecclesia, quatenus ab illo sponsata, ingẽti cum pace sub protectione virtutis illius in vita perseuerauit gratiæ: & certe quicquid eius sponsus dixit, quicquid & fecit, vt suã humanitatis vmbram exhiberet, id omne fructus extitit pacis, cum omnia ad pacem sponsæ præstandam directa essét, iuxta illud. *r Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas, vsque in sempiternum: Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta*. Propterea qui tam dulcis vitæ, & pacis comederint fructus, congruentissime id Ieremiæ proferre possunt. *f In vmbra tua Domine viuemus in gentibus*: dum sub tua sedebimus vmbra, ex ipsamet vmbra dictorum, factorumque tuorum, perquam tutam, pacificamque habebimus sessionem, summam percipiemus dulcedinem, suauissimamque & vitam, quia vmbra ipsa tua erit nobis fructus pacis inter multiplices gentes; ex cuius gustu conferetur nobis vita, diuersa admodum a vita illa sæculi huius, quam gentes viuunt: vita nimirum gratiæ, vita spiritus, vita denique æterna.

l Isa.19.1. m Io.1.14. n Is.57.19. o Philip.1.11. p Eph.5.9. q Prou.11.30. r Is.32.17 f Thr.4.20

DE ANIMA.

Ex Vers. III. Sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

Desponsatio animæ cum Deo incomprehensibili, qua ratione fieri possit.

Dubitare quis forsitan posset, qua ratione incomprehensibili Deo desponsari queat anima: quoue pacto ea, quæ adeo in hoc sæculo grauata est corporis mole, vt nullius rei habeat cognitionem, nisi quam acceperit ex sensuum phantasmatibus, nulla que voluptate potiatur, quam ex sensibus non vindicauerit, percipere illius possit dulcedinem, quem nullus attingere valet sensus. At Deus ipse vniuersam hanc abstulit dubitandi rationem, cum per Oseam prophetam ad quamlibet piam animam vulgatã ea protulerit verba: *a Sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus*; idest: Quamuis dũ in hoc sæculo commoraris, me neque corporeis intueri valeas oculis, neque naturali attingere possis ratione intellectus: quamuis dulcedinem meam tuis naturæ viribus percipere nequeas, cum nec valeas vniri mihi, quem haudquaquam tuo vides aspectu; quia tamen intelligo, naturali desiderio te ad me finem tuum propensam, quatenus quietem ardore quam maximo desideras, quam tamen ignoras; sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus: dabo tibi vmbratilem mei cognitionem, vt per fidem me videas, tanquam per speculum, & in ænigmate meã intuens vmbram obscuram sane ob ineuidentiam, certissimam tamen ob infallibilem eius veritatem: per hanc quoque fidem te vmbratili vnione sponsabo, quo vel in ipsa vmbra particeps sis dulcedinis meæ. Hæc autem, quæ animæ pollicetur Deus, iam anima ipsa felicissime assecutã se asserit in hoc Cantico, dum ait, *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*: Acque est enim ac si adstantes socias diceret.

a Osee 2.20

PARAPHRASIS.

Naturali propensione quietem desideraui iamdiu, finemque meum, quem ignorabam in perfecto optaui desiderio: Dei tandem benignitate id mihi datum est ex parte: enimuero sub vmbra illius, quẽ prius naturali, tum etiam supernaturali appetitu desideraueram, sedi: per vmbratilem fidei cognitionẽ Deum, quem optaram, sum assecuta; illique per fidem sum desponsata, & sedi in vmbra illius; tandem in illo per fidem adepta quietem, quam diutius errabunda in creaturis quæsieram, nec vnquã inuenire valueram. Porrò statim ac sub vmbra illius sedi, illique in fidei vmbra quietissime inhæsi dilecto meo, per dilectionem ei vnita, illius dulcedinem adhuc in vmbra constituta percipere cæpi, dulcisque extitit gutturi meo fructus iustificationis, quem in illius vmbra accepi, & fructus pacis, quam sedens sub illius vmbra, ex ipso decerpsi, ita vt iam de me id proferri queat, quod *b iustificata ex fide pacem habeam ad Deum per Iesum Christum dominum nostrum.*

b Rom. 5.1

Circa hæc, multa quidem dicenda essent ad explicandum, quomodo fides vmbra sit; quamve congrue Dei cognitio, quæ per fidem habetur, appellatione exprimatur vmbræ illius, nisi pluribus hac de re actum esset superius in quarto sensu secundæ expositionis illorum verborum, versus 16. capitis primi, iuxta versionem Septuaginta: *Ad lectulum nostrum vmbrosus*. Multis pariter pertractandũ esset, Quomodo quies vera in fide duntaxat haberi queat, nisi in præcitata expositione eiusdem versus

A in explicatione primi sensus luculentius [illegible] fuisset ostensum, dum probatum est, fidem ideo lectulum appellatam, quia tutissimam præstet quietem. Videri possunt, quæ ibi dicta sunt.

Verum præter ista adhuc tria sunt, quæ hoc loco explicatione aliqua indigent, vt allati sensus veritas innotescat.

Primum est, quomodo anima, quæ Deum ignorat, illum vnquam desiderasse potuerit.

Secundum, quomodo per fidem, & sub vmbra Dei anima ipsimet desponsata sit Deo.

Tertium denique, quàm suauis Dei fructus sit iustificatio, & pax interna.

Desiderium quadruplex animæ ad Deum.

Quoad primum: sciendum, dupliciter appetitus, seu desiderii nomẽ in scholis accipi solere: Vno modo, vt significat appetitum naturalem, qui nihil aliud est, quam propensio quædam sine vllo actu elicito, ideoque vulgato nomine appellatur pondus naturæ, qualis est appetitus lapidis ad descendendum deorsum, seu ignis ad ascendendum sursum: Altero verò modo, vt significat appetitum elicitũ, qui est propriè desiderium in rebus, quæ cognitione sunt præditæ. Vtroque modo, vtroque & appetitu anima Deum desiderasse se, dicit, antequàm ad illius admissa esset vmbram: primò enim ad illum, tanquàm ad proprium perfectiuum, quem tamen ignorabat, naturali inclinata est pondere: tum paulatim, aliquantula illius adepta cognitione, ex eiusmet ope supernaturali actu alio eum optauit desiderio: ac tandem istud ipsum eius desiderium factum est vehementius adhuc, quando perfectius Deum ipsum agnouit per fidem illam, quam Concilium Tridentinum sess. 6. can. 6. dispositionem dicit ad iustificationem, à longè intuens quandam eius vmbram, nondum admissa ad sessionem sub vmbra, nondum per fidem ipsam formatam ei desponsata, nondum plenam assecuta iustificationem. Significauit apertius hanc desiderii sui multiplicitatem aliàs ipsamet anima, ac duo prima desideria, cum apud Isaiam inquit: *c Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te*: Primo quidem, atque imperfecto desiderio in nocte desiderasse se, inquit, in nocte nimirum ignorantiæ, quando naturali propensione eum vltimum suum appetiuit finem, cuius tamen vix vllam adhuc habebat cognitionem: At verò de mane, postquàm illum cognoscere cœpit aliquantulum: quantò magis illius illustrata est lumine præuenientis gratiæ, tantò vehementiori actu, non iam amplius naturali duntaxat, sed & supernaturali per vehemens, imperfectum tamen adhuc desiderium, suis inhærens præcordiis ad Deum ipsum vigilasse se, asserit. Quòd si tertium quoque quis quærat perfectius desiderium, audiat Dauid Prophetã, in persona ipsius animæ dicentem: *d Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore*: ac si dicat. (liceat mihi singulari hoc modo verba ista exponere, cùm non ignorem, longè aliter ab aliis ea exponi) Desideraui te quidem, statim ac uel imperfecta, & implicita fide te agnoui Deum meum: at intellexi, præter istud desiderium, aliud quoque adhuc mihi deesse multò perfectius desiderium perfectæ iustificationis, per quam sub tua sedetur vmbra: atque adeò per id, quod imperfectè in me ex tua inest gratia, concupiui, perfectius illud attingere, ita ut desiderarem iustificationes tuas in omni tẽpore: ut iustificata tuta sedeam in omni tẽpore sub umbra tua: ex qua quidem vmbra facillimus fit postea transitus ad lucidissimam tui uisionem in patria, ad sedes æternæ felicitatis, in qua facie ad faciem uideáris. Et hoc est quartum, idque perfectissimum

c Is. 26.9.

d Ps. 118.20.

DE ANIMA.

A mum omnium deſiderium, de quo haudquaquam locutam cenſeo animam ſanctam, dum, recenſens ordinem ſuæ iuſtificationis, ait, ante iuſtificationẽ ipſam ſe Deum deſideraſſe, his verbis; *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi*: vel: In vmbra eius deſideraui, ſcilicet eſſe: quarto enim hoc deſiderio exardeſcit poſt iuſtificationem, quãdo cum Propheta e exclamat: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quãdo veniam, & apparebo ante faciem Domini?* quo deſiderio, & Paulus anhelabat, cùm diceret: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

Quoad ſecundum: Præſuppoſito, quòd nomine vmbræ Dei, fides ſignificetur, prout loco paulò ante B citato oſtenſum eſt fuſiùs: præſuppoſito etiam, quòd anima ſponſetur Deo in fide, vt per Oſeam a probatum eſt. Difficultas non modica adhuc ſuper eſt; qua ratione id verum ſit, cùm deſponſatio ſit præcipua charitatis exhibitio tã ex parte deſpõſantis, q̃ ex parte deſpõſatæ: eoq; magis augetur difficultas, q deſpõſationis noĩe iuſtificationem intelligimus, quæ fit potiſſimum per gratiam aĩæ inhærentẽ, atque per charitatẽ, iuxta illud Apoſtoli: b *Sanctos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius heredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.*

a Oſe. 2. 10.

Deſpõſatio Aĩæ cũ Deo quæ dicatur fieri per fidẽ cum potius a charitate fieri videatur.

b Tit. 3. 5.

C Hæc tamen difficultas facilè tollitur, ſi doctrinã recolamus Patrum, quæ in Concilio Tridentino affertur his verbis. Cùm Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem per fidem: ea verba in eo ſenſu intelligẽda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, & expreſſit, vt ſcilicet per fidem ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. Porrò quia tam fides, quàm charitas fidem ipſam informans requiritur ad iuſtificationem, iuxta illud Apoſtoli: c *In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides; quæ per dilectionem operatur*: quia in ipſa iuſtificatione (vt ſupra citati Concilij verbis vtar) homo hæc omnia Fidem, Spẽ, & Charitatem ſimul infuſa accipit cum remiſſione D peccatorum per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, præclarè profectò Dominus hanc animæ pollicens iuſtificationem, licet eam fidei in primis adſcribere videatur, dicens: *Sponſabo te mihi in fide*: dum tamen iuſtificationem ipſam promittens, appellat illam deſpõſationem; ita eam pollicetur, vt ſimul cum fide, & ſpem promittat, & charitatem: hæc enim duo includit nomen deſponſationis: Spem quidem, quia deſponſationem conſequitur ſpes perfectæ vnionis: charitatem verò, quia deſponſatio re vera nil aliud eſt, quàm mutua amoris communicatio. Quæ omnia etiam ſigno exteriori carnales ſponſi in ipſo actu deſponſationis proteſtari videntur, quando anE nulum ſponſæ porrigunt: ideo enim læuæ manus ſponſæ digito annulum immittunt, à quo neruulus vſque ad cor deſcendit, duos animos hoc vno vinculo obſtringi ſignificantes, certiſſimamque futuræ cordium coniunctionis ſpem exhibentes; & quãuis immiſſus à ſponſo annulus ille à fide potiſſimũ nomen ſortitus ſit, cuius apud antiquos erat hieroglyficum; ſic enim vulgato nomine fidem annulum illum noſtræ appellant mulieres, quem in deſponſatione collatum acceperunt à ſponſo: haud tamen propterea ſic appellatur, quia fides duntaxat in coniugio conferatur, & requiratur: quãdoquidem ſpes fidem comitari debet, & amor: ſed quia fides principium eſt ipſius coniugii, ſicque ad coniugium neceſſaria, vt ſine ipſa nullatenus id ſtare queat, vnde Dominus ait in Euangelio; *Dico vobis; quia quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem*, (ob fidei, ſcilicet defectum,) *& aliam duxerit, mœchatur; & qui dimiſſam duxerit* (quæ, ſcilicet, primã adhuc ſeruare tenetur fidẽ) *mœchatur*. Porrò hæc, quæ per Oſeam Prophetam adeò præclarè ſignificauit ſponſus, eadem egregiùs ſponſa anima Sãcta hiſce explicat verbis; *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi*; fatetur enim, ſe Dei benignitate iuſtificationem tandem aſſecutam, quam tantis optarat deſiderijs; ſimulque indicat, per illam Deo ſe deſpõſatam, iuxta ea, quæ is ſibi fuerat pollicitus per Prophetam. Enimuerò, cùm vmbræ nomine fides ſignificetur, iuxta prædicta; dum ait, ſe iuſtificatam, quatenus ſedit ſub Dei vmbra, innuit, per fidem in primis iuſtificationem ſe conſecutam in eo ſenſu, quẽ ſupra retuli, fideque in ipſa iuſtificatione à Deo donatam: at verò cùm vmbra ſpem præbere ſoleat & corporis, cuius ipſa eſt vmbra; dicens, ſe iuſtificatã, quia ſedit ſub vmbra Dei, hac loquẽdi forma ſimul cum fide & ſpem ſibi à Deo indicat in iuſtificatione collatam, ſpem, inquam, attingendi claram illius eſſentiæ viſionem, ſpem æternæ hæreditatis, & ſpẽ etiam in hoc ſæculo, atque fiduciam diuinæ protectionis: vmbram quippe ſignificaſſe iſtiuſmodi ſpẽ atque fiduciam diuinæ protectionis, id indicat Iſaiæ, quod dicitur de vmbra Aegypti: k *Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam*; Frequentiſſimũque eſt in ſacris paginis, vt per hanc phraſim (eſſe ſub vmbra alicuius) ſignificetur, ſpem ſuam in aliquem contuliſſe, in eius protectione confidere: l *Sub vmbra alarum tuarum ſperaui*. m *In vmbra eius viuemus in gentibus*: & apud Baruch: n *Det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, & viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſub vmbra Baltaſar filii eius.*

i Matt. 19. 9.

k Iſa. 30. 3.

l Pſ. 36. 2.

m Thren. 4. 20.

n Baruch. 1. 12.

Quod ſi & fidem, & ſpem in iuſtificatione à Deo ſibi exhibitas hac metaphorica locutione ſpõſam ſignificaſſe, manifeſtum eſt, cum dixit: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi*. Nunquid Charitatis nullam habuit rationem, remiſſioniſque peccatorum, & gratiæ, per quæ multo magis, quàm per fidem, ac ſpem præſtatur iuſtificatio? per quæ & ſpõſatio ipſa perficitur? Imò verò haud certè aptior excogitari poteſt metaphora ad hæc vniuerſa exprimenda hac, qua vtitur, ſedendi ſub vmbra Dei. Primò enim, ſub Dei vmbra ſe eſſe, dicens, vmbræ Dei nomine gratiam ipſam deſignat, quæ inſtar vmbræ animam refrigerat æſtuantem varijs concupiſcentiarum ardoribus. Tum eiuſdem vmbræ nomine charitatem ſimul indicat, & peccatorum remiſſionem, de ipſa enim charitate id quoque intelligi poteſt aptiſſimè, quod in Pſalmis habemus: o *Operuit montes vmbra eius*: quia & vmbræ proprium eſt, vt operiat quicquid ſub ipſa extiterit, & charitati peculiariſſimè tribuitur, vt elatos peccati montes operiat, cum p initium omnis peccati ſuperbiam aſſerat auctor Eccleſiaſtici, atque adeò præclarè, vt omnia ſibi congruant, in libro Prouerbiorum de charitate ipſa ait Sapiens, q *Charitas operit multitudinem peccatorum*, quod & Princeps Apoſtolorum r in prima Epiſtola ſua replicat; Qua in ſententia verbum operiendi delicta, ſumitur in eo ipſo ſenſu, quo in Pſ. 31 dicitur, ſ *Beati, quorũ remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*, Sicque cùm dicitur charitas operit vniuerſa delicta, idem eſt, ac ſi dicatur, Charitatem condonare vniuerſa peccata, & egregiè vno vmbræ nomine, vnaque vmbræ proprietate operiendi, ſponſa & charitatem, & remiſſio-

Iuſtificatio formaliter eſt à gratia inhærente & à charitate.

Vmbra Dei nomine ſignificatur gratia, & charitas.

o Pſ. 79. 11.

p Eccl. 10. 15.

q Prou. 10. 12.

r 1. Petr. 4. 8.

ſ Pſ. 31. 1.

Sess. 6. c. 8.

c Gal. 5. 6.

Sess. 6. c. 7.

In iuſtificatione infunduntur fides, ſpes, et Charitas.

DE ANIMA. sionem simul innuit peccatorum, quibus duobus in iustificatione donata est.

Quanquam efficaciùs fortasse charitatem ipsam designatam intelligere est, si sic sumamus *sedere sub umbra Dei*, vt idem sit, ac desponsatam esse Deo (prout sumpsimus in expositione litteræ) eidemq; Deo vnitam esse. Quomodo enim desponsatio, quomodo & vnio cum Deo fieri, aut perdurare posset, nisi vinculum adesset Charitatis? Hinc est, quòd statim ac quis ab vmbra Mali arboris recedens ad alterius cuiuspiam ligni siluarum declinat vmbram, dicitur fornicari, & adulterari: Vnde apud Oseam legimus: *t Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.* Qua verò inter puellæ cuipiam maior exhibetur dilectio, quam cum sponsatur? cum sub sponsi suscipitur vmbra? Idcirco præclarissimis sanè verbis hanc sibi à Deo exhibitam, indicauit dilectionem eximiam, cum dixit: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi;* Neque abs re illud est, quod hanc suam sponsa enarrans iustificationem, desponsationemque cum Deo, his verbis illam explicat, persistens in ea Mali metaphora, quam ceperat: perinde est ac si dicat: *Sub vmbra illius sedi*, qui Crucem subiens Malus pro me factus est; per hoc quippe significat, iustificationem, ceteraque vniuersa, quæ illam comitantur, se consecutam esse per Iesu Christi passionem, quod sæpius testatū voluit Apostolus, sed præcipuè in Epistola ad Romanos, vbi ait: *u Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum.* Idipsum quoque indicat nomen, *fructus*, quo eandem insigniuit iustificationē, cum dixit. *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Reuera enim iustificatio sic ex Christi passione atque ex Crucis arbore processit, sicut mala, & poma prouenire, conspicimus, ex arbore mali; ita vt quicunque iustificatur, quasi pomum ex Crucis ligno decerpat: Vnde Apostolus: *x Nunc, inquit, liberati à peccato, serui autem facti Deo,* idest iustificati, *habetis fructum vestrum in sanctificatione, & iustificatione;* ac si dicat; Cùm iustificati sitis, patet, vos iam quasi fructum quemdam decerpsisse ex arbore Crucis, iustificationem, & Sanctificationem vestram.

t Osé. 4. 13.

u Ro. 3. 24. Iustificationem habet Anima per meritum passionis Christi.

u Ro. 3. 24.

Iustificatio fructus est ex arbore Crucis proueniens.

x Ro. 6. 22.

Quamquam per hæc ipsa verba: *Et fructus eius dulcis gutturi meo:* eadem anima iustificata tacitæ etiam satisfacit obiectioni. Cùm enim iustificatā, ac post multiplex, diuturnumque desiderium Deo sponsatam se, indicasset, dicens: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi:* potuisset quispiam ei obijcere: Quomodo scis, te aliquando iustificatam, Deoque per gratiam sponsatam: cùm exploratissimum id potiùs sit, absque speciali Dei reuelatione neminem posse habere certitudinem infallibilem de sua gratia? Cùm scire nemo queat, iuxta sapientis *r* dictum, *vtrum amore, an odio dignus sit?* Et; *Quis est, qui possit dicere f Mundum est cor meum, purus sum à peccato.* Ad hæc per præoccupationem respondet, dicens illico: *Et fructus eius dulcis gutturi meo;* ac si diceret; Iustificatam me dixi, non quia id mihi certitudine compertum sit infallibili, sed quia fructus ipsius iustificationis in me sensi dulcedinem. Porrò hæc est sententia Catholica, vt, quamuis certa, & infallibili scientia, iustificatio propria sciri nō possit absque reuelatione; possit tamen coniecturalis de ea haberi notitia, per aliquas nimirum coniecturas, & per aliqua signa, qualia sunt, quæ affert Sanctus Thomas.

Esse iustificatam, & in gratia esse quodāmodo conijcere potest Anima.

r Eccl. 9. 1.

f Prou. 20. 9.

1. 2. q. 112. art. 5.

A Quando qui percipit, se delectari in Deo, contemnere res mundi, & nullius se conscium esse peccati mortalis: hæc autem signa omnia breuissimè his verbis in se percepisse, atque percipere, asserit sponsa; fructum pacis internæ, cuius tantam ex diuino consortio percipiebat dulcedinem, vt absque mundi rebus, absque sæculi consolationibus per eam duntaxat plenissimè satisfaceret animaduerteret & necessitati, & delectationi suæ. Neque enim distinctum quidpiam in Animæ desponsatione, & iustificatione existimandum est, esse fructum à sessione sub vmbra Dei, in qua ipsa sita est iustificatio, sed ipsamet sessio istiusmodi est fructus, qui ex Deo percipitur, sub cuius vmbra sedetur: neque aliud est fructus is, quàm pax, quæ per

B eam designatur sessionem, quamuè per ipsam habemus iustificationem, desumptam ex arbore Christi crucifixi, iuxta illud Apostoli: *z Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum* (sic habent nonnulli Codices Græci, sic legit & Ambrosius) *per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istā, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* z Rom. 5. 1.

Quàm autem congruè, quæ hanc gustauit pacē, de illa id dixerit: *Et fructus eius dulcis gutturi meo:* quàmue aptè per pomorum dulcedinem eiusdem pacis designarit suauitatem, exinde colligere quis facile poterit, si vim vocis huius, *Dulcis*, percipiat. Dulce enim dupliciter sumi potest: Vel quatenus

C realiter inest rei cuipiam per saporis dulcedinem, quo pacto dulce dicitur saccarum, & mel, iuxta illud ad Sampsonem. *u Quid dulcius melle?* Vel quatenus indigentiæ, appetituique dulce quid sapit, quod tamen realiter haudquaquam in se habet saporis dulcedinem, de qua dulcis acceptione in libro Iob dicitur: *x Animæ esurienti etiam amara dulcia esse videntur.* Porrò quæ vtroque modo dulcia extiterint, dulcissima certè dici ea debent, istiusmodi autem sunt fructus, & poma arboris Mali, quæ, cùm innatum dulcem in se habeant saporem dulcia pariter ob id comedenti videntur quàm maximè, quia vno eodemque tempore duplici eius satisfaciunt appetitui, famis nimirum, ac sitis. Iure

u Iud. 14. 13.

x Iob. 6. 7.

D igitur ad horum pomorum similitudinem pax interna dicitur fructus dulcis; neque dulcis simpliciter, sed dulcis gutturi Sponsæ. Enimuerò si eam, quæ paci innata est spectemus dulcedinem, dulcissima profectò pax ipsa est, quippe quæ omnem in se habeat saporem dulcedinis, æque ac dulcissimum illud Manna, quod præ dulcedine *y* Panis Angelorum dictum est in Psalmis; de quo & in libro Sapientiæ dicitur, *z Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.* Vnde præclarè Dominus ad tam insignem exprimendam pacis dulcedinem,

Pacis internæ valorem qualis, & quantus sit.

Pax est manna suauissimum.

y Psal. 77. 25.

z Sap. 16. 20.

E dum iustificationem, desponsationem, & pacem pollicetur animæ, quæ vicerit mundum, sub nomine Mannæ pacem ipsam ei promittit; Sic enim ait in Apocalypsi, *a Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum; & in calculo nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit,* quibus in verbis, sicut iustificationem appellat calculum candidum ob eximium, qui per illam præstatur, puritatis candorem, & sicut desponsationem, quæ in ipsa fit iustificatione, appellat nomen nouum, quod in calculo candido fit ob nouam sponsæ dignitatem, quæ per iustificationem animæ confertur, sic & internam pacem, quæ fructus est eiusdem iustificationis mannæ vocabulo expressit ob ingentem, quæ in ea est, saporis dulcedinem. Ac bene Pax ista man

a Apoc. 2. 17.

DE ANIMA.

manna obſconditum dicitur; quia ipſius dulcedo A haud omnibus nota eſt: at ijs tantummodo, qui ſub vmbra Dei, ſedeant, vnde & in Pſalmo dicitur de eadem: *b Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te?*

b Pſ. 30. 20.

Quòd ſi iſte iuſtificationis fructus, iſtaque pax adeò dulcis dicitur, ob innatam dulcedinem: multò profectò dulcior eadem eſſe intelligetur, ſi dulcis nomen, & in ſecunda ſumatur acceptione; ſi ſpectetur, quàm ſuauis illa ſit gutturi Animæ eius, quæ iuſtificatur: quandoquidem per ipſam animæ tollitur fames, & omnis illius extinguitur ſitis, remanẽte tamen fame, & ſiti incrementi eiuſdem iuſtificationis. Quæ eſt fames? quæ eſt ſitis Animæ? fames, iuxta Philoſophorum definitionem nil aliud B eſt, quàm appetitus calidi, & ſicci, quàmue appetitus eſcæ: & ſitis haud aliud eſt, quàm appetitus frigidi, & humidi, quàmue appetitus potus. Fames animæ eſt appetitus calidi, & ſicci, amoris videlicet Dei, qui ardore calidiſſimus eſt, quiue & ſiccus pariter eſt, quatenus eſt alieniſſimus ab omni illecebrarum carnalium humore: fames animę eſt appetitus ipſius Dei: appetitus, quo diuinum eſurit verbum, de qua fame apud Ieremiam ipſemet ait Dominus *c Omnem animam eſurientem ſaturaui*. Sitis verò animæ eſt appetitus frigidi, & humidi, diuinæ nimirum gratiæ, quæ frigida certè eſt, ita vt æſtus ipſos refrigeret carnalium concupiſcentiarum; quæue humida eſt, humoreque ſuo peſſimam ſpiritus tollit ariditatem: Sitis animæ eſt appetitus potus eiuſdem gratiæ, quæ ita extinguit ſitim, vt *d qui ex illa biberit, non ſitiat in æternum*. Cùm igitur fructus iuſtificationis pax, quæ exuperat omnem ſenſum, vtrique appetitui & famis, & ſitis eſurienti, ac ſitienti ſubueniat, conſequitur manifeſtè, dulciſſimam eam eſſe animæ illi, cui exhibet ſimul Dei amorem, diuinam gratiam, & Deum ipſum.

Pax extinguit omnẽ famẽ & ſitim in aĩa.

Ariſt. lib. 2. de anima text. 28.

Fames aĩæ quid ſit.

c Ier. 31. 25.

Sitis animę quid ſit.

d Ioan. 4. 13.

Quanta autem hæc ſit iſtius pacis dulcedo, humanis verbis exprimi minime poteſt: Paulus tamẽ Apoſtolus, qui eam guſtarat, tantam eam eſſe ſignificauit, vt illam dulcedini Regni cæleſtis aſſimilandam crediderit; ſic enim ait: *Non eſt regnum Dei eſca, & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in* D *Spiritu ſancto*. Ac ſi dicat: Regnum Dei haud talem habet dulcedinem, qualem conferunt corpori eſca, & potus rerum terrenarum, atque carnalium: Eſca iſta carnalis, potuſque iſte terrenus, quæ carnis ſedant famem, & ſitim animæ terrena ſitientis, haudquaquam dulcia dicenda ſunt in cõparatione Regni cæleſtis: *Sed iuſtitia*, quæ per iuſtificationem habetur, *& pax*, quæ fructus eſt talis iuſtitiæ, *cum gaudio in Spiritu ſancto*, quod ſibi habet vnitum, tantam exhibent dulcedinem gutturi illius animæ, quæ iam iuſtificata ſit, vt ea planè Regnum Dei dici queant: ſedant enim hæc ſuauiſſimo modo, animæ famem, multò meliùs, quàm quælibet eſca famem corporis: ſitim pariter eiuſdem E animæ multò iucundius extinguunt, quàm potus quilibet ſitim corporis: atque adeò, ſicut gaudium Regni cæleſtis eſt gaudium Dei, ſic quoque & iſtius pacis gaudium, gaudium eſt Spiritus Sancti. Beata certè Anima, quæ, cum ardenti Dei deſiderio flagrarit, tandem per iuſtificationem ad illius admiſſa eſt vmbram: Beata, quæ iam iuſtificata præ ardentiſſimo deſiderio eſuriit, ac ſitiit iuſtitiam perfectiorem: magis enim iuſtificata ſedit quietiùs *ſub vmbra illius, quem deſiderauerat*: atque adeò *fructus eius dulcis* eſt *gutturi ipſius*: Quid dulciùs quippe pace ea interna, quæ fructus eſt talis iuſtificationis? hanc pacem qui vel in deſiderio

Pacis dulcedo aſſimilatur dulcedini regni cæleſtis.

i Rom. 14. 17.

guſtauerit, ſic in valle lacrymarum potitur regno cœlorum, vt præ illius dulcedine beatus planè dici debeat, teſtante hoc Domino noſtro, cùm diceret; *K Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſorũ eſt regnum cælorum.*

DE ANIMA.

k Mat. 5. 6.

ALTER SENSVS.

Theod. Bernard. Apon. Rupertus Abb.

Quamuis iſte: qui allatus eſt ſenſus, congruentiſſimus ijs ſit; quæ in prima expoſitione iuxta litteræ ſonum dicta ſunt; haud tamen propterea ſenſus alter prætermittendus eſt, qui ab ijs ipſis, quæ ibi dicta ſunt, minimè eſt alienus; connectitque fortaſſe aptiùs iſta, quæ hic ab Anima dicuntur, cum ijs, quæ ab eadem in præcedentibus verbis dicta fuere, iuxta eorundem explicationem, allatam in expoſitione tertia; vbi per malum in medio lignorum ſilueſtrium, perque dilectum in medio filiorum ſignificatum dixi Chriſtum in Crucis ligno pendentem in medio latronum. Poſtquàm ergo anima contemplatiua eas enarrauit Chriſti excellentias, quæ ex illo manifeſtatæ fuere, dum inter latrones penderet è Cruce; proſequitur nunc explicare, quàm gratum ſibi eſſe ſoleat, illum eo pacto in Cruce pendentem contemplari, oſtenditque ſimul, quo potiſſimùm tempore iſtiuſmodi indulgeat contemplationi; tunc nimirum, quando Sanctiſſimum Euchariſtiæ percipit Sacramentũ, quod præcipuus eſt fructus Mali iſtius.

Vt autem breuiter me ab hoc ſenſu expediam, ex altero ſacræ ſcripturæ loco id omne facilè explicare tentabo, quod hic ab ſponſa ſignificatur, ex ijs C nempe Oſeæ verbis, quibus hæc ipſa prædicens, iuxta verſionem Septuaginta ait: *l Conuertentur, & ſedebunt in vmbra eius, viuent, & inebriabuntur tritico*: vbi Vulgata habet: *Conuertentur ſedentes in vmbra eius, viuent tritico*: Proponere videtur Propheta Chriſtum crucifixum ſub metaphora arboris pulcherrimæ, fructibuſue onuſtæ, ad quam anhelantes conuertantur viatores, illamque adire deſiderent, tum propiùs ad eam accedentes: in vmbra ſedeant illius: Vnde poſtea facilè fructus ex illa decerpant, quorum recreentur dulcedine, quibus & vitam ſuſtentent: At certè hæc ipſa ſunt, quæ modo proſequitur ſponſa, dum Chriſtum ſub mali metaphora in ligno Crucis pendentem primò ſeſe deſideraſſe, affirmat, tuncque propiùs ad illum acceſſiſſe, ſediſſeque ſub vmbra illius, ac denique concupitum ex eo decerpſiſſe fructum, dulciſſimum ſanè gutturi ſuo. Duo quippe neceſſaria ſunt ad hoc, vt quiſpiam Euchariſtiæ Sacramentum digne percipiens, illius perfruatur dulcedine, & commodis. Primum, ad tanti Sacramenti excellentias, in quo eſt Sacroſanctum Chriſti corpus, & ſanguis conuertenda eſt mentis acies, perque huiuſcemodi conuerſionem toto cordis affectu illius participationem deſiderare debemus, & ardenti deſiderio optare vnionem cum illo, quem & Deum, & cibum noſtrum eſſe cognoſcimus. Secundò, quoniam Sacramentum iſtud ſemel inſtitutum eſt in memoriam iſtius ſacrificii, quod ſemel ſuper Crucis ligno oblatum iam fuit; meditatione propiùs ad Chriſtum in Cruce pendentem accedendum, in ipſo nimirum ſanctiſſimo Altaris Sacramento, eius quaſi vmbram quamdam ſpectantes. Sicut enim, cùm intuemur vmbram alicuius corporis, ex vmbræ inſpectione, quale id ſit corpus, intelligimus, cuius præſentiam ipſa eius indicat vmbra: Sic & accidentia, quæ in Euchariſtia apparent, ſpeculantes, quaſi ſub vmbra ſedemus Chriſti crucifixi, atque ex iſtiuſmodi eius vmbra, ipſum Cruci affixum fidei oculis præſentem aſpicimus: quod & ipſemet teſtatum voluit his verbis: *b Hoc facite in meam commemorationem*: Et Paulus:

l Oſe. 14. 8.

Ad Euchariſtia dignã ſuſceptionẽ quæ neceſſaria ſint, & ſe ſit eius fructus.

Simile.

b Luc. 22. 19.

DE ANIMA.

lus: c *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & Calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Cum anima conuersa fuerit atque ad Sanctissimum Sacramentum accesserit, ibique per quietam passionis contemplationem sub vmbra sederit Christi in Cruce pendentis; tunc viuet, & inebriabitur tritico; tunc vna cum sponsa dicere poterit: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo.* Fructus iste arboris Mali, & Eucharistiæ cibus, quem protulit arbor Christi Crucifixi, dulcissimus quidem semper in se est, semperque in semetipso est cibus vitæ; Vnde & dicitur d *Angelorum esca, habens in se omne delectamentum, omnisque saporis suauitatem*: & e *panis vitæ*, ita vt qui eum *manducet, viuat in æternum.* Nihilominus haud cuilibet, qui illum comedat, licet dignè comedat, eam, quam in se habet, dulcedinem confert ac vitam: at ijs duntaxat dulcis est, qui iuxta Propheticum dictum, quando illum sumpturi sunt, ardenti desiderio ad Christum Crucifixum, cuius is fructus est, conuertuntur, quique sub eiusdem Crucifixi vmbra sederit, quieta meditatione in iis, quas inspiciunt, speciebus veluti in propria vmbra Christum ipsum contemplantes crucifixum. His, qui in hoc pacto cum sponsa sub vmbra illius, quem desiderauerant, sedent, dulcis est; nec simpliciter dulcis, sed dulcis gutturi eorum: quia plenissimè illorum satisfacit appetitui, appetitui, inquam, triplici, escæ, potus, & vitæ, quibus summoperè indigent esurientes, & sitientes, cùm anima eorum in ipsis deficiat. Ac propterea benè ab sponsa cibus iste fructui comparatus est Mali arboris: poma enim præterquàm quòd innatam in se habent dulcedinem, triplici insuper prædicto satisfaciunt appetitui: tollunt quippe famem, extinguunt sitim, & nutriunt vitam. Quam dulcedinem ab hoc Sacramento ob triplicem appetitus satisfactionem iis, qui illud sumpserint, præstitam egregiè & Propheta modicis expressit verbis, cùm dixit: *Viuent, & inebriabuntur tritico*: appellans namque illud nomine tritici, quod vitam confert, simulque eidem tribuens & ebrietatem, planè apertissimè indicat, quam dulce id eis sit, qui & cibo indigeant, & potu, quique anima deficiant, & vita.

c 1. Cor. 11. 26.
d Sap. 16. 20.
e Io. 6. 51.
Eucharist. Sacramentũ quib. dulce sit.
Eucharist. Sacramentũ tripliciter satisfacit appetitui.

Magnum sanè, & admirabile valdè est, quòd fructum istum Sanctissimæ Eucharistiæ, qui ex natura sua vsquequaque dulcissimus est, maxime quàm viuificus: homines nihilominus vel amarum, vel dulcem; vel viuificum, vel mortiferum sibi suo faciant gutturi: Dulcem namque & viuificum (vt dictum est) ij eum sibi faciunt, qui cùm ad eum accedunt, *sub vmbra illius, quem desiderauerant, sedent*, eo sensu, quem iam prosecuti sumus: & hi cum sponsa dicere queunt: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*: Et de his, qui conuertuntur, & sedent in vmbra Christi Crucifixi præclarè per Prophetam, iuxta hebraicam lectionem dicitur, quod *viuificabunt triticum*: sic enim pro iis, quæ vulgata habet, & *viuent tritico*: in hebræo est יחיו דגן nechaiu dagan, viuificabunt triticum idest viuificum esse facient triticum. At verò è contra ii, qui haudquaquã prius sedent sub vmbra illius, quem desiderauerant, per gratiam in illius vmbra minime viuentes, quique nec conuertuntur, & sedent sub vmbra Christi Crucifixi, quando ad hoc Sacramentum accedunt, dum indignè id sumere præsumunt, amarum istum sibi faciunt fructum, atque mortiferũ; cùm enim nullo erga Christum affecti sint desiderio, imò peccatis exæstuent, quasi amarissimum quidpiam cum suo calcant in ore, iuxta illud prouerbiorum: f *Anima saturata calcabit fauum.* Qui enim voluptatibus, & diuitiis huius sæculi immersi sunt, eisque saturantur, & animum suum explent, ij contemnunt, & calcant, quasi amarissimũ quid dulcedinem fructus illius: atque adeò his sic loquitur Apostolus: g *Quicunque manducauerit panem, & biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis, & sanguinis Domini*; idest, reus erit ob corpus, & sanguinem Domini, quæ amara sibi reddidit, & mortifera: reus inquam, illius sententiæ; qua apud Isaiam dicitur. h *Væ ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Hinc est, quòd isti miseri eo ipso tempore, quo hoc Sacratissimo vescuntur fructu, quando per ipsum famem, sitimque sedare possent, & vitam recreare deficientem, *esurientes, & sitientes, anima* ipsa deficiunt morientes. Quæ omnia præclarè Paulus significat, dum l ait. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*: ac si dicat: Idcirco multi inter vos infirmi sunt, ob famem, & escæ defectũ: imbecilles pariter sunt ob sitis ariditatem; & quod omnium pessimum est, dormiunt per animæ mortem: quia indignè hunc sumentes Eucharistiæ fructum, amarum eum sibi sic faciunt, atque mortiferum, vt per illum eis infirmitas augeatur famis, & imbecillitas sitis, morsque eis inseratur ab eo, à quo vita pendet vniuersa.

Eucharist. Sacramentũ dulce, aut amarũ; viuificũ, aut mortiferũ sibi facere, in hominis cuiusq; est potestate.
Eucharist. Sacramentũ indignè sumens amarũ illud sibi facit, atque mortiferum.
DE ANIMA.
f Prou. 27. 7.
g 1. Cor. 11. 27. 30.
h Isa. 5. 20.
i Psal. 106. 5.
l 1. Cor. 11. 30.

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

EOrum, quæ hic à Gloriosissima Virgine dicuntur, ex iis desumendus est sensus, quæ eidẽ Virgini ab Angelo dicta fuere, a *Virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Quod enim Angelus verbis iis pollicitus ei est, hoc ipsa nunc se iam consecutam fatetur, hocque sibi iam præstitum asserit. Quod promiserat Angelus istud erat, fore, vt Deus Altissimus ipsam sibi sponsaret, idque, vt ex ea Spiritus Sancti virtute Christum gigneret, qui propterea quod sanctè conceptus esset ex illa duntaxat, obumbrata virtute Spiritus Sancti, filius Dei vocaretur, & esset. Hoc quippe modo obumbrationem virtutis Altissimi in Maria accipiendam ij omnes testantur Patres, qui obumbrare, sumendum existimant pro protegere, sicut vmbra sæpiùs pro protectione in sacris litteris accipi solet, vt sensus sit; Virtus Altissimi obumbrabit tibi, idest, proteget, & iuuabit te, vt concipere sine viro possis, quod natura tua facere non poteras, vel, quod parùm ab hoc dissimile est, iuxta Theophilactum; Virtus altissimi teget te, quemadmodum gallina, aut auis solet pullos suos sub alis tegere, vt eos foueat, vel aptiùs, sicut solet auis oua sua tegere, vt eius calore pulli gignantur & excludantur; quod maximam habet proportionem cum ipsa Spiritus operatione, qua is videtur sanguinem Virginis in illius vtero fouisse, & calefecisse, vt homo Christus conciperetur. Sic igitur in hoc ipso sensu id, quod hoc loco Beata Maria affirmat, dum ait, *Sub vmbra illius, quẽ desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, tale quid esse videtur.

Maria Deo desponsata est Patri & Verbi Incarnatione.
a Luc. 1. 35.
Teophil.

PARAPHRASIS.

Tam ingens meum erat desiderium videndi Verbum Incarnatum, quod Redemptorem, ac Saluatorem

rem

DE MARIA rem in mundo innumera Prophetarum pollicebantur vaticinia, vt deficeret in illud anima mea, deficerent & oculi, ad Dominum, lacrymis exclamantes, atque gemitibus dicentes: *Quando conſolaberis me?* At benignitate eius, qui me in ſuam elegit ſponſam, *ſub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi*: quando *Virtus Altiſſimi* obumbrauit mihi: Tuncque fructus ipſius, *qui* me ſibi deſponſauerat, Dei, is videlicet, qui in vtero meo conceptus eſt filius Dei, dulcis admodum factus eſt gutturi meo: dulcedinem talem tunc ſenſi in illo inſtanti, quo primùm ille in meo conceptus eſt vtero: vt propè obierim; obijſſemque certiſſimè, ni is ipſe me ſuſtentaſſet, qui eam dulcedinem mihi infuderat. Sic Virgo Sanctiſſima eum, quem fructum ſuum dicere potuiſſet, iuxta illud: *b Terra noſtra dedit fructum ſuum*. Et, *c Benedictus fructus ventris tui*: præ humilitate nihilominus haud ſuum, ſed Dei dixit fructum: Dulcem verò hunc fructum dixit gutturi ſuo, vt in metaphora perſiſteret fructus, cuius dulcedo guſtu, gutture que percipitur. Atque hæc quidem rectè, dum Mariæ deſponſationem cum Deo Patre factam accipimus, cuius Christus vocatur filius.

Loquā dulce ſen illā ſpiritualiſſi.

b Ps. 84.13

c Luc. 1.42

ALTER SENSVS. Verum, quoniam Chriſtum deſideraſſe, manifeſtum eſt, quem ſub arboris Mali metaphora commendarat in ſuperiori ſententia: cùm in eadem adhuc perſiſtatur metaphora, de Chriſto potius, quā de Deo Patre hæc accipienda videntur: vt, quæ hic à Beata Virgine dicuntur, ijs cohæreant, quæ ab ipſamet dicta ſunt in præcedentibus, dumque ait, *Sub vmbra illius, &c.* dicendum eſt, eam confirmare per hæc illud ipſum, quod dicere cœperat ad dilecti ſui commendationem: Id verò erat, oſtendere, nil in ſe boni eſſe, quod à Chriſto non haberet, quod Chriſti non eſſet, qui ſolus fructum proferret gratiarū: qui vnica eſſet malus inter infructifera ligna ſiluarum; confirmat autem hæc, enarrans, quomodo tantis ipſa repleta ſit gratiarum cumulis; quia nimirum illi deſponſata fuiſſet, cuius fructus vniuerſa eſt gratia: Acquè eſt enim ac ſi dicat:

Maria Chriſtum concipiēs, eidem deſponſata eſt, qui filium peperit.

PARAPHRASIS. Tam pulchram, tam ſuauem, tamque onuſtam gratiarum pomis vt adire mihi fas eſſet mali arborem, ardentiſſimo optaui deſiderio: Chriſtum dilectum meum totius gratiæ fontem deſideraui, vt viderem, quem Prophetæ prænuntiabant totius ſalutis auctorem: ipſius tandem benignitate, qui *d in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, æquè ac Pater: *ſub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi*; & ipſi adhæſi, quem tantùm optaueram; ei ſum deſponſata, cuius tanto flagraram deſiderio, idque quando iuxta Angeli nuntium ipſemet, qui ab æterno Virtus altiſſimi extitit, obumbrauit mihi, quando ipſe, qui lumen erat incorporeum per id, quod ex me ſumpſit corpus, perque carnis vmbram mihi obumbrauit, meam ſibi vniens naturam, me in matrem eligens, ſimulque & in ſponſam, In matrem, quatenus ex meis viſceribus vmbram accepit carnis: In ſponſam, quatenus abſque vlla hominis ope ipſum in vtero meo ſibi formauit corpus: quando de Spiritu Sancto me grauidam reddidit ipſe ſponſus, qui & filius. Porrò poſtquam illum peperi, *fructus* illius *dulcis* extitit *gutturi meo*: Neque enim aliis verbis exprimere valeo, quantam ex illius aſpectu, verbis, factiſuè perceperim dulcedinis: totus mihi certè fuit ſuauiſſimus, non ſecus ac mali fructus dulcis eſt gutturi comedentis: ipſe mihi famem ſedabat omnem: ipſe ſitim extinguebat, ipſe & dulciſſimam gratiæ contulit vitam: fructus pariter gratiæ illius dulcis guſtui mentis meæ, dum eam agnoſce-

d Io. 1.1.

Maria quātam dulcedinem ex Chriſto perciperet.

e Zach. 10.7

A rem, qua me impleuit. Nititur ſenſus iſte expoſitioni illorum verborum, *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*; quam aliàs ſupra retuli ex Gregorio Papa lib. 18. Moral. c. 12. & lib. 33. ca. 3. vbi ait: Quia vmbra non aliter exprimitur, niſi per lumē, & corpus; Virtus Altiſſimi Mariæ obumbrauit, quia in eius vtero lux incorporea corpus ſumpſit.

APPENDIX

Ex Verſ. III. Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

B PAraphraſis Chaldaica: Tunc temporis in vmbra Maieſtatis eius deſideraui habitare; & verba legis eius dulcia fuerunt gutturi meo: & præmia præceptorum eius ſeruantur mihi in ſæculo venturo.

Pro dramatico ſenſu faciunt, quæ dicuntur à Beda; vt ſponſa hic ſignificet, compotem ſe factam eorum, quorum ſe deſiderio flagrare ſignificarat in ſuperioribus, quando querebatur, fuſcatam ſe nimio ſolis æſtu, eò quòd filij matris ſuæ pugnaſſent contra ipſam: ideoque ſponſi vmbram exoptans anxia clamabat; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: quando non ſolum C preſſurarum tædio fatigata, ſed recordatione quoque decoris ſponſi illecta dicebat: *Lectulus noster floridus.*

Beda.

Inter ſpirituales ſenſus primus, atque communior is eſt; vt in his Eccleſia, vel pia Anima ſignificet, ſe eò perueniſſe, quò diutiùs optarat, vt eſſet ſub Chriſti, Dei, ſponſiue ſui protectione, vmbræ metaphora deſignata, vt magis illius exprimeretur neceſſitas in præſenti vita propter illum ardorem ſolis, qui, cùm exortus fuerit, continuò ſeme, quod non alta radice depreſſum in terra ſit, areſcit, & deperit. Ita Origenes homilia tertia ex quatuor, Gregorius Nyſſenus homilia quarta, Ambroſius ſermone quinto in pſalmo 118. verſ. 1. Caſſiodorus, Beda, D Aponius, Philo Carpathius, Iuſtus Orgelitanus, Anſelmus. Sed præ ceteris explicat hunc ſenſum Gregorius Papa, dicens. Vmbra Chriſti protectio eſt Spiritus Sancti, Spiritus quippe Sanctus mentem, quam replet, obumbrat; quia omnium tentationum feruorem temperat, & dum aura ſuæ inſpirationis ſuauiter mentem tangit, quicquid noxii caloris ſuſtinebat, expellit; & quam iam forſitan nimius vitiorum æſtus marcidam fecerat, vmbra Sancti Spiritus protegens recreat, vt dum in eius ſpiratione ſedens pauſat, vires colligat, quibus ad æternā vitam robuſtius currat.

In vmbra Chriſti ſedere eſt eſſe ſub eius protectione

Origenes. Greg. Nyſ. Ambroſ. Caſſiodo. Beda. Philo Car. Iuſt. Orig. Aponius. Anſelm. Gre. Pap.

Vmbra Xſti eſt protectio Spiritus Sancti.

E Rupertus Abbas iuxta communiorem iſtum ſenſum, Beatam Virginem in his talia ſibi velle, arbitratur, Ex quo mihi Angelus locutus eſt: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, ego *ſub vmbra illius ſedi*, Non ſteti ad horam ſub vmbra, vt interdum paterer carnis æſtum, inter dum haberem refrigerium, ſed continuò ſedi, quia ſemper pacem habui, iugiter ſub vmbra illius quieui.

Rupertus Abb.

Peculiari modo Ambroſius loco ſupra citato, haud tamen ab hoc primo ſenſu admodum ſe elongans, exiſtimat Eccleſiam his verbis inſinuare Chriſti mortem, qua diligentibus ſe prouidere ſolet, vt poſſint æquo animo ſuſtinere moleſtias, & tentationes vitæ huius, nimirum immittendo eis conſolatio-

Chriſtus ſ. delib. immitit cōſolationes quaſdā ad perferēdas moleſtias huius vitæ.

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

illa respondet: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*. Ac si dicat fratribus adstantibus.

Quod de semetipso meus asserit dilectus Christus, ita verum est, vt illud abnuere minimè valeã: etenim cum in mundum descendit, siluam certè adiit omnibus peruiam, neque propterea, quòd inter homines conuersatus est filios suos, aliquid ab illis vel opis ei præstitum est, vel consolationis: quinimò sic in medio extitit eorum, sicut malus existens inter ligna siluarum.

Christus in mũdo dum passionibus esset expositus, existimatus spurius hõ, & miserrim⁹, eã nõ agnoscerentur.

Præclarè autẽ in his verbis, hoc sensu acceptis ea omnia designantur, quæ Christus passus est; siue consideretur in medio hominũ in genere: siue consideretur in medio Iudæorum, quos peculiari filiorum suorũ nomine in scripturis sacris Deus insigniuit: fuit n. sicut malus inter ligna siluarũ, quando instar puri hominis in medio hominum sic conuersatus est, vt & esuriret, & defatigaretur, & aliis huiuscemodi subiectus esset miseriis. Quẽadmodum malus inter ligna siluarũ, dũ in hyeme floribus, frondibusve expoliata est, dumq; fructibus caret, nil ab arborib. siluestribus differre videtur: imò & illis, quæ semper virescunt, quæve altius eleuantur, ignobilior existimatur, atque deformior: ita & Christus, quando in hyeme miseriarum, persecutionũ, atque dolorũ in medio hominum est conuersatus: quando non agnoscebantur, nec intelligebantur frondes, quas de se emittebat, sacræ doctrinę, flores, quos propria virtute proferebat, ingentiũ miraculorũ, & fructus gratiæ, quos in maxima producebat copia, tanquam vnus existimatus est de populo: imò & nouissimus virorũ apparuit, omnibusve deformior hominib. ita vt de illo Isaias, x *Vidimus eum* dicat, *& non erat aspectus, despectum, & nouissimum virorum*: & ipsemet de se ipso: *Ego autem sum Vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*. Porrò quia sic inter homines est conuersatus, vt instar reliquorũ hominum, & magis quam reliqui homines miser existimari voluerit, æque ac malus in hyeme est inter ligna siluarum: hinc illud pariter factũ est, vt & sicut ceteri hoĩes morti fuerit expositus, sicut in hyeme malus, quæ est inter ligna siluarũ cæsioni subiacet ęquè ac reliqua ligna illa. Rectè insuper malo inter ligna siluarũ assimilatus est Christus, dũ in medio Iudæorũ & doctrina, & miraculis appareret illustris: planè enim constat tunc maioribus illum affectũ molestiis, quando illustriora operabatur miracula; quãdo præstantiorem edocebat doctrinam: tunc contra illum magis magisve scribæ irritati sunt, & Pharisei: tunc in eum commotæ sunt populorũ turbæ: tunc eum sępiùs lapidibus obruere conati sunt: tuncq; Principes Sacerdotum collegerunt Concilium, vt eum morti traderent. Vnde postquam insigne illud resurrectionis Lazari diuulgari cępit miraculũ, dicebant. z *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum*. Euenitque Domino nostro illud ipsum, quod malo euenire solet inter ligna siluarum, quando perpulchris onusta est pomis, quam, arborib. ceteris prætermissis, quotquot per siluam transire contigerit, percutiũt fustib. & petrarum ictibus, excutiũtque omnibus neruis.

x Isa. 53. 2.

y Psa. 21. 7.

Christus ob virtutũ signa, & ob eximiã doctrinã maiores sustinuit persecutiones.

z Io. 11. 47

Simile.

Simile.

Fructus virtutũ Christi à Iudæis conculcati.

Denique *sicut malus inter ligna siluarum, sic* Christus piæ Animæ *dilectus inter filios*: quoniam, sicut malus, dũ est inter ligna siluarũ licet perdulcia, atque perpulchra proferat poma, quæ tametsi magna eorũ habenda esset ratio, attamen propterea quòd in silua proferũtur, vel marcescunt in terra, vel à feris, & brutis animantib. conculcantur, aut ab iisdem, instar siliquarum absque vllo comedũtur delectu: vixq; ab aliquo homine, quem per siluam transire, illaq; intueri contigerit, carpũtur comeduntur, & conseruantur. In eumdem modum & Dominus noster, dum in huius mundi silua inter filios hominum atque inter siluestria, & infructifera versari dignatus est ligna, inter rebelles filios Dei quamuis odoratissimos, perpulchros, optimosque protulerit fructus decoris, & honostatis, fructus humilitatis, mansuetudinis, patientię, ceterarumq; virtutum, fructus quoque gratiarũ, atque miraculorum, ij tamen à Iudæis, tanquam brutis, rationisque expertibus conculcabantur, despiciebantur, aut absque vllo comedebantur delectu: Tunc videlicet temporis, quando donis miraculorum, curationumq; perfruebantur absq; vlla gratiarum actione, vixque pauci reperti sunt eius discipuli, qui ratione instar verorum hominũ vtentes, & excellentiam illorum fructuũ per diuinam intelligentes gratiam, auiditate quàm maxima eos carpserunt, comederunt, nobisque suis seruarunt in scriptis.

Vers. III. Sicut malus inter ligna siluarum; sic dilectus meus inter filios.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

NOn modicum sanè sacrarum Scripturarum peritis id ingerit difficultatis, quod à sapiente in libro Ecclesiastes dicitur: a *Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni*: Neque enim verosimile videtur, vt sapientissimus Salomon adeò in arctum vel bonitatem constituerit, vel sapientiam, vt & ab vniuerso femineo eas excluserit sexu, & vix in vno illas reperisse se dixerit inter mille homines, atq; adeo non incongruè nonnulli per hyperbolem hæc dicta existimarũt: asserentibus aliis, ea accipienda de mutabilitate, & fictione sexus feminei, in quo virilem sexum longè excedit. Quicquid tamen sit de sensu litteræ: Mihi certè in hac sententia mysticus arridet sensus, facitque is permultum ad confirmationem eorum, quæ à Gloriosissima Virgine dicũtur in Christi laudem, dum ait: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*. Enimuero Ecclesiastes id sibi vult, vt iustitiam vniuersam, quæ in toto est mundo, siue in viris, siue in mulierib. ea conspiciatur, vni adscribat Christo, qui est vir ille, de quo per Ieremiam dicitur: b *Nouum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum*, quemve sponsa inferius c electum dicit ex millibus, hunc vnum, ac solũ Ecclesiastes asserit reperisse de millib. id est, de vniuersis, quotquot in mũdo sunt hominũ, qui bonum faceret, de mulierib. verò nullã, vt verũ esse appareat, quod in Psalmis testatus est Propheta, d *Non est, qui faciat bonum* in viris, vel in mulieribus, *vsque ad vnum*. quid est, *vsque ad vnum?* vsque ad Christũ, inquit Aug. quo adusq; mentis aciẽ non dirigamus ad Christũ, nullũ i humano genere fructũ reperire valemus, quia solus Christus cũ Deus sit, & hõ, bonitatẽ habet p naturã, solus Christus bonũ à semetipso operatus est. Reliqui vniuersi nil à semetipsis boni proferre vel pñt, vel potuerũt vnquã. Qñquidẽ e *Nõ sumus*, vt ait Apost. *sufficiẽtes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*, quicquid in Sanctissimo quolibet reperitur virtutis, Christi

a Eccl. 7. 29.

Inter homines vniuersos solus Christus à semetipso bonũ protulit

b Ier. 31. 22

c Cãt. 5. 10

d Psa. 13. 3 August. In psa. 13.

e 2. Cor. 3. 5

DE B. MARIA

ſti potius ea virtus dicenda eſt, qui eſt principium totius gratiæ, quam Sancti illius, iuxta illud Pauli, *f Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit: ſed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, ſed gratia Dei mecum*; Sancti quique in Christi comparatione infructiferæ arbores ſunt. Hinc bene, quæ omnium Sanctiſſima extitit Maria, hanc in primis dilecto ſuo conferens laudem, cũ ſe mulieribus omnib. ab illo prælatam accepiſſet in Sanctitatis, puritatiſve decore, atq; fragrantia, quaſi ipſa eſſet liliũ, reliquæ ſpinæ: nũc ad hæc reſpondens ait: *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*: Ac ſi dicat.

f 1. Cor. 15. 10.

Sancti oẽs in Christi cõparatione ſunt arbores infructiferæ.

PARAPHRASIS.

Ipſa, ſi ceteris mulierib. ſanctitate, vt affirmas, præſtantior ſum, ſi virtute fragrantior, haud tamen talis ſum, vt fructum quempiam à me proferre valeam: liliũ pulchrũ, ac redolens ſum, quia tibi approximata ſum lilio vero: At tu ita hominibus excellis vniuerſis, vt arbor mali lignis excellit ſiluarũ; tu enim ſolus à temetipſo bonũ profers fructum: tu ſolus, dilecte mi, poma ex te producis gratiarũ: tu ſolus vitam conferre potes: Reliqui vniuerſi quantumlibet excelſi ſint, quantumlibet Sancti, etſi filij Dei ſint, ſilueſtres ſanè arbores ſunt, ſi per ſe conſiderentur, quippe qui nil ex ſe proferant boni: fructus omnes, pomaque omnia, quæ in hac mundi ſilua reperiuntur, à te proueniunt, qui in mundo factus es dilectus meus inter homines, ac præſertim inter filios Dei.

Verſ. III. Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Ecce ſicut pulchra & laudabilis malus citrea inter arbores infructuoſas, & totus mundus cognoſcit illam: Ita Dominator ſæculi fuit laudabilis inter Angelos in tempore, quo reuelatus eſt in Monte Sinai, quando dedit legem populo ſuo.

Deus in lectione legis laudabilis inter Angelos.

Dramaticus ſenſus vnus eſt Patrũ omnium, vt hæc à ſponſa dicta ſint, quæ ſponſo, à quo laudata fuerat, vicem reddat laudationis; ſed cum acceſſione non modica, vt explicatum habes in primo ſenſu primæ expoſitionis noſtræ.

Spiritualis autem ſenſus quadruplex apud eoſdem Patres reperitur; nam, tametſi omnes in eo conueniant, vt commendetur Christus ſimilitudine, ſeu exceſſu arboris mali ad arbores ſilueſtres: diſcrepant tamen in explicanda ipſa laude, qua is eodem exceſſu præfertur filijs.

Origen. Christus & Angelis, & hominibus præfertur.

Primò enim Origenes homil. 3. ex quatuor, filiorum nomine, tam Angelos, quàm homines deſignatos accipiens, in hoc inquit ſitam præſentem laudem, quòd vtriſq; Christus præferatur, ſicut arbor mali lignis præfertur ſiluarũ, cum fructũ habeat, qui non ſolum ſapore omnes, ſed & odore præcellat, & duos animæ ſenſus, idest guſtũ, & odoratum reficiat. Diuerſis.n. ait, copiis mẽſam ſuã nobis præparat Sapientia, in qua, non ſolũ panem vitæ apponit, ſed immolat carnes Verbi: & non ſolũ miſcet in cratere ſuo vinũ, ſed & mala odorata ſatis adhibet, & dulcia, quæ non tantũ in ore, & labijs ſuauitatem reddant, ſed & interioribus tradita faucibus dulcedinem ſeruent.

Econtra Bernard. ſerm. 48. negat, vllatenus hoc loco Christũ præferri Angelis, ſed hominibus dũtaxat: primum quippe dubitationem proponens circa ſimilitudinem allatam, ait: Mouet me de ligno hoc, quod non tantæ excellentiæ eſſe videatur, quantæ aliquod ceterorũ, & ideo minus digne aſſumi in opus ſimilitudinis, vtpote quod nõ ſufficiat laudis vicem implere. Denique nec ſponſa magni æſtimaſſe videtur, quæ hoc in lignis ſiluarum tantùm afferre curauit, nimirũ ſterilibus, nec fructus humano victui aptos ferentibus. Cur ergo omiſſis melioribus & nobilioribus lignis, huius mediocritas arboris adducta in mediũ eſt ad formandũ ſponſo præconiũ? Itane ad menſurã laudẽ accipere debuit, qui ad menſurã ſpiritũ non accepit? Hæc nẽpe data de illa arbore ſimilitudo facit vt videat habere ſuperiorẽ, qui parem non habet.

Bernard.

APPENDIX.

Christus ſimilitudine mali inter ligna ſiluarum præfertur hominibus tãtum & non Angelis.

Tum ad hæc ſic reſpondet: fateor, parua laus, quoniam parui laus; non.n. in hoc loco prædicatur magnus Dominus, & laudabilis nimis, ſed paruus Dñs, & amabilis nimis, paruulus vtiq; qui natus eſt nobis. Ergo non maieſtas extollitur hic, ſed commẽdatur humilitas digneq; ac rationabiliter, quod infirmũ, & ſtultum eſt Dei, hominũ fortitudini, & ſapientiæ antefertur; ipſi namq; ſunt ligna ſilueſtria, & infructuoſa, quoniam ſecundum Prophetam. *a Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt, qui faciat bonũ nõ eſt vſque ad vnum*. Vna inter ligna ſiluarum Dominus Ieſus arbor faciens fructum, ſecundum hominem ſane, etſi prælatus hominibus, ſed ab Angelis minoratus. Miro etenim modo & Angelis ſeſe, factus caro, ſubiecit, & Angelos ſibi, manens Deus, ſubiectos retinuit: denique: *b Videbitis*, inquit, *Angelos aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis*, quod in vno eodemque homine Christo Ieſu & infirmitatem foueant, & ſtupeant maieſtatem. Quia ergo ſponſæ id dulcius, quod ſe imminuit, ſapit, libentius attollit gratiam, præfert miſericordiam, ſtupet dignationem. Libuit proinde hominem inter homines admirari, non inter Angelos Deum, tamquã malus inter ligna ſiluarum excellit, & non plane inter hortorum plantaria.

a Pſ. 13. 3.

Christus vt hõ & ſi præla[tus] hominibus minoratus eſt tamen Angelis quos idẽ ipſe vt Deus ſubiectos retinuit.

b Io. 1. 51.

Porrò in hoc, quod à Bernardo aſſeritur, vt hominibus Christus præferatur, conueniunt Patres vniuerſi. Sed adhuc inter ipſos non modicum eſt diuerſitatis.

Quidam enim illorũ exiſtimant, Christum ipſum præferri ijs in primis hominib. qui iuſti ſunt, atque adeo digni, vt dicantur filii Dei. Ita Origenes homil. 2. ex duabus. Ad Christum, inquit, ſaltus eſt omne, quod dixeris, & in fructuoſa ſunt omnia: quæ enim poſſunt dici ad eũ comparata, fructifera? etiam ligna quæ videbantur fructibus incuruari, ad collationem aduentus eius infructuoſa monſtrata ſunt. Ideo *vt malus in lignis ſiluæ, ita fratruelis meus in medio filiorum*. Sed clarius Ambroſius ſerm. 5. in pſal. 118. ver. 1. dicens. *Tanquã malum in lignis ſiluæ, ita conſobrinus meus in medio filiorum*. Eo quod ſuper Prophetas, & Apoſtolos intima corda hominum verborũ ſuauitate mulcebat, ſed non ſolùm odor, verùm etiam cibus ſuauis in malo eſt, ergo cibus ſuauis eſt Christus. Ita Gregorius Papa, ita Caſſiodorus, Beda, & Iuſtus Orgelitanus aſſerentes, Christum filium Dei naturalem merito hic præferri illis, qui per adoptionis gratiam adepti ſunt filiationem Dei.

Christus inter iuſtos vt malus inter ligna ſiluarum.

Origenes. Christus cõparatus Prophetis, & Apoſtolis, & vt malus, &c.

Gre. Pap. Caſſiodor. Beda. Iuſt. Orig.

Christus cõlatus homi. prauis eſt, vt malus, &c.

Alij è contra filiorum nomine homines prauos intelligentes, quos aliquando filios diaboli, aliquando filios iræ nominatos appellatos, Iis præferri, inquiunt, Christũ, vtpote, inſtar arborum infructiferarũ, vt ait Theodoritus: vel quia (vt dicitur in Catena triũ Patrum) ad ſiluæ ſimilitudinem luxurient, & belluinis voluptatibus inſeruiant.

Theodori. Tres Patr.

APPENDIX.

Sed & inter hos quoque, qui in malum sensum accipiunt filiorum nomen, aliquid est diuersitatis, nam præterquam quod quidam generice pro qui buslibet prauis hominibus id sumunt, vt dictum est, Origenes homil. 3. ex quatuor ad hæresiarchas, & nomen prædictũ, & cõparationem restringit, ita vt videatur Ecclesia, comparans suauitatẽ doctrinæ Christi ad asperitatem hæreticorũ dogmatum, ac sterilem, infructuosamq; doctrinam, dicere: Mali quidem suauia esse dogmata Ecclesiastica, ligna vero siluæ esse ea, quæ à diuersis hæreticis affirmantur, vt de istis infructuosis lignis siluæ dictum sit, quod in Euangelio scriptum est; *a Ecce iam securis ad radicem arboris posita est*, *b & Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*

Origenes. Christus collatus cũ hæresiarchis, cũ Iudæis, & cũ Gentilibus est vt malus &c. Christi doctrina Catholica quã præstantior sit doctrinis Hæresiarcharum.

a Mat. 3. 9. b Luc. 3. 9.

Rupertus Abbas nomen pariter filiorum, quàm comparationem restringit ad Iudæos.

Rup. Abb.

Philo autẽ Carpathius filiorũ vocabulo Iudæos ipsos designatos accipiens, per ligna tamen siluarũ intelligit Gentiles, vt vtrisque Christus præferatur.

Philo Car.

At alij ita quoscunque prauos, seu infideles per vtrumque vocabulũ significatos sumunt, vt tamẽ cum illis potissimũ collatum, ijsdemque prælatũ arbitrentur Christum, qui per Christũ id tandem assequantur, vt & fructiferi reddãtur, & spem consequantur adoptionis filiorũ Dei. Vnde notat Aponius, haud de malitia notari hic filios, sicut in præcedenti sentẽtia filias, quæ spinis comparatæ sunt, vt pote armis diaboli, cum è contra filiis istis, qui & ligna siluarum nuncupati sunt, exultationem in dilecti aduentu futuram Propheta prædixerit, vbi ait; *c Tunc exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem Domini, quoniam venit.*

Discrimen inter filias & filios. Aponius.

c Pl. 95. 12 Greg. Nyss.

Egregiè & Gregorius Nyssenus homil. 4. ostendit, Christũ, quando humanam assumpsit carnem, descendens in siluam vitæ huius, factum esse lignum siluæ, fructiferũ tamen, vt homines quantũ libet prauos, atque siluestres, è siluestribus redderet fructiferos. Præclarè enim circa hæc philosophans, quæ à sponsa dicuntur. Primo notat, siluæ nomine siluestrem significari hominum vitam, in qua luxuriant varia genera animi perturbationũ, in qua, tanquam in antro insident, & delitescunt feræ exitiosæ, quarum natura in luce, & Sole est ociosa, & vim non habens operandi, vires habet in tenebris. Nã postquam sol occidit, nocte adueniente, Propheta dicit, *d Bestias siluæ in ea ex antris emergere*. Secundò, ostendens, quomodo in hac silua Christus factus sit malus, & ad quid, ait: Quoniam ergo *e* singularis ferus, qui pascitur in silua, grauissimũ attulit damnum pulchræ vineæ humanæ naturæ, sicut dicit Propheta: *Vastauit eã aper de silua* propterea in silua plãtatur malus, quæ in eo quidẽ, quod est lignũ, est eiusdẽ essentiæ cũ silua humana; tẽtatus est. n. Christus in similitudinẽ absq; peccato, in eo aũt, quòd talẽ fert fructũ, vt per eũ dulces reddantur sensus animæ, habet maiorem à silua differentiã, quàm ea, quã habet liliũ à spinis, vsque adeo, vt cũ forma habeat etiam boni odoris delectationem. Pomi autem gratia conuenienter tribus sensibus distribuitur, specie aspectui, odore olfactui, & dulcedine gustui.

Vita hominũ silua, et quomodo.

d Pl. 103. 20

e Pl. 79. 14.

Christus factus est lignum siluæ sed frutiferũ, vt nobis saferẽ, nos quoq; redderet fructiferos ex. siluestribus.

Vnde comprehenditur differentia excellentiæ Christi ab excellentia sponsæ, quoniam ille quidẽ & nobis fit lætitia oculorũ, & vnguentum odoratui, & vita comedentibus, humana aũt natura per fecta per virtutes solũ fit flos, non agricolam nutriens, sed seipsam exornans. Ille. n. non est bonorũ nostrorum egẽs, sed nos illius bonorũ egemus. Propterea spõsum aspicit purgata Aĩa in lignis siluæ factũ malum, vt sibi inserens omnes agrestes ramos siluæ, efficiat, vt similes fructus producant.

Circa vim encomij huius, quo Christus celebratur similitudine Mali. Communis est Patrum omnium sensus, vt laus triplex in illũ conferatur, pulchritudinis, iuxta illud Psalmi: *f Speciosus forma præ filiis hominum*, fragrantiæ gratiarũ, iuxta illud: *g Vnguentum effusum nomen tuum*, atque refectionis, quam refectionem generice sumunt Theodoritus, Ambrosi. Cassiodorus, Beda, Iustus Orgelitanus, Aponius, Bernardus, necnon & Origenes homil. 2. ex duab. quæ nimirũ fit per verba, per doctrinã, & per exempla. Alij tamen illam præsertim accipiunt, quæ fit per Sacramentũ Eucharistiæ. Indicat hoc Origenes homil. 3. & 4. Grego. Nyssenus homil. quarta. Psellus, & Anselmus; sed apertiùs Philo Carpathius, qui ait, malum & esui aptum est, & potui. Vt ergo mysticam lætitiam designaret, quam ipsi sponsæ elargitus est sponsus, dicens: *h Accipite, & comedite, hoc est corpus meũ, & accipite, & bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*, propterea malum appellari puto. Tria enim bona Malum continet. Esum, per quem significat Christi corpus, potum, quo significatur salutaris Christi Iesu sãguis, & odorẽ, per quẽ fides exprimitur.

f Psal. 44. g Cant. 1. Origenes. Theod. Ambros. Gre. Papa. Cassiodo. Beda. Iust. Org. Aponius. Bernard. Origenes. Gre. Nyss. Anselm. Philo Car.

h Lu. 22. 19 In Eucharistia Sacramento Christus est sicut malus.

Illud denique notandũ hoc loco superest, ab aliquibus mali nomine haud arborem, sed pomum sumi. Vnde Ambrosius serm. 5. in psal. 118. vers. 1. ait: *Tanquam malum in lignis silua*. Huiusmodi pomum odorem gratum habet, vt cæterorum pomorũ fragrantiam vincat. Christus ergo affixus ad lignum, sicut malum pendens in arbore, bonum odorem mundanæ fundebat redemptionis, quæ peccati grauis detersit fœtorem, & vnguentum potius vitale effudit.

Ambros. Christus, à Cruce pendens vt pomũ est pulchrum, & odoratum.

Et Psellus apud Theodoritum ob id, ait Verbũ appellatum pomum, vt innuantur fontes illi salutares, qui ex latere ipsius Verbi, & saluatoris emanarunt. Etenim si fortè à quopiam comprimatur pomum, liquorem sanguineũ, & aqueum emittit. Videtur autem Psellus sumpsisse Malum pro malo granato, prout accepit & Aponius.

Psellus. Christus vt pomũ aquã & sanguinẽ, quæ fudit ex latere.

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Prima. Iuxta Sensum Litteræ.

Post præstantissimas Sponsi laudes celebratas, congruenti sanè ordine sponsa indicat primò, quomodo illius capta sit amore, idq; in primis optarit, vt tam insigni desponsaretur sponso: Tũ quomodo voti sui compos sit facta, ac demũ, quàm iucundum id sibi fuerit, quàmvè suaues exinde cõsecuta sit fructus, persistit autem in hisce explicandis in ea ipsa, quam ceperat, Mali metaphora, alluditq; ad id, quod viatori contingere solet, qui cũ, per densas peragrans siluas, æstibus, siti, fameq; sit defatigatus, id vnum in optatis habet, vt ad arborem perueniat mali, quam inter siluarum lignã vnicam nouit & vmbra iucundiorem, & prædulcibus onustam pomis, ad quam deniq; etiam è lõginquo conspectam velocissimo tendit & cursu, sedet, cubatq; ad illius vmbram, illius delectatur aspectu, carpit poma, sitim eis extinguit, omnemque tollit, & famem. Porrò tria ista, desideriũ ex amore causatũ, consecutionem ipsius desiderii, nẽpe vnionem cum sponso, quem adeo peroptarat, &

Simile.

LITTERA. & dulcedinem, quã ex tali perceperat vnione, ordine magis distincto explicat, iuxta lectionem originalium Hebræorum, ac septuaginta; quæ sic habet. *In vmbra eius desideraui* (en primum,) *& sedi* (en secundum) *& fructus eius dulcis palato meo, seu faucibus meis;* (en Tertium.) Quod ergo ait tale est.

PARAPHRASIS. Cùm dilectus meus inter filios sit instar mali inter ligna siluarũ, cum & decoris pulchritudine, & bonæ famæ fragrantia, & morum suauitate præstantior ille ipse sit hominib. vniuersis, æquè ac arbor mali omnibus siluarum lignis pulchritudine excellit, pomorumque odore, atque dulcedine: cumque adeò insignes illius compertissimæ mihi sint excellentiæ, allecta ab iis sum ad eum amandum, atque adeò id imprimis concupiui, vt sub illius mali vmbra esse, & viuere, mihi daretur: vt ei adhærere mihi fas esset, vtque ei desponsata sub illius vmbra, & vnà cum illo viuerem eius sponsa. Accessi ad illum, quodque optabam sum assecuta; sub vmbra quippe illius, quem desideraueram, quemve amaueram sedi, ei iuncta sum, fructusq; conuersationis illius, & verba factaque eius tantam mihi exhibuere dulcedinem, quantam inter ligna siluarum defatigato, ac sitienti poma præstare solent arboris mali.

Sub vmbra alicuius esse puellam, significat, desponsatam eam illi esse. Vnum circa hæc est notandum: præclarè hac metaphorica locutione: *esse sub vmbra dilecti:* significari, desponsatam eidem esse: illũve pro viro habere; quandoquidem vir vmbram quandam suæ efficere solet sponsæ, dum illam iuuat, & protegit. Vnde in libro Ruth. cap. 3. vers. 9. legimus, a Ruth. Moabitidẽ dixisse Booz. *Ego sum Ruth ancilla tua, expãde pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es;* idest, tibi iure propinquitatis despõsari debeo, quapropter in signum huius desponsationis, qua sub vmbra tua custodiẽda sũ, expãde palliũ tuũ super me, vt pallio ipso tuo tuã pollicearis, & vmbrã. Et Angelus ad Mariam, significãs, eã a spiritu santo iuuandam, ac protegendam eo modo, quo sponsa à suo protegitur viro; b *Virtus,* inquit, *Altissimi obumbrabit tibi,* ac si dicat: Handquaquam alicuius viri ope indigebis: Spiritus enim sanctus sua te desponsabit gratia: Spiritus sanctus virtute sua in hoc partu tibi opem feret: atq; adeò, quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: quoniam sub Dei es vmbra, illi vni perfectissima desponsatione coniuncta. Est autem phrasis ista. *Esse sub vmbra cuiuspiam:* similis alteri phrasi: *Vocari nomen alicuius viri super aliquam:* qua idipsum designatur, desponsatam nimirũ alicui esse, cuius nomine ea non vocetur tantummodo: sed & protegatur: Vnde apud Isaiam c dicitur: *Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tãtummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum:*, quod non incongruè ad desponsationem mundi cum Christo referunt nonnulli; prout & ad eamdem & ista, quę hic dicuntur in sequenti referentur expositione secunda, congruũt enim mirum in modum sibi inuicem hi duo textus, ita vt, quod in hoc Cantico sub arboris, fructuũque metaphora significatum habemus, idipsum ibi sub eadem metaphora significetur, sed apertius, vbi post relata verba subiicitur: *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel.*

a Ruth. 3. 9

b Luc. 1. 5.

c Isa. 4. 1.

DE ECCLESIA

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

INter ea quæ humanum excitant desiderium, duo in primis mihi esse videntur, ad quæ tanquam ad duo capita referantur cetera omnia: Ea vero sunt, amor boni, atque pulchri, & eiusdẽ boni inopia, atque necessitas: quamuis enim amor potissimũ sit, cuius impetu ad desiderandum quilibet impellitur; vehementiùs tamen quod bonũ pulchrumque est, desiderat quisque quando boni illius maximè indiget quod simplex amor etiã absque vlla necessitate desiderare compelleret. Si quid igitur vmquam fuit, quod ab hominibus desiderandũ esset, id certè præ omnib. illud extitit, vt Verbum Dei humanam naturam assumeret, sanctamque sibi sponsaret Ecclesiam: Hinc, secũdum Hieronymum, qui hoc ardentiùs desiderasse, visus est, Daniel ab Angelo, a vir desideriorum appellatus est eo tempore, quo de ipsa Verbi Incarnatione certior factus est, quasi in præstantissimo istius rei desiderio reliqua bonorũ omnium desideria vniuersa includerentur. Hinc idem ipse, qui sponsus desiderabatur, ab huiuscemodi hominũ desiderio proprio nomine desideratus cũctis gentibus à Domino dictus est, sic enim apud Aggæũ habetur: b *Et veniet desideratus cunctis Gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum:* Hinc & in capite quinto huius Cantici amatorij, quę iam despõsata erat Ecclesia, de suo loquens hoc sponso; c Totum eũ appellat desiderabilem, vel totum desiderium, iuxta originalium lectionem Hebræorum, & septuaginta, hinc denique eademmet Sponsa in hac, quam præ manibus habemus, sententia istiusmodi Verbi Incarnationem, istiusmodi, & despõsationem summo studio à se pristinis temporibus desideratam affirmat, dũ ait: *in vmbra eius concupiui,* scilicet, *esse,* vel; *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Porrò quæ ob id, quod tali flagrauit desiderio, Sponsa desideriorum iure optimo dici potest, in paucis hisce verbis, & vehementissimum suũ nobis exhibet desideriũ, & simul rationes innuit, quare tàm ardens id fuerit, quia nimirũ, nedum ab amore excellentiarum Christi; verùm & à multiplici sua necessitate impulsa fuerit ad desiderandam Christi Incarnationem, eiusdeque desponsationem. Excellentias quidem illius expressit in præcedentib. verbis, dum vniuersis eũ prætulit Dijs Gentium, vniuersis Angelis, & vniuersis hominibus, dumq; Malo inter ligna siluarũ eum assimilauit, necessitates verò, quibus iam opprimebatur, innuit per ea, quæ sese ab illo consecutam asserit. Sed apertiùs necessitates istas exploratas Deus voluit, simulq; & opem, quam illis per hanc filij sui Incarnationem mũdo erat laturus, atque adeò per Isaiam talibus verbis hæc contestatus est, d *Non esurient, neque sitient, & non percutiet eam æstus, & Sol, quia Miserator eorum reget,* seu, *consolabitur eos. Non esurient* (en vna necessitas, Verbi nimirum Dei, propter cuius inopiam durissima mundus peribat esurie) *Neque sitient* (en necessitas alia gratiæ cælestis, quæ aqua viua à Domino dicitur, & fons aquæ salientis in vitam æternã; propter cuius egestatẽ pręsiti miseri homines arescebãt. Et propter has duas necessitates recteeo

Desideriũ excitatur ab amore, & ab egestate.

Incarnatio Christi maxime omnium desiderabilis, & desiderata.

a Dan. 9. 23 10. 11. & 19.

b Aggæi. 2. 8.

c Can. 5. 16

Quib. necessitatib. premeretur Ecclesia ante Incarnationẽ Christi.

d Is. 49. 10

DE ECCLESIA.

eorum animas defecisse asserebat Dauid in psalmo, vbi ait: e *Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit*; sed prӕter has duas erat & tertia totius humani generis necessitas, vmbraculi nimirū, protegentis ab ӕstu concupiscentiarum, & ab obscurissimo, & ardentissimo Sole diabolo: quā tertiam necessitatem Isaias clarè significat, dum addit. *Et non percutiet eam ӕstus, & Sol*: hisve omnib. opem ferendam per Christum indicat Propheta, dum ait. *Quia miserator eorum reget, seu consolabitur eos*. Propter has ergo iure & Sponsa Ecclesia, se eiusdem Christi Incarnationem tanto desiderasse, ait, ardore: Ab his se & liberatam significat, quando is carnem assumpsit, ipsamque in Sponsā accepit, factus dilectus suus, sic, dum ait: *sub vmbra illius, quem desiderauerā, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo*: atque est, ac si dicat:

e Psal.106.5

PARAPHRASIS.

Cùm tam insignes dilecti mei excellentiӕ mihi compertӕ essent audiui: cum nossem illum inter quoscūque vel homines, vel Angelos, vel eos, qui falsò Dij dicerentur, multò esse prӕstantiorem: et quatenus per carnis assumptionem meus factè dus erat dilectus, ӕquè ac malus omnibus prӕstat lignis siluarum, cumq; pulcherrimam, fragrantissimam, pomisq; onustam malum in carne futurum eū agnoscerem, desideraui quam maximè illum, optaui, vt me aliquando desponsaret quamtocius per Incarnationem, quò sub vmbra, & protectione tā insignis sponsi mihi esse liceret: tantoque vehementiori eū desideraui ardore, quantò maiorē opem ab eo in meis sperabam miserijs, in ӕstu nimirum, ac Sole torrente, in esurie, atque in siti. At tādem, Benedictus Deus, pro summa, qua me prosecutus est dilectione, Malus factus est per incarnationem, me sibi sponsauit in fide, meisque omnibus opem tulit necessitatibus, atque adeò ex tūc *sub vmbra illius, quem desiderauerā sedi*, sub spōsi mei tuta, tranquillaque sedens protectione, per quam obumbrata sum & ab omni ӕstu persecutionū, & à diabolo Sole infestissimo, & ab omni ӕstu concupiscentiarū seruata sum, simulq; & omnis in me sedata est vel esuries Verbi Dei, vel sitis gratiӕ cӕlestis, ac propterea *fructus* huiuscemodi mali, verba nimirum, factaque sponsi mei, necnon & illa, quӕ per illum facta est gratia *dulcis* admodum extitit *gutturi meo*, ita vt nihil amplius in hoc sӕculo mihi sit expetendum.

Congruentissimè aūt ab spōsā Incarnatio Christi, vmbrӕ, seu obumbrationis nōie est expressa, in carnis. n. assumptione Christus humanitatem sibi cum diuinitate in vno diuino supposito vniuit.

Incarnatio verbi qua ratione dicatur vmbra.

Porrò cum vmbram tunc exhiberi videamus, quando lumini corpus opponitur: certè in prӕdicta duarū naturarum vnione vmbram, obumbrationemque factam dicere oportet, quandoquidem caro opaca lumini opposita est diuinitatis. At si vmbra per Incarnationem exhibita est, cuiusnam ea extitit vmbra, diuinitatisne, an humanitatis? Gregorius Papa diuinitatis eam fuisse asseuerat; corpusque, quod Deus sumpsit, Dei asserit vmbram, sic. n. explicat ea Angeli verba ad Mariam. f *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*: Quia vmbra nō aliter exprimitur, nisi per lumen, & corpus: virtus ei Altissimi obūbrabit, quia in eius vtero lux incorporea corpus sumpsit. Clariusve Bernardus serm. 48. in Cant. Mariӕ, inquit, obumbrauit proprij filij caro. Vmbra eius caro eius. Verumtamen, cùm in naturalibus vmbram haudquaquam luminis, sed corporis dici, videamus: eodē pacto & vmbram, quӕ in verbi Incarnatione exhibita est humanitatis, seu corporis potiùs, quàm diuinitatis

Quae vmbra Christi exhibita sit in illius incarnatione.

Gre. Papa. Lib.33. Moral cap.3.

f Luc.1.35

Bernard.

A

dicendam crediderim, corporis tamen eius, cui diuinitas ipsa coniuncta erat vnione hypostatica, in qua corporis vmbra virtus Altissimi, diuinaq; potentia elucet sub tali obumbratione, quӕ humanis oculis, humanoq; proportionata sit intellectui, hocq; illud esse existimo, quod Angelus Mariӕ significauit, cùm diceret. g *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*, idest in hac verbi Incarnatione Spiritus Sanctus tibi illabetur, eiusq; ope Christum in carne cōcipies, per quam carnem diuinitati vnitam virtus Altissimi obumbrabit tibi, quatenùs in vmbra illius corporis, quӕ ex obiecto lumine diuinitatis intra tuum exhibebitur vterum: virtus Altissimi elucebit, & eximia tibi conferentur indicia potentiӕ Dei. Sic bene Ecclesia sancta post diuturnum, ardentissimumq; Incarnationis Verbi desideriū: *sub vmbra*, inquit, *illius, quem desiderauerat se sedisse*, quia Christo sponsatam se agnoscebat, nō quatenus is *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, sed quatenus *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*: per cuius carnis vmbram *vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiӕ, & veritatis*: quatenus hominum caput factus est, & primogenitus omnis Creaturӕ: atque adeo sub illius spōsi vmbra sedisse se asserit, sub illius nimirum protectione, quia Virtus Altissimi ipsam obumbrauit, tutissimeque protexit: Virtus, inquam, Altissimi, quӕ ex Christi humanitate, instar vmbrӕ, emittebatur ob diuinitatis lumen oppositū, ob diuinitatem, quӕ illi vnita erat humanitati. Quid verò fortius, quid validius ista Christi vmbra, quӕ & virtus Altissimi dicitur, & vmbra manus, ac fortitudinis Dei, iuxta illud. h *In vmbra manus meӕ protexi te, vt plantes cӕlos, & fundes terram*: Vmbra certè manus, per quam, veluti per manum virtute Altissimi mirabilia facta sunt opera. Quid enim? i Vmbra Petri virtutem Altissimi, quӕ in Petro operabatur, manifestauit, & Christi vmbra fortissima quӕnā efficere non potuit? & vmbra Christi virtutem Altissimi manifestare non valuit? Imò verò tantӕ, vt dictum est, virtutis ipsa Christi extitit vmbra, tamque clarè Dei in se prӕ se tulit virtutē, vt non incongruè virtutem Altissimi eam appellauerit aliquis.

DE ECCLESIA.

g Luc.1.35

B

Io.1.1.

Christi vmbra est virtus Altissimi.

C

h Is.51.16

i Act.5.15

D

Neque enim obscuram quampiam vmbram ex Christi humanitate, vnita cum lumine diuinitatis credendum est processisse, sed vmbra illa vmbra extitit perlucida, vmbra clarissima, vtpotè quӕ hominis erat talis, qui & homo erat, & Deus. Quam verò vmbram clarissimā exhiberet Christi humanitas, nisi clarissimam? Quod si ex naturalib. quispiam huius clarӕ obumbrationis exposcat exemplum, illud sane aptissimum erit, quod ex vitreo vase rubro, vel viridi desumi potest. Quemadmodū enim vas illud rubrū, lumini obiectum vmbram quidem ex se emittit, sed vmbram prӕseferentem ruborem, cū claritate quadam in ipso rubore, idque quia ruborem vnitū habet cū vitrea claritate. Eodem pacto & Christi humanitas clarissimā ex se emisit vmbram, prӕseferentem humanam, ac rubram quodammodo naturam, cū quapiam diuinitatis claritate: quandoquidē vna cū rubra humanitate, & pellucidam vnitā haberet diuinitatē. Neque nouū est i Scriptura Sacra, vt vmbra aliqua clara sit, quӕ ex re tā lucida mana & in transfiguratione Domini Matthӕus refert. K Nubem lucidam obrumbrasse Apostolos. Si lucida erat nubes, quomodo obumbrauit, nisi quia, cū ipsa lucida esset, lucidam pariter sui effecit vmbram? ita tamen luci-

Vmbra Christi haud obscura sed lucidissima.

Simile.

E

K Matt.17.5

DE ECCLESIA.

lucidam, vt Apostolorum proportionata esset aspectui; & vt quæ in se ipsa propter nimis excellentem fulgorem humanum hebetaret aspectum, in sui ipsius vmbra ab humanis conspici posset oculis: quod & de nube ipsa affirmandum est humanitatis Christi, de qua per Isaiam prædictum legimus. *l Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum:* nube quidem leuissima, tantique fulgoris, vt vel ex vmbra sua ita vniuersum illustrauerit orbem, vt qui in eam intendere minime poterant, iam diuinæ illius gloriæ redditi sint spectatores, teste Ioanne Apostolo, vbi ait. *m Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre plenum gratia, & veritatis;* quando nimirum *Verbum caro factum, habitauit* inter nos: quod antiquitus sub figura, & in nube habitarat in medio populi sui. Quomodo autem vidimus gloriã eius? in vmbra, quæ emissa est ex eius carne cum diuinitate coniuncta: En vmbra illa lucidissima in virtute illa, qua & loquebatur, quicquid dicebat, & faciebat, quicquid sibi placitũ erat: in hac certe vidimus gloriam eius, talemque eam esse cognouimus, qualem decebat Vnigenitum a Patre: ita vt iam ex hoc constet, quàm verum id sit, quod de se Ecclesia asserit, cum ait. *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi;* quam vtique Verbo desponsatam per Incarnationem virtus Altissimi obumbrauit, protegens simul, atque illustrans. Ex quibus omnibus ea diluitur difficultas, qua alienissimum videtur nomen vmbræ ab Incarnatione, per quam lux potius allata est mundo. Vmbra quippe ista, sub qua Ecclesia sedit, quando per Incarnationem Christo est desponsata, vmbra pellucida extitit, ita vt per eam Christus illuminauerit his, qui in tenebris sedebant, & in vmbra mortis: dumque populus, qui sedebat in tenebris, ista obumbratus est vmbra clarissima, per eam ipsam vidit lucem magnam, videns gloriam Christi, gloriam quasi vnigeniti a Patre.

Sed adhuc altera superest difficultas. Quo pacto Ecclesia sub vmbra Christi sedisse se dicat, quando quidem improprium valde est verbum sedendi, vbi nomen est vmbræ, quæ fugacissima est, semperq; in transitu.

Vmbra vnde habeat vt fugacissima sit, ac semper in transitu.

Verumtamen & hæc quoque facile tollitur, si animaduertamus primo vnde habeat vmbra in genere, vt fugacissima sit, ac velocissime transeat. Enimuero cum vmbra ex duorum fiat concursu, ex corpore videlicet, atque ex lumine, inde profecto habet, vt semper in transitu sit, quia vel ambo, quæ ad eam faciendam concurrunt, motu versantur, & trãsitu: vel saltem alterutrum eorum: sic vmbra illius, qui ambulat facem gestans accensam, fugax: certe est, & in trãsitu semper, quia & corpus mouetur, & lumen; sic & vmbra arboris fugax est, & in transitu, quia quamuis absque vllo sensibili motu in terris fixa sit arbor, in motu tamen continuo, & in continuo transitu est lumen Solis, quod ad vmbram illam concurrit. Vnde fit, vt qui ad arboris vmbram sedere uelit vix sese demittat, quod statim vmbrã ipsam conspicit effugisse, ac ppea bene in naturalib. hisce impropria dici pōt locutio, quando verbum sedendi cum nomine iungitur vmbræ: at vero quando verbum istud sedẽdi iungitur cum umbra Christi, proprijssima est locutio, quoniam Christi umbra firmissima est, & per consequens tuta quã maxime: ita enim semper uno eodemque modo ab instãti conceptionis lumen Diuinitatis in Christo unitũ est cum corpore humanitatis, ut nulla, quoad hanc unionem, uel ex parte diuinitatis, uel ex parte humanitatis in eo fieri unquam potuerit mutatio: quod si in conuenientibus ad Christi umbram nul-

Vmbra Christi firmissima est, & tuta.

A li reperire est mutationem, quoad prædictam unionem, certè nec ipsi eius vmbræ aliquam mutationẽ tribuere fas est; certe & vmbra, virtusque eius firmissima dicenda est, sub qua iugiter sedere queat fidelium ecclesia per illam nimirum tutissime a spõso protecta, per illam, & illustrata: ita vt qui ante hanc desponsationem in vmbra mortis sedebãt per iugem veri luminis priuationem, iam in vmbra sedeant Christi per diuini luminis irradiationem, nõ amplius in tenebricosa, sed in pellucida sedentes vmbra.

Præclare quoque Christi sponsa, quando sedit sub prædicta vmbra dilecti sui, fructum pariter illius gutturi suo dulcem fuisse affirmat. Neq; enim

Sub vmbra Christi sedere, & fructum eius gustare, idem sunt, nimirum iustitia & pace perfrui.

B alio pacto sub illa sedere posset vmbra, nisi fructum in ea reperisset, cuius dulcedine se recreare posset, & alere: neque alibi reperire posset hunc fructum, quàm sub vmbra illius; neque ad eius admissa esset esum, nisi sedisset sub vmbra illius, quem desiderauerat. Enimuero si subtilius ista pensemus, tam dulcis Christi fructus est ipsamet Christi vmbra: & fructus istius comestio, haud aliud est, quàm sessio ad vmbram prædictam. Vmbram Christi iam vidimus esse dicta, factaque illius, seu potius virtutem, atque potentiam, quæ in dictis, factisve elucebat ipsius; quæ vmbra ex illius humanitate, ad lumen diuinitatis opposita, quasi ex corpore quodam processit. Porrò ea ipsa redemptoris dicta, & facta, eaque ipsa illius virtus dum obumbrant, & quatenus vm-

C bra sunt, dulcedinem pariter summam gutturi afferunt Ecclesiæ: iis nimirum, qui affectu ea attingunt & gustu, quive contemplatione quasi fructus pomorum ea comedunt, de quibus fructibus apud Isaiã Dominus. *n creaui;* inquit; *fructum labiorum pacem:* & Apostolus. *o Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei: p Fructus lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.* Quin fructus isti simul cum dulcedine nutriunt, & vitam conferunt gratiæ, ita vt iure id Prouerbiorum q de ijs proferri queat: *Fructus iusti lignum vitæ,* idest quæcunque Christi veri iusti opera, quæcunque & dicta gustu a fidelibus fuerint percepta, fructus tales sunt, quales ij erant fructus, quos lignum vitæ pro-

n Is. 57. 19.
o Philip. 1. 11.
p Eph. 5. 9.
q Prou. 11. 30.

D tulit in paradiso. Porrò quòd vnum idemque sit, sedere sub Christi vmbra, & dulcedinem fructus illius percipere, seu fructus eius comedere, inde probatur facile, quòd eatenus sub Christi vmbra sedisse se asserit Ecclesia, quatenus ab illo sponsata, ingẽti cum pace sub protectione, virtutis illius in vita perseuerauit gratiæ: & certe quicquid eius sponsus dixit, quicquid & fecit, vt suã humanitatis vmbram exhiberet, id omne fructus extitit pacis, cum omnia ad pacem sponsæ præstandam directa essẽt, iuxta illud. *r Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas, vsque in sempiternum: Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Propterea qui iam

r Is. 32. 17

E dulcis vitæ, & pacis comederint fructus, congruentissime id Ieremiæ proferre possunt. *f In vmbra tua Domine viuemus in gentibus:* dum sub tua sedebimus vmbra, ex ipsamet vmbra dictorum, factorumque tuorum, perquam tutam, pacificamque habebimus sessionem, summam percipiemus dulcedinem, suauissimamque & vitam, quia vmbra ipsa tua erit nobis fructus pacis inter multiplices gentes; ex cuius gustu conferetur nobis vita, diuersa admodum a vita illa sæculi huius, quam gentes viuunt: vita nimirum gratiæ, vita spiritus, vita denique æterna.

f Thr. 4. 20

Ex

DE ANIMA.

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

Dubitare quis forsitan posset, qua ratione incomprehensibili Deo desponsari queat anima: quoue pacto ea, quæ adeo in hoc sæculo grauata est corporis mole, vt nullius rei habeat cognitionem, nisi quam acceperit ex sensuum phantasmatibus, nulla que voluptate potiatur, quam ex sensibus non vindicauerit, percipere illius possit dulcedinem, quem nullus attingere valet sensus. At Deus ipse vniuersam hanc abstulit dubitandi rationem, cum per Oseam prophetam ad quamlibet piam animam vulgata ea protulerit verba: *a Sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus*, idest: Quamuis dũ in hoc sæculo commoraris, me neque corporeis intueri valeas oculis, neque naturali attingere possis ratione intellectus: quamuis dulcedinem meam tuis naturæ viribus percipere nequeas, cum nec valeas vniri mihi, quem haudquaquam tuo vides aspectu; quia tamen intelligo, naturali desiderio te ad me finem tuum propensam, quatenus quietem ardore quam maximo desideras, quam tamen ignoras; sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus: dabo tibi vmbratilem mei cognitionem, vt per fidem me videas, tanquam per speculum, & in ænigmate meã intuens vmbram obscuram sanè ob ineuidentiam, certissimam tamen ob infallibilem eius veritatem: per hanc quoque fidem & vmbratilem vnione sponsabo, quo vel in ipsa vmbra particeps sis dulcedinis meæ. Hæc autem, quæ animæ pollicetur Deus, iam anima ipsa felicissime assecutã se asserit in hoc Cantico, dum ait, *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*: Ac que est enim ac si adstantes socias diceret.

Desponsatio animæ cum Deo incomprehensibili, qua ratione fieri possit.

a Osee 2.20

PARAPHRASIS.

Naturali propensione quietem desideraui iamdiu, finemque meum, quem ignorabam in perfecto optaui desiderio: Dei tandem benignitate id mihi datum est ex parte: enimuero sub vmbra illius, quẽ prius naturali, tum etiam supernaturali appetitu desideraueram, sedi: per vmbratilem fidei cognitionẽ Deum, quem optaram, sum assecuta; illique per fidem sum desponsata, & sedi in vmbra illius; tandem in illo per fidem adepta quietem, quam diutius errabunda in creaturis quæsieram, nec vnquã inuenire valueram. Porrò statim ac sub vmbra illius sedi, illique in fidei vmbra quietissime inhæsi dilecto meo, per dilectionem ei vnita, illius dulcedinem adhuc in vmbra constituta percipere cœpi, dulcisque extitit gutturi meo fructus iustificationis, quem in illius vmbra accepi, & fructus pacis, quam sedens sub illius vmbra, ex ipso decerpsi, ita vt iam de me id proferri queat, quod *b iustificata ex fide pacem habeam ad Deum per Iesum Christum dominum nostrum.*

b Rom. 5.1

Circa hæc, multa quidem dicenda essent ad explicandum, quomodo fides vmbra sit; quamve congrue Dei cognitio, quæ per fidem habetur, appellatione exprimatur vmbræ illius, nisi pluribus hac de re actum esset superius in quarto sensu secundæ expositionis illorum verborum, versus 16. capitis primi, iuxta versionem Septuaginta: *Ad lectulum nostrum vmbrosus*. Multis pariter pertractandũ esset. Quomodo quies vera in fide duntaxat haberi queat, nisi in præcitata expositione eiusdem versus

A in explicatione primi sensus luculentius id fuisset ostensum, dum probatum est, fidem ideo lectulum appellatam, quia tutissimam præstet quietem. Videri possunt, quæ ibi dicta sunt.

Verum præter ista adhuc tria sunt, quæ hoc loco explicatione aliqua indigent, vt allati sensus veritas innotescat.

Primum est, quomodo anima, quæ Deum ignorat, illum vnquam desiderasse potuerit.

Secundum, quomodo per fidem, & sub vmbra Dei anima ipsimet desponsata sit Deo.

Tertium denique, quàm suauis Dei fructus sit iustificatio, & pax interna.

B Quoad primum: sciendum, dupliciter appetitus, seu desiderii nomẽ in scholis accipi solere: Vno modo, vt significat appetitum naturalem, qui nihil aliud est, quam propensio quædam sine vllo actu elicito, ideoque vulgato nomine appellatur pondus naturæ, qualis est appetitus lapidis ad descendendum deorsum, seu ignis ad ascendendum sursum: Altero verò modo, vt significat appetitum elicitũ, qui est propriè desiderium in rebus, quæ cognitione sunt præditæ. Vtroque modo, vtroque & appetitu anima Deum desiderasse se, dicit, antequàm ad illius admissa esset vmbram: primò enim ad illum, tanquàm ad proprium perfectiuum, quem tamen ignorabat, naturali inclinata est pondere: tum paulatim, aliquantula illius adepta cognitione, ex eiusmet ope supernaturali actu alio eum optauit desiderio: ac tandem istud ipsum eius desiderium

Desiderii quadruplex actus ad Deum.

C factum est vehementius adhuc, quando perfectius Deum ipsum agnouit per fidem illam, quam Concilium Tridentinum sess. 6. can. 6. dispositionem dicit ad iustificationem, à longè intuens quandam eius vmbram, nondum admissa ad sessionem sub vmbra, nondum per fidem ipsam formatam ei desponsata, nondum plenam assecuta iustificationem. Significauit apertius hanc desiderii sui multiplicitatem aliàs ipsamet anima, ac duo prima desideria, cum apud Isaiam inquit: *c Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te*: Primo quidem, atque imperfecto desiderio in nocte desiderasse se, inquit, in nocte nimirum ignorantiæ, quando naturali propensione

c Is. 26.9.

D eum vltimum suum appetiuit finem, cuius tamen vix vllam adhuc habebat cognitionem: At verò de manè, postquàm illum cognoscere cœpit aliquantulum: quantò magis illius illustrata est lumine præuenientis gratiæ, tantò vehementiori actu, non iam amplius naturali duntaxat, sed & supernaturali per vehemens, imperfectum tamen adhuc desiderium, suis inhærens præcordiis ad Deum ipsum vigilasse se, asserit. Quòd si tertium quoque quis quærat perfectius desiderium, audiat Dauid Prophetã, in persona ipsius animæ dicentem: *d Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore*: Sic

d Ps. 118. 20.

E si dicat. (liceat mihi singulari hoc modo verba ista exponere, cùm non ignorem, longè aliter ab aliis ea exponi) Desideraui te quidem, statim ac uel imperfecta, & implicita fide te agnoui Deum meum: at intellexi, præter istud desiderium, aliud quoque adhuc mihi deesse multò perfectius desiderium perfectæ iustificationis, per quam sub tua sederem vmbra: atque adeò per id, quod imperfectè in me ex tua inest gratia, concupiui, perfectius illud attingere, ita ut desiderarem iustificationes tuas in omni tẽpore: ut iustificata tuta sedeam in omni tẽpore sub vmbra tua: ex qua quidem vmbra facillimus fit postea transitus ad lucidissimam tui uisionem in patria, ad sedes æternæ felicitatis, in qua facie ad faciem uidearis. Et hoc est quartum, idque perfectissimum

[illegible] omnium deſiderium, de quo haudquaquam A locutam cenſeo animam ſanctam, dum, recenſens ordinem ſuæ iuſtificationis, ait, ante iuſtificationẽ ipſam ſe Deum deſideraſſe, his verbis; *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi*: vel: In vmbra eius deſideraui, ſcilicet eſſe: quarto enim hoc deſiderio exardeſcit poſt iuſtificationem, quãdo cum Propheta *e* exclamat: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quãdo veniam, & apparebo ante faciem Domini?* quo deſiderio, & Paulus anhelabat, cùm diceret: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

Quoad ſecundum: Præſuppoſito, quòd nomine vmbræ Dei, fides ſignificetur, prout loco paulò ante citato oſtenſum eſt fuſiùs: præſuppoſito etiam, quòd anima ſponſetur Deo in fide, vt per Oſeam *a* probatum eſt. Difficultas non modica adhuc ſupereſt; qua ratione id verum ſit, cùm deſponſatio ſit præcipua charitatis exhibitio tã ex parte deſpõſantis, q̃ ex parte deſpõſatæ: eoq; magis augetur difficultas, q́ deſpõſationis noîe iuſtificationem intelligimus, quæ fit potiſſimum per gratiam aîæ inhærentẽ, atque per charitatẽ, iuxta illud Apoſtoli: *b Sanctos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius heredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.*

a Oſe. 2. 10

Deſpõſatio Aîæ cũ Deo quã dicatur fieri per fidẽ cum potius charitate fieri videatur.

b Tit. 3. 5.

Hæc tamen difficultas facilè tollitur, ſi doctrinã recolamus Patrum, quæ in Concilio Tridentino affertur his verbis. Cùm Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem per fidem: ea verba in eo ſenſu intelligẽda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, & expreſſit, vt ſcilicet per fidem ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. Porrò quia tam fides, quàm charitas fidem ipſam informans requiritur ad iuſtificationem, iuxta illud Apoſtoli: *c In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet; neque præputium, ſed fides, quæ per dilectionem operatur*: quia in ipſa iuſtificatione (vt ſupra citati Concilij verbis vtar) homo hæc omnia Fidem, Spẽ, & Charitatem ſimul infuſa accipit cum remiſſione peccatorum per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, præclarè profectò Dominus hanc animæ pollicens iuſtificationem, licet eam fidei in primis adſcribere videatur, dicens: *Sponſabo te mihi in fide*: dum tamen iuſtificationem ipſam promittens, appellat illam deſpõſationem; ita eam pollicetur, vt ſimul cum fide, & ſpem promittat, & charitatem: hæc enim duo includit nomen deſponſationis: Spem quidem, quia deſponſationem conſequitur ſpes perfectæ vnionis: charitatem verò, quia deſponſatio re vera nil aliud eſt, quàm mutua amoris communicatio. Quæ omnia etiam ſigno exteriori carnales ſponſi in ipſo actu deſponſationis proteſtari videntur, quando annulum ſponſæ porrigunt; ideo enim læuæ manus ſponſæ digito annulum immittunt, à quo neruulus vſque ad cor deſcendit, duos animos hoc vno vinculo obſtringi ſignificantes, certiſſimamque futuræ cordium coniunctionis ſpem exhibentes; & quãuis immiſſus à ſponſo annulus ille à fide potiſſimũ nomen ſortitus ſit, cuius apud antiquos erat hieroglyficum; ſic enim vulgato nomine fidem annulum illum noſtræ appellant mulieres, quem in deſponſatione collatum acceperunt à ſponſo: haud tamen propterea ſic appellatur, quia fides duntaxat in coniugio conferatur, & requiratur: quãdoquidem ſpes fidem comitari debet, & amor: ſed quia fides principium eſt ipſius coniugii, ſicque ad coniugium

Seſſ. 6. c. 8.

c Gal. 5. 6.

Seſſ. 6. c. 7.

In iuſtificatione infunduntur Fides, Spes, et Charitas.

neceſſaria, vt ſine ipſa nullatenus id ſtare queat, vnde Dominus ait in Euangelio: *Dico vobis; quia quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem*, (ob fidei, ſcilicet defectum,) *& aliam duxerit, mœchatur; & qui dimiſſam duxerit* (quæ, ſcilicet, primã adhuc ſeruare tenetur fidẽ) *mœchatur*. Porrò hæc, quæ per Oſeam Prophetam adeò præclarè ſignificauit ſponſus, eadem egregiùs ſponſa anima Sãcta hiſce explicat verbis: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi*; fatetur enim, ſe Dei benignitate iuſtificationem tandem aſſecutam, quam tantis optarat deſiderijs; ſimulque indicat, per illam Deo ſe deſpõſatam, iuxta ea, quæ is ſibi fuerat pollicitus per Prophetam. Enimuerò, cùm vmbræ nomine fides ſignificetur, iuxta prædicta; dum ait, ſe iuſtificatam, B quatenus ſedit ſub Dei vmbra, innuit, per fidem in primis iuſtificationem ſe conſecutam in eo ſenſu, quẽ ſupra retuli, fideque in ipſa iuſtificatione à Deo donatam: at verò cùm vmbra ſpem præbere ſoleat & corporis, cuius ipſa eſt vmbra; dicens, ſe iuſtificatã, quia ſedit ſub vmbra Dei, hac loquẽdi forma ſimul cum fide & ſpem ſibi à Deo indicat in iuſtificatione collatam, ſpem, inquam, attingendi claram illius eſſentiæ viſionem, ſpem æternæ hæreditatis, & ſpẽ etiam in hoc ſæculo, atque fiduciam diuinæ protectionis: vmbram quippe ſignificaſſe iſtiuſmodi ſpẽ atque fiduciam diuinæ protectionis, id indicat Iſaiæ, quod dicitur de vmbra Aegypti: *K Et erit* C *vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam*; Frequentiſſimũque eſt in ſacris paginis, vt per hanc phraſim (eſſe ſub vmbra alicuius) ſignificetur, ſpem ſuam in aliquem contuliſſe, in eius protectione confidere: *l Sub vmbra alarum tuarum ſperaui. m In vmbra tua viuemus in gentibus*: & apud Baruch: *n Det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, & viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſub vmbra Baltaſar filii eius.*

i Matt. 19. 9.

K Iſa. 30. 3.

l Pſ. 36. 2.

m Thren. 4. 20.

n Baruch. 1. 12.

Quod ſi & fidem, & ſpem in iuſtificatione à Deo ſibi exhibitas hac metaphorica locutione ſpõſam ſignificaſſe, manifeſtum eſt, cum dixit: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi*. Nunquid Charitatis nullam habuit rationem, remiſſioniſque peccatorum, & gratiæ, per quæ multo magis, quàm per D fidem, ac ſpem præſtatur iuſtificatio? per quæ & ſpõſatio ipſa perficitur? Imò verò haud certè aptior excogitari poteſt metaphora ad hæc vniuerſa exprimenda hac, qua vtitur, ſedendi ſub vmbra Dei. Primò enim, ſub Dei vmbra ſe eſſe, dicens, vmbræ Dei nomine gratiam ipſam deſignat, quæ inſtar vmbræ animam refrigerat æſtuantem varijs concupiſcentiarum ardoribus. Tum eiuſdem vmbræ nomine charitatem ſimul indicat, & peccatorum remiſſionem, de ipſa enim charitate [illegible] quoque intelligi poteſt aptiſſimè, quod in Pſalmis habemus: *o Operuit montes vmbra eius*: quia & vmbræ proprium eſt, vt operiat quicquid ſub ipſa extiterit, & charitati peculiariſſimè tribuitur, vt elatos peccati montes ope- E riat, cum *p* initium omnis peccati ſuperbiam aſſerat auctor Eccleſiaſtici, atque adeò præclarè, vt omnia ſibi congruant, in libro Prouerbiorum de charitate ipſa ait Sapiens, *q Charitas operit multitudinem peccatorum*, quod & Princeps Apoſtolorum *r* in prima Epiſtola ſua replicat; Quia in ſententia verbum operiendi delicta, ſumitur in eo ipſo ſenſu, quo in Pſ. 31. dicitur, *ſ Beati, quorũ remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*. Sicque cùm dicitur charitas operit vniuerſa delicta, idem eſt, ac ſi dicatur, Charitatem condonare vniuerſa peccata, & egregiè vno vmbræ nomine, vnaque vmbræ proprietate operiendi, ſponſa & charitatem, & remiſſio-

Iuſtificatio formaliter eſt à gratia inhærente & à charitate.

Vmbra Dei nomine ſignificatur gratia, & charitas.

o Pſ. 79. 11.

p Eccl. 10. 15.

q Prou. 10. 12.

r 1. Petr. 4. 8.

ſ Pſ. 31. 1.

DE ANIMA.

sionem simul iniuria peccatorum, quibus duobus in iustificatione donata est.

Quanquam efficaciùs fortasse charitatem ipsam designatam intelligere est, si sic sumamus *sedere sub vmbra Dei*, vt idem sit, ac desponsatam esse Deo (prout sumpsimus in expositione litteræ) eidemq; Deo vnitam esse. Quomodo enim desponsatio, quomodo & vnio cum Deo fieri, aut perdurare posset, nisi vinculum adesset Charitatis? Hinc est, quòd statim ac quis ab vmbra Mali arboris recedens ad alterius cuiuspiam ligni siluarum declinat vmbram, dicitur fornicari, & adulterari: Vnde apud Oseam legimus: t *Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.* Qua verò in re puellæ cuipiam maior exhibetur dilectio, quam cum sponsatur? cum sub sponsi suscipitur vmbra? Idcirco præclarissimis sanè verbis hanc sibi à Deo exhibitam, indicauit dilectionem eximiam, cum dixit: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*; Neque abs re illud est, quod hanc suam sponsa enarrans iustificationem, desponsationemque cum Deo, his verbis illam explicat, persistens in ea Mali metaphora, quam ceperat; quę est ac si dicat: *Sub vmbra illius sedi*, qui Crucem subiens Malus pro me factus est; per hoc quippe significat, iustificationem, ceteraque vniuersa, quæ illam comitantur, se consecutam esse per Iesu Christi passionem, quod sæpius testatū voluit Apostolus, sed præcipuè in Epistola ad Romanos, vbi ait: u *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum.* Idipsum quoque indicat nomen, *fructus*, quo eandem insigniuit iustificationē, cum dixit. *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Reuera enim iustificatio sic ex Christi passione atque ex Crucis arbore processit, sicut mala, & poma prouenire, conspicimus, ex arbore mali; ita vt quicunque iustificatur, quasi pomum ex Crucis ligno decerpat: Vnde Apostolus: x *Nunc, inquit, liberati à peccato, serui autem facti Deo*, idest iustificati, *habetis fructum vestrum in sanctificatione, & iustificatione*; ac si dicat; Cùm iustificati sitis, patet, vos iam quasi fructum quemdam decerpsisse ex arbore Crucis, iustificationem, & Sanctificationem vestram.

t Ose.4.13. — u Ro.3.24. *Iustificationem habet Aia per merita passionis Christi.* — u Ro.3.24. — *Iustificatio fructus est ex arbore Crucis proueniens.* — x Ro.6.22.

Quamquam per hæc ipsa verba: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*; eadem anima iustificata tacitæ etiam satisfacit obiectioni. Cùm enim iustificatā, ac post multiplex, diuturnumque desiderium Deo sponsatam se, indicasset, dicens: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*: potuisset quispiam ei obijcere: Quomodo scis, te aliquando iustificatam, Deoque per gratiam sponsatam: cùm exploratissimum id potiùs sit, absque speciali Dei reuelatione neminem posse habere certitudinem infallibilem de sua gratia? Cùm scire nemo queat, iuxta sapientis r dictum, *vtrum amore, an odio dignus sit*? Et; *Quis est, qui possit dicere* f *Mundum est cor meum, purus sum à peccato*. Ad hæc per præoccupationem respondet, dicens illico: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*; ac si diceret; Iustificatam me dixi, non quia id mihi certitudine compertum sit infallibili, sed quia fructus ipsius iustificationis in me sensi dulcedinem. Porrò hæc est sententia Catholica, vt, quamuis certa, & infallibili scientia, iustificatio propria sciri nō possit absque reuelatione; possit tamen coniecturalis de ea haberi notitia, per aliquas nimirum coniecturas, & per aliqua signa, qualia sunt, quæ affert Sanctus Thomas. Quando qui percipit, se delectari in Deo, contemnere res mundi, & nullius se conscium esse peccati mortalis: hæc autem signa omnia breuissimè his verbis in se percepisse, atque percipere, asserit sponsa; fructum pacis internæ, cuius tantam ex diuino consortio percipiebat dulcedinem, vt absque mundi rebus, absque sæculi consolationibus per eam duntaxat plenissimè satisfacti animaduerteret & necessitati, & delectationi suæ. Neque enim distinctum quidpiam in Animæ desponsatione, & iustificatione existimandum est, esse fructum à sessione sub vmbra Dei, in qua ipsa sita est iustificatio, sed ipsamet sessio istiusmodi est fructus, qui ex Deo percipitur, sub cuius vmbra sedetur: neque aliud est fructus is, quàm pax, quæ per eam designatur sessionem, quamuè per ipsam habemus iustificationem, desumptam ex arbore Christi crucifixi, iuxta illud Apostoli: t *Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum* (sic habent nonnulli Codices Græci, sic legit & Ambrosius) *per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istā, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.*

Esse iustificatam & in gratia, & signa quædam, & obiectionis scire post Aia dicta. — r Eccl 9.1. — f Prou.20.9. — 1.2.q.112 art.5. — t Rom.5.1.

Quàm autem congruè, quæ hanc gustauit pacē, de illa id dixerit: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*: quàmue aptè per pomorum dulcedinem eiusdem pacis designarit suauitatem, exinde colligere quis facile poterit, si vim vocis huius, *Dulcis*, percipiat. Dulce enim dupliciter sumi potest: Vel quatenus realiter inest rei cuipiam per saporis dulcedinem, quo pacto dulce dicitur saccarum, & mel, iuxta illud ad Sampsonem, u *Quid dulcius melle*? Vel quatenus indigentiæ, appetituique dulce quid sapit, quod tamen realiter haudquaquam in se habet saporis dulcedinem, de qua dulcis acceptione in libro Iob dicitur: x *Animæ esurienti etiam amara dulcia esse videntur*. Porrò quæ vtroque modo dulcia extiterint, dulcissima certè dici ea debent, istiusmodi autem sunt fructus, & poma arboris Mali, quæ, cùm innatum dulcem in se habeant saporem dulcia pariter ob id comedenti videntur quàm maximè, quia vno eodemque tempore duplici eius satisfaciunt appetitui, famis nimirum, ac sitis. Iure igitur ad horum pomorum similitudinem pax interna dicitur fructus dulcis; neque dulcis simpliciter, sed dulcis gutturi Sponsæ. Enimuerò si eam, quæ paci innata est spectemus dulcedinem, dulcissima profectò pax ipsa est, quippe quæ omnem in se habeat saporem dulcedinis, æque ac dulcissimum illud Manna, quod præ dulcedine y Panis Angelorum dictum est in Psalmis; de quo & in libro Sapientiæ dicitur, z *Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem*. Vnde præclarè Dominus ad tam insignem exprimendam pacis dulcedinem, dum iustificationem, desponsationem, & pacem pollicetur animæ, quæ vicerit mundum, sub nomine Mannæ pacem ipsam ei promittit, Sic enim ait in Apocalypsi, a *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit*, quibus in verbis, sicut iustificationem appellat calculum candidum ob eximium, qui per illam præstatur, puritatis candorem, & sicut desponsationem, quæ in ipsa fit iustificatione, appellat nomen nouum, quod in calculo candido fit ob nouam sponsæ dignitatem, quæ per iustificationem animæ confertur, sic & internam pacem, quæ fructus est eiusdem iustificationis mannæ vocabulo exprimit ob ingentem, quam in ea est, saporis dulcedinem. Ac bene Pax ista man

u Iud.14.18. — x Iob.6.7. — *Pacis internæ dulcedo qualis, & quanta sit.* — *Pax est manna suauissimum.* — y Ps.77.25 — z Sap.16.20. — a Apoc.2.17.

DE ANIMA.

manna obsconditum dicitur; quia ipsius dulcedo A haud omnibus nota est: at ijs tantummodo, qui sub vmbra Dei sedeant, vnde & in Psalmo dicitur de eadem: *b Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te?* Quòd si iste iustificationis fructus, istaque pax adeò dulcis dicitur, ob innatam dulcedinem: multò profectò dulcior eadem esse intelligetur, si dulcis nomen, & in secunda sumatur acceptione; si spectetur, quàm suauis illa sit gutturi Animæ eius, quæ iustificatur; quandoquidem per ipsam animæ tollitur fames, & omnis illius extinguitur sitis, remanẽte tamen fame, & siti incrementi eiusdem iustificationis. Quæ est fames? quæ est sitis Animæ? fames, iuxta Philosophorum definitionem nil aliud B est, quàm appetitus calidi, & sicci, quàmue appetitus escæ: & sitis haud aliud est, quàm appetitus frigidi, & humidi, quàmue appetitus potus. Fames animæ est appetitus calidi, & sicci, amoris videlicet Dei, qui ardore calidissimus est, quiue & siccus pariter est, quatenus est alienissimus ab omni illecebrarum carnalium humore: fames animę est appetitus ipsius Dei: appetitus, quo diuinum esurit verbum, de qua fame apud Ieremiam ipsemet ait Dominus *c Omnem animam esurientem saturaui.* Sitis verò animæ est appetitus frigidi, & humidi, diuinæ nimirum gratiæ, quæ frigida certè est, ita vt æstus ipsos refrigeret carnalium concupiscentiarum; quæue humida est, humoreque suo C pessimam spiritus tollit ariditatem: Sitis animæ est appetitus potus eiusdem gratiæ, quæ ita extinguit sitim, vt *d qui ex illa biberit, non sitiet in æternum.* Cùm igitur fructus iustificationis pax, quæ exuperat omnem sensum, vtrique appetitui & famis, & sitis esurienti, ac sitienti subueniat, consequitur manifestè, dulcissimam eam esse animæ illi, cui exhibet simul Dei amorem, diuinam gratiam, & Deum ipsum.

b Psal. 30. 20.

Pax extinguit omnẽ famẽ & sitim in aĩa.

Arist. lib. 2. de anima text. 28.

Fames aĩæ quid sit.

c Ier. 31. 25

Sitis animę quid sit.

d Ioan. 4. 13.

Quanta autem hæc sit istius pacis dulcedo, humanis verbis exprimi minime potest: Paulus tamẽ Apostolus, qui eam gustarat, tantam eam esse significauit, vt illam dulcedini Regni cælestis assimilandam crediderit; sic enim ait: *Non est regnum Dei esca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in* D *Spiritu sancto.* Ac si dicat: Regnum Dei haud talem habet dulcedinem, qualem conferunt corpori esca, & potus rerum terrenarum, atque carnalium: Esca ista carnalis, potusque iste terrenus, quæ carnis sedant famem, & sitim animæ terrena sitientis, haudquaquam dulcia dicenda sunt in cõparatione Regni cælestis: *Sed iustitia*, quæ per iustificationem habetur, *& pax*, quæ fructus est talis iustitiæ, *cum gaudio in Spiritu sancto*, quod sibi habet vnitum, tantam exhibent dulcedinem gutturi illius animæ, quæ iam iustificata sit, vt ea planè Regnum Dei dici queant: sedant enim hæc suauissimo modo, animæ famem, multò meliùs, quàm quælibet esca famem corporis: sitim pariter eius- E dem animæ multò iucundius extinguunt, quàm potus quilibet sitim corporis: atque adeò, sicut gaudium Regni cælestis est gaudium Dei, sic quoque & istius pacis gaudium, gaudium est Spiritus Sancti. Beata certè Anima, quæ, cum ardenti Dei desiderio flagrarit, tandem per iustificationem ad illius admissa est vmbram: Beata, quæ iam iustificata præ ardentissimo desiderio esuriit, ac sitiit iustitiam perfectiorem: magis enim iustificata sedit quietius *sub vmbra illius, quem desiderauerat*: atque adeò *fructus eius dulcis* est *gutturi ipsius*: Quid dulciùs quippe pace ea interna, quæ fructus est talis iustificationis? hanc pacem qui vel in desiderio gustauerit, sic in valle lacrymarum potitur regno cęlorum, & præ illius dulcedine beatus planè dici debeat, testante hoc Domino nostro, cùm diceret; *k Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsorũ est regnum cælorum.*

Pacis dulcedo assimilatur dulcedini regni cælestis.

i Rom. 14. 17.

DE ANIMA.

k Mat. 5. 6.

ALTER SENSVS.

Quamuis iste: qui allatus est sensus, congruentissimus ijs sit; quæ in prima expositione iuxta literæ sonum dicta sunt; haud tamen propterea sensus alter prætermittendus est, qui ab ijs ipsis, quæ ibi dicta sunt, minimè est alienus; connectitque fortasse aptiùs ista, quæ hic ab Anima dicuntur, cum ijs, quæ ab eadem in præcedentibus verbis dicta fuere, iuxta eorundem explicationem, allatam in expositione tertia; vbi per malum in medio lignorum siluestrium, perque dilectum in medio filiorum significatum dixi Christum in Crucis ligno pendentem in medio latronum. Postquàm ergo anima contemplatiua eas enarrauit Christi excellentias, quæ ex illo manifestatæ fuere, dum inter latrones penderet è Cruce; prosequitur nunc explicare, quàm gratum sibi esse soleat, illum eo pacto in Cruce pendentem contemplari, ostenditque simul, quo potissimùm tempore istiusmodi indulgeat contemplationi; tunc nimirum, quando Sanctissimum Eucharistiæ percipit Sacramentũ, quod præcipuus est fructus Mali istius.

Theod.
Bernard.
Apon.
Rupertus.
Abb.

Vt autem breuiter me ab hoc sensu expediam, ex altero sacræ scripturæ loco id omne facilè explicare tentabo, quod hic ab sponsa significatur, ex ijs nempe Oseæ verbis, quibus hæc ipsa prædicens, iuxta versionem Septuaginta ait: *l Conuertentur, & sedebunt in vmbra eius, viuent, & inebriabuntur tritico*: vbi Vulgata habet: *Conuertentur sedentes in vmbra eius, viuent tritico*: Proponere videtur Propheta Christum crucifixum sub metaphora arboris pulcherrimæ, fructibusue onustæ, ad quam anhelantes conuertantur viatores, illamque adire desiderent, tum propiùs ad eam accedentes: in vmbra sedeant illius: Vnde postea facilè fructus ex illa decerpant, quorum recreentur dulcedine, quibus & vitam sustentent? At certè hæc ipsa sunt, quæ modo prosequitur sponsa, dum Christum sub mali metaphora in ligno Crucis pendentem primò sese desiderasse, affirmat, tuncque propiùs ad illum accessisse, sedisseque sub vmbra illius, ac denique concupitum ex eo decerpsisse fructum, dulcissimum sanè gutturi suo. Duo quippe necessaria sunt ad hoc, vt quispiam Eucharistiæ Sacramentum digne percipiens, illius perfruatur dulcedine, & commodis. Primum, ad tanti Sacramenti excellentias, in quo est Sacrosanctum Christi corpus, & sanguis conuertenda est mentis acies, perque huiuscemodi conuersionem toto cordis affectu illius participationem desiderare debemus, & ardenti desiderio optare vnionem cum illo, quem & Deum, & cibum nostrum esse cognoscimus. Secundò, quoniam Sacramentum istud semel institutum est in memoriam istius sacrificii, quod semel super Crucis ligno oblatum iam fuit; meditatione propiùs ad Christum in Cruce pendentem accedendum, in ipso nimirum sanctissimo Altaris Sacramento, eius quasi vmbram quamdam spectantes. Sicut enim, cùm intuemur vmbram alicuius corporis, ex vmbræ inspectione, quale id sit corpus, intelligimus, cuius præsentiam ipsa eius indicat vmbra: Sic & accidentia, quæ in Eucharistia apparent, speculantes, quasi sub vmbra sedemus Christi crucifixi, atque ex istiusmodi eius vmbra, ipsum Cruci affixum fidei oculis præsentem aspicimus: quod & ipsemet testatum voluit his verbis: *h Hoc facite in meam commemorationem*: Et Paulus:

l Osee. 14. 8.

Ad Eucharistiã dignã susceptionẽ quæ necessaria sint, & sue sit eius fructus.

Simile.

h Luc. 22. 19.

DE ANIMA.

lus: c *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis; mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Cum anima conuersa fuerit, atque ad Sanctissimum Sacramentum accesserit, ibique per quietam passionis contemplationem sub vmbra sederit Christi, in Cruce pendentis: tunc viuet, & inebriabitur tritico; tunc vna cum sponsa dicere poterit: *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo.* Fructus iste arboris Mali, & Eucharistiæ cibus, quem protulit arbor Christi Crucifixi, dulcissimus quidem semper in se est, semperque in semetipso est cibus vitæ; Vnde & dicitur d *Angelorum esca, habens in se omne delectamentum, omnisque saporis suauitatẽ*: & e *panis vitæ*, ita vt qui eum *manducet, viuat in æternum.* Nihilominus haud cuilibet, qui illum comedat, licet dignè comedat, eam, quam in se habet, dulcedinem confert ac vitam: at ijs duntaxat dulcis est, qui iuxta Propheticum dictum, quando illum sumpturi sunt, ardenti desiderio ad Christum Crucifixum, cuius is fructus est, conuertuntur, quiue sub eiusdem Crucifixi vmbra sederit, quieta meditatione in iis, quas inspiciunt, speciebus veluti in propria vmbra Christum ipsum contemplantes crucifixum. His, qui in hoc pacto cum sponsa sub vmbra illius, quem desiderauerant, sedent, dulcis est; nec simpliciter dulcis, sed dulcis gutturi eorum: quia plenissimè illorum satisfacit appetitui, appetitui, inquam, triplici, escæ, potus, & vitæ, quibus summoperè indigent esurientes, & sitientes, cùm anima eorum in ipsis deficiat. Ac propterea bene ab sponsa cibus iste fructui comparatus est Mali arboris: poma enim præterquàm quòd innatam in se habent dulcedinem, triplici insuper prædicto satisfaciunt appetitui: tollunt quippe famem, extinguunt sitim, & nutriunt vitam. Quam dulcedinem ab hoc Sacramento ob triplicem appetitus satisfactionem iis, qui illud sumpserint, præstitam egregiè & Propheta modicis expressit verbis, cùm dixit: *Viuent, & inebriabuntur tritico*: appellans namque illud nomine tritici, quod vitam confert, simulque eidem tribuens & ebrietatem, planè apertissimè indicat, quam dulce id eis sit, qui & cibo indigeant, & potu, quiue anima deficiant, & vita.

c 1. Cor. 11. 26.

d Sap. 16. 20.

e Isa. 6. 58.

Eucharist. Sacramentũ quib. dulce sit.

Eucharist. Sacramentũ triplici satisfacit appetitui.

Magnum sanè, & admirabile valde est, quòd fructum istum Sanctissimæ Eucharistiæ, qui ex natura sua vsquequaque dulcissimus est, maxime quàm viuificus: homines nihilominus vel amarum, vel dulcem; vel viuificum, vel mortiferum sibi suo faciant gutturi: Dulcem namque & viuificum (vt dictum est) ij eum sibi faciunt, qui cùm ad eum accedunt, *sub vmbra illius, quem desiderauerant, sedent*, eo sensu, quem iam prosecuti sumus: & hi cum sponsa dicere queunt: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*: Et de his, qui conuertuntur, & sedent in vmbra Christi Crucifixi præclarè per Prophetam, iuxta hebraicam lectionem dicitur, quòd *viuificabunt triticum*: sic enim pro iis, quæ vulgata habet, & *viuent tritico*: in hebræo est יחיו דגן uechaiu dagan, viuificabunt triticum idest viuuncum esse facient triticum. At verò è contra ii, qui haudquaquã prius sedent sub vmbra illius, quem desiderauerant, per gratiam in illius vmbra minime viuentes, quiue nec conuertuntur, & sedent sub vmbra Christi Crucifixi, quando ad hoc Sacramentum accedunt, dum indignè id sumere præsumunt, amarum istum sibi faciunt fructum, atque mortiferũ; cùm enim nullo erga Christum affecti sint desiderio, imò peccatis exæstuent, quasi amarissimum quidpiam cum suo calcant in ore, iuxta illud prouerbiorum: f *Anima saturata calcabit fauum.* Qui enim voluptatibus, & diuitiis huius sæculi immersi sunt, eisque saturantur, & animum suum explent, ij contemnunt, & calcant, quasi amarissimũ quid dulcedinem fructus illius: atque adeò his sic loquitur Apostolus: g *Quicunque manducauerit panem, & biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis, & sanguinis Domini*; idest, reus erit ob corpus, & sanguinem Domini, quæ amara sibi reddidit, & mortifera: reus inquàm, illius sententiæ, qua apud Isaiam dicitur. h *Væ ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Hinc est, quòd isti miseri eo ipso tempore, quo hoc Sacratissimo vescuntur fructu, quando per ipsum famem, sitimque sedare possent, & vitam recreare deficientem, *esurientes, & sitientes, anima* ipsa deficiunt morientes. Quæ omnia præclarè Paulus significat, dum l ait. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*: ac si dicat: Idcirco multi inter vos infirmi sunt, ob famem, & escæ defectũ: imbecilles pariter sunt ob sitis ariditatem; & quod omnium pessimum est, dormiunt per animæ mortem: quia indignè hunc sumentes Eucharistiæ fructum, amarum eum sibi sic faciunt, atque mortiferum, vt per illum eis infirmitas augeatur famis, & imbecillitas sitis, morsque eis inferatur ab eo, à quo vita pendet vniuersa.

Eucharist. Sacramentũ dulce, aut amarũ; viuificũ, aut mortiferũ sibi facere, in hominis cuiusq; est potestate.

Eucharist. Sacramentũ indignè sumens amarũ illud sibi facit, atque mortiferum.

f Prouer. 27. 7.

g 1. Cor. 11. 27. 30.

h Isa. 5. 20.

i Psal. 106. 5.

l 1. Cor. 11. 30.

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Maria.

EOrum, quæ hic à Gloriosissima Virgine dicuntur, ex iis desumendus est sensus, quæ eidẽ Virgini ab Angelo dicta fuere, a *Virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Quod enim Angelus verbis iis pollicitus ei est, hoc ipsa nunc se iam consecutam fatetur; hocque sibi iam præstitum asserit. Quod promiserat Angelus istud erat, fore, vt Deus Altissimus ipsam sibi sponsaret, idque, vt ex ea Spiritus Sancti virtute Christum gigneret, qui propterea quod sanctè conceptus esset ex illa duntaxat, obumbrata virtute Spiritus Sancti, filius Dei vocaretur, & esset. Hoc quippe modo obumbrationem virtutis Altissimi in Maria accipiendam ij omnes testantur Patres, qui obumbrare, sumendum existimant pro protegere, sicut vmbra sæpiùs pro protectione in sacris litteris accipi solet, vt sensus sit; Virtus Altissimi obumbrabit tibi, idest, proteget, & iuuabit te, vt concipere sine viro possis, quod natura tua facere non poteras, vel, quod parùm ab hoc dissimile est, iuxta Theophilactum; Virtus altissimi teget te, quemadmodum gallina, aut auis solet pullos suos sub alis tegere, vt eos foueat, vel aptius, sicut solet auis oua sua tegere, vt eius calore pulli gignantur & excludantur; quod maximam habet proportionem cum ipsa Spiritus operatione, qua is videtur sanguinem Virginis in illius vtero fouisse, & calefecisse, vt homo Christus conciperetur. Sic igitur in hoc ipso sensu id, quod hoc loco Beata Maria affirmat, dum ait, *Sub vmbra illius, quẽ desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, tale quid esse videtur.

Maria Deo desponsata est Patri & Verbi Incarnationẽ

a Luc. 1. 35.

Teophil.

PARAPHRASIS.

Tam ingens meum erat desiderium videndi Verbum Incarnatum, quod Redemptorem, ac Saluatorem

DE B. MARIA

rem in mundo innumera Prophetarum pollicebantur vaticinia, vt deficeret in illud anima mea, deficerent & oculi, ad Dominum, lacrymis exclamantes, atque gemitibus dicentes: *Quando consolaberis me?* At benignitate eius, qui me in suam elegit spõsam, *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*: quando *Virtus Altissimi* obumbrauit mihi: Tuncque fructus ipsius, *qui* me sibi desponsauerat, Dei, is videlicet, qui in vtero meo conceptus est filius Dei, dulcis admodum factus est gutturi meo: dulcedinem talem tunc sensi in illo instanti, quo primùm ille in meo conceptus est vtero; vt propè obierim; obijssemque certissimè, ni is ipse me sustentasset, qui eam dulcedinem mihi infuderat. Sic Virgo Sanctissima eum, quem fructum suum dicere potuisset, iuxta illud: b *Terra nostra dedit fructum suum.* Et; c *Benedictus fructus ventris tui*: præ humilitate nihilominus haud suum, sed Dei dixit fructum: Dulcem verò hunc fructum dixit gutturi suo, vt in metaphora persisteret fructus, cuius dulcedo gustu, guttureque percipitur. Atque hæc quidem rectè, dum Mariæ desponsationem cum Deo Patre factam accipimus, cuius Christus vocatur filius.

Maria quã tam dulcedinem senserit in illa ei cõceptione Christi.

b Psal. 84. 13

c Luc. 1. 42

ALTER SENSVS.

Verum, quoniam Christum desiderasse, manifestum est, quem sub arboris Mali metaphora commendarat in superiori sententia: cùm in eadem adhuc persistatur metaphora, de Christo potius, quã de Deo Patre hæc accipienda videntur: vt, quæ hic à Beata Virgine dicuntur, ijs cohæreant, quæ ab ipsamet dicta sunt in præcedentibus, dumque ait, *Sub vmbra illius, &c.* dicendum est, eam confirmare per hæc illud ipsum, quod dicere cœperat ad dilecti sui commendationem: Id verò erat, ostendere, nil in se boni esse, quod à Christo non haberet, quod Christi non esset, qui solus fructum proferret gratiarũ: qui vnica esset malus inter infructifera ligna, siluarum; confirmat autem hæc, enarrans, quomodo tantis ipsa repleta sit gratiarum cumulis; quia nimirum illi desponsata fuisset, cuius fructus vniuersa est gratia: Acquè est enim ac si dicat:

Maria ei sponsa ... suit, eidem desponsata est, qui filium peperit.

PARAPHRASIS.

Tam pulchram, tam suauem, tamque onustam gratiarum pomis vt adire mihi fas esset mali arborem, ardentissimo optaui desiderio: Christum dilectum meum totius gratiæ fontem desideraui, vt viderem, quem Prophetæ prænuntiabant totius salutis auctorem: ipsius tandem benignitate, qui d *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, æquè ac Pater: *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*; & ipsi adhæsi, quem tantum optaueram: ei sum desponsata, cuius tanto flagraram desiderio, idque quando iuxta Angeli nuntium ipsemet, qui ab æterno Virtus altissimi extitit, obumbrauit mihi, quando ipse, qui lumen erat incorporeum per id, quod ex me sumpsit corpus, perque carnis vmbram mihi obumbrauit, meam sibi vniens naturam, me in matrem eligens, simulque & in sponsam. In matrem, quatenus ex meis visceribus vmbram accepit carnis: In sponsam, quatenùs absque vlla hominis ope ipsum in vtero meo sibi formauit corpus: quando de Spiritu Sancto me grauidam reddidit ipse sponsus, qui & filius. Porrò postquàm illum peperi, *fructus* illius *dulcis* extitit *gutturi meo*: Neque enim aliis verbis exprimere valeo, quantam ex illius aspectu, verbis, factisuè perceperim dulcedinis: totus mihi certè fuit suauissimus, non secus ac mali fructus dulcis est gutturi comedentis: ipse mihi famem sedabat omnem: ipse sitim extinguebat, ipse & dulcissimam gratiæ contulit vitam: fructus pariter gratiæ illius dulcis gustui mentis meæ, dum eam agnosce-

d Io. 1. 1.

Maria quã tam dulcedinem ex Christo perciperet.

f Zach. 10. 7

APPENDIX

rem, qua me impleuit. Nititur sensus iste expositioni illorum verborum, *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*; quam aliàs supra retuli ex Gregorio Papa lib. 18. Moral. c. 12. & lib. 33. ca. 3. vbi ait: Quia vmbra non aliter exprimitur, nisi per lumẽ, & corpus; Virtus Altissimi Mariæ obumbrauit, quia in eius vtero lux incorporea corpus sumpsit.

Ex Vers. III. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Tunc temporis in vmbra Maiestatis eius desideraui habitare; & verba legis eius dulcia fuerunt gutturi meo: & præmia præceptorum eius seruantur mihi in sæculo venturo.

Pro dramatico sensu faciunt, quæ dicuntur à Beda; vt sponsa hic significet, compotem se factam eorum, quorum se desiderio flagrare significarat in superioribus, quando querebatur, fuscatam se nimio solis æstu, eò quòd filij matris suæ pugnassent contra ipsam: ideoque sponsi vmbram exoptans anxia clamabat; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: quando non solum pressurarum tædio fatigata, sed recordatione quoque decoris sponsi illecta dicebat: *Lectulus noster floridus.*

Beda.

Inter spirituales sensus primus, atque communior is est; vt in his Ecclesia, vel pia Anima significet, se eò peruenisse, quò diutiùs optarat, vt esset sub Christi, Dei, sponsiue sui protectione, vmbræ metaphora designata, vt magis illius exprimeretur necessitas in præsenti vita propter illum ardorem solis, qui, cùm exortus fuerit, continuò semẽ, quod non alta radice depressum in terra sit, arescit, & deperit. Ita Origenes homilia tertia ex quatuor, Gregorius Nyssenus homilia quarta, Ambrosius sermone quinto in psalmo 118. vers. 1. Cassiodorus, Beda, Aponius, Philo Carpathius, Iustus Orgelitanus, Anselmus. Sed præ ceteris explicat hunc sensum Gregorius Papa, dicens. Vmbra Christi protectio est Spiritus Sancti, Spiritus quippe Sanctus mentem, quam replet, obumbrat; quia omnium tentationum feruorem temperat, & dum aura suæ inspirationis suauiter mentem tangit, quicquid noxii caloris sustinebat, expellit; & quam iam forsitan nimius vitiorum æstus marcidam fecerat, vmbra Sancti Spiritus protegens recreat, vt dum in eius spiratione sedens pausat, vires colligat, quibus ad æternã vitam robustius currat.

In vmbra Christi sedere est esse sub eius protectione.

Origenes. Greg. Nyss. Ambros. Cassiodo. Beda. Philo Car. Iust. Orig. Aponius. Anselm. Gre. Pap.

Vmbra Xpi est protectio Spiritus Sancti.

Rupertus Abbas iuxta communiorem istum sensum, Beatam Virginem in his talia sibi velle, arbitratur, Ex quo mihi Angelus locutus est: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*, ego *sub vmbra illius sedi*. Non steti ad horam sub vmbra, vt interdum paterer carnis æstum, interdum haberem refrigerium, sed continuò sedi, quia semper pacem habui, iugiter sub vmbra illius quieui.

Rupertus Abb.

Peculiari modo Ambrosius loco supra citato, haud tamen ab hoc primo sensu admodum se elongans, existimat Ecclesiam his verbis insinuare Christi mortem, qua diligentibus se prouidere solet, vt possint æquo animo sustinere molestias, & tentationes vitæ huius, nimirum immittendo eis consolatio-

Christus fidelib. immittit consolationes quasdã ad perferẽdas molestias huius vitæ.

APPENDIX.

tiones quasdam, instar vmbrarum in æstu ardentis solis: eo modo, quo & prouidi imperatores exercituum id curant, vt milites in itinere ad temperandū æstum, & itineris molestias locis vmbrosis, & amœnis tantisper fruantur.

Beda.

Notat denique Beda circa hunc ipsum primū sensum: eamdem Ecclesiam supra prædicasse tigna domorum suarum cedrina, & laquearia cypressina; vt tamen ostenderet, haud sibi sufficere eorum protectionem solam, hanc exposcere arboris vitæ Christi vmbram: quia & si Sancti quique sublimia virtutum suarum exempla proponere possint; & vitæ cælestis iter prædicando demonstrare, atque intercessionis suffragia ferre; nemini tamen eorum, sed soli dilecto dici potest: *a Filii autem hominum sub protectione alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.*

In solius Christi protectione sedēdū quiete.

a Ps. 35. 8.

Secundus sensus principalis est, vt nomine vmbræ eius, quem Ecclesia desiderasse se, ait, significetur, vel lex Mosis, quam *b* vmbram futurorum appellauit Apostolus, sub qua sederit Ecclesia in Synagoga; Vel fides Christi, ad quam eadem Ecclesia prodenit ex vmbra legis, & e qua perueniet ad claram visionem. Ita Origenes homil. 3. ex quatuor, Theodoritus, Ambrosius sermone. 5. in Psalm. 118. versi. 1. Philo Carpathius ex parte illa, qua vmbra accipitur pro lege: Sicut ex parte altera, qua eadem vmbra sumitur pro fide, Bernardus tum in Sermone de Natiuitate B. Mariæ circa principium; tum sermone. 48. in Cantico, vbi ponderans dictionem illā, *Sedi*, conferensque præsentem sententiam cum iis Ieremiæ verbis: *c Spiritus ante faciem nostrā Christus Dominus: In vmbra eius viuemus in gentibus*: Fortassis, inquit, felicius aliquid ista expertam se gloriatur in eo, quòd se in vmbra dicit, non vt propheta, viuere; sed sedisse: sedere enim quiescere est; plus est autem quiescere in vmbra, quàm viuere: sicut viuere plus est, quàm tantummodò esse in ea: Nec enim reor, continuò vt quis in hac vmbra fuerit, quòd viuat in ea; quia non planè omnis, qui fidem habet, ex fide viuit: nam fides sine operibus mortua est, nec potest dare vitam, quam minimè ipsa habuerit. Igitur, quod est commune multorum, Propheta assumens sibi; *In vmbra eius viuemus*, inquit, pluraliter: Sponsa verò habens prærogatiuam, etiam quòd sub ea singulariter sederit, gloriatur. Vbi itaque nos tantùm viuimus, qui conscii peccatorum sub timore seruimus, ibi hic deuota, & amans suauiter requiescit. Denique timor pœnam habet; amor suauitatem: Vnde ait: *Et fructus dulcis gutturi meo*; gustum contemplationis significans; quem obtinuerat per amorem suauiter subleuata: at istud in vmbra, quia per speculum; & in ænigmate, erit, cùm declinauerit vmbra, crescente lumine; imò penitus disparuerit, & subintrabit sicut perspicua, ita & perpetua visio; eritque non modò suauitas gutturi, sed & satietas ventri sine fastidio.

Vmbra Xsti lex, & fides eiusdem Christi.

b Heb. 10. [illegible]

Orig.
Theod.
Amb.
Phi. Carp.
Bernard.

C

Sedere plus est, quā viuere sub vmbra Xsti

c Thr. 4. 20.

D

Deuotus sedet sub vmbra Xsti.

Tertius sensus est, vt vmbra Christi sit ipsa Respublica Christiana, in qua, qui desiderio est confirmatus, cupidinum æstu non comburitur, sed sub ea protegitur. Ita Catena Trium Patrum.

Vmbra Xsti respublica Christiana.

Tres Patr.

Quartum indicat Bernardus Sermo. citato. 48. vt per Christi vmbram diu ab Anima Sancta desideratam intelligatur corpus Christi sub Sacramenti vmbra.

Bernard.

Vmbra Xsti Eucharist. Sacramētū

Quintum tangit Theodoritus libro Historiæ Religiosæ, seu Sanctorum Patrum cap. 9. de Petro, vt per hæc Anima pia eximium suum protestetur amorem in Christum, quippe quæ vel eius optauerit vmbram, & pro magno duxerit, in tali eius vmbra sedere, quandoquidem amantibus, nedum dilecti aspectus, sed & domus, & vestis, & calcei grati sunt, & quicquid vel minimam illius vmbram præseferat.

Theod.

Ingens pia in amor

A

in Christū significatur, cū eius vmbrā desiderarit.

Sextus denique sensus est; vt per hæc suum pia Anima exponat progressum in vita spirituali. Quē sensum prosequens Origenes homilia secunda ex duabus dicit. Quàm pulchrè, non ait: *In vmbra illius concupisco*, sed, *in vmbra eius concupiui*: & non, *sedeo*, sed, *sedi*: Siquidem in principio non possumus cum eo conferre sermonem, Verum in principio, (vt ita dicam) quadam Maiestatis illius vmbra perfruimur: vnde & in Prophetis legitur: *Spiritus faciei nostræ Christus Dominus, cui diximus, d In vmbra eius viuemus in Gentibus*. Paulò autem inferius subiicit: Fac igitur, vt possis capere vmbram eius, & cum vmbra fueris dignus effectus; veniet ad te (vt ita dicam) corpus eius, ex quo vmbra nascitur: Nam qui in modico fidelis est, in maioribus erit fidelis: *In vmbra eius concupiui, & sedi*. Vides, quia nō semper in vmbra steterit, sed inde ad meliora transierit, dicens: *Et fructus eius dulcis in gutture meo*: Ego, inquit, desideraui, in vmbra eius requiescere, sed postquàm me sua protexit vmbra, etiam fructu illius saturata dico, *Et fructus eius dulcis gutturi meo.*

Origen.

B

De progressu in vita spūali, & quō à Christi vmbra deueniatur ad illius fructum.

d Thr. 4. 20.

Quoad vltimum hoc, quod dicitur: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*: varii quoque sunt sensus. Communior est, vt per fructum istum intelligenda sit meditatio in lege Domini, vt ait Origenes homil. 3. ex quatuor seu contemplatio Christi, eiusque diuinitatis; quod præ ceteris explicat Gregorius Papa, dicens: Arbor fructifera ipse Christus in corde nostro per fidem plantatus existit, quam si mens digne, & constanter excolit, fructus nimirum interiùs pulchros, & vtiles gignit, quos, dum mens capiens auidè comedit, omnes mundi voluptates præ eius dulcedine postponit. Dulce enim est valde sibi, cælestia cogitare, In æternitate oculum intimum figere, vt aliquando in fletibus etiam mens accensa compungatur, & inter lacrymas subleuata Angelorum cibo, ipsa videlicet sapientia, quantò dulcius, tantò auidiùs pascatur.

Christi fructus meditatio in lege Domini, & contemplatio ipsius.

Origenes.

Gre. Papa.

Christus arbor plantata i cordib. nostris afferēs sapīa fructus

Alij Sanctissimum accipiendum censent Eucharistiæ Sacramentum, Ita Aponius, Rupertus Abbas, Bernardus Sermo. 48. indicatque idipsum & Theodoritus.

Christi fructus Sacramentū Eucharistia.

Ambrosius serm. 5. in Psalm. 118. vers. 1. intelligit prædicationem passionis, & remissionem peccatorum, dicens; Qui fructus eius dulcis, nisi prædicatio Dominicæ passionis, vt ipse ait in Psalmo *e Ecce hæreditas Domini, filii merces fructus ventris?* Quis enim dulcior fructus potest esse in faucibus nostris, quàm remissio peccatorum? Et benè flos est Ecclesia, quæ fructum annunciat, hoc est Dominum Iesum Christum, de quo dictum est Mariæ; *f Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.*

Apon.
Rup. Abb.
Bernard.
Theodor.

Christi fructus prædicatio passionis eius.

Amb.

e Ps. 126. 3.

f Luc. 1. 42.

E

Catena trium Patrum apud Theodoritum, intelligens fructus Spiritus Sancti ait, *g* fructus ipsius est fructus Spiritus, qui est (vt magnus inquit Paulus) Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, &c, quorum dulcedinem sentiunt illi, qui experiuntur, nihil enim gaudio spirituali, & tranquillitate, & charitate dulcius. At guttur, quod fructus spiritalis dulcedine fruitur, est vis Animæ ratione prædicta; sine qua verbum non admouetur, quemadmodum nec cibus sine gutture.

Christi fructus sunt fructus Spiritus sancti

Tres Patr.

g Gal. 5. 22.

Denique Philo Carpathius fructum sumit Euangelii, quem Ecclesia sub vmbra legis sedens perceperit.

Philo Car.

Christi fructus Euangelium.

Vers.

LITTERA.

Vers. IV. Introduxit me in cellã vinariam.

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sonum.

PAstorum personas & sponso & sponsæ in hoc dramate à Salomone tributas, & notatum est, & notabitur sæpius in subsequentibus: Tamen iidem sunt pastores; vt & vinearum pariter sint possessores, vineas frequentiùs adeant, in ipsisue vineis oblectẽtur. Hinc fit, vt frequẽtissima in hoc Cantico vinearum reperiatur commemoratio. Ac, ne longius locorum petantur exempla, in hoc secũdo capite tam sponsus, quàm sponsa toti in istiusmodi vinearum commemoratione positi vidẽtur: siquidem sponsus lætissimum describens Veris tẽpus, ex vinearum potissimum floritione illud delineans ait: *a Tempus putationis aduenit; ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum.* Et sponsa de vineis quãmaximè sollicita *b Capite,* inquit, *vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nã vinea nostra floruit.* Quinimò & in ea, quam cœperat, suæ despõsationis enarratione, id, quod sibi à Spõso i vineis sit prẽstitũ, meminit. Enimuerò, cùm in præcedenti sententia id retulisset, quomodo post diuturnum desiderium admissa fuerit ad eius vmbram, quem diutius desiderarat; quomodo eidem fuerit desponsata, dulcesque admodum ex illo perceperit fructus: Nunc eandem prosequens narrationem addit; quid sibi post hæc contigerit, dicens: *Introduxit me in cellam vinariam*: alludens ad id, quod moris esse solet inter Pastores, vineas habentes, qui, vt delicias nouæ exhibeant Sponsæ illam ducentes in propriam vineam, in cellam inducunt vinariam, vbi lætissimũ transigant diem, multiplicium vinorum exhilarati dulcedine. Ad hæc autem alludens sponsa, tale quid sibi velle videtur. Postquàm meo sum desponsata dilecto: ita vt sederim sub vmbra illius, quem desiderauerã: cœpi conuersationis eius gustare dulcedinem, fructusq; illius dulcis admodum fuit gutturi meo: imò verò meus ille sponsus totum in eo suum conuertisse videtur studiũ, vt & dulcedine me recrearet auctiori, & insigniora mihi exhiberet amoris indicia: atque adeo introduxit me illicò in cellam vinariam, ibique dulcissima gustare fecit vina, multipliciumque vinorum suorum me exhilarauit dulcedine.

a Cãt. 2.13

b Cãt. 2.15

I. SENSVS.

PARAPHRASIS.

Et hæc quidem rectè, si vini nomen simpliciter sumatur pro vino, quod ex vuis exprimitur. At si idem nomen, etiam iuxta sonum litteræ haud simpliciter, sed translatè positum accipiatur, vel pro voluptate, cuius, etiam apud Aegyptios peculiare erat hieroglyphicum, quòd præ omnibus lætitiã præstet, ita vt & in sacris paginis *c* quasi propriũ attributũ, lætificationem ei reperiamus adscriptã: vel pro amore, qui in nomine, & ebrietatis, & languoris causat effectus: duos alios eorum, quæ hic dicuntur, afferre possumus sensus: alterum in lectione Vulgatæ; alterum verò in lectione Septuaginta fundatum.

c Iud. 9.13 Ps. 103.15

Primò quippe, quod in lectione nostra in præterito dicit, *Introduxit*; pro futuro accipi potest, *introducet*, iuxta frequentissimam sacrarum scripturarum consuetudinem, qua præteritum pro futuro vsurpare solent Prophetæ, ad certitudinem designandam eorum, quæ prædicuntur, prout etiam in simili sententia animaduerti supra in prima expositione illorum verborum *d Introduxit me Rex in cellaria sua.* Præclare autem his verbis in hoc sensu acceptis ingentem sociis spem suam explicat sponsa, quam ex primo concepit gustu dulcedinis Sponsi: Aequè est enim, ac si dicat.

II. SENSVS.

d Cãt. 1.4

Desponsata iam fui dilecto meo, sicque *sedi, sub vmbra illius quem desiderauerãm, & fructus* certè conuersationis *eius*, quem primò gustaui, *dulcis* extitit *gutturi meo*: At ex prima illa, qua me recreauit dulcedine inde sum facta lætior, quòd certissimam mihi præstitit spem, compotem me ab ipso faciendam omnium voluptatum. *Introducet* namque *in cellam vinariam*; plenissimè omnimodis me recreabit voluptatibus: æquè ac in cella vinaria multiplex diuersorum vinorum propinari solet dulcedo.

PARAPHRASIS.

Septuaginta, & Symmachus deprecatiuè hæc dicta accipiunt; sic enim legunt: *Introducite me in domum vini.* Porrò si vini nomen translatè positum pro amore sumamus, istiusmodi uidetur esse istorum verborum sensus: vt sponsa, quæ iam in præcedenti sententia suam enarrarat desponsationem cum eo, quem ardentissimis optarat desideriis, simulque ingentem explicarat dulcedinem, quam ex ipsiusmet Sponsi perciperet præsentia: Nunc eas ipsas, quibus cum verba facere cœperat, deprecetur socias; vt introducant se in illius domum, vbi tota in eum præ amore abstrahatur ebria: æquè, ac qui in domum vini introducti, vino inebriantur, & poculis; Acsi dicat: Adeò *dulcis* mihi conuersationis *eius* est, *fructus*, vt id vnum à vobis exoptem, ne in illius introducatis domum, quæ amoris, totiusque est domus dulcedinis. Legerunt autem septuaginta in imperatiuo הביאוני hebiuni, pro eo, quod modo in præterito legunt Hebræi הביאני hebiani.

III. SENSVS.

PARAPHRASIS.

Regis nomen nec in Hebræo est, nec in Græco, neque in emendatioribus Codicibus latinis. Pro cella vinaria, *domum uini* hebræa habent & Septuaginta.

Vers. IV. Inrroduxit me in cellã vinariam.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

QVi sacram Euangelij legerit historiam, intelliget planè, quàm vera, quamue rei ipsi congruens ea sit enarratio, quam in præcedenti sententia cœptam in his, quæ præ manibus habemus, sancta nunc prosequitur Ecclesia.

I. SENSVS.

Christus primò despõsauit Ecclesiam, tum attulit illi fructus pacis, ac demum ei sacras scripturas reseruauit.

Primò enim Christus ascendit patibulum Crucis, ibique sub arbore malo sponsam sibi suscitauit Ecclesiam: Tum fructum dulcissimæ ei attulit pacis, ac tertio scripturarum eidem largitus est intellectum. Sic præclaro ordine apud Lucam *a* hęc explicata conspicimus, quippe qui postquam Christi Incarnationem, vitamque totam enarrauit, ac mortem: Christum ipsum in vltimo historiæ suæ capite inducit ei, quam sibi despõsarat, Ecclesiæ gloriosum apparentem, fructumque pacis dulcissimum eidem afferentem ijs verbis. *Pax vobis*: ac tertio ait, cum aperuisse illi sensum, vt intelligerẽt scripturas, quo amoris sui illi exhiberet indicium præstantissimum.

a Luc. 24.36.

Hunc igitur ordinem & ipsa in horum commemoratione nũc seruat Ecclesia: Primò enim explicauit quõ Diuino desponsata sit Verbo, qñ cum per Incarnationẽ Malus effectũ est, & per passionẽ, sicut malus inter ligna siluarũ, inter latrones ẽ crucis ligno pepẽdit, ad illius vmbrã admissa est; q

DE ECCLESIA.

ardentissimo in Patribus, ac in Prophetis optarat desiderio, post verba illa: *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*, subiiciens: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*. Postmodū verò subintulit, quem ex istiusmodi desponsatione adepta est, pacis fructum, dicens: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*: Tertium deniq; reliquum erat, vt enarraret eam, quæ sibi ab ipsomet dilectissimo sponso exhibita fuerat, sacrarum scripturarum reserationem: explicat & hoc egregia sanè metaphora, dicens: *Introduxit me in cellam vinariam*, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Statim ac me sibi sponsauit in fide, haud vnico duntaxat pacis exhilarauit fructu: sed & multiplici sacrarum scripturarum vino me recreauit: duxit me in vineam suam, efficiens, vt essem gens sancta, & populus acquisitionis ipsius: introduxitque me in eam, quæ eo vsque obserata fuerat, cellam sacrarū scripturarum: varios propinauit Spiritus sancti sensus, summoperè me his poculis affecit lætitia.

Greg. Pap. Aponius.

Qua in introductione videtur impleta illa Zachariæ prophetia qua dicebat: *b Et lætabitur cor eorum, quasi à vino, & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino*. Ex eo quippe, quòd Christus Apostolis mentem aperuit, & sensum, vt intelligerent scripturas, quas nullatenus intelligere poterant, dum obcęcatos haberent oculos, veloque opertos, viderunt ipsi, & filii eorū introductique sunt in cellam vinariam, & lętatum est cor eorum quasi à vino, cuius proprium est, vt lætificet cor hominis.

b Zacc. 10. 7

In sacrarū scripturarū intelligentia iucūditas grandis.

Circa hunc sensum plura certe dicenda essent, nisi alibi dicta fuissent in secunda expositione, sensuque secundo illorum verborum versus quarti superioris Capitis (*Introduxit me Rex in cellaria sua*) vbi Ecclesia ipsa spem se habere significabat introductionis istius in sacræ scripturæ cellaria, quam modo se assecutam fatetur.

Duo tantummodo animaduertenda supersunt. Primùm, quòd cùm in pręcitata sentētia Christus, qui sponsam introducturus fuerat, Rex appellatus sit: nunc haud amplius Rex dicitur, cuius fructus dulcis extitit gutturi Ecclesiæ, quia nomen Regis non nihil incutiat timoris: quinimò nec alio quopiam is insignitur nomine, quia postquàm Malus factus est inter ligna siluarum; postquàm mortuus est super Crucis ligno, resurrexit, pacemq; attulit Ecclesiæ, quæ sedit sub vmbra illius, factus est omnia; sponsus, frater, Amicus, Pater, ac Mater, Magister, Dux, & quicquid inter homines amorē sonat, ac gratiam: quod apertius eadem in subsequentibus explicabit Ecclesia, cùm dicet: *Ordinauit in me charitatem*; idest instruxit in me omnem aciem amoris, vt infra videbimus longius. Propterea igitur sapientissima sponsa absolutè hæc protulit verba: *Introduxit me in cellam vinariam*.

Christus ī carne factus est omnia omnib.

Alterum notandū, pariter ac admirandū idest, quod pręlarè sacra scriptura appellata sit *cella vinaria*; vel iuxta Originalium Hebræorum, atq; Græcorum lectionem, *Domus vini*: ea siquidem est domus illa, de qua Salomō in libro Prouerbiorū ait, *c Sapientia ædificauit sibi domum*: Sicut enim verbum, quod in principio erat apud Patrem, corpus sibi ędificauit ex Adam, vt sese homini communicaret: ita illud ipsum Verbum, quod ab ęterno erat increata sapientia, vt homines quoque suæ participes redderet sapientiæ, sacrarum scripturarum sibi ædificauit domum, in qua suam illis quoquo pacto communicaret sapientiam, *Excidisse* autem dicitur in hac domo *columnas septem*: non enim (vt Petrus inquit, *d* Apostolus) voluntate humana allata est aliquando Prophetia: sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt Sancti Dei homines: *e* septem certè donis Spiritus Sancti vniuersam hanc molē, veluti septem columnis fulciri voluit: omniaque septem illa dona is habeat, operæprecium est, qui sacras tueri velit scripturas: sapientiam, intellectū, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, ac timorem Domini. In hac Sacrarum Scripturarum domo *immolauit* Sponsus *victimas suas*, proponēs in illis Sāctorum exempla, qui propter ipsum mortificati sunt tota die: *Miscuit vinum* intelligentiæ spiritalis, quod in iis æquè ac in domo vini seruabatur reconditum: *posuit mensam suam* multiplicibus, vtilissimis, ac suauissimis apparatam dapibus præceptorum, mysteriorum, ac dogmatum.

Sacra scriptura, quo modo sit cella vinaria vel domus vini.

c Prou. 9. 1

d 2. Pet 1. 21

e Isa. 11. 2

Quamuis verò in domo ista & dapes apponantur, & vinum misceatur: proprio tamen nomine à vino potiùs, quàm à dapibus cella vinaria dicta est, & domus vini; idque ob duplicem (vt reor) causam. Primò, quia in ea plura sunt vina diuersorum sensuum: aliud quippe vinum est sensus historicus, aliud allegoricus, vtilissimum vinum est sensus tropologicus, suauissimum mysticus. Quòd si vinum generosum spiritus ad caput eleuate conspicimus, nonne & sensus Anagogicus, instar præfortis vini vsque ad cœlestia, vsque ad diuina mentes attollit humanas? porò cùm vniuersi hi sensus maximis reficiant consolationibus, aptissimè quasi vina quædam prædulcia in domo vini, & in cella conduntur vinaria. Quinimmo ob istud ipsum, quòd plenis referta est consolationibus, aptissimè domus vini sacra nuncupatur scriptura: domus, inquam, ex qua multiplices hauriantur oblectationes, quæ quidem neque in dulcedine dulcissimo cedant melli; neque in viribus potentissimo cedāt vino: nam & Ezechieli *f* velut mel factæ sunt dulces in ore, quando earum comedit volumen; & illos, qui earum indulgent studio, instar vini abstrahunt à terrenis.

Vina, quæ in sacra scriptura seruātur sūt multiplices sensus, variaque consolationes spiritus.

f Ezec. 3. 3.

II. SENSVS

Iuxta secundum sensum. Quòd in Epist. ad Titum apertis verbis testatus est Apostolus, cùm diceret: *g Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatē, & sæcularia desideria, sobriè, & piè, & iustè viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi*: Id metaphorica locutione hoc loco Sācta profitetur Ecclesia. Apparitionem quidem Dei per Incarnationem factam omnibus hominibus, suamque per diuinam gratiam desponsationem cū Verbo, in ipsa eius Incarnatione factam explicauit superius, dicens: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*; per id autem quod subintulit: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*: expressit, quàm suaui doctrinæ Christi recreata sit pastu, erudita in fidelibus suis; ita vt abnegarint *impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & iustè, & piè* vixerint, dulcissimumque iustitiæ, ac pacis gustarint fructum, fructum certè illius, cui ipsa iam se sponsatam gaudebat. Tertium denique reliquū erat, vt adiiceret, quod significauit Apostolus, de *Spe gloriæ magni Dei*, de Spe Patriæ cælestis, in qua dulcedinis omnis exhibendus est cumulus, addidit & hoc, dicens: *Introducet me in cellam vinariam*: Ac si dicat.

Per Christi incarnationē quàm, quāndo suauia exhibita sint Ecclesia.

g Tit. 2. 11

PARAPHRASIS.

Dulcis sanè est fructus, quem mihi præstitit iustitiæ, & pacis; at multo suauior ea mihi est spes, quā ex gestu concipio fructus illius: spē etenim habeo, certāque promissionē, quod me in domum introducet voluptatis: in domū non manufactam, sed cælestem in cælis, vbi non vnus fructus vni gutturi dulcis sit, sed voluptatum omniū sensus omnes oblectentur

DE ECCLESIA

Cæleſtis patria, quæ ſit cella vinaria, vel domus vini.

oblectentur copia inexhauſta, potentiæ omnes, vniuerſaque membra. Præclarè autem patriam illam cæleſtem, cellam appellat vinariam, vel domū vini: non ſolùm quia vinum Symbolū ſit voluptatis: at multò magis, quia voluptates, quæ ibi tanquàm in propria cella ſeruantur fidelibus, id habeant cum vino commune, vt inebrient, iuxta illud Pſalmi: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Inebriabuntur verò, quia præ voluptatum illarum copia, atque dulcedine, & amoris ardebunt feruore, & quietiſſimo dormient æternæ felicitatis ſopore.

III. SENSVS

Iuſt. Org. Bernard.

Spiritum Sanctū in omnibus ſidelibus ſuis Sancta exoptat Eccleſia.

c Act. 2. 1.

Iuxta tertium ſenſum Eccleſia, quæ iam in præcedenti ſententia ſuam cum Verbo enarrat deſpōſationem, quoſue ex illius conuerſatione, vel ex illius gratiis perceperat dulcedinis fructus: Nūc ex perſona ſuorum fidelium verbis hiſce ſanctos affatur Apoſtolos, quos recolit in cænaculo deſuper repletos Spirituſancto in die Pentecoſtes: *c Introducite me in domum vini:* Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Sponſata iam quidem fui Chriſto, quem deſideraueram, & fructum dulciſſimæ conuerſationis illius, fructumque iuſtitiæ, & pacis guſtaui, quem mihi is contulit: At quoniam refriguit multorum, qui in me ſunt, fidelium charitas, id vnum optarim, vt me in illud introducatis cænaculū, in quo ſanctum vos accepiſtis ſpiritum: illud veſtris me conſecuturam, ſpero interceſſionibus, vt quotquot in me ſunt, igne ſancti illius accendantur amoris; vino illo inebrientur *Spiritusſancti*, quo inebriatam me recolo in vobis, quando in die Pētecoſtes Chriſtus ipſe, qui meus & Rex eſt, & Sponſus in hanc me introduxit domū vini, domum amoris. Quàm aptè autem cœnaculū illud domum vini, vel cellā vinariā appellarit, egregie Bernardus his explicat verbis: An non tibi cella videtur fuiſſe vinaria illa domus, in qua erāt diſcipuli pariter congregati, cùm factus eſt repente de cęlo ſonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domū, vbi erant ſedentes: vbi repleti Spirituſancto diſcipuli, muſto ebrijà populo putarentur? Tunc tanquàm amicus Sponſi, pro ſpōſa *d* ſtans Petrus in medio eorum; Non, inquit, ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt. Attende interim, quòd nō omninò ebrios: ſed ebrios, ſicut ab illis æſtimati ſunt, denegauit: Erant enim ebrii, ſed Spirituſancto, non muſto: & quaſi teſtificarentur ad plebem, re vera ſe in cellam fuiſſe vinariam introductos: Rurſum Petrus pro omnibus: Sed hoc eſt, ait, quod dictum eſt per Prophetam Ioel: *Et erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus, & effundam de ſpiritu meo ſuper omnē carnē, et prophetabūt filij veſtri, & filiæ, &c.*

Cœnaculū in quo deſcendit Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos dicitur cella vinaria & domus vini.

Ber. ſerm. 49. in Cāt.

d Act. 2. 14

Verſ. IV. Introduxit me in cellā vinariam.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

EXpoſito in præcedentibus ordine iuſtificationis ſuæ, proſequitur nunc pia Anima enarrare, quid ſibi iam iſtificatæ à ſuo præſtitum ſit Sponſo, ſtatim ac ab illo per ipſam ſponſata eſt iuſtificationem, dicens: *Introduxit me in cellam vinariā*, quibus & ſuam innuit introductionem, & gaudiū immenſum ſibi, Chriſtoque commune. Neque enim introductam ſe aſſerit in ſimplex tabernaculum, neque in qualemcunque cellam: at in cellam vinariam, in cellam, in qua & multa ſeruantur vina, & multum bibitur eorum, ingenſque ex multorum vinorum propinatione ſuſcitatur lætitia. Cella verò iſta, iſtaque domus vini eſt ſtudium contēplationis, in quod nullus eſt, à quo quiſpiam valeat introduci, niſi vnus per gratiā ſuam deducat Chriſtus; & inanis eſt labor omnis, vanaque vniuerſa hominum ars, niſi ipſe adſit, qui introducat Chriſtus. Introducit autem ſingulas eas animas, quas in ſponſas ſibi aſſumpſit, quoniam in hoc contemplationis ſtudio per vnionem, qua illis vnitur, ipſam perficit deſponſationem.

DE ANIMA.

In contemplationis ſtudio abſque Chriſto nullus exerceri poteſt.

Hinc eſt, quod haudquaquam verè Anima illa dici poteſt illius ſponſa, quæ contemplationi non indulgeat diuinorum: neque enim quæpiam eſt ſponſa, quæ mente ſaltem nō vniatur cum ſponſo: neque matrimonium ibi eſſe poteſt, vbi vnio non ſit animorum: vniri verò Chriſto neutiquam poteſt Anima, niſi abſtracta ſit à terrenis, niſi obliuiſcatur eorum omnium, quę in terris dilexit, & etiā ſui ipſius. Vnde cùm abſtractionem hanc, iſtamq; obliuionem nullibi meliùs adipiſcamur, quàm in contemplationis ſtudio; cōgruentiſſima certè appellatione ſtudium iſtud cella vinaria, vel domus vini nuncupatum apparet; quandoquidem id proprium eſt vini, vt per ebrietatem bibentium mentes reddat abſtractas, obliuionemque in eis cauſet vniuerſorum.

Anima, quę non ſe exerceat in ſtudio cōtēplationis, nō pōt verè dici Spōſa Chriſti.

Contemplationis ſtudiū quàm aptè dicatur cella vinaria, vel domus vini

In cella vinaria non vnum, aut duo ſolummodo, ſed multiplex propinatur vinum, dulce, aſperum, amabile, mordax, album, rubrumque, nec nō & diuerſarum ſæpius regionum, aut ſaltem ex diuerſis doliis hauſtum. Et In ſtudio contemplationis multa præſto ſunt, variaque myſteria, quæ contemplari quis poſſit. Dulciſſimum ſanè vinum, meditatio patriæ cæleſtis. aſperrimum, recogitatio propriæ miſeriæ, pœnarumque infernalium: Quid amabilius conſideratione bonitatis Dei? quid noſtræ ingratitudinis memoria mordacius? Si vinū exquiras album, in ſtudio contemplationis myſteria reperies, quæ ad Chriſti pertinent diuinitatē: ſi rubrum, quæ ad eius ſpectant humanitatem; is quippe candidus eſt, & rubicundus. Neque verò in hac cella vinaria vina deſunt diuerſarum regionum, cùm ex diuerſis ſacrarum ſcripturarum paginis multiplicia, & varia habeantur puncta', quæ contemplantes hauriant in ſtudio contemplationis. Quod autem notandum permaximè eſt, & admirandum in hoc ſtudio, id eſt, quòd & ſi diuerſa admodum in eo proponantur myſteria, diuerſaq; meditationis puncta; alia nimirum iucunda, alia mœſta: quædam ſuauiſſima, quædā & aſperrima: vinū nihilominus omnia ſunt, quod lętificat cor hominis; ac propterea ſtudium ipſum, in quo condita ſeruantur, ac propinantur, dicitur cella vinaria: quotquot enim contemplationi indulgent, inexplicabilibus perfunduntur conſolationibus, non tantùm quando iucunda meditantur, & læta; verùm etiam, quando mœſtū quidpiam vel de Chriſti paſſionibus, vel de præſentis vitæ contemplantur miſerijs. In hoc igitur iuſti Anima, quæ Chriſto ſponſata eſt, ab ipſomet Chriſto introductā ſe gloriatur coram ſociis, recolens, quod ab Angelo Tobiæ dictū eſt & Patri, & filio: *a Benedicite Deū cæli, & corā omnibus viuentibus confitemini ei; quia fecit vobiſcū miſericordiā ſuā: Etenim ſacramentū Regis abſcōdere bonū eſt: opera autē Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt.* Aeque eſt autem ac ſi dicat.

In contēplatione tam in libet quàm anima ſancta lętitia perfunditur.

a Tob. 12. 6

PARAPHRASIS.

In vineā Eccleſiæ ſuæ me cū ceteris duxit fidelibus, vt in ea deambularem, viā mandatorū ipſius currens: in ipſa verò vinea id mihi iam iuſtificatæ exhibuit eximij amoris indicium, vt introduxerit me in contemplationis ſtudium, in quo, tanquàm in cella vinaria multiplicium myſteriorū vina propinauit, ī quo & ſuauiſſimis me exhilarauit delitiis.

DE ANIMA.

Religionis statum quibus verbis exposcat Anima Iusti.

Iuxta lectionem septuaginta Interpretum, quæ sic habet: *Introducite me in domum vini*: aptissimus est locus iste ad exprimendum desideriũ sanctæ illius Animæ, quæ iustificationem, seu potiùs iustitiam, ex iustificatione prouenientem illibatã in claustro custodire peroptet: vt à Christi socijs, Religiosorum nempe Prælatis, intra Religionem se poscat admitti: ita vt istorum verborũ sensus sit.

PARAPHRASIS.

A Compos iam facta sum desiderij mei, quo societatẽ diuini Verbi diutiùs optaui: *Sub vmbra* enim Dei, *quem desideraueram, sedi*, & per iustificationẽ illi sum sponsata in fide, & in iustitia, ac miserationibus: atq; gustata pace interna, *fructus eius dulcis* cepit esse *gutturi meo*. Verùm quoniam iustitiam, & cum iustitia dulcedinem pariter internę istius pacis facillimũ, est, vt amittã in sęculo isto nequã, obsecro vos amabò, & obtestor; *introducite me* in claustra Religionis, vbi iugiter sub sponsi mei vmbra queam sedere, ei tutò inhærens, illiusuè hauriens delitias, à terrenis abstracta, & sæcularium rerum omnium oblita.

Religionis claustra quàm aptè dicatur domus vini.

Præclarè autem Religiosorum claustra, vitamque claustralem, & statum Religionis appellat domum vini; domus quippe vini haud omnibus est peruia; quinimò cancellis obserata est, & seris, ac pessulis: ijsque duntaxat ad eã patet aditus, quos in eam introduxerit illius Dominus, vel Domini vinitores: idcirco & Anima, ingredi cupiens Religionem, quæ claustris obserata, est, non tam materialibus, quàm trium votorũ, & silentij, ceterarũq; virtutum, ita Christi obsecrat vinitores: *Introducite me in domum vini*. Domũ insuper vini Religionem appellat: vini nomine translatè accepto pro amore, (vt in prima notatum est expositione) tum quia diuino amori in ea vacatur potissimùm, tum quia in amore fundatur, ac nititur: Neq; enim vel claustra eam constituunt, vel in habitu Religiosorum sita est, nam habitus non facit monachum, sed amor, quo habitũ gestat: ita vt propterea de bono Religioso non incõgruè id sumatur, quod in libro *a* Genesis ad Iudam reperitur dictum: *ligans ad vineã pullum suum, & ad vitem asinam suam: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suũ.* Enimverò qui bonus religiosus est, qualem ea esse optat anima, quæ introduci exposcit in domum vini, ligans ad Ecclesiæ, quæ Christi vinea est, obedientiam pullum corporis sui, nec nõ & intellectũ suum, quo veluti pullo hùc illùcue discurrit; ligãs & per veram, omnimodamque resignationem ad Christum, qui est vitis vera, voluntatem suam: ita vt cũ Propheta dicere queat: *b Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum, Tenuisti manum meam, & in voluntate tua deduxisti me*: talis certè lauabit stolam suam in vino amoris, cuius vini domus dicitur ipsa Religio: quia tanta erit in Religione vini, amorisque copia, vt in eo stolam, ac pallium suum habitum nempe religiosum lauaturus sit, iuxta illam sacrarũ literarũ phrasim, qua & in Psalmo 57. dicitur: *c Manus suas lauabit in sanguine peccatoris*: idest, tãta erit sanguinis effusi copia, vt in eo suas lauare queat manus. Quidni autem in vino lauet habitũ suum, qui in domo est vini, vbi maxima est vini copia? Egregiè verò Religiosus, qui in domo introductus est vini, habitum vino lotũ deferre dicitur: neque enim ei satis est, bibere vinũ amoris; sed & habitũ suum in eo lauat: quandoquidẽ haud sibi, Christoque satisfactũ censet, si intrinsecus habeat amorẽ, nisi & extrinsecus eũ exhibeat & proximo, vt quicquid agit, quicquid & patitur, ex amore id omne prouenire appareat: hocque significat ablutio stolæ in vino; cũ etenim stola candida abluitur in vino rubro, quale id certè oportet esse, quod amorem designet, duo ex vino ipso suscipit, quæ & extrinsecus reddit, colorẽ videlicet, atq; odorem. Porrò hæc ipsa sunt, quæ veri Religiosi habitus profert extrinsecus, quando in vino ablutus est amoris, colorem, in feruore rubentẽ, odoremq; in omnibus fragrantẽ charitatẽ.

Religio est domus amoris.

Religiosum nõ facit habitus, sed amor.

a Gen. 49. 11.

b Psal. 72. 23.

c Psal. 57. 11.

Religiosi habitus amorem præseferre debet.

DE ANIMA.

In religione, quam multiplex propinatur vinum.

Dicitur tertiò congruentissimè domus vini status Religionis: quoniam multiplicia in illo propinantur vina iis, qui in ipsum fuerint introducti; vinũ nimirũ verbi Dei in sacra lectione, de quo Prouerbio. lib. loquitur sapiẽtia, cũ ait: *d Bibite vinũ, quod miscui vobis*. Vinum deuotionis in oratione, quod de torculari exprimitur contemplationis, de quo in eodem libro Prouerbiorum dicitur: *e Vino torcularia tua redundabunt*. Vinum spiritus sancti in multiplici diuinarũ gratiarũ infusione, quo *f* ebrios in actibus Apostolorum existimatos legimus discipulos Domini. Vinum compunctionis in consideratione peccatorum: de quo ille in psalmo: *g Potasti*, inquit, *nos vino compunctionis*: Vinũ denique spiritualium cõsolationum, de quo item in psalmo. *h Et vinum lætificet cor hominis.*

d Pro. 9. 5.

e Prou 3 10.

f Act. 2.

g Ps. 59. 5.

h Ps. 103. 15.

Religio similis patriæ cælesti

Quamuis verò Patria cęlestis propriè domus sit vini, quatenus vini nomen translatè sumitur pro voluptate, & oblectatione, quia in illa seruatur voluptatum omnium cumulus: aptissimè nihilominus eodẽ nomine appellatur, & status Religionis: si quid enim in terris est, in quo patriam illam cęlestem repræsentatam habeamus, id vna est Religio, quæ regulares obseruantias sedulò custodiat. Ideoque domus vini dicitur ad comparationem, seu potius ad similitudinem supernæ illius domus vini, ac voluptatum: quoniam tanta est ipsius excellentia, tantaque voluptatũ eius dulcedo, & copia; vt, cum nihil habeat in terris simile, per quandam similitudinem ad cęlestem patriam exprimatur.

Basilius.

Vnde Basilius Magnus in libro Constitutionum Monasticarum c. 18. post longam ipsius status religiosi commendationem concludit in hæc verba. Ad horum tam præclari negotii magnitudinẽ exprimendam, quæ satis idonea in terris inueniri similitudo possit? Sed enim ea in terris nulla est, sola cęlestis relinquitur. Impatibilis cęlestis Pater, impatibilis hic quoque, ratione sibi cunctos concilians. Incorrupti liberè cęlestis Patris, incorruptio hos quoque fecit adoptiuos: charitate, quæ in cælo sunt, inter se coniungũtur, charitas hos quoque inter ipsos copulauit. Et Chrysostomus lib. 3. contra vituperatores vitæ monasticæ longius id ipsum confirmat.

Chrysost.

In cella Religiosi vinum multiplex seruatum reperiunt semper.

Quare verò dicet quispiam, dum sponsa iuxta Originalium Hebræorum, atq; Græcorum lectionem statum istum Religionis domũ vini appellat, ob eas, quæ iam enarratæ sunt, causas; noster interpres non domum vini vertit, sed cellam vinariam? Responderi quidẽ posset simpliciter, idipsum esse cellam vinariã, ac domum vini: At, si subtilius vim nominum perscrutemur, haud à veritate dissonũ crediderim; si dixerimus; statum religionis, ad quẽ iusti Anima petit admitti, propter eas, quas retuli, prærogatiuas, idcirco dictũ cellam vinariã, quod præsertim in cella monastica seruentur, ac propinentur vina, quæ in Religione diximus propinari, amoris, deuotionis, gratiæ, compunctionis, & voluptatum: Nam, etsi & extra cellam nonnunquam aliquod propinetur vinum; in cella tamen vina illa vniuersa custodiuntur tutissimè, semperque habẽtur in promptu: Beata sanè illa Anima, quæ in talem admissa statum, audacter, ac lętè dicere potest: *Introduxit me in cellam vinariam*.

Vers.

D E

SVMMARIA Vers. IV. Introduxit me in cellā vinariam.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

QVi studio contemplationis indulgent, pijs se se frequenter in illis detinent meditationibus, quibus Gloriosissimæ Virginis gaudia continentur. In primis verò sedula considerant attētione, quid gaudij, quidue dulcedinis senserit Virgo illa benedicta in puncto illo, quando post prolationē illorū verborū a (*Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*) Spiritus Sanctus in illā descendit, & virtus Altissimi obumbrauit illi: quando per hāc obumbrationem in eius vtero facta est Verbi Incarnatio, simulque eius cū ipso Verbo facta est desponsatio. Et quidē sacra Euangeliorum historia inexplicabilem illius gaudij innuens magnitudinem, silentio transijt ea omnia, quæ tunc temporis facta sunt in anima illa beatissima. Quis enim vnquā ea vel exprimere, vel comprehēdere potuisset, quæ non licet homini loqui, quæue matri, & sponsæ pro delicijs à diuino exhibita sunt sponso, ac filio in die solennitatis, ac lætitiæ. Ipsa sola est, quæ id vel indicare possit, cui soli datū est experiri. Indicat autē hoc loco, vbi de ipsa sui desponsatione, deque diuini verbi in se facta Incarnatione refert historia: sed sub metaphora id indicat, dicens: *Introduxit me in cellariā vinariā*: qua metaphorica locutione significat, sibi collatū cumulū voluptatū omniū: cū enim vinū ad significandā voluptatē, vt sæpiùs adnotatū est, transferri soleat, nomine cellæ vinariæ, voluptatū omniū cumulū designat. Quid verò est cumulus voluptatum omnium, nisi beatitudo ipsa, quæ sita est in visione diuinæ essentiæ?

Beatitudo quippe, iuxta vulgatā Boetij definitionē, est status omnium bonorū aggregatione perfectus: quod idem est, ac si dicatur, cumulus omnis dulcedinis, omnis boni, & omnis voluptatis. Ostēsum est autē supra in quarta expositione illorū verborū (*Introduxit me Rex in cellaria sua*) quæ habentur in 4. vers. capitis primi, ex complurium Doctorū sententia, maxime probabile esse, ac piū, Beatæ Virgini pro aliquo tempore, dum adhuc in hac vita persisteret, beatificam exhibitā esse Dei visionē. Quòd si aliquando id illi concessū asseritur, tūc certè crediderim, hoc ei exhibitū, cū in eius vterū descendit Verbū. Hoc igitur est, quod ipsa, meo tenui iudicio, hic fatetur. Acquè est, n. ac si dicat.

Post diutinū Verbi aduentus desiderium illius tandē benignitate in eius Sponsam, ac Matrem electa fui: *Sub vmbra illius quē desiderauerā sedi*: illi sum desponsata, quādo is, qui virtus Altissimi est, obumbrauit mihi, carnē in meo sumens vtero: & in eo instanti, quo ista facta est obūbratio, istaque despōsatio, *fructus eius dulcis* extitit *gutturi meo*, inplicabili recreata sum dulcedine. Quòd si adhuc, in quonā, tam ingens istiusmodi dulcedo sita fuerit, noscere exoptatis amici, qui horum mysteriorum vacatis contemplationi, en breuiter dico: *Introduxit me in cellā vinariam*; is ipse, qui me sponsauit ad beatificam pro illo instanti me admisit visionem Diuinæ essentiæ, in qua omne exhibuit bonum, omne delectamentum, voluptatumque omnium mihi contulit cumulum. Sicut enim in cella vinaria omnia condita sunt vinorum genera: ita & in illa essentia diuina vniuersa inclusa sunt genera voluptatum, quæ imperfectionem non continent.

a Luc. 1. 38.

Qua voluptate perfusa B. Virgo in illo instanti, quo in illius vtero facta est Incarnatio Verbi.

PARAPHRASIS.

A Vers. IV. Introduxit me in cellā vinariam.

APPENDIX.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Dixit cœtus Israel: Introduxit me Dominus in domum Gymnasij doctrinæ Israel, in montem Sinai, vt discerem legem ex ore Mosis scribæ magni.

Pro sensu dramatico facit id qd ait Bernardus serm. 48. in Cant. vt habito dulci admodum, familiarique colloquio cū dilecto, illo abeunte sponsa regrediatur ad adolescentulas, aspectu ita ipsius, affatuque referta, atque accensa, quatenùs ebriæ similis appareret. Et quasi illis stupentibus nouitatē, & quærentibus causam, respondeat, mirū minimē esse, si vino æstuaret, quę in cellā vinariā introisset.

Proponit autem idem Bernardus dubium; cur quando præsens est sponsus, & spōsa ad ipsum sermonē dirigit, tunc is dicatur sponsus, atq; *dilectus*, aut *quem diligit anima mea*: loquens verò de eodē adolescentulis, Regem nominet; cui dubitationi respondet: Propterea credo, quia & sponsæ amāti, atque dilectæ conueniat vti familiarius (quod a se est) amoris nominibus; & adolescentulis, tanquàm disciplina indigentibus, opus sit reuerendo premi vocabulo Maiestatis.

Inter eos, qui versionem exponunt Septuag. legentem: *Introducite me in domū vini*: Solus Orige. homil. 2. ex duabus hæc accipiens, vt verba sponsi ad adolescentulas, in hunc modum eadem tribuit Christo exposcenti ab Animabus incipiētibus, seu etiam à Cathecumenis, admitti intra ipsas, dicens: Foris stetit sponsus, & à sponsa susceptus est: in medio quippe vberum requieuit illius: Proximæ iuuenculæ non sunt istiusmodi, vt sponsum hospitē habere mereātur. Multitudini foris in parabolis loquitur. Quàm vereor, ne multæ adolescentulæ fortè nos simus: *Introducite me in domum vini*. Cur, tam diu foris maneo? a *Ecce sto ante ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, ingrediar ad eum, & cœnabo cū illo, & ipse mecū*. Cathecumenis pariter loquit: *Introducite me*; non simpliciter in domū, sed in domum vini. Impleatur vino lętitiæ, vino Spiritus sācti Anima vestra, & sic introducite me in domū vestram, sponsum, verbum, sapientiam, veritatem.

Idem tamen Origen. hom. 3. ex quatuor vna cū communi aliorum Patrum sententia, haud sponso eadem tribuens, sed sponsæ alloquenti amicos spōsi; arbitratur Ecclesiam, vel etiam piam Animam in his efflagitare a Prophetis, Apostolis, à sanctis Doctoribus, necnon & ab Angelis, in domum sapientiæ introduci; ipsa nimirum sapientia erudiri perfecta, qualis ea est, quæ est in Regno cælorum: ait quippe. Quæ iam viderat cubiculum Regiū; desiderat etiā nunc regale introire conuiuium, in domū vini; idest, vbi b *sapientia miscuit* in cratere *vinum suum*, & deprecatur per seruos suos omnem insipientem, & egentē sensu, dicens: *Venite, manducate panes meos, & bibite vinum, quod miscui vobis*. Ista est, domus vini, domusque conuiuij; in quo cōuiuio omnes, c qui veniunt *ab Oriente, & Occidēte, recumbent cum Abrahā, Isaac, & Iacob in regno Dei*. & paulo inferius: Ad hanc ergo domū vini & Ecclesia, vel vnaquæq; Anima desiderat, quæ perfectæ sūt, intrare: & dogmatibus sapiētię, mysterijsq; scientię, epularū velut suauitate, et vini lętitia perfrui.

Ad hæc & ea pariter spectare videntur, quæ obscurè, & concisè dicuntur ab Ambrosio serm. 5. in psal. 118. ver. 1. dū ait: Ideo dicit: *In vmbra eius concupiui, & sedi, & dulcis eius fructus in faucibus meis*:

Cella vinaria Mons Sinai.

Bernard.

Ex conuersatione Xpi redeunt animæ ebriæ videntur.

Quare Rex dicatur Christus et sermo sit cū adolescentulis.

Origen.

In animam introduci quàm optet Dominus.

a Apoc. 3. 20.

Cathecumeni introducere Christū quo debent intra se.

Origenes. *Cella vinaria est domus Sapientiæ.*

b Prou. 9.

c Matth. 8.

Amb.

APPENDIX.

quia à Domino pascebatur, & deducta in ipsum A pascuum, & aquam refectionis: *Introducite me in domũ meã.* His copijs præparatis quærit progredi ad aliam mansionem, in qua mysteriorũ gratiam, & lætitiæ, capiat suauitatem. Hinc quoque promouens verum iter ait: *Constituite in me dilectionem.*

Sunt, qui hæc referant ad desiderium Ecclesiæ, aut piæ Animæ, quo exposcunt admitti ad mysteria corporis, & sanguinis Christi in sanctissimo Eucharistiæ sacramento: seu in memoria, & meditatione mysteriorũ Incarnationis, & Passionis eiusdem, quæ dignè communicantibus necessaria est. Ad hæc quippe spectare videntur mihi, quæ afferuntur a Gregorio Nyss. homil. 4. dũ de pia Anima proficiente ait: Sitit, & vsq; adeo augetur sitis, vt è sapientiæ cratere non hauriat, neque ad sedandã sitim satis esse putet, si totum craterem in os infundat: sed rogat, vt eã deducant ad ipsam cellã vinariam, & ipsis torcularibus os subijciat, & dulce vinum scatens aspiciat, botrumque, qui exprimitur in torcularibus, & vitem illam, quæ hunc botrum alit, & verè illius vitis agricolam, qui adeo opimũ, & suauẽ efficit botrum. Illud volens videre mysteriũ, quomodo sponso calcanti torcular, rubræ fiãt vestes, de quo dicit Propheta, Quare rubra sunt vestimenta tua, sicut eius, qui calcat torcular. Ideo cupit ingredi in domum, in qua est vini misterium, & sacramentum.

Cella vinaria mysterijs corporis Christi.

Greg. Nyss.

Clarius vero ad eadẽ spectant, quæ in Catena triũ Patrũ apud Theodoritũ sunt verba illa. Ministros spiritus in ministerium missos propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, rogat sponsa, vt sibi præsto sint ad perennem fruitionem assequendam; *Introducite me*, inquiens, *in cellam vini*: hoc est, docete me diuinæ Incarnationis rationes: Deum enim verbum appellat vinũ, quod animas degustantiũ lætitia afficit, ad diuinitatemque perducit. Huius cella caro est ab ipso assumpta, quã quidẽ in cellã Ecclesiæ introducitur, vna caro cũ Christo futura: Sic enim Apostolus locũ illũ: d *Et erunt duo in carne vna*, Interpretatur, *Ego autem*, inquit, *in Christo, & in Ecclesia*. Fideliũ enim Ecclesia dũ carnis, & sanguinis Christi particeps atq; vnũ cum ipso corpus efficit, Incarnationisq; rões ab Angelis discit, atq; eas moribus cõprobat, in vini cellã ingreditur.

Tres Patr.

Incarnationis rões ab Angelis edoceri expetit Anima sancta.

Christus est cella vinaria.

d Ephes. 5. 32.

Quã particeps fit corporis, & sãguinis Xpi introducitur in cellã vinariam.

Philo Carpathius nõ tam ad sacramentũ Eucharistiæ, quàm ad sacramentũ Baptismi hæc referẽs, tantumdem putat esse; *Introducite me in domum vini*, ac commiscete me corpori Domini per lauacrũ regenerationis.

PhiloCar.

Baptismo introducimur in domum vini.

Sed Theodoritus introductionem putans ab Anima exposci in Ecclesiam Catholicam; Cella vini, inquit, vt arbitror, diuina vocat torcularia, de quibus Propheta ait: e *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.* Cùm enim psalmũ pro torcularibus inscripsisset, hęc verba subiecit; vt doceret torcularia se Dei Ecclesiãs appellare, in quibus spirituale vinum, tanquàm prælis expressum priorũ animas lætitia perfundat, vt patet ex illa prophetia: f *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*: Ideo sponsa in cellam ipsius vinariam ingredi concupiscit.

Theodoritus.

e Ps. 83. 2.

Cella vinaria est Ecclesia.

f Ps. 35. 9.

Ex Patribus Latinis, qui exponũt nostram vulgatæ lectionem, *Introduxit me in cellam vinariam*: Quidam vnà cum Theodorito nomine cellæ vinariæ Ecclesiam Catholicam designatam arbitrantur, in qua sola sit vinum spiritus Sancti, & amoris Dei; & in hanc, inquiunt hic, quamlibet Dei amicã se introductã gloriari. Ita Cassiodorus, Beda, Anselmus, & Hugo de sancto Victore lib. institu. mo-

Cassiodo. Beda. Anselm. Hgo. Vict.

nast. toto ser. 45. vbi fusius pertractat; qua ratione Ecclesia sit cella vinaria, & singulæ Animæ fideles sint singula dolia.

Cellam vinariam alij intelligunt sacram scripturam, per cuius intellectus exhibitionem introductã se dicat Ecclesia, vel pia Anima. Ita Aponius, & Gregorius Papa.

Cella vinaria est scriptura sacra.

Aponius. Gre. Pap.

Quanquam idem Gregorius generalius quoq; hæc accipiat de gustu percepto in studio contemplationis. Quid enim, inquit, per cellã vinariam cõgruentius, quàm ipsa arcana contemplationis accipimus? In hac æternitate Angeli sancti vino sapientiæ inebriantur; dum ipsum Deũ faciẽ ad faciẽ videntes, omni voluptate spirituali satiantur. Hanc sancta mens, postpositis omnibus temporalibus, si a sponso introducatur, intrat, in qua ex illis Angelicis delitijs, quantũ sibi cõcessum, gustat: etsi adhuc, quia in corpore corruptibili detinetur, nõ perfectè nõ satiatur ex illo minimo, qd cursim sumit, cõsiderat, quãtũ debeat amare, quod amat, subdit; Potest tñ p cellã vinariã diuina scriptura figurari.

B

Cella vinaria est studium contemplationis.

Haud longè ab his absunt, quæ a Bernardo dicuntur in ser. 49. dum per cellam vinariam studium intelligit orationis.

Bernard.

Sunt, qui per introductionẽ in cellã vinariã intelligunt exhibitionem, & susceptionẽ spiritus sancti, quæ, præsertim in die Pẽtecostes, facta est. Ita Iustus Orgelitanus, & Bernardus citato ser. 49. sed & ser. 3. in festo Pentecostes, vbi egregiè hunc explicans locũ ait: Dilectionis zelũ Apostoli in bibebant, g cũ vino ebrij putarentur. Et verè ebrij verũ; sed nõ eo, quo ab incredulis ebrij credebãtur: Hunc, inquã, ebrij, sed vino nouo, h quod veteres quidẽ vtres nec mererentur accipere, nec cõtinere valerent: Hoc enim vinũ vera illa vitis fuderat de excelso; vinum lætificans cor, non statum mẽtis euertens: vinũ germinans Virgines, non apostatare etiã faciens sapiẽtẽ. Nouũ vinũ, sed habitantibus super terrã; nã in cęlis quidẽ olim copiosissimè redũdabat, nõ in vtribus, nec in testeis vasis; sed in cella vinaria, in spiritualib. apothecis. Fluebat per vicos omnes, & plateas illius Ciuitatis vinũ, i quo lætitia cordis, non carnis luxuria est: nã terrigenæ, & filij hominũ vinũ huiusmodi non habebant. Sic igitur cęlũ quidem vino proprio fruebatur, quod terra interim nesciebat; sed nec ipsa quidem terra penitus inops, carne Christi gloriabatur, cuius præsentiã nihilominus cęlũ sitiebat. Quidni fidelissimũ fieret, grauissimumq; commerciũ inter cęlum, & terram, inter Angelos, & Apostolos, vt exhiberet tñ illis caro Christi, istis vinum cæli: essetque in terra spiritus, caro in cælis, ac deinceps omnia omnibus communia in æternum?

C

Cella vinaria est studium orationis.

Cella vinaria, vbi datur spiritus sanctus.

Iust. Org. Bernard.

g Act. 2. 13.

Cælũ est cella vinaria ob vinũ spiritualis cõsolationis.

In hanc cellã introducti sunt Apostoli i die Pẽtecostes.

h Matth. 9. 17.

D

Insuper idẽ Bernar. serm. 23. in Cant. distinguẽs cellas sponsi in aromaticam, vnguentariã, atque vinariã. Primam inquit, esse disciplinæ, secũdam naturæ, tertiã gratiæ; quatenus in priori discitur, iuxta Ethicæ partis rationẽ, inferiorẽ esse, in secunda parẽ: in tertia superiorem. Primò enim discit quis esse discipulũ: secundò socium: tertio magistrum. Declarans verò, quare tertia cella dicatur vinaria: vinariam, inquit, cellam non aliam sanè sui nominis arbitror ferre rationem, nisi quod in ea vinum zeli in charitate feruentis reconditur. Nec debet omninò præesse alijs, qui in eam nec dũ meruit introduci. Oportet prorsus hoc vino æstuet, qui alijs præsidet: alioquin improbè satis præesse affectas, quibus prodesse non curas, & quorũ non zelas salutem, subiectionẽ nimis ambitiosè vendicas.

Bernard. *Cella triplex.*

E

Prælaturæ dicit Cella vinaria, quia in illa recõditur vinũ zeli in charitate feruentis.

Rupertus Abbas, Beatæ Mariæ hæc tribuens, singulari ratione ea explicat: vt spectent ad histo-

riam

LITTERA.

Maria quā a Christo introducta sit in cellā vinariam, dū rogauit.

riā miraculi illius, quo Christus in nuptijs in Cana Galileę rogatus ab ipsa matre sua aquas in vinū conuertit; ac si Beata virgo tale quid sibi velit. Dixerā ego dilecto meo, *Vinum nō habent*; & quidē verū erat, quia vinū non habebant, non solùm, sicut littera sonat, defecisse vinū: sed quia defecerat in omnibus nuptijs huius sæculi per peccatū primi hominis vinū verum; scilicet incorruptio animarū, & immortalitas corporū. De huiusmodi vino maior illi cura erat: sed, *Nondū*, ait, *venit hora mea*; hora scilicet propinandi hoc vinum, reparandi per mortem, & resurrectionē meam, incorruptionem animarū, immortalitatē corporū. Tanto mihi negotio impendente, *quid mihi, & tibi est mulier?* Opus Dei tuis affectibus præponendū est: non tuam, imò non meam; sed Patris voluntatem fieri oportet. His, & alijs huiscemodi verbis *introduxit me in cellā vinariā, & ordinauit in me charitatem*, idest, intelligere me fecit, se ad hoc venisse, vt humani generis aquaticam infirmitatem in suum vinū, idest, in suæ immortalitatis conuerteret fortitudinem; & quòd affectibus meis diuinam voluntatem præferre deberem.

Vers. IIII. Ordinauit in me charitatem.

Expositio Prima: Iuxta Litteræ sensum.

PRo intelligentia istorum verborum notandū est; ex diuersa lectione vnius dictionis, quæ est in textu hebraico; nec non & multiplici eiusdem dictionis significatu, diuersimode hunc locū & ab Hebræis, & a nostris expositoribus explicatū esse, atque etiam valde ambiguè eū redditū & a Septuaginta interpretibus, & a nostra vulgata: Dictio hebraica hæc est וְדִגְלוֹ quæ etsi modo cum punctis legatur וְדִגְלוֹ vediglo; absque punctis tamen legi potest ודגלו vedagghelu, quomodo, tum Septuaginta legisse manifestū est, cum verterint, *Ordinate*: tum antiquissimos expositorū hebræorum, qui in libro Midras scir asirim, sic exposuerunt: *Insignite, vel magnificate*. דגל Deghel certè est dictio, quæ significat vexillū: sic modò, cū legitur ודגלו vediglo, sic vertendus est hebraicus textus: *Et vexillum eius*. Ab hoc nomine, quod vexillū significat, est verbum Dagal דגל, quod significat vexillū erigere: vel, ex eo, quod vexillum insignit cohortem, totaque insignior est cohorte, significat insignire, magnificare: quo sensu accipitur in capite

a Cãt. 5. 10 quinto huius Cantici: vbi .n. noster legit. *a Electus ex millibus*: Hebræa habent דגול מרבבה digal merbaba, idest, vexillatus, insignitus, atque magnificus plusquàm decem millia. Porrò quia vexillis instruuntur pugnantiū acies, quatenus vnaquæque cohors tunc ordinate procedit, cum suū sequitur vexillum; nonnunquam idem ipsum verbum pro instruere sumitur & ordinare per allusionem ad aciem ordinatam: sic in capite sexto. *b* Sponsa

b Cãt. 6. 9. dicitur terribilis, כנדגלות chanid galoth. vt vexillata, idest, vt castra cum vexillis, quod bene septuaginta vertere ὡς τεταγμέναι, idest, vt ordinatæ, seu instructæ, scilicet acies; & vulgata: *Vt castrorum acies ordinata*: Vnde apparet, cum idem hebraicum verbum, eodem item verbo & Septuaginta, & noster interpres hoc loco reddiderint, atque in prædicta sententia capitis sexti, in eodem pariter sensu hic accipiendum verbum ordinandi, ac ibi accipitur; pro instruere. s. aciem: sic idem ipsum & in vulgata, & in hebraica significatur lectione. Quid enim aliud est: *Vexillum eius super me charitas*: quā instruxit, & ordinauit in me charitatem? Siquidē

A ad ordinem constituendum, atque seruandum vexilla erigi solent in acie: Vnde bene Vegetius lib. 2. de re militari cap. 13. ait; Antiqui, quia sciebant, in acie commisso prælio celeriter ordines, aciesque turbari; ne id posset accidere, cohortes in cēturias diuiserunt, & singulis centurijs singula vexilla cōstituerunt; ita vt ex qua cohorte, vel quota Centuria esset, in illo vexillo literis esset adscriptū, quod legētes, vel intuentes milites, in quouis tumultu a contubernalibus suis aberrare non possent. Quòd si quis quęrat, quare vulgata vertit, *ordinauit* in preterito, & septuaginta, *ordinate*, in imperatiuo; Respondendum, vulgatæ Auctorem, dictionem, quā Septuaginta legerunt ודגלו vedagghelu, legisse absque vltima littera uau ודגל vedaghal. Quanquàm dici etiam posset, nostrum interpretem non tam verbi, quam sensus habuisse rationem, vertisseque, *ordinauit*, potius quàm, *ordinate*, quoniam Dei peculiare id esse nosset, vt acies amoris instruatur, cui soli & proprium est, vt gratiā cōferat.

Vexilla in acie ad quid inuenta.

Vegetius.

His animaduersis colligitur primò: quatuor esse præsentis locis lectiones. Prima est nostra vulgata: *Ordinauit in me charitatem*. Secunda Septuaginta Interpretum; *Ordinate super me charitatem*. Tertia antiquissimorum Rabbinorum; *Et insignē facite, vel, magnificate super me charitatem*. Quarta denique hebraici textus, vt modo legitur: *Et vexillum eius super me charitas*. Quatuor vero his lectionibus: & duas alias addere licet: Alteram Symmachi sic vertentis: *Τάξατε ἐν ἐμοὶ ἀγάπην. Coaceruate mihi charitatem*; Alteram Ambrosij sermon. 5. in psal. 118. vers. 1. *Constituite in me dilectionem*. Quæ duæ lectiones sunt potius explicationes versionis Septuaginta, quàm quid ab illa diuersum.

Colligitur secundò, nihil aliud esse (ordinare charitatem) quem illam magnificare & insignem exhibere: præstantiamque charitatis in eo sitam esse, quod ordinata sit; vnde apparet; quàm cōgruè Patres omnes tam Græci, quàm Latini ordinandi verbum hoc loco accipiant pro ordinatione, seu, ut significet propriè ordinem, qui sit in charitate seruandus, in charitate inquam, quæ in spōsa est: Quamuis aptius fortasse dicendum sit, ut de sponsi charitate, erga ipsam sponsam hic uerba fiant.

Colligitur tertiò, multiplicem afferri posse præsentis sententiæ sensum, non solùm ob lectionum uarietatem: uerùm etiam ob nimis charitatis ambiguitatem: cum incertum sit, pro qua supponat dilectione: pro ea, quæ actiuè in Anima est sponsæ; an pro illa, quæ passiuè eidem exhibetur ab eius dilecto. Porrò sex sensus mihi assignari posse uidētur, quibus rectè, quæ hic dicuntur, cum superioribus connectantur. Tres quidem Lectionis Vulgatæ, unus hebraici textus, ac duo uersionis septuaginta Interpretum.

I. SENSVS. Primus igitur sensus, & qui præ omnibus mihi arridet, est, ut sponsa prosequatur, quam cæperat, narrationem eorum, quæ fuerant sibi a sponso collata post desponsationem: narrauit iam ingens amoris eius indicium, cum dixit: *Introduxit me in cellam uinariam*. Nunc addit, quid sibi exhibuerit post dictam introductionem. Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Tanto me dilexit amore, ut non modo introduxerit me in cellam uinariā, in qua maximis me cumularet delicijs; sed & instruxerit in me omnē aciē amoris, nedum sponsum sese mihi exhibēs, sed & Patrē, & Matrem, & fratrē, & quicquid deniq; dilectionē sonat. uel; Adeò illustria amoris mihi exhibuit signa, ut ijs simul unitis, nō secus ac bene instructæ aciei, nil in me sit amplius, quod resistere valeat quoquomodo, ut ijs, tanquam valido instru

LITTERA.

ctoque exercitu & me, & quicquid in me est, sibi subiecerit. A

Secundo verò sensu eamdem prosequens narrationem, quid in cella vinaria a suo edocta sit sponso, exponit his verbis: *Introduxit me &c. Ordinauit in me charitatem:* Ac si dicat. Erat quidem charitas in corde meo: Neq; enim lapideum mihi cor erat, vt vel eos saltem non diligerem, qui me sua prosequerentur dilectione, parentes, cognatosq; meos; sed & sorores, sociasque meas: at postquã sub vmbra illius sedi, quẽ desiderauerat anima mea: postquam dilectus meus me sibi sponsatam introduxit in cellã vinariam, audite, quid me docuerit. Agnoscebat, dilectionem, quæ in me erat, esse maxime inordinatam, quia nonnulla, magis quàm ipsum diligerem; quia mihi ipsi, ac parentibus meis primas meæ tribuerem dilectionis: in cella vinaria docuit, haudquaquam satis esse, si ipsum amarem: sed in amore ordinem istiusmodi esse seruandum, vt eũ præ ceteris vniuersis diligerem: nec charitatis ordinem ferre, vt vel parentes, vel aliud quidpiam, quicquid illud sit, ei præferatur a me, quam ipse arctissima complexus esset dilectione, quamvè vnam sibi in dilectam assumpsisset sponsam.

II. SENSVS.

PARAPHRASIS.

B

Tertiò: cum primam huius versus partem in futuro accipi posse, dictum sit, iuxta regulam illam frequentissimam in sacris litteris, qua præteritum pro futuro positum sumitur, vt rectè omnia cohæreant; hæc secunda similiter pars in futuro accipiẽda videtur, quasi dictum sit; *Introducet me in cellam vinariam: Ordinabit in me charitatem.* Quib. duo indicat socijs suis, quæ ex ea percepit dulcedine, quã in fructu gustauit sponsi. Primum est, spes introductionis in cellam vinariã, seu cumuli omnium voluptatum. Alterum est, quo nam pacto, quave in re ipse eius dilectus tam ingentem voluptatum cumulum sibi sit exhibiturus; in amoris nimirum ordinatione: Acquè est enim ac si dicat.

III. SENSVS.

C

Ex prima illa, qua me recreauit, dulcedine fructus sui, spem concepi, quod introducet me in cellam vinariam, voluptatum omniũ mihi propinans dulcedinem; instruet quippe in me charitatẽ; eminentissimum in me constituet amorem, quo ipsum perfectissimè diligã, ita vt nil amplius esse, queat, quod auocaturum me sit ab eo diligendo.

PARAPHRASIS.

Ex lectione Hebraica quartus deducitur sensus: suam enim sponsa prosequens narrationem ad socias de ijs, quæ sibi a sponso suo præstita sunt, dum subdit; *Et vexillum eius super me charitas*: quasi qd tale sibi velle videtur.

IIII. SENSVS.

Introducens me in domum vini, in domum amoris, ac voluptatis: erexit in me, quem in omnib. sequerer amorem, illum mihi proposuit, quem sequeter, quemve illæsum seruarem iugiter: æquè ac vexillum sequuntur, tutãturq; milites. Vel alio pacto

PARAPHRASIS.

Postquam in domum vini me introduxit, in ipsa vini domo, quæ & domus amoris est, cùm mutuo in illa indulgeatur amori, sustulit in me amorem, instar vexilli. Quemadmodum enim quando obsessa quæpiam capta fuerit arx, illicò super illã erigitur vexillum Regis illius, qui eam cepit; statimque ac vexillum super eius mœnia fixum fuerit, vniuersus exercitus captam illam proclamat. Ita dilectus meus præstantissima mihi exhibens amoris indicia, amorem super me erexit vexillum: tũ vt me sibi plenius faceret deuinctam; tum vt omnes intelligerent, me ipsius esse, cuius vexillum est ipse amor.

Simile. PARAPHRASIS. Simile.

Lectionis septuaginta Primus hic esse põt sẽsus, vt spõsa suas deprecans socias, sic illas alloquatur.

V. SENSVS.

Opto, me introducatis in domum vini, in domũ amoris, ac voluptatis, vt ibi ordinetis super me dilectionem: vt in istiusmodi domo instruatis super me omnem aciem amoris dilecti mei: vt per hanc introductionem talia mihi exhibeantur: indicia charitatis dilecti mei, vt tamquam deuictam a valida acie, me illi gaudeam subiectam.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS.

Vltimo denique sensu, iuxta eamdem lectionẽ septuaginta, socias ipsas sic affatur sponsa.

VI. SENSVS.

Introducite me in domum vini, in domum amoris, & ordinate charitatem super me: amorem meum in ordinem redigite: per vos saltem meus intelligat dilectus, quàm ordinata mea sit dilectio cum ipsum præ omnibus diligere nitar.

PARAPHRASIS.

Vel eam ordinate charitatem: ac veluti instructã aciem dilecto meo proponite, vt in amoris domo is ab amore vincatur. Sicque iuxta hunc sensum locus iste alteri similis est, vbi apertioribus verbis ad ipsasmet socias eadem sponsa dicet: *Nunciate dilecto, quia amore langueo.* Nouit quippe, nullo aptiori medio illum posse superari, quàm charitate, quę vehementissima sit erga ipsum. Cant. 5. 8.

Ex Vers. IIII. Ordinauit in me charitatem.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

BEatus Hieronymus pro ijs, quæ in psal. 39. habemus: a *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est quis similis sit tibi: Annuntiaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum;* Hebraicum vertens, textum legit: *Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia, & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinem coram te: si narrare voluero, & numerare, plura sunt, quàm vt narrari queunt,* quibus in verbis duo fatetur Propheta: Alterum valde consonum ijs, quæ hoc loco asserit Christi sponsa: Alterum planè contrariũ. Primo enim inquit, tam multa esse mirabilia, quæ Deus nobis exhibuit, adeoque multiplices, & amorosas illius esse cogitationes pro nobis, vt nullus sit, qui vel intelligere queat; qd paucioribus verbis Ecclesia sancta fatetur, dum inquiens: *Ordinauit in me charitatem*, significat, tam multa, tam ingentia, tamquam mirabilia a diuino Verbo sibi exhibita amoris indicia in operibus, atque in donis, necnon & in cura maximè sedula, vt omnẽ charitatis aciem erga ipsam instruxisse, dicendus sit: nihilque ipsi non contulisse, quod ad aciẽ spectet charitatis. Sanè aciei instructio ordinem præ se ferre manifestum est, istumque ordinem verbũ ipsum indicat, quo vsa est Ecclesia, dum ait: *Ordinauit in me charitatem*: At quomodo verum id sit, haud facilè est definire, cum per Prophetam contrarium dictum reperiamus iis verbis: *Non inuenio ordinem coram te.* Veruntamen si sponsæ verba perpendantur, haud quaquam dissona esse apparebunt ab iis, quæ inquit Propheta. Nã quod ille ait, se non reperire ordinẽ corã Deo, non tollit, quin Deus ordinatè procedat in exhibẽdis directionis indiciis: nec quin ordo sit, isque præstãtissimus in acie charitatis Dei: sed id duntaxat ab ipso asseritur, adeò obrui se Dei gratiis, ac beneficijs, vt ordinem mirabilem, qui in iis sit, per semetipsum intelligere neutiquam valeat: Ecclesia verò sancta, nũc affirmat, Deum in se ordinasse charitatem, quãdo iam ab ipsomet Deo introducta est in scripturam sacram, cellam vinariam: Quod enim per semetipsum intelligere nemo potest, id illa plenius

I. SENSVS. Beneficiorũ Dei tanta est multitudo, vt in ijs ordo reperiri nõ possit. a Ps. 39. 6.

D

E

Ordo in beneficijs innenitur in sacra scriptura.

DE ECCLESIA. nius cognouit i ſacris paginis: atq; adeò bene poſt quàm dixit: *Introduxit me in cellam vinariam*, ſubdit: *Ordinauit in me charitatem.*

PARAPHRASIS. Ac ſi dicat: Dilectus meus Chriſtus ſtatim ac me ſponſauit, introduxit in cellã ſacræ ſcripturæ, quæ eouſq; fuerat obſerata; ibiq; multiplici me recreauit vino variorum ſenſuum, & voluptatum: Ex ſacris autem litteris animaduerti, Deum tanta in me contuliſſe amoris ſigna, tamque ordinata vnione eadem eſſe inſtructa, vt videantur vna acies bene ordinata; fateorque iam libere, quia ipſe Deus meus, qui factus eſt & dilectus meus, ordinauit, atque inſtruxit i me oẽm aciẽ immẽſę charitatis ſuę.

In ſacra ſcriptura intelligimus Dei charitatẽ inſtructã & ordinatam eſſe ſuper nos. Porrò egregiè hanc diuinæ charitatis aciẽ in ſe tam præſtanti ordine inſtructam intellexit in cella vinaria, cum ſacræ paginæ prędictam ob oculos nobis proponunt aciem. In ſacris namq; ſcripturis intelligimus primum amoris opus, quo nos creauit ex nihilo, vbi dicitur: *b Nonne ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, fecit, & creauit te?* Secundum pariter, quo conditos conſeruat in eſſe, ibi: *c Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur:* Conſeruatos in eſſe per opus redemptionis tertio loco a diaboli nos eripuiſſe & poteſtate, & faucibus ex illis manifeſtum fit Iſaiæ verbis. *Dicite filiæ Sion. d Ecce Saluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo, & vocabunt eos, Populus ſanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis Quæſita Ciuitas, & non derelicta* An non ordinatiſſimam aciem beneficiorum prædeſtinationis, præſcientiæ, vocationis, iuſtificationis, atque glorificationis ob oculos ab Apoſtolo habemus propoſitam, cũ in epiſtola ad Romanos inquit, *e Quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui, vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit?* Ordinauit quoque diuinum Verbum in Eccleſia charitatem in eadem cella vinaria, quatenus in Scriptura ſacra omnes amoris gradus illi exhibuit: Patrem quippe, matremque eius ſe prædicat, dicens per Ieremiam: *f Factus ſũ Iſraeli Pater: & Ephraim primogenitus meus eſt*: ac per Iſaiam. *g Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos: h Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui?* quia videlicet mater ſum matrum omnium amantiſſima. Neque enim maternus eius patitur amor, vt filiorum ſuorum quoquo modo obliuiſcatur. Quinimò haud inſtar multarũ matrum filios ſuos nutricibus tradit alendos, ſed ipſe cum materno, paternoque amore, & nutricij quoque ijs exhibet dilectionem: vnde & ait: *i Ego quaſi nutricius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quod curarem eos*. Filium etiam humanæ naturæ ſeſe & fecit, & aſſerit ſæpius, cum in Euangelio filium hominis ſe dicit: idque vt filialem hunc amorem cum ceteris ordinet gradib. vt Eccleſia ad eũ quaſi filium prouocetur amandum. Optabat quidẽ antiquitus eadem Eccleſia illum, & fratrem habere: vnde inferius in hoc Cantico in ea prorumpet verba. *K Quis mihi det, te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te?* addidit & hunc gradum, vt tota inſtructa in ea eſſet acies ipſa charitatis: teſtante Apoſtolo, vbi ait *l Non confunditur fratres eos vocare, dicens. Nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſię laudabo te.* Et infra, *m Nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari*; Exhibuit ſe & amicum eidem Eccleſiæ, ne vel amor amicitiæ deficeret in ordinatione charitatis, quem ſciret plerumque ſuperare & amorem fraternum, iuxta illud prouerbiorum. *n Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quam frater*: vnde & eo potiſſimũ ipſamet gloriatur, cum in ſubſequentibus ait. *o Talis eſt dilectus meus; & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem.* His omnibus amoris gradibus cum eo vnitis, qui perfectiſſimus eſt vniuerſorum, amore nimirum ſponſi in ſponſam, haud dubiũ, quin tota inſtructa charitatis acies dici debeat: vnde cum ſolus Deus hos vniuerſos in Eccleſiam vnierit, iure optimo de ipſo ſolo id proferri poteſt, quod hoc loco ab ſponſa eſt dictum; *ordinauit in me charitatem*.

b Deut. 32. 6.
c Pſ. 103. 28.
d Iſ. 62. 11.
e Ro. 8. 28.
f Iere. 31. 9
g Iſ. 66. 13
h Iſ. 49. 15
i Oſeæ 11. 3
K Cant. 8. 1
l Heb. 2. 11
m Heb. 2. 17.
n Prou. 18 24.
o Can. 5. 16

II. SENSVS. *In ſacra ſcriptura edocemur, quo amor ſit ad vnũ Deũ ordinandus ſit.* Iuxta ſecundum ſenſum: oſtenditur hoc loco ab Eccleſia, quomodo in cellam vinariam introducta; ad ſacrarum videlicet ſcripturarum intelligentiam admiſſa, ab ipſomet, qui eam admiſit, in ipſa cella, quę vini eſt, & amoris, edocta fuerit de recto amoris ordine. Vt autem vis iſtius ſenſus percipi queat; Animaduertendum, ordinationem amoris duob. modis ſumi poſſe; Vel pro ordinatione graduum, qua vnuſquiſq; eius gradus in ſuo debito ordine collocetur, ita vt primo loco conſtituatur amor erga Deũ: ſecũdo amor ſui ipſius. tertio amor erga parentes, & ſic de ceteris: Vel pro ordinatione non tam graduum amoris inter ſe: quàm vniuerſorum eiuſdem graduum ad vnum finem, ſeu ad vnũ primarium obiectum. *Ordinatio charitatis duplex.* Patres quidem ferè communiter de prima ordinatione hic verba fieri cenſent vt videre eſt in Appendice. Verùm de altera quoq; ordinatione, & commodius intelligi hoc poſſe, crediderim, quod ait Eccleſia: *Ordinauit in me charitatem*. In cella namque vinaria, in ſacra, inquam, Scriptura hanc ſecundam ordinationem aptius expreſſam conſpicio. Siquidem antequam Eccleſia ipſa diuino deſponſaretur Verbo, membra illius multiplici flagrabant amore vel in homines, vel in terrena: cumque amorum illorum obiecta re vera nil aliud eſſent, quàm mera vanitas: ita nihilominus p huiuſcemodi amores eorum grauata erant corda, vt ad Deum eleuari neutiquam poſſent; vnde bene in Pſalmo: *p Filii hominum*, inquit Propheta, *vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendacium?* Amores illi, amores vere non erãt quia haudquaquam vero amoris nitebantur obiecto, quod eſt bonum: quia ordinati minimè erant ad Deum, qui ſolus eſt bonus. *Duo charitatis præcepta quõ vnũ ſolũ modo ſint.* Verùm poſtquam eadem Eccleſia deſponſata eſt Verbo, ita vt ei ſedere licuerit ſub vmbra illius, quem deſiderauerat, & fructus eius cœpit eſſe dulcis gutturi ipſius, introducta in cellam vinariam, hanc ordinationẽ à ſuo didicit ſponſo: vt vnum Deum totius amoris ſui ſibi proponeret obiectum primarium, quem ſolum per ſe, & ſimpliciter bonum intelligebat: ſicque illũ diligeret ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus ſuis; ex tota videlicet ſubſtantia ſua, ex potentijs omnibus, quæ ſunt in eius ſubſtantia; Tum, quia multa ſunt & in terris, quæ & ipſa ſunt bona ex participatione bonitatis diuinæ, eo pacto illa amaret, vt minimè diuideret cor ſuum, quo toto ipſum tenetur diligere Deum; ſed & actus omnes illorum amorum, & vniuerſa eorum obiecta ad eum vnum ordinaret, cuius bonitatis participes eſſent creaturæ oẽs, quotquot diligeret. Hoc nempe illud erat, quod in Euãgelio ſignificabat Dominus, *q* cùm poſt primum præceptum de dilectione Dei ex toto corde, & ceter. addens, & alterum de dilectione proximi, ait; *r Secun-*

p Pſal. 4.
q Matt. 22 37.

DE ECCLESIA. r Matt. 22. 39.

r *Secundum autem simile est huic:* æquè est enim ac si dixisset: Charitas quidem tota vni exhibenda est Deo, quia nemo bonus, nisi ille solus: Verùm quoniam is adeò bonus est, vt bonitatem suam rebus quoque creatis impertierit; profectò ijs, quib. impertiuit bonitatem, amorem quoque impertire nō dedignatur: imò præcipit, vt & proximum vnusquisque diligat; ita tamen, vt non tam proximus, quam Deus ipse ametur in illo: & amor, qui proximo exhibetur, ordinatus sit ad charitatem Dei; atq; adeò præceptum hoc secundum haudquaquam a primo est alienum, sed simile est ipsi: simile, ita vt & in illo includatur, simulque cum illo vnitum ab ipso nequeat separari. His animaduersis; patet iam, quid iuxta propositum sensum sancta sibi velit Ecclesia, dum ait: *Introduxit me in cellam vinariā, Ordinauit in me charitatem.*

III. SENSVS.

Iuxta tertium sensum: explicat melius Ecclesia Sancta statum futuræ beatitudinis. Cùm enim in præcedentibus significasset, se ex dulcedine, quam in præsenti vita percipit ex Verbi fructu, inde magis gaudere, quòd concepit spem æternæ felicitatis, qua foret admittēda ad cumulum voluptatum omnium: Modò declarat, quonam pacto ad prædictum admittēda sit cumulum omnium voluptatum, quem sub metaphora cellæ vinariæ significat, dicens: *Ordinabit in me charitatem:* Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Charitatem, quæ in præsenti vita ob multiplices distractiones imperfectissimo modo erga Deū flagro, is ipse perficiet eminentissimè in futuro sæculo, ita vt ei duntaxat inhæream; sicque perpetuam ex ipso capiam delectationem, beatissimaque cum illo coniungar suauitate.

Pro intelligentia autem eorum, quæ hic dicuntur, Notandum primò, aptissimè sposam in assignatione modi, quo cōsecutura esset beatitudinem, attulisse perfectionem amoris. Quamuis enim in visione Dei potiùs q̄ in amore ipsa sita sit beatitudo, vt ex pluribus Sacrarū Scripturarum locis manifestè colligitur: id tamen apud omnes pro cōfesso habetur, eamdem constare ex tribus simul iunctis; visione, amore, atque fruitione.

Amor qua ratione dicendus causa beatitudinis.

Hinc, est, quod Ecclesia Sancta cum de beatitudine haud simpliciter verba faceret; sed quatenus & est cumulus voluptatū omnium, bene pro eius causa perfectionem amoris assignat potius quàm visionis: quoniam fruitionis actus immediatius ab amore procedit, quàm à visione: Vnde Augustinus lib. primo de doctrina Christiana c. 4. Frui, inquit, est amore inhærere alicui propter se: nō quòd fruitionem amorem Augustinus esse velit rei præsentis: sed quia amor rei præsentis, causa sit ipsius fruitionis.

Notandum secundò: præclare ad exprimendam illam charitatis perfectionem, quæ in patria faciēda est, Ecclesiam vsam esse verbo ordinandi, seu instruendi; per hoc quippe, quod ait *Ordinabit in me charitatem*, significat: Tunc temporis in se instruēdam omnem aciem charitatis, omnem videlicet amorem suum, qui prius huc illucuè distractus fuerat, in vnum ordinem redigendum, vt totus, atque totaliter erga Deum directus sit. Quamquā enim p præceptū dilectionis, quod & in Deuteronomio s habetur, & in Euangel. t refertur, ac confirmatur à Domino, etiā in præsenti vita hæc charitatis ordinatio mandata videatur: cum dicitur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omni virtute tua, atque ex omnibus viribus tuis:* longè tamen diuersa est ordinatio charitatis, quæ in hac vita facienda præcipitur, & de qua in sensu præcedenti actum est, ab

Dilectio Dei ex toto corde, & c. perficietur in patria.

Deut. 6. 4. s Matt. 22. 39. t Marc. 12. 29. Luc. 10. 27.

A ea, quæ exhibenda est in Patria.

Quinimo si illa Patriæ ordinatio caderet sub præcepto: tunc planè impossibile esset præceptum ipsum charitatis, id quod asseruit impius Lutherus, contra quem Sancta Synodus Tridentina Sessione sexta capite vndecimo, Nemo, ait, temerarie illa, & a Patribus sub anathemate prohibita voce vti debet: Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia: nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere, quod non possis; & adiuuat, vt possis.

Præcepta Dei haud impossibilia.

Sane per id, quod in lege mandatur, vt diligatur Deus ex toto corde, ex tota aīa, & cetera; illud dūtaxat præcipitur, vt vnusquisque satagat, ea ratione diligere ipsum Deum, vt nihil vel opere, vel verbo, vel cogitatione contra eius admittat voluntatem, quod colligitur ex libro quarto Regum, vbi de Iosia dicitur: u Reuersum esse *ad Dominū in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi;* quo loco tria illa ponuntur, quæ in præcepto Mosis habentur in libro Deuteronomii.

Dilectionis Dei præceptum, quomodo intelligendum. B u 4. Reg. 23. 25.

Haud tamen negandum, quin omnimoda eiusdem præcepti perfectio, quæ sita est in omnimoda totalitate, exhibenda sit in cælesti patria, vbi omnis Animæ vis intendetur ad Dei dilectionem; ita vt præter Deum, nil admittatur in corde, & totum cor in Deum actu sit semper intentum, ac Deus ipse tantum ab Anima diligatur, quantum diligibilis ab ipsa est.

C

De hac omnimoda perfectione loquitur Ecclesia, hancque se in vinaria cella profitetur sperare in præmium; adeoque firmam huiusmodi ordinationis spem habet, vt illam quasi iam sibi præstitā referat, dicens in præterito: *Ordinauit in me charitatem.*

IIII. SENSVS.

Iuxta quartum sensum: Ostendit Ecclesia Sancta, in cella vinaria, & in Sacris Scripturis a Verbo fuisse sibi propositam charitatē instar vexilli: tum quia in illis animad uertit, charitatem esse reliquis virtutibus vniuersis eminentiorem, æque ac vexillum tota eminentius est acie, testante id Apostolo, dum ait: x *Nunc autem manent tria hæc, fides, spes, charitas; maior autem horum est charitas:* & ad Colossenses: y *Induite vos sicut electi Dei Sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem modestiam, patientiam, &c. super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculū perfectionis,* tum quia in ijsdem intellexit, ita esse necessariam charitatem in medio reliquarum virtutum, sicut necessarium est vexillum in medio aciei. Quemadmodum enim quantumcumque magna adsit militum multitudo, ni vexillum ij habeant, numquam dicuntur acies, aut exercitus instructus: Ita etsi virtutes omnes adsint in animabus fidelium, si vna inter eas deficiat charitas, a uirtutum eæ omnes excidunt & nomine, & robore, iuxta illud Pauli ad Corinthios. z *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuerō prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, et si habuero omnē fidem, ita vt montes trāsferam, charitatem autem non habuero, nil sum: & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatē autem non habuero, nihil mihi prodest.* Dum igitur Christi Sponsa ait. *Introduxit me in domum vini, & uexillum eius super me amor.* Atque est, ac si dicat.

Charitas qua ratione sit vexillū in acie virtutum. D x 1. Cor. 13. 13. y Colos. 3. 12.

Simile.

E z 1. Cor. 13. 1.

PARAPHRASIS.

Statim ac me sibi sponsauit Verbum Diuinum, fructusque sui dulcedinem mihi impertijt pacis, aperiens mihi sensum, ut intelligerem scripturas.

Introdu-

DE EC-CLESIA *Introduxit me in cellam vinariam:* in huiusmodi A cella vinaria Sacrarum litterarum intellexi, quod *charitas esset, vexillum eius super me*, quod dilectus meus eleuasset super me vexillum suum charitatē, repræsentantem eum, a qui charitas ipsa est; ad id quippe vexillum deseruit, vt in eo Regis, ac Imperatoris repræsentetur persona. Quin & instar vexilliferi ipsum mei hoc super me eleuasse vexillū, didici ex Moyse, cum diceret: b *In dextera eius ignea lex*, idest lex amoris ardentis. Intellexi pariter, in huiusmodi vexilli eleuatione fideles meos in charitate vocatos, meque excitatam ad prælia, ac tuerer charitatem, ac denique ipsam mihi propositam charitatem, quam iugiter inoffenso sequerer pede.

a Ioan. 4. 16.

b Deut. 33. 2.

Vexilli eleuatio tripliciter accipitur in Scriptura Sacra.

Vt eorum, quæ his denotantur, sensus magis elucescat: Notandum, eleuationem vexilli in Scripturis Sacris solitam vsurpari in triplici significatu.

Primo ad designandam populi conuocationem: quo modo accipitur apud Isaiā, vbi dicitur: c *Præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & eleuate signum ad populos; Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ.*

c Isai. 62. 10.

Secundo ad indicendum bellum, sic apud Ieremiam: d *Leuate signum in terra, clangite buccina in gentibus, sanctificate super eam gentes*: & apud Isaiam: e *Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet.*

d Ier. 51. 27.

e Isai. 5. 26.

Tertio ad significādum propositum itineris ducem; Sic quando castra mouebant filij Israel in deserto, eleuabantur in singulis tribubus vexilla, vt vnusquisque proprium sequeretur: & quando castrametabantur, singuli iuxta proprium castrametabantur vexillum. Vnde in libro Numeri sic legimus: f *Singuli per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabuntur filij Israel per gyrum tabernaculi fœderis.*

f Num. 2. 2.

In charitate & ad ebarietatē i Ecclesia cōuocati sunt fideles.

Primum igitur Ecclesia in Scripturis Sacris intellexit, se ad charitatem tanquam ad proprium Christi vexillum a Christo cōuocatam, quod Apostolus clarissime testatum voluit ad Ephesios, dicens: g *Obsecro vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine cum patientia, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Et certe Euangelij lex, ad quam fideles quotidie congregantur, tota in amore sita est, quod Christus Dominus modicis verbis subindicauit; cum, quasi plura daturus præcepta, diceret in plurali: h *Hæc mando vobis*; & postea vnicum subintulit charitatis mandatum; *Vt diligatis inuicem*, quod sæpissime replicat, dicēs: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* i & *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.*

g Eph. 4. 1.

Euangelij lex tota in amore sita est.

h Io. 15. 17

i Io. 13. 34

Charitatis fraternæ præceptum quō a Christo dicatur nouū

Nouum sane mandatum, quoniam etsi præceptum charitatis antiquissimum sit, & in pectoribus hominum à natura insitum, necnon & primum, ac maximum præceptorum legis, iuxta illud: k *In his duobus præceptis tota lex pendet, & prophetæ.* Nouū nihilominus est, quatenus est Euangelij, in quo nō tātum ad amicos, cognatos, ac benefactores, sed & ad inimicos, & ad persecutores extenditur: Nouū insuper, quia in Euangelio sic renouatur, vt tanta charitate opus sit prosequi proximū, quanta Christus prosecutus est homines; atque adeò, dicens, *Mandatum nouum do vobis*, non subdit amplius *Vt diligatis inuicē, sicut vos ipsos*, sed perfectius quid, addens, dixit: *Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Et benè, quia hoc præcepto charitatis, vt suo proprio

k Matt. 22. 37.

vexillo ad perfectionem vocabat fideles, quam ex diuinæ charitatis imitatione assequi possent, sicut alias dicebat: l *Estote ergo perfecti*; in dilectione nimirum, de qua tunc verba habebat, *sicut & Pater vester perfectus est.*

l Matth. 5. 48.

Quod vero non modicam sæpe ingerit admirationē in sponsæ verbis illud est, quod intra eam cellam vinariam sacrarum litterarum bellum ibi indictum significet, idque vexillo amoris; quia in sacris paginis animaduertit amorem super se eleuatum, vt Christi vexillum: neque enim rationi videtur consentaneum, vt per amorem prouocetur ad bellum, & charitas sit præliorum signum; cum illa, teste Apostolo, sit potius m vinculum & perfectionis, n & pacis. Nihilominus, verissimum est, quod sancta indicat Ecclesia, congruentissimoque signo per amorem, qui est Christi vexillum, ad prælia suscitatam se asserit. Nam, cum vniuersa hominis vita militia sit super terram, bene Ecclesiæ militanti Charitas pro vexillo proponitur, vt vehementius excitetur ad dimicandum cum ijs, qui ipsam vnam è fidelium cordibus deprædari, ac demoliri nituntur charitatem. Hoc quippe à peritioribus exercituum Ducibus seruari videmus, vt hortantes milites ad fortiter contra hostes dimicandum, eis proponant, quæ ab hostib. passuri sunt, si vexilla subrui sinūt, illaque in primis, quorum vna cum vexillo iactura facturi sint, opes, possessiones, liberos, coniuges, parentes, propriam denique libertatem, ac vitam; quæ omnia quasi in vnico contenta vexillo, in vexilli solius defensione conseruanda esse, designant. Quin & propterea consueuerunt, vt nonnunquam vexillum ipsum proijcere in medias inimicorū acies, quod moris fuisse apud Romanos, constat ex Tito Liuio, idque idcirco efficiebant, vt magis magisque militum excitarent animos ad recuperandum vexillum, cum quo nossent & bonorum suorum omnium fieri iacturam. Atque ob id ipsum aliam quoque eorumdem Romanorum consuetudinem refert Vegetius, qui haud quaquam tota stipēdia militibus darent, sed partem dimidiam: quod reliquū verò supererat, apud proprium vniuscuiusque cohortis vexillum sequestrabant: vt videlicet vexillum illud maiori robore defenderent, quibus erat perspicuum, in illo proprias vniuscuiusque repositas esse mercedes.

Charitas quæ fidelis prouocat ad prælium, qua ve ratione pro vexillo eleuetur in Ecclesia militante.

m Colos. 3. 14.

n Eph. 4. 3.

Pro charitate seruanda quomodo sit pugnandum.

Tit. Liuius lib. 34 vbi Rom. bellū cū Gallis enarratur.

Veget. lib. 2. de re militari, c. 20.

Proponitur ergo Ecclesiæ Charitas in sacris paginis, atque instar vexilli eleuata, ab innumeris hostium incursibus defendenda proponitur, vtpote cui nituntur vniuersa iustitiæ opera, & in qua tota spiritalis sita est vita: o *Qui enim non diligit, manet in morte*, ait dilectus Christi discipulus, & p *Omnis, qui non facit iustitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, quoniam hæc est annunciatio, quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum.* Quin imo istud ipsum charitatis vexillum tunc à summo omniū Imperatore, in medios inijcitur hostes, quando fideles suos charitate feruentes, tentationibus concuti sinit à diabolo, à mundo, atque à carne; quando eosdem exponit pressuris, persecutionibus, bonorum temporalium priuationibus, impiorum linguis, ac gladijs, & morti denique corporis. Et quidem Christi milites tunc vehementiori ardore insurgunt in prælium pro hoc tutando vexillo, ita ut propterea tutam de vniuersis ferè hostibus suis obtineant victoriam, prout insignem illum militē Paulum fecisse, colligimus ex eius verbis, quibus ait: q *Quis ergo separabit nos à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames?* &cet. Ac si diceret,

o Io. 1. 3. 15.

p Io. 1. 3. 10.

Charitas nō deijcitur, sed superatur tentationibus & tribulationibus.

q Ro. 8. 35

Noui, ducem meum Christum esse, qui in me est,

DE ECCLESIA

est, charitatem quæ ue eius est uexillum, in medios iniecisse hostium cuneos; at cum iniectione uexilli immisit pariter in me & robur, ac animos: ita ut ardentius contra meos insurgerem aduersarios, ne meum istud arriperent vexillum: Quis verò, cum tanto impetu in prælium irruero, meam mihi auferet charitatē Christi? nullus sanè, neque per tribulationes, neque per persecutiones, neque per gladium: quin potius ob idipsum certam obtineo victoriam. *Si quidem in his omnibus superamus*, vel, vt est in Græco, *ὑπερνικῶμεν, superuincimus propter eum, qui dilexit nos: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, &c. neq; alia creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*

Eequis pro huiusmodi vexillo non impenderet quicquid in se est virium, in quo & maximam suorum stipendiorum partem nouit repositam? Eadē sanè & Deus vtitur arte, qua & Romanos vsos retuli, quò ardentius pro vexillo defendendo adhibeatur studium.

Charitati reseruatur merces plena bonorum operum.

Etenim tametsi aliquid largiatur mercedis in hac vita pro bonis operibus, maiorē nihilominus eiusdem stipendij partem illi reseruat charitati, quæ perseuerauerit vsq; in finem: mercedis massam vexillo alligat charitatis, vt colligitur ex ijs Domini verbis, quibus ait: *Verumtamen diligite inimicos vestros, benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi.* (z Luc. 6. 35)

Iure igitur optimo pro summo amoris indicio Sancta Christi Ecclesia a verbo sibi exhibitum refert, vt in vinaria cella sacrarum Scripturarum ipsius vexillum, charitatē super se eleuatam animaduerterit, quo excitata est, & ad prælium spirituale, & ad prædicti vexilli defensionem sibi præ omnibus maxime necessariam.

Charitas vexillum, quod sequi debēt Christiani.

Sed & tertium quoque haud minus sibi vtile percepisse se, indicat ex eo, quod in Scripturis sanctis charitatem super se eleuatam intellexit: Charitatē nimirum, vt Christi vexillum ob oculos sibi propositam, quam semper debeat sequi, si recto, tutoque incedere velit tramite. Neque verò mirum, quod charitas vexillum Christi dicatur, quod vniuersi sequi debeāt Christiani; cum & Plutarchus in suo amatorio amorem ipsum appellarit Dictatorem, cuius nutu cuncta apud Romanos fiebant: & secūdum legem naturæ tunc bene sese gerat quispiam, quando amorem in omnibus sibi sequendum proponit, iuxta Vulgatam, Sanctissimamque regulam illam. (Plutar.)

QVOD tibi non vis, alteri ne facito: & è conuerso.

QVOD tibi vis fieri, facito & alteri.

Et certe haud quidpiā pro vexillo aptius proponi potest, quod sequantur Christiani, quàm charitas, quæ Christum Deum sic repræsētat, vt qui charitati inhæreat, in itinere vitæ spiritualis Deum habeat Ducem, Deum imitetur, qui & charitas est, & iugiter in charitate exhibenda sese exercet. Vnde bene Apostolus ad Ephesios, ait; *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos.* Ac si dicat: Habetis Christi vexillum, super vos eleuatum, charitatem: sectamini ergo illud, ambulātes in dilectione: Sic enim eritis Christi veri Dei imitatores. Quod si qs quærat, vndenam in sacris literis istiusmodi charitatis vexillum, quod sequeretur, sibi propositum intellexerit Ecclesia; Respondendum, id in primis collegisse ex eo, quod animaduerterit, Deum in vniuersa lege hanc vnam semper pro fine constituisse cha- (f Eph. 5. 1.)

A ritatem, quod apertis verbis, professus est Paulus, dicens. *t Finis præcepti est charitas*: & in Epistola ad Corinthios prima: *u Sectamini charitatem*: &, *x Omnia vestra in charitate fiant*, idest nulli operi manum imponatis, in quo non habeatis ob oculos vexillū charitatis. Et in Epistola ad Romanos: *Si propter cibum frater tuus scandalizatur, iam non secundum charitatem ambulas*; ac si dicat: Apparet, te haudquaquam habere ob oculos vexillum charitatis, haudquaquam sequi vexillum charitatis. (t 1. Tim. 1. 5. u 1. Cor. 14. 1. x 1. Corin. 16. 14. y Rom. 14. 15.)

Spiritus Sanctus est vexillum charitatis, qđ in die Pētecostes super Ecclesiā eleuatū fuit. Eiusdē sensus quarti, alia applicatio ad Ecclesiam.

Quod si per introductionem in cellam vinariam missionem accipiamus Spiritus Sancti, quæ die Pētecostes facta est super Apostolos in cænaculo, prout accepimus in secunda expositione, sensu tertio præcedentium verborum: aptissima sane vexilli metaphora, B aptissimoque & nomine charitatis ipse exprimitur Spiritus Sāctus: nam charitatis, & amoris nomen proprijssime, & primo illi competit, qui est amor subsistens, a Patre, Filioque spiratus: vexillum vero dicitur Christi, quatenus Christianorum est signum, iuxta illud Apostoli: *z In quo*, scilicet Christo, *& credentes signati estis spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hereditatis nostræ.* Quatenus & Christianos per rectas deducit semitas, æque ac vexillum milites: *a Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt*: Bene autem in die Pentecostes super Ecclesia Spiritus Sanctus, vt Christi vexillū dicitur ab ipsomet Christo eleuatus, quia ad hoc & a Patre, & a Filio ille est missus, vt Christiani haberent, quem in omnibus sequerentur, & in quem, C tamquam in Christi vexillum cōiectos habere possent oculos, in eo intuentes clarius repræsentatam Christi doctrinam, prout Christus ipse, antequam ex hoc mundo ascenderet ad Patrem, his contestatus est verbis: *b Hæc locutus sum vobis apud vos manens, Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Ac si dicat. (z Eph. 1. 13. a Ro. 8. 14. b Io. 14. 26)

Spir. Sāctus vexillum Christi, dux ergo fidelium.

Quamdiu vobiscum cōmoratus sum, me certe habuistis, quem sequeremini, at cum assumptus fuero a vobis, Paraclitus, quem mittet Pater, vt meum teneat locum, æque, ac vexillum Ducis locū tenere solet in acie militari, ductor vester erit, quē D sequi debeatis: & ea ipsa, quæ ego uos docui, apertius ille docebit, & suggeret; ita ut, si illum sequi uelitis, nullo pacto a recto declinare possitis tramite.

V. SENSVS.

Iuxta quintum sensum fundatum in lectione Septuaginta Interpretum. *Ordinate super me charitatem.* Sancta Christi Ecclesia explicat per hæc uerba magis, quid in præcedentibus sibi uoluerit, cum dixit: *Introducite me in domum vini.*

Sanctorum intercessione charitatem sibi largiri exposcit Ecclesia.

Obsecrauerat quippe Apostolos, spiritusue beatos ex suorum fidelium persona, ut impetrarent spiritum sanctum uniuersis iis, in quibus iam refrigescere cœperat charitas, idque sub metaphora introductionis in domum uini, per allusionem ad cœnaculum, in quo ebrietas apparuit uini Spiritus Sancti. E

Modò semetipsam apertiùs declarat, suamque magis explicat petitionem, clarissimis quidem uerbis, at non sine metaphora aliqua: æque est enim, ac si breuiter dicat.

PARAPHRASIS.

Quod optarem istud est, ut uestra intercessione charitas Dei diffundatur in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus sit nobis; Vt mihi impetretis charitatem.

Charitatis unio talis esse debet Ecclesiæ.

Exprimit autem petitionem istam magna cum emphasi, dum ordinandi utitur uerbo; egregiumque mysterium per eam indicat, quam usurpat, metaphoram instructionis, ac ordinationis aciei; talem

DE ECCLESIA. *qualis in acie est, vt ipsa vnio ordinem non confundat. Simile.*

lem namque ope beatorum Spirituum sibi petit exhiberi charitatem, qualis est in castrorum acie ordinata: charitatem videlicet, quæ vnionem afferat, ordinem tamen minime confundat.

Vt quemadmodum ex pluribus hominum manipulis, ex pluribus militum legionib. bene instructis vnum quidem fit corpus exercitus, ita tamen vt vnio illa tam grandis nequaquam debitum cuiusque gradus ordinem confundat: quinimo inde ea potissimum prouenit, perduratque vnitas; quoniam in eius corpore est ordo distinctus multiplicium graduum, quaternionum, decurionum, centurionum, Tribunorum, ac summi denique Imperatoris, a quo vno vniuersi dependent reliqui.

In eumdem modum talem sibi vnà cum charitate conferri optat vnionem, per quam ex innumera credentium multitudine, sic vnum fiat Christi corpus, vt distinctus in eo appareat multiplicium mẽbrorum, ac graduum ordo minime cõfusus; nouit enim, nunquam de se id dici posse, quod de primitiua fidelium collectione in Actibus Apostolorum legitur. c *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*, nisi simul cum vnione stet & distinctus ordo membrorum, quæ in vno capite Christo vniantur. Quod preclarè declarat Apostolus in Epistol. prima ad Corinthios, vbi ait: d *Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem: Alij quidem per spiritum datur sermo Sapientiæ, alij sermo Scientiæ secundum eumdem spiritum: alteri fides, &cet. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus*, idest, ita & Christus in sua Ecclesia; ita & Christi Ecclesia; Vnde post multa subdit. *Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro: & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, & genera linguarum*. En ordinem distinctum plurimorum graduum, cum vnitate coniunctum per Charitatem: sine quo ordine charitas, nec vnitatem constituere posset: Vnde bene subijcit idem Apostolus. *Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nunquid omnes gratiam habent curationum?* &c. Ac si dicat.

c Act. Ap. 4.32.

d 1. Cor. 12.4.

Si esset ista ordinum confusio, neque vera Charitas esset in Ecclesia, neque diu fidelium vnio perduraret: Quod igitur verbis hisce, *Ordinate super me charitatem*, Sancta petit Ecclesia, tale est.

PARAPHRASIS. *Charitas vnionẽ confert, sed cũ ordinum distinctione.*

Sic vestris efficite deprecationibus, vt charitas mihi præstetur, quæ absque vlla graduum confusione, ita inter se mei vniantur fideles, sicut multæ militum cohortes in vno instructo exercitu vniuntur, seruata multiplici graduum, ordinumque distinctione.

Porrò istiusmodi charitatis petitionem sponsa a suo didicit dilecto: Christus quippe pro fidelib. suum deprecans Patrem, hac vtitur petitionis forma. e *Pater Sanctè serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos*: ac si dicat: Id a te efflagito, Pater Sãcte, vt fidelibus, quos in meo vnisti corpore, talem præstes charitatem, taliue illos ipsos conserues charitate vnitos, vt per eam sint vnũ eo modo, quo nos vnum sumus, absque confusione distinctionis ordinum: Vt quemadmodum vnitas, quæ inter nos est, non confundit ordinem, qui in Sancta est Trinitate: sed vnus es tu Pater, alius ipse Filius, alius Spiritus Sanctus: Ego a te, Spiritus Sanctus ab vtroque simul, & a te, & a me: Tu verò a neutro procedens. Ita & illorum vnio non cõfundat ordinem Ecclesiæ; sed alij sint Pastores, alij Oues, alij Prophetæ, &c.

e Io. 17. 11

Præclara sanè similitudo, qualem Dei Filium decebat; adeo tamen excelsa, vt eam vsurpare minime ausa sit Sponsa, sed illius vice altera vsa sit apta pariter similitudine vnionis exercitus: indicans simul, per huiusmodi charitatis donũ, ita se Deo esse subiiciendam, ac si ab eo per validissimum superaretur exercitum.

Quinimo per eãdem charitatem, ita se forte roborandam erga omnes aduersariorum incursus, vt plane futura sit hostibus vniuersis terribilis vt castrorum acies ordinata: quam laudem inferius reperiemus eidem a Sponso collatam.

Ex Verf. IIII. Ordinauit in me charitatem.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

DE ANIMA.

I. SENSVS. Simile. *Regnũ Animæ quõ vsurpauit diabolus, & quõ illũ Christus expulit.*

Seditione commota, cum insurgit quispiam contra verum, ac naturalem Principem, in id sediciosus suos omnes intendit neruos, vt naturalem Principem omnino exturbet a Regno: sic enim facile in eius sese intrudit thronum: sic regni tutus regit habenas, si eiecti Regis nihil reliqui sinat in Regno, non cognatos, non amicos, non denique leges. Et certe postquam sediciosus iste per aliquantulum temporis in arrepto sese confirmauit dominio, expelli haudquaquam potest, ni validus ab extra adueniat exercitus: externo autem exercitu a naturali Rege in Regnum introducto, fugatur illico Tyrannus, ciuiumque animi omnes in ipsum verum, germanumque Principem conuertuntur: hunc adorant, detestantur illum: huius iura proclamant, illius abolent leges: huius denique totos se dedunt obsequio, illum omnibus persequuntur viribus. Rex Animæ verus ac naturalis vnus est Deus, in cuius ditione vniuersa sunt posita. Rex ab illius creatione, Rex & ab eius regeneratione, quando *Princeps Regum terræ*, a Christus Iesus *lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri.*

a Apo. 1. 5.

Verum cum in anima per peccatum seditio commota est, in id diabolus totum suum intendit studium, vt expellens charitatem, per quam Deus regnabat, sese in illum intruderet per prauum amorẽ eum, quem vulgo amorem proprium nũcupamus: sic quæ prius totam sese diffundebat in dilectione Dei, in Deo sese oblectans, illi sese subijciens vni, illum duntaxat cogitans, illum & inhians, postquã regnauit peccatum in eius corpore, postquam diabolus eius suscepit habenas; eiecta Dei charitate, inordinato suiipsius subiecta est amori; id cogitabat, id amabat, id optabat, quod amor proprius sibi suadebat, delitias, opes, honores; & quicquid demum sensui commodum esset, & corpori.

Quid igitur tam miseræ faciẽdum erat Animæ? b *Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea, quæ possidet* (Vt apud Lucam testatur Dominus:) *si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet*. Necesse erat, vt Christus fortissimus Rex cum valido adueniret exercitu, sicque dæmonem

b Luc. 11. 21.

DE ANIMA.

nem ab arrepta exturbaret tyrannide, expellens ex eo amorem proprium, in quo vniuersa illius concludebantur arma: simulque spolia eius, potentias videlicet ipsius animæ, quas tyrannus ille sibi vsurpauerat violenter, quasvè fuerat deprædatus, distribueret uarijs studijs sanctitatis, uarijsuè affectib. spiritus. Vniuersa ista Christi sponsa breui hac oratione in se facta commemorat, dicens: *Ordinauit in me charitatem.* Acquè est enim ac si diceret.

PARAPHRASIS.

Haud passus est dilectus, me diutiùs esse sub potestate dæmonis, qui per peccati seditionem, charitate expulsa, amorem proprium, è directo ipsi cōtrarium in me introduxerat: at è cœlis adueniens, cœlestem, ualidissimamque super me ordinauit, instruxitque charitatis aciem: charitatem mihi infudit, qua ueluti fortissimo, optimeque instructo exercitu uniuersum, quo in me regnabat diabolus, amorem proprium a me propulsauit, meq; sibi sic fecit subiectam, ut eum dūtaxat, qui de uentre matris meæ & Deus, & Rex extitit meus, ut Deū adorem, uenerer ut Regem, utque amantissimum diligam dilectum; unde & potentiæ meæ omnes illius subditæ charitati illum cogitant, illum desiderāt, illique in omnibus, & per omnia deseruiunt.

Vt eorum, quæ hic dicuntur, sensus magis elucescat, tria sunt explicanda. Primum, quam congruētiam hæc cum præcedentibus habeant. Secundum, quomodo charitas dicatur expellere amorem proprium. Tertium denique, qua nam ratione charitatis infusio exprimatur per metaphoram ordinationis exercitus, quamuè proportionem infusa charitas habeat cum acie instructa.

Circa primum, Animaduertendum, sponsæ intētionem haud aliam hoc loco esse, quam ut ingens enarret, quod sibi à Verbo exhibitum est, amoris indicium, quatenus in cellam uinariam ab illo introducta, & ad studium admissa est contemplationis, iuxta ea, quæ in tertia expositione præcedentiū uerborum dicta sunt. Quamobrem quæ post illa subijcit; *Ordinauit in me charitatem;* ad illud ipsū pertinent, quod cœperat explicare. Enimuerò cum ad cōtemplationis studium haudquaquam potuisset admitti subiecta amori pprio, & destituta charitate Dei; idcirco ait, instructā prius super se charitatē, qn introducta est in cellā uinariam, charitatisuè infusione uniuersum à se profligatum amorē proprium. Quo enim pacto cum huiusmodi amore ad studium admitti potuisset contemplationis; quod ad superna eleuat, si ipsa terrenorum, quæ diligeret, grauitate deprimeretur in terram? Qua potentia potuisset cælestia contemplari, si intellectū, voluntatem, memoriam, imaginationem, affectusque, necnon & sensus rebus addictos haberet terrenis? quo tempore diuinarum rerum indulgere valuisset contemplationi, si nec momentum vacuū sibi fineret esse, quo ab amore proprio in cogitandis, inquirendis, optandisque terrenis rebus nō detineretur, vinculis ligata durissimis? c *Vbi est enim thesaurus tuus*, ait Dominus, *ibi est & cor tuum*: & vnà cum corde, & membra vniuersa, omnesque pōtentiæ. Qua demum ratione spiritualium consolationum vinum in cella vinaria potuisset gustare, si iuxta Apostoli dictum, d *Animalis homo*: is scilicet, qui animali, sensualique amore inordinato tenetur, *non percipit ea, quæ Dei sunt?* Iure igitur ad tā grandis impedimenti remotionem, ante introductionem in cellam vinariam Anima sancta super se ordinatam inquit charitatem, quamuis per præoccupationem prius introductionis, quam ordinationis meminerit.

c Lucæ. 12. 34.

d 1. Cor. 2. 14.

Quoad secundum, Ratio dubitandi est, quia cū

A inordinatus sui ipsius amor charitatem ab Anima expellat præ vniuersis ijs, quæ ad illius concurrunt expulsionem; non videtur rationi congruum, vt ipsamet charitas vim è contra habeat illum ab eadē Anima profligandi, à quo iam ipsa est propulsata. Nihilominus vtrumque verum est: nec enim quid quam magis contrarium habet charitas, quam proprium, inordinatumque amorem, vnde & ab illo expellitur: nec validius sui destructiuum prędictus amor habet, quàm charitatem: vnde bene contra il lum hæc sola instar potētissimi exercitus super Anima dicitur ordinata. Neque hoc incongruum cuique debet videri; nam & id ipsum in naturalibus obseruamus quotidie; vt quæ sibi inuicem sunt cōB traria, mutuò sese expellant. Quod tamen de charitate dicitur, ac de inordinato suiipsius amore, non ineptè huiuscemodi explicari potest exemplo venti, atque eius, quæ in cubiculo est, portæ. Quemadmodum enim porta ventum à cubiculo excludit, quando ea est clausa, tuncque cubiculum clausum est & absque vento; cum tamen è conuerso clausuram illam, & illam quietem ventus ipse, portā aperiens à prædicto propulset cubiculo. In eumdē modum amor proprius, quasi porta quæpiam clausa charitatem expellit ab Anima; quæ nihilominus charitas, cum à Deo infunditur, inordinatum illū fugat amorem.

DE ANIMA.

Amor proprius, atche ritas sunt inuicē maximè cōtraria, mutuoque sese expellunt ab Anima.

Simile.

Quoad tertium: dici quidem posset, infusionem charitatis exprimi per metaphoram ordinationis C exercitus: seu charitatem ipsam ordinato comparari exercitui, ob ingentem, qua contra amorem proprium præualet, fortitudinem, quatenus inter humana acies ordinata vniuersarum rerum censetur fortissima; vnde & inferius ad exprimendum, quā valido præstet robore Anima; quę hac insignita sit charitate, ob eamdem, qua fortissimè dimicat, charitatem dicitur e *Terribilis, vt castrorum acies ordinata*. Quàm magna uerò ista sit charitatis fortitudo in capite octauo, si Deus dederit, explicabitur longius, cum de ijs agetur sponsi verbis f (*Quia fortis est, vt mors, dilectio*) Verùm congruentius fortasse dicat quispiam, ob id aptissimè charitatis inD fusionē expressam metaphora instructionis aciei; quia cum infunditur habitus charitatis, infundūtur simul & dona Spiritus Sancti per modum habituum, & quasi exercitus quidam heroicorum habituum in anima ordinatur; infunduntur, & habitus virtutum. Quòd si exercitus haud aliud est, quàm plurium hominum, pluriumque turmarum, ac Ducum ordinata in vno agmine collectio ad dimicandum disposita; profectò & charitas congruētissima ratione dici potest exercitus; quandoquidem & ipsa collectio quædam est plurimorum habituum plurimorum donorum, plurimarumque virtutum, ordinata ad dimicandum contra inordinatum amorem, contra vitiorum phalangas, quin & contra spiritualia nequitiæ. Lustrationem huius exercitus factam apud Apostolum intueri fas E est, vbi ait. g *Charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, &c.*

Charitatis infusio qua rōne comparetur ordinationi exercitus.

e Can. 6. 3.

f Can. 8. 6.

Charitas est exercitus quidā.

g 1. Cor. 13 4.

Iuxta secundum sensum: his verbis (*Ordinauit in me charitatem*) enarrat Anima Christi sponsa, quo pacto ea, quæ in se erat in Deum charitas, in contemplationis studio ad perfectum fuerit euecta. Pro cuius sensus intelligentia animaduertendum; duobus modis Deum ab Anima amari, iuxta duplex amoris genus, distinguunt enim Theologi cum Philosophis amorem ipsum in amorem concupiscentiæ, cum diligitur quispiam propter aliquod sui commodum; & in amorem amicitiæ,

II. SENSVS.

Amor duplex concupiscentiæ & amicitiæ. Vtroque diligitur Deus ab anima.

quando

DE ANIMA.

quando scilicet absque commodo vllo proprio quempiam amamus, quia bonus est, ac propter ipsum, non propter nos. Inter hos verò duos amores ordinem quemdam constituunt; vt amor concupiscentiæ sit imperfectior, perfectior autem, qui est amicitiæ. Porro cùm Deus sit præcipuum dilectionis obiectum, vtroque diligi potest amore; veruntamẽ ab imperfectioribus amatur amore concupiscentiæ, ob eximias videlicet, quas ex illo percipiunt consolationes spirituales: harum enim gustu imperfecti ad ipsum pertrahuntur, iuxta illud *h Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* At certè qui charitatis ordinem seruare velit, haudquaquam isti, qui imperfectior est, primum exhibere debet locum, sed alteri perfectiori: in suæ, inquam, charitatis studio haud consolationibus, quas ex diuina percipit suauitate, sed ipsimet Deo primum locum obiecti assignare debet; vt primo ipsum diligat, ipsi inseruiat, ipsi & se vnire contendat, quia sit omne bonum, etiamsi nihil ex ipso percipere sibi detur consolationis: si enim hoc ordine careat, vt concupiscentiam amicitiæ, & proprias consolationes illius postponat bonitati, perfecta sanè nunquam in illa dicenda est Charitas.

h Ps. 33. 9.

Consolatio nes haud primò requirit Anima Sãcta in contẽplatione sed Deum ipsũ.

His animaduersis facilè intelligitur, quid sibi sãcta Anima velit, dum post verba illa (*Introduxit me in cellam vinariam*) subiecit: *Ordinauit in me charitatem.* Cum enim per id quod dixerat, se a dilecto suo Christo admissam ad studium contẽplationis, in quo multiplici vino diuinarum consolationum recrearetur, existimare quis posset, eã tanquam adhuc imperfectæ sensibiles in contemplatione à Deo exhibitos gustus, quia ipsum debito adhuc non diligeret ordine: ideoque vt excellentiam indicaret eorum signorum amoris, quæ sibi ab sponso suo essent exhibita, addit, illum ordinasse pariter in se charitatem. Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Vt mihi eximium sui erga me amoris exhiberet specimen, postquam ei desponsata sum per iustificationem, internæque pacis suauissimo gustu recreata sum fructus dilecti mei; ille admisit me in studium contemplationis, vinariam quidem cellam, vtpote in qua multiplex propinaret vinum; neque enim vino duntaxat sensibilis dulcedinis, consolationumque spiritualium me lætificauit, cuius in dicto studio ingens est copia: sed & feruentissimo alio vino amoris me inflammauit: *Ordinauit* quippe *in me charitatem*, eam nimirum, quæ in me prius alioquin tepida erat, & imperfecta, ad summam euehens perfectionem, debitumque illi conferens ordinem, vt iam haud amplius de sensibilibus in contemplatione anxia sim eius consolationibus: Sed ipsum primò, ac per se diligens, ei sic lubens inhæream absque consolationibus, ac cum consolationibus.

IIII. SENSVS.

Iuxta quartum sensum, fundatum in hebraica lectione hac: *Vexillum eius super me amor:* Explicat hoc loco Anima sancta, qua ratione Christus Dominus per charitatis studium ipsam sibi ita subiecerit, vt quasi arcem munitissimam eam reddiderit, & templum pacatissimum, in quo sua inhabitet gloria. Enimuero antequam iustificaretur anima peccatis obnoxia in tam misero erat statu, vt nõ modo ab omnibus oppugnaretur vitijs, sed & vniuersis spiritibus nequitiæ facta esset subiecta, ita vt vnusquisque proprium super illam sustulerit vexillum; ambitionem nimirum spiritus cœnodoxiæ, luxuriam spiritus fornicationis, auaritiam spiritus philargiriæ, & sic de singulis quod egregiè Dauid explicauit, cum dixit. i *Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum*; postquam deditione me occuparunt, felix inquit Anima, vt suam vnusquisque eorum me esse protestaretur, super id, quod summum in me erat, super mentem videlicet meam, posuerunt vexilla sua, vt essent signa eius, quod super me obtinuissent dominij, æquè ac si essem exitus viarum per quem quotquot voluerint; transeunt liberè: super quem & singuli ciues potestatem se habere fatentur, & non cognouerunt, me creatam in Domini arcem, ac templum. Quid igitur Deus verus, ac naturalis istius arcis Dominus? Quid misera ipsa fecit anima? Vocauit eam Deus vocatione sua congrua. Respondit illa, seque illi dedidit per conuersionem: Capta à Deo est per iustificationem. Vt autem omnibus fieret conspicuum, illam, quæ prius à vitijs fuerat occupata, iam esse suam, sublatis vniuersis vitiorum vexillis, vexillũ proprium super illam erexit: id verò haud aliud est, quam charitas, prout ipsemet apud Ioannem significauit, cum diceret. *K In hoc cognoscent homines, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Atque hoc illud est, quod ipsamet post enarrationem iustificationis suę significat his verbis: *Introduxit me in domum vini, & vexillum eius super me amor.* Acquè est enim, ac si diceret.

Anima, vel Dei, vel diaboli arx est iuxta vexillum, quod super se habuerit.

i Ps. 73. 9.

DE ANIMA.

Vitia singula suũ vexilla super misera erigunt Animam peccatricem.

In contemplationis studio super Animã Deus suum erigit vexillum charitatem.

K Io. 13. 35

PARAPHRASIS.

Postquam per iustificationem cælestis sponsus me in suam accepit dilectam, introduxit me in studium contemplationis, vbi vinum mihi propinaret amoris, ac gaudij, in signumuè charitatem mihi præstitit, qua quasi proprio super me elato vexillo, suam me esse testatus est. Neque verò alienum à veritate est, quòd prius admissam se ait in studium contemplationis; deinde, charitatem super se erectam Christi vexillum; nam reuera haud facilè charitate insigniri quis potest eximia, qui admissus non fuerit ad studium contemplationis, quo permaximè adiuuamur ad illam assequendam.

Possent hæc ipsa, iuxta Hæbraicam item lectionem alio quoque modo aptari ad Animam, quæ Christo desponsata est per iustificationem, vt his verbis significet summum, quod sibi à sponso exhibitum est amoris indicium, in eo, quòd ipsam admisit ad Sacramenta corporis, & sanguinis sui; in eo, quòd semetipsum ei exhibuit in cibum, & potum: Aequè enim est, ac si dicat.

ALIA ADAPTATIO.

Postquam me sibi sponsauit dilectus meus Christus, quando *sub vmbra ipsius, quem desideraueram, sedi* per iustificationem; non tantùm fructus sui me recreauit dulcedine pacis internæ: verùm vt totum in me suum mihi notum faceret amorem *Introduxit in domum vini*, ipsemet in sacram me introduxit ædem, in Sacrum illud cœnaculum, in quo Sacramenta instituta sunt corporis, ac sanguinis eius sub speciebus panis, ac vini, admittens ad Sacram Altaris mensam, in qua tanquam in cella vinaria seruatur vinum, lætificãs cor hominis: ibi lautissimum mihi ex suo ipsius corpore, suoque ex sanguine apposuit conuiuium: Et quidem tunc *vexillum ipsius*, quod *amor* est, *super me* eleuatum est: vt ex hoc potissimo amoris signo omnes intelligere queant, me ab illo per amorem esse deuictam, tunc quantum potuit super me eleuauit amorem, vt vexillum: tunc amorem suum in signum victoriæ, atque lætitiæ super me euoluit totum; æquè ac euolui solet vexillum Principis in die solemnitatis, & lætitiæ.

In Eucharistia Sacramento Christus erigit amorem vt vexillum suũ super animam: qua ratione id fiat.

PARAPHRASIS.

Est autem locus iste similis alteri loco, qui habetur in Psalmo quarto, vbi multò ante prænuntians hæc ipsa Dauid, quæ a Sponsa narrantur, vt sibi iã

præ-

DE ANIMA.

præstita, ait: l *Signatum est* (quod iuxta vim hebraicæ dictionis significat, *eleuatum est instar signi, atque vexilli*) *super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo, à fructu frumenti, & vini* (quod additur, *& olei*, neque est in Hebræo, neque apud Septuaginta fuisse antiquitùs ex Origene refert Hieronym. super hunc Psalmum.) Quod vero ex persona eiusdem Sponsæ ait Propheta, tale est: Instar vexilli, Domine, eleuatum est lumen benignitatis tuæ illustrissimus amor tuus super nos; Quando *dedisti lætitiam in corde meo à fructu frumenti, & vini*: quando introduxisti me in cellam vinariam, immensas mihi exhibēs voluptates in conuiuio, ex frumento, & vino parato, corpore scilicet, ac sanguine tuo sub speciebus panis, ac vini: *multiplicati sunt: In pace in idipsum dormiam, & requiescam*, idest. Et si multi sint fideles, qui ad hoc admittuntur conuiuium, ad hancque lætitiam & domum vini; ego tamen simul cum ipsis omnibus tanta versabor in pace, ac si dormirem, & requiescerem. Cur enim non requiescat cum illis pacificè, & quietè, quæ vexillum amoris super se eleuatum intuetur? quæuè communicat cum eis in tanti Sacramenti perceptione? quod ob hoc ipsum, quia est Sacramentum amoris, vnionis, ac pacis, insignitur nomine communionis, atque Synaxis, ad ipsum quippe suscipiēdum multi in vna domo in vno conueniunt spiritu.

l Psal. 4.7.

Pro intelligentia horum locorum, & vt vis verborum Sponsæ percipiatur: Notandum, congruentissimè in collatione Sacramenti Eucharistiæ Christum Dominum dici, eleuasse super Animam vexillum suum charitatem: quoniam in Sacramenti huius exhibitione totum suum eidem Animæ patefecit amorem multò efficaciùs, quàm vlla alia in re. Enimverò ea est amoris natura, vt iugiter nouos inquirat modos, quo aliquid elargiri queat amato; nec vnquàm quiescit amans, quoadusque amato tale donet donum, quod suo æquale sit amori. Porrò Dei amor, Deus certè est, & per consequens infinitus: quapropter cùm Deus nil præter se ipsum reperire posset, quod infinitum esset, & æquale amori suo, quodue elargiri posset homini, quem diligebat: non quieuit (vt ita dicam) donec illi donaret semetipsum vnicum infinitum, vt ex dono infinito, infinitum arguere ei liceret amorem: Id quod significauit Christus Nicodemo, cū diceret: m *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suū vnigenitum daret pro eo*. Quamuis autem hoc donum in Incarnatione factum, infinitum indicarit amorem: toti certè mundo amor iste tunc exhibitus est generaliter, & vnica vice. At in Sanctissimo Sacramento idem donum sigillatim vnicuique datur Animæ, quæ illud suscipiat; toriesque datur, quoties consecratur, atque suscipitur: vnde earum quælibet dicere potest, Christi vexillum tunc super se eleuatum. Extensus quippe quodammodo est in hoc dono amor ille, qui in Incarnatione fuerat ostensus infinitus: Vnde egregiè quidam Sacramentum istud extensionem appellant ipsius Incarnationis: eum enim haud deceret, vt eo modo corporibus, & animabus singulorum fidelium vniretur, quomodo in Incarnatione diuinum Verbum hypostaticè vnitum est corpori, ac Animæ Christi Domini: Inuenit diuinus amor vnionem alteram illi maximè similem, per quam singulis vniretur hominibus, & vnio illa hypostatica extēderetur quodāmodo ad omnes pariter ac singulos: hocque effecit illa ipsa, quam semel sibi vniuit, humanitate, conglutinando, & adiungendo ei singulos communicantes in hoc Sacramento, vnde & dixit: n *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me* idest sicut ego, qui sum filius Dei, eamdem vitam habens cum Patre, factus homo meæ humanitati propter vnionem do vitam vt Deus: Ita & ei, qui me manducat, vitam pariter conferam, quia mihi vnitur, & coniungitur per carnem meā Ob istiusmodi ergo & Incarnationis, & amoris extensionem Anima Christi sponsa in domum vini introducta, Christi vexillum charitatem super se erectum, expansumque dicit charitatem.

In Eucharistia sacramento amorē suū Christus multo efficaciùs exhibuit, quā in vlla alia re.

m Io.3.16

In Eucharistia Sacramēto fit extēsio Incarnationis Dominicæ.

n Io.6.56.

DE ANIMA.

Iuxta quintum sensum; qui est lectionis Septuaginta sic habentis: *Ordinate super me charitatem*. Anima iustificata, quæ in principio huius sententiæ a Religiosorum Prælatis efflagitare cœperat, vt ipsam in Sanctum admitterent Religionis statum: eamdem per hæc, quæ illis subinfert, prosequitur petitionem: æquè enim est Ac si dicat.

V. SENSVS.

Obsecro vos, atque obtestor, dilecti mei, vt me introducatis, & admittatis in Religionem, quę domus est vini; domus, eximias in se continens diuinarum consolationum suauitates; domus & amoris, & charitatis: Ordinate amabò super me Christi mei charitatem, quæ in hac exhibetur domo: instruite super me amoris illius aciem, quam is superbonos instruit Religiosos: efficite, vt & in me ea omnia amoris eius appareant indicia, quæ in eisdem conspiciuntur Religiosis, & quibus illi perfectissima subiecti tenentur seruitute, ita vt & ipsa cum eis dicere queam o *Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes*; Inebriati in domo vini vino lætitiæ.

PARAPHRASIS.

Ad Religionis statū admissū quē piam Deus, super illum istruit aciē charitatis.

o Ps.125 3

Pro cuius sensus intelligentia illud dūtaxat supponendum, aptissimè super illum, qui intra Religionem admittitur, dici ordinari, ac instrui charitatem; cùm huiusmodi charitatis acies ex diuinis instructa sit beneficijs, quæ sunt externa indicia amoris illius, qui in diuino pectore ardet; profectò super illam potissimum instructa, ordinataque ea dicenda est, cui plura, maioraque à Deo collata sunt beneficia, & quam beneficiorum cumulus perfectius Deo subiecerit, qualis est omnis, quem Deus ad Religionem vocarit: huic quippe præter communia beneficia ea collata est gratia, vt in Dei domo permaneat, illiusque quodammodo fit à secretis, iuxta illud Psalmi: p *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia* (idest consilia) *sua non manifestauit eis*: admittuntur namque Religiosi ad consiliorum, nedum ad præceptorum obseruantiam. Quis autem explicet, quàm multa, quàmuè insignia in hoc vno comprehendantur beneficio, quo Religiosus vocatur ad sui ipsius abnegationem, bonorumque omnium contemptum? Ex redemptoris certè verbis id colligi quoquomodo potest quibus ad Petrum dicēti: *Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te*: sic in Euangelio Marci respōdit: q *Amen dico vobis: Nemo est: qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut Patrem, aut Matrē aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium qui non accipiet centies tantum nunc in hoc tempore, domos, & fratres, & sorores, & Matres, & filios, & agros cū persecutionib. & in sæculo futuro vitā æternam*.

Vocatio ad Religionem quā ingens sit beneficiū

p Psa.147.20.

q Mar.10.29.

Verùm, si charitatis nomen sumatur, non tā pro Dei in nos dilectione, quàm pro virtute ipsa, quæ est vna ex Theologicis, prout communiter hoc loco à Sanctis Patribus accipitur, per hæc verba (*Ordinate super me charitatem*) Anima, quæ in Religionem,

In statu Religionis augetur habi

DE ANIMA.

nem petit admitti, significare videtur rationem potissimam, quare id exposcat, nimirum, vt ex multis, frequentissimisque actibus, quos intra Religionē ex ardenti exercebit charitate, super ipsam, & in ipsa ordinetur, ac instruatur eiusdem charitatis acies, qua vniuersis obsistere queat inimicorum insultibus: vt ex frequentioribus actibus in se augeatur habitus charitatis: quod clariùs significatur per lectionem Ambrosij: *Constituite in me dilectionem*: efficacius verò per lectionem Symmachi. *Coaceruate mihi charitatem*. Porrò aptissima est ista ratio: nā re vera quamuis fideles quique frequentes exercere queant charitatis actus, imò & debeant; proprius tamen id competit Religiosis, qui cum per eximium charitatis actum totos sese Deo dicarint, quicquid pariter agunt, quicquid dicunt, quicquid & cogitant, per eandem ad Deum dirigunt charitatem. Vnde factum est, vt à Patribus dicantur perpetuum sacrificium, perpetuum & holocaustum: sic Augustinus in libris de Ciuitate Dei: Ipse homo, inquit, Dei nomini consecratus, ac deuotus, in quantum mundo moritur, vt Deo viuat, sacrificium est: quod ibi longiùs probat.

...tus charitatis in anima per frequentatos charitatis actus.

Augustin. lib. 10. c. 6.

VI. SENSVS.

Iuxta vltimum sensum, qui est eiusdem lectionis Septuag. *Ordinate in me charitatem;* confirmatio pariter hæc sunt eiusdem petitionis, in præcedentib. factæ: Acquè est enim, ac si ipsamet Anima iustificata eos ipsos in hunc modum deprecetur, Religionis Prælatos.

PARAPHRASIS.

Introducite me in statum Religiosum, date operam, vt dilectus meus intelligat, in me esse charitatem ordinatam, quippe quæ sic illi primas dederim, vt propter ipsum omnia arbitrata sim vt stercora: efficite, vt digna illo esse queam; qui enim debitum in charitate non seruauerit ordinem, haudquaquam eo dignus extiterit vnquam, iuxta illius protestationem, qua apud Matthæum ait. *a Qui amat Patrem, & Matrem plusquam me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus; Et qui non accipit Crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.*

a Matt. 10. 37.

Ex Vers. IIII. Ordinauit in me charitatem.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

Simile.

IN conscribendo exercitu ea est terrenorum Regum consuetudo, vt seiunctim in singulis quidē oppidis proprias cohortes, in singulis Ciuitatibus turmas, in singulis denique Regni sui Prouinciis proprias earum instruant militum legiones: sed aciem totius instructionem, ac ordinationem in Regia faciant Ciuitate, in qua & Regia est sedes, & Regale seruatur vexillum, vbi ad lustrationem faciendam, singulorum oppidorum, vrbium, ac Prouinciarum cohortibus, turmis, & legionibus in cumulum vnū collectis, seruato vniuscuiusque earum ordine, vnum instrui mandant exercitum. Quod in terreno exercitu terreni faciunt Reges, istud ipsum in spirituali virtutum, gratiarumque acie efficit Rex cælestis: enimuerò singulis quidem hominibus particulares quasdam elargitus est gratias; singulis Sanctis singula præstitit dona, iuxta illud Apostoli: *a Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & diuisiones ministrationū sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem verò Deus*, quia nimirū vnus est Rex, qui diuersas istas instruit gratiæ cohortes in diuersis animab. *Sic alii quidē per spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ, alteri fides alii gratia sanitatum, alii prophetia, &c.* Quòd, si cui sanctissimo ingens collata est gratiarū copia, ea instar legionis est reputanda, quæ ex multis cohortib. in magna colligitur Prouincia: gratiarum verò omnium cumulus, haud cuiquam præstitus est purarum creaturarum, præterquam vni Dei Genitrici Mariæ. Ipsa est enim Ciuitas illa Regia, quam cælestis ipse incoluit Rex, in qua & suā Regiam statuit sedem, iuxta illud Ecclesiastici, vbi ait: *b Et sic in Sion firmata sum, & in Ciuitate Sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea*. In hac Regia Ciuitate omnes aliorum quorumlibet Sanctorum collegit gratias, necnon & singula, quæ aliis singulari priuilegio collata sunt dona: In hac deniq; totam gratiæ aciem instruxit, in qua & Regale suum seruarat vexillum. Atqui hoc illud est, quod ipsa enarrat animabus deuotis, dum post verba illa (*Introduxit me in cellam vinariam*) subiicit: *Ordinauit in me charitatem*: vel, iuxta hebraicam lectionem: *Vexillum eius super me charitas*. Etenim sicut in præcedentibus immensam explicauit dulcedinem, qua in instanti Incarnationis Verbi recreata est à Spiritu Sancto, qui in eam descendit: Ita nunc breuissimum, sed efficacissimum facit compendium illarū gratiarum, quæ in ipsomet instanti ab eodem Verbo sibi collatæ sunt, dicens.

a 1. Cor. 12. 4.

DE B. MARIA

Maria Ciuitas Regia, in qua Deus suā constituit sedē, suumque vexillum.

b Eccl. 24. 15.

PARAPHRASIS.

Tali me Rex ille cælestis prosecutus est charitate vt super me, quam Regiam sibi elegerat sedem, regale suum erexerit vexillum, charitatem ipsam; atque adeò in me vna inter omnes puras creaturas, vniuersam instruxit gratiarum, virtutum, donorumque aciem: vt quotquot ciues Sanctorum sunt, & domestici Dei, in me lustratum intueri possent exercitum, maximè quidem decorum; sed & hostibus vniuersis maximè terribilem.

Vt eorum, quæ hic à B. Virgine dicuntur, vis benè percipiatur: Notandum, haud sine causa factum, vt quæ ad explicandas collatas gratias, iuxta sensum iamiam allatum, dicere debuisset, *Ordinauit in me gratiam*: non sic tamen locuta sit; sed pro nomine gratiæ, nomen posuerit charitatis, dicens: *Ordinauit in me charitatem*. Per hoc quippe emphasim maximam suæ addidit narrationi: Neque enim id tantum significat, quòd à cælesti Rege in se instructa sit vniuersa acies gratiarū, quæ in Sanctis multifariam, multisque modis dispertitę alioquin essent: verum etiam, quòd tam eximia charitate Rex ille eam dilexerit, vt super eam erexerit charitatem ipsam qua proprio vtitur vexillo; vt in eam omnia illa contulerit charitatis signa, quæ puræ cōferri possent creaturæ, gratias nimirum omnes, omnes virtutes, & dona vniuersa, qualia nulli vnquam puræ cōcessa sunt creaturæ. Quamuis enim & aliquib. præstitum sit, tanta sanctificatos esse gratia, vt ab omni actuali immunes essent peccato; mortali saltem, quod repugnans est gratiæ; Mariæ tamen duntaxat exhibitum est eo pacto vexillum charitatis, vt per eminentissimam gratiam nec originale contraxerit, nec vllum actuale, non solùm mortale, sed nec veniale admiserit, & insuper illa ab ea remota sint vniuersa, quæ disponunt ad peccatum, qualia sunt hebetudo mentis, repugnantia affectus, & alia huiusmodi. Ipsi vni concessum, vt anima, & corpore, spiritu, & carne subdita omninò esset Deo, vtpote super quam Deus charitatem erexit vexillum suū. Quapropter peccatum in illa nec habitare quidem potuit, nedum regnare. Fuere quidem singulares aliqui Sponso pergrati, in quibus nunquam regnauit peccatum, at nullum inter eos est reperire, in quo id non habitarit, distinguit enim hæc duo Apostolus in Epistola ad Romanos: quandoquidem primò qui-

In Maria ordinat a Deo charitas, quando ei largitus est plenitudinem gratiarū.

Maria quā aliena extiterit ab omni peccato.

V

DE B. MARIA quidem, inquit: *e Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.* Tum paulò inferiùs, peccatum ipsum in se habitare fatetur, dicens: *d Nunc autem iam non ego operor; sed quod habitat in me, peccatum:* quod iterum replicans ait: *Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.* Habitare vero dicitur peccatum, quando caro concupiscit aduersus spiritum, non tamen vincit (si enim vinceret, regnare diceretur) sed vincitur: & reprimitur: diciturque fomes iste peccatum; non quòd impulsus illius sit peccatum, sed quòd inclinet, & instiget ad peccatū, & sit etiam effectus peccati Originalis. Mariæ ergo soli inter puras creaturas id concessum est à Deo, vt nec inhabitans in se habuerit peccatum; quia ei soli ablatus est fomes: & appetitus carnis perfectè subiectus fuit spiritui. Quomodo enim repugnare spiritui eius potuisset appetitus, si instructam in se habuit validissimam diuinæ charitatis aciem?

c Ro.6.12
d Ro.7.17

Notandum secundò: communem esse Patrum, Theologorumque omnium consensum, vt B. Virgo tametsi in conceptione propria ex singulari priuilegio primam acceperit sanctificationem; in conceptione tamen filii singulari donata sit perfectione sanctificationis ex noua, & admirabili diuini Verbi præsentia, iuxta verbum Angeli, dicentis; *e Spiritus sanctus superueniet in te:* afferrique solet in huius veritatis confirmationem cōiectura huiusmodi admodum probabilis: quòd si ad Christi præsentiam, quando *f* Maria visitauit Elisabeth, & Ioānes fuit sāctificatus, & Elisabeth gratia repleta: multò sanè magis Verbum ingrediens in ipsius Virginis vterū illam sanctificauit, ac propterea Magnus ille Albertus in suo Mariali ca.69. eiusque discipulus S. Thomas in opusculo 60. art. 3. triplicem distinguunt plenitudinem gratiæ, quæ illi data est: quarum aliam vocant sufficientiæ, quam habuit a principio: aliam abundantiæ collatæ in filij conceptione: & tertiam singularis excellentiæ, quam in toto vitæ decursu est consecuta. Quinimo gratias illas, quas gratis datas appellant, quæue ad aliorum spectarent vtilitatem, haudquaquàm in primo suo conceptionis instanti, sed in instanti Incarnationis Verbi eam accepisse, pro certo habetur. Ex quibus omnibus apparet, quàm congruè ipsa dicat, tunc temporis, seu in illo instanti à Verbo instructam super se aciem gratiarum, diuinæque charitatis: atque erectum super ipsam diuinum eiusdem charitatis vexillum, quando sub vmbra illius sedit, quem desiderauerat: quādo per obumbrationem Spiritussancti, ac per eiusdem Verbi Incarnationem facta est ipsius desponsatio.

Maria in instāti Incarnationis donata est singulari perfectione sanctificationis.

e Luc.1.35

f Luc.1.41

In Maria triplex gratiæ plenitudo.

Ex Vers. IIII. Ordinauit in me charitatem.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

COMMVNIS SENSVS.

PAraphrasis Chaldaica: Et vexillum præceptorū eius suscepi super me in dilectione, & dixi: Omnia, quæ præcepit Dominus faciam, & audiam.

Communis ferè omnium Patrum sensus in explicatione istorum verborum, vel secundum versionem Sept. *Ordinate in me charitatem*: vel secundum lectionem Vulgatæ: *Ordinauit in me charitatem*: eò spectat, vt Ecclesia, aut pia Anima significet, se postquam à Deo admissa est in cellam vinariam, ab eodē Deo donatam, vt debito ordine charitate prosequeretur ipsum, et Deum, atque proximum, proximo cuique semper præferendo Deum; atque inter proximos, illos in dilectione ipsa præferendo, qui sint proximiores: quem communem sensum præ aliis dilatat Origenes homil. 2. ex duabus, & fusius homil. 3. ex quatuor. Quamquam Origenes, sicut & ij omnes, qui exponunt versionem Septuaginta, asserat, hanc ordinationem petere Ecclesiam, seu piam Animam ab Angelis, & à Sanctis Doctoribus, vt nimirum ab ipsis eam doceatur.

Obiecta charitatis suo quæque ordine diligenda sūt.

APPENDIX.

Orig.

Bene autem tanto studio id petit Spōsa, cùm hæc ordinatio sit admodum difficilis, prout indicat Hieron. in Epistola 8. ad Marcellam, dicens: Dilectio ordinem non habet: & impatiantia nescit mensurā: Vnde in Cantico Canticorum, quasi difficile præcipitur: *Ordinate in me charitatem.*

Ordinatio charitatis admodum difficilis.

Hier.

Neque ob id duntaxat, quia hæc sit difficilis; verùm etiam, quia sine ea nec charitas, nec virtus ipsa consistere queat, cum & amor ordinate sit amādus, & virtus sita sit in ipso amoris ordine, prout egregie Augustinus asserit in libro. 15. de Ciuit. Dei. ca. 22. his verbis. Creator si veraciter ametur, hoc est, si ipse, non aliud pro illo, quod non est ipse, ametur, male amari non potest. Nam & amor ipse ordinate amandus est, quo bene amatur, quod amandū est, vt sit in nobis virtus, qua viuitur bene: Vnde mihi videtur, quòd definitio breuis, & vera virtutis, Ordo est amatoris; propter quod in sancto Cantico Canticorū cantat Sponsa Christi, Ciuitas Dei: *Ordinate in me charitatem.* Quæ confirmari possunt per ea, quæ ait Bernardus in fine Serm. 50. Da mihi hominem, qui ordinato Dei intendat amori respiciens terram, suspiciens cælum, vtens hoc mundo, tanquàm non vtens, & inter vtenda, & fruenda intimo quodam mentis sapore discernens, vt transitoria transitoriè, & id duntaxat, quod opus, & prout opus est, curet, æterna desiderio amplectatur æterno: Talem, inquam, da mihi hominem, & ego audacter illum sapientem pronuntio: cui nimirum quæque res re vera sapiunt, prout sunt, & cui in veritate, atque securitate cōpetit gloriari, & dicere: *Quia ordinauit in me charitatem.*

Amor est ordinatè amand.

August.

Vera virtutis definitio est ordo amatoris.

Bernard.

Præter communiorem istum sensum diuersis insuper modis id, quod dicitur de ordinatione charitatis, explicatur ab aliquibus sanctorum Patrū. Primò enim Ambrosius ex hoc loco deducendum censet, charitatem ordinatam supponere præexistentes fidem, atque spem. In libro quippe tertio de Virginibus, Charitas, inquit, nō potest esse sine fide. Tres enim sunt velut vades Ecclesiæ, Spes, Fides, Charitas. Cum spes accesserit, fides fundata fuerit, ordinatur Charitas, Ecclesia copulatur.

Ambros.

Charitas debito ordine præsupponit fidē, atq; Spem.

Secundò per eandem charitatis ordinationem, intelligitur ordinata fidelium cōmunio: Vnde Catena Trium Patrum, quæ est apud Theodoritum, Ordinate, inquit, dicere Ecclesiam ad Angelos: *Ordinate in me charitatem*: ac si dicat, In me introducta ordinate illam diuinæ gratiæ communionem, qua vos ordine fruimini: In me quoque fideles singulos, pro cuiusque ratione diuinis misteriis instituentes, ordinate.

Tres Patr.

Ordo charitatis, i. ordinata fidelium communione.

Ordinatur tertiò charitas in exercitiis contemplationis, & actionis congruo ordine, & tempore exhibitis. Sic Philo Carpathius. Ordinatur, inquit, Charitas in Anima fideli ex diligenti obseruatione mandatorum: dum legit, & meditatur scripturas sanctas, ex quibus fructu suauissimo pascitur, & interna quadam Animi suauitate repletur, adeò vt in cellam vinariam, hoc est in arcana veritatis contemplando sæpè rapiatur, indeque sic edocta, voluptates omnes rerum omnium humanarum facillimè abhominatur, & fugit. Sed quoniam amandus

PhiloCar.

APPENDIX.

dus eſt & proximus, intermittit quandoque propriæ mentis exceſſum, & ad proximorum charitatem flectitur: vt ſciat, non ſibi ſoli datum eſſe donū ſpiritus, ſed & ad proximi vtilitatem; haud tamen deſerens, quod proprium eſt, & neceſſarium.

Bernard.

Ordinatio charitatis eſt ordinata cura ſui ipſius, ſimul & aliorum.

Et eodem ferè ſenſu Bernardus Sermone 49. Vtinam, ait, in me Dominus Ieſus tātillum ordinet charitatis, quod dedit, vt ſic mihi curæ ſint vniuerſa, quæ ſunt ipſius; vt tamen quod ei potiſſimum propoſiti, ſeu officij eſſe conſtiterit, ante omnia curem: Sed ſanè ita id prius, vt tamen ad multa, quæ mihi ſpecialiter non attinent, afficiat amplius. Non enim ſemper, quod prius curandum, id etiam diligendū amplius; cùm ſæpè quod prius eſt ad ſolicitudinem minus ſit ad vtilitatem, ac per hoc minus eſſe oporteat & in affectu. Et poſt multa concludit: Si me & ad id amplius, quod ſpecialius incumbit, ſolicitum, & nihilominus ad illud, quod maius eſt magis affectum exhibeam; vtrobique profectò inuenior charitatis ordinem aſſecutus, & non eſt, cur dicere non poſſim etiam ipſe, quia *Ordinauit in me charitatem.*

Charitas duplex, actualis, & affectualis, quarū oppoſitus ordo.

Ad eumdem quoque ſenſum referenda ſunt, quę ait idem Bernardus in Serm. 50. vbi diſtinguit charitatem in Actualem, & Affectualem; in eam, quę actu exhibetur, & opere; & eam, quæ retinetur in affectu. Tum inquit, vtramque, à Chriſto Domino ordinatam in Anima Sancta, ſed ordine oppoſito: Nā actualis inferiora præfert; affectualis ſuperiora: Etenim in bene affecta mente non dubium, verbi cauſa, quin dilectioni hominis Dei dilectio præponatur, & in hominibus ipſis perfectiores infirmioribus; cælum terræ; æternitas tempori; anima carni. Attamen in bene ordinata actione ſæpè, aut etiam ſemper ordo oppoſitus inuenitur.

Aponius.

Ordo charitatis ſponſę exhibitus quādo admiſſa ē ad contēplationē ordinis qui eſt in ſanctiſſima Trinitate.

Quartò ſecundum Aponium ordinata dicitur charitas in Eccleſia, cum admiſſa eſt ad contemplationem ordinis, qui eſt in ſanctiſſima Trinitate, ait quippe. In quo ordine charitatis, quid aliud credēdum eſt primùm imbui, niſi vt credat, & agnoſcat, primum debere Patrem nominari, in quo filius ſemper, vt verbum in voce; Secundum, Filium, in quo ſemper Pater; Tertium, Spiritum ſanctum, qui vera ratione de voce, & verbo, de Patre, & Filio procedere comprobatur, ſecundum illud initio Decalogi: *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo.* Secundus ordo eſt: *in tota anima tua;* & tertius ordo eſt: *in tota virtute tua.*

Notat autem præclarè idem Aponius, quod in primo capite, cùm retulit Eccleſia, admiſſam ſe in cellaria Dei, ſubintulit illicò: *Exultabimus, & lætabimur in te;* ob agnitam videlicet eius præſentiam corporalem, qui eſt ſapientia Patris, qui velut in conclaui Prophetarum præconijs latebat: in quo ſunt omnes exultationis, & lætitiæ theſauri. Hic verò, vbi ad intelligendam diuinam legem, & quicquid obtectum myſterijs dictum eſt, quis ſermo legis cui perſonæ conueniat; vel ad diſcendum ordinem charitatis, ſe dicit introductam, non ſe lætari, & exultare, ſed languere; eo quòd ſecundum eumdem Salomonem. a *Qui addit ſapientiam, addit & dolorē:* & quantò quis confectando proximior effici cœperit ſapientiæ, tantò eam vix conſpicit prolongatam: de quo dolore beatus naſcitur amor Chriſti, & de amore glorioſus ſanitatis Animę languor, qui ei omnes vires ſubtrahat ad peccandum. In tantùm enim Anima in omnibus mandatis legis diuinæ ſemper cogitando, quomodo debeant ſingula intelligi verba, rectæ fidei ordine, vel ſuo loco, aut quomodo poſſit, vel quibus operibus Chriſto coniungi, nunquam proculdubio membra ſui corporis diabolo arma parauit, nec vires in ſe tribuit facinorum ad æternum interitum,

Quare anima prouecta ad diuinorū myſteriorū cognitionem languorē contrahat.

a Eccl. 1. 18

APPENDIX.

Bernard.

Ordinatio charitatis eſt diſcretio adiuncta Zelo.

Quintò, ſecundum Bernard. Ser. 49. per ordinationem charitatis deſumitur diſcretio adiuncta zelo. Semper quidem, inquit, zelus abſque ſcientia minus efficax, minuſque vtilis inuenitur: plerumque autem, & perniciosus valdè ſentitur. Quò igitur zelus feruidior, ac vehementior ſpiritus, profuſiorque charitas, eò vigilantiori opus ſcientia eſt, quæ zelū ſupprimit, ſpiritum temperet, ordinet charitatem.

Rupertus Abb.

Maria ordinata charitate Chriſtum dilexit cūmun di ſalutem ei ſuo prætulit affectui.

Sextò, Rupertus Abbas refert hæc ad B. Virginē, vt tale quid ea ſibi velit. Iamdudum docuerat me charitatis ordinem, vt dolorem quidem, & iuſti doloris gladium in mente, vel anima portarem, nō tamen auerti propoſitum Dei, cuperem, prouēturum ipſi ad gloriam, & honorem, & humano generi ad perpetuam ſalutem.

Referunt alij hæc ad ordinationē charitatis Dei in nos. Sic primùm Caſſiodorus, & Beda, eatenùs Eccleſiam, inquiunt, dicere, *Ordinauit in me charitatem:* quatenùs agnoſcit, atque fatetur, Deum priorē dilexiſſe nos, antequam à nobis diligeretur.

Caſſiodo.

Beda.

Prior ordine Deus dilexit Eccleſiam.

Secundò, quia ordine quodam dilexit membra ſua. Ac ſi dicat, ſecundum Bedam. Omnia quidem membra mea, omnes electos pia ſibi charitate copulauit: Sed eminentiora quæque ampliori, vt decet, affectu complexus eſt. Omnes quippe dilexiſſe patet ex verbis illis. *Cum dilexiſſet ſuos, qui in mundo erant, in finem dilexit eos:* Et tamen indulgentior in quemdam amor, intimatur, cum dicitur: *Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.*

Beda.

Ordinata charitate Deus dilexit Eccleſiam.

Tertiò, ſecundum eumdem Bedam, quia charitatem, qua Eccleſiam ipſam ante ſæcula elegit quibuſdam profectuum gradibus per temporum incremēta monſtrauit.

Beda.

Bernard.

Ordinatio charitatis, eſt multiplex ordo chariſmatum.

Quartò denique, ſecūdum Bernardum ſerm. 49. vt per ordinationem charitatis ſignificetur multiplex chariſmatum, & miniſtrationum ordo, qui in Eccleſia in vnum per charitatem eſt colligatus, iuxta illud: *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus,* &c. Et, *Quoſdam quidem dedit Apoſtolos, quoſdā autem Prophetas,* &c.

Gre. Nyſſ.

Charitas ſtabilis optanda.

Sunt, qui haud de ordinatione charitatis Sponſi, aut Sponſæ, ſed de ſtabilitate, & ſolidatione potius charitatis Sponſæ Eccleſiæ, aut Animæ hæc ſumūt, quæ hic dicuntur. Sic Gregorius Nyſſenus homil. 4. græcum verbum τάξατε accipiens, non tantum vt ſignificat: *Ordinate,* verùm etiam vt ſignificat: *Conſtituite, ponite, & confirmate:* addit alterum dicens. An fortè per hoc etiam licet intelligere, quòd quoniam, quæ primo fuerat dilecta, per inobedientiam fuit inter inimicos reputata, nunc ad eandem reuerſa eſt vitam, per charitatem Domino coniuncta, ea nunc dicit: Confirmate mihi hanc gratiam, eāque ſtabilem facite, & immobilem, vos amici ſponſi, ſtudio, & diligentia mihi conſeruantes propenſionē ad id, quod eſt melius.

Amb.

Ambroſius in eodem ſignificatu idem accipiens verbo, legit: *Conſtituite in me dilectionem,* quod ſer. 5. in Pſalm. 118. verſ. 1. breuiter explicans, ait, bona ſtatiua, vbi plenitudo eſt charitatis.

Ordinatio charitatis & illius plenitudo.

Huic quoque ſenſui deſeruire poteſt lectio, qua Hieronymus lib. 3. in Zachariam c. 14. legit. *Ponite ſuper me charitatem:*

Hier.

Beda.

Ordo charitatis eſt illius ſtabilitas

Eundemque ſenſum accommodat Beda lectioni Vulgatæ, vt ordinatio charitatis pro confirmatione poſita intelligatur, quia quæ temere locantur, infirma ſunt, quæ autem ordinatè, firmiter manent. Sic ordinaſſe Dominus in Eccleſia charitatem aptè dicatur, quam congruis profectibus in cordibus fidelium ſuorum ſolidare dignoſcitur.

Digitized by Google

LITTERA.

Vers. V. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

A

Expositio Prima, iuxta Litteræ sensum.

Quod amantibus sæpe sæpius euenire solet puellis, vt præ amore ad illius, quem deperennt, absentiam & corporis languorem, & animi patiantur deliquium; hoc sponsæ frequentius in hoc Cantico euenisse comperimus; nam prout in principio capitis primi visum est, in huiuscemodi deliquio constituta, prima illa protulit verba: *a Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt vbera tua vino, &c.* Hanc ægritudinem sese opprimentem, Sponso vt nuncient, Socias supplicibus exorat verbis in capite quinto, cùm defatigata iam esset in illo quærendo, dicens: *b Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo:* Quinimo & in capite tertio, vbi primo eumdem quæsiisse refertur, hoc ipso languore eadem in somnum dicitur decidisse, ita vt Sponsus illam miseratus, in ea ipsa, quæ hic habentur, prorupit verba: *c Adiuro vos, &c. ne suscitetis, &c.* Et in capite octauo, eiusdem Sponsi languens desiderio, viribus destituta, & in eius decidens amplexus, ait: *d Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me;* in somnumque prolapsa, dilectus adiurat socias eius, adiuratione illa: *Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, &c.* At nullibi sanè melius, & clariùs describitur istiusmodi eius deliquium, quàm in præsenti sententia, in qua ipsamet ægritudinem hanc suam, simul cum illius causa exprimens, illa exposcit remedia, quæ præsentanea iis exhiberi solent, qui talem patiuntur languorem; flores, odores vina, & poma. Quod enim in nostra vulgata legitur: *fulcite me floribus* in Græco, iuxta lectionem Septuaginta, dicitur στηρίσατέ με ἐν μύροις. *Fulcite*, seu, *confirmate me in vnguentis*, & in Hebræo; *fulcite me* באשישות baascisciioth. *in lagenis, seu in vasis vitreis*, in quibus scilicet vinum continetur, vt positum sit continens pro contento vino. Quamquam si lagenę aut phialæ simpliciter per eam vocem significetur, non tam vinum, quam & vnguēta per eam peti possunt, sicut intellexerunt Septuag. ponentes è contrario contentum pro continente.

a Cãt. 1.1. b Cãt. 5.8. c Cãt. 3.5. d Cãt. 8.3.

Porrò, iuxta lectionem hebraicam ex remedio, quod Sponsa efflagitat, expressiùs languoris illius manifestatur qualitas: deliquium videlicet, cui maximè opportuna remedia sunt vinum, atque odores cùm enim in deliquio fiat exinanitio spirituum, cùm animalium, tum etiam vitalium; his quidem vino opem ferimus, tanquam cognato alimento, quo recreantur simul, ac roborantur: illis verò odoribus.

Iuxta nostram autem lectionem vulgatæ, haud ita clarè ista exprimitur languoris species, sed indefinitè ægritudo significatur, quæ ex amore proueniat, cui per florum, pomorumque pulchritudinē, perque eorundem, atquè etiam vnguentorum odorem succurri facile queat: & optimè hæc conueniūt rusticæ personæ, flores, vinum, poma, atque vnguenta.

I. SENSVS.

His præmissis, enodemus iam ipsam sententiam propositam. Cùm Sponsa post diutinum colloquiū postque alternas sibi inuicem collatas laudes ad discessionem accinctum dilectum præsentiret, haud ferre valens eius separationem, cui arctissimis colligata erat amoris vinculis, ad socias, quas in præcedenti quoque sententia fuerat allocuta, hæc ait, *fulcite me floribus, &c.* Ac si dicat.

LITTERA. PARAPHRASIS.

Quid immensa enarrare cogor, quæ in me dilectus meus contulit beneficia, desponsationem, introductionem in cellam vinariam, ordinationemque amoris: En vim amoris ferre non valeo: tantillum separationis illius sustinere nequeo: abripit secum Animam meam: ferte amabo opem decidenti: *fulcite me floribus; malis me* vndique circundate, afferte vina, afferte & vnguenta, vt meus reuiuiscat spiritus, vtque meæ aliquantulum roborentur vires.

Egregiè autem multòque efficaciùs hæc ipsa, iuxta versionem Septuaginta expressa sunt, quę pro eo, quod in vulgata habemus: *Quia amore langueo*: legit ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. *Quia vulnerata charitate ego*, scilicet, sum.

B

Simile.

Porrò id obseruatum est in ijs, qui graui aliquo confossi fuerint vulnere, vt quandiù vulnus ipsum est calidum, vix quidquam, vel languoris sentiant, vel doloris: cum verò vnà cum sanguine & calor abscesserit; tunc demum dolore conficiantur acuto, tunc languore tabescant; tunc & Animam prope exhalantes corruant. Ad hæc allusisse, crediderim, Sponsam, dum ad dilecti sui separationem labascēs hæc ait. Erat illa sanè vulnerata charitate, quando desponsata est, quando alternis cum sponso in præcedentibus contendebat laudibus: quinimò maximo tunc confodiebatur vulnere, quando ab eodē introducebatur in cellam vinariā, vbi & acies charitatis in ipsa ordinabatur. At nil ex istiusmodi vulnere sentiebat doloris, quia ipsum præsentem habebat dilectum, quo calidum seruabatur, seu potius renouabatur vulnus: cùm verò is ab ea elōgari, aut tantillum separari tentaret; tunc vulneratam se sensit, tunc ob susceptum vulnus dolore affecta est, & languore; tunc animo corruit, viribusque cæpit destitui: vnde & ab adstantibus externa petiit adminicula vnguentorum, atque malorum.

C

II. SENSVS.

Posset & alter eorum, quæ hic dicuntur, afferri sensus; vt non tam ex dilecti discessu sponsa vulneratam se dicat charitate, & amore languidam, quā ex illius præsentia: ex iis, quas ille in se contulit, laudibus, necnon & ex insignibus, quæ commemorata sunt charitatis indiciis: sicque haud animi deliquium significet, sed infirmitatem indefinitè, & languorem causatum ex vulneribus amoris. Enimuerò id proprium amoris esse, vt ardentissima spicula per ipsum ab amante in amatum iaculentur, fabulosa quidem, sed congruentissima significatione in eo testati sunt Philosophi Gentiles, quòd Cupidinem Amoris Deum cum pharetra, & arcu sagittantem proposuere colendum. Sponsa igitur, cum in præcedentibus retulisset immensa, quæ sibi a dilecto exhibita essent, amoris signa, in illum, a quo ea acceperat, coniectos oculos habens, acutissimis ex illius intuitu confossam se sensit iaculis charitatis, ita vt ex tali vulnere grauem contraxerit languorem. Porrò flores, vnguenta, & poma ad huiuscemodi languoris remedium expetit: quandoquidem his potissimum oblectari sese solent amantes, his languentiū animi recreantur, roborantur, & vires: Quod autē ait, tale quid esse videtur.

D

E

PARAPHRASIS.

O quàm ingens est vis charitatis? Tanta sunt, quę mihi præstantissima dilectus meus exhibuit, vt ex illius aspectu vulnerata sim charitate, vt vires haud suppetant ulteriùs in eorum progredi narratione: amore langueo, dumque illum intueor, crescit languor iste magis ac magis: ferte itaque opem languēti, *fulcite floribus*, confirmate unguentis amantem: *Stipate pomis* amoris *me* amoris ægritudine languētem.

Symmachus prima huius sententiæ uerba sic ex

he-

LITTERA.

hebraico vertit ἐκάθισα ἐν τῇ ἄνθει. *Requiescere me facite in flore*: idest sternite mihi flores, vt super illos requiescam. Ex qua Symmachi versione Hieronymus interpretationem mutuatus est hebraicæ dictionis באשישות baasciscioth; quam recentiores asserunt significare lagenas, seu vasa vitrea, in quibus vinum contineatur; propterea vertit: *fulcite me floribus*. Antiquiores tamen hebræorum in libro Midras scir hascirim dictionem prædictam deducunt à nomine אש esc, quòd ignē denotat, vt באשישות baasciscioth significet in duobus ignibus, dicatq; secundum eos sponsa: *fulcite me* duobus ignibus, vel ignibus plurimis. Quæ quidem languori charitatis maximè congruunt, vt in subsequentibus patebit expositionibus.

Sunt, qui eamdem vocem deducūt à verbo אשש asas, *fundare*; vnde nomen אשיש asis *fundamentū*; vt ad verbum vertendum sit: *fulcite me in fundamentis*; idest, rebus, quibus veluti fundamentis fulciar, ne corruam; quod expressius rebus ipsis significarunt Interpretes, reddendo res, quæ languenti deseruire solent pro fulcimentis, ideoque vertentes, vel floribus, vel vnguentis, vel palatis, aut lagenis, scilicet vini.

Notat, Origenes homil. 2. ex duabus, quosdam interpretum pro ἐν μύροις, vt habent Septuaginta, posuisse, οἰνανθίνοις. Oenanthinum autem significat vinum ex labrusca factum.

Vers. V. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Expositio Secunda. De prima Sponsa quæ est Ecclesia Sancta.

Ecclesia languens Febre amoris cū deliquio mortali dicitur ægrotare languere.

PRobatissima est Medicorum sententia; vt febris cum deliquio mortalis definienda sit: ardentissima sanè charitatis febre ex tunc Sancta exarsit Ecclesia, quando in forma ignis super Apostolos descendit Spiritus Sanctus; tuncque vnà cum huiuscemodi febre, imò ob huiuscemodi febrem perpessa est, & deliquium. Iure igitur, mortali se ait ægrotare languore; mortemque sibi imminere nunc profitetur, & cum deliquio corruens in hasce prorūpit voces: *Fulcite me floribus; stipate me malis; quia amore langueo.* Indicat quippe, deliquium istud esse cū febre, atque etiam ex febre ipsa prouenire: vnde & sequitur dulcissima mors illicò, ita vt Spōsus haud passurus sit, ab ea illam vllatenùs suscitari, dicetque: *Adiuro vos, filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam; donec ipsa velit.* Quæret autem quis non immeritò, si sponsæ deliquium in dramate repræsentatur, causatum ex separatione sponsi: quando nam Christus ab Ecclesia, vel tantillum elongatus est, quem Apostolis contestatum scimus, perpetuò cum ipsa fore mansurum, cùm dixit: *a Voce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi?* Quomodo ergo inquiet quisquis ille est, quomodo deliquio corruisse se asserit? de febre haud quidpiam est dubij: at si post febrem, qua exarsit per ignem Spiritus Sancti, isto languere cœpit deliquio; augetur, inquiet, difficultas, qua ratione ab Ecclesia, quæ Sanctum in se habet Spiritum, disiungi is vel ad modicum potuerit, quem ex Apostoli doctrina constat, *b* per Spiritum sanctum habitare in cordibus nostris? Ad hæc porrò dicendum, verissimam quidem, aptissimamque esse dramatis repræsentationem: nam quamuis haud fieri queat, vt Christus Ecclesiæ Sponsus à corpore separetur amantissimæ Sponsæ: elongatur nihilominus sæpè sæpiùs à compluribus eius membris, quando in aliquibus hominibus, in Regnis, atque Prouinciis vel hæresis regnat, vel graue aliquod scelus: Tunc certè Sancta Mater, quanto vehementiori circa præcordia ardet calore charitatis, tanto ob febrem istā maiori languet deliquio, dilecti sui, à quo tantis cumulata est beneficiis, animaduertens separationem ab ijs, quos secum is in Sacræ Scripturæ vinariam cellam introduxerat, super quos & charitatis aciem ordinauerat. Quid verò faceret, istiusmodi labascens deliquio? præsentaneum, maximèque accōmodatum à Sacris Doctoribus adhiberi sibi poscit remedium, mala, & flores; ingentem nimirum eorū multitudinem, qui & ad fidem catholicam conuersi floreant, & vitæ sanctitate insignes fructus afferant perfectionis illius, qualem à mali arbore, & à ligno Crucis prolatam scimus in Christo; dum ergo ait: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*, æquè est, ac si hoc pacto vel cælestes spiritus, vel suos alloquatur Doctores, aut Sacerdotes.

Christus quō dici debeat elongatus ab Ecclesia.

a Matt. 28. 20.

b 2. Ro. 1. 14.

DE ECCLESIA.

Langueri amoris fideliū cōuersione, & vitæ integritate succurri sibi poscit Ecclesia.

Ordinauit in me dilectus meus *aciem charitatis*: vnde haud ferre possum, vt à tantis disiunctus sit Prouinciis, & Regnis: pati nequaquam valeo, vt ab immensa discedere velit hominum multitudine, eorum præsertim, super quos eiusdem charitatis aciē ab illo iam prius instructam cognosco: ferte itaque opem labēti, *quia amore langueo*. Exardescit in meis præcordiis feruor charitatis; charitas quippe Dei diffusa est in iis, quibus viuo, præcordiis: in iis, qui in me sunt, Sanctis atque perfectis, idque per Spiritum Sanctum, qui datus est illis. Tanto verò languori, tanto meo deliquio facilè succurrere vos potestis, si plures vestra conuersi fuerint intercessione & opera: ij quippe mihi pro florib. sunt, atque pro malis, iis meum fulcitur corpus.

PARAPHRASIS.

Circa hæc, duo in primis sunt, quę ponderationem expetunt aliquam. Primum, qua ratione febris charitatis, deliquium afferre dicatur, & mortem: quandoquidem charitas vita est, qua & Ecclesia viuit, & animæ singulæ: eademque præstat robur, & vires, quibus curritur via mandatorum Dei: quibus & aduersus spirituales nequitias dimicamus, tutissimam ex iis reportātes victoriam. Alterum est, quānam ob causam illi, qui conuersi sunt, vel ad fidem vel ad vitæ perfectionem, exprimantur metaphoris florum, atque malorum: quove pacto ab iis fulciri, stiparique queat Ecclesia.

Charitatis febris qua ratione deliquiū afferat, & mortem.

A primo expedire nos facilè poterimus ex duobus Apostoli locis, in quorum altero fortitudinem magnam cum sua iungit infirmitate, dicens: *c Cum infirmor, tunc fortior sum*: in altero verò vitam iungit cum morte, vbi ait: *d Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo.* Enimuero hoc est proprium, ac peculiare amoris, vt vires, & animam ipsam abstrahat ab amante, quo fit. vt in iis, quæ ad ipsum spectarint, atque ad proprium commodum infirmus maximè sit is, qui amat, ac penè deficiens, & mortuus nihil curet eorum: Eodem tamen tempore idem ipse maximè viuens in amato, in rebus iis, quæ ad amatum quomodocūque pertineant, tanta est præditus fortitudine, vt difficillimum quodque aggrediatur, in mediasque, si opus fuerit, sese proripiat hostium acies, quod & in brutis quoque animaduertere fas est, quando pro filiorum salute dimicare, iis necesse fuerit. Quòd si in amore naturali hæc simul inesse conspiciuntur, vt & languorem, & robur, & mortem, & vitam in vno eodemque causet amante. quantò id congruentius de amore diuino, deque supernaturali asserendum

c 2. Cor 12. 10.

d Coloss. 3. 3.

DE ECCLESIA.

dum est charitate? Breuissima sanè sententia hanc mirabilem per charitatem effectam contrariorum coniunctionem sponsus ipse, qui charitate fragrantissimus extitit omnium, in posterioribus huius Cătici significasse comperitur, vbi ait: *e Fortis est, vt mors, dilectio*: Aequè est enim, ac si dixerit: Dilectio, ac charitas fortissima simul est, & instar mortis: quia nimirum, cùm & vires, & animam æquè ac mors auferat ab amante: fortissimum tamen vno eodemque tempore illummet reddit, validissimumve ei ingerit robur; Et Dauid pariter ex persona totius Ecclesiæ ambo hæc per ipsam charitatem in se coniuncta fatetur, cùm inquit: *f Defecit caro mea, & cor meum; Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*; si languorem, atque deliquium perpessus est, ita vt viribus destitutus defecisse in se senserit & carnem, & ipsa præcordia, in quibus sedes est vitæ: simul tamen fortissimum se animaduertit in his, quæ ad Deum spectarent; Deum videlicet ipsum pro robore habens cordis sui, proque vita totius substantiæ suæ: quod apertiùs exprimitur, iuxta versionem Hieronymi, quæ sic habet: *Robur cordis mei, & pars mea Deus in æternum*. Robur cordis mei; quia etsi præ charitate deficiam, viribusque destituar in memetipso, is tamen, quem tota dilectione depereo, Deus meus, robur est meum, quo confirmor, & fulcior. Hinc igitur est, quòd in hac, quam præ manibus habemus, sententia languere quidem se, asserit Ecclesia: at cùm languor ipsius, atque deliquium ex eo proueniat amore, quo in Christum flagrat dilectum suum, inde duntaxat sibi opem ferri posse significat, vnde eius, quem diligit, gloria propagatur: atque adeò hanc vnam expetens gloriam; *fulcite me*, inquit, *floribus, stipate me malis*: Haud omnium vnius, duorum, vel trium sibi satisfactum existimat conuersione, sed innumeros in se intueri vellet flores, torque mala, vt quasi à militum cohortibus ab iis, qui conuersi ad vitæ perfectionem, designantur per mala, vndique stiparetur, roburque acciperet, ac munimen.

Egregiè autem eos, qui vel ex heresi ad fidem Catholicam, vel ex peccatis ad nouæ vitæ conuertuntur immutationem, per metaphoram florum expressit: sicut & illos, qui à tepida viuendi ratione ad arduum conuersi sint studium mortificationis, atque ad perfectionem vitæ spiritualis, designauit metaphora malorum. Hi enim flores sunt, illi planè similes effecti, qui de semetipso dixit: *g Ego flos campi*, & mala pariter, fructus sunt ex Christo Cruci affixo pendentes, de quo superiùs etiam dictum est; *h Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios*. Quomodo verò conuersi illi vnius eiusdemque arboris mali, Christi nimirum crucifixi, & mala sint, & flores malorum, ex vnica, eaque breuissima Apostoli sententia colligere licet, qua ad Romanos ait: *i Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus*. Quid enim est, complantatum esse similitudini mortis Christi, nisi id, quod alibi de semetipso idem asserit Apostolus: *K Christo confixus sum Cruci*? ij sanè malo complantati facti sunt arbori, quia vnà cum Christo crucifixo in eodem complantati facti sunt Ecclesiæ solo, simul cum illo commortui erroribus, atque peccatis, simul cum illo crucifixi per pœnitētiam, ac per mortificationem, à Christo producti per gratiam, quam eis in Cruce pendens meruit: necnon & à Christo cruci affixo pendentes, vel instar florum, cùm nondum per bona opera pomorū dulcedinem exhibuere, vel instar malorum, cùm fidem habuerint, per dilectionem operantem; cùm suis sanctis operibus, bonæ famæ fragrantia, &

e Căt. 8. 6.

f Psal. 72. 26.

Cōmunior Patrū Latinorū sēsus. Cōuersi ad fidē catholicam, & ad perfectionē vitæ spiritualis quā congruè dicantur flores, et mala.

g Căt. 2. 1.

h Căt. 2. 3.

i Rom. 6. 5

k Galat. 2. 19.

A dulcedine conuersationis proximos quosque recreauerint. Bene verò hi, qui hoc pacto complantati facti sunt similitudini mortis Christi, simul cū Christo resurrecturi dicuntur; nam quemadmodū flores, ac mala simul cum arbore commortui in hyeme, simul quoque cum ipsa, cui complantati facti fuerunt, quodammodo resurgunt in vere, & in æstate: Eodem modo, & conuersi illi, cum Christo resurgēt in vere futuri sæculi, qui in hyeme præsentis vitę cōplantati facti sunt similitudini mortis illius.

Simile.

Hæc quidem iuxta lectionem nostram, qua dicitur: *fulcite me floribus, stipate me malis*: At si vel iuxta hebraicam lectionem dicatur: *fulcite me lagenis vini, consternite mihi mala*: aut iuxta versionem Septuaginta: *Confirmate me in vnguentis, stipate me in malis*: Dici non incongruè posset, (vt ea hic quoque prosequamur, quæ de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento in præcedenti cæpta fuere sententia) Ecclesiam, Animas nimirum Sanctas, ex quibus potissimùm illa constat, significare, se inde contraxisse amoris languorem, quòd in cœna illa nouissima à Christo introducta est in cellam vinariā, quādo is conuiuium ei parauit lautissimum corporis, ac sanguinis sui: quando & in tanti Sacramenti institutione vexillum super ipsam eleuauit amoris, deliquium autem tunc perpeti, cùm aliquando à tali vel per modicum temporis elongatur Sacramento. Quidni enim præ amore deficiat, cui cibus deficit amoris? Quidni amore langueat, quæ vinum nō bibit amoris? Ecclesia igitur ex persona illarum animarum, quibus haud copia est ministerij Sacramētorum; ob huiusceemodi inopiam viribus sese præ amore destitui, asserens, hanc à Sanctis Sacerdotib. opem implorat, vt vinum ei propinent sanguinis Domini, quo fulciatur, vtque mala ei afferant, fructum nimirum Christi in cruce pendentis, qui est sicut malus inter ligna siluarum, corpus, ac carnem illius sacratissimam, quæ licet sub panis specie tribuatur, rectè tamen malorum vocabulo exprimitur vt, in præcitata arboris mali persistatur metaphora. *fulcite me lagenis*, inquit, iuxta Hebraicum textum, non vino simpliciter: quod haud abs re factum crediderim, nam communicantibus non datur quidem separatim sanguis Christi sub speciebus vini, prout à Sacerdotibus in Missæ sacrificio confici, sumique solet, verumtamen idem ipse illis datur sanguis in corpore, tanquam vinum in lagena inclusum, per cōcomitantiam, (vt dicunt Theologi) contentum in ipso corpore. Bene vero hoc sibi ministrari exposcens Sacramentum, haud simpliciter ait: *Fulcite me lagenis, cibate me malis*: Sed *stipate me malis*: vt designet, se velle quidem, ac vehementer exoptare, vt per eos sibi Sacramentum ministretur; ita tamen, vt illius susceptione consequi mereatur robur præcipuum illius effectus, quo tutissime, æque, ac si vndique fortissimis stipata esset agminibus, progredi possit in via spirituali; alterumque eiusdem effectum tranquillitatem, & pacem, qua tutissime, quasi in proprio stratu requiescere valeat, hoc enim significare videtur, dum ait: *Consternite mihi mala*, iuxta vim hebraici verbi רפדוני Rapheduni: At quia hos Sacramenti effectus percipere se minime posse, cognoscit, nisi cum deuotione ipsum susceperit, idcirco hanc prius efflagitans deuotionem ait. *Confirmate me in vnguentis*, vnguentorum metaphora illam designans, vel quia instar vnguentorum diuinis naribus fragrantem redolea: odorem, vel quia robur ad bene operandum animæ impertit, æque ac vnguenta corporibus Palæstritarum, quam ipsam deuotionem alia metaphora expressit textus Hebraicus, iuxta acceptionē anti-

Eucharistiæ cōionem, ꝗ desiderio incēt Aiæ Sanctæ.

B

C

Corpus Xsti in Sanctissimo Sacramento quare malorū nomine appelletur.

D

Non tantū Sacramētū sed & effectus Sacramenti desiderant animæ Sctæ.

E

Ad Eucharistiæ dignā susceptionē maximè necessaria est deuotio.

Deuotio quare vnguentorum, vel ignium metaphora exprimatur.

DE ANIMA.

antiquorum Rabbinorum, legentium: *Fulcite me ignibus.* Et quidem admodum congruenter: nam cũ deuotio nitatur charitati, aptiſſime ignium metaphora exprimitur, cum inferius de charitate dictũ reperiamus. *1 Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum.* Petit autem Eccleſia in perſona prædictarum animarum, & petit a Sacerdotibus, a quibus ſibi miniſtrandum eſt Chriſti corpus, deuotionem, & charitatẽ; non vt illi hæc ei largiantur, quos optime nouit, talia haudquaquam conferre poſſe per ſemetipſos; ſed, vt eorum interceſſione a Deo ipſa conſequi mereatur; vtque ſalutiferis eorundẽ monitis ad illa promoueatur.

1 Cãt. 8. 6.

Verſ. V. Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

Simile.

Aīa ſimilis exhalationi terreſtri quatenus ignea redditur per vicinitatẽ ad Deum.

Aiunt Philoſophi, exhalationes terreſtres ob leuitatem, calorem, ac ſiccitatem eleuatas a Sole ad ſupremam aeris Regionem, quæ ignis ſphærã attingit, ibidem tum ob vicinitatem ignis, tum ob velociſſimum motum, quo vnà cum aere cientur, licet propria natura nihil aliud ſint, quam obſcurus fumus; nihilominus accendi, atque eamdem omnino ignis qualitatem ſuſcipientes, perlucidas, ſplendidasve euadere. Iſtud ipſum Chriſtianæ, & piæ animæ vſu venire, conſpicimus: ipſa enim per Chriſtum iuſtitiæ Solem a fluxis hiſce, & fluentibus rebus humanis ſubleuata, a terrenis voluptatibus, & vitiis ad ſupremam cæli Regionem abſtracta, vt affectet cœleſtia; quamuis ob peccatum, cui miſere prius erat ſubiecta, inſtar carbonis denigrata eſſet, ideoque & diceretur antea ſpiritus fuſcus, & niger: Deo tamen approximata, ſuccenſaque ob eam approximationem igne diuini amoris, & ignea fit, & perilluſtris.

Hinc eſt, quòd cum in ſuperiori ſententia ſignificaſſet, ſe a Chriſto Domino introductam in cellam vinariam, ibique ſuper ſe ordinatam charitatem, ſiue eleuatam ad ſphæram amoris diuini: ex approximatione, & propinquitate tanti ignis nũc eo ipſo igne ſe ſuccenſam affirmat. *Qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum ipſo*: explicat autem hanc ſuam charitatis ſuccenſionem, non ſimplici ſuccenſionis, vel inflammationis vocabulo; ſed aliâ, haud tamen incongrua metaphora languoris, dicẽs: *Amore langueo*: Ac ſi dicat.

1. Cor. 6. 16

PARAPHRASIS.

Amore ſuccenſa ſum: Charitatis ignis in meis ardet præcordiis, adeoque ſuccenſa ſum, vt vehementiſſimæ febris languore ardeam. Bonus certe languor, cum infirmitas hæc non ſit ad mortem, ſed ad vitam, vt glorificetur Deus per eam: cum ardor, febriſve iſta non ſit ab igne conſumẽte, ſed ab igne potius perficiente, ac illuſtrante: quinimo cum ab igne ſit conſumente, & cauſante maximam terrenorum affectuum conſumptionem.

Amoris lãguor, qualis ſit.

Simile

Porro quod aduertitur in ægritudinibus corporalibus, vt languens cum ſibi integrum non ſit, voluptatem capere ex ciborum varietate, vel gelidarũ refrigeratione, ex venationibus, atque ex his ſimilibus, quæ vel morbum exacerbare, vel mortem ipſam ſoleant minus temperatis afferre; ne omnipenitus careat delectatione, cubiculum ſibi curet viridi fronde conueſtiendum, ac variis, & odoratis floribus, pomiſve exornandum, quibus & viſum, & defeſſum, mœſtumve ſoletur animum. Illud idem prudens efficit anima, quæ ardentiſſimo laborãs diuini amoris lãguore, cum humanos guſtus nequeat percipere, quæ peccati mortem afferrent, diuina verba audire exoptat, & toto laborat ſtudio, vt actiones, operaque ſibi recenſeantur Chriſti dilecti ſui: eoque pacto, quæ erga mundana eſt languens, & abſque diuina præſentia prope deficientem ſeſe cognoſcit, ex iſtiuſmodi florum, atque pomorum ſuauiſſimo odore, ac pulchritudine vires ſibi ad Deo ſeruiendum, & ſpiritus ſuppeditandos confidit.

Ideoque ſummo ſtudio a Sanctis Spiritibus ea expoſcens, & a Sanctis Doctoribus, ait: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*: Bene autem floribus hiſce, hiſque malis fulciri ſe, petit, quę deliquium patitur ob vehementem in Chriſtum amorem, & ob ariditatem magnam, quam ſentit in Sanctis exercitiis, quia Chriſtus ipſam dereliquiſſe videtur. Neque enim aptius huiuſcemodi ſuccurri poſſet languori, quàm ſi languenti ob Chriſti amorem, & ob eiuſdem abſentiam ipſiuſmet Chriſti pręſentia proponatur, & amor. Quid vero aliud ĩ Chriſti factis magis eluceſcit, quam præſtantiſſimus illius amor erga ſingulas animas, pro quo quidem amore factus eſt malus inter ligna ſiluarum, & mala mali arboris poma appellari voluit quæcunque geſſit, & fecit, mala inquam, quæ ſunt amoris hieroglyphicum, prout ſupra notatum eſt. Præſentia vero Chriſti, ſeu potius Chriſtus præſens quomodo melius dignoſci poteſt, quàm ſi eius proponantur verba? quam ſi eius dicta percipiãtur? in quibus dictis illum ipſum loquentem quodammodo intueri fas eſt, prout amicos manifeſtum eſt ſeſe mutuo intueri in litteris, ſibi inuicem miſſis, quibus colloquuntur quaſi præſentes.

In exercitiis ſpiritualibus, quare lãguat aīa Sãcta, quæve eius lãguori ſit apta remedia.

Quòd ſi quis quærat, quam congruentiam habeant Chriſti verba cum floribus, vt apte ſub florũ metaphora ea intellecta dicantur: Reſpondendum, congruentiam eſſe multiplicem: primò, quia à Chriſto, qui eſt flos campi, proceſſerunt. Sicuti enim flores violas appellamus, quæ ex planta violæ proueniunt, quam plantam idcirco florem quoque dicimus, quia flores progignat violarum. Sic Chriſti verba flores nuncupantur, quia à Chriſto prouenere, quem florem campi; & lilium conuallium ſcimus appellatum ob id in primis, quòd inſtar plantę lilij, ac floris campi flores, ac lilia ex ſuo protulerit ore: vnde in poſterioribus, cum hæc ipſa commendantur eius verba, dicuntur eſſe lilia odoratiſſima: *a Labia illius lilia diſtillantia myrrham primam.* Ex qua eorum commendatione duplex inſuper colligitur congruentia inter ipſa, atque flores: pulchritudinis nimirum, atque fragrantiæ: Pulchritudinis, quæ in eis eſt, æquè ac in candidiſſimis liliis, propter cuius pulchritudinis decorem ad Sponſum in Pſalmis dictum recolimus: *b Diffuſa eſt gratia in labiis tuis*: Fragrantiæ vero, quæ tanta eſt, vt aptiſſima ſimilitudine propterea myrrhæ comparentur præſtantiſſimæ: & fortaſſe propter hanc eximiã fragrantiam hæc ipſa Chriſti verba vnguentorum nomine expreſſerunt Septuaginta cum verterunt: *Confirmate me in vnguentis*, animaduertentes, tantum ex iis emitti ſuauitatis odorem, vt etſi flores ſint; non tam flores nihilominus dicenda videantur, quàm vnguenta omnia pretioſiſſima. Eſt denique & quarta congruentia inter Chriſti verba, atque flores: quòd ſicut flores fructus producunt: Ita & Chriſti verba in cordibus, in quibus ſuſcepta fuerint, & cuſtodita, fructus proferunt virtutum: vnde talibus dicitur: *c Qui in corde bono, & optimo audientes, verbum retinent, fructum afferunt in patientia. d Fructum trigeſimum, ſexageſimum, atque centeſimum*; Fructus Spiritus Sancti; fructus & vitæ

Verba Chriſti quã apte dicantur flores.

Simile.

a Cã. 5. 13

b Pſ. 44. 3.

c Luc. 8. 15

d Ma. 13. 9.

DE ANIMA.

vitæ æternæ, iuxta illud: *e Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt*: &, *f Verba vitæ æternæ habes*.

Io. 6. 68.

ALIVS SENSVS.

Quamuis autem ob tantas congruentias apte ad modum, quæ iam allata sunt, dicta esse, appareat; aptius tamen fortasse florum simul, atque malorum appellatione Christum ipsum, ac diuinum Verbũ significatum crediderim: vt anima illa Sancta, quæ in superioribus retulit se desponsatam Verbo, ab eoque ad eximij amoris indicium in vinariam contemplationis cellam introductam, & ibi præsentiæ ipsius recreatam dulcedine, charitatemque in se ordinatam: Modò in ipsa contemplationis cella aridam sese sentiens, omnique destitutam suauitate, quam gustare iam cœperat, existimans, dilectum suum ab se abscessisse, ac propterea, quasi viribus omnib. destituta, animamque propè exhalans, sanctos exoret spiritus, vt illum sibi præsentem constituant, precibus ad eum pro se videlicet fusis, à quo vno fulciri potest, ac robur accipere, dicens: *Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo*. Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Quia fragrantissima erga dilectum meum ardeo charitate, haud certe vel ad punctum temporis sine eo consistere valeo: Amor iste me modo languentẽ efficit ad spiritualia exercitia, quia illius nõ percipio præsentiam; quia meum is secum abripit spiritum. Ne igitur hoc pacto langueam, viribus destituta, & arida in studiis hisce spiritualibus, vestra amabo intercessione id obtineam; vt is mihi non tantum adsit, sed & nunquam me suam destituat sponsam: ipse me fulciat labentem, qui præstantissimus est flos campi, florum omnium in se continens vim: ipse me totam complectatur, & ambiat, qui est sicut malus inter ligna siluarum; sic, dicens, *Fulcite me floribus: stipate me malis*, egregia allusione eo modo Christi sponsa Christum designata: quo, si quempiam diligentes, qui vel à campo, vel à montibus, vel à floribus, vel à pomis cognomen sit sortitus; aut nomen, ad illum alludentes dicamus, Campis oblector quàm maximè, ad montes cor meum semper habeo intentum; pomis nil est, quod præ fatane, flores sunt, quos præ omnibus diligo, & quid simile: nostrum erga illum, quem præ omnibus diligimus, testatum volentes amorem metaphoricis hisce locutionibus.

Christus quo significatum sit nomine florũ, atque pomorum.

Et quidem, si hoc sensu sumamus ea, quæ hic dicuntur, locus iste congruet quàm maxime cum altero illo, quo eademmet Christi spõsa, deliquium itẽ patiens ob diuini Verbi absentiam, atque ob ariditatem spiritus, in principio huius Cantici respuit vniuersa, quæ sibi à sociis vel proponerentur, vel adhiberentur remedia; vnumque Verbum, se desiderare significauit, à quo solo recreari posset, & cõfirmari dicens: *f Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*; vbi aptissimè pariter osculationis metaphora illius expetiit præsentiam, & consolationem, quod norat esse osculum Patris.

f Cãt. 1. 1.

Verùm, quamuis hæc duo loca præclare, iuxta Vulgatæ lectionem sibi inuicem congruant: dissona tamen valde videntur, si Originalium Hebræorum, ac Septuaginta lectiones attendamus; quarum altera habet: *Fulcite me lagenis*: scilicet vini, altera *confirmate me in vnguentis*. Enimuerò hic ea requirere videtur remedia, quæ in præcitato primi capitis loco respuerat, vinum, atque vnguenta. Nihilominus haudquaquam contraria censenda ea sunt: aliud enim valde diuersum hoc loco exposcit vinũ, aliaque vnguenta à vino, atque vnguentis illis, quæ ibi respuerat. Ibi quippe per Christi præsentiam, & osculationem spirituales optauit consolationes, renuens humanas omnes, & sæculi voluptates, quas

Vinum, ac vnguenta quo expostat Anima Sancta, quæ aliàs ea sibi oblata respuerat.

vini, vnguentorumque optimorum expressit metaphoris: hic eas ipsas spirituales postulat consolationes, eiusdemque dilecti sui efflagitat præsentiam; idque sub ijsdem vini, & vnguentorum metaphoris, quibus humanas (vt dictum est) respuerat voluptates. Vino enim illo fulciri se hic exposcit, quo Animæ contemplatiuæ intra vinariam contemplationis cellam potari, seu etiam inebriari solent, iuxta illud Psalmi: *h Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*: Vino, quod in cella vinaria conditum pro Virginibus seruatur, & pro ijs, quæ sponsas diuino sese exhibuerint Verbo: vino, quod Propheta *i* dicit, esse *germinans Virgines*. Has verò ipsas consolationes per alteram pariter petit metaphoram vnguentorum, quâ vsos vidimus Septuaginta; vnguentorum namque nomine designat Christi præsentiam, à qua dulcissimis perfundi solita est consolationibus spiritus, Christi vtique, cuius nomen est *vnguentum effusum*, ac exinanitum; vnguentum confectum ex vniuersis, quotquot fragrantissima sunt, vnguentis.

h Ps. 35. 9.

i Zac. 9. 17

Vnica in his, quæ hic dicuntur, superest difficultas; Quanam ratione Christi charitas, seu potius charitas in Christum piæ Animæ afferat lãguorem atque deliquium; ita vt dicere compellatur, opem ob id se implorare; quia amore langueat. Nam etsi verum sit, quòd anima quælibet, quæ Christum diligit, per eum ipsum amorem, quo Christum diligit, reddatur languens, & viribus destituta ad terrenas operationes; simul tamen id compertissimum est, vt in expositione præcedenti est declaratum, quòd idemmet amor ad spiritualia exercitia, atque ad studia rerum diuinarum robur ingerit maximum. Quomodo ergo, si robur ingerit, hoc loco ad illamet studia ob eumdem languere se, dicit pia anima? Huic difficultati satisfieri facillimè potest, si eam, quam aliàs quoque adnotaui ex Aristotele, recolamus doctrinam; sine delectationibus vitam hanc transigi minimè posse: & voluptatem esse, quæ opus perficiat; quatenus robur quoddam, viresque suppeditat agenti: vnde experimento probamus, in actionibus ijs, in quibus voluptatum aliquam percipimus, fortissimos, ac maximè promptos nos esse, & è contrario, in quibus nullam capimus delectationem, languere, & in ipsomet operis principio deficere, animoque destitui. Cum igitur Anima Sancta propter Dei amorem voluntariè vniuersis renuntiauerit sæculi voluptatibus, gaudens sibi in infirmitatibus suis, ad sæculi opera languet, viribus destituta, simulque fortissimam ad diuinarum rerum studia se sentit, diuinis roborata consolationibus. At verò, cum diuinis hisce aliquãdo propter occultum Dei iudicium orbatur consolationibus spiritualibus, diuinaque quodammodo destituitur præsentia: tunc certè, nisi efficacissima adiuuetur gratia, in spiritualibus exercitijs deficiat operæpretium est, grauissimoque tunc languet languore, vtpote quæ ab vna eademque charitate viribus penitus destituta sit tum ad terrena, tum etiam ad cælestia, ad quæ fortissima iamiam fuerat effecta. Quid mirum ergo, si pro tanto languore efflagitet Christi præsentiam, & quas gustare cœperat cõsolationes spiritus, dicens: *Fulcite me floribus, stipate me malis, &c.*

Amor Dei quo lãguorem afferat i exercitijs spiritualibus.

Consolationes quã necessaria sit ad studia quoque.

Aristo. 10. Ethic. 4.

Præclarè autem Sept. Interpretes, pro, *Amore langueo*, verterunt: *vulnerata charitate ego sum*: exprimẽtes, languorem amoris inde in animã prouenire primario, quòd charitatis confossa sit vulnere. Et quidem aptissimè vulneris charitatis mentionem hoc loco illi fecerunt Interpretes, quandoquidem in præcedenti sententia relatũ est ab Sponsa, quòd

Charitatis vulnus est ab ipsius Sancti charitatis.

cha-

DE ANIMA.

charitatis aciem super ipsam instruxerit eius dilectus, ab exercitu porrò, & acie instructa quid aliud expectandū, quàm vulnera? vulnera certè charitatis ab acie charitatis. Quibusnam verò armis, dicet quis, Anima Sancta vulnerata est? Gladio, atq; acutissimis sagittis, gladio pulchritudinis, de quo in psalmo epithalamio ad speciosum forma præ filiis hominū reperimus dictum, *K Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissimè, specie tua, & pulchritudine tua*, qua videlicet, quasi proprio gladio vulnerare soles charitate eos, qui te contemplātur: Sed & de sagittis pariter in eodem Psalmo sic dicitur: *l Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorum Regis*; ac si dicatur: Sagittas adeò habes acutas, vt cū eas iacis in corda etiam illorū, qui tibi inimicissimi alioquin extiterant potentissimo Regi, singulos quosq; sic vulneres charitate, vt populorū ingens multitudo tibi subiiciatur, ac veluti labascens pro vulnere sub te cadat, terrenis defuncta cōcupiscentiis. Sagittæ aūt istę, quę talia infligūt vulnera charitatis, haud quid aliud sunt, quā beneficia, & dona, quæ amicabilem præseferunt exhibentis animū, & sunt indicia amoris interni, ita vt propterea & vulnera, quę per illa infligūtur, censeantur optima bona ab amico prouenientia, Salomone id attestāte, vbi ait: *m Meliora sunt vulnera diligentis; quā oscula inimici*. Sponsa itaq; Christi aīa pia hisce vulnerata est telis; qñ ea, quæ [illegible] retulit, accepit beneficia, qñ & speciosissimū, quem hucusq; allocuta est, præsentē habuit, ac intuita est dilectū. Verūtamen etsi iā diu vulnerata esset, non sensit; tñ vulnerū dolorē, & charitatis languorē, nisi postquam Dei animaduertit discessū, qñ aridam, frigidamq; se doluit: qua in re iis similis quodammodo dici potest, qui (vt in prima expositione notatum est) cum in corporeis mēbris vulnerati sint telo ferreo, tunc demum vulnerum dolorem sentiunt, & languorem, cùm refrigescere ea cœperint per cruoris abscessum, aptè igitur modò ait; *Vulnerata charitate ego sum*.

vulnus charitatis infligitur pulcritudine, ac beneficys.
K Psa. 44.4
Pulchritudo est Christi gladius.
l Psa. 44.6.
Beneficia Dei sunt sagitte, quib. confoditur anima.
m Pro. 27.6
Vulneris charitatis dolor quādo sentiatur.
Simile.

Illud deniq; hoc loco animaduertendū, Deum erga dilectam animā, instar venatoris sese gessisse, Animā verò instar feræ. Sicut.n. venator fugientem ferā vulnerib. cōfodit, quò capere illā queat. Ita & Deus fugientem quodammodo animā suis donis vulnerauit, ac beneficiis, vt *n* cum inimica esset, reconciliaretur sibi per mortē filii sui. Porrò quemadmodū feræ illæ, quæ ferociores sunt, cū vulneratas se sentiūt velocissimo contra ferientem irruunt cursu, fugam ipsam magno impetu conuertentes in eū, quem dilaniare contendunt. Ita & Anima tunc certè ardentius ad Deū conuertitur, tuncque studiosius diuinū inquirit Verbum, cùm primum ab illo vulnerata, languorē doloremve sentit ipsorū vulnerum, non quidē, vt instar ferarū illud inimico dilaniet ore, sed vt amico potius deuotionis [illegible] osculetur osculo, vtque ipsam complectatur amantissimo charitatis affectu. Hinc & in subsequentib. cùm in capite 5. tota in illius inquisitione conuersa esset, iterum vulneratam sese, fatetur, vultq., illi esse testatū, se ob idipsum tāto inquirere studio, q vulnerū iā sit correpta dolore, sic post diutinā inquisitionē, suas adiurans socias dicet: *o Adiuro vos filiæ Ierusalē, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo*, vel iuxta versionem Septuaginta, *Quia vulnerata charitate ego sum*. Quā in re insignis sane effulget Dei prouidentia, qui ad hoc frigidam, aridamve suam relinquit dilectam, vt illa ex huiuscemodi frigore, vulneris charitatis dolorem sentiens, ad ipsum quærendum impellatur magis ac magis.

Cū vulneris charitatis dolorem ? ariditate sentit aīa, tūc ardentius ī Deū cōuertitur.
Simile.
n Ro. 5.10.
o Cāt. 5.8.

A Vers. V. Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo.

DE B. MARIA

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

INter ea, quæ piis animabus gaudiorū materia sunt in hac vita, haud vltimum obtinēt locum tribulationes, angustiæ, & passiones, quæ ob Dei charitatē perferuntur: quinimò locum præstantissimū eædem habent, & inter eximia, quæ diuini amoris indicia sunt, dona ab beneficia. Licet autem dictū istud paradoxū primo videatur aspe-
B ctu: Sanctis tamen singulis compertissimum id extitit semper, & indubitatum: Vnde Petrus Apostolus in sua prima Canonica Fidelib. quibuscunq; id protestans, ait: *a Communicantes Christi passionibus gaudete*. Et Philipensibus Paulus: *b Vobis donatum est, ait, pro Christo, non solum vt in eum credatis: sed vt etiam pro illo patiamini*: Ac si dicat: Donū Dei magnū, donum eximiū est ea, qua donati estis, fide in Christum: & quidē vobis omnibus id est perspicuum. At illud quoque sciatis, velim, haud minus donum à Christo vobis elargitum, quādo præstitit, vt & pro ipso tribulationes pferatis, & passiones, quibus mutuus innotescat amor. Cū hæc ita se habeant, aptissime profecto horum om-
C nium conscia benedicta Virgo Maria, post explicationem eorū gaudiorū, quibus perfusa est in Christi conceptione, postque enarrationem donorum, quibus cumulata est in eodem instanti conceptionis, subiicit languorem pariter, ac vulnera, quib. dilectissimi filii sui communicauit passionibus; ad hoc quippe se amoris, significat, languore propemodum defecisse, vulneratamque se asserit charitate, quandoquidem in vno eodem instāti, quo Diuini Verbi facta est Incarnatio, cum prædictis perfunderetur gaudiis, cum & gratiarum omniū collatione vniuersa super ipsa instrueretur acies charitatis, simul quoque & illiusmet, quem conceperat, passionem reuelatam accepit, intellexitque iam ex tunc, quam acerbis afficiendus is esset cru-
D ciatibus; quantis confodiendus vulneribus: agnouit, pro hominum redemptione vniuersos hominum lāguores illū super se assumpturū, & cruētissimā, ignominiosissimāq; crucis mortē obiturū. Hęc aūt prænoscēs, arctissimis cū filio vnita vinculis charitatis, diuinæque penitus sese cōformans voluntati, eius, quem adeo diligebat, communicare cœpit passionibus; ita vt verissime dicere potuerit: *Amore langueo*: id est, Amor, quo Christū prosequor, sentire ex nunc eos mihi facit languores, quos ipsum præuideo passionis tempore subiturum: quod appertius explicarunt Septuaginta vertentes: *Vulnerata charitate ego*: vt fiat allusio ad id, quod in Euangelio eidem Virgini à Sancto præ-
E nunciatum est Symeone. *Et tuam ipsius animā pertransibit gladius*: quis gladius ? doloris certe, qui & matrem simul, & filium in vna coniunctos charitate vnico transfixit vulnere. Vnde factum crediderim, vt vulnus ipsum, quod gladius doloris effecit, vulnus dicatur charitatis. Alloquens igitur pias animas Virgo benedicta, tale quid per verba hæc; *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*, vel, *quia vulnerata charitate ego sum*: sibi velle videtur. Tunc temporis, quando per diuini Verbi Incarnationem *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*, quando *Virtus Altissimi obumbrauit* mihi, per exhibitionem summorum gaudiorum introducta sum *in cellam vinariam* à meo dilecto,

Tribulationes, ac passiones præstantissimū locū habent inter diuina beneficia, ac inter ea, quę gaudiū spiritus afferunt.
a 1. Petr 4. 13.
b Phi. 1. 29
Maria in instanti cōceptionis Christi vulnerata est, quatenus illius cōicare cœpit passionibus.
c Luc. 2. 35
PARAPHRASIS.

APPENDIX.

dilecto, isque ipse per immensum cumulũ gratiarum ordinauit in me omnem aciem charitatis, vt aut gaudio meo nihil deesset, vtvè inter eius dona, passionis pariter ipsius fierem particeps, iã ab ipso meæ desponsationis instanti languorem concepi amoris, & vulnerata sum charitate, gladio illo præuiso, quo vulneranda eram tẽpore passionis eius, languor verò iste, istudq; vulnus eo vsq; meo infixũ extitit cordi, quoad vsq; resurgentem eum aspexi. Vos itaque, pro quib. ille passurus est, Animę piæ, *fulcite me floribus* fide in eum vestræ, *stipate me malis* conuersationis vestræ fructibus, ipsi vos cõformãdo, qui est *sicut malus inter ligna siluarũ*, hoc .n. pacto languenti mihi opẽ ferre potestis, & vulneratæ, quia & ob hoc in meo languore gau- B deo quã maxime, & in vulnere, quòd immensam dilecto meo p eos ipsos, quos perpessus est cruciatus, perq; ipsam mortẽ vidi prouenturam gloriã.

Vers. V. Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et in tempore, quo audiui vocem eius, qui loquebatur de medio flãmæ ignis, commota sum, & contremui retrorsum præ pauore. Tunc accessi ad Mosem, & Aaron, & C dixi ad eos. Suscipite vos vocem sermonũ Domini de medio ignis, & introducite me in domũ doctrinę, & sustẽtate me in verbis legis, in quib. suaue fit sæculũ, & imponite velamina super ceruicẽ meã, interpretationẽ verborũ sanctorũ, q̃ dulcia sunt gutturi meo, sicut poma Paradisi voluptatis, & laborabo in eis, si fortè sanabor ex eis, quia langueo amore.

Scriptura Sac. vim habet fulciendi.

Sensum dramatis duplicẽ reperio apud Patres; alterũ apud Origenẽ, alterũ apud Bernardũ. Orig. hom. 3. ex quat. asserit, sponsam quasi in prædictorũ omniũ admiratione stupentẽ, & sanciã postulare à sponsi amicis, & sodalib. vt confirmetur, & quasi deficiens sustentetur, incũbens paululũ super arborẽ μύῤῥων vel super arborẽ mali: Amoris D .n. vulnere percussam, arborũ solatia, siluarumq; eam sectari. Quo loco notandum est, Origenẽ pro eo, quod Septuag. habẽt ἐν μύροις legisse ἐν μύῤῥοις, duplex arborum genus, myrrhæ, atque malorum expetitas existimans.

Origenes.

Bernardus verò in principio serm. 51. illum ipsum afferre sensum, quem explicatum videre est in nostra prima expositione soni literæ.

Bernard.

Pro intellectu sensuũ spiritualiũ, distinguenda est præsens sñia in duas partes, quarũ prima est, *Fulcite me floribus, stipate me malis:* Altera, *quia amore langueo:* Diuisimq; earũ expositiones afferẽdę, iuxta varias earũ lectiones, ne gignat cõfusio.

Quoad primam igitur partẽ: Discrepãt Patres, E tum in lectione, tũ in exponendi rõne. Primo .n. Origenes hom. 3. ex quatuor explicans lectionem supra relatã, notat diuersitatem in nominatis duobus arborũ generibus, quod arbor myrrhæ in odorẽ quidem habeat suauem, nullum tñ afferat fructũ: arbor vero mali, nedũ afferat fructum, sed & dulcissimũ, & suauissimũ. Tũ ait, Christi Ecclesiam efflagitare, vt confirmetur in myrrhis, infructuosis .s. arborib. solo odore gaudentibus, cathecuminis videlicet, & ijs, qui solo odore gaudẽt inuocationis Dñi nostri Iesu Christi, nullos tñ afferunt fidei fructus, reclinari vero eamdẽ velle super his,

Origenes.

Ecclesia in olibis super arborum me[…] et sup[…] Sãctos fideles, vel super arbores.

A qui in bonis operib. fructificant, & crescũt: super illas nimirũ animas, quæ cũ per sui innouationem imaginẽ reparent filii Dei, meritò & ipsæ arbores mali appellant, quia, & ipse spõsus earũ in superiorib. dictus est, sicut arbor mali esse in lignis siluæ.

Secundò Gregorius Nyssenus hom. 4. legẽs: *fulcite me vnguentis* [...], *sternite mihi in malis.* Vnguentorũ nomine designatas inquit, virtutes, quatenus expertes sunt omnis fœtoris peccati, atq; adeò piã Animam efflagitare firmitatẽ, ac stabilitatẽ in illis. Nomine aũt malorum accipiens exẽpla Christi, qui pro nobis factus est malus inter ligna siluarũ, ea sibi ob oculos proponi exposcere, ait, eãdem Animã. Egregiè verò philosophatur Nyssen. B tũ circa vnguenta, quę a dicta Aĩa expetuntur pro fulcris, atque columnis: tum circa mala, quæ sursum sibi, instar tecti perpulchrè exornati, consterni eadẽ efflagitat, videantur in citata homil. 4.

Greg. Nyss. *Aĩa Sãcta optat stabilitatẽ ĩ virtutib. & proponi sibi exẽpla Xpi.*

Philo quoq; Carpathius peculiarem habens lectionem istiusmodi: *Seruate me in vnguentis:* Sepelite me in numero iustorũ: piam animã, inquit, petere, vt seruetur in omnib. Christi eloquiis cum donis Spiritus Sancti: Et vt sepeliatur in numero iustorũ, qm̃ est vulnerata charitate. Vbi haud existimandũ, Philonẽ sic legisse vsquã, *Sepelite me in numero iustorum.* Sed hãc potiùs glossam apposuisse eorũ verborum. *Stipate me malis*, quod colligo ex quibusdã eius verbis, quibus ait, Animã dicere (seruate me in vnguentis, hoc est, &c. nã seruastis in malis,) & cũ statim subiiciat: sepelite me in nu- C mero iustorũ, vt explicasse metaphorã stipationis malorum pro sepultura in numero iustorum.

Philo Car. *Sãcti optãt sepeliri in numero iustorum.*

Ex ijs, qui sequuntur versionem Septuag. *Confirmate me in vnguentis, stipate me in malis:* Ambrosius serm. 5. in psal. 118. videtur censere, Ecclesiã, aut piã Animam in his efflagitare opẽ per exhibitionem Christi in Cruce, atque in sepultura decumbentis, obscurè enim hæc ait. Istæ mansiones sunt Crucis Christi, & sepulturæ, in quibus vulnerata est Ecclesia, vnguentum est, quod effudit, pomum est, quod pependit.

Ambros. *Christi crucifixi exhibitio, quàm vtilis sit.*

Clarius Theodoritus, tam vnguentorum quam malorum nomine Christum significatum accipiens, spõsum hæc sibi velle, ait. *Fulcite me in vn- D guẽtis*, id est, cõfirmate me, & cõmunite sponsi suauitate, ne quid me concutiat, & labefactet. Fragrantia illa assidua me cumulatè, ne spõsi obliuiscar, & ad alia aberrẽ. Malis, hoc est sponsi fructib. me cõstipate, vt sub vmbra illius sedẽs, & vnguentis eius delibuta, fructuque constipata, perpetuam ipsius memoriã conseruem. Illius enim amore sum saucia: cùm sit sagitta electa, quæ animas transfigit.

Theodor. *Christi memoriã fulcitur Anima vulnerata charitate.*

Catena trium Patrũ, quæ apud eundẽ est Theodoritum, per vnguenta accipiẽs dona spiritus Sãcti: per mala verò diuinos sermones, piam Aĩam in hunc modũ hæc petere ait. *Fulcite me in vnguen- E tis;* Sanctissimi Spiritus donis, vnguentorũ instar, fideliũ animas odoris suauitate conspergentibus me corroborate, & corporis imbecillitate labantẽ in diuina pietate confirmate: stipate me in pomis: Implete me Dei cognitione in diuinis sermonib. q̃ pomorũ instar gutturi meo dulcedinẽ afferunt.

Tres Patr. *Donis spiritus Sancti fulciri anima petit, repleriq; Dei cognitione in diuinis sermonib.*

Apud eos, qui lectionem vulgatæ exponunt, cõmunior sensus est, vt per flores designentur fides, & progressus incipientiũ: per mala verò, opera perfectorum, vt Ecclesia, aut pia Anima hic petat, sibi opem ferri per propositionẽ operum vtrorumq;, vt sic aduertat, in quibus proficiat, & in quib. perfectionẽ attingat. Ita Cassiod. Greg. PP. nedum in expositione super Cant. Sed & hom. 3. in Ezech. Beda, Anselmus, Iustus Orgelitanus, & Bernardus serm.

Cassiodo. Greg. PP. Beda. Iust. Orig. Anselm. Bernard.

APPENDIX.

ſerm. 51. Nec admodũ ab his diſcrepat Rup. Abb. A dũ per flores intelligit fidei actus, per poma verò opera bona, quib. & B. Maria fulciatur, & ſtipetur.

Eccleſia, et pia Aia ſu bleuantur in hac vita cõaduerſũ profectus incipientiũ, et opera bona perfectorũ. Aponius. *Eccleſia fulcitur duob. potiſſimum Sanctorum generib. Apoſtolorum ac pudicorũ.*

Aponius tamen per flores ſignificatas cenſet puras, atque pudicas animas: per mala verò Apoſtolos, ex Chriſto arbore mali per doctrinam germinantes. Vt Eccleſia potiſſimùm duobus hiſce generibus Sanctorum fulciri ſe petat.

Bernard. *Myſterijs Dominicæ paſſionis, & reſurrectionis i hac vita fulcitur Aia q amore languet.*

Et Bernardus in tractatu de diligendo Deũ paulò poſt initium, Malorum nomine myſteria accipit paſſionis Dominicæ: florum verò appellatione intelligit myſteria Reſurrectionis Domini, ait. n. Monimenta paſſionis, fructus agnoſce, quaſi anni præteriti, omniũ vtique retro tẽporum ſub peccati, mortiſque imperio decurſorum, tandem in plenitudine temporis apparentes. B Porrò autẽ reſurrectionis inſignia nouos aduerte flores ſequentis tẽporis in nouam ſub gratia reuireſcentis æſtatem, quorum fructum generalis futura reſurrectio in fine parturiet ſine fine manſurum.

Origen. *Vulnus amoris diuini quale.* a Iſa. 49. 2. Amb. Hierony. Theod. Gre. Nyſſ. *Aia Sacta vnà cũ ſagitta ſuſcipit ſagittariũ Deũ in vulnere charitatis.* b Iſa. 49. 2. c Io. 10. 30 d Io. 14. 23

Quoad ſecundam partem: Inter eos, qui ſequuntur verſionem Septuag. *Quia vulnerata charitate ego.* Quidam charitatis appellatione Chriſtũ deſignatum arbitrantur, qui & ſagitta per Iſaiam dictus eſt, vnde Origenes hom. 2. ex duab. Quàm pulchrum eſt, inquit, quàm decorum, à charitate vulnus accipere. Alius iaculũ carnei amoris excepit, alius terrenorũ cupidine vulneratus eſt. Tu nuda mẽbra tua, & præbe te iaculo electo, iaculo formoſo, ſiquidẽ Deus ſagittarius eſt. Audi ipſum iaculum, quid loquatur *a Poſuit me, vt ſagittã electam, & in pharetra ſua ſeruauit me, & dixit mihi: Magnum eſt tibi hoc, vocari puerum meum.* Intellige ſagittam, quid dicat, & quomodo à Deo ſit electa. Quàm beatum eſt, hoc iaculo vulnerari.

Quibus conſona ſunt, quę ait Ambroſius ſerm. 5. in Pſalmum 118. Verſ. 1. Hieronymus Epiſt. 140. ad Principiam, & Theodoritus. Sed præ cet. explicat hunc ſenſum Gregorius Nyſſenus homil. 4. vt per hæc ſi loquatur pia Anima. Deus in me ſponſam ſuam, tanquam in ſcopum, vnigenitum filiũ ſuum iaculauit, de quo per Prophetam dictũ eſt, *b Poſuit me, vt ſagittam electam*: ſagitta autẽ iſta D cuſpide fidei in me penetrans, ſecum ſimul adduxit ſagittarium, iuxta illud; *c Ego & pater vnum ſumus; d Ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus.* Gloriatur (inquit Gregorius) de iſto vulnere Anima, dicens. *Vulnerata ſum ego à dilectione*, vtpote, quòd ſit pulchrum vulnus, & dulcis plaga, per quam plagam ſubit interna, vtpote qđ quæ à ſagitta facta eſt diuiſio, quoddam oſtium, & aditum aperuerit, nam ſimul atque telum accepit charitatis, ad nuptialem lætitiam protinus trãſmutata fuit iaculatio, vnde & ſubdit. *Læua eius ſub capite, &c.*

Orig. Baſilius. Ambroſ. Tres Patr. Gre. Papa. Auguſt. *Vulnus charitatis ſalutem affert. Virtutes ſingulæ ſũt ſagittæ vulnerantes pias animas.*

Alij charitatis nomine amorem ipſum Dei deſignatum ſumentes, eius vulnere animam vulneratam ſe dicere, inquiunt. Ita Origenes homil. 3. ex quatuor, Ambroſius ſerm 15. in Pſalm. 118. verſ. 8. & lib. 3. de Virginibus, Tres Patres, Baſilius interrogat. 2. reg. fuſius diſp. Gregorius Papa lib. 6. Moral. cap. 14. & Auguſtinus in Pſal. 37. vbi inter alia ait. Vulneratam ſe dicit, charitate. Amabat enim quidem, & nondũ tenebat, dolebat, quia non dum habebat, ergo, ſi dolebat, vulnerata erat: ſed hoc vulnus ad veram ſalutem rapiebat. Qui hoc vulnere non fuerit vulneratus, ad veram ſanitatẽ non poteſt peruenire.

Amb. Philo Car. *Paſſionem Chriſti imitãtia in paſſionib. vulnus charitatis habet.*

Notaque Origenes loco citato, ab vnaquaque virtute piam Animã vulnus ſuſcipere, ſicut à charitate, cum virtutes ſingulę ſint, inſtar ſagittarum A Dei, propt indicat & Hieronymus Epiſtola citata 140.

Non deſunt, qui hoc charitatis vulnere eatenus vulneratam ſe dicere putant ſponſam, quatenus Chriſti paſſionem nedum prædicat verbis, ſed & factis imitatur, patiens preſſuras, & vulnera pro eodem: Ita Ambroſius ſerm. 5. in Pſal. 118. & Philo Carpathius.

Lãguor amoris ẽſt vehemẽs deſideriũ vitæ æternæ. Greg. PP. Aponius. Iuſt. Org. Anſelmus. Bernard. *Lãguor charitatis tædiũ quoddã animæ.*

Quod dicitur iuxta vulgatam: *Quia amore langueo*; communiori ſenſu intelligitur de languore præ deſiderio vitæ æternæ. Ita Gregorius Papa, Aponius, Iuſtus Orgelitanus, Anſelmus, atq; Bernardus. Et quanquam Bernardus videatur iſtiuſmodi languorem in malum ſumere dum ſerm. 51. B ait: illum nil aliud eſſe, quam tædium quoddam impatientis deſiderij, quo neceſſe eſt, affici mentẽ vehementer amantis, abſente eo, quem amat. Et clarius, dum in tractatu de diligendo Deo hæc habet, Hæc mala, hi flores, quibus ſponſa interim ſtipari poſtulat, & fulciri, credo ſentiens, facile vim amoris in ſe poſſe tepeſcere, & langueſcere quodammodo, ſi non talibus iugiter foueatur incentiuis.

Lãguor charitatis defectus carnis ob vehemẽs æternitatis deſiderium. e Pſ. 72. 26 f Pſ. 118. 82 Caſſiodor. Beda. *Lãguor charitatis, quo aia ſit languida ad terrena.*

Alii tamen eumdem languorem in bonum potius accipiunt, quatenus vehemens deſiderium æternitatis defectum cauſat carnis, iuxta, illud Pſalmi: *e Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei*; & *f Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ.*

C Caſſiodorus, & Beda, languorem charitatis eũ eſſe, inquiunt, quo anima ſit languida, & imbecillis ad terrena, atq; carnalia, nihilque eã delectat, niſi cæleſtium meditatio, & contemplatio conditoris ſui, cuius dilectioni nihil præponit.

Rup. Abb. *Maria poſt Chriſti aſcenſionem ægra charitate.*

Rupertus Abbas, B. Mariam amore ægram fuiſſe, inquit, poſt Aſcenſionem Chriſti filii ſui, pro abſentia nimirum ipſius.

Verſ. VI. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Expoſitio Prima. Iuxta ſonum litteræ.

D Eliquium, quod præ amoris languore ſponſæ imminere in ſuperiori ſignificabatur ſententia, nunc facto iam contigiſſe proponitur ob oculos: repræſentatur ſiquidem in dramate puella viribus deſtituta, in ſponſi, quem deperibat, decidens vlnas, iſtaq; verba proferens: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*: Quæ quidem verba duob. modis accipi poſſunt, atque adeò duplicem eorũ quæ hic dicuntur, aſſignare poſſumus ſenſum.

I. SENSVS.

Primò enim accipi queunt Imperatiuè, ſeu potius deprecatiuè: qua in acceptione duplex obſeruanda eſt phraſis Hebraica. Altera eſt, qua tertia E pro ſecunda perſona ponitur, quod frequẽtiſſimè in hoc Cantico ſeruari conſpicimus, vt melius honeſtiſſime ſponſæ decor ſeruetur. Altera verò eſt, qua futura pro imperatiuis poni ſolent, vt apud Ieremiam: *a Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis.* In Deuteronomio: *b Diliges Dominum Deum tuum.* & in principio huius Cant. *c* qđ Sept. Interpretes declararunt, vertentes futurum ישקני iſciacheni, in imperatiuo, ſeu deprecatiuo φιλησάτω *oſculetur.* Iuxta hanc igitur acceptionem primus ſenſus erit iſtiuſmodi, vt Sponſa, quę preſentiens dilecti ſui diſceſſum, languorem conceperat amoris, atque adeo florum, pomorumque opem à ſociis exquiſierat; modo in ipſo deliquij actu,

a Ier. 3. 19. b Deu 6. 5 c Cant. 1. 1.

LITTERA. actu, super ipsũ decidens dilectũ, hisce sic eũ affat.

Læua tua sit sub capite meo, tuaq; me complectatur dextera: Fulci amabo caput meum læua tua; meque ruentem sustine dextera tua.

PARAPHRASIS. II. SENSVS. Secundo hęc ipsa accipi possunt Indicatiuè iuxta aliã Hebraicæ linguæ phrasim, qua futura vsurpantur frequenter pro præsentib. tempore.n. præsenti carent Hebræi; & licet vt plurimũ pro eo vtantur participio, quod vocã: Benoni, vtuntur tamen & futuro nonnunquam pro eodem, præsertim cùm narratur aliquid. Porrò si hoc pacto ista sumenda sint, eorum sensus erit: vt sponsa his verbis idicet socijs, id quod sto in deliquio sibi exhibebatur à Sponso, & glorietur quodã modo apud illas de præstitis, sibi amoris indicijs, eo potissimũ tpe quo ipsa illius amore lãgueret; Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Nemo est, qui inficiari iam possit, quin eximio dilectus meus me prosequatur amore: En intuemini, vix lãguere cœpi ob eius dilectionẽ, & ipse proprijs mihi opẽ fert manib. En cum viribus destituor p̃ amoris lãguore, *Læua eius est sub capite meo; & dextera illius amplexatur me:* dextera me cõplexans totũ fulcit corpus, sinistra sustentat, & caput.

Neque verò absq; causa factum crediderim, vt prudentissima sponsa pręsens factũ futuris expresserit verbis (si quis institerit, non pro præsenti tẽpore, sed pro futuro ea sumenda, quandoquidẽ & Septuag. & Hieronymus pro futuro ea accipiẽtes verterint, *amplexabitur*) Enimuerò idcirco hac vsa est forma loquendi, vt de præstita sibi gratia maiori gloriaretur emphasi: Ac si dicere velit.

PARAPHRASIS. Videtis, læuã dilecti mei modo esse sub capite meo, & dexterã illius me amplexari? scitote, haud nũc dũtaxat illũ hoc mihi p̃stare, sed sẽper, cũ mihi opus fuerit idipsum mihi exhibebit: *Læua eius erit sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.*

Ideoq; inferius quoq; in c.8. idipsum replicat. Vnde bene põderans hanc locutionis formã Bernard. ser. 51. in Cãt. Nõ ait, inquit, amplexatur, sed amplexabit̃ me, vt noueris priori gratię adeò non ingratã, vt secundã gratiarũ actione preuenerit.

III. SENSVS. Posset addi & tertius sensus, si quod in primo sensu dixi, futurũ deprecatiuè accipiendum. *amplexabitur*, pro amplexetur, id & optanter dictum sumatur: quasi ea, quæ hic dicũtur, correctio quodammodo sint pręcedentis efflagitationis, idque per expressionem potioris desiderij, vt sensus sit.

PARAPHRASIS. Quid ad amoris languorẽ flores, quid poma requiro; quasi ijs fulciri à vobis possim? Mecũ ipsum optarẽ dilectum, quẽ solũ me fulcire posse, cognosco: adsit is ipse mihi, suaque succurrat ope: *Læua eius sit sub capite meo, & dextera illius complexetur me:* Is me ruentem fulciat, qui est *flos campi & lilium conuallium*: is me sustentet labentem, qui fortissima est *malus inter ligna siluarum*.

Sic locus iste simillimus planè erit alteri loco illi, quo in principio huius Cantici eadẽ spõsa altera pariter vice deliquiũ patiẽs, respuensq; vina, & vnguẽta, vnũ se optare, significauit dilectũ, dicẽs: d Cant. 1. 2. *d Osculetur me osculo oris sui: Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrãtia vnguẽtis optimis*: prout in prima eorũ verborũ expositione videre fas ẽ vnicuiq;

Vers. VI. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

IN extrema illa nuptiarũ omnium felicissima cęna, quando Christus Dominus, *a cum dilexisset suos in finẽ dilexit eos:* quando super sponsa spõ- a Io. 13. 1. DE ECCLESIA.

sas vexillum erexit amoris, Sacratissimum corporis, ac sanguinis sui instituens Sacramentũ discipulum illum, qui speciali amoris prærogatiua, dilecti appellationẽ meruit obtinere, super pectus Domini recubuisse legimus, videtur autem mihi in huiusmodi recubitus descriptione ob oculos proponi dilectus ille discipulus amore vulneratus ad tantæ charitatis exhibitionem, & ad tã insignem aciei amoris instructionẽ languere, atque lãguorem ob id in primis sensisse, quia intellexit, vnum ex Apostolorum collegio proditurũ Christum Iesum, quẽ deperibat ipse, taleq; ob vulnus ita languere, vt viribus destitutus iamiam deficeret: atque adeò in eum sese iactasse, à quo potissimũ in tanto fulciri posset languore: simulq; super eius recubuisse pectus, vnde vno eodemque tẽpore & sustentaretur, & conceptã nutriret flammã. I. SENSVS. *Ioãnes quã in recubuerit super pectus Domini in vltima cœna.*

B

Dilectum istũ discipulum dilectissima imitata est & spõsa Ecclesia vniuersalis. Cùm.n. (vt visum est in superiori sña) amoris langueat febre, in Christũ sese proijcit dilectũ: quodve dilectus ille discipulus facto perhibuit, hoc ipsa & facto exhibet, & verbis: ad illũ quippe hæc ait: *Læua tua sit sub capite meo, & dextera tua amplexetur me.* Enimuero qm̃ inde ob Christi amorem sentiebat dolorẽ, languorem, atq; deliquiũ; quia in multis Prouincijs, & Regnis scelera vigere conspiceret, & hæresim: idcirco in eũ sese proijcit, à quo vno tanto succurri potest languori. Præclaram autem implorat ab eo opẽ, vt corpus suum, subditorũ videlicet multitudinem, quæ in ipsa esset, dextera complectatur: Prælatorum verò ordinẽ, qui capitis vicem in ipsa gerit, læua supposita sustentet: his.n. duobus vniuersa constat Ecclesia. Nam, sicut quamuis membra omnia in homine vnum sint corpus; quia tamen corpori reliquo caput veluti quid distinctũ supereminet, ex duobus constare illũ dicimus, ex capite, atque ex mẽbris reliquis simul vnitis, vnũque corpus constituentib. ex corpore, quod etsi caput quoque sustentet; ita tamen illud sustentat, vt & sustentandi vim ab ipso suscipiat, à quo & nerui, & arterię, & spiritus deriuant animales. Ita & Christi Ecclesia ex hisce constat duobus; ex multiplici plebis, subditorũque ordine, quo tanquã ex plurib. simul vnitis membris vnũ resultat corpus: & ex ordine Prælatorũ, qui etsi prædictis vnitus sit membris; ita tamen iis supereminet vniuersis, instar capitis, vt meritò distinctè à toto sumatur corpore: ab isto.n. Prælatorũ ordine tanquã à capite in reliquũ Ecclesiæ corpus vniuersa quodãmodo deriuat virtus, vniuersumq; spiritus robur. Vnde & frequentius illos capitis adpellatione in sacris paginis nuncupatos reperimus, vt apud Isaiã: *b. Longæuus & honorabilis ipse est caput*, apud Oseã *c Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel, & ponent sibimet caput vnum:* Et Dauid de semetipso: *d Constitues me in caput Gentiũ; Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Bene igitur Sponsa Christi semetipsam fulciri exposcit a sponso, vnaque secum fulciri quoq; petit, & caput suũ, non quidem à suo seiunctum corpore, sed illi supereminens: adeove distinctè has duas significat partes, vt etsi tota fulciri velit, attamen diuersimode hanc singulis hisce partibus exhiberi petat sustentationem, corpori quidem per cõplexum, capiti vero per manus suppositionẽ, corpus namque ex multis constans ordinibus, haud melius fulciri potest, quam si in vno Christi cõplexu per arctam charitatem simul vnitum contineatur, ac quasi vinculis quibusdam ardẽtissimæ fornacis amoris,

C Simile. *In Ecclesia quõ distinctũ sit corpus à capite, & ordo prælatorũ ab ordine subditorũ.* D *Prælatorũ ordo est instar capitis in corpore Ecclesię.* b Isa. 9. 15. c Oseę 1. 11. d Ps. 17. 44. E *Diuersimode à Christo in Ecclesia fulciuntur subditi atq; Prælati.*

DE ECCLESIA.

A amoris, diuino alligetur pectori, ne membrum quodpiam ab aliis ſeiunctum miſerrimo in terrã decidat caſu; caput vero, ordoque Prælatorũ ſuppoſita eiuſdem Chriſti manu fulciatur operæpretium eſt illo ipſo tempore, quo ſubditi complexu ſuſtentatur: id enim in primis neceſſe eſt capiti illius, qui præ languore deliquium patiatur, vt puluinar ſubtus ſe habeat, in quo quieſcat, ne decidat præ vertigine.

Porrò cum Prælatorum vertiginem, vel circa fidei dogmata, vel circa mores ſibi maxime infeſtã agnoſcat Eccleſia, vtpote à qua & totius corporis ſui ruina dependeat: pro iſtius ſui capitis puluinari manum ipſam vult Sponſi, à quo vniuerſa eſt, vel doctrinæ, vel vitæ rectitudo: ait igitur: *Laua* B *eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*: Ac ſi ipſum alloquens dilectum hiſce eum cõpellet verbis.

PARAPHRASIS.

Tanta eſt, qua te proſequor charitas, vt nullo pacto pati queam, aliquem ex ijs, qui in me ſunt, fidelibus à te excidere. Præ iſto amore langueo tẽporibus hiſce, languorisve acutiſſimum ſentio dolorem, cum immenſam Chriſtianorum multitudinem videam à te deficientem: cumque propriis deſtituta ſim viribus, in tuas me projcio vlnas. Tu quæſo, ne penitus deficiam in terram proſtrata, ſuſtine me labentem. Optime vero fulciar, ſi Prælatorum ordini tuæ gratiæ exhibueris manũ, cui veluti aptiſſimo puluinari incumbant quotquot capitis in me vicem gerunt Prælati. Si enim illi, vel circa C fidem, vel circa mores errantes in diabolicam deuoluantur vertiginem, totum ſine dubio ſimul cum illis decidet corpus meum. Ac ne quis excidat fidelium, ex quib. tanquam ex pluribus membris meum conſtat corpus, dextera me tua cõplectere, tuæque charitatis amplexu multiplices ſubditorum ordines ſimul arcte conſtringe, ſi.n. ij in vnione permanſerint charitatis, Prælatiq; tuæ innitantur gratiæ, is, quem ob tui amorem ſentio lãguorem, proficuus mihi erit quam maxime cum excidere nullatenus poſſim.

Gratia, & charitas exprimũtur metaphora manũ Dei læuæ, & dexteræ, quæ manus per eas fulciũtur, & Prælati, & ſubditi.

Norat certe Chriſti Sponſa, dextrum, aut ſiniſtrum in Deo minime eſſe, aptiſſima tamen allegoria tribuens illi manus, à quibus ipſa fulciatur, in D dexteram eas diſtinxit, atque in ſiniſtram, idque vt indicaret, charitatem, qua inuicẽ colligati ſunt ſui fideles, & gratiam cui Prælatorum ordo quã maxime innititur, & quibus quaſi duabus manibus Dei, duæ ſuæ præcipuę partes ſuſtentantur, eſſe ex diuino corde, ex Dei amore, & ex benignitate diuina, quandoquidem, & dum per charitatem fidelium fulcitur, veluti Dei dextera corpus vniuerſum ſuſtentatur per complexum diuino cordi adſtrictum.

Qua vero ratione aptius ſignificari poterat & Prælatorum ordini ex eodem diuino corde prouenire ſuſtentationem, quã ſi gratia ipſa, qua abũ E dantius ijdem pleni eſſe debent, vt ab illa ſuſtententur, læuæ manus Dei exprimatur metaphora, nam cũ ad ſiniſtram partem cor propendeat, quãdo ſiniſtra porrigi dicitur, vnà cum illius porrectione porrectum intelligendum & cor diuinum.

Dubitabit non immerito quis, quidnam ſit, quòd Sponſa non metuat diuinarum manuũ approximationem, imo eas tam ardenter efflagitet, cum Sanctiſſimus Iob eas expaueſcens dixerit. *e Manum tuam longe fac à me.*

e Iob 13. 21

Manus Dei tũc metuẽdæ quãdo, vel ſũt ſuper aliquẽ, vel ſunt extenſæ.

Ad hæc dicendum; non ignoraſſe Eccleſiam Sãctam, quam graues, quamve metuendæ eſſent Dei manus. Exploratum tamen habere, exinde tantam eas habere grauitatem; quod vel extenſæ, vel ſuper aliquem ſimpliciter ſint. Cum.n. extenſæ ex A apparent, furorem certe Domini præſe ferunt, pœnaſque inferunt, atque flagella, iuxta illud Iſaiæ. *f Iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extẽdit manum ſuam ſuper eum: & percuſſit eum, & conturbati ſũt mõtes; & facta ſunt morticinia eorũ quaſi ſtercus in medio platearum: In his omnib. non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenſa.*

f Iſa. 5. 25.

Hinc eſt, quod ipſa, quæ prudentiſſima eſſe ſolet, etiam in ſingulis ſuis expendendis verbis, etſi propter arctam, quæ ſibi cum cæleſti Sponſo intercedit coniunctionem illius efflagitet manus: nullo tamen pacto eas, aut extenſas expetit, aut ſuper ſe quo quomodo eſſe expoſcit.

B Recolit quippe, ſæpius in ſcripturis relatũ, aggrauatam eſſe manum Domini, vel ſuper Aegyptios, vel ſuper Azotios, vel ſuper aliorũ populorũ collectiones, qñ Deus illis grauia inflixit flagella.

Recolit, & Prophetã Dauid ex huiuſmodi manus confirmatione ſuper ſe, acutiſſimis confoſſum ſagittis, ita vt in illas proruperit voces: *g Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam.*

g Pſ. 37. 2.

Quinimo læuam eius, quæ alioquin ſuper aliquem conſiderata diuinæ vltionis iram prænuntiat, ſub ſuo vult eſſe capite, vt hoc pacto ipſa ſuperior ſit ira diuina, quatenus illius iracundia con C uerſa ſit ſibi in gratiam. Dexteram vero eiuſdem, quæ alioquin extenſa confregit inimicos, in charitatis ſymbolum, in circuli formam quamdam per complexum conuerſam ſibi petit, & ait:

Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Per dexteræ Dei complexũ duo exhibentur inſiũ, pſidiũ, & arcta cũ Deo coniunctiq.

Et quidem haud ſine cauſa adeo inſtanter huiuſmodi dexteræ Dei poſtulat complexum, tunc potiſſimũ temporis, quando virib. ſe ſentit prope deſtitui, amoris languens deliquio, amoris ſentiẽs & vulnus: confidit etenim, talẽ dexteram duo ſibi exhibituram præſtantiſſima; tutiſſimum videlicet præſidiũ, quando ipſam, inſtar inexpugnabilis valli circumplectetur, necnon & arctiſſimã propriæ animę cũ dilecto ſuo coniunctionem. Quæ omnia D apertius Dauid expreſſit, qui alias eiuſdem manus ſenſerat grauitatem, quando ſuper eum fuerat cõfirmata, in Pſalmo enim 62. Deum alloquens inquit: *h Et in velamẽto alarũ tuarũ exultabo, adhæſit aĩa mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua*, Ac ſi dicat.

h Pſa. 62. 8

Quia dextera tua ſuſcepit me complexu nimiru me apprehendens, & ambiens, duo mihi bona inde prouenere, eaque maximè præclara: ſiquidem propterea adhæſit, ſeu (vt legit Auguſtinus) agglutinata eſt Anima mea poſt te, quæ aliàs, cùm manus ſuper me extenderes, à tuo ſe abſcondebat cõſpectu, lõgiuſq; ac poterat, à te fugere nitebatur: nunc dextera ipſa tua circũplicata ſuper me, adeo arctè tibi adhæſit Anima, vt tuo cordi adſtricta, E agglutinata ſic tibi ſit, vt nullo pacto à te auelli ſuſtineat. Sed & inſuper ob idipſum eiuſdẽ dexteræ tuæ complexũ ſecuta, & gaudens exultabo in velamẽto, in pręſidio, vel in abſcondito (vt habent hebræa) alarũ tuarum. Quo loco notandũ, quam egregiè Dauid id expreſſerit, quod dicebam; Dei dexteram, quando Eccleſiam amplectitur, cõplexu illo ſuo ipſam quaſi firmiſſimo munire vallo, atque præſidio, enimuerò haud alio pacto quiſpiam ſub alis eſſe poteſt alterius, quam ſi ab illo amplectatur: alæ enim ſunt ſub vlnis, & brachiis hominum: atque adeo quando per complexũ brachia ſuper aliquem circumplicantur, tunc is, qui complexus eſt ſub alis eſt complexantis, ibique tutiſſi-

Dextera Dei complexus pſidiũ exhibet maxime tutũ.

DE ECCLESIA.

tutissimus est, quando qui eum complexatur, magni sit roboris, idcirco idem Propheta Dauid ab alis eiusdem Dei protegi se precabatur, dicens: *i Sub vmbra alarum tuarum protege me:* &, *K In vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.*

i Psa. 15. 2.
k Ps. 56. 2.

Notanda denique ad allati sensus confirmationem versio Symmachi: quæ pro *amplexabitur me*, habet, *περιπλακήσεταί μοι, idest circumplicetur mihi*; hoc. n. verbo innuitur, sponsam id exoptare, vt Dei dextera, quam extensam timuit, iam non sit amplius sibi extensa, sed circumplicetur ad ipsius amplexum iuxta ea, quæ iam dicta sunt.

II. SENSVS.

Iuxta secundū sensum explicat Ecclesia Sancta eximia, quæ sibi à Deo exhibita sunt, & exhibentur, amoris indicia tunc potissimū tēporis, qñ illius languens amore tota in ipsum absorpta sal uberrimo in vlnas eius decidit deliquio, ea duo sūt, Alterum, quòd ipsam de onere liberauit antiquæ legis; Alterū, quòd legē gratiæ ei contulit, & legē amoris, quæ pperuo ipsam circūmuniat amplexu.

Ecclesia corpus sunt fideles eius; eiusdē verò caput est Christus filius hoīs.

Vt autem sensus iste omnibus fiat perspicuus, nonnulla supponenda sunt simul, atq; probanda.

Primò, Ecclesiam, dum semetipsam complexam dicit, corpus illud suum significare, de quo lōgiùs pertractat Apostolus prima ad Corinthios: *l* nomine verò capitis sui Christum significare vt hominem, iuxta eiusdem Apostoli doctrinā, qua in Epistola ad Ephesios ait: *m Ipsum*, scilicet Christum, *dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius*: & iterum: *n Veritatem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, &c.*

l 1. Cor. 12.
m Ephes. 1. 23.
n Ephes. 4. 15.
Hierony.
Eucherius.

Supponendum secundò, duarum Dei manuum nominibus, duas illius leges significare: veterem scilicet, atque nouam: & bene, quandoquidē vtrāque diuinæ illæ conscripserunt manus, alterā quidem in tabulis lapideis, alteram vero in fidelium cordibus.

Lex antiqua & noua sunt duæ manus Dei.

Porrò aptissimè & hanc dexteræ signauit nomine, & illam sinistræ appellauit vocabulo, nā & in eis legibus id obseruare licet discriminis, quā in manibus obseruamus quotidie, lex enim gratię fortior ad quaslibet exercendas operationes Spiritus, ęque ac in corpore fortior est dextera ad corporis opera, è contrario lex Antiqua infirmior, instar sinistræ in corpore, discrimē hoc Paulus hisce asserit verbis: *o Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis, nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē Deus filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum legem ambulamus, sed secundum spiritum.*

Lex antiqua dicitur læua Dei, noua vere dextera.
o Ro. 8. 2.

Supponendum tertiò, inter præstantissima, quæ per Christi Incarnationem, ac passionem Ecclesiæ à Deo collata sunt beneficia, illud meritò connumerari, quòd Mosaicæ legis alleuiata est onere.

Lex antiqua grauissimū onus fuit Ecclesiæ.

Enimuerò quando hanc Dei læuam super se habebat in Synagoga, antequā Christus in mundū aduenisset, tam graui præmebatur pondere, vt illam ferre minimè posset, testante hoc Apostolorū Principe, cum quidam denuò tentarent, illam super fideles imponere, ad eos. n. ait: *p Quid tentatis nunc imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus: sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi:* ac si dicat.

p Ac. 15. 10

Læuā istam nonne videtis sub Christo Ecclesię capite, atque adeò per gratiam ipsius capitis fideles seruari absque tanto onere? quid ergo nunc tētatis, iterum super eos illam imponere? Quomodo verò, dicet quis, læua Dei, & lex Moysis sub Christo dicit esse, quatenus is caput est Ecclesię? Quoniā Deus ita Christo illam subiecit, vt per ipsum ea cooperta quodammodo fuerit, & abrogata, iuxta doctrinam Apostoli, hoc sępius confirmantis, præsertim vbi ait: *q Ipse*, scilicet Christus, *est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem materiæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans*: id est legem Mosaicam, quæ innumeris constabat mandatis, decretis, idest dogmatibus Euangelicis, abrogans: & in Epistola ad Romanos: *r Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo*: Verumtamen, quæ per Christum antiquę legis facta est abrogatio, haud eo modo facta censenda est, vt destructa illa penitus sit: abrogatio enim ista, coopertio potius quædam est, quinimò per illum ipsum Christū, quo abrogata ea est, & cooperta, ad summam redacta est perfectionem, quod præclaro exemplo declarat Theophilactus, vt Christus fecerit, instar pictoris, qui inchoatæ, & extremis tantum lineamentis adumbratæ imagini, dum vltimam apponit manum, & colores adhibet, priorem imaginem abolet: sicut enim pictor ille coloribus adumbratam cooperiēs dictam imaginem, ita eam abolet, vt absoluat potius, quam dissoluat; vt perficiat potius, quam deleat: Ita & per Christum eo modo illa abrogata est lex antiqua, quæ, Apostolo teste, vmbra quædam erat, & imago futurorum; vt ea abrogatio iure dici debeat perfectio & absolutio. Egregiè autem hæc omnia modicis hisce verbis (*Læua eius sub capite meo*) à Sancta exprimuntur Ecclesia: per ea quippe innuit, antiquam legem à Deo per Christum (vt supradictum est) abrogatam: quatenus illā sic Christo subiecit, vt foret tanquam manus capiti subiecta, quo Christus ipse Ecclesiæ caput super illam incumberet.

DE ECCLESIA.

Lex antiqua quomodo Christo Ecclesiæ capiti fuerit subiecta, & quō Christus eam abrogarit.

q Ephes. 2. 14
r Rom. 6. 4

Simile.

Theophil. In Matthę.

Legē antiquā abrogauit Deus eā perficiēdo.

Porrò sicut manus sub capite existens caput ipsum sustentans, cooperitur à capite, & quæ alioquin vacua erat, per ipsum impletur caput. In eundem modum & lex antiqua, quæ per sinistram Dei manum significatur, dum sub Christo est Ecclesiæ capite, sustentat quidem, ac fulcit huiusmodi caput, quatenus ei testimonium perhibet, illudque adumbrat, iuxta illud: *ſ Scrutamini scripturas, quia ipsæ testimonium perhibent de me: t* &, *Hęc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum essem vobiscum; quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me*; tamen, dum lex illa Christum sustentat, vmbræ atque figurę eius abrogantur, coopertæ ab illo ipso, quod sustentant, capite: sed ita abrogantur, vt coopertio ipsa sit eius adimpletio, iuxta illud: *u Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere*. Impleta verò fuit hęc lęua Dei ab Ecclesię capite; Vel quia Christus bene interpretando eam perfecit, vt rectè Gregorius Nyssenus lib. aduersus Iudęos, & Euthimius, ac Theophilactus in Commentariis super Matthęum colligunt ex ijs, quæ mox à Domino subijciuntur in Euangelio post citata verba: vel quia gratiam attulit, per quam ea impleri posset, vt asserit August. lib. 17. contra Faustum cap. 5. & lib. 19. cap. 7. necnon & Chrysostomus homil. 16. in Matthęum: Vel denique quia, quę in lege promissa erant, exhibuit, quæ cęremoniis, & figuris adumbrata repręsentauit manifesta & clara, vt ait Irenęus lib. 4. cap. 27. & 67. Tertulianus in libro

Simile.

Lex Antiqua quomodo Christi Ecclesiæ caput sustentarit.

ſ Ioā. 5. 39.
t Lu. 24. 44

u Matth. 5. 18

Legem antiquam quō impleuerit Christus.

DE ECCLESIA.

bro de patientia, Hilarius cap. 4. Athanaſius in ſermone contra omnes hæreſes, & Auguſt. in quæſtionibus noui teſtamenti q. 69

A

Euangelij quatuor prerogatiuæ prima eſt: q' eſt lex amoris, cũ antiqua eſſet timoris.

Supponendum quartò; quatuor in primis eſſe prærogatiuas Euangelij ac nouæ legis, quas omnes his tribus verbis (*dextera illius amplexabitur me*) ſãcta ſignificauit Eccleſia. Earũ prima eſt, quod amoris lex eſt, cũ antiqua fuerit timoris: quare cõgruẽter dexteræ nomine ea eſt appellata; illa autem ſiniſtræ: quandoquidem ſiniſtra eſt ſymbolum cõminationis, aduerſorum, atque ſuppliciorũ; hinc enim factum crediderim, vt ferè ſemper, quando quid aduerſi, vel flagella à Deo immittuntur in Sacris litteris, haud ambabus Dei manibus, ſed vna manu tantùm immiſſa referantur, ſiniſtra nimirum: ſic in libro Iob diaboli ad Deum verba ſunt: x *Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnẽ; & tunc videbis*, &c. ſic in Pſalmo 74. y *Vindictæ calix in manu domini*, eſſe dicitur, *vini meri plenus mixto*: ſic alibi frequentiſſimè: confirmatque hoc id, quod in tremendo fiet iudicio, quando z impii ad ſiniſtram Iudicis ſegregabũtur, vt facili negotio à manu iudicis ſiniſtra extremis afficiantur ſuppliciis. E veſtigio verò dextera amoris ſymbolum eſt, atque ſalutis, & præmii, ac conſolationis: a *Delectationes in dextera tua vſque in finem*; de Dei dextera ad ipſum Deum aſſerit Dauid: & b *Saluum me fecit dextera tua*; Et qui charitatis ac miſericordiæ opera bene erga proximũ exercuerint ad ſupremi iudicis dexterã ſtatuẽtur, vt ex ipſa iudicantis dextera amoris præmia ſuſcipiant æterna. Aptiſſimè igitur cùm dextera indicium ſit charitatis ac beneuolentiæ, lex Euangelii, quæ lex eſt amoris, dexteræ Dei ſignificata eſt appellatione. Addè quòd ſponſa hanc ipſam appellationem à ſancto didicit Spiritu; quãdoquidem in libro Deuteronomii dictum recolit, c *In dextera eius*; ſcilicet Dei, *ignea lex*: lex nimirum ardentis amoris; cuius lampades, lampades ignis ſunt atque flammarũ. Lex, inquam, iſta Euãgelii, quæ tunc ſcripta fuit in fidelium cordibus, quando in die Pẽtecoſtes Spiritus Sãctus in ignis forma deſcendit ſuper Apoſtolos.

Siniſtra Dei typus cõminationis, ac ſuppliciorũ.

Tres Patr. Theodori. Bernard.

x Iob 2. 5.

y Pſ. 74. 9.

z Math. 25. 23.

B

Euangelij lex ſignificatur eſt nomine dexterã Dei, quia dextera ſignũ amoris, & benignitatis.

a Pſ. 15. 11

b Pſ. 137. 7

c Deu. 33. 2

At multò expreſſius hanc nouæ legis prærogatiuam per id innuit Eccleſia, quòd quam Dei dexteram appellat, huic tribuit actum amplectendi, dicens: *Et dextera illius amplexabitur me*; amplexandi quippe geſtus præſtantiſſimum amoris eſt ſignum; quinimo ſi dextera complexatur totum Eccleſiæ corpus, arctiſſimis profectò charitatis vinculis vniuerſos ſimul conſtringit fideles, quod quidem lex præſtat Euangelii, cuius d mãdatum nouum, ideſt, vt fideles mutuo ſe proſequãtur amore, ita vt e qui diligit, legem impleat, qui verò non diligit, maneat in morte, extra Dei videlicet amplexum.

d Io. 15. 12

e Io. 3. 14.

Euangeliũ eſt lex gratia.

Secunda legis nouæ prærogatiua eſt, quod non ſolum amoris lex eſt, quatenus per eam in primis præcipitur amor, & per amorem (vt dictum eſt) ſimul conſtringuntur fideles; ſed inſuper eſt lex gratiæ, quatenus per ipſam adeo reddimur Deo grati, vt de vniuerſis, qui eam ſeruare ſtuduerint, teſtimonium illud quod Dauid exhibitum legimus. f g *Inueni hominem iuxta cor meum*; proferri non immeritò poſſit. Hanc autem prærogatiuam adamuſſim Chriſti exprimit Sponſa dũ ait: *Et dextera illius amplexabitur me*. Enimuero quando dextera complectimur aliquem, læua illius caput ſuſtentantes, ſiniſtram lateris noſtri partem, in quam cor præeminet, ſiniſtræ item illius coniungimus parti, quem complexamur, ſicque cor illius, iuxta cor noſtrum eſt, eique incumbit quodammodo. Sic ergo dum lege noua, quaſi dextera ſua Eccleſiæ corpus, fideles nimirum illius Deus amplecti dicitur, iuxta cor ſuum profectò fideles ipſos per huiuſmodi complexum conſtituere ſignificatur. Hoc vero non efficeret, niſi complexu iſto illos ſuſtentaret iuxta cor ſuum.

f 1. Re. 13. 14

g Ac. 13. 22

DE ECCLESIA.

Euãgelium eſt gratia, quatenus cõfert illã.

Porrò ſuſtentatio iſta, tertia eſt iſtius legis prærogatiua: ita vt ob id vnà cum Propheta dicat, Eccleſia Sancta: h *Dextera tua ſuſcepit me*, vel propriùs, iuxta vim hebraicæ vocis: *Et dextera tua ſuſtentauit me*, i *Dextera Domini fecit virtutẽ, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem*: & illud; K *Etenim illuc manus tua deducet me* (ad cor. ſ. tuũ per amplexũ iſtũ) *& tenebit me dextera tua*, atqui cum per robur gratiæ huiuſcemodi fiat ſuſtentatio, iure optimo lex iſta non ſolũ lex gratiæ, ſed & gratia ipſa dicitur, iuxta illud: l *Lex per Moyſem data eſt, Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*, quatenus ipſam confert gratiam.

h Pſ. 62. 9.

i Pſ. 117. 16

k Pſ. 138. 10

l Ioã. 1. 17.

Euangelij lex vniuerſo mũdo propoſita, & ſ dicata eſt.

Quarta demum nouæ legis prærogatiua eſt, quod vniuerſis hominum generibus, vniuerſis populis, totique terrarum orbi ſeruanda proponitur; cum lex antiqua vni tantum promulgata eſſet populo Iſrael, vnumvè duntaxat orbis angulum ambiret, iuxta illud Pſalmi: m *Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius*, & illud, quod per Amos Prophetam ad Iudæos dictum eſt à Domino: n *Tantummodò vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ*: o *Legem* quippe (vt dicitur in libro Eccleſiaſtici) *mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum, & hæreditatem domus Iacob, & Iſrael promiſſiones*: Vnde quando Chriſtus Dominus ad huius nouæ legis prædicationẽ Apoſtolos delegauit, ſic eos affatus eſt: p *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ*: ac de eorundem Prædicatorum progreſſu prædictum legimus; q *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Porrò prærogatiuam iſtam per illud ipſum indicat Chriſti ſponſa, quod ait: *Et dextera illius amplexabitur me*. Amplexus quippe geſtus circulum peragit, quod vniuerſum cingit corpus, ſimulque vniuerſas conſtringit corporis partes, atque adeo cũ lex Euangelii, quæ dextera Dei eſt, complectatur, & cingat totũ corpus Eccleſiæ, quæ catholica eſt, & vniuerſalis, totum profectò terrarum orbem ambiat, operæpretium eſt.

m Pſ. 75. 2.

n Amos 3. 2

C

o Eccl. 24. 33.

p Mar. 16. 15

q Pſ. 18. 5.

D

II. SENSVS. *Legis Euangelij largitione duob. eximijs beneficijs à Deo donata eſt Eccleſia Catholica.*

His prænotatis, atque ſuppoſitis, facillimũ iam eſt, colligere, quid ſibi velit Eccleſia ſancta, iuxta ſecundum ſenſum, & quomodo, dicens: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, de duob. ſibi a Deo exhibitis glorietur eximiis amoris indiciis: Aequè eſt enim, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

E

Quis iam de Dei erga me dilectione dubitandi relinquitur locus? En modo, quando in huius vitæ peregrinatione conſtituta, præ futuræ gloriæ deſiderio amore langueo, langueníque deficio, cũ illo exclamans; *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum? concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini*; vbi videlicet illo perfruar, cuius modo vulnerata ſum charitate; En inquam, is ipſe Deus meus, cuius iacula cor meum iam penetrarunt, deficientẽ me ſuſtentat, & fulcit; Læuã quippe ſuam, Moſaicam legem, cuius onere prægrauata deprimebar, deſuper à me abſtulit, Chriſtoque ſuppoſuit capiti meo. En ſub iſto iam eſt capite meo, ipſum quidem ſuis ſuſtentans figuris, ſed ab ipſo abrogata, quinimò non abrogata, ſed cooperta potiùs, perfecta, atque adimpleta. Inſigne profectò hoc mihi amoris eius eſt ſpecimẽ, at multò

præ-

DE ECCLESIA. præstantius illud alterum prædicabo, quod nouam mihi exhibuit Euangelii legem. Ecce enim lex ignea, lex amoris, quæ in dextera eius est, quęve & dextera est illius, amplexatur, & amplexabitur me, eiusque complexu ille me constringit iuxta cor suum, simulque per eamdem meum ipso sustentat amplexu, robur conferens gratiæ, per legē gratiæ, per dexteram, quæ suo me totam complexu ambiens, per totum terrarum orbem Catholicam me facit, atque vniuersalem.

III. SENSVS. Iuxta tertium sensum corrigit quodammodo Ecclesia sancta, quod in præcedenti dixerat versu, per ista, quæ statim subiicit. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cum enim in superiori sententia significasset, se amore languere, ob idque deliquium pati quoddam, quia videret, complures deficere à Deo vel per hæreses, vel per scelera, & quia ob ipsum Dei amorem ad terrena munia viribus destitueretur in hoc sæculo, cumque ad huiuscemodi languorem remediū efflagitasset à Spiritibus sanctis flores, ac mala, cōuersionem infidelium ad fidem, fideliumque ad vitam spiritualem: Nunc innuit, talem esse eā, qua languet, amoris ægritudinem, vt remedium sufficiens expectandum sibi sit ab vno illo, cuius amore languet, facitque duo in modicis hisce verbis sponsa prudentissima.

Primò quippe vehementissimum suum exprimit desiderium, quo Christi dilecti sui exoptat præsentiam. Tum simul quoque indicat, quid sibi per illius præsentiam exhibendum speret, quave ratione ille opem laturus sit eius languori. Atque est enim ac si dicat.

PARAPHRASIS. Origen. Bernard. Quid à vobis, Amici, ad mei languoris remediū flores efflagito conuersorum ad fidem veram, & mala fructus ipsius fidei, indulgentes vitæ spirituali, studioque perfectionis? vnus is mihi adsit, operæpretium est, dilectus meus Christus, qui læua humanitatis suę caput meū fulciat, Adā corrobore caput meū, quietéque ei exhibeat, quem ex Adā contraxi, concupiscentiæ fomiti, quive dextera diuinitatis suæ me cōplectatur, vniuersos quotquot ad meū corpus quoquomodo spectant, adstringens iuxta cor suū, vt arctis charitatis vinculis in eius cōplexu simul omnes vniri, gratā illi exhibeant seruitutē. Hoc.n. pacto per illū vnum præsentem meo, & languori satisfiet, & desiderio. Hunc pro remedio exopto, hunc pro salute.

Sensus iste haud incongruus certè est, si rationes percipiantur eorum, quæ dicuntur, necnon & metaphorarum, quibus eadem exprimuntur.

Christi humanitas, & diuinitas, sub manuū, læuæ, & dexteræ metaphora designantur. Primò igitur animaduertendum, Christi humanitatem, ac diuinitatē sub duarum manuū metaphora esse designatas, quoniam illis ambabus instar manuū ad multiplicia opera patrāda visus est. Porrò, quia inter manum dexteram, atque sinistram illud potissimū est discrimen, quòd sinistra est infirmior, dextera fortior. Idcirco infirmior humanitas læuæ, & sinistræ signata est appellatione, diuinitas autem fortior vocabulo expressa est dexteræ.

Secundò notandū, in sustentatione fomitis, & concupiscentiæ fideliū apte dici, Ecclesiæ caput sustentari, quandoquidē in fomite peccati quodammodo est Adam caput eorū omnium, qui fomite istiusmodi ægrotant, ita vt sicut dicit Apostolus, f in Adam omnes homines mori, quia ab Adam, 1. Cor. 15. 22. tanquā à capite in homines mors ipsa deriuat: eodem modo, quia ab Adā, tanquam itē à capite in homines fomitis quoque deriuat concupiscentia, fulciri Adam dicitur hominū caput, dum fomes in aliquibus sustentatur hominib. sustentari vero dicitur per læuam Christi suppositam, per q; eius humanitatem, quia per illam is venit in aqua, & sanguine, vt ablueret originalem maculam, vnde & fomes, & actuale omne deriuat peccatum.

Per humanitatē Christi sustētāri fomitē, infirorū dicitur sustentare Adam Ecclesiæ caput quod dictum fomitem. Atqui bene sustentatum dicitur huiusmodi caput, quia etsi per effusionē sanguinis Christi, perque baptismatis ablutionem, quæ effusionem illā repręsentat, vniuersa auferatur peccati macula; haud tamen tollitur cum macula simul, & fomes, sed sustentatur fomes iste ab eadem Christi humanitate in iis, quibus collata sit gratia.

Verum cum sustentatio ista eatenus fiat quatenus per Christi gratiam quies præstatur effrenatis concupiscentiis, egregiè id explicans Sponsa ait: *Læua eius sub capite meo.* indicans, Christi gratiam ad instar puluinaris cuiusdam in suis fidelib. fomitem sustentare tuentem optatissimam illis tribuens quietem, & pacem affectuum, & passionū.

Charitatis denique complexum, quo fidelium animi simul connectuntur tribuit eiusdem Christi dexteræ, & diuinitati, quia f *Deus charitas est, & qui manent in charitate in Deo manent, & Deus in eis:* 1. Io. 4. 16. quia qui intra complexum Christi manent sibi inuicem colligati, ita eius adstricti sunt cordi, vt vnum propemodum cum illo videantur.

Hæc duo igitur sunt, quę ad sui languoris remedium per Christi præsentiam sibi exhiberi Sācta exoptat Ecclesia; quia si hæc sibi præstentur, vt in suis fidelibus sustentetur fomes concupiscentiæ, & per diuinum complexum in charitate adstricti iidem contineantur, haud vllæ insurgere possunt hæreses, vel schismata, neque vlla in fidelium cordibus regnare possunt peccata, Ob quæ ipsa se amore languere significauit.

Vers. VI. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

I. SENSVS. INter vniuersas humani corporis partes, vniuersaque mēbra duo in primis esse, caput, & cor, ex quibus potissimum vita dependeat, ita semper apud omnes extitit exploratum, vt exinde Gentilium Philosophorum diuersæ manarint opiniones, asserentibus quibusdam eam, qua viuimus, animam sitam esse in capite, aliis è contra affirmātibus, sedem illius esse in corde. Porrò quod caput i corpore, hoc ipsum in anima est intellectus, sicut & voluntas idē in illa est, qd. in corpore cor. ex his quippe duab. potentiis vniuersa pendet animæ vita, æque ac ex illis membris vita corporis.

Ala partes præcipuæ intellectus, & voluntas sunt in corpore sunt caput, & cor.

Hinc est, quòd in his duob. potissimū opem sibi ferri à diuino Verbo exposcit anima Sancta. Quæ .n. per mentis ariditatē atque torpore languet in studiis spiritualib. diuina quodammodo orbata præsentia (vt visum est in superiori expositione) duplici corruere pōt ratione; Vel errando per intellectū, Vel affectū aliquem prauū admittendo intra voluntatē: idcirco hæc sibi metuens in suo lāguore, & deliquio per veram resignationem in suū totā se iactat dilectū, & ait: *Læua tua sit sub capite meo, & dextera tua amplexetur me.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Origenes. Bernard. Sentio certe languorem maximum, ita vt destituar viribus, quādo vulnerata charitate in tuo seruitio aridam me comperio. Quid tū faciam, ne à spirituali excidā vita? in tuas me projicio vlnas in te iactata sum ex vtero, de vētre matris meę tu es pro-

DE ANIMA

Aridam se sentiēs anima, quid a Deo petere debeat.

protector meus. Vereor, ne meo te offenderim intellectu, ita vt propterea offensus abscesseris, arida me relicta, quia altior scrutata sim, quā debui: aut fortasse, quia aliud quid præter te admisi in cor meum; a manibus autem tuis expecto, vt & intellectum meum altera suffulcias, altera voluntatem: læua humanitatis tuæ Sacratissimæ, quæ etsi respectu dexteræ sit infirmior, innumera tamen, eaque maxime amabilia operata est, sit sub intellectu meo vt in ipsa tanquam in prædulci conquiescat puluinari, dicens; a *Non iudicaui me scire aliquid, nisi te Iesum Christum, & te Crucifixum*. Dexteram vero diuinitatis tuæ, haud sub capite mihi apponas, operæpretium est, neque enim in diuinitatis cognitione, vel speculatione quiescere in hac vita meus potest intellectus: cum quies ista perfectissima seruata mihi sit in cœlesti patria, vbi sine ænigmate, & speculo videbo te Deum meum, sicuti es, facie ad faciem. Verumtamen dum in terrestri commoror tabernaculo cor meum tua fulciri potest istiusmodi dextera: hac igitur me amplexans, ita me tibi constringe, vt nec a te vnquam disiungar, nec quidquā præter te meum penetrare cor valeat; sicut enim a te disiunctum viuere nullatenus potest, ita & si q d præter te illud contigerit, excidam illico, necesse est, exanimis.

a 1. Cor. 2. 2.

Aridam se sentiens anima totā se cōsignare debet in Dei manus suū comprimendo intellectū ac volūtatem.

Circa hūc sēsū duo dūtaxat animaduertēda sūt.

Primum, hoc loco egregium præberi documentum vnicuiq; fidelium, quo pacto gerere se debeat quando vel in oratione, vel in aliis spiritualib. exercitijs in se senserit mentis ariditatem, nullumque eorū, quibus aliàs recreabatur, in dictis exercitiis percipit gustum. Vt nimirum per humilem resignationem totum sese in Dei consignet manus, in illud suum conuertens studium, vt Dei adiutorio intellectum contineat, ne plus sapiat, quam oportet sapere, neve hūc, illucque extra ea, quæ a Christo didicit errans, vagetur, & affectum comprimat, ne præter Deum, quem vnum in cor admittere debet, aliquid velit, vel rerum terrenarum, vel proprii commodi, aut oblectationis.

Intellectus quō a Christi humanitate sustentandus sit.

Secundo notandum, quam apte, & prudenter locuta sit Christi sponsa, dum haud eodem modo intellectum suum læua humanitatis Christi, & volūtatem item suam dextera diuinitatis eiusdē fulciri exposcit: siquidem humanitatem sub intellectu apponi vult, æquè, ac læua sub capite ponitur eius, q languens decidit super aliquem. Ac per hoc indicat, duo sibi per Christi humanitatem exhibenda, sustentationem, atque quietem.

Simile.

Sicut enim caput duas ob causas excidere potest secumque vniuersum in terram pertrahere corpus: vel quia in vertiginem rotatur: vel quia debilitate oppressum stare nequeat rectum: atque adeo ne lāguens misero ruat casu, talis ei exhibēda est quies, qua & quiescat simul, & sustentetur, quod manus supposita præstat egregiè. Ita & mēti, ac intellectui animæ haud sat est, vt contra vertiginem, qua circa multiplicia, eaque inania, instar molendini volui solet, humanitatem Christi pro puluinari hēat, in qua quiescat: at necesse insuper est, vt ab ipsamet Christi humanitate sustentetur, ne ob debilitatem illi, vt puluinari incūbens, infeliciori in terram decidat ruina: prout compluribus vsu venire solet, q capite quidem, & intellectu suo in consideratione humanitatis Christi cōquiescūt; at ab ipsa minime sustentati per fidem, in abrupta corruunt præcipitia; dum considerantes Christum Crucifixum, imbecillitatem id arbitrantur: considerantes illum factum seruum, ignominiam id ducunt: considerantes mortuum, impotentiam id existimant, ac pro-

DE ANIMA

A pterea Resurrectionem fabulam, opinantur. Secus vero, qui dicta in Christi læuam sub capite, & ad quietem habet, & ad sustentationem; ideoque in consideratione Crucifixi, illius admiratur benignitatem, & charitatem cōsiderans mortuum, eius obstupescit potentiam, quod mortuus vinci nequiuerit, sed mortem ipsam dissoluerit. Apte admodum igitur anima Sancta hic loquitur, & ait: *Laeua eius sub capite meo*. haud minus tamen apte locuta est, dum a diuinitate cor suum efflagitat sustentari, dicens: *Et dextera illius amplexabitur me*. Proprium enim diuinitatis est, vt cor hominis vndique complectatur, ac cingat, quippe quæ illud sola totum circundat, & implet; sola constringit, ne diffluat in B vano; sola denique totū ambit, & protegit, ne mortiferum quidpiam penetrare id queat.

Cor hominis a solo Deo fulciri potest.

II. SENSVS.

Orig. Ambr. August. Greg. Iust. Orig. Anselm. Simile.

Amore languēs in Dei manus totā sese proiecit instar pueruli sese gg cientis in sinū matris.

Iuxta secundum sensum explicat hac sententia anima languens Christi amore, eiusdemque charitate vulnerata, quàm bene in omnibus sibi à suo prouisum sit dilecto tunc potissimum tēporis, quādo pro vulnere charitatis ita languens reddita est ad temporalia, vt viribus penè destituta, id vnum duntaxat efficere valeat, quod ad amorem spectet illius, à quo prædulci confossa est vulnere: indicat que sibi id contigesse, quod puerulo accidere solet nonnunquàm. Quemadmodum enim vsu sæpè sæpius venit, vt pueruli post cœnam, dum iucundè, ac suauiter cum parentibus colloquuntur ad focū, somno oppressi, in matrum sese proijciant sinum, C quos cara mater dextera complexos, læuaque sub eorum capitibus posita submisse, ne expergiscātur, fert ad cubile, omnesque sedulo rogat domesticos ne apud eosdem incauti strepant, neuè omninò illorum somnum interpellent, donec per se ipsos excitentur. Hoc sibi euenisse languens asserit anima: superiùs quippe exposuit, quomodo introducta fuisset in cellam vinariam, ibique multum diuinarum ebibisset consolationum, ita vt quasi ebria amore langueret; nunc inquit, ad focum charitatis in studio orationis dulcissimæ meditationis ecstasi oppressam, in vlnas sese proiecisse dilecti sui, seque ab illo & dextera complexam, & læua sustentatam in securitatis lecto molliter collocatam: in subsequenti denique versu explicabit & adiurationem socijs D ab eodem factam, ne ipsam vllatenus perturbent.

Anima Sancta quo discrimine Deus prouideat de tēporalib. ac de aeternis.

Porro dū ipsa instar pueruli totam sese in Christi proiecit manus, à Christo ei in omnibus prouisum est; cum in dextera sua eam sustentauit, atque sinistra. Siquidem. b *Longitudo dierum in dextera eius*, vt dicitur in libro Prouerbiorū, *& in sinistra illius diuitiæ, & gloria*: Læua prouidit illi de temporalibus, dextera vero de æternis. Enimuero illa existens in languore amoris, cum in ecstasi perdurare nequaquam posset in vita, excidere, periretve necessario, ni Sanctis hisce sustentaretur manibus.

b Prou. 3. 16.

Veruntamen etsi tam quoad temporalia, quam quoad æterna plenissimè ei per dictas prouisum sit manus; ingēri nihilominus cum discrimine vtraque sibi exhibita asserit, dum ait: *Laeua eius sub ca-* E *pite meo, & dextera illius amplexabitur me*: Temporalia tanta accepit, quanta sufficerent ad sustentationem, non quidem totius corporis, idest vniuersarum concupiscentiarum corporis, atque carnis: sed capitis duntaxat: idest, quanta satis essent ad mentem, ita suffulciendam, vt ei non opus esset distrahi, & huc illucve circumuagari ad eorum inquisitionem, quæ ad victum, & vestitum necessaria forent: hæc autem quantumlibet exigua sint, atque modica; diuitiarum tamen nomine per Salomonem significata sunt, quia diuitias maximas sibi computat, quidquid id, quod sibi a Deo

præsta-

DE ANIMA.

præstatur, iuxta illud. a *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas*. Quod vero in huiuscemodi diuitijs maximi faciẽdum esse videtur, id est, quod ijs decor, adiunctus est atque gloria; neq; enim vel fraude, aut scelere aliquo partæ sũt, vel fraudis, rapinæ, aut sceleris alicuius causæ sunt vnde in diuitibus sæculi dedecus ingẽs est, summaque ignominia; atque adeo bene per eundem Salomonem de illis dicitur. d *Corona sapientum diuitiæ eorum*, tantam quippe iusto, ac sapienti conferunt gloriã, vt instar diadematis gloriosissimi illũ exornent: tantumq; illi honoris præstant & dignitatis, vt Regem quodammodo ipsum cõstituant. An nõ regia corona decorata est Anima sponsa Regis Regum, qua dilecti sui læuã habet sub capite, in qua diuitiæ sunt, atque gloria? Ita profectò quantum ad decus spectat & gloriam, nõ quantum ad onus: nam & diuitiæ, & corona regia grauissimi sunt põderis, illis tamen, qui super caput eas habuerint; ac super mentem; at Animæ, quæ Christi amore languet, non super caput, sed sub capite eæ sunt: vnde illa sustentatur quidem glorificaturque per eas, verùm nullo pondere prægrauatur: ac propterea aptè locuta est, cùm dixit: *Læua eius sub capite meo*: referens, qũo in his tẽporalib. sibi à diuino Verbo prouisum sit; sed multò certè aptius exprimit eiusdẽ prouisionem futurorum, dum subdit: *Et dextera illius amplexabitur me*.

c Pſ. 36. 16

d Prou. 14. 24.

Diuitiarum iustorum absque onere gloriam, & coronam regiam conferunt capiti, mẽtique illorum.

Primo siquidem, dum dexteræ nomine ea significat, indicat, ipsã in æternum permãsurã, nam iuxta citatam Prouerbiorum sentẽtiam *Longitudo dierum*, i. æternitas est *in dextera* Dei: Deinde dũ haud vllam exprimit particularem sui partem, quæ ijs sustentanda sit; at totam se illis complexandam, inq̃t designat, per ea bona vniuersis plenissimè satisfaciẽdum potentijs suis. Adde, quòd verbo amplexandi, modum quoque innuit, quo æternis sustentanda sit bonis, quoue vitam assequetur æternam: qa videlicet diuino complexu indissolubiliter cum Deo constringetur æterno.

De æternis bonis quomodo hac quoq; vita Deus prouideat animæ Sanctæ.

Quamuis autem hoc in futura vita exhibendũ sit; in hac quoque nihilominus per spem eadẽ Dei dextera tunc sibi asserit sustentari, cum ipsius Dei lãguet amore. Quod igitur ait, tale est.

PARAPHRASIS.

Amore lãguens Dei dilecti mei totam me, instar filiolæ illius, in eius proieci manus: Is vero in omnibus mihi prouidet; læua quippe sua tẽporalia mihi præstat, diuitias tantas, quæ me sustineant, ne mente distrahar, quæve gloriam quidem afferant eximiam; nullo tamen pacto ipsam meam prægrauent mentem, Sed & dextera sua æternis pariter me totam sustentat bonis, per spem quidẽ modo; at postmodum re quoque me amplexaturus arctissimisque æternitatis vinculis me sibi adstricturus æterno.

COMMVNIOR PATRVM SENSVS.

Vers. VI. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

AD charitatem mutuam Romanos promouẽs Apostolus, a *Gaudete*, inquit, *cum gaudentib. flere cum flentibus*. Aequum est enim, vt qui vnanimes sunt, idipsum sentiãt & tristitiæ, & gaudij: hocque præstantissimum est mutui, ardentisve amoris indicium, quando qui se diligunt, & compatiũtur simul, & simul congaudent: quando tam prosperis, quàm aduersis communicant.

a Rom. 12. 15.

DE B. MARIA

I. SENSVS.

Hinc est, quod Beata Virgo, quæ super omnes dilexit Christum filium suum, id vnum in primis sibi pergratum fore illi significat, si ipsam in omnib. eius participem effecerit, dicens: *Læua tua sit sub capite meo, & dextera tua complexetur me*; confirmatque præclare, & amplificat per verba hæc id, quod in superiori significarat sententia, enumerans inter summa gaudia illa, quibus in instanti Incarnationis perfusa est, atque inter præstantissima dona cõmunicationem passionum earum, quibus filius ipse suus erat affligendus; siquidem nominibus læuæ, ac dexteræ illius (iuxta frequentissimum Scripturarum Sacrarum morem) aduersa, passionemque eius significans, necnon & prospera, gloriã, ac exaltationem, in hunc modum sese ipsi resignans, illum videtur alloqui.

Maria optabat participem esse, tũ passionis, tũ etiã exultationis Christi.

PARAPHRASIS.

Iucundissimum mihi id omne est, quod tecum habebo commune, læua tua sit sub capite meo: sit mihi iugiter in mente passio tua, quicquid tibi inferetur aduersi, cruciatuum, flagellorum, ac mortis; ita tamen, vt dum earum passionum me participem facis per illarum reuelationem, ipsum meum illæ sustentent caput, & mẽtem, sicque in illis quiescam, quatenus in illis ipsis passionibus tuis immẽsum, intellectum meo percipiam fructum Redemptionis humanæ. Sed & dextera gloriæ, & exaltationis tuæ amplexetur me, arcteque meum cõstringat cor: sit mihi semper in corde illud omne, quod tibi à Patre exhibendum est, exaltationis & gloriæ.

ALTER SENSVS.

Facilius hæc ipsa alio pacto ad eãdem aptari possent Virginem, vt tunc temporis ad Christum dilectum suum ea dixerit, quando è manibus Symeonis, qui sibi verbis ijs: b *Et tuam ipsius animã pertransibit gladius*, cordis, animæve prædixerat martyrium, infantem in vlnas suas suum ipsum suscepit filium, quasi illum in hunc modum sit allocuta.

Maria Christo bauláj. a Christo fert ab gũt.

b Luc. 2. 35.

PARAPHRASIS.

Vulnerata sum charitate, gladio isto, qui mihi iã fuit prænuntiatus, memoria futuræ passionis tuæ; adeoque amore langueo, vt iamiam deficiam: Tu fulci, dilecte mi, caput meum paruulã læua tua: meque ruẽtem, ni tua virtute foueas, complectere, ac sustine dextera tua; licet enim ego te in sinu meo portem; a te tamen fulcior, ne corruam. Porro hæc confirmari possunt doctrina Augustini, qui in sermone 13. de tempore, de Symeone ait; Senex puerũ scilicet Christum portabat, puer autem senem regebat.

Vers. VI. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Quãdo populus domus Israel ambulabat per desertum, erãt nubes gloriæ circundantes eos per quatuor ventos mundi, vt non dominaretur in eos æstus, neque Sol, neque pluuia, neque grando.

Pro sensu dramatico, Origenes homilia tertia ex quatuor, inquit, hic esse descriptionem Sponsæ festinantis ad connubium Sponsi; quæ apertionibus corporis appellationibus currat. Quod clarius explicat Bernardus sermon. 57. dicens: Non sustinet Sponsus dilectæ molestiam, adest; neque enim moram facere potest tantis desiderijs euocatus, & quia illam compererat donec absens fuit, fidelem ad opera, & solicitam ad lucra, in eo nimirum, quòd flores sibi, & fructus

Orig.

Bern. *Anima sollicita ad bona Deus cõfert maiorẽ gratiam.*

APPENDIX. fructus præceperat adunari, etiam cum propenſio ri hac vice remuneratione gratiæ eſt reuerſus; Denique vno brachiorum ſuſtentat caput iacentis, alterum ad amplexandum parans, vt ſinu foueat.

Spiritaliter autem hæc ſumentes, communiori quidem ſenſu ea exponenda arbitrantur Patres ex loco illo Prouerbiorum, quo dicitur: *Longitudo dierũ in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ et gloria.* (Prou. 3. 16) Diſcrepant tamen adhuc in applicatione huius ſententiæ Prouerbiorum.

Duplex Dei manus, duplex illius prouidẽtia. Quidam enim per læuam Dei, prouidentiam accipiunt illius circa bona temporalia; per dexteram vero eiuſdem prouidentiam circa æterna. Ita Origenes homil. 2. ex duabus, dicens: Non expedit tibi habere ceruicalia, quæ lamentatio ſequatur: In Ezechiele ſcriptum eſt: *a Væ iis, qui conſuunt ceruicalia ſub omni cubito manus*: Noli conſuere ceruicalia, noli capiti aliunde requiem quærere: habe ſpõſi læuam ſub capite tuo, & dic. *Læua eius ſub capite meo*: quam cum habueris, omnia tibi, quæ ſunt in læua tribuuntur: Dicis quippe *in ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria, & dextera illius amplexabitur me*; Totum te Sponſi dextera complectatur. *Longitudo* quippe & anni vitæ *in dextera eius*, & ob id longæ vitæ, & multorum dierum eris ſuper terram bonam, quam Dominus Deus tuus dat tibi. (Orig. a Ezec. 13. 18. — *Quies in Deo tantũ quærẽda, a quo promiſſio omnium bonorum.*)

Ita Ambroſius ſerm. 14. in pſalm. 118. verſi. 5. & Auguſtinus enarratione in pſalmum 144. vbi ait: Siniſtra eius ſub capite meo, non enim me deſeret, & in temporalibus neceſſarijs, & deſiderijs: ſed tamen ipſa ſiniſtra ſub capite erit: non capiti præponetur, ſed ſub capite erit; vt dextera eius complectatur me, pollicẽs vitam æternam; ſic impletur, quod ab Apoſtolo ſcriptum eſt: *b Promiſſionem habens vitæ præſentis, & futuræ*: Quid in præſenti? *Siniſtra ſub capite*: Quid in futuro? *Dextera eius complectetur me*. Tempori neceſſaria quæritis? *c Quærite primum regnum Dei*, id eſt dexteram; *& hæc omnia apponentur vobis*; habebitis, inquit, diuitias & gloria, & in futuro ſæculo vitam æternam: & in ſiniſtra contineb o infirmitatem veſtram, & dextera coronabo perfectionem veſtram. Et enarratione in pſalmum 120. dicens: Quia ſurſum erat dextera, deorſum ſiniſtra, & ſic complectebatur ſponſus ſpõſam ſupponens ſiniſtram ad conſolationem, imponens dexteram ad protectionem: *Siniſtra*, inquit, *eius ſub capite meo*; Deus illã dat, ideo ſiniſtra eius, quia omnia iſta temporalia Deus dat. Ergo ſi eſt ſiniſtra, ſit ſiniſtra, ſed ſub capite tuo: Supra illã ſit caput tuũ id eſt ſupra illam ſit fides tua, vbi habitat Chriſtus: fidem tuam præpone omnibus temporalibus, & recte; dextera eius complectetur te. Fuſiuſque hæc ſequitur. Ita & Gregor. Papa tum in regula, quæ dicitur Paſtoris, tum in expoſitione ſua ſuper Cant. Iuſtus Orgelitanus, atque Anſelm. & Petrus Damianus epiſtola 37. (Amb. Aug. in pſ. 144. — *Animã Sãctã apprimidet Deus de neceſſarijs ad ſubſtẽtationem, & de futura gloria.* — b 1. Tim. 4. 8. — c Matth. 6. 33. — Greg. PP. Iuſt. Orig. Anſelm. Pet Damianus.)

Alij ſimiliter per Chriſti dexteram intelligẽtes futura, & æterna eius dona; per læuam vero temporalia, illa tamen intelligunt temporalia, quæ in hac vita ab illo dãtur chariſmata ſpiritualia. Vnde Caſſiodor. Læua Dei, inquit, eſt pignus Spiritus Sãcti, Scripturarum diuinarum intellectus, & cetera talia dona, ac chariſmata, quibus Sancta Eccleſia in præſenti conſolatur; per dexteram cæleſtis patriæ beatitudo accipitur, caput principale mentis deſignat. Læua ergo ſponſi ſub capite ſponſæ eſt, quia hæc omnia dona ad hoc percipit Eccleſia, vt per hæc diſcat ſuſpirare ad æterna: Dextera vero ſponſi eam amplexatur; quia tota intentio Eccleſiæ, vel animæ fidelis hæc eſt, vt ad æternam beatitudinem quandoque perueniat, & ſpecie ſui conditoris gau- (Caſſiod. Beda. Phi. Carp. Bernard. — *Dona diuina in hac vita a Deo dãtur Animæ Sanctæ, & per ea ad æterna inhiat.*)

Michaelis Ghiſlerii.

A deat. Et bene prius læua ſub capite ſponſæ: poſt, ſpõſi dextera eam amplectitur: quia nemo ad amplexus æternę beatitudinis poterit peruenire, niſi hic myſteriorum cœleſtium, & donorum diuinorum ſtudeat eſſe particeps. Caſſiodorum ſequuntur Beda, Philo Carpathius, & Bernardum ſerm. 4. in Vig. Natiuit. Domini, hæc habet: Læua quidem leuat; dextera ſuſcipit. Læua medetur, & iuſtificat; dextera amplectitur, & beatificat: In læua eius merita; in dextera vero præmia continentur; In dextera, inquam, delitiæ; in ſiniſtra ſunt medicinæ. APPENDIX. (*In læua Dei merita, in dextera vero præmia.*)

Sunt qui per Chriſti læuam eius intelligunt humanitatem, & opera, quæ poſt incarnationẽ ab eo facta ſunt: per dexterã diuinitatem, eiuſve opera. B Vnde Origenes homil. 3. ex 4. Hanc, inquit, læuam Eccleſia, cuius Chriſtus eſt caput, optat habere ſub capite ſuo, & fide Incarnationis eius caput ſuũ muniri; dextera vero eius amplecti, id eſt illa agnoſcere, & de illis inſtrui, quæ ante huius per Incarnationem geſta diſpenſationis tempus, in arcanis habentur, & reconditis: dextera namque ibi putanda ſunt eſſe omnia, vbi nihil de peccatorum miſerijs. nihil de fragilitatis lapſu continetur. Hic verò læua, vbi vulnera noſtra curauit, & peccata noſtra portauit, factus etiam ipſe pro nobis peccatum, & maledictum: quæ omnia, quamuis caput, & fidem ſuſtentent Eccleſiæ: merito tamen ſiniſtra Verbi Dei appellabũtur. Et Bernardus ſer. 4. in Feſto Omnium Sanctorum, loquens de beatis: Tranſcendit, C ait, beata Anima Chriſti Incarnationem, & humanitatem, quæ nimirum, læua eius iure vocatur, vt diuinitatem eius, quam non incongruè dexteram nominat, ſublimiùs cõtempletur. Et in libro de diligendo Deum, dicit: In læua reputat Anima Sãcta recordationẽ illius charitatis, qua nulla maior eſt, quòd animam ſuam poſuit pro amicis ſuis: in dextera verò beatam viſionem, quam promiſit amicis ſuis, & gaudium de præſencia maieſtatis. (*Læua Chriſti, eius humanitas, dextera vero diuinitas.* — Origenes. — Bernard. — *Duplex manus Verbi, duplex eius lex.*)

Referunt quidam hæc ad duas Dei leges, per læuam Dei legem veterem, per dexteram legem nouam, & Euangelium intelligentes. Ita Hieronym. in cap. 4. Zachar. Prophetæ, & Eucherius lib. 2. in Geneſim. (Hierony. Eucher. — *Læua Dei eius ſupplicia, dextera beneficia.*)

D Non deſunt, qui per Dei læuam eius deſignata aſſerunt ſupplicia, & comminationes; ſicut è contra per dexteram beneficia, & præmia. Vnde Theodoritus. *Læua eius ſub capite meo*, hoc eſt ſupplicijs altior ſum, neque illis ſubiicior, quia cum ſponſo coniuncta ſum, atque illum ſtudioſè obſeruo. *Dextera illius amplexabitur*, id eſt bñficijs me ſuis exornabit, ac veluti amplectens, & comprehendens, & deſiderium meum explens, me illis cumulabit. Ecdemque ſenſu Bernard. ſerm. 51. in Cant. Is dicere poteſt: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, qui ſeruilem metum qui in ſiniſtra eſt meliori, atque excellentiori habitudine ſuperarit animi, & dignis deſiderijs etiam ipſi appropiauerit dexteræ, in qua ſunt omnes promiſſiones, dicen E te Propheta ad Dominum: *d Delectationes in dextera tua vſque in finem*: vnde & certa ſpe concepta fiducia loquitur; *Et dextera illius amplexabitur me*; ſic nomine dexteræ accipit ſignificatam regni promiſſionem: nomine vero ſiniſtræ comminationem ſupplicij; quæ tunc eſt ſuper caput, cùm mens noſtra formidine pœnæ premitur. (Theodor. — Bernard. — *Anima Sãcta non mouetur timore ſupplicij ad bene operandum, Amore, & deſiderio æternorũ Anima Sancta ad bene agẽdum mouetur.* — d Pſ. 15. 11)

Et Catena trium Patrum: Cõminatio ſupplicio rum, quæ à ſiniſtris conſtitutos manent, ſub capite meo eſt, ſub ea videlicet parte, q̃ vt caput in corpore, ſic ipſa in Aĩa principatũ obtinet, mẽte nimirũ, ſenſus ipſi ſubiiciente. Itaq; dextera illius, vt ſpero iã amplexabitur me: Promiſſio ſ cilicet bonorum, (Tres Patr. — *Anima Sãcta timore cõminationis, & ſpe præmiorum*)

APPENDIX.

quæ à dextris collocati ſuſcipient; Regnum vtiq; Dei in ſæculo futuro me complectetur, quod cum nec temporis initium, nec finem habeat, mihi tamen principium, & finis inuenitur, quippe quæ & ortus initium nacta ſim, vt regni cæleſtis cernam hereditatem; & in eo tandem propter humanitatẽ illius, tanquàm fine, ac termino circumſcripta, procul ab omni mutatione conquieſcam. A

Greg. Nyſ.

Anima Sãcta ẽ ſimul et ſcopus ſagitta diuina, & ſagitta in manibus eiuſdẽ Dei.

Gregor. Nyſſ. multa quidem in hom. 4. philoſophatur, & peregregiè circa præſentem ſententiam iunctam cum præcedentibus verbis illis (*Quia vulnerata charitate ego*) In quib. obſcuriſſimè pertractatis hæc ſibi velle, videtur; vt Anima ſancta, q̃ prius ſagittarij Dei, diuinæque ſagittæ ſcopum ſe animaduerterat, atque adeò dixerat: *Vulnerata charitate ego ſum*: paulo poſt videat, ſe in manibus eiuſdem ſagittarii ſagittam factam: quandoquidem inſtar ſagittæ aliter dextera, aliter verò ſiniſtra ab illo ſe videt apprehenſam: hoc enim pacto quilibet ſagittarius manus diſpertitas habet ad vſum operationis; nam ſiniſtra quidem arcum; dextera verò neruum ad ſe attrahit per ſagittæ concauitatem, ad ſe ipſum trahens ſagittam, quæ adhibita manu ſiniſtra ad ſcopum dirigitur. Verum, quoniam de connubio ſpiritali in hoc carmine agitur, vt omnes intelligerent, duo in his verbis ſignificari; eamdem videlicet animam & ſagittam ſimul eſſe, & ſponſam; eumdemque Deum eſſe ſimul & ſagittarium, & ſponſum, non dixit: *Laua eius ſuper caput meum, & dextera illius in inferioribus meis*: (ſic enim dicere debuiſſet, vt proportio ſeruaretur ſagittæ, quæ ſurſum ad ſcopum dirigitur,) ſed dixit: *Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*: Faciens, vt ſiniſtra illius ſubijceretur capiti, tãquã ſagittæ aculeo; dextera autem teneret id, quod reſtat totius corporis; per hoc quippe primò oſtẽdit, ſe à Deo tanquam ſcopũ deduci ad participationẽ æternitatis, elargita ſibi vitæ longitudine, deſignata per dexteram, collatiſque æternorum bonorum diuitijs, & gloria, ſignificatis per ſiniſtram illius, iuxta ſententiam Salomonis *e* ſæpius citatam. B

Simile.

Anima Sãctã ẽ, ſimul ſpõſa, & ſagitta in manibus Dei.

C

e Pro. 3. 16

Anima vt ſagitta quõ à Deo iaculetur ſurſũ & tamẽ ſimul in Dei manib. conquieſcat.

Oſtendit ſecundò, ſe ab eodem tanquam à ſagittario ſurſum dirigi inſtar ſagittæ, vt læua illius ſit ſub capite eius, per quam iaculum dirigatur ad ſcopũ; dextera autem eiuſdem ſit eam apprehẽdens, & trahens; efficiẽs eam leuem, vt ſurſum feratur, in quo id mirabile ſit, vt ſimul illuc mittatur, & à ſagittario minimè ſeparetur; adeò vt ſimul feratur per iaculationem, & in Domini manibus conquieſcat. D

Tres ſenſus affert Apon. haud prætermittendos.

Aponius.

In martyrio, Christi, complexum agnoſcit anima Sancta.

Primò videtur accipere Martyrium ſignificatũ per Chriſti amplexũ: ait enim; In martyrij certamine cupidine Regni cælorum, & magnæ conſolationis adiutorij diuini ſapore Anima Sancta, quaſi in lectulo collocata, in varijs generibus tormentorũ promiſſionis læua, & adiutorij dextera Chriſti amplexari ſe deprecatur, dicendo: *Laua eius, &c.* Tormenta enim omnia, ipſaque mors pro Chriſto ſuſcepta delitię ſunt Animarum Sanctarum pro æternis gaudijs acquirendis: vbi ſe Eccleſia delitijs reſoluta, amplexu dilecti Chriſti contineri lætatur, vt digna ſit pro factore ſuo atrocitatem perpeti tormentorum. E

Animã ſuſtẽtat Deus læua cõpunctionis, ne decidat ad ſiniſtrã, & dextrã tribulationũ, ne corruat ad dexterã ſuperbiæ.

Addit ſecundò poſſe & intelligi, vt læua Chriſti a ſiniſtris ſuſtineat animam, ne ab incentiuis vitiorum vncinis implanetur in læua, ſed ſemper ſuſtentata, occultis cõpunctionib. ſublimetur ad Regnũ. Et ne in ſuperbiam elata faciat lapſum in dextera, in quam diabolus corruit, tribulationes, & multimoda retinacula permittendo, & fatigatum adiuuando, dextera ſua amplexatur.

Læua Dei ſub capite eſt ſcutum fidei, dextera vero amplexatio eſt gladius orationis.

Tertiò denique inquit, non incongruè iſtiuſmodi hæc habere poſſe ſenſum, vt læua ſub capite, ſit fidei ſcutum, quod pugnantis ſiniſtra contineatur manu; & dexteræ amplexatio orationis gladius intelligatur, quo dextera ſemper armatur; quatenus altero armorum genere aduerſarius repellatur, & altero proſternatur: & vno illæſus ab hoſte ſeruetur, alio hoſtis peremptio celebretur. Cũ ergo impugnantem nos expugnari oramus, armata eſt dextera noſtra; & cum ſcuto fidei ſumus innixi, læua: docente Apoſtolo, cum ait: *f Apprehendite ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia iacula ignita maligni extinguere: & gladium ſpiritus, verbum Dei, per omnem orationem.* A B

f Eph. 6. 16

Rup. Ab.

Læua Chriſti ſub capite Mariæ, quãdo ipſa vidit gloriã illius in hoc ſæculo; dextera vero illius, cũ eum complexata eſt cum ab eo aſſumpta fuit.

Deniq; Ruper. Abbas, Beatam Virginem in his talia ſibi velle, ait. In hoc *laua eius ſub capite meo*, ꝙ interim, dum differor, florib. veſtris fulcior, malis veſtris ſtipata ſum, quia veſter profectus, veſtra ſalus meum eſt gaudium, & nihilominus amore langueo, ſed in iſto cõſolata ſum. Hæc eſt *laua eius ſub capite meo*, videre me implere ea, quæ ſcripta ſunt de illo, quæque ipſe promiſit de ſemetipſo: Videre hoc donum Spiritus S. quod effudit in die Pentecoſtes: videre, Euangelium eius prædicari vbiq;, ſequentib. ſignis: multiplicari credentes in noı̃e eius reſloreſcere mundum Eccleſijs eius, & fructificare cunctis virtutib. curuari in noı̃e eius omne genu: *Laua*, inquam, hæc eſt *ſub capite meo*, ideſt, conſolatio magna quidem, ſed minor expectatione, vel deſiderio meo. Quæ eſt illa expectatio? quod eſt illud deſiderium? *Et dextera eius amplexabitur me*: ideſt gloria Patris, in qua ipſe eſt, totam circundabit, & implebit me, cum de præſenti ſæculo eduxerit, & aſſumpſerit me: illa videlicet dextera, qualem Pſalmiſta inſinuat, dicens: *g Et delectationes in dextera tua vſque in finem.* C

g Pſ. 15. 11

Verſ. VII. Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

D

Expoſitio Prima. Iuxta ſonum litteræ.

QVamuis, iuxta lectionem noſtram apertiſſime conſtet, ea, quæ hic dicuntur, eſſe verba ſponſi, nihilominus ex textu hebraico, atque ex verſione Septu. Interpretum colligitur, tam ſponſo, quã ſponſæ hæc tribui poſſe: quinimo Hebræi omnes, & plerique ex Patrib. noſtris ſponſæ potius, quàm ſponſi ea eſſe, contendunt.

Vt autem facilius multiplex præſentis ſentẽtiæ ſenſus valeat explicari, quædam prius animaduertenda ſunt, quoad lectionum varietatem; necnon & quoad adiurationis formam, ac intellectum.

E

Sciendũ igitur primo; pro eo, quod Vulgata habet, *dilectam*, in textu Hebraico haberi את האהבה eth hahabah, ideſt *dilectionem*. Vnde & Septua. verterunt, *τὴν ἀγάπην, charitatem*. Qua dictione hoc loco apte admodũ ſignificatur per Auxeſim tum dilectus, tum etiam dilecta, ac ſi dicatur: *Ne ſuſcitetis delitias meas*. Quãquam compluribus ea videatur ſumenda pro amore ipſo, & habitu charitatis.

Secundò ſciendum; id, quod in textu noſtro legimus in præſenti; *Adiuro vos*, tã in hebræo, quàm in verſione Septuaginta haberi in præterito; *Adiuraui vos*, per quod quidem non tam præteritã, quã ſæpiùs factam, iteratamque ſignificari crediderim

rim

LITTERA. rim adiurationem: Ac ſi diceretur; *Adiuraui iam ſemel iterumque adiuro vos*.

Tertiò notandum, pro eo, quod noſtra Vulgata habet: *per capreas, ceruoſque camporum*: Septuaginta habere, ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἐν ταῖς ἰσχύεσι τοῦ ἀγροῦ, ideſt *in virtutibus, & in fortitudinibus agri*: quæ diuerſitas ex ambiguitate orta eſt ambiguarum dictionum, quæ in Hebræo ſunt; ſiquidem prima dictio צבאות ſebaoth & capreas ſignificat a verbo צבה tsabah cum he, & exercitus a verbo צבא tsaba cum aleph. Porrò dictionem, quæ modo cum punctis legitu. באילות baieloth, & ſignifica ceruas, ſeniores illi Septua. alijs punctis legerun באילות baialoth, quod fortitudines interpretatur.

Quartò adnotandum; quòd etſi iuxta noſtram Vulgatæ lectionem in hac ſententia ſiat ſimplex dũtaxat adiuratio: ſecundum originalium tamen textum hebræorum, & verſionis Septuaginta, qui habent: *Adiuraui vos, &c. Si ſuſcitaueritis, & exſuſcitaueritis dilectionem, donec voluerit*: poteſt quidem eſſe adiuratio ſimplex, iuxta formam, phraſimque iurandi hebraicam, qua coniunctio (*ſi*) ponitur pro coniunctione (*ne*) ſeu pro (*vt non*) & negatiuè, prout patet ex illo Pſalmi 131. a *Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob; Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei: Si dedero ſomnum oculis meis*, &c. ideſt. Sicut iuraui, quod non introibo, nõ aſcendam, nõ dabo ſomnum, &c. Sed inſuper poteſt eſſe adiuratio, non quidem ſimplex, ſed cum imprecatione, qualis eſt illa, quæ habetur in Pſalmo 130. b *Si non humiliter ſentiebam ſed exaltaui animam meam; ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea*: id eſt: Si non humiliter de me ſenſi, ſed &c. nõ recuſo quid uis pati. Vel: Si non humiliter de me ſenſi, adiuro te Domine, vt talem mihi inferas retributionem, qua ſim veluti eſt infans, qui ante tempus ablactatur à Matre, id eſt, vt ſubtrahatur mihi gratia tua in vltionem ſuperbiæ meæ.

Coniunctio Si uſurpata pro Ne, uel pro Quod nõ.

a Pſ. 131. 2

b Pſ. 130. 3

Quintò notandum; ſi ea, quæ hic dicuntur, ſumantur, vt ſimplex adiuratio: tunc duplicem huiuſmodi adiurationis aſſignari poſſe intellectum.

Primum quidem magis communem, vt per agreſtes capreas, atque ceruos eæ adiurentur puellæ, quæ venationibus delectantur, & iſtiuſmodi feris, quales illæ eſſe ſolent, quæ ruri, & in agro commorantur, vitamque ruſticam degunt: ſicque optime ſeruatur dramatis allegoria, quę ſita eſt in perſonis ruſticis, ac paſtoribus: & adiuratio fit ad filias Ieruſalem per ea, quæ illis maxime grata eſſent. Qui intellectus congruit & litteræ pariter Septuag. vt eædẽ ruſticæ puellæ adiurentur per plantaria, & virgulta, quæ in agro ſunt, & omnino per ea, quæ in agro ſata ſunt illiſque periucunda exiſtunt: ea quippe ſub metaphora virtutum, ac fortitudinum agri deſignaſſe ſeniores illos, haud abs re eſt: quandoquidem per huiuſmodi plantaria vis tota exhibetur agri, in iiſque, tanquam in propriis exercitibus vniuerſam ager cõſtituit, profert, & quodammodo inſtruit fortitudinem ſuam.

Porrò alterum eiuſdem adiurationis intellectũ ex capite quinto Prouerbiorum colligere licet, vbi Salomon adoleſcentem admonens, vt relicta muliere aliena, totum amorem ſuum in propriam reponat ſponſam & coniugem, ait: c *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcẽtiæ tuæ: cerua gratiſſima, & cariſſimus hinnulus*; vel iuxta hebraicam lectionem, *cerua amorum, & caprea gratiæ*; hiſce ... verbis innuitur, ſub metaphora ceruorũ, ac caprearum ſignificari ſolitam mulierum ſpeciem, gratiã, atque etiã amorẽ ipſum. Vnde apparet, admodũ cõ-

c Prouer. 5. 18. & 19.

A gruenter filias Ieruſalẽ hoc loco adiurari per ea, quæ puellis maxime omnium ſoleant eſſe grata, per amorẽ videlicet, per pulchritudinẽ atque per ipſam gratiã. LITTERA.

Verùm, ſi hæc ipſa in aliorum textuum lectione ſumãtur, vt adiuratio cum imprecatione, ſeu cum comminatione, tunc quoque duo alii eorundẽ verborum afferri queunt intellectus. Primus quidem valde terribilis: vt iis, quæ quoquo modo dilectionem excitarint, ac perturbarint, imprecetur adiurans dilaniationem, & inſectationem, qualem a venantibus pati ſolent capreæ, ceruique camporum, vel qualem per agreſtes feras fieri iis, qui in eas inciderint, & audimus, & horremus: vt per agri exercitus, & fortitudines ipſæ ſignificatæ ſint feræ fortes, earumque greges. Ac ſi dicatur. *Adiuro vos, ne excitetis*, &c. Quod ſi excitaueritis, imprecor vobis vt eo pacto prædæ iugiter expoſitæ ſitis, talemque ſubeatis perſecutionem, & dilaniationem, qualem à venatoribus capreæ patiuntur, ceruique camporum; vel, vt feris exponamini, ab iiſque dilaniemini, dum per agros, camposve verſamini. Alter verò intellectus eſt, vt adiurans comminetur iis, qui excitarint, ac perturbarint dilectionem, priuationẽ earum omnium rerũ, quæ ipſis gratiores ſunt, quales capreæ ſunt, ceruique camporum illis, qui venationib. delectantur: vel eorum, quæ ad vitam ſuſtẽtandam maximè ſunt neceſſaria, vt ſunt, quæ progignuntur ex agris, frumentum, vinum, fructusve reliqui, quæ omnia Septuag. appellarunt virtutes, & fortitudines agri. Eritque hæc adiuratio ſimilis illi, qua paterfamilias hoc pacto ſuos adiurat domeſticos. Adiuro vos, & obteſtor per omne frumentũ agrorum meorum, per panem, & vinũ domus meę ne hoc, aut illud quiſquam veſtrũ agere præſumat: conteſtans nimirum tali adiuratione, eiſque comminitans priuationem, vel ſublationem prædictorum, ſi id fecerint, quod ipſis interdixit.

B

C Simile

Sextò demùm, & vltimò notãdum; pro eo, quod in Vulgata clarè habetur: *Donec ipſa velit*. In Hebræo abſque vllo pronomine eſt עד שתחפץ ngad ſciethechpaths, verum autẽ תחפץ thechpatis tertia perſona futuri generis feminini à radice חפץ chapeths, cuius ſignificatio non ſolũ eſt, *velle*, ſed &, *placere*, complacere, volũtatem habere: vnde diuerſimodè hoc loco accipi poteſt id, quod ĩ lectione hebraica reperitur: vel enim ſic reddi poteſt: *Donec volueris*, prout verterunt Septuaginta, ἕως οὗ θελήσῃ, *quouſque volueris*, ſcilicet ipſa dilectio; vel ſic, *quoadvſque placeat*, aut, *quamdiu placuerit*, mihi ſcilicet, ipſa dilectio, vel ipſa dilecta; id eſt, dum complacentiam habeo in hac dilecta mea, dum hanc proſequor amore: ſic dictio עד ngad, *donec*: non accipietur, vt ſignificat exceptionem, uel excluſionẽ futuri tẽporis, prout ſumitur in littera noſtra; ſed, ut ſignificat continuitatem, prout frequentiſſimè in Sacris paginis reperitur accepta.

D

His animaduerſis facillimum iam erit, ut eorum quæ in hac ſententia dicuntur, uel iuxta lectionẽ Vulgatæ, uel iuxta hebraicum textũ, aut iuxta uerſionem Septuag. recõditos colligamus ſenſus; ij autem quatuor eſſe queunt.

E

Primus, iſque facillimus lectionis noſtræ eſt: ut ſponſus, in cuius ulnas ſeſe proiecerat ſponſa, quæ amore languens, deliquium animi patiebatur, quã ne decidentem (ut patuit ex ſuperiori ſententia) ſuſtentauit, læua ſub capite appoſita, dexteraque totum illius corpus amplexante: nunc ſingatur, eamdem ſponſam, quæ in ſomnum incidiſſet ob deliquiũ (ut fieri ſolet) in ſuis ulnis, in lectulo collocaſſe, uel ſuper ſtramine, conuerſuſq; ad dormiẽtis faciem, illas hiſce adiuraſſe verbis, ne eius ſomnum quo-

I. SENSVS.

LITTERA. quoquo modo perturbarent: *Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas,* &c. Ac si diceret.

PARAPHRASIS. O *filiæ Ierusalem*; quotquot præsentes adstatis, vos obtestatas velim, per illa, quæ vobis solent esse gratissima, per vestram ipsam pulchritudinem, perque gratiam, atque amorem: *per capreas, ceruosque camporum*, quibus delectamini quàm maximè ruri versantes, venationique indulgentes, vt quietè agatis, donec somnum capit dilecta mea; *ne* ipsã amore languentem *suscitetis, aut euigilare faciatis*, donec à semetipsa expergiscatur. Desumpta est autem ista sponsi adiuratio ex quotidiana consuetudine, qua ab ijs, qui diligunt, prohiberi eorum solet excitatio, quorum eis cordi est salus, prout matres pro filijs, aut nutrices pro suis infantibus in cunis dormientibus solicitas admodum cõspicimus, ne per strepitum, vel inordinatam aliquam familię perturbationem ij excitẽtur: quinimo idipsum circa infirmos in primis fieri obseruamus.

Atque hæc quidem rectè, dum legimus: *Ne euigilare faciatis dilectam:* Verùm si aliam exponere velimus lectionem, quæ pro, *dilectam*, habet, *dilectionem, amorem, & charitatem*, vt & hebræa habent, & Septuag. legentes: *Adiuro vos per virtutes, & fortitudines agri, si suscitaueritis, & exsuscitaueritis charitatem, quoadusque velit:* Tunc alij assignandi sunt sensus.

II. SENSVS. Secundus igitur eorum, quæ hic dicuntur, sensus est, vt spõsa, cum post animi deliquium somno se dedisset, sponsusque, ea dormiente, in agrũ egressus esset, postmodum euigilans, cùm ad ipsam sociæ accesserint: illas gaudia iam præterita sibi commemorantes, amoremque illum in memoriam sibi reducentes, quo erga ipsam sponsus esset affectus, hisce adiurauerit verbis: *Adiuro vos filiæ Ierusalem, &c.* Ac dixerit.

PARAPHRASIS. Adiuraui vos sæpius, nuncque vos iterum iterũque obtestor per ea, quæ maximè iucunda sunt vobis, dum in agro versamini, *per capreas, ceruosque camporum*, perque plantaria, fruges, atque virgulta, in quibus sita est potentia omnis, totaque vis agri, *ne* sermonibus hisce, istarumque rerum commemoratione *suscitetis, neve euigilare faciatis* mutuam dilectionem, quæ inter me, meumque dilectum existit, quoadusque *velit ipsa*, scilicet dilectio, finite, vt illa per sese euigilet; nam statim ac istiusmodi amores memoria repeto, animi patior deliquium.

Lectio hebraica, quam sic verti posse, notaui: *Adiuraui vos, filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, seu in exercitibus, & fortitudinibus agri, si suscitaueritis, vel exsuscitaueritis dilectionem, donec placebit:* duos alios suggerit sensus: alterum, si verba hæc, vt sponsi accipiantur: alterum verò si sumantur, vt sponsæ.

III. SENSVS. Si enim sponsi ea esse existemus, dicendum, illũ postquàm tam insignia dilectæ suæ, tamque multiplicia exhibuit amoris indicia, qualia ea sunt, quæ in præcedentibus sunt enumerata: postquam tantam in sponsa sua animaduertit animi gratitudinẽ in ijs omnibus enumerandis, ac prædicandis signis quę ab ipso pręstita ei fuissent: postquam & flagrãtissimum illius erga se percepit amorem, tũ ex verbis ijs, quibus significauit, se amore lãguere & vulneratam esse charitate, tum ex eo ipso, quod facto testata est, in ipsius sese proijciens vlnas, & dicens: *Læua tua sit sub capite meo, & dextera tua amplexetur me*: Vehementiùs erga illam affectus, contra quasdam illius æmulas, quæ hunc suum erga ipsã perturbare niterentur amorem, istiusmodi eas adiurare imprecatione.

A Adiuro vos: ne vllo pacto perturbetis dilectionem meam, donec mihi placuerit hæc dilecta mea, dum ipsa meo defixa est cordi, mutando, aut inuertendo illam, aut quærendo pellicere me post vos. Quòd si eam quomodocunque excitare contenderitis, *adiuro vos per fortitudines, atque virtutes agri*, seu, *per capreas, ceruosque camporum*, vt ijs omnibus priuemini: eaque omnia vt à vobis tollantur imprecor, quæ vobis sunt gratiora, siue capreæ sint, siue cerui, siue fruges, & fructus, & cetera istiusmodi, i quib. vis tota est agri, & quorũ maximè egetis.

IIII. SENSVS. Quòd si eadem verba sponsæ potiùs esse, voluerimus: tũc quartus eorum hic erit sensus, vt illa lãguẽs amore dilecti sui, ac proinde in illius requiescens complexu, quò omnib. fieret conspicuum, lãguorem illum summam sibi exhibere iucunditatẽ, B ne sociæ audito languoris, ac vulneris nomine, aliquo pacto dilectionem, vnde ea prouenirent, interturbare niterẽtur, hac acerbissima illas adiurat imprecatione, dicens: *Adiuro vos, &c.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Tantùm abest, vt ab isto leuari velim amoris languore, quo nihil mihi potest esse iucundius, vt pro mea virili vos omnes filiæ Ierusalem adiuratas velim, ne quoquo modo excitetis, aut perturbetis eã qua langueo, dilectionem; eam, qua vulnerata sũ charitatem, donec illa mihi placuerit; quandiu ea, mihi adeò grata est, dum tantùm in ipsa complaceo. Quòd si excitaueritis eam, interturbando, talẽ vobis imprecor dilaniationem, qualem inferre solent, quæ ferociores, & fortiores sunt ferę siluarũ: C talibus expositæ sitis persecutionibus continuis, talibusuè vulneribus, quales capreæ subeunt, & cerui camporum, dum & canes eos insectantur, & venatores.

Quo loco notandum, aptam admodum hãc esse dilaniationis, insectationis, ac vulnerũ imprecationẽ contra eos, qui salutiferum molestarẽt vulnus.

Nec minùs aptam esse metaphoram excitationis ad significandas perturbationes illas, quibus amor interturbatur: per hoc enim innuitur, amoris languorem nihil aliud esse, quàm dulcem somnum: si quidem quemadmodum dormiens, & si viuat, operetúrque intra se per operationes vegetatiuæ, nec- Simile. D nõ & per actus imaginationis; exteriùs tamen mortuus videtur; nihilque vel videt, vel audit, vel odoratur, vel gustat, vel tangit, aut loquitur. Ita & qui amore languet, quamuis intra se innumeros perficiat amoris actus, cogitando, imaginando, desiderando, & memoria versando semper aliquid, quod ad eam rem spectet, quæ in eius est corde; aliarum tamen rerum nil videt, gustat, &c. ita vt ad illas penè mortuus videatur. Ac sicut in eo, qui dormit, calor est vehementior circa uitalia: Ita & uehementissimus ardor, æstusuè est circa illius præcordia, qui amore languet. *Amoris languor est dulcis quidam somnus.*

E **Vers. VII. Adiuro vos, filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.**

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS. *Apostolicus vsq; ad Spiritus sãcti* CVm ea sit hominum natura, ut quandocumq; præclarum aliquid uiderint, atq; eximiũ, contineri se minimè ualeant, quin illicò id prædicent, aliisque communicent, quod usu perceperunt; mirari haud satis possum, quo pacto in primitiua

Ecclesiã

DE ECCLESIA. Ecclesia Apostoli, certe inquam Christi discipuli, postq insignium prodigiorum spectatores facti sunt, Resurrectionis, & Ascensionis Domini, continere se potuerint, quin statim in medium prorumperent Ierosolymæ, clarisque vocibus palam id omne prędicarent, quod proprijs vidissent oculis: quo pacto per tot dierum spatium silere quiuerint usque ad diem sanctum Pentecostes. Et quidem post diutinam cōsiderationem animaduerti, à Domino hoc factum esse, qui fabricauit Ecclesiæ corpus, humano corpori assimilatum, nedum ob multiplicem membrorum distinctionem, eorumque omnium vnionem in charitate; uerum & ob id, quòd somnū ei indidit, quo instar humani corporis & quiesceret, & roboraretur simul. Enimuerò quemadmodum corpori humano ad hoc contulit somnū, ut duobus generibus potentiarum eius uno eodē que consuleret tempore; animalibus quidē requiē præstans, qua maximè indigerent post diuturnam defatigationem in uidendo, audiendo, loquendo, aut aliquid istiusmodi faciendo; naturalibus verò, & vegetatiuis, quæ debiles admodum in vigilia essent ad suas exercendas operationes ob paucitatē spirituum, robur exhibens, quo, ligatis ac quiescētibus animalibus virtutibus, efficacius, & cōuenientius ea operari possint, quæ ad hominis vitam conseruandam sunt necessaria, concoctionē, digestionem, nutritionem, & augmentationem. In eumdē modum & corpori Ecclesiæ quemdam cōcessit somnum spiritualem, quiescere eam faciens à prædicatione, à videndis, audiendisvè reb. quæ ipsum vel perturbare, vel defatigare quoquo modo possent, necnon & à motibus quibuscūque, simulvè robur eidē præbens, quo per studiū orationis, & meditationis efficaciter operationes exercere valeret, concoctionis, digestionis, nutritionis, & augmentationis spiritualis, in mētis ventriculo ea cōcoquendo, q. vigilans comedit, verba vel facta dilecti sui, eadē que per digestionem singulis dispertiens membris, ac per ea sese nutriens. Id verò tunc potissimum tēporis benedictus sponsus suæ præstitit sponsæ, quādo in infantia ea extitit i Apostolis. Hinc est, quòd postquàm resurrexit, certissimosque de sua resurrectione per multas apparitiones reddidit discipulos, dulci eos dormire faciens somno, talibus illos compellauit verbis: *a Sedete in Ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto*: Ac si diceret; Dormitetiam, & requiescite, quoadusque Spiritus Sanctus descenderit super vos, Orationi vacate, meditatione digerentes, quæ audistis, quæve & vidistis. Vnde & benè in Actibus Apostolorum in prædicto tēpore vniuersa primitiua illa Ecclesia proponitur quieta in oratione: vbi dicitur; *b Omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, & fratribus eius*. Porrò adeò vtilem, adeòque necessariū dilectæ suæ Christus hūc cēsuit somnum, vt propterea curauerit, ne ea à quoquam perturbaretur. Neque enim aliàs fieri potuisset, vt per tantum temporis spatium nulla coñtra Christi discipulos commoueretur persecutio: ab ijs præsertim, qui eorum magistrum internecioni tradiderant, quive illius & nomen eradicare contenderent. Quis Scribarum ignorabat, scholam discipulorum eius relictam, qui illius callerent doctrinam, quibus & Euangelij demandata esset prædicatio? Quis Pharisæorum, quis & illorum, qui altis vocibus proclamarant: *c Tolle, tolle, crucifige eum*, persuasum habere poterat, illius matrem, quā absque vllo timore stantem conspexerant iuxta Crucem filij, non prædicaturam liberè, quæcunq; ab ipso audierat, quæve facta viderat mirabilia? Quomodo ergo nullas concitarunt tunc turbas, nisi quia id eis mandauerat Christus? Vbi mandauerat? In horto: quando cohorti, ijsve, qui vnà cū Iuda ad eum apprehendendum venerant ministris Pontificum, & Pharisæorum, respondit: *d Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire*. Quod autem apertè hisce mādauit verbis in Euangelio, idipsum multò ante grandi cum adiuratione ciuibus Ierusalē mandasse reperitur in hoc Cantico, dicens; *Adiuro vos filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit*. Cum enim benignissimus Spōsus illam ob sui discessum amore lāguentem animaduerteret, debilemque admodum; ita vt ad pugnam stare minimè posset, quoadusque non corroboraretur virtute Spiritus Sancti, quietè eam agere volens, ne quisquam ipsam interturbaret hisce propemodum verbis illos omnes, qui ei turbas ciere possent, est obtestatus.

Marginalia (left): aduentū tenuerint post resurrectionē, & ascensionem Domini. — Simile. — Ecclesia primitiua cur illico post Christi mortem nō fuerit concitata persecutio. — a Luc.24.49. — b Act.1.14. — c Io.19.15.

Marginalia (right): d Io.18.8.

PARAPHRASIS. O Animæ, ciuesque Ierusalem, quotquot Sacrarum litterarum sensus venari studetis; quotquot pro defensione legis vestræ contra Euangeliū meū persecutiones moliri conamini, per eos, quos tanti facitis Prophetas, perque Sanctos Patriarchas, de quibus summopere gloriamini, *vos adiuro*, ne vel curiositate suscitetis Apostolos ad prædicandum, vel disputationibus eosdem à quieto orationis euigilare faciatis somno: quoadusque dilecta mea Ecclesia, accepto desuper Spiritu Sancto, diuinoque robore confirmatam se sentiens, velit euigilare: quoadusque ipsa per se euigilet ad prædicationem ad disputationes, atque ad quælibet subeunda pericula: Tunc enim post modicum somnum istum indefessam audietis prædicantem: tunc insuperabilem eam in disputando videbitis disserentem, etiā cum doctissimis Gentium philosophorum: tunc hilariter ad quaslibet tribulationes se offerentem illam intuebimini, quando ibunt *e Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quia digni habiti* sunt *pro nomine* meo *contumeliam pati*. e Act.5.41.

Circa hunc sensum vnum duntaxat examinandum superest: quare Prophetas, Patriarchasve sub metaphora caprearum, ceruorumque camporum sponsus expresserit. Et quidem apud Sacros Doctores complures assignantur rationes & congruentiæ, quarum aliquas in vltima afferemus appendice, aliquas apud Hugonem Cardinalem per semetipsum videre poterit quilibet. Hoc autē loco duo tantummodo dicenda videntur. Primum, rectà appellatione Prophetas capreas nuncupatos ob acutissimam, qua instar caprearum præditi sunt, visionem; adeo quippe in hac & capreæ, & Prophetæ conueniunt, vt sicut capreæ ab eo, quod acutius videant, dorcades, græco uocabulo dictæ sunt vt benè notat Orig. hom. 2. ex duabus, παρὰ τὸ δέρκειν: Ita & prophetæ ab eodē uisionis acumine Videntes in Sacris paginis dicūtur sæpissimè. Nec minus cōgruè Patriarchas, ex quib. & semen populi Israel propagatum est, & Christus quoque traxit originem, ceruorum nomine appellatos à partu: quia sicut ceruas præ omnibus animantibus ad partum præparare dicitur Deus, iuxta illud Psalmi: *f Vox Domini præparantis*; scilicet ad partum, vel (ut est in hebræo) *parere facientis ceruos*: Ita & præ omnibus hominibus Sanctos Patriarchas præparauit ad partum electi populi sui, eosdemque voce quodammodo sua, iuxta promissiones illas, quibus Vnigenitum filium suum mundo pollicitus est, Redemptorem parere fecit, quem promiserat. Neque verò nouum hoc est, ut ceruorum nomen Patriarchis adscribatur in Scripturis Sanctis: nam & Iacob

Marginalia (right): Prophetæ cur dicātur capreæ. — Patriarchæ cur dicātur cerui. — f Ps.28.9.

DE ECCLESIA.

cob in benedictionibus Patriarcharum, Nephtalim vnum ex Patriarchis hoc insigniuit vocabulo, dicens: *g Nephtalim ceruus emissus*. Porrò & capreæ, & cerui isti dicuntur esse camporum, seu agri: quoniam tam Prophetarum dicta, quàm & gesta Patriarcharum in sacra continêtur scriptura, quæ est ager ille plenus, de quo Isaac in benedictione Iacob Patriarchæ: *h Ecce odor*, virtus nimirum *filij mei*, qui Pater futurus est duodecim Patriarcharum, *sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*: id est sicut virtus, seu, iuxta virtutê, quæ in sacris describitur libris; libri isti Sacrarum Scripturarum sunt campi, redundantes copia florum, ac fructuum, de quibus per Prophetam dicitur: *i Et campi tui replebuntur vbertate*: campi sunt, & ad venationes aptissimi. Hinc est (atque hoc sit secundum dictum,) quòd Iudaicus populus filiæ Ierusalem tanquam venationi deditæ per ea hic adiurantur, quæ venatoribus solent esse gratissima, per capreas, ceruosque: Nam reuera Iudæi, instar venatorem per campos sacrarum litterarum dicta iugiter scrutabantur, & facta vel ad mores pertinentia, vel ad cœremonias, vel denique ad Messiā quoquo modo spectantia. Quod apertè Christus Dominus ijs aliquādo exprobrauit, cum apud Ioannem diceret; *k Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis*: id est: Tota die, quasi venationis studio indulgentes, per campos Sacrarum Scripturarū scrutamini, vnde in æternum vitam prorogare possitis: & verè in illis multa sunt, quæ apprehendere vobis liceret vel Prophetarū dicta, vel facta Patriarcharum, testimonium mihi perhibentia, vobisque vitam æternam afferentia. Quid ergo est, quod illa negligentes ad me venire non vultis?

g Gen. 49. 21.

Sacra Scriptura est cāpus aduenationē aptissimus.

h Gen. 27. 27.

i Ps. 64. 12.

Iudaicus populus venator in cāpis Sacrarum Scripturarum.

k Io. 5. 39.

II. SENSVS.

Iuxta secundum sensum: Ecclesia, quæ in præcedenti sententia amore ob id se languere, significarat, quod ferre non posset innumeros ex ijs, qui in se fuissent, fideles vel ob hæresim, vel ob aliqua scelera orbatos esse Christi præsentia; quæue huiusce modi languens mœrore in manus sese iactarat dilecti sui, nunc intuens quosdam, qui vel humana eloquentia, vel humanis artibus, vel violentia item humana eos, pro quibus ipsa languebat, ad diuinam gratiam reducere, in illisve pristinam Christi charitatem resuscitare niterentur: illos præsenti adiurat obtestatione, filias Ierusalem ipsos appellans: filias quidem, non filios, quoniam ad id, quod contendunt, infirmi admodum sunt, & instar muliercularum virili, ac valido Spiritus Sancti robore destituti: filias verò Ierusalem, quoniam ad cæle stem spectant Ierusalem, quatenus mēbra sunt Ecclesiæ Catholicæ.

Charitas suscitari humanis artibus, aut violentijs nequaquā potest.

Simile.

Et quidem, quemadmodum si hominem videremus, qui diuersa calorum temperie arboris virtutem dimouere conaretur, atque ita eamdem arborem vegetare, & florere studeret; profectò quispiā iure ipsum sic compellaret, O te hominem insanū, iudicij, & experientiæ omnis expertem, qui non intelligas, operam omnē ludere: hisce tuis certè admotis ad arborem ignibus, arbor non florebit, sed exarescet: opus istud internæ est, insitæque virtutis, & caloris eius naturalis: Deus eam, quam tu in ipsa sopitā tibi falsò persuades, virtutem exacuet, atque excitabit, quā frondibus, floribus, & fructibus quotidiè fœcundior euadet, atque in omnib. feliciter maturitatem contrahet. In eumdem modum prædictos Sancta Ecclesia conspiciens, qui humanis artibus, aut humanis viribus charitatem suscitare contenderent dormientem in aliquibus

A fidelibus, vel extinctam in peccatoribus, atque in hæreticis, sic illos affatur: *Adiuro vos filiæ Ierusalē per virtutes, & fortitudines agri, si suscitaueritis, & exusciaueritis dilectionem, donec velit*. Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Quid vestris studijs charitatis vigorem suscitare nitimini? Tempus inaniter erogatis: per ipsas adiuro vos plantas virentes; per vires, ac fortitudines agri eloquentiæ, quibus permaximè oblectamini; per potentias, ac valida quæque agri huius mundi quibus gloriamini potentes ac fortes; per id denique, quod vobis præ omnibus est gratissimum, vt ab istiusmodi instituto desistatis: Siquidem inanis isthæc vestra elegantia verborum concinna, & venusta rerū copia: necnon & violentia quælibet maiori sæpius est detrimento, quam emolumento: ne

B suscitetis, neque violenter exuscitare nitamini charitatem in membris meis, siue ea integra sint, siue putrida, aut etiam à me disiuncta: Sed sinite, vt ipsa per gratiam, quæ intrinsecus illis à Deo exhibeatur, ex se suscitetur, si extincta penitus fuerat; si verò haud omnino in aliquibus extincta sit, sed quodammodo dormiens appareat; sinite pariter, vt per sese illa in ijs euigilet, & resuscitetur, diuina, quæ intrinsecus est, gratia adiuuante: sinite, illam interiùs inclusam à se ipsa excitari, atq; à summo Deo, qui, vt melius lubet, eamdem commouet, incendit que sui Sanctissimi verbi calore.

Circa hunc sensum, Notandum, per verba *ἐγείρειν*, & *ἐξεγείρειν*: suscitare, & exuscitare, quibus Septuaginta vtuntur, duplici ratione deterreri mun-

C danos, à studio producendi habitus charitatis per artes, aut violentias humanas: nimirum, quia habitus ille suscitatur instar ignis, & quia excitatur, eleuatur, & erigitur instar domus, & arcis.

Porrò quemadmodum in materia, in qua penitus extinctus sit ignis, nullis artibus, nulloque studio nouum suscitare quis potest, nisi ignis ipse materiæ illi approximatus, per se cœperit suscitari. Eo eodem modo nec in Anima, in qua charitatis ignis extinctus omninò sit, vllo humano suscitari is potest studio: at si suscitandus sit, diuinitùs, operæpretiū est, vt ipsa sese suscitet charitas per infusionem Spiritus Sancti, qui ignis est; atque adeò Apostolus,

Charitatis ignis à diuina tantum gratia excitari potest.

D cui hæc optimè erant comperta, de hoc loquens istius ignis suscitatione, ait: *l Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*; diffusa, inquit, est, nimirum suscitata, instar flammæ illius Babylonicæ, de qua apud Danielem dicitur: *m Flamma diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem*: diffusa autem, & suscitata est ita charitatis flamma, non per humanas artes, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est in die Pentecostes sub specie ignis, per ipsam charitatem infusam cœlitus, quam alibi idem Apostolus, & Spiritum, & ignem esse signauit, cum diceret: *n Spiri-*

l Rom. 5. 5.

m Dan. 3. 47.

E *tum nolite extinguere*. Iure igitur optimo Ecclesia Sācta hanc facit adiurationē, ne ipsam suscitare nitātur charitatē, quę est ignis quidem supernaturalis.

n 1. Thes. 5. 19.

Nec minùs congruè eamdem adiurationem facit, si hanc charitatem, vt fortissimam animarum arcem consideremus: Nam si quispiam omni studio, & eloquentia Reipublicæ alicui persuadere aggrederetur, vt arcem ad se communiendam strueret, quando negotium istud ab vna pendet Principis voluntate, sanè vbi diutius verba fecisset, responderi denique ei posset, non esse adeò sibi laborandum, neque suis hisce verbis, licet summa elegantia excultis vnquam arcem in Republica suscitandam, & excitandam, donec id à Principe non demandetur. Idipsum Ecclesia Sancta vanis illis ait Oratoribus, qui in ipsa

Simile.

DE ECCLESIA.

ipsa Charitatis arcem humana eloquentia studet exuscitare, cùm hoc in primis sit diuinæ voluntatis negotium, & donũ. *Adiuro vos*, inquiens, *ne suscitetis, neque exuscitetis charitatem, donec velit*; Nouit quippe, quod, o *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum* laboraturi sunt, *qui ædificant eam*: Bene autem ait: *donec velit*; ipsa scilicet charitas, obtestās, vt sinant, illam per sese suscitari, siue consideretur quatenùs ignis est, siue sumatur tāquàm arx quædam; nam illius suscitatio propriè ad Spiritum Sanctũ pertinet, qui est ipsamet charitas, in eo sensu, quo ab Apostolo dictus est, p inhabitare Spiritus Sanctus in nobis, dum ipsa in nobis residet charitas, ac si & charitas, & Spiritus Sanctus vnum & idem sint.

o Ps. 126. 1

p Ro. 8. 11

III. SENSVS.

Iuxta tertium sensum, vehementiùs erga Ecclesiam Catholicam affectus Christus Dominus, tum ob gratitudinem eximiam, quam in ea percepit in præcedentibus, tum ob perfectissimam eiusdem resignationem, qua illa in suas sese commisit manus, nullatenùs ferre valens, hanc suam interturbari dilectionem, hæreticos adiurat, qui per baptismum regenerati ad supernam spectarunt Ierusalem, vnde & filias Ierusalem illos appellat: ac tria mala illis imprecatur, & comminatur, si ipsam quoquo pacto perturbare tentarint, dicens: *Adiuraui vos filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque campi*, seu, *in virtutibus, aut exercitibus, & fortitudinibus agri, si suscitaueritis, aut exuscitaueritis dilectionē, quandiu placeat*, cordique sit, mihi scilicet, hæc dilecta Ecclesia: Ac si dicat,

Hæretici, Christi dilectos sese prædicātes, quibus malis subsint.

PARAPHRASIS.

Desinite iam meam, quæ in Ecclesia Catholica quiescit, dilectionem vestris excitare persecutionibus; desistite ab illius perturbatione, cōtendentes, me; dilectionemque meam ad vos allicere, dum in ipsa duntaxat mihi complaceo. Adiuraui certè de hoc vos sæpius, & nunc iterum iterumque adiuro, ne id committatis: quòd si exuscitaueritis, & perturbaueritis eam, quam vobis prohibui, mentientes, vos mihi esse dilectos; dum illa est vnica dilecta mea, imprecor vobis eam dilaniationem, & mortem, quam capreæ, & cerui campi patiuntur à canibus, & venatoribus: imprecor & destitutionem angelici auxilij, cælestisque agri exercituum, atque virtutum,

Circa hunc sensum: Notandum primò, imprecationē istam accipiendā esse vel vt propheriā, vel vt comminationem, iuxta frequentissimū Prophetarum vsum, quem Patres omnes obseruarunt sæpissimè, in libro præsertim Psalmorum. Tria autem mala hæreticis hic cōminatur Dominus, quæ grauissima sunt inter reliqua innumera, quibus ij subsunt, de quibus non est modo dicendum per singula; dilaniationem sanè, vitamque miseram in fluxis errorum patiuntur in hoc sæculo: mortem verò in futuro subeunt æternam: destituendos Angelico præsidio, ipsimet Angeli protestātur apud Ierem. dicentes: q *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam*, in sua nimirum confusioneopinionum. Notandum secundò; sensum istum fundari super prauo hæreticorũ vsu, quo vnaquæque eorum secta id sibi arrogat, quod vni competit Ecclesiæ Romanæ, veram sese prædicans Ecclesiam Catholicam, Christoque dilectam: atq; adeò Romanæ detrahentes Ecclesiæ. Quotquot sunt, vel fuerunt hæresum factores: vel inuentores, veros sese venditant Catholicos; verosque Christi fideles maledictis lacessunt, & insectantur persecutionibus. Notandum denique, ex hoc loquendi modo, quo dicitur: *Si suscitaueritis dilectionem*; colligi, Christum Dominum per dilectionem requiescere in Ecclesia, quieteque quodammodo in illa obdormire, dum eam diligit: propterea enim obtestatur, ne ipsam, quæ in Ecclesia dormit, suscitent, aut euigilare faciāt dilectionem. Et confirmatur per istam locutionem id, quod & apud philosophos pro comperto habetur, diligentis amorem, & animum amantem in dilecta potiùs requiescere, quam in ipso, qui diligit: Vnde & in libro Deuteronomij ad Beniamin dicitur per Mosem. r *Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo; quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet*.

Imprecatio sumenda, vel, vt prophetia, vel, vt cōminatio diuinæ vltionis.

q Ier. 51. 9.

Hæretici se liben veros sese asserūt Catholicos.

Per dilectionē Christus dormit in Ecclesia, tā quam in lecto propria.

DE ANIMA.

r Deu. 33. 12.

Vers. VII. Adiuro vos, filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

I. SENSVS.

QVod in Euangelio à Martha factũ legimus erga Mariam, hoc frequentissimè erga quālibet animam contemplatiuam ab iis fieri obseruamus, qui studiũ omne constituerint in actione: Martha otiosam, inutilemque existimans Mariæ cōtemplationem, ad actionē à Christo illam suscitandam curauit, idque admodum intempestiuè, cùm diceret: a *Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet*: Actiui pariter fideles eos, quos cōtemplationi vacare conspexerint, inutiliter dormientes arbitrantur, omnemque mouent lapidem, vt ipsos à dulci illa suscitent quiete. Sed quemadmodum Marthæ studium illud à Christo reiectũ est in Euāgelio, quādo ipsam sic compellauit: *Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*: Innuens, in errore non modico ipsam esse, cum totum perfectionis negotium ex solicitudine demetitur circa plura ministeria: quin vel ob id admirandam esse Mariā, quia contemplationis studiũ, vt potiorem partē complexa, ita quiescat vtiliter, vt nullatenùs ab huiusmodi perturbari debeat quiete. Sic & in hac, quam prę manibus habemus, sententia fideles illos obtestatur, vt contemplatiuam animam haudquaquam ab ecstasi suscitent contemplationis, dicens: *Adiuro vos filiæ Ierusalem*, &c. Ac si dicat,

Actiui haud remouere debēt contemplatiuos à sua quiete.

a Luc. 10. 40.

PARAPHRASIS.

Noui certè, bono vos zelo moueri, ad suscitandam dilectam hanc meā à prædulci isto somno, quia filiæ estis Ierusalem, futurā illam Ierusalem summo inquirentes labore, atq; adeo grauissimos actionis labores singulis necessarios existimantes, summaq; vigilia ad perfectionem assequendam opus esse, credentes: at zelus iste vester non est secundum scientiam, cùm ignoretis, perfectionem in contemplatione sitam, magis quàm in actione, vtilioremque multò magis actionem ipsam esse post diuturnam contemplationē, quàm si in continua euigiletur sedulitate. Vos igitur, non filios Sapientes, sed filias Ierusalem ignorantes per ipsā adiuro perfectionis, ac Sanctitatis pulchritudinē, quam tantopere expetitis, per Sāctos, perfectosve ipsos, quotquot vel sunt, vel fuerunt, me imitātes, qui similis factus sum capræ, propter vos, hinnuloque ceruorum, ne suscitetis ipsam ab isto somno: quinimò etiamsi infirmas, debilesque vosmet cognoueritis, vtpote molles filias Ierusalem, ita vt illius

Cōmunior Patrū Latinorum sensus.

DE ANIMA.

lius ope indigere videamini; adiuro nihilominus vos, ne euigilare eā faciatis, donec ipsa per se euigilet: nam & modò cū dormit quietè somno contēplationis, efficacioribus vos adiuuat precibus: & postmodū cùm ab ipso p se euigilauerit somno, prōptiùs, ardentiusuè suo vobis opē feret ministerio.

Circa hunc sensum tria sunt, quæ notentur. Primū, quàm egregiè modicis hisce Verbis ea omnia cōplexus sit spōsus, quæ fusius à sacris Doctoribus per multos disputantur tractatus de duabus vitis, Actiua, & Contēplatiua. Secundū, quàm aptè adiuratio hoc loco facta sit per capreas, ceruosque camporū: & Tertiū, cur contemplatiuā, animā per se à somno contemplationis euigilare operæpretiū sit.

Quoad primū; cum tali, tantaque obtestatione adiurat Christus Dominus, prohibetque, ne remoueatur Anima à contemplatione ad actionē, præstātiam indicat vitæ contēplatiuæ superactiua. Deinde, ne quis existimet, ita perfectiorem actione ipsam esse contemplationem, vt nullo pacto, nulloq; tempore actioni danda sit opera, per id, quod vltimo loco addit: *Donec ipsa velit*: innuit, perfectionem præsentis vitæ non in actione dūtaxat, neque in sola contemplatione, sed in vtraque sitam esse pro temporis opportunitate permixta, quod & ex eiusdem Domini responsione pro Maria ad Martham colligere licet, in qua etsi contemplationē prætulit actioni; ita tamē prætulit, vt totum, quod ex vtraque resultat, earum præstantissimū esse, dubitandum minimè sit: præstantiam quippe illarū, partis ad partem esse significauit, dicens: *b Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*; Neque enim in præsenti sæculo contemplatio ipsa dici vllatenus potest optima; nisi quatenus respectum habet ad optimum totū, cui vnita est, vt præstantior pars. Tertiò, dum spōsam priùs dormire, quam euigilare velle, asserit; significat, sanctum virum nunquam aggredi solere actionis studium, priusquàm somno sese roborarit cōtemplationis. Enimuerò, quamuis iuxta rectum ordinem prius ab imperfectioribus sit incipiendū, sicque in exordio vitæ spiritualis actio præcedere debeat contēplationē; attamen in statu perfectorum è contrario sese res habet: neque enim, quæ, à perfectis exercētur actiones, in ea, qua opus est, fieri queunt perfectione, nisi contemplatio illas præcedat, per quam sancta quæque Anima ad externa de modo cælitus eruditur, viresque suscipit, vt in vniuersas irrūpere valeat sibi obiectas difficultates: ita vt Nahū verba illa ad eum dicta videantur; *c Contemplare viam: conforta lumbos, robora virtutem valde*: per contemplationem ad viam tete disponas, quam in actione debes calcare; sumeque in ipsa contemplatione robur, tum fortiter tuas perficies actiones.

Contēplatio etsi præstantior sit actione; vtraq; tamen præstantior est vita mixta.

b Luc. 10. 42.

Actiones perfectas præcedere debet cōtemplatio.

c Nah. 2. 1.

Porrò hinc colligi potest ratio eius, quod tertio loco notandum dixi, quare necesse sit, vt anima cōtemplatiua per se euigilet à somno contemplationis: nulloque pacto admittendum sit, vt violenta suscitetur perturbatione; nam & experientia comprobamus, somnum tunc maximè vtilem esse corpori, cùm iuxta dormientis necessitatem sufficiens sumi sinatur. Hinc fit, vt quandocunque in medio soporis violenter quempiam suscitari contigerit, quo opus aliquod aggrediatur, imbecillem is se sentiat, & impeditis quodammodo membris, quod aggreditur, opus imperfectissimo perficiat modo. At è contra, cùm post debitam somni sufficientiam per se quis euigilauerit, validis viribus confortatur, promptè, fortiterque quodcunque & arripit, & perficit opus. Quod autem ex corporeo somno contingit corpori, illud ipsum ex spiri-

Simile.

A tuali somno contemplationis cōtemplatiuæ contingit animæ: Vnde aptè ad modum eius dilectus hanc facit adiurationem, ne eā suscitent violenter, neue euigilare faciant, donec ipsa velit. Adiuratio verò ista aptissima sane est per capreas, ceruosque camporum, sub metaphora caprearum, & ceruorum perfectionis pulchritudinem exprimens, & sanctitatem; quandoquidem ista duo Animantiū genera solicitudinem, & amorem maximè præ se ferant: solicitudinem quidem ob summam, qua præditi sunt, celeritatem; vnde Dauid; exhibitā sibi à Deo explicans solicitudinem istā, ait: *d Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me*: Amore verò ob gratiam, amabilitatem, quam intuentibus suo exhibent aspectu: vnde in loco superiùs citato ex libro Prouerbiorum, iuxta hebraicam lectionem dicitur. *e Cerua amorum, & caprea gratiarum*: At quia re vera non solicitudinem duntaxat, & charitatem erga proximos, sed & studium contemplationis, & silentij, meditationisque quietem ad Sanctitatem requiri, manifestum est ijs, qui spiritus calleant sciētiam, præclarè dictionem illam, *Camporum*, adiectam videre est: per hoc quippe, quòd capreæ, & cerui in campis esse dicuntur, & in solitudine, ipsa designatur contemplatio, quæ in solitudine exercetur, iuxta illud Domini; *f. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*; quasi igitur tale quid hac adiuratione Christus sibi velle videtur.

DE ANIMA.

d Psal. 17. 34.

B

e Prou. 5. 19.

f Olee. 2. 14.

C

Si ob solicitudinem, & charitatem, quas necessarias ad Sanctitatem existimatis, animam Sanctam à somno contemplationis suscitare vultis, vt illa solicitudinem, & charitatem erga vos exhibeat, sicut & à reliquis Sanctis fieri consuetum est in proximorum necessitatibus, per hanc ipsam vos adiuro solicitudinem, charitatem, & Sanctitatem: per Sanctos ipsos; vos adiuro, ne suscitetis eam; nam & sanctitas vera annexum habet studium contemplationis, & sancti quique solitarii, & tacentes contemplationi vacabant, antequam quidquam agerent; vnde & capreæ dicti sunt, & ceruus camporum.

PARAPHRASIS.

D Iuxta secundum sensum: proponitur hic anima Sancta, per prosopopeiam suas adiurans potentias, intellectum, ac voluntatem, quas rectè filias Ierusalem appellat ob id, quod iugiter, quoad fieri potest intentæ sunt ad cælestem Ierusalem. Cùm enim sibi, iam à somno ecstasis, euigilanti, atque à lectulo dulcissimæ suauitatis surgenti ad actiones, potentiæ illæ in memoriam reducere tentarent gustum, quem ex ipsa contemplatione, & vnione cum Christo perceperat, hocque pacti violentia quadam naturali deuotionem iterum in ipsa, amoremque suscitare niterentur, hisce eas adiurauit verbis: *Adiuro vos filiæ Ierusalem in virtutibus, & viribus agri, si suscitaueritis, & si exsuscitaueritis dilectionem donec ipsa velit.*

II. SENSVS.

E Vt autem istorum verborum vis percipi queat, antequam per Paraphrasim ea explicentur, animaduertendum est, illorum sensum fundari super insigni regula, quæ seruanda est in studio deuotionis. Cum enim plerumque contingat, vt quidam valido intellectus conatu, magnaque vi mentis, vel etiam coacta quapiam affectuum violentia deuotionem, vel teneritudinem ve dilectionis, & lacrymas exprimere nitantur amoris; quotquot spiritualium vel de oratione, vel de deuotione scripserunt, hanc firmā scriptis consignarunt regulam, vt violentus istiusmodi conatus omnino ablegetur ab ijs, qui Dei dilectione flagrare desiderent: tum quia is corporis sanitati maximè est obnoxius; quandoquidem,

Deuotio non affectu haud coacta violenta est sed primitus.

DE ANIMA.

dem, iuxta Salomonis ſententiam, *g Qui nimis emungit, elicit ſanguinem*: tùm quia per illum aridiùs reddi ſolet cor humanum, magiſve alienum efficitur à diuina viſitatione, iuxta præclaram illā Abbatis Iſaac apud Caſſianum ſententiam, qua ad verbum ſic dicitur: Ab his, qui in affectum iam tranſiere virtutum, nequaquam debet hoc modo extorqueri profuſio lacrymarum, neque exterioris hominis magnoperè affectandi ſunt fletus, qui, etiamſi fuerint vtcunque producti, nunquàm pertingere ad illam ſpontanearum lacrymarum poterunt vbertatem. Magis enim ſupplicantis animum ſuis conatibus diſtrahentes hum liabunt, atque ad ima demergent, & ab illa cœleſti ſublimitate deponent, in qua attonita mens orantis indeclinabiliter debet eſſe defixa, eamque compellent, precum ſuarum intentione laxata, erga ſteriles, & coactitias lacrymarum guttulas ægrotare. Sic igitur anima potentius ſuis, quæ ſingulari labore deuotionem, & diuini amoris ignem in ſe accendere intendunt, & quò maiori ad id obnituntur conatu, eò reddunt ipſam aridiorem, ait.

g Prou. 30. 33.

Io. Caſſia. Collatio. 9 cap. 29.

PARAPHRASIS.

Per ea vos obteſtor, quæ vobis gratiſſima ſunt, per plantaria, & virgulta agri, per myſteria, quæ ex agro Sacrarum Scripturarum proferuntur, inſtar plantarum maximè frugiferarum, & inſtar virgultorum perpulchrè viridantium, quibus & vos in dicto delectamini agro: per hæc vos adiuro, ne violentiùs nitamini in me ſuſcitare dilectionem, ac deuotionem, neve charitatem nimio conatu exſuſcitare ſtudeatis; quoadusque illa, per ſe ſuſcitetur; quoadusque dilecto meo Chriſto eam ſuſcitare placuerit: ſinite amabò, amorem elicere, amorem pro arbitratu ſuo, & ſummi Dei, à quo tanquam è proprio capite vniuerſa dependet charitas.

IIII. SENSVS.

Iuxta quartum ſenſum Anima ipſa, quæ tota in Dei charitatem reſoluitur, cuius ſagittis ſeſe confoſſam teſtata eſt ſuperiùs, acerbiſſima imprecatione mundanos illos hoc loco adiurat, qui ipſam à Dei dilectione, atque à ſpiritualibus exercitijs auertere nituntur. Quos quidem mundanos rectè filias Ieruſalem appellat, vt notat Gregorius Papa; quia etſi quatenus ad Eccleſiam ſpectant, filij dici queant Ieruſalem: quatenus tamen effeminatos mores nutriunt, non filij, ſed filiæ dicuntur: & virili dignitate amiſſa, quales interiùs habentur, exteriùs feminino nomine deſignantur.

Carnales S. Adeo auertere nituntur à ſpiritualibus exercitijs, & quibus partis hoc facultas ſubiecti ſint.

Pro intelligentia eorum, quæ hic dicuntur, ſupponenda eſt peſſima mundanorum, carnaliumque hominum conſuetudo. Hi etenim cum ſpiritualium conſolationum guſtum nunquam percepetint, eos, qui ſpiritualibus exercitiis vacant, in ſumma deputant miſeria: *h Animalis homo*, inquit Apoſtolus, *non percipit, quæ ſunt Spiritus Dei*: cumque ipſi vanum, miſerumque putent, languere ob Dei dilectionem: & vitæ felicitatem in caducis hiſce, ac terrenis voluptatibus exiſtiment conſtitutam, totum ſtudium ſuum in id intendūt, vt vel prauis exemplis, vel malis perſuaſionibus, ac diabolicis ſuggeſtionibus Sanctos quoſque a Dei retrahant dilectione, vulnera eis proponentes, languoreſve, quibus ob huiuſcemodi amorem ſubiecti ſunt: Labores immenſos exaggerant, & priuationem conſolationum omnium, ac voluptatum, quibus recreari abundantiùs poſſent, ſi amorem ſuum ad mundum, eiuſque bona conuerterent.

h 1 Cor. 2. 14.

Hanc dilectionis ſuæ perturbationem magnoperè horret Anima Sancta: propterea cū quietiſſi-

A me ſpiritualia proſequi optaret exercitia, metuens, ne miſeri illi ob id, quòd ipſa dixerat, ſe amore languere, vulneratamque eſſe charitate, ab hiſce languoris, vulneriſque nominibus occaſionem arriperent, eam interturbandi, vim eorum nominum ignorentes, quæ ſummam includunt dulcedinem; iſta eos adiurat imprecatione, ne id quoquo pacto audeant tentare, dicens.

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

Adiuro vos, ne meam perturbetis dilectionem, qua erga Deum flagro dilectum meum; nam, etſi ob huiuſcemodi amorem languens ſim, vulneratumque habeam cor; placeo nihilominus mihi in iſto languore, & in hiſce vulneribus charita-

B tis, ita vt ob ea, & in eis dulciſſima perfruar quiete; ne igitur, dum in hac mihi complaceo; dum tantoperè dicta mihi placet dilectio, eam ſuſcitetis in me quieſcentem, ſuauiſſimumque mihi ſomnum præſtantem. Quòd ſi veſtris turbis illam exſuſcitaueritis, peſſimam vobis imprecor animarum dilaniationem, & mortem, qualem fortiſſimæ quæque ferarum inferre ſolent: defectum frugum, in quibus & vites ſunt agri) & veſtras conſtitutis delitias: necnon & perſecutiones, ac metum continuum, qualem capreæ, ceruique camporum ſubeunt, dum eos inſectantur canes.

Neque verò offendere quemquam debet tam acerba imprecatio ab anima, quæ Sancta eſſe ſup-

C ponitur, contra proximum prolata: nam ex eo ipſo, quòd Sancta eſt, diuinæque voluntati conformari in omnibus ſtudet, ſub hac imprecationis forma diuinam mundanis illis prædicit, & prædicat vltionem, quam ſubituri forent, ſi ipſam à Dei dilectione ſuis auertere niterentur illecebris: manifeſta eſt etenim diuini Verbi ſententia; quia *i Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria ſuper collum eius, & demergatur in profundum maris*: Sic & apud Oſeam, auertenti ſe à Dei dilectione, & dicenti, *K Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi panes, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum*. Reſpondiſſe legimus Deū, *Propter hoc, ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet*. Sic &

i Mat. 18. 6

k Oſee. 2. 5

D Paulus ad Galatas. *l Qui perturbat vos, portabit iudicium ſuum*: &, *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant*.

l Gal. 5. 10 & 12.

Verſ. VII. Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Maria.

E QVies tam grandis in perfecta ineſt reſignatione, adeoque dulcis eſt communicatio paſſionis, & glorificationis Chriſti, vt ob illam in præcedenti verſu ſuauiſſimè in dilectiſſimi filii ſui brachiis dormire ſe cenſuerit benedicta Virgo Maria: quin & tam Deo grata extitit ea Beatiſſimæ Virginis reſignatio, tanque illius dilectus in huiuſcemodi ſibi complacet quiete ipſius, vt vniuerſas filias Ieruſalem obteſtetur, ne iſtum eius ſomnum, iſtudve illius deſiderium quoquo modo audeant perturbare, dicens: *Adiuro vos per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis* &c. Ac ſi diceret.

Maria per reſignationem perfectā in Dei brachijs quietiſſimū agit, ſemperque agit ſomnum.

Sinite, dilectam meam in ſua obdormire quie-

te:

APPENDIX.

PARAPHRASIS.

re: Adiuro vos per illud omne, quod vobis solet esse gratissimum, ne illi detrahentes, ab eo, quo perfruitur, somno resignationis eam suscitetis; neve maledictis vestris illi oblatrantes, euigilare eam faciatis, donec ipsa velit, dum videlicet ipsa tantum sibi complaceat in huiuscemodi quiete: Ac si dicat. Ne illam distrahere nitamini à perfecta resignatione, & à desiderio, quo flagrat communicationis passionis, & gloriæ filij sui. Tempus enim, & operam perderis: quandoquidem ipsa per hæc quiescit suauiter, vultque quiescere iugiter. Sic aduerbium, *donec*, sumitur indefinitè, & indeterminatè, prout accipitur & in illo Psalmi, vbi dicitur: *a* *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna*; Luna certè nunquam auferetur, & ex consequenti nunquam cessatura, significatur, abundatia pacis.

a. Ps. 71. 7.

Vers. VII. Adiuro vos, filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Caldaica: Post hæc dictum fuit Moysi in Prophetia à facie Domini, vt mitteret nuntios ad explorandam terram; & quando reuersi sunt ab explorando, detraxerũt terræ Israel, & demorati sunt quadraginta annis in deserto; Aperuit Moses os suum, & sic ait: Adiuro te Ecclesia Israel in Domino exercituum, & in fortitudinibus terræ Israel, ne superbè contendatis, ascẽdere ad terram Chanaam, donec sit voluntas à facie Domini, & consumatur tota generatio virorum bellatorum, & moriantur de medio Castrorum, sicut superbierunt fratres vestri filij Ephraiem, qui ex Aegypto egressi sunt triginta annis, antequam peruenisset finis; & ceciderunt in manu Philistinorum, qui habitabant in Geth, & occiderunt eos: sed expectate vsque ad tempus quadraginta annorum, & postea ingredientur filij vestri, & possidebunt eam.

Bernard. Dramaticum sensum istorum verborum, iuxta lectionem Vulgatæ affert Bernardus in principio sermonis quinquagesimisecundi, illi fere similem, quem primo loco allatum reperire est in nostra expositione prima. At vero eorumdem iuxta versionem Septuaginta, quæ sic habet: *Adiuraui vos filia Ierusalem in virtutibus, & in viribus agri, si suscitaueritis, & exuscitaueritis dilectionem, donec*, seu, *quousque voluerit*. Origenes. Origines homilia tertia ex quatuor hunc affert; Vt sponsa adhuc ad adolescẽtulas loquatur, prouocans eas, & exhortans, imo & adiurans per ea, quę eis cara esse nouit, & amabilia, vt si fortè eleuare cęperint charitatem iacentem in eis, & excitare eam, vtpote adhuc dormiẽtem apud eas, intantum eleuent eam, & in tantum suscitent, in quantum voluerit sponsus, nec minùs aliquid in ea agant, quàm voluntas ipsius patitur: Hæc est enim amantis sponsæ perfectio, vt à nullo velit contra animum, & voluntatem eius fieri, quẽ diligit. Et vt hoc non negligenter, aut segniter agant, per virtutes agri, idest per plantaria, & virgulta, quę in agro sunt, & per vires eius, sine dubio per illa, quæ in eo sata sunt, adiurantur.

Porrò spiritualiter eandem lectionem Sept. diuersimodè admodum explicant Patres Antiquiores. Siquidem Orig. ipse in vtraque expositione existimat, hoc, loco Ecclesiam, seu animam perfectam adiurare imperfectiores, ne sinant in se ipsis dormire charitatem, sed eò vsque illam in se eleuare satagant, quousque peruenerint ad Deum diligendum eo modo, quo is vult diligi à nobis. Per virtutes, & vires agri in homil. 3. ex 4. intelligit virtutes, ac bona opera, quæ à qualibet anima insita, & cælestis Ierusalem filia plantantur, ac excoluntur in agro animi sui, vel in agro vitæ, & conuersationis suæ, cuius agri suauitate permotus Isaac, mysticis aiebat eloquiis: *a* *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*; vel per easdem vires agri, inquit, intelligi posse virtutes, ac Sancta opera, per quæ à filiabus cælestis Ierusalẽ excolitur communis ager Ecclesiæ, de quo Apostolus ait: *b* *Dei agricultura estis*. Per huiusmodi ergo virtutes, ac vires agri, sponsa Ecclesia, vel Anima perfecta adiurat adolescentulas (dicit Origenes,) & initia fidei habentes; Ac si dicat: Si iam ad hoc eueneritis, vt incipiatis agi nõ spiritu timoris, sed adoptionis, & in hoc profeceritis, ita vt perfecta in vobis dilectio foras mittat timorem, & vt eleueritis, & excitetis in vobis charitatem: tandiu eleuate eam, tandiu extollite, quandiu ipse filius charitatis, imò is, qui est ipsa charitas, velit: ne forte putantes, sufficere humanæ charitatis mensuram, in charitate Dei minus aliquid, quàm Deo dignũ est, agatis. Mensura enim charitatis hæc sola est, vt tantum, quantum ipse vult, diligatur.

Origenes.

Debemus tãta charitate diligere quanta Deum, ipse mãdat, & vult.

a Genes. 27. 27.

b 1. Co. 3. 9

Theodoret. Ab his haud admodum discrepant, quæ dicuntur à Theodoreto, qui adnotato discrimine amantis carnalis, & amantis spiritualis, quod iste exoptet, vt omnes homines eadem flamma incendantur, cùm è contra ille ab amatis æmulos totis viribus nitatur arcere; adiurationem ipsam exponens ait: Cùm sponsa sponso frueretur, experimentoque delitias eius gustaret, in illius requiescens vlnis; *Adiuraui vos*, inquit, &c. hoc est: ne charitatem erga Deum in vobis dormire patiamini: Sed eam suscitetis, atque accendatis, & memoriam beneficiorũ illius tanquàm oleum superessundatis; ne de vobis dicatur: *c* *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt*; Nisi enim nuntiaueritis de *die in diem salutare eius*, & memineritis *mirabilium ipsius, quæ facit*, extinguetur charitas, & quodammodo intercidet. Oportet autem, vos illam continenter accendere, atque excitare, & flammã eius sublimem tollere, ac modum ipsius dimetiri sponsi voluntate. Intelligit autẽ Theodoritus nomine agri mundũ istũ: nominibus verò potentiarum, & fortitudinum agri, Angelicas potestates, quæ Dei iussu mundum obeunt; aut Sanctos Prophetas, & Apostolos, qui diuino repleti spiritu per vniuersum vagantes orbem terrarũ, Dei hostes dæmones expulerunt, pietatisq; surculos in animis hominum inseruerunt.

Amãtis carnalis, ac spiritualis discrimen.

Charitas excitanda memoria beneficiorum Dei, atque, ac ignis oleo

c Psa. 75. 6.

Lib. in Cant.

Gre. Nys. Ad Gregorius Nyssenus homil. 4. diuersa ratione procedens arbitratur, piam animam socias admonere cum adiuratione, vt in profectu charitatis imitentur naturam Angelicam, virtutes agri mundi huius, & non sistant gradum, quoadusque suum consequantur effectum salutis, & adimpletionis diuinæ voluntatis, quæ vult, homines omnes saluos fieri. Obscurè enim in hunc modum hæc explicat, dicens: Propterea sponsa affert animis eorũ, qui discunt hanc, eos obligans per iusiurandum, confirmationem, vt eorum vita, quæ in hoc agro rectè degitur, aspiciat ad virtutes, per impatibilitatem vitam imitans angelicam: sic enim excitata, & experrecta charitate, idest in altum sublata, & semper per additionem ad maiorem iusta amplitudinem,

In charitatis studio angelicam imitari debemus naturam, donec fiat voluntas Dei, qua vult omnes homines saluos fieri.

APPENDIX.

nem, bonam Dei dixit voluntatem perfici, ſicut in cęlo, & in terra: hoc quippe ſignificat illud (*donec velit*) vt ſcilicet augeatur ſemper charitas, donec ad effectum ſuam is deduxerit voluntatem, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis.

Pſellus.

Ab angelis opem expoſcit Anima Sancta quò ad perfectionem valeat peruenire.

Alio pacto Pſellus apud Theodoritũ, ad Angelos quippe hæc à pia anima dicta exiſtimãs; Ager, inquit, tibi ſit mundus. Huius fortitudo poteſtas Domini Verbi, a ſponſi: Vos ait, qui ſponſi nuptiarum miniſtri eſtis, atque amici, aſſiduis flagitationibus omiſſis, iureiurando precor ex animo, atque obteſtor, ne priùs me decorare deſiſtatis, quam partibus, & numeris omnibus ornatam, atque expolitam moribus reddideritis, & ſponſi voluntas expleta fuerit, cuius quidem hæc eſt voluntas vnica, vt homines perueliit omnes ſaluos fieri, meque planè mundã, ac diuino ſplendore illuſtrem eſſe.

Aug.

Martyriũ eſt ſummũ charitatis, ad quod illam ſuſcitare vult Chriſtus.

d Io. 5. 13.
e 1. Io. 3. 16.

Auguſtinus in libro ſpeculi, qui habetur in tomo 3. aſſerit, Eccleſiam in his admonere fideles cum adiuratione per virtutes, vireſque ſui ipſius, quæ ager eſt, & excitare ad martyrium pro Chriſto ſubeundum. Nam quouſque ait, vult ille dilectæ ſuæ in hac interim vita charitatem leuari, niſi quouſque ipſe docuit verbo, & ſuo hortatus eſt exemplo, dicens: d *Maiorem charitatem nemo habet quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*, & quod dixit efficiens: vnde, ne ad ipſum ſolum hoc pertinere videretur, ait Ioannes in prima Epiſtola ſua: e *Sicut Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit, ita & nos debemus pro fratribus animas ponere*; Hoc ergo eſt: *Quoaduſque velit*.

Philo Car.

Mori tunc vult pia anima, quando eſt Dei beplacitum.

1 xpoſ. in Cant.

E contra Philo Carpathius cenſet, piam Animã adiurare Sanctos Prophetas, Apoſtolos, reliquoſvè Beatos per diuina miracula, ne excitent Deum, ad immittendam ei mortem, quia ipſam tollat ad ſe, donec illi placitum fuerit; filias, inquit, Hieruſalem animas Sanctorum Prophetarum, & Apoſtolorum vocat: illas in viribus, & poteſtatibus campi adiurat, in diuinis miraculis, ac ſignis, quæ ſumma poteſtas vnigeniti fecit in mundo; ager enim mũdus eſt; Adiurat, inquam, ne excitent deſiderium ſponſi ad ipſam: ſed vt quando velit, & ſecundum beneplacitum maieſtatis ſuæ pro illa terreſtri fungatur legatione redemptionis, & iudicij; ideoque apertè intulit: *Donec ipſa velit*; Sponſum appellans nomine charitatis.

Tres Patr.

In mẽte iugiter habendus Chriſtus, quouſque eius viſione perfrui liceat.

Eadem ratione tum Ambroſius, tũ Catena Triũ Patrum idem charitatis vocabulum accipiunt pro Deo, atque pro Chriſto, ſed diuerſo modo hæc explicant: nam Catena apud Theodoritum aſſerit, piam animam adhortari imbelliores cum adiuratione, vt ſtudeant, tandiu Chriſtum in mente habere, quãdiu pfrui eis liceat viſione illius, ac ſi dicat.

Adiuraui vos, Sponſi ſcilicet minas, & promiſſiones, quæ auditores cogendi, non ſecus ac iuſiurandũ, vim habent, vobis proponens; vt ipſius ſponſi tantùm metu, ac deſiderio teneamini. Adiuraui inquam, vt per animi potentias, & corporis ſenſus (Animæ enim potentiæ in mundo, tanquam in agro per ſenſus agunt) in vobis ipſis per virtutem ſuſcitetis, & magis ac magis per contemplationem excitetis charitatem, quæ quidem eſt Chriſtus, donec ipſi placuerit viſione ſua nos dignos reddere, & per gratiam prouehere ad diuinitatem.

Amb.

Chriſtus p incarnationem ſuſcitatus eſt; per reſurrectionem eſt reſuſcitatus.

f Ioã. 4. 8.
g Gen. 49. 9.

Ambro. verò ſer. 5. in Pſal. 118. verſ. 1. obſcurè hũc locũ pertractãs, Suſcitari, inquit & reſuſcitari vult charitatẽ: ſuſcitari i veteri teſt. reſuſcitari in nouo: f Charitas Deus eſt (vt legimus) Charitas Xp̃s eſt Suſcitatur vt leo, vt catulus leonis, vt Iudæ aſcendat ex germine. Reſuſcitatur vt dormiens, vt A recumbens, quia nõ humana, ſed ſua, & Patris maieſtate eſt ſuſcitatus à mortuis: Vnde ait ſcriptura. g *Quis ſuſcitabit illum?* Non enim poterat illũ Angelus, aut poteſtas ſublimitate aliena, cùm ipſe alios reſuſcitaret. Ergo cùm hic dicit: *Si ſuſcitaueritis, aut reſuſcitaueritis charitatem, vſquequò voluerit*, de his dicit, qui reſurrectionem eius poſſunt cõgruè prædicare, vt audientibus ardorem fidei, & deuotionis accendant. Vel ſuſcitatur Chriſtus in his, qui primùm accedunt; reſuſcitatur in his, qui poſtquã acceſſerint, dormierunt. Dormit ergo Chriſtus in negligentibus, ſuſcitatur in Sanctis.

Chriſtus ſuſcitatur in noniter conuerſis, reſuſcitatur in peccatorib.

Lectionis vulgatæ communis ferè ſenſus is eſt, vt per hæc Chriſtus adiuret Sanctos quoſque, ne perturbent piam Animam, contemplationi, boniſB que virtutum ſtudijs vacantem. Attamen diuerſi modè hunc ſenſum explicatum reperire eſt apud Patres. Siquidem Caſſiodorus, quem in omnibus ſequitur Beda. Vox, inquit, ſponſi adiurantis filias Ieruſalem, ideſt amicas æternis deſideriis intentas, & viſionem pacis requirentes, ne quieſcentem ſpõſam ſuſcitent, & inquietent: Capreæ, & cerui camporum, per quę illas adiurat, munda animalia sũt, ſerpentibus, & venenis inimica, ſignificantque virtutes Sanctorum, quæ munditia ſpirituali reſulgent, & venena fraudis diabolicæ, non ſolũ cauẽt, ſed etiam inſectantur, & ad nihilum redigunt, & eſt ſenſus: Adiuro vos filiæ Ieruſalem per virtutes veſtras, quibus diuina gratia vobis collatis gaudeC tis, vt animam contemplationi meæ deditam non inquietetis, donec contemplationis hora finita, ipſa aliud quid agere velit.

Caſſiodo: Beda.

Contemplationi dedita anima haud perturbanda vel bonis ſtudys.

Gre Papa

Carnales quietẽ perturbãt anima Sancta.

Gregorius Papa, nomine filiarum Ieruſalem carnales accipiens, qui ſunt in Eccleſia, importunè negotiis mundi animam Sanctam implicare ſtudentes, quia illius vitam inutilem exiſtiment, dum ab eorum curis eam ſe abſtinentem conſiderant. Qui ſatis congruè non filij, ſed filiæ nominentur, quia dum effeminatos mores nutriunt, virili dignitate amiſſa quales interius habentur exteriùs feminino nomine deſignentur. Notat denique Gregorius, quòd non omnis cura proximi animæ Sanctæ interdicitur; ſed quando ſuſcitari debeat, eius volũ D tati relinquitur: quia omni perfectæ animæ diſcernendum eſt, & quando cæleſti contemplationi ſtudeat, & quando vtilitatibus proximorũ inſeruiat.

Proximorũ cura, quomodo indulgeat Anima Sancta

Iuſt. Org.

Voluntaria debent eſſe opera bona.

Iuſtus Orgelitanus Sanctos quoſque adiurari cenſet à Chriſto per alios Sanctos, ne Eccleſiã perturbent, cogendo quoſpiam ad aliquid boni; ſed ſinant, voluntariè vnumquemque benè operari: Tunc enim, inquit, haud ſuſcitetur dilecta, donec ipſa velit, quando Sanctorum vota voluntate ſpontanea Domino offeruntur.

Aponius.

Aponius per capreas, ceruoſque camporum Patres primò appellatos ait veteris, nouique teſtamenti, quibus multitudo Sacrarum Scripturarum paſcua eſt: Sic Chriſtus dicet: Conteſtor pacificas fidelium animas per ſanctos quoſque, ne pia fraE trum ſtudia aliqua importunitate impediant, ſed ſic quiſque de proximorum profectu, quaſi de ſuo gaudeat.

Philoſophi, ac Dialectici conuerſi ad fidem dicuntur capreæ, & cerui, & c.

Secundò per capreas intelligit animas, quę acumine dialecticæ, intelligentiæ ſenſu per Philoſophiam, & mente diſcurrere conſueuerunt, quæ nũc intra Chriſti palatium rete concluſæ, arte venatorum, ideſt Apoſtolorum, ceterorumque Doctorũ manu captæ, mutata Religione in melius campos diuinarum ſcripturarum, vel per ſapientiæ quæq; ardua, & obſcura interpretantes, diſcurrũt & mõtes: & cultura Deorum in Creatoris laudem quotidiè conuertuntur: quæque in fide velocitatem

ſui

APPENDIX.

fui cursus ostendunt, & acumine sensus more caprearum insidias aduersariorum à longè prospiciunt. Caprearum natura est, primam corporis partem sublimiorem, humiliorem, posteriorem habere, & hac de causa semper sursum ascendendo mōtem in cursu velociores inueniuntur, quo itinere aduersarius minor est in sequendo. Per ceruos autem intelligit eos, qui in ipsa Philosophia velocitate doctrinæ vnum Deum confessi sunt: Qui & ipsi à Sanctis Doctoribus rete prædicationis in sinum Ecclesiæ capti sunt: Qui in arduis vitæ morantur, more ceruorum; fontem aquarum petunt; serpentes interimunt; & tanquam munda animalia ruminant: Per hos, inquit, conuersos ab infidelitate superstitionum Spōsus filias Ierusalem adiurat, vt patiantur paulisper requiescere sponsam in requiei somno; quæ delectantur, Ecclesiam secum concurrere in illis operibus, in quibus ipsæ ad cælestem gloriam sunt sublimatæ.

Anselmus. Qui vult habere perfectionē Sāctorū quietā animæ Sanctæ perturbare nō debet peccatis suis.

Anselmus, *adiuro vos*, inquit, dici *per capreas, ceruosque camporum*; ac si sponsus minoribus, & subditis, generatis in visione pacis diceret: Si vultis habere capreæ naturas, & cerui, quas habent Sancti, adiuro vos, ne peccatis, & inobedientiis vestris animam amore languentem, & in cōtemplatione persistentem dimoueatis ab illa quiete. Longiùs autē prosequitur Anselmus naturas capreæ, ac cerui, quas apud ipsum videre quilibet poterit; neque enim hic toties eadem sunt repetenda.

Bernard. *Contemplātē animā perturbans; Sanctorum spirituū offendit consortium, cū quibus illa quiescit.*

C Bernardus serm. 52. per sponsæ somnum, excessum intelligens contemplationis; per capreas verò, ceruosque camporum animas, exutas corporibus, simul & Sanctos Angelos; nimirum propter acumen visus, & saltus celeritatem: Vtrisque enim spiritibus hæc conueniunt; nam facilè & petunt summa, & intima penetrant. Quorum quoque in campis designata conuersatio euidenter liberos, atque expeditos signat in contēplatione discursus. Quid sibi vult ergo, inquit Bernardus, adiuratio facta per istos? Profectò ne inquietæ adolescentulæ audeant leui ex causa euocare dilectam à tam venerando collegio, cui absque dubio totiès admiscetur, quotiès cōtemplando excedit. Pulchrè itaq; illorum auctoritate terrentur, à quorum societate constat auelli illam ipsarum importunitate. D Attendant adolescentulæ, quos offendant pariter, cùm matrem inquietant, & minimè ita materna de charitate confidant, vt in illum cælestem conuentum sine magna necessitate irruere non vereantur.

Singulari autem modo Rupertus Abbas adiurari hic censet, filias Ierusalem terrenæ per Sanctos Patriarchas, ne excitent silentium B. Mariæ ad loquendum de Aduentu Verbi in mundum, donec ipsa velit: ne Herodes Christum occideret, irritæque fierent promissiones, quæ de illo ad Patres fuerunt factæ. Siquidem per Mariæ dormitionē, taciturnitatem intelligit illius, quando iuxta id, quod de ea dicitur in Euangelio; *h Ipsa conseruabat omnia verba, conferens in corde suo*. E Hoc inquit, erat dormire, scilicet oris custodiam habere, & secretum sibi commissum propter tempus, quod malum erat, non propalare; ne perciperet Herodes de Rege Iudæorum, qui natus erat, vbinam esset. Necessarium valde quippe fuit, inter verbosas filias Ierusalem dilectam dormire, & nolle vigilare: Et, si alij quidpiam loquebantur, verbi gratia, Pastores, quos aliqua dixisse, certum est, cùm dicat Euāgelista: *i Et omnes, qui audierunt, mirati sunt de his, quæ dicta erant à Pastoribus ad ipsos*: ipsam tamē tacere, & non inquietari decebat, ne res nimis manifesta fieret, maioremque persecutionis ipsa labo-

h Luc. 2. 19

Mariæ silētiū necessariū fuit, ne Herodes Christū occideret.

i Luc. 2. 18

A rem sustineret, quàm fuit illa fuga, qua in Ægyptum fugere oportuerat. Ait igitur sponsus; *Adiuro vos, &c.* ac si dicat; fortiter obfirmo mentem dilectæ, ne ante tempus loquendi enarret vobis, quid, vel quomodo sibi factū sit, etiamsi vos multum instantes inquiratis. Adiurationem verò istā per capreas, ceruosque camporum factam, per Patriarchas nimirum, & Reges, inquit Rupertus, quibus iurauit Dominus facere verbum Incarnationis; vt sensus sit: Si nunc sciscitantibus vobis, & illa respondente, fama nimis crebesceret, & Herodes puerum inueniret, atque occideret. Euangelio nōdum condito, quomodo iusiurandum meum ratum permaneret, quod iuraui ad Abraham Patrē B vestrum, in illo semine eius benedicendas fore omnes gentes? Idcirco per illos Patres vestros reuerendos adiuro vos, &c. Patres autem isti ideò per capreas designari inquit, & ceruos: quoniam sicut capreæ ad instar auium ardua, & excelsa tenēt, in sublimi habitant, & in petris altissimis commorantur. Sic illi manentem non quæsierunt ciuitatem, sed meliorem appetierunt, hoc est, cælestem in casulis habitātes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram: Et sicut cerui, cùm aliquid serpentini generis comederint, summa agilitate desiderant venire ad fontes aquarum. Ita illi scientes, se a primis parētibus per serpentē contraxisse originale peccatum desiderabant nasci sibi iam dictæ benedictionis promissum fontem, in quo est remissio peccatorū: inde est illud: *K Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus.* K Psal. 41.

Patres Sācti cur dicti sunt capreæ, & cerui.

APPENDIX.

ACTVS SECVNDVS.

Vers. VIII. Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: Vers. IX. Similis est dilectus meus capreæ: hinnuloque ceruorum.

Expositio Prima. Iuxta Sensum Litteræ.

QVamuis Patres ferè omnes locum istū cum superioribus nectant, vt vnum idemque argumentum sponsam prosequi arbitrentur: vnde factum est, vt cùm dicitur: *Vox dilecti mei*: Latini de ea id sponsi voce accipiant, qua in præcedenti sententia is, iuxta lectionem vulgatæ prohibuit, sponsæ somnum perturbari, filias adiurans Ierusalem: Placet nihilominus mihi illorum sententia, qui & nouum hic argumentum, & nouum actum exordiri affirmant: Siquidem cùm exploratissimum sit, Canticum istud à Salomone in modum dramatis esse compositum, iuxta dramatum normam in plures quoque actus illud distingui operæ pretium est.

Hoc supposito, quòd hinc initiū sumatur actus secundi, post primum expletum in obdormitione sponsæ: Difficultas superest in connectendis primis hisce verbis: *Vox dilecti mei*: cum ijs, quæ postmodum subijciuntur. Legionensis duas affert opiniones, quarum etsi ambas, vt probabiles complectatur; posteriori tamen, vt probabiliori assentiri se, inquit magis. Primò enim ait, secundū aliquos dicendum, hæc ab euigilante sponsa dicta: vt videlicet postquàm illa è somno euigilasset, cùm de viri sui reditu anxia cogitaret, & redeuntis illius, ac præ-

LITTERA. præfestinatis imaginatio ad animũ sibi occurreret proferens, quæ sibi fingebat, dicat: *Vox dilecti mei: Ecce iste venit, &c.* Atqui cùm acciderit, vt ad cogitationem aptè euentus caderet, vtque is ipse reditum maturaret, prout, iuxta sponsæ desiderium in imaginatione illius versabatur, illicò subijciatur in versu sequenti: *En ipse stat post parietem nostrum:* Ac si sponsa ipsa dicat: Quod imaginabar, euenit: *En ipse reuera stat post parietem nostrũ, &c.* Secundò, & probabilius ex aliorũ sententia affirmandum, censet: Sponsam, quæ hactenùs dormire dicta est, nunc consentaneè fingi, dum dormit, audire ea, atque videre, quæ cùm vigilabat versabat in animo, quæve cupiebat, sicque omnia, quæ hic dicuntur, ipsam dormientem secum egisse, ac locutã fuisse: aut certè, quæ in somnis egisset, atque vidisset, ea nunc commemorare: Pulchréque quadrare, inquit Legionensis, vt quæ superius inducebatur, se ipsam excrucians, quòd Sponso suo careret; ea nunc fingatur, per quietem hauriens sponsi sui redeuntis, & aduentatis imagines eiusmodi, quales fingi à desiderante, & somniante solent, non quales re ipsa contingunt. Confirmatque hoc dictum, primùm, ex eo, quòd eadem in principio capitis tertij, *In lectulo per noctem* spõsum ipsum quæsisse, nec tamen inuenisse dicitur: ex quo colligit, illam cubantem nunc induci, & somniantem. Secundò ex eo, quòd ipsa totius orationis ratio, ipsaque varietas (vt eius vtar verbis) & inconstantia dictorũ speciem in somnij præ se ferat. Est enim, inquit, videre in hac oratione, Sponsam tecto quidem suæ domus inclusam: agros tamẽ, & nemora peragrantem, iam videntem sponsum suum, iam ipsum quę rentem: eodemque momento temporis & in agro illum, & secum vna domi esse, & dicentem, magnaque & propè mirabili celeritate fenestras, agros, nemora, cancellos, colles in vnum contenentem:

B Sed certè non video, cur ad vanas imaginationes, vanaque pro illorum connexione confugiendum sit insomnia; neque eam video inconstantiã tantam orationis, quantum in illa esse, Legionensis affirmat, dummodò eorum, quæ in hac oratione habentur, germanus percipiatur sensus: nec, quod in subsequenti capite de inquisitione sponsi ab sponsa in lectulo facta refertur, id persuadere debet, vt in lectulo hæc pariter, quæ hic dicuntur, in somnis visa sint dormienti: illud quippe alio spectat, vt videbimus, cùm ad illum locum peruenerimus, Deo dante.

GERMANUS SENSUS. Quamobrem probabilius ita mihi, saluo meliori iudicio, præsens locus cum antecedentibus, ac subsequentibus connectendus videtur, vt spõsus, cùm post collocatã sponsam, vel in straminę, vel in lectulo, vt dormiret, postque adiurationem factã, ne quis eam suscitaret, ad reuisendum agrum discessisset, interiecto temporis spatio exiguo, festinãter eò se contulerit, vbi dormientem suam vnà cũ socijs reliquerat dilectam, illamque à longe cõpellasse cœperit, seu etiam astis illam vocaru vocibus: Quo clamore illa suscitata, & euigilãs, in hęc primo prorupterit verba: quasi ex abrupto dicens; *Vox dilecti mei.*

PARAPHRASIS. Audire videor dilecti mei vocem: ex sono certè, & ex accentu illam esse dignosco, multoque magis ex commotione prædulci, quam intra me per eam sentio esse commotam: Tum statim oculos eò cõuertens, vnde vocem illam perceperat, celeritate quàm maxima ad se intuens festinantem, adstantibus socijs illius celerem cursum egregia exprimit hyperbole, necnon & similitudine congruentissima, dicens: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*: vel iuxta originalium lectionẽ hebraicam, & Septuaginta: *Saliens supra montes, & transiliens supra colles.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Vox non me fallit: illum ipsum intuemini, quanta celeritate, quanta ve accurrit alacritate: Ecce iste iam præsens instar velocissimæ capreæ, non currit modò super altos hos montes, sed & magnos, dat saltus, & quoscunque obuios transilit colles. Similis profectò non capreæ duntaxat ob velocissimum cursum: sed & ob ingentem, qua saliens properat, exultationem hinnulo assimilandus est ceruorum. Denique in subsequentibus subijcit, quid ab illo factum, quiduè sit dictũ, dicens: *En ipse stat post parietẽ nostrũ, &c. En dilectus meus loquitur mihi: Surge,* &c. de quibus suo tractabitur loco.

Circa hæc autem, quæ modo habemus præ manibus. Primò dubitari potest, quid à sponso prolatum sit per eam, quam dedit vocem: Et quidẽ (vt dicam, quod sentio,) vel sponsam ipsam vocasse, crediderim, proprio nomine, aut certè absque vllius nominis appellatione, solo aduerbio vsum vocandi: vel litteræ cõgruentiùs forsitan dici posset, haud aliud per eam vocem prolatum, quàm illam ipsam vocationem, quæ in subsequentibus exprimitur: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni*; quam iterum repetitã legimus.

C Secundò notandum; aptam ad Iudeæ Regionis situm exprimendum esse locutionem istam, qua festinans sponsus dicitur salire in montibus, & transilire colles: nam Iudea ferè tota montana est, & in primis terra Ierusalem: vnde non incongruè Sept. similitudini festinantis sponsi ad ceruorum hinnulum addunt: *super montes Bethel*: Sic enim legunt, *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bethel;* Salienti nimirum super dictos montes Bethel, qui ipsi sunt montes Ierusalem, primo nomine Bethel nuncupata. *Iudea terra montana.*

Tertiò notandum; verba illa (*transiliens colles*) accipienda, vel vt hyperbolicè dicta, vel vt rem ipsam gestam significantia; ita vt collium nomine nõ tam montes paruos à mõtibus ipsis distinctos, quã eminentiores illos designent terræ, vel lapidum tumulos, & aggeres, qui in mõtib. reperiuntur obuij ambulantibus: quo sensu frequentiùs hac voce: *Bunos* vsi sũt Septuaginta, quam & hoc loco apposuerunt, pro eo, quod vulgata habent *colles*: ac præsertim in capite 31. libri Geneseos, *a* vbi de tumulo, & aggere testimonij verba habentur. Quanquam apud Originalia significetur, festinantem spõsum salijsse & supra montes magnos, & supra minores colles. *Collium nomine significari aggeres, & tumuli terra.* a Genes. 31. 46.

E Vltimò notandum: cùm sponsus hoc modo festinans assimilatur capreæ, & hinnulo ceruorum, licèt primo aspectu vtraque similitudo ad celeritatem illius exprimendam videatur allata; si tamen intimiùs rem ipsam examinemus, diuisim ad duo diuersa significanda prædictæ similitudines vidẽtur propositæ, prima quidem ad celerrimam festinationem; secunda verò ad hilaritatem, qua sponsus ipse festinaret, & exultationem; nam & hic est sacrarum Scripturarum vsus, vt ad capreæ similitudinem quamlibet amplificet in currendo velocitatem; *b* Sic de Asael in libris Regum dicitur *Porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis quæ morantur in siluis*: Et in libris Paralipomenon de hominibus Gaddi, qui transfugerunt ad Dauid, dicitur. *c Facies eorum, quasi facies leonis, veloces capreæ in montibus*: bene in mõtib. quia tũc velociores currunt capreæ, quando montes ascendunt cum anteriores pedes habeant breuiores pedibus posterioribus. Vnde apparet, quam pulchrè sponsus

b 2. Reg. 2. 18.
c 1. Par. 12. 8.

DE ECCLESIA. sus saliens in montibus dicatur similis capreæ. At qui eiusdem sponsi exultatio quanquam ceruorũ similitudine aptè admodum exprimi potuit, cùm salire in Scriptura sacra adscribi soleat ceruis, vt patet ex illo Isaiæ: d *Tunc saliet, sicut ceruus claudus*: efficaciùs tamẽ expressa est per comparationẽ ad ceruorum hinnulos, quibus æquè ac hœdis propriùs exilire competit, & exultare.

d Isa.35.6.

Vers. VIII. Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles:
Vers. IX. Similis est dilectus meus capreæ: hinnuloque ceruorum.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia. Sancta.

Cyr.l.Alex lib.9.in Io. c.45.

Spiritus Sãcti aduẽtus in die Pẽtecostes dicitur & Christi aduẽtus spiritualis.

a Io.14.18. & 28.

SEntentia est antiquissimi Patris Cyrilli Alexandrini in Ioannẽ, quam & Rupertus Abbas prosecutus est item in Ioannẽ, & alij, vt cùm Christus dominus ea verba habuit ad Apostolos: a *Non relinquam vos orphanos; veniam ad vos*: & infra in eodem capite: *Vado, & venio ad vos*: de suo illo locutus sit spirituali aduentu, quo per Spiritum Sanctum in die Pentecostes ad ipsos, quos alloquebatur, venturus erat; quando vnà cum Spiritu Sãcto sibi consubstantiali descendit in Apostolos: Ac proptereà hoc modo illũ, dicunt, esse locutũ de semetipso ratione suæ diuinitatis, vt testatũ relinqueret sui, ac Spiritus Sãcti cõsubstantialitatẽ, sicut aliàs personalẽ ab inuicem ostenderat distinctionem.

Hunc sibi tunc temporis à Christo promissum Ecclesia Sancta hoc loco enarrat spiritualẽ ipsius dilecti sui aduentũ: seu potiùs hunc multis antea sæculis ob oculos repræsentat Salomon cũ ijs omnibus circunstantiis, quibus re ipsa is contigit.

b Io.16.5.

Primò enim supponitur Christi abscessus in agrũ cælestem, quando ascendit ad Patrẽ, prout ab eo significatũ legimus, cùm dixit: b *Vado ad eum, qui misit me*: idq; post adiurationẽ factam filiabus Ierusalẽ, ne somno orationis, & quieti meditationis indulgentem interturbarent dilectã (prout ostensum est supra in secunda expositione superioris sententiæ.) Hoc supposito, nunc ab ipso proponitur Salomone, quomodo post decẽ elapsos dies is ipse aduenerit, qui dixerat: *Vado, & venio ad vos*: proponitur autẽ repræsentando spõsam illius Ecclesiam, quæ id adstantibus, nobisque indicet vniuersis, dicens: *Vox dilecti mei; Ecce iste venit saliens in montibus, &c.* Quibus verbis illud ipsum dicit, quod factũ in ipsa istius aduentus historia refertur in actibus Apostolorum: ibi enim B. Lucas, proposita primitiua illa Ecclesia in quiete, in qua à suo relicta fuerat dilecto, iis verbis: c *Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodẽ loco*; subdicit: *Et factus est repentè de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis*: innuens, Ecclesiæ dilectũ tanta celeritate tunc aduentasse, vt planè vehementissimo spiritui validissimoque assimilandus esset vento, quo nihil est inter creata velocius, ea ipsa metaphora, qua ad exprimendã maximam Angelorum velocitatem Dauid ait: d *Qui facis Angelos tuos spiritus*; id est, Qui angelos tuos tam celeres facis ad exequẽda, quæ imperas, quàm ipsi sunt venti.

c Act.2.1.

Spiritus Sãctus, qua celeritate in Apostolos venerit, & merito eius aduẽtus assimilatur vento.

d Ps.103.4.

Porrò ista venti similitudo optimè congruit cũ his, quæ à sponsa dicuntur: nam non solùm aduenientis exprimit celeritatem; sed & modũ ipsius celeritatis, seu potiùs modũ, quo ille festinans aduenit. Ventus siquidẽ vehemens primò sonũ emittit in aere: tũ per saltus sese manifestat in ijs, quæ ciet, vt ex vndis, quæ ab eius motu efficiuntur, colligere licet in mari. Atq; hæc sunt, quæ apertiùs significat sponsa, dum inquit: *Vox dilecti mei*, ac si dicat.

II

Simile.

Ex sono percipio vocẽ aduenientis dilecti mei: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles*: Ecce iste iam præsens ex saltibus sese manifestat: ex saltibus, inquam, quos facit in Apostolis, saliẽs super illos, qui sunt ij montes, e super quos vniuersa fundata est ciuitas Sion, iuxta illud psalmi: *Fundamenta eius in montibus sanctis*: transiliens colles quosque obuios, vniuersa nimirum impedimẽta, quæ eius cursum præpedire possent in montibus ipsis, quos suo salire fecit impetu ad prædicationem, & alia munia. adeò verò repentè iste aduenit dilectus meus, adeò & hilariter, vt capreæ similis sit ob cursus velocitatem: ob hilaritatem autem, & exultationem hinnulo ceruorũ sit assimilandus. Sicut enim ceruorum hinnulus exultans, & exiliẽs lætanter, exultationem spectantibus affert, & gaudium: Ita & vna cũ Spiritu Sancto, qui est ipsummet gaudium, exultanter adueniens ipse dilectus meus, non tantùm immensam in hoc aduentu præ se tulit exultationem, sed & inexplicabile mihi porrexit gaudium: quod ipsemet, huiusmodi prædicens aduentum, suis aperuit discipulis, cum dixit: f *Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meũ in vobis sit & gaudium vestrum impleatur* (in aduentu nimirum meo vnà cum vero gaudio Paraclito Spiritu Sancto.) Quod apertiùs expressum ab eo est, cùm aliàs diceret g *Et vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos* (ad vos scilicet veniens, non solum corporaliter post resurrectionem meam; verum & spiritualiter vnà cum Paraclito mihi consubstantiali.) *Tũcque gaudebit cor vestrũ; & gaudium vestrum nemo tollet à vobis*.

PARAPHRASIS.

e Ps.86.1.

Spiritus Sãctus adueniens gaudiũ attulit mundo.

f Io.15.11.

C

g Io.16.22.

Circa hunc sensum: Aduertendum est primò discrimen, quod inter sensus est exteriores, atque interiores, & spirituales: Siquidem in exterioribus visus præcedit auditum; celerius quippe deferentur species videndorum ad visiuam potentiam, quàm crassiores sonorum species ad sensus deferantur auditus; sic fulgurum splendorem priùs, quàm fragorem percipimus: sic & tormenta bellica emissura bõbum, inde colligimus, quòd emissam ex illis flammam priùs oculis intuemur. At è vestigio in spiritualibus, & interioribus sensibus res cõtra se habet. Enimuerò quæ spiritualia sunt, auditu prius, quàm visione percipiuntur: Vnde Apostolus de fide verba faciens, quæ *est substantia rerum sperandarum, argumentum nõ apparentium*, & visio rerum spiritualium, ait: h *Fides est ex auditu*, id est visionem spiritualium præcedit auditus: atque adeò sponsus ad dilectam prius, i *Audi filia*, inquit, tum subdit; *& vide*. Nec mirum, cùm istiusmodi rerum immensa sit claritas (vt bene ait Bernardus serm. 28. in Cant.) visus angustus, & non potens ad illa pertingere.

Sensuum exteriorũ, ac spiritualiũ discrimen.

D

h Heb.11.1
h Ro.10.17
i Ps.44.11

E

Hinc & in historia Spiritus Sãcti aduẽtus prius dicitur auditus venientis sonitus: K *Et factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis*: Tum & visu quoque idem ipse perceptus refertur; *Et ecce apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis, seditque supra singulos eorum*. Quapropter admodum consentaneè sponsa, & Ecclesia illa primitiua, ad quam prædictus factus est aduentus, priùs dilecti sui aduenientis vocem se inquit, percepisse: *Vox dilecti mei*: Tum, eumdem celerrimo cursu festinantem oculis sibi, ait, exhibitum; *Ecce iste venit saliens in montibus &c.*

K Act.2.2.

Notan-

DE ECCLESIA.

per Spiritus San. apparitionem manifestatus est Ecclesiae tam Christus aduenient.

Spiritus Sancti sonitus est vox Verbi.

l Io. 16. 13

m Io. 16. 14

Spiritus Sanctus sui clarificatione clarificauit & Christum.

Notandum secundò, prudentiſſimè locutam A ſponſam, quando, exprimens aduentum Spiritus Sancti, priùs per ſonitum ſibi manifeſtatum; dixit; *Vox dilecti mei*; ſonitum illum Spiritus Sancti dicens, vocem eſſe Chriſti dilecti ſui, & per apparitionem eiuſdem Spiritus innuens, ſibi oſtenſum ipſum dilectum ſuũ aduentantẽ, quandoquidẽ apud Ioannem & iſta leguntur verba ipſiuſmet ſpõſi ad Apoſtolos. *l Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur.* Ac ſi dicat. Quæcunque audiet à me, hæc loquetur, quia ſcientiam, vocemque ipſam, & omnia, quæ tradet, à me habet, vocem profectò meam profert, nec ſine me loquitur, ſicut nec ſine me eſt: *m Ille*, ſcilicet Spiritus, *me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis*: quibus in verbis Spiritui, qui in igne apparuit, clarificatio adſcribitur. Tum quoniam ignis clarificans, ſemetipſum in primis clarificat, ſuæ oſtenſionem faciens claritatis præſentis, vt notum omnibus eſſet, Spiritum Sanctum cum in igne apparuit, vnà cum clarificatione ſui ipſius, clarificaſſe ſimul & ſpõſum Chriſtum, benè ab illo adiectum: *Ille clarificabit me*; ſcilicet ſimul aduentantem, in igne item amoris, nec non & igne eiuſdem diuinitatis: *quia de meo accipiet*; nimirum quia de meo igne accipiet, *& annuntiabit*, oſtenderetque *vobis*: *Accipiet*, inquit, *de meo*: vel vt eſt in Græco, *de illo meo*: quia etſi ab æterno totum diuinitatis ignem à filio, & à Patre accepe C rit, quatenus ab vtroque procedit, de diuinitate tamen ipſius filij in futuro accepturus dicitur, habito reſpectu ad futurum verbum, *Annuntiabit*: in igne ſiquidem apparens Spiritus ille diuinus, hõ omnia, quæ diuinitatis ſunt, annunciaturus erat, quandoquidem haud fieri poterat, vt homines illa vniuerſa valerent aſſequi.

Spiritus Sanctus in linguis diſpertitis reſidẽs ſuper ſingulos Apoſtolorum, ſalit in montibus.

n Act. 2. 3.

Tertiò notandum, quam aptè ſponſa expreſſerit id, quod in hiſtoria Actuum dicitur: *n Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum*; dicens: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus*: vel iuxta Originalia, *Saliens ſupra montes*, per id enim, quod dicitur, diſpertitas eſſe linguas igneas ſuper ſingulos Apoſtolorum, innuitur, ignem ipſum Spiritum Sanctum diſpertitum quodammodo eſſe in linguas illas, iiſve quoſdam dediſſe ſaltus ſuper diſcipulos illos, ſuper D quos reſediſſe dicitur: neque enim per illam linguarũ diſpertitionem credendũ ſignificari, diuiſim in Apoſtolos diuerſa Spiritus Sancti munera tunc fuiſſe collata; cum conſtet ex ipſa communiter recepta *o* Hieronymi, *p* Auguſtini *q* Cyrilli, & aliorũ, in die illo Pentecoſtes ſingulis, ſuper quos igneæ linguæ inſederunt, datam eandẽ plenitudinem Spiritus Sancti tam quoad perfectionem propriæ Sanctificationis, & confirmationis in gratia, quàm quoad varia dona, & gratias gratis datas, operationis miraculorum, multiplicis linguæ, ſermonis, ſcientiæ, & ſapientiæ &cæt. E

o Epiſt. ad Hedip. q. 9.

p Lib. 4. de Trin. c. 20.

q Lib. 11. in Ioan. c. 56.

Saliens in montibus Chriſtus contulit ſingulis Apoſtolis totã Spiritus San. plenitudinẽ in die Pentecoſtes.

Simile.

Hanc certè æqualem Spiritus Sancti plenitudinẽ per prædictos ſaltus diſcipulis illis collatam egregiè (vt dictum eſt) ipſa exprimit ſponſa, dum ait: *Ecce iſte venit ſaliens ſupra montes*, aut, *in montibus*. Intelligemus id optimè, ſi linguarũ ignearũ, flammulæque cuiuſlibet motum conſideremus. Ita quippe eæ mouentur, vt continuè ſaltus quoſdam in altum dare videantur. Quamobrem cùm in forma diſpertitarum linguarum tanquam ignis ſupra ſingulos diſcipulorum reſederit Spiritus Sãctus, profectò in ipſis igneis linguis, ac flammulis rectè venire is dicitur, ſaliens in Apoſtolis, ſaltus

Michaelis Ghiſlerij.

nimirum exhibens in montibus illis, in quibus reſidet veniens ad dilectam.

r Io. 15. 26

Spiritus Sãctus adueniẽs trãſilijt colles amouẽs impedimenta, quæ Apoſtolos retardare poterant.

Porrò cùm Spiritus Sanctus ad hoc in primis deſcenderit, vt teſtimonium perhiberet de Chriſto, efficiens, vt Apoſtoli tale perhiberent teſtimonium, vt ex ijs colligitur Domini verbis: *r Ille*, ſcilicet Spiritus, *Teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis*, congruentiſſimè ſponſa, poſtquam dixit: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus*, addidit verba illa, iuxta noſtram Vulgatæ lectionem; *Tranſiliens colles*, obuios nimirum ſibi, feſtinanti ad munus Chriſto teſtimonium perhibendi, per quæ id indicat, quod maximi faciendũ eſt in ipſo Spiritus Sancti aduentu, quod adueniẽs B omnia tranſilijt, ac ſuperauit impedimenta deſignata per colles, quibus Apoſtolorum animi auerti poterant à prædicto exhibendo teſtimonio. Enimuerò quatuor præſertim impedimenta, quæ Apoſtolorum teſtimonium Chriſto perhibendũ retardare poterãt, per aduentum Spiritus Sancti, eidem Chriſto teſtimonium prohibentis, ablata ſunt. Eorum primum erat humilitas Chriſti; humile enim admodum, & valdè contemptibile videbatur, teſtimonium reddere mortuo, atque ab adſtantibus Iudæis occiſo. Hunc collem tranſilijt adueniens Spiritus Sanctus, oſtendens, haudquaquam eſſe adeo vile iſtiuſmodi teſtimoniũ, quod ipſemet, qui à Patre, filioque procedit conſubſtantialis, perhiberet ſimul: Vnde Apoſtolus Paulus: *ſ Non Erubeſco*, inquit, *Euangelium, virtus enim Dei eſt.* Tranſilijt & ſecundum collem impedientem, difficultatem videlicet perſuadendi, hominem Crucifixũ eſſe Deum: is quippe venit, vt ſpiritus veritatis, atqui ſicut Spiritus omnia penetrat, ſic ipſe corda hominũ penetrauit, & quia veritatis Spiritus eſt, quocunque penetrauit, veritatem ipſam ſtabiliuit, quapropter Paulus dicebat. *t Sermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis.* Periculi quoque tertiũ collem trãſilijt, adueniẽs vt Paraclitus, id eſt Conſolator, & exhortator, atque adeò efficiens, vt ſpernerentur pericula vniuerſa, quæ tale teſtimonium perhibentibus imminebant cruciatuum, perſecutionum, atque ipſius mortis, quinimò & tribuens, vt in illis gauderent; prout Paulus profitetur dicens; *u Placeo mihi in infirmitatibus meis, & in contumelijs, & neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto.* Quartum denique auertit impedimentum, tranſilijtque collem inſcitiæ: impedimentũ quippe non modicum id exhibere Apoſtolis poterat, quod illiteratos ſe agnoſcebant, & humilis cõditionis, & idcirco etiam parum idoneos ad huiuſcemodi munus; Trãſilijt, inquam, hunc obuiũ collem, quandoquidẽ adueniẽs dedit eis ſcientiã, & ſapientiam, cui mundus non poſſet contradicere, dedit potentiã operandi miracula, cũ Deus eſſet, fecitq; illos homines cæleſtes, atq; diuinos, cũ Spiritus eſſet diuinus, vnde Apoſtolus audacter clamabat. *x Omnia poſſum in eo, qui me confortat.*

ſ Ro. 1. 16

t 1. Co. 2. 4

u 2. Cor. 12. 10.

x Phi. 4. 13

Spiritus Sãctus veniẽs attulit Eccleſiæ gratiã, & charitatem.

Vltimò demum notandum circa ſimilitudinẽ aduenientis Spiritus Sancti, ad capream, hinnulumque ceruorum, ita aptam eſſe ſimilitudinem iſtam, vt vix melior excogitari poſſit à quoquam, per illam etenim haud ſolũ ea duo ſignificantur, quæ iam ſupra indicata ſunt in paraphraſi, celeritas nimirum, & hilaritas, ac exultatio, qua ille adueniret, quamve is ſecũ afferret; Verũ, ſi ſubtilius ea perpendantur, duo alia per ipſas innuũtur, quæ ab adueniente ſpiritu ipſi collata ſunt Eccleſiæ; duo inquam, quæ in primis is ſecum attulit, & ex

Y quibus

DE ECCLESIA.

quibus potissimùm illius dignoscitur aduentus. Ista autem sunt Charitas, atque Gratia; t *Charitas* quippe iuxta Apostoli dictũ, *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctũ, qui datus est nobis*: & de gratia per eundem Apostolũ dicitur: u *Nõ ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: Sed secundũ suã misericordiã saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis Spiritus San. quẽ effudit in nos abũdè per Iesum Christũ Saluatorẽ nostrũ, vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ.* Quanam verò ratione, dicet quis, ista signãtur per verba hæc: *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorũ?* Quoniam & caprea typus est gratiæ, & ceruus Symbolũ est amoris, ac charitatis, vt patet ex verbis ipsiusmet Salomonis, qui præsentis author est Cantici. Is quippe in lib. Prouerbiorum ceruo epithetum tribuit amoris, capreæ verò gratiæ, dum in cap. 5. pro eo, quod in Vulgata legitur: x *Cerua charissima, & gratissimus hinnulus*, iuxta hebraicam lectionẽ inquit, *Cerua amorũ, & caprea gratiæ*: vt notatũ est & superius in præcedentis sententiæ expositione. Atque hæc quidem satis quo ad acceptionẽ prædictorum verborum, vt dicta à primitiua Apostolorum Ecclesia, tunc, cum spiritualiter illius dilectus ad eam venit vnà cum Spiritu Sancto in die Sancto Pentecostes.

t Rom. 5. 5. u Tit. 3. 5. x Pro. 5. 19.

ALTER SENSUS COMMUNIOR.

Discessus Christi ab Ecclesia, & reditus eiusdẽ ad eamdem quo intelligi debeat.

Quòd si hæc ipsa, non vt à primitiua illa duntaxat, sed vt ab eadem etiam, vt grandæuior est effecta, dicta accipiamus, & temporib. hisce nostris: Supponendũ primò: Certum quidẽ, & indubitatum esse, Christũ Ecclesiæ sponsum nunquã ipsam relinquere, nunquam re vera à Sanctis discedere fidelib. quod omnibus voluit esse testatum, cũ dixit: y *Ecce ego vobiscũ sum vsq; ad consummationẽ sæculi.* Porrò, cũ dici nequeat discedere ab ijs, quos specialib. auxiliis, ac gratiis fouet, atq; conseruat, nec & ad eosdẽ redire proprio dici pot. sermone: impropriè tñ, quodãmodo discedere ab eodẽ dilecta sua dicitur, cum eã, illiusque membra tribulationib. angustijs, & persecutionibus concuti sinit: de qua abscessione apud Prophetas sæpiùs illa cõqueritur, dicens; z *Vt quid Domine recessisti lõgè: despicis in opportunitatibus, in tribulatione?* a *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina*: b *Accelera, vt eruas me.* Scit enim huiusmodi aduentum illius cum celeritate semper fieri solitum, & festinatione quàm maxima.

y Mat. 28. 20. z Psal. 9. 22. a Psal. 69. 2. b Psal. 30. 3.

Tribulatis quã subitò Christus ferat opem, quãtũve in illo confidẽdum.

Hoc supposito, haud difficile est percipere præsentis sententiæ sensum. Proponitur namq; Ecclesia Catholica angustijs vndique oppressa, & persecutionib. agitata, vel & illius membra illa proponuntur, quotquot tribulationib. & ærumnis conficiuntur, cui actutùm Christus eius dilectus opem ferat. Vim porrò verborum, quibus iste Christi aduentus, istudve auxilium proponitur, huiuscemodi intelligemus exemplo. Demus, duos arctissima necessitudine coniunctos venatum abire, quorum alter eã sit artuũ firmitate, lacertorum robore, ac totius corporis inuicta fortitudine, vt obuiã ferã quamlibet dextera sternere, dilacerare, illaqueare possit; alter verò debilis admodũ, & maximè imbecillis: hos aũt, vt in venationib. crebro vsu venit ab inuicem seiungi; & illi, qui imbecillis est, obuium fieri vrsum, leonem, aut aprum, ita vt effugium minimè detur, sed opus sit, rẽ cominùs agere cum propriæ vitæ discrimine; si tunc temporis, quando in tam grandi periculo est constitutus, intimi sui, ac præfortis familiaris vocem audiret, profectò auctis deiecto animo viribus, secum ipse, impressam animo vocem reputans diceret: O carissimam amantissimi mei vocem, defigensque obtutum ad illum velocissimo cursu, vt ipsum à calamitate erueret, contendentẽ suo iure dicere posset: *Ecce iste venit, saliens in montibus, transiliẽs colles.* In eundẽ modũ, & Ecclesia Sancta à dilecto suo derelicta quodammodo, atque seiũcta in præsentis sæculi campo à plurimis feris vndique se circumuentam animaduertens, à demonib. à Principibus huius mundi, atque etiam à falsis fidelib. ex innumeris Sacrarum Scripturarum locis intelligens Dei promissiones, quibus is pollicetur, se adfuturum tribulatis, eisve opem laturum, exclamat: *Vox dilecti mei.* Ac si dicat.

Simile.

PARAPHRASIS.

Stabilis, ac firma Christi dilecti mei vox est. c *Portæ inferi non prævalebunt aduersum te*, d Et, *Cũ ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*: O vocem mihi amantissimam; e *In Deo laudabo verbum* huiuscemodi promissionis, *In Domino laudabo sermones istos; In Deo speraui: non timebo, quid faciat mihi caro.* En oculis fidei, ipsum in mei auxiliũ tanta celeritate aduentare, conspicio, vt videatur exilire in montibus, & trãsilire colles. Haud ei difficile est à quantumcunque graui eripere angustia, est enim similis capreæ, cui facillimum est eleuatum quemlibet ascendere mõtem, perque præruptas exilire rupes: neque aliqua eũ præpedire possunt obstantia impedimenta, nã & hinnulo ceruorum est similis, qui obuium quemlibet hilariter transilit collem, & tumulum.

c Mat. 16. 18 d Ps. 90. 15 e Ps. 55. 12

Vers. VIII. Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.

Vers. IX. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

ADmirantur meritò vniuersi ingens Dei artificium, quod in hominum relucet aspectib. cum enim innumeras formarit facies, ita eas effinxit, vt vnaquæque à cunctis alijs diuersa per propria dignoscatur lineamenta. Sed certè hoc ipsum eiusdem opificis artificium haud minorem incutit admirationem in tot hominum vocibus ita efformandis, vt per sonum, perque accentus singulæ distinguantur ab inuicem.

Ex voce ac quæ ex facie dignoscitur vnusquisq;

Vnde fit, vt quemadmodũ visu quemcumq; dignoscimus, & si inter complures is sit, si faciẽ attẽtè inspiciamus illius, Sic & auditu eũdem discernere liceat, si soni, & accentuũ notitiam habemus vocis eius. Optimè aũt hac in re à Deo prouisum est, vt ex his duobus potissimum dignosci vnusquisq; posset, ex facie, atque ex voce: quandoquidem ex duob. hisce potissimum per corporeos sensus ad amorem attrahitur animus, vtpotè in quibus ipsa est pulchritudo, iuxta Platonicorũ sententiam, qui pulchritudinẽ καλὸν græcè dictã à vi attrahendi in his tribus sitã definiunt; in virtute, in figura, atque in sono. In virtute, quæ ratione duntaxat percipitur, in specie, quæ oculis patet, ac demum in voce, quæ est obiectũ auditus. Hinc, est, q̃ in subsequentib. hoc ipso cap. 2. huius Cantici, cũ pulchritudinis sponsæ cõpos fieri vellet, dilectus, sic ipsam alloquitur, quam prius formosam, amicamq; suam appellarat: a *Ostẽde mihi faciẽ tuã, sonet vox tua in auribus meis.* Quo loco notandum, sponsum faciem, & vocem dilectæ exposcere, vt sibi exhibeantur; quas tamen optimè iam agnoscebat,

a Can. 2. 14

DE ANIMA.

Amor ſcedat, neceſſe eſt, vt quempiam dignoſcere poſſimus amicū vel ex facie vel ex voce.

bat, & propter quarum pulchritudinem allectus A fuerat ad illam diligendam, vnde rectè post dictā suam petitionem subdit: *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Enimuero, ad hoc, vt vel ex aspectu vel ex voce amicum quempiam dignoſcere quis valeat amor præcedat, operæ pretium est, erga amicum illum, qui causatus quidem sit à præcedenti obseruatione & vultus formosi, & pulchræ suauisq; vocis: roboretur autē magis ac magis p subsequentem vel intuitum amatæ faciei, vel dilectæ, iucundæq: vocis auditū, vt patuit in Maria Magdalene, quæ allecta prius quidem fuit ad Iesum diligendum à diuino, quem sintuita est, illius aspectu, & à diuina, quam audiuit, eiusdem voce: At postquam, diuina adiuuante gratia, illius exarsit amore, statim ac illum proprijs accentibus B vel vnum dūtaxat verbum proferentem audiuit, amicam agnouit vocem, suum illicò enim exclamauit dilectum, vehementiorique erga ipsum igne succensa est amoris. Sic.n. legimus in Euangelio, quòd statim ac Dominus, post resurrectionem in
b Io.20.16 specie *b* hortulani apparens, illud vnum protulit verbum: *Maria:* illa, eam agnoscens vocem, dixit: *Rabboni,* auctorisve erga ipsum, quem & agnoscebat, & profitebatur dilectum suum, exhibere studuit amoris indicia, ad complexus sese proijciens pedum illius. Hoc porrò ipsum suis verbis testatum voluit Christus Ecclesiæ Pastor, & Sponsus, cùm Iudæos alloquens incredulos, dicebat,
c Io.10.26 *c Vos non creditis, quia nō estis ex ouibus meis: Oues meæ vocem meam audiunt;* ac si diceret, Nemo potest C me ex mea dignoſcere voce, qui priùs non sit ex ouibus meis, quē priùs ad mei dilectionē mea non traxerit vox: Quotquot enim in charitate existentes, meis adnumerantur ouibus, vocem meam audiunt, illamque vt amicā dignoſcunt. Hinc Anima, quæ tanta ipsum prosequitur dilectione, vt ad eius thalamum admissa, illius spōsa dicatur, cùm primum tantillum intra se diuinæ sensit inspirationis, amicam intelligens vocem, ex voce & illius animaduertit aduentum, exclamatque illicò. *Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles,* Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Ex motu, quo ad contemplationem, & ad bona opera intrinsecùs inspirari me sentio, dilecti mei D cū nouo gratiæ augmento aduentum intelligo. Si-

Simile.

cut.n. aqua, quæ à fonte fluere velit, priusquā foras emergat, sonum quemdam emittit, emittens priùs ex fontis ore ventum, ac inde repente post sonum, atque ventum, incredibili impetu ex eodem ore erumpit, saliens quodammodo, atque transiliens, saltus dans quosdā modo maiores, modo verò minores. Eadē rōne & Christus dilectus meus, qui est fons aquæ salientis in vitam æternā, in me cùm aduenit, priùs quasdam Sāctas immittit inspirationes; tū magno, & inexplicabili impetu in gratiarum erumpit aquas, tantaque cū ipsis aquis aduenit celeritate, vt quam maximos dare videatur saltus vel supra montes, vel supra colles. Vocē igi E tur eius cū audiam, profectò ipsum quoq; mente conspicio aduolantem: *Ecce iste venit saliens in mōtibus* potentiarum mearum, *transiliens colles* quorumlibet obstantium impedimentorum.

Animaduertendum circa hunc sensum, tria ex hoc loco colligi posse. Primum, quid faciat Deus, in animam veniens, & quomodo se gerat in tali aduentu. Secundum, qua ratione ab anima Sācta dignoſcatur inspiratio, An sit à Deo, vel à Spiritu nequitiæ, qui sæpiùs se transfigurat in Angelum lucis. Tertium denique, qua celeritate Deus in eā dem aduenia animam.

Michaelis Ghislerij.

DE ANIMA.

Post inspirationē Sanctā in aīam venit Christus, quid in ea efficiat.

Quoad primùm: tria sunt, quæ Deus in hoc effecit aduentu, post inspirationis liquidē vocem, qua ad bonum aliquod vocat, salit in montibus: tum transilit colles, in hisque duob. similis est capræ salienti, ac transilienti. Deniq; instar hinnuli ceruorū, intra ipsam animam exultat, simulq; incredibilem ingerit exultationem vniuersis, in quibus salit montibus, vniuersis, quotquot in anima sunt, potentiis. Enimuerò ita sese geritanimarum dilectus, vt statim ac alicuius boni afflatum infuderit, ex vna animæ potentia saliat in aliam: ita tamen, vt cū ad secundam salit, & tertiam, primam minimè relinquat, quod bene ipsa locutionis indicat phrasis, qua non dicitur simpliciter, *saliens in montes,* vel, *ad montes,* sed, *in montibus.* Porrò montes iure optimo dicuntur potentiæ animarum sanctarum, cum eleuatæ sint à terrenis hisce rebus; & licèt in terra carnis sint, cælum tū sua attingunt celsitudine. Quomodo vero, dicet quis, salit Deus in his montibus? Vt primum inspirationem immiserit, in primam salit potentiam, intellectū illuminans, vt bonitatem intelligat, necessitatem, atq; vtilitatem operis illius, ad quod animam immissa vocat inspiratione, vtque media excogitet, & inueniat, quibus aptè efficere id queat. Ex intellectu salit in voluntatem, inclinans illam ad huiuscemodi operis electionem. Ex intellectu, & voluntate salit in potentiam motiuam, impellens, vt opus ipsum complectatur. Atque vt perficere id valeat, postquam illos in dictis montibus dederit saltus; seu etiam eo ipso tempore, quo in hisce montibus salit, in animam veniens, transilit simul & colles, ea amouens impedimēta, quibus retardari id operis posset. Amouet enim vniuersos humanos respectus, quibus complures à bonis præpediuntur operibus: carnis persuadet contemptum, efficitque, vt omnia, quæ sunt in mundo, arbitretur vt stercora: sicque difficiles illos transilit colles, qui ipsum impedire possent, ne opus, ad quod vocatur, aggrederetur, metu videlicet amissionis bonorum terrenorum, honoris, & gloriæ, nimiamque in mundanis hisce rebus sollicitudinem. Denique tam bonus iste dilectus quandu in animam aduenit saliens, vt dictum est, in montibus potentiarū, & trāsiliens, colles, instar velocissimæ capreæ: exultat quoque, & præ gaudio, instar hinnuli ceruorum, in prædictis quodammodo exilit montibus, ingerens nimirum gaudium, & exultationem potentiis singulis, ita vt summam in opere, ad quod vocata est anima, percipiat voluptatem; *q Gaudium* enim *est iusto* (vt in libro Prouerbiorum dicitur) *Facere iustitiam;* atque adeo cū Propheta ad eximium seruitutis Dei opus cunctos inuitaret fideles, ad iubilationem eos vocat, ad lætitiam, atque ad exultationem, dicens: *r Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia: Introite in conspectu eius in exultatione:* ac si dicat; Exultantem Deū habētis in vobis, atq; in singulis potētiis vestris, exultate, & vos in cōspectu eius, exultate vnà cū illo, & dicite: *s Cor meū, & caro mea exultauerūt in Deū viuū.*

Potētiæ animę cur dicātur montes & quō in eis saliat Christus, quādo venit in animam.

Christus in aīam cū venit inspirās ad aliquod opus, ingerit gaudiū in ipso opere, ad quod inspirat.

q Pro. 21. 15.

r Ps. 99. 1.

s Psa. 83. 3.

Quoad secundum: cum difficile admodum sit, inspirationes discernere etiam illas, quæ ad bona promouent opera: à Deo ne sint, an à spiritu nequitiæ, ita vt Ioannes dicat: *t Nolite omni Spiritui credere, sed probate Spiritus, si ex Deo sint:* Et Paulus asserat, *u Satanam transfigurare se in Angelum Lucis* Animæ Sanctæ dilectus, quando vna cum voce inspirationis suæ in illam aduenit, triplex exhibet signum, vnde illa dignoscere queat, inspirationem immissam eius esse, qui est dilectus ipsius. Primū signum est, quod per talem inspirationē ab omni

t 1. Io. 4. 1.
u 2. Co. 11 14.

Inspiratio ex trib. signis dignoscit ipse, an sit à Deo.

 aliena-

DE ANIMA.

alienatur superbia, seu, quòd talis inspiratio nil se cũ habet elationis admixtum. Secundũ, quòd de arduis est, & sensui repugnantib. Tertium verò, quòd hilaritatẽ ingerit, promouetque ad exultandum in ijs ipsis, quæ ardua sunt, ac sensui repugnãtia. Hæc tria signa sibi per aduenientẽ ad se sponsum præstita ipsa, quæ hic loquitur, inquit anima benedicta, atque adeò exclamat audacter. *Vox dilecti mei.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Non superest mihi circa hanc, qua ad bonũ vocor, inspirationẽ locus dubitandi vllus, agnosco, vocẽ eam esse dilecti mei. *Ecce* enim *iste* vnà cum hac voce *venit saliens supra montes, & transiliens colles,* neque.n. patitur, vt ipsa aliqñ ambulẽ in magnis collibus elationis quantũuis minimæ, & multò minùs ferre potest, vt ambulẽ in montib. maximis, & mirabilibus super me. Quod aũt magis mihi persuadet, inspirationẽ istã esse vocẽ illius, est, quia is, cùm veniat saliens supra montes, & supra colles, est tñ eodem tẽpore *similis capreæ,* cuius propriũ est, vt ardua conscendat rupium, venit.n. dilectus iste meus, ardua quidẽ inspirans abnegationis mei ipsius, & propriæ voluntatis, mortificationis, & Crucis, quæ tñ ipse similis capreæ mecũ se conscensurũ promittit. Atque hinc maximè cõfirmor, inspirationẽ hanc esse vocẽ illius, quia similis *hinnulo ceruorũ* mecũ ad istud ipsũ, ad qđ me vocat opus, exultãs accurrit, ita vt propterea itra me quoq; exultationẽ sentiã imissam, atq; adeo ad opus quantũlibet arduũ cum voluptate pertrahar.

Quãta celeritate Christus in animã veniat.

Quoad tertiũ, Oseas Propheta volens istam Dei ad aiam aduenientis celeritatẽ exprimere, duabus eã delineauit similitudinibus, altera diluculi, seu solis egredientis in diluculo, altera verò imbris è cælo descendẽtis, sic.n. ait, x *Quasi diluculũ præparatus est egressus eius.* s. Dei. *Et veniet quasi imber nobis tẽporaneus, & serotinus terræ.* His ipsis similitudinibus licet non ita apertè Sponsa eandẽ expressit celeritatẽ modicis hisce verbis. *Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles.* Et quidẽ prima similitudine diluculi maximã indicari celeritatẽ ex verbis & David colligere licet, qui in Psalm. 138. ait, y *Si sumpsero pennas meas diluculo,* vel proprius iuxta hebraicũ textum. *Si sumpsero pennas diluculi, & habitauero in extremis maris. Etenim manus tua illuc deducet me,* idest. Si sumptis auroræ pennis celeriter euolẽ in extrema loca maris. Si volauero in occidentẽ tanta velocitate, quanta aurora, vel sol in aurora, illuc tu me comitaberis. Sol quidem in aurora adeò celeri iactu suos longissimos vibrat radios, vt ob imperceptibilẽ eius celeritatem meritò dubitẽt philosophi, num illuminatio, per huiusmodi radios facta, sit momẽtanea citra prius, & posterius. Hac igitur tã apta similitudine vtitur & anima Sancta in hac sententia, quam præ manibus habemus. Enimuero adnenientem dilectum conferre videtur cùm sole ipso, qñ post caliginosam noctem montium cacumina diluculo incipit superare. Tunc quippe inæqualiter sobeuntibus, & aerem sursum morantibus vaporibus, ac per eos refrigẽtibus se radiis, Sol saltus quosdam dare vr̃, ad celsiores montes transmittens radios, transiliensque depressiores colles. *Ecce,* inquit, *iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Porrò illuminationẽ, ab isto Sole iustitiæ sibi exhibitam post caliginosam noctẽ ariditatis, ac desolationis, vocẽ appellat dilecti sui, & bene, nam & inspirationes diuinæ per internã quamdam fiũt illuminationẽ, ita vt de illis, quæ sunt internum quoddã præceptum Domini per Prophetam dicatur in psalmis. z *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos,* atque adeò cũ sint, & illuminatio, & præceptum, quod voce fieri solet, vox eius dicuntur, cuius & præceptum sunt, & illuminatio. Tanta autem celeritate cum voce hac, hisq; cum inspirationibus Deum ipsum aduentare inquit, quanta cum ipsa illuminatione sol aduenit in diluculo, salẽs in montib. & transiliens colles.

y Ps. 138. 9.

Christus adueniens in animam cũ inspirationibus cõparatur Soli.

Simile.

z Ps. 18. 9.

Ecce enim, ait, dum eius radii multiplicium inspirationum Sanctarum per vapores refringuntur variarum solicitudinum, *iste dilectus meus venit* ad me vnà cum hac illuminatione, *saliens in montib.* excellentium operationum, sublimiumque meditationum, sed *transiliens colles* operationũ, ac meditationum illarum, quæ vel ob ariditatem, & tepiditatem, vel ob negligentiam instar collium depressiores sunt illis montibus.

PARAPHRASIS.

Ad alteram quoque imbris similitudinem his ipsis verbis alludere videtur: imber namque cum tonitruu è cælo descendens, celeritate quàm maxima vniuersos irrigat campos; cumque è montib. atque ex collibus in depressas decurrit valles, salire in ipsis montibus videtur, & transilire colles, ideo ait: *Vox dilecti mei: ecce iste veniet, &c.* Ac si dicat.

Simile.

Idem cõparatur imbri.

Audio vocem dilecti mei, desuper suo intra me tonantis afflatu. Sed ecce is ipse cum voce sua, qua si imber cum tonitruo in me sua aduenit gratia, *saliens certè in montibus, & transiliens colles:* superbos nimirum quosque, ac de se præsumentes relinquens.

PARAPHRASIS.

Præter has autem duas similitudines, quas subobscurè innuit, addit, & tertiam spõsa benedicta, exprimitque illam apertiùs, ad explicandam eamdem dilecti sui celeritatem, dicens: *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.* At quamuis per istorum animalium similitudinem dicta quã optimè exprimatur celeritas, cùm duo ista animãtium genera pedum velocitate reliqua omnia facilè superent, exprimit tamen prudens anima per huiuscemodi comparationem aliquid insuper: nimirum, tanta cum celeritate incredibilem coniunctam prouidentiam. Neque enim cursor iste velocissimus est, instar aliorum cursorum, qui, cum celeri currunt festinatione, vix quidquam vident, nec super aliqua re figere possunt obtutum, neq; cuipiam rei prouidere valent, dum currunt: nam in ipsomet imperceptibili cursu vniuersa acutissimè is intuetur, quæ intra animam sunt, sicque ob istud visus acumen, nedum ob celeritatem *est similis capreæ,* quæ δόρκας græco vocabulo appellatur ob id, quòd acutissimo visionis præstet acumine. Quinimò in eodem cursu ita eidem prouidet animæ, vt venenosos quosque ab ea abigat inferorũ serpentes, atque dracones: estque ob hoc ipsum *similis hinnulo ceruorum:* quorum vel flatu ex naturali proprietate fugantur, & occiduntur serpentes, prout omnes testantur, quotquot agunt de eorum natura, & proprietatibus.

In aĩam adueniens Christus, quãta erga illã exhibeat prouidentiã.

Vers. VIII. Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.

Vers. IX. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

PRoponitur hoc loco B. Virgo Maria, erudiens tres Magos, qui ab Oriente sese contulerunt, in

DE B. MARIA.

Tribus magis mysteria Incarnationis enarrauit Maria.

I. SENSVS PARAPHRASIS.

in Bethlehem ad adorandum Iesum; & enarrationem exordiens abstrusissimi mysterij Incarnationis: quam enarrationem in subsequentibus postmodum prosequetur. Sensus autem duplex esse potest eorum, quæ hic ab ea dicuntur. Quorum primus est, vt ordinem, quo ab initio peractum est huiuscemodi mysterium, illis aperiat. Ac si dicat.

Primùm *vox dilecti mei* facta est ad primos parentes, ad Patriarchas, ad Prophetas, atque etiam ad vniuersum populum Israel; vox, inquam, frequentissimæ promissionis, qua Deus pollicitus est, sepiusq; & iuramento firmauit, hunc filiũ suum missurum in orbem terrarum. Tum post hanc vocem, seu vnà cum ipsa voce quodammodo *iste*, quem vos in meis vlnis videtis, *venit saliens in montibus* Patriarcharum, *transiliens* Angelicos *colles*: Nusquam.n. Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, paulò minùs ab angelis minoratus: venit autẽ, saliens in dictis montib., ex Abraham saliẽs in Isaac, ex Isaac in Iacob, & sic ex vno in alium, quoadvsq; vltimis hisce temporib. vltimum dedit saltum in vterum meũ, in quem quidẽ cũ salijt, tanta aduenit celeritate simul, ac exultatione, vt *similis* planè *caprea* visus sit, *hinnuloq; ceruorũ*. Exultauit, vt gigas ad currendam viam, &c.

Bernard.

Circa hũc autem primũ sensum, duo duntaxat probanda sunt, idque breuissimè: cetera.n. nota sunt. Primum, qua rõne per montes intelligantur Patriarchæ: Secundum, cur colliũ nomine Angeli designati sint. Vtrique verò rei vnica satisfieri potest ratione, eaque maximè omniũ efficaci: Mariam vsurpasse hæc nomina ad Patriarchas, Angelosve significandos, quia in sacris paginis aliàs nomina ista ad idipsum designandum vsurpata reperissetnã in psal. 86. Propheta loquens de ipsa, ait: *a Fundamenta eius*, scilicet Mariæ *in montibus Sanctis*; nimirũ Patribus, ex quibus ea traxit originẽ: Et cùm Aquila in Psalm. 29. id, quod nos legimus: *b Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem*, vertat, τῷ ὄρει μου, *monti meo virtutem*: virtutẽ: Symmachus, quàm clarius explicans, reddidit τῷ προπάτορί μου, *Progenitori meo*. Et Genes. c. 49. versic. 26. cum Septuaginta habeant: *c Benedictiones Patris tui confortatæ sunt super benedictionem montiũ stabilium*: Hieronymus vertit: *Confortatæ sunt benedictionibus Patrum eius*. Angelos porrò collium nomine nuncupatos reperimus in libro Iob vbi Eliphaz ipsum alloquẽs Iob, ait: *d Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus*? ibi siquidẽ Eliphaz confundere volens Iob, à minoribus ad sublimiora procedit. Primò enim ait, illum haud hominibus cunctis antiquiorem esse, cùm non sit natus primus homo. Secundò ostendit, ipsum multò minus cùm Angelis conferẽdum, cùm non sit formatus ante ipsos: quos colles vocat. Tertiò deniq; gradatim ascendens, nec vllo modo cum diuina eũ ait comparari posse sapientia, dicens: *Nunquid consilium Dei audisti, & inferiora te erit eius sapientia*? In libro quoq; Prouerbiorum ipsa increata sapientia, verba faciens de propria æternitate, qua rebus vniuersis, etiam Angelis ipsis est antiquior, ait: *e Ante omnes colles ego parturiebar*. Qd si quis formalem magis inquirat rationem, cur Sacræ litteræ mõtium nomine Patriarchas, collium verò Angelos appellarint, & cur præsertim B. Maria in hac sua narratione hisce, & istos, & illos designauit nominibus. Dicerem, rationem huiusmodi posse assignari: quia tam Patriarchæ, quã Angeli sublimes, & excelsi sunt, instar collium, & montium: Verum, quoniam Patriarchæ in ea prærogatiua, qua meruerunt esse Patres filii Dei, Angelis sublimiores extitere, licèt ij nobilioris essent naturæ: ipsi excelsorum montium nomine signantur; & Angeli hac in re illis inferiores, colles dicti sunt celsioribus montibus depressiores.

Patriarchæ et Patres antiqui nomine mõtium in Scripturis Sacr. sæpius appellantur.

a Psa. 86. 1

b Isa. 29. 8.

c Ge. 49. 26

Angeli, nomine collis appellãtur in Scripturis.

d Iob 15. 5

e Pro. 8. 25

Patriarchæ dicti sunt montes: Angeli verò colles depressiores, qa illis angelis sublimiores

Hanc rationem tangit Apostolus in loco supracitato, dicens: *f Qui sanctificat, & qui sanctificantur: ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur eos vocare fratres*: Et infra: *Quia pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*; ac si dicat.

DE B. MARIA

ob id, quòd Christus eorum semen apprehẽdit.

f Heb. 2. 11 & 14. & 16.

Hæc excellentia, qua humanam naturam filius Dei assumpsit, oriens ex semine Abrahæ, Angelis nequaquam collata est, sed hominibus duntaxat: ac propterea Angeli, etsi hominib. quoad naturã præstantiores sint; quoad hanc tamen sublimitatem, qua homines & fratres, & Patres dicuntur eiusdem filij Dei, inferiores planè illis sunt.

Alter sensus eorum, quæ hic dicuntur est, vt B. Maria idem enarret Incarnationis mysterium, ab ipso incipiens Incarnationis tempore, quando Archangeli Gabrielis nuntio se in Dei Matrem electam intellexit: quando & celerrimo diuini Verbi aduentu eiusdem Incarnationem in suo vtero sentit effectam: Ac si dicat.

II. SENSVS.

Post Angeli nũtiũ, quã ta celeritate Verbum Dei in Mariæ vterum descenderit per Incarnationem.

Quia aduenit plenitudo temporis, Angelo è cœlis demisso, pleniùs de modo erudita sum, quo tantum intra me faciẽdum fuit mysterium: *vox* enim *dilecti mei* tunc ad me facta est per illum Angelũ, vox inquam istiusmodi. *g Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur*, &c. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei*. Post vocem, *ecce* celerrimo cursu *iste* ipse, qui est filius Dei, meusque dilectus, in meum aduenit vterum; celerrima, inquam, & imperceptibili venit festinatione, *saliens in montibus* cœlorũ altissimis, saltus maximos dans de vno in alterum cœlum, *simulque transiliens colles*, angelicos nimirum ordines quoslibet, qui colliũ nomine in Scripturis solent appellari. Atque vt aliquam ex animantibus, vobis notis sumam similitudinem, ex qua colligere possitis, quanta eius aduentus fuerit celeritas. Tũc *similis* extitit iste dilectus meus *capreæ, hinnuloque ceruorum*, sicut enim hæc animantia pedum velocitate reliqua omnia superant animantium genera, sic iste in hoc suo cursu vniuersorum superauit celeritatem, dumque ad me festinaret matrem suam, ea cucurrit celeritate, qua ceruorum hinnulus currit ad matrem. Quæ Mariæ verba iis consona sunt, quibus in Prophetia Isaiæ Deus, de hoc ipso agens aduentu, ait. *h voca nomen eius, Accelera*.

PARAPHRASIS.

g Luc 1. 31

h Isa. 8. 3.

Vers. VIII. Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.

Vers. IX. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Dixit Salomon Rex. In tẽpore, quo habitabat populus domus Israel in

APPENDIX.

in Ægypto, ascendit clamor eorum ad cœlos excelsos: tunc reuelata est gloria Domini Mosi super montem Horeb, & misit eum in Ægyptũ, vt redimeret eos, & vt educeret eos de oppressione subiectionis Ægyptiorũ, & abbreuiatũ est tempus pręfinitum propter merita Patrum, qui comparati sunt montibus, & diminuit de tempore seruitutis centum nonaginta annos propter iustitiam Matrum, quæ comparatæ sunt collibus.

Vers. IX. Dixit cœtus Israel: In tempore, quo reuelata est gloria Domini in Ægypto in nocte Phasè, & occidit omne primogenitũ: ascẽdit super fulgur velocissimum, & cucurrit sicut caprea, & sicut hinnulus ceruorum, & protexit domos nostras.

Ambros. Cantici huius drama diuiditur in plures actus.

Quòd liber iste in plures diuidatur actus, quòdve hoc loco sit exordium actus secundi indicatur ab Ambrosio, cũ serm. 6. in psal. 118. in principio hęc habet verba; Manicularis est liber multas habens personas nobiles, velut manipulos triũphales, multosq; actus significãs, quos intelligere magis, quã expressos tenere possumus. Nã quasi aduenientẽ sponsum audierit, cũ aliquib. pariter viantibus colloquentibus dicit sponsa. *Vox consobrini mei.*

Ambros. Origen. Theodor.

Series dramatis.

Quoad seriem nihilominus dramatis tam ipse Ambrosius loco citato, quàm Origenes, hom. 2. ex duabus, & Theodoritus arbitrantur hęc contigisse eo ipso tempore, quo sponsa loquebatur cum adolescentulis, vt visum est in expositione præcedentis versus septimi, iuxta versionem Septuaginta: prosequitur autem hũc sensum præ ceteris clariùs Origenes homil. tertia ex quatuor, dicens: Cùm in præcedentib. Sponsæ sermo ad adolescentulas filias Ierusalem esset, subitò quasi eminùs illa vocem sponsi sensit, quasi cum aliquib. loquentis: interruptoque sermone, quem faciebat ad adolescentulas, aurem conuertit ad auditum, qui ad eam peruenit, & dixit: *Vox fraterni mei*: Sponsum verò primò quidem, antequam appareret oculis sponsæ, voce ei sola agnitum esse, post hęc verò etiam eius conspectibus apparuisse super montes quosdam vicinos illi loco, in quo sponsa morabatur, salientem, & magnis quibusdam non tam passibus, quàm saltibus colles, montesque in modum cerui, vel capreæ transcendentem, & ita ad spõsam suam omni cum propera ratione venientem.

LATINORUM SENSUS.

At verò Patres Latini, qui iuxta lectionem Vulgatæ pręcedentem sententiam vt verba Sponsi exposuere, in hunc modũ hæc cum illis connectũt, vt per vocem dilecti, qua spõsa ait: *Vox dilecti mei*, intelligatur ea ipsa adiuratio, quam ibi fecit, ac si Sponsa dicat, Hanc vocem sponsi mei esse, recognosco, hanc ab eius ore semper audire desidero, quia in hoc video, quantũ me diligit, cum ab amplexibus eius desiderabilib. impediri prohibeat. Ita Gregorius Papa. Videatur Bernardus in principio sermonis quinquagesimitertij totam hanc seriem prosequens.

Gre. Pap. Bernard.

Ne in multiplicitate spiritualium sensuum confusione obruamur, distinguenda est præsens sententia in tres partes: Primam; *Vox dilecti mei*. Secundam: *Ecce iste venit saliens in montibus*; aut, *supra montes, transiliens colles*. Tertiam. *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum*. Earumque singillatim afferendæ sunt Antiquorum Patrum expositiones.

Origenes. *Ante incarnationem Christus agnoscebatur tãtũ p voces Prophetarum.*

Quoad primã; *Vox dilecti mei*. Deducit ex hoc loco Origenes, Christũ ante Incarnationem agnitum fuisse tantummodo per voces Prophetarum. Siquidem homil. 3. ex quatuor ait. Primò vocem suam præmisit per Prophetas: & cum non videretur, audiebatur tamen per ea, quæ annũtiabantur de eo; & tamdiu Ecclesia, quæ ab initio sæculi cõgregabatur, solam vocem eius audiuit, vsquequo oculis suis eum videret, & diceret: *Ecce hic venit saliens super montes, transiliens super colles*.

Greg. Nyss. a Heb. 1. 1.

Confirmat hoc Origenis dictũ Gregorius Nyssenus homil. 5. ex illo Apostoli ad Hebræos 1. *Multifariam, multisque modis, olim Deus loquens Patribus in Prophetis: Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio*.

Tres Pat.

Catena Trium Patrum per Christi vocem præuenientem Christi aduentum, intelligit Ioannem Baptistam eius Præcursorem: seu etiam minas, atque promissiones ipsius, quibus pręparatur anima ad eius aduentum.

Iust. Org.

Iustus Orgelitanus intelligit de voce illa, qua vocandi sunt mortui ad resurrectionem, quæ præueniet secundum Christi aduentum ad Iudiciũ.

Aponius.

Aponius colligit ex hoc loco; quomodo gerere se debeat pia anima in tranquillitate, vt solicitam semper aurem cordis habeat ad vocem Christi, diuinis scripturis assiduæque orationi indulgens.

Greg. Nyss.

Verbum ę sit contẽplatu difficile.

Porrò hac ex prima parte, iuncta cum alijs duabus Greg. Nyssenus homil. 5. ait significari, quàm difficile contemplatu, atque perceptu sit Verbum diuinum, ait quippe: Licet per ea, quæ ab ipsa Spõsa dicta sunt, videre, quàm sit contemplatu difficile, quod quæritur: *Vox patruelis mei*, inquit, nõ forma, non facies, non figura expressam ostendẽs naturam illius: sed vox, afferens magis coniecturam, quàm firmam cognitionem, quis sit is, qui loquitur. Idque ex hoc magis fit perspicuum, quòd non in vnaquapiam hæreat Verbi cognitione, neque vnam aspiciat formam: sed ad multa feratur visione; alias alium videre existimans, & non semper in eadem permaneat figura eius, quod est cõprehensum. *Ecce* enim, inquit, *hic venit*. non stans, neque permanens; vt per diuturnam mansionem possit agnosci ab eo, qui fixis intuetur oculis, sed se ab oculis subripiens, priusquam ad perfectam veniat cognitionem: *Saliens* enim, inquit, *super colles, & transiliens super montes*: & nunc quidem existimatur caprea, rursus autem assimilatur hinnulo ceruorum. *Similis est* enim, inquit, *patruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorum super montes Bethel*. Ita quod semper comprehenditur est alias alia figura.

Amb. *Christũ resurgentẽ citò viderit Ecclesia.*

Ambrosius serm. 6. in psalm. 118. colligit, quàm citò orationes nostras exaudiat Deus, quàmve liberaliter petitam largiatur gratiam, dicens: Dum sponsa loquitur cum filiabus Ierusalem, & rogat, vt excitent, & resuscitent sponsum, subitò, tamquam de longinquo missæ vocis sonum sentiens, dicit: *Vox consobrini mei*. Bene addidit, *Consobrini mei*, vt non alia, sed consobrina sola sibi eius vendicaret aduentum. *Ecce*, inquit, *iste venit*: adhuc ego eum quærò, & ille iam venit: Adhuc ego suffragia capio, vt veniat, & ille iam proximus est. Ego suscitari mihi charitatem cupio, ego me vulneratam charitate puto, & ad me plus charitas ipsa festinat. Ego dixi: Veni, Ille salit, & transilit: Ego rogo eum venire cum gratia, iste gratiarum operatur augmenta, & dum venit incrementa gratiæ secum vehit, & veniendo acquirit, quia studet etiam ipse, suæ placere dilectæ. Salit super excelsa, vt ascendat ad Sponsam; Sponsæ enim thalamus Tribunal est Christi.

Orationes nostras, ę illico exaudiat Deus, quàmve liberaliter petitã largiatur gratiã.

Orãtẽ illico exauditurũ Deus.

Et paulò inferiùs; Si Anima inquit, iusti desideret, si oret, & oret assiduè, & tota intentione intendat in Verbum, subitò vocem sibi videtur eius audire, quem non videt, & intimo sensu

odorem

APPENDIX.

In Scripturis Sacris, quæ videatur Verbũ saliens, & transiliẽs.

A odorem diuinitatis eius agnoſcit; quod patiuntur plerumque, qui bene credunt. Replentur ſubitò nares animæ ſpiritali gratia, & ſentit, præſentiæ eius flatum aſpirare, quem quærit, & dicit: Ecce iſte eſt, quem requiro, ipſe quem deſidero. Nonne, cùm aliquid de Scripturis cogitamus, & explanationem eius inuenire non poſſumus, dum dubitamus, dum quærimus; ſubitò nobis quaſi ſuper montes altiſſima dogmata videntur aſcendere? Deinde quaſi ſuper colles apparens nobis illuminat mentem, vt infundat ſenſib. quod inuenire poſſe difficile videbatur.

Anſelmus. *Ad animarum ſalutem à Christo vocatur Anima, idq; nõ tantum voce, ſed & exemplo.*

Denique Anſelmus colligit, in his piam animam à Chriſto vocatam ad procurandam animarum ſalutem nedum voce, ſed & exemplo; *Vox hæc*, inquit, dicere ſponſam, *eſt dilecti mei*; & quia B dixit: *Quoad vſque ipſa velit*, intelligo, quod vult, vt deſcendam ad aliquos generandos Deo, ad qđ dat mihi exemplum & auxiliũ: *Ecce enim iſte venit* ideſt, iſte, qui ita commonet, venit in naturã humanam; *Saliens in montibus*; ideſt pedes ponens, & habitãs in perfectis, & etiam eos ſalire facit, ſicut Paulũ, quem ex perſecutore ſuo facit ſummũ Prædicatorem; *Transiliens*, quoque *colles*, inferiores nimirum montibus, in quibus licèt non ita Deus ſaltat, ſicut in perfectis, tranſilit tamen eos, ideſt vmbra ſua tangit eos, quia quandam cognitionẽ myſteriorũ ſuorũ oſtendit eis, licet nõ adeò plenã.

Quoad ſecundam partem: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, ſeu, ſupra montes, tranſiliens colles*: C Cõmuniori ſenſu deſumuntur verba illa de aduentu verbi per Incarnationem. Sed in hoc ipſo ſenſu nõ exigua eſt inter Patres diuerſitas. Primò namque

Amb. Greg PP. Caſſiodo. Beda

Ambroſius ſerm. 6. in Pſalmum 118. Gregor. Papa homil. 29. in Euang. Caſſiodorus, Beda, & alij multiplicibus ſaltibus aduenisse, inquiunt, Chriſtum incarnatum: videamus ſalientem, ait Ambroſius, ſalit de cęlo in Virginem, de vtero in præſepe, de præſepio in Iordanem, de Iordane in Crucem, de Cruce in tumul m, in cælum de ſepulchro.

Gre. Papa *Christus in carne mirabiliter operãs ſalijt in montibus, tranſilijt autẽ colles, cũ in ijſdẽ operibus ſuperauit Sanctos vniuerſos.*

Alio pacto idem Gregorius Papa expoſitione in Cantica; Ad myſterium, ait Incarnationis peragendum Dominus noſter, quaſi ſaliens in montibus venit, quia quædam opera inter homines oſtendit, quæ valde ſublimia, & ſuper homines D eſſe proſpiciẽs humanum genus admirari potuit, ſed attingere nequiuit; Quòd enim de Virgine natus eſt, quòd ad vagientem adorandum ire Paſtores, admonuit Angelus, Magos ſtella perduxit, quòd pendens in Cruce, qua hora voluit, ſpiritum emiſit, quòd mortuus tertia die ſe ipſum ſuſcitauit, & cætera huiuſmodi, quaſi in montibus ambulauit, quò eũ nulla creatura aſſequi valuit: In his nimirum operibus colles tranſilijt, quia Sãctos omnes, quantumcunque excreuerint, potentia ſuæ pietatis tranſcendit.

Rup. Abb. *Christi Incarnatio celerrima.*

Rupertus Abbas, in his à B. Vergine ſignificatũ cenſet, ipſum Chriſti aduentũ licet ſerò factum videatur, celerrimum tamen extitiſſe; iuxta illud E Iſaiæ: *a Et ecce feſtinus velociter veniet.*

a Iſa. 5. 26.

Bernard. *Angeli sũt montes, & colles.*

Denique Bernardus ſermon. 53. nomine montium, & collium Angelicos intelligens Spiritus ſublimiores, & inferiores, iuxta illud Iſaiæ 55. *b Montes, & colles cantabunt coram Deo laudem*: & illud Pſalmi 86. *c Fundamenta eius in montibus Sanctis*: quandoquidem in his verè montibus Sanctis, tanquam prima omnium creata Sapientia fundamenta Ciuitatis Domini ab initio firmiter ſtabilita conſtituit, quæ vtique vna eſt in cœlo, & in terra, licèt ex parte peregrinans, & ex parte regnans, tum, per hæc, inquit, oſtendi, quomo-

b Iſ. 55. 12
c Pſa. 86. 1

APPENDIX.

A do Chriſtus factus ſit minor Angelis, dum in carne venit, dicens: Salijt in ſupernis Spiritibus, cum ad eos vſque deſcendit, Sacramentum à ſæculis abſconditum, & magnum pietatis myſterium eis dignanter aperiens: ſed tranſiens hos ſuperiores montes, vſque ad inferiorem ordinem Angelorũ deſcendere dignatus eſt, ſed & tranſilijt iſtos colles, *d Non enim* ait Apoſtolus, *Angelos, ſed ſemẽ Abrahæ apprehendit*, quod vtiq; Angelis inferius eſt. vt illud impleretur, quod per Prophetam dictum eſt: *e Minuiſti eum paulò minus ab Angelis.* Ita ergo ſalijt in montibus, & tranſilijt colles, cũ non ſolùm ſuperioribus, ſed & inferioribus Spiritibus dignantiſſimè ſe inferiorem exhibuit. Nec B modò ipſis ſupernis Spiritibus, ſed & ipſis, qui domos luteas inhabitant, ſubiectum ſe exhibuit, tranſiliens, & vincens humilitate etiam hominũ humilitatem.

Inferiorem ſe Angelis efficiẽs Christus i carne ſalijt i montib. & trãſilijt colles.
d Heb. 2. 16
e Pſa. 8. 6.

In ſermone verò 54. de myſterio Chriſti Incarnati eadem intelligens, loqui, inquit, Eccleſiam de ſponſo, qui miſſus à Patre ad Euangelizandum pauperibus Angelorum fungi non eſt dedignatus officio, factus magni conſilij Angelus, qui erat Dominus: bonus, ait, miniſter factus eſt Chriſtus, qui, vt ipſemet ait, *f Non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animã ſuam dare pro multis*: quod quidem cæterorum nemo feciſſe, inuentus eſt, vt omnes, quotquot miniſtrare viſi ſunt, ipſe deuotis trãſierit, & fidelibus obſequijs. Non ſolùm ſalit in montibus, ſed tranſilijt & colles ideſt ſuperat, & C vincit alacritate miniſtrandi, vt pote, quem vnxit Deus Deus ſuus præ conſortibus ſuis, in quo vtique ſingulariter *g Exultauit vt gigas ad currendam viam*. Denique tranſilijt Gabrielem, & præuenit ad Virginem, eodem Archangelo teſtante, cùm ait: *h Aue gratia plena, dominus tecum.*

Angelorũ munera ſungẽs christus illos in miniſtrãdo celeriter, & alacriter ſuperauit.
f Matt. 20. 28.
g Pſ. 18. 6.
Verbũ præuenit Gabrielẽ, quẽ ſuum miſerat nuntiũ Mariæ.

Quid? quem modò reliquiſti in cœlo, in vtero reperis? Quonam modo? Volauit, & præuolauit ſuper pennas ventorum. Victus es ò Archangele, tranſilijt te, qui præmiſit te. Hunc ipſum ſenſum affert ſermo. 1. de Angelis, dicens: Miniſtrans ſalijt Chriſtus inter Angelos, ſed & ipſos tranſilijt miniſtratus. Miniſtrant enim Angeli, ſed de alieno, offerentes Deo bona opera noſtra, D ac nobis eius gratiam referentes, Non ſic miniſter ille ſublimior cunctis, ſed humilior vniuerſis, qui ſemetipſum obtulit ſacrificium laudis, qui Patri offerens Animam ſuam, nobis miniſtrat vſque hodie carnem ſuam.

h Luc. 1. 27
Miniſteriũ Christi à miniſterio Angelorũ, quantũ diſcrepet.

Ac demum in ſermo. 4. in Aſcenſione Domini explicat hæc de eodem Chriſto ſaliente, cum in carne eſſet ſuper terram, in varijs virtutum montibus, de quibus in Pſalmo 35. dicitur: *i Iuſtitia tua ſicut montes Dei*, dicens: Hic mons, in quo aſcendit ad cœlos, hic eſt mons domus Domini præparatus in vertice montium, ſuper quos ſalientem ſponſum inſpexerat, qui dicebat: *Ecce venit is, ſaliens in montibus*: Docebat enim ignarum vi- E tæ, trahebat paruulum, infantulum deducebat; ideòque velut quibuſdam paſſibus ibat, vt de virtute in virtutem videretur Deus in Sion. Vide ipſum Bernardũ loco citato, vbi pertractat longiùs eius ſaltus ſuper montem Thabor, ſuper mõtem, in quo docebat turbas, ſuper montem, in quo pernoctabat in oratione; & ſuper montem, in quo exaltatus eſt in Crucem.

i Pſa. 35. 7.
Christus in varijs virtutũ montibus quõ ſalijt.

Gregorius Nyſſenus homil. 5. tam per montes, quàm per colles accipiens aduerſarias poteſtates, ac dæmones, veniſſe, inquit, Chriſtum ſalientem, &c. quatenus in Incarnatione omnem ſibi ſubiecit dæmonum poteſtatem.

Gre. Nyſſ. *In Incarnatione dæmones ſubiecit.*

APPENDIX.

Origenes. *Cũ citò mũdũ cõuertit Christus salijt sup mõtes, & sup colles.*

Origenes id ipsum de subiectione intelligit Regnorum magnorum, atque minorum, quæ facta ab eodem est in mundi conuersione: Siquidem homil. 3. ex quatuor per montes, & colles accipiens Regna, & Prouincias huius mundi: Si consideres, inquit, quomodo parui temporis spatio occupatũ falsis superstitionib. mundũ sermo Dei percucurrit, & ad agnitionem veræ fidei reuocauit, intelliges, quomodo saliat super montes, magna videlicet quæque Regna saltibus suis superans, & ad recipiendam cognitionem diuinæ Religionis inclinans, & exiliat super colles, cùm etiam minora regna velociter subiugat, atque ad pietatẽ adducit.

Theod. *Idololatriã euertit christus.*

De subiectione Idolorum, & euersione Idololatriæ per eumdem Aduentum factam hæc explicat Theodoritus, dicens: Docet hic sponsa internecionem Idolis illatam à Sponso. Montes enim, & colles vocat lucos, & delubra dæmonũ in montibus olim sita, & ædificata, super quæ verborum sapientia, & miraculorũ virtute saliens, atque trãsiliens, penitus illa euertit. Quem quidem sensum Symmachus magis perspicuum reddit Interpretans ad hunc modum: *Ascendens contra montes, exiliens aduersus colles.*

Alij non tam ad incarnationis aduentum, eiusdemque mysterium hæc referunt, quàm ad spiritalem Dei aduentum in animas: & inter hos pariter non exigua est discrepantia. Quidam enim per montes accipientes Sanctos perfectiores; per colles vero illos, qui haud tantæ celsitudinis sunt, & Sanctitatis; sunt tamen colles Bethel, id est domus Dei, colles Ecclesiæ. In hos Deum aduenire, inquiunt.

Origenes. Amb. Cassiodor. Beda. *Christus salit sup sublimes sãctitate, super eos verò, q nõ ita sunt sublimes, transilit. Super Sanctos doctores salit Christus factus in eis fons aquæ saliẽtis in vitã æternã.* k Io. 4. 14.

Ita Origenes vtraque expositione, Ambrosius sermo. sexto, in psalmo 118. & libro de Isaac, capit. quarto, Cassiodorus, Beda, & alij. Vnde Origenes homil. secunda, ex duabus. Si fueris, inquit, mons, salit in te sermo Dei: si non valueris esse mons; sed si fueris collis secundus à monte, transiliet super te. Quàm verò pulchra, & conuenientia rebus vocabula sunt; Salit super montes, quia maiores sunt, transilit super colles, quia minores sunt: non transilit super montes, non salit super colles.

Diuersimodè autem declaratur modus, quo in hos Sanctos veniat, saliens: Origenes enim homil. tertia, ex quatuor, super illos salire, ait, quatenus fit in eis fons aquæ salientis in vitam æternam, refertque hæc ad fluenta doctrinæ, dicens: Si qui sunt capaciores Verbi Dei, qui ab Iesu aquam sibi datam biberunt, & factus est *in eis k fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam*, vt dicitur Ioannis 4. In his scilicet, in quibus Verbum crebris sensibus, & copiosis, velut perennibus ebullit fluentibus, in his vitæ, ac scientiæ, & doctrinæ meritò, montibus & collibus effectis dignissimè salire Verbum Dei dicitur, & exilire, factum in eis per affluentiam doctrinæ fons aquæ viuæ salientis, &c.

Cassiodo. *Sup Sanctos quos salitat, & transilit Christus dũ visitat.*

Beda ex Cassiodoro referens eadem ad illustrationem Spiritus Sancti iisdem Sanctis præstitam: In his montibus, inquit, saltus dare dilectum, hos transilire colles perhibetur; quia corda sublimium Dominus crebra suæ visitationis gratia solet illustrare, & pulchrè non manere in his collibus, sed salire, vel eosdem transilire, dicitur; quia contemplationis internæ dulcedo quantùm alta est propter agnitionem rerum cælestium, tantùm est breuis, & rara propter grauedinem mentium, carnis adhuc mole detentarum. Neque huic sententiæ contrarium debet existima- A ri, quod dilectus ipse in Euangelio dicit: *l Ego vobiscum sum, omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* m *Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Manet namque semper per fidem, & dilectionem suam, perque auxilium gratiæ suæ cum omnibus Sanctis: Sed excellentiùs ad horam paucis sublimioribus, quibus vult, & quando vult, apparet: Paucorum namque, & eorum, qui præ altitudine cordis montibus comparantur, & collibus, est dicere: *n Siue etiam mente excedimus, Deo, siue sobrii sumus, vobis.*

l Matt. 28. 20. m Io. 14. 23. *Christ⁹ quo-cũ Sanctis maneat simul, ac salire dicatur.* n 2. Cor. 5. 13.

B Bernardus sermo. 54. arbitratur, in his significari, quomodo saliat in Angelis, veniatque in homines pœnitentes, ad humiles se conferens, & transiliens superbos, & colles, qui inter montes quidem, cælestesque spiritus minimè iam numerantur, quatenùs à virtutum celsitudine defluxerunt per superbiam, nec tamen vsque ad humilia vallium, siue ad valles humilium per pœnitentiam detumescunt; cùm tamen Deus, in altis habitans humilia respiciat in cælo, & in terra.

Bernard. *Deus salit in Angelis, venit adhumiles pœnitentes.*

Sunt, qui per Verbi aduentum, & saltus in mõtes, & colles, significatam censent illius manifestationem in sacris litteris. Vnde Ambrosius serm. 6. in Psalm. 118. ait: Quasi ex absente fit præsens Verbum in cordibus nostris; & rursum, cùm aliquid nobis sub obscurum est, tanquam subducitur Verbum, & tanquam absentis aduentum C desideramus: & cum iterum apparet, ostendit se nobis, tanquam præsens sit nobis in his, quæ requirimus, cognoscendis. Ergo si super montes salit Verbum Dei, sequere: si super colles, sequere: Reperiuntur enim in montibus, & in collibus o venatores Domini, qui inuestigant eos, qui capiuntur ad vitam, vt habetur apud Ieremiam.

Amb. *Christus fit nobis præs, vel absens in Sacrarũ Scripturarum studio.*

o Ier. 16. 16.

Clariùsve Origenes homilia tertia, ex quatuor, per montes, & colles accipiens volumina Legis, & Scripturas Prophetarum: Vbi, inquit, Sponsæ Ecclesiæ ablatum est velamen, quod Scripturis erat superpositum subito videt Christum dilectum suum in istis montibus, ac collibus pro euidenti D manifestatione, non tam apparentem, quam exilientem. Ob hoc credo, & ipse Iesus, cùm ad transformandum p se venit, non in aliqua planitie, aut conualle fuit, sed montem conscendit, vbi transformatus est: vt intelligas, eum semper in montibus, aut in collibus apparere, & vt te doceat ne vsquam eum, nisi in Legis, & Prophetarum montibus quæras. Probat autem Origenes, quam congruè per montes, & colles, Scripturæ sacræ designentur, ex illo Psalmi 86. q *Fundamenta eius in montibus Sanctis*; & ex Psalmo 120. vbi habetur. r *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliũ mihi*: siquidem auxilium in tribulationib. ex diuinarum Scripturarum sensibus capimus. Inferiùs E autem per montes, in quibus salire Verbum Dei dicitur, & quasi liberiùs efferri, accipit Origenes nouum testamentum; per colles verò, in quibus, quasi diu compressum, & occultatum exiliit, veteris testamẽti sumit volumina: iuxta quem sensum Ierem. 16. ait Dominus: *s Ecce ego mitto multos piscatores, & venatores, & capiẽt eos super omnem montem, & super omnem collem.*

In Scriptura Sanctis apparens. Christus dicitur salire super montes, et colles.

p Matt. 17. 2.

q Ps. 86. 1. r Ps. 120. 1.

Christus apparet nõ solũ in nouo testamẽto, sed, & in veteri.

s Ier. 16. 16.

Philo Carpathius, Verbũ salisse, ait, super Prophetas, transilijsse super Apostolos.

Philo Car. Tres Patr. *Christus manifestatur p affirmationẽ, et per negationem.*

Ex catena trium Patrum videtur colligi posse, hoc loco significari, Deum se manifestare piæ animæ, nedum per Theologiam affirmantem, sed & per negantem, vt salire super montes sit manife-

statio

APPENDIX. stitio per affirmationem super excellentium attributorum; transilire verò super colles, manifestatio per negationem eorundem. Quàquam addat, Christum in ipsa sui manifestatione salire, & transilire; quatenùs ex eo, quòd Deus est, manifestat se & vt hominem; & ostendens se hominem cognoscitur vt Deus.

Bernard. Bernardus serm. 54. intelligit hæc de apparitionibus, quibus antiquitùs Sanctis Deus apparebat in Angelis. Saliebat, ait, in montibus, cùm in Angelis olim Patribus apparebat, quod vtique proprietati litteræ magis conuenire videtur. Non enim ait, *Saliens in Montes, sed in montibus*, vt ipse in eis videatur salire, qui facit, & dat, vt saliant. Ad homines enim saliebat, sed in Angelis, non in se: qui enim salit, de loco ad locum vadit, quod non cadit in Deū. Saliebat ergo in Angelis, qui in se non poterat; & saliebat vsque ad colles, idest Patriarchas, & Prophetas, ceterosque spirituales viros de terra: Sed transiliebat, & colles, cùm non solùm magnis, & spiritualibus viris, sed & aliquibus de populo etiam, & nonnullis mulieribus æquè in Angelis loqui, & apparere dignatus est.

In Angelis Deus apparuit Patriarchis ac & nonnullis mulieribus antiquis.

Aponius. Denique Aponius per hos Dei saltus elongationem intelligit ab anima, quæ non concutiatur tribulationibus. Quando enim, ait, Sacerdotes, qui Ecclesiæ præsunt, ab impiorum insectatione requiescunt, Christus pro Ecclesiæ custodia, & securitate montes transilit, & colles; per quod significatur, elōgari Deum ab anima; imò animam nullis tribulationibus impugnatam paulo longiùs fieri à Deo, & quod deliciis resolutus quis, non in toto corde inuocat Deum: c *Prope est* enim *Dominus inuocantibus eum.*

Absque tribulationibus esse quā sit periculosum.

c Ps. 144.

Circa tertiam quoque partem. *Similis est dilectus meus capræ, hinnuloque ceruorum:* discrepant inter se Patres.

Origenes. Primò enim Origenes homil. 2. ex duabus ait, Christum super eos, qui sunt montes Bethel, montes Ecclesiastici, venire vt capream in contemplatione, & vt ceruum, seu hinnulum ceruorum in actione: *Similis est*, inquit dicere Ecclesiam, *Fratruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorum in montibus Bethel.* Quia dorcas, hoc est caprea ex insita sibi vi nomen accepit; ab eo enim, quòd acutius videat, idest παρὰ τὸ δέρκειν ὀξύτερον, Dorcas appellata est. Ceruus vero serpentum minimus, ac debellator est, ita vt spiritu narium eos extrahat de cauernis, & superata pernicie veneni, eorum pabulo delectetur: forsitan Saluator meus caprea sit iuxta θεωρίαν, idest speculationem, & contemplationem: Ceruus iuxta opera, quibus interficit serpentes; contrarias fortitudines iugulat. Esto tu mons Ecclesiasticus, mons domus Dei, & veniet ad te sponsus similis capreæ, vel hinnulo ceruorum super montes Bethel.

Christus caprea secūdū fidē, vt ceruus secūdū opera venisse per eos, qui sūt mōtes Ecclesiastici.

Beda. Alio pacto, Beda ex Cassiodoro vtramque similitudinem referens ad exercitium contemplationis, vt per hæc indicetur, dulcedinem contemplationis non esse in arbitrio hominis, sed esse ex gratia: De his animalibus, inquit, hoc loco considerandum, quòd in altis montium habitare, & saltus dare velocissimos gaudent; propter quod rarius videri à nobis, quàm alia animantia solent, quibus semel mansuefactis, quoties libet, vtimur. Quod altitudini supernæ contemplationis multum decenter aptatur, quæ non in arbitrio hominis speculantis, sed in gratia est Dei, quando vult, apparentis.

Cōtēplationis dulcedo non est in arbitrio hōis, sed est gratia.

Origenes. Tertiò, Capreæ potissimùm comparatum Christum censet Origenes homil. 3. ex quatuor, quia ipse solus & videat, & faciat videre Patrem. Solus enim Christus est, qui videt, idest, agnoscit Patrem:

Patrē nemo vidit,

A Nam, etsi dicantur hi, qui mundo sunt corde, Deū visuri, videbunt ipso sine dubio reuelante: quia & caprea habet in natura sua, vt non solùm videat ipsa, & perspiciat acerrimè, sed & aliis visum prębeat. Afferunt namque hi, quibus medicinæ peritia est, inesse huic animali intra viscera humorem quendam, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque visus exacuat. Meritò ipsi Christus cōparatur, quia non solùm videt ipse Patrem, sed & videri eum ab aliis facit, quorum visus ipse curauerit.

APPENDIX. *nisi filius, & quibus filius ipse reuelarit. Caprea visum prębere dicitur.*

Phi. Carp. Haud admodum ab his discrepat Philo Carpathius, dum similem illū dictum inquit, capræ, quia scrutatur corda, & quia præuidere facit fideles omnes aduersarii laqueos. Similem verò hinnulo ceruorum ob id, quòd vitia in eisdem extirpat.

B

Theodori. Quintò, Theodoritus primò inquit, eumdem dictum similem capreæ, quia fides præcedere debet opera: tum verò similem hinnulo ceruorū, quia ab infantia sibi subegit dæmones, ad quam dæmonū subiectionē ambas similitudines refert Gregorius Nyssenus homil. 5. in Cantic.

Gre. Nyss.

Greg. PP. Sextò, secundum Gregorium Papam Christus similis capræ, quia traxit originem de Synagoga: similis verò hinnulo ceruorum, quia ex Antiquis Patribus genitus est, quod & à Iusto Orgelitano asseritur.

Iust. Org.

Cassiodo. Beda. Septimò, Cassiodorus, & Beda ad humilitatem vtramque similitudinem, referunt, quia Christus factus est humillimus inter homines.

C

Aponius. Octauò, secundum Aponium Christus similis capreæ, quæ in posteriori parte candorem habet: quia in posteriori sæculo suam exhibebit præsentiā. Propter humilitatem verò similis hinnulo ceruorum, qui est sine cornibus.

Iust. Org. Nonò, secundum Iustum Orgelitanum Christus similis capræ propter similitudinem carnis peccati: Secundum vero Anselmum similis hinnulo ceruorum: quia nulla carnis mole oppressus, & omnibus virtutibus est distinctus, sicut ceruorum hinnulus maculis distinctus est.

Anselm. Decimò, secundum Bernardum sermo. 54. similis capreæ ob discretionem, qua salit in animas: nisi enim is acuto, & perspicaci esset intuitu, non posset omninò præsertim inter currendum discernere, in quos salire, & quos transilire deberet.

D

Bernard. Vndecimò demum; secundùm eumdem Bernardū serm. 55. Christus similis capreæ, hinnuloque ceruorum propter misericordiam, & iudicium: quatenùs per hinnulum exprimitur salientis desiderium; & per capream exprimitur iudicium.

Ex Vers. IX. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

E

Expositio Prima. Iuxta Litteræ sensum.

Post itineris cursum status consequatur, operæpretium est. Idcirco sponsa, cùm in superiori sententia dilectum suum celerrimo cursu ad se aduentantem sociis indicasset: nunc eumdem ipsismet sociis suis digito demonstrat, stantem post parietē casulæ illius, in qua somnum iamiam ipsa peregerat. Vt autem tota istius orationis vis bene percipiatur, duo notanda sunt.

Primum, aptissimè hoc loco exprimi amantium ingenium. Eorum enim moris est, vt cùm intelligūt summopere se a suis expectari dilectis, haud illicò

ad

LITTERA.

non eas ingrediantur, sed in limine domus, aut alibi prope sibi illum; quove maius illis sui excitent desiderium, subobscura quædam suæ præsentiæ præbent indicia. Quos ludos amatoris illæ, vt sunt solicitæ, & in amore maxime sagaces statim deprehendunt, & deprehensos circumstantibus produnt.

Secundò notandum: pro eo, quod vulgata habet, *prospiciens per cancellos*, in hebræo esse participium מציץ meziz, coniugationis Hiph nghil, quod non tam prospiciens significat, quàm prospiciendum se exhibēs: quinimò, si vim verbi ציץ ziz attēdamus, quod propriè significat, florere, progerminare, & erumpere, prout flores è folliculis erumpunt, elegantissima sanè metaphora per huiusmodi participiū sponsam istud ipsum explicare, intelligemus; quod dilectus, respiciens per fenestras, simul quoque per cancellos prospiciendum se exhibet.

B

Metaphora autem à floribus desumpta est, qui intra folliculos conclusi, paulatim ex ipsis folliculis, in modum cancellorum, seu retium quarumdā sese aperientibus, erumpunt: vnde bene Rabbi Dauid in libro Radicum; sic dictum explicat participium, vt significet: ostendens se ipsum, & apparens ex cancellis, instar florum cùm erumpunt, & egrediuntur. Et quidem Legionensis metaphoram istā refert ad sponsum proferentem caput per fenestras, dicens: Nam vt flores cùm primò erumpunt, lætiores, & nitidiores nobis videntur, quàm cùm foliorū orbem explicauerunt; nec apparent tunc toti, sed capitulorum tantùm acumina ostēdunt. Sic omni flore, omnique rosa pulchrior sponsus caput fenestræ intulisse, & os roseum aperuisse visus est. Mihi non ad caput duntaxat, sed ad totum sponsum hæc referenda videntur: quamuis enim in floribus capitulorum acumen primò emineat; è folliculis tamē, in retis, seu cancellorum formam sese aperientibus, tāquam è cancellis quibusdam totus erumpit, apparetque flos, vt in rosis animaduertere licet; idque spiritualibus sensibus magis congruit, vt apparebit in subsequentibus. Porrò & Septuaginta interpretes ad hoc ipsum allusisse crediderim, dū sic verterunt: ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων, quod Hiero. li. 3. in Ezech. cap. 12. legit, *Apparens per retia*, & in homil. 2. Origenis à se in latinum conuersa super Cantica, sicut & Ambrosius serm. 6. in psalmum 118. reddidit: *Eminens per retia*: quamquam, & Origenes, & qui ipsum sequuntur, & in alium sensum hæc accipiāt, vt videre est in appēdice nostra super hunc versum quem præ manibus habemus. Adducor autem magis ad prædictam metaphoram in hoc potiùs sensu accipiendam, quàm in sensu, quē notauit Legionensis: quoniam sensus iste conformior est litteræ nostræ vulgatæ, explicaturq; magis illud ipsum, quod in nostra lectione subinnuitur. Enimuerò dū sponsa inquit, dilectum suum respicere per fenestras, prospicere per cancellos, videtur apposuisse hoc secundum ad declarationem modi, quo respiceret per fenestras is, cuius non apparebat aspectus: licet enim non appareret manifestè; subobscurè tamen illum sese ostendere significauit; quia haud per apertas respiciebat fenestras, sed per fenestras, quibus appositi essent cancelli, seu retia lignorum, quæ nos Italicè appellamus *Gelosie*. Obseruamus autē quotidie, eos, qui ex huiusmodi cancellis prospiciunt, duo simul efficere: vident enim quoscunque inspiciunt, iisdemque sese exhibent inspiciendos; at primùm clarè efficiunt, alterum verò subobscurè: quamuis nāque nil sit eorum, quæ aspiciunt, quod fugiat ipsorum conspectum, modicum tamen admodum est, quod de se ostendunt, vixque aliquid coloris ipsorum ex cancellorum rimulis apparet: non secus

A

DE ECCLESIA.

ac ex floribus, qui in folliculis modicum sese aperientibus, conclusi sunt, vixque aliquid manifestatur coloris ex ipsorum folliculorum rimulis, neque etiam inde eorum florum vel odor exhibetur, vel forma pulcherrima.

Simile.

Germanus igitur illorum sensus, iuxta prænotata, hic est: vt sponsa hisce verbis ad se accedentem, domumque suam iam attingentem dilectum adstātibus indicet sociis.

GERMANUS SENSUS.

En ille ipse, qui tanta aduolabat celeritate, iā præsens adest: abscondit sese ille quidem, nec nostras ingreditur ædes, sed stat post parietem nostrum: Nonne videtis, quàm iucundè ipse nos aspiciat per fenestras, quamve amicabiliter sui nobis excitet desiderium, ostendens se, simulque sese nobis abscondens? *En ipse stant post parietem nostrum, respicit per fenestras, per quæ cancellos prospicit*, ex ipsis cancellis ita sese ostendens, prout rosa sese ostendit, quando ex rimulis erumpit folliculi, modicum sese aperientis.

PARAPHRASIS.

Ex Vers. IX. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Expositio Secunda. De prima Sponsa quæ est Ecclesia Sancta.

C

Etsi ingens *a* in die Pentecostes factus sit sonitus, quando aduenit Spiritus Sanctus; etsi dispertitæ apparuerint linguæ tanquam ignis: etsi ad tanti Paracliti descensum vniuersa commota sit Ciuitas Ierosolyma, ita vt haud dubitandum fuerit de subita Dei aduenientis præsentia, in innumera nihilominùs populorum multitudine, ne vnus quidem extitit, qui huiuscemodi animaduerterit Dei præsentiam: Vnde in textu Actuum Apostolorum, dicitur: *b Stupebant autem omnes, & mirabantur adinuicem dicentes: Quidnam vult hoc esse?* Quinimò, & complures ebrietatis peccatum ibi adesse professi sunt, quo peccato Deus ipse fugatur: *Irridentesque dicebant: Quia musto pleni sunt isti.* Quid verò Petrus in persona totius Ecclesiæ? stantem post parietem, respicientem per fenestras, perque cancellos prospicientem, & sese inde ostendentem Sanctū indicat Spiritum, suas iam attingentem ædes: Sic enim locutus in ipsa Actuum historia dicitur. *c Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea: Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cùm sit hora diei tertia: Sed hoc est, quod dictum est per Prophetā Ioel. d Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt, & dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, antequam veniat dies Domini magnus, & manifestus:* Quibus istud ipsum significare voluit, quod metaphoricis verbis hoc loco significatum habemus à Spōsa: tale enim quid sibi voluisse videtur.

D

E

a Act. 2. 1.

Spiritus Sanctus in die Pentecostes præsens agnitus, haud tamen videbatur, et cognoscebatur ab adstantibus.

b Act. 2. 12

c Act. 2. 14

d Ioel 2. 28

Obstupescitis, & admiramini: erratis toto cælo, dum existimatis ex ebrietate hæc fieri, quæ videtis. Vestrum erat potiùs, ex hisce Dei arguere præsentiam, prout Maiores vestri ex signis, & prodigiis, quæ in monte Sinai facta sunt, Deum agnouere præsentem: En ipse & hic præsens adest: *illius vox* extitit, quando iamiam factus est repente de cælo sonus, *veniens saliens in montibus, transiliens colles*, similis

PARAPHRASIS.

similis

DE ECCLESIA.

milis capreæ, hinnuloque ceruorum: tantave celeritate vt vehementem adæquarit exsultantem spiritum. Non videtis illum, quia *stat post parietem* carnis nostræ. Videt quicquid intra nos est, intueturque acutissimè quicquid contra nos moliantur aduersarii; atque adeò vt nos ab imminentibus tueatur aduersis, stat accinctus quodammodo & paratus. Licet autem haud se ostendat manifestè, hoc reseruās ad diem Domini magnum, & manifestum in Patria; subobscurè tamen apparet, exhibens se, instar *respicientis per fenestras ac per cancellos prospicientis*; necnon & instar rosulæ, modicum ex folliculi rimulis erumpentis. Enimuerò quemadmodum ex coloribus, atque ex motibus per cancellorum foramina transparentibus arguimus, quempiam ibi esse, qui per cancellos prospiciat, & prospiciendum sese exhibeat. Et sicut ex rubro, roseoque colore per rimulas folliculi erumpente efflorescens apparet rosa: ita ex dono isto, quod in nobis admiramini, cùm auditis, tam multiplici linguarum genere nos loquētes: ex hac, quam in nobis itidem intuemini, prophetādi libertate: ex innumeris aliis, quæ posthac conspicietis, prodigiis, & signis Sancti Spiritus intelligere potestis præsentiam: ex hisce enim omnibus ipse prospiciendum se exhibet, vt nos ad sui excitet desiderium, & amorem.

Simile.

Sed certè si Petrus tam bellè hæc explicauit, quæ hic ab sponsa dicuntur; haud minùs profectò præclarè, & Paulum eadem exposuisse crediderim. Is quippe in secunda Epistola ad Corinthios ad sponsæ imitationem ipsummet Spiritum, qui iā ad Sanctam aduenerat Ecclesiam quomodo præsens adstaret; quomodo nō videretur, ac videretur simul, quasi per cancellos apparens; hisce ostendit verbis: e *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie*, seu (vt habetur in Græco) *ἐν προσώπῳ In persona Christi Iesu. Habemus autem thesaurū istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis*. En quomodo aduenisse iam indicat Spiritum Sanctum, & stare post parietem nostrum: Atquè est enim ac si dicat: Deus, qui in creatione mundi, cùm adhuc tenebræ essent super vniuersam faciem terræ, solo verbo effecit, vt lumen in orbe splendesceret. Is ipse, cum ignorantiæ tenebris mundus oppletus esset, illuxit in cordib. nostris, mittens Spiritum Sanctum in rutilantis ignis forma, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, vt nos videlicet de diuinis edoceret mysteriis in persona Christi Iesu, iuxta illud, quod ab ipsomet Christo fuerat prænuntiatū, quando dixit: f *Hæc locutus sum vobis apud vos manens: Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo*, idest ad gerendam personam meam, ad tractandum negotiū meū erudiendi orbem terrarum, *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis*. Quāuis autem præsens assistat Spiritus iste Sanctus, & cum Spiritu Sancto simul & Christus Iesus Ecclesiæ dilectus, cuius Spiritus ille personam gerit; haud tamen apparet, quia adueniens *stat post parietem nostrum: habemus enim thesaurum istum in vasis fictilibus* corporum nostrorū: inde nihilominus *post* hunc *parietem* carnis nostræ ille, qui præsens adest, *respicit per fenestras, prospicit per cancellos*: per signa quædā externa prospiciendum se exhibet, eo modo, quo is se ostendit, qui prospicit per cancellos. Ac sicut ex colore, qui apparet, cum rosa ex rimulis folliculorum erumpit, illicò dignoscitur, pulchritudinem illam haudquaquam folliculorum esse, sed rosæ, quæ intùs latet. Ita ex præclaris virtutibus, quæ per corpora nostra exhibētur, seu in corporibus nostris apparent, dignoscitur, sublimitatem illam esse virtutis Dei, ac Spiritus Sancti stantis post parietem carnis nostræ ad nos adiuuandum. Indicat autem Paulus digito ferè stantem hunc Spiritum post parietē nostrum, ac per cancellos (vt dictum est) prospicientem, subijciens: g *In omnibus autem tribulationem patimur sed non angustiamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur, deiicimur, sed non perimus, semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris*. Quo loco notandum, quomodo ostēdere volens Apostolus Spiritum Sanctum adstantē post carnem nostram, non ipsum indicat Spiritum, sed Iesum Christum, cuius ille gerit personam, & in cuius nomine is venit, ad sponsæ imitationem, quæ aduentum enarrans eiusdem Spiritus Sancti ad se, & super Apostolos, illiusve indicans assistentiam, vocem dilecti sui Christi auditam significauit; illūque ipsum aduentantem ostendit, indicatque præsentem. Atque hæc quidem aptissimè, si, quæ in præcedenti versu dicuntur, intelligantur de aduentu Spiritus Sancti, iuxta primum sensum allatum in secunda eorum expositione.

Concordantur verba sponsæ cum verbis Pauli.

Spiritus Sanctus quō præsens existēs apparet simul, & nō apparens.

e 2. Cor. 4. 6.

f Io. 14. 25

Spiritus Sanctus intus in aīa existēs per externa sese manifestat opera.

Simile.

g 2. Cor. 4. 8.

II. SENSVS.

Quòd si iuxta alterum sensum ibidem allatum ea accipiantur, hæc quoque illis consentient, si hoc pacto sumantur: vt parietis nomine cælum significatum dicam quod instar parietis nos à Christo seiungit, ita vt illum apertè videre minimè possimus, dū in nostrum adueniens adiutorium paratus stat, & accinctus, prout à Stephano visus est, quādo paries iste apertus est, iuxta id, quod relatum habemus in Actibus Apostolorum, vbi dicitur: h *Cum autem Stephanus esset plenus Spiritu Sancto, intendens in cælū vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, & ait: Ecce video cælos apertos*; alioquin enim neutiquā tam clara visione Iesum videre potuisset stantē quidem, & ad illi opem ferendam accinctum, sed post ipsos cælos latenter stantem, vt post parietem Ecclesiæ militantis, post quem paries stat quidē is semper, cùm nobis decertare contigerit aduersus spirituales nequitias.

Christus in cælo stans paratus ad nos adiuuādū, dicitur stare post parietem nostrum.

h Act. 7. 55

Verùm, quia haud ab omnibus conspicitur, indicat illum hoc loco Ecclesia Sancta suos vniuersos alloquens fideles, ac digito quodammodo ostendit, dicens: *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*: Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Bono animo estote: ipse dux noster, pariterque dilectus iam præsens adest; quamuis enim corpore, & humanitate sua Sacratissima sedeat ad dexterā Patris in cælo, stat simul ibidem accinctus ad opē vobis ferendam. Non videtis clarè illum, sic stantem, quia stat post parietem nostrum, semetipsum post cælum, nubesque occultans ex illo temporis momēto, i quo *nubes suscepit eum ab oculis* discipulorum. Verumtamen si ad Sancti Stephani imitationem intendatis in ipsum cælum, ad illud preces emittentes, idque duntaxat expectantes auxilium eum subobscure sese vobis ostendentem intueri poteritis: paries etenim iste, post quem is stat, fenestras habet sed cum cancellis, ita vt exinde attentissimè quicquid à nobis fit, vniuersaque nostra prospiciat, seque per signa quædam, externa pariter, & interna prospiciendum exhibeat, æque ac per colores, ac per motus eum, qui per cancellos prospicit, ex ipsis cancellis subobscurè apparere conspicimus. Intentio igitur tantummodò necessaria est. Intuemini illum, respicientem per fenestras, prospicientem per cancellos: consolatio interna, qua in ipsis gaudetis tribulationibus; patientia, in tantis angustiis: robur & fortitudo, qua in agone contendetis, ipsa liberatio

i Act. 1. 9.

Simile.

DE ECCLESIA.

tio ex difficillimis periculis signa sunt illius præsentiæ; quæ per ipsos transparent cancellos.

III. SENSVS.

In Eucharistia Sacramēto Christus præsens existit manifestans se partim, partim verò non manifestans.

Congruunt & hæc Sacramentali eiusdem Christi præsentiæ: Enimuerò tanta Ducis illius terrestris simul atque cælestis erga Ecclesiā, & erga dilectos milites suos extitit charitas, vt decertantibus in terra succurrere velit & à cælis, stans post cælos, tanquam post ipsius Ecclesiæ parietem, vt visum est in sensu iam allato: & è terris quoque in Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento, in quo ita se exhibuit opem laturus concertantibus; vt apparere, & non apparere; prospici, ac non prospici voluerit. Videt illū Sponsa quàm optimè, suumque in id intendit studium, vt omnes eum cernant adstantem: hocque illud est, quod hoc loco facit, digito quodammodo B illum indicans præsentem: Quod enim ait, tale est.

PARAPHRASIS.

Vox dilecti mei: ea scilicet est, quæ in consecratione à Sacerdote profertur: ipse siquidem hisce ipsis verbis in cœna illa vltima hanc instituit tanti Sacramenti consecrationem. Vix huiuscemodi vocis cōpletur prolatio, Et *Ecce* is *ipse* dilectus in instanti *venit in* terras, *saliens in montibus* Angelorum, *transiliensque colles* cælorum omnium, & ab eis nihilominus non recedens; *similis* profectò *capreæ, hinnuloque ceruorum*, quatenùs animantia ista celeritatis symbolum sunt, & alacritatis. Quòd si in tribulationibus constituti, & cum innumeris hostibus confligentes ipsum & vos intueri velitis: Ellum ipsum stātem *post parietem* carnis nostræ, respicientem *per fenestras*, prospicientem *per cancellos*: per externas vi- C delicet panis, ac vini species sese vobis exhibentem videndum; non secùs ac is, qui per cancellos prospiciat ex coloribus, & motibus per cancellorū foramina sese ostendit.

Caro Christi quomodo paries noster.

Circa sensum istum, Notandum primò: aptè admodum parietem nostrum carnem Christi appellatam, quia intra illam, æquè ac intra parietem quodammodo, & post parietem stat Verbum diuinum; ita vt haudquaquam videri id à nobis queat, sicut nec videri is potest, qui post parietem sese abdat.

Notandum secundò; multò aptiùs modum ipsū, quo sub speciebus prospiciendum sese exhibet, expressum esse per metaphoras istas prospicientis per D cancellos, & apparentis, instar floris erumpentis ex rimulis folliculorum.

In Eucharistia Sacramēto à quibus videatur Christus Dominus, & quō videatur.

Enimuerò, quemadmodum, qui post cancellos prospicit, non videtur quidem à transeuntibus per viam, nec attendentibus: sed tamen ab iis videtur, qui attentè in cancellos coniiciunt oculos, quippe qui ex coloribus, aliisve accidentibus per cancellorum foramina transparentibus, manifestè dignoscunt, illum ibi esse, ac per cancellos prospicere. In eumdem modum Christus post parietem carnis stans, per cancellos prospiciens, atque sub specieb. & accidentibus prædictis sese exhibens, licèt ab iis non videatur, qui fidei oculos in dictas non coniectant species; videtur nihilominus ab iis, qui per fi- E dem illas attendunt: Sed & altera quoque floris metaphora aptissima est; per eam namque significatur, Christum ipsum sub speciebus in carne existentem in Sacramento indicari, vt maximè pulchrum: quippe qui speciosus sit forma præ filiis hominum, atque etiam, vt virtutum, gratiarumve odore fragrantissimum. Siquidem quemadmodum ex modico illo rubro, albove colore, qui ex folliculorum erumpit rimulis, licet nec pulchritudo, nec odor appareat rosæ expansæ, pulcherrima tamen ibi esse dignoscitur rosa, & maximè odorata. Eodem pacto ex iis, quæ videntur, speciebus panis, ac vini pulcherrimum sub ipsis esse cognoscimus Christum, gratiis omnibus

Simile.

In Eucharistia Sacramēto Christus apparet pulcherrimus, & virtutū omnium odore redolens.

Simile.

A redolentem gratiarumve vniuersarum auctorē: tantoque maiori illum intuemur certitudine, quātò fidei certitudo maior est, quàm oculorum intuitus, quo rosa sub folliculo esse comprehenditur. Quinimò adeò ingens est pulchritudo illius, & bonitas, quæ per species in hoc Sacramento conspiciuntur, vt (quasi iis nulla maior videri queat) per Zachariā Prophetam ista prolata sint verba: *K Quid bonum eius*, scilicet Christi, *est: & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines?* K Zac. 9. 17

DE ANIMA.

Denique notandum tertiò, quam congruè, dum in Sanctissimo Sacramento præsens indicatur Christus, haud simpliciter ibi esse post parietem dicatur, sed stare, accinctum nimirum ad prælium, & paratum, cùm ad opem ferendam in tribulationibus, tū ad nostrorum hostium impetus comprimendos: qđ & experimento à fidelibus comprobatur, & per Prophetam multis antea sæculis reperimus prædictū, sic enim Dauid in persona cuiuscunque fidelis, qui Christum ipsum post parietem stantem intueatur, audacter ait: *l Si ambulauero in medio vmbræ mortis*: in mundi huius videlicet miseriis, in quibus fulgentissimum gloriæ tuæ lumen corporeis oculis minimè effulget: si ipsa mihi ab insurgentib. hostib. immineat mors *nō timebo malum, quoniā tu mecum es*; certissimè enim scio, te esse mecum, fideique oculis te video stantem post parietem carnis nostræ, ac sub speciebus panis, & vini latentem: per ipsas te video species. *m Parasti enim in conspectu meo mēsam aduersus omnes qui tribulant me.* l Ps. 22. 4. m Ps. 22. 5

In Sāctissimo Eucharistia Sacramēto Christus stat accinctus ad nobis opem ferendum.

Ex Vers. IX. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

DVo sunt, quæ diuinis inspirationibus aditum præcludere solent, peccata in iis, qui prægrandi peccatorum oppressi sunt mole, & voluntas pro- D pria in illis, qui à peccatis grauibus se auerterunt, quive Deo dicati vitę indulgent spirituali: atque adeò, tam ista, quam illa paries iure optimo nuncupantur. De peccatis quippe per iniquorum os dicitur apud Isaiam: *a Expectauimus lucem, & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus, palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus in meridie, quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui*: *b* Iniquitates namque (vt in eodem capite per eumdem Prophetam dicitur) diuidunt inter Peccatores, & Deum: & peccata absconˈdunt faciem eius ab eis: vnde nil mirum, si in tenebris versentur, si instar cæcorum palpent parietem, cum per ipsum parietem lux omnis, omnisque splē- E dor diuinæ ab eis præcludatur faciei. De propria verò voluntate is, qui omninò eā abnegauit, in Dei sese consignans manus, ac dicens: *c Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum: Nā & ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius*. ad spirituales nequitias cōuersus ait: *d Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?* Ac si dicat.

a Is. 59. 9. b Is. 59. 2. c Ps. 61. 2. d Ps. 61. 4.

Inspirationib. Dei, quæ sint quæ præcludant aditum.

Peccata sunt paries noster.

Volūtas propria est paries occludens aditū Deo.

Obseruastis, voluntatem meam instar parietis extitisse hucusque, quippe quæ diuinæ resistens voluntati fulgentissimis Dei inspirationibus aditum in me præcluderet: Quosque iam in me miserum hominē irruetis, vniuersique vos interficere nitemini,

in

DE ANIMA.

in meam propriam irruentes voluntatem, quam in A ſtar parietis inclinati, ruinamque minitatis ſæpius aggreſſi eſtis, vt per illius ruinam me miſeram interficiatis? Non eſt ea ampliùs paries, quo Deus à me repellatur: nam ille in me introiuit, illum admiſi, eique plenius ſubiecta eſt anima mea. Porrò quãuis tam propria voluntas, quam peccata paries dicantur, & ſint: ita vt animam illam vix diuinæ penetrare queant inſpirationes, quæ vallatur, vel à propria voluntate, vel à peccatis; contingit tamen nonnunquam vt in vtroque iſtorum parietum feneſtras quaſdam, quoſdamve cancellos reperiat Deus, per quos & proſpiciat & proſpiciendũ ipſi ſe exhibeat animæ, illius penetrans intima, ſuarumque in eã immittens Sanctarum inſpirationum radios: non ſecus, ac Sol, etſi per parietem excludatur à penetralibus domus, ſi quas tamen in pariete repererit feneſtras, ſi qua foramina, ſi quos cãcellos; per illos proſpiciens, abdita quæque lucis ſuæ radiis illuſtrat, & penetrat; quinimò tantum per ipſos cancellos in animam immittit roboris vnà cum lumine inſpirationum, vt iam non amplius ea in obuium palpet parietem ſed audacter illum ipſum tranſgrediatur, atque tranſiliat, prout apud Prophetam ſignificauit quædam; quæ dixit: *e Et in Deo meo transgrediar murum*. Quænam verò, dicet quis, ſunt iſtę feneſtrę; qui ſunt iſti cancelli?

In peccatoris animã quo pacto ingrediatur Deus per Sanctas inſpirationes.

Simile B

e Pſ. 17. 30

Inſpirationes Sanctas aliquando Deus immittit in peccatorem ob aliqua, quæ in eo reperiuntur, opera bona.

In pariete quidem iniquitatũ duo ſunt feneſtrarum genera. Primi generis ſunt ea opera bona, quæ à peccatoribus fiunt: per hæc enim quaſi per feneſtras quaſdam, ſeu quaſi per foramina quædam cancellorum peccatores reſpicere dignatur Deus aſpectu miſerationum ſuarum: per hæc radios Sanctarũ in illos immittit inſpirationum; quatenùs propter illa ad pœnitentiam eos vocat, gratiæque ſuæ illuſtrat lumine: huiuſcemodi ſiquidem opera, quãuis nec Dei miſericordiæ meritoria ſint, nec diuinarũ inſpirationum, vel alterius rei, quę ad vitam ſpectet æternam, iuxta illud Apoſtoli: *f Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*, valde tamen ad ea conferũt aſſequenda per modum impetrationis (vt dicunt Theologi) & ſupplicationis, iuxta illud eiuſdẽ Apoſtoli. *g Beneficentia, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtiis promeretur*, idelt benè ſibi placet *Deus*: & illud Danielis ad ſceleſtiſſimum Regẽ Nabuchodonoſor. *h Peccata tua eleemoſynis redime.*

f 1. Cor. 13. 3. B

g Heb. 13. 16.

h Dan. 4. 24.

Alterius generis feneſtræ, quæ in hoc ipſo pariete noſtro ſunt, ipſi ſunt ſenſus noſtri, de quib. vulgata eſt illa Ieremiæ ſententia: *i Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras*. Per has igitur feneſtras, quaſi per cancellos quoſdam tunc proſpicit Deus, ſeque per ſubobſcuræ cuiuſpiam ſuę cognitionis lumen proſpiciendum ipſi ſe exhibet animæ: per has ingreditur, radios immittens ſuarum inſpirationum, quando efficit, vt ſenſus ipſi vel aduertant iniquitatis pondus, & turpitudinem: vel moleſtiis, ac miſeriis prægrauentur carnalium, & terrenarum voluptatum: vel denique flagella percipiãt, quibus impii in præſenti quoque ſæculo puniũtur, necnon & bona, quibus ob rectè geſta iuſti in hac pariter vita cumulantur.

i Ier. 9. 21.

Per ſenſus peccatoris, quõ aliquãdo ingrediatur Deus in animam illius, inſpirationis lumine eã illuſtrans.

In pariete propriæ voluntatis feneſtras reperit Deus, inclinationes nimirum ipſiuſmet propriæ voluntatis vniuſcuiuſque, per quas reſpiciat gratiæ intuitu, ac quaſi per cãcellorum foramina ſuarum inſpirationũ radios intra animas immittat, & ſubobſcurè ſeſe proſpiciendum illis exhibeat. Enimuerò is, qui ſuauiter oĩa diſponit, id habet proprii, vt in vocationib. vniuſcuiuſque obſeruet inclinationes,

In voluntatis propriæ pariete quas feneſtras reperiat Deus; Inſpirationes & vo-

ac iuxta harũ feneſtrarũ proportionem lumen immittat inſpirationũ. Sic illum, qui ex propriæ volũtatis propenſione ad actionem eſt inclinatus, ad animarum ſalutem promouẽdam inſpirat, & vocat plerumque: E veſtigio verò, vt contemplationi indulgeat, inſpirationem illi immittit, qui ad ſpeculatiua inclinatur: eum, qui ad vtrumque inclinatus eſt vitæ genus, modò ad actionem vocat, modò ad cõtemplationem; ad eas tamen actiones, & ad illud cõtemplationis genus, quod ipſe illi nouerit congruẽtius, quasve magis ei expedire cognouerit.

DE ANIMA.

cationes Dei vt plurimũ ſunt ſecundum cuiuſque inclinationes.

. Ex his omnibus longiùs fortaſſe perpenſis, colligitur facilè, quid ſibi voluerit Anima iuſti, dũ poſt ſuperiora ſubdit: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum*, &c. Cùm enim in præcedenti ſententia celeritatem Sponſi aduenientis per inſpirationes expreſſiſſet metaphora Solis, in diluculo ſalientis in montibus, & tranſilientis colles, vt viſum eſt ſupra in tertia expoſitione prædictæ ſententiæ: Nũc eamdem ipſam proſequens metaphoram indicat, quomodo & cum in peccato eſſet, & poſtmodum cum vitæ indulgere cępit ſpirituali, quando propriæ voluntati adhuc erat addicta, is ipſe dilectus ſuus efficaces in ipſam immiſerit inſpirationes, gratiamque ſuam cũ congruis vocationibus ſibi exhibuerit.

Aequè eſt autem ac ſi dicat.

Ellum ipſum dilectum *poſt parietem* quidem *noſtrum*, tum eum, quem ex peccatis exædificauimus, tum illum, qui eſt propriæ voluntatis, à nobis pariter conſtructum; cumque in huiuſmodi pariete noſtro feneſtras quaſdam repererit, vel aliquorum bonorum operum, vel externorum ſenſuum noſtrorũ, vel denique ipſarum inclinationum noſtrarum, ipſe pro ſua, qua nos proſequitur, charitate inſtar Solis *per has reſpicit feneſtras*, ac veluti *per cancellos*, ſuarum inſpirationum radios in noſtra iniicit intima; ſeque per calorem, lucemque gratiæ ſuæ, quaſi per rimulas quaſdam exhibet proſpiciendum, ita vt vnà cum inſpirationibus, vnà cum radiis, atque vnà cum ſibilo auræ tenuis ipſum in nos habeamus ingreſſum: vniuerſaque illa opera impleamus, ad quæ is vocat, licèt ea repugnent habitibus præcedẽtium peccatorum, licet & noſtræ contraria ſint propriæ voluntati.

PARAPHRASIS. C

D

Altero modo hæc ipſa accipi poſſunt, & congruẽtiùs ſenſui illi, qui allatus eſt in prima expoſitione iuxta ſonum litteræ, vt anima Sancta ad viuum depingat Deum dilectum ſuum, inſtar amantis cuiuſpiam ſeſe ei ſimul & repræſentare, vt amorem, ſui foueat exhibitione: & occultare, vt eius magis magiſve excitet ſui deſiderium. Præclarè autem hæc explicat metaphorica locutione, dicens: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*. Ac ſi dicat.

ALTER SENSVS.

Deus I hac vita proſpiciendum ſe exhibet per phantaſmata, ſicq; ſimul, & ſe oſtendit, & ſe celedit.

Quando Deus ſuas in me immittit inſpirationes, nedum vocem eius audire videor, ſed & ipſum vnà cum hiſce inſpirationibus ad me curſu velociſſimo properantem animaduerto; quinimò iam præſens is mihi adeſt, oſtenditque ſe pariter & occultat, amatoris quodammodo ludens iocis, inſtar amãtis illius, qui, cùm ad domum ſuæ peruenerit dilectæ, haud illico ingreditur; ſed & voce ſeſe manifeſtat, & ſtans poſt parietem domus illius reſpicit per feneſtras, perque cancellos feneſtrarum ſe occultat, & latenter ſe ei oſtendit: *En & ipſe ſtat poſt parietem* phantaſmatum noſtrorum, *per quę feneſtras* ſenſuum noſtrorũ, dum ſumus in hoc tabernaculo, quaſi per exiguas cancellorũ rimulas ſubobſcurè ita ſeſe nobis repræſentat, vt maxima opus ſit intellectus attentione, ſi ipſum conſpicere velimus, atque dignoſcere. Licèt aũt ſubobſcurè ſeſe manifeſtet, adeo tamen

E PARAPHRASIS.

Simile.

DE ANIMA.

Simile.

men eximium, adeove pulchrum id eius est, quod per paruulas inspicitur rimulas, & foramina, vt planè dici queat, ex sensibus ipsis florere, & erumpere; instar pulcherrimæ, suauiterque olentis rosæ ex rimulis folliculi erumpentis.

Concordantur ea, quæ hic dicuntur, cũ verbis Apostoli.

K 1.Cor. 13 12.

Circa hunc sensum complura dicenda forent, nisi aliàs dicta fuissent. Illud duntaxat notandum, locum illum dilucidari ex verbis Apostoli, quibus dicitur: *K Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*: Quod enim Apostolus appellat *nunc*, domum indicat sponsæ, corporis nimirum tabernaculum, in quo in præsenti sæculo anima commoratur. Quod *speculum* is dicit, sponsa *parietem* appellat; phantasma videlicet, quod etsi Deum occultet; quatenùs tamen quodammodo diaphanus paries est, illũ ostendit quodammodò stantem post ipsum; non quidem sicuti est, sed sub sensibiliũ rerum specie; non secus ac speculum viride, vel rubrum id, quod post ipsum sit positum, sub viridi, vel sub rubro colore repræsentat. Hocque id magis explicat, quod Apostolus ait, illum à nobis *in ænigmate* videri: quodve in eodem sensu significat sponsa per id, quod subiicit: *respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*: Quid enim aliud est color is, illeque motus, qui ex rimulis cancellorũ ostẽditur, cùm quis per eas prospicit, nisi ænigma quoddam, ad quod dignoscendum, attenta necessaria sit intellectus operatio? Vnde colligere quis potest, Franciscum verbi gratia esse, qui post cancellos prospiciat, nisi actus adsit intellectus, qui ex subobscuris, quæ sensu percipit, indiciis eũ ibi esse, definiat? Quapropter benè idem Apostolus ipsam Dei cognitionem, quæ per sensus habetur, non sensibus adscribit, sed intellectui, dicens: *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt*, idest per ea, quæ sensibus apprehenduntur, *intellectu conspiciuntur*. Omninò ita exhibetur nobis Dei cognitio, sicut & cognitio illius auri exhibetur, quo vas aliquod inauratur. Quemadmodum enim inaurandi vasis studio aurum ipsum minutatim conciditur, atque cum argento viuo commixtum, pastæ instar, vel vnguenti coaugmentatur, quæ commixtio sub argenti viui colore aurum recondit, & cælatque circa vas, vt inaurari possit, ac rectè auri colorem, nitoremve in se excipiat, inunctum, atque opertum illa mixtione, donec igni exponatur, licet aurũ in se contineat, illud tamen non continet, nisi cum argento viuo, ac sub argenti viui colore: ita vt ad dignoscendum, aurum ibi esse, actu opus sit intellectus, recolentis factam mixtionem; Verùm idem ipsum igni expositum, vbi caloré sentit statim, efumante argento viuo, vnum retinet aurum, aurum duntaxat apparet, aureo duntaxat splẽdore conspicuum. Idipsum animæ vsuuenire aduertimus in Dei cognitione. Ad hoc quippe, vt dum in corpore est, aurùm perfectissimum Deum cognoscat: ad hoc, vt vas intellectus eius auro istius cognitionis inauretur, operæpretium est, vt aurum comminuatur, diuina quodammodo deprimantur, atq; rebus sensibilibus cõmixta, vna ex iis componatur scientia, quæ colorem, & formam retinet rerũ sensibilium, atque in hũc modũ ipso intellectu hac mixta cognitione illustrato, sub argento viuo, idest sub sensibilium phantasmatibus diuina inauratur cognitione; eorum videlicet phantasmatum, dum præsentis vitæ ergastulo detinetur, retinens formã, iuxta præcitata Apostoli verba. At verò quando inauratum vas intellectus ad ignem diuinæ præsentię accedet in Patria, tunc certè argentum viuum phantasmatũ euanescet omnino, iuxta illud Pauli: *l Cũ apparuerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est*: tunc intellectus perfecto auri nitescet splẽdore, & vsquequaque Dei visione inauratus apparebit tunc aurum in propria videbitur auri specie, iuxta illud eiusdem Apostoli; *m Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*: & iuxta illud Ioannis: *n Scimus, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.*

Orig. Augus. Cassiodo. Beda.

Simile.

Rom. 1. 20

Cognitio Dei qualiter nobis exhibeatur ĩ hac vita, & qualiter in Patria.

Simile.

l 1.Cor. 13 10.

DE B. MARIA

m 1.Cor. 13 12.

n 1.Io. 3. 2.

Ex Vers. IX. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

An Ioànes Baptista sẽsu, & cognitione, exultauerit ĩ vtero Matris ad salutationem Mariæ.

a Luc. 1. 41

QVod in dubium verti à nõnullis solet: An præcursor Domini Ioannes Baptista, quando ad Dei genitricis salutationem *a* exultauit in vtero matris, exultauerit cum sensu, cognitione, ac fide, hoc affirmatiuè, iuxta communiorem Sanctorum Patrum sententiam, per ea, quæ hic dicuntur, definitur ab ipsa Dei Genitrice, quæ horũ omnium præ ceteris vniuersis extitit conscia. Ea siquidem, cùm ordinem mysteriorum, quæ in Verbi Incarnatione contigerunt, tribus magis enarrare cœpisset in superioribus, post enarratum Angelicũ nũtium, ipsiusque Verbi aduentum in carnem, & conceptionem, quæ in suo facta est vtero: Nunc, quòd consecutum est, tertium exponit mysterium sanctificationis Ioannis Baptistæ, quæ ab Incarnato iam Verbo tunc temporis facta est, quando ipsa salutauit Elisabeth, in cuius vtero Ioannes erat conclusus. Dum enim ait: *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*, seu iuxta Hebraicum textum; *Prospiciendum se exhibẽs*, aut, *instar floris erumpens per cancellos*, transactum mysterium quasi præsens indicat: ac si dicat.

Christum ĩ vtero Matris quo vsq; federit se Ioanni Baptistæ.

PARAPHRASIS.

Postquam celeritate inexplicabili *similis* animantibus iis, quæ velocitatis existunt typus, *capreæ, hinnuloque ceruorum*, in meum dilectus iste descendit vterum, *saliens in montibus, transiliens colles*, ipsum illicò *post parietem* ipsius vteri mei stantem, tũ ob omnimodam impeccabilitatem, tum ob perfectissimã promptitudinem ad redimendum, ac sanctificandũ humanum genus, æternus inspexit Pater. Quinimò, cum primùm ei oblata est occasio, exercendi huiusmodi munus Sanctificationis, illicò ostendit, quàm ad id promptus staret. Enimuerò, quando salutaui cognatam meam, ad quam post eius Incarnationem ob Angeli nuntium festinanter cucurri, ipse, stans post vteri mei parieté, instar Solis, qui per fenestras, cancellosque respiciat, in Præcursorem suum gratię suæ iniecit radios, seque simul ei prospiciendum exhibuit, efflorescentem, vt florem campi; ita vt ille propter gratiæ ardorem, ac propter eximiam, quam cognouerat filii Dei pulchritudinem, exultarit in gaudio.

Origenes.

Bernard.

Christus solus absque vllo peccato per se stetit ĩ vtero Matris.

b Ps. 57. 4.

c Ps. 13. 3.

d Luc. 1. 35

e ps. 44. 8

Pro declaratione sensus istius: Notãdum Primò, de Christo duntaxat dici posse, quòd in matris vtero steterit ob vtramque rationem indicatam in Paraphrasi: Siquidem ipse solus ab omni peccati casu liber extitit per naturam, cùm de reliquis omnibus id Psalmi pronuntiari queat: *b Errauerunt ab vtero*, &; *Omnes declinauerunt, c simul inutiles facti sunt: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ*. Adde, nullum per se stare posse, præter ipsum: quia nullus ex se vires habet gratiæ, quibus pedibus stare valeat, præterquam ille, de quo Angelus dixit: *d Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei*, quęue ab instanti conceptionis *e vnxit Deus, Deus*

ipsius

DE B. MARIA.

ipſius *oleo lætitiæ præ conſortibus* eius. Ipſe pariter ſolus per ſe ſtetiſſe, dicendus eſt poſt parietem, & in vtero matris, quia reliqui omnes, tantum abeſt, vt parati per ſe ſteterint ad faciendam Dei voluntatẽ, atque ad bonum aliquod perpetrandum; vt ad malum omne, quantum ex iis erat, propenſi extiterint potiùs: ita vt ad vnumquemque illud, quod per Iſaiam à Domino dicitur, poſſit proferri: *f Neque audiſti, neque cognouiſti, neque ex tunc aperta eſt auris tua: transgreſſorem ex vtero vocaui te.* De Chriſto verò nulli dubium eſt, quin à primo inſtanti cõceptionis agnoſcens, voluntatem Patris eſſe, vt mortem ſubiret pro mundi redemptione, promptiſſimum ſeſe exhibuerit: atque ex tũc accinctus ſteterit, acceptãdo mortis, paſſionumque omnium ſententiã, quod apertiſſimè ex Pſalmo 39. confirmat Apoſtolus, inquiens: *g Ideo ingrediens in mundum dicit, h Hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata, & pro peccato tibi non placuerunt: Tunc dixi: Ecce venio: In capite libri ſcriptum eſt de me; vt faciam Deus voluntatem tuam.* Et paucis interiectis ſubdit: *In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.*

Chriſtum ab inſtãti conceptionis ſtetiſſe i vtero Matris paratum ad faciendã Dei voluntatẽ.

f Iſ. 48. 8.

g Heb. 10. 5

h Pſ. 39. 7.

Notandum ſecundò, haud nouum id eſſe, vt vterus B. Virginis paries dicatur: nam & ex eo, quòd inſtar parietis circundantis domum, per illum circundatum eſt Chriſti corpus, quòd domus diuinitatis extitit, per Ieremiam dictum de ipſa eſt: *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circundabit virũ:* quinimò ob idipſum in hoc Cantico amatorio ipſamet murum ſe dicens, ait: *K Ego murus, & vbera mea ſicut turris.* Verùm, cum murum ſe dicit, atque parietem, haud talem exiſtimare debemus eã eſſe parietem, vt per ipſam gratiarum radii à mundo impediantur, prout per lapideos parietes ſolares radios à penetralibus domorũ arceri, conſpicimus: quinimò per ipſam ſol iuſtitiæ Chriſtus ſuos in orbem terrarum immittere cœpit radios prædictos, tunc potiſſimum temporis, quando ſtetit abſcõſus quodammodo in eius vtero: ita vt non abs re ſit, Il parietem diaphanum eam nuncupemus: Diaphanũ quippe, vt rectè per Philoſophum definitum habemus, eſt id, quod nullum in ſe habet colorẽ. Et certè Virgo benedicta nullum in ſe habuit impuritatis, aut peccati cuiuſpiam, vel terreſtris affectus colorem: atque adeo ſicut chryſtallus, ante Solem appoſita, ab ipſoque Sole illuſtrata acceptos à Sole radios tranſmittit; In eumdem modum & ipſa intra ſe Chriſtum habens totius gratiæ auctorem, plenaque exiſtens gratia, & Spiritu Sãcto, quam tenebat gratiam, & in Ioannem tranſmiſit, & in Eliſabeth matrem illius: quod non obſcurè Lucas ſignificauit Euangeliſta, cùm diceret: *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth: exultauit infans in vtero eius, & repleta eſt Spiritu Sancto Eliſabeth:* tuncq; id quoque impletum eſt, quod Zachariæ de puero naſcituro prænuntiatum fuerat; *m Et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* Porro quemadmodũ illuſtratio, quæ fit per Solis radios à chryſtallo tranſmiſſos haudquaquàm chryſtallo adſcribitur, ſed ſoli; ita & infuſio gratiæ, quæ & Ioanni, & Eliſabeth ad Mariæ vocem collata eſt, haud Mariæ adſcribenda eſt, ſed Chriſto; id quod ipſamet Virgo profitetur, cum illum quaſi digito indicat, dicens: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.* Stat, opus ipſum exercens ſanctificationis, incipiens illud à Ioanne, in quem ſuos tranſmiſit radios, & cui per eoſdem gratiæ ſuæ radios proſpiciendum ſe exhibuit in vtero; ita vt propterea ille exultauerit in gaudio ad tantam lucem.

Maria vterus quomodo paries.

i Ier. 31. 22

k Cãt. 8. 10

Maria vterus paries diaphanus.

Ariſt. 2 de Aĩa tex. 68

Simile.

Ioanni Baptiſtæ, & Eliſabeth à Chriſto per Mariã collata eſt Spiritus Sancti gratia.

l Luc. 1. 41

m Luc. 1. 15

C

D

Notandum tertiò: quàm aptè Virgo glorioſa modum explicarit, quo Chriſtus poſt parietẽ vteri ſui proſpiciendum ſuo ſe exhibuerit Præcurſori. Ne quis enim exiſtimaret, cum omninò ita ſe illi oſtendiſſe, prout Sol ſeſe oſtendit per oppoſitam rẽ diaphanam, atque per lucidam; addit egregiam metaphoram eiuſdem Solis, proſpicientis per feneſtras, perque cancellos proſpiciendum ſe exhibentis: per quos quidem cancellos Sol nequaquam ſolare, & fulgentiſſimum oſtendit corpus, prout facit per rẽ diaphanam: ſed ex immiſſis radiis dumtaxat ſe manifeſtat præſentem. Et quidem ſplendidiſſimus Sol Iuſtitiæ Chriſtus, quamuis ex vtero Virginali, ſteſque poſt perlucidum dicti vteri parietem, & Ioannem reſpexerit, & Ioanni proſpiciẽdum ſe exhibuerit: ita tamen hanc ſuam temperauit exhibitionem vt ex radiis gratiæ tantum, & ſanctificationis, quos in eum immiſit, ſuam illi proſpiciendam exhibuerit in carne præſentiam.

A

Ioãni Baptiſtæ i vtero Matris quo Chriſtus ſe exhibuerit proſpiciẽdum.

Simile

B

Notandum quartò: quàm rectè hæc, quæ de myſterio iſto à B. Virgine hoc loco dicuntur, cũ iis congruant, quæ ab Iſaia Propheta de eodem prædicta fuere, ſi ſupponamus, quod ſæpius dictum eſt, Dei vocationem, & inſpirationem nihil aliud eſſe, quã illuſtrationem, per gratiæ radios exhibitam. Verba Iſaiæ, ſeu potiùs Ioannis apud Iſaiam hæc ſunt: *n Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei.* Quod virgo tranſlatus ſignificauit vocibus hiſce: *En ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrum:* inſtar Solis videlicet, vt explicatum eſt; hoc apertiùs ipſe expreſſit Ioannes, cum diceret: *Dominus ab vtero*, ideſt ſtans in vtero, cùm adhuc in vtero eſſet matris, vocauit me per illuſtrationem nimirum: quod Ioannes dixit: *De ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei:* hoc explicauit Maria, cum inquit, *Reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Enimuerò duplex Ioannis nomen reperimus in Euangelio, alterum è cælis demiſſum, nempe Ioannes, quod gratiam ſonat; & ab Angelo delatũ fuit, quando ad Zachariam dixit, *o Et vocabis nomen eius Ioannem:* alterum è terris, ſed à Chriſto Deo, & homine tunc temporis promulgato, quando de ipſo loquens dixit, *p Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Tam Ioannis, quam lucernæ ardentis Chriſtum recordatum eſſe, innuit Beata Maria, eo ipſo tempore quo vterque in vtero erant concluſi, hac vnica metaphora Solis reſpicientis per feneſtras, indicat nãque, ita nominis Ioannis illum tunc recordatũ, vt gratiæ radios in eum immiſerit, quò nomen ipſum id re haberet, quod voce ſignabat.

Concordatur hic locus cũ alio loco apud Iſaiam.

n Iſ. 49. 1.

Ioãnis Baptiſtæ nominis quomodo Chriſtus recordatus ſit de vtero matris illius.

o Luc. 1. 13.

p Io. 5. 35

Porrò per hanc ipſam radiorum ſuorum immiſſionem eumdem Dominum recordatum eſſe, & alterius nominis, quo ille Lucerna ardens dicendus erat, inde fit manifeſtum, quòd, cùm Ioannes in vtero Matris ante Chriſti aduentum eſſet lucerna tenebricoſa ob peccatum Originale, atque extincta; ſtans poſt parietem Chriſtus, & reſpiciens per feneſtras, ac per cancellos, ardẽtiſſimis, quos in eum immiſit, radiis ſuis extinctam accendit, effecitque, vt eſſet vno eodemque temporis momento & ardẽs, & lucens, ardens charitate, & lucens per teſtimonium, quod de ipſo perhibuit lumine. Vtrũque ſiquidem horũ ille vnico exhibuit facto, quo ad præſentiam Saluatoris præ gaudio exultauit in vtero matris, nam per tam ingens gaudium ardorem ſuæ patefecit charitatis, per ipſam verò exultationem teſtimonium ei perhibuit, quod Deus eſſet, quẽ & adorauit.

Ioannẽ Baptiſtã i vtero Xps effecit lucernã ardẽtẽ, atque lucẽtẽ.

E

Ea

APPENDIX.

Ex Vers. IX. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et protexit domos nr̃as, in quibus eramus, & stetit post parietes nostros, & prospexit per fenestras, & aspexit per cancellos, & vidit sanguinem victimæ Phase, & sanguinē circuncisionis, qui impressus erat in portis nostris, & contemplatus est de cælis excelsis, & vidit populū suum, qui comedebat victimam solemnitatis assam igni cū intestinis, & lactucis agrestibus & azymis, & pepercit nobis, & non dedit potestatem Angelo dissipatori, vt disperderet nos.

Bernard. Pro serie dramatis breuiter Bernardus in principio serm. 56. ait, Sponsum appropiasse, vsque ad contubernium sponsæ, stātemque post parietem curiosius introspexisse per fenestras, & rimas, & verecunde haud præsumpsisse sese ingerere.

Porrò lectionis Septuag. quæ pro eo, quod ī Vulgata est; *Prospiciens per cancellos*, habet: *Eminens super retia*. Duplicem sensum affert Origenes in homilia tertia ex quatuor. (Orig.) Primum, exponēs hæc ipsa verba, haud distat à sensu Bernardi: Perueniens enim, inquit, Sponsus ad parietem domus, in qua amore eius æstuet sponsa, stat paululum post ipsum, considerans, vt fieri solet, aliquid, & animo retractans. Iam verò etiam ipse sentiens aliquid amoris erga Sponsam vsus altitudine sua, qua attingit, vsque ad domus fenestras, quæ fenestræ haberent aliquā partem operis, vt aiunt, reticulati. Et cum incumbit quidem per fenestras, eminentior autem sic fit fenestris attingatque vsque ad superiora earum, quæ reticulato, vt dictū est, opere distinctæ sunt, indeque prospiciens, alloquitur sponsam, & dicit; *Surge, veni, proxima mea, &c.*

Ambr. Videatur Ambrosi. quoque ser. 6. in psal. nu. 118. vers. 3. pulcherrimè hunc ipsum explicans sensum.

Altero verò modo, eadem homilia tertia Origenes, dum exponit præcedentia verba illa: *Vox dilecti mei*, dicens: Vbi ad domum, intra quam sponsa commorabatur, Sponsus aduenit, stetisse eum paululum, intellige post domum; ita vt sentiretur quidem adesse, nondum tamen domum vellet euidenter intrare: sed priùs, quasi sub amatoris specie per fenestras aspicere vellet Sponsam. Intellige autem retia quædam prope domum sponsæ, aut laqueos esse positos, vt si forte ipsa, vel aliqua sodalium eius ex filiabus Ierusalem aliquando exiisset, caperetur. Ad ista verò retia sponsum venisse, certum est, qui cùm capi ab eis non posset; sed fortior eorum effectus diripuerit ipsa retia, diruptisque eis, super ipsa incedēs etiam per ipsa prospexerit; & postquā hoc opus fecerit, dicāt ad spōsā: *Surge veni proxima mea.*

August. Euseb. Emissenus. Cassiodo. Greg. PP. Beda. Anselm. Bernard. *Christus stetit post parietē carnis & humanitatis.* Quod dicitur in prima parte huius sententiæ. *En ipse stat post parietem nostrum* refertur à compluribus Sanctorum Patrum ad Incarnationis mysterium, secundum quod diuinum Verbum stetit post parietē humanitatis, & carnis. Ita Augustinus libro secundo de visitatione infirmorum, c. 2. (si tamen Augustini est is liber) Eusebius Emissenus homil. post primam Dominicā Epiphan. Cassiodorus, Gregorius Papa, nedum in expositione super Cant. sed & homil. 13. in Ezech. Beda, Anselmus: At præ ceteris Bernardus serm. 56. declarans, quomodo steterit, & solus steterit Christus post hunc parietē: Bene, inquit, stat Christus post hunc parietē: quia solus re vera in carne stetit, qui carnis peccatum non sensit. Possumus & hoc fideliter sapere, quia stetit per diuinitatis potētiam, qui per carnis infirmitatē occubuit, dicente ipso: q *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*. Confirmat hæc per illud psalmi: r *Et dixit, vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, vt auerteret iram eius, ne disperderet eos*: Quonam modo quæso, inquit, Moyses stetit in confractione? Quomodo, inquam, stetit, si confractus est? aut, si stetit, quomodo cōfractus est? At ego tibi ostendo, si vis, qui verè stetit in confractione. Ego alium noui neminem, qui hoc potuerit, nisi Dominum meum Iesum, verum Moysē, qui verè per aquam venit, & non in aqua tantū, sed in aqua, & sanguine; qui certè in morte viuebat, qui corpore fractus in Cruce, diuinitate stabat cum Patre, in vno nobiscum supplicans, in altero cū Patre propitians. Et stabat post parietem, dum quod iacebat in illo, manifestum erat in carne; & quod stabat in ipso, quasi post carnē latebat; sanè vnus, idemque homo manifestus, & Deus absconditus.

APPENDIX.

Christus vt stabens per humanitatē, stetit per diuinitatē.

q Matt. 26. 41

r Psal. 105. 23.

Christus in Cruce, & homo manifestus, & Deus erat absconditus

Aponius. Non desunt, qui parietis nomen hoc loco in malum sumendum putent: nam & Aponius Christum inquit, stare post parietē incredulitatis nostræ, prauorumque operum nostrorum, & expectare, ac vocare nos ad fidem, atque ad pœnitentiam.

Ad pœnitentiam expectans nos Xps stans post parietē peccatorum nostrorum.

Rup. Abb. Et Rupertus Abbas ipsa intelligit peccata nostra quæ fuerunt causa moræ Incarnationis tanquā paries, à quo retardatum est Verbum ne mundum adiret in carne.

Cassiodor. Cassiodorus intelligit mortalem nostram conditionem, quia quodammodo inter nos, & Deum quasi crassus quidam paries constitutus, nō permittit nos eius contemplatione perfrui.

Cōditio nostra est paries noster.

Bernard. Ac demum Bernardus sermo. 56. intelligens corpus peccati, atque concupiscentiam, ait, haud vnicuique licere hæc dicere; *En ipse stat post parietem nostrum*. Vereor, inquit, vt præter illud, quod in natura est, quamplurima de propria iniquitate adiecerim, quorum à me interiectu nimium elongauerim Sponsum: ita vt, si verum dicere velim, post parietes magis illum mihi stare fatear, non post parietē; Nihil tale verendum erat animæ Pauli, & Sponsæ, cui ab aspectu, & complexu dilecti vnus tātummodo paries obsistebat, videlicet lex peccati, quam inueniebat in membris suis, ipsa est carnis concupiscentia, qua carere omnino nō potuit, donec in carne fuit: Hoc sane vno interiecto pariete non longè peregrinabatur à Domino: Vnde & optabat, clamans: s *Quis me liberabit de corpore mortis huius*, sciens, se mortis compendio continuo ad vitam peruenturum.

Concupiscentia peccati est paries noster.

Sancti vno tantū cōcupiscētiæ pariete à Christo seiuncti sunt, alij tamē pluribus parietibus.

s Ro. 7. 24.

Origen. Ambrosi. Eucher. Alii è contra in bonum eundem sumētes, vel parietem intelligunt ædificationis Dei à nobis factæ per structuram bonorum operum, vt Origenes vtraque expositione, Ambrosius serm. 6. in psal. 118. ver. 3. Et Eucherius libro de spiritualibus formulis c. 10. Vel firmitatem dogmatum fidei, Origenes homil. 3. ex quatuor. Aut parietem litteræ Sacrarū Scripturarum. Origenes ibidem, Ambrosius citato ser. Gregorius Nyss. homil. 5. Theodoritus, Philo Carpathius, & alii.

Paries est structura bonorū operū nostrorū

Paries est firmitas dogmatum vel littera.

Orig. Ambrosi. Gre. Nyss. Theodor. Philo Car. Tres Patr. Catena trium Patrum apud Theodoritum 3. Paries, inquit, noster est natura creata, post quam stetit, qui creatus non est, sed Creator est omniū Deus Verbum, vt rerum principium, quæ initiorum habent ad finem. Quanquam enim & prius est ipse, vtpotē initium, & finis vniuersorum, tamen quoniam ipsum ex fine nondum inuenimus; nondum enim id eo, qui finis est, ab omni motu conquiescimus, post stare dicitur.

Quod

APPENDIX.

Natura creata est per artis speculum, post quam Christus factus. — Orig. — *Deus in hac vita manifestat se Sanctis in ænigmate.* — August.

Quod dicitur: *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*: seu, *Eminens super retia*, Complures ex Patribus intelligunt de Dei manifestatione, quæ Sanctis in hac vita exhibetur, at in ænigmate. Vnde Origenes homil. 3. ex 4. Tam magnus, inquit, & excelsus est, vt emineat omne ædificium, ipsamque prospiciat animam. Et nondum quidem apertam fecit, totumque manifestet: sed quasi per retia, idest per similitudines rerum sensibiliũ, hortetur que eam, & prouocet, non sedere intrinsecus segnem, sed exire ad se foras, & conari, vt non iam per fenestras, & retia, neque per speculum in ænigmate, sed procedens foras facie ad faciem videat eum. Nunc enim quia nondum potest, ita eum intueri, propterea non ante, sed retro ei, & post parietem stat. Et Augustinus libro 13. Confess. cap. 15. Verbum, inquit, tuum Domine hunc in ænigmate nubium, & per speculum cœli, non sicuti est, apparet nobis; quia & nos, quamuis filio tuo dilectissimus; nondum tamen apparuit, quod erimus. Attendit per retia carnis, & blanditus est, & inflammauit, & currimus post odorem eius; sed cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Quibus consentiunt Cassiodorus, Beda, & alii.

Cassiod. Beda. *Deus cum omnia videat a nemine videtur.*

Quanquam tam Cassiodorus, quàm Beda id quoque addant, per hæc significari id, quod proprium est Dei; vt cùm omnia videat, a nemine tamẽ comprehendatur.

Orig. Greg. PP. Euse. emi. Iusti. Org. *Christi manifestatio in carne fuit partim aperta, partim abscondita.*

Sunt, qui hæc referant ad manifestationẽ Christi in carne partim apertam, partim verò absconditam. Ita Gregorius Papa tum homil. 23. in Ezech. tum in Comment. super Cant. Origenes hom. 3. in lib. Iosue: Eusebius Emissenus homil. in Euãg. Dominica prima post Epiphaniã, & Iustus Orgelitanus: Dũ enim, ait Gregor. Papa, & miracula per diuinitatis potẽtiã fecit, & abiecta per carnis infirmitatẽ pertulit; quasi per fenestras & cãcellos prospexit, quia in alio latens, in alio quis esset, apparuit.

Orig. *Sensus nostri sunt fenestra, & cãcelli.*

Per fenestras, & cancellos, seu retia sensus nostros accipiunt aliqui, per quos respicere dicatur Deus; diuersimodè autem hoc explicat: Origenes enim homil. 2. ex duabus, ait. Quid sit prospicere per fenestras: & quomodo spõsus per has aspiciat, sequens, docebit exemplũ: Vbi non prospicit sponsus, ibi mors inuenitur, ascendens, vt legimus in Ieremia: t *Ecce mors ascendit per fenestras vestras* quã do videris mulierem ad concupiscendam eam, iam mors ascendit per fenestras tuas. *Eminens per retia*: Intellige, quia in medio laqueorum ambulans & subtus machinas transeas imminentes. Omnia retibus plena sunt, diabolus laqueis cuncta complevit: Si autem venerit tibi sermo Dei, & cœperit eminere de retibus, dices: u *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium*: *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus*. Eminet igitur sponsus per retia, tibi viam faciens: Iesus descendit ad terras, subiecit se retibus mundi: Videns magnum hominum gregem retibus impeditum, nec eum ab alio, nisi à se posse conscindi, venit ad retia, assumens corpus humanũ, quod inimicarum fortitudinum laqueis tenebatur; ea tibi dirupit, & loqueris: *Ecce hic retro post parietem, prospiciens per fenestras eminens per retia*. Melius tamen in homil. 3. ex 4. declarans, quomodo Iesus dicatur, prospicere per hos sensus, ait: Si anima intuens ornamentum Mundi, & ex pulchritudine creaturarum conditorem omnium intelligat Deum, & opera eius miretur, laudetque operum Creatorem; ad animam hanc ipsa ingreditur per fenestras, &c. & de Retibus quoq; meliùs declarat, quomodò solus Christus eminere potuerit super retia: nimirum, quia is solus peccatum non fecit. Quis enim ait, contriuit laqueos, nisi ille, qui solus in eis teneri non potuit? quamuis & ipse in morte fuerit voluntariè, & non vt nos necessitate peccati; solus est enim, qui fuit x *inter mortuos liber*: Et quia liber inter mortuos fuit: idcirco deuicto eo, qui habebat mortis imperium, abstraxit captiuitatem, quæ tenebatur in mortem.

t Ier. 9. 21 — u Pf. 123. 7. — *Per incarnationẽ Christus discidit retia diaboli.* — x Pf. 87. 6

Vide Ambrosium serm. 6. in Psal. 118. vers. 3. peregregiè totum hunc sensum pertractantem.

Theodor. *Christus quomodo respiciat per sensus nostros.*

Theodoritus tunc, ait, Christum *per fenestras*, & sensus nostros *respicere*; cum nos in lege Domini meditãtes diuinis sermonibus oblectamur, & cũ animi cõpunctione, & scientia, quæ scripta sũt, diligenter consideramus, fenestras aperientes, & sponsi personã accipiẽtes, cũq; alios diuinas scripturas interpretantes, ac de Deo disserentes studiosè audimus. Per alias rursus fenestras, inquit, respicit sponsus, & propriam nobis ostendit pulchritudinem. Non solas verò per fenestras respicit, sed etiam ex retibus despicit. Neque enim sponsam suã dæmonum insidijs decipi permittit, & retibus cõprehendi; sed liberat eam de laqueo venantium; & in ipsis tentationibus prospicit per retia, ac spõsam recreat oppugnatam, sensum ipsius dirigit.

Tribulatis quõ succurrat Deus.

Orig. *Per scripturas apparere quomodo cœperit Xps.*

Multi sunt, qui istud *respicere per fenestras*, &c. referunt ad manifestationem Dei factam in sacris litteris. Sed in hoc quoque discrepant inter se. Nã Origenes homilia tertia ex quatuor: Domus, inquit, in qua habitabat Ecclesia, Scripturæ sunt legis, & Prophetarum. Adueniens ergo Christus, stetit paululum post parietem Veteris Testamẽti: Stetit enim post parietem, cum non manifestaretur ad populum. Vbi verò ad fuit tempus, & cœpit per fenestras legis, ac Prophetarum; per ea scilicet, quæ de eo prædicta fuerant, apparere, & ostendere se Ecclesiæ; intra domum, hoc est intra litteram legis sedenti, prouocat eam inde exire, & venire ad se foras: Nisi enim exeat à littera ad Spiritum, non potest Sponso suo coniungi, & Christo sociari.

Ambros.

Consentientia his habet Ambr. tum in ser. 6. in psal. 118. vers. 3. tùm in lib. de Isaac, & Anima, ca. 4.

Gre. Nyss. *Per legem atque Prophetas quõ respexerit Christus.*

Gregorius Nyssenus homilia quinta per fenestras accipiens Prophetas, qui lumen introducũt: Per cancellos autem legalium præceptorum connexionem; per hæc ambo respicere, inquit Verbũ: quia per ea intrò splendor veri luminis subit. Post hæc autem est perfecta lucis illuminatio, quando apparuit vera lux ijs, qui sedebant in tenebris, & vmbra mortis per contemperationem cum nostra natura. Priùs ergo, ait Nyssenus, splendores propheticarum intelligentiarum, per à nobis mente intellectas *fenestras, & cancellos* animæ illucescentes immittunt desiderium videndi Solem sub dio; deinde sic id, qd desideratur, procedit ad effectũ.

Phil. Carp. *Christus se ostendit primo per legem secundo per prophetas, tertio per Apostolos.* — y Matt. 4. 10.

Philo Carpathius per parietem quidem legem intelligit, per fenestras Prophetas, per retia denique Apostolos, ad quos dictum est, y *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*: Christus enim (ait) primò per Mosem in lege prædicatus est. Deinde *per fenestras*, idest per Prophetas *respicere* cœpit. Denique *per cancellos*, siue *per retia*, idest per Apostolos sese totum manifestauit in carne.

Anselm. *Christus stat paratus ferre opẽ, & multiplicẽ afferre consolationem.*

Anselmus, *Stat*, ait Christus *post parietem* carnis nostræ, paratus auxilium ferre incipientibus, & nihilominus interq; administrat auxilia, *respiciens per fenestras*, idest visitãs, & cõsolãs eos manifestè per apertas Script. vt p Euãg. vel p miracula manifesta: *Prospiciens per cancellos*, idest per strictas, & obscuras Scri-

APPENDIX.

pturas, vel per prophetias, vel per incognita miracula, vel per Iudæorum excœcationem, &c. Cancellus quippe est strictum foramen maceriæ.

Rup. Abb.

Rupertus Abbas, stetisse, ait, Verbum *respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*: idest visitando nos per Prophetas, memor nostri proper Patres nostros. Fenestræ siquidem, ait Rupertus, in hoc pariete fuerunt Moyses, & Prophetæ, qui suo quique tempore intra multitudinem peccantium, in ipsa congerie peccatorum claruerunt, parietem non ita contiguum esse sinentes, quin dilectus haberet aditum, quo huc introrsus respiceret, & vocem audibilem daret, locutionem intelligibilem faceret. Porrò cancelli, scilicet anterior pars ædificij, fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob primi patres generis nostri, per quos in eo prospexit, quòd propter eos, misertus est nostri, recordatus, quod in eis promiserit, & iurauit: *z Suscepit enim Israel puerum suum recordatus misericordiæ, sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in secula*.

Prophetæ cur dicantur fenestra.

Patriarchæ cur dicantur cancellis.

z Luc. 1. 55

Diuersimodè demum alij hæc sumunt; siquidē Catena Trium Patrum commendatam hic putans diuinam prouidentiam, Fenestræ, inquit, sunt ea, quæ naturæ creatæ ab Increato communicata sunt, per quæ ipse ad eam prospicit, dum prouidentia sua cuncta moderatur, nobisque (nisi fenestras has aduersus eum motionibus animi, naturæ contrarijs occludamus) prospicit. *Respiciens per retia*: hoc est inspiciens per mutuam virtutum connexionem. Nam si fenestras, quæ dictæ sunt, habuerimus apertas illas quidem: sed tamen ita mutuo virtutum, retium instar, rectè complicatarum contextu communitas, vt nulla ex volucribus, ex aereis nimirum spiritibus, nullus furtim ingrediatur, atque reconditum in nobis diuinæ disciplinæ semen corrumpat; respicit in nos per hæc retia ipsarum virtutum essentia, ipse videlicet, qui factus est nobis à Deo iustitia, sapientia, & sanctificatio, & redemptio, vnigenitus eius filius, & Verbum.

Tres Patr.

Christus sua prouidentia nos respicit per connexionem virtutum.

Aponius.

Ad prouidentiam quoque Christi erga Ecclesiam, & animā tribulatam referens hæc Aponius, Potest, inquit, & ita intelligi, inclusam esse Ecclesiam intra parietem, septam propter metum persecutionis. Stabat post parietem nostrum, qui nobis vmbra sua obstabat Sol iustitiæ, de quo promiserat Propheta, dicens: *a Orietur vobis timentibus Deum Sol Iustitia, & sanitas in pennis eius*. Habet & inuisibiles hostes Anima, qui eam intra suæ mentis septum inuisibiliter, & incessanter circundatā impugnant: quam ita in ergastulo redigunt vitiorum, vt non possit omninò progredi ad viam mandatorum Dei currendam; quousque eius precibus reuocatus, veniens, quasi occultus stet, & spectet luctamen eius: & non tantùm se ostendit, ne omninò fugatis hostibus, cessante pugna, ocij torpore depereat; sed velut per fenestras aspicit, suæ visionis adiutorium commodando, vt anima vires recipiat resistendi, & hostis impugnatio diminuta eius terrore aliquantulum conquiescat: aspicit autem per fenestras, sensus videlicet illius, quibus corporeas peragit cogitationes, si non sunt polluti sordibus.

a Malach.

Tribulatis quo præsens assistat Christus, & quo eis se ostendat & occultet simul.

Idem tamen Aponius subtilius hæc accipiens referensque ea ad cōuersionem, Primò, inquit, Christus, qui Crucifixus est, *stat* resurgēs *post parietem* incredulitatis nostræ, quem luteis operibus constrinxeramus peccando, statque expectās, se ab impijs inuocari, & vocans ad pœnitentiam animam peccatricē, expectat, sibi ab incredulis credi; Post quem parietem stat vsque ad tempus baptismatis, vel pœnitentiæ: Et licèt non mereamur, eum intueri; tamen per hoc, quod idololatriam abdicamus, fenestras in supradicto facimus pariete, quib. nos ab immundis spiritibus defendendo respicit Christus: & ipsi soli genua cordis deflectendo, cancellos facimus, per quos compunctionem, ad se conuertendo, donando respiciat. Vbi verò venerimus ad veram conuersionem prædicti baptismatis, vel pænitentiæ retollit eum de medio, concessa venia peccatorum, & loquitur nobis dicendo: *c Venite ad me omnes, qui laboratis*, &c. Sicut & Paulus docuit, factum in eius aduentu: *d Qui tulit*, inquit, *parietem maceriæ de medio, & reconciliauit*.

APPENDIX.

Vocans ad cōuersionem quo Christus stet post parietē nostrū, & respiciat per fenestras.

c Matt. 11. 18.

d Eph. 2. 14

Respicere per fenestras, & prospicere per cancellos Christum tunc, ait Beda, cùm occultas immittit inspirationes.

Beda.

Christus inspirans tūc dicitur prospicere per fenestras.

Iustus verò Orgelitanos tunc, cum se manifestauit, sed in parabolis: Vel etiam cum lancea perforato latere, & exeunte ex eo vulnere sanguine, & aqua, contulit Ecclesiæ Sacramenta.

Iust. Org.

Denique secundum Bernardum serm. 56. per fenestras, & cancellos, per quos Verbum Incarnatū respexisse dicitur, intelliguntur sensus carnis, humanique affectus, per quos in carne experimentū cepit omnium humanarum necessitatum.

Bernard.

Per fenestras verò, & cancellos, quibus Deus intra animam prospicit, duplex intelligitur confessio; confessio peccatorum, & cōfessio laudis, ac gratiarum actionis. Hoc tibi tota vigilantia prouidendum est (ait Bernardus) vt apertas semper inueniat fenestras, & cancellos quosdam confessionum tuarum, per quos te intùs benigne respiciat; quoniam respectus eius profectus tuus. Quoties enim eam, quæ sine angustia cordis minimè fit, peccatorum confessionem facimus, videmur nobis cancellum, & angustiorem aperire fenestram: nec dubiū quin libenter per istam aspiciat is, qui stat post parietē pius explorator: quia *cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet*, denique & hortatur ad hoc. *e Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris*. Quòd si interdum corde dilatato in charitate pro consideratione diuinę dignationis, & miserationis libuerit animū laxare in vocem laudis, & gratiarum actionis; tunc amplissimam stanti post parietem Sponso aperiemus fenestram, atque cancellos, per quos tantò libentiùs respicit, quanto ampliùs sacrificium honorificat eum.

Cōfessio peccatorū, & cōfessio laudis sunt fenestra, & cancelli per quos respicit Deus.

e Ps. 50. 19 Esa. 43. 26.

Vers. X. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea formosa mea: & veni.

Expositio Prima. Iuxta litteræ sonum.

DVobus modis exponi, & cū superioribus connecti hæc possunt: Vel. n. per id; quod dictum est in versic. 8. *Vox dilecti mei*: sponsa significauit, se audisse sponsum sibi loquentem: Vel per eadem significauit, se audisse ipsummet sponsum à longe voce proclamantem haud tamen distinctè, quid tunc diceret, percepisse: cognouisse quidem vocem, non autem significatum per vocem.

Si primo modo (quod probabilius censui) idē ipsum significatur per hæc verba: *En dilectus meus loquitur mihi*: atque per illa: *Vox dilecti mei*: ita vt, quæ intermedia sunt: *Ecce iste venit saliens in montibus, &c.* vt per Parenthesim dicta sumenda sint. Vt sensus sit.

I. SENSVS.

Vox

LITTERA. Vox dilecti mei ad me facta eſt, qui ecce iam venit, ſaliens, &c. En ſiquidem dilectus ipſe meus ſua illa voce huiuſcemodi me compellat verbis; *Surge amica mea, colūba mea formoſa mea*, quid moras in domo moliris? *propera*, *& veni* mecum in agrum. Vocat autem ipſam rus, alliciens eam blandis hiſce appellationibus.

PARAPHRASIS.

II. SENSVS. Si verò ſecundo modo ſuperiora ſumantur, ſponſa cœptam narrationem ſuam gradatim proſequetur, cum enim primò à longè dilecti ſui vocē quādam audiſſe, expoſuerit: deinde viſu quoque eumdem item à longè inſpexerit, celerrimo ad ſe properantem curſu: ac demum tertiò præſentem illum ſocijs indicarit, latitantē poſt parietē domus, in qua tunc ipſa commorabatur: Nunc ſubſequenter, animaduertens, illum minimè velle ingredi domum, aureſq; ad eius verba cōuertens, qui & poſt parietem, & poſt feneſtras, atque cancellos ipſam Rus acceſſibat, ſecū ipſa ſic fatur: *En dilectus meus loquitur mihi*: Tunc arrectis auribus, quæ is loqueretur, attendens, ſilet: inducituŕque in textu, atq; in dramate ſponſus ipſe, ſuam exordiens orationē qua illā inuitat, vt domo rus egrediatur: ad autē vt perſuadeat primùm in hoc verſu (vt dictum eſt) Rhetorū more ab illa beneuolētiā blandis captat nominibus, dicens: *Surge, propera amica mea, &c.*

Circa lectionum varietatem notandū, Hebræa in hunc modū hæc habere: *Reſpondit dilectus meus, & dixit mihi: Surge tibi proxima mea, formoſa mea, & vade tibi*: Sept. verò ſic ea reddidere: *Reſpōdet fraternus meus, & dicit mihi: Surge, veni, proxima mea, formoſa mea, colūba mea*. Conueniunt autē ambæ hæ lectiones in eo, quod nō habent verbum, *propera*, quod nos in Vulgata habemus necnon & in eo, quòd, vtūtur verbo reſpondendi: Notādum eſt, verbum ענה ganah *reſpondere*, non ſolū ſignificare, interrogātibus, aut præloquentibus reddere reſpōſum; ſed ſæpè etiā exordiri ſermonē, & loqui quo modo in Euāgelio ſumitur rūc, cū Ieſus ex abrupto confeſſionē exordiens ad Patrē reſpondiſſe dicitur: *a In illo tēpore: Reſpondens Ieſus, dixit, Cōfiteor tibi Pater, &c.* Et in hoc ſenſu acceptū per illud hoc loco idem ipſum ſponſa ſignabit in Hebræo, & in Græco, atque in Vulgata, nimirum dilectum ſuum loqui cœpiſſe. Sed inſuper tale ſignificat plerumque ſermonis exordium, quod reſponſum ſit, non quidem interrogantibus, vel præloquentibus exhibitum, ſed internis alicuius factum cogitationibus; quo ſenſu accipi videtur in principio capitis 22. Euangelij ſecundum Matthæum: vbi, cùm in fine præcedentis capituli dictum eſſet: *b Et cū audiſſent Principes Sacerdotum, & Phariſæi parabolas eius, cōgnouerunt, quod de ipſis diceret; Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut Prophetam eum habebant*: ſtatim ſubijcitur: *c Et reſpōdens Ieſus, dixit iterum in parabolis eis*: Ac ſi diceretur: Et, cùm Ieſus prauas illorum animaduertiſſet machinationes, eorumdemque intelligeret indignationem, qua in ipſum commoti eſſent ob id, q̄ in parabolis eos argueret, ad ipſas eorum cogitationes reſpondens, dixit iterum in parabolis eis: Sic & apud eumdem Euangeliſtam in c. 28. dicitur: *d Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim quòd Ieſum Crucifixum quæritis, &c.* Ac ſi diceretur: Reſpondens Angelus ad pauidas mulierū cogitationes, & ad mutuos, quos ipſæ ſecū conferebant ſermones (quos innuit Marcus, decimoſexto) *e* dixit eis: *Nolite timere*.

Reſpondēdi verbū duplicē habere ſignificationem.

a Matt. 11. 25.

b Matt. 21. 45.

c Matt. 22. 1.

d Matt. 28. 5.

e Mar. 16. 3.

III. SENSVS. Iuxta hunc autem prædicti verbi ſignificatum tertius nobis ſubminiſtratur eorum, quæ hic dicūtur, ſenſus: Nimirum vt ea, quæ hic ſponſus ait, præſupponant aliquid ab Sponſa ſubmurmuratum: aut ſaltem cogitatione aliquid ab ea in mente expreſſum. Crediderim certè, ſupponi illam, cùm ſponſum videret ſtātem poſt parietem ſuum, reſpicientem per feneſtras, ac per cancellos ſeſe oſtendentem, deſiderio illius commoratam, ac mente agitare cœpiſſe orationem, qua eum ad ingrediendum inuitaret intra domum, vt ibi quietè ſimul ambo commorarentur; geſtuque cùm id ſignificare tentaret: Sponſum ad ſubindicatam inuitationē è veſtigio reſpondiſſe vocibus hiſce: *Surge, propera proxima mea*. Et ſic per verba illa: *Reſpōdet dilectus meus mihi, & dicit*: Sponſa ſocias ipſas alloqui videtur in hunc modum.

DE ECCLESIA

PARAPHRASIS. Agnouit dilectus meus, quid mente reuoluerē, quidve ſubmurmurare iam cœperam: ex geſtibus quoque intellexit, me ipſum in domus penetralia inuitare: en ipſe viciſſim & ad geſtus, & ad ſubmurmurationem, & ad deſiderium reſpondet, & loquitur è cancellis, audite: (Tum in dramate ipſe proponitur dilectus, tale proferens reſpōſum: *Surge, &c.* Ac ſi dicat) Quid me intra domum inuitas? quid tanta huius ingreſſus mei flagrare te oſtendis cupiditate? Quin potiùs ò *Amica mea*, *columba mea* ſimpliciſſima, quamve vnicam inſtar columbæ mihi fidiſſimā expertus ſū, *formoſa mea*, tu *ſurge*, egredere domo iſta, & *propera*, mecū rus progredi.

Verſ. X. En dilectus meus loquitur mihi: Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea; & veni.

Expoſitio Secunda. De Prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

PRIMVS, AC SECVNDVS SENSVS. Ex lectione Actuum Apoſtolorum, in qua narratur hiſtoria aduentus Spiritus Sancti ſuper diſcipulos Domini, dubium mihi exoritur circa illa verba, quibus dicitur: *a Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis*. Ad dubitandum autē adducor ob particulā ſimilitudinis *tanquam*, quæ apponitur ad ſpeciem ignis, non ad ſpeciem linguarum: cur verò id factum ſit, haud ita facilè eſt definire: nam ſi idcirco ad ſpeciem ignis adiecta eſt, ne quis falsò exiſtimaſſet, ignis ſubſtantiam eo modo à Spiritu Sancto aſſumptam, quo humana natura aſſumpta fuerat à Verbo, ſicut & ob eamdem rationem ad ſpeciem ſpiritus, & flaminis vehementis ipſamet prius adiuncta reperitur, vbi dicitur: *Et factus eſt repentè de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis*, cur non ob idipſum adiecta eſt & ad ſpeciem linguarum? cur non dicitur: *Et apparuerunt illis tāquam diſpertitæ linguæ?* Porrò dubiū iſtud penitus tollitur per id, quod in hoc Cantico ab Sponſa profertur in hac ſententia: *En dilectus meus loquitur mihi*: cum enim in verſu 8. modum, celeritatemque enarraſſet, quo in die Pentecoſtes ad ſe aduentaſſet Spiritus Sanctus in nomine Chriſti dilecti ſui: cumque in præcedenti verſu 9. oſtendiſſet, quid ab eodem ſpiritu in ſe factum fuiſſet, & quomodo in ipſa commoraretur, ſeſeque exhiberet proſpiciendum, quæ omnia fuſius à nobis pertractata ſunt in ſecundis expoſitionibus prædictorum verſuum. Nunc ſubſequenter eadem primitiua illa Eccleſia Chriſti ſponſa explicat, ad quid impulſa ſit à ſancto, quem ſuſceperat, Paraclito; quidve ab illo in mandatis habuerit. Ait autem primò ipſum ſibi locutum eſſe; hoc ſiquidem illius eſt proprium, vt in illis loquatur animabus, in quibus inſederit: atque adeò in linguarum ſpecie

a Act. 2. 3.

Spiritus Sāctus cur in die Pentecoſtes apparuit in ſpecie linguarum.

DE ECLESIA.

cie viſus eſt ſediſſe ſupra ſingulos Apoſtolorũ: neque opus fuit, vt in hiſtoria Actuum ad ſpeciem linguarum apponeretur ſimilitudinis particula, *tã quam*; nam præterquam quòd deſcendens, re vera donum contulit omnium linguarum, ita vt propterea per ipſum Apoſtoli varijs linguis loquerentur magnalia Dei; illud inſuper præſtitit, vt intra ſingulorum animas propria locutus ſit lingua, cuius & typus eæ extiterunt linguæ, quæ apparuerũt tũc temporis, quando (vt dictum eſt) ſediſſe refertur. Quonã verò aptiori typo deſignari potuit vel Spiritus Sanctus, vel ipſa eius locutio, quam linguarũ ſpecie: cùm ſtatim ac is ſuper aliquem deſcenderit ac ſi totus lingua eſſet, ſeſe manifeſtet per locutionem; tùm illam, quam intrinſecus facit, impellens ad prædicandum: tum illam, quam prædicantibus ingerit, loquens in illis: Obſeruare ſanè id licet frequentiùs in Sacris paginis, vt propterea ad idipsũ ſignificandum ſæpiùs manifeſtè dictum reperiamus: b *Et factus eſt ſermo Domini ad Gad Prophetam, Vade, & dic*, &c. c *Factusque eſt ſermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens, loquere ad Roboam*, &c. Et ſic ſępiſſimè apud Prophetas: aliàs vero manifeſtiùs: Factus eſt ſpiritus Domini, vt in eodem ſecundo libro Paralipomenon, vbi dicitur: d *Azarias autem filius Obed, facto in ſe Spiritu Dei, egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei*, &c. e *Et ſuper Iahaziel factus eſt Spiritus Domini in medio turba, & ait*. &c. Quinimò & Chriſtus apud Iſaiam, f Spiritum Domini ſuper ſe, inquit; qui intrinſecus loquens, ad prædicandum miſerit ipſum, atque ad annuntiandum.

Spiritus Sãctus in animabus exiſtens penè totus linguæ eſſe videtur.

b 2. Reg. 24

c Par. 11. 2.

d Par. 15. 1

e 2. Par. 20 14.

f Iſa. 61. 1.

Quapropter haud mirum, ſi & Chriſti Sponſa Eccleſia ſtatim, ac eumdem Spiritum ad ſe aduentaſſe ſignificauit, illum ſibi locutum aſſerat, illudve ipſum locutum, quod & Chriſto locutum colligitur, cùm eum ad Euangelij deſtinauit prædicationem. Quod ergo ait in hac ſententia tale eſt.

PARAPHRASIS.

Dilectus meus Spiritus Paraclitus, ſtans poſt parietem carnei huius corporis in Apoſtolorum animabus, perque ſigna, atque portenta ſeſe oſtendẽs, quaſi per feneſtras, ac cancellos quoſdam, En mihi meiſve loquitur fidelium primitijs, iſtaque habet verba internis vocibus. *Surge* iam è cœnaculo iſto atque è Ciuitate hac Ieroſolyma, in qua quiete per quinquaginta dies obdormiſti: *propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni* mecum, videlicet in agrum totius orbis terrarum ad prædicandum, meque ſequere quòcunque te impellam.

Ad illuſtrandum hunc ſenſum nonnulla notanda ſunt. Primò ſiquidem animaduertẽdum, quàm aptè dicatur, primas Spiritus Sancti voces fuiſſe vocationem Eccleſiæ, vt ſurgeret ad prædicationem. Enimuerò de hac futura vocatione Saluator noſter, antequam in cælos aſcenderet, admonuiſſe videtur Apoſtolos: nam cùm ijs vltimò præcepiſſet, vt g *Euntes in mundum vniuerſum*, prædicarent *Euangelium omni creaturæ*, poſtmodum apud aliũ Euangeliſtam, præceptum iſtud quodammodo reſtringens ſubintulit: h *Sedete in Ciuitate, quoaduſque induamini virtute ex alto*. Ire certè, atque ſedere contraria ſunt. Nunquid igitur contraria Chriſtus mandauit? Haud planè: at iſtam ob diſcipulorum oculos opponere voluit Spiritus Parecliti ſuſcitationem: Æque eſt namque, ac ſi dixiſſet. Quamuis præceperim vobis, vt iretis in vniuerſum terrarum orbem ad prædicandum Euangelium: Sedete tamen in Ciuitate iſta, & expectate Spiritus Sancti aduentum, quò inſtar indumenti ambiemini virtute ex alto: neque enim aliàs ſurgere poteritis, niſi ab eius roboremini virtute: expectate illum, qui

Spiritus Sancti vox prima in die Pẽtecoſtes fuit vocatio Eccleſiæ ad prędicationem

g Mar. 16. 15.

h Luc. 24. 15.

A vos internis vocabit vocibus, vt ſurgatis, meumque impleatis præceptum *Euntes*, &c.

DE ECCLESIA.

Porrò haud minùs aptè in hac Sancti Spiritus ſuſcitatione, ac vocatione ad verbum, *Surge*, adiectum & alterum vebum *Propera*: Etenim ſi ad prædicti præcepti adimpletionem in vniuerſum mundum Apoſtoli ire debebant, ſumma profectò eis neceſſaria erat properatio, vt videlicet iuxta Prophetæ vaticinium. i *In omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*: Et quidem re vera tanta extitit illorum celeritas, vt multis antea ſæculis eam pręuidens Iſaias Propheta Deum ipſum, eam admirantem inducat in hæc verba. K *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?*

Apoſtoli quanta feſtinatione orbem vniuerſũ peragrarint

i Pſ. 18. 5.

K Iſa. 60. 8

B Sed vt harũ duarum ſimilitudinum vis percipiatur, operæpretium eſt, vt dicta Apoſtolorum intelligatur celeritas. Primò enim inſtar nubium volare dicuntur: quoniam quemadmodum nubes à ſpiritu, ventoque impulſę tanta aduolant velocitate, vt in pauciſſimo tẽporis ſpatio totum operiãt aerem, nihilque eſt, quod ipſas à tam celeri præpedire queat volatu: Ita & Apoſtoli à Spiritu Sancto impulſi, in breuiſſimo temporis ſpatio ſua Euangelij prædicatione vniuerſum terrarum orbem impleuere; nec quicquam illis obſiſtere valuit, iuxta Domini pollicitationem illam, qua dixit: l *Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri.*

Apoſtoli inſtar nubiũ.

Simile.

l Luc. 21. 15

C Columbarum item ſimilitudo aptiſſima eſt ad eamdem Apoſtolorum exprimendam celeritatem. Inter domeſticas quippe aues columba eſt, quæ vniuerſas alias volatus pernicitate facilè ſuperat: vnde & apud Aegyptios pro aeris hieroglyphico vſurpata reperitur: & in Pſalmis, celerrimum volatum exoptans anima illa ait: m *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ: & volabo, & requieſcam*: Verum quamuis cuiuſcunque columbæ volatus ſit maximè velox; is certè velociſſimus omnium eſt, quo columbæ ipſæ volant ad nidos, & foramina ſua, attractæ nimirũ ab amore filiorum, pullorumque ſuorum: ac propterea Propheta in tam grandi Dei admiratione non dixit ſimpliciter. *Qui ſunt* **D** *iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ*: ſed addidit, *ad feneſtras ſuas*; ad foramina videlicet ſua, quæ inſtar exiguarum feneſtrarum excauata ſunt in parietibus, & è quibus eæ, tanquam è feneſtris proſpiciunt.

Apoſtoli ſimiles colũbis.

Simile.

Pier Valer. lib. 28. de columb.

m Pſ. 54. 7.

Apoſtolorũ celeritas in prædicatione ex amore orta eſt.

Porrò haud aptiùs ipſorum Apoſtolorum explicari poteſt in prædicatione celeritas quam iſto columbarum volatu, qui impulſu fiat amoris, & charitatis erga filios, à quibus eæ expectantur, vt & allato eos nutriant cibo, & materno illos foueant calore; nam re vera & in Apoſtolis ex charitatis impulſu tanta totius orbis peragrandi extitit celeritas: Vnde Paulus, n *Charitas Chriſti*, inquit, *vrget nos*: Charitas profectò in filios, à quibus ſe expectari agnoſcebant, vt per ipſos aliquid eis imper**E**tiretur & alimenti doctrinæ, & caloris Spiritus Sãcti, quod idemmet teſtatus eſt Paulus, cùm ad Romanos ſcribens, hæc habet verba; o *Teſtis mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euãglio filii eius, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, obſecrans, ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei veniẽdi ad vos: Deſidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ Spiritualis ad confirmandos vos, id eſt ſimul conſolari in vobis, per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtram, atque meam, Nolo autem, vos ignorare, fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc, vt ali-*

n 2. Cor. 5 14.

o Rom. 1. 9

quem

DE ECCLESIA.

quem fructum haberem in vobis, sicut & in cæteris gentibus: Græcis, ac Barbaris, Sapientibus, ac insipientibus debitor sum. Ita quod in me promptum est & vobis, qui Romæ estis, euangelizare. Ex his igitur omnibus patet, quam aptè in oratione, quam hoc loco ad primitiuam illã Ecclesiam habuisse dicitur Spiritus Sanctus, Apostolos impellens ad prædicationis iter, adiectum sit verbum *properandi*.

Sed & illud in primis tertio loco in hac ipsa Sãcti Spiritus oratione est notandũ, quod tribus appellationibus primitiuam illam Ecclesiã nuncupauit, dicens: *Amica mea, columba mea, formosa mea:* quarum vnaquæque efficacissima per se esset ad eam promouendam, vt surgeret, properaretque ad delegatam ire Euangelij prædicationem.

Amici Dei prompti ad prædicationem Euangelij esse debent.

B Ac primò quidem *Amicam* illam dicit, seu *proximam* suam, iuxta lectionem hebraicam, & Septuaginta, & benè nam ob hoc ipsum, quod amica eius est, propriissimè illi surgendum est, ac properandum; ad hoc siquidem Apostolis vt amicis reuelata sunt omnia mysteria, vt quantocyus ad ea promulganda procederent, testante hoc ipsomet Domino, cum diceret: *p Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis; q* & ego *elegi vos de mundo*, in amicos videlicet: *vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Quòd si ij duntaxat Christi dicendi sunt amici, qui id omne opere compleuerint, quod ab illo eis fuerit imperatum, iuxta illud: *r Vos amici mei estis, si feceritis omnia, quæ ego præcipio vobis;* surgendum absque vlla cunctatione fuit Apostolis, & properandum vt amici Domini dici possent, vltimum illud eius implentes mandatum, *ſ Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.*

p Io. 15. 15
q Io. 15. 16.
r Io. 15. 14.
ſ Marc. 16. 15.

Nomen quoque *proxima mea*, ad idem ipsum quàm maximè inseruit: Aequè est enim ac si Sanctus Paraclitus hoc nomine, ita primitiuam illam Ecclesiam compellat.

Qui proximus Deo est properare debet ad animarũ cõuersionem.

PARAPHRASIS.

Cùm mihi sis proxima, quia proximè Christum consequeris, surgendum planè tibi est, ac properandum: nam & Christus velocissimè *exultauit ad currendam viam, venitque saliens in montibus, transiliens colles, similis capreæ, hinnuloque ceruorum.* Et ipse ob id dicor Spiritus, quòd, instar vehementissimi Spiritus imperceptibili aduolo celeritate. Benè quoque proximam suam illam appellauit, nam & apud Ezechielem rotæ, per quas Apostoli designantur, describuntur proximè ipsum sequentes spiritum. *t Quocunque ibat Spiritus, illuc, cunte Spiritu & Rotæ pariter eleuabantur sequentes eum.*

t Ezech. 1. 15.

Secundò, dum nomine columbæ fuit illam honestar, dicens, *Surge, propera, columba mea;* Ex hoc ipso ad properandum eam impellit vehementiùs: Aequè est enim ac si dicat.

Ecclesia quæ velut columba est, properare debet ad prædicationẽ Euangelij.

PARAPHRASIS.

Cùm intra te aduenerim ipse, qui sub columbæ typo designari soleo; quia instar columbæ velocissimo cursu super animas aduolo, vt in eis requiescam, & nidum faciam, te quoque meam constitui columbam, quam in vnicam assumpsi dilectam, vnde & tu surgere, ac properare debes, ac, sicut ego de pace à Christo allata testimonium per vniuersum perhibeo orbem, ita & tibi de eadem pace testimonium vniuersis perhibẽdum est gentibus, vt adimpleatur, quod dictum est de me pariter, ac de te; *u Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis.*

u Io. 15. 26.

Denique nomen ipsum *formosa*, tertio loco appositum idipsum Ecclesiæ Sanctæ, quam maximè persuadet, vt ad prædicandum Euangelium surgat & properet. Enimuerò ob id in primis formosa, & pulchra dicitur, quia ex eo, quòd Apostoli velocissimè ad hoc munus obeundum cucurrerunt, pedibus pulchra est. Hinc est, quod apud Isaiam, dum eius commendatur pulchritudo, haud aliundè cõmendatur, quàm ex huiuscemodi pulchritudine pedum, sic etenim dicitur. *x Quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem*, quæ verba Paulus ad Apostolos aptans sic citat: *y Quam speciosi pedes euangelizantium bona.* Porrò quia hęc pulchritudo Ecclesiæ illius primitiuæ in pedibus præcipuè Apostolorum sita erat properantium; propterea tam atrocem sententiam aduersus Petrum intulit Dominus, cùm is renueret, ab illo pedes sibi lauari, dicens: *z Non lauabis mihi pedes in æternum. Nisi lauero te*, idest, nisi sordes a tuis lauero pedibus, quibus ij grauantur, præpediunturque, ne surgere, ac properare possis, *non habebis partem mecum.* Et cum Petrus respondisset: *Domine non tantum pedes meos, sed & manus, & caput*, ad hoc ipsum confirmandum, quod perfectio pulchritudinis Apostolorum in pulchritudine sita esset currentium pedum, subiecit Dominus. *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.* Quare hoc? nisi vt detersis ijs, quæ pedes ipsos prægrauabant, sordibus illis, leuiores sint ad operandum per vniuersum terrarũ orbem? ob quam eamdem rationem noluisse crediderim eumdem Dominum, discipulos illos suos cùm pergerent ad prædicationem Euãgelij, calceamentis pedes operire, dicens. *a Calceamenta ne tuleritis in via:* ne videlicet eos vel ipsis aggrauarent calceamentis; neve occultarent speciem pulchram quam in pedibus præcipuè constitutam ostendisset.

Ecclesia pulchra est ex eo, quod Apostoli velocissimè separarũt ad Euangelij prædicationem.

x Isa. 52. 7.
y Ro. 10. 15.

Pulchritudo Ecclesiæ sita est præcipuè in pedib. Apostolorũ, ac prædicantium.

z Io. 13. 8.

C

a Luc. 10. 4.

Quapropter egregia sanè Rhetorum arte in hac sua oratione Spiritum Sanctum vsum, apparet, cũ admonens primitiuam Apostolorum Ecclesiam, vt surgeret, ac properaret ad disseminandum Euãgelium, formosam illam suam dixit, Aequè est enim ac si dixisset.

PARAPHRASIS.

Cùm planè formosam te reddiderim; perficiẽs pedes tuos, tanquam ceruorum, pulchrosque illos exhibens in præparationem Euangelij pacis, operæ pretium est, vt pro hac, quæ in te est, pulchritudine tua surgas, properes, ac venias mecum.

D

III. SENSUS.

Iuxta sensum lectionis hebraicæ, ac Septuaginta Interpretum, quæ habet: *Respondit dilectus meus, & dixit mihi: Surge*, &c. tertiò loco allatum in prima expositione, enarrat hoc loco Ecclesia Sancta, qua ratione post aduentum Spiritus Sancti, cùm Apostoli Christum in Synagogam introducere peroptarent, tacitisque cogitationibus hærerent ad Gẽtes progredi, à Spiritu Sancto, necnon & ab ipsomet Christo responsum eis sit, vt ad nationes, quaslibet properarent, surgerentque è Iudæa, vniuersum peragrantes orbem. Quod responsum in Actibus Apostolorum & Petro, & Paulo Apostolorum Principibus reperimus exhibitum. Petro quidem post *a* visionem illã lintei pleni quadrupedibus, & serpentibus terræ, & volatilibus cæli: Vnde & dicitur: *Petro autem cogitante de visione dixit Spiritus ei. Ecce viri tres* (haud dubium quin Gentiles) *quærunt te: Surge itaque, & descende, & vade cum eis* (ad Cæsaream nimirum Gentium terram, ad Cornelium Gentilem) *nihil dubitans, quia ego misi illos.* Et paulò inferiùs: *b Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis*, &c. Cuius rei causa, cum indignati viderentur cæteri Apostoli, ad quos nondum factum fuerat huiusmodi responsum, atque adeo cum disceptarent aduersus illum, qui erant ex circumcisione

Apostoli quo ad prędicandum Gentibus à Sancto impulsi sunt spiritu, cũ ipsi diu in re hærerent quàm maximè.

E

a Actu. 10. 19.
b Actu. 11.

DE ECCLESIA.

ne; Petrus rem totam enarrans, necnon & responsum Spiritus Sācti hæc certè dicere poterat in persona totius Ecclesiæ, quæ hic ab sponsa dicuntur.

PARAPHRASIS.

Respondit dilectus meus, cùm pro exhibita visione variis hærerem cogitationibus; *Surge, propera, amica mea*, ne verearis: *veni* mecum ad Gentes, *formosa mea*, quæ ob Sanctitatis formam egregiā in te elucentem ad vitæ emendationem eas es attractura: vade iam festināter, & aduola *columba mea*, quæ pacis oliuam ijs, qui infidelitatis aquis vndique circundati sunt, tuo allatura es ore. Paulo itē hæc ipsa dicere licuit; istiusmodi namque responsum sibi exhibitum, cùm pro Synagoga in templo funderet preces, ipsemet in hæc refert verba: c *Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo fieri me in stuporem mentis, & videre illum*, (scilicet dilectum meum Christū) subobscurè sese mihi repræsentantem, *dicentem mihi: Festina, & exi velociter de Ierusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me, Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt, quia ego erā concludens in carcerem, & cædēs per Synagogas eos qui credebant in te; & cū funderetur sanguis Stephani testis tui, ego adstabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium eū*. Ac si diceret.

c Act. 22. 17.

Quomodo Domine fieri poterit, vt non recipiāt testimonium meum de te: cùm ipsi me optimè norint, & sciant, quanta contra te perpetratus sim, quamve acriter hanc ipsam tuam persecutus sim fidem, cuius nunc testimonium perhibeo? nisi rationis expertes sint, intelligēt, verum id esse, quod tanta facta mutatione eis prædico de te. Ad hæc autem respōdit dilectus: *Surge, propera amica mea, formosa mea, & vade tibi*, absque tantis ratiocinationibus, sic enim subdit is ipse Apostolus, & dixit ad me: *Vade, quoniā ego in nationes lōge mittā te*.

Vers. X. En dilectus meus loquitur mihi: Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea; & veni.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

PRIMVS, AC SECVNDVS SENSVS.

QVamuis spiritalis Christi Domini aduentus in animam vnico fiat instanti; is tamen, qui ordinem in rebus omnibus cōstituit, in hoc pariter eum seruat: licèt haud omnibus cōspicuus ille sit, sed ijs duntaxat, in quos ipse aduenire dignetur; si quis verò ordinem istum vnquam obseruauit, illa certè est anima Sancta, quæ ad hoc peruenit, vt fieret Spōsa illius, quem in se aduenisse, cognouerat. Hæc igitur ad singularum animarū vtilitatem exactiùs hoc loco dictū prosequitur ordinē; quem in superioribus enarrare iam cœperat. Ordo autem hic est: Antequam in animam adueniat, præmittit inspirationes quasdā: non secus ac Princeps ad aliquam transiturus vrbem, cursores, prælegat, qui eius nuntient aduētum. Has sibi præmissas inspirationes, sed tamen à longè significauit Sponsa in vers. 8. dicens: *Vox dilecti mei*: Post Principis nuntios subsequitur illicò ipsius Principis aduentus, sed occultus, quoadusque adueniat tempus, quo per solemnem sese manifestet ingressum. Sic Dominus post immissas inspirationes festinus in ipsam aduenit animam, licèt haud statim sese ei manifestet: vnde Sponsa post prædicta subiecit: *Ecce iste venit saliens in montibus*, &c. Tertiò, sicut Princeps ille postmodum per solemnē ingressum

Simile.

Ordo, quo Deus sponsat, cùm in animam venit.

DE ANIMA.

prospiciendum se exhibet Ciuibus vrbis illius, eorumque oblectat aspectum: In eumdem modum Rex atnantissimus Dominus noster, postquam aduenit, per quosdam internos gustus suam manifestat præsentiam, id, quod sibi præstitū indicauit Spōsa, cùm ī præcedēti vers. 9. dixit: *En ipse stat post parietē nostrū respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*. Neque enim aliàs in hac vita animæ potentijs manifestare se potest, quàm per cancellos quosdam, vt dictum est: quandoquidem solemnis eius ingressus in futura vita reseruatur. Denique quemadmodū prædictus Princeps id tandem ab vrbe illa manifestè exposcit, ob quod ipsam adiit, concionemque habet ad populum, qua illud ei persuadeat, quod ei cognouerit expedire: Hoc ipsum quarto demum loco noster in nobis efficit Dominus, cum manifestè nos ad vtile, & necessarium prouocat bonum: quod Sponsa modicis hisce significauit verbis *En dilectus meus loquitur mihi*: Atque, vt vis percipiatur orationis illius, eam ad verbum recitare incipit, dicens quid sibi is sit locutus, *Surge propera amica mea*, &c.

Circa hæc autem, quæ clariùs hoc loco ab sponso dicuntur, Notandū primo: quā præclaro ordine Christus, quàm ve gradatim tribus nominibus insigniat animā Sāctā, dicēs: *Amica mea, colūba mea, formosa mea*. Primò siquidem dicit eam amicā suā ob id, quod a peccatis recedens, atque per ipsius sāguinem Deo reconciliata, vniuersa illius impleuit præcepta: tunc etenim primùm ea amicitię meruit appellationem, iuxta id, quod Apostolis ipsemet prænuntiauit aliquando, cum diceret: a *Vos amici mei estis, si feceritis omnia, quæ ego præcipio vobis*. Porrò ex eo, quòd illa per diuinorum mandatorū obseruationem Dei amicam sese constituit, digna illicò reddita est, quæ per Dei gratiam donis honestaretur Spiritus Sancti, ijsque insignita meruit & columba Dei nominari; tum quia dictorum donorum ope à terrenis eleuata, non tantum præcepta, sed & cōsilia seruauit; Vnde instar colūbæ purissimam se ab omni custodiuit inquinamento: tū quia Sanctum intra se habet Spiritum, cuius typus ipsa columba est. Enimuerò quemadmodum, cùm in vase aliquo liquor includitur, sæpe vas illud ipso liquoris nomine appellare consueuimus, & crumenam sæpius contentorum nummorum nomine vocamus: Ita & colūba vocatur in pia anima, quā quasi proprias ædes Spiritus Sanctus incolit, qui in diuinis litteris columbæ nomine sæpissimè designatur.

Aīa Sācta formosa Dei dicitur, quia est eius columba; est autem columba quia eius amica.

a Io. 15. 14.

Anima Sācta cur dicatur columba Dei.

Simile

Hinc fit, vt cùm columba sit Christi per Spiritus Sancti inhabitationem, cōsequenter illius quoque formosa iure optimo appelletur. Emisso enim Spiritu Sancto, in homine creantur omnia virtutum genera, atque in animæ terra facies renouatur vniuersa, iuxta illud Psalmi; b *Emittes spiritū tuū, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*. Ita vt iam cum Paulo dicere id valeat: c *Sicut portauimus imaginem terreni, ita nunc portemus imaginem cælestis*. *In hoc namque cognouimus* (vt Ioannes ait Apostolus) *quoniam in eo manemus, & ipse in nobis; quia is de spiritu suo dedit nobis*. De spiritu certè suo, qui est summū bonum, dedit Deus Animæ, quæ amica sua est; ex quo factum est, vt non tantùm columbam, sed & formosam eam is dixerit suam: quandoquidem ipsa per inhabitantem spiritum bona est: & bonum, ac pulchrum, iuxta Dionysium, idem sunt.

Formosa cur dicatur anima Sancta.

b Ps. 103. 30.

c 1. Cor. 15. 49.

d 1. Ioa. 4. 13.

Atqui si pulchrum, (vt ait Sanctus Thomas in 1. p. q. 5. art. 4. ad primū) consistit in debita proportione, & respicit vim cognoscitiuā; quia sēsus delectatur in reb. benè proportionatis, sicut in sibi similibus;

Dionysius de diu. no. cap. 4.

DE ANIMA.

bus; cùm cognitio fiat per aſſimilationem: profectò dùm Dominus vocat animā formoſam, haud dubium, quin ipſam talem eſſe cognoſcat, quæ in vniuerſis actionibus, cogitationibus, affectibus, ac paſſionibus debitam ſeruet proportionem, ſibique ſit ſimilis, & ſui gerat imaginem. Vide complura circa hanc animæ pulchritudinem pertractata ſuperiùs in expoſitione tertia illorum verborum: *Ecce tu pulchra es, amica mea,* quæ habentur in Verſ. 15. cap. 1.

PARAPHRASIS.

Notandum ſecundò; Tametſi adeo inſignibus pia anima à Domino decorata ſit appellationibus, ita vt videatur iam culmen attigiſſe perfectionis; iuberi nihilominus illi ab eodem, vt ſurgat, ac gradiatur, & nullo pacto ſiſtat gradum: ſed ſurgens è gradu illo, quem iam attigiſſet, vlteriùs proſequatur: *Surge, & veni:* vel iuxta hebraicam lectionem: *Surge tibi, & vade tibi:* Ac ſi dicatur: Id vnum tibi præ omnibus vtile cenſeto, vt ſemper in via Spiritus ſurgas, atque progrediaris. Perfectio ſiquidē in virtute ea eſt, vt nullum in præſenti ſæculo habeat terminum: Vnde Apoſtolus, e *Fratres,* inquit, *me non arbitror comprehendiſſe: vnum autē, quæ retro ſunt obliuiſcens ad ea vero, quæ ſunt priora extendens meipſum ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu:* & ſubdit *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus:* Ac ſi dicat.

Virtutis perfectio in hac vita nullū habet terminum.

e Philip. 3. 13.

Quicunque perfectionis ſtudio vacamus, hoc ſentiamus, quòd videlicet perfectio ipſa in continuo eſt progreſſu: vnde egregie Bernar. epiſt. 254. tomo 2. Indefeſſum, inquit, proficiendi ſtudium, & iugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur: Quòd ſi ſtudere perfectioni, eſſe perfectum, eſt: profectò nolle proficere, deficere eſt.

Proficiendi ſtudiū; eſt ipſa perfectio.

Simile.

Quemadmodum enim trochlea, dum aliquid trahit, conſiſtere haudquaquam poteſt, donec id non attingat terminum; atque, ſi fortaſſe immoretur, & tantiſper minimè progrediens perſiſtat, incredibili impetu præceps retrogreditur. Eodem pacto, dum integra hominum vita, ac ſalutaris virtutum exercitatio animam ad Deum bonorū omnium metam impellit, donec ex hac vita migrans ad prædictam metam non perueniet, haud deſiſtere ab inſtituto poteſt; ſed ipſi ſemper eſt progrediēdum: nimirum ſi inchoatum dimittat ſtudium, ſtatim adeò propendit ad ſcelera, vt præceps retro vertat, atque ab optimis, ac præſtantiſſimis ad peſſima, ac deterrima quæque abſtrahatur: Vnde Bernar. ſupra citatus eodem loco: Ibi, ait, in Chriſtiane fige tui curſus, profectuſque metam, vbi Chriſtus poſuit ſuam: f *Factus* eſt illo *obediens, vſque ad mortem:* Quātumlibet ergo cucurreris, ſi vſque ad mortem non perueneris, brauium non apprehendes. brauium Chriſtus eſt: Quòd ſi illo currēte, tu gradum ſiſtis, non Chriſto appropias, ſed te magis elongas, timendumque tibi eſt, quod ait Dauid: g *Ecce qui elongant ſe à te,* Domine, *peribunt.* Itaque ſi proficere, currere eſt, vbi proficere, ibi & currere deſinis: vbi verò non currere, ibi & deficere incipis.

Bernard. epiſt. 154.

f Philip. 2. 8.

g Pſ. 72. 27.

Perfectio enim in præſenti ſæculo ſita ſit in cōtinuo progreſſu.

Indicatur id omne per verbum, *Veni,* quo Deus animam vocat; vt non modo ſurgat, ſed & ſecum veniat.

Enimuerò ſumma animarum perfectio in eo ſita eſt, vt Deum videat; at cùm in præſenti ſæculo homines nullo alio pacto Deum videre queant, quàm ſi ipſum ſequantur, profectò dum ad hoc vocantur, vt Deum ſequantur, ad perfectionem pariter vocantur, ſitam in ea Dei viſione, quæ in præſenti vita poteſt haberi. Hanc rationē aſſignauit & Gregor. Nyſſen. ſuper illa verba Domini ad Moyſem, quæ habentur in Exodo: g *videbis poſteriora mea; faciem autem meam videre non poteris:* dicens;

Greg. Nyſſ. lib. de vita Moſis.

DE ANIMA.

g Exo. 33. 23.

Ex eo, quod Moyſi oſtenſa dicuntur poſteriora Dei, illud ſignificatur, quòd Moyſes, deſiderans Deum videre, edoctus ſit, quomodo poſſit Deus videri. Sequi enim Deum corde, ac animo ſemper, quòcunq; ducat, idipſum eſt Deū videre. Etenim tranſitus ille, de quo in littera dicitur: *Cumque trāſibit gloria mea,* & cet. ſignificat, Deum eſſe ducem ſequentis: idque ſignificabat Dauid, cùm diceret: h *Scapulis ſuis obumbrabit tibi.* & i *Adhæſit anima mea poſt te;* Et Redemptor quoque noſter, ad diſcipulos, dicens: K *Si quis vult venire poſt me,* non dixit: *Ante me;* & cùm cuidam, de vita æterna cogitanti præcipit: l *Veni, & ſequere me,* Qui autē ſequitur, non faciem, ſed tergum aſpicit: faciē namque Domini non videbit homo, & viuet: quia qui ad faciem ducentis Dei occurrit, illius curſus in oppoſitum, & in mortem fiat, neceſſe eſt. In horū confirmationem eſt locus Iſaiæ, vbi dicitur ex perſona peccatorum: m *Auerſi ſumus, ne iremus poſt tergum Dei noſtri.*

h Pſ. 90. 4.

i Pſ. 62. 9.

K Luc. 9. 23.

l Luc. 18. 22.

m Iſa. 59. 13.

Notādū tertio; quàm congruè dilectus, nō tantùm iubeat animæ, vt ſurgat, ac veniat poſt ipſum, quòcunque nimirū eam deduxerit; At inſuper addat, vt properet: vtpote quæ conſequi debeat, qui C velociſſimus venit, ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis capreæ, hinnuloque ceruorum; quive exultat, vt Gigas ad currendam viam. Neque enim in Dei ſeruitio vllatenus ſegnitèr ambulandum ei, quæ viſionem deperdere nolit poſteriorū Dei, quem ſequi, operæpretium eſt, vt perfectioni indulgeat: ſed prius cum omni promptitudine ad ipſius conſpectum ſurgendum eſt, quia (vt ait Paulus Apoſtolus.) n *Hilarem datorem diligit Deus:* tum cum feruore, & ſolicitudine properandū, iuxta id eiuſdem Apoſtoli Pauli ad Romanos: o *Solicitudine non pigri, ſpiritu feruentes, Domino ſeruientes:* &, *Cupimus* p *vnumquemque veſtrum eamdem oſtendere ſolicitudinem ad expletionem ſpei, vſque* D *ad finem, vt non ſegnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditabūt promiſſiones.*

Solicitudo quam neceſſaria ſit in Dei ſeruitio, & in vita ſpiritualis ſtudio.

n 2. Cor. 9. 7.

o Rom. 12. 11.

p Hebr. 6. 11.

Siquidem ad huiuſmodi ſolicitudinem adducitur tum ex præmio, quod ſolicito propoſitū ſcimus, tū ex ipſa natura noſtra: præmium eſt hereditas promiſſionū, quod aliis verbis Salomon in lib. Prouerbiorum expreſſit, cum ait: p *Vidiſti hominem velocem in opere ſuo? coram Regibus ſtabit, & nō erit ante ignobiles:* ac ſi dicat: Præmium homines properantis ad bonum, iſtud eſt, vt vna cæleſtibus ſpiritibus diuinæ aſſiſtat Trinitati: neque enim fieri poteſt, vt qui velox eſt in opere ſuo bono cū ignobilibus, & cū damnatis partem habeat. Quinimo naturæ quoq; ratio id nobis perſuadet; vt quò quiſque eſt ſanctior, eò velociùs in ſtudio properet virtutū; E Aiunt quippe naturales, vniuerſa centrum propriū petere, & quò eidem centro ſunt propinquiora, eò concitatiori curſu ferri affirmant. Quapropter cū hominibus naturaliter ad Deum ſit contendendū, vt ad proprium naturæ ſuæ centrum; profectò quò quiſque æquior, & innocentior eſt, vtpote, qui magis ad eum accedit; eò feruentiùs ad illum pijs properare debet operibus.

Solicitus magis in ſtudio vitæ ſpiritualis debet eſſe is qui eſt Sanctior.

r Prou. 22. 29.

II. SENSUS

Iuxta ſenſum lectionis Originalium Hebræorū & Septuaginta, quæ habet; *Reſpōdet dilectus, ſeu fraternus meus, & dicit: Surge, veni proxima mea, formoſa mea, columba mea.* Vocat animam Deus, vt è corpore egrediens, tendat ad cœlum.

DE ANIMA.

Anima Sãcta in transitu quomodo vocetur ad Patriã.

Cùm enim pia anima ob id, quòd stantem post parietem carnis suæ Deum vidisset, respicientem per fenestras, perque cancellos sese exhibenté per speculum, & in ænigmate prospiciendum, totam se huiusmodi subobscuræ dedisset contemplationi: ita vt futurorum penè oblita, cũ Petro quodammodo intra se diceret; q *Bonum est, nos hic esse; si vis*, faciam hic tabernaculum, in quo iugi te intuear cõtemplatione. Ad hæc respondet dilectus eius, hisque eam affatur: *Surge, veni proxima mea, &c.* Ac si dicat.

q Mat. 17. 4.

PARAPHRASIS.

Surge ab isto, in quo iaces, corporis lectulo: *Surge* ab isto, quod tibi constratum est, tabernaculo, *proxima mea, & formosa mea; veni*, iam mecum in regnũ, quò clara me perfrui queas visione: *columba mea* es, veni iam ad patriam tuam.

Origenes. Amb.

Mori quam libenter debeat Anima Sãcta.

Aptè autem surgere dicitur Anima Sancta, quæ imigrat è corpore: quoniam in corpore grauatur oppressa, ita vt assurgere minimè valeat; r *Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam* (vt dicitur in libro Sapientiæ,) *& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* Porrò ad surgendũ, sursumve cum dilecto suo tendendum, triplici animatur appellatione: Primo, quia proxima Dei est: secundò, quia eiusdem formosa: ac tertiò, quia illius columba. Quatenùs Dei proxima, surgendum ei est, cum illoque tendendum, qui sursum est: nã & in elementis quoque id ipsum fieri manifestum est, vt suprema aeris portio, quę igni est proximior cum igne semper assurgat: Deus verò ignis est, anima spiritus. Quæ ergo per virtutem proxima diuino est igni, cum illo assurgat, operæ pretiũ est. Sed & quia formosa eiusdem est, vtpote ob prædictam approximationem consors diuinæ naturæ effecta, surgendum illi e terra est, & ad cęlum celeri cursu tendendum, quod diuinæ naturæ est sedes. Denique audacter surgere debet, quia columba Dei est, è cœlis nimirum descendens. Nota est quippe colũbarum natura, quæ, etsi præ domesticis alitibus omnibus longiùs domo, diutiusq; auolent: propriarum tamen ædium memores, fidelissime ad ipsas semper redeunt domos, à quibus discessisse contigerit. Cùm igitur anima Sancta haud manufactam in terris, sed cęlestem in Patria habeat domum, à qua ex tunc aduolauit, quando à cęlesti sponso creata, corruptibili hoc inclusa est corpori; profectò memori, instar columbæ, larium suorum surgendum est ei audacter è terreno corpore, eòque aduolandum, vnde tamdiù abscessit.

r Sap. 9. 15

Simile.

Simile.

Vers. X. En dilectus meus loquitur mihi: Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea; & veni.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

Maria instante partu iter aggressa est in Bethlehem impulsa à Spiritu Sancto.

Aug. Serm. 9 in Nati. Domini.

EA est puellarũ pauidarum cõsuetudo, vt cùm instant dies partus, laboriosum quodlibet deuitent iter, ne videlicet abortum ob nimiam faciãt defatigationem. At in Maria, sicut naturæ mutata sunt iura, quando viri nesciam, vt inquit Augustinus, sermo Dei maritauit, quando de Spiritu Sancto Virgo concepit: ita & humanæ pariter mutatæ sunt consuetudines: Prægnanti etenim, & instante partu difficillimum iter illi aggrediẽdum fuit, sic nimirum ipsomet, quem gestabat in vtero, diuinitùs disponente, atque etiam internis vocibus ad huiuscemodi iter eam impellente. Dictum est supra, in hoc secundo dramatis actu proponi B. Virginem, diuinæ Incarnationis mysteria, ordinemque eorum, quæ diuinitùs tunc gesta essent tribus Magis enarrantem; visum est autem hucusque, illam in hac sua enarratione eumdem seruasse ordinem, quem & ab Euangelista Luca seruatum videmus. Porrò post illum Mariæ actum, quo cognatam visitauit Elisabeth, quando & ad ipsius Marię vocem sanctificatus est Ioannes, ita vt exultarit infans in vtero Matris; Lucas alium eiusdem Virginis describens actum, illud enarrat iter, quo, instante partu, ea è Nazareth ascendit in Iudæam: verba eius hæc sunt: a *Factum est autem in diebus illis, exiit edictũ à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis: Hæc descriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur singuli in suam Ciuitatem: Ascendit autem & Ioseph à Galilæa, à Ciuitate Nazareth in Iudæam in Ciuitatẽ Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eò quod esset de domo, & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria, desponsata sibi uxore prægnante.* Hanc ipsam seriem, hunc ipsum ordinem seruans & Maria, postquam in præcedenti versu sub egregijs metaphoris dictam Præcursoris Domini exposuit sanctificationis historiam, vt superiùs iam declaratum est fusius: Nunc de suo illo incipit agere itinere, quod aggressa est, instante partu, exprimens simul, cur ei sese commiserit itineri: nimirum, quia ad illud diuinitùs à suo ipso impulsa fuerit dilecto: Internam autem eius locutionem hisce enarrat verbis: *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea*, &c. Ac si dicat: Approximante tempore partus illius dilecti mei: En ipse interna mihi locutus est iussione; quod verò dixit, hoc est; *Amica mea*, quã diuinorum mysteriorum compotem feci, quæve in omnibus obsequentissimã diuinis te exhibes mandatis: *columba mea* ob inauditã pudicitiæ puritatem: *formosa mea*, gratiis effulgens vniuersis, haud tempus est, amplius, vt te domi contineas: *Surge* iam: arripe iter; neuè abortum timeas: sed per abruptos *propera* montes, *& veni* in agrum Bethlehemiticum, vbi me paritura es: Vade & tu, vt in prima hac, quæ per gentes fit, Iudaici populi descriptione, in Ciuitate Dauid non tuum duntaxat, coniugisque tui Ioseph: sed & meum des nomen, quẽ statim ac illam attigeris terram, parturies; vt omnes intelligant, me eum verè esse, qui à cælesti Patre mittendus fueram.

DE B. MARIA

a Luc. 2. 1.

PARAPHRASIS.

Maria cur à Spũ sãcto impulsa, vt instãte partu tenderet Bethlehẽ.

Pro intellectione eorum, quæ hic dicuntur, supponendum; locum istum, dum in allato sensu sumitur, fundari super iis verbis, quæ ex Euangelio secundum Lucam citata sunt, quibus dicitur, Mariã ascendisse in Ciuitatem Bethlehem, vt in prima illa, quæ per Cyrinum fiebat, descriptione profiterẽtur: sic enim, dum Virgo Benedicta inquit, dilectũ suum sibi dixisse: *Surge, propera, & veni;* haud dubium, quin intelligat eo se vocatam, & ob illud ipsum, quod in huius itineris historia narrat Sanctus Euangelista.

Vers. X. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea formosa mea: & veni.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et in tempore matutino Respondit dilectus meus, & dixit mihi: Surge tibi

APPENDIX.

tibi Synagoga Iſrael dilecta mea ab initio, & pulchra operibus; vade, egredere de ſubiectione Aegyptiorum.

In Dramatis ſerie conueniunt omnes, vt Spōſus vocet ſponſam, vt è domo egrediatur in agrum, prout explicatum eſt in prima expoſitione litteræ.

Surgēdum de malo ad bonum.

Quoad ſpiritualia: Communiori ſenſu vocatur, ſeu excitatur Eccleſia, & pia anima ad bene agendum: At in communiori iſto ſenſu eſt aliquid diuerſitatis inter Patres.

Origenes.

Quidam enim arbitrantur, excitari animam male iacentem; vt videlicet de malo ſurgat ad bonum. Ita Origenes hom. 4. ex quatuor, vbi ait, Chriſtum animam vocare, vt extra ſenſus corporeos effecta, deſinat eſſe in carne, vt audiat; a *Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu*, dicere autem illam Verbum Dei proximum ſibi, quatenus ipſi coniuncta eſt, vnus ſpiritus cū ipſo effecta: ſpecioſam, quia illius imaginem videret, renouari de die in diem: Columbā denique eam appellare, quoniam Spiritus Sancti capacem illam intueretur. Et in altera expoſitione breuiori hom. 2. addit ſubindicatam à Chriſto rationem, cur animæ ſurgendum eſſet, nempe, quia ipſe viam ei fecerit, dicens: Cur ait, *Surge*? Cur, *propera*? Ego pro te ſuſtinui rabiem tempeſtatum; ego fluctus, qui tibi debebātur, excepi: Triſtis eſt facta anima mea propter te vſque ad mortem: ſurrexit à mortuis, fractis mortis ianuis, & inferni vinculis diſſolutis; ideò dico tibi ſurge, & veni, &c. Ita & Theodoritus, Philo Carpathius, & Ambroſius in libro de Iſaac ca. 4. vt ſenſus ſit: Surge à delectationibus mundi, ſurge à terrenis, & veni ad me, quæ adhuc laboras, & onerata es, quia ſolicita es, quæ ſunt mundi. Veni ſupra mundum, veni ad me, quia ego vici mūdum. Veni prope me iam pulchra æternæ vitæ decore, iam columba, id eſt mitis, atq; māſueta, iam tota plena gratiæ ſpiritalis.

Surgere animæ quid ſit. a Rom. 8. 9.

Surgendū nobis ad bene agēdum cū Chriſtus viā fecerit.

Theodor. Phi. Carp. Amb.

Gre. Nyſſ.

Vocās Deus cū vocatione dat ſimul & vocationis effectū.

Sed præ ceteris hunc ſenſum explicat Gregor. Nyſſ. hom. 5. ex cuius explicatione tollitur difficultas, quomodo, ſi anima excitatur à malo, dicitur ei à Chriſto *proxima mea*, &c. Sic quippe ait, Chriſtū alloqui animam; Surge, quę lapſa es in lubrico peccati cæno; quæ à ſerpente fuiſti impedita, & cecidiſti in terram, & fuiſti in lapſu inobedientiæ: Surge non autem tibi ſufficit, à lapſu ſolum erigi; ſed etiā progredere per virtutum profectum, curſum peragens in virtute: *Surge, & veni*. O vis iuſſus, & imperij: Re vera vox eſt virtutis: Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Ecce nunc quoq; ſtatim ad opus deducitur, quod videtur: nam ſimul atque anima vim Verbi accepit, ſtat, & aſſiſtit, & ad lumē propè accedit, vt teſtatus eſt ipſe, qui eam vocauit: *Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea*. Audit iuſſum, verbo confirmatur, excitatur, accedit, appropinquat. Pulchra redditur, columba nominatur: pulchra, quia appropinquans ad Deū, inſtar ſpeculi, imaginem in ſe ſuſcepit diuinæ pulchritudinis: columba verò, quia pulchra, ob ſuſceptam Sancti Spiritus imaginem.

Aponius.

Humilitatis via anima ſuſcitatur, vt veniat poſt Chriſtum.

Aponii quoq; expoſitio ad hunc ſenſum referri poteſt; dum cenſet, per hæc excitari Eccleſiam, aut animam, vt Chriſtum ſequatur per viam humilitatis, dicens: Narratur hic, quomodo, veluti puellæ mortali naturæ priſtina amicitia, & pulchritudo reddatur, & per ſuum humilitatis aduentum Chriſtus docet eam, per viam humilitatis venire ad ſe, hoc eſt ad ſuam imitationem, per quam ipſe venit ad eam, vt & vocem, munuſque repropitiationis afferret dicendo; b *Iam vos non dico ſeruos, ſed amicos*: Et, c *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris*. Iam igitur agnitionem ſui adueniens, ſuamque humilitatem imitanti vox iſta dirigitur: *Exurge, propera amica mea, formoſa mea, & veni*. Amica enim fit anima, cognoſcendo Deum: formoſa, Chriſti humilitatem ſeruando: columba verò efficitur, quia nihil de terrenis cupiditatibus abſq; cibo viliſſimo, indumentoque corporis requirendo, ſed ſemper columbarum ſimplicitatem tenens, Spiritui Sancto ſe conſociat.

b Io. 15. 15. c Matt. 11. 29.

Surgēdum à bono ad melius.

Caſſiod. Beda. Anſelm. Bern.

Alii excitari quidem exiſtimant animam ad bene operandum, ſed haudquaquam excitatam eam volunt à malo, ſed à bono ad id, quod magis tendit ad gloriam Dei, nempe à quiete contemplationis ad actionem, & ad procurandam proximorum ſalutem. Ita Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, atque Bernardus ſerm. 57. & 58. Vnde Caſſiodorus, vox inquit, Sponſi ad publicæ operationis ſtudia prouocantis: Surge, propera amica mea per fidem, & dilectionem: columba mea per innocentiam, & ſimplicitatem; formoſa mea per virtutum pulchritudinem; ac ſi diceret. Surge de ſtratu tuo illo dulciſſimo, hoc eſt de quiete, in qua ſoli mihi placere in pſalmis, hymnis, & orationibus deſideras, feſtina, & veni, id eſt feſtina ad vtilitatem proximorum, vt illos quoque prædicationis officio, & bonorum operum exemplo tui imitatores facias, & ad ſalutē tecum perducas. Et Bernardus ſerm. 58. More, ait, ſuo ſpōſus, vbi dilectam paululum in ſinu proprio quieuiſſe perſentit, ad ea denuò, quæ vtiliora viſa ſunt, trahere non cunctatur, non tamen quaſi inuitam: nec enim quod fieri vetuit, faceret vllatenus ipſe; Sed trahi ſanè à ſponſo ſponſam, eſt ab ipſo accipere deſiderium bonorum operum, deſideriū fructificandi ſponſo, quippe cui viuere ſponſus eſt & mori lucrum. Et eſt deſiderium vehemēs, quod eam non tantùm ſurgere, ſed & ſurgere feſtinanter ſolicitat. Nec parum confortat, quod audit, *veni*, & non, vade: per hoc ſe intelligit, non tam mitti, quàm duci, & ſecum pariter ſponſum eſſe venturum. Quid enim difficile ſibi illo comite putet? d *Pone me*, inquit, *iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me*.

A contēplatione anima Sancta aliquādo ſuſcitatur ad actione, & proximorū vtilitatem Bernard.

Vocatio Dei ad actione, fit per immiſſionē vehemētis deſiderij ſalutis proximi

Vocans ad actione Xps ſecū ac Deū ſe promittit.

d Iob. 17. 3.

Caſſiodo.

Notat autem Caſſiodorus; quod ſuperius filias Ieruſalem idem ſponſus adiurabat, ne ſuſcitarent, neve euigilare facerent dilectam: hic verò quòd ipſe eam ſuſcitat, & ſurgere ad laborem hortatur; quia omnia tempus habent, tempus contemplationis, tēpus etiam actionis. Quæ fuſius explicantur à Bernardo in ſerm. 58. vbi ponderās verbum *Surge*, proponit quæſtionem, dicens: Quis hoc dicit? Abſque dubio Sponſus: Nonne ipſe eſt, qui paulò ante ſuſcitari dilectam tantopere prohibebat? quo pacto ergo nunc non ſolum vt ſurgat, ſed &, vt acceleret, iubet? Venit in mentem ſimile quid ex Euangelio. Ea quippe nocte, qua Dominus tradebatur, cùm fatigatos prodictioribus vigiliis diſcipulos, qui ſecū erant, dormire demum, ac requieſcere, præcepiſſet: in ipſa hora ſurgere cogit: e *Surgite, eamus*, inquit, *Ecce appropinquat, qui me tradet*: Nunc quoque ſimiliter vno pene momento, & prohibet ſuſcitari ſpōſam, & ſuſcitat; *Surge*, inquiens, *& veni*. Quid ſibi itaque vult tam ſubita mutatio? Reſpondet ad hāc quæſtionem Bernardus dicens: Agnoſcite, hic commendari viciſſitudines Sanctæ quietis, ac neceſſariæ actionis; & quia non ſit in hac vita contemplandi nec diuturnitas ocij, vbi officij, & operis cogentior vrget, inſtantior vtilitas. In ſerm. autem 57. ait Ceterum inter uiciſſitudines mens fluctuat plerūque metuens, & uehementer exæſtuans, ne fortè alteri horum, dum ſuis affectionibus hinc inde diſtrahitur, plus iuſto inhæreat, & ſic in vtrolibet

Bernard.

Contemplationis, & actionis viciſſitudo neceſſaria.

e Matt. 26. 45.

In actionis & contemplationis viciſſitudine mens fluctuare ſolet

vel

APPENDIX.

vel admodum a diuina deuiet voluntate. Et fortasse tale aliquid Sanctus Iob patiebatur, cùm diceret: *f Si dormiero, dico: quando consurgam: & rursu expectabo vesperam;* hoc est, & quietus neglecti operis, & occupatus, perturbatæ nihilominus quietis me arguo.

f Iob. 7. 4.

Sunt, qui hæc referunt ad vocationem Ecclesiæ in consummatione sæculi in Patriam cælestem, vel Animæ Sanctæ in articulo mortis cõstitutæ ad gloriam. Vnde Origenes hom. 4. ex quatuor dicit. Possumus adhuc intelligere hæc, vt dicamus, veluti propheriam quandam videri ad Ecclesiam factam per quā vocetur ad repromissiones futuras; vt quasi post consummationem sæculi, cum tempus resurrectionis aduenerit dicatur ei *Exurge*. Et quia sermo hic statim opus resurrectionis designat, tamquam ex resurrectione clarior, & splendidior effecta, inuitatur ad Regnum, & dicitur ei: *Veni proxima mea, speciosa mea, columba mea, quia hiems transijt*, &c. Et Ambrosius serm. 6. in Psalm. 118. versic. 3. in hunc modum Christum proponit alloquenté animam. *Surge* à mortuis, exurge à vinculis, quibus circundata tenebaris, exurge, quia ego resurrexi tibi. Solue vincula iniquitatis; quia ego iam solui tibi: *Veni*, quia iam retia tibi soluta sunt: Virgo peperit, Puer natus ex Virgine est. Nihil debet muliebri hereditate, quia quasi filius mulieris non tenetur. Cerne medium parietem macerię iam solutum qui internorum affectuum concordiam diuidebat & in diuersum excitabat dissensionem corporaliũ passionum, Veni ergo secura, vt iam me non per retia videas, sed facie ad faciem vultibus amatorijs dilecta potiaris. Libro quoque de Apologia Dauid posteriori de eadem Anima ait; Proxima vtique fidei desiderio: formosa decore virtutis: colũba gratia spiritali, pennæ enim columbæ deargentatæ æternam illam significãt potestatem, & columbæ volatus Sancti Spiritus præsentiam declarauit. Vocat igitur eam ad se Christus, vt veniat, quoniam spiritalibus iam pretijs dotata veniebat.

Orig.: *In mortis articulo anima vocatur ad Patriā.*

Ambr. *Ad Deifruitionem quæ vocatur anima.*

Ad eumdem sensum referri possunt, quæ dicuntur à Iusto Orgelitano, vt tantumdem sit. *Surge & propera*, ac crede, & peracto cursu pij laboris præmium suscipe; tantundem verò sit amica mea, ac reconciliata mihi per mortem, & formosa mea, ac munda facta per lauacrum.

Iust. Org.

Ambrosius serm. 6. in Psalm. 118. arbitratur, per hæc insuper excitari Ecclesiam, vt in studio Sacrarum literarum surgat ex intellectu literæ ad intellectum Spiritus, ait quippe de superiore, hoc est spiritali parte prospectans, Ecclesiam vocat, vt per legem, & Prophetas Euangelij vertice sublimis assurgens, retia Iudaicæ interpretationis, & nodos intrepido calcet vestigio: Ideoque proxima vocatur, vt adhæreat Christo, mundana non quærat: ideo formosa, vt speciosos Euangelizantium pedes proferat: ideo columba, vt spiritalia petat, terrestria derelinquat.

Ambrosi. *In Sacra Scrip. studio surgendum est è littera ad intellectũ spiritus*

Haud ab his aliena est expositio Catenæ trium Patrum, secundum quam diuinus sponsus ad animam, quę alios doceat, istiusmodi habet verba. Docere desine, quæ à me per naturalem, scriptamque legem mysteria ad me pertinentia didicisti. Ab ijs consurgens tu, quæ propter perfectionem es propinqua mea, ad ea tradenda te confer, quæ ex lege constant spiritali, & his sunt longè excellentiora: Ego enim qui sum natura immensus, & infinitus nullis vnquam rerum ex materia constantium terminis comprehendar: Itaque tu semper oportet ad viteriora contendere, formosa mea, colũba mea. Formosa quidem mea, quatenus operibus, & præceptis exequendis mundata es, & decorata: columba verò, quatenus ilustrata es donis Spiritus Sancti.

Tres Patr. *Anima Sancta suscitatur, vt a doctrina desumpta ex naturalib. transcēdat ad eam, quę est ex spiritualibus.*

Rupertus Abbas, referens hæc ad Beatam Mariam duplici modo ea exponit. Primùm, vt per ea explicetur ingens Verbi desiderium accelerationis eiusdem Virginis Natiuitatis, ac si ipsamet illud referens, dicat: Hæc verba dilecti loquẽtis mihi: Surge, propera &c. sic accipite, quasi verba desiderantis, tamquàm festinantis, & optãtis, iam adesse materiam tantæ salutis, scilicet me, cuius è carne illi materia foret assumenda carnis: Tamquam præsenti loquebatur mihi, meque iubebat, surgere, & properare, idest nasci, & hospitium ventris mei sibi citò præparare, & reuera priusquàm nascerer, illi præsens aderam, antequam fierem, bene illi cognita fueram. Elegit quippe me ante mundi constitutionem, vt essem sancta, & immaculata in conspectu eius in charitate.

Rup. Ab. *De Maria Virginis natiuitate.*

Secundò, vt per eadem explicetur eiusdem Verbi desiderium accelerationis Incarnationis suæ, excitantis consensum Virginis, ac si dicat: *Surge, propera amica mea, & formosa mea: columba mea*, & in omnibus Euæ opposita; Eua namque quasi inimica, Eua quasi vipera, Eua quasi deformis, & ignominiosa, mihi inimica, viro suo vipera, sibimet cõfusa ignominia; Inimica per superbiam, qua intus tumuit; vipera per malitiam, quam ex serpente concipiens foris tentata facilè cessit: ignominiosa per pruritum libidinis, quæ statim scaturire cœpit: vnde & nudum se cognoscens, folio pudenda contexit. Tu autem amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatẽ: tu contra Deum non tumuisti, imò mente humili Altissimo complacuisti, & ecce amica es: tu serpenti aurem non præbuisti, imo inimicitias inter te, & serpentem ego posui, & ecce columba es: tu nuditatem libidinis non incurristi, imò Spiritus Sanctus obumbrauit tibi, & ecce formosa es: Veni ergo MARIA, veni: nam Eua ad latebras fugit: Veni, & crede Angelo Euangelizanti: nam Eua credidit serpenti susurranti; Veni, & contere caput serpentis, nam Eua & capite illecta, & ventre oblectata, & cauda est obligata serpentis: *Veni* & dic: *Ecce Ancilla Domini*; nam Eua se abscõdens pariter, & defendẽs *Serpens, ita decepit me, & comedi*; Hæc est vox dilecti mei, hæc loquitur, *Surge, propera & veni*: Surge per fidem, propera per spem, veni per charitatem. Iam enim hiems transijt, &c.

Maria Euę opposita in omnibus.

De Maria annūtiatione.

In fine huius Appendicis, quatuor supersunt, q̃ hic adnotentur.

Primum ponderatio, quam facit Bern. in ser. 57. super illis verbis; *loquitur mihi*, quæ subsequuntur post ea, *Respiciens per fenestras &c.* Ex eo enim, qđ Christi respectum secuta est locutio, colligit, eum respectum haud fuisse indignationis, sed dilectionis. Post hunc namque, ait, tantæ dignationis, ac miserationis respectum sequitur vox, blandè, & leniter diuinam insinuans voluntatem, quæ non est aliud, quàm ipse amor, qui otiosus esse non potest, de his, quæ Dei sunt, solicitans, & suadens.

Bernard. *Respectum Christi sequitur eiusdē vox, & amor.*

Secundum; ponderatio verbi *propera*; quam facit Gregorius Papa, dicens, Sanctam animam sponsus hortatur, vt surgat, & veniat, quia dignum est, vt quicunque ad amorem Christi properat, carnis torporem, quantum potest, abiiciat, & se ad æterna consequenda celeriter accingat.

Greg. PP. *Solicitudo vitæ, spirituali maximè necessaria.*

Tertium singularis explicatio trium appellationum, *Amica mea, formosa mea, columba mea*: vt spectant ad piam animam Bernardus enim tum in serm.

Bernard.

APPENDIX.

Anima Sancta tria habet prædicationē, & orationem, & contemplationem, id dicitur amica, colūba, & formosa Dei.

A ferm. 57. in Cant. tum in fer. 3. in festo Assumptionis Beatæ Mariæ circa medium; Habet, inquit, tria hæc Sponsa, id est prædicationem, orationem, contemplationem, in tribus designata, & commendata vocabulis. Etenim meritò amica dicitur, quæ sponsi lucra studiosè, ac fideliter prædicando, consulendo, ministrando conquirit. Meritò columba, quæ nihilominus pro suis delictis in oratione gemens, & supplicans, diuinam sibi non cessat conciliare misericordiam. Meritò quoque formosa, quę celesti desiderio fulgens supernæ contemplationis decorem se induit, horis duntaxat, quibus commodè, & opportunè id potest.

B

Bernard.

In Religione tria sūt personarū genera, in quibus religio ipsa est amica, colūba, & formosa Dei.

Quartum denique: explicatio earumdem vocū, vt competunt toti Religioni, aut Monasterio; Bernardus quippe citato ferm. 57. ait, in Religiosorū monasterijs tria prædicta reperiri, etsi non omnia in singulis, saltem singula in diuersis. Habemus siquidem, ait, Martham tanquam Saluatoris amicā in his, qui exteriora fideliter administrant: Habemus & Lazarum, tanquam columbam gementem; nouitios vtique, qui nuper peccatis mortui pro recentibus plagis laborant adhuc in gemitu suo sub timore iudicij, & sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum nemo est memor amplius: sic se non putant reputari, donec ad Christi visionem sublato pondere timoris, tamquam prementis lapidis mole respirare in spé veniæ possint. C Habemus quoque Mariam contemplantem in ijs, qui processu longioris temporis, cooperante gratia Dei, in aliquid melius, & latius proficere potuerunt, quando iam de indulgentia præsumentes, non tam versare intra se solliciti sunt tristem imaginem peccatorū, quàm certè in lege Dei meditari insatiabiliter delectantur: Interdum reuelata facie gloriam sponsi cum ineffabili gaudio speculantes in eamdem imaginem transformantur à claritate in claritatem, tāquam à Domini Spiritu.

Verf. XI. Iam hiems transijt, imber abijt, & recessit.

Verf. XII. Flores apparuerunt in terra nostra: Tempus putationis aduenit: Vox turturis audita est in terra nostra.

D

Expositio Prima. Iuxta sonum litteræ.

I. SENSVS.

POst captatam beneuolētiam triplici blāda appellatione: postquā firam propositam intentionem, qua sponsam rus accersiuit, dicens: *Surge, propera amica mea, &c. & veni:* Rhetorum more nūc ad illud ipsum eidem persuadendum, Sponsus primò ostendit, remota esse impedimenta, quæ illam præpedire possent, ne è domo surgeret, properaret secumque veniret, hiemis nimirum asperitatem, imbriumque frequentiam, dicens, ea iam desijsse; E *Iam enim* inquit, *hiems transijt, imber abijt, & recessit.* Ac si dicat,

PARAPHRASIS.

Nulla tibi superest excusatio; nam si hucusque hiemis te domi continuit rigiditas, & ideo neque rus petere potuisti propter imbrium vehementiā: Iam & hiems ipsa transijt, & imber omnis abijt, penitusve defecit. Secundò affert & præcipuum motiuum, quo ad secum rus egrediendum ea vehemētissimè debeat allici; id autem est temporis opportunitas, quàm maxima, vernum videlicet tempus, quod elegantissima proponit discriptione, dicens: A *flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis, &c.* Ac si dicat.

LITTERA.

PARAPHRASIS.

Tantùm abest, vt tempus causari queas, vt ab ipsa potiùs temporis alliciaris hilaritate. Ecce etenim tellus floribus ridet, ac redolet: dulce iam aduenit tempus putationis: audiūtur vndique suaues auiū cantus.

Hæc quidem pro plano lectionis nostræ sensu dicenda videntur. Verum, quoniam in textu hebraico, quædam sunt voces ambiguæ, ad veritatis trutinam exactiùs, quæ hic ab sponso dicuntur, in versic. 12. sunt examinanda.

B Ac primò quidem notandum hebræum nomē נצנים nithsanim, quod noster vertit, *flores*, secutus Septuaginta Interpretes, non tam flores ipsos significare expansos, quàm florum gemmas, quas Italicè dicimus *bottoncini*, flores videlicet efflorescere incipientes: quin etiam idē nomen significat quodlibet germen progerminans.

Secūdò notandum aliam vocem זמיר zamir, duplicem habere significatum: & putationem enim significat, & cantum, seu cantilationem. Hebræi recentiores in secundo significatu illam accipiunt, sed Antiquiores, vt patet ex paraphrasi Caldaica, necnon & ex versione Septuag. seniorum hebræorum certè, & peritissimorum, in primo significatu eam sumpsere. Eodem modò sumpsere illam Symmachus, & Aquila antiquissimi pariter interpretes C vt notat Theodoritus lib. 2. in Cant. super hæc verba. Vnde perquam optimè noster interpres vertit; *Tempus putationis aduenit*. Neque verò tanti facienda est Rabbinorum, & hebraizantium friuola illa ratio, qua inquiunt, prædictam dictionem haudquam hoc loco sumi posse pro putatione, quia putatio minimè hoc tempore, quod describitur, accidat: vt propterea reijcienda sit germana antiquorū interpretatio. Nam etsi re vera putatio non fiat, cū vites progerminarint, vel effloruerint; haud tamen dubitandum, quin optimè verno fiat tempore. Vnde Columolla bene de huiusmodi vitium putatione ex antiquorum sententia inquit: Putandi duo sunt tempora, meliùs autem (vt ait Mago) vernū, antequam surculus progemmet, quoniam humoris plenus facilem plagam, & leuem, & equalem accipit, nec falci repugnat. Hunc autem secuti sunt Celsus, & Atticus. D Quare, quod dicitur, flores apparuisse, non de vitium, quæ putandæ sint, intelligendum est floribus, aut gemmis progerminantibus; Sed de floribus ijs, qui primo veris tempore nascūtur in terra, quales sunt ij, quos primos flores; vel flores cāpi appellamus; quales & Hyacynti, & Narcissi, & Violæ, & alii huiusmodi: Vel etiam de floribus earum arborum, quæ ad veris introitum progemmare consueuerant, vt sunt Amygdali, Chrysomali, & cæteræ huiusmodi. Neque contra hæc facit id, quod subsequitur in vers. 13. *Vineæ florentes dederunt odorem suum:* quinimò per illud ea magis cōfirmantur, quæ dicta sunt: cum quid diuersum per E id significari debeat ab eo, quod iam dictum fuerat, de floribus, qui apparuerāt. Quomodo autem hæc consona sibi sint; vt, cum dictum sit, esse tempus putationis, subiiciatur illicò, vineas florentes dedisse odorem suum; videbimus (si Deus dederit) infra. Confirmari idipsum insuper potest per id, quod ab ijsdem recentioribus Hebræis dicitur in explicatione illorum verborum: *Vox turturis audita est in terra nostra.* Asserunt quippe, hebraicam vocem תור tor communi acceptione sumendam, vt videlicet haud turturem duntaxat, sed & turturem, & columbam, aliudvè auium genus significet. Si enim hæc ita se habeant, prout certè se habere,

Columella. Lib. 4. de re rust. c. 10.

cre-

DE ECCLESIA.

crediderim, profectò dicendum, haudquaquam legendum esse: *Tempus cantillationis*, scilicet auium, *aduenit*; sed, *tempus putationis*, ne idem ipsum superfluè bis repetatur. Nominatur autem in primis turtur, quoniam turturum vox transactam iam hiemem denuntiare solet: quippe quæ per hiemem nusquàm appareant; Vnde Aristoteles de auibus ijs loquens, quæ hieme occultantur, dicit, De turture maximè quidem omnium constat; nemo enim propè dixerim, vidisse per hiemem vspiam turturem, dicitur.

Arist. lib. 8. de hist. ani. cap. 16.

II. SENSVS

Quapropter dici non incongruè posset hoc, quod dicitur: *Vox turturis audita est in terra nostra*; additum, non tam ad ostendendum, accessisse vernum tempus, quàm ad confirmandum, hiemem iam præteriisse, quod absque vlla probatione priùs fuerat significatum: vt sponsi intentio sit, in subsequenti quidem versic. 13. ex verno tépore sponsam ad animi refocillationem allicere ad agros, atque ad vineas: at in præsenti loco versic. 11. & 12. ad laborandum eam ad ipsas aduocet vineas, vt eorum, quæ hic dicuntur, sensus sit.

PARAPHRASIS.

Quid iam te domi contines? Non est amplius tempus fouendi cinerem intra parietes: calor ex ipso suscitandus est opere; neque moras trahere, opus est: *Iam enim hiems transiit, imber*, qui per hiemem extitit copiosissimus, *abiit, & recessit*, iam arbores progemmare incipiunt: tempus est, vt vinearum perficiatur putatio: nec licet in longius differre; nam & *vox turturis audita est in terra nostra*, quæ hiemis omnimodam præsignat cessationem. *Surge* igitur, & *propera veni* mecum ad nostras putandas vineas. Bene autem hanc illi suadet properationem: nã id apud omnes pro comperto habetur, ante æquinoctium vernum quaslibet vites debere esse putatas, atque adeò bene Cato de re rustica: Vineas, inquit, arboresq; maturè falce incipias putare; & Plinius ait apertius, Putationem æquinoctio peractã hèto.

Cato c. 32. lib. 18. c. 26.

Vers. XI. Iam enim hiems transiit, imber abijt, & recessit.

Vers. XII. Flores apparuerunt in terra nostra; Tempus putationis aduenit; Vox turturis audita est in terra nostra?

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Timor Mũdi, & lex Mosis Apostolos prepedire poterãt ne ad prædicandũ Gentibus tenderent.

INter ea, quæ Apostolos ĩpedire poterant, ne per vniuersum orbem ad Euangelij prædicationem dispergerentur, duo in primis extitere. Timor carnalis, & lex Mosis. Timor periculorum, persecutionum, ærumnarum, tormétorum, atque etiam mortis, quæ ipsis pro huiusccemodi prædicatione forêt subeunda: Et legis mandatum, quæ communicationem vetabat cum Gentibus, obseruantiasque multas præcipiebat, quarum vsum illi sua prædicatione interdicere debebant. Ambo ista impedimenta per aduentum Spiritus Sancti sublata, ostendit Dominus, primitiuam illam Ecclesiam alloquens in hac oratiõe efficacissima. Sic enim à Salomone sub sponsæ persona ipsa proponitur Ecclesia, quæ enarret, internam sibi à sponso exhibitam vocationem ad Euangelij disseminationem, explicetque ab eodem sponso sibi propositam & temporis opportunitatem, & eorum, quæ ipsam retardare poterant, sublationem. Porro cessationem impedimentorũ sub duplici sibi significatam, inquit, metaphora: transitus videlicet hiemis, atque desitionis imbrium; temporis verò opportunitatem sub peregregia veris allegoria. Sensus ergo eorum, quæ hic dicuntur, iste est, iuxta sensum illum, qui primo loco in prima allatus est expositione, vt Christus, seu Spiritus Sanctus in nomine Christi dicat.

DE ECCLESIA.

I. SENSVS

PARAPHRASIS.

Surge, propera amica mea, &c. Veni mecum ad prædicandum per vniuersum mundum: Non est ampliùs, quòd cuncteris; Apostoli nil timent eorum, quæ maximum hominibus incutere solent timorem: *Iam* enim *hiems* horrida timoris, ac metus omni *transijt*, quidni & lex Mosis, ob quam tãquã ob imbrem vehementissimum intra Iudææ continebantur parietes, *abiit, & recessit, apparere* cepertũt in terra nostra *flores* Martyrum, sanctissimum fidei redolentes odorem. *Tempus* iam *aduenit putationis*, quo fideles quique superflua à se resecãt opes. Sed & *vox turturis*, vox confitentium Domino *audita est in terra nostra*. In terra ipsa, in qua nefanda homicidarum prolata iam fuit vox illa: *Tolle, tolle crucifige eum*; nunc audita est vox & pœnitentium simul, & laudantium Deum.

Circa hunc sensum, Notãdum primò, metaphoram hiemis aptissimam esse ad designandum metum, ac timorem mundanum, idque ex nonnullis colligi potest congruentiis, quas timor cum hieme habet communes. Primò enim ea similem quamquam inter se habent proportionem in causa efficiente: nam si hiemis causam perscrutemur, ex philosophia naturali edocebimur, illam haud aliam esse, quam solis elongationem à nostro hemisphærio: ex ipsa si quidem solis conuersione in quatuor tempora annum diuidi manifestum est. Porrò & mundani timoris eadem ipsa est causa, elongatio nimirum Dei à corde illius, qui huiuscemodi timore concutitur; elongatio solis iustitiæ, à quo robur est omne, & omnis calor: testatur hoc haud obscurè Isaias Propheta, vbi ait. a *Oblitus es Domini factoris tui qui tetendit cælos, & fundauit terram, & formidasti iugiter tota die à facie eius, qui tribulabat, & parauerat ad perdendum*; Ac si diceret: Humanus iste pauor tuus, quo adeò terrestres formidasti Principes, haud aliunde prouenit, quàm ex eo, quod Deus è tuo elõgatus est corde. Ex hoc, quod & hiems, & timor ex pari proueniunt causa, sequuntur & pares inter ambo effectus. At ne longiores hac in re simus, duos duntaxat similes animaduertamus effectuum illorum. Primò hiems ob ingentem frigoris rigiditatem id efficit in hominibus, vt illorum & manus ineptas reddat ad operandum, & pedes constringat quodammodò, ne liberè iter habere valeant. Id autem ipsum etiam à timore hominum fieri, nemo est, qui quotidiana nõ videat experientia: quinimò si per hiemis frigus & tremor in singulis membris est, & instabilitas tanta, vt facilè è manibus decidat, quicquid illis corripitur: Et timor pariter tantum ingerit tremorem vt si quid boni operis ab eo, qui corde sit pauido, inchoatum aliquando fuerit, quasi ex illius decidens manibus, desinat in ipsomet sui principio. Insuper quemadmodum hiems aquas ita congelat, vt nec fluere, nec irrigare valeant terram: Et timor pariter impertitas à Deo gratiarum aquas eo pacto congelat, atque constringit, vt communicari minimè queant: efficitque, vt iis ipsis, qui illas habent, obsint potiùs, quàm prosint: quod in grauissimam pœnam Iudaico populo minitatus est Moyses in Deuteronomio, dicens: b *In Gentibus illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & oculos deficientes, & animam consumptam mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te; Timebis nocte, & die, & non credes* vitæ

Timoris mũdani cũ hieme congruẽtia aliques.

Hiems vnde fiat naturaliter: timor mundanus vnde fit.

a Is. 51. 13.

Hiemis, ac mundani timoris effectus similes

Timor mũdi, est cũ lapsus in peccata.

Simile.

Timor mũdi diuinas gratias, reddit inutiles & aliquãdo dãnosas

b Deut. 28. 65.

DE ECCLESIA.

vita tua. Quæ verba licèt de vita corporea communiter dicta ſumantur, ad vitam nihilominus gratiæ ſeu etiam ad gratiam ipſam, in qua vita ſpiritualis ſita eſt, eadem ſpectare nullus eſt, qui neget: atque adeò præclarè huiuſcemodi vita, quaſi pendens futura dicitur ob timorem. Et profectò valdè mirabile eſſet, vt gratia, quæ ſpiritualis aqua eſt, pendēs ſtare poſſet, niſi id pro certò haberemus, quòd ob carnis timorem gratia ipſa congelatur quodammodo, ſicut & ob hiemis frigiditatē terreſtres aquas congelari, conſpicimus. Neque id de gratia illa dūtaxat eſt verum, qua viuimus, quæve à Scholaſticis appellatur gratum faciēs: at & de gratijs gratis datis, vt ſunt dona ſcientiæ, miraculorum, efficacis prædicationis, & alia huiuſmodi, quod ex vna Petri hiſtoria colligere licet: Siquidem, cùm ex diuturna, quam cum Chriſto habuerat, conuerſatione *c* inſigni à Patre donatus eſſet illius cognitione, & conſtitutus eſſet caput ſuper Eccleſiam; necnon, & poteſtatem accepiſſet operandi miracula, & pdicādi: cùm his oībus donatus eſſet gratijs, in nocte tamen paſſionis Domini humano correptus timore, adeò vniuerſas iſtas gratias congelatas in ſe ſenſit, vt per eas non modò alijs non profuerit, quando erat maximè opportunum tempus confitēdi, ac prædicandi Chriſtum; ſed & ſibi ipſi quam maximum intulerit detrimentum, illum ipſum negans, quem filium Dei prædicare debuiſſet: quam quidem à timore factam congelationem, qui exactiſſimus in hac ſcribenda hiſtoria extitit, Ioannes vnico indicauit verb[o], dicens, tūc temporis frigus fuiſſe, atque adeò bis repetit, Petrum, cum Chriſtum negaret, ſteti{ſ}ſe, & calefeciſſe ſe; ob id nimirum, quia tātum intra ſe frigus ille ſentiret, vt gratias omnes in ſe congelatas ſua oſtenderit negatione. Porrò, ſi quia ſimilem quodammodo cauſam, ſimilesve effectus tam hiēs habet, quàm timor humanus, congruentiſſimè timor ipſe per hiemis metaphoram exprimitur, ſanè aptè admodum à Sponſo dicitur hiems tranſiſſe per aduentum Spiritus Sancti. Sicut.n. tunc tēporalē hiemē dicimus tranſactam, quando Sol, qui longè à nobis abſceſſerat, iterum ad noſtras appropinquat regiones, & propinqua cōuerſione ſua calorem terris impertit. Ita etiam, quando Deus ad Sāctas accedit animas, qui priùs abſceſſiſſe videbatur, tunc timor omnis humanus ex earum cordibus abſcedit, quod Rex Dauid, qui aliàs ſummo pauore conterritus dixerat: *d Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ*: apertè teſtatus eſt, cùm diceret: *e Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?* Id eſt, Dominus inſtar ſplendidiſſimi Solis ad me acceſſit, ſuaque me illuſtrauit luce, necnon & ſuæ charitatis calore certiſſimam mihi intulit ſalutem: Timor ſanè omnis humanus ex hāc tanti Solis approximatione à me receſſit: tremor omnis ab illius fugatus eſt calore. Quod ſi *f Charitas*, iuxta Ioannis dictum, *foras mittit timorem*, illum dico timorem, quem adeò vniuerſæ ſacræ paginæ prædicant, & dicitur *g Initium Sapientiæ*, quantò magis per eandem dicendum eſt, fugari timorem illum humanum, quem frequentiſſimè damnatū in iiſdem Sacris libris videmus? Cum igitur Spiritus Sanctus calor, & charitas ſuper diſcipulos venit, congruentiſſimè dicitur Eccleſiæ, vt iam liberè, & audacter ad Euangelij prædicationem ſurgat ac properet, quoniam iam hiems, timorque omnis tranſijt; Ac ſi dicatur.

c Matt. 16. 18.

Adſpiritus Sācti aduētum, timor omnis fugatus eſt à cordib. Apoſtolorum.

Simile.

d Pſ. 54. 6.

e Pſ. 26. 1.

f Ioa. 4. 18.

g Pſa. 110. 10.

PARAPHRASIS.

Surge & veni, tecum ſum; nihil eſt, quòd timeas: haudquaquam fidelium cauſari potes timorem, cùm per Sancti Spiritus approximationem timor omnino ab [...]orum co[rdi]b[us] [fu]gatus ſit.

Notandum ſecundò, haud minùs aptam eſſe imbris metaphoram, qua idem vſus eſt Spōſus ad deſignandam legem Moſis, quoad eam partem, quæ iam fuerat abrogata, dicens: *imber abiit & receſſit*: Congruunt enim admodum hæc duo inter ſe, lex illa, & imber. Ac primò quidem congruunt in modo, quo fiunt, ſeu etiam in cauſa efficienti eorum, ſi ex naturali philoſophia modū perſcrutemur, quo imber fit atque pluuia, inueniemus, fieri ex eo, qđ vapores è terra eleuantur à Sole; à cuius tamen ſolis calore haudquaquam conſumi poſſunt; atque adeò in hieme, quando ob ſolis diſtantiam remiſſior eſt calor, frequentiores fieri videmus imbres: cùm è contra in æſtate quando ſol eſt maximè proximus, maximiſque æſtuamus caloribus, vel nullas, vel rariſſimas pluuias fieri conſpicimus. Porrò & de lege Moſis eadem quoquo modo dici poſsūt nam in illius exhibitione Deus verus Iuſtitiæ ſol, quaſi vapores quoſdam è terra eleuaſſe, viſus eſt, quando è terreni illius Iudaici populi inclinationibus carnalia quædam, iuxta eorum captum, eleuauit mandata, terrenas præcepit & cæremonias, ſua illas eleuans iuſſione; quæ quidem cæremoniæ terreſtres, cùm haudquaquam ab æſtu diuini illius ſolis, & à calore charitatis conſumptæ fuerint in antiquis ijs temporibus, quando per Dei à terra diſtātiam hiems erat, tēpuſuè timoris, in pluuiam cōcretæ ſunt, & in Iudaicum populum quaſi vehemens imber deſcendere, terrorem incutientes; qđ apertis verbis legifer ipſe ſignificauit Moyſes, cū in terribili illo Cantico Deuteronomij dixit: *h Cōcreſcat in pluuiam doctrina mea quaſi imber ſuper herbam*: Et ex hiſtoria, quæ refertur in Exodo de huius legis exhibitione, iſtud ipſum colligi facile poteſt: Cùm enim antequam ea daretur, dicantur, *i* cœpiſſe audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubem denſiſſimam operuiſſe montem Sinai; certè nō obſcurè ſignificatur, eam, quę iſta ſecuta eſt, legem extitiſſe pluuiam quamdam, & non pluuiam ſimpliciter, ſed imbrem vehementiſſimum, qualis ad tonitrua, ad fulgura, atque ad denſiſſimam nubem ordinariè conſequi ſolet.

Lex Moſis quoad ſpeciones habet cū imbre vehementi.

Imber ac pluuia quō fiant.

h Deut. 32. 2. iuxta Septua.

i Exod. 19. 16.

Porrò ſicut imber inter alia id efficit, vt vniuerſos illius regionis, in quam cadit, incolas intra domum contineat, prohibens, ne foras egrediantur, aliquòque peragant iter. Ita & lex illa intra Iudæā ita cōcluſos detinebat Hebræos, vt nullatenus egredi poſſent ad communicandum cum alijs Gentib. Vnde Petrus in actibus Apoſtolorum dixit ad Coapoſtolos item Iudæos: *k Vos ſcitis, quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad Alienigenam.*

Simile.

Lex Moſis prohibebat conſortium cum Gentibus.

k Actorū. 10. 28.

Eſt denique inter imbrem, ac legem veterem cōgruentia alia ab ipſius imbris definitione deſumpta: Imber etenim ꝓpria appellatione dicitur pluuia illa, quæ cum ingenti impetu, & cum maxima vehementia, maximaque aquarum copia defluit. Et certè lex etiam illa, inſtar imbris ingenti collata eſt terrore, vt ex ſupracitato Exodi loco colligitur & vnà cū quolibet præcepto impetū ſecum affert, & vehementiam, quàm maximam minarum atque pœnarum, vt videre eſt in libris Leuitici, *l* ac Deuteronomij, *m* quin etiam tantam præceptorum colligit molem, vt non immeritò vel ob hoc dumtaxat iure comparari debeat imbri vehementi. Atqui ſicut imber eo modo, quo dictum eſt: ſumptus haudquaquam ſiſtit in terra, & eam defluentibus irrigat aquis; Sed prætereunt, & decurrit, vim producendi, augendique tellurem minimè conferens: Ita & lex illa quoad multitudinem [...]

Simile.

Imber quid ſit.

l Leuit. 26. 14.

m Deu. 28. 15.

[...]nimum,

DE ECCLESIA. nialium, & Iudicialium præceptorum; quoad timorem & terrorem, quem ingerebat, pertrãsiit, ac præterfluxit in terra: ita vt propterea Apostolus audacter, Hebræos alloquens, dixerit: *n Translato Sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat;* Et, *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex.* Quare hoc? Quia, cùm illa esset vehemens imber, & lex timoris, nequaquam irrigabat, iustificans quempiam, prout idem testatus est Paulus in peregregia illa sua concione, dicens, *o Notum sit vobis, viri fratres, quia per hunc* scilicet Iesum *vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus, in quibus non potuistis in lege Mosis iustificari.* Neque per aquas gratiæ vim conferebat proferendi actus virtutum, quod vulgatis illis verbis: *p Lex per Moysem data est; Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*, Ioannes Baptista professus est.

Lex Mosis quo pertrãsiit, instar imbris. n Heb. 7. 12 & 18. o Act. 13. 38. p Io. 1. 17.

Cùm itaque ob prædictas rationes lex Mosis, eiusque obseruantia imber quidã essent, iure optimo, quando iustitiæ Sol mundo proximior est factus per Incarnationem: quando idem per Resurrectionem clarior eleuatus est super terram, quando & per Spiritus Sancti immissionem vehementioribus terrarum orbem inflammauit caloribus, huiuscemodi imbrem abiisse, ac recessisse ipsemet asserit, qui & Sol est ardentissimus, & amantissimus Ecclesiæ dilectus: suis quippe amoris æstibus magna ex parte terrestres illos consumpsit vapores, carnales abrogans obseruantias, gratissimãve super terrã charitatis, atque gratiæ è cœlis demisit pluuiam, quæ Ecclesiam irrigaret, ac simul vim productionis, & augmentationis conferret.

Quapropter aptissimè, statim ac dictum est: *Iam hiems transiit, imber abiit, & recessit.* Subijcitur illicò: *Flores apparuerunt in terra nostra: Tempus putationis aduenit, Vox turturis audita est in terra nostra.* Æquè est enim, ac si diceretur.

PARAPHRASIS. Iam per diuini Solis accessum: iam per Spiritus Sancti aduentum ingentibus terra æstuat calorib. atque adeò iam quoque *Imber* antiquæ legis, quo intra Iudææ fines conclusa tenebaris, nec egredi poteras ad cõmunicandũ cũ Gẽtib *abiit, & recessit*, cõsumptis nimirũ per eiusdem Solis æstus vaporibus, abrogatis cæremonijs, innumerisve illius præceptis: proque vehementissimo illo imbre, quo tellus minime irrigabatur, ab ipsomet eius Solis calore dulcis in terram gratiarum demittitur pluuia, ex cuius irrigatione terra ipsa robur accipit producendi flores, & fructus: Et ecce iam *flores apparuerunt in terra nostra, &c. Surge* igitur *propera, & veni*, egrediens ad prædicandum Euangelium vniuerso orbi.

Verni descriptione, quã recte intelligatur Xpi præsentia.

Bene autem cælestis sponsus per verni temporis descriptionem indicat, se presentem esse suo calore; & allici primitiuam Apostolorum Ecclesiam ad surgendum, & ad properandum prædicare per orbem terrarum Euangelium: nam & apud Isaiam Prophetam eidem pollicitus est, se illi ad futurum instar veris, seu temporis verni, & eos, qui ad prædicandum properarent, ita comitaturum, vt similem futurum sese dixerit pedibus Euangelizantis: Sic enim iuxta versionem Septuaginta in Isaia illum loquentẽ legimus: *q* Διὰ τοῦτο γνώσεται ὁ λαός μου τὸ ὄνομά μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτὸς ὁ λαλῶν, πάρειμι ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, *id est Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego sum ipse, qui loquebar Adsum, sicut ver super montes, sicut pedes euangelizantis auditum pacis.* Quia nomen meum apud Gentes tota die blasphematur, propterea populus, quẽ mihi ex vniuersis eligam Gentibus; sciet nomen meum, Iesum videlicet, intelligens, me reuera Iesum esse, & Saluatorem in die illa, quando scilicet meum prædicabitur Euangelium: quia ego ipse sũ qui loquar ex prædicantium ore. Adero certe tunc temporis, sicut ver super montes, efficiens id, quod super montes efficit vernum tempus, quando, Sole propinquius accedente, sereniorique luce terrã calefaciente, exhilarantur homines, agri, montesque versicoloribus complentur floribus, ac omnia fiunt mira amœnitate vernantia. Sic enim & ipse præsentia mea efficiam, vt flores appareant in terra nostra, vt tempus adueniat putationis, vtque ingenti lætitia vox turturis audiatur. Atqui ita ipsos comitabor euangelizantes, vt futurus sim sicut pedes euangelizantis auditum pacis; deducens nimirum, & portans illos, vt progredi valeant, ac properare, sicut pedes euangelizantis ipsum deducunt, & portant euangelizantem.

q Isa 52. 6. secundum Sept.

Per id, quod dicitur, apparuisse Martyrum flores, alluditur ad necem Stephani Prothomartyris admissam in principio temporis verni post Spiritus Sancti aduentum Ierosolymis à Iudæis, atque adeò bene ait sponsus: *flores apparuerunt in terra nostra*, cum Ierusalem esset Ciuitas Dei: in qua terra & tempus putationis aduenisse inquit, & vocẽ turturis audiri cæpisse, alludens ad id, quod dicitur in Actibus Apostolorum de fidelium primitijs: *q Possessiones, & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat:* En putatio superfluarũ opum: *Quotidie quoque perdurantes in templo:* Ad quid? nisi vt gemitus, instar turturis in oratione emitterent? Vnde bene subditur: *collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* q Act. 2. 45

Quod si totam orationem istam aptare velimus ad primam Ecclesiæ vocationem, qua primum ad prædicandum Gentibus destinata est in suo capite quando Petrus admonitus est, vt in Cæsaream se conferret, ad Cornelium Centurionem Gentilem, videbimus, hæc, quæ hic dicuntur, adamussim cũ illis congruere, quæ in prædictæ vocationis historia referuntur in actibus Apostolorum. Cùm enim Petrus ob duo retardari posset, ne eò, quò vocabatur, tenderet; ob humanum videlicet metum, atq; ob legis obseruantiam, quæ (vt dictum est) prohibebat communicationem cum Gentibus; ad remouendum timorẽ, ab Spiritu Sancto dictũ est ei: *r Ecce viri tres quærunt te: Surge itaque, & descende, & vade cum eis, nihil dubitans*, id est nihil metuens, *quia ego misi illos:* sicut & hic dicitur: *Iam enim hiems transiit.* iuxta ea, quæ dicta sunt superius. Ad remouendum autem alterum impedimentum, sicut hic dicitur: *imber abiit*, ita & in præcitata historia refertur, *ſ* ostensum esse Petro *vas quoddam, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ:* factamque ad illum vocem huiusmodi: *Surge Petre occide, & manduca;* & iterum aliam vocem: *Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris;* in responsionem eorum, quæ ipse dixerat, se excusans; *Absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum.* Porrò quod hic dicitur sub verni temporis metaphora: in dicta historia apertis narratur verbis, cum narrantur bonæ ipsius Cornelii qualitates; cùm in principio capitis decimi dicitur: *Vir autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens elemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper:* has tres illius conditiones, & qualitates & Petro, cùm vocaretur, vt ad illum pergeret, significari, operæpretium fuit, sicut & in hac oratione, quæ à dilecto ad

Concordatur hic locꝰ cũ loco Actuum c. 10. r Act. 10. 20 ſ Act. 10. 11

DE ECCLESIA. ad Ecclesiam habetur, explicatum videmus: Quòd A enim hic dicitur: *Flores apparuerunt in terra* (neque enim Hebræo, vel Græco est, *nostra*) ipsum designat Cornelium religiosum, ac timentem Deũ primò cum omni domo sua, instar florum in Gentium terra apparentem. Aduenisse verò tunc tempus putationis per id manifestum est, quod vir ille dicitur, tunc temporis facere eleemosynas multas plebi, putans nimirum, ac resecans à se, quæ sibi essent superflua. Denique & vox turturis tunc rectè audita dicitur, quandoquidem is ipse Cornelius erat deprecans Deum semper. Atque hæc quidem satis aptè; si quæ hic dicuntur, ad primitiuam Ecclesiam dictam accipimus. B

II. SENSVS. Quod si eadem, vt ad Ecclesiam ipsam simpliciter dicta sumpserimus, iuxta secũdum sensum: hęc cælestis sponsi oratio ad Doctores dirigetur eiusdem Ecclesiæ, alliciens videlicet illos, vt ad animarum procurandam salutem in aliquam tendant Regionem, quæ hæresi infecta iam fuerit, quales multas nostris hisce dolemus temporibus. Vocatur autem Ecclesia in suis istis Doctoribus, vt vni in primis indulgeat operi, putationis nimirum, ac resecationis: Vt sensus sit.

PARAPHRASIS. *Surge*, ne quidquam metuas, *veni* mecum; non est modò tempus, vt vaces contemplationi, quo in meditatione tua exardescat ignis, calor ex ipso suscitandus est opere charitatis; neque moras moliaris; *Iam enim hiems* hæreseos *transiit* per accessum fulgentissimi Solis Spiritus Sancti, super huius Regionis hemisphærium: *Imber* quoque persecutionum, quæ propter ipsam hæresim ab hæreticis cõtra fideles quosque mouebantur, *abiit, & recessit*. Quinimò virtutum initijs, ac fidei præsertim confessione progemmare ij conspiciuntur, qui prius propter hiemis horrorem, ac propter hæreticorũ rigorem veluti mortuæ, ac aridæ videbantur arbores. *Vox* etiam *turturis*, pudicitiam videlicet extollentium, *audita est in terra*: videntur, audiunturque qui excolunt, & prædicent. Virginitatem; signum sanè euidentissimũ, quòd hiems ipsa, hæresisque transierit, cùm vix quisquam apud hæreticos audierit, Virginitatem, pudicitiamvè commendari. Tempus ergo est, vt ad opus te accingas, *Tempus putationis aduenit*: ad hoc tibi egrediendum est operis, vt malas putes consuetudines, quæ ex libera hæreticorum vita excreuere, prauosque aliquarum opinionum resecces errores.

Verf. XI. Iam hiems transijt, imber abijt, & recessit.

Verf. XII. Flores apparuerunt in terra nostra: Tempus putationis aduenit: Vox turturis audita est in terra nostra.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

a Iere. 6. 7. *Peccatũ est hiemš, fieri que à simi. lib. causis, sed ordine cõtrario ab illis, à quibus fit hiems sensibilis.* Ex celebri illa, ac peruulgata Ieremiæ sententia, qua dicitur: a *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam*: colligitur, sanè manifestè, malitiam atque peccatum, & frigus esse, & hiemem iure optimo appellari. At si subtilius circa dictam Prophetæ sententiã philosophari liceat, id quoque per eam subindicari intelligemus, quod ad huiuscemodi appellationis rationem maximè spectat. Enimuerò etsi hiemem dicamus peccatum; haud tamen existimandum ab eadem causa illud fieri, a qua fit & hiems, neque eadem omnino ratione fieri malitiam, ac hiemis frigus, tametsi quoquo modo conueniant in causæ similitudine.

DE ANIMA. Hiems siquidem ista sensibilis, vt ostensum est supra ex philosophia naturali, exinde fit, quod sol iste visibilis à nostro elongatur hemisphærio: ita vt primaria illius causa ipsa sit Solis elongatio; Secundaria, solaris caloris diminutio, quam necessariò consequitur frigus, in quo præcipua sita est hiemis ratio. At in hieme spirituali, ac ĩ peccato haud quaquam idem est causarum ordo, quamuis eædẽ quodammodo sint causæ. Quinimò res è cõtrariò penitus se habet, tametsi causæ omnes ponantur in vno eodemque instanti.

Primò enim anima frigidam facit malitiam suã sese auertens à Deo, qui est supercælestis verus Iustitiæ Sol, à quo lumen omne totius gratię, omnisque charitatis est calor, de qua animæ elõgatione apud eumdem Ieremiam prophetam his verbis Deus ipse conqueritur: b *Quare auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa, & noluerunt reuerti*? b Ier. 8. 5. ac si dicat: Ego ad eum conuersus, illum fulgore illustrabam gratiæ, ita vt gratissimam videret pacẽ: ipse autem in ipsamet Ierusalem, ac visione pacis auersus à me est, atque elongatus, idque auersione contentiosa, mecum contendens, meque à se repellens, ac meum respuens calorem: Auersionem etenim animæ à Deo consequitur diuinæ gratiæ, claritatisvè expulsio, simulque & ipsa Dei elongatio: C c *Spiritus enim Sanctus disciplinæ* (vt dicitur in libro Sapientiæ) *effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur*, vel (vt est in Græco) *confutabitur à superueniente iniquitate*: nam qui dat disciplinam, fugit quamlibet fictionem, & quodlibet peccatum, auferens se à cogitationibus prudentia destitutis, & veluti victus, ac improperio affectus, superueniente iniquitate, cum mœrore decedit. Vniuersa hæc non obscurè subindicantur per vnicam illam similitudinem cisternæ frigidam facientis aquam suam, quam Propheta in præcitata affert sententia: Cisterna siquidem haud infrigidat aquam ex eo in primis, quia solis calore destituta sit, vel quia sol ab illa se elongauerit: cùm notum sit, eam tunc magis frigidam facere aquam, quando sol ardentioribus radijs percutit eum aerem, qui est supra cisternam, quando & locus qui circum circa est totus maximis ardet æstibus. c Sap. 1. 5. D

Porrò quemadmodum per Antiperistasim cisterna aquam tunc temporis sic infrigidat longiùs à sole elongatam, quatenus immissum à Sole calorẽ à se repellit; ex quo fit, vt Sol ipse omnino ab illa abscessisse, dicatur; In eumdem modum & anima, quæ frigidam facit malitiam suam, primò per auersionem elongatur à Deo, tum per antiperistasim quamdam spiritualem, quã idem Propheta in verbis paulò ante relatis contentiosam appellat auersionem, gratiæ calorem à se repellit, ac simul cum istiusmodi gratiæ expulsione Deus ab illa longiùs abscedit. *Peccãs anima quatenus similis fit cisternæ, frigidã facienti aquam suã.* E Simile.

Tũcque adeò frigida reddita est malitia, vt peccatum meritò ob tam grandem frigiditatem nedum frigidum dicatur, sed ipsummet frigus, ipsamet hiems; non secùs ac de aqua valde frigida dicere solemus esse ipsam glaciem. Verum quamuis contrario (vt dictum est) ordine, sed similibus causis duæ istæ fiant hiemes, sensibilis, atque spiritualis: in eo nihilominus conueniunt ambæ, quòd ob eamdem rationem deficiunt: à simili causa, atque etiam vno eodemque ordine abiguntur: nam sicut Simile. *Peccati hiems deficit eodẽ modo, quo deficit hiems sensibilis.*

DE ANIMA. sicut hiems sensibilis transit illicò, ac sol ad hemisphærium fit propinquior, quoniam sol cùm propinquius accedit, directioresque emittit radios, frigus omne expellit, & viuificum, iucundumque impertit calorem, qualem in vere sentimus, quo certè tempore ob impertitum calorem floribus prata rident, & tellus, ac animantia quæque lætitiæ, & exultationis proferunt signa. Ita & spiritualis hiems peccati transit & ipsa, statim ac Deus Sol supercælestis ad nostram accedit animam: is quippe ad illam conuersus, primo suarum inspirationum radiis eam aspicit; tum nostro cooperans libero arbitrio, vniuersum malitiæ à nobis abigit frigus, ac denique ardõtem impertit suæ charitatis calorem viuificum, maximeque iucundum; vnde fit illico ver amænissimum in ipsa anima nostra, apparent flores, resonantque omnia gaudio. Propterea benè Regius ille Propheta tam vehemẽti desiderio hãc Dei exposcebat conuersionem, dicens: *y Deus tu conuertẽs viuificab. nos, & plebs tua*, idest quicquid in me est, quod tuum est omne, *lætabitur in te*. Et alibi, gratias eidem agens: *z Conuersus*, inquit, *viuificasti me, & de abyssis terræ iterũ reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me*, ipso videlicet calore tuo, quo tuam multiplicasti magnificentiam in amænitate, in serenitate conscientiæ, in floribus, atque in vocibus gaudii, & iubilationis, quæ per illum mihi exhibuisti. Propterea & Isaias Propheta, cùm pro eadem Dei conuersione eidem Deo supplices offerret preces, dicens: *a Conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ*: Apertiùs hanc suam explicans deprecationem, subiicit in principio capitis subsequentis: *b Vtinam disrumperes cælos, & descenderes, à facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum*: ac si dixisset: Quod opto illud est, vt densas illas, quæ cælum operiunt, dirumperes nubes, quas hiems condensauit peccati, idque efficeres descendendo ad nos, tuosque super nos dimittendo radios. Certè à facie tua congelati malitiæ montes defluerent, æquè ac glaciei montes à facie solis visibilis defluere cõspiciuntur; quinimò ob ingẽtem, quem ex aspectu tuo conciperent ardorem, sicut exustio ignis tabescerent, atque ad nihilum reducerentur: ita vt & aquæ lacrymarum, quæ ob malitiæ frigiditatem, atque ob peccati hiemem frigidissimæ & ipsæ existebant, atque terrestres, impertito à te ardenti igne charitatis, vt notum fieret nomen tuum, quòd scilicet iure optimo nominaris ardentissimus Sol.

Simile.

y Ps. 84.7.

z Ps. 70.20

Conuersionis diuinæ ad animã effectus.

a Is. 63.17.

b Is. 64.1.

Propterea denique & Salomon in hoc Cantico amatorio cum præmisisset, Deum ad animam, instar solis aduentasse, vt declaratum est supra in illorum verborum expositione: *Ecce iste venit, saliens in montibus, transiliens colles*; necnõ & eamdem animam item instar solis respicere, vt ibi declaratum est, vbi dicitur: *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*; consequenter aptè admodum nunc in eadem persistens metaphora, proponit eumdem Deum, quam instar Solis præsentem indicarat, talibus eamdem Animam alloquentem; *Surge propera amica mea, &c. Iam enim hiems transiit, imber abiit, & recessit: Flores apparuerunt in terra nostra*, &c. siue Spiritus Sãctus i hac perbreui, sed efficacissima oratione duo simul ostendit, vt animam ad virtutis alliceret studium, & impedimenta sublata, & temporis opportunitatem. Ac si dicat.

PARAPHRASIS. *Surge, propera*: Neque enim vlla sunt amplius impedimenta eorum, quibus aliquando retardata

A es, & ob quæ in ignauia torpebas: *hiems* peccatorum iam à te *transiit*: isque vehementissimus tentationum *imber*, quo, cùm hiems adesset, miserè admodum iactabaris, quovè impediebaris, ne quidpiam boni aggredereris, abiit, penitusvè *recessit*, quantum ad illam eius spectat violentiam; hæc autem transiere tunc temporis, quando anima num in te factum est ver: Non est verò dubitandi locus, quòd vernum istud tempus in te factum sit opportunum quàm maximè ad virtutum progressum, vniuersæ siquidem partes pœnitentiæ in te repertæ sunt: *Flores* in anima tua, quæ terra & mihi, & tibi communis est, *apparuerunt*, cùm per contritionem emisisti actus fidei, spei, & charitatis:
B Quinimò & *tempus putationis* in te *aduenit*: quandoquidem per vocalem confessionem linguæ tuæ falce damnosa à te resecasti vitiorum sarmenta: & insuper in ipsa ea animæ tuæ terra & tertia percepta est pænitentiæ pars, satisfactio: *audita* quippè in illa *est vox turturis*, vox gemitus, & vox laudis in oratione.

DE ANIMA.

Pænitentia tres partes indicante, animã peccatricẽ esse vernum tẽpus.

Circa sensum istum: Notandum Primo, hiemis metaphoram adeo aptè allatam ad designandum peccatum, vt vix alia reperiri queat congruentior. Enimuerò præterquàm quòd & in similitudine causæ, & in modo fiendi, atque etiam in modo deficiendi, cum ipsa congruit hieme, prout iam fusius in principio huius expositionis ostensum est
C Congruit pariter cum eadem etiam in effectibus. Quamuis autem hic minimè sit locus examinandi congruentiam vniuersorum effectuum istorum: Tres tamen, eosque præcipuos haudquaquam fas est prætermittere.

Peccati esse hiemẽ sensibili cõgruẽtia.

Primus quippe hiemis effectus est, vt vniuersa deturpet, siue luto fædissimo, quæ in terra sunt, siue quæ supra terram sunt, obscuris nebulis, atrisque nubibus, ac nimbis. Similem effectum per peccatum quoque, & in anima fieri, manifestum est; nam cum in illa & superior pars sit, & inferior id ab hieme peccati habet; vt & in mente, quæ superior eius est pars, habeat obscuritatem, iuxta illud Apostoli: *c Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum*; obscu-
D ratum certè atra ignorantiæ nube, densissimaque malitiæ nebula: quam in ea, quæ iustificata est, se penitùs expulisse ait Dominus, cùm apud Isaiã dicit: *d Deleui, vt nubem iniquitatem tuam, & quasi nebulam peccata tua*: Et in sensu, qui est inferior pars, multò maiorem contrahat fæditatem, conspurcata luto obscænitatis, cænoque multiplicis concupiscentiæ, iuxta illud item Apostoli: *e Propter quod*, scilicet peccatum, *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis*: quam quidem conspurcationem aptè admodum lutum appellauit, cum ab illa se erui exposceret Dauit, dicens: *f Eripe me de luto, vt non infigar*, eamdem-
E que appellationem apertiùs illi tribuit Petrus, cùm de his, qui in peccata reincidunt, ait: *g Contingere eis illud veteris prouerbij: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti*: nam sicut lutum in hieme tunc fit, cum ex obscuris nubibus, quibus cælum operitur, guttæ in terram descendunt, miscenturque cum puluere. Eodem modo & dicta peccati conspurcatio tunc fit, quando ex iis ignorantiæ nubibus, vel malitiæ nebulis guttæ cogitationum decidentes in terrena, cum puluere miscentur vilium rerum, atque terrestrium.

Peccatum vniuersa deturpat in anima.

Simile.

c Ro. 1.21

d Is. 44.22

e Ro. 1.24 Peccati conspurcatio lutũ aptè nominari exprimatur in Scripturis.

f Ps. 68.15

g 2. Petr. 2. 21.

Simile.

Congruit etiam cùm hieme in secundo effectu peccatum. Nam quemadmodum hieme non solùm

Simile.

DE ANIMA.

Per peccatũ aīa priuantur bonis, quod in ſe habebat.

lùm ſuperiora (vt dictum eſt) & interiora deturpantur per poſitiuam vel obnubilationem, vel luti conſpurcationem, verum etiam, per priuatiuam ablationem arbores propriis expolientur ornamentis, nedum fructuum, ſed & florum, & etiam foliorum. Pari ratione peccato ſic anima dehoneſtatur, vt non tantùm diuina priuetur gratia; ſed & omnibus expers fiat habitibus infuſis, præter duos fidei, atque ſpei, qui tametſi in peccatore remaneant, non tamẽ tunc decorem habent, ac rationem virtutis: quinimò & omni deſtituitur actu ſtudioſo, qui rationi conſentaneus ſit, & virtuti ſupernaturali; atque etiã fructibus illorum operum bonorum, quæ priùs fecerat in charitate: ita vt propterea rectè de ea quoque proferri queant illa Ieremiæ verba: *h Non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit.*

h Ier. 8. 13.

Peccatū ineptas reddit oēs animæ potentias.

Simile.

Tertio denique in effectu ſic cum hieme ſenſibili ipſum congruit peccatum, vt ſicut hiems frigore ſuo conſtringens membrorum poros, illa quodammodo reddit inepta ad operandum. In eumdem modum & peccatum ſuo malitiæ algore ineptas ad benè agendum vniuerſas conſtituat animæ potentias, præcludens aditus diuinæ gratiæ; idcirco *i Piger* (vt dicitur in libro Prouerbiorum) *abſcondit manus ſuas*, hoc frigore compeditas *ſub aſcella ſua, & laborat, ſi ad os ſuum illas conuerterit*; & de eodem pigro, ſeu peccatore dicitur in eodem libro: *k Piger propter frigus arare noluit*. Idcirco, & Dominus noſter in Euangelio, *l Orate*, inquit, *vt non fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato*, quando ſcilicet ob peccati frigus ita impedita habetis membra, vt ne pedem quidem mouere poſſitis, quando & peſſima detinemini quiete.

i Prou. 26. 15.

k Prou. 20. 4.

l Matt. 24. 20.

Hæc omnia cæleſtis ſponſus iam ab anima iuſtificata tranſiiſſe, ſignificat, cũ inquit: *Iam enim hiems tranſiit*. Quinimo & ſingulos prædictos nominatim indicauit effectus, eoſque omnes cum hieme, peccatoque ipſo tranſiiſſe, aſſeruit. Tertium quidem, cum dixit: *Surge propera*: per id enim verbum innuit ſurgere iam poſſe, & properare, cùm haudquaquã amplius malitiæ frigore pedes habeat contractos. Per id, quod dicit: *Flores apparuerunt in terra noſtra*, indicat, & ſecundum quoque defeciſſe peccati, hiemiſque effectum. Ac demum per id, quod ait: *Imber abiit, & receſſit*: & primum pariter debuiſſe deſignat eorumdem effectum obnubilationis, atque cænoſæ conſpurcationis, quæ ambo ex imbre proueniunt.

Quanquam, & illud quoque per verba hæc: *Imber abiit, & receſſit*, per quam aptè ſignificatur, quod in paraphraſi tetigi: nimirum, ſimul cum hieme peccati abiiſſe pariter, & vehementes tentationes.

Peccatum quãs tētatio nib. animã concutiat.

Simile.

Ad quorum intellectum: Notandum eſt ſecũdo. Quemadmodum ab hieme ſenſibili imbres cauſantur, qui nihil aliud ſunt, quam pluuiæ vehementes cum maximo impetu, ventis hinc inde perflantib. inundantes, vniuerſaque vaſtantes, ac ſurſum, deorſumque iactantes, inſtar fluctuum maris feruentis: Ita & à peccato mortali, quod dictum eſt, eſſe hiemem ſpiritualem, vehementiſſimas in miſera anima cauſari tentationes, quaſi enim tot ventorum flatibus iactatur peccator, quot paſſionibus commouetur: quaſi imbre vehementiſſimo concutitur vehementiſſimis concupiſcentiæ motibus, & multiplicibus cogitationibus; quem imbrem ſub altera maris metaphora Iſaias deſcripſit his verbis: *m Impii, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt; & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum*. Imber ſiquidem harum tentationum id potiſſimũ

m Iſ. 57. 20.

A in miſera efficit anima, vt iactatam in lutum deducat, & in conculcationem, pertrahens videlicet illã ad alia ſcelera.

DE ANIMA.

Tentationũ duo genera aliæ humanæ, aliæ diabolicæ.

Benè autem ſponſus, & cautè loquitur, cùm non dicat: *Pluuia abiit, & receſſit*: ſed, *Imber abiit &c*. Nã duo ſunt genera tentationum, aliæ ſimiles pluuiæ, quæ neceſſaria nedum proficua eſt terræ: aliæ verò ſunt ſimiles imbri vehementi, atque damnoſę. Primas Apoſtolus appellat humanas, ideſt homini neceſſarias, quibus is non modò non deiicitur, ſed proficit magis, ac magis; ſic quippe de iis ad Corinth. loquitur: *n Tentatio vos non apprehendit, niſi humana: fidelis autem Deus eſt, qui non patitur vos tentari, ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere*: & Iacobus *o Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe*: quæ ſanè corona vitæ ſuauiſſimus fructus eſt ab iſtiuſmodi pluuia.

n 1. Cor. 10. 13.

o Iacob. 1. 12.

Secundas vero tentationes Paulus non iam humanas, ſed diabolicas quodammodo appellat, in hunc modum de illis loquens: *p Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionẽ*. de his & Iacobus Paulo conſentiens aſſerens *q Vnuſquiſque tentatur*, inquit, *à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus; deinde cum concupiſcentia conceperit, parit peccatum, peccatum verò cum conſummatum fuerit, generat mortem*: C Vnde apparet, quàm rectè ab ſponſo expreſsè ſint ſub metaphora imbris vehementis, cuius impetu ingens terræ fieri ſolet detrimẽtum: cuius vehementia, & inundatione & arbores plerumque eradicantur, & complura, quæ ſuper terram reperiuntur, in maris deiiciuntur abyſſum.

p 1. Tim. 6. 9.

q Iac. 1. 14.

Peccati remiſſio priùs natura eſt, quã gratia infuſio reſpectu aīæ iuſtificatæ.

Simile.

Notandum tertio; Non abs re factum eſſe, vt, cũ ſponſus cœleſtis piam animam de accepta iuſtificatione certiorem facere velit, primum de culpæ remiſſione verba faciat, dicens: *Iam hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit*: nam quamuis, ſi iuſtificatio ipſa conſideretur ex parte Dei, prius natura ſit infuſio gratiæ, quàm remiſſio peccati; ſicuti ex parte Solis prior eſt inductio luminis, quàm exclulio tenebrarum: D ſi tamen eadem conſideretur ex parte animæ ipſam recipientis, prius natura eſt remiſſio culpæ, quàm infuſio gratiæ gratum facientis; priùs intelligimus, abſceſſiſſe peccatum, deletaſve maculas, quã animam eſſe decoratam & redditam iuſtam ante Deum; quemadmodum & ex parte aeris, prius eſt, excluſas eſſe tenebras, quàm aerem ipſum eſſe illuminatum: & ex parte totius orbis prius eſt, hiemẽ, imbremvè tranſiiſſe, quàm, verno exiſtente tempore, flores apparuiſſe, & cetera, quæ ver indicant. Vnde benè apud Iſaiam Dominus primò dixit: *r Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua*: tum ſubiecit: *Reuertere ad me, quoniam redemi te*, additque ſpiritualis verni deſcriptionem, di- E cens: *Laudate cœli, quoniam miſericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ, reſonate montes laudationem, ſaltus, & omne lignum eius; quoniam redemit Dominus Iacob, & Iſrael glorificabitur.*

r Iſ. 44. 22.

Cõtritio prima pars pœnitẽtiæ, cur florũ nomine deſignetur.

Notandum quartò: in exprimendo tempore iuſtificationis, enumerari quidem omnes tres partes pœnitentiæ, per quam ipſa exhibetur iuſtificatio: At primo loco de contritione fieri mentionem, quę maximè neceſſaria eſt, reliquaſvè duas includit in voto, hocque pacto per ſe ſufficiens eſt ad iuſtificationem. Quod ſi quis quærat, cur hanc contritionis partem florum nomine appellauerit ſponſus.

Reſpondendum, re vera eam eſſe florem, quia

DE ANIMA.

ex illa in primis fructus proueniat iustificationis: dici autem flores in plurali ob id, quòd plures includat actus, quos in paraphrasi numeratos habes, quosve pro dispositionibus præcedentibus ad gratiam, & iustificationem enumerat Concilium Tridentinum. (Sess.6.c.6.) Neque aliena est plurium florum metaphora: quandoquidem per illos non vnus fructus duntaxat producitur iustificationis, quin etiam plures proferuntur fructus, actusve virtutum, ad quos proferendos præcursor Domini Ioannes hortabatur, cùm diceret. x *Facite fructus dignos pœnitẽtiæ*: vt exponit Chrysostomus, & Theophilactus.

x Luc.3.8.

Confessio aptè dicitur putatio.

Notandum quintò: quàm congruenti metaphora confessio expressa sit peccatorum, cùm dictum est: *Tempus putationis aduenit*: Quemadmodũ enim per putationem palmites superflui, ac inutiles ferrea falce, aut gladio resecantur, qui nisi resecarentur, vitem ita infructuosam redderent, vt postmodum ab agricola amputari, & eradicari, operæpretium esset. (Simile.) Eodem modo, & per confessionem damnosa & inutilia ab anima resecantur peccata, idque ne contingat, ipsam à Deo vltionis gladio penitùs amputari, atque in ignem deiici. Quod in hac putatione maximè animaduertere debemus illud est, quòd haud ferrea falce fit, aut gladio, sed lingua duntaxat.

Lingua cur dicatur gladius.

Porrò linguam gladium esse acutissimũ, sæpius in sacris paginis reperimus, præsertim in Psalmis vbi dicitur: y *Lingua eorum gladius acutus*: z *Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum*: Et, a *Exacuerunt, vt gladium linguas suas.* Quòd si inquiramus rationem, cur toties Dauid linguam gladium appellarit, inueniemus, ob id potissimùm illũ hanc linguæ tribuisse appellationem, quia homines impii, de quibus tunc verba faciebat, linguis suis aliena diuulgarent peccata: parum autem interest, vera ne dicerent, aut falsa. Quòd si propterea lingua impiorum dicitur gladius acutus, quia per eam aliena reuelantur peccata, cur non ob eamdem rationem & lingua pœnitentis, qui haud aliena, sed propria peccata reuelat Sacerdoti: gladius dicatur exacutus? Quinimò multò congruentiùs cõperit linguæ huic nuncupatio gladii, quàm linguis impiorum prædictis: nam illæ tametsi aliena reuelando peccata, illos veluti gladio quodam transfigant in fama eorũ, de quibus obmurmurant, ipsa tamen peccata, quæ reuelant nedum non amputant, sed & maiora potiùs, & auctiora in pristino relinquunt statu. At verò lingua ista pœnitentis, dum peccata propria reuelat in Sacramento Confessionis, non solùm animam, quæ ea admisit, perutili transfigit compũctione, sed & ea peccata, quæ confitetur, ita ad viuum resecat, vt nihil ex ipsis reliquum sit, quantùm spectat ad culpam; hanc autem resecationem peccatorum, lingua faciendam allegoricè Spiritus Sanctus per os impii Balac, diaboli personam gerentis in libro Numerorum voluit esse testatam, vbi is inquit ad maiores natu Madian: b *Ita delebit hic populus*, scilicet Israel, *omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere.* Pro quibus in Hebræo, atque in versione Septuaginta habetur: *Nunc ablinget Synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, seu omne, quod in circuitu nostro est, sicut ablingit bos herbam campi.* Siquidem, quia bos ore abrumpit herbam dę campo, & lingua tanquam falce quæcunque inuenerit, secat: Ita fidelium populus, dicere voluit Diabolus, ore suo abrumpet quicquid nostrum est, cum sua confitebitur peccata, & lingua sua tanquam falce, aut gladio quicquid in se repererit delicti secabit, atque putabit; & quidem summa prouidentia, quos-

y Ps.56.5
z Ps.58.8
a Ps.63.4

Lingua pœnitentis est gladius acutissimus.

b Nu.22.4

A quot rationis compotes sunt fidelium, linguam suã ob hoc exacuunt, vt per illam sua resecentur peccata, proprio vtentes gladio: cùm nouerint, & Deum pariter gladium in ore portare, iuxta illud, quod dicitur in Apocalypsi: c *& de ore eius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat Gentes*: quo gladio ij omnes exciduntur, qui cùm in hac vita tempus putationis esset, proprio linguæ gladio damnosa putare noluerint sarmenta illa peccati, per quæ eorum animæ redditæ sunt infructiferæ, atque aridæ, quãdo terribilis illa Dei ore proferetur sentẽtia d *Succidite arborem, & præcidite ramos eius,* e &, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*

DE ANIMA.
Simile.
c Apoc.19.15
d Dan.4.11.
e Mat.3.10

Satisfactio tertia pars pœnitẽtię aptè designatur voce turturis seu ipsa turture.

B Vltimò denique notandum: aptè etiam & satisfactionem, quæ tertia pars est pœnitentiæ, designari metaphora vocis turturis, cùm dicitur: *Vox turturis audita est in terra nostra*; nam per hanc, & in veris descriptione persistitur, & id, quo satisfactio ipsa fieri solet, non obscurè innuitur. Enimuerò, cum illud omne, per quod satisfacere possumus, ad tria reducatur operum genera; ad orationes, ad opera pœnalia macerationis, & mortificationis, atque ad reliqua bona aliarum virtutum opera, ista certè omnia per hoc subindicantur, quod dicitur: *Vox turturis audita est in terra nostra.* De oratione nil est, quod dicamus, cùm id satis sit manifestum. Secundum verò operum genus per eadem subindicari, primùm ex eo fit perspicuum, quòd turturum vox ipsa gemitum præseferat: C deinde ex eo, quòd turturum ea sit natura, vt super arido quiescant ramo, atque in desertis commorentur, vbi gemebundas proferunt & voces; hæc autem, mortificationis, operumque pœnalium symbolum esse, nullus negabit, qui vitas Sanctorum Eremitarum legerit, & eorum, qui pro peccatis in asperas solitudines se abdiderunt. Demum & tertium operum genus per id insinuatur, quod præcipuè in turture effulget, continentia nimirum insignis, cuius & apud antiquos turturem hieroglyphicum esse, dictum est aliàs. Porrò cum dicitur: *Vox turturis audita est in terra nostra*, non tantum significatur, in anima pœnitente auditam esse turturis vocem, idest orationem: D sed & ipsam turturem in illa visam esse; turtur autem cum dicitur, id symbolico intellectu signatur, quod naturæ est turturis, quodve ab ipsa fit turture. Atque hæc quidem satis quoad hanc primi sensus adaptationem.

Altera primi sensus adaptatio.

Quòd si expositionem illam prosequi volumus, quæ secundo loco in tertia expositione versus decimi cœpta est, vt tota hæc cælestis sponsi oratio ad piam illam animam fiat, quæ in mortis articulo sit constituta, & diuina voce ad Patriam vocetur. Iuxta eundem primum sensum; hoc pacto ea, quæ hic dicuntur, accipiantur, ac si sponsus dicat: *Surge, propera, & veni amica mea*: *Iam enim hiems* miseriarum præsentis vitæ transiit: *imber* quoque persecutionum, aliarumve tribulationum, quibus hucusque iactata es, *abiit, & recessit*: E bona opera, quæ hic egisti, in cœlo, quod terra, & patria nostra, mihi scilicet, tibique communis est, *apparuerunt* iam, instar florum, qui fructus pollicentur, & proferunt: pollicentur siquidem & illa suauissimũ gloriæ fructum, quem præcedunt, quemue & tibi parant: *Tempus* iam *aduenit*, vt tuum illud putetur corpus, quod aggrauat animam: tempus est, vt succidaris, cum iam matura sis ad vitam æternã. In ipsa terra nostra, patriaque cælesti tua audita est vox, voci turturis prope similis: auditus est clamor tuus cùm ingemisceres, adoptionem filiorum Dei expectans, redemptionem corporis tui.

PARAPHRASIS.

Circa

DE ANIMA.

Tribulatio nũ in præſenti vita vtilitas tanta quanta hiemis imbriũve terræ, ac frugibus.

Circa verò ponderãda in primis eſt metaphora hiemis, atq; imbris, qua anguſtiæ deſignantur, ac tribulationes præſentis vitę: per iſtã ſiquidẽ metaphorã & de vtilitate monemur ipſarũ tribulationũ, & de neceſſitate earũdẽ, quãdiu in hoc ſæculo degimus. Vtilitatẽq; dẽ exinde colligimus: quia ſicut hiems, imbreſue, etſi horrore omnia compleant in ſuperficie terræ, etſi arbores frondium ornamento diſpolient, etſi denique frigore, niuibus, glacieque vniuerſas depreſſas teneant herbas; maiorem tamen intrinſecùs reconcentrant calorem, firmioreſque efficiunt, vt ipſæ herbæ, ac arbores figant radices, & viuificam vim productiuam validiorem ferueant in illis intrinſecus.

Simile.

In eumdem modum & tribulationes huius ſæculi, quamuis horridæ extrinſecus appareant; quamuis ſæpius nos priuent bonorum temporalium, vel rei familiaris, vel corporis, aut animæ ornamentis; quamuis compreſſas ſuper terra noſtras teneant vires, ne altiùs eleuemur; charitatis nihilominùs calorem per ſpiritualem antiperiſtaſim quamdam auctiorem in cordis intima reijcientes, & fortiorem vim reddunt, qua virtutum actus producantur, & efficiunt, vt altiores in cæleſti patria radices figamus apud Deũ, qui centrũ eſt noſtrum, ita vt cum Apoſtolo dicere poſſimus: *f Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque, &c. nos ſeparabit à charitate Chriſti:* Et *g* cum infirmamur, tunc fortiores ſumus; idque totum, quia virtus, calorq; charitatis in infirmitate anguſtiæ, ac tribulationib. perfectior redditur intus, ab ipſa repercuſſus hieme infirmitatis, ac tribulationum.

f Ro. 8. 35.
g 2. Cor. 12. 10.

Tribulationum in iſta vita tanta eſt neceſſitas quanta hiemis, imbriũve terræ.

Earumdem verò tribulationum neceſſitatem ex ipſa quoque hiemis, imbriſve metaphora colligimus: cùm maximam ipſius hiemis ad totius orbis conſeruationem perpendimus neceſſitatem. Crebertimè etenim aduertitur, cùm tempus longo interuallo fuerit ſerenum, & ventis, imbribus, atque niuibus prorſus deſtitutum, areſcere terrã, omnique & viriditate herbarum, & varietate, ac odore florũ & pulchritudine, & ſuauitate fructuum deſtitui.

Simile.

Iſtud ipſum ſanè & in nobis perſpicere eſt, cùm diutiùs abſque vlla tribulatione ſecundis perfruimur læti, tunc quippe peſſimè nobiſcum agitur, cùm maximè proſpera eueniunt vniuerſa: quod & manifeſtiſſimo ligni exẽplo probare licet: Quamuis enim lignum nunquam pulchriùs appareat, quàm cùm ab igne accenſum igneo colore ſplendeſcit, & vniuerſos ignis effectus, ac operationes ſibi adſciſcit: eſt tamen luce ipſa clarius, numquàm omninò deteriorem illi contigiſſe diem illo, quo illiuſmodi ſpecie fuit decoratum, ac ſplendore illuſtratum; quando ignis ipſe, qui ei illam impertiuit lucem, ac effectuum nobilitatem, paulò poſt in atrum, & vilẽ carbonem ipſum deducet, vel in tenuiſſimam conuertet cinerem.

Simile.

Proſpera quantũ obſint in hac vita.

In eumdem modum, licet homo cùm conſtitutus eſt in delicijs, dignitatibus, ac ſecundiſſimo fortunarum curſu ei, qui futura non aduertat, beatiſſimus, ac feliciſſimus videatur; nihilominùs, ſi res ſedulò perſcrutetur, & rei exitum rimetur attentius; ſi nudam ipſam veritatem animo repetet, facile is ipſe ſtatuet, nunquam cum illo peius actũ: quandoquidem eædem delitiæ reddunt illum ſolicitum, & maximoperè angunt; ijdem honores turpitudinem pariunt; & eædem proſperitates acutiſſimos gignunt conſcientiæ ſtimulos.

Simile.

Et, ne ab inſtituta hiemis metaphora recedamus, communi dici ſolet prouerbio, vnumquodque anni tempus ſibi opportunitatem partitè poſtulare. Ita experientia ipſa docemur, poſt hiemem tranquillam, & temperatam, vere, in quo conſueuit eſſe maxima cœli clementia, frigorum aſperitatem obſeruari, ea plane moleſtiorem, quæ media hieme eſſe conſueuit, iuges è cœlo pluuias, & niues ita prolabi, vt arbores, quæ florere cœperant, vel areſcant penitus, vel ſaltem omni futurorum fructuum ſpe deſtituantur. Eadem ratione cùm Deus præſentem vitam inſtar hiemis, ſolicitudinibus moleſtijsve circumfluentem, & circumplexam eſſe, conſtituerit, futuram verò, atque cœleſtem, inſtar veris, omni iucunditate perfuſam, omnique voluptate exuberantem; quando in præſentis vitæ curriculo omnia ſunt ſecunda, nec aliqua ex parte moleſtijs vllis confligamur, verendum admodum eſt, ne vita futura, quæ ſolatijs, & beatiſſima deberet gloria cumulari, miſerrima nobis ſit, atque infeliciſſima. Ac propterea opportunè cæleſtis ſponſus, ad futuram iſtam vitam vocans animam piam, ait: *Iam hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit:* Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Ne verearis ſurgere, & venire ad vitam alteram dubitans, ne pœnæ in illa te maneant, cruciatus, atque preſſuræ, qualia ij ſubeunt, quibus in præſenti ſæculo cuncta euenere ſecunda: Modò enim tibi amœniſſimum erit ver, cum hieme, imbribuſve in iſto preſſa ſis ſæculo: *Iam enim & hiems* ipſa *tranſijt, & imber abijt, ac receſſit:* Quibus conſona ſunt, quæ & Redemptor noſter cum iterata proteſtatus eſt obteſtatione, cùm diceret. *h Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos; mundus autem gaudebit, vos verò contriſtabimini; Sed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Atque hæc quoad metaphoram hiemis atque imbris.

h Io. 16. 20.

Mors quã aptè dicatur putatio

Quoad reliqua nihil supereſt notandum, præterquam congruentia alterius metaphoræ, putationis ſcilicet, quæ vſurpata eſt (vt etiam ſupra innuimus) ad mortem deſignandam. Quemadmodum enim per putationem id, quod vnum duntaxat erat, diuiditur in plura, quæve vnita priùs erant, ſeparantur abinuicem. Ita & per mortem id, quod vnum erat hominis compoſitum, in duas diuiditur parteſque, quæ eſſentialiter inter ſe priùs erant vnitæ, ab inuicem disiuncta redduntur, corpus videlicet, atque anima.

Simile.

Porrò ſicut ex iis partibus, quæ disiunguntur per putationem, palmites quidem, qui putantur, mortui in terram decidunt, vitis autem viuens perſeuerat. Ita & cum per mortem ſeparatio fit animæ à corpore, etſi corpus mortuum in terram decidat; anima tamẽ perſeuerat incorruptibilis. Adde quòd quemadmodum palmites, qui putantur, vel in puluerem per corruptionem, vel in cinerem rediguntur per combuſtionem; cùm vitis, quæ fixas radices habet, putata melius creſcat, arctiuſque eũ ſuo cõſtringatur vlmo, & fructus proferat ſuauiſſimos. In eumdem modum & corpus, quod per mortem putatur, vel corruptum redit in puluerem, vel combuſtum conuertitur in cinerem, cum re vera nihil aliud ſit, quàm puluis, atque cinis iuxta illud Eccleſiaſtici. *f Quid ſuperbis terra, & cinis?* At verò Anima à corpore ſeparata, quæ in cœlo fixas habet radices, glorioſior certè euadit, arctiuſque cum Deo conſtringitur Sponſo ſuo, & fructus ibi profert ſuauiſſimos, non iam meritorum, ſed felicitatis, & gloriæ, quorum Antecurſores (vt verbo vtar Tertulliani) bona ea præmiſit opera, quę in pręſenti ſæculo egit, de quibus & ſponſus (vt viſum eſt) dixit: *Flores apparuerunt in terra noſtra:* fructus perpetuæ viſionis, dilectionis, ac laudationis Dei.

f Eccl. 10. 9.

Tertull. Lib. de reſur. carn. c. 22.

II. SENSVS.

Iuxta ſecundum ſenſum explicat hoc loco Sponſus, quid potiſſimũ animæ pœnitenti faciendũ ſit; exponitque, ad quodnã ſtudium eam in primis vocet, ſignificans, id vnum ei quã maximè ſtudẽdum,

DE ANIMA.

cùm per pœnitentiam à peccatis recesserit, vt quæcunque à se amputet præcedentium peccatorum occasiones; alioquin parum aut nihil ipsi profuturum, quod a peccatis ipsis surrexerit: nec vllatenùs fieri posse, vt in vita spirituali properet. In hoc itaque sensu hoc pacto Christus animarum sponsus ipsam, quam ad profectum spiritualem vocare iam cœpit, alloqui censendus est. A

Peccatorũ occasiones amputare quantò studio debeat pœnitens.

PARAPHRASIS.

Surge, &c. *Iam enim hiems* peccati *transijt* à te: *abijt; & imber* irruentium malarum cogitationum: *Flores* Sanctorum desideriorum, Sanctorumve propositorum *apparere* cœperunt *in nostra* animæ tuæ *terra*: *Vox turturis*, quæ nunquam, cum hiems esset, audita fuerat, gemitus pœnitentiæ in ipsamet auditi iam sunt nostra animæ tuæ terra. Surgendum ergo tibi quantocyus est, vnique indulgendum putationi, resecando vniuersas ipsorum peccatorum occasiones; alioquin enim nec flores fructus sequentur, nec voces pœnitentiæ quidquam proderunt; quinimò in deteriora deuenient bona vniuersa, quæ in te visa sunt. B

ALIA APPLICATIO.

Alio verò modo, in eodem persistendo sensu secundo, quæ hic dicuntur, hoc pacto accipi queunt; vt Christus sponsus animæ, quæ iam primum superauit incipientium gradum, persuadeat, vt cùm etiã proficientium gradum iam attigerit, ad perfectiora tendat, ac properet: dicens,

Proficiens alia quõ vt currat ad perfectionem.

PARAPHRASIS.

Iam hiems transijt timoris pœnarum, qui ex ante actis causatus erat peccatis: *Imber* lacrymarum proueniens ex eodem timore, *abijt, & recessit*. Progredi iam potes vlteriùs, eòque magis, quia in anima tua, quæ terra nostra est, communique studio & à me per gratiam, & à te per cooperationem liberi arbitrii excolenda, ex virtutum habitibus, qui veluti arbores in illa fixas habent radices, actus quidam suaueolentes apparere cœperunt, instar florum. In eadem animæ tuæ terra vox Sancti Spiritus audita est, instar turturis orantis pro te gemitibus ineffabilibus, quod est signum euidentissimum, hiemem penitus transiisse, nedum timoris prædicti, sed & tepiditatis. Haud igitur moras moliri debes: *Tempus putationis aduenit. Surge, & propera*, totumque tuum in id confer studium, vt per frequentes virtutum actus vetustos putes vitiorum habitus, quotquot in te videris reliquos.

Timor seruilis est hiems.

Pro istorum confirmatione breuiter notandum primò: non modò peccatum, sed & seruilem timorem dici hiemem ob eam rationem, quia est expers caloris charitatis, quod haud aliunde probandum est, quàm ex apertissimis dilecti discipuli verbis illis: *g Timor non est in charitate*. Quinimò licet ipse sit initium & sapientiæ, & charitatis: expellitur nihilominùs ab ipsa charitate, sicut hiems à calore: quod confirmat Ioannes, cùm subiicit: *Charitas foras mittit timorem*.

g Io. 4. 18.

Lacrymæ causatæ à timore seruili cur imber dicantur.

Notandum secundò: congruenter admodum imbrium nomine illas significatas lacrymas, quæ ab hieme prædicti timoris causantur: Quia etsi magno impetu fluant, modicum tamen prosunt, cùm sint absque calore charitatis: quinimò instar imbris vehementis sæpiùs animam ita perturbant, vt ipsam in vltimam ferè iactent desperationem; quæ verò proficuæ sunt lacrymæ cum calore charitatis, nunquam tales habent impetus, etsi instar fontium ab oculis defluant; atque adeò haud dicuntur imber, sed pluuia voluntaria, quam Dominus *b* pluens super bonos & malos, segregasse dicitur hereditati suæ.

Simile. b Ps. 67. 10.

Habitus virtutum quò progẽmare dicãtur in iusti statuendo.

Notandum tertiò: rectè de habitibus virtutum dici, quod ad gratiæ, & charitatis calorem progemmare, ac efflorescere cœperint, instar arborũ ad primum veris ingressum gẽmas proferentiũ. Nã, quãuis habitus virtutum per actus contrarios corrumpantur, vt bene asserit S. Tho. in prima secundæ, ita tamen corrumpuntur, vt mortificati potius, quàm mortui dicãtur; ideoque cùm de nouo aduenit gratia, de nouo reuiuiscere videntur, & efflorescere vnà cum iis bonis operibus, ac virtutum actibus, qui ab ipsis processerant, antequam calor ab anima abscessisset.

DE B. MARIA

S. Tho. q. 53. art. 1.

In agricultura spirituali diuersus ordo ab agricultura ordinaria.

Notandum denique. In interno animæ agro præposterum ordinem seruari, & contrarium ordini illi, quem in visibilibus obseruamus arboribus. In his siquidem, iuxta bonas agriculturæ regulas, putatio gemmas præcedere debet, & flores, at in habitibus virtutum, quæ sunt arbores agri interni, seu in ipsa anima è contrario res se habet, atque adeo bene cælestis agricola simul & sponsus priùs ait: *Flores apparuerunt in terra nostra*, postmodum subintulit, *Tempus putationis aduenit*. Enimuerò cum ista spiritualis putatio vetustorum habituum, qui tunc concepti sunt, cum anima esset in peccato, haud alio pacto fieri queat, iuxta ordinarium rerum cursum, quàm per frequentatos actus habituum oppositorum, manifestè profectò apparet, operæpretiũ esse, vt priùs actus isti progemment, vtque isti appareant actuum flores, tumque tempus adest ipsius putationis.

Habitus vitiosi putantur falce actuum bonorum frequentiũ.

C **Vers. XI. Iam enim hiems transijt, imber abijt, & recessit.**

Vers. XII. Flores apparuerunt in terra nostra: Tempus putationis aduenit; Vox turturis audita est in terra nostra.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est Beata Maria.

Si ad propinquiorem huius Solis visibilis accessum hiemem transire fatemur; si ad florum progemmationem, & imbrem pariter, qui hiemis tempore crudescebat in terra, cũ ipsa hieme asserimus D recessisse, Illud quoque indubitanter profectò affirmandum est, & legis antiquæ, quæ spiritualis extitit hiems, transitum tunc effectum, cùm diuinũ Verbum, iustitiæque Sol fulgentissimus proximè ad nos accessit per carnis assumptionem, & Prophetas itẽ, qui instar vehementissimi imbris summo impetu doctrinæ fluenta fundebãt, cum lex vigeret, simul cum ipsa lege desiisse. Porrò Spiritus Sanctus, qui internis vocibus B. Virgini suadere iam cœperat, vt visum est ĩ quarta expositione Vers. decimi, vt quã tocyus surgeret è domo, & Ciuitate Nazareth, tenderetque secum, ac properaret in agrum Bethlehemiticum, vt ibi, quem iam conceperat, pareret filiũ E Dei, Nunc istam assumit rationem, qua eam de necessitate dicti itineris, tantæque properationis faciat certiorem, dicens, *Iam hiems transijt*, &c. Acquè est autem, ac si hoc pacto ipsam alloquatur.

Ad verbi Incarnationẽ desijt lex Hebræa, & Prophetarum.

PARAPHRASIS.

Surge, neve moreris venire, quò te voco, instat enim partus eius, quem gestas in ventre, iam legis *hiems, transijt imber* doctrinæ Prophetarum *abijt, & recessit*, cum primùm, quod intra te est, Verbum carnem assumpsit, *Flores apparuerunt in terra nostra*, in Iudæa siquidem iam Ioannes exortus est instar floris, ipsomet nomine suaueolentem redolens gratiam; iamque & flos campi, ac lilium conuallium in te progemmauit Christus filius Dei, *Aduenit* iam & *tempus putationis*, quò per eumdem

DE B. MARIA

dem Dei nlimu vniuerſi à mundo reſecentur errores, & redemptione omnia amputentur peccata. Hæc itaque tria vnam eandemque confirmant rationem prædictam. Quod verò ſubiicitur: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra*: aliam continet rationem: Acquè eſt enim ac ſi dicatur.

PARAPHRASIS.

In terra itē *noſtra*, in cælo *audita eſt vox* tua, quæ inſtar vnicæ *turturis*, concipiens in vtero, ſummam conſeruas pudicitiam, maritalem ſimul, ac Virginalem: Vox tua illa perfectiſſimæ reſignationis: *Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecūdum Verbum tuum*, quæ è ſinu Patris Verbum in tuum traxiſti vterum. Porrò cùm Virgo ſis illa, quæ concepiſti in tua perſeuerans pudicitia virginali, *Surge*, iam *propera*, *& veni* in agrum Bethlehemiticum, vbi paritura es verum Emmanuelem.

Pro itius ſenſus intellectu, & confirmatione, primo breuiter notandum: duas ob cauſas legem Moyſis hiemem appellari. Primò quia illa per ſe expers extitit caloris gratiæ, cuius fontem à Ieſu Chriſto profluxiſſe, oſtenſum eſt alias. Secundò, quia lex erat timoris, timorem autem ſub hiemis metaphora congruentiſſimè expreſſum, declaratum eſt ſupra; in ſecunda illorum verborum expoſitione. Cur verò Prophetæ imbris appellatione ſint deſignati, haud aliam aſſignari poſſe cenſeo rationem, niſi eã, quæ in Paraphraſi tacta eſt: quia legis tempore non tantùm futura prædixerunt, ſed & legem ipſam docuerunt, idque vehementioribus, & obiurgationibus, & minis, ita vt eorū doctrina iure optimo ob impetum increpationum imbri aſſimilari debuerit, qui in hieme contingere ſolet vehementiſſimus.

Origenes. Theodor. Gre. Papa.

Lex Moſis cur hiems dicta, & Prophetæ cur dicti ſint imber.

Secundo notandum, quod hic dicitur, hiems legis tranſiiſſe, atque imber Prophetarum per exortū Ioannis, & per Verbi Incarnationem; confirmatum eſſe à Chriſto Domino cum dixit in Euangelio ſecundum Matthæum: *a A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc Regnum cælorum vim patitur: Omnes enim Prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt*; Et in Euangelio ſecundum Lucam: *b Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem; ex eo Regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit*: Quibus verbis perſpicuum eſt ex Theophilacto, Dominū ſignificare voluiſſe vſque ad Ioannem populum Iudaicū lege, & Prophetarum ſcriptis debuiſſe inſtrui, & doceri de voluntate Dei: ſed doctrina quadam rudi, & quæ nondum abſolutam veritatem, ac voluntatem Dei aperiret: quoniam externas multùm requireret cæremonias, terrena bona polliceretur, & ad timorem potiùs, quam ad amorem Dei prouocaret. A tempore verò Ioannis nouam doctrinam exortam, qua iā non terrena, ſed cæleſtia bona annunciabantur, & perfectior quædam exigebatur iuſtitia. Porrò etſi communi ferè expoſitione hæc referantur ad tempus illud, quo Ioannes ſuam in deſerto exorditus eſt prædicationem, Mihi tamen (ſalua ſemper reuerentia, quæ Sanctis debetur Patribus) ſatis probabiliter dici poſſe videtur, vt & ad id temporis referantur, quo ex Incarnati Verbi præſentia Ioannes ipſe in vtero ſanctificatus eſt Matris. Tunc enim primū ille gaudio, & exultatione Euangelizare cæpit Chriſti aduentum: Tuncque primum Chriſtus fontem gratiæ cæpit aperire: multò verò apertiùs eadem tunc innotuere, cùm idem met Ioannes mundo exortus eſt, quando ad nomen Ioannis, quod gratiā ſonat, apertum eſt os Zacchariæ, qui & repletus eſt Spiritu Sancto, & prophetauit euangelizatione illa inſigni. Ad hæc autem aſſerenda inde adducor, quòd, cùm Chriſtus Dominus dixit, legem, atque Prophetas vſque ad Ioannem prophetaſſe, ſeu do-

Lex & Prophetæ à Sãctificatione Ioan. Baptiſtæ deſierunt operari.

a Matt. 11. 12.

b Luc. 16. 16.

A ctriſſe; noluit ſignificare per Ioannem abrogatā doctrinam illam legis, ac Prophetarum; ſed per gratiā quam in ſe ſuſcepiſſet Ioannes, quamue Mundo exortam in diuini Verbi Incarnatione ipſemet prædicaſſet Ioannes: cum in hoc potiſſimùm doctrina legis, ac Prophetarum diuerſa apparuerit ab euangelizatione vel Ioannis, vel Chriſti, aut diſcipulorum eius, quòd euangelizatio gratiam prædicaret: Atqui cum gratia nequaquam à Ioanne conferretur, ſed à Verbo Incarnato; profectò eatenus dicta eſt, lex perduraſſe vſque ad Ioannem, quatenùs prima Ioannis prædicatio, quæ in vtero Eliſabeth ad Incarnati verbi præſentiam facta eſt, poſt Chriſti aduentum exordium cæpit. Ac propterea benè à

B Spiritu Sancto, in hac eius, quam præ manibus habemus, oratione in ſignum, quod hiems tranſierit, imberque receſſerit, affertur apparitio florum in Iudæa, vbi ait: *Flores apparuerunt in terra noſtra*: quib. in verbis duo perpendenda ſunt.

DE B. MARIA.

Ioannes, & Chriſt. qua ratione dicti ſunt flores.

Primùm, quod non dicit in ſingulari: *flos apparuit*: quaſi Ioannis duntaxat ſanctificatio, ſeu prima prædicatio terminus extiterit legis, ac Prophetarū. Sed in plurali inquit: *Flores apparuerunt*: vnà cum Ioanne denotans & alterum florem pulchriorem, & fragrantiorem Verbum Incarnatum.

Secundum: quod (vt ex hebræo declaratum eſt in prima expoſitione) ad flores ipſos deſignandos ea vſus eſt voce, qua non tam aperti, quàm progemmantes flores ſignificarentur: qua ve & vtrumq; ſi-

C gnetur genus florum apertorum, & progemmantiū; vt hoc pacto ſignificaret, vel tam Ioannem, quàm Chriſtum in Matrum Ventribus incluſos, quorum alter progemmarit per gratiæ exhibitionem, alter verò per euangelizationem, ac prædicationem gratiæ ſuſceptæ. Vel Ioannem quidem iam mundo exortum, atque adeo florem apertum; Chriſtum verò conceptum quidem, non tamen ad hũc partu editum: ac propterea florem progemmantem potiùs; quod tactum eſt in paraphraſi; Vt benè per hoc ipſum Beata Virgo excitetur ad properandum in Bethlehem, vbi per partum flos progemmans aperiatur iam, & expandatur.

Quoad id, quod dictum eſt de voce turturis, non

D nulla dicenda eſſent de aptitudine metaphoræ turturis ad exprimendam ſummam Beatæ Virginis pudicitiam, niſi alibi dicta fuiſſent. Vide expoſitionē quartam illorum verborum verſ. 10. primi capitis: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*. Illud duntaxat hoc loco notandum eſt: cùm dicitur: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra*: haud ſolùm ſignificari, auditam vocem Virginis in cælo, vt explicatum eſt in Paraphraſi; verum etiam, Virginem in Iudæa & auditam, & viſam, & Virginem talem, quæ concipiēs integritatem ſeruauerit.

Congruentiſſimè quoque per auditam vocē turturis, illa eiuſdem glorioſiſſimæ Virginis interna accipi poſſet vox, qua Deo Virginitatem deuouit: vel illa, quæ Angelo hoc à ſe factum Virginitatis

E votum ſignificauit, dicens: *m Quomodo fiet iſtud; quoniam virum non cognoſco*? id eſt: Modum me doceas, optarim, quo conceptura, ac paritura ſim; cùm Deo ſponderim, perpetuam ſeruare virginitatē, ita nullum vnquàm agnitura ſim virum. Tũc enim primò huiuſcemodi auditum eſt votum, huiuſcemodi & vox in Iudæa, vbi maledicta cenſebatur ſterilis omnis, & quæ non pareret filios, opprobrio habebatur.

m Luc. 1. 34

Verſ. XI. Iam enim hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit.

APPENDIX.

Verſ. XII. Flores apparuerunt in terra noſtra: Tempus putationis aduenit; Vox turturis audita eſt in terra noſtra.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Quoniam ecce tēpus ſubiectionis, quod ſimile eſt hiemi, ceſſauit; & anni quos dixi Abrahæ inter diuiſiones abbreuiati ſunt & dominium Aegyptiorum, quod comparatū eſt pluuiæ continuæ, tranſiuit, & abiit: & non addetis vltra videre eos vſque in ſeculum. Verſ. 12. Moſes autem, & Aaron, qui comparati ſunt ramis palmarum, apparuerunt, vt ederent miracula in terra Aegypti: Et tempus putationis primogenitorum aduenit; & vox Spiritus Sancti redemptionis, quam dixi Abrahæ patri veſtro. Iam enim audiſtis, quid dixerim ei: Et etiam populum, cui ſeruituri ſunt, iudicabo ego; & poſtea egredientur cum ſubſtantia magna; & nūc volo facere, qđ iuraui ei in verbo meo.

Senſus dramatis Sanctorum Patrum communis eſt, vt ſponſam, quæ intra domum ſe continuerat eò vſque ob temporum intemperiem, ad egrediendū in agrum ſponſus inuitet tum ex eo, quòd ceſſarit temporis acerbitas; tum quia tempus iam adſit vernum, quod quidem egregiè deſcribit.

Typis aduentus, & conuerſationis Christi deſcriptio. Origenes. Greg. Nyſſ. Ambroſ. Tres Patr. Caſſiodo. Theod. Beda. Philo Car. Aponius. Anſelm. Rup. Abb. Bernard.

Senſuum autem ſpiritualium communior is eſt, vt à cæleſti ſponſo in his proponantur ob Eccleſiæ & animæ oculos inſignes prærogatiuæ temporis eius, quando Deus cum hominibus conuerſatus in carne eſt, & pro hominibus paſſus, & reſurrexit. Ita Origenes vtraque expoſitione, Greg. Nyſſ. hom. 5. Ambroſius ſer. 6. in pſal. 118. verſ. 3. Theodoritus, Tres Patres; Caſſiodorus Beda, Philo Carpathius, Aponius, Anſelmus, Rupertus Abbas, Bernard. ſer. 58. & alii; Quanquam in explicatione partium ſingularum, aliquid in ſcorum expoſitionibus inſit diſcriminis: Ne tamen expoſitionum multiplicitas cōfuſionem pariat, totam iſtam ſententiam in quatuor diuidam partes, ac ſigillatim vniuſcuiuſque earum afferam Patrum explicationem.

Eccleſia & pia aīa in articulo mortis excitatur ad futuras repromiſſiones. Origen. Gre. Pap. Hug. Vict.

Sed illud prius adiiciendum. Præter allatum cōmuniorem ſenſum, eſſe inſuper & alterum, vt in his excitetur anima Sancta, ſeu etiam Eccleſia ad futuras repromiſſiones, atque adeò vita futura opponatur vitæ præſenti. Ita Origenes hom. 4. ex 4. Grego. Papa tum expoſitione in Cantica, tum hom. 16. in Ezech. li. 2. atque Hugo de Sancto Victore in ſer. de aſſumptione B. Mariæ, qui habetur tom. 2. in fine libri inſtit. monaſt.

Hiems, perturbatiōnes & tribulationes. Orig. Theod. Ambr. *Imber vitiorum procella.* *Hiems mētu qualis ſit.* *Mors ī peccato quam timenda.* a Matt. 24. 20.

Quoad primam partem; *Iam hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit:* Per hiemem complures intelligunt ſignificatas perturbationes, ac tribulationes præſentis ſæculi. Ita Origenes vtraque expoſitione, Theodoritus, & alii: Per imbrem verò, vitiorum procellam. Deſcribit imbrem iſtum, atque hiemem Ambroſius in lib. poſteriori Apologiæ Dauid, ca. 3. ver. 1. dicens: Iam hiems tranſiit, &c. Ne hiemem nuda formidet Eccleſia hiemem non temporis, ſed infirmitatis, quæ agrum animæ fœcundum omni flore diſpoliat: Eſt enim hiems nō terreni Solis, eſt hiems mentis, quando animo frigus illabitur, quando vapor animi euaneſcit, qñ ſoluitur vigor ſenſus, quando nimius humor exundat & mentē grauat; qñ interior caligat aſpectus: Et ideo ait Dominus; *a Videte, ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato*: Bonum enim vt tunc dies iudicii, vel mortis adueniat, cùm viget animi blanda temperies, cùm cæleſte myſterium ſerena luce reſplēdet, cùm cor noſtrum ardet in nobis: Tunc enim Chriſtus eſt præſens ſicut teſtatur in Euangelio Ammaom, & Cleophas, dicentes: *b Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, cùm in via aperiret nobis Scripturas?*

APPENDIX. b Luc. 24. 32. Origenes. *Peccatū remiſſum in nihilum reſoluitur.*

Origenes autem homil. 4. ex quatuor ponderans, quod in verſione Septuag. & in Hebræo dicitur: *abiit ſibi*: Bene, inquit, vitiorum, ac peccatorum naturam vno miro ſermone prolato ſignificauit, vt huiuſmodi diceret hiemem, & pluuiam, quæ ex vitiorum delicto, tēpeſtateque deſcendat: ſibiq; abiiſſe indicans, & per hoc nullam eſſe ſubſtantiam peccatorum. Non. n. decidentia de hoīe vitia ad aliquam aliā ſubſtantiā peccatorū congregantur; ſed ſibi abeunt, & in ſemetipſa reſoluta euaneſcūt, atque in nihilum redigūtur & ideo dixit; *Quia abiit ſibi.*

Gre. Nyſſ. *Hiems, & imber Idololatria, & peccatū in genere.* *Peccatum quam congruè dicatur hiems.*

Gregorius Nyſſenus homil. 5. tam per hiemem, quàm per imbrem intelligit idololatriam, ob cuius frigus Idololatras cōgelatos inquit in lapides, quos colebant. Deinde intelligit malum, & peccatum in genere. Affert autem egregiam effectuū hiemis deſcriptionem; tum eorum, quæ efficit in terra, tum tempeſtatum, quas commouet in mari, quæ deſcriptio apud ipſum videri poteſt. Adaptans verò ſingula ad peccatum, atque ad humanam naturā, ait: In initio humana natura germinauit, quandiu fuit in paradiſo, aqua illius fontis irrigata, & germinās ſed cum hiems inobedientiæ radicem exiccaſſet, flos in terram excuſſus eſt, diſſolutus, & nudatus fuit homo a pulchritudine immortalitatis, & exiccata fuit herba virtutum, refrigerata in Deum charitate: propterea quod abundaſſet iniquitas; vnde variæ affectiones aduerſis flatibus ſunt in nobis in altum excitatæ, per quas fiunt mala animæ naufragia: Sed cùm veniſſet, qui ver in noſtris animis indidit, qui, cùm aliquando malus ventus mare excitaſſet, c & ventos increpauit, & dixit mari; Tace, compeſcere; & ad ſerenitatem, & tranquillitatē redacta ſunt omnia.

Per Christi aduētum, quo ver allatum eſt mundo. c Mat. 4. 39. Caſſiodor. Beda. Anſelm. Bernard. *Aſperitas infidelitatis.* Rup. Abb. Aponius. Iuſt. Org. Tres Patr.

Aſperitatem infidelitatis per hiemem & per imbrem deſignatam volunt Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, atque Bernardus.

Peccata, eorumdemque comminationes, & pœnas accipit Rup. Abbas.

Per hiemem poteſtatem tenebrarum, per imbrē errorem Philoſophiæ Aponius.

Crebram, vel multiplicem tentationem, aut Paganorum perſecutionem per imbrem intelligit Iuſtus Orgelitanus, ſicut & Catena Trium Patrum vehementem hæreſium procellam.

Orig. Theod. Greg. PP. *Doctrina Legis, & prophetarū fuit imber.*

Origenes autem homil. 4. ex quatuor, Theodoritus, & Gregorius Papa per imbrem deſignatam arbitrantur aſperam doctrinam Legis, & Prophetarū quæ ceſſauit tempore paſſionis Chriſti.

Mortalis vita hiems & imber. Pia autē quæ dicantur à ſponſā mortis articulo.

Quamquam iidem tam per hiemem, quam per imbrem, & vitam iſtam mortalitatis noſtræ, eiuſdēque accipiant tētationes, atque miſerias. Vnde Gregor. Papa, ſed iam, inquit Sponſa ſurgat, quia hiems tranſiit, quoniam quantò magis dies vltimus inſtat, præſens vita recedit, & quantò amplius tempus ad terminum ducitur, eò citius currendum eſt, ne electa anima oblatis ſibi muneribus æternis priuetur: Tranſiit enim dicitur; quia in proximo tranſitura eſſe non dubitatur.

Bernard. *Paſſionis Christi tempus hiems dicitur perdurans, vſque ad Spiritus Sancti aduentū.*

Secundùm Bernardum ſer. 58. hiems extitit tempus paſſionis Chriſti vſque ad aduentum Spiritus Sancti, qua hyeme haud fuit opportunū tēpus putandi, & excolendi vineas: Hiemale, inquit, tēpus, quod præteriiſſe ſignificat, illud mihi deſignare vſ, cum Dominus Ieſus non palam ambularet apud Iudæos; eò quòd conſpiraſſent aduerſus eum, volentes eum interficere: Vnde & dicebat ad quoſdā:

d Tem-

APPENDIX.

d Ioa. 7. 6.

d Tempus meum non aduenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum: Ex tunc ergo, & vſque & deinceps ad aduentum Spiritus Sancti, quo recaluerunt fidelium corda, tanquam igne, quem Dominus ad hoc ipſum miſit in terram; hiems fuit. Tu ne negaueris, hiemẽ tunc fuiſſe, cum Petrus ſederet ad prunas non minus gelido corde, quam corpore. Deniq; *e* erat frigus, inquit. Magnum re vera frigus cor negantis conſtrinxerat: nec mirum tamen, cum ignis ab eo ablatus eſſet; nam paulo ante non paruo feruebat zelo, quippe adhuc igni proximus, qui euaginato gladio, ne ignem perderet, ſerui auriculam amputauit: ſed non erat tempus putationis, & ideo audit: *g Conuerte gladium tuũ in locum ſuum*: Erat enim hora, & poteſtas tenebrarum, & quiſquis tũc diſcipulorum leuaret gladium vel ferri, vel verbi, aut ferro truncandus erat, & neminem lucraretur, nec quid piã fructus afferret: aut certè timoris gladio ad negandum cogendus, & ſic magis ipſe periret, iuxta verbum Domini, quod ſubiunxit mox, ita dicens; *h Omnis, qui accipit gladium, gladio peribit.* Deniq; ipſe Dominus tacebat in paſſione, & in multis interrogatus non reſpondebat; dicebat autem: *i Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi autem interrogauero, non reſpondebitis mihi;* ſciens, tempus putationis nondum aduenïſſe, nec reſponſuram prorſus vineã ſuam impenſis laboribus, ideſt nec fidei, nec boni operis fructum aliquem relaturam. Quare? quia hiems erat in cordibus perfidorũ, & hiemales quidam malitiæ imbres occupauerant terram, iacta ſemina ſuffocare, quàm fouere paratiores; ſed & culturæ vinearũ omnẽ nihilominùs operã fruſtra dari.

e Io. 18. 18. — g Io. 18. 11. — h Matt. 26. 52. — i Luc. 22. 68.

Bernard. — *Imber eſt ois prauaricatio cõtra Deum.*

Porrò imbris nomine intelligit idem Bernardus blaſphemias, Philoſophorum loquacitatẽ, dogmata hæreticorum, traditiones Phariſæorum, & litterales legis obſeruantias, & quot de terra in aerem ſurſum ferunt homines turbulenti ſpiritus.

Lacrimæ ex peccatis imber; timor hiems.

Quamuis poſtmodum circa finem eiuſdem ſermonis 58. per imbres animæ itelligat lacrymas profluentes ex recordatione peccati, & timore iudicii; per hiemẽ verò timorẽ illũ, qui nõ eſt in charitate.

Rup. Abb. — *Verbi Incarnatio facta in Vere, & cur.*

Rupertus Abbas arbitratur per hæc ſignificatũ Incarnationis myſterium explendum tempore verno, ac ſi Verbum ſic Beatam Virginem allocutũ ſit; *Surge* per fidem, *propera* per ſpem, *veni* per charitatem: Ecce enim æquinoctium vernum iam præteriit, & adeſt feſtiuitas Paſchalis, dum hæc loquor tibi, dum foris Angelus annuntiat, & ego intus vocem ſequor annuntiantis: quo tempore ſine dubio ſecundum curſum Solis, & naturam aeris, hiems iã tranſiit imber abiit, & receſſit. Ex ipſa ergo qualitate temporis auſpicium cape magnæ felicitatis, quia per iſtud, quod dicitur tibi, quod agit tecum, *tranſiit*, ideſt certiſſimè pertranſibit *hiems*, peccati *abiit*, *& receſſit*, ideſt certiſſimè abibit, & recedet *imber* iræ cæleſtis: Quæ videlicet hiems ex eo venit, quòd Eua fugiens abſcondit ſe à facie Dei; & qui imber idcirco terram, ideſt omne genus humanum verberauit, quia peccauit, hic eſt imber, hæc eſt ira cæleſtis, *k Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos*, &c. vſque ad id, *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Hic talis imber abiit, & receſſit, ideſt abibit, & recedet per me fructum ventris tui.

Incarnatione Verbi quanta conſecuta ſint bona. — k Gen. 3. 16.

Origen. — Gre. Nyſſ. — Tres Patr. — Caſſiodor. — Beda. — Anſelm. — Bernard. — *Virtutes ſunt flores animæ.*

Quoad ſecundam partem: *Flores apparuerunt in terra noſtra:* Communiori ſenſu per flores virtutes intelliguntur. Ita Origenes homilia quarta ex quatuor, Grego. Nyſſenus homilia 5. Catena trium Patrum, Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, atque Bernardus ſerm. 58. Notatque Nyſſenus, nunc quidẽ piam animam exhibere florem virtutum, ſuum verò fructum præbituram tempore ſuo.

Michaëlis Ghiſlerii.

A

APPENDIX. — Orig. — *Chriſtus profectus apparuit inſtar florum in terra.*

Ad profectum Chriſti videtur hæc retuliſſe Origenes in homil. 2. ex duabus; ac ſi is dicat: Quia ſecundum diſpenſationem carnis ex Virgine cum voluntate Patris creui, & ſapientia, & ætate profeci, flores viſi ſunt in terra.

Bernard. — *Surrexit, vt flos Xps è terra.*

Ad eiuſdem Chriſti reſurrectionem refert eadẽ Bernardus ſerm. 58. quando is, vt flos e terra ſurrexit, & apparuit, & cum illo multa corpora Sãctorũ vt multi flores ſurrexerunt, & apparuerũt multis.

Ambr. — *Apoſtoli flores.*

Sunt qui per flores putant deſignatos Sãctos Apoſtolos, Ambroſius ſerm. 6. in pſal. 118. ver. 3. Boni flores, inquit, Apoſtoli, qui diuerſorum ſcriptorum atque operum ſuorum fuderunt odorem.

Aponius. — *Innocentes flores.*

Sanctos Innocentes, qui pro Chriſto infantes occiſi ſunt, accipit Aponius.

B

Rup. Abb. — Iuſt. Org.

Rupertus Abbas, & Iuſtus Orgelitanus multiplices Sanctorum ordines.

Orig.

Origenes homil. 4. ex 4. credentes populos in Eccleſia orientes.

Gre. Papa. — *Sãcti in cœlo florent.*

Greg. PP. eoſdem intelligens, qui in cæleſti floreant patria, Flores, ait, apparuiſſe dicuntur, quia Sãctæ animæ, cum à corporibus recedunt, in cælo recipiuntur, & quia in hac vita, quamuis hiems fuerit, à bono opere non torpuerunt mox vt receſſerunt in terra viuentium glorioſè floruerunt.

Gre. Pap. — *In hac vita qui læta excipiuntur, ſunt veri flores, ruſſi et præ dulces.*

Idem tamen Greg. PP. homil. 16. in Ezech. lib. 2. ad quoſdam eiuſdem Patriæ guſtus, qui in hac vita & præſertim in eius extremo percipiuntur eadem referens, Tunc, inquit, apparent flores in terra, quia cùm de æternæ beatitudinis vita quædam ſuauitatis primordia prægustare anima cœperit, quaſi iam in floribus odoratur exiens, quod poſtquam egreſſa fuerit in fructu vberius habebit. Hocque illud eſt, quod & Theodoritus ſignificare videtur, dum notat, quod dicitur: *Flores viſi ſunt in terra noſtra*, non fructus, quoniam abſoluta bonorum poſſeſſio piis hominibus in futuro ſæculo reſeruatur.

C

Theod. — *Tempus remiſſionis peccatorũ, tempus putationis.*

Origenes. — Theod. — Philo — Caſſiodo.

Quoad tertiam partem, *Tempus putationis, vel ſectionis aduenit:* Iuxta communiorem ſenſum, qui eſt Origenis in vtraque expoſitione, Theodoriti, Philonis, Caſſiodori, & aliorum; per hæc, Tempus deſignatur remiſſionis peccatorũ, quo ſcilicet poſt Chriſti aduentum amputata ſunt peccata, & defectus, vt animæ fructum plus afferant.

D

Origenes. — Hier. — Tres Patr. — Iuſtus. — Bernard. — *Putationis tempus, eſt pœnitentiæ, & abdicationis mundi tempus.* — Grég. Nyſ.

Secundum Origenem quoque homil. 4. ex quatuor, Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum, Catenam Trium Patrum, Iuſtũ Orgelitanum, atque Bernardum, tempus deſignatur reſecationis ſuperfluorum, necnon & ſegregationis à cognatis, & domeſticis: ad eumdemque ſenſum tendit, & Gregorius Nyſſ. homil. 5. tempus pœnitentiæ intelligens.

Putationis tempus eſt tẽpus mortis, & iudicij. — Origenes. — Greg. PP. — Philo. — Aponius.

Sunt, qui tempus accipiant cæſionis impiorum in die iudicii, quando ſegregabuntur hædi ab ouibus, ita Origenes homil. 4. ex quatuor, Gregorius PP. tum expoſitione in Cantic. tum homil. 16. in Ezech. vbi etiam tempus mortis accipit, Philo Carpathius, & Aponius.

E

Putationis tempus eſt retributionis æternæ. — Ambroſ.

Tempus retributionis, & præmii intelligit Ambroſius ſerm. 6. in pſalm. 118. legens: *Tempus ſecandi aduenit*, quo matura, inquit, in horreis frumenta conduntur, & qui metit, mercedem accipit.

Philo. — *Gentilium conuerſio diſſecatio.* — l Mat. 9. 37

Eamdemque lectionem explicans Philo Carpathius, Poteſt, inquit, ſic intelligi, quia iam tempus aduenit metendi Gentiles, frumentorum inſtar, & in horreum cœleſtis Regis colligendi à cupiditatibus rerum terrenarum, iuxta illud Domini: *l Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.*

Rup. Abb. — *Legis putatio, quæ.*

Denique Rupertus Abbas tempus accipit, quo putata ſunt ſuperflua legis per Chriſtum.

Quoad quartam partem. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Per vocem turturis vocem

APPENDIX.

Origenes. Theod. Anselm. Bernard.

Spiritus Sanctus cur aliquando significetur appellatione turturis, aliquando verò columbæ.

Spiritus Sancti accipiunt Origenes homilia secunda ex duabus, Theodoritus, Anselmus, atque Bernardus serm. 59. Vnde Origenes, Nõ sine causa, ait, in sacrificio assumitur par turturum, aut duo pulli columbarum, nam idem valent, & nunquam dictũ est separatim par tantummodo columbarũ; sed par turturum, aut duos pullos columbarum. Columba Spiritus Sanctus est: Spiritus autem Sanctus quando de magnis, & occultioribus Sacramentis, & quę multi capere non possunt, loquitur, in turturis appellatione signatur, idest in eius auis, quæ semper in montiũ iugis, & in arborũ verticibus commoratur. In vallibus aũt, & iis, quæ ad homines vsq; perueniunt, colũba assumitur. Denique Saluator, quia hominem dignatus est assumere, & venit ad terras, B multique tunc circa Iordanem peccatores erant: idcirco Spiritus Sanctus non in turturem vertitur, sed columba fit, quæ inter nos propter hominum multitudinem auis mansuetior conuersatur. Turtur autem videtur, verbi gratia Moysen & vnumquemq; intelligere Prophetarum recedentium in montes, & deserta, & ibi accipientium sermones Dei.

Spiritus Sancti doctrina est vox turturis.

Et Theodoritus per vocem turturis doctrinam pariter sumens Spiritus Sancti, per translationẽ turturem dici, ait, gratiam Spiritus Sancti propter volucris huius prudentiam, & solitudinis studium, & nidorum in vmbrosis arboribus constructionem: probat autem Theodoritus, Spiritus Sancti gratiã dici turturem ex illo Psalmi: *m Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos: altaria tua Domine virtutum.* Vide apud ipsum.

m Psal. 83. 4.

Cur turturis à singulari cũ plures sint gementes.

Bernardus autem serm. 59. per vocem turturem, vocem accipiens salubriter gementium, Si multi inquit, gementes, quid sibi vult vnius expressio? *Vox turturis*, inquit, quare non *turturum*? Forte Apostolus soluit, vbi ait, quia *n Ipse Spiritus postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus.* Ita est, ipse inducitur gemens, qui gementes facit: & quamlibet multi sint, quos ita gemere audias, vnius per omnium labia vox sonat.

n Ro. 8. 26.

Orig.

Turturis vox est abscondita in mysterio Sapientia.

Secundò absconditam in mysterio sapientiã intelligit Origenes homil. 4. ex quatuor, vbi ait: Vox turturis sine dubio Sapientiæ, quam dispẽsator verbi loquitur inter perfectos, quæuè abscondita est D in mysterio; hoc namque indicat turturis appellatio, quæ in secretioribus, & remotis à multitudine locis vitam transigit, aut deserta montium diligẽs, aut secreta siluarum procul semper à multitudine posita, & à turbis aliena.

Castitatis prædicatio vox turturis.

Ambros. Hier. August. Aponius. Rupertus. Bernard.

Vocem, ac prædicationem castitatis intelligunt tertiò Ambrosius tum serm. 6. in Psal. 118. tum in libro de Isaac c. 4. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, Augustinus lib. homiliarum, homil. 33. tom. 10. Aponius, Rup. Abb. & Bernardus serm. 59. vbi ait: Nec soli commendant turturem gemitus, commẽdat & castitas: huius denique meritò digna fuit dari hostia pro virgineo partu. Sic quippe habes: *o Par turturum, aut duos pullos columbarum.* Et licet E aliàs quidem per columbam Spiritus Sanctus soleat designari: tamen quia libidinosa auis est, nõ decuit, offerri eam in sacrificium Domini, nisi ea sanè ætate, qua nesciret libidinem: At turturis non designatur ætas, quoniam agnoscitur castitas in quacunq; ætate. Neque etiam in principio vox ista in terris audita fuit, sed magis illa: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Tu ne voci illi tempus fuisse tunc dicas, cum maledictioni omnis subiacebat sterilis in Israel? cum Patriarchæ ipsi simul plures haberẽt vxores? cum frater fratris absque liberis defuncti semen suscitare ex lege compellebatur? At vbi insonuit ex ore cælestis turturis commendatio illa spa-

o Luc. 2. 24.

Turtures pro Christo offerri quã decẽs fuit.

Pudicitia virginalis prædicatio, quando primum audita ĩ Iudæa.

A donum, *p qui se castrauerunt propter regnum Dei*: & item alterius cuiusdam castissimæ turturis consiliũ *q* de Virginibus vbique inualuit; tunc primùm dici veraciter potuit, quia *Vox turturis audita est in terra nostra.*

p Matt. 19. 12.

q 1. Cor. 7. 25.

Io. Baptista prædicatio vox turturis.

Gre. Nyss. Tres Pat. Epiphan.

Quartò vocem Ioann. Baptistæ, eius scilicet prædicationem habitam ad Publicanos, & peccatores intelligunt Gregor. Nyssenus homil. 5. Epiphanius hæresi 59. & Catena trium Patrum, quæ ait; *Vox turturis audita est in terra nostra.* Turturem nominans aduentus sui Prophetam, & Præcursorem, vtpote solitarium, & pudicum, cuius vox est pœnitentiæ prædicatio, quæ in quibusdam eorum, qui carnales sunt, & terrena sapiunt, audita est, cum illi prædicationi paruerint, & baptismate pœnitentiæ baptizati sint.

Euangelij prædicatio vox turturis.

Cassiodo. Beda. Cyrillus. Philo Car.

Pauli Apostoli prædicatio vox turturis.

Quintò Apostolorum, Sãctorumque Doctorum prædicationem intelligunt Cassiodorus, & Beda; vocem Euangelii Rupertus Abbas: vocẽ verò Christi Cyrillus li. 15. de adoratione: Et prædicationem Pauli Apostoli Philo Carpathius, qui ait: Hanc vocem turturis existimo non incongruè vocem Pauli Apostoli posse intelligi; cõparatur enim turturi ob suam feritatem, quam olim in Ecclesia Christi sæuissimè exercuit. Sed mox ipsius vox audita est in terra nostra, hoc est in Ecclesia Gentium, & Iudæis erepta: præco enim fidei factus est inuictus, & egregius Prædicator, vt impleretur, quod scriptum est; *r Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum suum, C vbi ponat pullos suos*: qui quidem sunt omnes fideles, qui per illius prædicationem in Christum crediderunt.

r Psal. 83. 4.

Anna viduæ oratio & vox, vox turturis.

Iustus.

Sextò vocẽ Annæ viduæ, quæ octogintaquatuor annis non recedens de templo loquebatur de Christo omnibus, qui expectabant redemptionẽ Israel, accipit Iustus Orgelitanus.

Greg. PP.

Oratio Ecclesiæ vox turturis.

Hug. Vict.

Septimò Gregorius PP. vocem accipit Ecclesiæ, quæ turtur est, quia dum pro desiderio suo deprecatur, à Christo in cælo clementissimè exauditur. Sic Gregorius per terram nostram intelligit cęlestem patriam, quomodo & Hugo de Sancto Victore in citato sermone de Assumptione Beatæ Mariæ. Tametsi communiori sensu intelligatur terra ista, in qua præsentem vitam ducimus. Quod ponderans Ambrosius lib. de Isaac, cap. 4. Bene, ait, addit Propheta, *Nostra*, quasi admirans, quod vbi ante impudicitia, ibi castitas. Fusiusque Bernardus serm. 59. Aduerte, inquit, quantæ suauitatis sit, Deum cęli dicere, *In terra nostra*, Quique terrigenæ, & filii hominum audite. Magnificauit Dominus facere nobiscũ. Multum illi cum terra; multum cum sponsa, quam de terris sibi adsciscere placuit. *In terra*, inquit, *nostra*, Non planè principatum sonat vox ista; sed cõsortium, sed familiaritatem. Tanquam sponsus hoc dicit, non tanquam Dominus: Quid? Conditor est, & consortem se reputat. Amor loquitur, qui dominium nescit. Carmen nimirum amoris est, nec aliis hoc, quàm amatoriis fulciri voluit. Amat & Deus, nec aliunde hoc hẽt: sed ipse est, vnde amat: & ideo vehementiùs, quia non amorem tam habet, quã hic est ipse. Verũ quos amat, amicos habet, non seruos. Denique amicus fit de magistro, nec enim amicos discipulos diceret, si non essent. Vides amori cedere etiam maiestatem? ita est, neminem suspicit amor, sed ne despicit quidem: omnes ex æquo intuetur, qui perfectè se amant, & in seipso celsos, humilesque contemperat, nec modò pares, sed vnum eos facit. Tu Deũ forsitan adhuc ab hac amoris regula excipi putas: sed qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Quid miraris hoc, ipse factus est tanquam vnus ex nobis: minùs dixi, non tãquam vnus, sed vnus: parũ est.

Mundus, in quo viuimus dicitur terra nostra.

Ambros. Bern.

Mũdũ, quẽ apiũ Christus dixerit terram sibi nobiscũ communem.

APPENDIX.

est, patrem esse hominibus, homo est. Inde terrã nostram vendicat sibi, sed quasi patriam, non quasi possessionem. Quidni vendicet? Inde illi sponsa, in
„ de substantia corporis, inde sponsus ipse, inde duo
„ in carne vna; si caro vna, cur non patria vna? Cęlũ
„ cęli Domino, terram aũt dedit filijs hominũ; Ergo
„ vt filius hominis hereditat terrã, vt Dominus su-
„ bijcit, vt Conditor administrat, vt sponsus cõmu-
„ nicat, dicendo nempe; *In terra nostra*, proprietatẽ
„ profectò abnuit, societatem non respuit.
„ Octauò Hugo de Sancto Victore lib. 1. Institutionum monasticarum, cap. 24. *In terra*, inquit, *nostra vox turturis audita*, dum ad penitentiam auris interior inclinatur humiliter. Terra enim nostra, de qua hic agitur, est animus, qui terrenæ fragilitatis occupationibus irretitur. Est autem terra nostra, & terra aliena: Terra aliena est mens, diaboli dominio subiugata, iuxta illud *f Alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam*. & *g Terram nostram alieni deuorant*. Terra esse nostra dicitur, dum nihil in mente nostra proprium reperitur, dum mentem nostram cum magistro, & fratribus possidemus, vt animus Deo deuotus seruiat per dilectionem fratribus, per compassionem proximo, per modestiam sibi, & sic communis fiat.

Hugo Vic. — *Terra nostra animus est, aliena qui diabolus sit eius subiectum.* — f Psa. 53. 5. g Tren. 5. 2.

Nonò secundum eumdem Hugonem in citato sermone de assumptione Beatæ Virginis, qui habetur in fine Tomi 2. vox turturis, vox amoris est. Ait quippe. Ne fortè, quia turtur gemitũ habet pro cantu, planctũ hic, significari existimes, non canticũ, non ista modo recipimus in nostris gaudijs; nã vox turturis amori canit & dilectioni, & habet singularem dilectionem turtur, cui canit, vel præsenti gaudiũ, vel absenti affectũ. Igitur vox turturis tota de amore, & non nouit aliud præter amorem turtur, & illi singularis amor est, qui soli non adiungit alterũ, & æternus, qui nec primo secũdum, ergo vox turturis amori cantat, & amoris canticũ est vox turturis, & ardent corda ad vocem turturis, vnum est, quod sonat vox turturis, & semper illud sonat, & resonat, & nõ fastidit vnquam. Semper idem canit, quia semper idem diligit, & quis dignus erit, audire vocem turturis? In solitudine canit, & semper solitudinẽ diligit turtur, quia singularem dilectionem quærit. Non audietur in plateis vox eius, neque foris clamorem suũ proferet. Intus resonat, intrinsecus canit, & non possunt audire turturem, nisi qui intus sunt, qui elongant in solitudine, qui secretũ inhabitant, qui in silentio requiescunt, isti sunt, qui eam audiunt. O speciosa inter filias Ierusalem, audisti vocem turturis, audisti, & intellexisti. Intus loquebatur, & tu intus eras, ideo audisti, & intellexisti, & dixisti; *Vox dilecti mei*. Intellexisti enim, quia vox dilecti erat, & de dilectione erat; non enim intellexisses, nisi dilexisses, quia dilectionis verbũ erat, & nõ poterat, nisi à diligente intelligi, Dilectus loquebatur, & dilectæ loquebatur, & dilectio cõmendabat. Quia ergo vocẽ dilecti audisti, & dilectionem intellexisti, ne differas vltra: *Surge* velociter.

Vox turturis quæ in patria auditur ingiter est vox amoris.

Amoris vocẽ quis audiat.

Duo in fine huius Appendicis haud sunt prætermittenda: Primum, quod tangit Hugo Victorinus in præcitato sermone de Assumptione Beatæ Mariæ, vbi pro terra nostra accipiens cælestem patriam, Videntur, inquit, Magna quædam gaudia hic commendari in floribus, & odore, & cantico, nam hæc tria solum commemorata sunt: & scimus, quòd flores ad speciem pertinẽt, odor ad fragrantiam, canticũ ad iucunditatem: species autem ad visum refertur, fragrantia ad olfactum, melos

Hugo Vic. Cælestis patria est terra nostra.

A ad auditum. Quare ergo hi soli prę cunctis sensib. electi sunt, & nominati? nam habent singuli voluptates suas, & poterãt interna gaudia etiam gustu designari, sicut scriptũ est; *h Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus*, & *i Satiabor, cum apparuerit gloria tua*; Verum quoniam, qui iã gustat, fruitur, & peruenit ad finem desideriorum suorũ, hic autem oportuit, quædam primordia vitæ perennis significari, quando adhuc non sunt consummata omnia, idcirco de gustu tacitũ est, voluit quippe demonstrare, quòd de longè adhuc erant, nondũ ad ea sponsã perueneraт, sed inuitabatur, vt veniret, & demonstrata sunt ei, vt videret, & cõcupisceret, & properaret, propterea conueniẽter de-
B signata sunt gaudia illa floribus, odore, & cantico, omnia, n. hæc de longè reficiunt, & delectant eminus constituta. Adde quòd, cùm gustus, & tactus magis sordibus appropinquent, vnde nec synceram refectionem habere valent, sed quæ purgatione egeat, & defæcatione: hi verò tres reliqui merã trahant dulcedinem, & suas delitias magis ad iucũditatem animi, conuertunt, non enim ad necessitatem, sed ad delectationẽ. Ideò hi potiùs, quam illi nominati sunt, & re vera magna rerum similitudo est, nec poterant inuisibilia signis euidentioribus declarari: Sicut enim oculus rerũ specie sine coinquinatione pascitur, & sicut auris vocũ suauitate sine corruptione delectatur, sic gaudia illa æterna suauitatem infundũt, & corruptio-
C nem non adducunt; semper reficiũt, & nunquam deficiunt; pascunt, & perseuerant integra.

APPENDIX.

Ad cælestia gaudia exprimenda tur triũ tãtũ sensuum obiecta, visus, audit., & olfactus recensẽtur. — h Ps. 33. 9. i Ps. 16. 15. — *Gustus tur non adducitur ad exprimenda gaudia cælestia.*

Simile.

Alterum, quod notandũ superest, illud est, qđ aduertit Bernardus circa finem sermo. 59. dicens; *Si in terra nostra, & flores apparuerunt, & vox turturis audita est*; profectò & visu veritas comperta est, & auditu; Vox quippe auditur, flos cernitur; Flos miraculũ est, quod voci accedens fructũ parturit fidei: & si fides ex auditu, sed ex visu confirmatio est: Sonuit vox, splenduit flos, & veritas de terra orta est per fidelium confessionem, verbo, signoque pariter concurrentibus in testimonium fidei; Testimonia ista credibilia facta sunt nimis, dum flos voci, auri oculus attestatur.

Bernard.

Veritas experta est visu, & auditu.

D

Vers. XIII. Ficus protulit grossos suos; vineæ florentes dederunt odorem suum; Surge amica mea, speciosa mea; & veni.

Expositio Prima, Iuxta Sensum Litteræ.

QVam in superioribus cœperat Veris descriptionem, eam nunc in ista sententia perficit Sponsus. Porrò quia tẽpus quodlibet successiuè aduenit: præclarè in hac descriptione successionis totius ordinem, quo vernum fit tempus, ex-
E pressit; Siquidem primò illius ostendit initia per ea duo, quæ dixit; *Flores apparuerunt in terra nostra, & tempus putationis aduenit*. Constat. n. flores quosdam prima esse veris prænuntia, atque tẽpus putationis esse ante æquinoctiũ, ostensum est supra fusiùs. Per id verò, quod subiecit: *Vox turturis audita est in terra nostra*; vlteriorem illius designat processũ, cũ turtur haudquaquã appareat, nisi frigus omne cessarit, vt probatũ est supra ex Aristote. Denique adijciens: *Ficus protulit grossos suos, & vineæ florentes dederunt odorem suũ*: extrema delineat quodammodo, nam cum ficus profert grossos, instare æstatem, apertè significauit Dominus apud Matthæum, dicens. *a Ab arbore fici discite parabolam*,

a Matt. 24. 32.

LITTERA.

lum, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis, quia propè est æstas. Notũ est autem, ficum primos proferre grossos cum folijs simul, ac certè, si quempiam assignare vellem terminũ verni temporis, haud aptiorem inuenire liceret eo, quem ipse attulit sponsus, dicens, *Vineæ florentes dederunt odorem suum:* & melius, iuxta hebraicum textum, in quo ait: *Vites* סמדר semadar, id est vua acerba, quæ primũ incipit emittere flores, dederunt odorem, id est nedum vites florere cœperunt, sed iam & granuli in racemo distincti in eis apparent, excidentibus floribus, atque adeo & floribus, qui iã exciderunt, & vua ipsa minuta dederunt odorem. Vox.n. סמדר Semadar propriè significat vuã minutam in racemo florenti, vnde & in capite septimo, vbi nos legimus: *b. Videamus si vinea floruit,* in hæbreo est. *Videamus si floruit vitis:* פתח הסמדר pithach hassemadar, id est aperta est vua minuta. Atqui obseruamus quotannis, in fine veris huiuscemodi vuarũ granulos conspici in vitibus.

b. Cã. 7. 12.

I. SENSVS.

Intentio itaque sponsi in hac sua oratione ea vna est, vt ex opportunitate, & amœnitate temporis verni, quod exactè describit per id, quod in toto fit vere, sponsam alliciat ad rus egrediendũ, ac propterea ea, quæ priùs dixit, iterum repetens ait: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni.* Quo loco notandum est, neque in hebræo, vbi habetur: *Surge tibi proxima mea, speciosa mea, & vade.* Neque in versione Sept. quæ legit: *Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea:* verbum *propera,* apponi in horum repetitione, sicut nec in nostra Vulgata reperitur in bonis Codicibus, idque idcirco prætermissum arbitror, quia sponsus pro certo haberet, sponsam, si surgeret, & egrederet, ab ipsa Veris, quæ descriptum fuerat, amœnitate promouendam, vt properaret, rusve velocissimo tenderet cursu. Atque hæc quidem rectè, dummodò illum prosequamur sensum, quem primo loco attuli in prima superiorum verborũ expositione, vt per hæc sponsus nil aliud sibi velit, quàm ex veris amœnitate, (vt dictum est) spõsam allicere ad secum rus egrediendum. Aequè est enim ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Ne existimes, initia adhuc veris esse, sed scito, vernum tempus in summo esse flore. Quapropter *Surge amica mea, speciosa mea* egredere iam è domo ista, *& veni* mecum, vt simul inuicem amœnis perfruamur in agris.

II. SENSVS.

Verùm, si alterum sequamur sensum, quem loco citato secundũ attuli, quove in præcedentibus sponsam vocauit spõsus, vt rus tenderet, egrediẽs domo, cũ opus instaret putationis vinearum, transacta iam hieme, vtque secũ properaret ad ipsas vineas putandas. In his, quæ præ manibus habemus, ad istud ipsum eamdẽ promouebit, spem illi proponens suscipiendorũ fructuum, quorũ videlicet iam propè apparent primitiæ. Siquidem grossi sunt primæ illæ ficus, quos simul cũ folijs ficulnea protrudit: neq; .n. huiuscemodi arbor flores, instar aliarum arborũ profert, sed grossi, seu grossuli, vt vocat eos Columella lib. 5. de re rustic. ca. 10. loco florũ ex illa erumpunt: vnde Plinius lib. 16. ca. 15. „ Nec fici, inquit, nec caprifici florib. exhilarantur, sed protinus fructũ flores gignunt. Quamuis autem verũ sit, quod Plinius ipse subijcit his verbis: In ficis mirabiles sunt & abortus, qui nũquam maturescunt, haud tamen verũ omnino est, quod vulgata opinione asseritur, grossorũ nomine eas duntaxat designari ficus, quæ immaturæ ex arbore decidunt: nam re vera per istud nomen primæ omnes significantur ficus, quarũ etsi multæ decidant immaturæ, complures tamen, & magna ex parte

Grossi quid sint.

A ad maturitatem perueniunt, & in hoc significatu nomine isto vsus est & antiquissimus M. Cato lib. de re rust. cap. 94. & Columella loco supra citato. Quod ergo ait sponsus tale est.

LITTERA.

PARAPHRASIS.

Surge, & veni quantocyùs ad putandas vineas; *nam hiems transiit, & tempus putationis aduenit:* postquam putaueris, copiosiores atque prædulces colliges fructus: *Ficus* iamiam profert *grossos suos,* iam olere incipient vineæ, florem emittentes, primosque ostentantes racemos, ac spem exhibent maximæ copiæ fructuum: *Surge* iam, *& veni amica mea, & speciosa mea.*

Ad confirmationem, & maiorem istius sensus intelligentiam: Notandum primo: pro eo, quod

B Vulgata, & Sept. habent, *protulit,* in hebræo esse verbum חנטה chanethah, quod, etsi cõiter sumatur, vt significet producere simpliciter, & protrudere: hoc tamen loco à quibusdam hebreis Doctorib. accipitur pro maturos proferre, seu facere: Sic Rabbi quidã innominatus, & maximæ apud hebræos existimationis, ita hæc exponit. Et ficus eduxit grossos suos, & maturauit fructũ suũ immaturum, & Rabbi Abrahan Abenezdra: ficus dulces protulit grossos suos. Vnde apparet, quam rectè dictũ sit superiùs, grossorũ nomine hic quemlibet significari fructum ficus immaturũ, tum qui nunquam maturescunt, tum etiam illos, qui postmodum ad debitam perueniunt maturitatem.

Notandum secũdo, per id, quod dicitur, *Vineæ, vitesve florentes dederunt odorem suum,* significari,

C vites ipsas nedũ sensibili florũ odore recreare, sed insuper multitudine, ac magnitudine racemulorum florescentium, seu florib. emissis distinctos granulos exhibentium, certam fructus spem dedisse. Enimuerò per spem ipsam, quã porrigunt, oblectant quamplurimum; quæ spes rectè sub odoris metaphora exprimitur; quandoquidem per flores præmittitur spes longè ante fructus, sicut & odor præmittitur à re odorata à longè multò prius quã res ipsa attingatur.

Notandum tertiò, duo potissimum nominari fructuũ genera, ficũ, atq; vuam, quoniam ista duo sunt, quæ, & dulcedine, & voluptate reliquos vniuersos facilè superant, atq; adeò propterea sæpissimè in sa-

D cris paginis, quũ vel promittitur, vel narratur dulcis populi quies in qua voluptatibus suis perfrui cuique liceat, suosve percipere fructus, dicitur, vnusquisque sedere sub ficu, atq; sub viti sua. Quinimò & apud Antiquos, ficus erat dulcedinis hieroglyphicum, vt notat Valerianus. Et vinũ, quod ex vua exprimitur, voluptatis symbolum esse, sæpius probatum est in præcedentibus.

Pier. Vale. lib. 53. ca. de fico.

Vers. XIII. Ficus protulit grossos suos: Vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea, & veni.

E

Expositio Secunda. De prima Sponsa quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

In arborib. fici, ac vitis multa latẽt mysteria, ideo præ reliquis frequẽtius earũ fit mentio in scripturis sacris.

SI vniuersas spectemus arbores, nullæ certe sũt, quæ ficu, atque vite contemptibiliorem habeant speciem, nihilominus, si sacras voluamus paginas, de duab. hisce præ reliquis omnib. mentionem fieri frequentiùs, animaduertemus. Vnde aũt hoc factum sit mecũ reputans, intellexi, innumera in arboribus istis recondita esse mysteria. Atq; (vt reliqua pro nunc missa faciam) per has in primis designatur ingens totius Ecclesiæ progressus, & per has tẽpus instantis prænũciatur æstatis, quo

DE ECCLESIA.

vniuersus orbis æstu arsurus sit charitatis. Hinc est, quòd Spiritus san. primitiuam Ecclesiã ad prędicandũ Euangeliũ vocans in efficacissima, quam exponere cæpimus, oratione, harũ duntaxat duarum arborũ meminit, dicens: *Ficus protulit grossos suos, Vineæ, seu vites.* (Vt colligitur ex hebræo) *florẽtes dederunt odorem suum*: Cõfirmans videlicet per hæc id, qđ iã fuerat exorsus, tẽpus esse maximè opportunũ, quo iter suscipiatur ad prædictũ opus prędicationis: qñquidem non modo ver sit, cũ per supercęlestis solis accessũ calor diuinæ gratię sentiri cępit; sed & iã propè sit æstas, in qua mũdus totus charitatis ęstib. ardeat. Horũ ergo sẽsus hic est.

PARAPHRASIS.

Crucis arbor iam protulit fructus suos, grossos quidem modo duros, acerbos, & immaturos angustiarũ, iniuriarum persecutionũ, & cruciatuũ; maturandos tñ postmodũ in dulcissimas ficus. Apostoli quoq; ex Christo vera illa vite propaginati in vites, virtutũ exemplis florentes, lætitiæq; interioris exhibentes indicia, in minuta, quã proferunt, vua dederunt odorẽ, non instar vitiũ terrestrium, sed *suũ*, qualem desumpserũt ex ea vite, cuius gloriant se esse propagines. *Surge* igitur, iterum tibi dico, *Surge Ecclesia amica mea, speciosa mea, & veni*: audacter mecum arripe iter, copiosissimos per prædicationem collectura fructuum aceruos.

Ficus, & Crux Christi ß aptè ponuntur ß indicio futuræ, ac instãtis manifestationis Iesu per mundi conuersionem.

Circa hæc notandum primò: aptè admodũ proponi & ficum, & Crucem pro indicio exaltationis Christi iustitiæ solis super orbem terrarũ, eiusdẽque manifestationis ad omnes gentes; necnon & instantis æstatis ob ardentissimos prædicti Solis radios, directè super mundum immissos, nã & qñ altera vice idemmet Sol in fine mundi sese manifestaturus est eleuatus in nubibus, vt iudicet mundum, vere radijs suis totum exurat orbem, eamdẽ Crucem tantæ combustionis indicium præmittendam, ipsemet aliquando asseruit, ac per ficus exemplum vniuersam istam confirmauit parabolam, sic quippe apud Matthæum verba faciens de secundo suo aduentu post multas enumeratas tribulationes primũ ait, *a Tunc apparebit signum filij hominis in cælo*, haud dubium, quin Crucem designans, quæ ipsum proximè in cęlo item apparitũrum indicaret, non secus ac præmissum militare vexillũ subsequentẽ indicat Ducem, atque adeò bene illicò subijcit. *Et videbunt filium hominis venientem in cælo cum virtute multa, & maiestate.* Cõcludens denique omnia, ac prædicta confirmans, affert similitudinem fici, dicens: *Ab arbore autem fici discite parabolam; cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis, quia propè est æstas. Ita & vos, cum videritis, hæc omnia, scitote, quia propè est in ianuis*, idest quia illico dies ille futurus est in quo omnia radijs comburenda sunt illius, qui in cęlo apparuis, iustitię Solis, id. n. phrasi hebraica significat ea verba (*quia propè est in ianuis*) vt colligitur ex loco illo Genesis, vbi Dominus ad Cain inquit, *b Nonne si benè egeris, recipies: sin autẽ male, statim in foribus peccatum tuum aderit?* & ex altero loco Epistolæ Iacobi vbi dicitur? *c Ecce iudex ante ianuam assistit*, idest, citò venturus est. Porrò si ex similitudine arboris fici, Crucem designantis Dominus colligendum asseruit, mundum citò comburendũ æstu iustitiæ, congruenter profectò, (vt dictũ est) & Salomon quoq; Ecclesię sponsum idẽ fici signũ exhibentẽ proponit, vt per illud mũdi conuersionẽ, gratiæq; & charitatis inflammationẽ intelligere queat Ecclesia, per ficũ Crucem intelligens, & per erũpentes Crucis fructus directã solis diuini proximam coniectans irradiationẽ.

a Matt. 24. 30.

In imagine esse, quid significet.

b Gen. 4.

c Iaco. 5. 9.

Ponderanda est autem verborum differentia, quibus in his duobus locis, vna eademque affertur similitudo ad proximam intelligendã æstatẽ. Enimuero in hoc Cantico amatorio vbi dicta similitudo affertur pro indicio æstatis instantis dilectionis, & charitatis, fructuũ in primis fit mentio; *Ficus protulit grossos suos.* An in Euangelio, cum ipsamet similitudo affertur pro indicio proximæ æstatis iudicii, & iustitiæ, nulla iam fit fructuũ mẽtio, sed ramorũ duntaxat, & foliorũ: *Cum iam ramus eius, &c. & folia nata, scitis quia prope est æstas.* Si spiritualiter circa istud verborũ discrimen mihi liceat philosophari, cũ fici arborem in hac similitudine pro Crucis Dñi symbolo vsurpari, dictũ iam sit, aptissimè certe crediderim, hoc loco fieri mẽtionem fructuũ, quia tribulationes, cruciatus, ac persecutiones, quę pro Christo perferuntur, ita nunc ex ipsa Christi Cruce proueniunt, vt fructus sint, qui diuinæ gratiæ non tantum ver, sed & ęstatem prænuntient, fructus, inquam, condendi in vitam æternam ob meritum, quod conferunt, præstantissimum: fructus adeò etiam in hac vita suaues, vt manducantibus ingentem conferant beatitudinem, iuxta illud Psalmi sæpius citatũ: *d Labores fructuum tuorum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* At verò quando in die iudicij eadem Crucis arbor in signum exhibebitur proximæ æstatis iustitiæ, proximique ardentissimi Solis, ac ira exardescentis iudicis aduentus, rectè ramorum quidem, & foliorum mentionem fieri debuisse, sed absque vlla fructuũ commemoratione: ramos quippe suos tunc extensura Crux dicitur, vt hoc pacto significetur, illam per totũ cælũ sese extensurã, vt omnib. se exhibeat conspicuam, vtq; vniuersis, quotquot super terrã, vel subtus terram degũt in inferis, suo terrorẽ incutiat aspectu. Sed & folia tunc dicitur prolatura asperrima certe, æquè ac ficus, quoniam re vera ex ipsa Crucis apparitione multæ, eæque perquam asperæ tribulationes, oppressiones, & commotiones casuro prouenient mundo, quæ etsi ex arbore Crucis produci quodammodo videantur: haud tamen dici debẽt produci, vt fructus, quoniã fructus præsertim fici reficit, & oblectat suauitate; illæ verò tribulationes, illaq; flagella, q̃ ex Cruce proueniũt, quatenus iræ indiciũ est venientis iudicis contra insensatos, summã potiùs afferent dolorũ amaritudinẽ, imò & amarissimam mortẽ, non secus ac folia ficus mortem certè, si comederentur afferent.

DE ECCLESIA.

Confertur locus iste cum loco Matth. 24. citato.

Tribulationes quas hic ob Christũ ßferimus, fruct⁹ Crucis esse dulcissimos.

d Psa. 127. 2. Ita legitur Augu. *Crucis signum apparẽs I die iudicij tribulationes infructiferas allaturum malis.*

Quòd si quis contra hæc aliũ obiiciat Euangelij locum, vbi idemmet Dominus apud Lucam de eodem aduentu suo ad iudiciũ, deque eadem iudicij die verba faciens, ac pro illius prænuntio eãdem fici similitudinem afferens, haud iam ramorum meminit, & foliorum, sed fructuũ solummodo, dicens: *e Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis, quia propè est æstas. Ita & vos, cum videritis, hæc fieri, scitote, quoniam propè est regnum Dei.*

Concordatur locus Lucæ 21. cum loco Matth 24. vbi diuersimode ponitur similitudo ficus.

e Lu. 21. 29

Ad hæc respondendum, tantùm abesse, vt locus iste Lucæ prędicto contrarius sit loco, qui ex Matthæo relatus est, vt per eum potiùs ea confirmentur, quæ apud Matthęũ dicta habentur: illud ve omne tollatur dubiũ, quod ibi moueri potuisset respectu electorũ: qua ratione videlicet iusti is illis, qui tunc temporis viuent in terris, quando Crucis arbor futuræ æstatis prænuntia in cælo apparebit ante venturũ Iudicem: tribulationes illæ quæ sequentur, quasi ex Cruce prolatæ handquaquam fructuosæ futuræ sint, & meritoriæ, quouè pacto fieri possit, vt Crux tunc temporis fructib. eos minimè refectura sit, quos vel ipsa eius memoria

Crucis signum ijsdẽ tribulationib. cũ apparebit in die iudicij, reficiet electos, quib. terrebit impios.

DE ECCLESIA.

ra semper eò vsque refecit, & oblectauit. Tollitur aūt illud dubium ab ipsomet Domino apud Lucam, vbi non iam de tribulationib. tantùm, de portentis, atque terroribus loquitur, vt apud Matthæum; verū & de Regno Dei, & de summo gaudio, atque etiam de eorū redemptione, facit mentionem, dicens: *Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum scitis; &c. Ita & vos cū videritis hæc fieri, scitote, quia propè est regnum Dei;* ac si dicat: Quando enumeratis prememini angustiis, & tribulationib. post apparitionem signi filii hominis, Crucis nimirum, designatæ per ficum, & reliquorū instrumentorum passionis, quæ sub metaphora omniū arborū significantur, quasi fructibus quibusdam acerbis, & quibusdam grossis, ex dicta ficu, atque ex dictis arboribus progemmantibus, scitote, quia propè est æstas summæ dilectionis, qua dicti fructus maturescunt, amaritudinemvè suam omnem in inexplicabilem conuertunt felicitatis dulcedinem. *Scitote, quia prope est regnum Dei*, quo nihil dulcius, nihil suauius vel excogitare quis posset vnquam.

Confirmantur autem hæc per ea, quæ immediatè ante relata verba ijsdem iustis idem ipse dixerat Dominus: f *His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra:* Æquè est enim ac si hoc pacto illos per hęc allocutus fuisset: His, quæ modo enumeraui, signis, ac tribulationib. fieri incipientibus, nolite simul cum hominib. huius mundi, quos dixi angustiandos his conspectis, & ploraturos, etiam ipsi animo concidere, & turbari; sed è contra potius summam hilaritatem in animo habete certi quòd instet redemptionis vestræ æstas. Illi quidē cū in hoc mundo semper duxerint dies lætos, subita, his conspectis signis, angustia corripientur, & desperatione, cū ex illis intellecturi sint, æstatem sibi instare iustitiæ, & confragrationis. Vos verò, qui continuis eo vsque malis affecti fuistis, tūc cōuenit, ob proximam æstatem redemptionis vestræ deiectū attollatis vultum, atque tristitia omni excussa, metuque deposito, omnem hilaritatem præferatis: Tunc profectò absque vllo pauore in ficū, grossos suos proferentem, & capita, & oculos leuare iucundissimè vobis licebit, fructusvè illius intueri, haud Iā amplius id vobis euenturū metuentes, quod Euæ totius humani generis parenti tunc contigit, quando in principio mundi ad fructum interdictæ arboris caput eleuauit, & oculos: eleuatio siquidem illa oculorū, causa exitit mortis: At vobis, cū ad vitę arborem capita leuaueritis, cumque ad illius grossos, & fructus vestros conieceritis oculos, suauissima conferetur vitæ dulcedo.

f Luc. 21. 28

Crux Christi quā congruēter per ficum designetur.

Notandum secundò: Quamuis compluriū arborum nominibus, atque metaphoris sæpius in sacris paginis Sāctissima Christi Crux soleat designari, vt palmæ in Cantico: g *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius:* vt mali in eodem libro, vbi ea legimus: h *Sub arbore malo suscitaui te, &c.* vt cedri, aliorumve lignorū Libani, vt in ipsomet Cantico (n. q., n. pro nunc aliunde exempla sumere opus est) vbi habetur: i *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani:* Nullam tamen arborum aptiorē ipsius typum esse, nullamq; crediderim, congruentius illam designare, quam ficum. Enimuero Crucis lignū, quàm maximè congruit cū ipsa arbore fici: ac primum in speciei vilitate: nam si ficus speciem præ reliquis arboribus vilem (vt dictum est) habet, atque deformē, quatenus est tortuosa, aspera, atq; nodosa, certè & Crux Christi adeo vilem præsefert speciem, vt illius prędicatio

g Cāt. 7. 8.
h Cāt. 8. 5.
i Cāt. 3. 9.

Crucis Christi vilitas.

A stultitia existimetur ab ijs, qui virtutē illius ignorant, iuxta illud Apostoli. K *Verbum Crucis pereuntibus quidem stultitia:* Quin & confusio ipsa, cū illa videtur connexa, testante hoc eodem Apostolo in Epistola ad Hebræos, vbi de Christo Domino verba faciens, qui Crucis sustinuit passionem, sustinuisse illum inquit, Crucem, confusione contempta.

k 1. Cor. 1. 18.
l Heb. 12.

Quid dicam de congruentia, & similitudine, qua & ficus, & Crux suos fructus producunt? Reliquæ arbores præmittunt ex se flores, odorē aliquem, aliquamvè habentes pulchritudinis speciē: post flores, siue ex floribus ipsis suos proferunt fructus. At verò ficus nullo vnquam exornatur florū decore, sed statim ac progemmare incipit, fructū

Crucis Christi fructus quales.

B absque flore producit. fructum verò durissimum, ac amarissimum, sed qui postmodum præ alijs fructibus vniuersis dulcis euadit. Et quidem Crucis quoque arbor absque florum decore prorumpit in fructus, quos bene grossos ab sponso nuncupatos fuisse, dictū est in paraphrasi: quoniam instar grossorum, qui è ficu nascitur, tribulationes, persecutiones, & cruciatus, quos pro Crucis prædicatione subeunt fideles, duræ quidem primò videntur, & valde acerbæ: at cùm à calore diuinæ charitatis maturantur, adeò dulces euadunt, vt propterea ipsum pariter lignum, cuius sunt fructus, dulce prędicetur.

Sed & tertia est congruentia, eaque minimè cōtemnenda inter arborem fici, ac arborem Crucis,

C fundata super illorum opinione, qui asseruerunt, m Arborem scientiæ boni, & mali, cuius fructum Deus primis parentibus in paradiso vetuit, ne comederent, fuisse ficum: quicquid. n. sit de huius opinionis veritate, id certum est, nonnullos ex Antiquis Patribus huius sententiæ extitisse, vt Gennadius, & Isidorus Pelusiota citati in catena super Genesim, Theodoritus ex Antiquorum traditione q. 58. in Genesim, & Philoxenes antiquissimus in oratione de arbore vitæ, alijque per multi. Congruens enim valde fuit, vt sicut fructu suo ficus mortem intulit mundo, ita & fructibus arboris Crucis, quæ per arborem item ficus designatur, vitam cōsequeremur: Si tamen ficus ipsa in fructib.

Crux Christi cōgruēs cū ficu, congruit, & cū arbore scientia boni, & mali, cuius fructū vetitū comederunt primi parētes.
m Ge. 2. 16.

D proferendis debitū seruaret ordinē, vt prius grossos produceret in hoc sæculo, qui maturarentur, dulcesve fierent in futuro. Exinde namq; primi parentes in Paradiso mortē cum fructu vetito decerpsere: quoniā cū grossos duros in ficu intueri prius debuissent, diuinū ob oculos habentes præceptū, ac sese mortificantes, dulcem potius concupierūt, tetigerunt, gustarunt, ac comederunt fructū, quā dulcedinem extra tempus gustatam tanta subsecuta est miseriarum amaritudo, quanta nunc opprimitur vniuersum genus humanum. Bene igitur sponsus pro indicio futuræ in mundo salutis ficū afferens, fructus suos proferentem quatenus Crucem designat, suos item emittentem fructus tribu-

E lationū, & cruciatuum, non ait: *Ficus protulit fructus*, seu, *ficus suas*, sed *ficus protulit grossos suos*, duros videlicet, & acerbos, vt dictum est.

Notandum tertio, haud minus congruenter Sāctos Apostolos vites vocatos esse, quàm ficus sancta vocata sit Crux, neque verò ob id duntaxat vites dicuntur, quia cū essent palmites manentes in Christo vera vite, iuxta illud; n *Ego sum vitis vera, & vos palmites*, ex ipsa (vt in paraphrasi dictum est) in qua manebant, propaginati sunt in multas vites, sed etiam quia ex ipsis, eorumq; sectatoribus multiplices per vniuersum terrarum orbē futuræ essent vineę Ecclesiarum, ac propterea

Apostoli quo vites.
n 1. Io. 15. 1

tea

DE ECCLESIA.

rea noſter interpres ſecutus Sept. quod in hebręo dicitur *vites*, vertit, *vinea*. Porrò id maximè aduertendum mihi videtur, quod cum Apoſtolis Crux Chriſti protulerit groſſos tribulationum, cruciatuū, ac ærumnarum, ipſi tamen eo ipſo tempore, quo ficus dictos produceret groſſos, dicuntur vites, ſeu vineæ, & vineç florentes, ſeu vuam minutā proferentes, necnon & ſuum dantes odorē. Enimverò, ſi ſpectemus externamApoſtolorū vitam, intelligemus, illos extitiſſe puſillos inſtar vitis, & viles, abiectos, ac pro nihilo fere habitos ab hominibus ſeculi, prout longius in Epiſtola 1. ad Corinth. teſtatur Paulus, vbi ait: *o Puto, quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit tamquam morti deſtinatos, quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus*: & poſt multa: *Tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc.* Nihilominus vites iſtæ eo ipſo tempore, quo ficus protulit groſſos ſuos, ſimul quoque florentes erant, & quam maximè ſpecioſæ, non ſolū ob id, quod ſpecioſa, ex ipſis ſata eſſet Eccleſię vinea; verū etiam quia multiplici virtutū flore coram omnibus erant ſpectabiles; & quia internę lætitię per minuta vuarū granula pręſeferebant indicia: granula quippe vuę, quę lętitię ſymbolum eſſe ſolet, exultatio illa dicenda eſt, qua iij. *p Ibāt gaudētes à conſpectu Concilij, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cōtumeliam pati.* Huiuſcemodi aūt granulis, hujuſcemodi & floribus florentes, certè operępretium erat, vt neceſſariò ſuū darent odorem, non tantùm doctrinę, ſed & exemplorū ſanctitatis, atque perfectionis, ita vt dicere eis liceret. *q Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.* Atquì cùm ad bonū odorem facile omnes alliciantur, aptiſſime ſponſus perſuadens Eccleſię, vt ſurgat, veniatque ad prędicandum Gentibus Euangelium, proponens ei opportunitatem ait. *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum*, idque tunc, *cum ficus protulit groſſos ſuos.*

Apoſtoli cū tribulationib. afficerētur, erāt vineæ florētes, lętitię quę ſigna exhibētes; & odorē de derūt bonorum exemplorum.

o 1. Co. 4. 9

B

p Ac. 5. 41

C

q 2. Cor. 2. 15.

Quod ſi ea, quæ hic dicuntur, ad Petri Apoſtolorum Principis aptare velimus vocationem illā, quā ad Corneliū Centurionē Gentiliū primitias vocatus ille eſt à Spiritu ſan. prout & ſuperiora applicauimus eidem vocationi in ſecunda expoſitione pręcedentium verſuum: Eamdem, quam cęperat Spiritus Sanct. ſuam in hunc modum proſequi, dicendus eſt, orationem ad Eccleſiam in capite ſuo dicens,

D

PARAPHRASIS.

Surge iam, amicā mea, ſpecioſa mea, & veni mecū ad Cornelii domum, quamuis Gentilis ille ſit cū tota domo ſua: *nam* non modo *hyems tranſiit*, &c. vt ſupra, non modo vernum tempus in ea domo cępit, ſed & prænūtia in ea apparuere æſtatis, qua per diuini amoris iamiam inflammanda eſt ęſtib. Gētilitas enim, quæ per tot ſæculorum ætates vix vllum Domino reddidit fructum, in ſuis hiſce primitiis protulit groſſos ſuos, duros quidem modo, & immaturos, ſed iam maturandos, quā do, adhuc te loquente, ipſe cadam Spiritus Sanct. ſuper omnes, qui audient verbum: quando molleſcent, & aquis Baptiſmi. Vineæ ipſæ, animæque illæ, quæ erant diaboli, & multiplicium Idolorum, atque adeo nullo fragrantes odore, nulloque fructificātes fructu, præter ſpinas ſcelerum maleolentium, ac transfigentium, modo in dicta Cornelii domo, & flores, & fructus ſimul proferre cęperunt, qui odorem ſuum, vſque ad cælos emiſere.

E

Recte profecto bona Cornelii opera, quæ egit adhuc Gentilis exiſtens, flores ſimul, ac fructus dicūtur: nam reuera flores potius extitere, & initia quædam virtutū, quàm virtutes veræ, atque adeo

Cornelij Gētilis opera bona flores & fructus.

dum fructus quoque fuiſſe dicuntur, non vua ſimpliciter, ſed vua minuta, immatura ſcilicet, & acerba nuncupatur, vtpote quàm adhuc non maturauerat calor Spiritus ſancti.

Porrò odorem nihilominus eorum ad cælos vſque penetraſſe, ille, qui ad eum miſſus eſt, conteſtatus eſt Angelus, cum dixit illi. *r Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei*: haud dubium quin ob odorem ſuum.

DE ECCLESIA.

quo ſimul extiterint.

r Ac. 10. 4.

Iuxta ſecundum litteræ ſenſum, proſequentes ea, quæ in fine ſecundæ expoſitionis præcedentiū verſuum Eccleſiæ in ſuis Doctoribus dici ab Spiritu ſancto in hac oratione, aſſeruimus: Dicendū, promouere nunc eumdem Spiritum Sanctum eoſdem Doctores ad opus putationis, & reſecationis errorum propoſita ſpe multorum, ac ſuauiſſimorum fructuum: dum enim ait: *Ficus protulit groſſos ſuos. Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge*, &c. Aeque eſt, ac ſi dicat.

II. SENSVS.

Princeps totius Regni, & regionis iſtius, qui prius inſtar ficus Euangelicæ, *ſ* quæ abſque vllo fructu multiplices extendebat ramos, multaq; proferebat & folia, totum in id ſuum collocarat ſtudium, vt ramos longe lateque extenderet potētiæ ſuæ, totumque in folia externarum cæremoniarum, atque hæreſeos ſeſe diffundebat; Ficus in quam, iſta proferre iam cępit primordia fructuū, protulit quippe groſſos ſuos, opera nimirum immatura quidem adhuc, & imperfectæ fidei, ſed quæ iamiam, inſtante diuinæ gratiæ æſtate, ſummam exhibitura ſint ſuauitatis dulcedinem, cęleſti maturata calore; Eccleſiæ etiam, ac vineæ particulares, quæ ſub illius ſunt dominio, quæve ob hiemem, & imbres nullam pręſeferebant fructuū ſpeciem, oppreſſæ videlicet, ac mortificatæ, flores iamiam proferre incipient, minutæque vuæ indicio diſtinctos, in vnius fidei racemo oſtendere incipiunt ſacrorum ordinum gradus, diſtinctaque munera, & maximam vini, ac deuotionis pollicentur annonam, *Surge*, itaque in ſuis Sanctis Doctoribus, *amica mea, ſpecioſa mea.* Surgite & vos amici mei, quibus reuelauit filius omnia, quæ audiuit à Patre ſuo. Surgite & vos ſpecioſi mei, quorum ſpecioſiſſimi pedes in primis ſunt, dum Euangelizamini pacem; Venite mecum, ad quod vocaui vos, opus putationis, vt ex iis, quorum tam ingens vobis porrigitur ſpes, colligere poſſitis fructus, hos quippe colligere haudquaquam licebit, niſi prius operam naueritis dictæ putationi.

ſ Luc. 13. 6

PARAPHRASIS.

Principis bona opera quantū cōferāt ad reliqui populi conuerſionem.

Circa hunc ſenſum duo tantùm notanda ſunt; Primùm, haud incongruè Principem, aut Regem alicuius Prouinciæ per ficus metaphoram eſſe expreſſum, nam re vera & fici arbor, quæ in vinea ſit plantata, ita vitibus ſupereminet, quibus vinea conſtat, vt Regis locum, gerere videatur.

Ficus metaphora quā rectè congruat Principi, ac Regi.

Adde, quod ſi fructuū ſpectetur dulcedo, qui arborum omnium Regem ficum pronuntiarit, à veritate minimè aberrabit, quamuis enim illa reſpuerit dignitatem regiam in parabola, quæ habetur in libro Iudicum, *t* ratio tamen ipſa, quam aſſignauit, vt illam reſpueret, dicens, *Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cetera ligna promouear?* confirmat, ipſam eſſe Regem.

t Iud. 9. 10

Tertiò denique ex frequentiſſima illa Sacræ Scripturæ phraſi, qua ad exprimendum pacificū, tranquillumque alicuius ſtatum, dicitur is ſub ſua ſedere ficu, præcipua Regis, ac Principis colligitur conditio, vt ſub eius ditione tranquillam ſubditi omnes, tanquam ſi vnuſquiſque ſub ficu ſua ſedeat, pacificamve ducat vitam. Quod vinearum

DE ECCLESIA. rum nomine rectè quoque significentur Ecclesiæ particulares, alias probatum est supra in 1. cap. ver sic. 6. expositione secunda.

Cæsura diuina malorũ quã necessaria sit resecatio. Alterum, quod notandum superest, illud est, quòd ex hoc loco duo colliguntur. Primùm, quã necessaria sit resecatio malarum consuetudinum, & errorum quantumlibet minimorum: quandoquidem ijs ita prouenturus impediatur fructus Ecclesiæ, & animarum, sicut ex superfluis palmitibus non resecatis, videmus, vuis defraudari vites in vineis.

Spes fructuũ quantũ sit efficax. Secundùm, quantum sit efficax spes fructuum animarum, præsertim quando speretur fructus ex Principib. vel ex magna populi multitudine: huiuscemodi siquidẽ spes tantum Doctoribus ingerit feruoris, ac sedulitatis, vt, si ea proponatur, sat illis sit simplex vocatio ad opus prædicationis: Propterea etenim crediderim hoc loco, quamuis repetatur: *Surge, & veni,* haudquaquam repetitum verbum, *propera*, quòd primo positum fuerat, antequam ostensum esset, talem adesse spem.

Vers. XIII. Ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum: Surge amica mea, speciosa mea; & veni.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

I. SENSVS. DEbitus rerum ordo exposcit, vt ab extremo ad extremum transitus non fiat, nisi per media. Neque enim quis vnquam ex peccatore repente factus, est perfectus in sanctitate, nisi præcesserint actus pœnitentiæ, per quos & commissa deleantur delicta, & diuina accipiatur gratia, ac robur proficiendi de virtute in virtutem. Enimuerò quamuis nonnunquam ex singulari priuilegio in vnico temporis momento per eximium amoris actum hæc omnia fieri contigerit, vt de repente ab extremo ad extremum facta videatur mutatio; nihilominus in eximio actu illo contritionis, & charitatis media omnia vel virtualiter inclusa sunt.

Hunc sane ordinem appositè admodum Christus animæ dilectæ in ipsa anima seruatum, hoc loco ostendit, quando illam ad maiorem prouocat perfectionem.

Ordo in cõuersione per amoris, & studio vitæ spiritualis quis sit. Primò siquidem ait, illi dimissa fuisse peccata, dicens: *Iam hiems transijt*, &c. simulque ostendit & modum, quo ista peruenerit ad eam peccatorum remissionem, nimirum per tres actus pœnitentiæ, dicens; *Flores apparuerunt*, &c. quæ habentur in vers. 12. vt explicatum est ibi in primo sensu tertiæ expositionis.

Perfectionis gradũ quis attigerit. Quibus omnibus indicauit, quo pacto illa extiterit in primo incipientium gradu. Nunc vlterius procedens, innuit; qua ratione eadem in gradu proficientium progressum fecerit, attingẽs & tertium gradum perfectorum, dicens: *Ficus protulit grossos suos: Vineæ florentes dederunt odorem suum:* Aeque enim est, ac si diceret.

PARAPHRASIS. Potes facillime progredi in studio perfectionis: nam & corpore, & anima fructificare iam cœpisti. Corpus tuum protulit complures sanctarum operationum fructus, imperfectos sane adhuc, & immaturos; æque ac ficus grossos suos: sed maturandos per diuinam acceptationem.

Quinimò & vineæ internarum potentiarum A tuarum florentes affectibus sanctis, amorosis meditationibus, ardentibus desideriis, pijsve propositis, extrinsecus pariter dederunt suæ sanctitatis odorem, vt profectò de te quoque illud proferri possit, quod de terra sancta dictum est aliquando: *a Ficus, & vinea dederunt virtutem suam*: quatenus & corpore, & mente eius, quæ in te est, gratiæ m e e exhibes virtutem. a Ioel. 2. 22

Corpus humanũ quã cõgrue exprimatur p metaphorã ficus. Circa hunc sensum. Notandum primò, haud abs re factum esse, vt humanum corpus expressum sit ficus metaphora: nam intra ficum manifestius, quam in vlla aliã arbore fructifera inest candida anima, ex qua vitam, & vim productiuam habet, non secus ac in humano corpore anima inest, ob quam non modo viuit, sed & sentit, & operatur.

B Porrò quemadmodum si anima ficus affecta sit mala aliqua dispositione, ita vt in ea insit nimium vel humoris, vel caloris, grossi à ficu producti illicò excidũt immaturi; vel etsi maturescant, aliquãdo, pessimi tamẽ sint: vt de ijs illud proferri queat Ieremiæ; *b Ficus malæ, & malæ valde, quæ comedi non possunt, eò quod sint malæ.* Simile. b Ier. 24. 3

C In eundem modum quando anima, quæ in humano est corpore, mala aliqua deprauata sit affectione, vel nimio terrenarum illecebrarum humore liquescens, vel nimio concupiscentiæ calore æstuans; tunc certe & corpus nihil potest proferre boni, quinimo & quicquid proferet operis, imperfectissimum erit, in terram decidens; cum terrena iugiter spectent, vel etiam tantam præseferant sceleris malitiam, vt pessimum illud omne dici debeat, & tale, quod comedi non possit, nec homini quoquomodo prodesse queat.

Propterea bene à sapientissimo Salomone dictum reperimus: *c Qui seruat ficum, comedet fructus eius.* Vt enim corpus nostrum proferat fructus bonarum actionum, vt ve ex illius bonis operibus vtilitatem, ac gustum percipere valeamus; necesse est, vt ficum ipsam, ipsumve corpus sedula seruemus diligentia, ne quæ in ipso est, anima vel à terra nimium pertrahat humoris, atque illecebrarũ, vel ob solem concupiscentiæ nimio exæstuet calore libidinis; ita quippe ad inuicem se habent & ficus, & corpus cum suis animabus, tantamq; cum illis habent connexionem, vt & operationes animæ corpus informantis dependeãt à corpore, & actiones corporis ab ipsa quoque sint anima; vt & per fici lignum variæ in fici animam transmittantur affectiones, & per animam pariter fici diuersimodè ipsum fici lignum afficiatur. Ideoq; & corpus hominis iusti dicitur, actiones bonas proferre, prout aperte significauit Paulus, cum diceret: *d Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem:* Insignis autẽm congruentia ex sponsi verbis apparet inter modum proferendi actiones corporis, ac fructus fici: Volens namque significare initia harum operationum, seu primas bonas corporis actiones, haudquaquam vllam mentionem facit florum, sed dixit: *Ficus protulit grossos suos,* talem pro corporis hieroglyphico vsurpans arborem, quæ absque floribus suos illicò producit fructus. Enimuerò & corpus ipsum illicò prorumpit in opus, quod etsi grossus dici debeat, si simpliciter consideretur in se, ficus tamen dulcissima esse percipitur, dum aduertitur, ex charitate id esse factum, & maturatum charitatis calore. c Pro. 27. 18. *Affinitas corporis, et animæ quãta sit cõnexio.* D d Ro. 6. 19 E

Corporis, atque aiæ in bene agẽdo diuersitas. Qua in re eximiam perpendere licet, accuratamque eiusdem sponsi in loquendo cautelam; nam sicut

DE ANIMA.

sicut ob allatam rationem loquens de actionibus corporis, nullam florum facit commemorationem; ita è vestigio cum loquitur de operationibus animæ, in quibus & fructus sunt, & flores, qui fructus ipsos præcedunt, desideria nimirum, sanctaque proposita, quæ præcedunt actus amoris, deuotionis, &cetera. Florum in primis meminit, dicens; *Vineæ florentes dederunt odorem suum.*

Opera bona & actiones huius vitæ flores esse potius quam fructus.

Quamquam ob alteram quoque rationem dici posset, hac locutionis forma Christum vsum fuisse; videlicet vt certiores nos redderet, operationes omnes, quibus in hac vita vel meditamur, vel diligimus Deum, flores potius esse, quam fructus, vtpote quæ instar florum suauissimos præcedant actus beatificæ & visionis, & charitatis, quia ex istis tanquam ex floribus fructus prouenient.

Actiones huius vitæ quales dici queant fructus.

Quod si quis fructuum quoque nomen hisce præsentis vitæ actibus conuenire contenderit: dicendum imperfectos admodum, exiguos, & immaturos eos esse, quod Hebraicus textus indicat, habens: *Vinea vua minuta dederunt odorem.*

Potentia aiæ cur vi- nea dicatur & vites.

Porrò haud ineptè sub vinearum, seu vitium metaphora potentiæ expressæ sunt ipsius animæ, conueniunt siquidem cum vitibus, quatenus vinū per ipsas producitur, quod Deum, nedum homines inebriare aptum est, vinum, inquam, deuotionis, vinum & amoris.

Actiones bonas pluribus vicib. proferendas; bisque earum fructū ecipi à iustis.

Notandum secundò, quàm aptè ad designandum piæ animæ fructificationem tum corpore, tum etiam mente, hæc duo vsurpata sint arborū genera, ficus, & vitis. Enimuerò si quis vniuersas, quæ fructiferæ sunt, consideret arbores, animaduertet, singulas ferè vno duntaxat tempore, vnaque vice suos producere fructus, necnon & vnoquoque tempore fructus, ex illis decerpi posse: ficus autem post primos, producit sæpius & secundos, ita vt inter primitiuas, ac secundarias illius ficus duorum, aut trium mensium nonnunquam intersit distantia. Et inter vites pariter nonnullas reperimus, quæ & bis, & ter in vno eodemque anno nouos proferant racemos.

Quapropter idcirco arbores istas hoc loco vsurpatas crediderim, vt intelligeremus, fructuum bonarum operationum hominis, siue quæ per corpus, siue quæ per animam fiunt, id esse quodammodo proprium, vt non solum multis vicib proferantur, verum etiam bis ab ipsomet homine decerpantur, bisque idem homo eorum perfruatur dulcedine, in hac scilicet, atque in futura vita, inter quas duas vitas maxima est temporis intercapedo.

Possunt autem cuique fortasse videri hæ duæ arbores ineptè adhuc hoc loco vsurpatæ, nam cū eæ in Scripturis sanctis ad quietem designandam soleant vsurpari, frequentissima illa phrasi, sedere sub ficu sua, atque sub vite sua; incongrue videtur, hic earum fieri commemorationem, vbi pia anima amouetur potius, à quiete, cum ei dicatur; *Surge, & veni.*

Nihilominus dicendum, aptissime illas fuisse vsurpatas, vt compertum id nobis fieret, quod vix ab humano intellectu percipi potest; Tunc nobis maiorem esse quietem, maiorique ac suauiori nos perfrui tranquillitate, & pace, cum progredimur in via perfectionis, cumque feruore maximo properamus nunquā sistentes, & nusquam vel minimas moras trahentes.

I. SENSVS.

Quòd si hęc ad animam sanctam dicta sint, quę in mortis articulo constituta ad patriam vocetur

DE ANIMA.

A æternæ felicitatis, prout & superiora sumi posse, ostensum in superioribus est: Quis non videat, quàm congrue per metaphoram fici grossos suos proferentis proxima asseratur ipsius animæ redemptio, de qua Apostolus ait. *a Intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri*: Cum & Dominus Iesus Christus in Euangelio certos reddere volēs homines, quòd hæc eorum appropinquaret redemptio, ista ipsa vsus sit metaphora, & similitudine fici, dicēs: *b Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum scitis, quia prope est æstas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote, quia prope est Regnum Dei.*

Alia adaptatio.

a Ro. 8. 23

b Lu. 21. 29

B Verùm instabit fortasse aliquis, cum Dominus in citato Euangelij loco haud fici duntaxat, sed & reliquarum omnium arborum producentium fructum similitudinem adduxerit, cur in Cantico ad idipsum confirmandum, solummodo ex duobus hisce arborum generibus fici, atque vitis sumpsit parabolam.

Felicitas cælestis patriæ q aptè exprimatur p metaphorā ficus, ac vitis.

Ad hæc respondendum, ex istis sponsum sumpsisse metaphoram; quia per has peruulgata sacrarum litterarum phrasi, quietus, iucūdus, tranquillus, atque pacificus exprimi solet status, cum promittitur cuipiam, fore vt sedeat sub ficu, atque sub vite sua; Sic apud Michæam Prophetam hac ipsa phrasi status iste promittitur æternæ felicitatis, C vbi dicitur: *c Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit, qui deterreat, quia os Domini exercituum locutum est.* Adde quòd, cum in illa æterna felicitate sit & inexplicabilis dulcedo, iuxta illud Ecclesiastici: *d Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & fauum*, & iucundissima voluptatum omnium ebrietas, iuxta illud Psalmi: *e Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*, his duobus arborum generibus ea fuit exprimenda; quandoquidem ficus ob suorum fructuum suauitatem dulcedinem sibi vendicet præ alijs arboribus, vitem autem vinū proferre, quod & Deum, & homines lætificet, inebrietve, colligitur ex illis eius verbis in libro Iudicum: *f Nū D quid possum deserere vinum meum quod lætificat Deum, & homines?*

c Mich. 4. 4

d Eccl. 24. 27.

e Ps. 35. 9.

f Iud. 9. 13

Porrò, cum dicitur vinum lætificare Deum, intelligendum id est de vino æternæ felicitatis, quo solo Deus lætificatur, iuxta illud Domini in Euāgelio; *g Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis*, idest de hoc vino, quod ex vite generatur, quodve est fructus vitis, *vsque in diē illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei.*

g Matt. 26 29.

Quæ verba quamuis diuersimode exponi soleant; congruentissime tamen ex sententia Antiquissimorum Patrum de vita beata sumuntur. Et quidem cum æterna felicitate vinum nouum optime congruit, Hebræorum etenim phrasi, Nouū E id dicitur, quod sit præstans, suaue, & iucundum; cum soleant Hebræi, quorum phrasim Christus secutus est, quicquid præstantius est, atque suauius, nouum id appellare, vt sæpius in Psalmis dictum reperimus, *Cantate Domino canticum nouum*, idest eximium, maximeque suaue. Vnde apparet, quædam à Domino facta parallela vitis terrestris, ac vitis cælestis, necnon & vini terreni, ac vini cælestis. Ac si dixisset, Quamuis admodum suaue sit vinum quod gignitur de vite terrena, non bibam tamen amplius de illo, Sed in regno Patris mei multò pstantius, multoq; suauius bibā vinū felicitatis æternę, qd ex celesti, diuinaq; vite producit.

Nouum, phrasi hebraica eximium significat.

Porrò

DE ANIMA.

Porrò quamuis alterutrum horum sufficiens fuisset ad felicitatem illam significandam, vel quia *ficus protulit grossos suos*, vel quia *vinea*, seu *vites florentes dederũt odorem suum*: Vtrumq; tñ exactissimus sponsus asserere voluit, idque duas ob causas: Primò, vt seruaret metaphoram cibi, atque potus, qua alias hanc ipsam felicitatem exprimere consueuisset, vt infra in capite quinto: *h Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi*, & in Euangelio secundum Lucam: *i Et ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam*. Fici siquidem fructus comeditur, ex fructu verò vitis vinum exprimitur, quod potui deseruit.

h Cãt. 5. 1
i Lu. 22. 29

Secundo, vt hoc pacto illud indicaret mysterium vnitatis, ac multiplicitatis eiusdem Beatitudinis, de quo alias in superioribus actum est fusius. Quia enim vna duntaxat est felicitas essentialis, ideo singulariter dixit; *ficus protulit grossos suos*: quia verò in vna eademque beatitudine essentiali plures sunt gradus gloriæ accidẽtalis, iuxta illud; *k In domo Patris mei mansiones multæ sunt*: idcirco addita est & metaphora vitis pluraliter; *vinea*, sed *vites florentes dederunt odorem suum*.

In Patria vna, & plures beatitudinis gloriæ.
k Io. 14. 2.

Sed & illud animaduertendum hic superest, quòd cum ficus propter fructuũ dulcedinem, & vites propter vinũ, quod gignunt, felicitatem illã designent, vt iam ostensum est: Sponsus tamẽ proponens piæ animæ hanc ipsam felicitatem sub metaphora harũ arborum fici, ac vitis, nullam vel vini, vel dulcium ficuũ facit mentionem: quinimò è vestigio meminit potius acerborum, durorumq; grossorum fici, & si hebraicum sequamur textũ, vuæ meminit minutulæ, quæ acris est, & acerba: in quibus nihilominus grossis spes exhibetur dulcedinis, sicut & in granulis vuæ acris spes exhibetur & vini. Per quæ crediderim, sapientissimũ spõsum innuere voluisse, Sanctis quibusq; simul cum acerbissimis doloribus mortis certissimam præstari spem cælestis beatitudinis.

Pia anima in articulo mortis simul cũ acerbis dolorib. dulcissima exhibetur spes gloriæ, & quadam illius felicitatis initia.

Porrò adeò secura illis huiusmodi exhibetur spes, vt cum magis appropinquant ad emissionem animæ, tunc antequam expirent, incipiant ipsius cęlestis beatitudinis esse participes, illamve Patrię felicitatem videre quodammodo, ac eadem perfrui, quod pluribus Sanctis contigisse, narrat Gregorius Papa in libro Dialogorum: confirmatque idipsum Apostolus, vbi de Sãctis Patrib. verba faciens, ait: *l Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti nõ acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes*.

Gre. Papa lib. 4. Dialogorum.
l Heb. 11. 13

Ac propterea apto admodum, iuxta nostram Vulgatæ lectionem, Sanctæ animæ dicitur: *Vinea florentes dederunt odorem suum*, quibus significatur, illi obeunti ita propositam spem cælestis beatitudinis, vt à longè eam aspicere liceat, eiusque perfrui suauitate, flores siquidem à longè, & visu percipiuntur, & odoratu. Quod ergo ait sponsus, tale quid mihi esse, videtur.

Æternæ patriæ felicitas tibi parata est, etiamsi doloribus mortis crucieris, in ipsamet agonia de instanti beatitudinis tempore certam spem concipe, vides grossos iamiam dulces reddendos: *Surge* iam, cum & visu pulchritudinem florentis illius felicitatis inspicere incipias, eiusdemque à longe suauissimo recreeris odore: *Et veni*; vt & gustu, & tactu cõpos illius plene efficiaris, quæ iam per summam obedientiam proximam, amicamve te mihi exhibuisti, quæ ve per sanctitatis decorem *speciosa mea* iam diceris. Cur enim amicæ Regni cælorũ non pateat aditus, cui omnia nota feci, quæ audiui à Patre meo? Cur speciosam meam ad speciosa non admittam Ciuitatis meæ Ierusalem?

PARAPHRASIS.

A Non est hoc loco prætereundum, in iis quæ hic reperiuntur, duo illa prætermitti, quæ properationem designarent, nimirum verbum, *propera*, & nomen *columba*, quæ vt supra dictum est, volatu velocissimo redit ad suos lares, ea namque superius antequam felicitatis commemoratio fieret, necessariò apposita vidimus, ne tũc pia anima optaret, moras moliri in vita præsenti, at verò in versu isto iam & spes eidem animæ proposita est certa beatitudinis, & ipsius flores, odorve exhibitus, per quæ adeo ad dictam traheretur felicitatem, vt nequaquam vlla iam indigeret solicitatione.

Pia alia incipiens hic gustare cęlest felicitatẽ non indiget solicitatione ad libenter moriendum.

B Quia verò iusti, sicut alliciuntur ad desiderium cœlestis Patriæ à Dei charitate, & ab ea, quæ sibi exhibita est, eiusdem cœlestis beatitudinis specie, atque fragrantia. Ita è vestigio à charitate proximi compelli se sentiunt plerumque, vt pro animarum salute moras in hac vita moliri non recusent, ita vt cũ Apostolo dicant: *m Coarctor è duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multò magis melius, permanere autem in carne necessarium propter vos*. Idcirco aptissimè noster Interpres secutus Sept. seniores Hebraicum nomen הגפנים hagghephanim, quòd propriè *vites* significat, vineas verò, legens. *Vinea florentes dederunt odorem suũ*, quasi his verbis sponsus tacite huic obiectioni, qua vocata anima dicere potuisset. Necessarium mihi permanere in carne propter eas, quas instruxi Ecclesias, respondeat.

Charitas in proximum Sãctos aliquãdo cõpellit, vt nõ recusent viuere in hac misera vita.
m Phil. 1. 23

C Ne anxia sis de vineis, ac de Ecclesiis, nam *vinea* tuo haud amplius indigent labore siquidem *florentes*, ac bona conuersatione vernantes *dederũt odorem suum*, bonique exempli, & sanctitatis ædificationem de se præbuerunt. *Surge* igitur absque vlla anxietate, *& veni*.

PARAPHRASIS.

Vers. XIII. Ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum: Surge amica mea, speciosa mea; & veni.

D *Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.*

Compellans B. Virginẽ Spiritus Sanct. vt secum in agrum tendat Bethlehemiticũ, inter alias rationes, quibus incarnati Verbi partum mũdo pernecessarium ostendere nititur, hanc etiam affert, ne fructus, quem polliceri tunc videbatur, & Synagogæ Iudæorum, & vineæ Gentium, penitus deperiret. Acque est enim ac si dicat.

Christi partus maxime necessarius, ne deperiret fructus Synagogæ, ac Gẽtilitatis.

Synagoga designata per *a* ficũ illam, quæ folia tñ habebat legalis, & exterioris obseruantię, iam proferre cępit aliquos *grossos*, habentes quidẽ speciem ficuũ prędulciũ, sed immaturos, asperos, aliquos iustos, sed tales, qui haud sunt, quã grossi immaturi, & imperfecti. *Vinea* quoq; Gentiũ, quæ haudquaquã spectant ad vnicã illam vineã, quam plãtauit dextera Dei, variis quo quomodo morałib. *florentes* virtutib. *dederunt odorẽ*, at non odorẽ Dei, sed *odorẽ suũ*, humanũ videlicet, humanãque gloriã redolentẽ. Ne igitur huiuscemodi fructuũ initia oĩno pereant, ob defectũ caloris charitatis, qui per Christũ mundo inferẽdus est. *Surge* iã *amica mea, speciosa mea, & veni*, quo te voco, vt iustitię sol ex te iã exoriatur, vt tuũ ipsum parias filiũ. Ecce & vineæ totius orbis florẽt pace, & trãquillitate, mũdus vniuersus ĩ pace cõpositus illũ anhelat.

a Lu. 13. 6.
PARAPHRASIS.

E

Circa

D. B. MARIA

Circa hunc fenfum, notãdum, quod hic dicitur, Synagogam eo tempore, quo Chriftus nafciturus erat, protuliffe groffos, & iuftos fuos, intelligendũ de duobus hominũ generibus, qui reliquis iuftiores videbantur, eorum nimirum, qui erant ex fecta Pharifæorum, vel ex fecta Effenorum, qui videbãtur monachorum noftrorum vitam profiteri: Lege Iofephum lib. 18. Antiquitatum c. 2. & lib. 2. Belli Iudaici, c. 7. de his ac duabus alijs fectis, quæ in Synagoga fufcitatæ funt, fufius pertractantem. Per id verò, quod de Gentilibus dicitur, eodem tempore moralibus floruiffe virtutibus, præclara crediderim fignificari Romanorum monumenta, quorum plenæ funt vniuerfæ Antiquorum hiftoriæ, pro quibus eos totius mundi imperio à Deo donatos, afferit Aug. in lib. de Ciuitate Dei.

Groffos Synagoga extitiffe Pharifaos, et Effenos.

Gentilitas quo florens virtutũ, odorem red dideritquã doChriftus natus eft.

Aug. lib. 6. c. 15.

Non eft, cur hoc loco detineamur ad oftendendum, qua ratione Gentilitas plurium vinearum nomine fit appellata: Longius enim probatum eft fupra in verf. 6. primi capitis, expofitione 2.

Synagoga ficũ cõgruenter primatur, metaphorã fici.

Quod autem Synagoga per ficum congruenter fit defignata, ex vulgatiffima illa Domini parabola manifeftiffimè conuincitur, qua in Euangelio fecundum Lucam dicitur: b *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea fua: & venit quærens fructum in illa, & non inuenit: Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres funt, ex quo venio quærens fructũ in ficulnea hac & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?* Et quæ fequuntur.

b Luc. 13. 6

Amb. li. 7. in Luc. c. 13

Super cuius parabolæ expofitione egregie Ambrofius, quoad congruentias fici, ac Synagogæ in hæc philofophatur verba: Eft in natura arboris, quò magis credas Synagogæ fpeciem comparatione huius expreffa: Etenim fi diligenter inquiras, difcretam ab vfu arborum ceterarum confuetudinem naturæ huius inuenies: namque aliæ florem ferunt antequam fructum, pomaque ventura prænuntio fui flore defignant: Hæc fola ab initio germinat poma pro floribus: In alijs flos decutitur, & poma nafcũtur: in hac, poma decidũt, vt poma fuccedant; Ergo priora illa caffa fructuum vice floris emergunt; Ita præcoci quodam nafcendi vfu, quæ ordinem naturæ nefciũt, beneficium naturæ feruare non poffunt: etenim quæ fe medio detrudere de cortice gemma confueuit, ea minutiffima quæque huius generis poma prorumpunt: de quibus legimus in Canticis Canticorum. *Ficus produxit groffos fuos.* Itaque ceteris albentibus primo vere virgultis fola ficus proprio nefcit flore canefcere, quia fortè nullus ifhus maturior fit vfus in pomis: nãque fuccedentibus aliis, hæc quafi degenerantia refpuuntur, & arenti infirma radice renouatis, quibus fit fuccus vtilior exuruntur: manent tamen aliqua per rara, nec decidunt, quibus hic prouentus arrifetit, vt de medio duarum virgarũ clauiculo breui erũpente promergant: quò geminis tecta præfidijs, tãquam naturæ parentis gremio, fucci fotu plenioris inolefcant; Ea clementioris aeris prouocata tẽperie, & prolixioribus adultioribus temporibus, vbi filueftrem animum fucci prioris exuerint, fpecie ceteris, & maturitatis gratia præferuntur. Specta nunc cultus, & animos Iudæorum, qui quafi primi fructus maleferacis Synagogæ, groffi labentis fimilitudine, corruerunt, vt menfura fupra æuũ noftri generis poma, fuccederent. Etenim primus Synagogæ populus, quafi radice operum infirmus arentium, vbertatem fapientiæ naturalis haurire non potuit, & ideo, velut inutilis decidit fructus, vt quafi ex eifdem clauiculis arboris fructuofæ, de pinguedine Religionis antiquæ nouus Ecclefię populus emergeret. Ergo ille, qui erat, effe defiuit, vt inciperet ifte, qui non erat. Primi tamẽ ex Ifrael, quos naturæ validioris ramus extulerat, fub vmbra legis, & Crucis, in vtriufque finu fucco gemino colorati, groffi matutefcentis exemplo, pulcherrimorum gratia fructuum ceteris præftiterunt, qui bus dicitur: c *Sedebitis fuper duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Ifrael.*

APPENDIX.

c Matt. 19. 28.

Verf. XIII. Ficus protulit groffos fuos: Vineę florentes dederunt odorem fuum: Surge amica mea, fpeciofa mea, & veni.

Appendix Expofitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrafis Chaldaica: Cœtus Ifrael, qui comparatus eft præcocibus ficubus, aperuit os fuũ, & dixit Canticum fuper mare carectofum, & etiã pueri, & infantes laudauerunt dominatorem fæculi linguis: Illico dixit eis Dominator fæculi: Surge tibi cõgregatio Ifrael dilecta mea, & formofa mea, vade hinc ad terram, quam iuraui patribus tuis.

Tres funt præfentis fententiæ partes, Prima. *Ficus protulit groffos fuos.* Secunda; *Vineæ florentes dederunt odorem fuum.* Tertia; *Surge amica mea, fpeciofa mea, & veni.*

Primæ partis communior fenfus apud Patres is eft, vt fub ficus metaphora intelligenda fit Synagoga. Difcrepant tamen ifti ipfi, qui hoc afferunt, quo ad grofforum iftius fici intellectum, fumentibus quibufdam iftiufmodi grofforum productionem in bonum; alijs verò in malum. In malum eam accipit primò Ambrofius in lib. de Ifaac cap. 4. dicens. Quid dubitas, quia dixit groffos? Priores difcutit, vt pofteriores meliores afferat: ficut Synagogæ fructus abiicitur, Ecclefiæ autem renouatur. Videantur quæ in fine expofitionis quartæ relata funt, ex eodem Ambrof. in c. 14. Lucæ lib. 7. c. 60. vbi egregie fenfum iftum pertractat.

Ficus eft Synagoga.

Amb. *Groffi in malum fenfũ accepti.*

Secundò Caffiod. & Beda, per groffos, fideles illos intelligunt, qui erant ex circuncifione, & iudaizabant. Voce turturis infonante, ait Caffiodorus, *ficus protulit groffos fuos:* quia Apoftolis prædicantibus emerferũt multi de Synagoga Iudæorum, qui & in Chriftum crederent, & tamen legem carnaliter obferuare vellent, magifque auctoritate delectarentur legis, quàm dulcedine Euangelij; de quibus Apoftolus ait: a *Aemulantur vos non bene, fed volunt, vos circumcidi, vt in carne veftra glorientur.*

Caffiodo. Beda. *Groffi fideles iudaizãtes.*

a Galat. 6. 13.

Tertiò fecundùm Anfelmum per groffos, quos protulit Synagoga, intelliguntur inanes fructus, q funt fecundùm carnalem intellectum legis, qui nõ perueniunt ad maturitatem; quia neminem ad perfectum adduxit lex. Quem fenfum multò ante Anfelmum tetigit Hieronymus, dum in lib. 1. contra Iouinianum hæc explicãs verba, *Ficus protulit*, &c. ait: Veteris legis præcepta deciderunt (intellige vt inanes fructus.)

Anfelm. *Groffi funt opera legis*

Hierony.

Quartò fecundum Bernardum fermo. 69. ifta grofforum Synagogæ facta tunc eft prolatio, cum Chriftus à Iudaico populo in crucem actus eft. Explicat autem præclare Bernard. quinam effent ifti groffi, & quomodo prolati ab ea fint, dicens: Et vere quid non groffum in gente illa? nec actus profectò, nec affectus, nec intellectus, fed nec ritus, quẽ in colendo Deum habuit: nam actus in bellis, affectus in lucris totus erat, intellectus in craffitudine literæ, cultus in fanguine pecudũ. Porrò ficut tũc dicimus arbores edidiffe flores fuos, non cum cœperint

Bernard.

In Chrifti occifione Synagoga ficus protulit groffos fuos

Bb

APPENDIX.

perint florere, sed potius cũ desierint. Ita hic quoque dictum est, quia *ficus protulit grossos suos*, non cum aliquos edidit, sed cum totos, idest cum ad finem peruenit editio, nimirum cum Christum occidit, quando completa est malitia eius; iuxta quod ipse eis prædixerat, *b Implete mensuram Patrum vestrorum*: Vnde in patibulo traditurus iam spiritum: *c Consummatum est*, inquit, Ex tunc dici potuit, quia *ficus protulit grossos suos*, cum iam videlicet legitima illius populi cęperunt quasi esse in exitu super summum, vt nouis, iuxta veterem prophetiam, superuenientibus vetera proijcerentur: non aliter sanè, quàm quomodo grossi cadũt, & cedũt suborientibus ficubus bonis: vt sensus sit. Quã diu non cessauit ficus producere grossos suos, nõ te vocaui, ô sponsa, sciens, non posse vnà prodire optimas ficus. Nunc autem productis, qui primo producendi erant, non iam intempestiuè te inuito, cũ boni, ac salutares fructus in proximo esse noscãtur inutiles expunctori.

b Matt. 23. 32.
c Ioan 19. 30.

In bonum accipit eiusdem Synagogæ grossorũ prolationem, primò Catena Trium Patrum apud Theodoritum. Per grossos, quippe, qui ante fructũ perfectum nascuntur, sed celeriter decidunt, intelligit eos, qui Ioannis Baptismo baptizati sunt, qui fructum præ se tulerunt, & per baptismum in aqua sola figuram baptismatis in Spiritu sancto, & igne præmonstrantes, ad illum tamen non peruenerũt.

Tres Patr. *Ioannis Baptista discipuli grossi ficus Synagoga.*

Secundo Iust. Orgel. per eosdem intelligit credẽtes, quos Synagoga è se protulit.

Iusti. Org. Philo. Aponius.

Et tertiò Philo, & Apon. intelligunt Apostolos, Synagogam enim ait. Aponius propinquante messe redemptionis humanæ, nihil in se, nisi amarissimum succum doctrinæ habuisse; at verò in Christi aduentu Apostolos, quos produxit grossos suos, q de ea generati fuerunt, dulcissimum cibum doctrinæ animarum effectos.

Apost. grossi ficus idest Synagoga.

Ad Ecclesiam Gentium videntur hæc retulisse, & Ambrosi. dum in serm. 6. in Psal. 118. vers. 3. ait, Ficus quæ propter infœcunditatem iubebatur excidi: fructus iam ferre cępit; & Epiphanius, dum in lib. 2. contra hæres. c. 59. dicit ficum quandam maledictam grossos proferre, fructus pænitentiæ, iã in ramis & arboribus apparentes.

Ambr. *Ecclesia Gẽtium ficus.* Epiphan.

Ficum alij intelligunt Ecclesiam Catholicã. Ita Greg. Papa, & Bern. Differunt tamen in intellectu grossorum eius: Nam Greg. per grossos intelligẽs Martyres, *Ficus* inquit, *protulit grossos suos*; quia sancta Ecclesia Martyres suos ad ęternam patriam pręmisit. Bernardus verò intelligens inanes eius honores, & dignitates, in declamatione super Euangelium: *Ecce nos reliquimus*, &c. Tom. 2. Infelix, inquit, prorsus ambitio, quæ ambire magna non nouit, quærens de modico crescere, & de maximo minui: Amant cathedras primas, quæ velut grossi ficuum velociter sunt casuræ. Vnde sponsa: Hiems transijt, imber abijt, & recessit; & post pauca: *Ficus* inquit, *protulit grossos suos*: quòd videlicet persecutione cessante, inculta facta sit Ecclesia posita in superbiam sæculorum: Quam sanè excellentiam, & sublimitatem dignitatum congrue satis grossos vocat, vt futura in his moneat, quam præsentia cogitare: grossi enim præsagia sunt futurorum fructuũ quia quæ videntur temporalia sunt, quæ autem nõ videntur æterna.

Greg. PP. Bernard. *Ecclesia Catholica est ficus. Martyres grossi ficus Ecclesia. Dignitates Ecclesiastica præsentis vita quomodo sint grossi ficus idest Ecclesia.*

Humanam naturam per ficum intelligit Greg. Nys. hom. 5. quæ tunc protulerit grossos suos, cum virtutis actus promere cępit, qui instar grossorum sunt prænuntij dulcissimorum fructuum, quibus perfruemur in æstate, quando in consummatione sæculi metemus cum lætitia. Videatur ipse Grego.

Greg. Nys. *Humana natura est ficus proferens grossos actus virtutis.*

A pluribus circa hæc philosophans, tametsi pobscure.

Piam animam ficum inquit Orig. hom. 4. ex 4. quę tunc profert grossos suos, cum profert fructus Spiritus sancti. Itemq; Theodoritus, quamquam per eius grossos intelligat primos eiusdem animæ fructus fidei, quos sequuntur fructus operum. Religiosum, illum præsertim intelligit Bernar. qui sit suauis in moribus: Vnde circa finem ser. 60. Omnis ait, qui se inter nos communiter, socialiterque agit, & non solũ sine querela conuersatur inter fratres, sed & multa cum suauitate fruendum se omnibus præbet in omni officio charitatis; quidni, illum cõuenientissime ficus vicem agere, dicam? qui tamẽ grossos suos prius protulerit, proiceritque, oportet, timorem vtique iudicij, quẽ perfecta charitas foras mittit; & amaritudinem peccatorum, quę veræ confessioni, & infusioni gratiæ, crebrarumque perfusioni lacrymarũ cedat, necesse est; ceteraq; talia, instar grossorum præeuntia fructuum suauitatem. Inter hæc autem deputari quoque possunt fortasse & scientia, & prophetia, linguæ, similiaque: Etenim ista more grossorum deficere habent, & cedere melioribus, dicente Apostolo, *Quia d & sciẽtia destruetur, & prophetia euacuabuntur, et linguæ cessabunt.* Fidem quoque ipsam intellectus excludet, spei; succedat visio, necesse est: *e Quod enim videt quis, quid sperat?* Sola non excidit charitas, sed illa, qua Deus toto corde, tota anima, tota virtute diligitur. Ideo hanc minime grossis adnumerauerim nec ad ficum quidem duxerim, pertinere, sed ad vineas.

Origenes. Theodor. *Anima est ficus proferens grossos fructus S. Spiritus sancti.* Bernard. *Religiosus suauis moribus est ficus, & quo hic protulisse dicatur grossos suos.*

d 1. Co. 13. 8.
e Rom. 8. 24.

Econtra verò circa principiũ eiusdem serm. 60. per ficum item intelligens imperfectam Christianorum plebem, Verè ficus est, inquit populus fragilis spiritu, paruulus sensu, animo humilis, cuius primi fructus (vt interim nomini alludamus) grossi vtique & terreni: Nec enim popularis est studij, primùm quærere regnum Dei, & iustitiam eius; sed, vt ait Apostolus, *f* cogitare, quæ mundi sunt, quomodo placeant vxoribus, vel illæ viris: *tribulationẽ tamen carnis habebunt huiuscemodi*: Sed in nouissimis non negamus, eos fructus fidei assecutos, si bonam habuerint nouissimam confessionem, maximeque si carnis opera eleemosynis redemerint: Ergo primi plebium fructus, nec fructus sunt, nõ magis quàm ficuum grossi, qui ad nihil vtiles sunt, nisi quòd secuturi fructus sunt quidam prænuntij: sed immature cadunt, & dant locum maturandis, ipsi minimè habiles ad crescendum. Denique, si dignos postmodum fructus pęnitentiæ fecerint. *g* (*Non enim prius quod spirituale est, sed quod carnale*:) dicetur eis: *h Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?*

Imperfecti sũt, ficus proferens grossos suos.

f 1. Co. 7. 32. & 28.
g 1. Cor. 15. 46.
h Rom. 6. 21.

Ficum denique intelligit Orig. legem proferẽtẽ spiritualem intelligentiam; hom. 4. ex quatuor ait; In littera legis, quæ ante aduentum clausa erat, & constricta, & indumento quodam intelligẽtiæ carnalis obtecta. Et præsentia verò eius, & aduentu propalatum est ex ea germen spiritualis intelligentiæ, & sensus viridis, & vitalis, qui in ea tegebatur, apparuit, vt Ecclesia, q tegebatur à Christo in ficulnea, .i. in lege, non appareat arida, nec occidẽtem litteram sequi, sed florentem, & viuificãtem spiritum.

Origenes. *Lex ficus &c. dũ protulit germen spiritualis intelligentia.*

Secunda parte. (*Vinea florentes dederunt odorem suum*) communiori Patrum sensu significatur, Ecclesiã vniuersalem, seu Ecclesias particulares post Christi aduentum floruisse virtutibus, & dedisse odorem bonæ famę. Orig. hom. 4. ex quatuor, Nyssę. Hieronym. lib. 1. cont. Iouin. Ambros. serm. 6. in Psal. 118. ver. 3. lib. 9. in Lucam c. 20. & lib. 3. Hexame. c. 12. Epiphanius hæresi. 59. Gregorius PP. Cassio-

Ecclesia particulares vinea florentes virtutibus. Origenes. Hierony. Ambro. Epiphan.

APPENDIX.

Greg. PP. Caſſiodo. Beda. Phi. Carp. Anſelm. Rup. Ab. Bernard. Origenes. *Odor proprius hominis quis.*

Caſſiodor. Beda, Philo Carph. Anſelm. Ruper. Abbas, atque Bernard. ſerm. 60. Ponderat primo Origenes, quod dicitur, eas dediſſe odorem ſuum, dicens: Non ſine cauſa puto, quod non dixit: *Odorem dederunt*; ſed, *odorem ſuum*; vt oſtẽderet, ineſſe vnicuique animæ arbitrij libertatem, qua poſſit agere omne, quod bonum eſt: ſed quia hoc naturæ bonũ præuaricationis occaſione debilitatũ, vel ad ignominiam, vel ad laſciuiam fuerat inflexum, vbi per gratiam reparatur, & per doctrinam verbi Dei reſtituitur, odorem reddit, ſine dubio illum, quem primus conditor Deus indiderat, ſed peccati culpa ſubtraxerat.

Bernard. *Dæmones quantũ horreant tuſcorum opera.*

Notat ſecundò Bernard. florentib. vineis omne reptile venenatum cedere loco, nec vllatenus nouorum ferre odorem florum: Quod volo, inquit, attẽdant nouitij noſtri, & fiducialiter agant, cogitantes qualem ſpiritum acceperunt, cuius primitias dæmones non ſuſtinent. Si ſic nouitius feruor, quid erit abſoluta perfectio? Perpendatur ex flore fructus, & ſaporis virtus ex vi æſtimetur odoris.

Tres Patr. *Tres Magi flores eccleſiarum.*

Eccleſiarum flores tres Magos intelligit Catena trium Patrum, qui munera Chriſto ab Oriente aduehentes ei vt Regi, & Deo, & propter nos mortali, aurum, thus, & myrrham obtulerũt, ſuauem Gẽtium fidei in ipſum Chriſtum odorem exhibentes ijs, quia Spiritu ſancto ſcientiæ donum ſunt conſecuti.

Greg. PP.

Greg. verò PP. tunc eaſdem floreſcere, ait, cum animas prius infideles ad fidei nouitatẽ per baptiſmum educunt: ſed flores ipſi odorem proferunt, cũ credentes animæ exempla bona per ſuauem opinionem ſibi inuicem, & alijs aſpergunt.

Aponius.

Odorem dãt huiuſmodi flores, inquit Aponius, cum pro Dei nomine moriendo ſuauiſſima fragrãt confeſſione.

Origenes. *Angeli sũt vites florẽtes, et odore doctrinæ cõfernent.* 1 Heb. 1. 14.

Aliter alii vinearum metaphoram ſumunt. Primo enim Orig. ho. 4. ex quatuor Angelos accipiẽs: Poſſunt, inquit, & vites, vel vineæ intelligi virtutes cæleſtes: & Angelicæ, quæ hominibus largiuntur odorem ſuum, id eſt doctrinæ, & inſtitutionis bonum, quo inſtruunt, & imbuunt animas, donec ad perfectionẽ veniant, & incipiant capaces fieri Dei, ſicut & Apoſtolus ait: *l Nonne omnes ſunt miniſteriales ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis?* & ideo dicuntur, ab ipſis quaſi primum florem, & odorem bonorum operũ capere homines: ipſos verò fructus vitis ab eo ſperare, qui dixit: *K Non bibam de generatione vitis huius, donec bibam illud vobiſcum nouum in Regno Patris mei.* Et infra: Angelicæ, inquit, virtutes, quibus electi quique, & beati in reſurrectione ſociabuntur, qui erunt ſicut Angeli Dei, ipſæ ſunt florentes vites, & vineæ, quæ odorem ſuum vnicuique animæ, & gratiam quam à conditore ſuſcepit prius, & nunc iterum perditam recuperauit, impertiũt, ſuauitateque cæleſtis odoris fœtorem tandem obiectũ ab eis mortalitatis, corruptioniſque depellunt.

Doctrinæ flores ab angelis accipimus, fructum verò à Deo. K Mat. 26. 29. *Angeli quõ in cælo odorem dãt in illis.*

Inſt. Orge. Bernard. *Religioſi feruẽtiores ſpiritu, sũt vineæ florẽtes.*

Secundò Iuſt. Orge. per eaſdem congregationes ſumit Religioſorum per bonam famam proficientes. Eos verò præſertim Religioſos accipit Bernar. ſerm. 60. qui ſpiritu feruentes ſint. Qui vineæ ſunt ait, ſeueriores nobis, quam ſuauiores exhibent, in ſpiritu vehementi agentes, zelantes pro diſciplina, vitia, acerrimè corripientes, aptantes ſibi congruentiſſime vocem illam. *l Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?* & *m Zelus domus tuæ comedit me.* Sic qui per ficum deſignantur, in dilectione proximi; iſti verò, qui per vites, in dilectione Dei eminere videntur.

l Pſa. 138. 21. m Pſa. 68. 10.

Bernard.

Quartò demum idem Bern. ibidem, per ipſas vi

Michaelis Ghislerii.

A neas Prophetas intelligens, & Patriarchas, quoniã *Vinea Domini Sabbaoth, domus Iſrael eſt*, ait: Chriſtum in carne naſciturum, & morituruni adorauerunt Prophetæ, & Patriarchæ: ſed non dederunt tunc eumdem odorem ſuum, quia non exhibuerũt in carne, quem ſpiritu præſenſerunt, non dederunt odorem ſuum, nec ſecretum ſuum publicauerunt, expectantes vt reuelaretur in ſuo tempore; quia ſanè tunc caperent ſapientiam abſconditam in myſterio, in corpore non exhibitam: Dederunt autem poſtea odorem ſuum, cum per ſucceſſiones generationum naſcentem ex ſe ſecundum carnem Chriſtum partu virgineo ſæculis ediderunt: *n Cum apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei.*

APPENDIX. *Prophetæ, & Patriarchæ quõ vineæ, & quãdo dederint odorẽ ſuũ.* n ad Tit. 3. 4.

Origenes.

B Tertiam partem (*Surge*, &c.) Primò ſic explicat Origen. hom. 4. ex quatuor, vt Verbum Dei, vidẽs in anima initia virtutum, vocet illam ad ſemetipsũ vt feſtinet, & exeat, & abiiciens cuncta corporea, veniat ad eum, vt particeps fiat perfectionis: idcirco quaſi adhuc iacenti, & in rebus corporeis incũbenti. Primò dicat, *Surge*, & quaſi quæ ſtatim obedierit, collaudetur ab eo, & audiat: *Proxima mea, & columba mea.*

Epiphan. *Poſt primã vocationẽ iterũ animam vocat Chriſtus, ut iterũ ſi peccata deciderit illa ſoluat.*

Secundò Epiphanius hæreſi 59. Quandoquidẽ verò confeſtim vocauit ipſam, & dixit *Surge veni*. Surge à mortificatione peccatorum, & veni in iuſtitia: Surge à delicto, & veni in fiducia: Surge à peccatis, & veni ad pœnitentiam: Surge à membrorũ reſolutione, & veni in perfectione: Surge à mutila
C tione, & veni in ſanctitate: Surge ab incredulitate, & veni in fide: Surge à perditione, & veni in inuentione. Quandoquidem verò nouerat totum oraculum, quòd poſt primam pænitentiam, & poſt primam vocationem, ac ſanationem, (vt ita dicam) multa delicta humanæ naturæ accidunt, rurſus dicit: *Surge veni tu columba mea*, &c.

Greg. Nyſ. *Progreſſus ſpiritualis ſemper altius eleuat.*

Tertiò Nyſſe. hom. 5. per hoc, quod eadem repetuntur verba; ad maiorem profectum ipſam animã ſuſcitari, exiſtimat: poſt multa quippe ſic concludit: Propterea ei excitatæ rurſus dicit: *Surge*, & ei cum veniſſet, dicit: *veni*. Neque enim ei, qui verè ſurgit, vnquã deerit ſemper ſurgere: neque ei, qui currit ad Dominum, vnquam conſumetur amplũ,
D & latum campi ſpatium ad diuinum curſum perficiendum; oportet enim ſemper ſurgere, & excitari, & per curſum appropinquando, nunquam ceſſare. Quamobrem quoties dicit: *Surge, & veni*, toties ad id, quod eſt melius aſcenſioni ea, quæ deinceps ſequuntur à Verbo adijciuntur; Nam qui pulchram ex pulchra iubet fieri, aperte ſuggerit illud Apoſtolicum, iubens, *o* eamdem imaginem à gloria transformari ad gloriam; adeò vt ſemper videatur eſſe gloria, quod accipitur, & quod ſemper inuenitur; & licet ſit magnum, & excelſum credatur eſſe minus eo, quod ſperatur. Sic ergo cum eſſet columba iis, quæ prius rectè geſſerit: nihilominus eam rurſus iubet fieri columbam per tranſ-
E formationem in id, quod eſt melius; & ſi hoc factũ fuerit, deinceps oſtendet Verbum per nomen id, quod eſt ſuperius, dicit enim, *Et huc veni columba mea in tegmine petræ.*

o 2. Cor. 3. 18.

Gre. Pap. *Vocationis Dei modus eximius.*

Quartò Greg. Papa, Quia, inquit, Chriſtus vtroque modo exhortationis nos trahit, vt videlicet & præceptis nos moneat, & exemplis ſanctorum erigat; idcirco ſponſæ ſuæ prius, vt ſurgeret, admonẽdum præcipit; & deinde ſanctorum exempla ad cognitionem adduxit; & poſt exemplorum exhibitionem, iterum ad præcepti commonitionem conuertit; dicens; *Surge*, &c.

LITTERA. Vers. XIV. Columba mea in foraminibus A petræ, in cauerna maceriæ: Ostende mihi faciem tuam.

Expositio Prima. Iuxta sensum litteræ.

QVibusnam verbis ea, quæ hic dicuntur connectenda sint, præcedentibus ne an subsequentibus incertum apud expositores reperio. Septuaginta quidē Interpretes, & quotquot eorum versionem sequuntur, aperte iungunt ea cum præcedē B tibus, sic legentes: *Et veni tu columba mea in tegmen te petræ*, &c. Iuxta distinctionem verò textuum Hebraici, atque Vulgatæ subsequentibus aptius annectenda videntur: quamuis id non sit adeo certum, vt dubitari adhuc non possit, an rectius cum superioribus ea iungi debeant; quandoquidem distinctio illa, quam noster Interpres ex hebraico apposuit, non arguit necessariò, hic fieri exordium nouæ sententiæ, sed tantùm incipere nouum versum. Quis verò ignorat, frequentissimè initia versuum subsequentium spectare, iungique cum ijs, quæ in præcedenti dicta sunt carmine? Cum igitur incertum id sit, haud sanè facile est, vnum certum istorum sensuum afferre: præsertim cum nec constet, C ad quid adducta sit metaphora ista columbæ in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Eorum igitur quinque sensus afferri mihi posse videntur.

I. SENSVS. Primus, isque præ omnibus planus magis, & litteræ nostræ fortasse congruentior est: Vt, cùm spōsa, post præallatam vocationem, qua efficacissima oratione vocata fuerat à sponso, vt surgens egrederetur è domo in agrum, adhuc domi se contineret magis, ac se abderet præ verecundia, pudoreque virgineo, ita vt propterea, nec vllum proferret verbum; Sponsus id ferre non valens hisce adhuc eam alloquatur: *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam*, Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Quæ præ eximia puritate, præque tua simplicitate quam maxima, *columba mea* es, nunquid semper D domi latebis? nunquid semper domi te abdens, instar columbę eris, quę *in foraminibus petræ* se abdit, & *in cauerna maceriæ* nidulatur? *Ostende mihi faciem tuam*: Si non vis egredi, fac vt saltem tuam aspiciam faciem, vel tuam audiam vocem, &c.

II. SENSVS. Secundò, eamdem connexionis rationem prosequentes, hoc pacto melius hæc accipi possunt: vt per ista sponsus omnem timorem à sponsa nitatur auertere, vtpote, qui nosset, illam metuere pastorū, ac rusticorum insultus; atque adeò domi se continere, nec audere rus egredi: Non secus ac colūba, quæ accipitris metuat insectationem, in foraminibus petræ commoratur, nec à cauerna macerię vel caput educere audet. Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Quæ ob illibatum pudicitiæ decorem *columba* E *mea* es, ne timeas cuiusque insultus, neue, instar columbæ quæ, ob accipitris metum in foraminibus petræ sese abdit, quæ ve in cauerna macerię latet, in agrum egredi expauescas, domi duntaxat latitans; *ostende mihi faciem tuam*, &c. ego enim præsens sū: me præsente nil est, quòd metuas: me comite nil expauescas: *Sonet vox tua in auribus meis*: Qua enim ratione ad tuam non accurram vocem adeò mihi suauem, adeò iucundam?

III. SENSVS. Quòd si alteram velimus prosequi connectendi rationem, duobus alijs modis eadem exponemus. Primò, vt sponsus tota hac metaphora columbæ commorātis in foraminibus petræ, & nidulantis in A cauerna maceriæ, dilectam suam ad id alliciat, qđ suadere cęperat, vt rus egrederetur: ex eo nimirum id ei persuadens, quòd illius naturę congruum sit, sanitati conducens, ac vitæ etiam pernecessarium: non secus ac columba agrestis operæpretium est, vt è foraminibus petræ, & è cauerna maceriæ quibus locis nidulatur, in agrum egrediatur; tum quia id eius natura exposcit, tum quia comparem in agrū volantem sequi contendit; tum demum, vt inuento cibo, vitam suam præseruet. Sic verbis ijs: *In foraminib. petræ, in cauerna maceriæ*: egregia periphrasi colūba describeretur agrestis, ad differētiam colūbarum cicurum, quæ intra domesticos lares commorantur, nec à domibus longius auolant: vt sensus sit.

PARAPHRASIS. *Surge* è domo, in qua latitas *amica mea, speciosa mea, & veni* in agrum simul vna mecū: cur enim non venias, cum sis columba mea, non quidem columba domestica, quæ semper domi manere debeas; sed columba agrestis, quę, etsi niduletur in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ; per agros tamen vagatur, in agris sese oblectat, & pascit, in agris demum & concupitis cum compare suo indulget amoribus.

Vel alio pacto in eodem sensu accipiendo dictā columbæ agrestis periphrasim.

IIII. SENSVS. *Surge amica mea, & veni, columba mea* aggrestis es: quid ergo domi te contines? Columba agrestis haudquaquam in domo commoratur, sed oberrās per agros, nidum in ipsis agris sibi constituit extra Ciuitatem in rupibus, *in foraminibus petræ in cauerna maceriæ*. **PARAPHRASIS.** *Veni* igitur mecum, domo ista egrediēs oblectabimur ruribus, commorabimur, quiescemusvè in agro.

V. SENSVS. Tertio, quod dicitur: *In foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*: sumi congruentissime potest, vt sit indicatio loci, ad quem sponsa ipsa inuitetur: sicq; quod dicitur: *columba mea*, ita referetur ad superiora; vt sit simplex, & blanda appellatio, qualis & supra apposita est in versicul. 10. sicque fiat distinctio: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni columba mea*, hicq; coma adhibita, subinferatur locus, vbi D in agro diuersaturi sint: *In foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*. Cui sensui fauent quàm maxime & textus hebraicus, & versio Sept. In hebræo siquidē pro hoc, qđ Vulgata legit: *In foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, sic hētur בחגוי הסלע בסתר המדרגה bechhagheue, hasselágh, beseter, hammadragah, idest, *in fixuris illius petrę in secreto illius gradus, seu scalæ qua scilicet in eptimenastis: tam enim dictioni petra, quam scala* præponitur littera ה he, quam indicatiuam Hebræi vocant, & demostrationis: Septuaginta verò habent *ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος*, idest: *in velamento, seu tegmento petræ iuxta promurale, seu iuxta præmunitionem*. Quæ in hoc sensu explicans Origenes ait: Postquam sponsus secundo iam loco ad dilectam dixit: *Surge veni* E *proxima mea, speciosa mea, columba mea*: Nunc addit etiam hoc, vt ostenderet ei locum, ad quem venire debeat, qui locus sub velamēto, & tegmine saxi sit positus: sit autem idem locus, non tā iuxta murū, quā iuxta promurale quoddā: promurale aūt dicitur, cum extra muros, qui ambiūt Ciuitatē, alius ducitur murus, & est murus ante murū. Iuxta hunc igitur sensum sponsus hisce dilectā affari videtur.

PARAPHRASIS. *Surge*, domo hac egredere, iterque mecum arripe, *amica mea, speciosa mea, & veni*: amabo mecū in agrū *colūba mea*, quæ agris oblectari soles, agrestis & ipsa: ruri cōmorabimur, soliq; simul amori indulgebimus *in foraminib. petræ, & in cauerna maceriæ*, in vmbrosis, tutisvè habitaculis, excauatis in petra.

Vers.

DE ECCLESIA.

Verſ. XIV. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ; Oſtende mihi faciem tuam.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa quæ eſt Eccleſia Sancta.

I. SENSVS.

Erubeſcentia Euãgelij maximũ impedimẽtum prædicationi.

QVI graue aliquid cuipiam perſuadere conatur, illud in primis ſtudeat operæpretium eſt, vt ab illis eius auertat animũ, quæ ipſum vel diuertere, vel ſaltem quoquo modo poſſent retardare: Hinc eſt, quòd ſcientiæ omnis architectus Spiritus ſanctus in hac per breui, ſed efficaciſſima oratione, qua è verſ. 10. primitiuæ Eccle- B ſiæ ſuadere nititur, vt liberè, audacter, & feſtinanter ſurgat ad prædicandum Euãgelium per vniuerſum orbem. Quamuis in verſic. 11. oſtenderit, iam duo quàm maxima ceſſaſſe impedimẽta, hiemem timoris humani, atque imbrẽ Moſaicæ legis; Nũc in hoc verſ. 14. poſt multa allata, quæ munus illud facilius redderent, & quibus promoueri ad id ardentius debuiſſet, nouum aliud remouet impedimentum, verecundiam nimirum, & erubeſcentiã ipſius Euangelii, cuius impedimenti vis ex acerbiſſima colligitur ea Domini ſententia, qua aduerſus

a Luc. 9. 26 illos, qui id à ſe non repellerent, dixit: *a Qui me erubuerit, & meos ſermones; hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & Patris, ac Sanctorum Angelorum*: C & Paulus ad Timotheum: *b Noli*, inquit, *erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctum eius, ſed collabora Euangelio*: ac de

b 2. Tim. 1 8.

ſemetipſo verba faciens, à ſe procul id abegiſſe profitetur, dicens: *c Non erubeſco Euangelium; virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti*. Porrò facillimum erat, vt primitiua illa Eccleſia, quæ & Iudęis, & Gentibus prædicatura erat Euangelium, iſtiuſmodi retardaretur erubeſcentiæ impedimento, nõ ob id duntaxat, quòd verbum Crucis tam Gentib. quàm Iudæis opprobrioſiſſimum eſſet, vtpote Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia verùm etiam, quia Iudaicas obſeruantias damnatura eſſet, & Apoſtolis conuerſandum, & comedẽ- D dum erat cum Gentibus, quod apud Iudæos ingẽtis erat ignominiæ: atque etiam quia apud Gentes idiotæ exiſtimandi ijdem, eſſent, & humanæ ſapiẽtiæ ignari. Hinc ſiquidem factum fuit, vt Paulus ardentiſſimus prædicationis huius æmulator exiſtẽs hanc erubeſcentiam e fidelium cordibus propellere volens, Corinthijs Græciæ populis, inter quos

c Ro. 1, 16

d 1. Cor. 1 26.

humana vigebat ſapientia, dicat: *d Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius*. E Ac ſi dicat: non eſt, cur diuini verbi præcones erubeſcatis Euangelij ſimplicitatem, prędicationiſvè humilitatem; Deus enim humanam repulit ſapientiam, ſtatuitque, vt ipſi potius ſapientes per hanc confunderentur ſimplicitatem; Stultam enim fecit ſapientiam huius mundi; nam quia in Dei ſapientia nõ cognouit mũdus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Aptiſſimè igitur Salomon nunc proponit Spiritum Sanctum, primitiuam illam Eccleſiam ab hac deterrentem erubeſcentia, his verbis: *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mi faciem*, &c.

PARAPHRASIS.

Ac ſi dicat: Columbam meam te reddidi, cum A in die Pentecoſtes te compotem mei feci, qui ſub columbæ typo deſignari ſoleo, vt inſtar columbæ ſimplex, & humilis eſſes, ſimplicitatem haudquaquam erubeſceres, & humilitatem: vtque volatu celerrimo inſtar columbæ, ad prædicationem Euãgelii properares, deferens oliuæ ramum, & Euangelium pacis Iudæis, & Gentibus: Tu verò erubeſcens Chriſtum, eiuſvè Euangelium ob peſſimam verecundiam, & erubeſcentiam iſtam, cum volare debeas, quieſces, latitans *in foraminib. petræ*, in vmbroſis Moſaicæ legis latibulis? per ſimulationem te abſcondẽs in dictæ legis, quæ olim in petra conſcripta eſt, obſeruantijs, ac traditionibus, quando Iudęis ipſis prædicare debes confractionem eiuſ- B dem petræ, quoad huiuſcemodi ceremoniales obſeruantias, per Chriſtum factam? An verò cum ad Gentium populos tibi volandum ſit ſimplicitate columbæ, hanc erubeſcens ſimplicitatem *in cauerna maceriæ*, in obliqua, & tortuoſa te detinebis gentilitatis ſapientia, per humanam eloquentiam, perque inanem philoſophiam, tuam occultans puritatem, Euangelijque confundens ſimplicitatem? *Oſtende mihi faciem tuam* ſimplicem, ac humilem, vt eſt: liberè abſque vlla ſimulatione, abſque vlla erubeſcentia ſimplicem conuerſationem tuam cum Iudæis, atque cum Gẽtibus exhibe, qualem ex eo habes, quòd *columba mea*, es, iuxta Euangelij normã, *Sonet vox tua in auribus meis*. fac vt ſimplici, ac colũbina voce audacter te audiam, ſimpliciſſimum præ- C dicantem Euangelium; *vox enim* huiuſcemodi ſimplex, etſi gemitum præſeferat, pænitentiam prædicans, & mortificationem, ſæculique contemptum, adeò nihilominus *dulcis* eſt, vt vniuerſum pertractura ſit orbem; *facieſque* iſta *tua* humilis ex Chriſti libertate, liberaque conuerſatione eo pacto coram populis omnibus erit *decora*, vt multò magis, quàm vox innumeros ad ſanctam allectura ſit fidẽ.

DE ECCLESIA.

Circa hunc ſenſum duo ſunt, quæ exactius expoſcunt examen. Primum, cur in foraminibus petræ abſcondi dicantur, qui poſt Chriſti mortem Euangelii prædicationem cum legalibus obſeruantijs miſcent. Secundum; quàm aptè humanæ ſapientię eloquentia, quàm Apoſtolus perſuaſibilia appellat D humanæ ſapientię verba, cauerna dicatur maceriç.

Lex Moſis cur petra dicatur.

Quoad primum: ſupponendum in primis, legem Moſis iure optimo petræ nomine nuncupari, nõ ſolùm, quia digito Dei in tabulis lapideis conſcripta fuit, vt dictum eſt in Paraphraſi: verùm etiam, quia populo data eſt duræ ceruicis, & qui cor habebat lapideum, vt apertè apud Ezechielem *e* teſtatus eſt Deus. Porrò in hac adeò prædura petra antequam Chriſtus ſuper Crucis lignum obijſſet, vnum duntaxat erat foramen, illudvè prægrande, latum, ac ſpatioſum, in quo homines confugiebant, in quo & ſecuri protegebantur ab ira Dei, & compotes fiebant ea viſione Dei, quæ in præſenti ſæculo poteſt haberi. Iſtud autem erat obſeruatio generalis eorũ E omnium, quæ à Deo pręcipiebantur, non ſolũ quoad ſubſtantiam præceptorum, ſed & quoad modũ, quoad ordinem, & quoad tempus. Atque adeò in libro Exodi legimus, Dominum Moyſi ſic locutũ: *f Ecce eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petrã, cumq; tranſibit gloria mea, ponã te in foramine petræ, & protegã dextera mea, donec trãſeam. Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea*. Quibus in verbis indicare voluit primò, legem locum eſſe ſibi maximè proximum, ad quem accedere ſit opus ei, qui ipſi appropinquare peroptat. Secundò, eamdem legem validiſſimam eſſe petram, ad quam qui accedat, ſtabilis, ac immobilis ſtet, operæpretium ſit. Tertiò, in hac petra vnum eſſe tutiſſimum

e Ezech. 36 26.

Legis obſeruatio foramen antiquitus erat tutiſſimũ, in quo & Dei poſteriora viderẽtur.

f Exod. 33 21.

DE ECCLESIA.

confugium, atque foramen prædictam obseruationem: in quod tamen foramē nequaquam introire, ac sese immittere quis proprijs viribus possit: sed necesse esse, vt à Deo adiuuetur per gratiam excitantem, & adiuuantem. Ac denique foramē illud non modo tutissimo confugio protegere à transeuntis Dei ardentissima gloria; sed insuper tali operire obūbratione, vt in ipso pia anima videre queat posteriora Dei, sequens videlicet illum in ipso foramine petræ, & legis, quam primò Deus dixit locum apud se, ac sibi proximum. Sicque aptissimè hæc omnia Deus tunc in ipsomet legislatore testata voluit, vt omnibus conspicuum fieret; & quid lex ipsa esset, & qua ratione ab illa protegi, tutumque se in illa seruare quis posset temporibus illis. At vero postquam Christus Dominus in cruce expirauit, tunc simul cum eo expirauit, etiam lex, *& petra scissa sunt*, vt narrat Euangelista; tunc haudquaquam vnum duntaxat extitit foramen in ipsius legis petra; in quod sese abderent homines rationis compotes: sed quæ vna prȩfortis erat petra, in plures petras discissa, & in plures leges, in legem moralem, cæremonialem, iudicialem, atque in legem traditionum, plura quoque habere cœpit & foramina, in quæ non iam homines confugerent, qui recta ratione vterentur, sed dracones, serpentes, atque reptilia: ij videlicet, qui instar serpentium per terram ventre reperent, *a quorum Deus venter est*, vt ait Apostolus, *& gloria in cōfusione ipsorum*: Porrò foramina ipsa haud alia extitere, quam singulæ ipsius legis, iam discissæ, & abrogatæ obseruantię, circuncisionis nimirum, obseruationis dierum, atque ciborum, & aliæ huiusmodi, in quibus tanquam in foraminibus petræ ij sese abderent, qui vel Iudæi essent, vel adhuc iudaizarent, quibus audacter Apostolus ait: *b Si circumcidamini, Christus nil vobis proderit*. Aptè igitur Spiritus Sanctus, hos notare volens, ad Ecclesiam inquit; *Columba mea in foraminibus petræ*, scilicet ne te abdas, non autem ait: *in foramine petræ*.

Matt. 27. 51

In legis petra quando facta sint plura foramina, quæuè illa sint

a Phi. 3. 19

b Gal. 5. 2.

Quoad secūdum; si nouerimus, quid sit propriè maceria, intelligemus, quod quæritur; cur humana philosophia, ac sapientia Gentilium sub maceriæ metaphora exprimatur. Maceria certè nil aliud est, quàm fragilissimus murus erectus ex saxis non calce, sed luto connexis: vel etiam ipsorum saxorū aceruus absque vllo vel luti cæmento. Atqui humana sapientia ex plurium Sapientum sentētijs instar saxorum per obstinationem obduratis quasi in altum murum erigitur: cum tamen re vera fragilissimus ille sit, vtpote quem luto terrestris, humanæque rationis terreni fabricarint philosophi absque solidissimo, ac tenacissimo charitatis cæmento, sine quo nullum ædificari potest ædificium, teste Apostolo, qui ait: *c Scientia inflat; charitas autem ædificat*, idest scientia ob superbiæ elationem altus quidem, ac validissimus videtur paries: sed rȩ vera haudquaquam vllam habet stabilitatem, prout nec flatus: charitas est, qua spirituale solidum, maximeque præforte ædificium omne consurgit. Bene autem eloquentia huius humanæ sapientiæ cauerna maceriæ dicitur propter argumentorum obscuritatem, nec non & propter fallaciarum tortuositatem, verborumque perplexitatem.

Sapiētia humana quō, & cur dicatur maceria.

c Cor. 3. 1.

Eloquentia humana cur cauerna materia

II. SENSVS.

Ecclesia in cryptis latitanti quid dicat Dominus.

Iuxta secundum sensum: promouens Christus sponsus Ecclesiam ad audacter prædicandum Euāgelium, quam consternatam quodāmodo propter atrocia Imperatorum edicta, & propter persecutiones in cryptis latitantem animaduertebat, hoc pacto hic loqui videtur. *Columba mea* certè es, at non quia columbam te reddidi, vt volatu celari Euangelium pacis deferres, idcirco instar pauidæ columbæ, quæ ob accipitris metum *in foraminibus petræ* latitat; *& in cauerna maceriæ*, Tu quoque exspauescens Principum, ac Tyrannorum insultus in cryptis ingiter, in antris, & in cauernis latitare debes: Scito, me tibi esse præsentem, atque adeo *ostende mihi faciem tuam*, audacter decertans sanctæ tuæ conuersatione, tuæque prædicationis sonitum profer libere; Licet enim columbina facies tua sit vilis simplex, & absque felle, me tamen præsentē vniuersos superabis aduersarios: & licèt vox tua, vox pariter columbæ sit, ac proinde gemitum resonans quatenus pœnitentiam prædicas, & mortificationem: potentissima tamē ea est, me præsente, qui dedi tibi os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij tui: Quin & ipsa suauissima est, cum aure percipitur, sicut & *facies* quoque conuersationis tuæ admodum *decora* dignoscitur, cum ex illis egrederis latebris.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS.

Circa hunc sensum; Notandum, quàm aptè cōplura in hac sententia simul iungantur, quæ sibi inuicem alioquin maximè aduersantia dicuntur: Primum est audacia cùm nomine columbæ, quæ inter omnes aues est quam maximè pauida: Tum decertatio cum ostensione faciei columbinæ; cum exploratum sit, columbam nō habere fel, atque adeò nec scire decertare: Tertiò, cum per ostensionem faciei decertatio ipsa significetur, Deo ostendi dicitur facies: cum tamen cum illis decertandum sit, q ex aduerso stant contra Deum. Quartò, qua ratione sit decertandum voce columbina, quæ gemitū potius prȩsefert, quàm iubilationem: Ac demum quomodo hæc simul stare queant, ostensio faciei, ac sonitus vocis excitantis ad bellum, & decertantis, simulque faciem esse decoram, & vocem ipsam esse suauem.

Pro quorum omnium concordia, & intellectu; Supponendum primò; per faciei ostensionem rectè significari audacem decertationem, atque adeo cum sponsus ait; *Ostende mihi faciem tuam*; idem esse, ac si diceret, audacter decerta: nam & nos Italicè animos alicui dantes, vt contra quempiam dimicet, hac vti solemus phrasi (mostrali la faccia) quinimò hęc ipsa phrasis etiā in sacris litteris alias vsurpata quodammodo reperitur. Enimuerò & in lib. 4. Regum, & in 2. Paralipomenon legimus, *d* Amasiam prouocasse ad bellum Ioas regem Israel hisce verbis: *Veni, & videamus nos*; Cumque sacra historia hoc bellum commissum refert, iisdem vtitur verbis, dicens: *e Ascendit Ioas Rex Israel, & viderunt se ipse, & Amasias in Bethsames oppido Iudæ, percussusque est Iuda coram Israel*, &c. Quibus in verbis multò apertius apparet dicta phrasis, si hebraicum spectemus textum, in quo semper additur faciebus; *videamus nos faciebus, & viderunt se faciebus idest*, mutuò sibi ostenderunt facies suas, quod & in littera nostra noster quoque Interpres exprimere voluit in citato loco libri Paralipomenon, sic vertens: *f Ascendit igitur Ioas Rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus*. Porrò & Redemptorē nostrum hac ipsa phrasi vsum crediderim apud Isaiam, quando verba faciens de suo illo audacissimo atque humillimo prælio, quo tempore passionis cum suis decertauit aduersarijs, ait: *g Faciem meā non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me, Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus, ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio, quoniam non confundar*. Quid est quippe faciē non auertere ab aliquo, nisi faciē illi ostendere, ac non deterrere pugnam, sed & audacter decertare?

Faciem ostēdere alicui, significat, decertare cū illo.

d 4. Reg. 14. 8.

e 2. Par. 25. 18.

f 4. Reg. 14. 12.

In passione sua quomodo Christus decertauit,

g Isa. 50. 6.

Atqui si exactius hæc perpendantur Redemptoris

DE ECCLESIA.

ptoris verba, animaduertemus, per ea illa omnia explicari; quæ diximus explicanda pro intellectu eorum, quæ idem met in hac Cantici sententia dixit ad Ecclesiam, ita vt suo illam exemplo prouocarit ad id, quod multis antea sæculis ei persuadere tentarat. Primo etenim per id, quod dicit: *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me*: ostendit, quo pacto ipsa Ecclesia decertare debeat, columba existens mitissima, nimirum per patientiam iniuriarum, persecutionum, cruciatuum; carceres minime detractans, martyrijs sese obijciens, mortisve libenter subiens sententias, ac omnino ab istiusmodi aduersariorum ictibus faciem nō auertens; quinimò & audacter ipsam eis ostendens faciem suam, ita vt cum ipsomet dilecto suo dicere queat; *Posuit faciem meam vt petram durissimam, & scio, quoniam non confundar.* Quomodo enim cōfundi potest, quę nedum ignominiosam haud arripuit fugam, sed & honoratissime faciem ostendit, quæ vel nobilissimam relatura foret victoriam, ex eo qd tolerando, faciem ostenderet? prout recte de concertantibus illius martyribus canimus, dicentes: *Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia, ideo coronati possident palmam*, scilicet, victoriæ.

Decertādi qua ratione sit Ecclesia & nobis cō tra aduersarios.

Quid verò mirum, si cum columbina ea mansuetudine, & humilitate tam ingens iūcta sit audacia tam fortes animi, tantumque robur, vt absque terrenis armis, humanisvè viribus Ecclesia & faciem ostenderit, & victoriam ex tam grandi reuexerit decertatione? cùm ei id contigerit omnino, quia præsentem, sibivè adstantem suum habuit dilectum, prout Christus adstantem sibi asseruit Deum, dicens: *Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus: & iuxta est qui iustificat me; quis contradicet mihi? stemus simul: quis est aduersarius meus? accedat ad me; Ecce Dominus Deus auxiliator meus; quis est, qui cōdemnet me?* Propterea aptissimè in hac Cātici sententia idem met Christus Ecclesiæ Sponsus ad prædictam dimicationem suam alliciens dilectam, & eius duces, animosvè ei ingerens, vt prædicto modo contra fidei impugnatores audacter decertent, non ait *Columba mea, &c. Ostende illis faciem tuam*, sed, *Ostende mihi faciem tuam*: ac si dixisset.

Dei assistētia quantū roboris addat.

PARAPHRASIS.

Ne verearis consistentia aduersus te castra: ego præsens tibi adsto: ante te sum: *Ostende mihi faciem tuam*: fac, vt consurgens cōtra aduersarios tuos audacem mihi simul, ac illis tuam ostendas faciem, ita vt me iugiter intuearis medium inter tuam, atque aduersariorum tuorum faciem: tecū simul pugnantem, illosvè oppugnantem: faciei tuæ fauorabilem meam quoque obijcientem faciem, iuxta id, quod aliquando efflagitare consueuisti, cum diceres: a *Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram, ne auertas faciem tuam a me*, *Illis* verò b *dorsum, & non faciem ostendam in die perditionis eorum.*

a Ps. 26. 8.
b Ier. 18. 17

Quàm bellè autem Ieremias Propheta dimicationem istam contra fidei aduersarios commissam per duas sese inuicem aspicientes facies, Dei, atque Ecclesiæ, quidvè per eam factum sit, explicat, dicens: c *Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & facie iræ furoris Domini.* Ad desolationem quippe terræ Idololatrarum, quæ facta est per maximum istud prælium, ad quod modo à sponso prouocatur Ecclesia, duæ facies simul conuenere, altera Dei, altera columbæ: quæ facies columbæ, cum in dicto prælio audacter ostensa est, primùm certe Christo, tum aduersariis est ostensa.

Ad fidei decertationē quomodo simul concurrant facies Dei, & facies Ecclesiæ.

c Ier. 25. 38

Quam verò irā præseferre ea potest facies, quæ quando ostenditur aduersarijs, ostēditur simul & Christo, dicenti: d *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*; nisi columbinam? columbina autē ira haud alia profecto est, quā in audax mansuetudo, inuictaque tolerantia: tātùm enim abest, vt in columba aliqua possit esse ira, vt ipsa potius sit hieroglyphicum mansuetudinis, quæ iræ opponitur; tametsi in ea, de qua nunc agimus, decertatione haudquaquam & ipsa desit ira, non quidem mansuetudinis, sed furoris; At ista non est in facie columbæ, quoniam Ecclesia non furore, vi, atque potentia, sed mansuetudine, & tolerantia faciem ostēdere debuit, vt victoriam reportaret: sed est in facie Dei, quatenus vlciscens Deus de inimicis suis, faciem ipsam suam auertit ab illis, prout supra declaratum est. Vnde apparet, quàm caute locutus sit Propheta, cum vtriusque faciei meminit, faciem istam Dei, appellans faciem iræ furoris: illam verò Ecclesiæ faciem, iræ columbæ. Quandoquidem & sponsus ipse illam promouens ad hoc bellum, suasit ei, vt columbinam faciem ostenderet, dicens: *Columba mea ostende mihi faciem tuam.*

d Matt. 11. 29.

Verùm quemadmodum in vulgatissimo illo Gedeonis e prælio contra Madianitas, quod huius extitit typus, non lampadibus duntaxat, quæ splendorem designant bonæ conuersationis; sed & tubarum, clamorisve sonitu dimicatum est, ac victoria relata. Ita & in prælio isto haud mansuetudinis tātum, tolerantiæ, & humilitatis exhibitione, sed & sonitu prædicationis Ecclesiæ fuerat decertādum; propterea bene postquam dictum est: *Ostende mihi faciem tuam*, subiectum est illico: *Sonet vox tua in auribus meis.* Porrò cùm dicitur, *Sonet vox tua* haud dubium, quin de sonitu vocis columbinæ id intelligendum sit, prout & quæ de ostensione faciei dicta sunt, de columbina item facie dicta sunt, cum Ecclesia, cuius & facies exquiritur, & vox, columba prius dicta sit; columbinam verò vocem querulam esse, gemitusve sonare, nemo est, qui ignoret; at gemitus pauorē præsefert potius, quàm robur. Quomodo igitur expauescens dimicabit Ecclesia? Ad hæc dicendum, Ecclesiæ prædicationem dici vocem columbinam, camdemque gemitus sonare, & querulam esse; quia infidelitatem deploret, pœnitentiam prædicet, & cōtra scelera querulos emittat increpationum, & obiurgationum sonitus; nullo tamen pacto illam præseferre metum sonantis, atque loquētis, quin potius audaciam, & robur tā validum, vt cuicunq; terrorem incutiat, oēsve debellet, qui ei obsistere audeāt. Quę oia apertissimè Dominus testata voluit Ieremiæ, dū mittens manū suam, & tangens os illius hisce eum allocutus est: f *Ecce dedi verba mea in ore tuo. ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, vt euellas, & destruas & disperdas, & dissipes. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi.* g *Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum.* Quomodo autem timeret Ecclesia prædicans pœnitentiam, cum ipsamet eius vox, ac prædicatio pœnitentiæ validissima esset ad euellendum, destruendum, ac excidendum duritiem quamlibet. Ipsa est quippe securis illa, quę ad radicem arborum posita est in principio nascentis Ecclesiæ. Lege Euangelium secundum Lucam, & videbis Ioannem baptistam, cum hanc vocem sonare cœpisset, vt illius vim exprimeret, hac securis metaphora vsum, dixisse: a *Iam securis ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*: ac si diceret: Pœnitentiam vobis prædicare cœpi, columbinam resonans vocem; scitote, hanc vocem tantum habituram roboris, vt futura sit instar securis

e Iud 7. 16

Prædicatio Ecclesię quō vox columbæ sit, & tamē summū simul habeat robur.

Prædicationis Ecclesiæ robur.

f Iere. 1. 9.

g Ier. 1. 17

Prædicatio pœnitētiæ securis peracuta.

a Luc. 3. 9.

DE ECCLESIA.

curis peracuta, iamque securis ista posita est ad radices malorum habituum, atque adeò omnis peccandi habitus illius ictibus excidetur, ac redigetur in nihilum. Aptissime igitur dum ad bellum conuersionis mũdi sancta prouocatur Ecclesia, ad hãc vocem emittendam promouetur. Sed si iis exhibenda erat, cum quibus bellum ipsum adorta fuerat, cur nõ dicitur: *Sonet vox tua in auribus eorum?* Hoc enim pacto proprior videretur locutio, quam cùm dicitur: *Sonet vox tua in auribus meis*.

Prædicãtes verbũ Dei, Deũ sibi adstantem, & audiẽtẽ ob oculos habere debent.

Attamen maximè congruenter hoc pacto locutus est sponsus: per hanc quippe locutionis formã tria innuit. Primùm, Prædicatores verbi Dei id in primis ob oculos habere debere, vt prædicatione sua Deo satisfaciant, quem præsentem sibi esse, intelligunt: ideoque cum nouerint, Deum ita sibi in istiusmodi prædicationis munere adstantem, vt & singula verba suggerat, iuxta illud Psalmi: *b Dominus dabit verbum euangeliz. antibus virtute multa*: id debent curare, vt cùm aggrediuntur prædicationem, ipsorum vox prius in adstantibus Dei aurib. sonet; quò illi sit exploratum, eadem verba ab eis referri, quæ acceperunt ab ipso, nullumque aliud adiici verbum ex persuasibilibus humanæ sapientiæ; quod ipsi repugnet.

b Ps. 67. 12

Prædicatores invanũ laborãt nisi Deus prædicatorum verbũ deferat ad corda audientium.

Secundum, Prædicatores ipsos in vanum prædicationis verba proferre, nisi à Domino, qui ea subministrauit, eadem ad aures, atque ad corda audiẽtium deferantur: atque adeo videtur mihi, per hãc locutionis formam indicari, in Ecclesiæ prædicatione duorum echorum, seu duplicis echo sonitũ resonare. Primò enim Dominus per verba, q̃ suggerit, Ecclesiæ aperit aures, efficitque vt ipsa audiat, quid ab ea velit prædicari. Tum quasi aures ipsius Ecclesiæ essent echo quædam, tunc resonant verba eademque, quæ Deus suggessit, quando ab eius prædicatoribus proferũtur. Quòd si aures Ecclesiæ sunt echo resonans, multò certè resonantior echo sunt aures Domini, qui Ecclesiæ loquẽti præsens assistit: atque adeò congruentissime locutus est cœlestis sponsus, cum dixit: *Sonet vox tua in auribus meis*. Acquè est enim ac si dixisset.

Simile.

Prædicatio diuini verbi ẽ duplex echo.

PARAPHRASIS.

Fac, vt intra aures meas tuæ prædicationis vox penetret: quamuis enim debilis admodum illa per se sit, quatenus tu eam resonas; in auribus tamen meis ingressa tam ingentem sonitum resonabit, vt & corda penetratura sit audientium. Denique sic loqui debuit sponsus; quoniam etsi ipsa prędicationis vox proferenda esset auditoribus; tamẽ in eius duntaxat auribus illius sonus dulcis futurus erat. Enimuero prædicatio pęnitentiæ, ac mortificationis audientibus est potius grauis atque molesta, vt pote columbina, querula, & sonans gemitus: atque hanc ipsemet assignauit rationem, cur hoc pacto locutus sit: *Sonet vox tua in auribus meis*, cum statim subiecerit: *Vox enim tua dulcis*: sicut ob id ipsũ se dixisse: *Ostende mihi faciem tuam*, per ea significauit, quæ subsequuntur; *Et facies tua decora*. Quã uis enim audax mansuetudo, & tolerantia tormentorum, quæ per faciei ostensionem designantur, bonæ, sanctæve sint: nequaquam tamen in mundanorum oculis, & apud huius sæculi homines pulchræ cẽsentur, sed indecoræ: at Dei oculis pulcherrimæ sunt.

Prædicatio pęnitentiæ Deo est dulcis.

III. SENSVS.

Iuxta tertium sensum: Prosequitur Christus Dominus suadere Ecclesiæ, eiusve Doctoribus, vt tendat ad opus prædicationis, id autem modicis hisce verbis noua ei persuadet ratione, quæ inde sumitur, quòd ipsa columba eius sit, non quidem domestica, sed agrestis.

Ecclesia columba domestica in patria; agrestis vero in præsenti sæculo.

Pro cuius sensus, ac rationis intelligentia, Notã-dum primò, Ecclesiam, quam sibi Christus sponsam exhibuit immaculatam, tam in futuro, quam præsenti sæculo ob eximiam puritatem esse columbam Christi, sed diuersimodè: nam in patria, colũba domestica erit, vtpote in propria residens domo, vbi haud opus erit, vt cibum è longinquo sibi quærat, quem semper paratum habebit abundantissime, ac lautissime in visione essentiæ diuinę: vbi perpetua pace fruetur, nullo vel accipitris dæmonis, vel venatorum, ac tyrannorum pauore concussa. At verò in hoc sæculo haudquaquam domestica dici debet, quin potius agrestis: quippe quæ id sibi impositum habeat studij, vt iugiter terrarum peragret orbem, testante Domino, qui ad Apostolos ait: *c Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat*. Quidni verò agrestis dicatur, quæ extra Ciuitatem Ierusalem, & extra castra à Christo sanctificata est, & condita in monte Caluariæ, vbi is obdormiuit in Cruce? *d Propter hoc*, inquit Apostolus, *& Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est: exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non enim habemus hic Ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus*. Ac si diceret: Idcirco Christus Dominus extra portam Ciuitatis Ierusalem pati voluit, vt Ecclesiam sibi in columbam sanctificaret agrestem. Ipsa igitur Ecclesia dum agrestis est, non habens hic Ciuitatem manentem, egrediatur, operæpretium est, extra castra in agrum huius mundi ad prædicandum, portandumque improperium Christi. In agrum porrò egrediens cibum hinc & inde sibi quæritet, necesse est; cibum certè illum, quem sibi quæsiuit & Christus, quove se pauit sponsus, dum instar columbi agrestis perambulabat per vniuersam Iudæam, per Galilæam; perque Samariam, conuersione videlicet animarum, de qua, *e Ego, inquit, cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Et meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius*. Quòd si columba agrestis per agros oberrans insectationibus subiecta est venatorum, accipitris, atque aliarum volucrum rapacium, haud profecto minus ipsa Ecclesia diuersis persecutionibus subiacet dæmonum, Tyrannorum, ac Sapientum mundi: dum per agrum peragrat orbis. Quamquã ingens hac in re sit discrimen inter terrenam columbam agrestem, ac Ecclesiam, quæ & ipsa columba agrestis est, sed spiritualis; nam columbæ carnali, nil prodest, si cum suo sit compari, dum eam vel accipiter, vel venator insectatur in agro: tãtùm. n. abest, vt columbus suæ opem ferre queat columbę vt nec semetipsum ab imminenti periculo eruere possit. At verò Ecclesiæ, columbæque agresti spirituali nil est, quod possit obesse, dum vnà cum compari suo Christo prædicans Euangelium, agrũ percurrit orbis: Siquidem nec portæ inferi præualebunt aduersus eam. Si enim hoc collatum, legimus Ieremiæ, quando ad prædicationis iter delegatus est, dicente ei Domino: *f Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi: Ego dedi te hodie in Ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram Regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ: & bellabunt aduersum te, & non præualebunt*. Quare? *Quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te*: Quantò magis id ipsum de tota asserendum est Ecclesia? Propterea Saluator noster eo ipso tempore, quo discipulos suos ad dictum prædicationis destinauit agrum, quò eos impauidos redderet; primùm illos certiores reddidit de propria potentia, dicens: *g Data est mihi omnis*

c Io. 15. 16

d Heb. 13. 12.

e Io. 4. 31.

Prædicatores quã validos reddat Deus præsentia sua.

f Ier. 1. 17.

g Matt. 28. 18.

DE ECCLESIA

omnis poteſtas in cælo, & in terra: Tum mandauit eis, vt audaces prodirent: *Euntes ergo, docete omnes gentes*, &c. vbi notanda particula illatiua (*Ergo:*) ac denique ſubiicit: *Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi:* Ac ſi dicat: Egredimini audacter in agrum mundi huius; etſi enim Eccleſia ſit columba abſque armis, ac per conſequens multiplici perſecutionũ generi ſubiecta; liberè nihilominus ei per agros tẽdere fas erit ſemper me comite; *Et ecce ego vobiſcum*, ac cum tota ipſa Eccleſia, *ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, vſquequo ex agreſti domeſtica fiat columba.

Notandum ſecundò: aptiſſima periphraſi deſcriptam eſſe columbam agreſtem, dum ad nomẽ columbæ adiectum eſt; *In foraminibus petræ, in caverna maceriæ:* quatenus hæc columbæ agreſtis metaphora aptata eſt Eccleſiæ, eiuſve Doctoribus, qui per agrum peragraturi ſunt orbis. Per hæc quippe innuitur, quid fiat à Sanctis prædicatoribus antequam tendant ad Euangelii prędicationem quid poſtquam prædicationem abſoluerint; quidve ijs præſtent, quos in Chriſto Ieſu per Euangelium genuerint. Quemadmodum enim columba agreſtis, antequam ad agros volitet, quieſcit in foraminibus petrę, & in cauerna maceriæ, non intra palatiorum parietes, indeque iter arripit, vbi abſque hominum tumultu quiete per noctem demorata eſt. Ita & boni, ſanctique Prædicatores antequam ad prædicandũ tendant, haudquaquam in Principum conuerſantur palatijs, ſed in vulneribus Ieſu Chriſti latitantes, in illis quietè commorantur, contemplantes paſſionem Chriſti, ſtudentes in eis, & ſacratiſſimam legentes ſcripturam amoris eximij, de qua dictum eſt: c *Ecce in manibus meis deſcripſi te:* atque in latiſſimam illam cauernam maceriæ, in vulnus lateris ſeſe abdentes, ibi penetrant vſque ad cor dilecti ſui, & immenſam charitatis illius fornacẽ ſeſe proijciũt. Ex iſta aũt cauerna, atq; ex dictis foraminibus petræ cum à Deo vocãtur, vt ſurgant, & properent, diuinæ obedientes vocationi velociſſimo volatu munus ipſum obeũt prædicationis, prædicãtes Ieſum Chriſtũ crucifixum, eumdemque vt comparem ſuũ ſemper ſectantes. Poſt prędicationem verò ſtatim ad propria cum ſuomet redeuntes compari, iterũ foramina repetunt petræ; qua in re ſtudioſiſſime columbarum agreſtium naturæ conformantur, quæ quantumuis longius abſceſſerint, poſt diurnã peragrationem ad proprios ſemper remeant lares. Quinimò filios ipſos, quos per Euangelium genuerint, in iiſdem vulneribus Chriſti, tanquam in proprijs nidis & fouent diuinæ charitatis calore, & alunt ipſiuſmet Chriſti ſanguine: in his foraminibus petræ, cauerna que maceriæ illos incluſos ſeruant, quouſque & illi habuerint pennas ſcientiæ, ac ſanctitatis, quibus in agris aduolare queant ad prædicandum: vbi enim melius eos fouerẽt, nutrirent, atque ſeruarent, quàm vbi eos genuere? d *In Chriſto Ieſu*, inquit Apoſtolus, ego vos genui per Euangelium, ideſt dum Euangelium vobis prædicarẽ, genui vos in Chriſto, atque in petra firmiſſima, in foraminibus huius petræ, in eius vulneribus, atque intra viſcera ipſius.

Prædicatores quid ante, & poſt prædicationem, quidve dũ prædicant, facere debeant.

Iſa. 49. 16.

1. Cor. 4. 15.

Communior PP. Latin. ſenſus.

Vnicum hoc loco examinandum ſupereſt, cur per foramina petræ, intelligantur vulnera Chriſti, manuum ſcilicet, atque pedum: curue vulnus lateris eiuſdẽ, nomine cauernę macerię ſit expreſſum. Et quidem qui verba recolat Apoſtoli dicentis: e *Petra autem erat Chriſtus*, facile à primò ſeſe expediet. Quamuis adhuc ſuperſit difficultas: nam ſi Chriſtus petra eſt, cum tam vulnus lateris, quàm vulnera manuum, atq; pedum in Chriſto fuerint, cur vulnera duntaxat manuum, ac pedum foramina petræ dicta ſunt? Ad quod tamen reſpondendũ, petræ dicta iſta foramina, quia Chriſti & manibus quam maximum inſit robur, & pedibus firmiſſima inſit ſtabilitas: robur etenim, & ſtabilitas congruẽtiſſime per petræ metaphoram deſignantur.

Vulnera manuũ, ac pedũ Chriſti: cur foramina petræ dicta.

1. Cor. 10. 4.

At verò quoniam reliquum corpus mollius eſt, idcirco vulnus, quod in eiuſdem Chriſti latere factum fuit, non cauerna petræ, ſed cauerna macerię eſt dictum: maceria quippe debilis quidam eſt paries: quamquã & in nomine cauernæ, & in nomine maceriæ, vt dictum vulnus, corpusve Chriſti ſignificant, alterum quoq; lateat myſterium: quod Chriſti corpus lancea perforatum plenum vndique extiterit rimarum, atque plagarum, quæ nimirum in flagellatione ad columnam, necnon in expoliatione tunicæ inconſutilis ei factæ fuerant: ita vt re vera maceriem quãdam repræſentaret, parietem abſque linimento, ſeu etiam congeriem ſaxorum totã foraminibus repletam. Inter tantas verò plagas ea, quę lateri ad cor fuit inflicta, reliquis vniuerſis grãdior, atque patientior, iure optimo cauerna eſt appellata; quia inſtar cauernæ oblique aperta fuit; adeo vt per eam vſque ad Chriſti præcordia penetrare, fas eſſet.

Vulnus lateris Chriſti cur cauerna maceriæ dicatur.

His annotatis, facile patet, quid per hæc (*Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*) ſignificare voluerit Chriſtus, iuxta ſenſum tertio loco in littera allatum: Aequè eſt enim ac ſi hoc pacto ſanctam alloqueretur Eccleſiam, promouẽs illius Doctores ad prædicationem. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni*, etſi enim columba mea fideliſſima ſis, non tamẽ domeſtica adhuc es, cum ad patriam nõdum perueneris; ſed agreſtis es, extra Ciuitatem ſãctificata, quando ipſe extra portã paſſus ſum; ideoque es nidulans in foraminibus, ac vulneribus fortiſſimarum manuum, & ſtabiliſſimorum meorum pedum; in plagis meis, qui petra fortiſſima ſum, atque firmiſſima, & deliteſcens in vulnere lateris mei, quod in corpore, vndique aperto, cauernam maceriæ repræſentat. Cùm ergo columba agreſtis ſis, me tuum ſequere comparem, columbamque item agreſtem: veni mecum in agrum mũdi huius ad prædicandum Euangelium, cibos illic quærito: quòd ſi in eo agro inſectationes tibi immineãt vel accipitris, vel venatorum, nil eſt, quòd metuas, quia ego tecum ſum, quem oportet, vt tu ſequaris.

PARAPHRASIS.

Iuxta quintum ſenſum: Cæleſtis ſponſus vocãs Eccleſiam, ſanctoſque eius doctores ad prædicandum alliciens, edocet illos hoc loco, quonam ſe cõferre debeant, ſeu vbi commoraturi ſecum ſint, dũ agrum ipſum obeunt prædicantes: quove confugere debeant, & vbi parituri, ac enutrituri ſint filios. Duo autem indicat, nominatque loca, ſeu potius vnum duntaxat, quem non ſolum indicat, ſed & deſcribit. Dum enim ait *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*; iuxta noſtram Vulgatæ lectionem, duo loca indicare videtur; ſacram videlicet ſcripturam, eiuſque myſteria quæ per metaphoram foraminum petræ deſignat, & vulnus lateris Chriſti, ſeu Chriſtum ipſum crucifixum nomine cauernæ maceriæ expreſſum. At iuxta lectionem Septua. Interpretum, quæ ſic habet; *Columba mea in tegmento petræ iuxta promurale*, ſeu *iuxta præmunitionem*; locum vnum ſolummodo indicat, nẽpe ipſam Sacram Scripturam, quam tegmẽtũ petrę appellat, quod verò addit; *Iuxta præmunitionem*; pertinet ad euidentiorem eiuſdem loci deſcriptionẽ, vt ſpõſa itelligeret, vbi re vera ipſa eſſet Sacra Scriptura, nimirum in Eccleſia Romana, ac Apoſtolica

V. SENSVS.

Prædicatores indulgere debẽt ſtudio Sacræ ſcripturę, et contemplationi paſſionis Chriſti.

quove

DE ECCLESIA.

quoue pacto in illa cum Deo suo delitijs vacare fas sit, cum in eam acceditur iuxta sanctorũ Patrum, & Apostolicæ Ecclesiæ sensum, & explicationem. Quod ergo ad Ecclesiam, eosque qui in ea sunt, diuini verbi prædicatores sponsus ait, tale est.

PARAPHRASIS.

Surge amica mea, speciosa mea, & veni tu columba mea, ad prædicandum Euangelium pacis. Quòd si in agrum surrexeris ad prædicandum, mecumq; veneris agrestis columba mea, paratus est nobis locus, in quem diuersaturi simus, in quo & spiritualibus mecum perfruaris delitiis, in mysteriis, quæ in petra abdita sunt Sacræ Scripturæ, atque in sacratissimo vulnere illo, quod instar cauernæ in latere excauatum est corporis mei, super crucem pendentis, prçque plagarum rimis maceriam repræsentantis. Neque .n. decet, te aliud scire, quam quæ in sacris sunt paginis, quamve me Christum crucifixum, neque in alio gloriari tibi fas est, quã in mea cruce: neque aliunde delitias ex quirere debes, quã ex passione mea. tutissimè verò in tegmento commoraberis Sacræ Scripturç, quæ iuxta Romanam sedem est, quando illam iuxta sensum sanctorum Patrum intelligere studueris.

Sacra Scripturç, quo etiam dicatur petra.

Pro exactiori istius sensus intelligentia, Notandum primò, scripturas sacras congrua appellatione dici petram, tum propter earum soliditatem, quæ tanta est, vt de iis à Domino dictum sit: *a Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt*, (a Matt. 24. 35.) idest tam magna est verborum meorũ, quç in Scripturis Sanctis exarata sunt, & firmitas, & soliditas, vt quamlibet petram durissimam, quinimò & cçlũ ipsum, ipsamve terram superent: tum quia, cũ instar petrç aridissimæ videantur, omnisq; sapientiæ expertes; quando tamen virga fidei iuxta Domini iussum tanguntur, flumina de se emittunt sapientiæ salutaris; non secus ac petra illa Horeb, *b* virga ad Domini imperium percussa in fontes effluxit (b Exo. 17. 6) aquarum: tum denique, quia etsi instar petrç videãtur frigidissimç, cùm tamen simul ad inuicem conferuntur, ignem affectuum de se emittunt ardẽtissimorũ; non secus ac duriores silices, quos cum inuicem complosseris, medium emittunt ignem. (Simile.) Porrò mysteria, quç in his sacris litteris continẽtur, rectè quoque foramina dicuntur petrç; quoniam obscurorũ foraminum instar, intra dictam petram excauata, abscõsaq; sunt; ita vt, nisi superni radij lumẽ intra illa penetret, quç in eis latent, videri minimè queant: vnde & Septuag. ob eorum obscuritatem, & absconsionem aptissimè illa expressere nomine tegmenti, seu velamenti petræ.

Mysteria sacræ script. cur dicatur foramina petræ.

Notandum secundò: haud minus congruè Romanam Ecclesiam dici præmunitionem, iuxta quã sit petra Sacræ Scripturæ; quia, licèt sacræ litteræ solidissimæ per se sint, ac propterea petra (vt dictũ est) appellatæ; nisi tamen fide præmuniantur Apostolica, facillimè ab vnoquoq; eas deprauari cõtingit, prout & videmus, & ingemiscimus, apud hæreticos fieri quotidiè. Sed & sensus sanctorum Patrũ rectè promurale dicitur eiusdẽ petræ, quam fortissimus ambit murus fidei Apostolicæ: quoniã sensus ipse sanctorũ Patrũ tãquã promurale quoddam ante murum ex istens, scripturas sacras ab illis illibatas tuetur, qui in fide quidẽ Romana perseuerant, sed proprio sensu eas explicare contendunt.

Sacra Scriptura studio quo in dulgendum.

Sanctorum Patrũ sensus est promurale Sacr. Script.

Aptè igitur hoc loco quatuor innuũtur, quæ diuini verbi prædicatoribus facienda sunt: Primum, vt studio indulgeant sacrarum litterarum: secundum, vt nihil se scire arbitrentur, præter Christũ crucifixum, vnde omnem scientiam haurire queunt. Tertium, vt in sacrarum scripturarum lectione semper apostolicam fidem ob oculos habeant: Et quartum, vt eas explicent iuxta sensum, & intellectum sanctorum Patrum.

DE ANIMA.

Vers. XIV. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: Ostende mihi faciem tuam.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

I. SENSVS.

Etsi libera coram Deo conuersatio, quã libertatẽ spiritus appellare cõsueuimus, adeo sit iucũda; vt & illũ gaudio perfundat, qui libere studio virtutum indulgeat, & Deum quoque mirũ in modũ oblectet: Nihilominus vel suspicio opprobrij apud homines tantas habet vires, vt ob humanam verecundiã plerumq; & honestas libertati spiritus contemptui habetur, & nulla habeatur ratio eximiæ illius dulcedinis, quæ liberã consequi solet virtutis conuersationẽ: quodque bona sanctaque erubescẽtia efficere sæpius nequit, vt terrenarũ voluptatum contemptũ inducat: Id è vestigio facillimè ipsamet praua efficit erubescentia boni, rectiq; Ex hac frigiditas, ex hac imperfectio, ex hac pessima & fictio in virtutũ studiis, ex hac deniq; & cessatio ab exercitiis spiritualibus alioqui iucundissimis. Huius incommoda sibi metuens Dauid supplicibus precibus Deum frequenter exorauit, vt eam ab ipso auerteret, sed præsertim in Psal. 118. dicens: *a Aufer a me opprobriũ, & contẽptũ, quia testimonia tua exquisiui*: (a Psal. 118. 22.) Ac si diceret: Ego quidem exquisiui testimonia tua, legiq; tuæ inhærere studui: at sentio in me malam quandam erubescentiam, metuens, contemptui haberi apud mundanos ob istud ipsum, quòd sanctissimæ tuæ inhærerẽ legi; Quapropter illud te Domine Deus meus etiam atq; etiam rogo, vt prauã hanc à me auferas erubescentiã opprobrij, contẽptusque humani: alioqui facile id opprobrii ab arrepta me abstrahet testimoniorũ tuorũ inquisitione. Et in eodem Psalmo, apertius; *b Amputa opprobrium meũ, ait, quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda*: (b Ps. 118. 39.) Ac si dicat: Agnosco, & experimento probaui, iudicia tua tuãve legem, ac virtutis studiũ, iucũdissimã exhibere suauitatis spiritualis dulcedinẽ, at nihilominus tantum roboris habere sentio prauã erubescẽtiam, metumq;, vel suspicionem opprobrii hominũ, vt nullam ipsius legis tuæ, eiusdemq; dulcedinis habere me sinat rationem: idcirco hanc à me auferas, quæso, suspicionemq; istiusmodi, quam mihi inhæsisse cognoui, penitus à me amputes amabò; hoc .n. pacto iucundorum iudiciorum tuorum perfruar dulcedine.

Erubescentia praua, quàm damnosa sit spiritualibus exercitijs.

Porrò, quam Dauid adeo sibi metuebat, hãc cœlestis sponsus procul abigere contendit à pia anima, quã ad studiũ perfectionis promouere cœpit: Atque adeo per præoccupationẽ, quasi illã à dicta hominũ erubescentia præsentiret impediri, ne ad eam tẽderet, ad quã vocabatur, perfectionẽ, sic ipsam affatur: *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, Ostende mihi faciẽ tuam, sonet, &c.* afferq; rationẽ, quare, ab istiusmodi verecundia deterreri non debeat, subiiciens: *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora:* Acquè est autem, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Columbam meam te reddidi, quando Sanctum tibi impertii Spiritũ, vbi ergo libertas eius, quem accepisti, spiritus? vbi columbina simplicitas? Quare sanctã, simplicemve erubesces conuersationem? Quare propter metũ humani opprobrii latitabis in foraminibus petræ, in diaboli legimus; Et propter

DE ANIMA.

pter humanos reſpectus in cauernā maceriæ te te abdes, viuens iuxta cauernoſam, & imperceptibilem mundanorum hominum ſententiam? *Oſtende mihi faciem tuam*: fac, vt te liberè, ac columbina ſimplicitate conuerſantē, videā, vocemque tuam audiam, illud ipſum ſonantem exterius, quòd habes in corde. Noueris quippe velim, iſtiuſmodi vocem tuā, ſimplicesve ſermones & mihi, & tibi ipſi ac vniuerſis, quotquot te obaudiunt, dulciſſimos eſſe; & faciem cōuerſationis tuæ abſque vllo fictionis fuco ſimplicem, præſtātiſſimā apud omnes præ ſeferre honeſtatem, ſummumque decorem.

Pro illius primi ſenſus declaratione: Notandum primò, diabolū in eo ſemper omne intendiſſe ſtudium, vt Dei legem infringeret, atque adeo, quam uis noſſet, illā Dei digito ſcriptam in duriſſima petra; tantas nihilominus malignitatis ſuæ adhibuit artes, cum primū ſcriptæ legis rudimenta apparere cœperunt, vt ad cultum vituli Dei populum traduxerit; vnde conſecutum poſtmodū eſt, vt prædu ros lapides in quibus ſcripta lex erat, legiſlator Moſes confregerit, ex quorū lapidum cōfractione ſpē concepit ipſe, qui legi inſidias tetenderat, Dei quoque legem penitus è mundo tollendam. Porrò, cū altera vice in duriori item petra eamdem Dei legē conſcriptam noſſet, conatus quidem eſt frequenter ſolidiſſimā hanc comminuere petram legis diuinæ: Verū, cū concepta ſpe falli ſe intelligeret, cū que animaduerteret, fieri nō poſſe, vt adeo præ fortis, ac dura dirūperetur petra, eò ſuas aſtutiſſimus conuertit artes, vt in petra illa, quā cōminuere nequiret, multiplicia faceret foramina, quò faltē debilitata, facili negotio ea per ſe corrueret; ſicque & illius ruina opprimerētur, qui in excauatis eius foraminibus delireſcerēt. Quænā vero, dicet quis iſta ſunt foramina, quæ à diabolo excauata ſunt intra legis diuinæ? Sunt leges huius ſæculi nequam, quas vulgo appellamus (Ragion di Stato:) ſunt ipſa diaboli conſilia: ſunt ſtatuta illa, quæ pro ſingulari certamine & verbis, & ſcriptis traduntur in populum: foramina quoque petræ dici poſſunt abſurdæ eæ, ac iniquæ diuinæ legis interpretationes, & gloſſæ, quæ vel ab hominibus huius ſęculi ad ſua excuſanda ſcelera, vel ab hereticis afferri ſolēt pro defenſione prauorum dogmatum. Et quidem foramina iſta vniuerſa lacertarum ſunt, ſerpentiū, atque aſpidū, terrenorū videlicet hominum, qui inſtar lacertarum vētre ſuper terrā ambulāt; quive inſtar ſerpentiū, atque draconum, vel ſibilo ſuorum ſermonum, vel peſtiferæ cōuerſationis halitu venena ſuæ effundunt impietatis: necnon & illorū, qui ſurdi ſunt inſtar aſpidum ad ſancta cōſilia. Horum certè omnium foramina iſta ſolent eſſe latibula, in his & nidulari conſueuere. Sed præter illos nonnunquam & columbæ, quæ in ſummo ore foraminis nidificant (vt notat Ieremias Propheta *e*) ij videlicet, qui inſtar columbarum ſimplices in ſimplici, ac generali diuinæ legis obſeruatione nidificare ſolent, relicto foramine prædictæ obſeruationis, quod à Deo in petra ipſa legis paratū eſt, ingrediuntur in eadem foramina, quæ vel à diabolo, vel ab eius lapicidis excauata ſunt, in iiſq; latitāt; malè tamen tūc cū illis agitur, cum ab infernali deuorentur dracone, qui in huiuſcemodi foraminibus abſconſus eſt, necnon & à petra ipſa opprimātur; quando qui in legem peccauere, per legem à Deo iudicabuntur. Idcirco igitur cæleſtis Sponſus de ſua colūba maximè ſolicitus per præoccupationē (vt dictū eſt) piā animā à peſſimis iſtis deterret foraminibus, dicens: *Colūba mea in foraminib. petræ*, ne ſcilicet te abſcōdas; *ſed oſtende mihi, &c.*

Legem Dei confringere diabolus obnixè ſtudet

In legis petra diabolus excauauit plura foramina, quæve ea ſint.

e Iere. 49. 38.

Notandum ſecundo, humanos reſpectus aptiſſima metaphora cauernæ maceriæ fuiſſe expreſſos. Enimuerò quemadmodum *a* Ciuitas Dei dicitur habere murum magnum, & altum, atque præfortem, Ita & vita ſpiritualis intra vnum ſit murum validiſſimum, quem erigit vnica Dei ſententia, vnicū Dei iudicium, cui ſoli pia quæque anima placere ſtudet in operibus ſuis; At è vel ſigio mundanus iſte, licet mænibus ſuis circundatus ſit; non tamē a magno illo, & alto ambitur muro, qui ex vnica dumtaxat Dei ſententia erectus eſt, ſed a debili, fragiliſſimave maceria, quæ ex pluribus hominum ſententijs conſtructa eſt abſque cæmento, & glutino charitatis; maceria enim eſt congeries plurium ſaxorū abſque cæmento: atque adeo qui iuxta mundanorum hominum dicta ſuam agere ſtudet vitam, intra maceriam illam ſit, operæpretium eſt.

Porrò in hac maceria eſt obſcuriſſima, ac tortuoſiſſima humanorum reſpectuū cauerna, in quam ne ingrediantur, cauere quàm maximè debent columbæ, & quotquot ad ſimplicitatem vitę ſpiritualis vocati ſunt: quandoquidem cauerna Reguli eſt: Cauerna, in quā & diabolus latet, & ſpirituales illius nequitiæ. Propterea ſponſus non modò a foraminibus petræ, ſed & ab huiuſcemodi cauerna maceriæ columbam ſuam auertit (vt viſum eſt,) nulloque pacto ſinit, vt in eam ſeſe abdat: & bene, nam alioqui columba eius eſſe nequaquam poſſet, teſte Apoſtolo, qui ait: *b Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*. Nō vult cauernoſos reſpectus Apoſtolus: nō vult intra maceriem viuere, ſed intra murum magnum iudicij Dei; ideo audacter ad Corinthios ait: *c Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die*, id eſt parui facio veſtram damnationem, aut veſtram fauorabilem approbationem factorum meorum (vt dies humanus ſumatur, pro approbatione, & commendatione hominum, prout & apud Ieremiam accipitur, vbi Propheta, cum à multis argueretur, dum prædicaret verbum Dei, ait ad Dominum: *d Tu es laus mea, & diem hominis non deſideraui, tu ſcis*, id eſt haud hoc ſtudui, vt hominibus placerem, neque fauorem, commendationemve illorum quæſiui.) *Sed neque me ipſum iudico*, addit Apoſtolus, Neque enim abſque aliquo iudicij vallo viuere poſſum, Quamuis nempe *nil mihi conſcius ſim, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*: Intra præfortem iudicij Dei murum viuere contendo; *Qui namque iudicat me, Dominus eſt.*

Iuxta ſecundum ſenſum: Piam animam illam, quæ præ timore non audet progredi ad exteriora opera bona, atque adeo quicquid agit, in occulto agere contendit, metuēs inanis gloriæ inſultus; animam, inquam, talem erudit hoc loco ſponſus cæleſtis, quo pacto ſeſe gerere debeat, vt diuinæ vocationi, qua ad perfectionis ſtudium vocata eſt, intrepidè reſpondeat; quod autem, inquit, tale eſt.

Tu certè *Columba mea* es, dealbata in ſanguine meo: latitas in cella ad inſtar columbæ, quæ ob accipitris metum in foraminibus petræ latitat, & in cauerna maceriæ: Sic enim & tu in tua perſeuerans columbina ſimplicitate manem expaueſcis gloriā, quæ, quaſi ſpiritualis quidam accipiter, ſpirituales columbas aggredi ſolet; Veruntamen nihil eſt, quod metuas, ſi meam ſemper ob oculos habueris præſentiam. Quapropter audacter. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni* ad bene operandum, necnō & ad preces fundendas extra iſta foramina, & coram fratribus: Ac illud in primis curato, vt oſtēdas mihi faciem conuerſationis tuæ, vt ſic coram fratrib. bene conuerſeris, vt opera tua mihi præ omnibus cognita velis, vt me ubi ſemper adſtantem exiſtimes

DE ANIMA.

a Apo 21. 12.

Reſpectus humanus cur dicātur cauerna maceria.

b Gal. 1. 10

c 1. Cor. 4. 3

d Ie. 17. 17

II. SENSVS.

Propter inanis gloria periculū ā deſiſtēdum a bono opere.

PARAPHRASIS.

DE ANIMA.

A mes, atq; adeo corā me ambules in conspectu fratrum; eodemq; pacto sic coram fratribus ora, cantans im psal. & hymnis, vt me in primis audire facias vocem tuā: Quod si ita te gesseris, nil profecto obesse tibi poterit vel inanis gloriæ accipiter, vel diabolus: quinimò vox ipsa orationis tuæ dulcis omnimodè erit, & conuersatio decora.

Vanagloria quō vitanda in exercendis operibus bonis

Ad exactiorem istius secundi sensus intelligentiam, Notandū: vniuersos, qui colūbinā & puritatem seruare velint, & simplicitatē, iure optimo expauescere in singulis bonis operibus inanis gloriæ periculū, atque adeò secretū quærere semper, cum a Domino dictum recolant. e *Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua; vt pater tuus, qui videt in abscondito, reddat tibi*: & de oratione idem: f *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio, ora patrem tuum.* Nihilominus, cum ab eodem Domino in contrarium quodāmodo dictum reperiamus: g *Sic luceat lux* B *vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*; Quis non anceps hac in re esset, præsertim qui simplex instar colūbæ sit, nisi ab illo doceatur, à quo contraria dicta videntur? documētum autem eius in eo situm est, vt sic ad opus egrediamur in publico, vt tamen intentio maneat in occulto; vt extra foramina petræ facies exhibeatur conuersationis, & intra cauernā maceriæ vox emittatur orationis, ita tamen, vt id duntaxat intendatur, vt soli Deo facies ostendatur, & vox in solius Dei resonet auri- C bus. Atque hoc illud est, quod pia quædam anima, id sibi faciendum proponens, dicebat: h *Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ: & dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam*: Ac si diceret: Pauebam aliquando diabolicos insultus, & in primis vanæ gloriæ metuebam impetus; hocque timore, atque tremore conterrita in tenebrosis, occulltisve detinebar foraminibus petræ, nec audebam conuersationis meæ faciem vel tantillū educere è cauerna maceriæ, & post diuturnū desideriū pennarū colūbæ, feruoris nimirū, ac diuinæ grati , decreui tandem è tenebris illis, quæ me contexerant, volare simul, ac requiescere: volare per feruentes operationes ex- D trinsecus exhibitas in conspectu fratrum; sed tamē per intentionem requiescere in Deo meo, ei soli meam ostendens faciem, &c.

e Matt. 6. 5
f Matt. 6. 6
g Matt. 5. 16.
h Ps. 54. 6.

II. SENSVS. ALTERA ADAPT.

Possemus congruentius fortasse ea ipsa, quæ hic dicuntur, iuxta eumdem secundum sensum accipere, vt dictat ad animam quæ in singulis actionibus anceps est, nimioq; præ metu retardatur à seruitio Dei, quā scrupulosam vulgo appellamus; sicut & nimium ipsius metum scrupulos vulgato nomine nuncupamus. Hanc porrò ab istis scrupulis auertit cælestis sponsus, persuadēs illi, vt audacter tum in operibus ijs, quę rectè agit, tū in precibus iis, quas fundit, & faciem sibi ostendat colūbinæ, puræ, ac simplicis conuersationis suæ, & vocem item suam ipsum audire faciat extra foramina petrę, & cauer- E nam maceriæ, idest extra huiusmodi scrupulos, in quibus latitat, diabolicos semper metuens insultus; vt sensus sit.

A scrupulis piā animam Deus auertit.

PARAPHRASIS.

O anima mihi dilectissima *columba mea* præ puritate es, & præ simplicitate, tanto pauore concuteris, vt in scrupulis quasi *in foraminibus petræ*, cum quid legis meæ tibi agendū est, & quasi *in cauerna maceriæ* persistas, cū ad orationē est accedēdū; illic trepidans timore, vbi nō est timor: Ne expauescas, me pręsente, qui te in meam columbā elegi, quive & tuus sum sponsus: eleua caput ex his foraminibus, & ex ista cauerna: *Ostende mihi* audacter, & A liberè *faciem tuam*, &c.

DE ANIMA.

Scrupulorū duplex genus.

Circa hæc, duo notanda sunt. Primū, quàm rectè dū de scrupulis fit mentio, duo innuūtur eorū genera: alterū, quod in vniuersis bonis operibus insurgere solet: alterū, quod affligit in orationibus, ijs præsertim, quæ voce proferūtur in choro, vel extra chorum. Quamuis .n. satis fuisset dicere: *Ostende mihi faciem tuam*: conuersationē nimirum liberā ab omni scruplo; voluit Sponsus addere: *Sonet vox tua in auribus meis*: vt intelligeremus id, quod quotidie in scrupulosis animaduertimus; tātos in oratione scrupulorū insurgere cumulos, vt iure optimo ab ijs, quasi à distincto genere separatim meticulosa auertēda sit anima. Auertitur autē aptissime ab illis, dū ex ore dilecti sui, monitis videlicet Confessarij, & eius, qui ipsius curā gerit, certior redditur, faciem conuersationis suæ tunc maximè esse decorā oculis Dei, & proximi; & vocē orationis eius tūc dulcissimū cælis exhibere sonitū, cū extra foramina petræ, cauernamq; maceriæ absq; scrupulis & ista resonat, & illa ostenditur.

Scrupuli in diuina legis impletione cur foramina petra dicātur.

Alterum, quod notandū superest, illud est: quam congrue duabus metaphoris duo prædicta expressa sint scrupulorū genera. Primū siquidem, quod est circa adimpletionē diuinorum præceptorū aptissima foraminū petræ designatur metaphora: lex etenim Dei petra quędā est solidissima, vt supra ostēsum est; sed quatenus à Deo est, petra plana est, descripta vtique in tabulis lapideis planis, atq; dolatis: petra fulgentissima est, lucis claritatem a Deo acceptam in intuentiū oculos reflectens, iuxta illud Psalmi: a *Præceptorū domini lucidum illuminās oculos.* At verò in hac adeo plana, facillima, atq; per lucida petra foramina ii sibi fodiunt, qui asperā illā reddunt, atq; obscurā, qui quolibet in opere inanes machināt scrupulos; ita vt scrupuli ipsi ipsa sint foramina petræ, in quibus se se inuoluūt scrupulosi, ignorātię tenebris obscuratū cor habētes.

a Ps. 18. 9.

Oratio cur dicatur maceria.

Nec minus apte secundū genus altera exprssum est metaphora cauernæ maceriæ. Enimuero anima orationē vt maceriā contra vniuersos aduersariorum suorū obijcit insultus, contra omnia, quæ sibi imminent pericula; necnon & contra iram ipsius- D met Dei: vnde apud Ezechielē ab illo reperimus dictum: b *Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem*, seu *maceriam* (pro eadem enim re hæc duo nomina suū, colligit ex aliis scripturę locis, vt ex Isa ix, c. 5. vers.) *& staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.* Rectè autem maceria potius, quā murus dicitur oratio; quia maceria, cum sit saxorum cōgeries absque cęmento, est plena paruulis foraminibus, qualia & in oratione pariter esse, censenda sunt, è quibus vocis sonitus ad Deū, cui talis opposita est maceries, egreditur: quod se peroptare significauit Sponsus, dum ait: *Sonet vox tua in auribus meis.* Porrò in hac orationis maceria cauernā quodāmodo sibi cōstruit ob- E scurissimā, qui, dū preces persoluit in psalmis, & hymnis diuinū recitans officiū, anceps semper est, an verba cūcta, singulasue pronūtiarit syllabas: an rectè recitarit; sicue in cauernoso, ac lucis omnis, omnisque gratiæ, & consolationis experte consistit, ac operitur scrupulorum anfractu, ubi frequēter mordetur à latentibus inferni serpentibus.

b Ezech. 22. 30.

Scrupuli in oratione cur dicantur cauerna maceria.

PARAPHRASIS.

Iuxta tertiū sensū: efficacissimā Christus Dominus in his uerbis affert rationē, qua pia anima magis ac magis ad studiū promoueatur perfectionis. Ratio autem in eo sita est; quòd cum ipsa sit columba agrestis, iugi uolatu peragrare debeat p agros huiuscemodi studij; vt sensus sit. Elegi te de mundo, ut iā non sis amplius de ipso; fecique te columbam

DE ANIMA.

bam meã, non quidem domesticam, quæ in paternis nidulareris ædibus, vel in magnificis cõmorareris palatijs: sed agrestem, quę extra seculũ in claustris, atq; in monasterio vitã exerceres monasticã. Quamobrem, cũ istiusmodi columba mea sis, surgere quantocius debes, mecumq; cursum peragere; cum Religiosam profitearis vitam, ad perfectionem tendas, operæpretium est; hoc quippe Religiosi est proprium.

In claustris profectionis studio progredi semper debent Religiosi.

PARAPHRASIS.

Vnum ad huius sensus intelligentiam, explicandũ; est quã cõgrue religiosorũ claustra, ac monasteriũ expressa sint sub metaphoris foraminũ petræ, & cauernæ maceriæ, seu latibuli, & secreti gradus, aut scalæ, iuxta hebraicũ textum. Primò enim cũ claustra à sæculo disiuncta esse debeant, recte designãtur per hæc, quę extra Ciuitatem in agris esse perhibentur: Deinde, si claustra Religiosos abscondunt, tutissimosque ab omni seruant infestatione, iure optimo & foramina petræ, loca nimirum pręfortia pro columbis dici debuerunt, & cauernam maceriæ, quæ abditissimus locus est ijsdem columbis; atq; adeo cum pia anima columba item Dei ad istiusmodi claustra peroptaret admitti, dicens: *a Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini, & visitem templũ eius*; domum Domini, templumq; eiusdem ipsa appellans claustra: hæc duo potissimũ in illis sibi exhibẽda significauit, absconsionẽ, atq; munimen: sic.n. subiecit. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum*, idest tempore præsentis vitæ, quæ nihil aliud est, quàm iugis miseria super terram, *protexit me in abscondito tabernaculi sui*: subditque, clarius explicans huiusmodi absconditum tabernaculi, in quo Deus ipsam protexit, esse foramina fortissimæ petræ, ad quæ eam euexit, sic etenim ait: *In petra exaltauit me.* Metaphora quoq; textus hebraici quàm optime eisdem congruit claustris: Enimuerò cũ in Religione sit scala claustralium, de qua sanctus Bernardus egregium composuit opusculum: imò verò, cum Religio ipsa sit scala, designata per scalam, *b* ostensam Iacob Patriarchæ, quæ, etsi super terram stet, quatenus Religiosi peregrinantur in terris, fastigio; tamen suo excelsos attingit cęlos, quatenus eorundem Religiosorum conuersatio in cælis est: per quam & Angeli ascendunt, atque descendunt; deferentes quidem è cęlis iugiter nouas gratias; necnon & è terris quæcũque bona, quæcunque recta à sanctis fiunt Religiosis, deportantes ad cælos: cui deniq; ita innititur Deus, vt & illã fulciat, & ab illa quodammodo fulciatur. Qua.n. ratione Religio quæpiã persistere, ac perdurare in obseruantia posset, nisi Dominus eam suo sustentaret accubitu? *c Nisi Dominus ędificauerit domũ, in vanũ laborauerunt, qui ædificant eã, nisi Dominus custodierit Ciuitatẽ, frustra vigilat, qui custodit eam*; de ipsamet Religione ait Dauid in suo Cantico graduum. Et certè si Deus quoquo pacto in terris fulciri dicendus est (humano more loquẽdo) à Religiosis fulciri dici debet: sicut enim nil est, quod magis Dei fidem labefactet, quodve magis ab hominib. sæculi Deũ blasphemare faciat, quàm deprauati Religiosorum mores: Ita è vestigio nulla maior gloria eidem Deo in terrarum orbe prouenit, quàm ex sancta Religiosorum conuersatione, vnde Dauid, *d Laus*, inquit, *eius in Ecclesia sanctorum*: &, *Deus qui glorificatur in concilio iustorum.* Porrò, cum Religionis status scala sit huiusce modi, aptissimè Religiosorum monasterium scalę secretum, & latibulũ dictum est; quoniam reuera, qui monasteriũ adeũt, vt religiosam exerceãt vitã,

Claustra Religiosorũ cur foramina petræ, & cauernæ maceriæ.

a Psl. 26. 4.

Religio quõ scala sit. Bernard. Tom. 2.

b Gen. 28. 12.

c Psl. 126. 1.

In religione quõ fulcia tur Deus.

d Psl. 88. 8.

Monasterij scala secretum.

A absc ondunt se qu[illegible] ed tamen in[illegible] nasterijs per multiplices virtutum gradus cœlos scandunt.

Iuxta quintum sensum: edocet in his verbis cœlestis sponsus animam, quam ad progressum vitæ spiritualis vocarat, & ad iter, studiumque perfectionis, qua ratione in prædicto studio, atque progressu quiescendum ipsi sit, ne videlicet ab huiusc emodi itinere exinde deterreatur, quòd censeat, se nullibi reperturã esse quietem, dum iugi sibi progrediendum sit cursu. Edocet autem eã, ostendens illi & locũ, i quo simul cũ ipso quietissimè cõmoratura sit, diuinisq; particeps reddẽda sit voluptatib. eo

B ipso tpe, quo p agrũ pgreditur pfectionis. Locus iste est duplex, sua nimirũ diuinitas, suaq; humanitas: cum.n. ipse & Deus sit ab ęterno, & homo in tẽpore, duplicem locum istum paratũ suæ volui spõsæ, quando has duas, quæ in infinitũ inter se distabant, naturas diuinam, atq; humanam arctissima simul coniunxit vnione hypostatica: In his delicias ac iucundissimam quietem piis exhibet animabus cum studio indulgẽtes perfectionis, in earum sese occupant contemplatione.

In progressu quõquiescere queat pia anima.

Pro istius sensus intelligentia, antequam consuetam afferamus paraphrasim, Notandũ primò, Christum Dominum dici petram, non tãtum quatenus per Incarnationis mysterium factus est lapis angularis, longè ante apud Isaiam prænuntiatus ijs verbis: *e Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidẽ*

C *probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum, qui crediderit, non festinet*, nec solum quatenus ab ipso totius gratiæ fontes emanarunt; non secus ac è petra in deserto aquæ largissimæ profluxere, quo sensu ab Apostolo dictum est; *f Petra autem erat Christus*: Verum & ob diuinitatem; sic apertissime Dauid in suo illo carmine, quod habetur lib. 2. Regum ait: *g Iehouah* (idest Deus, qui in essentia diuina est in tribus suppositis) *ipse est petra mea, & robur*, Porrò petra ista, vt diuinitatẽ signat, si per se spectetur, absq; vlla dubitatione vna solũmodo est, & integerrima absque vllo foramine, absque vlla distinctione, Veruntamen etsi re vera integerrima per se sit: homo nihilominus scalpello in-

D tellectus sui quædam in ea excidit foramina, remanente adhuc illa integra: ratione quippe distinguit plura attributa, & in vna diuina essentia, quæ eminenter est sapientia, iustitia veritas, & cetera: imò quæ, iuxta Dionysij sẽtẽtiam, est non sapientia, nõ iustitia, &c. ita distinguit dictas perfectiones, sicque distinctè illas cõsiderat, ac si vere, ac realiter distinctæ essent. Atq; adeo pręclare sponsus hoc loco, dũ piam animam inuitat ad suæ diuinitatis contẽplationem, quæ intellectu potissimũ fieri, certum est, non ait: *Colũba mea in petra*: sed, *in foraminib. petræ*; nouit siquidem, diuinitatem suam tunc rectius ab humana mente percipi, cum ea singulas distinctè illius considerat perfectiones, iustitiã, bonitatem, veritatẽ, misericordiã, &c. Cuius rei cõtrariũ cernere

E est in eiusdẽ hoĩs affectib, qui pedũ noĩe designari solent: hi namq; non super foramina petræ, sed super ipsam petram, quæ vna, & integerrima est, super vnũ Deũ, super vnam Dei essentiam collocandi sunt, existẽtem omnia in oĩb. vnde quædã aĩa, quæ ad idẽ perfectionis iter ab eodẽ sponso vocata fuerat, à quo & ista vocatur, ad quam sermo habetur in hoc Cãtico, referens, qũo quoad affectum in dicto itinere directa fuerit, ait: *h Statuit supra petrã pedes meos, & direxit gressus meos.* Quam aptè verò Spiritus S. tam per verba ista, quam per ea, quæ spõsus loquitur, dicens: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ*: illud indicat

DE ANIMA.

Christus quõ petra.

e Is. 28. 16.

f 1. Cor. 10. 4.

g 2. Re. 22. 3.

Diuinitas Christi petra integerrima, atq. fortissima; & quõ g in tellectũ hominis in ea excauantur foramina attributorum.

Affectus in vno tantũ Deo collocãdi.

h Psl. 39. 3. *Cum ardẽtius anima progreditur ad perfectionẽ, tũc magis quiescit.*

DE ANIMA.

dicat misteriũ, q̃ tunc maximè anima quiescit, qñ vehementiori cursu ad perfectionis culmen progreditur. Enimuero contraria alioquin vtrobique dici videntur; quo.n. dicuntur dirigi gressus illius, cuius pedes statuti, fortiterve firmati super petrã asseruntur? & quo in foraminib. petræ ei sistendũ, ac commorandũ dicitur, quę vocatur, vt surgat, & vt progrediatur? Attamen, quia idem homo, per vnius intellectus contemplationẽ quiescit in pluribus vnius diuinitatis perfectionibus, idcirco bene ad foramina petrę sanctam animam sponsus inuitat: & è contra pedes affectuũ eiusdem animæ statuit super petram, & super diuinitatẽ simpliciter, & absque vllius distinctionis respectu; ne quis existimaret, ex eo, quòd plures sunt affectus animæ, statuendos illos esse super plura quoque, & distincta petrę, ac diuinitatis attributa, quę nullatenus ĩ Deo distincta existũt, nisi p operationẽ intellectus.

Humanitas Christi, cur cauerna maceriæ dicatur.

Notandũ secundò, haud minus rectè Christi humanitatem nomine cauernæ maceriæ appellatam, quàm eiusdem diuinitas foraminũ petræ significata sit appellatione. Primo.n. maceriæ metaphora partẽ designat debiliorẽ, atq; infirmiorem: quandoquidẽ maceriæ murus est debilior: Deinde specialius eadem Christi humanitas sub metaphora cauernæ macerię designatur, quatenus istiusmodi metaphora vulnus illud significat, quod lancea inflictũ est lateri Christi, admodũ verò appositè, & per dictũ vulnus exprimitur humanitas Christi: & ad vulnus illud pia anima inuitatur, quę ad contemplationẽ vocatur eiusdẽ humanitatis Christi.

Vulnus lateris Christi, cur ad eius humanitatẽ designandum apponitur.

Nã primò vulnus illud inter reliqua vulnera, quibus manifestata est debilitas in Christi humanitate factũ est & extremũ omnium, & patentius omnibus, atq; adeo aptius extitit ad dictam humanis oculis exhibendã & debilitatem, & humanitatem. Secundò, cum cor Christi esset præcipua pars corporis eius, congruentissime per dictũ vulnus dicta significata est Christi humanitas, qđ cordi inflictũ est, quodve cor ipsum aperuit. Adde, quòd, cũ eatenus pia anima quietem repertura sit in humanitate Christi, dulcissimisque in eiusdẽ contemplatione perfundenda sit voluptatibus, quatenus illũ ineffabilem contempletur amorẽ, qui in Christi humanitate exhibitus est, dum ad istiusmodi humanitatis contemplationẽ inuitatur, haud aptius ad illam inuitari potuit, quàm cũ ad huiuscemodi vulnus accersitur: nã nullibi meliùs immensus iste amor dignoscitur, quàm ex vulnerati cordis inspectione: cuius tamen ianua ipsum est lateris vulnus.

Vulnus lateris Christi scala est, & cor illius vulneratũ, est secretum scala.

Neq; suo caret mysterio, quòd vulnus istud, seu cor ipsum vulneratũ, quod in secreto est dicti vulneris, sub nomine secreti scalæ; seu gradus in textu hebraico designatur: nã re vera scala vulnus illud est, corq; ipsum, quod est intra vulnus, est secretũ gradus, ac scalæ: quãdoquidẽ ex illius inspectione per cognitionẽ tã excessiui amoris Christi, qui ex illo colligitur & vulnere, & corde, tanquã per scalam quamdã ad altissimam eiusdem Christi diuinitatẽ ascenditur. Cuius rei veritatẽ in historia

a Ioan.20.

Apostoli Thomæ expressam videre licet apud Ioãnem, *a* in qua legimus, Apostolũ illũ, qui in imo iacuerat infidelitatis, statim ac manũ in hoc vulnus immisit, tetigitque vulneratũ Christi cor, tanquã per scalã quandam, atq; per gradus ascendisse, atq; id primò intellexisse, qđ antea credere noluerat, cũ sibi nuntiaretur ab alijs Apostolis, Christũ resurrexisse. Secundò altiorẽ scandẽdo gradũ, agnouisse, Christũ seipsum suscitasse: ac demum tertiò peruenisse ad gradũ cognitionis diuinitatis illius. Quã scalę, graduũq; ascensionẽ suis illis indicauit

Thomas tãgens vulnus lateris Christi quõ ascenderit scalã fidei.

A verbis, in quæ illicò prorupit, dicens: *b Dominus meus, & Deus meus.* i. Tu es verè Dominus meus Christus; tu ẽt es verus Deus meus: Dominus meus es pp humanã naturam; Deus pp diuinã. Vel, iuxta Ambrosij expositionẽ: nõ credidi prius, quia nesciebã, te esse Deũ meũ: at nunc credo, te esse Deũ, quia secretũ attingens scalæ, resurrexisse te video: priùs, quia non credidi tuã diuinitatem, negabam resurrectionem; at nunc videns resurrectionem, confiteor tuam veram diuinitatem.

b Ioan.20. 28.
Ambrosi. In psal.45

Vulnus lateris Christi, quo simul sit scala cognitionis, & obscura cauerna.

Verùm, si vulnus lateris Christi, vel ipsum eius cor vulneratũ scala cognitionis ẽ (vt vidimus,) cur obscuritas eidem tribuitur, dum in nostra Vulgata appellatur cauerna, quod nomen obscuritatem præsefert, cũ cauernæ soleant esse lucis expertes? Inter obscuritatem protecto, atq; cognitionem ingens distantia est: & quæ conuentio potest esse luci ad tenebras? Nihilominus dicendum, vtramq;
B appellationem congruentissime vni eidemque vulneri assignatam, neq; eas sibi inuicem repugnare, sed quàm maxime congruere. Dum.n. vulnus illud dicitur scala cognitionis, non cuiuslibet cognitionis scalam illud dici, censendũ est, sed illius potissimũ cognitionis, quæ per fidem habetur. Quis verò nesciat, fidei cognitionem ex natura sua carere euidẽtia, quãuis alioquin certissima sit? fides quippe est eorũ, quæ non videntur: vnde, cũ obscuritatem simul cũ certitudine habeat annexam, rectè id, qđ dictum est scala cognitionis eius, appellatũ est pa-
C riter & cauerna. Neque contra hæc facit illud, qđ Thomæ dictũ est, cum per dictam cognitionis scalam ascendisset: *c Quia vidisti me, Thoma, credidisti; Beati, qui non viderunt, & crediderunt:* Nam ibi nõ arguit Dominus fidem, sed modũ fidei, nec enim dicit: Quod vidisti, credidisti: sed, quia vidisti, credidisti, idest vnum vidisti, & aliud credidisti: sed quod credidisti, non aliter credidisti, quàm compulsus experiẽtia eius, quod vidisti, cũ potuisses, & debuisses priùs credere, quàm videre. Thomas siquidem tangẽs vulnus, scalã cognitionis sic ascendit, vt à primo gradu cognitionis experimẽtalis ad altiorem ascenderit gradũ cognitionis fidei, atq; adeo duo confessus est, Resurrectionem
D Domini, eiusdemq; diuinitatem, qua se ipsum suscitauit: atque primi cognitio non fuit ex fide, sed ex experientia: vidit enim viuũ, quem mortuũ nouerat, ex quo necessariò colligebatur, ipsum resurrexisse. Alterius verò confessio ex vera fuit fide, nõ solũ quia id non videbatur: sed quia non colligebatur necessariò ex eo, quod videbatur. Porrò ob hoc ipsum cauernę nomen vulneri illi adscriptum est, per qđ ascenditur ad fidei cognitionẽ; quia sicut cauerna licet obscura sit, nonnihil tamen plerumq; admittit, ac habet lucis ob refractionẽ luminis, qđ illustrat circumposita. Ita qui cõtemplationi indulgent dicti vulneris, & cordis Christi, vt homo est, ardentissimũq; perpendũt amorẽ, qui
E inde dignoscitur, etsi haud necessariò ex tali meditatione, atq; ex eo, quod manibus ferè contrectãt, colligant cognitionẽ diuinitatis Christi; aliquid tamen inde suscipiunt lucis ex iis, quæ dictum vulnus consecuta sunt, qua luce ad altissimam prædictæ fidei promouentur cognitionem.

c Ioan.20. 29.

Simile.

His adnotatis, facilè iam percipitur, quæ nam sit vis horum verborum, *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, iuxta quintum sensũ. Aequè est enim ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Surgens tu columba mea, atq; proficiens in studio profectionis quietem reperies in foraminibus petræ, quando perstiteris in meditatione diuinitatis meæ, earũq; perfectionũ, quas tu in me tuo distinguis

DE B. MARIA

stinguis intellectu: summaq; ibi perfunderis voluptate: sicut & quãdo meã meditatus fueris humanitatẽ, abdens te in meũ cor per vulnus, quod meo inflictũ ẽ lateri, qd & scala est cognitionis fidei, & obscura simul cauerna maceriæ, ob ineuidentiã & certitudinem, quæ simul sunt in eadẽ cognitione.

Vers. XIV. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: Ostende mihi faciem tuam.

Expositio Quarta. De tertia sponsa, quæ est B. Maria.

QVod, iuxta Hieronymi sententiã Dauid propheta ardẽtissimo desiderio peroptauit nosse, pro quo & vota se fecisse, asserit, dicẽs in psal. 131. *a Si introiero in tabernaculũ domus meæ, si ascẽdero in lectum strati mei: si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob*, idest donec inueniam, atq; agnoscam locum illum Domino paratũ, quem sibi parauit Dominus, cum venturus est in mundũ tabernaculum, quod Deus Iacob sibi parauit, in quo nasceretur, prodiens ex vtero matris. Quodve postmodũ sibi reuelatũ idem asserit Dauid, cum in eodẽ psalmo subiicit: *b Ecce audiuimus eã*, scilicet sedẽ, & requiem, quam nosse optaram, *in Ephrata*, scilicet esse, *& in campis siluæ*, in agris nimirũ Bethlehem, quæ alio nomine & Ephrata sępiùs dicitur. Hoc sibi pariter exhibitum asserit B. Virgo Maria in his verbis: *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*: suam prosequens narrationẽ, qua mysterij Incarnationis seriem tribus enarrare cœperat Magis. Quinimò, non tãtum in genere locũ, vbi Christũ paritura esset, sibi ostensũ, ait, in agris Bethlehemiticis, prout eundẽ reuelatum diximus Dauidi; sed & in particulari locũ illum ferè digito sibi ait indicatũ, nempe speluncam illam, quæ in dicto agro Bethlehemitico excauata esset in rupe, ac petra; quæve esset iuxta præmunitionem, & pro murale ipsius Oppidi Bethlehẽ; sic.n. rectè vertisse Sept. interpretes, ostensum est supra, in prima expositione, cum legerint: *Columba mea in tegmento petræ iuxta præmunitionem*. Quam certè speluncam noster interpres, seruans columbæ metaphoram, quæ in foraminibus petræ nidulari solet, & in cauernis macerierum, atq; murorum, appellat foramina petræ, & cauernam maceriæ.

a Ps. 131.3 Hierony. Epist. 22.

Locus natiuitatis Xpi reuelatus & Dauidi, & B. Mariæ

b Ps. 131.6

Præsepiũ, vbi Christus natus est, extitit in speluncã.

Porrò quòd in agro, & in speluca à B. Maria editus sit Christus Dominus, cõpertissimũ apud Patres est: nam & Iustinus Martyr in dialogo contra Tryphonẽ post dimidiũ de ea sic loquit: Cũ puer nasceretur in Bethlehem, quia Ioseph non erat locus in Castello, quò diuerteret, in speluncam quandã Castello propinquam diuertit: ibi Maria Christũ recens natũ in præsepe deposuit, ibi & à Magis inuẽtus est. Origenes quoq; lib. 1. cont. Celsum; In Bethlehẽ, inquit, speluca ostendi, vbi Christus natus est, quod vtiq; & in illis locis, ait, percelebre est, vel apud eos quidem, qui à fide sunt alieni, fama, & nomine circumfertur, eadẽ & in spelunca Iesum quemdam, quem Christiani adorant, genitũ esse. Idipsum & Eusebius Cæsariensis lib. 7. de demonstratione Euangelij c. 5. ijs, qui Bethlehem tendunt, agrũ, inquit, demõstrari, vbi Virgo enixa infantẽ posuit. Et Epiphanius lib. 1. contra hæreses hæresi, 20. Sed præ reliquis Hieronymus epistola 18. ad Marcellã: Quo, inquiens, sermone, qua voce speluncã Saluatoris exponã; & illud præsepe, in quo infantulus vagiit, silentio magis, q̃ infimo sermone honorãdũ est; & paulo inferius ibidẽ: Bethlehem ecce in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus est, hic inuolutus pannis, hic visus a Pastoribus, hic demonstratus à Stella, hic adoratus à Magis &c. Cũ igitur compertissimũ sit Christũ natũ in spelunca, quæ erat in agro Bethlehemitico, quæve erat oppido Bethlehem propinqua: cũ que iam in superioribus ostensum sit, in tota hac oratione, quã præ manibus habemus, à B. Maria tribus Magis ad speluncã accedẽtibus, vt Christũ adorarent, enarrari seriem, & modũ, quo Christus & conceptus, & natus est, quis iam dubitet, dẽ inquit, speluncã, foramẽ, atq; cauernã sibi indicatã, eo ipso tẽpore, quo impellebatur, vt surgeret, veniretq; in Bethlehemiticũ agrũ, speluca illã signare, in qua ipsum peperit filiũ suũ? Sensus itaq; eorum, quæ hic dicuntur, hic est: vt Spiritus Sanctus sic benedictam Virginem intrinsecus alloquatur.

Iust. Mart.

Origen.

Eus. Cæsar.

Epiphan.

Hierony.

Surge, egredere è Ciuitate tua Nazareth, *amica mea, speciosa mea*: arripe iter, *& veni* in agrũ Bethlehemiticũ: Tu columba mea, purissima simul, ac fœcũdissima: vnde, sicut colũba agrestis in foraminib. petræ nidulatur, & in cauerna maceriæ: Ita tu quoque, dum per agros, mihi obtemperans peragraueris, nidũ tuum constituens in spelunca, quæ in petra est excauata, quæve iuxta mœnia est oppidi Bethlehem, ibi tuũ paries filiũ, reclinabisve illũ in præsepio: ibi diuinis perfunderis delitijs.

PARAPHRASIS.

Circa hæc vnũ duntaxat notandum, congruentissima ratione speluncam in petra excisam à Deo electam, in qua nasceretur: quando ab immortalitate caro factus deuenit in vitę huius mortalitatẽ: nam & quãdo mortuus per resurrectionẽ de mortalitate noua generatione ad perennem nasci voluit immortalitatem, in spelunca item, & monumẽto exciso in petra exortus est. Cõgruũ autem admodũ fuit, vt duæ illæ generationes, quæ in Christi humanitate contigerunt, ambæ pari fierent in loco, in spelunca, atque in petra: vt exinde colligere fas esset, vnum eumdemque Deum extitisse, qui & in nocte Natiuitatis nasci voluit ad mundi huius miserias, & in mane Resurrectionis nasci de miseriis, ac prodire voluit ad Gloriam, &c.

In speluca Christus et nasci, & sepeliri voluerit.

Vers. XIV. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Quando persecutus est Pharao impius populum domus Israel, erat cœtus similis columbæ, quæ clausa est in foraminibus petræ, quàm serpens coarctat intrinsecus, & accipiter coarctat eam extrinsecus: sic erat cœtus Israel clausus à quatuor partibus mũdi: quoniã ante eos erat mare, et post eos pſequebatur hostis, & à duobus lateribus eorum, erant deserta plena serpentibus ignitis, qui mordebant, & occidebant veneno suo filios hominũ; illicò autem aperuit os suum in oratione corã Domino, & descendit vox de cælis excelsis, & sic ait: Tu congregatio Israel, quæ comparata es columbæ mundæ, & occultata es in clausura foraminũ petræ, & in absconditis graduum, ostende mihi, &c.

Præter illũ dramatis sensum, qui ex Orig. homi. 4. ex quatuor relatus est in nostra prima littera: expositione, sensu quinto; est insuper & is, quẽ assert Bernar. ser. 61. dicens: Amat, & pergit amatoria loqui. Columbã denuò blandiendo vocat, suam dicit, & sibi asserit propriã: quodque ipse rogari obnixius

Bernard.

APPENDIX.

nixius ab illa solebat, ipsius nunc versa vice & conspectū postulat, & colloquium. Agit vt spōsus, sed vt verecundius: publicum erubescit, decernitque frui delitijs in loco sequestri, vtique in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ: Sic enim legit: *Colūba mea in foraminibus petra, & in cauernis maceria:* Ac si dicat Spōsus: Ne timeas amica mea, quasi hæc, ad quæ te hortamur, opera vinearum, negocium amoris impedire, seu interrumpere habeat: Erit certe & aliquis vsus in ea ad id, quod pariter optamus. Vineæ sanè macerias habent, & diuersoria grata verecundis.

Vulnera Christi sūt foramina petra.

Quoad spiritualem sensum in explicanda littera nostra Vulgatæ, conueniunt plerique ex Patribus in intellectu foraminum petræ; vt per ea designentur Christi vulnera; discrepant tamen isti ipsi in intellectu cauernæ maceriæ, necnon & in eo ipso explicando, quòd Ecclesia, vel anima dicitur colūba in foraminibus prædictis. Siquidem Cassiodorus, quē in omnibus sequitur Beda, duplex per hæc indicatum censet Ecclesiæ præsidium, vnum vulnerū Christi, custodiæ Angelorum alterum. In his, inquit, foraminibus columba, idest Ecclesia moratur, quia totam spem suæ salutis in passione sui Redēptoris constituit: Ibi ab insidiis malignorum spirituū, quasi à raptu accipitris secura delitescit: ibi nidificat affectus bonorū cōgerit operū. Videat Bern. toto ser. 61. & ante fin. ser. 62. In cauerna verò maceriæ moratur, ait Cassiod. qa præsidio Angelorū vndiq; circūdat, & à tētationib. diaboli custodit.

Bernard.

Angelorū custodia cauerna maceria.

Gregorius Papa ad duplicē hæc referre videtur fructum, quem anima capit ex contemplatione eorumdem vulnerum; per cauernam quippe maceriæ intelligit vulnus lateris, quod lancea factū est: fructum imitationis passionis Christi, & fructum spiritalis nutritionis. Bene, ait, *colūba in foraminibus petra* dicitur esse, & *in cauerna maceria*; quia, dum in Crucis recordatione patientiam Christi imitatur; dum ipsa vulnera propter exemplū ad memoriam reducit, sicut columba in foraminibus, sic simplex anima in vulneribus nutrimentum, quo conualescat, inuenit.

Vulnus lateris Christi ē cauerna maceriē.

Ex passionis Christi contemplatione quid hauriat anima.

Aponius verò addit fructum tertium cognitionis, dicens, per hæc Ecclesiam in B. Thoma vocari, verum Deum in vero homine cognoscendo, venire, cùm dicitur ei: a *Mitte manū tuam in loca clauorum*, &c. In quibus foraminibus, verum Deum, verumq; hominem confitendo, incredulæ plebi ostendit; dicens, *Deus meus, & Dominus meus*. Consentit hisce, & Iustus Orgelitanus: Tametsi per cauernam maceriæ intelligat vel scripturas sacras, ex quibus pia anima sancta fouetur consolatione: vel protectionem meritorum, & orationum præcedentium Sanctorum.

Aponius.

a Ioan. 20. 27.

Iusti. Org.

In Christi vulnera venit anima cognoscēdo verū Deū in vero homine.

Rupertus Abbas ex hoc loco arbitratur significari, quomodo iugiter B. Virgo Maria Christi passionem, ac vulnera habuerit in corde, iuxta illud Symeonis. *Tuam ipsius animam pertrāsibit gladius*: Ac si Virgo ipsa dicat: Iterū vox dilecti mei, iterum loquitur mihi, & ad surgendū inuitat, eisdem nominibus me compellat: *Surge*, inquiēs, *amica mea, speciosa mea, & veni columba mea*. Et protinus, ac si quærerem, quò ego surgam, vel in quo ero columba gemituosa: *In foraminibus*, inquit, petræ, *in cauerna maceria*. Scit enim situm, vel habitum mētis meę, quia claui eius, quos antequā fierent, mente prophetica preuidebā, & lancea lateris eius, quam similiter præuidebam, iam essent animæ meæ vulnera, & in ipsis gemerem sicut colūba. Dicebat ergo: *Columba mea in foraminibus petra, in cauerna maceria*, idest, anima gemituosa propter fixuram

Rup. Abb. *Script. sacr. cau. macer.*

SS. protectio cau. macer.

Maria habuit sēper i corde passionē Christi.

Maria, quo vocetur columba Christi i foram. petrę, & cauer. mac.

A clauorū meorū, qui sum petra; propter vulnus lateris mei, qui sum maceria: nā ego vnus idemq; aliàs petra, & aliàs maceria: videlicet vbi adhuc mortalis, & passibilis erā, ibi ego maceria: vbi aūt resurrexi à mortuis, ibi, vel ex tunc petra solidissima; sed nō disparuerunt in petra iam impassibili cauernæ siue foramina, quæ facta fuerūt in maceria adhuc passibili; imò apparebunt eadem die iudicij. Denique Bern. ser. 62. legēs: *In cauernis maceria*: duplex ex hoc loco colligit contēplationis genus, in quo pia se detinet anima, Passionis Christi, & Patriç cçlestis: p cauernas. n. maceriç loca illa intelligit Angelorū, qui ob superbiā lapsi sunt, quasi vacua, & derelicta, quç repleri ex hominibus debēt, tanquā ruinç de lapidibus viuis reficiendæ, iuxta illud Apostoli: b *Accedentes ad lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini in domos spiritua les*: vt sub maceriæ metaphora significetur, vel Sanctorum cōmunio, vel Angelorū custodia, sensusq.

Christus maceria propter mortalitatem, et petra propter immortalitatem.

Bernard.

Cōtemplationis genera duo.

Cauer. ma. sedes vacua Angelorum.

b 1. Pet. 2.

B sit. Quia Ecclesiā tempore, & loco peregrinationis suç duç res consolātur, de pręterito quidē memoria passionis Christi; de futuro autē, q se in sortē Sanctorū cogitat, & confidit, recipiēdā. Quàm libens, ait Bern. mente inuisit foramina, per quç sibi Sacrosācti sanguinis pretiū fluxit. Quàm libens cauernas perambulat, & diuersoria, & mansiones, q sunt in domo Patris multç, atq; diuersç, in quibus habet collocare filios suos pro quorumque diuersitate meritorum. Et nunc quidem (quod solum in terim potest) sola memoria requiescit, cęleste habitaculum, quod desursum est, animo induēs: erit

Passionis Christi memoria, & futurę gloria confideratio Ecclesiā cōsolantur in hac vita.

C autem cum implebit ruinas, cum cauernas & corpore inhabitabit, & mente.

Præter cōmuniorem sensum istum, quo per foramina petrç accipiuntur Christi vulnera: alios insuper reperire est apud eosdem Patres. Nam Greg. Papa, Possunt, inquit, per foramina petræ ipsa Incarnationis Dominicæ sacramenta designari.

Greg. PP.

Incarnationis Sacramēta foramina petrę.

Aponius quoque tres alios addit sensus. Primò per hæc, inquit, ostendi animæ, quæ, facta est colūba, viam, per quam veniat ad vocantem, ne accipitrum dęmonū malè credendo, seu malè viuendo vngulis lanietur: viam autem esse, vt tumidæ sapiē-

Aponius.

Qua via eundū ad Christum.

D tiæ campos omninò deuitet, & per angustam viā relictis terrenis desiderijs, in quib. diabolus obtinet Regnum, de morte veniat ad vitam in foraminibus illius petræ, quam B. Paulus demonstrat, rectam fidem seruando, semper ingrediatur. Hāc autem petram multa, inquit, habere foramina, idest aditus, per quos intratur ad Patrem, Regnum credentibus præparantem, quæ sunt diuersa genera virtutum, exēplorū foramina. Hæc sunt proculdubio foramina, in quibus docetur amica, ad gaudiū Regni cęlorum venire: per hæc foramina lux diuinitatis in tenebris huius mundi resplenduisse occulta fide, probatur: Hęc est vtiq; petra inter Deū, & homines mediatrix, per cuius foramina homines Deo, & Deus hominibus demonstratur.

Foramina petra, exēpla virtutū Christi.

E Secundò, illi maximè plebi versiculū istū conuenire, ait, quæ post cruenta odia, & criminū feritatem Dominicæ persecutionis, colūbæ in se simplicitatē per pęnitētiam informauit; vt per hæc foramina viscera Christi configant, verum Dei filium, Deum & hominem confitendo, quæ ipsa in eo clauorum, & lanceæ ictus fecerant, non credendo.

Iudæi quo in Christi vulnera veniant.

Tertiò, per foramina petræ, quatuor, dicit, accipi posse Euangeliorum assertiones, quæ Christi petræ perforatum supradictis ictibus corpus testantur: per cauernam maceriæ doctrinam Apostolorum, de quibus vt vineæ credentium plebi firmissimam maceriam ob infestationem malignorum spiri-

Quatuor Euāgelia foramina petra, & Apostolorū doctrina cauerna maceria.

APPENDIX.

Ad Dei notitiã Ecclesia venit & Christi, & Apostolorũ doctrinam.

spirituum Deum construxisse, probatur. Nã, sicut ipsi per Christum, ita & nos per Apostolos agnoscentes diuina mysteria, intra conspectum fidei, quam ipsi confessi sunt, continemur: venit quippe Ecclesia ad notitiam creatoris, sicut in foraminib. petræ, ita & in cauerna maceriæ, & per Apostolorũ virtutes, qui velut mẽbra multa vnum corpus sunt in Christo petra, & vnũ Deum prædicando, vnam fidem tenendo, vna maceria Ecclesiæ facti sunt: nã, sicut de multitudine petrarũ vna ad com muniendam vineam maceria fit; ita & hi, qui in Christo vnũ sunt per sancti Spiritus coniunctionem, Christi pro humana salute implent locũ. Venit namq; Ecclesia in foraminibus petræ ad Christum, eius incarnationem credẽdo; venit in cauerna maceriæ per Apostolos, eius diuinitatem agnoscendo, cũ *a* Petrus, & Ioannes Apostoli sanato claudo, admirãte plebe, crucifixi virtutẽ exponũt.

Apostoli quõ maceria.

a Act. 3.

Anselm.

Anselmus per foramina petræ intelligit Christi receptacula, quia ille nullũ reijcit ad se venientẽ, & ipsis est protectio contra hæreticos, & ceteras impugnationes diaboli, vel plagas eiusdẽ Christi. Per maceriã vero eos significari, inquit, qui ex diuersis Gentib. aggregantur in vnione fidei Ecclesiæ, & sic sunt ordinati vt nullus defluat, vel dissentiat à Catholica institutione, dr̃. n. maceria coadunatio lapidũ, vbi sic sunt lapides ordinati, q̃ nullus defluit; & ibi sunt cauernæ, i. quędã receptacula. Ipsi aũt fideles, inquit, sũt cauernæ, & receptacula oĩum ad se venientiũ, vt sensus sit. *Surge amica, sis, columba in foraminib. petræ, & in cauernis maceriæ*, idest cũ simplicitate annũtia Christũ, qui non excludit venientes, sed protegit, & prędica plagas ipsius, & vitã Sanctorũ annuntia imitandã, in quibus erit refugiũ ad eorũ sectam accedentib. Bernard. serm. 62. tã per foramina petræ, quã per cauernas maceriæ ea intelligit foramina, easve cauernas, quas sibi ipsamet pia aĩa excauat in studio contẽplationis cœlestiũ, meditãdo vel ea, quę ad cælestem pertinent Regẽ, vel ea, quę pertinent ad cælestem patriã, aut cælestes incolas. Si id, ait, magis placeat, dicemus, has cauernas à studiosis & pijs mentib. non inueniri, sed cauari, cogitatione. s. & auiditate. Cedit nẽpe in modum maceriæ mollioris pia maceries desiderio aĩæ, cedit puræ contemplationi: cedit crebræ orationi, denique *b Oratio iusti penetrat cælos.* Sũt cęli sancti, viri, & rõnales, qui enarrant gloriã Dei, qui fauorabili quadam pietate nostris se votis libenter inclinant, & sinuatis ad tactum nostræ deuotionis affectibus, in sua nos recipiunt viscera, quoties digna ad eos intentione pulsamus. Licebit itaq; vnicuique nostrum ẽt hoc tẽpore nostrę mortalitatis, cauare si hi quacunq; volet parte cauernas supernæ maceriæ, nũc quidẽ Patriarchas reuisere, nunc verò salutare Prophetas, nunc Senatui se immiscere Apostolorũ, nunc Martyrum inseri choris, sed & beatarũ virtutũ status, & mansiones tota mentis alacritate percurrendo lustrare, prout quemque sua deuotio feret. Duo sunt contemplationis genera, vnum de statu, & felicitate, & gloria Ciuitatis supernę, alterũ de Regis ipsius maiestate, æternitate, & diuinitate: illa in maceria, ista in petra. Sed hoc quãtò difficilius cauatur, tãto suauius, quod inde eruitur, sapit. Beneaũt Ecclesia dr̃ columba in foraminib. petræ, & in cauernis maceriæ, quia in perfectis quidem, qui rimari, ac penetrare arcana sapientię, & puritate conscientiæ audent, & intelligentię acumine possunt, habitat in foraminibus petrę: de reliquo in cauernis maceriæ, vt qui in petra per semetipsos fodere aut non sufficiunt,

Christus quõ omnes recipiat. Ecclesiæ fideliũ quõ maceria.

Bernard.

In meditatione quõ vnicuique liceat extra mure cauernas in cali maceria.

b Eccl. 35. 21.

Contemplationis duo genera ab. excauãtur vel foramina in petra vel cauernę maceria.

Michaelis Ghislerij.

A aut non præsumunt, in maceria fodiant, contenti vel gloriam Sanctorum mente intueri.

APPENDIX.

Circa intellectum versionis Sapt. *Columba mea in tegmento petræ iuxta promurale*, seu *iuxta præmunitionem*, aut, *propugnaculum*, quam exponunt, qui Antiquiores sunt Patrum, varietas quoque non modica reperitur, magnaque interpretationum obscuritas. Obscurissimè namque primum Origenes hom. 2. ex duabus ait: & Moyses sub tegmine petrę ponitur, vt videat posteriora Dei in tegmine antemuralis. Primũ veni ad id, quod ante murum est, & postea poteris introire, vbi murus est; petrę, quib. verbis id sibi velle vr̃, vt Ecclesia, aut pia anima vocetur ad diuinam cõtemplationem, atque ad cælestia, Deumque ipsum contemplan-

Orig.

B dum, ita tamen, vt in hac vita contenta sit visione fidei. Quem sensum aperte prosequitur idẽ Origenes hom. 4. ex quatuor, vbi per velamen, & tegmentum petrę intelligens Christi doctrinã, & fidem, & per promurale, quod est murus ante murum Ciuitatis, intelligens ea, quæ non videntur cęlestia, & ęterna. Postquam, inquit, animæ sanctæ hiems transijt, & venit ei ver, quies nimirũ animi, & tranquillitas mentis, tũc ad eam venit verbum Dei, tunc eam vocat ad se, & hortatur, vt exeat nõ solum extra domum, sed extra Ciuitatem, idest non solum extra carnis vitia efficiatur, sed extra omne quicquid corporeum, & visibile continetur in mundo. Euocatur enim extra murum, & vsque

Ad cœlestia cõtẽplanda quomodo tendẽdum.

C ad promurale perducitur, cum abijciens ea, quæ videntur, & temporalia sunt, cõtendit ad ea, quæ non videtur, & æterna sunt. Ostenditur autem ei, iter istud sub velamine petræ agendum, non sub aere nudo, neque vt patiatur solis ardores, ne iterum fusca fiat, & iterum dicat. Despexit me Sol. Hoc autem ipsum velamen non vult ex frondibus ei esse, aut linteis, aut pellibus, sed petram, idest firma, & solida Christi dogmata. Christi ergo doctrina, & fide si obtegat̃ anima, & veletur, tuto potest ad illud peruenire secretum, vbi reuelata facie gloriam Domini contempletur. Et post multa addit in eodem loco. Possumus adhuc de loco promurali, etiã hoc addere, quod promura-

Ad sinũ patris vocatur aĩa, & diuina discere velit mysteria.

D le sinus sit Patris, in quo vnigenitus filius positus enarrat omnia Ecclesiæ suæ, quæcunque in secretis, & absconditis Patris sinibus continentur. Vnde & quidam ab eo edoctus dicebat. *c Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Illuc ergo vocat sponsam suã. Christus, vt & de omnibus eam, quæ apud Patrem habentur, edoceat, ac dicat: *d Quia omnia vobis nota feci, quæ audiui à Patre meo & e Pater volo, vt vbi egò sum, illic sit & minister meus.*

c Io. 1. 18.

d Io. 15. 15

e Io. 12. 26

Secundò Theodoritus ad duo vocatam censet piam animam, ad tegmentum veræ fidei, quæ doctrinæ nititur Petri Apostoli, cui dictum est à Do-

Theod.

Pia aĩa vocatur ad veram fidei doctrinã, & ad mortificationem.

E mino: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: atq; ad mortificationem carnis, vt in carne quidem ambulet, at non secundũ carnem, hoc quippe arbitratur esse, egredi iuxta propugnaculum, ac si sponsus dicat. Mortifica membra tua, quæ sunt super terram. Ea, quæ sunt à carne remotissima, in corpore meditare. Inter perturbationes præsta te à persecutionibus vacuam, Extra præsentem Ciuitatem, eiusque muros consista: nisi enim iuxta propugnaculum extiteris, consuetudine mea frui non poteris.

Tertiò Ambrosius vnam eãdemque fidem passionis Christi piæ aĩæ propositam hic censet pro operimento nuditatis vniuersæ, & pro munimẽto tutissimo. In libro enim de Isaac, & Anima, cap. 4.

Amb.

Cc ita

APPENDIX.

ita hæc exponit, ac si dicatur: Surge ô anima secura in tegmento petræ, idest tuta præsidio passionis meæ, & fidei munimento. Hoc in tegmento animæ piorum indutæ, iam nudæ non sunt, & hæc illa præmunitio: idcoque huic animæ ait, *Et veni tu columba mea in tegmento petræ iuxta præmunitionem.*

Passionis Christi præsidiū, est tegmentum petra, quo operiuntur piæ animæ.

Amb. *Euangeliū tegmētum petra.*

Quartò idem Ambrosius serm. 6. in Psalm. 118. vers. 6. eamdem sponsam ad Euangelium per hæc vocatam censet, ac si dicatur, veni iuxta Euangelium, propugnacula fidei tuę gesta sunt Christi: muri tui subsidia, verba sunt Domini: passio Dominici corporis tua virtus est.

Gre. Nyss. Tres Patr. Psellus. *De lege trāseundū ad gratiā Euāgelicam.*

Ad Euangelium quoque eamdē vocatam existimat Greg. Nyssenus hom. 5. ex vmbra veteris legis, ita tn ad Euangeliū vocatam, vt sit iuxta promurale eiusdē legis quippe cui consentit quā maximè ipsum Euangeliū: ac si dicatur. Si in lege fuisti exercitata, ô aīa, & per fenestras propheticas splēdores aspexisti, ne maneas amplius sub vmbrā muri legalis: murus.n. facit vmbrā futurorum bonorū, non ipsam rerum imaginē, sed ex eo, quod est prope murū, transi ad petram, petra.n. est propinqua propugnaculo, seu antemurali, qm quidē lex fuit promurale fidei, & sibi inter se cohęrent dogmata, vt quę virtute sunt propinqua. Quid.n. pręcepto. Nō mœchaberis, est propinquius, quam non concupisces, & pręcepto. Nō occides, quā nō irascaris. Qm ergo cohęret propugnaculo tegmē petrę, est tibi indubitatus transitus à muro ad petrā. Circuncisio est in muro, circuncisio est in petra, ouis, & ouis: pascha, & pascha, & eadem ferè omnia, & sibi inuicem cohærentia, nisi quòd petra quidem est spiritualis, murus aūt terrenus est, quòd simul cū corporali, terrenū quoque est effectū. Quibus consona sunt, quæ dicuntur & à Catena Triū Patrum, & à Psello apud Theodoritum.

Lex & Euāgeliū quā sibi inuicē cohæreant.

Philo Car. *Lex est promurale. Pia anima habet duplex munimētū Euangelij, et legis.*

Philo et Carpathius per promurale ipsam intelligit veterē legem, quæ est ante murū, & Euangelium, censetque; piam animā per hæc vocari ad tegmen, & protectionē petrę, & Christi, ita vt habeat duplex munimētum, muri. s. & antemuralis, Euangelij, & legis, quorū pręceptis munimur aduersus īsidias, & tētationes hostis humani generis.

Hierony. *In legis obseruātijs non dignabatur Deus intueri faciem Synagoga.*

Sexto Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum existimasse videt, per hęc significari Ecclesię, aut animę fideli, quantū ei collatū sit fiducię per Christum, in quē credit, quemve & aduocatū habet in pręcib. & adiutorē in bonis operib. suis: ait quippe obscure: Dum vultū tuum tegeres cū Moyse, & velamentū esset in lege, nec faciē tuam videbam, nec vocem tuam dignabar audire, dicens: *d Et si multiplicaueritis preces vestras, nec sic exaudiam vos.* Nunc autem reuelata facie contemplare gloriam meam, & petrę firmissimę tegere promuralī.

d Isa. 1.

Epiphan. *Ad pœnitētiā vocatur Aīa post recidiuum. Pœnitentia agēda ante quam dies mortis adueniat.*

Septimò demum post recidiuum vocatur hic anima secundo ad pœnitentiam, vt post peccatum confugiat ad Christi benignitatem, & misericordiam, dum tempus est miserationum. Ita Epiphanius lib. 2. contra hæreses hæresi 59. dicens, secūda vocatio ad pœnitentiā non est ęqualis. In priori enim vocatione sic dicit. *Surge ueni, propinqua mea, speciosa mea, columba mea,* Primum quidem, *Surge, ueni,* & non dixit: *Et ueni tu,* Deinde apponit vocem, *Tu,* vt ostendat, vocationem secundā immutatam, & post priorem à delictis resurrectionem, rursus porrigentem manum benignam, & cœlestem: *Et ueni,* inquit, *tu columba mea in tegmine petra contigua muro.*

In tegmine petræ, in benignitate Christi, & in misericordia Domini. Hoc est tegmen petræ, tegmen fidei, spei, ac charitatis. Contignæ muro, hoc est priusquam claudatur porta: priusquam Rex intra mœnia constituros non amplius admittat post discessum hinc, & mortem.

LITTERA.

Ex Vers. XIV. Ostende mihi faciem tuam: Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Expositio Prima. Iuxta Sonum Litteræ.

QVamquam planiorem istorum verborum sensum illum censuerim, quem primo, vel etiam, quem secundo loco retuli in prima expositione præcedentium verborum: vt sponsus dilectam, latentem in domo prę verecundia, vel etiā prę timore, instar columbæ nidulantis in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ admoneat, ne erubescat, nevè expauescat, sed ostendat sibi faciē suam, vocemque suam emittat, & cetera, vt videre est in loco citato.

Nihilominus quia ibi dictū est, verba illa (*Columba mea in foraminibus petra,* &c.) duobus modis connecti posse. Vel cū his (*Ostende mihi,* &c.) Vel cum præcedentibus (*Surge amica mea, speciosa mea, & veni,*) congruum est, vt vltra prædictos sensus, quos attuli, iuxta primum connexionis modum, & alios pariter afferam, iuxta alteram eorundem verborum connexionem. Porrò sicut duob. potissimum modis pręcedentia exposita sunt: ita & horum duplex assignari potest sensus, vterque seriei dramatis congruens.

I. SENSVS.

Primus autem est, vt per hæc verba illud ipsum significetur, quod per illa significabatur (*Surge amica mea, speciosa mea, & veni*) declaretque spōsus, quomodo iter illud ipsa, quę erat amica, & speciosa sua vnà secum factura sit: ita vt hæc clarius exprimant, quod per verbum, *Veni,* fuerat insinuatum, sensusque sit.

PARAPHRASIS.

Surge, & veni mecum, ostendens *mihi faciem tuam* tu, quæ *speciosa mea* es, quia *facies tua decora:* sonansque vocem tuam *in auribus meis,* dum iter facimus tu, quæ *amica mea,* necnon & *columba mea* es, quia *vox tua* est *dulcis.*

II. SENSVS.

Vel melius secundo, vt sicut in verbis ijs (*Columba mea in foraminibus petra,* &c.) iuxta sensum quinto loco allatum dictum est, indicari dilectæ locum, in quem commigratura esset, & in quo esset tuti commoratura: ita in verbis hisce (*Ostende mihi,* &c. significet eidem sponsus, quid in loco illo ab ea fieri velit, vt sensus sit.

PARAPHRASIS.

In foraminibus petra ostendes mihi duntaxat *faciem tuam,* sonabitque *vox tua in auribus meis, &* erit mihi *vox tua dulcis, & facies tua decora.* Vel id mihi iucundissimum erit, *vox* quippe *tua dulcis, & facies tua decora.* Circa quæ notandum est, imperatiuè hic sumi vel deprecatiue, vel vt pręterita pro futuris, iuxta hebraicam phrasim, aliàs notatam.

Ex Vers. XIV. Ostende mihi faciem tuam: Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Expositio Secunda. De prima Sponsa quæ est Ecclesia Sancta.

VIde quę superiùs dicta sunt in expositione secunda præcedentium verborum: in annotatio-

DE ECCLESIA.

tationibus ſuper eadem verba iuxta ſecundum ſenſum. A

Ex frequẽtiſſima illa ſacrarum litterarũ phraſi, qua ad ſignificandum virtutum progreſſum, dicuntur Sancti ambulaſſe corã Deo, vel in conſpectu Dei, manifeſte colligitur, quòd ſanctæ cõuerſationis faciem Deo oſtendere, idipſum ſit, ac vnà cum Deo progredi, atque in vitæ probitate ambulare. Quapropter, quod hic dicitur à ſponſo, *Oſtende mihi faciem tuam*, idipſum profectò eſſe cenſendum eſt, ac illud, quod idem Deus dixit ad Patriarcham Abraham: a *Ambula coram me, & eſto perfectus*. Cũ.n.ſupra dixiſſet Eccleſiæ, ſiue illius prædicatoribus: *Surge & veni*, ſemetipſum declarãs ſubijcit: *Oſtende mihi faciem tuam*, vt intelligerent, B quotquot in Eccleſia futuri eſſent prædicatores, id ſibi in primis ſtudendum, vt virtutũ indulgeant perfectioni, vt vnà cum Deo ſuo ſolicitè ambulent, rectam, ac ſanctam conuerſationis ſuæ faciẽ eidem exhibeant, coram illo, & in conſpectu illius ambulantes. Appoſite verò duo hæc ſimul ab eis expetijt, & ſanctam conuerſationem, & diuini verbi prædicationem, neque enim aliàs Dei amici eiuſdemque ſpecioſi dici queunt, niſi hæc duo iũcta ſimul exhibeant, alterutrũ namque ſi deſit, nec facies dici poteſt decora, nec vox dulcis, atq; proficua. Explicauit hoc Sapiens in libro Prouerbiorum egregia parabola, dicens. b *Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias, ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.* Quemadmodum enim pulchræ tibiæ nihil decoris afferunt claudo, qui illis haud benè vtatur. Ita nec eximiæ doctrinæ prædicatio quidquam ei affert ornamenti, vel commodi, qui factis eam minimè exprimit, nam ſicut claudus, etſi pulchras habeat tibias, inæqualiter tamẽ ambulat, quod vna tibia alteri in longitudine nõ reſpondeat. Ita, etiamſi in ore fatui, ac improbi concionatoris ſancta ſit prædicatio, ea tamen cũ alijs ipſius factis, ac verbis minimè conſentit, atq; adeo cũ facies conuerſationis ipſius decora minimè ſit, nec ẽt eius vox vlatenus poteſt eſſe dulcis.

Verùm ſi per faciem intelligimus ſanctam conuerſationem, & per vocem ſanctam prædicationem, cũ tam iſtam, quàm illam Dominus pro audientium vtilitate exquirat à concionatorib. dubium exoriri alicui poſſet, cur potius dixit. *Oſtende mihi faciem tuam, & ſonet vox tua in aurib. meis*, quàm, *oſtende eis, ad quos mitteris, faciem tuam, & ſonet vox tua in auribus illorum.* Præſertim cũ & de facie conuerſationis aſſeruerit Apoſtolus, c prouideri debere *bonum non ſolum coram Deo, ſed etiã coram hominibus*, & de voce prędicationis dixerit diſcipulis Dominus, d *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ.* Et quis eſt, qui ignoret, Deum optime & viſurũ conuerſationem, & percepturũ vocem prædicantiũ, dum ex auditoribus exhibentur? Ad hæc tamen dicendum, per iſtam locutionis formam ſponſum non modo illa duo ab Eccleſiæ concionatorib. expoſcere, ſed & modũ ſimul eiſdem tradere, quo illa exhibere debeant. Enimuerò haud ſat eſt, vt prædicatores dignè, & ſanctè conuerſari videantur, ſanctaq; prædicatione proclament, quandoquidem & hypocritæ ſanctã præſeferant conuerſationem, e *exterminantes faciem ſuam, vt appareant hominibus ieiunantes*: & ſubtiliſſimi inanis gloriæ ſpiritus complures ad ſanctam alliciunt prædicationem, prout non incongrue, iuxta expoſitionem Richardi de Sancto Victore, ij in Pſalmo fatentur, dum inquiunt: f *Quoniam illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum, & qui abduxerunt nos, hymnum*

Michaelis Ghiſlerij.

cantate nobis de canticis Sion. Ne igitur huiuſcemodi ſpiritibus cantari contingat, neve propter hominum opinionem, ac laudes bona opera à Prædicatoribus fiant, vtque tuti ijdem eſſe queant, petit Deus, ab eis oſtendi ſibi faciem, eorumdemque voces in ſuis auribus reſonare expoſcit. At verò, dum rationem affert iſtiuſmodi petitionis ſuæ, dicens: *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora*: Singularem innuit cauſam, propter quam hac loquendi forma ſit vſus, quia videlicet facies, quã ſibi oſtendi expoſcit, eſt decora, & vox dulcis. Porrò cum omnis decor noſtræ conuerſationis, & vniuerſa dulcedo prædicationis ab ipſo nedum proueniat, ſed & omnino dependeat, iure optimo ob illud ipſum, quòd facies decora eſt, eam ſibi oſtendendam inquit: ſicut & vocem, ex eo, quod dulcis eſt, in ſuis vult auribus reſonare, vt tam iſta ſuauitatem, quam illa acceptum ſeruet decorem: etenim facies conuerſationis noſtræ eſt inſtar ſpeculi, quod vel pulchram, vel deformem repræſentat formam, prout ab eo illam ſuſcipit, cui oſtenditur. Atque adeo quemadmodum facies g Moyſis ex eo, quod Deo oſtenſa eſt, quando cũ illo in mõte Sinai locutus eſt, ſplendidiſſimũ ſuſcepit decorem, quem poſtea & ſuo repræſentauit populo Iſrael: Ita & concionatores, cũ ad prædicationem vnà cum Chriſto veniunt, cũque in conſpectu Dei ambulant, oſtendentes illi faciem conuerſationis ſuæ, tantũ ex iſtiuſmodi oſtentione & ſuſcipiunt, & conſeruant ſanctitatis decorem, vt auditoribus tam ſanctæ conuerſationis decor effulgeat. C Quinimò & vox ipſa eorumdem, quamuis aſperrima alioquin ſit, prædicans mortificationem, pœnitentiam, Crucem, & cetera huiuſmodi; dũ tamen in Dei auribus ſonat, dulciſſima redditur, maximamque affert ſuauitatem: Non ſecùs ac rauca, & aſpera illius vox, quæ tamen dulciſſime ſonare percipitur, cũ emittitur i loco, vbi ſit fornix, atque camera aptè ad reſonandũ diſpoſita. Senſus itaque eorum, quę hic à ſponſo dicuntur, hic eſt.

Facies cõuerſationis tuæ *decora* eſt, & *vox* prædicationis tuę *dulcis*: atque adeo *amica mea, & ſpecioſa mea* es. Idcirco ſurgendum tibi eſt ad prædicãdum Euangelium, mecumque veniendum. Caue D autem, ne propter hominum laudes tuam exterminnes conuerſationis faciem, eam illis ſic exterminatam oſtendens, neve propter inanis gloriæ ſpiritus tuam emittas prædicationis vocem, ſed vt & decora tua appareat facies, & dulcis vox ipſa tua ſit, ambula mecum, veniens in conſpectu meo. *Oſtende mihi faciem tuam*; vt me intuens ſuſceptum ea ſeruet decorẽ. *Sonet vox tua in auribus meis*, vt ſuauiter reſonet iugiter.

Iuxta ſecundum ſenſum, explicat Dominus dilectæ ſuæ Eccleſiæ, atque illius Doctoribus, quid ab ea fieri velit in loco, quem ſuperius ei indicauit, in ſacrarum videlicet litterarũ myſterijs penetrãlibus, quæ foramina petræ appellarat, atque in ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis contemplatione, quam ſub meE taphora cauernæ maceriæ ſignificarat, quave ratione iſtiuſmodi indulgẽs ſtudijs, vnà cũ ipſo dulciſſimis perfundenda ſit voluptatibus. Id autẽ eſt, vt & fidei faciem ſibi oſtendat, & quod credit, voce quoq; confiteatur; ita vt confeſſio ipſa ſonet in aurib. eius, iuxta illud Apoſtoli: h *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.*

Pro iſtius ſenſus intelligentia notandũ: Eccleſiæ fidem recta ratione appellatam faciem, nã quemadmodũ per faciẽ vnuſquiſq; dignoſcitur. Ita & per fidẽ, qualis vnaquæq; vel aĩa, vel Eccleſia ſit, innoteſcit, ac ſicut facies nobilior eſt corporis pars,

Cc 2

Margin notes (left): a Ge.17.1 — Cõcionatores vna cũ ſancta doctrina, & ſãctæ vitæ exẽpla exhibere debent. — b Pro 26. 7. — Simile. — c Ro.8.21 — d Mar.16. 15. — e Matth.6. 16. — Richard. Annot. in Pſa.136. — f Pſ.136.3

Margin notes (right): DE ECCLESIA — Cõcionatores cur faciẽ ſuã ſanctæ cõuerſationis & vocẽ prędicationis Chriſto exhibere debeãt. — Simile. — g Exo.34. 29. — Simile. — PARAPHRASIS. — Cõior ſenſus Patrũ. — II. SENSVS, A cõcionatorib. Chriſtus expoſcit internã fidẽ, & cõfeſſionem illius. — h Ro.10.10 — Simile. — Fides eſt facies nig.

DE ECCLESIA. pars, vtpote in qua sensus collocati sunt ij, præsertim, qui præstantissimi sunt: ita & fides, cui eximię, quæque innixæ sint virtutes, nobilior est ipsius Ecclesiæ pars. Per fidem autem hic intelligimus assensum intellectus seu intellectum ipsum assentientem rebus reuelatis, vnà cum spe, atque charitate, quæ omnia perbelle Apostolus ijs significauit verbis,
f Ro.10.10 bis, *f Corde creditur ad iustitiam*: Deum enim credere, quod est actus fidei, & intellectus, assignat cordi, quod est subiectum amoris, indicat profectò fidem bonam, per quam Ecclesia dignoscitur, esse cum charitate, atq; cum virtutibus reliquis, quod confirmat verbum, quod vltimo adiecit, *ad iustitiā*; iustitia quippe, prout ibi sumitur, sita est in consummata virtutum omnium perfectione. Atque adeo bene sponsus, idcirco sibi hanc fidei faciem poscit ostendi, quia decora est, decore nimirum ipsius iustitiæ: cumque eius, quod corde creditur, confessio necessaria sit ad salutem, hanc quoque exposcit, dicens. *Sonet vox tua in auribus meis*. Fidelium videlicet, atque etiam illorum, ad
g Ro.10.17 quos missa es, vt audiatis. *g Fides enim ex auditu, auditus vero per verbum Dei*. Certe liquidè, qui
Aures Dei quæ sint. missos audiunt diuini verbi prædicatores, sunt aures Dei, sicut qui ipsum prędicāt verbum, os sunt
h Ie.15.19 eiusdē Dei, iuxta id, quod Ieremiæ dicitur. *h. Si separaueris pretiosum à vili*, tua. s. prædicatione, *si sanctos quosque meos* (vt ait Hieronymus) *de numero peccantium tuis sermonibus segregaueris, quasi os meum eris*, vnde & Redemptor noster ad Apostolos.
i Luc.10.16 *i Qui vos audit, inquit, me audit*. Optimam verò affert rationem cur hanc confessionis vocem exposcat; nimirum, quia illa sibi sit maximè dulcis.

Quid enim ipsi, qui vult, omnes homines saluos fieri, quid inquam, dulcius ei contingere potest confessione illa, quæ proferenti salutem affert, & audientibus.

Ex Vers. XIV. Ostende mihi faciem tuam: Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

I. SENSVS. QVi illa Domini verba ad Samuelem legerit, *Homo videt in facie, Deus autem in corde*, intelliget planè, quidnam istud sit, quod hoc loco ab eodem Domino dicitur: *Ostende mi-*
1. Re.16.8 iuxta Sep. *hi faciem tuam*; & quod subijcitur: *facies tua decora*; quod enim facies efficit in corpore, humanis repræsentans oculis, quis qualisve sit vnusquisq; hoc coram Deo in anima efficit cor; ita vt propterea illud faciei appellationem iure sortitū sit, vnde David: *a Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram*; Ac si dicat: Ostendi tibi faciem meā, sicq; facie ipsa mea corde nimirum meo, quo te exquisiui, quodve tibi ostendi, requirens faciem tuā, tibi locutus sum per ostensionem illam. Iuxta quem sensum, & spōsus in hac sententia piam animam illam, cui superius quietæ contemplationis loca indicauit in foraminibus petræ, & in cauerna materiæ, adhortatur, vt in ipsa contemplatione suū sibi exhibeat cor, perque cordis sui exhibitionem vocis suæ sonum in aures ipsius immittat, quo sic mutuis perfundantur delitijs, sieve tunc maxime quiescat, cum vehementiori cursu indulget studio perfectionis. Ita vt vnum, idemque sint, *Ostende mihi*

Facies ani- est, cor, seu alio nomine est mens.
a Psa 26.8

A *faciem tuam*, & *Sonet vox tua in auribus meis*. Neque enim aliud est ostensio cordis, quam quidam ipsius cordis sonus, Deo exhibitus, teste Propheta David, quiait: *b Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper*: quib. in verbis notandum, nomen Meditationis ibi accipi, nō tam pro meditatione propriè sumpta, ac pro cogitatu interno, quam pro interna quadam voce ipsius cordis, & pro gemitu procedente ex corde: in qua significatione, & verbum meditari vsurpatur frequentius, vt apud Isaiam, *c Quasi columbæ meditantes gememus*: & in Cantico Ezechiæ Regis: *d Meditabor vt columba*. Vnde apparet, quod cum sponsus ait animæ illi, quā columbam suam nūcupauit. *Sonet vox tua in*
B *auribus meis*, de ea loquitur voce, quæ est instar meditationis columbæ, de meditatione, ac gemitu cordis, quod iam petierat sibi ostendi. Confirmatque illud ipsum ea, qua vtitur loquendi forma, ac primo, quia non dicit, Loquere mihi, seu; clama ad me, aut, fac me audire verba tua, sed *Sonet vox tua in auribus meis*; inarticulatam exposcens vocem, qualem nouimus esse gemitum, ac meditationem columbæ. Vnde & congruit verbum, quo vsus est noster Interpres, *Sonet*; Gemitus quippe sonitum quemdam præ sefert potius, quam loquelam. Ac bene sonitum istum, istamve vocem in suis auribus sonare Deus exposcit, vt pia anima intelligeret, eum non tam exteriorem exquirere gemitum,
C quàm interiorem illum, cui competat nomen meditationis cordis, quem ipse solus percipiat, qui faciem intuetur eiusdem cordis. Quod vero subijcit. *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora*: ad eorumdem quoq; confirmationem deseruire videtur, indicat nempè, idcirco se ab ea petere, vt sonet vox eius in suis duntaxat auribus, per ostensionem contriti cordis, quoniam sibi solummodo & huiuscemodi meditatio cordis sit dulcis, quæ alioquin mœstitiam sonare videtur, & istiusmodi cor gemēs sit maximè decorū. Vel per hæc tacite cuipiam respondet obiectioni, ob quam anima hærere potuisset, suam ei ostendere faciem, vocemque suam sonare in auribus eius, ne videlicet ipsum quo quo pacto turbaret per mœstam gemitus vocem,
D perque cor mœrens, certiorem namque illam reddit, tantū abesse, vt ipse per illa conturbari queat, vt ex ijs summam potius percepturus sit voluptatem, quandoquidem & vox illa ei dulcis sit, & facies illa decora. Quod igitur in tota hac oratione ait, tale est.

Surge amica mea, speciosa mea, veni columba mea purissima, progredere in viam perfectionis, quietem reperies in hoc ipso progressu, in contemplatione diuinarum perfectionum mearum, necnon & meæ item humanitatis, *in hisce foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ*: in huiuscemodi contemplationis studio mutua inuicem perfundemur voluptate: Si gemitum mihi ostenderis cordis tui:
E si cordis tui mihi ostenderis faciem gementem præ desiderio earum, quas contemplaris, perfectionum, & plorantē præ compunctione, ac præ compassione, & gratiarū actione, si ipsa cordis tui meditatio, ac gemitus resonuerit *in auribus meis*, ista enim *vox tua* mihi, tibiq; summam affert suauitatem; itaque cordis tui *facies* ita *decora* est, vt ab ea quàm maxime alliciar. Porrò quod sponsus subobscuris verbis hoc loco expetijt à columba, hoc apertius à fidelib. quibusq; ipsemet apud Ioelem Prophetā exposcit, vbi ait; *e Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra*.

Primùm siquidem totam ad se conuersionem vult ... eſſe

DE ANIMA.
Faciē cordis Deo ostēdere, est cordis sonū in Dei aures immittere.
b Ps. 18.15
c Is. 59.11
Meditatio vocē cordis significat.
Meditari significat gemere.
d Is. 38.14.
Gemitus cordis dulcis est Deo. Sicut & cor gemēs ei decorū.
PARAPHRASIS.
Cordis ostensionē, eiusdemq; gemitus exposcit Dominus ab aia pia.
e Ioel. 2.12

Digitized by Google

DE ANIMA.

esse cordis nostri faciem, idque in ieiunio, ne videlicet f crapula id oppressum iaceat, & operiatur ebrietate, & curis huius vitæ, & in fletu, & in

f Lu.21.34

planctu. Tū hanc ipsam cordis nostri faciē gementem, ipsumque cor plangens sibi postat ostendi, & nostram gemitus vocem sonare in aurib. eius, dicens: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra*: Aeque est.n. ac si diceret: Nil mihi curæ est de externa vestimentorū vestrorum scissione, qua corporei habitus vestri facies mihi ostendatur. Quod mihi pergratum erit, illud esse sciatis, vt per internam vestri cordis scissionem, mihi ostendatis illius intima, ita vt dū ex illo sic discisso lacrymarū erumpunt fontes, sonet vox gemitus eius in auribus meis. Hoc se præstitisse profitetur Dauid, quando Deum alloquens, inquit, g *Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei*: Affligens quippe, & humilians se afflictā, & humiliatam Deo ostendit faciē suam, simul autem effecit, vt vox sua in illius aurib. sonaret, quādo ostendens cor afflictum, rugijt à gemitu ipsius cordis sui. Quæ melius in subsequentibus exprimit, dicens: *Domine ante te omne desiderium meū, & gemitus meus à te non est absconditus*, ac si dicat, faciem cordis mei tibi ostendo, cum præ ingenti desiderio tui, ac remissionis peccatorum totū gemitibus, æstuet: *Et gemitus meus à te non est absconditus*: quoniā in ipsa gementis cordis mei ostensione sonat vox mea in auribus tuis. Hæc quidem rectè, si nomine vocis sumamus interiorem cordis gemitus.

g Ps. 37.9

I. SENSVS. Alia applicatio.

Quòd si dixerimus, vocis appellatione significatas preces illas, quæ ore promuntur, & orationē vocalē, aptissimè etiam in hoc sensu sponsum locutum esse, asserendum est. Cum.n. iuxta Apostoli consiliū, quicumq; Deo adhærere voluerit h nihil solicitus esse debeat, sed in omni oratione, siue ea sit obsecratio pro obtinenda plena diuinarū perfectionum cognitione, & fruitione, siue sit gratiarū actio pro innumeris beneficijs, quæ ex Christi humanitate in nos prouenerunt, petitiones eius innotescere operæpretium sit apud Deum, vel per internam, vel per externā vocis prolationē. Deus, qui in præcedentibus verbis contemplationis studium piæ animæ indicauit, in quo tātæ quietem reperiret, cū adhuc in progressu esset virtutis, cōtemplationis, inquam, diuinarum perfectionum, & humanitatis, quam assumpserat: Nunc modum eidem tradit, quo se habere debeat, vt petitiones suæ innotescant apud ipsum. Modus autem ille cōuenit cum eo, quod ait Apostolus, vt nimirum sic vocem ad eius emittat aures, vt nihil interius sit in corde solicita, probatum est.n. in principio huius tertiæ expositionis, animæ faciē, qua à Deo vnusquisque dignoscitur, esse ipsum cor. Porrò per hoc, quod dicit. *Ostende mihi faciem tuam*: nō tam petit, vt simplex sibi fiat cordis ostensio, cum ipse minime egeat hac ostensione, qui scrutatur rēnes, & corda, quam auersionem eiusdem cordis à reliquis omnibus. Enimuerò, quemadmodum in humanis animaduertimus, contingere nonnunquam, vt, si amicus quispiam Principis, Principem ipsum alloquens, faciem conuersam habeat ad adstantes, Princeps tametsi illius & verba bene percipiat, & faciem intueatur, quasi iniuriam ab illo sibi existimans irrogari, dicat. *Ostende mihi faciem tuam. Sonet vox tua in auribus meis*, quia nimirum illis primò, & directè deferri videatur vox, ad quos facies conuersa est eius, qui loquitur. In eundem modum & Deus princeps Regum terræ, etsi optimè corda noscat vniuscuiusque, petitionesq;

h Phil.4.6.

Orandū nō tantū voce, sed & corde, vt petitiones nostræ innotescant apud Deum.

Simile.

Michaelis Ghislerij.

A

DE ANIMA.

& orationes singulorum, antequam voce proferantur, satis habeat perspectas, piæ tamen, quæ orat, animæ ait: *Ostende mihi* cordis tui *faciem*, idque, vt primò, & directè, ac sibi soli, & *in auribus suis vox sonet* orationis illius. Tantoque magis id exposcit, cum nouerit, eam esse humani cordis naturam, vt instar speculi illius rei suscipiat formā, illiusve decorem, aut deformitatem, ad quam id fuerit ostensum, atque adeo, cum quicquid extra Deum est, deforme id omne sit, iure optimo cælestis sponsus, orantis cor à ceteris omnibus vult esse auersum, ne quid forrasse ex ijs contrahat deformitatis, sibique duntaxat id petit ostende, à quo decus omne suscipiat, ac propterea ipsam eius orationis vocem dulcem sibi esse, asserit, quia

Simile.

Cor humanū simile speculo.

B

facies cordis eius decora sit per id, quod à reliquis vniuersis auersa est. Quinimò adeò ab huiuscemodi illius pertrahitur decore, vt ob idipsum quasi zelotypia quadam affectus hac vsus sit forma locutionis: *Ostende mihi faciem tuam*, nullatenus ferre valens, vt ea vel ad punctum ab ipso auertatur. Aequè est igitur, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Cum studio contemplationis te dederis in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, contemplans diuinitatis, vel humanitatis meæ mysteria, adiectabimur simul in oratione tua, quod, vt fiat, preces tuas emittēs cura, vt in aures meas directè ferantur: caue ne cor tuū ad vlla vel tantillū conuertatur, sed decoram illius faciem mihi duntaxat ostende, ob id enim quod ea ad me conuersa

C

decora est, vox ipsa precum tuarum est mihi dulcis. Omnino, quod his verbis piæ animæ suadere nititur sponsus, id est, vt studeat in oratione hæc duo simul ad ipsum dirigere, & vocem, & cordis attentionem, sine qua nec vox quidquam vel emolumenti allatura sit, vel suauitatis.

II. SENSVS. Tertia applicatio.

At verò, si faciei nomine, nedum internam, sed & externam faciem sumamus, iuxta phrasim illā, quam superius annotauimus in secundo sensu eiusdem expositionis præcedentium verborū, vt per faciei ostentionem significetur decertatio, & bellum. Dicendum, hoc loco sponsum suadere piæ animæ, vt, si perfectam in studio contemplationis obtinere velit quietem, & spiritualibus perfrui voluptatibus, bellum adoriatur. Bellum autem per

In oratione quo duplex bellum committatur

D

orationem cum Deo committi manifestè colligitur ex libro Sapientiæ, cap. 18. vers. 21. vbi sapiens enarrans historiam illam, quæ habetur Nume. 16. vers. 47. & quomodò Aaron stans cum thuribulo inter mortuos, ac viuentes, deprecansque Deum percutientem populum, placarit iram eius, hæc habet verba. i *Properans homo sine querela propugnauit* (sic habent Codices aliquod Vulgatæ, siue & textus Græcus) *pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem: & per incensum deprecationem allegans restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens, quoniam tuus est famulus, vicit autem turbas* (idest, plagam tribuentem populum) *non in virtute corporis, nec armatura potentia, sed verbo illum qui se vexabat* (vexando scilicet populum) *subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorans.*

i Sap.18.21

E

Porrò bellum istud, quod Deus piæ animæ indicit, etsi vnum duntaxat sit; cum duobus tamen committitur simul, cum aduersarijs, atque cū eo, qui est amicissimus, diuersa tamen ratione: ita vt propterea de eo, quod per se vnū est, quasi de duobus aptè admodū Delbora cecinerit; k *Noua bella elegit Dominus*: noua profectò; quia nō solū non iis armis, voce nimirum duntaxat, & precibus, absque clypeo & hasta: sed noua magis, quia nouo

k Iud.5.8.

DE B. MARIA

a Iſa. 62.5

a Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus: quia nimirũ dum illa ipſum intuebitur, intuens oſtendet ei faciem ſuã, genuinã eius imaginẽ referentem: dumque cantabit canticum nouũ, ſonabit in auribus eius vox illius diuina celebrans præconia. Videtur certè & inhumanis per oſtenſionem ſpeculi ingẽtem percipi voluptatem, quia propria in illo aſpiciatur imago, & ex propriarum laudum audito præconio, tantum percipi intelligimus oblectationis, vt nil ferè reperiri queat, quod huic valeat comparari.

Simile.

Ex Verſ. XIV. Oſtende mihi faciem tuam: Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Maria.

Pſ. 44.12.

QVæ ſubobſcurè à Propheta Dauid in Pſal. 44. iuxta verſionem Hieronymi iјs prænunta ſunt verbis. *Audi filia, vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domũ patris tui: Et concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adora eum*: apertius in hoc Cantico à Spiritu ſancto, qui vnus idemq; cum Chriſto eſt Deus ſibi expreſſa aſſerit B. Virgo Maria, dũ illam tribus Magis refert orationẽ, qua idem Spiritus Sanct. intrinſecus eam impulit in agrum Bethlehemiticũ, atque adeo poſtquam retulit ea illius verba: *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni*: & dixit, indicatam ſibi ſpeluncam agri Bethlehemitici, in qua paritura eſſet, iјs verbis. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, ſcilicet paries, ac nidulaberis, prout ſupra expoſita ſunt. Nunc ſubijcit, ſignificatũ ſibi ab eodẽ, quid exhibitura eſſet nato Regi, qui ipſius cõcupiſceret & ſpeciẽ, & preces, dicens *Oſtende mihi faciẽ tuã; Sonet vox tua in aurib. meis*. id eſt ibi in ipſa ſpelunca oſtendes illi faciẽ tuã genu flexo; vultuq; in eum cõuerſo ſonabit vox tua in auribus ipſius, ſatisfaciens eius petitioni, quam tibi internis vocibus fieri ſenties, dicenti: *Oſtende mihi faciem tuam: Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

Neque verò dubitandum, Chriſtum in præſepio iacentem, ſimul percepturum dulcedinem precum Mariæ, & faciei decorem, nam etſi ille paruulus eſſet in membris, iudicio tamen, & mente vir erat adhuc in vtero matris, iuxta illud Ieremiæ: *b Femina circumdabit virum.*

b Ie. 31.22

Ex Verſ. XIV. Oſtende mihi faciem tuam: Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

Opera ſunt facies ala; oratio verò vox.

PAraphraſis Chaldaica: Oſtende mihi aſpectum tuum, & opera tua bona, fac, me audire vocem tuam, quoniam vox tua ſuauis eſt in oratione in domo ſanctuarij modici, & aſpectus tuus pulcher in operibus bonis.

Gre. Nyſſ. Pſellus. Philo Car.

Quamuis Gregorius Nyſſenus hom. 5. cũ Pſello, atque Philone Carpathio, ſponſam hic loqui arbitretur, quæ, poſtquam aduertit dilectum ſuũ per feneſtras, cancelloſve proſpicientem, ipſamq;

A vocantem, illius videndi deſiderio exardeſcens, hæc ad eum protulerit. Communi tamen aliorum omnium Patrum conſenſu, ſponſo ad ipſam ſponſam eadem tributa reperiuntur.

APPENDIX.

Orig.

Explicat autem Origenes homil. 4. ex quatuor dramaticum eorũ ſenſum in hunc modum. Vt audita præexpoſita dilecti vocatione, quaſi reuerentiæ causa ipſa ſponſa velamine obtecta ſit, quod aduertens ſponſus petat, vt veniens ad oſtenſum locũ ſecretiorem ei, quaſi reiecto velamine, oſtendat faciem ſuam. Et quia præ multa reuerentia illa taceret, deſiderans idem ſponſus, aliquando vocem eius audire, & delectari in verbis eius, dicat. *Oſtende mihi, &c.* Neque. n. eius faciem incognitam ſibi eſſe, neq; vocis ipſius ſe eſſe penitus ignarum, cũ ſatis ſibi conſtaret, eius & vocem eſſe ſuauem, & faciem eſſe decoram, ideoque ſubdit. *Vox enim tua dulcis, &c.*

Puritas fidei, atq; operũ eſt facies alaris. Vox vero eſt prædicatio diuinæ doctrinæ.

B Porrò ſpiritualiter communiori ſenſu id ab Eccleſia, vel anima cæleſtis ſponſus efflagitat, vt hæc duo ſimul iuncta habere, ſibique exhibere contendat, puritatem fidei, operumque tanquam faciem decoram, & prædicationẽ diuinæ doctrinæ vt vocem dulcem. Ita Origenes vtraque expoſitione, Theodoritus, Catena trium Patrum, Caſſiodor. Gregorius Papa, Beda, Anſelmus, atque Bernard. ſerm. 62. necnon & Iuſtus Orgelitanus. Licet is per vocem hoc loco non tam prædicationem, quam orationem expetitam inquit, quod & Bernardus quoque aſſerit, per vocem intelligens confeſſionẽ, & gratiarum actionem.

Orig. Theodor. Tres Patr. Caſſiodor. Gre. Pap. Beda. Anſelm. Bernard. Iuſti. Org.

C Expetitam autem à Deo puram animæ faciem oſtendi, inquit Theodoritus, Vt in illa tanquam in ſpeculo imaginem ſuam repreſentatam videat. Origenes verò hom. 4. ex quatuor. Vt videat, an ipſa aliquid iam habeat antiqui velaminis: vt ſcilicet eam perficiat, inſtar pictoris ſuam perficientis picturam in eo, quòd in illa conſpexerit imperfecti. Sic intelligunt aliqui Origenem. Quamquam id ego potius ex ipſo Origene colligendum purẽ, vt ad cœleſtium potius contemplationem purãſper hæc inuitatam putarit ſponſam.

Theodor. *in pura ala Deus delectatur intuens in ea ſeipſum repreſentatum vt in ſpeculo.*

D Quod apertius expreſſit Iuſtus Orgelitanus, qui legens. *Oſtende mihi faciem tuam Sion*, ait; Sion interpretatur ſpeculatio, quæ meritò in illis intelligitur, qui cum Apoſtolo dicunt. *a Nos autem gloriam Dei ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam Domini ſpiritu*: Hæcve inuitatur, vt ſemper ante Deum aſſiſtat, ſicut Eliſæus, qui dicebat. *b Viuit Deus in cuius conſpectu ſto*; nec ſit de illis, quos Propheta denotat, dicens: *c Verterunt ad me tergum, & non faciem.* In hoc ergo ſenſu Origenes, Sub velamine, inquit, petræ animam proximã ſibi effectam inuitat ſermo Dei ad promuralem locũ, ad contemplãda ea, quæ non videntur, & æterna ſunt, & ibi dicit ad eam: *Oſtende mihi faciem tuam*, profecto, vt videat, ſi aliquid in vultu eius veteris adhuc velaminis habeat, ſed poſſit intrepidis obtutib. gloriam Domini ſpeculari. Sed &, cum digna fuerit, vt & de ipſa dicatur, ſicut de Moyſe dictum eſt, *d quia Moyſes loquebatur, & Dominus reſpõdebat ei*, tunc complerur in ea, quod ait, *Auditam fac mihi vocem tuam.* Eodemque ſenſu Bernardus in fine ſermo. 62. Placeat, inquit, neceſſe eſt, facies, quæ in Dei claritatem intendere poteſt: Neque id poſſet, niſi clara ipſa quoque eſſet, & pura, vtique trãſformata in eamdem, quam conſpicit, claritatis imaginem, alioquin ipſa diſſimilitudine reſiſteret, inſolito reuerberata fulgore: Ergo cum pura puram intueri poterit veritatem, tunc faciem ipſius

Iuſt. Orgel. *Inſtar pictoris Deus intuetur animã, vt ipſã pficiat.*

Origen. *Cœleſtia ſẽ perſpectare debemus.*

Iuſt. Org. a 2. Cor. 3. 18. b 4. Reg. 3. 14. c Ier. 2. 27 *Faciẽ mentis purã oſtendi ſibi vult Deus ab ea, ſi ſecum colloqui velit.* d Exo. 19. 19.

E

Bernard. *Prædicator dẽ eſſe purus, vt ipſa prædicatio Deo ſit grata.*

APPENDIX.

A fius sponsus videre cupiet, consequenter, & vocē eius audire: nam quantū illi placeat cum puritate quidem mentis prædicatio veritatis, ostendit, cū subinde infert: *Vox enim tua dulcis.* Quod,n,nō placeat vox, si displiceat facies demonstrat, cū illicò subdit, *Et facies tua decora.* Quid internæ decor faciei, nisi puritas? In plurib. hæc absq; prędicationis voce cōplacuit, illa absq; ista in nomine. In plurib. non se ostendit veritas, non se credit sapiētia. Quid ergo loquuntur, quā non viderūt? f *Quod scimus*, inquit, *loquimur, & quæ vidimus, testamur.* Quæris quē dicam impurū? qui laudes requirit humanas, qui non ponit sine sumptu Euangeliū, qui euangelizat, vt manducet, qui quęstum æstimat pietatem, qui non requirit fructum, sed datum.

f Io. 3.11.

Prędicator impurus qs.

B Ideoque duo ista simul putam conuersationem in bonis operibus, & sanctam prędicationem spōsum petere, ait Greg. Papa, quia tunc vox placet, & facies decoratur, qn & opera prędicatio sequitur, & rursum prędicationem bona opera comitātur.

Prædicatio dēt esse iūcta cū bonis operibus.

Greg. PP.

Cassiodo.

Denique ponderat Cassiod. bene dici. *Ostende mihi faciem tuā; & sonet vox tua*, non aliena: Tuam videlicet faciem mihi ostende, quam in baptismo tibi dedi, quando mundaui te ab omni peccato, *Vox tua*, dicit, *in auribus meis sonet*; vt ex sincera intentione dilectionis meæ procedat, vt non propter aliud prędicet, nisi propter me.

Prædicādū ppter Deū tantum.

Amb.

Tribulatio nes tolerādę p nomine Iesu.

C Secundum Ambrosium, videtur per hæc sponsus exigere à pia aīa robur in pręferendis ærūnis pro nomine eius, & pro eiusdē nominis confessione, ac prędicatione passionis. Vel hortari eamdē, vt fiducia magna Crucis mortificationem & operibus pręseferat, & prædicatione. In lib. n. de Isaac cap. 4. Hortatur, ait, ad confidentiā, vt non erubescat Christi crucem, nec eius signaculū; hortatur ad confessionem, vult, omnes insidias demoueri, vt bonus odor fidei spiret, vt dies fulgeat, vt aduersę noctis vmbra non noceat. Eodemque sensu serm. 6. in Psal. 118. vers. 6. legens: *Ostende mihi faciem tuam, & insinua vocem tuam*: quia *suauis est vox tua, & facies tua pulchra*: suauis, inquit, est vox, quia ore confessio fit ad salutem, & decora facies, quia non erubescit auctorem, non confunditur redemptore. Ostendit ergo faciem suam, si-

Christianū dēt erubescere cru cē Christi, nec i cōuersatione, nec in confessione sua.

D gnaculum crucis præferēs, & insinuat vocem suā, authoritatem prædicationis assumens.

Aponius.

Secundum verò Aponium, Ecclesię ex Iudæis per Apostolorū prędicationem ad Christi fidem conuersæ, eiusdemq; Christi sanguine purificatæ hæc dicta sumūtur. Ad Apostolorum doctrinam, inquit Aponius, quasi de antro incredulitatis cœpit faciem suam Ecclesia iā corde compuncto ostēdere Creatori, & quę tanti piaculi fœdauerat faciem suā, Dominū maiestatis persequendo, perfusa sanguine Iusti, quem super se sua effuderat voce, dicendo, *Sanguis eius super nos.* Sicque vox eius, quæ horridam, interclusam impietatis raucedine

Ecclesia ex Iudæis ad pdicationē apostolorū, quōChristo ostēderit faciē decorā per confessionem.

E amarissimam, & lamentabilem reuocauerat vocē, dicendo: *Crucifige, crucifige*: tali haustu, & medicinali poculo sanguinis, quem effuderant, Christi ad canoram dulcedinem renouata est, confitendo, se credere Deum, quem vt hominem ante Pilatum damnauerat.

Rup. Abb.

Eua & Mariæ oppositio in ostēdēda facie, & resonāda vocē confessionis, & gratiarū actionis.

Ad B Mariam denique, hæc à Christo habita sumit Rupertus Abb, ac si ab illo dicatur: *Ostende mihi faciem tuam*; & ostendendo corrige, quod Eua peccauit, & abscondit à me faciē suam, in medio ligni paradisi, s. in eodē, in quo peccauit, vt ponit quæ in peccato suo sibi complacuit, & peccatū suum defendit. Non ostendit mihi faciem suam, cū dicerem: *Vbi es?* non sonuit vox eius in aurib.

A meis, vox confessionis, quæ sonare debuisset, saltē cū dicerem: *Quare hoc fecisti?* Sicut, & quando benedixi ei, dicens: *Crescite, & multiplicamini*; non sonuit vox in auribus meis: nullum. n. cantauit cāticum gratiarū actionis pro tam magno beneficio, quo illam constituebam Matrem tantæ generationis possessuræ tantā hereditatem Regni Dei. Tu *ostende mihi*, sicut & ostendis, *faciem*, fidei tuę; *Sonet vox tua in auribus meis*, vox inquam, confessionis, & gratiarum actionis. *Vox enim tua dulcis* in eo, quòd columba mea es, & intenta in foraminibus iam dictis, instar columbæ gemitum pro cātu habes, canendo gemis, gemendo canis: & ipsa exultatio, qua exultauit spiritus tuus in Deo salutari tuo, plena est gemitib. plena lacrymis: *Facies*

B verò *tua decora*, quia magna est fides, magna est humilitas tua.

Gregorius Nyssen. hom. 5. qui vt verba sponsæ hæc accipit, Ecclesiam Patrum, aut etiam piā animam Christi aduentum, præsentiam, ac prædicationem efflagitare, cēset, Ac si dicat: Non amplius per sermonē propheticorum documentorum, & legalium, sed, vt possim videre, ita te mihi apertè ostende, vt sim intra petram Euangelicā, relicto legis ante murali; aut vt meæ capiant aures, ita concede, vt vox tua meis aurib. insonet, si. n. vox, quæ mittitur per fenestras, est adeo dulcis, multo magis tua in conspectu præsentia erit & amabilis. Cō-

Gre. Nyss.

Incarnationem Verbi expetēt Patres, eiusdē que prædicationem.

C gruere verò, hæc dicit Nyssenus cum ijs Symeonis verbis: a *Nunc dimittis seruum tuū Domine secūdum verbum tuū in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuū.* &c. Nyssenum secuti sunt & Psellus apud Theodoritum, & Philo Carpathius, qui asserit, tunc faciē sponsi ostensam, cum Verbum caro factum est, Tuncque eius vocem exhibitam dulcem, cum per eā ad se vocauit laborantes, restituit sanitates, demisitque peccata: Tunc decoram exhibitam eiusdem faciem, cum formam serui accepit, & cum transfiguratus est in monte.

a Lu. 2. 29.

In trāsfiguratione ostēsa est facies Christi decora.

Vers. X V. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea no-

D stra floruit.

Expositio Prima. Iuxta Sensum Literæ.

DIfficile est certò definire, cuius nam ista sint verba, sponsi ne, an sponsæ, Patrib. omnibus, quotquot viderim, sponso illa tribuentib. Hebræis è contra ferè vniuersis, necnō & quibusdā ex nostris recentioribus, vt Legionēse, Genebrardo, Hortulano, & alijs sponsæ illa adscribentibus. Cuius tamen ea sint, parum interest ad pręsentis loci intellectum.

Pro connexionis aūt serie dicendū, Si Sanctorū

E Patrum cōem antiquissimamve sequamur sniam, quā & probabiliorem censeo, Spōsum post supra enarratam sponsæ inuitationē, vt secum tenderet in agrū, è domoq; surgens, rus peteret, cū animaduerteret, illam inuitationi annuere, ad ministros conuersum, hæc eis dedisse in mandatis, vt capere quantocius studerent vulpeculas, quæ demoliri solent vineas, ne videlicet, cū in vineam venissent, vlla esset turbationis occasio, si illā, quæ iam florere cœpisset, à vulpibus deuastatam reperirent.

Si verò sponsam, iuxta aliorum sententiam, hic loqui, velimus, in eodem sensu illa ad pueros item suos idipsum tunc potissimum mandabit, cum se accingit, vt vna cum dilecto rus petat, & adeat vineas.

LITTERA.

vineas. Bene autem *capite*, inquit, *nobis*: ne videlicet vulpes, ſi non capiantur, aliquam turbationis mihi, atque dilecto meo præbeant occaſionem; vel in alio ſenſu: *Capite vulpes*, &c. quod nobis alioquin eſſet faciendum, cum ad ipſas accedemus vineas; ne à dulci, mutuaque auertamur fruitionis quiete, quã dilectus meus pollicitus ibi eſt in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ.

Quoad lectionum varietatem, notandum primò, in Hebræo nomen vulpes per Aſyntheton duplicari, ſic enim habetur: *Capite nobis vulpes, vulpes paruulas*, habetque hæc repetitio non parum emphaſis: Tametſi ſimpliciter ſumatur ab aliquibus pro vnica tantum voce iuxta phraſim hebraicam, qua repetita vox pro vnica duntaxat apponi ſolet.

B Notandum ſecundò, in eodem textu hebraico, pro eo, quod noſter ſecutus Septuag. legit: *Nam vinea noſtra floruit*: haberi diminutam ſententiam: *Et vinea noſtra ſemadar*, ſcilicet protulerunt: Declaratum eſt autem ſupra verſ. 13. dictionem סמדר ſemadar propriè ſignificare racemum vuæ, cum primùm exuto flore, diſtinctos oſtendit granulos.

Notandum tertiò, nonnullos ex antiquis Patrib. adiectiuum; *paruulas*, non ad vulpes, ſed ad vineas referre, ſicque hæc diſtinguere, vt poſt hæc verba (*Capite nobis vulpes*) coma adhibeatur, tum, quæ ſequuntur, ſubiiciantur, (*paruulas deuaſtantes vineas*.) Ita Origenes homil. 4. in Cant. Ambroſius ſerm. 11. in Pſal. 118. verſ. 8. & lib. 2. de Spiritu ſancto circa principium, Hieronymus li. 4. in Ezechielem c. 13. & Philo Carpathius expoſitione in Cantica. Notát hanc lectionem & Theodoritus lib. 2. & Aponius lib. 4. in Canticis.

Origenes. Ambroſ. Hier. Phi. Carp. Theodor. Aponius.

C Quæri denique hoc loco non immerito poteſt, cur potius vulpes capi præcipiantur, quam alia animantium genera: quave ratione vulpes vineas demoliri dicantur. Et quidem quoad primum, abſtracto myſterio, de quo agemus infra in ſubſequentibus expoſitionibus, dicendum; vulpium in primis hic fieri mentionem: quòd earum ingens copia eſſet in terra Paleſtinæ, & Iudææ, vt aperte colligitur ex eo, quod legimus in libro Iudicum, *b* Sampſonem in vna die trecentas earum ibi cepiſſe. Quoad ſecundum verò, apud omnes conſtat, vulpes vineis ipſis infeſtiſſimas eſſe tum ob longiſſimarum fouearum effuſionem, quibus vites plerumque eradicãt, tum ob id potiſſimũ, quòd vuas deprædantur, & comedunt. Vnde apud Theocritum puerulo fœcundam vitem cuſtodienti duæ inſidiantur vulpes, quarum vna matureſcentes populatur vuas, altera panarium properat exhaurire; & Ariſtophanes milites ob id vulpibus aſſimilauit, quò racemos extent per agros, diſſipatiſque vitibus, non exiguam quaquà incubuerint pauperiem inferant.

Vulpes cur capi dicantur.

b Iud. 15. 4.

Vulpes quõ vineas demoliri dicãtur.

Quòd ſi effoſione terræ, & vuarum populatione vineis, vt dictum eſt, infeſtæ ſunt vulpes, duplex denuò in his verbis inſurgit difficultas Prima, quomodo non vulpes ſimpliciter capi mandentur, ſed paruulæ vulpes, quibus congruere minime videtur, quòd demoliantur vineas, cum eæ in exacuatas à parentibus foueas ſeſe abdant, hau d valentes nouas foueas ſibi effodere. Secunda, cum ſubiiciatur; *Nã vinea noſtra floruit*: & importuna videtur iſtiuſmodi tam ſedula iuſſio, vt capiantur vulpes, quæ demoliuntur vineas ob id, quòd vuas comedant; quandoquidem vites vix tunc acerbiſſimos vuarum granulos emiſiſſe dicuntur; & ratio ipſa eiuſdem iuſſionis inepta videtur, cum vulpes præſertim paruulæ vuam haudquaquam comedãt acerbã tametſi maturã illam quidẽ ſumma auiditate comedant. Ad hæc facile vnica reſpõderi põt ſolutione,

A quæ maxime præſentem illuſtrat ſententiam, Prudentis, ac ſeduli eſſe, vt longe ante præuiſis occurrat damnis. Quapropter cum & ſponſus, & ſponſa prudentiſſimi ambo ſupponantur, maximeque ſoliciti in ſuis cuſtodiendis vel pecudibus, vel vineis, aptiſſime à Salomone hic proponuntur, tunc primò proſpicere damno, quod vuarum depopulatione vineis inferri ſolet à vulpibus, cũ primùm vites ſuos cœperint mittere flores, ob eandemque rationem, *Capite*, inquit, quiſquis ille ſit, qui loquitur, *vulpes paruulas*; ne videlicet, cum vuæ ad maturitatem peruenerint, eæ grandiores factæ vineas demoliantur; vel ne eæ excreſcentes circa vites aggrediantur effodere, eaſque rodere incipiant, ſicque vineas deuaſtent. Quamquam à veritate minime aberrabit fortaſſe, qui dicat, congruentiſſime iuberi, vt potiſſimum vulpes paruulæ capiantur, quod eæ maiora damna vineis inferant ob illud ipſum, quòd vires non habent, vt duram effodiant terram. Enimuerò eam, quæ circa vites eſt, molliorem verſantes tellurem, earumdem radices & humore deſtituunt, & ſolis exponunt æſtibus: quod tunc certè eis, quàm maxime obeſt, cum in flore exiſtentes, humore indigent abũdantiori: Vnde aptiſſimè ſubiicitur: *Nã vinea noſtra floruit*.

LITTERA.

His poſitis, triplicem ſenſum breuiter afferre fas eſt eorum, quæ hic dicuntur, quorum primus ſit,

I. SENSVS.

C O quicunque adeſtis miniſtri, operam veſtram in eo nauetis velim, vt nunc, quod vobis facillimũ erit, *vulpes paruulas* in vineis noſtris capiatis, vulpes inquam, illas paruulas, quæ, cum excreuerint, demoliri ſolent *vineas*, iam quippe *vinea noſtra floruit*: vnde haudquaquam operæpretium eſt, moras trahatis; nam niſi modo illas capiatis, grandioribus effectis, vix quidquam vuarum illæſum ab eis ſeruare licebit.

PARAPHRASIS.

Secundo verò ſenſu, tale quid ſibi velle videtur, qui loquitur,

II. SENSVS.

Ne aliquod in vineis noſtris, ad quas venimus, reperiamus damnum, quo turbationis nobis exoriatur occaſio: *Capite nobis vulpes*, illaſve præcipue, quæ cum paruulæ ſint, maius temporibus hiſce, cum vi-

PARAPHRASIS.

D neæ florent, inferre ſolent detrimentum, ita vt *vineas* ipſas demolian tur: *nam vinea noſtra floruit*: atque adeo, vt in ea oblectemur, illam adire nunc volumus.

Tertiò denique, iuxta Origenis, aliorumque Patrum diſtinctionem.

III. SENSVS.

Vinea noſtra, ad quam tendere decreuimus, vt in ea mutuis perfruamur deliciis, tenella adhuc eſt, vt pote, quæ iamiam floruit: Quapropter quò abſque vlla perturbatione oblectari in ea valeamus, *Capite nobis vulpes*, quotquot inuenire poteſtis: eæ ſiquidẽ ſi opportune, & tempeſtiue capiãtur, tenellas quaſque *demoliuntur vineas*.

PARAPHRASIS.

E Verſ. XV. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas; nam vinea noſtra floruit.

Expoſitio Secunda. De Prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

QVamquam eloquentia magna Iſaias Propheta *a* in ſuo illo Cantico, quod dilecto ſuo cecinit, ſummum Dei erga vineam ſuam explicare contenderit ſtudium, enumerans quæcunque is in illa feciſſet, plantationem, ſepem, electionẽ lapidum, turrim, ac torcular: nullam tamen ab ipſo enarratam

I. SENSVS.

a Iſ. 5. 2.

DE ECCLESIA.

Vulpium periculo quare non dicatur Deus prouidisse in vinea sua Synagoga, Ecclesiæ verò sit.

narratam reperio Dei prouisionem contra vulpes, A quarum in vineis damna compertissima essent in iis præsertim Regionibus, in quibus vineam suam plantarat, in cornu filio olei, in terra promissionis, in terra pinguissima, vbi maximam vulpium copiã extitisse, ostensum est supra. Neque enim existimandum est, vel sepem quidquam profuturam contra illas, vel turrim in altum erectam: nam & subtus sepem terram effodientes, vineas penetrant, & per foueas latenter ingrediẽtes ab iis videri nequeunt, qui è turri vineas custodiunt. Sanè inaduertentiæ crimen Deo inurere, impium est: quodve nil prætermissum ab ipso sit, quod necessarium esset vel pro vineæ fertilitate, vel pro eiusdem custodia, ipsemet profitetur his verbis: b *Nunc ergo habitatores Ierusalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me, & vineam meã. Quid est, quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* B Prophetæ vero adscribi nequit incuria, aut obliuio, quippe qui, Deo ipso dictante, ea omnia à se enarrata profitetur, cum in principio Cantici iuxta lectionem hebraicam, & versionẽ Sept. ait, c *Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei*, idest Cantabo dilecto meo Deo Canticum ipsius *de vinea sua*, idest canticum, quod me Deus iussit canere, cantabo coram illo, ipsoque me audiente. Vel, cantabo dilecto meo populo Israelitico canticum Dei mihi dilectissimi, quod iussit, me canere de vinea sua, cantabo, enarrans quicquid ille suggesserit. Quapropter, si coniecturis dandus est locus aliquis in iis, quæ ad diuinam spectant prouidentiam, crediderim, Deum idcirco vulpium periculo minime prouidisse, quòd C satis haberet exploratum, vineam illam tanto excultam studio vuas haud prolaturam: ideoque nec à vulpibus demoliendam. Hanc autem rationem, ni fallor, ipsemet Dominus subinnuere videtur, dum ait: d *Quid est, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? An quod expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas?* Atquè est enim, ac si diceret: Nihil à me prætermissum est, quod vineæ meæ vel custodię necessarium foret, vel culturæ. Quod si non iussi, vt caperentur vulpes, quæ demoliuntur vineas; id non mihi, sed ipsi adscribendum est vineæ. Ego enim illa omnia ei præstiti, quæ vuarum feracissimam eam reddere potuissent, ac debuissent: atque adeo expe- D ctaui, vt copiosiores proferret vuarum fructus: at ipsa pro vuis acerbissimas protulit labruscas: vel, iuxta versionem Sept. *pungentes protulit spinas.* e Expectasse se, inquit Deus, vt vinea sua Synagoga faceret iudicium; eam verò protulisse iniquitatẽ: expectasse iustitiam; eam è contra produxisse clamorem idest vociferationes, & querelas oppressorum per iniustitiam: expectasse, vt actus proferret virtutum; illam verò actus protulisse vitiorum. Porrò, cum vinea illa eo sensu, quo Deus loquitur ibi per Prophetam, haud prolatura esset virtutes, vuas dulcissimas ex quibus vinum exprimitur gaudii spiritualis, & felicitatis æternæ, haud operæpretium fuit, vt in illius curam vulpium, ac decipientium, & dolosorũ E hominum periculo prospiceretur; cum nullum tale timendum foret periculum, vbi manifesta esset iniquitas.

b Is. 5.3.

c Is. 5.1.

d Is. 5.4.

e Is. 5.7.

At uerò, cum è uestigio uinea illa fidelis Ecclesia quã proprio sanguine irrigauit, copiosissimos dulcissimarum vuarum prolatura esset fructus, prædictam illi Deus ipse adhibendam curauit prouisionem: atque ideo in hoc Cantico amoris, post sponsæ vocationem, post Apostolorum delegationẽ, post que ipsius Ecclesiæ inuitationem ad foramina petræ, cauernamque maceriæ, ad Apostolos, ad Doctores, Rectoresque animarum, necnon & ad singulos quosque fideles conuersus ait: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.*

DE ECCLESIA.

I. SENSVS.

Cõior Patrum.

Vt autem istorum uerborum, iuxta primum sensum, uim percipere ualeamus: Supponendum primò: cum sponsus inquit: *Vinea nostra floruit*, haud loqui de uniuersali Ecclesia, ex qua semper absque ulla dubitatione complures & collegit, & colligit uirtutum fructus; sed uel de Ecclesia aliqua particulari, uel de particularibus Ecclesiis. Vnde in texten hebraico rectè in plurali nominantur *Vineæ nostræ*, nostræ, inquam, utpote communes Christo, & sponsæ illius, quæ est Catholica & uniuersalis Ecclesia, in quibus & ambo oblectantur: Omnino de particularibus illis Ecclesiis, in quibus post prima fidei rudimenta progerminare incipiunt uirtutum initia, quæ flores potius uuarum, quàm ipsæ dicendæ sunt uuæ, ut uidere est in prouinciis illis, quę nuper conuertuntur ad fidem.

Praua circa mores, & circa diuinæ legis obseruationẽ doctores, obseruandi sunt, vt hæresi proximi.

a Philip. 3. 18.

Supponendum secundò, nomine uulpium paruularum non tam hæreticos accipiendos, quàm eos, qui deprauatis sunt moribus, qui uè uel prauis exẽplis, uel praua doctrina circa bonos mores, & circa diuinæ legis obseruantias, instar uulpecularum, malo fœtent odore, & praue ambulant, mortificationẽ omnem abhorrentes, dediti uentris ingluuiei, quos ad uiuum describit Apostolus in Epistola ad Philippenses, ubi ait: a *Multi ambulant, quos sæpe dicebã vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt* (utpote qui, instar uulpium, terram semper effodiunt,) *& gloriantur, cum male fecerint.*

b Rom. 16. 17.

Supponẽdum tertiò; id, quod hoc loco iubet spõsus, ut capiantur prædictæ uulpes, expressius a Paulo Apostolo declarari in fine epistolæ ad Romanos his uerbis; b *Rogo vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo uẽtri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.* Vnde colligere licet, quo pacto istæ capiendæ sint uulpeculæ, per exactam nimirum illarũ obseruationem. Quemadmodum enim tota uulpecularum capiendarum difficultas in eo sita est, ut uel eæ reperiantur extra foueas, uel ipsæ earum foueæ obseruentur, in quibus latitant; facili namque negotio comprehenduntur repertæ, cum adhuc existentes pusillæ, neque uiribus se tueri queant, neque cursu effugere. Ita & dolosos, ac prauos istos homines tunc planè captos censere debemus, cum illos obseruamus: cum illorum technis, ac fraudibus, in quibus, quasi in foueis sese occultant, peruigili adsumus oculo.

Simile.

Porrò aptissime capi hos, iubet sponsus, dũ sunt instar paruularum uulpium; quia, cum in manifestam prolapsi sint hæresim: cum in magnas excreuerint uulpes, & difficillime capiuntur, & demoliuntur uineas. Enimuerò, qui adeo deprauatis est moribus, ut praua nedum operetur, sed & docere studeat, excrescens iugiter in malitia: paulatim in hæresim prolabi solet, maioresue in dies assumens uires, Dei uineas, ipsasque demolitur Ecclesias, illarum consumens uuas, & priuans illas iustitiæ fructibus.

II. SENSVS.

Hæreticorũ duplex genus.

Iuxta secundum sensum, intelligens Ecclesia sancta, quàm maximum particularibus Ecclesiis per eos hæreticos fiat damnum, qui parui uidentur, ac humiles, illos in primis capi iubet à suis ministris. Pro quorum intellectu notandum, duplex esse hæreticorum genus, utrumque uulpium instar, dolosum, maximeque damnosum. Alterum quidem &

in-

DE ECCLESIA. intrinſecus, & extrinſecus ſuperbiſſimum, carnis operibus deditum, auarum, crapulæ, & ebrietati indulgens.

Alterum verò præſeferens mortificationem, humilitatem, charitatem, deuotionem, reliquaſque virtutum ſpecies. Quamquam autem pernicioſiſſimum vtrumque ſit; multo tamen ij pernicioſiores ſunt, qui humilitatem mentientes, vulpes paruulæ meritò appellantur; hi quippe zelum Dei habere videntur, Chriſtum in ſuis geſtare corporibus, ſacraſve tueri ſcripturas; Verumtamen vniuerſa ſuo deuaſtant ore, prædicantes doctrinam Satanę; quorum peruerſitatem in huiuſcemodi viſione ſibi oſtenſam aſſerit Ioannes in Apocalypſi, dicēs; *c Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, habentē duo cornua ſimilia agni, & loquebatur vt draco*. Habent duo cornua ſimilia agni, quoniā inſtar Chriſti ſe iactant habere zelum Dei; quoniam (vt inquit Gregorius Papa) per hypocriſim ſanctitatis eam, quam in ſe veraciter agnus Dei habuit Chriſtus, ſibi ineſſe & ſapientiam mentiuntur, & vitā; loquuntur tamen, vt Draco; quia diabolicam prædicantes doctrinam, hæreſeos in auditorum animos ſerpētinum iniiciunt virus. Bene autem tam ingens eorum damnum modicis hiſce verbis prudentiſſima exprimit ſponſa; *Quæ demoliuntur vineas*: Totum etenim illorum ſtudium in eo ſitum eſt, vt fidem labefaciant.

c Apoc. 13. 11.

Gre. Papa lib. 33. Moral. c. 16.

Porrò cum Catholicorum fidem in Sacrarum Scripturarum libris fundatam agnoſcant, id vnū in primis ſtudent, vt illarum perturbent ſenſus, euertantque definitiones. Ac ſicut dictum eſt, vulpeculas maximum damnum inferre, quia circa vitium radices terram effodientes, vites ipſas eradicant, quatenus earum radices & eo, quem è terra ſuſcipere ſolebant, deſtituunt humore, & ardentibus exponunt ſolis æſtibus. Ita & ij terram excauāt Sacræ Scripturæ, illaſque ſacrarum litterarum ſententias in ſuæ hæreſeos confirmationem & afferre, & peruertere nituntur, quibus maxime Catholicorum nixa eſt fides: hocque pacto vites quaſque, & quoſcunque attigerint fideles, eradicant; fidei nimirum effodientes radices, diuinæ cognitionis priuatas humore, quem è prædicta extrahere conſueuerant terra, ac Satanæ æſtibus expoſitas derelinquunt: Vnde nil mirum poſtea, ſi vineæ, & aliquæ particularium prouinciarum Eccleſiæ demolitæ conſpiciantur, cum nullum in iis adhibitum ſit ſtudium, vt huiuſcemodi vulpeculæ caperentur tempeſtiuè.

Simile.

Quamobrem prouidentiſſimè horum hæreticorum magis, quàm illorum, qui ſuperbia, & manifeſta vitiorū prædicatione hæreſes diſſeminare contendunt, Eccleſia ſancta proſpici ſatagens dāno, ait: *Capite nobis*, &c. Sicut & eius ſponſus in Euangelio, *a Attendite*, ait, *à falſis Prophetis, qui veniūt ad vos in veſtimentis ouium; intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*; Et Ezechiel; *b Quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael erant. Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: Ait Dominus; cum Dominus non miſerit eos, & perſeuerauerunt confirmare ſermonem*. Quod ergo ait: *Capite vulpes paruulas*; eque eſt, ac ſi diceret: Attendite ab huiuſcemodi hæreticis, obſeruate eos: Cum enim (vt ait Bernardus) » proditur dolus; cum fraus aperitur; cum conuinci» tur falſitas, rectiſſime tunc dicitur capta vulpes pu» ſilla, quæ demoliebatur vineas: Vnde dicimus, ho» minem in ſermone capi, prout in Euangelio dictū habemus, quia *c* conuenerunt Phariſæi in vnū, vt caperent Ieſū in ſermone: Sicq; agnoſcere huiuſmodi hæreticorum genera, ſit illos expugnari,

a Math. 7. 15.

b Ezech. 13. 4.

Bern. ſerm. 64. in Cāt.

c Matt. 22. 15.

Capite, verò, inquit, *nobis*, ac ſi diceret: Quia id nobis maximè neceſſarium, præſertim, cum vineā noſtram, fideles videlicet quoſque ingentem ex floribus fructuum copiam polliceri, animaduertamus, &c.

Verſ. XV. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

DE ANIMA.

Legimus in Euangelio, *d* Dominum videntē arborem fici abſque fructibus, aut groſſis, qui florum locum in fici arbore gerunt, eam protuliſſe ſententiam: *Nunquam fructus ex te naſcatur in ſempiternum*: ſubiicitque Euangeliſta; *Et areſacta eſt continuo ficulnea*. Notat autem Marcus, *e* tunc nō extitiſſe tempus ficorum: vt manifeſtius innoteſceret, quid illata ſententia ſignificare voluerit Dominus Ieſus; dum nihil in arbore appareat fructus, etiamſi non videatur fructuum tempus, aridam eā cenſendam apud Deum, & omnis vitæ expertem; quod, etſi in terreſtribus non verificetur arborib. verificatur tamen in arboribus ſpiritualibus, in quibus adeo fructifera eſt vita gratiæ, & charitatis, vt aliquid ſemper exhibeat vel florum, vel fructuum; neque enim ſine ſanctis deſideriis, ſanctis propoſitis, ſanctiſve operationibus perdurare tantillum poteſt.

d Matt. 21. 19.

In arborib. ſpiritualib. vita iuſta eſt cū floribus, & fructibus; ita vt quæ his carent, careant & vita.

e Mar. 11. 13.

Hinc ſponſus, qui de hac piæ animæ vita ſolicitus quàm maximè eſt, quam vineam electam, ac vberem plantauit dextera eius, verens, ne aliquando defraudetur iuſtitiæ fructibus; ac ſimul agnoſcens, per malas potiſſimum cogitationes fieri id poſſe, opportune illi proſpiciens, conuerſus ad eius potentias ait: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas; nam vinea noſtra floruit*; Ac, ſi dicat,

Fructuū animæ, quā ſolicitus cuſtos ſit Deº.

Mens dilectæ meæ, quæ mihi, illive communis eſt vinea, in qua mutuis indulgemus deliciis, ſanè vita viuit gratiæ, & charitatis; atque adeo flores iam emiſit ſanctorum deſideriorum, ac bonorum propoſitorum, & initia exhibet fructuum, ac bonorum operum: Ne igitur floribus, ac fructib. hiſce deſtituamur, ac ſimul fructifera orbetur vita, date operam, vt doloſiſſimæ malarum cogitationum vulpes minimè excreſcant, quæ cum productas deprædentur vuas, illaſve perturbent, quæ à piis animabus fiunt, actiones bonas, demoliuntur profectò mentium ſanctarum vineas, Capite igitur cogitationes haſce, cum primum exortæ fuerint, ſcientes, non ſolum dilectæ meæ, piæque animæ, ſed & mihi quoque id eſſe optatiſſimum; capite eas ligando, capite occidendo, capite denique & comburendo.

PARAPHRASIS.

Origenes. Gre. Nyſſ. Tres Pat. Ambroſ. Bernard.

Præclare autem ſponſus vulpium nomine malas expreſſit cogitationes ob iſtud ipſum, quòd piarum animarum demoliantur mentes, æquè ac vulpes vineas demoliri, conſpicimus: demoliri verò dicuntur mentes: non ſolum quia morſibus peccatorum eas deuaſtant: verumetiam quia illarum abſumunt fructus, quibus abſumptis, & demolitæ apud Deum cenſentur. Plerumque enim contingere videmus, prauam aliquam cogitationem tantū in humana mente habere virium, vt neque contēplationem, neque orationem, neque lectionem, neque aliud quidpiam facere illam ſinat boni. Quid verò eſt hoc, niſi huiuſcemodi abſumere fructus? niſi

Cogitationū malarū damna.

DE ANIMA.

nisi vita quoque gratiæ mentem ipsam priuare, dum illis consentitur, nisi ab illis eam deuastari? Idcirco tempestiue illis prospiciendum.

Cogitationes malæ tribus modis capi possunt.

Porrò remedium idest: vt eas capiamus, dū paruulæ adhuc sunt, prout & vulpes eæ capi solent, quæ paruulæ existunt, tribus nimirum modis: Vel vinculis eas alligādo, nè p vineas excurrere queāt: Vel allisione occidendo: Vel, quādo alio pacto haberi nequeunt, igne ad illarum foueas opposito, eas comburendo, prout sæpius à venatoribus fieri, compertissimum est. Alligantur autem cogitationes prædictæ, cum efficaci voluntatis imperio nostra constringitur imaginatio: alliduntur ad petrā cum eę aliis bonis expelluntur cogitationibus, spectantibus ad Christū, qui petra est, vitam, vel passionem, aut gloriam, vnde Dauid in Psalmo, beatum eum pronunciat, qui alterutro horum modorum paruulas istas vulpes ceperit, dicens: *f Beatus, qui tenebit*, (en primus modus per alligationē) *& allidet paruulos suos ad petram*, (en secundus modus.) Sed per exustionem tunc eædem capiuntur, cum comburuntur: cum eis opponitur meditatio ignis infernalis.

Ps. 136. 9.

II. SENSUS.

Venialia peccata perfectionis studio contraria, vitāda Religiosis.

Iuxta secundum sensum: Anima illa Religiosa, quæ supra à sponso dicta est columba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, eò quod in claustris nidularetur, & in monasterio, quamve idem sponsus promouit ad iter, studiumque perfectionis: nunc socias hortatur, vt eam, in qua simul degunt, & vnà cum sponso spiritualibus perfundun tur consolationibus, illæsam, & illibatam suā seruent Religionem, quò perfectionem ipsam in illa attingere queant; existimans autem, fieri id posse facile, si peccata venialia vitentur; mandat, vt huiusmodi peccata obseruent; quandoquidem communis ipsarum vinea, atque Religio iam non modò flores misit incipientium, sed & proficientiū granulos ostendit, qui ad maturitatem perfectionis tendunt, dicens: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit*; vel iuxta hebraicam lectionem: *Nam vinea nostra semadar*, idest racemos, in quibus, excussis floribus, distincti vuarum granuli apparent, scilicet protulere.

In Religionū monasteriis peccatorū grauiū occasiones non sunt, et ideo supponuntur, talia peccata ab illis abesse.

Vt autem eorum, quæ hic dicuntur, sensus bene percipi queat: Notandum primò, Religiosam, & piam animam, dum alios alloquitur Religiosos, nullum habere verbum de grauiorum peccatorū euitatione, nihilque dicere de magnis, ac ferocioribus animalium generibus, quæ aliàs dicta sunt deuastare vineas: nihil de apro, de quo in Psalmis; *a Exterminauit eam aper de silua*: nihil de singulari fero, de quo ibidem: *Et singularis ferus depastus est eam*: nihil de Leone vastatore: nihil de pastoribus iis, de quibus apud Ieremiam conqueritur Dominus, dicens: *b Pastores multi demoliti sunt vineā meam, conculcauerunt partem eam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis*: nihilque de vulpibus magnis: per quæ omnia designantur multiplicia grauium peccatorum genera, de quibus non est modò dicendum per singula. Eorum autem non meminisse, quia supponeret, huiusmodi animantium genera vix irrumpere posse in vineam. Religionis suæ, quam circundaret sepes claustrorum, nisi a Religiosis ipsis aditus illis fiat.

a Ps. 79. 14.
b Ier. 12. 10

Venialia peccata contra regulares obseruātias quō demoliri dicantur Religionum vineas.

Notandum secundò: iure optimo paruularū dūtaxat meminisse vulpecularum, earum potissimū, quæ intra vineam nascerentur: paruulorū ac venialium peccatorum, quæ intra ipsa committerentur claustra: quia intelligeret, ab iis potissimum tanquam à prima causa vinearum, ac Religionum de-

pendere demolitionem.

DE ANIMA.

Præclare autem venialia ista peccata, & in obseruantias exprimit nomine & metaphora vulpiū paruularum; quoniam eodem modo Religiones demoliuntur, quo vulpes paruulæ demoliuntur & vineas; atque adeo bene ad vulpium paruularum metaphoram adiecit epithetū istud, demolientes vineas.

Porrò si hunc exquiras demoliendi modum, ille profectò est, quem supra tetigi in prima expositione; quòd nimirum vulpes pusillæ circa vites terram excauantes, ipsarum eradicant radices. Sic quippe & peccata venialia, ea præsertim, quæ sunt circa obseruantias Regulares, dum sursum, deorsumque versant charitatis tellurem, in qua Religiosus quisque radicatus est, ipsas dictarum obseruantiarum eradicant radices: eradicatis vero huiuscemodi radicibus, per quas Religiosi è terra charitatis humorem gratię pertrahebant, vites, ac Religiosi quique arescant, operæpretium est, destituti ipso, quo viuebant, fructusve proferebant, gratiæ humore.

Licèt enim innumera peccata venialia secundū se ipsa gratiam auferre minime possint, attamen per hoc, quòd obseruantias, quæ sunt quasi quædam Religionis, ipsorumque Religiosorum radices, paulatim è terra eleuant charitatis, exponunt que glaciei, & æstibus concupiscentiarum, per cōsequentem frigiditatem istam iniquitatis, & istos concupiscentiæ æstus, dicuntur ipsas arefacere vites, ipsos Religiosos, necnon & ipsas Religionum vineas demoliri.

Venialia peccata circa obseruātias regulares, quanto studio cauēda in Religionibus.

Propterea sponsa, cui ista omnia notissima erāt, tātum studii ad has capiendas vulpeculas, ad huiuscemodi peccata, quæ parua videntur, obseruāda, exposcit, cum ait: *Capite nobis*; verbo *capite*, nihil aliud significat, quàm obseruate (vt supra ex Apostolo ostensum est, & ex Bernardo) prò certo enim habet, statim ac quis dictarum inobseruantiarum damnum obseruauerit: statim ac quis ea bene perpenderit, illas constringendas. Addit verò, *nobis*, vt designet, istiusmodi obseruationem, capturam, atque constrictionem toti Religioni, communiq; vtilitati esse permaximè necessariam: nec sibi soli id esse in optatis, vt eæ vulpes capiantur, sed & cęlesti sponso, & iis omnibus, qui in ipsa Religionis vinea, cum suo oblectari auent dilecto. Acquè est igitur, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Illud in primis studete, ò quot quot nostram excolitis, & custoditis vineam, quot quot in nostra Religione Rectores estis, vt venialia illa, & parua peccata contra Regulares obseruantias obseruetis, capiatis, & constringatis, quæ sanctas demoliūtur Religiones, eo modo, quo paruulæ vulpes demoliūtur vineas: id enim nobis, quàm maximè est necessarium: nam vinea nostra, nostra hęc Religio in flore modo est, & in profectu, valdeque ei timēdum est, ne ab istiusmodi peccatis, & inobseruantiis exterminetur arefacta.

III. SENSUS.

Vana gloria spiritus pusillus, & incipientes animas demoliuntur.

Iuxta tertium sensum: Cœlestis sponsus postquam in præcedentibus piam animam vocauit ad studium perfectionis, ne quid illi impedimento esse posset, conuersus ad sanctos Angelos, quos super muros, atque potentias ipsius animæ cōstituit custodes, mandat eis, vt cum commigraturus sit ad eius animæ mentem vineam sibi, eidemque animæ communem, dent operam, dolosos illos capiāt inanis gloriæ spiritus, qui instar vulpium pusillas demoliuntur vineas, illarum fructus deprædando.

Id autem quantocius faciendum iubet, ne dicta

mens,

DE ANIMA. mens, vineaque aliquid ab eis patiatur damnitquã doquidem ea adhuc pusilla sit, flores vel proferre cœperit, ac initia fructuum, & sanctarum operationum.

Pro istius autem sensus intelligẽtia, animaduertendum, hoc loco alludi ad metaphoram duplicis generis vinearum. Enimuerò quædam reperiũtur vineæ pusillæ, quædam verò altæ, & sublimes. Altæ eæ sunt, quarum vites in altum elatę conspiciũtur super vlmos, vel alterius generis arbores: pusillæ verò è vestigio, quæ vitibus propè terram exiguæ consitæ sunt.

Vinearũ duplex genus: quaeve dicãtur pusillæ, quaeve excelsa.

Porrò, cum vulpes quibuslibet insidientur vuis, atque adeò toto conatu, vel aperto Marte, vel dolo & fraude illas deprædari conentur, pusillas potissimum aggrediuntur vineas, quarum vuas facili negotio attingere posse se norunt; sicque vuis deprædatis, quas propè terram reperiunt, vineas ipsas demoliuntur: At verò vineis illis, quę in altum elatæ sunt parum, aut nil possunt obesse, cùm ad earum vuas peruenire nequeant, quas pendentes ab excelsa arbore cernunt. Ad hæc alludit spõsus; nam etiam ex mentibus iis, quæ vineæ sunt spirituales, & vuas proferunt sanctarum cogitationum ac sanctorum operum, quædam vineæ dicendæ sunt excelsæ, quædam verò paruæ, & pusillæ: excelsæ eæ sunt mentes, quæ à terrenis eleuatæ, Christo innixæ sunt, & arbori adhærent Crucis quæ fructus sanctarum operationum ita à terra eleuatos proferunt, vt velint illos ab ipsa Crucis arbore pẽdere, ac si fructus essent eiusdem Crucis: quæ haud terrenam, aut propriam quærunt gloriã in suis bonis operationibus; sed Christo illas omnes adscribunt, & gratiæ eius: qualis erat mens Pauli, qui dicebat: *a Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi*: his vineis haud timendum est à vulpibus; à quibus tamen timendum valdè est mentibus illis, quæ instar vinearum pusillarum haudquaquam à terra eleuatæ adhuc sunt, quæ haud Christo perfectè adhuc innituntur, & illius Crucis: hæ quippe, cum fructus sanctarum operationum prope terram faciant, pro terreno commodo, & vt videantur ab hominibus, facili negotio à dolosis exterminantur dæmonibus, qui earum deprædantur vuas; ita vt nil vtilitatis colligere illæ ex eis queant animæ, quæ talium vinearum sunt Dominæ, ideoque de singulis earum id Oseæ proferri possit: *b Comederunt alieni robur eius.*

Vinea spiritualis excelsa, quæ.

a Galat. 6. 14.

Vinea pusilla quæ, & quod iis timendum à spiritualib. vana gloriæ.

b Ose. 7. 9.

Hoc igitur damnum menti illius animæ, quæ ad studium perfectionis vocata est, præcaueri vult sponsus; quia, etsi mens illa in flore existens incipientium, gradumque attingens proficientiũ, cruci inhærere iam cœperit, haud tamen adhuc in altum super crucẽ ipsam eleuata est, propterea, ait.

PARAPHRASIS. *Capite nobis vulpes*, idest dolosos inanis gloriæ spiritus, qui instar vulpium pusillas demoliri solent vineas, pusillasvè mentes, quæ prope terrã demissæ sunt, vel parum à terrenis sunt eleuatæ; *nam vinea nostra*, mens piæ istius animæ *floruit* in gradu incipientium, profertque semadar, idest granulos vuæ minutæ, & acerbæ, nec adhuc perfectionis ascendit culmen. Quod autem ait: *Capite*, significat constringite, compescite: Vel, si ad potentias animæ fiat Sermo, Obseruate.

ALIA APPLICATIO. *Prælati sãcti abeũtis solitudo erga subditos.* Quod si iuxta eumdem tertium sensum spõsam hic loqui velimus, piamque illam animam, quæ in articulo mortis existens, ad cælestem patriam in superioribus à suo vocata est sponso; Hæc, inquã, anima, cui, vt hilariter egrederetur è corpore, dictum est superius: *Vineæ florentes dederunt odorem suum*: vtpote cui animarum cura demandata fuerat, adhuc de ea quæ sibi, Christove communis est vinea, solicita, ad illos, quos sui relinquit successores, ait.

PARAPHRASIS. *Capite nobis*: non dico, vt occidatis, sed, vt capiatis, conuincentes, nobisque constringentes, & alligantes vulpes, & hæreticos illos, qui instar dolosarum vulpium, fraudibus, ac dolis vineas illas demoliuntur, quæ pusillæ sunt, parumve à terra eleuatæ: Ecclesias, quæ adhuc tenellæ sunt, animasve illas, quæ cum Christo adhuc eleuatæ non sunt super crucem: nam certè vinea nostra floruit, & adhuc tenella est: quamuis fructus fidei proferre iã cœperit.

Congruit porrò ista sententia cum iis, quæ Paulus, à Mileto *c discessurus*, dixit ad Maiores natu: *Attendite vobis, & vniuerso Gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri, loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.*

c Act. 20. 28.

In his autem ipsius animæ verbis vnum duntaxat notandum, hæreticos quosque, sicut & dæmones eorum duces, etsi validissimi videantur in disputationibus, & in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis; infirmissimos tamen re vera esse, ita vt nihil contra eas valeant animas, quæ Christo sic sunt connexæ, vt vitis connectitur arbori, cui maritata est; atsi quid possunt, contra infirmas tantùm posse, vt vulpes contra pusillas vineas: Vnde præclarè Tertullianus, Mirum, inquit, vt malũ vires suas habeat: nisi quod hæreses apud eos multum valent, qui in fide non valent: In pugna pugillum, & gladiatorum plerumque, non quia fortis est, vincit quis, aut quia non potest vinci: sed quoniam ille, qui victus est, nullis viribus fuit, adeo ille idem victor bene valenti postea comparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hæreses, de quorundam infirmitatibus habent, quod valẽt, nihil ualentes, si bene ualentem fidem incurrant.

Hæretici sicut & dæmones quã infirmi sint & quib. ob esse possint?

Tertull. li. 1. de Præscript. c. 2.

Verſ. XV. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas; nam vinea nostra floruit.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

Quæri inter Doctores sacros nõ immeritò solet; An B. Virgo talem habuerit diuinorũ mysteriorum cognitionem, vt de iis omnib. cælitus instructa fuerit, nihilque circa illa didicerit ab homine, quod prius a Spiritu sancto per infusionem donorum scientiæ, sapientiæ, & intellectus, vel ab Angelis non acceperit per reuelationes. Et quidem probabilis admodum est sententia; vt nedum illam cognitionem quoad substantiam (vt inquiunt Theologi) mysteriorum fidei cęlitus habuerit; verum & cognitionem particulariũ mysteriorum, & circunstantiarum, quæ pertinerẽt ad mysterium Incarnationis, vel ex tunc Angelo reuelante acceperit, quando in eius vtero Verbum caro factum est: Vnde Bernardus, Decebat, inquit, vt verbum mox diuulgandum, vbique prius fcirer Virgo per Angelum, quam audiret ab homine, ne Mater videlicet Dei à consiliis filii videretur amota, si eorum, quæ in terris tam prope gererẽtur remansisset ignara. Et, ut ipsa rerum tempus, & ordinem tenens, melius, postmodũ Scriptorib. ac Prædicatorib. Euangelii referret ueritatẽ, quæ Sople-

Maria quã cælitus instructa de omnib. mysteriis.

Bern hom. 4. sup missus est.

APPENDIX.

plenè de omnibus à principio cælitus fuit instructa mysteriis. Hanc Bernardi, aliorumque Patrum sententiam continuare hoc loco videtur Spiritus Sanctus, quippe qui, postquam B. introduxit Virginem tribus Magis ea omnia mysteria enarrantē, quæ eousque contigerant, quoad Verbi Dei Incarnationem, vt visum est in tota superiori oratione, quæ exordium sumpsit à vers. 8. Nunc in isto versu 15. eamdem introduxit illa iis ipsis Magis significantem, quæ postmodum consecutura forēt, persecutionem nimirum Herodis, atque Scribarum puerulo nato commouendam, occisionemque paruulorum, quæ in Bethlehem facienda erat; de quibus omnibus multum post temporis ab Angelo a in somnis Sanctū Ioseph instructū legimus in Euāgelio: atque adeo de omnibus, quæ futura erant, conscia prima dictos admoneat Magos; vt Herodē, eiusq; complices decipiāt, per aliam videlicet viā reuertentes in Regionē suam; nullumque dantes responsum ei, qui & dolosè dixerat: b *Ite, & interrogate diligenter de puero; vt & ego veniens, adorem eum*: qua de re postmodum, & ab Angelo iidē instructi, confirmatique sunt, cū adhuc fortasse hærere viderentur intra se, an promissis stare debuissent. Vnde bene Euangelista Matthæus, respōsum hac de re, ad internas videlicet ipsorum cogitationes ab Angelo eos accepisse inquit: c *Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in Regionem suam*. Quod ergo ait Virgo Benedicta in his verbis: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit*: sequendo distinctionem allatam in tertio sensu primæ expositionis ex Origene & aliis, tale quid mihi esse videtur.

Maria reuelat Magis Innocentiū cadem ab Herode faciēdam.
a Matth. 2. 13.
b Matth. 2. 8.
c Matth. 2. 12.

PARAPHRASIS.

Decipite Herodem, eiusque cōplices, quærentes animam Pueri, qui instar dolosarum vulpium infantes omnes occidendo in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimato & infra, secundum tempus, quod Herodes exquisierat à vobis, *paruulas demoliuntur vineas: non vinea nostra*. Christus iste, quē nunc in meis intuemini vlnis, quive vitis vera existens super Crucis arborem exaltabitur, in infantibus iis flores emittet fidei, & initia vinearum, atque Ecclesiarum, paruulasque illos propaginabit in vineas.

Rup. Abb.

Nihil verò in istis sponsæ verbis id perturbare nos debet, quòd non in futuro loquitur, sed vel in præsenti demolientes, vel in præterito floruit: Frequentissimam quippe sacrarum litterarū esse phrasim, notatum est sæpius, vt vnum tempus pro alio ponatur, præsertim apud Prophetas, qui ita prædicerent futura in tempore vel præsenti, vel etiā præterito, ac si tunc fieri ea viderent, vel, ac si facta narrarent; idque vt illorum, quæ prædicebant, præsignarent certitudinē. Quàm aūt congrue Herodes, eiusque complices, vulpiū nomine significati sint, illud Redemptoris nostri comprobat dictū, quo in Euāgelio secundum Lucam, iis, qui illi dicebāt; *Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere*; d Respondebit: *Ite, dicite vulpi illi*. s. Herodi, *Ecce eiicio dæmonia*, &c. tametsi hæc ab ipso dicta sint de alio Herode diuerso ab eo, qui demolitus est vineas pusillas, vt explicatum est.

Herodes eiusque complices quā rectè dicantur vulpes.
d Luc. 13. 31.

Vers. XV. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Postquam transierunt mare, murmurauerunt propter aquas, & venit A contra eos Amalech impius, qui obseruauit eis inimicitiam propter primogenituram, & benedictionem, quam tulerat Iacob pater noster ab Esau; & venit, vt pugnarent contra Israel, eò quod irrita fecerant verba legis: Et Amalech impius furabatur de sub alis nubium gloriæ animas de tribu Dā, & occidebat eos. In eo tempore condemnatus est populus domus Israel, qui comparatus est vineæ, vt disperderetur, nisi adfuissent iusti generationis illius, qui comparati sunt optimo aromati.

Pro sēsu dramatis Origenes hom. 4. ex quatuor ait: Sponsum hęc ad sodales locutum, ipsisque dixisse, vt caperent vulpes paruulas, quæ insidiātur, vineis, vbi primum germen ostenderint, nec sinūt eas peruenire ad florem. Vnde Bernardus in principio serm. 63. ait: Liquet, quòd non ociosè ad vineas itum sit, quando ibi inuentæ sunt vulpes, demolientes eas. Quibus modicis verbis ita videtur ordinare dramatis seriem, vt sponsata à sponso vocata vnà cum illo ad vineas sese contulerit.

Orig.
Bernard.

Spiritualium sensuum communior is est, vt cælestis sponsus Catholicis Doctoribus det in mandatis, vt hæreticos, per paruulas vulpes designatos, cū nondū plures animas deceperunt, arguant, capiantq; assertionibus veris, & impediant, ne florentem Ecclesiam sua inficiant doctrina. Ita Ignatius Epist. 5. ad Philadelphios, Origenes hom. 4. ex quatuor Greg. Nazianzenus orat. 2. de Theol. Ioannes Chrysostomus in Psal. 96. Amb. in proemio lib. 2. de Spiritu sancto; Aug. in Psa. 80. & serm. 107. de Tempore, Theo. Cassio. Greg. PP. Beda; Aponius, Iustus Orgel. Ansel. Bernar. serm. 64. & alij. Ostendit præclare Aug. in citata narratione super Psalm. 80. quomodo vulpes istæ capiēdæ sint, dicens: Vulpes solere habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, & ex alia exeant: sic inquit faciunt, & Hæretici; Vnde si velimus eos capere, proponendum est rete ad foramen vtrumque, vt vnde vulpis exire voluerit, capiatur. Sic Dominus noster captor vulpium, e contradicentibus sibi Iudæis vulpeculis, & dicentibus: *In qua potestate hac facis?* ad vtrumque foramen retia posuit, dicēs: *Baptismus Ioannis vnde est; de cælo an ex hominibus?* Sentiunt illi, eū ex vtraque parte tetendisse, vnde caperet, & aiunt apud se: *si dixerimus, de cælo, dicturus est nobis; Quare ergo non credidistis? si dixerimus, de terra, lapidabit nos populus; quia vt Prophetam eum habent*.

Doctores eccl. minores debent hæreticos in terrā initijs.
Ignatius.
Orig.
Gre. Nāz.
Io. Chrys.
Ambros.
August.
Theod.
Cassiodor.
Greg. PP.
Beda.
Iust. Org.
Aponius.
Anselm.
Bernard.
Hæreticorū fallacia quomodo vincenda.
e Matth. 21. 24

Sentientes autem hac atque hac esse, vnde caperentur, responderunt: *Nescimus: & Dominus: Nec ego vobis dico, in qua potestate hac facio*. Vos dicitis, vos nescire, quod scitis; ego vobis non dico quod quæritis quia ex nulla parte exire ausi estis, in vestris tenebris remansistis.

Gregorius Papa, Hæreticos vulpes paruulas dici, asserit; quia quamuis contra veritatem intus superbiant; exterius tamē in verbis humilitatem per simulationem sectantur. Hosque in primis hæreticos capi, & cōuinci iuberi à sponso, qui se humiles, & iustos ostendunt; quia hi magis Ecclesię obsunt, magis decipientes.

Greg. PP.
Hæretici magis obsint Ecclesiæ.

Eodem porrò sensu, etiam secundum aliam illā lectionem, quæ legit: *Paruulas deuastantes vineas*; explicabitur hic locus ab Origene hom. 4. ex quatuor ab Ambr. lib. 2. de Spiritu sācto in procemio, & in serm. 11. in Psal. 118. vers. 8. vbi egregiam istā habet sententiam: Hæreticus imperfectum tentare potest non potest supplantare perfectum. Hier. lib. 4. in Ezech. cap. 14. Aponius, ac Philo Carpathius; Notāda est autem singularis lectio Ambros. in locis citatis, qua sic legit: *Prehendite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, vt vina nostra floreāt*.

Orig.
Amb.
Hier.
Philo Car.
Aponius.
Ambr.

Neque

APPENDIX.

Neque prætereunda hic sunt ea, quæ idem Ambros. lib. 7. in Lucam c. 9. asserit, ad explicandā congruentiam inter vulpes, atque hæreticos, digna planè, quæ hic describatur: Fallax, inquit, animal vulpes, & insidiis semper intentum rapinam fraudis exercet. Nihil tutum, nihil ociosum, nihil patitur esse securum, quod inter ipsa hospitia hominū prædam requirat. Hæreticis vulpes comparat: vulpes enim plenum fraudis est animal foueam parās, & in foueā semper latere desiderans. Ita sunt hæretici, qui domum sibi parare non norunt: sed circunscriptionibus suis alios decipere conantur. Iacob dūmum habitat, hæreticus in fouea est, vt fraudulenta vulpes gallinæ illi euangelicæ dolum semper intendens.

Hæretici § congrue dicūtur vulpes.

Merito foueas habent, quia domum, quam habuerant, perdiderunt. Hoc animal neque mansuescit vnquam: Vnde & Apostolus ait: *a Hæreticum post vnam correptionem, deuita*: neque vlli vsui est, aut cibo vtile; Non enim de eo dixit Christus: *b Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, qui in cœlis est.* Quinetiam illud à fructibus suis relegat, dicens: *c Capite nobis vulpes pusillas, exterminantes vineas*: hoc est, quæ minorem vineam, nō maiorem exterminant. Et ideò Sampson *d* ad caudas eorum faces ligauit, & in segetes alienigenarum dimisit; eò quòd hæretici fructus incendere conantur alienos, latratibus magis sonori, quā vocibus expoliti: qui enim verbum negant, nec vocē habent ad præsens ore liberi, sed in futurum fine iam vincti, cauda facibus significantes sui finis incendium.

a Tit. 3. 10
b Io. 4. 34.
c Cāt. 2. 15
d Iud. 15. 4

Bernard.

Ponderationes quoque Bernardi circa verba illa (*Capite nobis,*) notandæ sunt. In sermo. enim 64. sibi ait, & sponsæ suæ idest, Ecclesiæ Catholicæ iubet acquiri has vulpes: capiendi enim sunt hæretici non armis, sed argumentis, quibus repellantur errores eorum; ipsi verò, si fieri potest, reconcilientur Ecclesiæ Catholicæ. Quòd si hæreticus cōuerti noluerit, nec conuictus; *e* post primam iam, & secūdam monitionem, vtpote, qui omnino iam subuersus est, erit, secundum Apostolum deuitandus: Ex hoc iam melius effugatur, vel etiam religatur, quā sinitur, vineas demoliri.

Hæretici quō capiendi.

e Tit. 3. 10

Nec propterea sanè, nihil se egisse putet, qui hæreticum conuicitnam cepit nihilominus vulpem, etsi non ad salutem illam: & cepit eam sponso, & sponsæ, quamuis aliter. Nam etsi hæreticus nō surrexit de fœce, Ecclesia tamen confirmatur in fide, & quidem de profectibus sponsæ sponsus sine dubio gratulatur: gaudium etenim Domino est fortitudo nostra.

In fine autem sermonis eiusdem dicit: Aduertere est, quod ait: Nobis. Quid hac voce socialius? An non tibi videtur, hoc dicere, quasi quidam paterfamilias, qui per se nihil habeat, sed omnia cōmunia cum vxore, filiis, atque domesticis? Ergo qui loquitur, Deus est; minimè tamē vt Deus id loquitur, sed vt sponsus: *Capite nobis vulpes.* Vides quàm socialiter loquitur, qui socium non habet? Poterat dicere, *Mihi*, sed maluit, *Nobis*, consortio delectatus. O suauitatem, ò gratiam, ò amoris vim. Ita ne summus omnium, factus est vnus omnium? Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius, dignatione diues, affectu potens, suasu efficax. Quid violētius? Triumphat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum? Amor est: quæ est ista vis, quæso, tam violēta ad victoriam, tam victa ad violentiā? Denique semetipsum exinaniuit; vt scias, amoris fuisse, quòd plenitudo effusa est: quòd altitudo adæquata est: quod singulariter associata est.

Cur Deus dicat capite nobis.

Amoris quanta sit vis.

APPENDIX.

A Obseruarunt & id Cassiodorus, ac Beda; quòd prius dictum sit, *Vineas*, in plurali, postmodum verò *vinea* in singulari; *vinea nostra floruit*: quia ex multis Ecclesiis, vna sit electa Ecclesia.

Cassiodor. Beda.
Ecclesia vna ex pluribus.

Præter communiorem istum sensum, quinq; in super alios reperio: nam Bernar. serm. 63. per vulpes paruulas detractatores intelligens, atque adulatores, quibus vinea Ecclesiæ, & vineæ animarum Sanctarum deuastantur. Pessima, inquit, vulpes occultus detractor, sed non minus nequam adulator blandus: Cauebit sapiens ab his: Dabit operam sanè, quod in ipso est, capere illos, qui talia agūt, sed capere beneficiis, atque obsequiis, monitisque salutaribus, & orationibus pro his ad Deum. Nō cessabit, istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici, & item super adulatores, quousque, si fieri potest, & illi inuidiam, & isti simulationem de corde tollat, faciens mandatum sponsi, dicentis: *Capite nobis vulpes paruulas*, quæ &c. Capiet planè eos, & capiet Domino, secundum quod nominatim ipse expressit? *Capite*, inquiens, *nobis*: Supponit autem Bernardus eodem sermone, vnumquemque iustum esse bonam vineam.

B

Bernard.
Detractor, & adulator vulpes sunt paruulæ, & quō capiendi.

Alij tertiò per vulpes accipiunt nequitias dæmonum, quæ per prauas cogitationes, peruersamque intelligentiam exterminant in anima virtutū florem, & fructum fidei perimunt: Vnde Origen. hom. 4. ex quatuor, mandari; ait, Angelis, vt capiāt ex vnaquaq; anima: illos vt capere huiusmodi cogitationes malas in eo, cum suggerunt peccati, non esse eas à Deo, sed esse à maligno spiritu, & dant animæ discretionē spirituum. Pusillas dictas vulpes capiendas præcipi, idest in initiis, ne, si adultæ fuerint, & inueteratæ non possint expelli. His consentiunt, quæ in huius loci expositione eodē sensu dicuntur à Gregorio Nysseno homil. 5. in Cant. & à Catena Triū Patrum, quæ est apud Theodoritum, Ambros. lib. 2. de Spiritu sancto circa principium, & Bernardo serm. 64.

C

Orig.
Angeli quā capiant malas cogitationes i earū initijs.

Nyssenus. Tres Pat. Ambros. Bernar. Gre. Nyss.

Pulchrè verò Gregorius Nyssenus ponderat, quod dæmones dicuntur vulpes paruulæ pro conceptu; & ad hoc, vt ostenderetur, quàm debiles, quàm viles, ac modicæ essent virtutis. Non enim dicitur, inquit, Capite aprum, qui ex silua vineam depascitur, aut singularem ferum, aut rugientem leonem, aut magnam Balenam, &c. huiusmodi: Sed, *capite vulpes paruulas*: illæ siquidem omnes terrestres potestates, aduersus quas est colluctatio hominibus, principatus, potestates, & rectores tenebrarum harum, & spiritus nequitiæ sunt paruæ vulpes, dolosæ, & infelices, si cum nostris conferantur viribus.

D

Dæmones § infirmæ virtutis sint.

Quartus denique sensus est Bernardi, qui in ser. 64. per vulpes paruulas accipiēs vitia illa, quæ sub specie virtutum decipiunt proficientes. Astutum, inquit, natura hoc genus est animantis, promptumque admodum ad nocendum in occulto, & videtur mihi congruentissimè designare subtilia quædam vitia, specie palliata virtutum: sunt autē cogitationes hominum, aut vanæ, aut factæ immissiones per Angelos malos, Angelos Satanæ, qui se trāsfigurant in Angelos lucis, parantes sagittas suas in pharetra, hoc est in obscuro, vt sagittent in occulto rectos corde: Vnde & pusillas eas propter hoc reor dici, quòd cū cetera vitia quadam quasi corpulentia sui manifesta se præbeant, hoc genus pro sui subtilitate haud facile agnosci: & ideo nec caueri possit, nisi duntaxat à perfectis, & qui habeāt illuminatos oculos cordis ad discretionē spirituū qui cum Apostolo possint dicere, *a Quia nō ignoramus astutias Satanæ, & cogitationes eius*, & vide-

E

Bernard.
Vitia specie virtutū palliata, sunt vulpes paruulæ, & quō capienda.

a 2. Cor. 2. 11.

no

LITTERA.

ne forte ob hoc iubeatur à sponso, non quidē exterminari, vel abigi, vel occidi, sed capi: quòd videlicet huiusmodi spirituales, dolosasq; bestiolas omni vigilantia, & cautela obseruari oporteat, & examinari, ac sic capi, idest cōprehendi in astutia sua: cū.n. aperitur dolus, cum fraus panditur, cū cōuincitur falsitas; tunc capta dicitur vulpes parua.

Addi potest & quintus sensus ex Ruperto Abbate, qui per vulpes paruulas intelligit Herodem, & eos, qui vnà cum illo quærebant animā Christi infantis, quem putat significatum sub metaphora vineæ florentis, sicut & per vineas, quas vulpes prędictæ demoliri dicuntur, sanctos intelligit innocentes, qui pro Christo ab iniquo Rege lactentes interfecti sunt. Vt B. Virgo Maria, seu potius Deus B ipse mandet, vt eas vulpes citò è mundo tollāt; hoc est enim eas capere, ne vnà cum infantibus natum Christum occidant, antequam is perueniat ad statum botri, qui in vecte Crucis appendatur.

Rup. Abb.

Herodes, eiusque complices vt è mundo tollantur, mādatur Angelis ne Christū infantē occidant.

Vers. XVI. Dilectus meus mihi, & ego illi; Qui pascitur inter lilia.

Vers. XVII. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Expositio Prima. Iuxta Sonum Litteræ.

ANtequàm quid pro istorum connexione, & sensu dicendum sit, explicemus, tria circa tres huius sententiæ partes prænotanda videntur. Primum; quod dicitur: *Dilectus meus mihi, & ego illi;* etsi communiter tanquā oratio manca explicetur subintelligēdo aliquod verbum, ac si dicatur: *Dilectus meus mihi*, scilicet est, possessiue. i. est meus, & ego sum illius; Vel, *Dilectus meus mihi*; scilicet cohabitat, aut placet, seu intendit, aut aliud quid tale; *& ego illi* intendo, placeo, atque cohabito. Si tamen exactius hæc locutionis formula perpēdatur, insigne aliquid, & particulare per illā significari, animaduertemus; nimirùm, ita dilectum istū solum suæ esse dilectæ, vt illi non sit alter; & vicissim, ita sponsam esse solam eiusdem dilecti, vt illi non sit altera; iuxta eam phrasim, quā aliàs in Scripturis Sacris vsurpatā; reperire est, qua & Apostolus Paulus vsus est in epistola ad Corinthios, quā do fideles à fornicatione, atque à gula deterrens, ait: b *Esca ventri, & venter escis; Deus autē & hunc & has destruet: Corpus autem non fornicationi, sed Domino; & Dominus corpori;* ac si diceret: Ita vētri indulgetis, & escis, ac si esca sola corpori esset proposita; ac si esca sola corpori eligenda, & amāda esset; & venter solus escis: cum tn̄ certum sit, Deum istam tam arctā destructorū necessitudinem. Corpus certè nullo pacto commisceri debet fornificationi, cū vnitū sit Dn̄o, & Dominus vicissim illi, ac si ei soli esset vnitus, sicut illud ipsi soli.

Phrasis Sacr. script.

b 1. Cor. 6. 13.

Notandum secundò, circa secundam partē *Qui pascitur inter lilia:* verbum, *pascitur*, vt cōstat ex Originalib. Hebraico, & Græco, non esse sumendū passiue, quasi significet, spōsum pastum sumere inter lilia; sed deponentaliter, ac si dicatur: Qui pascit, scilicet oues. Quod verò subditur: *Inter lilia*, seu, *in liliis*, vt habent Sept. ex hebræo (neque enim ij audiendi sunt nimis hebraizantes, qui dicunt, Hebræa vertenda esse, *In rosis* seu, *in violis*; cū ostēsum sit supra in primo versu huius secundi capitis, hebraicā dictionē שושנים sciosciannah lilium potius significare, quam aliud quidpiā floris genus) tria designare pōt, odorē, puritatem, & vbertatē.

Pascere inter lilia quid sit.

Odorē designat tripliciter, vel illū dūtaxat, quo ea fragrāt pascua, in quib. pascit, vtpote plena suaueolentib. liliis; ac si dicatur: Qui pascit in pascuis liliorum odore fragrantibus: Vel secundo, odorē ipsius sponsi, ac si dicatur: *Dilectus meus mihi, & ego illi*, qui adeo suauiter redolet, ac si inter odoratissima pasceret lilia: Vel tertio odorem ouiū illarum, quas pascit: ac si dicatur: Cuius & oues suauissimè redolent, vtpote quas pascit inter lilia. Puritatē verò duplicē designat: Vel ipsius dilecti, vt sensus sit: *Dilectus meus mihi, & ego illi*, qui insigni decorus est munditie: adeò vt, ēt *si oues pascat; nihil tamen ex pascuis* contrahat sordis, ac si inter candidissima lilia pasceret: vel secundò, non sponsi duntaxat, sed & ouium quoq; ac si dicat: Cuius & oues mundissimæ sunt; adeo vt, ne quid ex pascuorum contactu deturpētur, eas pascat inter lilia: vel ac si inter candidissima lilia eas pasceret. Cui sensui adstipulatur antiquissima versio Symmachi, quæ (vt super hunc locum notat Theodoritus) habet κἀγὼ αὐτοῦ τοῦ ποιμαίνοντος τὰ ἄνθη. *Et ego illius, qui pascit flores*, idest, & ego illius, qui pascit oues, instar candidantium Liliorum candidas.

Vbertatem denique hoc ipsum: *Qui pascitur inter lilia*, & pulchritudinem significat pascuorū illorum, in quibus sponsus pascit. Non est autem existimandum, sponsam id dixisse, quòd reuera illa C pascua essent lilia, neque enim liliis pascuntur pecora, sed herbis virentibus, ad explicandam quippe eorum vbertatem, & pulchritudinem maximā, ex liliis ea constare inquit, more amantium feminarum, quæ semper habere solent in ore Lilia, rosas, flores, gemmas, & id similia. Quamquam non incongrue etiam eadem vbertas, pinguedo, ac species significetur, si liliorum nomen non translate (vt dictum est) sed proprie sumatur. Quid.n. speciosius campo liliis, floribusve variegato? Et lilia in pascuis nascentia pinguedinem, & vbertatē indicant eorum pascuorum, atque adeò caute locuta est sponsa: neq; enim dixit, *Qui pascitur Liliis*; sed, *Qui pascitur inter Lilia*, idest in pascuis vberrimis, maximeq; speciosis, vtpote quæ liliis sunt referta.

Notandum tertio, quoad tertiam partē, *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: Verba ista quamuis, iuxta Masoretarum distinctionē ad subsequētem referantur sententiam; Cōi tamen cōsensu nostrorum Patrum, atque ēt nonnullorum Hebræorum D referri ad præsentem. Atque adeò, etsi litterę, & seriei dramatis congruentius existimem, vt ad subsequentia referantur, prout in prima expositione vers. 17. explicabo: Ne, tamen tanto Patrum cōsensui omnino repugnare videar, quasi illorū sensum à litteræ sono censeam penitus alienum, operæpretium mihi duxi, vt darem operam, dramatis seriem etiam hac seruata distinctione, exponere.

Porrò in hac ipsa distinctionis forma duplicem item apud Patres reperio modum, quo dicta verba connectantur, vtrumque satis probabilem.

Quidam enim ea iungūt cum primis iis verbis: E *Dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*, vt quæ intermedia sunt, *qui pascitur inter lilia*, per parenthesim dicta sint. Alii verò simplicius ad hæc ipsa, *qui pascitur īter lilia*, quę immediate præcedunt, eadem referunt; vt significetur; sponsum pascere inter lilia; donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Sicut autem diuersimode hæc verba referuntur, ita diuersum, atq; distinctum eorundem sensum esse, crediderim, vtrū que probabilem, vt dixi.

Si.n. primo modo iungantur cū prima parte, nihil aliud per hæc sibi velet sponsa, nisi quòd dilectus suus solus sit sibi dilectus, & ipsa sola dilecto suo sit dilecta, eritq; in perpetuū, vt ppetuitas hoc loco

Perpetuitas a[illegible] fit.

LITTERA.

loco describatur per periphrasim sicut & in psalmo 88. descripta est per ea verba (sicut dies cœli;) *a Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli*, idest perpetuum, sicut perpetui

a Psal. 88.30

sunt dies, qui à cœlo fiunt per perennem solis cursum, vt rectè exponit Euthymius super citatū psalmum: Sicut & alio pacto infra in eodem psalmo de

b Psal. 88.37

perpetuitate eiusdem throni verba faciēs Deus, huiuscemodi eam describit periphrasi: *b Semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis*, idest thronus eius erit perpetuus, sicut ppetuò sunt in cōspectu meo Sol, & Luna plena, & iris, arcusve cęlestis, q est testis in cęlo fidelis.

B

Porrò, sicut ad litteram intelligendo hæc de throno Dauid, quo in hoc sæculo regnauit illius semen, perpetuitas sœculi huius in his duobus locis circunscribitur per eam durationem, qua & Sol apparet per diem, & Luna per noctem, & iris tempore pluuioso: ita & hoc loco eadem per idem circūscribitur tempus, quo dies, atque nox sunt per solis ortum, atque occasum. Enimuero per id, quod dicitur: *Donec aspiret dies*: idipsum significatur, ac si diceretur, donec, & quandiu dies elucescat. Exprimitur autem hoc diei initium per effectum, qđ consequi solet tempus illud, aspirationem nimirū, seu spirationem auræ lenis: obseruamus enim quotidie, diluculo, & ad primum diei ortū lenem, acutumve spirare ventum. Quod indicare forsitan voluit ipsemet Salomon in primo capite libri Ecclesiastes, vbi de solis circulatione agens, ea habet verba: *c Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibique renascens, gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem; lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur*, idest cum Sol, renascens lustrare incipit vniuersa, pergit, suscitaturque ventus, spiritusve, & aura; ac tum sol ipse procedens in cursu suo, reuertitur ad suas circulationes. Et quis scit, si propterea huiuscemodi tempori nomen Auroræ impositum sit, quasi id sit tempus, & hora auræ, ac spiritus lenis, quāuis non ignorem, aliunde eius nominis etymologiam deduci solere. Per id vero, quod subiicitur: *Et inclinentur vmbræ*: idipsum significatur, ac si diceretur, & aduesperascat. Describitur quippe vesperi tēpus, & noctis aduentus ex effectu pariter eiusdem: si quidem tūc temporis, declinante sole, inclinari videntur & vmbræ corporum, quæ prius stare videbantur, iuxta illud Poetæ, Cadunt altis de montibus vmbræ. Tūc enim eæ producuntur in longius, vnde apud Ieremiam reperimus dicentes: *d Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi*: dum autem in longius producuntur, inclinari, moueri, ac festinare videntur: vnde bene Septuaginta verterunt *καὶ κινηθῶσιν*, & moueantur, quod in hæbræo est ונסו venasò, & fugient, idest festinabunt, & maturabunt vmbræ, iuxta hebraicam phrasim, qua verbum, fugere, sumitur pro festinanter currere, vt & in fine huius Cantici; *Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ*, &c. idest festina &c.

c Eccl. 1.5.

d Ier. 6.4.

Quòd si secundo modo hæc ipsa verba iungantur cum ijs: *Qui pascitur inter lilia*, germanus illorū sensus est, vt vesperam duntaxat significent: Ac si diceretur: Qui pascitur inter lilia interdiu, donec aduesperascat, quando in caulas reducuntur greges. Circunscribitur autem pomeridianum, ac vespertinum tempus ex duobus, quæ idconcomitari solent, inclinatione nimirum vmbrarū, prout iamiam ostensum est, & ex spiratione vēti lenis: obseruare enim est quotidie, in dicto tempore ventum spirare, sicut & in crepusculo matutino; Qđ

A

annotauit Aristoteles in sectio. 25. Problematum quæst. 4. dicens: flatus vel ortu solis, vel obitu incipit; & Plinius lib. 2. cap. 47. dicens: Sol & auget, & comprimit flatus; auget exoriens, occidensque. Hunc porrò esse istorum verborum sensum, cōfirmat lectio Aquilæ quę habet *ἕως κεκλίνων (?)* *donec cesset dies*, pro eo, quod Vulgata, & Septuaginta habent: *Donec aspiret dies*.

LITTERA.

His annotatis pro intellectu singularum partiū, iam facile patet, quis sit totius huius sententię sensus. Illud verò superest inquirendum, quis nam in hisce sit Dramatis ordo; quoue pacto, quæ in hac sententia dicuntur, connectenda sint cum superioribus. Et quidē non ignoro, à diuersis diuersa dici, ne tamē sim longior, ijs omnibus prætermissis, quę ab alijs dicūtur, dicam breuiter, quid ipse sentiam. Duobus enim modis cōnecti hęc posse censuerim, atque adeo duplicem eorum esse sensum.

I. SENSVS.

Primus modus est; vt supponamus, spōsum post supradictā orationem, qua vocauit sponsam, & studuit ei persuadere, vt surgeret, secumq; rus tenderet, postq; ordinationē factam ministris, vt pro vinearū custodia vulpeculas caperēt, quæ vineas demoliri solerēt, iter arripuisse, vt discederet: & è vestigio, spōsę socias illū apud se detinere tentasse: cū igitur spōsa hoc sociarū studium animaduerteret, quo quasi vnaqueq; earū sibi ipsis tam decorū, suauemq; dilectū arrogare niteretur, ad illa conuersa

C

ait: *Dilectus meus mihi, & ego illi, donec aspiret dies, et inclinentur vmbræ, q pascitur inter lilia*: Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Haud metuo, vt meum à me abstrahentes dilectum, eum ad vos alliciatis aliquādo; nam is meus in perpetuum est solus dilectus, & ego vicissim sola sum eius in perpetuum: Pastor is certè est: sed tamen nec olet, instar aliorum Pastorum: nec immunditia aliqua deturpatus est, prout pastores reliqui; nam, & pascua, in quibus pascit, odoratissima sunt, atque mundissima, & oues ipsæ, quas pascit ex pascuis, in quibus pascūtur, suauissimum contrahunt odorem: nec fieri potest, vt in illis aliquid contrahant sordis: *pascitur* enim eas *inter lilia*, in pascuis adeo speciosis, & suaueolentibus, vt ex fragrantissimis, ac candidissimis lilijs consi-

D

ta videātur. Ne ergo illū ad vos tenteris allicere, si aliquid in vobis, vel sordiū est, vel fetoris: Sinite, ad pascua tēdat, in quibus pascit, & cubat in meridie.

II. SENSVS.

Alter modus, & congruentior, est: vt sponsus ipse, qui adhuc penetralia domus non subierat, sed stans post parietem, respiciensque per fenestras, ac prospiciens per cancellos, & inde amicam suam, vt rus egrederetur secum, inuitarat: postquam illā ad obtemperandum promptam animaduertit, audiuitque sedulam eius curam in prospiciendo vinearum custodiæ, iubendo, vt caperentur vulpes paruulæ, quę demoliuntur vineas; more suo illicò abscesserit, ad pascua rediēs, donec aduesperasceret: Cuius discessum tam subitū agnoscens sponsa, in-

E

telligensq; quò ierit, ne sociæ suspicarentur, illum ei indignatū, ad ipsas conuersa dicat: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: Ac si diceret.

PARAPHRASIS.

Tota sum de dilecti mei dilectione, ac fide: Ipse enim est meus, ac solus dilectus, & ego sum illi dilecta vnica, atq; sola: Quòd si tàm subito, & insperato discessit, id nō ex vlla animi indignatione ab eo factum existimetis: properauit enim ad greges, quos in meridie pascitur in pascuis vberrimis, ac speciosissimis, donec aduesperascat. Tum ad illū, quasi eum præsentem haberet, ex amoris impetu subijcit: *Reuertere*, &c.

Notandum est autem circa hos duos sensus;

DE ECCLESIA.

diuersimodè in illis accipi aduerbium, *Do ec*: Si A quidem in secundo sensu sumitur, vt significat exclusionem; quia cũ aduesperascit, iam sponsus non pascitur inter lilia. At verò in primo sensu haudquaquam sumendum hoc modo, vt significat exclusionem; sed vt significat continuationem, prout frequentissimè in sacris paginis sumi, ostensum est aliàs. Enimuerò tam perpetuus est amor sponsorũ, de quibus sermo est in hoc Cantico; vt etiam post mortem duraturus sit, post consummationem sæculi, quãdo cessabit vicissitudo diei, ac noctis, per quam vicissitudinis durationem perpetuitas hoc loco circunscripta est. Quoniã humano more sponsa fingitur loqui: & apud homines, amor ille perpetuus inter amantes dicitur, qui nunquã interrumpitur, quamdiu ambo, vel alteruter in hoc sæculo vixerint, vbi perpetua est diei, ac noctis vicissitudo.

Vers. XVI. Dilectus meus mihi; & ego illi; qui pascitur inter lilia.

Vers. XVII. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS. ADeo præstãs est boni natura; vt vel ij, quibus malum insidet cordi, malum ipsum bonitatis appellatione honestare cõtendant: adeo ingens vis est veritatis; vt nec mendacium fundere quis audeat, quod ipsa non sit veri specie coopertũ: Adeo eximia est Christi doctrina; vt & quotquot illi obsistunt, per prauas dogmatum nouitates, nil plebi audeant persuadere, ni prius Christum ad se alliciant, eumdemq; suæ hæreseos iactitent assertorẽ. At verò, sicut id solùm re uera est bonum, quod in vnico situm est medio: sicut veritas vna duntaxat, à qua qui vel ad trãsuersum vnguem recedit, in falsitatem decidat, operæpretium est. Ita & Christi doctrina vna solummodò est, fundata super vnam veritatem: Ita & Ecclesia vna tantũ est, quæ vni innititur doctrinæ Christi: Ita deniq; & Christus vnius duntaxat Ecclesiæ est, quam vnam nedum mundauit lauacro in verbo vitæ; sed & per vnius doctrinæ, & veritatis exhibitionem, gloriosam sibi exhibuit sponsam, non habentem maculã nequitię, aut rugam falsitatis. Hinc est, quòd eadẽ Ecclesia, cui compertissima sunt hæc omnia, consuetum intelligens hæreticorum morem, quo Christum ita apud se detinere contendunt, vt suæ sectæ illũ velint esse dilectum: atq; adeò suam quique plebis collectionem, dilectam asserunt Christi: de suo certa connubio ad has omnes variarum sectarum collectiones conuersa ait: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur*, &c. Quibus verbis duo simul efficit.

Primò enim ostendit, quàm tuta ipsa sit de vera, atque perpetua Christi amicitia, deq; ipsa veritatis professione.

De matrimonio spirituali inter Christum, & Ecclesiã. Secundò hæreticis indicat, frustra eos omnes laboraturos, vt Christum ad se alliciãt, si per aliquã dogmatũ diuersitatẽ ab ipsa discrepent, q̃ vnica, & Catholica est. Ambo verò hęc vnico efficit medio, arctissimam videlicet eam significans, quæ sibi cũ Christo, est cõnubij spiritualis cõiunctionẽ. Atqui adeò exactè in modicis hisce verbis de hoc spirituali tractat connubio; vt nec vllibi melius in tota scriptura sacra de illo pertractatũ reperiamus; nec quidquam ad eam, quæ hic ab ipsa dicuntur, adijci queat, quod in his verbis vel tactum non sit, vel indicatum.

Agit quidem de hoc connubio Isa. Proph. dum ait ad Ecclesiam: a *Leua in circuitu oculos tuos, & vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: Viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his, velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos, quasi sponsa*; sed certè vix attigit hunc tractatum: Quinimo nec apertè ausus videtur sponsæ appellationẽ ipsi tribuere Ecclesia, cum adiecerit particulam *quasi*. Apertius de eodem agit Oseas describens huiuscemodi desponsationis pactum, vbi Dominum inducit, ad Ecclesiam dicentem. b *Et sponsabo te mihi in sempiternũ, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & miserationibus: & spõsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus.* At quamuis per hęc explicata sint fœdus sempiternum, & indissolubile, & quę vel præcedunt, vel consequuntur dictum fœdus; fides nimirum, misericordia Dei, quæ fidem ipsam præcedit; iudicium eiusdem Dei quo diabolicas damnauit potestates, quod ve ipsam consecutũ est desponsationem: ac demũ iustificationem, quæ talis despõsationis indiuidua est comes: nil tamen in citato loco per Prophetam dictũ reperitur de eo, in quo essentialiter ipsum, de quo loquimur, spirituale situm est cõnubium: nil de charitate mutua, cui omnis matrimonij nititur vinculum: Vnde nil mirum, si, cum in fine prædicti fœderis debuisset à C Spõso dici: *Et scies, quia ego Sponsus*: non hoc tamen amoris nomẽ appositũ ab eo sit, sed nomen potius Dñi, quod timorem incuteret, & reuerentiam: *Et scies, quia ego Dominus.* Paulus deniq; multo præstãtius, quàm vel Isa. vel Ose. in Epist. ad Eph. eamdẽ pertractans materiam, & de mutua Christi, & Ecclesię egit dilectione; & de ijs, quę talem consecuta sunt dilectionem; ac demum de inseparabili, & indeuisibili eorumdem vnione, dicens: c *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea; vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo; vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam*, &c. Et infra: *Qui suã vxorem diligit, seipsum diligit: Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet* D *eam, sicut & Christus Ecclesiam; quia mẽbra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suã, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Verum adhuc in Paulo est, quod desideretur in hac materia: Neque enim quidquam explicite is dixit de perpetuitate talis vnionis, nec sponsi vllam tetigit conditionẽ, nec vllum de prole, quæ ex huiuscemodi cõnubio orta esset, habuit verbum.

Sponsa, ipsaque Ecclesia est, quæ exactissimè exprimere ea omnia potest, quæ ad spirituale hoc pertinent matrimonium, vtpote cum qua contra-E ctum id est, & quæ est conscia de omnibus, quę in tali vel fiunt, vel facta sunt fœdere. Atque adeo istiusmodi locuta est phrasi, qua & essentiã, & causam, & effectum præcipuum, necnon, & bona matrimonij in illo esse ostẽderet, dicẽs: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Enimuerò animorũ coniunctionem, in qua est essentia cuiuslibet matrimonij, per id indicat, quod ait; tam ipsam Christum solum pro dilecto habere, quam Christum eam solam habere pro dilecta, vt & ipsa illi, & is sibi arctissime sit vnione coniunctus. Ac per ista met verba in spirituali hoc suo connubio, & mutuum designat consensum, qui in matrimonio obtinet locum

DE ECCLESIA.

a Isai. 49. 18.

b Osee 2. 19.

c Ephe. 5. 25. & 28.

Matrimonij spiritualis inter Christũ, & Ecclesiã essentia, causa effectus, et bona hac sententia ab spõsa explicantur.

DE ECCLESIA.

locum causæ tum materialis, tum etiam formalis: ac si diceret: ego quidem Christum solum dilectū uolui, & ipse adeo hac in re mihi consentijt, vt me solam velit habere dilectam: necnon & iuge consortium, quod dicimus ipsius matrimonij effectū, id quippe designat formula ista loquendi: *Dilectus meus mihi: & ego illi*: qua ipsa vsa est, cum clarius dicere potuisset; Dilectus meus mihi solus, & ego illi sola: Aeque est enim ac si dicat: *Dilectus meus mihi* soli, scilicet intendit, aut commoratur, *& ego illi* soli intendo, nunquam ab eius recedens consortio. Bona denique matrimonij exprimi poregregie. Tria sanè communi Theologorum sententia ex Augustino solent enumerari hæc bona, fides, proles, ac Sacramentum. Fidem ostendit, cùm ait, *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Prolem, dum subijcit: *Qui pascitur inter lilia*. Sacramentum verò, cum ad prædicta addit: *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.* Quàm rectè fidem, eamque præstātissimam in hoc spirituali connubio esse demonstrat, perspicuum vnicuique erit, si quid fides sit, vt sumitur pro primo matrimonij bono, intelligatur, neq; enim pro virtute accipitur Theologica, qua credimus Deo, & ijs, quæ à Deo reuelata sunt; sed (vt bene ait Sanctus Thomas) pro quadam iustitiæ parte, secū dum quod fides dicitur ex hoc, quòd fiant dicta in conseruatione promissorum: quia in matrimonio, cum sit quidam contractus, est quędam promissio, per quā talis vir tali mulieri determinatur. Ac certè hanc fidem, tam sibi, quàm sponso suo Christo, magis quàm vlli carnalium coniugum cordi esse, significat Ecclesia sancta, dū inquit: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Quid enim hoc aliud est, quàm si diceret, adeo tutam dilecto meo seruo fidē, vt nullum alium præter ipsum amatorē admittam, isque vicissim fidē sic mihi seruat promissam, vt me vnā habeat pro dilecta.

Addit. ad 3. partē. q. 49. a. 1. ad 2.

Sicut autem primum hoc matrimonij bonum in prędictis protestatur verbis: ita & in his, quæ subijcit: *Qui pascitur inter lilia*: indicat & secundum, qd prolem diximus esse. Etenim in hoc secundo matrimonij bono duo includuntur, procreatio, & educatio prolis, vtrumque quidem in hisce subinnuit sed de educatione potius verba facit, quàm de procreatione; quia bona, sanctaque fidelium educatio est multò præstantior, multoque vtilior, quàm eorumdem procreatio: parum enim, aut nihil confert fidelibus, per Baptismi regenerationem genitos esse ad vitā, nisi & sancta educatione in vita ipsa seruentur. Quinimò si ista desit, plus obest, quàm prosit generatio illa. Meminit igitur Christi sponsa Ecclesia educationis prolis, quæ, etsi secundarius finis in terreno soleat esse coniugio; præstantior tamen est, prolique vtilior, & sibi, Christoque iucundior. Explicat autem hanc prolis educationem metaphorica hac locutione: *Qui pascitur inter lilia*: haud dubium, quin de pastu loquatur fidelium, q à Christo per ipsam geniti sunt in Baptismo, atque adeo ipsius proles, ac filij sunt, iuxta illud Iacobi: *a Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius*: quiue oues eiusdem sunt, quas ipse se pascere gloriatur, dicens: *b Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.* Hos itaque filios, hasque oues suas pascere inter lilia dilectum suum, inquit Ecclesia, quatenus illos educat in sanctā conuersatione: quoniā sic eos sancta pascit eruditione, vt tam insigni redolentes reddat sanctitatis fragrā-

a Io. 1. 17.

b Io. 10. 15 & 17.

Christus suos undiq; fideles cur inter liliaeos dicatur pascere.

A tia, tantaue puritate decoros, ac si in cælesti patria pascerentur inter lilia, inter candidissimos, fragrantissimosve cælestium spirituum choros, hinc nāque est, quòd complures videre sæpe sepius licet fideliū, quos Angelicam in terris ducentes vitam, & in puritatis candore, & in odore sanctitatis Angelos potius, quā homines dicas, quia nimirum à sponso inter lilia (vt dictū est) cælesti pascū tur, & educantur eruditione. Quid verò nimirū, si is educat eruditione cælesti, eisdemq; impertit & puritatis candorem; & odorē sanctitatis, cum ipse & in cælo, & in terra inter lilia pascat sanctorū, candorē eis tribuens, & odorem liliorū, cuius *c labia lilia* sunt (vt infra dicetur) *distillantia myrrham primam*: cum & odorem, & gloriā ab eisdē

B quodammodo suscipiat sanctis, æquè ac pastor, inter lilia pascens, odorem suscipit à lilijs, decorum ve inter ipsa seruat lilia, ita vt propterea rectè de illo id dicatur psalmi; *d Deus, qui glorificatur in concilio sanctorum.* Porrò, cum prolis educatio, nō ad virum duntaxat, sed & ad mulierem pertineat, cūque & Ecclesia suos educet fideles, suosque pascat, & filios iuxta præceptum Domini, qui & in hoc Cantico ei mandauit, *e* vt pasceret hœdos suos iuxta tabernacula Pastorū; Et in Euangelio *f* capiti eius Petro præcepit, vt pasceret oues ipsius: Ipsa tamē Ecclesia Sponso adscribit munus istud quia ille re vera est, qui quoslibet pascit fideles, et cum ij ab Ecclesia, eiusve Doctoribus verbo eru-

C ditionis pascuntur, iuxta illa: *g Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri*, &c. *h ipse* scilicet Spiritus Sanct. *suggeret vobis omnia, quæcunque mandauero vobis*, &c. *i Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

c Cā. 5. 13

Ex sanctorū puritate, & sanctitate Deo quodammodo gloriam adijci.

d Ps. 88. g.

e Can. 1. 8

f Io. 21. 17.

g Lu. 21. 15

h Io. 14. 26

i Ma. 10. 20

Ostendit denique Christi Sponsa in spirituali, quo Christo iuncta est, connubio & tertium quodammodo inesse matrimonij bonum, indiuisionē videlicet, & inseparabilitatem, quę si est in coniugijs carnalibus propter sacramētū illud, quo significatur inseparabilis coniunctio Christi, & Ecclesiæ, iuxta Apostoli definitionem, asserētis: *k Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, &*

D *adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*: haud dubium, quin sit & in hoc matrimonio spirituali, cuius signum, ac sacramentum est matrimonium carnale. Indicat autem Ecclesia hoc indiuisionis bonum egregia perpetuitatis circumlocutione, dicēs: *Dilectus meus mihi; & ego illi, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: Ita nimirū perpetuam illam ostendens inseparabilitatem, vt satis sibi esse videatur, si illius perpetuitatem probet, qua in hoc sæculo indiuisibiliter cū Christo iuncta est, & Christus secum, de qua dubium fortasse exoriri potuisset, ob id, quòd sæpius à Domino derelicta videatur, quando ille tribulationib.

E ac persecutionibus eam iactari sinit: quando tenebris errorum, & ignorantiæ compluribus in locis offundi eam permittit, quando ad tempus luminæ suarum consolationum eam priuat. Sensus igitur eorum, quæ hic à Sponsa dicuntur, huiusce modi est, vt Sancta, & Catholica Ecclesia hæreticorum sectas, quæ Christum sibi vendicant, & verameius fidem, hoc pacto alloquatur.

Matrimoniū Christi, & Ecclesiæ indiuisibile, & inseparabile.

k Eph. 5. 31

PARAPHRASIS.

Tam arcta simul cum Christo iuncta sum coniunctione, vt quicquid à vobis tentetur aduersus eam, vanū futurū esse, non dubitē. Ego illi assensum præbui, is mihi: Ego illi seruo fidē, vt ipsum solum habeam dilectum, isque vicissim mutuam mihi seruat fidem, me vnam suam agnoscens Spon-

Dd 2 sam.

Michaelis Gbislery.

Digitized by Google

DE ANIMA.

ſam. Quid verò timeam ab illo disiungi? In perpetuum is mihi dilectus vnicus, egoque illi: non in futuro tantum ſæculo, quando æterna iungemur felicitate, ſed & in præſenti, tũ quando dies mihi aſpirat conſolationum, tum quando nox ſuperuenit tribulationum. Quid vos immũdi, ac fœtidi perfidia, & iniquitatibus ad illum acceditis, qui et in cælis, & in terris paſcitur inter lilia? cuius oues & cæleſti fragrãt ſanctitatis odore, & cæleſti renitent candore puritatis, vtpote quas tali paſcit, educatq; eruditione, vt inter cæleſtes ſpiritus paſcere eas videatur. Sinite itaque illum, vt ad hæc tendat paſcua, in quibus ille, dum æſtus tentationum ardent, in præſentis vitæ meridie ſuas paſcit, & cubare facit oues.

Verſ. XVI. Dilectus meus mihi; & ego illi; qui paſcitur inter lilia.

Verſ. XVII. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

Paſtoris nomen ſignificat dilectionẽ Dei ad plures. Nomẽ verò Dilecti ad vnum.

Etſi ambo hæc nomina Dilectus, ac Paſtor æq; Deo conueniant, illiusve præſeferant dilectionem erga genus humanum: ſi tamen intimius eorum vis perpendatur, inueniemus, nomen paſtoris ſpecialius illam exprimere, vt habet reſpectum ad multitudinem; actus quippe paſcẽdi ad plures dirigitur oues, quæ paſcuntur in vno, vel in pluribus gregibus: E veſtigio autem nomen dilecti vnũ quid magis reſpicit; quandoquidem dilectionem coniugalem propriè deſignat: vnde factum eſt, vt tam frequenter in hoc Cantico ab vnica vſurpetur ſponſa: quòd, ſi quando in ſacris paginis vel ob ſocialem, vel ob filialem, vel ob alium quemcumque amorem alicui tributum id reperiatur, vnicã ferè ſemper deſignat charitatem, qua vel is, qui diligit, vnice quempiam diligit, ac præ ceteris amicis, aut filijs; vel is, qui diligitur, vnice ac præ ceteris diligitur.

II. SENSVS.

Indicat hæc omnia Chriſti ſpõſa anima ſancta, dum ait: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.* Aeque eſt enim ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Deus, qui, ſicut eſt paſtor omnium, ſuamque dilectione m vt paſtor exhibet erga vniuerſos fideles: ita eſt & dilectus meus, me ſingulariter diligẽs eſt meus ſolus ſponſus: Neque verò, quia ad tẽpus à me receſſiſſe videtur, offenſum, aut mihi indignatum illum exiſtimetis: Sicut enim ipſa cum ſolum habeo dilectum; ita viciſſim me ſolam is diligit, q donec adueniat mortis veſpera, ſuas vniuerſas paſcit oues, promouens eas ad lilia puritatis, puraſve illas ſeruans inter lilia, iuxta ſingularum inclinationem; cui muneri ipſum & modò operam dare, nõ dubito, cum me quaſi deſtitutam reliquiſſe videtur; ſed ſi quid ꝓpter huiuſcemodi munus in eius dilectione aſſignare licet diſtinctionis, id omne in futura ceſſabit vita, vbi is erit omnia in omnibus, qui modo paſcitur inter lilia, donec præſens aſpiret dies, præſentiſve tẽporis inclinentur, & vmbræ.

Pro exacta allati ſenſus intelligẽtia, quatuor ſũt quæ diligentiorem requirunt diſcuſſionem. Primũ quid ſit, quod pia anima ait, Deum ſolum ſe habere dilectum. Secundum, quo pacto verum id eſſe queat, quod ſubijcit, Deum ipſam ſolam diligere, ſolamve eam habere dilectam. Tertiũ, quare Deus

A in hac vita, ſuos paſcens fideles iuxta ſingulorum inclinationes, dicatur paſcere inter lilia. Quartum denique & vltimum, cur mortis, vel etiam futuri ſæculi tempus hac circumſcribatur periphraſi: *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.*

DE ANIMA.

Amor piæ animæ quo totus eleuatur in Deũ.

Quoad primum: Difficile quidem primo aſpectu concipi poſſe videtur, qua ratione fieri queat, vt totus animæ amor ad vnum Deum eleuetur in altum, cum per Deum ipſum de huiuſcemodi amoris inclinatione ad quodlibet malum in Geneſi dictum ſit: a *Senſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*: Nihilominus facillime rem iſtam intelligemus per aquæ ſimilitudinem. (a Ge. 8. 21.) Aqua enim cum libere delabi, ac ſeſe diſpergere ſinitur, eatenus in plures diffunditur partes, (Simile.)
B quatenus, vel deſcenſum reperit, in quem præceps ruat; vel in eadem terra abſorbetur, atque exiccatur; vel denique alicubi cõſiſtens ſtagna progignit, & paludes exitiales. Verùm, cum eadem includitur plumbeis canalibus, ſeu alterius materiæ fiſtulis, ſimul vnita aſcendit, ea videlicet, quæ prius prolabitur, ſic impellente ſequentem, vt mutato naturali curſu, quo deſcendere conſueuit, coniunctim cœlum verſus tollatur. Idipſum, par eſt, in amore noſtro aduertere; nimirum ſi laxatis habenis ad libitum quoquo verſus inclinari, vel ferri permittatur in diuerſa circumagitur, & varia affectat, quouſq; vel ad miſerrimas inferorum ſedes præcipitet; vel
C citiſſimè expletus in ijs creaturis, in quas erat dilapſus, exiccetur; vel in aliqua earumdem creaturarum conſiſtens, ex ſeſe quaſi ſtagna procreet peccatorum, quæ poſtmodum peſtifera ſequatur contagio animæ noſtræ. At ſi à nobis intra diuinum timorem, quaſi intra canale concludatur, tunc feliciſſime ad cœlum aſcendit: atque ijdem conditarum rerum amores, qui ob naturam corruptã ad ima vergunt, inuicem ita ſeſe impellunt ope Spiritus ſancti, vt ad Deum eleuent omnem amorem. Hinc ſuo iure anima ſancta, vnum ſe Deum diligere, vnum Deum ſibi ſponſum elegiſſe, in vnius Dei amore cõquieſcere, creberrima oratione teſtatur, dicens, *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Amor piæ animæ dicitur amor virgo, quia ad vnũ Deũ eſt directus

Porrò quemadmodum aquam illam, quæ intra
D fiſtulas decurrens in altum aſcendit, aquam virginem aliquando appellare conſueuimus, quia haud quaquam ſinitur fœdari, & in plures partes diffundi, ſed intra canales concluſa ſublimis ad vnũ eleuatur foramen. Ita & prædictus Animæ ſanctæ amor, amor virgo dicendus eſt, dum ad vnum duntaxat directus eſt Deum, & hoc nomine appellaſſe illum, viſus eſt Paulus, cum ad Corinthios ſcribẽs ait: b *Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* (Simile.) (b 2. Cor. 11. 2.) Per id enim quod primò in plurali inquit, *Deſpondi vos*; & poſtea in ſingulari ſubijcit, *Virginem caſtam exhibere Chriſto*; indicare videtur ſe vniuerſos, quotquot fideles, ſanctive erant Corinthi, ita vni Chriſto deſpondiſſe, vt etſi plures ij
E eſſent, multique inter eos cum proprijs coniugib. matrimonio iuncti; oẽs tamen, & ſinguli eorũ virginem caſtam ipſi ſe exhiberent Chriſto; vnico. ſ. eoque virgine illi ſe cõiungentes amore: illũ vnum virginea amãtes dilectione, qui ob iſtud ipſum forſitan in hoc verſu ſuas oues paſcere dicitur inter lilia, quæ ob eximium candorem ſymbolum ſolẽt eſſe puritatis, ac virginitatis: quoniam eæ ſint oues quas ipſe paſcit, quæ ipſum virgineo proſequuntur amore. Quidni verò anima, quæ in ſponſam à Chriſto electa eſt, quidni, inquam, amore huiuſcemodi Deũ diligat, dicatque *Dilectus meus mihi, & ego illi*, ſcilicet ſolus eſt dilectus: cum inter vniuerſa creata nihil inueniat, quod tali ſuo dignum ſit amore.

Mundanus non eſt proportionatũ obiectũ amoris noſtri.

DE ANIMA.

amore. Neque enim, ſi totum ſimul accipias mũdum, dignus is eſſe poteſt, ad quem amor iuſtorũ dirigatur, prout bene & Chryſoſtomus, & Theophilactus in Epiſtolam ad Hebræos ex ijs colligũt Apoſtoli verbis: *a Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt &c. quibus dignus non erat mundus*: atque adeo de ſemetipſo verba faciẽs idem Apoſtolus, adeo arcte amoris ſui aquas intra canale concluſas ſe tenere ſignificat, vt ad vnum ſuũ aſcendant dilectũ; adeoque audacter cum ſpõſa inquit: *Dilectus meus mihi, & ego illi*: vt dicat: Etiã ſi per impoſſibile Angeli, & cæleſtes Spiritus, qui pulchritudine creatis omnibus eminent, vel nobilior aliqua, quæ noua à Deo creari poſſet creatura, ipſum ad ſe allicere, & à Deo alienare vellent, ita vt amorem ſuum non in Deum ſolum, ſed & in ipſos dirigeret, nihil eos facturos: *b Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro*. Quod & Magdalena facto verum oſtendit, quæ tali erga Chriſtum amore præ ceteris diſcipulis ardens, & Angelorum ſibi apparentium neglexit aſpectum, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ comitatũ reliquit, idve vt ſuum quæreret, quem vnum diligebat, Chriſtũ dilectum ſuum. Ex his ergo patet, & quid ſibi velit anima ſancta, dum ait: *Dilectus meus mihi*: & quàm congrue, ac verè ſibi vnum, ſolumque Deum vendicet dilectum.

a Heb. 11. 37.

b Rom. 8. 38.

Iuſti digni ſunt amore Dei ſuper omnia creata.

Sed quod ſecundò ſubijcit, *Et ego illi*: maiorem habet difficultatem. Si diceret, Deum iuſtos quoſque præ omnibus habere dilectos, magnum certè diceret, at indubitatũ; quandoquidem inter creata omnia nihil eſt, quod ſibi magis Dei cõcilier amorem, quòdve Deo dignius ſit, & de quo is glorietur magis, quàm electi, ac iuſti quique: ita vt propterea de illis duntaxat in libro Sapientiæ dicatur: *c Inuenit eos dignos ſe*; & in Epiſtola ad Hebræos: *d Ideo non confunditur Deus vocari eorum Deus*. At verò cum dicat, Deum ita ipſam diligere, vt eã vnam, ſolamve habeat dilectam, id vix à quoque cõcipi poteſt. Veruntamen haud exiſtimandum, animam, quæ Chriſti eſt ſponſa, inſipienter hac de re gloriari: veritas autem eius dicti facile per exemplum animæ rationalis percipitur: Sicut enim hæc licèt vniuerſum corpus coniunctim informet, omnes tamen, ſingulaſve eiuſdem corporis partes informat diſtinctè, ita vt à Philoſophis tota in toto corpore, & tota in qualibet parte ipſius eſſe dicatur: quocirca veriſſime eadem tota in vna corporis portiuncula eſſe, dici poteſt, ac ſi in ipſa vna ſola exiſteret: id quod ex eius oritur indiuiſibilitate. Ita affirmare licet, Deum vniuerſas animas ſanctas vnice diligentẽ, etiam ſingillatim vnamquamque earum eadem proſequi beneuolentia, quia coniunctim omnes proſequitur: quare ipſarum quælibet ſuo iure id vſurpare poteſt, vt dicat, ſe ſolam illius eſſe dilectam, illumve vnam ipſam diligere, qñ, alias amando, haud quidquam de ſuo in ipſam detrahit amore. Quinimo ſicut tunc melius aĩa ſingulas informat corporis partes, qñ totum ipſũ informat corpus, quãdo nulla ab eius informatione excluditur pars corporis. Ita & tunc melius vnaquæque anima, ſe vnam, dicere poteſt, à Deo diligi, quando plures ſunt in Eccleſiæ corpore, quibus Dei amor communicetur. Spiritualis quippe amor (vt ait Hugo de Sancto Victore in ſoliloquio de arrha animæ, vbi egregie hãc pertractat materiã,) tunc melius fit ſingularis, quando omnibus eſt cõmunis: nec participatione pluriũ minuitur, cuius

c Sap. 3. 5.
d Hebr. 11. 37.

Qualibet anima ſancta, quòd dici queat vnica, et ſola dilecta Dei.

Simile.

Simile.

Hug. Vict. Tom. 2.

Michaelis Ghiſlerii.

DE ANIMA.

A fructus vnus & idem totus in ſingulis reperitur. Habet namq; in natura ſimpliciſſima ſponſi diuinitas, quaſi vnum reſpicere multos (inquit Bernardus) & quaſi multos vnum. Nec ad multitudinem multus erit, nec ad paucitatẽ rarus, nec ad diuerſitatem diuiſus; nec reſtrictus ad vnũ, nec anxius ad curas, nec perturbatus, ſeu turbulentus ad ſolicitudines: ſic ſanè vni intentus, vt non detentus, ſic pluribus, vt non diſtentus. Adeo autem hæc vera ſunt; vt & Deus ipſe ſic ſe aſſerat Deum plurium iuſtorum, vt & vnius pariter animæ ſanctæ æque Deum ſe eſſe, affirmet; & ſicut iuxta citatum Apoſtoli dictum; Non cõfunditur vocari Deus pluriũ iuſtorum; ita nec vnius pariter animæ ſanctæ dici Deus confunditur, vtpote qui eodem modo plures diligit, atque vnum; & ſingulos quoſque ita diligit, ac ſi ſolos eos diligeret; propterea in libro Exodi *e* interrogatus à Moſe, quodnam eſſet ipſius nomen, cum poſſet dicere: *Ego ſum Deus Abrahã,* B *Iſaac, & Iacob*: ad vnũquẽq; illorũ Sãctorũ replicat Dei nomen, dicẽs; *Ego ſum Deus Patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob*: & iterum: *Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob*: Ac ſi dixiſſet: Ego ſum Deus, qui iuſtis omnibus diuinum meum impertio amorem; quive ſic vnumquemque diligo, ac ſi ſolum illum diligerem: qui ita me glorioſum Deũ ob ſingulos agnoſco iuſtorũ, vt & ab vno vel Abraham, vel Iſaac, vel Iacob, vel alio quocunque diuinitatem meã accipere videar ob illud ipſum, quòd C ſic totum amorem impertij omnibus, vt illum, & vnicuique eorum æque communicarim. Hinc eſt, quòd Apoſtolus Paulus, etſi non ignoraret, Chriſtum Dei filium in iuſtis omnibus viuere, ac pro vniuerſis ſeſe tradidiſſe, vniuerſosvè dilexiſſe: audacter tamen, cum animaduerteret, ſe ita diligere illum ſolum, vt in eo ſolo viueret; ac ſi is pariter pro ipſo ſolo traditus fuiſſet, ipſumvè ſolum dilexiſſet, ac in ipſo ſolo viueret, ait: *f Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*. Vnde apparet, & ſponſam pariter veriſſimè in eodem ſenſu dicere potuiſſe; *Dilectus meus mihi, & ego illi*.

Bernard. ſer. 69. in Cant.

e Exod. 3. 6. & 15

f Gal. 2. 20.

D Quoad tertium: Inter lilia Deus dicitur paſcere oues ſuas, dum in præſenti ſæculo iuxta ſingulorũ inclinationes interna eruditione ſuos inſtruit fideles: quia etſi in vberrimis multiplicium virtutum paſcuis eos deducat: hunc videlicet in paſcuis patientiæ, illum in paſcuis manſuetudinis, alium in paſcuis obedientiæ, alium in paſcuis temperantiæ, & ceteris hujuſmodi, ita vnumquemque paſcens in paſcuis eius virtutis, ad quam quiſque pro penſione naturæ magis inclinatur, vt excellere in illa eum faciat, in omnibus tamen, & ſingulis cuiuſcunque virtutis paſcuis lilia intermiſcet puritatis; ita vt & in vnaquaque virtute candorem fulgere E velit puritatis; & ex iis ipſis, in quibus paſcuntur, virtutum paſcuis fragrantiam liliorum, ac puritatis curat, vt contrahant: hocque illud eſt quod nõ obſcure aſſerit Apoſtolus, dicens: *a Finis præcepti eſt Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*: ac ſi diceret: Id, quod in primis intẽdit Deus in quolibet præcepto: id, quod in qualibet virtutis eruditione, & in quibuslibet paſcuis eminere vult, eſt puritas; ſunt lilia, quæ ob eximium candorem, atq; fragrantiam ſunt puritatis ſymbolũ; puritatis, inquã, non tã carnalis, quàm ſpiritualis, quę nil aliud eſt, quã charitas in corde puro, & in conſcientia bona, & fide non ficta, quam charitatem ſupra Amorem virginem appellauimus.

Puritatem in virtutibus omnibus fragrare, ac redolere, vult Deus.

a 1. Tim. 1. 5.

Puritas quid ſit.

 Quo-

DE B. MARIA

Quoad quartum: Congruenter mortis tempus hac circunlocutione describitur: *Donec aspiret dies, & inclinentur umbra;* nam re vera tunc, cum mors instat, & tentationum venti magis perflat, & terrena omnia instar vmbrarum inclinari, ac transire videntur, prout dicitur in libro Sapientiæ; b *Transierunt omnia tamquam umbra*. Sicut autē vesperam, in qua aspirat dies, & inclinātur vmbræ, sequitur tempus noctis, in quo quies indulgetur, dulcemque vniuersa animantia capiunt somnum: Ita & tempus mortis sequitur futurum sæculum, in quo omnes, quotquot hic pauerit Dominus, perpetua fruentur quiete, somnoque requiescent æternæ felicitatis; atque ad hoc sęculum alludit sponsa dum ait; *Donec aspiret dies*, aduerbium, *donec* accipiens inclusiuè.

b Sap. 5. 9.

Vers. XVI. Dilectus meus mihi; & ego illi; qui pascitur inter lilia.

Vers. XVII. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

Tria extitere, quibus Gloriosissimæ Virginis amor erga dilectissimū filium suum auctior magis ac magis reddebatur. Primum, quia is vnicus erat eius filius: Secundum, quia ipsa sola dilecta illius extitit parens secundum carnem; Tertiū denique ob eximiam, præstantissimamve illius sanctitatē, & purissimum pastoris munus, quod is, carnem ex ipsa sumens obire dignatus est. Triplicem hanc sui amoris causam tribus Magis explicat Virgo benedicta in hac sententia. Enimuerò cū in versu præcedenti illos rogasset, vt illuderent Herodi, ceterisve vulpeculis, Herodi adhærentibus reuertentes per aliam viam in Regionem suam: Ostendit nunc demum; quare tantùm ipsa suæ metuat vineæ, quæ floruit: indicatque, suum omnem metum ex immenso itē suo prouenire amore, ne quid piam scilicet euenire contingat damni ei, quem tā ta dilectione prosequitur, vt nullus amor increatis suo par reperiatur amori. Quod ergo ait, tale esse videtur.

Maria triplicem causam amoris sui erga Christū exponit tribus Magis.

Capite amabò, & decipite Herodem, & illius complices, ne nostram demoliantur hanc florentem vineam, qui paruulas vineas demolituri sūt, infantesve occisuri: Valde enim huic metuo, quia supra modum eum diligo. Quidni verò eum præ matribus omnibus diligam filium meum? is non modò filius meus est, sed vnicus, ac solus, ac propterea dilectissimus est mihi filius. Quòd ve meum magis auget amorem illud est, quod in nulla alia reperire est matre. Ego sola illi sum parens; neque enim patrem is habet in terris; sed ex meis duntaxat visceribus carnem sumpsit. Quin, & tertia additur ratio, qua ardentissima in eum ardeo dilectione, quave adeo solicita reddor pro illius vita; quia nimirum is, in carne existens æque est purus, & sanctus, ac cùm in cælis inter lilia, & inter cælestes pascitur spiritus; pascit quippe & nunc, & pascet oues suas, donec aduenit vespera mortis suæ; pascitque illas in vberrimis, ac speciosissimis cælestium gratiarum pascuis, sicve eas puras in hisce seruabit pascuis, ac si eas pascat inter lilia, & inter cęlestes spiritus.

PARAPHRASIS.

Vers. XVI. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.

APPENDIX.

Vers. XVII. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica: In illo tempore conuersi sunt in pænitentia: Tunc stetit Moses propheta, & orauit coram Domino: & Iosue minister eius accinctus est, & egressus est de sub alis nubium gloriæ domini, & cum eo viri iusti, qui similes sunt rosæ in operibus suis, & inierunt prœliū contra Amalech, & confregerunt illum, & populū eius in nomine Domini, qui occidit, & contriuit eos in ore gladij. Vers. 17. Et post paucos dies fecerunt filii Israel vitulum aureum, & sublatæ sunt nubes gloriæ, quæ obumbrabant eos, & remanserunt discooperti, & exuerunt ornamentum armorum suorum, in quibus sculptum erat nomen magnum expositum in Septuaginta nominibus.

Tres sunt huius sententiæ partes. Prima. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Secunda. *Qui pascitur inter lilia*, & Tertia; *Donec aspiret dies, & inclinentur umbra.*

Quoad primam partem: Pro dramatico eius intellectu Bernardus serm. 67. hunc affert sensum; vt sponsus finitis verbis suis, iterum suo more abscesserit, & sponsa remanserit, nihilominus de eo loquens, qui nunquam absens est ei, loquens, inquā, nō aliis, sed sibi, quod ipsa eius indicat locutio trūca, & minus continens, insufficiens planè ad dandam intelligentiam auditori: Existimat enim Bernardus verba hæc (*Dilectus meus mihi, & ego illi*) esse non quidem locutionem, sed voces affectus, seu ructum. Habent, inquit, suas voces affectus per quas se, etiam cum nolunt, produnt; timor verbi causa meticulosas, dolor gemebundas, amor iucūdas. Eiusmodi porrò certum est, non nutu prodire animi, sed erumpere motu: Sic flagrās, ac vehemēs amor præsertim diuinus, cum se intra se cohibere non valet, non attēdit, quo ordine, qua lege, quave serie, seu paucitate verborum ebulliat, dummodo ex hoc nullū sui sentiat detrimētū: interdū nec verba requirit: iterdū nec voces omino vllas, solis ad hoc cōtētus suspirijs. Inde est, qd Spōsa amore flagrās idque incredibili modo, sanè pro captanda quantulacumque euaporatione ardoris, quem patitur, non considerat quid, qualiter eloquatur: sed quicquid in buccam venerit, amore vrgente non enuntiat, sed eructat. Quidni eructet sic refecta, & sic repleta? cum tam multos, tamque iucundos ex ore dilecti sui sermones acceperit, memoriam suauitatis eius eructat, dicens; *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

Bernard.

Affectuum voces quales.

Amoris diuini vis.

Inter Patres è vestigio, qui hæc vt verbalem locutionem accipiunt, quidam eam sumunt, vt locutionem deprecatiuam: sic Cassio. & Beda: Communius tamen ab alijs sumitur enūtiatiue, vt locutio narrans id, quod sponsa in se agnoscit maxime gloriosum. Porrò, quia locutio ista admodum concisa est, ita vt manca videatur, multipliciter ab ijsdem Patribus explicatur vt relata ad Christum.

Cassiod. Beda.

Primò enim Grego. Nysse. duplicem hunc affert eius intellectum: Vidi facie ad faciem eum, qui sēper manet, & qui propter me ex sorore mea Synagoga in humana natura est exortus, & in eo requiesco, & sio eius habitaculum.

Greg. Nyss.

Secun-

APPENDIX.

Theod. Cassiodo. Greg. PP. Beda. Anselm.

Secundò, vt explicationē mutui, solidiq; amoris inter Christum, atq; animam hæc sumūt Theodoritus, Cassiodorus, Gregorius Papa, Beda, Anselmus, & alii: Superioribus auditis, inquit Theodoritus, Sponsa statim dicit: *Nepos meus mihi, & ego illi;* Sicut enim ipse me omnibus prætulit, sic ipsū ego omnibus antepono, cum alio coniungi non patior. Ab istis, qui vulpes, & fraudulenti vocātur, abhorreo: absurdum enim est, me, quæ tantopere dilecta, atque ornata sum, amanti in amore pro viribus non respondere. His simile videtur id, quod ab Apostolo scriptum est: *a Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.*

Amor noster in Deū qualis esse debeat.

a 1.Cor.6.13.

Amb. Bernard.

Videatur Ambrosius ser. 8. in Psalm. 118. vers. 1. in illud. *Portio mea Dominus:* Videatur & Bernar. serm. in festo Natiuitatis B. Mariæ circa finem, asserens, per hæc indicari Iactam amoris.

Iustus Orgel. *Ecclesia, atque Christi vnio quàm arcta.* b Ephes. 5.

Tertiò, Iustus Orgelitanus intelligens hęc de vnione mystica Christi, & Ecclesiæ, secundum illud Pauli: *b Erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & Ecclesia.* Habet, inquit, Christus Ecclesiam in suo corpore, & Ecclesia Christū in capite, quæ cōnexio, quia dissociari nō potest, merito dixit: *Dilectus meus mihi.*

Rup. Ab. c Isa 7.14. *De Mariā Virginitate.*

Quartò, illud ipsum per hæc significatū ait Rupertus Abbas, quod dicitur per Isaiā: *c Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel; butyrum, & mel comedet; vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* ac si Virgo Benedicta dicat: Dilectus meus ex me Virgine nascens, mihi soli est filius, & ego Virgo illum concipiens, & pariens, illi duntaxat sum mater, qui vocatur Emmanuel, idest nobiscū Deus; & inter me, ac Ioseph lilia videlicet pro Virginalibus nuptijs, & cohabitatione castissima pascit, comedēs butyrū, & mel, idest qualemcūq; victum necessarium corpori; vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Theod.

Quintò demum, explicant hæc alij, supplentes diuersa verba, atque adeo multipliciter. Theodoritus, Quia, inquit, tanquam vna sunt animæ perfectæ, & Christo desponsatæ, ipsi respondentes singulariter dicunt: *Dilectus meus mihi* secundū imaginem cernitur; *Et ego illi viuo,* non autem mihi, vt magnus ait Apostolus.

Cassiod.

Cassiodorus, *Dilectus meus,* scilicet det verba exhortationis, & diuinæ promissionis; *Et ego illi,* scilicet ostendam faciem meam. Vel etiam; *Dilectus meus* dignetur *mihi* coniungi glutino charitatis; *& ego illi* coniungar vinculo obedientiæ, obtemperans præceptis eius.

Phi. Carp.

Philo Carpathius, *Dilectus meus mihi* (dicere ait Ecclesiam, &c.) idest ipse mihi sapientiam; *Et ego illi* cor dabo: Ille mihi de cælis sapientiā; Ego verò illi de gētib. fidei, spei, et charitatis fructus repēdā.

Aponius.

Aponius, *Dilectus meus mihi,* ait anima sācta, gratiam vocationis, redemptionis insigne, adoptionis clarissimam libertatem. *Et quid ego illi?* Voluntatis obedientiam; conseruandæ integritatis studiū, quod indidit per naturam. Quid ille mihi? Singulare conseruandæ Virginitatis exemplum, nascendo per Virginē. Et quid ego illi? Singularem lætitiā, denuo nascendo per baptismum, in toto corde meo seruando præcepta, Angelicam cælestemque imitando naturam, vt intactum corpus redeat ad paradisum, quód intacto de vtero Matris induxerat nascendo in mundum: nam sicut diabolus cruēta iracundia, & execrando cœno libidinis saginatur; Ita & Christus misericordiæ, mansuetudinis, & castimoniæ lilijs pascitur.

Beda.

Beda, *Dilectus meus mihi,* & non alius aliquis; & rursum: *Dilectus meus mihi,* non alteri cuilibet, sci-

A licet perpetuam dilectionis suæ gratiam præstet, fructumque rependat: *Et ego illi,* non alteri cupiā: Ego illi non alia quālibet hominum turba, scilicet integra semper humilitatis, & obedientiæ deuotione conglutiner.

APPENDIX.

Bernard.

Bernardus explicans hæc ad Ecclesiam in serm. 67. subaudiendum censet verbum, Intendit; vt idē ipsum dicatur a Sponsa, quod a Dauide ijs significatum est verbis: *d Expectans expectaui Dominū* (intendens videlicet illi) *& intendit mihi:* quamquam diuersum ordinem seruauerit Sponsa non prætendens meritum, sed præmittens beneficium, & se præuentam dilecti gratia confitens: licèt & ipsa in subsequentibus Prophetæ ordinem seruauerit, vbi dixit: *e Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi:* Vt tunc magis gratia plenam se probet, cum totum gratiæ dederit, & primas scilicet illi partes adscribens, & vltimas. In ser. autem 68. *Dilectus* ergo, ait, intendit *mihi, & ego illi:* Ille mihi, quia benignus, & misericors est; Ego illi, quia non sum ingrata: Ille mihi gratiam ex gratia; Ego illi gratiam pro gratia: Ille meæ liberationi: Ego illius honori: Ille saluti meæ: Ego illius voluntati: Ille mihi, & non alteri, quoniā vna sum columba eius; Ego illi, & non alteri, nec enim audio vocem alienorū.

d Ps.39.1. *Charitas nostra a diuina gratia.* e Cant.6.2.

B

Probat autem egregie ipsemet Bernardus, quomodo verissime & id quoq. dicatur, quod Deus vni soli animæ intendat. In ser. n. 69. duas ob rationes singulis hæc, inquit, congruere. Prima, quoniā habet in natura simplicissima spōsi diuinitas, qua si vnum respicere multos, & quasi multos vnum. Secunda, quoniam tanta est Verbi dignatio, tanta beneuolētia Patris Verbi erga bene affectam, & bene compositam animam: vt quam sua tali benedictione preuenerint, & præparauerint sibi, sua quoque dignentur præsentia, & ita, vt non modo ad eā veniant: sed etiam mansionem apud eam faciant. Porrò amor Dei, ait, amorem animæ parit, & illius præcurrens intentio intētam animam facit, solicitudoque solicitam. Nescio enim, qua vicinitate naturæ, cum semel reuelata facie gloriam Dei speculari aīa poterit, mox illi se conformari, necesse est, atq. in eādē imaginem transformari. Igitur qualē te paraueris Deo, talis oportet; appareat tibi Deus: Cum sancto, sanctus erit, & cum viro innocente innocens erit. Quidni æque & cum amante amās, & cum vacante vacans, & cum intento intētus, & solicitus cum solicito? Deniq. ait: *a Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me:* vides, quomodo non solum de amore suo certum te reddat, si quidem tu ames illū: sed etiam de solicitudine sua, quam pro te gerit, si te senserit solicitum tui: Vigilas tu, vigilat & ille. Si hæc anima scit; imò, quia scit, miraris, q illa Maiestatē, quasi cetera nō curantē, sibi soli intendere glorietur, cui soli ipsa postpositis curis, tota deuotione intendit?

C *Deus quo vni soli animæ intendere dicitur.*

D *Deus nobiscum est talis, quales nos ipsos ei paramus.* a Prou. 8. 17.

E

Circa secundam partem: *Qui pascitur inter lilia,* seu, *in lilijs.* Antiquiores Patrū verbum, *pascitur,* actiue sumentes, pro pascit, vt legit Hierony. lib. 1. contra Iouinianū, qualitatem hic describi putant pascuorū, quibus Christus suos pascit fideles. Vnde Ambrosius ser. 14. in psalmū 118. vers. 1. Bona, inquit, pascua diuina sunt Sacramēta. Carpis illic nouum florem, qui bonum odorem dedit Resurrectionis; carpis liliū, in quo sit splendor æternitatis: carpis rosam, hoc est Dominici corporis sanguinē. Bona etiam pascua libri sunt sacrarum scripturarum, in quibus quotidiana lectione pascimur: in quibus recreamur, ac reficimur, cum ea, quæ scripta sunt, degustamus, vel summo ore libata frequentius ruminamus. His pascuis, grex Domini sagina-

Ambr. *Pascua Christi quæ sint, et quā bona.*

APPENDIX.

saginatur: Bona etiã Christi pascua, qui pascit in liliis, hoc est in splendore sanctorũ. Et Greg. Nyss. Hic est, ait, pastor bonus, qui non fęno pascit gregem, sed Spiritu sancto per liliorum puritatem, & odorem designato suas pascit oues.

Greg. Nyss. *Christus pascit oues suas Spiritu sancto.*

Hierony. loco supracitato, istiusmodi pascua inter cădidissimos Virginum choros exhiberi, ait.

Hier.

Theodoritus autem herbam eorũdem pascuorũ lilia vocatam inquit, ac si dicatur; Ipse quoq; pastus, qui ouibus suppeditatur, plenus est suauitate. Quamuis infra liliorum nomine salutaria accipiat præcepta, quibus Christus pascit in sanctis Doctoribus.

Theodor.

Bernard.

Bernard. ser. in Natiuit. B. Mariæ circa finẽ, Attẽde, inquit, q locũ, nõ cibum indicare videtur; nec quib. pascitur, exprimit spõsa, sed inter quæ: Forte .n. non cibo, sed cõsortio pascitur liliorũ; nec liliis vescitur, sed versatur; nimirũ odore potius, q̃ sapore lilia placent, & visui magis sunt apta, q̃ esui. Ceterũ etsi iustus *b* germinet sicut liliũ, sed non ad liliũ sponsus pascitur, nec in singularitate cõplacet sibi. Audi deniq; inter lilia cõmorãtẽ: *c Vbi*, inquit, *fuerint duo, vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ*. Amat semper media Iesus; diuerticula semper, & reclinatoria reprobat filius hominis, Dei & hominum Mediator.

Cõsortio in florũ delectatur Deus.

b Oseæ. 14. 6.

c Matt. 18. 20.

Singularitas haud placet Deo.

Consentiẽtia his reperire est apud Philonem.

Philo.

Alij verò sumentes idem verbũ, *pascitur*, passiue, cõmuniori sensu arbitrantur, per hæc significari, Christũ pasci inter multiplices Sãctorũ ordines, ac præsertim inter puros, ac virgines, seu inter eorũdẽ sãctorũ virtutes. Ita Cassio. Greg. PP. Iust. Org. Apon. Beda, Ansl. atq; Bern. qui pręceteris hũc explicãs locũ, primò in ser. 70. dicit, lilia eas esse virtutes, ex quibus speciẽ is sumpsit, atq; decorẽ, veritatẽ, mãsuetudinẽ, atq; iustitiã, iuxta illud psalmi: *d Specie tua, & pulchritudine tua intẽde, prospere procede, & regna, pp veritatẽ, et mãsuetudinẽ, et iustitiã*. Tũ subdit secundò; Quot virtutes, tot lilia. Quis finis virtutũ apud Dñm virtutũ? Qd si plenitudo virtutũ in Christo, & liliorũ; & fortassis ipse ideo liliũ se appellauit, qđ totus versetur in lilijs, & oĩa, quæ ipsius sunt, lilia sint; conceptio, ortus, conuersatio, eloquia, miracula, Sacramẽta, passio, mors, resurrectio, ascensio, quid horũ nõ cãdidũ, & nõ suauissimè redolẽs? Tertiò in ser. 71. Spõsus, inquit, cũ sit virtus, in virtutib. cõplacet sibi; & cũ sit liliũ, libẽter inter lilia cõmoratur; & cũ sit cãdor, delectatur cãdidis, & fortasse hoc est, q dr pasci ĩter lilia, cãdore, & odore virtutũ delectari. Et quidẽ pascebatur olim corporaliter apud Mariã, & Marthã, & recũbẽs ẽt corpore inter lilia (illas loquor, nã lilia erãt) nihilominus spiritũ refocillabat deuotione, & virtutib. mulierũ. Ita ergo secũdũ vtrũq;, carnẽ dico, & spiritũ, pasci inter lilia spõsus inuẽtus est. Puto aũt, q & ipse vicissim pasceret, sed in spiritu: cũ .n. pascit pascitur; simul nos suo gaudio spiritualiter reficiẽs, & de nostro ęque spirituali profectu gaudens: Cibus eius, penitentia mea, cibus eius salus mea: cib. eius, ego ipse.

Cassiodo. Greg. PP. Iust. Org. Aponius. Beda. Anselm. Bernard.

Christus pasci dicitur inter lilia ob decorẽ, quẽ ex virtutibus sumpsit.

d Psl. 44. 5.

Quicquid Christi est, virtus est.

Inter virtutes pasci tur Christus, cũ virtutib. delectetur.

Christus dũ pascitur, pascit.

Bernard.

Præclare aũt notat idẽ Bern. spõsã hoc loco indicare, Deũ inde potissimũ amari ab hoĩbus; quia prædicto mõ pastus est inter lilia: vnde in ser. 70. ait. Nõ ignorat spõsa, vnu esse, & qui pascitur, & q pascit, ĩter lilia cõmorãtẽ, & regnãtẽ super sidera; At libẽtius humilia dilecti memorat pp humilitatẽ; magis aũt, q ex inde cępit esse dilectus, ex quo & pasci: Nec mõ exinde, sed inde. Nã qui in altissimis est Dñs, in imis est dilectus, sup sidera regnãs, & inter lilia amans; Amabat & super sidera, quia nusquam, & nunquã potuit nõ amare, quia amor

Deus inde amatur ab hoibus, q pascitur inter lilia.

A est, sed donec ad lilia descendit, & pasci inter lilia compertus est, nec amatus est; nec factus dilectus Quid? Non amatus à Patriarchis est, & prophetis? Est: sed non prius amatus ab illis est, quam visus ab eis sit inter lilia pasci. Visus inquam in spiritu. Postulauit sane eadem Sponsa, sibi aliquando demonstrari, vbi in meridie pasceret, & cubaret: Et nunc quidem perhibet pasci; sed non similiter locum postulat indicari sibi; sed ipsa indicat, assignans inter lilia: Nouit hoc, illud non nouit: quia præsto ęque esse non potest, quod sublime, & in sublimi est, & quod humile, & super terram.

Haud prætereundus hoc loco est subtilior eiusdem Bernardi sensus, quo tunc Verbum inter lilia pasci, inquit, cum eius sermo per obedientiam impletus fuerit in bonis operibus. In serm. enim 71. Sermo Dei veritas est, inquit, & ipse sponsus, Is cũ auditur, & minime obeditur illi: vacuus interim, & ieiunus quodammodo remanet: omnino tristis, & querulus, quòd prolatus in vacuum sit; Si autem obeditum fuerit, nonne tibi verbum videbitur in quamdam excreuisse corpulẽtiã, quia verbo opus accessit, vtpote refectum quibusdã fructibus obediẽtiæ, & iustitiæ frugibus? Inde est, quòd in Apocalypsi loquitur: *a Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocẽ meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Denique, vsu loquendi sermo impletus tunc dicitur, cum fuerit mancipatus effectus: quòd videlicet tamdiu inanis, & macer, ac quodammodo fame licus sit, donec opere compleatur. Sed audi ipsum, quo se dicat cibo ali: *b Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei*, verbum Verbi est, aperte indicantis esse suum cibum factum bonum; si tamẽ inuenerit illud inter lilia, hoc est ĩter virtutes. Alioquin si extra reperit, etsi (quod in se est) videtur cibus, non tanget illum is, qui pascitur inter lilia: verbi gratia non recipit eleemosynam de manu raptoris, seu fœneratoris, &c.

APPENDIX.

Pascitur inter lilia Christus, q rectã suorũ praeceptorũ obedientiã.

B

a Apoc. 3. 20.

C

b Io. 4. 34.

Cibus Dei, vt si aliquẽ opus nostrũ debet esse inter lilia, et inter virtutes.

Circa tertiam partem: *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: Rupertus Abbas arbitratur, hæc esse verba Sponsi, ac si Christus dicat: Cum aspiraue rit dies, scilicet resurrectionis meæ, & inclinatæ fuerint vmbræ peccatorum, & ignorantiæ in ijs videlicet, qui pœnitentiam egerint, tunc subuertam Iudęos, sicut mane subuerti Sodomã, & Gomorrã.

Rup. Abb. *Iudæorum populus antequam à Christo eat subigetur, expectatur et ad pœnitentiam.*

D

Communiter tamen vt verba Sponsæ accipiuntur. Et quidem pro serie dramatis Bernardus serm. 72. duobus modis hæc cum superioribus connecti posse, inquit, prout & à nobis dictum est in prima expositione: Vel cum prima parte, vt intermedia p parenthesim dicta sint; tuncque aduerbium, *donec* inclusiue sumendum asserit: Vel cum secunda parte, *Qui pascitur inter lilia*, & tunc, *donec*, exclusiue ait accipiendum.

Bernar.

Quoad spiritalem autem sensum horum verborum, triplicem explicandi rationem reperio apud Patres, tũ aspirationis diei: tum inclinationis vmbrarum. Quidam enim per diem intelligunt Euangelij lucem: tuncve inclinatas inquiunt vmbras, cũ crescente ipsa luce Euangelij vsus vmbrarum, seu cœremoniarum veteris testamenti abrogari cępit. Ita August. Orat. contra Iudæos c. 6. to. 6. & Iustus Orgel. Greg. Nyss. hom. 5. per aspirationem diei intellexisse videtur cognitionem à Spiritu S. exhibitã, per quã aperte dignoscitur vanitas istarũ rerũ temporalium, quæ instar vmbrarum transeunt.

E

Augustin. Iust. Org. Greg. Nyss.

Tertius tamen sensus communis aliorum Patrum est; vt per hæc designetur dies resurrectionis, seu status futuræ vitæ, ad quem tendendum, cessante statu vitæ præsentis *a Donec aspiret dies*, inquit

APPENDIX. LITTERA.

Theodor. Cassiod.

inquit Theodo. idest donec ardor diei prætereat, & ros salutis aspiret, & moueatur vmbræ, idest res humanæ, & transitoriæ, ac futura, quæ stabilem, ac perpetuam naturam habent appareant. Clariusve Cassiod. quem sequuntur posteriores, *Donec aspiret dies*, idest donec transeant nubila præsentis vitæ, & appareat dies. i. claritas sempiternæ beatitudinis.

Bernard. *Post Xpi terminum in patria ga... opus... operis cibus.*

Bernar. serm. 72. proponit difficultatem; quomodo in die resurrectionis dilectus pasci desinat: Quidni enim, inquit, multò magis pasci ibi inter lilia iuuet, vbi horum maior admodū copia erit? Cui difficultati duobus modis satisfacit. Primò, quia tūc non erit Sponso operis cibus, quandoquidem cesser, necesse est omne opus, vbi plenius ab vniuersis B percipitur sapientia: Neque enim tūc amplius erūt peccatores, quos sibi incorporet Christus mansos, morsosque, quasi quibusdam dentibus disciplinæ austerioris, afflictione scilicet carnis, & cordis contritione. Secundò, quia etsi post resurrectionis diē & in patria Christus Sanctorum delectetur virtutibus potius magis ea delectatio dicenda sit, quam pastus: Vide ipsum, egregie hæc explicantem.

In patria Christum nō dicitur pasci, sed bibere.

Præclare autem circa hæc, & subtiliter philosophatur eodem serm. 72. idem Bernard. Ponderans quippe, cur dictum sit; *Donec aspiret dies*; & nō simpliciter, *donec spiret dies*; quatuor affert rationes, & simul quatuor istorum verborum sensus, quos tamen apud ipsum videre quilibet poterit; longior C enim essem, si in ijs, quæ ab ipso dicuntur, recensendis detinerer.

In die iudicij inclinari nō annihilari dicitur dānatorū potestatibus tenebrarum & cæt.

Explicans verò idem eodem sermone id, quod dicitur; *Et inclinentur vmbræ*, Primò vmbrarū nomine significatas censet contrarias potestates, quæ ab Apostolo tenebrarum Principes appellantur, simul & omnes illos ex hominibus, qui cum ijs damnati sunt, ac propterea filij noctis nuncupātur: has vmbras haud annihilari, inquit, dici, prout à facie huius corporeæ lucis vmbras corporeas non dissipare tantum, sed & penitus deperire videmus: Sed inclinari, quia erunt, minime quidem extremius nihilo, miserius tamen erunt, sed inclinatæ, & subditæ, iuxta illud: c *Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum*. Neq; enim natura delebitur, D sed potentia subtrahetur: non peribit substātia, sed transibit hora, & potestas tenebrarū. Quidni inclinabūtur vmbræ, cū deponētur potētes de sede, ponēturq; scabellū pedū? Secundò per vmbras intelligēs ænigmata scripturarū, & figuras, & ea, quæ veritatis interim lucem obumbrant, verbum, inclinari, sumit positum pro annihilari: Aspirante, inquit, die illo Resurrectionis, inclinabuntur vmbræ; quia occupante omnia luminis plenitudine, nulla pars superesse poterit tenebrarum, iuxta illud Apostoli: d *Cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est*.

c Ps. 9. 30.

In resurrectione cessabūt vmbræ ænigmatū & figurarum.

d 1. Cor. 13. 10.

Vers. XVII. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere; Similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bather. E

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Dictum est in prima expositione præcedentis sentētiæ, verba ista; *donec aspiret dies, &c.* ex communi quidem nostrorum Patrum consensu ad superiora esse referēda; Iuxta distinctionem tamen Masoretarum iungenda esse cum ijs, quæ in hoc ... habentur: quam distinctionem sequūtur & Latini complures ex recentioribus. Reliquum igitur est, vt sicut in præcedentium expositione, inhærens sanctorum Patrū vestigijs, prosecutus sum eorum connectendi modum; ita & hoc loco iuxta aliorum sentētiam, quā maximè probabilem censeo, modum alterum prosequar. Explicādum igitur; quo pacto ipsamet verba cum ijs, quæ hic dicuntur, sint connectenda: Et, si primum modum sequi libuerit, qua ratione ea, quæ hic habentur, cum superioribus debeant connecti, quisve eorum sit sensus. Porrò, quia vltima illa verba (*Super montes Bather*) ad duo possunt referri, vel ad verbum, *reuertere*, vt intermedia dicta sint per parenthesim, vel ad *capream hinnulumque ceruorum*, commorantes, aut currētes super dictos montes: iuxta vtrumque referendi modum explicādus est locus iste; sicve tres assignari queūt eius sensus, ijque omnes satis probabiles. Antequam autem ad horum explicationem accedam, Notandū: Etsi omnes ferè codices impressi habeant, *Super montes Bethel*, sicque ferè antiqui expositores Latini legerint, atque interpretati sint: cum tamen Hebræus Codex habeat, *Super montes Bather*, patet, ex librariorum vitio textum esse corruptum in lectione vulgata; ac pro montibus Bather eis ignotis, mōtes Bethel ab eisdem positos, quorum in sacris paginis frequentiorem reperissent memoriam: Atq; adeo legendum esse, *Super montes Bather*, sicut & nunc correctum videmus in Biblijs, quæ ex Vaticano impressa prodiere: A qua lectione non dissonant Septuaginta, quorū versio habet, ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων, idest *Super montes concauitatum*; בתר Bather enim nihil aliud significat, quàm diuisionis, partitionis, atque scissuræ: vnde quidam existimant, hic significari montes, in quibus sint abruptæ concauitates, & antra, ad quæ confugiunt Pastores in æstu meridiano, seu potius ipsas montium cōcauitates: Quāuis non desint, qui particulares montes quosdam signari, velint, hoc nomine nūcupatos ex eo, quod in plures diuisi sint. Hos porrò illos planè esse, crediderim, qui in descriptione terræ promissionis in tribu Beniamin descripti reperiuntur, prope Ciuitatem Bethel, qui fœcundi esse feruntur, & nemorosi, arboribus consiti, gramine, & herbis aromaticis pleni, quive propter herbas aromaticas Mōtes aromatum in fine huius cantici sunt appellati; ex vicina verò Ciuitate Bethel, montes Bethel in hoc ipso c. 2. vers. 9. iuxta lectionem Septuaginta dicti sunt: atque ob id, quod in plures partiti sint, Montes Bather hoc loco dicuntur; ob quod etiā Montes cōuallium vocati sunt ab Ambrosio, Nyss. Theodorito, & alijs: tot enim conualles intermedias habent, in quot diuisi sunt montes: quos denique mōtes cerui frequētant, capreæ, & hinnuli tum ob copiam aromaticarum herbarum; tum ob nemorositatem: tum denique ob abruptas scissiones, quæ in ipsis reperiuntur frequentes; notū est enim ex Aristotele li. 9. de hist. Anim. c. 5. ceruas hinnulos suos ad saxa ducere solitas, quæ vno aditu rupta sint, vt agitati à canibus, quò refugere debeant, habeant exploratum.

Montes Bather quinā sint.

Illud denique & notandum quoad lectionum varietatem; pro eo, quod Vulgata simpliciter habet; *Similis esto*: in Hebræo consueta phrasi legi; *Assimilare tibi*, quod Sept. verterunt; *Assimilare tu*, non exigua emphasi. Pro eo etiam, quod in Vulgata copulatiue habemus, *Capreæ, hinnuloque ceruorū*, in Hebræo, atque in versione Sept. legi disiūctiue; *Capreæ, aut hinnulo ceruorum*.

I. SENSVS.

His animaduersis, sensus ipsos afferamus: Ac primus

DE ANIMA. mus quidem est; vt sponsa, cum vidisset, socias deti nere velle dilectum suum, singulasve earum eniti, eum ad se allicere, prout iam ostensum est in prima superioris sententię expositione, postquam illas red didit certiores de necessitudine arcta, quæ sibi cũ illo, vti cum suo intercedit sponso, deque sedulo eius studio in suis pascendis ouibus: Nunc ad ipsũ met sponsum cõuersa, hisce sic eum compellet: *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere,* &c. Ac si dicat.

PARAPHRASIS. O dilecte mi, qui pascis inter lilia, *Reuertere* quã tocius super montes Bather ad greges, quos in mõ tibus ijs pascis: ibique in antris, & abruptis scissu ris, multifidisque concauitatibus eorum montium pascens commorare, quãdiu meridianus est æstus, *donec aspiret dies,* idest, donec flet ventus Aquilona ris, qui flabit deinceps post meridiem; & donec in clinentur vmbræ, quando aduesperascet, occidet que *Sol; Reuertere,* inquam, neue te detineri patia ris ab impuris hisce, atque deformibus, tu qui pu rissimus es, inter lilia pascens: ac sicut huc venien do videbaris similis capreæ, hinnuloque ceruorũ animalibus velocissimis: ita & nunc eadem festina tione reuertere, vt ijsdem dicaris similis. Quæ cir ca hanc similitudinem ad capream, hinnulumque ceruorum dicenda forent, vide longius explicata supra in prima expositione versiculi 9. huius secun di capitis; Quæ verò dicenda essent pro explicatio ne eorum verborum (*Donec aspiret dies, & inclinen tur vmbra*) habes in prima expositione præceden tis versic. 6.

II. SENSVS. Secundus sensus est, vt eadem sponsa, cum in su periori sententia ad ostendendam eximiam dile cti sui puritatem, atque fragrantiam, necnon & so licitum eius studium erga greges suos, dixisset: *Qui pascitur inter lilia:* recordata communis gregis illum moneat, vt quantocius ipsum reuisat: cui qui dem sensui maxime quadrat hebraicum verbum סוב sob idest, *circum* proprie, Aequè est enim ac si dicat.

PARAPHRASIS. O dilecte mi, qui pascere soles inter lilia, donec aduesperascat, quid ad vineas me modo inuitas, dum adhuc æstus sunt in meridie? *Reuertere* (Italice *da vna volta*) ad ipsa pascua, ibique reuise gre ges, qui sunt in montibus Bather. Reuertere, inquã super dictos montes tanta cum festinatione, vt simi lis dici queas capreæ, hinnuloque ceruorum.

III. SENSVS. Tertius denique sensus, & qui mihi magis arri det, est; vt sponsa, quæ iuxta secundum sensum pre cedentium verborum animaduerterat, dilectum suum à se illicò discessisse: præ desiderio præsentiæ eius, sine quo diutius viuere nõ poterat, in has pro rumpat voces; *Reuertere, similis esto capreæ, hinnulo loque ceruorum super montes Bather.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Scio quidem, te ad pascendos greges perrexisse, quos pascis inter lilia, donec aduesperascat: Scio, te me solam pro tua habere dilectã: sicut ipsa te so lum agnosco dilectum meum: at absentiam istam tuam vix tantillum ferre valeo, cum ego in te solũ viuam; tuque solus viuas in me: Reuertere amabo quantocius, & redde teipsum mihi: redde & spiri tum meum, quẽ tecum abstraxisti, cum recederes: ac sicut, quãdo iã iã te mihi exhibueras, similem te ostendisti capreæ, hinnuloque ceruorum, tanta ad uolans celeritate, vt videreris salire in mõtibus, & transilire colles: ita & modo tanta reuertere festina tione, vt sis similis item capreæ, hinnuloque ceruo rum, qui super montes Bather pernicissimo prope rant cursu.

A **Vers. XVII. Donec aspiret dies, & inclinen tur vmbræ; Reuertere: Similis esto capreę hinnuloque ceruorum super montes Ba ther.** DE ECCLESIA.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

QVI Redemptoris nostri legerit verba, quibus ad Cananæam dixit: a *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel:* abnuere certè nõ potest, rationem potissimam, propter quam Deus B pastoris & nomen, & munia sumpsit per aduentũ filii sui, eam extitisse: vt pasceret gregem heredita tis suæ, populum Iudæorum: Veruntamen cũ mi ser ille populus, infelicesq; oues illæ domus Israel ob superbiam, qua gloriabantur in lege Moysis, da tum hunc sibi desuper pastorem renuissent, vetesta ti sunt, cum dixerunt cæco nato: b *Tu discipulus eius sis, nos autem Moysis discipuli sumus: Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus, vn de sit,* Cumque ad Pilatum respondissent: c *Nos non habemus Regem nisi Cæsarem:* propter eam ip sam superbiæ elationem, qua se ab eius disciderũt ouili, derelicti ab illo sũt, dispersique, & diuisi ab ouibus suis. Hinc factum est, vt qui prius oues erãt & oues pascuę Dei, admirabili quadam, & spiritua C li metamorphosi ex ouibus in sublimes conuersi sint montes, ita vtiure optimo montes dicãtur Ba ther: montes propter elationem, atque super biam: montes verò Bather, quòd diuisionem sonat, sectionem, partitionem, atque scissuram: quia præ superba mentis elatione prius ipsi à diuino se di sciderunt ouilitum & à pastore per vniuersum di spersi sunt orbem. Horum igitur casum miserans Ecclesia Sancta, cum ad Euangelium disseminan dum à suo promota esset sponso (vt visum est in superioribus) de prole solicita, quam nouit sibi, dilectove suo esse iucundissimum spiritualis ma trimonii fructum, pro ijs deprecatur, dicens ad di lectum ipsum, qui eam inuitarat; *Donec aspiret dies,* D &c. *Reuertere dilecte mi, super montes Bather, similis esto capreæ, hinnuloque ceruorum.* Rogat autem, vt re uertatur, prout ipsemet postmodum pollicitus est apud Zachariam, vbi dixit: d *Reuertar ad Ierusa lem in misericordiis, dicit Dominus:* Eamque reuer sionem, vt maturet, obtestatur. Tãta quippe in ipsa ardet charitas, vt ferre haudquaquam valeat tanti populi iacturam, à quo sibi bona omnia prouene re: eoque magis illius miseretur, quòd vix exiguas illius reliquias nouissimis temporibus conuerten das nouit, iuxta illud Isaiæ: e *Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquia conuertentur ex eo, consummatio abbreuiata inundabit iustitiam.* Atque adeo rogat nunc, vt quamdiu dies est præsentis sæ E culi, antequam iudicii dies aspiret multiplici ad uersitatum turbine: antequàm adueniat vespera fu turi sæculi, ad illos quantocius reuertatur: ad illos se conuertat, eosque pascat in liliis. Quæ dicenda forent quoad allatas similitudines, vide in secũda expositione vers. 9. istius secundi capitis.

I. SENSVS.

a Matt.15.24.

Oues populi Israel, proprie Christi oues, & tur à suodi sperse sine pastore.

b Io.9.28.

c Io.19.15

Iudæi ex Christi oui bus conuer si in mõtes Bather. s. diuisionis.

d Zach.1.16.

e Isa.10.22.

II. SENSVS. Iuxta secundum sensum rogat Ecclesia sancta cę lestem sponsum, vt eo, quo solet, cursu celerrimo sanctas illas inuisat oues, quas inter lilia puritatis, ac continentiæ in sacris pasci t Religionibus. Præ clare autem Religiones montes Bather appellatęę quippe instar montium excelsæ sunt, ac diuisæ, & seiunctæ à mundo: eæ sunt montes scissurarũ, an trorum, atque concauitatum, si distinctas, ab inui cemque

Religionũ claustra sũt mõtes Bather, & Bethel.

DE ECCLESIA. cemque diuisas monachorum inspicias cellulas, A in quibus iucundissime oblectatur pastor bonus, dum mundus concupiscentiæ æstibus flagrat, donec aspiret dies, adueniatque vespera futuri sæculi. Quòd si montes Bather iidem sunt, ac montes Bethel fœcundissimi, & herbis aromaticis pleni, quis iam non videat, quam aptè per eorum montium metaphoram ipsæ designentur Religiones, in quibus ita Deus inhabitare consueuit; vt non immerito de illis id intelligatur Psalmi, quod dicit: *f Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem*: ac propterea, nō modo Bather, quod diuisionem sonat, sed & Bethel dici possunt, quod interpretatur domus Dei. Adde, quòd B & ipsæ instar illorum montium fœcundissimæ sūt ob diuinę gratię, qua exuberant, pinguedinem: ita vt propterea in psalmo supra citato dictæ sint, *Mons coagulatus, mons pinguis*. eædemque ob hanc ipsam pinguedinem sanctis ouibus pastum exhibent apprime suauem: atque adeo sunt ea vberrima pascua, de quibus apud Ezechielem ait Dominus: *g In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: Ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel*, quod visionē Dei sonat: nullibi enim frequentius, ac melius Deus videtur in hoc sæculo, quàm in Religionibus, quas Deus inhabitat, & in quibus diuinæ in primis vacatur contem C plationi. Neque aromata suaueolentium virtutum in hisce deficiunt montibus; quippe qui longe lateque multiplicium virtutum emittant fragrantiā, adeo vt & montes aromatū iure optimo dici queāt Quinimo, & montes conuallium congruentissime à Patribus illas appellatas intelligemus, si animaduertamus, quàm ingenti miraculo duo contraria in eis reperiantur simul, & altissima status sublimitas, & summa humilitas: Altissima sublimitas in ipso Religionis statu, ob quam Religiones dicuntur montes excelsi: summa verò humilitas in Monachis, & Religiosis, qui in ipsis Religionum montibus, instar conuallium semper deprimunt se magis, ac magis, vt ex prædictis montibus aquæ in ipsos defluant gratiæ salientis in vitam æternam. D Ad hos igitur montes Bather, siue Bethel, aut aromatum, vel conuallium, ad ipsa Religionum claustra, orat Ecclesia dilectum, vt tendat, quantocius, similis effectus capreæ, hinnuloque ceruorum; vt suas ibi pascat oues, q pascitur inter lilia: orat autem hac de re illum, quem non ignorat, sæpius à sāctis Religiosis ad eorum probationem sensibilem sui subtrahere præsentiam: quòd verò ait tale est.

f Psal. 67. 17.

g Ezec. 34. 14.

Religionū claustra sunt montes conuallium.

PARAPHRASIS.

O dilecte mi, qui etiam in hoc sæculo, & donec præsentis sęculi dies aduesperascat, & definat, oues tuas tali pascis eruditione, vt inter cælestes spiritus eas pascere videaris, æstus certè adhuc sunt persecutionum, concupiscentiarum, & iniquitatum in hoc mundo. Quid ergo me ad vineas inuitas particularium Ecclesiarum, vt in eis mutuis perfundamur delitiis? quidve in agrum solicitas prædicationis? Reuertere ad Religiosorum claustra, ad illa modò te confer, ea festinatione, qua caprea, hinnulusque ceruorū currere solent: in illis quippe tuas reuisens oues, etiam donec vespera adueniat qdetis, delitijs perfrui poteris; quando delitiæ tuæ sunt, esse cum filiis hominum.

DE ANIMA.

Ex Vers. XVII. Reuertere; Similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bather.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

Inuestigabiles *a* vias Dei dixit Apostolus ob id, quòd iuxta Prophetam *b* vestigia eius non cognoscantur, quod & Redemptor noster confirmauit, cum dixit: *c Spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quò vadat*. Veruntamen quod mihi præ omnibus in his Dei itineribus, & vijs agnoscēdis ingerit difficultatem, id est; quòd qui ad animam ita accessit, vt nequaquam ab illa discesserit; eo ipso temporis momento, quo in ipsa est, discessisse ab ea dicitur, simulque rogatur, ad ipsam vt reuertatur. Quam difficultatem ex præsenti Canticorum sententia exoriri is aduertet, qui bene & antecedentia perpendat, & quæ dicuntur in hoc versic. 17. Si enim verum est, quod ait anima, se ita esse solius Dei, ac Deum esse eius solius, vt & ipsa in Deo maneat, & Deus in ea, iam certè apparet, Deum ab illa minime discessisse; præsertim cum addiderit, Deum in perpetuum, & donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ pascere inter lilia, eumdemque præsentia sua illas pascere animas, quæ virtutum redoleant lilijs; sed cum rogatur, vt redeat, innuitur profecto illius abscessus: Si verò non discessit, quomodo petit, vt reuertatur: Alterutrum verum sit, operæpretium est; vel vt iam discesserit, & postea reuertatur; vel, si non discessit, inanis est ista sponsæ deprecatio. Nihilominus dicendum, hæc omnia vera esse, nec suspicandum quidquam à tanta sponsa vel falso dici, vel inaniter peti: quinimo, si attente eius expendatur petitio, intelligemus, eam semetipsam declarare. Enimuero, dum obsecrans dilectum, vt reuertatur, adijcit & similitudinem, dicens: *Similis esto caprea, hinnuloque ceruorum super montes Bather*; modum indicat, quo is reuerti debeat, qui ab ipsa minime discesserat: quave ratione discessisse fingatur, qui secum adhuc est. Quemadmodum, n. caprea, hinnulusve ceruorum, qui commorantur in montibus Bather, in quibus frequentissimæ sūt scissuræ, diuisiones, atque concauitates, quādo velocissimo cursu super montes illos currunt salientes obuias diuisiones, dum saliunt, dicuntur quidē & esse adhuc in dictis montibus, & discessisse simul, ac reuerti: quatenus in saltibus, quos faciunt super concauitates, suspendunt corporalem sui cōtactum; quem tamen illico post peractam suspensionem, & saltum restituunt; sicque & sui corporis contactu reuertuntur ad montes ipsos, à quibus abscessisse quodammodo visi sunt, tametsi re vera minime abscesserint, sed semper in eis fuerint. In eūdem ferè modum prudentissima sponsa diuinum E verbum ad se reuerti exposcit; quamuis non ignoret, illud re vera in se manere, minimeq; à se recessisse: petit verò illius reditum; quia nouit, ipsum sēsibilem sui suspendisse præsentiam; dum festinans ad maiorem ipsius profectum, salit quodammodo super illam, abscessumque existimans, dum iucundissimam illius non sentit præsentiam, orbata dulcedine gratiæ, & consolationibus spiritualibus, petit, vt reuertatur, reddatque sibi lætitiam salutaris sui, & spiritu principali cōfirmet eam: ex gustu quippe interno, atque ex efficaci diuinæ gratiæ cōtactu percipit illius præsentiam. Quod ergo ait, tale quid mihi esse videtur.

a Rom. 11. 33.

b Psal. 76. 20.

c Ioa. 3. 8.

Ab anima quō discedere dicatur Deus, dū in illa est, & quō petitur, vt reuertatur cū non discesserit.

Simile.

PARAPHRASIS.

O dilecte mi, reuertere amabò, similis effectus

DE B.MARIA capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bather: Et, si instar dictorum animantium ad tantillũ temporis sensibilem tuæ gratiæ contactum suspendisti, prout & illa super montes Bather, dũ ab vna diuisionis parte saliunt in alteram, corporalem præsentiæ suæ suspendunt contactum; instar eorundẽ animantium, velocissimo saltu dato peroptatã mihi tui redde præsentiam; vt sicut haud ambigo, te esse super me, quæ mons sum, & Bather ob istiusmodi intercapedinem gustus præsentiæ tuæ, & Bethel ob id, quod tu Deus meus in me, tanquàm in propria domo commorari digneris: ita & per specialem gratiæ tuæ infusionem post illum qualemcumque discessum, aut suspensionem te sentiam reuersum.

Ex Vers. XVII. Reuertere: Similis esto dilecte mi capreę hinnuloque ceruorum super montes Bather.

Expositio Quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Maria amor erga Iudaicum populũquã tus.

QVemadmodum B. Virgo in Christi dilectione creaturam nullam vel in cælis, vel in terris habuit parem; ita nec in charitate erga Iudaicum populũ vlli eadem fuit secunda. Quapropter, sicut in præcedentibus vers. 15. & 16. præstantissimum sui erga Christum amoris exhibuit specimen, dum tres Magos rogauit, vt Herodem, eiusque complices deciperent, reuertentes per aliã viam in regionem suã; idque, ne ab eis internecioni exponeretur Christus, cuius ipsa inexplicabili flagraret amore ob triplicem illam rationem, quã assignatam ostendi in quarta expositione, vers. 16. Ita in hac, quam præ manibus habemus, sententia ingens eximiæ suæ erga populum suum dilectionis præbet indicium. Siquidem post expletam orationem, quam ad tres Magos habuit, postque sedulum salutis filij sui studium, ad eumdem conuertitur filium suum, quem & Deum norat esse, & hominem; ac de populi sui salute solicita, pro ijs ipsis eum rogat, quos eius mortem molituros præsagiebat, Herode nimirum, Principibus Sacerdotum, & Scribis populi, à quibus Herodes *a* sciscitatus est *vbi Christus nasceretur*: quive in primis vnà cum Herode turbati sunt, quando *Magi venerunt Ierosolymam, quærentes, & dicentes: Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* quos omnes rectè appellat montes Bather: montes ob id, quòd instar mõtium toti præeminerent populo vel dignitate, vel scientia, vel auctoritate: Montes verò Bather, idest diuisionis ob id, quòd ipsi in causa essent, vt reliquus populus q ab eis dependebat, diuideretur à suo Messia, cui è vestigio populus nationum in tribus Magis vniri iam cœperat.

Maria orat Christũ pro ijs ipsis, qui eũ ad internecionẽ quærebant.

a Matt. 2.

Orat igitur diuinum Verbum Virgo benedicta, vt sua virtute, sua que gratia conuertatur, ac tẽdat super prædictos montes, nouit quippe, Dei conuersionẽ id habere virium, vt iis, super quos facta fuerit, & conuersionem ad eum causet, & salutem afferat, iuxta illud: *b Conuertere Domine, & eripe animam meam, saluum me fac*, &c. *c Deus tu conuersus viuificabis nos.* Aptas autem in hac sua oratione affert similitudines capreæ, hinnulique ceruorum: per eas namque non modo celerem à suo dilecto exposcit conuersionem super montes Bather, prout & dicta animantium genera celerrimo cursu super montes currere solent: verum etiam duo

b Psal. 6. 5.
c Psal. 84. 7.

A subinnuit, quæ ab illo facienda sunt, dum conuertitur; vt videlicet instar capreæ, quæ acutissimo pollet visus acumine miserrimum illorum montium intueatur statum; vtpote instar hinnuli ceruorum, cuius vel halitu serpentes fugantur (vt notat Plin. lib. 8. capite 32.) infernales ab ijsdem montibus Spiritu suo sancto fuget dracones, quorũ veneno miseri illi, qui sub metaphora montium Bather signati sunt, infelicissima iactantur insania.

DE B. MARIA

Porrò eamdem orationem, quam pro Principibus populi sui gloriosam Virginem tunc fecisse, dixi, ab ipsamet Virgine quotidie pro singulis peccatoribus fieri, crediderim, ad eumdem, qui iam in cælis regnat, filium suum: magisque congruit verbum, *Reuertere*, quod etsi (vt ex Hebræo patet) simplicem conuersionẽ aliquando significet: proprius tamen reditum designat post præcedentem discessum. Et quidem, Christum à peccatoribus discessisse, qui ad eosdem venerat, quando iustificati fuerant, nullus est, qui dubitet. Possemus & per idem verbum intelligere significatam nouam dominij susceptionem; prout & in Euangelio ibi accipi obseruamus, vbi immundus Spiritus, qui exierat ab homine, ait: *d Reuertar in domum meam, vnde exiui*, facitque ad hunc sensum & verbum hebraicum סוב sob, circui: Qui enim dominium super aliqua Ciuitate se consecuturum significare velit, ostendit profectò se circumeuntem Ciuitatem illam; & Satan, quando Deo respondit: *e Circuiui terram, & perambulaui eam*; id ipsum testatus est. Sensus ergo illius orationis, si sumatur, vt facta pro ijs, qui quærebant animam pueri Iesu, hic est.

Maria oratio ad filiũ pro peccatoribus.

B

Reuerti significat nouam dominij susceptionem.

d Matt. 12. 44.

C

e Iob. 1. 7.

PARAPHRASIS.

Conuertere quantocius, dilecte mi, super Regẽ, eosque Principes Iudaici populi, qui montium Bather nomen ob id sortiri sunt, quod vniuersam plebem à te suo disciderunt Rege; Similis esto capreę dum super illos conuerteris, eorum intuens, miserandsque infelicem statum: Similis esto, & hinnulo ceruorum, tu qui paruuli habitum induisti, malignos ab eis fugans serpentes, ne quam cœperant, prosequantur insaniam; sed ad te conuertantur, teque vna cum Magis hisce Gentium primitijs adorent, ac prædicent.

D Si verò sumatur vt facta pro quibuslibet peccatoribus, eorumdem sensus hic erit.

PARAPH ALTERA

Reuertere quæso, dilecte mi, super peccatores, à quibus grauiter offensus recessisti longius: Reuertere tua sancta gratia super istos, qui præ superbia instar montium eleuati sunt, quive sese iniqua à te diuiserunt, ac disciderunt voluntate; atque adeo congruo nomine montes Bather appellantur: Reuertere, iterum resumens imperium super illos: Similis esto capreæ, hinnuloque ceruorum, respiciẽs miserrimam eorum conditionem acutissimo miserationum tuarum intuitu, & infernales ab ipsis tuo Sancto Spiritu fugans serpentes.

E

Ex Vers. XVII. Reuertere: Similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bather.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et voluit Dominus disperdere eos de sæculo, nisi subijsset memoria coram eo iuramenti sui, quod iurauit in verbo suo Abraham, Isaac, & Iacob, qui erant velocissimi in cultu eius, sicut capreæ, & hinnulus ceruorum; & etiam

APPENDIX.

etiam oblationis, quam obtulit Abraham Isaac filium suum in monte Moriah: & ante hæc detulerat illi oblationes suas, & diuiserat eas æqualiter.

Bernard.

Pro serie dramatis faciunt peregregie, quæ dicũtur à Bernar. in principio serm. 73. Arbitratur autẽ Bernardus, Sponsam hæc protulisse ab amoris vi impulsam, & quasi rationis expertem: Amor, inqt, intemperans is est, qui omnem in se triumphans, captiuansque pudoris sensum, conuenientiæ modum, deliberationis consilium, totius modestiæ, & opportunitatis neglectum quendam, & quandã incuriam parit. Nam vide, quomodo dilectum pene adhuc incipientem ire; iam tamen redire flagitat, etiam accelerare rogat, & quidem currere; instar vnius alicuius feræ siluarum velociter currentis, verbi gratia, capreæ, hinnuliue ceruorum.

Exponentium lectionem Septuag. quæ pro, *Mõtes Bethel*, habet, *Montes conuallium, seu concauitatum:* Quidam censent rogari Dominum pro fidelium, & iniquorum conuersione, montes conuallium in malum sensum sumentes. Ita Grego. Nyss. hom. 6. sic ista exponens: vide vt caprea, qui aspicis cogitationes hominum: Dele peccata generationẽ, sicut hinnulus delet serpentes: Curre quam celerrime diuinum verbum ad montes conuallium: Quicquid enim extollitur aduersus veritatem est barathrum, & non mons; concauitas, & non assurgens fastigium. Si ad hæc accurreris, omnis vallis implebitur, & omnis mons huiusmodi humiliabitur.

Greg. Nyss.

Superb. barathrũ est, & concauitatẽ assurgens fastigium.

Ad quẽ sensum reduci potest & expositio Theodoriti, qui putat, per montes conuallium eos designari, qui superbo, elatoque sunt animo inter humiles: Conuenit & Catena trium Patrum apud eũdem Theodoritum in explicanda petitione ipsa; licet montes conuallium accipiat in bonum sensum pro sanctis Doctoribus: ait quippe, hic exorari Diuinum verbum, vt se animantibus illis similem exhibeat, quæ venenosas feras insectantur: Ac si dicatur: Te illis similem præsta, veniens in magistras animas, quæ inter discipulas perturbationum fluctibus depressas, montium instar excellunt, vt ipsarũ opera propellas, & fuges bestias illis pestiferas, quæ naturalem rudium animarum æquabilitatem excauant, in eisque sibi latebras constituunt; atque ita illis pristinam æquabilitatem redde.

Theodor.
Tres Patr.

Montes cõuallium dicuntur Doctores verbi Dei.

Secundum Philonem Carpathium, exorat Ecclesia Christum, vt velocissimo Apostolorum cursu cõuertatur à Synagoga ad Gentes; legit enim: *Conuertere patruelis meus similis capreæ, hinnuloque ceruorũ ad montes conuallium*. Quãquã ipsemet Philo postmodum per montes conuallium iustorum animas intelligat, quæ montes quidem dicantur propter virtutis excellentiam; conualles verò, quia veluti conualles verba fidei percipientes, ea fidelissime cõseruant: quo modo eosdem montes intellexit Ambros. serm. 14. in psal. 118. vers. 1. pro iustis, quos inquit, virtutum diuersarum præstare cacumine, & super mundum conuallem lacrymarũ meritis eminere, de quibus & dici ait: *a De hoc mundo non sunt; sicut & ego non sum de hoc mundo;* quia supra mundum sunt, qui Christum sequuntur.

Philo Car.

Iusti sunt montes conuallium.

a Ioa. 17.

Inter illos verò, qui interpretantur lectionem Vulgatæ, *Super montes Bethel*; maior est expositionum diuersitas.

Quidam enim putant, hic peti reditum Christi in secundo eius aduentu: vnde Greg. PP. A nobis, inquit, Dilectus tunc corporaliter abijt, quando post resurrectionem in cœlos ascendit: Tunc autẽ reuertetur, quando in fine mundi resuscitatis omnibus hominum corporibus, in iudicio manifestabitur: Hanc manifestationem hic petunt animæ sã-

Gre. Pap.

Iudiciũ diẽ quo expectant anima sancta.

A ctæ; Tunc Christus verè similis capreæ, & hinnulo ceruorum apparebit super montes Bethel; quia in eadem humanitatis forma ad iudicium veniet, quam ab Ecclesia, quæ per capream designatur, sũpsit, quando in hoc mundo ex Patrum progenie quasi hinnulus ceruorum humilis natus fuit: tumque super omnes summos, qui quasi montes excellunt in Ecclesia, quæ domus Dei est, sublimior eminebit.

Et Bernar. serm. 73. optare, inquit, Ecclesiam, vt Christus redeat ad iudicium nõ in forma Dei, sed in ea, qua, non modò natus, sed & paruulus natus est nobis, idque solo de infirmiori femineo sexu.

B Præter agilitatem, inquit, existimo nõ minus signãter exprimi etiam infirmitatem; & quidem sexus in caprea, ætatis in hinnulo. Addit, prædictas similitudines apponi, quia ad discernendos alterutros à se opus erit quodammodo Christo tunc, cũ hinnuli quidem saltibus luminibus capreæ, qua omnes videre, & discernere in tanta multitudine, & in tãta turbatione possit, in quos nam salire, & quo extrã silire, oporteat.

Bernard.

Ad iudiciũ vt veniat ij mui Ecclesia rogat Christum.

Quanquam idem Bernar. serm. 74. non tam Ecclesiæ hæc tribuens, quàm piæ animæ, post expositum modum, quo verbum in illam venit, quove discedit, ac demum, quomodo in eamdem redire dicatur, quæ videri possunt apud ipsum in loco citato, inquit animam sanctam, quæ experta est Dei p̃sentiam per illius, quos in se vertit, gratiæ effectus, suum hic exprimere ardens desiderium, illum ad se reuocando, cuius gratiæ effectus non sentit aliquando: Orare autem, vt nõ in vacuum veniat, sed plenum gratiæ, & veritatis: In quo similitudinem capreæ, & hinnuli exhibitum iri posse videtur, cũ veritas capreæ oculos habeat (scientiam intellige) gratia hinnuli hilaritatem; vide locum citatũ, vbi fusius, & admodum egregiè Bernar. agit de huius vtriusque necessitate.

Aduentum Christi qualiter expectat anima sancta.

Eamdem verbi visitationem internam ab Ecclesia peti, existimant Cassio. & Beda, ac si illa diceret. O dilecte mi reuertere, hoc est sæpius tua visitatione illustrando lætifica, qui per carnem, quã assumpsisti, iam cœlorum sublimia penetrasti. Hæc enim

Cassiodo.
Beda.

Ecclesia optat Christi visitationẽ.

D duo per adhibitas significantur similitudines, per capream penetratio sublimiũ, per hinnulum verò ceruorum; Incarnatio ex Patribus. Vel secundum Bedam: Obsecro, à generali instructione reuertaris sæpius ad illustranda sublimius corda perfectorũ; & sicut capreæ, aut hinnuli ceruorum rarus quidẽ, sed cum delectatione conspicientium in montib. solet esse intuitus: sic in excelsis mentibus vestigia tuæ magnitudinis qualiacunque præsentes. Precor vt dulcedinem vitæ immortalis, quam mẽbris omnibus meis in retributione promittis, aliquibus ẽt in itinere, quamuis à longe speculandam reueles. Congruit autem & nomen montium mentibus eorum, qui contemplationi cælestium oculos cordis

Immortalis vita experimentũ aliqñ expetit Ecclesia sancta etiã in hoc saeculo.

E aperire didicerunt, cum dicitur *Super montes Bethel*: quod domus consurgens, siue domus vigiliarum interpretatur.

Iust. Org. de Christi ascensione hæc intelligens, ait; Dum dilectum Ecclesia insinuat regredi, similẽque capreæ, & hinnulo dicit, Christi in cælos ascẽsionem mundis, & velocibus animalibus comparãdam demonstrat. Hæc enim celeri cursu montium altiora trãsiliunt; supergressus est autem Christus omnia excelsa. Et bene additur: *Super montes Bethel* idest domus Dei, quia super sanctos omnes eleuatus est.

Iust. Org.

De ascensione Christi.

Secundum Aponium, exoratur Christus ab Ecclesia, vel etiam à pia anima, vt qui peccatis exaspe

Aponius.

APPENDIX.

Christi discessio, & reuersio quid sit.

Christus licèt exasperatus sit ab hostib. nunquã tamẽ propriã pietatis sedẽ relinquit.

Anselm.

ratus discesserat, iam per pietatis exhibitionem reuertatur. Prolongatio, inquit, Christi ab Ecclesia tunc est, quando ad castigandam plebem tribulationem induci, permittit: Reuersio autem eius est, dum precibus inclinatus ad misericordiam, ad vestigia pietatis suæ velocius recurrit, quàm prosilierat vindicando similis factus cursui, vel consuetudini capreæ, hinnulique ceruorum, quorum natura est, voce ante se in montibus resonante post tergum emissa, dum obuium sibi opinantur occurrere quidpiam, ad locum vnde abscesserant, velociori cursu reuerti. Et hæc est causa: vt exasperatæ ab hostibus, consuetam nolint derelinquere sedem: sicut & Christus, quamuis prouocatus, & exasperatus peccatis hominum, pietatis tamen non derelinquit consuetam sedem.

Denique secundum alios, exoratur idem Christus, vt ope sua redeat, adsitque conuersioni infidelium, at diuersimode: Nam secundum Anselmum Ecclesia, volens laborare ad correctionem Gentilium, rogat illum, vt iuuet eam, ostendens semetipsum illis acquirendis: *Reuertere;* idest condescẽde istis, & aspira eos interius, quia aliter labor noster erit infructuosus: *Reuertere, & similis esto capreæ:* &c. Natura capreæ, hinnulique est, vt licet in summitate montium habitent, descendant tamen in colles, vt ab inferioribus videantur: Cum enim Christus habitet in montibus, idest in eminẽtibus propter virtutes, rogatur, descẽdere ex ipsis, & per ipsos, vsque ad cognitionem inferiorum.

APPENDIX.

Prædicatores ope Dei potere dũt, vt conuertantur auditores.

Rup. Ab.

Maria orat Deũ pro reliquijs Iudaici populi.

Rup. Ab.

Maria optat festinationem resurrectionis Christi.

Rupertus verò Abbas B. Virginem ait, hic Verbum exorare pro reliquijs Iudaici populi, vt idem per hæc significetur, quod significatur illis Isaiæ verbis: *Conuertere propter seruos tribus hæreditatis tuæ* sic super montes Bethel accipit, ac si diceretur: Propter patres domus Dei.

Quanquam addat idem Rupertus, eamdem Virginem per hæc solicitare Christum iacentem in sepulchro, vt acceleret resurrectionem, abbreuiãdo triduum, quo in corde terræ se futurũ, asseuerat. Quem sensum tetigit ante Rupertum Aponius in explicatione verborum (*Super montes Bethel*) dicens: Super montes verò Bethel eum reuerti precatur, in cuius finibus Christus crucifixus est, vt velocitatem resurrectionis die tertia celebrandam prophetasse, monstraret.

Finis Capitis Secundi.

CAPVT TERTIVM.

1 IN lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit
anima mea: quæsiui illum, & non inueni.
2 Surgam, & circuibo Ciuitatem; per vicos, & pla-
teas quæram, quem diligit anima mea; quæsiui
illum, & non inueni.
3 Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuita-
tem: Num quem diligit anima mea, vidistis?
4 Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima
mea: tenui eum; nec dimittam, donec introducam illum in do-
mum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ.
5 Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne
suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.
6 Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aro
matibus mirrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?
7 En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis
Israel.
8 Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: Vniuscuiusque
ensis super fœmur suum propter timores nocturnos.
9 Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.
10 Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum
purpureum; media charitate constrauit propter filias Ierusalem.
11 Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diadema
te, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, &
in die lætitiæ cordis eius.

CAPITIS TERTII, VERSICVLVS PRIMVS.

IN LECTVLO MEO, PER NOCTES quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

LITTERA.

INTER ea, quæ in hoc libro difficultatem Expositoribus ingerunt, illud præcipuum esse, nemo est, qui dubitet; quo modo singula queant connecti; ita vt antecedentia congruant consequentibus, & cõsequentia antecedentib. Atq; adeò tanta est hac in re difficultas, vt ex ingenti Doctorum numero, qui librũ istum interpretãdum suscepere, pars maior, prætermissa connexione, vel singulas sententias per se exponat, vel ea tantùm connectat, quorum manifestè B apparet connexio: existimantes, atque etiã pro certo asserentes, ea, quæ hic dicuntur, cum ex vi amoris prolata sint, vel nullam, vel ferè nullam inter se habere connexionem. Verumtamen id mihi nullo pacto probandum videtur: nam cum hoc Canticũ sit à Spiritu sancto dictatum, & à Salomone compositum ad modum drãmatis, & repræsentationis cuiusdam, certè necessarium est, vt ea, quæ in illo proferuntur, quoquo pacto inter se connectantur; quandoquidem id in quocunque dramate seruari videmus. Hinc est, quòd mihi in hoc præcipuè elaborandum fuit; vt quoad fieri posset, omnia inter C se connecterem; quod quidem, cum difficile fuerit hucusque, profectò in hoc capite, quod modo aggredimur, difficillimum esse, fatendum est. Genebrardus existimat, in hoc tertij capitis initio principium esse actus secundi, nouæq; narrationis exordium: Ait quippe, non modo sententiam à superioribus diuulsam esse, verũetiam, quæ hic dicuntur, alio tempore dicta, atque acta esse, nocturno videlicet, non, vt illa diurno. Legionensis, qui supra asseruit, ab illis verbis vers. 8. a *Vox dilecti mei*, &c. Sponsam locutam in somnis, nunc, consequenter inquit, illam somno solutam sponsum, quem secum iacere credebat, quæsiisse, atque eo non inuento, è D lecto exilijsse, domoq; egressã Vrbis loca oĩa quæritãdo obijsse. Cõtra verò ex hebræis Rabbi Abraham haben Ezdra dicit, sponsam hoc loco referre ea, quæ somniãs videbat; quod probat ex eo, quod dicitur; *In lectulo meo per noctes.*

a Can. 2. 8

Mihi, saluo meliori iudicio, facillimè ea, quę hic dicuntur, cum præcedentibus hoc pacto connecti posse videntur: vt sponsa post dilecti sui discessum (discessisse enim illum patuit ex vltimis verbis superioris capitis) eãdem ipsam prosequatur materiã idẽve argumẽtũ, quod in pręcitatis cęperat verbis. Sicut.n. ibi, vt ostẽderet magnitudinẽ desiderij sui quo spõsi præsentiã peroptabat, ad ipsum conuersa

A æque ac si præsens esset, dixit: *Reuertere: Similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super mõtes Bether*, vt supra ostensum est fusius: Ita mõ, vt & sociabus quoq; suis eiusdẽ sui desiderij excessum testatũ faciat; hanc exorditur narrationẽ, exponens, qd à se factum sit aliquando, cum dilectũ ipsum suũ à se abscessisse animaduertit; quo studio illũ quæsierit, quid sibi in tali contigerit inquisitione; ac demũ, quid à se factum sit, cũ illum reperit, ne ipsius denuo orbaretur præsentia. Præclare autem ad huiusmodi desiderij sui vehementiã exprimendã in hac sua oratione eũ semper noĩe suũ appellauit dilectum, quo nullum aliud efficacius arctissimam, q̃ sibi cum illo inerat necessitudinem, designaret, dicens: *Quem diligit anima mea*, seu vt Originalia habent Heb. & Sept. *Quem dilexit anima mea*. Notandũ est aũt, ex eo quod in plurali dicitur (*per noctes*) significari, id, quod hic narratur, non vna vice duntaxat contigisse, sed pluries. Vnde & in capite v. similis quodammodo describitur eiusdem sponsæ inquisitio, atq; circuitus, quo suum abeuntẽ quæsiuit dilectum. Porrò in hoc primo versu enarrat tãtum, quo illum quæsierit, in lecto adhuc cubans: & quidem cũ generaliter inquit, *quæsiui*, indicat, oĩb. modis illum in ipso lectulo quæsijsse, tactu videlicet palpans in tenebris, voceque illum compellãs: vnde bene à Sept. additum est: *Vocaui illum & non obaudiuit me*; Quamquam ex additis hisce verbis alter quoq; significari queat sensus; vt videlicet spõsa dilectũ, nõ tantũ in lecto q̃sierit, verũ et in cubiculo, atq; in domo; sed tamen à lecto minime exurgens, & voce duntaxat, non lumine, & gressibus.

LITTERA.

Sic igitur duplex eorum, quæ hic dicuntur, potest esse sensus.

I. SENSVS. PARAPHRASIS.

Primus, vt sponsa dicat: Contingit sæpius, vt in noctibus, cum in lecto iacerem, ipsum quẽ diligit, & cui conglutinata est anima mea, quærerem: sed quamuis omni studio illum in meo quæsierim strato, eum tamen ibi inuenire minime potuerim.

PARAPHRASIS. II. SENSVS.

Alter sensus est, vt eadem sponsa dicat.

Noctu, cum dilecti mei præsentia orbatam me intelligerem, quæsiui illũ in lectulo, palpans in tenebris; quęsiui & in cubiculo eo modo, quo potui, Voce illum compellans ex ipso lectulo: sed nec inueni eum in cubili, nec is mihi vllum dedit responsum, quando eum vocaui cubans in lectulo meo.

Ver. I. In lectulo meo per noctes quęsiui, &c.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

QVamquam & lectulus sit proprijssimus quietis locus, & cubationis situs quietẽ proprijssimè

DE ECCLESIA.

In fide aut demùm verbo fit in patrū cultu- rem, quòd nihil quàm simpliciter crederet.

ſimè deſignet, nocturnumque tempus quieti ſit A maximè aptum; ſponſa tamen noctu cubans in lectulo quietis expers proponitur: & Eccleſia tunc maximè laboraſſe ſe, aſſerit, cum in lectulo iaceret per noctes: labor verò omnis ortus exinde ſignificatur, quia ſponſa in lectulo ſuum quæſiuit dilectum, quia cubans quæſiuit, & quia quæſiuit in noctibus. Enimuero lectulus Eccleſiæ eſt fides (vt fuſius probatum eſt ſupra in ſecunda expoſitione illorum verborum, verſ. 17. primi capitis; *lectulus noſter floridus*) quatenus nuſquam humanus intellectus quietem in præſenti vita nanciſcitur, præterquam in fide. Et quidem tunc rectè quieſcunt fideles, quando in huiuſcemodi lectulo ſimpliciter cubant per noctes; quando abſque credendorum euidentia ſimpliciter ea credunt, quæ ſibi credenda proponuntur. Quòd ſi per noctes, & vbi nulla eſt euidentia haud contenti præſtantiſſima fidei certitudine, euidentem habere velint cognitionē; iam profectò quietis eius, qua perfrui debuiſſent, expertes redduntur, tametſi decumbant in lectulo; tametſi in ipſa permaneāt fide. Hoc igitur, quomodo ſibi cōtigerit in aliquibus fidelibus ſuis ſancta hic enarrat Eccleſia, dicens: *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea, quæſiui illum, & non inueni*: ac ſi dicat ex perſona dictorum fideliū:

PARAPHRASIS.

Lectulus fidei noſtræ floridus tunc certè extitit, maximeque iucundus, quando in vmbroſa, & ænigmatica Dei cognitione quieuere fideles: At verò quando quidam ex illis voluerunt plus ſapere, quàm ſapere oporteret: quando Deum diligentes, ſed non ſecundum ſcientiam, humana ratione comprehendere eum optarunt, qui omnino incōprehenſibilis eſt, in ipſo fidei lectulo quærens eū ipſum, quem nimio, indiſcretove diligebam feruore, *Qui et a poſuit tenebras latibulum ſuum*) quæſiui quidem, illum in noctibus, quæſiui labore ingenti in tenebris, ſed quia *in lectulo*, vbi quieſcere debueram, ac *per noctes quæſiui*, labor omnis fruſtra impēſus à me eſt; *quæſiui* enim *illum, & non inueni*.

a Pſ. 17. 12.

Complura hic eſſent tractanda, niſi alibi pertractata à nobis eſſent: Videatur locus citatus in illa verba: *Lectulus noſter floridus*.

Vnum duntaxat aduertamus, oportere aptiſſime Eccleſiam huiuſcemodi periphraſi, (*Quem diligit anima mea*) eum, quē quæſierat, deſcripſiſſe, Deū; hac enim appellatione primò ſuorum fidelium nō modicum excuſat factum, vtpote ab amore cauſatum: atque adeo indicat ſimul, ſi aliquid in eo errorineſſet, id omne facile eis ignoſcendum: Tum, cū eamdem in hac ſua narratione toties repetat periphraſim, quoadusque poſt multiplicem Dei inquiſitionem illum reperiſſe affirmet, dicens: *Inueni quē diligit anima mea*: indicat, amoris vim eſſe, vt nunquam gradū figere ſinat, donec ad id quoquo modo perueniatur, quod fuerat in optatis; nullumque effugere permittat laborem, quo ad concupitā peruenire poſſit quietem. Iuxta hunc igitur primum ſenſum præclare enarrat Eccleſia id, quod ſibi contigit frequenter in compluribus ſuorum fidelium poſtquam per Chriſti incarnationem, ac mortem Deo vnita eſt deſponſatione perfecta.

II. SENSVS.

Iudaicus populus totus terrenus.

At verò iuxta ſecundum ſenſum, enarrat eadem Eccleſia, quid ſibi in antiquo populo cōtigerit, antequam Verbum carnem aſſumeret, & poſtquam incarnatum eſt. Pro cuius quidem ſenſus intelligētia, Notandum primò, antiquum illum populum ſemper circa terrena verſatum eſſe, omneque ſtudium adhibere ſolitum diuitijs, gloriæ, ceterisve huiuſcemodi bonis terrenis, necnon & carnis voluptatibus: quod colligere licet manifeſtiſſime & ex hiſtorijs, quæ in Scriptura leguntur, & ex promiſſionib. à Deo eidem factis, quæ omnes fe è terrenæ ſunt, vtpote terrenis exhibitæ: & tertiò ex ipſis ſacrificijs, quibus ille Deum venerabatur. Neque enim Deus, qui ſpiritus, eſt atque adeo in ſpiritu, & veritate adorandus, huiuſcemodi oblectatur beſtiarum immolationibus, ſed à populo illo, qui erat totus carnalis, atq; terreſtris, carnalibus oblationibus paſſus eſt venerari, prout ipſemet apud Ie- B remiam hiſce teſtatus eſt verbis: *b Non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum & victimarum*. Super quæ verba Hieronymus, Qd ait, *Non ſum locutus*, &c. manifeſte, inquit, intelligitur, quod primùm decalogum dederit in tabulis lapideis ſcriptum digito Dei, & poſt offenſam idololatriæ, caputque vituli, poſtea intulerit, ſibi magis fieri, quàm dæmonibus, auferens puram Religionem mandatorum Dei, & cōcedens ſanguinem victimarum, carniumque deſiderium.

b Ierem. 7. 22.

Porrò cum dictus populus totus (vt dictum eſt) terrenus ita ſemper Dominum quæſierit, vt in terreſtribus commodis illum inueniſſe exiſtimarit, dū ardentiſſimis deſiderijs ſuum expectaret, quæreretve Meſſiam, arbitratus eſt, eum venturum in maieſtate, in robore exercituum, in diuitijs, & qui ſingulos quoſque terrenis cumularet opibus, terrena gloria, terrena pace, terrenis denique omnibus cōmodis.

Notandum ſecūdò iſtiuſmodi terrenorum abū- C dantiam, iſtiuſmodi & commoda exprimi congruentiſſima lectuli metaphora: vnde & apud Amos Prophetam, Samaria, & Damaſcus, quæ erant Regiones dictis bonis abundantiſſimæ, hac eadem lectuli metaphora deſcribuntur, vbi dicitur: *c Sic eruentur filii Iſrael, qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damaſci grabato*. Et bene; nam ſicut in lectulo vnuſquiſque reperturum ſe cēſet quietem; Ita & in terreſtrium rerum copia quietem ſitā exiſtimant terreni quique.

Abūdātia terrenorū quā aptè, dicatur lectulus.

c Amos 3. 12.

Notandum demum tertiò, vniuerſum tempus illud, quod Verbi Incarnationem præceſſit, noctem rectè appellatum, cum nondum ortus eſſet verus D iuſtitiæ ſol, veraque lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Vnde & Eccleſia ad Chriſti aduentum verba aptans Sapiētiæ, canit: *d Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus Domine à regalibus ſedibus venit*. Quod autem nox dicitur ſi totum ſimul id tempus ſumatur noctes in plurali appellatur, dum plura in vno temporis ſpatio conſiderantur ſæcula, pluresve illius populi ętates. Pręclare igitur vetuſtiſſimum, perq; omnia ſęcula continuatum dicti populi deſideriū exprimens Eccleſia, quo is Chriſtum videre cupiebat, ait: *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea*, &c. Ac ſi dicat.

Simile.

d Sap. 18. 14.

PARAPHRASIS.

Haud noua eſt iſta dilectio, qua Chriſtum pro- E ſequor dilectum meum; eius deſiderio flagraui ſēper; *per noctes*, perque ſæcula illa omnia, quæ eius ortum præceſſere, *exquiſiui* ipſum vehementiſſimo ſtudio, exquiſiui palpans *in lectulo* bonorum temporalium, in quo quieſcere ſolebam in antiquo populo; Exquiſiui & vocibus magnis, dicens: Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis; Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum, & cæte. Sed certè tunc quæſiui illum, & non inueni eum, quandiu ipſum in lectulo quæſiui.

DE ANIMA.

Vers. I. In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

In tribulationibus reperitur Deus potius, quã in quiete.

a Ps. 76.2.

LEgimus in Psalmo 76. piam quandam animã exquisisse Deum noctu; exquisisse verò manibus, ac vocibus, illiusve inquisitionem haudquaquam spe frustratam; & eius voces ita à Deo, quem quærebat, exauditas, vt illicò præsens is ei adstiterit, intentisque auribus, ac oculis ei intenderit: sic namque illa, id quod sibi contigit testatũ omnibus volens, ait: *a Voce mea ad Dominũ clamaui, voce mea ad Deum; & intendit mihi: In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, & non sum decepta.* At vero in hac, quam præ manibus habemus, sententia anima pia & quæ Deo desponsata toto corde illi inhęsit, Deũ ipsum noctu quæsisse se asserit, idque frequenter, per multas videlicet noctes, manibus pariter, atq; vocibus (vt declaratum est in prima expositione) nullatenus tamen illum vel post diutinas inquisitiones reperisse. Ob istiusmodi diuersitatem non modicũ primo aspectu meus offensus est animus, multòque magis offendebar; quia rationi magis consonum mihi videretur, vt Deus ab illa citius inueniri se sineret, illiusve vocibus potius intenderet, quę maiori erga ipsum flagraret charitate, qualem absque dubio sponsam censebam, quæ ob id hoc nomine, *Quem diligit anima mea*, Deũ designauit, vt singulis explorata esset sua ingens in illũ dilectio. Verumtamen attentius vtriusque animæ tã illius, quæ loquitur in Psalmo, quam eius, quæ loquitur in hoc Cantico, perpendens verba, percepi statim rationem diuersitatis prædictæ; intellexi, quid causæ fuerit, cur anima loquens in Psalmo Deum repererit, quem quæsierat, ab eoque audita fuerit, ad quem clamarat: Sponsa autem neutiquam eumdem inuenerit, vel ab illo fuerit audita, licet ardentissimo eum quæsierit studio. Quia nimirum ista, etsi manibus Deum quæsiuit, & vocibus; in lectulo tamen, & lectulo suo singulari, quietem agens, & manibus palpans, illum quæsiuit, qui ibi haudquaquam esset, ac de eodẽ lectulo illum vocauit, qui inde abesset longius: Illa autem de tribulationibus ad eum clamauit, qui ait: De quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: Et in ipsis tribulationibus manus ex aduerso illius extendit; sicve facili negotio, nõ solum inuenit, sed & apprehendit eum, qui dixit:

b Ps. 90.15

b Cum ipso sum in tribulatione. In die tribulationis, inquit, *Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, & non sum decepta.* Benè verò vtraque nocturno tempore Deum exquisisse se, asserit: nisi enim nox illis fuisset, haud eum quæsissent, quem præsentem habebant: Nam quis dubitet, Deum ambabus illis esse præsentem, cum constet, eũ & *c prope esse iis qui tribulato sunt corde*, & in iis omnib. manere, qui manent in charitate, iuxta illud Ioannis:

c Ps. 33.19.

d 1. Io. 4.16

d Deus charitas est; & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Nox quo iis sit, quibus Deus præsens est.

Quòd si quis quærat, qua ratione illis nox esse potuerit, quibus Deus adfuit, lux lucis, & fons luminis: Respondendum, Deum certè adesse talib. animab. (vt dictum est;) sed tñ tunc temporis, cũ ex illis quærunt, haudquaquam ab illis percipi fauorabile diuinæ eius gratiæ lumẽ: atque adeo tũc ipsis esse noctẽ. Porrò, sicut nox sensibilis non tam

Simile.

A ab sole causatur, quã ab intermedia terra, quę sua densitate, atque opacitate solariũ radiorum impediens penetrationẽ, ipsam efficit noctem. Sol quippe ex natura sua semper illuminat; talesve de se emittit radios, qui vniuersum illustrarent orbẽ, nisi ab opaco aliquo corpore præpedirentur. Ita & nox spiritalis nequaquã dicenda est causari à Deo qui illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundũ; qui vè super quamcunque animã lucẽ immittit suarũ miserationum; sed ab aliqua re, quæ densa sit, & terrestris; atque adeo ad illam à Deo opposita illius impediat lucẽ. Nec quidquam contra hæc ea faciunt, quæ in sacris paginis leguntur, quã do Deus exoratur, vt lucem suam exhibeat; vt cũ

Nox spiritualis quando sit.

B dicitur à quapiam anima sancta in Psalmis: *e Illumina Domine vultum tuum super nos: f Illustra faciem tuam super seruum tuum:* & ab aliis in libro Ecclesiastici; *g Miserere nostri Deus omnium & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum.* Nam reuera nox spiritalis à densa terrestrique re causatur ad similitudinem noctis sensibilis:

e Ps. 66.1.

f Ps. 30.17.

g Eccl. 36.1

Noctis spiritualis à nocte temporali discrimen.

C Verumtamen in hoc ingens est discrimẽ, inter noctem sensibilem, ac noctẽ spiritalẽ: quod nox sensibilis ita à terra causatur, vt Sol terram ipsam sibi oppositã nequeat auferre; nec possit vllatenus noctis expellere tenebras, nisi suo currens motu, super illã redeat iterũ. At verò nox spiritualis ita causatur à re illa terrestri, quã Deo aĩa opponit, vt tamen Deus absque vlla sui mutatione per excitãtis, & adiuuantis gratiæ collationem amoueat rem illam vt prima causa. Vnde fit, vt rectè exoretur, noctem vt fuget, ostendens lucem miserationũ suarum; quamuis & aĩa pariter dictam fuget noctẽ, adiuta, & excitata à diuina gratia, dũ aufert id obex, quod huiusmodi noctem causabat, diuinæq; lucis diffundi sinit splẽdorem. Atqui cum hæc ita se habeant; cumque ex dictis constet, tam animã tribulationibus oppressam, quæ loquitur in præcitato psalmo, quã eam, quæ loquitur in hoc Cantico nocturno tẽpore Deũ quæsisse, id superest inquirẽdum; quænã re densa, & opaca diuinos radios impedierit ista, quave illa: fortasse enim, si res istas at-

D tigerimus, facili negotio id quoque intelligemus cur non ambæ eodem modo Deum repererint cũ ambæ in nocte, & in tenebris illum quęsierint. Et quidem pia anima, quæ tribulationibus concutitur, Deo, qui præsens adest iis, qui tribulato sunt corde, id certè crediderim obiicere, quòd in penetralib. cordis sui angitur ob immissas tribulationes, haud perfectæ adhuc in Dei manus resignata adeoque anxietas ista, & displicentia densa est, carnalis, atque terrena, vt quandiu à corde non amoueatur, is, qui pñsens est Deus, videri minime queat cum dulcis, & fauorabilis eius gratiæ, ac diuinę lucis radij cor anxium minime penetrent. Hinc est, quòd talis anima tam cito eum inuenisse se, asserit, quem in die tribulationis exquisierat nocte,

Tribulatus cur Deũ nõ videat, quẽ tamẽ habet præsentem.

E cum dictæ anxietatis tenebræ adhuc ipsius cor obscurarent; reperisse verò illum, statim ac tenebras illas, statim ac illam anxietatem, diuina adiuuante gratia, è suo expulit corde, ipsi penitus sese resignans, quem præsentem habebat, & à quo tribulationibus se probare, intellexit; quod non obscurè significat; cum dixit, *Manibus meis nocte contra eum*: Extendens quippe manus ex aduerso illius, ipsi sese tradidit, & in ipsum sese resignasse, significauit. Spiritualis verò anima, quę loquitur in hoc Cantico, quæve Deum se diligere profitetur per id noctem sibi causat, quod propriam voluntatem obiicit diuinæ gratiæ, quod quietem in iis constituit, quæ ex propria agit vo-

DE ANIMA. luntate: Vnde bene, *in lectulo*, singulariter, &, *per noctes*, pluraliter quæsisse se inquit Deum, eumque non reperisse; quia, etsi in pluribus actionib. Dei dulcedinem quæsiuerit; semper tamen quæsiuit illam in suo vnico lectulo propriæ voluntatis, qua lux diuina arcetur: etsi manibus Deum quæsiuit, cum bene operaretur: quia tamen haud ipsas extēdit, nec eas illi porrexit, qui præsens illis adstabat vt eam deduceret in dictis tenebris; sed in lectulo suo tantummodo palpans, illum quæsiuit, iure optimo nequaquam illum valuit reperire.

Voluntas propria impedit, ne Deus videatur atq; gustetur ēt cum præsens est.

Nec voces quidquam ei profuerunt, vt ab illo exaudiretur: quandoquidem & ipsas è dicto lectulo propriæ voluntatis emisit. Quod ergo ait, tale quid mihi esse videtur.

PARAPHRASIS. Deum, *quem diligit anima mea quæsiui*, aliquando; licèt enim præsens is mihi adstaret, dum eū diligere profiterer; eum tamen videre nequibā, quia densitas, & opacitas meæ propriæ voluntatis lucē à me arcebat, noctem causabat in quibuslibet actionibus: atque adeo etsi *per noctes*, & per multa bona opera, perque multas preces illum quæsierim, is tamen nec me obaudiuit, nec à me se inueniri permisit, quia in quietis lectulo illum quæsiui in lectulo propriæ voluntatis. Atque hæc quidē rectissime, si velimus, sponsam, animamque sanctā hoc loco referre, quæ sibi contigere, quādo Christo desponsata, sed imperfecte admodum vitæ spirituali indulgens, ita propriæ voluntati erat addicta; vt inquietari se fateretur, cum aliquid contra illam facere compelleretur, vtpote, quæ in illa vt in suo, & proprio requiesceret lectulo.

ALIVS SENSVS. Quòd, si quis contendat, sponsam ipsam hic referre, quæ sibi tunc temporis euenere, cum toto corde, viribusque omnibus ardentissimo amore Deum prosequeretur dilectum suum, prout ea indicat appellatio, qua illum nominat, dicens: *Quē diligit anima mea*; dicendum, nomine lectuli non quamlibet hic significari quietem, sed illam duntaxat, qua anima sancta quiescit in pace interiori, in passionum tranquillitate, siue cum est in prosperis, siue cum est in aduersis; siue cum per varia se exercet sanctarum operationum genera; siue cum vni indulget studio orationis, & contemplationis: quam pacem & Isaias lectuli, & cubilis nomine insigniuit, cū, de iusto loquens, dixit: *a Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit ī directione sua.*

Pax interior est lectulus animæ sanctæ.

a Is. 57.2.

Sed ingens illico hic insurgit difficultas; qua ratione anima sancta in huiuscemodi lectulo Deum quæsisse se asserat, & non inuenisse; cum alibi fateatur, in eo ipso lectulo se vnà cum illo quietissime dormituram, dicens: *b In pace in idipsum dormiam, & requiescam*; cumque exploratum omnib. sit, *c* in pace factum esse locum ipsius Dei; si ergo in pace commoratur Deus, si in pacis lectulo cū pacifica dormit anima, quomodo ibi quæri se finit, vbi iam commoratur? quomodo sponsa illum ibi inuenisse se negat, vbi iā præsens is adest? Ad hæc breuiter respondendum, adesse quidem Deum, & vt in proprio requiescere loco, in interiori pace, quin & eamdem pacem illum & efficere, & conseruare sua præsentia: Verumtamen admirabili prouidentia elongari nonnunquam, vel abscondi ab ipsa anima, cum qua lectulum illū habet commu nem, sinens eam esse aridam, & quodammodo dulci destitutam complexu eius. Porrò id ob triplicē efficit rationem. Primò, vt hac sua tantilla elongatione ad maiorem perfectionem eam prouehat. Secundò, vt iucundior sit postea ipsius reditus, vel inuentio: commune etenim illud est Philosophorū axioma, Ab assuetis nō fieri passionē: sicvt quo-

b Ps. 4.9.

c Ps. 75.3.

Cur Deus se abscōdit, & elongari se insinuat ab anima sancta.

A tidiana probatur experientia, cum æstiuis temporibus perenni, atque grata cæli serenitate perfruimur, & solem cernimus, terram radiorum splendore illustrantem, haud particulari aliqua nos affici voluptate: E vestigio autem hieme post turbinum, & imbrium asperitatem, postque nubium obscuritatem, cum tantulam sereni temporis lucem inspicimus summa perfundi hilaritate: Et, si ex eo qđ sensibile ponitur supr asensum, impeditur sensatio, ideoque, vt recte sensus fungi suo munere queant, elongari paululum id debet, quod sentiendū est à potentia, adeò vt inter ambo aliquid interponatur: pari fere modo, vt Deus ab anima sancta sentiatur, ac degustetur, aliquantulum ipse sese nōnūquam ab illa seiungit, vt aliqua interiecta perturbatione felicius deprehendatur, & gratius demōstretur.

DE ANIMA.

B Denique quemadmodū chorda, quò magis ab arcu recedit, eò maiori impetu ad ipsum accedit, maioremque exhibet vim sagittæ, quæ per arcum iaculatur: Ita quò magis Deus videtur, ab anima se amouere, eò ardentiori beneuolentia in eamdē sese postea insinuat. Et hæc tertia est ratio, quare is sese abscondit, & elongatur ab ipsa, quæ eum ardenter diligit; vt nimirum ab illa postmodum inuentus maius ei ad pia opera peragenda, cōferat robur. At, si ob allatas rationes ab illa sese abscondit, cur non inueniri se finit ab ea, quæ tanto studio ibi ipsum quæsiuit, vbi quæri is velit; *Quæsiui*, enim *illum*, inquit, *& non inueni?* Vt videlicet eius perseuerantiæ periculum faceret; vtque experiretur, quò ea tenderet, cum aliquando ab internę pacis lectulo surgeret.

Simile.

C Possunt tertio modo ea, quæ in hac narratione referuntur, exponi: Vt sponsa anima sancta hic enarret, qualiter se erga Deum habuerit, antequā ad illum conuerteretur, illive desponsaretur iustificata, eo sensu quo & Augustinus in libro Cōfessionum sic Deū alloquitur: Sero te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua: sero te amaui, & ecce intus eras, & ego foris, & ibi te quærebam, & in ista formosa, quæ fecisti, deformis irruebā: mecum eras, & tecum non eram. Ea me tenebant longe à te, quæ, si in te non essent, non essent.

III. EIVSDEM SENSVS ADAPTATIO.

Lib. 10. ca. 27.

D Pro cuius quidem sensus intelligentia; Supponendum, vnumquemque hominem eatenus Deū quærere, quatenus nullus est, qui nō expectet beatitudinem, & bonum perfectum, quod nostram satiet voluntatem: Quia verò naturaliter ignoratur qua nam ratione bonum id acquiri queat, quave in re situm id sit, inde factum est, fitque quotidie, vt ob huiuscemodi ignorantiæ tenebras elaborēt plerique, variis in rebus & Deū quærere, & ipsam beatitudinem: in quibus tamen nullatenus ea reperiunt. Quod sibi pariter euenisse, antequam fidei, & diuinæ gratiæ radiis illustrata fuisset, indicat hic pia anima. Ac primò, tenebris se obnubilatam significat dictione illa, *Per noctes*: Tum exponit quanam in re prius eam, quam appetebat, exquisierit beatitudinem, quonam in studio Deum quęsierit perfectum bonum, quod solum satiare potest animas nostras, dicens: *In lectulo meo quæsiui, quem diligit anima mea*. Enimuero quod præ ceteris allicit hominem animalem, crassumque, & terrestrē, voluptas est, atque deliciæ, vtpote quæ primo aspectu quietem præseferre videantur: Vnde & Ecclesiastes, enarrans simile studium, quod adhibuit aliquando & ipse per noctes ignorantiæ in inquirenda beatitudine, & bono illo perfecto, quo exaturari posset, ante oīa in huiuscemodi voluptatis lectulo, se id inani diligentia quæsisse, affirmat, cum in

Deū vnusquisq; quærit, dū beatitudine vt sis quæris.

E

In voluptate quā falsò, & inaniter quæratur Deus.

DE B. MARIA

principio capitis secundi ait: a *Dixi ego in corde meo: Vadam, & affluam de[ia]cis, & fruar bonis; & vidi, quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid frustra deciperis?* Praeclare autem, quae hic loquitur sponsa, in principio suae narrationis semet incusare videtur, dum ait, se quaesisse in lectulo eum, quem diligeret anima sua, cum breuius dicere potuisset, se quaesisse eum, quem diligeret: Aequè est enim ac si dicat; Eum, quem spiritaliter diligo quaesiui insipiens in terrenis, ac sensibilibus voluptatibus: Vnde & bene subiicit: *Quaesiui illum, & non inueni.* Quae enim cõuentio carni ad spiritum; aut quae conuentio luci ad tenebras, vt in noctibus reperire posset in lectulo, quem spiritus per solam dilectionem fulgentẽ attingit in caelis?

a Eccl. 2. 1

PARAPHRASIS. Communior Patrũ sensus.

B

Vers. I. In lectulo meo per noctes quaesiui, quem diligit anima mea: quaesiui illum, & non inueni.

Expositio Quarta. De tertia sponsa, quae est Beata Maria.

b Luc. 2. 43

NOtissima ea est, quam Lucas Euangelista b narrat, historia amissionis filii Beatissimę Virginis, quando *remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius:* Notissimum est & ingens eiusdem Virginis studium, quod in inquirendo filium suum adhibuit. Istam ipsam historiam, istud ipsum & studium B. Virgo hac sua narratione adeo claris recenset verbis, vt haud operaepretium sit, in iis detineamur: ardẽtissimus certe Gloriosae Virginis amor erga filium suum, vehementissimusque eiusdem dolor ex dilectissimi filii amore causatus, colligitur ex ea locutionis phrasi, quam saepius repetit; *Quaesiui, quem diligit anima mea.* Verùm quae hac de re dicenda hic forent, videri possunt explicata fatius in quarta expositione illorum verborum vers. 7. capitis primi; *Indica mihi, quem diligit anima mea.* Vnum duntaxat hoc loco nequaquam mihi praetereundum censui, ex eo, quod hic Virgo benedicta ait: *In lectulo meo per noctes quaesiui, &c.* id euidenter deduci, & cõfirmari, quod pii aliquot contemplatiui meditari cõsueuere: Tam ingẽti erga Christum amore flagrasse Mariam, tantamve ex illius aspectu desumere solitam voluptatem, vt frequentius cum is decumberet, totas noctes transigeret insomnes intuendo eum; quippe quae in illius facie, quae propter carnis infirmitatẽ dormiebat in lectulo, illustre quid fidei oculis intuebatur diuini, cuius visione felicitas prouenit, & aeterna beatitudo. Vnde quae hic dicuntur, talem mihi videntur habere sensum; vt Maria deplorans dicat.

Maria quę fuit Christum, cum eum amisit puerũ 12. annorum.

C

Maria ingẽs amor erga Christũ.

D

Vide Rupertũ Abbatẽ super hac verba.

PARAPHRASIS.

Cum more solito vultum filii mei in lectulo decumbentis, contemplari concupiscerem, *In lectulo meo,* in quo is iacere consueuerat, *per tres noctes* cõtinuas ipsum *quaesiui, quem diligit anima mea:* sed inexplicabili meo dolore *quaesiui illum, & non inueni.*

Vers. I. In lectulo meo per noctes quaesiui, quem diligit anima mea: quaesiui illum, & non inueni.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et quando vidit populus domus Israel, quòd sublatae essent nubes

A

gloriae ab eis: & corona sanctitatis, quae data fuit ei in Sinai, ablata esset ab eis, remanserunt contenebrati, sicut nox; & quaesierunt coronam sanctitatis, quae sublata fuerat ab eis, & nõ inuenerũt illã.

APPENDIX.

Pro serie dramatis Theodoritus ait: Sponsam post dilecti abscessum angi, atque cruciari, & solitudinem suam adolescentulis hic narrare. Porrò anxietatem istam sponsae exinde potissimum prouenire, ait Bernardus in principio sermo. 75. quia non est reuersus sponsus ad vocem, & votum ipsius, qua dixerat; *Reuertere, &c.* Tametsi ille haud ob indignationem non sit reuersus; sed ob dissimulationem; vt desiderium cresceret, vt probaretur affectus, atque vt exerceretur amoris negotium.

Theodor.

Bern.

Spiritales istorum verborum (*In lectulo meo, &c.*) expositiones ad duo capita reduci possunt; cum enim pateat, & quòd sponsa caelestem sponsum quaesierit, & quòd ipsum non inuenerit; ob duo contingere potuit, vt inquisitio ista suum sortita non sit effectum; Vel ob vitium quaerentis, seu defectum inquisitionis; Vel ob quaesitum ipsum, qui inueniri ea ratione vel non potuit, vel noluit.

Tres Patr.

Ad primum caput pertinet primò ea quae communior est expositio Catenae Trium Patrum, Cassiodori, Philonis Carpathii, Bedae, Anselmi, secundum quam significatur, Deum minimè inueniri, dum quaeritur in lectulo carnis, & voluptatẽ carnalium per noctes ignorantiae, ac caliginis, & tenebrarum peccati. Sicut, nec inuenitur secundum Iustum Orgelitanum, dum negligenter quaeritur in lectulo fidei socordis, & in tenebris ignorantiae.

Cassiodo. Phi. Carp. Beda. Anselm.

Deus nõ inuenitur, dũ quaeritur ĩ voluptatibus & ĩ caligine ignorantiae, ac peccatorũ.

Secundo non inuenitur Deus, quaesitus in lectulo per noctes, dum in noctibus tribulationũ Deus quaeritur in lectulo quietis, vt quietem scilicet afferat, ab ipsis eruens tribulationibus, quae in nostram vtilitatem illatae sint, vt exponit Theodoritus, indicatque Ambrosi. ser. 7. in Psal. 118. vers. 7.

Iustus Orgel.

Non inuenit tertio Christum ex vitio suo, qui illum non quaerit manifestatum in carne, prout indicare videtur Ambro. dũ in lib. 3. de Virginibus ait: *In noctibus,* inquit, *quaesiui eum, & non inueni.* Sequamur ergo Christum, per diem, sed eum diem, qui adest Ecclesiae, quem Abraham vidit, & gauisus est; non enim in noctibus reperitur Christus.

Amb. *Tribulatus nõ inuenit Deum, quẽ quaerit, vt eruat eũ à tribulationibus.*

Nec inuenit quartò eumdem ex defectu suo secundum Aponium, qui in lectulo sensus sui, per noctes sectatarum, &, confusarum cogitationum de Christo quaerit; quomodo Dominus potuit crucifigi, & quomodo potuit homo ascẽdere in caelũ.

Aponius *Christum nõ quaerit vt incarnatus in Ecclesia.*

Ex defectu quoque suo secundum Bernardum serm. 75. Ecclesia non inuenit Christum, nec eum illum, qui iam surrexerat, quae sinit in lectulo, idest infirmitate carnis suae, quam ex ipsa assumpserat, & in nocte ignorantiae: sicut, neque cum infirma existens in lectulo, & iacens quaesiuit illum per noctes variarum sectarum, ideoque dicit: Cũ adhuc infirma, & inualida forem, & omnino minus idonea sequi sponsum, quocunque iret, incidi in multos, qui cognoscentes desiderium meum, dicebãt mihi: Ecce hic est Christus, ecce illic est; & neque illic erat; quaesiui eum, & non inueni, & deprehendi noctes, qui se dies mentiebantur, sicque frustra per has noctes iustitiae solem, & lumen quaesiui veritatis, cum nulla societas sit luci ad tenebras. Vnde dixi: Surgam, &c.

Humano sensu non inuenitur Christus.

Bern. *Xpus postq̃ surrexit, non inuenitur in infirmitate carnis.*

Ecclesia imbecillis Xpum inuenire non pòt per noctes seductorum.

E

Ad alterum verò caput hae aliae spectãt Patrum expositiones. Primò illa quae hoc, quod Deus non inueniatur, dum quaeritur, ipsi tribuit naturę Dei, quae incomprehensibilis est. Indicat hunc sensum Ambrosius tum serm. 7. in Psalm. 118. vers. 7. tum in libro de Isaac, c. 5. pertractatque longius Gregorius

Deus nõ inuenitur, cũ sit incõprehensibilis. Ambros.

APPENDIX.

rius Nyſſenus homil. 6. Cuius ſententiam clarius explicat Pſellus apud Theodoritum; ac ſi pia anima dicat: Tua profectò natura, Chriſte, comprehendi nequit. Ego in lectulo progreſſionis meæ, qua valde profeceram, me conquieturam ſperabam, vtpote, quæ iam ad perfectionis faſtigium perueniſſem; ſed poſtquam ad diuinorum myſteriorum noctẽ acceſſi, ardenti ſtudio ſponſum quęrens, illic eum nullo modo conſpicuũ inueni, &c. Iam iis, quæ ſunt perfecta dignata, inquit, eadem anima ſecundum Nyſſenum, & tanquam in lecto quopiam eorum, quæ ſunt cognita comprehenſione, requieſcens, quando eram intra ea, quæ non cadunt ſub aſpectum, quando continebar diuina nocte, quærens eum, qui latebat in caligine; tũc quidem habebam dilectionem in eum, qui deſiderabatur; idipſum autem, quod diligebatur, euolabat, vt id apprehendere non poſſent cogitationes. Quęrebam ipſum in lecto meo noctu, vt noſſem, quæ ſit eius eſſentia; ſed non inueni ipſum: Vocaui ipſum nominatim; ſed non erat nominis ſignificatio quæ pertingeret vſque ad id, quod quæritur, idcirco cum vocaſſem ipſum, non audiuit me.

Gre. Nyſſ. Pſellus. Theod.

Deus, & diuina, quã difficile percipiãtur in præſenti vita.

Greg. PP.

Secundum verò Gregorium Papam eodem ferè ſenſu, nedum in expoſitione in Cant. ſed & homil. 19. in Ezech. & in homil. 25. in Euangel. Dilectum in lectulo quærimus, quando in præſentis vitæ aliquantula requie redemptoris noſtri deſiderio ſuſpiramus. Per noctem quærimus, quia etſi iam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat.

In requie vitæ præſentis, non pŏt videri Deus.

Idipſum autem, quòd Deus non inueniatur quęſitus ab eccleſia, vel anima, tribuitur ſecundum aliorum expoſitiones diuinæ duntaxat voluntati. Vnde Gregorius Papa lib. 5. Moral. c. 4. hæc explicans ait: Abſcondit ſe ſponſus, cũ quæritur; vt non inuentus ardentius quæratur: & differtur quærẽs ſponſa, ne inueniat; vt tarditate ſua capacior reddita multiplicius quandoque inueniat, quod quærebat.

Deus nõ inuenitur, quãdo vult ipſe inueniri.

Greg. PP.

Porrò egregie circa hanc rectam Dei quæſitionem philoſophatur Bernardus. Primò enim in ſer. 84. oſtendens, quàm magnum bonum illa ſit, ait: Magnum bonum quærere Deum. Ego hoc nullis in bonis animæ ſecũdum exiſtimo, primum in donis, vltimum in profectibus eſt. Virtutum nulli accedit, cedit nulli: cui accedat, quã nulla præcedat, quæ omnium magis conſummatio eſt? Quæ enim virtus adſcribi poſſit non quærenti Deum, quiſve terminus quærenti Deum? *a Quærite*, inquit, *faciem eius ſemper*, exiſtimo; quia nec ſi inuentus fuerit, ceſſabitur à quærendo. Non pedum paſſib. ſed deſideriis quæritur Deus: & vtique non tundit deſiderium ſanctum felix inuentio, ſed extendit. Nunquid conſummatio gaudii, deſiderii conſumptio eſt? Oleum magis eſt illi, nã ipſum flammã ſic eſt: Adimplebitur lætitia, ſed deſiderii non erit finis; ac per hoc nec quærendi: Tu verò cogita, ſi potes, quæritandi hoc ſtudium ſine indigentia, & deſiderium ſine anxietate; Alterum profectò præſentia, alterum copia excludit.

Bernard.

Quærere Deũ quam magnũ bonum ſit.

a Pſ. 104. 4

Secundò ibidem probans, animam non poſſe quærere Deum, niſi ab illo eſſet præuẽta; Minime prorſus, ait, niſi prius quæſita quæreres, ſicut nec diligeres, niſi dilecta prius. Non in vna tantùm benedictione, ſed in duabus præuenta es, dilectione, & quæſitione; dilectio cauſa quæſitionis; quæſitio fructus dilectionis eſt, & certitudo. Dilecta es, ne ad ſupplicium potius quæſitam ſuſpiceris: quæſita es, ne fruſtra dilectam conquæraris; vtraque tã amica comperta ſuauitas & auſum dedit, & verecũdiam depulit, & reditum perſuaſit, & monit affe-

Quærere Deũ nequiret aĩa, niſi prius ipſa à Deo quæſita eſſet.

A ctum: Hinc zelus, hinc ardor iſte quærendi, quem diligit anima tua. Tertiò ſer. 85. explicans ad qñid anima quærat Verbum; Quærit, inquit, anima Verbum, cui conſentiat ad correctionem; quo illuminetur ad cognitionem; cui innitatur ad virtutem, quo reformetur ad ſapientiam, cui cõfirmetur ad decorem; cui maritetur ad fœcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem: explicatque has omnes rationes Bernard. in ſerm. citato, & dicit, alias quoque addi poſſe.

APPENDIX.

Cur quærat Deum anima ſancta.

Ex hoc, quòd quæſitio iſta dicitur facta in lectulo, & per noctes, ſeu in noctibus, Ambroſ. in lib. de Iſaac, c. 5. arguit ſedulam quærendi diligentiam. Qui bene, inquit, quærit, in cubili quærat, in noctib. quærat: nec dies feriatus, nec noctes ſint; nul-
B lum tempus vacet à pietatis officio; &, ſi non inuenit primo, perſeueret in requirẽdo, ideò dicit, *Exurgam*, &c. Serm. autem 7. in Pſal. 118. verſ. 7. per noctium metaphoram ſignificatos accipiens Prophetas, vel etiam perſecutiones: Quæſiuit, ait, in Prophetis Eccleſia ex gentibus cõgregata, & ideo credidit; Denique aduentus Dominici teſtimonia de Prophetis Euangeliſtæ, Pſalmiſque poſuerunt: Vnde ſcriptum eſt: *b Quia nox nocti indicat ſcientiam*. Quæſiuit in noctibus, in perſecutionibus, & aduerſis. Nox enim eſt omnibus, quibus nõ eſt perfecta ſecuritas.

Ambr.

Quærendus Deus cũ ſedulitate.

b Pſ. 18. 3.

Sed melius idem ipſe ibidem arbitratus eſt, ſignificatum, quæſitionem factam in oratione. Quę
C ſenſum fuſius explicat Bernardus in ſer. 86. dicẽs. Verecundia tibi, ſi aduertis, & loco ſignatur, & tẽpore. Quid tam amicum verecundo animo, quàm ſecretum? Porrò ſecretum, & nox, & lectulus habet? Vnde & orare volentes iubemur intrare cubiculum, vtique ſecreti gratia. Id quidem ad cautelam, ne palàm orantibus laus humana orationis ſuo fructum, fruſtretur effectum: Sed doceris nihilominus verecundiam ſententia hac. Neque verò tantùm locum, ſed & tempus obſeruare oportet eum, qui orare voluerit. Tempus feriatum cõmodius, aptiuſque, maxime autem cum profundũ nocturnus ſopor inducit ſilentium, tunc planè liberior exit, puriorque oratio: Propter hoc ergo ſpon-
D ſa non minus verecunde, quàm caute & lectuli ſecretum petebat, & noctis, orare, hoc eſt Verbũ quęrere, volens: vnum eſt enim.

Bernard.

Quærit Deũ aĩa ſancta verecunde, & caute. Oratio noctu, & loculo facienda.

Quamquam idem Bernardus in fine eiuſdem ſerm. 86. lectuli nomine ſignificatam accipiens humanam infirmitatẽ, iuxta id, quod dicitur in Pſalmo: *c Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius; vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius*: noctis verò appellatione ignorantiam itẽ humanam, de qua in alio Pſalmo dicitur: *d Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*. Iure optimo inquit, à pia anima contra vtrumque originale malum quæri Verbum, Dei virtutẽ, & Dei ſapientiam: Quid enim conuenientius, ait, quàm vt infirmitati virtus, ignorantiæ ſapientia opponatur?
E

Contra infirmitatem & ignorantiã aĩa quærit Verbũ.

c Pſ. 40. 4.

d Pſ. 81. 5.

Rupertus Abbas proprie tam nomen lectuli, q̃ vocabulum noctium ſumit; ac ſi B. Virgo dicat. Ex quo baptizatus eſt dilectus meus à Ioanne, fieri, cępit, vt illum non inuenirem in lectulo, ſiue in cubiculo meo, & in habitationis meæ ſecreto: nam ſtatim ductus eſt in deſertum à ſpiritu, & deinde regreſſus, Euangelium meis præpoſuit affectibus, ita vt diceret: *e Quid mihi, & tibi mulier?* Itaque deſiderio quærebam eum, & non inueniebam eum, vt ſolitaria poſſiderem ſolitarium. Dixi ergo, *Surgam*, &c.

Rup. Abb.

Poſt Baptiſmum Chriſtus propoſuit Euãgeliũ affectibus matris ſuæ Mariæ.

e Ioa. 2. 4.

LITTERA.

Verf. II. Surgam, & circuibo Ciuitatem; per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

QVod enarrare cœperat, prosequēs spōsa, explicat hanc sententiā, quid post prædicta à se sumptum sit consilii, quidve à se sit gestum, postquàm neque in lectulo, neque intra cubiculū suum inuenire eum valuit, quem sua diligeret anima. Consilium autem id extitisse significat, vt actu tùm è lectulo surgeret, nullum in Ciuitate relinqueret locum, quo dilectum suum non quæreret; vniuersumque laborem istum inanem fuisse, testatur; quandoquidem nec tanto adhibito studio inuenire illum quiuerit. Quod igitur ait in futuro; *Surgam*, &c. per Mimesim dixit, vtpote verbis, gestuque enuntians, quod in mentis penetralib. fuisset decretum: ac si diceret.

PARAPHRASIS.

Postquam animaduerti, quòd in lectulo meo decumbens, nullatenus inuenire illum possem, decreui mente, & dixi; *Surgam* iam ex ipso lectulo, nullique parcens labori, egrediar domo, in ipsisve tenebris *circuibo Ciuitatem, & quæram* eum, quem tāta prosequor charitate; *quæram* eum *per vicos, & per plateas*: At licet quæsierim *illum* tanta sedulitate, nihilominus *non inueni* eum.

Quoad lectionum varietatem, notandum primò, tam Hebraicum textum, quàm versionem Sept. pro eo, quod Vulgata habet; *Circuibo Ciuitatē*; legere; *Circuibo in Ciuitate*; quæ quidem lectio aliquid diuersi indicare videtur ab eo, quod in nostra significatur Vulgata: innuitur quippe, circuitus multos sponsam fecisse, diuque per Ciuitatem circuisse; haud tñ Ciuitatē ipsam circuisse; totā, vtpote cū haud fieri posset, vt tam paruo vnius noctis tempore tam grandem circuiret Ciuitatē delicata puella, præsertim cum & vicos, & plateas, illius obiuisse, se dicat: Quę spiritualibus sensibus congruent quàm maximè, vt videbimus in subsequentibus expositionibus.

Notandum secundò: pro eo, quod nos legimus: *Per vicos, & plateas*. Sept. habere *ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις: in foris, & in plateis*. Porro dictio *ἀγορὰ* forum propriè significat, in quo res venales habentur, quod nos Italicè appellamus *Il mercato*: Vel etiam locū illum, in quo populi conuētus fieri solet: ad quæ ambo signanda bene in plurali dicitur; *ἐν ταῖς ἀγοραῖς, In foris*. Quòd, si noui aliquid dicere mutuum cat, crediderim, ex hac lectione Septuag. colligi posse, nostrum Interpretem cū vertit; *per vicos, & plateas*; nomine vicorum non tam significare arctas illas vias, quas nos Italicè dicimus; *Vicoli*, prout communiter ab expositoribus hic accipi solet; sed diuersas vnius eiusdemque Ciuitatis Regiones, & fora distincta, in quorum singulis distinctæ merces vendant, prout in aliquib. præcipuis Italiæ Ciuitatib. fas est obseruare: Vel ēt diuersa fora, & pagos, in quib. diuersarum Tribuū, seu ēt diuersarū Prouinciarū populi, qui eādē incolerent Ciuitatē, proprios haberēt cōuētus: Vt omnino significetur sponsam ibi in primis suum quæsisse dilectum, vbi populorū adesset multitudo. Cui sensui fauet & lectio Hebraica, quę pro eo quod noster legit, *per vicos*, habet dictionē בשוקים bascieuacchim; quam dictionem idē ipse Interpres noster per nomen platearum expressit in lib.

A Prouerbio. vbi dicitur de iuuene vecorde; a *Qui transit per plateas iuxta angulum.*

DE ECCLESIA.

a Prou. 7. 8

Verf. II. Surgam, & circuibo Ciuitatem, per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.

Expositio Secunda. De Prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

ITa natura comparati sumus, vt in rebus iis inuestigandis, quæ nostrum excedunt captum, diuinis præsertim, ac super cælestibus nusquàm humanus quiescat intellectus, præterquàm cum in fidei lectulo decumbit, illis acquiescens, quæ proposita fuerint vt reuelata à Deo: At verò cum idem intellectus in ipso fidei lectulo, vltra reuelatorum certitudinem, euidentiam quoque eorumdem exquirere nititur, operæpretiū est, vt fiat expers quietis omnis. Adeoque hoc verum esse, sancta testatur Ecclesia, vt propterea statim ac in superiori sententia semetipsam in quibusdam suorum fideliū euidentem Dei cognitionem in lectulo fidei quæsisse asseruit, ipsum dictorum fideliu m intellectū propriam inquietitudinem protestantē hoc versu proponat aptissimis verbis hisce: *Surgam, & circuibo Ciuitatem*, &c. Quorū hic videtur esse sensus.

Intellectus in fide, & in credēdis quiescit, quam tam inquietitudin habeat.

PARAPHRASIS.

Cum in ipso fidei meæ lectulo per noctes obumbratæ, & ænigmaticæ cognitionis euidenter Deū, quem quæsierā, cognoscere nequirem, à simplici illa fidei quiete surgere statui, meam eleuans vim intellectiuam, discursuque oberrans, mundi huius Ciuitatem circuiui ratiocinatione: dumque sic perpetuo, & inquietissimo ratiocinarer circuitu, Deum meum, quē tanto studio diligere contēdo, tum per nobiliores, tum per ignobiliores illius mundi partes in singularum creaturarum consideratione quæsiui, existimans, hoc pacto ad cognitionem quidditatis eius me peruenturam: Verumtamen inani labore circuitus isti omnes à me facti sunt, quæsiui enim illum, & non inueni.

Pro exacta istius sensus intelligentia, tria notāda sunt. Primùm id, quod apud Theologos omnes pro confesso ht, Deum in hac vita posse quidē euidenter cognosci per creaturas quantum ad existētiam, illius verò quidditatē clarè, & perfectè haud quaquā cōprehendi posse, tametsi confusa quadā cognitione percipi quodāmodo queat, prout scimus a Philosophis cognitū, illum esse suum esse, & esse oīno independētē, infinitū, bonū, sapientē, &c. Quapropter nihil mirandū, si Ecclesia dicat, se haud eum inuenisse, quando in aliquibus suorū fidelium claram, atque distinctam illius cognitionem quæsiuit in speculatione creaturarum.

Difficilis cognitio quidditatis Dei ex creaturis haberi nequit.

Secundò notandū, quā aptè Ecclesia auxerit intellectus inquietitudinē, dū ad verbū, *Surgam*, addit, *& circuibo*. Sicut n. in circulo nō est assignare finem: ita & qui circuit, quietis terminū nunquā attingit, quod certè iis euenire manifestū est, qui humano intellectu ex creaturarū cōtēplatione ad distinctam, euidentemq. diuinæ naturæ cognitionē tētāt peruenire. Porrò egregiè ista circuitus metaphora humano congruit intellectui: q. d. n. aliud te vera est eius discursus, & ratiocinatio, quā circuitus quidā? atq. adeo vt ad istā alludatur metaphorā, crediderim, à logicis id, qd ex præmissis deducitur, appellari conclusionē, quia videlicet quasi circulū quēdā per illas cōcludere videat intellectus discurrēs, & dū ex pricipiis deducit cōclusiones, & cōclusiones ipsas resoluit ad pricipia, circulū pfecto efficit euidētissimū. Qd si adeo appositè circuire vr quilibet intellectus humanus ob generi-

Simile.

Intellectus humanus circuire dicitur ob discursum.

ricam

DE ECCLESIA

ticam iſtam ratiocinandi rationē; multò ſanè congruentius ille circuire dr intellectus, de quo hic eſt ſermo, qui intellectione ſua vniuerſum peragrat orbem; ſiquidem, cum orbis ſit ſphæra quædam, circumeat operæpretium eſt, dum illum obambulat. In iſto autem prædicti intellectus circuitu duo ſunt, quæ meum maximè percellunt animum, alterum eſt præſtantiſſimum illius inſigne; alterum autem quàm maximus eiuſdē defectus.

Intellectus humani vis magna ī circūeūdo per vniuerſum orbem.

Enimuerò hoc, quòd ille tantam habet vim, vt orbem vniuerſum circuire valeat, immobilis perſeuerans, reddit planè hominem Deo ſimilem. Vnde Ambroſius elegantiſſimis his verbis id confirmans ait: Ad imaginem, & ſimilitudinem Dei mētem hominis factam, exinde conſtat, quod ſicut ipſe Deus omnia videt, omnia replet, omnia penetrat. Ita mens quoque ipſa omnia videt; & non videtur, habens ſui inuiſibilem ſubſtantiam; diſciplinis, & conſiliis, ac ſenſibus comprehendit latentia, penetrat occulta maris, atque omnium diffuſa terrarum latibula, vtriuſque ſcrutator naturæ, ad ſimilitudinem Dei ſummi, quem imitatur, & ſequitur: eleuans quoque ſe in aëra, & eius nubiloſa prætergrediens, ad cæli alta ſe dirigit ſtudio cognitionis, & ardore ſapientiæ; vbi pauliſper ſtupefactus admiratione cæleſtium, & luminum delectatus claritate proſpiciens deſuper mundana iſta, conferens quoque ſe ad Heſperum, atque Arcturū & ceteros planetas, & videns, quòd inſenſus ille ſit error, quem ſine errore, quò magis omnia obeūt, intexere, atque obortare videantur, maiori ſe cupiditate attollit ad ipſum gremiū Patris, in quo eſt Vnigenitus filius, enarrans ſecreta Dei. Quod verò maximum in eodem intellectu arguit defectū, idest, quòd, cum ſpeculari incipit creaturas, & circa illas ratiocinari, diſcedens à puncto ignorantię propriæ, poſt diutinum diſcurſum, longamq; euagationem in multiplicium rerum peruestigandis naturis, tandem quaſi reflexo circulo ad eundem punctum, vnde diſceſſerat, velociori curſu cogitur properare: quippe qui quantò plus didicerit, tantò plura intelligat ſupereſſe, quæ ignoret, & ad quorum cognitionem peruenire nequeat.

Ambr. lib. 6. epiſtol. epiſt. 38. ad Horatianū

Intellectus humani defectus magnus in circuitione rerū.

Tertio notandum, dici quidem Ciuitatem mūdum iſtum ob multas, quas cum Ciuitate habet proportiones: re vera, n. Ciuitas benè diſpoſita mūdi quoddam dici poteſt exemplar: verumtamen ſponſam vnicam dūtaxat ex multis attingere proportionem, dum ſubdit: *Per vicos, & plateas quærā*, &c. Proportio autem in eo ſita eſt, quòd ſicut Ciuitas diuiditur in plateas, quæ ſunt nobiliores, & latiores illius partes, & in vicos, qui ex ipſis plateis deriuant, ſuntque anguſtiores, & ignobiliores. Ita & mundus iſte diuiditur in nobiliores, latioresve cælorum orbes, & in ignobiliora ſublunaria, quæ inſtar vicorum quorundam à cæleſtib. illis plateis deriuant, quatenus ab iis dependent in fieri, & conſeruari.

Mundus quā apte dicatur ciuitas

ALTERA EIVSDEM SENSVS ADAPT.

Theodor. Aponius. Hebrai in Scripturis Sacris negarūt colligere, Christum venturum humilem.

Senſum illum proſequentes, quē ſecundo loco attulimus in 2. expoſitione præcedētis ſniæ: vt Eccleſia in hac ſua enarratione explicet, qualiter in Iudaico populo Chriſtum quæſierit, quaſi cum ingenti terrenorum abundantia aduentantem: Nūc in hoc ſecundo verſ. exponit, quō ſe geſſerit, qñ illum in lectulo nō inuenit, qñ ipſum nō reperit aduenisse cū ea terrenarum rerū copia, quā ipſa expectarat. Ait quippe, ſe dediſſe ſtudio Sacrarū litterarum, illaſve reuoluiſſe, & per vicos, idest, per obſcuriora Prophetarum dicta, perque ea Sacræ Scripturæ loca, quæ inſtar platearū & clariora eſſent, & magis paterent, illum ipſum quæſiſſe, vt nimirū intelligeret, quando, & quomodo is venturus eſſet: An videlicet cum maieſtate, potentia, & opib. An verò pauper, paruus, & humilis: Eum tamē diutius à ſe quæſitum, minimè reperiſſe; nec intellexiſſe, quòd in ipſis ſacris paginis dicebatur venturus inops, atq; humilis: neque illū vidiſſe paruulū ſe, & humilē repræſentantem apud Prophetas. Ita vt videatur ei accidiſſe, quod nobis frequenter vſu venire ſolet, cum quidpiam magna diligentia inquirentes, totā perturbamus ſuppellectilē, & illud inuenire non valemus, quamuis eo in loco inſpexerimus millies, vbi id eſt recōditum, quāquā & millies noſtris id ſe obiecerit oculis: Cuius ſanè rei illa eſt ratio, quòd licet tanto illud quæramus ſtudio, non tamen debitam ei, quod quærimus, adhibemus attentionem, ſine qua certum eſt, nullam fieri poſſe ſenſationem. Sic etenim & ipſi Eccleſiæ contigit in antiquo populo: Nam cum ſummo ſtudio Sacras perſcrutata eſſet Scripturas, vt Chriſtū inueniret, modum. ſ. quo is venturus, quove vidēdus erat in terris, & cū hominibus conuerſaturus: etſi ſæpius legerit, quod humilis, pauper, atq; abiectus pro nobis venturus eſſet, quòd ve pro nobis mortē eſſet ſubiturus, haud tamen illum ſe aſſerit inueniſſe; quia nimirum illū fidei oculis non vidit; quia debitā non adhibuit attentionem, dum illum quæreret, aduertens ſolummodo ad id, qd. venturus promitteretur cum maieſtate, gloria, potentia, atque diuitiis.

Simile.

Vnum dūtaxat circa ſenſum iſtum ſupereſt probandum, quàm congrue Ciuitatis appellatione deſignetur Scriptura Sacra. Et quidē, etſi ſufficiens fortaſſe videretur ad hanc congruitatem conteſtādam Sanctorum Patrū authoritas; ex nonnullis tñ proportionibus, quæ inter illam, & Ciuitatē ſunt, idipſum probare fas eſt. ſicut. n. in magna, ac nobili Ciuitate eſt ſumma vnio inter vniuerſos illius incolas, & quamuis conſtet ex multiplici hominum genere, ex diuitibus, & pauperibus, ex ſapientibus & inſipientibus, ex viris, ac mulieribus, ex pueris, iuuenibus, & ſenioribus: in vnam tamen oēs conueniunt vnionem. Ita quamquā in Scriptura Sacra maxima ſit ſcriptorum, ac ſententiarum multiplicitas, cum quædam in ea ſint læta, quædam mæſta, quædam minitantia mala, quædam promittentia bona, & cetera; quicquid tamen in illa continetur, connexum id omne eſt; quandoquidē ab vno eodemque ſpiritu prouenit. Deinde ſicut à Ciuitate rectè inſtituta, in qua conſpicitur ciuium cōcordia, leges accipere ſolent finitimæ Gentes, quibus pacificè viuant, vnanimeſq. & in charitate concordes perſeuerare queant. Ita è Sacra Scriptura benè viuendi leges, & charitatis, ac rectæ inſtitutionis præcepta deſumit genus humanū. Tertiò, ſicut in Ciuitate mira inſpicitur ędificiorum varietas, porticuum, templorum, turrium, platearum, atq; murorū, quibus ſummoperè exornatur: Ita & in Scriptura Sacra videre eſt maximam ſanctorū multiplicitatem, quorum ſtructura, atq; ſplēdore mirū in modum oblectemur. Quartò, ſicut ex Ciuitate omnium rerum copia abūdanti, de vniuerſis, quæ vnicuique neceſſaria ſunt, prouidere ſibi quilibet pōt, nec de neceſſariis ſolummodo, ſed & de iis, quæ ad delectationem adhibentur, & voluptatē. Ita & in Sacra Scriptura, tamquam in abundantiſſimo omnium rerum emporio, quicquid animæ noſtræ fuerit neceſſariū, poſſumus reperire, imò & maximas voluptates ex eadem fas eſt percipere. Denique ſicut Ciuitas ab aduerſariis Ciues defendit, tutumque refugium iis omnibus eſt, qui ad ipſam confugerint. Ita & Scriptura Sacra, &c.

Sacra Scriptura quā cōgruè deſignetur nomine Ciuitatis.

Simile.

DE ANIMA.

Vers. II. Surgam, & circuibo Ciuitatem: per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa quæ est Anima Sancta.

I. SENSVS.

IVstissimo Dei iudicio fieri id sanè solet; vt qui ita vitæ spirituali indulgent, vt à propria voluntate abstrahi se minime sinant, non modo eum nõ inueniant, quem in ipso suo propriæ voluntatis lectulo, in ijsve quæsierant studijs; quibus ex propria inhærebant voluntate: Sed & illa per semetipsos sese priuent quiete, quam toto conatu in ipsa sua sibi constituissent propria voluntate, iugi sese perturbantes inquietudine, inanissimoque se affligẽtes labore: Ecquid enim inanius, quàm vnum idemque, & velle nunc, & iam iam nolle? Quid molestius, quam quietẽ expetere, & tamen in motu esse perpetuò? Innuitur hoc Dei iudicium per Sapientem in lib. Prouerb. vbi dicitur; *a Vult, & non vult piger;* Quibus verbis significatur, eum, qui in propria voluntatem suam statuit quiete, atque adeo piger est, vtpote ab ipso suo propriæ voluntatis lectulo à nullo dimoueri se permittẽs, in perpetua esse inquietudine, & in motu continuo: quatenus illicò ac quidpiam voluerit, ab illamet sua voluntate surgit, tenditq; ad aliud, illud primum haud amplius volẽs; ad quod tamen postmodum redit, in circuitu obambulans, nullumve vnquam faciens progressum. At multo expressius hæc per eumdem Salomonem designata sunt in hoc Cantico, dum ipsammet hæc referentem proponit animam, quę ea experta in se fit. Hanc quippe inquietitudinem sibi contigisse, cũ adhuc imperfectior esset, narrat, quæ hic loquitur, dũ ait: *Surgam, & circuibo Ciuitatem per vicos,* &c. Aequè enim est, ac si dicat.

Voluntati propria inhærens obstinate, gestis omnis se fert redditi ex pertem.

a Prou. 13. 4.

PARAPHRASIS.

Quæ in lectulo meæ propriæ voluntatis Deum exquisiui, haud permittens, à quoquã distrahi ab ijs exercitijs, quæ ex propria voluntate elegerã, & in quibus frustra sperabam, me Deum reperturã, hac mea spe frustrata, cum ibi eum minime reperirem, quem quæsieram, per memetipsam à dictis surrexi spiritualibus exercitijs, quibus tam obstinate inhęrebam, illamve, quam falsò mihi promittebam quietem, dimisi; ita vt inquietissime vniuersam Ecclesiæ Ciuitatem circuierim, modo vnum assumens exercitium, modo aliud, primum illud abijciens; cuncta illa attingere volens studia, quibus à singulis fidelium in Ecclesia indulgeri animaduerterem, per vicos, & plateas quæsiui Deum quem diligebat anima mea, imitari studens modo illos, qui arctiori vitæ studio indulgerent, modo verò illos, qui laxiori darent operã. Verumtamen in his omnibus nil tãdem me profecisse cognoui: Enimuero, quamuis tanta sedulitate illum quæsierim, minime tamen inueni eum, nec quemquã ex illius præsentia in ijs, in quibus insudabam, exercitijs vel gustum percepi, vel fructum.

Greg. PP. Beda. Anselm. Ric. Vict.

Ad exactiorem istius sensus intelligentiam, Notandum primò, quam apta locutionis phrasi hoc loco vsus sit Salomon: cũ enim simpliciter proponere potuisset id, quod facto exhibitũ est, vt sponsa diceret: *Surrexi, & circuiui Ciuitatem,* &c. prout in præcedenti sententia: *In lectulo meo quæsiui,* &c. haud ita tamen illam loquentẽ proponit, sed hoc potius pacto: *Surgam, & circuibo Ciuitatem,* vt nimirum clarius vniuersis fieret conspicuum, tãtam inquietitudinẽ haud aliunde prouenisse, quàm ex propria voluntate, qua sibi metipsi sponsa imperauit, vt surgeret, & circuiret. Neq; enim aliunde inquietitudo vlla in anima spirituali exurgere vmquam potest, quàm ab illiusmet propria voluntate, quæ perturbationis omnis, omnisve mali fons est, & origo.

Voluntas propria causa est omnis nostræ inquietitudinis, & mali.

Notandum secundò, eum qui hoc pacto ex propria voluntate surgit, rectè dici circuire, quando Deum quærit, & ipsum non inuenit. Qui enim in circuitu ambulat, pficiscitur quidẽ (vt notat Bernar.) sed pficit nihil. Porrò circuire is dicitur, nõ solũ ob id, quod ait idem Bernard. quia nunquam à propria volũtate recedit, quandoquidem, si quis eum conetur auellere, paululũ sequi videtur, sed in dolo, aliunde sibi reditum parans, nec ab illa penitus se sinens abduci. Verum etiam ob rationem iam in Paraphrasi assignatam, quia diuersa, noua, ac multiplicia semper aggreditur studia, nihil autem est, quod spiritualem animam à Deo magis elonget, quàm instabilitas ista exercitiorum, & huiuscemodi circuitus, quotquot enim ad illum peruenire voluerint; recto incedant calle operæpretium est. *Quoniam b rectus Dominus Deus noster, & c Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum:* tunc verè recta semita ista ambulamus, cum, iuxta diuinę legis normam, tandiu in sancto quopiam perseueramus exercitio, quandiu Deum repertamus, quem per patientiam, & obedientiam sustinere non piguit, iuxta illud Isaiæ: *d Et in semita iudiciorum tuorũ Domine sustinuimus te, nomẽ tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ meæ.*

Voluntati propriã sequens quo circuire dicatur.

Bern. ser. 7 in Psal. 90

Exercitiorum spiritualiũ quã dãnosa instabilitas.

b Psal. 91. 16.

c Isa. 26. 7

d Isa 26. 8.

Notandum tertio per ea verba (*Per vicos, & plateas quæsiui,* &c.) ad viuum exprimi, quomodo is, qui propriæ voluntati addictus surgit inquietus ab exercitijs, quæ iam arripuerat, circuitque per multiplicia exercitia spiritualia, quæ in Ecclesia vidit, per istiusmodi circuitum, & in huiusmodi circuitu non modo nihil proficiat, sed & quam multum deficiat: nõ modo ne quidquam progreditur, sed retrogrediatur potius semper in deterius. Siquidem, cum sub vicorum metaphora, iuxta antiquissimorum Patrũ sententiam, ij designentur, qui arctam degunt vitam in Cœnobijs, sub metaphora verò platearum, quæ latæ sunt, & spatiosę, sæculares, qui laxius inter negotia viuunt, & inter forenses lites, dũ anima, quę hic loquitur, testatur, se ita circuisse Ciuitatem, vt primò per vicos, tum circuitum peragendo, vicis relictis, per plateas suũ quęsierit dilectum, innuit planè, se ita in spiritualibus exercitijs circuisse, vt prius ea arripuerit, quæ perfectiora essent, vtpote perfectiorũ: Sed postmodũ, perfectionibus hisce dimissis, haudquaquam iuxta Apostoli consilium, *e* in anteriora se extendisse, at reflexo itinere in deteriora delapsam, ad illa declinasse, quę imperfectissima essent, & per quę ab eo, quem quęrebat, magis elongaretur: Vnde bene subijcit: *Quæsiui illum, & non inueni.*

Voluntati propriã sequens, quã saeper in deteriora declinet.

e Phili. 3. 13.

Si per lectulũ, interiorem pacem, & animi tranquillitatem sumamus, prout supra illũ accepimus in secundo sensu tertiæ expositionis præcedentis sententiæ, anima illa sancta, quę ibi asseruit, se haudquaquã Deũ reperisse, quem toto corde diligeret, neque illius gustũ refectam, quamuis ardentissimo studio eum quæsierit, in suo perseuerans pacis, ac tranquillitatis lectulo. Nunc significat, quo pacto aliud sumpserit consilium, vt illum reperiret, per studium vitę actiuę, perq; opera misericordię, sperãs videlicet diuinę eius lucis compotem se faciendam, diuineq; cõsolationis, cui exhibenda nosset ea misericordię opera.

II. SENSVS.

Pro istius sensus intelligentia, quatuor in his sponsę Verbis perpẽdenda sunt; exactissime enim per

DE ANIMA.

per illa exprimitur & natura vitæ actiuæ, & modus quo talis vitæ operibus, locusve, vbi eisdē indulgendum est: ac deniq; quomodo, & cur is qui præsens assistit Deus, & cui ea impenduntur opera, minime sese manifestet. Primò igitur per verbū, *Surgam*, signatur natura, & proprietas vitæ actiuę, quæ in eo sita est, quod coniunctam habet solicitudinē, & animi turbationē, iuxta id, quod ad Maraham huius vitæ typū protestatus est Dñs, dicens: *a Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima.* Et certè haud exiguū amoris signum est, cū quispiā propter Deū ēt propriæ renunciat trāquillitati, qñ opus fuerit, & propriç paci, quā nouit, tantæ esse excellentiæ, vt, iuxta Apostoli dictum *b* exuperet omnem sensum. Id igitur facto se exhibere velle, quò eum inuenire queat quem diligit aīa sua, quæ hic loquitur, profitetur, dicens: *Surgam*, è lectulo videlicet pacis interioris; ac si dicat. Tanta inueniendi dilecti mei flagro cupiditate, vt & propriæ meę tranquillitati, qua nil mihi iucundius, nilve est vtilius, ab renunciatora sim, qñ in ea illum inuenire nequeo, sperās, vel in solicitudinibus vitæ actiuæ eum me inuenturam.

Vita actiua ex natura sua iunctam habet solicitudinem.

a Luc. 10. 41.

b Phil. 4. 7

PRAAPHRASIS.

Modus autē, quo huic vitæ, eiusve operibus indulgendū sit, per id indicatur, quod subijcitur; *Et circuibo Ciuitatem.* Enimuerò misericordiæ opera nullum excludere debent: nec vna duntaxat vice impendenda sunt, neque exercenda negligenter. Sed cum summa solicitudine, & feruore, iuxta illud Apostoli: *c Solicitudine non pigri, spiritu feruētes, Domino seruientes, necessitatibus Sanctorum cōicantes:* ac semper, cum necessitas aliqua sese obiecerit, exhibenda sunt, & erga omnes, quāuis erga illos prius, qui proximiores sunt, iuxta illud eiusdem Apostoli *d Dum tēpus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.* Quæ omnia circumeundi verbum apposite indicat, qui .n. in circuitu ambulat, circulū profectò facit, in quo nullū est assignare terminum, quive celeritatis est typus, & qui aliquem circuit locum, vniuersos sanè cōplectitur, qui in loco illo concludūtur. Porrò bene Ciuitatem se circuituram asserit sponsa; vt conciuibus in primis se suum indueret exhibituram studiū, fidelibus nimirum, & domesticis fidei, quos Apostolus *e* conciues Sanctorū appellat. Atqui hinc factum crediderim, vt & Christus Dominus, & illius discipuli, cum dicuntur misericordiæ operibus vacasse, circuisse dicantur: Christus quidem apud Matthæum vbi dicitur: *f Et circuibat Iesus omnes Ciuitates, & Castella, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem:* Apostoli verò apud Lucam, ibi: *g Egressi circuibant per Castella, euangelizantes, & curantes vbique.*

Misericordia opera quō impendenda.

c Ro. 12. 11.

d Gal. 6. 10

e Eph. 2. 19

f Matth. 9. 35.

g Luc. 9. 6.

Aptissimus quoq; locus innuitur, vbi eadē misericordiæ opera impendenda sint: dum, non tantùm in genere dicitur: *Circuiui ciuitatem*, sed & additur: *Per vicos, & plateas quæsiui*, &c. Etenim in vicis, & plateis ij reperiri frequentius solent, qui huiuscemodi egent operibus, pauperes, atq; infirmi. Vnde paterfamilias ad hæc loca suum delegauit seruum, vbi sciret, talium hominū genera commorari, dicens: *h Exi cito in plateas, & vicos Ciuitatis, ac pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* In plateas diuertere consuetos hospites, qui alieno indigerent hospitio, testes ij sunt Angeli, *i* qui ad Loth, in domum suam ipsos inuitantem, dixerunt. *Minime, sed in platea manebimus.* In plateis demum, & vicis est populorū concursus, quos docere Doctores possint: In plateis quippe, & in vicis ij oēs fiunt præsentes, qui alioquin in domorum latitant abditis. Ceterū quamuis & debitum locum adeat sponsa, & debitum modum seruet in impendendis misericordiæ operibus; haud tamē illi sese manifestat Christus, ait. n. *Quæsiui illum, et nō inueni.* Hocve sæpius vsu venire conspicimus in compluribus fidelium, qui, cum toti in misericordiæ operibus insudent; aridi tamen perseuerant, ac si Christum in pauperibus minimè reperierint; quinimò & frequentius ob ipsamet, quæ exhibent opera, persecutionibus concutiuntur: ita vt cum Propheta dicere queant: *K Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem animæ meæ.* Ecquæ, n. orbitas maior, quæ maior sterilitas piæ contingere pōt animæ, quàm cum illo orbatur gustu, qui ex bonis operibus percipi solet; quàm cum illius præsentia destitui videtur, propter quem dūtaxat ea exercet opera, quæ sibi illum præsentem constituere non dubitaret, iuxta illud: *l Quisquis vnū ex pueris receperit in nomine meo, me recipit, & quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum, qui misit me.* Porrò rationem si quis exposcat, cur sponsa eum non inuenisse se asserat, vbi præsentem eum esse, certissimum foret; curve Deus ei se non manifestarit, haud aliam crediderim assignandam, nisi vt per hoc vniuersis fieret conspicuum, Deum probare solitum fidem eorum, qui talibus indulgerēt operibus, an scilicet ij vere credant, se illa præstare Deo, quem tamen corporeis non intuentur oculis, vtque maioribus eos cumulet præmiis, quos adeo sedulos erga pauperes conspiciat.

h Lu. 14. 21

i Ge. 19. 2.

k Ps. 34. 12.

l Lu. 9. 48.

Iuxta lectionem Sept. quæ sic habet: *Surgam, & circuibo in Ciuitate, in foris, & in plateis quæram, quē diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni illum.* Dici nō incongrue pōt, piam animā hoc loco prosequi narrationem illā, de qua in tertio sensu tertiæ expositionis præcedentis sententiæ pertractatum est: quo videlicet pacto, antequā fidei illustraretur lumine, ipsa se habuerit in inquirendo Deum, cum beatitudinem quæreret, quam iuxta propriæ naturæ inclinationem diligebat aīa sua. Narrat aūt, se cum in voluptatis lectulo haudquaquam fieri potuerit cōpos concupitæ beatitudinis, vt supra significauit, decreuisse tandem ipsas abijcere voluptates, atq; per mundū istum, in singulis videlicet ipsius mundi rebus, in multiplici mundanarū rerū studio, in honorib. in diuitiis, in gloria, in potestate, in scientia, & similib. eamdem inani quæsijsse circuitu, quippe quæ in reb. hisce oibus, nec Deū inuenerit, nec ipsam, quā tanto labore quæsierat, beatitudinē: *Quæsiui nullū*, inquit, *& non inueni.* Quod verò breuius hic asserit, fusius Salomon in lib. Ecclesiastes c. 2. expressum reliquit. Primò namque decretū illud abiiciendi voluptates significat, cū ait: *m Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnē meam, vt animum meū trāsferrē ad sapientiā, deuitaremque stultitiā, donec viderē, quid esset vtile filiis hoīum, quo facto opus est sub sole numero dierū vitæ suæ.* Circuitū verò circa mundana exprimit, dum subijcit: *Magnificaui mihi opera mea; ædificaui mihi domos, possedi seruos, & ancillas, multamque familiā habui, armenta quoque*, &c. *Coaceruaui mihi argentū, & aurum, & substantias Regū, & Prouinciarū*, &c. Sed & inanē extitisse omnem istū circuitū, omneque huiuscemodi studiū hisce designat verbis: *Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi.*

III. SENSVS.

m Ecc. 2. 3

Ad plenum eorū, quæ hic ab sponsa dicuntur, intellectum, singula eius perpendenda sunt verba: licet

DE ANIMA.

licet.n.modica ea sint, multam tñ in se continent vim. Primò per id, quod ait: *Surgā*: inaniter se voluptatis studio abiecisse designat, quippe quę per noctes è lectulo surgere se velle, inquit. Notū est aūt, quod per Prophetā dr: *a Vanum est vobis ante lucē surgere.* Enimuerò, quamuis è lectulo voluptatis surgere, ipsasque voluptates per se abijcere optimū sit, qn tamen id noctu fit, & in ignorantię tenebris, vanum & inane, idest, qm è studio voluptatis non ad aliquod tenditur studiū virtutis, sed ad alia stud ia vana, ad inaniora plerūque & peiora, prout sibi contigisse ipsamet testatur, quæ hic loquitur, aīa, dicēs, se surrexisse quidē noctu, at inani laboro circuisse in mundi istius Ciuitate. Porrò hoc vtens verbo *circumeundi*, primo pessimum indicat, in quo tunc temporis, qn surrexit, versata sit statū, vtpote, quæ diabolū in eo, quod cœperat, imitata sit: Ecquod.n.aliud iter est Satanæ, quā iugis circuitus, isque non quidē circa cælum, sed circa terram: *b Circuit*, ait Petrus Apostolus, *quærens, quē deuoret*: & ipsemet de hoc gloriatur quodāmodo in lib. Iob coram Dño, dicens, *c Circuiui terrā, & perambulaui eam.* Circuit profectò diabolus terrā ascendens pariter, atque descendens, prout in circuitu orbium fieri conspicimus, Vide circuitum impij (inquit Bern.) Oculi eius omne sublime vident, attamen īma quoq; ipsa curiose vestigat: sed, vt magis ascendat, vt vehementius intumescat, & dū conculcauerit, incenditur pauper. Quā peruerse ascendentes, & descēdentes Angelos bonos Angelus malus æmulatur? Ascēdit studio vanitatis, descendit liuore malignitatis. Dum ergo aīa ait, se qn surrexit, circuisse, indicat, iter diaboli arripuisse, impiorumq; sociam se exhibuisse affirmat, de quibus per Prophetam dr. *d In circuitu impij ambulant.* Sicut.n.impius quisque ob id in circuitu ambulare dr, quòd haudquaquam rectà ad Deū tendit, sed instar dæmonis ascendens, atque descendens circulū peragat: quatenus per superbiā ascendit vsque ad cęlos, & per carnis illecebras descendit, vsque ad abyssos. Ita & ipsa in ijs, quæ arripuerit, studiis honorum, gloriæ, diuitiarum, &c. vt socia impiorū circuire dicatur: qnquidem studens, vt ad summum bonorum, vel gloriæ, & similium fastigium perueniat, incredibili animi elatione ascēdit, simulq; quod valde mirabile est, ad infima quæque se demittit, vt id assequatur, quò mente & cupiditate conscēdit, quod in ambitiosis præsertim, & in auaris obseruare fas est, quid.n.tam indignum, quo non se deijciat ambitiosus, vt ad desideratos perueniat honores? quid tam vile, quod dedignetur auarus, vt opulentior fiat tantillum? circeunt planè oēs, quotquot mundanis hisce indulgent, de imo terrenorum ascendentes, deque ascensu descendentes, ac de descensu iterū ad ascensum reuertentes. Vnde congruenter admodū locutam apparet spōsam, dum circuisse se, inquit, tunc temporis, qn surrexit, vt prædictis se addiceret mundanarum rerū studiis. Quamquam per hoc ipsum circuitionis verbum id quoque subinnuat, quòd, dū mundanis rebus operam dedit, habuerit mentem malitia oppressam, neque.n.circuire diutius potest quispiam, nisi oculos habeat clausos: atque adeo quēadmodū velare ijs consueuimus oculos, quos vel in molēdino, vel in aliquo alio opere volumus circuire. Ita & anima, quæ à diabolo destinata est, vt in Ciuitate huius mundi circumeat, velamen profectò malitiæ super mentis oculos habeat operępretium est, qn circuit. Bene aūt summaque caute ita locuta est, cum hunc suū exponens circuitum,

Voluptates ēstemnere aliquando vanū quid est.

a Psal. 126.2

Mūdanis I dulgēs aīa, quē circuit, et dicatur similis Satanæ.

b 1. Pet. 5.8

c Iob. 1. 7.

Circuitus Diaboli, & impiorum qualis.

Ber. ser. 7. in Psa. 90.

d Psal. 11.9.

Circuminis per hæc mūdana, mentē oppressā habet malitia.

Simile.

A dixit: *Circumibo in Ciuitate*: hac.n. loquendi forma indicat, se non ab extrinseco circuisse mundi Ciuitatem, sed intra illam suos peregisse circuitus. Qua in re præclare id signatur discrimē, quod inter spirituales est, atque inter mundanos: cum tam isti, quàm illi circa mundum versentur, mundanisque rebus vtantur, quamdiu vitam degunt præsentē spirituales quippe etsi, & ipsi circuire quodammodo videantur, ita tamen circuunt hāc Ciuitatem, vt vix extrinsecus eā attingant, haudquaquam intra illam se concludentes, implentes Apostoli consiliū, qui ait: *e Hoc itaque dico fratres; Tempus breue est: Reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquā non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* Mundani verò è vestigio ita se intra ipsam mundi Ciuitatem includunt, ita mundanis indulgent rebus, vt iugiter circa illas sese versent, semperve illas studeant circuire. Enimuerò haud vnū duntaxat circuitum faciunt, prout ab ijs fieri, certū est, quib. præterit figura huius mundi, quive extrinsecus circūeunt Ciuitatē; sed tot intra Ciuitatem, circūeunt gyris, quot rebus indulgere contenderint. Neque.n. qui ad honores anhelat, vno contentus est honoris gradu; neque qui opibus inhiat, magna aliqua sibi satisfactum censet diuitiarum copia: neque ei, qui gloriæ cupidus est, in vna, vel altera Ciuitate gloriam assecutum esse, sat est; neque qui humanę studet scientiæ, sapientiam se arbitratur, adeptum, si vel multa didicerit. Sed & varias circumeunt Regiones, ad longinquas peragrant terras, vt per diuersas circumeant rerum scientias, quemadmodū Pythagoram, Platonem, aliosve Philosophos fecisse, legimus, inani oberrantes circuitu, semper discētes, & nunquam ad veritatis cognitionem peruenientes: Sic & ceteri, vt multiplices assequantur honores, ingentes opes, &c. iugiter circa varios aberrantes honorum gradus, multiplicesve negotiorum species continuis circumeunt circulis nunquam ad eam, quam appetunt, peruenientes beatitudinem; ita vt rectè de singulis eorum id proferri queat, quod in alio sensu habetur in lib. Ecclesiastes: *f Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Hos itaque circuitus, hosve circulos à se peractos, cum in mundanis rebus quæsiuit Deum, & beatitudinem, indicat hoc versu pia anima, cum ista vtitur loquendi formula: *Circuibo in Ciuitate*, ac si dicat.

Intra mundi Ciuitatem multiplices faciam circuitus, circuibo quippe per varias rerum species.

Porrò aptè admodū circuitus istos per fora, seu per vicos se fecisse asserit, ac per plateas, dicēs. *Circuibo in Ciuitate, per fora, & per plateas quærā, quem diligit anima mea*: metaphoricis hisce vtens nominibus ad designanda diuersa mundi studia, diuersasque res mundanas, honores nimirū, opes, gloriam, potestatem, scientiam, &c. huiusmodi: Platearum etenim locū inter alia ad nominis, & personæ, vel rei celebritatem, & gloriam in sacris paginis vsurpari, patet ex illo Iob: *g Memoria eius pereat de vita, & non celebretur nomen eius in plateis*: &, *h Quando accedebam ad portam Ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi.* In plateis quoque scientiam exhiberi, atque doctrinā, ex eo colligi pōt, quod in Euangelio Lucæ dr. *i Tunc incipietis dicere, manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.* In foris quoque à Principibus exercentur iudicia, conciones habētur ad populum, honorum, ac dignitatum distribuūtur gradus,

DE ANIMA.

Inmūdanis reb. percipiē dis quō differāt spirituales, et qui mundani.

e 1. Cor. 7. 29.

Mūdani in singulis, quibus indulgēt, circuire dicūtur, atque adeo plures faciunt circuitus.

f Eccl. 1.6.

PARAPHRASIS.

g Iob 18.17.

h Iob 29.7.

i Luc. 13.26.

DE ANIMA. gradus, glorioſe pro concione laudibus celebrantur illuſtres quique. In foris, atque in vicis eo ſenſu, in quo in fine primæ expoſitionis vicos hic accipi diximus, multiplicium opum expolitæ habẽtur merces. In foris denique, & in plateis maximi populorum ſiunt concurſus. Ecquis verò non animaduertat, quàm grandis populorum multitudo confluat ad circumeundum per mundana, quæ ſub hiſce deſignantur metaphoris?

Beatitudo, ac Deus inaniter, ac inſipienter quæritur in rebus terrenis, atque mundanis. Ceterum egregie ſe ipſam incuſat latenter, quæ hic loquitur anima pia, quòd Deum quærens tam inani conſilio, vt illum reperiret, in huius mundi ciuitate circumierit per vicos, & plateas, incuſat inquam ſe, dum ipſum, quem quæſiuit, non dilectum ſuum ſimpliciter appellat, ſed eum, quẽ diligit anima ſua. Hac ſiquidem appellatione ſpiritum illum eſſe, & ſpiritali amore à ſe diligi ſignificat, atque adeo inſipienter eũ inter terrena quæſiſſe, & inter mundana. *Simile.* Quemadmodum. n. iudicij expers is apud omnes cenſeretur, qui ſtellam, aut ſidus aliquod quæritaret in terra: nam, etiamſi vniuerſum terrarũ peragraret orbem, nunquam tamen in terris reperire poteſt, quod fulgens apparet in cælo. In eundẽ ſanè modum ſponſa inſipienter, ait, à ſe quæſitam in terra, & in mundi Ciuitate beatitudinem, quam ſpiritaliter diligebat, vtpote, quæ in Deo duntaxat eſſet, qui ſpiritus eſt, nihilve in ſe habet terreni: proptereà bene ait: *Surgam, & circuibo in Ciuitate in foris, & in plateis quæram, quem diligit anima mea; quæſiui illum, & non inueni:* Aeque eſt autem, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Me miſeram, meque ſanè inſipientẽ, cum beatitudinẽ quærerem, & Deum, à quo duntaxat beatificari poſſet ſpiritus meus, quemve idcirco ſpiritualiter diligerẽ, inaniſſimis circuitibus intra mũdi huius Ciuitatem, per honores, per gloriam, per opes, perque humanas ſciẽtias, per poteſtates, &c, iſtiuſmodi terrena, atq; mundana, quaſi per fora, per vicos, atque per plateas eiuſdem Ciuitatis, quæſiui, quem diligit anima mea: At quo pacto animæ beatitudinem reperire in mundi rebus poteram, cum nec totus mũdus eam implere, ſat eſſet? cum quicquid in mũdo eſt, reſpectu capacitatis ipſius nil quodammodo ſit, vanum, & inane. Qua demũ ratione Deum, quem diligeret anima mea, in terris reperire fas erat, qui ſpiritus eſt, & in ſpiritu, & veritate quærendus? Vnde nil mirum, ſi illum quærens, minime eum repererim.

Verſ. II. Surgam, & circuibo Ciuitatem: per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Maria.

SI meditationum hic facerem tractatus, multa ſanè ſcribi à me poſſent, de itineribus ijs, quæ a glorioſiſſima Dei Genitrice Maria per totum triduum facta ſunt, quando eum quem amiſerat, inexplicabili diligentia quæſiuit filium ſuum: Verum quia exponendi methodum ſequi operæpretium eſt, nihil eſt, quòd in his detineamur: clariora enim hæc ſunt, quam quæ vlla indigeant explicatione. Id certum eſt, proſequi hoc loco ipſammet B. Virginem prædictæ hiſtoriæ narrationem, fuſiuſq; illud exponere, quod breuius Lucas Euãgel. hiſce deſcripſit verbis: *e Et non inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, requirentes eum.* e Lu. 2. 45.

Verſ. II. Surgam, & circuibo Ciuitatem: per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. APPENDIX.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Dixerunt filij Iſrael ad inuicem: Surgamus, & eamus, & circundemus tabernaculum fœderis, quod extendit Moſes extra Caſtra, & quæramus doctrinam à facie Domini, & maieſtatem ſanctam, quæ ſublata eſt à nobis & circuiuerunt per Ciuitates, & plateas, & per vicos, & non inuenerunt eam.

Duobus modis & hæc quoque exponi ſolent à Patribus: Quamuis. n. oẽs conueniant in eo, quod quæſitionem approbent, cuius hic fit mẽtio: haud tñ probant vniuerſi propoſitam quærendi rõnem.

Circa quæſitionem ipſam videndus eſt Bern. ſer. de triplici cohærentia vinculorum, &c. tom. 1. vbi ſuper verba (*Quæſiui illum, & non inueni*) ait: Nõ eſt parua res parui animi, cum illa quæ ſingulari pietatis nomine gloriatur ſæpius, ſeſe quærãtur eſſe fruſtratam, dicens: *Quæſiui illum, & non inueni.* Eſt. n. ſicut amabilis, ita etiã admirabilis, quia, cum non quæritur, inuenitur, & non inuenitur, cũ quæritur. Si nati eſſemus ex quo factus eſt homo ſuper terram, & vſque ad centum millia annorum vita noſtra extenderetur, non eſſet tamen cõdigna quæſitio huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: Ecce nunc tempus quærendi, ecce nunc dies inueniendi præ manibus ſunt: *a Quærite*, inquit, *Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum, dum prope eſt.* Erit tempus, quando non erit quærendi locus, cum ille fons miſericordiæ interminabili ſiccabitur ſiccitate; *b Quæretis me*, inquit, *& non inuenietis*: Bonus es domine quærenti te: Si quærenti, quanto magis inuenienti? Si tam dulcis eſt memoria, qualis erit præſentia? Si mel, & lac dulce eſt ſub lingua, quid erit ſupra linguam? Hinc probate fratres ſi in via eſtis, ſi non exorbitatis. *c Lætetur*, inquit, *cor quærentium Dominum*: Si gaudetis ad labores, ſi indefeſſo pede curritis viam mandatorum, ſi quotidie vtriuſque ſtatus recentior eſt ad proficiendum, & perficiendum, quam ad incipiendum, profecto quæritis faciem eius ſemper. *d Quo ergo abiit dilectus ex dilecto, & quæremus eũ?* Vbi eſt? quid dixi miſer? Sed vbi non eſt? Altior eſt cælo, inferno profundior, latior terra, mari diffuſior: nuſquam eſt, vbique eſt, quia nec abeſt vlli, nec vllo capitur loco. Ipſe hic eſt, ſed ego hic non ſum. Quam veriſimilius videretur, vt tu hic non eſſes, & ego hic eſſem Domine. Sed ego nec hic, nec alibi ſum, quia *e ad nihilum redactus ſum, & neſciui.* Verè ad nihilum ideſt, ad peccatum, & neſciui, quia nõ fui ibi, cum primus parens deuorauit me morſu amariſſimo.

Bernard. *De quæſitione, & inuentione Dei complura.* a Iſa. 55. 6. b Io. 7. 34. c Pſ. 104. 3 d Cãt. 5. 17 e Pſ. 72. 22

Richard. quoque de S. Victore ponderans eadem verba (*Quæſiui illum, & non inueni.*) Quæſiuit, inquit, Sponſa dilectum per vicos, & plateas, & non inuenit illum ad votum; Nondum. n. præſentiam eius ſenſit: nondum deſideratam gratiam accepit. Nec mihi ambigẽdum, quin circuitu ſuo multum acquiſierit, multamque in ſe gratiã auxerit: Siquidem ex agnitione bonorum, & virtutum eorum non parum accenſum eſt in ea deſiderium iuſtitiæ. Acceſſit. n. ad ardentes hoc igne, quẽ Dominus Ieſus miſit in terram, & voluit vehementer accendi. Ad quos dum accedit tepidus incaleſcit, & fer-

Richard. *In quæreñdo Chriſtũ quãuis nõ inueniatur ſtatĩ per tamen multũ acquiritur ſpiritus.*

APPENDIX.

Quòd ex maiorë gratiâ acquisitâ aïa in quærëdo Christũ, tãto magis accëditur ad quærendũ.

& feruens amplius ignescit. Non ait, quia gratiã acquisiuit, à quærendo ampliorem quiescat: desideria accensa sunt, non impleta: excitata, non sedata, & quantùm creuerunt, tantò minus sibi ea, quæ suscipit, sufficiunt. Augmentum gratiç esuriẽ excitauit, adeò vt quantum plus accedit, tantum plus desideret. Malus siue tepidus, quia bonũ non amat, vel desiderat, defectum suum, & ad quanta teneatur, nescit, vnde cum inops sit, diuitem se reputat, quia spirituales diuitias ignorat: dicit. n. quia diues sum, & nullius egeo, cum miser sit, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus, bonus verò, & proficiens, quod habet, non attendit, sed ad anteriora se semper extendit, & quia nunquam se apprehendisse arbitratur, ex desiderio semper humiliatur. Sponsa itaque proficit, nam quantum accenditur ad amorem, tantum humiliatur, vnde dicit: *Quæsiui, & non inueni illum*. Non inuenisse se illum dicit, quem tam perfectè in vicis, & in plateis, i. in ijs, qui arctiorem spiritus vitam sectantur, & in ijs, qui latiorem inuenit. Sic Antonius maximus monachorum, postquam quæsitũ Paulum inuenit, nil se esse comparatione illius iudicauit, dicens: Veh mihi peccatori, qui falsum nomẽ Monachi porto. Hoc illi inuentio Pauli præstitit, vt qui antea monachorum maximus extitit, postmodum nec se monachi noïe dignũ duxerit, &c.

Aïa sancta quãto magis accëditur ad amorë, tãto magis humiliatur.

Hieron. in vita Pauli.

Quæritur Deus i Ecclesia p duo genera spiritualium.

Porrò Richardus ex ijs est, qui, nedum quæsitionem sponsæ, sed & quærendi approbant rationem. Quorum est primus modus exponendi præsentem sententiam, Secundum quem modum is primus est atque communior sensus, quo per Ciuitatem accipitur Ecclesia, per vicos, ac per plateas duo intelliguntur genera personarum spiritualium. Alterum eorum, qui arctiorem vitam sequuntur, designatum per vicos. Alterum eorum, qui haud tam arctam sequuntur vitam, sed laxiorem, bonam tamẽ adhuc, designatam per plateas, quem sensum ante Richardum attulere Gregor. Papa, tum in suis commentarijs, tum in homil. 25. in Euang, Beda, Anselmus, & alii.

Greg. PP. Beda. Anselm.

Quæritur Deus i Scrip. sacr. Theod. Aponius.

Secundò quoque sensu quærit anima sponsum, circumiens Ciuitatem, i. Ecclesiã, quęritve per fora, seu vicos, & plateas, per sacras nimirum Scripturas, vt asserunt Theodoritus, & Aponius.

Quæritur Deus i cælesti patria. Ambros.

At secundum alios Ciuitatis nomine Ierusalẽ cælestis sumenda censetur, vt pia anima ab inferioribus hisce abstracta sponsum suum in superna illa Ciuitate quærat. Vnde Ambr. in lib. de Isaac, c. 5. ita hæc reddit: *Exurgam, erigam, & attollam intentionem meam, vt quæram impigrè, quæram solicitè, introibo Ciuitatem*: est & anima, quæ dicit: Ego Ciuitas munita, ego Ciuitas obsessa, est Ciuitas munita per Christum, est Ciuitas illa Ierusalem in cælo, in qua abundant diuinæ legis interpretes, & disciplinarum periti, per quos Verbum Dei quęritur, Quæram, inquit, in foro illius Ciuitatis, in illo foro, vbi tractant iura consulti, vbi oleum vẽditur, quod *a* Euangelicæ Virgines emũt, vt semper faces suæ luceant, nec eas fumus iniquitatis extinguat, Quæram, inquit, in plateis, in quibus superfluũt aquæ, de illis fontibus prorumpentes, *b* de quibus Salomon, dicit esse potandum.

a Matt. 25. 2.

b Pro. 5. 15.

Similia fere habet serm. 7. in Psalm. 118. vers. 7. tametsi ea, quæ obscurius ibi dicit, & de quæsitione in Ecclesia intelligi queant. Apertius tamen Greg. Nyss. hom. 6. de sublimi ea quæsitione ista intelligens, Ciuitatis nomine naturam supermundanam, & quæ intelligentia percipitur, accipit Angelicam nimirum ad quam inquit, animam, exurgere, & cogitatione obire, nomine fori principatus sumit, & celebres Angelorum conuentus, nomine verò platearum incomprehensibilem eorundem spirituum multitudinem. In hac Ciuitate, in his foris, atque plateis non inueniri, ait, id, quod diligitur. Quæsiui eum, & non inueni, &c.

Gre. Nyss.

Tres Pat. *Intrasemet ipsam aïa Deũ quærit actione, & in contemplatione.*

Quartò Catena trium Patrum apud Theodor. Ciuitas est ipsamet anima, quæ Deum quærit in semetipsa per fora actionis, & per plateas, contẽplationis, ac si illa dicat: Exurgam ab habitu carnali, & contemplabor primùm, atque ita faciam; tum per experientiam perfectius contemplabor, & tanquam à contemplatione incipiens, atque in eamdem desinens circuibo in me ipsa, per actionẽ quidem, veluti in foris alicuius Ciuitatis, labores quasi argentum probatum impendens, & virtutes comparans, per contemplationem autem, tanquã in plateis percurrens in naturalibus speculationibus, & variam illarum scientiam colligens, atque ita quem desidero, conabor inuenire. Vocaui eũ, & non audiuit me, per actionem nimirum, & contemplationem quæsiui illum imitando.

Philo Carp. *Quærit Deũ pia aïa, dũ ppriã examinat conscientiam.*

Philoni Carpath. etiam Ciuitas videtur esse ipsamet anima, sed quinta adhuc ratione hæc explicans. Nondum inquit, se Christum inuenisse, dolet anima, & surrecturam se dicit, rursusque se inquisituram per orationes, & lacrymas: nam cur adhuc non inuenerit, causam per se ipsam exponit, cum ait: *Surgam, & circuibo Ciuitatem per fora, & per plateas*; hoc est à præteritis vitæ meæ actionibus surgam, à malorum consuetudine discedam; discutiam conscientiam meam, & diligenter examinabo per circuitum actiones vitæ meæ, recogitabo annos vitæ transactæ, studiosè quæram in Ciuitate, hoc est in Ecclesia, in Scripturis sanctis, in Sanctorũ vitis, & exemplis: Quomodo rectè ambulare ad Deum debeam, & quomodo hucusque vixerim, & ambularim, per latas enim, & apertas peccatorum vias incessi, communes mores, & consuetudines aliorum imitata sum: ob idque per fora, & per plateas dicit, se disquisituram, secũdum illud: *c* *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua*: In foris enim, & plateis exponuntur, venduntur, tractantur omnia corporis voluptati solummodo idonea, & grata, quib. animæ Christianorum miserabiliter capiantur, & occiduntur. Ab ijs se quoque vexatam profitetur, ab ijs se prohibitam, ne quærendo Dominum inueniret: *d* *Arcta est enim via, & angusta, quæ ducit ad vitam.*

c Psal. 118. 59.

d Mat. 7. 14.

Rup. Abb. *Maria quo Christũ quærit, & nõ inuenerit illũ postquã Euangeliũ prædicare is cœpit.*

Sextò demum Rupertus Abbas nomina Ciuitatis, vicorum, ac platearum propriè sumens pro Ciuitate Ierusalem, seu Ciuitatibus Iudææ, earumque vicis, ac plateis ita hæc B. Mariæ tribuit. Postquam baptizatus est, desiderio quærebam, & non inueniebam, vt solitaria possiderem solitarium. Dixi ergo, *Surgam, & circuibo Ciuitatem per vicos*, &c. Dixi, & feci sic: Cum enim circuiret per Ciuitates, & Castella, prædicans Euangelium Regni Dei, ego sequebar, & quærebam eum. *Quæsiui illum, & non inueni*; Ille enim tanto intentus negotio me Matrem suam cognoscere quodammodò dissimulauit.

Ad alterum exponendi modum, secundum quẽ haud probatur ipsa quærendi ratio, quam hic explicat sponsa, ea primùm spectat expositio, secundum quam frustra quæritur Deus in sæculo, & in inani negotiorum solicitudine, quẽ sensum prosequitur Hieronymus epist. 22. ad Eustochiũ, & Ambr. in lib. de Isaac, cap. 5. sed latius in libro 3. de Virginibus, vbi hæc habet: Nequaquam ibi quæramus Christum, vbi inuenire non possumus.

Hierony. Amb.

Non

APPENDIX.

Christus haud inuenitur, quãdo quæritur in foro, & in plateis.

Non eſt Chriſtus circumforaneus. Chriſtus.n.pax eſt, in foro lites: Chriſtus iuſtitia eſt in foro iniquitas: Chriſtus fides eſt, in foro fraus, atque perfidia: Chriſtus operator eſt, in foro inane otium: Chriſtus charitas eſt, in foro obtrectatio: Chriſtus in Eccleſia eſt, in foro idola: In Eccleſia vidua iuſtificatur, in foro circumuenitur: Fugiamus ergo forum, fugiamus plateas: Non enim iniuria tãtummodo eſt non inuenire, quem quæras, ſed & plerumque, vbi non oportet, quæſiſſe, vulnus eſt: quæſiſſe in manibus virorum, qui ſibi falſo Doctorum nomen aſſumunt, quæſiſſe procacius, quã verecundius.

Caſſiodor.

Dei veſtigia i ſingulis quibuſque fidelib. querit pia anima.

Nec longè ab hoc ſenſu diſtant, quæ à Caſſiodoro dicuntur, vt anima ipſa dicat: Exurgam de ſtrato corporis, & carnalis delectationis, & circuibo Ciuitatem huius mundi, maria, ac terras peragrãdo: *Per vicos, & plateas quæram*, &c. id eſt per lata itinera gradientes huius ſæculi, & ſuis voluptatibus deditos aſpiciã, ſi forte in illis dilecti mei veſtigia inueniam. *Quæſiui illum, & non inueni.*

Iuſtus. Bernard.

Poſt reſurrectionem Christus haud amplius i carne mortali, aut in opere prędicationis inuenitur.

Ad eumdem quoque exponendi modum referendæ ſunt expoſitiones Iuſti Orgelitani; atque Bernard. Iuſtus quippe Eccleſiæ hęc ita tribuit, vt dicat: Conſideraui omnem gloriam præſentis ſæculi: inſpexi congregationes fidelium, & diuerſas ſectas philoſophorum, ſed nec illic reperi, quem diligit anima mea. Bernardus verò ſerm. 75. in Cãtic. alio pacto eamdem Eccleſiam hoc ſibi aſſerit velle: *Surgam, & circuibo Ciuitatem*; Quidni ſurgerem cognita reſurrectione dilecti: Ceterum, ò me beatam ſi conſurrexiſſem cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, ſapiens, neque deorſum, ſed ſurſum ipſum quæſiſſem: profecto enim ipſum inueniſſem in dextera Patris.

Quem ſenſum poſtmodum in ſerm. 76. ita dilatat, vt ipſamet Eccleſia dicat: *Quæſiui quem diligit anima mea, per vicos, & plateas Ciuitatis*, &c. arbitrata, ipſum egreſſum de tumulo, publicum mox petijſſe, vt more ſuo doceret populos, & ſanaret infirmos, & vt manifeſtaret gloriam ſuam in Iſrael, ſi forte reciperent reſurgentem de morte, qui ſe recepturos promiſerãt deſcendentẽ de Cruce, ſed *quæſiui ipſum, & non inueni*: ille namque perfecerat opus, quod ſibi dederat Pater, vt faceret; quod ſanè intellexiſſe debueram, vel ex illa ipſius in Cruce pendentis voce, qua illico ſpiritum emiſſurus, ait: *c Conſummatum eſt*: Sic iterum fruſtrata quæſiui, & nõ inueni, vt ſermo impleretur, quo dixit: *d Quia vado ad Patrem, & iam non videbitis me.*

c Io. 19. 30

d Io. 16. 10.

Verſ. III. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem: Num quem diligit anima mea vidiſtis?

Expoſitio Prima, Iuxta ſenſum Litteræ.

Communis eſt Gentium omnium cõſuetudo; vt vel in munitiſſimis quibuſque oppidis, ac Ciuitatibus excubias conſtituant, quarum id ſit muneris, vt vigilias noctis cuſtodiãt: Vrbemve ipſam & ab externo aduerſariorũ inſultu, & ab internis Ciuium motibus tutam conſeruent. Quæ propterea vigiles appellantur, quòd vigilanter quoſcunq; obſeruent, quos nocturno tempore per vias tranſire, contigerit, ſingulis obuiam eant, inquirant inuentoſq; detineant, interrogent, & diligenter examinent, atq; adeo in ea, quam cuſtodiunt, Ciuitate iuges agãt circuitus. In huiuſcemodi vigiles ſe incidiſſe, aſſerit ſponſa, tũc temporis, cũ noctu circuiret Ciuitatẽ, ſuũ quæritans dilectũ; hocque illud eſt, quod hoc tertio verſu enarrat. Et quidẽ, quamuis primo aſpectu facillimus eorũ, quę hic dicuntur, videatur ſenſus; ſi tamen exactius ſingula perpendantur, nõ tam rei geſtæ hiſtoriã à ſponſa per hæc enarrari animaduertemus, quam ardentiſſimũ in dilectum ſuũ ab eadẽ exaggerari amorem. Enimuerò, ſi hiſtoriã ſimplicem dũtaxat exponere voluiſſet, ſimplicius dicere potuiſſet: *Incidi in vigiles, aut inuenerunt*; enarraſſetq;, quid ab eis ſibi & dictũ, & factũ fuiſſet, prout fecit in cap. 5. vbi ait: *a Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt palliũ meum cuſtodes murorum*: At dicens: *Inuenerunt me vigiles*: ſignificat, ſe in quętendo dilectũ ſuum tanto impulsã amoris impetu, vt nec obuios animaduerteret vigiles Ciuitatis, niſi illi ipſam detinuiſſent inuentã. Porrò per id, quod illicò ſubijcit: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* mirũ in modum iſtũ ſuum amplificat amorem. Vel.n. vigiles aliquid ei dixere, vel ipſa ſtatim ſic eos eſt allocuta. Si ipſa talib. cœpit, magnos ab amore inditos certè habuit animos, cum quæ pauida alioquin ad quęlibet extranei aſpectum eſſe ſoleret, tunc temporis, cum timores inſtarent nocturni, nec terribiles puella timuerit vigiles, quos & viri quique fortiſſimi expaueſcere conſueuerũt, quin & illos audacter interrogarit. Si vero quidquã ab illis ei vel factum vel dictum eſt, prout certè aliquid dictũ, crediderim, qñ ipſam inuenerunt circumeuntem, quò videlicet tenderet, quid ageret ſola per noctes in vicis, & in plateis, quẽ, aut quid quæreret, profecto dũ nihil horum refert, ſe ob amoris impetum minime ijs attendiſſe, deſignat, nullãve eorum habuiſſe rõnem. Quid verò dicã de generica dilecti ſui appellatione? Neque.n dixit: *Num talem, aut talẽ vidiſtis?* Sed abſolutè; *Num quẽ diligit anima mea vidiſtis?* Ac ſi ij quoque, qui eam inuenerant, ita erga illum eſſent affecti, vt & anima, & cogitatione in eum eſſent defixi, æque ac ipſa erat. Ita.n. natura cõparati ſumus; vt qui aliquem depereunt, atque adeo in illo potius ſunt, quàm in ſeipſis, ſingulos quoque ibi eſſe, arbitrentur, vbi & ipſi ſunt, illũ amare, illum ob oculos ſemper habere, illum mente verſare, quem & ardentiſſimo ipſi proſequuntur amore: hinc & Maria Magdalene ad Chriſtũ, quem hortulanum putabat, generica appellatione, Ieſum num inueniſſet quæritans, ait; *b Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi*; eum, inquit, quem ſcilicet tu, æque ac ego optimè noſti, Ieſum, quem tu quoque diligis, quemve nunc mente reuoluis, prout & ego. O amor præceps (exclamat Bernard. ſerm. 79. in Cant.) vehemens, flagrans impetuosè, qui præter te aliud cogitare non ſinis, faſtidis cętera, contemnis omnia præter te, te contentus, cõfundis ordines, diſſimulas vſum, modũ ignoras, totum, quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod conſilij, iudiciive videtur, triumphas in temetipſo, & redigis in captiuitatem. Et omne, quod cogitat iſta, & quod loquitur, te ſonat, te redolet, & aliud nihil, ita tibi ipſius & cor vendicaſti, & linguam, ait: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* quaſi verò hi ſciant, quid cogitet ipſa: Quem diligit anima tua, de ipſo ſciſcitaris, & non habet nomen? Quęnam verò tu, & ille quis?

LITTERA.

a Cant. 5. 7

Amoris vis rei ignotæ.

b Io. 20. 15

Præter communem igitur hiſtoricum, & notiſſimum horum, quæ in hoc verſ. 3. habentur, ſenſus alter iſte afferri poteſt maxime congruus, vt ſponſa dicat.

Cum

DE ECCLESIA.

PARAPHRASIS.

Cum nec post longos, frequentesue circuitus eum inuenissem, quem diligit anima mea, magis ac magis amoris accensa sum æstibus, maiorique illius inueniendi desiderio impulsa sum impetu. Tãtũ porrò extitit desideriũ istud, vt nec obuios, quos inueneram, animaduerterim, quinimò & vigiles, quos necessariò inuenire operę pretium fuit, cũ custodirent Ciuitatem, nequaquam vidissem, nisi illi me inuẽtam detinuissent: non accepi, quid mihi ab eis fuerit dictum: non attendi, quid fecerint; sed ab ipso amoris impetu impulsa hisce illos de meo interrogaui dilecto, quem solũ inuenire optabam: *Num, quem diligit anima mea, vidistis?* Adeò quippe mentis inops eram, vt ab ijs me intelligi censuerim per hanc ipsam appellationem genericam: *Quem diligit anima mea*, ac si per hoc ipsum, quòd dilectum meũ diligit anima mea, notus is statim omnib. esset, maximeque dilectus.

Quoad lectionũ varietatem illud duntaxat est notandum, quod vbi Vulgata legit: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem*, tam Hebræa, quàm versio Sept. habent: *Inuenerunt me custodes qui circumeunt in Ciuitate*. Qua lectione magis exprimitur vigilum munus, quod non solum vigilãtẽr, vigilias custodientes, sed & vigilantes circuirent in Ciuitate.

Vers. III. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem: Num quem diligit anima mea vidistis?

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

In hæresim incidẽdi periculũ maximũ, cũ in singulis mysterijs quæritur ratio euidens.

Simile.

SI hæreseos vnquam fidelibus imminet periculum, tũc id planè est quàm maximè, cum ij in hoc euidentiam quærunt, haud contenti certitudine, quæ nititur in reuelatione diuina, cumque in ijs, quæ humanum excedunt captũ, in supercælestium, ac diuinorũ cognitione euidẽtes quærũt rationes. Etenim quemadmodum ad nocturnum, diutinumque circuitũ, facillime eius, qui circuit, se quitur & deceptio, & casus, ita & cũ quis in ænigmatica, & vmbrosa diuinorũ cognitione discursu, & ratiocinatione circuit, euidentes quærens rõnes in omnibus, proximus is certè est hæresi, facillimove negotio ab obuijs quibusq; hæreticis decipitur. Hinc est quòd Christi sponsa Ecclesia enarrans, quid sibi acciderit in suis quibusdã fidelib. qñ istiusmodi diuinorũ euidentiam quęrere conati sunt, postquam in præcedenti versu summam eorũ indicauit inquietudinem, inanesue circuitus, dicens: *Surgam, & circuibo Ciuitatem*, &c. prout ibi videre licet in secunda eorum verborũ expositione, Nunc suam prosequens narrationem, ingẽs istud subindicat periculum, quod sibi in dictis fidelibus ab ipsis imminuit hæreticis, aptissimisq; ad hoc exprimendum vtitur verbis, dicens: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem*, &c.

Vt autem facile à quolibet sensus iste percipi queat, nonnulla sunt prænotanda. Ac primo, quã aptè, & ad viuũ per primas particulas, *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem*, hæreticorum exprimatur natura. Secundò, quomodo nulla habenda sit ratio eorum, quæ ab ipsis dicuntur. Ac tertiò, quo pacto ij confundi facile queant, & qua ratione eos declinare valeat quilibet.

Hæreticorũ natura.

Natura certè eorum exprimitur primò per id, quod appellantur vigiles, Secundò ob id, qđ custodire dicũtur Ciuitatem istius mundi. Ac denũ quòd non quæsiti inueniunt, quotquot esse contigerit circumeuntes in Ciuitate. Vigiles ij dici solent cõi vocabulo, qui noctu, qñ tempus est dormiendi, vigilias seruant soliciti, seduli, ac semper parati ad opus, ijque in primis, qui nocturno tempore quoscunque obseruant motus, quoscunque, & transeuntes per vias, quę oĩa egregie in ipsis cõspicere est hæreticis: Ij siquidem in huius vitę tempore, quod nocturnum profectò est, tũ ob vmbrosam, & ænigmaticam diuinorũ cognitionem, quæ in eo habetur, tum ob id, quod in illo fidelib. indulgendum sit quieti in lectulo fidei, prout iam sæpius ostensum est supra, inquietissime semper ipsi vigilant in inanibus proponendis quæstionib. seduli, ac studiosissimi ad suos propagandos errores, parati semper ad opus deceptionis, obseruãtque potissimũ quoscunq; fideliũ motus, cum vel tantillum in ignorantiæ tenebris illos hæsitare animaduerterint, cũque per humanæ ratiocinationis discursus circuire illos intellexerint. Vigiles, quia vigilãt super iniquitatẽ, de quib. per Isaiam dr. *a Consumpti sunt, omnes, qui vigilabant super iniquitatẽ*, & cũ maiori energia iuxta hæbraicã lectionem, *Consumpti sunt oẽs* שקדי און sochedè Auen, *vigiles iniquitatis*: Vigiles sane iniquitatis, qđ ab ipsa iniquitate constituti quodãmodo sint, qui excubias vigilãter seruẽt in Ecclesia malignãtiũ.

Hæretici sunt vigiles iniquitatis

a Isa. 29. 20

Porrò qui vigiles sunt, & vigiles iniquitatis, bene ab ipso eorũ studio appellantur, *Qui custodiunt Ciuitatẽ*. Quomodo verò custodiant, si quærat aliquis, id intelligat per alteram huius declaratiuam appellationem, qua, & in textu hebraico, & in versione Sept. dicuntur, *Custodes, qui circumeunt in Ciuitate*. Enimuero cũ ij sint ministri Satanæ, quẽ Dominus nominat Principem huius mundi, sicut ille circuit iugiter, & perambulat terram contendens cũ Deo de illius imperio, vnde non erubuit ipsemet Deo id significare in libro Iob, cum interrogatus, vnde veniret, respondit: *b Circuiui terram, & perambulaui eam*, ac si dixisset: Dominij ius obtinere studui super vniuersa terra. Ita & hæretici totum suũ in hoc collocant studiũ, vt quoad eius fieri potest, principes in hoc mundo teneant partes: Ac sicut Satan, iuxta Apostoli dictũ, *c tanquã leo rugiens circuit, quærens, quem deuoret*: Ita & ipsi mundi huius Ciuitatem circũeunt, inanibus, ac perniciosis discurrunt disputationibus, multiplicesve ratiocinationũ circuitus faciunt circa sublunaria, & circa cælestia, quærentes, quos suis decipiant fallacijs, Inueniunt autem in istiusmodi circuitu quotquot curiosius, quã par est, circa diuina ratiocinari student, ac disputare, quotquot diuinorũ cognitionem quærunt ratiocinationũ circuitu. Hinc bene Ecclesia loquens in persona eorũ fideliũ suorum, qui prædicto modo circumeunt, ab huiuscemodi vigilibus inuentam se, asserit, dicens: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatẽ*, seu, iuxta Originalia: *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt in Ciuitate*.

Hæretici quo custodire dicãtur Ciuitatem

b Iob 1. 7

c 1. Pet. 5. 8

Verùm quamuis tanto cum periculo ab illis inuenta sit, haud tñ permisit Deus, vt quidpiam ab illis detrimenti pateretur, quandoquidem, etsi fideles ii circuierunt inquieti, ratiocinatione euidẽtiam in rebus diuinis quęrentes, ex nimio tamen, licet indiscreto id fecerunt amore erga Deum ipsum quem comprehendere nitebantur, vt adnotatum est supra in primo sensu secundæ expositionis primi versus. Indicat sanè hæc ea, quæ hic loquitur, dum nihil refert in hac sua narratione eorũ, q̃ à vigilib. dicta sunt, æque n. est, ac si dicat,

Dum

DE ECCLESIA.

Dum ipſa ſic circuirem mundi ſpacio ſus Ciuitaté, A quærens eum, quem diligo ex omnibus viribus meis, in pergrande incidi periculū: Hæretici namque vigiles iniquitatis, qui ſtudioſiſſimè eſſe ſolēt, & parati ad omnem deceptionē, quiuè, vt ſocios orbis populos in ſuas partes traducant, inſtin Satanæ eorū principis, circumeuntes Ciuitatem, ſimiliter ſummus, quærentes, quos ſuis decipiant ſophiſmatum circulis, inuenerunt me. Ita non, Deo me protegēte, quem toto corde quærebam, nihil mihi intulerunt damni: quanquam mecum multa diſputarint, multa prædicarint, multaque mihi obiecerint impudenter nullam eorum, quæ ab ipſis dicta fuiſſent, habui rationem, nihil illis attendi: & id tantùm ab illis petij: Num quem diligit anima mea, vidiſtis? Quâ interrogatione hac de re primùm eos reddidi certiores, quòd ſi inquieta, ac circumiēs Deum quærerem, non ob aliam ipſum quærerem rationem, niſi, quia nimio illius flagrarem amore, quamquam indiſcretum amorē ſtuū extitiſſe, poſt modum intellexerim: ſed & inſuper per hanc ipſam interrogandi formulam vnico verbo confundere illos ſtudui: Cum enim noſſem, eos dumtaxat

d Mat. 5. 8 d Deum videre dignos, qui mundo ſunt corde, interrogans ipſos, num Deum vidiſſent, quem diligeret anima mea, tacitè obiurgaui, quod indigni eſſent, qui Deum viderent, quem mihi indicare nitebantur, cum immundi eſſent corde & quoad affectum, & quoad intellectum ob curioſitatem inquiſitionis, atque ob falſitatem opinionum.

ALTER SENSVS.

Iuxta alterum ſenſum, quem & in præcedentibus verſibus proſecuti ſumus, Eccleſia in antiquo populo, quam cœperat, proſequitur enarrationē; cumque iam ſignificarit, ſe haudquaquam Chriſtum inueniſſe poſt diuturnum, ſedulumve Sacræ Scripturæ ſtudium; Modò exponit, quid ſibi contigerit, dum tali indulgeret ſtudio: Atque, eſt autem, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Cum hoc pacto quærerem eū, quem ardentiſſima proſequor charitate, nec illum inuenirem, quæſita me reperi à ſanctis Apoſtolis, & Doctoribus, qui vigilanter Sacræ Scripturæ ciuitatem cuſtodiētes, me inuenere dictam circumeuntem Ciuitatē: quando inani circuitu ſacram verſabam Scripturam, eam minimè intelligens, ſtatimque ab ingēti impulſa deſiderio, quo flagrabam, videndi dilectum meum Meſſiam, ſic illos ſum allocuta: Num quem diligit anima mea vidiſtis?

Theod. Caſſiodo. Greg PP. Bernard. & alij.

Apoſtoli cur vigiles dicti.

Vigiles congruenti appellatione dicuntur Apoſtoli, quoniam vigilantiſſimi in totius orbis ſalute procuranda extiterunt: ſed vigiles in primis eoſdē appellauit ſponſa ob id, quòd Sacræ Scripturæ cuſtodierint Ciuitatem. Porrò cuſtodiiſſe dicuntur Scripturā, qui in id totū ſuum collocarunt ſtudiū, vt illam docerent ignaros, quo ſenſu & apud Ma-

e Mala. 2. 7 lachiam Prophetā habemus: e *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam*: Inuentam quoq; ſe ab Apoſtolis, ait Eccleſia, vt eamdem ipſam eorū vigilantiam, & charitatem teſtatam omnibus faciat, quippe qui nunquam deſiſterent, eos inquirere, quos paratos inuenirent ad Chriſti fidem ſuſcipiendā.

f Io. 1. 45. Sic Philippus f in euangelio inueniſſe dicitur Nathanaelem, illique dixiſſe: *Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ* (en quomodo cuſtodirēt ciuitatem) *inuenimus Ieſum à Nazareth filium Ioſeph*. Sic alter g Philippus vnus ex ſeptem primis

g Act. 8. 29 Diaconis Eunuchum Candacis Reginæ inueniſſe, refertur in Actibus Apoſtolorū, cum is ab illo minimè quæreretur, eidemque declaraſſe locum Iſaiæ Prophetæ, qui de Chriſto pertractabat.

Verſ. III. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem: Num, quem diligit anima mea, vidiſtis? DE ANIMA.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

Quamquam is, qui propriæ addictus eſt voluntati, tantò magis Chriſti inuentione indignum ſe reddat, quantò magis à Prælatorū ſuorum recedit obedientia: ea tamen eſt diuinæ prouidentiæ vis, eaque Sanctorum Prælatorū prudentia, & charitas, vt vel tunc, cum magis elongatur ab obedientia, quæ vnica eſt via, per quā Chriſtus inueniri poteſt, eum ſatagant inuenire quæſitum. Indicat hanc Dei prouidentiā, hancq; & prælatorū prudentiam ea, quæ hic loquitur, anima: Cum enim in præcedenti verſu ſignificaſſet, inquietiſſimam ſeſe reddidiſſe, maximeque inſtabilem, quæ inani labore Chriſtum quæſiuit, ſurgens, & circuiens Ciuitatem, arreptis iis omnibus ſpiritualibus exercitijs, ad quæ ſua propria ipſā propellebat voluntas, prout ſupra declaratum eſt in principio tertiæ expoſitionis: Nunc diuinam prædicans, quam in ſe tunc tēporis experta eſſet, prouidentiā, iuxta Originalium Hebræorum, ac Sept. lectionem, ait: *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt in Ciuitate*. Ac ſi dicat.

C Tunc inuenerunt me Prælati, quando ipſa meā propriam ſequens voluntatem, circuibam Ciuitatem: idéoque & eo modo me inuenerunt, quia & ipſi circuierunt in Ciuitate. Alludit autem Sponſa ad egregiam metaphoram, & ſimilitudinē duorum ſuper vnū eumdemque circulum in circuitū ambulantium, quorum vterque contrario circuit itinere, nam quemadmodū cum quis ab illo recedere vult, à quo per circulū ducebatur, quando longius ab illo ſe abſceſſiſſe exiſtimat, tunc propinquius inuentum ſe reperit ab eodem item circumeunte. In eumdem modū & anima, quæ vt propriæ voluntatis impetus ſequatur, ab iis ſeſe elongat, à quibus ducenda foret ad Chriſti conſpectū,

PARAPHRASIS.

Prælati quō obuiā eant ſubditis cōtra propriā illorū voluntatem. Simile.

D dum longius ab eorum ſe ſubtrahit ductu, & obedientia, dumq; omnib. neruis contendit, vt in ſtudijs illis, illisve ſpiritualibus exercitijs Chriſtum reperiat, quæ ex propria voluntate elegerit (Deo ſic diſponente, eiuſque bonam intentionem, indiſcretamve intuente charitatem) ab illis ipſis inuētam ſe fatetur Prælatis, à quibus iam receſſerat; inuentā autem haud aliam ob cauſam, niſi vt per illos Chriſtū inueniret, cuius tanto flagrabat amore, quemve tanto quærebat ſtudio: Vnde bene ſtatim ac ab iis inuentam ſe ſenſit, ſic ipſos dicit affatam: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* per quę indicat, ſe paratā eorū ductui, & obedientiæ ſubijci, quod cum facto impleuit, inuenit illico quem

E prius in propriæ voluntatis circuitu inuenire minime potuerat, vt in ſubſequēti ex ponet ſententia.

Multa hic perpendi poſſent, quæ ad Prælatorū materiam pertineant ob id, quod Vigiles ſint, qui cuſtodiant Ciuitatem: Sed breuiter vnum dumtaxat annotabo, quod vigiles dicuntur potius, quā vigilantes, quia nomen vigilis etſi vigilantem ſignificet, ſignificat tamen vigilantem magis pro alijs, quam pro ſemetipſo. Iuſtus quilibet vigilās rectè appellatur, quoniā iugiter propriæ inuigilat ſaluti, propter quam vigilantiam beatum ipſum pronunciat Dominus, dicens: c *Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, & pulſauerit ianuam, inuenerit vigilantem*: Et ad vnuquemque

Prælati vigiles potius, quā vigilātes dicuntūr, curēt.

c Luc. 12.

DE ANIMA.

que, qui in iustorum numerum adscribi velit, dicitur per eumdem Dominum: *d Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* Verum vigil haud quicunque dici potest: Prælati ipsi sunt, qui & ob id Græco vocabulo Episcopi nuncupantur, quod obseruatores propriè sonat, speculatores, & custodes, quorũ est inspectio in præsidijs Christi; *e Ipsi namque* pro alijs *peruigilant* (vt ait Apostolus) *quasi rationẽ pro animab.* aliorũ *reddituri*: Porro hãc pro alijs vigilantiam, non solum illo vigilum nomine designauit Spõsa, sed id melius expressit per id adiectum, quod apposuit, dicens: *Qui custodiunt Ciuitatem*: Neque.n. aptius quid hoc loco per Ciuitatis nomen signatur, quàm quilibet fideliũ cœtus, siue Diœcesim accipias Episcopi, siue congregationem Religiosorum, siue aliud quid simile.

d Mat. 26. 41

Episcopi nomen cur attributum Prælatis.

e Heb. 13. 17

Modum verò, quo vigiles isti huiuscemodi custodiunt Ciuitatẽ, primo illo verbo ipsamet indicauit Sponsa, quo dixit: *Inuenerunt me*: Per hoc siquidem innuit, in eo potissimũ Sanctos Prælatos munus exercere custodum, quod errantes quosq; summo studio, & summa quærunt vigilantia; nil quippe magis fideliũ cœtui obesse norunt, quàm si quempiam à recto tramite errare contingat, quã si quis inquietus, ac instabilis huc illucve vagetur. Idcirco, qui vigilũ obeunt munus, atque custodũ & dictos quærunt errantes, & tandiu quærunt, donec inueniant eos. At quo pacto ij & quærant, & inueniant istiusmodi errantes, non exprimitur certè in littera nostra; Verũ expressissime colligitur ex lectione Originalium Hebr. & Sept. quæ (vt supra quoq; annotatũ est) habet: *Inuenerũt me custodes, qui circumeunt in Ciuitate*: haud.n. aliter quærunt, neque aliter inuenirent, nisi & ipsi circuirent in Ciuitate, prout & errantes ob id à recta recedunt semita, quia surgẽtes circumeunt in Ciuitate, quẽadmodum ipsamet in præcedenti versu significauit Sponsa, cum dixit: *Surgam, & circuibo Ciuitatem, vel circumibo in Ciuitate.*

Prælatiõis & custodũ ratio.

Vt hæc percipiantur, subtiliter aliquantulũ philosophandũ est. Dictum est supra in tertia expositione præcedentis versiculi, animã surgentẽ circuire in Ciuitate, quatenus inquietissima est in exercitijs spiritualibus, semperq; alia, atque alia aggreditur, iuxta impetus propriæ voluntatis, per quã absque dubio ab obedientia recedit Prælatorũ suorum: Porrò & Prælati, vt istiusmodi animã errantem quærant, & ipsi sic circumeunt in Ciuitate, vt ad ea, quæ illa arripuerat, exercitia spiritualia se demittant, conformantes se inclinationibus illius: sicque in ipso eius circuitu, illam inueniũt, vt ad suam obedientiam eam reducant, efficiantque, vt ea se ipsorum committat ductui; ita vt & illa ipsa, quæ priùs inani exercebat labore, dũ propriam sequeretur voluntatem, iam per obedientiã facta, iucundissima sibi reddantur, & fructuosissima, ac in ipsismet spiritualibus exercitijs Christũ inueniat, dũ ijs per obedientiã indulget, in quib. antea nullatenus eundẽ inuenire potuerat. Atqui in hoc Prælatorũ circuitu summa (vt in principio huius expositionis est dictũ) perspicitur eorũdem prudentia: sed & incõprehensibilis prouidentia Dei, qui à longe eos cognoscit, qui, etiam cũ errauerint, digni ipso sint, quatenus quærunt illũ, & ob amorem quærunt: & si errãt, ob indiscretũ errant amorem, atq; adeo & Prælatorũ mouet animos, vt illos quærant circumeuntes in Ciuitate, & ipsemet vna cum Prælatis circuit, eos quærens inuenit ipsos, ac sese illis præbet inuentũ: Quæ omnia peregregiè per Sapientem expressa habemus in libro Sapientiæ, vbi dicitur: *a Quoniam di-*

Prælatorũ prudentia, quæ ad obedientiã reducitur is, qui sequebatur propriam voluntatem.

Dei prouidentia circuit quærens eũ, qui ipsũ Deũ quærere contendit.

a Sap. 6. 17

gnos se, ipsa (Sapientia scilicet diuina, & ipse Deus) *circuit quærens, & in viis ostẽdit se illis hilariter* (haud alijs sanè vijs, nisi vijs obedientiæ) *& in omni prouidentia occurrit illis*. Quod igitur sponsa ait in præsenti sententia, tale quid mihi esse videtur.

DE ANIMA. PARAPHRASIS.

Cum diu frustra laborassem inquieta, circuissemq; Ecclesiæ Ciuitatem, diuersa semper, ac noua ex meæ propriæ voluntatis impulsu spiritualia arripiens exercitia, Christũ in illis quærens, quem ardentissima prosequor dilectione, illiusve dulcedinem in dictis quærens exercitijs: *Quæsiui quidem eum, et non inueni*: Veruntamen ex summa illius, quẽ quærebam, factũ est prouidentia, vt Prælati, qui pro nostra peruigilant salute, quive ipsã custodiunt Ciuitatem, circumeuntes illam, in fideliũ cœtu circuierint, demittentes se ad ea, quæ arripuerã studia, meisq; se conformantes inclinationibus, inuenerint me, atque ad suã reduxeriñt obedientiam, ita vt iam in ijs, in quibus me exercebã iuxta meæ propriæ voluntatis libitũ, ab illis dependerẽ, ab illis ad dilectũ meũ, quẽ tãto studio quæsierã, voluerim deduci, atq; adeo statim ac ab illis inuenta sum, sic eos sũ affata: *Nũ quẽ diligit anima mea, vidistis?* Vel, vt efficacius est in hebræo absque interrogatione: *Quem diligit anima mea, vidistis*. Noui, vobis compertũ esse, vbi is sit, quẽ diligo totis virib. meis, vidistis eũ sæpius, indicate eũ mihi, ad illũ me deducite, ne adhuc quæram, & non inueniã ipsum. Atque hæc quidẽ aptè, si velimus, piam animã hic referre, quæ sibi contigere, dum adhuc imperfectior esset in vita spirituali.

Quòd si eadem anima in hac sua narratione referre illa censeatur, quæ sibi tunc potiùs eueniunt, cum perfectiùs Deo inhærere contenderet, totis viribus suis illum diligens, prout secũdo sensu tertiæ expositionis superiorũ versuum ostẽsum est in eorũ, quæ ibi dicuntur, applicatione: Dicendũ, duo à perfecta illa anima in hac perbreui sententia significari. Primum, ingentem sui erga Deũ amorem, ardentissimumve illius inueniendi desiderium: Secundum, prouidentissimam eiusdem Dei curam erga ipsam, à qua tã vehementi diligeretur charitate, tantoque studio quæreretur. Non cessauit quærere anima ab amore impulsa: nõ omisit studium tentare sanctũ, siue ad vitam contemplatiuam id spectaret, siue ad actiuam, in quo dilectum suum, dulcissimamve illius illustrationem se inuenturam speraret: Quæsiuit in lectulo, quæsiuit, è lectulo surgens: quæsiuit in Ciuitate, in vicis, & in plateis, nullibi sane eum inuenisse, apertissimis professa est verbis: Nec tamen ab arreptã destitit inquisitione. Amor quippe semper maiores ei addebat spes eius, quem non inueniebat, inueniendi: amor infatigabilem illã reddebat. Quid faceret Deus, qui tantò præsentior adstabat, quãtò quærebatur ardentius? Non sinebat ab illa se inueniri, sed maiores addebat ei animos, vt eum quæreret: Non cõcedebat illi gustũ dulcissimæ præsentiæ suæ, at summum ipse percipiebat gustum, quòd tam indefessè ab illa quæri se animaduertebat, haud tamen ipsam omni penitus destituit consolatione, verũ inueniri fecit eam ab Angelis, vt per illos & robur acciperet, & solamen. Hoc illud est, quod ea socijs enarrat, dum inquit: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatẽ*: Ac bene; *Inuenerunt me*; ait potiùs, quàm vel, *obuiã mihi missi sunt*, vel simplicius, *facti sunt mihi obuij*, aut, *mihi occurrerunt vigiles*: vt videlicet hac loquendi formula efficaciùs suũ erga Deũ, quem quæsierat, testatum faceret amorem: quippe quæ tanto desiderij impetu illud peregerit iter, vt nec Angeli, qui obuiã sibi

II. SENSVS.

Angelorũ cõsolationẽ illi Deus impertit, cui se inueniẽdum negat.

DE ANIMA.

ſibi miſſi fuerant, viſi à ſe fuiſſent, niſi ij ipſam detinuiſſent inuentam, iuxta eum litteræ ſenſum, quem ſecundo loco in prima attuli expoſitione; ſecundum quem eumdem amplificat amorē ſuum per id, quòd nihil refert eorum, quæ ab Angelis ſibi vel dicta, vel facta fuiſſent: vtpote quę nullam eorum habuerit rationem, intenta tota ad illud vnum; vt eum inueniret, quē diligebat anima ſua: vnde de hoc tantum illos interrogaſſe ſe, inquit, quem ab illis ſatis agnoſci, & videri non ignoraret: *Num, quem diligit anima mea, vidiſtis?*

Porrò per id, quod Angelos ſanctos nomine, & metaphora exprimit vigilum, qui cuſtodiunt Ciuitatem, nō obſcure ſubindicat & modū, quo iſta ſibi contigerit Angelorum inuentio: neque enim neceſſarium eſt, vt quandocunque à Deo Angeli mittuntur cuipiam, manifeſta & corporea videantur apparitione: At quandocunque interna aliqua ad bonum promotio animæ fit, ab Angelis ipſam animam inuentam credere, operæpretium eſt: Idcirco, à vigilibus ſe inuentam aſſerit ea, quæ hic loquitur: Vigilum etenim munus eſt, latenter Ciuitatem cuſtodire, excubias in illa faciendo, proclamando ad arma, cum aliquam in Ciuitate viderint commotionem: quorumlibet nocturno tēpore obſeruare inceſſus, necnon & de proximo Principis aduentu ciues monere, quem à longe cū ſubſidiario milite, & annōna properantem aduerterint. Hæc omnia in perfecta quaq. eueniunt anima tunc potiſſimum temporis, cum in ariditate deſtituta eſt dulciſſima Dei præſentia: Tunc quippe ingentes intra illam paſſionum fiunt commotiones, contra quas per Angelos intrinſecus eam inuenientes, proclamatur ad arma orationum: Quarūlibet cogitationum tam diligens examinatio in nocte prædictæ ariditatis vnde nam eſt, niſi ab Angelis, qui cuſtodiunt Ciuitatem, ipſamque inueniūt animam? Quin & ſpeculantes à longe Deum aduenientem, ſiue etiam iam animæ adſtantem, illius prænūtiant aduentum, cum omni dulcedinis copia. Dum itaque ſponſa ait: *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem*, &c. Atque eſt, ac ſi dicat.

Angeli, quo inuenire dicantur animam.

PARAPHRASIS.

Dum amoris impetu impulſa nulli parcerem labori, nullumve prætermitterem locū, in quo Deū non quærerem, quem diligit anima mea, quāquā illū non inuenerim, quoadusque ei non libuiſſet: miſit is Angelos ſanctos mihi obuios, qui inſtar vigilum cuſtodientium Ciuitatem, internis inſpirationibus me & ad pugnam prouocarent cōtra deſperationis commotionem, & ad quaſlibet cogitationes meas perpendēdas promouerent: quive inſtantem ipſius dilecti mei prænuntiarent aduētū. Et quidem ipſa tanto properabam amore, vt vix illos agnouiſſem: illi me inuenerunt, & quāuis multa dixerint, nil tamen aduerti, ſed tantum ab illis perii: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* polliceminí, & nunciatis Dei mei aduentum ad me; nū quid eum aduentantem vidiſtis?

Greg. Nyſſ. Amb. Theod. Richard.

III. SENSVS.

Denique, ſi velimus, animam hic enarrare, quæ ſibi contigerunt, antequam conuerteretur ad fidē, prout & ſuperiora tertio loco expoſui: Dicēdum breuiter, illam ſignificare eo ipſo tēpore, quo beatitudinem quærens circuibat in ciuitate mūdi huius per vicos, & plateas, in ipſius mundi reb. exiſtimans ſe inuenturam beatitudinem, ac Deum, in quo re vera ſita eſt ipſa beatitudo: cum ſuum animaduertere inciperet errorem, quia poſt longum circuitum haudquaquam inueniret, quem quæſierat: inuentam ſe fuiſſe à Philoſophis, & Sapientibus huius mundi, qui vigiles ſunt ob id, quòd vigilantiſſimi in erudiendis ſimplicioribꝰ exiſtunt;

Philoſophi quō errātē inuenire dicantur, animā, vt vigiles, & cuſtodientes Ciuitatem.

DE B. MARIA

atque cuſtodire per id conantur ipſam mundi Ciuitatem, ſtudentes ſinguli, vt plures ex iis, qui errant, ad ſuam pertrahant ſectam; propterea ſiquidem & miſeræ iſti animæ obuios ſeſe fecere, illamque in errore, ac circuitu inuentam detinuere: Inuenta autem ipſa ab illis, putans re vera illos vigiles, atque cuſtodes, à quibus ad rectum iter reduci poſſet, ſuumque inueniret dilectū, de illo ſe eos interrogaſſe, ait, his verbis. *Num quem diligit*, &c.

Verſ. III. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem: Num, quem diligit anima mea vidiſtis?

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Maria.

Quadrat peregregie locus iſte ad litteram B. Virgini referenti, quid ſibi contigerit, quando circumiens Ieroſolymam filium ſuum dilectiſſimum quæſiuit, quem amiſerat, prout in ſuperioribus enarrare cœpit. Porrò ap iſſimè à Salomone hæc deſcribūtur, vt per hæc ipſius B. Virginis præſtantiſſimum erga Ieſum magis ac magis exaggeraret amorem. Idcirco inuentam eam dicit à vigilibus potiùs, quàm vigiles ipſos ab illa inuentos, quæ nullum alium inuenire curaret, præterquam ipſum, quem quærebat, dilectum ſuum: Idcirco nihil eam referre facit eorum, quæ ab obuiis ſibi dicta fuiſſent; & cetera, prout habes in prima expoſitione iuxtà ſonum litteræ. An verò hæc re ipſa acciderint, vt Mariæ obuiam venerint vigiles Ciuitatis, necne: non habemus quidem ex Euangelio; at hiſtoriæ ſeries, rerumque ordo id poſtulare videbatur, vt quæ ardentiſſimo ſtudio filium quęrebat, atque adeo Ciuitatem circuibat, in illos incideret, qui cuſtodes, ac vigiles eſſent, in ipſa circumeuntes ciuitate; Euangeliſtæ ſatis fuit, tetigiſſe hiſtoriam.

Verſ. III. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem: Num, quem diligit anima mea, vidiſtis?

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

Paraphraſis Chaldaica: Dixit cœtus Iſrael: Inuenerunt me Moſes, & Aaron, & leuitæ, obſeruātes cuſtodiā verbi tabernaculi Fœderis, qui circuibant per gyrum, & interrogaui eos de maieſtate gloriæ Domini, quæ ſublata fuerat à me. Reſpōdit Moſes ſcriba Princeps Iſrael, & ſic ait: Aſcendam ad cęlos excelſos, & orabo coram Domino, ſi forte placabitur ſuper peccata veſtra, & habitare faciat maieſtatem ſuam inter vos, ſicut olim.

Duplex Vigilū acceptio duplicē iſtorū verborū apud Patres cauſauit expoſitionē ęque probabilē.

Primo, n. vigilum appellatione deſignati ſumūtur Angeli, quam congruè aūt ſic appellati ij ſint, quàmve ſint ſoliciti in cuſtodienda Eccleſiæ Ciuitate longius pertractatū videre eſt apud Richardū de Sancto Vict. ſuper hunc locū. Secundū hanc ergo vigilū acceptionem Greg. Nyſſ. hom. 6. Ambroſius ſerm. 7. in pſal. 118. verſ. 7. & in lib. de Iſaac c. 5. Theodoritus, Pſelluſque apud illū, & Richardus de Sancto Victore. Eccleſia, aut pia aīa ab Angelis inuenta hic dicitur, atque ab iiſdem petere; Num inter eos Deus ſit: num Dei plenam habeant cognitionem. Explicantque hunc ſenſum præ ceteris Theodoritus, & Richardus. Theodoritus

Vigiles Angeli.

Ric. Vict. Gre. Nyſſ. Amb. Theodor. Pſellus. Rich. Vict.

APPENDIX.

Tres Patr. *Ab Angelis quo inuẽta dicatur anima pia.*

quippe, seu, vt magis opinor, Catena Trium Patrũ apud Theodoritum, ita hæc reddit; Inuenerũt me Sancti Angeli, dum per actionem purgant, & per contemplationem illustrant me, quæ malitia, atque ignorantia perieram, & spirituum improbitatis discipula quondam extiteram: atque ideò à bonis his Angelis, vt erudirer, non inueniebar, qui obseruant, vt laudent, vel coarguant in formidoloso die iudicii tam manifestas, quam occultas motiones meas, & omnes cogitationes, & opera. Ac, ne quid horum relinquant inexploratum, circumeunt me, suum in me tanquam in aliqua Ciuitate, circumeundi munus exequentes. Ad hos igitur ego, cum inuenissent me, *Num*, inquam, *quem diligit anima mea conspexistis?* Isne, cuius ego comprehendendi teneor desiderio, nec tamen eum assequi valeo, qui choris, & tripudiis vestris illum vt spiritus eius ministri comitamini, perspexistis, quo natura se habeat, vt eã me quoque doceatis.

Rich. Vic. *Ab Angelis inuenitur anima, cũ gratiã suscipit percipiendi eorũ præsentiam.*

Richardus verò in eorundem expositionẽ ait: Quærens Deum anima ab his inuenitur, & post circuitum Ciuitatis, post inuestigationem, B. Angelorum aduentum meretur, horum occursum percipit, ab his suscipitur, hi sponsum quippe præueniunt, exhibent præsentiam suam, reuelant se; Angeli enim lucis sunt, cum luce veniunt, qua perfusa illuminatur pariter, & tangitur, vt aduentũ eorum intelligat, & præsentiam sentiat, quam gratiã dum percipit inuentam se à vigilibus fatetur, licèt dilectum se non inuenisse, causetur. Animã itaque inuentam esse à vigilibus, est, ipsam inuenisse gratiam ad percipiendam eorum præsentiam, quę prius cæcitatis suæ tenebras patiens, nihil nisi se sentiebat. Tunc desiderium suum, & cogitationẽ in ipsos dirigit, & familiare colloquium, quasi cũ notis format, vota sua insinuat, amorem nuntiat, de spõso interrogat: *Num quem diligit anima mea vidistis?* Quærit eos testes suæ dilectionis pariter, & desideratæ præsentiæ sponsi; certò enim scit, q. Angeli Dei visione fruantur, & amorem ipsius, & desideria non ignorent, & miratur, & quasi indebitum arbitratur, vt Deum videant, & se visionis illius expertem relinquant.

Vigiles sũt Apostoli, Doctores, et Prælati. Bernard. *Prælati, & Doctores ecclesiæ quã apte dicantur vigiles qui custodiunt Ciuitatem.*

Secundò per vigiles hoc loco intelliguntur Apostoli, sanctique Doctores, & Prælati, & admodum congrue, vt probat Bernardus serm. 76. in Cant. dicens: Quàm boni vigiles, qui nobis dormientibus ipsi peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus nostris. Quàm boni custodes, qui vigilãtes animo, atque in orationibus pernoctantes, hostiũ insidias sagaciter explorant, anticipant cõsilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendiculas, retinacula dissipant, machinamenta frustrantur. Hi sunt fratrũ amatores, & populi Christiani, qui multum orant pro populo, & vniuersa sancta Ciuitate. Hi sunt, qui multũ solliciti pro sibi cõmissis dominicis ouib. cor suũ tradunt ad vigilandum diluculo ad Dominũ, qui fecit illos, & in conspectu Altissimi deprecantur: Et vigilãt, & deprecantur, scientes suam insufficientiam in custodienda Ciuitate, & quia, a *Nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat, qui custodiat eã:*

a Ps. 126. 1 Theodor. Cassiodo. Greg. PP. Phi. Carp. Beda. Aponius. Anselm. Bern.

Ab his inuenta hic dicitur Ecclesia, & pia anima, & petiisse: *Num*, &c. secundum Theodorit. Cassiodorum, Greg. Papam, Philonem Carpathium, Aponium, Bedam, Anselm. atque Bernard. Porro egregie circa verbum, *Inuenerunt me*, philosophatur Bernard. per aliquot sermones. Primò namq. ser. 76. postquam ostendit ad inueniendũ Christũ in Patris dextera sedentem, necessariam esse fidẽ; Sed dicet aliquis, inquit, quomodo credet sponsa

Ad e quærẽti Deũ, Do mittis in eccursũ, qui illam instruant.

A sine prædicante, cũ fides ex auditu sit, auditus aũt per prædicationẽ? Deus hoc prouidet, ait: Et ecce iã præsto sunt, qui illã, de quib. oportet, instruant, & informẽt, fidẽ doceant, formam pietatis, ac Religionis tradant. Audi, *Inuenerunt me vigiles*. Secũdò in ser. 77. Illa quęrebat, inquit, sponsum, & spõsum non latebat: nempe qui in hoc ipsum excitauerat eam, vt se quæreret, & dederat illi corã præcepta, & legẽ vitæ, & disciplinæ, dummodo esset, qui instrueret, & doceret viam prudentiæ: & misit in occursum eius plantatores, & rigatores, Apostolos, & Apostolicos viros, qui eam enutrirent, & cõfirmarent in omni certitudine veritatis, hoc est indicarent illi, certãque redderent de dilecto, quia veritas est, quam quærit. Et paulo inferius: Hunc

B sponsa, quem quærebat, minime reperit, & quos non quærebat, reperta est ab ipsis. Audiãt hoc, qui sine duce, & præceptore vias vitæ ingredi nõ formidant. Ipsi sunt in arte spirituali existentes & discipuli pariter, ac magistri, cæci, ac duces cæcorũ. Videant, qui eiusmodi sunt, quomodo caute ambulent, & de sponsa exemplum sumant, quæ non prius ad eum, quem desiderabat, vllo modo valuit peruenire, quàm sibi occurreret, quorum magisterio vteretur ad cognoscẽdum de dilecto, certè ad timorem Domini discendum.

Sine obediẽtia luce nõ inuenitur Deus.

Tertiò in ser. 78. Dubiũ proponit, cur Ecclesia inuentam se dicat, ab Apostolis, vel Angelis, cum potiùs dicere debuisset, se ab iis collectam, congre

C gatam, aut conuocatam. Neque enim aliquãdo cõgregata est in vnum locum, vbi vigiles illi eam inuenire potuerint. Cui dubitationi, vt satisfaciat, primò supponit, ad opus nostræ salutis tres sibi inuicem cooperari, Deũ, Angelum, atq. hominẽ, quãuis diuersimode. Secundò supponit, in dicto opere tria esse, quæ sibi vendicat Deus, præuenitq. in illis oẽs auxiliatores, & cooperatores suos: prædestinationem, creationem, & inspirationem: Secundum prædestinationẽ nunquam, inquit, Sanctorum Ecclesia penes Deum non fuit, iuxta illud Apostoli: b *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus, in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in*

b Eph. 1. 3

D *conspectu eius*: & *Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum*, &c. In illo certè tam profundo æternitatis sinu, nullus inuenire eã potuit: sed, cũ iam ad nutum creantis visa est emersisse, non continuo tamen inuenta est à quoquam hominũ, vel Angelorum, eò quòd non agnosceretur, imagine terrestris hois adumbrata, & operta mortis caligine: quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Cæterum, quam celauerat ab æterno prædestinans sapientia, & item creans potentia minime prodiderat ab initio: visitans profecto gratia sua in tempore reuelauit secundum operationem, quæ ideò inspiratio nominata est, quòd de sponsi spiritu humanis infusum spiritibus quidpiam fuerit in præ

Ecclesia inuenta dicitur ab Angelis, & ab Apostolis, quando illi agnouerũt ipsã prædestinatã à Domino, & præparatã per gratiam.

E parationem Euangelii pacis, parare viam Domino atque Euangelio gloriæ eius. Frustra vigiles laborassent in prædicando, si non hæc gratia præcessisset. Nunc verò videntes, velociter currere verbum, & populos nationum ad Dominum in omni facilitate conuerti, concurrere in vnitatẽ fidei tribus, & linguas, atq. in vnam colligi matrẽ Catholicam terminos terræ, cognouerunt de diuitiis gratiæ, quæ a seculis abscondita tenebantur in abdito prædestinationis æternæ, & gauisi sunt, eam se inuenisse, quã ante sæcula Dominus elegerat in Spõsam sibi. Bene proinde (concludit Bernardus) se inuentam perhibuit, ab his, qui custodiũt Ciuitatẽ, quæ à Domino Ciuitatis præcognitam iã se

no-

APPENDIX.

nouerat, & prænentam, quatenus illi talem inueni rent, non facerent. Legimus de Maria, a quòd inuenta fuerit in vtero de Spiritu Sancto habēs. Exiſtimo autem, ſimile quid habere in hac parte Spōſam Domini matri ipſius: Niſi enim & ipſa inuenta eſſet habens de Spiritu Sancto, nequaquam ab inuentoribus ſuis tam familiariter requiſiſſet de eo, cuius Spiritus eſt ille.

a Matth. 1. 18.

Eccleſia Apoſtolos interrogat habit prius ī ſe de Spiritu ſancto.

Anſelmus; Inuenerunt, ait, ideſt, me quærentem inuenerunt, meam affectionem cognouerunt Sancti paſtores, qui cuſtodiunt Eccleſiam. Cùm dicit, ſe prius inuentam, quàm inueniſſe, notat nobis vigilantiam, & diligentiam, quam debēt habere paſtores in Eccleſia, ſcilicet vt, ex quo mouetur aliquis compunctione, parati ſint, vt eum cōmoneāt, & ad notitiam Dei pertrahant. Vnde Greg. Papa, tum in Comment. ſuper Cātica, tum homil. 25. in Euang. Quid per vigiles, inquit, niſi Doctores Eccleſiæ deſignantur, qui dum lucrandis animab. & ſcriptis, & dictis inuigilant, vbi deſiderii ſancti aliquantulum ſentiunt, augmentare ad melius nunquam ceſſant? Hi Sponſam quærentem inueniunt, qui piam animam Chriſtum inuenire ſatagētem excipiunt, &, vt citius inueniat, præceptis inſtruūt exemplis accendunt.

Anſelm.

Prælatorū diligentia quanta eſſe debeat quam in affectis quærentis Deum.

Gre. Pap.

Circa interrogationem factam: Notat primò Anſelmus, per hoc, quod dicitur prius locuta quærens, cum ea prius à vigilibus fuiſſet inuenta, indicari diligentiam, magnamque ipſius quærentis affectionem: Vnde Bernardus ſer 78. Non ſuſtinuit, inquit, vt illi eſſarentur, ad quid veniſſent, ipſa locuta eſt, & quidem ex abūdantia cordis: *Num quē diligit anima mea, vidiſtis?* Sciebat, quia, beati oculi, qui vidiſſent, & admirans eos, qui viderant, aiebat: Num vos eſtis, quibus videre donatū eſt, quē tot Reges, & Prophetæ voluerunt videre, & nō viderunt? Num vos eſtis, qui meruiſtis in carne aſpicere ſapientiam, in corpore veritatem, in homine Deum? Multi dicunt: Ecce hic eſt, Ecce illic. Sed ego tutius mihi arbitror fidem accommodare vobis, qui māducaſtis, & bibiſtis cum eo, poſtquam reſurrexit à mortuis.

Anſelm.

Bernard.

Caſſiodorus verò, Aponius, Beda, & alii, tunc prædictos vigiles interrogaſſe Eccleſiam, aut piā animam, aiunt cum intenta aure illorum prædicationem percipit. Vnde Gregorius Papa ait; Quos illa interrogans dicit: *Num quem diligit*, &c. Dum enim vel eorum ſcripta, vel verba vigilanti ſtudio perſcrutatur, tanquam præſentibus, & abſentibus animi intentione loquens, quid de Chriſto ſenſerint, ſciſcitatur.

Caſſiodo.
Aponius.
Beda.
Greg. PP.

Apoſtolos et Doctores interrogat ſponſa, cum illos audit, eorūq; ſcripta legit.

Præter communiores duos iſtos ſenſus, duos inſuper alios reperio apud Patres, alterū apud Iuſtū Orgelita, alterum apud Rup. Abbatem. Iuſtus ita per hæc Eccleſiam inducit loquentem: Diſputauerunt contra me ſæculi Sapientes, Idolorumq. cultores, multa inaniter perſcrutantes; pluresque libros irritis laboribus conficientes, quibus dixi: Cur in caſſum ſuperfluo conatu vexamini? *Num quē diligit anima mea, vidiſtis?* Quandoquidē falſo noīe ſapientiæ gloriamini, ſtultā fecit Deus ſapientiā veſtram; quia Chriſtum inuenire illic non valuiſtis.

Iuſt. Org.

Vigiles sūt ſapientes ſæculi.

At verò Rup. Abb. B. Virgini ſic iſta tribuit: Cū mente quærerē dilectum meū Ieſum, quem non reſurrecturum, nec illū inuenirem: Inuenerunt vigiles diſcipuli eius, qui iā tunc vigilabant, quia lugentes, & flentes ſomnū non capiebant, quive diſpoſiti erant, vt cuſtodirent, quin & ædificarent Ciuitatem veram Ieruſalem. Iſti me inuenerunt, & mulieres, quæ tota nocte vigilantes venerūt ad monumentum, inuenerunt me, bonum certatim afferentes nuncium, quòd reſurrexiſſet, & quòd vidiſſent eum: Et ego, inquam, Num quem dilexit anima mea, vidiſtis? Vidimus, aiunt, vidimus Dominum, Surrexit vere, &c.

Rup. Ab.

Maria poſt Chriſti reſurrectionem quæ inuenta ab Apoſtolis.

LITTERA.

Verſ. IV. Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea.

Expoſitio Prima. Iuxta ſonum Litteræ.

POſt diuturnam inquiſitionem, rationi iam conſonum videbatur, vt eius, qui tanto ſtudio quæſitus eſt, ſubſequeretur inuentio: Hanc igitur Sponſa verſu iſto enarrat. Porrò etſi litteræ ſonus facilis ſit in hac ſententia, vt haud operæpretiū videatur in illius detineri explicatione; quia tamen dictio, *Paululum*, diuerſimodè accipi poteſt, cū vel ad loci, vel ad temporis diſtantiam referri ſoleat, breuiter id animaduertendum; duobus modis ſumi poſſe hæc, quæ hic dicuntur, triplicemque eorumdem eſſe ſenſum.

Enimuerò ſi aduerbium ipſum, *Paululum*, ſignificet breuitatem tranſitus, vel diſtantiæ paruitatē ab vno ad alterum; primus ſenſus litteræ noſtræ, iſque communior hic eſt, ac ſi Sponſa dicat.

I. SENSVS.

Poſtquam inuenta à vigilibus illos interrogaui, an meum vidiſſent dilectum, nullum ab eis recipiens reſpōſum, pertranſiui eos, vixque *Paululum* ab ipſis elongata *inueni, quem diligit anima mea*.

PARAPHRASIS.

Quòd ſi iſtud idem aduerbiū ſumatur, vt ſignificat quaſi diſtantiam temporis; ſenſus iſtiuſmodi iſtius eſt ſententiæ.

II. SENSVS.

Vix *Paululum* pertranſieram *eos*, cum *inueni quē diligit anima mea*. Quem ſecundum ſenſum ingenti cum emphaſi Originalia exprimunt Hebræa, & Græca Septuag. Hebræa quippe ſic habent כמעט שעברתי מהם עד שמצאתי chimengath, ſciegabarthi, menem, nghad, ſciemathſathi, &c. Quæ egregie ad verbum ſic reddidere Sept. *ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, ἕως οὗ εὗρον*, &c. ideſt. *Sicut modicum, cum pertranſiui ab eis, quoadusque inueni quem diligit anima mea*, vel vt congruentiſſimè legit Ambroſius: *Quàm modicum fuit, cum tranſii ab ipſis, donec inueni*, &c. Quibus verbis Spōſa mirum in modum, prout cœperat, ſuum amplificat amorem erga eum, quem quæſierat; deſignat quippe per huiuſcemodi locutionis phraſim, tantum ex inuentione dilecti ſui percepiſſe voluptatis; vt vniuerſum laborem illum, quem in eo quærendo inſumpſiſſet, quaſi pro nihilo reputauerit; tempuſve id omne, quod interceſſiſſet, vix paululū quid ſibi viſum fuerit: eo ſenſu, quo in libro Geneſis de Iacob dī: *b Seruiuit Iacob pro Rachel ſeptē annis; & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Sic igitur ſponſa per ea tale quid ſibi velle videt.

PARAPHRASIS.

Amb. lib. 3 de Virg.

b Geneſ. 29. 20.

Laboraui certè diutius in quærendo *eum, quem diligit anima mea, quæſiui in lectulo*: quæſiui circumiens Ciuitatem: *quæſiui per vicos, & plateas, nec* vſquā in tanto temporis interuallo *eum inueni*: Inuēta ſum à vigilibus *qui cuſtodiunt Ciuitatem*, ab illis non parum detenta: Verùm cū illos pertranſiēs inuenerim ipſum, *quem diligit anima mea*, ò quàm modicum mihi extitiſſe videtur tempus illud oē, quod interceſſit, cū tranſii à vigilibus, donec *inueni eū*, quem tanto ardore quæſierā: planè viſum mihi eſt ſicut *paululum* quid, & ſicut modicū inſtans. Præclarè aūt Ambroſ. per exclamationē legit, & per admirationē: Quaſi tā modicū ſponſæ id viſū ſit, vt non habuerit verbū, quo illud ſignificaret, ſed admirans dixerit: *Quàm modicum fuit*, &c.

PARAPHRASIS.

DE ECCLESIA. DE ECCLESIA.

Verſ. IV. Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea.

Expoſitio Prima. De Secunda Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

Fidelis Deus, [a] inquit Apoſtolus, *qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet & cum tentatione prouentum.* Ingens planè Eccleſiæ tunc contigit tentatio, cum quidam ex fidelib. eius haud contenti certitudine fidei, qua Deũ tutiſſima tenebant cognitione, euidenter eumdem cognoſcere, ac humanæ ratiocinationis viribus ſupercæleſtia comprehendere tentarunt myſteria. Quã tentationem egregiè ipſamet in primo, ac ſecũdo verſu huius capitis enarrauit, prout viſum eſt in ſecundis expoſitionibus eorum. A vehementiori multò magis concuſſam ſe aſſerit tentatione; quando fideles iidem, qui in prima tentatione Deũ inuenire nequiuerãt, ipſi ſunt ab Hæreticis, quos obuios habuere, vtpote vigilibus, qui cuſtodiunt Ciuitatem: periculum ſanè vehementiſſimum. Ecquis.n. tam potentium vigilum declinare poteſt manus, ne vulneribus confodiatur? Ecquis fraudulentiſſimorum hæreticorum ſe eripere poteſt fallacia, quin ab illis inuentus decipiatur? Veruntamẽ, etſi Deus Eccleſiam ſuam iſtiuſmodi tentationib. impelli permiſerit, ſeruauit eam nihilominus ab iis omnibus illæſam cum non exiguo prouentu. Hoc illud eſt, quod in hoc 4. verſ. enarrat, dicẽs: *Paululum cum pertranſiſſem eũ, inueni, quem diligit anima mea.* Quem enim tanto ſtudio quæſitum inuenire non potuerat, inueniſſe ſe, inquit, ſtatim ac in extremum incidit periculum. Statim vt inuenta eſt à vigilibus, & hæreticis, qui cuſtodiunt Ciuitatem. Vnde verò tantum ex huiuſcemodi tentatione prouentus? Ex eo quòd Dei ope ipſos, à quibus inuenta fuerat, pertranſiit, excidiſſet profectò ab omni ſpe inueniendi ipſum, quem quærebat, & decidiſſet in vltimam ſe orbitatem, ſi vnà cum illis ſtetiſſet, prout ingemiſcimus quotidie in iis Prouinciis, in quibus vnà cum hæreticis ſtare, curioſiuſve de diuinis myſteriis perſcrutari voluerant fideles. Paululũ autem hæreticos ipſos pertranſeunt Catholici, inueniunt, quem diligunt, quemve tanto ſtudio inuenire contendunt.

Enimuerò cum ab illis inueniuntur, & detinentur tantiſper, propriì compotes fiunt erroris, quẽ prius in ignorantiæ tenebris exiſtentes, minimè aduertebant: nam cum primum eos interrogare cœperint de Chriſto, & de diuinis, intelligũt ſtatim, illos verſari in continuo malitiæ, & impietatis circuitu, ſimulque intelligunt, quàm male ſecũ agatur, dum ſimul cum illis circumeunt in Ciuitate mundi huius, quærentes quem impoſſibile eſt, cõprehendi mundanis rationibus, & humanæ ratiocinationis circuitu: declinantes porrò ab eis inueniunt, quem prius circumeuntes inuenire nequiuerant, quia cum paululum eos tranſeunt, declinant à proprio, quem cœperant, circuitu, & deſinentes circuire humana ratiocinatione, inueniunt illicò, quem nimio, ac indiſcreto proſequebantur amore: inueniunt, inquam, intelligentes illius myſteria quatenus contenti ſunt fidei certitudine ſimpliciter atque adeò benè ex horum fidelium perſona loquens ait: *Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea*, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Quem diutius quæſitum inuenire nequiueram; quia cum inquietudine circumiens quæſieram, humanæ nixa ratiocinationi, inueni tandẽ, poſtquam à vigilib. inuenta, illos declinare ſtudui, qui totũ ſuum in eo collocant ſtudiũ, vt circumeant in mũdi huius Ciuitate ratiocinantes, diſputantes, ſiſſive fallaciis quoslibet decipere contendentes: Vt primum enim tantillum eos pertranſii, ipſorum fugiens ſophiſmatum circuitus, *inueni, quem diligit anima mea:* Dei mei percepi myſteria, cuius amore langueo, contenta fidei certitudine infallibili, atque adeo eiuſdem fidei vlnis tenui eum, nec dimittam, &c.

Illud vnum ex hoc loco colligendum, aduerſus peſtiferum hæreticorum contagium nullũ aptius adhiberi poſſe remedium ab iis præſertim fidelibus, qui ſimpliciores ſunt, quàm ſi eorum nedum diſputationes vitentur, ſed vel minima fugiatur conuerſatio. Hoc remedio vſam ſe aſſerit Eccleſia in ſuis fidelib. illis, qui in fide titubantes ab ipſis inuenti fuiſſent hæreticis: atque adeò ab eorum cæptam deceptione inueniſſe, &c.

II. SENSVS.

Iuxta alterum ſenſum, quem ſecundo loco in ſuperioribus verſibus proſecuti ſumus; Narrat hoc loco Eccleſia, quomodo tandem Chriſtum inuenerit in ea ipſa Sacræ Script. Ciuitate, in qua tãdiu circumiens illũ quæſierat, nec inuenire valuerat.

PARAPHRASIS.

Poſtquam enim, inquit, Dei miſeratione à Sanctis Apoſtolis circumiens inuenta ſum, illóſve interrogaui: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Inueni ipſummet, quem diligit anima mea: inueni autem eum, cum paululum pertranſiſſem eos, à quibus inuenta fueram, ab illis erudita, ac paululum poſtquam iij me edocere cæperunt. His porrò in verbis notandum, non incongrue per iſtiuſmodi phraſim, *Pertranſiui eos*, Sponſam deſignaſſe, ſe ab Apoſtolis eruditam in Scripturis Sanctis. Quẽadmodum enim aqua illa, quæ fiſtulas pertranſit odoratas, odorem & ipſa ab iis ſuſcipit dummodo pura illa exiſtens pertranſeat: ſecus enim euenire conſpicimus, quando aqua fœtorem quempiã iam prius habebat. Ita & primitiua Eccleſia in antiquo populo, quando ſanctas pertranſiit fiſtulas, ſanctoſve Apoſtolos, ſuauiſſimum diuinæ cognitionis redolentes odorem, fragrantiſſimumve Sacrarum Scripturarum odorantes intellectum, quẽ à Chriſto Ieſu ſibi impertitum habuerant, eamdẽ ab illis ſuſcepit & diuinorum myſteriorum cognitionem, & ſacrarum litterarum intellectum. In iis tamen Iudæorum iſtiuſmodi ſuſcepit fragrantiã, dum pertranſiret, qui puro pertranſierunt corde: ſecus enim in aliis eueniſſe, perſpicuum eſt, qui ſætentes pertranſiere peſſimo illo obſtinationis, inuidiæque fœtore. Quàm exiguum verò extiterit illud paululum ex quo Apoſtolos ipſos pertranſiẽs prædictum aſſecuta eſt Sacrarum Scripturarũ intellectum, & inuenit, quem ſuper omnia diligebat colligitur ex hiſtoria Actuum Apoſtolorum, ibi quippe vel ad primam Petri prædicationem circiter tria millia Iudæorum pertranſiiſſe, Chriſtumque inueniſſe, legimus.

Simile.

Verſ. IV. Paululum cum pertranſiſſem eos inueni quem diligit anima mea.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

Lvcerna [a] pedibus meis verbum tuũ, & lumen ſemitis meis, ait Propheta Regius, indicans modum, quo Deus reperiri facile queat in ſpiritualibus exercitiis: Vnde haud dubium, quin per hæc patris verba dilucidiora ea reddenda ſint, quæ Salomõ eius filius in iſto aſſeris loco. Propoſuit quippe Salomon piam animam, inanem ſuum enarrãtẽ laborem in Deo quærendo: quatenus etſi in multi pli-

---

Marginalia (left column): a 1. Cor. 10. 13. — *Ex tentatione ab hæreticis illata quõ profecit Eccleſia.* — *Hæreticos tranſcendi nulla quã ab eis ipſis ſtandum.*

Marginalia (right column): *Apoſtolos pertranſiens Eccleſia, quo erudita fit de diuinis.* — a Pſal. 118. *Per obſeruationem mandatorum Dei quæ propriæ voluntatis ſtudia inuenire non potest.*

plicibus studiis spiritualibus Deum quæsierit, illumque inuenire contenderit, nusquam tamen in iis omnibus eum valuit inuenire; quoniam in nocte illum quæsierat, & in tenebris propriis sensus, ex prauo consilii. At verò cum Prælatorum se subiecit obedientiæ, eos cōsulens superiores, quos sibi Deus misisset obuios, quive ipsam inuenissent eo modo errantem in tenebris, illum inuenit illicò, quem prius inuenire nequiuerat.

Rationem porrò illius tam citæ inuentionis si exquiras, haud aliam profectò assignare fas est; nisi quia post subiectionem designatam per illam interrogationem, *Num quem diligit anima mea, vidistis?* Præceptum impleuit, illos pertranseundo, quibus sese subiecerat, atque adeo nil aliud ea dicit, nisi: *Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea*: Acque est autem ac si dicat.

PARAPHRASIS. Dilectum meum inuenire non potui, quoadusque per noctes illum quærerem, & in tenebris, eius destituta præcepto, cum iuxta meæ propriæ voluntatis impetus circuirem: *a Præceptum enim Domini lucidum illuminans oculos*. Verùm quando meos pertransij Prælatos, illis vel tantillum obtemperans, quibus me, ipsomet Deo inspirante, subieceram, inueni illicò illum, quem ex intimis diligo præcordiis: ipsorum namque præceptum, Deique verbum, quod per illos mihi exhibitum fuit, lucerna factum est pedibus meis, & lumen semitis meis, ita vt facillimo iam negotio illum, & viderim, & inuenerim, quem prius videre nullatenus poteram.

a Psl. 18.

Vt exactius hæc explicentur, Notādum primò, haud abs re factum esse, vt in textu exprimatur ipsa animæ subiectio; nullum tamen Prælatorum recenseatur præceptum, sed executionis mentio dūtaxat fiat eius, quod præceptum existimatur. *Paululum cum pertransissem eos*, & cet. Per hæc quippe duo innuuntur præclara, quæ tractari solent in materia obedientiæ.

Obedit ad simplicē nutū, & eligit Prælatum.

Primum, ingens piæ animæ in obediendo promptitudo, quippe quæ haud expectarit, explicitum sibi dari præceptum; sed ad nutum intelligens quicquid a suis Prælatis sibi præciperetur, obtemperauit, illicò pertransiens eos.

Alterum, quòd Prælatorum præcepta nō vt præcepta eorum sumenda à subditis sint, sed vt à Deo prouenientia: Sic etenim, etsi pia anima ab iis, à quibus inuenta fuerat, præceptum acceperit fortasse explicite, vt transiret ipsos; nihil tamen istiusmodi præcepti meminit, sed suum duntaxat transitum narrat: quia nō vt illorum id sumpserit, sed vt illius, à quo illustrata esset, quemve inuenisset: prout apertius in præcitato Psalmi loco animaduertere est, vbi ipsamet anima Prælatorum præceptum sibi exhibitum lucernam appellauit verbū Domini.

Prælatorū præcepta nō vt ipsorum sed vt Dei sumenda.

Notandum secundò, sponsam, cum ait, se vigiles pertransisse, à quibus in suo inuenta fuerat circuitu significare, se suum quidem prosecutam iter quod arripuerat. Verumtamen, quia id ex Prælatorū fecit mandato, inuenisse in ipso propter obediētiæ meritū illū, quem prius in eodem itinere inuenire nequiuerat: quò persuademur, eā esse obediētiæ prærogatiuā, eamque vim, vt in iis ipsis studiis & exercitiis spiritualib. in quibus haud reperiebatur Deus, illiusque dulcedo, quæve haud placita erant Deo, dū ex propria fierent voluntate, inueniatur postmodum Deus ipse, eidemque per grata illa fiant, quando, subiecta propria voluntate, ex iniuncta peraguntur obedientia: & ratio est, quoniā Prælatorū præceptū lucerna, & lumen est, quo sub-

Obedientia præstat facit eadē opera, quæ alio quin inutilia forent.

ditus quisq. illustratur, quove is perspicuus redditur, qui cuiq. benè operanti præsens assistit Deus.

Tertiò denique notandum, ex hoc loco colligi, quàm grande bonum sit, superiores consulere. Enimuerò anima, quæ maximis laboribus in lectulo, in ciuitate, per vicos, perque plateas, per multiplicia, quæ ex propria voluntate arripuerat exercitia spiritualia, Christum inuenire minime potuit, vt primum seniores consuluit, dicens: *Num quem diligit anima mea, vidistis?* facillimo negotio illum inuenisse se, asserit.

Cōsulere superiores, grāde fit bonum.

B Porrò quod ad istiusmodi consilii petitionem tam subita dicatur subsecuta Christi inuentio, designat, humilitatem ipsam, qua anima sese demittit ad petendum aliorum consilium, quave se Seniorum consiliis subiicit, in causa esse, vt & eius intellectus illustretur, quò diuina cōtēplari queat mysteria, præsentemque Deum intueatur, quem prius intelligere nequiuerat obtenebrata; & affectus reficiatur, quò dulcissimā percipiat Dei præsentiam. Vnde in libro Prouerb. dicitur: *b Vnguento, & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis dulcoratur anima*: Et in vitis Patrū legimus, Monachum quemdam, cum sacræ Scripturæ locum intelligere nequiret, septuaginta hebdomadibus ieiunasse, vt germanum eius loci inueniret intellectum, cumque nec ob tam longi ieiunii

Humilitas Deum inueniri facit ab anima.

b Prou. 27. 9.

Exemplū.

C studium inuenire eum quiuerit, perrexisse tandē ad alium Monachum, vt ipsum ea de re consuleret: actutum verò illi sanctum apparuisse Angelum, qui hisce eū est allocutus: Septuaginta hebdomadibus ieiunasti, neque eæ omnes te Deo proximū reddere valuerunt: verùm ob humilitatem istam, quam exhibes in consilio capiendo, meruisti, vt ipse Dei nomine te edocerē illud omne, quod scire peroptas. Sic itaque Sponsa postquam Seniores consuluit, vbi nam Deus inueniri posset, subiicit: *Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea*; haud explicans, à quonam fuerit edocta, vt illum inueniret: vt videlicet innueret, se Christum inuenisse, non tam quia à Prælatorū cōsilio ad illum directa fuisset, quam quia ob humilitatis meritum vel ab Angelis edocta esset, vel ab

D ipsomet Deo, quem tanto quærebat studio, qui instar luminis se ei exhibuisset, dum pertransiret; ita vt iam iure optimo sic ipsum affari fas esset; *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē semitis meis.*

Iuxta secundum sensum: Breuissime certe, sed peregregie exprimit hoc loco pia anima inexplicabilem, quam ex Dei inuentione, atque præsentia percepit dulcedinem: enimuero id hominibus visu venire solet, cum magnos labores ad aliquid assequendum insumpserint, vt, si plenā satisfactionē in eo, quod tādē adepti sunt, non inuenerint, exātlatos labores arbitrentur grauissimos, secus verò si plene id eorū satisfactū sit volūtati, si gratissimū id eis sit, si vtilitatē, iucunditatemq. inde perceperint, quæ suam impleant cupiditatem, præceden-

II. SENSVS.

Dulcedo, quæ ex Dei præsentia percipitur, obliuisci facit præcedētiū laborum.

E tium laborum vix recordētur; tempusve illud omne, quod in prædictæ rei adeptione cōsumpserint, quantumlibet diuturnum id sit, breuissimū quid censeant, & momentaneum: atque adeo inde à posteriori colligimus, admodumque probabili coniicimus coniectura, quem gustum ex eo, quod adeptus est, perceperit quispiam, quòd adhibiti tēporis, insumptorumque laborum magis, vel minus meminerit. Vt ergo anima Dei sponsa de eximio illo gustu, quo ex Dei inuentione refecta fuit, certiores suas redderet socias, primò maximos illos enarrauit labores, multumque tēporis, quod in eo quærendo adhibuit, dicens, se per mul-

Simile.

ANIMA DE. tas noctes eum quæsisse in studio vitæ contemplatiuæ, necnon & in laboriosissimis vitæ actiuæ exercitijs: Tandem, cùm eius se compotem factam referet, illumve inuenisse, ex eo, quod modicũ quid, ac ferè nihil id omne temporis spatium, vniuersique labores ij sibi postmodum visi sunt, indicat manifeste, prout dicebam, immẽsitatem eius, quam ex huiusmodi inuentione, & ex ipsa recuperata Dei præsentia percepit, voluptatis: quove pacto per id plene, quantum in hoc sæculo fieri potest, suæ satis factum sit & cupiditati simul, & voluntati, dicẽs: *Sicut modicum, cum pertransiui ab eis, quoadusque inueni, quem diligit anima mea.* Acque est enim, ac si dicat.

PARAPHRASIS. Quamuis per multum temporis spatium Deum meum quæsierim arida, atque adeò, dum illum ardentissimo studio quærerem, nec inuenirem, pro illius dulcissimæ præsentiæ cupiditate vna hora annus mihi videretur: nihilominus itud ipsum temporis spatiũ modicum quid mihi apparuit, & momentaneum, quando pertransiens Angelos, à quibus iam fueram inuenta, inueni eum, ad quem anhelabam; Tanto quippe ex illius præsentia exhilarata sum gaudio, vt mecum ipsa admirer, quàm modicum id extiterit tẽpus, quàmve exigui ij extiterint labores, quibus ad tam eximias perueni voluptates, quove tam ingens attigi bonum.

Ab Angelis inuẽtã, quo se dicat aia sancta, quæ illos semper sibi hẽt adstantes. Ad pleniorem intellectum eorum, quæ hic dicuntur, iuxta hunc sensum: Supponendum primo, Sanctos Angelos semper quidem vnicuique animæ, eique in primis, quæ pia sit, adstare, eamque custodire, pront aperte colligitur ex illo Psal. 90. quo dicitur: *a Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis*, iugiter videlicet, & in quocunque te exercueris studio. Quamuis aũt pia anima semper eos sibi habeat assistentes; tunc tamen dicitur ab illis inueniri, cum considerat, quam ij sibi exhibeant opem: cumque illorum eximiam perpendit & dignitatem, qua semper vident faciem Patris, & amorem erga naturam humanã, ob quẽ, cum semper videant faciem Patris, beatique ac felicissimi propterea sint, non dedignantur tñ commissarum animarum inuigilare saluti; atque adeò, aptissimè sponsa, hec omnia compertissima habẽs cum ab illis se inuentam asseruit in versu priori, subintulit illico: *Num quem diligit anima mea, vidistis* non qd de hac eorũ dubitet dignitate, quos nouit, semper videre faciem Patris (vt dictum est) sed, vt ostenderet, qua ratione ab eis se dixerit inuentam.

a Psal. 90. 11.

Angelos quo pertrãsire dicatur pia anima. Hoc supposito, Notandum primo, eatenus piam animam dici, ipsos pertrãsire Angelos, à quib. prædicto modo se inuentam asseruit, quatenus ex consideratione ministerii, quod ij sibi exhibent. transit ad perpendendam immensam Dei benignitatẽ, qui illos mittit in ministerium illorum, qui hereditatem capiunt salutis; necnon & quatenus ex cõsideratione præstantissimæ illius excellentiæ Angelorum, qua semper vident faciem Patris, transit ad meditandũ incomprehensibilem eiusdem Dei sublimitatem, atque dulcedinem, ex qua vniuersa profluit felicitas: quo fit, vt post istiusmodi transitum inuenisse se, inquiat, eum, quem diligit anima sua, ipsius videlicet Dei compotem se iterũ redditã, quo destitutam se prius senserat, cum derelicta ab eo fuisset in ariditate.

Dulcedinis diuinę magnitudo effi Notandũ secundo, aptissimè (vt dictũ est) tempus illud, quod istiusmodi Dei inuentionem præcessit, modicum à sponsa appellatũ, etsi cũ in ariditate perseueraret, Deumque non inueniret, quẽ ardentissimo studio quærebat, longissimũ id sibi visum esset, hoc siquidem causat magnitudo diuinę dulcedinis; vnde & Apostolus totũ id tẽporis spatiũ, quo iusti tribulationib. in præsenti vita premũtur, momentũ appellat, ac momentaneũ, quãdo in spe futura perfrui incipimus cælestis patriæ dulcedine, dicens: *b Momentaneũ, & leue tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Et Christus Dñs: *c Modicum* (inquit ad discipulos ærumnis oppressos,) *& iam non videbitis me, & iterũ modicũ, & videbitis me, quia vado ad Patrem*, ac si diceret: Quamuis longissimũ vobis id videbitur temporis spatium, quo non videbitis me: modicũ tamẽ illud re vera erit, ob immẽsum Spiritus sancti gaudium, quo perfundemini, eum ego abiero; tendens quippe ad Patrem *rogabo illum, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

DE ANIMA. *cit, vt modicũ videatur totum id tempus, quod in tribulationib. trãsigimus.*

b 2. Cor. 4. 17.
c Io. 16. 16
Ioã. 14. 16

Qua vnitate piæ aia vnitur Deo, quãdo illum inuenit. Notandũ tertiò, inter alia signa, quib. dignoscitur, qñ pia aia re vera suum inuenit dilectũ, illud esse præstantissimũ, q ita illi toto vnitur corde, totaque mente, vt nedũ vnũ idẽque cũ eo diligat, sed & vnũ idẽque sentiat de re qualibet, atq. adeo congruentissime sponsa nũc enarrãs, se suũ inuenisse Deũ, modicũ, ac ferè nihil id nuncupat spatiũ, quo ab illo destituta iã fuerat, quonè diutius illũ quæsierat: nouit quippe, istud ipsum tẽporis spatiũ modicũ, ac momentaneũ ab ipso Deo appellatũ, cũ apud Isaiã diceret: *d Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miserationib. magnis congregabo te. In momẽto indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.*

d Is. 54. 7.

Inuẽtio Dei nõ ex meritis, vel industria, sed ex Dei benignitate contingit. Notandum quartò, cum aia inquit; *Inueni, quẽ diligit aia mea*: haudquaquã existimandũ, illã ob suã industriã, & sedulitatẽ Deũ inuenisse, illiusve meruisse præsentiã, quin potius Deũ ex propria benignitate cõmotũ illi sese exhibuisse, à qua tã ardẽti studio se quæri, tantaq. charitate se diligi, intellexit: Quod expresse per Sapiẽtẽ testatũ habemus his verbis: *e Sapientia facile videtur ab his, qui diligunt illam, & inuenitur ab his, qui quærunt eam: præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat: Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, assidentem enim illam foribus suis inueniet.*

e Sap. 6. 13

III. SENSVS. Iuxta sensũ illũ, quẽ tertio loco præcedẽtib. versib. prosecuti sumus: Aia sancta concludit, quò tandẽ post diuturnũ errorẽ, postq. manifestos labores in ignorantiæ tenebris exanthlatos Deũ inuenerit, quẽ diligebat, cũ oĩbus virib. ad beatitudinẽ anhelaret: Quo intellexerit, beatitudinẽ ipsam sitã esse in Deo. Modus aũt hic est, quia vniuersos pertrãsiuit vigiles, ac Philosophos, & humanæ sapiẽtiæ peritos, à quib. inuẽta fuerat, animaduertẽs, nil veri ab illis sibi ostẽdi, in quo solidã reperiret beatitudinẽ, vnde & bene ait: *Paululũ cũ pertrãsissem eos, inueni, quẽ diligit aia mea*: Ac si diceret.

PARAPHRASIS. Statim ac illorũ deceptiones comperi, & eorum opiniones repuli, Deum, ipsius benignitate, ipsoq. me præoccupante, inueni, intelligens, ex illius participatione me eius beatitudinis compotem faciẽdam, quem tam flagranti cõcupieram desiderio.

Circa istum sensum primò notandum, quã congrue sponsa nil referẽs eorum, quæ sibi à Philosophis responsa fuissent ad ipsius interrogationẽ illã: *Nũ quem diligit anima mea vidistis*? illos tantũ se pertransisse, eorũque opiniones repulisse dicat: *Paululũ cum pertransissem eos*. Primò siquidem eorum responsa non retulit: quia tot ea erant, vt longiorem exposcerẽt orationẽ, si singula essent referenda: tot enim, ac inter se dissidentia respõderũt, quot apud illos circa beatitudinem extitere sententiæ;

DE ANIMA.

tiæ; atqui ducentas, & octoginta octo inter alias à Varrone enumeratas iſtiuſmodi ſnias, teſtis eſt Auguſt. in libris de Ciuit. Dei. Secundò eas non retulit, quia indignas illas cenſuit, quas recenſeret, vtpote quas inaniſſimas, atq. falſiſſimas comperiſſet. A

Porrò idcirco crediderim, ab ea dictum non ſimpliciter: *Cum tranſiſſem eos*, ſed: *cum pertranſiſſem eos*, maiori cum emphaſi: vt compertum omnibus fieret, ita illam eorum Philoſophorum abieciſſe eruditionem, vt & ea, quę ab eis audiſſet, è ſua abijcere ſtuduerit memoria.

Sapiētia huius mūdi cōtēnēda, vt Deus inueniatur.

Notandum ſecūdò: per hoc, quod pia anima inquit, ſe Deum inueniſſe, cum paululum pertranſiſſet vigiles, duo comprobari, quæ ab Apoſtolo afferuntur: Alterum eſt, quod *a Sapientia huius mundi inimica eſt Deo*; atque adeo, vt Deus inueniri poſſit iſtiuſmodi Sapientia contemnenda ſit, quæ & ſtultitia eſt apud illum, eoſque vigiles: quos Paulus dicit *b Principes huius mundi, qui deſtruuntur*, pertranſire operæpretium ſit. Alterum, verum id eſſe oſtenditur, quod idem Apoſtolus ex Iſaia refert dictum à Domino: *c Inuentus ſum a non quærentibus me, palam apparui ijs, qui me non interrogabant*. Quamuis enim oppoſitum potius primo aſpectu probari videatur, quatenus tunc deniq; anima dicitur, Deū ipſum inueniſſe, cum per multum temporis ſpatiū per multas noctes, ac per multa loca maximis eum quæſiuit laboribus, vt viſum eſt in ſuperiorib. Nihilominus veriſſimum id eſt, quod ipſemet, qui inuentus eſt, proteſtatur inuentum ſe, cum haud quæreretur, palamque eidem apparuiſſe animæ, cū ab illa minime inuocaretur: nā etſi quæſiſſe ſe, inquit Sponſa, & vocaſſe eum, quem diligeret anima ſua, quærens, & compellans beatitudinem ſuam, quam præ omnib. deſideraret: quia tamen per noctes ipſam quæſiuit, ac per tenebras ignorantiæ, & infidelitatis, in ijs, quæ Deo aduerſantia eſſent, in lectulo voluptatis, in Ciuitate, ac mundo, atque in reb. mūdanis, re vera haudquaquam Deū ipſum quæſiuit, quem poſtmodum beatitudinis omnis largitorem intellexit: Quòd ergo ipſum inuenit, non ob id illum inueniſſe cēſenda eſt, quòd eum quęſierit: ſed quia is illi palàm apparuit, etiam dum non quæreretur ab ea: palàm autem ei apparuit, cum illa pertranſijt Sapientes ſæculi; ac propterea, poſtquā pertrāſijt vigiles abſque vlla inquiſitione, vel inuocatione, inueniſſe ſe, ait, eum quem inuentum præ omnibus poſtmodum adamauit. B C D

a 1. Cor. 3. 19.

b 1. Cor. 2. 6.

c Rom. 10 20

Quō Deus dicat, ſe inuentū, à nō quærentib. cū anima eū tādiu quæſiſſe ſe dixerit, antequā illū inuenerit.

Verſ. IV. Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea.

Expoſitio Quarta. De tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

IVxta lectionem Vulgatæ littera eſt per ſe manifeſta; enarrat quippe Virgo benedicta, Chriſtū ſe filium ſe inueniſſe in templo, cum paululum eos, q ſibi occurrerant, pertranſiſſet vigeles. E

Iuxta textum autem originalium, præclare per hæc ingentem exprimit voluptatem, qua tunc perfuſa eſt, cum ipſum inuenit dilectum ſuum, quem tanto dolore amiſsū quæſierat; Acq; eſt. n. ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Tandem poſt triduū inueni, quem diligit anima mea, tātumq; gaudij ex illius cōſpectu percepi, vt, etſi prius præ triſtitia, ac mœrore, quo angebar, dū ipſum quærerem, tres dies illos mille annos exiſtimarim, iam poſtmodum exiguum quid, ac momentaneum mihi viſum ſit tempus id omne, iuxta ſenſum ſecundo loco allatum in prima expoſitione, *Michaelis Ghislerij*.

Verſ. IV. Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea.

APPENDIX.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Quaſi paululum, & modicum fuit, & reuerſus eſt Dominus ab ira furoris ſui, & præcepit Dominus Moſi Prophetæ, vt faceret tabernaculum fæderis, & arcam, & collocauit maieſtatem ſuam in medio eius.

Quòd ſponſa cæleſtem ſponſum inueniſſe ſe ait, trib. modis à Patrib. intellectū reperio. Cōmunior quidem ſenſus is eſt, vt ea referantur ad inuentionem intellectualem per cognitionem, & fidem. *Inuenit. Deus fide.*

Secundum Greg. tamen Papam nō tam de inuētione iſta per cognitionem, & fidē, quàm de inuentione per fiducia, & ſpem eadem intelligi poſſe videntur, in lib. n. 18. Moral. c. 27. Greg. hæc exponēs ait: Cum Redemptorē ſuum Eccleſia quæreret, in antiquis Prædicatorib. ſpem figere noluit: quæ dicit: *Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea*: Illum quippe inuenire non poſſet, ſi iſtos tranſire noluiſſet. At verò Richard. de Sancto Victore ſuper hæc ipſa verba, intelligere ea potius videtur de inuentione per affectum, & charitatem auguſtum, multaq; de ſingulari inuentione illa ait quæ apud ipſum legi poſſunt. De hac quoq; inuentione locutū crediderim Bern. cū in tractatu de diligendo Deo hæc hēt verba: Bonus es Dñe animæ quærenti te: quid ergo inuenienti? Sed enim hoc eſt mirum, quòd nemo te quærere valet, niſi qui prius inuenerit. Vis igitur inueniri, vt quęraris; quęri, vt inueniaris. Quæ ijs conſona ſunt, quæ dicuntur à Ioanne; *d Quia Deus prior dilexit nos*.

Greg. PP.

Inuenitur Deus fiducia, ac ſpe.

Rich. Vic.

Inuenitur Deus affectu, & charitate.

Bernard.

d 1. Io. 4. 10

Qui in ſuperioris ſententiæ explicatione vigilū nomine ſupermundana, aut Angelos accepere, per hoc, quod hic dicitur; *Paululum cum pertranſiſſem eos*, &c. arbitrantur ſignificari, tunc demum Dei cognitionem acquiri, cum intelligitur, illud eſſe ſup omne quodcunque illud ſit, quod creatum eſt. Ita Greg. Nyſſ. hom. 6. & Theod. quin & Pſell. apud ipſum; vnde Nyſſe. cum Angeli, inquit, tacuiſſent ad interrogationem ſuperius factam, *Num quem diligit anima mea, vidiſtis*? & ſilentio indicaſſent, ipſis quoque eſſe incomprehenſibile id, quod apud eos quæritur; poſtquam anima nimis curioſo ſtudio egreſſa eſt illam ſupermundanam Ciuitatem, tunc relicto vniuerſo, quod inueniebatur, ita cognouit id, quod quærebatur, cuius omne ſignum, atq; indicium, quod comprehenditur, fit impedimentū ijs, qui quærunt ad eius inuētionem: Propterea dicit: Quàm primùm parum ab eis tranſij relicta oī materia, & prætermiſſo vniuerſo, quod intelligitur in creatura, & dimiſſa omni via, & ratione cōprehendendi, inueni eum, per fidem videlicet.

Tunc habetur Dei cognitio, cum intelligitur eſſe ſup omne creatū.

Greg. Niſſ.

Theodor.

Pſellus.

Deus melius inuenitur per fidē quā per vllam creaturarū cognitionem.

Ponderat autem Amb. ſer. 7. in Pſal. 118. verſ. 7. tunc potiſſimū inuentū Deū, cū primū vigiles tranſacti ſunt; quia Angeli ita ſunt Deo proximi, vt illis tranſactis illicò reperiatur Deus. Quam Angelorū vicinitatē ad Deū, de ſimilitudine intelligit Richa. Vict. Ait qppe, animā in triplici creatura Deū inquirere, in quib. Dei aliqua ſimilitudo effulget, in mundo, ceteriſq;, quæ ad eius ornatū condita ſunt, in hoīe, atq; in Angelo; quia verò nec in mundo, nec in homine eum inuenit, quamuis aliquam Dei ſimilitudinem repererit, ad Angelicā tranſiſſe naturam, & vt vicinius contempletur, ad vicinius illum contemplantes tranſiſſe angelicam naturam, in qua ſimilitudinem plenius conſiderauit,

Amb.

Angeli ita Deo ſimiles, & proximi, vt illis cognitis ad cognitionē Dei accedatur.

Rich. Vic.

Deus quæritur in triplici creatura.

APPENDIX.

Per Angelorum opẽ inuenimus Deum.

deraũt, vtpote signaculum similitudinis, & in qua ab initio signata perseuerat similitudo: In ipsis, tanquam in speculo ipsam Dei relucere ait similitudinem: mundi enim sunt, inquit, sicut est mundus ille: sancti sunt Angeli, sicut est sanctus Dominus Deus eorũ: atq; adeo de illis mũdis transisse ipsam animam ad munditiæ auctorem, & de contemplãtibus ad contemplandum, & statim inuenisse: quoniam ij adeo vicini sunt, vt nil sit medium, & post hos non sit inuenire, nisi illum: Inuẽto dilecto Angelis congratulando, & consecutum per eos beneficium commemorando, dicere: *Paululum cum pertransissem eos, inueni*, &c. id est Illicò vt hos pertransiui, dilectum inueni; hos pertransiui, vt venirem, & per hos transiui, vt inuenirem; horum enim occursu, & auxilio obtinui, quod concupiui, qui & meum prouocauerunt, & accenderunt desiderium & dilecti obtinuerunt occursum.

Amb.

Dei cognitio nec ab Angelis expectãda, sed tantum p fidem.

a 1. Pet. 1. 12.

Porrò ex hoc loco colligit Ambrosius, nec ab ipsis Angelis expectandam Dei cognitionem, quæ p fidem habenda hic est. In libro enim de Isaac ca. 5. dicit, anima, quæ Deum quærit, etiam custodes trãsit; sunt enim mysteria, quæ etiam Angeli concupiscunt videre. Vnde & Petrus ait: a *Nunciata sunt vobis per eos, quibus euangelizauerunt, Spiritu sancto misso de cęlo, in quem concupiscunt Angeli prospicere*. Ergo cum trãsierit custodes, Verbum inuenit. Trãsiuit Ioannes, qui Verbum apud Patrem inuenit.

Apud eos verò, qui per vigiles super intellexerunt Sanctos Apostolos, Doctores, ac Præsules, in huius sententiæ intellectu nõnihil est diuersitatis.

Cassiodor.

Deus inuenitur illicò, cũ sãctorum Doctorum dicta requirimus.

Beda.

b Dan. 12. 4.

Primo namque Cassiod. Pertransire, inquit, vigiles est eorum dicta, & doctrinam diligenter perscrutari. Solemus namque dicere: Transcurri librum, vel transiui, legens: Porrò cum solicita meditatione dicta, vel scripta Sanctorum requirimus, statim dilectum inuenimus; quia Deum in eorum dogmatib. reperimus. Hunc ipsum sensum habet & Beda, afferens in confirmationem allati significatus verbi, Pertransire, locum ex Daniele, vbi Angelus Danieli: b *Pertransibunt*, ait, *plurimi, & multiplex erit scientia*.

Cognoscẽs quòd sancti oẽs sint inferioris sanctitatis à Deo, Deũ inuenit.

Theodor.
Cassiod.
Gre. Pap.
Philo Car.
Beda.
Anselm.
Bernard.

Vt Deus inuenitur ipsi quoq; transeũdi sunt Doctores agnoscendo eos esse homines.

Alij tamen pertransiri tunc, dicunt, hos vigiles, & Deum ac Christum inueniri, cum intelligitur, illos multò inferioris esse sanctitatis, atque perfectionis, quam ipse sit Christus. Ita Cassio, Greg. PP. Philo, Carp. Beda, Ansel. atque Bernar. serm. 15. in Ps. 90. Cum transeuntur vigiles, ait Greg. PP. hom. 25. in Euangelia, dilectus inuenitur: quia cum Prophetas, & Apostolos infra ipsum esse conspicimus, illum, qui natura Deus est, esse supra homines consideramus. Idemque Greg. in Commen. super Cãt. Paululum vigiles transit, & dilectum inuenit anima: quia, dũ sanctos Doctores puros homines fuisse cogitat, ad diuinitatem mentem erigit, ibique sponsum suum supra homines Patri æqualem cognoscit, quem tunc inuenisse se, dicit, cum sanctis laboribus adiuta in eius diuinitatis claritatem oculum fidei, tamquam speculum contemplando, aliquantulum figit.

Anselm.

Dei cognitio facile habetur.

Et Anselm. alio modo: *Paululum*, &c. id est, Quęsiui à sanctis pastoribus, sed eorum ostensione contenta non fui; at transiui, altius quærendo eum, & transiui per ipsos: quia ipsi me instruxerunt, quomodo eum quærere deberem; & tandem inueni, s. bonitatem, & dulcedinem aliquantulum degustaui. Paululum ideo dicit: quia sine magno labore cognitio Dei habetur: Ex quo enim percipit Deus affectionem quærentis, ipse seipsum offert, & sponte ingerit.

Bernar.

Subtilius denique Bernar. serm. 79. in Cant. ostẽdens, quomodo ad inueniẽdum Christum post resurrectionem oportuerit, Ecclesiam non solum trãsire, sed & pertransire, ait: Oportet quidem, sponsã transire per eos, per quos cognosceret veritatẽ; sed tamen, & pertransire: nisi enim pertransisset, & ipsos, non inuenisset, quem quærebat: atque hoc ipsũ ab illis suasum non ambigas; non. n. prædicabant semetipsos, sed Dominum suum Iesum, qui absque dubio & supra ipsos est, & vltra: vnde & ait: c *Trãsite ad me omnes, qui concupiscitis me*. Nec sufficiebat transire, sed & pertrãsire docetur: siquidẽ pertrãsierat is, quẽ puestigabat: non mõ. n. de morte ad vitã trãsierat, sed & pertrãsierat ad gloriã. Quidni etiã hanc opportuit pariter pertransire? alioquin nõ poterat apprehendere, quem non per eadem vestigia sequeretur, quocunque ierat: Credẽdo itaq; resurrectionem, transiuit, & credendo etiam ascensionẽ pertransiuit. Quidni verò inuenerit, pertingens mẽte, vbi ille corpore est? Paululum cũ pertransissem eos, inquit, non tam ipsos, quàm cetera membra sua, quæ sunt super terram, caput nostrum punctis præcessit duobus, atque transcendit, resurrectione nimirum: & ascensione.

APPENDIX.

Christũ post resurrectionẽ inuenit Ecclesia credendo in resurrectiõe, & in ascensione illum hoc est. n. trãsire, & pertrãsire

c Eccl. 24.

Amb.

In tentationib. & tribulationibus melius inuenitur Deus.

Præter hos duos communiores exponendi modos, quatuor insuper alios reperio item apud Patres. Ambr. quippe arbitratus est, in his significari, aliquando Deum in tribulationib. melius inueniri, quàm in prosperis: In libro. n. de Isaac c. 5. ait: Multi sunt, qui in otio quærunt Christum, & non inueniunt, & quærunt eum in persecutionibus, & cito inueniunt: & ideo quasi post tẽtationes: quia in periculis suorum fidelium adest; *Quam modicum*, inquit, *cum transiui ab eis, & inueni eum*. Quem eundem sensum idem prosequens in libr. 3. de Virg. dicit: Si vis & tu tenere Christum, quære iugiter, nec pœnam metuens: inter supplicia. n. frequenter corporis, inter ipsas persecutorũ manus Christus melius inuenitur. *Quàm modicum*, inquit, *fuit, cum trãsiui ab ipsis, donec inueni eum*: Exiguo enim spatio, breuiq; momento, cum persecutorum manus euaseris, nec succubueris potestatib. mundi, tibi Christus occurrit, nec te diu tentari patitur. Phi. autem Carp. censuit, per eadem significari, tunc Deum à nobis inueniri, cum primũ à peccatorũ nexib. atq; à malis ad bona cõuertimur: quem sensum tetigisse multò priùs videtur Athanas. in orat. super illud Euãg. *Ite in Castellum, &c.* Tertiò Iust. Org. ita hãc explicat inuentionem: Cũ pertransissem sapientes mundi, intelligens, q eorũ sapientiã esse stultitiã, inueni, &c. Quartò demũ Ruper. Abb. B. Virginẽ sic cęptã narrationẽ psequi, ait: Cũ mihi vigiles, atq; discipuli dicerẽt, dilectum meum surrexisse, & q a vidissent illum: ego sic illum inuenire cupiebã, vt iam nemo despiceret me, dicentem: Inueni illũ, vidi illum: & ita factum est: Nam *paululũ cũ pertransissem eos, inueni quem diligit aĩa mea*, & nõ quocunq. sed in cælũ vidi ascẽdentẽ, & Apostolos eius, misso de cęlis Spiritu S. vidi prædicantes gloriã Dñi; Hęc mihi fuit inuentio eius, quem diligit anima mea.

Philo Car.

Inuenitur Deus cũ recedimus à malo.

Athanas.

Iust. Org.

Inuentus Deus cũ sapiẽtia sæculi agnita ẽ esse stultitia.

Rup. Ab.

Maria quõ inuenisse se dicat Christum postq resurrexit.

Ex Vers. IV. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

QVæ prius ingentẽ experta fuerat mœrorẽ ex dilecti sui absentia prouenientẽ: quæ vel tã multos in eodẽ quærendo sustinuerat labores, cuius psẽtia diutius carere minime poterat, quin desideret, hęc

LITTERA.

ceret, hęc inuentū illū apprehendere, constringere, A omniq; studio retinere satagit secum; ne, si is iterum elabatur, in deteriora sibi contingat incidere. Hocque illud est, quod hoc loco socijs enarrat sponsa.

Porrò vt ea, quæ hic dicuntur, rectè percipiantur; Notandum primò, verbum, *tenui*, nō solum significare detensionem simplicem, sed detentionē vnà cum apprehensione: quod magis patet ex verbis, quæ habentur, & in textu Hebraico, & in versione Septuaginta, tam enim Hebræum verbū אחז ahaz, quam Græcū, *κρατεῖν*, & apprehendere significant, & quod apprehēsum sit, fortiter tenere. Vnde crediderim, Sponsam etiam per istud vnum verbum non modicum suam amplificare charitatem erga eum, quem inuenerat dilectum: hoc siquidē præcipuum arbitror eius esse intentū in hac cæpte B narrationis conclusione, vt quot verba profert, tot argumentis suū erga ipsum, quem inuenerat, testatum faciat amorem. Per hoc itaq; quòd post verba illa: *Inueni, quem diligit anima mea*: subijcit immediatè: *Tenui eum*: videtur designare, ad primū eius, quem inuenerat, conspectū se ita ab amoris impetu fuisse impulsam, vt illicò ad eum cucurrerit, atque instar illius canis, quē Italicè vocamus (da presa) ipsum apprehenderit, apprehensumq; fortiter tenuerit, ne effugeret. Vt autem hāc fortem detentionem, simulq; ipsum suum amplificet amorem, addit secūdum verbum: *Et non dimittam eum*. Circa quod, notandum secūdò, istam locutionis phrasim in futuro, *Non dimittam*, magnā habere vim: C quod enim in futuro subijcit; *Non dimittam eum*; cum prius in præterito dixisset: *Tenui eum*: videtur significare, eam exprimere voluisse non id solum, quod re ipsa fecit; verum etiam quod in mente insuper firmissime statuit, se scilicet ita illum, quem apprehenderat, detenturam, vt nullo pacto eum dimissura esset amplius: Confirmatq; hoc ipsum per id, quod subijcit: *Donec introducam illum in domū matris meæ*. Circa quod, notādum tertiò, haud sine causa factum esse, vt nō dixerit: *Donec introducam illum ad domum meam*, vel *in domum patris mei*: at notāter; *In domum matris meæ*: per hoc quippe duo simul innuit, & quod illū tāto prosequatur amore, vt non modo sponsi loco, sed & loco dilectissimæ D matris eum habere velit, qua nihil sibi vnquā extitit charius: atq; adeo id curaturam, vt in eadem domo illum introducat, in qua mater ipsa sua vitam degisset; & quod ipsū omnino dimittere noluerit: idcirco enim, & matris loco eum habere, & in domum matris suæ illū introducere velle; vt is in ipsa detineretur domo, prout mater sua in ea se continebat: æque ac facere solent mulieres bonæ, eæque in primis quæ sunt Matresfamilias, quas propterea non incōgrue speciem domus appelles, iuxta illud Psalmi: *a Et speciei domus diuidere spolia*: tum quia ipsæ sint præcipuum domus ornamentum, tū quia tunc potissimum suum seruant decorem, suam & speciem, cum domi se cōtinent. Vnde apparet, aduerbium, *donec*, hic haudquaquam sumendū, vt significat E exclusionem, quasi tunc Sponsa suū dimissura esset dilectum, cum illū introduxisset in domum matris suæ; quandoquidem è contrario, tunc arctius se illum retenturam fore, significat; atque adeo id sumendum prout, & aliàs sæpius notatum est, vt designans inclusionem, ac si dicatur: Etiam cum introduxero, &c.

Simile.

a Psal 67. 13.

Donec dupliciter sumitur.

Notandum deniq; quartò, vltima verba illa; *Et in cubiculum genitricis meæ*, vel vt expressius ex Hebræo vertunt Sept. *καὶ εἰς ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με*. *Et in abditum, secretum ve locum eius, quæ cōcepit me*, etsi primo aspectu videātur esse repetitio superiorum, iuxta frequētissimam sacrarū litterarum consuetudinem, tamen, si exactius perpendantur, animaduertemus, sponsam multò vehemētius per illa confirmare ea, quæ amplificare iā cæperat, præstantissimam videlicet suam erga eum, quē inuenerat, dilectionem, & quòd eum, quem inuentum apprehenderat, neutiquam dimissura esset. Enimuero dictio Hebraica חדר chadar, quam Septuag. *ταμιεῖον* Vulgata verò *cubiculum* reddidere, duplicē habere potest significatū: Vel enim sumitur pro abdito illo loco, & pro penetralibus domus, in quibus pretiosa quæq; seruantur, & sic, dum dilectum suū in huiuscemodi locum introducturam se, inquit; insinuat profecto, eum tanquam rem sibi maxime pretiosam ibi sic seruaturam, vt haudquaquam ipsum dimissura sit amplius, vt à se dilabatur: Vel sumitur pro eo loco particulari, in quo amori indulgetur, pro loco idoneo ad mutuos exhibendos amores, quod magis propriū eius significatū, esse often di supra in 1. expositione illorum verb. vers. 4. primi capitis (*Introduxit me Rex in cellaria sua*) ex sentētia ista, quam modo in manibus habemus, atque ex altera, qua apud Iohelem Prophetam *b* dicitur יצא חתן מחדרו ietze mechedro chathan, quam nostri vertunt: *Egrediatur Sponsus de cubili suo*. Atqui per hoc, quod in istiusmodi locum eumdem dilectum introducturā se asserit, efficacissime id, quod intendebat testatū facit, quàm grandi ipsum porsequeretur amore. Ac profecto magnum id habet roboris, quod propriæ cōceptionis, quę ibi facta est, meminit, dicens: *In cubiculum eius, quæ concepit me*, vel *genitricis*, idest, quę me genuit: per hoc namque insinuat, se daturam operam, vt in quo loco primū accepit esse per conceptionem, primamve vidit lucem per generationem, in eo suū arctissime teneat dilectum, ac non dimittat eum, vt mutuo secum indulgeat amori.

LITTERA.

b Ioel 2. 16.

His prænotatis facile iam patet, quis sit eorum, quæ hic dicūtur, sensus: Aequè est enim ac si sponsa dicat. Adeo ingens in me flagragrabat amoris æstus erga eū, quem diligit anima mea, vt postquā ipsum inueni, vt primùm eum conspexi, ad illū arripiendum properarim, arreptum autem tenui tortiterquinimò firmiter in animo meo statui, illum haudquaquam dimittere, etiamsi in domū ipsum introducam; is quippe meus est erga illū amor; vt non tantum sponsi loco, sed & loco matris pariter eum habitura sim; atq; adeo non in quamcunque domum illum introducere studeo, sed in domum matris meæ, vt ibi eum detineam in domo manentem, instar matrumfamilias, quarum studiū id esse solet, vt intra suarum domuum parietes se contineant: vtq; is ipse tutius mecum detineatur, dabo operam, vt in secretissimum introducatur locū, in quo pretiosissima quæque seruantur; in *cubiculum genitricis meæ, eiusve, quæ me concepit*: in locū ad mutuos exhibendos amores maxime commodum, in quo concepta, ac genita sum: vt vbi principiū adepta sum essendi, primamve aspexi lucē, ibi mutuo secum indulgeam amori.

PARAPHRASIS.

Ex Vers. IIII. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

VUlgatissima, atque ab omnibus Theologis recepta ea est Aug. distin. actuū fidei, qua & in

Fidei actus triplex iuxta serm.

DE ECCLESIA.

Vera triplex modum credendi.

serm. 61. de verbis Domini, & in Tract. 29. in Ioannem, & clarius in serm. 181. de tempore, triplicem inquit esse actum credendi: Credere Deũ, credere Deo, & credere in Deũ: Credere enim Deo, ait, est credere vera esse, quę loquitur: credere illũ, est credere, quia ipse est Deus: credere in illum est diligere illum. Credere vera esse, quæ loquitur, mali, & mali possunt: Credere autem, ipsum esse Deum, & dæmones possunt: Credere verò in Deũ, soli nouerunt, qui diligunt illum, qui non solum nomine Christiani sunt, sed & factis, & vita; quia sine dilectione fides inanis est. Quanquam id pro confesso apud Scholasticos omnes sit, istiusmodi distinctionem re vera non esse actuum in ipsa diuersorũ, sed tantùm secundùm diuersas rationes, & modos credẽdi: vnicus enim, qui perfectus est, actus fidei hos omnes in se continet credendi modos. Neq; recta censenda est, atque perfecta fides, nisi omnibus tribus his modis credatur per eam. Hinc est, quòd Ecclesia sancta ex persona illorum fidelium, quos supra retulit errasse in Dei, ac diuinorum perscrutatione, dum euidentiam in huiuscemodi rerũ cognitione quærerent: seu potius quilibet illorum fidelium, postquam, relictis Hæreticorum disputationibus, certior factus est, inane id esse studium omne, quo euidenti ratione Deum, ac diuina comprehendere tentetur: nũc enarrat, quomodo per ænigmaticã cognitionem Deum ipsum inuenerit: quomodo perfectam diuinorum mysteriorum adeptus sit fidem, nec nõ & quàm perfectè per fidem adhæserit Deo, credendo videlicet illum, credendo in illum, atq; etiam perfectissimo modo credendo illi, ac vniuersis, quæ ab ipso reuelata sint, vtpote infallibili veritate. Explicat autẽ illa omnia verbis metaphoricis: *Inueni eum, tenui eum, &, non dimittam eum*: *Inueni eum*, inquit, designãs, quod crediderit illũ, apposita certè metaphora: Quid enim est credere Deũ, aut credere diuina, nisi habitudo actus fidei ad præcipuum materiale obiectum eiusdẽ fidei, quod est Deus, & ad diuina, quæ habent ordinem ad Deum? nisi, per fidei intuitum agnoscere Deum propositũ vt obiectũ materiale? Atqui quẽmadmodũ corporeus oculus tũc inuenire aliquid dicitur, cum id propositũ habet vt obiectũ, quod intueatur, & ex consequenti tunc inuenire, & nos dicimur idẽ ipsum, cũ illud corporeo oculo obiectum videmus, quod prius videre haud licebat. In eumdem modum Deũ tũc rectè inuenire dici quis potest, cum illum, & ea, quæ ad ipsum spectant, vt propositum materiale obiectum oculis intuetur fidei, quem prius hoc pacto minime intuebatur, dũ euidentem quærens eius cognitionem, istiusmodi oculos ad illum haudquaquam habebat coniectos, prout ijs contigit fidelibus, in quorum persona hic loquitur spõsa, ita vt propterea rectè ad significandum hunc primum actum credendi quilibet eorũ dicat; *Inueni, quem diligit anima mea*.

d Inuenire Deũ, est credere illum.

Simile.

Neque verò minus apta est secunda metaphora, qua alium significauit actum fidei suæ, quo videlicet credidit in ipsum, quẽ inuenerat, dicens: *Tenui eum*; Enimuerò credere in Deum, si Augustini sententiæ stãdum est, nil aliud est, quàm idem ipse fidei actus, vt est à voluntate, & dilectione Dei excitatus, habẽs relationem ad Deum vt ad finem vltimum, propter quem volumus credere, referentes actum fidei ad ipsum, & omnino per fidẽ charitate informatam tendere in ipsum Deum, eumq; per huiuscemodi fidem, vt finem vltimum, quẽ diligit anima nostra, complecti. Qua verò metaphora breuius, & efficacius exprimi id poterat, quam vnico verbo, *Tenui eum*, si rectè intelligatur, vt explicatũ

Tenere Deum, est credere in illum.

A est in prima expositione. Per id namque innuitur, eumdem ipsum, qui Deũ inuenerat, quando illum credidit, ad eum inuentum charitatis impulsu se, suamq; fidem contulisse, ac per ipsum fidei suæ assensum vndequaq; complexũ fortiter eũ tenuisse.

DE ECCLESIA.

Præclarissime autem per id, quod subijcit: *Nec dimittam eum*, tertiũ & se exhibuisse indicat actũ fidei, sic videlicet ipsi credens Deo, vt firmissime sua statuerit in mente, nunquam ab ea fide recessurum, vel tantillum in illa hæsitaturũ, certissima ea omnia tenens, quę ab illo reuelata ferrentur: hoc si quidem internum animi decretũ per id significari, dictum est, quod in futuro dicitur: *Nec dimittam*.

Nõ dimittere Deũ, quẽ tenens, est credere illi.

Verùm, quoniam complura nonnunquam, vt à Deo reuelata feruntur, quæ tamen re vera minime B sunt reuelata, nec Catholicæ, & Orthodoxæ cõtonia sunt fidei, quam Romana, & Apostolica tenet Ecclesia, idcirco quicunq; hic loquitur fidelis, quò suum impleat animi decretum, vt fidem eam nunquam dimittat, quam Deo habet, quave illi credit, ijs omnibus, quæ nouit, ab ipso esse reuelata, congruentissime subijcit: *Donec introducam illum in domum matris meæ*. Per quæ indicat, se tunc solidius Deo crediturum, ita vt haud vnquam illius fidem dimissurus sit, cum ea ipsa, quæ credit, vt reuelata, cũ dogmatib. confert Romanæ fidei, quàm metaphorica appellatione domũ nũcupat matris suæ; quoniã in illa veluti in proprio, ac tutissimo domicilio, catholica moratur Ecclesia, quã matrem esse C vniuscuiusq; fidelis, colligimus manifestè ex illo Psal. 86. quo, iuxta lectionem psalterij Romani ex versione Sept. dicitur: *a Mater Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus*; Ex quo psalmi loco illud diluere licet, quod molestiam fortassis ingerere posset in ijs, quæ iam iam dicta sunt: fidelem introducere velle Deũ cui credit, in domũ matris suæ, quando collaturus est ea, quæ credit, cũ fide Romana, in qua habitat Catholica Ecclesia. Cum enim re vera haud aliud sit Catholica, & Orthodoxa Ecclesia, quam Ecclesia Romana, non videt rectè dictũ, in Ecclesia Romana, vt in domo commorari Ecclesiã Catholicam: quandoquidem per hoc ex signantur, vt inter se distinctæ, quæmadmodũ distinctæ inter se sunt domus, D & ea, quæ in domo habitat. Adde, quod si matris nomen cuiquam tribuendũ est Ecclesiæ Romanę potissimum certè id adscribendum, quæ, cùm sit Apostolica, Petri Cathedrã obtinens, mater profectò est reliquarum omniũ Ecclesiarum: Diluuntur, inquam, hæc omnia per id, quod colligitur ex præcitato psalmo; Ibi si quidẽ, quæ vna est Syon typus Ecclesię sanctę, & mater dicitur, & domus. Mater, quoniam fideles peperit, iuxta illud, quod in Cantico Annæ canimus: *b Quoniã sterilis peperit plurimos*: atq; adeo homo, idest, quilibet fidelis dicet ipsi, Mater, vocabit eam matrẽ: Domus verò eadẽ dicta est, quoniam in illa, æque ac in domo matris, homo, idest fidelis quisq; natus est, eamdemq; in for E tissimam domũ non homo quispiã, sed Altissimus fundasse signatur: in quam domũ ipsemet, qui eã fundauit, Altissimus habitare facit Ecclesiã Catholicam, vt matrẽ: ita vt propterea non incongruè, & illud alterius psalmi ad hoc mysteriũ significandũ proferri possit: *c Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrem filiorum lætantem*; vt sensus sit, Altissimum tunc præcipuę sanctã Ecclesiam fundasse in domũ, quãdo illam, quę ante Apostolorũ prædicationem sterilis erat, cũ filios non pareret, matrẽ constituit innumerorũ fideliũ, lætantemq; in semetipsa habitantem, ac parientẽ iugiter nouos fœtus. Quanquam non ignorẽ, alium esse prædictę sententiæ sensum, qui

Fides in Deum, & actus credendi Deo, solidatur collatione ad dogmata Ecclesię Romanę.

Romana Ecclesia quo dicatur domus Ecclesię Catholicæ.

a Psal. 86. 5.

Ecclesia Apostolica, quo sit domus, et mater.

b 1. Reg. 2. 5.

c Psal. 112. 9.

DE ECCLESIA.

quicũiter afferri ſolet ad litteræ explicationẽ. Ad rem itaque noſtram redeuntes; Tunc maxime fidelis, qui nuper Deũ inuenit, Deum, eiuſve fidẽ, qua illi credit, non dimiſſurum ſe, ait, cum ea, quæ credit, fidemq; ſuam in fortiſſimam introducit Apoſtolicę Eccleſię domum, connectens eam cum fide Romana, quæ adeo fortis eſt, vt pote *a* ſupra validiſſimam petram ædificata, vt nec portę inferi præualere queant aduerſus ipſam. Bene autẽ introduci dicitur Deus in Eccleſiæ domum vt in domũ matris vniuſcuiuſq; fidelis, cum quę creduntur vt reuelata à Deo, conferuntur, & coniunguntur cũ fide Romana: nam diuinorum myſteriorum fides haud aliud eſt, quàm fides, qua ipſi credimus Deo reuelanti: notũ eſt autem ex Apoſtolo, *b per fidem Deum habitare in cordibus noſtris*, quòd ſi per fidem habitat in cordibus noſtris, per eamdem certe fidẽ introduci is à nobis dicitur in Eccleſiæ domum, in qua inſtar matrisfamilias ſic commoraturus perpetuò eſt, vt propterea ad Apoſtolos dixerit: *c Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*

a Matth. 16. 18.

b Ephe. 3. 17.

c Matt. 28. 20.

Quia verò lapis lydius, ad quẽ ea probanda ſunt, quæcunque reuelata feruntur, eſt Sacra Scriptura, quam dictauit Spiritus ſanctus: quia inter illa, quibus fides, quã Deo exhibemus, maxime confirmatur, præcipuum ea tenent locum, quę in ſacris paginis ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: Idcirco is, qui hic loquitur, fidelis, vt magis magiſq; confirmet, ſe ita Deo ſemper crediturũ, & ijs, quæ ab eo reuelata ſint, vt nunquã iſtiuſmodi fidẽ ſit dimiſſurus, addit: *Et in cubiculum genitricis meæ*: ſcilicet introducam eum, deſignans, tũc validiſſime dictã ſe retenturum fidem, cũ ea, quæ credit, quæve ſibi, vt reuelata proponuntur, contulerit, non ſolũ cum dogmatib. & fide Eccleſiæ Romanę, hoc pacto introducens dilectum ſuum in domũ matris ſuæ, verùm etiam, cũ & ad Sacram Scripturam eadẽ probarit, an videlicet conſona illa ſint ijs, quæ in ſcriptura continẽtur, ſic illũ ipſum dilectum ſuum introducens in cubiculũ, ſecretumve genitricis ſuæ. Porrò egregia, & iſta eſt metaphorica appellatio, qua ſacros libros cubiculũ genitricis ſuæ nuncupauit: Cubiculũ n. genitricis quatuor deſignare poteſt. Primò locum illũ, in quo genitrix commorari, & in quem abdere ſe ſolet, Secundò locum particularem, vbi ipſa eius mater eum concepit, & genuit, ad quod indicandum Sept. Matris nomen circumſcribentes, verterunt. *Et in ſecretũ eius, quæ concepit me.* Vel tertio locũ abditiſſimum, in quo pretioſiſſima quæq; ſeruata cõdetentur à genitrice. Vel denique penetralia illa domus, in quibus genitrix ipſa cum viro ſuo mutuò indulgeret amori, iuxta ſignificatus in prima expoſitione allatos ex voce hebræa, atque ex Græca. Et quidem vbinã frequentius ſancta commoratur Eccleſia, quæ genitrix vniuſcuiuſque fidelis, quàm in Sacra Scriptura, in cuius ſtudio meditans perſeuerat die ac nocte? In ſcripturarũ meditatione arctiſſimo vnà cũ Deo ſuo vnitur amore: in ſcripturis ſanctis vniuerſos ſapientiæ ſuæ theſauros conditos habet, & demùm in iiſdẽ quoſcũque concepit, & genuit fideles, in earum videlicet prędicatione, vnde & propterea Apoſtolus ad Corinthios ait: *d In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* Quid eſt, n. per Euangelium, niſi dũ Euangelium vobis prædicarem, dum in Euangelij explicatione vos inſtruerem? Aptiſſima ergo metaphora cubiculi genitricis deſignatæ ſunt Scripturę ſanctæ. Atqui; vt iſtum concludam ſenſum, quod hoc loco ex perſona fideliũ ſãcta aſſerit Eccleſia quodve fideles ij dicunt, ex quorũ perſona in præcedentibus ipſa locuta eſt; tale quid mihi eſſe videtur.

Fides roboratur per ſudiũ Sacræ Scripturæ.

Scriptura Sacra cur appellata à fidelibus cubiculum genitricis ſuæ.

d 1. Cor. 4. 15.

Superfluam omnem abijciens diuinorum myſteriorum perſcrutationem, *inueni* tandem Deum meũ, *quem diligit anima mea*, obiectumq; eum habens ob oculos fidei, credidi illũ: ſimulq; ac ipſum fidei oculis inueni, credidi pariter in illũ, charitatis nimirum impetu in illum me, meamque dirigens fidem, ſicque *tenui eum* per fidem charitate informatam. Adeo verò arctè eũ tenui, vt ſtatuerim firmiſſime intra me, haudquaquã eũ amplius me dimiſſuram, ita videlicet in illum credens, vt etiam eidẽ credam, ſolidiſſimamq; fidem ijs omnib. præbeã, quæ ab ipſo reuelata feruntur, vt ab infallibili veritate. Quin & hoc ipſum decretũ meum tunc magis firmandũ non dubito, vt fidem, qua ei credidi, non dimittam; quando illa, quæ vt ab eo reuelata proponuntur, cum dogmatib. conferam, & cũ fide Eccleſiæ Romanæ, quæ domus eſt matris meæ Eccleſię Catholicæ, & ad Sacræ Scripturæ ſententias eadem probabo: Sicq; dum fidem meã, qua ipſi credidi Deo meo, conſonam omnino inſpiciã, & fidei Apoſtolicæ Eccleſiæ, & ſacris libris. Deum meum, quẽ diligit anima mea, *nunquam dimittam introducens* nimirũ *illum* vnà cũ ea, quam ipſi habeo, fide *in domũ matris meæ*, vt inſtar matris ibi ipſe me foueat, & regat, nũquam à dicta recedens domo: *& in cubiculum genitricis meæ*, vt in Sacrarum Scripturarũ meditatione mutuo ſecum iugiter indulgeam amori, & in eiſdem eũ fortiter teneam, in quibus me, & cõceptam ab Eccleſia, & genitam recolo ad gratię lucem.

DE ECCLESIA.

PARAPHRASIS.

Ex Verſ. IIII. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

EA eſt obedientiæ vis, vt illum ipſum ſibi faciat ſubiectum, cui exhibetur: ita vt qui ſuperior alioquin eſt, & poteſtatem exercens in nobis, per obediẽtiam, quã illi præſtamus, ſic nobis ſubijciatur, vt fiat miniſter noſter, quod & Chriſtus Ieſus de ſemetipſo teſtatus eſt, cum diceret: *e Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*, & Apoſtolus ſubindicauit, cum in Epiſt. ad Eph. diceret: *Subiecti inuicem eſtote in timore Chriſti*, ac ſi dicat: *f* Et ſubditi ſubiecti eſtote Prælatis, obedientes illorum præceptis, & Prælati pariter ipſis ſubditis vobis obtẽperantibus eſtote ſubiecti, ſubijciente vos eorum obediẽtia, qua et illi vobis ſubijciuntur. Sic inter homines hanc obedientiæ vim obſeruare fas eſt. Sed & in Deum quoq; obedientiam eaſdem habere vires, vt illum ſubijciat quodãmodo viro obedienti, teneatq; quodammodo eũ, qui teneri alioquin minime poteſt, ex ſacris colligimus paginis; obedientia etenim Ioſue, qua audacter Deo obtemperauit, introducẽs populum Iſrael in terram promiſſionis, pugnamq; non deterrens contra potentiſſimos Reges, & Gentes illarum Regionum, ac præſertim contra quinque Reges Amorrheorum, vt opem ferret Gabaonitis: iſtiuſmodi, inquam, illius obedientia, ſic Deum ipſi ſubiecit, vt & illum ei reddiderit obtemperantem, & ſimul quoque ita eum tenuerit, vt non dimiſerit quodammodo, illum peragere ſolitũ opus, de quo in Euangelio dicitur: *g Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos*, non permittens, vt conſuetum Solis, ac Lunę motum proſequeretur. Vnde benè in textu non dicitur, Ioſue præcipiſſe Soli, ac Lunæ, ſed ipſi, et Domi-

Obedientia eidem ſubdito ſubijcit Prælatum.

e Matt. 20. 28.

f Ephe. 5. 21.

Obedientia vis tanta eſt, vt & Deũ ſubiectũ faciat viro obedienti.

g Matt. 5. 45.

DE ANIMA.

que, qui in iustorum numerum adscribi velit, dicitur per eumdem Dominum: *d Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* Verum vigil haud quicunque dici potest: Prælati ipsi sunt, qui & ob id Græco vocabulo Επίσκοποι nuncupantur, quod obseruatores propriè sonat, speculatores, & custodes, quorũ est inspectio in præsidijs Christi; *e Ipsi namque* pro alijs *peruigilant* (vt ait Apostolus) *quasi rationẽ pro animab.* aliorũ *reddituri*: Porro hãc pro alijs vigilantiam, non solum isto vigilum nomine designauit Spõsa, sed id melius expressit per id adiectum, quod apposuit, dicens: *Qui custodiunt Ciuitatem*: Neque.n. aptius quid hoc loco per Ciuitatis nomen signatur, quàm quilibet fideliũ cętus, siue Diœcesim accipias Episcopi, siue congregationem Religiosorum, siue aliud quid simile.

d Mat. 26. 41

Episcopi nomẽ cur cõpetat Prælato.

e Heb. 13. 17

Modum verò, quo vigiles isti huiuscemodi custodiunt Ciuitatẽ, primo illo verbo ipsamet indicauit Sponsa, quo dixit: *Inuenerunt me*: Per hoc siquidem innuit, in eo potissimũ Sanctos Prælatos munus exercere custodum, quod errantes quosq; summo studio, & summa quærunt vigilantia; nil quippe magis fideliũ cętui obesse norunt, quàm si quempiam à recto tramite errare contingat, quã si quis inquietus, ac instabilis huc illucve vagetur. Idcirco, qui vigilũ obeunt munus, atque custodũ & dictos quærunt errantes, & tandiu quærunt, donec inueniant eos. At quo pacto ij & quærant, & inueniant istiusmodi errantes, non exprimitur certè in littera nostra; Verũ expressissime colligitur ex lectione Originalium Hebr. & Sept. quæ (vt supra quoq; annotatũ est) habet: *Inuenerũt me custodes, qui circumeunt in Ciuitate*: haud.n. aliter quærunt, neque aliter inuenirent, nisi & ipsi circuirent in Ciuitate, prout & errantes ob id a recta recedunt semita, quia surgẽtes circumeunt in Ciuitate, quẽadmodum ipsamet in præcedenti versu significauit Sponsa, cum dixit: *Surgam, & circuibo Ciuitatem, vel circuibo in Ciuitate.*

[illegible] custo[illegible].

Vt hæc percipiantur, subtiliter aliquantulũ philosophandũ est. Dictum est supra in tertia expositione præcedentis versiculi, animã surgentẽ circuire in Ciuitate, quatenus inquietissima est in exercitijs spiritualibus, semperq; alia, atque alia aggreditur, iuxta impetus propriç voluntatis, per quã absque dubio ab obedientia recedit Prælatorũ suorum: Porrò & Prælati, vt istiusmodi animã errantem quærant, & ipsi sic circumeunt in Ciuitate, vt ad ea, quæ illa arripuerat, exercitia spiritualia se demittant, conformantes se inclinationibus illius: sicque in ipso eius circuitu, illam inueniũt, vt ad suam obedientiam eam reducant, efficiantque, vt ea se ipsorum committat ductui; ita vt & illa ipsa, quæ prius inani exercebat labore, dũ propriam sequeretur voluntatem, iam per obedientiã facta, iucundissima sibi reddantur, & fructuosissima, ac in ipsismet spiritualibus exercitijs Christũ inueniat, dũ ijs per obedientiã indulget, in quib. antea nullatenus eundẽ inuenire poterat. Atqui in hoc Prælatorũ circuitu summa (vt in principio huius expositionis est dictũ) perspicitur eorũdem prudentia: sed & incõprehensibilis prouidentia Dei, qui à longe eos cognoscit, qui, etiam cũ errauerint, digni ipso sint, quatenus quærunt illũ, & ob amorem quærunt: & si errãt, ob indiscretũ errant amorem, atq; adeo & Prælatorũ mouet animos, vt illos quærant circumeuntes in Ciuitate, & ipsemet vna cum Prælatis circuit, eos quęrens inuenit ipsos, ac sese illis præbet inuentũ: Quæ omnia peregregie per Sapientem expressa habemus in libro Sapientiæ, vbi dicitur: *f Quoniam di-*

Prælatorũ prudentia, quo ad obedientiã reducitur is, qui sequebatur propriam voluntatem.

Dei prouidentia circuit quærens eũ, qui ipsũ Deũ quærere contendit.

f Sap. 6. 17

A *gnos se, ipsa* (Sapientia scilicet diuina, & ipse Deus) *circuit quærens, & in vijs ostẽdit se illis hilariter* (haud alijs sanè vijs, nisi vijs obedientiæ) *& in omni prouidentia occurrẽt illis*. Quod igitur sponsa ait in præsenti sententia, tale quid mihi esse videtur.

Cum diu frustra laborassem inquieta, circuissemq; Ecclesiæ Ciuitatem, diuersa semper, ac noua ex meæ propriæ voluntatis impulsu spiritualia arripiens exercitia, Christũ in illis quærens, quem ardentissima prosequor dilectione, illiusve dulcedinem in dictis quærens exercitijs: *Quæsiui quidem eum, at non inueni*: Verumtamen ex summa illius, quẽ quærebam, factũ est prouidentia, vt Prælati, qui pro nostra peruigilant salute, quive ipsã

B custodiunt Ciuitatem, circumeuntes illam, in fideliũ cętu circuierint, demittentes se ad ea, quæ arripuerã studia, meisq; se conformantes inclinationibus, inuenerint me, atque ad suã reduxerint obedientiam, ita vt iam in ijs, in quibus me exercebã iuxta meæ propriæ voluntatis libitũ, ab illis dependcã, ab illis ad dilectũ meũ, quẽ tãto studio quæsierã, voluerim deduci, atq; adeo statim ac ab illis inuenta sum, sic eos sũ affata: *Nũ quẽ diligit anima mea, vidistis?* Vel, vt efficacius est in hebræo absque interrogatione. *Quem diligit anima mea, vidistis.* Noui, vobis compertũ esse, vbi is sit, quẽ diligo totis virib. meis, vidistis eũ sæpius, indicate

C eũ mihi ad illũ me deducite, ne adhuc quæram, & non inueniã ipsum. Atque hæc quidẽ aptè, si velimus, piam animã hic referre, quæ sibi contigere, dum adhuc imperfectior esset in vita spirituali.

DE ANIMA PARAPHRASIS.

Quòd si eadem anima in hac sua narratione referre illa censeatur, quæ sibi tunc potiùs euenerunt, cum perfectius Deo inhærere contenderet, totis viribus suis illum diligens, prout secũdo sensu tertiæ expositionis superiorũ versuum ostẽsum est in eorũ, quæ ibi dicuntur, applicatione: Dicendũ, duo à perfecta illa anima in hac per breui sententia significari. Primum, ingentem sui erga Deũ amorem, ardentissimumve illius inueniendi desiderium: Secundum, prouidentissimam eiusdem Dei curam erga ipsam, à qua tã vehementi diligeretur charitate, tantoque studio quæreretur. Non

D cessauit quærere anima ab amore impulsa, nõ omisit studium tentare sanctũ, siue ad vitam contemplatiuam id spectaret, siue ad actiuam, in quo dilectum suum, dulcissimamve illius illustrationem se inuenturam speraret: Quæsiuit in lectulo, quæsiuit, è lectulo surgens: quæsiuit in Ciuitate, in vicis, & in plateis, nullibi sane eum inuenisse, apertissimis professa est verbis: Nec tamen ab arrepta destitit inquisitione. Amor quippe semper maiores ei addebat spes eius, quem non inueniebat, inueniendi: amor infatigabilem illã reddebat. Quid faceret Deus, qui tantò præsentior adstabat, quãtò quærebatur ardentius? Non sinebat ab illa se inueniri, sed maiores addebat ei animos, vt eum

E quęreret: Non cõcedebat illi gustũ dulcissimç præsentiæ suæ, at summum ipse percipiebat gustum, quòd tam indefessè ab illa quęri se animaduertebat, haud tamen ipsam omni penitus destituit consolatione, verũ inueniri fecit eam ab Angelis, vt per illos & robur acciperet, & solamen. Hoc illud est, quod ea socijs enarrat, dum inquit: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatẽ*: Ac bene; *Inuenerunt me*; ait potiùs, quàm vel, *obuiã mihi missi sunt*, vel simplicius, *facti sunt mihi obuij*, aut, *mihi occurrerunt vigiles*: vt videlicet hac loquendi formula efficacius suũ erga Deũ, quem quæsierat, testatum faceret amorem: quippe quæ tanto desiderij impetu illud peregerit iter, vt nec Angeli, qui obuiã sibi

II. SENSVS.

Angelorũ cõsolationẽ illi Deus impertit, cui se inueniri dum negat.

DE ANIMA.

sibi missi fuerant, visi à se fuissent, nisi ij ipsam detinuissent inuentam, iuxta eum litteræ sensum, quem secundo loco in prima attuli expositione; secundum quem eumdem amplificat amorē suum per id, quòd nihil refert eorum, quæ ab Angelis sibi vel dicta, vel facta fuissent: vtpote quę nullam eorum habuerit rationem, intenta tota ad illud vnum; vt eum inueniret, quē diligebat anima sua: vnde de hoc tantum illos interrogasse se, inquit, quem ab illis satis agnosci, & videri non ignoraret: *Num, quem diligit anima mea, vidistis?*

Porrò per id, quod Angelos sanctos nomine, & metaphora exprimit vigilum, qui custodiunt Ciuitatem, nō obscure subindicat & modū, quo ista sibi contigerit Angelorum inuentio: neque enim necessarium est, vt quandocunque à Deo Angeli mittuntur cuipiam, manifesta & corporea videantur apparitione: At quandocunque interna aliqua ad bonum promotio animæ fit, ab Angelis ipsam animam inuentam credere, operæpretium est: Idcirco, à vigilibus se inuentam asserit ea, quæ hic loquitur: Vigilum etenim munus est, latenter Ciuitatem custodire, excubias in illa faciendo, proclamando ad arma, cum aliquam in Ciuitate viderint commotionem: quorumlibet nocturno tēpore obseruare incessus, necnon & de proximo Principis aduentu ciues monere, quem à longe cū subsidiario milite, & annōna properantem aduerterint. Hæc omnia in perfecta quaq. eueniunt anima tunc potissimum temporis, cum in ariditate destituta est dulcissima Dei præsentia: Tunc quippe ingentes intra illam passionum fiunt commotiones, contra quas per Angelos intrinsecus eam inuenientes, proclamatur ad arma orationum: Quarūlibet cogitationum tam diligens examinatio in nocte prædictæ ariditatis vnde nam est, nisi ab Angelis, qui custodiunt Ciuitatem, ipsamque inueniūt animam? Quin & speculantes à longe Deum aduenientem, siue etiam iam animæ adstantem, illius prænūtiant aduentum, cum omni dulcedinis copia. Dum itaque sponsa ait: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem*, &c. Aeque est, ac si dicat.

Angeli, quō inuenire dicantur animam.

PARAPHRASIS.

Greg. Niss. Amb. Theod. Richard.

Dum amoris impetu impulsa nulli parcerem labori, nullumve prætermitterem locū, in quo Deū non quærerem, quem diligit anima mea, quā quā illū non inuenerim, quoadusque ei non libuisset: misit is Angelos sanctos mihi obuios, qui instar vigilum custodientium Ciuitatem, internis inspirationibus me & ad pugnam prouocarent cōtra desperationis commotionem, & ad quaslibet cogitationes meas perpendēdas promouerent: quive instantem ipsius dilecti mei prænuntiarent aduētū. Et quidem ipsa tanto properabam amore, vt vix illos agnouissem: illi me inuenerunt, & quāuis multa dixerint, nil tamen aduerti, sed tantum ab illis perii: *Num quem diligit anima mea, vidistis?* polliceminì, & nunciatis Dei mei aduentum ad me; nūquid eum aduentantem vidistis?

III. SENSVS.

Philosophi quō errāti inuenire dicantur, animā, vt vigiles, & custodientes Ciuitatem.

Denique, si velimus, animam hic enarrare, quæ sibi contigerunt, antequam conuerteretur ad fidē prout & superiora tertio loco exposui: Dicēdum breuiter, illam significare eo ipso tēpore, quo beatitudinem quærens circuibat in ciuitate mūdi huius per vicos, & plateas, in ipsius mundi reb. existimans se inuenturam beatitudinem, ac Deum, in quo re vera sita est ipsa beatitudo: cum suum animaduertere inciperet errorem, quia post longum circuitum haudquaquam inuenit, quem quærebat: inuentam se fuisse à Philosophis, & Sapientibus huius mundi, qui vigiles sunt ob id, quòd vigilantissimi in erudiendis simpliciorib. existunt;

DE B. MARIA

atque custodiæ per id conantur ipsam mundi Ciuitatem, studentes singuli, vt plures ex iis, qui errant, ad suam pertrahant sectam; propterea siquidem & miseræ illi animæ obuios sese fecere, illamque in errore, ac circuitu inuentam detinuere: Inuenta autem ipsa ab illis, putans re vera illos vigiles, atque custodes, à quibus ad rectum iter reduci posset, suumque inueniret dilectū, de illo se eos interrogasse, ait, his verbis. *Num quem diligit*, &c.

Vers. III. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem: Num, quem diligit anima mea vidistis?

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

QVadrat peregregie locus iste ad litteram B. Virgini referenti, quid sibi contigerit, quando circumiens Ierosolymam filium suum dilectissimum quæsiuit, quem amiserat, prout in superioribus enarrare cœpit. Porrò ap issimè à Salomone hæc describūtur, vt per hæc ipsius B. Virginis præstantissimum erga Iesum magis ac magis exaggeraret amorem. Idcirco inuentam eam dicit à vigilibus potiùs, quàm vigiles ipsos ab illa inuentos, quæ nullum alium inuenire curaret, præterquam ipsum, quem quærebat, dilectum suum: Idcirco nihil eam referre facit eorum, quæ ab obuiis sibi dicta fuissent; & cetera, prout habes in prima expositione iuxtà sonum litteræ. An verò hæc re ipsa acciderint, vt Mariæ obuiam venerint vigiles Ciuitatis, necne: non habemus quidem ex Euangelio: at historiæ series, rerumque ordo id postulare videbatur, vt quæ ardentissimo studio filium quærebat, atque adeo Ciuitatem circuibat, in illos incideret, qui custodes, ac vigiles essent, in ipsa circumeuntes ciuitate; Euangelistæ satis fuit, tetigisse historiam.

Vers. III. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt Ciuitatem: Num, quem diligit anima mea, vidistis?

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Dixit cœtus Israel: Inuenerunt me Moses, & Aaron, & leuitæ, obseruātes custodiā verbi tabernaculi Fęderis, qui circuibant per gyrum, & interrogaui eos de maiestate gloriæ Domini, quæ sublata fuerat à me. Respōdit Moses scriba Princeps Israel, & sic ait: Ascendam ad cęlos excelsos, & orabo coram Domino, si forte placabitur super peccata vestra, & habitare faciat maiestatem suam inter vos, sicut olim.

Duplex Vigilū acceptio duplicē istorū verborū apud Patres causauit expositionē ęque probabilē.

Primo. n. vigilum appellatione designati sumūtur Angeli, quam congruè aūt sic appellati ij sint, quàm ve sint soliciti in custodienda Ecclesiæ Ciuitate longius pertractatū videre est apud Richardū de Sancto Vict. super hunc locū. Secundū hanc ergo vigilū acceptionem Greg. Nyss. hom. 6. Ambrosius serm. 7. in psal. 118. vers. 7. & in lib. de Isaac c. 5. Theodoritus, Psellusque apud illū, & Richardus de Sancto Victore. Ecclesia, aut pia aīa ab Angelis inuenta hic dicitur, atque ab iisdem petere; Num inter eos Deus sit: num Dei plenam habeant cognitionem. Explicantque hunc sensum præ ceteris Theodoritus, & Richardus. Theodoritus quip-

Vigiles Angeli.

Ric. Vict.

Gre. Nyss. Amb. Theodor. Psellus. Rich. Vict.

APPENDIX.

Tres Patr. Ab Angelis quæ inuenta dicatur anima pia.

quippe, seu, vt magis opinor, Catena Trium Patrū apud Theodoritum, ita hæc reddit; Inuenerūt me Sancti Angeli, dum per actionem purgant, & per contemplationem illustrant me, quæ malitia, atque ignorantia perieram, & spirituum improbitatis discipula quondam extiteram: atque ideò à bonis his Angelis, vt erudirer, non inueniebar, qui obseruant, vt laudent, vel coarguant in formidoloso die iudicii tam manifestas, quam occultas motiones meas, & omnes cogitationes, & opera. Ac, ne quid horum relinquant inexploratum, circumeunt me, suum in me tanquam in aliqua Ciuitate, circumeundi munus exequentes. Ad hos igitur ego, cum inuenissent me, *Num*, inquam, *quem diligit anima mea conspexistis?* Isne, cuius ego comprehendendi teneor desiderio, nec tamen eum assequi valeo, qui choris, & tripudiis vestris illum vt spiritus eius ministri comitamini, perspexistis, quo natura se habeat, vt eā me quoque doceatis. B

Rich. Vic.

Ab Angelis inuenitur anima, cū gratiā suscipit percipiendi eorū præsentiam.

Richardus verò in eorundem expositionē ait: Quærens Deum anima ab his inuenitur, & post circuitum Ciuitatis, post inuestigationem, B. Angelorum aduentum meretur, horum occursum percipit, ab his suscipitur, hi sponsum quippe præueniunt, exhibent præsentiam suam, reuelant se; Angeli enim lucis sunt, cum luce veniunt, qua perfusa illuminatur pariter, & tangitur, vt aduentū eorum intelligat, & præsentiam sentiat, quam gratiā dum percipit inuentam se à vigilibus fatetur, licèt dilectum se non inuenisse, causetur. Animā itaque inuentam esse à vigilibus, est, ipsam inuenisse gratiam ad percipiendam eorum præsentiam, quę prius cæcitatis suæ tenebras patiens, nihil nisi se sentiebat. Tunc desiderium suum, & cogitationē in ipsos dirigit, & familiare colloquium, quasi cū notis format, vota sua insinuat, amorem nuntiat, de spōso interrogat: *Num quem diligit anima mea vidistis?* Quærit eos testes suæ dilectionis pariter, & desideratæ præsentiæ sponsi: certò enim scit, ꝙ Angeli Dei visione fruantur, & amorem ipsius, & desideria non ignorent, & miratur, & quasi indebitum arbitratur, vt Deum videant, & se visionis illius expertem relinquant. C

Vigiles sūt Apostoli, Doctores, et Prælati.

Bernard.

Prælati, & Doctores ecclesiæ quā apte dicantur vigiles qui custodiunt Ciuitatem.

Secundò per vigiles hoc loco intelligūtur Apostoli, sanctique Doctores, & Prælati, & admodum congrue, vt probat Bernardus serm. 76. in Cant. dicens: Quàm boni vigiles, qui nobis dormientibus ipsi peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus nostris. Quàm boni custodes, qui vigilātes animo, atque in orationibus pernoctantes, hostiū insidias sagaciter explorant, anticipant cōsilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendiculas, retinacula dissipant, machinamenta frustrantur. Hi sunt fratrū amatores, & populi Christiani, qui multum orant pro populo, & vniuersa sancta Ciuitate. Hi sunt, qui multū soliciti pro sibi cōmissis dominicis ouib. cor suū tradunt ad vigilandum diluculo ad Dominū, qui fecit illos, & in conspectu Altissimi deprecantur: Et vigilāt, & deprecantur, scientes suam insufficientiam in custodienda Ciuitate, & quia, a *Nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eā.* Ab his inuenta hic dicitur Ecclesia, & pia anima, & petiisse: *Num*, &c. secundum Theodorit. Cassiodorum, Greg. Papam, Philonem Carpathium, Aponium, Bedam, Anselm. atque Bernard. Porro egregie circa verbum, *Inuenerunt me*, philosophatur Bernard. per aliquot sermones. Primò namq. ser. 76. postquam ostendit ad inueniendū Christū in Patris dextera sedentem, necessariam esse fidē; Sed dicet aliquis, inquit, quomodo credet sponsa

a Psal. 126. 1

Theodor. Cassiodo. Greg. PP. Phi. Carp. Beda. Aponius. Anselm. Bern.

Ass quær ti Deū, Dº mittis in ei

A sine prædicante, cū fides ex auditu sit, auditus autē per prædicationē? Deus hoc prouidet, ait: Et ecce iā præsto sunt, qui illā, de quib. oportet, instruant, & informēt, fidē doceant, formam pietatis, ac Religionis tradant. Audi, *Inuenerunt me vigiles*. Secūdò in ser. 77. Illa quęrebat, inquit, sponsum, & spōsum non latebat: nempe qui in hoc ipsum excitauerat eam, vt se quæreret, & dederat illi corā præcepta, & legē vitæ, & disciplinæ, dummodo esset, qui instrueret, & doceret viam prudentiæ: & misit in occursum eius plantatores, & rigatores, Apostolos, & Apostolicos viros, qui eam enutrirent, & cōfirmarent in omni certitudine veritatis, hoc est indicarent illi, certáque redderent de dilecto, quia veritas est, quam quærit. Et paulo inferius: Hunc sponsa, quem quærebat, minime reperit, & quos non quærebat, reperta est ab ipsis. Audiāt hoc, qui sine duce, & præceptore vias vitæ ingredi nō formidant. Ipsi sunt in arte spirituali existentes & discipuli pariter, ac magistri, cæci, ac duces cæcorū. Videant, qui eiusmodi sunt, quomodo caute ambulent, & de sponsa exemplum sumant, quæ non prius ad eum, quem desiderabat, vllo modo valuit peruenire, quàm sibi occurreret, quorum magisterio vteretur ad cognoscēdum de dilecto, certè ad timorem Domini discendum.

APPENDIX.

eorū, qui illam instruant.

Sine obedientia luce nō inuenitur Deus.

Tertiò in ser. 78. Dubiū proponit, cur Ecclesia inuentam se dicat, ab Apostolis, vel Angelis, cum potiùs dicere debuisset, se ab iis collectam, congregatam, aut conuocatam. Neque enim aliquādo cōgregata est in vnum locum, vbi vigiles illi eam inuenire potuerint. Cui dubitationi, vt satisfaciat, primò supponit, ad opus nostræ salutis tres sibi inuicem cooperari, Deū, Angelum, atq. hominē, quāuis diuersimode. Secundò supponit, in dicto opere tria esse, quæ sibi vendicat Deus, præuenitq. in illis oēs auxiliatores, & cooperatores suos: prædestinationem, creationem, & inspirationem: Secundum prædestinationē nunquam, inquit, Sanctorum Ecclesia penes Deum non fuit, iuxta illud Apostoli: b *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus, in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius*: & *Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum*, &c. In illo certè tam profundo æternitatis sinu, nullus inuenire eā potuit: sed, cū iam ad nutum creantis visa est emersisse, non continuo tamen inuenta est à quoquam hominū, vel Angelorum, eò quòd non agnosceretur, imagine terrestris hois adumbrata, & operta mortis caligine: quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Ceterum, quam celauerat ab æterno prædestinans sapientia, & item creans potentia minime prodiderat ab initio: visitans profecto gratia sua in tempore reuelauit secundum operationem, quæ ideò inspiratio nominata est, quòd de sponsi spiritu humanis infusum spiritibus quidpiam fuerit in præparationem Euangelii pacis, parare viam Domino atque Euangelio gloriæ eius. Frustra vigiles laborassent in prædicando, si non hæc gratia præcessisset. Nunc verò videntes, velociter currere verbum, & populos nationum ad Dominum in omni facilitate conuerti, concurrere in vnitatē fidei tribus, & linguas, atq. in vnam colligi matrē Catholicam terminos terræ, cognouerunt de diuitiis gratiæ, quæ a seculis abscondita tenebantur in abdito prædestinationis æternæ, & gauisi sunt, eam se inuenisse, quā ante sæcula Dominus elegerat in Spōsam sibi. Bene proinde (concludit Bernardus) se inuentam perhibuit, ab his, qui custodiūt Ciuitatē, quæ à Domino Ciuitatis præcognitam iā se no-

b Ephes. 1. 3

Ecclesiā in uenta dicitur ab Angelis, & ab Apostolis, quando illi agnouerūt ipsā præuisā à Domino, & præparatā per gratiam.

APPENDIX.

a Matth. 1. 18.

Ecclesia Apostolos interrogat habet prius ipso de Spiritu sancto.

nouerat, & præuentam, quatenus illi talem inueni- A rent, non facerent. Legimus de Maria, *a* quòd inuenta fuerit in vtero de Spiritu Sancto habēs. Existimo autem, simile quid habere in hac parte Spōsam Domini matri ipsius: Nisi enim & ipsa inuenta esset habens de Spiritu Sancto, nequaquam ab inuentoribus suis tam familiariter requisisset de eo, cuius Spiritus est ille.

Anselm.

Prælatorū diligentia quanta esse debet quum ea affectio quærentis Deum.

Anselmus; Inuenerunt, ait, idest, me quærentem inuenerunt, meam affectionem cognouerunt Sancti pastores, qui custodiunt Ecclesiam. Cùm dicit, se prius inuentam, quàm inuenisse, notat nobis vigilantiam, & diligentiam, quam debēt habere pastores in Ecclesia, scilicet vt, ex quo mouetur aliquis compunctione, parati sint, vt eum cōmoneāt, & ad notitiam Dei pertrahant. Vnde Greg. Papa, B tum in Comment. super Cātica, tum homil. 25. in Euang. Quid per vigiles, inquit, nisi Doctores Ecclesiæ designantur, qui dum lucrandis animab. & scriptis, & dictis inuigilant, vbi desiderii sancti aliquantulum sentiunt, augmentare ad melius nunquam cessant? Hi Sponsam quærentem inueniunt, qui piam animam Christum inuenire satagētem excipiunt, &, vt citius inueniat, præceptis instruūt exemplis accendunt.

Gre. Pap.

Anselm.

Circa interrogationem factam: Notat primò Anselmus, per hoc, quod dicitur prius locuta quærens, cum ea prius à vigilibus fuisset inuenta, indicari diligentiam, magnamque ipsius quærentis affectionem: Vnde Bernardus ser. 78. Non sustinuit, C inquit, vt illi effarentur, ad quid venissent, ipsa locuta est, & quidem ex abūdantia cordis: *Num quē diligit anima mea, vidistis?* Sciebat, quia, beati oculi, qui vidissent, & admirans eos, qui viderant, aiebat: Num vos estis, quibus videre donatū est, quē tot Reges, & Prophetæ voluerunt videre, & nō viderunt? Num vos estis, qui meruistis in carne aspicere sapientiam, in corpore veritatem, in homine Deum? Multi dicunt: Ecce hic est, Ecce illic. Sed ego tutius mihi arbitror fidem accommodare vobis, qui māducastis, & bibistis cum eo, postquam resurrexit à mortuis.

Bernard.

Cassiodo.
Aponius.
Beda.
Greg. PP.

Apostolos et Doctores interrogat Sponsa, cum illos audit, eorūq; scripta legit.

Cassiodorus verò, Aponius, Beda, & alii, tunc D prædictos vigiles interrogasse Ecclesiam, aut piā animam, aiunt cum intenta aure illorum prædicationem percipit. Vnde Gregorius Papa ait; Quos illa interrogans dicit: *Num quem diligit*, &c. Dum enim vel eorum scripta, vel verba vigilanti studio perscrutatur, tanquam præsentibus, & absentibus animi intentione loquens, quid de Christo senserint, sciscitatur.

Iust. Org.

Vigiles sūt sapientes sæculi.

Præter communiores duos istos sensus, duos insuper alios reperio apud Patres, alterū apud Iustū Orgelita, alterum apud Rup. Abbatem. Iustus ita per hæc Ecclesiam inducit loquentem: Disputauerunt contra me sæculi Sapientes, Idolorumq. cultores, multa inaniter perscrutantes; pluresque libros irritis laboribus conficien es, quibus dixi: Cur in E cassum superfluo conatu vexamini? *Num quē diligit anima mea, vidistis?* Quandoquidē falso nōie sapientiæ gloriamini, stultā fecit Deus sapientiā vestram; quia Christum inuenire illic non valuistis.

Rup. Ab.

a Maria post Christi resurrectionē quæ inuenta ab Apostolis.

At verò Rup. Abb. B. Virgini sic ista tribuit: Cū mente quærerē dilectum meū Iesum, quem noră resurrecturum, nec illū inuenirem: Inuenerunt vigiles discipuli eius, qui iā tunc vigilabant, quia lugentes, & flentes somnū non capiebant, qui et dispositi erant, vt custodirent, quin & ædificarent Ciuitatem veram Ierusalem. Isti me inuenerunt, & mulieres, quæ tota nocte vigilantes venerūt ad monumentum, inuenerunt me, bonum certatim afferentes nuncium, quod resurrexisset, & quòd vidissent eum: Et ego, inquam, Num quem dilexit anima mea, vidistis? Vidimus, aiunt, vidimus Dominum, Surrexit vere, &c.

LITTERA.

Vers. IV. Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

POst diuturnam inquisitionem, rationi iam consonum videbatur, vt eius, qui tanto studio quæsitus est, subsequeretur inuentio: Hanc igitur Sponsa versu isto enarrat. Porrò etsi litteræ sonus facilis sit in hac sententia, vt haud operæ pretiū videatur in illius detineri explicatione; quia tamen dictio, *Paululum*, diuersimodè accipi potest, cū vel ad loci, vel ad temporis distantiam referri soleat, breuiter id animaduertendum, duobus modis sumi posse hæc, quæ hic dicuntur, triplicemque eorumdem esse sensum.

I. SENSVS.

Enimuerò si aduerbium ipsum, *Paululum*, significet breuitatem transitus, vel distantiæ paruitatē ab vno ad alterum; primus sensus litteræ nostræ, isque communior hic est, ac si Sponsa dicat.

PARAPHRASIS.

Postquam inuenta à vigilibus illos interrogaui, an meum vidissent dilectum, nullum ab eis recipiens respōsum, pertransiui eos, vixque *Paululum* ab ipsis elongata *inueni, quem diligit anima mea.*

II. SENSVS.

Quòd si istud idem aduerbiū sumatur, vt significat quasi distantiam temporis; sensus istiusmodi istius est sententiæ.

PARAPHRASIS.

Vix *Paululum* pertransieram *eos*, cum *inueni quē diligit anima mea.* Quem secundum sensum ingenti cum emphasi Originalia exprimunt Hebræa, & Græca Septuag. Hebræa quippe sic habent כמעט שעברתי מהם עד שמצאתי chimengath, sciegabarthi, mehem, nghad, sciemathsathi, &c. Quę egregię ad verbum sic reddidere Sept. ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, ἕως οὗ εὗρον, &c. idest, *Sicut modicum, cum pertransiui ab eis, quoadusque inueni quem diligit anima mea*, vel vt congruentissimè legit Ambrosius: *Quàm modicum fuit, cum transiui ab ipsis, donec inueni*, &c. Quibus verbis Spōsa mirum in modum, prout cœperat, suum amplificat amorem erga eum, quem quæsierat; designat quippe per huiuscemodi locutionis phrasim, tantum ex inuentione dilecti sui percœpisse voluptatis; vt vniuersum laborem illum, quem in eo quærendo insumpsisset, quasi pro nihilo reputauerit; tempusve id omne, quod intercessisset, vix paululū quid sibi visum fuerit: eo sensu, quo in libro Genesis de Iacob dr: *b Seruiuit Iacob pro Rachel septē annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Sic igitur sponsa per ea tale quid sibi velle videt.

Amb. lib. 3. de Virg.

b Genes. 29. 20.

PARAPHRASIS.

Laboraui certè diutius in quærendo *eum, quem diligit anima mea, quæsiui in lectulo*: quæsiui circumiens Ciuitatem: *quæsiui per vicos, & plateas, nec* vsquā in tanto temporis interuallo *eum inueni*: Inuenta sum à vigilibus, *qui custodiunt Ciuitatem*, ab illis non parum detenta: Verùm cū illos pertransierim inuenerim ipsum, *quem diligit anima mea*, ò quàm modicum mihi extitisse videtur tempus illud oē, quod intercessit, cū transii à vigilibus, donec *inueni eū*, quem tanto ardore quęsierā: planè visum mihi est sicut *paululum* quid, & sicut modicū instans. Præclarè aūt Ambros. per exclamationē legit, & per admirationē: Quasi tā modicū sponsæ id visū sit, vt non habuerit verbū, quo illud significaret, sed admirans dixerit: *Quàm modicum fuit*, &c.

DE ECCLESIA.

Vers. IV. Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea.

Expositio Prima. De Secunda Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Fidelis Deus, a inquit Apostolus, *qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet et cum tentatione prouentum.* Ingens planè Ecclesiæ tunc contigit tentatio, cum quidam ex fidelib. eius haud contenti certitudine fidei, qua Deū tutissima tenebant cognitione, euidenter eundem cognoscere, ac humanæ ratiocinationis viribus sup cælestia comprehendere tentarunt mysteria. Quã tentationem egregie ipsamet in primo, ac secūdo versu huius capitis enarrauit, prout visum est in secundis expositionibus eorum. A vehementiori multò magis concussam se asserit tentatione, quando fideles iidem, qui in prima tentatione Deū inuenire nequiuerat, ipsi sunt ab Hæreticis, quos obuios habuere, vtpote vigilibus, qui custodiunt Ciuitatem: periculum sanè vehementissimum. Ecquis nã tam potentium vigilum declinare potest manus, ne vulneribus confodiatur? Ecquis à fraudulentissimorum hæreticorum se eripere potest fallacia, quin ab illis inuentus decipiatur? Veruntamé, etsi Deus Ecclesiam suam istiusmodi tentationib. impelli permiserit, seruauit eam nihilominus ab iis omnibus illæsam cum non exiguo prouentu. Hoc illud est, quod in hoc 4. vers. ea enarrat, id est *Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea.* Quem enim tanto studio quæsitum inuenire non potuerat, inuenisse se, inquit, statim ac in extremum incidit periculum, statim vt inuenta est à vigilibus, & hæreticis, qui custodiunt Ciuitatem. Vnde verò tantus ex huiuscemodi tentatione prouentus? Ex eo quòd Dei ope ipsos, à quibus inuenta fuerat, pertransiit, excidisset profectò ab omni spe inueniendi ipsum, quem quærebat, & decidisset in vltimam infœlicitatem, si vnà cum illis stetisset, prout ingemiscimus quotidie in iis Prouinciis, in quibus vnà cum hæreticis stare, curiosiusve de diuinis mysteriis perscrutari voluerunt fideles. Paululū autem cum hæreticos ipsos pertranseunt Catholici, inueniunt, quem diligunt, quemve tanto studio inuenire contendunt.

Enimuerò cum ab illis inueniuntur, & detinentur tantisper, proprii compotes fiunt erroris, quē prius in ignorantiæ tenebris existentes, minime aduertebant: nam cum primum eos interrogare cœperint de Christo, ac de diuinis, intelligūt statim illos versari in continuo malitiæ, & impietatis circuitu: simulque intelligunt, quàm male secū agatur: dum instar illorum circuunt in Ciuitate mundi huius, quærentes, quem impossibile est, cōprehendi mundanis rationibus, & humanæ ratiocinationis circuitu: declinantes porrò ab eis inueniunt, quem prius circumeuntes inuenire nequiuerant, quia cum paululum eos transeunt, declinant à proprio, quem cœperant, circuitu, & desinentes circuire humana ratiocinatione, inueniunt illicò, quem nimio, ac indiscreto prosequebantur amore: inueniunt, inquam, intelligentes illius mysteria quatenus contenti sunt fidei certitudine simplici: atque adeò benè ex horum fidelium persona loquens ait: *Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea,* ac si dicat.

PARAPHRASIS. Quem diutius quæsitum inuenire nequiueram: quia cum inquietudine circumiens quæsieram, humanæ nixa ratiocinationi, inueni tandē, postquam à vigilib. inuenta, illos declinare studui, qui totū

A suum in eo collocant studiū, vt circumeant in mūdi huius Ciuitate ratiocinantes, disputantes, suisve fallaciis quoslibet decipere contendentes: Vt primum enim tantillum eos pertransii, ipsorum fugiens sophismatum circuitus, *inueni, quem diligit anima mea:* Dei mei percepi mysteria, cuius amore langueo, contenta fidei certitudine infallibili, atque adeò eiusdem fidei vinis tenui eum, nec dimittam, &c.

B Illud vnum ex hoc loco colligendum, aduersus pestiferum hæreticorum contagium nullū aptius adhiberi posse remedium ab iis præsertim fidelibus, qui simpliciores sunt, quàm si eorum nedum disputationes vitentur, sed vel minima fugiatur conuersatio. Hoc remedio vsam se asserit Ecclesia in suis fidelib. illis, qui in fide titubantes ab ipsis inuenti fuissent hæreticis: atque adeò ab eorum ereptam deceptione inuenisse, &c.

II. SENSVS. Iuxta alterum sensum, quem secundo loco in superioribus versibus prosecuti sumus; Narrat hoc loco Ecclesia, quomodo tandem Christum inuenerit in ea ipsa Sacræ Script. Ciuitate, in qua tā diu circumiens illū quæsierat, nec inuenire valuerat.

Apostolos pertransiens Ecclesia, quo erudita sit de diuinis.

PARAPHRASIS. Postquam enim, inquit, Dei miseratione à Sanctis Apostolis circumiens inuenta sum, illosve interrogabit *Nam quem diligit anima mea, vidistis?* Inueni ipsummet, quem diligit anima mea: inueni autem eum, cum paululum pertransissem eos, à quibus inuenta fueram, ab illis erudita, ac paululum postquam ij me edocere cœperunt. C His porrò in verbis notandum, non incongrue per istiusmodi phrasim, *Per transini eos,* Sponsam designasse, se ab Apostolis eruditam in Scripturis Sanctis.

Simile. Quemadmodum enim aqua illa, quæ fistulas pertransit odoratas, odorem & ipsa ab iis suscipit dummodo pura illa existens pertranseat: secus enim euenire conspicimus, quando aqua fœtorem quempiam in se prius habebat. Ita & primitiua Ecclesia in antiquo populo, quando sanctas pertransiit fistulas, sanctosve Apostolos, suauissimum diuinæ cognitionis redolentes odorem, fragrantissimumve Sacrarum Scripturarum odorantes intellectum, quē à Christo Iesu sibi impertitum habuerant, eamdē D ab illis suscepit & diuinorum mysteriorum cognitionem, & sacrarum litterarum intellectum. In iis tamen Iudæorum istiusmodi suscepit fragrantiā, dum pertransiret, qui puro pertransierunt corde: secus enim in aliis euenisse, perspicuum est, qui fetentes pertransiere pessimo illo obstinationis, incredulitatisque fœtore. Quàm exiguum verò extiterit illud paululum ex quo Apostolos ipsos pertransiēs prædictum assecuta est Sacrarum Scripturarū intellectum, & inuenit, quem super omnia diligebat colligitur ex historia Actuum Apostolorum; ibi quippe vel ad primam Petri prædicationem circiter tria millia Iudæorum pertransisse, Christumque inuenisse, legimus.

E

Vers. IV. Paululum cum pertransissem eos inueni quem diligit anima mea.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Lucerna a *pedibus meis verbum tuū, & lumen semitis meis,* ait Propheta Regius, indicans modum, quo Deus reperiri facile queat in spiritualibus exercitiis: Vnde haud dubium, quin per hæc patris verba dilucidiora ea reddenda sint, quæ Salomō eius filius in isto asserit loco. Proponit quippe Salomon piam animam, inuentum suum enarrātē laborem in Deo quærendo: quatenus etsi in multi-

pli-

Marginal notes:

a 1. Cor. 10. 13.

Ex tentatione ab hæreticis illata quo proficiat Ecclesia.

Hæretici pertranseundi nullaque habenda cū ipsis fandum.

a Psal. 118.

Per abnegationem illam inuenitur Deus, qui s. propriæ voluntatis studia inueniri non potest.

DE ANIMA. plicibus ſtudiis ſpiritualibus Deum quæſierit, illumque inuenire contenderit, nuſquam tamen in iis omnibus eum valuit inuenire: quoniam in nocte illum quæſierat, & in tenebris propriis ſenſus, proprii ve conſilii. At verò cum Prælatorum ſe ſubiecit obedientiæ, eos cõſulens ſuperiores, quos ſibi Deus miſiſſet obuios, qui ve ipſam inueniſſent eo modo errantem in tenebris, illum inuenit illicò, quem prius inuenire nequiuerat.

Rationem porrò iſtius tam citæ inuentionis ſi exquiras, haud aliam profectò aſſignare fas eſt, niſi quia poſt ſubiectionem deſignatam per illam interrogationem, *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* B præceptum impleuit, illos pertranſeundo, quibus ſeſe ſubiecerat, atque adeo nil aliud ea dicit, niſi: *Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea:* Acque eſt autem ac ſi dicat:

PARAPHRASIS. Dilectum meum inuenire non potui, quoaduſque per noctes illum quærerem, & in tenebris, eius deſtituta præcepto, cum iuxta meæ propriæ voluntatis impetus circuirem: *a Præceptum enim Domini lucidum illuminans oculos.* Verùm quando meos pertranſii Prælatos, illis vel tantillum obtemperans, quibus me, ipſomet Deo inſpirante, ſubieceram, inueni illicò illum, quem ex intimis diligo præcordiis: ipſorum namque præceptum, Deique verbum, quod per illos mihi exhibitum fuit, lucerna factum eſt pedibus meis, & lumen ſemitis meis, ita vt facillimo iam negotio illum, & viderim, & inuenerim, quem prius videre nullatenus poteram.

a Pſal. 18.

Vt exactius hæc explicentur, Notãdum primò, haud abs re factum eſſe, vt in textu exprimatur ipſa animæ ſubiectio, nullum tamen Prælatorum recenſeatur præceptum, ſed executionis mentio dũtaxat fiat eius, quod præceptum exiſtimatur. *Paululum cum pertranſiſſem eos*, &cæt. Per hæc quippe duo innuuntur præclara, quæ tractari ſolent in materia obedientiæ.

Obediẽs ad ſimplicẽ nutũ colligit Prælatorum.

Primum, ingens piæ animæ in obediendo promptitudo, quippe quæ haud expectarit, explicitum ſibi dari præceptum; ſed ad nutum intelligens quicquid a ſuis Prælatis ſibi præciperetur, obtemperauit, illicò pertranſiens eos.

Prælatorũ præcepta nõ vt ipſorum ſed vt Dei ſumenda.

Alterum, quòd Prælatorum præcepta nõ vt præcepta eorum ſumenda à ſubditis ſint, ſed vt à Deo prouenientia: Sic etenim, etſi pia anima ab iis, à quibus inuenta fuerat, præceptum acceperit fortaſſe explicite, vt tranſiret ipſos; nihil tamen iſtiuſmodi præcepti meminit, ſed ſuum duntaxat tranſitum narrat, quia nõ vt illorum id ſumpſerit, ſed vt illius, à quo illuſtrata eſſet, quemve inueniſſet: prout apertius in præcitato Pſalmi loco animaduertere eſt, vbi ipſamet anima Prælatorum præceptum ſibi exhibitum lucernam appellauit verbũ Domini.

Obedientia præſtat facit eadẽ opera, quæ alioquin inutilia forent.

Notandum ſecundò, ſponſam, cum ait, ſe vigiles pertranſiſſe, à quibus in ſuo inuenta fuerat circuitu ſignificare, ſe ſuum quidem proſecutam iter quod arripuerat. Verumtamen, quia id ex Prælatorũ fecit mandato, inueniſſe in ipſo propter obediẽtiæ meritũ illũ, quem prius in eodem itinere inuenire nequiuerat: quò perſuademur, eã eſſe obediẽtiæ prærogatiuã, eamque vim, vt in iis ipſis ſtudiis & exercitiis ſpiritualib. in quibus haud reperiebatur Deus, illiuſque dulcedo, quæve haud placita erant Deo, dũ ex propria fierent voluntate, inueniatur poſtmodum Deus ipſe, eidemque per grata illa fiant, quando, ſubiecta propria voluntate, ex iniuncta peraguntur obedientia: & ratio eſt, quoniã Prælatorũ præceptũ lucerna, & lumen eſt, quo ſubditus quiſq. illuminatur, quove is perſpicuus redditur, qui cuiq. benè operanti præſens aſſiſtit Deus. A

ANIMA DE

Tertiò denique notandum, ex hoc loco colligi, quàm grande bonum ſit, ſuperiores conſulere. Enimuerò anima, quæ maximis laboribus in lectulo, in ciuitate, per vicos, per que plateas, per multiplicia, quæ ex propria voluntate arripuerat exercitia ſpiritualia, Chriſtum inuenire minime potuit, vt primum ſeniores conſuluit, dicens: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* facillimo negotio illum inueniſſe ſe, aſſerit.

Cõſulere ſuperiores, ſi grãde ſit bonum.

Porrò quod ad iſtiuſmodi conſilii petitionem tam ſubita dicatur ſubſecuta Chriſti inuentio, deſignat, humilitatem ipſam, qua anima ſeſe demittit ad petendum aliorum conſilium, quave ſe Seniorum conſiliis ſubiicit, in cauſa eſſe, vt & eius intellectus illuſtretur, quò diuina cõtẽplari queat myſteria, præſentemque Deum intueatur, quem prius intelligere nequiuerat obtenebrata; & affectus reficiatur, quò dulciſſimã percipiat Dei præſentiam. Vnde in libro Prouerb. dicitur: *b Vnguento, & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis dulcoratur anima:* Et in vitis Patrũ legimus, Monachum quemdam, cum ſacræ Scripturæ locum intelligere nequiret, ſeptuaginta hebdomadibus ieiunaſſe, vt germanum eius loci inueniret intellectum, cumque nec ob tam longi ieiunii C ſtudium inuenire eum quiuerit, perrexiſſe tandẽ ad alium Monachum, vt ipſum ea de re conſuleret actutum verò illi ſanctum apparuiſſe Angelum, qui hiſce eũ eſt allocutus: Septuaginta hebdomadibus ieiunaſti, neque ex omnes te Deo proximũ reddere valuerunt: verùm ob humilitatem iſtam, quam exhibes in cõſilio capiendo, meruiſti, vt ipſe Dei nomine te edocerẽ illud omne, quod ſcire peroptas. Sic itaque Sponſa poſtquam Seniores conſuluit, vbi nam Deus inueniri poſſet, ſubiicit: *Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea*; haud explicans, à quonam fuerit edocta, vt illum inueniret: vt videlicet innueret, ſe Chriſtum inueniſſe, non tam quia à Prælatorũ cõſilio ad illum directa fuiſſet, quam quia ob humilitatis meritum vel ab Angelis edocta eſſet, vel ab D ipſomet Deo, quem tanto quærebat ſtudio, qui inſtar luminis ſe ei exhibuiſſet, dum pertranſiret; ita vt iam iure optimo ſic ipſum affari fas eſſet; *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumẽ ſemitis meis.*

Humilitas Deum inueniri facit ab anima.

b Prou. 27. 9.

Exemplũ.

II. SENSVS.

Iuxta ſecundum ſenſum: Breuiſſime certe, ſed peregregie exprimit hoc loco pia anima inexplicabilem, quam ex Dei inuentione, atque præſentia percepit dulcedinem: enimuero id hominibus vſu venire ſolet, cum magnos labores ad aliquid aſſequendum inſumpſerint, vt, ſi plenã ſatiſfactionẽ in eo, quod tãdẽ adepti ſunt, non inuenerint, exãtlatos labores arbitrentur grauiſſimos, ſecus verò ſi plene p id eorũ ſatiſfactũ ſit volũtati, ſi gratiſſimũ id eis ſit, ſi vtilitatẽ, iucunditatemq. inde percepe- E rint, quæ ſuam impleant cupiditatem, præcedentium laborum vix recordẽtur; tempuſve illud omne, quod in prædictæ rei adeptione cõſumpſerint, quantumlibet diuturnum id ſit, breuiſſimũ quid cenſeant, & momentaneum: atque adeo inde à poſteriori colligimus, admodumque probabili coniicimus coniectura, quem guſtum ex eo, quod adeptus eſt, perceperit quiſpiam, quòd adhibiti tẽporis, inſumptorumque laborum magis, vel minus meminerit. Vt ergo anima Dei ſponſa de eximio illo guſtu, quo ex Dei inuentione refecta fuit, certiores ſuas redderet ſocias, primò maximos illos enarrauit labores, multumque tẽporis, quod in eo quærendo adhibuit, dicens, ſe per multas

Dulcedo, quã ex Dei præſentia percipitur, obliuiſci facit præcedẽtiũ laborum.

Simile.

ANIMA D. E.

tas noctes eum quæsisse in studio vitæ contemplatiuæ, necnon & in laboriosissimis vitæ actiuæ exercitijs: Tandem, cùm eius se compotem factam refert, illumve inuenisse, ex eo, quod modicū quid, ac ferè nihil id omne temporis spatium, vniuersique labores ij sibi postmodum visi sunt, indicat manifeste, prout dicebam, immē sitatem eius, quam ex huiusmodi inuentione, & ex ipsa recuperata Dei præsentia percepit, voluptatis: quove pacto per id plene, quantum in hoc sæculo fieri potest, suæ satisfactum sit & cupiditati simul, & voluntati, dicēs: *Sicut modicum, cum pertransissem eos, quoadusque inueni, quem diligit anima mea.* Acque est enim, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Quamuis per multum temporis spatium Deum meum quæsierim arida, atque adeò, dum illum ardentissimo studio quærerem, nec inuenirem, pro illius dulcissimæ præsentiæ cupiditate vna hora annus mihi videretur: nihilominus illud ipsum temporis spatiū modicum quid mihi apparuit, & momentaneum, quando pertransiens Angelos, à quib. iam fueram inuenta, inueni eum, ad quem anhelabam; Tanto quippe ex illius præsentia exhilarata sum gaudio; vt mecum ipsa admirer, quàm modicum id extiterit tēpus, quàmve exigui ij extiterint labores, quibus ad tam eximias perueni voluptates, quove tam ingens attigi bonum.

Ab Angelis inuentā, quo se dicat aia sancta, qua illos semper sibi hēt adstantes.

Ad pleniorem intellectum eorum, quæ hic dicū tur, iuxta hunc sensum: Supponendum primo; Sanctos Angelos semper quidem vnicuique animæ, eique in primis, quæ pia sit, adstare, eamque custodire, prout aperte colligitur ex illo Psal. 90. quo dicitur: a *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis*, iugiter videlicet, & in quocunque te exercueris studio. Quamuis aūt pia anima semper eos sibi habeat assistentes; tunc tamen dicitur ab illis inueniri, cum considerat, quam ij sibi exhibeant opem: cumque illorum eximiam perpendit & dignitatem, qua semper vident faciem Patris, & amorem erga naturam humanā, ob quē, cum semper videant faciem Patris, beatique ac felicissimi propterea sint, non dedignantur tñ commissarum animarum inuigilare saluti; atque adeò aptissimè sponsa, hęc omnia compertissima habēs cum ab illis se inuentam asseruit in versu priori, subintulit illico: *Num quem diligit anima mea, vidistis?* non qd de hac eorū dubitet dignitate, quos nouit, semper videre faciem Patris (vt dictum est) sed, vt ostenderet, qua ratione ab eis se dixerit inuentam.

a Ps. 90. 11.

Angelos quo pertrāsire dicatur pia anima.

Hoc supposito, Notandum primo, eatenus piam animam dici, ipsos pertrāsire Angelos, à quib. prædicto modo se inuentam asseruit, quatenus ex consideratione ministerii, quod ij sibi exhibent, transit ad perpendendam immensam Dei benignitatē, qui illos mittit in ministerium illorum, qui hereditatem capiunt salutis; necnon & quatenus ex cōsideratione præstantissimæ illius excellentiæ Angelorum, qua semper vident faciem Patris, transit ad meditandū incomprehensibilem eiusdem Dei sublimitatem, atque dulcedinem, ex qua vniuersa profluit felicitas: quo fit, vt post istiusmodi transitum inuenisse se, inquiat, eum, quem diligit anima sua, ipsius videlicet Dei compotem se iterū redditā, quo destitutam se prius senserat, cum derelicta ab eo fuisset in ariditate.

Notandū secundo, aptissimè (vt dictū est) tempus illud, quod istiusmodi Dei inuentionem præcessit, modicum à sponsa appellatū, etsi cū inariditate perseueraret, Deumque non inueniret, quē ardentissimo studio quærebat, longissimū id sibi visum esset, hoc siquidem causat magnitudo diuinę dulcedinis; vnde & Apostolus totū id tēporis spatiū, quo iusti tribulationib. in præsenti vita premūtur, momentū appellat, ac momentaneū, quādo in spe futura perfrui incipimus cælestis patriæ dulcedine, dicens: b *Momentaneū, & leue tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Et Christus Dñs: c *Modicum* (inquit ad discipulos ærumnis oppressos,) *& iam non videbitis me, & iterū modicū, & videbitis me, quia vado ad Patrem*; ac si diceret: Quamuis longissimū vobis id videbitur temporis spatium, quo non videbitis me: modicū tamē illud re vera erit, ob immēsum Spiritus sancti gaudium, quo perfundemini, cum ego abiero; tendens quippe ad Patrem *rogabo illum, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*

Dulcedinis diuinę magnitudo efficit, vt modicū videatur totum id tempus, quod in tribulationib. trāsigimus.

b 2. Cor. 4. 17.

c Io. 16. 16

Ioā. 14. 16

Notandū tertiò, inter alia signa, quib. dignoscitur, qñ pia aia re vera suum inuenit dilectū, illud esse præstantissimū, q̄ ita illi toto vnitur corde, totaque mente, vt nedū vnū idēque cū eo diligat, sed & vnū idēque sentiat de re qualibet, atq. adeo congruentissime sponsa nūc enarrās, se suū inuenisse Deū, modicū, ac ferè nihil id nuncupat spatiū, quò ab illo destituta iā fuerat, quouè diutius illū quæsierat; nouit quippe, istud ipsum tēporis spatiū modicū, ac momentaneū ab ipso Deo appellatū, cū apud Isaiā diceret: d *Ad punctū in modico dereliqui te, & in miserationib. magnis congregabo te. In momēto indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.*

Quo videatur pia aia vnita Deo, quādo illum inuenit.

d Is. 54. 7.

Notandum quarto, cum aia inquit: *Inueni, quē diligit aia mea*: haudquaquā existimandū, illā ob suā industriā, & sedulitatē Deū inuenisse, illiusve meruisse præsentiā, quin potiùs Deū ex propria benignitate cōmotū illi sese exhibuisse, à qua tā ardēti studio se quæsi, tantaq. charitate se diligi, intellexit: Quod expresse per Sapiētē testatū habemus his verbis: e *Sapientia facile videtur ab his, qui diligunt illam, & inuenitur ab his, qui quærunt eam: præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat: Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, assidentem enim illam foribus suis inueniet.*

Inuentio Dei nō ex merito, vel industria, sed ex Dei benignitate contingit.

e Sap. 6. 13

III. SENSVS.

Iuxta sensū illū, quē tertio loco præcedētib. versib. prosecuti sumus: Aia sancta concludit, quò tandē post diuturnū errorē, postq. inanissimos labores in ignorantiæ tenebris exanthlatos Deū inuenerit, quē diligebat, cū oibus virib. ad beatitudinē anhelaret: Quò intellexerit, beatitudinē ipsam sitā esse in Deo. Modus aūt hic est, quia vniuersos pertrāsiuit vigiles, ac Philosophos, & humanæ sapiētiæ peritos, à quib. inuēta fuerat, animaduertēs, nil veri ab illis sibi ostēdi, in quo solidā reponeret beatitudinē, vnde & bene ait: *Paululū, cū pertrāsissem eos, inueni, quē diligit aia mea*: Ac si diceret.

Statim ac illorū deceptiones comperi, & eorum opiniones repuli, Deum, ipsius benignitate, ipsoq. me præoccupante, inueni, intelligens, ex illius participatione me eius beatitudinis compotem faciē dam, quem tam flagranti cōcupieram desiderio.

PARAPHRASIS.

Circa istum sensum primò notandum, quā congrue sponsa nil referēs eorum, quæ sibi a Philosophis responsa fuissent ad ipsius interrogationē illā: *Nū quem diligit anima mea vidistis?* illos tantū se pertransisse, eorūque opiniones repulisse dicat: *Paululū cum pertransissem eos.* Primò siquidem eorum responsa non retulit: quia tot ea erant, vt longiorem exposceret orationē, si singula essent referenda: tot enim, ac inter se dissidentia respōderunt, quot apud illos circa beatitudinem extitere sententiæ:

DE ANIMA.

tis; atqui ducentas, & octoginta octo inter alias à Varrone enumeratas istiusmodi snias, testis est August. in libris de Ciuit. Dei. Secundò eas non retulit, quia indignas illas censuit, quas recenseret, vtpote quas inanissimas, atq. falsissimas comperisset.

A

Porrò idcirco crediderim, ab ea dictum non simpliciter: *Cum transissem eos*, sed: *cum pertransissem eos*, maiori cum emphasi: vt compertum omnibus fieret, ita illam eorum Philosophorum abiecisse eruditionem, vt & ea, quę ab eis audisset, è sua abijcere studuerit memoria.

Notandum secūdò: per hoc, quod pia anima inquit, se Deum inuenisse, cum paululum pertransisset vigiles, duo comprobari, quæ ab Apostolo afferuntur: Alterum est, quod *a Sapientia huius mundi inimica est Deo*; atque adeo, vt Deus inueniri possit istiusmodi Sapientia contemnenda sit, quæ & stultitia est apud illum, eosque vigiles: quos Paulus dicit *b Principes huius mundi, qui destruuntur*, pertransire operæpretium sit. Alterum, verum id esse ostenditur, quod idem Apostolus ex Isaia refert dictum à Domino: *c Inuentus sum a non quærentibus me, palam apparui ijs, qui me non interrogabant*. Quamuis enim oppositum potius primo aspectu probari videatur, quatenus tunc deniq; anima dicitur, Deū ipsum inuenisse, cum per multum temporis spatiū per multas noctes, ac per multa loca maximis eum quæsiuit laboribus, vt visum est in superiorib. Nihilominus verissimum id est, quod ipsemet, qui inuentus est, protestatur inuentum se, cum haud quæreretur, palamque eidem apparuisse animæ, cū ab illa minime inuocaretur: nā etsi quæsisse se, inquit Sponsa, & vocasse eum, quem diligeret anima sua; quærens, & compellans beatitudinem suam, quam præ omnib. desideraret: quia tamen per noctes ipsam quæsiuit, ac per tenebras ignorantiæ, & infidelitatis, in ijs, quæ Deo aduersantia essent, in lectulo voluptatis, in Ciuitate, ac mundo, atque in reb. mūdanis, re vera haudquaquam Deū ipsum quæsiuit, quem postmodum beatitudinis omnis largitorem intellexit: Quòd ergo ipsum inuenit, non ob id illum inuenisse cēsenda est, quòd eum quęsierit: sed quia is illi palàm apparuit, etiam dum non quærebatur ab ea: palàm autem ei apparuit, cum illa pertransijt sapientes sæculi; ac propterea, postquā pertrāsijt vigiles absque vlla inquisitione, vel inuocatione, inuenisse se, ait, eum quem inuentum præ omnibus postmodum adamauit.

Sapiētia huius mūdi cōtēnenda, vt Deus inueniatur.

a 1. Cor. 3. 19.

b 1. Cor. 2. 6.

c Rom. 10. 20

Quō Deus dicat, se inuentū, à nō quærētib. cū anima eū cādiu quæsisse se dixerit, antequā illū inuenirет.

B

C

Vers. IV. Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.

Expositio Quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

IVxta lectionem Volgatæ littera est per se manifesta; enarrat quippe Virgo benedicta, Christū Iesum se inuenisse in templo, cum paululum eos, q sibi occurrerant, pertransisset vigeles.

Iuxta textum autem originalium, præclare per hæc ingentem exprimit voluptatem, qua tunc perfusa est, cum ipsum inuenit dilectum suum, quem tantò dolore amissū qsierat; Acq; est. n. ac si dicat.

D

E

PARAPHRASIS.

Tandem post triduū inueni, quem diligit anima mea, tātumq; gaudij ex illius cōspectu percepi, vt, etsi prius præ tristitia, ac mœrore, quo angebar, dū ipsum quærerem, tres dies illos mille annos existimarim, iam postmodum exiguum quid, ac momentaneum mihi visum sit tempus id omne, iuxta sensum secundo loco allatum in prima expositione, *Michaelis Ghisterij*,

Vers. IV. Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea.

APPENDIX.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Quasi paululum, & modicum fuit, & reuersus est Dominus ab ira furoris sui, & præcepit Dominus Mosi Prophetæ, vt faceret tabernaculum fœderis, & arcam, & collocauit maiestatem suam in medio eius.

Quòd sponsa cælestem sponsum inuenisse se ait, trib. modis à Patrib. intellectū reperio. Cōmunior quidem sensus is est, vt ea referantur ad inuentionem intellectualem per cognitionem, & fidem.

Inuenit. Deum fide.

Secundum Greg. tamen Papam nō tam de inuētione ista per cognitionem, & fidē, quàm de inuentione per fiduciā, & spem eadem intelligi posse videntur, in lib. n. 18. Moral. c. 27. Greg. hæc exponēs ait: Cum Redemptorē suum Ecclesia quæreret, in antiqui9 Prædicatorib. spem figere noluit: quæ dicit: *Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea*: Illum quippe inuenire non posset, si istos transire noluisset. At verò Richard. de Sancto Victore super hæc ipsa verba, intelligere ea potius videtur de inuentione per affectum, & charitatem acgustum, multaq; de singulari inuentione ista ait quæ apud ipsum legi possunt. De hac quoq; inuentione locutū crediderim Bern. cū in tractatu de diligendo Deo hæc hēt verba: Bonus es Dñe animæ quærenti te: quid ergo inuenienti? Sed enim hoc est mirum, quòd nemo te quærere valet, nisi qui prius inuenerit. Vis igitur inueniri, vt quęraris; quęri, vt inueniaris. Quæ ijs consona sunt, quæ dicuntur à Ioanne; *d Quia Deus prior dilexit nos*.

Greg. PP.

Inuenitur Deus fiducia, ac spe.

Rich. Vic.

Inuenitur Deus affectu, & charitate.

Bernard.

d 1. Io. 4. 10

Qui in superioris sententiæ explicatione vigilū nomine supermundana, aut Angelos accepere, per hoc, quod hic dicitur: *Paululum cum pertransissem eos*, &c. arbitrantur significari, tunc demum Dei cognitionem acquiri, cum intelligitur, illud esse sup omne quodcunque illud sit, quod creatum est. Ita Greg. Nyss. hom. 6. & Theod. quin & Psell. apud ipsum: vnde Nysse. cum Angeli, inquit, tacuissent ad interrogationem superius factam, *Num quem diligit anima mea, vidistis?* & silentio indicassent, ipsis quoque esse incomprehensibile id, quod apud eos quæritur: postquam anima nimis curioso studio egressa est illam supermundanam Ciuitatem, tunc relicto vniuerso, quod inueniebatur, ita cognouit id, quod quærebatur, cuius omne signum, atq; indicium, quod comprehenditur, fit impedimentū ijs, qui quærunt ad eius inuētionem: Propterea dicit: Quàm primùm parum ab eis transij relicta oi materia, & prætermisso vniuerso, quod intelligitur in creatura, & dimissa omni via, & ratione cōprehendendi, inueni eum, per fidem videlicet.

Tunc habetur Dei cognitio, cum intelligitur esse sup omne creatū.

Greg. Nis. Theodor. Psellus.

Deus melius inuenitur per fidē quā per vllam creaturarū cognitionem.

Ponderat autem Amb. ser. 7. in Psal. 118. vers. 7. tunc potissimū inuentū Deū, cū primū vigiles transacti sunt; quia Angeli ita sunt Deo proximi, vt illis transactis illicò reperiatur Deus. Quam Angelorū vicinitatē ad Deū, de similitudine intelligit Richa. Vict. Ait qppe, animā in triplici creatura Deū inquirere, in quib. Dei aliqua similitudo effulget, in mundo, cęterisvę, quæ ad eius ornatū condita sunt, in hoie, atq; in Angelo; quia verò nec in mundo, nec in homine eum inuenit, quamuis aliquam Dei similitudinem repererit, ad Angelicā transisse naturam, & vt vicinius contempletur, ad vicinius illum contemplantes transisse angelicam naturam, in qua similitudinem plenius consideràuit,

Amb.

Angeli ita Deo similes, & proximi, vt illis cognitis ad cognitionē Dei acceditur.

Rich. Vic.

Deus quaeritur in triplici creatura.

APPENDIX.

deranit, vtpote signaculum similitudinis, & in qua ab initio signata perseuerat similitudo: In ipsis, tanquam in speculo ipsam Dei relucere ait similitudinem: mundi enim sunt, inquit, sicut est mundus ille: sancti sunt Angeli, sicut est sanctus Dominus Deus eorũ: atq; adeo de illis mũdis transisse ipsam animam ad munditiæ auctorem, & de contemplãtibus ad contemplandum, & statim inuenisse: quoniam ij adeo vicini sunt, vt nil sit medium, & post hos non sit inuenire, nisi illum: Inuẽto dilecto Angelis congratulando, & consecutum per eos beneficium commemorando, dicere: *Paululum cum pertransissem eos, inueni*, &c. id est Illicò vt hos pertransiui, dilectum inueni; hos pertransiui, vt venirem, & per hos transiui, vt inuenirem; horum enim occursu, & auxilio obtinui, quod concupiui, qui & meum prouocauerunt, & accenderunt desiderium & dilecti obtinuerunt occursum.

Per Angelorum opẽ inuenimus Deum.

Porrò ex hoc loco colligit Ambrosius, nec ab ipsis Angelis expectandam Dei cognitionem, quæ per fidem habenda hic est. In libro enim de Isaac ca. 5. dicit, anima, quæ Deum quærit, etiam custodes trãsit; sunt enim mysteria, quæ etiam Angeli concupiscunt videre. Vnde & Petrus ait: a *Nuntiata sunt vobis per eos, qui vobis euangelizauerunt, Spiritu sancto misso de cælo, in quem concupiscunt Angeli prospicere*. Ergo cum trãsierit custodes, Verbum inuenit. Trãsiuit Ioannes, qui Verbum apud Patrem inuenit.

Amb. *Dei cognitio nec ab Angelis expectãda, sed tantum per fidem.* a 1. Pet. 1. 12.

C Apud eos verò, qui per vigiles super intellexerunt Sanctos Apostolos, Doctores, ac Præsules, in huius sententiæ intellectu nõnihil est diuersitatis. Primo namque Cassiod. Pertransire, inquit, vigiles est eorum dicta, & doctrinam diligenter perscrutari. Solemus namque dicere: Transcurri librum, vel transiui, legens: Porrò cum solicita meditatione dicta, vel scripta Sanctorum requirimus, statim dilectum inuenimus; quia Deum in eorum dogmatib. reperimus. Hunc ipsum sensum habet & Beda, afferens in confirmationem allati significatus verbi, Pertransire, locum ex Daniele, vbi Angelus Danieli: b *Pertransibunt, ait, plurimi, & multiplex erit scientia.*

Cassiodor. *Deus inuenitur illicò, cũ sãctorum Doctorum dicta regrimus.* Beda. b Dan. 12. 4

D Alij tamen pertransiri tunc, dicunt, hos vigiles, & Deum ac Christum inueniri, cum intelligitur, illos multò inferioris esse sanctitatis, atque perfectionis, quam ipse sit Christus. Ita Cassio. Greg. PP. Philo, Carp. Beda, Ansel. atque Bernar. serm. 15. in Ps. 90. Cum transeuntur vigiles, ait Greg. PP. hom. 25. in Euangelia, dilectus inuenitur; quia cum Prophetas, & Apostolos infra ipsum esse conspicimus, illum, qui natura Deus est, esse supra homines consideramus. Idemque Greg. in Commen. super Cãt. Paululum vigiles transit, & dilectum inuenit anima: quia, dũ sanctos Doctores puros homines fuisse cogitat, ad diuinitatem mentem erigit, ibique sponsum suum supra homines Patri æqualem cognoscit, quem tunc inuenisse se, dicit, cum sanctis laboribus adiuta in eius diuinitatis claritatem oculum fidei, tamquam speculum contemplando, aliquantulum figit.

Cognoscẽs quòd sancti oẽs sint inferioris sanctitatis à Deo, Deũ inuenit. Theodor. Cassiod. Gre. Pap. Philo Car. Beda. Anselm. Bernard. *Vt Deus inuenitur ipsi quoq; transeũdi sunt Doctores cognoscendo eos esse homines.*

E Et Anselm. alio modo: *Paululum*, &c. id est, Quæsiui à sanctis pastoribus, sed eorum ostensione contenta non fui; at transiui, altius quærendo eum, & transiui per ipsos: quia ipsi me instruxerunt, quomodo eum quærere deberem; & tandem inueni, s. bonitatem, & dulcedinem aliquantulum degustaui. Paululum ideo dicit: quia sine magno labore cognitio Dei habetur; Ex quo enim percipit Deus affectionem quærentis, ipse seipsum offert, & sponte ingerit.

Anselm. *Dei cognitio facile habetur.*

Bernar. Subtilius denique Bernar. serm. 79. in Cant. ostẽ-

A dens, quomodo ad inueniẽdum Christum post resurrectionem oportuerit, Ecclesiam non solum trãsire, sed & pertransire, ait: Oportet quidem, sponsã transire per eos, per quos cognosceret veritatẽ; sed tamen, & pertransire: nisi enim pertransisset, & ipsos, non inuenisset, quem quærebat: atque hoc ipsũ ab illis suasum non ambigas: non. n. prædicabant semetipsos, sed Dominum suum Iesum, qui absque dubio & supra ipsos est, & vltra: vnde & ait: c *Trãsite ad me omnes, qui concupiscitis me*. Nec sufficiebat transire, sed & pertrãsire docetur: siquidẽ pertrãsierat is, quẽ peruestigabat: non mõ. n. de morte ad vitã trãsierat, sed & pertrãsierat ad gloriã. Quidni etiã hanc opportuit pariter pertransire? alioquin nõ poterat apprehendere, quem non per eadem vestigia sequeretur, quocunque ierat. B Credẽdo itaq; resurrectionem, transiuit, & credendo etiam ascensionẽ pertransiuit. Quidni verò inuenerit, pertingens mẽte, vbi ille corpore est? Paululum cũ pertransissem eos, inquit, non tam ipsos, quàm cetera membra sua, quæ sunt super terram, caput nostrum punctis præcessit duobus, atque transcendit, resurrectione nimirum: & ascensione.

APPENDIX. *Christũ post resurrectionẽ inuenit Ecclesia credendo in resurrectione, & in ascensione illum hoc est. n. trãsire, & pertrãsire.* c Eccl. 24

Præter hos duos communiores exponendi modos, quatuor insuper alios reperio item apud Patres. Ambr. quippe arbitratus est, in his significari, aliquando Deum in tribulationib. melius inueniri, quàm in prosperis: In libro. n. de Isaac c. 5. ait: Multi sunt, qui in otio quærunt Christum, & non inueniunt, & quærunt eum in persecutionibus, & cito inueniunt: & ideo quasi post tẽtationes: quia in periculis suorum fidelium adest; *Quam modicum*, inquit, *cum transiui ab eis, & inueni eum*. Quem eundem sensum idem prosequens in libr. 3. de Virg. dicit: Si vis & tu tenere Christum, quære iugiter, nec pœnam metuens: inter supplicia. n. frequenter corporis, inter ipsas persecutorũ manus Christus melius inuenitur. *Quàm modicum*, inquit, *fuit, cum trãsiui ab ipsis, donec inueni eum*: Exiguo enim spatio, breuiq; momento, cum persecutorum manus euaseris, nec succubueris potestatib. mundi, tibi Christus occurrit, nec te diu tentari patitur. Phi. autem Carp. censuit, per eadem significari, tunc Deum à nobis inueniri, cum primũ à peccatorũ nexib. atq; à malis ad bona cõuertimur: quem sensum tetigisse multò priùs videtur Athanas. in orat. super illud Euãg. *Ite in Castellum, &c*. Tertiò Iust. Org. ita hãc explicat inuentionem: Cũ pertransissem sapientes mundi, intelligens, eorũ sapientiã esse stultitiã, inueni, &c. Quartò demũ Ruper. Abb. B. Virginẽ sic cœptã narrationẽ prosequi, ait: Cũ mihi vigiles, atq; discipuli dicerẽt, dilectum meum surrexisse, & qua vidissent illum: ego sic illum inuenire cupiebã, vt iam nemo despiceret me, dicentem: Inueni illũ, vidi illum: & ita factum est: Nam *paululũ cũ pertransissem eos, inueni quem diligit aĩa mea*, & nõ quocunq; sed in cælũ vidi ascẽdentẽ, & Apostolos eius, misso de cælis Spiritu S. vidi prædicantes gloriã Dñi; Hęc mihi fuit inuentio eius, quem diligit anima mea.

Amb. *In tentationib. & tribulationibus melius inuenitur Deus.* Philo Car. *Inuenitur Deus cũ recedimus à malo.* Athanas. Iust. Org. *Inuenitur Deus cũ sapiẽtia saeculi agnita ẽ esse stultitia.* Rup. Ab. *Maria quo inuenisse se dicat Christum post resurrexit.*

Ex Vers. IV. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ.

Expositio Prima, Iuxta sensum Litteræ.

Qvæ prius ingentẽ experta fuerat mœrorẽ ex dilecti sui absentia prouenientẽ: quæve tã multos in eodẽ quærendo sustinuerat labores, cuius psẽtia diutius carere minime poterat; quin desi-

ceret, hęc

LITTERA.

ceret, hęc inuentū illū apprehendere, constringere, A oiq; studio retinere satagit secum; ne, si is iterum elabatur, in deteriora sibi contingat incidere. Hoc que illud est, quod hoc loco socijs enarrat sponsa.

Porrò vt ea, quæ hic dicuntur, rectè percipiantur; Notandum primò, verbum, *tenui*, nō solum significare detensionem simplicem, sed detentionē vnà cum apprehensione: quod magis patet ex verbis, quæ habentur, & in textu Hebraico, & in versione Septuaginta, tam enim Hebræum verbū אחז ahaz, quam Græcū, *κρατεῖν*, & apprehendere signi ficant, & quod apprehēsum sit, fortiter tenere. Vnde crediderim, Sponsam etiam per istud vnum verbum non modicum suam amplificare charitatem erga eum, quem inuenerat dilectum: hoc siquidē præcipuum arbitror eius esse intentū in hac cæptę B narrationis conclusione; vt quot verba profert, tot argumentis suū erga ipsum, quem inuenerat, testatum faciat amorem. Per hoc itaq; quòd post verba illa: *Inueni, quem diligit anima mea*: subijcit immediatè: *Tenui eum*: videtur designare, ad primū eius, quem inuenerat, conspectū se ita ab amoris impetu fuisse impulsam, vt illicò ad eum cucurrerit, atque instar illius canis, quē Italicè vocamus (da presa) ipsum apprehenderit, apprehensumq; fortiter tenuerit, ne effugeret. Vt autem hāc fortem detentionem, simulq; ipsum suum amplificet amorem, addit secūdum verbum: *Et non dimittam eum*. Circa quod, notandum secūdò, istam locutionis phrasim in futuro, *Non dimittam*, magnā habere vim: C quod enim in futuro subijcit; *Non dimittam eum*; cum prius in præterito dixisset: *Tenui eum*: videtur significare, eam exprimere voluisse non id solum, quod re ipsa fecit; verum etiam quod in mente insuper firmissime statuit, se scilicet ita illum, quem apprehenderat, detenturam, vt nullo pacto eum dimissura esset amplius: Confirmatq; hoc ipsum per id, quod subijcit: *Donec introducam illum in domū matris mea*. Circa quod, notādum tertiò, haud sine causa factum esse, vt nō dixerit: *Donec introducam illum ad domum meam*, vel *in domum patris mei*: at notāter; *In domum matris mea*: per hoc quippe duo simul innuit, & quod illū tāto prosequatur amore, vt non modo sponsi loco, sed & loco dilectissimæ matris eum habere velit, qua nihil sibi vnquā exti D tit charius: atq; adeo id curaturam, vt in eadem domo illum introducat, in qua mater ipsa sua vitam degisset, & quod ipsū omnino dimittere noluerit: idcirco enim, & matris loco eum habere, & in domum matris suæ illū introducere velle; vt is in ipsa detineretur domo, prout mater sua in ea se continebat: æque ac facere solent mulieres bonæ, eæque in primis quæ sunt Matresfamilias, quas propterea non incōgrue speciem domus appelles, iuxta illud Psalmi: a *Et speciei domus diuidere spolia*: tum quia ipsæ sint præcipuum domus ornamentum, tū quia tunc potissimum suum seruant decorem, suam & speciem, cum domi se cōtinent. Vnde apparet, aduerbium, *donec*, hic haudquaquam sumendū, vt si- E gnificat exclusionem, quasi tunc Sponsa suū dimissura esset dilectum, cum illū introduxisset in domum matris suę: quandoquidem è contrario, tunc arctius se illum retenturam fore, significat; atque adeo [illegible] sumendum prout, & aliàs sæpius notatum est, vt designans inclusionem, ac si dicatur: Etiam cum introduxero, &c.

Simile.

a Psal 67. 13.

Donec dupliciter sumitur.

Notandum deniq; quartò, vltima verba illa; *Et in cubiculum genitricis mea*, vel expressius ex Hebræo vertunt Sept. *εἰς ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με*. *Et in abditum, secretum ve locum eius, quæ cōcepit me*, etsi primo aspectu videātur esse repetitio superiorum, iuxta frequētissimam sacratū litterarum consuetudinem, tamen, si exactius perpendantur, animaduertemus, Sponsam multò vehemētius per illa confirmare ea, quæ amplificare iā cæperat, præstantissimam videlicet suam erga eum, quē inuenerat, dilectionem, & quòd eum, quem inuentum apprehenderat, neutiquam dimissura esset. Enimuero dictio Hebraica חדר chadar, quam Septuag. *ταμιεῖον* Vulgata verò *cubiculum* reddidere, duplicē habere potest significatū: Vel enim sumitur pro abdito illo loco, & pro penetralibus domus, in quibus pretiosa quæq; seruantur, & sic, dum dilectum suū in huiuscemodi locum introducturam se, inquit; insinuat profecto, eum tanquam rem sibi maxime pretiosam ibi sic seruaturam, vt haudquaquam ipsum dimissura sit amplius, vt à se dilabatur: Vel sumitur pro eo loco particulari, in quo amori indulgetur, pro loco idoneo ad mutuos exhibendos amores, quod magis propriū eius significatū, esse ostendi supra in 1. expositione illorum verb. vers. 4. primi capitis (*Introduxit me Rex in cellaria sua*) ex sentētia ista, quam modo in manibus habemus, atque ex altera, qua apud Iohelem Prophetam b dicitur יצא מחדרו חתן ietzae mechedro chathan, quam nostri vertunt: *Egredietur* Sponsus de cubili suo. Atqui per hoc, quod in istiusmodi locum eumdem dilectum introductură se asserit, efficacissime id, quod intendebat testatū facit, quàm grandi ipsum porsequeretur amore. Ac profecto magnum id habet roboris, quod propriæ cōceptionis, quę ibi facta est, meminit, dicens: *In cubiculum eius, quæ concepit me*, vel *genitricis*, idest, quę me genuit: per hoc namque insinuat, se daturam operam, vt in quo loco primū accepit esse per conceptionem, primamve vidit lucem per generationem, in eo suū arctissime teneat dilectum, ac non dimittat eum, vt mutuo secum indulgeat amori.

b Ioel 2. 16.

PARAPHRASIS.

His prænotatis facile iam patet, quis sit eorum, quæ hic dicūtur, sensus: Aequè est enim ac si sponsa dicat, Adeo ingens in me flagragrabat amoris æstus erga eū, quem diligit anima mea, vt postquā ipsum inueni, vt primùm eum conspexi, ad illū arripiendum properarim, arreptum autem tenui fortiter; quinimò firmiter in animo meo statui, illum haudquaquam dimittere, etiamsi in domū ipsum introducam: is quippe meus est erga illū amor; vt non tantum sponsi loco, sed & loco matris pariter eum habitura sim; atq; adeo non in quamcunque domum illum introducere studeo, sed in domum matris meæ, vt ibi eum detineam in domo manentem, instar matrumfamilias, quarum studiū id esse solet, vt intra suarum domuum parietes se contineant: vtq; is ipse tutius mecum detineatur, dabo operam, vt in secretissimum introducatur locū, in quo pretiosissima quæque seruantur; in *cubiculum genitricis meæ, eiusve, quæ me concepit*: in locū ad mutuos exhibendos amores maxime commodum, in quo concepta, ac genita sum: vt vbi principiū adepta sum essendi, primamve aspexi lucē, ibi mutuo secum indulgeam amori.

Ex Vers. IIII. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

VVlgatissima, atque ab omnibus Theologis recepta ea est Aug. distin. actuū fidei, qua & in serm.

Fidei actus triplex iuxta

DE ECCLESIA.

serm. 61. de verbis Domini, & in Tract. 29. in Ioannem, & clarius in serm. 181. de tempore, triplicem inquit esse actum credendi: Credere Deũ, credere Deo, & credere in Deũ: Credere enim Deo, ait, est credere vera esse, quę loquitur: credere illũ, est credere, quia ipse est Deus: credere in illum est diligere illum. Credere vera esse, quæ loquitur, mali, & mali possunt: Credere autem, ipsum esse Deum, & dæmones possunt: Credere verò in Deũ, soli nouerunt, qui diligunt illum, qui non solum nomine Christiani sunt, sed & factis, & vita; quia sine dilectione fides inanis est. Quanquam id pro confesso apud Scholasticos omnes sit, huiusmodi distinctionem re vera non esse actuum re ipsa diuersorũ, sed tantùm secundùm diuersas rationes, & modos credẽdi: vnicus enim, qui perfectus est, actus fidei hos omnes in se continet credendi modos. Neq; recta censenda est, atque perfecta fides, nisi omnibus tribus his modis credatur per eam. Hinc est, quòd Ecclesia sancta ex persona illorum fidelium, quos supra retulit errasse in Dei, ac diuinorum perscrutatione, dum euidentiam in huiuscemodi rerũ cognitione quærerent: seu potius quilibet illorum fidelium, postquam, relictis Hæreticorum disputationibus, certior factus est, inane id esse studium omne, quo euidenti ratione Deum, ac diuina comprehendere tentetur: nũc enarrat, quomodo per ænigmaticã cognitionem Deum ipsum inuenerit: quomodo perfectam diuinorum mysteriorum adeptus sit fidem, nec nõ & quàm perfectè per fidem adhæserit Deo, credendo videlicet illum, credendo in illum, atq; etiam perfectissimo modo credendo illi, ac vniuersis, quæ ab ipso reuelata sint, vtpote infallibili veritate. Explicat autẽ illa omnia verbis metaphoricis: *Inueni eum, tenui eum, &c. non dimittam eum: Inueni eum,* inquit, designãs, quod crediderit illũ, apposita certè metaphora: Quid enim est credere Deũ, aut credere diuina, nisi habitudo actus fidei ad præcipuum materiale obiectum eiusdẽ fidei, quod est Deus, & ad diuina, quæ habent ordinem ad Deum? nisi, per fidei intuitum agnoscere Deum propositũ vt obiectũ materiale? Atqui quemadmodũ corporeus oculus tũc inuenire aliquid dicitur, cum id propositũ habet vt obiectũ, quod intueatur, & ex consequenti tunc inuenire, & nos dicimus idẽ ipsum, cũ illud corporeo oculo obiectum videmus, quod prius videre haud licebat. In eumdem modum Deũ tũc rectè inuenire dici quis potest, cum illum, & ea, quæ ad ipsum spectant, vt propositum materiale obiectum oculis intuetur fidei, quem prius hoc pacto minime intuebatur, dũ euidentem quærens eius cognitionem, huiusmodi oculos ad illum haudquaquam habebat cõiectos, prout ijs contigit fidelibus, in quorum persona hic loquitur spõsa, ita vt propterea rectè ad significandum hunc primum actum credendi quilibet eorũ dicat; *Inueni quem diligit anima mea.*

Ea triplici modum credendi.

Inuenire Deũ, est credere illum.

Simile.

Neque vero minus apta est secunda metaphora, qua alium significauit actum fidei suæ, quo videlicet credidit in ipsum, quẽ inuenerat, dicens: *Tenui eum;* Enimuerò credere in Deum, si Augustini sententiæ stã dum est, nil aliud est, quàm idem ipse fidei actus, vt est à voluntate, & dilectione Dei excitatus, habẽs relationem ad Deum vt ad finem vltimum, propter quem volumus credere, referentes actum fidei ad ipsum, & omnino per fidẽ charitate informatam tendere in ipsum Deum, eumq; per huiuscemodi fidem, vt finem vltimum, quẽ diligit anima nostra, complecti. Qua verò metaphora breuius, & efficacius exprimi id poterat, quam vnico verbo, *Tenui eum,* si rectè intelligatur, vt explicatũ

Tenere Deum, est credere in illum.

A est in prima expositione. Per id namque innuitur, eumdem ipsum, qui Deũ inuenerat, quando illum credidit, ad eum inuentum charitatis impulsu se, suamq; fidem contulisse, ac per ipsum fidei suæ assensum vndequaq; complexũ fortiter eũ tenuisse.

Præclarissime autem per id, quod subijcit: *Nec dimittam eum,* tertiũ & se exhabuisse indicat actũ fidei, sic videlicet ipsi credens Deo, vt firmissime sua statuerit in mente, nunquam ab ea fide recessurum, vel tantillum in illa hæsitaturũ, certissima ea omnia tenens, quę ab illo reuelata ferrentur: hoc si quidem internum animi decretũ per id significari, dictum est, quod in futuro dicitur: *Nec dimittam.*

Nõ dimittere Deũ, quẽ teneas, est credere illi.

B Verùm, quoniam complura nonnunquam, vt à Deo reuelata feruntur, quæ tamen re vera minime sunt reuelata, nec Catholicæ, & Orthodoxæ cõtor quia sunt fidei, quam Romana, & Apostolica tenet Ecclesia, idcirco quicunq; hic loquitur fidelis, quò suum imploat animi decretum, vt fidem eam nunquam dimittat, quam Deo habet, quave illi credit, ijs omnibus, quæ nouit, ab ipso esse reuelata, congruentissime subijcit: *Donec introducam illum in domum matris meæ.* Per quæ indicat, se tunc solidius Deo crediturum, ita vt haud vnquam illius fidem dimissurus sit, cum ea ipsa, quæ credit, vt reuelata, cũ dogmatib. confert Romanæ fidei, quàm metaphoricã appellationem domũ nũcupat matris suæ; quoniã in illa veluti in proprio, ac tutissimo domicilio, catholica moratur Ecclesia, quã matrem esse

Fides in Deum, & actus credendi Deo, solidatur collatione ad dogmata Ecclesiæ Romanæ.

C vniuscuiusq; fidelis, colligimus manifestè ex illo Psal. 86. quo, iuxta lectionem psalterij Romani ex versione Sept. dicitur: a *Mater Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus;* Ex quo psalmi loco illud diluere licet, quod molestiam fortassis ingerere posset in ijs, quæ iam iam dicta sunt: fidelem introducere velle Deũ cui credit, in domũ matris suæ, quando collaturus est ea, quæ credit, cũ fide Romana, in qua habitat Catholica Ecclesia. Cum, n. re vera haud aliud sit Catholica, & Orthodoxa Ecclesia, quam Ecclesia Romana, non videt rectè dictũ, in Ecclesia Romana, vt in domo commorari Ecclesiã Catholicam: quandoquidem per hoc eæ signantur, vt inter se distinctæ, quæmadmodũ distinctæ inter se sunt domus,

Romana Ecclesia quo dicatur domus Ecclesię Catholicæ.

a Psal. 86. 5.

Ecclesia Apostolica, quo sit domus, et mater.

D & ea, quæ in domo habitat. Adde, quod si matris nomen cuiquam tribuendũ est Ecclesiæ Romanę potissimum certè id adscribendum, quæ, cùm sit Apostolica, Petri Cathedrã obtinens, mater profecto est reliquarum omniũ Ecclesiarum: Diluitur, inquam, hæc omnia per id, quod colligitur ex præcitato psalmo; Ibi si quidẽ, quæ vna est Syon typus Ecclesię sanctę, & mater dicitur, & domus. Mater, quoniam fideles peperit, iuxta illud, quod in Cantico Annæ canimus: *b Quoniã sterilis peperit plurimos:* atq; adeo homo, idest, quilibet fidelis dicet ipsi, Mater, vocabit eam matrẽ: Domus verò eadẽ dicta est, qm̃ in illa, æque ac in domo matris, homo, idest fidelis quisq; natus est, eamdemq; in for

b 1. Reg. 2. 5.

E tissimam domũ non homo quispiã, sed Altissimus fundasse signatur: in quam domũ ipsemet, qui eã fundauit, Altissimus habitare facit Ecclesiã Catholicam, vt matrẽ: ita vt propterea non incongruẽ, & illud alterius psalmi ad hoc mysteriũ significandũ proferri possit: *c Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrem filiorum lætantem;* vt sensus sit, Altissimum tunc præcipuę sanctã Ecclesiam fundasse in domũ, quãdo illam, quę ante Apostolorũ prædicationem sterilis erat, cũ filios non pareret, matrẽ constituit innumerorũ fideliũ, lætantesq; in semetipsa habitantem, ac parientẽ iugiter nouos fœtus. Quanquam non ignorẽ, alium esse prædictę sententiæ sensum, qui

c Psa. 112. 9.

DE ECCLESIA.

qui cõiter afferri ſolet ad litteræ explicationẽ. Ad rem itaque noſtram redeuntes: Tunc maximè fidelis, qui nuper Deũ inuenit, Deum, eiuſve fidẽ, qua illi credit, non dimiſſurum ſe, ait, cum ea, quæ credit, ſidemq; ſuam in fortiſſimam introducit Apoſtolicę Eccleſię domum, connectens eam cum fide Romana, quæ adeo fortis eſt, vt pote *a* ſupra validiſſimam petram ædificata, vt nec portę inferi præualere queant aduerſus ipſam. Benè autẽ introduci dicitur Deus in Eccleſiæ domum vt in domũ matris vniuſcuiuſq; fidelis, cum quę creduntur vt reuelata à Deo, conferuntur, & coniunguntur cũ fide Romana: nam diuinorum myſteriorum fides haud aliud eſt, quàm fides, qua ipſi credimus Deo reuelanti: notũ eſt autem ex Apoſtolo, *b per fidem Deum habitare in cordibus noſtris*, quòd ſi per fidem habitat in cordibus noſtris, per eamdem certè fidẽ introduci is à nobis dicitur in Eccleſiæ domum, in qua inſtar matris familias ſic commoraturus perpetuò eſt, vt propterea ad Apoſtolos dixerit: *c Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*.

a Matth. 16 18.

b Ephe. 3. 17.

c Matt. 28 20.

Quia verò lapis lydius, ad quẽ ea probanda ſunt, quæcunque reuelata feruntur, eſt Sacra Scriptura, quam dictauit Spiritus ſanctus: quia inter illa, quibus fides, quã Deo exhibemus, maximè confirmatur, præcipuum ea tenent locum, quę in ſacris paginis ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: Idcirco is, qui hic loquitur, fidelis, vt magis magiſq; confirmet, ſe ita Deo ſemper crediturũ, & ijs, quæ ab eo reuelata ſint, vt nunquã iſtiuſmodi fidẽ ſit dimiſſurus, addit: *Et in cubiculum genitricis meæ*: ſcilicet introducam eum, deſignans, tũc validiſſimè dictã ſe retenturum fidem, cũ ea, quæ credit, quæve ſibi, vt reuelata proponuntur, contulerit, non ſolũ cum dogmatib. & fide Eccleſiæ Romanę, hoc pacto introducens dilectum ſuum in domũ matris ſuæ, verùm etiam, cũ & ad Sacram Scripturam eadẽ probarit, an videlicet conſona illa ſint ijs, quæ in ſcriptura continẽtur, ſic illũ ipſum dilectum ſuum introducens in cubiculũ, ſecretumve genitricis ſuæ. Porrò egregia, & iſta eſt metaphorica appellatio, qua ſacros libros cubiculũ genitricis ſuæ nuncupauit: Cubiculũ. n. genitricis quatuor deſignare poteſt. Primò locum illũ, in quo genitrix commorari, & in quem abdere ſe ſolet. Secundò locum particularem, vbi ipſa eius mater eum concepit, & genuit, ad q indicandum Sept. Matris nomen circunſcribentes, verterunt. *Et in ſecretũ eius, quæ concepit me*. Vel tertiò locũ abditiſſimum, in quo pretioſiſſima quæq; ſeruata cõderentur à genitrice. Vel denique penetralia illa domus, in quibus genitrix ipſa cùm viro ſuo mutuò indulgeret amori, iuxta ſignificatus in prima expoſitione allatos ex voce hebræa, atque ex Gręca. Equidem vbinã frequentius ſancta commoratur Eccleſia, q̃ genitrix vniuſcuiuſque fidelis, quàm in Sacra Scriptura, in cuius ſtudio meditans perſeuerat die ac nocte? In ſcripturarũ meditatione arctiſſimo vnà cũ Deo ſuo vnitur amore: in ſcripturis ſanctis vniuerſos ſapientiæ ſuæ theſauros conditos habet, & demùm in iſdẽ quoſcũque concepit, & genuit fideles, in earum videlicet prędicatione, vnde & propterea Apoſtolus ad Corinthios ait: *d In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui*. Quid eſt. n. per Euangelium, niſi dũ Euangelium vobis prædicarem, dum in Euangelij explicatione vos inſtruerem? Aptiſſima ergo metaphora cubiculi genitricis deſignatæ ſunt Scripturę ſanctæ. Atqui, vt iſtum concludam ſenſum, quod hoc loco ex perſona fideliũ ſãcta aſſerit Eccleſia quodve fideles ij dicunt, ex quorũ perſona in præcedentibus ipſa locuta eſt, tale quid mihi eſſe videtur.

Fides roboratur per ſtudiũ Sacræ Scripturæ.

Scriptura Sacra cur appellata à fidelibus cubiculum genitricis ſuæ.

d 1. Cor. 4. 15.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS.

Superſtitiam omnem abijciens diuinorum myſteriorum perſcrutationem, *inueni* tandem Deũ meũ, *quem diligit anima mea*, obiectũmq; eum habens ob oculos fidei, credidi illũ: ſimulq; ac ipſum fidei oculis inueni, credidi pariter in illũ, charitatis nimirum impetu in illum me, meamque dirigens fidem, ſicque *tenui eum* per fidem charitate informatam. Adeo verò arctè eũ tenui, vt ſtatuerim firmiſſimè intra me, haudquaquã eũ amplius me dimiſſuram, ita videlicet in illum credens, vt etiam eidẽ credam, ſolidiſſimamq; fidem ijs omnib. præbeã, quæ ab ipſo reuelata feruntur, vt ab infallibili veritate. Quin & hoc ipſum decretũ meum tunc magis firmandũ non dubito, vt fidem, qua ei credidi, non dimittam; quando illa, quæ vt ab eo reuelata proponuntur, cum dogmatib. conferam, & cũ fide Eccleſiæ Romanæ, quæ domus eſt matris meæ Eccleſię Catholicæ, & ad Sacræ Scripturæ ſententias eadem probabo: Sicq; dum fidem meã, qua ipſi credidi Deo meo, conſonam omnino inſpiciã, & fidei Apoſtolicæ Eccleſiæ, & ſacris libris, Deum meum, quẽ diligit anima mea, *nunquam dimittam introducens* nimirũ *illum* vnà cũ ea, quam ipſi habeo, fide *in domũ matris meæ*, vt inſtar matris ibi ipſe me foueat, & regat, nũquam à dicta recedens domo: *& in cubiculum genitricis meæ*, vt in Sacrarum Scripturarũ meditatione mutuò ſecum iugiter indulgeam amori, & in eiſdem eũ fortiter teneam, in quibus me, & cõceptam ab Eccleſia, & genitam recolo ad gratię lucem.

Ex Verſ. IIII. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

EA eſt obedientiæ vis, vt illum ipſum ſibi faciat ſubiectum, cui exhibetur: ita vt qui ſuperior alioquin eſt, & poteſtatem exercens in nobis, per obediẽtiam, quã illi præſtamus, ſic nobis ſubijciatur, vt fiat miniſter noſter, quod & Chriſtus Ieſus de ſemetipſo teſtatus eſt, cum diceret: *e Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*, & Apoſtolus ſubindicauit, cum in Epiſt. ad Eph. diceret: *Subiecti inuicem eſtote in timore Chriſti*, ac ſi dicat: *f* Et ſubditi ſubiecti eſtote Prælatis, obedientes illorum præceptis, & Prælati pariter ipſis ſubditis vobis obtẽperantibus eſtote ſubiecti, ſubijciente vos eorum obediẽtia, qua et illi vobis ſubijciuntur. Sic inter homines hanc obedientiæ vim obſeruare fas eſt. Sed & in Deum quoq; obedientiam eaſdem habere vires, vt illum ſubijciat quodámodo viro obedienti, teneatq; quodammodo eũ, qui teneri alioquin minimè poteſt, ex ſacris colligimus paginis; obedientia etenim Ioſue, qua audacter Deo obtemperauit, introducẽs populum Iſrael in terram promiſſionis, pugnamq; non deterrens contra potentiſſimos Reges, & Gentes illarum Regionum, ac præſertim contra quinque Reges Amorrheorum, vt opem ferret Gabaonitis: iſtiuſmodi, inquam, illius obedientia, ſic Deum ipſi ſubiecit, vt & illum ei reddiderit obtemperantem, & ſimul quoque ita eum tenuerit, vt non dimiſerit quodammodo, illum peragere ſolitũ opus, de quo in Euangelio dicitur: *g Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos*, non permittens, vt conſuetum Solis, ac Lunę motum proſequeretur. Vnde benè in textu non dicitur, Ioſue præcipiſſe Soli, ac Lunæ, ſed ipſi met Domi-

Obedientia eidem ſubdito ſubijcit Prælatum.

e Matt. 20 28.

f Epheſ. 5 21.

Obedientia vis tanta eſt, vt & Deũ ſubiectũ faciat viro obedienti.

g Matt. 5. 45.

Domino, hæc quippe sunt verba textus: *a Tunc locutus est (nota) Domino Iosue in die, qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis, Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon, Steterunt que Sol, & Luna, donec,* &c. & paulo post: *Non fuit antea, & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis.* Iosue ergo per obedientiam, quam Deo exhibuit, illũ sibi subiectum, & obedientem facere valuit, tenuitque, nec dimisit eum, vt moueret Solem, & Lunam: Et per eandem obedientiam Moyses quoque eũdem Deum tenuit, nec dimisit, vt in populum Israel irasceretur propter peccatum, quod commiserat, idololatriç: per obedientiam, inquam, qua is tam difficile onus assumpserat, vt populum illũ educeret de Aegypto, deduceretque per desertum, per obedientiam, qua ad eiusdem Dei præceptum montem solus ascenderat, populumque sua destituerat præsentia.

a Iosue 10. 12.

Propterea crediderim, Deum ipsum, antequam diceret ei: *b Dimitte me, vt irascatur furor meus,* &c. ea protulisse verba: Cerno, *Quod populus iste duræ ceruicis sit,* vt indicaret, se promoueri quidem à duritie, & in obedientia illius populi, vt irascatur contra eum, ipsumque deleat, & ab ipso recedat; Sed tamen id facere non posse, quia ab ipso detinetur per obediẽtiam, qua populum illum eduxit, &c. Atque adeo bene illicò post prædicta verba subiecit: *Dimitte me,* ac si dicat: Tibi obedienti mihi, obedire cogor, & ipse, teneor per obedientiam tuam, dimitte me. Potuit sanè tunc Moyses dicere, & gloriari non insipienter: *Tenui eum, nec dimittã,* cum, sicut ex consequentibus patet, nullo pacto Deum dimittere voluerit, vt discederet à populo, quem ei præceperat, vt deduceret in terrã promissionis: Potuit dicere, *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam eum,* vna scilicet cum ipso populo Israel in terram promissionis, quam rectè domum appellat matris suç, vel, quia ex ea terra vt à matre sua ortum habuit, & in eadem vt in domo matris exortus est in Sanctis Patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob vel quia in illa ab ipsomet Deo, æque ac à matre, & in domo matris foueri, ac nutriri vellet tenerum illum populum lacte, ac melle, iuxta promissionẽ sibi sæpius ab eo factã, de præstanda eis terra fluente, lac, & mel; Addit autem: *Et in cubiculum genitricis meæ,* templum designans, quod Ierosolymis construendum erat, quod certè abditissimum, & augustissimum futurum erat cubiculum, in quo pretiosissima quæque illius terræ condenda essent, cum offerentur vel in primitias, vel in holocausta, & sacrificia. Potuit, inquam, tunc dicere Moyses: *Tenui eum, nec dimittam, donec* vel ipse, vel qui mihi succedent in regendo, ac ducendo populum istum, *introducam illum* nobiscum in terram promissionis, vt in ea nobiscum commoretur, instar matrisfamilias, & in templum, vbi in penetralib. domus commoretur gloria eius, non quod illũ fortasse tunc dimissurus sim, sed vt ibi arctius ipsum teneam adstrictum, vtque ibi in populo isto secum mutuo indulgeam amori, vbi primum cum ipso cõceptus sum populo. Templum enim, quod cubiculum appellauit genitricis suæ, exædificatum fuit postmodum à Salomone *c* in mõte Moriah, vbi primum conceptus fuit quodammodo populus Israel: quoniam ibi ob præstantissimũ obedientiæ actum, primum *d* Abrahæ iuramento promissa est à Domino dicti populi propagatio, & benedictio.

b Exo. 32. 10.

c Paral. 3. 1.

d Gen. 22. 16.

Verùm, hoc supposito; quòd obedientiæ virtus vires exhibeat, quibus teneri ab homine queat

A Deus, prout satis iam probatũ est, multo certè congruentius verba ista ei conueniũt animæ, quæ per Christũ Deo sponsata sit, quæve hucusque locuta est in hoc Cantico, & in præcedẽtibus verbis enarrauit quomodo paululum cum pertransisset Prælatos, obediendo illorum pręceptis, seque illis subiiciendo, inuenerit Deum, quem suus diligebat spiritus.

Vt autem ista prædictæ animæ verba percipi queant facilius, primum singula examinãda sunt, Quomodo scilicet pia anima obediens Prælatis, Deum inueniat: tum, Quomodo eumdem teneat, tertiò, Quomodo non dimittat: ac demùm, Quomodo eumdem introducturam se, dicat in Ierusalem cælestem, quã matrem nostram appellat Apo-
B stolus: *e* postmodum verò per paraphrasim facile totus explicabitur sensus eorumdem.

e Galat. 4. 26.

Primò igitur notandum, obedientem animam tunc dici inuenire Deum, cum Prælatorum mandatis obtemperat, quia in iis ipsis pręceptis Deum indubitato fidei oculo intuetur, sibi præcipientẽ iuxta illud Domini: *f Qui vos audit, me audit,* qa ex iisdem præceptis intelligit Dei voluntatem, nõ secus ac populus Israel in deserto, *g* ex columnç nubis in motu, vel statu, Dei volũtatẽ intelligebat, qua scilicet is vellet ipsum ambulare, vel stare, nec non, & ipsum Deum præsentem in ipsa agnoscebat nube: propterea crediderim per Sapientẽ superiorum præcepta appellata primum lucernam, tũ lu-
C cem: sic enim dicitur in lib. Prou. *h Quia mandatũ lucerna est, & lex lux.* Lucerna etenim est, quòd lucem habeat impertitam diuinæ voluntatis: lux quoque est, quia est ipsamet Dei voluntas. Rectè verò anima obediens postquam Deum inuenit, in Prælatorum præceptis diuinam intelligens voluntatem subiicit: *Tenui illum:* neq; enim obedire potuisset, nisi, quam intellexerat Dei voluntatem, prehendisset: prehendens Dei voluntatem, tenuit certè secũ Deũ ipsum, quod ex eo colligere licet: quia in sacris paginis legimus Deum, cum alicui suam significet voluntatem, aliquidve præcipiat, subinferre: *Ego ero tecum:* ac si dicat: cum istam meã prehenderis voluntatem, me quoq; tenebis per tuam
D obedientiam, tecum persistentem, à quo & robur accipies ad opus perficiendum, & dulcedine in ipsomet opere perfunderis. Sic Moysi, sic Iosue, sic Ieremiæ, & aliis compluribus. Porrò quæ in præceptis Prælatorum Dei voluntatem intellexit, diuinæq; præsentiæ dulcedine perfrui cœpit, audacter subiicit: *Et non dimittam illum:* Firmissimum animi sui decretum notum faciens, quo eum, quem iam per obedientiam prehenderat, ac tenebat, nunquam se dimissuram statuit; haud, scilicet permissuram aliquando, vt per inobediẽtiam ea priuaretur dulcedine, quam, dum obediens perseuerat, ex illius percipit præsentia: Vt enim obediens, dum Dei voluntatẽ apprehendit, & tenet, semper in de-
E liciis sit, operępretium est; quandoquidem securus semper incedit; *i Secura* autem *mens quasi iuge conuiuium,* vt dicitur in lib. Prou. Quidni verò securè incedat obediens, & in deliciis, qui ita Dei apprehendit voluntatem, sicve Deum tenet, vt super illum quocunq; nitatur in opere? Angeli ipsi tam eximias eius admirantur delicias; vnde, & sibi inuicem sic loquuntur in extremo capite huius Cantici: *k Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum?*

f Luc. 10. 16.

g Exo. 13. 21.

h Prou. 6. 23.

Dei voluntatem obediendo intelligens pia anima Deum ipsum tenet secum adstrictum.

Obediens semper in deliciis est ob maximam securitatem, quã in obedientia reperit.

i Prou. 15. 15.

k Cant. 8. 5.

Atqui, vt magis ac magis perpetuitatem confirmet tum prædicti decreti sui, non dimittendi illũ, tum etiam deliciarum, quibus perfruitur in obtemperando diuinæ voluntati, addit: *Donec introducam,*

ducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: quoniam tunc arctius illum tenebit, nec vllo pacto eum dimittere poterit, cum sanctã ingredietur Ierusalem cęlestem quam in Epistola ad Galathas *a* matrem nostrã appellat Apostolus.

a Galat. 4. 26.

Sed circa hæc verba non modica insurgit difficultas: Cur dicat: *Donec introducam illum in domum, &c.* Qua.n. ratione Deũ introducere quis potest in cęlum, cum nec seipsum quispiam in illud queat introducere? *b Nemo ascendit in cælum*, ait, Dei filius, *nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo:* & cum beatus quilibet in illud à Deo introducatur. Vnde congruentius eadem quæ hic loquitur, sponsa tum in ca. 1. inquit: *c Introducet me Rex in cellaria sua*; tum in cap. 2. *d Introducet me in cellam vinariam*; vt ibi expositum videre est in superioribus. Hanc difficultatem vt tollant aliqui, asserunt, hæc per figuram Hypallagen dicta à sponsa, vt contrario ordine dictum sit; *Donec introducam illum*, pro, *Donec introducat me ille*: quẽ lapsum frequentissime, inquiunt, contingere amantibus; Ego tamen haud linguæ lapsum hunc crediderim, neq; opus esse arbitror, vt ad figuram Hypallagen recurramus: quinimo peculiari Spiritus sancti instinctu piã, obedientẽq; animã sic locutã existimo.

b Ioan. 3. 13.

Anima pia quo dicat se introductură Deũ in Cælum.

c Cant. 1.

d Cant. 2.

Duobus autem modis explicari potest, quomodo obediens, cum cælestem adit Patriam, Deum in illam secũ introducere dicatur: idq; ex duabus Sacræ Scripturæ sententijs, altera, quæ habetur in Ps. 72. vers. 23. *vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*; altera quã habet Apostolus in epist. ad Galathas cap. 4. vers. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*

Primo igitur modo dici potest, obedientem animam dicere, se introducturam Christum in cælestem Ierusalem eo sensu, quo asserimus, equum introeuntem in aliquam Ciuitatem introducere in eandẽ ciuitatem equitem, quẽ super se portat, & à quo dirigitur in dictam Ciuitatem: Cum.n. ipsa, iuxta citatam Psalmi *e* sententiã, obediens Prælatorũ mãdatis, instar iumẽti se Deo supponat, sicq; eum gestet, semper cũ illo esse volens; vt nunquam eum dimissurum decreuerit: profecto, si illũ nusquã dimittat, illumq; portet, & ab eo dirigatur ad patriam cælestẽ, aptissima ad equum allusione dicere potest, & polliceri, etiam se illum in dictã Ciuitatem introducturam; per quæ præclare confirmat, quod dixerat. *Non dimittam eum:* quandoquidem, si instar iumenti Deũ sibi insidentẽ sugiter in præsenti sæculo habere studeat, multò certè præstantius perpetuò in cælesti patria insidentẽ habebit eumdem, æque ac ibidem super Cherubim eũ insidere, necnon & equitare ex Psalmis habemus, vbi dicitur. *f Qui sedet super Cherubin manifestare, &c.* & clarius in Psalmo 17. iuxta hebraicam lectionẽ, *g & equitauit super Cherubin & volauit.*

Obediens, instar equi, portans Deum, introducit illum in Cælum.

e Psal. 72. 23.

f Psal. 79. 2.

g Psal. 17. 11.

Sed melius, ac subtilius, secundo modo dici potest, catenus obedientẽ animam polliceri, se introducturam Deum in cælestem Ierusalem, quatenus intra se formatum Christũ, ac Deũ ipsum habeat: hoc.n. pacto cum ipsa introducetur à Deo in illam Ciuitatem, introducet simul, & illa Deum ipsum.

Pro cuius rei intelligentia animaduertendum, Christum formari in anima potissimum per obedientiã. Enimuerò si tunc Deum inuenire ea dicitur, cum illius intelligit voluntatem in Prælatorũ mandatis (vt supra ostensum est) profecto cum ipsam prehendit, ac tenet Dei voluntatem, Dei formã in se suscipere dicẽda est, vnde & aptissimo verbo, conformari tunc eam asserimus eidem diuinæ voluntati. Hocq; illud est, quod meo iudicio in præcitata sententia significare voluit Apostolus: cũ.n. dixit: *b Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christus in vobis*: æque est ac si diceret: *Filioli mei, quos*, cum hucusq; mandatis meis minimè obedieritis, permittẽtes, vos seduci à falsis Apostolis, *iterum parturire* contẽdo, curans, vt plene obtemperantes vos reddã, *donec* in omnibus diuinæ conformemini volũtati, sicq; *Christus formetur in vobis*. Sed clarius hoc ipsum per alteram eiusdẽ Apostoli sententiã licet confirmare: Is namq; in epist. ad Romanos in hũc modũ illos alloquitur. *i Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens, & perfecta.* Quibus verbis indicat, in cuiusq; fidelis potestate esse, quam formã in se accipere velit, quandoquidem diuina ei non deest gratia; Formam sæculi, aut formam Dei: deterret autem à forma sæculi, hortans ad suscipiendã formam Dei: & licet non declaret, quæ sit sæculi forma; ex declaratione tamen, quam affert formę Dei colligere ex ipso licet, quænã sit & illa. Reformationẽ spiritus, & susceptionem formæ Dei, inquit, faciendã, probando. i. experiẽdo, & quodam gustu spirituali agnoscendo, & cõprobando diuinã voluntatem, quæ sit bona, beneplacens, atq; perfecta: quod idem est, ac si diceret, conformãdo se, suãq; voluntatem voluntati diuinæ: quapropter, si à contrario sensu arguendũ est, formæ sæculi susceptio nil aliud erit, quã cum propriam nostram comptobamus voluntatem, quæ quidẽ tunc huic conformatur sæculo, cum iuxta homines sæculi libere secundum propriũ consilium vagari sinitur. In hac porrò propria voluntate, propriã, & vniuscuiusq; formam sitam crediderim, per quã suus quisq; cõstituatur in genere moris: quęve ita excluditur per eam, quam dixi, formam Dei, vt in eo, in quo, iuxta Apostoli consiliũ, formandus est Deus, sic operæ pretium sit, illa desinat, vt is in seipso quoq. desinat esse quodãmodo: quod redemptor noster voluit testatũ, cũ diceret: *k Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me*: Quid est enim negare seipsum, nisi propriam negare volũtatem, alienæq; voluntati conformari? propriam negare formam, quam per aliam exclusisset formã diuinæ volũtatis? Bene igitur, vt istud innueret mysteriũ sponsa, quæ iã hoc pacto se abnegauit, pollicetur, tunc temporis, cũ in cælestẽ abibit Ierusalẽ, in illã Deũ introducturam, cuius in se gestabat formam.

b Gala. 4. 15.

i Rom. 12. 2.

Voluntas propria est forma, qua quisq; suus est, & non Dei.

k Luc. 9. 23.

Neq; abs re factum est, vt cęlestem illam patriã, domum matris suæ appellarit, quam potius videbatur dicere debuisse domũ patris sui, prout eam nuncupare solebat, & Christus, per hoc quippe duplex illud significare voluit mysteriũ, quod in prima tactũ est expositione; sc. per conformationem ad diuinam voluntatẽ introducturam Deũ in illã domũ; vt ibi ab illo, eque ac à matre poterit diuinæ dulcedinis lacte, dum eãdem faciet ipsius volũtate, vtq; eodem instar matrisfamilias in eadem domo perseuerantem detineat, ita vt nihil amplius sibi timendũ sit, quod susceptam illius dimissura sit formã: quandoquidẽ in ea patria conformatio Beatorum ad diuinam voluntatem perpetua erit.

Cælestem patriã cur pia anima appellet domum matris potius, quam patris sui.

Per id verò, quod eamdem patriam dixit cubiculum, & secretũ genitricis suæ, vel eius, quæ concepit ipsam, aliud indicat insuper mysteriũ; scilicet hoc quã maxime peroptare, vt ibi semper in immota perseueret conformatione prædicta, vnde principium accepit essendi, qñ diuina creata est manu; sicq; ibi perfectissimo modo ad diuinã conformetur voluntatem, vbi per diuinam itẽ condita fuerat voluntatem.

His

DE ANIMA.

His ita explicatis, iam facile eorum, quæ hic di- A cuntur, istiusmodi colligitur sensus: Aeq; est enim ac si pia anima dicat.

PARAPHRASIS.

Pertransiens vigiles, Prælatisque obtemperans, in eorum præceptis inueni Deum, quem diligit anima mea, intelligens in ijs diuinam voluntatem illius: apprehendi illicò, quam noram, voluntatẽ ipsius, ad eã me proripiens, vt in rem mihi periucundam: sicque ipsummet tenui Deum, illum mecum habens, dum hoc pacto obedirem. Tantam verò in huiuscemodi obediẽtia percepi dulcedinẽ ex eius voluntate, quam apprehenderam, & ex præsentia illius, quem mecũ tenueram, vt firmissime meo statuerim in animo, nũquam eum dimissuram, quin ipsum præsentem mihi complecterer, obtemperãs eius voluntati: id verò tunc maxime mihi continget, quando post præsens vitæ curriculum introducta in diuina cellaria ab illo, cui vt iumentum me exhibueram, per obediẽtiam portans eum, cuius, & formam in me gestare studueram, conformans me eius voluntati, introducam, & ipsa eum, in domum matris meę, & in cubiculum genitricis meę, & eius, quæ me concepit, in cælestem Ierusalẽ, ibi enim is perpetuo vt mater me in cõformitate, qua ad eius voluntatem conformabor, perfectè suo lactabit diuinæ dulcedinis lacte, perpetuoque vt materfamilias manebit formatus in me: ibi in æternũ perseuerabo in omnimoda cõformitate ad eius voluntatem, vbi per eamdem voluntatem sum condita, quando principium habui essendi.

ALTER SENSVS.

Dulcedine spirituali priuatur aliquando pia anima, vt ad illã magis afficiatur, magisvè æstimet illam.

Iuxta alium illum sensum, quem secũdo loco in precedentib. sententijs prosecuti sumus, confirmat hoc loco spõsa id, quod dictum est sup. in exposit. 3. 1. vers. Inter alias nimirum causas, propter quas Deus piam animam spirituali nonnunquam priuat dulcedine, suaq; quodãmodo illam destituit præsentia, eam esse non extremã, vt per istiusmodi destitutionem magis ipsa accendatur ad illũ quęrendum, quem à se recessisse existimat, inuentumq; maiori conseruet studio, & ad recuperatã diuinæ dulcedinis pręsentiam afficiatur magis ac magis. Ecce enim, pia ista anima, postquam reddita sibi lætitia salutaris sui, post diutinam inquisitionem, inuẽto dilecto suo, illius compos facta est dulcissimæ præsentiæ: ad eũ, quem inuenerat, instar veltris ad inuentam damulam velocissimo cursu properasse se, innuit, prehẽdisse, fortissimèque ne iterum dilaberetur, tenuisse complexibus, & statuisse, omnẽ curam se adhibituram, ne illũ amplius dimitteret in vita præsenti, si enim hoc egerit, nõ dubitare, se & in cælesti patria illum perpetuo retẽturam, vtpote quem in eam introducet sibi arctissimè colligatũ.

Ad amoris perfectionẽ tres actus concurrũt.

Circa hunc sensum, animaduertendũ, piam animam per tria ista verba (*Inueni, tenui, & non dimittam*) indicare perfectionem eximiam amoris sui, quo vnita tunc Deo fuit, quando nulli pepercit studio, vt illum quæreret, & cuius vim intra se minime senserat aliquando: ad amoris siquidem plenã perfectionẽ, quæ in vnione amãtis cum amato sita est, tres actus concurrant, operæpretiũ est. Primus, quẽ propriè amoris nomen sibi vendicare, asserũt Theologi, quo ve primũ appetitus ab obiecto mouetur appetibili, ita vt complacentia quadã in illud propendeat. Secundus, quo idem appetitus per desiderij motum in illam rem tendit, in quam per amorem propendebat, quamve adhuc non attigerat. Tertius demũ, quo in eadem re iam adepta per fruitionẽ idem quiescit appetitus: qui quidẽ tres actus, etsi ita inter se sint distincti, vt tres diuersas constituant passiones, in vnum tamen (vt dictũ est) perfectum illũ amorem, quo perfecta fit vnio, ne-

Amore perfectissimo Deo vniri studet pia anima.

cesse est, vt omnes concurrant, atq; adeo bene sponsa primo inquit, se Deum inuenisse, sic videlicet ab illo, quem inuenerat, vt ab obiecto maxime iucundo, atque amabili suam commotam voluntatẽ, vt vehementiori, quàm prius in ipsum propenderit complacentia: Tum desiderio eiusdem potiũdi impulsam, ad illũ cucurrisse: hoc enim indicare verbum, *tenui*, seu, *apprehendi*, in hoc loco, ostensum est sup. in 1. exposit. quamuis simul quoq; indicet, Et tertiò actu illum statim tenuisse quodammodo, vt scilicet vehementiã grandem significet, & amoris, & desiderij sui, quo ad illum aduolarat. Vt autem tertio isto fruitionis actu se Deo, quẽ iam prehenderat, per amorem perfectum vnitam cõfirmaret, addit summa cum efficacia, & tertium verbũ: *Nec* B *dimittam, donec introducam illum*, &c.

DE ANIMA.

Anima pia dicenti nõ dimittam Deum, non est irrogandum præsumptionis crimen.

Sed efficacia ista tam magna, qua hanc perfectionem amoris sui erga Deum testatam facit, præsumptionis crimẽ in ipsam irrogare videtur: Grandis namque præsumptio est, vt, quæ in lubrica ista vita est, dicere audeat: *Non dimittam Deum*: Quid est enim aliud; *Tenui eum nec dimittã*; quàm quod dixit aliquando Dauid a in abundantia sua, cum scilicet abundantissime pręsentis Dei frueretur delicijs: *Non mouebor in æternum*? & tamen nemo est, qui in dubium vertere queat, ea verba extitisse ingentis præsumptionis, profitente hoc ipsomet Dauide, cum referret, quod subsecutũ est post prædictorum prolationem: *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*. Quinimò multò maior C videtur sponsæ præsumptio ob id, quod subijcit: *Donec introducam eum in domo matris meæ*, &c. per quæ pollicetur, se introducturam Deum in cęlestẽ Ierusalem, quẽ exorasse potius deberet, vt per gratiam suam in eamdem eam introduceret Ciuitatẽ. Nihilominus absit, vt in tam piam animã, quæ potissimum per humilitatis prærogatiuam ad spõsæ dignitatẽ prouecta est, præsumptionis inueniatur crimen. Sedulitatem quidem pollicetur se adhibituram quam maximam poterit: perseuerãtiam autem omnem ipsimet Deo adscribit, quem omni studio tenere contendebat: quod manifestum fit per illa ipsa verba, quæ maiorem præseferre videbantur præsumptionem, dum quippe ait, se eousq; il- D lum non dimissuram, donec introducat eum in patriam cælestem, indicat, se pro viribus daturã operam, vt illi sic adhæreat, quoadusque ipsa vnus spiritus fiat cum illo, quoadusq; is ita in ea formetur, vt dicere liceat: b *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus*, idq; donec ad cęlestia euehatur per illam, quam ab eo suscepit, vitã: quando patriã illam adiẽs introducet necessariò ipsum in illam, qui formatus in ipsa perseueret adhuc, multoq; tutius in patria illa pperpetuo sit perseueraturus: Dauidi verò rectè inuritur præsumptionis crimen: quo niam stabilitatem suam sibi ipsi potius, quam Deo adscriberet: neque enim debitam pollicitus est, se E adhibiturum diligentiam, vt illum iugiter teneret sibi adhærentem: quod patet ex eo, quod subijcit: *Auertisti faciem tuã à me*, &c. nam certè Deus non auertisset faciem suam ab ipso, si ipse debitum adhibuisset studium, vt is in ipso viueret.

a Psal. 29. 7.

b Gal. 2. 20.

Ex Vers. IIII. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Expositio Quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

AMor c ille singularis, quo erga dilectissimũ Filium suũ affecta erat gloriosissima Virgo, non

c Luc. 2. 46.

D E B. MARIA

Maria amor non impediuit Christi defessum, & morte sed ijs potius est cooperatus.

non tam carnalis, q̃ diuinus efficit quidem, vt enim tanto quæreret studio, quantum à se adhibitũ retulit in tribus præcedentib. sententijs, vtq; inuentũ illum in medio Doctorũ disputantem in tẽplo præhenderet, secumq; reduceret: haud tñ ob ipsiusmodi amorem, quo vix vel ad punctum tanti filij præsentia destitui poterat pia mater, cõmissum ab ipsa est, vt illius impedierit manifestationẽ, mundique redemptionẽ, q̃ per miracula facienda erant, & p mortem eius, minime permittens, vt is separaretur, longiusq; à se disiungeretur, peragrans Ciuitates Iudææ: Quinimò ipsamet vt omnino diuinæ conformaretur volũtati, carnali se eius orbare voluit præsentia, introducens illũ in p̃dictam, & manifestationem, & redemptionem: Hocq; illud est, q tunc temporis se statuisse indicat in his verbis, quando illum inuenit, & tenuit, cũ non adhuc esset hora eius: Acque est enim ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Inuentum prehendi, mecumq; tenui: statuique haud amplius illum dimissuram, vt iam à me tactum dolui quam maximè nõ dimissuram, inquã, eum donec per diuinitatis eius manifestationem introducam illum in Iudæam domũ matris meæ Synagogæ, ac per redemptionis humanæ fructum introducam eumdẽ iam mortuum in sepulchrum cubiculum sanè, & secretum terræ, q̃ genitricem meam profiteor, quia de terra concepta sum.

Maria introduxit Christũ in Iudæã dãs occasionem primæ illius manifestationi

a Ioan 2. 11.

Circa hunc sensum, primò notãdum, Mariam rectè pollicitam, se introducturam Christũ in Iudæam, qñquidem ipsa in causa fuit, vt Christus se manifestare cœperit p miracula: ob eius namq; intercessionem primum illud is fecit miraculũ transmutationis aquę in vinum: vnde Ioãnes post ennaratam miraculi historiam, notat: *a. Hoc fecit initium signorũ Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.*

Maria quando Christum dimiserit.

Notandum secundò, Virginem benedictã ob id dixisse; *Non dimittam eum donec introducam illum in domum matris meæ:* quia, etsi p̃dicatio Iesu prius cœperit, antequam fieret, illud miraculũ, nimirum à die, quo is à Ioanne baptizatus est, non tamen dici ex tunc debuit dimissus à Maria extitisse. q. adhuc illum Virginem sanctam, ex eo patet, q. a inuitata Maria postmodum ad nuptias, vocatus est, & Iesus, vtpote sine quo mater illa sua p̃dicare nõ poterat, quoadusq; non aduenisset hora manifestationis illius, qua aduentante in ijs nuptijs, ipsũ sic ea dimisit, vt nusquam amplius in Euangelio legamus, Mariam comitatam esse Christũ, nisi qñ tempus redẽptionis aduenit, vt moreretur filius eius in Cruce, tunc quippe stetisse illam iuxta crucẽ asserit Ioannes: *b* ipsumq; iterum tenuisse dicenda est, nec dimisisse illũ, donec in sepulchro condere tur: sicut, & id verificatum apparet, q ipsamet in præsenti sententia addit: *Non dimittam, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* In tempore autem, q intermedium extitit inter miraculum factum in Cana, & collocationem demortui corporis in sepulchro, Mariã liberum dimisisset Christum, vt longius ab ipsa abscederet, ex eo patet, q a aliquando legimus, illã eius videndi desiderio detẽtam, eò tetendisse, vbi is p̃dicationis munus exercebat, nec ad eum accedere p̃missam: *c Venerunt*, inquit, B. Luc. *ad illũ Mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba, & nunciatũ est illi: Mater tua, & fratres tui stãt foris volentes te videre. Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea, et fratres mei hi sũt, q verbũ Dei audiũt, & faciunt.* Ac si dicat: Nõ est iam tẽpus, vt à matre mea detinear, dimissus ab illa sum, detineri debeo, ab his, q̃bus p̃dicare me oportet, qui ve audiũt, &c.

Maria Christũ introduxit ĩ sepulchrũ

b Ioan. 19 25.

c Gen. 32 24.

A

B

C

D

E

Ex Vers. IV. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

APPENDIX.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et populus domus Israel offerebat oblationes suas, & nauabãt operam verbis legis in cęnaculo domus doctrinę Mosis magistri eorum, & in cubiculo Iosue filij Nun ministri eius.

Tenetur Deus fide charitate, & reliquis virtutibus

Philo Car. Rich. Vic.

Deus q̃o tenetur à pia anima orationis assiduitate

d Matth. 5 8.

Duo sunt præcipuè huius sententię sensus apud Patres, & in vtroq; aliquid apud illos reperitur diuersitatis in modo explicãdi. In eo conueniũt omnes; vt, quòd à sponsa dicitur: Tenui eum, intelligendum sit, quod tenuerit eum fide, affectu, charitate, reliquisq; virtutibus. Videatur hac de re Philo Carpath. super his verbis. Egregiè autem explicant, tum Richar. Vict. tum Bernar. quomodo hac ratione pia anima, & Ecclesia Deum velit tenere, nec illum dimittere, Richar. n. Tenetur, ait Deus orationis deuotione, desiderio, importunitate, memoria, prece, fide, & expectatione exauditionis, nec dimittitur, si ab intẽtione nõ cessetur, nec vultus amplius in diuersa mutantur: Tenet itaq; dilectum, quamuis aurora sit, nec dimittit, donec benedixerit ei: *d* Luctata est cũ eo tota nocte, quia dormiuit, sed cor eius vigilauit, quia. s. ab exteriori occupatione cessauit, & in quærendo dilectum laborauit. Etiam quamuis per noctem ad aurorã peruenerit, non cessat à lucta. i. ab orationis instantia, nec dimittit dilectũ, nisi benedictionem det, vt eat de virtute in virtutem, & videat Deum deorũ in Sion. i. in speculatione per speculum, & in ænigmate: benedictionẽ hanc quærit, & nominis mutationem, vt nõ iã Iacob, sed Israel dici possit, nec opus sit, vt amplius vitia supplantet: vt expugnatis vitijs puritate fruatur virtutum, & Deum contempletur: *e Beati enim mundo corde, quoniã ipsi Deũ videbunt:* Hac benedictione percepta, claudicabit altero pede, quia q̃ duplicib. incedebat desiderijs, carnalia quædam sentiens, sed spiritualib. consentiens, pfectis mortificatis vitijs, & marcescente carnalitate, spiritualibus tantũ desiderijs feretur.

Bernard.

e Luc. 13. 19.

Deũ quãm arcte teneat Ecclesia.

Lucta Ecclesiæ cum Deo, qualis

f Gen. 32. 26.

Bernar. verò ser. 79. in Cant. dicit Ecclesiam tenere Dominum arctissimo glutino charitatis. Tangensque figuram Iacob, inquit: Et S. Patriarcha, *f Non te dimittam*, ait, *nisi benedixeris mihi.* Ita ista non vult eum dimittere, & forte magis, quam Patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione: Siquidem ille, benedictione accepta, dimisit eũ; hęc autem nõ sic: Nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te. *Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?* Non dimittam te, nec si benedixeris mihi: Tenui te, nec dimittam. Nec minus forsitan ille teneri vult, cũ perhibeat, dicẽs: *g Delicia meæ esse cum filiis hominum:* Et *h Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem.* Quid hac lucta fortius, quæ vna duorum tam vehementi voluntate firmata est? *Tenui eum*, inquit, sed nihilominus ipsa ab eo tenet vicissim, cui alibi dicit; *i Tenuisti manum dexteram meam*, quæ tenetur, & tenet, quomodo iam cadere potest? Tenet fidei firmitate, tenet deuotionis affectu: at nequaquã diu teneret, si non teneretur: tenetur autem potentia, & misericordia Domini.

Teneri non potest Deus nisi ab eo, q. è is prius tenet.

g Prou. 8. 31.

h Matt. 28 20.

i Psal 72. 23.

Ecclesia Christũ detenturã donec illũ introducat ĩ Synagogã.

Primus sensus est, isq; communior, vt Ecclesia per hæc significet, se fortissime Christum detenturam, donec introducat illum in Synagogã, sumendo ad-

APPENDIX.

Cassiod. Greg. PP. Philo Car. Iustus. Aponius. Beda. Rup. Abb. Bernard.

do ad uerbinm, *donec*, inclusiue, vt declaratum est A in prima expositione litterę, Ita Cassiod. Greg. PP. Philo Carp. Iustus Orgel. Apon. Beda, Rupert. Abbas, atque Bern. serm. 79.

Synagoga in fine mūdi conuertenda. *Cubiculū Deo preparent.*

Greg. PP. distinctionem inter domum, ac cubiculum sic explicat: In domum matris dilectum introducet, quando in fine Ecclesia per prædicationem in plebem Iudaicā sacramēta immittet, In cubiculum autem, quasi in secretiorem partem domus eum introducet: quia ex eadem plebe ita plurimos conuertet, vt omnes mundi Satanam abijciant, & in intimis cogitationib. soli Deo placere concupiscant: huiusmodi homines, quasi cubiculum facient sponso, qui, dum à se omnes cupiditates eijciant, quasi secretum locum in mente Deo component. B

Bernard. *Ecclesia tā ta charitas vt Christū communicare parata sit inimica sua Synagogæ, quin, & nomen quoque sponsæ sibi optat.*

Quę alia ratione explicantur à Bernar. serm. 79. vbi ponderans ingentem Ecclesiæ charitatē, quæ dilectum suum parata sit communicare inimicæ, quin & nomen sponsæ illi optet, & gratiam: Incredibilis, inquit, charitatis, si non sermo, quem locuta est ipsa, fecisset fidem: Dixit enim velle se introducere, quem tenebat, non solum in domum matris, sed & in cubiculum quoq; quod est prærogatiuę indicium. Sufficiebat ad salutem, si domū intraret: at secretum cubiculi significat gratiam. Hodie ait, huic domui salus à Deo facta est. Quidni sit domesticis salus, Saluatore ingresso domum? Si quæ in cubiculū meretur recipere, seorsum habet secretum suum sibi; Salus domui sit, thalamo deliciæ reconduntur. C

Iustus Orgel.

At verò Iustus Orgel. Christum in Synagogam introducere velle, ait, Ecclesiam in cubiculum genitricis suæ; Vt nimirum Iudæi Christum in secreto Sacrarum Scripturarum cōsistentem, qui nobis reuelatus est, aliquando reperiant.

Anima sācta Deū apprehendit, fide, tenet deuotione, ac illū introducit in cor suum. Gre. Nyss. Ambros. Tres Patr. Phi. Carp. Richard. Hugo Vi. Greg. Nyss.

Secūdus sensus, & ipse communior est vt in his pia anima significet, se inuentū Deum fide apprehensuram, affectu, atque deuotione detenturam, introducturamque in cor, atque in mentem suam. Ita Greg. Nyss. hom. 6. Amb. lib. 3. de Virg. post dimidium, & in Psal. 47. circa finem, Theod. seu, vt magis opinor, Tres Patr. apud ipsum, Philo Carp. Rich. & Hugo de S. Vict. Nō dimittam ait anima, dicit Nyssenus, non dimittam amplius Deū, ansa fidei apprehensum, donec fuerit intra meum, conclaue, quod conclaue est ipsum cor meū. Tunc verò id fit, quando redierit ad illum statum, in quo fuit ab initio, quando fuit effictus ab ea, q̄ concepit; Addit, non aberraturū, qui matris nomine intelligat significatam primam matrem nostræ constitutionis, q̄ sanè haud alia est, quàm Deus ipse. D

Fide cognitus Deus, & cor introducendus est per amorē. Tres Patr.

Quod apertius significatur à Catena Trium Patrum apud Theod. quæ ait; Mentem appellari domum tanquam matris, rerum omnium causæ Dei sapientiæ: Mens quippe huius sapientię capax est, veluti domicilium propter similitudinem, & cubile rursus ipsius; quia arcanos eius thesauros propter imaginem in se reconditos seruat. E

Mens nostra domus est, & secretū cubiculum sapientia Dei. Ambr. Aponius. *Domus matris nostra est lex: cubiculū verò est gratia.*

Ambr. lib. 3. de Virg. Quæ est, ait, domus matris tuæ, & in cubiculum eius, nisi internum tuæ, secretumq; naturæ? serm. autem 17. in Psal. 118. vers. 3. Fortasse, inquit, domus est, in qua pręfulget Moralium disciplina; secretum autē illud est, in quo sūt altiora mysteria. Quę declarari possunt p ea, q̄ dicit Apon. dum ait: Cum legem diuinam mundo Ingeris corde, & q̄ præcepit, facienda docueris, exultantem Christum in domum matris inducis: Cū autem eius mirabilia mysteria differere fueris dignus, & cæco Iudæo, & Gentili gratię domum, verum humani generis redemptionem annūtiando;

Christum renascentem in cubiculum genitricis introduces.

APPENDIX.

Richar. *Gratia est pia animæ mater.*

Richar. de S. Vict. per animæ matrē intelligens gratiam spiritus, quæ spiritualiter nos regenerat; ac per istius gratiæ domum humanam accipiens mentem, in qua ea suscipitur piam animā, inquit, significare se daturā operam, vt dilectus ipse suus in ipsa commoretur, donec à se perfectè deficiat.

Hugo Vi. *Introduci quō Deus debeat in cor ab anima.*

Et Hugo pariter de S. Vict. lib. 6. exposit. in cęlestem Hierarchiā Dionysij, circa id, quod dicitur; *Introducam illum*, præclare piam ipsam animā sic alloquitur. Ergo Deus ad te intrabit; vt tu ingrediaris ad ipsum: Tunc enim tu intras ad ipsū, quādo ipse ad te ingreditur. Quando amor illius cor tuum intrat, & penetrat, & ad intimum cordis tui dilectio illius pertingit, tūc intrat in te ipso, & tu quoq; intras teipsum, vt ingrediaris ad ipsum: Necesse est autem, vt vsq; ad thalamum perueniat, & cubiculum ingrediatur, & vsq; ad intima tua is penetret, ibique requiescat. Quin & cubiculum genitoris forte non amat, nisi in cubiculum genitricis introducatur, vbi dilectio magis tenera est, & blādimenta dulciora: vt nihil apud te durum, & rigidum inueniat virilis truculentię; sed totum liquefias, & mollescat igne dilectionis.

Dilectionē teneram vult Deus in corde, in quod introducendus est.

Præter hos duos pręcipuos, & cōmuniores, tres insuper alios sēsus reperio etiā apud Patres haud prætermittendos.

Theodor. *Non dimissurā Christū ait, donec introducat in cęli patriam.* Gal. 4. 26.

Theod enim, Sponsę, inquit, se sponsum inuentum dimissuram negat, priusquam in thalamū, & cubiculum instructum simul ingrediatur, idest in cęlestem Ierusalem, quam *a* matrem omnium nostrum appellat Apostolus; quem sensum tangit, & Iustus Orgel. indicatque Ambr. lib. de Isa. cap. 5.

Iust. Org. Ambr.

Quo item loco idem Ambr. egregie hæc aptat Mariæ Magdalenæ tenenti pedes Christi post eius resurrectionem, prout fecit, & Ruffinus in expositione Symboli, quæ est apud Cypr. Videatur Beda super his verbis totum hunc locum à vers. 1. *In lectulo meo* &c. eumdem prosequens sensuum.

Magdalena quę sinit Christū, inuenit, et tenuit. Ruffinus. Beda. Anselm.

Anselmus significari hic, ait, Ecclesiam Christo se firmiter adhæsuram, profitentem in eo statu, in quo plenitudo Gentium subintrauerit: sic per domum matris accipit plenitudinem ipsam Gentilitatis, quæ Ecclesiam prius in carnalibus desiderijs educauit: per cubiculum genitricis eos intelligit fideles, qui de Gētilitate lectulum se faciunt, in quo Christus quiescat.

Vers. V. Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Habetur id à pagin. 364. & deinceps.

Quamquā multa hic dicenda suggerantur circa hanc sententiam; tn̄ quia pluribus de ea actū est in cap. 2. vers. 6. ad illa legentes remitto. Illud tantùm hoc loco aduertendū, summo iudicio, & ibi, & hic istam sentētiam à Salom. appositā per q̄ significatur sponsæ ecstasis, quæ est perfecti amoris indicium, & perfectissimus actus eiusdem amoris, q̄ profectò tunc est maxime, cum per fruitionē tenetur dilectus. Sic ergo hinc fingit, spōsam referentem inuentionem, ac fruitionem dilecti, q̄ sibi aliquando contigit, post diuturnum studium, q̄ adhibuerat in quærendo dilectum suum, incidisse in ecstasis somnū: Tuncq; sponsum, qui iam in ver. 16 vel. 17. cap. 2. abscessisse dictus est, reuersum illā sic dormiētem reperisse, & adiuratis eius socijs, ne eā interturbarēt, iterum discessisse, quoadusq; ea euigilaret. Hicque est finis Actus secundi.

ACTVS

ACTVS TERTIVS.

VERSICVLVS SEXTVS CAPITIS TERTII.

QVAE EST ISTA, QVAE ASCENDIT PER desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, et vniuersi pulueris pigmentarij.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LITTERA.

ETSI præcipuum Salomonis intentum in hoc dramate id sit, quoad corticem litteræ, vt amorem eum, qui inter duos amãtes ardentissimus intercessit, quibuscunque delineet coloribus: in id tamen pariter & suũ adhibuit studium, vt modis omnibus vtriusque promeret laudes, atque adeo aliquando sponsam inducit, dilecti sui extollentẽ præconia: Sæpius sponsum ipsum, pulchritudinis dilectæ panegyricum facientem proponit: Alternas nonnunquam describit commendationes: Quandoque etiam alios vel alias producit in medium, per quos modo sponsa, modo verò sponsus laudibus celebretur. Hæc autẽ omnia in hoc actu tertio, quem sententia ista exorditur, obseruare fas est. Proponit enim primo occurrentes quosdã, sponsæ pulchritudine commotos, illamve singulari extollentes encomio. Tum eosdem & spõsum pariter non modicum commendantes detinet in Scena à vers.7. vsque ad 11. huius tertij capitis: in quo versu vndecimo sponsam ipsam, præstantissima laude eumdem dilectum suum celebrantem exponit: Postmodum in capite quarto sponsum eiusdem dilectæ suæ mutuum panegyricum referentem producit.

Varia sententia circa cõnexionem.

Non ignoro, duplicem inter expositores versari controuersiam quoad connexionem istorum, quæ in hoc vers.6. dicuntur, cum iis, quæ dicta sunt in superioribus: Alteram de tempore, quo hæc dicta sint; Alteram verò de persona, quæ illa protulerit. Quidam.n. existimant, sponsam adhuc narrationem illam prosequi, quam ipse in vers.5. compleram esse, ostendi: Sic Rabbi Innominatus: Vniuersa hæc, inquit, verba sunt sponsæ dicentis sociis: Cum identidem reuertebar, & quærebam dilectum meum, abii in deserta. Protinus autem cum is vidit me, admirans dixit: *Quæ est ista*, &c. Alij sponso quidem hæc tribuunt, sed, tunc ea illum dixisse, asserunt, cum aliquando die illucescẽte puella secuta illum esset, vt is ea conspecta mirabundus in hæc proruperit: Ita R. Abraham Abẽ

LITTERA.

A Ezdra, nec dissentit Genebrardus. Alij deniq; ab obuijs quibusdam hæc pronuntiata arbitrantur. Sed non consentiunt in tempore, quo ea protulerint: Si quidem Legionensis post illa omnia, quæ superius enarrata sunt, hæc contigisse censet tunc temporis, cum ambo simul incederent per agros & sponsus, & sponsa, vt videlicet ijs quidam obuiam facti, sponsæque proceritatem, & pulchritudinem admirantes, hisce eã extulerint, vel secum ipsi, vel sibi inuicem dicentes: *Quæ est ista, quæ*, &c.

At vero R. Salomon ab ijs hęc, inquit, dicta, qui sponsæ tunc occurrerunt, cum ipsa adhuc laborare B ret in inquirendo dilectum suum, quem inuenisse postquam pertransiuit vigiles, ostensum est, vt spõsa ipsa adhuc persistat in sua narratione, referatq; hæc quæ sibi contigere in deserto, quasve ab exteris gentibus acceperit laudes.

Sententia auctoris circa cõnexionem istorũ.

Vt dicam, quod sentio: in tanta sententiarũ varietate placet mihi, quod dicitur, voces istas esse obuiantium quorundam, pro certo tamen habeo, neutiquam hæc ab sponsa referri: nec quidquam ad superiorem narrationem spectare. Sed ab hisce potius exordium sumi noui actus, nouæque ma- C teriæ, post intermissam superiorem per sponsæ obdormitionem, qua conclusum vidimus & actum secundum.

Quod ergo hic repræsentatur, tale quid mihi esse videtur: Vt sponsa post aliquantulum temporis euigilans à somno, dilectique sui æstuans desiderio, recordata, ab illo se inuitatam, vt surgeret, atque properaret in agrum (vt visum est in capite secundo) audiensque à sociabus, illum iterum aduentasse, & adiurasse adstantes, ne eam dormiẽtem interturbarent, iter arripuerit illicò, rusve se se contulerit, vt illum conueniret, quem diligit D anima eius, cum autem in hoc suo itinere per agros tenderet, ab obuiis quibusdam à longe prospecta, admirationem eis incusserit, ita vt propterea illi obstupescẽtes eius pulchritudinem, in hęc proruperint, exclamantes vel inuicem se alloquentes, *quæ est ista*, &c.

Porrò, cum à longè eam spectantes in istiusmodi proruperint admirationem, de duobus duntaxat illam commendarunt, de proceritate staturæ, & de suauiter redolentium odorum fragrantia,

LITTERA.

quæ duo ab illis è longinquo percepta sunt in illa, A vt primùm apparere cœpit. Tanto autem hæc duo eos perculere stupore, vt non permiserint aliud quidpiam in pulcherrima puella considerari, sed illico eos impulerint, vt hæc dicerent: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum*, &c.

Deserti nomine quid significetur.

Pro quorum faciliori intellectu antequam per Paraphrasin ea explicentur, nonnulla notanda sunt. Ac primùm, nomine deserti, non tam locum inuium, solitudinem, ac eremum hoc loco significari, quàm locum quemlibet extra Ciuitatem, & ab habitatione hominum remotũ: Hebraica.n. phrasi rus, & locus, vbi à Pastoribus greges pascuntur, hoc pariter noĩe nuncupantur, Vnde & de Moyse in Exodo, *a* & de Dauide in primo libro Regũ B *b* legimus, quod pascerent oues in deserto. Dicitur verò sponsa ascendere per desertum, dum per agros iter haberet, quia terra Iudææ (vt sæpius notatum est) montosa est atq; adeo, iter in ea confici nequit, quin vel ascendatur, vel descendatur.

a Exod. 3. 1. b 1. Reg. 17. 28.

Notandum secundò, iuxta nostrã Vulgatæ lectionem commendari quidem sponsam ex duplici capite, ex proceritate staturæ, atque ex suauissimo, quem de se emittebat, odore, at ambo hęc vnica duntaxat extollit similitudine virgulæ, seu columnæ fumi, recta sursum ascendentis, fumi, inquam non cuiuslibet, sed qui eleuatur ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij. In textu autem hebraico commendationem ex odore fieri absq; vlla similitudine, dicitur quippe simpliciter ipsa sponsa aromatizata, siue suffita myrrha, & thure, &c. Cui lectioni consentit & versio Sept. quæ habet: τίς αὕτη *Quæ est ista*, &c. ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη σμύρναν, &c. *Sicut truncus seu virgula fumi suffita myrrha*, &c. Et licet ex ista versione non constet, an participium, *suffita*, referendum sit ad pronomen, *ista*, vel ad nomen, *virgula*; Ex hebræo nihilominus apparet manifeste, id referendum ad pronomen, & ad sponsam, non ad virgulam, quãdoquidem participiũ istud מקטרת mekuttereth, est numeri singularis, cum nomen כתימרות chetimeroth, quod noster, & Septuag. verterunt; *Sicut virgula*; sit numeri pluralis: Porrò noster interpres vertens; *ex aromatibus*: pro participio מקטרת mekuttereth, videtur legisse מקטרת mikkettereth, nomine iuncto cum præpositione, in quo secutus est Aquilam, & Symmachum, qui (vt refert Theodoritus super hunc locum) verterunt: *Sicut euaporatio, seu, sicut similitudo fumi ex suffimento myrrhæ*, &c.

Notandum tertiò, similitudinem, per quã sponsæ proceritas commendatur, in hebræo esse ambiguam; Hebraica namque vox כתימרות chethimeroth idest, *sicut palma*, referri potest ad palmas arbores; sic notat R. Abraham Aben Ezdra, aliquos esse, qui existimant, sponsam dici similem palmæ, propter rectitudinem nimirũ, & proceritatem staturæ, vnde & in cap. 7. dictum reperimus: *c Statura tua assimilata est palmæ*: sed melius refertur ad palmas similitudinarie, prout eam sumpsere & Sept. & Noster interpres, vt designant virgulam, seu truncum, aut columnam fumi, recta ascendentem instar palmarum: Quo sensu indubitanter eadem sumitur apud Iohelem vbi Vulgata habet; *d Et vaporem fumi*: Rabbi ille innominatus, quem sæpius citare soleo, in hunc modum supradictas ambas connectit acceptiones: vt sponsa dicatur ascendere sicut fumus excitatus ex strue lignorum palmæ, qui recta in sublime ascendit neque in hanc, aut illam partem inclinat. Omnino certum est, per hanc similitudinem commendari

c Cant. 7. 7.

d Ioel. 2. 30.

(vt dictum est) sponsæ recta ascendentis proceritatem. Egregie autem, qui eam admirati sunt per hanc virgulæ, seu palmæ fumi similitudinem, suum expresserunt intentum. Quod enim in huiusmodi virgula est animaduertere, id est, quia paulatim magis ac magis eleuatur in altum recta ascendens, &, si fumus ex aromatibus fit, quo magis in altum tollitur, eò maiorem redolet fragrantiam. Id illi admirantur in sponsa, quam à longe prospicientes, cum iter haberet, parumper magis ac magis eleuari, rectaque ascendere videbant, & eò altioris staturæ sibi ea videbatur, quò altius ascendebat: quove altius ascendebat, & eis propinquior accedebat, eo maiorem illius percipiebant fragrantiam. R. Dauid Kimchi notat, virgulam fumi ex aromatibus, & suffimentis elatam apud Hebræos palmam fumi nuncupari, quia veteres ex Alexandria vsque artifices euocarent peritos suffumigationis, quæ in palmæ morẽ sursum ascẽderet recta, nõ oblique hac, illacve distraheretur, quod ipsi facere nesciebant, vt Abtinasæi, qui suã artem alios docere nolebant: licet enim Israelitæ gnari essent artem suffumigandi, non tamen sustollendi fumi.

LITTERA.

His animaduersis fusius fortasse, quàm decuit, facillimus iam per se apparet præsentis sententiæ sensus: Acquè est enim ac si ab iis, qui sponsæ obuiam facti sunt dicatur.

PARAPHRASIS.

C O quàm insignis est puella ista, quæ per agros incedit; certè ipsamet eius statura procera, odorq; suauissimus, qui ex ea emittitur, admirationẽ nobis ingerit maximam, dum illã à longe prospicimus, ascendens quippe, cum incedit, semper altior apparet, maiorique fragrat odore, redolẽs myrrhã, & thus, & quodcunque aliud aroma, quod à pigmentario in puluerem reduci solet, vt melius, vel cum alijs misceatur vnguentis, vel aromatizet, vel incendatur ad suffimentum: atque adeo similis videtur virgulæ, seu palmis, & columnis fumi recta ascendentibus ex suffimentis myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris aromatarii.

D **Vers. VI. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pygmentarij.**

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

TRia sunt, quę admirationẽ maxime causant in re quapiã, excellentia nimirũ eximia, quæ in re illa perspicit ob aliquid, quod illa effulget, nouitas eiusdem rei: & quòd præter consuetũ naturæ ordinẽ rem illã se habere, animaduertamus. E Propter hæc ipsæ Gentes vniuersæ cõmotæ ostenduntur in hac sola, vt ingentem Ecclesiæ Sanctæ admirarẽtur & progressum, & pulchritudinẽ, dicerentque. *Quæ est ista*, &c. Perculit quippe primũ earum animos eximia illius pulchritudo, qua progrediens ascendit; Secundo nouitas eiusdem progressus, quia ascendit per desertum, ac tertio insolitus, & præter consuetum ordinem, progrediendi modus, quia viderunt illam ascendentem per desertum sicut virgulam fumi, admirati sunt & istum insinuatum modum progrediendi, quatenus myrrhæ odorem redoleret ascendens, admiratæ sunt & nouitatem, thuris fragrantiã ex illa percipientes, ac denique cum stupore elatis vocibus illam

Ecclesia quæ admirationẽ inferat Gentibus vniuersis.

DE ECCLESIA.

illam extollere coactæ ſunt ob præſtantiſſimam, quam ea de ſe emittebat, aromatum omnium ſuauitatem, aromatum, inquam, in puluerem contritorum, igneque aduſtorum.

Eccleſiæ primitiuæ progreſſus quã recte deſignetur verbo aſcendendi.

Pro intellectione iſtorum omnium, Notãdum, hanc adeo inſignem admirationem tũc potiſſimũ Gentibus multiplicium ſectarum contigiſſe, cum primùm Apoſtoli in Eccleſia primitiua, iuſſis Domini Ieſu obtemperantes, vniuerſum terrarum Orbem peragrare ceperunt: cum in agros mundi huius egreſſi ſunt, ad diſſeminandum Euangelium, ad quod ſponſam ſuperius vocatam vidimus à dilecto, vbi dicebat: *a Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea; & veni.* Quod autem in Apoſtolis admirandum in primis fuit, præſtantiſſima eorum extitit pulchritudo, quam in ſingulari illorum progreſſu ſitam ex illis Iſaiæ *b* verbis à Paulo relatis, *c Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona?* oſtenſum eſt ſupra in ſecunda expoſitione prædictorum verborum: *Surge propera amica mea*, &c. Quem certè progreſſum, quamvè & pulchritudinem egregie admodum, quæ eam admiratæ ſunt Gentes, hoc vnico verbo, *Aſcendit*, expreſſerunt, dicentes: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit*, &c. Quotquot enim mundi agros obiuere, vt doctrinam inter gẽtes diſſeminarent vel Religionis, vel morum, vel inanis philoſophiæ, ambulaſſe quidem dici poſſunt per orbem: nullo tamen pacto dici queunt, aſcendiſſe: cum potius ad inferiora ſemper deſcẽderint, terrenos ſeſe oſtendentes: infimorum Deorum cultum prædicantes, & eas, quæ celſi quidpiam haberent, virtutes ad demiſſiora deprimentes, cum inanem pro illis pollicerentur gloriam, philoſophiæ ſtudium ad viliſſimum pertrahentes lucrum. Apoſtoli duntaxat, & viri Apoſtolici, dum ad mundi conuerſionem incederent, incedentes aſcendiſſe dicuntur: quia, iuxta Pauli dictum, *d* in carne ambulantes, non ſecundùm carnem ambulabant, & militabant, ſed ſecundum ſpiritum, quo ad cæleſtia eleuabantur: vnde & dicebant: *e Noſtra conuerſatio in cælis eſt*: talemve in iſtiuſmodi aſcenſione ſua faciebant progreſſum, vt & innumeros eorum ſecum eleuarent ad cælos, quibus prædicabant verbum Dei, à terrenis illos abſtrahentes, prout ex iis patet Pauli verbis, quibus Philippenſibus dicebat: *f Imitatores mei eſtote, fratres, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram, multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos Crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt*: Ecque verò præſtantior inueniri poteſt pulchritudo, quàm iſtiuſmodi aſcenſio, quæ cæleſtis planè eſt conuerſatio? quam huiuſcemodi progreſſus, quo tantorum fidelium mentes ad cæleſtia prouehuntur? Iure optimo igitur, qui tantos animaduerterunt progreſſus, Apoſtolos, ipſamve extollunt conuerſorum fidelium Eccleſiam, dicẽtes: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum? Per deſertum*, inquiunt, nouitatem obſtupeſcentes prædicti progreſſus; Enimuerò deſertũ eſt locus, hominum habitatione deſtitutus, tametſi plura in illo reperiãtur animantiũ genera. Sic per deſertũ aſcẽdebant Apoſtoli, quandoquidem mundus ille tũc temporis erat deſertum draconum, ſtruthionum, & onagrorum, deſertum leonum, atque pardorũ, iuxta illud Iſaiæ vaticinium: *g Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum, & occurrent dæmonia, onocentauro, & piloſus clamabit alter ad alterum, ibi cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem, ibi habuit foueam ericius, & nutriuit catulos ſuos, & circumfodit, & fouit in vmbra eius, illuc congregati ſunt milui alter ad alterum.* Ab hoc deſerto ipſam gentium Eccleſiam à Chriſto vocatam videbimus in cap. 4. huius Cantici ijs verbis; *h Veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorũ.* Aſcendebat itaque Eccleſia in Apoſtolis per deſertũ; quia, etſi mundus iſte, quem peragrabant prædicantes, plenus eſſet hominibus, plenus Philoſophis, plenus & innumeris Doctoribus, qui ſe ſapientes proclamarent, dracones tamen ij omnes erant, leones, pardi, &c. Solique ipſi erant, qui vt veri homines cæleſtibus intenti eſſent, cæleſtia peterent, & cælum verſus aſcenderent. Aſcenſionem porrò iſtam per deſertũ nouumque progrediendi modum Apoſtolorum Deus per eumdem pollicitus eſt Iſaiam, qui deſertum deſcripſerat: *i Ecce*, inquiens, *ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea, ponam in deſerto viam, & in inuio flumina, glorificabit me beſtia agri, dracones, & ſtruthiones, quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo.* Quam nouitatem tunc vniuerſæ admiratæ ſunt gentes, laudibuſve Eccleſiam efferentes, dixerunt: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum*: Ac ſi dicant.

Doctores extra eccleſiã aſcendere nequeunt.

Deſertũ, ĩ quo ꝓfecit primitiua eccleſia mũdũ iſtũ fuiſſe, & cur ſic dictus iſit. Eccleſia primitiua progreſſus admirabilis propter nouitatem.

a Cãt. 2. 10

b Iſa. 52. 7

c Ro. 10. 15

d 2. Co. 10 3.

e ph I. 3. 27

f Phil. 3. 17

g Iſa. 34. 13

h Can. 4. 8

i Iſa. 43. 19

PARAPHRASIS.

Quænam eſt iſta, quæ hac noua progrediendi forma, admiratione noſtros percellit animos. Vadens quippe per orbem terrarum ſolitaria inter beſtias deſerti aſcendit, terrena deſpiciens, & cæleſtia petens, ſimulque è deſerto multam ſecum eleuat prolem.

Profectus eccleſię extitit per modos cõtrarios modis, quib. in mũdo proficiũt vel Regna, vel Secta.

Iſta autem gentium admiratio multò magis aucta oſtenditur, per id quod tertio loco addidere: *Sicut virgula fumi.* Obſtupeſcebant ſanè in Apoſtolis aſcenſionem: obſtupeſcebant & nouitatem progreſſus illorum, cum aſcenderent per deſertũ. At verò quod præter nouitatem iſtius progreſſus animaduertebant, illos proficere, & progredi modo conſueto naturæ ordini, conſuetæque progrediendi formę penitus contrario, id ſanè multò magis illas cõmouebat. Conſuetus, qui in mundo obſeruatur, progrediendi ordo is eſt, vt vel à Principibus per potentiã maximi in regno augendo fiãt progreſſus, vel per humanæ eloquentiæ perſuaſionem quęlibet proficiant ſectę. Sed Eccleſia in Apoſtolis tantùm abeſt, vt mundana aliqua potiretur potentia, aut perſuaſibilib. vſa ſit humanæ ſapiẽtiæ verbis, vt per contemptum huiuſcemodi eloquentiæ potius, perque ſummam impotentiam, vilitatem, & abiectionem adeo mirabiliter in ſua profecerit aſcenſione. Vis ſcire, quàm expers eſſet omnis mundanæ potentiæ, quàmve abiecta ea tũc extiterit: audi Dominũ apud Iſaiam, quibus nominibus illam compellet: *K Paupercula, tempeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione*, audi Paulũ, quales tunc eſſent Apoſtoli, his explicantem: *l Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto. Nos infirmi, vos autem fortes*, &c. Et alibi. *Puto, quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanquã morti deſtinatos, quia ſpectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus.*

k Iſa. 54. 11

l 1. Cor. 4. 10.

Apoſtoli, et eccleſia primitiua, ꝗ apte fumo comparata ſit.

Præclarè autem iſtam ipſam Apoſtolorũ impotentiã, abiectionem, ac vilitatẽ gentes, quæ illam admirabantur, expreſſerũt, fumo illã aſſimilãtes, & dicentes pauperculã Eccleſiam aſcendere, *ſicut virgulã fumi*, nõ aiũt, *ſicut virgã*, ſed, *ſicut virgulã*, tenuem videlicet, & exiguã. Quid verò abiectius fumo? fumus atrum quid eſt, adeoque atrũ, vt & nigros reddat quoſcunque tetigerit, vnde apud Baruch legimus. *m Nigræ ſiunt facies à fumo, qui*

m Baruc. 6. 20.

DE ECCLESIA.

in domo fit: Fumus oculos grauissimè offendit, iuxta illud Prouerbiorum: *a Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his, qui miserunt eum*: Fumus à quolibet vento dispergitur, quin & adeò facile euanescit, vt per illum subitus cuiusque defectus commodissimè exprimatur sæpius in sacris paginis: Sic in libro Sapientiæ: *b Spes impii* dicitur esse, *sicut fumus, qui à vento dispergitur*. Et in Psalmis, *c Inimici verò Domini mox, vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient*. Et, *d Sicut deficit fumus deficiant, sic pereant peccatores à facie terræ*.

a Prou. 10. 26. b Sap. 5. 15 c Psal. 36. 20 d Psal. 67. 3.

Apostoli abiectissimi cũ essent simul tamẽ et potentissimi extitere.

Porrò illud ipsum in Apostolis Euangelium prędicantibus mirandum maxime, quod cum tanta abiectione, & infirmitate, ob quæ fumo comparari potuerunt, summam nihilominus iunctam habuere potentiam Spiritus, & virtutem Dei prout de se testatus est Paulus, dicens: *e Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. Sermo meus, & prædicatio mea nõ in persuasibilib. humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis*, atque adeo egregie Ecclesiam illam laudantes hæc duo coniungunt, cum, iuxta lectionem hebraicam inquiunt: *Quæ est ista, quę ascendit per desertum sicut palmę fumi*: Ac si dicant,

e 1. Cor. 2. 3

PARAPHRASIS.

Quæ est ista, quæ modo planè contrario consueto hominum mori tam grandes in mundo facit progressus, abiectissima quidem existens, & infirma, vtpote destituta omni potentia sæculi, instar fumi, sed & fortissima simul ex virtute Dei, nulliq; cedens persecutionũ impetui, atque adeò instar palmarum, quæ nullis cedunt ventorum, ac procellarum impulsibus: quinimò & per eam ipsam, quam præsefert infirmitatem, ac fumi similitudinem ex potentissimis quibusque Principib. victorias referens ingentes, quarum hieroglyphicum ipsæ sunt palmæ. Bene etiam sicut palmas, vel sicut rectam virgulam fumi eam, inquiunt, ascendere: ne quis existimaret, per Apostolorum abiectionem, vilitatem, ac infirmitatem dedecus aliquod allatum Ecclesiæ, vel incommodum aliquod illatum fidelibus, quib. Apostoli vt spectaculum propositi essent, in quos & coniectos habituri essent oculos: quandoquidem fumum, & nigrefacere, & oculos offendere, ostensum est supra.

Apostolorũ abiectio gloriã, & cõsolationẽ attulit Ecclesiæ.

PARAPHRASIS.

Tantum, inquiunt, abest, vt dedecore aliquo afficiatur propter Apostolorum vilitatem, vt summum potius per eam sibi conciliet decus, recta ascendens cælum versus, & cælestem quoquo modo assumens pulchritudinem: quin & intuentiũ oculis ingentem affert consolationem, ingentia affert & commoda: dum enim sicut palma, aut virgula fumi recta ascendit, haudquaquam se diffundens per infima hæc, & terrena, ostendit planè eis, quò ipsis tendendum sit, vt perpetuam assequantur felicitatem: Christum illis ostendit, quem sequantur, Christum inquam, intra ipsam instar ignis latentem, ac per fumum sese manifestantem, & ducem se exhibentem, prout Synagogæ per desertum tendenti in columna nubis ducem se præbuit olim, & in columna ignis. Quis verò non animaduertat, quam apte, qui in columna ignis populo illi antiquo sese exhibuit, quando adhuc tenebræ mundum opplebant, in columna, & virgula fumi postmodum se exhibuerit fidelibus, quando, ascendente Ecclesia per desertũ, nox iam pertransijt, luce exorta cognitionis Dei: cum per quotidianam constet experientiam, nullum aptius à longe exhiberi signum, quod magis sit cunctis perspicuum, quàm ignem quidem in

Christus quã aptè fumũ exhibuerit insignũ sua fidei, qua ducẽ se exhibet credentibus.

A nocte, fumum vero per diem?

Dicet fortasse aliquis: si fumus ijs exhibetur in signum, quibus lux effulgeat diuinæ cognitionis; quonam pacto à gentibus istiusmodi signum in Ecclesiæ ascensione perceptum est, quas tenebræ adhuc tenebant infidelitatis? Ad hæc respondendum. Ecclesiam Sanctam, cum in Apostolis ascenderet per desertum, prædicans Euangeliũ omni creaturæ, in signum quidem propositam, & in portentum, quod omnes admirarentur, quod celebrarent & omnes, id verò signum duobus modis exhibitum; in fumo nimirum, & odore: vt videlicet qui illuminatos haberent oculos, in fumo illud perciperent, qui verò in tenebris versarẽtur, ex odore fierent illiusmet compotes: ex odore,

DE ECCLESIA.

Ecclesia proposita Gentibus insignũ per fumum, & odorem.

B inquam, quo Christus referretur: ex virtutum actibus fragrantique fama, per quam sic & ipsorum purgarentur oculi, vt tantũ acquirerent luminis, quantũ sufficiẽs esset ad percipiendũ & fumũ: Qđ profectò & gentibus hisce, quæ hic loquuntur, cõtigisse ipsamet eorũ verba testantur: aiunt. n. admirantes: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum; sicut virgula fumi ex aromatibus*: Ac si dicant.

PARAPHRASIS.

Ingens profectò signum quod verum in se gestet Deum ex illius odore primũ percipimus, quẽ ea redolet: Tum & ex fumo, ad cuius similitudinẽ ascendit infirma, & potentissima, latentem in se cõtinens ignem diuinum.

C Addentes autem aromatum nomina, quibus eam redolentem percepere, & ascendentem sicut virgulam fumi, atque dicentes: *Quæ est ista, quæ*, & cetera. *Sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii*. confirmant illud ipsum, quod iam indicarant; admirationem scilicet suam, qua sanctam obstupescebant Ecclesiam, illiusve progressus, ex triplici illo exortam capite; quod eam viderent contra consuetam progrediendi formam ascendere, exhibendo mortificationis præcepta, & actus, cuius mortificationis hieroglyficum myrrham esse & ostensum est, & ostendetur sæpius: quòd nouum, ac planè inusitatum Dei cultum

D proponeret, sub thuris metaphora Dei cultum significantes; quoniam id ad hoc vnum inseruiat potissimùm, vt in Dei cultum incendatur: ac tertiò ex præstantissima virtutum omnium connexione, quam in Christi prædicatione præseferret, per odorem vniuersi pulueris pigmentarij connexionem istam præsignantes. Et quidem quòd diuersæ in mundo sectæ ingentes fecerint progressus haudquaquam mirandum est, cum ea hominibus proponerent, quæ hominibus gratissima essent, quæve placita essent & carni, delicias gulæ, & veneris, studia honoris diuitiarum, & gloriæ, vt videre est in sectis antiquorum Philosophorum, in sectis Idololatrarum, ac præsertim in secta Maumethanorum, in qua

E fræna carni laxantur: At verò mirandum quam maxime est, quod Christi fides tam subitò propagata sit per vniuersum terrarum orbem: quod Ecclesia tam grandes fecerit progressus, vt à Solis ortu, vsque ad occasum Christi insonet nomen, idque per prædicationem Apostolorum; mortificationem Iesu Christi in se gestantium, in labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame, & siti, in frigore, & nuditate: prædicantium propriæ voluntatis abnegationem, diuitiarum, gloriæ, ceterarumque rerum contemptum; semperque id inculcantium; Pœnitentiam agite: *f Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscen-*

Ecclesiã tã grãdes progressus fecisse, cũ prædicaret mortificationẽ, & cæt. valde mirabile est.

f Col. 3. 5.

DE ECCLESIA.

cupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus: Deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro: Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitione, secundum imaginem eius, qui creauit illum. A

Ecclesiam primitiuã tã cito creuisse cũ nouũ religionis cultum prædicaret est mirabile valde est.

Sed quòd cum mortificatione & nouum Dei cultum prædicans tam prospere, citòque ascenderit, id non modicũ auget admirationem, atque adeo bene cum myrrha iungentes, & thus, inquiunt: *Quæ est ista, quæ ascendit*, &cæt. *ex aromatibus myrrhæ, & thuris?* Quis enim non summa afficeretur admiratione, cultũ huiuscemodi idololatris prædicari, quo & vniuersa abigerẽtur B sacrificia taurorum, arietum, atque ceterarum victimarum? quo & cuncta respuerentur falsorum Deorum simulacra? quo vni Deo puro corde, mũdissimoque sacrificio sacrificandum præciperetur? quo denique Christus crucifixus adorandus proponeretur vt verus Deus, & verus homo, qui Iudæis quidem scandalum esset, Gentibus autem stultitia? An non contra hunc religionis cultum totus commotus est, & personuit terrarum orbis? Nonne ad illius progressus impediendos tot aduersus Ecclesiam insurrexerunt populorum, Regum, atque Imperatorum persecutiones? Nonne propterea innumerorum Martyrum profusus est sanguis? Quomodo ergo tam cito ipsa creuit? C Quomodo tãtos fecit progressus in omni Prouincia, & in omni vel minimo Oppidulo? Hoc sanè illud, quod mirum in modum ipsarum gentium auget admirationem, idque ex significant, dũ illam (vt dictum est) stupentes celebrant per id, quod ascenderit sicut virgula fumi ex aromatibus & myrrhæ, & thuris.

Ecclesia ob præclaram virtutũ omniũ famã cũctis gentib. admirationi extitit.

At id, quod præ omnibus Gentes ipsas non solùm ad eamdem & admirandam, sed & summis eam laudibus extollendam promouit, illud est; quòd illa in bona virtutum omnium fama Christi redoleret odorem suauissimũ, iuxta id Apostoli ad Corinthios: *a Christi bonus odor sumus in omni loco:* Ecquis nam verò est Christi odor, nisi iucundissima fama illa, quæ ex virtutum omnium D connexione resultat? quam certè omnimodam cõnexionẽ Christo adscribunt, dicentes: Et *vniuersi pulueris pigmentarii*, quia Christus in se primum, tum & in Sanctis ita ex singulis virtutibus eam composuit, vt pigmentarius ex vniuersis pulueribus aromaticis suauissimũ componit vnguentũ: *b Ex ipso* enim (ait Apostolus Paulus) *vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Adde, & virtutes omnes, propter quas non modo pigmentarius dicitur; sed & ipsummet vnguẽtum, teste ipsamet Ecclesia, quæ in capite 1. sic illum nuncupauit, inquiens: *c Vnguentum effusum nomen tuum.* E

a 1. Cor. 2. 15.

b 1. Cor. 1. 30.

c Can. 1. 3

Quod itaque Gentes in hoc suo Ecclesiæ panegyrico aiunt, tale est.

PARAPHRASIS.

Quàm sublimis est Ecclesia ista, adeo subitos, & mirabiles faciens progressus per mundum istũ, quando infidelium, idololatrarum, ac peruersorum habitatio erat: quando destitutus omnino erat hominibus iis, qui recta vterentur ratione: sola Euangelium prædicans cælum versus ascendit, cælestem planè exhibens conuersationem, illosve omnes ad cælestia secum attrahens, quos ad rectũ perduxit tramitem.

O quàm pulchra ista est statura ipsius, qua ascẽdens, cælum attingit? quis illam non admiretur? A quis tantos illius non obstupescat progressus? cũ tenuis, & infirma existens sicut fumi virgula Christum in se latentem remotissimis ostendit regionibus: cum vilissimam, ac fragilissimam instar fumi præferens speciem, tantam in innumeris persecutionibus exhibuit Spiritus potentiam, & virtutem Dei; vt iure optimo comparari debeat palmis, quę nulli cedunt ventorum impulsui, *Quæ est ista quæ ascendens sicut virgula, & palma fumi* tantam fragrantiæ suauitatem etiam nobis, cum adhuc in infidelitatis tenebris versaremur, exhibuit *ex aromatibus*, ac cælestibus planè virtutibus, quarũ fumũ, diuino intra ipsam operante igne, quaquauersum emittit?

DE ANIMA.

Simile.

Mirum sanè est; quod sua tantum profecerit B ascensione, & prædicatione, myrrham redolens, & amaram prædicans mortificationem. Quis non obstupescat, thuris fragrantiam longè lateque tã citò illam effudisse, dum orbem terrarum peragraret, ascendens per desertum, & tam nouũ Dei cultum in omnem terram immisisse, renitentibus vndique ventis, ne fumus iste thuris ascenderet: reluctante vniuerso mundo, ne iste eius cultus Dei introduceretur? Virtutum omnium connexio illam planè præ omnibus admirabilem reddit, & dignam, quam omnes laudibus celebrent, per hanc quippe odorem redolet Christi in omni C loco, ascendens *per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, sed & vniuersi pulueris pigmentarii*, compositionis scilicet, ex omnibus virtutibus, quam Christus verus pigmentarius effecit, instar vnguenti optimi ex vniuersis pulueribus: aromaticis confecti.

Vers. VI. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pygmentarij.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Magnum quid in libro Ecclesiastici dictum D videtur, & singulare eius orationis encomium, quæ ab humili anima emittitur: *a Oratio humiliantis se penetrat nubes, & donec propinquet, non consolabitur; & non discedet, donec Altissimus aspiciat.* Sed multò certè præstantius est encomiũ istud, quod ingenti cum admiratione in animam deuotam cælestes conferunt Spiritus, cum illam intuentes inquiunt: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris*, &cet. Per hæc quippe haud orationi eius duntaxat id tribuunt, vt ad Deum perueniat, ab ipsa videlicet tanto impetu emissæ, vt E cælos penetret: Verùm ipsimet eidem tribuunt animæ, quod mirabile admodum est, multoque sublimius, vt, carnis adhuc mole grauata, eo scandet in altum, vt celsissimum Dei thronum attingat.

a Eccl. 35. 21.

Vt autem eximium istud percipiatur encomiũ, exactius singula perpendenda sunt verba. Primum explicandum, quid sit, deuotam animam ascendere per desertum, quidve differat ab ascendere de deserto, quod infra habetur in capite octauo.

Secundò, quomodo ascendat, nempe sicut virgula fumi: & quomodo ipsa deuotio fumus quidam sit.

DE ANIMA.

Tertiò deniq; quid necesse fuit nominare myrrham, thus, & vniuersos pulueres pigmentarij? A

Desertū, est vera solitudo, per quā ascēdit aīa deuota, quę nam sit.

Et quidem quoad desertum, per quod ascendere dicitur sponsa, notandum, deserti nomine hoc loco eam significari solitudinem, cuius maxime indiget anima deuota; quæ solitudo & corporalis est, & spiritualis, vtraque sanè bona, vtraque necessaria, quamuis sine prima ascendere queat nonnunquam anima, cui sine secunda, vel extra secundam nullatenus ascendere licet. Fauet solitudo corporalis spirituali, eamque adiuuat plurimum: Ideo sancti deserta petere consueuerunt; ideo & Sanctus Sanctorum *a* in desertum à sancto duci voluit Spiritu, quando ascensionis præcepta daturus iam erat per prædicationem, ideo *b* pernoctaturus in oratione, in montem secessit solus; ideo & ijs, qui *c* oraturi essent Patrem, mandauit, vt soli intrarent in cubiculum suum, & clauso ostio, sic in solitudine suas funderent preces. At solitudo ista corporea, nisi adsit & spiritualis, haudquaquam meretur nomen eius deserti, per quod ascendere dicitur anima deuota. Contingit.n. sæpius, vt, cū quis ab hominum societate disiunctus est corpore, tunc magis in foro sit mente, cumque solus est quoad corpus, tunc longius à vera remotus sit solitudine, ac propterea nullatenus ei ascendere fas sit per desertum, quandoquidem longe à deserto abest.

a Matt. 4. 1

b Lu. 6. 12.

c Matt. 6. 6

In deserto itaque is esse, dicendus est, qui mente, ac corde disiūctus est à qualibet re, quæ ipsum à Deo auocare queat; quod quidem illis duntaxat contingere potest, qui verè deuoti sint: deuotus enim id peculiare habet studij, vt, fugatis, & eiectis à se ceteris vniuersis, vnum tantummodo Deum intra suum habeat cor, cum quo solus conuersetur in solitudine, quippe qui se ei totum dedidit vni.

Aīa deuota ascēdens per desertū manet simul, & sedet in ipso.

Hoc igitur supposito: exoritur illicò difficultas. Quomodo in hac sententia dicatur, per huiuscemodi desertum ascendere Christi sponsa. Et ratio difficultatis desumitur ex verbis Ieremię in Threnis, vbi loquens de viro, qui in tali sit solitudine, ait: *d Sedebit solitarius, & tacebit*: Necnon & ex ijs, quæ de semetipso ait Dauid. *e Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*: Si enim manet, quomodo mouetur ascendens? Et si sedet, quomodo ascendit? Difficultas tamen ista facile euanescit, si modus consideretur loquēdi, quo anima ascendere dicitur: nam non dicitur: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto*, quod recessum animæ significaret ab ipso deserto, sed: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum*; quo loquendi modo innuitur quidem motus aliquis animæ, sed in ipso deserto factus; ita vt moueatur ascendens, atque progrediens, & simul maneat in deserto, quatenus haudquaquam recedit à deserto, sed ascendit per desertum.

d Thren. 3. 28.

e Psa. 54. 8.

Verùm adhuc superest difficultas; quoniam, etsi anima, dum ascendit per desertū, maneat quidem adhuc in ipso deserto, cum hæc non implicent; implicare tamen vidétur, vt ascendens per desertum, sedeat simul, manens in deserto.

Quam etiam difficultatem tollit & modus quo ea progredi dicitur in deserto: neque enim generaliter dicitur: *Quæ est ista, quæ progreditur per desertum*; Sed, *Quæ est ista, quæ ascendit*: ascendere autem sedētem, idem ipse testatur Ieremias, dū post præcitata verba: *Sedebit solitarius, & tacebit*: subijcit: *Et leuabit se super se*.

Porrò hæc omnia confirmantur per similitudinem, quæ affertur: dicitur quippe: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus*: siue enim sumamus virgulæ nomen vt ad arborem refertur, siue vt refertur ad fumum aromatum; anima deuota ostenditur ascendere, sedens in solitudine, nam & virgula arboris, ascendens ad superiora, dum crescit, in radice nihilominus terræ insidet, & virgula fumi in igne sedet, cum in altum eleuatur; sedet, inquam, in suo principio, in aromate, quod suffitur. Sic ergo & anima deuota in solitudine per summam sedet tranquillitatem, dum ascendit, leuans se supra se, magis ac magis proficiens in eleuatione mentis.

DE ANIMA.

Simile.

Quamquam per dictam virgulæ fumi similitudinem, haud id duntaxat confirmetur, at & specialis ascendendi modus explicetur, quo anima proficit, constituta in solitudine. Modus iste facile colligitur ex eo, quod circa hanc similitudinem in prima expositione retuli, ab Hebræis animaduersum, fuisse antiquitus quosdam ita suffumigandi peritos, vt fumum recta ad cælū eleuarent, instar palmarum rectà ascendentium, non sinentes illū obliquè huc illucve diffundi, quos ex Alexandria Iudæi vocabant, vt ab eis talem edocerentur artē, qua vterentur in offerendo thymiamate super altare Domini exercituum. B

Aīa deuotę progressus & eleuatione mentis, quo fiat.

Atqui mecum ipse cogitans, quonam pacto periti illi istiusmodi suffumigationem facere possent, cum fumus ex natura sua facillimè huc illuc ve diffundatur, crediderim illos hac in re imitatos eos artifices, qui & aquam in altum rectà eleuant, quamuis ea ex natura sua defluere potius apta sit, & circumcirca diffundi; Vt quemadmodum isti, quo hanc rectam faciant aquarū ascēsionem, aquas ipsas intra cuniculos constringunt, & intra fistulas, non permittentes ei vllum relinqui foramen, per quod ex obliquo egredi possit: Sic intra arctam, & rectam fistulam conclusam, interno eam propellente spiritu tantum eleuant aquā, quātum illa prius descenderat. C

Simile.

In eumdem modum & illi suffumigationis periti fumum ex aromatibus suscitatum arctè, vel intra fistulas, vel intra aliam quampiam rem concluderent, nullumve reliquum permittentes spiraculum, per quod obliquè is diffunderetur, rectà cælum versus illum sustulerint. Hicque profectò modus est, quo & anima deuota ascendere dicitur per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus: Enimuero perfecta semetipsum concludens clausura, ita vt haudquaquam permittat, cor suū circa vanas diffundi affectiones, aut mentem suā circa caduca ista vagari, leuat se super se, rectaq; cælum versus ad suum ascendit Deum. D

Aīa deuota leuās se super se, nusquā effundit semetipsam, nisi, cū diuinū attigeris thronum.

Sed, si hoc modo animæ ascendendum est, quæ re vera deuota esse velit, dubium non modicum exurgit ex verbis Dauid Prophetæ, quibus pias animas instruens, ait: *f Effundite coram illo corda vestra*: Nam, si in proposita standum est similitudine vel aquæ vel virgulæ fumi ascendentis, certum profectò est, id in primis curandum, ne aqua, vel fumus (vt dictum est) effundatur, quo altius ascendant, quod & animæ absque dubio faciendum; effusio quippe ascensionem impedit. Quomodo ergo Dauid suadet, vt effundantur corda? Dubium istud aliquid sanè haberet roboris, si simpliciter à Regio Propheta dictum esset: *Effundite corda vestra*, prout à se aliquando ingenti suo detrimento factum ostendit in Psalmo 21. vbi dicit: *g Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea*: Verum cum dicat, effundenda quidem corda, sed coram Deo, hoc loco significatur, ascendendū animæ deuotę eo modo, E

f Psa. 61. 9.

g Ps. 21. 15

DE ANIMA.

do, quo ascendit & aqua, & fumus. Porrò sicut aqua ascendit quidem rectà per fistulam, nusquam sese effundens, quoadusque ad paratum peruenerit vas, quod cum attigerit latius intra illud effundit sese: & fumus pariter ille tamdiu ascẽdit, quãdiu offendat fistulæ terminũ, aut obiectũ aliquod à quo cum refrangitur, effunditur hac, illacve. Ita & anima deuota nusquam planè sese effundit circa ista terrena, sed rectà semper ascendit: cum verò ad paratum peruenerit Dei thronum, tunc coram Deo semet effundit totam, effundens cor suũ sicut aquam, iuxta consilium Ieremiæ dicentis: *a Effunde sicut aquam cor tuum ante Dominum.*

a Thren. 2. 19.

Quo simul edocemur, nunquam in spirituali ascensione sistẽdum, quoadusque vas reperiatur, in quo iugis aqua effundatur tribulationis, & orationis, prout Dauid fecisse se asserit, dicens: *b Effundo in conspectu Dei orationem meã, & tribulationem meã ante ipsum pronuntio in deficiendo ex me spiritum meũ; & tu cognouisti semitas meas.* Ac si dicat: Cũ tu cognoscens semitas meas, quomodo scilicet ascenderé quidem ad te, sed iã deficeret spiritus meus, quoad te impellebar, obuiũ tete mihi exhibeas, ipse in conspectu tuo, tanquam in vas mihi paratum, effundo orationẽ meam, & tribulationẽ meam per cordis effusionem tibi pronuntio.

b Ps 141. 3.

Quo loco illud quoque notandum in propositis similitudinibus aquæ, & fumi, quod sicut tam aqua, quàm fumus à cõcluso eleuatur spiritu, quo pars posterior impulsa priorem propellit, vt altius conscendat. Ita & anima deuota a concluso in intimis spiritu, & charitate ad Deũ impellitur, atq; adeo tamdiu ascendit, quamdiu intra se ipsum habet spiritum, eoque altius ascendit, quo vehementiorem habet Dei charitatem; quę quidẽ charitas duo contraria mirabiliter efficit, eleuans ad Deũ in maximam sublimitatem, & ad intima pariter demittens per humilitatis studiũ, & propter vtilitatem proximi, ad quod significandum non incongrue ea accipi possunt Pauli verba, quibus in Epistola ad Corinthios, ait: *c Siue mente excedimus, Deo, siue sobrii sumus, vobis, charitas enim Christi vrget nos*, idest charitas est, quæ nos propellit, siue cum ad Deum ascendimus per mentis eleuationẽ, siue, cum propter proximi vtilitatem nos ad humilia dimittimus. Ac bene à charitate potissimum impelli se asserit, à charitate, inquam, de qua in subsequentibus dicitur: *d Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*: vt congruentior ostendat similitudo virgulę fumi, fumus qppe ab igne in altum eleuatur, & à spiritu (vt dictum est) sed ab igne in primis, & à spiritu, qui ab ipso propellitur igne per interiecti aeris rarefactionem, & attenuationem. Sic enim anima à charitate potissimum eleuatur, qua & ipsius propellitur spiritus factus subtilis: ita vt & ab spiritu pariter impulsa, libere ascendat.

Anima deuota ex spiritu, & charitate hẽt vt ascẽdat ad Dominũ.

c 1. Cor. 5. 13.

d Can. 8. 6.

Simile.

Ex qua verò præstantiori similitudine istiusmodi deuotæ animæ ascensus exprimi potuit, quàm virgulæ fumi ascendentis ex aromatibus? Certè deuotio ipsa fumus quidam est, & nebula, de qua Rex Salomon ait: *e Dominus dixit, vt habitaret in nebula*: nebula, inquam, fumi, ascendens ex igne charitatis. Enimuero quando piam animam huiuscemodi fumo plenam esse contigerit, tunc verè dicitur, Deus in illa habitare, eiusque præsentiæ effectus hic est, vt ea ceterorum omnium obliuiscatur, vnius duntaxat Dei memor: Deuotio siquidem hanc cum nebula fumi habet analogiã, quòd anima ascendens in spiritu deuotionis, similis est cuipiam iter habenti tunc temporis, cum

Deuotio fumus est, & nebula.

e 3. Reg. 8. 12.

Michaelis Ghislerii.

A omnia oppleta sunt densa nebula.

DE ANIMA.

Quemadmodum enim quamdiu perduret nebula, is nil præter nebulam videt, nec modò alia non intuetur, sed vix videt seipsum: at cum dissolui nebula cœperit, paulatim & ille prospicere incipit singula, quorum species prius haud apparebant. Sic ergo, & deuotio spiritualis quidam dicitur fumus, spiritualis & nebula, quam Deus suscitat in anima iusti, quæve adeo mirabili prædita est natura; vt ipsa perdurante, vix aliud præterquam Deus videatur: quin imò & in singulis quibusque rebus Deus ipse à pia videatur anima. Quamobrem, si deuotio tantam cum nebula; & fumo habet proportionem, quis iam non animaduertat,
B quàm congrue virgulæ fumi ea comparetur, quæ deuotione sit prædita.

Simile.

Verbum illud, *ex aromatibus*, quod ad hanc similitudinem additur, mirum in modum & deuotæ animæ excellentiam, & Sanctorum Angelorũ amplificat admirationem: per hoc quippe significatur, istiusmodi animam, cum ascendere vellet per desertum, super igne charitatis in holocaustũ sese Deo obtulisse, eo modo, quo aromata, quæ, cum in altare thymiamatis offerebãtur, tota igne comburenda exponebantur, dumque igne comburerentur, fumum ex se eleuabant, & odorem suauissimum: qua in re apparet, illam obsecutam Pauli consilio, quo eos, qui Ephesi erant, fideles hac de re edocens, dixit: *f Estote imitatores Dei,*
C *sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem Deo, & hostiam in odorem suauitatis.* Ac si dixerit. Exemplum ob oculos habetis Iesum Christum, illum imitamini filium Dei, & vos filij charissimi eiusdem Dei, sicut ille ascendit, mẽtem rectam ad cælum eleuatam semper habens, ambulando in dilectione: Sic & vos in dilectione ambulate: vt verò sic ambuletis, & ascendatis ex isto dilectionis igne, offerte vos ipsos in holocaustum, in odorem suauitatis super hoc ipso igne cõburẽdos, sicut is fecit, qui ob charitatem, qua nos prosequebatur, obtulit se, &c.

Aĩa deuota obtulit se Deo ĩ holocaustum quãdo ascẽdit ad Deũ.

Simile.

f Eph. 5. 1.

Porrò ad confirmandum, quod eadem pia anima in holocaustum se Deo obtulerit, exponens id
D omne, quod in se esset, super dicto charitatis igne, additur, eam tres potissimum redolere aromatum species, myrrham, thus, & vniuersum pulverem pigmentarij, vnguentum videlicet ex vniuersis puluerıbus aromaticis à pigmentario compositum. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii?* Per quæ tria tres illæ significantur virtutes, quæ ita simul cõplexę sunt, vt simul eas deuota quælibet redoleat anima, & per quas plenum fit Deo holocaustum: Mortificatio, Oratio, atque Eleemosyna, per mortificationem enim exhibetur Deo corpus, per orationem
E verò anima: & per eleemosynas offeruntur externa, ne quid reliquũ sit, per quod acceptissima impediatur hostia holocausti. Primùm igitur anima deuota myrrham redolere dicitur, quæ, cũ amarissima sit, ex communi Sanctorum Patrum sententia designat mortificationem, hæc enim prima in ordine est prædictarũ trium virtutum, quoniã per illam disponitur & corpus, & spiritus, agiliori reddito hoĩe, vt & facilius, & melius obsequio Dei valeat indulgere, vnde Apostolus id in primis à fidelibus efflagitat, dicens: *g Obsecro vos, Fratres, per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctam, Deo placentem rationabile obsequium vestrum.* Quia vero attenuato corpore & spi-

Per mortificationẽ, orationem, & eleemosynas aĩa deuota totã se Deo offert.

g Ro. 12. 1.

Digitized by Google

DE ANIMA. & spiritu, eleuatur illico anima, recto ordine secũdo loco collocatur oratio, quæ in mentis eleuatione potissimũ sita est; atque adeò bene à Damasceno dicitur, esse eleuatio mentis in Deũ: & sub incensi ac thuris metaphora ob id ipsum in sacris paginis designatur: quã metaphoram & Dauid & Ioannes apertius explicarunt. Denique, vt fragrantius sit istud orationis sacrificiũ, vtq; magis ac magis eius pingue fiat holocaustũ, ad thus addit & thymiama compositũ ex omni puluere pigmentarij, eleemosynam, quę bene tertio loco collocatur; quia, ad hoc vt redoleat in naribus Dñi, necesse est, vt ab eo facta sit, qui prius & corpus suũ Deo dicarit per mortificationem, & animã item suam eidem obtulerit per orationem. Quã verò proportionem, dicet aliquis, eleemosyna habet cũ thymiamate composito ex omni puluere pigmentarij? Egregiam sanè: quia sicut thymiama istud ad ignem suffitũ, aromatum omniũ suauissimam redolet fragrantiam: Ita & eleemosyna, charitatis igne incensa, virtutũ omnium redolet odorẽ, ac si in ipsa contineantur eæ omnes, vt in dicto thymiamate vniuersi continentur pulueres pigmentarij. Hinc fit, vt & ipsa iustitiæ nomine insigniatur, & qui eam erogat, iustus dicatur, vtpote qui plenę iustitiæ, ac virtutũ omnium suauissimam de se memoriã spargat, & famam, prout colligimus ex ijs Prophetæ verbis: *a In memoria æterna erit iustus, & iustitia eius manet in sæculum sæculi:* Memoria autem talis quã rectè cõparetur prædicto thymiamati, ex eo deduci potest, quòd in libro Ecclesiastici de Iosiæ memoria suauissima df: *b Memoria Iosiæ in compositione odoris, facta opus pigmẽtarii.* Quã verò per eleemosynarũ elargitionem deuota anima suauem virtutũ omnium de se spargat famã, verbis hisce in eodẽ libro Eccles. explicat Sapiẽs: *c Splendidum in panibus benedicẽt labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele*, idest, liberalẽ in elargitione eleemosynarum laudabunt, ac benedicent multi, & testimonium veritatis, vitæ, & iustitiæ ipsius est firmum, ac stabile.

Marginalia: Lib. 3. de fi de cap. 24. — *Eleemosyna cur signi ficetur nomine omnium puluerũ pigmentarij.* — a Psal. 111. 3. — b Eccl. 49. 1. — c Ecc. 31. 28.

His lõgius circa singula verba pertractatis, breuis totius sentẽtiæ sensus hic colligi potest, vt præstantissimam deuotæ animæ sublimitatem, suauissimamque illius virtutum fragrantiam & homines admirentur, & Angeli, dicantque,

PARAPHRASIS. *Quæ est ista, quæ*, etsi carnis grauata sit mole, instar cælestis spiritus in terra degẽs, *ascẽdit per desertũ*, cõuersans sola cũ solo Deo, cui se dedidit totã, abiecta mundanorũ omniũ solicitudine, ò quàm grandes in hac sua solitudine facit progressus: sedens certè solitaria, & tacẽs leuat se super se, ascẽditq; per desertum sese constringens, ne suis euagetur, & effundatur potentiis, & cogitationibus, *instar virgulæ fumi*, qui recta cælũ versus ascendit conclusus intra fistulas eo modo, quo & aqua in altũ eleuatur, cũ intra cuniculos constringitur, ascendit profectò aĩa ista sublimis, ab igne impulsa charitatis, quò eius impellitur spiritus, æque ac virgula fumi ab igne propellitur, & à spiritu, qui per ignẽ excitetur: Quis non miretur tã rectũ, tamque cõtinuũ illius ascensum, cũ nusquã sistat, quoadusq; Deũ attingat, ante quem suũ effundit cor, suas & p̃ces, & tribulationes? Fumus sanè est eius deuotio, cũ per illam, vniuersis obnubilatis, Deus duntaxat ei videre liceat: At ipsa, dũ ascẽdit est *virgula fumi ex aromatibus*, qm̃, instar odoratissimorũ aromatũ, super igne charitatis semetipsam holocaustũ obtulit Deo in odorẽ suauitatis, totã sese illi exhibens, corpus, animã, atque id omne, quod sibi est, externorũ bonorum: *ascẽdit* planè *sicut virgula fumi ex aromatib.* redoletq; myrrham, thus, ac thymiama compositum ex vniuerso puluere pigmentarij, mortificationẽ, orationem, atque eleemosynas, & misericordiam erga indigentes, quæ virtutum omnium de se emittit fragrantiam.

Vers. VI. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromaribus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pygmentarij.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Maria.

DE B. MARIA. Mirabilis planè extitit ea B. Mariæ ascensio, qua post mortẽ cælestia regna petiuit, atq; adeo vniuersæ curiæ cælesti ingentẽ incussit stuporem, dũ assumeretur ad ęthereum illũ thalamũ, ita vt propterea cælestes spiritus ea proclamarint, quæ in posteriorib. habebimus; *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Sed & mirabilis pariter altera illius extitit ascensio, qua in hoc mũdo vitã adhuc degẽs per ipsum ambulans mundũ ascendit, proficiendo semper magis ac magis. Ascensionẽ istã in præsenti snia sancti admirantur Angeli, summisque eam efferunt laudibus: Neque enim dicunt: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto*, vt dicent in præcitato loco, sed: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum*, deserti nomine mundum, istum designantes, qui totus in maligno positus, desertus re vera tunc dici potuit, quando Maria per illum ascendebat, desertus, inquam, ob sanctorum inopiam.

Marginalia: Bernard. — Cant. 8. 5.

Pro intellectione eorũ, quæ hic dicuntur. Notãdum primò, etsi dubitatum sit ab aliquibus: An post filij Incarnationẽ B. Maria profecerit quoad meritum, & quoad gratiam cõiori tamen sentẽtia pro certo haberi, quoad prædicta illã semper magis ac magis profecisse, quãdiu in hoc sæculo degit, sicut & magis in virtutũ actibus eamdem profecisse, manifestum est. Porrò quia ipse eius profectus non solũ ob id admirabilis extitit, quia intra eã factus est per nouas & gratiæ, & meritorum accessiones, verum etiã, quia ad totius humani generis exẽplum coram oculis hominũ est exhibitus; Ideo qui eã propterea admirantur, quòd proficiẽdo ascenderit, de vtroque illam laudant in pręsenti versu. Ac primo, quod profecerit, in sublime cõscendens per eximiã charitatem, vt quemadmodum virgula fumi, ex aromatibus, quæ sunt super igne semper maiorib. ac nouis crescit accessionib. vaporis, quoadusq; recta in sublime eleuata cęlũ, quoad fieri potest, attingat: Ita & Virgo benedicta tantum in charitate profecerit per nouæ gratiæ, & meritorum augmenta, vt in sublime ascendens, quantum puræ creaturæ concedi potuit, supercælestem Christi filii sui attigerit altitudinem.

Marginalia: *Maria semper profecit in melius, quandiu vixit.* — *Maria quã tũ profecerit ĩ gratia dũ viueret in hoc mũdo.*

Secundo autem, quod & coram hominibus pręstantissimo modo eadem profecerit per virtutum actus, testantur per fragrantiam odorum, quam illi tribuunt, dicentes, ipsam ascendere quidẽ sicut virgulam fumi, sed qui sit ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij: per ista tria, myrrham, thus, & vniuersum puluerem pigmentarij, tres gloriosissimæ Virginis significantes virtutes, in quibus ea & corã Deo, & coram hominibus maxime eluxit, continuam martyrii tolerantiã, iuge desiderium rerum cælestium, ac honoris diuini, & perpetuã in virtutum oium cumulo humi-

Marginalia: *Maria profectus ĩ actibus triũ virtutũ precipue apparuit.*

DE B. MARIA

humilitatem. Enimuero quid aliud magis in Mariæ vita animaduertere licuit, quàm continuã myrrhæ amaritudinem? Vnde & iſtud ſortita eſt nomẽ Mariæ, quod, iuxta ethymologiam hebraicam, interpretatur amaritudo maris, ſeu mare amaritudinis: quoniam etſi lætitiam edidit mundo, cũ Chriſtum in lucem protulit; ex eo tamen tempore in primis, quo illum concepit, martyrii ærumnis magis concuti cœpit, ob Ioſeph coniugis ſuſpiciones, ob peregrinationem hiemis tempore in Bethlehem factam, ob nati pueri vagitus, ob fugam in Aegyptũ, &c. quouſque Symeonis prophetia impleta in paſſione Chriſti, ſummæ amaritudinis gladius eius animam pertranſiuit. Quid aliud in vniuerſis & dictis, & geſtis eius redoluit, quàm thus deſiderii cœleſtis? Quippe quæ in omnibus, quæ ſurſum ſunt quæreret, quæ ſurſum ſunt ſaperet, ab igne videlicet ardentiſſimæ charitatis ad ſuperna impulſa; æque ac thus ab igne corporeo.

In Maria præſtantius eluxit humilitas, q̃ reliquæ virtutes.

a Cant. 4. 13
b Eccl. 24. 21.

Porrò, etſi *emiſſiones* illius (vt videbimus in capite quarto) *a* eſſent *paradiſus Cypri, cum nardo: nardus, & crocus, fiſtula, & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani; myrrha*, & aloe cum omnibus primis vnguentis: etſi, *b quaſi ſtorax, & galbanus, & gutta, & quaſi Libanus non inciſus* ea vapporarit *habitationem* ſuam, vt ipſamet fatetur in libro Eccleſiaſtici, *& quaſi balſamum non mixtum odor* ipſius; virtutũ ſcilicet omnium in ſumma perfectione redolens odorem: Illas tamen omnes per humilitatem deiiciebat, atque in puluerem redigebat; ita vt præſtantior ipſa eſſet eius humilitas, quàm reliquæ virtutes. Meritò igitur eã admirantur Angeli ſancti, dicentes: *Quæ eſt iſta*, &c. Ac ſi dicant.

PARAPHRASIS.

Quæ eſt iſta adeo excelſa, adeoque ſublimis, *quæ per deſertum* mundi haudquaquam progreditur, in ſtar aliorum, ſed aſcendit, proficiens ſemper magis ac magis in gratia: *aſcendit* planè coram Deo *ſicut virgula fumi ex aromatibus*, nouis iugiter in ſublimẽ creſcens gratiarum acceſſionibus, æque ac virgula fumi ex adiunctis vaporibus, qui ex aromatibus igne ſuffitis conſurgunt, in ſublimè tollitur rectà vſque ad cælum: Aſcendit inſuper, proficiẽs & coram hominibus propter virtutum fragrantiam, quam longe lateque ſpargit, aſcendens *ſicut virgula fumi ex aromatibus*: ſed aſcenſio certè iſta exinde magis percipitur, quod aſcendẽs redolet in primis myrrham Martyrii, ac ærumnarum tolerantiã ſecundò verò thus, id eſt cæleſtium rerum, ac diuini honoris deſiderium; & tertiò quòd virtutes vniuerſas, quibus præ omnibus eſt decorata, per humilitatem eodem modo deiicit, ac cõterit, quo aromata à pigmentario in puluerem conteruntur; vt magis redoleant.

Maria per quæ in primis meruit augmẽta gratiæ.

Notandum hoc loco, tres iſtas virtutes, tolerantiam martyrii, deſiderium cæleſtium, & humilitatem, quarum in iſto B. Virginis encomio præcipue fit mentio, rectè expreſſas ſub aromatum metaphora: vt intelligeremus, per has in primis ſanctã Dei Genitricem vtrumque feciſſe progreſſum, & corã Deo, & coram hominibus; coram hominibus, quatenus plures earum exercuit actus, pluraque exhibuit exempla, quæ per odorem ſignantur: coram Deo verò, quatenus per eoſdem actus tolerantiæ, humilitatis, &c. noua meruit gratiarum augmenta Aromata quippe, duo hæc ſimul efficiunt, cum in igne cremantur, & latius ſpargunt odorem, & cælum verſus fumum de ſe emittunt, perque fumum & ipſa pariter quodammodo eleuantur in æthera.

A

Verſ. VI. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Quando aſcenderunt filij Iſrael de deſerto, & tranſierunt Iordanem cũ Ioſue filio Nun, dixerunt populi terræ: Quæ eſt iſta gens electa, quæ aſcendit de deſerto, ſuffumigata ab incenſo aromatum, & adiuta propter meritum Abrahæ, qui ſeruiuit, & orauit coram Domino in monte Moriah, & exterſa oleo vnctionis propter iuſtitiam Iſaac, qui ligatus fuit in domo ſanctuarij qui vocatus eſt mons thuris: & fiunt ei mirabilia propter miſericordiam Iacob, cum quo luctatus eſt vſque ad aſcenſum auroræ, & præualuit illi, & liberatus eſt ipſe, & duodecim tribus eius?

B

Gre. Nyſſ.
Caſſiodo.
Rup. Abb

Sodalibus ſponſi hæc tribuit Greg. Nyſſ. Filiab. verò Ieruſalem illis, quæ adiuratæ ſunt in verſ. præcedenti Caſſiod. & alii: Sed Rupertus Abbas ſponſo eadem adſcribit. In eo conueniunt omnes, vt admiratio hæc eò ſpectet, vt ipſius ſponſæ extollatur pulchritudo.

C

Caſſiodo.
Philo Car.
Iuſt. Org.
Aponius.
Beda.
Anſelm.

Plerique arbitrati ſunt, per hæc ſanctos primitiuæ Eccleſiæ admiratos eſſe eximiũ profectum Eccleſiæ ex Gẽtibus conſurgentis, deſerti nomine ipſam ſumentes Gentilitatem, & confuſionem idololatriæ. Ita Caſſiodor. Philo Carpathius, Iuſtus Orgelitan. Apon. Beda, atque Anſelm.

Communiori tamen ſenſu cæleſtes ſpiritus, vel ſancti quiq; in his progreſſum admirantur animæ inhærentis Chriſto, ſtudioque virtutis: Tametſi in hac ipſa admiratione explicanda non modicum inter eoſdem Patres reperiatur diuerſitatis: multipliciter quippe deſerti nomẽ ſumentes, multipliciter quoque ipſam explicant aſcenſionem, quæ per illũ fieri dicitur: poteſt enim deſertus accipi in bonam partem, ita Gregor. Nyſſen. hom. 6. ex illo Pſal. 62. *c Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea: In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic*, &c. per deſertum exiſtimat deſignari ipſam animæ induſtriam, & continentiam; ideoque deſertum, ait, eſſe cauſam iſtiuſmodi eius progreſſus, dicens; Ita aliquando Prophetæ anima fuit ſitiens diuinum fontẽ, poſt quam caro, quæ ei euaſerat deſerta, nullum habens aditum, aridaque, & inaquoſa, diuinã in ſe ſuſcepit ſitim. Secundò notat, Angelos ita dictæ animæ pulchritudinem, quam adepta ea fuerat per aſcenſum in deſerto, admiratos; vt multis ſimilitudinibus eam explicarint: quandoquidem vna non poterãt vniuerſa comprehendi. Primò. n. inquit, eam comparant caudici, ſeu trunco arboris ſecundò nemori multis arboribus cõſito; vt deſcriptione, ait, nemoris oſtendatur virtutum varietas: credo. Nyſſenum ſub nomine deſerti comprehendere nemus, aut forſan per aromatum nomẽ intelligere multiplices aromatum arbores; quibus nemus plantatum ſit: Tertiò, fumo ex ſuffitibus: nec hoc abſolute, ſed ſuffitib. myrrhæ, & thuris ſimul contemperatorũ, vt ex vtriſque vna ſit vaporis gratia: Vltimò denique mixtioni aromatum: Non explicat Nyſſ. rationes ſingularum comparationum; ſed vltimas duntaxat attingit, dicens: Qui ſe vult dedicare Dei cultui, non erit bonum thus ex eo cõſecratum (obſequium nimirum,) niſi prius fuerit myrrha,

D

Greg. Nyſ.
c Pſa. 62. 2

E

Profectus aiæ deſcribitur multis ſimilitudinibus.

Obſequium Deo exhibitum non eſt acceptum, niſi prius aia ſe mortificauerit.

APPENDIX.

myrrha, hoc est, nisi mortificauerit membra, quæ sunt super terram, consepultus cum eo, qui pro nobis mortem suscepit, & myrrham illam quæ assumpta est ad Domini sepulturam, in propria carne ad mortificanda sua membra acceperit: Quæ cum facta fuerint, omne genus aromatum ex virtute in vitæ circulo, tanquam in aliquo mortario in subtiles partes comminutorum suauem illum efficit pulverem, quem qui accipit, simul cum eo cõuersatur plenus fumo diuini spiritus.

Tres Patr. *Pia anima proficit per actionē, & contemplationem. Profectus animæ est in virtute, atque in scientia.*

Eodem ferè sensu Catena trium Patrũ ita hęc reddit: Quænam est ista, quæ ex habitu à perturbationibus remoto per virtutem, & scientiam ad Deũ sublata cõscendit, velut surculus fumi, qui ab igne siluam depascente, leuis in aera tollitur: Sic.n. anima, spiritu succensa per actionem quidem carnis crassitudinem; per contemplationem autem rerum species extenuans: probis tum moribus, tum sermonibus leuis ad Deum fertur, nec terreno pondere deprimitur. Hac ratione myrrham, & thus ex aromatibus, atque vniuerso puluere pigmentarij redolens ad cælestem sponsum prouehitur. Virtute igitur quasi myrrha, cum carnis sensum mortificat fragrat: scientia verò, quasi thure, tanquam veritatis notis seipsam diuinam imaginem ostendit. Ita rerum naturas pertransiens suauiter olet, ad earum que tendit auctorem: ex quibus instar pulueris earum rationes, & modi excitantur ei; attenuãte his veritatis semitis exploratricibus, accurato sermone, qui totũ hoc, tanquã in igne Spiritus excoquit.

Beda. *De desertũ dicit sanctam conuersationem Religiosorum.*

Secundum Bedam etiam desertus designat eam conuersationem, quæ à mundi illecebris separata, Dei tantùm legis seruandæ, & cælestium præceptorum sit obseruationi dedita, quæ esuriens, & sitiens iustitiam, manna solummodo verbi cælestis vescatur, & fonte vitæ, qui de spiritali petra emanat, potetur, iuxta illud: a *Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea: In terra deserta, inuia, & inaquosa*: Quam deserti acceptionem notat & Rich. de Sancto Vict. Huc spectat, quod ait Gregor. Papa hom. 22. in Ezech. Sponsa, cũ ab hoc mũdo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum, quod deserit, ascendit; quem sensum fusius explicat idem Greg. in suis Comment.

a Psal. 62. 2.

Rich. Vic. Greg. PP.

Ric. Vict. *Ascēdit per desertũ qui mundũ contemnit.*

Desertum dicitur mundus, inquit Richard. Victorinus, vel quia deseritur, & contemnitur: vel quia se ipsum deserit, & in se deficit, quotidie enim cũ tempore gaudia temporis transeunt, & quot dies, tot gaudia dierum prætereunt: Vnde cum gaudia ista anima perfecta contemnit, & ad supernum, & verum gaudium tendit, per desertum ascendit.

Bernar.

In bonum pariter deserti nomen accipiũt & Rupertus Abbas, & Bern. hic namque in libro sententiarum diuersarum, significatam sumit Christianæ simplicitatis humilitatem, vocatam desertum; quia nullus ferè est imitator Christi, qui studeat bonum illud operari. Per hoc desertum, inquit, necesse est, ascendamus sicut virgula fumi ex aromatib. cum virtutum studio, & disciplina exercitati proximos nostros ad bene agendi similitudinem incitamus.

Humilitas dicitur desertum, & quō. p illud ascēdat pia anima.

Rup. Abb.

Rupertus verò animam accipit solitariam, vt ad B. Mariam sic dicatur: Ascendisti per desertum idest animam habens valde solitariam: Si enim Esther illa Regina ex animo humili dicebat: b *Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariã, & cuius præter te nullus auxiliator est alius*: quantò magis tu vera dicenda es solitaria, quæ virum non cognouisti, nec cognoscere desiderasti, & ab illo, cui desponsata fueras, penè deserta fuisti: Certè recta ratione de te exclamare cogor: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, &c.*

Desertus designat animam solitariam.

b Esth. 14. 3.

A Denique & Hugo de Sancto Victo. hunc locum explicans lib. 1. Erudit. Theol. c. 11. Desertũ appellatum inquit & cor bonum; quia longe est à strepitu, & tumultu, & non conculcatur frequentia terrenarum cogitationum; sed virens permanet & floridum, germina virtutum producit, & canit ibi turtur Spiritus S. & non auditur vox hominis, neque ad hominem pertinentis.

APPENDIX.

Hugo Vi. *Desertũ est cor bonum.*

In malam verò partem idem accipiunt deserti nomen, qui mũdum per illud significatum sumũt, sic appellatum ob malam aliquam mundi proprietatem, quam cũ deserto habet communẽ. Ita Ambros. lib. de Isaac c. 5. qui iungit hæc cum præcedētibus; vt Christus animæ cum quærēti occurrerit: Videntes verò illam filiæ Ierusalem Christò inhęrentem, & adhuc ascendentem cum eo, dicant: *Quæ est ista, quæ ascendit à deserto, sicut vitis propago* (sic legit ipse, & explicat in hunc modum.) Quæ est ista, quæ, cum ante in inferno derelinquebatur, nunc inhæret Dei Verbo: quæ per desertum, nimirum per hunc terræ locum incultum sentibus, & spinis nostrorum obsitum delictorum, ascendit sicut vitis propago, in superiora se subrigens velut fumus natus ex igne, atque alta petens: tunc præterea bonis operibus fragrat; odor autem ille orationis piæ redolet suauitatem, quæ tanquã suaue piæ precationis fragrat vnguentum: quia de æternorum, & inuisibilium, non de corporalium petitione compositum est, præcipue tamen myrrham redolet, & thus; eo quod peccatis mortua sit, & Deo viuat.

Mũdus iste est desertus

Ambr.

B

Anima Deo inhærēs, quō proficiat in hoc mũdo.

Oratiõ bona qualis esse dēat.

C

Bernar. serm. 59. ex paruis, ascendere, inquit, dicitur anima pęnitens per desertum, terram scilicet inuiam, & inaquosam, peccatorum suorum recordando.

Bernard.

Ex animo cõ[illegible] & desertum.

Richar. de S. Vict. Desertum, ait, dicitur mũdus, qui sterilis est, & arescit, nec fructum habet; Fructum.n. non potest facere: quia Spiritum S. non potest accipere: quia nõ nouit Christũ, nec scit Christum; atq; adeo dum anima deuota pro vero gaudio laborat, in deserto sterili, & arido fructificat, & inter arentia, & labentia fructum affert, qui maneat, ascendit profecto per desertum. Quem sensũ tangit Hugo quoq; de Sancto Vict. loco supra citato, vbi ait, mundum dici desertum ob copiam malorum, & inopiam bonorum.

Rich. Vic. *Mũdus quo sit desertus*

D

Hugo Vi.

Dicitur denium desertus idem mundus, ait Richar. vbi supra, ob amatores suos, qui deserti sunt; quia deseruntur à Deo; & quia ipsum deserunt Deum sicq; per desertum illud ascendat pia anima, quatenus a malorũ consortio se segregat, & ad bonorũ dilectionẽ trãsit, eosq; imitatur; quatenus inter desertos à gratia, & inter descendentes proficit.

Richar. *Consor in malorũ vitans ascendit per desertum.*

Denique & Hugo de S. Vict. loco citato, in malã partem desertũ alia ratione accipit pro corde prauo; quia cultum nõ est, & germinat noxia, & in eo bestiæ habitant.

Hugo Vi. *Cor prauũ desertum.*

E

Circa declarationem modi, quo animæ progressus hic explicatur, per ea verba: *Sicut virgula fumi ex aromatibus, &c.* præter ea, quæ supra relata sunt ex Nysseno, Catena Trium Patrum, atque ex Ambr. legente, *Sicut vitis propago*: Sciendum primò, eumdē Ambr. lib. 8. Epist. Epist. 62. vel super c. 16. Exod. censuisse, hic explicari modum, quo pia anima post obitum cælestia petit, legens quippe: *Quæ est hæc, quæ ascendit à deserto sicut vitis propago, fumo incensa, odorificata myrrha, & thure, ab omnib. pulueribus vnguenti?* Et moie, inquit, & tu fidem, vt sis sicut illa anima, quæ Christi in se charitatem excitat, q. mirantur ascendentem Virtutes cælorum, quòd sine offensione ascendat, & ex hoc mundo ascēdat

Ambros.

Pia anima quō ascendat post mortem.

APPENDIX.

cum lætitia, & iucunditate sicut vitis propago, & sicut fumus se ad superna subrigat, fragrans odorem resurrectionis piæ, & suauitatẽ fidei. Pulchre autem sublimitas eius exprimitur pulueris comparatione, & vnguenti cõmemoratione: quia in Exodo subtile legimus ex multis compositum thymiama: illud verò esse incensum propheticum, quod est Sanctorum oratio.

Tamen fere communiter de modo progressus vitæ spiritualis in hoc sæculo hæc sumuntur: vnde

Theodor.

Theod. Non immeritò, ait, piam animam dici similem fumo suffimenti (sequitur. n. Theod. versionẽ Symmachi, vt supra notatũ est in prima expositione) quæ vt Apostolus ait, membra sua constituit hostiã viuentẽ, sanctam, Deo placentem: dici autẽ redolere myrrham, thus, ex vniuersis puluerib. pigmentarij; quia Christi humanitatem, per myrrhã designatam, & diuinitatem significatam per thus, adorat, spõsique, tum mortem credit, tum essentiã sempiternam cõfitetur: Sicque ex vniuersis pulueribus pigmentarij, myrrham, & thus ipsius admirari Angelos sanctos; quoniam etsi ea habeat alias virtutes ex diuina scriptura, tanquam ex pigmentarij officina deprõptas; in ipsa tamen excellit myrrha, & thus, idest Spõsi diuinitatis, & humanitatis cognitio.

In aĩa pia ꝑ reliquis excellit fides, & cognitio diuinitatis, & humanitatis Christi

Communior explicandi modus is est, quem affert Cassio. dicens: Fumi similitudinem afferri; qa fumus ex igne nascitur, & mox altiora aeris expetit, donec aspectibus intuentium subtrahatur, atq; adeo significat sanctum desiderium igne diuini amoris perfusum. Virgulæ verò fumi comparari, ait, dum ascendit sponsa: quia sancta Ecclesia, vel anima Deum amans gracilis est, & delicata, disciplinis Spiritus sancti attenuata, non habens prolixitudinem carnalium desideriorum: Siue virgulæ fumi, & non sparso fumo Ecclesiam comparari, propter vnitatem; quia in Christo vnum quid est. Virgulæ demum fumi myrrhæ, & thuris eamdem assimilari; quia Sancti mortificatione carnis suæ, & orationibus mundo corde profusis, Deo placere student, & congerie omnium virtutum, quam designat vniuersus puluis pigmentarij: Neque. n. integra fuisse aromata, sed in puluerem redacta dicit: quia Sanctorum actiones magna discretione considerandæ sunt, & tanquam cribro subtilissimæ considerationis euentilandæ; ne quid forte in illis durum, aut inconueniens existat.

Cassiodo.

Fumus significat sãctũ desiderium.

Virtutũ operaex actiõe esse examinanda.

Gre. Pap.

Idem ferè & Greg. Papa in suis Commentariis, in quibus illud vnum est notandum, quòd ait, piã animam ascendentem, &c. quasi thuribulum cor suum coram Deo efficere: In quo dum per dilectionem virtutes congregat, quasi carbones in thuribulo coaptet, in quo se ipsam in conspectu Dei igne charitatis accendat, dumque feruentes ad Deum orationes emittit, quasi fumum aromatum ex thuribulo adducit.

Orãs debet facere cor suũ thuribulum.

Greg. PP.

In expositione verò super Ezechielem hom. 22. alia ratione procedẽs, ita descriptum explicat hûc ascendendi modum: Sancta Ecclesia, sanctaq; anima cum ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum, quod deserit, ascendit. Qualiter verò ascendat, adiungit: *Sicut virgula fumi ex aromatibus*. Fumus de incenso nascitur, qđ orationem designat: fumus excutere lacrymas solet: Itaque fumus ex aromatibus compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris: quæ tamen oratio fumi virgula dicitur: quia dũ sola cælestia postulat sic recta progreditur, vt ad terrena, ac temporalia appetenda; pro terreno studio minimè reflectatur; Virgula autem, & non virga nuncupatur,

In orationibus quĩs se erigant pia anima.

A quia interdum in compunctionis ardore tãtę subtilitatis æstuat vis amoris: vt hanc nec ipse animus possit comprehendere, qui illuminatus meruit habere: Bene verò additur; *Myrrhæ, & thuris*. Myrrhę enim, & thuris sacrificium offerunt, qui & carnem mortificant, & redolentem in conspectu Domini amoris sui hostiam incendunt: Myrrham, quia se cruciant, & cruciando à vitijs conseruant: Thus verò, quia Dei visionem diligunt, ad quam perueniri medullitus exardescũt: seque ipsos ei in sanctis virtutibus exhibent: Vnde & subditur: *Et vniuersi pulueris pigmentarij*: Faciunt porrò puluerem, &c. retractando ipsas virtutes, vt supra ex Cassiod.

Cum his, quæ à Cassiodoro, & à Greg. Papa dicuntur, consentiunt ferè in omnibus expositiones
B Phil. Carp. Iust. Org. Apon. Bedæ, Ansel. atq; Rich. de S. Vict. in quib. ista duntaxat notanda hic mihi visa sunt, quæ aliquid in se contineant diuersitatis In expositione quidem Bedæ duo: Primùm, Ecclesiam dici ascendere, sicut virgulam fumi, &c. quia vna ex multis fidelium personis construitur; quia diuersis Floridæ virtutib. quædam instar myrrhę, amplius mortificandis carnis voluptatib. insistãt; quędam ad figuram thuris peculiarius crebris orationibus vacant; aliæ aliis bonorum operum fructibus Deo offerendis desudant; vno tamen oẽs igne spiritus inflammatæ, quasi vna fumi virgula indiscreto per oĩa studio, ac deuotione communi vitæ cælestis alta requirunt. Hanc expositionem tangit
C & Ansel. Secundum; non debere videri contrariũ studioso lectori, quòd eadem ipsa dilecta, & sopori dedita, vt dictum est in præcedenti versu & per desertum ascẽdere dicitur hoc vers. 6. vno. n. eodẽque tempore & soporatur, & ascendit, cum ab exterioribus curis, desideriisque carnalibus anima se quã tum valet, alienat, & bonæ operationis, seu cogitationis profectibus ad visionem sui conditoris appropiat.

Philo Car.
Iust. Org.
Aponius.
Anselm.
Rich. Vic.
Beda.

Ecclesia vnaex diuersis sanctorũ generib.

Pia aĩa, & dormit simul, & ascendit.

In Anselmi verò expositione id notandũ, quod vltimo loco dicitur; per pigmentum accipi quasdã virtutes, per puluerem eas redactas in quamdam vtilitatem: cu. n. n. non valeant virtutes in arrogantia, idcirco homo vilem se ipsum reputare debet,
D recognoscens, sibi nunquam posse sufficere.

Anselm.

Humilitate perficiũtur virtutes vniuersa.

In expositione Richar. id est noui, quod inquit; piam animam ascendentem per desertum iure optimo non virgæ cõparari, sed virgulæ tenui: per hoc quippe velocitas ascendendi designatur, virgulæ enim ait, quæ crescendo grossantur, non nimis in altum ducuntur: sed virgulæ, quæ velocius, & sursum crescunt, subtiliores, & minores sunt.

Pia anima in proficiendo ascendit velociter.

Virgula recta est, & gracilis, in longum porrecta, ait Hugo de Sancto Vict. lib. 1. erudit. Theolo. c. 110. Quia tantùm sursum tendit, recta esse dẽr; &, quia arcta est via, gracilis, & quia longa, porrecta. Item non est virgula ligni insensibilis, & duri, sed fumi, qui speciem habet, substantiam non ha-
E bet. Cum. n. cernitur, aliquid esse videtur, cum manus apponitur, nihil inuenitur. Sic bonus quisque hic esse videtur per carnis speciem, sed hic nõ est per dilectionem. Item fumus de igne ascendit; qa desiderium ex amore venit. Et qualis fumus? *Ex aromatibus myrrhæ*, &c. Pigmentarius est Christus: pigmẽta virtutes; myrrha mortificatio carnis; thus mentis deuotio; vniuersus puluis pigmentarij, virtutum omnium multitudo.

Hugo Vic.

In sermone illo de assumptione B. Mariæ, qui tribuitur B. Hierony. & habetur in to. 9. operum eiusdem; Angelis hæc tribuuntur admirantibus B. Virginem dum assumeretur in cælum.

De assumptione B. Mariæ.
Hier.

At secundùm Ruper. Abb. Christus ipse est, qui

Rup. Ab.

in his

APPENDIX.

in his verbis admiratur, & collaudat eiusdem Virginis insignem humilitatẽ, ac si dicat: Tu dicis cũ Abraham puluis sum terræ, qualem ventus dispergit: Et ego: non, sed es puluis pigmentarii, qualem pigmentarius conficit Spiritus S. ex optimo thure, quod est suauitas mentis, & ex myrrha probatissima, quę est mortificatio, seu incorruptio carnis. Tu dicis propter eamdem humilitatem cum patre tuo Dauid. Fumus ego sum teter coram diuinis oculis qualis de camino deficiens ascendit, & ascendens deficit: At ego dico: Non: sed es fumus ex aromatibus myrrhæ, & thuris, qualem decet ascendere de aureo thuribulo, ante altare aureum vsque ad oculos, & olfactum meũ. Talis fumus, imò talis fumi virgula tu, ò B. Maria, suauem odorem mihi, ac toti curiæ cælesti spirasti cælestibus disciplinis erudita, & extenuata.

Maria humilitatis laus.

Denique de ascensu animæ pœnitentis hæc sumens Bern. in serm. 59. ex paruis, Ascendit, inquit, per desertum, peccatorum suorũ recordãdo; Ascẽdit sicut virgula, eadem peccata confitendo humiliter: quæ confessio rectè fieri dicitur sicut virgula fumi, quia per plures peccatorum species, tamquã fumus de thuribulo per plura foramina deriuatur Et notandum, quòd cum fumus numquam habeat splendorem, nonnunquam habere potest odorem. Quod autem hic fumus confessionis odorem quẽdam pietatis habeat, innuitur ex his, quæ subiiciũtur: *Ex aromatibus myrrha, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii*. Confessionem debet semper comitari myrrha, & thus, idest, mortificatio carnis, & oratio cordis; alterum, n. sine altero aut parum, aut nihil prodest: Post confessionem, & recordationem peccatorum; post mortificationem, & orationem exhibendus est fructus eleemosynarum, quæ bene puluis dicuntur: quia de terrena substantia fiunt; pigmentarius verò, quia suauissimum odorẽ emittunt. Hinc est, quod Cornelio bene agenti dictum est: a *Orationes tua, & eleemosyna tua ascenderunt*, &c. Vel, *vniuersi pulueris pigmentarii* ideo dicitur: quia non solum magna, sed etiã minima quęque peccata conterenda sunt per confessionem, & diluenda per compunctionem.

Bernar.

Ala pœnitẽtis quomodo ascendat per confessionem.

Confessionẽ comitari debent mortificatio, oratio, atq; eleemosyna.

a Act. 10.

Vers. VII. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

ET hic quoque dissensio magna est inter Expositores in definiendo, cuiusnam ista sint verba, quave ratione ea cum superioribus sint connectenda: Qui. n. in præcedenti sententia sponsum locutũ existimarunt, ii eumdem & hic pariter loqui, arbitrantur, nomenq; Salomonis non pro sponso, qui loquitur in persona Pastoris, sed pro Rege Salomone appositum inquiunt. Ita ex Hebræis Aben Ezdra, & innominatus: voluntque hic fieri argumentum à maiori, quasi reprehendatur spõsa, quod sola auderet per deserta versari, ac si sensus esset: Salomõ rex potẽtissimus adhibuit cõplures custodes ad lecti sui custodiam, veritus, ne quis sibi sponsã eriperet, & violaret; & tu interea sola audes per deserta vagari? Legionensis è contra sponsæ hæc tribuit respondenti ad obuios illos, qui ipsam admirati fuerant in vers. superiori: ac si diceret: Iniustè vos, aut certè inconsiderate facitis, quod me vnam intuentes, & admirantes viri mecũ vnà reuertẽtis, & multò me præstãtioris penè obliti videmini: quẽ tamen ad contemplandum vel ipse externus illius

A cultus vos conuertere debuisset: *En lectulum Salomonis*, &c. Bene aũt sponsum suum, inquit Legionẽsis, non personatũ hoc loco inducit, sed proprio nomine appellat; vt intelligatur, Salomonis personã versari in hoc Carmine: non quòd de se, aut vxore sua proprie hæc scripserit ipse Salomon; sed quòd sua psona, atq; nomine, in quib. diuinitus edoctus sciebat sustineri personã, & nomen Christi, vti voluerit ad istius erga homines immensum amoris his imaginibus adumbrandum.

LITTERA.

Melius, iuxta ferè communem Sanctorum Patrũ sñiam, quæ hic, & in cõsequentib. vsq; ad vers. 11. dicuntur, iis ipsis adscribentur, qui in vers. superiori admirati sunt pulchritudinem, & fragrantiam sponsæ: Sic verò hanc sequentes sñiam, cum pręcedentibus ista connectenda mihi videntur: vt ii ipsi B propius facti, meliusque sponsam intuentes, atque considerantes, ad eam conuersi, dicant: *En lectulũ Salomonis*, &c. ac si dicerent.

O pulcherrima mulierum scito, tantam esse pulchritudinem, ac fragrantiam tuam; vt *En* pro te *lectulum Salomonis* custodiant *sexaginta fortes ex fortissimis Israel*. Dicta sunt autem hæc per Aposiopesim: quod quidem melius significatur per lectionẽ hebraicam, quæ ad verbum sic habet: *Ecce lectus ipsius, qui est Salomonis, circum quem sexaginta fortes de potentioribus Israel*, idest.

PARAPHRASIS.

Ecce tibi propositus est, & destinatus lectulus Salomonis, circum quem constituti ab illo sunt sexaginta fortes; &c. C

PARAPHRASIS.

Circa hæc, duo breuiter notanda sunt. Primum, per ista, & per ea, quæ sequuntur, commendari, tũ sponsam, tum etiam sponsum: Hunc quidem ex magnificentia, magnificoque apparatu: illam vero ex summa pulchritudine, propter quam tantum sibi ab sponso suo conciliarit amoris, vt pro ipsa tam insignem is construxerit apparatum.

Alterum, quod notandum superest, est circa numerum assignatum; quamuis. n. fieri possit, vt secũdum historicam veritatem Salomon, quem magnificentissimum in apparatu legimus in tertio libro Regum, sexaginta fortissimos viros constituerit ad custodiam lectuli, in quo cubaret, qui noctu ipD sum, suamque coniugem custodirẽt, vigiliasve seruarent, ne qua contra eum insurgeret commotio; Quia tamen id non habemus in sacris paginis expressum, cum cõi ferè sñia dicendum, numerũ istũ determinatum positum pro indeterminato, vt omninò significetur magna militum manus. Ad hanc porrò significandam bene hic potissimum numerus vsurpatur: quãdoquidem sexaginta duplici ex parte perfectionem includunt tum ratione senarij quod constat ex vnitate, & duob. primis numeris, primo. s. pari, & primo impari: tũ ratione denarii, quod est complementum primi numeri.

Sexagenarius numerus perfectionem includit.

Vers. VII. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. E

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

ROmanam Vrbem vniuersarum totius Orbis Ciuitatum fortissimam ab oib. definitã, adeò notum est singulis, vt nullus sit, qui hac de re dubitare queat, nisi qui Antiquitatis, & historiarũ penitus sit ignarus: quin & ex ipso eius nomine colligere id facile potest quilibet, qui græcę sit gnarus linguæ Ῥώμη. n. robur sonat, atq; potentiam. Id aũt ex Dei prouidentia factũ est, vt & noĩe, & re vrbs ista validissima

Roma fortissima omniũ ciuitatum, et cur

DE ECCLESIA.

validissima esset. Attamen quod in singulis quibusque rebus, quæ à Deo conditæ sunt, animaduertere est, vt contrario planè modo à mundo trahatur quæq; in diuersum ab eo, ad quod singula primus direxit cõditor. Idipsum & in Romanæ huius fortitudinis vsu cõspicimus. Enimuerò homines mũdani, quotquot dictæ vrbis ciues extitere, robur, ac fortitudinem Ciuitatis suæ ad id in primis conuertere, vt & vniuersum terrarum orbem perturbarent, & sibimet perpetuam causarent inquietitudinem. Cum etenim mundum oẽm suo subiicere vellent imperio, bellis repleuerunt omnia, effeceruntq;, vt & ipsis, & eorum Ciuitati illud Angeli dictum conueniret, quod de Ismael ad illius genitricem Agar dictum est: a *Manus eius contra omnes, & manus omnium cõtra ipsum.* Deus è vestigio ad illud vnum adeo singularem eiusdem vrbis fortitudinem destinauit, vt ei, quam desponsaturus esset, Ecclesiæ Catholicæ quasi lectulum quemdã illam sterneret, in qua summa tranquillitate, & pace tutissime secum noua quiesceret sponsa. Hunc igitur lectulum ipsi Ecclesiæ paratum ostendunt ex ipsæ Gentes, quæ in superiori sñia illam admiratæ fuerant, summisq; laudib. celebrarant: quæve nuper conuersæ à Spiritu S. edoctæ tam eximii lectuli excellentias norunt, ad illum eam inuitant, simulq; eumdem extollunt præconiis, dicẽtes: *En lectulũ Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel,* &c. quæ in vers. 8. subiiciuntur.

a Gen. 16. 12.

Christus cur Salomõ dictus, dũ simul lectuli fit mentio.

Vt autem istorũ verborũ vis percipi queat nonnulla notanda sunt, antequam eorum paraphrasis apponatur. Primum quàm rectè hoc loco Christus vt Ecclesiæ Sponsus haudquaquam consueta dilecti appellatione, sed signato Salomonis noĩe sit nuncupatus: Id namq; duplici ex causa factum crediderim. Primò, ne quem perturbaret contrarietas illa, quæ ex ipsa verborum serie sese obiicit cõmemoratione. s. lectuli, qui quietis est typus, ac simul fortissimorum virorum, custodiarum, atq; armorum, quę omnia ad bellum spectant. Neq; .n. per alium fortes, & arma cum lectulo, tranquillitate, & pace coniũgi potuissent, quã p illũ, qui est pax nostra, princeps pacis, Rex pacificus, & non tã nomine, quam re ipsa Salomon verus, qui robur quodlibet, quamlibet fortitudinẽ, & arma pariter conuertit ad bonum quietis, & pacis. Altera verò ratio est, vt intelligeremus, haud simpliciter in vrbe Roma esse quietem, vel ob ipsam eius fortitudinem eam esse lectulum Ecclesiæ Catholicæ; sed exinde id illi præstitum, quia Christus Salomon ille verus in Petro, eiusq; successorib. in ipsa suam constituere voluit sedem: atq; adeo eatenus tantũ quies in illa cẽsenda est vsquequaq; perfecta, quatenus lectulus est ipsius Salomonis; quatenus in ea summus residet Pontifex, qui eiusdem Salomonis vices gerit in terris.

Ecclesia Romana cur lectulus Ecclesia Catholica.

Simile.

In Ecclesia Romana vera est quies & quõ in illa quiescat Ecclesia vniuersalis.

Secundò notandum: lectuli appellationem Romanæ vrbi congruentissimam esse, quatenus vrbs ipsa designat Romanam Ecclesiam: congruentiæ verò tres assignari possunt inter Romanam Ecclesiam, ac lectulum illum præcipue, qui dicitur Salomonis. Prima desumitur ex quiete: sicut .n. ita proprium lectuli est, quietem vt exhibeat, vt ipsum eius nomen ad quietem signandam cõmuniter vsurpetur. Ita & Romanæ Ecclesiæ peculiariter cõpetit, vt quietem quibuslibet præstet fidelib. quotquot in ea cubare velint: adeo vt, si vel tantillum ab ipsa se elongarint, nusquam alibi, certissimum sit, eos reperturos esse quietem. Porrò quẽadmodũ quies oĩs, quã lectulus cõfert, inde prouenit, quòd qui in eo recumbit, totum sese super illũ proiicit, suaque oĩa, & singula membra super eodem sternit: Ita & Ecclesia Catholica eatenus quietis est cõpos quatenus singulos quosq; fideles sternit quodam modo super Ecclesia Romana; ita vt toti ipsi nitatur vni, in iis quiescens, quæ ab ea fuerint definita, & ab ea penitus depẽdens. Quod sub alia metaphora, Petrum alloquens, testatus est Dominus, cũ dixit: b *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Congruit secundò Romanæ Ecclesiæ appellatio lectuli Salomonis; vt lectulus significat thalamum, in quo Salomon cum sua requiescit Sponsa: pro confesso .n. apud oẽs habetur, in ipsa Ecclesia Rom. propter eius stabilitatem fidei Christum perpetuo commorari per assistẽtiã Spiritus S. ibique veluti in proprio thalamo cum sua conquiescere sponsa Ecclesia Catholica, iuxta firmissimum illud eius promissum: c *Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi*: d *Ego* .n. inquit, *rogaui pro te, Petre, vt nõ deficiat fides tua.*

DE ECCLESIA.

Simile.

b Mat. 16. 18.

Ecclesia Romana thalamusque Christi est cũ sua sponsa Ecclesia vniuersali.

c Matt. 28. 20.

d Luc. 22. 32.

Simile.

In Ecclesia Rom. Christus extẽdit bonitatem suã, vt in lecto extẽditur corpus.

Tertia deniq; congruentia est: quod sicut is, q in lecto cubat, corpus suum effundit super illũ, atque distendit: Ita & Christus Dominus, verusque Salomon in Ecclesia Romana distendit sese quodammodo, bonitatis, ac largitatis suæ præstantissimas effundens gratias: Vnde, & quod hic est Hebraicum lecti nomen מטה mitthah, ab extendendo, & dilatando deducitur. Ecquis autem celebrare valeat gratias, ac priuilegia singularia, quibus in istiusmodi lectulo sese extendit Salomon verus quæve in hanc Ecclesiam, ac Petri sedem contulit Christus? Ipsa sanè ea sunt, quæ contulit & Petro Apostolorum Principi; quorum catalogum videre licet vnicuiq; apud eos, qui de hoc agũt primatu sedis Apostolicæ.

Ecclesia Romana robur oĩe ex Christo, & ex sua Prælatorum successione.

Notandum tertiò, sicut mundana Romæ fortitudo, qua antiquitus reliquis oĩb. præcelluit Ciuitatib. non tam ex loci situ, mœniumq; munitione, quàm ex recta Reipublicæ institutione, ex ciuiũ robore, atq; ex Ducum in primis, ac Imperatorũ virtute proueniebat, ita & eã, qua spiritualiter postmodum eamdem Vrbem præualere, conspicimus non ex vllo eius robore, at ex ope ipsius viri Salomonis, & ex eorum Prælatorum studio prouenire qui in illa residerunt super Cathedra Petri, quorũ ingens numerus continua sucessione ipsam munit, quietemq; in illa conseruat. Atq; adeo bene hoc loco eius fortitudo non tam ipsi, quàm eius Prælatis adscribitur, eaq; omnis in summa custodiæ vigilantia constituitur, dum dicitur: *En lectulum Salomonis sexaginta ambiunt fortes, &c.*

Prælati Ecclesia debẽt esse fortes.

Notandum quartò, tres hic assignari bonorum Prælatorum cõditiones. Primam, vt sint fortes; secundam, vt sint ex fortissimis Israel; & tertiam, vt ambiant, vigilesq; plebem custodiant, cui quietẽ exhibituri sunt. Et quidem, si cui fortitudo necessaria est, Prælatus certè ea maxime indiget, vtpote, quem Deus constituit super Gentes, & Regna, vt euellat, & destruat, & disperdat, & dissipet, & ædificet, & plantet. Idcirco Moysi præceptum legimus in Exodo, e vt potẽtes ac validos eligat, quos præsides constituat super populum, vbi dicitur: *Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deũ, in quib. sit veritas & qui oderint auaritiã, & cõstitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum omni tempore:* & in libro Ecclesiastici haud assumenda consulitur prælatura, nisi ipsa adsit fortitudo, vbi dicitur: f *Noli quærere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitatem.*

e Exo. 18. 21.

f Eccl. 7. 6.

Porrò quia non quælibet fortitudo sufficiens

ad

DE ECCLESIA.

ad id est, vt bonus fortisve Prælatus dici quis possit; subiicitur, fortes istos esse *ex fortissimis Israel*. Sunt.n. Prælati complures, qui fortissimi quidem sunt quoad mundana, nulli parcentes labori, vt vel illud oẽ assequantur, quod cõcupiscunt hono ris, gloriæ, diuitiarum, ac ceterorum huiusmodi; vel vt subijciant sibi quotquot eis obsistere nitun tur, ne illorum fiant compotes, ad quæ eos impellit ambitio. Hi sanè etsi fortes in mundo dicantur apud Deum tamen haudquaquam fortes censentur, sed supra modum imbecilles, ac debiles, vtpo te, qui nec minimæ passioni propriæ resistere valeant; atque adeo nec computandi in numerũ eorũ qui vero prǽditi sunt robore. Hi autem tali pręstãt fortitudine, qui in Dei contemplatione sunt versati; qui ex eo, quòd Deo præualent, contra quam cunq; creaturam præualere non dubitant, quive ob id, quòd Dei partes tuentur, vt Dei Principes sese gerunt; ac demum, qui studẽt, in oib. rectè corã Deo ambulare. Quæ oĩa breuissime hac secũda Prælatorum conditione designãtur, id, quòd dicuntur, nõ modò fortes esse, sed esse ex fortissimis Israel. Illud siquidem nomẽ quadruplicem habet significatum, & interpretationem. Prima est, iuxta communiorem Patrum acceptionem, quæ habetur in antiqua Hebraicorum nominũ interpretatione: Vir videns Deum. Secunda est, Præualens Deo, quæ ex textu ipso colligitur; quandoquidem in c. 32. libri Geneseos, Dominus nomen istud imponens Iacob, ait; *a Nequaquam appellabitur Iacob nomen tuum, sed Israel*, affertque rationem hãc: *quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis?* Tertia est, Princeps Dei, quam affert Hierony. in lib. Hebraicarum quæstionum super Genesim. Quarta denique est, Directus Dei, quæ colligitur ex cap. 11. Oseæ, vbi ad nomẽ istud alludens Propheta, inquit: *b In vtero supplãtauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo*; afferturque & à Hieronymo in loco supracitato. Ista igitur omnia significãtur ex commemoratione nominis Israel, ex cuius Israel fortissimis debent ii esse, qui ad Pontificatum prouehẽdi sint. Neq; enim aliàs tã graue sustinere possent onus, nisi fortissimi, & ipsi sint, nedum fortes.

Prælati qui fortissimi dicendi sint.

Israel quadruplex significatus.

a Gen. 32. 28.

b Oseæ 12. 3.

Porrò fortitudinem istam suam in eo præsertim exhibere debent, vt lectulum Salomonis, Romanã Ecclesiam ambiant, vigilesve illi adstent; vt eam, vel prædicatione, vel scriptis, vel certè orationib. tueantur.

His annotatis, iam facile est paraphrasticum eorum, quæ in hoc vers. dicuntur, assignare sensum. Aeque est.n. ac si gentes illæ, quæ superius ingenti cum admiratione Orthodoxam celebrarant Ecclesiam, fidem & ipsæ complexæ dicant.

PARAPHRASIS.

Concuteris hinc, & inde Sponsa Christi; quies tibi tutissima ab vno parata est dilecto tuo: Ecce etenim Romæ Ciuitatum oĩum vrbis fortissimæ tutissima tibi parata est sedes, in qua cum illo conquiescas, æque ac in lectulo ipsius, ex quo pax omnis turbulento orta est mundo. In illam te proiicies nõ secus, ac qui intra lectulum membra oĩa iactat, vt in eo quietem nanciscatur. Illa tibi cõmunis cũ tuo sponso thalamus. In illa is non conquiescit dũtaxat; sed distendit sese vt in proprio lectulo, & effundit præstantissimas bonitatis suæ gratias, & priuilegia singularia. Quiesces autem in istiusmodi lectulo tutissime; quoniam complures, continuata successione in eius custodiam verus ille Salomon sanctos destinauit Pontifices, qui ea polleant fortitudine, vt non fortes solummodo dicendi sint ob id, quod mundanæ resistant potentiæ; sed ex fortissimis Israel existentes, & ipsi eximium istud Israelis nomen singuli mereantur; quandoquidem per sapientiæ erudionem Deum cognituri sunt, ac visuri quodammodo, vt aliis illum ostendant: perque orationum luctam nõ modò aereas potestates: sed & eumdem Deum superaturi; illiusvè partes gerentes, Principes ipsius futuri, vniuersa ad eum dirigẽtes, quæ cogitabunt, quæque dicent, quæ denique & agent. Ambient porrò, & circa ipsam sedem vigiles stabunt, residentes in ea, dum quidem viuunt, pręsentia corporali; dum verò in cœlis regnant, pręsentia spirituali, per scriptorum monumenta, per ea, quæ reliquerunt, vel circa mores, vel circa fidem decreta, perque orationum suffragia.

DE ANIMA.

Vers. VII. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

Admiratus aliquando patientissimus Iob, quãti Deus miserum faceret hominem, eximiam que gratiam, qua lectulum illum ei communicat, quem Incarnatum Verbum in hoc sæculo sibi construuit, crucem, ac tribulationes, in ea prorupit verba: *c Quid est homo* (vilis nimirum, & miserrima creatura) *quia magnificas eum*; quia magnum illum facis, tantamque illius habes rationem, vt *apponas erga eum cor tuum*, pœnam videlicet illi inferens, in crucisque lectulum, in quo tu decumbes, ita illum admittas; vt simul cũ illo cubans: apponas cor tuũ erga eum, & erga cor ipsius? *Visitas illum diluculo* flagellis, atque ærumnis, *& subito probas illum* tribulationib. Vel proposito nostro congruentius, iuxta versionẽ Sept. quæ habet: *Num visitationem eius facies vsque mane? Et in requie iudicabis eum?* idest: Nũ istiusmodi ærumnarum visitationem tota huius sæculi nocte facies vsq; ad mane illud futuri sæculi? Et in lectulo illo, quem ei parasti, & ad quem pro singulari gratia admisisti, vt tecum in eo quiesceret, iudicabis eum flagellis, ac tribulationibus? Si cui verò hominum insignis ista à Deo exhibenda est gratia, vt ad huiuscemodi lectulum admittatur piæ certè animæ illi ea præstanda est, quæ sit sponsa Christi, qualem in hoc Cantico amatorio describit Spiritus sanctus: Hinc est, quòd Angeli iidem, qui in præcedenti snia præstantissimo illam admirati sunt encomio, digito ferme hunc indicantes lectulum, quem verus Salomon Christus eius sponsus sibi, eive pararat, simulque illam ad huiuscemodi lectulum promouentes, significãt, quàm tutam in eo habitura sit securitatẽ: Aeq; est. n. ac si dicãt.

Piã animam quanti faciat Deus, dũ illã tribulationib. premi permittit.

c Iob. 7. 17

PARAPHRASIS.

En lectulum Crucis, quem Salomon sibimet cõstrauit, dum vitam in terris degeret, iam tibi pariter pro eximia, qua excellis sanctitatis pulchritudine, paratus ille est; quandoquidem te manẽt tribulationes, angustiæ, ac persecutiones, dignam sane per istiusmodi ærumnas in sortem sanctorum admitti. Hunc verò lectulum ascendens, ne verearis, à tuo segregandam dilecto: thalamus quippe nuptialis est, innumerique circa illum adstantes sunt è cælestibus ijs spiritib. qui Deum in cælis vident, atque adeo fortes sunt ex fortissimis Israel, teque seruabunt immotam.

Circa hæc, probandum primò, quàm verè tribulationes dicantur lectulus Salomonis: tum, qua ratione in ipsis tribulationibus, æq; ac in suaui lectulo quies haberi queat, cum in iis perpetuæ sint perturbationes, & motus.

Et

DE ANIMA.

Tribulationes ſūt lectulus, ſuo elegit Chriſtus.

a Matt. 8. 24.

b Pſa. 3. 6.

Et quidem, quòd Chriſtus Dominus, qui eſt Salomon verus, hunc ſibi conſtrauerit lectulum, exinde manifeſtè deduci poſſe exiſtimo, quòd, cum is dormiuit, in tribulationibus dormiuit. In ſacra ſiquidem Euangeliorum hiſtoria nuſquam alibi obdormiſſe reperitur, præterquam in naui, *a* túc temporis, quando mare fluctuabat, & nauis diſcipulorum iactabatur magis fluctibus: Et ſuper crucem, vbi illum mortis obdormiuit ſomnũ, de quo in pſalmo tertio dicitur: *b Ego dormiui, & ſoporatus ſum:* Conſtat autem, tum mare procelloſum, naumque ventis hinc inde iactatam, tum crucẽ propriſſimum eſſe tribulationum ſymbolum; ita vt haud operæpretium ſit in his vt detineamur.

Tribulationes ſanctis viris ſunt lectulus pacatiſſimus.

c 1. Cor. 12. 10.

d 3 Reg. 19. 4.

Illud fortaſſe difficilius perſuadetur, quod & B nobis quoque tribulationes ipſæ ſint lectus quietis: id quippe paradoxum videtur, vt in motu reperiri poſſit quies; in fragore ſomnus; in perturbationibus trãquillitas; & in amaritudine dulcedo. Nihilominus Apoſtolus, quiete, ac trãquillitate ſumma in illis ſe perfrui, ait: *c Placeo mihi enim in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in tribulationibus, in anguſtiis pro Chriſto.* Quid eſt, placeo mihi, niſi pacatiſſima quiete obdormio in tribulationibus, &c. *d* Et Elias Propheta tunc tẽporis, quando maiorib. angebatur ærumnis, qñ & Regia pſecutione vndiq; iactabatur, profundius obdormiſſe bis dicitur in libris Regum, vt conijcere exinde liceat, tribulationes ſanctis viris commodiſſimum eſſe quietis lectum.

Simile.

Neque verò paradoxum id eſt, vt quies fiet ſi- C mul cum motu, & fragor ſomnum præſtet: nam & infantes ad cunarum motum facilius obdormiſcere conſpicimus quotidie; & frequentiſſima experiẽtia comprobamus, in locis iis, in quibus vel flumen, vel riuus aliquis cum fragore defluat, du'cius nos opprimi ſomno, & per ipſum aquarũ murmur ſomnum ſuauiter conciliari. Quin & piſces intra mare quieſcunt iucundius, vt intra propriũ lectulum: ſic.n. mare ipſum, quamuis continuis concuſſum motibus piſcium dicimus lectũ. Quid miramur igitur, ſi & mare tribulationum hominum lectulum nuncupatum dixerimus, cum homo ad labores natus ſit, vt in laboribus, & ærum- D nis vitam degens, ita in illis tandem quieſcat, vt piſces quieſcũt in mari, in quo & iactãtur, & viuũt?

Tribulationes quare non omnibus ſunt lectulus, ſed ſanctis duntaxat.

e 2. Tim. 2. 12.

Quòd ſi quis modum, & rationẽ exquirat, quo pacto in tribulationib. quies, & cuinam re vera eædẽ tribulationes ſint lectulus, ac thalamus, in quo cum Chriſto quieſcant. Reſpondendum breuiter illas ſolummodo animas hunc lectulum agnoſcere, quæ ſponſarum Chriſti merentur nomen: Eæ enim ſunt, quæ in hoc crucis thalamo cum Chriſto conquieſcunt in hoc ſæculo, expectantes, in futuro ad alterum gloriæ thalamũm ab eodẽ ſe admittendas; ac propterea cum Apoſtolo dicunt: *e Si compatimur, & conregnabimus.* Mundani, ac voluptuoſi hominum haudquaquam conquieſcere poſſunt in tribulationibus; quia illas oib. neruis fugere ſtudent, quove maiori conatu id nituntur E eò magis per eas turbantur, maioribusve anguntur ærumnis; vnde nullatenus ſibi perſuadere poſſunt, vt lectuli, ac quietis nomen competere illis queat, non intelligentes, inquietudinem, ac perturbationem omnem non ex tribulationibus, ſed ex ipſorũ motu prouenire. E veſtigio autẽ animæ, q̃ Chriſti ſponſæ ſunt, cũ ad eas hilari animo currant, iure optimo in illis conquieſcere dicũtur cũ ſponſo, & conquieſce in lectulo Salomonis eius, qui, cum pacificus ſit, ac Princeps pacis, pacatiſſimam eis præbet tranquillitatem. Ac bene vt in lectulo conquieſcunt: quia ſicut is, qui quieſcere velit in lectulo materiali, totum ſe in illum, & ſuper illum proiiciat, operæpretium eſt: Ita & ipſæ ſic tribulationibus obuiam eunt, vt totas ſeſe in illas proiiciant, penitus ſe reſignantes Deo, qui ipſas immittit.

DE ANIMA.

Simile.

In tribulationib. quo cõquieſcũt ſãcti, vt in lectulo ſuaui.

f Pſal. 4. 9.

g 2. Co. 1. 5

Porrò, vt in ipſis tribulationibus communem ſibi cum Chriſto agnoſcant thalamum, illius Crucem ſemper habere ſtudent in mente, proiiciũtq; ſe ſuper floridum illum lectulum: ſicq; cum Chriſto crucifixo cubant, vt dicere valeant Prophetæ verba: *f In pace in idipſum dormio, & requieſco;* quæve ab Apoſtolo aſſeruntur: *g Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.*

Angeli qui fortes dicãtur & ex fortiſſimis Iſrael, dum adſunt tribulatis.

h Pſ. 33. 8.

i Iſa. 13. 3.

k Pſ. 102. 20.

Circa cuſtodiam verò iſtius lectuli, quæ ſignatur per iſta verba (*Sexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael*) Notandum, nomine iſtorum fortiũ ſignificari poſſe & Angelos, & homines. Si Angelos deſignatos exiſtimemus, referẽda hæc ſunt ad cuſtodiam ipſorum, quam Deus nobis exhibuit, iuxta illud Pſal. *h Immittet, ſeu, caſtrametabitur Angelus Domini.* i. exercitus Angelorum, *in circuitu timentium eum.* Quã cuſtodiam tunc maxime fidelib. mandat Dominus, quando in tribulationibus conſtituti ſint ob timores nocturnos, prout in ſequenti verſu explicabitur. Neq; verò alienũ ab Angelis eſt illud nomẽ fortiũ, qb. vt maxime fortib. Deus militat: vnde apud Iſaiam, iuxta explicatiõnẽ Euſebii: *i Et vocaui,* inquit Deus, *fortes meos:* verè ſanè fortes Dei, vtpote illos cõſtituentes exercitus, quorum frequentiſſime ille ſe nuncupat Dominum, Atque adeò in Pſal. apertiſſime hoc noĩe inſignitos eos legimus, vbi dicitur: *K Benedicite dominum omnes Angeli eius, potentes, ac fortes virtute, qui facitis verbum eius.* Bene autẽ additur, fortes iſtos eſſe ex fortiſſimis Iſrael: qm̃ adminiſtrat iſti animæ illius, quæ ſit ſponſa Chriſti, non quilibet deſtinati ſunt Angeli; ſed qui inter illos fortiſſimi ſunt; quive ſunt de Principib. primis; ita vt propterea Principes Dei dicantur. Sic nomen Iſraël hoc loco haud proprie accipietur, ſed appellatiue, vt ſignificat Principes Dei, ſeu videntes Deum: ſic. n. illud interpretari, oſtenſum eſt ſupra in expoſitione ſecunda: Ac propterea quos apud Danielem, *l* Principes primos appellatos videmus, ſeptem videlicet Spiritus illos, *m* qui in libro Tobiæ adſtare dicuntur ante Dominum, hos apud Zachariam oculos nuncupatos legimus; eò quòd adſtantes ante Dominum, videant ſemper illum præſtantiſſimo modo; cum tamen ſimul ad illius imperiũ diſcurrant in vniuerſam terrã, vt Principes militiæ eius in miniſteriũ eorum, qui hæreditatẽ capiunt ſalutis: Vnde & apud eumdẽ Zachariã, *n* ſeptem iſti ſpiritus, ſeptem principes Dei, ac ſeptẽ oculi dicuntur eſſe ſuper lapidẽ vnũ, ſuper iuſtũ videlicet in fide, ac pietate conſtantem, inſtar vigilum illum cuſtodiẽtes, eidẽq; proſpicientes, tunc præſertim temporis cum is in tribulationũ, & crucis lectulum ſeſe proſternere ſatagit.

Angeli quo cuſtodiant piã animã dũ eſt in tribulatione.

l Dan. 10. 13.

m Tob. 12. 15.

n Zac. 3. 9.

Tribulatã animã piã cuſtodiunt nõ mõ Angeli, ſed & Sãcti viri aſſerturã modus, & ratio.

Quòd ſi per fortes iſtos, qui Salomonis lectulũ ambire dicuntur, non Angelos, ſed hoĩes ſignificatos velimus, prout adiectum iſtud (*Ex fortiſſimis Iſrael*) innuere vr̃ Dicẽdum, hos illos eſſe probos, ac ſanctos viros, qui nobis in tribulatione conſtitutis conſilio, & orationib. opẽ ferunt: hi quippe ambire dicuntur lectulũ tribulationũ, in quo cũ Chriſto pia anima decũbit, quatenus dant operã, ne ea vllo pacto perturbetur, dũ tribulationib. à Deo viſitatur: oiq; ſtudio inuigilant, vt quiete, ac tuto cum ſuo pacifico Rege in huiuſcemodi decũbat

DE ANIMA.

bat lectulo. Fortes verò iidem dicuntur, & ex fortissimis Israel: Fortes, quia summò polleant robore in perferendis ærumnis; neque enim alioquin efficax animæ tribulatæ præstare possent fortitudinis, ac sustinentiæ consiliũ; nisi ipsam in se ostenderent fortitudinem: Ex fortissimis verò Israel, quia non fortes duntaxat sunt in propriis tolerandis tribulationibus; sed & ob id fortissimi sunt, quòd instar Israelis illius, qui cum Angelo luctauit, & ipsi precibus, & lacrymis contra Deum fortes existẽtes, contra quascunque etiam insurgentes aduersarias potestates præualent.

Aduocatis Christi meditationem prouocatio & explicandũ Seraphim, qui ob id ipsum ambire dicuntur.

Quamquam non incongruum forsitan sit, si dicamus, id, quod hic dicitur, sexaginta fortes illos ambire, & stare circa lectulum Salomonis, non tã ad significandam eius lectuli custodiam dici, quã ad explicandum ipsius lectuli apparatum magnificum. Vt pia anima à Spiritib. cęlestibus inuitetur ad Christi crucem meditandam; vt in illa cum suo requiescat dilecto meditatione suauissima. Atque adeò, vt eam ad istiusmodi alliciant meditationẽ, crucem ipsam illi proponant, vt lectulum Salomonis, ei paratum ad iucundissimæ pacis gustus percipiendos. Ne verò ab istiusmodi lectulo deterreatur, eo quòd crucem designet; neve prædicta crucis meditatione dedignetur, magnificum illius proponant apparatum, sexaginta nimirum, & cõplures viros sanctos, circa dictum lectulum adstãtes, in eiusdemve crucis meditatione perseuerantes, qui bene fortes asseruntur ob id, quod spiritali robore, & dæmones, & mundum, carnemve egregia victoria superarint; ac propterea sunt ex fortissimis Israel; quoniam in dicta Crucis meditatione contemplantur Deum ab amore superatum.

Vers. VII. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

Expositio Quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

Maria lectulus Salomonis.

a Psal. 18. 6.

CHristi Regis pacifici, ac veri Salomonis lectulum Gloriosissimam extitisse Mariam, nemo est, qui ambigat, cum in Psal. 18. clarissime id omnibus significetur iis verbis: *a Et ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo*; de vtero nimirum ipsius Virginis. Sed certè in hac sententia, quã præ manibus habemus, haudquaquam istius lectuli fieri cõmemorationem, ipsa indicat litteræ series, qua (vt ostensum est in prima expositione) Sponsa non commendatur ex eo, quòd sit lectulus Salomonis: Verùm ex eo, quòd digna sit lectulo Salomonis, inuitaturque ad illũ, vt ad communẽ Spõsi thalamum. Quapropter necesse est, aliũ assignemus eiusdem Salomonis lectulum, ad quem à sanctis Spiritib. Virgo benedicta inuitetur, & promoueatur. Est quidem alter magnificentissimi Salomonis nostri lectulus æque magnificentissimus, cæleste Regnũ, in quo is quietissime cubat in meridie, ad quem lectulũ Sponsam summi Regis, ac Sanctorum omnium Reginam non inuitatam dũtaxat, sed & euectam ab Angelis cõstat: quadraretque perpulchre, vt in hac sententia hic lectulus ostenderetur Mariæ, præsertim, si sensum illum sequi velimus, quem in quarta Expositione versus præcedentis tetigi, vt verbis iis, *Quæ est ista, quæ ascendit*, &c. Angelici quidam Spiritus præstantissimum ad cælum ascendentis admirarentur Virginis decorem: sic. n. congrueret, vt illo ipso temporis momẽto, quo illam exaltari viderent, lectulũ ei paratum indicarẽt. Verum per id, quod in sub-

Cælestis patria lectulus Salomonis.

A sequenti vers. 8. subiicitur, fortes illos, qui lectulũ Salomonis ambiunt, ensẽ habere super fęmur suũ propter timores nocturnos, conuincimur, hic repugnare quã maxime istiusmodi lectuli acceptionem; In cælesti siquidem Regno *b* nulla est nox, nullaque timendi causa: *c Absterget* enim *Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & mors nõ erit vltra, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt*; vt dicitur in libro Apocalypsis. Cum igitur pro his duobus lectulus iste, ad quem hic Maria inuitatur, accipi nequeant; tres alios, qui supersunt eiusdem Salomonis, & Christi lectulos huic loco congruere crediderim, vt ad

DE B. MARIA.

b Apoc. 21. 25.

c Apoc. 21. 4.

B vnumquemque eorum singillatim Virgo benedicta inuitetur. Primus est Ecclesia Catholica, & Orthodoxa: Secundus mens animæ sanctæ: Tertius denique sacrosanctum Præsepium, in quo tunc velut reclinatus est Salomon, cum mundo exortus est, in nocte Natiuitatis.

Mariã inuitant Angeli, vt in Ecc. eã quiescat vnacũ Christo.

Sumendo itaque primò Ecclesiam, hic significatam per lectulum Salomonis, prout complures ex sanctis Patrib. in Appendice relatis accipiunt, dicẽdum, à sanctis iis Angelis, quib. eius demãdata est cura, illam ei commendari quodammodo; simulque inuitari tantam Virginem, vt ad ipsam spiritaliter accedat, quam Christus Rex pacificus lectulum sibi constrauit: Dicunt autem, lectulũ istũ ambire sexaginta fortes ex fortissimis Israel, sanctos nimirum Prælatos, qui vigiles eã custodiunt.

C Nõ est, quod in huius sensus explicatione detineamur: fusius enim in secunda expositione probatũ est, & quõ Ecclesia sit Christi lectulus, & cur Prælati dicti sint fortes ex fortissimis Israel: quamuis ibi in particulari de Ecclesia Romana hæc explicauerim, quæ tamen re ipsa haud differt ab Ecclesia Catholica.

Maria commissa est Ecclesiæ Catholicæ curæ.

Illud vnum hoc loco notandum, adeo verum esse, sanctam Ecclesiam esse thalamum, in quo non modo Christus, sed & præstantissima eius sponsa Maria requiescit præsẽtia spiritali, vt ipsamet Virgo benedicta in libro Ecclesiastici à sponso suo id sibi præceptum, vt in isto lectulo requiesceret, te-

D statum fecerit his verbis, licèt sub alijs metaphoris: *d In omnibus requiem quæsiui, & in hereditate Domini morabor: tunc præcepit, et dixit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*, id est, qui creauit me, suumq; me constrauit lectulũ, in quo requiesceret, *Dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hereditare, et in electis meis mitte radices*: Hãc porrò quietẽ in Ecclesia sibi exhibitã periucundam sibi esse significauit, cum dixit: *& in plenitudine sanctorum detentio mea*, idest, & ipsa detineor libẽtissimè, ac requiesco, vt in lectulo Salomonis in plena Ecclesia, & congregatione sanctorum. Iure igitur optimo cælestes spiritus tã ei gratum ostendũt lectulum, inuitantq; ad illum, quam promptissimam norunt ad eum accedendi: Inuitãt

d Eccl. 24. 11.

E autem, quia sciunt Ecclesiã per tantæ Virginis præsentiam maxime nobilitari, Quod verò subijciũt, circa lectulum tot esse fortissimos Prelatos, id non tam ad magnificẽtiam tanti lectuli additũ, quàm ad significandam fortissimam eorum Prelatorum defensionem, tum ipsius Ecclesiæ, tum eius, quę in illa requiesceret, Reginæ à blasphemijs, quas contra ipsam effutiunt hæretici.

Maria commẽdãt piã alam Angeli sancti, inuitãtq; ad illã, vt ad lectulũ Salomonis.

In hunc ipsum modum eamdem Virginem Gloriosam ad piam animam inuitant, quæ est Salomonis lectulus alius, in qua per innumerarum gratiarum collationem extendit se quodammodo, ęque ac super lectum Christus Dominus, suam in illam effundens bonitatem, ac si dicant,

En

APPENDIX. PARAPHRASIS.

A En Virgo benedicta, Salamon ille verus, ſponſuſque tuus lectulum ſibi hanc ſanctam cõſtrauit animam, ac tibi quoq; eamdem parauit: vtque tutiſſimus, in quo ambo quieſceretis, hic eſſet lectulus, ſexaginta, multoſq; circa illam cõſtituit, & Doctores, & Prælatos præfortes ex fortiſſimis Iſrael. Tu igitur, quæ in his omnibus requiem quæris, qui ſanctitate præfulgent, ad hanc ſpiritaliter accede, & requieſce.

Maria eſt duni præſepium Angeli, vt lectulũ Salomonis.

Quod ſi de tertio quoq; Salomonis lectulo, de præſepio hęc exponere velimus, dicendũ, Angelos illos ſanctos, qui de ſingulari profectu Mariã glorioſam in præcedenti verſu laudarũt, vtpote quã noſſent mirum in modũ profeciſſe in gratia, atque in meritis, poſtq; ea Chriſtum in ſuo concepit vtero: B Nunc illi ſanctum indicat Preſepiũ ad id paratũ, vt in eo verus requieſcat Salomon, quẽ pariturа erat. Magnificentiam verò tam vilis lectuli per hoc exprimunt, q aiunt, ſexaginta fortes illum ambire ex fortiſſimis Iſrael, innumeros videlicet cæleſtes ſpiritus, qui ex fortiſſimis Iſrael dicti ſunt ob rationem ſupra aſſignatã in tertia expoſitione.

Verſ. VII. En lectulum Salamonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

Lectulus Salomonis domus ſanctuarij, fortes ſunt ſacerdotes.

C PAraphraſis Chaldaica: Quando ædificauit Salamon Rex Iſrael domũ ſanctuarij Domini in Ieruſalem, dixit Dominus in verbo ſuo: Quã pulchra eſt domus ſanctuarij hæc, quæ ædificata eſt mihi per manus Regis Salomonis filij Dauid, & quàm pulchri ſunt ſacerdotes in tempore, quo extendũt manus ſuas, & ſtant in ſuggeſtu ſuo, & benedicunt populo domus Iſrael? & illa benedictio circundat eos, ſicut murus excelſus, & fortis, & in ea præualent, & proſperantur omnes fortes Iſrael.

Gre. Nyſſ. Theod.

Pro ſenſu dramatico aſſerunt Greg. Nyſſ. hom. 6. Theod. & eſt ferè communis ſententia, ab amicis ſponſi illis ipſis, qui admirati fuerant ſponſam aſcendentem per deſertũ, dicta hæc fuiſſe eidem ſponſę, vt per eã illã ad ſponſi dilectionẽ alliciant.

Eccleſia lectulus Salomonis. Caſſiodo. Phi. Carp. Iuſtus Orgel. Beda. Anſelm.

D Spirituales porrò iſtorum verborũ ſenſus, quos cõiores, & probabiliores eſſe arbitror, duo ſunt. Primus eorum, qui p Chriſti veri Salomonis lectulũ, accipiunt Eccleſiam, quo accepit Caſſiod. Phil. Carp. Iuſt. Orgel. Beda, & Anſel. Lectulũ Salomonis dictam Eccleſiam Sanctã inquit Caſſiod. quia in illa ſancti Dei ſopitis tumultibus vitioſis amplexu veri pacifici delectantur. Per ſexaginta fortes, ordinem Doctorũ intelligit, qui vel prædicando Eccleſiam muniũt, vel contemplando ad ſupernã beatitudinem peruenire deſiderãt. Sexagenarius, ait, numerus ex ſenario, & denario conſtat. Senarius verò pfectionem ſignificat operis, qa ſex diebus pfecit Deus opera ſua: Denarius vero remunerationem, & præmium, quòd in fine electis dabitur, vnde & hi, qui in vineam venerunt, denarium dicuntur accepiſſe: Doctores autem iſtos, qui Eccleſiam cuſtodiunt non modo fortes dici, inquit, ſed ex fortiſſimis Iſrael, omnium videlicet in Chriſtum credentium, eorumdemque diligentium, qui Iſrael, ideſt videns Deum appellatur.

Eccleſiam vt lectulus Salomonis ambit Doctorũ ordo, curve ij dicantur ſexaginta.

Lectulus Salomonis conuerſatio quieta ſanctorum.

Beda.

E In hũc ipſum ſenſum recidunt, q dicuntur à Beda, dum per lectulũ Salomonis accipit conuerſationem quietam Sanctorũ, ſegregata à mundanis tumultibus, q compreſſis, ſiue ſopitis vitiorũ conflictibus felicitatẽ æternæ pacis imitatur. Quæve aſſerit Anſel. dicens, Eccleſiam Gentium inuitare hoc loco Iudęos ad amorẽ Chriſti, ac ſi ea diceret:

Anſelm.

Michaelis Ghiſlerij.

APPENDIX.

Tu quęris, q ego ſum, & ego tibi dico, quia ſpõſa ſum Salomonis, & hoc potes cognoſcere per hęc interſignia ſua, quæ omnia in me reperies. En lectulum Salomonis, ideſt in manifeſto habes, quia inter nos eſt lectulus, ideſt tales ſunt inter nos, in quibus quieſcit ſine offenſione verus pacificus, & hunc lectulum, &c. vt ſupra.

Lectulus Salomonis ij ſunt, in quib quieſcit Chriſtus, ſancti ſcilicet quique.

Alter verus ſenſus eſt illorũ, qui per lectulũ Salomonis piam quamq; intelligunt animã: tametſi in huius ſenſus explicatione haud vna ſit ratio: Siquidem Catena triũ Patrum eam potiſſimũ intelligit aĩam, in qua requieſcit Chriſtus. Per ſexaginta fortes, q hunc lectulum ambiunt, cogitationes efficaces, intelligit, q diuina virtute vndiq; tuentur aĩam ad Dei quietem pparatam aduerſus fallacias ſpirituũ improborũ: Sexaginta verò has dici, quia ratio, q quinq; ſenſibus pręeſt, ſimul cum ipſis ſenſibus accepta ſenarũ conficit numerum, at cũ diuina præcepta, q ſunt decẽ numero, is qui ſenſib. ratione imperat, perficit numerũ abſoluit ſexagenarium, ex virtute viuẽs. Ex fortiſſimis Iſrael dici veras notiones mentis Deũ videntis, ex quib. conſtant efficaces illę cogitationes ad bonũ pagendũ.

Aĩa ſancta eſt lectulus Salomonis. Tres Patr. Piam animã vndiq, tuentur efficaces cogitationes. Cogitationes, q piam animã ambiũt, cur dicãtur ſexaginta.

Greg. PP. lectulum Salomonis dici aſſerit, piam aĩam, q à mundi ſolicitudinib. omnino ceſſans, dũ in ſolo deſiderio Chriſti libenter pauſat, eique vt ſecũ pauſet Chriſto vero Salomoni, ſe ipſam lectulũ facit: Hanc aũt ambiũt, inquit, oẽs perfecti, qui fuerunt ante nos, vel ſunt in Eccleſia, q dum decẽ pcepta legis, quò ſpiritalius, eò fortius i ſex dieb. cõpleuerunt, quaſi ſexagenarium numerum perfecerunt. Ambiũt verò illã dũ verbis, & exẽplis muniunt, quib. ab eius aditu veniẽtes hoſtes repellũt, dũ ipſã mentẽ exẽplis ſuſtinent, ſcriptis erudiunt.

Gre. Pap. Animam ſanctã ambiunt perfecti omnes, curve ij dicantur ſexaginta.

PhiloCar.

Philo Carp. Quęcunque, ait ſponſa cor, ſuum ſolicitudinib. mundi purgat, ac vacuat, diuinoque amore replet, cubiculum ſpõſo ſuo parat Chriſto Ieſu, & cum eo ab omni perturbatione rerum humanarũ requieſcit. Per ſexaginta fortes intelligit Apoſtolos, atque Martyres.

Animam ſanctã ambiunt Apoſtoli, & martyres.

Aponius.

Apon. per eundem lectulum Salomonis animã Chriſto obedientem ſignificatam intelligit. Per ſexaginta fortes, Angelorũ miniſteria, Angeloſq; illos, qui ipſi miniſtrant animæ, qui ob id dicãtur Sexaginta, quod per ſingulos ſenſus corporeos, viſum, auditum &c. quinquies duodecim, hoc eſt ſacrato numero ſexaginta ab ijs glorioſa impleãtur myſteria: Fortiſſimi verò ijdem dicantur, quoniã plus ipſi poſſint, quã dæmones: Et ex fortiſſimis Iſrael, quia de illo exercitu ſint, qui ſemper vidẽt faciem Patris.

Piã animã ambiũt Angeli, qui illi miniſtrãt.

Greg. PP.

Præter duos iſtos ſenſus cõmuniores, alios inſuper reperire eſt apud Patres: nam Greg. PP. libr. 7. Moral. c. 8. non tam ipſam animam, quam interna animæ requiem accipere videtur per lectulum Salomonis, dicens: Per Salomonem dicitur quid ſancti quiq; ſine vlla debilitate deſiderij internam requiem contemplantur. *En lectulum &c.*

Animæ requies interna eſt lectulus Salomonis.

Gre. Nyſſ.

Alij non tam præſentem requiem, quàm futurã deſignatam putant, ſeu potius cæleſtem patriam, in qua ipſa eſt imperturbabilis requies. Ita Greg. Nyſſ. hom. 6. licet enim is obſcuriſſime hunc locũ pertractet, videtur tamen mihi, & colligitur ex Pſello eius Abbreuiatore, ſic nomine lectuli Salomonis ſignificatam intelligere requiem beatorũ, quam ambiant ſancti quique, qui verè ex Iſrael ſunt, & videre valẽt Deum: Hos verò dici ſexaginta, quia Iſraeliticus populus, diuiditur in duodecim tribus, & partes: Cum enim ait, vnicuiq; parti earum, quę vnum faciunt Iſrael, quinq; aſſignantur fortes, quinq; nimirum ſenſus armati ad prę-

Caleſtis patria lectulus Salomonis, quã ambiũt ſãcti quique. Sexagenarij numeri inſtorũ ſub tiliſſima expoſitio.

LITTERA.

lium per mortificationē, & temperantiā, tūc planè apparet, esse sexaginta fortissimos ex vno Israel. A

Rich. Vic.

Lectulus Salomonis æterna patria, et quō illam ambire, dicantur, sancti in hac vita

Clarius autem eundem sensum prosequitur Richar. de S. Vict. intelligens per lectulū Salomonis quietem æternæ patriæ, in qua Christus cubat in meridie, iustisq; perfectam elargitur requiem. Sed & hic quoq; inquit, lectulum habet sponsa cum sponso communem, vt in nocte, idest in huius vitę cæcitate, cum in patria, in meridie, idest plena charitate, & cognitione habeat. Hic cognoscit tantū ex parte, ibiq; cognoscet sicuti est, & perfecte: ibi dormit, & requiescit in pace, & sine omni perturbatione, & in idipsū, idest in illius pace quiescit, qui est pax, & gaudiū, quod & id ipsum. Et quia semper idem est, & eodem modo, & illā plenitudinē, & delicias cogitando conscribūt, & considerando ambiunt deuoti, & fortes, q in adimplendis pręceptis viriliter desudant: Hi vero ambiunt, non conscendunt hunc lectulū, nec in eo dormiunt: tantūmodo. n. de illa cogitare, & inuestigare aliqd possunt; non autem perfecte, & sicuti est comprehendere. Quantumcumq; de hac cogitando circūscribant, vel de felicitate eius coniectent, circa ire est, non aūt ad perfectam cognitionem intrare. Vnde quia minimū est, quod de illa quiete cognoscere possunt, per diminutiuum exprimitur, nec tā lectus, quā lectulus nominatur. Fortissimi ergo ex Israel idest ex his, qui Deū mente contemplantur, & quęrunt, & quorum feruentiora fuerint desideria spiritalia, hūc lectulum ambiunt: Vehementib. enim desiderijs accensi vndique circumeunt, & aditum quærunt, vt & quietem hanc degustent, & ad illā aliquatenus intrent, hicque est eorum ambitus, & circa lectum hunc desiderij cursus. B C

Ambr.

Lectulus Salomonis Christus, in quo sancti requiescūt

Christū ipsum per hunc Salomonis lectum accipiens Ambr. lib. de Isaac. c. 5. ait: Vidētes animam sanctam filię Sion, & non resistentem, & meritorū eius odoribus delectatæ: agnoscentes quoq; Salomonis illius esse sponsam, etiam comitatu sedulo prosequuntur vsq; ad lectulū Salomonis, eo quod ei vera requies in Christo debeatur: Lectus enim Sanctorum Christus est, in quo vniuersorum fessa sæcularibus prælijs corda requiescunt.

Philo Car.

Sepulchrū Christi lectulus Salomonis.

At Philo Carpat. lectulus, inquit, Salomonis sepulchrum Christi, sexaginta fortes custodes, quos ad eiusdē custodiā positos legimus in Euangelio. D

Theodor.

Lectulus Salomonis scriptura sacra, in qua requiescit, & concipit Eccle. sia.

Theodor. sacræ scripturæ sunt lectulus iste. Per sponsi lectulū diuinas, inquit accipiamus scripturas: In illis. n. veluti cubat sponsa cū sponso, & doctrinæ semina suscipiens concipit, atq; vterum gerit, & parturit, paritq; spiritalem vtilitatem: Ita vt clamet cū Propheta: *a Propter timorem tuum Domine in ventrem concepimus, & parturiuimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terrā.* Sexaginta numerū hic positum esse existimo, non, vt hanc exprimat quātitatem, sed vt indicet viros in veteri testamento sanctitate præstantes: Numerū enim denarium perfectum esse contendunt, senarium autem illis congruere, qui erant sub lege, *b* Sex enim inquit, *diebus facies opera tua.* E

a Isa. 26

Sexagenarius numerus significat perfectos in veteri testamento.

b Exo. 23. 12.

Rup. Ab.

Mariam lectulū Salomonis ambiuerunt Patres antiq.

Denique Rup. Abbas per lectulum Salomonis B. Virginē accipit, in cuius vtero diuinitas Verbi sese conclusit, humanamq; naturam sibimet coniunxit in vnitate personæ. Per sexaginta fortes ex fortissimis Israel, qui hunc lectulū ambire, dicuntur, sanctos accipit Patres Antiquos, qui cōtra insurgētes aduersarios genus Israel de medio tollere conantes, sua fortitudine ipsum defenderūt Israel genus, quoadusq; ex illo gloriosissima nasceretur Maria, quæ futura erat lectulus veri Salomonis. Enumerat autem Rupe. tot eorum fortissimorum, vt numerum sexagenarium compleant, quos apud ipsum videre quilibet poterit, sicut & alios sexaginta fortissimos, Salomonis terreni lectulū, idest regnū eius quietū ambientes, & custodiētes. A

LITTERA.

Vers. VIII. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: Vniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

AD amplificandū lectuli Salomonis, & apparatum magnificum, & validissimam custodiam, fusius in hoc versu eorū describitur robur, & qualitas, qui in versu superiori generali encomio fortes, atq; ex fortissimis Israel dicti fuerant. Quia. n. contingere posset, vt fortissimi quidem ij essent, facillimè tamē superarentur, vel quia armis carerent, quibus propriam ostenderent fortitudinem: vel quia etsi arma haberent in promptu, illis debito modo vti nescirent: Idcirco vt neutrū horum in illis desiderandum esse significetur, dicuntur primò *Omnes*, ac singuli esse *tenentes gladios*: Tum, esse, *& ad bella doctissimi*: Porrò quod adijcitur: *Vniuscuiusq; ensis super fœmur suum propter timores nocturnos*: ingentem eorundem indicat prudentiam, quę vna si fortitudini desit, haud fortitudo planè ea est, sed inmanitas quędam: prudentia verò illorum fortium signatur per hoc, quod iuxta temporis opportunitatem modo ensem super fœmur seruent, paratū quidem ad quodcunq; contigerit in noctibus, sed in vagina conditum: modo verò, cum dimicandi tempus sit, illū ipsum in manibus teneant, eoq; vtantur iuxta artem bellicam. Hoc siquidem insinuant verba illa, *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi*, pro quibus euidētius in Hebręo legimus: כלם אחזי חרב מלמדי מלחמה col lam, ahuze, chereb, melumede milhama, idest, *Omnes ipsi apprehensi gladijs, seu ense docti bellum, vel bello.* Apprehensi ense dicuntur, quoniam tam arcte, & fortiter ensem manu tenent, dum illo vtuntur, vt nullatenus eum à se delabi, vel amoueri permittant, ac si ab illo ipsi essent apprehēsi. Neque id eis graue est, vt hoc pacto eo vtantur: nam ex belligerandi consuetudine, & arte, id edocti sunt. B C D

Illud mihi in hac sententia nō nihil ingerit difficultatis, quod vltimo loco dicitur: *Propter timores nocturnos*, seu, *à timore in noctibus*, vt est in hebræo, & in versione Sept. Neque. n. facile definiri posse existimo, ad quidnam referēda sint verba ista, ad id, quod dr in præcedenti versu, *Sexaginta fortes ambire lectulum Salomonis*, an ad id, quod immediate habetur in hoc ver. *Vniuscuiusq; ensis super fœmur suū*, vel iuxtam lectionem Hebraicā, & Sept. *Vir ensis ipsius super fœmur eius.* Quamuis autem nullū legerim, q hæc perpenderit, sed communi planè sensu ad ipsum eorum, qui describuntur, fortium ambitum referri videantur, vt pote quia illi ambiant lectulū Salomonis propter timores nocturnos. Mihi non minus commode etiam ad id referri posse, videntur, quod fortes illi singuli habeant ensem suū fœmur suum: atq; adeo duobus modis, iuxta ambos hos sensus per Paraphrasim hæc exponens. E

I. SENSVS.

Primò dico, duo hic fieri: Primò namq; describitur (vt dictum est) qualitas eorum fortium: qui ambiūt lectulū, tum & causa affertur, quare istius modi, et tot fortes ipsū ambiant lectulum, nempè

pro-

DE ECCLESIA. propter timores nocturnos, sic, iuxta hunc primum sensum, æque est, ac si dicatur.

PARAPHRASIS. Fortes ij nedum sunt ex fortissimis Israel, sed omnes gladium fortissime tenent in manibus ducantque illo, cum opus fuerit: sunt quippe ad bella maxime versati: atque adeo singuli suo accincti sunt ense super fœmur suum; vt illum stringant, cum primum necessitas ingruerit: constituti sunt autem huiuscemodi fortes à Salomone circa lectulum suum, vt lectulum ipsum custodiant, vtque tutius secum in eo côquiescas, & tu sponsa ipsius, ad tollendum timorem omnem, qui in noctibus exoriri posset.

II. SENSVS. Iuxta alterum verò sensum explicantur pariter duo: Primùm quidem qualitas fortium, qui constituti sunt circa lectulum Salomonis: Secundo autem modus, quo ipsum lectulum ambiũt, quove circa illum stant, ensem nimirum habentes singuli super fœmur suum, idq; propter timores nocturnos: Ac si dicatur.

PARAPHRASIS. Fortè illi verè sunt ex fortissimis Israel, enimuerò bello sunt versatissimi, fortissimeque gladijs vti consueuere. Porrò dum lectulum ambiunt, singuli proprium ensem super fœmur suum habent accinctum, vt eum arripere, strictoq; vti possint, ad quemcunque motum, qui noctu insurgere posset.

Vers. VIII. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi; Vniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

FOrtissimo cuique adeo necessaria sunt arma, quibus specimen suę exhibeat fortitudinis, vt in sacris paginis neq; fortium commemoratio fieri soleat, quin fiat pariter, & armorum: & cũ arma nominari contigerit, vel fortium ea esse dicantur, vel à fortibus accipi, quasi necessariam relationẽ quamdam ad se inuicem habeãt fortitudo, atque arma. Hinc est, quòd, & hoc loco post nominationem sexaginta fortiũ ex fortissimis Israel, qui ambiunt lectulũ Salomonis, subijcitur illicò, eos omnes armatos adstare, armisq; ipsis, quibus instructi sunt, propriam præseferre virtutem: quasi ab inermi quantumlibet validissimo vix aliquod fortitudinis exhiberi queat indicium.

Cur gladijs tantummodo armati dicantur fortissimi Ecclesię, cum scuta sint omnis armatura fortium. Circa hanc autem armorum commemorationem, quam in præsenti sententia legimus, nõnihil difficultatis in meum insurgit animum, quoniam, cum multiplex sit armorum genus, quibus instruere se fortissimus quisq; solet: hic tamen nullius armorum generis fit mentio, præterquam gladiorũ, & ensium. Augeturve difficultas per id, quod in ca.4. huius Cantici legimus de Ecclesia significata per turrim Dauid: *a Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*. Si enim Ecclesia tot clypeis instructa est, & clypei adeo potens armorum genus sunt, vt in illis dũtaxat sita existimetur omnis armatura fortium, ac propterea, qui scutum gestet, quo se protegere possit, æque se habere videatur, ac si instructus esset omni armatura fortium: Cur in hoc versu nihil de scutis dicitur: curve in loco præcitato armatura fortiũ in solis clypeis definitur, nulla gladiorum facta mentione, vel ensiũ,

a Cant. 4. 4.

A quibus solis à mari hic asseruntur, qui sunt ex fortissimis Israel? Verùm difficultas ista facile euanescit, si intentio percipiatur Spiritus sancti, & eorũ, qui hoc loco loquuntur: neq; enim intendunt ij, armorum omnium hic recensere catalogum, quibus instrui sese debet fidelis quisq; prout ab Apostolo factũ legimus in Epist. ad Ephesios, vbi, illos alloquens fideles, ait: *b Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli*: enumeratq; multiplex armorum genus, cingulum, loricam, calceos, scutum, & gladiũ: At quod intendunt, id est, vt Prælatos optimos sepræ sentent, qui non modo fortes ex fortissimis Israel sint (vt supra exposui) sed & armati ambiant Ecclesiam sibi commissam; armati, inquam, armis ijs, quibus maxime suã præ B seferant fortitudinem, suumq; obeant munus custodiendi lectulum, gladio, atq; ense, gladio verbi Dei, & ense pudicitię, ac mortificationis, vt iã iam explicabo.

b Ephes. 6. 13.

Multitudini, et simplicibus fidelibus scuta sidei deseruiunt pro omni armatura. Quando in cap. 4. Ecclesia dicitur armata innumeris clypeis, ipsiq; clypei dicuntur omnis armatura fortium, de vniuersa fideliũ multitudine sermo habetur, deque corpore ipsius Ecclesiæ. Porrò corpus ipsum vniuersaq; multitudo tunc bene armata censetur, cũ in singulis articulis, singulisque mysterijs, singulis fidei protegitur clypeis: tuncve demum subditus quisq; in dicto corpore censetur fortis: cum scuto instructus est fidei: ac propterea scuta, q̃ ex turri Dauid pendent, dicta sunt omnis C armatura fortium, subditorum videlicet, & eorũ, qui fortiter sese gerunt in multitudine: non Pręlatorum, & eorum, qui fortes sunt, & ex fortissimis Israel. Rectè autem in clypeis fidei cõstituitur omnis armatura subditorum quantumlibet fortium: quia re vera tũc fortissime armatus est simplex subditus, fortissimeq; se gerit, atque tuetur, cũ haudquaquam disputare vult cum hæreticis, cum infidelibus, vel ẽt cum dæmonibus: sed, iuxta Pauli consilium, *c In omnibus*, q̃ videlicet sibi contigerint, quæve sibi obiecta fuerint, sumit *scutum fidei, in quo omnia tela nequissimi ignea* extinguat. At verò Prælati, quos forte esse, oportet, & ex fortissimis Israel; quive ad turris Dauid custodiam cõstituti sunt: imq; in primis, qui lectulum Salomonis, D Ecclesiam Romanam ambiunt Pontifices Sancti, gladijs verbi Dei armati sint, operepræ tium est, vt doceant sanam doctrinã: idcirco congruentissime dicuntur, *Omnes tenentes gladios*, additurve: *Et ad bella doctissimi*: quia haud satis est, verbi Dei cognitione armatũ esse Prelatum, eodemq; Dei verbo, et gladio vti: sed & expertum eũdem esse oportet in bellis: vt efficaciter illo vti queat: Ad has porrò duas Prælatorum conditiones adijcitur, & tertia per ea verba; *Vniuscuiusque ensis super fœmur suum*; Et affertur ratio, propter quã ijdem armati in propria residere debeant Ecclesia, dũ dicitur: *Propter timores nocturnos.*

c Ephes. 6. 13.

Prælati gladio verbi Dei debent esse armati in primis.

E Vt rectè sẽsus iste percipiatur, singulæ exactius examinandæ sunt partes huius versus, sunt enim quatuor. Ac primò circa primam partem videndum, qua ratione verbum Dei gladiorũ metaphora exprimatur: Tũ, cur adeo necessariũ sit, vt Prælati illud teneant: quidve sit tenere verbum Dei.

Verbũ Dei cur dicatur gladius, & congruẽtia inter illud et gladium materiale. Et quidem facili negocio à primo nos expedire possemus, dicentes, Verbum Dei in sacris paginis dici gladium, propterea quòd instar gladij *d* ex Dei ore procedat, vt clarissima visione Ioanni ostẽsum legimus in lib. Apoc. Congruentias tamen aliquas assignare volentes inter hęc duo, gladium, et verbum Dei.

d Apoc. 1. 16.

Primam deducere fas est ex proportione, quam

Michaelis Ghisleri. Hh 2 lingua

DE ECCLESIA.

lingua habet cum gladio: Lingua etenim, quæ est proximum verbi instrumentum, gladij ex vtraque parte acuti formam habet: atque adeo, sicut gladius, cum educitur de vagina, vibrari dicitur, ita & linguam, cum loquitur, quasi è propria vagina è faucibus eductã vibrari pariter asserimus: Hinc est quòd Christus dominus, significare volẽs verba, q̃ locuturus erat tempore Euangelij, futura esse gladium illorum verborum instrumentum gladio comparat, dicens apud Isa. *a Posuit os meum vt gladium acutum.*

a Isa.49.2

Et propter hãc similitudinem crediderim, tam frequẽter ista duo ad inuicem sibi communicare nomẽ in sacris litteris, vt & lingua, seu os dicatur gladius, & gladius ipse ore incidere asseratur, ac si esset lingua quædam ore operans.

Verbum Dei potentissimum ęque ac gladius cęteris armorũ generib. potentior esse probatur. Simile.

Sed potiores ex sunt congruentię, quę, vel ex effectibus, vel ex pari tum gladij, tum verborũ vsu desumuntur.

Quarum vna est, quoniam, sicut inter vniuersa armorum genera, gladius est omnium potentissimus, quatenus plures per illum interficiuntur, q̃ per reliqua omnia exercituum arma, quantumlibet vehementia ea sint, siue sint hastæ, siue iacula, siue & ipsa tormenta bellica, quæ bõbardas appellant: atq; adeo tunc demum de hostibus reportatur victoria, cum gladijs cominus dimicare cæperint exercitus: Ita & verbum Dei vniuersorum armorũ, quæ nobis à Deo tradita sunt, est maxime potens, ita vt per illud plures confodiantur fidei hostes, quàm per aliud quodcunq; & tunc planè clarissimam de fortissimis aduersariorum exercitibus spiritalem referimus victoriam, cum vna cũ illis huiuscemodi gladio aggredimur dimicare.

Hanc victoriam gladijs hisce partam egregie Propheta describit, vbi dicit: *b Et gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: vt faciant in eis iudicium conscriptum.* Hęc quippe omniam victoriam illam sequuntur, quàm gladijs verbi Dei pugnantes ex aduersarijs reuehunt Sancti quique: Vnde bene per eumdem Prophetã, quasi in epiphonema quoddam tantæ victorię subijcitur ibidem: *Gloria hæc est omnibus sanctis eius*, ac si dicatur. Hæc dies, qua istiusmodi gladijs cominus pugnatur cũ hostibus, est gloria, & gloriosissima omnibus sanctis, qui pro Dei amore dimicati sunt; seu, Hæc victoria gloriosissima est omnibus Sanctis eius.

b Psa.149.6.

Verbũ Dei penetrat et scindit instar gladij materialis Simile.

Secunda, quæ ex vsu, & effectibus sumitur congruentia inter gladium, ac verbũ Dei, est; quia sicut gladius duntaxat proprie ad duplicem vsum effectus, & accommodatus est, ad penetrandũ cuspide, & ad scindendum, & secandum acie, cum ex reliquis armorum generibus, quædam ad penetrãdum potius, quàm ad scindendum deseruiant, vt iacula, bombardæ, hastilia, & cetera huiusmodi: quædam verò ad secandũ solummodo, vt securis, & quæ similia sunt. Ita & verbum Dei ad ambos istos vsus efficacissime inseruit, cum ad penetrandum, tum ad scindendum, vt aperte Paulus hisce testatur verbis: *c Viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animę, & spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Si eius penetrationem perpendas, nihil illo penetrabilius, nedũ inter gladios, sed nec vniuersa arma materialia, quãtumlibet vehementissimã habeant penetrandi vim: penetrat quippe durissimum peccatoris cor: penetrat, & animam, quã nec

c Hebr. 4. 12.

A attingere materiale quodcunq; potest. Quinimo penetrãs, & animã, adeo efficaciter scindendi exercet vim, vt illud ipsum, q̃ insepa abile est per se, eo dissecet modo, vt diuisim constituat animã, ac spiritum, ac si duæ distinctæ essẽt partes, animam quidẽ, vt est informans corpus relinquens in ipso corpore: Spiritũ verò, eamdem nempe animam, vt est capax gloriæ, & gustuũ spiritualium ab eodem segregãs corpore, eleuãdo vniuersos illius affectus ad cælũ. Scindit insuper gladius iste verbi Dei, ac secat compages, atq; medullas, diuidens actiones malas à bonis, tum in ijs, quę extrinsecus, tũ in ijs, quæ intrinsecus ab vno, eodemq; homine fiunt: ac demum per hanc ipsam vehemẽtissimam scindendi vim discernit ab inuicem multiplices cogitationes, & intẽtiones cordis, quas vix ille ipse, qui eas elicit, discernere indefesso potest studio.

DE ECCLESIA.

B

Tertia denique congruentia inter gladiũ, ac verbum Dei inde sumitur, quòd sicut gladius manu tenetur, manuq; ipsa fertur, quando vulnus infligit: cum è vestigio pleraq; alia armorum genera, quando ictũ faciunt, extra iacientis manũ sint, vt videre est in sagittis, ceterisve telis, quæ vel arcu, vel funda iaciuntur, necnon & in glandibus, & pilis æneis, q̃ ex bombardis emittuntur: ex quo fit, vt certior sit ipsius gladij, & ensis ictus, quàm prædictorum armorum, & fortitudinis gloriã ex gladij vsu mutuo magis, quàm ex vsu aliorũ armorũ fortissimus quisque sibi obtineat: quoniam tela cetera, iuxta opinionẽ Aristotelis, vim ac vehementiam extrinsecus accipiunt ex aeris impulsione, cũ gladius ab interno vibrantis manus robore omnẽ habeat impetum. In eumdem modum, & verbum Dei instar gladij manu teneatur, ac deducatur, operæpretium est, cum ictum facturũ est: isque est proprius necessarius illius vsus, vt manus, & operatio sit ei comes: tũc enim certissimum facit ictũ. Neque fieri potest, vt fortitudinis spiritualis gloriam quis consequatur, qui gladium istum manu non teneat, in hoc siquidem roboris omnis specimen exhibetur, quòd non ab externa humanæ sapientiæ eloquentia, non à potestate, qua quis emineat extrinsecus: sed ab interno impulso manuũ, & operationum prædicantis verbum Dei vim habet durissimaque penetrandi. Vnde bene in lib. Ecclesiastici dicitur: *d Non retineas verbũ in tempore salutis: nõ abscondas Sapientiam tuam in decore suo* (idest cum pro Dei gloria, & fructu audientium proferri potest.) *In lingua enim sapientia dignoscitur, & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ*, idest & firmamentum, ac vis omnis doctrinæ, & veritatis doctæ est per opera iustitiæ, facta à docẽte: *e Qui* etenim *fecerit* (manu scilicet tenẽdo verbum Dei) *& docuerit*, (eodem scilicet vtẽs gladio, manuque vibrans in alios) *hic magnus*, potens, atque fortissimum *est in regno cælorum*, vt ait Dominus apud Matthæum.

C

Verbi Dei bonus vsus sanctas operationes adiunctas habere debet: æque ac gladij vsus comites habet manus. Simile.

Aristot. lib.4 Physic tex. 68.

D

d Eccl.4 27.

e Matth. 10.

E

Cum igitur tot sint inter gladium, ac verbum Dei congruentiæ, quis iam non videat, quàm aptè illud sub gladij metaphora tam frequenter significetur? Cumque fortissimorum terrestrium id proprie maxime sit, vt gladium manu teneant, fortiterq; eo vtantur, ita vt ex forti gladiorum, ensiumq; vsu fortissimus quisq; dignoscatur in terra, & id ipsum de fortibus dicendũ sit spiritualib. nemini certè in dubiũ venire potest, quin Prelatis, ac Põtificib. sanctis, quos ex fortissimis Israel esse debere, ostẽsum est, id in primis necesse sit, vt hoc gladio spiritus instructi sint, quò de inumeris hostib. reportare valeant victoriã. Aptissime aũt locatus est

Prel. quãmaxime vius sit gladius spiritus verbi Dei.

tus est

DE ECCLESIA. tus eſt Spiritus ſanctus in aſſignanda hac quarta Prælatorum conditione, dicens: *Omnes tenentes gladios.*

Quorum trium verborum vnumquodq; peculiare quid habet emphaſis. Enimuerò prima dictione, *omnes*, ſignificatur nullum dignũ eſſe, qui in Prælatorum album referatur, qui verbum Dei docere nequeat, neq; Prælatũ quemquam dicendũ ex fortiſſimis Iſrael eſſe, q̃ iſtiuſmodi nõ teneat gladium ſpiritus. Maximam verò habet emphaſim, quòd ij omnes dicuntur eſſe *Tenentes gladios*: tenere ſiquidem gladium ſignificat tenere illũ manu, & eo vti, necnon & ad illius vſum manũ ſemper, ac operationem ei comitem exhibere, vt certus, & efficax in audientium corda per illũ efficiatur ictus, & victoria de improbis, ac de infidelib. ſequatur tutius, prout ſupra dictum eſt. Sed & id, quod tertio loco dicitur, eos omnes eſſe *Tenentes gladios* in plurali, non gladium in ſingulari, propriam habet vim. Nam etſi vnum ſit verbum Dei, vtpote ab vno ſpiritu proueniens, ac propterea ab Apoſtolo gladius ſpiritus nũcupetur; idem tamen multiplex eſſe conuincitur: tum quia multis id reuelatum eſt diuerſimode; tum quia varius eſt eius vſus pro diuerſitate audientium: Aliud quippe eſt verbum myſticum, aliud morale, & ex moralibus aliud increpatorium, aliud verò obſecratorium, quibus omnibus pro opportunitate temporis Prælati vtantur, operæpretiũ eſt, tenentes gladios, vnde idem Apoſtolus ad quemdam eorũ ait: *a Prædica verbũ, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.*

Verbũ Dei & vnũ, et multiplex eſt.

a 2. Tim. 4. 2.

Neque verò minus emphaſis habet proprietas ſermonis hebraici, qua iſtamet Prælatorum conditio in hebræo hiſce exprimitur verbis; *Omnes ipſi apprehenſi gladius*: Per hæc namque, duo ſignificantur myſteria.

Verbum Dei, vnũ exiſtẽs vitam alijs cõfert, etſi gladius ſit.

Primum id, q̃ ait Paulus, *b* Dei verbum eſſe viuum, hocq; inſigne inter gladium ferreum, ac gladium ſpiritus eſſe diſcrimen, quod iſte vitam non ſolum habet in ſe, atq; adeo apprehendere poteſt, apprehenſumq; tenere: ſed & vitã eis ipſis affert, quos tetigerit, ita vt vulnera, quæ per ipſum infliguntur, vitam cõferant, iuxta illud Petri ad Dominum: *c Verba vitæ æternæ habes*, & illud ipſiuſmet Domini: *d Verba, quæ ego locutus ſũ vobis, ſpiritus, & vita ſunt*: Cum è veſtigio gladius ferreus, nedũ vitæ omnis ſit expers, ita vt nec moueri vllatenus, poſſit niſi extrinſecus ab eo moueatur, qui ipſum tenet apprehenſum, ſed & vitam auferat. Significatur ſecundo per hebraicam hanc locutionis formã, non debere Doctores, ac Prælatos Eccleſiæ in vſu diuini verbi Sacr. Scripturæ ſententias ad proprium ſenſum attrahere, ſicq; proprio intellectui eas deuincire quodammodo, vt operæ pretium ſit, illas variè diſtorqueant, at è contra potius propriũ intellectum illis accommodare, & ſinere, vt ab eis deuincti teneãtur, et apprehenſi. Et hęc ſatis, quoad primam partem huius verſ. 8.

b Hebr. 4. 12.

c Ioan. 6. 68.

d Ioan. 6. 63.

Verba Sacræ Scripturæ quõ tractãda.

In ſecunda parte aſſignatur quinta bonorũ Prælatorum conditio, vt nimirum ſint *ad bella doctiſſimi*: Quibus in verbjs tria animaduertere licet. Primum, cũ quiſpiam ad Prelaturam euehitur, haud quaquam deſidiæ, & otio et amplius indulgẽdum eſſe, vel voluptatibus: ſed in caſtra vocari continuiſve pręfici bellis. Ecquid enim aliud eſt fideliũ Eccleſia, cui præficitur, quàm militantium caſtra? nonne Eccleſiam militantem eam appellamus, ad differentiam illius, quæ in cælis eſt, triumphantis? Nomen quoq; Epiſcopi, quo ipſi ſunt inſigniti, bellum denotat, cum interpretetur Superintendens,

Prælatus cum ęi eligitur, militantiũ caſtris præficitur.

A vt Dux videlicet ſuper ipſas intendens, quæ in bello ſunt ſpeculas. Inſuper haud vnum eſſe bellũ, cui ſinguli eorum præficiuntur, ſed plura, atque adeo maiori cuſtodia eis inuigilandum, fortiuſq; vires exercere, oportere. aliud nãque bellum eſt, quod cum infidelibus in Eccleſia committitur, aliud, q̃ cum hæreticis: aliud deniq; quod cum fidelibus ipſis, qui, etſi à recta fide non errent, in morum tamen prauitatem declinare contendunt. DE ECCLESIA.

Prælatis multiplex bellũ gerẽdum.

Porrò in bellis hiſce omnibus victoriam facile deferet, qui eo modo, quo dictum eſt, gladiũ verbi Dei teneat. Verùm, quia nec debito modo gladium iſtum tenere, nec bella prædicta recte, & fortiter dirigere poſſunt, qui prius præliandi artẽ nõ
B ſint edocti, ideò bene dicitur, ſanctos illos Prælatos non ſolum tenere gladios ad bella, vt. ſ. bella ipſa gerant, ſed eſſe, & ad bella doctiſſimos: qua loquendi forma innuitur, eos, qui Eccleſiæ caſtris præficiendi ſunt, antequam præficiantur, debere eſſe verſatos in bello: Pro qua re eſt egregia Greg. PP. ad Imperatorem ſententia, quæ ſic habet: Peruenit ad nos, obeuntibus Epiſcopis, quoſdam ex laicis tonſurari, atq; ad Epiſcopatum præcipiti ſaltu conſcendere: quod quàm prauum ſit, atq; perņerſum, ex ſuo quoq; veſtra Celſitudo perpendat: Certum namque eſt, non vos exercitui Ducẽ præponere, niſi vobis labor eius fideſque probata extiterit: niſi eum anteactæ vitæ virtus, & ſolicitudo aptum eſſe, monſtrarit. Sed pudet dicere, quia Du
C catum ſibi ſacerdotes arripiunt, qui exordium Religioſæ militiæ non viderunt. Debere autem eos, qui aſſumendi ſunt ad Epiſcopatum non modò in Eccleſiæ caſtris fuiſſe diutius, ſed & continuo vſu dimicãdi aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum, contra ſpiritalia nequitiæ eſſe idoneos ad quæcumq; alia bella deducitur ex lectione hebraica, quæ ſic verti poteſt; *Docti bello*, vt notatum eſt ſupra in 1. expoſit: Vnde Vatablus vertit; *Bello aſſuefacti.*

Prælati antequã ad prælaturã euehantur bellis ſpiritualib. aſſueti eſſe debent.

Greg. Papa libr. 4. Regi. Epiſtol. 11. & 53.

Quoad tertiam partem eiuſdem verſus Notandum, ſextam Prælatis maximè neceſſariam afferri cõditionem in his verbis: *Vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum*. Conditio autem iſta in eo ſita eſt, vt
D decore pudicitiæ ſint apprime ornati, id. n. ſignificat enſis ſuper fœmur: quandoquidem, quæ ad generationem pertinent, circa fœmur fieri ſolent, & circa illud ipſum turpes oriuntur libidines, quas pudicitię enſis detruncat.

Prælati decori pudicitiæ apprime ornati eſſe debent.

Adeo verò ſanctis Prælatis iſta conditio neceſſaria eſt, vt & Chriſto Domino prælatorũ omnũ exemplari perfectiſſimo, quamquã is ab omni indebito libidinis motu immunis eſſet, dictum legamus in Pſalm. *e Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime*: Super quæ verba Didymus relatus in Catena Græca quinquaginta pſalmorũ, ait: Saluator ſecundùm hominem formam optimę inſtitutionis conſtruens, pro abſoluta, & perfecta caſtimonia gladiũ accingere iubetur circa fœmur,
E formam, & pulchritudinem habens ob inſitam immunitatis peccati virtutem. Dydimumque ſequens Hieronymus in Epiſtola 140. quæ eſt Principiam Virginem, inquit: Iſtum arbitror te locum optime intelligere, & accinctã Chriſti gladio militare. Vt autem ſcias ſemper Virginitatem gladiũ habere pudicitiæ, per quem truncat opera carnis, & ſuperat voluptates, gentilis quoque error Deas virgines finxit armatas: Accinxit, & Petrus lũbos ſuos, & lucernam habuit in manibus ſuis. Quod autem fœmur ſignificet opera nuptiarum ex nonnullis ſacræ Scripturæ locis probat Hieronymus: Inter quę vltimò affert ſententiam, quam pręmanibus

e Pſal. 44. 4.

Didymus.

Hierony.

DE ECCLESIA. nibus habemus: In Cantico dr; Canticorũ. *Ecce lectulus Salomonis, sexaginta fortes in circuitu eius de potentibus Israel, omnes tenentes gladios, docti ad bellum, uir: & gladius eius super fœmur eius*: Et subdit: Gloria ergo, & decore suo, sine specie, & pulchritudine diuinitatis suę, carnis opera mortificans, & natus ex Virgine, futuris Virginibus virginitatis Princeps fuit; Hæc Hieronymus. Quibus addere possumus, ita ad Christum verba ista haberi, quatenus ille est potentissimus, atq; fortissimus, vt simul quoq; & ad fortissimos Israel habeantur, qui in Ecclesia castris duces præficiuntur: quò significetur eis, quanam in re præstantissima sita sit Prælatorũ gloria: quove pacto ijdem præesse valeant: Ac si dicatur: O potentissime, fortiumque omniũ, qui sunt ex fortissimis Israel, exemplar, accingere gladio tuæ virginalis pudicitię super fœmur tuũ: quamuis in illo nihil esse queat, quod amputandum sit. In hoc enim pudicitiæ gladio super fœmur accincto eximia sita est gloria tua, decusve tuum, quatenus es Prælatorum caput: Tum intende vires, & impetum fac in hostes, tenens gladiũ Spiritus, eodemque vtens aduersus illos, sic enim prospere dimicando procedes, atque regnabis super illos, quibus præfectus es. Et quidem, quãuis terrenorum fortium gloria præcipua in eo sit sita, vt fortiter manus conserant, tenentes gladios; Prę latorum tamen perfectorum, quos ex fortissimis Israel esse, ostensum est, haud in hoc duntaxat sita est gloria, si gladiũ teneant verbi Dei; sed, si ita dictum teneant gladium in manibus, vt tamen simul & pudicitię gladio accincti sint supra fœmur suũ, neque enim aliàs prospere procedere possent: gladio vtentes verbi Dei: Vnde Apostolus, quasi eis magis necessarium existimans gladium pudicitię, quàm gladium verbi Dei, hunc præposuit illi, dicens *a* primò: *Oportet Episcopum esse sobrium, iustum, sanctum, continẽtem*: tum addens: *Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potẽs sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.*

Prælatorũ gloria, decusve potissimum pudicitia est, & cõtinentia.

a Tit.1.8.

In quarta demũ parte huius verf. 8. affertur causa, quare Christus verus Salomon istiusmodi Prçlatos cum prædictis omnibus conditionibus circa Romanam Ecclesiam, lectulumve suum constituerit. Causa autẽ ista potest esse duplex, iuxta duplicem significatum horum verborũ, *Propter timores nocturnos*. Possunt namque nocturni timores sumi pro timoribus, qui noctis tempore commoueri solent. Nox quippe horrida per se est ob densas tenebras. Quis autem mala illa enumeret, quæ in tenebrosis, & calamitosis hisce temporibus Sãctæ imminent Ecclesię? Propter horum omnium ergo timores, fortes isti, sanctique Prælati lectulum Salomonis ambire dicũtur, orthodoxam custodientes Ecclesiã, ne quid in hac nocte ei inferatur mali, quod sit vel contra rectam fidem, vel contra bonos mores. Possunt secũdò per timores nocturnos illi in primis intelligi metus, qui non tam ex tempore præsentis sæculi concipiuntur, quàm ex ijs ipsis, qui noctes sunt in tenebris ignorãtiæ, malitiæ, & infidelitatis constituti, easdemve tenebras in alijs faciunt: propter ignorantes ambiunt Ecclesiã Prælati metuentes, ne in errorem abducantur, ac propterea bene, iuxta Originalium lectionem, dicuntur stare vigiles circa lectulum, à pauore in noctibus idest propter pauorem, ne in hisce noctibus aliquid mali fiat. Propter alias verò noctes ambiunt ijdem timentes, ne ab illis malum infidelitatis, aut hæreseos, aut impietatis inferatur Ecclesiæ. Atque hęc quidem satis, quoad singularũ partium huius versi. 8. explicationem iuxta primum sensum allatũ in littera, cuius Paraphrasis hæc est.

Quare summũ studiũ adhibendũ sit, vt optimi Prçlati Ecclesiæ efficiantur.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS.

Prælati ij fortes ex fortissimis Israel omnes tenent gladium spiritus, verbũ Dei, eoq; contra hostes fidei, ac probitatis vtũtur, manu illum versantes, ac operatione impellentes, vt fortius eum infigant, potentes opere, & sermone: vtuntur verò diuersimodè eodem gladio pro opportunitate temporum, & personarum, ita vt propterea plures gladios tenere dici possint, arguentes, obsecrantes, increpantes, atq; docentes. Suntque ad vniuersa bella, quæ in Ecclesię castris geruntur, doctissimi, maximeq; versati, non solum ob experientiam, quam in suo fecère ducatu, postquam ad Prælaturã euecti sunt, sed & ob id, quòd diutius, antequã ad gradum istum assumerẽtur, & in ipsis Ecclesiæ castris militarunt, & priuatis prçlijs contra Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harũ, contra spiritualia nequitię dimicare consueuerũt, ita vt propterea dignos se exhibuerint, qui ad Ecclesiæ ducatum proueherentur. Gloria autẽ & decus illorum pręcipuũ ex inde prouenit, quòd sic tenent gladios verbi Dei, vt simul vnusquisque eorum pudicitiæ, & continentiæ ensem accinctũ habeat super fœmur suum, quo libidinis detruncet affectus vniuersosq; in se insurgentes amputet voluptatum motus.

Porrò istiusmodi Prçlati, hasce omnes cõditiones habẽtes, Romanam Ecclesiam veri Salomonis lectulum ambiunt, vt ab ea omnem abigant timorem malorum, quæ in nocturno præsentis sæculi tempore contra illam insurgere possent, & vt ijs in primis prospiciant, qui ob ignorantiæ tenebras noctes appellantur, metuentes, ne in errorẽ abducantur, & demum, vt tenebricosissimos illos, qui vel infidelitatis, vel hęreseos tenebris instar noctium offusi sunt, confundant, expellantq; valde etenim timent, ne illi suis dolis in Ecclesiam nouas commoueant turbas.

II. SENSVS.

Iuxta secundum sensum sumentes tam nomine gladiorum, quàm nomine ensis vnum idemq; verbum, quo præ reliquis omnibus armorũ generib. instructi debent esse Prælati: hoc loco explicatur, quàm bene illo sancti ij instructi sint Pontifices, qui Romanam Ecclesiam ambiunt, lectulum Salomonis: quamve prudẽter ipso vtantur. Neq; enim illud semper vibrant in manibus tenentes, sed iuxta temporum opportunitatem aliquando gladios in manibus tenent, palamq; vtuntur verbi Dei prędicatione: aliquando illud ipsum Dei verbũ latenter seruant, tanquã ensem in vagina; paratũ tamen id habent jugiter vt ensem accinctũ super fœmur suũ. Valde siquidem eis necessaria est ista prudentia, vt fortitudo, qua pollent, eis prosit; vtq; rectè suum obire valeant custodiendæ Ecclesiæ munus. Constituti planè illi sunt circa lectulũ, vt ipsũ ambiant, custodiantq; per diem, atq; per noctes: fatetur hoc quidam eorum fortissimus instar leonis apud Isa. Proph. taliq; custodiæ sedulo studio se asserit inuigilare, obseruans quoscunq; motus, tũ in die, tũ etiam in noctib. dicens: *b Super speculã Domini ego sum, stãs iugiter per diẽ, & super custodiã ego sum, stans totis noctib.* Sed in hoc prudentiã fortitudini iungunt, q in die ita super suam custodiã stant, vt gladios verbi Dei strictos teneant, ijsdemque manifeste vtant contra eos, qui aperte prauos disseminant errores, arguentes publicè illos, qui palam, & quasi in luce diei contradicunt rectæ fidei, iuxta pręceptũ Apostoli, dicẽtis Tito: *c Sunt multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui*

b Isa.21.8

c Tit.1.10

uniuers-

DE ECCLESIA.

vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. In nocte autem, seu in noctibus, quando occulte, & in tenebris à seductoribus, qui sub ouina pelle dominico se immiscent gregi, praua sparguntur dogmata, ensem item diuini verbi absconsum quodámodo seruant in vagina, donec illos obseruent: ita tamen promptum illũ habent eusem accinctũ super fœmur; vt illicò ac illos detexerint, ipsum arripientes, percutiant, & insectentur eos redargutione sua, obtẽperantes alteri consilio Pauli, dicentis: a *Nolite communicare cũ operibus infructuosis tenebrarum magis autem redarguite: Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est, & dicere: Omnia autem, quæ arguũtur à lumine manifestantur.* Hanc igitur eximiam fortissimorum Pontificũ prudentiam indicans in hoc vers. 8. Spiritus sanctus, æque est, ac si dicat.

a Ephes. 5. 11.

PARAPHRASIS.

Fortes illi vniuersi ita potentissimo armati sunt gladio verbi Dei, vt ad bella doctissimi pro opportunitate temporis eo vtantur, eumdemque, & seruent, paratum tamẽ semper, & ad manus. Omnes quidem palam eo vtuntur, tenentes illum in manibus, cum in die ambiunt lectulum Salomonis, custodiuntque Ecclesiam, manifeste redarguentes, quos manifestos hæreticos norint: In noctibus verò, cum obseruant occulos seductores, accinctum eumdem habent ensem super fœmur suũ propter timores nocturnos, habentes illum in promptu, cum timeant, in tenebris latere aliquid prauitatis: paratum verò cum habent non super fœmur Vicariorũ, doctorumq; aliorum, sed super fœmur suũ, vt ipsimet, &c.

Verſ. VIII. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi; Vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum propter timores nocturnos.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

INdubitatum sanè est, Angelicos Spiritus nedũ fortes, sed & fortissimos esse, ita vt, cum destinati sunt ad illius animæ custodiam, quæ in tribulationibus constituta sit, non immerito fortes appellati sint in versu superiori, & ex fortissimis Israel: fortes quidem ob validissimam eorum, & naturæ, & gratiæ virtutem; Ex fortissimis verò Israel, quandoquidem Raphael b vnus ex Principibus primis inter illos, Tobiæ iuniori, ex filijs Israel se esse, significauit. Sed cũ fortitudo eorum, qui ambiunt lectulum Salomonis, in ijs pariter armis sita esse innuatur, quibus ij instructi sunt, illud in dubium verti fortaſsẽ posset, Qua nam ratione Angeli sancti robur ex armis desumere queant: Quæ sint ea armorum genera, quibus ij armentur: ac demũ, Ad quid istiusmodi armis instructi ijdem sint.

b Tob. 5. 7.

Et quidem, si Angelorum fortitudo ex effectibus, & operationibus, q̃ per ipsos fiunt, dimetienda sit, prout corporeum hominum, vel ceterorum animãtium robur ex externis illorum actionibus arguimus, dicendum, summam eorum fortitudinem in recto armorum vsu sitam; armorũ inquã, non alterius generis, quam gladiorum; ita vt iure optimo statim ac fortissimi pronũtiati sunt in versic. superiori, non dicantur. *Omnes tenentes gladios*, spiritales nimirũ verbi Dei. Qua verò ratione id fieri queat, egregie Propheta explicat in Psalmo, cum inquit: c *Benedicite Dominum omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius*: Aeque est enim ac si dicat: Benedicite, celebrate, ac prædicate Dominum cælestes spiritus vniuersi, qui Angelicũ exercetis officium, à Deo missi ad ministeria propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: Benedicite, inquam, vos Angeli omnes: Fortissimi etenim robore in quolibet estis ministerio: fortitudo vestra in hoc potissimum sita est, quòd facitis verbum Dei, quodve auditis voces sermonum eius (vel, vt duo distincta significentur) quodve effi[ci]tis, vt obtemperetur voci sermonũ eius, ab hominibus scilicet, quibus id manifestatis, vox enim hebræa לשמע lischmo ng, quam noster vertit, *Ad audiendam*, verti etiã potest; *vt audiatur*, sicut vertit Pagninus, & habetur in biblijs Regijs in margine, quem sensum, & littera nostra habebit, modò verbum, *Ad audiendam*, quod communiter intransitiue sumitur transitiuè sumatur, prout interpretari illud videtur Vatablus in suis Scholijs. Quid est autem facere verbum Dei, nisi captũ, & apprehensum esse gladijs ipsius verbi Dei? Quidve est, manifestare vocem sermonũ Dei, & efficere, vt ab alijs audiatur, nisi eosdem tenere gladios in manibus, ipsve vti? Atqui hoc illud est, q̃ hoc loco de sanctis illis dicitur Angelis, qui ambiunt lectulum tribulationũ, custodientes piam animam angustiis pressam: *Omnes ipsi capti, vel apprehensi gladijs*. Enimuero, dum Dei capiunt iussa, ita prompte ea exequi student, vt quodammodo ab iis apprehensi dici queãt, ab ijsdemve deduci: dumque tribulatam ambiunt animam, illamque custodire inuigilant, ne ea à Satana impulsa in aliquam delabatur impatientiam, gladiis vtuntur verbi Dei: tum quia in memoriam illi reducunt complures sacrarum litterarum sententias in quibus Deus asseuerat, se cũ eo, qui in tribulatione constitutus sit, in ipsomet eius tribulationis lectulo decumbere: Tum quia diuinas æternorum præmiorum promissiones ob oculos eidem proponunt: Tum denique, quia diuinam illi manifestant voluntatem, ex cuius imperio vel permissione vniuersæ ei contingont tribulationes: quæ certe manifestatione diuinæ voluntatis, diuini imperii, diuinæque permissionis, quasi acutissima gladii acie validissimum faciũt ictũ in ipsius animæ passiones, quæ perturbare illam possent: Vnde fit, vt illa in angustiis, & ærumnis quiete cum suo obdormiat sponso, omni extincto impatientiæ motu, omnique fugato murmure, diuino sese conformans beneplacito.

Angelorũ fortitudo in recto vsu gladij verbi Dei.

DE ANIMA.

c Psal. 102. 20.

Sic igitur congruentissime, qui ex fortissimis Israel sunt Angeli, tribulatam animam ambientes dicti sunt *omnes tenentes gladios*, sed & *ad bella doctissimi* insuper pronuntiantur, non minus congruenter: Congruum enim valde est, maximeque necessarium; vt ad bella doctissimi sint, quos dimicanti animæ in ærumnis, & persecutionibus, in angustiis, & tentationibus adstare, eamdemque tueri, oportear.

Porrò, quia tribulationes, quibus pia anima subiecta est, vel à cælestibus spiritibus, Deo sic iubente, inferuntur; vel à dæmonibus; vel etiam ab hominibus, eodem Deo id permittente: apte admodum *ad bella* in plurali, dicuntur prædicti Angeli esse *doctissimi*: bella siquidem cum aliis Angelis, cum dæmonibus, & cum hominibus agere cõsueuerunt, eaque omnia gladio verbi Dei felicissime perficiunt.

Et quidem, quod Angeli pro tuenda ea, quæ sibi commissa est vel Prouinciæ; vel animæ alicuius custodia, cum alijs etiam Angelis præliari consue-

Angeli cũ alijs angelis præliãtur, et quale sit istiusmodi eorũ bellũ.

DE ANIMA.

fueuerint, ex libro Danielis manifeste colligimus, vbi Gabriel Archangelus ad Danielem hæc habet verba: *a Princeps Regni Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus: Et ecce Michael vnus ex Principibus primis venit in adiutorium meum, Et ego remansi iuxta regem Persarum*: Et infra apertius idẽ istiusmodi significans bellum, ait: *Et nunc reuertar, vt prælier aduersum Principẽ Persarum*: Quę Gabrielis verba, etsi a nonnullis, & in primis a Io: Cassian. & Rup. abb. non de prælio illo sumantur, quod Angelis cum alijs Angelis sit, sed de prælio, quod Angelis est, cum dæmonibus, ita vt per Principem Regni Persarum, & Principem Regni Græcorum, cũ quibus Gabriel pręliari se asserit, dęmones illi intelligantur, & mali spiritus, qui gentibus ijs fauebant, contendentes impedire liberationem Israelitici populi de captiuitate Babylonica Attamẽ ex Greg. PP. sententia, quam communis ferè Scholasticorum consensus amplectitur, de hoc pręlio intelligenda sunt, quod Gabrieli, ac Michaeli extitit cum alijs Angelis, ijsve è Principibus, vtpote quibus demandata erat cura Regni Persarum, & Regni Græcorum.

a Dan. 10. 13.

Ioã. Cass. collat 8. c. 12. Rupert. libro 9. de Vict. Verbi Dei.

Greg. Papa lib. 17. moral. c. 8.

Illud dũtaxat hac in re difficultatem facit, qua ratione inter cælestes spiritus bellũ esse queat, inter quos arctissima viget charitas, quive ob imperturbabilem, quam inter se seruant, pacem Angeli pacis nuncupãtur. At haud existimandum est, illos volũtate absoluta discordare inter se, atq; adeo obstinata contentione præliari: sed propterea dimicare dicũtur, quod quandiu eis non pateat definita Dei sententia, atq; voluntas, populorum, atque animarũ, quas custodiendas suscepere, diuersa merita, vel demerita coram Deo exponunt, diuersosve ab illo efflagitant effectus: quod quidem bellum tũc omnino cessat, cum primum determinata Dei voluntas eis constiterit. Sic in præcitato apud Danielem prælio, statim ac Michael Archangelus venit in adiutorium Gabrieli contra Angelum præpositum Regno Persarum, diuiniq; decreti manifestauit determinationẽ, vt liberaretur populus Israel de captiuitate illa, Princeps Reg. Persarũ destitit resistere Gabrieli contendenti pro huiuscemodi liberatione, cessitq; illi, intellecta Dei voluntate victus quodammodo, & superatus gladio verbi Dei, quo vsus est Michael, in ipsa manifestatione voluntatis Dei. Cõtingit autem sæpius, vt sancti Angeli tribulationum sint ministri, fungentes legatione Dei, vt colligitur ex illo Psal. *b Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et irã & tribulationem, immissiones, seu, legationes* (iuxta vim propriã, & Hebraicæ, & Græce vocis) *per Angelos malos*: quo loco Angelorum malorum nomine haudquaquam dæmones significantur: quamuis non defuerint, qui hoc existimarint: Sed Angeli sancti, qui mali dicuntur, non à malitia morali, sed à malitia pœnali, quã iuxte inferunt hominib. vel (vt Euthymij vtar verbis) mali non natura, aut electione, sed effectu. Cum ergo hoc contingit, vt Angelus quispiam tribulatione piam animam cruciet, & alius Angelus eam à dicta tribulatione liberam velit, tunc bellum est inter illos, duratque, quousq; ab altero teneatur gladius verbi Dei, quousque sententia manifestetur Dei decernentis, vt anima illa tribulatione concutiatur. Ac propterea bene, cum tot Angeli dicũtur eam ambire decumbentem in lectulo Salomonis, additur, eos omnes esse tenentes gladios, & ad bella doctissimos. Ad bella inquam, nam & cum dęmonibus frequenter eos dimicare, certissimum est, & colligitur ex loco illo Apoc. vbi dicitur: *c Factum est prælium in cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, et Angeli eius.* Modus autem, quo pugnãt, illosve superant, haud alius planè est, quàm in recto vsu gladij verbi Dei, quem vsum ij optime callent, vt deducitur ex Epist. Iudę Apostoli, in qua asseritur: *d Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus.* Quid namque sibi id vult, *Imperet tibi Dominus*, nisi, verbi, ac imperij Domini pronuntiatione, vt gladio spiritus confodiaris, ita vt haud amplius audeas os aperire? Quando itaq; dæmones ex Dei permissione piam aliquã animam tribulationibus concutere aggrediuntur, & illam in desperationem vel blasphemiam aliquã pertrahere nituntur, Angeli sancti ad huiuscemodi bella doctissimi, eam ambiunt tenẽtes gladios contra huiusmodi nequitias, quatenus diuinũ eis referunt verbum, diuinumq; decretum illi omnino simile, quod legimus in lib. Iob: *e Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam*: Vel, *f Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua.*

b Psal. 77. 49.

Angeli cũ dęmonibus dimicãt pro anima tribulata, & quale sit hoc bellum.

c Apoc. 12. 7.

d Iud. 1. 9.

e Iob. 1. 12.

f Iob. 2. 6.

Idipsum omnino dicendum, qñ homines sunt, qui tribulationes, & persecutiones excitãt contra pios: Tunc enim Angeli ijdem ad hæc quoq; bella doctissimi, ita piam animam ambiunt tenentes gladios, vt & bonis, sanctisq; inspirationibus animã ipsam corroborent, & si opus fuerit, pronuntiãdo diuinum imperium, persecutores quoq; è medio tollant: cuius rei exemplum habemus in 4. lib. Regum; *g* vbi cum Sennacherib vnà cum validissimo Assyriorum exercitu pijssimo Regi Ezechię, & sanctę Ciuitati Ierusalem, totique populo Iudæ extremũ intentaret excidium, egressus dicitur Angelus Domini, & percussisse in castris Assyriorum cento octogintaquinque millia in vna nocte. Et quamuis de modo, quo illos occiderit, controuersum sit apud Doctores, crediderim tamen, non incongrue dici posse, occidisse illos gladio duntaxat Verbi Dei, pronuntiando nimirum diuinum imperium, quo iam decretũ erat, vt & sanctus ille Rex, & Ciuitas, populusve pius per istiusmodi inimicorum mortem liberaretur.

Angeli quo dimicãt cũ hominib. pro anima tribulata.

g 4. Reg. 19. 35.

Præclare autem Angeli isti sancti, qui animam sanctam, ambiunt, atque custodiunt decumbentem in lectulo tribulationis cũ suo Salomone, singuli dicuntur ensem habere super fœmur suum. Quamuis enim nec fœmur habeant, nec aliam corporis partem, cum incorporei sint, sub hac tamen metaphora ad viuum exprimitur ingens eorum promptitudo, qua adstant parati opem ferre, ad manus quodammodo habentes ensem Verbi Dei: quem tamen quasi in vagina reconditum seruant, cum illius non ingruit necessitas: frequentissima namq; ista est in sacris litteris consuetudo, vt quos ad bellum paratos proponunt, eos accinctos asserant ense, & gladio, ita vt haud operæpretium sit in his, vt detineamur.

Angeli adsunt pię ac tribulatæ promptissimi ad ei opem ferendam.

Porrò, quod vltimo loco additur: *Propter timores nocturnos*: egregie confirmat, quicquid huc vsque dictum est: Neque enim dicitur: *Propter noctes*, vel propter istud, vel istud malum; sed, *propter timores* solummodo, aut iuxta lectionem Originalium, *A timore in noctibus*: Siquidem cum piam animam, quæ in nocte præsentis sæculi in lectulo tribulationis, & crucis quiescit cum Christo, illud duntaxat angere queat, si timeat, ne propter admissa scelera, eaque in primis, quę nõ agnoscit, tribulationes illæ in se, vt in scelestam, suoque sponso ingratam immissæ fuerint: Neve aliquo pacto in

Animam piam cũ tribulatione premitur, timor offensa Dei solũ modo angit, & ideo eã adiuuãt Angeli.

DE ANIMA.

ctio in illis tolerandis eumdem offendat dilectũ ſuum. Idcirco propter huiuſcemodi timores enſem verbi Dei paratum habent, qui illã cuſtodiunt Angeli; vt videlicet, ſi iis ea commoueri cęperit, diuinas illi ſubiicientes inſpirationes, ab omni eam tueantur pauore, conſolantes, & robur ingerentes reducentes ei in memoriam multorum Sanctorũ exempla, qui ad probationem, & ad maiorũ præmiorum cumulum ærumnis concuſſi ſunt.

Tribulatio nes catenus timentur, quatenus earũ vis, & effectus ignoratur.

Quamquam non abs re forſitan ſit, ſi dicamus, nomine nocturnorum timorum ipſaſmet ſignificari tribulationes, quas & ſub lectuli Salomonis metaphora ſignificatas oſtendi: Vt ex iſtiuſmodi appellatione intelligeremus, tribulationes, ærũnas, atque tentationes timore magis, quam re eſſe moleſtas: vnde & factum crediderim, vt adeo frequẽter in ſacris paginis vocabulo vmbræ mortis eædẽ ſignificentur. Enimuero quemadmodum vmbra nihil re vera eſt, & ideo ei, qui bene illius naturã nouit, nihil moleſtiæ infert, nil damni: ſed eum dũtaxat affligit, qui hæc ignorans, ex illius cõſpectu mortis timore concutitur. Ita & quælibet tribulatio, quam Deus in ſeruum permittat ſuum, ei, qui effectuum illius eſt conſcius, nihil poteſt inferre moleſtiæ: at, ſi quid vnquam affert inquietitudinis eatenus id omne affert, quatenus in noctibus ignorantiæ timetur, vbi nullus debeat eſſe timor: atq. adeo, ne vnquam in piam animam, quã cuſtodiũt, timores iſtiuſmodi inſurgant, Angeli ſancti accincti gladio verbi Dei illam ambire dicuntur à timore in noctibus ſcilicet ignorantiæ, vt nimirum intrinſecus eam erudiant de vera talium tribulationum natura.

Poſſunt tertiò per timores nocturnos intelligi timores illi, quos noctes ipſæ afferunt, quos videlicet inferunt dæmones, tenebrarum poteſtates; atque impii, qui in tenebris ambulant, dum tribulationibus iuſtos premere permittuntur: cõtra hos etenim, quàm maximè Angelorũ ope indiget pia anima; nam de tribulationibus iis, quæ eidem ab Angelis lucis inferuntur, nihil illis timendum.

His fuſius circa ſingularum partium examinationem pertractatis, facile iam totius ſententiæ iſtius ſenſus percipi poteſt; Atquè eſt enim ac ſi dicatur.

PARAPHRASIS.

Præfortes hi Dei milites Angeli Sancti, qui ad cuſtodiam piæ animæ deſtinati ſunt, dum ea in tribulationibus cõſtituta eſt, omnes ſunt doctiſſimi, maximeque verſati in bellis iis vniuerſis, quæ agere oporteat aduerſus eos, qui tribulationum miniſtri eſſe ſolent, ſiue cæleſtes ij Spiritus ſint, ſiue ſpirituales nequitiæ, ſiue homines cuiuſcunque generis: tenentque gladios verbi Dei, diuinam manifeſtantes voluntatem, diuinaque imperia promulgãtes, vnde robur omne habent, quo in dictis præliis pollent; atque adeo, quando Christi ſpõſam, cum Chriſto in cruce quieſcentem ambiunt, ſinguli enſem habent verbi Dei ſuper fœmur ſuum paratos ſe exhibentes, ad ei opem ferendam ſanctis inſpirationibus, monitis, atque conſiliis internis propter timores, qui in nocte præſentis ſæculi illã perturbare poſſent: ſiue, quia timeat, ne propter ſua ſcelera tribulationes ... in ſe immiſſæ ſint, vt in ſceleſtam, & Deo ingratam, ſiue, quia metuat, ne in illarum tolerantia aliquo pacto Deum offenſura ſit, necnon & propter inanem illum timorem, quem tribulationes incutere ſolent iis, qui earum effectus ignorent, atque adeo in noctibus ignorantiæ verſantur. Quin & propter timores illos, quos poteſtates tenebrarum iniiciunt, & peruerſi quique homines noctibus aſſimilati, dum tribula-

A tionibus dictam animam premunt.

Atque hęc quidem rectè, ſi illum proſequamur ſenſum, quem primo loco attuli in tertia expoſitione verſ. præcedentis, & ſi per ſexaginta fortes, Angelorum multitudinem accipiamus, quæ caſtra metatur in circuitu piæ animæ. Quòd, ſi per eoſdẽ ſexaginta fortes, ſanctos ſumamus Prælatos, ſanctosve Doctores, quibus eiuſdem cura demandata eſt, ex dictis in primo ſenſu ſecundæ expoſitionis, quicquid hic dicendum foret, colligi põt.

ALTER SENSVS.

At verò, ſi alium ſenſum proſequi velimus, quẽ vltimo loco in eadẽ tertia expoſitione tetigi, quo ve anima ſancta ab Angelis inuitatur ad Crucis Chriſti meditationem, & eidem exponitur ipſius
B Crucis apparatus magnificus per id, quod dicitur ingentem Sanctorum multitudinem præfortium, & ex fortiſſimis Iſrael eam ambire, & illius meditationi addictos perſiſtere: Dicendum, in hac ſententia modum exponi, quo ſancti ij ipſi aſſiſtunt Cruci; quidve ab iis potiſſimum fiat, & qua nam ratione eximiæ fortitudinis ſuæ ſigna exhibeant. Quod enim agunt, eſt, quòd tenent gladios orationis, eiſdemque vtuntur: fortitudinem aũt præſeferunt in eo, quòd ad multiplicia bella doctiſſimos ſe exhibent, præliantes in ipſomet meditationis actu: quodve ſinguli enſem proprium ſuper fęmur ſuum habent, mortificationem nimirum, qua proprias mortificant paſſiones, ſub fœmoris metaphora deſignatas; & propriam carnem affligunt,
C idque propter timores nocturnos, propter metum eorum, quæ noctu, & ex improuiſo in ipſos inſurgere poſſent: vel eorum, quæ in tenebris, & ſub inſidiis abſcondite ſibi poſſent ſubminiſtrari.

Adhærētes Deoin ſtudio meditationis tenēt gladiũ orationis.

Vt hæc recte percipiantur, exactius ſingula perpendamus. Ac primò ſupponamus, iure optimo Sãctos illos, qui lectulum ambiunt Salomonis, Chriſtove adhærent Crucifixo, & ſunt ex fortiſſimis Iſrael, dici in hoc verſ. gladium tenere orationis: nã & in Pſalmo iis ipſis oratio eodem pacto aſſignata eſt à Dauid, cum dicit. a *Hymnus omnibus ſanctis eius, filiis Iſrael, populo appropinquanti ſibi*; id eſt, Hymnus, laus Dei, & oratio ſemper eſt, atque eſſe debet in promptu omnibus ſanctis eius; Filii Iſrael, qui ipſi Deo appropinquant, illique prope ad
D ſtare nituntur, in contemplatione hymnum, & orationis gladium tenent ſemper ad manus.

a Pſ. 148. 14

Sãcti in ſtudio meditationis ſliã tur multipliciter.

Notandum deinde, ſanctos illos, qui prædicto modo orantes lectulum Salomonis ambire dicuntur, aptiſſime dici ad bella doctiſſimos, belliſve apprime verſatos. Enimuero præterquam quod in meditationis ſtudio, & in oratione perſeuerare minime poſſent, niſi iam per longam experientiã bellis aſſueti eſſent, quibus hoſtes ſuos diabolum, mũdum, & carnem ſuperare didiciſſent; in ipſo pręſertim meditationis actu doctiſſimos ad quælibet ſe exhibent bella: Tunc namque maiori impetu contra illas irruunt poteſtates tenebrarum: Tunc innu
E mera multiplicium cogitationum cohors in eorũdem inſurgit mentem, contra quas variis modis præliandum illis eſt, vt aſſumptum ambiendi lectuli Salomonis rectè exercere valeant munus.

Oratio quã rectè ſub gladii metaphora exprimatur.

Tertiò notandum, congruentiſſima metaphora orationem gladium nuncupari, quia potentiſſima eſt inter omnia ſpiritualium armorum genera, per quam etiam de inuincibili Deo reportetur victoria; vt materiali gladio armorum reliquorum potentiſſimo de terrenis exercitibus victoriam reuehi, oſtenſum eſt ſupra in ſecunda expoſitione. Verumtamen gladius iſte ſpiritualis id habet diuerſitatis à gladio materiali, quod vſus gladii materialis eſt duntaxat in manibus, quibus tenetur, ſtringitur,

Oratio eſt gladius in gutture, & in manib.

DE ANIMA.

gitur, atque vibratur. Orationis verò vsus, & gladij spiritualis est præsertim in gutture, atq. in faucibus, tum etiam in manibus, quibus vis ei datur, & impellitur in eum, ad quem dirigitur. Quod in gutture sit illius vsus, haud difficile est, vt probemus, cum clare pateat, gutture ipso orationẽ proferri; id difficilius fortitan probatu videtur, quòd eadem oratio sumpta vt gladius quidam, cõstituatur in gutture, ac faucibus: Sed & hoc quoque ex sacra Scriptura probatur aperte: nam per Sapientẽ in libro Prouerbiorum dictum reperimus: *a Quãdo sederis ut comedas cum principe diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam & statue cultrum in gutture tuo;* quibus in verbis Salomon id certè persuadet (si mysticum sequamur sensum,) vt quãdo quis ad contemplationis studium accesserit, quò ibi quiete sedeat, dulcissimasque diuinarum consolationum dapes cum cœlesti comedat Principe, diligenti meditatione attendat mysteria, quę ante eius faciem posita sunt, quæue menti ipsius sunt proposita; tuncve validiores ad Dominũ fundat preces. Vel, quando quis ad mensam Sacratissimæ Eucharistiæ, aut diuini verbi sederit, tũc hęc potissimum studeat, vt sedula meditatione attẽdat mente, quæ proposita sunt sacramenta, simulq; vehementissimas promat preces, & gratiarum actiones. Porrò, quòd & in gutture simul, & in manib. idem ipse orationis gladius habeatur a sanctis, ex illo probatur Psalmi, *b Exaltationes Dei* (preces nimirum, ac laudes Dei) *in gutture eorum, & gladii ancipites* (eadem scilicet oratio) *in manibus eorum.* Et bene tam in gutture, quàm in manibus sit necesse est oratio; vt per ipsam intenta obtineatur victoria, vniuersas superando difficultates: vt enim vim preces habeant, ita debent esse in gutture per pronuntiationem (per guttur enim intelligimus nedũ fauces carneas, quib. profertur oratio vocalis, sed & fauces spirituales cordis, quibus è penetralibus præcordiorum oratio mentalis emittitur) vt simul sit pariter in manibus per operum puritatem. Vnde Apostolus ad Timotheum, *c Volo*, inquit, *viros in omni loco orare, leuantes manus puras:* hac siquidem manuum, operumve puritate orationes ad cœlum rectà impelluntur. Vnde factũ est, vt actu leuationis manuum ipsemet eiusdẽ orationis actus frequentissime significatus reperiatur in sacris litteris, vt Psalmo 62. *d In nomine tuo leuabo manus meas;* & in Threnis. *e Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, effunde sicut aquã cor tuum ante conspectum Domini: Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame.* Atqui adeo necessaria est oranti cuilibet ista puratum manuum leuatio; vt hæc si desit, gladius ipsius Orationis ictũ facere nullatenus queat. Hinc est, quod Dominus per Isaiam ait: *f Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiã, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Non exaudiam, inquit; quia orationes vestræ ictum facere nequibunt. Quare hoc? quia manus, & operationes vestræ debita carent puritate; quia sanguine plenæ sunt: sanguine, inquam, non tantum alieno ob damna, quæ proximis infertis, & ob rerum alienarum rapinas; sed & proprio, qui ex ipsis defluit manibus, vulneribus peccatorum vestrorum confossis. Ex hoc quippe, quòd impuras, & vulneratas habetis manus, fit, vt gladium orationis nec tenere, nedum impetu impellere in me valeatis. Quod certè istis fortissimis, qui crucem Domini ambiũt, eam meditantes minime euenit, atque adeo bene dicuntur, *Omnes tenentes gladios;* orantes namque leuant puras manus, & eo, quem arctius tenent, vtuntur gladio orationis: vehementissime illum impellentes, ita vt per eum etiam præcordia Dei trãsfigant.

Quartò notandum, Orationem vt sic, esse quidẽ vnum gladium: nihilominus sicut sunt plures orationis species, atque adeo plures & orationes dicũtur: ita & ob illarum plurium orationum species, dici illos, qui ante crucem orant, tenere plures gladios: Hinc est, quòd in præcitato Psal. tam orationem, quam gladium in plurali nuncupatos vidimus: *g Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites, in manibus eorum.* Quamquam Apostolus plures orationis species sub vnius gladii metaphora accipiat in Epistola ad Ephesios, vbi ait: *h Et gladium spiritus (quod est verbum Dei) per omnem orationem, & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus Sanctis:* Cum enim dixisset, gladium Spiritus esse verbum Dei, explicãs quodnam sit illud verbum Dei, adiunxit orationem, & obsecrationem. Dum igitur Sancti isti dicuntur tenere gladios, quando ambiunt lectulũ Salomonis, innuitur, eos ita orare in Crucis meditatione, vt pro temporum opportunitate omnibus, & singulis vtantur speciebus orationis, quas enumerat Paulus in Epistola ad Timotheum, dicens: *i Obsecro igitur vos primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni castitate, & pietate.*

Quintò denique notandum, in vltima parte huius versus adiici & alterum studium, quod prædicti Sancti contemplantes Christi Crucem cum studio coniungũt orationis, studium nimirum mortificationis, & afflictionis propriæ carnis: id enim significatur, cum dicitur: *Vniuscuiusque ensis super fœmur suum;* nam & fœmore, in quo est principiũ generationis, seu potentia generatiua carnis, ipsamet designatur caro, necnon & quæcunque passiones inordinatæ, ob id, quod passio libidinis, quę è fœmore insurgit ceteris vehementior sit passionibus: Per ensem verò mortificationem designari, nullus abnuat, qui recolat ea, quæ à Redemptore dicta sunt: *K Non veni pacem mittere, sed gladium.* Neque enim ad hoc in mundum venit Saluator mundi, vt suaderet, pacem habere cum carne: Sed, vt gladio mortificationis ea corripiatur, & affligatur. Bene autem dicitur: *Vniuscuiusque ensis super fœmur suum:* quia singuli ex Sanctis propriũ sibi assumere soleant mortificationis modum, atque à semetipsis carnis afflictionem eligere, non expectantes, eam ab alio sibi imponi, idque vt ipsos primò corripiant.

Necessitas porrò istius ensis super fœmur, significatur per vltima illa verba, *Propter timores nocturnos:* duo quippe in primis sunt, quæ in præsenti vita sibi metuunt Sancti quique, lapsus subiti, & latentes dæmonum insidiæ, atque suggestiones. Vtrumque aptissime indicatur sub metaphora nocturni temporis: nocturnum siquidem est, quod improuisum est, & subitum, vnde aduentus Domini ad iudicium in nocturno tempore describitur, quia subitus, & improuisus futurus est: *l Media nocte clamor factus est: Ecce, sponsus venit:* Nocturnũ pariter est, quod est insidiosum, insidiæ etenim in abscondito, & in tenebris struuntur.

Margin notes:

a Prou. 23. 1.

b Psal. 149. 6

Orationũ gladium debet esse simul in gutture per pronuntiationẽ, & in manib. per puritatem.

c 1. Tim. 2. 8.

d Psal. 62. 5.

e Thr. 2. 19

Oratio absque puritate actionũ nullam hăbet vim.

f Isa. 1. 15.

Orationis plures sunt species, & ideo plures etiã gladij tenentur à Sanctis.

g Psal. 149. 6

h Eph. 6. 17

i 1. Tim. 2. 1

Cũ oratione dĕt esse iuncta mortificatio carnis, & passionum.

K Matt. 10. 34.

Mortificatio ob quid præcipuè necessaria.

Nocturnũ tempus significat subitũ improuisũ & insidiosum.

l Mat. 25. 6

D. B. MARIA

Vers. VIII. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi; Vniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

CVm ex sanctitate, eruditione, sedulaque cura Prælatorum recta arguatur, tum Ecclesiæ, tũ singularum animarum institutio, aptissime in hoc vers. hæc omnia sanctis iis Prelatis, qui lectulum Salomonis, Ecclesiam, vel piam animam ambiũt, inesse ostenditur; quatenus per ea magis ad duplicem istum lectulũ alliciatur B. Virgo Maria, quã B in præcedenti versu à sanctis Angelis ad vtrumq. lectulum inuitatam, ostendi. Et quidem complura circa has Prælatorum conditiones, quas hic celebratas habemus, forent dicenda: sed quia pluribus de singulis earum pertractatum est in secũda expositione istius vers. videantur ibi.

Quoniam autem & sacratissimum Præsepii locum eidem Virgini à cælestibus item Spiritibus indicatum dixi in præcedenti sententia, vtpote paratum pro lectulo, in quem verus reclinaretur Salomon ab vtero eius egressus, illumve multitudinem magnam cælestis exercitus ambire. Nunc cõsequenter dicendum, in hoc vers. ostendi, quid Angeli ij sancti, qui circa præsepium stabãt, acturi sint, & ad quid illum ambient. Quod. n. agent, idest, quod omnes tenebunt gladios orationis, deprecantes paruulum natum, vtpote maxime versati in cęlesti patria ad istiusmodi bella orationis. Stabunt verò circa illud accincti gladiis parati ad profligãdum id oẽ, quod in sacratissima illa natiuitatis nocte timorẽ incutere posset, vt sẽsus fit.

In presepio, vbi Xpus natus est, multitudo Angelorũ adstitit Domino, illũ orãs, & custodiens.

PARAPHRASIS.

Ambiunt iam istud sanctum Præsepium innumeri Angeli: stabuntque circa illud oẽs orationi instantes, illũ orationis gladio contingentes, quem perpetuis laudibus celebrare consueuerunt in cælis: sunt in hisce orationũ bellis maxime versati: Accinctique adstabunt paruulo iacenti, parati ad fugandos, ac deterrendos eos omnes, qui metum aliquem tibi Virgo Gloriosa incutere possent; siue homines ij essent, siue dæmones, qui in nocte, qua illum paries, persecutiones, ac turbas excitare tentarent in ipsum. Examinationem singulorũ ex iis, quæ dicta sunt in præcedenti expositione tertia, colliges. Vide ibi.

Vers. VIII. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: Vniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Sacerdotes autem, & Leuitæ, & omnes tribus Israel vniuersi apprehendunt verba legis, quæ comparantur gladio, & põderant, & agitant ea, sicut fortes docti in bello: & super vnoquoque eorum signata est circumcisio in carne ipsorum, sicut signata fuit in carne Abrahæ; & præualent; & confortantur in ea, sicut fortis, qui accinctus est gladio super fœmur suum: & ideo non timent à spiritibus nociuis, & dæmonibus, qui ambulant in nocte.

Communior sensus est, vt in his verbis explicetur, quales esse debeant Doctores, ac Præsules Ecclesiæ: Tametsi diuersimode id explicent Patres. Theodoritus enim, qui per lectulum Salomonis supra accepit Scripturas sacras, Hi, inquit, hunc lectulum ambientes, sponsamque ab hostium incursibus custodientes, binos gestant gladios, vnum super fœmur, alterum in manu: vnum reprehensionis, alterum intelligentiæ: illum in promptu ad coarguendum, hunc mysticum, & tanquam in vagina reconditum ad mysteria peruestigenda.

APPENDIX.

Theodor.

Sacr. Scrip. indulgetes duplicẽ habet gladiũ alterum reprehensionis, alterũ intelligentiæ.

Duplicem istum gladiũ alio pacto accipit Ambrosius: siquidem lib. 10. in Lucam, c. 22. hæc habet; Est gladius spiritalis, vt vendas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia vestiũtur. Est autem gladius passionis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuiis ematur tibi sacri corona martyrii. Mouet tamẽ adhuc, quòd duos gladios discipuli protulerunt; ne fortè vnum noui, alterũ veteris intelligamus testamenti, quibus aduersus diaboli armamur insidias.

Amb.

Gladius spiritualis duplex, & qui ij sint.

Alii notant, ex hoc loco colligi, sanctos Doctores, dum aliis prædicant verbum Dei, eoque contra aduersarios fidei dimicant, sui quoque curam habere; ideoque habere ensem super fœmur. Gladios tenent, ait Cassiodorus, & Beda, vt aduersariis resistant, eosvè superent; & vt hæreticos, & omnes contradicentes sanæ fidei confodiant: & quia suimet curam gerunt, vt fluxus carnalium voluptatum reprimant, ne aliis prædicantes ipsi reprobi efficiantur. Per timores nocturnos occultas dæmonum intelligit insidias, quas ij in nocte pręsentis sęculi sanctis præcipuè moliuntur illis, qui in Ecclesia præeminent.

Cassiodo. Beda.

Doctores Ecclesiæ aliis prædicantes sui quoque curam gerũt.

Eodem sensu Gregor. PP. lib. 10. moral. c. 3. & 4 Nocturni, inquit, timores sunt insidiæ tentationũ occultæ: Ensis vero super fœmur est custodia vigilans, carnis illecebram premens. Ne ergo occulta, & repentina tentatio subrepat, necesse est, vt fœmur nostrum superpositus custodiæ ensis premat. Sancti enim viri sic de spe certi sunt, vt tamẽ semper sint de tentatione suspecti; quippe quibus dicitur: *a Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore*: vt, & de spe exultatio, & de suspicione nascatur tremor.

Gre. Pap.

Sancti qua custodia vigilãtes se mortificantes.

a Ps. 2. 11.

Eadẽ ferè habent Philo Carpathius, Iustus Orgelit. Anselm. idemque Greg. in suis comment. super Cant. Quamquam in lib. pastor. par. 3. admon. 33. aliquantulum diuersè dicat: Ensis super fęmur ponitur, quòd acumine sanctæ prædicationis praua suggestio carnis edomatur. Per noctem verò cęcitas nostræ infirmitatis exprimit: quia quicquid aduersitatis in nocte imminet, non videtur. Vniuscuiusque ergo ensis super fœmur suum, propter timores nocturnos, quia videlicet sancti viri, dum ea, quæ non vident, metuunt, ad intentionem certaminis semper parati assistunt.

Philo. Iustus. Anselm. Greg. PP.

Sãcti semper parati stãt, metuentes ea, quæ non vident.

Alio pacto Richardus de Sancto Victore in prima parte notat dictum: *Omnes tenẽtes gladium.* Dũ enim ait, Scripturam sacram memoria tenent, & opere implent, ad confligendum cum hoste, per eam doctissimi fiunt, quia per intelligentiam scripturæ erudiuntur, & per operationem illuminantur, iuxta illud Psalmi, *b In intellectibus manuum suarum*, idest operationum, *deduxit eos.*

Richard.

Sancti quõ teneãt gladios sacræ Script.

b Ps. 77. 72.

Id quod ante Richardum notarunt, tum Gregor. PP. tũ Philo Carpath. Non dicitur, inquit Gregorius, lib. 19. Moral. c. 29. *Omnes habentes*, sed, *tenentes gladios*: quia videlicet verbum Dei non est mirabile solummodo scire, sed facere, habet quippe, sed non tenet gladium, qui diuinum quidem eloquium nouit; sed secundum illud viuere negligit, & doctus esse ad bella iam non valet, qui spiritalem,

Philo. Greg. PP.

Verbi Dei gladium tenet, qui illud, non tãtũ nouit, sed & opere cõplet.

APPENDIX.

lem, quem habet, gladium minimè exercet; nã resi stere tentationibus non sufficit.

Richar.

Verbi Dei gladiũ Sancti hent super fœmur voluptatũ, propter peccata imminentia.

Quoad secundam partem: *Vniuscuiusque ensis*, &c. Contra peccata, dicit Richardus, à quibus cæcamur, & contra huiusmodi timores nocturnos, propter timores peccatorum noctes, ac tenebras ignorantiæ nobis causantium, habent gladiũ verbi Dei super fœmur delectationum, & voluptatũ; ita vt numquam ipsum dimittant; quatenus per ipsum cognoscunt peccata, & abscinduntur. a Verbum. n. Dei illuminat, & intellectũ dat. Vel super fœmur delectationum, siue voluptatum carnaliũ habent gladium amoris propter timores nocturnos idest, propter occultos peccandi lapsus; quia, si non amant, propter cæcitatem, & ignorantiã in multis delinquunt. Amor enim notitiam generat, & peccata abscindit, vt eum offendere caueas, quẽ amas.

a Psl. 118. 130

Per amoris gladiũ sancti abscindunt peccata.

B

Præter communiorem istum, quinque insuper alios Patrum sensus notare fas est. Siquidẽ Greg. Nyss. homil. 6. ex hoc loco colligit discrimen pulchritudinis spiritualis à pulchritudine sensibili; per hæc quippe, ait, significari, diuinam piæ animæ pulchritudinem ex terrore oriri, & ex iis, quæ omnino contraria sunt corporeæ pulchritudini: siquidem pulchritudo corporea ad cupiditatẽ attrahit per id, quod est visui iucundum, quod blandum, & ab omni terribili, iratique animi indicio est separatũ: E vestigio verò pulchritudo spiritualis animæ diuinos attrahit oculos per animũ magnum, virtutemque terribilem, omnem conturbationem fugantem. Cum enim ira vehementis, ac virilis insidiantes voluptatis turmas perterruerit, per quas aĩa ipsa inimica redditur Deo, easdemque in fugam verterit; tunc existit pura eiusdem animæ pulchritudo; nullo motu maculata corporalis cupiditatis. Atque adeo necessario nuptialis thalamus Salomonis ab armatis circũdatur, quorũ belli peritia, eò quod super fœmur paratum habeant ensem, terrorem affert iis, qui noctu, & in tenebris insidiantur, vt sagittent rectos corde: Vt enim feliciter bellum geratur aduersus voluptates, oportet carni, & sanguini tanquam fœmori ensem habere accinctum.

Gre. Nyss.

Pulchritudo pia animæ ex terribilitate oritur cũ pulchritudo corporea ex eo, quod visui iucundũ est, ortũ habeat.

C

D

Præclare autem in fine præcitatæ homil. 6. probat, hos ipsos, qui hic dicuntur ambire lectulũ Salomonis fortes, & armati ense in primis ad fœmora, debellantes carnis illecebras, esse eos pueros, qui in Euangelio Lucę b dicuntur esse in cubili, dicens; rectè eos, qui per arma iustitiæ sibi compararũt impatibilitatem, pueros nominari; quatenus bonum id, quod ex industria, & diligentia à nobis acquiritur, non est aliud bonum, ac honestum, quàm id, quod ab initio natura nobis est inditum: Quando. n. quis fœmori accinxit ensem, indulgẽs vitæ bonæ, expulit animi perturbationem, tũc certè infans ætate est, expers sensus huiusmodi animi perturbationis. Idem est ergo dicere, & armatos esse circa lectum, & infantes: nam isti quidem nõdũ nouerunt; hi verò ad hunc statum se redegerunt: adeò, vt beatus in his inueniatur, vel infans, vel armatus, verus Israelita in puro corde Deum vidẽs; vt armatus quidem in puritate impatibilitatis, Regis lectum, idest, cor suum custodiens; vt infans autem in beato lecto quiescens.

b Luc. 11. 7

Sãcti armati armis iustitia circa lectulũ, iidẽ sunt ac pueri in cubili felicitatis æternæ.

E

Tres Pat.

Cogitationes sãctorũ gladii.

Catena trium Patrum apud Theod. significatã hic censuit vim sanctarũ cogitationũ aduersus tẽtationes concupiscentiæ, atq. diaboli. Ambiunt, inquit, animã, in qua Deus requiescit, *omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi*. Cogitationes. n. efficaces ex contẽplationis quidem habitu gladios habent ancipites, quib. ea, quæ sunt contraria diiudicant; ex actionis aũt vi vsum, atque experientiam obtinent, quomodo possint aduersariæ potestates profligari. *Vniuscuiusque ensis super fœmur suum à timore in noctibus*. Singulæ illæ, quas diximus, cogitationes, gladium spiritus, quo vitia conciduntur, aduersus concupiscentem aĩæ potestatem intentant propter terrorem, quem nequissimi dæmones dolis suis aĩæ obiiciunt in noctibus ignorantiæ per impetus cupiditatis rationi repugnantes.

Tertiò, Psellus item apud Theodo. per gladios signum crucis accipiens, ait: Quemadmodum gladio vir accinctus imbelles homines, & in præliis minime exercitatos perterrere facit. Ita & Sancti, qui diuina gratia præstant, signo Crucis, tã quam gladio ancipi ti armati aduersus principatus, & cõtra mundi, & tenebrarum Principem Satan constiterunt.

Psellus.

Crucis signum gladius sanctorum.

Amb.

Vide Ambros. lib. 1. Officiorum, c. 39. vbi elegãter describit spiritualem Sanctorum fortitudinẽ, qui accincti dimicant aduersus vitia.

Aponius.

Angeli officiũ pia aĩa accinctis contra spiritum les nequitiæ.

Quartò, Aponius, cũ supra per sexaginta fortes, Angelos significatos acceperit, quod dicitur: *Vniuscuiusque ensis super fœmur suum*, &c. sic exponit, dicens: Edocuit Angelos sanctos cõtra singulos principes vitiorum, qui supradictos obsident sensus, spiritualibus armis accinctos, propter insidias eorum nocturnas, & occultas.

Philo.

Deniq. de gladiis materialibus hæc sumuntur, tum à Philone, qui per sexaginta fortes ambiẽtes lectulum, &c. supra accepit milites positos ad custodiendum sepulchrum Christi, tum à Rup. Abbate, qui per eosdem fortes accepit antiquos Patres. Proponit autem difficultatem Rupertus: Cur sancti Patres gladios habuerint, liciteque iis vsi sint: postmodum, ex quo Euangelium effulsit, & sponsus de thalamo suo processit, sanctis ad perfectionem tendentibus non concedatur vsus gladii, cum in Petro, qui fortiter, ac fideliter pro illo zelabatur, omnibus ab eodem sponso dictum sit: c *Conuerte gladium tuum in vaginam*. Curve tũc fuerit tempus belli, & nunc tempus pacis. Quam dubitationem soluit, dicens: Quia radicem, siue arborem bonam, ad quam primùm repromissio seminis facta fuerat, diabolus per barbaricos gẽtium, vel Regum impiorum gladios excidere, atq. extirpare volebat. Idcirco tempus belli tunc fuisse, materialibusve gladiis tunc opus extitisse, vt defensaretur genus Abrahæ, vt protegeretur Radix Dauid, donec nasceretur Beatissima VIRGO lectulus veri Salomonis.

Rup. Ab.

Sanctis Patrib. antiquis cur vsus gladij materialis permissus sit, qui tamen post Xpm natũ iis, qui ad perfectionẽ tẽdũt, non cõceditur.

c Matt. 26. 52.

Vers. IX. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.

Vers. X. Columnas eius fecit argenteas; reclinatorium eius aureum; ascensum purpureum.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

QVò sensum præsentis sñiæ attingere valeamus, id primò nitendũ censeo, vt nonnullarũ vocũ proprius, quoad fieri potest, inuestigetur significatus: valde. n. ambigua sunt ferè omnia, quæ hic recensentur, eoq. magis ambigua, quod vnde eorum intellectus eruendus esset ex vi, & proprietate Originalium vocũ hebraicarum, inde maioribus tenebris offundimur, cum nec ipsi in ter ste con-

LITTERA.

sentiant Hebræi; ne sciant, quid certò definiant; A Idve præcipuè in prima euenit voce אפריון apirion,quæ,cum nusquam alibi in sacris litteris reperiatur,occasionem præbet,vt diuersa à singulis quoad eius significatum,dicantur.Siquidem Rabbi David Kimchi in suo libro Radicum existimat, per eam significari lectum, quo deferuntur sponsæ.Rabbi Salomon super hunc locum, thalamum honorificum exponit.Rabbi Abrahã Aben Ezdra & alii super hunc item locum,ędem magnificam, seu palatium sumptuosum eamdẽ interpretãtur.

S.Hieronymus,secutus Sept.qui dictam dictionem vertere, φορεῖον, *Ferculum* eam reddidit. Qua versione non minus obscurum præsentem constituit locum: ita vt propterea in diuersa trahantur B expositores,cum haudquaquam pro comperto habeatur,quid istiusmodi nomine ferculi hic significetur; sicut nec constat, quid significetur nomine φορεῖον,quo vsi sunt Sept. Hinc est, quòd quidã arbitrati sunt,lectum hic describi à Salomone extructum: Vnde Ambros.lib.3.de Virg.sic legens: *Lectum fecit sibi Rex Salomon;* de lecto quoq; Christi interpretatur ea,quæ hic dicuntur. Quidã non lectum,sed lecticam ferculi appellatione hic significari asserunt.Ita Legionensis,Hieronymum, sensisse,asserit,& innuitur hæc significatio etiam vocis hebraicæ à Sancte Pagnino in suo thesauro.Genebrardus,& Legionensis super hũc locum Thronum Regium intelligunt cum suo tabernaculo.Alii impropriùs respectu eorum,quæ dicuntur,per C ferculum accipiunt lectum discumbentium; seu instrumentum,quo deferuntur dapes; aut etiam ipsasmet dapes.Ita Gregorius Papa,& alii,vt videre est in Appendice.

Ferculum quid sit.

In tanta opinionum varietate valdè sum certè anceps: Vt tamen dicam,quid sentiam; Tria hoc loco per *ferculi* nomen significari posse crediderim.Vel lectum gestatorium; Vel currum triũphalem: Vel tertiò gestamen pompaticum: atq.adeò triplicem afferri posse præsentis sententiæ sensum. Idque mihi persuadeo;tum ex vi significatus nominis Græci φορεῖον,quam vim,quoad potuit, nostrum Interpretem reddere conatũ esse, existimo per hoc nomen ferculi,à ferendo deductũ: φορεῖον, D enim lecticæ genus illud significat,quo antiquitus diuites,& potentes ferri solebãt, in qua puluinar, & lectulus stratus erat. Significat & currum affabre ornatum: in quo sensu & hoc loco à Patribus Græcis accipitur,à Nyss.Theodo.& aliis. Tum ex proprio significatu ipsius nominis ferculi: id siquidem apud Latinos,probatosve auctores significat illud gestaminis genus, quo in triumphis pompa deferri solebat,siue spolia hostium ea essent, quæ deferrentur,siue simulacra Deorum,siue coronæ, siue denique signa aliqua,aut tituli.

I. SENSVS.

Iuxta primum ergo significatum, dicendũ probabilius;illos ipsos,qui in præcedentibus magnificentiam extulerãt eius lectuli Salomonis, quem is in suo haberet palatio,simulque sponsam ad illum inuitarunt: nũc eiusdem magnificentiæ Salo- E monis encomia prosequentes,alterum illius lectulum describere,quem is sibi construxisset magnificentissimè;vt in eo deferretur,cum foras sibi prodeundum foret: vtve per illum intuentium oculos ad sui amorem pelliceret. Pro huius autẽ sensus intelligentia,duarum vocum inuestigãdus est significatus: valde etenim ambiguę sunt in hebręo dictiones,quas noster Interpres vertit *Reclinatorium,& Ascensum*: siquidem רפידה rephida ab hebræis communiter pro strato sumitur, atque pro pauimento: porrò cum nomen istud à verbo רפד raphad deducatur,quod sternere significat,aptissime à Hieron.redditum est, *Reclinatorium*. Sicut à Sept. Ἀνάκλιτον *adclinatorium*: stratus quippe significatur, lectulus,atque puluinar,in quę reclinabatur corpus intra ipsum ferculum, & lecticã gestatoriam. מרכב Merchab autem altera vox proprio significatu designat ephippium, & oẽ illud, quod equis,vel mulis,aut asinis insternitur: quia verò strata illa quatenus superponuntur dictis animalibus,ascendunt quodammodo,& eleuãtur: congruenti sanè metaphora per hanc vocem Sept. ac noster Interpres illud significatum intellexere, quod super descriptum lectum positum est,quove id operitur, vertentes ἐπίβασιν,& ascensus: ex eo, quòd cum celsior sit pars lecticæ, dum illam operit,ascendere quodammodo videatur: quamquã & verus quoque ascensus in dicto operimento esse possit,vt videre est in curribus iis,quos Hungaros appellamus,in quibus operimentum aliquando deorsum trahitur, aliquando verò iterum insternitur quodammodo sursum eleuatum,tuncq; re vera ascendere conspicitur. Vnde & ex Hebręis quidam velum intellexere,seu cortinam volubilẽ aut operimentum,seu aulæum regens trabes.

His explicatis,iam facile est eorum, quæ hic dicuntur,assignare sensum iuxta primam hanc ferculi acceptionem: Aeque est enim ac si iidem qui supra locuti sunt,dicant.

PARAPHRASIS.

Neque verò in palatio dumtaxat lectulum sibi, tibique cum tanta præfortium virorum custodia parauit Rex Salomon,vt in illo quiesceres secum absque vllo pauore,sed ad ostentandam magnificentiam suam, & ad alliciendas filias Ierusalẽ ad sui dilectionem,alterum sibi fecit lectum gestatorium opere sanè magnificẽtissimo, vtpote è lignis Libani odoratissimis,& imputribilibus: ad ornatũ quoque illius argenteas in illo erexit columnulas: puluinar,atque stratum, in quæ ipse reclinaturus esset,aurea fecit intra illum,aureis nimirũ ea operiens aulæis,sicut & operculum,supremamve partem,qua instar tecti,aut cameræ idem operitur ferculum,purpura texit Regia.

Ad hunc sensum præ ceteris comprobandũ adducor duplici capite: Primùm,ob vocem reclinatorii,quæ rem ad lectum pertinẽtem designat: Tũ ob id,quòd,cum domesticus lectulus prius commendatus esset,congruentissimum videtur, vt & aliud eiusdem Salomonis lecti commẽdaretur genus,quo is extra domum & deferretur,& quiesceret simul,& iter faceret, & tamen à sua non moueretur quiete. Lectum porrò istiusmodi gestatoriũ dixerim, quia deferentium manibus gestaretur, aut humeris,quales antiquorum Romanorum legimus extitisse lecticas,quas propterea, quòd vel à sex, vel ab octo gestarentur baiulis, ἑξάφορα,vel ὀκτάφορα Græce appellabant.

II. SENSVS.

Ad secundum autem sensum inclinor, tum ob auctoritatem Patrum Græcorum, qui currum Salomonis hic describi,asseuerant: tum maxime ob id,quod illico subiicitur in versu vndecimo: *Egredimini filiæ Sion,& videte Regem Salomonem in diademate,&c.*

Quibus verbis,(vt in eorum expositione videbimus) in triumpho,seu in gloriæ maxima Rex Salomon eximio decore,& magnificentia populo sese spectandum præbere,præsupponitur, quam gloriam in curru triomphali exhibitam crediderim, cum in illo vectus incederet. Hunc igitur triumphum,hanc gloriam describere incipientes, qui magnificentiam eiusdem Salomonis celebrare cœperunt in vers.7.qualem is sibi construxerit currum,

LITTERA. rum, ob oculos quodammodo ponunt, dicentes: A *ferculum fecit sibi Rex Salomon*, &c. Ac si dicant: Rex Salomon, qui tanta cum magnificentia à tot præfortibus viris lectulum suum circūdari voluit, quo gloriosus appareat in conspectu populi, gloriosissimum sibi construxit currum, in quo veheretur, argenteis eum ornans columnis, reclinatorium illius, partes videlicet illas, in quas sedens reclinaretur, corpus, latera, ac dorsum sellæ, seu etiā ipsam sellam auro contexit: ascensum verò eiusdē currus, supremam nimirum partem è purpura fecit Regia.

III. SENSVS. Quod, si tertium prosequi velimus ferculi significatum, vt propriè apud Latinos per id designatur quodlibet gestamen pompaticum, siue illud, in quo spolia hostium deferūtur; siue illud, in quo ante eum, qui triumphans procedit, titulus quispiam defertur; siue denique illud, in quo simulachrum aliquod deferatur diuinorum numinum: Dicendum, hoc loco sponsam ab illis ipsis, qui eā ad lectulum Salomonis inuitarant, magis ac magis excitari ad eumdem Salomonem ardentius diligendum, vtpote qui propterea & ferculum sibi fecerit, atq. gestamen pompaticum, in quo ante se deferri voluit charitatem; vt filiabus Ierusalē testa ū faceret, charitatem sibi præ oībus aliis rebus esse gloriosissimam; charitatem, quam instar opimorū spoliorum ex æmulis, atque riualib. suis detraxisset; charitatem, quam in primum titulum, atque insigne super ferculum ipsum erexisset; charitatē denique, quam veluti potentissimum sui numinis simulachrū venerarētur, vt latius infra explicabis. Huiuscemodi igitur ferculū describētes, inquiūt: *ferculum sibi fecit Rex Salomon*, &c. ac si dicant.

PARAPHRASIS. Nil est, quod cunctis ad lectulum properare Salomonis: cum is tuum, omniumque filiarū Ierusalem sibi conciliarit amorem; in cuius rei significationem ferculum, ac gestamen pompaticū, quale à triumphantibus Imperatoribus fieri solet, ipse sibi fecit de lignis Libani; columnas, ac fulcra illius fecit argenteas; stratum ac basim, in qua id, quod in pompa deferendum esset, ergeretur, fecit ex auro; aulæum autem desuper ascendens, & latè se expandens fecit è purpura.

Vnum hoc loco ponderandum est verbum, *Reclinatorium* quo noster Interpres admodum significāter stratum, ac basim illam significauit, in qua charitatis simulachrum, vel charitas ipsa collocanda esset; per hoc quippe innuitur, charitatē, in ea constitui haud stantem, sed reclinantem: ad designandum præcipuum eius effectū; quòd languidū illum omnem reddat, qui ipsa fuerit affectus, ita vt reclinatione opus sit, atque fulciri, prout clarè in superioribus testata est sponsa, cum diceret: *a Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore lāgueo*, &c.

a Cat. 2. 5.

Vers. IX. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.

Vers. X. Columnas eius fecit argenteas; reclinatorium eius aureum; ascensum purpureum.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

CVm in præcedentib. significatum esset, Ecclesiā Romanā esse lectulum, in quo Christus verus Salomon requiesceret, atque ad eumdē lectulū Ecclesia Catholica inuitata fuisset, vt in illo vnà cū suo requiesceret sponso, quia dubitare quis potuisset; An aliqn̄ contingeret, ipsam Ecclesiam Romanā esse extra Vrbē; &, An Christus aliquando ēt extra Romam in Ecclesia Romana requiesceret, vt in proprio lectulo. Vt dubiū illud penitus diluatur, nunc subditur, ita Ecclesiā Romanā esse lectulum Salomonis, vt tñ pariter eadē sit ferculum eiusdē Salomonis: Ita lectulum esse tam fortiter intra Vrbem custoditum, vt simul quoque sit ferculum, ac lectus gestatorius, in quo Christus conquiescens deferatur extra Vrbem. Quandocūque etenim Petri sedes extra Vrbem transferri contingat, tunc sedes ipsa, quæ lectulus simpliciter dicta est, ferculum esse comprobatur, cum in illa deferatur quodammodo Christus foras procedens: in Romana tñ Ecclesia distentus conquiescens, & reclinatus. B

DE ECCLESIA.

Romana Ecclesia, quo lectulum, et quō ferculū Christi.

Pro eorum autem, quæ hic dicuntur, intelligentia, ante paraphrasticum ipsorum sensum, Primò explicandum, cur quando agitur de Romana Ecclesia, vt est lectus gestatorius, tam exactè singula quæ ad illius opificium spectant, describantur: qn̄ verò de eadem actum est, vt est simplex lectulus, nihil de illa sit dictum; nisi quod ad illius fortitudinem, ac robur pertineret, quod sexaginta fortissimis circundata sit viris.

Secundò, quare non sit dicta ferculum Salomonis, sicut lectulus Salomonis; Sed, ferculū, q̄ fecit sibi Rex Salomō. Tertiò, cur de lignis cōstructa dicatur, quæ alibi de lapidib. ædificata proponitur. Quartò, ad quid deseruiāt colūnæ argēteæ in Romana Ecclesia, quæve eæ sint. Quītò, qua rōne Xps i dicta Ecclesia recliner, quidve sit illius reclinatoriū aureū: Ac demum, quo ascēsu eadē operiatur. C

Et quidē quoad primum: Dicendum, Spiritus sancti intentum id esse, vt tam per ea, quæ dicta sunt in vers. 7. & 8. quàm per ea, quæ hic habētur in vers. 9. & 10. Romanæ Ecclesiæ exprimat excellētias: & quia per id, quod Christus Dominus per effusam liberalitatem gratiarū in ea semetipsum extenderet, efficaciùs excellentiæ illæ explicarentur, idcirco in vnica semper lecti metaphora persistere, quamquam diuersitas aliqua in duplicis lecti metaphora reperiatur.

Porrò, quia in præcedentib. eatenus cōmendata ea est, quatenus intra fortissimā Vrbē constituta esset, ideo ex robore duntaxat, & fortitudine sua celebrata ibi fuit, vt ad illam veluti ad tutissimum quietis confugium vniuersitas alliceretur fidelium. Quia verò potuisset fortasse quispiā eamdem Ecclesiam existimare vile aliquid, dum consideratur extra Vrbem, vt Christi ferculum, propterea exactius illius magnificentia descripta est, atque ob oculos posita in singulis eius partibus. D

Non est autem dictum simpliciter: *Ferculum Salomonis*; sed, *Ferculum quod sibi fecit Rex Salomon*: vt per hanc circumlocutionem expressius dicta eius magnificentia innotesceret, per hanc quippe locutionis formam significatur, Romanā Ecclesiā nedum esse lectulum, in quo Christus requiescit; sed insuper esse tā eximiū illius apparatū, vt à nullo alio fieri potuerit, præterquā à potētissimo Rege, qui per immensam pacē magnificentissimus esset, & magnificentiā suā in istiusmodi, quod sibi extruxisset, ferculo præseferret. Peculiariter sibi ipsi hoc fecisse dicitur, tū quia, etsi & ceteras sedes sibi fecerit, hanc tñ vt reliquarum oīum caput potissimum sibi parauit, in qua in Pontifice Maximo requiesceret, tū quia hanc vnam duntaxat ita sibi construxit, vt nunq̄ alius in illam deferri queat præterquam ipse in suo Vicario. Enimuero, cū in reliquis sedib. contigerit aliqn̄, vel etiam contingere potuerit, vt hæreticus quispiam sederet, Arianus, E

Romana Ecclesia adeo excellēs, vt à Christo solo fieri potuerit.

Romanā ecclesiā peculiariter sibi ipsi fecisse, cur dicatur Xpus.

DE ECCLESIA. nus, Sabellianus, Ma e 'onianus, &c. qui vices gereret Arij, Sabellij, & Macedonij; ita vt in illis sederet, & deferretur Arius, Sabellius, &c. In Ecclesia Romana, atque in Petri sede nec sedit vnquã aliquis, nec sedere potest hæreticus, qui alterius, quàm Christi extet Vicarius: tum denique quia i hac solummodo Petri sede deferri voluit vbique, quandocunque sibi libuerit, extra vrbem egredi: cum in aliarum Diœcesium sedibus, intra ipsas tãtum Diœceses in singulis sedeat Episcopis.

Romana Ecclesiæ robur maximũ. De lignis Libani dicitur factum huiusmodi *ferculum*: vt eiusdem Ecclesiæ Romanæ robur designetur, & firmitas: sicut enim quando sub metaphora Ciuitatis à Christo Domino ædificatæ proponitur in Euangelio, ad ipsius firmissimam soliditatem designandam, dicta *a* est fundata super firmam petram: Ita & modo, vt omnia ferculi, ac lecti gestatorij metaphoræ congruant, dicitur facta de lignis, & de lignis iis, quæ inter omnia ligna sunt maxime fortia, de cedris videlicet Libani. *a Matt. 16. 18.* Quamquã per hanc ipsam istiusmodi lignorũ materiem & duo alia insuper significentur: siquidẽ, cum cedri Libani non modo fortissimæ sint ad sustentanda onera; ita vt propterea superius dictum sit; *b* *Tigna domorum nostrarum cedrina*: Sed insuper & nullam in se admittant tinearum, vel cariei corruptionem, & suauissimum de se latius emittãt odorem: dum Ecclesia dicitur esse ferculum factũ de his lignis Libani, innuitur primò id, quod in ipsa Ecclesia Romana est præstantissimum, ac singulare quodammodo; quòd scilicet illa nullã in se admittat corruptionem, nullam cariem; nã, quẽadmodum supra dictum est, fieri non potest, vt hæreticus quis in Romana sedeat Ecclesia: ita nec fieri potest, vt ob intrinsecus natam, atque latentem hæresis, aut infidelitatis cariem ea corrumpatur, atque deficiat, dicente Domino ad Petrum: *c* *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua.* Innuitur quoque, ipsam Romanam Ecclesiam suauissimum per vniuersum terrarum orbem & scientiæ, & probitatis odorem ex se diffundere per dogmatum definitiones, ac per morum reformationem.

b Cãt. 1.17

In Romana Ecclesia nõ põt esse carias corruptionis.

c Luc. 22. 32.

Romana Ecclesia odor qualis.

In Petri Cathedra, vt in proprio reclinatorio reclinatur Christus. *Reclinatorium* istius ferculi, & Ecclesiæ Romanæ haud aliud sanè esse, crediderim, quàm ipsam Petri sedem, in qua in Ecclesia Romana Petri sedent successores: in qua & Christus Rex Salomon non sedet duntaxat vna cum suo Vicario; sed & se se reclinat: tum quia & corpus in illa extendit humanitatis suæ vniuersa in eũ proiiciens, & effundẽs ipsius humanitatis merita: & caput pariter diuinitatis suæ per effusissimam diuinarum gratiarum, ac singularium priuilegiorum largitionẽ in eadem reclinat: Tum quia mysticum corpus suũ, vniuersam fidelium collectionem in illam ipsam incumbere facit, in qua & eius quoque caput mysticum reclinat Pontifex Maximus. *Reclinatorium* porrò istud *aureum* esse dicitur, istave sedes auro contexta, seu ex auro fabrefacta; vt ex præstantia materiæ eius innotescat excellẽtia, qua ita vniuersis supereminet aliarum Ecclesiarum sedibus, sicut aurum reliquis omnibus præeminet metallis.

Romana Ecclesia prima tus auro designatur.

In Romana ecclesia maiestas Regia. Ad quod item designandum, rectè subiicitur, sedem ipsam, ac ferculum totum habere ascẽsum, & *ascensum purpureum*: Ascensus quippe, si hoc nomine intelligamus id aulæum ascendẽs, quod baldacchinum nuncupare solemus, maiestatem præsignat ipsius sedis, & purpureus quoque color Regiæ dignitatis est hieroglyphicum. Quòd si ascensus nomine operculum sumamus eiusdem ferculi (vt in prima expositione declaratum est) supremam, inquam, illam partem, quæ ascendit, & ele-

A uatur sup er ferculum, illudve operit, ac tuetur ab æstibus, vel ab imbribus; nihil aliud certè est iste purpureus ascensus, quam Regia maiestas illa, q̃ desuper throno huic præstitam nouimus, qua ipsa Ecclesia Romana extrinsecus etiam apud exteras gentes veneranda redditur, & admirabilis: quave operitur, atque defenditur ab æstibus perturbationum, & à persecutionum imbribus.

Cardinales quo fulciãt ecclesiã Romanam. Hanc autem externam maiestatem *columnæ* sustentant *argenteæ*; Neque enim fulciunt reclinatorium, & sedem Apostolicam, quę super fortissimis lignis Libani constructa à Domino est: quinimò illæ super ipsa sede aurea nituntur: tametsi nõ modicum opis, & ornamenti eidem afferant sedi. Columnæ istæ sunt Collegium Cardinalium Sanctæ B Romanæ Ecclesiæ, tot certè columnæ, quot Cardinales: consentitque cum nomine columnarum & nomen Cardinalium in vna eademve re significãda, licet sub diuersa metaphora: quod enim sub metaphora columnarum signatur, illos Regiã Romanæ Ecclesiæ maiestatem sustentare, idipsum significatur sub metaphora cardinum, qui extrinsecam sustentant portam eiusdem Ecclesiæ.

Atqui quemadmodum cardines non sustentãt Ecclesiam, sed portam Ecclesiæ, ita & columnę nõ sustentant ferculum, sed ascensum purpureũ, per illos quippe fit, vt externa Romanæ sedis maiestas seruetur, aut contineatur, sed licet per vtramque metaphoram idipsum designetur, expressius nihilominus id per columnarum appellationem signi C ficatur.

Valde verò notandum, quod in textu dicitur: *Columnas eius fecit argenteas, & ascensum purpureũ*: Enimuerò, etsi Regia Romanæ Ecclesiæ maiestas per purpuram designetur, atque adeo etiã extrinseco habitu Cardinales induantur colore purpureo, non tamen maiestatem ipsam fulcire possunt, nisi sint argentum purum: Tunc nempe venerabilis maxime est sedes Romana, tuncve vniuersis cõspicua maxime redditur illius maiestas, cum purissimi instar argenti, candore vitæ niteant, qui circa illam adstant Cardinales: quin & tunc Cardinales ipsi opem, & ornamentum re vera eidem afferunt D Apostolicæ Sedi, cum in consiliis, quæ summo Põtifici exhibent, diuini duntaxat verbi, quod per Prophetam dicitur: *Argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum*; resonãt sonũ.

His fusius explicatis per singulas partes, iã facile est percipere totius huius sententiæ sensum: Ac que est enim, ac si dicatur.

PARAPHRASIS. Paratus quidem tibi est sponsa pulcherrima Ecclesia vniuersalis, lectulus veri Salomonis, sedes Apostolica intra palatium augustissimum vrbis Romæ, in quo tutissime cum tuo conquiescas dilecto: At ne existimes, sedem istam ita arctatam, vt extra Vrbem haudquaquam lectus sit Christi, ipse Rex pacificus, & lectulum suum eam esse voluit intra Vrbem, & peculiariter id illi præstitit, vt & E extra Vrbem lectus pariter esset, in quo ipse deferretur in suo Vicario Pont. Max. atque adeo ferculum eam fecit sibi ipsi, non permissurus, alium quẽpiam in illo deferri. Ne verò vile aliquid hoc censeas esse ferculum, scito, id ab vno illo esse factũ, qui est Rex Regum, pacificus, ac magnificentissimus, atque adeo magnificentissimo quoque apparatu constructũ de lignis Libani imputribilib. odoratissimis, atq. fortissimis volens Romanã Ecclesiã, quocunq. ea tetenderit, solidissimam esse, ab omni infidelitatis putredine alienam, & scientiæ, ac sanctitatis odore fragrantissimam. Sedem ipsam, in qua is non modo sedet, sed & reclinat tum corpore

DE ECCLESIA.

re humanitatis, tum capite diuinitatis suæ: in qua A & suum pariter mysticum reclinare facit corpus, & caput, auream fecit, principatum illi exhibēs super omnes alias sedes: ascensum in eo erexit purpureum, Regiam eidem sedi conferens maiestatem, qua & à perturbationibus defenderetur, & operiretur à persecutionibus.

Porrò & columnas prædicti ferculi fecit argenteas, Cardinales nimirum, quibus purpureus fulciretur ascensus, & Regia eiusdem sedis sustentaretur Maiestas: idque non tam per purpuram, qua induuntur, quàm per innocentis vitæ candorem, argentum se exhibentes in pura conuersatione, purissimique argenti sonum in suis edentes consiliis. B

II. SENSVS. Iuxta secundum ferculi significatum, quo ferculum sumpsimus pro curru triumphali in prima expositione sensu secundo: Placet mihi summopere illorum interpretatio, qui ad Apostolum Paulum hæc referunt, quamquam in singularum partium explicatione haudquaquam cum illis consentiam. Ita tamen ad Paulum hæc arbitror referēda vt in Pauli commendatione simul quoque existimem, indicari, quales esse debeant Ecclesiæ Doctores, ac concionatores.

Quod autem mihi persuadet, de Paulo hæc sumenda, id primò est, quia, cum in his, quæ immediate præcesserunt, per commendationem Ecclesiæ Romanæ dignissimo encomio commendatus sit pariter & Petrus, cuius ea est sedes; congruum sanè videtur, vt in istis, quæ subsequuntur, Paulus ipse laudibus celebretur, quippe quem numquam à Petro separat Ecclesia. Connectitur verò cum superioribus in hunc modum id, quod hic dicitur: Vt, cum in præcedentibus ad Ecclesiam Romanā inuitata fuisset vniuersalis fidelium collectio, & Ecclesia Catholica, vtpote ad magnificentissimum veri Salomonis lectulum: Nunc ad amplificandā eiusdem Salomonis, & Christi Domini gloriam, & magnificentiam, magnificentissimus illius describatur triumphus, quo triumphauit in Paulo, triumphatque quotidie in sanctis concionatoribus. C

Paulus Apostolus currus triumphalis, & ferculum Christi.

a Act. 9.13

Porrò, quòd Paulus ferculū extiterit, in quo deferretur Christus, ipsemet, qui in illo deferri voluit, testatus est Dominus, cum ad Ananiam dixit: a *Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum corā gentibus, & Regibus, & filiis Israel*, idest, ego elegi illum, eligensque feci vas, atque ferculum mihi, vt deferar in illo veluti in proprio curru. Nota est siquidem frequentissima in sacris paginis phrasis hebraica, qua sub nomine vasis significatur quodlibet instrumentum, & quodlibet opus, cuius est vsus: Vnde in libro Ecclesiastici & Solem, qui fulget in cælis, motuque suo vniuersum illustrat orbem, b *Vas admirabile, opus excelsi* nuncupatū legimus; & per Prophetam quemdam, c vasa trāsmigrationis ea omnia, nouimus, appellata, quę trāsmigrantibus deseruiunt, siue sint ea, in quibus necessariæ comportantur suppellectiles, siue ea, quæ ad deferendos debiles, paruulos, seniores, & mulieres inseruiunt, vt currus, & quicquid aliud tale est. D

b Eccl. 42. 2.

c Ier. 46.18

Sic igitur hoc ipso vasis vocabulo currum dictum intelligere debemus Paulū. Neque verò currum quemlibet simplicem eum existimemus, sed ferculum, & currum triumphalem; quandoquidē triumphantem in se deferret Christum, triūphum que præseferret Regis Salomonis, prout ipse fatetur in Epistola ad Corinthios, dicens: d *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos*, idest triūpha- E

d 2. Cor. 2 14.

lesnos exhibet, *In Christo Iesu*, quem videlicet triūphantem deferimus: *Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco; quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salui fiunt, & in iis, qui pereunt*. O quàm præclare hæc concinunt cum iis, quæ hoc loco dicuntur. neque enim dictum est simpliciter; *Ferculum fecit sibi Rex Salomon*, sed additum est; *De lignis Libani*; odoratis nimirum.

Verùm, si Paulus dicitur factus currus triūphalis de lignis Libani, ergo is, antequam fieret huiuscemodi currus, habebat in se Ligna Libani, & odorem eorum lignorum de se emittebat. Quid igitur eximii de illo prædicatur, cum dicitur *factus à Rege Salomone de lignis Libani*?

Pauli conuersionis prerogatiuæ tres.

Si singula perpendamus verba, tres præstantissimas colligere fas erit prærogatiuas conuersionis Pauli: quarum priorem innuit verbum, *fecit*, secundam dictio, *sibi*: tertiam, *de lignis Libani*. Pro quarū intellectione supponendum, nomine lignorum Libani, hic designari cedros, quæ in monte Libani i altitudinem maximam excrescebant; quamuis autem arbores eæ & aptissimæ essent ad opus quodlibet, & ingentem in se continerent odorem; tamē dum in dicto monte perseuerarent in sua altitudine, nec vlli operi inseruiebant, nec aliquam de se emittebant fragrantiam; at vt cuipiam inseruirēt operi, vtve odorem de se emitterent, necesse erat, vt, quæ altissimæ essent, succiderentur, & in terrā prosternerentur; tum in partes concisæ suum manifestabant odorē, & perficiebāt quodlibet opus.

Porrò per cedros Libani, quatenus in altum tēderent, superbos in sacra Scriptura designari, manifestum est: nam & de superbis dicitur: e *Superbia eorum ascendit semper*: & de iisdem sub metaphora cedrorum dictum nonimus: f *Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani*. Paulum autem Apostolum, instar altissimæ cedri per superbiam in altum ascendisse ante conuersionem, ex verbis Actuum Apostolorum colliget vnusquisque, vbi dicitur: g *Saulus autem adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini accessit ad Principem Sacerdotum, & petiit ab eo Epistolas in Damascum ad Synagogas, vt, si quos inuenisset huius via viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem*: Cedrus erat ob superbiam: cedrus ob aptitudinem ad constructionem ferculi Salomonis cedrus ob odorem Christi, quem ex tunc latenter in se inclusum habebat, cum iam prædestinatus esset ad deferendum Christi nomen in Gentib. Verumtamen, vt odor per eum manifestaretur, vtve ferculum fieret, operæpretium fuit, vt, qui erat altissima cedrus per superbiam, succideretur, ac in terram prosterneretur, tum in vsum deduceretur.

e Psal. 73. 23

f Psal. 28. 5.

g Act. 9. 1.

Hæc verò à nullo alio fieri potuerunt, præterquam ab eo, qui potentissimus esset, & sapientissimus Rex Salomon verus, Christus Iesus, fecitve is ea omnia, prout clare legimus in præcitato loco Actuum. Voce siquidem sua confregit illum; vnde dicitur: *Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi*: h *Saule, Saule quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare*: dura certè es cedrus: at nequaquam mihi obsistere poteris, qui optime noui cædere ligna Libani. Deiectum in terram, & concisum, atque humiliatum, in ferculi opus illū deductum ab eodem Salomone, quę subsequuntur, indicant verba: i *Vade, quoniam vas electionis est mihi, vt portet nomen meum*, & cetera. Statimque Christi odorem manifestare cępisse per id indicatur, quod subditur: *Et continuo ingressus Synagogas, prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei*.

h Act. 9. 4.

i Act. 9. 15

Quòd

DE ECCLESIA

Quòd ſi & ex ipſomet Paulo ſingula hæc diſcere quis velit, legat, quæ ab eo dicuntur in Epiſtola ad Galatas: propriam quippe ſuperbiam deſcribens, ait, *a Audiſtis conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo: quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum*: aptiſſimum ex tūc ſe extitiſſe ad Chriſti odorem intra ſe quodammodo continuiſſe per prædeſtinationem, fatetur, cum ſubijcit, ſegregatum ſe ab vtero matris ſuæ: dediſſe vero eundem odorem, poſtquam Dei voce confractus, & in ferculi vſum deductus eſt, teſtatur dicens: *Cum autē placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuo non acquieui carni, & ſanguini*, & cet. *Sed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum*. Quàm eximiæ vero iſtæ duæ extiterint prærogatiuæ conuerſionis eius, vt & à Chriſto vero Salomone factus ſit ferculum, & factus ſit de lignis Libani, idē ipſe in Epiſtola ad Timotheum oſtendit, dicens: *b Gratias ago ei, qui me confortauit in Chriſto Ieſu Domino noſtro, qui quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio, qui prius blaſphemus fui* (en cedri altitudinem) *& perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide, & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu*: Et amplificans has ipſas prærogatiuas, ſubſequitur: *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum: ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi ad vitam æternā.* Quid eſt autem iſtiuſmodi informatio, niſi odor ipſius Chriſti, quem ille, factus ferculum de lignis Libani, de ſe emittebat?

a Galat. 1. 13.

b 1. Tim. 1. 12.

Pauli quo peculiariter ſibi ferculum fuit eius Chriſtus.

Sed & tertia quoque prærogatiua eiuſdem conuerſionis Pauli maximi eſt momenti; quam prærogatiuam indicari diximus per pronomen, *ſibi*; Cum enim dici potuiſſet: *Ferculum ſuum fecit Rex Salomon de lignis Libani*: haud ita dictum reperimus; Sed, *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon*, & cetera. quo loquendi modo ſignificari mihi videtur, Chriſtum Dominum ita Paulum in eius conuerſione elegiſſe, & aſſumpſiſſe ad ſui miniſterium; vt eum penitus ſibi adiudicarit; eum quaſi propriū currum triumphalem non modo aſcendere, ſed & dirigere voluerit ad Euangelii prædicationem, & ad perſecutiones, & tribulationes perferēdas pro nomine ſuo. Quæ omnia in citata hiſtoria conuerſionis eius indicata habemus, in modicis iis Domini verbis: *c Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pati pro nomine meo.*

c Act. 9. 16.

At, ò exuberantiam diuinæ gratiæ in conſtituēdo Paulum Euangelii Prædicatorem, & Apoſtolum Gentium: non modò ferculum eum ſibi fecit de lignis Libani in eius conuerſione, (vt declaratum eſt.) Sed & inſuper ea omnia in illo perfecit, quę ad magnificentiſſimum ferculum ſpectarent, quæve præſtantiſſimo Gentium Doctori congruerent. *Reclinatorium eius fecit aureum, aſcenſum purpureum, & columnas argenteas.* Reclinatorium planè, ac ſedem, & thronum, in quo reclinaturus, necnon ſeſſurus erat Rex noſter Salomon triumphās in huiuſmodi ferculo, haud aliud dixerim, quàm ipſius Pauli animum, quem congruentiſſime aureum dictum intelligemus ob id, quod fuit Sapiē-

Pauli animus reclinatorium Xſti triumphantis, aureus ob eximiā ſapientiam.

A tia plenus, ac quodammodo coopertus: auro quippe ſapientiam deſignari, vulgatiſſimum eſt apud Patres oēs, & colligitur ex innumeris Sacræ ſcripturæ ſententiis, ac præſertim ex illa libri Prouerbiorum: *d Melior eſt ſapientia cunctis opibus pretioſis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.* Qđ ſi cuiuſlibet iuſti anima ſedes eſt ſapientiæ iuxta illud Prouerbiorum, *e* quod ſecundum verſionem Septuaginta habet: Ἀ' *νὴρ συνετὸς θρόνος αἰσθήσεως. Vir prudens thronus eſt ſenſus, ac ſapientiæ*: quis dubitet, rectè Pauli animum appellatum reclinatorium aureum: quem nouimus in ſapientia apprime eruditum ab ineunte ætate? ipſemet id proteſtatur in Actibus Apoſtolorum vbi ait: *f Ego* B *ſum vir Iudæus natus Tharſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta Ciuitate ſecus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator legis*, &c.

DE ECCLESIA

d Pro. 8. 11

e Prou. 18. 23.

Pauli ſapiētia qualis.

f Act. 22. 3

Maximam tamē habet vim, quòd Pauli animus eruditus in ſapientia, non dicitur ſimpliciter extitiſſe reclinatorium aureum, ſed a Salomone fuiſſe factus reclinatorium aureū: ad ſingulas enim partes referendum eſt verbum *fecit*; per hoc ſiquidem innuitur, Pauli animum, in quo Chriſtus ſeſſurus, ac reclinaturus erat præter ſapientiam illā, qua à puero eruditus eſt ab hominibus, alia inſuper multò præſtantiori ab ipſomet vero Salomone imbutum, ac coopertum fuiſſe ſapientia è cœlis infuſa; ſapientia Spiritus, de qua ipſemet in E- C piſtola ad Corinthios, ait: *g loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo Principum huius ſæculi cognouit, ſicut ſcriptum eſt quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe; Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, ſpiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei*: & paucis interiectis: *Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.* Hiſce verò aureis diuinæ ſapientiæ aulæis, eo ipſo tem- D pore coopertus eſt Pauli animus, quo is in terram proſtratus à Domino Ieſu, & in ferculum aptatus, *h* vſque ad tertium cœlum raptus eſt; ibi namque audiſſe ſe inquit verba, quæ non licet homini loqui.

g 1. Cor. 2. 7.

h 2. Cor. 12. 4.

Super hunc Pauli animum diuina refertum ſapientia: ſuper illud reclinatorium aureum, ac ſuper totum ferculum, *aſcenſus purpureus* eleuatus dicitur: nomine autem *aſcenſus*, ſupremam currus triumphalis partem ſignificari, oſtenſum eſt, qua & glorioſior currus redditur, & intima eiuſdem currus ſedes; & reclinatorium operiuntur à puluere, à Solis æſtu, atque ab imbribus: vnde congruentiſſima me- E taphora aſcenſus vocabulo ipſam Pauli gloriationem, & gloriam deſignari crediderim.

Pauli gloriatio in Xſti Cruce.

Atqui bene iſtiuſmodi *aſcenſus purpureus* aſſeritur; quandoquidem ipſemet ait: *i Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Quamuis enim eius animus præſtantiſſima (vt dictum eſt) de ſupernis imbutus eſſet Sapientia; ipſe nihilominus aureum reclinatorium iſtud purpureo coopertum ſeruauit aſcenſu; vnde & dixit glorianter: *K Non iudicaui, me ſcire aliquid, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum*: aſcenſu, inquam, purpureo: nam purpura frequentiſ-

i Galat. 6. 14.

k 1. Cor. 2. 2.

Ii wum

DE ECCLESIA.

simum in sacris literis Dominicę passionis est hieroglyphicum ob pretiosissimi sanguinis copiã ingẽtem, quæ in illa effusa est, quo & Crux, & quotquot eidem passioni inseruierunt instrumenta delibuta, & colorata sunt.

Hoc ascensu purpureo, hac gloria Crucis Christi à puluere custoditus est inanis gloriæ: hoc & ab æstu protectus est cõcupiscentiæ, castigans corpus suum, & conformans se similitudini mortis Christi; ne forte cum aliis Iesum Christum crucifixum prædicaret, ipse reprobus efficeretur: hoc denique, & imbres à se arcuit tentationum, & quaslibet tulit persecutiones, angustias, & tribulationes.

Paulus duabus crucibus tanquã duabus colũnis fulciuit suã gloriationẽ in passione Christi.

Hunc ascensum duæ fulcire dicuntur columnę, B id enim verba illa significant, *Columnas eius fecit argenteas*. Porrò idem ne Paulus statim ac ipsum descripsit ascensum, & hasce describit columnas, à quibus ascensus ille fulcitur: nam postquam dixit: a *Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi*, subiicit illicò: *Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*: vbi duas indicat cruces, fulcientes gloriationem suam in cruce Christi: alteram, in qua sibi mũdus crucifixus est: alteram verò, in qua ipse est mũdo crucifixus, quæ duæ Cruces sunt duæ columnæ Pauli, vt est ferculum, & currus triumphalis Christi: columnæ, propterea quod instar columnarum fulciunt (vt dictum est) ipsam eius gloriationem, neque enim C huiusmodi eius gloriatio perdurare firma potuisset, nisi hisce duabus crucibus fuisset sustentata; nisi Paulus ex vna parte tenuisset mũdum sibi crucifixum, & ex altera, se crucifixum mundo in cruce, qua crucifixum tenuit mundum, crucifixam simul tenuit & vniuersam mundi gloriam; sicut & in altera cruce gloriam propriam suipsius confixam tenuit. Benè quoque hæ duæ cruces *columnæ argenteæ* dictæ sunt ob insignem, quàm conferunt puritatem. Istæ demum columnæ super reclinatorium aureum, super animum Pauli cælesti sapientia refertum fundatæ sunt: nam exinde factum est vt ille mundum sibi crucifixerit, & se mũdo; quia per sapientiam desuper infusam id didicit.

a Galat. 6. 14.

Notandum verò quàm maxime est verbum illud, *fecit*, quod in singulis huius sententiæ partib. D replicandum dixi: per id nempe significatur, prædicta omnia in Paulo, non tã ab ipso, quàm à Christo facta esse, & ortum habere: quod in præcitatis verbis & Paulus ipse indicauit: cum enim diceret: *Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*: hæc sibi voluisse videtur: Rex noster Iesus Christus præstantissimam in cruce moriens nobis cõparauit gloriam: quapropter absit mihi, vt glorier, nisi in illius passione, per quem factum est insuper, vt & mundus mihi crucifixus sit, & ego mũdo, vt è duabus hisce crucibus, tanquam duabus columnis argenteis ipsamet, quam nobis præstitit, E fulciretur gloriatio in cruce illius. Ex quibus apparet, Paulum more suo diuinæ gratiæ id totũ adscribere, quod & ipse vna cum gratia operabatur. Cui etiam gratiæ in præsenti sententia acceptæ referuntur eæ omnes, quæ enumeratæ sunt, prærogatiuæ eiusdem Pauli: dum à Rege Salomone Christo scilicet Iesu factum dicitur ferculum, reclinatorium eius factum aureum, atque ascensum eiusdem factum purpureum.

In Paulo ẽ quæ inde operata sit gratia Dei.

Sed quod præ omnibus in ferculi descriptione ipsam diuinam extollit gratiã in Paulo, id esse crediderim, quod in huiusmodi descriptione, qua tã exactè ob oculos ponitur, quàm magnifico apparatu Paulus factus sit currus triũphalis Christi, nulla fit mentio eorum, quibus currus ipse trahatur, ac moueatur, & currat, rotarum, & equorũ, aut alterius generis animantium. In triumphorum certè descriptione haud historicos Gentium obseruamus, id in primis exprimi solitum, quibus animalibus triumphali in curru veheretur quisq;, equisne an leonibus, aut elephãtibus, vel aliis istiusmodi. Extollitur autem per hoc diuina gratia mirum in modum in Paulo; quoniam innuitur, omnem Pauli motum, quo terrarum orbem percucurrit, portans Christum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israel, factum impellente diuina gratia. Est in more apud magnates, & summos Reges terræ; vt vel in ludis, vel etiam in triumphis, ad magnificentiam ostendendam, machinas plerũque in circum, aut in forum producant, naues, turres, vel ẽt currus, eo artificio elaboratos, vt currant per vias nullo apparente, qui eas impellat, aut trahat: huiusmodi machinam hoc loco à Spiritu sancto descriptam dicere possumus non incongrue: instar huiuscemodi currus à vero Rege Salomone in medium propositum Paulum, in quo triumphans circuiuit vniuersum orbem.

Simile.

Porrò sicut in prædictis terrenorum Principũ machinis intrinsecus homines absconsi latent, aut animalia, à quibus trahantur, & impellantur: vel artificiosum celatur opificium rotarum, atque libraminum, per quæ vniuersus earum motus perficitur. Ita in Paulo artificiosissimo, ac magnificentissimo summi Regis curru triumphali, cum nihil descriptum reperiamus, à quo moueretur, diuinum aliquid intrinsecus excogitare debemus: id verò ipsa est gratia Spiritus sancti, ipse est Spiritus.

Hoc siquidem Spiritu in altera eiusdẽ generis machina, quæ describitur b in principio Prophetiæ Ezechielis motum, ac cursum omnem factum legimus. Nam, etsi in machina illa, quam c currum Cherubim appellat Author libri Ecclesiastici, quatuor descripta sint animalia, quatuor & rotæ: Tam animalia tamen illa, quam rotæ haud à se ipsis moueri vllatenus poterant; sed à Spiritu impellente, atque intra ipsa latente mouebantur. Sic quippe primò de animalibus dicitur: *Vnũquodque earũ corã facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur, cum ambularent*: quia videlicet à spiritu ad regressum minimè impellebantur: nam qñ ab illo impellebãtur: ẽt ad regressum, nõ solũ ambulabãt, sed & reuertebantur: vnde paulo inferius subiicitur: *Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis*. De rotis pariter dicitur. *Quocunque ibat spiritus, illuc, eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur sequentes eum: Spiritus enim vitæ erat in rotis*, idest, spiritus intra rotas latebat, æque ac spiritus vitæ latens est intra hominem.

b Ezech. 1. 5.
c Eccl. 49. 10.

Euangelii cursus factus per impulsum Spiritus sancti.

His quoad singulas partes explicatis, iam breuiter totius sententiæ sensus enarrandus est per Paraphrasim; atque is huiuscemodi esse videtur.

Salomò iste, & Christus Dñs, qui tã magnificũ in primaria mundi vrbe cõstrauit lectulũ Ecclesiã Romanã; magnificẽtissimũ ẽt se exhibuit triũpho qñ triumphans terrarũ orbẽ peragrauit. Enimuerò Paulũ præ superbia cedrorũ Libani altitudinẽ referentẽ; bonum tamen ipsius odorem latenter quodammodo in se habentem per prædestinationem, qua ab vtero matris eius segregatus est, vt prædicaret Euangelium, tanquam altissimam cedrum in die conuersionis eius prostrauit in terram, aptauitque illum in ferculum: fecit illũ currum

PARAPHRASIS.

DE ECCLESIA.

rum triumphalem, in quo ipſemet deferretur, triũphans; ſic autem eum ſibi talem exhibuit currum vt ab illo portari fecerit nomen ſuum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Iſrael, odoremve ſuum per illum palam manifeſtarit; Quin & ab ipſo factum eſt, vt pro ſubeundo hoc munere, nullam is ſuiipſius haberet rationem in quibuſlibet periculis, anguſtiis, & perſecutionibus. Curru verò huiuſcemodi illo reddito, ipſius animum, in quo triũphans non ſeſſurus modò, ſed & reclinaturus erat per abundantem gratiarum effuſionem in illo ſe extendens quodammodo, aureis, ac pretioſiſſimis cooperuit diuinæ ſapientiæ aulæis: aſcenſumque illius, ſupremam partem, & glorioſiſſimum talis currus operimentum fecit purpureum; efficiens, B vt vniuerſa eius gloriatio in vna dũtaxat ſita eſſet paſſione ipſius; quàm eius gloriationem & duab. columnis fulciuit, quas fecit argenteas, fundatas in ſapientiſſimo eius animo, & reclinatorio aureo dans illi, vt glorians in Cruce Domini ſui, duabus crucibus dictam ſuſtentaret gloriationem; vna, in qua mundum ſibi crucifixum: altera, in qua ſeipſum mundo item crucifixum teneret, argẽteis certè ambabus ob argenti, quem & ipſi, & mundo pſtarent, candorem ac puritatem. Opificium autem præſtantius, quod in hoc fecit curru, id eſt, quia abſque vlla viſibilium equorum, aut rotarum ope velociſſimo curſu in illo deferri ipſemet voluit, impellente nimirum illum Spiritu ſancto.

Prædicatorũ munus propriũ eſt, vt Xſm deferant.

C Reliquum eſſet, vt ſingula aptarem concionatoribus; cum dictum ſit, per ea, quæ hic dicuntur, non ſolum Paulum commendari, ſed & inſuper oſtendi, quales eſſe debeant Prædicatores Sanctæ Eccleſiæ: Sed quia facile id ab vnoquoque fieri poteſt: illud ſolummodo hic animaduertendum cenſui, in hac ſententia indicari, id vnum duntaxat eſſe concionatorum munus, vt Chriſto deſeruiant, illumque deferant Regem pacificum, pacem afferentes, Euangelium pacis prædicãtes: ad hoc enim à Salomone electi ſunt, qui illos fecit ſibi ferculũ de lignis Libani; nam quãuis alioquin præditi eſſent ſcientia; niſi tamen ab ipſo Salomone electi fuiſſent, atque aptati, haud eſſent idonei, qui eius Euangelium prędicarent: quandoquidem ſcientia D inflat, ac præ ſuperbia cedrorũ altitudinem ęmulatur, eleuãs animas inſtar cedrorum; quæ ſunt in Libano; Chriſtus verò Dominus ad humilitatem illos reducens, effecit, vt, qui prius extitiſſent inflati per ſcientiam, ferculum ipſius eſſent, & currus triumphalis, glorificantes, & portantes Deum in corpore ſuo, odorem notitiæ eius manifeſtantes. Porrò, etſi odorem huiuſcemodi exinde commodius emittere ſoleant, quod ſcientia eruditi, quaſi de lignis Libani in ferculum Domini conſtructi ſunt, perque ipſam ſcientiæ eruditionem illius Euangelium prædicant; efficacius nihilominus redolent dictum Chriſti odorem, prædicationemque ipſam exercent per opera, quàm per voces; per bonæ vitæ exempla, quam per verba. Hocque & ipſamet ligna Libani deſignant imputribilia, & odorata, de quibus ferculum Chriſti dicuntur effectũ: hoc & reclinatorium eorum aureum; E cum conſtet ex ſententia Sapientis, in maleuolam animam non introituram ſapientiam, nec habitaturam in corpore ſubdito peccatis: hoc aſcenſus eorumdem purpureus, & gloriatio illorũ in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: hoc deniq; & colũnæ illæ argenteæ teſtantur, quibus prædictam gloriationem ſuam ſuffulciunt, duę illæ cruces, quib. Paulus aſſerebat, & mundum ſibi crucifixum eſſe, & ſe mundo, quæ bene argenteæ dicuntur; non tã

Prædicatoris benignitas.

Michaelis Ghiſlerii.

DE ANIMA

A quia argenti ſonum edant, cum in columnis haudquaquam ſonus ſpectetur; quàm quia argenti candorem præſeferant, ac puritatem.

Verſ. IX. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani.

Verſ. X. Columnas eius fecit argenteas; reclinatorium eius aureum; aſcenſum purpureum.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

I. SENSVS.

HAbebat, habuitque ab æterno verus ille Salomon Vnigenitus filius Dei Chriſtus Dominus noſter lectũ, in quo perfectiſſima quieſcebat felicitate, ſinum Patris, ipſum diuinitatis arcanũ, quando ab eo genitus eſt extra omne tempus eiuſdem cum illo ſubſtantiæ. Verumtamen, dũ in hoc ſinu Patris dormiret, videri haudquaquam poterat ab aliquo: *a Deum enim nemo vidit vnquam* vt ait Ioannes. Quid igitur fecit, cum mundo manifeſtare voluit gloriam ſuam? Alterum ſibi fecit lectum Rex pacificus, lectum ſanè magnificentiſſimum, lectulum geſtatorium, ferculum præſtantiſſimum, in quo & quieſceret quidem in ſua perpetua felicitate, & deferretur, ac videndum ſe pręberet hominib. egrediens è celſiſſimo cælorũ palatio, & ab illo minime recedens: quando, iuxta Ioãnis dictum, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: b* Tunc quippe *apparuit benignitas, et humanitas Saluatoris noſtri:* Tunc *vidimus gloriã eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre.* Hoc ferculum, hũcve geſtatorium lectulum humanitatis Chriſti hoc loco deſcribunt, qui hic loquuntur, cæleſtes ſpiritus, piam aiam alloquẽtes; vt ex huiuſcemodi ſanctæ illius humanitatis deſcriptione, & ad contemplandam gloriam Regis Salomonis, & ad eumdẽ Salomonẽ magis diligendũ eã alliciãt. Quàm pulchre autem ferculum iſtud, & hanc Chriſti humanitatem deſcripſerint, ex ſingularum explicatione partium percipietur.

Sinus Patris lectus Verbi.
a Io. 1. 18.

Humanitatis lectũ ſibi fecit Verbũ, quando manifeſtare ſe voluit mundo.

Phil. Car. b ad Ti. 3. 4.

Primò ipſummet Salomonem, ac Chriſtum Dominum illam feciſſe, aſſerunt, idq; intelligendum peculiari modo: nã & vnumquemq; hoiem idem ipſe facit, prout fatetur patientiſſimus Iob, cũ ait: *c Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu*; quibus conſonant & quæ de ſe aſſerit Dauid in Pſal. *d Tu feciſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam*: peculiari verò modo ſuã is fecit humanitatem; quia abſq; vllo virili ſemine eam ſibi fabricauit; feciſſe autem illam, dicitur *ſibi*; quia etſi Pater quoque, ac Spiritus S. eãdem fecerint, quatenus opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa: ipſe tamen filius hãc ſibi aſſumpſit in vnionem cum proprio ſuppoſito.

Humanitas ſuã quã ſibi feciſſe dicatur Chriſtus.
c Iob 10. 8
d Pſ. 138. 5.

De lignis Liba. feciſſe eã dr, propterea φ carnẽ ſibi ipſemet fecit in vtero virginali, de puriſſimis ſanguinib. Glorioſiſſimę Virg. quos rectè ligna Libani appellãt, q hic loquũtur; vt in ipſa ferculi metaphora pſiſtẽtes, tũ eorũ incorruptionẽ, tũ ẽt Sanctiſſimæ Virg. perfectiſſimã puritatẽ deſignẽt: Cedri nãq; (vt ſæpius notatũ eſt) expertes ſunt oẽs cariei, & corruptionis, & ſanguines illi puriſſimi expertes fuere corruptionis vniuerſę, q̃ p internã puenire ſolet concupiſcentiã. Ac bene, *de lignis Libani*, non de cedro ſimpliciter dicitur, ferculum iſtud feciſſe Salomõ; vt inſignis denotetur Mariæ puritas, atque cãdor, vnde ligna illa, ſanguines illi deciſi ſunt; Libanus quippe proprio ſignificatu cãdor interpretatur. Porrò, quemadmodũ pictor, cũ

Humanitas Xſi, quæ facta de lignis Libani.

Simile.

DE ANIMA.

aliquam pingit imaginem, haud ex vno duntaxat eam pingit colore, sed plures, variosve colores simul miscens modo carnem effingit, modo crines, nunc oculos, nunc verò vestes, rubras, virides, croceas, atque variegatas. Cum autem rem quampiā referre vult candidam, velum, aut pallium, vel quid simile, in id primò sui collocat studium, vt colorem quàm maximè candidum reperiat, illoue puro, ac solo absque vlla alterius coloris permixtione, quem intendit repræsentat candorem. Quòd si in illum, quo pingit, colorē album vel gutta deciderit alterius coloris, haudquaquā sanè amplius illam ipsam, quam intendebat æque bene referre potest albedinem. In eundem ferè modum & Verbum diuinum humanam naturam assumere volēs & corpus sibi fabricare, purissimaque indui carne in qua tanquam in ferculo & deferretur, & quiesceret, de purissimis eam sibi fecit sanguinibus cādidissimæ Virginis Mariæ, in qua nec cecidit vnquam, nec casura esset vlla vel peccati, vel concupiscentiæ macula: quod certè in aliorum hominū corporibus effingendis neutiquam facit, in quib. semper aliquid decidit mixtionis peccati originalis in seminali parentum concupiscentia: vnde fit, vt rectè de eius duntaxat humanitate dici queat: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.*

Exposito, quomodo Christus Dominus vt Deus humanitatem sibi fecerit in ferculum, ac lectum gestatorium, in quo & deferretur, & se manifestaret, egrediens in hunc mundum, ad eiusdem ferculi, & humanitatis ornatus descriptionem deuenitur. Ac primò columnarum fit mentio prout in libro Prouerbiorū, vbi sub metaphora domus idē ipsum argumentum pertractatur, quòd Christus suam sibi fecerit humanitatem, postquam dictum est: *a Sapientia ædificauit sibi domum*; subijcitur illicò: *Excidit columnas septem*: atqui ita inter se hæ duæ congruunt vnius eiusdemque humanitatis descriptiones, vt inuicem sese explicare videantur: nam quod in libro Prouerbiorū septenarius ponitur columnarum numerus, septem innuit dona Spiritus sancti: quod vt hoc loco columnæ ipsę argenteæ describuntur, ad eundem Spiritum alludere videtur, cuius, quando sub columbæ typo repræsentatur, *b* pennæ deargentatæ referuntur in Psalmo 67. Præclare autem & in Prouerbiis ipsamet Sapiētia dictas columnas excidisse, & hoc loco Rex ipse Salomon easdem columnas fecisse, dicitur: vt videlicet, quoquo pacto indicetur, Spiritum sanctum ab illo procedere, qui vel domum sibi ædificauit, vel ferculum sibi fecit humanitatē, illumque esse, qui Spiritus sancti dona elargitus est hominibus, iuxta illud Apostoli ex Psalmo: *c Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*: eademque & sibi pariter, vt homini contulit ad ornatum humanitatis suæ.

Spiritus sancti dona quæ à Christo in sua humanitatis ferculo posita columnarum argentearum titulo dicuntur.

a Pro. 9. 1.

b Psal. 67. 14.

c Eph. 4. 8.

Enimuerò, etsi columnæ in magnificis ædibus, non tam ad ornatum, quàm ad totius fabricæ sustentationem erigi soleant; animaduertere tamen est, nonnunquam columnas quasdam alabastrinas, eburneas, argenteas, & aureas ad ornatum dūtaxat, & ad magnificentiæ apparatum apponi, cū locus is, in quo collocatæ sunt, sustentatione minime indigeat. Hoc igitur pacto, quamuis dona Spiritus sancti, quæ columnæ sunt pretiosissimæ, ac validissimæ, regulariter conferri à Deo soleant hominibus; vt per ea fulciantur, roborentur, ac detineantur: quandoquidem absque ipsis facillimè in grauissima deciderent peccata, prout in sanctis quoque Apostolis obseruamus, quos antequā per Spiritus sancti immissionem induti essent virtute ex

Spiritus S. dona in humanitate Xpi, vt columna ad ornatū potius quā ad sustentationē.

A alto, in absurdissima lapsos legimus scelera, negationis Christi, periurii, ingratitudinis, & infidelitatis. Hæc nihilominus dona, & columnæ istæ argenteæ haudquaquam ad hoc erectæ sunt in ferculo humanitatis Christi, vt Christum fulcirent, ne decideret: neque enim is huiusmodi indigebat sustentatione, cum esset natura impeccabilis ob vnionem hypostaticam; erectæ autem fuerunt in ipsa eius humanitate solummodo ad maius illius ornatum. Quod non obscure Isaias Propheta significare voluisse videtur, quādo enarrans illiusmodi columnarum erectionem in Christo, dixit: *d Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ*, &c. Siquidem cum non dixerit: *Et is requiescet super spiritum Domini*: quomodo dicere debuisset, si ab his donis sustentaretur; sed è contra: *Et requiescet super eum Spiritus Domini*: innuit sanè, nō ad sustentationem, at ad ornatum tantum ea inserui-

B tura. Ac bene, id innuens, hac locutionis phrasi vsus est Propheta sanctus: *Et requiescet super eum Spiritus Domini*: per eam quippe exprimit modū singularem, quo Spiritus sanctus, eiusve dona in Christo extiterint, nimirum, quia quodammodo fundata ea fuerunt in gratia vnionis, atque adeò in eo requieuisse dicuntur, quasi super aptissimā basim. Etenim ob id, quòd gratia vnionis reddidit Christum sanctum sanctorum, cōsecutum necessario est, vt præstantissimo modo, atque in summa perfectione omnis fons gratiæ habitualis, &

C actualis: omnes virtutum habitus, vniuersaque dona Spiritus sancti in illo conquieuerint: ita vt propterea Ioannes Euangelista dicat: *e Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenū gratia, & veritatis.* Et euidentius item per Isaiam hāc istiusmodi columnarum, ac donorum Spiritus sācti positionem; atque fundationem designans ipsummet Verbum diuinum, dixerit: *f Ecce seruus meus suscipiam eum* (hominem videlicet, & humanam carnem) *electus meus, complacuit sibi in illo anima mea* (per vnionem nimirum hypostaticam) *Dedi spiritum meum super eum*; vt scilicet super ipsum hominem, ipsamve humanitatem, quam suscepissem in hypostaticam vnionem, requiesceret

D Spiritus sanctus; eiusve dona super eandem, instar columnarum super propriam, & congruentissimam basim fundata essent.

Spiritus sancti dona quo requieuisse dicantur super Christum.

d Isa. 11. 2.

e Io. 1. 14.

f Isa. 42. 1.

Quod si & verba, quæ subsequuntur in ferculi descriptione, perpenderimus, hanc ipsam prædictarum columnarum fundationem subindicatam intelligemus. Cum enim statim ac dictum est; *Columnas eius fecit argenteas*, subiiciatur; *Reclinatorium eius aureum*: Quis non animaduertat, simul cum descriptione reclinatorii, quæ est prima pars ferculi, indicari & locum, super quem ipsæ columnæ positæ sint, & requiescant?

Porrò sub reclinatorii metaphora animā Christi significatam accipimus, sicut & sub metapho-

E ra ascensus accipimus corpus eiusdem: ex hisce n. ambobus ipsa eius cōstat humanitas. Et profectò in anima Christi Spiritum sanctum requieuisse, & eius dona, sicut & omnes habitus virtutum, non est, quod vertatur in dubium: quandoquidem cōpertissimum est, in quolibet homine animam, eiusve potentias esse basim quorumcunq; habituum.

Illud potius indiget probatione, quam ob causam anima Christi dicatur reclinatoriū huius ferculi humanitatis Christi, & cur aureum dicatur istiusmodi reclinatorium. Pro quorum explicatione supponēdum, diuinitatem in Christo ita vnitā toti cōiuncto humanitatis assumptę, vt pariter singulis eius partib. tam animæ, quàm corpori esset vnita:

Anima Xpi quo reclinatorium in ferculo humanitatis ipsius.

DE ANIMA.

vnita; atq; adeo, hisce ab inuicē ſeparatis per mortem, à neutra earum partium ſeiuncta eſt ea in triduo paſſionis: quòd ſi animam rationalem ob id, quòd ſpiritualis eſt, & indiuiſibilis, toti corpori hominis, ac ſingulis quibuſque corporis partibus vnitam aſſerimus: multò magis certè id de ipſa fatendum diuinitate; quippe quæ inſeparabiliter, & arctius per vnionem vniatur hypoſtaticam, qua nulla præſtantior reperiri poteſt coniunctio. Verùm quemadmodum animam rationalem ob id, quòd præſtantiora munia exerceat in capite, in illo quodammodo requieſcere dicimus; caput ipsũ idcirco animæ ſedem nuncupatũ reperimus apud doctiſſimos Philoſophorũ; Ita etiam animã Christi diuinitatis eius reclinatorium in ferculo humanitatis rectè appellatam, affirmamus; quia per animam illam præſtantiora exhibita ſunt munera cognitionis, atque dilectionis. Reclinatorium verò potiùs, quàm ſedem dictam crediderim; vt iſtud ipſum efficacius ſignificaretur; quatenus in reclinatorio nō modo collocatur, ac ſiſtitur corpus, vt in ſede; at inſuper ſedens ſeſe extendit: ſic quippe melius per hoc innuitur, Verbum diuinũ per abũdãtiorem gratiarum copiam in ipſam animam ſe diffudiſſe, ac quodammodo extendiſſe, præſtans illi viſionem beatificam, ſcientiam diuinam, omnemque plenitudinem gratiæ. Atque adeo, vt diuinæ iſtę huiuſce reclinatorii prærogatiuæ magis innoteſcerent, aureum eſſe dicitur, opertum nimirũ aulæis aureis: notũ eſt etenim, ſub auri typo Deũ, atque diuina ſignari, tum ob fulgorem eximium, tum ob inſignem illius præſtantiam, qua reliquis vniuerſis eminet metallis: vnde in Capitulo 5. huius Cantici legimus; *a Caput eius*, ſcilicet Christi *aurum optimum*: quod declarans Apoſtolus ait: *b Caput Christi Deus*.

Simile.

a Cãt. 5. 11
b 1. Co. 11. 3.

Quòd ſi anima Christi ob has rationes cõgruẽtiſſima appellatione dicta eſt reclinatorium ferculi aureum: non minus ſanè congruenter oportet, & corpus eiuſdē nũcupatũ eſſe aſcēſum eiuſdē ferculi, atq; aſcēſum, huiuſmodi dictũ eſſe purpureũ Aſcenſus nomine dixi ſignificatam partem aſcendentem, aulæum aſcendens, atque operiens, & (vt vno verbo dicam) operculum ipſum: atqui in ferculo humanitatis Christi, quod nam aptius aulęũ operiēs inuenimus ipſo eius corpore? hoc is ita indutus eſt, vt eo, quaſi pallio, & aulæo, ac operculo quopiam operiret diuinitatem, animã, & eximia illa vniuerſa, quæ diuinitus ei indita eſſent ob diuinitatis vnionem. Quàm verè autem purpureum dictum ſit corpus Christi, per id facilè intelligimus, quod admiranter apud Iſaiam legimus de illo dictum à fidelibus: *c Quis eſt iste, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?* & paulo infra: *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?*

Corpus Xſti dicitur aſcēſus purpureus ferculi humanitatis ipſius

c Iſ. 63. 1.

Quanquam per id, quod non ſimpliciter dicitur: *Aſcenſus eius ruber*: ſed, *aſcenſus eius purpureus*; non hoc ſolum ſignificetur, quod Christi corpus ſanguine conſperſum fuerit, doloribuſve, ac miſeriis circumdatum, atque repletum: Verùm quod iſtud ipſum corpus ſic huiuſcemodi miſeriarum rubedine infectum, Regiã Salomonis noſtri præſeferret dignitatem, cuius ſanè typum purpuram eſſe oſtenſum eſt ſupra. Et licet id videatur paradoxum; pro certiſſimo tamen habendum eſt: quãdoquidem & Zacharias Propheta aperte conteſtatus eſt, ipſam regiam Christi dignitatem nō in maieſtate ſitam, aut in opibus, neque per maieſtatem, aut pompam indicatam; ſed per paupertatem, per manſuetudinem, per abiectionem, ac per oppreſ-

Corpus Xſti ſanguine cõſperſũ, & miſeriis ex poſitũ præ ſe ferebat regiã dignitatẽ Christi.

A ſiones, quibus ille humiliandus erat; ſic enim ait: *d Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & Saluator, ipſe* עני *hg-ni*, id eſt, *humilis, abiectus*, vel *oppreſſus*, aut *manſuetus*, iuxta verſionem Septuaginta, vel *pauper* iuxta interpretationem noſtri Interpretis. Quinimo & idemmet Christus in loco paulò ante citato ex Iſaia hoc ipſum non obſcure profitetur, cum ad illos qui eũ admirati fuerant, quòd iſtiuſmodi coopertus eſſet corpore, ſanguine conſperſo, reſpondit: *e Ego, qui loquor iuſtitiam*, id eſt qui Rex iuſtus ſũ atque iuſtitiam, iuſtumve iudicium exerceo: *Et propugnator*, vel *Princeps ſum ad ſaluandum*: vox enim רב rab: quam Hieronymus vertit; Propugnator; in Hebræo ſignificat etiam Principem, & quemcumque inclytum, & honoratum: prout accipitur in libro Eſther. *f Sic diſpoſuerat Rex omni* רב *ab* id eſt *Principi domus ſuæ*, & Iſaiæ 19. *g Mittet eis Saluatorem* ורב *verab, & Principem, & eripiet eos*. Clarius verò apud Ioãnem tempore paſſionis, ex eo, quòd dixiſſet: *h Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet Regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autē regnum meum non eſt hinc*, infert Pilatus: *Ergo Rex es tu?* ac ſi dicat: cũ corpus habeas miſeriis ſubiectũ, ita vt traditus propterea ſis Iudęis: in eo, quòd Regnum te habere profiteris, cum adeo humilis ſis, & abiectus; vt nullos habeas miniſtros, q ſe tueantur, Regem te eſſe oportet. Quę confirmans Dominus Ieſus ait: *Tu dicis, quia Rex ſum ego*: id eſt; Verũ hoc eſt, quod aſſeris: nam ego verè ſum Rex. Vnde poſtmodum Pilatus, illius cauſam agens coram Iudæis ait: *i Regem veſtrum crucifigam?* Et; *Ecce Rex veſter*, purpura eum induit. Atque vt hoc ipſum perſpicuum omnib. foret ad ipſum eius corpus Cruci affixum, huiuſcemodi titulum apponi iuſſit; *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*; vt vniuerſi videlicet intelligerent, quàm verè in hac ferculi deſcriptione dictum ſit: Aſcenſum, id eſt corpus eius factum purpureum ab ipſo Rege Salomone.

DE ANIMA.

d Zach. 9. 9.

e Iſa. 63. 1.

f Eſther. 1. 8.
g Iſa. 19. 20.
h Ioan. 18. 36.

i Io. 19. 15

Quòd ſi intimius rē hanc perſcrutari velimus: Ex eo, quod Regia Christi dignitas per corpus ſãguine conſperſum ſignificatum aſſeritur, innui videtur, Christum in corpore paſſibili Regem præ ſe tuliſſe miſerorum omnium, quotquot ęrumnis atque doloribus præmerentur, aut premendi eſſent: & idcirco crediderim, illum apud Iſaiam nũcupatum eſſe *K virum dolorum, & ſcientem infirmitatem*, vt tantumdem ſit, dici virum dolorum, ac Principem dolorũ; Viri enim appellatione frequenter in ſacris litteris Princeps deſignari ſolet: vt in illis verbis Iacob ad filios: *l Referte munera viro illi*, .i. Ioſepho primo magiſtratui Aegypti: Et in illis Pauli, quib. de Christo Domino loquens, ait: *m Iudicaturus eſt orbem in viro*, .i. in principe, *in quo ſtatuit*, &c. Ac bene, q dictus eſt Princeps dolorũ, oium. ſ. tã quos ipſe perpeſſus eſt, quã quos & myſtica illius mēbra paſſura eſſent: dictus quoque eſt & ſciens infirmitatē, ꝙ exinde illic iſtiuſmodi adeptus ſit principatũ ſuper quoſcũq; dolores; q a in ſe vniuerſas expertus eſt ęrũnas, q̃ in hoc ſæculo ab humano corpore ꝑpeti poſſunt: Atq; adeo bene itē per Iſaiã dr: *n Cuius principatus ſuper humerum eius*: vt nimirũ alludatur ad ęrumnarum dolorum, ac laborũ onera, necnon & ad flagella, q̃ vel in humeris infliguntur, vel ſuper humerum imponuntur, ac deferuntur. Neque verò alienum à ratione eſt, vt ex doloribus, flagellorum vibicibus, ſanguiniſve effuſione iſtiuſmodi arguatur Christi principatus; ita vt ꝓpterea illius corpus dictum

Christus in corpore paſſibili Regẽ omniũ miſerorum ſe exhibuit.

k Iſ. 53. 3.

l Gene. 43. 11.

m Act. 17. 31.

n Iſai. 9. 6.

Christi principatus, regiaq. maieſtas argui

DE ANIMA. ctum sit. *Ascensus purpureus*, iuxta allatam expositionem. Nam sicut se habent ad Reges mundi pretiosa vestimenta, diuitiarumque thesauri, & illa, per quæ exhibetur magnificentia regia, regiave perficiuntur opera. Ita ad Christum Salomonem nostrum se habent & dolorum signa, & sanguis, & corpus ipsius sanguine conspersum: hic enim sanguis quocumque opulentissimo pretiosior est thesauro, teste Apostolo Petro, qui illum pretiosum vocat super aurum & argentum, dicens: *a Scientes, quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati*: corpus istud sanguine cõspersum vestimento quolibet & pretiosius est, & præstãtius, testibus iis ipsis, qui apud Isaiam dixerãt: *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra*? cum dicant: *b Iste formosus in stola sua*. Ærumnæ istæ, ac passiones regiam Christi præferunt magnificentiam, quippe quibus immensus captiuorum numerus redemptus est, iuxta illud Apostoli; *c Empti estis pretio magno*: per illas passiones, per illos liuores, ac per illum sanguinẽ regiũ illud perfectũ est opus Ecclesiæ, iuxta illud eiusdẽ Apostoli ad Ephes. *d. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculã, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata*: & ad Titum: *e Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum*.

tur ex illis corpore conspersa, sanguine vulneribus cõfesso.

Simile.

a 1 Pet. 1. 13.

b Is. 63. 1.

c 1. Cor. 6. 20.

d Ephe. 6.

e Tit. 2. 14

PARAPHRASIS. Breuis eorum omnium, quæ in huius sensus explicatione pertractata sunt, paraphrasis istiusmodi esse potest. Vt Salomonem, ac Pacificum Regẽ nostrum diligas magis ac magis, ad cuius lectulũ æternæ felicitatis cõtemplandum te inuitauimus: cuius & lectulum crucis, ac tribulationũ tibi proposuimus, vt in illo vnà cũ eo quiesceres: Scito, illum, vt sese tibi impertiret, vtve mundo manifestaret gloriam suam, suamque exhiberet ardentissimam charitatem, ferculum sibi fecisse, & lectulũ gestatorium, in quo & quiesceret fruens beatitudine patriæ; & deferretur ante hominum oculos, assumens sibi humanitatem, quam ipsemet obumbrans B. Virgini, formauit de lignis Libani, de purissimis nimirum eiusdem candidissimæ Virginis sanguinibus, quos nullius concupiscentiæ caries attigit vnquam In hoc humanitatis suæ ferculo ipsemet argenteas erexit columnas, septem videlicet dona Spiritus sancti, cuius pennæ deargentatæ asseruntur; quas columnas non tam ad sustẽtationem, quàm ad ornatũ in præstantiori parte ferculi, & humanitatis suę fundauit quasi in basi in aĩa sua, in qua veluti in proprio reclinatorio reclinauit quodãmodo; quia maiorib. eã cumulauit gratiis: extendens se, & effundẽs in eã diuinitatis suæ liberalitatem: atque adeo ob huiuscemodi diuinarum prærogatiuarum copiam, quas suæ contulit animæ, effecit, vt illa reclinatorium aureum & diceretur, & esset, vtpote diuinitatis, q̃ p aurũ designatur, aulæis ornata. Corpus verò, alteram ipsius ferculi, & humanitatis suæ partẽ, instar aulæi ascẽdentis, ac cooperientis ferculum, cooperiens animam, & illas, quæ in anima essent, prærogatiuas diuinitatis, purpureum fecit, passioni, miseriis, atque dolorib. expositum; rubrum ob sanguinis cõspersionem; quo sanguine Regis purpuram, regiã ve suam præferret dignitatem.

II. SENSVS Iuxta secundum nominis ferculi significatum, A dicendum, hoc loco piæ animæ à sanctis Angelis Christum Dominum proponi in Cruce triũphantem; & describi triũphalem currũ, in quo ille contemplatiuis quibusque spectãdum se exhibet triũphantem; vt & illa, quæ Sponsa ipsius est, anima sancta cum in hoc curru gradientem non tantum meditetur; sed & in intima sua admittat præcordia. Ferculum autem, & currus iste haud alius sanè est, quàm lignea Crux, currus profectò triumphalis; quia super ipsam insigne illud egit triumphum, quo de tartareis potestatib. & Principibus huius mundi triumphauit, iuxta illud Apostoli: *f Delens, quod aduersum nos erat, chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud Cruci: & expolians principatus, &* B *potestates traduxit confidenter, palàm triumphans illos in semetipso*, confixo in eamet Cruce, cui dictũ affixit chirographum.

DE B. MARIA

Aponius.

Crux ferculum, & currus triumphalis Christi.

f Colos. 2. 14.

Quem currum triumphalem, quam Crucem ipse sibi fecisse, dicitur ob id, quòd super illam *g* oblatus est, quia ipse voluit, iuxta Isaiæ Prophetiã quia ipse illam sibi prælegit ab illo ipso temporis momento, quo humani generis parentes in ligno vetito peccarunt intra paradisum; vt ex eius verbis explicabo, Deo dante, in capite vltimo, vbi dicet: *h Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.*

g Is. 53. 7.

h Can. 8. 5

De lignis Libani eadem facta asseritur; vt lignorum illorum, è quibus ea compacta est, innuatur C celsitudo: vnde & ab Ecclesia de eadem cruce canitur: *Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior.*

Crux Xpi q̃uo de lignis Libani.

Quòd verò, cum huiuscemodi currum sibi fecit, illumve cõscendit Christus Dominus Rex pacificus dictus est, haud suo vacat mysterio: re etenim vera ille in hoc curru, ac per hunc currũ triũphans, pacificum Regem sese exhibuit, teste Apostolo, qui ait: *i Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mãdatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.*

In Cruce Christus Regẽ Salomonem se exhibuit.

i Eph. 2. 14

D In hoc Crucis ferculo duas erectas voluit stare columnas, quib. tamen id ornaretur potius, quàm fulciretur, Gloriosissimam matrẽ suã, ac Beatum Ioa. hinc, & inde stantes iuxta crucẽ; colũnas quidẽ præ fortes, & immotas stantes per incõcussum fidei robur: columnas argenteas ob eximiũ virginitatis candorẽ. Et quia ascensum, ac supernã partem fecit purpuream, quatenus in suprema parte crucis apponi voluit titulũ illũ insignẽ, Iesus Nazar. Rex Iudæorũ, quo declararetur Rex purpuratus: duas itẽ alias in eodẽ ferculo erexit colũnas, q̃ inseruirent non ad ornatũ duntaxat, sed & ad sustentationem purpurei ascensus, ac Regię dignitatis, quã illũ in Cruce assecutũ à Patre, titulus ipse E Regius in altum appositus testaretur, Colũnæ istę sunt eius obedientia, atq; Humilitas: colũnæ profectò firmissimæ, quas nulli vel inflectere, vel dimouere potuerunt passionum, aut opprobriorum impetus: Columnæ argenteæ, tum ob pretium, atque valorẽ, tum ob sonitum, quem eæ de se emittunt, cum à quoquam sancta tangũtur meditatione, sonitum verbi Dei, argẽti igne examinati, probati terræ, probati septuplum. Enimuerò hæ duæ Salomonis nostri virtutes, ita Regiam Christi dignitatẽ sustentant; vt illis quodãmmodo nixam, ac super illas eã à Patre euectã, ac collocatam definire videatur Paulus ad Philip. scribẽs in hæc verba: *k Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad*

Colũnæ Crucis Maria, & Ioannes

Humilitatẽ & obediẽ colũnas Christus in cruce erexit, q̃bus sua Regia sustentatur dignitas.

k Phil. 2. 8.

DE ANIMA.

Ad mortem, (en primam columnam fortiſſimam, quam nec mors ipſa oium rerum validiſſima concutere valuit.) *Mortem autem Crucis*, (en alterã columnam humilitatis ita ſolidã, vt nec ab ignominioſiſſimo mortis genere quati potuerit.) *Propter quod & Deus exaltauit illum*, (en quo ſuper dictas colũnas regium eius firmauit titulum, quod melius declarant, quæ ſequuntur,) *Et donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in noĩe IESV omne genu flectatur, Cæleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*; Vel vt habetur in textu Græco, ὅτι κύριος Ἰησοῦς χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. *Quia Ieſus Chriſtus in gloriam Dei Patris*, i. euectus eſt ad Regiam dignitatem.

Reclinatoriũ aureũ ferculi crucis, ſella eſt eius pars, cui corpus Chriſti incubuit.

B Denique in hoc Crucis ferculo, in hoc curru triumphali reclinatorium aureum ab eodem Salomone noſtro factum dicitur, ipſe videlicet Crucis locus, in quo triumphans ſederet, ac ſeſe reclinaret.

Enimuerò ita Redemptor crucem conſcendit, vt in illa tanquam in magnificentiſſimo ſederit throno, ac ſedens totum ſuum reclinauit corpus, quò quietius ibi faceret mortis ſomnũ atq; adeò partem illam, cui corpore incubuit, reclinatorium potius, quàm ſedem, vel thronum appellatum reperimus, quod bene aureum ipſemet feciſſe, dicitur, ſeu aulæis aureis operuiſſe: quatenus ſuo illud cooperuit ſanguine pretioſiſſimo, quem vndique è corpore emittebat; ſed præcipue è ſcapulis; vbi **C** innumeris flagellorum ictib. latiſſima aperta fuerat plaga, quę mare quoddam videbatur reſpectu aliarum plagarum. Bene autem ob iſtiuſmodi ſanguinis conſperſionem reclinatorium illud aureũ dictum eſt, tranſlata illa ſignificatione, qua per auri metaphorã pretioſiſſimum quodq; deſignari ſolet in ſacris paginis: quamquam ſanguis ipſe Chriſti multò pretioſior ſit quolibet auro, vt ſupra pbatum eſt ex verbis Petri.

Inmerito reclinatoriũ dicatur habuiſſe Xſs, qui dixit, ſe nõ habere, vbi reclinet caput.

Sed vnica hoc loco inſurgit difficultas, eaq; nõ contemnenda circa huiuſmodi reclinatoriũ; iſtud quippe nomen reclinatorii repugnare videtur verbis illis ipſiuſmet Salomonis noſtri Chriſti: *a Filius hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum*: Si.n. **D** ait, non habere ſe, vbi reclinet caput; quo hic dicitur, ſibi feciſſe reclinatorium aureum? Dicẽdum nihilominus eſt, nullam in his eſſe repugnantiam. Nam primò Chriſtus Dominus non negat ſimpliciter, ſe non habere reclinatorium: ſed inquit, ſe, dum vitam in hoc mundo degeret, nullum habere locum proprium in terra, in quo ordinarie reclinaret: quem tamen locum & bruta animalia, & volucres cæli habere ſolerent, vnde ait; *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis*, &c. Quod ſi in ferculo Crucis reclinatorium ipſius deſcribitur, id certè ipſemet ſibi feciſſe dicitur, in quo, non tam ſe reclinaret viuus, quam mortuus, quando videlicet triumphum egit de Satana. **E** Secundo, in Euangelio Chriſtus negauit, ſe habere, vbi reclinaret caput, & oino reclinatoriũ capitis, non reclinatorium ſimpliciter: hic verò deſcribitur reclinatoriũ illud, quod habuit in Cruce: id autem fuit quidem corporis ipſius, non autẽ capitis; reuera namq; nec in Crucis ferculo habere voluit locum, in quo caput ſuum reclinaret: *b Inclinato* ſiquidem *capite emiſit ſpiritum*, teſte Ioãne, qui adfuit præſens. Qua in re ingens myſteriũ innui exiſtimo; voluiſſe nimirum Saluatorem noſtrum in Crucis curru habere reclinatorium corporis, & non capitis; vt indicaret, ſe, vt hominem quidem reclinaſſe ſuper crucẽ, in qua moriẽs triũ-

a Luc. 9. 58.

Reclinatorium capitis, & diuinitatis noluit habere Chriſtus in Cruce.

b Ioan. 19. 31.

A phum egit in corpore ſuo: at verò, vt Deum, & in natura diuina, quæ ſub capitis eius metaphora ſignatur, nullum ibi habere voluiſſe reclinatorium; cum triumphus ille faciendus eſſet per mortem, q Deum attingere nequibat impaſſibilẽ, & immortalem. Atq; adeo morte iam iam inſtante, eo ipſo temporis momento, quo expiraturus erat, caput ipſum ſuum à cruce elõgans, inclinaſſe id dicitur; vt hoc externo corporei capitis geſtu id innueret, quod per incorporeum caput item ſuum fiebat.

Crucis currus quibus trahatur, quib. ve animalibus.

Circa iſtam huiuſmodi ferculi ſanctiſſimę Crucis, & currus triumphalis deſcriptionem, id deníque ſupereſt quærẽdum: Quare prætermiſſum ſit exponere, quibuſnã equis currus ille traheretur? vel quib. animalib. aut ſaltem, quo pacto curſum is ſuum ageret; præſertim cum tam exacte ſingula deſcripta ſint reliqua oĩa, quę ad eum pertinerẽt. Ad hæc reſpõdendũ, magna id ratione factum, vt nihil de equis dictum ſit, aut alio animalium genere; quandoquidem nec ab equis, nec à quoquã genere animalium tractus ille ſit currus, ſubinnuitur tamen modus, quo mouetur, & currit, per id, quod ſubiicitur: *Media charitate conſtrauit*, de quibus verbis fuſius poſtmodum agam in ſubſequentib. Vt autem modus iſte percipi ab vnoquoque poſſit, ſciendũ, hic alludi poſſe ad machinas quaſdam, quę vel in triumphorum gaudijs, vel in Principum feſtis fieri ſolent, in formam turriũ, nauiũ, curruũ, aut alterius rei eo artificio conſtructas, ac tormentario puluere refertas, vt ignis violẽtia abſque vllo, qui eas vel impellat, vel trahat, nodũ moueantur; ſed & tanta currant celeritate, vt volare videãtur; quaſve, propterea quòd iſtiuſmodi igne mouentur, vulgato noie appellant machinas ignis artificiati. Sicut.n. machinę iſtę ab eo duntaxat igne mouentur, ac pertrahũtur, quem intra ſe habent incluſum, quove repletæ ſunt: Ita & in ſolemniſſimo Chriſti triumpho triumphalem Crucis currum animaduertere eſt, in quo verus Salomon Rex noſter triumphat, & defertur per orbem terrarum, eo diuino factũ artificio, vt & per mundũ vniuerſum, & in corda fidelium velociſſime currat abſq; vllo, vel equo, vel alterius animalis genere tractus; ſed ab illo tãtummodo impulſus, qui in eius medio reſidet, Rege, qui totus eſt charitas, & totus ignis: quã alluſionem clarius colliges ex hebraica lectione, quæ pro his verbis: *Media charitate conſtrauit*, verti poteſt, *medium eius incenſum ſeu, combuſtum, ac inflammatum charitate*, ſ. ſeque, vt videre eſt in eiuſdẽ explicatione. Sicq; vnus idemque Chriſtus Dñs i iſto Crucis curru reclinat, triũphat, & currum ipſum non dirigit ſolum, ſed & impellit. Vnde indubitatò colligitur, currũ iſtũ eſſe multò præſtantiorem præſtantiſſimo curru illo, quo in quarto lib. Regum *c* Elias per turbinẽ aſſumptus dicitur in cælũ: in eo quippe maximus ignis apparuit, ſed ignis vel irrationalis, vel etiam inanimatus; nã & currus ipſe igneus erat, & equi ignei, haud tamen igneus dicitur fuiſſe Elias, qui illum conſcendit, atque adeo nec ab Elia directus, & impulſus ille eſt; quin potius ab illo Elias, & raptus, & elatus eſt quo neſciebat. Cùm è contra in hoc crucis curru igneus is ipſe aſſeratur, qui in eo reclinat, igneus autem diuino amoris igne: idemque illum impellat (vt dictum eſt) & moueat quocunque ſibi libuerit. Horum omnium, quæ, iuxta hunc ſecundum ſenſum pertractata ſunt, breuis hæc eſt paraphraſis.

Crucis currũ Xſs, qui in illo reclinat, trahit p orbẽ, impellitq. in corda piorũ. Simile.

c 4. Reg. 2. 11.

PARAPHRASIS.

Accede ò pia anima ad lectulum Crucis, vt in eo quieſcas per meditationem. Præpara te ad huiuſcemodi meditationem, vt triumphantem Chriſtum

(DE ANIMA) ctum & spectaculis, & intra sua admittas præcor- A dia: Is etenim, quando crucifigi voluit, & per Crucem mundo pacem conferre, Regem pacificum se se exhibens, de nobilissimis lignis ferculum sibi fecit, & currum triumphalem ipsam sanctissimam Crucem, in qua triumphantē de morte, ac de peccato, & de tartareis potestatib. se ostenderet mundo. In hoc curru duas ad ornatum erexit columnas Mariam matrem suam, & Ioannem dilectum itē suum, præfortes ambos in fide, & in virginitatis candore argentum purum repræsentātes: duas verò alias ad sustentationem ascensus purpurei, ac Regiæ dignitatis, quā in ipsa Cruce adeptus est, quamve contestatus est per titulū, in suprema Crucis parte collocatum, Obedientiam, atque Humilitatem. Partem verò illam, in qua corpus suum B reclinare voluit in dicta Cruce, reclinatorium eiusdem Crucis, in quo reclinato corpore triumpharet mortuus, pretiosissimo suo decorauit sanguine, quem in pretium effudit humanæ redemptionis quolibet auro præstantius. Currum porro istū ipsemet in illius medio residens, atque reclinans, & mouet, & dirigit, impellitve per vniuersum orbem terrarum, & in placum animarum præcordia, non equis aliquibus illum agens, sed suomet igne ardentissimæ charitatis erga eas, quæ sunt filiæ Ierusalem.

Iuxta tertiam ferculi acceptionem: Crucē quoque ipsam crediderim significatam per ferculum, & gestamen pompaticum, quod hoc loco describitur, & in quo Christus Dominus deferri ante se voluit charitatem, vt dictum est in tertio sensu, prima expositione. Sed, ne immaturam metamus messem, sensum istum explicabo latius, Deo dante, cum subsequentia exponam verba illa, *Media charitate constrauit.* Vide ibi.

Vers. IX. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.

Vers. X. Columnas eius fecit argenteas; reclinatorium aureum; ascensum purpureum.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Virgo Maria.

Plerique vt Honorius Augustodunensis, Hugo Cardinalis, Dionysius Carthusian. & ex recentioribus Iacobus de Val. Alphonsus ab Orozco, & alii: Ferculum istud, quod hoc loco describitur B. Virginem esse volunt: Quia tamen in singulorū expositione haudquaquā inter se consentiunt Doctores, nec meum est, vniuersa, quæ ab aliis dicuntur, referre, ad illorum commentarios, & expositiones super hanc sententiam lectorem remitto, & quamuis ad Virginem Mariam potius, quā de ipsa Virgine hæc dicta existimem, vt colligitur ex litteræ expositione; antequam ad id asserendum accedam, quod litteræ est congruentius, breuiter cum citatis Doctoribus Mariæ in hunc modum istius ferculi descriptionem aptabo, vt significetur, diuinum Verbum illam in *ferculum sibi* fecisse, quando venturum, vt Rex pacificus regnaret super solium Dauid, eam in suam prædestinauit Matrem, per quam tanquam in lectulo gestatorio deferretur in mundum: fecisse autem illam *de lignis Libani* excelsis, ac odoratis, prædestinās, eam nascituram de parentibus, qui & regia dignitate, nobilique celsitudine præeminerent, & fragranti

(*Maria quō ferculū & lectulus gestatorius Regis Salomonis.*)

odore redolerent sanctitatis, quos Euāgelistæ numerant in genealogia Saluatoris. *Columnas eius fecit argenteas* (DE MARIA) confestim ei ab instanti conceptionis ipsius septem dona Spiritus sancti, quæ esse colūnas illas, de quibus in libro Prouerbiorū dicitur. (Prou. 9. 1.) *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem*, ostensum est supra in primo sensu, expositione tertia. *Reclinatorium*, vterum videlicet ipsius, in quo carnem suam reclinaturus esset, in quo nouem mensibus, vt in proprio strato reclinare vellet, *aureum* fecit, ob virginalem fulgorem, virginē eam præseruans; neque enim immaculatum Agnū alibi reclinari decebat, quàm in huiuscemodi vtero, qui aureo virginitatis fulgore decoratus esset; sicut, nec pretiosam, ac fulgidam gemmam in ferrū B plumbum, aut vile aliud metallum, immittere solet quisquam iudicii compos, sed in aureum annulum, vel in aliquod vas item aureum, & magno artificio elaboratum. Denique *ascensum*, aut superiorem partem, istius ferculi, mentem eiusdē Virginis gloriosæ, seu etiā cor ipsius, quod instar aulæ cuiusdam super ipsius vterū ac reclinatorium aureum ascendebat, cooperiebatque illud quodā modo, *purpureum* fecit, ob ingentem, quem illi indidit charitatis ardorem. Atq; hæc satis sint ad explicandum, & intelligendum, qua ratione ea, quæ hic dicuntur, de Maria accipi queant, & quomodo ea ferculum Christi extiterit.

Quod si non de Maria, sed ad Mariam hæc dicta sumamus, prout litteræ series sumendum suadet. Dicendū, eos ipsos cælestes spiritus, qui Virginem benedictam ad præsepii locum direxerant, in C præcedentib. indicantes ei præsepium, vt pararī lectulū in quo Rex pacificus iaceret, oriens in mūdo: Nunc lectulum ipsum exactius describere, appellantes illum ferculum: non quòd re vera Præsepium esset lectus gestatorius, sed quia esset lectus agrestis, atque (vt ita dicam) itinerarius, quales ii sunt, qui in itineribus deferuntur, atq; adeo fercula nuncupantur: Enimuero immensum iter è cælo ad terras faciens Verbum diuinum, suo cū corpusculo in eo reclinauit. *Ferculum* istud *de lignis Libani* factum dicitur, vt eius gloria innotescat; (*Præsepii locus quō ferculum Salomonis.*) D sic. n. & per Isaiam dictum à Domino legimus a *Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ.* Neq; (a Isai. 60. 13.) verò, quia in expositione quarta illorū verborū b (*in foraminibus petræ in cauerna maceriæ*) dictū est, Præsepii locum fuisse speluncam in petra excauatam, ideo falsum existimandum, quod hic dicitur, illud factū de lignis; nam, etsi spelūca è petra esset; ipsum tamē Præsepe, quod erat locus, in quo comedebant animalia, & in quod Euangelista reclinatum asserit Christum infantē, absque dubio è lignis constructum censendum est. (b Ca. 2. 14.)

Porrò quemadmodum terrestris Salomon colūnas c duas in porticu templi erexit, ad ipsius templi ornatum duntaxat inseruientes: Ita & verus Sa- (c 3 Reg. 7. 15.) E lomon in loco sanctificationis, ante Præsepis lectū duas quoque statuit colūnas, B. Mariā, sanctumq; illius sponsum Ioseph: colūnas præfortes in fide, & charitate fundatas; colūnas non quidē æneas, vt illæ Salomonis, sed argenteas, vtpote pudicitia, ac puritate candorem præferētes argenti. *Reclinatorium* eiusdem Præsepis haud aliud crediderim significatum, quàm paleam, & fœnum illud, quod intra Præsepe erat appositum in cibum bouis, & asini, super quo reclinatus est Christus Iesus. Bene verò istiusmodi *reclinatorium aureum* fuisse, seu aureum factum dicitur, tum propter coloris similitudinem, quam cum auro fœnum habet, &

[illegible]

VITA B. MARIA

& palcaſtum propter eximiam eius gloriam, qua auro quolibet illuſtrius redditum eſt ob contactũ ſanctiſſimi corpuſculi. Si.n. ſolem iſtum corporeũ tam vim habere fatemur, vt intimas terræ partes penetrãs, influxu ſuo terram ipſam aurum reddat, cur non fateamur, & verum iuſtitiæ ſolẽ ſuæ carnis contactu fœnum reddiſſe aurum, multoq; auro quolibet pretioſius, atque præſtantius? Nonne & in coralliis obſeruamus, ſtatim ac aeris vim percipiunt, obdurata fieri lapides pretioſos, cum tñ quando intra mare exiſterent, nil aliud eſſent, quã viles, & fragiles herbæ? Cur igitur idipſum fœno illi denegemus, quod corporis Chriſti fuit reclinatoriũ? vt etſi antea eſſet herba vilis, cum tñ vim ſenſit diuinæ præſentiæ p̃tioſius redditũ ſit fulgẽ B tiſſimo auro. *Aſcẽſus*, qui in Præſepis ferculo aſſeritur, *purpureus*: vel ſunt panni illi, quib. Chriſtus Dominus in Præſepis reclinatorio operiri voluit: vel ſuprema eſt ipſius Præſepii pars, qua id operiebatur. Si pannos accipimus, idcirco purpurei dicẽtur, quòd Regem vniuerſæ terræ operuerint. Qua in re præclarũ notandum eſt diſcrimen, quod eſt inter hunc atque alios Reges, alii ſiquidem è purpura dignoſcuntur eſſe Reges, ſiue quodammodo à purpura Regiam obtinent dignitatem: In Salomone autem noſtro è contra ſe res habet, nã haud è purpura Rex eſſe dignoſcitur, regiamve dignitatem haud habet à purpura, ſed, cũ ſit verus, & eſſentialiter Dominus, ac Rex vniuerſorũ, qui- C buſcunque pannis quantumuis vilibus purpuræ confert prærogatiuam. Quod ſi ſupremam illã Præſepii partem ſumamus, quæ ſuper Præſepis antrum aſcendit, vt eius operculum, purpureus dicitur iſtiuſmodi aſcenſus, vt per hoc indicetur myſterium, quòd Chriſtus non eſſet Rex terrenus, vt expectabant Iudæi, ſed cæleſtis, iuxta id, quod ab eo dictum eſt: *d Regnum meũ non eſt de hoc mũdo:* (d Ioan. 18.) Vel purpureus factus aſſeritur propter rutilantes ſplendoris radios, qui eò emitterentur, tum à ſplẽdidiſſimo Chriſti corpuſculo, tum à multitudine cæleſtis exercitus, qui ibi adſtabat. Promonentes igitur Angeli ſancti Dei Genitricem Mariam ad Sanctiſſimi Præſepij lectulum, vt in eo illũ, quẽ pa- D ritura erat, reclinaret infantulũ, ſic lectum illum deſcribunt, loquentes in præterito de eo, quod certo faciẽdum intelligebant: *Ferculum fecit ſibi*, &c. Ac ſi dicant.

PARAPHRASIS.

Lectulum iſtum, quem tibi paratũ oſtendimus, in ferculum, ac lectum agreſtem ſibi elegit, qui ex te naſciturus eſt Rex Salomon, conſtructum quidem è lignis, ſed quæ omnem Libani gloriam in ſe contineant: duas ad huius ferculi ſui ornatum ſtatuit argenteas colũnas, Te tuumq; ſponſum Ioſeph, ambos inſignis pudicitiæ decore fulgentes, & quæ interrogationibus pulſatæ à Paſtorib. atq; à Magis argenti referent ſonũ, prædicãtes, ac enarrantes diuina myſteria Verbi Dei. Fœnum illud, in quo is reclinabitur, quodve huius ferculi recli- E natorium eſt, ille cõtactu ſuo faciet auro præſtantius, aſcẽſum, qui in eo ipſo ferculo erit, & pãnos, quibus ipſe in reclinatorio operietur, faciet purpureos, Regiam illis conferens excellẽtiam: Quin & ſupremam ipſius Præſepij partem, qua id operitur, ardentiſſimis ſplendorum radijs reddet purpuream, & ſplendore nitentem.

Verſ. IX. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani.

Verſ. X. Columnas eius fecit argenteas; reclinatorium aureum; aſcenſum purpureũ.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

APPENDIX.

PAraphraſis Chaldaica: Templũ ſanctuarij ędificauit ſibi Rex Salomon de lignis cedrinis, & areuthinis, & pinis, quæ adducunt de Libano, & operuit illud auro puriſſimo. Et poſtquã conſummauit illud, poſuit in medio eius arcam teſtimonij, quæ erat columna ſæculi, & in medio eius erãt duæ tabulæ lapideæ, quas repoſuit ibi Moſes in Horeb, quæ erant pretioſiores argento purgato, & pulchriores auro optimo, & extendit, & obumbrauit ſuper eam velũ hyacinthinũ, & purpureũ.

Communiores, atque probabiliores iſtius ſententiæ ſenſus duo ſunt, & in vtroque non modica eſt diuerſitas expoſitionum ſingularum partium apud Patres.

Primo ſenſu, pro ferculo Salomonis ſancta intelligitur Eccleſia, ſecundum Gregor. Nyſſenum, Pſellum, Caſſiodorũ, Gregorium Papã, Philonem Carpathiũ, Iuſtum Orgelitanũ ac Bedã. (*Ferculum Chriſti Eccleſia.* Gre. Nyſſ. Pſellus. Caſſiodo. Greg. PP. Phi. Carp. Iuſtus Orgel. Beda.) Explicans autem Nyſſenus hunc ſenſum hom. 7. accipit primò ligna Libani in malam partẽ ex illo Pſalmi: (*Eccleſia ex peccatorib.*) *a Confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas, & Libanum, & vitulum* (ſic legit ipſe) (a Pſa. 28.5) atque adeo ferculũ factum ex lignis Libani Eccleſiã intelligit ex peccatorib. & idololatris. Porrò, per enumeratas huius ferculi partes ex varia materia, varia intelligit Spiritus ſancti dona in eadem Eccleſia; ſic.n. ait. Nos quidem fuimus aliquando ligna Libani, vt qui in illo radices egiſſemus per malã vitam, & per fraudem dæmonũ. Sed poſtquam illinc à rationis participe ſecuri exciſi ſumus, & fuimus in manibus artificis Dei, his nos ſuũ fecit ferculum, vt in nobis inſideret, tranſmutata ligni natura per regenerationem in argentum, & aurũ, & florentem purpuram, & in ſplendores gemmarũ. (*In Eccleſia multiplicia dona Spiritus ſancti, ſicut in ferculo multiplices partes, diuerſa materia.*) Et, ſicut dicit Apoſtolus *b* conuenienter vnicuique diuiſit dona Spiritus ſancti, & alii quidẽ dat Prophetiam conuenienter proportioni fidei, alij vero aliquam aliam operãtionem, prout eſt vnuſquiſque aptus natura, & poteſt ſuſcipere gratiam, (b Ro. 12.6) vt qui vel ordinetur oculus Eccleſiæ, vel locum teneat manuũ, vel loco pedis fulciat, & ſtabiliat. Ita etiam in ferculi conſtructione (ferculum hic accipit pro Eccleſia) aliud quidem eſt columna, aliud aſcenſus, aliud ea pars, quæ eſt ad caput, quã vocant reclinatorium, alij autem ſunt collocati intus: (paulo infra) ſunt ergo columnæ intelligẽdæ, columnæ Eccleſiæ (ſcilicet doctores) quibus planè purum, & igne examinatum argentum eſt eloquium: Purpura autem ſunt, qui ad Regalis Reipublicæ ſummum gradũ aſcenderunt, ſcilicet Prælati: præcipuum.n. regni ſignum cenſetur eſſe purpura. Principatum autem obtinens facultas (mentem fideliũ crediderim intelligere) in qua caput ſuum reclinat is, qui cõſtruxit, ferculũ eſt ex auro puro. Quæcunque autem latent, & non apparent, decorantur pura gemmarũ conſcientia, per quæ omnia conſiſtit charitas ex filiabus Ieruſalem. Lectionem Septuaginta ſequens hæc dicit, quæ habet: *Medium*, ſeu *interiora eius lapidibus conſtrata, charitatem ex filiabus Ieruſalem.*

Caſſiodorus, Gregorius Papa, Beda, & alij, ferculi nomine arbitrantur, hic ſignificari lectum, in quo diſcumbentium in conuiuio corpora ferãtur, huiuſcemodi verò ferculũ Chriſti, inquiunt, eſſe ſanctam Eccleſiam, quæ idcirco de lignis Libani facta ſit, quia de Sanctis in æternũ permanſuris eã conſtruxit; quandoquidem cedri Libani imputribiles ſunt. Per colũnas argenteas intelligunt (Caſſiodo. Greg. PP. Beda.)

Docto-

APPENDIX.

Doctores, alrore ea letius eloquij refulgentius: Per reclinatorium autem requiem æternam, quæ sanctis in Ecclesia repromittitur: ad quam, tamen dicitur, ascensum esse purpureum, quia illi ad æternarũ epularum discubitum, & ad supernæ quietis epulas veniunt, qui in præsenti passionẽ Redemptoris sui, quæ per purpureũ colorem designatur, digne venerari & imitari satagunt. Ad istiusmodi namque reclinatoriũ multis laboribus peruenitur, vt ait Greg. PP. multis tribulationibus ascẽditur, ita vt si necesse fuerit, & sanguinis effundi permittat.

Ad hoc iter deuis. requiã nõ peruenitur, nisi p labores, & ærũnas.

Porrò idem Gregorius Papa in reliquis consentiens cum Cassiodoro in explicando, quid sit reclinatorium aureum, dissentire videtur. Primò enim in sua expositione super Cantica: diuinitatis contemplationem per id significatam existimãs, ait: Reclinatorium aureum fecit, quia, dum in corde perfectorum resplenduit eis diuinitatis suæ potẽtiam per contemplationem ostendit: in qua contemplatione, dum eis pulchritudinem cælestium gaudiorum monstrauit, quasi reclinatorium ex auro eis composuit, quia locum, in quo se refocillantes requiescant, apposuit.

Greg. PP. Contemplatio diuinitatis, Christi reclinatoriũ illius.

In hom. antẽ 15. super Ezechielẽ, requiem illã intelligit, quam in charitate habent pij quiq;. Verba eius hæc sunt: Cum columnis argenteis est reclinatoriũ aureum; quia per hoc, quod à sanctis Prædicatoribus lucide dr̃, mentes audientiũ fulgorem charitatis intimæ, in qua reclinentur, inueniunt: per hoc. n. quod luculenter, & aperte audiũt, in illud, quod clarescit in corde requiescũt.

Charitas reclinatoriũ aureũ.

Per aureũ reclinatorium huius ferculi sanctos Martyres intelligit Philo Carpathius, ante quorũ testimonium Christus dicebat; *a Filius hominis non habet, vbi reclinet caput suũ*: quos & bene comparatos, inquit, auro propter fidei probationẽ, & ærũnarum, tentationumq; firmissimũ argumẽtũ, iuxta illud: *b Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit eos.* Eosdem tamen Martires per ascensum purpureũ ob sanguinis effusionem designatos censuit Iustus Orgelitanus.

Phi. Carp. Martyres sũt reclinatoriũ aureũ Ecclesiæ, vt ferculi. a Lu. 9. 58. b Sap. 3. 6.

Per quem ascensum purpureũ aliter Beda id significari dixit, quòd nullus Ecclesiam, nisi sacramẽtis Dominicæ Passionis imbutus ingrediatur. Per hæc porrò sacramenta intelligere vr̃ Beda sacramentum corporis, & sanguinis Christi: sic. n. subijcit: Vnde ipse ait; *c Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Iust. Org. Beda. Sacramẽta eucharistia ascẽsus purpureus Ecclesiæ ferculi Christi. c Io. 6. 53.

Alter sensus itẽ communior, & probabilior est; vt per istud Salomonis ferculũ pia quæq; designetur anima, siue etiam cor eiusdem piæ animę, cui veræ insideat Salomon, & in quo Deus gestetur. Pro cuius sensus declaratione notat Greg. Nyssen. homil. 7. Deum varijs modis in illis esse, qui ipso sint digni, vt in loco, vt in domo, vt in solio vt in scabello, vt in curru: & vt in equo frænum recipiẽtes hic verò describi, in pia anima esse, vt in lectica materia, & opere præstantissima, vtpote quę iã haud sibi viuat, sed Deum deferat in ipsa viuentem, iuxta illud Apostoli: *d Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus.*

Aia iusti ferculum Christi, & quomodo. Greg. Nis. d Gal. 2. 20.

Porrò talem animã ferculum Deo factũ de lignis Libani, inquit Nyss. quatenus de tenebris, & peccatis vocata est ad lucẽ, & sanctitatem (accipit. n. Libanũ in malũ sensum, vt dictũ est supra.) Multas verò, diuersasq; partes ex varia materia, varia accipit dona Spiritus sancti, quibus decoratur, &

A Diuerso verò modo procedens Richardus de Sancto Victore, ferculi nomine videtur sumere vel id, in quo deferuntur dapes, vt sumpsit Bernardus tract. de gradib. humilitatis, vel dapes ipsas: atque adeo per huiusmodi ferculũ sanctam animã intelligit eam, quæ pascit, & reficit. Christum. n. inquit, reficit, dum ille bonis eius operibus, & studijs, ac desiderijs delectatur, sicut scriptũ est: Populus meus saturauit me vocibus, impleuit me odoramentis. Reficit quoque membra eius exemplo, oratione, doctrina, consilio, atque colloquio. Dici vero istam animã ferculũ à ferendo, ait, quia fertur de loco ad locũ, vbi etiã voluntas gubernãtis direxerit, vt plures reficiat, & ad salutem instituat. De lignis Libani factũ asserit hoc ferculũ, i. de electis, qui crescunt, atq; fructificant per Christũ, & in Christo; Libanus. n. qui candidatio dicitur, Christum significare, ait, qui ex munda Virgine processit sine omni peccati labe, facere autem de huiuscemodi lignis animam hanc, cum in sanctorum vita, & conuersatione formã ei, quã imitetur, ostendit, cum virtutes, quibus illi ornabãtur, in ea construit. Huius animæ columnas dicit, esse quatuor virtutes morales, quibus ea fulcitur, quę argenteæ asseruntur, quia animã, quę hisce virtutibus sustentatur, & intus ante Deũ, & foris corã hominibus splendidã faciunt. Reclinatoriũ eiusdem animæ conscientia, inquit, est pura, in qua reclinat se, & requiescit Christus Dei sapientia, quę aurea est, quia tribulationis igne excocta, & purgata sicut aurum, quæ. n. grata est per vitæ innocentiã, gratior, & mundior efficitur per tolerantiam aduersorum, & digna, vt sit Dei reclinatoriũ. Ascensum denique eundem Salomonem in dicta animã facere, inquit, cũ per suam gratiam superna desiderare illam facit: Sed ascẽsus iste purpureus est & rubeus, quia talis anima interdum patitur conuicia, & detractiones à prauis, qui deuotioni illius inuident, eo quòd bonũ ipsi non diligant nec facere velint: cumq; malorum conuicia audit, quãdam ruborem confusionis ab eis accipit: atque vnde rubet ex cõuicijs, inde rubet, ex charitate, quã ardet erga eos, qui in ipsam conuicia inferunt, rubet etiam ex desiderio, quo accenditur ad superna. Est quippe & purpura ita rubea, vt tamen videatur rubor ille dispersus, & diuersus. Ita in sancta anima rubor ille est diuersus.

APPENDIX. Ric. Vict. Bernard.

Aia sancta quo de lignis Libani.

Colũnæ aiæ sanctæ quatuor virtutes morales.

Conscientia pura reclinatorium Christi.

Ascẽsus aiæ sanctæ quo purpureus.

Aliter demum Hugo item de Sancto Victore; nam in lib. 1. Erudit. Theolog. tit. 60. Ferculũ Salomonis, inquit, est cor exercitatum in studio virtutis: Ferculũ, Sapientiæ verbum: Inde portatur ab ore ad aurem, Lectulus, mens contemplatiua. Ferculum hoc primũ de lignis Libani esse debet per puritatem, & incorruptionem veritatis, de argento in præceptis, & promissis. In candore argenti munda conuersatio, in sonoritate dulcis promissio. Habet aurum per Sapientiam cælestem, quod non eruginat in æternitate, sed rubet in charitate. Habet purpuram, quando prædicat passionẽ, ascẽsum ad glorificationem. Titulo verò 61. Idẽ vbi supra, comparationem faciens istius ferculi cum curru Pharaonis Duo, ait, vehiculorũ genera scriptura cõmemorat, hoc est, ferculũ Salomonis, & currũ Pharaonis. Cor bonũ, ferculum est Salomonis, cor prauum currus Pharaonis. Quia. n. currus per terram trahitur, congrue per currũ, cor terrenis desiderijs inhærens significatur. Nã sicut currus stridorẽ emittit, leuatus strepitũ facit. Ita prauorum corda in aduersitate per impatientiã, quasi stridorem emittunt, in prosperitate per iactantiã strepitũ faciunt. Illos quidem Pharao, idest diabolus,

Hug. Vict. Cor virtutis studio, dulcẽ ferculum Salomonis.

Cor terrenũ est currus Pharaonis.

APPENDIX.

Cor bonum ferculũ Salomonis. *Cor triplex*

lus, ſuperequitans, quaſi plumbũ in profundũ mer A gitur, quia eos, quos hic ad vitia impellit, tandem ad tormenta deſcendentes comitatur. Ferculũ aũt Salomonis terrã non tangit, ſed ſupereminet, & motum quidem habet, ſtrepitũ verò non habet: quia cor ad ſuperna deſideria eleuatum, terrenis delectationibus ſpretis, quamuis adhuc per conditionem mutabilitati ſubiaceat, nec in aduerſitate tamen ſtridet per impatientiam, nec in proſperitate per iactantiam ſtrepit. Denique aliã diſtinctionẽ idem Hugo ibidẽ adijciẽs: Ponamus inquit, tria, i. lectulum Salomonis, & ferculum Salomonis, & currum Pharaonis, & intelligamus per lectulum Salomonis cor dulcedine contẽplationis requieſcens: per ferculum Salomonis cor B in exercitatione bonorum operum ſe circumferens, per currum Pharaonis cor in cupiditate carnalium requieſcens.

Apoſt. ferculũ Christi. Theod. Tres Patr. *Apoſtoli ferculũ, et currus Christi.* a Hab. 3. 8

Præter hos duos ſenſus ſunt inſuper & ſex alij iſti. Primus Theodoriti, & Catenæ trium Patrũ apud ipſum Theodoritum, quo per ferculum Salomonis ſumuntur Apoſtoli, & Doctores: Diuerſi mode tamen explicatur tota ſnĩa à Theodorito, atque à tribus Patribus: nam Theodoritus ſub ipſa ferculi metaphora idcirco ſignificatos aſſerit Apoſtolos, quia in conſpectu Gentium, & Regum, & filiorum Iſrael nomen Domini promulgarunt, eadem ipſa metaphora, qua eoſdem equos, & quadrigas Dei appellauit Habacuch, cum dixit: *a Aſcendens ſuper equos tuos, & quadriga tua ſaluatio.* Singulas autem huius ferculi partes exponẽs, ait: Libanum ſæpe diuina ſcriptura appellat Ieruſalẽ, & multitudinem Iudæorum. Quoniã igitur ex illis Apoſtoli genus duxerunt, idcirco ferculum de lignis Libani constructum dicitur: Ipſos etiam columnas appellatos inuenimus, nam Paulus ad Galatas ſcribens: *b Petrus*, inquit, *& Iacobus, & Ioãnes, qui videbãtur columnae eſſe, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis*, &c. Reclinatorium eius aureum dicunt eſſe. Eſt autem Euangelica prædicatio, in qua diuinum Verbum conquieſcit. Aſcẽſum eius purpureum: rudes enim regi, par eſt: perfectos autem vt ſponſam ornari.

b Gala. 2. 9.

Tres Patr. *Apoſtoli, et ſpecti quique ferculũ & currus Christi.*

Catena verò trium Patrum, nedum Apoſtolos, D ſed & quoſcunque ſanctos Doctores per ferculũ accipiens, ex his, inquit, qui ex improba radice excisi fuerant, vt ſuper Chriſtum fidei fundamentũ ædificati, ferculum ſibi fecit ipſe Chriſtus Rex ille pacificus, cum ſuper his ad perfectionẽ adductis, tanquam in curru ad erudiendos homines veheretur. Columnæ argenteæ ſunt eloquia Domini, ſuper quibus tanquam columnis quibuſdã Sponſus ſublatam ſponſam ad ſe traxit propriũ ipſam vehiculum conſtituens, quæ in ſe ipſa ferret veram eloquiorum coniunctionem. Et reclinatorium eius aureum, ideſt mentis ipſius tranquillitatem præcipuam ſibi, vt quieſceret ſedem conſtituit: id enim per aurũ oſtendit, quod omnibus E rebus materialibus antecellit. Aſcenſum eius purpureum, regiam nimirum Dei, in qua eſt pax, & animi lætitia ab omni perturbatione aliena: hæc quippe regia, ideſt cæleſtis patria eſt aſcenſus animæ, quæ inſtar ferculi ſuſcipit Regem pacificum.

Ambroſ. *Corpus humanum lectus eſt Regis Salomonis.*

Secundus ſenſus eſt Ambroſii, per ferculũ ſumentis humanũ corpus. Is quippe in lib. 3. de Virgin. Legens: *Lectũ fecit ſibi Rex Salomon ex lignis Libani, columnas eius argenteas, declinatoriũ aureũ, dorſum eius gemmarũ ſtratũ.* Quis eſt iſte, inquit, lectus, niſi corporis noſtri ſpecies? Namque in gẽmis aer ſpecie fulgoris oſtenditur: In auro ignis. Aqua in argento: Terra per lignum, ex quib. corpus humanum quatuor conſtat elementis, in quo noſtra recubat anima, ſi non aſpero montium, non humi arido expers quietis exiſtat, ſed ſublimis à vitijs ligno fulta requieſcat. Enumerat Ambroſius & gemmas inter ligna, aurum, & argentum, quia & ipſe ſequitur lectionem Septuaginta.

APPENDIX.

Philo Car. *Humanitas Christi ferculũ & currus illius.*

Tertius ſenſus Philonis Carpathij, humanitatem, & carnem Chriſti accipientis per ferculũ Salomonis. Vt enim, ait, Conſules, ac Duces, dũ procedunt, in ferculo ſedent, per ipſoſque negocia mundi reguntur: ſic & in carne humana Deus cõuocatam Eccleſiam ſanctam ferculum ſibi fecit, quo quidem non mundi negocia, ſed cæleſtis Regni documenta firmauit. Verùm non proſequitur Philo ſingulas partes iuxta hanc ferculi acceptionem explicare.

Aponius. *Crux Christi ferculũ illius.*

Quartus ſenſus Aponii, qui per ferculum Salomonis Crucem Chriſti ſignificatam accipiẽs: per tria, quæ in ipſo ferculo fuiſſe, dicuntur, columnas argenteas, reclinatorium aureum, & aſcenſum purpureum, tria intelligit, quæ in ipſa cruce fuere abſque iniuria Deitatis. Verum, immaculatumque corpus inſtar argenti candeſcens præ puritate: Animam glorioſam, auri fulgorem rutilãtem, in qua Dei ſermo reclinatorium vſque nunc probatur habere, & corporeum, regaleinque Deitatis ſenſum coruſcantem.

Anſelm. *Prælati, & Iudices Eccleſ. ferculũ Christi.*

Quinto, Anſelmus ferculi nomine intelligens C ſellam geſtatoriam, in qua ſedet Iudex, Per ferculum Salomonis deſignari cẽſet Iudices, per quos, & in quibus Chriſtus iudicat, qui de lignis Libani dicuntur, quia robuſti ſint, nec fragrantur aduerſis, & mundi ſint, ac virtutibus candidati. Per columnas argenteas, iudices perfectiores, quibus alij innituntur, clare tinnientes ſummo nitore diuini eloquii. Per reclinatorium aureum, illos, qui diuinitatem Dei potius intuentur, radiantes, charitate, & ſapientia. Per aſcenſum, aſcendentes per gradus virtutum, qui quaſi non aſcendunt, quia ex ſe nihil boni faciunt, ſed Chriſtus aſcendit in eis, per quem, vel cuius auxilio bonum omne facimus: hos verò dici purpureos, quia parati ſint ad quaſlibet perſecutiones.

Rup. Abb. *Scriptura ſac. ferculũ Salomonis.* c Pſ. 22. 2. *Ad ſcriptura intellectũ quo aſcendatur.*

Sextò denique & vltimò. Ferculi nomine intelligens Rupertus Abbas lectum diſcumbentium ad epulas. Per ferculum Regis Salomonis Sacras Scripturas ſignificatas arbitratur, quæ ſunt vna menſa Domini cuncta regentis, & omnibus prouidentis iuxta illud Pſalmi: *c Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ, ibi me collocauit*: Hoc ferculum dicit eſſe altiſſimũ, & habere aſcenſum purpureum. Illud credere, inquit, aſcendere eſt. Qui ſic aſcendit, illum ad reſurrectionem vitæ, quæ eſt in diuinis ſcripturis, admittit, nam qui ſic non aſcendit, nunquam ſcripturas intelligit. De lignis verò Libani huiuſmodi ferculum, ideſt de hominibus ſanctis, fideque imputribilibus, quia Rex Salomon erat Verbum Domini, & per Spiritum ſanctum corda illorum impleuit, & linguas diſertas fecit, vt de cæleſtibus ſcirent eloqui, qui non ab hominibus, neque per homines edocti fuerant, atque ita locuti ſunt, & ſcripſerunt. In hoc ferculo, inquit, eſt argentum, eſt & aurum, nam columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureum: Argentum illud eſt exterius eloquium valde nitidum, aurum verò interior maieſtas ſenſuum, quæ enim intrinſecus latent, deſiderabilia ſunt ſuper aurum, & lapidem pretioſum.

Ex

LITTERA. Ex Vers. X. Media charitate constrauit A propter filias Ierusalem.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

ANtequàm ad eruendos huius senten-tiæ sensus accedam, singula expen-denda sunt eius verba; singula enim ambigua esse reperiemus; atque adeo suggerentia diuersos sensus.

Ac circa id, quod primo loco se obijcit, suppo-nendum indubitanter: vocē *Media*, non esse adie-ctiuum, nec septimum casum, qui construatur cū substantiuo *charitate*, vt arbitrati sunt nōnulli Ex-positorum Originalium linguarum penitus igna-ri: sed sumendum substantiue, & pluraliter in ge-nere neutro. Sic autem sumptum, adhuc ambiguū est: Vel enim significare potest signatum medij lo-cum in ferculo in quo nimirum sedeatur, ac recli-netur, & huic sensui fauet dictio Hebraica תוכו thocho, idest, *mediū eius*. Vel significat quicquid intra ferculū est intermedium inter reclinatoriū, atque ascensum, cortinas videlicet è parribus cir-cum circa decidentes, vel, si quid aliud est simile; cui significatui fauet lectio Septuag. quæ habet, ἐντὸς αὐτοῦ, idest, *interiora eius*, quicquid intrinse-cus in ipso est: consentitque & Vulgata, quæ cum in plurali legat *media*, id omne intelligendū sua-det, quod intermedium est. Vterque tn̄ significa-tus est cōmodissimus, & cuilibet cōgruit lectioni.

Circa verbum, *constrauit* Notandū: in Hebræo esse vocem item ambiguam רצוף ratsuph: quæ ab Hebræorum doctoribus sumitur & pro cōstrato, seu pauimento, & pro incenso, atque combusto. Noster Interpres in primo significatu eam sumpsis-se, manifestum est, in quo secutus est Septuag. qui verterunt: λιθόστρωτον, idest, *Lapidibus constratum*. Qui verò in secundo significatu illam accipiunt, subaudientes verbum tenet, aut sedet, sic interpre-tantur: *Medium eius* ferculi tenet *incensus charita-te*, &c. Vel *medium eius combustum, & ardens cha-ritate*, idest, ob charitatem, quæ in illo constituta est.

Nomen quoque charitatis tripliciter accipi po-test: Vel proprie pro amore; quo sensu accipitur ab ijs, qui Hebraicam lectionem vertunt: *Mediū eius incensus*, seu *combustus charitate*: Vel impro-prius, & translate pro eo ipso, qui charitate flagrā-tissima ardet: quo sensu acceptum per lectionem Vulgatæ significatur idipsum, quod expressius ha-betur in lectione Hebraica, iuxta iam iam allatam interpretationem: Vel tertio Metonymice pro re-bus amabilibus, charis, & quę amorem conciliēt, quales sunt in primis lapides pretiosi. Quo signifi-catu illud crediderim acceptum à Septuag. dum verterunt, ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον ἀγάπην. *Intimum suum interiora eius lapidibus constratum, charitatem, & amorem*, scilicet excitantibus.

Eumdemque sensum habent commodissime & Hebraica, si vertantur, prout communius ab He-bræorum Rabbinis exponi solent: *Medium eius accensum, & ardens charitate*: vt scilicet significe-tur, interiora ferculi apparere accensa, & ardentia ob splendorem gemmarum, quæ ad amorem pel-liciunt: Dilectumque per id studuisse pertrahere ad contemplandum huiusmodi ferculum, quod pretiosis, atque fulgentibus Margaritis, tanta gē-marum multitudine, talique structura ornauit il-lius interiora; vt viderentur quasi quoddam paui-mentum cōstratum ex lapidibus opere tessellato.

LITTERA. Denique quod vltimo loco ponitur: *Propter fi-lias Ierusalem*, & ipsum ambiguū est. Primo enim quidam non ad nomen duntaxat charitatis id re-ferunt, sed ad totam ferculi descriptionem, vt si-gnificetur, Regem Salomonem tam magnificum construxisse ferculū propter filias Ierusalem. Ita Anselmus. ita & Titelmanus existimant, hęc ver-ba eodem modo, & in eodem sensu adiecta post totam ferculi descriptionem, quo & post eiusdē Salomonis lectulum in præcedentib. alia illa adie-cta reperimus. *Propter timores nocturnos*. Commu-ni tamen sententia iunguntur cum nomine chari-tatis, & ad illud referuntur, quod dicitur: *Media charitate constrauit*. Quo pacto accepta multiplicē habere queunt sensum: Vel. n. præpositio, *propter*, B sumi pōt actiue (vt his terminis vtar) vel passiuè: Si passiuè sumatur, significabitur, Salomonē me-dium ferculi constrauisse charitate, idest seipso, qui charitas esset, propterea quod diligeretur à filiabus Ierusalem. Anselm. Titelman.

Si verò sumatur actiue, tunc sensus ipsorū erit: Salomonem pretiosis gemmis interiora ferculi exornasse, quæ charæ essent filiabus Ierusalem; vt filias ipsas, & ad suū ferculum contemplandum, & ad sui dilectionem pelliceret: Seu, seme ipso me dia ferculi constrauisse, qui charitas esset; propte-rea quod incensus foret charitate erga filias Ieru-salem: atque adeo per suā præsentiam ad sui amo-rem conari illas allicere. Hebræa pro eo, quod no C ster Interpres legit: *Propter filias*: habent; מבנות mibbenoth, quod Septuag. ad verbum verterunt: ἀπὸ θυγατέρων, *à filiabus*. Et quidem istiusmodi le-ctio eumdem sensum habere potest cum lectione nostra, iuxta phrasim hebraicam, qua præpositio, *A*, ponitur pro præpositione, *Propter*. Sicut & in Euang. a *Va mundo à scandalis*, idest propter scā-dala. Et clarius illud ipsum significabitur, quod dictum est, si præpositio *propter* actiue sumatur: nimirum, interiora ferculi Salomonem lapidibus constrauisse pretiosis, charitatem à filiabus Ieru-salem, vt videlicet amorem eliceret à filiabus Ie-rusalem; Vnde bene in versione Septuaginta, quæ Romæ nuper impressa est in Vaticano, coma ap-D ponitur ante nomē charitatis; Sic enim ea habet. *Intus ipsius lapidibus stratum, charitatem à filiabus Ierusalem*. a Mat. 18. 7

Hebræi tamen nonnulli hebraicam dictionem explicant, *De*, vel *ex filiabus*; talemve eorum, quę hic dicuntur, afferunt sensum: Medium eius fer-culi tenuisse ipsum Regem Salomonem combu-stum charitate in vnam ex filiabus Ierusalem. Ita Abben Ezdra & Rabbi Innominatus.

His circa singulorum verborum intellectum explicatis, iam facile percipitur, quis sit totius sen tentiæ sensus, multiplicem enim eum esse, mani-festum est. Et quidem (vt breuiter ab his me ex-pediam,) quia triplicis ferculi descriptionem in E superioribus allatam ostendi, vel lectuli gestato-rii, vel currus triumphalis, vel gestaminis pompa-tici: Iuxta primam, ac secundam expositionem, si-gnificatur per hæc, in medio ferculi, vel etiam in medio currus Regem reclinare, atque sedere Sa-lomonem, charitatis agnomine nuncupatum, eo quod incensus esset charitate erga filias, & puel-las Ierusalem, aut quia ardentissima charitate à puellis Ierosolymitanis diligeretur, seu eumdem Regem Salomonē, qui huiusmodi fercula sibi fecerat e lignis Libani, ex argento, ex auro, atque è purpura, eorumdem ferculorum interiora, quæ intermedia essent inter reclinatorium aureum, & ascensum purpureum, è pretiosissimis, atq; præ-fulgidis LITT. SENSVS EXPLIC.

LITTERA. fulgidis gemmis, quæ perchare esse solent puellis, phrygio opere exornasse; seu, etiam quasi tessellato quodam opere constrauisse, vt tam splendido opere ad sui contemplationem alliceret filias Ierusalem.

III. SENSVS. Iuxta tertiam verò ferculi acceptionem (Liceat mihi ex abundantiori doctrina & hunc quoque sensum afferre, vt subtilius postmodum circa illũ philosophari possim in Expositionibus spiritualibus:) significatur, ad quid Rex Salomon tam magnificum fecerit gestamen pompaticum, nimirũ vt in illo, & super illud deferretur ante se simulacrum charitatis, quo filiabus Ierusalem testatum faceret, charitatem sibi præ omnibus rebus esse gloriosissimam, quam instar opimorum spoliorũ ex æmulis suis detraxisset, quamve in proprium titulum, ac insigne sibi elegisset, quam denique vt potentissimum simulacrũ numinis, & sui, & filiarum Ierusalem proponeret venerandum.

Quòd si quis quærat, qualenam istud extiterit charitatis simulacrum, quod in medio ferculi collocatum deferendũ esset pro triumpho regis Salomonis crediderim, non incongrue responderi posse, ignitum quid illud esse, ignitum, inquam, tale vt, haudquaquam discerni aliud in eo posset, quã ignis: colligo autem id ex lectione hebreica, quæ sic verti potest: *Medium eius ignitum charitas à filiabus Ierusalem*; ac si dicatur: Medium ipsius ferculi tenet ignitum quid, & accensum, quod certè charitas ipsa est, seu charitatis simulachrum, à filiabus Ierusalem conspiciendum.

Neque id nouũ, vt ignis pro trophæo deferatur, quãdoquidem pro insigni Imperii delatus est ab aliquibus: Mosq; hic Persis extitit antiquitus, vt sacrũ ignem velut imaginẽ imperii sibi præferri finerent, eoque præcipuo insigni, & singulari ornatu vsi sunt, vt testatur Alexander ab Alexandro lib. 1. genialiũ dierum c. 28. Id quod & Romę ab aliquibus Cæsarum obseruatum legimus in eorũ vitis.

Porrò ignem extitisse hieroglyphicum charitatis apud priscos, testis est Pierius Valerianus, ceteres & Poetæ ferè omnes. Quin, & in sacris litteris passim ignis pro amore vsurpatur: & Spiritus sanctus, qui est amor substantialiter, cum super Apostolos descendit in die Pentecostes, *a* in igne, vt in proprissimo amoris hieroglyphicô sese exhibuit: Et in hoc ipso Cantico amoris, cũ quoddam describitur eiusdem charitatis simulacrum, igneũ item quid illud esse, afferitur his verbis: *b Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*: Atque adeo, & in veteri lege *c* mandatum à Domino legimus, vt ignis perpetuus ante arcam arderet. Et apud Ezechielem *d* cum describitur Deus sedẽs super currum, dicitur: *Similitudo aspectus hominis desuper: Et vidi quasi speciem electri, velut aspectus ignis intrinsecus eius per circuitum*, &c. Quin & ob id ipsum sæpius in igne apparuit Patribus, vt Moysi in Rubo, & toti populo Israel; cum legẽ ei dedit. Quia nimirum, iuxta Ioannis dictum: *e Deus charitas est*, quam charitatem, quem Deũ, ideo Salomon sub simulacro ignis venerãdũ proponebat.

Pier. Vale. lib 46 ca. de facibus.
a Act. 2. 3.
b Cant. 8. 7
c Leu. 6. 13
d Ezec. 1. 26
e 1. Ioa. 4.

Ex Versic. X. Media charitate constrauit propter filias Ierusalem.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Qvòd verus Salomon noster Christus Dominus regnauerit super solium Dauid, nec sederit modò super Ecclesiæ sedem, quæ est sedes Dauid, sed & in illa se reclinauerit, vt in proprio reclinatorio, nunquã ab ea discedens, & in æternum in illa regnãs, in dubiũ venire nemini potest, qui ea recolat Angeli verba: *f Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur: Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in æternum*: quę sanè verba de ea Christi sessione, deque illo eiusdẽ regno, quo in ipsa Ecclesia per suos Vicarios, sanctosve Pontifices residet, & regnat super omnẽ terram, interpretatur Epiphanius hęresi 29. & alii ex Patribus: atque adeo, nec in dubium vertere quisquam potest, quin & in hoc Cantico post descriptionem Ecclesiæ Romanæ, quatenus est ferculũ Salomonis nostri, ac lectus gestatorius, i quo ille etiam extra Vrbem sedens, ac reclinans deferri velit, verissimè de ipso in tali ferculo reclinãte dicatur: *Media charitate constrauit*, vtpote qui in medio Ecclesiæ Romanæ ita sese extenderit, vt se metipso constrasse quodammodo reclinatorium illud visus sit.

DE ECCLESIA.
I SENSVS.
f Luc. 1. 32
Epiphan.
Christus in Eccl. Rom. sedet a suis Vicarijs se det sup. solio David.

Id potius dubitationem aliquam commonet in his verbis, quod non simpliciter dicitur; *Media se metipso constrauit*, sed, *Media charitate constrauit*: Siquidẽ hoc nomine charitatis indicari videtur, ipsum in Ecclesiæ medio sedere, quatenus Deus est, æterni Patris filius, cũ ex sacris paginis habeamus, charitatis nomen ita proprie Deo cõpetere, vt cũ illo quodammodo conuertatur, dicente Ioãne in sua Canonica: *g Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. At certè constans est omniũ Catholicorum senia, Christum, vt Deum quidem, & hominem, sed vt hominem proprius esse Ecclesiæ Regem, & eatenus illi collatam sedem Dauid, quatenus est homo ortus ex semine Dauid, vt homo namque in donum à Patre accepit regnum illud in hæreditatem, vt homo idem ipsum obtinuit titulo redemptionis, titulo meriti, necnon & titulo erectionis illius.

g Io. 4. 16.
Christus, vt hō, est Ecclesia Rex, & caput.

Enimuerò cum in Cruce Ecclesiam sanctificauit, mundans eam lauacro sanguinis sui tunc regnũ in ipsa stabiliuit, in quo perpetuò resideret, tunc & ferculũ suum eamdem construxit, cuius mediũ ipse obtineret incensus charitate. Cur ergo dr̃ constrasse huiusmodi mediũ charitate? An, quia in hoc ipso charitatem maximam exhibeat erga animas filias Ierusalem cælestis, quod sua assistentia resideat in medio Ecclesiæ? An quia hoc pacto residens, id vnũ in primis exposcat à filiab. Ierusalem, vt charitate flagrantes sint, dicente ipsomet in Euangelio *h Ignem veni mittere in terram & quid volo, nisi vt accendatur*? Sed certè, si hæc dicantur, nil aliud per ea habebimus, nisi quod ille in Ecclesia residet per spiritualem, præsentiam, quæ haud verè, & propriè sit charitas, sed ab effectu tale sortitus sit nomen charitatis. Veruntamẽ & verbum *constrauit*, quod hic appositũ est, designare videtur corporis præsentiam, & quod, præter id, quod dictum est, illum vt Regem Salomonem Ecclesiam Romanam fecisse sibi, idest in sui vsum, vt in ea, æque ac in proprio ferculo reclinans, & residens deferretur per orbem: Insuper & adiectũ particulariter, ipsum media eiusdẽ ferculi constrasse charitate, indicare videtur, eũ, nedũ vt est Rex pacificus, sed etiam, vt est ipsamet charitas & amor (vt ita dicã) substantialis, in eodẽ ferculo reclinare se voluisse, & in eadem Ecclesia. Et quidem in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento vtrumq; istorũ ab ipso præstitum animaduertere est, exhibuisse videlicet se in Ecclesia residentem, atque præsentem præsentia corporis, tametsi non secun-

Ecclesiã Romanã quo charitate cõstrasse dicatur Christus.
h Lu. 12. 49
In Eucharistiæ Sacramento Christus in Ecclesia residet, & secundũ corpus, & vt ipsa charitas.

DE ECCLESIA.

secundum dimensiones quantitatis ad locum, nec non & præsentia sui ipsius, prout est charitas.

De præsentia etenim corporis, nullus est, qui ambigat; cum certissime constet, illũ ipsum Christum esse in eo Sacramẽto, qui corpore, & anima, atque diuinitate cũ hominibus conuersatus est, cũ vitam hanc degeret in terris, qui ve ad Patris dexteram regnat in cælis, postquam resurrexit a mortuis, atque adeo propriissima appellatione illud nuncupamus Corpus Christi. Quòd verò præsentia corporis residens, resideat pariter in eodem Sacramento sub hac formalitate amoris & charitatis exinde colligitur, quòd idem Sacramentum est amor, & charitas: Id quod ex triplici capite probari facile est, & ex triplici congruentia, quam illud cum ipso habet amore.

Euchar. Sacramentum est amor, et charitas.

Primò enim, cum constet, inter amoris causas, nullam esse, quæ potior, & efficacior sit amore ipso, vt aliàs probatum est: profecto & sanctissimũ istud Sacramentum pariter dicendũ est, esse amorem; quandoquidem inter vniuersa illa, quæ hominib. à Deo collata sunt, vt per ea ad eius promouerẽtur dilectionem, nihil est, qđ huic Sacramẽto æquari possit, ita vt propterea non immerito à quibusdam philtrum, & medicamentum amoris dictum id esse, reperiamus. Quod si ex ipsius amoris natura arguere licet, multo magis idipsum est asserendũ: Amor quippe ex natura sua igneã vim habet, atque adeo passim ignis vocabulo exprimitur, tũ in sacris, tum in profanis litteris. Ecquid verò aliud est Sacramentũ corporis Christi, quam ignis ardens, igneã planè habens vim, quæ & inflammet, & purget vrẽdo? Ipsum sanè est calculus ille *a* seu, secundũ Sept. carbo ignitus (vt præclare exponit Theodoritus, & alij) quẽ Seraphim forcipe tulit de altari, & cuius contactu purgatũ est os Prophetæ: atq; adeo, cũ ignis sit, & amor igneã habens naturã, in præstantissimũ donum à Christo promittitur ei, qui fortiter dimicans vicerit; sic.n. dicitur in lib. Apocalypsis *b Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidũ:* candidum in speciebus, quæ apparent; sed igneũ ob id, quod sub ijs latet speciebus.

Eucharistiæ Sacramẽtũ est ignis.

a Isa. 6. 6.

In Isaiam.

b Apo. 2. 17

Tertiò, si amoris proprium est, amantium animos ita inter se nectere, vt ferè vnum idemve sint, ideoque *c* vinculi nomen charitati ab Apostolo inditũ est: quis abnuet, Eucharistiæ Sacramentum esse amorem, & charitatẽ præstantissimã? *d Qui manducat meam carnem*, inquit, Dominus, *& bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*. Quid est in me manet, & ego in eo, nisi, tam arcta mecũ nectitur vnione, vt planè vnũ, idemque sit mecũ?

c Col. 3. 14

d Ioã. 6. 56

Quinimo ob hoc ipsum communionis nomine insignitur, quòd per illud fideles inter se vniantur, communicantes ad inuicem sibi animos, sicut in vno communicant Christi corpore. Cum igitur hoc Sacramentum amor sit, verissima certè appellatione charitas appellatus est Salomon noster, quatenus per illud in medio Ecclesiæ non spiritaliter tantum, sed & corporaliter residet: *Media charitate constrauit.*

Sed adhuc vna superest difficultas; nam cum istiusmodi Sacramentum non in Ecclesia Romana duntaxat, sed & in qualibet fidelium collectione, & ferè in quolibet templo conspiciatur, non videtur forsitan benè, vereque dictum, Christum per illud residere in medio Ecclesiæ Romanæ, & in Sede Apostolica. Facile tamen est, veritatis huius dicti assignare rationem; nam, etsi in vnaquaq; Ecclesia sit Sacramentum istud, & potestas illud conficiendi; dicitur tamen Christus per illud resi-

In Eucharistia Sacramento quo residere dicitur Christus præcipuè in Ecclesia Romana.

A dere præcipue in Romana Ecclesia: quia exinde, vt à capite primario deriuatur potestas ipsa consecrãdi hoc Sacramentũ, & Christus Rex pacificus per hoc Sacramentũ reliquas Ecclesias Romanæ nectit Ecclesiæ. Hinc congruentissima, & antiquissima receptũ est consuetudine; vt, cum Sedes Apostolica extra Vrbẽ trãsfertur, simul quoque, & Sãctissimum Sacramentũ ab Vrbe deferatur, nec Sũmus Pontifex iter arripiat, quin simul & Christus in Sacramento cũ illo comitetur. Et Antiquissimi moris erat in Ecclesia Romana, vt cũ Episcopus quispiam Romam adiret, & Sedem Apostolicam, mitteretur ei obuiam à Pontifice Romano hoc Sacramentũ in signum pacis, & charitatis, vt intelligerent vniuersi, Episcopũ illum Romæ habitũ vt,

B connexum cum Sede Apostolica, prout manifestè colligitur ex Epistola Irenæi Martyris ad Victorẽ Papam, quam referunt & Eusebius Cæsariensis libro 5. histor. Eccl. ca. 24. & Nicephorus Callistus lib. 4. c. 39. Quod ergo hic dicitur, tale est.

Irenæus. Nicephor.

PARAPHRASIS.

Christus Rex Salomon in isto ferculo, quod sibi fecit, in Ecclesia Romana non modo residet spiritaliter in aureo reclinatorio, & in Cathedra Petri, sed & corpore ipso suo medium locũ in ea tenere conspicitur in sanctissimo Eucharistiæ Sacramẽto, vt charitas, & amor: ita vt & ab huiuscemodi lectulo deferatur extra Vrbem, & lectulum ipsum, in quo defertur, mirum in modum exornet, atque communiat Sacramentali prẽsentia istã sua.

C Hoc verò pacto media dicti ferculi semetipso constrauit, vt est charitas, in tanto Sacramẽto propter filias Ierusalem, quo teneras quasque deuotasve animas filias Ierusalem cælestis; hac charitate ad charitatem promoueret magis ac magis: hoc igne inflammaret; hoc denique & nexu secum, & cum Romana Ecclesia vnitas deuinciret.

Et hæc quidem satis iuxta primam ferculi acceptionem pro Ecclesia Romana, quatenus etiã extra Vrbem est: si charitatis nomine Regem Salomonem, & Christum Dominum significatum sumamus, quem Hebraicus textus Incensum, seu cõbustum charitate appellat.

ALIVS SENSVS.

D At verò, si charitatis nomen metonymice vsurpatum accipiamus pro rebus charis, pro gemmis, ac margaritis, quibus per maximè delectantur puellæ, Dicendum, per hæc verba de eo ipso commendari Ecclesiam Romanam, de quo in Psalmo 44. vniuersalem Ecclesiam cõmendatam legimus exinde, quia *e* circundata sit varietate, & circumamicta varietatibus, idest vestibus, varijs intertextionibus, variarumque gemmarum intertexturis plumario opere elaboratis. Quod enim significauit Propheta Dauid per istiusmodi vestes, quibus operiretur, & circundaretur Ecclesia, vt est Regina adstans à dextris Regis Salomonis, hoc in verbis hisce significatur per, *Media*; cortinas nimirum illas, quæ intermediæ essent inter reclinatorium, atque ascensum, quibus Ecclesia Romana, vt est

Romana Eccles. à Christo ornata multiplici ordine Sanctorum, ac virtutum.

e Psal. 44. 10. & 15.

E lectulus gestatorius Christi, à partibus operitur, quibus & circundatur instar vestis: atque adeo recte istiusmodi media dicuntur charitate, ac gemmis constrata ab ipsomet Christo.

Porrò sicut per varietatem vestium illarum varietas designatur donorum Spiritus sancti, quã ob oculos ponit Apostolus in Epistola prima ad Corinthios: ita per opificium istud cortinarum ex varijs lapidibus pretiosis elaboratum, multiplex designatur Sanctorum ordo, quibus Romana in primis Ecclesia circundatur, ac exornatur, quocũque tetenderit, Prælatorum, Sacerdotum, Doctorum, Monachorum, & cæt. quorum singuli, iuxta

dictum

DE EC-CLESIA.

dictum Apostoli, *a* tanquam lapides viui superædificantur.

Ac bene propter filias Ierusalem huiusmodi intermedia gemmis constrata dicuntur, vt animæ illæ, quæ cælestem Ierusalem mentis oculis assuetæ sunt contemplari, ad ipsam Ecclesiam Romanam magis afficiantur, quam lapidibus pretiosis exornatam cōspiciunt, instar cælestis illius Ierusalem, quam ex *b* lapidibus quoque pretiosis constratā refert Ioannes in Apocalypsi.

a 1.Pe.2.5
b Apoc.21 19.

II SENSUS. PRINC.

Iuxta secundam ferculi acceptionem pro curru triumphali: Cum in præcedentibus ostensum sit, currum triumphalem præcipuum, quem sibi construxit Christus, vt in illo triumphantem toti sese exhiberet orbi, extitisse Paulum Apostolum, tum & singulos sanctos Euangelij Prædicatores: Primum, quæ hic dicuntur explicanda sunt, vt competunt Paulo: tum, vt alijs quoque Prædicatorib. congruant exponendum est.

In paulo triumphauit Christus p charitatē.

Et quidem, quod Christus Dominus in Paulo triumphauerit, per charitatem illi insidens, neminē arbitror ignorare, quandoquidē nil frequētius legitur in eius scriptis, quam nos, quòd Christo ipsa coniūctus esset charitate, a qua impelleretur, per quam ab illo inhabitaretur, & ob quam ab illo seiungi nequiret. Sic.n. ait aliquando: *c Charitas Christi vrget nos*: aliquando verò, *d Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio?* &c.&c. *Certus sum, quia neque mors, neque vita*, &c. *neque alia creatura poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.*

c 1.Cor.5. 14.
d Ro.8.35.

Pauli cor quo constratū charitate erga Iudæos potissimum.

Verùm, cum non charitate simpliciter dicatur constratus, sed, *charitate propter filias Ierusalem*, id explicandum superest, quo pacto id verum sit, vt propter Iudæos potissimum, qui sub nomine filiarum Ierusalem signantur, ille Christum, vt charitatem gestarit, quave ratione Pauli cor charitate constratum extiterit erga Iudæos, Christū ijs duntaxat exhibere desiderans. Hoc autem per eiusmet verba commodius explicabitur, is siquidem istiusmodi charitatem, istiusmodi & desideriū Romanis testatum faciens, ait: *e Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ*, &c. Ac si diceret.

e Rom.9.3

Adeo flagranti Christus me inflammauit charitate erga fratres meos, dum me vas sibi fecit, & ferculū, quo ipsemet deferretur triumphans; vt, si opus esset, & si arbitrarer, satis esse, me interfici propter Christū pro illis, quo videlicet ij Christū in me triumphantē susciperent, id mihi maxime esset in optatis, vt ante eorum oculos mortem obirē à Christo, idest propter Christū, iuxta phrasim illam, quæ & superius annotata est in prima expositione, quave præpositio, A, in sacris litteris vsurpatur pro, Propter. Ita, Il cum Hieronymo anathematis nomen sumatur pro morte corporis. Quāquam eorumdē verborum alterū afferre possumus sensum, quo magis cōfirmatur id, qđ intēdimus, quive, etsi nouus sit, à littera tamen nō est alienus.

Epist. ad Algas q. 9. Epist ad Hedibiā q. 10

Pro quo supponendū, nomen Anathema, quod separatum, & seiunctum propriè significat, transferri ad ea peculiariter significanda, quæ Deo consecrata erant, vt separata in aliquod ministerium diuinorū. Hoc supposito: quod intendit Paulus, idest vt ad ostendendū, quanta cor suum constratum esset charitate erga Iudæos, dicat se optasse, vt Christus, qui ipsum elegerat, feceratque eū sibi ferculum, in quo deferretur coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israel, ad hoc ipsum sibi seiunxisset, & consecrasset ad ministerium istud, vt fratribus suis filijs Israel, & filiabus Ierusalē nomē eius portaret: vt huic vni operi separatus fuisset à Christo, vt Iudæorū saluti indulgeret, quamquam.n. nosset, præstantissimū id esse munus, ad qđ destinatus fuerat, vt esset Apostolus Gentiū, vtve innumeras peragraret Orbis terrarum Regiones, id tñ quàm maxime optabat, pro ea nimirum charitate, qua ipsius media à Salomone cōstrata fuerant propter filias Ierusalem; vt sensus sit: Tanto salutis populi mei desiderio æstuabā, tantaque illum prosequebar charitate; vt optarem, me factū fuisse anathema, seiunctum, & consecratum à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei, &c. ita vt illos ad eum mea prædicatione conuerterem.

DE EC-CLESIA.

Quòd si per ferculum, & currum triumphalem Christi intelligamus vnumquēque Euangelij Prędicatorē, tria per hæc modica verba significātur, quæ præter illa, quæ indicata sunt in superiorib. in eo requiruntur, vt rectè ac digne suum obeat munus glorificandi, ac portandi nomen Christi coram auditoribus.

Prędicatores, quid habeant [illegible]

Primum est, vt ante omnia Christū ipsum in medio cordis sui reclinantē gestet sub illa in primis formalitate, vt cōbustus est charitate non modo in quascunque filias Ierusalem, in omnes, & singulos fideles, sed & in vnā ex filiab. Ierusalem, iuxta Hebræorū expositionem allatā in expositione litteræ. Sic.n. si hoc pacto constratus sit charitate, haud ab inani gloria impelli se sinet ad prędicandū, sed solū à charitate, nec vlli parcet labori, vbi vel vnius aīæ profectum agnouerit, vtpote à Christo ipso impulsus, quē gestat erga vnamquamque animam ita ardentem charitate, vt propterea Paulus ex persona singulorum particularium dixerit: *f. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

f Gal.2.20

Secundum est, vt ita ipse sit charitate cōstratus, vt hanc vnam in primis in audientium animos imprimere nitatur charitatem erga Christū, qui tanto amore ipsos est prosecutus, vt exinde charitatis nomen adeptus sit, quod vni competit Deo.

Prędicatores charitatem in primis prædicare debet.

Tertium denique est, vt ob eamdē Christi charitatē ita sese in suis gerat concionibus, vt rationem in primis habeat pusillorū, & infirmorum, hoc nāque significat, constratum esse charitate, non quidem simpliciter, sed *propter filias Ierusalē*, propter illos nimirum fidelium, qui imbecilliores sunt, nec virili robore, virilique prædicti sunt scientia.

Prędicatores infirmis rōnem præcipuā habere debēt.

Quòd verò non tā verbis charitate accēsis, quā præclara virtutum omniū forma, quibus quasi pretiosis lapidibus constratum, ornatumq; exhibere se debet, ad Christi dilectionē singulos quosque fidelium pellicere queat, & versione Sept. innuitur, quæ habet: *Intus ipsius lapidibus constratū charitatem à filiabus Ierusalē*, scilicet elicit: & lectione quoque nostra confirmatur, dū charitatis nomen metonymice sumitur, vt dictum est in prima expositione. Neque verò abs re factū est, vt, cum innuitur, ad Christi dilectionē fideles per illustria virtutum exēpla à Prædicatore allici, dicatur: *Media*, vel expressius in versione Sept. *Intus*, seu *interiora ipsius lapidibus constrata*, cum dicendū potius videretur: Exteriora ipsius, quæ intuentiū oculis apparent, eo pacto constrata. Sed per hanc loquendi formā designatur id, quod præsertim in Prędicatore requiritur, vt intrinsecus primo animā habeat virtutum habitibus, quasi tot gemmis charitate inter se connexis, constratam: Exinde.n. fit necessario, vt & in actibus, & operibus ipsius extrinsecus quoque internorum habituum effulgeat splendor: tantus est quippe earum gemmarum fulgor, vt extrinsecus etiam suos emittat radios.

Prędicatores & charitate, et virtutū exēplo animas ad christū trahūt.

Ex

DE ANIMA.

Ex Vers. X. Media charitate constrauit propter filias Ierusalem.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

QVI magnificentiam enarrare aggreditur eorum, quæ in ædibus vidit regijs, describit quidem cubiculorum pulchritudinem, artificiosas picturas, aulæa pretiosissima, vasa argentea, atque aurea, gemmarum copiam, & sublimem, ac ditissimum thronum; Explicaturus autem ipsius, qui in throno residet, Regis maiestatem, & intelligés dignis se haudquaquam verbis exprimere eã posse, breuiter sese expedit, vnica duntaxat voce id exprimens omne, quod in tantæ maiestatis descriptione vel ab eloquentissimo Oratore dici posset, inquiens, ibi conspexisse illũ, vt Regem. Ita se gessit Ioannes Euangelista, quippe qui, postquam magnificentissimi illius palatij descriptionem fecit, in quo Rex Salomon Christus habitare dignatus est, humanitatis, inquam, illius, quam is sibi construxisset, dicens: *a Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*: maiestatem inhabitantis Regis hisce expressit verbis: *Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre*, idest, qualem decet filium Dei.

Charitatis nomine, quicquid exprimatur Deus, vt est in humanitate assumpta.

a Ioã. 1. 14

In eumdem modum, & cælestes pariter spiritus ij, qui sanctam hic alloquuntur animam, post exactissimã eiusdem humanitatis Christi descriptionem, quã sub ferculi, ac lecti gestatorij metaphora in præcedentibus prosecuti sunt, Maiestatem eius, qui tam magnifico ferculo reclinauit, exprimere côtendentes, quicquid de ea dici posset, modicis hisce explicans verbis: *Media charitate constrauit, propter filias Ierusalem*: charitatis nomine diuinitatem designantes, qua nihil potest esse præstantius.

Porrò nomen istud charitatis adeo excellenter inhabitantem in humanitate explicat diuinitatẽ, vt haud aliud inuenire liceat nomen, quo efficacius eius exprimatur magnificentia. Ecquid. n. magnificentius in Deo excogitari potest, quam cõmunicatio sui ipsius? hanc verò per charitatem factam nouimus. Præclare autem ad charitatis nomen hoc loco additum est: *Propter filias Ierusalem*; vt intelligeremus, in eo in primis Deũ hominibus manifestasse magnificentiã suam, quod propter illos charitatem sese exhibuit, humanitati communicans diuinitatem, atq; etiam, vt agnosceremus, illos ad eius dilectionem ex hoc ipso promoueri, quod ipse se eis exhibuit charitatem. Et quidem, quòd per hanc cõmunicationem Deus hominib. maximũ præstiterit charitatis specimen, quòdve ob illam ipsam adeo præstanté charitatis exhibitionem, charitatis nomen apud homines sit sortitus, testis est Ioãnes dilectus Christi discipulus: is enim in sua prima canonica, *b In hoc*, inquit, *apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suũ vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eũ.* Tum in eodem c. 4. ex hoc, quod tam eximia Dei charitas ab hominibus agnoscitur, infert, Deũ esse charitatem ob id in primis, quòd hominibus se se communicat, dicens: *c Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis, Deus charitas est.* Quod autem idcirco idemmet Deus hoc pacto se charitatem exhibuerit, vt homines id agnoscentes ad eius allicerentur dilectionem, testatur idem Ioannes per ea, quibus ait: *d Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas*

Charitatis nomẽ apud homines vnde sortitus sit Deus.

b Ioan. 4. 9

c Ioã. 4. 16

Ioã. 4. 8.

A *est*: subijciés, quæ supra retuli: *In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam*, &c. Sensus igitur illorũ verborum, *Media charitate constrauit*, &c. hic est secundum primam hanc ferculi acceptionem.

DE ANIMA.

Media tam magnifici ferculi humanitatis sua ipsius ornauit, cooperuit, atque impleuit charitate, in eius medio, vt in proprio throno ipsemet residet, vt Deus, charitatem sese exhibens propter homines, in eo ipso, quòd diuinitatem suam hominib. cõicauit, iungens illam cũ humana natura: vt saltem per hoc ad sui dilectionem filias alliceret Ierusalẽ, & animas illas, quæ talẽ agnoscerent charitatẽ, quę vt eius speculatores factę essent, quatenus in medio huius ferculi resideret, vt charitas.

PARAPHRASIS.

B Quò autem magis filiæ Ierusalem ad istiusmodi speculationem promouerentur in ignis specie, in medio ipsius humanitatis sese exhibuit: *e* sicut & Moysi sub eadem specie in medio rubi sese ostendit. Idcirco bene iuxta hebraicam lectionem dicitur: *Medium eius combustum, seu, ardens charitate à filiabus Ierusalem.* Qua in re notandum, apposite declaratum esse, quo igne combustus is esset: quo igne arderet, dum in medio resideret ferculi humanitatis, amoris nimirum, & charitatis: Antiquitus enim cum in ignis specie sese exhibuit spectandum, ad terrorem ignem adhibuit, gloriamque suam in terribilitate sitam significauit, & in vindicta, qua instar ignis rebelles omnes consumeret, atq; adeo de medio ignis locutus dicitur,

e Exo. 3. 2. *In igne charitatis christus gloriã suam ostendit in ferculo humanitatis.*

C quando legẽ dedit, aperteque Moyses ait: *f Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator.* At vero, cum deferri voluit in ferculo humanitatis suæ, vt & gloriam item suam mũdo clarius manifestaret, & nouam conderet legem, haudquaquam se exhibuit in igne consumente, sed in igne charitatis, indicans, nihil sibi esse charitate gloriosius, gloriamve suam omnem apud homines sitã voluisse in charitate, quæ ignis ardentissimus sit, non consumens, cum tñ non ardeat modo, sed & comburat combustione perfectiua: sic namque dicitur: *Medium eius combustum charitate.*

f Deu. 4. 24

Charitate nihil gloriosius habet Christus apud homines.

D Quod si quis quærat curiosius, quodnam sit medium illud in ferculo humanitatis constitutum, quod tam perfecto combustũ sit isto igne charitatis erga homines: Vt dicam, quod sentio: Crediderim, dici posse non incõgrue, esse ipsam personã, & suppositum Verbi, quod mediũ dicatur in humanitate assumpta, quatenus in eo, quasi medio quodam duæ distinctissimæ inter se naturæ vnitę sunt: Combustũ autem dici istiusmodi mediũ charitate erga homines, quia, etsi tota Trinitas vt vnus Deus, sit charitas, atque adeo ob id Pater dictus sit Charitas, quia misit filium suum, vt probatum est Epistola Ioannis, attamen istud ob id, quod ex Patris decreto carnem suscepit, terminãdo humanitatem ad saluandos homines, & charitas est charitate combustum, combustione hac aliquid insuper habens, terminationem nimirum illam, vt sensus sit.

Verbũ diuinũ quo medium cõbustũ in ferculo humanitatis.

E Rex pacificus filius Dei in constructione huius ferculi, & lectuli gestatorij humanitatis suæ medium inter humanam, atque diuinam naturam suum exhibuit suppositum igne combustum charitatis erga filias Ierusalem, erga eos, qui adoptandi essent in filios Dei; propter hanc enim filiorum adoptionem combustu exhibuit suppositũ suum, vt medium quidem, in quo duæ illæ naturæ vnirentur, & vt terminum, ad quẽ ipsa duarũ naturarum vnio terminaretur. Natura quippe existens filius Dei, vt quoad fieri posset, filios adoptionis sibi faceret similes, ardẽtissima erga eos charitate com-

PARAPHRASIS.

DE ANIMA. combustum assumpsit carnem. Hæc, si charitatis A nomen propriè sumatur pro amore.

ALIVS SENSVS. Si autem idem nomen charitatis metonymice hic vsurpatum asseramus, pro rebus charis filiab. Ierusalẽ, pro gẽmis aliisve istiusmodi, quib. puellæ maxime delectantur, maximeq. pelliciuntur, prout in prima expositione est explicatũ; Dicendũ, per hæc verba indicari, quibusnã reb. filias Ierusalem, siue Iudæos, siue quaslibet per has filias intelligas aĩas ad Ecclesiã pertinẽtes, ad suam humanitatem admirandam, atque ad se amandum pertraxerit Christus, postquam habitauit in nobis.

Conuersatione suam extrinsecã Christus ornauit preclaris verbis, & gestis. Porrò, cũ mediorum appellatione cortinas illas iuxta hunc sensum significatas dixerim, quæ B intermediæ sunt inter lectuli ascensum, ac reclinatorium, & quib. extrinsecus lectulus ipse circundatur, rectè per media humanitatis Christi, ipsius externam intelligimus conuersationem, qua circundata, quodammodo ea fuit humanitas, quamdiu Christus in mundo extitit. Hanc igitur conuersationem suã ornasse hic dr̃ Salomon noster gẽmis, rebusve pretiosissimis, verbis nimirũ, atq. operib. adeo eximiis, vt nec pretio, nec fulgore, nec etiam virtute quibuslibet cederent gẽmis, aut margaritis; ita vt per ea Iudæos quosq. & quoslibet adstantes, ad humanitatẽ ipsam admirandã, & ad se pariter diligendum attraxerit, vnde apud Lucã dr̃:

a Luc. 4. 22. *a Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur* C *in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Et apud

b Matt. 9. 33. Matthæũ post patratum miraculum quoddã reperimus dictum; *b Et miratæ sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israel;* & pp ipsa eius

c Luc. 6. 17 opera secutã illũ esse multitudinem copiosam legimus: *c ita vt omnis turba quæreret eum tangere,*

d Marc. 8. 3 *quia virtus de illo exibat, & sanabat oẽs:* adeoq. illius amore pelliciebantur filiæ illæ Ierusalẽ, vt *d* in desertum quoq. ipsum secutæ nullã suæ sustẽtationis rationem habuerint, totæ videlicet in eius cha-

e Marc. 8. 2 ritatem absorptæ, quod illa eius verba testantur: *e Ecce, iã triduo sustinent me, nec habent, quod manducent.* Neque verò nouum est, vt & verba, & ope-

Christi verba, ac gesta pretiosiora quibuslibet gemmis. ra, quæ pclare, vel gesta, vel dicta sunt, instar margaritarum, ac lapidum, pretiosissimorum habeantur: experimento.n. comprobamus, nos sæpius plu D ris facere vnum amici verbum, vnumve eiusdẽ opus, quam si gemmæ quãtumlibet pretiosæ nobis conferrentur; ex quo fit, vt pro audiendis huiuscemodi verbis, seu pro hisce spectandis actionibus, quodcunque missum faciamus negotium, etsi grauissimũ id sit: id verò agimus idcirco, quia charissima ea nobis sunt; quia per ea ad loquentis, & ope

f Prou. 20. 15. rantis amorem allicimur: in libro Prouerb. de verbis viri sapientis dr̃: *f Est aurum, & multitudo gemmarum, vas autem pretiosum labia scientiæ:* idest, verba Sapientis, quæ à labiis scientiæ proferũtur, inter omnem pretiosam suppellectilem pretiosius vas, pretiosior suppellex debent censeri: pretiosior, inquam, & auro, & multitudine gemmarum.

Ps. 18. 11. E Ac de verbis Salomonis nostri procedentis tãquã Sponsi, & instar solis de thalamo, & tabernaculo suo, dicitur in Psalmo, quòd *desiderabilia sint super aurum, & lapidem pretiosum multum:* de manibus

g Cant. 5. 14. quoque eiusdem, quibus tot insignia operatus est, gesta, in hoc Cant. dictũ reperiemus: *g Manus eius tornatiles plenæ hyacinthis;* lapidib. videlicet ptiosis. Congruit aũt perpulchre, quod hic appositum est, verbum *Constrauit*, ad explicandum singulare artificium, quo Dñs noster lapidibus hisce suam exornauit conuersationem: per hoc quippe innuitur, nil in eius cõuersatione relictum vacuũ, quod non aut verbis aut operib. iis exornatum fuerit,

Michaelis Ghislerij.

quibus homines ad Dei charitatem allicerentur, DE ANIMA. ita vt tota ipsa eius conuersatio, quasi pauimentũ quoddam constratum ad perpendiculum videretur, ex variis quidem gemmis, sed arctissime sibi inuicem connexis: ex verbis, & factis, quæ varias multiplicesve præseferunt virtutes; vniuersis tñ arctissimo charitatis glutine simul colligatis: quicquid.n. is dicebat; quicquid operabatur, siue sanãdo ab infirmitatib. corporis; siue ieiunando; siue peregrinando; siue patiendo opprobria, & cruciatus: siue obediendo, siue prædicando, siue increpãdo, siue etiam orando, charitatis id omne erat, charitatis, inquam, non erga Patrem dũtaxat, sed & erga filias Ierusalem, erga homines, quibuscũ versabatur. Idcirco apte quoque ad ornamentum istud significandum, charitatis nomen appositum dixerim, quamquam metonymice non tam charitatem illud significet, quàm ea, quæ ad charitatẽ pertraherent, vt dictum est.

Iuxta secundam ferculi acceptionem pro curru II. SENSVS PRINC. triumphali, atque pro cruce, in qua tanquã in proprio, ac magnificentissimo curru Regem Salomonem, ac Christum Dominum triumphasse, ostensum est supra in secundo sensu tertię expositionis, dicendum, per hæc exigua verba: *Media charitate constrauit propter filias Ierusalem:* immensam designari Regis nostri charitatem erga homines, in

In cruce Christus exhibuit maximũ charitatis specimen. qua maxime suam palam fecit magnificentiam, cum triumphum in dicto ageret ferculo.

Per hoc quippe, quòd charitas in medio Crucis resedisse dicitur, innuitur, in tanta vehementia charitatem in ipsa Cruce præstitam, vt sufficiens fuerit, Regem Salomonem Iesum Christum filiũ Dei in suam quodammodo naturam conuertere: Hinc est, quòd Apostolus Paulus hanc charitatem non magnam duntaxat, seu etiam maximã appellat, sed nimiam, vtpote quæ ordinarias omnes excesserit vires charitatis: Sic.n. ait in Epistola ad Ephes. *g Deus, qui diues est in misericordia, propter* h Ephes. 2. 4. *nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo.*

Quo verò pacto ista Dñi conuersio, seu transformatio à charitate hac nimia facta fuerit, & in charitatem illam præcipue, quæ est erga filias Ierusalẽ, erga omnes homines, sed in primis erga Iudęos per lectionem hebraici textus, quæ sic habet: *Medium eius incensum, seu combustum charitate à filiabus Ierusalem;* ad viuum exprimitur iudicio meo.

Enimuero dũm ardentis, ac combusti vocabulo ille appellatur, vt est in ipsa Cruce, indicatur, id ei contigisse, quod, vel ligno, vel alteri cuipiã materiæ contingere solet, cum igni approximata ardent & incenduntur.

Porrò in iis manifestam animaduertimus trans Simile. formationem in ignem, quo incensa sint: Similem igitur in Salomone nostro fateri debemus transformationem in charitatem, cum audimus, illum charitatis igne ardentem, atque combustum, ac sicut lignum ardens rectè ignem appellamus, & vere: Ita & ipsum charitate inflammatum, charitatem rectè nuncupabimus.

Ex hoc item ipso, quòd dicitur resedisse in medio ferculi istius combustus charitate propter filias Ierusalem, colligere licet, & vnde factum sit

In cruce quare in igne charitatis cõuersus dicatur Christus. vt istiusmodi igne charitatis combustus fuerit, & quare in istum ignem fuerit transformatus: quia nimirum super Crucem sese Patri obtulit in holocaustum, quod totum comburebatur.

Et quia non in oblationem simplicẽ sese obtulit sed in oblationem pro peccato, & in holocaustũ pro aduersariis: inde factum est, vt haud dictus tã-

kk tum-

DE ANIMA.

cummodo sit cōbustus charitate simplici, sed charitate à filiabus Ierusalem, ab animabus videlicet Ierosolymitanis,& omninò à Iudæis, à quibus in Ciuitate Ierusalem morti traditus est; seu etiam à quibuscunque peccatoribus,& propter molliores quoscunque,& effeminatos. In hoc siquidem magis, quàm in vllo alio opere nimiam suam ostēdit charitatem: in hoc & illa combustū sese exhibuit: vnde Ioannes, a *In hoc*, inquit, *est charitas*, idest, si vultis scire, qua nam in re Christus vt Deus, atque etiam vt homo charitas extiterit propter homines, scitote, in hoc ipsum esse charitatē, *non quasi nos dilexerimus Deum sed quoniam ipse prior dilexit nos,& misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris*. Quod ergo hic dicitur, tale est.

a 1. Ioa. 4. 16.

PARAPHRASIS.

Media ipsius Crucis semetipso *constrauit*, in medio illius, vt in magnificētissimo reclinatorio suū reclinans corpus, combustum illud quidem charitate, erga Iudæos, & infirmos, & peccatores quosque, combustus & ipse eadem charitate: atq; adeo sub huiuscemodi charitatis specie charitatem sese exhibuit *propter filias Ierusalem*, pro illis mortē tolerans: vt vel hoc pacto illas quoque eodem charitatis igne calefaceret, vel etiam incenderet, si ad ipsum appropinquarent, vel, si ipsum ad se appropinquare permiserint.

ALIVS SENSVS.

Si subtilius hebraicam lectionem perpendere velimus, colligemus fortasse particularius, vnde hic ignis charitatis eruperit, quo totum Christi corpus combustum est: & vnde etiam à nobis sit idem ignis eruendus, atque suscipiendus, quò & ipsi eodem comburamur, Christum admittentes amore triumphātem in nobis, illive per amorem pariter similes effecti. Cū enim hebraica vox רצוף ratsuph, & pro genere masculino accipi queat, & pro genere neutro: si pro masculino sumatur, ad Regē Salomonē refertur, vt supra explicatū est: at verò si accipiatur pro neutro, ad mediū ipsum referendum est, ad quod & ab Hebræorum Doctoribus communi consensu refertur. Porrò, si inquiramus medium ferculi deferentis Christū in se reclinantem,& triumphantem, haud aliud sanè id esse reperiemus, quàm cor ipsiusmet Christi: sicut enim cor est fons caloris omnis vitalis in homine quolibet: Ita haud dubitandum, in eodem corde esse fontem æstuum amoris omnis: atqui quemadmodum quando cor alicuius viuentis fit nimis ardens ob nimium vitalis caloris æstum, necesse est, & cor ipsum comburi, & viuentem illum æstibus pariter concrematum animam emittere: Ita cū charitas nimia (sic enim appellat illam Apostolus) circa Christi præcordia arserit, necessario & ipsum eius cor fuit combustum huiuscemodi igne charitatis; & propter eiusdem charitatis ignem ardētem in medio cordis sui Christus ipsa charitate combustus totus mortem obiuit. Quod aūtē cor eius combustum fuerit, indicat manifeste sanguis ille cum aqua mixtus, sic namque ait Ioannes: b *Vnus militum latus eius lancea perforauit,& cōtinuo exiuit sanguis,& aqua*: dicens quippe; continuo exiuit sanguis,& aqua; innuit, iam fuisse præparatam antea dictam materiam sanguinis,& aquæ ex prę cedenti ipsius cordis combustione tam vehementi, vt per eā humidum omne ex illo expulsum sit. Bene ergo dicitur: *Medium eius combustum,& ardens charitate à filiabus Ierusalem*, & propter filias Ierusalem; vt scilicet animæ illæ, quæ filiæ essent cælestis Ierusalem, quæ ad cælestem Ierusalem destinata essent, ex tam ardenti corde calorem eiusdem haurirent charitatis. Vnde optima ratione, summaque Dei prouidentia factum est, vt mediū

Simile.

Cor Christi quod fuerit cōbustū igne charitatis, vnde colligatur.

b 10. 19. 34.

DE ANIMA.

A istud tam magnifici ferculi Salomonis nostri aperiretur per extremum vulnus lateris; vt ignis ille, qui Regem nostrum totum combusserat, ad nos prorumperet ex corde illius, fieretque fornax in loco medio, ad quem omnibus posset esse aditus facilis. Sicut autem in fornace ardenti ea, quæ mollia sunt obdurescunt, vt videre est in vasis fictilib.& vitreis; & è vestigio ea, quæ duriora sunt emollescunt, vt contingit in ferro, in metallis, atque in lapidibus. Ita & hæc, quæ in medio crucifixi aperta est fornax, per ignem charitatis consolidat in bono eos, qui molles, infirmi, ac pusillanimes extiterint;& per eamdem charitatis flammam illos deprimit, qui superbo fuerint corde, eosve flexibiles facit ad bona, qui iam obdurauerint in peccatis. B Quomodocunque igitur res nostræ se habeāt, ad hanc accurramus mēte, in ipsam excoquamur, quoadusque charitatis ignē in nos immissum sentiamus:& instar calcis, quæ calorem, & ignem in se susceptum intra fornacem, conseruat etiam extra fornacem: intra hanc sacratissimam fornacem sacri vulneris mente introeuntes & cogitatione, sancto accendamur igne charitatis: seruemusque eumdem ignem semper in corde nostro latentem: atque cum in nos irruerint aquæ tribulationū, instar feruentis item calcis, proximis quoque nostris eius, quā intus habemus, signa exhibere nitamur charitatis, spiritu feruentes, in tribulatione patientes, ac Domino seruientes: sic experimento cōprobabimus, C quàm verè dictum id sit: *Medium eius*, scilicet Crucis, *combustum*, seu, *ardens*, scilicet fecit, *charitate propter filias Ierusalem*.

Cor Christi fornax ardētissima.

Simile.

Simile.

ALTER SENSVS.

Si charitatis nomen metonymice sumatur pro rebus charis filiabus Ierusalem,& quæ ad ferculū Crucis contemplandum, Christumque Regē Salomonem, qui in eo triumphat, diligendum ardentius pias alliciunt animas, quæ filiæ Ierusalem dicuntur, quia cælestem Ierusalem, internamque,& æternam præ omnibus prosequuntur pacem: eo modo, quo & filii huius sæculi,& filii Belial, seu iniquitatis ij dicūtur in sacris litteris, qui vel hoc sæculum, vel iniquitatem diligūt: Per huiuscemodi ornamenta, ac per istas res charas filiabus hisce D intelligenda mihi videntur sanctissima illa cicatricum stigmata, quæ in crucifixi Domini nostri corpore apparent, eaque in primis, quæ in mediis manibus, pedibusve illius conspiciuntur, necnon & illud, quod in medio est corde: atque adeo congruenter à nostro Interprete pluraliter versum crediderim: *Media charitate constrauit*: Mediorū nomine cuiusque partis, ac lateris sanctæ Crucis medium significans, quorum videlicet singula charitate constrata sint, suaque gemma exornata, quamquam illud ipsum significetur etiam, si in singulari: *Medium eius* legatur, vt est in Hebræo: si medij appellatione Christi corpus signatum sumpserimus, quod in medio Crucis confixum videtur,& in eiusdem Crucis reclinatorio extensum. Atque E est igitur, ac si dicatur,

Crux Christi exornata sacris vulneribus Christi tāquā gēmis pretiosissimis.

PARAPHRASIS.

Idemmet Rex Salomon, reclinans in hoc adeo magnificenti crucis suæ curru, pulcherrimis vulnerum suorum cicatricibus illū exornauit, in medio cuiuslibet partis illius proprium constituens stigma, in mediis manibus suis, in pedibus, ac demum in corde item suo: constrauit autem omnia ista crucis media vulneribus hisce, quæ nosset, animab. piis charissima futura, multoq. gloriosiora, q̄ gēmæ quælibet, ita vt per illa ad Crucis contēplationē eæ alliciendæ forent; necnon & ad ardētissimam triumphantis in Cruce dilectionem.

Quod sacratissima Christi vulnera gemmis omnibus

DE ANIMA.

nibus splendidiora sint; quodve iisdem quam maxime Crux exornetur, & Christi corpus, colligi hinc facile potest; quòd Saluator noster & post resurrectionem suam ad eximium gloriosi corporis ornatum retinere ea voluit, reseruabitque in perpetuum eorum cicatrices; atque adeo tamquã præfulgidos, ac pretiosissimos carbunculos discipulis suis eas ab ipso ostensas legimus in Euangelio. *a* Certè Hieronymus, instar pulcherrimarum cælaturarum huiusmodi vulnera à Deo cælata inquit, in Christi corpore, confirmatque id ex ijs verbis apud Zachariam: *b super lapidem vnum septem oculi sunt. Ecce ego cælabo sculpturam eius.*

Vulnera Christi quibuslibet gemmis pulchriora, & gloriosiora.

a Io. 20. 20

Hier. I Zachariam.

b Zacch. 3. 9.

Quod autem eadem sacratissima vulnera piis animabus præ omnibus alijs rebus grata sint, atque chara, ita vt propterea charitatis nomen eis congruat, minime dubitandum, cum ex illis diuites se factas agnouerint, opulentissimum sanguinis Iesu Christi thesaurum per illa adeptæ, iuxta illud Apostoli: *c In Christo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis*: Ex illis tantos diuinarum consolationum latices hauriant iuxta illud Isaiæ: *d Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*: vt in eorum contemplatione nũquam lassescant, exaturentur nunquam: Ex illis, denique contra vitiorum omnium morbos medicamenta suscipiunt, quemadmodum *e* contra vnam incredulitatis ægritudinem aptissimum ex iisdem medicamen sumpsisse recolunt Thomã Apostolum. Quamquam & ob id, quoque eadem Crucis media Salomon noster suis exornauit vulneribus; quia à filiabus Ierusalem diligerentur: vt videlicet piæ illæ animæ, quæ eius amore flagrarent, in media ipsa crucis oculos conijcientes; per vulnera illa sacratissima, quæ in eis tamquam fulgentissimas gemmas conspicerent, ad Regem, sponsumque suum amandũ incẽderentur magis ac magis.

Vulnera Christi animabus pijs præ ceteris rebus chara, ita vt propterea dicantur charitas.

c Eph. 1. 7

d Is. 12. 3.

e Io. 20. 28

III. SENSVS PRINC.

Iuxta tertiam ferculi acceptionem pro gestamine pompatico, quod ante triumphantem Imperatorem deferri solitũ erat, vt declaratum est in prima expositione vers. 9. sensu tertio; Dicendum, totam hanc istiusmodi ferculi descriptionem a sanctis iis spiritibus, quos hic loqui diximus, factam; vt piæ animæ significarent, Christum Dominũ ad deuotos quosque venire triumphantem; quave ratione ille huiuscemodi agat triumphum, præmittens nimirum ante se magnificentissimum istud gestamen pompaticum, in quo pro pompa deferatur simulacrum charitatis erga filias Ierusalem, erga homines quosque, sed eos præcipue qui ad Ecclesiasticam, vel cælestem Ierosalem spectẽt: Vel, propter filias Ierusalem, vt scilicet simulacrum illud, pompamque admirarentur, & complecterentur.

Pro istius sensus intelligẽtia, notãdũ primò, ferculum istud, ac gestamẽ põpaticum, haud aliud esse, quàm ipsam Christi Crucem, prout supra tactũ est in fine tertiæ expositionis præcedentium verborum. Neque verò operæpretium est, vt singulas eius partes, quæ descriptæ sunt in littera, columnas argenteas, reclinatorium aureum, ascensumvè purpureum iterũ explicemus, congruunt enim & huic sensui, quæ superius allatæ sunt singulorum explicationes. Vide expositionem tertiam iam citatam in declaratione sensus secundi. Quæ hic describitur pompa, qua in dicto ferculo deferri voluit Salomon, exponenda tantummodo superest: Hæc autem est charitas propter filias Ierusalem.

Crux gestamẽ põpaticũ Christi.

Notandum est igitur secundò; Charitatem pro pompa sua ante se præmittere Christum Dominũ, charitatẽ, inquam, suam erga homines; quia charitatem in hominibus suscitare contendit per cognitionem eiusdem charitatis suæ, per quam ipse vna cum Patre in eorum animas triumphans ingreditur, iuxta illud: *f Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit: & Pater meus diliget eum: & ad eũ veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

Charitatẽ p põpa sua ante se præmittit Christus.

Cur suam in animam triumphans ingreditur.

f Io. 14. 23.

Porrò cum charitas ista Christi tam immensa sit, vt omnem nostram superet cognitionem, ita vt propterea Apostolus, *g ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως*, idest, maiorem, quàm quæ virtute humana cognosci possit, eam pronunciet in Epistola ad Ephesios, quò Salomon noster aliquid eius notitiæ nobis ingereret, per visibile quodpiã illius simulacrũ ĩ excelso Crucis ferculo eã in omnib. facit cõspicuã.

g Eph. 3. 19

Notandum tertiò, id, quod pro istiusmodi charitatis simulacro erectum est, esse corpus illud exãgue, in quo habitabat plenitudo diuinitatis corporaliter, quod in medio Crucis reclinans apparet: Seu ardentissima fornax, quæ in eiusdem corporis latere flagrans aperta est, & combustum cor exanimis Salomonis, propter quod designandum hebraicum textum verti posse, dixi: *Medium eius ardens*, scilicet, fornax, seu, *combustum*, scilicet cor. Neque verò abs re factum est, vt corpus illud exanime, seu ignem illum cordi suo inditum proposuerit pro simulacro charitatis suæ: Nam ignem quidem illum flagrantissimum adhibuit, cũ nosset, ignem communi omnium consensu pro amoris simulacro vsurpari solitum: corpore autem ipso ad hoc item vsus est, corpore, inquam, suo & exanimi; quia in illo maxime emineret excessiua eius charitatis vis: vtpote quod pro charitate morti subiectum fuit. Congruenter etiam pro eiusdẽ charitatis simulacro corpus mortuum, & reclinãs in medio Crucis ab eodem propositum est; vt persuasos nos faceret, quid nam per charitatem in nobis fieri vellet: nimirum, vt per id in nobis operaretur mortem carnis, & passionum, & veteris hominis; vtve nos faceret reclinãtes super cruce sua; ita vt iam non viuamus in nobismetipsis, nec in nobis confidentes simus, sed in ipso, qui per Crucem saluos nos fecit.

Corpus Xsti exanime pẽdẽs in Cruce est simulacrũ charitatis.

Medium eius ardens seu eius cor combustum.

Notandum quartò, charitatem pro pompa in ferculo Crucis à Christo euectam, idque in corpore suo, instar opimorum spoliorum, quæ de victoria reportauit, cum primum triumphum ageret. Enimuerò in crucem suspensus propter charitatẽ, amorem omnem creaturarum rerũ ad se rapuit, prout pollicitus est, cum dixit: *h Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*, hominum enim corda, quæ creaturis addicta erant, easdemque amabant præ creatore, exaltato charitatis simulacro, corpore illo suo ad se traxit in funiculis Adam, & in vinculis charitatis.

Charitas à Christus in cruce deuexit proposita, instar opimorũ spoliorum.

h Io. 12. 32

Notandum quintò, In titulum quoque gloriosissimum charitatem in corpore item suo ab eodẽ Salomone nrõ supra ferculum Crucis subuectam, titulum sanè multò gloriosiorẽ eo, quem Suetonius, Cæsarẽ triũphantẽ erexisse, & ante se detulisse, refert: Veni, vidi, vici; In sacratissimo etenim corporetulo, qui descriptionẽ vulnerũ legere noluerit, titulũ istiusmodi leget. Veni, occubui, vici. Veni, & in mũdũ, & in Crucem: occubui mortis somno prægrauatus: ac per mortem vici mortẽ ipsam, & Principẽ huius mũdi: Eaq. oĩa haud aliis armis haud aliis obtinui exercitib. quã armis, & exercitibus charitatis: Veni propter charitatẽ: occubui, charitate me interficiente, vici per charitatem.

Charitas in ferculo crucis euecta gloriosissimum titulum Christi.

Suetonius in vita Cæsaris.

Notandum sextò, eamdem charitatem à Christo delatam in pompam, quasi ea extiterit Dei sui simulacrum, quod sibi venerandum esset,

DE ANIMA

quodve & spectantibus omnibus venerandũ proponeret. Enimuerò, si dici de Deo liceret, quòd aliquem haberet Deum, quem veneraretur, charitatem illum esse, dicere necesse esset; charitatẽ inquam, non modo illam, qua Deus diligit semetipsum; verum etiam illã, qua nos prosequitur opus manuum suarum: Deus etenim Dei haud aliud esse potest, quã ipsemet Deus; & charitas, qua Deus se diligit, in qua beatus est, & quam ita veneratur, vt propter eam iugiter seipsum cõmunicet, haud aliud est, quàm diuina eius essentia.

Charitas in ferculo crucis delata tamquã spectantissimũ Dei simulacrum.

Charitas quodãmodo Deus Dei.

Porrò, cum ipsium non pigeat, & charitatem erga homines eidem suæ ipsius essentiæ comparare, & adæquare; cumque charitatis in homines tãtam quodammodo habeat rationem, quantam habet & essentiæ suæ, inferri non inepte potest, & ipsam charitatẽ erga hoĩes ita dici posse Deũ quodãmodo Dei, prout & de eius dicere licet essentia.

Charitas Dei in hoĩes à Deo adæquatur essentiæ suæ.

Quòd aũt, qui immensus, & infinitus est Deus, essentiæ suæ aliqñ adæquarit charitatem etiam illam qua homines prosequitur, ex libro Exodi colligere fas est, vbi, interrogatus à Moyse, quod nam esset nomen ipsius; Respondit; *a Ego sum, qui sũ: sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos*: designans essentiam suam, per quam est ipsum esse; & à qua nomen potissimum sumit. Post istud verò nomen, quod à sua habet essentia, subijcit illicò alterum, quod à charitate in homines accipit, dicens: *Hæc dices filiis Israel, Dominus Deus patrũ vestrorum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos, hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione, & generationẽ*: Quibus profectò vltimis verbis, cum æternitatem tribuat huic nomini, quàm certe æternitatem habet solummodo eius essentia, quis non videat, ipsi essentiæ hãc adæquatum ab eo charitatem? Quod etiam in 4. lib. Regum ad Regem Ezecchiam, ait: *b Protegam vrbem istã propter me, & propter Dauid seruum meum*: idipsum confirmat; quippe qui charitatem erga Dauid sibimetipsi adæquat: ita vt dicere uideatur: Sicut protegere satago vrbem istam ob venerationem, quã mihimet defero: ita & propter rationem: quam habeo charitatis meæ erga Dauid seruum meum protegam illam temporibus istis tuis.

a Exo. 3. 13.

b 4. Reg. 20. 6.

Neque verò magnum quid, aut paradoxum videri id debet, vt Deus tanti faciat suã erga hoĩes charitatem, quanti essentiam suam ipsam: cum certũ apud Theologos sit, vnum eumdemque actum in illo esse, & quo diligit seipsum, & quo diligit hoĩes: & vnã eamdemq. esse charitatẽ in se, & charitatẽ in hoĩes, atq. essentiã eius. Si. n. homines diligit, haud propter ipsos eos diligit, sed pp semet ipsum, ita vt charitas quoque ea, qua hoĩes prosequitur, ad ipsiusmet spectet charitatem: Vnde cũ puerum Salomonem hac charitate se prosequi, vniuerso Orbi notũ esse vellet, legauit Nathan Prophetam ad Dauid eius patrem, qui hoc ei nomen imponeret, *c Dilectus Domini*, seu, *Amabilis Domino*: statimque amorem istum ad sui ipsius retulit charitatem: Sic. n. dicitur in textu hebræo, & in versione Sept. *Misitque in manu Nathan Prophetæ, & vocauit eum Ididia*, idest dilectum Domini, *propter Dominum*, idest propter charitatem, qua seipsum diligit Dominus: nempe, non solũ, quia Deus dilexisset eum, sed quia diligeret semetipsum, in cuius gloriam redundabat, quòd puer ille tã amabilis sibi esset. Hinc est, q & Dominum Iesum, qñ aliquid magni patraturus erat, in quo ingentẽ suã erga hoĩes ostenderet charitatẽ, ad cælum, atq. ad Patrem oculos subleuare solitum, legimus, eidem

Charitas Dei in creaturas nititur charitati Dei erga seipsum.

c Reg. 12. 25.

Christus cur oculos ad patrem leuaret in præcipuis operibus.

que gratias agere, vt in *d* sanatione surdi, & muti inter medios fines Decapoleos: *e* in multiplicatione quinque panum in deserto: *f* in resuscitatione Lazari: ac demũ *g* in summo oĩum istius charitatis indicio, in institutione Sanctissimi Sacramenti corporis, & sanguinis sui: quo videlicet per istiusmodi signum externum certiores nos faceret de eo, quod intrinsecus faciebat, referens illam ipsam charitatẽ, pp quam ea nobis cõferebat, ad charitatem Patris. Quinimo & passionẽ, ac mortem ob eamdem rationem pp Patrem pertulisse se, ait in Psal. dicens: *h Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meã*: cum tamẽ certissime constet, ob nimiam charitatem, qua dilexit nos, ea omnia subiisse. Ex his omnibus patet, quã cõgrue ad hoc etiam charitatem erga homines in suo triumpho detulerit pro pompa, vt notum fieret, etiam à Deo reuerentiam exhiberi huic charitati, ac si illa quodammodo esset Deus ipsius.

d Luc. 7. 34

e Io. 6. 1. 3.

f Io. 11. 41

g Matt. 26. 26.

h Ps. 68. 8.

Neque dedecet id, quod à Rege nostro assumptum est simulacrum pro huiuscemodi Deo (vt ita dicam) Dei, corpus exanime pendens è cruce: nam re vera eo sensu, quo dictũ est, Deus & huic dictæ charitatis simulacro, huic sacratissimo corpori tantam (si ita dicere fas est) exhibet reuerentiam, vt nil sit, quod per illius intuitum non sit facturus, ita vt propterea fortassis de Christo in Cruce pendente *i* exauditum eũ à Patre pro sua reuerentia dicat Apostolus, idest, ob eam reuerentiam, & venerationem, qua ipse dignus erat, vt rectè exponit Chrysostomus super dictum locum. Quòd si simulacrum istud charitatis dignum est, quod & Deus veneretur, quantò magis ab hominib. ipsis venerandum id est? quemve congruenter in põpam à Rege nostro Salomone super pompatico gestamine Crucis ante se præmitti dicitur, quo & corpus illud, & charitatem, cuius idest simulacrum, & denique in hisce ambobus ipsummet Regẽ nostrũ veneremur vt redẽptorẽ, adoremus vt Deum. Dum ergo dicitur: *Media charitate constrauit propter filias Ierusalem*: Aeque est ac si dicatur.

Corpꝰ Christi, pendens e cruce tale est charitatis simulacrum, vt & Deꝰ quoque illud quodãmodo venerari dicatur.

i Heb. 5. 7.

Io. Chrys. ho. 8. in epi sto. ad Hebr.

PARAPHRASIS.

In medio Crucis, quam sibi pro ferculo constru xit, & pro suo põpatico gestamine, Christus, haud aliud pro pompa sibi triumphanti voluit deferri, quam charitatem propter filias Ierusalem, & propter homines, corpus namque suum in dicto medio erexit exanime, & reclinans, quod aptissimum esset simulacrum eius charitatis, hanc autem sibi præmisit pompam, tum quia ea charitas sibi esset instar opulentissimorum spoliorum: tum quia eiusdem charitatis simulacrum gloriosissimũ sibi præseferret titulum: tum denique quia charitatẽ istã sibi venerandam elegisset, eo modo, quo ipsum eã venerari, fas esset.

ALIVS SENSVS.

Si hebraicam lectionem vertamus: *Medium eius ardens, charitatem à filiabus Ierusalem*: prout verti posse, ostensum est supra: Sensus erit: pro põpa in crucis medio, in medio præcordiorum suorum Christum Dñm præferre, ardentem ignem, charitatis simulacrum, exposcens charitatem ab animabus piis, charitatem à filiabus Ierusalem amplexandam proponens, vt videlicet per huiuscemodi põpã, quã ipse gestaret triumphans, piæ quæq. animæ intelligerent, charitatẽ ab ipsis etiam cõplectẽdã, per quã de vitiis omnib. victoriã reuehere possent. Sicut & per illam Rex ipse suus victoriam de vniuersis retulit hostib. quamve iõ pro pompa maxime omniũ præstanti ille in suum detulit triumphum. Porrò, quod charitate omnia à nobis facile superanda sint vitia, & ipsum eius indicat simulacrum: ignis, inquam, cui vix quidquam reperitur,

Per charitatis põpã, quã Christus proponit in Cruce, charitatẽ à nobis amplexandam indicat.

Charitate oĩa vitia superãtur.

quod

DE B. MARIA

a 1. Cor. 13.

quod reſiſtere valeat ſuper terram; & per Apoſtoli dictum cõfirmari poteſt: Paulus enim in Epiſtola prima ad Corinthios laudes enumerans ipſius charitatis, inquit: *a Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, nõ eſt ambitioſa, nõ quærit, niſi quæ ſua ſunt, nõ irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet:* Catalogũ ſanè facit vitiorum, quæ per charitatem ſuperantur, & victoriarum, quas per illam conſequi cuiq. liceat: Qua.n. ratione patiens dicitur, benigna, non æmulans, & quæ ſequuntur, niſi quia ipſa eſt, per quam B impatientia omnis abigitur, omnis inhumanitas omnis æmulatio, malitia omnis, omniſque ſuperbia, ambitio, & quæcunque ſunt illiuſmodi.

Ex Verſ. X. Media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Virgo Maria.

Maria cor cõſtratum charitate, ſiue ipſa gratia plena dicta eſt.

b Luc. 1. 28.
c Luc. 1. 35.

QVi deſcriptum Salomonis ferculum glorioſam Dei genitricem Mariam aſſeuerant, media illius dici inquiũt charitate cõſtrata; vel quia Virgo benedicta charitate quàm maxima cor ſuũ exornatum habuerit, ita vt propterea præclaro il- C lo encomio ab Angelo appellata ſit: *b Gratia plena:* Vel quia de Spiritu ſancto cõcepit in vtero; *c Et Spiritus ſanctus, qui charitas, & amor eſt, superuenit in illam,* iuxta eiuſdem Angeli promiſſionem: & hi, quod dicitur; *Propter filias Ieruſalem*; ad totam ferculi deſcriptionem referentes, Virginem ipſam tam glorioſam in tam magnificum ferculum à Deo conditam, tantiſque gratiarum prærogatiuis exornatam affirmant propter pias illas animas, quæ ad cæleſtem ſpectant Ieruſalem.

Maria media cõſtrata charitate, quia de Spiritu ſancto cõcepit ĩ vtero ſuo.

Maria mediatrix inter Chriſtũ & Eccleſiã conſtrata charitate.

Sunt, qui per media ferculi eamdem exiſtiment ſignificatam Virginem, quæ cum mediatrix ſit inter Chriſtum, & Eccleſiam, charitate propter filias Ieruſalem conſtrata dicatur, quatenus fideliũ cõmodis ſemper incumbit: ſicut & Chriſtus ipſe mediator Dei, & hominum.

Maria media cõſtrata charitate cũ Chriſtũ ĩ ſuo vtero tenuit.

D Mihi illorũ expoſitio magis arridet, qui media dictæ Virginis charitate conſtrata dici, affirmant, quatenus Chriſtus Rex Salomon in medio vteri illius carne indutus reſedit, qui charitatis nomine appellatus ſit ob diuinitatem, quam vnà cum humana natura intra illud medium in vno iunxit ſuppoſito: Deus.n. charitas eſt, & diuinitas charitas eſt. Quod expreſſius ſignificatur per illam hebraici textus verſionem, quæ ſic habet: *Medium eius combuſtum charitate ex filiabus Ieruſalem:* Secundũ quam, appellatione combuſti, & incenſi charitate deſignatur tota vnio hypoſtatica humanitatis cũ Verbo, & certè ſimilitudine, qua nulla congruentior reperiri poteſt: hac ipſa nãque ſancti Patres, & Theologi omnes, vt quæ magis apta ſit ad tantũ myſterium explicandum, vtuntur, cũ inquiunt, ita diuinitati eſſe vnitam humanitatem, vt carboni ignis vnitus eſt, cum carbo eſt ignitus, & incenſus, & vt ferrum igni eſt vnitũ, cum candens eſt: vbi ferrũ, & carbo diſtinguuntur quidem ab igne, ita vt ignis natura non mutetur in ferrum, nec ferri natura in ignem: ſic tamen vniuntur, vt nulla pars ferri, aut carbones ſit, quæ non ſit ignita. Iuxta hunc igitur ſenſum, quod hic dicitur, tale eſt.

Simile.

PARAPHRASIS.

Hoc ſibi conſtructo ferculo: hac ſibi condita Virgine glorioſiſſima, Chriſtus Rex pacificus in medio vteri ipſius naturam aſſumpſit humanã, cõſtrauitque, & exornauit eam admirabili illa ſua A vnione hypoſtatica, ventrẽ illum implens ſemetipſo, igne charitatis, atque diuinitatis incenſo: idque, vt ad ſui dilectionem filias Ieruſalem, & animas quaſque per illiuſmodi charitatem allicerет incenderetq. per ignem, quo ipſe combuſtus eſſet.

DE B. MARIA

è Maria Incarnatũ eſt Verbũ, quã vnã dilexit ex omnibus.

Vel iuxta hebræorum expoſitionem illam, qua id, quod vltimò dicitur; *Ex filiabus Ieruſalem*, accipitur pro, in vnam ex filiabus Ieruſalem; ingens Chriſti amor per hæc ſignificatur, quo benedictã Virginem proſecutus eſt; ob quem in eius vtero concipi voluit; vt ſenſus ſit.

PARAPHRASIS.

Medium eius ferculi tenuit ipſemet Salomõ in- B cenſus charitate in Virginem illam vnam ex filiabus Ieruſalem, ob cuius vnius amorem carnẽ ſumpſit ex ipſa, & in ipſa.

ALIVS SENSVS.

Sed quàuis non incongrue hæc dicantur: quia tamen ſuperius oſtenſum eſt, acceptionem iſtã ferculi Salomonis pro B. Virgine haud eſſe conſonã conſequentiæ litteræ, ſecundũ quã ad Virginẽ ipſam dictum oſtenditur ferculũ, ad illud vel eadem inuitatur: Proſequentes expoſitionẽ cæptã in præcedẽtib. qua pro ferculo, & lectulo geſtatorio, quod ſibi conſtruxiſſe dr̃ Chriſtus, pacẽ afferens mũdo, ſacroſanctum ſumpſimus Præſepe illud, in quo is naſci dignatus eſt, & in qđ reclinatũ cũ legimus, ſtatim ac natus eſt. Dicendũ, per hæc verba: *Media charitate conſtrauit,* iſtud ipſum ſignificari, q̃ C in medio illius reclinatus eſt, quòd vel media eiuſdẽ, reclinatorium videlicet, ſuo conſtrauerit corpuſculo; exornaueritq. ferculum illud totũ ſemetipſo, qui charitas, & amor aliàs eſſet, verum ſe exhibens ſimulacrum charitatis, vt vel hoc pacto filias Ieruſalem, Iudæos, ſeu etiam pias quaſque animas ad ſui pelliceret dilectionem.

In præſepio medio reclinatus Chriſtus, id exornauit ſuo corpuſculo ſimulachro charitatis.

Amoris ſimulacrum Chriſtus ĩ præſepio reclinatus.

Circa hunc autem ſenſum, id nobis probãdum eſt: Qua ratione Chriſtus Dñs, qui quatenus Deus ab æterno extitit charitas ſubſtantialis, carne indutus, & in Præſepio reclinatus ita factus ſit charitatis ſimulacrum, vt ppea nomen ipſum ſortitus ſit charitatis: Id aũt facile probari poteſt ex ſimilitudine, quã ille habet cum eo amoris ſimulacro, qđ ab antiquis Philoſophis picturæ, aut ſculpturę traditum eſt; quãquã id falſo ab ignorantib. pro Deo D amoris coleretur. Erat quippe illud iſtiuſmodi: effigiem habens puerули: cæcum, nõ quia oculos nõ haberet, ſed vitta illos opertos habens: alatũ, pharetramque geſtans, atque ſagittas. Porrò ſi amor puerulus eſt, ob id, quòd inſtar pueruli blãdiatur: En Chriſtum in Præſepio infantem exhibitum, iuxta antiquiſſimum illud Iſaiæ vaticiniũ: *d Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis:* Nobis, qui filiæ Ieruſalem ſumus, natus eſt paruulus, vt nobis blanditiis blandiatur amoris, prout pollicitus eſt per eumdem Prophetam, dicens, *e Quomodò ſi cui blandiatur mater, ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini.* Si cæcus puer ille antiquitus effingebatur, non quòd oculos non habe- E ret amor, qui maximè oculatus eſſet; ſed quia vitta illos opertos teneat, quatenus, etſi oculatiſſimus alioquin ſit, in iis tñ inſpiciendis, quę ad amatũ ſpectãt, violẽtia, & impetu ſuo, quaſi vitta quadã cæcũ reddit amantẽ, vt non videat miſerias, pericula, & expenſas, quib. ſe ſubiicit, quæve ſubire opus eſt propter amatũ: Paruulus quoq. iſte, qui natus eſt nobis, etſi ita oculatus alioquin exiſtat, vt intueri dicatur abyſſos, & intima cordium perſcrutari, à ſui tamen ipſius amoris vi, veluti vitta quadam (ſi dicere liceret) ita obcæcatus quodammodo eſt; vt propter hominem, quem ardentiſſime deamabat, carnem induerit, quaſi non vidẽs, neque conſiderãs miſerias, quibus ſe ſubiiciebat; cru-

d Iſ. 9. 11.

e Iſ. 66. 13.

Chriſtus in Præſepio quò puer cæcus, vt ſimulacrũ amoris.

DE B. MARIA

cruciatus, qui ipsum manebant; & expensas ingentes, quibus pretiosissimus per soluendus sibi esset pro homine sanguinis sui thesaurus. *a Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc*, idest, statim, ab amoris vi impulsus: nunc absque æstimatione expensarum, laborum, ac cruciatuum, ea omnia paruipendens, ab ipsa amoris vi quasi excecatus, de repente *exurgam dicit Dominus*; Et iuxta expositionem Origenis, seu Didymi, verba sunt Christi Domini: vnde bene subiicitur: *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo*: vel, iuxta versionem Symmachi: *Ordinabo salutare apertum* quod sic interpretatur Chrysostomus: Saluabo eum manifeste, manifestum me illi exhibebo Saluatorem, manifestans me in carne. Et certe, si Pauli charitas talem habuit vim, vt illum quasi obcæcatum effecerit, adeo vt propterea ab illo non æstimarentur tribulationes, angustiæ, fames, ac demum neque mortis, neque vitæ vllam haberet rationem: vnde & dicebat: *b Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio?* &c. *Certus sum*, enim, *quia neque mors neq; vita*, &c. quæ sepius citata sunt: Ac si diceret. Charitatis vis ad hæc me obcæcat, efficiens, vt ea non æstimem: pro amore siquidem Dei ea omnia nihil facio: multò magis hoc in Christo factum, asserẽdũ est, qui non solum charitate ardebat, sed erat ipsamet charitas. Hinc vidimus ipsum, qui, iuxta Apostoli dictum; *c* constitutus est hæres vniuersorũ in extrema nunc reclinare paupertate, per quẽ facta sunt secula, factum in tempore, & tempore omnium asperrimo: Hinc est, vt ipse, qui est splendor gloriæ, in tenebris media natus sit nocte: vt ipse, qui est figura substantiæ patris, nunc figuram, & formam assumpserit serui: vt ipse qui portat omnia verbo virtutis suæ, nũc imbecillis iaceat in præsepio: vt ipse, qui purgationem omnium peccatorum facit, nunc peccatoris habitũ præseferat; vt ipse, qui sedet ad dexterã maiestatis in excelsis, nũc in medio brutorum animaliũ reclinatus sit in præsepio. Quapropter benè dictus est charitas, &, vt charitatis simulacrum dicitur oculos hẽre obuelatos, sicut ab Antiquis amoris effigiem repræsentatam nouimus. Quòd, si effigiei, seu simulacro illi addebantur alæ, quibus significaretur celeritas admirabilis, qua amor, quocunque vellet, aduolaret: Nec Christo nostro charitatis simulacro eas deesse censendum est, quamuis iacentem illum inspiciamus, & reclinantem: quomodo. n. tanta celeritate in mundum venisset, vt accelerationis nomen propterea assecutus sit apud Prophetam; *d* nisi alas habuisset, quibus *e* à summo cælo egressio eius, & occursus eius extitit vsq. ad summũ eiusdẽ cæli, iuxta id, quod dicitur in Psal. Has alas desiderauit iãdiu, vt post volatũ requiesceret, prout mõ requiescit: ita vt ei aptari possint ea verba Psal. *f Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam?* quinimo, et dum requiescit, dumque reclinans iacet in præsepio, alas in ipso conspicere est, quib. celerrime, nedum pastorib. qui in eadem regione custodiebant vigilias, noctis, sed & tribus Magis vsque in Oriẽtem sese manifestat, quas alas multis antea seculis Malachias Propheta in eo præuidens, dixit in persona Dei: *g Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius*, seu (vt est in hebræo) *in alis eius*; tales autẽ sunt pennæ istæ, & alæ illius, vt nullus sit, qui eas non videat, dũmodo cæcus non sit: alæ. n. sunt solis, quo, vt nil celerius, sic nil splẽdidius: pẽnæ istæ radii illi sunt, qui è corpusculo illius micant, qui bus instar solis huius visibilis vt primum exortus est, conspicuum se exhibuit mundo. Denique pharetram quoque in Christo paruulo videre licet: quãdoquidem Antiqui pharetra suum accingebant amoris simulacrum: Ea verò est ipsa eius caro, de qua, iuxta expositionem Cyrilli, & Procopii in Isaiam, necnon & Chrysostomi homilia de turture tomo v. Verbum diuinum, inquit. *h In pharetra sua abscondit me*. Bona sanè pharetra, ex qua tot, tãque suauia educuntur amoris iacula, quib. aĩa sancta vulnerata clamat: *i Vulnerata charitate ego sum*. Quis earum sagittarum numerum; quis earũdem vim exprimere valeat, quæ ex hac carnis pharetra iaciuntur in hominũ corda? *K Sagittæ tuæ*, ait Propheta Regius, *acutæ populi sub te cadent*, per eussi nimirum iis, infigẽtur quippe *in corda inimicorum Regis*. Hæ sunt sagittæ illæ, quæ secum deferunt *l* carbones desolatorios omnis malitiæ: quæ tñ non omnibus immittũtur, sed iis duntaxat, qui iam Christi ardent amore, ita vt de illis id dictum videatur, *m Sagittas suas ardentibus effecit*. Cũ igitur ea oĩa in paruulo Salomone nostro conspiciantur, quæ ad amoris simulacrum effingendum adhibebantur, quis iam dubitet, rectè, ac vere dictũ à sanctis spiritibus, Salomonem media descripti lectuli, ac ferculi sui semetipso constrasse, vt charitatis effigiem repræsentantem, & in medio præsepis reclinantem iacere, Deum se exhibentem charitatis; vt hac forma ad sui dilectionem filias Ierusalem alliceret.

Quòd si charitatis nomen metonymice hic sumpsũ velimus pro reb. charis, (vt dictũ est sæpius,) dicendum, per hæc verba, *Media charitate constrauit*, &c. Significari, Christum Dominum media ipsius præsepis rebus iis, iisve actionibus constrasse, & exornasse, quæ illos in primis ad amorem, & charitatem pellicerent, qui filiæ essent Ierusalem, corde nimirũ tenero, atque femineæ deuotionis. Quis autem explicare possit, qualem excitet amorem ipsum Christi corpusculum in medio reclinatum? ipsius ocelli, nunc oculis matris obuiantes, eãque liquefacientes, nunc ad Ioseph respectantes, sine illius senectam renouantes, nunc pastorib. lumen suum exhibentes, eorumque corda ad se trahentes, nunc ad cælum, & ad Patrem sese eleuantes, vt nobis tam regni cælestis, quàm ipsius Patris fruitionem polliceri viderentur? Quod ferreũ cor non emollirent præ amore lacrymæ illæ amorosissimæ, quibuslibet gemmis fulgẽtiores, quæ ex iisdem profluebant ocellis, vt iam ex tunc purgationem peccatorum nostrorum facere inciperẽt? Qualia amoris iacula immittebantur ex illis mutuis osculis, quæ inexplicabili suauitate sibi inuicẽ mater, ac filius imprimebant? Quid dicam de paruulo ore summa cum grauitate aliquando arridẽte? quid de paruulis manibus, & ceteris eius corpusculi partibus? Quid de cælesti Angelorum melodia? quid de pastorum eximia deuotione, & obseruantia? Hæc, atque innumera alia istiusmodi sũt, quibus interiora illius ferculi exornata admirantur piæ animæ, propter quas & ferculum ipsum sibi construxit Salomon earum dilectus, & illud iis constrauit, quæ ipsis gratissima, aut iucundissima norat.

Ex Vers. X. Media charitate constrauit propter filias Ierusalem.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica, Et inter Cherubim, quæ erant super propitiatorium residebat Maiestas Dñi, qui habitare facit nomen suum in Ierusalem, magis quàm in omnibus vrbib. terræ Israel.

Lc-

Marginal notes (left): a Ps. 11. 6. — Orig. i Catena Græca. — Io. Chrys. sup Ps. 11. — b Ro. 8. 35 & 38. — c Hebr. 1. 2. — *Christus in præsepio puer alatus, vt simulacrũ amoris.* — d Is. 8. 3. — e Ps. 18. 7. — f Ps. 54. 7. — *Quas alas habuerit Christus ĩ præsepio.* — g Malach. 4. 2.

Marginal notes (right): DE B. MARIA — *Christus in præsepio paruulus, quã pharetrãgestat vt simulacrũ amoris.* — h Is. 49. 2. — i Cant. 2. 5 Secundum Sept. — K Ps. 44. 6 — l Ps. 119. 4 — m Ps. 7. 14 — ALIVS SENSVS. *Præsepe Domini quib. rebus exornatũ sit ad delectationẽ piarum animarũ.*

APPENDIX.

Lectionem versionis Septuag. quæ sic habet; *In* A *tus ipsius* (scilicet ferculi) *lapidibus stratum à filiabus Ierusalem;* obscurissime quidem explicatã reperio apud Antiquiores Patrum Græcorum; referam tamen breuiter, quid illos circa ipsam cēsuisse, crediderim.

Greg. Nis.

Ex Gregorio Nyss. homil. 7. duo colligo. Primum, vt per hæc significetur, interiora animæ piæ iis ornata esse virtutum gemmis, quibus nititur charitas ipsa. Secundum, pauimentum istud lapidibus stratum in intimis Ecclesiæ, quæ ferculum Christi est, esse Virginitatem, quam ait, virtutũ puritate tanquam radiis quibusdam pretiosorum lapidum fulgere. B

Aiæ interiora dent esse ornata virtutibus. *Virginitas est pauimētũ pia aiæ.*

Theod. *Apostolorũ îtima ornata diuinis eloquijs.*

Ex Theodorito, qui per Christi ferculum intellexit Apostolos id colligo, quod per ea, quæ hic dicuntur, signatur, eorumdem Apostolorum intima ornata esse diuinis eloquiis, de quibus dicitur; *a Desiderabilia super aurum, & lapidē pretiosum multum.* Et, *b Nolite proiicere margaritas ante porcos.*

a Ps. 18. 11 b Mat. 7. 6.

Tres Patr. *Doctrinæ & exēplis Xps cōstrauit pauimentum animæ piæ.*

Catena verò trium Patrum apud eumdē Theodoritum ait: Cuiuscunque piæ animæ, quæ ferculum Christi sit, interiorem affectum constratũ charitate à Christo doctrina, & exemplis: vt nimirum Christus lapis ille angularis hisce lapidib. doctrina, & exemplis suis charitatis pauimentum cōstrauerit in eiusdem animæ præcordiis, à filiabus Ierusalem scilicet incipiens. Porrò per filias Ierusalem Apostolos intelligit ex Ierusalem originē trahentes secundum carnem: Apostoli, enim, inquit, primi ad Christi imitationem animas suas pro salute multorum posuerunt, præceperuntque, vt idem efficerent, quicunque ad perfectionem in Christo cuperent peruenire: vnde Paulus ait: *c Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* C

c 1. Cor. 11 1.

Phi. Carp.

Secundum Philonem Carpathium commendatur per hæc admirabilis pulchritudo Ecclesiæ ex iustis: per filias quippe Ierusalem multitudinē fidelium intelligit Philo: per lapides verò, viros iustos, atque integros iuxta illud: *d Lapides sancti voluuntur super terra nostra;* Et quia iusti charitate vniuersam complent legem, & in lege persistunt immobiles; ideo & lapidibus, & charitate constrata dicuntur interiora Ecclesiæ. D

d Zach. 9. 16. Secundum Sept.

Vulgatæ autem lectionis; *Media charitate constrauit propter filias Ierusalem:* Communior sensus est, vt per hæc significetur, Christum, cum pro nobis mortuus est, charitate constrasse media Ecclesiæ, replens illam amore supernorum, iuxta illud Apostoli: *e Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro impiis mortuus est.* Ita Cassiodorus, Iustus Orgelitanus, Aponius, Beda, & alij. Per hanc charitatē, inquit Cassiodorus, media Ecclesiæ suæ strati instar parauit, vbi fideles animæ molliter quiescerent, quia totam eam intrinsecus supernorum amore repleuit. Quod dicitur: *Propter filias Ierusalem:* Cassiodorus propter simplices animas dictũ putat, & nullius virtutis sibi conscias, quæ quantò maioris fragilitatis sibi sint consciæ, tantò amplius Redemptorem suum diligere satagunt. Beda verò propter animas, cœlestium desiderio flagrantes. E

Cassiodo. Iustus. Aponius. Beda. *Moriens Xps repleuit Ecclesiã amore supernorum.* e Rom. 5. 8 Cassiodo.

Beda.

Aponius. *Sēsus quatuor quo Xpus dicatur cōstrasse media charitate.* f 1. Sen. g 3. Sen.

Aponius, est, ait, firma charitas inter mediũ humanitatis, ac maiestatis constrata à Christo. Domino, vt assumendo hominem, Paradiso redderet, quod homini tulerat hostis: *f Media charitate constrauit,* humiliando se charitas Dei vsq; ad ignominiam Crucis pro suæ maiestatis imagine reparanda. *g Media charitate constrauit,* resurrectionis accelerando mysterium, ne inter moras, electi etiam eius incredulitatis offendiculo colliderentur. Hæc sunt tapeta charitatis, quę media humanæ naturæ, & maiestatis constēmunt propter sanctarum animarum salutem, & gaudia filiarum supernæ Ierusalem. *h* Hæc est vtique constrata charitas, *i* quæ *omnia sustinet* secundum Apostolum quę calcata, nunquam cœdit, sed allisos erigit suę humilitatis exemplo.

h 4. Sen. i 1. Cor. 13

Rup. Abb. *Charitatis pceptũ maximum, & medium in Scripturis positũ, quo imbecilliores perfectiorũ bona facerēt sua propria.*

Rupertus Abbas, cum per ferculum sumpserit sacras Scripturas: *Media istius ferculi charitate* ait *constrata;* quia Rex Salomon charitatis principatum in medio scripturarũ posuit: charitatis enim præceptum est maximum & primum mandatum, vt id, de quo pendent cetera omnia, medium, ac principale dicitur. Constrasse, verò, inquit, hoc pacto propter filias Ierusalem propter fideles illas animas, quæ ad virilem virtutem, & perfectionē adhuc non peruenere: vt videlicet per hanc charitatem suum facere possint, quod est aliorum, quod est virorum, & perfectiorum, diligendo bonum, quod in illis viderint.

Richar. *Opera nostra bona cũ charitate, ex charitate facienda.*

Singulariter autem Richardus de Sãcto Victore per media illius animæ sanctæ, quæ ferculum est Christi, ea intelligens opera communia, quę & bono, & malo animo fieri possunt, vt sunt vigiliç, ieiunia, orationes, &c. Ista, inquit, debent esse constrata charitate: vt in charitate fiant, & bona intentione: Et, vt cum charitate fraterna ita fiant, vt infirmi in his non scandalizentur, vel infirmentur: sed ita strata sint, id est tanta æqualitate, & discretione facta; vt incedat anima in his omnibus sine querela; & opportune nouerit, illa exercere, & iterum intermittere.

Hi omnes vocem, *Media,* rectè sumunt, & substantiue; At verò alii sunt, qui eam adiectiue accipiunt, & in septimo casu. Ita Gregorius Papa, Anselmus, atque Bernardus: tametsi diuersimode hęc explicent. Nam Gregorius Papa per filias Ierusalem cum Cassiodoro debiles intelligens, qui in Ecclesia non viri, sed feminæ sunt, quia contra vitia viriliter non resistunt, sed muliebriter subiacent. Nos miseri, inquir, quid agimus, qui in ferculo Ecclesiæ columnæ argenteæ non sumus, quia Ecclesiam sanctam nec exemplis sustentamus, nec prædicatione docemus: In ea reclinatorium aureũ nõ habemus: quia terrenis cogitationibus inuoluti, ad splendorem sapientiæ per contemplationē non assurgimus: Ascensum purpureum nec etiam cognoscimus, quia voluptatibus vacantes, labores, & persecutiones pro æterna beatitudine ferre recusamus: Consolatur nos aliquantulum, quòd de hoc ferculo subditur: *Media charitate cõstrauit propter filias Ierusalem:* Charitatem igitur, quæ communis omnibus electis, quasi in medio posita est, teneamus: per hanc quippe Rex Salomon nos in ferculo suo esse cognoscit, quia in eo cum columnis argenteis, cum reclinatorio aureo, cum ascensu purpureo propter filias Ierusalem etiam mediãte charitate constrauit: quia cum Ecclesiæ membris ad eamdem sponsi beatitudinem peruenimus, si charitatem indefessam obseruamus.

Greg. PP. Cassiodo. *Propter infirmiores charitatem Christus in medio Ecclesiæ posuit, quę est munis omnib.*

Bernard. *Ferculũ Salomonis multis virtutum dapibus plenum.*

At Bern. tractatu de gradibus humilitatis circa initium: per ferculum accipiens dapum, atque edulioru ferculum: Bonus cibus, ait, charitas, quæ media in ferculo Salomonis consistens, diuersarũ odore virtutũ, velut diuersi generis fragrãtia pigmentorum, esurientes reficit, iucundat reficientes. Ibi siquidem apponitur pax, patientia, benignitas, longanimitas, gaudium in Spiritu sancto, & si quæ sunt aliæ veritatis, seu sapientiæ generationes, apponuntur in illa. Habet & humilitas in eodem ferculo suas epulas, panē scilicet doloris, ha-

APPENDIX. bet ibidem contemplatio ex adipe frumenti solidum cibum sapientiæ cum vino, quod lætificat cor hominis, ad quæ veritas inuitat, dicens: *Comedite amici, a & bibite, & inebriamini charissimi. Media*, inquit, *charitate constrauit propter filias Ierusalem*; imperfectas scilicet animas, quæ adhuc illum solidum cibum minus capere possunt, lacte interim charitatis pro pane, oleo pro vino nutriendæ. Quæ recte media describitur, quia eius suauitas nec incipientibus præsto est, prohibente timore; nec perfectis satis est pro abundantiori contẽplationis dulcedine. Hi adhuc à noxijs carnalium delectationum humoribus timoris amarissima potione purgandi, nondum lactis dulcedinem experiũtur: Illi iã auulsi a lacte epulari ab introitu gloriæ gloriosiùs delectantur: Solis mediis. i. proficiẽtibus ita iam melleas quasdam sorbitiunculas charitatis expertis, vt illis interim pro sui teneritudine contenti sint.

a Cãt. 5. 1.

Charitas lac imperfectorum.

Charitas media, id est cibus proficientium nõ incipientiũ nec perfectorum.

Anselmus deniq; significari per hæc dicit, Christum Ecclesiæ ferculum constrasse, & ornasse charitate, vt scilicet charitas omnibus reliquis virtutibus esset ornamentum, vt docet Apostolus 1. Cor. 13. atque media, vt ab omnibus posset æqualiter participari: Vel idem ferculum constrasse, quatenus ceteras virtutes inferiores, & constratas ornauit charitate, sine qua eæ omnes nihil proficiunt.

Anselm.

Charitas ornamentũ omnium virtutum.

Vers. XI. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lętitię cordis eius.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

Littera quidem huius sententiæ facilis est, ita vt haud necesse sit, in illius detineat explicatione. Illud duntaxat exponendum, qua ratione cum superioribus nectantur: & cuiusnam sint verba, quæ in ea habentur.

Vt prætermittam eorum opinionem, qui toti puellarum choro hæc tribuunt: duobus modis aptissime ea connecti posse crediderim; Vel. n. sunt verba illorũ eorumdẽ, qui huc vsque locuti sunt: Vel sponsæ, ad q̃ prædicta verba iidẽ sunt locuti.

I. SENSVS. Si eorum hæc esse velimus, Dicendum, idem ipsum argumentum illos hic prosequi, quod in superioribus exorsi fuerant: quam etenim Salomonis gloriam, siue per lectuli, aut ferculi, quæ is sibi cõstruxerat, magnificentiã: siue per gloriosissimum eiusdem triumphum enarrare cœperant, vt sponsam ad illius promouerent dilectionem: hanc mirum in modum præclaro isto extollunt epiphonemate, quo ex abrupto per Apostrophen se conuertentes ad filias Sion, quasi illas haberent præsentes, inuitant, vt tam speciosum Regem intueãtur, ac triumphantem admirentur, insigni illa redimitum corona, quã à matre ipsa sua in solemnissimo coronatus est nuptiarum die. Porrò verbum, *Egredimini*, ad tam ingentem gloriam exprimendã habet vim: significat quippe, tantam eam esse, vt pro illius spectaculo non è domibus modo; sed & ex Vrbibus: nec viris tm̃, sed & mulieribus, & puellis quoque egrediendum sit: vniuersaque omittẽda, vt tam eximio spectaculo perfrui liceat.

II. SENSVS. Si verò sponsæ hæc tribuẽda sint, prout cõgruũ maxime mihi vr; Dicendum, eo ipso temporis momento, quo obuii illi præcedentem ferculi Salomonis descriptionẽ terminarant, sponsum à lõgè cõparuisse in agro, decorũ quidẽ illum, & ornatum, qualẽ nouũ sponsum deceret, suam accersentem, ac quæritantẽ dilectam, ex cuius conspectu illa cõmota in hæc proruperit verba: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo*, &c. Ac si tacite iis ipsis per hæc respondeat, qui Salomonis gloriã sibi euehere contendebant; ad illumvè diligendũ per illius gloriæ descriptionẽ ipsam pellicere satagebant; & indicet, illius gloriam sibi maxime esse perspectã; idque in primis optare, vt oĩbus eadem fiat conspicua: atque adeo, cum in agro eum sibi obuiũ admiretur, insigni hac apostrophe ad tantam gloriã obstupescendam inuitat oẽs filias Sion; inuitat aũt magna cum Emphasi, persuadens illis; easve quodammodo compellens vt pro tã insignis gloriæ spectaculo extra domos, & extra Vrbem in illos egrediantur agros, in quibus is videri tunc poterat decorus, ac gloriosissimis illis speciosus ornamẽtis, quib. in solẽnissimo suæ despõsationis die a sua exornatus est matre.

LITTERA.

Circa hunc porrò sensum, tria notãda sunt. Primum, eo artificio sponsi gloriam hic commendatam, vt tamen simul vehementissima exprimatur propensio sponsæ erga ipsum, vtpote quæ à primo illius conspectu ita commota sit; vt in hanc proruperit apostrophen, quæ & impetum subindicat animi, & exclamationem latenter continet, ingentemque stuporem, & admirationem: Quod enim in agro ad absentes dicitur: *Egredimini, & videte filiæ Sion*: eam vim habet, ac si dicatur.

Quid facitis intra vrbes? quid intra domos vos continetis ò filiæ Sion, quotquot pulchra spectacula intueri cupitis? Cur iam non egredimini, vt videatis hunc tam decorum dilectum meum, Regem Salomonem, Regem meum Salomonem, ac pacificum meum, ornatum, &c.

PARAPHRASIS.

Hoc verò est, quod secundò notandũ dixi, Salomonis nomen iuxta hunc sensum haud propriè accipi debere, sed appellatiuè, vt pacificũ significat, & pacem exhibentem, quam pacẽ sequitur oẽ gaudium: Ita vt, ẽt per istiusmodi vocabulũ sponsa ingentem suum erga eum, quem diligit designet affectum, à quo suã oẽm expectet pacẽ; à quo & bonum oẽ recognoscat, vnde & Regem quoque suũ eumdem appellet, propter quod Regis nomẽ sub diadema: is vocabulo vniuersum illius exprimit ornatum. Neq. nouum id censere debemus, quòd eximius corporis cultus, & indumentũ diadema nuncupetur. Nam & apud Syros stolam ipsam, ac sceptrum pro regio diademate habitũ refert Alexander ab Alexandro lib. 1. genial. dierũ c. 28. Et ea est Hebræorũ consuetudo loquendi, vt oĩs corporis cultus elegans, atque aptus istiusmodi nomine diadematis, aut coronæ designetur, prout rectè adnotauit Legionẽsis, & colligitur ex loco illo Isaię, vbi dicitur: *b Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilib.* seu (vt est in hebręo) *vasibus suis*, idest, oĩ mundo suo. Atque adeo bene dicitur, qui coronauit illũ mater sua in die despõsationis illius: in die siquidẽ desponsationis elegãtiori cultu filios exornare solẽt matres Quãquã & cõgruenter ipsum diadematis nomẽ propriè sumi pôt, vt coronã significat; vt videlicet spõsus in agro corolla florũ redimitus cõparuerit, quæ corona dicatur illa, qua à matre coronatus is est in die despõsationis, quia illi similis. Enimuero in die desponsationis coronari solitos sponsos vel variis floribus, vel frondib. diuersarũ herbarum, testis est Tertull. in lib. de corona militis.

b Il. 51. 10.

DE ECCLESIA.

tis, fusiusq; Alexāder ab Alexādro li. 2. c. 5. pa. 153. Tertiò demum, & vltimò notandū, immensum quoq; dilecti sui amorem erga se sponsam in his testatam omnibus facere, dum diem desposationis, ait, illi extitisse diem lætitiæ cordis eius: Indicans, illum tanta erga se affectum charitate, vt tunc lætissimum habuerit diem, tuncve summo perfusus sit gaudio, cum diem illum attigit, quo secum desponsatus est.

Vers. X I. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitię cordis eius.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Christus carne coronatus, quē ac Sol coronatur fulgore illo nubis, q̄ sub se est, quā halonē, seu coronā appellāt Philosophi.

DEclarari admodum commode potest hic locus similitudine è sole, atq; à meteorologicis desumpta: siquidem, dū de Meteoris agunt Naturales inter reliqua Halonem, seu coronā numerantes, tunc eam, inquiūt, fieri, cum nubes vniformis in omnibus partib. æquam raritatem, aut densitatē habens, directe inuenitur, sub sole, luna, vel alio astro, & ex ipsius nubis occursu luminosus astri radius refringitur: Prohibetur.n. tunc istiusmodi radius directe vlterius procedere propter nubis vniformem densitatem, atq; ita per illius extrema vbiq; diffunditur, & per hanc refractionem apparet sub astro magnus circulus lumine collustratus in modū lucidæ coronæ, quem ἅλως halon græco appellant vocabulo. In hunc sane modū, & Christi Regis Salomonis coronā factā, diuinumque Verbum huiusmodi corona coronatū indicat

a Psal. 18. 6.

Dauid, dū ait, a *In sole posuit tabernaculum suum*: Enimuero tabernaculū Verbi est corpus, & caro, q̄ in vnionem assumpsit hypostaticā, in quo tabernaculo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, tabernaculum istud est etiam nubes perfectissimæ, & æquabilis tēperaturę, vnde apud Isai.

b Isa. 19. 1.

dicitur. b *Ecce ascēdet Dominus super nubem leuē*, ascendens autem sol vsquequaq; splendidissimus super hanc nubem, eatenus tabernaculum suū in se posuisse dicitur, quatenus sibimetipsi illam sub se posuit. Porrò dū nubes ista carnis hoc pacto in sole, atq; sub sole posita est, tametsi per Prophetam non sit expressum aliud, colligere tamen, & id operæpretiū est, q̄ ex simili aereæ nubis positione sequitur necessario, & ex carne Christi coronam fulgoris emissam, & carnem ipsam Christi coronam extitisse fulgentissimam, qua Verbū, quod est candor lucis æternæ, & splendor Patris, æternus iustitiæ sol coronatum apparuit æquè, ac sol iste visibilis nube illa, quę sub se est, coronatus quodammodo videtur.

Carnis ope rim. itaq; ūo Christus pulchrior redditus fit Simile.

Atqui mirabilis profecto est, & plane diuinus modus iste explicandi, qua ratione Salamō noster per suam coronatus sit carnem, per q̄ primo aspectu diminutus potius, q̄ honoratus videtur. Nā quemadmodum, etsi sol iste visibilis absq; vlla dubitatione multò tunc sit splendidior, cum nullam obiectam habet nubē, ita vt propterea nec oculos in eū figere valeamus, pulchrior nihilominus nobis apparet, cum nubem sub se habet, qua roseo quodam coronatur fulgore. Ita quamuis re vera filius æterni Patris tunc incomprehensibili coruscauerit fulgore, cum c in splendoribus Sanctorum ante luciferū genitus est, Deus de Deo, lumenque

c Ps. 109. 3.

de lumine, speciosior tamen nobis, qui in lumen illud æternum oculos dirigere nequimus, tunc eluxisse visus est, quando carnem induit, carneq; veluti rosea nube circundatus est, roseum namq; tūc sese per illam exhibitum esse, qui alioquin in sua diuinitate candidissimus erat, exinde colligemus, in subsequētibus, q. sponsa dicet: d *Dilectus meus candidus, & rubicundus*. Mysterium vero istud apertius idemmet Vates Regius in Psal. 8. significauit, cum diceret: e *Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eū paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eū et constituisti eum super opera manuum tuarum*, quē locum de Christo intelligendum testatur Apostolus in Epist. ad Hebræos, expressiusque hoc ipsum confirmatur per eamdem sententiam, prout illam ex Hebræo vertit Hier. f *Minues eum paulo minus à Deo, gloria, & decore coronabis eū, dabis ei potestatem super opera manuum tuarum*: Aeque est, ac si dicatur: Eo ipso temporis momento, quo per Incarnationem minorabis filium tuū à maiestate, splendoreq; diuino, per eamdemmet carnem, qua illum minorabis, per eamdem nubem, qua diuinitatis eius radios, fulgoremve refringes, quasi speciosissima corona, gloria, & honore, necnon, & decore eximio coronabis eum, ita vt cum istiusmodi diademate gloriosissimo, simul quoq; & regiam ei daturus sis potestatem super omnia opera tua.

d Cant. 5. 10.

e Psal. 8. 7

f Gebr. 2. 6.

Christi caro quō corona fuerit, & à Deo, & à Maria.

Sed circa hęc insurgit illicò nō modica difficultas ex eo, q. dū in hoc Cātico fit mentio de corona Regis Salomonis, additur: *Qua coronauit illum mater sua*: Neque enim his consona videtur ea, quæ ex Psalmis præcitatis allata est explicandi huius loci ratio; In Psalmo namq; octauo, qui per carnem minoratus est, & coronatus, à Deo minoratus, & coronatus dicitur: Et in Psal. 18. Verbū, quod per Incarnationem tanquam sponsus processit de thalamo suo, ipsummet in Sole dicitur posuisse tabernaculum suum, nubemq; carnis suæ. Veruntamen difficultas omnis facile diluitur ex ea ipsa similitudine coronæ illius aereæ, quam fieri dixi ex nube illa soli opposita, ad quā, & Prophetā Dauid allusisse, ostendi: Nam quemadmodum ea nubes, quæ ob splendoris circulū corona appellata est, & à terra vt à matre fit, quatenus terra est, quę exhalationes, ac vapores de se confert, ex quibus illa compacta est, & ab ipso quoq; fit Sole, a quo vapores illi, eæque exhalationes è terra eleuantur, & condensantur in nubem, Ita & caro Christi, & à gloriosissima Virgine facta dicitur, quatenus illa materiē purissimorum sanguinum de se præstitit, ex qua caro illa compacta est, & Deus, ac Verbum ipsum eādem compegisse asserimus, quia Spiritus sanctus in eam superuenit Virginē, g & virtus Altissimi obumbrauit illi: atq; adeo, sicut Sol, cum nube illa coronatur dici potest coronatus à seipso, & etiā à terra vt à matre dictę nubis: Ita & Salomō noster, ac Sol iustitiæ Christus, quando carnis diademate coronatus est, & à seipso corona illa dicitur coronatus, & à matre sua.

Simile.

g Luc. 1. 3.

Hoc verò loco peculiariter à matre sua coronatus dicitur: quia ex Maria filia Dauid coronam habuit regni Dauid, factus ex semine Dauid, ita vt propterea antiquissima illa, quæ à Deo facta est, repromissio ipsi Dauid: h *De fructu ventris tui ponā super sedem tuam*, implera dicatur, quia Maria carnis diademate hunc Regem coronauit Salomonē, i *Qui regnabit in domo Iacob in æternum*, de quo regno, & de qua sede Dauid, hic verba habentur, vt superius ostensum est in secunda expositione pręcedentium.

h Ps. 131. 4. 33.

i Luc. 1. 33.

Sed,

DE ECCLESIA.

Simile. *Christi incarnationē contemplari volens cur, & quō opus est, vt egrediatur.*

Sed, vt in horum explicatione à proposita similitudine Solis coronæ non recedamus, pręclare ad tam eximium spectaculum coronæ Christi conuocãtur filię Sion, & dicitur: *Egredimini, & videte filia Sion Regem Salamonem in diademate.* &c. Nam & quando sol ille visibilis prædicta corona coronatus appare, quotquot primò illum intuiti fuerint, rei nouitate perculsi, pulchrumq; admirantes circulum, alios quoq; ad tale spectaculũ prouocantes, naturali ferè impetu in hunc pariter modũ exclamant: Egredimini, & videte Solem in diademate: dicuntq; egredimini: quia etsi Solis splendor, eiusdemq; radij videri queant etiam intra parietes, idē tamen Sol, vt dicta corona insignitus effulget, videri haudquaquã potest, nisi ab his, qui extra parietes quoquo modo egrediantur, quinimò necesse insuper est, vt in ipsummet Solem oculi defigantur, quò videri tunc queat: Idcirco bene ad verbum, *Egredimini,* addunt, *& videte,* seu intuemini in Solem. Sic ergo cælestes ij spiritus, qui spectatores facti sunt Solis iustitiæ, ac Salamonis nostri carnis diademate coronati, ex abrupto filiæ Sion, & contemplatiuos quosq; conuocantes, istas emittunt voces: *Egredimini, & videte: Egredimini,* inquiunt, quia etsi intra mundi huius contemplationem consistentes, diuinæ maiestatis, eiusdemq; bonitatis radios in quibuslibet creaturis animaduertere possimus, hoc tamen insigne benignitatis specimen istudq; nouum diuinæ gratiæ spectaculum, q̃ in Christo exhibitũ est, quando carnis diademate est coronatus, videre minime valemus, nisi extra mœnia mundi huius egrediamur, extra terrenarum rerum studium, extra ordinariũ bonitatis modum, qui vel in mũdo exhibetur ab hominib. mundi, vel ipsimet mũdo exhibetur à Deo in productione, & conseruatione creaturarum: quinimo & extra propriũ sensum, humanæq; sapientiæ fornices egrediendum ei est, qui Solem istum, huiuscemodi corona redimitum contemplari velit. Ac bene addunt, *Et videte in Regem Salomonem,* seu (vt ad verbum est in hebræo) *Et videte in Regem Salomonem,* ac si dicant.

PARAPHRASIS. Athanas. Ambr. Phi. Carp. Cassiodo. Greg. PP. Beda. Bernard. Hugo Vi.

Incarnatio Christi, & recte, illius desponsatio dicta sit.

Incarnationis dies extitit lętitię cordis Christi, & quō.

Egressi, in altum oculos attollite ad Regem pacificum, ad Deum, qui cogitat cogitationes pacis, & non afflictionis, & in illum, quem in sua maiestate non videbit homo, & viuet, in Principē pacis in carnis corona exhibitum iam tuto vestros defigite oculos: videte illum gloria, & decore coronatum, in roseo carnis diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius: Re etenim vera dies illa coronationis prædictæ extitit, & dies desponsationis Salomonis nostri, & ex tũc ille sese exhibuit sponsũ humanæ naturæ: tunc perfectissima vnione cum ea, quam assumpsit, humanitate coniunctus est hypostatice: cũ desponsatio in hoc potissimum sita sit, vt, & sponsus, & sponsa indiuidua animorũ cõiunctione simul iungãtur.

Porrò dies illa Incarnationis nõ modò dicta est dies desponsationis, sed & *dies lætitia,* nec cuiuslibet lætitiæ: haud enim magna fortasse res esset, si diceretur dies lætitiæ sponsæ, & hominum. Lętari quippe necessariò, ac naturaliter solet infimę conditionis sponsa tunc temporis, cum à præstantissimo Rege desponsatur: At dicitur *dies lætitia,* ipsius Regis Salamonis, & non lætitiæ, qua extrinsece duntaxat lętũ sese exhibuit, sed *lætitia cordis ipsius.* Enimuerò ob istud ipsum, quod a *tanquam sponsus* processit *de thalamo suo exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius,* vt egregie explicat Dauid. Quin & apertissimis verbis inexplicabilem illam lętitiam suam, ipsiusq; lętitię causam ipsemet apud Isaiam exprimit sponsus, dicēs: b *Gaudens gaudebo in Domino:* (en lætitiam cordis eius) *quia induit me* (en causam lætitiæ, coronationem videlicet, & desponsationem) quia induit me *vestimentis salutis, & indumento iustitia circundedit me quasi sponsum decoratũ corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis:* Quamuis enim hæc verba ad Ecclesiam communiori sensu referri soleant à Sãctis Patribus: aptissime nihilominus, & Christo Domino tribuuntur, & à Tertull. in lib. 4. contra Marcionem, & ab August. in Epist. 120. ad Honoratum. Atq; hæc quidem satis pro singulorũ, quæ in hoc vers. 11. dicuntur, declaratione iuxta explicationem ex præcitato loco Psal. 18. collectam.

a Psal. 18. 7.

DE ECCLESIA.

b Isa. 61. 10.

Tertull. August.

A

B

Quorsum verò, dicet nõ immerito quis, hæc de Incarnatione hic habentur à cælestibus ijs spiritibus, qui in superioribus Romanam Ecclesiam, Petrique sedem descripsere sub metaphora ferculi? Congruentissime sanè ista superioribus subiecta sunt. Cum. n. in vltimis ijs verbis. *Media charitate constrauit,* &c. cælestes spiritus significassēt, in medio ipsius Ecclesiæ Christũ Regem Salomonem, & successorem Regni Dauid patris sui præsentia corporis, & vt est ipsa charitas, residere in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, prout supra ostensum est in primo sensu secundę expositionis illorũ verborũ: Nunc tanti Sacramenti admiratione perculsi, admodũ consequenter ad tam eximij mysterij, adeoq; insignis charitatis, q̃ in illo exhibetur, contemplationem non quoscunq; sed filias duntaxat Sion, animas contemplatiuas cõuocantes, hæc dicunt: *Egredimini, & videte filię Sion Regem Salomonem in diademate,* &c. Ac si dicant.

C

PARAPHRASIS.

Cum pacificus Rex noster Christus media ferculi sui constrauerit, in medio Ecclesiæ Romanæ per Sacramentum corporis sui, & præsentia corporis residens, & vt est ipsa charitas: Quid iam intra mundi huius, mundanarumve rerum contemplationem continemini, quotquot filiæ speculationis estis? *Egredimini* ab istiusmodi contemplatione, & *& videte* in tanto Sacramento ipsummet Christũ pacis principē, *in eomet diademate* carnis residentē, *quo* à gloriosa matre sua coronatus est *in die desponsationis illius, & in die lętitię cordis eius:* in illo ipso corpore, quò à Maria Virgine circundatus fuit in die, quo incarnatus est.

D

Quamuis pluribus hucusq; in singulorum verborum consideratione pertractatũ sit de his, prout spectant ad mysterium Incarnationis: si tamen eadem exactius perpendantur, prout ita spectant ad Incarnationis mysterium, vt primò directa sint ad mysteriũ Eucharistiæ, quemadmodum visum iam iam est, particularem quamdam vim singula item habere reperientur.

Eucharistię sacramentũ, quō et à quibus sit contemplandum.

Primum etenim verbum, *Egredimini,* egressum suadet à finibus cognitionis sensitiuæ, nec non & ab arcto humanæ ratiocinationis conclaui, atque ab ædibus humanæ sapientiæ. Enimuero, nisi à finibus egrediamur sensitiuæ cognitionis, nil aliud certè in tanto Sacramento conspiciemus, præterquam ea, quæ sensibus patent, accidentia panis, & vini, & si conclusi detineamur in conclaui ratiocinationis humanæ, non intelligemus vnquã, quomodo accidentia in Eucharistia possint esse sine subiecto, & quomodo sub accidentibus panis haud quaquam ipse sit panis, sed corpus Christi: Neque mundana Philosophia persuasos nos fieri permittet aliquando, vt vnum idemq; corpus Christi sit in pluribus locis ijsve longissime inter se distantibus: vt diuiso sacramento, nulla fiat diuisio eius, qui in illo est corporis: vt Deus, qui immēsus alioquin

E

DE ECCLESIA.

quin est, comedendũ se exhibeat sub accidentibus panis idq; per concomitantiam, quam habet cum corpore Christi, & multa alia, quę nisi simplex persuadeat fides, humana mens capere minime valet.

Idcirco post verbum, *Egredimini*, subijcitur: *Et videte Regem*, seu (vt est in hebræo) *Et videte in Regem Salomonem*: Idcirco, & filiabus Sion id suadetur, vt videant: Videndi siquidem verbũ immediate subiectum verbo, *Egredimini*, fidei cognitionẽ designat, quæ adeo certam, imò & multò certiorẽ ingerit suasionem, ac si visu ipso percepta ea essẽt, quę persuadent: dicitur autem; *Videte in Regem Salomonem*: vt intelligatur, istam fidei cognitionem haudquaquam persistere in accidentibus, quæ subiecta sunt sensibus, sed de ijs accidentibus transcendere ad Christum, sub illis latitantem. Et quia haud omnibus hoc datum est, vt hoc pacto videre queant, ideo *filiæ Sion* in primis conuocantur, eę nimirum animę, quę femineam in mysterijs diuinorum habeant simplicitatem, eorumdemq; mysteriorum addictę sint speculationi: Sion quippe speculatio interpretatur. Quod verò dum istiusmodi filiæ Sion conuocantur ad Christum contemplandum, vt in Eucharistiæ sacramento, est in eadẽ carne, quã ex Maria suscepit, Christus ipse & Rex dicitur, & Salamon appellatur, & præcipua fit mentio desponsationis, & lætitiæ cordis eius, id in primis confirmat, quod pro cõperto est apud omnes; Sacramentum istud esse symbolum pacis, ac vnionis, regniq; in eodem exhiberi: quandoquidem in illo cælestis Regis cũ Ecclesia facta est desponsatio, fitq; eadem continuo cum animabus, q̃ illud deuote suscipiũt: ita vt non incongrue de hac etiã regni collatione ad ipsiusmet Domini, ac Regis nostri intelligi queat, q̃ in Euangelio dixit: *a Ego dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi pater, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.* Et bene dies illa, in qua per talem despõsationem institutum à Domino est hoc Sacramentũ: vel ea, in qua idem Sacramentum per Sacerdotũ manus ministratur, appellatur dies lætitiæ cordis Regis nostri Salomonis: quandoquidem die illa lætissimum ab ipso celebratum est, & celebratur nuptiarum conuiuium, idemq; per has nuptias denuo totum se tradit Ecclesiæ, vel animæ, q̃ desponsarit, vniunturve ad inuicem, & sponsus, & sponsa: Ita vt quod semel exhibitũ est in prima eiusdem Regis desponsatione, qua per Incarnationem vnitus est cũ humanitate assumpta, hoc ipsum, quoad fieri potest, & cuilibet præstetur animę, cũ qua istas celebrat nuptias, iuxta id, q̃ ab ipsomet dictũ est: *b Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Neq; vero nouum est, vt in istiusmodi cõuiuio, & in exhibitione corporis, & sanguinis sui sub speciebus panis, & vini, nuptias, ac desponsationis fædus à Christo Domino celebratum dicamus: nam & apud Gentes hæc ferè simili cæremonia desponsationes fieri, cõperimus, & Romulus Vrbis fundator in communione panis, & aquæ matrimonij fœdus inijsse traditur, vt testis est Alexander ab Alexandro lib. 2. genial. dierum cap. 5. Quin & desponsationem, ac nuptias illas, quas in cælesti patria idemmet Salamõ faciet cum triumphanti Ecclesia, in cœna solemnitate celebrandas, testatus est Angelus in Apoc. cũ diceret: *c Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* Qua propter Ioannes, cum agni nuptias, & cœnam simul audiuit, Angelum illum adorare aggressus est, existimans, illum esse Christũ sponsum, vt asserit Aug. quæst. 60. in Gen. & lib. 20. cõtra Faustum, cap. 21. recordatus videlicet istarum nuptiarũ, quas idem agnus per hoc Sacramentum in cæremonia item cœnæ celebrauit cum Ecclesia militanti.

Eucharistia Sacramentũ symbolũ vnionis, ac pacis.

In Eucharistia Sacramẽto fidelibus à Christo cõfertur regnum.

a Luc. 22. 30.

Eucharistia Sacramẽtum cũ cõsecratur traditurue fidelib. est dies desponsationis, et lętitię Christi.

b Io. 6. 57

In Eucharistia cõuiuio nuptiæ celebrãtur à Christo.

c Apoc. 19. 9.

Augustin.

II. SENSVS.

Iuxta secũdum sensum, videns Ecclesia Christi sponsa in mundi huius agro Euangelij progressũ factum per Apostolum prædicatione Christumve dilectum suum intuens per vniuersum terrarum Orbem incedentem, fidelium corona circundatũ, infelicissimam Iudæorum sortem miserata, sponsiq; sui admirata decorem, ac gloriam, Iudæos, ad quos repromissiones factæ sunt, & ex quibus salus ipsa prouenit, ad tam gloriosum conuocat spectaculum, suadens illis, vt egrediantur iam de cortice litteræ, deq; æneis mœnijs durissimæ obstinationis, intra quę conclusi detinentur, videantq; Regẽ suum Salomonem, & Christum, qui omnia suo pacificauit sanguine, in ornamento tantorum fidelium, quo certè diademate coronauit iamdiu illũ mater ipsa sua Sion in die celeberrimo Pẽtecostes, quando per Spiritus sancti missionem despõsatus est cum Ecclesia: in die, qui prę ceteris omnibus festiuus illi extitit, atque lætissimus.

Ambros. Gre. Nyss. Aponius. Bernar.

Circa istius sensus explicationem, Notandũ primò, rectè Iudæos hoc loco appellatos filias Sion, non solũ, quia illi in Sion, & Regiam habuere, & templum: verùm ob id in primis, quia ijdem de Sion nouam legẽ expectent à venturo Messia, iuxta vaticinium Isaię: *d De Sion exibit lex, & verbũ Domini de Ierusalem.*

d Isa. 2. 3.

Notandum secundò, fideles rectè nuncupatos, nedum ornamentum, sed & diadema, atq; coronã Christi sponsi: nam si appellati sunt ornamentum sponsæ, cuius membra sunt, nobilissimumq; eiusdem indumentũ dicti sunt apud Isaiam, vbi à Domino dicitur: *e His omnibus velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa*: Iob id videlicet, quòd singuli ita sint Ecclesiæ membra, vt haudquaquam nuda compareãt, sed, cum vnumquodq; sit coopertum virtutibus, totum corpus, quod ex ijs constat, indutũ reddunt, ac semetipsis vt præclarissimo cooperiunt ornamento: Multò certè rationabilius idipsum de Christo dicendum est, *Qui* (vt ait Apostolus) *f est caput, ex quo totũ corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Ac propterea, quia est caput, aptissime istud ipsum, q̃ ex fidelibus ei prouenit ornamentũ, congruentissima metaphora appellatur diadema, atque corona. Cur enim non dicatur corona illius collectio tantorũ fidelium, per q̃ constituitur Ecclesia, quæ est eius sponsa, si iuxta Sapientis sententiam: *g Mulier diligens, & fortis corona est viro suo?* Et, si iuxta eiusdem Sapientis Prou. *h Corona senum sunt filii filiorum.* Ita vt propterea filiolos suos Paulus, quos Christo pepererat Philippenses, *i* Gaudiũ suum nuncupet, & coronã suam, & ob eamdẽ causam ad Thessal. scribens dicat: *K Quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominũ nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? vos enim estis corona nostra, & gaudium.* Multò profectò verius ijdem ipsi, cum Christum circundent, cum Christi sint filij, aut filij filiorũ, dicentur corona illius: multò, inquam, verius, nam, etsi illi extiterunt corona Paulo, vel quia Paulus propter illos clarus, & illustris apud homines euasit, prout sensus Theod. super citatum locũ Epist. ad Thessa. Ex eo, q̃ dicitur in lib. Ecclesiastici: *l Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur*: Vel quia maxima ex illis eidẽ prouenit

Ecclesia, et fidelium collectio, quõ ornamentũ, & diadema Christi.

e Isa. 49. 18.

f Ephe. 4. 16.

g Prou. 12. 4.

h Prou. 17. 6.

i Philip. 4. 1.

k Thess. 2. 19.

Theod.

l Eccl. 30. 2.

DE ECCLESIA.

DE ECCLESIA.

uenit, retributio, æque ac duci prouenire solet corona, & gloria propter militum victoriam, vt opinatus est S. Thomas in eundem locũ: Salamon certè noster non apud homines modo, sed & apud Patrem clarificatum se asserit propter illos, dicens: *a Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis:* Ac si dicat: Quamquam claritatem summam à te habuerim, antequam mundus fieret ob id, q; vnum idemq; sumus, ita vt & mea tua sint & tua pariter mea sint, clarificatus nihilominus sũ etiam in eis, quos dedisti mihi: clarificatum autẽ se dicit in illis apud Patrem, assertq; inferius rationem, cũ inquit: *b Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.* Quin & propter eosdẽ corona Regni eidem in primis obuenit, quãdoquidem eos fecit regnũ, prout ipsi [illegible] sæpius in Apoc. *c Fecisti nos Deo nostro [illegible].* Vnde quis iam dubitet, illos ipsos, qui sunt regnum Regis Salamonis, ac Domini nostri, [illegible] & [illegible] coronam, cum per Prophetam dicitur: *d Dominus regnauit, decorem induit.* id est [illegible] induit, decorem, coronamq; sibi coaptauit, in [illegible]ibus regnauit?

S. Thom.
a Io. 17. 10
b Io. 17. 21
c [illegible] 5. 10
d Ps. 92. 1.

C[oro]na fi[del]itum [ide]st Chri[sti] collata est primũ, vbi descendit Spirit[us] sanctus in die Pentecostes.

Notandum tertiò, Christum Dominum hoc fideliũ diademate dici coronatũ à matre sua; quandoquidẽ in Sion descendit Spiritus sanctus in die Pentecostes, & ex Sion per Apostolos in vniuersũ mũdum idem effusus est Spiritus sanctus, quin & ipsamet Sion primò illi hanc contexuit coronam, quando *e* ea ipsa die, qua descendit Spiritus sanctus, eodem & loco ad primam Petri prædicationẽ conuersi sunt, & appositæ dicũtur scilicet ad Christi coronam, animarum circiter tria millia, & paulo post *f* in eadem Ciuitate Sion ad alteram eiusdem Petri prædicationem. *Multi eorum, qui audierant verbum, crediderunt, & factus est numerus virorum quinque millia.*

e Act. 2. 41
f Act. 4. 4.

Sion quam verè dicatur mater Christi.

Porrò, quòd Siõ rectè dicatur Mater Regis nostri Salomonis, aliàs probatum est ex eo, quod habemus in Psal. *g Nũquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus:* quorum germanus sensus hic est: Nunquid Sioni dicet aliquis, nũquid de Sione dicetur ab aliquo, homo, & homo, idest aliquis homo magnus, insignis aliquis Princeps natus est in ea? Ac si subintelligatur; Non: quo pro lectio, q̃ modò habens textus Septuag. in Græcis codicibus nuper impressis, Psalterium Romanum, Aethiopicum, & Arabicũ, quamve sequuntur Tertul. lib. aduersus Praxeam cap. 17. Ambr. in oratione in obitu fratris post initium, & August. in expositione Psalmorum, expressius habet: *Mater Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus,* idest, Christus homo dicet Sioni, mater, qui natus, seu (vt alij legunt) factus est in ea homo, quando Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & ipse, qui in illa natus est, fundauit eam altissimus.

g Ps. 86. 5
Tertul.
Ambros.
Augustin.

Dies Pentecostes quã rectè dictus dies desposationis Christi cũ Ecclesia.

Notandum quartò, diem sacratissimam Pentecostes aptissima metaphora nominatam diem desponsationis Christi, nam, si ex communi Hebreorum consensu eadem dies, quatenus in ipsa à Deo data fuit lex in monte Sinai, dicitur dies desponsationis Dei, quandoquidem in illa Deus per legis fœdus Synagogam sibi adsciuit in sponsam, iuxta id, q; contestatus est Dominus apud Ieremiã Prophetã, dicens: *h Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in desertũ in terra, quæ non seminatur.* Multò certè congruentius dicitur, dies desponsationis Christi, cum in illa, nedũ legem Spiritus, sed & ipsummet Spiritum sanctũ Christus discipulis suis tradidit in monte Sion, per quẽ Spiritum cum Ecclesia, q̃ sibi desponsarat in Cruce, perfectissimum inijt matrimonij fœdus. Enimuero, si matrimonij essentia sita est in indiuidua animorum coniunctione, qua coniuges simul nectuntur, certè per Spiritus sancti missionem animũ suũ Ecclesiæ communicaturum se esse, ipsemet pollicitus est sponsus dicens: *i Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso, sed quæcumq́; audiet, loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vobis: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.*

h Ier. 2. 2.

Per Spiritum sãctũ fit matrimoniũ inter Christũ & animas fideles.
i Io. 16. 13

Quòd si Spiritus sãctus in diuinis id habet muneris, vt nectat Patrem, ac Filium, atq; adeo nexus nomine nuncupatur: quis abnuat, & istud ipsum munus ab eodem exhibitum, cum & ad Ecclesiã missus à Christo est? Idcirco pclare Apostolus ait: *K Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis:* quo loco nomine charitatis Dei Paulus mutuam intelligit charitatem, tum eam, qua Deus nos prosequitur, tũ illam, qua nos item diligimus Deum: per Spiritum enim sanctum ambæ simul hæ charitates nexę sunt nostris cordibus.

k Rom. 5. 5

Notandum quintò discrimen, q; est inter hanc desponsationem Christi cũ Ecclesia, ac desponsationem carnalem maris, & feminę. Enimuero carnalis despõsatio etsi ad filiorũ procreationem tendat; tantùm nihilominus abest, vt filios iam procreatos præsupponat, vt potius sponsorum nomen ab ijs auferat, qui desponsati sunt, sic quippe experimento animaduertimus, moris esse, vt sponsi vocẽtur, donec filij procreati sint, & omnino vsq; ad primum partum, ni forsitan is in longum tempus differatur.

Dies desponsationis Christi præsupponit filios, cuius rei contrariũ aduertitur i die desponsationis carnalis maris & feminæ.

At verò desponsatio ista Christi Salomonis nostri è contrario se habuit: nam nedũ directa est ad filiorũ procreationem, sed & filios præsupposuit Apostolos, illosve omnes, super quos in die Pentecoste descendit Spiritus. Quòd si in prophetia Ioelis, in qua eadem prædicta est desponsatio, haudquaquam filij appellati ij sint, sed serui, & ancillę, cum dicatur ab ipsomet sponso: *l Effundam spiritum meum super seruos meos, & ancillas meas:* Id propterea factum esse, crediderim, vt intelligeremus id, q; & in hac sententia indicatur, tunc temporis per id potissimum sponso collatam à filiis illis gloria, quòd eius seruitio addicti essent. Vnde apud Isaiã inquit: *m Seruus meus es tu Israel, quia* idest idcirco, *in te gloriabor,* iuxta phrasim illã frequenter in sacris paginis obseruatam, qua particula (*Quia*) vsurpatur pro alia particula, *Ideo,* & non tam causam significat, quàm effectũ, vt apud eundem Prophetã in ca. 45. *n Ego Deus, & non alius, in memetipso iuraui, egredietur de ore meo verbum iustitiæ, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua* idest. Ideo mihi curuabitur, &c. quia ego Deus, &c. Atque adeo seruis iis, super quos effudit Spiritum sanctum, tãquam gloriosissimo diademate coronatus hoc loco dicitur in die desponsationis suæ, & appellatur Rex, dum eo coronatus est diademate: nã & Regis nomen, & regnũ, cuius insigne est diadema, ad seruitium maiorẽ habent respectum, q̃ ad filiationem. Quam ob causam, cum per Isaiam Prophetam ijdem dicti sunt futuri Dei corona, ac diadema, nõ tam in illius capite, quàm in eius manu futuri dicuntur in hæc verba: *o Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui:* vt significetur, eatenus illos Deũ coronaturos, quatenus ita eius seruitio addicti fuerint; vt quasi ad

Seruitio Dei addicti, Deũ ipsũ coronantes Regnũ illi quodãmodo conferunt.
l Ioe. 2. 29
m Isa. 49. 3
n Is. 45. 22
o Isa. 62. 3

manus

Digitized by Google

DE ECCLESIA

manus illos habēs Deus, eorum ministerio vti possit, quacunq; in re sibi libuerit. Quamuis per Propheticam istam locutionis formā duo insuper desi gnentur. Primum, quòd etsi Christus à Sion matre sua coronatus dicatur corona ista, haud tamen coronatus ab illa fuisset, nisi ipsemet ex multis filijs, multisve seruis, quos ad suum seruitium aduocarat, quasi ex multis, varijsve floribus, necnon & ex pretiosis gēmis talem manibus proprijs sibi cōtexuisset coronam. Secundò, per hoc ipsum confirmatur id, quod in hoc vers. 11. dicitur, eumdem Christum Dominum hoc diademate coronatum *in die desponsationis, & in die lætitiæ cordis eius*, & quam verum id sit, quòd ex hoc diademate summam perceperit, percipiatvè cordis lętitiam, quādo tunc desponsatus est, & quādo nunc pariter desponsatus denuo in conuersione infideliū, vel peccatorum. Enimuerò, dum dicitur, tenere in manibus huiuscemodi coronā, qua coronatus est in die desponsationis, profectò censendus est, illam tamquam rem sibi maxime iucundā hoc pacto in manibus tenere, vt nimirum ipsam semper ob oculos habeat, in qua oblectetur, ac per quam in intimis præcordijs dulcissimo perfundatur gaudio, ita vt propterea, & id pariter verificatum intelligamus post prædicta, quod in hoc quoq; sensu per eumdem Prophetā est pollicitus: *a Non vocaberis vltra derelicta, sed vocabitur voluntas mea in ea, quia cōplacuit Domino in te: Et gaudebit sponsus super sponsa, & gaudebit super te Deus tuus.*

Diadema ß deliE Deus ipse sibimet contexit.

In diademate fidelium lateatur corde Deus.

a Isa. 62.4.

Vers. XI. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lętitię cordis eius.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

FAbulosa certè narratione fertur apud Antiquos Scriptorum, Musas ex pennis ijs coronatas, quas ex deuictarum Sirenum alis euulsissent: summumq; apud Romanos victoriæ signum extitit, herbam porrigere victos, ideoq; graminea corona coronarum omnium nobilissima existimata apud illos est, teste Plin. lib. 22. cap. 4. & Aulo Gellio lib. 5. cap. 6. At, si vel Musas demirabantur infelices Gentes, cū illas eo diademate depictas, aut insculptas viderent: vel strenuum Ciuem, aut Imperatorem aliquem obstupescebant populi, quem in triumpho redimitumq; intuebantur corona graminea: Multo sanè rationabilius fideliū quilibet mirari dēt Christum Regem Salamonem, triumphantem quidem super inusitatum currum, sed & corona redimitum compacta è spinis decerptis è terra, quam ab hostibus abstulit, cum Principe huius mundi foras eiecit. Ad tam eximium spectaculum contemplatiuas quasq; animas inuitant cælestes ij spiritus, qui in præcedentib. piam animam alloquentes, triumphalem Sanctissimę Crucis currum, Christumve in eo triūphantem descripsere: Non alloquuntur autem vnam illam animam tantùm, sed vniuersas, quotquot per contemplationis studium inter filias Sion connumerari meruerint: ab ingenti siquidem, & gloriosissima eius, qui in prædicto curro residebat, maiestate commoti, ita rim ac dixerunt: *Media charitate constrauit propter filias Ierusalem*, eo sēsu, quem supra explicaui in 3. expositione, ex abrupto in hanc prorūpunt excla-

Pierius Valer. lib. 21. ex Pausania & Eustathio.

Spinea corona gloriosissima Christo, quia è spinis cōpacta est, quas diabolus porrexit victus.

Pli. A. Gellius.

I SENSVS.

Tertull. Athanas. Tres Patr. Ruffinus. Proclus. Cassiod. & alij.

A mationem: *Egredimini, & videte filia Sion Regē Salomonem*, &c. inuitantes ipsasmet filias Ierusalem, propter quas sponsus se exhibuit charitatē, igneque amoris combustum super Crucem, vt illum contemplentur in ea ipsa corona, qua à Synagoga matre sua coronatus est tempore passionis, quod certè extitit dies despōsationis, atq; lętitiæ ipsius, vt infra ostendetur.

Vt sensus iste bene percipiatur, & vis totius sententiæ huius innotescat, singula examinanda sunt verba: in primis verò explicandum id, quod totius sententiæ cardo est, & fundamentū: Ad quid Christus sponsus spinis, q̄ dedecus potius, & cruciatus afferunt, coronari voluit, cum è contra per coronā vt sic, summa designetur gloria, & commoda omnia; Quidve mysterij in hisce lateat spinis. Et quidem, etsi potissima ea sit horum ratio, q̄ iam tacta B est: quia videlicet spinas ab ea decerpebat terra, q̄ victor abstulerat à Principe mundi huius per passionem suam: Notum est quippe, spinas post Adæ peccatum esse propijssimum germen terræ, in qua homo obsessus tenebatur à dæmone, iuxta illud Domini: *b Spinas, & tribulos germinabit tibi.* b Gen. 3.18

Regem se insuper vt hominem ostēsurus, haud aliud eligere debuit diadema, quā istud ex spinis cōtextum, vtpote q vnum hominibus à Deo prçstitum esset, quo recuperatā Regis præseferrent dignitatem. Enimuero postquam homo excidit à paradisi Regno, in quo summā super animantia omnia obtinebat potestatem: postquā & ab innocen C tiæ excidit regno, in quo & proprijs dominabatur passionibus: postquā miserrimæ dæmonis se subiecit seruituti: tradidit illi Deus misericors spinas, & tribulos è terra, non tam certè in pęnam, q̄ in remedium infelicissimæ seruitutis: vt videlicet spinas ipsas in corde seruaret doloribus se conterēs, dum aliæ configerentur peccatorū spinæ: vtve spinis angustiarum, tribulationum, mortificationū, ac cruciatuum suū circundaret caput, illas pro sua eligens corona, in illis quasi in pretiosissimo diademate gloriam suā constituens, ac per illas victorem sese ostentans contra serpentem. At verò cum miseri ijdem homines spinas quoq; à Principe hu D ius mūdi vsurpari permiserint, ita vt ad arbitriū suum in eorum damnum ille vel solicitudinū terrenarum, vel mūdanarum afflictionum, aut ipsarummet iniquitatum aculeis ipsos configeret: & pro spinis molles carnalium illecebrarū flores, corruptibilesvè voluptatum sæculi rosas colligere studuerint, quibus, & cor oblectarent, & caput, mentemq; suam pariter coronarent, dicentes id, quod in lib. Sapientiæ ab impiis quibusdam dictū reperimus: *c Coronemus nos rosis, antequā marcescant, nullum pratum sit, q non pertranseat luxuria nostra, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tāquam in iuuentute celeriter*: Eorumdem deplorandam sor E tē miseratus Rex pacificus, Christus filius Dei, vt spinas à diaboli manibus eriperet, hominibusque eas restitueret, quibus se coronarent, eaq; corona redimiti deperditi regni possessores exhiberētur, spineo caput suum coronari voluit diademate. c Sap. 2.8.

Porrò spineam coronam istā haud extrinsecus duntaxat circa caput suum obuoluit, sed & intrinsecus fortiter, ac profunde infigi permisit: spinis enim ijs tunc illius tempora, & fœdata, & lancinata asserit Tertullianus in libro de corona militis, paulo ante finem: id autem propterea factum esse, crediderim, vt iis ipsis consuleret, q rosas, quibus se coronarent, inquirerent: vt iam nō ex rosis illis coronas sibi necterent, q̄ ob humoris defectum tabefactę marcescunt, dedecusve afferunt, atq; corruptio-

DE ECCLESIA.

Spinea corona Xpo collecta, quam vnā hominibus Deus præstiterat, per quā amissū rursum pararent regnum.

Spina ad quod hominibus collata sint.

E spinis infixis in cerebro Christi colligūtur rosæ quæ rum sanguinis, ac tribulationū.

DE EC CLESIA

ruptionem; sed humidas potius, atque purpureas eas colligerent rosas, quæ ex spinis in pinguissima cerebri ipsius tellure plantatis, ac radicatis exortę essent, atq; defluerent, guttas nimirum purpurei sanguinis eius, quæ è medio spinarum instar rosarum erumperent: vel etiam tribulationes, & ærumnas illas, quas Deus ī ipsos immitteret: Eæ quippe sunt immarcessibiles rosæ, in plāta istarum rosarũ permanentes, atque ab illa in perpetuo virore, ac pulchritudine conseruatæ, ex ea iugiter pertrahētes humorē purpurei sāguinis Christi. Ex quibus deinde rosis gloriosissimas sibi cōponerent coronas, non corruptibiles, vt ante, sed incorruptas: ita vt cum Apostolo dicere possent: a *Gloriamur in tribulationibus*. Regnique cælorũ possessores per illas constituantur, prout ipsemet contestatus est Rex, qui spineo hoc coronatus est diademate, dicens: b *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est* (non modo erit, sed & est tūc temporis) *regnum cælorum*, cum rosis tribulationum illarum coronantur.

Tribulationes ita coronant iustos vt simul cū ferās & regnum.

a Ro. 5. 3.

b Matth. 5. 10.

Quòd autem inter spinas illas rosæ exurgāt, & flores, titulus ipse is indicat, qui super spineam coronam ligno affixus est Crucis, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum: cum enim Nazarenus interpretetur florēs, aut floridus: Iesus profecto floridus per eum titulũ promulgatur, ob flores illos, quibus florēbat, seu potius qui florebant in illo, è spinis nimirum ijs, quas titulos affixus contingeret.

Si quis verò quęrat, qua ratione id intelligatur, quod dictum est, è spinis Christi rosas erūpere, vel sanguinis eius, vel tribulationum ab eo immissarum, vel quas propter illũ iusti patiuntur, quas fideles colligant, ijsve se coronēt. Dicendum, intelligi id, debere, quatenus tribulationes hilariter, glorianterve ij tūc perferunt, quando norunt, se per illas cōmunicare Christi passionibus; & quando in ijsdem existentes, Christo inhærent patiēti, cum eius passionibus suas cōferentes; Quod suadet Apostolus Paulus ad Hebræos, dicens: c *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris, deficientes*: Et Petrus quoq; inquiens: d *Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat*, id est, Nolite cōmoueri propter tētationum ęstus, quibus sicut aurũ probamini, quasi nouis, & insolitis: Nolite; vt peregrinos vos gerere in feruore tribulationum, quasi fidelibus, & iustis tribulationes nouæ sint, & insolitæ: Sed cōmunicantes Christi passionibus, gaudete; vt & in reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes.

E spinis Christi quo colligantur rosa tribulationum.

c Hebr. 12. 3.

d 1. Pet. 4. 12.

Ex his igitur omnibus satis ostensum est, quàm rationabiliter Christus Dominus spineo diademate coronari voluerit; & quomodo gloriosissimam eiusmodi existimarit coronā spinarũ. Quæ, cũ cælestibus spiritibus satis perspecta sint, qua ratione & à quibuslibet fidelibus tā insignis videri queat gloria Salomonis, efficacissimis profecto verbis hac breui edocet sententia: *Egredimini, & videte, filia Siō, Regem Salomonē in diademate, quo*, &c.

Primò per verbum, *Egredimini*, duplicem designant necessarium egressum ad hoc, vt horum cōpos esse quis possit. Moyses quidē, quando grāde illud apparuit miraculum, quo ignis in rubo existens, ardebat, & spinas nō cōburebat, satis sibi consultum existimauit, si iret ad videndũ, quod apparebat, vnde & dixit: e *Vadā, & videbo visionem hanc magnā*: quod si Deus illi dixit: *Ne appropies huc: solue calceamēta de pedibus tuis*; id ei præcepit, vt cō intelligeret excellentiam diuinę maiestatis, quæ ibi præsentiā suā declarabat, debitaq; animi submissione, reuerentia, ac religione ad locũ illum accederet; atq; adeo, rationem afferens, quare id illi iusserit, subiecit: *Locus, in quo stas, terra sancta est*. Neque n. illi egrediendum alioquin erat, qui iam egressus reliquerat Aegyptũ, f *non veritus*, (vt ait Paulus) *animositatē Regis, inuisibilē namque tamquam videns sustinuit*, egressoque suo testatus erat *se magis elegisse affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores ve diuitias ęstimasse thesauro Aegyptiorum, improperium Christi*. At verò nobis, vt grande hoc aliud videamus spinarum miraculum, quòd gloriosissime & Christũ coronarint, & fideles quosq; pariter coronēt, egrediendum est primò à consueta terrenorum hominũ cōsuetudine, qua, vel ad superbiā aureas quærunt coronas; vel in conuiuijs floribus sese coronant, dum vino inebriantur; vel denique ad luxum è rosis marcescētia sibi nexunt diademata, de quibus apud Isaiam dicitur: g *Væ coronę superbię ebriis Ephraim, & flori decidenti gloria exultationis eius*: Nisi. n. ab hac egrediamur praua hominum opinione, & cōsuetudine, simulq; & à prauo prædictarum coronarum desiderio in spineum Christi diadema oculos conijcere minime valebimus. Quin, vt homines Regem Salomonem in hoc diademate videre queant, egregiēdũ insuper est ijs à se ipsis, vt animales homines sūt, à proprio sensu, necnō & à regulis illis, quibus mūdus singula examinare solet. Nisi. n. hoc quoq; pacto egrediantur, haudquaquā aliud videbunt, quàm ignominiosissimam ex spinis coronam: nil aliud, quàm cruciatus à spinarum aculeis inflictos capiti, quod tali redimitũ est diademate: Egressi autē, in ignominia, tormētisve iis, quæ sensu percipiūt gloriam ingentem, summamq; intelligunt Christi gaudiũ: ita vt cum Apstolo fateantur videre *eum*, h *qui modico, quàm Angeli minoratus est, Iesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem*. In hoc quippe is, qui modico, quàm Angeli, minoratus est, gloria .i. felici statu, & honore coronatus est, quia Dei gratia, & benignitate pro omnibus gustauit mortem, morsq; ipsa, & passio talis coronam gloriæ ei contexnit; nā hoc indicat dictio, vt, pro qua ī Græco est ὅπως, quæ finem signat: Ideo ergo bene statim, ac dictũ est: *Egredimini*, subiicitur: *Et videte*. Sed quia eis, qui postquam egressi sunt, videre volunt hanc Christi gloriam, necesse est, vt studio se se dedant cōtemplationi; idcirco *filia Sion* nuncupantur animæ illæ, quas Angeli ad iam gloriosum inuitant spectaculum.

Egrediendū quo sit ei, q contéplari velit Christum spineo diademate coronatum.

e Exo. 3. 3.

f Hebr. 11. 25.

g Isa. 28. 1.

h Heb. 2. 9.

Spinea corona Christus se exhibet Regē tribulatorum.

Atqui quòd Christum Dominũ spineo diademate redimitum & Regem appellant, & Salomonem, sicq; veluti Regem pacificũ filiabus Sion illũ videre suadent, egregium continet mysterium: ita videlicet Christũ Regē in hoc diademate repræsentari; vt miserorum, ac eorum, qui tribulationibus opprimuntur, ducem se ille exhibuit, & vt tribulatorum Rex est perpetuus; simulque & id indicatur, quòd eodem modo tribulationes in hęreditarium Regnum suis reliquerit filijs, quo & pacem testamento iisdem reliquit, cũ appropinquās ad mortē dixit: i *Pacem relinquo vobis, pacem meā do vobis*; iuxta illud: K *Si me persecuti sunt, & vos persequentur*: Atque adeo bene Apostolus Petrus Christianis illis, qui huius Regni tribulationũ cōpotes facti sunt, ait: l *Si quis patitur vt Christianus, glorificet Deũ in isto nomine*; in quo nam nomine: non solum in nomine Christiani, sed in nomine Christiani tribulationes perferentis: in nomine

Tribulationes in hereditariū regnum filijs suis Christus reliquit sicut ijsdē reliquit & pacem.

i Ioan. 14. 27.

k Ioan. 15. 20.

l 1. Pet. 4. 16.

Regis

DE ANIMA.

Regis, quia per huiuſcemodi tribulationum hereditatem à Chriſto, & regnũ præſtitum habet: *a Si enim inquit idem Apoſtolus, Exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniã quod eſt honoris gloria, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcit*: Quodnam autem regnum glorioſius, ac honorabilius iſto reperiri poteſt, in quo id omne, ꝙ in Deo eſt honoris, gloriç, & virtutis cõtinetur? Indicatur deniq; per has ipſas appellationes Regis, atq; Pacifici, Chriſtum vt miſerorum Regẽ in tribulationibus ſummã exhibere pacem, ita vt de ijs, qui tribulationibus ab eo viſitãtur, quive in illum ſpinea corona redimitũ coniectos oculos habẽt, id proferri veriſſime poſſit, ꝙ in alio ſenſu de impijs dictum reperimus in lib. Iob: *b Eſſe ſub ſentibus, atq; ſpinis, delicias computant*. Cum è veſtigio voluptuoſis huius ſæculi hominibus pax ipſa, qua perfrui videntur in proſperis, inexplicabiles contineat ærumnarum perturbationes, vt illis id congruat, quod ſæpius citatũ eſt: *c Ecce in pace amaritudo amariſſima*.

a 1. Pet. 4. 14.

In tribulationib. ſummam exhibet pacem Chriſt. ſpinea corona redimitus.

b Iob 30. 7.

c Iſ. 38. 17

A matre ſua Synagoga, ex qua natus eſt ſecundũ carnẽ, hoc diademate coronatus dicitur Rex iſte noſter pacificus: ſpinarum etenim copiam ingentẽ apud perfidam illam nouercam potius, q̃ matrẽ ipſius reperiri, teſtatus eſt Deus qñ ſub vineæ metaphora beneficia quæ in eã contulerat, illiusq; ingratitudinem enarrãs, dixit: *d Expectaui, vt faceret vuas, fecit autem ſpinas*: E quibus ſpinis, vt è proprio fructu ingratiſſima coronã illi ipſi contexuit, capitiq; eius infixit, à quo iamdiu glorioſiſſimam acceperat coronam legis.

Synagoga ſpinis Chriſtum coronauit quia ſpinas inuſũ producere cõſueuit

d Iſa. 5. 4. Secũdum Sept.

Denique *in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis* item *ſui* hoc diademate coronatus dicitur: diẽ illum diẽ deſponſationis primò appellant, qui hic loquuntur, non ſolum, quia tempore paſſionis in Cruce mortis ſomno obdormiens, Eccleſiã è latere ſuo ſibi ędificauit *e* in ſpõſam glorioſiſſimã, non habentem maculam, aut rugam, prout communiter hoc loco dicitur, & indicabitur ab Apoſtolo in epiſt. ad Eph. ſed ẽt, quia eo ipſo die, quo ſpinis coronatus eſt, ob ſanguinis copiã, q̃ largiſſime effudit, & ex toto corpore flagellis vulnerato, & ex capite in primis, ſpinarũ aculeis dilaniato, ſponſum ſanguinum pijs quibuſq; ſe exhibuit animabus: vt intelligerent, quandocunq; cum ipſo arctius vniri ſtuderent, tribulationũ aculeis ſe forte configendos, & exinde ꝙ ſpinas, ærũnaſve in ſe confixas ſentiretur, colligerent, tunc arctius ſponſum ſuũ ſibi eſſe vnitũ, & in proprio ſinu habere ipſum dilecti ſui caput, ꝙ, ſicut ſpinarum, quibus coronatus eſt, puncturis, ita & aculeis ſpinarũ dilectionis eorũ corda configat intrinſecus.

In tribulationibus cũ aĩa deſponſatur Chriſtus ſeq; ei ſponſus ſanguinum.

e Ephe. 5. 27.

Cum quis tribulatur ſibi maxime habet iũctũ Chriſtum.

Porrò, ſi dies illa extitit dies iſtiuſmodi deſponſationis, quis dubitet, eamdẽ extitiſſe, & diem ſummæ lætitiæ eius? Quippe qui in die illa in ſponſam eam accepit Eccleſiam, pro cuius dilectione, et deſiderio è cælis ad terras deſcendit, q̃ve non ſanguine incircunciſorum, *f* vt Dauid Michol, ſed ſanguine deſpondit proprio.

f 1. Reg. 18. 27.

Præclare autẽ, *non lætitiæ eius* ſimpliciter dicitur dies illa, ſed *lætitia cordis eius*, nam reuera in corde duntaxat, & in parte ſuperiori lætitiæ perfuſus ille eſt, pp quam lętitiã fortaſſe dixit Apoſtolus, *g* eũ *propoſito ſibi gaudio* ſuſtinuiſſe *crucẽ confuſione contempta*: In parte ſiquidem inferiori inexplicabili mœrore confectũ ſe aſſerit, cum ait: *h Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem*, pp quam triſtitiã *i* factus eſt *in agonia, et factus eſt ſudor eius ſicut gutta ſanguinis*, & cũ diſciplina pacis noſtrę ſuper eum tunc fuerit, mœror ſolũmodo, et dolor in illo apparuit:

In paſſione quomodo ſit lætus fit Chriſtus.

g Heb. 12. 2.

h Matt. 26 38.

i Luc. 22. 44.

K Omnis quippe diſciplina in præſenti (vt ait, Apoſtolus) *videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris*. Quamquã, & nomen iſtud *lætitia cordis* aliud quoq; deſignet, lætitiæ nimirũ illam, qua tunc perfuſus eſt, cũ ſpineo diademate eſt coronatus, cumq; per paſſionẽ ſuam ſponſus ſanguinum eſt factus, veriſſimũ extitiſſe gaudium, maximum gaudiorum, q̃ illi in hac vita contingere potuerint, ſicut in ijs, cum quibus deſpõſatus eſt, haud pſtantius eſſe poteſt gaudiũ, q̃ cum tribulationes pro illo ſuſtinent, atq; adeo gaudium iſtud, *l* Omne gaudium appellat Iacob in ſua Canonica dicens: *Omne gaudium exiſtimate fratres chariſſimi, cũ in varias tentationes incideritis*. Neq; verè quis in tribulationibus dicẽdus eſt gaudere, vt Chriſti ſpõſa, niſi toto lætetur corde: Tale demum eſt gaudiũ iſtud, vt de eo duntaxat in præſenti vita dici id queat Domini: *m Gaudiũ veſtrũ ſit plenum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*: Quod certè facillime in vnoquoq; noſtrum fieri poteſt, quandoquidẽ, etſi tribulationes ſpinę ſint, quibus à Chriſti corpore cõpungimur, ſunt tamẽ abſq; aculeis, quia (vt bene notat Tertullianus) omnes aculei mortis in Dominici capitis tollerantia obtuſi ſunt.

DE ANIMA.

k Hebr. 12 11.

Gaudium Chriſti in paſſione maximum: ſicut & gaudiũ, quod habẽt iuſti in tribulationib. maximũ item eſt.

l Iaco. 1. 2

m Ioa. 16. 24. & 22.

Tertul. lib. de corona militis.

Iuxta ſecundum ſenſum: Pia illa anima, q̃ Chriſto eſt deſponſata, haud inuida de aliorũ profectu, ſed congaudens ijs, quos in via Dei proficere, animaduertit, cupiẽſque, vt omnes, & ſingulæ animæ arctius cum Chriſto iungãtur, de cuius amore nil ſibi minui nouit, etſi ille ab innumeris in ſponſum aſſumatur: Anima, inquam, iſta dilectum ſuum in agro Eccleſiæ procedentem intuens, eximio charitatis cultu ab alia quapiam anima decoratũ, tanto dictę alterius animæ congaudens progreſſui, illũ nõ modò admirãs, ſed & vniuerſos fideles ad eius admirationem alliciens, hęc ait: *Egredimini, & videte filia Sion Regẽ Salomonẽ in diademate, quo, &c.*

II. SENSVS.

Circa hunc autem ſenſum, notandum primò recte dici charitatem eſſe elegantem illum cultum, quo exornatur Chriſtus Dominus, ea quippe eſt *n* veſtis illa nuptialis, q̃ qui non habet, iuxta eiuſdem Domini parabolã, è nuptijs expellitur: Vnde bene in die deſponſationis hac exornatus dicitur Salamon, haud ab alio prorſus, quã ab illo, qui ſeipſum primò ea induerit. Hoc quippe veſtis huius eſt proprium, vt tam diligentem, quàm dilectum exornet, vnicoque actu diligens, dum ea amicitur, ſimul quoque, & eum, qui diligitur, eadem cooperiat. Quamuis verò prius diligentem animã operiat, vtpote ſubiectũ, cui inſidet; principalius tamen, atq; prętantius Deum exornat, ad quem tota directa eſt, quemve vnum habet obiectum. Atque hinc factum eſt, vt hoc loco eam obſtupeſcat pia anima, vt eſt ornamentum Salomonis potius, quàm vt eſt ornamentum eius animæ, quæ ipſum diligit Salamonem.

Charitas eſt ornatus nuptialis Chriſti, at que piarũ animarũ.

n Matt. 22

Porro veſtis iſta, elegãſve iſte charitatis cultus idcirco diadematis nomine hic appellatur q̃a ſupponitur, Deum nobis efficere Regem pacificũ, & exhibere eidem Deo, quaſi inſigne quoddam eius Regni pacis. Tametſi ipſamet charitas re vera ſit, & diadema haudquaquam aureum, ſed floridum, quali ab Antiquis coronabantur Deorum ſimulacra, compactũ ex floribus omnibus, varijſve: at nõ marceſcentibus floribus illis, quibus marcidę coronabantur falſorũ Deorum imagines, ſed incorruptibilibus, ſuauiſſimeq; olentibus, virtutib. omnibus, q̃ vna cum ipſa ſunt charitate, in ipſa vna arctiſſime intertextæ. Diadema ſanè, ꝙ in circulum productũ, ac pro vno Deo compactũ, tamdiu diadematis formam continet, quãdiu in Dei eſt capite: Cha-

Charitas qũo, et qualis ſit diadema.

DE ANIMA.

te: Charitas enim à primo præcepto dilectionis erga Deum initium sumens, extensa deinde ad dilectionē ipsius diligentis, tertio ad dilectionem aliorum omniū, quotquot sub proximi nomine continētur, siue cognati ii sint, siue noti, siue amici, siue inimici, in circulū tandem concluditur, cum in primū definit punctum, qñ amās diligit, & se & quoscunq; alios ob vnū solummodo Deum: sicq; pariter à Dei capite nūquā seiuncta est, vt, et quicquid anima agit, ex habitu virtutis cuiuslibet ad vnum eundemq; Deum directū sit intra ipsam charitatem, cui intertextum id omne est.

Secundò notandū, per id, quod dicitur: *Quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius*; nō modo significari id, quod à compluribus forsitā animaduersum est, vnam eandemq; animā esse, & matrē, & spōsam Christi, qñ ille sit coronatus diademate charitatis sponsā, cum qua ille fecit desponsationem: matrē, quia ipsa fecit voluntatē Dei, iuxta illud: *a Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.*

a Matt. 12. 50.

Vnico actu charitatis feruentis pia anima fit mater, & sponsa Christi, eundēque coronat ipso charitatis diademate.

Verùm, si subtilius singula ppendātur, innuitur non obscure, qua ratione, vno eodemq; die, vnicoue actu anima ipsa, & matrem se exhibet Christo Domino, & ab illo spōsatur, & vicissim illū diademate corona charitatis.

Hæc omnia facile explicantur, p ea modica verba, quibus Paulus alloquens Galatas, ait: *b Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*: per q̄ Apostolus significat, se in filiolis illis suis tādiu dolores partus sentire (hanc.n. vim habet verbum, ὠδίνω quod est in textu Græco) quamdiu in eis formatus sit Christus, non per alios, sed per ipsosmet, notat nēpe Apostolus, illos, cum ad istiusmodi statū peruenissent, haud vllum amplius dolorē, aut metum sibi causaturos, nec amplius in filiolorum, atq; infantium ordine censendos, ita vt sua eis opera necessaria sit, qui euecti iam essēt ad tantā dignitatem maternitatis Christi. Porrò tunc anima ad hoc puenit, vt tāquam pia mater formet Christū in se, cum ad eum euehitur charitatis gradum, vt Christi imaginem in suo habeat corde, vt sicut in illo portauit imaginē terreni, ita & imaginem portet Adam cælestis, nō quidem mortuam, sed viuam, q̄ ipsa in se effinxerit, & à qua postmodū vitam accipiat, & dicat: *c Viuo ego, iam nō ego, viuit verò in me Christus.* Cum ad hoc peruenerit, tunc est dies desponsationis Christi: tunc, q̄ mater est, per istud ipsum, quod mater facta est Christi, facta pariter est, & sponsa eiusdem: nam, sicut per despōsationem carnalem vterq; coniugum coniugi suo tradit vniuersa, q̄ in se sunt, quæve extra se habet in bonis: Ita & per hanc spiritualem formationem Christi anima cor suū, potentias omnes, membra vniuersa, et quicquid habet bonorū temporalium Christo suo elargitur sponso. Ac Christus pariter vnà cū imagine sua, q̄ intra cor eius esse concedit, non modo vitam sponsę suę tribuit, vitam, inquā, suam, qua viuit ipse in illa, sed & cuncta, q̄ habet, siue in cælo, siue in terra, ipsi cōmunicat, eorumq; omnium domina quodammodo, & illā constituit, ita vt quemadmodū ipse est Rex, sic & Reginā ipsam efficiat, eiusdem regni sui dominium illi communicans, prout Apostolis contestatus est, dicens: *d Ego dispono vobis Regnum, sicut disposuit mihi pater.* Atqui per hūc ipsum tam eximium charitatis actū, quo anima sancta desponsatur Christo, cuius mater facta est, dū illum eo actu formauit insemetipsa, & in die eiusdē desponsationis ipsamet, quæ facta est mater Christi, insigni diademate charitatis ipsum coronauit, atq; adeo cum tanta, adeoque præclara in vnico fiant actu, piū quemq; ea admiratione percellūt, vt exclament: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius.*

b Gala. 4. 19.

c Gala. 2. 20.

In desponsatione Christi, & animæ, fit mutua communicatio bonorum ad inuicem.

d Luc. 22. 29.

DE ANIMA.

Egregie autem dies ista desponsationis Christi, atq; animæ dicitur, & dies lætitiæ cordis eius: Sic enim additur: *Et in die lætitiæ cordis eius*: Qua quidem voce, lætitiæ cordis eius, verum, ac vnicū, illudve summum significatur gaudiū, quo Christus perfunditur inter homines: id autē est, qñ per desponsationem dilectam sibi animam ita præsentē habet, vt cum illa eo modo, quē explicaui, in eius vnitus sit corde, iuxta id, quod supra etiam relatū est: *e Gaudebit sponsus super sponsa, & gaudebit super te Deus tuus.* Porrò, cum mutua sit dilectio, mutua, & desponsatio Christi, & animæ, per hoc sanè, quòd dies illa despōsationis Christi dicta est, & dies lętitiæ cordis eius, vt ostensum est, innuitur, in eo ipso actu charitatis, quo anima modo iam declarato desponsatur Christo, veram, ac summam, q̄ in hac vita habere potest, illam percipere lætitiam, q̄ idcirco lætitiam cordis eius aptissimo vocabulo nūcupare debemus, q̄ a re vera est in eius corde, quod vnitum habet cū Christo, quē formauit in corde ipso suo, lætitiam sane talem, vt ei vni in hac vita competat quoquomodo fruitionis nomen, cū ex amore inhæreat Christo, vt de illius pręsentia delectetur, & ex eius amplexibus voluptatem capiat, qui est summū bonū, in cuius solius amplexibus, & possessione fruitio sita est omnis.

In feruenti actu charitatis summū est gaudium, tum Christi qui diligitur, tū animæ, quæ diligit

e Isa. 62. 5.

PARAPHRASIS.

Quod ergo dicit, quę hic loquitur pia anima tale est. O animæ, quotquot ad Sion anhelatis cælestē, quid vos intra domesticos continetis parietes, intra cōsuetos mediocris charitatis gradus, & intra vestri ipsius cōsiderationem? Egredimini iam, & eximium cōsiderate sublimis animæ profectū, quæ formans Christum Regem Salomonem intra cor suum, desponsata cum illo tunc est, qñ, instar tenerrimæ matris eius, charitate ipsa sua illum elegantissimo ornauit cultu, & diademate coronauit regio, pacificum eum sibi faciens Regem suum, & per eandem charitatem eo ipso temporis momento, quo ei desponsata est, dilectio, Regiq; suo, immēsa perfusa est fruition illius. Quin, *egredimini, & videte* ipsummet *Regem Salomonem* in hac veste nuptiali, & *in* hoc charitatis *diademate, quo coronauit illum mater* ista *sua in die*, qua ipse cū illa est desponsatus, die profecto *lętitiæ cordis illius*, necnon, & summi eius gaudij, quo ipsa in hac valle lacrymarum perfrui potest anima, mater, & sponsa tanti Regis.

Vers. XI. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitię cordis eius.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est, Beata Virgo Maria.

SI ad videndum Christum Dominum in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento existentem in eo ipso corpore, quo à Matre sua Maria indutus est in die conceptionis ipsius, singulos quosque fideliū rectè per ea, quę hic habentur, cęlestes spiritus inuitarunt, vt ostensum est in primo sensu secundæ expositionis, haud minus profectò congruenter, per eadem ad ipsummet Christum recenter natū, & in præsepio iacentem inuitari, crediderim, Videamus

Christus in Præsepio diademate coronatus cōspicitur, dum carne circūdatus est, atq; fasciis.

DE B. MARIA

A ijdem Angeli, qui in prædentibus Mariam Virginē alloquentes, sacrosanctū ei descripsere Præsepe, in quo natū sibi filium reclinatura erat Regē Salomonem, filias Sion, & habitatores Ierusalem, propter quos in primis charitatē illū se exhibuisse significarant, ex abrupto inuitāt, vt ad magnificentissimum Præsepis ferculū tendant, videantq; Regem pacificū Christum in diademate, quo ipsomet die, qua natus is est, coronauit illum mater sua, carne, ac fasciis circundatum pro diademate tunc temporis, quando sponsum hominū se exhibuit, quando & pro summis delicijs suis elegit, esse cum filiis hominum.

Diadema regiū apud veteres fascia candida erat.

Pro cuius sensus intelligentia, notandū primò, Antiquis, tum Romanis, tū exteris Gentibus diadema Regium extitisse candidam fasciam; quod latius probat Alexander ab Alexādro in libris suorum Genialium c. 28. nihilq; apud illos interfuisse, qua in parte istiusmodi fascia gestaretur; Ideo namque Pompeio magno crimini datū est, quòd vlceris velandi causa crus fascia circuncingeret, tanquam Regiū diadema sibi vendicaret: quia obijciebāt ei, nihil referre, qua in parte gestaretur.

Cel. Rhodig. lib. 24. cap. 6.

Ammian. Marcellin. in monum. Pōpeij.

Ex quo colligitur, non inepte dictū, Regem Salomonem nostrum, cum fascia à Matre sua circumcinctus est in die Natiuitatis, diademate regio ab eadē coronatum. Nec.n. refert, quòd haud caput, sed corpusculum totū ea fascia circuncinctum sit, hoc quippe mysteriose factū est; vt significaretur, Christum Dominum haud, vt Deum natum Regē Salomonem, & Regnū Dauid Patris sui obtinuisse, sed, vt hominem, atque à Rege Dauid suscepisse carnem, & corpus. Porrò, cum caput ipsius typus esset Dei, quatenus, iuxta id, quod ait Apostolus: *a Caput Christi Deus*, ideo non in capite, sed in corpusculo coronatus est.

Christus quare fascia vt diademate coronatus à matre fuerit in capite, sed in corpore.

a 1. Cor. 11. 3.

Quod si quis cōtentiosius proponi hoc loco velit, à Maria coronatū ipsum Christi caput, haud sanè refragabor, dummodo per diadema, nō fasciā candidam proprie, sed translate accipiat, vt denotat carnem omnimoda puritate candidissimam, quæ, instar lineæ fasciæ Deum quodāmodo circuncinxit, & coronauit: sicq; caro, quam B. Virgo tradidit Verbo, eo modo, quē supra prosecuti sumus in primo sensu secūdæ expositionis, rectè diadema Regiū dr̄, vtpote per quā Verbum incarnatum habuit Regnum Dauid, vt dictū pariter est. Tali aūt Salomon iste noster à matre sua coronari voluit diademate, quod & in fasciæ cādidæ vsum aptū esset, vt vulnera alligaret. Enimuero, quemadmodū legimus, Magnum illum Alexandrū diadema sibi aliquando detraxisse, eoq; amici sui Lysimachi vulnus alligasse medendi vulneris causa.

Christus carne vt fascia cādida coronari voluit, vt diademate ipso suo alligaret vulnera nostra, regnūq; nobis conferret.

Simile.

Ita & Christus Dns diadema istud, corpus suum, fasciam candidissimam tunc sibi pro nostris medendis vulneribus detraxit; qū *b corpus suum dedit percutientibus, genas suas vellentibus*, eodemque tempore & hominū vulnera illo alligauit prout olare prædixit Isaias, dicens: *c Erit lux lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierū in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi, & percussuram plagæ eius sanauerit.* Quod si Alexander ob alligationem illā cum suo diademate omen præstitit, Lysimachum futurum Regē prout euentus docuit; & Christus certè ob alligationē factam cum diademate carnis suæ Regnum exhibuit alligatis. Id quod sancta illa quatuor animalia in libro Apocalypsis, & viginti quatuor seniores in memoriā sibi reducētes ob visionē Agni stantis tanquā occisi, & gratias hac de re eidē agere fatentur, dum dicunt; *d Dignus es domine accipere librū, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram.*

Alexander loc. citato.
b Isa. 50. 6.
c Is. 30. 26.
d Apo. 5. 9.

B Notandum secundò, Christum Dnm in Præsepio natum, statim ac in lucem editus est, etsi paruulus esset, & infantulus, se exhibuit se sponsum Synagogæ, & vniuersis animab. illis, quæ sibi spōsari vellent in fide, sicut & in primo instanti cōceptionis sponsum se exhibuit humanæ naturæ, quā assumpsit. Vnde, sicut de desponsatione ea dictum est per Ieremiā: *e Femina circundabit virū*, idest, Dei genitrix Maria circundabit, gestabitq; in ventre suo filiū, qui in ipsomet vtero illius erit vir, & Sponsus. Ita & de desponsatione hac dictū pariter est per Zachariam: *f Ecce vir, oriens nomen eius*, idest, Ecce rem non minus nouam, quam superiorem: Nomen Christi, qui orietur in mundo, est, Vir oriens, id est, sponsus in ipsomet ortu suo.

Christus in Præsepio, et si paruulus corpore esset sponsū se exhibuit animarū.
e Ier. 31. 22.
f Zac. 6. 12.

Notandum tertiò, rectè Christum, qū in carnis diademate proponitur, appellari Regē: & diem illam, in qua is cum huiuscemodi diademate prodiit in mundū, nuncupari diē desponsationis eius Enimuerò, etsi ipse re vera Rex esset, & ad hoc venerit, vt testatus est qū Pilato sibi dicenti; *g Ergo Rex es tu?* respōdit: *Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*, idest, vt verum me Regē exhibeam; haud tamen eo modo, talēve se præ-

Christus natus est rex simul, et spōsus, ga rex amoris, & per amorē regnaturus venit.
g Io. 18. 37

C stitit Regem, quales sunt Reges huius sæculi, sic.n. dicebat aliquando discipulis suis: *h Reges Gentium dominantur eorum, & qui potestatē habent super eos, benefici vocantur*; idest, Reges terræ tales sunt, adeoq; terribilem exhibent potestatē, vt miseri subditi et tunc, cum per potentiā ab illis premuntur, cogantur eos appellare beneficos. Et subdit: *Ego autē in medio vestri sum sicut qui ministrat*: idest, Ego sum certè Rex, & vester Rex, sed eo modo, vt vobis in omnibus, & per omnia ministrē in ijs, quæ vobis expedire, cognouerim. Rex est, qui non metum incutit, sed amorē, qualem Patres ij apud Isaiam expetebant, cum dicerent: *i Emitte agnum Domine dominatorē terræ*: Dominatorē, qui

h Lu. 22. 25
i Isa. 16. 1.

D simul & agnus sit, quive Rex sit, sed dominetur vt agnus mansuetus, qualē & Zaccharias pollicitus est, cum dixit: *K Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*, qui regnet, regatq; vt spōsus, pulchritudine, ac decore suo vniuersos ad sui pertrahens dilectionē, prout illi in spiritu suadet Dauid, dicens: *l Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna*. Atque adeo quādiu in hoc mundo cum hominib. conuersatus est, vt sponsum sese exhibuisse, testatus est, dicens: *m Nunquid possunt filii sponsi lugere, quādiu cū illis est sponsus? venient aūt dies, cum auferetur ab eis spōsus, & tunc ieiunabunt.* Et Ioannes Baptista sponsum pariter illū appellauit, cū dixit: *n Qui habet spōsam, sponsus est; amicus aūt sponsi, qui stat, & audit eū, gaudio gaudet propter vocem sponsi.*

k Zac. 9. 9.
l Psa. 44. 5
m Matt. 9. 14.
n Io. 3. 29.

E Porrò, cum, & Rex & sponsus natus sit, dignissimo, & cōgruentissimo nomine Rex pacificus dictus est: quia, sponsus existens, & agnus, iuxta id, quod per Prophetā ei prænunciatum est, *o Propter veritatem fidelitatis spōsi, & mansuetudinē agni, & iustitiam Regis deduxit illum mirabiliter dextera* ipsius, vt pacifice vniuersam Ecclesiam regeret fidelium, cum quibus desponsatus est, quosve suum effecit Regnum.

o Ps. 44. 5.

Notandum quartò, diem Natiuitatis Dn̄i dictā congruentissime non modo *diem desponsationis illius*, sed & diē *lætitiæ cordis eius*, quia tātus extitit illius erga homines charitatis ardor, vt tūc maxima perfusus

Natiuitatis dies ei fuit extitit dies sūmi gaudij.

APPEN-DIX.

perfesus sit voluptate, cum, mundo exoriens, hominum sponsus esse cœpit in carne. Quam lætitiã cordis eius præclare expressit Sophonias Propheta his verbis: a *Lauda filia Sion, iubila Israel: & latare, & exulta in omni corde filia Ierusalem: Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malũ vltra. In die illa dicetur Ierusalem; Noli timere. Sion nõ dissoluãtur manus tuæ: Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit, gaudebit super te in lętitia, silebit in dilectione tua* (paruulũ scilicet se exhibens propter tui dilectionem, ita vt loqui nequeat, qui dat tibi loquelam, vt eum laudes) *& exultabit super te in laude*, vel, (vt est in versione Septua.) *& letabitur in te in delectatione, quasi in die solemni*: idest, in die lætitiæ cordis, & desponsationis ipsius.

a Soph. 3. 14.

Vers. XI. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lętitiæ cordis eius.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Quando venit Salomõ Rex, vt faceret dedicationem domus sanctuarij, pręco egressus est in fortitudine, & sic ait: Egredimini, & videte habitatores Prouinciarum terræ Israel, & populus Sion diadema, & coronam, qua coronauerunt populus Israel Regem Salomonem in die dedicationis domus sanctuarij, & lætatus est in lætitia solemnitatis tabernaculorum, quam fecit Salomon Rex in tẽpore illo quatuordecim diebus.

Quatuor sunt præcipui explicandi modi, ijque communiores apud Patres, quos & in præcedentibus expositionibus pertractatos videre est: & quatuor pariter sunt sententiæ in explicatione eorum, quæ in hoc versu dicuntur.

Prima nomine diadematis humanitatem accipit, qua à Matre sua B. Virgine Maria Christus coronatus est in die Incarnationis, quẽ appellatum dicit diem desponsationis illius, & lætitiæ cordis eius. Hanc sequitur Athanas. in Synopsi, cũ agit de libro Cantici Cãticorũ, Ambr. lib. de institutione Virginis c. 16. dicẽs: Beatus Mariæ vterus, qui tũ Dñm coronauit, qñ formauit, coronauit eũ, qñ generauit, quia, etsi eũ sine aliqua operatione sui formauerit, quia Spiritus sanctus superuenit in Virginẽ: vnde & ipse in Psal. ait: b *Inoperatum meũ viderunt oculi tui*: tamen hoc ipso, quod ad omniũ salutem eum concepit, & peperit, coronam capiti eius æternæ pietatis imposuit, vt per fidem credentium fieret omnis viri caput Christus.

Diadema Christi humanitas ipsius, qua à Maria coronatus est in die Incarnationis suæ.
Athanas.
Ambr.
b Psa 138. 16. secundum Sept.

Ita & Philo Carpathius, Cassiodorus, Beda, ac Gregorius Papa expositione in Cantica, vbi hoc pacto super his dubitans, ait: Cũ diadema pro gloria assumatur, in humanitatis autem susceptione non gloria Verbi Dei, sed humilitas esse cognoscatur, quomodo humanitate nostra quasi diademate Christus coronatus dicitur? Cui dubitationi sic satisfacit: Cum ipsa Christi Incarnatio vere gloria nostra fuerit, quia membra eius sumus, propter communionem corporis diadema membrorum bene capitis scriptura prædixit.

Philo Car.
Cassiodo.
Beda.
Greg PP.
Humanitas Christi diadema est ipsius, quia illa est gloria nostra.

Bernardus sermone 2. in festo Epiphaniæ Domini, primò, vt ad Angelos dicta hæc accipiens, ait: *Egredimini* virtutes Angelicę, incolæ Ciuitatis supernæ. Ecce Rex vester, sed in corona nostrã, in corona, qua coronauit eum mater sua. Sed his delicijs vsque modo caruistis hanc hactenus dulcedinem non gustastis. Habetis sublimitatem eius, sed humilitatem eius non vidistis: *Egredimini* igitur, &c. Tum, vt ad homines eadem dicta assumens, inquit: Vobis dicimus, *filiæ Sion*, animæ sæculares, debiles, delicatæ filiæ, non filij, in quibus nihil est fortitudinis, nihil est virilis animi: *Egredimini* de sensu carnis ad intellectum mentis, de seruitute carnalis concupiscentiæ ad libertatem spiritualis intelligentiæ: *Egredimini* de terra vestra, & de cognatione vestra, & de domo patris vestri, *& videte*, &c.

Bernard.

Eiusdem sententiæ est Hugo quoque de sancto Victore lib. 1. Eruditionis Theologicæ ex miscellan. tit. 117. tom. 3.

Hugo Vic.

Secunda sententia spineam coronam per diadema hic significari existimat, qua Christus à Synagoga matre, seu potiùs nouerca sua coronatus est tempore passionis.

Istius sententiæ sectatores sunt Tertullianus in libello de corona militis, paulò ante finẽ, vbi hæc habet verba. Qui viri caput est, & feminæ facies, vt Ecclesiæ, Christus Iesus quale, oro te, sertum pro vtroque sexu subiit? Ex spinis opinor, & tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis, abstulit autem virtus Crucis, omnes aculeos mortis in dominici capitis tolerantia obtundens. Certè præter figuram contumelia in promptu est, & turpitudo, & dedecoratio, & his implexa sæuitia, quę tunc Domini tempora, & fędauerunt, & lancinauerunt: vt tu nunc laurea, & myrto, & olea, & quacũq; illustriore fronde, & quod magis vsui est, centenarijs quoque rosis, ex horto Midæ lectis, & vtrisque lilijs, & omnibus violis coroneris, etiam gemmis forsitan, & auro: vt & illã Christi coronam æmuleris, quę postea ei obuenit, quia & fauos post fella gustauit, nec ante Rex gloriæ à cælestibus salutatus est; quam Rex Iudæorum pręscriptus in crucem: minoratus primò à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloria, & honore coronatus.

Spinea corona est diadema, quo à Synagoga Christus coronatus est.
Tertull.
Spinis quare coronari voluit Christus.

Athanasius Oratione de passione, & cruce Domini, qui, miraculum magnum, & incredibile, & magnæ victoriæ insigne spineum diadema appellans, duas ob causas istiusmodi diademate illum coronatum, asserit. Prima, vt tolleret eam maledictionem à terra, qua Dominus dixerat; c *Maledicta terra in operibus tuis, spinas, & tribulos*, &c. Hinc enim factum est, inquit, vt in ipsa terra pro spinis bona, & vita repullulascerent, ad quam oculos suos dirigens Propheta, dixit: d *Credo videre bona Domini in terra viuentium*. Secunda, vt solicitudines vitæ nostræ extirparet: Iniecit namque, ait, diabolus, licet nolens solicitudines nostras super Dominum, non animaduertens, futurum esse, vt earum gestatione Dominus omnes in securitatem assereret, quo & sementem verbi à spinis depurgatam, & in precibus mentem inconuulsam possiderent, ipse enim in doloribus, & cruciatus sustinuerit, vt nos doloribus careremus.

Athanas.
Duas ob causas spinis coronatus est Christus.
c Ge. 3. 17
d Ps. 26. 13.

Catena Trium Patrum, quæ est apud Theodoritum lib. 2. in Cant. vt sponsæ verba hæc accipiẽs, ait: Quia magistra animaduertit, discipulas hæsitabundas propter se, atq; admiratione plenas, ea, quæ ad se pertinerẽt, explicare, in sponso Christo vult eas deinceps salutis nostræ modum contueri, & merito admirari, quõ ipse salutiferis cruciatib. ac morte sua tranquillitatem nobis, & vitam largitus sit: Proinde *egredimini*, inquit, *& videte filiæ*

Tres Patr.
In spinea corona Christi, admirabilis modus salutis nostra percipitur.

Sion:

> APPENDIX.

Sion: filiæ ſpeculæ, vt ſpiritaliter per fidem genitæ, omittite, quæ ad me ancillam attinent, & conſiderate, & in domino pacifico mentis aciem defigite: ſpectate diſpenſationis rationem in ſpinea corona, quam Chriſti capiti impoſuit Iudæorum Synagoga, ex qua ipſe eſt ſecundum carnem in die ſalutiferæ mortis eius, in qua proprio ſanguine Eccleſiam ſibi deſponſauit, &c.

> Ruffinus. Proclus. Caſſiodo. Bernard. Phi. Carp. Iuſtus Orgel. Anſelm. Aponius. Theod.

Eamdem ſententiam tangunt Ruffinus in Symbolum, Proclus in Concilio Epheſino tomo 6. canone 7. Caſſiodorus ſuper hunc locum, Bernard. ſerm. 2. in feſto Epiphaniæ, ſerm. 5. in feſto omniũ Sanctorum, & ſerm. 6. ex paruis, proſequunturvo eam fuſius Philo Carpathius, Iuſtus Orgelitanus, Anſelmus, & Aponius, qui deſponſationem tempore paſſionis à Chriſto celebratam, dicit, per inſtitutionem ſanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, quando nuptiarum conuiuiũ celebratum eſſe cõſtat, id quod ante Aponiũ dixit & Theodoritus.

> *Deſpõſatio à Chriſto celebrata dũ eũ inſtituit Sacramẽtũ Euchariſt.*

Tertia ſententia per diadema iſtud, quo coronatus dicitur Salomon à matre ſua, charitatem intelligit, qua in paſſione ſua coronatus is eſt, vel ab ipſamet charitate, vel à Synagoga.

> *Charitas diadema, quo Chriſtus coronatus eſt ĩ die paſſionis ſuę.* Ambr.

Hanc ſequitur Ambroſius libro de Iſaac, & Anima capite 5. in hæc verba: Angeli canunt Epithalamiũ, perducta ſponſa vſque ad ſponſi requiem nuptialem, & vocant ceteras cæleſtes poteſtates, vel animas, vt videant charitatem, quam circa filias Ieruſalem habet Chriſtus: Vnde & meruit coronari à Matre filius charitatis, iuxta illud Apoſtoli: *a Deus nos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii charitatis ſuæ.* Charitatis itaque filius, & ipſe charitas eſt, non ex accidentibus habens charitatẽ, ſed habens ſemper ſua ſubſtantia, ſicut & regnum, de quo dicit: *b Ego in hoc natus ſum:* Ideoque dicunt *Egredimini*, id eſt, exite de ſollicitudinibus, & cogitationibus ſæculi, exite de anguſtijs corporalibus, exite de vanitatibus mundi: *& videte*, quam Rex pacificus in die ſponſaliũ ſuorum habeat charitatem, quam glorioſus ſit, quia corporibus reſurrectionem dedit, & animas ſibi iũxit. Hæc magni eſt corona certaminis. Hoc præclarum munus ſponſalium Chriſti, ſanguis eius, & paſſio eius. Quid enim plus potuit dare, qui ſibi etiam non pepercit?

> a Co. 1. 13
> b Io. 18. 37

> Theodor.

Theodoritus lib. 2. in Cantica, Matrem, inquit, appellat Iudæam, quantum pertinet ad Chriſti humanitatem, quæ charitatis coronam illi inuita impoſuit, ſpinis enim illum contemptus cauſa coronauit, ipſe vero, per ſpinas ſuſcepit diadema charitatis, ſponte enim ignominiam pertulit, atque vltro ad mortis cruciatus acceſſit, quamobrem *de ſponſationis diem* illam vocauit, *& diem lætitia cordis eius.* Tunc quippe nuptiarum communio facta eſt. *c* Nam poſt cœnam *accipiens panem, & gratias agens, fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens. Accipite comedite ex eo omnes, hoc enim corpus meũ, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem.* Edentes igitur ſponſi membra, & bibentes eius ſanguinẽ, nuptialem ipſius communionẽ aſſequuntur. Idcirco ſpõſi miniſtri filias Sion cohortantes, *Egredimini*, inquiunt, *& videte* charitatis eius diadema, quo decorauit eum præter ſniam ſuam Iudæa, quæ illũ genuit, & coronauit illũ *in die deſponſationis illius.*

> *Nuptias Chriſtus celebrauit cũ inſtituit Sacramẽtum Euchariſt.*
> c Lu. 22. 19

> *Eccl. eſt diadema Chriſti.*

Quarta demum ſententia diadema iſtud Chriſti glorioſiſſimã Eccleſiam accipit, Sanctoſq; illos vniuerſos, qui in Eccleſia ſunt, ſeu extiterũt aliqñ.

Ita Ambroſius ſerm. 15. in Pſal. 118. in expoſitione litteræ Samech, dicens: Quia corona gloriæ eſt Eccleſia, ideo dicitur: *Egredimini*, &c. Quaſi Angeli Chriſti hæc loquuntur: Non poteſtis videre charitatem eius, gloriam eius, niſi egrediamini humanæ fragilitatis curas filiæ Ieruſalem; quaſi dicant: Quid viuentem inter mortuos quæritis? nõ intra hunc mundum quæritur Chriſtus, qui ſupra mundum ſuos voluit eſſe diſcipulos. Quæ eſt corona, qua coronatur Chriſtus, niſi corona gloriæ? Ioſeph coronam habuit caſtitatis, Paulus iuſtitię, Petrus fidei, ſingularum virtutum coronæ ſunt: ſolus Chriſtus habet coronam glorię, qua eum Eccleſia coronauit. In hac corona omnes coronę ſunt, quia gloria non portio vnius coronæ, ſed præmium omnium coronarum eſt.

> APPENDIX.
> Amb.
> *Corona Chriſti ex omnib. virtutibus.*

> Gre. Nyſſ.

Gregorius Nyſſenus hom. 7. in Cantica apertius hæc declarans, Sponſam, inquit, hæc ad puellas dicere, vt egrediantur, & filiæ Sion efficiantur; vt de ſublimi ſpecula ſpectaculum admirandum videre poſſint, ſcilicet ſponſum, corona redimitũ. Eſt autem, ait, corona huius, Eccleſia, quæ ſpõſi caput viuis, & electis lapidibus vndique circumdat, atque hanc coronã dilectio contexuit ex eaque voluptatem eum capere, ait ſponſa, mirifice gaudentem ornatu illo ſponſalitio: re vera enim lætitia afficitur is, qui Eccleſiam coniugem ſibi fecit, redimitus illorum virtutibus, qui in ea ſunt eximij. Hanc ipſam ſententiam tãgunt & Aponius, & Bernardus in locis ſupracitatis.

> Aponius. Bernard. Rup. Abb.
> *Diadema, in quo videtur Chriſtus in natiuitate, & paſſione eſt auctoritas prophetica veritatis.*

Præter quatuor iſtos allatos explicandi modos, ſunt inſuper & hi tres: Nã Rupertus Abb. Quod eſt, ait, diadema iſtud? Clariſſima Propheticæ veritatis auctoritas, cuius quot ſunt præconia, tot gemmarum eſt Chriſti diadema, *in die deſponſationis illius*, quo de vtero Mariæ, tanquã ſponſus proceſſit de thalamo ſuo, & *in die lætitia cordis eius*, quo ſpinea coronatus corona, laborem cõſummauit, & ſubſequenti lætificatus reſurrectionis triũpho. Et in die lætitiæ illius, & in die deſponſionis illius in illo diademate videndus, & ex illo eſt diademate quatenus ſit, agnoſcendus.

> Hugo Vi.
> *Iuſtitia eſt diadema, quo Chriſtus coronatus eſt à Maria.*

Hugo de ſancto Victore lib. 1. Erudit. Theolo. ex miſcellaneorum 2. diademate iuſtitiæ à Beata Virgine Chriſtum coronatum, inquit, quod ipſa eius mater quatuor pretioſis lapidibus ornauerit, principalib. nimirum quatuor animi affectionibus, gaudio, amore, triſtitia, & timore: Quia enim ſibi ordinatas eas Salomon noſter aſſumpſit de Virgine, ipſa virgo, corona iuſtitiæ coronaſſe eũ, dicitur; nam eæ affectiones, (vt ait Auguſtinus.) ordinatæ iuſtitia ſunt, inordinatæ iniuſtitia.

> Rich. Vict.
> *In tribulationib. chriſtus inſpiciendus, vt corona ſpinea, & corona gloriæ.*

Richardus item de Sancto Vict. expoſitione in Cantica c. 13. Egregie ponderat verbũ illud, *Egredimini:* Qui n. ait, contemplari vult Chriſtũ in diademate gloriæ, in die aſcenſionis eius, quo coronauit illũ mater ſua Iudæa, qñ ei intulit martyriũ, per quod talẽ illi fabricauit coronam, & gloriam, ſic gradiatur operæpretium eſt, vt egrediatur à ſemetipſo: Gradiuntur namq; aliqui, ſed nõ egrediũtur: quia nunc procedunt, nunc retrocedunt, nunc retro iſſe, nunc diſtorte incedunt. (vide locum citatũ.) *O filiæ Sion*, cum aduerſa patimini, *Egredimini* ab imperfectione veſtra, & impatientia, vt leuiter feratis illata vobis mala: *videte Regem* veſtrum, pro vobis paſſum, & per paſſionem gloria, & honore coronatum illa tiiam Regis veſtri conſideratc: hoc exemplum vobis prop. nite.

Finis Capitis Tertij.

CAPVT QVARTVM.

1 QVam pulchra es, amica mea, quàm pulchra es.
Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecùs latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.
2 Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.
3 Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuũ dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genę tuæ, absq; eo, quod intrinsecus latet.
4 Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.
5 Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs.
6 Donec aspiret dies, inclinentur vmbræ vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.
7 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.
8 Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.
9 Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, vulnerasti cor meũ in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.
10 Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ, Soror mea Sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.
11 Fauus distillans labia tua, sponsa, mel, & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.
12 Hortus conclusus, Soror mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
13 Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo.
14 Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha, & aloe, cum omnibus primis vnguẽtis.
15 Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.
16 Surge Aquilo, & veni Auster, persla hortum meum, & fluent aromata illius.

CAPITIS QVARTI

VERSICVLVS PRIMVS.

QVAM PVLCHRA ES, AMICA MEA, quàm pulchra es: oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LITTERA.

COnnexio eorum, quę hîc dicuntur; cum superioribus manifesta sanè est, si, vltimam præcedentis capitis sententiam Sponsæ esse, velimus, prout in secũdo sensu dictum ibi est in expositione prima. Sponsus quippe à lõge aduentans, audita eximia dilectæ suæ voce illa: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem*, &c. quæ miro planè mõdo ipsum extulerat laudibus, puellasve omnes in tam insignis illius pulchritudinis admirationem commouerat, in istas vicissim prorupit illius laudes, à longè item hanc incipiens cantionem, quam & vsque ad finem capitis prosecutus est, cum ad illam perueniisset, coram ipsa, ijsve adstãtibus, qui illi priùs obuij facti fuerant, quive eandẽ ad eius dilectionem sua promouerant oratione.

Quòd si obuios istos locutos velimus & illa, quæ in pręcitato vltimo versu præcedentis capitis habentur, prout ostẽsum est ibi in primo sensu expositionis primæ; Dicendum, eo ipso temporis momento, quo ij præclaro epiphonemate illo: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo*, &c. finem suæ imposuerunt orationi, Sponsum in persona pastoris comparuisse in agro illo, ibique hanc coram eis cecinisse panegyricum pulchritudinis dilectæ suæ, quam præsentem summa admirabatur iucunditate.

Exorditur autem panegyricum istam à generali, cum externæ, tum etiam internæ pulchritudinis encomio magna cum emphasi, summaque cũ admiratione, dicens: *Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es?* Tum ad specialem singulorum membrorũ laudem descendens, ab oculis incipit, à quibus magis se permoueri sentiebat, dicens: *Oculi tui columbarum*, seu, *columbæ*, iuxta lectionẽ Originalium Hebr. & Sept. Porrò, quia quæ generaliter pronuntiata hîc sunt, *Quàm pulchra es*, &c. quæve de oculis asseruntur, fusius pertractata sunt supra in primo capite vers. 15. vbi ad verbum eadem habẽtur, vt colligitur ex Originalibus, nihil est, quòd in eorum explicatione iterũ detineamur hoc loco: videantur, quæ ibi dicta sunt. Illud duntaxat explicandum superest, quod ad ipsorum oculorum laudem hîc adiectum reperimus: *Absque eo, quod intrinsecus latet*: quæ certè verba, cum ad tam insignem laudem adiecta sint, haud ambigendum, quin eximij aliquid in se contineant, maximamque vim habeant. Et quamquam minime cõstet inter Interpretes, quidnam illud sit, quod per eã significetur: nituntur nihilominus vniuersi, illorum intellectũ ex Hebraico textu eruere, quotquot litteralem verborum significationẽ inuestigant. Ipse, tum ex Hebræo, tũ ex versione Sept. germanum eorundem sensum deducere conabor.

A pag. 235 (left margin, beside "quæve de oculis asseruntur")

Præsupposito igitur eo, quod apud me certum est; quod verba ista ad oculorum laudẽ spectent: atque adeò prætermissa sententia S. Hieronimi, quæ apud ipsum videri potest lib. 3. com. in Isaiam super illa verba Prophetæ: a *Denuda turpitudinẽ tuam*: quamve & nonnulli ex recentioribus sequũtur, explicandum primò, quis sit Hebraicæ lectionis sensus, sic antẽ habet textus מבעד לצמתך mibangad, letzamathech: porrò dictio ista צמה tzamâh diuersimodè ab Hebręis hoc loco exponitur. Quidã crines per illam significari aiunt, seu cincinnos, & omnino illã capillorum partẽ quę fronti, & temporib. adiacet, vt sub ijs capillis, atq; cincinnis, quos adolescentes feminæ non constringebant (inquit Legionensis) sed libere dependere sinebant; oculi ipsi latentes, atque micantes ipso capillorum motu pulchriores apparere designãtur. Huius sententiæ ex nostris est Genebardus. Legionensis, & quotquot nouas trãslationes ex Hebręo cuderunt: Sanctes. n. Pagninus, & Isidorus Clarius vertunt: *Intra cincinnos tuos*: Agathius: *Intra crinẽ tuum*: Vatablus, & Regia; *Extra comam tuam*, scilicet promicantes. Mihi magis arridet illorũ sententia, qui per dictam dictionem צמה tzamah velum significari, inquiunt, & operimentum faciei, prout ex Hebræis R. Iona sensisse ait R. Dauid in libro Radicũ, prout sensit & Aben Ezra, & Rabbi Innominatus: Sic quippe & Sept. Interpres hãc ipsam dictionem interpretati sunt Isai. 47. vbi Hieronymus vertit: b *Denuda turpitudinem tuam*, *ἀποκαλύψαι τὸ κατακάλυμμά σου*. *Reuela operimentum*, seu *velum tuum*, quo scilicet ad honestatem seruandam operiri consueueras; & Symmachus in vers. 3. huius cap. quarti, vbi hæc eadem verba repetuntur in commendatione genarum, vertit: *σιωπῆς σου καλύμματι*, idest, *operta velo*.

a Isa. 47. 2.

b Isa. 47. 2.

I. SENSVS.

Breuis igitur hebraicæ lectionis sensus hisce in verbis, hic est: *Oculi tui* pulchri, simplices, ac pudici sunt, instar oculorum *columbæ*, eoque pulchriores, ac magis pudici apparent, quod intra velum, quo operta facie incedis, miro modo effulgent, & honestatem præseferunt.

LITTERA.

Quanquam, dum ad verbum sic legitur in Hebræo; *Oculi tui columbæ intra velum tuum*. sic, vt oculi sponsæ ad columbas ipsas comparari videantur, non ad illarum oculos, alter afferri possit sensus, qui tamen spiritualib. sit maxime commodus; quo scilicet designetur, Sponsæ oculos, dũ intra velũ latent, loqui, suaq; loquela illa similes esse columbis, gemitu amorem exprimentibus.

II. SENSVS.

Septuaginta Interpres, quos secutus est & Symmachus, hebraica verba, quæ modo exposita sunt, sic reddidere: *ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου, extra silentium tui*, seu, *taciturnitatem tuã*: qua certe interpretatione confirmari potest hic sensus, quem iam iã attuli: Sic quippe & ipsi legũt: *Oculi tui columbæ*, vt est in Hebræo; ac si dicatur: Quãmuis sileas ore, oculi tamen tui colũbis se similes præ se ferunt, gemitu amorem significantes, qui in tuo est corde. B

PARAPHRASIS.

Sed, subtilius versionem istam Septuaginta perpendens, existimo, nomine *σιωπήσεως* illos intellexisse tantam sponsæ pulchritudinem, quæ aspiciẽtes stupore, animosve intuentiũ admiratione commoueat, & mutos efficiat, & illos aut legisse, שממותך sciammathech, idest, *stupor tuus*, quem scilicet efficis, & admiratio tui, vnde hoc verbum שמו sciammu Iob 21. versic. 5. a verterũt, *ἄφθογγοι γίνεσθε, obmutescite*, prout & Vulgata habet, aut legisse, דמתך dãmathech à verbo דמם dum, seu דמה damã, qd solent vertere, *σιωπᾶν, silere*, & *κατανύσσεσθαι, tacere*; nec alienum est à pulchritudine, cũm de Susanna hoc verbo legamus ex Theodotione, b *Ἦσαν ἀμφότεροι κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς*, quod Bea. Hieronymus vertit: *Erant ambo vulnerati amore eius*; hebraice autem diceretur ויהיו שניהם בעליה iddommu sciẽnẽhem nghalehca. Confirmat hoc Auctor quintæ editionis, qui vertit hunc locum quem præ manibus habemus Cantici Canticorũ, *ἀπὸ πλήθους τοῦ κάλλους σου, à multitudine pulchritudinis tuæ*. Quod vero, dicet aliquis significare volunt Septuaginta præpositione, *ἐκτὸς, extra*, apposita? Crediderim, per hãc eos designare voluisse prestantiam, & eminẽtiam quamdam in ipsis oculis, quasi ij emineant, & quodammodo operiant reliquam pulchritudinem, & sic inferius, vbi de genis fit sermo, quæ subiunctæ sunt oculis, & eadem repetuntur. Quod ergo hic dicitur, iuxta hanc versionem, tale mihi esse videtur.

III. SENSVS.

a Iob. 21.5

b Dan. 13. 10.

Oculi tui sunt simplices, atque pudici instar columbarum, adeoq; pulchri, vt pulchritudine sua vniuersam reliquam tuam superent pulchritudinem, qua stupore tanto afficis quotquot te intuentur, vt mutos pariter eosdem efficias, verbis eam exprimere non valentes.

PARAPHRASIS.

Denique noster Interpres, dũ sic eadem vertit; *Absque eo, quod intrinsecus latet*: inuenere quoquomodo videtur hanc pulchritudinis eminentiam, qua sponsæ oculi præcellerent, eam nimirũ gratiã, quæ intra illos lateret quodammodo: Horũ quippe verborũ sensus hic videtur esse germanus, ex præallatis Originaliũ lectionũ sensibus collectus: Vt sponsus in hac oculorũ commendatione summo artificio prætermittere se indicet tã insignis gratiæ commemorationem, quò ex ea mirũ in modum oculos ipsos extollat, ac si dicat.

IIII. SENSVS.

Oculi tui præ simplicitate, honestate, ac pudicitia *columbarum* oculis similes planè sunt: Omitto eximiũ illud gratiæ, quod in ipsis latenter emicat intra velum, quo operta facie incedis.

PARAPHRASIS.

Quamuis aũt vnã eãdemq; laudẽ istius gratiæ singularis, & in Vulgata in Originalib. tũ Hebr. tũ Sept. hoc loco allatam existimem, non abberrabit tamen à veritate, qui asserat, ex quatuor titulis A sponsæ oculos per hæc exigua verba quadruplici encomio celebratos, iuxta quatuor illos sensus, quos hucusq; prosecuti sumus. Primò, ex vi, quæ illis inest, cũ intra velũ promicant. Secundo, ex gemitu, quo intra idem velũ loquela sermocinantur amoris: Tertiò, ex præstantia eorumdem super reliquam pulchritudinem vniuersam. Et quarto, ex singulari gratia, quæ in ipsis latet.

DE ECCLESIA.

Vers. I. Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es: Oculi tui columbarum absq; eo, quod intrinsecus latet.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

DElicatissimos inter vniuersa mẽbra esse oculos, & natura in illorum contestata est fabricatione, & quotidiano probamus experimento; offenduntur enim vel minimo ictu rei quantũlibet mollis, & hebetãtur obiectu pulueris vel exigui, atque adeo ita eis prouisum est, vt plurib. contecti essent operimẽtis, tunica vuea, tunica, & cornea, atque palpebris. Quòd si corporei adeo delicati sunt oculi, multò certè delicatiores contẽplatiui, qui oculorũ munere in sancta fungũtur Ecclesia: Ecquid enim deuotione delicatius, quam vel C tantillum affectus erga terrena corrumpit? quam vel exigua humani cordis effusio hebetat? quam & verbulũ otiosum, & inanis cogitatiuncula perturbat, & lædit? Idcirco Ecclesia, ne aliquid damni oculis hisce suis extrinsecus inferatur, intra velamen, contectos illos seruare satagit. Idcirco & eius Sponsus Dominus Iesus ob istud ipsum potissimũ eosdem commendat, quod, intra velũ existentes colũbinam seruent simplicitatem, colũbinam pudicitiam, & puritatem, qua donati sunt à Spiritu sancto columba cælesti, quòdve intra idẽ velũ non modo illa si in indita seruantur pulchritudine, sed maximo cũ incremento promicantes de se emittunt radios: sic namq; ait iuxta lectionẽ hebraicam; *Oculi tui columbæ intra velum tuum*.

Contẽplatiui quã delicati sint.

D Vt autem bene id omne percipiatur, quod sponsus, iuxta primũ sensum, in his asserit verbis, tria explicanda sunt. Primũ; quodnam sit velum Ecclesiæ, intra quod latent, quove operiũtur contemplatiui; Secundum; cur contemplatiui dicantur oculi eiusdẽ Ecclesiæ; Ac demum tertiũ: quid laudis cõtineat encomium istud horum oculorum.

Quoad primum: Velũ, quo faciem suam operit Ecclesia, diligentem illam, & arctam dixerim custodiam, qua in externa sua procedit conuersatione; externa quippe fidelium conuersatio facies illius est, quam tunc dicto cooperit velamine, cum ij sedulo sese custodientes, & in dictis, & in factis caute se gerunt, atque honeste, c iuxta consilium E Apostoli, ambulantes ad eos, qui foris sunt. Intra istiusmodi autem velum, etsi omnes conclusi seruentur, quotquot in facie Ecclesiæ sunt: abduntur tamen præ ceteris vniuersis contemplatiui, arctissima custodia suum in primis seruantes cor, suos & sensus, atque potentias, dantes operam, ne sensibilium rerum in eorum corda aliquis subrepat affectus, neve, earumdem rerum phantasmatibus imaginatione repleta, & intellectu obtusi, & mente reddantur confusi.

Velũ faciei Ecclesiæ est custodia in conuersatione externa.

c Thes. 4. 12.

Illud verò in contemplatiuis hisce summam incutit admirationem; quod oculi sunt Ecclesiæ, & oculorum munia in illa exercent, tũcq; perfectius ea munera præstant, cũ arctius intra dictum existentur

Contẽplatiui sũt melius oculorũ munia exercent, cũ intra velum sunt.

DE ECCLESIA.

terint velum. Sanè duo in primis oculorum ſunt munera videre, atque per viſionem totũ deducere corpus, ne offendat, ac decidat, at, ſi velamine aliquo cooperti ij ſint, quod minime trãſpareat, neutrum certè iſtorũ præſtare poſſunt. Nihilominus oculi iſti ſpirituales, contemplatiui non modò nõ præpediuntur, ne videant, ſed quam maxime adiuuantur, vt videant, ab eo, intra quod abditos ſe ſeruant, velamine: Neque enim corporea, & craſſa videnda ijs ſunt, prout oculis corporeis; ſed ſpiritualia duntaxat, cæleſtia, atque diuina; quippe qui oculi quidem ſunt, ſed oculi ſpiritales: ita vero oculi ſpiritales ſunt, vt viſionis ſpiritalis actus per ipſos, & in ipſis duntaxat fiat, ſolique videãt, quæ ſunt ſpiritus Dei: *a* *Animalis namque homo* (vt ait Apoſt.) *non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei;* cũ è veſtigio ſpiritualis omnia dijudicet.

Contemplatiui quõſint oculi ſpirituales.

a 1. Cor. 2. 14.

Simile.

Vt ſpiritalis viſio fiat quã neceſſaria ſit.

Porrò quemadmodũ ad hoc, vt per corporeos oculos promatur actus corporeæ viſionis, duo ſunt neceſſaria: Primum, vt lumen adſit, quod coloratum corpus colluſtret: Secundum, ne vllo alio colore oculi affecti ſint, neve quod medium eſt perſpicuum vllum in ſe habeat colorem. Si enim colorem aliquem, vel in oculis, vel in medio contingat eſſe, color ille impedimento eſt, ne alterius coloris viſio fieri queat, vt patet in oculis ictericio morbo laborantibus, & in vſu ſpecillorum rubeorum, aut viridium. Eodem modo, vt viſio ſpiritualis fiat, duo pariter neceſſaria ſunt: Primùm, neceſſe eſt, vt oculi eo ipſo lumine illuſtrẽtur, quo ſpiritualia illuſtrantur obiecta, quod certè à ſpiritualibus tantummodo oculis admitti poteſt. Deinde, quò ſpiritualia vt ſpiritualia ſunt, videantur, operæpretium eſt, vt nec in oculis quidquam inſit corporei, nec in medio perſpicuo quidpiã craſſi adſit, atque terreni: quanto enim magis contemplatiui à corporearum, & ſenſibilium rerum cognitione elongantur, quanto magis à terrenarum, craſſarumque rerum phantaſmatibus deſtituuntur; tanto ſanè melius ſpiritalem diuinorum promunt viſionem, tanto & acutius diuina in uentur myſteria. Atque adeo dum à cæleſti ſponſo in hac ſententia commendantur contemplatiui, qui in Eccleſia acutiſſime myſteria illa ſpeculantur, eatenus commendantur, quatenus oculorum munere fungentes in hiſce contemplandis, intra velum ſeſe abdunt, & per hanc veli metaphoram deſignatur, ita illos per arctam ſenſuum ſuorum cuſtodiã deſtitutos eſſe ſpeciebus rerum ſenſibilium, ſicut & oculi velo operti ſpeciebus deſtituti ſunt viſibilium.

Cur in ſynagoga velũ apponebatur ſup. obiecta viſibilia in Eccl. aũt ſuper oculos videntes.

b Exo. 40. 3

c Num. 4. 6

Notandum eſt autem hoc loco diſcrimen vſus veli in antiqua Eccleſia, atq; in Eccleſia noua poſt quam per Chriſti mortẽ diuina reſerata ſunt myſteria. In antiqua ſiquidem Eccleſia, haudquaquã oculi, ſed illa potius, quæ contemplanda proponebantur, eo operiebantur: ſic in libro Exodi mandatur Moyſi, *b* vt arcã fœderis, in qua quieſcebat, gloria Domini, intra velum conſtituat, & in libro Numeri *c* præcipitur eidem, vt, cum tranſferendum foret tabernaculum, tam arcam, quam Altare, menſam, candelabrum, & reliqua vaſa ſacra velaminibus per Aaron, & filios eius cooperienda curaret: ſubijciunturve hæc verba: *d* *Alij nulla curioſitate videant, quæ ſunt in ſanctuario, priusquam inuoluantur, alioquin morientur:* Quinimo *e* & ſuper faciem Moyſi, quæ diuini ſplẽdoris radios ad intuentium oculos immittebat, velum appoſitũ legimus in libro Exodi, vt filij Iſrael intendere poſſent in eum.

d Nu. 4. 20

e Exod. 34. 33.

At verò in Eccleſia, quæ iam Chriſto deſponſa-

A ta eſt, ipſi iam oculi velo cooperiendi ſunt, atque ob id potiſſimum contemplatiui quique commẽdantur, quòd intra velum abditi, diuina ſpeculentur. Rationem ſi quis quærat iſtius diuerſitatis, aſſignari hæc poteſt: quòd in antiqua Eccleſia, etſi aliquid luminis ſpiritualis contemplatiuis aliquibus deſuper exhiberetur, quo vel futura myſteria, vel etiam cæleſtia, atque diuina viderent, propter quod videntes appellabantur, haud tamen oculos videntes ij velo operiebant, quia quicquid videbant velaminibus ænigmatum, aut viſionum ſenſibilium cooperta videbant, nec à ſenſibilium cognitione illa abſtrahi poterant, ſi quando enim dignati à Deo ſunt quipiam, vt clarius di-

B uinæ gloriæ ſpeculatores fierent, ijs certè dũtaxat id exhibitum eſt, qui vultum, oculoſve coopertos habuerunt, vt Moyſi, *f* cui pro velo ipſius Domini tranſeuntis manus inſeruiuit, vt & Eliæ, *g* de quo in libris Regum legimus, quòd trãſeunte Domino in ſibilo auræ lenis, operuit vultum ſuũ pallio: Velo autem in dicta Eccleſia cooperta proponebantur arca, altare, menſa, & quæcunque ſacra erant, atque etiam facies Moyſi: vt quicunque ea contemplari voluiſſet, intelligeret, adumbrata in ijs latere myſteria, cauerentque, ne in ipſa vaſa nuda oculos defigerent, vt non morerentur, quoniã tunc, & nuda littera occideret, ſed in velum potius oculos conijcerent, cognoſcentes, ſub figuris, & allegorijs diuina in ea latere myſteria, quæ tũc

DE ECCLESIA.

f Exod. 33. 22.

g 3. Re. 19 13.

C manifeſtanda forent, quando agnus occiſus aperiret librum, & ſignacula eius, quod certè tunc factum eſt, cum in Cruce Chriſtus ſpiritum emiſit, & nouam ſponſam è ſuo formauit latere, quando *h* & *velum templi ſciſſum* legimus *à ſummo vſque deorſum*. Atque adeo in noua iſta nupta haud amplius velum appoſitum eſt ſuper ea, quæ contemplanda proponuntur, ſed bene ſuper eius oculos appoſitum dicitur, quia veri contemplatiui, qui in ea ſunt, vt à ſenſibilibus, quoad fieri poteſt, ſe abſtrahant, arctiſſima cuſtodia ſuos cuſtodiunt ſenſus, ſuaſve potẽtias, quo videlicet clarius ſpiritualia ſpeculentur, atque diuina.

h Ma. 27. 51

D Satis igitur ex his conſtat, ſpirituales iſtos Eccleſiæ oculos à velo, intra quod ſe continent, nedũ non impediri, ſed & adiuuari, ad exercendum primum oculorum munus, & ad videndum. Id probandum modo ſupereſt, quomodo, nec à ſecundo munere ijdem impediantur: neque enim ex hoc colligi videtur, quomodo videntes deducant Eccleſiæ corpus, cui certè ambulandum eſt ſuper terras foueis, ac laqueis vndique plenas.

E Dicendum nihilominus, colligi & id poſſe ex hoc ipſo, quod dictum eſt: Enimuero, cum contẽplatiui ſint oculi ſpirituales, eos ſanè deducunt, qui ſpirituales ſunt in Eccleſia, porrò cum ſpirituales, *i* ſicut ſpiritu viuunt, ita & ſpiritu ambulent, iuxta Apoſtoli conſilium, *k* & in cælis conuerſentur, tunc profectò à ſpiritualibus hiſce oculis melius deducuntur, cum ij intra velum exiſtentes, acutius, ac melius ea contemplantur, quæ ſpiritus ſunt, ab illis nimirum illuminati.

Contemplatiui velo cooperti quõ inſtar oculorũ deducãt corpus Eccleſiæ oratione, & precibus.

i Gal. 5. 25

k Phi. 3. 20

Quod ſi quis inſtantius adhuc vrgeat. Nonne & ſpirituales quippe laqueis ſubiecti ſunt, quamdiu ſunt ſuper terram, cum in medio laqueorum gradiantur, quotquot in mundum iſtum ingrediũtur? quomodo ergo inter tot laqueos tuti, & illæſi à contemplatiuis deducuntur, qui intra velum exiſtentes, terrena neutiquam aſpiciunt, ſed ad Deum duntaxat directi ſunt? Reſpondendum, precibus, & orationib. ab illis deduci, illæſoſq; à laqueis vniuerſis deduci per orationes, quas i ſuis

DE ECCLESIA.

fundunt contemplationibus, quod non obscure ipsamet te statui Ecclesia, dum per Prophetam inquit: *a Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos*: Ac si dicat.

a Psal.24.15

Oculi mei spirituales, & qui perfecti in me sunt contemplatiui, ita intra velum arctissimæ sui custodiæ sese continent, vt à terrenis, ac sensibilibus hisce planè abstracti ad Dominum semper respiciant, precibusve suis ab eo, quem cōtemplantur, obtinent, vt ipse euellat de laqueo illos, qui instar pedum terram calcant, cum viuant in terris.

Ex his denique deduci & illud potest, quod tertio loco propositum est, quid laudis encomium istud contineat oculorum sponsæ, dum dicitur: *Oculi tui columbæ intra velum tuum.*

Contēplatiui, & oculi spirituales Ecclesiæ dū intra velū sunt micantiores ad Deū de se emittunt radios.

Duo siquidem, eaque maxime præclara in contemplatiuos per hæc conferuntur. Primum, quod dum intra velum existentes, Deū aspiciunt, multo micantiores ad Deū ipsum de se emittūt radios multoque splendidiores ab eodem Deo videntur. Neque.n. iuxta sonum litteræ ob id duntaxat laudantur sponsæ oculi, quia intra velum sint, quid .n. laudarentur à sponso, si ab eo non viderentur? Sed ob id laudantur, quòd ita intra velum ij sint, vt è veli rimula ad sponsum solummodo directi sint, à velo ipso impediti, ne aliò distrahantur, sed intra idem velum à solo sponso videantur, ad quē solum directi sunt. Atqui in contēplatiuis istis Ecclesia obedit consilio Sapientis, qui ait: *b Oculi tui recta* (aduerbialiter, in directum, vt est in hebræo) *videant*: sicque à velo custodie sensuū oculorum suorum vim vnitam rectà ad Deū dirigit, vt ab illis vulneratum is se fateatur in subsequentibus, eorum nimirum fulgore vulneratus, quo in præstantissimo fulgēt affectu: quem sanè affectū, atque fulgorem ipse videt solus, qui solus videt in abscondito, atque adeo Redemptor noster ad orationem, & contemplationem suos promouens fideles, vt intra velum se abdant, hortatur, licèt sub alia metaphora, dicens: *c Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum*; affertque rationem: *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Altera, quæ hoc loco in sanctos contemplatiuos cōfertur laus, est, quia intra prædictum velum abditi, atque à carnalib. terrenisve omnibus abstracti toti in Deum transformati effulgent, totique redduntur spiritus per id profectò, quod toti in Deum directi sunt, rectèque aspicientes vnum intuentur Spiritum sanctū, cælestem illam columbam, columbæ effecti & ipsi: Atque est igitur, ac si dicatur.

b Pro.4.25

B

c Matt.6.6

Contēplatiui intra velū abditi, i Deū transformantur quem vnū aspiciunt.

PARAPHRASIS.

Contemplatiui, qui in te sunt, quasi oculi intra velum, custodientes sensus, potentiasque suas, ne à sensibilibus, & crassioribus distrahantur; rectà in vnum Deum directi, nedum diuina contemplantur, Deoque soli videndos se exhibent in abscondito; sed & in illum ipsum, quem intuentur, spiritum transformati, intra velum custodiæ suæ colūbas, & ipsi conspiciendos eidem se præbent, quem speculantur absconditi.

II. SENSVS.

Iuxta secundum eiusdē hebraicæ lectionis sensum alia confertur laus in contemplatiuos, spiritualesve istos Ecclesiæ oculos per hoc, quod intra velum columbas se exhibent, quod nimirum perseuerantes in cōtēplatione eorū, quæ ad Christi carnem pertinent, gemitibus inenarrabilibus suū erga Deum ipsimet Deo exponunt amorem.

Pro cuius sensus intelligentia. Notandū primò, velum Ecclesiæ sanctæ illud ipsum esse, quod velum Christi: sicut enim velum templi idem ipsum erat antiquitus, ac velum sancti sanctorum, quo

A scilicet occultabatur arca, & intra quod erat gloria Domini in medio Cherubim: Ita & velum Ecclesiæ caro Christi est, intra quam Verbum diuinum habitauit in nobis, quave plenitudo diuinitatis contecta est; Vnde & *d* Apostolus velamen illam appellat in Epistola ad hebræos. Hoc velo faciem conuersationis operit ipsa & Ecclesia, vt digne, & honestè ambulet, sequens vestigia dilecti sui: ambulans, sicut ille ambulauit, cum degeret vitam in carne. In hoc velum contemplatiui, qui oculorum in Ecclesia funguntur munere, tunc planè sese abdunt, cum iugiter in meditationibus se se exercent, quæ ad Christi carnem pertinent, de Incarnatione scilicet Verbi, de vita, passione, & glorificatione Christi, de Sacrosancto Eucharistiæ mysterio, de innumeris eius beneficiis, deque immenso amore, quem is in sua præstitit carne.

d Heb.10.20.

Oculi efficaciores ad amorē cōciliandū, & cōtestandū quā lingua.

Notandum secundò, per ea, quæ hic dicuntur, egregie id solui, quod aliquando in dubium verti solet: quid nam efficacius sit ad amorem vel cōciliandum, vel contestandum, lingua ne, an oculus: Significatur enim, ab oculis multò præstantius id omne exhiberi, quod ad amorem spectat, quàm à qualibet lingua: idque si verum est de oculis, ac lingua corporeis, ita vt propterea obseruatum ab aliquibus sit, per oculos mutuo se spectantes multò plura in vnico momento dici, quā quæ per linguam in toto diei spatio exprimuntur, mul-

C tò sanè verius de spiritualibus affirmare licet, & lingua, & oculis, de contemplatiuis, & de ijs, qui vocales Deo promunt preces, & laudes. Hoc igitur illud est, quo hoc loco sponsus sanctos extollit contemplatiuos, quod dum sub silentio intra prædictum contemplationis velamen se continēt, loquela amoris loquantur proprijssima, gemitu nimirū, ac lacrymis. Porrò, quòd gemitus loquela sit tametsi lingua taceat, quæ alias propriū est omnis locutionis organum, nulli dubiū inesse potest, cum hoc Spiritus sanctus clare testatus sit in libro Ecclesiastici: *e Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquela gemitus*: Quod autem idē gemitus proprijssima sit amoris loquela, præter-

Gemitus est ppriissima amoris loquela.

e Ecc.35.17

D quàm quod ex quotidiano arguimus experimento, ex sacris quoque paginis colligitur manifestè. Enimuerò in duobus ijs, qui inter discipulos, discipulasve Christi largiores effuderunt fontes lacrymarum, ardentiorem erga eumdem Christū amorem extitisse, nemo est, qui dubitet: lacrymis quippe suis contestati eum sunt, voceque ista: quę proprium amoris est signum proclamarunt quodammodo, atque adeo Christus Dominus istius loquelæ optime gnarus, cum animaduertisset, *f* Magdalenam profusis lacrymis ipsius rigasse pedes, ex lacrymarum copia magnitudinem intelligens amoris illius, proprio ore eum prædicauit, dicens: *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit*

f Luc.7.38

E *multum*: Et *g* Petrus Apostolorum Princeps parminime potuit, vt à Domino interrogaretur, anēū diligeret, ad cuius conspectum iam flerat amare: Vnde tribus interrogationibus semper idem respondit: *Tu scis, Domine, quia amo te*: Ac si diceret: Audisti, quomodo id contestatus sim propria amoris loquela, audisti gemitum meum, quando ne intuitus es, postquam te negaram, vidisti lacrymas meas, quapropter haud opus amplius est, vt lingua id tentet explicare, quod ipsi mei oculi tibi iā expresserunt, tu scis, quid illi significarint, tu scis, quia amo te. Quin & Christus ipse Dominus noster eadē oculorū loquela, cū adhuc lingua loqui haud posset, vt primū natus est, imēsū ergà hoies amo-

g Io.21.15

DE ECCLESIA

amorem ſuum gemens prædicauit, & lacrymans: Eumdemque amorem erga Iſraeliticum populũ peculiariter ardentem eadem pariter loquela conteſtatus eſt, quando *a* appropinquans Ciuitati Ieruſalem fleuit ſuper illam; Et hanc loquelam optime callentes Iudęi illi, *b* qui adſtabãt ſepulchro Lazari, cum vidiſſent Ieſum lacrymas profundentem ſuper mortuum, intulerunt illicò: *Ecce quomodo diligebat eum*.

a Luc. 19. 41.

b Io. 11. 35

Notandum tertiò, totam hanc oculorum ſponſæ, & contemplatiuorum laudem in eo niti, quòd columbæ dicuntur: Notum eſt enim columbas eſſe amoris typum, id quod, nedum ex Euangelio, in quo Spiritus ſanctus ſubſtantialiter amor, amorisve omnis fons, & origo in ſpecie colũbæ ſuper Chriſtum apparuiſſe legimus; ſed, & ex Profanis quoque: propterea enim περιστέρας, græco vocabulo dictas illas aſſerit Apollodorus in Libris, quos de Diis conſcripſit; quia ſupra modum amori dent operam, παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾶν: tam grandem verò amorem ſuo gemitu illas exprimere, animaduertimus, non modo quando in foraminibus cõquieſcunt; ſed & tunc potiſſimum, quando in agris, vel ſuper tectis gemebundo murmure circũrotãtur, coniuges deoſculantes. Columbæ ergo flentes ſũt contemplatiui; quia, etſi non loquantur conſueto locutionis modo; ſingulari tamen modo amorem loquuntur; quo certè modo vtuntur colũbæ: Hocque illud eſt, quod in hoc verſu ſignificari videtur ſecundum lectionem Septuag. quæ habet: *Oculi tui columbæ extra ſilentium tuum*. Aequè enim eſt, ac ſi dicatur. Contemplatiui illi, qui in te oculorũ munus exercent, tametſi lingua taceant, multò tamen præſtantius loquuntur, quam vllus corũ, qui plures fundunt vocales preces; columbæ ſiquidẽ effecti, in altũq. inſtar colũbarum volantes, inſtar columbarum pariter gemitibus ſuis ardẽtiſſimã, qua in Deum flagrant, loquuntur charitatem.

Contẽplatiui ſunt columbæ, quia gemitu ſuo exprimunt amorem.

PARAPHRASIS.

III. SENSVS.

Quamquam per eadem verba, iuxta tertium ſẽſum accepta, iidem contemplatiui non modò iis ꝑferuntur, qui vocali indulgẽt Orationi; ſed & vniuerſis, quotquot ad Eccleſiæ pulchritudinem concurrũt, ſiue illi Doctores ſint, ſiue Prælati, ſiue ſubditi, ſiue Virgines, ſiue alii quique eorum, quos in ſubſequentibus ipſemet ſponſus cõmendabit: Ac ſi dicatur. Pulchritudo quidem tua tãta eſt, vt iis, qui te intuentur, ſtuporem ingerat, adeo vt nec loqui quidquam de ea valeant; At oculi tui, contemplatiui nimirũ illi, qui in te ſunt perfectiores, pulchritudinem ipſam tuam vniuerſam excedunt nõ modicũ: columbæ quippe ſunt, per cæleſtes agros volantes, inſtar columbarum ſimplices, atque puri, diuinoque indulgentes amori; atque adeo ob iſta tria, ſimplicitatem, puritatem, & charitatem id omne, quod in te pulchrum eſt, & ſanctum, excedunt, & ſuperant. Porrò, quod oculi iſti ſimplices ſint, ac puri, exinde fit manifeſtum, quòd ad vnum duntaxat Deum directi ſint, à multiplicitate, & confuſione aliarum rerum omnium abſtracti Nec Deum ipſum poſſent contemplari, ni mundo eſſent corde: cum ſcriptum ſit: *c Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*: & ſi ſpiritualis pulchritudo in ſanctitate ſita eſt, nõ eſt, quòd quis dubitet, perfectos contemplatiuos pulchritudine reliquis Eccleſiæ membris excellere: Ἅγιος namque Græcè ſanctus dicitur, quaſi ſine terra, ſine vlla terrenarum rerum admixtione; ideoque & ſtudium contemplationis *d* optima pars dicta à Domino eſt; quia per contemplationem charitate magis ac magis afficiuntur contemplatiui erga eum, quẽ cõtemplantur, per quam certè charitatem in Deum

Contemplatiui præſtãtiores ſunt quocunque ordine fidelium quo decoratur Eccleſia.

PARAPHRASIS.

c Mat. 5. 8.

d Luc. 10. 42.

A ipſum transformantur, qui eſt ſanctitatis, & pulchritudinis omnis exemplar, & fõs: Hinc bene columbæ appellati hic ſunt, vtpote Spiritui ſancto conformati. Quantum autem ſtuporem, quantumve ſilentium ipſa Eccleſiæ pulchritudo hominib. incutiat, ex eo deduci poteſt, quòd & Deus, dum illam celebrare voluit, admiranter primò eam laudibus extulit, dicens: *Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es*; de quibus verbis pluribus actum eſt in cap. 1. expoſitione ſecunda ſuper verſ. 15.

DE ECCLESIA.

Iuxta quartum ſenſum, qui eſt vulgatæ lectionis noſtræ, difficile eſt aſſignare quid nam illud ſit quæve ea ſit gratia, quæ intrinſecus in ſanctis latet contemplatiuis, qua tam ingenti illuſtrantur decore, tantamve vim habent, vt Deum ipſum compellere quodammodo valeant. Vt dicam tamẽ, quod ſentio; crediderim, id eſſe ingentem illum oblectationum cumulum, eamve fruitionis gratiam, qua intrinſecus ii perfunduntur, dum à terrenis omnibus abſtracti Deum meditantur, in illum ſolum coniecti, quem vnum tantummodo diligũt. Similitudo quippe eorum ad oculos columbarum, qui in vnum duntaxat coniugem coniiciuntur, in cuius vnius conſpectu columbæ ipſę ſumma perfruũtur voluptate, hoc innuit. Et quidem experimento id cõprobant, qui huic dant operam ſtudio contemplationis; vt, cum meditantes, quæ ad Deũ ſpectant, delectationem ex iis percipiunt, tunc ardentius erga Deum afficiantur, feruẽtioresve fundãt preces; ita vt ex ipſo eorum guſtu (ſi tamen verus ſit guſtus) Deus, quaſi ab eximia eorum ſanctitatis gratia voluptatem pariter capiat, compellatur que quodãmodo à maxima illius vi; vt quicquid ab illis petitur, liberaliſſimè iis præſtet. Ex ſacris quoque litteris confirmata hæc habemus: nam in libro Eccleſiaſtici, cum Sapiens loquitur de perfecto Dei adoratore, quales contemplatiui hi ſunt, de quibus modo eſt ſermo, dicit: *e Qui adorat Deũ in oblectatione ſuſcipietur*, ideſt, Dum ipſe adorans Deum delectatur in Deo, & in diuinis, quæ cõtẽplatur; Deo pariter delectationem ingerit; atqui pro eximia illa, qua decorus eſt, gratia, in oblectatione ab eodem ſuſcipietur, vt res pergrata, ac perincunda: & ſtatim ſubiicitur: *Et deprecatio illius vſque ad nubes propinquabit*: ac ſi dicatur: Adeo iucundè is à Deo ſuſcipietur, vt facile ꝑ iſtiuſmodi gratiã ab illo obtenturus ſit quicquid petierit. Quin in eo ipſo, quod delectatur in meditatione diuinorum, etiamſi nihil petat actu, deprecatio illius ad Deum propinquabit: ac ſi delectatio ipſa, qua fruitur, deprecatio ſit, atque petitio eorum, quæ ſibi neceſſaria ſunt. Quod clarius exprimitur per illud Pſalmi: *f Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui*: idipſum namque cor, quod delectatione perfunditur in domino, quem contẽplatur, dum ob eam delectationem dilatatur coram Domino, aperit certè ei, quicquid in ſe eſt vel neceſſitatis, vel meriti, ſicque efficitur, vt & delectatio, & petiones cordis vnum quodammodo ſint. Ob iſtam igitur tam eximiam gratiam, qua intrinſecus pollent, commendantur hoc loco cõtemplatiui: ac ſi dicatur.

IIII. SENSVS.

B

Delectationes contemplatiuorũ q̃ magnam vim habeãt apud Deũ.

C

e Eccl. 35. 20.

D

Delectatio contẽplatiui, oratio efficaciſſima.

f Pſ. 36. 4.

E

Oculi tui, contemplatiui, qui in te ſunt, ad me vnum dilectum tuum ſemper directi ſunt, inſtar oculorum *columbarum*, qui & in vnum duntaxat coniugem coniiciuntur. Præterea, id in illis celebrare, quod intrinſecus in eis latet, delectationis, & gratiæ, qua ipſe & recreor, & trahor allectus.

PARAPHRASIS.

Verſ.

DE ANIMA.

Vers. I. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es: Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Vide, q dicta sunt supra expos. 3. vers. 15. c. 1.

a Heb. 11. 6.

PAnegyricum facturus cœlestis sponsus virtutũ animę pię, à fidei encomio sumit exordium, vtpote à fundamento reliquarum virtutum: Non est autem, cur hic detineat ad probandum; qua ratione fides prima sit, & maxima omnium virtutum, *a sine qua*, Apostolo teste, *impossibile est placere Deo* hoc quippe aliàs pertractatum est: sicut & cōgruētia, quam habet cum corporeis oculis, examinata alibi est.

Fides alia sancta quę fit informata charitate, & inchoatiuè trāsformata.

Porrò perfectissimam istam piæ animæ fidem ex duplici capite commendat in præsenti oculorũ encomio, iuxta lectionem hebraicam, qua dicitur *Oculi tui columbæ, intra velum tuum*, & iuxta primũ sensum allatum in littera. Primò ex eo, quòd charitate informata sit: Secūdò, ex eo, quòd intra ineuidentiæ obscuritatem sese cōtineat: quod enim ait: *Oculi tui columbæ*, significat, fidem illius non modò charitate informatam esse eo pacto, quo ita à charitate perficitur, vt per bona opera vitam mereatur æternam, iuxta illud Apostoli: *b In Christo Iesu nec circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur:* Verùm in charitatem ipsam quodammodo transformatam, & charitatis speciem esse adeptam: cuius certè charitatis symbolum eæ sunt columbæ, in quas transformari, quarumve speciem adepti dicũtur oculi spōsæ: perfectio autem ista in eo sita est, quòd actus fidei per imperium charitatis refertur ad vltimum finem, quatenus pia illa anima credit propter Deũ vt summum bonum: sic quippe istiusmodi actus pertinet ad eamdem specie rectitudinem, ad quā charitas ipsa; atque adeo est eiusdē speciei, cuius & illa est, quamquam fidei id sit accidētale, quod charitati est essentiale. Quod verò subiicitur: *Intra velum tuum*: ineuidentiam illam, illamve obscuritatem significat, intra quam veluti intra velũ oculi perfectissimæ istius fidei conclusi ab ipsa detinentur sponsā.

b Gal. 5. 6.

Supponendum autem hoc loco, fidem niti in ineuidentia obiecti: tametsi illud ipsum obiectum possit esse cognitum per visionem euidentem, ac per scientiam, eoque perfectiorem esse fidem vniuscuiusque, quò magis ab ipsa elongatur euidentia, vt probant Theologi ex illo Ioannis: *c Quia vidisti me, Thoma, credidisti: Beati, qui non viderunt, & crediderunt*: Sic itaque velum, intra quod oculi isti sunt, est ænigma illud, de quo Apostolus ait: *d Videmus nunc per speculum, & in ænigmate:* & breuis istorum verborum sensus hic est.

c Io. 20. 29.

d 1. Cor. 13. 12.

PARAPHRASIS.

Quæ amica mea es omnimoda decora es pulchritudine sanctitatis, virtutibusve omnibus præstantissima ratione præfulges; fides namque tua, q̃ primum inter reliquas vniuersas obtinet locũ, vsquequaque perfecta est. Enimuero intra velum ineuidentiæ persistens ob id vnum potissimum assentitur, quòd obscurè agnoscit diuinitus reuelatum id omne, quod credit: tantamve cum charitate habet cōnexionem, vt ipsam quodammodo referat charitatis speciem.

AD APT. TRI. LEC.

Amplificatur etiam non modicum purissimæ, ac simplicis intentionis encomium per hæc pauca, verba: *Intra velum tuum;* seu, vt legunt Septua. *Extra silentium tuum*; aut, iuxta nostram Vulgatæ lectionē: *Absq; eo, quod intrinsecus latet*. Per oculos quippe animæ, illius intentionē designari, ostensum est supra in expositione 3. vers. 15. cap. 1. vbi & fusius explicatum est, quàm rectè puritas, ac simplicitas istius intentionis exprimatur per similitudinem, vel ad oculos columbarum, vel ad ipsas colūbas.

DE ANIMA.

Ex triplici autem capite encomium istud amplificatur, iuxta triplicē lectionem. Quorum primũ est; quod tunc adeo pura est, simplexque piæ animæ intentio, cum est intra velum carnis, quo circumdatur, atque operitur. Enimuero quòd Angeli atque etiam animæ separatæ in singulis actionibus suis intentionem ad vnum Deum directam iugiter habeant, eximia certè illorum est laus: quamquam, cum puri spiritus sint, facillimo negotio dirigantur, & tendant ad Deum, qui spiritus est purissimus: At verò, quòd anima, quæ carne vndiq; operitur, carnisve desideriis ad carnalia allicitur, corporis pōdere prægrauata puram se seruet à carnis operibus, & ab omni respectu carnali, ad Deũque suæ intentionis oculos coniectos quacunque in re habeat, multò sanè id mirabilius, multoque præstantius; quia difficilius exhiberi id potest. Qđ ergo hic dicitur, tale est.

Intentio ad vnū Deū directā habere eū, qui carne circūdatus est, præstant. ssimum.

PARAPHRASIS.

Pulchritudinem tuam exprimere quis possit? pulchritudinem, inquam, illam, qua decora es, dũ amica mea es, & proxima mea, pulchra es in externis, pulchra & in internis: elucet autem pulchritudo tua vniuersa in puritate præsertim, ac simplicitate intentionis tuæ, qua, cum intra velum carnis sis, me tamen vnum respicis.

III. SENSVS.

Secundum caput est ex eminentia, & excessu, quo pura illa, ac simplex intentio pulchritudinem omnem superat piæ animæ; etsi pulchritudo, ac sāctitas illa tam grandis sit, vt præ sui stupore silentium iis causet, qui eius facti sint spectatores.

Intentio ad vnū Deū directa, pręstantissima illi eiū virtutū, q in piasoniami ma.

Iuxta lectionem namque Septuag. eque est, ac si dicatur: Admirari quidem possum pulchritudinē tuam; exprimere autem illam neutiquam licet: Quis enim exprimat, quàm pulchra sis amica mea & extrinsecus, & intrinsecus? At certè id, quod in te maxime est omnium pulchrum, atque decorum intentio tua est, quam instar columbarum purissimè, ac simplicissimè in me semper habes coniectā Hæc quippe præstantissimam omnem superat pulchritudinem, ac sanctitatem tuam.

PARAPHRASIS.

IIII. SENSVS.

Tertium denique caput ex adiuncta est desumptum interna humilitate. Hanc etenim existimo gratiam illam esse, quæ intrinsecus in oculis latet piæ animæ, & in pura eius intentione: quave & Deus summopere delectatur, ac trahitur, iuxta illud Psalmi: *e Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit*. Enimuerò pia illa anima, quæ admiranda ea pollet sanctitatis pulchritudine, vt summum Deum commoneat ad exclamandum: *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es?* dũ eximia peragit virtutum opera, ita ad Deum iugiter suam dirigit intentionem; vt eam omnino à proprio quolibet abstrahat commodo vel glorię vel vtilitatis alterius, humilians se in omnibus, propriamve vilitatem, ac insufficientiam ponderans, semper indignam se reputans, quę vel Deum respiciat.

Humilitas interna, exornat purā intentionē.

e Ps. 137. 6.

Vers.

DE B. MARIA

Verf. I. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es: Oculi tui columbarum abſq; eo, quod intrinſecus latet.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Virgo Maria.

I. SENSVS. Vide, quæ dicta ſunt ſupra expoſit io. 4. ca. 1. pag. 239. Mariæ fides quã Magna. a Ro. 4. 18. Simile.

EXtollit Apoſtolus Abrahæ fidem ex eo, quòd crediderit, futurum id, quod contra ſpem omnem erat humanam, & de quo naturaliter deſperã dum erat, dicens: *a Qui contra ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarum gentium;* &c. *& non infirmatus eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum,* &c. At profectò multò rationabilius Glorioſæ Virginis fidem hoc loco præſtantiſſimo encomio celebrat Dominus ex eo, qđ crediderit, ſe paritura filiũ: cum tamen firmiſſimum haberet ſeruandæ virginitatis propoſitum: quod certè encomium egregia exprimit metaphora oculorum intra velum, dicẽs iuxta hebraicã lectionẽ: *Oculi tui columba intra velum tuum.* Enimuero, quemadmodum oculi corporei, cum velo craſſiori cooperiuntur, videre nequaquam poſſunt; atq; adeo, ſi contingeret aliquando, vt intra iſtiuſmodi velum exiſtentes, clarius, quæ ſibi propoſita eſſent, viderint, diuino aliquo lumine inſigniti dicerentur, maioremq; laudem exinde contraherent, quòd eſſent intra velum, quàm, ſi nullo cooperti eſſent velamine. Ita & Mariæ fides ex eo extitit præſtantior, qđ intra velamen extitit propoſiti Virginitatis, quam Deo vouerat, vt ei acceptiſſimam; à quo certe propoſito impediri naturaliter debuiſſe, ne crederet. Commendaturus igitur cæleſtis ſponſus tantæ virginis pulchritudinem per partes ſingulas, quã generaliter prius extulit, à fide incipit, quę fundamẽtum eſt totius pulchritudinis ſpiritualis; ac præter laudem, quam ſupra in c. 1. illi contulerat, eximiæ puritatis, ac ſimplicitatis, addit & illã; quòd intra velum prædictum, puritatem illam, ac ſimplicitatem inexplicabilem illæſam ſeruauit; ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Oculi tui, fideſque tua, inſtar *columbarum* puriſſima, ac ſimpliciſſima, ẽt cum velamen illud oppoſitum haberet voti ſeruandæ Virginitatis, quod naturaliter partui repugnat: Simpliciſſime in credidit, cum Virginitate, & partum futurum: quando quidem eo mõ in me vnum tuos iſtos fidei coniectos habuiſti oculos, quo modo & colũbæ in vnũ coniugem coniectos habent oculos ſuos, mihi credens ſimpliciter, quod per Angelum tibi reuelatũ.

IIII. SENSVS. Mariæ fides exornata ẽ maxime è ex adiũcta humilitate interna.

Iuxta ſenſum illum, qui quarto loco in littera allatus eſt, vulgatæ lectionis; *Oculi tui columbarũ abſque eo, quod intrinſecus latet:* Extollitur eadẽ Mariæ fides ex alia illi adiuncta virtute humilitatis internæ, ac præſtãtiſſimæ demiſſionis, quæ intrinſecus, & in ipſa fide, & in animo latere; B. Virginis; Quãuis enim fides (vt ſupra probatum eſt in c. 1.) fundamentum extiterit totius, quæ in Maria extitit, pulchritudinis, certũq; ſit, à fide eius eximia vniuerſam in ea proueniſſe pulchritudinem; ita tamẽ id certum eſt, vt certiſſimum pariter ſit, inſignem illam eius fidem fuiſſe, & charitate feruentiſſima informatã, & virtutũ omnium decore illuſtratam.

Humilitas Mariæ Deũ in eius vte rum traxit.

Quòd verò in tam præclaro virtutum oĩum comitatu, quo ea illuſtrabatur, Dei animũ in primis cõmouit, quod vt eũdẽ Deũ è cęlis in ipſius Marię vterũ traxit humilitas extitit, qua Virgo glorioſa Infimã feminarũ oĩum ſe reputãs, & indignã, quã Dominus reſpiceret, credidit nihilominus Angelo, electã ſe in Dei matrem: neq; cũ id crediderit, tam ſublime ſibi euenturum, humilitatem ipſam

A ex intimis depoſuit præcordiorum; at, vt arctius fidei adiunctam illam ſeruaret, vnà cum fidei aſſenſu vnitam illam expreſſit, quando Deum ipſum ad ſe his traxit verbis: *b Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum:* Et, *c* cum fidei beatitudinem ſuam ab Eliſabet adſcriptam audiſſet, illicò gratiæ iſti latentis humilitatis ipſa eamdem tribuit beatitudinem, dicens: *d Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes.* In eumdem itaque modũ Chriſtus ſponſus eius, & filius hanc ipſius fidem extollens, ex hac illi adiuncta humilitate potiſſimum eam commendat; Aequè eſt enim, ac ſi dicat.

APPENDIX. b Luc. 1. 38. c Luc. 1. 45. d Luc. 1. 48.

PARAPHRASIS.

Pulchritudo tua admirabilis tuę innixa eſt fidei, B q̃ puriſſima, ac ſimpliciſſima extitit, ac planè oculis columbarum, vel ipſiſmet colũbis ſimilis, quatenus ſymbolum eæ ſunt puritatis. Nil dico de inſigni illo, quod intrinſecus ĩ ipſamet fide tua latet, humilitatis, deque præſtantiſſima gratia demiſſionis animi, qua tractus ad te ſum, cum illam intrinſecus adiunctam fidei animaduerti: ac ſi dicat: Tãta enim ea eſt, vt verbis exprimi nequeat, quod forſitan ſignificatur apertius in verſione Septuaginta: *Extra ſilentium tui.*

Verf. I. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es: Oculi tui columbarum, abſq; eo, quod intrinſecus latet. C

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

Prælati, & Doctores ſunt oculi Eccl.

PAraphraſis Chaldaica: Et ĩ illo die obtulit Rex Salomon mille holocauſta ſuper Altare, & ſuſcepta eſt cum beneplacito oblatio eius corã Domino, irruit vox de cælo, & ſic ait: Quàm pulcher es cætus Iſrael, & quàm pulchri ſunt Principes cõgregationis, & ſapientes habitantes in concilio; quia ipſi ſemper illuminant populũ domus Iſrael, & ſimiles ſunt pullis filiis columbæ.

Communior ſenſus eſt; vt ſpiritalis animæ cõtẽplatio ſub oculorum metaphora cõmendetur. Porrò, cum duplex ſit lectio; Altera Sept. *Oculi tui colũbæ extra taciturnitatem tuam*, Altera Vulgatæ, *Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet.* In D hoc ipſo ſenſu variant quoquo pacto Patres: nam Ambr. & Theod. arbitrantur, nedum ſpiritalem ipſam animæ contemplationem; ſed & ſilentiũ quoque eiuſdẽ laudari. De pia anima, ait Ambr. ſerm. 16. in Pſalm. 118. & verſ. 3. dictum eſt: *Oculi tui ſicut columba, extra taciturnitatem tuam*: quòd & ſpiritaliter videat, & nouerit, tempus tacẽdi eſſe, & loquendi; vt in tempore ſermonem ſuũ proferat, ne importunitate loquendi peccatum poſſit incurrere. Et in lib. de inſtit. Virg. c. 1. ait, virginem cõmendari, quòd tota ſpiritalis, & ſimplex ſicut colũba E ſpiritalia videat, & nouerit ea, quæ viderit, tacere myſteria: virginitatis quippe dos quædã eſt verecundia, quæ commendatur ſilentio.

Theod. Amb. Laudatur in pia aĩa ſpiritalis cõtemplatio.

Tres Patr. Creata omnia referenda in Deũ. Silentio venerandus Deus.

Catena trium Patrum apud Theodoritum alio pacto ex duplici capite eamdem contemplationẽ celebratam aſſerit; ex eò, quòd creata oĩa, quæ ſpeculatur ſpiritaliter, in Deum referat; & ex eo, qđ inde agnoſcit, Deum comprehendi non poſſe; atq; adeò taciturnitate eum veneratur potius. Colũbę, inquit, dicuntur oculi piæ animæ; quia per ipſos oĩa, quæ creata ſunt, refert ad laudem Creatoris. Sic autẽ oculi ſpiritales ſunt, præter ipſius animæ de Deo taciturnitatem (hæc. n. magis eſt ſpiritualis,) nam in Spiritu ſancto id, quod omnem cognitionem

APPENDIX.

tionem superat, cognoscit de Deo; nēpe, quòd nequeat comprehendi.

Phil. Car.

Oratio cordis laudatur.

Aliter Philo Carpath. tacitam cordis orationē, vnà cum spiritali animæ contemplatione laudatā censuit: nam ad oculorum spiritalium mentis commendationem, inquit, addi: *Præter taciturnitatem tuam*: nam præter columbinam innocentiam, & sinceritatem, alia quoque pulchritudo, & species quædam interior ex taciturnitate huic sponsæ inesse significatur: sæpe multi piorum ore quidem tacent, corde verò clamant, gratias Deo, precesve offerentes: Vnde Moysi tacenti dictum est: *Quid ad me clamas?*

Exo. 14. 15

Mundū cōtemnentium, intrinsecus servant spē cælestiū præmiorum.

Cassiodo. Greg. PP. Beda. Rich. Gre. Pap.

Nostri verò, qui lectionem Vulgatæ exposuere, quod dicitur: *Oculi tui columbarum*: de spiritali intelligunt mentis intuitu, quo pia anima ea cōtemnit, quæ videt in præsenti sæculo: quòd verò subiicitur: *Absque eo, quod intrinsecus latet*: ad spem referre videtur, quā eadē anima intrinsecus seruat, cælestium præmiorum. Ità ferè Cassiod. Greg. PP. Beda, Richard. de Sancto Vict. *Oculi sponsæ columbarum, &c.* quia valde honestum est, dicit Grego. Papa, quicquid in exterioribus operatur, quòd simpliciter inter homines conuersatur, qui ea, quæ videt, temporaliter cōcupiscere dedignatur, & si aliquid tamen in hoc mundo placet, post concupiscētias suas ire detestatur: Sed vehementer pulchrius est, honestiusque, quòd cordis desiderium illibatū retinere conatur, quòd æternæ beatitudinis claritatem in mente retinet, recta contemplatur, quòd in his, quæ interius videt, suauiter requiescit, & mundatur.

C

Rich. Vic.

Interna piæ animæ quæ sint.

Videatur Richard. de Sancto Vict. super hunc locū, vbi peregregie, fusiusq; enarrat, quænā sint, quæ intrinsecus latent in pia anima. Per ea quippe studet Deo magis placere, quàm hominib. id quod in illa celebratum hic asserit Iust. Orgelit.

Iust. Org.

Prælati pii quales.

Aponius.

Præter communiorem hunc sensum, duo sunt insuper alii: Alter, quo per Ecclesiæ oculos, illius Doctores, Prophetæ, ac Præsules commendari censentur. Apon. enim per Ecclesiæ oculos illius Prælatos significari existimat, qui exemplo, vel sermone doctrinæ ducatū toti corpori Ecclesiæ prębent in mansuetudine, in simplicitate, in castitate, quos circumspecte viuēdo, nullumve offendiculum ponendo viuentibus columbarum oculis comparatos ait: qui denique exinde gloriosiores sint, quòd quicquid agunt, intrinsecus Deo exhibent, laudē hominum fugiētes, & manem gloriam: atq; adeo bene addi: *Absque eo, quod intrinsecus latet*.

D

Greg. Nys.

Doctores oculi Ecclesiæ.

Oculorum excellētia.

Egregius verò Grego. Nyss. hom. 7. per eosdem oculos antiquos Prophetas intelligit, & eos, qui modo in Ecclesia Prophetarum obtinent locū, & oculorum munia exercent; per quos lucis fit perceptio; quibus & amica, & hostilia agnoscimus; per quos ab alienis nostra secernimus; qui nobis omnium operum magistri sunt, & Doctores, nobiscūque nati, & inseparabiles itineris omnium errorū expertis duces; quorum deniq; situs ipse supra reliquorum sensuum organa præstātiorem in vita nobis visum esse demonstrat. Columbas autem dici istiusmodi oculos ob simplicitatem, & innocentiā, inquit; vel quia, cum spiritualia duntaxat videāt, columbæ, ac Spiritus sancti speciem ab iis, quæ intuentur, immissam habent. Vtrumque demum oculum commendari, vt totus homo, qui oculorum munere fungatur, particeps fiat laudis; tū is, qui extrinsecus appareret, tum, quem mente intelligimus: atque adeo bene addi: *Præter id, quod intus reticetur*: Cum. n. vita bona partim hominū oculis exposita sit, partim occulta, & nullius oratione ex-

E

Virtus interna, & occulta magis perfecta.

A plicabilis; idcirco is, qui quod necdum factum est videt, & in abdita perspicit, testimoniū perhibet personæ illi, quæ laudatur, plus esse id, quod reticeatur, quàm quòd extrinsecus appareat; ac si dicat: Id, quod tacitè in admirationem venit, non cōtinetur in eo, quod hactenus celebratum est. De his ipsis oculis intellecta hæc videntur à Greg. Papa lib. 9. moral. c. 6. vbi ait: Eius oculi, columbarū vocantur: quia magna luce irradiant, quia magnorum signorum miraculis coruscant. At illud de internis miraculum est mirabilius, quod videri non potest, de quo subditur: *Absque eo, quod intrinsecus latet*. Magna quippe gloria est aperti operis; sed lōgè incomparabilis occultæ retributionis.

LITTERA. 1

Greg. PP.

B

Rup. Abb.

Simplicitas Mariæ quā perfecta.

Sensu deniq; altero simplicitas hic celebratur B. Mariæ. Hanc autem Rup. Abb. commendatam inquit ex septem virtutum naturalium insignib. quibus columba prædita est: Vide apud ipsum. In eo verò, quod adiicitur: *Absque eo, quod intrinsecus latet*; internam illius rerum diuinarum, atque cælestium notitiam, & oblectationem ineffabilem celebrari, inquit.

Ex Vers. I. Capilli tui sicut greges caprarum, quę ascenderunt de monte Galaad.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

C

AEqualē ferè vim & in oculis, & in capillis mulierum inesse, ad amantium animos commouendos, quando pulchri isti sint, æque ac illi, haud operę pretium est, vt ex vanis profanorum Poetarum probetur sentētiis; cum ex hoc ipso Cātico, quod à Spiritu S. dictatum nouimus, apertius colligatur: sic quippe inferius in istomet capit. 4. sponsum hoc contestantem videbimus: *a Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meū in vno oculorum tuorū, & in vno crine colli tui.* Hinc igitur est, quòd immediate post oculorū encomiū in hac panegyrico pulchritudinis dilectæ suæ, capillorum illius in vno eodemq; versu subiicit cōmendationem. In qua capillorum commendatione duplicem reperio difficultatem: Primò. n. haud facile est definire, è quanam re similitendo ea sumatur, qua ii celebrantur: Tum, etiamsi id repertum fuerit, difficile est, laudem istam explicare ex vi illius, quæ inuenta sit, similitudinis. Quidam non tā ad greges caprarum, quàm ad pilos illorū gregū: Alii ad greges ipsos comparationem factam, existimant. Ex iis, qui primam sectantur opinionē Legionensis præ ceteris fusius totam vim similitudinis explicare contendit, nescio, an veriùs. Supponit enim feminarum capillos à tribus conditionibus commendari solitos: à copia, à nitore, & à colore, de quo colore ait, quòd sicut in nostris regionibus flauus probatur, ita in Orientalibus niger, & subrufus in pretio habetur; quod probat ex eo, quòd Arabes feminæ istiusmodi colores medicamentis solent inducere.

a Can. 4. 9

D

Legionen.

E

Hoc supposito, maxima, inquit, efficacia hac breui similitudine sponsum sponsæ capillos laudare: nā pro soli natura capræ Galaaditicæ vt plurimū aut nigræ sunt, aut subrufæ: ob pascuorum autem bonitatem, & copiam pingues illæ capræ intelligēdæ sunt fuisse, & ob idipsum prænitentibus pilis, & copiosis: Nec ob pinguedinem duntaxat pilos eæ habent nitentes, sed etiam quia, cum mons ille Galaad resinosis arborib. plenus sit, ad ipsas arbores sese fricantes resinā poliunt cutem. Confirmat

hęc

LITTERA. hæc Legionẽſis ex ſignificatu hebraici verbi גלש galas, quod & pectere ſignificat (vt infra notabo) & polire: vt nimirum illæ dicãtur, ſeſe pectere; qa veteres, & deciduos earum pilos reſina euellebat, nouos, & firmos poliebat, & in decentem ordinẽ redigebat. Hæc Legionenſis perpulchre quidem; ſed nullo fundamento, ſimplicibus nixus cõiectu-ris: ſimplex. n. coniectura eſt, quòd hebrææ feminæ in capillis nigrum, aut ſubruſum colorem probarent, nõ flauum: neque ex Arabibus ad hebręas arguendum eſt: mera etiam coniectura eſt, quod capræ Galaaditicæ nigræ ſint, aut, ſubruſæ; quin potius albas eas dixerim, ſi à pari ratione arguendum eſt: quandoquidem dentes cãdidiſſimi ouiũ gregibus comparantur in ſequenti verſu; ouium B certè candidiſſimarum, quæ aſcenderunt de lauacro: ouium quoque Galaaditicarum, quæ de Iordane aſcendunt. Neque id probandum videtur, q̃ ait de capris ad arbores reſinoſas ſeſe fricantibus, reſinaque cutem polientibus: nam certè, ſi ad reſinam eæ ſeſe perfricaſſent, ipſa reſina, & deciduos, & firmos illarum pilos detraxiſſet, & propiloſis depilatas eas reddidiſſet.

Mihi probabilior altera eorum videtur opinio, qui ad ipſos caprarum greges comparationem aſſerunt factam: nam, præterquam quòd litteræ id magis eſt conſonum, quæ haud habet: *Sicut gregis caprarũ*; ſed, *ſicut greges caprarum*: quemadmodũ & in Græco Septua. *ὡς ἀγέλας τῶν αἰγῶν*. Ex ſimilitu C dine, quæ affertur in ſequẽti verſu id quoque manifeſte deducere licet. Quemadmodum. n. cum dicitur: *Dentes tui, ſicut greges tonſarum*; non ad dentes ouium, ſed ad ipſos eorum greges abſque vlla dubitatione fit dentium ſpõſæ comparatio (vt ibi dicetur) ita & in hoc pariter verſu comparatio capillorum eiuſdem ſponſæ ad greges caprarum facta dicenda eſt; præſertim cum congruẽtiſſima ea ſit, non minus quàm pilorũ; atq; ipſos quoq; pilos includat caprarũ illarũ, ex quibus ij cõſtãt greges.

Porrò congruentias quatuor aſſignare fas eſt ſimilitudinis iſtius ad ſponſæ capillos, ſimulque & quatuor illorum prærogatiuas, ac præſtantiſſimã eorumdem laudem ex præcipuis pulcherrimorũ D capillorum cõditionib. Ex longitudine, ex copia, ex nitore, ac demum ex glorioſiſſimo ornamento, quo feminarum decorant capita. Enimuero, cum ij caprarum greges, qui frequentiſſimi ſunt in Regione Galaaditica paſcuis eorum aptiſſima (vt colligitur ex libro Numer.) montẽ aſcendũt Galaad, in quo paſcũtur, iis, qui de deorſum illos aſpiciũt longiſſimum capillitium vnum repræſentant: quãdoquidem capræ illæ, quæ pinguiſſimæ ſunt ob paſcuorum bonitatem, pilis quoque longis coopertæ gregatim in vnum aſcendunt: Ex earum autem copia, & denſitate, qua aſcendunt arctè cõiunctę, denſitas quoque, & copia commẽdatur capillorũ ſponſæ, qui iis gregibus comparantur: Sicut & ni-E tor eorumdem ex nitore celebratur illorum gregum aſcendentium ad Solis radios: conſtat enim, caprarum pilos nitidos eſſe, earum præſertim, quę pingues ſint, & obeſę, quæve frequentius ad aquarum fontes lauantur, quales profecto Galaaditicę illæ ſunt, quæ & egregia habent paſcua, & magnã aquarum copiam.

Deniq; per hanc ſimilitudinem & inſignis deſignatur ornatus, quo ipſi ſponſæ capilli prolixi, copioſi, ac nitidi eiuſdem ſponſæ caput exornant: nã & capræ illæ aſcendentes ita montẽ exornant Galaad, vt, ſi ipſis deſtituatur mons ille, caluus appareat. Notum eſt, caluitiem ignominiam maximã afferre mulieri, & è veſtigio, gloriam ſummam ei-A dem ex prolixa, ac denſa coma cõciliari: Vnde Paulus ait: a *Vir ſi comam nutriat, ignominia eſt illi; mulier autem ſi comam nutriat gloria eſt illi.* b Et, *Turpe eſt mulier tonderi, & decaluari.* A colore nequaquam laudantur hoc loco ſponſæ capilli; laudabit tamen illos ſponſus & ab hoc quoq; inferius; vbi dicet c *Comę capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus.* Breuis itaque eorum, quæ hic dicuntur, ſenſus hic eſt.

a 1. Cor. 11. 14.

b 1. Co. 11. 6.

c Can. 7. 5

PARAPHRASIS. Capilli tui pulcherrimi quoq; ſunt, eoq; modo tuum exornant caput, de quo aſcendunt; quo & greges Galaaditicarũ caprarũ ſuum exornant mõtem Galaad in quo aſcendentes paſcũtur. Quidni verò exornent, cum nihil in eis deſiderandum ſit, B quod ad capillorum feminæ pulchritudinẽ requiratur; non longitudo, non denſitas, non deniq; & nitor; adeo quippe longi ſunt, vt ſimiles ſint lõgiſſimæ ſeriei gregum piloſarum caprarum, quæ ſimul vnitæ aſcendunt de monte Galaad; Denſiq; pariter iidem ſunt, prout & iidem caprarũ greges, quorum copia magna eſt in monte Galaad. Quòd ſi capræ illæ pingues ob paſcuorum bonitatem, dũ lotæ aſcendunt de monte Galaad, radiis percuſſæ ſolis nitent pilis ſuis ſplendore perpulchro; nõ minus certè & tui nitent capilli; atque adeo congruẽtiſſima ſimilitudine iis caprarum gregibus cõparandos eos cenſeo.

Circa lectionum varietatem: nihil in hac ſentẽ-C tia diſcriminis, eſſe exiſtimo inter lectionem Vulgatæ, & lectionem Hebraicã, ac Septu. Interpretũ. Quamuis Hebraizantes diuerſiſſimam faciant hebraicam lectionem. Eſt ſanè verbũ in textu hebraico שגלשו ſciegaleſu à verbo גלש galas, quod inuſitatum eſt in ſacris litteris, nec vſquã alibi reperitur, præterquam in hoc libro bis, ſemel in præſenti ſnia, & ſemel in c. 6. vbi eadem reperitur: atq; adeo circa eius ſignificatum ita inter ſe diſſentiunt Hebræorum Doctores, vt planè conſtet, ſic in hoc ſuam palam facere ignorantiã, vt & in afferendis ſignificationib. multarum vocum aliarum, quarũ certè notitia ab eis penitus excidit. Quidã. n. exponunt; *Quę mane ſurrexerunt*, alii: *Quę depilata ſunt*, alii, *Quæ perfricata ſunt*. Alii: *Quæ pexa ſunt*, vel, *de-D pexuerunt ſe*, inter arbuſta. ſ. alii: *Quæ glabrum, ſeu caluum reddiderunt. ſ. montem*. Verus ergo ſignificatus à Septuaginta illis Interpretib. eruendus eſt, qui (vt aliàs quoq; notatum eſt) hebræa lingua peritiſſimi erant tunc temporis, qñ nondum amiſerant Iudæi ſuarũ vocũ cognitionẽ. Hi in hoc verſu prædictũ verbũ reddiderunt *ἀπεκαλύφθησαν*, *Reuelata ſunt*; in c. aũt 6 *ἀνεφάνησαν, apparuerũt*. Quo ſignificatu idẽ accepit, & noſter Interpres, non ſolũ in c. 6. vbi vertit: *Quæ apparuerunt*: Sed & in hoc loco, cũ vertit: *Quæ aſcenderunt*: Aſcẽdere. n. de mõte poſuit pro manifeſtari, & apparere de mõte, cũ illũ aſcẽderũt: Quo ſẽſu ẽt inter Hebręos R. Abrahã Aben Ezdra hebraicũ verbũ expoſuit: *Quę pro-E minent*, ſeu, *quæ ſpectantur*, & eminus proſpiciũtur.

Ex Verſ. I. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte, &c.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt, Eccleſia Sancta.

VEteris legis Nazaræos typum extitiſſe eorum Religioſorũ, qb. Eccleſia ſãcta ornatur, & Sanctorum Patrũ cõmuni auctoritate, & nois pariter confirmatur ſignificatione; Neq; .n. aliud Nazaræus ſignificat, q̃ ſegregatũ, aut ſanctificatũ, quia, q Nazaræus fiebat, diſtinctũ quodammodo ſeſe efficie-bat

Nazaræi typus Religioſorum monachorum, & Sacerdotum extiteru

bat

DE ECCLESIA.

batà cõi ceterorũ hoĩum consuetudine,& viuendi ratione,atq. hoc pacto segregatũ speciali cæremonia Deo sese consecrabat,votoq. ad id sese obstringebat. Porrò,si quis attentius Nazaræorũ eorum cæremonias inspiciat,ritusve consideret,quorum Catalogũ in libri Numeri *a* descriptũ videre est,animaduertet,in eo in primis illos sese exhibere solitos segregatos,ac Dño sãctificatos,quòd longam cappillorũ cęsariem gestarẽt:adeo vt,quasi segregatio illa,ipsaq. sanctificatio in capillis iis inesset,si qñ in immunditiã aliquam quispiã eorũ incidisset,illicò & cæsarie quoq. destitueretur,rasus à Sacerdote:&,vt primum capillis destitutus esset,à Nazaræorum excideret ordine; quin & cũ capillorum amissione sæpius amitteret pariter & virtutem,& robur,quod ipsam consequeretur segregationem,atq. sanctificationem,vt ex libro Iudicum colligere est,vbi apertè hoc Dalilæ protestatus est Sampson,dicens: *b Ferrum nũquã ascẽdit super caput meum,quia Nazaræus,id est consecratus Deo sum de vtero matris meæ;si rasum fuerit caput meum,recedet a me fortitudo mea, & deficiam, eroque,sicut ceteri hominum*:ac si dicat:Abscissa cæsarie,cum capillis abscedet & sanctificatio, & robur,quo in sanctificatione polleo:deficiam ab ordine Nazaræorũ,& ero sicut ceteri hoĩum, haud amplius segregatus ab illis: Quæ oĩa subsequens postmodũ cõprobauit euentus.Huius rei perscrutans rationem,quare Nazaræis tanta cura capillorum cæsaries custodienda tunc esset, eã mihi persuadeo esse potissimã, ꝙ capilli essent perfectissimus typus Religionis,perfectissimũ & hieroglyphicum bonorũ Religiosorũ,quales per antiquos illos repræsentabantur Nazaræos,Enimuerò tota Religionis essentia in duob.potissimum consistit; in oĩmoda mortificatione, & iugi adhæsione ad Christum; quæ duo ex capillorũ natura peregregie colligũtur,ac designantur. Capilli siquidẽ ita à capite oriuntur,vt ipsi inhæreant capiti:& licet dum capiti inhærẽt,augmentũ à capite sumant, crescantq; semper magis ac magis;nullã tamen in se habent vitã,quę propria ipsorum sit;nullumve sensũ,siue moueãtur,siue secentur:nihil percipiũt voluptatis,nihilve molestię,quod mortuorum est.

a Num 6.2
In capillis pcipua Nazaræorũ cæremonia,et quare.
b Iudi.16.17.
Capilli sũt hieroglyphicum religiosorum.
Religionis essentia i qbus sita sit.

Atqui,tametsi fideles oẽs,quotquot intra Ecclesiã sunt,Christo inhæreant,vt mẽbra capiti;Religiosi tamen præ reliquis proximius eidẽ inhærere dicendi sunt æq;,ac cæsaries capiti; quod ex triplici argumento deducere licet. Primo, quia ipsi sunt,qui præ ceteris Christum sequuntur per obseruantiã nedũ præceptorum,sed & consiliorũ,abnegantes semetipsos, propriæq. voluntati renunciantes:ad Christi,siue eorũ,qui illius vices gerũt Prælatorũ nutum, ac voluntatem sese mouentes, seu potius sese moueri sinentes,non secus,atq; capilli,qui motũ capitis iugiter consequũtur, quive ad capitis motum, ac nutum quẽlibet simul cum capite mouentur,cui inhærent.Qua certè ex re ingens consolatio nobis prouenit,qui religiosã profitemur vitam:quãdoquidẽ ex hac capillorũ conditione arguimus,nobiscum pariter id ipsum fieri,qñ inhærentes Christo, illius obtẽperamus voluntati:vt.s.quãdocunq; obediẽtiæ aliquod opus perficimus,nõ tm̃ illius nutui pareamus;sed & comitẽ illum in illo ipso opere habeamus,& impulsorem.Hinc est,quod qñ Dominus formam nobis præscripsit,qua istiusmodi profiteremur vitã Religiosam,iubens, *c* vt abnegaremus nosmetipsos subintulit:vt simul quoq; ipsũ sequeremur,vtpote præcedentem,ac comitantẽ nos in motu quolibet,& in quacunq. operatione, prout legimus in eo,ꝙ in deserto suã exhibens præsentiam in colũna nubis,& ignis,ad columnę motũ populũ Israel ad cõmigrandum impellebat: & cũ populus eius nutui obtemperans iter arriperet,ipse comitem se illi in eo exhibebat itinere,præcedebatq; illũ. Secundum argumentum,ꝙ religiosi præ ceteris fide lib.Christo inhærentes sint, vt capilli capiti,inde desumitur,quod præ cæteris à Christo dependẽt in oĩbus,quæ possident,abiectisq; vniuersis solicitudinib.sæculi,à Christo id totum expectent,atq. suscipiant,quod ad victum sibi necessariũ sit,tum corporalem,tum spiritualẽ.Tertiò deniq; idipsũ exinde colligitur, ꝙ cum Religiosus quispiam à Religionis statu discedit,ęq. vocatur Apostata,ac qui discedit à fide Christi: & qui à suo desciscit capite,à Christo:nimirum euulsus,cui intime inhærebat,Congruitq. istiusmodi eorum euulsioni, qđ ĩ capillorũ cõtingit euulsione à capite,cui inhęrent.Nam quemadmodum cum euelluntur capilli,etsi ii nihil doloris sentiant,maximus tamẽ affertur dolor & corpori,& capiti,in quo radicati illi erant.Ita,quamuis religiosus,qui apostasia euellitur & à Religiõe,& à Christo,nil mali,nilve doloris sentire sibi videatur,vtpote redditus insensibilis per peccatum;ingentẽ tamen infert dolorem & toti Ecclesiæ,& Christo;eo modo, quo doloris cõpos dici is potest.

Religiosi Xp̃o inhærentes sẽp sunt æquè, ac capilli inhærẽtes capiti.
Simile.
Religiosi dũ obedientiã exhibẽt,sẽper Christũ comitẽ, & impulsorẽ habent.
c Luc.9.23
Religiosus Apostatæ euulsus est à Christo.
Simile.

Porrò,quòd nõ ob id solũ per capillos rectè designentur religiosi,quia peculiari ratione Christo inhærent Ecclesiæ capiti:verum ẽt,quia instar capillorum mortui sunt,ex eo fit cõspicuum, quòd, dum quis Deo sese in religione deuouet, in terrã quasi cadauer prostratus,mortuum sese repræsentat:cõmunisq. est Sanctorum sñia,religiosum minime censendum,qui ita insensibilẽ,ac mortuum se se non exhibeat mundo,ac carni, vt ei cõpetat, quod ab Aposto.dicitur; *d Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in gloria*: si quid .n.vitæ is habet,in Christo absconditam habet capite suo:cui viuere Christus est, & mori lucrum: Non secus,atq. capillis haud aliud viuere est,quã esse in capite,& lucrum ingens est, aliam non habere vitam,quàm vitã capitis,in quo radicati sũt, & à quo augmentum omne desumunt.

Religiosus debet esse instar mortui
d Col.3.3

Cum igitur tam arcta inhæsione Christo cõiuncti sint religiosi,quã arcta capilli cõiuncti sunt capiti:cumq. tantam iidem cum capillis habeant cõgruentiã,egregiè sub capillorum metaphora illos hoc loco cõmendat ipsemet Christus, qui & caput,& sponsus est Ecclesię,cuius laudes aggressus est promere.Et iure optimo post laudes contẽplatiuorum,laudes religiosorum subiicit: quãdoquidem tantam inter se habent connexionem cõtemplatiui,atque religiosi,vt haud verus religiosus cẽseri quis debeat,qui contemplatiuis,habitu saltẽ non sit,& desiderio:nec vllus contemplationi melius addicatur,quàm,qui religiosus sit bonus.Laudat autem primo illos ex longitudine,secundò ex dẽsitate,ac tertiò ex nitore,quæ sunt tres pulchrorum capillorum conditiones.

Religiosi, q connexionẽ habeant cũ contemplatiuis.

Neq.verò mediocris in religioso censenda est laus lõgitudinis:nil quippe aliud est,lõgũ esse,seu in lõgũ extẽdi religiosum,q̃ humillimũ illum se exhibere:& istiusmodi longitudinem,de qua mõ est sermo,haud in alio sitam esse,crediderim,q̃ in summa humilitate.Queadmodũ .n.& capilli tunc longiores dicuntur, cũ magis ad terrã appropinquant è capite demissi,cui inhęrent.Ita & religiosi tunc magis ob longitudinẽ sunt spectabiles, cũ arctius Christo inhærentes,profundius p humilitatem ad ima se deiiciunt,vilissimos se existimantes,

Religiosi lõgi dici possunt instar pulchrorũ capillorum cum humillimi sunt.

DE ECCLESIA.

tes, & indignos, qui Deo adstēt, quosve Deus aspiciat. Ac sicut fœminarum capilli, quò magis terrã versus protēsi, sunt lõgiores, eò magis caput exornant, ac circa illud voluuntur, arctiusve ipsum cõstringunt, qñ artificiosa manu ab imis ad superiora reflectuntur. Eodem modo & religiosi, qui verè Christo inhærent, ab eo in oĩb. pendentes, crescentesq; in gratia, miserrimos se reputãt, quò humilius se se deprimunt, semetipsos considerantes, viresq; proprias expē dentes, eò gloriosius Christũ exornant Ecclesiæ caput: dum attenta mente diuinas, quas in se cõperiunt, gratias in illũ reflectũt, id oē acceptum ei referentes, quod in se extiterit boni, gloriãve omnem, & honorem oēm in illum conferentes, à quo acceperũt, quicquid in ipsis est honoris, & gloriæ: ac per istiusmodi reflexionẽ arctius capiti isti suo vnitos sese reddunt; non in radice duntaxat fidei, & charitatis, sed, & in singulis suis partib. singulis virtutum actib. singulisve operibus suis illi inhærentes, constinguntque illũ, ne ab ipsis elabatur, & instar coronæ gloriæ eum circundant, & cingunt.

Simile.

Præclare autem cœlestis sponsus dum spirituales hos Ecclesiæ capillos ex longitudine laudat, gregibus caprarum eos comparat, *quæ ascenderunt de mõte Galaad*: nam per istam similitudinẽ id contestatũ esse, vult, quod difficile creditur à plerisq;, humilitatis virtutẽ id habere singulare, vt & demissionem, & ascensionẽ simul in se includat vno eodemq; tpis momento; ac propterea, eamdẽ ipsam longitudinem, quã in metaphora capillorũ in demissione sitã ostendi, ascensionẽ quoq; vocandam indicat in similitudine, qua longã gregum seriem dicit caprarũ ascendentiũ de monte, & monte Galaad. Atqui in capillis ipsis longis animaduertere est, quod simul & ascendant, & descendant: ascendunt namq; de capite, cum crescunt de illo, ei inhærentes, descendunt verò, cum pēdent ab humero: simulq; id & in religiosis potissimum cõtingit, quos longos Ecclesiæ capillos diximus, qñ fiunt Deo subditi; ascendunt quippe per gratiarum augmenta, quæ ex eis ex capite exhibentur, cui subiciuntur, crescentesq; in gratia, & sanctitate per huiusmodi ascensum, sibimetipsis magis displicentes deprimũt, humiliãtq; se sēper magis, ac magis quòve magis descendunt, longiq; fiunt per humilitatem, ac sui displicentiam, eò altius ascendũt, quicquid in se est in caput suũ reflectentes, vt dictũ est. Ex verbis Augustini in lib. 14. de Ciuit. Dei. c. 13. hæc cõfirmantur peroptime, quib. ait: est aliquid humilitatis miro mõ, quod sursum faciat cor, & est aliquid elationis, qđ deorsum faciat cor: Hoc quidẽ quasi contrariũ vř, vt elatio sit deorsum, & humilitas sit sursum: Sed pia humilitas facit subditum superiori: nihil est aũt superius Deo, elatio aũt, quæ in vitio est, eo ipso, quo respuit subiectionẽ, cadit ab illo, quo nõ est quidq̃ superius, & ex hoc erit inferius, & fit, quod scriptum est: b *Deiecisti eos dum alleuarentur*: non. n. ait, cũ eleuati fuissent, vt prius extollerentur, & postea deijcerentur sed cum extollerētur, tũc deiecti sunt; ipsum quippe extolli, iam deiici est. Sicut aũt ex hac Augustini sñia id cõprobatur, quod à nobis in explicationẽ verborũ spõsi asseritur: ita & ex ipsa capillorũ metaphora id confirmare licet, quod ait Augustinus, ipsum extolli, iam deijci esse. Nã quemadmodũ capilli si à capite excidant, in terram illicò prolabuntur, nihilq; amplius crescere possunt. Ita & religiosi, & fideles quiq;, dũ per superbiam à Christo recedunt, sibi placentes, seq; ipsos extollentes, quasi qui sine Christo esse aliquid possunt, statim

In humilitate sũt simul & demissio, & ascensio.

Simile.

Augustin.

b Psal 61. 18.

Simile.

A omnis boni non modo expertes redduntur, sed & in pessima, ac miserrima quæque proruunt.

Notandus est autem loquēdi modus, quo vsus est Spiritus sanctus ad explicandam hanc ascensionem, quæ cũ humilitate coniuncta est: nõ. n. dicit: *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderũt mõtem*, vel, *in montem Galaad*, sed, *Quæ ascenderunt de monte Galaad*, nam si dixisset: *Quæ ascenderunt montem*, vel, *in montem Galaad*; videretur fortsitan ascẽsionem adscripsisse capillis, atq; religiosis, quasi ii per semetipsos se eleuarint, & ascenderint super Christum celsissimum Galaad, & mõtem testimonii; quod, si contingat aliquando, extremæ superbiæ ausum id esse, nemo est, qui dubitet: Dicens verò: B *Quæ ascenderunt de monte Galaad*; indicat, religiosos, qui cum humilitate maximè ascẽdunt, ascẽsionem oēm, omneq; augmentũ in gratia, ex Christo habere; atq; de Christo, cui inhærent, ac subiecti sunt, ascēdere, & crescere in sanctitate, & iustitia: Vt aũt intelligeremus, & ipsos pariter quoquo modo huic ascensioni cooperari, capris illos assimilat ascendentib. de monte, quos sub capillorũ commendat metaphora. Enimuero, vt de Christo ascendant, & crescãt in gratia, in id vnũ in primis suum omne collocant studiũ, vt Christo inhæreãt radicatiq; in ipso sint, æq; ac capilli ĩ capite; Haud tamē oĩno instar capillorum in sua se habent ascẽ C sione: quandoquidem capilli crescunt quidem, & ascendunt, dum capiti inhærent, sed nihil ad sui augmentum conferunt, cum insensibiles sint, & vitæ expertes: At religiosi ipsi cooperantur gratiæ, q̃ accipiunt à Christo, cui inhęrent; tametsi etiã vim illam, qua ad sui augmentum cooperantur, ab eodem suscipiant, à quo habent gratiã vniuersã. Idcirco, qui capilli appellati sunt ob id, q̃ præcipuũ est, ob inhęsionem, & radicationẽ in Christo, dicũtur esse & similes capris, q̃, cum vitã in se habeãt, ita ascendunt de monte Galaad, vt ipsæ sint, quæ ascendunt, quãquã eædẽ & vitã, & vim ascendendi quodãmodo ex ipso habeant monte, ex herbis nimirum illis, quas, mons iis exhibet decerpendas, ex pascuis illius montis. Neq. abs re factũ est, D vt, cũ de huiuscemodi ascensione ageretur, ex capris potius sumeretur similitudo, q̃ ex ouibus vel aliis animantib. quorũ ingens copia in monte Galaad pascebat: siquidem capræ inter pecudũ multiplex genus, id peculiarius insitũ à natura habēt, vt, nedũ pedib. ascendant, prout & reliqua pecora cum in mõte pascuntur, verum & toto corpore se se erigant, nitanturq; ad altiora semper ascendere haud rationẽ habentes cibi illius, qui in terra est, sed altiora quæritantes pascua. Idq. & religiosorũ est propriũ, vt ad pfectiora semper nitantur ascendere, totoq; corpore, totis virib. oĩbusq. potentiis ad altiora iugiter se contendant erigere, nec in eo acquiescant, quod Christo inhærent simpliciter, quodve exigua ex illo pascantur gratia; sed ad al- E tiores gratiæ illius inhient gradus: sicq. illi inhæreãt, vt p accessus gratię, quos ex ipso pcipiunt, nõ in modicis duntaxat, sed & in maximis, ac in altissimis eũ imitentur: eoque pacto de illo ascendãt.

DE ECCLESIA.

Humiles sũ exaltati ascendũt, de Xpo ascendunt.

Religiosi quãuis augmẽtũ omne de Christo habeãt; cooperantur tamen & ipsi Christo.

Religiosi cur similes capris.

Porrò haud ex capris simpliciter, sed ex gregib. caprarum desumitur similitudo: neq;. n. dictũ est: *Capilli tui sicut capræ*, sed, *sicut greges caprarũ ascendentium*: vt ex secunda pulchritudinis capillorum conditione, sponsæ capillitium, & ordo cõmendaretur religiosorum, ex capillorum videlicet multitudine, ac dēsitate: ex multitudine religiosorũ, arctissimaq. eorumdẽ charitate, necnõ & ex obediẽtia. Pro quorum intellectione supponendum primò id, quod latè pertractat Abbas Piammo, apud Io.

DE ECCLESIA.

Io. Cassia.

Cænobitarum genus præstantissimum genus monachorum.

Io. Cassianum collatione 18. Cœnobiticum monachorũ, ac religiosorũ genus, quo multi in congregatione pariter cõsistentes, vnius senioris iudicio gubernãtur, præstãtissimũ sẽper extitisse in Ecclesia reliquorũ oĩum generũ monachorũ: præstãtissimũ, inquã, & tẽporis antiquitate, quippe quod à tpe Apostolicæ prædicationis sumpsit exordium, vt colligitur ex libro Actuũ Apostolorũ: & gratia vtpote charitate, & obedientia gloriosissimum.

Religiosi diuersorũ ordinum, & plures, & vnũ quid sunt.

Supponendũ secũdò, in hoc vno cænobitarũ genere multiplices religiosorũ cõtineri ordines, multiplicesve familias, in quib. diuersa sunt instituta, diuersiq; pꝑositi sint pastores: quamquam oẽs ad vnum spectent Ecclesiæ capillitium, vniq; illius capiti inhæreant Christo, tanquam distincti capillorum crines.

His suppositis, patet iã, quã apte locutus sit spõsus, dum spirituales hosce Ecclesiæ capillos haud capris simpliciter, nec vni caprarũ gregi, sed gregib. cõparauit: Per plures quippe greges, plures idicat religiosorum ordines, ex quib. omnib. insigne vnũ Ecclesiæ redundat ornamentũ in Christo eius capite: gregis verò metaphora multitudinẽ indicat religiosorũ, qui in vnoquoq; ordine densa, arctaque vniti sunt charitate: sicut multæ capræ in vno conueniunt grege: Ac sicut multę capræ tũc rectè, & coniunctim in vno grege ascendunt, cũ vnaquæque earũ, oẽsve simul deducenti obsequuntur pastori: Ita & plures religiosi tunc rectà in progressu spirituali, & de mõte perfectionis ascẽdũt, mutua charitate densi; cũ singuli ei parere student, q̃ præest illis in solicitudine. Qui aũt, vt Ecclesiæ capilli, de eius capite Christo ascendunt, & crescũt: iidẽ vt greges caprarũ ascendũt de mõte Galaad, montiũ oĩum, qui in Iudæa sunt, altissimo, pascuisve vberrimis aptissimo, qui & mõs acerui testimonii interpretatur: Quia, dũ in fratrũ cõgregatione perfectioni inuigilant, de sacro diuinarũ scripturarum volumine ascendere student, dantes operã, vt ex illo saluberrima sibi procurent pascua: vtve de eo testimonia carpant Christi, cui inhærent, & perfectionis, ad quã tẽdũt. Etenim, si quid vsquã est, quod & altissimũ sit, & pascuis abundãs, quod vè aceruus testimonii dici queat, ipsum est sacrorum litterarũ volumen, quod de altissimis pertractat mysteriis, & mystica, ac moralia copiosissime exhibet pascua, & testimonia oĩa quasi in aceruo quodã congesta continet mysteriorum Christi, *a* cui iuxta Petri sñiam, *testimoniũ perhibent oẽs Prophetæ.* Quis verò exprimat, q̃ densi, quantave charitate coniuncti, spirituali ascendãt progressu religiosi, qui de diuinis litteris testimonia sibi cõgerunt fidelissima; ita vt cũ Propheta ad Christũ dicant: *b Testimonia tua exquisiui: c In via testimoniorũ tuorum delectatus sum: d Et testimonia tua meditatio mea est?* Siue.n. illa decerpant, quæ de Christo testificantur, vt incarnatus est, vt vitam egit in mũdo, vt virtutũ exempla reliquit, vt miracula operatus est, vt passionib. mortiq; obnoxium se fecit, vt resurrexit, ascendit, &c. ad illius excitantur amorẽ ad imitationẽ eiusdem promouentur, necnon & inuicem in illo cõnectuntur magis ac magis in cõgregatione, in quo simul vniendi sunt perfecte in gloria cælesti: siue scrutentur testimonia mandatorum Dei, perfectissimã ex illis colligunt normam fraternæ charitatis, & regulã totius perfectionis.

Scriptura sacra mõs Galaad, & aceruus testimonii.

a Act. 10. 43.

b Psa. 118. 22.
c 14.
d 24.

Tertia capillorũ sponsæ laus superest explicanda, quæ ex nitore desumitur: vt aũt intelligamus, q̃ cõgrue quoq; & ista religiosis cõpetat, allata ab sponso similitudo nos deducet. Dictũ est in prima expositione, triplicẽ ob causam greges caprarũ, q̃

A ascendunt de monte Galaad, nitorem exhibere: Primò, quia capræ, ex quib. constant ii greges, nitidis circundatæ sunt pilis: Secundò, quia eædẽ ob aquarum copiam frequentius lauantur, vel antequam ascendant, vel ẽt dum ascendunt, in riuis per montẽ illũ defluentib. Ac tertiò, quia ascendẽtes, à solarib. radiis percutiuntur, & educitur quodãmodo nitor, qui alioquin vel parũ, vel ẽt nihil fortitan splenderet. Et quidem q̃q̃ religiosis, ẽt ad litteram, indumentum tribuere possemus ex pilis caprarum; quã doquidẽ & Paulus iis, qui antiquitus religiosam vitã professi sunt, hunc tribuit habitum, dicens: *e Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, &c.* vt ex ipso quoq; habitu sanctitatis quendã de se emittant fulgorem; aptius tamen

B dicetur, si asseramus, religiosos splendorẽ in primis præseferre ob externam viuẽdi rationẽ in monasticis obseruantiis; quib. quasi nitidis pilis circũdati sunt; quasi pilis, inquã: quia ita illis extrinsecus instar habitus, ac pellis cuiusdã amictos se exhibent: vt tamen haud adscititias illas habeant aliũde, quàm à seipsis, ex interna nimirũ animi probitate, atq; (vt ita dicam) religiositate causatas, in intimis propriis seruantes earũ radices; æq; ac pili illi, quib. circundatæ sunt capræ, ex intimis ipsarum progignuntur, radicesq; suas intra illas seruant. Quòd si obseruãtiæ istæ monasticæ nitorem non modicum exhibent, multò certè splẽdidiores redduntur, qui iis circundati sunt religiosi, ex eo,

C quòd frequentius lauentur aquis lacrymarum.

At verò, quia perfectorum religiosorum est id summum studium, vt humilitatem in omnib. profiteantur, hanc præ reliquis edocti virtutẽ à magistro humilitatis, qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde:* atque adeo, quantum in ipsis est, publicum semper deuitare contendũt, splẽdoremque omnem occultare eorum, quæ ab ipsis sanctè fiunt vel in monasticis implendis obseruantiis, vel in castigando proprio corpore, vel in patienter ferendis necessitatibus, & tentationibus, ac angustiis, vel denique in lacrymis profundendis ex contritione, ex amore, & ex desiderio rerũ cœlestium: Idcirco, dum in altum perfectionis a-

D scendunt, singulari prouidentia Sol iustitiæ Deus, quasi quibusdam radiis eos illustrat, occultumq;, ac latentem in eis nitorem manifestum toti efficit populo: Non secus ac Sol, greges caprarum ascendentium percutiẽs, eum qui in caprarum pilis inerat, splendorem educit quodammodo, & intuentium oculis manifestat: quod egregie expressit Propheta in Psalmo, cum diceret: *f Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet: & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem*: Ad hosce enim Religiosos hæc verba haberi, crediderim, ac si dicatur: Cum ascendere contendis grex Sanctorum in operibus sanctis, in obseruantiis, & mortificationibus, &

E ærumnis, in gemitibus, & lacrymis, tuũ ne dimittas humilitatis studium, viam istius ascẽsionis tuæ Domino duntaxat reuelare contende, & spera in eo, quòd non modo accepta ea habebit, quæ à te peraguntur, ac tolerantur, illorumque splẽdorem admirabitur; sed insuper faciet id, quod & te reddat illustriorem, & populo quoque fit maxime ꝓficuum; *Iustitiam* siquidem *tuam*, quã non in interno tãtum ei reuelasti, verum & in externis pariter obseruantiis, quasi splendidissimũ lumen educet, notam eam toti faciens populo: *Et iudicium tuum*, mortificationes, quibus membra tua castigas; tribulationes, quibus ab ipso castigaris; & lacrymas quibus de monte Galaad ascendens lauaris in Iordane,

DE ECCLESIA.

e Hebr. 11. 37.

Religiosi ob regulares obseruantias nitent.

Simile.

Nitorem bonorũ operũ quæ religiosi occultare student propter humilitatẽ, Deus educit.

Simile.

f Psl. 36. 5.

DE ANIMA.

dane, qui interpretatur flumen iudicii, *educet tanquam meridiem*: ita etenim iſta omnia, quæ à te in occulto aguntur in intentione, manifeſta faciet, atque illuſtria, ſicut manifeſta, claraq; ſunt, quę expoſita ſunt ad ſolem, in meridie exiſtentem, vt ve clarus eſt ipſemet Sol, in meridie ſplendens.

Porrò quando hoc diuino ſole irradiati nitorē de ſe emittunt capilli iſti Eccleſiæ ſanctæ, tūc certè gloriam omnem, quę inde eis prouenire poſſet, neutiquā ſibi vſurpant: ſed Deo dant potius, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectū eſt, ipſum Eccleſiæ, caput exornantes Chriſtū: curantq; vt ſic luceat ipſorum lux corā hominibus, vt videant opera eorum, & glorificēt caput ſuum Chriſtum, qui in cælis eſt: hocvè pacto, & quartā pulchrorum capillorum feminæ oſtendunt habere in ſe conditionem.

Ex his ergo omnibus colligimus præſtantiſſimam in verbis hiſce, *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de mōte Galaad*, in religioſos Eccleſiæ capillos cōferri laudē, cuius sūma hęc eſt.

PARAPHRASIS. Religioſi, qui capillorum in te obtinent locum, quia Chriſto capiti tuo inhærent, tum quia illum præ fidelibus ceteris ſequuntur in obſeruatione mandatorum, & conſiliorum ipſius, tū quia in omnibus ab illo depēdent, vtpote qui renuntiauerūt omnibus, quæ poſſidebant, tum quia nullatenus à religioſa viuēdi ratione auelli ſe patiuntur, ne apoſtatæ ab eo cenſeantur. Religioſi, inquam, ac capilli iſti tui ſpiritales id omne in ſe habent pulchritudinis, quod requiritur ad pulchritudinem capillorū feminæ: ſunt quippe longiſſimi per demiſſam humilitatem, è capite, cui inhærent, altiſſimo vſq; ad ima terræ ſe protendentes. Quodve mirabile admodum eſt, vno eodemq; temporis momento, & per humilitatem deſcendunt, & aſcendūt pariter per diuinam gratiam, atq; adeo inſtar capillorum de capite aſcendunt cum creſcunt ex Chriſto, & creſcentes deſcendunt, cū longius protenduntur, & ſunt ſicut greges caprarū aſcendentiū de monte Galaad, quorū longiſſimus ſpectatur ordo, quive aſcenſionem de monte habent, quamquam, & ipſi in hoc ſuo progreſſu, & aſcenſione cooperentur, cum inſtar caprarum toto corporis niſu aſcendere conentur. Neq; verò pulcherrimi ob iſtam duntaxat longitudinis prærogatiuā capilli iſti tui dicuntur, verùm & ob id, quod maximus eſt illorum numerus, denſiſſimaq; ſimul iuncti ſunt charitate ſub Prælatorum obedientia, ideoq; non capris ſimpliciter, aſſimilandi, ſed multis caprarū gregibus: caprarum, inquam, quæ aſcenderunt de mōte Galaad altiſſimo, quòd interpretatur aceruus teſtimonij: Tunc enim denſiores in arcta ſunt charitate, & perfectius ſub obedientia de Chriſto capite creſcunt, cum de lectione voluminis ſacri aſcendunt, quod & altiſſimus mons eſt ob ſublimitatē myſteriorum, quæ in ipſo continentur, & aceruus eſt teſtimonij, cum in ipſo vniuerſa congeſta ſint teſtimonia Domini, ſiue quæ ad Chriſtum ſpectent, ſiue quæ ad Dei ſpectent mandata. Sunt deniq; iiſdem vſquequaq; pulcherimi, quia eximio effulgēt nitore, ſicut enim greges caprarum aſcendentium de monte Galaad nitidi ob id ſunt, quod capræ illæ nitidis circundatæ ſunt pilis, præſertim cum lotæ aſcendunt de dicto monte, vbi à ſolaribus percutiuntur radijs: Ita & ipſi nitorem maximū præſeferunt, & monaſtico habitu, & monaſticis obſeruantijs, in quibus ex interna ipſorum ſanctitate ſe ſe exercentes, quaſi pilis quibuſdam caprarum circundati ſunt: necnon, & frequenti lotione, qua ſe lauant in aquis lacrymarum, & mortificationum

Gre. Nyſſ.

A Neque nitorem iſtum ſuū occultare poſſunt, quandoquidem, cum aſcendunt de monte Galaad, à cæleſti iuſtitiæ Sole diuinis illuſtrantur radiis. Vnde fit, vt & Chriſtum exornent, cui vt Eccleſiæ capiti inhærent, gloriaq; ſint illi, æque ac perpulchrum mulieris capillitium, & caput exornat feminæ, & gloria eidem eſt.

DE ANIMA.

Ex Verſ. I. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

B VVlgata eſt Sanctorum Patrum ſententia, vt, dum in ſacris litteris animę tributi reperiuntur capilli, ſub capillorū metaphora eius deſignentur cogitationes, vtpote quod ex eius mente prodeūt, æque ac capilli ex capite, mentem.n. capitis locum obtinere in anima, nemo eſt, qui dubitet: placetq; mihi ſummopere ſententia iſta, nec congruum vllatenus mihi videtur, vt ab ea diſcedam. Crediderim tamen, primam cæleſtis ſponſi intentionem in hoc capillorū encomio eam extitiſſe, vt poſt commendatam ſub oculorū metaphora piæ animæ fidem illam, quæ virtutum omnium caput eſt, commendet eiuſdem animæ charitatem, id.n. ordinis ſeries expoſcebat. Neq; turbatum quis exiſtimet C ordinem in eò, quòd poſt fidē, laudibus celebret charitatem, quæ primo loco commēdanda videatur, vt eminentior: nam quemadmodum etſi caput in corpore cunctis eminentius ſit membris, atque adeo, & oculis quoq; præferendum, congruenti nihilominus ordine illius encomium poſtponitur encomio oculorum, quia humanum caput oculorum gratia efformatum eſt à natura, vt perpulchre docet Gal. li. 7. de vſu partiū. Ita, quamuis charitas fide præſtantior admodū ſit: in hac tamen panegyrico fidei laus prępoſita eſt laudi ipſius charitatis: quia fides prior eſt, et fundamentū virtutum omniū, atq; etiam charitatis. Quomodo verò, dicet quis, charitatē cōmendari inquis, cū ex vulgata Patrū D ſententia conſtet, ſub capillorū metaphora laudari potius cogitationes? Si capilli cōmendantur, certè non caput commendatur, ſed pars capitis, eaq; vilior: imò in capillis cōmēdatur caput: nihil enim aliud capitis extrinſeco patet aſpectui, (ſi caput proprie ſumatur vt diſtinctum à membris, quæ in illo ſunt) præterquam capillatura, quæ ob id gloria capitis dicitur: Atque adeo, & ſponſa in capite quinto laudans apertè dilecti ſui caput, ex capillis potiſſimum illud cōmendat, dicens. *a Caput eius aurum optimum, comæ capitis eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus*. Sic ergo, dum ſub capillorum metaphora ab ſponſo pię animę cogitationes laudantur, illius certè charitas ab eo commendatur, cuius gloria ipſæ ſunt bonæ, ac ſanctę cogita- E tiones de Deo, ac de cæleſtibus ex ardenti corde prodeuntes, æque ac capilli ex capite. *b De corde enim*, ait Dominus, *cogitationes exeunt*: quas tamen certum ex Philoſophia eſt, prodire ex intellectu, ac mente; quia mens ipſa, & cor eſt, ſicut eſt & caput animæ: neque enim cor, & caput in anima diſtinguuntur in ſacris litteris: quodque caput nuncupatur, propterea quod inſtar capitis eminentius ſit ceteris animæ potentijs, & præſtantiora in corpore exerceat munia, eliciens cogitationes quaſque; idem ipſum cor dicitur, vt ipſas promit cogitationes, quatenus eæ ex amore, cuius ſedes eſt cor, primam habent originem, ab eo-

Sancta cogitationes dū laudantur, laudatur caritas vnde eæ proueniunt.

Simile.

Galen.

a Cant. 5. 11.

b Matt. 15. 19.

Cor, & caput, et mēs in aīa idē ſunt, dum trāslatę ſumuntur.

DE ANIMA.

ab eoque pendent, & vt sint, & vt conseruentur A Vnde factum est, vt cogitationes cordis eas dictas frequentius reperiamus, quàm cogitationes mentis: atq; adeo à nullo alio commendari poterant, preterquam à cælesti hoc sponso, qui scrutatur renes, & corda. Porrò spósus iste, etsi intuitu simplicissimo intima quæq; cordium aspiciat, quoue cor quodlibet teneatur amore, ex cogitationibus tamen è corde prouenientibus vel laudat, vel vituperat vnumquemque.

Cogitationes quomodo à corde potius quã à mẽte prouenire dicantur.

His suppositis: tria pertractãda sunt, vt ista, quæ hic in animam cõfertur capillorum laus, percipiatur. Primò, quàm congrue sanctæ cogitationes sub capillorum metaphora designẽtur. Secundò, quænam laudes in dictas cogitationes cõferantur per allatã similitudinem. E tertiò, quàm præclare charitas sponsę celebrata sit per laudes ipsarum cogitationum. B

Quoad primum: Tres inter capillos, ac sanctas cogitationes reperio congruentias. Neq; enim sat mihi id est, quod ex communi fere consensu dicitur, quia à mente prodeunt, sicut capilli ex capite: sed ad hanc congruẽtiam, quam primam certè, atque potissimam non dubito, addenda est, & similitudo modi, quo & capilli à capite, & cogitationes progignuntur à mente. Enimuero, si Naturales consulantur, inueniemus, capillos à fumis quibusdã calidis, & humidis fieri, qui è capite ascendunt: ideoq; cùm isti deficiunt fumi, caluitium sequatur, necesse est: quinimo, cum calor ipse fumorum ascẽdentium non est debite proportionatus, sed vehementior, quàm esse debeat, tantum abest, vt hi fumi capillos gignãt, quod caluitium potius efficiunt. In hunc sanè modum, & cogitationes à corde prodeunt, & à mente, ex calidis amoris affectibus causatæ. Porrò haud ascenderent è corde ęstuãtes affectus, ni prius in corde æstus esset charitatis, & amor diuinorum, quæ cogitantur. Vnde fit, vt anima, quæ hac destituta est charitate, deficientibus affectibus ijs ardẽtibus, istarum pariter cogitationum destituta sit capillis, iuxta illud Sapientis *a Qui minoratur corde* (ob defectũ. s. charitatis) *cogitat inania*, quę profectò inania nil sunt. Quia verò terreni, ac peccatores vehementissimo quidem amore mundanarũ rerum cor habent succensum, prout Oseas Proph. testatur, cũ ait: *b Omnes adulterantes* (quia. s. alia, præter Deum amant, quem vnũ diligere deberent) *quasi clibanus succensus à coquente*, ii pariter, qui ex talibus amoribus eleuãtur affectus, indebite calidi sunt, idcirco, etsi innumeras habeant cogitationes prauas, & pessimas, caluitiũ tamen in illis esse conuincitur, quod extremæ ignominiæ, & honestis feminis, & pijs est animabus: Quid verò ignominiosius peccato? & de istiusmodi cogitationibus per Salomonẽ dicitur: *c Cogitatio stulti peccatum*. Caluitium verò id dicitur, quia in talibus vniuersæ excidunt cogitationes de Deo: quod pręcitatus significauit Propheta, vbi inquit: *d Non clamauerunt ad me in corde suo* (per sanctas scilicet cogitationes) *sed vlulabant in cubilibus suis, super triticum, & vinum ruminabant* (de illis duntaxat cogitantes) *recesserunt à me*, nullas nimirum mei habentes cogitationes.

Inter sanctas cogitationes atq; capillos spõsæ tres congruentiæ.

Cogitationes sanctæ quò è charitate proueniant.

a Eccl. 16. 23.

b Ose. 7. 4.

c Prou. 12. 5.

d Os. 7. 14.

Secunda inter capillos feminarum, ac sanctas cogitationes cõgruentia ea est, quòd à mente prodeuntes, menti pariter inhęrent, radices suas fixas in corde habentes, æquè ac capilli ita capiti inhærent, vt in illo radicati sint: Neq; enim piæ animæ id contingit, quod impijs solet euenire, de quibus ait Apostolus: *e Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum*: quia innumera vana cogitantes, obscuratum est insipiens cor eorum, nullam solidam inhærentem habentes cogitationem, quę verè mereatur nomen cogitationis. Sed quæ cogitat, firmiter cogitat cælestia, earumque cogitationum radices inhærentes, ac fixas habet in corde. Et hinc est, quòd si quando propter ingruens aliquid à cælestibus illis auerti contingat, aut distrahi, dolorem maximum in corde ipso suo sentit, non secus ac caput carnale dolore afficitur maximo quando ij, qui in ipso radicati sunt, vel violenter trahuntur, vel etiam velluntur capilli.

Cogitationes sanctæ inherẽt mẽti animæ sanctæ, vt capilli inhærent capiti.

e Ro. 1. 21.

Simile.

Tertiò demum in tenuitate, & subtilitate cum capillis eædem conueniunt cogitationes: nã capillo quidem vix quidquã subtilius, ac cogitationes sanctæ multò sunt subtiliores: atq; adeò facillimo negotio à quocunq; vel minimo accidente intercidunt, æque ac capilli à quacunq; vi. Porrò, quemadmodũ in capillis contingit, vt, tametsi tenuissimi sunt, quando omnes simul constricti sunt, difficillime rumpantur, adeo vt necessarium sit ferrũ acutum, quo resecentur, ac tondeantur. Ita, etsi vnaquæq; sancta cogitatio per se facile interrumpi queat, quando tamen plures istiusmodi cogitationes per continuatum habitum simul constrictæ quodãmodo sunt, tũc, ni vehementissimus adsit actus in cõtrarium, interrumpi haudquaquam possunt: Quod si omnes secari contingat, dedecus profectò non modicum menti illi infertur, prout, & capiti mulieris, quando eius tondentur capilli: idcirco crediderim, capillis potissimum feminarum cogitationes illas hoc loco esse assimilatas, vt solerti custodia à pijs animabus seruentur. C

Cogitationes sãctę subtiles, et delicatæ, et quo fortes sint.

Quoad secundum: Per similitudinem gregũ caprarum ascendentiũ de monte Galaad, triplici ex capite eædem piæ animæ commendantur cogitationes ex triplici conditione pulchrorum capillorum: ex lõgitudine, ex ordine, quo cum innumeri ferè sint, in vnũ tamen iuncti simul extenduntur, atque ex nitore.

Longitudo certè talis celebratur in sanctis hisce cogitationibus, qualis in longa spectatur, serie caprarum, ascendentium de monte Galaad. Nam quemadmodum series illa lõga est, quia capræ de imo montis illius ascendunt in altum, vnde & pastum decerpunt: Ita & eæ cogitationes longissimę exinde sunt, quòd de mente, seu corde ascendunt, in quo Christus viuit, atq; adeo de ipso ascendunt, Christo, qui est & mons altissimus, & mõs Galaad, quod aceruus testimonij interpretatur, quia in ipso vniuersa coaceruata sunt testimonia. Quando igitur mens piæ animæ imam huius montis partẽ, illius humanitatem meditari incipit, tũc ex istiusmodi meditatione, veluti capilli ex capite, sanctæ insurgunt cogitationes: Cum è meditatione humanitatis, seu de ipsa humanitate Christi altius cogitationes illæ ad illius eleuantur diuinitatem, & ad thronum gloriæ Dei, atq; ad cælestia, tunc instar caprarum, & ipsæ ascendunt de mõte, id est de imo montis Galaad ad verticem eiusdem montis. Ac veluti capræ illæ, iuxta caprarum naturã ascendentes, ex altioribus mõtis illius locis pastum decerpunt: Ita & ipsæ sic ascendentes, ac se in altum simul, ac in longũ extendentes, è cælestibus ac diuinis pascuis gustus decerpunt, quibus, & conseruantur, & crescunt. D E

Cogitationes sanctæ quo sint longa instar pulchrorũ capillorum feminæ.

Simile.

Simile.

Porrò quemadmodum longitudo in capris illis minime cerneretur, ni eæ plures essent, & in magno numero, quæ recto tamen ordine simul vnitæ ascenderent, ita vt ex multitudine maxima vnã efficerent seriem, eamque longissimam: idcircò significanter dictum est: *Sicut greges caprarum, quæ ascen-*

Cogitationes sanctas pia aïa habet complures, easque ordinatissimas.

DE B. MARIA

ascenderunt, & c. ex plurium gregum commemoratione, & numerus magnus designaretur, & ordo, ac densitas, quibus capræ in gregibus vnitæ simul ascendunt. Eadem ratione, & in cogitationibus piæ animæ lõgitudo pariter inest exinde, quia plures insigni ordine de corde ascendunt, quę etsi plures numero sint, gregatim tamen ad superiora cõscendunt vnitæ simul ac densæ, ad vnum Deũ ordinatæ, eiusdemq; Dei charitate dispositæ. Neque vero dubitandum secundam istam pulchrorũ capillorum conditionem multitudinis, atq; ordinis sanctas quoq; has cogitationes habere: Enimuero, si prout experimento comprobamus, auarus innumeris detinetur cogitationibus, machinans iugiter, quo pacto noua adinueniat lucra, idemque & ambitiosis euenit, & carnalibus, excogitantibus: his quidem, quomodo in voluptatũ cœno se oblectent, illis vero, quomodo sublimiores assequi possint honores, & gradus: haud sanè id ipsũ piç denegandũ est menti, vt complures, & innumeras ex se ascendẽtes habeat cogitationes sanctas, ex quibus capillaturæ est ornamentũ: quinimò tanto hç censendæ sunt plures, quantò Deus, ad quem vnũ eæ ascendunt, & referuntur, immensus est, & infinitus, de eius scilicet bonitate, de eius potentia, de misericordia, de iustitia, de maiestate, de gloria, ac ceteris eius attributis: Vnde in lib. Prouer. apte per Salomonem dictum est: *a Multa cogitationes in corde viri*. Ordo autem est in hisce duntaxat cogitationibus: quandoquidem eæ solæ ad rationis regulam dispositæ sunt, ab intellectu ipso directę, æque ac pastore greges caprarum: cum è vestigio reliquæ mundanorum cogitationes sint confusæ, & absq; directore, iuxta id, ꝙ in lib. Sapientię legimus: *b Spiritus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu*.

a Prou. 16. 21.

Cogitationes impiorũ confusæ.

b Sap. 1. 5

Commendantur deniq; tertiò istę cogitationes animæ sanctæ ex nitore, quo planè, & ipsę ascẽdentes (vt dictum est) instar caprarum ascendentium de mõte Galaad, effulgent, nitor autem ex iis emicat, tum ob eximiam, quæ ipsis inest puritatem, dũ è mundo corde ascendunt, nil terreni, aut tenebrosi admixtum habentes: tum ob id, quòd instar caprarum Galaaditicarum, quę lauantur in riuis Iordanis, ꝙ interpretatur fluuius iudicij, & ipsæ quasi aquis quibusdam abluuntur, dum iudicio purificantur, ne quid eis adhæreat turpitudinis, & maculæ, vnde & iudiciorum nomen sortiũtur in lib. Prouer. *c Cogitationes iustorum, iudicia*. Tum demum ob id, quòd, dum cælum versus ascendunt, cælestibus ac diuinis illustrantur radijs, ęque ac ea præ illæ radijs solaribus: Vnde vt, illarũ splendor frequenter etiã extrinsecus emicet in facie, atq; in operationibus externis coram oculis hominum.

Cogitationes animæ sanctæ, quò splendeãt.

c Prou. 12. 5.

Quoad tertiũ; Nihil iam superest, vt in eo probando detineat, ꝙ in hac capillorũ, seu cogitationum commendatione laudetur charitas spõsę: ex dictis. n. patet, tam lõgitudinem, quàm ordinem, copiamq; ac nitorem earum cogitationum in charitate illa niti, qua cor piæ animæ erga Deum affectum est dilectũ suum, quave viuit in Christo, de quo dictæ cogitationes ascendunt cælũ versus longissimo tractu, insigniq; ordine, & nitore eximio.

Breuis itaque eorum, quę in his modicis verbis (*Capilli tui sicut greges caprarũ, &c.*) dicuntur, sensus huiusmodi est.

PARAPHRASIS.

Tres Patr. Cassiodo.

Sicut fides tua, qua, veluti oculis quibusdam diuina contemplaris, eximia est: ita & charitas item tua, qua tuum flagrat cor, est præstantissima, Ecce etenim cogitationes ipsæ tuæ, quæ à tua prodeunt mente, æque ac capilli à capite, ex ardentibus affe-

Michaelis Ghislerij.

A ctibus productæ, sicut capilli è fumis calidi ascendentibus è capite, ardentem in corde suo arguunt charitatis æstum: pręsertim cũ, nedum inhæreant, sed & infixæ, & radicatæ sint in corde, non secus ac capilli in capite, quibus, & in tenuitate quoque, ac subtilitate similes esse cõperiuntur: quandoquidem vel minima re intercidunt, ni constringantur per continuatum habitum, in ipsa charitate nitentem: ipsæ, inquam, cogitationes tuæ, ipsi capilli tui spirituales ex eo, quòd instar caprarum ascendentium de imo montis Galaad ad verticem illius, in longum adeo extensæ sunt, vt de Christi humanitate cælum versus ad diuinitatem ascendant, indeq; spiritalium gustuũ pascua decerpant, & ex eo, quòd gregatim, instar plurium gregum item caprarum pręclarissimo ordine, quamuis plures sint, simul vnitæ ad vnum Deũ ascendunt, charitate illas disponente, ac simul constringente: Atque etiam ex eo quod illustri nitore fulgent, purissimæ absq; vlla terrenarum rerum admixtione, vero iudicio examinatæ, cælestibusve radijs illustratæ, insignem ipsius charitatis decorem in tuo arguunt corde.

DE B. MARIA

Beda. Richar.

B

Ex Vers. I. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.

C

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

PErpendenti mihi tractatum illũ, quem in prima *d* Epistola ad Corinthios egit Apostolus de capillis ex hominum capite enascentibus, duo occurrerunt, quæ non exiguum ingessere difficultatis. Primum ratio, quam affert, discriminis, quare mulier velatam habere debeat capillaturã, vir autem non item, *e quia viri caput est Christus, mulieris verò caput est vir*: Alterum, quo pacto ea sibi inuicem conueniant, quę ibi dicuntur: *f* capillos pro velamine mulieri datos à natura, & mulierem debere habere velatum caput, atque capillos: sic enim dicitur: *g Omnis mulier orans, aut prophetãs non velato capite, deturpat caput suum, vnum enim est, ac si decaluetur: Nam, si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri, tonderi, aut decaluari, velet caput suum*. Porrò, si capilli pro velamine mulieri dati à natura sunt, ad quid alio velamine caput suum operire debet? num vt velamen velet velamine?

d 1. Cor. 11.

Explicatur locus Apostoli de capillis mulierum velandis.

e 1. Cor. 11 3.

D

f 1. Cor. 11 15.

g 1. Cor. 11. 5.

Communis certè Sãctorum Patrum consensus definit, Paulum per velaminis metaphoram designatam velle subiectionẽ, atq; adeo asserere, haud necesse esse, vt vir velatum habeat caput, quia soli Christo subiectus ille est vero capiti suo: Mulierẽ è vestigio, quia pro capite virum habet, vt hãc ad illum testatam faciat subiectionem, operępretium esse, vt velum supra caput suum habeat: nec super caput dũtaxat, sed & super capillos, in quibus gloria est ipsius mulieris, quia gloria mulieris gloria est viri eius.

Velamẽ in capite significat subiectionem.

E

Si quid autem ad communem istum Sanctorum Patrum consensum addere liceat, crediderim, Apostolum in his non ad corporeos solummodo capillos respexisse, sed, & ad capillos spiritales cuiuscunque animæ, quos ex fere communi Patrum sententia cogitationes, esse dixi supra in expositione tertia: atque adeo cum dixit, & capillos pro velamine datos mulieri, & insuper mulierem velamine capillos ipsos operire debere, de mulieribus ijs verba facere, quæ

Mulieris cõiugatæ cogitationes tota circa domum, ac virũ suum.

APPENDIX. viros habẽt, & cuius vniuscuiusq; caput sit vir, A nimirum designet, istiusmodi mulieres habere cogitationes de viris suis, æque ac in corpore habent capillos prodeũtes à capite: cogitationes verò istas suas, ita viris suis inhærentes habere, vt circa illos voluãtur, illosve circũdent, instar velaminis, quod capiti superponitur, capiti inhæret, & circa caput voluitur, illudve circundat. Addit autem, illud capillorum spiritualium velamen, istas cogitationes extrinsecus insuper alio operiendas velamine, etiã cũ oratur, aut prophetatur ab ijs mulieribus, vt velamine illo protestentur subiectionem viris ipsis suis, ob quã nec eo tempore, quo orationi vacant, aut prophetiæ, suas in altum eleuare queant cogitationes, quas sub velamine compressas habent, capiti, viroq; suo inhærentes, cui immediatę sunt subiectę. Quæ omnia fundantur in alia eiusdem Apostoli sententia: *a Mulier nupta cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro*. Porrò ea, quæ *Virgo est*, Deoq; sponsata, cum Christum pro capite habeat, iuxta eiusdem Apostoli dictum, *cogitat, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo*, ideoq; velat quidem capillis cogitationum suarũ Christum ipsum easve illi inhærentes, ac instar veli circumuolutas retinet. At neutiquam ei operæpretiũ est, vt capillos istos suos alio velet, compressosq; teneat, velamine: quia caput suum Christus est Deus, & in altis habitat cælorum: quin ob id ipsum, quòd illi immediate subiecta est, suas iugiter ad eum eleuat, illiq; reuelat cogitationes, quibus se eius subditam profitetur, ac sponsam. Id verò si de virgine aliqua dicẽdum sit, de ea profectò verissime dicitur, quæ Virgo virginum, & Regina est virginum omniũ Beata Maria.

a 1. Cor. 7. 34.

Virginis cogitationes, quo ad Christũ elevata, & de Christo sola sunt.

Ideò in isto virtutũ, ac singularium prærogatiuarũ eius encomio, quod præmanibus habemus, dum in hac sententia sub metaphora capillorum cogitationes ipsius celebrantur, dicitur; *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad*, seu iuxta versionẽ Septuag. *Quæ reuelata sunt*, &c. quibus in verbis ex allata similitudine ob id potissimum eæ celebrantur, quòd, etsi instar gregum caprarũ simul vnitæ, ordine dispositæ, Christum operiant caput suum, æque ac capillatura caput, & greges illi montem Galaad, haud tamen velo aliquo cõpressę operiuntur: sed de Christo monte Galaad, & aceruo testimoniorum omnium, quę ad Deum spectãt, de eius scilicet imo, & humanitate, quæ ex ipsamet Virgine, prodijt, ascendunt vsque ad thronum gloriæ magni Dei, illiq; suum reuelant nitorem: suntq; idcirco instar gregum caprarum, quæ longissima serie de imo montis Galaad ascendunt vsque ad sublimiora illius, quæve de eodem monte reuelatæ sunt, quando ascendũt. Multa, q̃ de his sanctis cogitationibus dicenda forent, videri possunt in pcedẽti expositione tertia.

Maria cogitationes erga Christũ quo se habuerint.

Vnum superest hic notandum, haud repugnare ijs, quæ dicta sunt quoad sensum Apostoli, antiquissimum Ecclesię ritum, quo sanctas Virgines sa E cro velamine Deo consecrare solet; siquidẽ ritus iste se habet, vt prius, quæ sacranda est virgo, tondeatur, quo significatur, illã promoueri in dignitatem virilem, vtpote cuius caput immediate est Christus, vnico verò actu perfectissimo voti, ac subiectionis vniuersas totius vitæ suæ cogitationes eidem Christo, non tam vt homini, q̃ vt Deo in capillorum detonsione cælũ versus emittere. Veruntamen, vt subiectioné suam, qua Christo subiectæ sunt vt sponso suo, extrinsecus quoq; significent, ipso postmodũ consecrantur velamine. Vnde Apostolus loco supra citato subijcit: *b Debet mulier* velamen, seu *potestatem* (vt habent meliores Codices, & textus Græcus) *habere super caput*, & addit, *propter Angelos*, vt scilicet, & cęlestibus spiritibus, & sacerdotibus, quos Angelos dicit Malachias Propheta, *c* signo illo velaminis prædictã suam notam faciat subiectionem, quam Christo sponso suo profitetur, & exhibet.

Virgines cur Deo cõsecrẽtur sacro velamine.

b 1. Cor. 11. 10.

c Malach. 2. 7.

Ex Vers. I. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et etiam reliqui filij cõgregationis tuæ, & populus terræ sunt iusti, B sicut filij Iacob, qui collegerunt lapides, & fecerũt aceruum in monte Galaad.

Tres sunt istius encomij capillorũ sensus. Quidam enim per capillos Ecclesiæ perfectiores quosque intelligunt, qui Christo eius capiti proxime inhærent. Vniuersam fidelium plebem, qua idem caput ornatur per eosdem intelligunt alij. Ac demum complures per animæ capillos illius cogitationes commendatas volunt. In singulorum autem istorum sensuum explicatione discrepant illi ipsi plerumq; qui eundem sequuntur.

Nam, cũ primi sensus assertores sint Greg. Nyss. Ambr. Paul. Euch. Iustus Orgel. atq; Ansel. Greg. Nyss. hom. sept. ex eo, quod capilli insensibiles sũt, C vitaque carent, sub eadem metaphora illos asserit commẽdari, qui verè mortificati sunt, ac in primis religiosos, qui in cõmuni viuentes, quasi mortuos se exhibent, Eliæ similes, qui huiusce vitę insignia exempla præbuit in monte Galaad longo tempore conuersatus, forma squallidus, capillis hirsutus, & pro veste molli pelle caprę tectus. Non accomodat autem Nyssenus similitudinem allatam: sed tantũ ait, illud per eam extolli, quòd qui ad tam insigne vitę genus ascenderunt, è Gentibus fuere, quas indicat montis Galaad commemoratio: Neq; enim dicitur de monte Sion, inquit, sed, *De monte Galaad*, qui ad exteras gentes pertinebat.

Gre. Nyss.

Perfecti, & sancti sunt cappilli Ecclesię.

Religiosi cõmendati sub capillorum metaphora.

Ambr. ser. 16. in Psal. 118. vers. 3. legẽs: *Capillum tuũ, vt grex tonsarum, quæ reuelata sunt à monte Ga-* D *laad:* Ne vilia, dicit, tibi videantur ista animalia. Vides q̃ in altis grex iste pascitur, audisti in montem. Itaq; vbi alij pręcipitia, ibi capris nullum periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. Spectantur à pastoribus suis, dumosa de rupe pendentes, vbi luporũ incursus esse non possunt; ibi fœcundę arbores fructum integrum subministrant. Cernere licet vberi lacte distentas super teneram sobolem materna pietate solicitas: ideo elegit eas Spiritus, quibus cœtũ venerabilis Ecclesiæ cõpararet. Et, vt mystice audias, capillamentũ Verbi est altitudo, & eminẽtia quædam iustarum animarũ, quoniam sensus sapientis in capite eius. In altitudine. n. cogitationis huma- E næ certum est esse sapientiam. Et quemadmodum tondẽtur capræ, vt superflua deponant: Ita etiam tonsarum animarum gregem, hoc est, multarum animarum virtutes habet sancta Ecclesia, in quo grege nihil possis insẽsibile reperire, nihil superfluum, quoniam fides sapientes fecit, spiritalis autem gratia omni superfluorũ labe mundauit. Meritò igitur reuelatæ sunt animæ iustorum, & reuelatæ à monte Galaad, hoc est à transmigratione testimonii, eò quod à synagoga ad Ecclesiam testimonium cæleste migrauit. In hoc itaque monte nascitur thymiama, resina, & ceteri odores. Hos odores habet Ecclesia, quos mercatores ex gentibus

Ambr.

Caprarum prerogatiua descripta.

Sapientia designata p capillamentum.

Insensibile nihil, & nihil superfluũ in sanctis Ecclesia.

APPENDIX.

bus congregati fide, & deuotione vexerũt. Itaque A sicut capræ bonis refectæ cibis, & solis calore vernantes lauantur in flumine, & exultantes mũdę surgunt de flumine: Ita animæ iustorum ascendũt ab spiritali lauacro. Hæc fusius ex Ambrosio, quæ, si attente perpendantur, multã suggerent materię.

Paulinus. Paulinus Epist. 4. ad Seuerũ, propter hos Ecclesię capillos, Sanctos nimirum, dictum id censet de Christi capite. *a Caput eius aurum pa[illegible]*, id est, *purissimũ*. Hoc. n. aurũ, inquit, forma Sanctorũ est, qui in capite corporis, vt lumina micant, & sunt aurũ ignitum Deo, per passionum examina conflati. Notat autem, in allata similitudine illorum potissimũ animaliũ nomine, Christi greges designatos, quorum maximus vsus in lacte est, circa quod multa dici possunt.

a Cant. 5. Sancti qui que capris assimilantur, quia illorũ potissimũ vsus in lacte est.

Eucherius. Eucherius libro de spiritualibus formulis cap. 5. Capræ, inquit iustos significant ex Gentibus venientes, vt in Cant. *Capillatura tua sicut grex caprarum*, &c. Quemadmodum autem capræ præcipuè in alto pastu quærunt, sic & Sancti baptismo mundi, ac pœnitentia, in supernis pastum desiderant: Vnde Apostolus: *b Nostra conuersatio in cælis est.*

Iusti similes capris, quia è supernis pastũ operant. *b Philip. 3.*

Iustus Orgel. Iustus verò Orgel. Sanctos ex circuncisione commendatos putat, quibus ornata est primitiua Ecclesia, vt mulier capillis, quorũ erat cor vnum, & anima vna, & quorum profectus processit de testimonio Sacrarum Scripturarum; Galaad quippe interpretatur aceruus testimonij.

Greg. Pap. Ad hunc quoq; sensum referri possunt, quæ afferuntur, & à Greg. Pap. & à Phil. Carp. tametsi ad C sequentem sensum spectare videantur, dũ per capillos plebem intelligunt fidelium: sic quippe hęc exponit Greg. PP. Capilli sponsę sicut grex caprarum esse dicuntur, quia populi Ecclesię, dum pręcepta legis ruminantes, cælestia fide contemplantur, munda sunt animalia, & in alto pascuntur. Galaad autem aceruus testimonij interpretatur, Martyresq; significat, qui dum fidem Christi inseparabiliter tenuerunt, testimonium veritatis etiam per mortem suam perhibuere. Grex itaque caprarum de monte Galaad ascendit: quia populus Ecclesiæ eò magis fide se ad æterna suspẽdit, quò fortius Sanctos martyres eidem fidei testimoniũ perhibuisse sciunt.

Plebs fideliũ ob martyrũ testimoniũ, & vt capilli Christũ ornat, & in altis se pascit.

Phil. Car. Philo Carp. addit, & Apostolos, & D Prophetas significatos per Galaad, & aceruum testimonij, qui verbis, ac rebus Christo fidelissime testificati sunt.

Plebs fidelium Ecclesia capilli. Porrò secundum sensum, quo plebs fidelium capillorum metaphora designatur, ita explicat Cassiodorus, quem sequitur Beda: hos quippe capillos benè capris assimilari ait, per quas designantur peccatores: quandoquidem omnis Ecclesia veraciter confitetur, se peccato carere non posse, quia in multis offendimus omnes. Per montem Galaad Christum intelligit aceruum testimonij: Quo minus enim facile fragiliores Ecclesię plebes se à culpa immunes esse deprehendunt, eò altius, ait, auxilium quærunt eius, à quo se esse liberãdos intelligunt.

Cassiodo. Beda.

Peccatorũ plebs Christus ornatur, æquè ac caput capillis.

Theodor. Plebem pęnitẽtium per allatam similitudinem designatam vult Theodoritus, dicens: De monte Galaad Ieremias ait: *c Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est illic?* Et animaduertendum est, ne forte per caprarum gregem intelligantur ij, qui ex peccato resipiscunt, & ad pęnitentiã, redeunt, atq; idcirco pascuntur in Galaad, medicamentaq; salutaria, & curationem consequũtur, vt sponsæ partes abiectæ, postremæq; & quodammodo mortuæ illius gregis dotibus comparẽtur.

c Ier. 8. 22. *Imperfectiores in florũ commẽdantur per similitudinẽ caprarum.*

Tertium sensum sequuntur Cassiod. Beda, Ri- char. Rup. Abbas, & ex Græcis Catena trium Patrum, quæ sic illum explicat, ac si dicatur piæ animæ: Cogitationes tuæ, quæ ad actionem, quiq; in spiritu ad contemplationem pertinent, sermones, & rerum diuinarum, quæ cognitionem superant, studia, ex mente tua, vt ex capite spiritualiter omnia nascuntur, & ad ea, quæ in carne, mundoque sunt, sensu carent, vti florentes caprarum pili, quæ reuelatæ sunt ex monte inuisibili Galaad, quæ nimirum refectæ sunt ex tenebris malitiæ, & ignorantiæ, & impietatis, ex quibus ad veritatem, & scientiam, & pietatẽ quasi demigrarunt per Euangelium, quod fidelibus futurum iudicium attestatur; Galaad enim si interpreteris significat testimonij migrationem.

Cassiod. Beda. Rup. Abb. Richard. Tres Pat. *Cogitationes, sermones, & studia spiritualia sũt capilli animæ piæ.*

Cassiodo. B Cassiodorus, Sãctorum cogitationes ideo benè assimilatas ait gregibus caprarum: quia, etsi cogitationes ipsę de dispensatione terrenorum sint, nihilominus cælestia intendunt, & cum etiam carnis sustentandæ curã gerunt, erga animę potius sospitatem, ac supernam refectionem mentis aciem dirigunt sancti, capræ quippe, & munda sunt animalia, & ardua rupium, atq; arborum quærendi pastus gratia scandunt.

Cogitationes sanctorum cælestia intendunt.

Rich. Vic. In Rich. de S. Victore id notandum, quòd cum per capillos, atq; per capras cogitationes sanctas, ac pias meditationes intelligat, per mõtem quoq; Galaad Christũ: de monte Galaad capras istas dici ascendere, ait, quia quicquid boni cogitat anima, piæq; eius affectiones omnes à Christo sunt, qui loquitur in anima cogitationes pacis, & cuius spiritus suggerit eas in occultis: atque adeo is, in quo hæ meditationes coaceruantur, testimonium habet, quòd in eo Christus maneat, & ab illo ascẽsum harum meditationum habet.

Cogitationes sanctæ in Christo sicut vniuersa.

Rup. Abb. Rupertus Abbas ad B. Mariam hæc aptans per greges caprarũ monachos intelligit, & religiosos, quorum auctorem Eliam asserit, atq; adeò de monte Galaad istiusmodi greges ascendisse, seu apparuisse dictos, ait, quia eorũ institutor Elias de habitatoribus Galaad sic repente in tertio libro Regum introducitur, vt antea nusquã scriptura meminerit, quis, vel vnde fuerit progenitus. His gregibus caprarum assimilatos, inquit, Mariæ capillos idest cogitationes: quia B. Virginis cogitatus subtilissimi in eo fuerunt, vt fugeret ad desertum gentium propter sanguinem, quem Synagoga primum multum effudit, sicut illi filij prophetarũ in solitudines fugerunt propter sanguinem, quem Iezabel primum effudit, secũdum nomen suũ quod interpretatur fluxus sanguinis.

Cogitationes Mariæ assimilantur monachis.

Addit, & alteram rationem similitudinis, quia Maria longum in cogitationibus suis præscia futuræ passionis filij sui pertulit martyrium, sicut illi diu egentes, angustiati, afflicti, omnes testimonio fidei probati inuenti sunt.

Theodor. E Ad hunc tertium sensum referri possunt, quę affert Theodoritus, dũ ait: Capilli ea quodammodo significant, quę in sponsa haud ita sunt necessaria, quæque ad corpus pertinent, vitaenim ac sensibus capilli carent: quasi dicat: In negotijs etiam humanis, in quibus non possumus non implicari, te laudabiliter, decoreq; geris, caprarum gregi videris similis qui pascitur in mõte Galaad, & propter altitudinem insignis.

Corporalia & q haud multũ necessaria sũt per capillos designãtur.

Greg. Nis. Præter tres istos, est & quartus sensus allatus à Greg. Nisseno hom. 7. qui ex eo, quòd Apostolus *d* capillos pro velamine mulieri datos, inquit, & in decenti capillorũ velamento mulieris gloriã, in verecundia, & pudicitia sitam ostẽdit in Epistola prima ad Timot. dicens: *e Mulieres in habitu ornato*

d 1. Cor. 11. 15. *Verecũdia & pudicitia mulieris cõmendãtur sub metaphora capillorũ.* *e 1. Tim. 2. 9.*

LITTERA. *nato cum verecundia, & sobrietate*, seu pudicitia, *ornantes se, non in tortis crinibus*, &c. verecundiam, ac pudicitiam ipsam cõmendari, ait, in pia anima sub capillorum metaphora.

Vers. II. Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: Omnes gemellis fętibus; Et sterilis nõ est inter eas.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Sicut in præcedenti capillorum sponsæ encomio quidam arbitrati sunt, allatam similitudinem nequaquã B de gregibus caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad intelligẽdam, sed de pilis eorum gregum, illarumve caprarum, ita vt propterea legendum putarint; *Sicut gregi caprarum*: Eodem modo quidã, & in præsenti dentium eiusdem sponsæ commendatione, non tam per similitudinem gregum tonsarum, &c. dentes ipsos commendatos existimant, quàm per similitudinem dentium earum tonsarũ: ex eo, quòd dentes ouium tonsarũ id habeant peculiare, quod ardentius mordent, & auidius herbas carpunt: Dicuntur enim, inquit Titelmanus, oues tonsæ multò auidius, & amplius mãducare, cum recens tonsæ fuerint, quã ante detonsionem. (Titelm.)

Quòd si præterea etiam fœtus gestent in vtero, C aut genitos educent, maiori videntur egere cibo, vt non solùm seipsas pascant, verùm etiam fœtus alere queant. Atq; adeo Hortolanus, cum dicitur; *Sicut greges tonsarum*, nominatiuum pro genitiuo positum ait, quin, & Agathius nimis audacior nõ dubitauit immutare textum, ac legere; *Sicut gregis tonsarum*. (Hortolan. Agathius.)

Communiori nihilominus consensu expositorũ ferè omnium, tam nostrorũ, quam etiam Hebræorum, ad greges ipsos tonsarũ similitudo ista refertur, quin & ij ipsi, qui superiorem prosequuntur sententiam, ab hac penitus minime recedunt.

Miror sanè non modicum, cur vel tantillum ab ea declinare quis possit, cũ similitudo ipsa ex gre- D gibus ijs desumpta, qui describũtur in textu, adeo ad dentium pulchritudinem exprimendã sit apta, vt nulla fortassis reperiri queat aptior, vtpote qua omnes simul celebrentur pulchritudinis dentium conditiones.

Dissentiunt certè inter se hebrǽorum Doctores in explicanda similitudine ista. Verumtamen, ne clariora tenebris offundam, illorum expositiones in finem reijciam, vbi varietas lectionis hebraicæ examinabitur.

Sensus planè lectionis Vulgatæ, quæ consentit cum versione Septuag. est maxime perspicuus: cõmendantur quippe sponsæ dentes per vnam similitudinem ex omni illo, quod ad dentium pulchri- E tudinem necessarium est, à candore: ab æqualitate, ac demum à perfecta eorum inter se coniunctione. Enimuero, cum plures oues albæ, codemque tempore tonsæ ac lotæ vnà coeunt, ita inter se corpora iungunt, vt procul aspicientib. illarum omnium corpus appareat candidissimum.

Ingẽtem porrò vim habet similitudo ista in eo, quòd ab ouibus recenter detonsis potissimũ sumpta est: per hoc enim vnum ea omnia, quæ enumerata sunt, explicantur: Nã in ouibus detonsis summa apparet æqualitas, omni illa sublata inæqualitate, quã plus, minusve lanæ inter ipsas causabat: Arctissima quoq; inter eas conspicitur corporum A coniũctio, lana nimirum sublata, quæ intermedia erat, ne corporibus se contingerent: ex cuius lanæ expoliatione fit insuper, vt eædem magis frigeãt, ac propterea arctius se conentur inuicem iungere, quò mutuo foueantur calorem: Candorem denique multò maiorem, quæ albæ sunt oues, tunc exhibent intuentium oculis, cum detonsæ sunt: tum quia expoliatæ sunt veteri illa lana, quæ maculis, plerumque deturpata esse solet, & ad nigredinem ob vetustatem vergit: tum quia lana illa, quę carni proxima est mundior, atq; candidior enitet in tergo tonsarum. (LITTERA.)

Quamuis autem per ista duntaxat verba modica (*Dentes tui sicut grege tonsarum*) prædictę omnes B designentur pulchrorum dẽtium conditiones: ad Epitasim tamen istius encomij sponsæ dentium, & quò efficacius id omne allata explicetur similitudine, tres insuper adijciuntur particulę, quarũ singulis singulæ allatæ conditiones designentur: *Quæ ascenderunt de lauacro*, *Omnes gemellis fœtibus*, & *sterilis non est inter eas*. Prima etenim: *Quæ ascenderunt de lauacro*; candoris augetur conditio ex duplici capite; tum ex eo, quòd recenter lotæ dicuntur, quæ etiam alioquin candidissimæ erant: tum ex eo, quòd lotę ascendere item dicuntur: dũ quippe cliuum ascendunt à solaribus radijs percussæ, illo ipso, quo decoræ sunt, magis effulgent candore. Secunda particula: *Omnes gemellis fœtibus*, con- C ditionem ęqualitatis dentium ad viuum explicat, significat quippe, sicut in vnaquaq; tonsarum illarum conspiciũtur duo fœtus, qui cũ gemelli sint, æquales omnino sunt, ita & in vnoquoq; dentium situ duos simul enatos videri dentes, qui sibi inuicem respondent, superne alter, alter inferne, ita æquales, ac similes inter se, vt fœtus gemelli.

Tertia demum particula: *Et sterilis non est inter eas*, tertiam euidentius explicat conditionem eorumdem dentium, perfectæ illorum coniunctionis inter se, sicut enim vbi nulla ouium est sterilis, nullus vacat locus inter greges tonsarum, quæ gemellis sunt fœtibus, atque adeo coniunctissimum vnum corpus præseferunt; ita, & cum nullibi in ordine aliquo quisquam dentium deficit, nullus pla- D ne dens sterilis dicitur, quia nullus locus gingiuarum, in quo enasci dens debeat, sterilis est, quin quasi fœtum quendam suum non emiserit dentẽ. Legionensis admodum certè congruenter tam secundam, quàm tertiam particulam istam adhibitam censet ad explicationem magnæ coniunctionis dentium inter se, qua ita inuicem coniuncti ij sunt, vt inter ipsos nihil sit in gengiuis vacui: neq; ex ea parte, qua ipsis gingiuis inseruntur, quidpiam sit hiulcum: Nam, cum plures oues albæ, & eodem tempore tonsæ, ac lotæ vna coeũt, ita inter se corpora iungunt, vt procul aspiciẽtibus vnũ earum omnium candidissimum corpus appareat. Cum autem plurium ouium simul euntiũ tantùm E superne vnum appareat corpus, inferne autem à se propter suorum crurum gracilitatem distẽt, bene additur: *Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas*: siquidem vbi accidit, vt oues sint fœtæ, & fœtus suos vnà secum ducant, etiam inferne vnum earũ corpus esse videtur propter agniculos, replentes illas vacuitates quæ inter illarum crura esse poterant. Quòd ergo in isto dentium encomio dicitur, breuiter tale est. (Legionẽs.)

PARAPHRASIS. Dentes tui candidissimi sunt, adeoq; bene compacti inter se, vt alternatim quolibet æquabiliter respondente in suo ordine, nulloque deficiente in loco suo vnum planè corpus esse videantur: ita vt similes planè sint gregibus ijs ouium candidissima-

LITTERA.

diffimarum, quæ nuper detonfæ, ac de lauacro afcendentes, candore præfulgent eximio, quæve ob recentem detonfionem æquabiliffima coniunctione fimul afcendentes, vnum corpus effe videntur à longe profpicientibus: pfertim quãdo fimul afcendentes, gemellos fœtus vnaqu que earum ducit, nec vlla fterilis inter eas eft, atque adeo nec vlla vacuitas: fic quippe & in candidiffimo dentiũ tuorum ordine, bini ita inuicem fibi refpondent dentes, vt quafi gemellos eos dixeris, fummaq; propterea inter illos eft ęqualitas, & nihil vacuitatis inter eos confpicitur: quandoquidem nullus in fuo deficit ordine.

Quoad lectionum varietatem, Notandũ in textu Hebraico duas effe dictiones valde ambiguas, & idcirco haud conuenire inter fe Hebræorũ Doctores in explicanda hac fimilitudine, qua dentes fponfæ commendantur.

Prima dictio eft הקצובות haKetzuboth, quã noster Interpres fecutus Sept. vertit, *tonfarum*, participium verbi קצב Katfab, quod fignificet excidere, incidere, tondere, fuccidere, atque præcidere: cũ enim deficiat fubftantiuũ diuerfimodè participium iftud exponunt. R. Dauid in libro Radicum, & Aben Ezdra exponũt: *ficut grex excifarum*, feu, *æquatarum ouium*, quibus eft menfura vna, ac fi incifæ effent alteræ, ficut alteræ: æqualium in altitudine, feu ftatura fua, ac fi fuiffent excifæ ęqualiter. Rabbi verò Salomon in fua expofitione fuper Cant. eamdem dictionem fic interpretatur, vt denotet præcifionem, & numerum omnium, quo traditæ eæ funt paftori. Ac demum Rabbi ionomi natus, interpretatur, *Sicut grex ouium limitatarum, & connexarum*, & quæ non funt difperfæ huc atque illuc.

Altera dictio item ambigua eft aliud participiũ מתאימות mathimoth, quam nofter reddidit, *Gemellis fœtibus*, proprie *quæ geminos pariunt*. Porrò, cum ex vi fignificationis verbi תאם thaam gemellum quid illũ fignificet, quamquam communiori confenfu fumatur iuxta fignificatum lectionis noftræ, ex nonnullorũ tamen fententia, vt notat Rabbi Abrahaam Aben Ezdra, accipitur, vt fignificat oues non quæ gemellos pariunt, fed quæ ipfæ gemellæ funt, ac fi effet participium paffiuum. R. Salomon non à prædicto verbo hanc dictionem deducit, fed ab altera dictione תמם Methom, quæ perfectionẽ, & integritatem fignificat, exponitq; *Ouium integrarum*, & abfolutarum abfq; contaminatione, & macula.

Notandum fecundò, dictionem שכלה fciacculah, quam nofter, & Septuag. Interpretes verterũt, *fterilis*, proprie orbã, vel orbatam fignificare. Differt autem fterilis ab orbata, quia fterilitas, filiorum negationem fimpliciter defignat, & illã, quæ nunquam habuit filiũ: orbatio verò defignat priuationem filiorum iam genitorum: & orbata ea dicitur mulier, quæ filio deftituta eft, quem genuerat. Congruitq; aptius, iudicio meo, fignificatus ifte fimilitudini allatæ ad dentium fponfæ laudes exprimendas: nam ordinarie dentes omnes in gingiuis nafcuntur, quorum tamen aliqui frequentius decidũt vel marcidi euelluntur, propter quorum defectum vel gengiua, vel ordo ipforum dentium, aut locus cuiuslibet dentis orbatus dicitur.

Animaduertẽda eft infuper egregia Paranomafia in his duabus dictionibus שכלם fcieculliam, idest, *Quæ omnes ipfæ*, & ושכלה vefciacculah idelt *Et orbata*. Orbitatem Rabbi Salomon metaphoricè fumit pro macula.

His animaduerfis facile eft iã colligere, quibus

Michaelis Ghislerij.

A modis locus ille apud Hebræos intelligatur, neq; in eorum expofitionibus enucleandis opus eft, vt detineamur: cum parum à fenfu lectionis noftræ diftent, Expofitio fanè R. Salomonis ab ea multũ diftat: ea verò iftiufmodi eft: Dentes tui candidi, & ordine collocati fimiles funt lanę, & gregi agnarum rectè difpofito, qui habito, ouiũ delectu, certo numero traditur fapienti paftori, cui curãdum eft, vt lana fulgeat, atq; adeo lauat eas quotidie, nec polluatur lana, necve vlla in eis adfit macula: Sic enim legit iftam fententiã: *Dẽtes tui ficut grex, cum præcifione traditarum*, fcilicet ouium: *quæ afcenderunt de lauacro omnes integræ, & impollutæ, & macula non eft in eis.*

DE ECCLESIA.

B

Verf. II. Dentes tui ficut greges tonfarum, quæ afcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & fterilis nõ eft inter eas.

Expofitio Secunda. De prima Sponfa, quæ eft Ecclefia Sancta.

ETfi tam dentes, quàm labia ad locutionẽ promẽdam hominibus præftita fint à natura, ita vt nec fine dentibus, bene faltem, & intelligibiliter loqui quis poffit, ficut nec fine labijs: vfu tamẽ ferè communi receptum eft, idq; in facris præfer-
C tim litteris, vt labia potius pro ipfius loquelæ fymbolo, feu etiam pro ipforum, qui loquũtur, hieroglyphico vfurpentur, vtpote quę primario ad hoc indita homini effe videantur, vt locutioni inferuiant: cum è veftigio dentium illud primũ fit munus, vt cibos fecent, conterant, ac minutiffime molant, quò facilius, & traijciantur in ftomachum, & concoquantur, bonaq; fiat nutritio, licèt ad id pariter inferuiant, vt morfu offendant.

Itaque cũ primùm eos metaphorice vfurpatos audimus, haudquaquam per illos loquentes fignificatos accipimus, fed, vel illos, qui alios afflictionibus conterunt, aut morfibus laniant inuidentiæ, cum in malum accipiuntur, vt in Pfalmo tertio:
D *a Dentes peccatorum contriuifti*, & in alio Pfalmo. a Pfal. 3. 8
b Dentes eorum, arma, & fagittæ, de quibus in lib. b Pfa. 58. 5
Proue, dicitur *c Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, vt comedat inopem de terra, et pauperem ex hominibus*: Vel illos, qui fpirituales doctrinæ facræ c Prou. 30 14.
cibos incidunt, mafticant, ac molunt, aptosve reddunt, vt in communem Ecclefiæ ftomachum traijciantur, concoquantur, ac digerantur, quando ipforum metaphora in bonum accipitur: Hi verò ij Doctores facri, qui diuinam legem meditãtes die, ac nocte intra domefticos parietes conclufi, libros componũt vel de facris dogmatibus, vel de bonis moribus, vel in expofitionem facrorum volumi-

Dentium metaphora ij fignificantur Doctores, qui facros componunt tractatus.

num. Ifti quippe inftar dentium vnamquamque
E materiam exactius confiderant, diuidunt, definiunt, minutimque pertractant, & aptam reddũt, quę ab omnibus facile percipi queat: quibus idcirco liber, ac volumen facrarum rerum comedendũ traditur prout & *d* Ezechieli, & *e* Ioanni contigiffe, legimus, vt per exactam cõfiderationem illud comedentes, ac mandentes, dum minutim, ac fubtiliter fingula plana faciunt, nedum ipfi dulcedine fumma perfundantur, ita vt cum Ezechiele dicere poffint: *Et comedi illud, & factum eft in ore meo ficut mel dulce*, verùm etiam per eos, quos componunt, tractatus ea ipfa, quæ plana reddidere, quafi in ftomachum Ecclefiæ traijcienda relinquant, vnde ij omnes nutriãtur, qui illos legerint,

d Eze. 3. 1
e Apo. 10. 9.

DE ECCLESIA.

Cur prius dētes, quā labia commendātur.

Commendans igitur cęlestis spōsus vniuersos Ecclesiæ Doctores, quos præcipua illius membra esse cognoscit, intelligensque, ex ijs alios esse, qui verbo & prædicatione plebem docent, alios, qui idem ipsū non verbo, sed scriptis efficiunt, vtrosq; disiunctim aggreditur celebrare, sed sub distinctorum membrorum metaphoris: hos quidē dentes appellans, illos labia: laudatq; primùm doctores illos, qui scribentes, planiorem doctrinam rēddunt sacrarum rerum, instar dentium illam minutim tractantes; quoniam ab hisce, & illi ipsi, qui verbo docent, erudiūtur, & quasi cōtusum doctrinæ cibum accipiunt, dum eorū legunt tractatus.

Horum igitur Doctorum laudes celebrans, non exinde duntaxat illos commendant, quòd dentiū munus in sancta exercent Ecclesia, atq; adeo instar dentium ossei sint, atq; fortissimi, verùm etiam ex eo, quòd sint sicut greges tonsarum ascendentium de lauacro, &c. Quamuis autem vnū solummodo sit in his encomiū, multiplex tamen est laus in duplici metaphora, quæ, vt bene percipiatur, seiunctim vtramq; metaphoram expendam.

Quoad primam: Præter eam, quam iam attuli, quatuor insuper alias cōsiderare fas est congruentias inter dentes, ac prædictos Doctores Ecclesiæ:

Simile.

Doctores componentes tractatus radicatos esse dēbent in Christo.

Quarum prima hæc est, q. sicut dentes ij duntaxat cibos incidere, ac mandere possunt, qui in capite radicati sunt, ex quo vim omnem, omneque desumunt augmentū, neque satis est, vt radices habeāt in capite, nisi & caput ipsum sit viuum: videmus enim quotidie dentes radicatos in capitibus mortuorum, quos nihilominus constat, nullum dentiū munus præstare posse. Ita doctores, qui tractatus conscribunt, quò dici queant esse Ecclesię dentes, illorumq; munia exhibere, in Christo Ecclesię capite radicati sint, operæpretium est, qui solus vitā habet immortalem, & à quo gratię desumant augmentum, ac vim omnem cogitationis diuinorum, alioquin enim nullo pacto possunt explicare diuina dogmata, aptaq; ea reddere, quæ in Ecclesiæ stomachū traijciantur, & nutritionem singulis eiusdem Ecclesiæ membris conferant. Hinc est, quòd qui vel per apostasiam, vel per hæresim aliquam à Christo auulsi sūt, quive in aliquo capite mortuo radices habent, in aliquo hæresiarcha, quantumlibet alioquin doctissimi sint, vix quidquā boni recte valeant explanare, & pertractare, quod saluti conferat animarum.

Simile.

Doctores Ecclesiæ quō ęquales oēs sint simul atq; diuerso modo se habeant in cō scribendo.

Secundò: Sicut dentes ij, qui concinne dispositi sunt, tametsi æquales omnes inter se sint, adeo vt vnus non excedat alium, ac propterea quasi vnum corpus efficiant, diuersimodè nihilominus fabrefacti sunt, & distincta exercēt munia; quidā enim incidunt, quidā, quod incisum est, minutius conterunt, ac demum alij subtilissimo molunt. Primi acutiores, tertij latiores, à molendo molares dicti, & qui intermedij sunt, quos Aristoteles caninos appellat, acutis latiores, & molaribus acutiores. In eumdem modū, quamuis doctores isti, qui ob id, quòd diuina pertractant, inter doctores sanctos computari mereantur, ęquales omnes inter se sint, propterea, quòd nullus eorum in scriptis suis propriam quęrit gloriam, sed vniuersi vnam eademq; gloriam Dei quærunt, ita vt vnum corpus repræsentent glorificantium Deū, diuersa tamen ratione in scribendo se habent, aliusve alio acutiorem præsefert intellectum. Quidam, quæ à nullo pertractata sunt, instar acutorum dentium, quasi grossius secantes, ea attingere aggrediuntur: Quidam ea ipsa, quæ ab alijs pertractata fuere, instar mediorum dentium conterere magis, ac explanare ni- A tuntur: Alij deniq; instar molarium dentium ad summam facilitatem reducere contendunt.

Simile.

Sordes peccati, & obstinationes quam alienæ esse debeant à Doctoribus, q sacros scribūt tractatus.

Tertiò: Sicut dentibus ita necessaria est mūdities, vt ea si careant, nullo pacto cōmendari queāt, sed & si quid immunditiei in illis esse sinatur, putrefiant, putridiq; effecti male oleant, fœtoreque ac putredine sua alios quoque putrefaciant, ita vt nec sua exercere possint munia, quin & tantū causant doloris, & damni, vt operępretium sit, radicitus euellantur. Sic & in dentibus hisce spiritualibus mundities requiritur ab omni sorde peccati: cum notum id sit, quod in lib. Sapientiæ dicitur: *a In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*. Quòd si sordes B aliquæ cuipiam insint, is facile putrescit per opiniones, quas defendere nititur, vel prauas, vel erroneas, vel etiam hæreticas, quibus male apud fideles olet, putridosve, & illos reddit spirituales dentes, qui suos conscribentes tractatus, eorū inhærent sensibus: Quin & Ecclesiæ toti vehemētissimum inferunt dolorem, tunc præsertim tēporis, cum ipsorum apud fideles est vsus: adeò vt necesse sit, penitus extirpentur, vel prohibitis eorum scriptis, vel etiam ijsdem igni traditis.

a Sap. 1.

Simile.

Problem. 47 sect. 10.

Doctorum dissensio signū ruinæ Ecclesiæ.

Quartò demum, & vltimò; Sicut dentes, quando arctè simul vniti sunt, ex Aristot. sententia, longioris vitæ indicium sunt, & è contrario, quando laxiores sunt, & ab inuicem distincti, breuem prænuntiant vitā, atque adeo in bona, & pulchra den C tatura arctissima requiritur singulorum dentium coniūctio: Idipsum, & in spiritualibus nostris dentibus obseruare fas est: Enimuero quando in aliqua Prouincia Doctores ij, qui tractatus conscribunt, inter se dissentire contendūt, in dogmatibus fidei præcipue, & diuinorum mysteriorum, breuis profecto Prouinciæ illius vitæ, ac fidelitatis indicium id est, facileq; in hæresis mortem illam prolapsuram, arguimus, dum talibus subiecta est dissensionibus, dumque dissensiones illæ in ea tolerantur.

Doctorum Ecclesiæ eā dotes quali- ter exhibeantur.

Quoad alteram metaphoram: Notandum, Spiritum sanctum eos ipsos, quos dentium metaphora, aggressus est commendare, ex triplici pulchrorum dentium conditione summo artificio per inu D sitatam hanc similitudinem celebrare, aptissimaq; hac metaphora exponere, quo pacto conditiones istæ tres in spiritualibus hisce dentibus sint: per id enim quod ait: *Sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro*: primam conditionem explicat candoris, qua tunc perfecte ornari ij sunt, cum oues se exhibent: cum non oues tantùm sunt, sed oues detonsæ: cum vnà cum ouium gregibus ascendunt; cum ascendunt è lauacro. Ad hoc siquidem, vt doctor quispiam decorus sit prærogatiua veri candoris, debet primò, ouem se exhibere per simplicitatē, humiliter, consentiens, haud alta sapiens, ouēq; talem, quæ vnà cum aliarum ouium grege à communi pastore duci se, sinat, haudquaquā singularem prosequens doctrinam, propriiq; sensus opiniones, sed Sanctorum Patrum vestigijs inhærēs, sensumque totius Ecclesiæ consectans, & communem eiusdem Ecclesiæ pastorē Pontificem Romanū, ab illius decretis, & definitionib. nec ad transuersum quidem vnguem diuertens. Tertiò ex iis debet esse ouium gregibus, quæ sunt detonsæ, detonsus, & ipse existēs omni lana appetitus, proprię gloriæ expoliatus omni proprio commodo, omni sollicitudine negotiorum, atque in primis omni vehemēti affectu, & passione: *b Sapientia* etenim *scribæ* (vt dicitur in libro Ecclesiast.) *in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu sapientiam percipiet.*

b Eccl. 38 25.

DE ECCLESIA.

cipiet: neque intellectum habere potest mundum, & candidum, qui externarum rerum lana circũdatus sit, qui puritatẽ non habeat cordis. Porrò, quia in multis delinquimus omnes, contingitque nonnunquam, vt ab ista cordis puritate quotusquisq; excidat sanctus, aliquid ex mundana conuersatione contrahens maculæ: ideo bene additur quartò, dentes spirituales ita candidos esse, prout greges tonsarum ascendentium de lauacro: Si quando enim Doctor aliquis vel leuis cuiuspiam maculę infectus sit labe, quò veri candoris excellentiæ particeps sit, operæpretium est, vt in lauacro se abluat pœnitentiæ, & sanguinis Iesu Christi, qui emũdat corda nostra: è quo lauacro ascendens in montem perfectionis, diuinæque illustrationis radiis percussus, nitorem vnà cum ipso exhibet candore, & in conuersatione intuentium oculis, & in scriptis legentium animis eximium semper aliquid sui cãdoris præseferens. Secundam dentium conditionem explicat per verba illa (*Omnes gemellis fętib.*) quibus sanè verbis non minus commode exprimitur, quomodo Doctores ij, qui hoc loco commendantur, æqualitate pulcherrimi sint; quàm expressum sit, quomodo dentes candidi pulchriores redduntur per id, quod æquales inter se sint. Enimuerò, quæ summæ laudis in Doctoribus illis est ęqualitas, in eo potissimum sita est, quod ab illis efficitur, atque aliquo pacto producitur, dum verę indulgent sapientiæ, dumque scriptioni dant operã. Porrò quotquot tales sunt, vt dentes Ecclesiæ pulcherrimi dici possint, singuli æqualiter duos fętus efficere student, duplicemque effectũ producere contendunt, ex iis, quos conscripsere, tractatibus; profectum ipsorummet proprium in scientia, & in virtutibus, quarum tractatus componunt; & profectum illorum, qui dictos legunt tractatus: qui certè duo profectus quasi duo gemelli fœtus eis sunt; quia æqualiter vno, eodemque tempore illos intendunt. Neque minus vtilitatis ipsi ex scriptis suis hauriunt, quàm quod ab ipsis hauritur qui fructuose eosdem legere satagunt.

Doctorũ Ecclesiæ æqualitas in duplici consistit profectu.

Tertia deniq; istorum spiritalium dentium conditio, arctissimę videlicet coniunctionis inter se, per id exprimitur, quod vltimo loco subiectũ est; *Et sterilis non est inter eas.* Non ignoro, communiori sensu per hæc verba significari fructum magnũ quem Doctores faciunt, vel in iis, qui eos audiunt vel in iis, qui eorum scripta reuoluũt. At quid hoc ad arctam coniunctionem, qua sibi inuicem benè compacti sunt istiusmodi dentes? Nullus inter illos sterilis dicitur; quia nullus est, qui in eo non adhibeat studium, vt fœtum aliquem proprii ingenii addat in iis, quos conscribit tractatibus: sicve per hoc, quotquot Ecclesiastici sunt Doctores, qui tractatus scripsere, recenterque conscribunt, antiqui, atque recentiores adinuicem simul iuncti, arctissimeque simul compacti conspiciuntur; dũ antiquiores materiem, recentioribus exhibent, fętus suos scriptis relinquentes: Recentiores verò fœtibus item propriis antiquiorum scriptis lucem præstant maiorem, illorumque dicta illustrant, quę subobscurius conscripta reperiuntur.

Doctores sacri, antiqui, ac recentiores, quo simul iunguntur arctissime.

Ex dictis breuem in hunc modum colligere possumus paraphrasim præsentis encomij.

PARAPHRASIS.

Doctores, qui in te sunt, quivè libros componunt, dẽtes certè sunt tui; quoniam, dum exactius vnamquamque materiem pertractãt instar dẽtium mandunt consideratione, contusumque ac minutim explanatum legentibus exhibent id, quod scriptis mandant: dentes vtriq. in viuo capite tuo Christo radicati: dentes perpulchri; quia instar dẽtium oẽs æquales sunt; vnam quærentes gloriam Dei: tametsi diuersa ratione se habeant in scribendo, prout & dentes, æquales cum sint, diuersimode se habent in mandendo: instar pulchrorum dẽtium puri ab omni erroris sorde, omnisve pulchritudinis dentium compotes. Isti, inquam, dentes tui spiritales & candidissimi sunt, sicut greges tonsarũ, quæ ascenderunt de lauacro; quia oues se exhibẽt per simplicitatem, idque in gregibus aliarum ouiũ à summo Pontifice deductis: quia detonsi, & expoliati sunt omni appetitu propriæ gloriæ, proprii ve commodi: quia, etsi nonnunquam aliquid vel leuis maculæ labem contraxere, in lauacro se abluunt pœnitentiæ, & sanguinis Christi: ablutiq. ascendunt de lauacro, candoris sui & in scriptis, & in conuersatione emittentes splẽdorem. Aequabilitatem quoque summam inter illos animaduertere est, quæ in eo maxime conspicitur, quòd oẽs, & singuli æqualiter duos, eosve ęquales i iis, quos composuerint, tractatibus assequũtur profectus, suum nimirum vnum, & eorum, qui tractatus illos legunt, alterum. Ac, sicut quando nulla sterilis est inter oues, nullave orbata, arctissima coniunctione eæ ascendunt ad inuicem iunctæ, ita vt nihil vacui in ipsis appareat: Eodem modo, & spiritales istos dentes coniunctissimos inspicere est, idque per hoc, quòd nullus inter ipsos est sterilis, qui aliquem proprii ingenii fœtum non addat in tractatibus, quos componit: Et hac ratione antiquiores cum recentioribus coniunguntur ad inuicem, quòd isti illos illustrant fœtibus suis, è quorum fętibus materiem scribendi, ac speculandi suscipiunt.

Vers. II. Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: Omnes gemellis fętibus; Et sterilis nõ est inter eas.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

Medicorum sententia est, eaque peruulgata apud omnes, errorem primæ digestionis, quæ fit in ore, tanti momenti esse, vt in secunda digestione, quæ fit intra stomachum corrigi nequaquam possit. Errorem vero illum, vel ex dentiũ defectu, vel ex prauo eorumdem vsu prouenire, nemo est, qui dubitet: quandoquidem prima illa oris digestio à dentibus potissimum pendet, qui cibos minutim scindunt, conterunt, molunt, vt traiici queant in stomachum, & ibi facile concoqui, ac bene secunda digeri digestione. Quod de prima digestione corporali definiunt Medici, idipsum & multo verius constantissime de prima digestione spiritali asserendum est. Siquidem & in anima quoque spiritalis est digestio, tam prima, quàm secunda, spiritales sunt dentes, spiritalis est & stomachus. Prima animæ digestio, quæ fit in ore intellectus, est subtilis, & exacta cogitationum, ac rerum omnium, quæ proponuntur, discussio, examinatio, atque discretio, quæ fit per spiritales dentes, idest consilia, & consultationes: Secunda verò primam istam consequitur, quando res bene mansas, exactiusve discussas, in voluntatẽ traiectas, vt in spiritalem stomachum, electio amplectitur, consensusque concoquit, digeritve per vsum. Cum igitur in prima rerum examinatione sit error ex defectu consultationis, vel ex prauitate consiliorum, haudquaquam sperandum, istiusmodi errorem corrigẽdum in actu electionis, sed & ele-

Cõsultationis bona necessitas.

Digestio prima, & secũda pia animæ quand fit.

DE ANIMA.

& electio mala est, & consensus, ac vsus est pessimus, prauaq. est ipsius animæ digestio omnis, omnisve nutritio, & augmentum denique omne. a *Dissipantur*, namque *cogitationes* (quæ sunt animæ cibus) *vbi non est consilium*, ait sapiens in libro Prouerb. Idcirco cælestis sponsus dilectam animã laudibus celebrans, dentes in primis commendat illius immediate, postquam eiusdem celebrauit cogitationes, quamquam eas haud sub ciborum metaphora laudarit; sed sub metaphora capillorum item congruentissima.

a Prou. 15 22.

Norat quippe, quanti ponderis esset exacta capillorum discussio, præcipuamque sponsæ suę laudem in hac dentatura, & in hac examinatione sitam intelligens, ostendit, quales ij essent dentes ipsius, qualia consilia, dicens; *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro; omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas*; duplici vtens metaphora ad omnimodam consiliorum eius perfectionem designandam, dentium altera, altera verò ouium detonsarum, &c.

Quarum secunda in prioris declarationem allata, totam perfectissimæ prudentiæ materiam nobis suggerit pertractandam. Prudentia enim ex Aristotelis sententia in lib. 6. Ethic. c. 5. quã sequitur etiam S. Tho. 2. 2. q. 47. versatur circa humana illa bona, quæ in consultationem cadunt, atque adeo prudentis opus id maxime dicimus, vt recte consultet, de mediis nimirum ad finem, circa quę est consultatio.

Aristotel. S. Tho.

Prudentia quid.

Pro explicatione itaque eorum, quæ in præsenti encomio dicuntur, vtraque metaphora perpendenda est, ac primum. Quid congruentiæ cum dentibus habeant consilia, & consultationes, iam patet ex dictis: At præter id, quod relatum est, & ex quo potissimum huiusce modi ab sponso desumpta est metaphora, tres insuper alias addere licet congruentias.

Simile.

Harum prima est, quòd sicut dentes à natura sic inditi hominibus sunt ad mandendos cibos eosdẽ ve conterendos, atque molendos, necnon & ad mãducandum pro sustentanda ipsorum hominum vita; vt tamen intra os contineantur inclusi, nihilve mandere queant, nisi id duntaxat, quod per os ingrediatur, quodve ex ore immissum eis sit. Ita & vera prudentia, sanctorumque consultationes sic conclusæ seruantur intra os orationis, vt, quamuis prudentiæ simpliciter sit, vnamquamque rem humana ratiocinatione discutere; ea tamen, quæ vera est, quamve Apostolus prudentiam spiritus appellat, tunc bene rem quampiam examinet, ac de re qualibet consultet, cùm ad consultationem accedens orationi inuigilare contendit, illudve sanctum arripit consilium, quod per ipsum os orationis ingreditur. Vnde B. Petrus fidelibus verã istã suadens prudentiam, ait: a *Charissimi estote prudentes, & vigilate in orationibus*: ac si dicat: volo, vt prudentes sitis, at non prudentia illa sapientũ mũdi, quam Dominus per Prophetam reprobat: verũ prudentia sancta, qua consultationes quæque in oratione conclusæ teneantur, instar dentium conclusorum intra os: Estote prudentes, sed vigilãtes in oratione, vt illa duntaxat mandenda suscipiatis, quæ à Spiritu sancto in vestras immittuntur consultationes. Vt ergo sanctæ, ac dilectæ, suæ animæ prudentiam istiusmodi esse, significaret cælestis sponsus, aptissime profecto sub dentiũ metaphora illam designauit simul, ac commendauit.

Prudentes et consultationis ab oratione dependeant.

a 1. Pet. 4. 7.

Sed & alia quoq. inter dentaturam, atque prudentiam, inter dentes, atque consilia inest cõgruẽtia. Vulgatum est Philosophi dictum, superius etiam relatum, quod dentes crebri, & minuti sunt indices vitæ longioris; dentes verò rari breuiorẽ prænuntiant vitam: & quidem si alicunde breuiorẽ arguere licet alicuius aiæ vitam, instantemque spiritus eius interitum, atque ruinam, nulla certè res est, è qua id clarius deducatur, & tutius, quam ea, quæ in illa conspicitur, consiliorum, ac consultationum raritas: atque adeo congruenter admodum Sapientissimus Salomon animam illam, in qua istiusmodi indicium apparet, comparat Ciuitati, quæ omnium incursibus pateat, dicens: b *Sicut Ciuitas muris diruta, & nõ circundata, sic est vir, qui non cum consilio aliquid agit*. E vestigio autem, cum eamdem animam ita se habentem animaduertimus, vt nihil absque sedula consultatione agat, & vel in minimis quibusque prudenti vtatur consilio, solertemque adhibeat examinationẽ, lõgam illius vitam illico arguimus: c *Salus* quippe, teste eodem Salomone, *vbi multa consilia*.

Simile.

Arist. pbl. 47 sect. de cimæ.

Prudentia, ac cõsultationis defectus interitum prænũtians aiæ.

b Prou. 25 28. secũdũ Sept.

c Prou. 11 14.

Tertia demum congruentia, quæ inter dentes est, ac veram prudẽtiam, inde colligitur, quod dẽtes, etsi è molli egrediuntur gingiuarum carne, durissimi tamen sunt, ossei, atque fortissimi: Et vera quoque prudentia, ac consultationes, etsi è molli flexibilitate quadam incipiant, qua pia anima de aptis ad finem mediis anceps existens, consultare de illis incipit, facilem se exhibens, ac mollem ad ea, quæ sint aptiora suscipienda; fortissima tamen eadem euadit in ipso cõsilio; vt haud facile a quoquam dimoueri à rectis se sinat consultationibus: d *Cogitationes* quippe *consiliis roborantur*, inquit, Sapiens.

Simile.

Prudentia ac consultationũ bona vũ robũr, & magnũ fit.

d Prou. 20 18.

Porrò quemadmodum tantam in dentibus obseruamus esse fortitudinem, vt nec ab igne consumi possint; quos tamen facillimo negotio mollis pituita excauat, et notat Plinius, & sordes itẽ præmolles corrumpunt, putridosque redditos in tenuissimum reducunt puluerem. Idipsum & in vera prudentia animaduertere est: quam enim nec ignis contradictionum, nec flammæ obiectionũ, ac persecutionum labefactare possunt, hanc vel tenuissimæ peccatorum sordes, non modò sordidã, sed & fœtidam, & putridam reddunt; molliorisve rei cuiuspiam libido ita corrumpit, vt consultationes omnes inanes efficiantur.

Simile.

Plin. lib. 7. c. 16.

Hinc verò est, quod sapientissimus sponsus, ac Dominus noster dilectæ animæ suæ prudentiam, consultationesque commendans, non modo per dentium metaphoram eam euehit, sed per alterã metaphoram, candore eximio, eximiave mũditie, quæ in pulchris dẽtibus maxime necessaria sunt, eamdem insignitam ostendit, per id, quod ait: *Sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro*: Quibus verbis, nodum maculam omnem, omnemque immunditiem, ac sordes ab huiusce modi excludit prudentia; sed &, qua ratione, instar candidissimorum dentium, cãdidissima & ipsa sit, exprimit, quatuor illa innuens, vnde candor omnis in illa prouenit, ac gignitur.

Prudentia candor vnde gignitur in anima sancta.

Quorum primum est summa, purissimaq. simplicitas, cuius certè aptissimum hieroglyphicũ simplicissima est ouis, ouibus ipsis dentes sponsæ cõparans, & in Euangelio Apostolos alloquẽs, quos sibi desponsarat, qualem ab ipsis exquireret prudentiam, significat per ea verba: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum*. e *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*: duobus animantium generibus similes esse suadens, quæ ambo simplicitatis symbolum essent, ouibus. s. atque columbis: Aeque. n. est, ac si diceret; Quamuis prudentia maxime vobis necessaria sit, duplicitatem

Simplicitas prudentiã exornat, et quo illã te mitari debeas.

e Matt. 10. 16.

te tñ omnem, omnem vafriciem detestor, & prudentiam prudentium reprobo. Prudentia omnis vestra in eo potissimum sita sit, quod in consultando iudicium vestrum illæsum seruare studeatis, similes vos exhibentes serpentibus, qui id præ omnibus contendunt, vt caput suum seruẽt illæsum: Ac insuper operæpretium est, vt, instar ouium, ac columbarum simplices vos exhibeatis.

Qualis simplicitas comitari debeat veram prudentiam.

Porrò, cum simplicitatis nomen multipliciter sumatur in sacris litteris, & significet consummationem, perfectionem, integritatem, sinceritatẽ, sanitatem, & quamdam innocentiæ, ac sanctitatis plenitudinem, dum dicitur necessaria veræ prudẽtiæ, dentibusve spiritualibus, & consultationibus piarum animarum; eam puto intelligendam simplicitatem, qua sanctus quisque, nihil se scire existimans, ad Dei mandata suas semper collimat cõsultationes; à Deo duci se volens quali bet in re, vt simplex ouis à proprio Pastore: & studẽs in Deũ sponsum suos semper oculos intellectus, atq. iudicii habere coniectos, æque ac columbæ in comparem suum oculos coniectos habere consueuerunt: Hæc quippe si adsit ouina, & columbina simplicitas, fieri minime potest, vt prudẽtiæ error aliquis insit, vtve intellectus in inquisitione veritatis, & in consultatione rectitudinis fallatur; quod testatum voluit Redemptor noster, dicens: *a Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidũ erit*: ac si diceret: Si in inquisitione oculus intellectus tui in solo Deo defixus fuerit, lucem ex omni parte desumens diuini consilii, nil in te erit tenebrarum, erroris, ac falsitatis, & prauitatis: Et meritò; nam, prout in libro Prouerb. dicitur: *b Cum simplicibus sermocinatio eius*; cum prudentibus iis, qui hac decorati sunt simplicitate Deus ipse familiariter agit, eisdemque tanquam amicissimis, ac sponsis suis sua communicat secreta: cum illis internè loquitur, suamque ipsis, quando aliqua de re consultant, exhibet veritatis, ac rectitudinis normam; Idcirco prudentissimus ille Dauid dicebat: *c Cõsilium meum iustificationes tuæ*, idest, totum consilium meum, vniuersæ consultationes tuæ collimatæ sunt, quas tu mihi communicas. Idcirco & spõsæ dentes non tam corporales, quàm spirituales, eiusdemque consultationes ouibus similes dicuntur simplicissimis.

a Matt. 6. 22.

b Prou. 3. 32.

c Psal. 118. 24

Prudentia singularitatem omnẽ proprium q. consiliũ deuitat.

Verũ haud ouib. simpliciter eæ comparantur, sed gregib. ouium; sic enim dicitur: *Dentes tui, sicut greges*: Vt aliud indicetur, per quod tam eximius candor prædictis sponsæ dentibus inest; id autem est; quia, cum prudentissima sit, singularitatem omnem, omneque proprium consilium deuitat in consultando: sed, iuxta *d* Tobiæ monita, consilium semper à Sapiẽte perquirit: & in examinib. iis quoque quæ ad virtutem pertinent, eo pacto consultat; vt illud potissimum inquirat, quod fieri à prudentib. quibuscunque solet; sanctos imitari studens, qui in gregib. sunt ouium Christi: & quia, per Prælatorum ora Deum deducere, nouit fidelium greges, intra illos greges, instar vnius ouis se cõtinere nititur, sapientis Prælati sequẽs cõsilia, & ad illa suas oẽs conformans cõsultationes.

d Tob. 4. 19.

Prudenter consultare volẽs, dẽt esse expoliatus oĩ vehementi passione.

Simile.

At quia nec simplicitatẽ prædictã hr̃e quis potest, nec subiectionem, quæ duo sunt maxime necessaria ad candorem veræ prudentiæ; nisi quis expoliatus sit oĩ passione vehementi, quæ homines cooperire, ac circundare solent; qm̃ passio, instar vitri se hẽt rubei, aut viridis, quod ita visum peruertit, cum oculis obiicitur intuentium, vt nihil candidi videre sinat; sed illud ipsum, quod candidũ est, rubrũ repræsentat, aut viride, & nulla de re

A pure, aut candide consultare permittit. Ideo non quibuscunque gregibus ouium similes esse dicuntur consultationes piæ animæ, quæ, instar pulcherrimorum dentium candidissimæ sunt; sed gregib. tonsarum, ouium scilicet, à quibus detonsum id omne sit, quod illas grauabat, perfectoque earum obsistebat candori.

Iugis memoria cãdoris baptismalis augerpu ritatẽ veræ prudentiæ.

Quod certè tunc plene perficitur, cum quartũ illud adiicitur, quod designatur per ea verba (*Quæ ascenderunt de lauacro*) continua nimirũ memoria candoris illius, quẽ in sacro baptismatis fonte pia quæq. adepta est aĩa, qñ abrenuntians Satanæ, & omnibus põpis eius, exuta veterem hominem, nouumq. induta illum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate, dealbata ascendit, de
B lauacro sanguinis Agni. Bene autem dicitur: *Quæ ascenderunt de lauacro*: nam istiusmodi ablutionẽ sacramẽtalem semel quidem suscepere quotquot in Christo baptizati sunt; Sed per iuge studium susceptum ab inde candorem conseruare satagunt, ita vt semper nouis accessionibus albedinis cumulati, altius ascendant dealbari, prout inferius legimus Angelos quampiam animam ex hisce admiratos exclamasse: *e Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innixa super dilectum suum?* Istiusmodi verò ascensionem tunc primùm, ac maxime faciunt, cũ per veram prudentiam de re aliqua cõsultant: Iõ congruentissime, dum candoris commendãtur cõsultationes sponsæ, ouib. seu gregibus tonsarum,
C quæ ascenderunt de lauacro, similes dicuntur.

e Cãt. 8. 5. Secũdum Sept.

Prudentia sãcta cõsultationes omnes æqualiter duos habent fœtus duorũ præceptorũ charitatis.

Per id autem quod subiicitur: *Omnes gemellis fœtibus*: ex secunda pulchrorum dentium conditione, eædem consultationes, quæ dentes spirituales sunt, cõmendantur ex æqualitate. Enimuero, q̃ præstantissimum in consultationib. piæ animę dignoscitur, in admirabili hac sitũ est ęqualitate deliberationum, quæ quasi fœtus quidã illarũ sunt; Quidni verò æquales eas dixerimus consultationes, quarum singulæ, quasi duos gemellos fœtus, duo semper in re qualibet & inquirere, & deliberare contendunt, quæ duobus conformia sint præceptis charitatis, erga Deum, & erga proximũ: cũ norint, ita æqualiter inter se hæc duo se hr̃e præ-
D cepta, in quibus, iuxta Domini dictũ, *f* tota lex pendet, & Prophetę: vt id benè consultatum, ac definitum habeatur ad Dei honorem, & ad dilectionem erga eumdem protestandam, quod sanctæ dilectioni proximorum neutiquam repugnet: & è vestigio id pp charitatem erga proximos recte deliberatũ, q. charitati erga Deum non sit aduersũ,

f Matt. 22. 40.

In prudẽtib. consultationibus piæ aĩæ nil irritũ est.

Simile.

Denique, quod nulla illarum consultationũ irrita sit, nulla inanis, ea testantur postrema verba, (*Et sterilis non est inter eas.*) Præcipuum quippe veræ prudentiæ hoc est; vt nihil inane in consultationibus appareat; sicut & præcipuum pulcherrimæ dentaturæ id quoque est, vt nihil vacui inter dentes conspiciatur, sed arctissima coniunctione ad-
E inuicem sint coniuncti; Vnde & hoc loco ex hac tertia conditione laudantur.

Præclare autem per istam similitudinem ouiũ simul ascendentium, inter quas nulla sit sterilis, istiusmodi conditio exprimitur dentium spiritalium, & sanctarum consultationum, nam re vera consultationes piæ animæ nihil in se admittunt vacui, quandoquidem nulla sterilis est inter eas, quæ bonum opus non producat ad effectũ, quod consultatum est: Quam conditionẽ haudquaquã reperire est in consultationibus hominum imprudentum, quarum plerę que steriles sunt, sunt enim plerique, qui, etsi diligentiam in consultando adhibeant, steriles nihilominus vt plurimum dici debent,

DE ANIMA.

bent: vel quia nihil bene consultent; vel quia, tametsi aliquid nonnunquam bene consultent, minime tamen illud ad opus deducunt.

PARAPHRASIS.

Quod itaque hisce omnibus intendit sponsus, breuiter tale est.

Consilia, ac consultationes tuæ, quæ spiritaliũ dentium in te obtinent locum, non solum, quia illis, dum singula minutim examinas, atque diiudicas, mandis quodammodo vnamquamque rẽ, æque ac per corporeos dentes corporei manducuntur cibi; Verum etiam, quia conclusas illas oratione detines, prout dentes intra os conclusos videmus: sicut.n. dentes nil mandunt, nisi id quod per os admissum sit ad ipsos, nisi & ipsius oris ope adiuti sint: Ita & ipsæ nil consulere aggrediuntur, nisi ad orationẽ confugerint prius: cõsultationes, inquã, tuæ & in eo similes dentib sunt, quia breuem prænuntiant vitam spiritualem, cum raræ extiterint; non secus ac dentes rari breuis vitæ sunt indices: & in eo, quòd instar dentium, qui fortissimi sunt, etsi è mollioribus egrediuntur gingiuis, cũ & ipsæ quamquam è molli hæsitatione enascantur, firmissimæ tñ postmodum euadunt, Ac sicut dentes adeo duri sunt, vt nec à flammis cõsumi queant; quos tamen modica tabes, exiguæq. sordes ita corrumpunt, vt & fętorem, & dolorẽ vehemẽtissimũ inferant. Ita & ipsæ fortissimæ quidẽ per se sunt, & cuilibet ignis appositioni resistentes; sed à modicis peccatorum sordibus sic corrumpuntur; vt & fœtidissimæ sint, summumque causent dolorẽ. Istiusmodi ergo *dentes* spirituales, prudentia tua, tuaque discretio sunt. *Sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro;* cùm eximio insignitæ sint candore, tum ob purissimam, quam adiunctam habent ouium simplicitatem: tum ob præstantissimã subiectionem, qua, singularitatem omnem deuitãtes in gregib. sapientum, à pastoribus, atque Prælatis deduci sẽ sinunt: tum ob expoliationẽ ab omni passione: tum deniq. ob iugem memoriam, iugeq. studium conseruandi candorem illũ, quo dealbata fuisti, qñ ascendisti de lauacro baptismatis. In hisce etiam dentibus æqualitas magna aduertitur ex æqualitate deliberationum, quæ quasi fœtus quidam illarum sunt: cum.n. singulæ id deliberare studeant, quod conforme sit duobus præceptis charitatis, *Omnes gemellis fœtibus* dici queunt; Cumque nulla illarum irrita sit, nihilque inane in illis conspiciatur, eis profectò ouibus similes sunt, *inter quas nulla est sterilis*, eis & dentib. inter quos nihil est vacui.

Vers. II. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est inter eas.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

Maria dentes spirituales vis ruminatiua, contemplatiua, & meditationes ipse.

QVid per dentes B. Mariæ intelligendum hoc loco sit, haud difficile forsitã est definire: At quanta in tam breui isto dentiũ encomio lateant mysteria, difficillimũ profectò arbitror promere. Sub dentiũ metaphora vim illam commẽdari crediderim, qua Gloriosissima Virgo attentius considerabat, meditabatur, & ruminabat sacræ Scripturæ verba, quæ Christi aduentum prænuntiarẽt, & Angeli Gabrielis nuntiũ, quo de eiusdem Christi instructa est Incarnatione, Ruminatio quippe dentib. fit, quibus cibus è ventriculo ad os reportatus subtilius discinditur, atq. conteritur: eam autem vim ruminatiuam commendatã crediderim, qua diuina verba è ventriculo memoriæ in os intellectus reducta subtilius discutiebat Virgo benedicta. Commendatur verò ex triplici capite, ex candore, puritateve eximia; ex æqualitate singularũ ruminationum illarum adinuicem; ac demum ex arcta earundem ruminationum coniunctione, pręclaris adhibitis metaphoris, quarum tunc cõgruũ percipiemus sensum, cum latentia in ipsis mysteria eruere tentauerimus.

*Mariæ meditationes, & ruminationes perfectiua, nõ cõsumptiua, sicut rumin*ationes hominum.*

Notandum ergo primum, alia ratione dentes appellari meditationes, & ruminationes B. Marię, ac meditationes, ac ruminationes hominum in cõmuni. Enimuerò quamquam & singulorum hominum meditationes, ac ruminationes dentiũ metaphora exprimi queant; ob id tñ dentes eæ nuncupantur, quòd dentibus in eo sunt similes, quia consumunt, & destruunt, malumq. inferunt, iuxta illud Dñi: *a Sensus & cogitatio hominis in malum prona sunt ab adolescentia sua*: quod & Dauid contestatus est, cum diceret: *Iniquitatem meditatus est in cubili suo, adstitit omni viæ non bonæ; malitiam autem non odiuit*: Et *b Dentes eorum arma, & sagittæ*. At ruminationes B. Mariæ dentes eam ob causam dicuntur, quòd mandendo perficiunt id, qđ perpendunt, & mandunt: tantumque abest, vt cõsumptionem quoquo pacto operentur: vt scindendo, atque mandendo fœtus potius quosdam concipiant, ac pariant, vt iam iam explicabo. Hinc est enim, quòd sponsus & sub metaphora dentiũ encomium illarum aggressus est, & exinde easdẽ celebrare studuit, quòd, cum dentes essent, similes nihilominus erant ouibus, quæ fœtus haberent, dicens: *Dentes tui sicut greges tonsarum omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.*

a Gen. 8. 21. a Pſ. 35. 5. b Pſ. 56. 5.

Ruminationes Mariæ similes ouibus, gemellos habentibus, cũ ruminationes aliorũ Sanctorum similes sint lacti.

Notandum secundò, per eamdem ouium similitudinem & alterum quoque designari discrimẽ ruminationum B. Virginis à ruminationibus etiã Sanctorum quorumcunque: Siquidem sanctorum ruminationes, cum purissimæ pariter sint, atq. dulcissimæ, lacti comparantur dulcissimo simul ac cãdidissimo, sic quippe de dentibus Iuda, qui cõfessionem sonat, sanctorumque omnium Deo confitentium personam gerebat, dicitur, *a Dentes eius lacte candidiores*: lac sunt, quod ruminantes ipsos dulcedine reficiat; nã, dum sancti aliquid boni intra se ruminant, ab ipsis ruminationibus suis maxima intrinsecus perfunduntur suauitate; quæ tamen suauitas, dum intrinsecos eæ ruminationes fiunt, ad alios minime deriuare solet. At verò dentes B. Mariæ haud lacti assimilantur, sed ouibus, quæ fœtus habeant, vtpote à quib. lac ipsum fiat, & à quibus illud sugere, aut emungere liceat vnicuique. Ecquid enim dulcius, quàm ea mente perscrutari, quæ Gloriosissima Virgo ruminabat, cũ vel propheticas meditaretur pollicitationes de æterno Dei Patris Verbo incarnando; vel cogitaret de Angeli salutatione, ac nuntio? Dentes planè simul, & vbera eæ extitere ruminationes, è quibus nos paruuli sugeremus lac suauitatis, quin & oues eædem fuere, quę fętibus ipsis suis lac præstitere dulcedinis, diuinitati nimirum, atque humanitati Christi, quas mente concipiebat, & in mente semper habebat in ipsis ruminationibus suis, quasi duos gemellos fœtus.

a Gen. 49. 12.

Maria duos fœtus gemelli, duo cõceptus, diuinitatis, & humanitatis.

Neque vero id aliquem turbet, quod dicitur, Maria mente concepisse, & in mente habuisse quasi duos gemellos diuinitatẽ, & humanitatẽ Christi. Hoc namque certum est, Mariam consciã fuisse mysterii Incarnationis quoad substantiam illius, nempe Verbum, ac secundam personam Trinitatis

De B. Maria

nitatis incarnandam, diuinamque naturam cum natura humana per vnionem hypoſtaticam eſſe vniendam; Ita autem huius myſterii conſcia fuit ab initio, quamuis ignorarit, ſe matrem Dei futuram, vt quandocunque aliquod ruminare aggrederetur vaticinium, de Chriſto pertractans, ſemper ambarum iſtarum naturarum fœtus côciperet in mête, iuxta illud Auguſtini: Prius concepit mente, q̃ ventre, nuſquam eas ſeparans: ſiue enim vaticiniũ de Chriſto vt homine ageret: ſiue de eodé vt Deo, ſp vtriuſque illius naturę côceptus habebat in mête: qui duo conceptus, duo mentis fœtus dici poterant; quia vt duæ res diſtinctæ concipiebantur, quamuis diſtincta ſuppoſita eæ habituræ minime eſſent. Et præclare quidem huiuſmodi fętus ruminationum, & meditationum Mariæ gemelli dicti ſunt ad oſtendendam æqualitatem & dentium, & ruminationum Sanctiſſimæ Virginis, & ipſorũ pariter fœtuum: gemelli ſiquidem fœtus diuinitas, atque humanitas Chriſti, etſi diuinitas ſit æterna, & humanitas in tempore genita; quia in mête Virginis ruminantis duo illarum naturarum formabantur conceptus ſimul, prout vno eodemque têporis momento in inſtanti conceptionis ſimul ambæ in vno vniendæ erant ſuppoſito: in quo certè ſuppoſito, inſtar duorum gemellorum ęqualium, æquales, & eæ naturæ, & illarum reddebantur côceptus, quæ alioquin in infinitum diſtabant inter ſe: æquales, inquam, quoad communicationé idiomatum; ita vt conceptus Chriſti vt hominis æqualis alteri eſſet conceptui Chriſti vt Dei, quatenus æqualiter vnus alterum denominaret.

Gemellos fœtus diuinita-tis, & humanitatis Chriſti, quos ſemp habebat in mente.

August.

Porrò rectè dictum eſt: *Omnes gemellis fętibus*; vt & æqualitas ipſarum ruminationum Mariæ innoteſceret; quippe quæ æqualiter omnes, & ſingulę hos gemellos fœtus & concipiebant, & ſecum ſemper habebant, vt dictum eſt.

Notandum tertiò, congruenter admodum, cũ in commendatione ruminationum, & conſiderationum B. Mariæ fœtuum fiat mentio, cumq. ob eximium earumdem candoris inſigne ouibus ijs illæ aſſimilentur, quæ omnes gemellis ſunt fœtib. eam prædictarum ouium adiici conditionem, q̃ aſcenderint de lauacro: per hanc quippe conditionem non ſolum probatur puritas, & candor ipſarum ruminationum; ſed & câdor quoq. indicatur fętuũ diuinitatis, atque humanitatis Chriſti, prout in mente Virginis ruminantis conciperentur. Quia enim pleraque in Prophetis reperiuntur vaticinia de Chriſti paſſione, de cruce, ac morte tractantia, quæ, dum ruminantur ab infidelibus, efficiunt, vt maculoſi ab illis fętus côcipiantur in mête, quatenus verbum Crucis ſcandalum illis eſt, aut ſtultitia: non ſecus ac euenisse comperimus a ouibus iis Laban, quæ è canalibus, & lauacris aſcêdentes maculoſos concipiebant fœtus, intuentes virgas decorticatas. Ruminationes B. Marię haud huiuſmodi ouibus ſimiles dicuntur; ſed ouib. quę candidiſſimæ aſcenderunt de lauacro, candidiſſimoſve de lauacro aſcendentes concipiunt fœtus: dum enim aſcendens de lauacro ſanguinis Chriſti, illius crucem, ac paſſionem à longe proſpiceret Virgo benedicta, ruminans Prophetarum verba, nihil in ſuo vel diuinitatis, vel humanitatis côceptu admittebat maculæ, nihil, quod naturæ derogaret diuinæ; ſed naturam humanam ita propter ſcelera miſerus, paſſionibus, ac morti expoſitã concipiebat; vt tamen eamdem ſceleris omnis expertem intelligeret, naturamque diuinam ita humanitati patienti concipiebat vnitam; vt ſimul aduerteret nullius miſeriæ, nulliuſve paſſionis eam ſo-

Prophetias de paſſione Chriſti quã diuerſimode ruminaueris Maria ab eo modo, quo eaſdem ruminât homines mundi.

a Gen. 30. 38.

te participem.

Notandum denique quartò, egregiè per vltima ea verba (*Et ſterilis non eſt inter eas*) ex arcta ad inuicem coniunctione commendatas conſiderationes, & ruminationes B. Mariæ; præſertim cũ prædicta verba imediatè ſubiecta ſint iis verbis (*Omnes gemellis fętibus*.) Per hæc quippe ſignificatur, ita in ruminandis diuinorum eloquiorum ſententiis Sanctã ſe habuiſſe Virginem; vt nihil vnquã ruminaret, in quo gemellos non conciperet fętus eo ſenſu, quo dictum eſt ſecundo notabili; in quo ad diuinitatem, & humanitatem Chriſti mentem ſuam non applicaret: cumque nulla ruminationũ eius ſterilis eſſet, qua prædicti non conciperentur gemelli, arctiſſima profecto coniunctione eas omnes, ſingulaſve ad inuicé vnitas dicere, neceſſe eſt.

APPENDIX.

Maria ſemper humanitatis, ac diuinitatis Chriſti conceptus habuit in ijs omnibus, q̃ ruminabat.

Verſ. II. Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro: Omnes gemellis fętibus; Et ſterilis nõ eſt inter eas.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Quàm pulchri ſunt Sacerdotes, & leuitæ, qui offerũt oblationes tuas & comedũt carnes ſanctificatas, & decimas, & primitias; & mundi ſunt ab omni violentia & rapina, ſicut erat mundi greges ouium Iacob in tempore, quo tondebantur, & aſcendebant de torrente Iaboc, in quibus non erat violentia, & rapina, & omnes ſimiles erant ad inuicem, & pariebant gemellos in oĩ tpe: & ſterilis, & orbata non erat in eis.

Dentes Eccleſiæ Sacerdotes.

Communiori Patrum ſenſu ſub dentium Eccleſiaſtici corporis metaphora, ſancti eius commendantur Doctores, & Prædicatores. Ita Greg. Nyſſ. hom. 7. Hieron. li. 2. in c. 3. Lament. Ierem. Auguſt. in Pſal. 3. 77. & 94. atq. in li. 2. de doctrina Chriſt. c. 6. Theod. Caſſiod. Greg. PP. nedum in ſuis Comment. ſed & in lib. 33. Moral. c. 29. Philo Carpath. Iuſtus Orgel. Apon. Beda, atque Anſelm. Porrò cõmuniorem hunc ſenſum ita explicat Nyſſenus. Per dentes inquit ſignificatos Doctores, qui in Eccleſia vſum dentium in comminuendo dogmatum difficultates exercent: Quorũ conditiones, inquit, ſignificari primùm, vt ſint tonſi, hoc eſt, nudati põdere materiali. Secundò, vt lauacro conſcientiæ ſint puri ab omni inquinamento carnis, & Spiritus. Tertiò, vt ſemper per profectum aſcendant. Quartò, vt duplici bonorum conceptione proſiteantur generationem in omni genere virtutis, & in nullo genere virtutis, & exercitio ſint ſteriles: gemellos verò, quos parere ij debêt, dicit, eſſe aĩæ impatibilitatem, & vitæ corporalis honeſtatem.

Prædicatores, & Doctores ſancti ſunt Eccleſiæ dêtes.

Gre. Nyſſ. Hier. Auguſtin. Theodor. Caſſiod. Greg. PP. Phi. Carp. Iuſt. Org. Aponius. Anſelm. Greg. Nyſſ.

Doctores vt dêtes Eccleſiæ, quales conditiones habere debeant.

Theod. Dêtes tui, inquit, dici ad Eccleſiam, Doctores ſcilicet tui adeo puri, & ab omni ſuperflua diſputatione, atque iocis, & ſcurrilitate, & mêdacio, verborumque obſcænitate mundi, atque integri ſunt; vt iis videantur ſimiles, qui recens ſalutari baptiſmate digni ſunt habiti, ſimiles gregib. tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro. Porrò greges illi gemellos omnes fœtus edunt, & ſterilis nõ eſt in eis; ne te illis videar comparare, qui poſt ſalutiferum baptiſma rurſus ad malitiam redeunt; ſed qui datam ſibi gratiam cuſtodiunt, duplicemq. tũ contemplationis, tum actionis virtutem pariunt.

Theod.

Doctores Eccleſiæ quã puri, & fœcundi.

Grego. PP. Dentes Eccleſiæ prædicatores illius dicuntur: quia per eos infideles conſumuntur, & paruuli nutriuntur; dum. n. Sacram Scripturã exponendo minoribus fratribus dilucidant, quaſi

Greg. PP.

pa-

APPENDIX.

panem paruulis, tanquam matres filiis commasticant, quo infirmi ad fortia conualescant: Hi bene, *sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro* esse, dicuntur; quia, dum se à peccatis omnibus in baptismo ablutos esse recordantur, libenter onera mundi deponunt, vt ad cælestia consequenda, & prædicanda, quo liberius, eò facilius gradiantur. Gemellos fœtus omnes habent; quia in duob. præceptis charitatis ceteros homines supereminẽt, geminam dilectionem prædicant, & in ea duos populos, Iudaicum, & Gentilem gignere nõ cessant; inter quos nullus est sterilis; quia profectò Prædicator dicendus non est, si spirituales filios gignere contemnit.

Prædicatores Ecclesiæ quales esse debeant.

Aug. Quam explicandi rationem tum Greg. tum ante ipsum Cassiodorus desumpsere ex Augustino, qui in citato lib. 2. de doctr. Christ. Sanctos illos commendari hic ait, quorum vita, & morib. Christi Ecclesia de quibuslibet superstitionibus præcidit eos, qui ad se veniunt, & imitatione bonorum quodammodo sibi incorporat; qui boni, fideles, & veri serui Dei deponentes onera sæculi, tanquã grex tonsarum ad sanctum Baptismi lauacrum venerunt, atque inde ascendentes cõceptione sancti Spiritus fructum dant geminæ charitatis, Dei, & proximi.

Dentes Ecclesiæ sancti ij, qui prauos, & infideles cõuertunt.

Bernard. At Bernardus, Religiosos ac Monachos potius per Ecclesiæ dentes intelligens singulariter serm. 63. ex paruis, singulas corporalium dentium conditiones illis adaptat, dicens: Huiusmodi dentes ego arbitror homines monasticæ professionis, qui, viam compendiosiorem, & securiorem vitam eligentes, de toto Ecclesiæ corpore, quod candidũ est, candidiores esse videntur. Quid enim illis candidius, qui totius immunditias spurcitiæ euitãtes cogitationum, sicut actionum peccata deplorant? Quid fortius illis, quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur? Isti carnem non habent, quia in carne carnẽ obliti audiunt ab Apostolo. a *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu*: Corio carent; quia nitorẽ, & distensionem mundanarum solicitudinum habentes in pace in idipsum dormiũt, & requiescũt, nihil morari intra se patiuntur; quia nec modicũ quidem offendiculum tolerabilere putant, aut intra se, aut in conscientiis singulorum: non est dolor, sicut dolor eorum, quia nihil tam horrendũ est, & horribile, sicut murmur, & dissensio in congregatione. Clausi sunt labiis, ne videantur, sicut & nos materialibus vallis circuncingimur, ne sæcularium oculis, & accessui pateamus. Indecẽs est, si appareant, nisi interdum fortè ad risum; quia nihil turpius, quàm monachus per castella, & per vrbes discurrens, nisi cum illa cogit, quæ operit multitudinem peccatorum: Charitas. n. risus est, quia hilaris est, læta quidem, non tamen dissoluta. Toti corpori masticant cibum dẽtes; quia ipsi pro toto Ecclesiæ corpore. videlicet tam viuis, quã mortuis orare sunt constituti: Nullum inde saporẽ habere debent, nullam sibi gloriam assignare; sed dicere cum Propheta: b *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*: Non facile consumũtur; quia quanto annosiores sunt, tantò feruentiores, & eo rapidius currunt, quò vicinius appropinquant ad palmam. Per ordinem positi sunt: vbi enim aliquid ordinatum est, si hoc non est? vbi cibus, vbi potus, vigilare, & dormire, laborare, & quiescere, ambulare, & sedere, &c. omnia in numero, & mensura, & pondere constituuntur? Superiores, & inferiores sunt, quia iter nos Prælati, & subditi sunt, & sic superiores inferiorib. iunguntur, vt inferiores à superioribus non discordent: cum autem inferiores moueantur, superiores nunquã moueri debent; quia etsi subditi quandoque turbentur, Prælatorum est in mente composita perdurare. *Sicut grex tonsarum*, inquit. Quam bene monachi tonsis ouibus comparantur, quia re vera tõsi sunt, quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum in proprietate relictum est. *Quæ ascenderunt de lauacro*: lauacrum Baptismus est, de quo ascendit, qui ad celsitudinem vitæ perfectioris intendit: descendit autem, qui se vitæ mancipat inhonestæ. *Omnes gemellis fœtibus*, quia & verbo pariunt, & exemplo. *Et sterilis non est in eis*: quia nullus est infæcundus.

Religiosi quàm aptè dentes Ecclesiæ dicantur.

a Rom. 8. 9.

b Psal. 113. 9.

Qui verò de spiritalibus piæ animæ dentibus hæc exponunt, hos dentes vel exactam diuinæ doctrinæ, & diuinorum eloquiorum discussionem: vel discretionem spirituum esse, inquiunt. Hoc secundum asserit Richardus de Sancto Victore, qui super hunc locum, Cognoscẽda est, inquit, discretio spirituum: dum enim omnia deuota aĩa diiudicat, & discutit, quasi quibusdam dentib. discretionis ea conterit, & comminuit. Hi sunt dentes sponsæ, qui assimilantur gregibus tonsarũ ouium; detonsiones sunt innocuæ cogitationes, exteriora abscindentes. s. amorem terrenorum, & desideriũ habendi prudentiam sæculi. Porrò dum discretio post innocentiam, & mundanorum abiectionem, atque propriæ voluntatis mortificationem per cõpunctionis gratiam mundatur, atque ad spiritualium intelligentiam, & discussionem eruditur, de lauacro ascendere merito perhibetur.

Richard.

Discretio spirituũ est dentatura aĩæ sanctæ.

Eo verò modo eadem discretio gemellos fœtus, & geminum fructum facere dicitur, dum tam aduerso statu, quàm prospero bene vti nouit, & ex vtroque proficit: & item dum & malum cauet indiscretionis, & bonum prudenter agit; Si aliquis enim bene intendat, & minus prudenter agat, offendit, iuxta illud: Si rectè offeras, & rectè nõ diuidas, peccasti. Facit item geminum fructum dũ, & intus cogitationes regit, & foris opus prudẽter disponit: facit etiam hunc in aliis, quos tam admonitione prudentiæ emendat, quàm rectè operãdi exemplo: sic nihil in ea sterile est reperire.

Greg. Nis. Discussionem autem accipit Greg. Nyss. hom. 7. qui, proponens dubitationem, quare commendationi labiorum præponatur commendatio dẽtiũ, post allatam litteralem solutionẽ istiusmodi: Quia in demonstratione pulchritudinis elegantioris, etiam oris risum per dentium descriptionem tacitè indicetur: mysticam congruentiorem hanc affert, quia ordo in disciplinis optimus est, vt primũ quis doceatur, deinde idẽ ipse loquatur. Videtur autem Nyssenus per dentes animæ illam accipere vim, qua homo singula examinãdo, fit doctus, sic enim ait: Vt corporeum alimentum dentib. comminuendo paramus, ita vt visceribus nostris idoneum fiat: eodem modo facultas quædam est in animo, quæ doctrinas comminuit, & per quam vtilis illi fit doctrina, qui eam recipit.

Dẽtes aĩæ prius quàm labia eiusdem cõmendantur, quia ordo disciplinę est, vt doceamur prius, postmodũ verò loquamur.

Amb. Fusius autem sensum istum prosequitur Ambr. quippe qui serm. 16. in Psal. 118. vers. 3. Par est, inquit, vt diuidas primum, si solida tibi videtur esca, quæ sumitur, & distinguens eam, atque emollitam sine noxa aliqua animæ in omnia eius membra naturali diuisione transfundas, vt vitalẽ succum omne eius corpus epuletur. Hi dentes super lac candidiores, quia dentes iustorum sunt, de lauacro amaritudinis, mortificationis, & passionis Christi purificati, atque adeo, cum *oẽs in Moyse baptizati in nube, et in mari Patres nostri*, fuerint, nõ otio-

Dentes animæ exacta discussio diuinorũ eloquiorum.

APPENDIX.

a 1. Cor. 10

otioſe tamen ſcriptum eſt (inquit Ambroſ.) *a quia omnes eamdem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt*; vt iſtis ſanctorum dentibus maior quidã fulgor accederet, quos poſt tranſitum maris rubri, myrrhei fontis amaritudine per ligni gratiam temperata, agnoſcimus eſſe mundatos: & paulò poſt: Vnde & manna manducauerunt, vt abluti manducarent panem, vt ſcriptum eſt, Angelorum; Nunc quoque in Euãgelij myſteriis recognoſcis, quia baptizatos licèt toto corpore, poſtea tamen eſca ſpiritali, potuq. mundari. Quòd omnes gemellis fœtibus prædicti dentes dicuntur, ſic exponit: Bene geminos creãt, quia congeminant ſenſus ſuos: Vnde habes in Prouerbiis ſcriptum:

b Prou. 22. 20. ſecũdũ Sept.

b Et tu ſcribe hæc tibi tripliciter in conſilio, & cognitione: triplicem præmiſit ſcriptionem, & duo ſubdidit, conſilium, & cognitionem: Sed cognitio gemina eſt, vna incorporalium, alia corporalium: Nomine tonſarum non oues, ſed capras detonſas accipit & hoc loco Pſalmi 118. & li. de initian. myſt. c. 7.

B

Tres Patr.

Meditationes piæ: animæ quales ſint.

Referri poſſunt & ad hunc ſenſum, quæ dicuntur à Catena Trium Patrum, in hunc modum hæc exponente: Meditationes tuæ, quibus, tanquã dentibus quibuſdam, corporea legis tum ſcriptę, tum naturalis craſſitudo in veros ſenſus extenuatur, & ad eſum ſpiritalem idonea redditur, caprarum tõſarum inſtar, falſis omnibus opinionibus amputatis, reiectiſque, circa veritatem ſolam immorãtur; & quaſi lauacro purgatæ à terrenis iſtis, atq. carnalib. ſublimes ad ſpiritalia, atque cæleſtia conſcẽderunt, omneſque per ſupradictas leges geminos virtutum fœtus tum dictis, tum factis edunt, & ſterilis, atque inutilis cogitatio non eſt in eis.

C

Verſ. III. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.

Expoſitio Prima Iuxta ſenſum Litteræ.

SI ex rubore duntaxat ſponſæ labia cõmendare hoc loco voluiſſet ſponſus, vt quidã arbitrati ſunt, aptiſſima certè ſimilitudine ea extuliſſet, aſſimilãs illa cocco, aut purpuræ; quemadmodum factum ab ipſo videre eſt infra in c. 7. vbi comas eiuſdem ſponſæ è magno item rubore laudibus celebrans, ipſimet purpuræ illas adæquat, & purpuræ, quæ colorata maxime ſit, dicens:

D

c Cãt. 7. 5.

c Coma capitis tui ſicut purpura Regis: coccinea ea dicere potuiſſet, aut purpurea, ſicut ob iſtud ipſum ruboris encomium exprimendum, corallina, aut roſea perpulchra labia inſignes appellant Poetæ: At vero, cum non coccinea labia dixerit, nec ſicut coccum, ſed, *Sicut vittam*: vel iuxta Originalia hebræa & Sept. *Sicut funiculum*, illa pronũtiet, aliud quidpiam præter ruborem in eis laudare cẽſendus eſt.

E

Hebræorum complures exiſtimant, per hanc ſimilitudinem ſponſæ labia commendata ex eo, quod pulchra ſint in promittendo, & in ſeruandis promiſſis: ſponſamque ipſam laudari ex fidelitate verborum ſuorum, vt alludatur

d Ioſu. 2. 18

d ad funiculum coccineum (eadem n. eſt dictio hic, & in libro Ioſue) in feneſtra appenſum, ob cuius conſpectum exploratores Iericho, populuſve Iſrael Rahab meretricis domum illæſam ſeruarunt ob datã fidem. Verùm expoſitio iſta, & iſtuſmodi labiorum acceptio metaphorica potius eſt, quàm litteralis.

Labiorum ſponſæ laus triplex.

Germanus litteræ ſenſus eſt; vt labia ipſa cõmẽdentur, quibus ij operiuntur, qui mox laudati ſunt dẽtes: Commendãtur autem ex triplici capite. Enimuero ad labiorum pulchritudinem duo in primis requiruntur; apta ſecũdum figuram diſpoſitio, & color debitus. Apta illorum diſpoſitio eſt, vt non ſint diſtorta, aut prominentia, & quaſi ab inuicẽ diuiſa cum hiatu intermedio, per quem dẽtes promineant: color maxime congruus, rubor eſt: turpia enim illa quis ſtatim appellat, ſi nigra ſint, aut liuida, vel alio pręter ruborem colorata colore. Primã conditionem optimè exprimit allata vittæ ſimilitudo: per hanc quippe ſignificatur, ita illa eſſe diſpoſita, vt concluſa, & conſtricta adinuicem, quaſi in modum vittæ conſtrictæ per tranſuerſum appareant, abſque diſtorſione recta, & abſq. vlla prominentia æqualiter lenia. Secũda coloris cõditio per id explicatur congruentiſſime, quòd non cuilibet vittæ ſimilia dicuntur, at vittæ coccineæ. Sed, & ex tertio capite multò magis eadem commẽdari, indicãt Originalia hebræa, & græca, cum filo, aut funiculo coccineo illa referant comparata: funiculi etenim, fili, atque etiam vittæ proprium eſt, vt conſtringant, ligentq. arctius: atque adeo cum rebus hiſce ſimilia dicuntur labia ſponſæ, innuitur manifeſtè, adeo illa eſſe pulchra, eamq. illorũ vim eſſe; vt intuentes quoſque conſtringant, ac ligent.

LITTERA.

Quamquam ipſa fili, aut funiculi coccinei ſimilitudo aliud inſuper mihi ſuggerat; nimirũ, vt nõ modo prædicta per eam deſignetur vis pulchrorũ labiorum; ſed per eamdem exprimatur, qua ratione in ipſis tam ingens exiſtat vis, quia apte, & congruenter concluſa ſeruentur: ſiquidem quæ congruenter concluſa ſeruantur, labia perpulchra in medio, vbi conſtringuntur, filum, ſeu funiculum coccineum ductum per tranſuerſum repræſentãt. Duplicem itaque laudem in duabus partib. huius ſententiæ in ipſa ſponſæ labia conferri, crediderim; & quòd pulcherrima ſint, cum concluſa conſpiciuntur in ſilentio: & quòd gratioſiſſima item appareant, cum ad loquendum aperiuntur. Enimuero quod in ſecunda parte dicitur; *Et eloquium tuum dulce*, haud ſermonis duntaxat dulcedinem ſignificat, quem labia exprimunt: ſed etiam ipſius loquelæ, ac pronuntiationis venuſtatem, ac gratiã quæ in ipſorum labiorum, oriſve habitu in primis ſita eſt: quod ex Originalibus aperte colligitur: nã hebraicam dictionem ומדברך vmidbarech, quam noſter Interpres vertit; *Et eloquium tuum*, Sept. in prædicto ſignificatu verterẽ: *καὶ ἡ λαλιά σου, & loquela tua*: & adiectiuum item נאוה naueh, quod noſter, *dulce*, reddidit, verterunt, *ὡραῖα, ſpecioſa, decora, ac gratioſa*.

Quæ cum ita ſint, duplicem breuiter iſtorũ verborum afferre poſſumus ſenſum, vtrumq; litteræ congruentiſſimum, quatenus labia proprie ſumuntur pro corporeo membro. Primum, vt in tam breui ſententia duplex contineatur encomium; labiorum ſcilicet alterum, & alterum ſermonis vnius eiuſdemque ſponſæ: ac ſi dicatur.

I. SENSVS

Sicut, & oculis, & capillis, atque etiam dentib. es maximè decora, dilecta mea: ita pariter & labiis, ſiquidem *labia* ipſa *tua* omnimoda illa honeſtata ſunt pulchritudine, atque decore, quo pulcherrima quæque decorata ſunt labia, ſunt *ſicut vitta coccinea*, & rubro videlicet colore coccum referentia & vittæ per tranſuerſum conſtrictæ ſimilia, æqualiter turgidula, recta, ſibique inuicem abſque vllo hiatu compacta, ita vt ob tam aptam ſui diſpoſitionem, proportionatiſſimumve colorẽ intuentes quoſlibet arctiſſimis amoris nexibus conſtringant, non minus quàm vitta capillos conſtringit, non minus quàm funiculus diſſ[i]ẽtia alliget

PARAPHRASIS.

quæ-

ECCLESIA. DE EC- quæque. Quin & eloquia, quæ tuis hisce proferuntur labiis, dulcissima sint; atque adeo mirû in modum audientes quoslibet sermo ipse tuus sua oblectat gratia. A

II. SENSVS. Alterum, vt vnum duntaxat sit in præsenti sententia encomium oris eiusdem sponsæ, siue cû silentio conclusum seruatur, siue cum ad loquendû aperitur: ac si dicatur,

PARAPHRASIS. Si dentibus perpulchra redderis, qui quantumlibet pulchri sint, intra tamen ostium oris concluduntur: Multò certè pulchrior tuo ipso es ore; siue enim taceas, siue loquaris, adeo venustè illud sese habet, vt gratia ipsa sua, singulos quosque demulceat, trahatve, atque constringat. Enimuero quando silentium seruas, rosea ita constricta detines labia, vt in medio, vbi sibi inuicem inhærent, filum, funiculumve coccineum repræsentent: Quæ verò eadem aperis, vt loquaris, adeo concinne id efficis; vt & loquela, qua emissa pronuntias verba, gratiam deferat insignem, & ipsummet, quod iisdem profers, *eloquium* sit maxime *dulce*, oblectasque simul, & intuentes, & audientes. B

Vers. III. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta. C

POst impressum Ecclesiæ sanctæ osculum Dei tam decorum, Prædicatores, & eiusdem Ecclesiæ labia tam ardentem ruborem contraxerunt, vt propterea ab ipsomet, qui eis osculum impressit, hoc encomio celebrata sint: *Sicut vitta coccinea labia tua.* Quemadmodum enim ex purissimo sanguine intrinsecus existente, cui & vis ignea est, purissimus in carneis labiis causatur rubor, nedum internus, sed & externus, & ex impuro sanguine liuor potius eisdem efficitur: Ita & ex puro charitatis igne, quo intrinsecus ab osculo illo Dei succensa sunt, purissimus, maximeque decorus, rubor, etiã extrinsecus in labiis hisce spiritualibus, & Prædicatoribus exhibetur. Hæcque prima est illorû conditio, qua per hoc commendantur encomium, quòd charitate intrinsecus primò sint succensi: quòdve eamdem charitatem deinde etiam extrinsecus exhibeant, non solum in eo, quòd iugiter prædicent charitatem Dei in hoïes: verû etiam, quia ad charitatẽ singulos quosq. fideliû promouere suis studeant prædicationibus. Quod certè vnicû ipsorû studium ipsa vittæ coccineæ similitudo cõfirmat; quamuis, n. in plurali sub labiorû metaphora designati ij sint, quia re vera plures in Ecclesia sunt Prædicatores, qui labiorum in ea exercent munus vni tñ vittæ coccineæ ij omnes comparantur: tum quia vnum sunt per charitatem, qua se inuicẽ prosequuntur; tum quia huic vni potissimum indulgent, vt charitatẽ in audientium excitent cordib.

Simile.

Prædicatores Ecclesiæ vna tanquã vitta coccinea iunguntur per charitatem, & vnã primis prædicant charitatem. D

Ecqua verò aptiori, quàm ista ipsa vittæ coccineæ similitudine secundam sanctorû Prædicatorum conditionem exprimeret quis? vittæ etenim proprius is est vsus, vt per eam diffluentia quæque constringantur: hocq. ipsum propriissimum est Sanctorum Prædicatorû munus; vt & dispersos quosque simul colligent, & quotquot ad fluxa ista, & terrena defluunt, arctius constringant: fideles illos, quos aliqñ disiunctos ab inuicem repererint, vitta coccinea connectunt, cum in eorum animis charitatem imprimunt, *a* quæ, iuxta Apostoli dictum, *vinculum est perfectionis*: quos verò delabẽtes conspexerint, ac defluentes ad illecebras huius E

Prædicatores Ecclesiæ quo cõstringãt fideles.

a Colos. 3 14.

sæculi, vitta item coccinea constringunt prædicationibus suis, quatenus ea sp illis prædicant, quæ Christus pro ipsis est passus, vt à vanis hisce eos abstraheret voluptatib. Paulum Apostolum *b* imitantes, cuius conciones in hoc vnum collimatæ erãt, vt Christum Crucifixû proponerent, Christi sanguine rubra, atq. coccinea sua exhibentes ora. DE EC-CLESIA. b 1. Cor. 1 23.

Sed & tertia quoq. eorumdem Prædicatorû per hanc vittæ similitudinem exprimitur cõditio, probitatis, s. ac sanctitatis. Enimuero constantissime apud oẽs pro certo hr, probitatem ita Concionatori cuilibet esse necessariam; vt qui hac destitutus sit, quantalibet excellat doctrina, indignationẽ Dñi commoueat in sese, cum prædicandi sibi arrogat munus; sic quippe Deus in illum commotus, eum alloquitur: *c Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum: Si videbas furem, &c. Existimasti inique, quòd ero tui similis? Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Porrò probitas Prædicatorum, qualis esse debeat, ipsa designat vittæ similitudo, prout in labiorum commendationem hoc loco ponitur: vitta. n. hic proponitur demissa, & plana, vt tumorẽ, & prominentiam à labiis excludens; vitta rectè extensa absq. vlla distorsione: istaq. duo sunt, quæ in primis probum quemlibet reddunt Prædicatorem, humilitas, ac rectitudo: Nam haud sat est, vt coccineus sit charitate, sed & humiliter se hse in ipsis suis debet cõcionib. & cauere, ne quid tumoris, & elationis in sua præseferat conuersatione: quòd potissimum à Christo prædicatorum oïum magistro exhibitum nouimus, & à singulis requiri, iis præsertim, qui alios docere tentarint. Rectitudo verò, quæ in iisdem requiritur, duplex est: Altera, qua rectam viuendi rationem sequantur: Altera, qua rectam fidei normam profiteantur: ista, quæ ad doctrinam spectat, illa, quæ ad studium attinet virtutum omnium. Ambo siquidem hæc necessaria sunt, vt constringendi instar vittæ exhibeant munus: cum neq. vitæ probitas sine recta doctrina, neq. doctrina secundum rectam fidei normam sine vitæ rectitudine sufficientes ad id per se sint.

Prædicatori Ecclesiæ probitas maximè necessaria, quæ sita est in humilitate, & rectitudine.

c Ps. 49. 16

Rectitudo duplex necessaria est prædicatoribus.

Atque adeo congruentissima ratione, dum eorum contexitur encomium, sub labiorum potius, quàm sub linguæ, aut gutturis metaphora exprimuntur: nã quãuis lingua, & guttur magis, quàm labia ad locutionem promendã inseruiant; & iõ proprius fortasse adhibenda viderentur, ad significandam vel Ecclesiæ loquelam, vel eos, qui in Ecclesia loquendi munus exercent, prout sæpius in sacris litteris factû videmus; Tñ quia nec lingua, nec guttur extrinsecus apparent, ita vt haudquaq conspici queãt, qua ratione moueantur, quove pacto se habeant, dû locutioni nauant operã; sed labia duntaxat sunt, quorû & speciei pulchritudo, & decorus motus, quẽ in loquẽdo seruãt, aspicitur: Iõ labia potius Prædicatores dicti sunt, qui & rectitudine fidei, & rectitudine vitæ audientiû reficiunt visum, & auditum.

Prædicatores cur labia potius, quàm lingua aut guttur Ecclesiæ dicti sint.

Post cõmendationẽ sanctorû Ecclesiæ Prædicatorû, qui labiorû vicẽ in illa obtinentes, decorem eximium ex osculo desumpsere diuino, ordine sanè congruentissimo ad illorû encomiû addit cælestis sponsus, & laudes, eloquii eiusdẽ Ecclesiæ, quòd scilicet per dicta profert labia, subiiciens; *Et eloquiû tuû dulce.* Hoc siquidẽ eloquiû Christi sponsa ex diuino pariter osculo desumpsit, idemq. ipsum illud est, ac eloquiû Dei. Enimuero qñ per Spiritus sancti exhibitionẽ Ecclesiæ, eiusve labiis, ac concionatorib. sacrosanctû à Deo imprimit osculû, simul

Eloquium Ecclesiæ, & prædicatorû eius ipsum eloquiû Dei est.

DE ECCLESIA.

mul cum ipso osculo, quod certè diuinum est, etiā diuinum confertur eloquium, iuxta illud: *a Paraclitus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis:* Et illud; *b Dabitur vobis in illa hora, quid loquamini.* Habentque se Prædicatores sancti, qui & labia sunt, & fauces ipsius Ecclesiæ, instar tubarum illarum, quæ vna cum flatu, ac spiritu & vocum signa ab insufflantis ore, quodammodo accipiunt, quæ postmodum ea ratione qua possunt, sonitu insinuant auribus audiētium. Atque adeo tubas Euangelii illos nuncupare solemus; quoniam eos pro suis tubis assumpsisse, nouimus Dominum sic ipsos alloquentem: *c Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam:* & *d In gutture tuo sit tuba.* Hinc est, quòd de ipso eloquio, quod per Prædicatores profert, & de quo sponsus ait: *Eloquium tuum dulce:* ipsamet multò efficacius, multoque prius dixerat in Psalmo: *e Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo?* Dulcedinem enim haudquaquā ex ipsis accipiunt labiis, quæ ea proferunt, sed ex Deo, qui osculum imprimit labiis, spiritumque simul insufflat in fauces, per quas vocis ipsius sonus emittitur.

a Io. 14. 26. *b Matt. 10. 19.* *Prædicatores sācti instar tubarū se hābent, & ideo tubæ Euangelii dicūtur.* Simile. *c Is. 58. vers. 1.* *d Osee 8.* *Eloquium Ecclesiæ vnde habeat dulcedinē.* *e Psa. 118. 103.*

Notandum est autem, istam dulcedinis laudē, quæ hoc loco tribuitur eloquio Ecclesiæ, non in eo sensu sumi, quo dulces dicimus eloquentissimorum Rhetorum orationes, quæ vanis humanæ sapientiæ flosculis aures demulcēt, quove musicam cantionem dulcem nuncupamus, quę prę dulci cātus suauitate audientium item oblectat aures: hæc quippe dulcedo abhominationi potius est Sanctis Prædicatoribus, tantum abest, vt per illam laus aliqua in Ecclesię eloquium conferatur. Habent propriam dulcedinem diuina eloquia, eaque peculiaris, ac propriissima laus est: quam dulcedinem nō obscure indicat Apostolus, primā illam excludēs in Epistola prima ad Corinthios, dicens; *f Sermo meus,* scilicet Iesu Christi, *& prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus, & virtutis:* In ostensione spiritus, & virtutis exhibetur ista dulcedo; in susceptione Spiritus sancti, qui vnà cum eloquiis diuinis audientium corda pertingit, & in sensu virtutis eiusdem Spiritus dulcedo ista percipitur, non in auribus quidem corporeis, sed in faucibus spiritualibus, vbi ciborum spiritualium fit gustatio; in cordibus nimirum & loquentium, & audientium simul, in quibus affectus commouetur, atque reficitur per virtutem spiritus. Cum ergo eloquium Dei, atque Ecclesiæ ex hoc celebratur, qđ dulce sit, nil aliud significatur, quàm quòd sit affectiuum, id quod proprium illius est, ita tamen affectiuum, vt prius prædicatores afficiat, postmodum auditores quoque per Prædicatores: Neque enim affectum mouere quis potest in alio, ni prius eo ipse sit motus: neo dulcedinem impertiri potest eloquii Ecclesiæ qui dicere Deo nequeat: *g Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.*

Eloquii Ecclesiæ, ac sāctorū Prædicatorū dulcedo sita in eo, qđ affectus mouēat. *f 1. Cor. 2. 4.* *g Psa. 118. 103.*

PARAPHRASIS. COMMVNIOR PATRVM SENSVS.

Ex his facile iam breuem totius huius sententiæ sensum colligere possumus. Prædicatores, qui in te, dilecta mea, labiorum munus exercēt: *labia,* inquam, ista *tua* purificata per osculum è cælis impressum, ruborem *sicut vitta coccinea,* tum internæ tum etiam externæ præseferunt charitatis: eodem ve charitatis rubore fidelium animos, instar vittæ colligare nituntur, constringuntque & illos, qui ad vana defluunt, ne dilabantur, charitatem illam eis proponendo, quam ipse in mea exhibui passione. Nec in eis est inuenire tumoris quidpiam, aut prauitatis, atque distorti: At, instar coccineæ vittę, quæ æqualis absque vlla prominentia sit, & in rectum extensa, humilitate demissi sunt æqualiter in omnibus: excelluntque rectitudine, vitæ pariter & doctrinæ. Hinc est, quòd *eloquium tuum dulce* est, & affectiuum; quoniam per illos prædicatur, qui ex diuino osculo dulcedine reficiuntur Spiritus Sancti.

DE ANIMA.

Vers. III. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

QVod piæ animæ labia, quib. Deum alloquitur, haud alia sint, quā preces, quas illi fundit; quòdve ipsa orationis virtus sub labiorum metaphora designetur, sicut sub aliorum membrorum metaphora, aliæ item eius designantur virtutes, apertissime contestatur Dominus apud Sophoniam Prophetam, dicens: *h Tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini:* Regius quoque vates hac ipsa metaphora vtitur sæpius, modò siquidem ait: *i Labia mea laudabunt te Domine:* modò. *K Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi.* Id, quod nobis enitēdum superest, illud est, quidnam laudis in ipsam tam sanctæ animæ orationem conferatur in hoc tam breui encomio: *Sicut vitta coccinea labia tua,* siue per hoc labiorum nomen, siue per allatam vittæ coccineæ similitudinem, siue per appellationē eloquii, seu loquelæ, siue denique per dulcedinis attributum, quod eidem datur.

Labia piæ animæ illius oratio. *h Soph. 3. 9.* *i Ps. 62. 4.* *K Psa. 70. 23.*

Vt autem à primo exordiar: Per labiorū nomen præstātissima in primis insinuatur orationis excellentia, nimirū, quòd per eam pia quęque anima eo peruenit, vt cū celsissimo vniatur Domino, despōsationisve admirabilis inter se, atque cęlestem spōsum signū exhibeat, accipiatve in osculo oris Dei. Quemadmodum enim mediis labiis duorum animorum fit vnio, quando duo sese inuicem osculātur amantes: Ita & anima media oratione osculū Dei suscipiens, media quoque eadem vna cū Deo vnitur: atque adeo præclare sic eam definiunt aliqui, vt sit Eleuatio cordis ad Deum, qua mediante illi appropinquamus, eidemque vnimur. Præter hāc autem primam orationis excellentiam, duæ insuper aliæ per hoc ipsum labiorum nomen indicantur; quod ipsa sit quodammodo ostium, per quod in animam ingrediatur Spiritus sanctus, & vitalis sanctorum affectuum flatus ab intimis pręcordiis ad cælum mittatur: labia siquidem carnea ostium esse conspicimus, corporeæ respirationis; ita vt, si claudantur, fieri minime valeat respiratio, qua externus attrahitur spiritus, emittiturve internus. Porrò, quòd oratio potissimum sit mediū ingressus Spiritus sancti in animā, exinde colligere licet vnicuiq;, quòd vt plurimum orationis fit mentio, quando in Scriptura sacra narratur aduenisse Spiritus sanctus super aliquos: sic quando venit super Dñm Iesum, super orātem venit, teste B. Luca Euāgelista, qui ait: *l Et Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum:* sic quando venit super discipulos in die Pentecostes, *m* fuisse illos *omnes vnanimiter perseuerantes in oratione,* ex Actibus Apostolorum habemus; sic alibi ferè semper. Quin, etsi virtutes omnes, quæ charitatem habent adiunctam, diuinam promereri valeant gratiam; peculiarius tamen id ipsi competit orationi, quæ

Oratione aīa vnitur Deo, sicut amans vnitur amato per labia, ī quib. fit osculum. Simile. *Gratiosissæ labiorū est ostiū, p qđ admittitur spiritus S. & ex præcordiis emittitur sāctorū affectuū spiritus.* *l Luc. 3. 22.* *m Act. 2.*

DE ANIMA.

illam à Deo exposcit, testante id Domino nostro, dum ait: *a Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester cælestis de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?* Nec mirũ quoniam oratio instar labiorum sese aperiens, & gratiæ desideria ex intimis emittit, & gratiam de cœlis cum diuino attrahit spiritu, prout, hac ipsa metaphora seruata sanctus fatetur Dauid, cum ait *b Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.*

a Luc. 11. 13

b Ps. 118. 131.

Præclare autem Regius iste vates ad relata adiicit illicò: *Aspice in me, & miserere mei;* vt tertiam orationis excellentiam designaret, quam aptissime eadem labiorum metaphora significat; quòd videlicet diuinum non modo auditum oblectet, sed & visum quoque. Id enim proprium pulchra habẽt labia, vt etiam cum clausa seruantur, intuentium ad se alliciant oculos; quod & orationi maxime congruit, quæ frequenter absque vllis verbis summum seruat silentium, quasi labia conclusa, prout ille facturus dicitur, de quo in Threnis asseritur: *c Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se super se;* diuino nimirum sese repræsentans aspectui, multo sanè pulchrior, quam si instar apertorum labiorum verba proferret; Quam ob causam de oratione humilium, qui præ humilitate verba proferre non audent, vt de huiusccemodi labiis, loquens Dauid, inquit: *d Quia respexit* (non ait, quia audiuit Deus) *orationem humilium:* Et Salomon quoque, cum ad decorem istum labia sua, orationemque suam conformare studuisset, postquam templum Domino ædificauit, sic Deum alloquitur: *e Ad hoc tantum facta est domus ista, quam ad ficam, vt respicias orationem serui tui.*

Oratio facta in silentio delectat visũ Domini, sicut pulchra labia conclusa intuẽtiũ oblectãt oculos.

c Thr. 3. 28

d Ps. 101. 18.

e 2. Paral. 6. 19.

Dicitur insuper oratio esse, *sicut vitta:* qua similitudine admirabilis illius vis ob oculos ponitur, quæ in eo sita est, quòd, instar vittæ, seu funiculi, (vt habent Originales textus hebræus, ac Sept.) ligat, atque constringit. Hanc autem constringendi, & alligandi vim in triplici eius effectu animaduertere licet. Primò in eo, quod capillos nostrarũ cogitationum constringit, ligatque in capite nostro Christo, ne diffluant ad ima, & vana. Secũdò in eo, quòd virtutum omniũ habitus cum charitate ipsarum capite ligat in nobis. Tertiò in eo, quod creata omnia, Deũque ipsum increatũ, immẽsum, & incircunscriptum cũ nostra adstringit volũtate.

Oratio, quã vim habeat cõstringẽdi instar vittæ, & funiculi.

Quoad primum: Instabilitas humanarum cogitationum, & facilitas, qua ad vana quæque eędem fluunt, atque ad praua insuper delabuntur, ita vnicuique ipsa est conspicuum experientia, vt haud multa indigeat demonstratione: Ostendit verò sapiens, vnde id proueniat, quòd eæ tam facile defluant ad ima hæc, & vana, in libro Sapientiæ, vbi inquit: *f Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei,* idest: Ad vana quæque defluant cogitationes, necesse est, eorum hominum, in quorum mente non subest sciẽtia atque cognitio Dei, per assiduum videlicet considerationis, & orationis studium causata. Enimuerò studii ipsius id est proprium, vt ad Dei comparationem vniuersa vana, atque inania, quin & ipsammet vanitatem esse conuincat, quantumlibet eximia ea sint, quantumlibet pulchra, speciosa, & magnifica, quãtumlibet nobis iucunda sint, vtilia, ac necessaria. Hinc est, quòd qui orationi instantes sunt, cum Apostolo Paulo *g* omnia detrimentum faciunt propter Christum, omniaque arbitrantur, vt stercora, vt Christum lucrifaciant; ita vt cogitationes omnes in illo defixas habeant. Quin & si quando propter huius vitæ necessitates, propter imminẽtia, pericula

Oratione quo cogitationes cum Christo cõstringẽtur, ne defluãt

f Sap. 13. 1

g Phi. 3. 8.

A la: tribulationes, ac psecutiones de terreno aliquo cogitare cogantur, vitta sanè orationis, cogitationem illam omnem cum ipso constringunt capite suo Christo, ad ipsum eas reflectentes, & Pauli cõsilium prosequentes, quo dicit: *b Sine intermissione orate, in omnib. gratias agite:* hoc est quippe vnũ genus continuæ orationis.

b 1. Thes. 5. 17.

Quoad secundum: Constat certè apud omnes, adeo necessarium esse virtutib. omnibus, adnexas esse charitati, vt, si ab illa disiunctas eas esse contigerit aliquando, meriti totius expertes reddantur quantum spectat ad gratiam, & vitam æternam.

Oratione quasi funiculo quodã omnes virtutũ habitus colligãtur cũ charitate.

B Porrò orationis studium instar vittæ hoc pacto hanc facit, seruatque connexionem: inflammat primò animam charitate, diuinas ei ob oculos ponẽs perfectiones, diuina & beneficia; Cum charitate deinde connectit habitum fidei meditatione admirabilis consonantiæ mysteriorum, quæ per ipsã proponuntur credenda: colligatur per eamdẽ vittam & habitus spei in charitate, dum consideratio ei obiicit bonitatem, misericordiam, ac prouidentiam Dei, efficaciamque maximã meritorũ Christi. Quanam autem re arctius cum charitate colligatur habitus timoris Domini, quã orationis vitta? hæc diuinam iustitiam, diuinaque iudicia reuoluens, id in primis timẽdum proponit animæ Deũ diligenti, ne incidens in manus Dei viuentis prædulci eius priuetur aspectu. Oratio & peccatorum

C detestationem constringit cum charitate, illorum grauitatem ponderans, diuinamque maiestatem, bonitatem, ac longanimitatem perpendens. Humilitas quoque, & contemptus sui ipsius vitta orationis cum eadem nectitur charitate, dum per illã considerantur propriæ vniuscuiusque miseriæ, quas nihilominus excelsus Dominus respicere dignatur. Quid dicam de patientia? Oratione sic illã cum charitate pia connectit anima, dum mẽte sua versat Christi angustias, & passiones; immensumque gloriæ pondus, quod ipsam manet, si patienter toleret aduersa, vt cũ Apostolo exclamare possit: *i Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an persecutio?* &c. Idipsum & de reliquis omnibus virtutum

i Ro. 8. 35.

D habitibus dicere licet: Oratione siquidem vniuersi, veluti pulcherrima, atq; fortissima vitta in charitate, quæ caput est virtutum omnium simul constringuntur ita, vt propter hanc connexionem charitas ipsa iis omnibus, tanquam perpulchro capillitio exornata dicatur, iuxta illud Pauli: *K Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur,* &c. Nõ enim admittit actus contrarios habitibus virtutum, quia oratione, & meditatione, vt funiculo ligatos fortissime habet illos virtutum habitus.

k 1 Co. 13. 4.

Oratione quasi funiculo quodã creata ola cõstringuntur, trahũturve cũ voluntate alã orantis.

Quoad tertium: Vitta, ac funiculus dicitur oratio piæ animæ, quia omnia, quæ vel in terris sunt, vel subter terras, aut in cælis, vel super cœlos, in-

E star vittæ ligat cum voluntate orantis animæ, & quasi funiculo quodam vniuersa, quocunque moueatur voluntas, cũ qua colligata sunt, ea ipsa trahuntur oratione. Pro prodigio magno referũt historici, Q. Claudiam Virginem ad contestandam illibatam virginitatem suam modica zona duntaxat onerariam nauim post se traxisse, quã vix mille hominum dimouere potuissent: multò sanè mirabilius dici id debet, quòd vitta orationis vniuersi cælestes orbes ad voluntatem hominis vnà cum vniuersa mundiali machina retrotracti sint: quod ab Isaia factum legimus *l* in libro 4. Regum, quando inuocans Dominum, vt signum exhiberet Ezechiæ Regi recuperandæ sanitatis, & vitæ eius pro-

Vide Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 16. Liuium 2. de bello punico. Ouid. li. 4. fastorum; Suetonium in vita Tiberii c. 2.

l 4. Reg. 20.

DE ANIMA.

prorogāda ad quindecim annos, reduxit vmbras per lineas decem gradibus, quibus iam Sol in horologio Achaz descenderat: quod (vt à nonnullis sanctorum Patrum aduertitur) fieri neutiquam poterat, nisi per ipsorum orbium cælestium retrotractionem: Elias quoque Propheta eadem orationis vitta cælorum nubes ad suam voluntatem alligasse testatus est, cū dixit: *a Viuit Dominus Deus Israel an cuius conspectu sto, si erit annis his ros, & pluuia; nisi iuxta oris mei verba:* Nōne nubes ipsas quasi funiculo traxisse visus est, quando, illo in oratione perseuerante, *b* primò apparere cæpit nubecula parua quasi vestigium hominis ascendens de mari, postmodum verò cœlum omne nubibus obtenebratum est, & facta est pluuia ingens? Eliseus *c* nonne exercitus Angelorum primùm, tum & hominum pariter eodem funiculo suæ colligauit voluntati, traxitque eos eodem funiculo, vel è cælis ad terras, vel è ciuitate Dothaim ad Ciuitatem Samariæ? Lege quartum librum Regum, vbi refertur historia missionis exercitus Regis Syriæ ad capiendum Prophetam, ad cuius orationē mōs apparuit plenus equorum, & curruum igneorum, Syriæque exercitus obcæcatus, ab ipsomet Propheta ductus est in Samariā. De Leuiathan loquens Dominus ad Iob hæc habet verba: *d An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?* & paulò post: *e Nunquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?* Quasi id innuere volēs, quòd haud tam fortis reperiri queat funis, vel tam magna catena, quæ validissimum Leuiatham illum abyssi infernalis constringat, atque extrahat: At verò idemmet Dominus postquam ad istum ipsum Leuiathan debellandum, ac vinciendum aduenit, modum nobis exhibuit, quo illum ligare facillime valeremus, & extrahere, atq; ei illudere, ostendens, haud grandem aliquem funem, seu præfortem, magnamque catenam ad hoc opus esse, sed paruulam vittam, exiguumque funiculum, quin & subtilissimum filum orationis; sic enim ait: *f Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio:* Ac si dicat: Nullus reperiri potest funis, quo genus istud dæmoniorū extrahi queat: Duo duntaxat sunt funiculi, quibus ita dæmones quique trahuntur constricti ad hominis voluntatem, vt exire cogantur à corporibus oppressis: funiculi autem isti sunt oratio, & ieiunium. Ingēs profectò vis funiculi, vittæque istius, maximum & robur orationis, quòd creata cuncta & liget cum humana voluntate, & trahat quocunque libuerit humanæ voluntati: at multò fortius idem ipsum est eius robur, cum eodem pacto & increatum pariter, atque immensum Deum constringit, & trahit. In prosecutione sensus quarti expositionis tertiæ illorum verborum, versicu. 4. capit. 1. *Trahe me, post te curremus,* &c. probatum iam est; quomodo oratio catena sit, quæ Deum trahat: At modo dicimus, eamdem orationem, vt tenuis vitta est, & exiguus funiculus, quin vt & subtilissimū filum idem ipsum peragere; idcircò namque istud ei potissimum confertur encomii: *labia tua, sicut vitta,* seu, iuxta Originales textus; *Sicut filum, vel sicut funiculus;* quia, cum tam tenuis res sit, tantas habet vires, vt cum ea anima sancta Deum suæ ipsius voluntati constringat, trahatque quocunque sibi libuerit; quod ex parabola illa manifestè deducitur, quam ipsemet Dominus ad orationis vires exprimendas attulit in Euangelio secundum Lucam, *g* Amici propter importunitatem obtinētis ab alio amico id omne, quod voluerit; Et ex generalibus verbis iis, quæ subinfert: *Et ego dico vobis. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis, pulsate & aperietur vobis; Omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur.*

a 3. Reg. 17. 1.
b 3. Reg. 18. 44.
c 4. Reg. 6. 18.
Ibidem.
d Iob. 40. 20.
e Iob. 40. 24.
f Marc. 9. 29.
Oratione quasi funiculo cōstringitur, attrahitur etiā Deus à pia anima.
g Luc. 11. 5.

Oratio pia animæ quomodo super Deū constringat impetrādo effectum petitionū suarum.

Verùm ingens, tum ex his generalibus Domini verbis, tum ex ipsa vittæ appellatione, aut similitudine iuxta prædictum sensum exoritur difficultas. Experientia etenim patet, complura à fidelib. per orationem peti frequenter, quæ nullo pacto iidem assequuntur; vt & ipsorum oratio haudquaquam hanc habeat vim Deum constringendi, atque trahendi.

Cui tamen difficultati satisfieri quidem potest per ea Apostoli verba, quibus ad Romanos ait; *h Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus sicut oportet, nescimus, Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.* Eodem quippe tempore quo nos ignorantes, quid nobis sit vtile, vel inutile, petimus quidpiam: Spiritus sanctus, qui intra nos est, adiuuat infirmitatem ignorantiæ nostræ, simulque id postulat pro nobis, quod conducibilius esse perspexerit: Nec quicquam aliquando petit, quod à Deo non obtineat; qui enim scrutatur corda, scit, quid ipse desideret Spiritus, nihilve est quod illi aliquando neget; quia secundum Deum postulat pro sanctis; sicque, licet aliquoties videatur nobis oratio nostra haudquaquam suum consequi effectum: re tamen vera illum optime consequitur. Sed magis ad propositum huic ipsi difficultati ab ipsomet sponso satisfit, dum ad nomen *vittæ*, addit appositum istud *Coccinea*, dicens; *Sicut vitta coccinea labia tua.* Enimuerò, quamuis cuiuslibet vittæ, & cuiuscunque funiculi id sit, vt constringat, & trahat: minime tamen cuiuslibet orationis id esse, censendum est, vt Deum cōstringat, trahatve: Sed orationis animæ illius, quæ Christi sit sponsa, & quæ vt Christi sponsa Deum precetur: atque adeò dum talis animæ oratio commendatur, non cuilibet vittæ similis ea dicitur, sed vittæ duntaxat coccineæ.

h Ro. 8. 26.

Oratio, vt impetratoria sit, & Deū cōstringat, dēt habere tres cōditiones.
Simile.

Porrò, si vim istius similitudinis expendamus, inueniemus, tres esse conditiones, quæ orationi necessariæ sunt ad hoc, vt prædictas habeat vires cōstringendi Deum; vitæ puritatem, ac innocentiam charitatem flagrantem; & vnionem cum meritis passionis Christi: Vitta siquidem coccinea est vitta quædam, quę, cum prius ex natura sua alba esset, in coccum ad ignem maceratum, atque feruentem immissa, tantum coccinei ebibit coloris, vt coccinea tam intrinsecus, quàm extrinsecus facta, coccum ipsum præferat. Eadem ergo ratione cādida primum est puritate, atque innocētia piæ animæ oratio, qua illa Deo adstat, eleuans puras manus suum feruore calefit charitatis: ad feruorē verò charitatis in Deum, ita in maceratum coccū sanguinis Christi immergitur, vt coccinea euadat cocccumque duntaxat sanguinis Christi præferat, & ipsum eumdem coccum solummodo repræsentet, in nomine Christi petens id, quod sibi concedi exposcit, & merita Christi proponens Patri.

Quòd autem istiusmodi oratio vim habeat constringendi etiam Deum ipsum, ex verbis Redemptoris colligitur manifeste, quibus ait: *i Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum:* Et; *K In illo die in nomine meo petetis: Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis, ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui:* Amans enim Pater eum, qui Christum diligit, constringitur quo-

i Io. 16. 24.
K Io. 16. 26.

DE ANIMA.

quodammodo, ac trahitur ad voluntatem ipsius, qui petit in nomine Christi; Ac propterea congruentissime encomio isto talis commēdatur oratio: *Sicut vitta coccinea labia tua.*

Oratio piæ aiæ dū patri offert coccineā sāguine Xpi, cādidior et dū Patri exhibetur in meritis propria innocētia.

Neq; verò, quia huiuscemodi vitta dicitur coccinea, existimandum est, per coccum, quem vitta ista obibit, & quo coloratur, candorem ab illa auferri; nam per coccineum colorem sanguinis Christi, quo vitta orationis piæ animæ perfunditur, pulchrior potius redditur innocentiæ, ac puritatis candor, qui in eadem est oratione: coccus quippe iste, quamuis rubicūdus sit, vtpote sanguineus; rubedinem tamen simul inducit cum albedine: quod ex illo Isaiæ: *a Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur*: confirmat Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 10. Augustin. contra Faustum Manichæum 6. lib. 12. cap. 42. Basilius in Asceticis, interrogatione decima, & alii ex Patribus: quasi dicatur: Si peccata vestra sanguine Christi rubuerint instar coccini; si coccineo Christi sanguine illa ablueritis, sicut nix dealbabuntur. Clariusve vim istam expressam habemus in libro Apocalypsis, vbi dicitur: *b Isti sunt, qui lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.*

Sāguis Xpi rubedinem simul inducit, & albedinem.

a Is. 1. 18. Tertul. August. Basilius. b Apoc. 7. 14.

Quod si sanguis Christi vim habet inducendi albedinem, vbi ea non est, quantò magis, eamdem vim habere, dicendus est, vt in candida orationis vitta candorem conseruet, pulchrioremve illum efficiat, dum coccineam eam reddit? Præclare autem in hoc suo encomio ex rubore potius, quàm ex candore celebratur: Quia, etsi pia anima, quæ orationem illam facit, iustitiam inhærentem vitæque innocentiam, atque candorem ex Dei dono in se habeat, quam cum sua iungit oratione: haud tamen candorem istum Deo spectandum in ipsa sua offert oratione, petēs exaudiri pp propriæ innocentię merita; Sed coccū dūtaxat exhibet sanguinis Christi, ac propter merita passionis eiusdē postulat, quicquid petit; atq; adeo coccinea rectè appellatur, dum coccum istum præfert. Neque minus id necessarium est in spiritualibus labiis istis orationis, quàm in labiis carnalibus.

Simile.

Nam quemadmodum in carnalibus labiis conspicimus, vt tam per liuorem, quàm per albedinis speciem turpia illa cēseantur: Ita & in oratione cōtingit, vt indecora reddatur tam per liuorem iniquitatis, iuxta illud: *c Non est speciosa laus in ore peccatoris*: quàm per ostensionem cādoris propriæ iustitiæ, quòd in Pharisæi illius oratione animaduertere licet, qui dicebat: *d Ieiuno bis in sabbatho, decimas do, Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cęteri hominum, raptores, adulteri, velut etiam hic publicanus.*

c Ecc. 15. 9. d Luc. 18. 11.

Oratio non tam grata Deo est per se ipsam, q per modū quo fit.

Post prædictas piæ orationis laudes, quæ tribus allatis vocibus continentur, duo alia cælestis sponsus in eiusdem orationis encomium adiicit verba ista: *Et eloquium tuum dulce.* Atqui, si eloquii nomine significatur non tam res ipsa, quæ petitur, seu sententiarum, & eorum, quæ dicuntur ornatus, quam dictionis, & pronunciationis habitus, prout ex originalibus ostensum est in prima expositione: maximum certè pondus verbum istud hoc loco habere, dicendum est: significatur quippe per illud, non tam orationem ipsam Deo gratam esse, quàm modum, quo ea fit.

Simile.

Quemadmodum enim id, quod apud Rhetores maximi fit in Oratore, non tam eloquentia ea est, quæ adhibetur in compositione orationis, quàm ipsius orationis pronuntiatio: ita vt propterea nō inepte ex Demosthenis sententia Quintilianus, & primas, & secundas, & vltimas Oratoris partes huic vni adscripserit pronuntiationi: Sic & apud Deum id, quod in anima orante maioris censetur momenti, modus est, quo ipsa pronuntiatur oratio. Hunc ergo modum in oratione piæ animæ commendat per similitudinem eloquii, seu prunūtiationis materialis, quæ gratiosa, dulcisve sit; vt videlicet quemadmodum ea dulcis est materialis pronuntiatio, quæ humili fit tono, cum vocis ac spiritus moderatione, & cum concinno quodam oris gestu: Ita & orationis eius, quæ hic laudatur, modus sit vsquequaque perfectus, vtpote cum fiat humiliter, tono sanè Deo præ omnibus iucundissimo: cum perfecta resignatione tum in petitionibus, quæ promuntur, tum in animo ipso, ac spiritu, quo voces illæ emittuntur postulationum: ac tertiò cum recto cordis motu, directo scilicet ad cælum corde, quod est internum animæ os.

Quintilianus. li. 11. cap. 3.

DE ANIMA.

Orationis modus debitus quis sit.

Denique id, quod totum hoc tam eximiæ orationis encomium concludit, maximam habet vim. Dicitur enim *dulcis* ea esse ob id in primis, quòd debito modò fiat: dulcis autem cum dicitur, haud dubiū, quin ei ipsi dulcis esse significetur, qui dulcem illam appellat.

Orationis excellentia quam Deo dulcis sit.

Quis verò hoc in illa præ ceteris non admiretur, quòd dulcis ea sit Deo, qui est ipsamet dulcedo, *d* & à quo initium est omnis dulcoris, multò verius quàm ab ape, cui id tribuitur à Sapiente? Sed certè haud abs re factum est, vt cęlestis spōsus, quamquam sibi dulcem eam esse, testatus sit alibi, cum dixit: *e Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis*: hic tamen simpliciter dulcem appellarit, dicens: *Et eloquium tuum dulce.* Innuere namque voluit per istam loquendi formam, non solum id, quod in illa est præstantissimum, vt dulcis sit Deo, verùm etiam, vnde tam eximiam habeat excellentiam; nimirum quòd illa dulcis primò in se est, quia illius dulcedine perfunditur anima ipsa, quæ orat, dum per eam delectatur in domino: Hoc siquidem hac in re maxime est mirabile, quod oratio ob id in se dulcis est, quòd anima orans delectatur in Domino, dulcedinem ipsam quodammodo hauriens à Domino, quam is illi impertit: Et nihilominus dulcis eadem quoque est Domino, propterea quod ipsa dulcis primò in se sit. Quæ omnia egregiè Dauid ille significauit, qui in huiuscemodi oratione versatissimus erat, dicens: *f Iucundum sit ei eloquium meum, ego vero delectabor in Domino.* Aeque enim est, ac si dixisset: Ego verò delectabor in Domino, perseuerans in oratione: ac per hanc delectationem, quam ex Domino orās percipiam dulcedinem ipsi meę impertiam orationi: id autem omne ideo conabor, vt iucundum sit ei, scilicet domino eloquium meum: vt per hanc orationem meam debito modo peractam, dulcedine ipsum reficiam, à quo & ego refectus sum in eadem.

d Ecc. 11. 3. e Cāt. 2. 14

Oratio dulcis primò i se est ob dulcedinem à Deo in se deriuatam tum dulcis est & ipsi Deo.

f Psal. 103. 34.

Breuis, ac paraphrasticus, q ex hisce fusius pertractatis desumitur, sensus hic est.

PARAPHRASIS.

Oratio tua, quæ labiorum nomine ob id rectè exprimitur, quòd per illam mecum vniaris in osculo pacis, & charitatis: & quòd per eamdem in te sanctum meum admittas spiritum, sanctorumque desideriorum, & ardentium affectuum ex præcordiis tuis ad me emittas flatum; quòdve illa ipsa, etiam cum ore taces, meos oblectes oculos non secus ac pulchra labia, etiam cum clausa seruantur, intuentes oblectant: Ista, inquam, *labia tua*, oratio tua *sicut vitta* est; quia instar vittæ constringendi, & alligandi vim habet: constringit enim primò capillos cogitationum tuarum, ligatve illos in me capite tuo, ne diffluant

ad

DE B. MARIA

ad terrena, & vana: Virtutumque omnium habitus cum charitate ipſarum capite ligat in te: Quin & creata omnia, & Deum patrem meum increatū, & immenſum cum tua adſtringit voluntate, trahitve, quò ſibi libuerit: Trahit, inquam, & deuincit; quoniam inſtar vittæ coccineæ ad eum ſe habet, exhibens illi charitatem cum innocentia vitæ, coccumve ſanguinis mei; non propter merita tua, ſed propter merita paſſionis meæ id omne petens, quod efflagitat.

Additur autem, quòd eadem & modum debitum in omnibus ſeruat, humiliter nimirum facta, cum perfecta animi moderatione, ac reſignatione atque cum recto, ac cōcinno cordis, oriſque interni motu; & ſicut concinnum eloquium, eleganſque pronuntiationis habitus, qui in tono ſuaui, & in debita vocis, ac ſpiritus moderatione, & in concinno eſt oris motu, dulcis eſſe ꝓbatur. Ita & hæc ipſa oratio tua debito modo facta dulcis primò in ſe eſt, ex me dulcedinem hauriens; quando tu ipſa in illa perſeuerans delectaris in me: Tum & mihi quoque eſt dulciſſima, maximeque iucunda.

Verſ. III. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa quæ eſt B. Virgo Maria.

Ad ſilētiū ſeruādum quanta cura ſit adhibenda.

a Eccl. 29. 28.

ARdua adeo res eſt, in ſilentio labia concluſa ſeruare; vt non vnum, duntaxat oſtium, ſed oſtia plura, pluresve vectes ad hoc adhibēdos ſuadeat Sapiens: a *Ori tuo facito oſtia, & vectes:* (ſic legunt Græci, & quidam etiam ex latinis,) verens nimirum, ne verbū aliquod per labia aperta egrediatur, quod illas, quæ intrinſecus in anima ſeruātur, diuinarum gratiarum margaritas extrahat, deferatque ad hoſtes: Vel, ne prauum aliquod item verbum egrediens, defectionem ipſius animæ à Domino ad eius hoſtes faciat conteſtatam.

Quinimò tantum in his ipſis oſtiis compingendis, adhibendiſque vectibus ori ineſt difficultatis: tantumve ineſt periculi, ni apponantur; vt quaſi homo id per ſe ipſum efficere minime queat, à Domino id poſtulet Propheta Regius, dicens: b *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis:* Ac ſi dicat.

b Pſ. 140. 3.

Non valeo ego cuſtodire theſaurum, quem in corde meo depoſuiſti, nec inſurgētes rebelles motus continere intrinſecus poſſum, ne extrinſecus per os prorumpant in verbis: operæpretium eſt, vt tu ipſe ori meo cuſtodiam ponas, oſtia, & ſeras, ac vectes. Quin haud quodlibet oſtium ad hoc ſufficiens eſt, ſed neceſſe eſt, vt labiis ipſis meis, quæ pro oſtio mihi exhibuiſti, adhibeas oſtium circunſtantiæ, oſtium munitionis, oſtium cuſtodiis, & excubitoribus munitum, quale ditiſſimis quibuſve oppidis, & iis adhibetur Ciuitatibus, quas hoſtiū exercitus obſidet.

Hocque illud eſt, quod tantopere Sapiens ille optabat, cum diceret: c *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me?* d *Sicut vrbs patens, & ſine murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum,* ait Salomō in libro Prouerbiorum. Capſulæ, in qua gemmæ ſeruantur regiæ, præter ſeras, & vectes, regium adhibetur ſignaculum. Cor Sapientis capſula profectò eſt, in qua pretioſiſſima Dei arcana repoſita ſunt: e *Vir* enim *eruditus* (vt dicitur in libro Prouerbiorum) pretioſi eſt ſpiritus; id eſt pretioſum in ſe depoſitum continet ſpiritum: atque adeo ſignaculum certum, vtpote diuinum, quo nil certius ſuper f labia ſua expetit Sapiens ille citatus in libro Eccleſiaſtici.

c Eccl. 22. 33.
d Prou. 25. 28.
Simile.
e Prou. 17. 27.

DE B. MARIA

f Eccl. 22. 33.

Beata Virgo Maria vrbs ſanè extitit opulentiſſima: vrbs, g de qua glorioſa dicta aſſerit Propheta; & in qua Rex ipſe cæleſtis, nedum theſauri depoſiti fuere cæleſtes: domus extitit, quam ædificauit ſibi ſapientia; vt in illa vniuerſos ſuos reponeret theſauros: & capſula eburnea plena gemmis diuinarum gratiarum. Vt tamen hos depoſitos ſeruaret theſauros, gemmasve intra ſe incluſas cuſtodiret illæſas, haud multum laborauit in adhibendis oſtiis, vectibus, ſeris, cuſtodiis, atque ſignaculis ſuper os ſuum; ſed vnico duntaxat id effecit funiculo, tenuique filo coccineo. Sacculos illos ex corio, vulgas culgari appellatos nomine Italice, in quibus à peregrinantibus pecuniæ deferūtur, aut libri, catenula ferrea, vel etiam funiculo aliquo obſerari conſpicimus: Maria certè ſacculus huiuſmodi extitit, in quo Saluator noſter, cum peregrinus aduenisset in mundum; ſuam detulit carnem; pecuniam ſanè diuinitate impreſſam, & pretium redemptionis humanæ: in quo & diuinorum arcanorum librum recondidit, quando illi cognitionem præſtitit myſteriorum Dei. Nihil mirum igitur, ſi funiculo extitit obſerata. Illud certè mirandum, maximeque eſt commendandum, quòd ipſa ſemet obſeratam cuſtodiuit; quandoquidem de ea dicitur: h *Maria autē conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo:* Ita nimirum concluſis labiis obſeratum ſeruās os ſuum; vt labia ipſa eius funiculum coccineum repræſentarent: Idque illud eſt, quod hoc loco cæleſtis in ea commendat ſponſus, talia de illa proferens; *Sicut vitta coccinea labia tua,* ſeu iuxta Originalia: *Sicut funiculus coccineus labia tua.*

g Pſ. 86. 3.

Maria quō cuſtodiuit os ſuum.

Maria fuit ſacculus pecuniæ, & ſcripturarum Dei.

h Luc. 2. 19.

Maria obſeratū tenuis os ſuū funiculo virginalis pudoris.

Quod ſi ſubtilius rem ipſam perſcrutemur, inueniemus, quiſnam iſte eſſet funiculus coccineus, in cōcluſis Mariæ labiis repræſentatus: haud enim aliud extitit, quàm Virginalis pudor, ac verecundia: quis enim ignoret, ruborem eſſe talis verecundiæ indicem? vnde admodum congruenter funiculus coccineus eſt nuncupatus.

Quomodo verò hoc verecundiæ funiculo os ſuum obſeratum cuſtodierit, ac propterea ad præſens labiorum ipſius encomium contexendum excitatus ſit Chriſtus, ex iis, quæ à Bernardo de hac eius virtute dicuntur in ſermone ſuper illud Apocalypſis: *Signum magnum apparuit,* &c. qui eſt poſtremus in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ, facile intelliges: Ex Euangelico ſiquidem textu colligit, quater tantùm illam locutam, tuncque ſumma etiam ſeruata verecundia. Poſtmodum ſubiicit: Nunquid non ab initio veniſſe Paſtores, & primam omnium Mariam inueniſſe leguntur? Sic & Magi quoque, ſi recolis, nō ſine Mariæ matre eius puerum inuenerunt. Et inducens in templum Domini templi dominum multa quidem à Symeone „
audiuit tam de Deo, quam de ſe ipſa ad loquendū „
tarda, velox ad audiendū. Et quidē Maria cōſerna„
bat oīa verba hæc, conferens in corde ſuo. Sed in „
his oīb, neq; de ipſo Incarnationis Dominicæ my„
ſterio quodcunq; verbum feciſſe reperies. Toties „
denique Maria filium audiuit, non modò turbis „
loquentē in parabolis, ſed & diſcipulis ſeorsū Re„
gni Dei myſteria reuelantē: vidit miracula facien„
tē: vidit deinde in Cruce pendentē: vidit expiran„
tem: vidit reſurgentem: vidit & aſcendentem: Sed „
in omnibus quoties verecundiſſimæ Virginis vox „

Bernard.

DE B. MARIA

memoratur audita? hucusque Diuus Bernardus.

Porrò dum similitudine hac funiculi coccinei conclusa Mariæ labia extolluntur, non ob istud dũtaxat commendantur, quòd funiculo Virginalis pudicitiæ ea constricta sit: sed insuper, quod hoc ipso funiculo, dum in tanto silentio conuersaretur, intuentes quosque tunc temporis ad sui admirationem, amoremque pertraheret; quòdve eodem in futuris etiam temporib. Virginum quarumcunque labia constringit. Quæ enim fidelium virginũ aperire, iam audeat os, aperire & labia, intuens Virginum Reginam, diuinorum mysteriorum omniũ consciam, plenã gratiis vniuersis, matremve eius, qui est vnus magister noster, tanto verecundiæ silẽtio obseratã sua retinentem labia, vt funiculo coccineo meritò comparentur? *a* Paulus Apostolus mulieribus etiam nuptis, ac seniorib. prohibet loqui in Ecclesia, turpeque illis asserit, si ibi loquantur coram populis: *Mulieres, inquit, in Ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit: si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent; Turpe est enim, mulierem loqui in Ecclesia.* Si turpe id est mulieri, quantò turpius Virgini? Si silentiũ mulierib. à lege impositũ est per id, quod subiectæ sunt viris: quantò magis coccineo funiculo virginalis verecundiæ B. Mariæ Virginis cõstringi, necesse est, fidelium Virginum labia, vt in silentio persistant?

Maria suo silentio homines ad sui admirationẽ, & amorẽ trahebat.

Ex Mariæ silentio, & funiculo coccineo ipsius constringũtur labia fidelium Virginum.

a 1. Cor. 14. 34.

Virgines in silentio dent labia sua tenere cõstricta.

Virgines Vestales refert Pomponius Lætus lib. de Sacerd. Roman. id habuisse consuetudinis, vt decem primis annis in silentio discerent, totidemque aliis decem annis in silentio item, quę didicissent, executioni mandarent: post vigesimum denique annum silentium soluentes, reliquas docerẽt iuniores Virgines. Si tantum apud Virgines illas, quæ verum Deum ignorabãt, humana lex poterat aut cõsuetudo; vt per illam ad tam diuturnum cõstringerentur silentium: quantò arctius fideles, & Christianas Virgines ad idem silentium exemplo Reginæ Virginum, eiusve funiculo coccineo constringi, credibile est?

Pō. Lætus c. de Vest.

Verum quia os ad hoc in humano constitutum est corpore, vt & compressum, ac constrictum detineatur, cum haud opus fuerit silentium frangere; & aperiatur ad loquendum, cum necessitas id exposcat: *b* *Est enim tempus tacendi, & tempus loquendi*, vt inquit Ecclesiastes; etiam B. Virginem pariter opportunis temporibus os aperuisse, & locutam esse, haudquaquam est negãdum. At certè, cũ id ea fecit, haud minus commendabile in illa apparuit os ipsum apertum, quàm, cum funiculo coccineo, labiisve constrictum id seruaretur; Virginali siquidem verecundiæ, quam coccineum funiculũ esse dixi, adiunctam semper habuit Virgo benedicta modestiam, ac humilitatem, quam in locutione præsertim adhibuit, humili nimirum tono, suauiq. vocis, ac spiritus moderatione: & cõcinno, ac verecundo oris motu verba proferens necessaria duntaxat, atq; vtilia. Idcirco ad ea, quæ iã exposita sunt; *sicut vitta*, seu, *sicut funiculus coccineus labia tua*: in eiusdem oris commendatione pertinens cœlestis sponsus adiicit: *Et eloquium tuum dulce*; seu, *Et loquela tua gratiosa*: Ex humili namque loquela summam gratiam Mariæ Virgini conciliatã, exinde deducitur, quòd per humiles illas voces; *c* *Ecce ancilla Domini fiat mihi secũdum verbum tuum*; gratiarum auctorem concepit Saluatorem mũdi. Dulcedinem verò in huiusmodi loquela esse, negare nullus profectò potest: quãdoquidem & Salomon in lib. Prouerbiorum dicit: *d* *Fauum mellis composita verba*. Et ad eãdem dulcedinem explicã-

b Ecc. 3. 7.

Maria loquela dulcis, & gratiosa.

c Luc. 1. 38

d Prou. 16. 24.

A dam in libro Ecclesiastici dicitur: *e* *Tibia, & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque; lingua suauis.* Quod ergo hic dicitur, tale est.

APPENDIX. 2

e Eccl. 40. 21.

Os tuum vsquequaque pulcherrimũ est: siue, n. silentio obseratum illud serues, labia ipsa tua præferunt funiculũ coccineũ, & bene: nã coccineo funiculo virginalis pudoris cõstricta illa retinẽs, eodẽ funiculo ad tui dilectionẽ simul, & admirationẽ trahis, quotquot te intuẽantur; constringisque quodãmodo & virgines reliquas, vt sua obturata conseruent labia: Siue loquẽdo illud aperias adeo humiliter, modestè, ac mansuetè verba profers, quæ loqueris; vt loquela ipsa tua sit maximè dulcis.

PARAPHRASIS. Tres Pat. Psellus. Richar.

B

Vers. III. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica: Et labia sacerdotis magni deprecabantur in oratione in die, propitiationis corã Domino, & verba eius auertebant peccata Israel, quæ similia erant vittæ coccineæ, & dealbabant ea, sicut lanam mundam.

Prædicatorũ sanctorũ ingẽs vis persuasionis.

Sẽsus, quem ferè communiter Patres sequũtur, ille est, quo hic à cælesti sponso sanctorum Prædi-
C catorum ingens persuasionis vis, eorumdemq. eloquentia commendatur. Quãuis autem communiorem hunc sensum sequantur Theod. Cassiod. Gre. Papa, Phil. Carp. Iust. Org. Apo. Beda, Ansel. & alii, in explicandi tamen ratione differunt eorum; alii inter se; Nam Theo. Philo, & Iust. existimant, fieri allusionem ad funiculum coccineum, quem Rahab meretrix suspendit in fenestra pro signo salutis suæ, vt habetur in lib. Iosue; *f* quã allusionẽ ita explicant, vt videre est apud antiquiorẽ Theodoritum, qui Signũ hoc, inquit, sponsus in ore spõsæ, tãquam in fenestra collocatum intuetur, dicẽs; *Sicut funiculus coccineus labia tua*: ac si dicat: Duxit colorem ex sanguine meo os tuum, & verba pro-
D fert veritatis, quib. tanquam funiculo quodam capiuntur auditores, & vinciuntur: nam eloquiũ tuũ eos demulcet, & retinet, nec discedere permittit, sed labiis tuis cogit inseruire.

Theod. Cassiodo. Greg. PP. Philo. Iustus. Aponius. Beda Anselm.

f Iosu. 2. 18. Theod.

Ex maxima vi persuasionis prædicatorũ Ecclesiæ digno scitur signũ passionis Christi esse in illis.

Hos quoad rationem allatæ similitudinis coloris coccinei sequũtur Cassiod. Procopius Gazęus in Leuiticum, Beda, atque Anselmus: Tametsi Cassiodor. Beda, & Anselm. alteram addãt rationem ardoris charitatis; quia vinculo charitatis, quam prædicant, sancti Prædicatores constringunt, & conectunt fideles inter se; quam rationem affert, & Greg. Papa nedum in Comment. in Cant. sed & lib. 1. moral. cap. 28. Porrò ob id quoque vittæ similitudinem allatam inquiunt Greg. Papa locis ci-
E tatis, Cassiod. Beda, & Anselm. quia iidem prædicationibus suis constringuntur cogitationes fidelium, ne diffluant, sicut vitta constringuntur capilli in capite. Adiici autem, ait Greg. Papa ad prædicatorum laudem: *Et eloquium tuum dulce*: non solũ quia iuxta communem citatorum Patrum sententiam, ipsorum doctrina dulcis est auditoribus; verum etiam: quia, dum quæ dicunt faciunt, prædicationes suas hominibus, quasi sapidas escas apponunt.

Prædicatores sãctissi- feruere charitatis quã prædicãt, cõstringũt fideles inter se.

Cassiodo. Procopio. Cassiod. Beda. Anselm. Greg. PP.

Aponius labia, seu Prædicatores Ecclesiæ vittæ coccineæ comparari, inquit: quia quod prædicant, testimonio martyrum confirmant; sicque instar vittæ coccineæ incredulos constringunt testimonio

Prædicatores doctrinã suã dulcẽ reddunt dũ faciũt, quæ dicũt. Aponius.

APPENDIX.

Prædicatores Eccleſiæ vitta coccinea dũ incredulos cõſtrigũt teſtimonio martyrum. *Martyres labia Eccleſiæ.* *Martyres vitta coccinea flagellant dæmones.* *Eccleſiæ eloquium quõ dulce ex martyrũ teſtimonio.*

monio, quod dederunt Martyres ſanguine, quem pro Chriſto, ac pro veritate fidei illius fuderunt: Quos martyres amicitiam, quam cum Deo acquiſiuerunt, in illum ſolum credentes, & meritorum magnitudine illos, qui verbum Dei ruminant, defendere, inquit, ab iniuriis malorum hominũ, & dæmonũ infeſtatione, vt labia dentes defendũt; idque, & virtutibus ſignorum, & ſuis orationibus.

Addit, eoſdem martyres funiculum coccineum dici, quia pro Chriſti nomine interfecti, viuant [illegible] men, & mortis ſuæ auctores dæmones flagris, verberibuſque agãt, quaſi funiculis quibuſdã. Demũ oſtendens, quomodo eloquium Eccleſiæ dicatur dulce, ait: ſicut de intra concluſione dentium, & labiorum ſpiramine vox reſonans repercuſſa melodię dulcedinem reddit: Ita virtute ſignorum Martyrum, & gratia interpretationis myſteriorũ per eos, qui vices dentium agunt, exponẽdo rectè verba legis diuinæ, inſpirãte Spiritu ſancto, dulce Eccleſiæ eloquium redditur.

Amb. *Xpi labia coccinea q̃ paſſionẽ ꝓpriã loquitur.*

Ad primum, & communiorem iſtum ſenſum referri poſſunt, quæ dicuntur ab Ambr. ſerm. 18. in Pſal. 118. verſ. 4. qui ſingulariter vt à ſponſa hęc dicta ad ſpõſum accipiens; Primò, inquit, dici: *Sicut reſticula coccinea labia tua*: quia in cocco ſpecies ignis, & crucis Dominicæ ſanguis irrutilat: Coccinea labia Domini, quæ paſſionem propriã loquebantur. Subiicit poſtmodum, poſtquam oſtendit, coccum pro igne in Exodo vſurpatum, inter quatuor ſcilicet colores, prout alibi ex eodem explicatum eſt: Subiicit, inquam, hęc verba obſcuriſſima. Per reſticulam igitur vinculũ perſuaſionis cognoſcimus; per coccum vel cupiditatis ardorem, qui ſcintillat in animis audientium, vel indicium paſſionis.

Labiorum Xpi vis maxima in perſuadendo.

Quorum ſenſum hunc eſſe, crediderim: vt ſignificet, labia Chriſti hic commẽdari ex magna vi perſuaſionis, qua, cum loquebantur, conſtringebant inſtar reſticulæ, ac funiculi; conſtringebant, inquã, vel quia prædicarẽt paſſionẽ ſuã, vel quia cõpeſcebant ardorem cupiditatis in audientibus.

Gre. Nyſſ. *Eccleſia, q̃ eſt os vnũ, & labiũ vnũ, ex charitate, & ſide laudatur ſimilitudine vittæ coccineæ.*

Alio pacto Greg. Nyſſen. homil. 7. ſumens quippe hæc in cõmendationem labiorum Eccleſiæ; Primò dicit, tunc florere labia Eccleſiæ ſpecie coccinea, quãdo vniuerſa Eccleſia eſt, in boni cõcẽtu, labium vnum, & vox vna: Declarans autem melius poſtmodum, quid per hæc ſignificetur, duplicem ait, per ea, quæ hic dicuntur, ſignificari pulchritudinem ipſius Eccleſiæ, quæ eſt labium vnũ, & vox vna; alteram ex charitate reſultantem; alteram ex fide ſãguinis, & paſſionis Ieſu Chriſti: ſic enim ait. Nõ ſolum abſolute funiculum dicit, eſſe labia, ſed addidit etiam florẽ boni coloris; adeo vt per vtrũque ornetur os Eccleſiæ: funiculo quidem ſignificatur concordia, & charitas, vt ea tota in funiculo ſit vna & eadem catena ex diuerſis filis contexta; per coccinum autem ad ſanguinem Chriſti, per quem redẽpti ſumus, reſpicitur, quatenus illa confeſſionem habeat in ore eius, qui nos ſuo ſanguine redemit.

Coccineus funiculus eſt fides, q̃ ꝑ dilectionẽ operatur.

Subdit denique; Coccineus funiculus eſt fides, quæ operatur per dilectionem; adeo vt fidem quidem ſignificet coccinum; charitatem verò deſignet funiculus.

Tres Patr. *Sermo piæ aĩæ ad mẽſuram profertur.*

Qui putant, hic laudari labia animæ, tripliciter iſta exponunt. Primò, iuxta Catenam trium Patrũ vt laudetur illius ſermo ex eo, quòd ad menſuram proferatur; ac ſi dicatur: *Sicut funiculus coccineus labia tua*: Verum ſermonem, inſtar funiculi dimẽſi, atque coccinei promont labia tua: quamobrem *eloquium tuum dulce* eſt. & decorum.

Pſellus.

Secundum alios verò laudatur eadem anima & ex ſilentio, & ex loquela. Per funiculum, ait Pſellus, ſilentii dotem accipe; per eloquium verò decorum diuinam prędicationem: ac ſi dicatur: Tu gratia taciturnitatis ſic excellis, vt nihil ſuperfluum, nihil abſurdum excidat è labiis tuis: ſi quid enim aliquando vis loqui, quæ ad fidei promulgationẽ doctrinamque pertinent, loqueris.

APPENDIX.

Pia aĩa, & cũ ſilet, & cũ loquitur commendabilis eſt. *Rich.* *Labia piæ aiæ ſunt vitta coccinea, quia ligat ea ne mala loquãtur, id que ex charitate.* *Silentiũ ornat mentẽ.* *Verba piæ aĩæ dulcia, quia ex corde profluũt pleno dulcedine.*

At tertiò Richard. piæ animæ labia, inquit, dici eſſe ſicut vittam: quia ſicut vitta cõſtringit crines, ne diſſolute defluant: ita deuota anima labia ſua ligat, & cohibet, ne mala, vel inutilia loquatur, & in perniciem propriam, vel aliorum defluãt, & diſſoluantur: Non qualicunque autem vittæ cõparari, ſed vittæ coccineæ, quæ pretioſior eſt: quia tantò diſciplina loquendi ſublimior, & dignior in ipſa eſt, quantò nõ habetur ex humana ſapiẽtia, aut prudentia, & naturali diſpoſitione: ſed ex diuina charitate: per dilectionẽ namq; Dei, & proximi reprimit verba, ne ſ. proferantur, quæ vel Deum, vel proximum offendant. Porrò cum ſoleant vittę, dũ crines ligant, ẽt caput ornare: Sic iſtiuſmodi diſciplina loquendi mentẽ decorat, quæ caput eſt hominis, & foris pulchram animam demonſtrat. Meritò autem, ait Richard. deuotæ animæ dulce eſt eloquium, & delectat, gratum eſt, & ædificat; q̃a procedit ex charitate, & profluit ex fonte gratię; *a* Guſtat. n. quoniã ſuauis eſt Dominus: vnde dulcedinem, quã experitur, refundit, & plenitudinẽ, qua fruitur, eructat: quia repletum eſt cor ſpiritualib. deliciis, eructat foris verbum bonum dulcedinis, cõſolationis, inſtructionis, admonitionis: cordis prõptuaria plena ſunt his diuitiis, *b* eructantia ex hoc dono gratiæ in illud; ex hac meditatione ſpirituali in illam; ex vna plenitudine in aliam: ex abundantia ergo cordis habet refectionem, ex guſtu dulcedinem.

a Pſa. 33. 9. *b Pſ. 143. 13.* *Sermo piæ aĩæ dulcis ẽ, q̃a illius conſcientia mũda eſt ab ōi amaritudine.*

Dulcia item habet verba; q̃a mundata eſt conſcientia à vitiorum amaritudine & carnalitatis fęce: Vnde non ſapiunt rancorẽ, nõ indignationem, non iram, non inuidiam, non detractionem, non denique aliud, quod vel noxium ſit, vel inhoneſtum, vel latentis in anima vitii, vel imperfectionis, vnde perferat indicium. Per oris itaque cuſtodiam ſeruat cordis munditiam, & ex cordis munditia foris format verba.

Rup. Abb. *Maria labia Dñm magnificarũt ex charitate; eiuſque eloquiũ dulce ex interiori illius dulcedine.* *c Ioſ. 2. 18.*

Denique Rup. Abbas, labia B. Mariæ, ſicut vittã coccineam dici, ait: quia illa ex charitate magnificauit Dominũ mente ardẽtiſſima, voce ſuauiſſima. Hæc eſt. n. ait, vitta coccinea; q̃a charitas eſt ignea, qua bene cũ Deo ligata, ſic illi adhæſiſti, vt vnus cum eo ſpiritus ſis. Hinc eloquium tuũ dulce, q̃a videlicet ex abũdantia cordis os loquitur, & dulcedinem, quæ abũdat interius, ſapit ſermo, qui redundat exterius. Addit, Eccleſiam iſtud Marię eloquium quaſi pignus ſalutis ſuæ perſonare, & integra ſemper fide prædicare: ſicq; imitari *c* Rahab meretricem, quæ funiculum coccineum in feneſtra ſua ligauit, ſignum fidei ſuæ, quòd nuntios Ioſue ſuſceperit, atque ſaluauerit.

Ex Verſ. III. Sicut fragmen mali punici: ita & genæ tuæ abſque eo, quod intrinſecus latet.

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

TRiplicem quoad illius finiæ expoſitionẽ, inter interpretes reperio diſſenſionẽ. Diſſentiũt primò in principali mẽbro, cuius hic cõtexitur encomiũ: Secundò in explicanda ſimilitudine: Ac demum in intellectu eorum verborum: *Abſque eo quod intrinſecus latet.*

Hebræi enim ferè omnes, quos ſequũtur ex noſtris

LITTERA. | Legionen. Genebra. Viega. Vatablus.

stris Legionensis, Genebrardus in suis expositionibus super Cant. Blasius Viega Comment. in Apoc. c. 12, sect. 8. de B. Virgine, Vatablus in sua versione & alii, Sponsæ tempora proprius, quàm genas hic laudari, inquiũt: quoniam hebraica dictio רקה rakah, propriè tempus designet ob tenuitatẽ carnis à verbo רקק rakak, attenuare, & tenue esse. Verũ in contrariũ est ex hebræis quoq. R. Salomon, qui super hunc locum ait, prædictam dictionem significare tumorem vultus, qui certè in genis potius est, quàm in temporibus; sicut & verecundia, quã hic in sponsa laudari, inquit Rabbi doctissimus innominatus, in genis ipsis apparere conuincitur. Miror autem, cur nostri hac in re secuti sint hebræos modernos, cum habeant & Septu. Interpretes antiquissimos hebræorum, & Symmachum, ac B. Hieronymum hebraicæ linguæ peritissimos, qui non pro temporibus hebraicam dictionem accepere, sed pro genis: in quibus tenuissima æque ac in tẽporibus, ac delicatissima cutis est, in puellis præsertim atq; in adolescẽtulis ephæbis. Quapropter indubitanter existimo, genas ipsas esse, quæ hoc loco commendantur post labia, atque dentes, quib. adiacent, sicque & ordo panegyrici membrorum sponsæ congruentissimus est.

Similitudinem ad florem mali punici rubore perfusi [illegible], existimat probabilius Rabbi Abraham Aben Ezra: Nescio autem, vnde hanc cõiectarit sententiam, cum apud omnes hebræorum Doctores pro constantissimo habeatur, dictionem פלח pelach significare fragmẽ, frustum, partem dissectã, à verbo פלח palach, scindere, diuidere, findere, & in frustra secare.

C

Alii igitur omnes in hoc significatu hanc accipientes dictionem, adhuc discordant in ipsa similitudine declaranda: nõnulli siquidem desumi inquiunt similitudinem ex granis, quæ in fragmine mali punici conspiciuntur, pulcherrimo colore albo simul, ac rubicundo, qualis is est, quo ornãtur genæ perpulchræ: Ita ex nostris sensit Legionẽsis, & alii. Quidam è contra, nõ tam ad grana fragminis, quã ad ipsum fragmen ex ea parte, qua tuberosius est, & ad dimidiatũ fragmen similitudinẽ respicere, inquiunt: Ita Rabbi Salomon cum multis aliis hebræorum, & complures quoque ex nostris.

Legionen.

D

Et hanc sententiam censeo probabiliorem, auctorque vulgatæ versionis hanc veram esse, cõfirmat in capite sexto, vbi hoc ipsum encomium reperitur, & pro eo, quod hic vertit: *Sicut fragmẽ mali punici:* clarius similitudinis ipsius vim exprimẽs, alio pacto vertit; *Sicut cortex mali punici: sic genæ tuæ.* Quemadmodum etiam hoc loco verterunt Septuag. *ὡς λέπυρον, sicut cortex.*

Porrò adeo apta ista est similitudo genarũ Sponsæ ad dimidiatum fragmen mali punici, vt nulla aptior reperiri potuisset. Genæ. n. in primis tantã habent cum malis similitudinem, vt propterea & græce *μῆλα* dicantur, sicut & poma, prout notat Gregorius Nyss. & à Latinis quoque mala ob eamdem rationem nuncupentur. Genæ autem sponsæ illius, quæ semetipsam commendans in capite primo dixit: *Nigra sum, sed formosa;* cũ nullo alio malorum genere maiorem habent similitudinẽ, quã cum malo punico dimidiato, quod haud habet albedinem eam, quam mala habent, neque croceum illum colorem, quo mala persica sunt perfusa; sed subnigrum, aut subuiridẽ, qualem profectò agrestes habere solent puellæ, quẽ Italice dicimus *olinastro:* quodve cum supernè sit tuberosius, rubeatque mollirer, inde deorsum deprimitur, ac minus rubet; id quod in quibuscunque genis, quæ pul-

E

Vis similitudinis corticis mali punici, ac pulchrarũ genarũ, in quo sita sit. Greg. Nyss. homi. 7. in Cant.

A chræ sint, ac bene sese habeant, muliebribus præsertim, obseruare fas est.

LITTERA.

Per hanc ergo similitudinem ex quinque conditionibus ipsas sponsæ genas celebrari crediderim. Primò ex pinguedinis eleuatione in parte superiori, Secundò ex depressione in parte inferiori. Tertiò ex colore subuiridi, seu subfusco. Quartò ex sparso circa earum mediũ colore rubro, ac roseo. Quintò denique ex lenitudine, quòd instar expoliti corticis mali punici lenes & ipsæ sint absq. vllo tubere, absque vlla asperitate, & inæquabilitate.

Simile.

Has verò omnes conditiones amplificat quàm maxime id, quod ad allatam similitudinem adiicitur (*Absque eo, quod intrinsecus latet.*) Circa quorũ

B verborum intellectum multò magis, quàm in intellectu superiorũ dissentiunt expositores hebræi simul, ac nostri. Non est autem operæpretium, vt has in præsenti loco enumerem dissensiones; Videantur quæ in eorumdem verborum expositione dicta sunt sup. in vers. 1. huius 4. c. Illud tantũ hic iterum replicãdum, in triplici lectione, hebraica. s. quæ habet: *Intra velum tuum:* Sept. Interpretũ *Extra taciturnitatem tui;* & Vulgatæ; *Absque eo, quod intrinsecus latet;* vnam quidem eamdemque laudem in sponsæ genas conferri. Quod intra velũ quo ea operta incedit, transparentes, fragminisve mali punici speciem præseferentes, pulchritudine sua reliquam ipsius sponsæ superent pulchritudinem, qua intuentes omnes præ stupore, & admiratione mutos efficiunt idque pro eximio quodã gratiæ, & venustatis, quod in iis ipsis latet, nec explicari à quoquam potest. Quamquam re vera hæc ipsa genarum laus, quam vnam dicimus, ex triplici titulo desumpta esse videatur: Ex eo nimirum primum, quod velo coopertæ transparent: ex eminentia, atque præstantia pulchritudinis illarum super vniuersam ceterorum membrorum pulchritudinẽ; ac tertiò ex singulari venustatis, & gratiæ, quæ in ipsis latet, decore.

Atqui congruentissima sanè ratione factum est, vt tam, in encomio oculorum, quàm in genarum panegyrico hæc ipsa apponantur verba, *Absque eo quod intrinsecus latet,* seu, *Extra taciturnitatem tui;* vel, *Intra velum tuum.* Enimuero in his duob. præ ceteris membris eximium quid elucet venustatis, & ipsorum pulchritudo maiorem vim habet, quã reliquorum membrorum; Quin & pulchriora, & venustiora ambo hæc ipsa apparent, quando gratiosum pudorem, ac verecundiam comitem præseferunt: quod certè tũc maxime in puellis euenire conspicimus, qñ velo operta facie incedunt; quantũ enim minus illarum videtur, tantò maior e veli rimula earum apparet venustas, ac pulchritudo; tantoque vehementiorem ex tenui ipsa rimula suam emittunt vim. Vnde fit manifestum, quam apte simul, & efficaciter sapientissimus sponsus ad vtrũque encomium dicta apposuerit verba.

Ex his fusius forsitan pertractatis, facilè iã breuem eorum, quæ hic dicuntur, colligere licet sensum illiusmodi. Genæ tuæ genarum pulchrarum pulchritudinem omnem habent: sunt tumidulæ, & eleuatæ à parte superiori, quamquã ex inferiori parte deprimantur, vnaq; cum subfusco isto tuo colore, qua nigra es, & formosa, simul perpulchre admixtũ, sparsumve habẽt colorem purpureũ; ita vt iure optimo cõparandæ sint dimidiato fragmini mali punici, quod corticẽ habens subuiridẽ, rubrũ itẽ admixtũ habet colorẽ, ex ea præsertim parte, qua à Sole aspicitur: è supernis quoque eleuatũ conspicitur: sicut & inde deorsum deprimitur: Eò namque pulchriores ipsæ videntur, quò maiori

PARAPHRASIS.

verecun-

DE ECCLESIA.

verecundiæ rubore suffunduntur, dum intra velū latitantes conspici aliquando contigerit: modicū illud quod è veli rimula apparet earū, tantum profectò indicat decorem, vt reliquam omnem tuam facile superet pulchritudinē, qua eam tui ingeris admirationē, vt obmutescant quotquot te intuentur. Porrò eximiū id pulchritudinis, quod in hisce tuis emicat genis, insigne est admirabilis modestiæ, pudoris, ac verecūdiæ virginalis, quod & merito cōmemorare prætereo: tū quia intrinsecus intra velum in eis latet: tum quia nec verbis exprimi posset.

Ex Vers. III. Sicut fragmen mali punici: ita & genæ tuæ; absque eo, quod intrinsecus latet.

Expositio Secunda, De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

EX ijs, quæ dicta sunt supra in secunda Expositione illorū verborum primi capitis: a *Genæ tuæ sicut turturis:* supponendum in primis est, genas Ecclesiæ haud alias esse, quam ordinē sanctarum Virginū, ipsasve Virgines sacras turturea pudicitia, ac solitudine illustres: Subtilius nihilominus appellationē istam modo perpendens non exigua pellicior admiratione: enimuero inter partes omnes vniuersaque mēbra, quæ in humano sunt corpore, nullū sanè reperire est, quod patentius intuentium obtutui sit expositū, quàm genæ, vtpote in patētissima facie à natura collocatæ, vnde omnis homo dignoscitur. Ita vt, si corpus aliquod & aliquē hominem discernere velit quis, & agnoscere, vir ne sit, aut femina, puer, an senior, in faciē, & in genas præsertim operæpretium sit, primò conijciat oculos: cum tñ è vestigio constantissime pro confesso apud omnes habeatur, inter multiplices sanctorū ordines, quibus quasi diuersis, ac perpulchris mēbris decorum Ecclesiæ corpus cōpactum est, nullum, item esse, cui id magis cōpetat, vt in abscondito detineatur, quàm ordini Sacrarum Virginum: quib. ita propriè occultum cōpetit, atque absconsio, vt eæ demum veræ, ac sanctæ censeantur Virgines, quæ in abscondito delitescunt, & publicum omne deuitant: Omnis quippe publicatio Virginis bonæ (inquit Tertullianus lib. de velandis Virginib.) stupri passio est, atque adeo Virgo rectissimè in sacro eloquio nomine isto mystico עלמה ngalemah, nuncupatur, quod (vt bene aduertit Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum) absconditam virginem designat, idest, non solū Virginem, sed cum epithasi virginem: neque. n. omnis virgo abscondita est, & ab hominum fortuito separata conspectu: & ex vi vocis prædictum vocabulum absconditam significat, ex radice עלם ngalam, cuius significatio est abscondere, latere, & occultare.

a Cant. 1. 9

Virgines quo genæ Ecclesiæ dicantur, cū genæ in patētissi faciei locatæ sint, & virgines absconditū quęrere debeāt.

Tertull.

Hierony.

Huius admirationis motus omnis cessat illicò, cum rationes perceptæ sint, propter quas genarū locum Virginibus sanctis assignatum est in Ecclesia: Pro nunc autem tres reperio rationes, tresve & congruentias inter genas faciei humanæ, ac sacras Ecclesiæ Virgines.

Harum prima, ex situs sublimitate desumitur. Quemadmodū. n. genæ in eminenti faciei loco collocatæ sunt proximæ capiti, quod membrorū omnium sublimissimum est, sicq; ipsi inhærentes sunt capiti, vt illud ad omnē sequantur motum. Ita & sacrarum Virginum ordo celsissimum pariter lo-

Virginibus in Ecclesiæ corpore tribuitur sublimis genarū locus ob ipsarū eminentiā, &c.

A cum in Ecclesię facie, & constitutione obtinet, proximum sanè Christo Ecclesiæ capiti, si eius spectemus puritatem, cuius & comites Virgines sunt, ita vt illud, quocunq; se mouerit, prosequantur. Quorum omnium probatissimum habemus testē Ioannem, propter ipsam Virginitatis prærogatiuam Christo maximè dilectum, in libro Apocalypsis dicentem: *Et vidi:* b *Et ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo cētum quadraginta quatuor millia.* Bene in sublimi esse Virgines dicūtur, ait Gregorius Papa lib. 5. in lib. Reg. c. 3. quia quod naturam humanā supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est. Vnde & Virgo dilectus Iesu locum Virginum insinuans ait: *Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. Hi sunt, qui cū mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt:* in monte esse quidem cum Agno dicuntur, quia per meritum incorruptionis, quo à terrenis, & carnalibus delectationibus se diuidunt, in sempiterna Redēptoris gloria sublimantur. Subdit postea idem Ioannes: c *Hi sequuntur agnum, quocunque ierit:* confirmans nimirum id, quod iam dictum est, quod ijdem, instar genarū metum capitis sui sequantur. Non est, cur ad hanc virginum sublimitatem comprobādam, diutius laboremus, cum apud complures Sanctorum Patrum integros hac de re tractatus videre liceat.

Simile.

b Apo. 14. 1

Greg. PP.

c Apo. 14. 4

C Secunda inter virgines, atque genas congruentia est, quia, sicut per genas in primis vnusquisque dignoscitur, qualis sit, masculus an femina; puer, an vir, modestus ne an impudēs, vtpote quasi imaginem quamdam intuentium oculis obiectantes eius, quem illi respexerint, iuxta illud Ecclesiastici: d *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* Ita & per Virgines melius, quā per vllum alium sanctorum ordinem, qualis ipsa sit Ecclesia, intelligitur, ipsiusve imago quædam illis, qui eam considerarint, in eis repræsentatur.

Ex Virginū condit. dignoscitur, Ecclesiā esse virginē, sicut ex genis, & facie vnusquisq; cognoscitur qualis sit.

d Eccl. 19. 26.

D Ex Virginum namq; intuitu intelligere vnicuique licet id, quod proprium est Ecclesiæ, vt Virgo sit, & Sponsa Christi. Enimuero constantissimè patet, Christum propriè esse sponsum Virginum, atqui istum ipsum sponsum Ecclesiā sibi desponsasse, testatur Apostolus in Epistola ad Ephes. vbi ait: e *Christus dilexit Ecclesiā, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugā, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata:* Virgo nimirū, prout apertius idem ipse Paulus asserit in ea quæ est ad Corinth. f *Despondi vos,* Ecclesiam Corinthiorum alloquens, *vni viro Virginem castam exhibere Christo.* Adeoque viuam ipsius Ecclesiæ imaginē præfert virginum ordo, vt & in Euangelio Dominus quoque per Virgines eam repræsentari, dicat sub hac parabola: g *Simile est regnum cælorum, decem Virginib. quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ:* quam parabolam Gregorius Papa cum alijs Sanctorum Patrum de Ecclesia præsentis sæculi sumendam affirmat, nomine Regni cælorum designata, iuxta frequentem sacrarum litterarum consuetudinem.

e Eph. 5. 25

f 2. Cor. 11. 2.

g Mat. 25. 1

E

Greg. PP. hom 12. in Euang.

Tertia demum inter genas, ac Virgines cōgruētia est, quod virgines ad id potissimum in Ecclesię corpore inseruiunt, vt illam honestent, exornent, venustatemque ac decus ei conferant, sicut & genæ faciei hominis, humanoq; corpori. Enimuero, si mēbra omnia, quæ in humana sunt facie, consideremus, quamquā vniuersa, cum debitā adinuicem habent proportionē, debitisve constant conditio-

Virginū ordo ad hoc potissimū inseruit, vt Ecclesiæ decorē augeat, sicut & genæ id in primis præstant, q faciē ornant.

DE ECCLESIA.

Simile.

ditionibus, ad humanã pulchritudinem ſuas conferant partes, inueniemus nihilominus ſingula ad aliquẽ proprium vſum à natura condita, & vt aliquod peculiare exerceant munus. Aures quidẽ, vt ſint organum auditus: frontem, vt per illam tuto iter habeant ſpiritus, atq; ſpecies, & duritie ipſius defendantur nerui ſenſuum omniũ, per quos prędicti deferũtur ſpiritus, atque ſpecies: Etenim ſubter ipſam frontem, iuxta naturalium ſententiã, in prima cellula cerebri eſt ſenſus communis, à quo tanquã à fonte, & radice vniuerſæ deriuant ſenſationes, omneſque nerui, qui deſcendunt ad organa ſenſuum exteriorum. Oculorum munus manifeſtiſſimum eſt, ſicut & ſuperciliorũ, ac palpebrarum, quæ illos tuentur: Naſus organum eſt olfactus, os locutionis, atque comeſtionis, ad quæ & labia deſeruiunt, & dentes, atque mandibulæ, & ſic de ceteris. Solæ ipſæ ſunt genæ, per quas ſpeciale nullũ fit opus, nullaque ſenſatio particularis: ad hoc in primis à ſapientiſſimo conditore factæ, vt faciei vacuũ implerent, illamque ſic ornarent, vt in ipſis præcipuum decoris, ac venuſtatis totius faciei cõſpiceretur: quamquã & interni quoq; eius, qui in animo latet, decoris, ac probitatis ſint indices haudquaquam mendaces, iuxta illud Salomonis: *a In facie prudentis latet ſapientia.*

a Pro. 17. 24.

Ex Virginũ ordine redũdat i Eccleſia decor Angelicus, atque et diuinus.

Ecquodnam verò decoris per genas haſce ſpirituales, per Virgines, inquam, in faciem redundat Eccleſiæ? Prętãtiſſimum ſanè, & illud duplex: Alterum, quod eſt venuſtatis Angelicæ, ac cæleſtis curiæ: Alterum, quod diuinum quid, ipſamque refert diuinitatem, qua nil pulchrius, nilve eſt venuſtius: *b In reſurrectione*, inquit Dominus, *neque nubent, neque nubẽtur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cęlo;* ſuper quæ Ambroſ. lib. 1. de Virginibus, virgines ipſas alloquens ait. Quod nobis promittitur, vo-
» bis præſto eſt, noſtrorumq; votorũ vſus apud vos
» eſt, de hoc mundo eſtis, & non eſtis in hoc mũdo:
» ſæculum vos habere meruit, tenere nõ potuit: En
» decor Angelicus, en decus futuri ſæculi. Decorem diuinum in eiſdem genis conſpici eleganter pro-
» bat Cyprianus lib. de diſciplina, & habitu virgi-
» num, his verbis, Nũc nobis ad virgines ſermo eſt,
» quarum quò ſublimior gloria, maior & cura eſt.
» Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis, decus, atque ornamentum gratię ſpiritalis, lęta indoles, laudis, & honoris opus integrũ, atq; incorruptum, Dei imago, reſpondens ad ſanctimoniã Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti. Quid glorioſius nomine Dei ac diuinitatis? Hoc venuſta, & glorioſa redditur Eccleſia in Virginibus: hoc decorãtur per Virgines: teſtante ipſomet Domino, idque pollicẽte per Iſaiam Prophetam, qui ait: *c Hæc dicit Dominus eunuchis, qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quem locũ, de Virginibus interpretãtur Ambroſ. lib. de inſtit. Virg. c. 6. Auguſt. lib. de Sancta Virg. c. 24. Hierony. lib. 1. contra Iouinianum, & alij. Quis verò locus is eſt tam eximius in domo Dei, niſi ſublimitas illa, ad quã in Eccleſia euectas vna cum Deo ſuo, oſtendi, Virgines? niſi locus genarũ in corpore Eccleſię, quẽ filii, & filię, eiuſdem Eccleſię, ceteriq; fideles neutiquã obtinent? Nomen aũt ſempiternum, quod eis promittitur, ipſum eſt Dei nomen, quod palam eædẽ Virgines ferre dignatæ ſunt, vt planè colligitur ex libro Apocalypſis, *d* vbi Virgines dicuntur habere nomen Agni, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis, Gloriam profectò tam grandem,

b Mat. 22. 30.

Ambr.

Cyprian.

In Virginibus Eccleſia ornatur decore diuino.

c Iſa. 56. 4.

Ambr. Auguſt. Hierony.

d Apo. 14. 1

qua nulli in antiqua Synagoga conceſſam nouimus, præterquã ſummo Sacerdoti, de quo in lib. Eccleſiaſtici: *e Coronam auream ſuper mitrã eius*, ſcilicet, Aaron, *expreſſam ſigno ſanctitatis, & gloria honoris, opus virtutis, & deſideria oculorum ornata:* lamina nimirum illa, quæ fronti Pontificis imponebatur: & Exod. 29. dr̃ Diadema, vel corona ſanctitatis, quæ corona dr̃ expreſſa ſigno ſanctitatis, & gloria honoris, quatenus in illa, velut in ſigillo inſculptum fuit ſignum ſanctitatis, & ſummę gloriç, id eſt nomen Dei ſanctiſſimũ, & glorioſiſſimũ: Dicitur ẽt opus fortitudinis, & deſideria oculorũ ornata, ob eximiam authoritatem, & eminẽtiam, deſiderabilis ſanè oculis hominũ, valdeque ornata. Quamquam non abſurdũ forſitan ſit, ſi vnà cũ Hugone Cardinale ſuper citatum locum Apocalypſis, dicamus, nomen ſempiternum promitti Virginibus, eaſdemque deferre nomẽ Dei ſcriptũ in frontibus ſuis, ob neſcio quid diuini ſuperãtis naturam humanam, quod in illis conſpicitur, propter quod, quoquo pacto Dei nomine nuncupentur, iuxta illud Pſalmi: *f Ego dixi: Dij eſtis, & filii excelſi omnes*, nimirum tanquam Regis ſponſę, quæ iiſdem inſignibus, eodem nomine, iiſdẽve titulis cum Regibus ſponſiſque ſuis decorantur. Cũ itaque Virgines tantum Eccleſiæ conferant decoris, cumque tantas cum corporeis genis habeant congruentias, quis iam miretur, ſi in aperto faciei loco, vt genæ myſtici Eccleſiæ corporis, conſtituantur?

e Eccl. 45. 14.

Exo. 29. 6. ſecundũ lectio. hebr.

Hugo Car.

f Pſa. 81. 6.

Neque verò occultum, & abſconſio earumdem Virginum, qua ſecundum conſuetudinem Eccleſiaſticam eæ deliteſcunt in clauſtris, & publicum omne diuitant, repugnat quidquam, ne in patenti Eccleſiæ facie ſint, ſublimemq; genarũ locum obtinentes, illius & venuſtatem denuntient, & virgineam qualitatẽ: Nam clauſtra, & abditum quodque ſunt velum quoddã, quo genæ ipſæ operiuntur, & cum opertæ fuerint, illuſtriores reddũtur, ſublimiores, atque venuſtiores. Nec abſurdũ cuiquam videatur, ſi clauſtra Virginũ dixerim velũ, cum ea muris, ac vallis pręfortibus circũdata ſint, nam & Tertullianus libro de velãdis Virginibus, c. 13. velum ipſum è contra murum appellaſſe reperitur, & vallum, vbi ad virginem hæc habet verba: Indue armaturã pudoris, circumduc vallum »
verecundiæ, murum ſexui tuo ſtrue, qui nec tuos »
emittat oculos, nec admittat alienos. Velumque »
eadem appellauit & ſponſus, qui, eò pulchriores illas eſſe, conſpexit, quo magis eas reperit opertas, atque adeo, quaſi acceſſionẽ maximam venuſtatis ex velamento ipſis factam, aduerterit, ſic eas commendat, iuxta hebraicam lectionẽ: *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua intra velum tuum.* Qua de re pluribus agam infra, cum ſingulas præſentis encomii partes examinabo.

Clauſtra Virginũ ſe habent inſtar velaminis ad genas corporeas.

Tertull.

Ablata admirationis cauſa, probatoque ſimul, quam congrua ſit genarũ metaphora ad deſignandum ſanctarum Virginum ordinẽ, accedamus iã, ad explicandas egregias conditiones ſingulas, quibus earumdem Virginũ ordo hic celebratur, ac primo quas allata indicat ſimilitudo fragminis mali punici.

Quinque illas eſſe notaui in prima expoſitione: quarum duas priores quod in parte quidem ſuperiori eleuẽtur, ac pinguiuſculæ ſint, in parte verò inferiori deprimãtur, præclare ab Apoſtolo explicatas habemus in Epiſto. ad Corinth. 1. vbi ait; *g Mulier innupta, & Virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu; Quæ aũt nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* At ſuperna

Virgines Chriſti quo ad ſuperiora eleuatæ ſunt, ad inferiora verò depreſſæ.

g 1. Cor. 7. 34.

DE ECCLESIA.

perna quidem Virgo Christi eleuata est, & pinguior: eleuata quia cogitat quæ Dñi sunt, quia mẽtem suam ad cælestia eleuat, cælestis & ipsa: pinguior vero est pinguedine, sanctitatis, profectu nimirũ virtutum, quo studiũ adhibet, vt sit sancta & corpore, & spiritu: pinguedine & deuotionis, qua se extendit ad Deũ suum concinens cũ Propheta:

a Psa. 62, 6

a Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Ad ima aũt eadẽ Christi virgo deprimitur in humillima animi sui demissione, cũ de terrenis haud quaquã solicita est, nec quidquã de corruptibili isto mundo cogitans, sæcularia contemnit: nam, quæ sæcularium curam habet, neque virgo est, neque honesta, vt bene ait Chrysostomus hom. 19. super citata Apostoli verba: &, iuxta eiusdem Apostoli

Chrisost.

b 1. Cor. 7. 30.

b consilium, hoc mundo vtitur, quasi non vtatur.

Tertia sanctarum virginum conditio per corticis mali punici similitudinẽ subindicata est, quod vnà cum subuiridi, atq; subfusco colore pulchritudinem adiunctam habeant: vnde aptissimè dicere vnaquæque earum potest, vt Christi sponsa:

d Cant. 1. 6

d Nigra, seu, *fusca sum, sed formosa.* Conditio porrò ista duas illarum continet laudes, egregias ambas, ambas eximias. Prima quod in nigrore corruptibilis, ac miserrimæ carnis angelicã contineant pulchritudinem: ita vt color ipse subfuscus, carnis corruptibilitas, & pugnæ continuæ, quibus pudicitia cõcutitur, virginitasq; iugi subest periculo, ipsum castimoniç decorem miru in modũ augeat, iuxta illam Bernardi sententiã. Quid castitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum de homine facit? Differũt quidẽ inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, non virtute, etsi illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas quæ in hoc mortalitatis & loco, & tẽpore statum quemdam immortalitatis gloriæ repræsentat. Altera verò laus est, quod, externo quidẽ corporis cultu subfuscum præferentes colorẽ, internum tñ simul seruant puritatis candorẽ. Quẽadmodum.n. malum punicum extrinsecus cortice operitur subuiridi, per quem cãdor, ac rubor, qui in internis granis est, nedũ conseruatur, sed & accessionem capit non modicam. Ita & per neglectũ corporis cultum, perque fuscum, & contemptibilem habitum externum candor internæ puritatis & conseruatur, & augetur in Virgine: cãdor quippe extrinsecus, si exhibeatur in accurato corporis cultu, interno certe candori multum, multumq; detrahitur. Quod in Posthumia Romana facto cõprobatum legimus apud Titum Liuium, quæ, cũ esset ex virginibus Vestalibus, ob id duntaxat infamiam sustinuit, incestique insimulata est publice, quod mundiori extrinsecus vteretur cultu. Vnde bene Cyprianus lib. de disciplina, & habitu virginum c. 3. ait: Virgo non esse tantum, sed & intelligi debet, & credi, vt nemo, cum virginem viderit, dubitet, an virgo sit: parem se integritas in omnibus præstet, nec bonũ corporis cultus infamet. Et infra c. 5. Redarguit te (inquit ad virginem bene comptam) cultus improbus, & impudicus ornatus, nec computari iã potes inter puellas, ac Virgines Christi, quæ sic viuis, vt possis adamari.

Virginitas in carne fortitudinis spectatur.

Bernard. Epist. 42.

Virgini quã deceat neglectus corporis cultus

Simile.

Liui. lib. 4.

Cyprian.

Præclare autem, tam externus, quam internus mali punici color ad externum virginis cultũ, atque ad internum eiusdem candorẽ exprimendum assumptus est: Neque.n. color corticis mali punici turpis quispiam est color, ater, & admodũ niger, sed subuiridis, quia nec Virginem Christi sordes vllatenus decent, at mundioris cultus neglectus, talisve ei congruit cultus, qualẽ ea demum eligat, quæ Christo soli placere studeat in mũditie, & sanctitate corporis, atq; spiritus. Porrò internus granorum mali punici candor ita sese habet, vt perpulchre viuo, & rubicundulo quopiã colore sit admixtus. Ac profecto haud aptior reperiri posset color, quo virgineus candor repræsentaretur, quãdo quidem puritati virginali ita viua commixta est charitas erga Deũ, quem vnum diligit, cui vni placere satagit, vt non immerito candida ea dici debeat simul, ac rubicundula, eoque magis id verũ esse, cõprobatur ex eo, quòd gloria, cãdorve iste, de quo in Psalmo dicitur:

Virginis qualis esse debeat cultus externus, & internus.

d Ps. 44. 14

d Omnis gloria eius ab intus; de Christo est crucifixo, quia cum primum suam Deo dicarunt pudicitiam Virgines Christi, ardẽti affectu, magnisve præcordiorũ vocibus id cũ Apostolo professæ sunt:

e Gal. 6. 14

e Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, atque, cum Christi se sponsas profiteantur iugi martyrio vna cum Christo carnẽ suam crucifigunt, iuxta illud eiusdẽ Apostoli:

f Gal 5. 24

f Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis suis.

Illud denique hic notandum, per hoc, quod internus Virginum candor dicitur similis interno candori granorum mali punici, designari, virginalem pudicitiã nedum esse florem, prout communiter à Sanctis Patribus appellatur rosæ, vel lilii, sed & fructum esse prædulcem; ita vt recte Virginib. sanctis verba illa Ecclesiastici accommodare liceat:

Virginalis pudicitia flos est, & fructus.

g Ecc. 39. 17

g Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.

Quarta sanctarum Virginum, & dimidiati mali punici conditio est gratiosissimus rubor extrinsecus apparens vna cum natiuo subuiridi ipsius corticis colore: Rubor vero iste haud aliud designat, quàm cõmendabilem illum pudorẽ, cuius indicium rubor is est, quo honestarum puellarũ genç summa cum venustate perfunduntur, propter quem ruborem simul, atque pudorem duodecim tabularum edicto vetitum est, ne ipsæ feminarum genæ raderent, vt refert Plin. Porrò rubor, ac pudor huiusce modi in Virgine sancta haudquaquã ex peccato aliquo prouenit, sed ex eius munditie, & pudicitia insigne. Quemadmodũ.n. rubor, qui in cortice est mali punici, ex intimis eius erũpit, ex rubore videlicet, qui candidis admixtus est granis, attractus à solaribus radijs, atque adeo ex ea parte rubicundiora mala ipsa esse, obseruamus, quam Sol respicit magis: Eadem ratione & pudoris rubor, quo extrinsecus Virgines Christi suffunduntur, ex insigni ipsarum pudicitia erumpit, quã candidissimam intrinsecus seruant, puritate vna cum flagranti charitate erga dilectum suũ simul admixtis: Cum enim tanta erga Christum suũ flagrent charitate, vt perfectissimo modo virgines castas se illi exhibere satagant, de puritate, deque ipsamet charitate erubescunt, vnde magis a Christo vero iustitiæ Sole respiciuntur, ruborque huiusce modi pudoris a supercælestis illius Solis radiis de interno earum rubore educitur, quatenus id quoque ex speciali Christi gratia fit, vt eæ de suo erubescant bono, quod ex diuina pariter gratia sibi prouenisse, agnoscunt. Hocque illud est, quod testatur Tertullianus lib. de velandis Virginibus cap. 2. his verbis. Virginibus præter quod a Deo, non captanda gloria est, etiam in bonum suum erubescendum. Nec obscure idipsum Sapiens ille significauit in libro Ecclesiastici, qui dixit:

Virgines sanctæ decore pudoris ornãtur, qualisve sit illarũ pudor.

Plin. li. 11. cap. 36.

Simile.

Tertul.

h Ecc. 26. 19

h Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata: Acque est enim, ac si dixisset. Quod mulier aliqua sit sancta simul, & pudorata, est gratia super gratiam: Est siquidem vna, ac prima gratia, quod decora sit sanctitate,

DE ECCLESIA. Simile.

ctitate,& puritate:at super hanc gratiam est insuper alia gratia, quod cum sanctitate coniunctum habeat pudorē, quodve de ipsa puritate sua erubescat. Ex hac verecundia,& pudore in eis fit, vt & quintam denique habeant conditionem corticis mali punici lenitudinem absque tubere vllo, vlla ve asperitate, & inæqualitate, exhibendo se humiles,mites,atq; æquabilis animi in vniuersis, quæ illis contingunt; neque enim superbia efferri de ijs possunt bonis, ob quæ rubore suffundūtur: neque asperitatem aliquam valēt præseferre,quæ pręp udore nec comparere audent: neque propter rem vllam dimoueri à suo queūt dilecto,vt vel tātillum ab eius discrepent voluntate,à quo tāta bona se suscepisse agnoscūt,&cui sese in omnibus eodem rubore suffusæ dediderunt, ac resignarunt.

Post commendatas genas istas spiritales,sanctasque virgines ex his quinque conditionibus, quæ includuntur in allata similitudine dimidiati fragminis,& corticis mali punici; addit cælestis sponsus epiphonema encomij istius earumdem genarum sanè præclarissimum: *Absque eo,quod intrinsecus latet;* seu iuxta Sept. *Extra silentiū tui*, vel secundū tex. hebręū; *Intra velum tuum* Triplicē addens laudem illarum iuxta triplicem istam lectionem.

Virgines & etiā q̄ deceat claustris esse conclusas.

Ac primò adijciens, *intra velum tuum*, per hæc verba duo simul efficit.Prius.n.pręallatas amplificat laudes; quia Virgines intra velum claustrorum conclusæ eorum omniū,quæ per allatam similitudinē indicata sunt, illustrius exhibeant specimen. Secundò edocet Virgines quaslibet, quid agendū eis sit,vt decoras Ecclesiæ genas sese exhibeant,ac seruent,id verò est,vt velo sese operiāt, intra claustra conclusæ permaneant:hoc quippe præcipuum est, quod pudor Virginalis exposcit. Vnde apud Aegyptios tantam legimus extitisse ipsius pudoris curam, vt mulierib. interdictus esset calceorum vsus,quo prodire palā verecundarentur, ac veluti testudines intra sua tecta se continerent:idcirco & pro pudicitiæ hieroglyphico vsurpare testudinē ipsam ijdē consueuere, vt refert Pierius Valer. c.de pudicitia lib.4.Idcirco & apud Romanos,referente eodē Pierio ibidem,moris erat,vt Virgo, quę nuper nupta esset, flammeo operta duceretur ad virū.Quem morem & apud antiquos, sanctosve Patres fuisse colligimus ex libro Geneseis, *a* vbi Rebecca statim, ac conspexit Isaac virum suū aduentantem, pallio, seu velamine vultū suum operuisse dicitur, de qua Ambros. lib.3.de Virginib. paulo post initiū, ait præclare. Et vtique pulchra virgo nō decori timuit,sed pudori. Neq; vero abs re factum est,vt,cum sacræ virgines, & sacratum velū super caput habeant,& intra claustra cōclusę ab Ecclesia seruentur:per velum,intra quod dicūtur esse sicut fragmen mali punici,non tam sacratū capitis velum, quā claustra ipsa designata sint: nam per sacratū velamen capitis non tam pudori consulitur,quàm subiectio designatur, qua eę subiectæ sunt Christo sposo suo, vt ex Apostolo collectū est supra in expositione 4.)vers.1.huius capitis. At claustra ipsa sunt, quæ ad hoc potissimum inseruiunt,vt pudori prospiciatur.Porrò istud ipsum veli nomen congruentissima ratione hisce cōpetit claustris: tum quia per claustra quātumlibet conclusa, æque ac per transparens velū sanctarum Virginum decor,singulæque decoris earū conditiones ab ipsarū sponso conspiciuntur,quod ipsemet testatum voluit in hoc illarū encomio,dicēs, *Sicut fragmen mali punici gena tua intra velum tuū*. Tum quia claustra, etsi claudant virgines,liberas nihilominus illas relinquunt, sunt quippe instar

Pier. Vale. lib.4.

Mulierib. interdictus vsus calceorū apud Aegyptios, ne foras prodirent.

a Ge.34.66 Ambros.

Virginum claustra cur veli noie designentur.

A veli,quo mulier sese operit, & ita sese concludit, vt tñ liberam se seruet, adeo vt quandocunque ei libuerit, reuelare illud queat, nolit verò propter pudorem,cui operimentū id maximè confert.Nec est,quòd quispiam contra hæc obijciat seras, claues,ac vectes,quib.Virgines sacræ in ipsis conclusæ seruantur. Quæ.n.veræ virgines sunt,haudquaquam à clauibus, & vectibus concluduntur, sed a libera voluntate, quæ vectibus quibuscunque est fortior:& idcirco,tametsi clauibus claudantur,liberrimæ nihilominus dici debent,vtpote quæ ex libera volūtate seras clauibus teneant obseratas: quod in sancto Virgine Ioseph obseruare fas est, qui, cum in carcere conclusus detineretur, ita tñ liber erat, vt & claues haberet carceris, nec egrederetur: quinimo eos ipsos, qui ex familia Regis in eumdē carcerem intrusi fuissent, sibi creditos custodiret. Sic namque de illo legimus in lib.Geneseis: *b Tradidit Ioseph Dominus eius in carcerem, vbi vincti regis custodiebātur, & erat ibi clausus, fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu Principis carceris, qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur, & quidquid fiebat, sub ipso erat. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis, Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.*

Virgines in claustris clausæ suā habent libertatem.

B

b Gen.39.20.

Sicut aūt per verba ista, *Intra velum tuum*, iuxta hebraicam lectionem,non modicum pudori consultum est Virginali: ita & per eadē vt reddita sūt à Sept. ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου, si pronomen, σου,acti ue sumatur,& legamus; *Extra silentium tuum*, quā maximè eidem pudori consulitur, ac si dicatur.

Silentiū q̄ deceat Virgines Christi.

Virgines, quæ in te genarum obtinent locū prędictas omnes habent conditiones,quæ in fragmine mali punici conspiciuntur,haud cōmemorabo silentium tuum (per Aposiopesim) quod scilicet in ipsis Virginibus præ ijs omnibus maxime est necessarium ad tutandū præsertim pudorem.Quod quàm verum sit, sententia Ambrosii cōfirmari satis est:is quippe lib.3.de Virg.paulo post initiū, hæc habet digna, quæ hic notentur. Deesse sermonem „ Virgini magis,quàm superesse, malo: nam si mu- „ lieres etiam de rebus diuinis in Ecclesiis iuben- „ tur tacere,domi viros suos interrogare: de virgi- „ nibus quid cautum putamus,in quibus pudor or- „ nat ætatem,taciturnitas cōmendat pudorem? Ve- „ rum,cum dictum pronomen, σου, passiue potius ac- „ cipiendum sit,ac legendum: *Extra silentium,seu taciturnitatem tui*.Iuxta eum, quem in prima expositione litterę attuli sensum:præstantissima Virginibus ipsis per hæc exhibetur decoris laus: nimirū quod tanta sit ipsarum excellentia, vt decore suo vniuersam Ecclesiæ,Sanctorumque ipsius superēt pulchritudinē, tametsi alioquin ipsa Ecclesiæ pulchritudo eam vim habeat; vt intuentibus quibuscunque admirationem ingerat, atque stuporem, adeo vt nec loqui quidquam de illa possint. Istam verò tam eximiam sanctarum Virginum prærogatinā exinde intelligere poterit quilibet, quod in libro Apocalypsis, vbi Virginum laudes à virgine item Ioanne enarrantur, Virgines dicuntur *c empti ex hominibus primitiæ Deo, & agno*. Enimuero per id,quod dicuntur primitiæ Deo,& agno,significatur,illas esse omnium optimas,atque pręstantissimas,prout & præmitiæ,quæ Deo offeruntur è terra,sunt fructus optimi fructuum omniū. Quin in ijsdem verbis videtur esse allusio ad id, quod fieri ab hominibus ijs solet, qui fructuum munus aliquod Regi deferre volentes, per plateas obambulant, diligentiamve maximam adhibent,vt pręstātissimos quosque, & primos reperiant fructus, quos

PARAPHRASIS.

Ambr.

D

Virginū de excellētia super omnē aliā Ecclesiæ decorē,& quō id intelligēdum sit.

E

c Apo.14.9

Allusio.

DE ECCLESIA.

quos poſtmodũ Principi largiãtur, Regia dignos perſona: ſic quippe & Dominus Ieſus feciſſe videtur, quippe qui cum in terras deſcendiſſet in carne, quando cũ hominibus conuerſatus eſt, tametſi multiplex ſanctorum genus emerit, quod poſtmodum Patri obtulit, ſtudiũ nihilominus adhibuit ad hoc in primis, vt eximium aliquod, & præſtantiſſimum hominũ genus reperiret in terra, quod veluti primitias Deo offerret: Inuenit virgines, quos terra ipſa protulerat, poſtquam ipſe, virginitatis auctor de virgine natus eſt mundo: hos ergo vt eximium quid ex hominibus pretio ſanguinis ſui emit, primitias ſanè cõgruẽtiſſimas, Deo, & agno. i. & humanitati ſuę primę virginitatis radici.

B Ex iſto ipſo primitiarum nomine, quo virgines inſigniti ſunt, colligere forſitan poterimus in quonam venuſtas illa ſita ſit, eaq; vis, quam in ijſdem ſpiritualibus Eccleſiæ genis, & in virginibus latẽter ineſſe, ſubindicauit cæleſtis ſponſus, cũ, iuxta noſtram Vulgatæ lectionem dixit: *Abſque eo, quod intrinſecus latet.* Siquidem primitiæ eam in ſe continebant vim, vt, cum aliquid frugum oblatum Deo fuiſſet, quamuis exiguũ illud eſſet, Dominũ inducerent, ac quodammodo compellerent, vt fructus, frugesve omnes benediceret, & arbores, agroſque vniuerſos fœcundos redderet, quod Salomon in libro Prouerbiorũ conteſtatus eſt, cũ diceret: *a Honora Dominum de tua ſubſtãtia, & de primitiis frugum tuarum: & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Similem itaque vim in Virginib. Sanctis tacite extollit ſponſus, quòd eam latentẽ in ſe habeant venuſtatem, vt quàmprimũ diuino oblatæ fuerint aſpectui, vim quodammodo illi inferant, vt fidelib. reliquis benedicat, hominibusve, ex quibus emptæ ſunt de terra, beneficia conferat abundanter, & nihil omnino ſit quod illis denegare queat, cũ quidpiam ſuis expoſcunt precibus, preces etenim ipſarum ex virginitate, & virginali earũ pudore maxime commendantur, maximaſve deſumunt vires, quod auctor libri Eccleſiaſtici non obſcure ſignificat, cum ait: *b Ante tonitruũ* (ſic habent Originalia Græca pro eo, quod Vulgata legit: *Ante grãdinem) præibit coruſcatio, & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Dicens quippe; *Ante tonitruum præibit coruſcatio:* ſignificat, ante orationem, & preces virginum præire ſolere coruſcantem erubeſcentiæ pudorem: Siquidem ex libro Apocalypſis habemus aperte, tonitruo virginum preces comparatas: *c Et audiui vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni:* & bene, nã quemadmodum ex colliſione, & contritione nubis tria procedunt, coruſcatio, tonitruũ, atque imber aquarum. Ita ex animi cõtritione tria ad Deũ emittũt Virgines ſanctæ, Coruſcationem verecundiæ, & pudoris Virginalis, quo ſuo ſe offerentes ſpõſo erubeſcũt gratioſiſſime: Tonitruũ orationũ, ac laudum, tonitruũ, inquam, magnum, cuius vox vſque ad altiſſima cœlorum peruenit: Et imbrem lacrymarum multarum, quarum item vox nubes penetrat. Porrò, quod ſubijcitur; *Ante verecundiã præcedet gratia;* eam deſignare videtur gratiã, quã annuens, prætermittere ſe velle ſponſus, multo magis extollit, quàm ſi apertiſſime, & eloquentiſſime de illa tractaret: hæc autem eſt demiſſiſſima animi humilitas, quæ intrinſecus in ipſis Virginũ præcordijs latet, quæve illam ipſam, quæ extrinſecus manifeſtatur, præcedit erubeſcentiam, & inſeparabiliter externam comitatur verecundiam: ſine interna namq; hac humilitatis gratia pudor virginalis

Virginũ decor illa hic vim, vt Deũ quodãmodo compellat bene dicere, & ſpeciũ eſſe reliquis fidelibus.

a Pro. 3. 9

Virginũ ſeces quantã vim habeãt apud Deum.

b Eccl. 32. 14.

c Apo. 14. 2.

Simile.

A gratioſus minime erit vnquam diuinis oculis, ſicut nec virginitas ipſa haudquaquam decora eſt ſine eadem humilitate, prout alias fuſius oſtẽſum eſt. Quod demum additur: *Et pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia:* illud omne confirmat, quod dictũ ſuperius eſt, in virginibus tam eximiam eſſe venuſtatem, tantaſq; vires propter iſtiuſmodi gratiã vt à Deo extorqueant quodammodo gratiam benedictionis ſuper homines, ex quibus eæ emptæ ſunt, nam nomine reuerentiæ tam interna ſignificatur humilitas, quam exterior verecundia, nomine verò bonæ gratiæ, ſignificatur benedictio Domini, & beneficiorum collatio, in quam reſoluitur ipſa Dei benedictio ſuper aliquos.

Paraphraſticus igitur, qui ex hiſce, quæ fuſius pertractata ſunt, colligitur ſenſus præſentis genarum encomii, iſtiuſmodi eſt.

PARAPHRASIS.

Virgines ſacræ, quæ in te genarum obtinent locum tum propter ſtatus ſublimitatem, qua inſtar genarum capiti tuo proxime inhærent Chriſto, ideque ſequuntur ad omnem motũ, & quocunq; ierit, tum propter tui notitiam, qua ex illis dignoſceris, quænam ſis, virgo nimirũ (eque ac per corporeas genas in primis, quis vnuſquiſque ſit, manifeſtatur,) tum propter decorem, ac venuſtatem, quam ex illis potiſſimum habes, cũ ad hoc maxime inſeruiant, vt te honeſtent, non ſecus ac genæ quoq; id in primis efficiunt, quòd faciem decorã

Aponius.

C reddunt. Genæ, inquã, iſtæ tuæ decorẽ habent eximium, quem vniuerſum exprimit ſimilitudo, quã habent cum dimidiato fragmine, & cortice mali punici. Sunt quippe in parte quidẽ ſuperiori eleuatæ, in inferiori vero depreſſiores: quia nihil, vel parum quid, & quantũ neceſſitas expoſcit, de mundo, ac de imis hiſce cogitantes, cogitationẽ omnẽ ſuam in me Deum tuũ habent eleuatam: Habent quidem ſubuiridem, atque ſubfuſcum colorem, qualẽ & fragmen illud, ſed iunctũ cum decore, ita, vt vnaquæq; dicere valeat: Nigra, & ſubfuſca ſum, ſed formoſa, quatenus in miſera, ac corruptibili carne ſunt virginitate decoræ, & externo corporis cultu ſubfuſcum deferentes colorem internum tñ ſimul ſeruant candorem puritatis: D Rubro colore perfuſæ ſunt, pudore nimirum virginali, qui ad Chriſti veri ſolis præſentiã ex interno puritatis candore extractus eſt, non ſecus ac rubor ille, qui in cortice eſt mali punici ex granis internis candidis, rubriſve ſimul ad Solis aſpectum dimanat: Lenes inſuper ſunt abſque externæ ſuperbiæ tubere, abſque vlla aſperitate mites, & abſque vlla inæquabilitate æquabilis animi in reb. quibuſcũque, ſicut, & cortex ipſe mali punici lenis eſſe conſpicitur. Eò autẽ præſtantiora hæc vniuerſa in genis hiſce apparent, quòd intra velum tuũ concluſæ ſeruantur, quod abditæ detinentur intra clauſtra, quæ inſtar veli ſunt, cum haudquaquam diuinos, & Sanctorum prohibeant oculos, quin intra E ipſa virgineum decorem conſpiciant, & inſtar veli libertatem neutiquam ipſi tollant. Parum dico, cum hiſce omnib. prærogatiuis virgines ipſas decoras aſſero intra velum tantus eſt illarum decor, vt vniuerſam quoquo modo ſuperent pulchritudinem reliquorũ ordinum, ac membrorũ tuorũ: quandoquidem primitiæ ſunt emptæ de terra, & ex hominibus, vt quid præſtãtiſſimũ. Taceo de eximia illa gratia humilitatis demiſſiſſimæ, quæ intrinſecus in illarum latet præcordiis, tantam eis impertiens vim, vt benedictionem vniuerſis fidelibus reliquis, totique agro tuo à me quodammodo extorqueant.

DE ANIMA.

Ex Vers. III. Sicut fragmen mali punici: ita & genæ tuæ; absque eo, quod intrinsecus latet.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima insti.

Honesta conuersatio signum prudentiæ.

SIcut prudentiæ vniuscuiusque index est nõ exiguus modus ille honestus, ac humilis, quo cũ ceteris quis conuersatur extrinsecus; Ita & orationis studio non modicum exhibere adminiculi eũdem recte, ac prudenter conuersandi habitum, & cautũ modum quem in cõuersando adhibere debemus, nemo est, qui nesciat. Hinc est, quòd post prudentiæ, & orationis encomia, huius quidẽ sub labiorum metaphora, illius verò sub metaphora dentium, ordine sanè non incongruo subijcitur in hac sententia encomium cautæ istius conuersationis, & modi, atque habitus, quo pia anima extrinsecus conuersatur: idque sub metaphora genarũ, quæ dentibus supereminent, & labijs. Circa cuius encomij intellectũ tria sunt perscrutanda. Primũ, cur istiusmodi externus conuersandi habitus sub hac genarum metaphora exprimatur. Secundum, quid proportionis similitudo ista habeat fragminis mali punici cum his genis spiritualibus, vt per illam tam eximium contextum sit ipsarum encomium. Tertium, quid laudis eisdem piæ animæ genis conferatur per extrema verba, quæ adiecta sunt, iuxta triplicem lectionem, hebræorũ, Septuaginta, atque Vulgatæ.

Quoad primum: Sub genarum metaphora triplicem ob causam designatus est cautę conuersationis modus, triplexque per hanc appellationem in illum confertur laus: triplicem.n. ob causam genæ in humana facie constitutæ sunt à natura, & triplex exercent munus. Primum, quod & pręcipuũ, & potissimum est, quòd faciẽ simul, ac totum corpus decorant: sunt.n. genæ quasi pallium quoddã perpulchrum, quo os operitur, quove facies tota honestatur, & intuentiũ oculis spectandũ obijcitur. Quid verò est, quod præ ceteris omnibus humano proponitur aspectui, nisi facies externæ cõuersationis? sniа est vulgatissima. *a Homo videt in facie Deus autem in corde.* Quid pulchrius modesta conuersatione? Modestia in habitu, modestia in actione, modestia in sermone, quasi pallium, & ipsa est: pallium, inquam, perpulchrũ oris, & aspectus animæ piæ: atque adeo à Sanctis quibusque id quã maxime exposcit Apostolus, vt hoc pacto insignitos se exhibeant omnium oculis, dicens: *b Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Porrò quemadmodum famuli illi à pedibus, quos Italicè appellamus *Staffieri, & Paggi*, è penula externa in primis dignoscuntur, cuiusnam Domini sint, aut Principis, iuxta varietatẽ limborum diuersicolorum: atque adeo cũ aliquos istiusmodi famulos cuiuspiã Domini pręire conspicimus, talem Dñm, talemve Principem aduentare, proximumve esse intelligimus. Ita & ex hoc externæ modestiæ pallio, quo anima cooperitur, arguitur Christi Domini præsentia: ac propterea Paulus statim ac dixit: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus*, subintulit; *Dominus enim prope est*: Ac si dicat. Exhibete modestiæ: ac sanctæ conuersationis pallium, quod est insigne, & (vt ita dicã) versicolori cõpositione consuta vestis illa, quam & Latini græco vocabulo synthesim appellãt: Italicè *liurea* Domini illius, cuius estis serui: quemve in medio vestri concluditis, ipse enim Dominus prope est, intra vos est, A nec videri, aut dignosci potest à quoquam, nisi ex externo isto quo operimini, pallio.

Cõuersatio nis habitus modestus, & cautus quãtũ decoris conferat pia animæ.

a 1. Re. 6. 7

b Phil. 4. 5

Simile.

Ex conuersatione modesta dignoscitur Christi pręsentia intra piam animam.

Atqui id, quod in synthesibus, seu liureis hisce mundanorum Principũ contingit, vt externæ penulæ ex panno, aut serico vnius eiusdemq; coloris sint, cui tamen color alter vel in limbis, vel in medio superpositus appareat, & in hac quoq; supercælestis Domini synthesi, & liurea animaduertere est. Enimuero istud modestiæ, ac sanctitatis pallium ex candido quidẽ colore est, sed & color rubeus pariter est candido illi superpositus, quod & in pulchris etiam genis obseruare fas est, tuncque pręsertim, cũ in puellis prę' pudore erubescũt. B Hęc namq; secunda ratio est, propter quam genę ipsæ in humana facie à natura sunt constitutæ, vt ex ipsarum erubescentia ingenuus animi pudor, internaq; probitas intuẽtium oculis exhibeatur, siquidem in honestis, ac pudicis puellis, & in probis, quoque viris id ex interna virtute inditũ est, vt, si quid mali, inhonesti, ac indecori audire, nedũ facere eis contigerit, statim eorum genæ rubore suffundantur, in illas nimirum indignatione vnà cum spirituoso sanguine contra id inhonesti erũpente. Cuius rei contrariũ in prauis, ac impudentibus euenit, cum.n. nulla indignatione contra vitium, quod perpetrãt, accendantur, sed timore potius pęnæ, aut damni commoueantur, pro rubore pallorem habent in genis: quoniam sanguis ex toto corpore concurrit ad cor, vt illi scilicet pauido opem ferat, pessimis verò quibuscunque, nec rubor, nec pallor pro re quantumlibet turpi in genis conspicitur, nihil.n. ij commouentur, cũ nec Deũ nec homines vereant. Hanc aũt esse Dei synthesin, & liureã in huiuscemodi pallio, egregia parabola probat Greg. Nazianzenus lib. aduersus mulieres, &c. dicens: Cum olim inter homines tanta esset perturbatio, vt probi à prauis nullo modo internosci possent, ac propterea omniũ rerum ordo confusus esset, hanc Deum orationem habuisse: Haudquaquam æquum est, bonos, ac malos eadẽ gloria frui: sic.n. vitium in dies augeretur, quocirca præclarum signũ imponam, quo perspicue dignosci queat, quis bonus, quis malus sit: Hac oratione habita, bonorum quidem genas rubore tinxisse, suffuso scilicet pelli sanguine, quoties turpitudo aliqua animum adoriri pararet, quem etiam ipsum mulieribus, quia & rariori cute, & molli pectore sunt, vberius infudisse. At verò malis sanguinem condensasse, immotumque intus tenuisse, eoque effici, vt ad nullam turpitudinem erubescant. Clarius autem ruborem istum ab ipso Deo superpositum quodammodo isti genarum pallio ibidẽ paulo post relata, idem testatur Gregorius in hęc verba. Vnicus color in mulieribus amabilis est, nimirum rubor ille, quem pudor gignit, qui quidem à pictore nostro (Deo scilicet) pingitur. Atqui sicut in mundanis Principibus id moris esse solet, vt eadem synthesi & liurea sibi, spõsæque suæ præeuntes famulos induant, quo ex vno eodemque lacernarum genere, cum illi occurrerint cuipiam, arguere is statim queat, eum proximum esse Principẽ, qui tali liurea vtitur, vel in persona propria, vel in persona sponsæ, quę pari cum ipso insignita est dignitate: Ita quodammodo & in synthesi ac liurea ista spirituali vsuuenire solet: pallium namque externæ modestię, sanctęque conuersationis, rubore pudoris variegatum non solum Dei, sed & sponsæ, animæ nimirum, quæ per virtutem ipsi sponsata est exhibet præsentiam. Vnde præclarè Ambrosius lib. 3. de Virginibus. Virginem, inquit, (animam videlicet illam quæ desponsata est vni viro,

DE ANIMA.

Synthesis, & Christi liurea qualis.

Erubescẽtiã i genis in externa conuersatione arguit internam animi probitatem.

Erubescentia faciei vnde proueniat.

Gre. Naz.

Simile.

Modestia erubescentia synthesis est Christi, & eius sponsæ.

Ambr.

DE ANIMA.

uio, virginem castam exhibere Christo) mi- nus prius grauitas sua nuntiet, pudore obuio, gradu sobrio, vultu modesto, & prænuntia integritatis anteceant signa, virtutis. Quæ ijs consona sunt quæ dicuntur in libro Ecclesiastici: *a Ab occursu faciei cognoscitur sensatus: amictus hominis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.* Facies quippe quasi famulus quidam est eorum, qui à pedibus præcedunt: atque adeo cum illa cuipiã occurrit pallio exornata pudoris, ac sanctæ, decoræque conuersationis, denuntiat sanè illicò eidem, esse ibi animam Christi sponsam, atq; virtute prę- ditam: Est siquidem huiuscemodi facies, pudore erubescens, quasi synthesis, & liurea quædam virtutis, ita vt propterea Diogenes Philosophus (vt refert Diogenes Laertius lib. 6. in vita ipsius circa medium) cum vidisset adolescentem quemdam rubore perfusum, dixerit: Confide fili, virtutis color huiuscemodi est.

a Eccl. 19. 26.

Erubescentia est proprius color virtutis.

Diogenes.

Tertia inter externam conuersationem modestam, cautã, sanctamve, & genas congruentia exinde sumitur, quòd genas ipsas natura eo loco super os effinxit binas, & in vtraq; faciei parte protensas, vt spiritum qui ex præcordijs per guttur ad formandam locutionẽ ascendit, conseruarent, nè illicò euanesceret, antequam oratio proferretur, quæ fit in tẽporis distantia, vtve aerem, qui extrinsecus intercipitur, tũ ad vitæ sustentationem, tum ad orationis prolationem necessarium, quasi septa, & claustra quædã continerent, ne dilaberetur. Atque adeo habẽt se instar coriorum illorũ, quibus duæ follis partes nectuntur, quæve cũ dilatantur, externum aerem suscipiunt, clauduntq;, & seruant susceptum: cũ verò comprimuntur, illũ eumdem aerem, flatumve in organa immittunt: vnde postmodum ad organistæ tactũ armonicus causatur sonus. In eumdem.n. modum prædicta cõuersatio ad hoc pariter inseruit, cum sancta, honesta, cautaq; est; vt adeptum conseruet spiritũ, vtve adiumento insuper sit, quò pia anima nonũ desuper spiritum suscipiat, & illũ ipsum conseruet; atque ẽt ad orationem per eumdẽ promoueatur. Enimuero ea est mortalis natura hominis, vt haud quaquam diutius in studio perseuerare queat contemplationis, ac meditationis, & orationis, in quo magis, quàm in vllo alio studio, maxima fit spiritus, ac deuotionis accessio; quin vel ex proprijs, vel ex proximorũ necessitatibus complurimis ad extrinsecus conuersandum compellatur. Porrò, cũ quis è studio contemplationis ad externam accedit conuersationem, non est dubium, quin & spiritus pariter ille, qui in prædicto studio acquisitus est, procedat cum anima, quæ extrinsecus conuersatur. Quod si cõuersatio nõ sit cauta, honesta, ac sancta, & talis, quæ, instar prædictarũ genarum se habeat, vniuersus is illicò euanescit, quod quotidiana probamus experientia, & ex illa Prouerbiorum sententia confirmari forsitan potest, qua Salomon ait: *b Totum spiritum suum profert stultus*: cuius contrarium euenit in sapiente, vnde & subijcit: *Sapiens differt, & reseruat in posterum.* Qui .n. vera præditus est sapientia, cum ad extrinsecus conuersandum compellitur, differt dilapsionem spiritus, quem acquisiuit, quin & illum seruat, & auget. Atque hinc fieri videmus, vt qui in studio versati sunt contemplationis, etiam cum extrinsecus eis conuersari contigerit, promoueantur ad orationes Deo promendas, ad gratias ei agendas, atque ad laudes in illũ conferendas ex ijs, quę per ipsos fiunt ex rebus, quibus vtuntur, ex vniuersis, quæ vident, atque etiam ex illis cum quibus con-

Cõuersatio externa sãcta atque cauta conseruat, ac augetspiritũ, & promouet, adiuuatq; ad orationem.

Simile.

b Prou. 29. 11.

A uersantur, sicve Pauli consilio obtemperent, quo inquit: *c Sine intermissione orate: in omnibus gratias agite: hoc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. spiritum nolite extinguere* idest spiritum, quem vel in studio contemplationis adepti estis, vel propter sanctam conuersationem vestrã desuper suscepistis, nolite cõsumere, neve permittatis, vt illicò euanescat, sed per continuam mentis eleuationem non modo cum contemplationis, & obsecrationis studio indulgetis, sed & etiam, cũ extrinsecus conuersari operæpretium est, sine intermissione orate, & in omnibus, quæcunque illa sint, quæ in vestra conuersatione vobis euenerint, gratias agite Deo: hoc namque summum, atque præcipuum, quod à vobis omnibus ille exposcit.

c 1. Thes. 5. 17.

B Ex his, quæ hucusque dicta sunt, patet, triplicẽ laudem collatam in externam piæ animæ conuersationem per nomen, atque metaphoram genarũ. Quòd illius decori non modicũ cõferat: quoad internam eius probitatem, Deique in illa existentis præsentiam denuntiet, ac demum, quod spiritum conseruet in ea, ipsumve ad orationem adiuuet.

Sed ex adiecta similitudine fragminis mali punici plures in eamdem cumulantur laudes, simulque & modus subinnuitur, quo fideles quique extrinsecus debeant conuersari: ex quinque etenim conditionibus fragminis mali punici spõsa genas commendatas ostendit in prima expositione.

C Primò ex eo, quòd in superiori parte eleuentur. Porrò & hoc in primis in sancta conuersatione cõspicitur, adeo quippe versus superiora est eleuata, vt in cælis illam esse contestatus sit Paulus, dicens: *d Nostra conuersatio in cælis est*: Et bene: nã etsi pia quæque in terris anima cum hominib. conuersetur, vniuersa nihilominus, quæ viderit, quæque egerit, sibique contigerint, ad superiora eleuat, vnde Saluatorem expectat Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis eius.

Cõuersatio pia ala eleuata ad calum & versus ima depressior est.

d Phili. 3. 20.

D Ex quo fit, vt, iuxta secundam fragminis mali punici conditionem, versus intima huius sæculi deprimatur, *e* in timore (prout Petrus suadet) incolatus ac peregrinationis suæ tempore conuersans, illudve implens Pauli consilium, quo ait: *f Hoc itaque dico fratres: Tempus breue est: Reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi, volo autem, vos omnes sine solicitudine esse.*

e 1. Pet. 1. 17.

f 1. Cor. 7. 29.

E Iuxta tertiam quoque, & quartã fragminis mali punici conditionem sancta piæ animæ conuersatio subuiridis, seu subfusci coloris est propter labores, afflictiones, ærumnas, ac persecutiones, quibus anima ipsa conuersans denigrari apud homines videtur, simulq; & rubro colore conspersa est propter charitatẽ, qua tribulationes illas suffert. Præclare autem charitatem istam per illum potissimũ ruborem cælestis designat sponsus, quo cortex conspersus est mali punici, non solum ob eam causam, quæ iam tacta est, quia rubor iste subuiridi, atq; subfusco colori permixtus est, verùm etiã, quia is ex interno rubore procedit, qui & vnus dici potest, & plures, vnus respectu omniũ granorũ simul vnitorũ exhibentium vnum rubrũ corpus, plures vero respectu singulorum granorũ particularium. Et quia sic ab interno prouenit, vt à Solis aspectu extrahatur in corticem, quatenus malum ipsum punicum ad Solem conuersum est: sic namque & charitatis rubor, quo extrinseca cõuersatio perfusa

Cõuersatio pia ala subfusca est propter tribulationes, simulq; & rubro charitatis colore decora est.

D E ANIMA.

perfusa est in tribulationibus, ex interna sanè est charitate, qua non solū erga Deum flagramus, sed & erga proximos omnes charitate connexos, & erga singulos quosq; proximorū: Ex interna, inquā, charitate, quę extrinsecus quoque extrahitur à radijs Christi iustitiæ solis, ad quem cōuersa est anima quæ extrinsecus cōuersatur *per patientiam currens*, iuxta Apostoli consilium, *ad propositum nobis certamen: a aspiciens in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione cōtempta.* Exprimit præclarè idem Apostolus, qua ratione pij quique, dum extrinsecus conuersantur, subfusci sint simul, ac rubicundo colore decori, cum ait: *b Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus:* In maledictione, persecutione, atque blasphemiis colore subnigro ipsa cooperitur conuersatio, quę tamen simul & rubro decoratur colore charitatis in benedictione, sustinentia, & obsecratione, propter quem duplicem colorem audacter iam pia anima dicere potest; *Nigra sum sed formosa.*

a Heb.12.2

b 1.Cor.4 12.

Cant. 1.5.

Per quintam denique fragminis mali punici cōditionem, qua in cortice lenitatem habet absque vllo tubere, & absque vlla asperitate, quinta etiā externæ isti conuersationi adijcitur laus mansuetudinis adiunctæ. Hæc verò est, quæ præ omnibus enumeratis laudibus conuersationem ipsam sanctam ijs, apud quos ea habetur, reddit commendabilem: vnde & Iacob. Apost. ait: *c Quis sapiens, & disciplinatus inter vos?* Ac si dicat Quisnam est inter vos, qui sapienter, atque disciplinatè etiam extrinsecè se habere queat? & tradens modum, quo id facere possit, subdit illicò: *Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientia*, idest, in sapienti, ac humili mansuetudine.

Cōuersatio pia aīæ decoratur & maxime humilitate, & mansuetudine.

c Iac.3.13

In tertia demum parte istius genarum encomij, post prædictas omnes adijcit spōsus tres alias laudes eiusdem conuersationis piæ animæ, idque iuxta triplicem lectionem notatam in expositione litteræ. Iuxta primam enim lectionē, quæ est hebraici textus habentis. *Intra velum tuum* significatur, eò pulchriorem dictam esse conuersationem externam, quod anima sancta intra velum custodiæ suiipsius extrinsecus conuersatur, adeo vt, dum intra istiusmodi velum se exhibet extrinsecus, multo magis ad eam admirandam alliciantur homines quique præ raritate scilicet, & cautela istiusmodi conuersationis.

Cōuersatio externa q̄ sū decoris suscipiat à custodia sui ipsius.

Iuxta lectionem autem Sept. *Extra silentiū tuū* extollitur eadem conuersatio, quasi excedat decore suo omnem reliquam pulchritudinem intrinsecus in ipsa pia anima existentem, ob id nimirum, quod interna illa pulchritudo, cum haudquaquā humanis oculis conspici queat, silentij potius hominibus præstet occasionem, quàm laudis, cùm è vestigio decor ille externus eosdem prouocet ad laudes promendas, laudes inquam, tum ipsius sanctæ conuersationis, tū etiam Dei, à quo tam eximius in illa prouenit decor: quamuis. n. absque vlla dubitatione multò sit præstantior decor internus; maiori tn̄ laude apud homines celebratur externus, quem vident: magisve ijdem ad Deum laudandū, & glorificādum ex hoc promouentur, quā ex illo. Vnde decorem illum à fidelibus, qui inter Gentes conuersabantur, exposcens Petrus Apostolus, ait: *d Conuersationem vestram inter gentes habete bonam, vt in eo, quod detrectant de vobis, tanquā de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deū in die visitationis.* i. cum Deus illos, vestra cōuersatione cōuersos visitare dignabitur.

Conuersatio externa q̄ño decore suo dicatur excedere decorē internæ sanctitatis

d 1.Pet.2. 12.

D E ANIMA.

Iuxta tertiam lectionem, quæ est Vulgatæ *Absque eo, quod intrinsecus latet:* additur præstantissima omnium laus, quòd intra istiusmodi conuersationem, seu intra piam ipsam animā, dum sic honeste, sanctè, cauteque conuersatur extrinsecus, quiddam latet eximium: id aūt est prædulcis fructus, prout & intra corticem mali punici fructus latet dulcissimus. Qualis porrò iste sit fructus intrinsecus in huiusmodi conuersatione latens, summā que vim habens ad alliciendos quosque ad talem animam, prout & internus fructus malorum punicorum summam vim habet ad transeuntes quosque pertrahendos, vt mala ipsa punica arripiant, ex verbis Apostoli colligere licet, quibus, in Epist. ad Eph. ad externā sanctamve conuersationem fideles promouēs, ait: *e vt filij lucis ambulate:* idest sanctè ambulantes, per externā bonam vestrā conuersationem filios lucis vos exhibete: Et subdit: *fructus. n. lucis est in omni bonitate, iustitia, & veritate*, ac si dicat, lucida, ac patēs ista vestra cōuersatio fructū intrinsecus latentē habet, eumq; prędulcē tum vobis, qui sic conuersamini in luce bonorum operū, tum ijs, cum quib. istā habetis conuersatio nem: is verò est omnis bonitas, iustitia, ac veritas, bonitas vobis ipsis, iustitia proximis, veritas Deo.

Conuersatio externa piæ aiæ quē fructū intra se cōtineat & qui latentē maximā hēt vim alliciendi.

e Eph.5.9

Breuis, ac paraphrasticus horum omnium sensus hic est.

PARAPHRASIS.

Externus cautæ, modestæ, ac sanctæ conuersationis tuæ habitus, qui genarum in te obtinet locū, tum quia per ipsum decora redderis, sicut per genas decoratur facies, tum quia per ipsum interna tua denuntiatur probitas, sicut per genas rubore suffusas, intrinsecus latens denuntiatur virtus: tū quia per eum Dei in te conseruatur spiritus, sicut per genas spiritus conseruatur sensibilis, atq; materialis, quæ, vti septum, & quoddam aeris, ac spiritus claustrum super os à natura inditæ fuere. Genæ, inquam, istæ tuæ spiritales sunt sicut fragmen mali punici dimidiatū, ijs ipsis profectò conditionib. commendabiles, quibus istiusmodi commendatur fragmen. Sunt quippe è supernis eleuatæ, qm̄ conuersatio tua in cælis est, deorsum sunt depressiores propter terrenarū rerum cōtemptū, & quia conuersans super terrā, sic vteris hoc mundo, tanquā non vtaris, subuiridem, seu subfuscam te exhibes in conuersatione tua propter ęrumnas, ac tribulationes, quib. quodāmodo denigraris, sed, etsi propterea subfusca sis; es tn̄ simul formosa, quia rubro insigni conuersatio tua decora est charitatis: lenis insuper eadē est ipsa tua conuersatio, humilis absq; superbiæ tubere, & absque asperitate māsueta: Eoq; est venustior, qd̄ tu intra velū custodiæ tui ipsius te contines, ēt dū conuersaris. Quin & ipse egregius conuersandi habitus apud homines pulchrior quodammodo proclamatur, quā internus, qui in te latet decor, quive, cū non videatur, silentii potius, quam cōmendationis eisdem præbet occasionē. Nil dico de fructu illo prædulci, ac præstantissimo, qui intrinsecus intra habitum istum sanctæ conuersationis tuæ latet.

Theodor. Tres Patr. Psellus. Richard.

Ex Vers. III. Sicut fragmen mali punici: ita & genæ tuæ; absque eo, quod intrinsecus latet.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

Virginali pudore B. Mariam os suum constrictum tenuisse, ita vt silentiū, quam maxime excoluerit,

DE B. MARIA

excoluerit, maximeque per hoc & labia, & os ipsum suum commendabile reddiderit, ex præcedenti labiorum eius encomio satis perspicuum factū est. Nunc idem ipse sponsus, qui silentium tantæ Virginis, à pudore causatum commendauit, cum dixit: *Sicut vitta coccinea labia tua*: nouam locutionis formam per eumdem pudorem in eadem virgine habitam commendat his verbis: *Sicut fragmen mali punici, genæ tuæ absque eo, quod intrinsecus latet*. Enimuerò genæ labiis proximæ, labiis ipsis tacentibus, quodam visibili verbo mentis arcana loqui consueuere; vocisve & ipsæ vsum habent, officiumque oris aut supplent, aut amplius exornant. Vox autem illarū ex colore potius percipitur, quā ex sono; ex colore, inquam, purpureo, quo pudor in virgine virginalem commēdat pudicitiam. Vnde fit, vt iure optimo virginitas sub genarum exprimatur metaphora: quandoquidem, cum rubore pfusæ apparuerint in virgine, virginitatem ipsam visibilibus protestantur verbis.

Mariæ genæ silentio exhibuere effatum.

Peculiari autem ratione virginitas Dei genitricis Mariæ in hoc encomio extollitur per similitudinem fragminis mali punici: per eam quippe duplex in illam confertur laus. Prima, quòd ita super omnem aliam virginitatem emineat, vt propterea quasi diademate quodā insignita videatur, quod certè diadema illa designat corona, quæ in culmine cernitur mali punici. Quinimo verò Mariæ virginitas super virginitates vniuersas aliarum virginū emineat, si ipsi soli id datum est, vt fructum in se contineret, quem intra se concepisset, quemve per partum & mundo exhibuisset? Hæc porrò secūda est laus, quæ ex prædicta colligitur similitudine: nam fragmen mali punici ex parte quidem corticis rubrum exhibet colorem, illi omnimodo simillem rubro, quo verecundæ perfusæ sunt virginum genæ: ex altera verò parte rubrum quoque profert colorem, sed in fructu, quem intra se genuit: fructusue ille, quem profert, est charitatis hieroglyphicum aptissimum, tum propter colorem ardenti igni similem, tum propter arctam plurium granorum vnionem, fructum profectò illum repræsentantem, quē virgo benedicta protulit mūdo Christum Iesum, quemve superius a charitatem propter filias Ierusalem appellatum nouimus.

Maria virginitas præstantissima virginitatū omniū, quia cū fructu partus.

a Cant. 3. 10

In iis denique verbis (*Absque eo, quod intrinsecus latet*) tertiam laudem eidem virginitati Dei genitricis tributam crediderim: adiunctionem, videlicet cumuli gratiarum omnium, seu plenitudinem gratiæ, quæ intrinsecus in tali virginitate, seu in tali virgine latere: quæ tantam habuit vim, vt Deum è summis cælorum in virgineum vterū traxerit, atque deduxerit.

Mariæ virginitas ei præstitit, vt fuit cū plenitudi. gratiarum.

Breuis itaque huius encomii sensus hic est.

PARAPHRASIS.

Virginitas tua, quæ per genas rubore perfusas designatur, regiam coronam super omnem aliam virginitatem obtinet, qualem & in fragmine mali punici videre est: Eminet autem cuicunque virginitati aliarum virginum; quia fructum sibi adiunctum, & ex se prolatum continet Christum, quem tu ipsa peperisti virgo benedicta: atque adeo fragmini mali punici similis est, quòd ex vna parte ruborem exhibet virginalis verecundiæ symbolum; ex altera verò fructum offert, charitatis hieroglyphicum. Nihil est, quod dicam de eo, quod intrinsecus in te latet eidem Virginitati tuæ adiunctū, de gratiæ plenitudine, gratiarum omnium cumulo, ac gratia in primis singularissimæ humilitatis, propter quam gratiosa facta es in oculis diuinis: cuius & tanta vis extitit, vt me ad te traxerit Deū, sponsumque tuum.

Michaelis Ghislerii

APPENDIX.

Ex Vers. III. Sicut fragmen mali punici: ita & genæ tuæ absque eo, quod intrinsecus latet.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et rex, qui erat Princeps eorum, plenus erat præceptis, sicut malogranatum, exceptis Præpositis, & Principibus, qui accedunt ad Regem, qui sunt iusti, in quibus non est quidquam mali.

Genæ alij sunt tinctæ pudicitia, aut modestia.

Duo sunt præsentis sententiæ sensus, quos communiores appellare licet. Primus Græcorum, atque etiam nonnullorum Latinorum, secundum quem sub genarum metaphora honestus sponsæ pudor, pudicitia, aut etiam modestia celebratur. Alter Cassiodori, Gregori Papæ, Philonis Carpathii, Bedæ, atque Anselmi, secundum quem eadem metaphora Sancti commendantur Ecclesiæ Prædicatores: vel etiam perfectiores, qui in eadem sunt Ecclesiā. In vtroque autem sensu non modicū diuersitatis apud ipsos reperitur Patres quoad modum explicandi.

Cassiodo. Greg. PP. Phi. Carp. Beda. Anselm.

Genæ Ecclesiæ sunt ei Prædicatores, aut in ea perfectiores existunt.

In primi siquidem sensus explicatione Gregorius Nyssenus hom. 7. pudorem hic laudari ait; At per Ecclesiæ genas illius temperantiam designatā existimat; laudari verò eā in decore pudoris sub ænigmate mali punici: vt quemadmodum cortex mali punici nutrit, & conseruat dulcedinem fructus, qui in ipso continetur: Ita austera, continensque, & aspera vita fiat custos bonorum temperantiæ.

Gre. Nyss. *Temperantiam cōmēdant pudor. Temperantiæ fructum cōseruātur per vitam asperam.*

Duplicem verò hic afferri, inquit, laudem virtutis, nempe & per ea, quæ apparent in vita honesta & per ea, quæ occulto geruntur intra animam.

Theodoritus sponsæ ruborem illum commendatum hic asserit, quo eius perfusæ sunt genæ ex verecundia, propter quam tempestiua vtitur taciturnitate, celans opportune arcanas mysteriorum rationes, quemadmodum cortex mali punici grana contegit: Allusum porrò existimat Theodorit. ad id, quod erubescentia causare solet, vt vix verba promere sinat; & nota, expositionem istam esse allatam huic sententiæ iuxta versionem Septuag.

Theodor. *Virtutis duplex la. Erubescentia ac silentiū cōmēdabilis.*

Psellus apud eumdem Theodoritum, modestiæ atque silentii animæ sanctæ encomium istud esse, affirmans, Geminam, inquit, hic protulit laudem pulchritudinis: genis enim vultus eius à purpureo modestiæ decore collaudatis, animæ quoque commendat pulchritudinem, vt taceam, inquiens, silētii decus animæ tuæ.

Psellus. *Modestia, ac silentiū gratia cōmendātur.*

Catena trium Patrum apud eumdem, grauitatē conuersationis commendatā existimans, ait, Cortici mali punici similes sunt genæ tuæ, vt seueritatis amantes, atque ab omni dissolutione remotæ, quando etiam non taces. Licet in congressibus, mutuisque sermonibus iucūditas inesse soleat: tu tamen propter tuam in illis temperantiam, quod profusum, ac dissolutum est, reprimis.

Tres Patr. *Conuersationis grauitas cōmendatur.*

Iustus Orgelitanus, Illi, inquit, in facie Ecclesiæ decorem efficiunt, qui comitante verecundia castitatem obseruant.

Iustus. *Animæ pudica, genæ sunt Ecclesiæ.*

Aponius in genarum pulchritudine virginitatis pudorem commendatum accipiens, qua nihil speciosius in ipsius est facie: fragmini mali punici assimilari eā ait, quatenus virginitas imitatrix est operū Christi, de quo supra dictū est: b *Quasi malum punicū inter siluas: sic dilectus meus inter filios.* Quæ

Aponius. *Virginitas in genis cōmendatur, & cur similetur fragmini mali punici.*

b Cāt. 2. 3.

Oo arbor

APPENDIX.

arbor profert ex se pomum & visione pulcherrimum, & sapore dulcissimum, & satis commodam languentibus medicinam: quia qui pro hominum salute per virginem mundo ostensus est, integritatis, ac castimoniæ flores toto orbe sparsit: Cuius pulchritudinis partem, idest fragmen, virginitatem, & continentiam ostendit habere, in quib. Ecclesiæ facies intacti sanguinis conseruati pulcherrima demonstratur.

Per duas ecclesiæ genas significantur duæ principes Virginum.

Addit, duas potissimū genas commendari: quia duæ extiterunt Principes Virginum Ecclesiæ, altera in veteri testamento, altera in nouo, duę Marię, soror Moysi, & Aarō, & electa mater Domini, quę primæ cęperunt Ecclesię genas mirandas efficere, integritatem seruando.

B

Rup. Abb. *Maria virginalis pudicitia, religiositas, & silentiū laudantur similitudine fragminis mali punici.*

Rup. Abbas, verecundiam virginalem B. Mariæ celebratam asserit, dicens: Fragmen mali punici & ruber, & amplius, quàm integrum malum, redolet: sic & tu singulariter verecūda es, & multis per bonam opinionē in bono exēplo proficies: Quid est autem dicere: *Absque eo, quod intrinsecus latet*: nisi, ac si diceret; & illud, quod intus in conscientia latet, amplius laudabile est? O verè laudabilis verecundia, vbi & intus conscientia munda, & foris facies verecunda est nam vbi est aliquid, quo mens erubescat, non adeo laudabile est, si conspectam faciem rubor perfundat.

Maria silentio clamat.

Porrò per verecundiam Virginis illius religiositatem summam, quæ in silentio sita est commēdari, ait Rupertus: Hæc quippe, inquit, virtus sine dubio malo punico debuit assimilari, quia gratiosa est intuentium oculis, & interdum suo silentio nō minus ædificat, quam sermo prædicationis: Vnde a in tunicæ Pontificis limbo mala punica intermixta sunt tintinnabulis aureis. Malum etenim punicum in medio tintinnabulorum, religiosum, atque operosum est silentium, maxime sexus feminei in societate fidei, vel doctrinæ Prædicatorum Qualis tu fuisti Virgo virginum in adiutorio Apostolorum: cuius etsi verba non leguntur, vel audiuntur, vbi prædicauerunt; opera tamen, & merita nō ignorantur, non minora, imò maiora tinnitu prædicantium.

C

a Exo. 28. 33.

D

Rich. *Erubescentia de peccatis commissis, & humilitas similes fragmini mali punici.*

Denique Richardus de sancto Victore duplici ratione verecundiam animæ celebratā existimat: Primò enim ait, commendari verecundiam, qua anima erubescit de peccatis commissis, per corticem mali punici intelligens humilitatem, qua conseruantur virtutes. Fragmini verò potius, quàm integro malo punico assimilari dicit has genas; quia fragmen ipsum partim grana abscondit, & partim detegit: & boni quamuis virtutes suas occultent, vt Dno tm̄ notæ sint; aliquando tamen eæ ex parte deteguntur, & hominibus apparent. Non. n. ita de notus aliquis latere potest, quin aliquoties ex aliquo virtutis opere deprehendatur, quid sit.

E

Pia anima, cū nō fugit erubescētiā tribulationū, p Christo similis fragmini mali punici nuncupatur.

Secundò, habere, inquit ruborem in genis animam, cùm erubescentiam nō refugit pro Christo, abiectionis, paupertatis, contumeliarum, afflictionum, & laborum: Omnem autem electorum afflictionem, quam pro Christo, vel Christi exemplo pertulerunt, fragmini tantùm mali punici comparari: quia respectu eorum, quæ pertulit ille, parua sunt, quæ pati possunt, & modica tantùm illorum pars: Christum verò solum integro malo punico assimilari posse in patiēdo: quia plenus extitit gratia, sicut integrum malum punicum plenū est granis. Et totus in pœna rubuit, quia non parua pro nobis, vel partem dolorum, & laborum sustinuit; sed tanta, & tam grauia, vt nullus vnquam dolor fuerit, sicut dolor eius.

A

In explicatione autem secundi sensus affert rationem Gregorius Papa, cur Prædicatores per Ecclesiæ genas signentur: quia, dum in populis, vt eis proficiant, eminent, quasi in facie Ecclesiæ manifesti apparent. Similitudinem eorum ad fragmē mali punici Cassiodorus, & Beda ita explicant, vt dicto fragmini comparentur; quia, cum passionem Christi annunciant, quasi ruborem exterius exhibent: cum autem demonstrant, quanta vtilitas nostræ redemptionis inde prouenerit, & quoq; homo per passionem Christi non solùm iustificari à peccatis, sed etiam diuinum consortium adipisci meruerit, quasi candidum est, quod intrinsecus latet: Malum quippe punicum cum frangitur, exteriùs rubor, interius autem candor apparet, & quoniam isti venerabiliter agunt memoriam passionis Christi, nec erubescunt crucem eius, iuxta consilium illud Apostoli: b *Noli erubescere crucem Christi, neque me vinctum eius*: pro rubore enim verecundię, qui ex proprio sanguine in genis perfunditur, ipsi perfusi sunt rubore Redemptoris sui.

APPENDIX.

Greg. PP.

Prædicatores sunt genæ Ecclesiæ & cur.

Cassiod. Beda.

Prædicatores cur similes fragmini mali punici.

b 2. Cor. 1. 8.

Gregorius verò Papa fragmen, ait, mali punici Sancti Pędicatores existunt; quia se in seruitio diuino ceteris fortius adstringunt; dum omnia mūdana contemnunt; dum voluntates suas abnegāt, & vitia sua omninò mortificant, ceteros excellūt; & dum per exempla sua ceteros nutriunt, quasi fracti, & aperti se cibos offerunt: sed quamuis magna sint, quæ extrinsecùs apparent; maiora tamen in occulto retinent, quæ diuini oculi soli vident.

Greg. PP.

Sanctos perfectiores fragmini mali punici assimilatos ait Anselmus; quia, instar talis fragminis, quod exteriùs rubrum est, interius verò candidū, exterius triti sunt multis persecutionibus, & sunt viles mundo, interius verò cogniti inueniuntur candidi. Per verba illa (*Absque eo, quod intrinsecus latet*) intentionem asserit commendari, quæ longe pulchrior est.

Anselm. *Perfectiores cōparātur fragmini mali punici.*

Ad Sanctos Martyres hæc referunt Cassiod. Iustus Org. & Beda. Hos quippe similes dici, ait Cassiod. fragmini mali punici, quia rubicundi sunt effusione sanguinis sui, veluti malum punicum: sed fracto malo punico candor interius apparet, quia post mortem miraculis coruscant.

Cassiod. Iustus. Beda.

Martyres sūt genæ ecclesiæ, similes fragmini mali punici.

Singulariter ex hoc loco Ioannes Chrysostom. colligit, eleemosynam occultè faciendam, siquidē homil. 8. variis locis in Matthæum, quod hic dicitur iuxta versionem Sept. ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου, *extra taciturnitatem tuam*, de eleemosyna exponit, dicens: Huius fidelis operis eleemosynæ sub religiosæ taciturnitatis silentio Salomon Ecclesiā collaudans, olim protestatus est, dicens: *Speciosæ sunt genæ tuæ sicut turris propter taciturnitatem tuam*: hanc scilicet taciturnitatem, de qua ait Dominus: d *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.*

Io. Chrys. tom. 2. *Eleemosyna occultè facienda.*

d Matth. 6. 3.

Non desunt, qui allatam similitudinem fragminis, aut corticis mali punici ad vniuersalem applicent Ecclesiam: Vnde Ambros. lib. 2. Hexameron c. 13. Mali punici species non immeritò, inquit, cōparatur Ecclesiæ, sicut habes in Canticis: *Vt cortex mali punici genæ tuæ.* Ecclesia enim bonum fidei fulgorem, confessionisque prætendit, tot martyrum sanguine speciosa, & qđ est amplius, Christi cruore dotata, simul plurimos intra se fructus vsu istius pomi sub vna munitione conseruans, & virtutum negotia multa complectens. Sapiens spiritu cælat negotia.

Ambros. tom 4.

Ecclesia similis malo punico.

Ambrosium sequuntur Cassiodor. Philo Carp. Gregor. PP. & Beda, qui tamen addit, non integro ma-

LITTERA.

malo punico, ſed fragmini eius, Eccleſiam comparari; Quia quò amplius illam frangi contigerit, eò clarius, quot virtutum grana vnius fidei tegmine complectatur, refertur. Integro quippe adhuc malo grana videri nequeunt: ſed eodem fracto, quàm ſint innumera clareſcunt.

Eccleſia cur nõ integro malo punico, ſed fragmini illius cõparetur.

Verſ. IV. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Expoſitio prima. Iuxta ſonum Litteræ.

Qvamuis ex communi antiquorum expoſitorum omnium ſententia definitum ſit, particulare illud ſponſę membrum hic commendari, quod immediate poſt faciem ſubſequitur, caputque ſuſtentat, ac reliquo connectit corpori, quodve proprio vocabulo collum appellari ſolet: non defuere nihilominus, qui communi huic ſenſui refragarentur: nam ex hebræis Rabbi Salomon, & ex nr̃is Legionenſis, Ludouicus Soto, & alij, haud encomia colli hic celebrari, aſſerũt, ſed totius corporis, & ſtaturæ erectæ. Collum nominat figuratè inquit Legionenſis, & apte corpus totum, aut certè totius corporis elegantis, atque erecti habitum colli nomine, & appellatione ſignificat: nam hebraica proprietate collũ ſæpe in proceritatis ſignificatione ponitur, quemadmodum & in Hiſpano ſermone, *deſcollados*, vocamus eos, qui alto, & procero ſunt corpore. Comparari verò, inquit, ſpõſæ, corpus cum turri Dauid, quę ea tempeſtate ſpectabilis admodum, & celebris erat: ac ſi dicatur, non minus ipſum eſſe ſpectabile, quàm illa eſſet turris vt quantum illa turris præſtabat ceteris, tantũ hęc femina habitu corporis eleganti, atque procero reliquas ſuperaret.

Verùm quicquid ſit de phraſi linguæ Hiſpanę: haud certe talem phraſim in ſacris litteris vſquã obſeruatam reperio, vt colli vocabulo elegantis, atque proceri corporis habitus ſignificetur: id tantum in eis reperitur, vt ſub metaphora erecti colli faſtus, atque ſuperbia deſignetur, vt patet ex illo Iob de ſuperbo, inſurgente contra Deũ: *a Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt*: & ex illo Iſaiæ de ſuperbia filiarum Sion. *b Pro eo, quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo.* Miror ſanè valde, tantum virum, reliqui.n. ipſum ſecuti ſunt, à communi ſententia receſſiſſe propter vnius hebręi Doctoris auctoritatem; præſertim cum ipſemet infra in c. 7. vbi dicitur: *c Collum tuum ſicut turris eburnea*: eademque eſt ſimilitudo colli ad turrim, collum ipſum, vt membrum particulare eſt, non totum corporis habitum commendari, inquiat.

a Iob. 15. 26.

b Iſ. 3. 16.

c Cãt. 7. 4.

Adde, quòd multò congruẽtius videtur, vt, poſt laudatos oculos, crines, dentes, labia, atque genas, quæ ſunt capitis, & faciei partes, collum ipſum, quod immediate ſequitur, caputque ceteris vnit corporis partibus, laudetur, quàm, vt illicò deſcendatur ad generalem totius corporis commendationem; præſertim cum ſtatim ſequenti verſu particulariũ membrorum encomia ſubſequantur.

Iuxta communiorem igitur ſenſum, hoc pro certo, & indubitato ſtatuendum, vt collum hic commendetur poſt genarum laudes: commendatur autem iſtud ſponſæ collum ex triplici capite: ex pulchritudine naturali, ex pulchritudine adſcitia ornamentorum; atque etiam ex vi, ac potentia, quę illi ineſt ad conciliandos animos, deterrendosve ipſius ſponſæ æmulos: quæ omnia vnica exprimit ſimilitudo turris Dauid cũ propugnaculis, clypeis, omnique armatura fortium.

Vt autem & totius encomii iſtius, & allatę ſimilitudinis, & ſingularum eius partium vis percipiatur, ſingula perpendam exactius. Ac primò quidẽ verti forſitan poſſet in controuerſiam; quænã ea ſit turris, ex qua hoc loco deſumitur ſimilitudo: Genebrardus enim cum aliis, illam eſſe indicat, cuius ſit mentio in 2. lib. Eſdræ c. 3. verſ. 25. vocatam turrim, quæ eminet de domo Regis excelſam, & de qua in prophetia Micheæ dicitur *Turris gregis nebuloſa filia Sion*. Quicquid tamen ſit de hac Genebrardi ſententia; neque enim eſt præſentis loci diſputationem hac de re texere; præſertim cũ parum id conferat ad præſentis ſimilitudinis intelligentiam: Supponendum, turrim iſtam ædificatã eſſe à Dauid, quãdo abſtulit Ieruſalem à Iebuſęo, cuius ſimplicitè ſit mentio in li. 2. Reg. vbi dicitur. *d Habitauit autem Dauid in arce Sion, & vocauit eam ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrũ à Mello, & intrinſecus.*

Genebr.

Turris Dauid quæ.

Mich. 4. 8.

d 2. Reg. 5. 9.

Extitiſſe verò turrim hanc maxime ſpectabilẽ, & eminentem, vtpote à Rege opulẽtiſſimo, ac magnificentiſſimo erectam, eo magnificentiæ ædificio, vt ab eius nomine appellaretur Turris Dauid, eoque robore, vt ab expulſis Iebuſęis, aliiſve inſurgentibus aduerſariis tutam ſeruaret arcem Sion, & Ciuitatem Dauid: atque adeo & clypeorum numero maximo, & omni armatura fortium ab eodem Rege inſtructam.

Hoc ſuppoſito, notandum primo, ſimilitudinẽ iſtam colli ſponſæ ad turrim Dauid haud niti in proportione mathematica, quaſi æquis palmis metienda eſſet altitudo colli, atque turris, ſtultiſſimũ namque id eſſet, vel mente concipi: Sed in proportione morali, ſita in iis tribus, quæ ad feminei colli pulchritudinem naturalem apprime ſunt neceſſaria; in altitudine, ſeu proceritate congruenti; in rectitudine; atque in rotunditate, quibus addi poteſt & quartum, nempe in forma eleganti ob colorem: Vt videlicet, quemadmodum in illa nobiliſſima turri hæc vniuerſa ſpectabantur ad amuſſim elaborata, ita & in ſponſæ collo congruẽti proportione eadem conſpicerentur; atque adeo perpulchrum, maximèque ſpectabile & illud eſſet.

Notandum ſecundò pro eo, quod noſter vertit, *Cum propugnaculis*, in hebræo eſſe dictionem valde ancipitẽ לתלפיות lethalpioth, quæ ab hebręorũ Doctoribus quatuor modis explicatur: Aliqui enim deducunt illam à verbo אלף alaph, docere, ſeu diſcere, ac ſi ſignificet, *ad doctrinas*, ſeu *ad diſciplinas*, quod duobus modis exponunt.

Primò, vt inde artifices doceantur, & diſcant, aliquid egregii ædificare, tanquam à magnificentiſſimo ædificiorum exemplari, ac ſi dicatur: Ea eximia pulchritudine extructa, vt illam omnes contemplarentur ad comprehendendam formam, & ſuperbiam operis eius.

R. Salomõ, & alij.

Secundò, vt inde viam doceantur viatores, tanquam à Pharo aliqua. Alii verò eamdem dictionẽ à verbo תלל thalal, ideſt eleuare inſtar tumuli, & in altum attollere, veluti ex duplici dictione cõpoſitam accipiunt: Quidam ex תל thal, ideſt altũ, & eleuatum, & פיות pioth, ideſt orium, eo ſenſu, vt ſignificetur, lapides turris exciſos fuiſſe ad ſimilitudinem oris, prout fieri ſolet in turrium ædificiis. Ita Rabbi Dauid in libro Radicum.

Genebr.

R. Dauid.

LITTERA.

At verò Rabbi Abraham Aben Ezdra in Comment. super hunc locum ex opinione aliorũ ait, identidem esse, ac si diceretur לתלות לחים lith-loth pioth, idest ad suspendenda ora, & acies, scilicet, gladiorum, idest gladios.

R. Abrah.

Quicquid tamen sit de hebræorum opinionib. noster Interpres bene ab eadem radice, eodemque verbo תלל thalal, idest in althum attollere, & eleuare instar tumuli, vertit *Cum propugnaculis*, quę nimirum in altiores turrium, ac mœnium partes eleuantur, secutus & Aquilam, qui vertit, *εἰς ἐπάλξεις, In propugnacula*, & Symmachum etiam, qui vertit, *εἰς ὕψη, in altitudinem*: nec discordat versio Sept. quæ hebraicam vocem seruans legit, *εἰς Θαλπιώθ, In Talpioth*, quam vocem etiam secũdum hebręos altitudinis, & eleuationis cuiuspiam significatum continere, ostensum est; Atque adeo bene Gregor. Nyss. hom. 7. in Cant. propugnacula ipsa per hãc vocem significata accipit, etiam in hac versione Sept. sic enim ait. Meminit turris, quæ nominatur David, cognoscitur autem ex propugnaculis: nominantur autem propugnacula Talpioth. Quanquàm communiter existimetur, Septuag. Interpretes prædictam vocem sic reliquisse, quia locũ quẽdam designaret, ita nuncupatum Talpioth.

Gre. Nyss.

Cuius tamen loci nusquam vel in sacris litteris, vel in Iosepho, vel in aliqua terræ sanctæ descriptione comperio fieri mentionem: nisi fortè dicere velimus, per hanc vocem descriptum fuisse locum illum, in quo turris ista ædificata fuit à Dauid: ait enim Borchardus i prima parte descriptionis terræ Sanctæ c. 7. §. 43. turrim istam erectam in quodam colle prærupte rupis satis eminenti in monte Sion prope Mello inter duas voragines, nimirum in quodam angulo voraginis, quæ secabatur in duas profundas valles, vt quodammodo inter duas voragines dici posset: quod rectè exprimitur per dictam vocem Talpioth, iuxta significatum illum, qui ab aliquibus Doctorum hebræorũ (vt supra dictum est) assignatur, vt idem sit, ac tumulus, seu collis ortum.

Brochard.

Porrò propugnaculorum nomine secundũ litteram pinnas illas significari crediderim, quę in culminibus murorum turrium, aut mœnium ciuitatum erigi solent ad pugnandum contra aduersarios, quas Italicè appellamus *Merli*. Secundum allegoriam, per propugnacula ista, cum quibus ædificata dicitur turris Dauid, cui comparatur sponsæ collum, collaria designari videntur, quibus & colli culmen ambitur, instar pinnarum prædictarum erectis.

Notãdum tertiò, id moris fuisse apud antiquos Principes, vt ad decorem, atque etiam ad munitionem suarum turrium, & arcium suspenderent in illis multos clypeos aureos, multaque alia armorum genera: Sic 2. Regum legimus de Dauid Rege: *a Et tulit Dauid scuta* (vel iuxta versionẽ Vulgatæ) *arma aurea, quæ habebant serui Adar Hezer, & detulit ea in Hierusalem*, & 3. Regũ de Salomone: *b Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, & trecentas peltas ex auro probato, posuitque eas in domo saltus Libani*.

a 2. Reg. 8. 7.

b 3. Reg. 10. 16.

Ad hoc autem alludit id, quod hic dicitur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: Respondentque allegoriæ satis præclare: laudatur siquidem per istorum metaphoram sponsæ collum ex adscititiis ornamentis torquium aureorum, atque monilium margaritarum, quæ ex illo pendeerent, æque ac complures clypei illi, & reliqua armorum genera ex ea pendebant turri.

Porrò quod vltimo loco dicitur: *Omnis armatura fortium*: duobus modis intelligi potest: Vel, iuxta communiorem sensum, sumendo illud, vt quid distinctum a mille clypeis vt significetur, nõ modò clypeos è turri illa pendere, sed & insuper omne aliud armorum genus, quo vti solent fortes qui que: sic Sept. *pro omni armatura* verterunt, *πάντα βολίδες: Omnia iacula*: Vel sumendo illud ipsum vt quid appositũ mille clypeorũ: quasi innuatur, clypeos illos esse oẽm armaturã fortiũ: seu, oẽm armaturã fortium istis in clypeis positam esse, atq. collocatam: Id, quod spiritalibus sensibus aptissime congruet: quamquã & à litterra quoque non sit alienum: Quin & habraicus textus huic sensui fauet: dictio quippe שלט scilthe, etsi anceps sit, & ab aliquibus hebræorum hoc loco sumatur posita pro pharetris: proprius tamen scuta ipsa significat, & peltas, atque adeo in secundo libro Paralipomenon cap. 23. vbi hæc ipsa duo sunt nomina, quæ hic habentur, sic vertit noster Interpres: *c Deditque Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeos, & peltas Regis Dauid*, &c. ac si dicatur: Mille, idest magnus numerus clypeorum ex illa pendent, omnia scutorum genera, quibus sese operiunt fortes.

LITTERA.

c 2. Par. 23. 9.

Notandum quartò, egregiam esse similitudinẽ turris ad explicandam insignem pulchritudinem colli: sed & multò præstantiorem eamdem ex eo esse, quòd per ipsam nedum commẽdatur pulchritudo; verùm etiã subindicatur vis, ac robur illius in conuenda arce pudicitiæ sponsæ, ac simul in deuincendis, ac superandis intuentium cordibus: Turris enim Dauid præterquam quòd pulcherrimo, ac magnificentissimo opere ædificata erat (vt dictũ est) erat insuper robur totius arcis Sion. Congruit quoque & metaphora clypeorum, reliquorumque armorum ad designandam vim, atque effectus ornamentorum eiusdem colli; quòd scilicet ea tanquam aurea scuta appensa intuentium alliciant, perstringãtve oculos: ac veluti iacula, & gladii peracuti eorumdem corda penetrent, & transfigant amore. Id verò maxime omnium congruit, si per omnem armaturam fortium intelligamus scuta ipsa, tanquam in eis sita censeatur omnis armatura fortium, quatenus sub scutorum, ac clypeorum metaphora, colli designantur ornamenta; siquidem clypei id sunt armaturæ genus, vt haudquam offendant, sed arment, muniantque gestantem, operiendo duntaxat: & ornamẽta pariter colli sponsæ neminem lædunt, sed pulchrum tantummodo muniunt collum operiendo, ornando, atq; cingendo illud.

Ex his fusius annotatis colligitur iam facilis, ac paraphrasticus totius huius encomii sensus: est autem istiusmodi.

PARAPHRASIS.

Collum tuum adeo rectum, adeo rotundum, adeoque debita, & congruenti proportione procerũ est, necnon & elegantissima forma perpulchris circundatum collariis intuentium sese exhibet oculis; vt non immerito ei assimilandum sit turri, quam magnificentissimus Rex Dauid ædificauit cum propugnaculis ambientibus ipsius culmen, instar collarium quorumdam, sic propter altitudinem spectabilem; vt à longe conspecta viam, quasi Pharus quædam doceret, sicut, non solùm rectitudine, & rotunditate, sed & egregia forma, superboque opere ædificatam; vt ex ipsa quotquot egregii aliquid ædificare vellent, tanquam à præstantissimo ædificiorum exemplari, formam discerent ædificandi. Ac sicut è turri illa complures suspensi pendent clypei vnà cum omni genere armorum, quibus vti consueuerunt fortes, ad ornamentũ simul,

DE ECCLESIA.

mul, ac munimentum ipſius: Ita & è collo ipſo tuo pretioſiſſimi pendent torques, ac monilia, quibus valde ſpecioſius id redditur; adeo vt ex huiuſcemodi ornamentis, & tanquam ex clypeis aureis mei alliciantur oculi, & tanquam ex iaculis, aliiſve armorum generib. meum, omniumque omnium, qui collũ ipſũ tuũ intueantur, penetret cor. Quin & præter vim iſtam, quam ex hiſce ornamentis deſumit, propter pulchritudinem ipſam ſuam naturalem, ob id quoque ſimile illud eſt turri Dauid prædictæ, quòd eam vim habet, tantiquę eſt roboris, vt arcem pudicitiæ tuæ, ciuitatemque humilitatis item tuæ muniat, ac tueatur; æque ac turri illa muniturarx & Ciuitas Dauid: Quantum enim amoris mihi iniicit, tantum pariter terroris, & pauoris noſtris illud incutit æmulis: non ſecus ac turris illa Iudæis quidem ſpectabilis admodum eſt hoſtibus verò horribilis.

Verſ. IV. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

Prælati sũ illi omne exhibent, q necessariũ est ad Reip. Christ. sustentationẽ.

TRia ſunt, quæ Principem quemlibet, ac cuiuſcunque Reipublicæ caput in primis ſuſtẽtãt in terris, homines, iique præſertim, quorum curæ demandata eſt Regni gubernatio: turrium, atque arcium munimentum: & magna, multiplexve armorum copia: Tria hæc in Eccleſiaſtica Repub. ij tantum exhibent Prælati, qui vniuerſis ſanctorũ Præſulum conditionibus decorati ſint: atq. adeo validiſſime Chriſtum ipſius Eccleſiæ caput ſuſtentant: cum nedum plebi præſint fidelium, ſed & inſtar fortiſſimarum turrium ſe exhibeant, & maximam clypeorum, aliorumve armorum copiam in ſe contineant.

Hinc eſt, quòd, cum illos cæleſtis ſponſus commendat ſub metaphora colli, quo caput in humano corpore ſuſtentatur, ea vtitur ſimilitudine, quę robur præſefert, arcium, atque armorum, dicens; *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ &c.*

Pro quorum explicatione tria diſcutienda ſunt. Primùm, cur Prælati ſub colli metaphora deſignẽtur, quaſve cum ipſo collo iidem habeant cógruẽtias. Secundò, quid in illos laudis conferatur per allatam ſimilitudinem turris Dauid; quibuſvè in rebus ſita ſit vis eius ſimilitudinis. Ac tertiò, quanam ratione iis ipſis eadem ſint arma robur conferentia, quæ ſimul ſunt & ornamenta decorem præſtantia.

Quoad primum: aptiſſimam ſanè eſſe colli metaphoram, nequaquam ambigendum; neq. enim vna duntaxat proportio eſt inter collum, atq. Prælatos, ſed complures, quarum aliquas attingit Gregorius Nyſſenus ſuper hunc locum.

Greg. Nyſſ. hom. 7. in Cant.

Prælati Christũ ſu per Eccleſię corpus ſuſtentãdo ſuſtentati à Christo & ipſi.

Prima autem, atque potiſſima, iudicio meo in eo ſita eſt, quòd Prælati ita Chriſtum ſuſtentant Eccleſiæ caput, vt tamen vim ipſam ſuſtentãdi ab ipſomet Chriſto deriuatam ſuſcipiant; adeo vt in eo ipſo, quòd Chriſtum ſuſtentant in Eccleſiæ corpore, à Chriſto pariter & ipſi fulciantur. Enimuerò collum in humano corpore magna ex parte cõſtat ex neruis, quos certè neruos ex capite originẽ trahere, capitique inniti, & ex capite animales ſpiritus deſumere, probabilior tenet ſnĩa Hipocratis, Galeni, ac medicorum omnium, quicquid di-

Michaelis Ghiſlerij.

A cat Ariſto, Quòd verò Prælati ita Chriſtum ſuſtentent, vt à Chriſto pariter ſuſtententur, quatenus illi innituntur, à quo, & principium, & ſpiritũ quoque deſumunt, vnde motus eſt omnis, omniſve & ſenſus, ex duobus ſacræ ſcripturæ locis ſimul iunctis colligere licet. Siquidem apud Matthæum de Eccleſia ſub metaphora ędificii loquens Dominus noſter cum Petro Prælatorum omnium Principe, ſic ait: *a Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, quibus verbis proteſtatus eſt, Petrum, eiuſque, ſucceſſores, atque Prælatos futuros fundamentum, quod totum Eccleſiæ ædificiũ ſuſtentet. In libro autem Apocalypſis Ioannes ait, *b* ſubleuatum ſe ſpiritu in montem excelſum & altum, & oſtenſam ſibi Ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de cælo à Deo: Eccleſiam nimirum, habentem in cælo fundamentum ſuũ Deũ, ac Chriſtum Dominum, qui eſt caput eius, & lapis angularis: *c* lapis probatus, pretioſus, & in fundamento deitatis fundatus.

a Matt. 16.

B

b Apoc. 21.

c Iſa. 28.16

Porrò, cùm Chriſtus Petrum, atque eius ſucceſſores Prælatos fundamentum inſtituerit, quo vniuerſa Eccleſia ſuſtentaretur, haud profectò ambigendum, quin vnà cum reliquo corpore, & ſeipſũ pariter per eoſdem ſuſtentari voluerit, vt caput huiuſcemodi corporis. Quamobrem, cum Ioanni eadem Eccleſia oſtenſa eſt, deſcendẽs de cælo à Deo,
C in quo primò fundata eſt, & à quo primò ſuſtentatur, dicendum, indicatum id, quod & hoc loco per colli metaphoram deſignatum dixi.

Explicatque hæc omnia ſub eadem ædificii metaphora Apoſtolus Paulus in Epiſtola ad Epheſ. vnica ſententia, dicens ad fideles, quibus Eccleſię corpus conſtruitur. *d Eſtis ciues Sanctorum ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.*

d Eph. 2.19

Præclare autem colli metaphora non ſolum prędictam deſignat mutuam ſuſtentationem, ſed & modum, & rationem ſubindicat, qua Prælati Chriſtum ſuſtentant: ſiquidem eatenus Chriſtum ipſi ſuſtentare dicuntur, quatenus fidem ſuſtentãt Chriſti, prout & Apoſtolus, *e* per fidem pariter eumdem Chriſtum in fidelium cordibus aſſerit habi-
D tare: & eatenus à Chriſto ſuſtentantur, quatenus per charitatem Chriſto vniti, in illo radicati ſunt, & fundati, prout ab eodem Apoſtolo ſubindicatum eſt, vbi dixit: *Vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem, corroborari per ſpiritum eius in interiori homine, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati, & fundati.*

Prælati Chriſtũ ſuſtẽtãt, quatenus eius ſunt fide. lib. ſuſten- tãt Chriſto vniti per charitatem.

e Eph. 3.17

At profectò, collum caput ſuſtentans hanc vnionem cum ipſo capite perfectiſſimo indicat; Neque enim illi inhæret, illudve ſuſtentat vt extrinſecus adhibitum fulcimentum aliquod ab illo diſiũctũ, ſed vt illi vnitum, ex quo & deriuat per omnẽ iuncturam; atque adeo quemadmodum ſi quando cõtingat, vt caput è collo amputatum ſit, tametſi amputatum caput ſuper idem collum apponatur, tametſi & collo inhæreat, nihilominus ſuſtentari illud nequaquam poteſt, quin vel ad quemlibet minimum cadaueris motũ decidat, ac propterea ſublata ipſa colli; atque capitis vnione, deſinit illicò & vita in corpore, quia videlicet deſinit vera capitis ſuſtentatio.

Simile.

E

In eamdem quoque modum, ſi per ſchiſma aliquò à vera Chriſti fide Prælatos diſiungi contingat, qui in Eccleſiæ corpore colli vices gerunt, quãuis per aliquod temporis ſpatium extrinſecus Chriſtum profiteri, eumdemque ſibi inhærentẽ ſeruare videantur, vnà cum morte eius Eccleſiæ, cui illi præſunt, quæ ad inſtar diſſectionem neceſſariò ſe-

DE ECCLESIA.

quirur, ni opportune prouideatur, sequitur etiam, vt iidem Prælati Christum ipsum, eiusue fidé sustentare minime valeant: quin & ad quamcumque vel minimam commotionem deficientis populi, operæpretium est, vt Christus ab illis decidat.

Ratio, ac modus, quo collum sustentat caput erectum, maxime conformis est & modo, quo Prælati Christum, atque illius fidem super corpus sustentant Ecclesiæ. Etenim, si subtilius rem perscrutemur, inueniemus, ea potissimum ratione collum sustentare caput super vniuersum corpus erectū, quòd cibos in stomachum immittens, illis ipsis cibis totum nutrit corpus, vires auget, roboratq; & spiritus: obseruare namque licet cuilibet, quòd qñ collum munus istud non exhibet, vt cibos immittat, statim vnà cum virium defectu nutare, & inclinare incipit caput.

Prælati Christi fidē sustētāt in prædicatiōe verbi, ac quę doctrinę.

Quis verò est, qui ignoret, doctrinæ cibis Prælatos in Ecclesiæ corpore Christi fidem sustentare? Vide autem, quàm congruenter à natura prouisū sit, vt in vno collo duæ simul essent fistulæ sibi inuicem cohærentes, quarum altera gula, altera guttur dicitur: gula, vt per ipsam cibi traicerentur in stomachum: guttur; vt per illud spiritus traheretur, & redderetur, siue esset instrumentum nō tātùm respirationis, sed etiam & vocis, atque locutionis: quandoquidem futurum erat symbolū Prælatorum, quibus hæc duo simul agenda essent, cibos in Ecclesiæ stomachum traicere, ac vocem, & verba prædicationis emittere: in quibus tamen vnà duntaxat est fistula, quia vnum idemque est, & prædicare verbum Dei, & spiritales cibos in fidelium mentes traicere.

Quin & ad hoc in primis collum ipsum in longum, & altum protractum est à natura: vt gutture quod in ipso est, respiratio fieret, atq; locutio, quæ absque longitudinis interuallo fieri nequaquā possent, vt bene notat Aristoteles lib. 3. de partibus animalium c. 3. quo videlicet exinde pariter confirmaretur id, quod dictum est, Prælatos, qui colli munus in Ecclesia exercent, ad hoc in primis in altum à Domino prouectos, vt per ipsos prædicationis opus exhiberet fidelium plebi, quam insuper eadem prædicatione postmodum enutrirent.

Quod si intimius istam colli metaphoram penetremus, particularem quoque rationem reperiemus, quam in ipsa sua prædicatione iidem seruare debent Prælati, vt scilicet primò diuinum è cęlis attrahant spiritum in oratione, tum attractum è cęlis spiritum intra sua admittant præcordia, mente versantes ea, quæ à Spiritu sancto reuelata perceperint, ac demum ex ipsis intimis præcordiorum suorum, vnà cum suscepto è cœlis spiritu verbum Dei proferant.

Prælati quō habere se debeāt in prædicatiōne verbi Dei.

Sic quippe & Apostolos, primosve Ecclesiæ Prælatos fecisse, legimus in actibus Apostolorum. a immissum è cœlis Spiritum sanctum prius suscepe runt, cum essent in cœnaculo vnanimiter perseuerantes in oratione, tum eodem spiritu repleta sunt corda eorum; ac tandem cœperunt loqui magnalia Dei, susceptumve Spiritum protulere.

a Act. 2.

Sic & in carneo collo, carnali pe gutture fieri obseruamus: nam prius ad primam oris apertionem spiritus, & aer extrinsecus attractus descendit, deinde in isto ipso spiritu refrigeratur cor, ac demum pulmonis ministerio idem spiritus per idem guttur, idemve so collum ex intimis emittitur, vnaq; cum emisso spiritu isto emittitur simul & sonus, formaturve & vox.

Præter hanc, quæ potissima est inter collum, atque Prælatos congruentiam, aliā insuper tres inspicere est, quæ & ipsæ è prima ista deriuāt; quòd collum est capiti inhærens, caputve sustentans; & Prælati sunt Christo inhærentes, Christumve sustentantes. Sicut enim collum medium quoddam est inter caput, ac reliquum totum corpus; Ita & Prælati inter Christum Dominum, plebemve fidelium medii sunt, ac mediatores: quod aperte Paulus contestatur in Epistola ad Hebræos, dicēs: b *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum.* Sic & de semetipso Moyses ad populum Israel ait: c *Ego sequester, & medius fui inter Dominum, & vos in tempore illo, vt annunciarē vobis verba eius: timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem.*

Prælati medij sunt inter Deū ac subditos suos.

Simile.

b Heb. 5. 1

c Deut. 5. 5

Sic & facto idem Moyses per Pontificem Aaron comprobari idipsum voluit: d quando, sæuiente ira Domini in commotam multitudinem post seditionem Corę; præcepit Aaron, vt tolleret thuribulum, & hausto igne de altari mitteret incēsum desuper, pergensque illicò ad populum, inter illū, ac Dominum staret medius: rogans pro eis, iramve Dei placans: notatque Beda super hunc locum, idem ostensum & in Apostolis per id; quod dicit Matthæus, e Iesum dedisse discipulis panem, discipulos verò dedisse eosdem turbis.

d Nu. 16. 46.

Beda.

e Matt. 14. 19.

Insuper sicut collum capiti inhærens toti supereminet corpori. Ita & Prælati toti supereminent populo, quod & eorum nomen significat, atque adeo præesse dicuntur aliquando ab Apostolo: *Rogamus vos fratres*, ait ad Thessalonicenses; f *vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino*: aliquando Præpositi ab eodem vocantur: g *Obedite Præpositis vestris.*

Prælatitus sic appellati.

f 1. Thess. 5. 12.

g Heb. 13. 16.

Verùm, si radicalem inuestigemus rationem, ob quam collū non modo supereminеat toti corpori, & erectum supereminеat, ac eleuatum sit, instar turris, intelligemus, aliam superesse congruentiā inter ipsum, atque Prælatos, eamque omnium pręstantissimam. Enimuero collum haudquaquam supereminere posset erectum per id, quod habet ex parte anteriori: illud enim omne, siue gulam accipias, siue gutturis arteriam, siue etiam operientem sumas carnem, molle est: nerui quoque, qui in eadem sunt parte, molles sunt: sed per id erectum, ac supereminens conspicitur, quod est in parte eius posteriori; osseum nimirum, ac validum, vbi & proprius est iugi, atque onerum locus. Qua quidē ex colli proprietate deducitur, qua nam ex re celsitudinem, supereminentiam, atque erectionem suā sanctus quisque Prelatus arbitrari debeat, sibi prouenire, non ex iis nimirum, quæ manifesta sunt, & obiecta sensibus hominum, ex prædicationis munere egregie exhibito, ex eo, quod reliquis de populo emineat, ex candore externi habitus, vel etiā ex adscititiis diuitiarum ornamentis, sed ex eo, quòd nequaquam tam grandi oneri succumbat, quódve tantum habeat roboris, vt grauissimum Prælaturæ, & curę animarum iugum sustinere queat, ita vt neutiquam ab illo demittatur tantillum.

Prælati supereminentiam suam ex subsellis ne sua ac onera serēda sibi prouenire debent arbitrari.

Porrò in his ipsis ossibus, quę sunt à posteriori colli parte, aliud est considerare, vnde & alia pariter deducatur proportio colli, ac Prelatorū. Quātumuis enim collum per dicta ossa fulciatur erectum, nihilominus ossa illa eo pacto sunt in modum verticulorum fabrefacta, atque inter se inuicem compacta, vt per ea facillime collum ipsum flecti, ac erigi possit; facileque vel ad superna, vel ad infima, vel ad dexteram, vel ad sinistram uerti ualeat. Quę sanctis, quibusque Prelatis quàm maxime necessaria sunt, ut nouerint se aptare personis, locis, atque temporibus, prout oblatæ exigerint

Prælati ad formare se debent iuxta occurrentes necessitates suas, ac proximorum.

DE ECCLESIA.

maximè neceſſaria ſunt; vt nouerint ſe aptare pe- A rierint occaſiones. Nam licet in ſublimi erecti ſint dignitate; eo tñ pacto habere ſe debent, vt faciles, ac prompti ſint ad ſe nectendum humilibus, & erigendum diſcolis, atque ſuperbis: ad vacandum vitæ actiuæ, ſicut & vitæ contemplatiuæ: ad reſpiciendum denique neceſſitates omnium ſubditorum, ſiue à dextris ij ſint in ordine electorũ, ſiue ſint à ſiniſtris in ordine reproborum. Sit Rector (inquit Gregorius Papa ſecunda parte Paſtoralis curæ) ſingulis compaſſione proximus, pro cunctis

Gre. Pap. Cap. 5.

» contemplatione ſuſpenſus; vt & per pietatis viſce
» ra in ſe infirmitatem ceterorum transferat, & per
» ſpeculationis altitudinem ſemetipſum, quoque,
» inuiſibilia appetendo, tranſcendat; ne aut alta pe-
» tens, proximorum infirma deſpiciat, aut infirmis proximorũ congruens, appetere alta derelinquat.

Cap. 6.

» Sit bene agentibus per humilitatem ſocius: contra
» delinquentium vitia per zelum iuſtitię erectus; vt
» & bonis in nullo ſe præferat, &, cum prauorũ cul-
» pa exigit, poteſtatem protinus ſui prioratus agno-
» ſcat: quatenus & honore ſuppreſſo æqualẽ ſe ſub-
» ditis bene viuentibus putet; & erga peruerſos iura rectitudinis exercere non formidet.

Vnum denique quoad ad hanc colli metaphoram ſupereſt notandum; aptiſſimam iſtam hoc loco à cæleſti ſponſo vſurpatam eſſe metaphoram ad Prælatos Eccleſiæ deſignandos, non ſolum pro- C pter eas, quas hucuſque perpendi, congruentias; Verùm etiã propter hoc quod dixit, *collum tuum*, in ſingulari: per id quippe ſignificauit, quòd ſicut in humano corpore vnum duntaxat eſt collum, ꝙ vnum ſuſtentat caput, & fieri non poteſt, ni monſtruoſum quid appareat, vt caput vnum à pluribus ſuſtentetur collis. Ita & in Eccleſiaſtico corpore vnum ſolummodo ſpirituale eſt collum, vnus ſummus Pontifex, qui Chriſti ſuſtentet fidem orthodoxam, vtpote è cuius ſententia canones pendeãt Catholicę fidei, pro quo & rogaſſe, teſtatus eſt Dominus, cum dixit: *a Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tuos*: Eatenus verò & reliqui etiam totius Eccleſiæ Prælati idem caput Chriſtum, eiuſve fidem ſuſtentant; quatenus ita ſummo Pontifici inhęrẽt D vniti, vt vnum ſimul cum illo validius conſtituant eiuſdem Eccleſiæ collum: Adeo vt, ſi quando Prælati aliqui ſint, qui ſummo Pontifici non ſint vniti, & quaſi diſtinctum collum, ſeu etiam diſtincta colla ſe exhibere conentur, profitentes, ſe pariter orthodoxam Chriſti fidẽ fulcire, atque tueri monſtrum ingens videre arbitremur, conſtantiſſimeq; pro certo teneamus, fieri non poſſe, vt qui vnus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vnumque caput vnius Eccleſiaſtici corporis, à pluribus ſuſtentetur collis inter ſe diſiunctis.

Prælati multi quo vnũ Eccleſiæ collum conſtituãt quo vnica ſunt Chriſtus ſuſtentatur.

Simile.

a Luc. 22. 32.

Quoad ſecundum: Similitudo aptiſſime ex turri Dauid potius, quàm ex alia turri deſumpta hoc E loco eſt: quoniam turris illa à Dauid erecta eſt in Sion. Nemo eſt autem, qui ignoret, Dauid typum Chriſti gerere in ſacris litteris, ſicut & Sion typus eſt Eccleſiæ: atque adeo congruentiſſime turri illi comparantur Prælati, quos verus Dauid manu fortis Chriſtus Dominus noſter in Eccleſia erexit: vt videlicet in Sion, quæ ſpecula interpretatur, Ἐπισκόπου, ideſt, ſpeculatoris munus ex ipſa altitudine ſua exercerent. Porrò triplex laus per hanc Turris Dauid ſimilitudinem in ſanctos Eccleſiæ Prælatos confertur in præſenti illorum encomio.

Prima, quòd in altum inſtar illius turris erecti, tanquam Pharus quædam ſubditis propoſiti ſint;

Prælati ad quãdam Pharum erecti, vt

vt ab ipſis ij edoceantur viam, qua ſibi tendendũ ſit ad cæleſtia. Quam laudem etiam in Euangelio in eoſdem contulit Redemptor noſter ſub duplici metaphora, Ciuitatis ſupra montem ædificatę, & lucernæ poſitæ ſuper candelabrum, dicens: *b Vos eſtis lux mundi: Non poteſt Ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio; ſed ſuper candelabrum: vt luceat omnibus, qui in domo ſunt*; declaratque, quanam ratione inſtar lucis ſe habeant, ſubiiciens: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cæ- B lis eſt.*

DE ECCLESIA.

ex eorũ cõſpectu ſubditi diſcãt viam, qua tendere debeãt ad cæleſtem patriam.

b Matt. 5. 14.

Ex quibus apparet, Domini intentionem in hiſce duabus metaphoris vnam eamdemque eſſe: nimirum, vt deſignet, Prælatos ad hoc in altũ cõſtitutos, vt operibus ſuis bonis magis, quàm verbis cæleſtem doceant viam: non ſecus ac Ciuitas, quæ ſupra mõtem eſt poſita, ipſis ſuis ædificiis in altum erectis, & ſeſe manifeſtat, & viã pariter docet, qua petendum ſit iter agentibus, vt conquieſcant: Et non ſecus ac lucerna, quæ ſuper candelabrum eſt poſita, radiis ſuis, quos de ſe emittit, oſtẽdit pretioſa, quæ in domo ſunt.

Quòd ſi quis quærat, quanam ratione per ſimilitudinem turris Dauid exinde commendẽtur Prælati, quòd exemplo doceant viam, qua ad cæleſtẽ patriam tendendum ſit: Reſpondendum, cũ Prælati, inſtar turris illius, quæ ſupra montem Sion ædificata, atque in altum verſus cælum erecta erat, ſupra montem perfectionis cælum verſus erectos ſe exhibeant ſubditis, erudire profecto eos, viam perfectionis per ardua montis. & verſus cælum capeſſendam.

At multò clarius perfectionem ipſam eoſdẽ docere per ipſam ſuam, quam exhibent, vitam perfectam prædictæ turris rotũditate deſignatur, quæ certè rotunditas ſecunda eſt pulchri colli laus. Enimuero orbicularis figura, atque rotunditas perfectionis typus eſt præſtantiſſimus; quandoquidẽ vel tantillum inæqualitatis ipſam deſtruit rotunditatem: & figura circularis, quæ rotundum ambit corpus, reliquis figuris omnibus perfectior definitur ab vniuerſis.

Prælati vita ſua pfecta, & exẽplo bonorũ operũ magis, quã prædicatione viã perfectionis docere dẽnt.

Quod verò Prælati, atque Epiſcopi in primis, quorum hoc loco contexitur encomium, perfecti eſſe debeant, atque in ſtatu perfectionis, tũ apud antiquiſſimos, tum apud recentiores Theologos pro indubitato ſuppoſitum reperitur, vt videre eſt apud Sanct. Thomam ſecunda ſecundæ quæſtione 185. articul. 1. ad ſecundum, vbi id colligit ex illis Domini verbis apud Ioannem: *c Simon Ioannis diligis me plus his?* & ex Dionyſio capit. ſex. in Eccleſ. Hierarch. idipſum confirmat. His igitur duobus ſuppoſitis, manifeſtum planè fit, quã rectè collum ſpirituale Eccleſię & quotquot in Eccleſia ſunt Prælati, & Epiſcopi ſanctiores ex ipſa rotunditate commendati ſint, eave rotunditate, quæ ſimilis ſit rotunditati turris Dauid: quam propterea, iuxta hebraicam textum, לתלפיות *ad Talpioth*, ideſt, ad diſciplinas, ſeu ad documenta ædificatam inquiunt nonnulli, quaſi ad hoc in altum erecta eo loci, tam rotundo, ac perfecto opere ea eſſet; vt ab illa ſinguli, qui aliquid præclari ædificare vellent, tanquam à perfectiſſimo exemplari docerentur, ita vt ex hoc ipſo prædictæ turris appoſito manifeſtũ reddatur id, quod probandũ ſupereſt, Prælatos idcirco in altum erectos in Eccleſia, ſanctitate, ac vitæ perfectione affabre rotundos, atque præclaros, vt ipſa ſui perfectione pro exẽplari ſanctitatis deſeruiant, ut quot

S. Thom.

c Io. 21. 15

Dionyſ.

quot virtutum ædificium construere vellent, in illos conijcerent oculos, & ab iis docerẽtur. Quod aperte Petrus Apostolus ab illis exposcit, dicẽs: *a ne sint dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo*: operibus ipsis multò melius ipsam edocentes perfectionem, quam verbis; habent quippe & opera bona os suum, imò ipsamet os quodammodo sunt, quod clara, & eleuata loquitur voce, iuxta illud Domini; *b Opera, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me*: &, *c Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Atque adeo congruentissime iuxta aliorum expositionem, turri Dauid comparantur iidem Prælati, *quæ ædificata est ad Talpioth, ad tumulum orium*, idest, lapidibus iis erecta, atque cõstructa, qui excisi essent ad instar orium.

a 1. Petr. 5. 3.

Opera habẽt os suum immo os loquũt, & clamant.

b Io. 10. 25

c Matt. 7. 16.

A quibus haud valde discrepat sensus lectionis nostræ Vulgatæ, quæ pro *ad Talpioth*, idest, *ad disciplinas*, seu, *ad tumulum orium*, *cum propugnaculis*. Ipsa siquidem propugnacula, quib. in culmine ambiuntur Prçlati instar illius turris Dauid, sunt prçstantissima ea illorum opera, quæ in culmine mẽtis ipsorum fiunt, quibus, quatenus iidem collum Ecclesiæ sunt, instar erectorum collariorum perpulchrè exornantur: Ea verò sunt orationes, obsecrationes, gratiarum actiones meditationes, ac supercælestium rerum contemplationes: Collaria sanè, totum ambientia collum, summumve illi decorem conferentia: quia nil sacerdotibus, atque Pontificibus gloriosius, quàm vt in omnibus gratias agant, iugiter orationi instantes sint: mentisve intentionem ad cælestia referant in iis etiam, quę agunt super terram. Propugnacula verò eadẽ sunt tutissima, atque peroptima: quia per ea, & in iis cõfisi subditi, & infirmiores quique propugnant cõtra aduersarios suos; propterea siquidem tam frequenter ad Aaron, & filios eius replicat Moyses, vt orent pro populo: propterea & populum ipsum frequentius idem admonet Moyses, vt ad Sacerdotes confugiant, qui orabunt pro ipsis: Propterea Iudæorum populus, cum quæpiam insurgeret vel Aegyptiorum, vel aliorum hostium, vel etiã ignitorum serpentum persecutio, ad Moysem, & Aarõ Prælatos suos decurrebant, efflagitantes, vt pro ipsis preces Deo funderent, vnaque cum virgæ, vel manuum eleuatione, mentem pariter ad Dominũ eleuatam ostenderent: vnde ex istiusmodi propugnaculis, & Aegyptios in mare demersos debellabant, & Amalecitarum exercitum profligabant, & serpentum virus deuitabant. Præclare autem vox ista *Talpioth*, qua in isto encomio vtitur sponsus, dum prædicta designat propugnacula, significat quoque & documenta, & tumulum orium, vt dictum est: Nam eę ipsa studia orationis, meditationis, & contemplationis, cum quibus quasi cũ propugnaculis quibusdã ædificatam turrim Dauid, Prælatosve Ecclesiæ erectos ostendi, simul etiam documenta sunt, ac orium tumulus: quatenus ita propugnacula sunt, è quibus pugnatur; vt tamẽ & subditos ipsos orare doceant, & ad orationẽ quasi multiplici ore promoueant: vt, non modo in ipsorum orationibus confisi pugnam arripiant: sed & orationibus proprijs, quas ab ipsis fundere didicerint, quoscunque hostes tentent propugnare: sic ex propugnaculis apostolicarũ orationũ Chananæã in Euangelio orare edoctam legimus, quippe quæ statim ac Apostolos pro se orasse intellexit quando accedentes ad Dominum rogabant pro ea, dicentes: *d Dimitte eam, quia clamat post nos*: ab illis edocta venit & ipsa, accedens ad Dominũ, illumve adorans supplex orauit, dicens: *Domine adiuua me*: atque adeo ex prædictis propugnaculis

Orationis, & meditationis studia Prælatis sunt tãquã collaria ipsos exornãtia, & tanquã propugnacula turrium.

Orationibus tam alienã quàm propriè fidẽdũ

d Matt. 15. 23.

A pugn ans dæmonem à filia sua profligauit.

Superest tertia laus, quæ in sponsæ collum, atq. in Ecclesiæ Prælatos confertur per hanc turris Dauid similitudinem: Ea verò est rectitudo insignis: Decorum enim collum numquam quis illud dixerit, quod, cum erectum, ac rotundum sit; rectitudine tamen caret, & in alteram partem magis deflectitur: Nec prælatum quempiam quis sanctum bonumque appellabit eum, qui vel affectu cognationis, vel timore potentium, vel reuerentia diuitum, vel amore, aut odio à rectitudine deflecti se sinat, quantumlibet dignitate præstatissimus ille sit, quantumlibet virtutum celsitudine sit sublimis: quantumlibet quoad vitæ probitatem perfectus alioquin videatur. Notandum autem, quam B præclare ista rectitudinis laus in sanctos conferatur Prçlatos: cum enim sub metaphora colli laudentur: atque adeo instar colli, quod & ad superna erigitur, & ad ima demittitur; nuncve ad dexteram, nunc ad sinistram partem conuertitur, prout necessitas exquisierit; & ipsi pariter, prout occasio exegerit, & necessitas subditorum, ita habere se debeãt (vt supra dictum est) vt superbis erectos se exhibeant, humilibus verò se demittant; facileve nunc ad vitam contemplatiuam, nunc ad actiuam se vertant: Ne quis propterea perpetuæ rectitudinis expertes illos censeret, egregie turri illos comparat sponsus, & turri, quæ ad amussim, & ad perpendiculum in rectum à magnificentissimo Rege Dauid extructa est: vt intelligeremus, ita coniunctam sanctis Prælatis rectitudinem immotam, sicut & turri illi coniuncta esset: sicve fieri nõ posse, vt bonus Prælatus ab ista deflecti se sinat rectitudine, quin illicò eius, ac subditorum subsequatur ruina; Sicut fieri non poterat, vt turris illa Dauid vel parumper à sua rectitudine deflecteret, quin statim ruina pariter illius sequeretur, vnà cũ illorum omnium excidio, qui vel intra ipsam, vel subter ipsam essent. Porrò quemadmodum haudquaquam distortum collum id appellamus, quod huc, illucve ob necessitates flectitur, aut vertitur, sed id, quod propter aliquid distillationis, seu propter nerui cuiuspiam contractionem, aut propter alium morbum in alteram partem ita declinãs est; vt ab illa dimoueri nequeat. Ita & illos distortos dicimus Prælatos, & absque rectitudinis gratia, qui propter ea, quæ supra numerata sunt, in fauorem aliquorum se deflectunt, non autem illos, qui ad hoc, vt subditorum necessitatibus occurrant, iuxta consiliũ Apostoli, oĩa omnibus fieri student.

Prælatiq̃ recti esse debent, quæve eis sit necessaria rectitudo:

Simile.

Simile.

Quoad tertium, supponendum primò, sicut in materiali collo duplex conspici potest decor, naturalis alter, & intrinsece innatus, alter verò extrinsecus adscitus ex adhibitis torquium, ac monilium ornamentis, ita & in Prælatis, quos spirituale esse collum, ostendi, duplicem pariter reperiri decorem, alterum prouenientem ex virtutibus infusis, ex interna, ac omnimoda sanctitate, & ex gratia gratum faciente, alterum verò in aliorum vtilitatem, ex gratiis gratis datis resultantem; hisce enim quasi pretiosis quibusdam ornamentis ante subditorum oculos mirum in modum decorantur.

Prælatis sãctis duplex inest decor, gratia gratum facientis, & gratiarũ gratis datarũ.

Porrò, cum gratiæ gratisdatæ, iuxta doctrinã S. Tho. ordinentur ad fidei, & spiritualis doctrinę manifestationem, decori iis potissimum reddũtur prælati, quibus doctos se exhibent in spirituali sacrarum litterarum doctrina, interpretatione sermonum, gratia fidei, scientiæ, ac sapientiæ, quæ ad vnam reduci possunt Sacræ Scripturæ notitiã, eiusdemve uerum intellectum, & germanam inter-

3. p. q. 7. ar. 7. in corp.

DE EC-CLESIA.

terpretationem ex ſpeciali Dei auxilio exhibitam. Hoc ſuppoſito: duo nobis in præſentiarum ſunt agenda: Primò oſtendendũ, qua ratione iſtiuſmodi ſcientia ſcripturarũ, inſtar torquium ſe habeat: Tum probandum, quomodo ſimul clypeorum vicem gerat, & omnis armaturæ fortium. Quod torques ea ſit, ac monile pretioſiſſimis è margaritis compactum, ex lib. Prou. deducimus, vbi Sapientiſſimus Salomon ait: *a Audi fili mi diſciplinã patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo*: Diſciplina enim Patris noſtri cæleſtis Sacra Scriptura eſt, eademq; eſt & lex Eccleſiæ matris noſtræ. Auctor quoq; libri Eccleſiaſtici de huiuſcemodi loquens notitia ſcripturarũ, quæ vera ſapiẽtia eſt, *b Iniice*, inquit, *in torques illius collum tuũ*. An non monile ſpecioſiſſimũ interpretatio ſcripturarũ ex tot cõſtans margaritis, quot attingit ſacrorũ lib. ſentẽtias? *c Ne mittatis*, ait Dominus, *margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis*: Congruentiſſimè quoq; vel Sacra Scriptura, vel ipſius notitia, atq; interpretatio torques, ac monile dicũtur: quia id præcipue ab eis præſtatur, vt Prælatos cingant, atq; exornẽt, ad quos ſpectat loqui ſermones Dei, paſtumq; præbere Eccleſiaſticæ plebi: ſicut & torques, atq; monilia, id muneris exhibent, vt cingãt, & exornent collum, per quod, & cibi traijciuntur in ſtomachum, & ſpiritus ad loquelam formãdam neceſſarius tranſmittitur.

Scriptura ſacra, & eius interpretatio eſt torques, & monile ſanctorũ prælatorum.

a Prou. 1. 8

b Eccle. 6. 25.

c Matt. 7. 6

Quòd autẽ eadem Scriptura ſacra: eiuſve interpretatio, nedum ſit torques, & monile, ſed inſuper & clypeus, ex lib. item Prouer. colligitur manifeſtè, vbi dicitur: *d Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe*: Et bene clypeus, quia, dum, inſtar torquis circundat, inſtar clypei pariter protegit item circundans. Vnde in Pſalmo ad ſummum Antiſtitem dicitur: *e Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die, à negotio perambulãte in tenebris, ac incurſu, & dæmonio meridiano*. Veritas quippe Dei verus eſt ſermo eius. Porrò non ſolùm vnus eſt clypeus, ſed & mille ac tot numero clypei, quot conſtat ſententijs: quod ipſo earum vſu comprobatum nouimus ab eodem Antiſtite ſummo Chriſto Ieſu, *f* quando contra tria tentationũ genera, quibus in deſerto fuit impetitus à dæmone, triplicem obiecit clypeum, tres Sacræ Scripturæ ſententias: *Non in ſolo pane viuit homo*, &c. *Dominum Deum tuũ adorabis*, &c. atque, *Non tentabis Dominum Deũ tuum*, &c. pluresve obiecisſet clypeos, ſi pluribus eum diabolus aggreſſus eſſet iaculis:

Scriptura ſacra, eiuſque notitia & interpretatio eſt clypeus, et mille clypei.

d Prou. 30

e Pſ. 90. 8.

f Matt. 4. 4

Quin, nedũ vnus clypeus eſt, & mille clypei, ſed & ſimul eſt *omnis armatura fortium* idem ipſe ſacrarum litterarum ſermo, eiuſve ſciẽtia, quod valde mirabile eſt, & præclare declaratur ab Apoſtolo in Epiſtola ad Epheſios: *g Propterea accipite armaturã Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei*. Pro quorum intellectione, animaduertendum primò, pro eo, quod noſter Interpres ſimpliciter vertit *armaturã Dei*: in Græco eſſe dictionem, πανοπλίαν, quę explicat idipſum quod dicitur hic, *Omnis armatura fortium*: πανοπλία namq; proprie ſignificat omne armorũ genus, & completam armaturam: armatura verò fortium, ideſt, Prælatorum, de quibus ſupra dictum eſt, *h* quòd fortes ſint ex fortiſſimis

Scriptura ſacra eiuſque interpretatio eſt omnis armatura fortiũ.

g Eph. 6. 13

h Cant. 3. 7

A Iſrael, iſta ipſa eſt, quã omnẽ armaturã fidei appellat Apoſtolus, quæ etſi pluribus conſtare videatur armorum generibus, vnico nihilominus re vera tali conſtat genere, quod πανοπλίαν conſtituit validiſſimam, ac pro reliquis omnibus armorũ generibus ſatisfacit. Quod verò iſtud eſt, niſi id, quod pendet è turri Dauid, de quo dicitur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*? Poſt enumerata enim aliquot armorum genera, cingulum veritatis, thoracem iuſtitiæ, & ocreas præparationis Euangelij pacis, quibus armandus eſſet Dux Chriſtiani exercitus, ſubijcit Apoſtolus: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei*: & adijcit poſtea duo alia genera armorum, *Galeam ſalutis, & gladium ſpiritus*. Præclare autem Chryſoſtomus, & Theophila-
B ctus ſupercitatum Apoſtoli locũ, ponderantes verbum illud (*in omnibus*) ſeu, vt eſt in Græco ἐπὶ πᾶσι, ideſt ſuper omnia: In omnibus, inquiunt, nempe in veritate, & iuſtitia, & præparatione Euangelij. Quid eſt autem in veritate, & iuſtitia, & præparatione Euangelij, niſi ad veritatem, iuſtitiam, & Euangelii prædicationem contutandam? ſeu etiam, pro veritate, &c. ſicut, & pro galea & pro gladio ſpiritus: quod apertius idem Chryſoſtomus indicat his verbis: Quemadmodũ galea caput vndiq; diligenter obtegens, non permittit mali quidquam pati, ſed ſeruari. Ita & fides & pro ſcuto eſt, & pro galea ſalutari, & Paulò infra, & non hanc ſolam, ſcilicet galeam, cum fide accipie-
C mus, ſed & gladium Spiritus, vt non ſolũ deinceps immiſſa iacula propulſemus, ſed & Diabolum ipſum percutiamus.

DE EC-CLESIA.

Chryſoſt. Teophil.

Porrò ſi ſubtilius inquiramus, quodnam id ſit, ſcutum fidei, cui tantũ tribuit Apoſtolus, etſi communiori ſententia, fides ipſa illud eſſe cenſeatur, crediderim tamen, commodiſſime dici poſſe, notitiam ſacrarum litterarum id eſſe, ſeu etiã ipſam Sacram ſcripturam, de qua intelligendum oſtẽdi, quod hic dicitur: *Mille clypei pendent ex ea*: hac quippe tanquam duriſſimo clypeo omnia tela nequiſſimi ignea, atq; præfortia propulſamus, prout exemplo ſuo oſtẽdiſſe, dixi, Dominum in deſerto. Scutum ſanè poriſſimum fidei dicitur ſcriptura ſa-
D cta, & ſcientia illius, milleq; clypei ob innumeras illius ſententias, quibus Prælati tanquam præfortibus clypeis fidem tutantur ſimplicium ſubditorum, ſcutum, quod & lumbos ideſt animi virtutẽ, iuxta intellectum Theophilacti, cingit, & roborat cingulo veritatis. Ecqua enim re melius veritas exhibetur, ac patefit, quàm verbis, ac ſententijs ſcripturarum? Lorica iuſtitiæ ipſamet eſt, dum ijdem Prælati illa non tantùm fidei tutantur dogmata, ſed & præcepta inſuper veræ iuſtitiæ illæſa defendunt: quid de ocreis dicam pedũ? prędicatio certè Euangelij pacis, ipſa eſt ſacrarum litterarum prædicatio, & ipſius ſcuti fidei vſus: Menti, quæ caput animæ eſt, vnde proueniũt ſalutares cogitationes, niſi ex ipſa ſacrę ſcripturę meditatione, & ex eiuſ-
E dem prædicatione, quæ è mentibus quoq; ſubditorum prauos arcet cogitatus, pro galea ſalutis inſeruiens. Et quo iaculo, quove acutiori gladio vniuerſos hoſtes facilius, tutiuſue cõfodimus, quàm iiſdem Sacræ ſcripturæ ſententiis, quę & mille clypei ſunt, & ſcutum fidei dicũtur, atq; etiam gladii Spiritus munia præſtant? Quod tandem patefacit Apoſtolus, dum poſtquàm dixit: *Gladium Spiritus aſſumite*, ſubiicit, *Quod eſt verbum Dei*: æque enim eſt, ac ſi dicat, quod haud aliud eſt, quàm illud ipſum verbũ Dei, quod ſcutum fidei eſt, & πανοπλία Dei atq; omnis armatura fortium.

Theoph.

Notandum hoc loco diſcrimen formę locutionis

DE ECCLESIA.

nis Apostoli, & Sponsi: nam, etsi vterq; ducem, ac Præsulem Ecclesię clypeis, & omni armatura Dei, ac fortium instructū esse oportere significet; Paulus tamen ita ea armatura ipsum instructum, vult vt facto illa vtatur, exercens nimirum Sacræ scripturę sententias in militia, qua cōtinue sibi in hac militanti Ecclesia dimicandū est, vtens iis pro clypeis, pro cingulo, pro lorica, ocreis, galea, atq; etiā pro gladio. Sponsus verò cælestis id potius in Prælato Ecclesiastico commendat, quòd Sacrę scripturæ scientia, & interpretationis diuinorum sermonum gratia exornatus eo pacto est, vt ex ipso tanquam è pleno armētario vnusquisq; è subditis paratum, ac sibi necessarium clypeum habeat fidei, & πανοπλίαν ac armaturam quamcunq; dum scilicet ab illo sacrorū voluminum exponuntur mysteria, proponunturq; sententiæ. Ideò tanquam torquibus, collum ambientibus, ac exornantibus, talibus sententiis Prælatos decorari, significat: ideo & hac vtitur forma loquendi: *Mille clypei pendent, ex illa*, scilicet turri Dauid, *Omnis armatura fortium*.

Prælati esse debent, tanquā armamentarium sacrarū scripturarum.

Præter istud eruditionis, ac interpretationis Sacrę scripturę ornamentum simul ac πανοπλίαν alterum quoq; reperio, quod & ornamentum pariter est, & pro mille clypeis, & item pro omni armatura fortium eisdem sanctis deseruit Prælatis, spiritualeq; decorat Ecclesiæ collum: Istud verò sanctissimum, ac gloriosissimum est nomen Domini: de hoc namq; Dauid ad Goliath superbissimum illum Philistæū ait: *a Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam*, &c. Quid verò id significat, q̄ in Exodo legimus præceptū à Domino, *b* vt super tiaram Summi sacerdotis aurea lamina poneretur, in qua idem Dei nomen insculptum esset, nisi vt Pontificibus, ac vniuersis, qui in illos oculos conijcerent, perspicuū ex adhibito isto ornamenti genere, fieret, gloriam, ac decorem omnem, quo illustres apparent in medio populi, haud prouenire ex sublimitate gradus, vel ex dignitate Pontificia, seu etiā ex virtute operum mirandorū, quæ ab ipsis fiunt, sed ex ipso Dei nomine, quod prædicant laudabile, & gloriosum in sæcula; in quo, & ex cuius virtute cuncta, quæ agunt, ab eis patrantur. Egregie autem cęlestis sponsus ex hoc ornamento simul, ac armatura Prælatos ipsos efferens laudibus, hac vsus est forma loquendi: *Mille clypei pendent ex ea*, scilicet turri Dauid, *& omnis armatura fortium*: Indicans, ex benedictione Sacerdotum, quę fit in nomine Domini, atque ex prędicatione eiusdem nominis, quæ per eosdem exercetur, quasi pendentes clypeos, omnemque armaturam fortium subiectis populi exhiberi, quibus, & ab insultibus Dæmonum sese protegant, & contra aduersa omnia sese instruant: atque eatenus ab eisdem subditis ipsos venerationi haberi, quatenus Dei nomen, quasi pretiosi torques, & quasi pendentes clypei ex illis emicātes conspiciuntur, & quatenus intelliguntur esse sacerdotes Domini.

Prælatorū sanctorum panoplia est nomen Domini, quod & pro mille clypeis deseruit eisdem.

a 1. Reg. 17. 45.

b Exo. 28. 36.

Nomē Dei quō in Prælatis pendere dicatur, instar clypeorum, & torquium.

PARAPHRASIS.

Ex dictis Paraphrasticus sensus præsentis Prelatorum encomii colligitur huiuscemodi.

Greg. Nis. Cassiodo. Greg. pp. Philocarp. Apon. Beda. Anselm.

Summus Pontifex, ceterique Prælati, qui simul cum illo vniti vnius in te colli locū obtinent, propterea quòd instar colli me, qui caput tuum sum, meamq; fidem in te sustentant, à me sustentati, & ipsi per charitatē, qua mihi vniti, & in me radicati sunt, & qui colli etiam locum obtinēt, ob id, quod inter me caput tuum, ac fidelium plebem A mediatores cōstituti sunt, ac intermedii: & ob id, quod toti emineant populo, æquè ac collum toti supereminent corpori; indeq; eminentiā habeant, vnde vim habent, ne succūbant oneri prælationis, prout, & collum inde habet erectionem, vnde & vim habet tollendi oneris. *Collum*, inquam, istud *tuum* spirituale, q̄ ita erectum est, vt tamen promptum sit ad se flectendum humilibus, ad vacandū vitæ actiuæ, sicut & contemplatiuæ, ad respiciendum proximorū necessitates, & altissima cæli mysteria, est *sicut turris Dauid, quæ ædificata est cū propugnaculis*. Siquidem hosce Prælatos, ego ipse verus Dauid manu fortis erexi istar illius turris, quę in Sion extructa est, vt speculatores essent in te. B Erexi quoq; illos in altū instar illius turris: vt hoc pacto essent tanquam pharus quædam subditis, è qua docerentur viam perfectionis scandendā per ardua montis, ad cælum versus, adeo vt propterea habeant primam pulchri colli conditionem, qua erectum id esse debet. Sed & rotūditatem quoq; præseferunt instar eiusdem turris, quæ ædificata est ad Talpioth, idest, ad documenta, seu ad rotundum orium: vitam namque perfectā, qua propositi quasi pro exemplari ipsius perfectionis, per rotunditatem designatę, & operibus edocent, & orationibus suis. Neque verò iisdem tertia deest pulchri colli conditio rectitudinis: Ita enim firmi in ipsa tum fidei, tum etiam iustitiæ sunt rectitudine, vt nec affectu quopiam, nec indignatione, aut metu, C vel aliquo proprię, aut humanæ ratiocinationis errore ab illa vnquam declinent: quemadmodū nec turris Dauid à sua deflecti potest rectitudine, quin illicò subsequatur ruina. Porrò, sicut collū perpulchrum haud tribus hisce dūtaxat conditionibus, sed & ad scititiis torquiū, ac monilium ornamentis magis decorum redditur: Ita & sancti isti, qui colli in te vices gerunt, Prælati, non solum iis, quę enumerata sunt, decoré præseferūt, sed & insuper gratiis quoq; gratis datis illustrātur, iis præsertim quibus doctos se exhibent in spirituali Sacrarum litterarum doctrina. Quod autem admirandum quàm maximè est in sanctis hisce Prælatis illud est, quòd vna eademq; notitia ista sacrarum litte- D rarum, & earumdem prædicatione, & interpretatione, tanquam aureis torquibus, ac pretiosis margaritarum monilibus exornātur: & tanquam perpulchris, atq; præfortibus clypeis, omniq; armatura fortium armantur: simulq; & subditis arma exhibent, quibus aduersus inuisibiles hostes se tueantur, dimicentq; audacter.

Vers. IV. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium,

E *Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.*

SI colli metaphoram cum adiūcta turris Dauid similitudine prima facie consideremus, tātum abest, vt encomium aliquod in pręsenti contineatur sententia, vt vituperatio potius ingens in animam conferri videatur, eaq; duplex, superbiæ, altera, altera peruicacis obstinationis, & cōtumacis inobedientiæ. Enimuero elationis, atq; superbiæ haud aptius in sacris litteris est hieroglyphicum collo ipso erecto: & turris super montem erecta, qualis ea est, quam Dauid supra montem Sion extruxit,

Collum est erectione expers superbiæ, & elationis animi.

a Iob 15. 26.

turrit, ipsa altitudine sua elationis item est typus: A quam eamdem vnà cum maximo fastu multiplex scutorũ armatura designat, prout ex vna Eliphas sententia colligitur, qua eleganter in libro Iob sic describitur superbus: *a Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est*; pro quibus vltimis verbis in originali lectione hebraica magis ad propositum sic habetur: *In densitate altitudinis scutorum eius*: quæ preclare expressa sunt à Sept. dũ enim ea sic reddiderũt: *Cucurrit contra eum in iniuria in crassitudine dorsi scuti sui*: indicarũt profecto, ipsam superbi elationem, ac temeritatẽ esse, & clypeos, & omnem armaturã illius, iuxta illud Isaiæ:

b Isa. 16. 6.

b Audiuimus superbiam Moab: superbus est valde: superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plus quam fortitudo eius. Quod & noster Interpres significare voluit, legens: *Et pingui ceruice armatus est*.

c Gen. 11. 3.

c Turrim quoq; illam Babel in illorum, qui eam erigebant, superbiæ monumentum in sacris litteris descriptam esse voluit Dominus. Peruicaciæ verò, contumacis inobedientiæ, atq; obstinationis typum esse eam, quæ hic à spõsò vsurpatur, colli metaphoram, eadem ipsa similitudo turris David cũ propugnaculis, atq; armis suadere videtur: Turris quippe illa tam fortis nullatenus flecti poterat, & ad peruicacem, rebellem, & inobedientem populum Israel dictum nouimus apud Isaiam: *d Sciui quia durus es, & neruus ferreus ceruix tua*: Multoq; magis hæc vera videntur, si sequamur lectionem Ambrosij pro collo ceruicem ibi habentem: *Sicut turris Dauid ceruix tua, quæ &c.* C

Collũ turri comparatum typus peruicacis contumacia, & inobedientia.

d Isa. 48. 4.

Amb. ser. 4. in Psal. 118. vers. 1.

Nihilominus, cum certum sit, & indubitatũ, in toto hoc capite quarto contextum esse encomium virtutum piæ animę, nec in mẽtem quidem cuiuspiam, qui ratione polleat, tale quid venire fas est, vt vel superbiæ, vel peruicacis inobedientię ea hic incusetur, quæ sponsa est Christi. Quin illud maximè admirandum in hac est sentẽtia, quòd illarum virtutum laudes in ea celebrantur, quæ oppositæ sunt superbiæ, ac peruicaciæ, & propter quas anima ipsa ad spõsalitiam dignitatem est euecta, & in eadem perseuerat dignitate, humilitatis nimirũ, atque obedientiæ illius.

Vt autẽ vniuersa, quæ in isto colli encomio continentur, dilucide explicentur, omnisve abigatur confusio: Explicemus primò designatas humilitatis eius laudes. Tum secundo loco eruemus, & laudes obedientię eiusdem. Quia verò singula, quę in hoc versu habentur, egregias continent humilitatis prerogatiuas; videndum primò, quid laudis in illam redundet ex metaphora colli, sub qua ea extollitur, quasve cũ femineo collo habeat cõgruentias. Secundo, quid eidem addatur per similitudinem allatam: Ac demum tertiò, quo pacto iisdemmet rebus exornetur simul, & armetur: quæve ea sint, quæ ornamenta sunt, & arma illius. D

Quoad primum: Multę sunt inter virtutem humilitatis, atq; collum congruentiæ, multæque per hanc colli metaphoram humilitatis subindicãtur laudes: ac prima quidem, atq; potissima laus est celsitudinis, atq; eminentiæ super virtutes reliquas. Quemadmodũ enim collum vniuerso corpori eminens, mẽbris quoq; omnibus sublimius est, vtpote, quod capiti, ac totius corporeę fabricę fastigio proximè inhęret, illudve sustentat. Ita & humilitas vniuersis sublimior est virtutibus, quibus quasi distinctis mẽbris fabrica constat animæ sanctæ. Quam verò sublimis ea sit, intelligitur ex eminenti loco, quem Dominus eum, qui vere humilis sit, obtinere, testatus est, celsissimum nempe locorum omnium, qui in altissimis sunt cælorum, dicens: E

Humilitas eminẽtior reliqs virtutibus.

Simile.

Humilis celsissimũ locum obtinet.

e Quicumq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in Regno cælorũ: vbi ponderandũ verbũ (*est*) in p̃senti. Quod enim in futuro humilitas paritura esset exaltationem, & eminentiam, aliàs idem ipse asseruerat, cum diceret: *Qui se humiliat, exaltabitur*; iuxta illud Sapientis: *f Humilem spiritu suscipiet gloria*. At in precitata sententia, id quoq; nobis persuasum voluit, quòd à Sapientibus mundi nequaquam percipi potest, eo ipso temporis momento, quo quis est humillimus, eundem simul esse, & celsissimũ: & eam, quæ maximè demissa est, humilitatem esse simul, & summam celsitudinem. Nec paradoxum id cuiquam videri debet, quia sensus persuadeat contrarium, neq; falsum, quia ex Theologorum doctrina cõstet, eminentissimum locum B in regno cælorũ tenere cælestes illos spiritus, qui ob flagrantissimum diuinæ charitatis incendium Seraphim appellãtur, & p̃ reliquis Altissimo Deo proximi sunt. Enimuero imaginari debemus Deũ qui in altissimis habitat, sicut cum conditi sensibilem mundum istum in figura circulari illum condidit, prout apud omnes pro confesso habetur: Ita & cum nobilius item sese communicauit creaturis rationabilibus, seu spiritualibus, ac rationalẽ, ac spiritualem effinxit mundũ, quasi circulũ quendam illum esse voluisse, à se tanquam ab indiuisibili, & imperceptibili puncto dimanãtem, & in se pariter terminantem. Porrò sicut in sensibili circulo sunt duo altissima principium, & finis, quatenus C æque proximè punctum illud attingunt, è quo circulus deriuauit, cum tamẽ re vera alterum altissimum, sit nempe principio ex altissimo exortum: alterum verò, quod circulum occludit, maximè demissum, quatenus maximè ab altissimo illo recedit principio; idẽ tamen, quod hac ratione est maximè demissum, est pariter & maximè altum; quatenus, & primum attingit punctum, eiq; æquiparatur in celsitudine. Ita & in spirituali circulo contingere existimandum est: vt, cũ sublimes illi cælestes spiritus altissimum in cælis obtineant locum, & ij qui humillimi sunt, maximè sint demissi, quatenus ab illorum excellentia, & sanctitate longissime se abesse sentiunt intrinsecùs, & verò extrinsecùs affirmant prę extrema animi demissione; verum nihilominus sit dicere, quòd quantò magis D hoc pacto ab illis recedunt, tantò magis ad Deum accedunt, vnde & qui maximè recedunt per maximam humilitatem, maximè etiam proximi Deo fiant per gratiam, æque ac præstãtissimi cælites eidem proximi sunt per naturam simul, & gratiam, quæ celsissima in ipsis est, ac nobilissima; vnde id confirmatur, quod colligebam ex prima proportione, quam cum humano collo habet humilitas, eminentissimam eam esse præ reliquis virtutibus, sicut, & collum membris vniuersis est eminentius, ex eo, quòd instar eiusdem colli proximè inhæreat capiti.

e Matt. 18. 4.

f Prou. 29. 23.

Humilis qua ratione quò est demissior, eò sit excelsior.

Simile.

Augetur laus ista eminentiæ exinde, quòd eadẽ E humilitas instar collo capiti inhærẽtis, illudve sustentantis Deũ, cui proximè inhæret, & à quo tantam habet celsitudinem, super totum virtutis corpus sustentat: ad quod confirmandum non incongrue adduci posset id Ecclesiastici; *g Sapientia humilitatis exaltabit caput illius*; quamuis iuxta literã alius sit eorum verborum sensus. Quæ est enim sapiẽtia humiliati, demissiq; animi, nisi ipsa eius humilitas, atq; demissio, per quam stulta facta est sapientia sapientum, & prudentia prudẽtum reprobata: hæc porrò sapientia veri humilis caput ipsius dicitur exaltare, quatenus Deum in illã exaltat, exaltatumq; sustentat, quatenus is, qui verè hu-

Humilitas sustentat Deum super molẽ virtutum omnium.

g Eccl. 11. 1.

DE ANIMA.

rè humilis de super totam virtutum suarum fabricam Deum exaltat, nil sibi adscribens eorum, quæ in se præclara reperiuntur, quicquid in se boni, quicquid & virtutis extiterit, Deo capiti suo ferés acceptum: quod nõ obscure idem auctor libri Ecclesiastici hisce explicauit verbis in cap. 3. *a Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur:* quorũ istiusmodi potest esse sensus: Exaltatio maximæ potentiæ, q̃ soli Deo cõpetit, ab humilibus est; quoniã ab humilibus duntaxat ea sustentatur in hoc mundo, dũ illam honorant, virtutum suarũ omniũ gloriã in illam conferentes: Et bene, nam quemadmodũ in eo humilitas est similis collo, quia Deum sustentat, æque ac collum caput: Ita & in eo pariter eidem similis est, quod ita sustentat Deum, vt simul & ipsa sustentetur à Deo, quia idcirco sustentat Deum quod sustentatur à Deo: sicut & idipsum in collo euenire, ostensum est in præcedenti expositione secunda, ob id, quòd neruos à capite deriuantes in se habet, ex quibus, & fortitudinem habet vna cũ spiritibus animalibus: quod Rex Dauid, qui de semetipso dixit: *b Ero humilis in oculis meis:* optimè agnouit, ac protestatus est, suũ ipsum alloquens caput, & dicens: *c Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es:* Ac si dicat: fortitudinem, qua & ipse fulcior, & te quoq; super corpoream virtutis molem sustento, à te deriuatam intelligo: eamdemq; tibi semper acceptam referã, à quo vti à capite meo vniuersi deriuant nerui roboris mei, vniuersus motus ad bonum, vniuersus, & sensus eiusdem boni.

a Eccle. 3. 21.

Simile.

Humilitas animæ piæ sustentatur à Deo capite, quod sustentat.

b 2. Reg. 6. 22.

c Psal. 58. 10.

Atque adeo necessaria mutua ista est sustẽtatio, vt nec Deus virtutum corpus, ipsamve humilitatem sustentet, ni simul exposito modo ab humilitate sustentetur, nec humilitas illum valeat sustentare, ni ab eo, & ipsa pariter fulciatur, prout res quoq; se habet inter humanũ collum, & caput: vnde fit, vt necesse sit, ambo esse semper vnita: atque adeo quemadmodum cũ caput à collo præciditur cessante mutua ista sustentatione, cessat simul & vita omnium membrorum corporis, vnde consequitur, vt cadauer fœtorem de se emittat, vermesve producat, & membra singula in puluerem redigãtur: Eadem ratione, quando quis virtute præditus permittit, vt Deus à collo præcidatur humilitatis cessante prædicta mutua sustentatione, ita vt, qui gloriatur, non in domino glorietur, sed seipsũ commendet, efficitur illicò, vt quamtumcunq; eximijs virtutibus insignitus is esset, vnà cũ defectu eius sustẽtationis deficiat illicò, & vita in toto virtutũ corpore, adeo vt virtutes, quæ præstantissimæ alioquin erant, fœtidissimum diuinis naribus reddant odorẽ, iuxta illud: *d Incensum abominatio est mihi:* atrocissimosve ex se proferant superbiæ, iactantiæ, atque ambitionis vermes.

Mutua sustentatio necessaria sit inter humilitatis collum, & Deũ caput piæ animæ.

Simile.

d Isa. 1. 13.

Enimuero exinde præcipue in virtutis corpore prouenit vita, quòd Deus ita inhæret humilitati, vt actu ab ipsa sustẽtetur. Quod sub alia metaphora expressit Isai. Proph. dicens: *e Hæc dicit Excelsus, & sublimis, habitans in æternitatem, & sanctum nomen eius in excelso, & in sancto habitans, & cũ contrito, & humili Spiritu, vt viuificet spiritum humiliũ, & viuificet cor contritorum:* Quibus in verbis tria tanguntur, quæ ad rem nostram faciũt: Primò, id, quod notum est vniuersis, Deũ excelsum esse, atq; sublimem, & in excelso habitare: sicut videlicet caput excelsum, ac sublime est in humano corpore, & excelso quodammodo habitat in collo, dum illi innititur: Secundò, vnum ipsum, qui adeò excelsus est, & in excelso habitat, residere simul cũ eo, qui humillimus est, cum contrito, & humili spiritu, ac si humilitas quoque excelsa sit, & quasi eminens collum sustentans caput sibi inhærens: Tertiò, dum hoc pacto istiusmodi caput in tali est collo, dum Deus sic humilitati innititur, residetque cum contrito, & humili spiritu, sustentatus ab eadem humilitate, id ipsi humili exhibere; vt eum viuificet, vitam gratiæ ei conferens, atque conseruans.

e Isa. 57. 15.

Tertia, quæ ex colli metaphora in humilitatem redũdat laus, ea est, quæ ex ipsa colli structura designatur. Collum enim ex fortissimis quidem ossibus constat: at ijs eo modo instar verticulorum fabrefactis, atque inter se compactis, vt ijsdem fortissimum sit, caputq; sustentet, & facilitatem quoque maximam habeat ad se ipsum flectendum, & in diuersas partes vertendũ, necnon & ad flectendum illud ipsum, quod tam fortiter super se sustẽtat caput. Humilitas quoq; eadem rationem se habet, quæ tamen præstãtissima est, qualis ea est, quę hic commendatur, est siquidem fortissima in eo, quòd animam Deo subiectam conseruat, caputq; suum Deũ ipsum eo modo, quem explicaui, super vniuersas virtutes suas ita sustentat, vt quantumlibet ab innumeris superbiæ, & inanis gloriæ ventis concuti se sentiat, à prędicta sustentatione nullatenus dimoueri se sinat: Atq; adeo bene cælestẽ sponsum ad istud eius robur confirmandum similitudinem fortissimæ turris Dauid adhibuisse, crediderim: verumtamen ita erga proximos dispositam eandem reddit animam, vt cuilibet illa se se deflectat, infimisve de plebe sese demittat, id vnũ contendens, vt tanquam omnium vilior omnibus seruiat, prout Apostolo Paulo contigisse legimus, qui de se ipso ait: *f Cum liber essem ex omnibus omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem.* Quin, quod maxime mirandum est, maximeq; laudandum in humilitate, Excelsum ipsum, quẽ tam fortiter super totam virtutum machinam sustentat, Deum caput suum flectit quòcunq; voluerit, inclinatq; ad ima; quod in tempore Incarnationis patefactum est, quando è collo humilitatis B. Mariæ ita ad imum demissum est, vt cum primum humillima ea completa sunt verba: *g Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum:* ille in vilissimam carnẽ è sublimi cælo descenderit: confirmatque id & Deus ipse apud Isaiã, dicens: *h Ad quẽ respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* At dicat: Vnde nam fieri potest, vt dẽ sublimi cælorum habitaculo deflectar, & inclinẽr, nisi ex humilitatis natura, quæ id habet proprij, vt me ad ima deflectat? ita vt illos potissimum respiciam, quos maxime demissos intelligo: Id quod admiratur, & humillimus Dauid, cum exclamat: *i Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?* in altis namq; habitat, cum in sublimi, & celso capitis loco à collo sustentatur: humilia verò respicit, cum ab eodem collo, quod tam fortiter illum sustẽtat, ad humilia deflectitur, & conuertitur, vt illa respiciat. Manifestius autem tam admirandã deflexionem, & inclinationem Dei ab humilitate factam idem in Psalmo indicat Dauid, cum ait: *k Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniã inops, & pauper sum ego:* Acque est enim, ac si dicat: Noui Domine celsitudinem tuam, at noui pariter, te item sublimem, atque excelsum inclinari ab eo ipso; quo valide sustentaris, collo humilitatis, qua propter id fieri in me velim, quod in alijs fieri, intelligo: Inclinatus ab humilitate mea, velut caput à collo, inclina modo tu Deus aurem tuam ad me miserrimum, inopem, atq; obiectissimum.

Humilitas quæ fortissima est sustentando Deo, inclinat facile se, & Deũ ipsum ad ima.

f 1. Cor. 9. 19.

g Luc. 1. 38.

h Isa. 66. 2.

i Psal. 112. 5.

k Psal. 85. 1.

Quar-

DE ANIMA.

Quarta insuper laus ex colli metaphora in eamdem piç animæ humilitatē exinde prouenit, quòd sicut per collum in stomachum traijciuntur cibi, quibus vniuersum corpus nutritur, & illud quoq; robur causatur, quo caput fortiter ab eo fulcitur erectum, quatenus in collo fistula gulæ est: Ita & per humilitatem, quæ spiritale est animæ collum, cibi diuinorum mysteriorum, & panis diuini verbi in mentis stomachum traijciuntur, quibus nutritur anima cum singulis virtutum suarum membris: & robur pariter desumit, quo Deum super se erectum sustentat. Laudem istam egregio artificio extulit Redemptor noster, quādo apud Matthæū dixit: *a Confiteor tibi Pater, quia abscōdisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater; quoniā sic placitum est ante te:* Lucas *b* verò Euangelista addit, antequam hæc diceret, exultasse illum in spiritu: Tantam siquidem humilibus, quos ipse præ omnibus diligebat, per reuelationē diuinorum mysteriorum à Patre exhibitam norat celsitudinem, vt ad huius rei considerationem pręgladio exultauerit in spiritu: ac tum pro eximia, quæ illis præstita erat gratia, Patrem suum laudarit, eidemve gratias egerit, simulq; indicauerit, tātum laudis ex hac reuelatione in ipsam humilitatē prouenire, vt pro hac potissimum humilibus summopere sit exultandum, maximæq; æterno Patri referendæ sint gratiæ. Porrò reuelatio mysteriorum cælestium fistula quodammodo est gulæ existentis in collo humilitatis: vnde factum est, vt humilibus creditum sit Euangelium, & exhibitio verbi Dei ad fideles pariter, & ad infideles: quod aperte significauit Apostolus, cum diceret: *c Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt cōfundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt: vt ea, quæ sunt, destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius:* ac de semetipso loquens, qui præ humilitate aliquando dixerat, *d* se minimum Apostolorum, & indignum, vocari, Apostolum, ait: *e* vocatum se per Dei gratiam, vt reuelaret filium suum in ipso, vt euangelizaret illum in Gentibus: illudve *Euangelium* quod quasi cibos in stomachum Gētium traijciebat, *f* haud esse ex homine, *sed per reuelationem Iesu Christi*, innuens profecto, per reuelationem sibi præstitam, quasi per gulam à se Apostolorum minimo Euangelij verbum diffundi in Gentes: Atque adeo bene vniuersis, qui istis diuinorum verborum cibis animam suam, aliosve nutrire peroptent, suadet, vt primò humiles sint; quò intra collum humilitatis prędictam habere queant reuelationem, ac veram sapientiam, per quam cibi illi traijciūtur, dicens: *g Nemo se seducat: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens:* ac si dicat: Nemo sit, qui se in errorē abduci sinat, existimās, nutriri se posse cibis cælestium mysteriorū, ac pane verbi Dei per scientiam illam, quæ inflat, atque per sapientiā mundi: quinimo si istiusmodi sapientia inflatus videatur in hoc sæculo, necesse est, vt præ humilitate stultum se se exhibeat, ad hoc, vt intra hoc humilitatis collum gulam habeat veræ sapientiæ, per quā prędicti traijciuntur cibi. Quod sub alia metaphora in illis verbis Psalmi, *h Educens nubes ab extremo terræ*, significatū censuit Origenes homil. 5. in Ierem. Proph. dicens, nubiū nomine illos in sacris litteris designari sanctos, per quos verbum Dei prædicatur, quive diuinorum mysteriorum notitia prędtti sunt, qualis erat Moyses, qui quasi nubes loquebatur: *i Attende cœlum & loquar: audiat terra verba oris mei:* si enim non fuisset nubes, numquā dixisset: *Expectetur vt pluuia, & descendant vt ros eloquia mea.* Quòd si sancti isti sunt nubes, inquit Origenes, cum dicitur Deus educere nubes ab extremo terræ, illud designat, vt si velimus nubes fieri, ad quas perueniat veritas Dei, & per quas descendat pluuia diuinorum eloquiorum, nouissimi omniū fiamus, & tam affectu, quàm opere dicamus: *K Puto enim, nos Deus Apostolos nouissimos ostendit*. Id verò omne necesse est, quia reuelatio non est, nisi vbi est humilitas.

Quinta deniq; eiusdem humilitatis laus ex ipsa colli metaphora designata, exinde sumitur, quòd collum per arteriā, & guttur, quod intra se habet externum aerem ad intima demittit, quo refrigerantur præcordiorum æstus, & internum item spiritum ex ipsis pręcordijs emittit per respirationē, & expirationem, eodemq; spiritu est pręcipuus vocis, ac locutionis effector. Enimuero id in primis humilitas habet proprij, vt è cælis diuinæ gratiæ attrahat auram, qua æstus concupiscētiæ in anima refrigerantur: ideoq; Dominus apud Isaiam, in humilibus duntaxat, ait, requiescere spiritum suum, quem norat per humilitatis collum ab illis attractum, atq; demissum. Quin & per eamdem humilitatem, per quam Spiritus sancti aura refrigerantur animæ præcordia, efficitur pariter, vt ex ipsis præcordijs diuino amore feruentibus ardētissimi cælū versus mittantur affectus contritionis, reuerentiæ, dilectionis, ac sanctorum desideriorum, tamquam æstuantes spiritus. Hos spiritus, è corde suo emissos per humilitatis collū suscipi à Domino exoptabat puer ille sanctus Azarias, vnde & dicebat: *l In spiritu humilitatis, & in anima contrito suscipiamur à te Domine*: de huiuscemodi quoque spiritu loquebatur, & Regius Propheta, cū diceret: *m Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet:* Hoc deniq; spiritu, hisce ardentibus affectibus ex intimis præcordiorum per collum humilitatis emissis efficitur, vt eadem ipsa humilitas vocis, ac orationis sit causa. Enimuero, si rem ipsam perscrutemur, reperiemus, haud aliam potiorem orationū, quas Deo fundimus, esse causam, quàm istā: quia agnoscentes miseriam, egestatem, ac vilitatem nostram, preces ad Deum fundimus, à quo auxilium omnes speramus, & cui nos præ humilitate subijcimus, spiritū emittentes contritionis, prout apertè in præstantissima illa Danielis oratione, quæ habetur in cap. 9. Prophetiæ illius, obseruare fas est. Atqui quemadmodum tunc vehementior è gutture prouenit vox, quādo vehementior ex eodem gutture emittitur spiritus: Ita & qn̄ vehemēs spiritus contritionis cęterorumq; ęstuantiū affectuum ex humilitatis collo emittitur, tam magnus est precum sonus, tamq; vehemens orationum vox, vt altissimos penetret cęlos, iuxta illud Ecclesiastici: *n Oratio humiliantis se penetrat cælos.*

Quoad secundum: Per adhibitam turris Dauid similitudinem nō modo amplificatur cœptum humilitatis piæ animæ encomium, aliæq; insuper in eamdem conferuntur laudes: sed etiam docetur, qualis demum sit vera humilitas, propter quam humilis dici quis debeat. Turrim porrò Dauid, ad quam humilitatis collum comparatur, duobus modis hoc loco accipere possumus. Primò propriè eam turrim, quam in prima expositione ostendi, magnificētissimè à Rege Dauid erectam super montem Sion. Secundo metaphoricè pro humanitate Christi, quam nouimus eumdem Dauid in Sion, atq; in Ecclesia construxisse, quando Christus ipse *o factus est ex semine Dauid secundum carnem*,

Per humilitatē tamquam per collū cibus diuinorū, mysteriorū & panis verbi Dei traijcitur in mentis stomachū. Simile.

a Matt.11 25. — b Luc.10.21. — c 1.Cor.1 27. — d 1.Cor.15 9. — e Gal.1.15 — f Gal.1.12 — g 1.Cor.3 18. — h Psa.134 7. — Origenes. — i Deu.32.1

DE ANIMA

k 1.Cor.4 9.

Per humilitatē impetratur diuina gratia, ardentesve ex intimis emittūtur affectus, ut prę cor.

l Dan.3.39 — m Psal.50 19. — n Eccl 35 21.

Turris Dauid duplex

o Rom.1.3

DE ANIMA.

num: quãdo filius Dei *a* factus est nobis *turris fortitudinis à facie inimici*: quando, & in medio vineę *b* domus Israel, ac domus Iuda Paterfamilias turrim ædificauit: turrim profectò ædificatã ad Talpioth, idest, ad documenta, seu ad disciplinas: Vnde & de seipso dixit aliquãdo Redemptor noster filius Dei, & filius Dauid: *c Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*.

a Psal. 60. 4 *b Isa. 5. 2.* *c Matt. 11. 29.*

Si similitudo de propria turri Dauid sumatur, quinque aliæ ad præexpositas adijciuntur laudes, quibus mirum in modum amplificatur encomium humilitatis animæ illius, quæ sponsa est Christi.

Humilitas perfecta nititur virtutibus, super quas fundata est.

Prima est, quòd sicut turris illa Dauid haudquaquam in loco demisso, sed super altum mõtem Sion extructa est. Ita & ipsa talis animæ humilitas nequaquam super abiecta, ac detestabilia peccata, aut super naturalium rerum vilitatem fundata est, sed super celsitudinem virtutum eximiarũ. Enimuero duplex esse potest humilitas: Altera, quæ ex ijs oritur, quæ in nobis vilitatem abiectionem, & deformitatem præseferunt, quam Bernardus humilitatem veritatis appellat, idest, quã veritas parit miseriæ, quæ in nobis est: & hæc haud certè multum eminens est, quamuis & bona tunc sit, cũ illam ante Deum erigimus ex nostri cognitione: non multum tamen eminens est, quia est ex necessitate. Eminens verò maxime est altera humilitas, cui nos adscribere possumus nomẽ affectionis, ab eodem Bernardo vbi supra vsurpatum, licèt in sensu aliquantulum à sensu Bernardi diuerso, quæ super virtutum celsitudinem fundata est, quatenus qui in excelso virtutũ culmine reperiuntur, ex affectu ardentis charitatis Deo se, suasve virtutes subiiciunt, in quo sita est veræ humilitatis essentia, fatentes, se nullius esse meriti, virtutesve suas ante Dei oculos esse, *d* tanquam pannum menstruatũ, vt dicitur apud Isai. Prophetam. Talis extitit humilitas Pauli, qui, cum per specialem Dei gratiam segregatus fuisset à Domino in Euangelium, & in Apostolatum, in quo & plus ceteris Apostolis laborauit, bonum certans certamen in agone virtutũ, super has nihilominus gratias, super & celsissimas virtutes ita turrim extruxit humilitatis, vt diceret: *e Nouissime omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi: Ego enim sum minimus Apostolorũ, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiã Dei*: Super quæ verba egregie Chrysostomus: Vide, inquit, extenuandi verbis quàm large sit vsus: visus est, inquit, mihi veluti abortiuo, minimo Apostolorum, & ipso nomine Apostoli indigno. Nec his est contentus: ne enim verbis humilis tantum videretur, causas etiam, & rationes adducit, quòd abortiuus quidem sit, quia Iesum postremus vidit: quòd Apostoli nomine sit indignus, quia Ecclesiam sit persecutus. Talis est sponsæ humilitas, quæ instar pulchri colli super altum virtutum corpus elata est, quæve instar turris Dauid super excelsum item virtutum montem exædificata est, ita vt iure optimo de ea id psalmi intelligere fas sit, quo dicitur: *f Fundamenta eius in montibus sanctis*: fundamenta siquidem, quæ sunt ex causæ, & rationes è quibus sponsæ sese demitti, nitũtur, & sunt in montibus sanctitatis, atque in virtutum celsitudine.

Humilitas duplex, & veritatis, & affectionis. *Bern. ser. 42. in Cãt.* *d Isa. 64. 6* *e 1. Cor. 15. 8.* *Chrysost.* *f Psal. 86. 1*

Ex hac prima humilitatis laude sequitur, & secunda per eamdem turris Dauid similitudinẽ designata. Sicut enim per hanc similitudinem ex prima pulchri colli conditione, ex eo nimirũ, quòd erectum sit super altum corporis bustum, commẽdatur sponsæ collum. Ita & hoc quoq; in piæ animę humilitate celebratur, quòd, cum super sanctitatis, ac virtutum montem fundata sit, in altum pariter instar illius turris erecta est, quò ab omnibus conspici possit, vt etiam ijs, qui essent à longe, conspicua reddatur: prout & turris Dauid adeo in altum erecta est, vt per multa passuum millia ab iter agentibus videretur. Sunt enim nõnulli, qui, cum sint virtute præditi, humilitatem super ipsam virtutis celsitudinẽ fundant, sese demittentes, suamque vilitatem, & abiectionẽ prædicãtes: At hanc, quam ipsi prædicant, suam abiectionem, & vilitatem nequaquam alijs ita conspicuam volũt, vt opinionem de ea certam concipiant, atq; adeo sæpius obseruare est, complures ex iis, qui sanctitatẽ profitentur humilia, quidem de se proferre, peccatores, atq; sceleſtos se prædicare, & indignos, qui coram Deo inter sanctos conuersentur, quæ tamen ab aliis obiecta audire nequeunt, quin excandescant de quibus profectò dici haudquaquam potest, quòd eam ipsam humilitatem suam, quã fundarunt super montes sanctitatis, in altum quoque erexerint, vt ipsa erectione sua similis ea esset turri Dauid, quæ super montem Siõ fundata nedum, & ædificata, sed & in altum pariter erecta est ad hoc, vt vniuersis conspicua esset. Humilitas, quæ commendari solet à sponso, quæve est vera humilitas, istiusmodi habet erectionem, vt in alios quoque sui ingerat opinionem: vt is, qui huiusmodi construit humilitatẽ, facto ipso ita se gerat, vt alii quoq; credant, in eo idipsum esse abiectionis: idẽve & ei obiiciant, quod intrinsecus ipse de se sentit, & prædicat etiam extrinsecus: vtve hoc maxime appareat, & in hoc præcipuũ suum collocet studium. Talis extitit humilitas Regis Dauid, qui de spontanea sua vilitate illusos, protinus respondit: *g Ludam, & vilior fiam plusquàm factus sum, et ero humilis in oculis meis*: Ludam, inquam, vt illudat: Talis fuit, & præstantissima B. Mariç humilitas, ad instar turris Dauid erecta, cum, instar feminarum reliquarum, *h* purificationis legem seruans, post Christi partum per quadraginta dies ab ingressu templi abstinuit: factoque ipso ceteris pariter persuasum voluit, se instar ceterarum mulierum peperisse, atque adeo purificatione indigere. Talis deniq; & eius animæ, quæ sponsa est Christi, esse censenda est humilitas, & idcirco bene ob hãc erectionem celebratur, diciturve propterea similis turri Dauid.

Sua demissionis censum, vt omnes videat volutates, quibus sui ma humiliatur. *g 2. Reg 6 22.* *h Luc. 2. 22*

Tertia quoq; laus rotunditatis, quæ, & secunda conditio est pulchri colli, ex hac ipsa similitudine in eamdem humilitatem collatam intelligere debemus: vt & collũ istud spirituale omnimoda rotunditate designetur insigne, sicut excelsa illa turris Dauid, ob istud etiam maxime spectabilis erat, quòd ad amussim erat rotunda.

Humilitas perfecta rotũda idest cõtinua, et absq; vlla cessatione & i quouis tempore.

Simile.

Porrò quemadmodum id rotundum dicimus, quod cõtinuata circulari linea mẽsuratur, quve, & perfectũ est, quatenus figura circularis perfectionis est symbolum. Ita & spiritale humilitatis collũ in Christi sponsa laudatur ex rotũditate ob id, qđ perfecta, continua, & absq; vlla cessatione, aut intercapedine sit, Verum enimuero inueniũtur plerіq; qui in aliquibus quidem actionibus humiles se exhibent, in aliis verò non item: Sunt qui huic humiliari se volũt, illi verò nequaquam: sunt, qui temporibus quibusdam humilitatem profitẽtur, aliis verò minimè: Sunt deniq; & complures, qui speculatiue quidem humillimi sunt, practice autẽ neutiquam tales esse comprobantur, planè similes *i* Nabuchodonosor, qui, cum in somnis stat uã illam ingentẽm vidisset, agnouissetque vtilitatem pedum

Simile. *Humilitas erecta in altum erigit* *Humilitas duplex, speculatiua, & practica* *i Dan. 2.*

pedum fictilium, in quos exigua petra decidens, totam statuam in puluerem redigit: vix tamen eui gilans tantæ recordabatur eius statuç vilitatis. Ita enim & isti, etsi propriam vilitatem intrinsecus agnoscant, & fateantur, dū eam mente reuoluunt, cum tamen aliqua se se obtulerit occasio, vt istiusmodi cognitionis indicia exhibeant, vtve coram alijs vilitatem suam profiteantur, illius omni obliti videntur. Horum planè humilitatis collū handquaquam rotundum est. Rotunditatis perfectæ laus ei competit humilitati qua sponsa decora est, quæ in omni loco, & tempore in qualibet actione, & coram quibuscunq; continuata exhibetur serie quæve, & vndecunque potest, demittendi animi arripit occasionem, prout sanctum Abraham fecisse, legimus, qui, cum non haberet, vnde se humiliandi ansam arriperet è vita, quam vndique diuinis beneficijs, & gratijs decoratam intelligebat, ad naturam confugit, vt coram Deo, atque etiam coram vniuerso orbe se se demitteret, dicens, a puluerem se esse, ac cinerem: quæ eius verba expendens Chrysostomus homil. 23. in epistolam secundam ad Corinthios: Quoniam, inquit, non habebat peccata, quæ diceret, sed vndique bonis operibus fulgebat, circumcursans, & nihil contra se inueniens, ad naturam ipsam cōfugit, & quoniam terræ nomen videtur quodammodo honestum esse, cineris addidit: Et bene (annotant aliqui) simul, & cinerem, & terram conjūxit, ad maiorem sui vilitatem ostendendā: ea enim duo coniuncta ad nil boni inseruiunt, quæ tamen ambo separatim multis rebus vsui sunt.

a Gen. 18. 23.

Chrysost.

Quartam insuper pulchri colli conditionem, nempe rectitudinem præstantissimo modo in spiritali hoc piæ animę collo humilitatis reperiri per eamdem turris Dauid similitudinem, comprobatur. Si quidem contingere potest, vt collū aliquod sit erectum, sed vel ex natura sua, vel ob superuenientem aliquam fluxionem sit distortum. Eadem que ratione euenit frequentius, vt animæ collum sit super virtutum actus fundatum, & erectum in altum per humilitatis exhibitionem externam, videaturque rotundum, & continuata humiliationis frequentatione perfectum: quod tamen distortum sit, vel ex primæ intentionis principio, vel ex superueniente superbiæ stimulo: Neque enim omnis, qui se humiliat, humilis est, vt ait Bernardus: Quanti, inquit, humiliantur, & humiles nō sunt? Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alijque libenter. Primi rei sunt, sequentes innoxii, vltimi iusti. Qui dicere potest: b *Bonum mihi, quia humiliasti me*; is verè humilis est, non potest hoc dicere, qui inuitus tolerat, minus qui murmurat: c *Est qui nequiter se humiliat* (dicit auctor lib. Ecclesiastici) *& interiora eius plena sunt dolo*: & hi sunt, qui tantùm exterius humiles sunt, non interius, vbi propriè humilitas residet in affectu: horū certè interiora plena sunt dolo, simulata nimirum nequitia, & hypocrisi, de quibus Saluator noster ait, d quòd veniant *in vestimentis ouium, intrinsecus autem sint lupi rapaces*. Superbia quoque frequenter in ipsa se interserit humilitate. Adeò gloriosa res humilitas, dicit Bernardus tractatu de gradibus humilitatis: qua & ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilescat. Istorum profectò omnium humilitas turri Dauid comparari minime potest, quæ, nedum distorta non est, sed ita est recta, vt nec tantillum distorsionis ferre queat, quin illicò ruina prosternatur, & corruat: atque adeo egregie huic potissimum turri cælestis sponsus solidissimam animæ dilectæ suę comparat humilitatem, vt hanc illi inter alias conferat rectitudinis laudem: quippe quæ ad ipsum vnum tota directa sit, neq; vllatenus ferat, vt vel ad dexterā manis gloriæ, vel ad sinistram hypocrisis ea detorqueatur.

Humilitas vera recta est, idest ex recta intentione procedens.

Humilitas multiplex.

Ber. serm. 42. In Cāt.

b Psal. 118. 71.

c Eccl. 19. 23.

d Matt. 7. 15.

Bernar. Gradu 9.

Quod denique in hac turris Dauid similitudine adiicitur; *Quæ ædificata est cum propugnaculis*: vel iuxta alias lectiones: *Quæ ædificata est ad Talpioth*, idest ad documenta, seu, ad disciplinas, vel in altitudines orium; quintam exprimit eiusdem rectæ, ac perfectissimæ humilitatis, colliue spiritualis laudē: ea verò sita est in eo, quòd pia anima non modo in se humilis est; at & alijs quoque documenta præbet eiusdem humilitatis, idque non verbis dūtaxat, sed & factis. Qui enim verè humilis est, is demum optimus est doctor humilitatis, in omnibus & dictis, & factis suis tanquàm quoddam illius exemplar se exhibens, dans operam, vt vniuersa, quæ agit, aut dicit, sint altitudines oriū, ex alto scilicet humilitatem prædicantia. Quæ certè documenta rectè comparantur, & propugnaculis turris Dauid, & collaribus pulchrum puellæ collum ambientibus: nam & instar collarium ipsum exornant humilitatis collum, & tanquam propugnacula super eamdem humilitatis turrim erecta ad hoc potissimum inseruiunt, vt ex eis contra spirituales nequitias, & aereas potestates, contra spiritus superbiæ, & inanis gloriæ propugnetur.

Humilitas vera efficit plane animam exemplar humilitatis.

Quamquā autem laudes istę omnes eximiæ admodum sint, quæ, & per colli metaphoram, & per similitudinem turris Dauid, quatenus turris illa propriè sumitur, in tantæ sponsę humilitatem conferuntur: multò tamen earum omnium prę̄stātior illa est vna, quę per eamdā similitudinem designatur, quatenus eadem turris Dauid symbolicè sumitur pro humanitate Christi Iesu, prout supra notatū est: Cūm verò dico, turrim Dauid symbolicè appositā pro humanitate Christi, illius humilitatem designatam intelligo, quę in illa apparuit. Bona humilitas, inquit Ambrosius, quæ etiam in Christo laudem virtutis inuenit. Hanc in illo plus veneror, quàm creationem: quia creati ad laborē sumus, redempti ad quietē: Bona humilitas, quæ nihil appetendo, totū, quod contemnit, adipiscitur. Ipse Dominus *Iesus se humiliauit*, vt nos eleuaret: e & humiliauit *vsque ad mortem: propter quod exaltauit illum* (inquit) *Deus, vt in nomine eius omne genu flectatur*. Quāta fecit Dominus, audeo dicere, & nō flexi ei genu? Sed flexi ei, postquam se humiliauit, sic enim, hoc est per humilitatem, per crucē sibi Ecclesiam congregauit: Turris porrò ista, hęcue humilitas Christi Iesu quoad ēnumeratas omnes humilitatis prærogatiuas, primum exemplar extitit omnis humilitatis, quin & ad hoc in primis hæc turris constructa videtur, teste ipsomet Redemptore nostro, qui cū multa de virtutibus vniuersis, multa de beatitudinibus, multa de Regno cęlorū, multa deniq; & de diuina docuisset maiestate, humilitatis nihilominus magis, quàm prędictorum omniū doctorem se exhibuisse asserit, dicens: f *Discite à me quia mitis sum & humilis corde*: non cuiuscunq; humilitatis præbens documenta, sed internæ, & veræ humilitatis, affectionis, & cordis. Quid dico doctorem? primum quoq; eiusdem humilitatis exemplar exhibuisse se, innuit, quando post lotionem pedum iterum recumbens, dixit: g *Si ego laui pedes vestros, Dominus, & magister vester, & vos debetis alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*. Si primam vis prærogatiuam sum-

Humilitas & humanitas Christi quæ turris Dauid.

Ambr. ser. 14. in Psa. 118. vers. 3.

Humilitas Christi, & perfecta.

e Phil. 2. 8.

Christi humilitas primum exemplar humilitatis.

f Matt. 11. 29.

g Ioan. 13. 14.

DE ANIMA.

fundationis super excelsum virtutis, & sanctitatis montem: Quid anima ipsius sanctius, quem vidimus plenum gratiæ, & veritatis; Quid diuinitate sublimius, cui eadē humanitas vnita est hypostaticè? Si secundam item quæras erectionis in hac sublimitate, audi Apostolum, eam tibi digito propemodum indicantem, cum ait: a *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo*: æque est enim ac si diceret, Qui eamdem habens cum Patre naturam, cū posset sibi connaturalem cum Patre æqualitatem vindicate, & sine iniuria, ac rapina tribuere, quò humilitatis nobis præberet exemplum, exinaniuit semetipsum, & vsque adeo deiecit, vt nostra causa hominis, atq; serui naturam assumpserit. Si rotunditatem in eadem turri, perfectamq; eiusdem humilitatis continuationem quis exposcat, audiat eumdem Apostolum: b. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, & mortem crucis*; Quod enim addit, *Vsque ad mortem*, talem vim habet: In tota vita sua, singulis momentis, coram quocūque genere hominum, & in vniuersis actionibus suis humiliauit semetipsum vsque ad mortem: Quòd verò dicit; *Factus obediens*, postquam dixit; *humiliauit semetipsum*; quartam in ea ipsa eius humilitate innuit extitisse prærogatiuam rectitudinis: nā ob id humiliasse se illum, significat, vt humilitas sua ad Patrē tota directa esset, propter cuius obedientiam se humiliabat, vsque ad humillimam, & ignominiosissimam mortē Crucis: Cum ergo piæ animæ dicitur: *Sicut turris Dauid collum suum quæ ædificata est cum propugnaculis*: exinde illius humilitas extollitur, quod primo humilitatis exemplari, humanitati, seu potius humilitati Christi ea maxime sit similis, in ijs præsertim prærogatiuis, quæ iam expositæ sunt, & per quas præstantissime in ipsam redundāt laudes. Sed si præallatam Apostoli prosequamur sententiam, summam omnium laudem per hanc ipsam similitudinem in eamdē sponsæ humilitatem collatam reperiemus: Immediatè enim post verba illa, *Vsque ad mortem crucis*, quæ profundissimam omnium demissionem in Christi humilitate designant, subijcit Apostolus: *Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris*. Per quæ quidē verba præclarus ob oculos nostros proponitur circulus in Christo exhibitus, à summa celsitudine initiū habens, per infimum demissionis habens processum, ac demum in summam æque celsitudinē desinens. Quantum habuit celsitudinis, tantum humilitatis (ait Chrysostomus) vicissim subijt: E throno Dei, in quo æqualis erat Patri, ad abiectissimā sese demisit crucis mortē: ex infimo isto humilitatis gradu, & propter demississimam istam abiectionem, iterum vna cū ipsa humilitate sua is, ipse qui formam serui acceperat, vnaque cum hominis habitu ad diuinum honorem euectus est, ita vt in ipso eius humilitatis nomine Iesu omne genu flectatur, latriæ adoratione illum adorans: omnisque & lingua confiteatur, illū in gloria esse Dei Patris, vtpote c sedentē à dextris Dei, vt dicitur in Euangeliū secundū Marcū, & ad illū ipsum diuinitatis thronum, vnde circulus cœptus fuerat, per eamdem humilitatem redijt, prout Angelorū illorum voce significatum est, qui, vt habetur in libro Apocalypsis, in circuitu throni, & animalium voce magna clamarunt: d *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem*, &c. Deum itaque spirituale piæ animæ collum, eiusve humilitas per similitudinem ad turrim illam Dauid, ad humanitatem, & humilitatem Christi extollitur, ex simili etiā circulo illa celebratur, & asseritur, esse quodammodo illi similis, & in summa demissione, & etiam in summa exaltatione, quin & proportionē seruari in exaltatione humilitatis animæ, iuxta illius demissionem, sicut & proportio seruata est in exaltatione humilitatis Christi, iuxta eius demissionem. Quia enim humilitas Christi cœpit à demissione ex diuinitate, forma, & æqualitate Dei ad formam serui, & in similitudinem carnis peccati: ideo debita proportione ex forma serui, & peccatoris, ad celsitudinem diuinitatis, & throni Dei euecta est, & proportionatus conclusus est circulus. Pari ratione, quia humilitas piæ animæ, ac sponsæ Dei è maximarum virtutū culmine, in quo ingentem cum Dei sanctitate habebat similitudinem, ad id imi sese demisit, vt coegerit animam, se fateri iniquam, peccatricem, pœnarumque omniū dignā: idcirco debita pariter proportione ad consessum cum Christo euehitur, & ad celsitudinem gloriæ, illi planè sua proportione similem, prout ipsemet pollicitus est in Euangelio dicens: e *Vado parare vobis locum, & iterum veniam, & accipiā vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis*, & magis ad rem nostram, in libro Apocalypsis, vbi ait: f *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno, sicut & ego vici, & sedi cū Patre meo in throno eius*. Quo loco particula, *sicut*, non dicit æqualitatem, sed similitudinem participationis: Victoria verò, quæ tantam exaltationem meretur, victoria est ipsius humilitatis contra superbiam, quam g initium omnis peccati prædicat auctor libri Ecclesiastici.

Tertium superest explicandum, quod in principio propositum est: Quomodo eadem sint, quæ tam gloriosam exornant humilitatem, instar torquium, atque monilium, eamdemque instar clypeorum, & omnis armaturæ fortium exarment, dum ea ictibus impellitur superbiæ, & inanis gloriæ. Quis enim explicet, quantis impulsibus iactetur anima, quæ ad turrim confugit humilitatis? Cetera vitia, seu perturbationes vniformes, ac simplices esse noscuntur, (ait Cassianus) superbia verò, & vana gloria, quæ humilitatem ipsam impugnant, multiplex, multiformis, ac varia, vndique bellatori, & ex omni parte victori occurrens: Nam & in habitu, & in forma, in incessu, in voce, in opere, in vigilijs, in ieiunijs, in oratione, in remotione, in lectione, in scientia, in taciturnitate, in obedientia, in humilitate, in longanimitate militem Christi vulnerare conatur. Et paulo superius. Hic morbus, (inquit) cum pro elatione carnali pulsauerit mentem, & fuerit responsionis scuto repulsus, rursus, & quædam multiformis nequitia, priore habitu, personaque mutata, sub virtutum specie victorem confodere, & iugulare persentat. Quæ cum ita se habeant, quis dubitet, optimè instructā turrim ipsam humilitatis esse oportere, non vno quidem, sed multiplici scuto, vt contra varias, ac multiplices ictus humilis anima congruentem, promptumque in illa habeat clypeum, quem arripiat, quove, & se tueatur, & contegat: Vnde præclarè admodum ad subiectam turris Dauid similitudinem, adijcitur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*. Omnis quippe armatura eorū, qui fortes in ipsa sunt humilitate, in clypeis sita est: neq; enim

qui

Margin notes (left): a Philip. 2. — b Ibidem. — Simile. — *De humilitatione Christi ... exhibitus est circulus* — Chrysost. hom. 7. in epistol. ad Philip. 2. — c Marc. 16.

Margin notes (right): DE ANIMA. — d Apoc. 5. 12. — *Humilitas piæ animæ laudatur ex circulo facto ab humilitate Christi.* — e Io. 14. 3. — f Apoc. 3. 21. — g Eccl. 15. — *Humilitatis turrim quantis ictibus impugnet pia anima dicitur.* — Cassia. lib. 11 de instit. cap. 3. — Cap. 4.

DE ANIMA.

qui humilis verè eſt, offendere quempiam poteſt vnquàm: neque aliud quærit armaturæ genus, quàm clypeos, qui adhoc potiſſimum inſeruiunt, vt operiant, & protegant; quamquam, dum pendent è turri, ad id pariter ijdem inſeruire conuincantur, vt ornamento ſint turri, non ſecus ac torques collo. Tota difficultas hac in re ſita in eo eſt, vt inueniatur, & explicetur, quinam ſint iſti mille clypei: ac quomodo ijdem & ornamentum ſint colli ſpiritualis, & armatura pariter turris etiam ſpiritalis, vnius nimirum humilitatis. At facile id eſt inuenire, cum facillimũ ſit explicare, quonam ornamento decoretur humilitas, quodve ſit decus, & gloria animæ humilis. Porrò vniuerſa humilitatis gloria in Deo ſita eſt, *a* in quo vno gloriatur frater humilis in exaltatione ſua: *b Qui gloriatur*, inquit, Paulus, *in Domino glorietur: non enim, qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat*, ideſt, cui decus glorioſiſſimum Deus eſt, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum: Quin Deus ob id potiſſimum eſt ornamẽtum, & gloria humilitatis, quod ita ipſam exornat, vt ſalutem, tutelam, ac protectionem animæ conferat humili, pro ſcuto ei deſeruiens, & pro mille clypeis contra quoſcunque incurſationum impetus: Quod non obſcure fatetur Dauid humillimus in Pſalmo, deſcribens primum violentos impetus his verbis: *c Quouſque irruitis in hominem* (infirmum me ſcilicet, ſimplicem, atque humilem:) *interficitis vniuerſi vos, tamquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ*: exiſtimantes nimirum, me humilitate contegi tamquam pariete inclinato, & macerie depulſa, cum tamẽ ea inſtar fortiſſimæ ſit turris Dauid, è qua mille clypei pendent: omnis armatura fortium. Hoc namque explicat, cum ſubiicit: *Verumtamẽ Deo ſubiecta eſto anima mea*: quod idem eſt ac ſi diceret: Perſiſte in turri humilitatis, quando in hoc eſſentialiter humilitas ipſa ſita eſt, quod per illam anima ſubiecta ſit Deo, (vt docet Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei) & ſubiicit modum, dicens: *Quoniam ab ipſo patientia mea*, ideſt ſpes omnis, & expectatio ſalutis meę ab eo pendet. Hoc namq; propriũ habet, quæ vera eſt humilitas, vt quantum in ſe deijcitur, tantum in Deum ſpe firma ſubleuetur, quantum deficit deſperatione ſui, tantum proficiat confidentia Dei. Affertque rationem, quã rẽ tam tuto in prædicta humilitatis turri permãſurus ſit: *Quia ipſe Deus meus, & Saluator meus, adiutor meus, non emigrabo*, ideſt, non mouebor de meo ſtatu, non vacillabo, ne labar: Et ſubdit immediate, eumdem Deum, & pro mille clypeis è turri humilitatis pendentibus ſibi inſeruire, & prò torquibus collum eiuſdem humilitatis decorantibus, dicens: *In Deo ſalutare meum, & gloria mea.* Quod ſi quis velit apertiùs, ſcuti appellatione ſignificatum illum ipſum videre, quem Dauid & ſalutare, & adiutorem & protectorem ſuum dicit, legat in libro ſecundo, Regum carmen quod cecinit idem Dauid, & reperiet eum ſic nuncupatum primò, vbi dicitur; *d Deus fortis meus ſperabo in eum, ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ*, & altera vice inferius: *Scutum eſt omnium ſperantium in ſe:* Si etiam afferri quis optet locũ ex ſacris litteris, vbi Deus, qui inſtar clypeorum ſalutis animã humilem operit, & inſtar quoque monilium eamdem exornare dicatur, manifeſtus ille eſt apud Iſaiã, vbi humilis hac de re exultans, ait: *e Gaudens, gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam*

Deus ipſe vt dicitur è turri humilitatis quaſi mille clypei, & omnis armatura fortium et quaſi monile, ac torques.

a Iaco. 1. 9
b 2. Cori. 10. 17.
c Pſa. 61. 4
Humilitas quid ſit. Auguſtin. lib. 14. c. 3
d 2. Re. 22 3. & 31.
e Iſa. 61. 10

A *monilibus ſuis*: Animæ quippe humili, vt propriæ ſponſæ Deus & corona eſt, & monilia.

Itaque huius humilitatis encomii paraphraſticus, breuiſque ſenſus, iuxta ea, quæ hucuſque expoſita ſunt, is eſt.

PARAPHRASIS.

Rup. Abb.

Humilitas tua, quæ ſpiritale collum tuum eſt, quia toti virtutum tuarum corpori ſupereminet, celſiſſimoque Deo capiti tuo proxime inhæret, eumdemque Deum ſuper virtutum corpus ſuſtentat, id omne acceptum illi referens, quod in ſe virtutis extiterit: quamquam idipſum quod Deum ſuſtentat, exinde habeat, quòd à Deo ſuſtentetur & ipſa, à quo deriuatos accipit totius roboris neruos; ſicut & collum item à capite quoque ſuſten-
B tatur, dum neruis conſtat, qui à capite deriuant, dumvè ſpiritibus animalibus mouetur, & ſentit, quos certum eſt, ex capite prouenire: Collo item ſimilis; quia eius naturæ eſt, vt quamquam in ſuſtentando Deo ſit fortiſſima; ita tamen ſe habet, vt ad ima quæque ſeſe deflectat facillimè, quin & quod maius eſt, Deum ipſum, dum eum tam valide ſuſtentat, ad humillima deflectit. Et quia per ipſam in mentis ſtomachum cibi traijciuntur diuinorum myſteriorum, & panis verbi Dei per diuinam reuelationem, quæ locum in ea obtinet gulæ intra collum exiſtentis. Ac demum, quia per eã ſancta è cęlis ad cor demittitur aura gratiæ, qua intima refrigerantur præcordia, ſimulque è corde ipſo eminus contritionis, & charitatis ſpiritus
C cœlum verſus producitur, per quem loquela cauſatur orationis. Spiritale, inquam, *collum* iſtud *tuum* humilitatis omnibus decorum eſt conditionibus ijs, quibus decorum eſt & collum carneum, atque adeo pulcherrimum dici debet, cuius pulchritudo ex ſimilitudine *turris Dauid* percipitur. Super montem enim virtutum fundatum ideſt, ſicut turris illa ſuper montem Sion, ſuperque prædictum montem, æque ac eadem turris in altum erectum vniuerſis conſpicuam efficit vilitatem tuam, cui nititur. Nec ſolùm erecta hæc tua eſt humilitas; ſed & rotunda eſt, inſtar eiuſdem turris, & recta, rotunda ob continuatam humiliationis perfectionem, recta verò ob rectam, quæ eam
D comitatur, intentionem. Ac ſicut illa turris *ædificata eſt cum propugnaculis, & ad documenta.* Ita & collum iſtud tuum quaſi cum quibuſdam eſt & collarium pinnaculis, & propugnaculis, humilibus nimirum verbis, & factis, tamquã exemplar quoddam propoſitum, virtutem edocens humilitatis. Sed & multò præſtantior, ac pulchrior eadem ipſa humilitas tua eſſe conuincitur per id, quod myſticę illi turri Dauid ſimilis quoque eſt, humilitati Chriſti, ſimilis enim ſuo modo & illi eſt in erectione, in rotunditate, atque in rectitudine, & doctrina: Similis planè & ĩ celſitudine, ſicut & in demiſſione. Ac merito tamquam fortiſſimam turrim collum iſtud, humilitatemque erectam decines, cum innumeri ſint eius aduerſarii, qui ipſam
E compellere, & conquaſſare validiſſimis tentationum ictibus nituntur. Quos certè minimè times, quandoquidem, ſicut e turri illa Dauid *mille clypei pendent, omnis armatura fortium*: Ita & tu loco protegeris, quem loco mille clypeorum, omniſque armaturæ fortium ex ipſa humilitatis turri pendentem habes, in quo & gloriaris, gloriam tuam ipſum reputans, decuſve illud omne ex eo deſumens, quod collum è pendentibus deſumit margaritarum monilibus.

DE ANIMA. | DE ANIMA.

ALTER SENSVS.

De Obedientia vt spirituale est animæ collum.

QVia non humilitatem duntaxat, sed & obedientiam quoque piæ animæ in hac sententia comendari, dictum est in principio huius tertiæ expositionis, postquam ea exposita sunt, quæ ad humilitatis encomium pertinebant, reliquum est, vt & illa breuiter explicentur, quæ in eius obedientiæ laudem redundant. Ac primò notandum, quam recte vno eodemque encomio & Prælati commendentur (vt probatum est supra in expositione secunda) & subditorum obedientia; quandoquidem, nec obediens esse quis potest, qui primùm sibi ipsi præesse nesciat: nec prælaturam bene exercere quis valet, qui in obedientia non sit apprime versatus.

Collū typus aptissimus & prælatorū, & obedientiæ.

Ad rem itaque venientes: Quòd per sponsæ collum illius obedientia designetur, quatenus collū est, quod iugo subijcitur, satis iam in primo capite explicatum est, in tertia expositione alterius encomij eiusdem sub eadem colli metaphora, quo dicitur: *a Collum tuum sicut monilia*; Verùm, cum encomium istud, quod hoc loco in illius laudem cōtextum est, multò sit eo, quod iam relatum est, & præstantius, & efficacius, exactius singulæ explicandæ sunt dictæ obedientiæ laudes, quæ vel per colli metaphoram, vel per allatam designentur turris Dauid similitudinem.

Obedientia q aptè designetur per metaphorā colli.

a Cant.1.10

Ex colli igitur metaphora, prima quæ colligitur eius laus, summa est eminentia super virtutes omnes, illi propemodū similis, quam collū super omnia habet humani corporis membra. Eminentia porro ista exinde conspicua redditur: nam tātò eminentior est aliqua virtus, quantò præstantius bonū quis ex illa contempserit propter Deum, & quantò nobilius donū per eam Deo confertur; at, cū ex tribus bonorum generibus, quæ ab homine propter Deum contemni queunt, quæ ve eidē Deo exhiberi possunt, bonis exterioribus, bonis proprij corporis, ac bonis propriæ item animæ, præstantiora bona sint animæ, inter quæ supremū locum tenet voluntas, ac intellectus: profectò absq; vlla dubitatione inferendū est, ipsam obediētiam eminētiorem ceteris esse vniuersis virtutibus, qua voluntas propria vna cum captiuatione etiā proprij intellectus & contemnitur propter Deum, & Deo pariter offertur, eminentior, inquam, moralibus virtutib. ijs, quę, veluti in corporis busto sunt, non ijs, quæ tanquam in capite ipso sunt fixæ, ac propterea Theologicæ nuncupantur.

Obedientia quo eminētior sit cæteris virtutibus.

Hæc verò eminentia multò fit euidētior per id, quod in secundam illius laudem redundat, ex eadem colli metaphora: Sicut.n. collum ita eminentius est toto corporis busto, vt celsissimo iunctum sit capiti: ac proinde idcirco etiam reliquis membris est eminentius; quia præ illis proxime eidem inhæret capiti. Eadem ratione & piæ animæ obedientia ita virtutibus reliquis est eminentior, vt altissimo Deo iuncta sit, illi ve, vt capiti totius aīæ inhæreat proxime, idq; per vnionē proprię volūtatis cū voluntate eiusdē Dei: quin & propter hoc ipsum tantā ea habet eminentiā, vt in ea vnione voluntatū, quæ per ipsam fit, ad Dei celsitudinē proxime accedat cōpleaturq; Ill, qđ per Apostolum dicitur; *b Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo*; id quod æque per celsissimam fit charitatem.

Obedientia quā proxima sit Deo.

Simile.

b 1. Cori. 6.17.

Tertia laus est, quod eumdem Deū sustentat super vniuersa virtutum, ac bonarum operationum mole: ipsa vna est, quæ quasq, virtutū operationes cū Deo connectit, seruatq; connexas, æque, ac collum cetera mēbra capiti connectit, quod sustentat

Obedientia connectit cū Deo oēs actiones virtutis, faciteq illas meritorias.

A super vniuerso corpore. Ecquæ.n. virtutis operatio Deo accepta esse potest, quæ per obedientiā illi nō sit annexa? Quid actib. Religionis, oratione, & sacrificijs Deo pōt esse acceptius, cum per ea is adoretur, ac veneretur? Et nihilominus, ni per obedientiā ei iungantur, illa ipsa ingratissima ei sunt, & instar membrorū, quæ à capite sunt disiuncta, flaccida, mortua, atque ēt fœtidissima, prout aperte contestatus est Samuel, cum Sauli dixit: *c Nūquid vult Dominus holocausta, & victimas: & non potius, vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quam victima, & auscultare magis, quàm offerre adipem: quoniam quasi peccatū ariolandi, repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Quid fœtidius idololatria? obedientia bonum B opus quodlibet meritorium reddit; quia dum illud cum Deo nectit, vitam à Deo, vt à capite colla tam ei defert.

c 1. Re. 15. 22.

Porrò si attentius inspiciamus, qua ex parte collum potissimum sustētet caput, animaduertemus, ea ex parte id ab eo fieri, quæ posterior in ipso est, & ignobilior esse videtur, qua nonnihil dedecoris ei inferri videtur, cum impositum defert iugum. Sic autem spirituale istud obedientiæ collum ea ex parte, qua Prælatorum imperiis subditum est, & iugo subiectum, quod primò aspectu minorationis, ac vilitatis cuiuspiam indicium præsefert, Deum ipsum suum sustentat caput, illud semper stabile obtinens, quod ad Prælatos dictum à Deo C est: *d Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit*: adeò vt caput ipsum suum abijcere Deum tuc se existimet anima obediens, cum Prælatorum iugum ex obedientiæ collo quoquo modo deijci cōtingat; quod Dominus Samueli exploratum voluit, cum ei dixit: *e Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.*

Obedientia Deū sustentat caput aīa, quatenus subijcit illam iugo Prælatorū.

d Lu. 10. 16

e 1. Re. 8. 7

Id verò, quod quintam eiusdem laudem designat, ea est carnalis colli natura, qua cum fortissimum alioquin id sit in capite sustinendo, facillime nihilominus ad quodlibet mentis imperiū & se deflectit ad ima, & eleuat ad excelsa, & ad partem quamlibet flexibile est: quin & caput ipsum in eam secum inclinat, vel erigit partem, in quam D mouetur. Sic quippe & vera obedientia fortissima est & in Prælatorum iugo ferendo, & in Deū, eiusve legem sustentando: adeo vt propterea audacter pia anima dicat: *f Et custodiam legem tuam semper in sæculum, & in sæculum sæculi*: *g Parata sum, & non sum turbata, vt custodiam mandata tua*; & aliàs: *h Superbi inique agebant vsquequaq;* (vt ę scilicet caput meū è meo deijcerent obedientię collo) *à lege autem tua non declinaui*: &, *i Funes peccatorum circūplexi sunt me* (ad idipsum videlicet) *& legem tuam non sum oblitus*: & *k Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua*: *l Multi, qui persequuntur me, & tribulant me: à testimonijs tuis nō declinaui.* At verò, quę E tam fortis hac est in sustentatione; promptissima nihilominus est ad nutum quēlibet superioris, ac Prælati, in quo, tanquā Dei capitis sui mentem obaudit loquentem, vt se vel per studium erigat cōtemplationis; vel ad ima demittat vitæ actiuæ: vel ad ea, quæ à dextris, vtpote ipsi animæ suæ placentia, se deflectat, vel ad ea se inclinet, quæ sunt à sinistris, eidem animæ ingrata, ad ardua, & quę propriæ contraria sunt volūtati. Quin & eadē facilitate, qua se ad prædicta oīa mouet, & caput quoq; suū sibi defert vnitū, ad eadē Deum secū erigens, atque inclinās, vtpote cooperatorem, adiutorem, ac inspectorem singulorum, quæ ab se fiunt.

Obedientia quo, simul & durissima sit, & maxime flexibilis.

f Ps. 118. 44

g Et 60.

h Et 51.

i Et 61.

k Et 87.

l Et 157.

Sexta denique laus eiusdem obedientiæ designata

gnata item per colli metaphoram exinde deducitur, quod collum ipſum eſt inſtrumentum vocis, ac locutionis per arteriam, quã vocant aſperam, & per guttur, quod intra ipſum eſt. Sic quippe & per ſpiritale collum obedientiæ cauſantur voces, atq; loquelæ, eæque grandes, elatæ, & cum iubilo, & exultatione, vtpote de inſignibus, & frequentib. victoriis, ac propterea in libro Prouerbiorum dictum reperimus: *a Vir obediens loquetur victorias*, non vnam, ſed innumeras, quaſi in ſingulis actibus conſequitur contra multiplices ſibi vel conſilio, vel actu ipſo obſiſtentes, quaſve de ſe ipſo in primis defert, atque illas pariter, quas de Deo reuehit, prout alias hac de re pertractatum eſt ſæpius in ſuperioribus, ac præſertim in expoſitione verborum illorum verſ. 4. cap. 3. *Tenui eum, nec dimittam*, &c.

Obedientia eã eſt vocũ victoriarũ multiplicium.

a Pro. 21. 28.

Pag. 456.

Quidni verò iugiter victorias loquatur, & habeat vir obediens, cum in fortiſſima obedientiæ depugnet turri? Idcirco enim obediẽtia ipſa, quæ ſpiritale eſt animæ præ collum, *ſicut turris* eſſe aſſeritur: quia reuera obediens quiſque quocumque in opere, quod ſibi aggrediendum ſit, præſertim cum anceps aliqua in re eſt, ad obedientiam confugit; tanquam ad validiſſimam turrim, intra quã ſimpliciter id, quod ſibi iuſſum eſt vel à Deo, vel à Prælato, operè perficiens, ſumma tutiſſimus eſt confidentia: ita vt in ſe id experiatur, quod per Sapientem dictum eſt: *b Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter.*

Obedientia quomodo ſit turris.

b Pro. 10. 9.

Nec abs re factum eſt, vt talis obedientia ſponſæ non cuicũque turri comparata ſit hoc loco, ſed vni *turri Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis*, ſiue, *ad talpioth. i. ad diſciplinas*, ſeu, *ad documenta*, vel, *in altitudines*, aut, *tumulum orium*: Per hanc namque ſpecialem turrim ſex aliæ in eam, quæ extollitur, conferũtur laudes; ita vt, etſi breue iſtud videatur eius encomium, maximum tamen illud ſit, & efficaciſſimum, duodecim complectens eiuſdem præconia.

Prima laus erectionis eſt, & celſitudinis. Enimuerò ex eo, quòd turris illa Dauid ſuper excelſum montem Sion extructa, adeò erecta eſt in altum, vt conſpicua vniuerſis, & ſpectabilis vndequaque eſſet vel etiam à longe: deſignatur, ſanctæ animæ obedientiæ turrim ita ſuper ſanctum virtutũ mõtem exędificatam per mandatorum impletionem; vt in altum quoque valde erecta ſit per promptitudinẽ, & hilaritatem, ac celeritatem, qua omniũ oculis ſit ſpectabilis, vt maxime excelſa. Siquidem, quæ ſponſa Chriſti eſt, anima ſancta non ſimplici impoſiti operis impletione contenta eſt, ſed altius hanc euehit obeditionem, vt non verbis contradicat: quin & promptitudine, & hilaritate, ac celeritate, qua Prælati implet præceptũ, manifeſte vniuſcuiuſque oculis patefacit, ſe & ſubiectione voluntatis, & captiuatione intellectus, vt rem optimam illud opus exiſtimare, quatenus imperatũ ſibi eſt.

Obedientia erecta, promptitudine, & hilaritate omnibus ſit conſpicua.

Talis obedientiæ erectionẽ egregie deſcribit Bernardus libro de præcepto, & diſpenſatione poſt initium, in his verbis: Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, neque contenta anguſtiis profeſſionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne, quod iniũgitur, ſpontanea, vigore liberalis, alacriſq; animi modum non conſiderans, in infinitam libertatem extenditur.

Secunda laus eſt perfectæ rotunditatis, qua & turris illa Dauid maxime ſpectabilis erat, & pulchro puellæ collo inſignis confertur decor. Porrò in ſpiritali obedientiæ collo rotunditas, quæ egregio decore inſignitur, continuata, ac perfecta perſeuerantia eſt. Anima. n. ſancta cuicumq; obtẽperat Prælato, tametſi diſcolus aliquis ſit, iuxta Apoſtoli conſiliũ: *c* cuicunq; eorumdẽ præcepto iugiter obſequentẽ ſe præſtat, ſiue id aſperum ſibi videatur, ſiue videatur ſuaue. Rotunda vero dici haud põt obedientia, quam circulus non ambit, nulla interruptione diſſectus, qualis illa eorũ eſt, qui ſuauia iubentib. obtemperant, iubentib. verò aſpera, & iniucunda nequaquã: de qua idem Bernardus vbi ſupra. In ipſa, inquit, obedientiæ via tibi fortaſſis aliqua dura, & aſpera occurrere poſſunt, vt accipias interdũ præcepta nonnulla, quæ, licet ſalubria ſint, minus tñ ſuauia eſſe videntur: Hęc ſi moleſte cęperis ſuſtinere, ſi dijudicare Prælatum, ſi murmurare in corde, ſi etiam exterius impleas, quod iubetur, non eſt virtus obedientię, ſed velamen malitiæ: Non eſt rotunda (dic tu) obedientia iſta, ſed diſtorta.

Obedientia perfecta rotunditate, & æqui animi cauſa ſit.

Bern. 10. a.

c 1. Pet. 2. 18.

Tertia laus eſt rectitudinis; Neque. n. ſolum rotunda erat turris Dauid, ſed & ad amuſſim recta, quale & pulchrum collũ debet eſſe. Rectitudo obedientiæ in rectitudine eſt intentionis, qua obeditur non propter metum, aut humanũ aliquem reſpectum, ſed propter Deum duntaxat, ad illum ſic directa, vt, etſi homo ſit is, qui præcipit, nõ ad hominem tñ diſtorta ea ſit, ſed ad Deum tendens, cui in illo homine præſtatur obſequium, ſic. n. rectitudinem in obedientia intelligendam, declarat Paulus, cum ait: *d Obedite Dominis carnalibus cũ timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus.*

Obedientia quõ recta debeat eſſe.

d Eph. 6. 5.

Quarta laus per id deſignatur, quod de turri Dauid dicitur: *Quæ ædificata eſt cum propugnaculis*; Quod. n. propugnacula ſunt turri illi; quodve collaria puellæ collo præſtant, hoc obedientiæ & turri, & collo lex humana præſtat, atq; diuina; hoc mandata ſunt Domini, ea namque ſic ſuper obedientiam eleuata vir habet obediens, vt ex illis, tamquã ex prę fortibus propugnaculis depugnet, conſternatque impedientes quoſlibet, iiſdemve ſic, tamquam collaribus, quaſi pulchrũ ambitur collũ, vt ab illis exornata, intra illa concluſa ſeruetur, non egrediens illorum limites, eademque ipſa præcepta ſunt, & diſciplinæ illæ, & illa documenta, ad quę ædificata dicitur turris Dauid: in iis quippe ediſcendis, & docendis anima Chriſti ſpõſa totũ ſuum collocat ſtudiũ, obedientiã ſuam exhibens exẽplar verę, ac perfectæ obeditionis, adeo vt de hac quoq; eius obedientiæ turri dici id poſſit, quod ſecundũ aliquos de turri Dauid aſſeritur in iis verbis, iuxta hebraicã lectionẽ: *Quæ ædificata eſt ad Talpioth, i.* in altitudines, ſeu ad tumulũ orium. i. quæ ædificata, & erecta in altum eſt lapidibus in formam oriũ exciſis, quatenus ſingulę actiones, quas diuinis, vel humanis præceptis obtẽperans exhibet, & ex quibus quaſi lapidibus turris ipſa erigitur, oris formam habent, ita vt ſuo more loquantur, æque ac ſi ora haberent.

Obedientiã exornant, fortẽq; reddũt lex diuina, & humana.

Vir obediẽs exẽplar eſt obedientiæ.

Per id deniq; quod vltimo loco adijcitur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiũ*: quinta eiuſdem deſignatur laus: laus, inquam, copiæ armorum, quibus inſtructa eſt, quatenus turris fortiſſima eſt: laus & torquium, atque monilium pretioſiſſimorum, quibus exornata eſt, quatenus ſpiritale eſt collum ſponſæ. Porrò quemadmodum ipſa ſibi ornamentũ eſt, mille, ac plurium moniliũ, prout apertè ab eodem ſignificatum eſt ſponſo

Obedientia alia, obediẽti deſeruit pro torquibus & mille clypeis et omnis armatura fortium

DE ANIMA.

cum in cap. primò, in altero eius encomio dixit: *a Collum tuum sicut monilia*: vt latius ibi explicatũ est in tertia expositione: ita pariter intelligendum est, ipsam sua sibimet esse arma, clypeos præsertim, in quibus est omnis armatura obedientiũ, qui rectè & fortiũ vocabulo designantur, quã præ forti hac armati sunt armatura, qua certissimas eas ipsas obtinent, *b* quas loquuntur victorias: quã & tanta pollẽt fortitudine, vt *c* meritò fortissimo expugnatori Vrbium præferantur in lib. Prouerb. Præclare aũt, cum de hisce armis fit mentio, hoc pacto dicitur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: nam re vera vir obediens in turri obedientiæ obedientiam ipsam, quasi mille pendẽtes clypeos habet paratam, quam arripiat pro defensione cuiuslibet operis sui: quàve, instar durissimorũ, atque fulgentiũ scutorum cõtra quoscunque objiciat, qui sibi obsistere nitantur obtemperanti. Si. n. quis eum impedire tentauerit, ne mandatum impleat opus, reijcit subitò illum clypeo obediẽtiæ. Sic Petrus. cum reliquis Apostolis Principi sacerdotum conanti ipsos impedire, ne impositum prędicationis Iesu Christi munus exercerẽt, respondit: *d Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*. Si quis de eius ambigat operatione, haud aliam validiorem habet rationem, qua illã, ac se defendat, quam scuto obedientiæ: Sic filij Ionadab, cum propinatum sibi vinũ à Sanctissimo Propheta bibere nollẽt, clypeo isto suam defendere actionem; dicentes: *e Non bibemus vinum, quia Ionadab pater noster præcepit nobis, &c. Obediuimus ergo voci patris nostri in omnibus, quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum nos, & filii nostri, & mulieres nostræ cunctis diebus nostris*. Quæ rõ ita sanctum conuincit Prophetã; vt & ea ipsa eorũ obediẽtia, qua illi pro scuto vsi sunt, accepto nimirũ è turri obedientiæ, è qua mille tales dependent clypei, ipse pro iaculo pro gladio, ac pro omni armatura fortiũ vsus sit ad viros Iuda, & habitatores Ierusalẽ conuincẽdos, prout videre est in loco citato: & ẽt de Deo ipso per eamdẽ victoriã eos reuexisse, ostenderit, dicens: *f Pro eo, quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, hac dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus*.

Super enumeratas istas oẽs obedientiæ laudes animæ illius, quæ spõsa est Dei, sexta, atq; vltima est eiusdẽ laus, quæ ẽt per allatã designatur similitudinem, quatenus turris Dauid mysticè sumitur pro obedientia Christi filii Dauid, seu ẽt pro ipsomet Christo, qui rectè & turris Dauid dr̃, quatenus factus est dauid secundũ carnem: & prima obedientiæ turris, quatenus ex obedientia carnẽ ex Dauid sumpsit, seque instar turris erexit veniẽs in mundum, prout in illius persona Dauid ipse testatus est in his verbis, quæ sic referuntur ab Apostolo: *g Ideò ingrediens in mundum dicit: h Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi holocaustomata & pro peccato tibi non placuerunt, tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptũ est de me: vt faciam Deus voluntatem tuam*. Laus igitur ista in eo sita est, quòd ad id perfectionis euecta sit, vt primæ sit planè similis obedientiæ Christi in erectione, in rotunditate, atque in rectitudine. Erexit .n. Christus Dominus illam super excelsam Crucem: rotundã quoque, atq; in summa perfectione continuatã, ac perseuerantẽ eamdem exhibuit ibidem, qñ circulum continuatæ obedientiæ, quã in vniuersa vita haud æterno patri duntaxat, sed & Matri quoque carnali, & Ioseph. præstitit, conclusit in morte. Rectitudinẽ verò illius in eo patefecit, quòd quicquid per obedientiã à se peractum est propter cęlestem Patrem factũ est, ad illumve directũ ipsa sua est obedientia: hoc namque significauit, cũ & in citato Psalmo dixit: *Vt facerem voluntatem tuam. Deus meus, volui*, idest ad te vnum semper obedientiã meam direxi. Et in Euangelio: *i Non sicut ego volo, sed sicut tu*. Quæ omnia breuiter Paulus expressit in his, quæ sæpe retuli verbis: *K Christus factus est pro nobis obediens* (haud dubiũ quin Patri intelligat, cui moriens is dixit: *Consummatum est*; id omne scilicet, quod præcepisti, quod & signo euidenti testatus est, *l* inclinando caput, cum eidem obeũtem tradidit Spiritum *vsque ad mortem* (en rotũditatem) *mortem autem Crucis* (en erectionem.) Bene autem de mystica turri ista Dauid dicitur, & quòd *ædificata* fuerit *cum propugnaculis*, & quod *mille clypei pendeant ex ea omnis armatura fortium*.

Enimuerò propugnacula, cũ quibus ea ædificata est turris obediẽtię Christi, passiones ipsę sunt, flagella, spinæ, persecutiones, de quib. Apostolus, dicit: *m Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam*: atq; adeo bene pro propugnaculis in Originalibus Hebr. & Sept. est dictio Talpioth, quæ disciplinas sonat, vel ẽt documẽta. Neque. n. Christus Dominus per ea, quæ passus est, didicit ipse tantùmodo obedientiam, sed & alios quoque eamdem docuit, tamquã obedientiæ exemplar, in cruce ante omnium oculos propositum, quod & Paulus in præcitato loco subiecit, cũ addidit; *Et consummatus* (per consummatam videlicet, ac perseuerantem obedientiam, quã Patri exhibuisse se, fassus est, cũ moriens dixit: *Consummatum est*) *factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ*, idest factus est causa salutis iis, qui obedientiã suã obedientiæ ipsius cõformare studerẽt, iuxta id, q̃ clarius fortasse significauit & Petrus, cũ in principio primæ Epistolæ suæ ait, se scribere *n electis ex præcognitione Dei Patris, in sanctificationem spiritus* (sic habent Græca) *in obedientiã, & aspersionem sanguinis Iesu Christi*, idest, vt Iesu Christo, è cruce per obedientiam pendenti, tanquam vero obedientiæ exemplari adstantes, illiusve sanguine aspersi, obedire & ipsi discerent, sicque obedientes Magistri vestigia sequerentur, vt prorsus etiam ipsi, si opus esset, non abstinerẽt, quin proprium sanguinem pro illo effunderẽt, qui suum pro totius mundi salute. Factus obediẽs vsque ad mortem effudit in Cruce. Vnde clarius ipsemet Petrus, hoc explicans alias dixit. *o Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius*. Porrò clypei, & omnis armatura fortium, quæ ex hac turri obedientiæ Christi pendere dicuntur, ipsa sunt Christi vulnera, ipsa eius flagella, opprobria, alapæ, spinæ, & singula, quæ is tunc præsertim passus est, cum turrim ipsam erexit in Cruce, quos clypeos prõptissimos certè habet vnaquæque anima obediens, vt cõtra insultantes quoslibet obiiciat pro defensione & & sui ipsius, & eorum omnium, quæ ex obedientia ab se fiunt, iisdemve ita armatæ stant fortiter, contra eos vniuersos, qui obedientiã impugnant, vt & pro gladio, & pro iaculis, & pro pharetra, sagittisve sibi inseruiant, adeo vt non egeant armatura alia, iuxta illud Petri; *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, vt iam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuatis*.

Paraphrasticus istius obedientiæ Sponsæ, breuisque eorum omnium, quæ in eius explicatione dicta sunt, sensus hic est.

Obedien-

Margin notes: a Cã.1.10 · b Prou.21.28. · c Pro.16.32. · d Act.5.29 · e Iere.35.6 & 8. · f Ier.35.18 · *Obedientia perfecta piæ animæ similis obedientiæ Christi.* · g Ps.39. · h Heb.10.5 · *Obedientia Christi vsquequaque perfecta extitit, estque exemplar veræ obedientiæ.* · i Matt.26.39. · k Phil.2.8. · l Io.19.30 · m Heb.5.8 · n 1.Pet.1.2 · o 1.Pet.2.21. · *Vulnera, et passiones Christi sũt clypei, & oĩs armatura fortium animæ obedienti.* · 1.Pet.4.1. · PARAPHRASIS.

DE ANIMA.

Obedientia, quæ *collum tuum* spiritale est; tum quia, instar colli carnei toto corpore virtutum est eminentior, vt mihi Deo capiti tuo præ virtutibus reliquis proxime inherens per vnionem volūtatis tuę cum voluntate mea, quā & super vniuersa virtutū mole sustētas, vitam, ac meritum ad virtutes singulas ex me deferens: tū quia exinde me ipsum sustentat, quòd iugo subiecta est Prælatorum, in Prælatis me venerans; æque ac collum ex ea parte caput sustentat, qua iugo subijcitur: tū quia instar eiusdem colli, etsi fortissimè se habeat in sustentādo me caput suum super virtutum corpus, flexibilem, tamen se exhibet, & paratissimā, vt se incliner, quocunque Prælati suadeat iussio, inclinans pariter me Deum, quem secum defert semper comitē, & adiutorē: tum quia per eam ęque ac per collum causatur loquela multiplicium victoriarum suarum: Obedientia, inquam, ista tua, quę tibi, quatenus spiritale collum est, victoriarum suggerit voces, est tibi sicut firmissima turris, in qua tuto te seruas, & ad quam confugis quocunque in opere: atque adeo iure optimo, *sicut turris Dauid* dici debet: tum quia non solùm instar pulcherrimi colli erecta, rotunda, ac recta est; sed & instar turris Dauid, quæ super montem Sion in altū erecta, est maximeque spectabilis, & rotunditate, ac rectitudine insignis, super virtutum montem & ipsa fundata, per alacritatem, quam in obsequendo exhibet, erecta est omnibusve conspicua: per continuatam perseuerantiam rotunda; recta est per intentionē, quam semper in obsequēdo directā habes in me.

Quod si turris illa Dauid *ædificata est cum propugnaculis*, multosque clypeos, omnem armaturā fortium pendentes habet ex se: turris pariter obedientiæ tuæ legē habet diuinā, atque humanam, quibus, instar propugnaculorum circundatur: ac instar collarium, collum exornantium ambitur, quas, cum & discat, & doceat semper, ad disciplinas, seu ad documēta quoq; vt turris illa ædificata dici dēt. Ipsaq; sibi ipsi est & pro mille clypeis, & pro omni armatura fortiū, sicut & quatenus collū spiritale, ipsa quoq; sibi est & monilia. Ex ea, tu, quę obedientissima es, prōptos arripis clypeos, quib. vnamquamq; tuam defendas actionē. At, quod his omnib. præstantius censendum est, eadē adeo insignis est, vt sit valde similis, accedatq; quā maxime ad mysticam ēt turrim Dauid, obedientiam Christi filii Dauid secundū carnem, quæ super excelsam crucē erecta, omnibusve spectabilis facta, perfectissimā rectitudinem in eo exhibuit, quod ille propter me cæleste Patrem suū obediēs factus est, & obediēs vsque ad mortē, quo rotundissimū in ipsa turri consummauit circulū, quam turrim tibi pro obedientię exēplari assumpsisti, depugnās per documenta, quæ ibi tradita habes perfectæ obeditionis, paratosve ex illa assumens pendentes mille clypeos, vulnera, flagella, & opprobria illius, quibus te, tuasve defendas actiones; atque etiam vniuersos tibi obsistentes confodias, ac si ea essent iacula, gladii, & omnis armatura fortium.

Vers. IV. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

a Prou. 18.10. QVod de nomine Domini sapiens inquit Salomon: a *Turris fortissima nomen Domini;* *Michaelis Ghislerii.*

A *ad ipsam currit iustus, & exaltabitur*: idipsum & de B. Virginis oratione dici verissime posse, ea, quæ in præsenti eiusdē orationis encomio affertur turris Dauid similitudo, suadet: Nomen quidem Domini turris fortissima est, quatenus inuocatū: oratio verò B. Virginis turris & ipsa est, sed quatenus inuocat & deprecatur: At, tam ad istam, quàm ad illud accurens exaltatur, & quasi in alta turri sublatus à suis hostibus protegitur; quamquā nonnihil sit discriminis in ijs, qui ad vtramq; harum turriū confugiunt. Enimuerò ad turrim nominis Domini iustus accurrere dr̄, vtpote qui dignus sit inuocare illud: b *Nemo* enim *potest dicere*, vt decet, *Dominus Iesus*, ait Apostolus, *nisi in Spiritu sancto*, B i. nisi is sit in gratia, atq; adeo iustus: & c *Quicūque inuocauerit nomen Domini, saluus erit*. Ad alterā turrim istam non modo iusti, sed & peccatores cōfugiunt, & fortasse multo magis peccatores, quā iusti, quia ipsi virgini peculiariter hoc præstitum in cęlis est, vt apud filium Aduocata sit peccatorū, sicut Iesus filius eius Aduocatus est apud Patrem. Et fortasse haud à veritate aberrabimus, si dixerimus, idcirco ad turrim Dauid potius, quā ad turrim aliam eius orationē hoc loco assimilatam, cū è vestigio ad turrim in genere comparatū videamus nomen Domini, quia Dauid, à quo turris illa erecta est, peccator extitit, & sanguinarius, vt Dauidis nomen fiduciam, peccatoribus præberet ad istiusmodi turrim confugiendi, tanquam ad pro- C prium Asylum.

Vt autem tota istius tātæ turris encomii vis percipiatur, singula exactius discutiēda sunt, id quod est moris nostri in tam insignibus enucleandis encomijs. Primò itaq; videndū quid cōgruētiæ hæc Beatæ Mariæ Virginis oratio habeat cum puellæ collo: Tum, quanam in re sita sit vis allatæ similitudinis: Tertiò, quæ sint huius turris propugnacula, qui clypei, & armatura fortium.

Ac quoad primum quidem, quatuor reperio inter collum, ac Virginis orationem congruentias. Prima, eaque ceteris manifestior, quod per ipsam, æque ac per collum emittuntur voces precū, quas Virgo benedicta promit ad Deum: Secūda, quod D per orationis studium, quatenus continet orationem non tantùm vocalem, sed & mentalem, quæ & quædam cordis loquela est, Gloriosa Virgo meditationi indulgens se pauit, dum istam præsentis sæculi degeret vitam, & se nunc quoque pascit in cælis, quemadmodum per collum pariter pascitur & corpus, dum per gulam, quæ est colli pars, in stomachum transmittitur cibus. Tertia, quòd sicut per collum sustentatur caput, quod & erectum vniuersis exhibetur spectandum. Ita & per orationes, quas Deo pro hominibus promit, suam charitatem, quæ caput ipsius est, caput, inquam, totius corporis virtutum eius, Virgo sancta sic erectam sustentat, vt cunctis manifestam eā E reddat: quandoquidem in hoc potissimum hominibus suam erga illos exhibet, & ostendit charitatem, quòd iuges etiam pro peccatoribus effundit preces. Quarta demum, quòd, instar colli ad cuiuscunque animæ deuotæ inclinatur necessitatem, & in quamcumq; partem similiter flectitur, ad excelsa quidem filiū compellans regnātē in cęlis, ad ima pariter, ea, quæ is in terris passus pro peccatoribus est, eidem repræsentans, ad dexterā & ad sinistram, dextram, sinistramve mammam illi ostendens, quem ijs lactauit vberibus.

Quoad secundum autem; haud dubium, quin sit simil[illegible] toto turris, & specialiter turris Dauid ad extollendā eādē Marię orationē. Porrò

DE B. MARIA

Oratio B. Marię turris Dauid.

b 1. Cor. 12.3.

c Ro. 10.13

Maria aduocata peccatorum.

Oratio B. Mar. quas cōgruētias habeat cū collo.

Oratio B. Maria quā turris Dauid.

DE B. MARIA

istius similitudinis vis in eo sita mihi videtur: quod sicut turris illa super montem Sion in Ierusalem, ac prope templum Domini erecta erat, vt omnes, qui ad templū accedere voluissent, à longè illam aspicerent, ac tanquam à pharo viam ab illa edocerentur, qua tenderent. Ita & ipsa B. Virginis oratio in sancta, cælestive Ciuitate Ierusalē, ac super cælestem illū montem Sion prope Deū erecta est, quem Ioannes *a* ait esse templū Ciuitatis illius, vbi exaltata super choros Angelorum, celsissima Dei genitrix, & iuges ad Deū ipsum suum directas pro nobis erigit preces, quę tanquam pharus & ipsæ viam nos edocent, qua ad illd ipsum templum tendendum sit. Atque adeo bene & de hac quoque spirituali turri id dicitur, quod, iuxta hebraicam lectionem de turri Dauid asseritur, quæ ædificata est ad Talpioth, idest ad disciplinas seu ad documenta (vt in prima expositione) ex ipsa.n. discimus, & docemur, per ipsam ad Deū nobis tendendum per spem orationū tantæ Virginis, ac meritorū eius, ad quæ tanquam ad excelsam turrim oculos conijcere, per eadēq; transire debeāt, quotquot ad cælestem illud templum accedere velint.

a Apoc. 21. 22.

Quę profecto merita sunt propugnacula, illa cū quibus eadem Virginis oratio, instar turris Dauid ædificata dr; sublimioribus .n. illis existentibus, & tanquam collaria quædam pulcherrime illam, vt collū spiritale est, exornant, & tanquā propugnacula eidē sunt, & vt est pariter turris spiritalis. Propugnacula sane erecta, atq; præfortia, è quib. quotquot ipsius Virginis deuoti sunt, contra quoscunque aduersarios propugnent, & contra Deum etiā sanctissimo deuotionis dimicent prælio.

Maria merita sūt propugnacula turris, & orationis eius.

Mille clypei, qui ex hac turri *pendēt*, mille sunt, atque innumera præsidiorum genera, quæ ab oratione tantæ Virginis parata nobis accipimus, quibus qualibet in tentatione, & in emergēti quacunque occasione, & necessitate nos ipsos quasi fortissimis protegimus clypeis; quib. & quasi omni armatura fortiū instruimur: quib. demum & quasi pretiosis torquib. ac margaritarū monilibus eadē exornatur oratio Mariæ, vt collum illius est.

Præsidia multiplicia sunt clypei pēdētes è turri orationis Mariæ, & torques eiusdē orationis, vt collum est.

Possent per mille clypeos, & omnem armaturā fortium, quæ pendere dicuntur ex prædicta turri, multiplicia illa intelligi armorū genera, linteamina, vincula, & alia huiusmodi, quæ pro diuersis gratiis acceptis appensa videmus in celeberrimis B. Mariæ templis, quæ ve communi, ac vulgari nomine Vota nuncupari Italice solent; pendentia ex turri illa orationis eiusdē Virginis, quæ instructa est ad disciplinas, seu ad docendū transeuntes: qm quicūq; ad hanc turrim aspexerint, viderintq; tā multa intercessionis eius monuméta, cognoscūt facile, quantū spei sit in Virginis præsidio collocādū.

In turri orationis Bea. Mariæ tot clypei pendent, quot votorū monumēta in illius tēplis appensa cōspiciuntur.

Vers. IV. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica; Et Princeps scholæ, qui erat magister tuus, fortis i iustitia, & magister operū bonorū, sicut Dauid Rex Israel, & per verbum oris eius ædificatum est seculū, & in doctrina legis, in qua laborabat, confidebat populus domus Israel, & vincebant in bello, quasi essent tenentes manibus suis omnia genera armorum fortiū.

Prælati, et Doctores tā sti sūt colla Ecclesiæ.

Communiori sensu sub Ecclesiastici colli metaphora cōmendantur in hoc versu sancti eiusdem Ecclesiæ Præsules, atque Doctores, Ita Gregorius Nyssen. homil. 7, Psellus, Cassiodor. Gregorius Papa, Philo Carpathius, Aponius, Beda, Anselm, atq; Richardus de Sancto Victore. Discrepant hi fere omnes inter se in modo explicandi hoc ipsum sensum, adhibitasve similitudines. Siquidem Gregorius Nyssen. homil. 7. post allatam peregregiam carnei colli descriptionem, per Ecclesiæ collū Paulum Apostolū intelligit, illosve, qui Paulo sunt similes, vt sunt sancti quique Prælati, atque Doctores: Siquis, inquit in se portat caput vniuersi, quod est Christus, ex quo omne corpus compingitur, & coniungitur, is in se proprie fert hoc colli nomen. Præterea si est caput spiritus, qui cor nostrū reddit igneum, & calefacit, & si per sonoram vocē deseruit orationi, habeat autem, & nutriendi operationem, doctrinam inquam, per quam toti corpori Ecclesiæ conseruatur virtus: imiteturque cōcinnam vertebrarū posituram, eo quod singulis, qui sunt in populo, per ligamentum ac vinculū pacem efficiant, ac diligant. Tale collum erat Paulus, qui portauit quidem nomen Domini factus Domino vas electionis, & ei adeo accurate adaptatū fuit caput, vt & quæcunque diceret, non amplius esset ipse loquens, sed caput eius loqueretur, prout indicauit Corinthiis, *a* Christum esse, qui in se loquebatur, & qui spiritu verbum dirigebat veritatis. Ita diuinis illius eloquijs omnino dulces fiebant fauces, vt qui per se totū nutriret corpus diuinis illis documentis. Quod si etiā quæras de vertebris; quis ita omnes compegit in vnū corpus in vinculo pacis, & charitatis? quis sic docuit caput inclinare in ijs, quæ sunt humilia, & abiecta, & se in omnem simul partem versare, & rursum cogere ea, quæ supra sunt, cogitando, & in obliquum circumspiciendo, se immobiliter conuertere in despiciendis, & cauendis varijs diaboli insidijs.

Gre. Nyss. Psellus. Cassiod. Greg. PP. Philo. Aponius. Beda. Anselm. Richar.

Greg. Nys. *Paulus Apostolus, & qui illi similes sunt Prælati, ac Doctores sunt collū Ecclesiæ.*

a 2. Corin. 13. 3.

Eos, qui tales sunt, turri à Dauid ædificatæ comparari, inquit Nyssenus, per Dauid Regem Deum intelligens Patrem Regis; quia is ab initio constituit hominē, vt esset turris, & non vt caderet: & rursus per gratiam eū ædificauit multis munitū clypeis, vt inimicorum insultibus non facile amplius posset inuadi: Latentes enim, ait, clypei in huiuscemodi collo, ac turri, non in terra siti, sed aerei, ac appensi in ipso considerati, & cum eis etiam hastæ potentium afferunt terrorem hostibus, adeo vt, ne omnino quidem audeant turrim inuadere. Existimo autem, eam clypeorū multitudinem in orbem circundatam, significare Angelorū præsidium, ostenditque idipsum iaculorum mentio: non enim absolute dixit *Iacula*, sed *fortium* adiectione designat eos, qui pro nobis depugnant, ita vt, quod dicitur, congruat cū eo, quod est in Psalmis: *b Castrametabitur Angelus in circuitu timentium Deum, & liberabit eos.*

Sācti sicut Prælati, ac Doctores, quę sunt sicut turris Dauid.

Collum denique animaduertimus niti super humeros: per humeros autem, quibus spirituale hoc Ecclesiæ nititur collum, intelligimus studia agendi, & operandi, per quæ nostra brachia ad suam operantur salutem.

b Psal. 33. 8. secundū Sept.

Collū spiritale Ecclesiæ nititur studio bene operandi.

Cassiodorus, triplicem ob causam Prędicatores commendatos hoc loco sub colli metaphora ait: Primò, quia cibos verbi Dei transmittunt in corpus. Secundò, quia vocem diuinæ prædicationis auditoribus proferunt. Tertiò, quia quasi mediatores sunt inter Christū, & reliquos, quos instruūt fideles, & quasi Christū caput corpori Eccl.

Cassiodo. *Prædicatores cur Ecclesiæ collū dicātur, & cur sicut turris Dauid.*

Ecclesiæ

APPENDIX.

Eccleſiæ coniungunt. Turri Dauid hos comparari, inquit; quia quaſi ſemper in bello ſunt, pro defenſione ſanctæ Eccleſiæ pugnantes. Per turrim Dauid. i. Chriſti manu fortis, vel viſu deſiderabilis (hæc. n. duo ſignificat, interpretaturque nomẽ Dauid) illos ſignificatos eſſe ait, qui vel ſcientia, vel operationis perfectione ceteris præeminent; Per propugnacula, diuinarũ ſcripturarũ ſacramẽta, de quib. veluti iacula procedunt, quibus aduerſariæ repelluntur poteſtates: Per mille clypeos, innumera intelligi, inquit, diuinæ defenſionis præſidia, quibus ſancta vallatur, ac defenditur Eccleſia: Per omnẽ armaturã fortium, omnẽ inſtructionem vel ſanctæ operationis, vel diuinæ prædicationis.

Greg. PP. *Prædicatores tur colla Eccleſia aliarũ Curuũ turris Dauid, etc.*

Gregorius Papa ob id pariter eoſdem Prædicatores per Eccleſię collũ deſignatos dicit, quòd collũ extendimus, quãdo hoſtes à lõge proſpicimus; ſicque illi procul venientes hoſtes ſanctæ Eccleſiæ ſpeculantur: Sicut autem turris dicuntur, ait, propter fortitudinem, & propter excelſam cæleſtium gaudiorum contemplationem, quæ turris rectè Dauid eſſe dicitur, quia Dauid manu fortis interpretatur, per quod Chriſtus ſignificatur, cuius eſt quicquid forte, & excelſum operantur. Cum propugnaculis turris Dauid ædificata dicitur; quia ſancti Prædicatores contra aduerſarios homines, ſi neceſſe eſt, miraculis armantur: contra autẽ vitia clypeis ſe muniunt: quia, ne ſpiritualibus hoſtibus ſuccumbant, virtutibus ſe defendunt. In quibus omnis armatura fortiũ pendet: quia quiſquis hoſtium cuneis fortiter reſiſtere vult, in eis exempla videt, quibus armatus hoſtes ſtrenue ſuperare valeat. Mille aũt hic pro perfectione ponit; quia in millenario numero oẽs numeri perfectè cõplent.

Phil. Car. *Turris Dauid eſt Chriſtus.*

Pari rõne & Philo Carpathius per turrim Dauid, cui ſancti Doctores aſſimilantur, Chriſtũ ſpõſum ſignificari, exiſtimat; eò quod ex Dauid ſecũdum carnem natus, ad genus humanũ protegendũ huc venerit. Cunctos. n. ait, Deus ad ſe confugientes, & ſuam opem implorãtes, turris inſtar ab omni malo defendit: atque adeo *a turris fortitudinis à facie inimici* dicitur in Pſalmo. Hæc porrò turris Dauid in Thalpioth, quod interpretatur altitudo, ædificata aſſeritur. Ac ſi quis eius noſſe cupit altitudinẽ, non modo in Deipara Maria humaniter eam ædificatam contempletur, verum ẽt ſupra cęlos in dextera Patris ſedentẽ videre tandem ſibi dari deprecetur. Ex electis illis mille clypeos pendere, inquit, & omnia iacula fortium, quia ipſi fidei inuiolabili clypeo tecti contra hæreticos, & vitioſos omnes acerrime pugnantes, & in hoſtem ipſum, & veritatis oppugnatores iacula ſalubriter intorquent: ſanctis enim actionibus muniti, intrepide certant, fortiter iaculantur, & inuicto animo mundum ſuperant, ac carnem: nec vnquam vitijs libera colla ſubmittunt, ſicque verè fortes, & ſcutum fidei, & lanceam charitatis venĩetibus aduerſariis opponunt.

a Pſa. 60. 4

Electi quãſi clypeos, & iacula habere dicũtur.

Beda. *Apoſtoli, & Prædicatores erecti inſtar turris Dauid, etc.*

Addit his Beda, Primũm, aſſimilatum turri collum ſponſæ, cũ Dominus primos Eccleſiæ magiſtros, data Spiritus ſancti gratia, hoſtibus ſuis fecit inſuperabiles: Addidiſſe eidem turri propugnacula, cũ aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & ſuæ verba prædicationis præcedentium Patrum dictis vera eſſe, probarent: Et etiam cum eiſdem faciendorum ſignorum dona contulit; vt nouis virtutum operibus diuina eſſe, quæ noua prædicabant, aſtruerent, ſanatiſque morbis corporalibus ad ſalutem animæ facilius, quos erudiebant, attraherent.

Secundum; Bene vbi ſpiritualis belli ſit mẽtio,

Michaelis Ghiſlerij.

A turrim Dauid in exẽplo boni, inquit, quia Dauid manu fortis, ſeu deſiderabilis viſu interpretatur: Rectè hoc nomine deſignatur, ibi eſſe Dñm, vbi bellare cõtra hoſtes Eccleſię docetur aĩa, vt eo imperterrita ad certamen procedat, quò ab illo ſe, qui vinci nequit, adiuuari meminit, eoque inſtantius vincere ſatagat, quo deſiderabilem nouit eſſe faciẽ eius, ad quem deuicto hoſte ſit peruentura.

In certamine citra hoſt' imperterrita eſſe debet pia aĩa ob Chriſti præſentiam.

Aponius.

Aponius quoque per Eccleſiæ collum ſanctos eius intelligit Prædicatores, eoſve omnes, qui per ſanctam vitam inter caput Eccleſiæ Chriſtũ, & cetera mẽbra conſiſtunt, ſimiles Moyſi, per quẽ Deus ad populum Iſrael, & ipſe loquebatur cum Domino; qui non recta ceruice ſuperbiæ, ſed incli-

Doctores, ac Prælati sũt collũ Eccleſiæ, & turdicãtur, ſicut turris Dauid.

B nato collo humilitatis incedunt ante Deum, & homines, ſicut de Moyſe ſcriptura teſtatur, *b Erat mitis, & manſuetus ſuper omnes homines.* Per id quoque, quòd huiuſcemodi collum dicitur ſicut turris Dauid, eidem Moyſi ſimiles eoſdem deſignari, inquit, quem turrim Dauid appellatum inquit, propterea quod Chriſtũ verum Dauid, ac manu fortem, in ſe, velut in turre requieſcentem, legemque populo promulgantem habuit. Quis enim, ait, alius manu fortis poteſt intelligi, niſi ille qui ex ſemine Dauid, quaſi de turre oſtenſus hominibus per carnis aſſumptionem verum ſe brachium Patris vniuerſa creantem probauit? Quicunque ergo rectam fidem tenuerit de Domini Incarnatione, & manſuetudinem poſſederit beati Moyſi, qui

b Nu. 12. 3

Turris Dauit Moyſes.

C dignus ſit à Deo ſuſceptam gratiam reuelationis myſteriorum hominibus impertire, hic mihi, inquit, videtur Eccleſiæ collum intelligi, adtracta in ſe ſimilitudine illius turris, quæ per manũ fortẽ ædeficata eſt de materia carnis ex Virgine. Quibus in verbis clare Aponius per turrim Dauid intelligit Chriſtum ipſum. Per propugnacula, cum quibus hæc turris eſſe dicitur, exempla intelligit eiuſdem Chriſti de dilectione, de miſericordia, & reliquis virtutibus. Per mille clypeos, & omnem armaturam fortiũ ſanctam intelligit Chriſti crucẽ, deducens id ex myſterio numeri millenarij, vt exprimitur per litteras. Non eſt autem, cur hoc loco explicationem talis myſterij referã: videatur apud

Turris Dauid Chriſt'

Exempla Chriſti sũt propugnacula turris Dauid.

Chriſti crux eſt oĩs armatura fortium, & mille clypei

D ipſum, eſt enim nimis ſubtilis, atq; perplexa. Quod crux ſit omnis armatura fortium, ſic cõfirmat. Cũ enim, inquit, maledictos trucidabat, proferentes in ſe mortis iudicium, infirmiorum erat armatura pęnalis: vbi verò ſuſpenſus, mortificatuſque in ea eſt benedictus, fortium, & ſemper viuentium armatura effecta eſt: adeo vt nemo ſit fortis, niſi is, qui pro ſcuto Cruce Dominica tutus mentis affectu protectus incedit.

Addit denique idem Aponius, Chriſtum ad ſimilitudinem Regis Dauid, qui propter hoſtium inſidias in arce Sion turrim legitur, fabricaſſe, vbi arma, & cuſtodia Regis eſſent, cũ ad cęlos aſcen-

Euchariſt. ſacramẽtũ turris Dauid eiuſve arma.

E dit nobis in arce Sion turrim carnis ſuæ, cibũ animarum noſtrarũ corporis, & ſanguinis ſui, & crucis arma defenſionis noſtræ poſuiſſe.

Anſelmus ideo per collum Prædicatores deſignatos aſſerit, quia per ipſos, tamquam è collo deſcendunt Scripturæ ad inferiores: dici vero illos, ait, ſicut turrim: quia ſint defenſio aliorum ad eos confugentiũ, in qua habitat, & militat verus Dauid. Quam turrim ædificatam inquit cum propugnaculis. i. firmis, & optimis ſententijs, quib. procul pellant inſultãtes inimicos. Per mille clypeos, qui pendere ab ea dicuntur, eaſdem ſententias ſignificari inquit, quas inferiores prodeũtes ad bella accipiunt ab illis, quibus ſe protegant, accipereque eoſdem alias ſententias, quibus deuincant alios,

Anſelm. *Prædicatores collũ Eccleſia, & ſicut turris Dauid, quę ædiſi. &c.*

APPENDIX.

alios,& sibi attrahant,ac propterea adijci, *Omnis armatura fortium.*

Ric. Vict.

Denique Richardus de Sancto Victore, Turri, inquit,comparatos Prædicatores, vel alios deuotos,qui cõuersioni aliorũ intendere student,quia firmi,& excelsi per meritum debent esse,qui alios ad suprema student erigere. Hæc turris non tã ipsorum, quàm Christi veri Dauid, & manu fortis esse dicitur ex eo,quòd Christi potius, quàm ipsorum virtute perficitur; in Christo.n.omnis ædificatio constructa crescit, & proficit. Habet autem hęc turris propugnacula, diuersa scilicet scripturæ loca,quibus se & contra hostes defendat, & ex quibus hostes impugnet, & feriat: *Mille* quoque *clypei pendent* ex hac turri,cum omnes virtutes homo obtinuerit,& perfecte assecutus fuerit,vt nulla parte vitiis, ac tentatori locus pateat: Ac demũ in eadem turri *omnis armatura fortium* esse adiungitur,idest sublimes operationes Sanctorũ,& eorundẽ exempla virtutum,quę miles Christi penes se habet, quibus vtitur, armatur, munitur contra hostes animæ, contra mundum, contra seipsum.

Doctores sancti cur cõparentur turri Dauid, quæ ædifi.&c.

B

Eucherius. Iust. Org.

Præter communiorẽ istam colli acceptionem, sunt insupèr & aliæ quædam apud Patres. Quidã .n.vt Eucherius lib. de spiritalibus formulis ca.7. & Iustus Orgelit. per idẽ Ecclesiæ collum, atque per turrimDauid intelligunt Scripturam Sacram, ex qua testimonia, tanquã mille clypei pendeant. Explicat autem hunc sensum egregie Gregorius Papa homil.15.in Ezechielem,vbi ob id per Ecclesiæ collum sacra eius eloquia intelligit,quia in collo guttur,in gutture vox est. Ex quibus dum mille clypei pendere dicuntur,vniuersam nostrã munitionem in sacro eloquio contineri, inquit designatum:ibi quippe sunt præcepta Dei, ibi exempla iustorum. In collo,ait, Ecclesiæ, idest,in sacri eloquij prædicatione, quæ pro sua munitione, & altitudine turri Dauid similis dicitur,mille clypei dependent: quia quot illic præcepta, tot sunt etiã pectoris nostri munimina: Ecce.n.cõtra aereas potestates festinantes fortes existere, in hac turri armaturã nostræ mentis inuenimus, vt inde præcepta conditoris,inde sumamus exempla præcedentium, per quæ contra aduersarios nostros inexpugnabiliter armemur.Et notandum,quia ædificata cũ propugnaculis suis dicitur; Hoc quippe agunt propugnacula,quod clypei,quia vtraque pugnantem muniunt: sed inter vtraque distat, quia clypeum pro nostro munimine quocũque volumus, mouemus: propugnaculis autem defendi possũmus,sed ea mouere non possumus:Clypeus in manu est,propugnaculum verò non tenetur.Quid ergo inter hæc distat nisi quòd in sacro eloquio partim præcedentium & miracula legimus, & virtutes bonorum operum audimus? Hi itaque quàm vera de Deo dixerint,testantur miracula;quia talia per illum non facerent, nisi vera de illo narrarent. Et quàm pij,quàm humiles, quàm benigni extiterint eorum testantur operationes. Quid igitur illorum miracula,nisi nostra sunt propugnacula?quia & muniri per illa possumus,& tamen hęc in manu nostri arbitrij non tenemus,nam talia facere non valemus.Clypeus vero in manu est,& defendit,quia virtus patientiæ,virtus misericordię, præcedente nos gratia, & in potestate est arbitrij, & à periculo protegit aduersitatis.

Script. sac. collũ Ecclesiæ & turris Dauid.

C

Greg. PP.

Verba Dei sunt collũ Ecclesiæ,et turris Dauid, quæ ædifi.&c.

D

E

Ambros.

Aĩa sancta Christi iugũ deferẽs collũ et turris Dauid est.

Animam sanctam, seu illius mentem, ac rationem sub eadem colligi metaphora laudatam existimant alii. Vnde Ambrosius serm.4. in Psalmum 118.vers.1.legẽs, *Sicut turris Dauid ceruix tua,quæ ædificata est in Thalpioth:mille ossa pẽdẽt in ea:omnia*

A

iacula potentium: Erecta, inquit,ad Deũ ceruix, & iugo Christi habilis,quæ nulla in terrarum illecebras inflexione curuetur, sicut Christi regalis est turris, cui iugum suũ Nabuchdonosor non possit imponere: condidit enim turrim illam Dauid ille manu fortis;, & supra murorum ædificauit excelsa, vt subsidio pariter, & decori sint. Subsidio, quia hostem præuidet,& repellit; decori,quia nõ solũ inter humilia, sed etiam inter excelsa supereminet. Ita tamen subsidio, vel decori, si habeat in se verbi dogmata, velut quædã phalerum monilia,habeat etiam iacula potentium Prophetarũ, quæ aduersus omnem extollẽtem se altitudinem, lacertis quibusdam fidei deriguntur.

Thodor.

Theodoritus, tametsi haud clare explicet,quid per istud colli encomium cõmendetur in ipsa pia anima; videtur tamen per sancti viri collum illius intelligere animam,seu rationem.Notans.n.quod pro *Talpioth*,Aquila posuit,*Propugnacula*,& Symmachus,*Altitudinem*,in hunc modum præsentem exponit sententiam:Quemadmodum turris à Dauit ædificata superat propugnacula, in quibus cõstructa est, sublimisque constat,atque conspicua: Ita collum tuũ excelsum est, & sublime, altaque circunspicit,& contemplatur.Neque enim brutorum more pronum in terram respicit,neque in vẽtrem vergens sues imitatur,sed erectum, ac forte est,& mille clypeos gerit atque fortium omnium iacula.Habet collum tuum, quod caput tuum,& faciem sustinet,omnes aliorum doctrinas, quibus tanquam iaculis cunctos aduersarios transfigis. Habet item clypeos multos,quibus protegeris,& ignita hostis tela extinguis, munita enim es armatura spiritus,& facile hostes vulneras,cum omnibus fortium sagittis abundes, eosque modo per Prophetas,modo per Apostolos redarguis,atque ipsorum retegis imbecillitatem.

Rõ collum piæ aiæ quõ sicut turris Dauid, etc.

Tres Patr.

Apertius Catena trium Patrum apud eumdem Theodoritum, piæ animæ rationem celebratam sumens.Sicut turris,inquit, Dauid est interior mẽtis tuæ tum in actione, tũ in contemplatione maxime præstantis ratio,quæ per virtutem diuinis mãdatis ędificata est super propugnacula,idest super aduersarii tentationes,tollitur autem per scientiã in altitudinem contemplationis.Dauid.n.significat manu strenuus,& acer visu. Id verò,quod dictum est: *Quæ ædificata est in Talpioth:* Aquila quidem vertit: *Super propugnacula*: Symmachus autẽ: *In altitudine.* Quapropter significatur, sponsæ rationem actione quidem hostis consilia superare, contemplatione verò tolli ad veræ cognitionis sublimitatem. *Mille clypei pendent super eam:* horum videlicet actiones decies diuina præcepta multiplicantes, quæ rursus per naturalem legem decies multiplicatæ numerũ explent millenarium, & tanquam clypei,quibus ab hostium sagittis inuulnerabilis conserueris ab ea parte,quæ in te est ratione prædita,tanquam è collo dependente.Neque verò clypei tantùm pendent super eam: verũ etiam omnia fortium iacula, quæ quidem sunt disciplinæ à sanctis,& cælestibus virtutibus sponsę per contemplationem subministratæ, quæ cõtra spiritus nequitiæ, tanquam iacula coniiciũtur,ad eorum machinas aduersus spõsam instructas euertendas. Sed quia rationis quæstionibus à sanctis Angelis docta est, quomodo insidiantes sibi debeat iaculari,ideo hæ disciplinæ,tanquam ex collo,ex ratione ipsius dicuntur dependere.

Collũ piæ aiæ est mẽtis eius rõ, quæ est sicut turris Dauid,etc.

Phi. Carp.

Singulariter Philo Carpathius per Ecclesię collum fidem intelligit, & humanæ rationis formã. Vt.n.inquit, longius visuri collum extẽdimus, sic per

Fides est collum Ecclesiæ.

LITTERA.

per fidem, & rationis vsum futura præuidemus, & longe posita præstolamur: Non aptat tamẽ Philo huic sensui similitudines.

Rup. Abb.

Rupert. quoque Abbas singulariter per B. Mariæ collum, eius humilitatem commendatam censet, idq; per similitudinem ad humilitatem Dauid quæ turris nomine designata sit; quia per eam Dauid coram Deo fortis, & contra homines stetit inexpugnabilis, vt patuit ex eo, quod Sauli dixit: a *Quem persequeris, Rex Israel, quem persequeris? canem mortuum, & pulicem vnum?* Turrim istam humilitatis Dauid ædificatam, ait, dici cũ propugnaculis & mille clypeos pendere ex ea, omnem armaturam fortium; quia eam ceteræ virtutes consecutæ sunt, maximeque fortitudo, & sapientia. Ita *collum tuum*, inquit ad B. Virginem, & vltra quã *turris* illa collum tuũ, idest humilitas tua, quæ sedet vel patet in collo tuo non extento, *ædificata est cum propugnaculis, & mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium:* Nil enim illi deest omnium, quæ continentur in scripturis veritatis, & neque inuisibilis diabolus, neque visibilis homo hæreticus è contra potuit vnquam, vel poterit. Adde illud, qđ maximum est; quia Verbi, cuius mysterii consecuta est, vt caneret, humilitas Patris tui Dauid, Verbi, inquam, eiusdem substantiam cõcepit, & incarnatam peperit humilitas tua, ò filia Dauid.

Humilitas B. Mariæ collũ eius similis humilitati Dauid quæ turris Dauid dicitur.

a 1. Reg. 24. 15.

Vers. V. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs.

Vers. VI. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

POst colli encomium prosequens sponsus cœptam pulchrorum membrorũ sponsæ panegyricum, congruentissimo ordine descendit ad pectus eiusdẽ, in quo cum elatiora duo emineãt vbera, quæ ad primum conspectum intuẽtium ad se alliciunt oculos, eorum in hoc versu contexit encomium sanè præstantissimum, laudans illa agresti quidem, sed peregregia similitudine.

Vt autem & vis allatæ istius similitudinis, quæ non modicum in se continet obscuritatis, pateat & laudes vberum, quæ per ipsam designantur, innotescant: Tria prænotanda sunt quoad tres partes ipsius similitudinis.

Primò, incipiendo ab vltima: Partem illam, *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: quamuis ea verba ex distinctione Masoretarum cum subsequẽtibus iungantur, atque adeo vnà cùm subsequentibus in vers. 6. ponantur: Communi nihilominus antiquorum Patrum nostrorũ sentẽtia ad allatam in hoc vers. 5. referri similitudinem. Quapropter, ne vel tantillum à sanctorum Patrum vestigiis elõgari mihi contingat, ipse quoque cum hinnulorũ similitudine eam coniunxi: etsi postmodum etiam alteram distinctionem in expositione subsequentium, vt maxime probabilẽ sequar: Vtraque enim distinctio æque bona est, æque & congruens, vt vidDebimus. Porrò pro intellectu horum verborum, *Donec aspiret dies*, &c. multis agendũ esset, ni aliàs dicta fuissent: Videatur expositio 1. vers. 16. cap. 2. notabili 3. Id pro nunc supponamus ibi probatũ, per ea vesperam significari: ac si dicatur, qui pascũtur in liliis, donec aduesperascat: vt sit circumscriptio temporis vespertini ex duobus, quæ id concomitari solent, inclinatione vmbrarum, & spiratione auræ lenis.

Pag. 418.

LITTERA.

Circa aliam etiam partem, & verba illa (*Qui pascuntur in liliis*) complura dicenda pariter forent, nisi exactius in loco supracitato capitis secundi, notabili secundo explicatũ fuisset, quid sit, pasci, seu pascere in liliis: Videantur, quæ ibi dicta sunt. Pro nunc supponamus, tres hinnulorũ cõditiones per hæc designari, succulẽtiã, fragrãtiã, atq; mũditiẽ: fragrãtiã, & candorẽ talẽ, qualẽ haberent, si pascerentur inter lilia, qualẽ & congruũ est habere, cũ in liliis candidissimis, ac fragrãtissimis pastu sumant. Succulentiam verò, atque pinguedinem; qa in vberrimis pascãtur pascuis: lilia enim in pascuis nascentia vbertatem indicant ipsorum pascuorũ.

Tertiò demum notandum, haudquaquam inter Doctores constare, in quonam propriè vis sita sit allatæ similitudinis: Legionensis. n. quem recentiores ferè sequuntur, existimat, similitudinẽ propriè desumi ex capitib. hinnulorum, in quibus ipsorum vberum quædam, inquit, inest imago: nam caput eorum magnitudine, & figura, instar vberũ est; paruula autem eorum ora ex rubro, & pallido modice subrubentia ipsorum vberum imitantur capitula: Commẽdari verò eadem per hinnulorũ similitudinem, propterea quod insit in capreolis festiuum quid, & lætum, quod alliciat eos, qui intuentur, ad propius accedendum, & manibus ipsos contrectandum, quæ similiter insunt in vberibus feminarum. Communiori tamen sentẽtia pro constanti habetur, similitudinem duci ex ipsismet hinnulis, non ex illorum capitibus; idque est & literæ magis cõsonum. Hebræi quidem, vt R. Abraham Aben Ezdra, R. Innominatus, & alii censent, ex duabus proprietatibus sponsæ vbera per istam commendari similitudinem, ex æqualitate, atque ex odore. Cosmas Damianus Hortolanus lib. 3. in Cant. ex multis aliis commendata ea asserit conditionibus, iis nimirũ omnibus, quæ necessariæ sunt ad femineorum vberum pulchritudinem; ex paruitate, rotunditate, soliditate, contractione, æqualitate, nitore, ac succulentia. Ex hisce omnibus notis, inquit, hoc loco sponsæ laudantur vbera per eorum assimilationem ad gemellos capreæ hinnulos, electa carpentes pascua: Hinnuli namque capreæ sua paruitate placent, præsertim cum se colligunt, & in orbem contracti erumpere velle videntur, & exilire: placent & inde plurimum, cum non macilenti sunt, strigosi, aut lutulenti; sed nitidi, ac succulẽti: tales verò sunt, qui in pratis floridis, minimeque paludosis inter lilia ibidem crescentia, sua carpunt pascua: placet denique in gemellis, qđ vno partu editi compares sunt, & quàm simillimi.

Legionen.

R. Abraham R. Innominatus.

Hortolan.

Mihi ex hinnulis quidem simpliciter, nõ ex eorum capitibus (id enim textui repugnat) neque ex illis, vt in orbem contractis (id namq; voluntarie dictum apparet) similitudo ducta videtur: Per eam verò ex quinque conditionibus pulchrorum vberum, vbera sponsæ commendata crediderim: Ex æqualitate, quam indicat conditio gemellorũ: Ex succulentia, & tumore iucũdo, gratave pinguedine, q̃ spectatur in hinnulis, qui iugiter in vberrimis pascuntur pascuis: Tertiò ex candore, seu nitore quodam eleganti: Et quartò ex fragrãtia etiam suaui, quas duas cõditiones illa præcipue indicat hinnulorum conditio, qua dicuntur pasci in liliis candidis, atque odoratis: Quintò denique ex iucũdo quodam, festiuo, ac læto, quo intuentium oculi attrahantur, quale in exiguis, ac decoris hinnulis esse solet, blãdiens, attrahẽsve intuẽtes quosq;.

Quod ergo dicitur tale est.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS.

Duo quoque *vbera sua* vsquequaque pulcherrima sunt: pulchritudine quippe sua attrahūt intuētes æque, ac pulcherrimi *hinnuli capreæ*: Succulenta sunt, ambo inter se æqualia, eximio candore nitida, suaueque etiam olentia: ita vt iure optimo similia dici debeant talibus duobus hinnulis, qui sunt *gemelli*, succi pleni, vtpote pasti in vberrimis pascuis, nitidi, ac mundi, necnon & suauissime fragrantes, ac si iugiter inter candida, & fragrantia pascerentur lilia.

Vers. V. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs.

Vers. VI. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Prælati sancti sunt vbera Ecclesiæ. PRæstantissimo (vt visum est in præcedenti sententia) sanctos Ecclesiæ Prælatos cælestis Sponsus euexit encomio sub colli metaphora, ac per similitudinem ad turrim Dauid maxime erectam, atque spectabilem, multisve clypeis, & omni armatura fortium, ac propugnaculis munitam, & instructam. Addit insuper nihilominus & in hac quoque sentētia alterum eorumdem encomium; vt nimirum eas suppleat illorum laudes, quæ in ipsis maxime elucent, eas & explicet conditiones, quas in iisdem admirari solemus: quas laudes, atque conditiones haudquaquam, ita saltem explicite, in superiori expresserat encomio. Enimuero, tametsi per colli metaphoram ea designata sit eorum conditio, quæ & ingentem illis conciliat laudem, quòd subditos pascant: ex dicta tamen metaphora id tantum colligitur, quòd eos pascant, qui Ecclesiastico vniti sunt corpori: per collum namq; ea duntaxat pascuntur membra, quæ corpori vnita sunt, & ad quæ transmitti potest nutrimentum à stomacho, vel ab hepate: ea nimirum, in quibus ob fluxionem, aut morbum aliquem venarum non sint præclusi meatus: per collum siquidem cibi comesti in stomachum traiciuntur: è stomacho postmodum ad hepar: ab hepate ad membra reliqua. At verò Prælatorum munus est, idque præcipuum; vt non modò eos, qui corpori Ecclesiæ vniti sunt, nutriāt; Sed & illos pariter, qui vel propter infidelitatem, vel propter hæresim quampiam, & propter schisma aliud ab illo disiuncti sunt: quin & infirmiores quosque multo magis, quàm eos, q validiores existunt. *Prælatorū ē pascere infirmiores, & illos quoque qui à corpore Ecclesiæ disiūcti sunt.* Quod eorum munus, quamve eorumdem conditionem ad viuum sanè explicat, quæ in hoc versu assumitur, metaphora vberum. Vbera quippe ad hoc potissimum inseruiunt, vt infirmiores, paruulosve nutriant, qui neutiquā corpori nutricis sunt vniti. Porrò, quia paruuli, & infideles deterreri forsitan potuissent, ne cibum ab ipsis Prælatis acciperent, ob similitudinem turris allatam in encomio superiori, & ob armorum magnam, quæ eidem similitudini adiuncta est, instructionem; metuentibus. s. infidelibus arma ipsa; & non valentibus infirmioribus ad sublimem accurrere turrim; Præclare Spiritus sanctus in præsenti altero eorumdem encomio & tali eos commendauit similitudine, qua absque vllo metu ad illos allicerentur infideles, hinnulorum videlicet capreæ, quibus nulla à natura indita sunt arma, & vberū metaphora eosdem designauit: vt persuasum vnicuique fieret, vniuersos, qui re vera paruuli essent A præ simplicitate, infideles, quive haudquaquā vires haberent, vt effugerent, vel dimicarent aduersus Sanctorum Prælatorum doctrinā, ab ipsismet Prælatis, atque Doctoribus sanctis eleuandos ad sacræ doctrinæ vbera æque, ac infantes ad vbera item eleuantur à matre, vel à nutrice, quæ lacte ex inde eos pascit, iuxta id, quod apud Isaiam pollicitus est Dominus: *Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis*. Egregie quoque sub duorū vberum metaphora Prælatos sanctos hoc loco cōmendat sponsus cælestis: nam quemadmodum in præcedenti encomio ita illos laudauit; vt vnum illorum principem commendans Petrum Apostolū qui immobiliter, ac solidissime orthodoxam fuisse tauit fidem, quæ in Petrum conferebantur laudes eædem in eos omnes, qui Petro similes essent, redundarent: Atq; adeo aptissime sub vnius colli metaphora, illorum contexuit panegyricum. Ita & in B altero hoc eorumdem encomio laudibus celebrās duos Apostolorum Principes, Petrum, & Paulum, per quos in Romana vrbe Euangelium prædicatū est Christi, eiusdem Vrbis patres, verosq; Pastores (vt Sanctus Leo Papa ait,) qui eam regnis cælestibus inserendam condiderunt: vniuersos, qui illis similes essent, commēdaret Prælatos, quales ii omnes existunt, qui sācte, ac fideliter munus istud in Catholica Ecclesia studeant exercere. Ac bene sub duorum vberum metaphora Petrus cōmendatur, & Paulus: ambo enim, quasi vbera Gentib. se exhi C buere ante reliquos Apostolos: *a* Petrus in domo Cornelii Centurionis, vnde alii exemplum sumpsere: & Paulus ad hoc in primis vocatus, vt *b* portaret nomen Domini Iesu coram Gentibus, dictusque propterea Apostolus Gentium. Ambo instar pulchrorum vberum æquales, prout eleganter his verbis asserit Leo Papa loco citato: De quorū meritis, atque virtutibus, quæ omnem loquendi superant facultatem, nihil diuersum, nihil sentire debemus discretum: quia illos & electio pares, & labor similes, & finis fecit æquales: Ambos denique in fortissima totius Ecclesiæ parte, in Romana. s. vrbe æqualiter & in vita, & post mortem constitutos æque, ac duo vbera carnea in pectore fortiori D totius corporis parte sita esse conspicimus. Vnde nil mirum, si & Paulus Corinthus *c* lac potum dedisse se, inquiat: & Petrus *d* pariter, lac vt concupiscerent, suadeat iis, quos, tamquam recenter genitos infantes rationabiles, & sine dolo esse optabat. Quamquam haud alienum forsitan sit à veritate, si dixerimus, duob. vberibus potius, quā vberibus simpliciter sanctos cōparatos esse Prælatos, ꝑpter duplex genus spiritualis lactis, & eruditionis, qd ex se ipsis eq; ac ex duob. vberib. proferūt, dogmaticū. s. atq; morale: Seu id, qd veteri nititur testamento, & id, quod nititur testamento nouo.

Petrus, & Paulus sūt duo vbera ecclesiæ Romanæ. *Leo Papa ser. 1. in festo Apost. Pet. & Pa.* *Isa. 66. 12.* *a Act. 10.* *b Act. 9. 15* *c 1. Cor. 3. 2.* *d 1. Pet. 2. 2.*

Hoc itaque supposito, quod recte, & congruenter, & in hoc quoque versu Prælatorū, qui sancta E in Ecclesia præsunt, alterum cōtineatur encomiū: Vt tota etiam istius encomii vis percipiatur, duo exactius perpendenda sunt.

Primum, quid laudis in huiusmodi Prælatos cōferatur per vberum metaphoram, idq; ex cōgruētiis colligendum, quas ii cum vberibus habent.

Secundum, quid item laudis eorumdem per allatam designetur similitudinē: Et qua ratione singulæ, quæ in dicta similitudine adiectæ sunt, conditiones in ipsis reperiantur, per quas & complurimum laudis illi sibi conciliant.

Quoad primum: Tres, pro nunc, inter corporea vbera, atque Prælatos reperio congruentias, easve ad modum insignes.

Prima,

DE ECCLESIA.

Prælati sũt ardẽtissima charitate flagrãtes, quia sunt sicut vbera sita super cor.

Gal. li. 7 de vsu par. c. 22.

Simile.

Arist. lib. 4 de par. animaliũ c. 10

Deus est cor Ecclesiæ, & aiæ sanctæ.

Xps quõ sit simul & caput, & cor Ecclesiæ, ac quarumlibet animarum.

a Ps. 35. 10

b Ps. 41. 10

c Io. 14. 6.

Prima, quæ & potissima est, summæque & laudis, ex situ vberum colligitur: Constat. n. vbera in pectore sita esse, ac super cor, vitæ, vitalisq; caloris vniuersi fontem, & principium; atque adeo caloré non exiguum ea ex illo suscipere; quamquam (vt bene notat Galenus) vicem quoquo pacto hac in re eidem rependant cordi, non secus ac pannus, atque pelles corpus operientes: Vt enim (ait Galenus) ea frigida corpori circumposita, deinde ab ipso calefacta, paulo post recalefaciunt: ad eundẽ modum mammarum substantia glandulosa operimẽtum simul cordi est, calefactaque ab eo, ipsum recalefacit. Quin & ad hoc potissimum illa super cor à natura erecta, asserit Aristoteles, & Galenus vbi supra, vt ipsius cordis propugnacula essent quædam, illud continentia. Cor Ecclesię haud aliud esse, crediderim, quam Deum, & Christum filium eius, quem & caput item eiusdem esse, supposuimus in expositione secunda præcedentis sentẽtię. Caput quidem, quia influit in membra cetera cognitionẽ omnem, omnemq; sensationem, & motũ & instar capitis primum in ea obtinet locũ. Cor verò, tum quia instar cordis fons est, & principium vitæ, iuxta id, quod dicitur in Psalmo: a *Quoniã apud te est fons vitæ*: quin & vita omnis is ipse est; vnde in alio Psalmo dicitur: b *Apud me oratio Deo vitæ meæ*: & de semetipso Dominus Iesus: c *Ego sum via, veritas, & vita*: Tum etiam quia, sicut vita est, & principium omnis vitæ: ita etiam est ignis charitatis, charitas ipsa, & principiũ charitatis vniuersæ in Ecclesia, atq; in singulis animab. atq; adeo medium iure optimo in eiusdẽ Ecclesiæ corpore sibi vendicauit locum, nõ secus ac cor, à quo vniuersus est calor vitalis, quodve & dilectionis oĩs est sedes. Quæ oĩa apertissime testatus est Spiritus sanctus in capite tertio huius Cantici, vbi dixit: d *Media charitate constrauit*, seu, vt alios iuxta hebraicum textum legere, notatum est supra: *Medium eius ignitum*, seu, *combustum*. s. tenet: Atqs adeo bene, & congruentissima ratione ab ipsamet Ecclesia, & à pia quaque anima, secundum quosdã cor suum dictum eum videbimus in subsequentibus, vbi dicet: e *Ego dormio, & cor meum vigilat.*

d Cã. 3. 10

e Can. 5. 2.

Prælati sancti quõ subiecti Deo vt collũ capiti & simul etiã sunt super Deũ vt vbera sup cor.

Notandum autem præclarum discrimen, quo duæ præstanctissimæ laudes Sanctorum pręsulum sub duabus metaphoris colli, atque vberum designatæ sunt: Per colli namque metaphoram significatũ vidimus, illos subiectos esse Deo æq;, ac collum suo subiectum est capiti: at modo è cõtra per metaphorã vberum innuitur, illos ipsos super eundem esse Deum. Et bene vtrumque de illis verificatur: sunt quippe subtus Deum respectu cælestis sapientiæ, quam à Deo reuelatam accipiũt: respectu aũt vitalis caloris, & charitatis, quam ab eodem suscipiunt, supra illum collocati esse reperiuntur. Subtus Deum siti asseruntur respectu sapientiæ, qua à Deo honestantur; Enimuero sapientia hæc cælestis, quæ ex ore Altissimi prodiit, cum hominibus datur, id proprium habet, vt descendat: atq; adeò humilibus, & iis, qui demissioris animi sunt, abundantius eam tribui; superbisve, & elatis corde eãdem negari à Patre, asserit Dominus Iesus, cũ gratias agens, ait: f *Confiteor tibi Pater: quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis*; Et propterea Sapientissimus Salomõ, quò illa donaretur summa se studuit demittere humilitate; vt, quę in altissimis residebat, ad ipsum descenderet, & dicebat: g *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: quoniã seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ: homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii, & legum*: & infra; *Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ*: ac propter eandem rationem aptissime quoque imbri, pluuiæ, atq; rori, in terram, atque in valles præsertim defluẽti ex alto eadem assimilata sæpius reperitur in sacris literis, vt: h *Expectetur vt pluuia doctrina mea*, & cetera, quæ superius etiam exposita sunt: Vnde haud commodiorem sanè locum sapientib. Prælatis assignare quis posset in Ecclesiastico corpore, dũ illos ob tam eximiam sapientiam celebrare vellet, quã istum; vt instar colli Deo subiecti essent capiti Ecclesiæ, vt subtus Deum existẽtes cælestis reuelationis defluxus exinde susciperent. At è vestigio non minus aptè, vt alia illorum laus explicetur charitatis, super Deum instar vberum super cor collocati iidem esse, innuuntur; quandoquidẽ caloris, ignisve proprium est, vt ascendat: & etiam amor idẽ habet proprii, vt notat Aristoteles, & pro confesso apud omnes habetur; ita vt propterea inferant, id quod experientia patet, parẽtes multo magis amare filios quam à filiis vicissim amentur: multòque magis suos item nepotes diligere eorumdem filiorum liberos, quàm ipsosmet filios.

f Matt. 11. 25.

g Sap. 9. 4. & 10.

DE ECCLESIA.

h Deu. 32. 2. iu \[illegible\] Septuag.

Prælati quatenus charitate flagrãt super Deũ esse dicũtur

Arist. lib. 7. mor. ad Eude. c. 10

Amor ascẽdit.

Auctor op. iperf. sup. Matth.

Atq; adeo auctor operis imperfecti super Matthæum apud Chrysostomum ho. 32. in c. 19. Matthæi, amorem egregie comparat humori ascendẽti per radices herbæ in fustem, folia, & flores; & nequaquam descendenti de herba ad radices ipsius. Quapropter bene de dilecto Christi discipulo dicitur in Euangelio, i quòd in cœna, quãdo maiora exhibita sunt amoris indicia, recubuerit super pectus, atque adeo etiam super cor Iesu: quo significatur ingens eius discipuli studium proficiendi in charitate; quippe qui, cum nosset, tunc potissimum temporis maiores è Christi corde eleuandos charitatis calores, ardẽtioresque dilectionis flãmmas, quod ipsemet his verbis testatus est: K *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos*, idest, tũc cum ad vitæ finem appropinquaret, maiora dilectionis argumenta erga illos exhibuit: quò ascendẽtes æstus illos melius in se susciperet, & quò magis iis accẽderetur flammis, super ipsum recubuit eius pectus, superque ipsum se posuit flagrantissimum illius cor: adeoque ardentibus ex iis flãmis, quæ ex eodem Christi corde ascendebãt, incaluit charitatis æstib. vt nil aliud in eius ore resonaret, quam charitas, nihil aliud scriberet, quam charitatem, & nil aliud facto ipso magis exhiberet, quã charitatem. Quod & in sanctis quibusque Prælatis animaduertere est, quibus & charitas pariter in ore semper est, & in factis: quod in præstantissimã eorum redundat laudem; quia charitatis calorem ex ipso suscipiunt Ecclesiæ corde, ex Deo, super quem instar vberum fixi permanent.

i Io. 13. 25

K Io. 13. 1.

Instar vberum inquam, quia suo modo & ipsi Deum recalefaciunt æque, ac vbera cor: Nam cum ex charitatis calore, quem ex Deo suscipiunt, ipsorum concoquatur doctrina, ita vt in lac conuertatur, quo infirmiores paruulos, atque tenellos enutriunt in fide, & charitate, ipsissimum Dei sui calorem confouent charitatis, ita, vt propterea ad maiora charitatis indicia in Ecclesiam ipsam conferẽda is promoueatur. Quod si vbera super cor in pectore collocata, pro ipsius cordis propugnaculis inseruiunt; & spiritalia quoque vbera ista, sanctive Præsules, dum super Deum Ecclesiæ cor, & charitatem fixos se seruant fortiter, tanquam validissima ipsius charitatis propugnacula existunt, cuiilibet se obiicientes periculo, & quibuscunque quorumlibet armorum ictibus in defensionem charitatis Dei; quod de semetipso aperte protestatus est

Prælati sãcti quõ à Xpo calefacti Xpm recalefaciũt.

Simile.

Prælati sãcti quõ sũt propugnacula diuinæ charitatis.

Paulus

DE ECCLESIA.

Paulus in iis, quæ sæpe retuli: a *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia?* &c. *Sicut scriptũ est; Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis: sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque*, &c. *poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.* Hæc igitur prima laus sanctorum Prælatorũ est, qua per hãc vberum metaphoram in præsenti commendãtur encomio: quòd charitate ardentissima flagrent, quatenus super Deum Ecclesiæ cor requiescunt.

a Ro. 8.35

Simile.

Secunda verò laus ex alia colligitur congruentia, quæ inter ipsos est, atque corporea vbera. Quẽadmodum enim vbera matrum, quandiu infantulis lac exhibendum sit, ipsum intra se cõtinẽt lac, ita vt paruulis paratum semper habeant cibum; q̃ quidem & à corde deriuat, & eiusdem cordis ope intra ipsa perficitur; quatenus sanguis è corde ad illa transmissus, eius caloris ope concoquitur in lac. Ita exinde, quòd sancti Præsules super Deum, modo iam exposito siti sunt, atque adeo charitate flagrant, non tãtum erga eumdem Deum sed & erga pximos, ac præsertim erga infirmiores, & paruulos; fit, vt quamdiu erga tales affecti sunt, lac sẽper in se promptum cõtineant affectiuæ, & amorosæ eruditionis: ita vt haudquaquam periculũ sit, vt eueniat id q̃d alias euenisse deplorat Ieremias Propheta, cum ait: b *Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti*, quamquam & doctrinam ipsã, & eruditionem huiuscemodi in lactis purissimi, ac suauissimi formam ex Deo ipso attractam contineant; prout aperte de Ioanne Theologo, quem supra cor Christi recubuisse notauimus, canit Ecclesia: *fluenta Euangelii de sacro Dominici pectoris fonte potauit.* Ac bene istud potandi verbum & carnalibus vberibus congruit, & sanctis Ecclesiæ Prælatis: Neque enim duntaxat instar colli hi sunt, neque instar gulæ tantùm se habent, per quam æque ac per canalem quemdam cibus sic transit, & potus; vt nihil ex illis in illa remaneat: sed, instar vberũ ita lac affectiuæ, & amorosæ doctrinæ ex Deo attrahunt Ecclesiæ corde, vt, non modo dictũ lac in se suscipiant, ac contineant; sed per modum potus, & potus lactis illud suscipiant; per modum, inquam, potus lactis, quo infantium corpora nutriũtur: Nutriuntur quippe & ipsi dulci ea doctrina: quemadmodum & vbera lacte pariter illo nutriũtur, q̃d è cordis fonte per venas in sanguine hauriunt, quove potant infantulos, iuxta vulgatam illam Philosophorum, ac Medicorum regulã, qua dicitur, vnũquodque humani corporis membrũ ex humore, ac materia illa nutriri, quæ intra ipsũ fiat, aut contineatur; sicut ventriculus chilo, hepar sanguine crassiori, cor sanguine magis purificato, &c.

Prælati parată semp in se habẽt lac doctrinæ q̃d ex Deo attrahũt.

b Thr. 4.4

Prælati sãcti cõsensu triunturla de doctrina affectiua, quo nutriũt infirmiores subditos.

Simile.

Tertia denique laus exinde sumitur, quod Prælati iidem eo pacto infirmiorum, ac paruulorum, qui in fide, ac moribus instruuntur, quasi turres q̃dam sunt, & propugnacula, ad quæ illi confugiãt, vnde propugnent, illæsique seruentur: q̃uo vbera sunt infantiũ propugnacula, turres, atq; confugiũ. Enimuerò, si formam, ac situm obseruemus carnalium vberum, animaduertemus, ita illa hinc, & inde in pectore eleuata; vt re vera quasi duæ turres, duoque propugnacula videãtur: vnde inferius in c. 8. & ornamẽta, quæ vberum depressionem in sororis sponsæ pectore supplere deberent, propugnacula appellata reperiemus, vbi in responsionem ad illa verba: c *Soror nostra paruula, & vbera non habet, quid faciemus*, &c. dicitur: *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea*: Si vbera nõ habeat, habeat autem pectus instar muri eleuatũ, sicut super murum ædificantur propugnacula; ita super dictum eius pectus apponamus ornamenta argentea, quæ vberum expleant locum, instar propugnaculorum argenteorum in candido puellæ pectore se habentium: & cõgruenter sponsa de pectore, vberibusve propriis subiicit: d *Ego murus & vbera mea quasi turris*, idest, Ego elato corpore murus sum, & vbera mea, quæ super meũ pectus erecta sunt, turres repræsentãt: quamquam cõmodiores fortasse eorũ verborũ sint sensus, vt videbimus in posteriorib. Hoc p̃ nunc satis sit, vbera ipsa mulierũ esse quasi turres, & p̃pugnacula; p̃pugnacula inquam, non solùm cordis, vt ostensum est ex Aristotele, verum & infantium; dum ii è matris pectore pendent: dum ad medium materni pectoris, atque ad ipsa portantur vbera. Hinc est, quòd puerulus naturaliter hoc vnicum vberũ agnoscẽs confugium, quacunque insurgente necessitate, ad illa, vt ad paratas sibi turres se se conuertit: quin & quandocunq; mali aliquid ei contigisse appareat, vt in fletus prorumpat, ad vbera illicò à nutrice extollitur quasi ad propria propugnacula.

Prælati sũt turres, ac p̃pugnacula infirmiorũ eo mõ, quo & vbera turres sunt & p̃pugnacula infantium.

c Can. 8.9

d Cã 8.10

Simile.

Porrò, sicut infantulus in vberibus æque ac in turri tutò conquiescit, propugnatq; ex eisdẽ quasi ex propugnaculis, quatenus lac sugit ex illis, quo malum omne propellit: Ita sancti pariter Ecclesiæ Prælati, instar vberum super validissimum ipsius Ecclesiæ Catholicæ pectus, sup Romana sede fundati simul, atq; erecti, & instar turrium, ac propugnaculorum super eamdẽ sedem, quasi super fortissimum murum eleuati, lacte eruditionis suæ adeo tutos paruulos quosque reddunt; vt dum illi quasi infantes materno pectori Apostolicæ inhærent sedi, per ipsam, quæ eis propinatur, doctrinã & metum omnem sedatũ in se aduertant, & vniuersos insultantiũ impetus propellant, ipsa istiusmodi lactis perceptione ex talibus vberib. simul, ac propugnaculis suo more pugnantes.

Quoad secundum: Adiecta duorum hinnulorũ similitudine præclare eorumdem Prælatorum amplificatur encomium, complures quippe sub similitudine ista indicãtur aliæ illorum laudes. Ac primo, quòd amabile quid, & blandiens infirmioribus præseferãt adeo vt sicut hinnuli capreæ amabili illo, festiuo, ac blandienti, quod in se habent, intuentes, ac paruulos in primis ad se alliciunt, efficiuntque, vt propius accedant, & ipsos contrectent: Ita & ipsi infirmiores quoq; amabilitate sua ad se p̃trahant, dantes illis ansam, vt cũ fiducia interrogationib. suis ipsos contrectent, ac premant, vt nimirum ex huiuscemodi compressione lac illis proferant necessariæ eruditionis: non secus ac vbera etiam lac emittunt, cùm comprimuntur, & plena existunt.

Prælati sãcti amabiles sint, ac benigni.

Neque verò modicum laudis exinde iisdem cõfertur Prælatis, quòd instar duorum hinnulorum gemellorum æqualitatem inter se conseruent maximè concinnam: æqualitatem inquam, non in honorabilis gradus præeminẽtia, nõ in honoris, & dignitatis elatione; sed in pusillitate, & in exiguitate ac in humilitate: Quãuis.n. alter sit altero doctior, ac gradu sublimior, præstantior: in eo tamẽ singuli suum collocãt studium; vt, cum infirmiores erudiendi munus exercent, aliis haudquaquã se præferant: & vnà cum eruditione, atq; doctrina, congruentem etiam exhibeant humilitatem: idcirco pusillorum hinnulorum æqualitas in similitudinem assumpta est, non magnorum aliorum animalium ad istiusmodi eorum contestandam æqualitatem. Quamquam & alteram quoque æqualitatem maxi-

Prælati quosque sancti sunt æqualitatẽ seruãt humilitatis, atque doctrina.

maxime item commendabilem in ſanctis quibuſque Prælatis aduertere liceat, dū puſillos erudiūt, & infirmiores; quatenus ſinguli, & vniuerſi æqualiter ſeſe habent, non tantum in huius eruditionis actu; ſed & in eruditione ipſa, ac in doctrina.

Prælati ſanctiqūo doctrinæ lacte ſuccipleni ſūt, eò ābūdātius illud communicant.

Tertia laus eſt ſucculentiæ. Porrò haud aliūde commendabilis iſta vel ſanctorum Prælatorū, vel carnalium vberum ſucculentia prouenire cenſenda eſt, quàm ex ingenti, qua referta ſunt, copia lactis. At, ſi ex copia lactis vbera hic commendentur carnalia ſimul, ac ſpiritualia, nec hinnulorum capreæ ſimilitudo, nec verba illa (*Qui paſcuntur in liliis*) quibus ſucculentia eorum deſcribitur, ad propoſitum videntur: quin & contrarium potius tam ex ſimilitudine, quàm ex citatis verbis deducere licet; quòd vbera depreſſiora ſint, lactis nimirū inopia, quod ex ipſis exprimitur iugiter. Enimuero hinnuli capreæ, nedum non habent, quod ex ipſis exprimatur lac, ſed ſugunt potius illud ex capreæ vberibus: & quod paſci dicuntur, repugnat ſanè vberibus, quorum paſcere proprium eſt, non paſci. Nihilominus dicendum, aptiſſimam eſſe ſimilitudinem, congruentiſſima & verba, quibus talis ſucculentiæ explicatur prærogatiua: Neque.n. ex eo, quòd exprimūtur vbera, propterea lacte deſtituuntur; Neque ex eo, quòd ſancti Eccleſiæ Præſules infirmiorib. abundanter lac præbent piæ eruditionis, propterea vel tantillum in eis minui exiſtimanda eſt doctrina affectus, atque amoris; quin potius maximam in illis per hoc ipſum doctrinæ talis acceſſionem fieri, aſſerendum eſt: prout & experientia conſtat, in mulierum vberib. lactis exinde prouenire copiā, quod lac infantulo exhibent; adeo vt, ſi aliquando contingat, vt vbera à nullo ſugantur, deficiant illico lactis fluēta; iſq; vnicus eſt fluxum lactis ſtagnandi modus, vt vbera lac minime communicent. Atq; adeo, quamuis vberib. id proprius competere videatur, vt paſcāt; dum tamē paſcunt, lac exhibendo, paſcuntur ſimul & ipſa, lactis adipiſcendo copiam; quæ omnia & in vberib. quoque ſpiritualibus, in piis Eccleſiæ Prælatis pari eueniunt ratione: Vnde *a* Paulus ad Theſſalonicenſes: *Facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos*, ideſt, dum vobis lac doctrinæ exhibuimus nutrientes, ac fouentes vos, æq; ac nutrix fouet filios ſuos, facti ſumus ſimul & ipſi paruuli in medio veſtrum, inſtar paruulorū & nos quoque lac à Deo attrahentes affectiuæ eruditionis: Vnde & congruenter ſubdit: *Ita deſiderātes vos cupide, volebamus tradere vobis nō ſolum Euāgelium, ſed etiam animos noſtros, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis*: Quibus ingentem ſubindicat prædicti lactis copiam, qua ſucciplenum ſe ſentiebat. Et Romanos alloquēs, ait: *b Deſidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ*, i. doctrinæ, & eruditionis *ſpiritualis ad confirmandos vos*: En quomodo, cum vnum ex Eccleſiæ vberibus eſſet, lac ſpiritualis doctrinæ infirmioribus, & iis, qui cōfirmatione indigerent, communicare optabat. Vt verò, & hoc etiam teſtatum faceret, quod eo ipſo, quod lac illis exhibiturus erat, lacte pariter replendus eſſet, ſubiicit: *Ideſt, ſimul conſolari in vobis per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtram, atque meam*. Et clarius Auctor lib. Sapientię loquēs ex perſona vnius iſtorum Prælatorum, de ipſo huiuſce eruditionis lacte, deque ſpirituali ſapientia, inquit: *c Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem*, i. diuitias *illius non abſcondo*, paſcens nimirum paruulos hoc lacte, inſtar vberum: atq; vt oībus conſpicuum fieret, inſtar eorumdem vberum illo ipſo tempore, quo hoc lacte paſcere ſtudebat,

Prælati ſancti paſcētes paſcuntur, ſicut & vberib. euenit.

a 1. Theſſ. 2. 7.

b Rom. 1. 11.

c Sap. 7. 13

A eiuſdem lactis copia refertum ſe eſſe ac ſucciplenum, vtpote ſimul paſtum, ſubdit: *Infinitus. n. theſaurus eſt hominibus*. ac ſi dicat: Tanta eſt. n. eius copia in hominibus, è quibus huiuſmodi lac ſugitur, vt quò magis ſugitur, eò magis augeri videatur, non ſecus ac theſaurus, qui ſit infinitus.

Egregie autem, vt & laudem iſtā in ſanctos Prælatos conferret, & huius quoq; laudis fundamentum indicaret, quod & ipſum maxime commendabile eſſet, hac loquendi forma vſus eſt ſponſus cæleſtis: *Qui paſcuntur in liliis*: i. in paſcuis vberrimis in corde nimirum Eccleſiæ, ſicut carnalia vbera in carneo corde paſcuntur, vnde & ſanguinem ſuſcipiunt, & calorem, quo ſanguis in lac cōcoquitur. B Oſtenſum eſt ſupra, quomodo inſtar vberū à Deo tamquam è corde paſtum deſumant, ſed per modum potus: At verò, quod hoc loco paſci iidem dicuntur in liliis, aliam inſuper deſignat paſtus rationem, qua illi è Deo paſcuntur; in vita nimirū Chriſti Ieſu agri ſanè illius pleni, cui bene dixit Dominus, pleni inquam, liliis candidiſſimis, atque odoratiſſimis virtutum, eximiarum actionum, miraculorum, ac paſſionum: Ex his quippe vniuerſa deſumitur horum Prælatorum ſcientia; ex liliis hiſce ſuccipleni exiſtunt lacte ſalutiferæ eruditionis, quibus paſti, inquiunt cum Apoſtolo: *d Nihil arbitrati ſumus, nos ſcire, niſi Chriſtum, & hūc crucifixū*, Hinc & lac quoque, quo ſubditos paſcūt, iſtorum C liliorum redolet odorem; vnde cum eodem Apoſtolo dicunt: *e Nos prædicamus Chriſtum crucifixum*. Et quod in duplicem illam eorum laudem redundat, quam allatam ſimilitudinem ſubindicare, oſtendi in 1. expoſitione, propter huiuſmodi paſtum in liliis hiſce virtutum, & exemplorum Chriſti talium liliorum odorem in ſe ſic deferunt, vt propterea dicere audacter queāt: *f Chriſti bonus odor ſumus in omni loco*: Vnaque cum ſcientia Chriſti, virtutum, ac paſſionum illius, nitidos pariter ac Chriſto, eiuſvè virtutib. & paſſionib. planè ſimiles exhibere ſe ſtudent, dicentes ea, quæ de ſemetipſo aſſerebat Paulus; *g Exiſtimo, oīa detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Do*D*mini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ eſt ex fide Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide, ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionum illius, configuratus morti eius.*

Prælati ſancti in liliis vitæ, & paſſionis Chriſti quo paſcuntur.

d 1. Cor. 2. 2.

e 1. Cor. 1. 23.

Odorē, ac nitorē Prælati ſancti habent per hoc, qđ paſcuntur in liliis vitæ, ac paſſionis Chriſti.

f 2. Cor. 2. 15.

g Phil. 3. 8

Poſſumus etiam per agrum iſtum vberrimum, liliiſve refertum paſcua intelligere ſacrarum litterarum, in quib. iidem Eccleſiæ Prælati, dum inſtar vberum ſuper ipſius Eccleſiæ cor requieſcunt, inſtar hinnulorum capreæ paſcuntur; è quib. & lac deſumunt puriſſimæ, fragrantiſq; doctrinæ; conſtat. n. tale demum vniuſcuiuſq; mulieris eſſe lac, quale eſt & paſtus illius; atque adeo bene à mediE corum peritis cauetur, ne inutilibus cibis paruulorum nutrices paſcantur; quia nimirum lac, quod ex prauis fit cibis, illorum in ſe contrahit qualitates, quas poſtmodū & in infantes refundit, qui eius paſtu nutriuntur. Porrò iſta ſacræ Scripturæ paſcua, cum plena ſint liliis exemplorum ſanctorū multiplicium virtutum, ac diuinorum præceptorum, lac certè iſtorum liliorum odorem redolens proferunt, vnde fit, vt & Prælati nil aliud doceant niſi diuinorum præceptorum, virtutiſve doctrinā & quæ ex paſcuis hiſce decerpſerint, exēpla Chriſti Saluatoris noſtri, ac reliquorum Sanctorum, diuinæque bonitatis myſteria.

Prælati ſancti paſcūtur in liliis ſacrarū ſcripturarum. Scrip. ſacra paſcualiliorumplena.

Bene autem in iſtis paſcuis paſci dicuntur, *Do-*

Prælati ſancti quo inſ ſanti vita tantum paſci dicūtur in liliis.

nec

DE ECCLESIA.

nec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: i. donec aduesperascat; siue vitam Christi Iesu, siue Scripturam sacram sumamus per huiusmodi pascua, in quib. tot lilia diximus esse: Nam re vera vsque ad vitæ præsentis exitum, & vsque ad diem mortis, & in sanctis Prælatis, & in alijs quibuscúque perdurat studium imitationis Christi, & studium sacrarum Scripturarum: quia in hac vita duntaxat lac in eis producitur eius doctrinæ, qua paruuli lactandi sint, & infirmiores. Postquam aspirauerit dies vitę præsentis, & inclinatæ fuerint vmbræ mortis, pascentur quidem; at non amplius in agro vitæ Christi, laboribus, ac passionibus plenæ, vel in agro sacrarum Scripturarum; sed in agro gloriæ, vbi Christo ipso perfruentur, gloriæ lilijs exornato, vbi p̄mium percipient impletorum mádatorú Dei: vbi in vnico diuinæ essentiæ lilio id omne intuebūtur clare, quod obscure modò in sacris cótinetur paginis: vbi deniq; nec lacte amplius erit opus; cú nulli in futuro sæculo existant paruuli, qui lacte nutriēdi sint, ex quo augmentum desumant in fide, & in dilectione.

Paraphrasticus, qui ex dictis colligitur sensus, hic est.

PARAPHRASIS.

Non modo colli instar Sancti isti, qui in te sunt Prælati membra tua pascunt, fideles illos, qui tibi sunt vniti, & sani sunt in fide, & charitate: Sed eos quoq. nutriunt, qui à te disiūcti sunt, infideles, hæreticos, atq. schismaticos: quin & quoscunq. infirmiores, atq. ignorantia paruulos, instar vberum, quibus infantes nutriri solent. Enimuero Præsules isti vberum quoq. in te locum obtinent, super Deú siti atq;, ac vbera super cor; & è Deo charitatis calorem attrahentes, illive vicem eiusdem caloris reddentes, non secus ac vberib. euenire solet respectu cordis: Quin & Dei pariter, eiusq. charitatis propugnacula iidem sunt, sicut & vbera cordis: instar ve eorumdem vberum propugnacula, ac quasi turres quædam ijs sunt pusillis, quos cordi tuo Deo approximatos habent; Et ex hoc ipso, q̄ super Deú siti calore flagrant charitatis, è Deo lac habent affectiuæ, & amorosę eruditionis, quod pro pusillis ipsis paratú intra se cótinent semper: Atq. adeo iure optimò hinnulis capreæ assimilantur, qui, cum in vberrimis pascantur pascuis lilijs vndequaq. redúdantib. succulēti sunt, nitidi, odorati, atq. amabiles: dú siquidem lacte pusillos pascunt, succulenti & ipsi existunt ob ingentem p̄dicti lactis copiā; cum & ipsi simul pastum è Deo suscipiant abundātissime, in vberrimo vitæ meæ agro pasti inter lilia virtutú, actionú, passionumq. mearum: necnon & in altero itē agro, in sacra nimirú scriptura, vbi in lilijs pascuntur cælestium mysteriorú, exemplorú virtutis, ac mandatorú Dei, quandiu in hac vita p̄durant: Simulq; propterea, instar liliorú, & puritate sunt nitidi, & suauissimo boni nois odore sunt fragrantes. Quin & adeò vniuersi æquales inter se sunt, tum in humilitate sectanda, tum in pari eruditionis modo, quo paruulos ipsos erudiunt, & infirmiores: vt, nedum hinnulis capreæ similes dici debeant, sed duobus hinnulis capreæ gemellis omnino inter se æqualibus, qui & æqualiter pascūtur in lilijs, donec aduesperascat.

Vers. V. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs.

Vers. VI. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

A

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

DE ANIMA.

Amorem sub vberum metaphora in sacris litteris designari solitum, satis superq. in principio huius Cantici ostēsum est, cú exponerentur ea sponsæ verba: a *Quia meliora sunt vbera tua vino*: Quapropter haud alienum forsitan à cœlestis sposi existimandum erit intentione, si dixerimus, cum & hoc quoq. loco amoris dilectæ animę encomium per hanc ipsam metaphoram contexere. Eò que probabilius id esse, videtur, q̄d non vbera simpliciter commendantur, sed & binarius numerus adijcitur, tam ad metaphorá, quàm ad similitudinem: dicitur quippe: *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ*: cum constet, duos pariter esse & piæ animæ amores, alterú erga Deum, alterú erga proximum; in quibus vniuersa sita est eius perfectio.

Vberū metaphora designantur duo amores in Deū, & in proximū. a Cāt. 1. 1.

B

Neq; verò exiguum censendum est encomium istud, vel ob id, quòd vbera p̄ paruulis effecta sint à natura: vel ob id, quod exiguorú hinnulorú similitudo in eorú allata sit cómendationē: ná re vera, tam ex vberú metaphora, quá ex ipsa hinnulorum similitudine insignes in eos conferuntur laudes.

Primò. n. per vberum metaphorá exinde laudātur, quòd vni Deo affixi ambo sint, à quo vniuersa deriuat vita vel gratiæ, vel meriti: quāquá distincti ij inter se sint ob distincta obiecta; sicut & vbera, etsi disiuncta extrinsecus sint inter se, ambo tamen sita sunt super vnum, idemq; cor principium vitæ ois. Nec modica est laus ista in anima Christi sponsa: nam, etsi plures fortasse reperire sit fideliú qui & Deú ament, & proximú tam Deum tamen, quàm proximum amore vt plurimum amant concupiscentiæ, seipsos nimirum habentes pro primario obiecto taliú amorum; adeo vt haudquaquam affixos eos teneant in vno Deo, sed in vno duntaxat proprio pectore. Aīæ solúmodo cęlestis Regis sponsæ id merētur laudis, vt in externo pectore, & respectu sui distinctos eos hēant amores, quos tñ in interno corde, & respectu Dei vnitos habent, nullá in amādo sui habētes rationē, nullá proprii commodi: sed tam amoris Dei, quàm amoris proximi vnum tantùm Deum pro primario tenentes obiecto. Siue. n. Deum diligunt, ob id vnú diligūt eum, quia est summum bonú; siue diligūt proximú propter eumdē Deum illum diligunt, vtpote quia impertitam in illo diuinam cognoscunt bonitatē.

Amores piæ aīæ in vnū Deum directi.

C

Simile.

D

Porrò, si ex calore etiam philosophandú sit, quē carnalia vbera è corde suscipiūt, cui affixa sunt: cú calor sit etiam amoris hieroglyphicum, intelligemus, ita istos piæ animæ amores in Deo radicatos, vt illud ipsum, quod vel Deo, vel proximo exhibēt charitatis, ad vnú Deú relatum sit: ná, quāuis vbera cor quoquo pacto calefaciant, & paruulis vnà cum lacte calorem prębeant naturalem: nec cor tamen calefacerent, ni prius calorem ab illo susciperent, nec caloris quid piam exhiberent paruulis, nisi, calore è corde suscepto in lac sanguis esset cóctus: Sic igitur siue Deú diligat pia anima, siue in proximum amoris exhibeat indicia, exinde id oē in illa est, quòd Deus prior dilexit nos; quod diuinæ charitatis prius in se suscepit calorem. b *In hoc est charitas*, inquit Ioannes, *non quasi nos dilexerimus Deum; sed quoniam ipse prior dilexit nos. Nos ergo diligamus Deum, quoniā Deus prior dilexit nos.* Et, *Si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.*

Charitas piæ aīæ ex Deo vniter facta.

E

b Io. 4. 10. 19. & 11.

Congruit insuper vberum metaphora cum duplici piæ animæ amore: quia sicut vbera, etsi tenerrima per se sint, & maximè mollia, in fortissima tamen

DE ANIMA. men corporis parte, in pectore collocata à natura sunt, in quo præcipuum corporeæ fabricæ robur situm esse, constat; ideoque & ipsa pariter vnà cũ teneritudine fortitudinem, ac robur maximũ habere videntur: Ita & duplex iste amor, etsi tenerrimus sit, vtpote instar amoris muliebris, atque materni erga vnicum filium suum; fortissimo nihilominus simul est robore obduratus in præforti ipsius animæ sãctitate; adeo vt de illo id proferatur: *a Fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.*

Simile.

Charitas piaæ, quæ tenera simul, & fortissima.

a Can. 8. 6

Quinimo tam ingens in illo est robur: vt, nõ modo infirmiorem protegat, & adiuuet proximũ vires ei exaugens; sed & fortissimum quoque Deum eiusve gratiam in anima conseruet, ac tueatur; in qua Dei gratia spiritualis ita vniuersa sita est; adeo vt propterea bene à Ioanne dictum sit: *b Qui non diligit, manet in morte.*

Charitas instar vberũ turris est, et propugnaculo Deo, ac proximis.

b 1. Ioa. 3. 15.

Simile.

Amor enim, & charitas turres fortissimę existũt ad quas pia anima proximum quemque eleuat intra se: propugnacula sunt quædam, vnde eadẽ anima pugnat pro proximo, illum defendendo, ac adiuuando, vnde & proximus pariter propugnat, adiutus contra hostes quoslibet. Propognacula etiã, ac turres sunt, quibus eadem anima intra se seruat Deum cor suum, ac vitam suam: non secus atque vbera in corpore propugnacula, & turres cordi, atque infantibus exposita ostendi, iuxta Aristotelis sententiam: Sicut enim vbera propugnacula, & turres infantium sunt, dum lac porrigunt illis, qui ad ipsa eleuantur: Ita & amor validissimum se egentibus exhibet propugnaculum, dum operis exhibitione illis succurrit.

Simile.

Et sicut eadem vbera eatenus propugnacula asseruntur cordis, quatenus impediunt, ne frigus adeat cor, neve vitam in corde existentem penetret frigus, eamque à toto extrudat corpore: Sic & charitas propugnaculum Dei, ac diuinæ est gratię, frigus ab anima arcens peccati, quod generat mortẽ mortiferamque tepiditatem.

Simile.

Quoad allatam similitudinem: Admiretur fortasse aliquis, qua nam ratione ad celebrandos piæ animæ amores, prout vbera quædã in ipsa anima esse videntur, hinnulorum similitudo afferatur; cum hinnuli nec vbera habeant elata, nec lac propinent: sed ex vberibus pendeant potius, è quibus lac sugunt. Cesset tamen, operæ pretium est, admiratio omnis, si recolantur, quæ per Salomonem in libro Prouerbiorum de amore item sponsæ dicta esse, comperiuntur: *c Cerua charissima, & gratissimus hinnulus; vbera eius inebrient te; in amore illius delectare iugiter:* ibi enim clarius amantem sponsã duplici proponit similitudine, ceruæ nimirũ charissimæ, & gratissimi hinnuli; cumque amorem illius per vberum item metaphorã designet, & vberum inebriantium, atque vbertim effluentium lac delectationis, mysterium sanè aliquod indicat latere sub allatis similitudinibus: nimirum, quòd amor, ac metaphorica vbera duo simul efficiant, quæ contraria inter se videtur; & quòd, instar ceruæ, lac in se habeant, communicentque, & quòd, instar hinnuli, lac pariter sugant.

Charitas pia aĩa, dũ pascit pascitur.

c Prou. 5. 19.

Hocque illud est, quod & hoc quoque loco cælestis sponsus significare voluit, dum piæ animæ amores celebrans sub vberum metaphora, vnà cũ vberibus hinnulos iunxit, quasi amores prædicti ita vbera essent, seu instar vberum se haberent, vt simul etiam se haberent instar duorum hinnulorum, & non tam lacte pascerent, quàm pastum ipsi susciperẽt, similes duobus hinnulis, *qui pascũtur in liliis*; re vera enim amans proximum anima lac illi exhibet opis, & consolationis; Sed & ex eo ipso, quem diligit, pastum pariter accipit iucunditatis, & delectationis, pascitur quippe in liliis virtutũ illius, quas iucundissime in eo satagit obseruare: dumque charitate item sua Deum diligere contẽdit, pascit quidem illum dulcissimo gaudii lacte; ita vt propterea id ei competat Isaiæ Prophetæ: *d Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus:* Sed multò vberius ab illo reficitur ipsa gaudiis, & consolationibus, instar hinnuli gratissimi sugens, ac *e repleta ab vbere consolationis eius*: amans quippe illum, sic instar hinnuli pascitur in liliis cõsiderationum bonitatis eius, vt simul quoque mulgeat, & deliciis affluat ab omnimoda gloria ipsius, idque non vna hora, vel vno die: Sed *donec aspires dies vitæ huius, & inclinentur vmbræ mortis.*

d Is. 62. 5.

e Is. 66. 11

Tanta verò vbertate in prædictis pascitur liliis; vt exinde succulentiam, puritatem, atque fragrantiam maximam ipsi eius contrahant amores: hocque illud est, quod per allatam similitudinem cælestis intendit sponsus, vt triplicem hanc in illos cõferat laudem, cuius omnino expertes sunt amores mundani, quippe qui impurissimi existunt, depressi, atque aridi, præque impuritate, quam semper habent annexam, fœtidissimum olent odorem.

Atqui ex grata dulcedinis succulentia, ex iucũda, qua renitent puritate, & ex suaui, qua redolẽt liliorum fragrantia, quarta in eisdem piæ animæ amoribus subinnuitur laus amabilitatis, læti, atq; festiui, quæ & in pulchris vberibus, & in decoris est hinnulis capreæ, qui pascuntur in liliis. Ecquid enim amabile magis, quàm amor ipse, qui est prima, ac potissima amoris causa? Quid amore iucundius, in quo lætitiæ omnis est sedes?

Charitas piaaia læta atque amabilis.

Denique & quinta pulchrorum vberum laus æqualitatis, quæ per appositam illam gemellorum conditionem in hinnulorum similitudine designata est, optime & duobus hisce piæ animæ amoribus congruit, in quo diuina bonitas maxime elucet: nam tametsi, vt primum esse quis cœperit, ob innumeras rationes Deum teneatur amare; ea nihilominus est ipsius Dei in humanum genus benignitas, atque propensio; vt vnà cum amore in se, velit semper & comparem adesse amorem in proximum: cumque ambo per eius gratiám in pia gignantur anima, instar gemellorum æquales sic illos esse velit, vt neuter commendabilis foret, si alter sine compare esset. Nec enim proximum quis bono diligere potest amore, qui charitatis erga Deum sit expers: Nec charitate vera Deum amare quis valet, q proximi destitutus sit charitate, iuxta illud Ioannis: *f Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit: mendax est: qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?* Vt hanc æqualitatem inter duos amores illos necessariam esse, cõprobaret Dominus Iesus ad legis doctorem eum interrogantem, quod nam esset mandatum magnum in lege, ait: *g Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mẽte tua: Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuũ sicut te ipsum.* Quid enim est simile huic, nisi æquale est huic? Ac si dicatur, secundus amor, qui primi est gemellus, & compar perpetuus, est amor in proximum.

Charitas i Deo, atq; i proximũ æqualis esse dẽt in pia anima, & tãquã duo gemelli.

f 1. Ioa. 4. 20.

g Matth. 22. 36.

PARAPHRASIS.

Iuxta hanc igitur acceptionem vberũ, quæ hoc versic. commendantur, sic breuiter horum piæ animæ amorum explicandum est encomium. Tuus in Deum amor, alterque, quo tuum prosequeris & proxi-

DE ANIMA.

proximum, instar duorum vberum, quamquam distincti inter se videantur: vni tamen Deo affixi sunt cordi tuo, è quo calorem, & vitam suscipiūt. Et quamuis tenerrimi per se sint; nihilominus ingens quoque in illis est robur, adeo vt præ robore ipso suo, quasi turres quædam, & propugnacula tam proximo sint, quàm etiam & Deo: non secus ac vbera mollia, cum sita sint in pectore, qđ robur est totius corporis, fortitudinem simul habent tantam; vt & infantibus, & cordi pro tutissimis deseruiant propugnaculis.

Porrò duo isti amores tui, qui vberum in te obtinent locum, instar duorum hinnulorum capreæ gemellorum, qui pascuntur in liliis, donec aduesperascat, & cōgrua æqualitate, & suaui boni odoris fragrantia, & puritatis candore amabiles quā maxime sunt: dumque vberum munus explent in exhibendo lacte opis, & consolationis; instar hinnulorum pariter voluptatis lac sugunt & ipsi, pastum in liliis sumentes vberrimum diuinæ bonitatis, ac virtutum proximi illius, quem diligunt; adeo vt propterea succulenti sint simul & instar pulchrorum vberum lacte redundantium, & instar hinnulorum pinguium.

ALTER SENSVS.

Etsi sensus iste non sit à sponsi intentione alienus; arbitror tamen, alium afferri posse commodiorem, & intentioni eiusdem sponsi magis congruentem: vt videlicet, non tam duos prædictos amores commendare hoc loco voluerit per duorum vberum metaphoram, quàm duo operum misericordiæ genera, quæ ab vna proueniunt radice charitatis. Id autem mihi persuadeo exinde, quod, si cælestis sponsus amores ipsos laudare intendisset, propriori sanè vsus esset voce hebraica דודיך dodaich: דוד dod enim ambo hæc simul denotat, & vber, & amorem, qua voce vsus est in capite primo, vbi dixit: *a Meliora sunt vbera tua vino*: & in hoc etiam capite 4. versiculo 10. vbi dicet: *b Quam pulchra sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa: & pulchriora sunt vbera tua vino*. At, cum altera potius vsus sit dictione שדיך sciadaich, quę amorem minime significat; aliud potius, quàm amores in sponsa, piaque anima celebrare, censendus hic est. Id verò esse ipsa eiusdem animæ opera misericordiæ, & charitatis, ipsa indicat vberum natura, quorum illud est maxime peculiare, ac proprium, vt vbertim lac ex se proferant: vnde secundum Isidorum huius deriuata est ethymologia nominis vberum: quin & hebraica pariter dictio, שד sciad, idipsum contestatur, quippe quæ secundum aliquos, vt notat Rabbi Dauid kimhi in libro Radicum, deriuatur à verbo שדד sciadad, quod significat in vniuersum permeare, tam in malum, nempe ad vastationem, & deprædationem, quàm in bonum, nempe ad distributionem: sic dicta; quia, cum vbertim lac infantibus dant, per vniuersum permeant ipsorum corpus, ac vniuersa membra.

a Cāt. 1. 2.

b Cant. 4. 10.

Misericordia opera a sūt duo vbera pia animæ.

Isidorus.

R. David.

Congruit autem perbelle vberum metaphora cum ipsis operibus misericordiæ; non solum quia duo sunt eorum genera, alterum corporalium, alterum spiritualium, sicut & duo sunt vbera; verùm etiam, quia per ipsa aliis interna sese communicat charitas. Constat quippe, amoris sedem esse in corde: adeo vt iure optimo cor dici queat ipsemet amor; & quod cor est in corpore, id charitas est in anima, calorem continens, atque vitam.

Misericordia opera a sūt per cor charitatis affixa.

Simile.

Quemadmodum igitur cor matris, atque nutricis per vbera filiis, infantibusve iis, quos amore prosequitur, vitalem sui impertit calorem, quē A eadem per seipsas alioquin communicare haud aliis possunt quam membris, quæ proprio vnita sunt corpori; atque adeo benè à natura prouisum est, vt super ipsum cor ea sita essent: Ita & per opera misericordiæ interna charitas aliis se se communicat extrinsecus, lac exhibendo vel doctrinæ, & monitorum, vel consolationis, vel eleemosynarum, & multiplicium subsidiorum, quod certè lac tantum in se vitalis, & charitatis habet caloris, seu charitatiuæ etiam substantiæ; vt non immeritò charitatis etiam nomine sit insignitum charitasve dicatur; Et idcirco bene & ipsa quoque opera huiusmodi charitati affixa sint, operarium est, quasi vbera super cor: nec charitati illi soli, quæ creata est, & infusa: sed & ei quæ increata est, ipsi nimirum Deo, qui charitas piæ animæ quo B quo pacto est, & cor item eiusdem, è quo vniuersa deriuat spiritus, & charitatis vita: Neque enim lac effundi ab anima posset, quod charitatis vitā secum defert, & meritum æternæ retributionis, ni opera, & vbera ipsa spiritalia vni affixa essent Deo.

DE ANIMA.

Ac sicut feminarum vbera, quæ instar turrium pro infantibus in pectore eleuantur, propugnacula etiam cordis & ab Aristotele dicuntur, & à Galeno (vt supra notatum est:) quia cor, cui affixa sunt, suo modo tutantur, eidemque quietem conferunt, ac refrigerium, dum illud suauiter recalefaciunt, per illum met, quem ab ipso susceperunt, C calorem: Ita & vbera ista spiritalia, & opera misericordiæ, quæ in miserationis pectore, quasi turres erecta sunt pro infirmis, ac indigentibus ope, atque subsidio, propugnacula quodam modo etiam ipsius Dei dici possunt; quatenus illum recalefaciunt, exercendo charitatis calorem, quem ab ipso susceperet: per hoc quippe, quòd vitalem charitatis calorem in prædicto communicant lacte, non solum egentibus, sed & Deo pariter quietem afferunt, & refrigerium, quod is ipse apud Isaiam hisce contestatus est verbis: *c Hæc est requies mea; reficite lassum, & hoc est meum refrigerium.*

Simile.

Misericordia opera sūt turres, & propugnacula miserorum, & etiam Dei.

c Isa. 28. 12.

D Spiritalia itaque vbera ista hoc loco ex quinque capitibus commendantur per adiectam similitudinem: Primò ex succulentia. Secundò ex nitore; Tertiò ex suaui odore. Quartò ex æqualitate: Et quintò ex amabilitate, iucunditate, & lætitia, quam coram populis exhibent. Egregiè verò huiuscemodi operum succulentia tam per vberū metaphoram, quàm per hinnulorum, qui pascuntur in liliis, similitudinem designatur: Misericors quippe, instar plenorum vberum affatim lac elargitur eleemosynarum: & nihilominus succulenta semper sunt vbera ipsius, iuxta illud Psalmi: *d Dispersit, dedit pauperibus; iustitia*, idest eleemosyna, & misericordia *eius manet in seculum seculi*: quia nimi E rum, quò magis euacuantur, eò etiam magis replentur, quod & vberibus quoque carnalibus contingere, ostendi supra, in quibus, sicut arescit lac, quando illud infantulis non communicant: ita è vestigio abundantius tūc temporis id affluit, quādo communicatur: largientibus nimirum vberibus ipsis id, quod ex corde susceperunt, ac simul largius illo ipso tempore ab eodem corde immissum accipientibus sanguinem, qui in lac postmodum conuertitur. *e Ante mortem bene fac amico tuo*, ait auctor libri Ecclesiastici, *& secundum vires tuas exporrigens da pauperi: Da, & accipe, & iustifica animam tuam*, idest, dona, quæ à Deo corde animæ tuæ suscepisti, da pauperibus, & alia ab eodem accipies tum in præsenti, tum in futuro; sic enim iustifica-

Misericors propera misericordia pascit simul, & pascitur.

d Psal. 111. 9

e Eccl. 14. 13. & 17.

DE ANIMA

iustificabis animam tuam: Et efficacius Salomo in lib. Prouerbiorum: *a Fœneratur Domino*, inquit, *qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei*. Fœneratori restituitur sors cum augmento fœnoris: atq; adeo quia dans pauperi, dat ipsimet Deo, iuxta illud: *b Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*: idcirco eo ipso tempore, quo lac tribuit eleemosynarum, vicissitudinem à Deo accipit cum fœnore magno: dumque pastum præbet, pastũ pariter & accipit vberrimum: operibus illis inest, quæ instar vberum in se habet, instar hinnulorum sugentium lac ex vberibus capreæ, & qui pascuntur in liliis, è corde ipso suo, è Deo lac sugit præsẽtis retributionis: & ex eodem Deo tanquam è pascuis vberrimis in liliis pascitur retributionis æternæ, quatenus certissimam illius concipit spem, cuius spei lilia apud Antiquos hieroglyphicum extitisse testatur Pierius Valerianus; quæ omnia apertissimis verbis exprimit Paulus Apostolus ad hæc misericordiæ opera exhortans: *c In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat* (lac scilicet propinando) *vt & illorum abundantia* (rerum. s. spiritualiũ) *vestræ inopiæ sit supplementum*, (sicque videlicet, instar hinnulorum pascamini in liliis spiritualis retributionis, & gratiæ,) *d Potens est enim Deus* (qui est cor animarum vestrarum, & pascua vberrima, liliis cælestium gratiarũ referta) *omnem gratiam abundare facere in vobis; vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternũ*: Ac si dicat, vt in liliis pasti, & à Deo omni sufficiẽtia etiam rerum temporalium, quasi vbera à corde abundanter lacte repleta, iterum lac illud per misericordiam communicetis.

a Prou. 19. 17.
b Matthæ. 25. 40.
Piet. Vale. li. 55. c. de lilio.
c 2. Cor. 8. 14.
d 2. Cor. 8 9.

Secunda laus eorumdem vberum spiritualiũ ex nitore desumitur, & puritate illi planè simili, quã habent hinnuli capreæ, qui pascuntur in liliis: siquidem illud præcipuum est piæ animæ studium in operibus misericordiæ exercendis, vt purissimo ea exhibeat: id verò efficit, quatenus puram in eis seruare contendit intentionem suam, fugiens pastus inanis gloriæ, & ostentationis, propriive commodi temporalis, & lucri mũdanæ retributionis, quibus fœdissimo deturpari ea solent cæno; & pascens in liliis purissimis spei cælestis retributionis iuxta monita redemptoris nostri asserentis. *e Cũ facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum*. & apud Matthæum. *f Attendite, ne iustitiam*. i. misericordiæ opera, *faciatis corã hominibus, vt videamini ab illis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrũ qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis vt honorificentur ab hominibus, amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Te autem faciẽte eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*.

Misericordiæ opera pura sũt, atq; nitida quãdo purasũt intentione.
e Lucæ 14. 13.
f Matt. 6. 1

Fragrantia insuper, quæ tertia laus est istorum vberum, similis est odori hinnulorum, qui pascuntur in liliis: nam quemadmodum hinnuli lilia redolent: quia in liliis pascũtur, & inter lilia, seu ipsis etiam liliis. Ita & eleemosyna, atque opera misericordiæ, cum propter æternam retributionem sint facta, cœlestem planè referunt odorem, sicut cælestis est & pastus: Vnde factum crediderim, vt auctor libri Ecclesiastici, eleemosynam ipsam paradisum nuncuparit; quia paradisi refertet fragrãtiam; sic quippe ait: *g Gratia*, idest, eleemosyna

Misericordiæ opera piæ, cælestẽ fragrantiã redolent.
g Eccl. 40. 17.

Michaelis Ghislerij.

A (vt apparet ex Græco) *sicut Paradisus in benedictionibus*. Quamquam nomen illud benedictionum; quo etiam Apostolus vtitur ad eadem opera exprimenda, dicens: *h Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet*: aliam odoris fragrantiam in eis designet, bonæ nimirum famæ, & propter quam & opera ipsa benedicuntur, & qui illa exercet benedicitur apud homines, iuxta illud: *i Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi. K Et, Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimonium illius veritatis fidele*. Et *l In memoria æterna erit iustus*, idest, benignus, & misericors, *ab auditione mala non timebit*.

DE ANIMA
Misericordia sperabo ni vois odorẽ cansamt.
h 2. Cor. 9. 6.
i Prou. 22. 9.
k Eccl. 31. 28.
l Psal. 111. 7.

B Quartò ex iucunditate, festiuo, atque læto illo, quod in prædictis hinnulis conspicitur, spiritalia hæc piæ animæ vbera iucunditatem quoque, & lætitiam adiunctam habere, per allatam significatur similitudinem, & bene, nam & in Psalmo, in quo de laudibus agitur viri misericordis, hæc prima pronuntiatur laus iucunditatis: *m Iucundus homo qui miseretur, & commodat*, idest. Homo, qui miseretur, & commodat, est iucundus, dulcis, atq; suauis in operibus ipsis, quæ per misericordiam exhibet, iucunditatem, ac benegnitatem maxime amabilem præsefert. Et Paulus haud laude dignam arbitratur eleemosynam, quæ cum tristitia fiat, & C absque hilaritate: vnde & ait: *n Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus* iuxta veterem illam libri Ecclesiastici sententiam *o In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas*.

Misericordiæ opera hilariter exhibenda.
m Psal. 111. 5
n 2. Cor. 9. 7.
o Eccl. 35. 11.

Quintò demum præclare ambo genera operum misericordiæ spiritalium, ac corporalium, ambo & piæ animæ vbera spiritalia ex æqualitate commendãtur per adiectionem conditionis gemellorum ad similitudinem duorum hinnulorum capreæ. Qui enim verè misericors est, & pulchra ista habet vbera, æqualiter ad vtraque habere se studet, prout in præcitata Psalmi sententia significatur, cum dicitur: *p Iucundus homo, qui miseretur, & commodat: disponit sermones suos in iudicio*; idest, D Is est homo verè bonus, benignus, suauis, atque iucundus, qui & verè est misericors, dans corporalia, & terrena indigentibus, & recipiens cælestia, ac spiritualia, quasi pro pretio commodati, & spiritualia pariter impertiens in consiliis, in adhortationibus, in doctrina, & ceteris huiusmodi, disponens sermones suos in iudicio, cum iudicio loquens, & consulens. Per hanc autem laudem ii arguuntur, qui facillimi sunt ad exhibenda opera misericordiæ spiritualia, & difficillimi in exequendis corporalibus, vel è contra. Videre enim est plerosque promptissimos ad præstanda bona consilia egenti, cui tamen nec vnum quadrãtẽ ex bonis propriis velint elargiri. Videre est alios assiduos ad visitandum quempiam in carcere conE stitutum, pro quo tamen, non dico quadrantem sed nec vnum verbum expendere volunt.

Misericordiæ opera spiritualia & corporalia æqualiter exhibenda.
p Psal. 111. 5.

Complures denique videas, quos si roges, vt pro te preces ad Deum fundant, promptissimos illos reperias: à quibus nihilominus, si quidpiam pecuniæ mutuo petas necessitate cõpulsus, nullatenus id assequi possis; Horum certè vbera misericordiæ haudquaquam digna sunt, quæ à sponso laudib. celebrentur, cum æqualia minime sint.

Præter has quinq; laudes, duas insuper alias eadem hinnulorum capreæ subindicat similitudo, Neq; abs re factum esse, cẽsuerim, vt ex hinnulis capreæ potius, quàm alterius animalis desumpta hoc loco sit similitudo, Siq; dẽ hinnuli, sicut & mater

Misericordiæ opera citò cũspectè exhibenda, atque celeriter.

Qq

DE ANIMA. ter sua caprea, visu excellunt, & cursu, prout aliàs pertractatum est fusius, atque adeo ex hisce etiam duob. spiritalia piæ animæ vbera, seu ipsam animam misericordiæ opera exercentem commendari crediderim, ad eorū similitudinem, ambo enim hæc necessaria sunt misericordi; Vt oculis propriis conspicere studeat proximi necessitates, cū per hoc magis commoueatur, acuteque vidēs, singulorum necessitates expendat, & merita: ne aut ei tribuat, qui minime indigens sit, aut iniquum insto præferat in distributione sua. Idcirco bene, qui huiusmodi visu polleat, beatus prædicatur in

a Ps. 40.1. Psal. 40. cū dicitur: *a Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*, idest, beatus, qui intellectu percipit & indigē-

b Eccl. 12. 1. & 6. tiam, & meritum pauperum. Et in lib. Ecclesiastici apertius: *b Si bene feceris, scito, cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa: Bene fac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à Domino. Da bono, & non receperis peccatorem.* Vt ve festinus accurrat ad opem ferendam indigentibus, Sapienti obtemperans Salomoni, qui in lib. Pro-

c Pro. 3. 28 uerb. ait: *c Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Zacchæumque

d Lu. 19. 5 imitans, de quo in Euangelio dicitur: *d Festinans descendit, & excepit Iesum in domum suam, & stans dixit, Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus.*

Misericordia opera in præsenti tā-tū vita exhibentur. Id demum in isto operum misericordiæ encomio ponderandum, quod vltimo loco allatæ similitudini adijcitur; *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbra*, quibus verbis significatur, eo vsque dicta opera à pia exerceri anima, eove meritoria eadem esse, & allatam mereri commendationē, quousque dies vitæ præsentis aspiret, & inclinentur vmbræ mortis.

Siquidem in præsenti duntaxat vita misericors per vbera operum misericordiç egentibus lac exhibet, & per eadem, ad instar hinnulorum capreç pascitur in lilijs spei æternorum, ceterasve habet conditiones, quibus celebrata ea vidimus per allatam similitudinem. Vnde bene Augustinus, frā-

Aug. serm. 27. de ver. Domini. gis, inquit, panem esurienti; quia inuenisti esurientem: Tolle famem, cui frangis panem? Tolle peregrinationem, cui exhibes hospitalitatem? Tolle nuditatem, cui præstas vestem? Non sit ægritudo, quem visitas? Non sit captiuitas, quem redimis? Non sit rixa, quem concordas? Non sit mors, quem sepelis? In illo sæculo futuro non erunt ista mala, ergo nec ista ministeria.

Ex dictis paraphrasticus, breuisque istorum sensus in hunc modum deducitur.

PARAPHRASIS Duo genera operum misericordiæ, quæ, quasi duo vbera tua sunt: quandoquidem per illa proximis tua ope indigentibus lac communicas spiritualis, ac corporalis subsidij, vitalemq; charitatis calorem, cū illa, instar vbera habeas super cor ipsius charitatis, super charitatem creatam simul, & increatam. *Duo* inquā, spiritalia hæc *vbera tua* per illud ipsum, quod lac communicant eleemosynarum, sunt *sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs*, quatenus, instar prædictorum hinnulorum festiuum quid, ac lætum adiunctū habent: æqualiter ab vno corde charitatis prominentia: succulenta sunt, ac plena, cum *in lilijs* pascātur spei cælestis retributionis, & è Deo corde tuo abundātius, quasi hinnuli ex vberibus matris, lac sugant præsentium, & futurorum bonorū: purissima sunt ac nitidissima ob candidam, qua fiunt intentionem, cælestem plane referentia odorem ob id, qđ prædictis pascuntur in lilijs, & fragrantiam

A pariter bonæ famæ tibi cōferunt. *Sicut duo hinnuli capreæ* potissimum sunt, propter acutam, & exactam circunspectionem; ac prudentiam, & propter celeritatem, quç à te exhibentur: ista verò omnia rectè eis competunt, dum tibi opus est, lac communicare, & in lilijs spei pasci, *donec aspiret dies* vitæ præsentis, *& inclinentur vmbra* mortis dono: per obitum tibi aduesperascat; ita vt haud amplius spe pasci, tibi operæpretium sit, quando & meritum cuiuscunque pastus tibi cessabit. DE BEATA MARIA.

Vers. V. Duo vbera tua, sicut duo &c.

B Vers. VI. Donec aspiret dies, &c.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

Post orationis B. Mariæ encomiū sub colli metaphora in præcedenti sententia contextum, cogruentissimo sanè ordine vbera eiusdem Virginis laudibus in hoc versu celebrantur: quemadmodum enim, cū de Christi Iesu oratione agitur, quatenus apud Patrem aduocatus noster in cœlo est, pie asseritur, per vulnerum ostensionem efficacissimam illam reddi, & colligitur ex prophetia Zachariæ, vbi Christo à Patre dicitur: *a Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* & ipse pa- *Oratio B. Mariæ efficacissima redditur apud Christū per vbera, quæ suxit, ostensionem.*

C tri, hisce eum affanti, respondet: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me*: atque adeo rectè à Scholasticis hæc quoque inter multas numeratur rationes, propter quas in glorioso Christi corpore ipsorum vulnerum reseruatæ sunt cicatrices, vt videre est apud S. Thomā 3. par. q. 54. art. 4. in corp. Ita, & cum de B. Mariæ oratione agitur, qua filium pro nobis interpellat, pie etiam asserendum videtur, per vberum ostensionem efficaciam maximam Virginem benedictam illi exhibere, vt pote per quæ filium ipsum suum lactauit Iesum Christū: vnde & Beata prædicata sunt à pia illa muliere, quæ in Euangelio dixit: *b Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti*; Beata inquam, Sur. ile. Zac. 13. 6. S. Thom.

D idest, immensis, atque innumeris gratijs affluētia. c Luc. 11. 27.

Cæterum perpulchra ista tantæ Virgini vbera, non tam ex eo commendantur, quòd lactauerunt filium Dei, quàm ex eo, quòd mirabili planè modo succiplena extiterint virgineo lacte, liliorum, ac Virginitatis odore fragrantia, virginitatisve eiusdem nitorem præseferentia, & lætum, ac festiuum simul exhibentia.

Pro quorum intelligentia, supponendum ex Aristotele, & communi Naturalium sententia, eandem esse materiam, ex qua fœtus generatur, & ex qua fit lac, quo genitus alitur fœtus. Lactis naturam eādem esse inquit Aristoteles, quam excremēti, ex quo vnumquodque generetur apertum est; nam eadem materia est, quæ alit, & ex qua generationem natura constituit, eaque sanguineus humor in sanguinem habentibus est; lac enim sanguis concoctus est. Quibus consentanea Venerabilis Beda in Lucam, de hisce Mariæ vberibus loquens, ait: Qua consequentia eius lacte educatur, nutritus, cuius semine negatur esse conceptus, cum ex vnius eiusdemque fontis origine, secundum Physicos, vterq; liquor emanare probetur: Nisi fortè putanda est Virgo semē tūnā suæ carnis materiā nutriēdo in carne Dei filio suggerere potuisse; incarnādo aūt quasi maiori, & insolito miraculo minime potuisse. Hoc supposito; cum exconstet, ex purissimo Beatæ Virginis sanguine prę vir- *Vbera Beatæ Mariæ commendatur ex eo, quod plena lacte virgineo, et virginitatis odorem referentia.* Beda lib. 4 cap. 48. *Vbera Beatæ Mariæ ... dicuntur ... salo ...*

E

tutem

APPENDIX. tutè Spiritus ſancti in vterum illius attracto Chriſtum genitum; dicendum eſt, ex eodem puriſſimo, ac virginali ſanguine lac in illius vberibus eſſe cōfectum, quod eatenus è cælo prouenisſe aſſeritur, iuxta id, quod canit Eccleſia in Officio feſti Circūciſionis Domini. *Sola virgo lactabat vbere de cælo pleno*, quatenus diuina (vt dictum eſt) Spiritus ſācti ope puriſſimus ille Virginis ſanguis attrahi cœpit in Chriſti generatione: patet autem, eſtque ſententia Ariſtotelis, lac generationis gratia haberi.

Ariſt. li de par. anim. c. 7. Præclarè igitur cæleſtis ſponſus iſta commendans vbera, laudat ea per ſimilitudinē duorū hinnulorum, qui in vberrimis, puriſſimisve paſcuis inter lilia die tota paſcuntur. Per hanc quippe vnā ſimilitudinem vniuerſas ſubindicat laudes, quibus præſtantiſſima illa redduntur: quòd ſacro ſucciplena ſunt lacte; quia, quaſi duo hinnuli in puriſſimo paſcuntur corde, ſuper quod ſita ſunt: vnde, quaſi ex vberrimis paſcuis puriſſimum illum attrahunt ſanguinem, qui in candidum concoquitur lac; &, cum ſanguis ille, quem attrahunt, virgineus ſit, ſicut & virginei extitere ii ſanguines item ipſius, ex quibus conceptum in vtero eſt corpus Chriſti, in liliis, ſeu liliis ipſis, quæ virginitatē deſignant, paſci rectè dicūtur; ac propterea virgineā quoque puritatem, & virginitatis fragrantiam in iiſdem eſſe, per hoc ipſum ſignificatur. Vnde fit, vt plurimùm etiam exhibeant lætitiæ, ac voluptatis ei, qui paſcitur inter lilia, atque inter virgines iucundiſſime commoratur.

Verſ. V. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs.

Verſ. VI. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Duo Saluatores tui, qui te ſaluaturi ſunt, ſimiles ſunt Moyſi, & Aaron filiis Iocabed, qui comparati ſunt duobus hinnulis gemellis capreæ, & paſcebant populum Iſrael per merita ſua quadraginta annis in deſerto mannā, & auibus pinguibus, & aqua putei Miriam.

Greg. Niſſ. Theodor. Caſſiodo. Greg. PP. Philo Aponius. Sanctos Eccleſiæ Doctores ſub duorum vberū metaphora communiori ſenſu commēdatos arbitrantur Gregor. Nyſſ. Theodor. Caſſiodorus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Aponius, Beda, & Anſelm. Diſcrepant tamen hi ipſi in hoc ſenſu explicando: nam Gregorius Nyſſenus homil. 7. tametſi primùm per duo vbera ſponſæ duplicem hominem intelligat, qui in vnoquoque reperitur; viſibilem alterum, & ſecundum corpus; alterum inuiſibilem, & ſecundum animam; quos ambos inquit, dici gemellos; quia ſimul congeniti corpus, atque anima; & paſci in liliis, in vberrimis nimirū paſcuis, floribus redundantibus, in corde, ex quo purarum cogitationum flores legētes pingueſcūt: comparari verò duobus hinnulis, quorum proprium eſt, vt acutè videant, atque diſcernant; quia ambo iſti homines in ſpōſa Chriſti diſcernere norint paſtum liliorum puritatis, ac boni odoris virtutum à ſpinis peccatorum. Inferius tamen illum potiſſimum hic commendari exiſtimat ſub eadem vberum metaphora in prædictis duob. hominib. qui eſt, inſtar nutricis infantibus, lacte nutriens eos, qui recenter nati ſunt, doctorem nimirum, & catechiſtam. Per ſpirationem diei, ſpirationem intelligit Spiritus ſancti, diei nomine ſignificati; A qua ſpiratione dicit expelli vmbras vanitatis, & erroris: vt ſenſus videatur eſſe; tamdiu duo prædicta vbera eſſe ſicut duos hinnulos eo modo, quem diximus, quamdiu Spiritus ſanctus in tali ſponſa ſpirauerit, tenebrasve expulerit.

Gre. Nyſſ. *Duo vbera ſponſæ ſunt duo homines, qui in vnoquoque reperiūtur, & qualiter iij ſunt ipſa anima.* — *Doctor laudatur ſub vberum metaphora.* — *Spiritus ſanctus dies dicitur.*

Theod. Clarius Theodoritus per Eccleſiæ vbera doctrinæ fontes deſignatos ſumens, id eſt, Doctores, hos dici, inquit, ſicut hinnulos capreæ, non ſicut capream, propter vim acutè intuendi, & contemplandi; quia *a* nunc cognoſcunt ex parte, cum autem venerit quod perfectum eſt, tunc deſtruetur, quod ex parte eſt? Paſci verò in liliis, quia herbā odoriferam, id eſt, ſpiritus doctrinam percipiunt. B At Symmachus (inquit) dixit, flores paſcere: eos enim, qui facti ſunt digni, vt ſint ſpiritus flores, vbera ſponſæ, ex quibus doctrinæ latices fluunt, paſcunt, & nutriunt, donec aſpiret dies, & æſtus, id eſt, vitæ labores deſinant, & inclinentur vmbræ, id eſt, negotia præſentia finem habeant, quæ vmbris comparantur.

Doctores ſāti ſūt vbera Eccleſiæ, & quō ſint hinnuli, & paſc. &c. a 1. Cor. 13. 9.

Caſſiod. Caſſiodorus duo vbera dici inquit Eccleſiæ Doctores: quia paruulos ex vtroque populo Iudaico, ac Gentili lacte nutriunt verbi Dei: dici verò ſicut duos hinnulos capreæ: quia filii Saluatoris noſtri, per capream deſignati, cui dictum ſuperius eſt: *b Similis eſto capreæ*. Et quia hæc animalia acutiſſimè vident, ac nimia velocitate altiora conſcēdunt; C ac proinde ſancti pariter Doctores, quæ agēda ſunt vident, aliisve monſtrare, & deſpectis terrenis, ad ſuperna aſcendere nituntur. Qui & paſcantur in liliis, cum delectentur puriſſimis ſenſibus ſcripturarum: Donec dies veniat æterna, & tranſeant vmbræ mœrorum, ac perturbationum huius ſæculi, quando haud neceſſe erit, doceri aliquem; quia omnes reuelata facie gloriam Domini contemplabuntur.

Doctores ſāti ſūt duo vbera Eccleſiæ, & quales ij ſint b Cā. 2. 17.

Greg. PP. Addit Gregorius Papa, eoſdem dici ſicut duos hinnulos capreæ; quia & filii Synagogæ exiſtunt, & in montibus contemplationum paſcuntur; Gemelli verò ideo dicti ſunt; quia concorditer prædicant, & concorditer ſapiunt: In liliis paſcuntur, donec, &c. quia munditiem infatigabiliter ſectantur, donec in die iudicii præmia recipiant, quæ in D labore noctis aſſiduè contemplantur.

Doctorū conuenientia conditiones.

Beda. Quibus conſentiunt Beda, atque Anſelmus: Gemellos Doctores ex duobus populis dici, inquit Beda; quia vna eademque fide imbuti, vnis iiſdemve ſacramentis renouati vtriuſque populi Doctores in vnam Chriſti Eccleſiam omnes, quos educant, aggregant. Hinc de his, qui ex præputio crediderunt, dixit Petrus; *c Et qui nouit corda Deus teſtimonium perhibuit, dans eis Spiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum.*

Doctores Eccleſiæ quare dicātur gemelli. c Act. 15. 9.

Philo. Eoſdemque Doctores dici, ſicut duos hinnulos capreæ, ait Philo Carpathius: quia, tamquam duo hinnuli capreæ, vtriuſque teſtamenti mādata acutiſſimè perſcrutantes omnia ſtudioſiſſimè ſeruarunt, E ſeruantque quotidie quotquot ad ſponſum peruenire dicuntur. Hi duplicis vberis ſuctores meditando fiunt, ſpiritalis videlicet ſenſus, & litteralis, ſiue hiſtorici: ſicque arcana Dei, myſteriaque rimantes, in liliis, id eſt, in puritate conſcientiæ, candore vitæ, & integritate verſantur mūdi, ac caſti, fideles, & iuſti, inuictique prorſus beatitudinis prœmia in die iudicii præſtolantur: Tunc enim dimotis vmbris huius mortalis noctis, id eſt, præſentis vitæ tranſactis actionibus, atque diſcuſſis, qualis quiſque vixerit, apparebit, ſempiterna bona, aut mala recepturus.

Duo Prædicatorum ordines. — *Conditiones aliquæ ſanctorū Eccleſiæ Doctorū.*

Aponius. Apon. denique Sāctos Prædicatores duo Eccleſiæ

APPEN-DIX.

sta vbera dictos asserit, propterea quod duo prædicent testamenta, vetus, atque nouum, eaq; æqualiter: Ideo enim, ait, duo vbera, sicut duos hinnulos capreæ gemellos dixit, vt æqualitate doctrinis & similitudine, cõuenienti sensu doctrinæ lac porrigere auditoribus moneantur hi, qui Ecclesiæ vbera se præbere noscuntur, vt quicquid vetus testamentum per typos in prophetia futurũ pro humana salute pronunciauit, hoc in nouo ostendatur perfectum per Domini nostri Incarnationem. Per id, quod allatæ similitudini hinnuloru adijcitur: *Qui pascuntur in liliis*: ex triplici capite eosdem Sanctos Doctores commendari ait, ex succulẽtia, ex pastu, seu modo pascendi, atque ex pulchritudine, & iucundo aspectu. Ex succulentia, quatenus Spiritus sancti pinguedine lactea repleti sunt doctrina. Ex pastu, quatenus, instar hinnulorum capreæ magis sursum erecta frutetorum, q̃ solum herbidum delectantur depasci, non de inferioribus flosculis sęcularium litterarum, sed de supernis Apostolicis mõtibus flores depascentes, semperq; in castarum animarum exemplis pascua collocantes, eorũ præcipuè, qui inter spinosas siluas in liliorum cãdore castimoniæ odore flagrarunt, BB. Eliæ, Elisæi, Danielis, Ieremiæ, Iosephi, Ioannis, Mariæ, Theclæ, & ceterorũ huiusmodi. De his, inquit, liliis decerpunt flores, imitãdo: de his floribus manducandũ est, docendo: de his exemplis vnicuique pascendũ est, cogitando. Tunc enim, quàm maxime implebuntur lacte doctrinæ, cum talium florum fuerint vitæ exempla depasti. Ex pulchritudine demũ, quia sicut hinnuli capreæ gemelli pascentes inter lilia florentia delectabilem præstant aspectũ: Ita & populi doctor iucundissimum auditoribus in se gaudium exhibeat, si inter alia bona castitatis candore toto vitæ suæ tempore fuerit circundatus: Idcirco enim additur, inquit, *Donec aspiret dies*, &c. per quod declaratur, tamdiu plebem Dei necessariam habere sanam doctrinam, donec ille dies magnus iudicij aspiret, quãdo quicquid in hoc sęculo magnum videtur, cum vmbra sit, in occasum inclinabitur.

Prædicatores sancti duo vbera Ecclesiæ, qa duo prædicant testamenta.

Prædicatorum sanctorum conditiones aliquæ.

B

Breuius idem Aponius totam sententiam exponens, dicit: Hinnulis capre arũ Ecclesiæ, vbera comparantur, eò quòd sæpe per vnius aspectus, & pulchri sint visione, & veloces ad fugiendas sæculi voluptates, & illecebras, & numquam pigri excelsa, & ardua Deo placita consectari: nam vnicuiq; animæ tunc aspirat dies, qñ per pęnitentiam suum quæsierit creatorem, & desinẽdo à malis operibus, inclinatæ fuerint ei ignorantiæ vmbræ.

C

D

Doctrinam ipsam eorundem Doctorũ per duorum vberum metaphoram designatam arbitrãtur alij. Duplicem quippe Ecclesiæ doctrinam accipit Catena trium Patrũ, moralem, ac naturalem, quæ ex ea simul fluãt, quatenus nec mores sine ratione doceat, nec rationẽ sine moribus. Has verò esse sicut duos hinnulos, qui pascũtur, &c. idest sicut disciplinã moralem, naturalemq; q̃ in animabus ab omni vitæ solicitudine remotis, dũ impertiuntur, coalescunt, & incremẽtum accipiũt, donec clarissimus ille futuri tẽporis dies illucescat, & omnia, q̃ vmbris sunt inuoluta, pertranseãt. Capreæ autem assimilari ipsam piam animã, tum propter acumen in contemplando, tum propter cursus celeritatem in peragendo.

Tres Pat.

Vbera piæ animę sunt duplex doctrina, moralis, & naturalis.

E

Ad duo testamenta referunt hæc Philo Carpat. Iustus Orge. & Anselm. Duo Ecclesiæ vbera, ait Iustus, duo sint testamẽta coaptatã duobus hinnulis capreæ gemellis, idest duobus populis, qui ex te nutriuntur: qui pascuuntur in liliis, dum sanctorũ

Philo carp. Iustus. Anselm.

Vbera Ecclesiæ sunt duo testamenta.

A proficiunt pariter exemplis, & doctrinis, donec absorbeatur, quod mortale est.

Secundum Phil. item Carp. duo Ecclesię vbera, sunt duo præcepta charitatis.

Philo.

Vbera Ecclesiæ duo pręcepta charitatis.

At secũdum Psellum apud Theod. sunt sanguis, & aqua, quæ ex Christi latere profluxerat, ex quibus animæ fidelium salutem hauriunt.

Psellus.

Vbera Ecclesiæ sunt sanguis, & aqua ex latere Christi profluens.

Duo electorũ genera ex duplici populo sunt duo vbera secundum Greg. PP. qui in lib. 24. Moraliũ cap. 10. Duo, inquit, Ecclesiæ vbera sunt vterq; populus ex Iudæa, & Gentilitate veniens, qui in sanctæ Ecclesiæ corpore per intentionem sapientię arcano est cordis affixus: ex quo populo hi, qui electi sunt, idcirco capreæ, hinnulisq; comparantur, quia per humilitatem quidem prauos se, ac peccatores intelligunt, sed de his per charitatem currentibus, si qua obstacula de impedimento temporalitatis obuiant, transeũt, & datis contemplationis saltibus ad superna conscendunt: qui, vt hęc agãt, præcedentium sanctorum exempla conspiciunt, vnde & in liliis pasci referuntur, idest in vita illorum, qui veraciter dicunt: Christi bonus odor sumus: Idque, donec aspiret dies, &c. Tamdiu quippe refici iustorum exemplis indigemus, donec pręsentis mortalitatis vmbras æterno die aspirante transeamus.

Greg. PP.

Vbera Ecclesiæ sunt electi, q ex duobus populis, iudęo & gẽtili descendunt.

Ad B. Virginẽ aptant hęc & Ruper. Abb. Richa. de S. Victo. sed diuersimode illius vbera sumunt.

Rupertus quippe Virginitatem, atq; fecunditatem intelligens, ait: Aspicite hoc, & admiramini, quia capræa hæc hinulos ita geminos edidit, quia fœmina hæc, dum quasi caprea per montes exilit, dum cęlestibus, ac supernis animo intendit, gemella hæc plenæ gratiæ dona feliciter apprehendit, vt & mater, & virgo sit. Quid faciemus gemellis illis? Pascuntur, & *pascuntur in liliis donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*, idest secreto custodiantur, nec publice prædicentur, quòd ita sint gemelli, donec resurgam à mortuis, quod est aspirare diem, & inclinari vmbras mortalitatis. Omnino secreta sunt in liliis hęc, idest in illis, & penes illos, quibus inest, & candor, & suauis odor castitatis.

Rup. Abb.

Vbera Beatæ Mariæ, atq; fecunditas.

Richardus autem vbera eiusdem Virginis, quæ hic commendantur, vbera intelligit, quæ illa habet, geminæ dilectionis lac fundẽtia, quia reis impetrat veniam, & iustis gratiam: hęc autem inquit, comparati duobus hinnulis caprę gemellis, idest Angelis, & animabus ijs sanctis, quæ ad Regnum translatæ sunt: *Hinnuli*, quia montem cælestis habitationis conscendunt, & diuinæ contemplationis dulcedine reficiuntur, sicut hinnuli, & alta petere solent, & lacte nutriuntur: His vero hinnulis dicta B. Mariæ vbera comparantur, quia, cum tam Angeli, quam sanctæ animæ pro peccatoribus solliciti sint, & eis tam meritis, q̃ intercessione subueniant, credendum est B. Virginem tantum in hoc posse, quantum vtraq; hæc creatura, imò vtraque potior indicatur quia vtraq; per hãc reparatur, & Angelorũ ruina per hãc restaurata est, & humana natura reconciliata. Merito etiã misericordia eius cursui hinnulorum comparatur, cum per mundũ currat, mundũ irriget, & infundat: hinnulorũ velocitati comparat, quia velocius occurrit eius pietas, q̃ inuocetur, & causas miserorũ anticipat: hinnulis quoque comparatur, quia dulcedinem bonitatis, quam impendit, ipsa desuper fugit. Hæc sunt vbera tua (dicit Richardus) ô beata, idest pietas, quibus misericors lactas, dum misericordiam eis impetras: lactas misericors, & ab ipsa misericordia lactaris, ab ipsa percipis, quod refundis: A Deo pietate replentur vbera tua; vt alicuius

Richard.

Vbera B. Marię sunt gemina dilectio, quia reis impetrat veniã, et iustis gratiam.

Misericordia B. Mariæ, sicut vberũ lac nobis profluit quia instar hinnulorũ desuper lacte replentur pietatis.

mise-

DE ANIMA. miseriæ notitia tacta, lac fundāt misericordiæ, nec possis miserias scire, & non subuenire. Et quid mirum, si misericordia affluis, quæ ipsam misericordiam peperisti? Carnalia in te Christus vbera suxit, vt per te nobis spiritualia fluerent: cum.n. misericordiam lactasti, ab eadem misericordię vbera accepisti. In te ergo concreuit lac misericordiæ, & ex te nobis profluxit: ipsa prius repleta es, & ex te nobis descendit hæc abundantia: vnde quia lacte hoc inebriaris, & lac istud nobis fundis, & per mūdum pietas tua currit, & miseris occurrit, & subuenit, merito hinnulis compararis, & lactentibus hędis, pariterq; currentibus assimilaris. Deniq; spiritales hinnuli Angeli animæve beatæ, quibus B. Virginis vbera comparantur, *pascuntur*, inquit, *in liliis*, quia salutem desiderant adhuc in exilio degētium: Hi insuper hinnuli munda vita, & bonæ conuersationis odore, atq; fama reficiuntur: quod vtique agunt, donec illucescat dies æternæ beatitudinis, & vmbræ finiantur miseriarū præsentis vitæ.

Richard. Aptans eadem ad animam, illam inquit vbera habere, quæ in gratia crescens, & pietatem concipiens mater fit: lactat teneros, cōsolatur desolatos, contumelijs pulsata, vel iniuriis affecta patientiæ, & compassionis lac fundit, non sanguinem carnalis commotionis: quia.n. pietatis lacte repleta est, dulcedinem exhibet, quam accepit. Tactus probat qualis sit quisque: Si vbera haberet, tactus, idest iniuria pulsatus lac funderet; cum autem iniuriā patitur, & non compatitur, dolet, & non condolet quia pietatis lac non effundit, probat, se non habere vbera nec matrem esse. Quia igitur anima perfecta desuper accipit gratiam, quam aliis refundit, sic ipsa quoq; lactatur, merito hinnulis comparatur, qui ad lac currunt, & alta petunt, fugit.n. vnde ipsa crescat, & alios reficiat. Per duos hinnulos, spirituales intelligit Richardus actiuos, & cōtemplatiuos, qui ad lac gratiæ currere nō cessant, hoc desiderant, & ad perfectum semper tendunt, & superna petūt: apud se paruuli semper sunt, idest humiles, & ideo lac gratiæ quærūt: vnde, quia ad hoc lac indesinenter currunt, hoc percipiunt, eoq; reficiūtur, & ita dulcedine huius replentur, vt eius abundātia aliorum inopiam supplere sufficiat. Hi sunt, inquit, *hinnuli capreæ*, idest Ecclesiæ, quæ alta petere solet: *Gemelli*, quia eadem doctrina reficiuntur, vtrique sicut gemelli nutriuntur eodem lacte: *Pascuntur in liliis*, quia in munditie bonorum, & bono odore conuersantium delectantur, donec deficiat ignorantia, & miserię pręsentis vitæ, & luceat dies æternitatis, & diuinæ cognitionis.

Vbera pia anima sūt eius pietas, atq; cōpassio, quæ desuper replētur, vt alijs lac fundāt.

Vers. VI. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

QVamquam iuxta communem Sāctorum Patrum sententiam, primam huius versus partem ad superiora retulerim in præcedentis versus expositione, qvia tamen, iuxta Mosoretarū distinctionem, & ex communi Hebræorū Doctorum sensu, quem cōplures ex recētioribus nostris sectantur, ad subsequentia potius referenda est, ꝙ & mihi admodum probabile videtur, cū & sono litteræ, & spiritalibus quoq; sensibus consonū id sit: Idcircò, sicut Sanctorum Patrū vestigiis inhæ-

A rens, quo pacto cum præcedentibus iungerentur, ostendi: ita congruum quoq; est, vt & iuxta hanc alteram distinctionem indicemus, qua ratione cū iis, q̄ in eodem versu subsequuntur eadē iungenda sint, quemve faciant sensum. Pro qua quidē re haud multùm laborandum est, si supponamus id, quod fusius explicatū est in 1. explicatione eorūdem verborum in vers. 17. cap. 2. verba ista (*Donec aspiret dies, & inclinentur vmbra*) esse periphrasim vespertini temporis, ac si diceretur: Donec aduesperascat; Interea quousque aduesperascat, *Vadam*, &c. LITTERA.

B Difficultas, eaq; non contemnenda in ea potius est; Quomodo totum id, ꝙ in hoc vers. 6. habetur, cum iis cōnectatur, q̄ in toto hoc capite, vel in pręcedentib. dicta sunt, vel dicuntur in subsequentibus, cum perpetua in toto isto capite videatur esse, panegyricus pulchritudinis sponsæ: ꝙ autem hic asserit sponsus: *Vadam*, &c. nihil ad dictę pulchritudinis encomiū spectet, quamquam illico subijciatur immediate: *Tota pulchra es amica mea*, &c.

Almonacyrius. Hieronymus Almonacyrius refert sententiam quorundam existimantiū, hæc verba esse sponsæ, quæ, cum audisset, sponsum tot, tantisq; laudibus ipsius pulchritudinem celebrare, præ modestia pudore quodā ingenuo suffusa, velit seipsam à sponsi subtrahere conspectu, & ad mōtem myrrhę, collemq; thuris conscendere, quādiu duret ęstus meridianus vsque ad vespertinū tempus colloquiis C aptius. Crediderim autem, Almonacyrium istā afferre sententiam ex aliorū sensu, vt duo, quæ ipse excogitarat, afferret documenta, exinde collecta. Vnum, quòd qui modesti sunt, & humilitate præditi non possunt sine magna animi perturbatione proprias laudes audire. Alterum, quòd, cum spōsa exploratū haberet, virtutem quacunq; in homine fragilem esse, & q̄ facili negotio amitti solet inter tot tentationum discrimina, vnum sibi manere, significet perfugium, vt conscendat ad montē myrrhæ, & ad collem thuris. Enimuero inter omnes, quotquot vidi huius libri interpretes vel etiā hebræos, nullum adhuc reperi, qui prædictæ sit sententiæ. Atq; adeo bene ipsemet, haudquaquam se D illam amplecti, significat, ob id duntaxat, quia ei obstat communis sensus interpretum. Quin & omnino falsam eandē esse, colligitur manifeste ex versione Sept. quæ sic habet: πορεύσομαι ἐμαυτῷ, *vadam mihi ipsi*: in genere masculino.

Legionēs. Legionensis, quem sequitur tandem ipse Almonacyrius, inquit, Salomonem interrumpere institutam laudationem, quò magis variū efficiat carmen, vt quasi inter canendum recordetur sponsus rustici alicuius, & necessarij operis, cuius, studio canendi, memoriam amiserat, veluti ipse se tacite arguens, quod præ amore rem suam familiarem penè neglexerit, dicat: *Donec aspiret dies*, &c. quasi dicat: Quin potius, quousq; aduesperascat, E id agam, ꝙ mihi facere incumbit. Confirmat autē hanc suam sententiā Legionensis exemplo Corydonis pastoris in Ecloga secunda apud Virgilium sese accusantis, quasi inerti amori deditus esset, cū multa in vinea sua peragenda sibi essent. At certe, neq; hæc sententia mihi placet, neque allatum Corydonis exemplum videtur ad propositum: Siquidem pastor ille semiputatam vitem à se relictam, dum amori vacat, reprehendit, & aliquid, quorum indiget vsus, viminibus, molliq; detexere iunco: Verùm hoc loco, si ab amando se reuocare sponsus voluit, ab otio ad rem, quæ propemodum otiosi hominis erat, se auocat: *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*, quorum, & cul-

DE ECCLESIA. ture otiosi hominis est,& visus. Adde,quòd cum statim post hunc versum iterum sponsus redeat ad sponsæ laudes,non videtur congruum, vt tam subitò post sui accusationem, iterum in idem, quod prius reprehenderat,incidat. Quin & ipsum eius exemplum illi obstat rationi, quam affert, hic scilicet à Salomonem poni amatoris imaginem summo artificio descriptam,qui dum vacabat amori, suæque sponsæ laudibus indulgebat,rei domesticæ,& familiaris ipsius animũ sobriens cura momorderit, iam abire,parantem amor iterum illũ reuocet,iuxta amantium consuetudinem,quorũ animi variare sæpe solent,& in plures,atq; diuersas partes diuidi: Siquidem pastor ille apud Poetam citatum post allatam sui accusationẽ haud amplius ad cœptum redit amoris studium, etsi ardentissimus ille quidem esset amator, sed iter arripiens, amoris verba concludit. B

VERVS SENSVS. Quamobrẽ crediderim ipse, dicendum potius, totum id, quod in hoc capite quarto dicitur,vnam esse,& continuatam orationem,qua spõsus pulchritudinis quidem dilectæ suę panegyricum recinit. Sed it in primis vniuersa oratione ista sua, & cantione intẽdens,vt sponsam suã ad secũ commigrandum inuitet in hortum suum,prout & in capite secundo eandem inuitasse ad vineam,cognouimus.

Ad hoc autem asserendũ exinde adducor,quod in vers.8. ait: *Veni de Libano*, &c.vbi videbimus, quibus modis eam allicere studeat,potissimũ certè hac in re ipsius est studiũ,vt multiplici pulchritudinis sponsæ encomio illam deliniat:hinc est, quod semper ad easdem redit laudes. Inuitaturus igitur eam,patefacit primò locum, in quem eam tẽdere velit secum,idq;non modico artificio,dicens: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*. Proposito loco,iterum eam peregregia delinit laude: tũ aperte ipsam inuitat in ver.8.quod,vt obtineat, multis postmodum eam celebrat laudibus,vsq;ad finem capitis.Quod itaq;in hoc vers.dicitur, atq; illud etiam,quod dicitur in vers.8. ad cœptã spectat cantionem:nec vsquam in toto hoc capite interrupta censenda ea est. C

Mons myrrhæ, & collis thuris quid sint.

Porrò per montem myrrhæ, & collem thuris, montes illos significare videtur,qui in fine capitis secundi appellati sunt montes Bather, idest, diuisionis, & in fine capitis octaui dicti sunt montes aromatum:colles nimirum aliquos amœnissimos, arboribus odoriferis, atque perpulchris vestitos, iuxta quos ipse haberet vineam,& hortum,cuius fit mẽtio in principio ca.6.vbi dicit sponsa: *a Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum:vt pascatur in hortis,& lilia colligat*. Et fortasse non fuerit abs re,si per huiusmodi colles, dicamus,significari saltum Libani, quem Salomon prope Ierusalem ita odoriferis,ac optimis arboribus exornauit, vt sic nuncuparetur saltus Libani, quòd amœnitate,pulchritudine, & cedrorũ copia cum ipso Libano, qui est mons in Phœnicia, myrram,thus, & alia aromata proferente certare videretur,in quo saltu Libani lib.3.Reg.dicitur, *b* Salomon ædificasse domum rusticam. D

a Cant.6.1

b 3.Reg 7.2.

His pro connexione explicatis,iam facile est huius sententiæ assignare sensum: Aequè est enim ac si sponsus dicat.

PARAPHRASIS. Interea,donec aduesperascat, ibo iam ad montem myrrhæ,& ad collẽ thuris, vt ibi scilicet otio perfruar,delicijsve in odoris fragrantia indulgeã, æstus fugiens meridianos.

In hebræo consueta, quam sæpius in hoc libro notaui, illius idiomatis phrasi sic habetur אֵלֶךְ לִי elech li, *Vadam mihi*: quam phrasim cum seruauerint A e iam Sept.Interpretes,vt notatum est etiam supra aliquid fortasse per hanc loquendi formam sponsum significare voluisse,credendum est. Istud verò id est: Vadam ex propria mea voluntate,vel,vadam animi mei causa,aut,vadam ipse solus: vt videlicet desideriũ sponsæ incutiat vehementius secum eundi:sicq; insigni artificio illam ad id disponat,ad quod postmodum manifeste ipsam inuitabit,facilius id tunc obtenturus,quod ea vehementius desideret. DE ECCLESIA.

Vers.VI. Donec aspiret dies,& inclinentur vmbræ: vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.

Expositio Secunda. De prima Sponsa,quæ est Ecclesia Sancta.

Post commendatos multiplices Sanctorum gradus,& ordines sub varijs membrorũ metaphoris,quorũ pulchritudine,& sanctitate vniuersa Ecclesiæ facies,vniuersũ & corpus pulchrũ adeo redditur, vt Deum ipsum in admirationem commoueat,compellatq;quodãmodo,vt in illas prorumpat voces: *c Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es*: Subindicat iam cælestis sponsus eidem dilectæ suæ,quonam studio mẽbra illa omnia, ad tam eximiã deducta sint pulchritudinem, ad tam insignem,& sanctitatem, ex duplici nimirum virtutis studio,mortificationis,atq;deuotionis, quibus ipse delectatur quàm maxime,& propter quas illa cælestibus etiã spiritibus pulchritudinis item suæ eam incussit admirationem,vt sibi inuicẽ conclamantes dixerint superius: *d Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,& thuris,& vniuersi pulueris pigmentarii?* Summo autem in studijs hisce indicandis vtitur artificio: dũ enim ait: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*:non id tantùm significat, quòd in his oblectetur studijs, & in illis, qui in eis exercentur:sed & simul ad eadẽ promouet Ecclesiam ipsam in reliquis fidelibus,qui prędictos montes nondũ adire cœperunt, quive dictis nondum se dederunt studijs: inuitque pariter, & rationes, propter quas in vtroq;insudandum sit studiorum illorum, in verbis ijs, *Donec aspiret dies,& inclinentur vmbræ*.

c Cant.4.1

Mortificationis, & deuotionis studio obtinetur sanctitatis pulchritudo.

d Cant.3.6

Porrò, quia verba singula plena sunt sacramentis,singula exactius examinemus,quò facilius postmodũ totius sententię huius percipi queat sensus.

Primò igitur verbum, *Vadam*, difficultatẽ habet,eamq;duplicẽ. Prima est,quomodo Deus ire se dicat ad mortificationis studiũ, & ascendere ad montem myrrhæ, quod est ipsummet mortificari, cũ homines potius sint,qui mortificationi indulgentes in via Dei proficere student, nec fieri possit, vt in Deum cadat mortificatio: quandoquidẽ haud membra habet,quæ mortificet.Secũda quomodo in mõtem mortificationis,& amaritudinis ire intelligendus sit, cum (vt constat ex dictis in prima expositione) ad voluptatem sponsus in montẽ myrrhæ se iturũ dicat,& ad voluptatem pariter sponsam ipsam tacite inuitet:contraria siquidã hęc duo videntur inter se, mortificatio, ac voluptas, sicut, & dulce,atque amarum. E

Ad mortificationis studium, quã se conferat Deus.

Primæ difficultati satisferi forsitan posset,si diceretur,ire quidem Deũ ad montem myrrhę & ad studiũ mortificationis eo ipso tẽpore, quo quis mortificat membra sua,quæ sunt super terram, quatenus per diuinam gratiam,& opem eum comitatur,qui se mortificat: sicq; eum eodem progredi per augmentũ gratiæ, sicut is vlterius procedit,ascendens

in ra-

DE ECCLESIA.

in talem montem: Neque enim ex virtutis studio, & cum merito mortificare se quisquam posset, ipsumq; mortificationis laborem, & pœnam sustinere, ni Deus sua comes esset gratia. Verumtamen, intimius rem ipsam perscrutando, dicendum insuper, ob aliam quoq; rationem, eamque efficaciorem, & quæ magis tangit punctū difficultatis, verissime Deum de se proferre; *Vadam ad montem myrrhæ*, quando adest fidelibus ijs, qui studio indulgent mortificationis: quia tanta est inter illū, atque Ecclesiæ corpus, singulave eius membra necessitudo tam arctum vinculū, tam magna & vnio, vt pœnæ, ac castigationis fidelium, qui se mortificant, tametsi omnino impassibilis sit, eo tamē modo, quo potest, particeps dici non dedignetur, vt sposus, vt anima, atque vt caput corporis Ecclesiæ, animarum, quæ ea patiuntur, iuxta illud Apostoli: *a Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*. Hinc ille ipse in psalmo ait: *b Cum ipso sum in tribulatione*; non solum scilicet ei opem ferens: sed etiam particeps tribulationis, ac passionis ipsius. Quod manifeste deducunt aliqui ex verbis iis Regis David: quibus, Deū alloquens de populo Israel, inquit: *c Quem redemisti tibi ex Aegypto gentem, & Deum eius*; ac si dicat: Redimēs populum tuum ex Aegypto, non solum gentem ipsam redemisti, quæ captiuitatis laboribus opprimebatur in Aegypto, sed & te pariter redemisti cū gente illa, vtpote qui laborū, ac captiuitatis illius socius ac particeps esse dignatus eras. Quo sensu intelligi potest & id, quod de sapiētia increata dicitur in lib. Sapientiæ, vbi verba habentur de Ioseph Patriarca: *d Descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum*: ac si Deus in eadē fouea cum illo obserari quodammodo voluerit, manusq; suas, ac pedes in eadem vincula coniecerit, & in eosdem compedes. Quòd si Id dicitur, nō absurde de cruciatibus, flagellisve istis, quibus fideles premuntur in tribulationibus eis immissis vel ab hominibus, vel a dæmone, vel etiam à Deo ipso, multò certè congruentius arbitror, idipsum dici de cruciatibus, & passionibus ijs, quibus iidē semetipsos castigant. Et ad hoc clarius cōprobandum crediderim, illa referri posse Sapiētis verba, quibus comitem sibi exoptans increatam Sapientiam, quam Deū ipsum esse, nouimus, ait: *e Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret*; Acque est enim ac si dicat: Sic opto, vt mihi adsis; vt, non modo mecum sis, tāquam socius operis, sed & mecum in iis collabores, in quibus labor mihi subeundus est; sisque tu ipse laboris mei particeps. Hoc igitur illud est propter quod & in versu isto, quem exponimus, cælestem sponsum reperimus vsum hoc verbo, *Vadam*, cum ad mortificationis studiū suam promouere voluit Ecclesiam. Et bene, non in præsenti, Vado, inquit, sed in futuro, vt continuum suum hac in re indicet morem, vtpote, qui nō vno tantum tempore, nec aliquibus dūtaxat fidelibus prædicto modo comitē prebere se velit in tali studio, sed fidelibus quibuscunque, quotquot iter ad montem Myrrhæ arripere tentarint tempore quolibet.

Mortificationis pœna Deus quodammodo est particeps.

a 1.Cor.12. 26.

b Psal.90. 16.

c 2. Reg. 7.23.

d Sap.10. 13.

e Sap.9.10

Ex dictis deduci potest solutio etiam secundæ difficultatis allatæ circa idem verbum, *Vadam*. Nam, si verè ob pœnā, quā in mortificatione sustinet Ecclesia, dicere Deus potuit *Vadam*, quatenus est caput Ecclesiæ, & eiusdem quodammodo anima, multò sanè verius eodem ipso verbo, *Vadam*, vti potuit, ad significādum simul, & voluptatem, gaudium, quod ex ipso mortificationis studio per-

Ex mortificatione fideliū Deus voluptatem percipit.

A cipit: simulq; & Ecclesiam, ac fideles vniuersos ad istiusmodi inuitare voluptatem, q̄ passioni admixta est, atque penæ, quęve ex flagellis ipsis percipitur, & ex mortificatione: neq; enim repugnantiam hęc inter se habent, voluptas, & pęna, gaudiū, & lacrymæ, dulce, & amarum in exercitijs mortificationum apud eos, qui ex Dei charitate talibus indulgent studiis: sicut nec in tribulationibus, & ærumnis, quas iidē patiuntur, quin ibi maiori perfunduntur suauitate, vbi maior fit sponsæ amaritudo: ibi maius percipiunt, & gaudium, vbi vehementioribus afficiuntur cruciatibus: adeo vt pro-
B pterea Apostolus ex persona ipsorū dicat: *f Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*.

DE ECCLESIA.

Mortificantes se fideles in flagellis voluptatem percipiunt.

f 2.Cor.7. 4.

Porrò quemadmodum id quod præ omnibus oblectat, & voluptatem afferr in loco, vbi consita sint, aromata, est ipsorū aromatū fragrātia, odorq; suauissimus, qui ex arboribus diffunditur, ventis, æstuq; commotis, vt videbimus infra in expositione vltimæ sententiæ huius capitis quarti; *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meū, & fluent aromata eius*, quive ex iisdē eleuatur aromatibus, cum igne incenduntur. Ita pariter, & id quod suauissimum præ omnibus est Deo in studio mortificationis, est fragrantia, & odor, quo perfunditur, & recreatur, dum sancti se se mortificant, dum-
C que igne torrentur castigationis. Hinc bene, & istiusmodi obsequium mortificationis, & corpora ipsa eorū, qui mortificationi indulgent, sub hostiæ metaphora gratissima Deo esse, testatur Apostolus, dicens: *g Obsecro vos, fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiū vestrum*: quia nimirū illa, instar hostiæ voluptati sint eidem Deo per modum odoris, & suauitatis: quandoquidem odorem potissimū hostiarum, ac victimarum oblectatum Dominum, ex compluribus sacrarum litterarum locis colligere licet. Et ipsemet sæpins, cum de sacrificiis exhibendis aliquid mandat Moysi, vel Aaron, exhiberi ea præcipit in odorem suauitatis: Hinc etiam bene ob eamdem rationem, cum modo significat, se ad voluptatem ex
D mortificatione capiendā, in hortum tēdere velle, & ad eos declinare, qui mortificationi dent operam, studiū ipsum mortificationis sub metaphora montis myrrhæ designauit: quoniā myrrhæ arbores suauissimum funderent odorem, ipsaq; myrrha suauissime fragrās esset inter omnia aromata.

Simile.

g Rom.12. 1.

Ex his tamen noua insurgit mihi difficultas circa istam myrrhæ metaphoram: Nam, si dicamus, myrrham typum gerere mortificationis ob odorem, voluntarie profecto id dictū videbitur, quandoquidem, & alia quoque aromata pari modo suauitatem emittunt odoris, nec vlla erit ratio discriminis inter montem myrrhæ, & collem thuris, si ad ambo ob fragrantię suauitatem percipien-
E dam ire se dicat sponsus. Quòd si ea, quæ communiter afferri solet, assignetur ratio discriminis, & proprietatis ipsius myrrhæ, quòd præter odorem habeat amaritudinem, qua aptissime mortificatio designetur, cuius proprium id est, vt amara sit; Adhuc nihilominus difficultatis non modicum superest: Enimuero quotusquisque est, qui Myrrham manducet, vt ob illius amaritudinem, quæ gustu percipiatur, in amaræ mortificationis hieroglyphicum vsurpati censenda sit.

Myrrha, quare sit symbolum mortificationis.

Ad hæc dicendum, ob amaritudinis gustum potiùs, quàm ob odorē vsurpari myrrham pro typo mortificationis in sacris litteris. Primò quia myrrhæ bonitas nō tā ex odore cognoscitur, quippe qui sæpius

Mortificationis sanctitas amaritudine gust[illegible]

DE ECCLESIA.

sæpius falsificatur varijs permixtionibus, quib & myrrha ipsa adulterari solet, q̃ ex gustu amaritudinis, vnde benè Theophrastus, Probatur melior gustu, ait de myrrha agens; Et Plinius item tractans de vitijs myrrhæ adulteratæ, dicit: Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi dente lentescentis. Congruentissime autẽ myrrha amara, quæ non comeditur, sed gustatur tantummodo, potius quàm aliud quidpiam amarum, quod comedatur in mortificationis nostræ symbolum vsurpatur, nã re vera mortificatio ista, etsi pœna amaritudinem adiunctam habeat, amaritudo tamẽ ac pœna illius similis ei est amaritudini, quæ gustu duntaxat probatur, non autem ei, quę vniuersum palatũ, & guttur, & ventrẽ quoq; amaricat, qualis ea est, quæ rebus ijs inest, quæ comeduntur, & bibũtur: amaritudo.n. quæ comeditur, & potatur, illas designat pęnas, illa flagella, illosve cruciatus, quibus iniqui cruciãtur in sceleribus ipsis suis, de quibus ex illorum persona dicitur in Threnis: *a Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio*: Eaq; inprimis sunt tormenta, quibus ijdem in perpetuũ cruciantur in inferno; quem comminans aliquando Deus: *b Ecce*, inquit apud Ieremiam, *ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis*. Hinc crediderim, summo mysterio factũ, vt Dominus Iesus, cum, instante morte, vinum sibi propinaretur, quod myrrha commixtũ esset, ac felle (sic enim duorum Euangelistarum dicta, quæ discordare videntur, concordat Augustinus libr. de consensu Euang. qñ Matthæus inquit; *c Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum*, & Marcus; *d Et dabant ei bibere myrrhatum vinum*) gustauerit quidem illud, noluerit tamen bibere, iuxta illud Matthęi: *Et cum gustasset, noluit bibere*. Facto si quidẽ illo Christus Dominus sic tacite inimicos suos allocutus videtur: Sat mihi perspecta est ineffabilis vestra in me indignatio, qua præter cruciatus, quibus me affigere potestis, etiam doloribus, & pœnis inferni subijcere me velletis, ob hoc.n. vinum istud mihi propinatis, in quo pręter myrrhã, fel quoq; commiscuistis amarissimum: at ego qui, licèt circũdari potuerim doloribus inferni, prout aliquando confessus sum in Psalmo, *e* ob vehementiam amaritudinis cordis vestri: subijci tamẽ illis minime potui: gustabo quidem vinũ, in quo myrrha est, cuius amaritudo etsi maxima sit, gustu tamen duntaxat attingitur: at nequaquam illud bibam, cum fel quoq; ei admixtum sit, quo impij potantur, qui in profundum detruduntur inferni.

diuersa ab amaritudine peccatorum, & pœnarũ alterius vitæ.

Theophrastus lib. 9 de plãt. ca. 9. Plin. lib. 12. cap. 15

a Thre. 3. 15.

b Ier. 9. 15

Myrrhatũ vinũ, quare gustatũ noluit bibere Christus Dominus.

Augus. lib. 3. cap. 11

c Matt. 27. 35.

d Marc. 15. 23.

e Psal. 17. 6

Præter primam hanc rationem, potest afferri & secunda alia ratio, quare propter amaritudinẽ potius, quàm propter odorem myrrha in sacris litteris vsurpetur pro symbolo mortificationis; Quia nimirũ amaritudine ipsa sua, cui exiccandi, & adstringendi vis indita est, corpora à putredine seruet illæsa: atq; adeo, vt hac in re maiorem habeat, vim cũ aloe iungi solet, quæ multo est amarior: sic in Euangelio Ioannis dicitur, *f* myrrha, & aloe conditum fuisse corpus Iesu à Nicodemo, antequã sepeliretur, quod is esset mos apud Iudęos, vt mortuorum corpora à corruptione vindicarẽt. Porrò quòd carnis mortificatio castigatione ipsa sua, pęnæ amaritudine, & sensuum adstrictione, potentissimum sit medicamentum, quo homines à peccatorũ putredine vindicãtur, ita est certum, vt haud operæpretium sit, multis id confirmare Sacrarum scripturarum sententijs, vnica satis existẽte Pauli Apostoli auctoritate, qua de se ipso ait: *g Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*

Mortificatio præseruat à corruptione peccati.

f Ioan. 19. 39.

g 1. Cor. 9. 27.

Verùm haud abs re esse, censendum est, quòd quamuis alia quoq; reperiantur, quæ amaritudine iuncta cum adstringentia eadem ipsa agerent, quę & myrrha, ex myrrha potius hoc præsertim loco Cantici, quo sponsus inquit: *Vadam ad montem myrrhæ*: mortificationis symbolum desumptũ sit, quæ præter amaritudinem, & adstringentiã, suauissimum quoq; habet odorem (vt dictũ est supra) ipsi permixtum amaritudini. Enimuero, & mortificationi etiã tria ista sunt necessaria, vt bona, & ad virtutem spectans censeatur: amaritudo pœnæ castigationis, constrictio membrorum, sensuum, atque potentiarum, & odor veræ sanctitatis, quo diuinæ recreẽtur nares: ex quo fit, vt quę aliqua istarum conditionum destituta sit, haudquaquam dicenda sit mortificatio ea, quam myrrha designat. Contingit enim plerumq; vt quidam castigent carnem vigiliis, flagellis, atq; ieiuniis, sed tamen nullam adhibeant curam, vt custodiant sensus, potentiasve constringant, ne in vana diffluant, & in inutilia, quin & sæpe fieri obseruamus, vt in carnis mortificatione id tantũ sufficiens sibi putent quippiam, si per eam apud homines odorẽ sanctitatis redoleãt, nil de vera curantes fragrãtia suauitatis, qua voluptatem afferant Deo. Vnde in Euangelio Dominus sic à fetida nos auertit mortificationis forma: *h Cum ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes*, & subiicit, qualis demũ bona, ac sancta debeat esse nostra mortificatio, dicens: *i Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunãs, sed Patri tuo, qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*: ac si dicat; Cum mortificationis studio te dedere vis per ieiunium scito, non id tibi sat esse, vt amaritudinem sentias abstinentię à cibis, & intelligas, per eamdem ciborum abstinentiã carnis concupiscentias in arctũ tibi deductas: at insuper tibi operæpretium esse, vt caput tuum, quòd est Deus, vnguas suaui vnguento, quod myrrhæ redoleat odorem suauitatis, dãs operam, vt vniuersum sanctitatis illius odorem, qui ex ieiunii mortificatione profluit, in Deum caput tuum refundas, eoque illũ recreare satagas. Quòd si à capite isto tuo aliquid prædicti vnguẽti in tuam decidat faciem externi habitus, ita vt externo quoq; habitu corporis, & in externa conuersatione propter myrrham, ac ipsius ieiunii mortificationẽ, mortificationem ipsam, & sanctitatem redolẽs, videaris hominibus ieiunans, mortificatus, ac sanctus, sic faciem ipsam tuam laua, studens, quantùm in te est, vt externum omnem abstergẽs odorem, abluensq; vnguentum illud à facie, quod totum in capite remanere debet, non videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito, cui omnis myrrhæ odor iure competit, quia ipse vnus est, qui nobiscum ad opus se confert ipsius mortificationis, quod myrrhæ redolet fragantiam, id quod hisce hoc loco contestatur verbis (*Vadam ad montem myrrhæ*) in quib. bene in textu hebraico, & in versione Sept. additũ reperitur pronomen, *Mihi vadam mihi ad montem myrrhæ*: quoniã solus ipse est, qui nobiscum subit, quæcunq; facere aggredimur mortificationis opera: ipseq; solus de ea, quam nobiscum subit, mortificatione iucundissimam percipit voluptatem: quia ipse solus est, qui laborem, & dolorem considerat, vt dicitur in Psalmo: vtpote, qui solus meritum intelligit vniuscuiusq; castigationis, veramque percipit fragrantiam suauitatis illius.

Mortificatio bona tria habere debet.

h Matt. 6. 16.

i Matt. 6. 17.

Ieiunium propter Deũ faciendum

Quoad id, quod dicitur, *Et ad collem thuris* haud diutius operępretium est in assignãdis deti-

peamur

DE ECCLESIA.

neantur rationibus, ob quas thuris metaphora frequentiſſime in ſacris litteris vſurpetur ad deſignãdam piæ animæ deuotionem: ſæpius enim hac de re & pertractatum eſt, & pertractabitur in hiſce ſuper hunc librum Commentariis. Illud vero notandum hoc loco eſt, nomine deuotionis, ad cuius ſtudium tam lubens cæleſtis ſponſus conuertitur, ad quod & ſanctam inuitat Eccleſiam, quam & ad ſtudium mortificationis inuitaſſe, vidimus, in eo, q̃d dixit: *Vadam ad montem myrrhæ*: non eam duntaxat intelligi deuotionem, quæ eſt in orationis ſtudio: ſed, eſſe virtutes vniuerſas, quæ ad Dei religionem ſpectant, cuius religionis apud vniuerſas gentes thus ipſum eſt hieroglyphicum: eaſque virtutes etiam, quæ vnitiuæ dici poſſunt, ex eo, quòd animam cum Deo vniunt, ad Deum eam eleuãtes: B ſicut & thure ipſo deſignatur per fumum ſuauiter redolentem, quem cælum verſus ad Deum emittit: ita vt duabus hiſce metaphoris myrrhæ, ac thuris tria deſignentur virtutum genera. Primum earum, quæ purgatrices dici ſolẽt, quæ ſub vno mortificationis nomine comprehenduntur. Secundũ earum, quæ dicuntur illuminatrices, quæ ſub oratione, & contemplatione, ſeu etiam ſub religione continentur. Et tertium illarum, quæ vnitrices nũcupantur, & ad charitatis actus reducuntur: Triaque iſtarum virtutum ſtudia, in quibus fideles exercentur, vel in incipientium, vel in proficientiũ, vel in perfectorum gradibus exiſtentes, quorũ continuum iter indicat id, quod appoſitum eſt verbũ, *Vadam*. Nemo verò eſt, qui neſciat tres vias iſtas, purgatiuam, illuminatiuam, & vnitiuam, quib. ij omnes, qui ad Eccleſię pulchritudinẽ aliquid conferunt, in ſanctitate proficiunt.

Deuotionis ſtudiũ quale.

Proponi hoc loco non immerito ſolet difficultas, cur iſtius deuotionis ſtudium, de quo ſermonem hic fieri, dicimus, collis appellatione deſignatum ſit, cum è veſtigio ſtudium mortificationis mons excelſus ſit appellatum; ita enim dicitur: *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*. Et ratio difficultatis eſt clara: nam, ſi celſitudo ſpectetur, multò celſior eſt deuotio, & ſtudium virtutũ viæ illuminatiuæ, ac vnitiuæ, quàm mortificatio, & D ſtudium virtutum purgatiuarum. Ad quam difficultatem diuerſimode reſpondent Doctores: Quicquid tamen ab illis dicitur, ad tres reducitur ſolutionis modos, quos omnes Hieronymus Almonacyrius affert in ſuis commentariis ſuper hunc locum. Primus eſt, vt mons myrrhæ aſſignatus ſit ſtudio mortificationis, nõ ob celſitudinem perfectionis, ſed propter difficultatem operis: atq; adeo collis appellatio deuotioni tributa ſit: quia haud tantam habet difficultatem, & laborem in aſcendendo. Secundus, vt montis, & collis nomina nec propter celſitudinem, nec propter difficultatem, aut facilitatem itineris vſurpata hic ſint, ſed ad indicandam loci magnitudinem, & paruitatem; quia enim multò plures imperfecti ſunt in Eccleſia, qui E ſtudio indulgent mortificationis, & pœnitẽtia indigent, quàm perfecti, atque proficientes, qui deuotioni dant operã: idcirco magnus, ac latus mons primum illud ſtudium dictum ſit: exiguus verò collis deuotio. Tertius, vt myrrhæ propter celſitudinem tributum ſit nomen montis, thuri autẽ nomen collis propter demiſſionem, quatenus in ſtudio mortificationis, martyrium includitur, ac per montem myrrhæ deſignantur fideles ij, qui parati ſunt, martyrium ſubire propter fidem: per collem verò thuris illi, quos in ordine Confeſſorum, & Virginum collocare ſolemus, qui in colle thuris quieſcentes orationi vacant, & ſtudio deuotionis:

Cur mortificationis ſtudiũ dicatur mons, & ſtudium deuotionis appelletur collis.

Almonacyrius.

A Nemo verò eſt, qui dubitet, martyres celſiorem locum obtinere in Eccleſia, quàm Confeſſores, & Virgines. Mihi prior ſolutionis modus magis arridet, quippe qui congruentior eſt ſenſui totius huius ſententiæ, quem proſecuti ſumus. Enimuerò, cum ad vitam ſpiritualem quoſcunque Eccleſię fideles inuitare Deus velit, prius in verſu iſto ducẽ ſe illis exhibens in duplici illo ſtudio mortificationis, atque deuotionis, ĩ quo vniuerſa ea ſita eſt vita, ait: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collẽ thuris*: rationem profecto humani ingenii ſequẽs mõtem myrrhæ appellat initium prædictæ vitę; montem, qui cum ſummo labore aſcẽdatur: quia re vera incipientibus vita ſpiritualis ardua ſit, laborioſa, & maxime difficilis ob pœnitentiæ, & mortificationis ſtudium, cui tunc maxime inſudandum eſt. At è veſtigio, quia eadem vita proficientibus facilior eſt, maximeque iucunda perfectis ob ſtudium orationis, deuotionis, ac vnionis, collẽ thuris illam nuncupat: collis quippe præſertim is, qui pulchris, fructiferis, ac redolentibus arborib. conſitus ſit, ſuauiter aſcẽditur, & cum voluptate, multòque iucundior eſt, quàm planities. Sicque duobus hiſce metaphoris montis, & collis duo indicãtur hæc ſimul inueniri in vita ſpirituali, laborem, ac voluptatem: quanquam eadem videantur contraria inter ſe: quod idem indicauit & Dominus Ieſus, cum eamdem vitam appellauit a Iugum ſuaue.

In vita ſpirituali eſt labor, atq; voluptas.

a Matt. 11. 30.

C Circa verba (*Donec aſpiret dies, & inclinẽtur vmbræ*) quæ, ſecundum litteram ſunt periphraſis veſpertini temporis, & termini diei præſentis vitæ, atque deſcriptio futuri ſæculi, duæ in illis ſubindicantur rationes, propter quas, dum in hac vita ſumus, verſandum nobis ſit iugiter in duobus prædictis ſtudiis mortificationis, atque deuotionis. Prima, cur operæpretium ſit, vt tendamus ad mõtem myrrhæ; nempe quia non aſpirat dies, ſed maximi potius ſunt æſtus in die præſentis ſæculi. Altera, cur neceſſe ſit, vt proficiſcamur ad collẽ thuris: nimirum quia nimis lucidæ videntur res huius mundi, cum re vera nihil aliud ſint, quàm vmbræ. Quæ profecto rationes cauſam quoque ſub- D innuunt, cur eouſque duntaxat iturum ſe ſponſus dicat ad montem myrrhæ, & collem thuris, quouſque aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.

Pro iſtorum omnium intelligentia recolẽdum primò id, quod aliàs probatum eſt longius in ſuperioribus, vnamquamque animam poſt perpetratum Adæ peccatum, quamdiu in hac vita perdurat, quandiu ſol concupiſcentię eſt in Orizõte pręſentis ſeculi, vehementiſſimis paſſionum æſtibus commoueri: adeo ut propterea Apoſtolus Paulus, etſi ſanctiſſimus eſſet, hiſce nihilominus æſtib. perturbatus de ſemetipſo id dixerit: b *Inuenio legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malũ adiacet: Condelector enim legi Dei ſecundum interiorẽ hominem: Video autem aliam legem in membris meis,* E *repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.*

Mortificationis ſtudiũ in hac vita neceſſarium propter concupiſcẽtiæ æſtus.

Expoſ. 31 verſ. 6. c. 1.

b Rom. 7. 21.

Porrò ſicut æſtus ardentiſſimi ſolis, quando vehementiores ſint, tria in corporibus cauſare ſolẽt: Primò membrorum omnium relaxationem; ita ut difficile quidpiam boni fieri queat, prout probamus in magnis caloribus æſtiui temporis: ſecundò, ardentiſſimas febres, quæ in delirium coniiciunt, compelluntque ad furioſe agendum id, q̃d nõ liceat: Tertiò denique totius corporis fœtorẽ, humorumque putredinem, quæ fomes eſt totius morbi: Ita & uehementiſſimi quoque concupiſcẽtiæ æſtus tria ſimilia in nobis efficiunt, ni prouide

Simile.

Cõcupiſcentia æſtus, q mala cauſent in hominibus.

nobis

DE ECCLESIA.

nobis ipsis, diuina adiuuāte gratia, succurramus. A relaxant animæ neruos, lassamque & inhabilem illam reddunt ad bene operandum, idque per spiritus emissionem, dum pori sensuū aperti sunt: Non secus ac æstus sensibile seatenus membra relaxāt, quatenus poros reddunt apertos, per quos tenues prodeunt spiritus. Hanc relaxationem indicat Apostolus, cum ait: *a Scio, quia non habitat in me*, hoc est *in carne mea bonum: nam velle adiacet mihi; perficere autem bonum non inuenio*: quæ est enim ac si dicat: Experientia sat mihi perspectū est, quia in me, dum carnis concupiscentia vri me sino, nō est vis faciendi aliquid boni; quia non habitat in me spiritus, egressus per sensuum, ac potentiarū poros, qui ab huiuscemodi æstu seruantur aperti; atque adeo, etsi bonum opus efficere velim, perficere tamen id nequeo viribus debilitatus per ipsū concupiscentiæ æstum. Tangit quoque idem Apostolus, quomodo secundum pariter effectum ardētissimarum febrium, & delirij idem concupiscentiæ æstus causent in anima, ita vt cogatur, quasi phrenetica agere, quæ sunt contra dictamen rationis, dum inquit: *d Carnalis ego sum, venundatus sub peccato*: vel, *in peccatum*, prout habent Codices Græci: *quod enim operor, non intelligo*, idest, Ita captiuus sum, & seruituti peccati subiectus ob istiusmodi æstus concupiscentiæ; vt instar febricitantium, ac delirantium contra proprium iudicium, & sciētiam ferar in malum, & faciam opera, quæ mente, & intellectu damno: *Non enim quod volo bonū, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio*. Denique fœtorem, & corruptionem, ac putredinem per eosdem concupiscentiæ æstus in ipsa anima causari, testis est B. Iacobus, cum in sua Canonica dicit: *c Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortē*. Quis verò est, qui nesciat, peccatum causare fœtorem, pessimamque putredinem, quam sequitur mors? Ob idipsum Paulus Apostolus carnem, morti, ac putredini, isti obnoxiam, corpus mortis apellat, tātos nimirum æstus ferre non valens: propterea enim exclamat: *d Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Contra omnia istiusmodi æstuum mala, necesse est, adhibeatur myrrha pœnitentiæ, ac mortificationis: Myrrha inquam, quæ cum amaritudine, & calorem adiunctum habet: neque enim mortificatione impediuntur malę æstuum concupiscentiæ, nisi ea, quæ cum amaritudine pœnæ calorem adiunctum habet charitatis. Mortificatio huiuscemodi, instar myrrhæ vim habet adstrictiuam, quatenus sensus restrictos continet, cohibetque potentias, ne, qui intra animā est, Spiritus sanctus per apertos, & liberos illarum poros diffluat, sicque compescens, ne relaxetur, robustam, ac validam ipsam conseruat ad opus quodlibet sanctum, atque perfectum. Abstergit quoque, instar myrrhæ, quæ, vt ait Galenus abstergendi potentiam habet maxime commodam: abstergit, inquam, mortificatio eos, qui intra animam per æstus concupiscentiæ suscitati sint, malos humores prauarum cogitationum, & desideriorum carnalium, è quibus ardentissimæ causantur febres vehementium passionum, quæ, instar delirij miserā animam impetu magno impellunt quodammodo ad libidines, ad furores, ad odia, & ad vindictam. Quòd si myrrha à putredine seruat; ac non modo fętorem profligat, sed & suauissimum corporibus quibus illita sit, confert odorem: Multò certè efficacius idipsum in anima efficitur per mortificationem, & virtutes purgatrices, non modò enim à futuris præseruant peccatis, è quibus corruptio oīs,

Simile.

a Rom. 7. 18.

b Rom. 7. 14.

c Iac. 1. 15.

d Rom. 7. 24.

Mortificatio qua profana cohabitatio.

Galen. lib. 8. simplic. medicam.

omnisque & fœtor in anima est; verùm etiam, si quid fętoris ob transacta peccata ipsi inhæserit animæ, id oē per pęnitentiæ fletus abigit ab illa; quin & suauissimam ei & apud Deum fragrātiam, & apud homines bonæ famæ confert odorem, ita, vt propterea dicere & ipsa possit: *e Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris*. Ex quibus omnib. patet, quam aptè cælestis sponsus, qui ducem se nřm exhibet, & socium in studio huius mortificationis dixerit: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, donec aspiret dies*, &c. idest donec magni sunt diei ęstus: cum enim isti iusmodi æstus concupiscētiæ cessauerint, quod tūc demum fit, cum dies præsentis vitæ aduesperascens defecerit tempore mortis, cum iucundissima aspirare cœperit aura futuri B sæculi in quiete imperturbabili, & in perpetua felicitate, haud amplius necesse erit, vt eatur ad mōtem myrrhæ: haud amplius pęnitentiæ, & mortificationis studio indulgendum erit, profligatis per completam, suauemque Spiritus sancti aspirationem concupiscentiæ æstibus vniuersis.

DE ECCLESIA.

e Eccli. 24. 20.

Neque verò minus aptè dictum ab eodem est: *Vadam ad collem thuris, donec inclinentur vmbra*. Enimuero tamdiu studium deuotionis illius, quā per collem thuris hoc loco designatam ostēdi, necessarium est hominibus, quamdiu inclinentur, lōgæque appareant vmbrę creaturarum: quamdiu constet, sensibilia omnia, & quicquid creatum est, nil aliud respectu Dei esse, quàm vmbram vanā.

C Pro quorum intelligentia, tria supponēda sunt. Primum, illud omne, quod est in mūdo, respectu Dei esse potius fugientes vmbras, quam aliquid subsistens, & stabile, id quod in principio libri Ecclesiastes, tanquam indubitatum axioma proposuit Salomon, cum diceret: *f Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Quid enim vmbra vanius, quæ adeo vana est, vt per Psalmistam vniuersa vanitas ob id duntaxat appellatus sit homo, quia in vmbra pertransea? Sic. n. dicitur in Psal. 38. *g Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens: Verumtamen in imagine, & in vmbra* (sic habēt Originalia hebrça) *pertransit homo*.

Quicquid est i mūdo instar fugatiū vmbra rū se habet respectu Dei.

f Eccl. 1. 2.

g Ps. 38. 7.

D Supponendum secundò, id quod late probaui supra in tertia expositione vers. 6. c. 1. concupiscentiam duos causare effectus similes duobus effectibus solis, atque adeo non incongrue & ipsam solis nomine aliquando designatam in sacris litteris. Primus effectus est æstuum, atque caloris, de quo iam iam actum est. Alter verò est lucis, atque fulgoris, quem sensibilibus exhibet rebus; ita vt propterea pulchræ videantur, pretiosæ, ac desiderabiles, quanquam discrimen ingens sit inter fulgorē qui causatur à sole, qui sidus in cælo est; & illum, quem causat sol concupiscentiæ: iste enim est apparens, falsus, atque fictitius, vtpote per præstigium E causatus; atque adeo apparentem, & falsam sensibilium rerum ostendit pulchritudinem, perstringens, & fascinās oculos nostros; ita vt ea, quę sunt vmbra, atque vanitas, pulcherrima nobis exhibeat, adeo vt ob illorum contemplationem sępius propterea obliuiscamur Dei, qui illas condidit.

Cōcupiscentia qualem causet lucē.

Supponendum deniq. tertiò id, quod etiam supra in expositione tertia vers. 6. c. 3. ostensum est, deuotionem illam, cuius studio in hac vita pia quęque anima indulget, esse fumum, & nebulam quādam; quia nihil sinat pulchri aliis in rebus intueri, ac admirari, nisi in vno Deo, quem proximum ante se habet, habitantem in nebula, iuxta dictum Salomonis, *h* quod loco citato explicaui, prout fumus, & nebula materialis non sinunt videri nisi,

Deuotio est fumus.

h 3 Reg. 8. 12.

id,

DE ECCLESIA.

id, quod proximum, & ob oculos fuerit intuentis: atque adeo congruentiſſima ratione ſtudium huius deuotionis aſſignatum eſt ſub metaphora collis thuris: quia in tali colle, vbi ingens eſt thuris copia, magnus quoque fit ipſius thuris vſus, ac per cõſequens denſiſſima fumi nebula, qui è thure ipſo ad ignem incenſo eleuatur.

Deuotionis ſtudiũ cur in hac vita tam neceſſarium ſit.

His annotatis, iam facile apparet, quàm rectè dictum à ſponſo ſit: *Vadam ad collem thuris, donec inclinentur vmbræ.* Inclinabuntur quippe vmbræ, tuncve animaduertemus, quicquid in hoc mundo pretioſum videbatur, inſtar vmbrarum fugiſſe, atque ea omnia, quæ prius admirabamur, nil aliud eſſe, quàm longas vmbras, prout ij confeſſi ſunt in libro Sapientiæ, qui dicebant: *a Tranſierunt omnia, ſicut vmbra.* Cũ ex hac vita migrauerimus, tunc haudquaquam neceſſe erit ſtudium iſtius deuotionis, quæ fumi nebula eſt; quia haud in nebula tunc ſe oſtendet Deus, prout tempore vitæ præſentis ſe exhibet, ita vt videamus illum per ſpeculum, & in ænigmate: ſed manifeſtabitur habitans lucem inacceſſibilem, vbi videbimus eum ſicuti eſt, perfectiſſimeque cum illo vniemur, ſpeculatores facti maieſtatis, & gloriæ ipſius. Pro nunc autẽ, & in hoc ſæculo, donec prædicto modo inclinentur vmbræ, indulgendum eſt ſtudio deuotionis, ac fumi iſtius thuris nebula vtẽdum; ne oculi noſtri perſtringantur falſo concupiſcentiæ lumine, neve tam lucida, pulchra, ac pretioſa nobis videãtur mũdana iſta, vt propter ipſa oculos a Deo auertamus, qui conditor eſt illorum.

a Sap. 5. 8.

Breuis, qui ex dictis colligitur totius huius ſententiæ ſenſus, hic eſt.

PARAPHRASIS.

Cum adeo pulchra, adeove ſancta ſis in ſingulis membris tuis, in ſingulis ſanctorũ ordinibus; quia illi duobus in primis indulgent ſtudiis, mortificationis, atque deuotionis: Cumque & in aliis quoque fidelibus tuis pulchritudinem, ac ſanctitatem habere debeas, vt tota pulchra ſis, & macula non ſit in te: Eumdum & in illis pariter tibi eſt ad huiuſcemodi ſtudia exercenda. Vadam autem & ipſe tecum; & me conferam primò ad ſtudium mortificationis, quod mons arduus videtur ob laborem, quem in principio vitæ ſpiritualis ſentiũt incipientes: quod & mons myrrhæ dicitur, quatenus mortificatio, inſtar myrrhæ præter ſuauitatẽ odoris, adſtringens quoque eſt, & maxime amara; amaritudine tamen eiuſmodi, quæ nec aliter, quã exiguo guſtu probetur, multum differens ab amaritudine pœnarum ſceleſtorum hominum, ac dolorum inferni, quæ per comeſtionem, & potationem palatum, & guttur, & ventrem, & quicquid in damnatis eſt, amaricat: *Vadam*, inquam, *ad* iſtũ *myrrhæ montem*; nedum, vt tibi comes per gratiæ adiutorium, ſed etiam, vt particeps quodammodo illius ipſius pœnæ, & amaritudinis, quam fideles in dicto monte ſubituri ſunt: vadam quoque illuc vt ex odore mortificationis tuæ voluptatem percipiam, ex qua & tu pariter oblectaris. *Vadam* verò cum hiſce fidelibus *ad montem* iſtum *myrrhæ* propter ardentiſſimos concupiſcentiæ æſtus, quib. in die præſentis vitæ vreris; quandoquidem mortificationis ſtudium eouſque neceſſarium hominibus eſt, quouſque prædicti ceſſent æſtus, & donec dulci Spiritus ſancti aura dies aſpiret futuri ſæculi. Sed & vadam pariter tecum ad ſtudium deuotionis, quod, etſi excelſum & ipſum ſit; haud tamen mons arduus eſt, ſed collis voluptuoſus, & collis thuris, quòd fumo ſuo nebulam eleuans, efficit, vt haudquaquã terrena, ac mundana videantur: quæ concupiſcentia, hominum oculos perſtringens ex hibet lucidiſſima, perpulchra, ac ſpecioſa; cum tñ re vera vmbræ ſint, atque vanitas. *Vadam ad* dictũ *thuris collem*, donec, adueſperaſcente iſto præſentis vitæ die, falſaque deficiente luce, quam immittit concupiſcentia, certò conſtet, illa vniuerſa inſtar vmbrarum fugiſſe, inſtar vmbrarum euanuiſſe: qñ non iam amplius neceſſaria erit deuotio, quæ inſtar nebulæ fumi ſe habeat, prout ea eſt, cuius ſtudio indulgetur, cum itur ad collem thuris: quãdo quidem non videbor tunc per ſpeculum, & in ænigmate, ſed facie ad faciem.

Verſ. VI. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ: vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima ſancta.

DE ANIMA.

In oratio nis ſtudio quõ Chriſtus adſit pia anima.

ETſi in quolibet virtutis ſtudio pia quæq. anima quandocunque illi ex charitate indulget, Deum ſecum habeat ſemper & ducem, qui eã præcedat per gratiam præuenientem, & comitem, qui ei in ipſo virtutis ſtudio opem ferat per gratiam cooperantem: haud ambigendum tamen eſt cuiq̃, quin idemmet Deus illi potiſſimum adſit animæ, quæ orationis, & meditationis eſt ſtudioſa: nec dubitandum, quia tunc potiſſimum, cum orationis vacatur ſtudio, Deum pia quæque anima habeat ſecum non ducem duntaxat, & comitem, prout in ceteris operibus meritoriis; verùm etiam vt beniguiſſimum Principem, qui ei ad hoc adſit in primis, vt & lautiſſimum ipſi exhibeat conuiuium, & gratias pariter præſtet, quaſcunque illa quidem ei in ſua ſignificauerit oratione.

Enimuero tres ſunt ſtudii orationis effectus, meritum, impetratio, atque refectio. Dũ autem hoc loco Chriſtus filius Dei dilectam animam ad huiuſcemodi inuitat ſtudium, pollicens, ſe primum ad illud profecturum, & dicens, *Vadam ad montẽ myrrhæ, & collem thuris*: non tam ducem ſe pollicetur orationis, quatenus meritoria eſt, quàm promptiſſimum eiuſdem orationis, quatenus impetratoria eſt, exauditorem: necnõ & lautiſſimi in oratione ipſa, quatenus refectiua eſt, conuiuii ſpiritualis inſtructorẽ, & exhibitorem. Ita vt propterea duobus modis præſentem ſententiam explicare fas ſit, quamquàm in vtroque ſenſu tam per collem thuris intelligatur ſtudium orationis, quàm per montem myrrhæ, mons intelligatur Caluariæ, ſeu ſtudium meditationis paſſionum Chriſti, quarũ partem maximam, & complementum in monte Caluariæ exhibitum eſſe, nouimus: ſeu ipſam Chriſti paſſionem in genere, cuius ingens copia in monte Caluariæ æque, ac maxima myrrhæ copia in mõte myrrhæ reperitur, vt locus poſitus ſit pro re ipſa, quæ in eo exhibita eſt.

I. SENSVS.

In meditationis ſtudio qui modus & ordo ſeruandus.

Iuxta primum igitur ſenſum, quo collem thuris vſurpatum accipimus pro oratione, vt refectiua eſt, quove per montem myrrhæ meditatio illa ſignificata deſumitur, quæ eſt paſſionis Chriſti: modum & ordinem indicat Chriſtus Dominus, qui in huiuſmodi orationis ſtudio ſeruari debeat, quo quis expetita perfrui queat refectione. Is verò eſt, vt anima, quæ ſtudio illi ſe dedere velit, ad id ſe primum conferat meditationis genus, quod de vita eſt, & paſſione Redemptoris ſui, per quod & incomprehenſibilis diuini amoris exceſſus, & ſublimitas item diuinæ bonitatis innoteſcit: Tum ad reliqua ſe applicet meditationis genera, vel ea, quæ

DE ANIMA.

quæ materiam cõtinent desumptam è terra, vt mũdi contemptum, miseria terrenæ habitationis nostræ, mortem, & c. huiusmodi, quæ bene designantur per arbores thuris in colle radicatas, atque ex imis terræ per radices vim, atque fragrantiã thuris pertrahentes: vel illa, quæ sublimiorem habẽt materiam circa Deum, eiusve beneficia, circa cælestem gloriam, & alia similia significata pariter per thus, quod igni superpositum sublimia petit, & cęlum versus fragrantem sui emittit vaporem.

Meditatio Pass. Christi incipientib. primo adeunda.

Circa quem sensum, primò supponendum id, quod tanquam axioma quoddam commune, & certissimum habetur apud eos, qui de meditationis studio agunt; passionis Christi meditationem primò iis adeundam, qui nuper ad Deum cõuersi sint; quandoquidem ex ea maiorem sumunt peccati detestationem, recolentes illud Patris apud Isaiam: *a Propter scelus populi mei percussi eum*: per eam ad semetipsos mortificãdos vehemẽtius prouocantur, recolentes ea ipsiusmet Christi verba: *b Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?*

a Is. 53. 8.

b Luc. 23. 31.

Meditatio Pass. Christi quare dicta mons myrrhæ.

Præclare autem studium istud meditationis passionis Christi, mons myrrhæ appellatum est; nam per huiuscemodi studium gustatur, atque probatur à pia anima amaritudo eorum, quæ Christus pro nobis est passus, non secus ac in monte myrrhę vbi magna est myrrhæ copia, gustu ex amaritudine probatur, quæ sit myrrha optima, iuxta ea, quæ ex Theophrasto dicta sunt in præcedenti expositione. Neque enim vllo pacto melius comprehenditur, quanta sit amaritudo passionis Christi, quã per studium meditationis illius, in quo anima gustu sic illam probare nitatur; vt sensu ipso suo amarum illud percipiat, iuxta id Pauli consilium, quo ait: *c Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu*, quo modo idem Paulus, gustare se illam, indicat, cum ait: *d Christo confixus sum cruci*. Sed præter hanc, duæ aliæ assignari possunt rationes, quare studium passionis Christi recte mons myrrhæ dictum sit.

c Philip. 2. 5.

d Galat. 2. 19.

Vna, quia studium istud fragrantiam virtutis longe lateque effundit, sicut & mons, in quo myrrhæ arbores consitæ sint. Enimuero nullibi melius virtutum omniũ odor percipitur, nullibi melius virtutes vniuersæ addiscũtur, quam in meditatione passionis Christi, prout alibi latius ostẽsũ est.

Altera denique ratio est, quia nihil est reperire, quod efficacius præseruet nos à corruptione, & putredine peccati, quã ipsa passionis meditatio. Notum est autem, & superius quoque probatũ, myrrhæ id tribui solitum, vt corpora nedum viua, sed & mortua ab omni vindicet putredine.

Meditatio passionum incipientib. difficile, ideo mons dicitur.

Id quoque hoc loco notandum, recte studium istud meditationis, quod primò adeundum est animæ fideli, montem dici, qui cum altus sit, ascenditur cum labore: studium verò aliarum meditationum, ad quod postmodum deuenitur, dici collem, qui depressior monte est, & ad quem descenditur, cum è monte ad illum acceditur. Nã re vera primum illud studium difficile aditur; valde enim arduum est incipienti, & inexperto, mẽtẽ suã adhibere, firmamque tenere ad contemplandum, quippe quæ ex praua consuetudine vagari huc, illucve soleat inquiet.

At verò postquam assuefieri cœpit, cũ ad aliud studium meditationis se confert proficiens, facile iam id ipsi est, & delectabile nimis: descensus quippe facilis est: & collis est locus voluptatibus aptus.

Pass. Christi quõ meditanda.

Notãdum insuper est, per verbum, *vadam*, quo hic vsus est sponsus, duo significari. Primum, rationẽ, qua meditari optime queat Christi passio: Ea verò est, vt, cum aliquod eius mysterium meditandum suscipimus, ita illud contemplemur, ac si tunc Christum ipsum præsentem habeamus, qui eo se contulerit, vbi vel flagellatus, vel crucifixus est, vel aliquid aliud passus.

Ad orationẽ accedens ab ea præcedente cogitatione auertere se debet.

Alterum id, quod summopere vitandum est in quolibet orationis, & meditationis studio, stare, ac mentem non auertere ab iis, in quibus quis ante orationem detinebatur: exinde enim prouenire cõpertum est, vt dulci non recreemur refectione, tametsi diutius in orationis studio perseueremus: quia minime vadimus, quia non mouemur; quia mente persistimus incuriosis, vanisque mundi rebus, ac solicitudinibus. Dominus, *Vadam*, inquit, sponsam prouocans, vt & ipsa vadat, pedes affectuum mouens, ac eleuans. *Vadam*, etiam inquit; vt indicet, se nos semper præuenire in quolibet orationis studio, vt in eo conuiuium paratum reperiamus: quòd si quando refectionem ex oratione non percipimus, ex nostra id prouenit culpa.

Cõuiuium spirituali ũ consolationũ, quo alia in hac vita reficitur, diuersum à conuiuio, quo reficitur in alia.

Congruentissime demum adiicitur; *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: idest, donec vespera adueniat diei præsentis vitæ: neque enim in alia vita euntem Dominum ad mõtem myrrhæ, & ad collem thuris inuenire est, vt conuiuium eo pacto piis exhibeat animabus, vel in meditatione passionis, vel in studio aliarum meditationum: nã quamuis & ibi conuiuium illis exhibiturus sit, valde tamen diuerso modo; siquidem quod in hac vita exhibet conuiuium, odore duntaxat reficit; constat enim è rebus suaueolentibus, myrrha, & thure, quæ olfactum non gustum recreant; idcirco in fragrantissimis locis exhibiturum id, pollicetur, dicens: *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris, donec*, &c. Et gustus omnes quantumlibet suaues ii sint, quibus pia anima in quocunque orationis studio reficitur, dum vitam in hoc degit sæculo, nil aliud sunt, quàm odor gustuum illorum, quib. eadem reficienda est in conuiuio felicitatis æternæ: odor inquam, qui à longe percipitur.

At verò conuiuium, quod in futura vita idẽ exhibiturus est Dominus, nedum odore, sed & gustu prædulci reficiet: erit nempe *e conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorũ, vindemiæ defæcatæ*, vt apud Isaiam prædictum reperimus.

e Is. 25. 6.

Iuxta hunc igitur primum sensum, eorum, quæ in hoc versu dicuntur, paraphrasis hæc est.

Dum in præsenti degis vita, *Vadam* tecũ ad studium meditationis passionis meæ, quod myrrhæ amaritudinem, fragrantiam, atque virtutem continet, dum in eo gustatur passionum mearum amaritudo, percipitur fragrãtia virtutis omnis, & per eamdem passionis meę memoriam acquiritur prę seruatio à peccati putredine; Tametsi studiũ istud sit mons excelsus, tum propter sublimitatem mysterii, tum propter difficultatem, atque laborem, quo ab incipientibus ascenditur. *Vadam* postmodum, & ad studium aliarum meditationum, quod collis rationem habet, tum quia facilius aditur, descendendo ab arduo monte myrrhæ, tum quia est voluptatis locus, instar collis. *Vadam ad montem myrrhæ*, vt me veluti præsentem contempleris in passionibus: Vadam, vt & tu quoque vadas, relinquens mundi cogitatus, cum meditationis studium arripis: *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*, vt ex ipsa myrrha, & thure conuiuium tibi parem, in quo odore recreeris, donec desinat vita præsens: odore inquam, conuiuii alterius, quod in futuro sæculo paratum tibi seruo, vbi aspirauerit

dies

DE ANIMA.

dies vitæ huius, & inclinauerint vmbræ ſæculi A iſtius.

ALTER SENSVS.

Iuxta alterum ſenſum, quo collem thuris eatenus pro oratione vſurpatum dixi, quatenus oratio impetratoria eſt: Vim orationis piæ animæ verbis hiſce ſignificat ſponſus cæleſtis, ſimulque eidem animę modum ſubindicat, quem ſeruare debeat orans, vt oratio ipſius habeat effectum impetrationis.

Orationis quaſi vis.

Pro quorum intellectione ſciendum, vnam eandemque orationem efficacem duo ſimul efficere: aſcendit, quippe vſque ad thronum Altiſſimi Dei, iuxta illud Pſal. *a Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in conſpectu tuo*; vbi petitiones ſuas excelſo proponit Deo: *b Non diſcedens donec Altiſſimus aſpiciat*: ſimulque mirabili planè modo efficit, vt qui B celſiſſimus eſt Deus, ad ipſam adueniat, deſcẽdens quodammodo de ſublimi cælorũ habitaculo per efflagitatæ gratiæ exhibitionem.

a Pſ. 140. 2.
b Eccl. 35. 21.

Hinc ſæpius orante Moyſe in tabernaculo, deſcendiſſe ibi dicitur gloria Domini in nube, vel in columna ignis. Præclare autem iſte Dei deſcenſus deſcenſui nubis comparatur in libro Eccleſiaſtici, vbi dicitur: *c Specioſa miſericordia Dei in tẽpore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis*: loquitur auctor libri Eccleſiaſtici de miſericordia Dei, qua Deus ſuccurrit animæ oranti, cum in tribulatione conſtituta eſt, vt patet ex præcedentibus.

Deſcenſus Dei ad animam orantem quomodo fiat.
c Eccli. 35. 26.

Sicut enim nubes, quæ in excelſo eſt aëris, per C imbrem deſcendit in terram ſitientem: Ita & celſiſſimus Deus per gratias deſcendere intelligendus eſt ad animas, quæ ſitim earumdem gratiarum illi ſignificarint in feruenti oratione.

Simile.
Simile.

Porrò, quemadmodum cum contingit, vt nubes ſit ſuper excelſo monte, ita in planam, ſitientemq; terram deſcendit; vt tamen prius deſcendere conſpiciatur in montem, quatenus prius imbres pluit ſuper ipſum montem; tum per eaſdem aquas in demiſſiores deſcendit colles; ac demum è collib. ipſis in ſitientem deuenit planum. Eadem ratione, cum vniuerſum quarumlibet gratiarum meritum ſuper excelſa nitatur vita, ac paſſione Chriſti, qui per ſanguinem ſuum meruit nobis omne bonum, ſuper illo eſſe certè cẽſendus eſt Deus, quãdo inſtat nobis exhibere ſe velit; atque adeo per gratiarum imbrem deſcendit prius in iſtiuſmodi montem meritorum Chriſti filii ſui; tum per montem deuenit ad collem orationis, qua gratiæ illæ efflagitantur; ac demum in animam per collem deſcendit, quæ inſtar terræ ſitientis aquas expectat diuinæ nubis. Propterea aptè hic ab ipſomet Deo dicitur: *Vadam*, primo, *ad montem myrrhæ*, per quẽ deſignatur mons meritorum paſſionis Chriſti, tum ſubiicitur: *Et ad collem thuris*, quo ſtudium orationis ſignificatur: Ac ſi diceret.

Oratio noſtra dẽt niti in meritis paſſionis Chriſti, vt gratias petitas aſſequatur.

PARAPHRASIS.

Deſcendam ad ſtudiũ orationis, vt petitas gratiarum aquas ſuper illud effundam; at prius vadã ad mõtem myrrhæ, & meritum paſſionis Chriſti, E vt per montem iſtum deueniam ad collem thuris, exaudiens orationes propter paſſionis dilectiſſimi filii mei merita.

Ex quibus verbis tacite ſubindicatur, hunc modum nobis ſeruandum, quò orationes noſtræ ſuũ conſequantur effectum; vt propter merita paſſionis Chriſti petamus quicquid obtinere à Deo volumus, ac ex merito eiuſdem paſſionis id omne obtenturos, ſperemus, quod ex merito ſimplicis orationis noſtræ obtinere minime poſſemus.

DE B. MARIA.

Verſ. VI. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ: vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Expoſitio Quarta. De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Virgo Maria.

INuitaturus Dominus Ieſus in verſ. 8. Sanctiſſimam Genitricem ſuam ad perpetuam immortalitatis gloriam, indicat illi prius in hoc verſ. 6. quo pacto ad immortalitatis vitam iturus eſſet, etiam durante hoc ſæculo æſtibus miſeriarum flagrante, vmbriſvè mortis tenebricoſo, idque mediis paſſionibus, & ærumnis, iuxta illud: *d Nonne oportuit, Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam?* Indicat verò hæc illi, vt perſuaſam eam reddat, quòd ſicut ſocia erit ipſius in paſſione, ſic & in gloria quoque ſocia erit, & in conſolatione.

Maria à Chriſto ſ. nuntiatur gloria Reſurrectionis, & immortalitatis.
Tangit hũc ſenſũ Gregor. Nyſſ.
d Luc. 24. 26.

Nec moleſtiam ingerere nobis debent nomina mõtis, atque collis, quibus & paſſio deſignata eſt, & gloria immortalitatis: nam primo aſpectu paſſionis exinanitio deſcenſus potius eſt, quàm conſcenſus: atque adeo haud congrue deſignari videtur metaphora montis, qui, cum excelſus ſit, aſcẽſionem requirit: Augeturque difficultas per id, quod poſt eamdem adiicitur metaphora collis, per quã immortalitas deſignatur: non poteſt enim concipi mente, quòd ad immortalitatem deſcendendo peruentum ab eo ſit, qui de morte ad vitam ſurrexit immortalem. Rem ipſam tamen accuratius conſiderantibus patet, congruentiſſime vtrumque dictum, & paſſionem montem excelſum, ac arduum: & immortalitatem collem depreſſiorem, atque amœnum.

Cur paſſio Chriſti dicta ſit mõs & reſurrectio collis.

Enimuero, cum Chriſtus Dominus ad paſſionẽ ſe contulit, rem ſibi maxime arduam aggreſſus eſt quæ eſſet à ſuppoſito diuino maxime aliena: idcirco quaſi difficillimo itinere ad illam, vt ad montẽ altum iturus, cum de ea loqueretur in Euangelio, dicebat: *e Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte*, &c. At cum è paſſionibus ipſis, ac morte venit ad immortalitatẽ, quę D ſibi iam erat connaturalis, facillimo certè itinere, quaſi facili iucundoque deſcenſu de arduo monte ad collem deuenit delicioſum.

Ex Theo.
e Matt. 20. 18.

Apte quoque tam mons paſſionis, myrrhæ dictus eſt mons, quàm collis immortalitatis nõ amplius myrrhæ, ſed thuris eſt nũcupatus collis: Per myrrham quippe, quatenus amara eſt, amaritudo ſignificatur, quam in ipſo paſſionis monte guſtauit Redemptor noſter: quatenus verò per eamdẽ mortuorum corpora condiuntur, mortalitas per illam deſignatur, & humanitas: mortalitas, quã in prædicto paſſionis monte Chriſtus exhibuit manifeſtam: humanitas, qua eumdem montem aſcendit; Per thus autem ſignificatur immortalitas, atque diuinitas: quatenus Dei religioni conſecratũ eſt, cui ſoli per ſe, & naturaliter competit immortalitas, atque diuinitas. Sed per hanc ipſam thuris metaphoram, particularem inſuper modum ſubindicatum habemus, quo Chriſtus Dominus, qui ex arduo paſſionis monte ad collem immortalitatis per reſurrectionem deſcendit, ſuam patefaciẽs diuinitatem in ipſo denique immortalitatis colle ad cælum eleuatus eſt, quemadmodum etiam thuris vaporem ab igne ad cælum eleuari conſpicimus.

Paſſ. Chriſti quomodo myrrha & reſurrectio eiuſdẽ thus.

Denique, quòd, *Vadam*, inquit, tam *ad montem myrrhæ*, quàm *ad collem thuris*; illud ipſum ſigni-

Gre. Nyſſ.

APPENDIX.

gnificare vult, quod in Euangelio manifestius expressit, dicens; *Ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.* a *Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso; & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.*

a Io. 10. 17

PARAPHRASIS.

Quod ergo hic dicitur, tale est. Quamuis reliqui homines ad plenã corporis, & animæ immortalitatem minime perueniant, quoadusque aspiret dies resurrectionis, quæ in futuro facienda est sæculo: & quoadusque inclinentur, & fugiant vmbræ sæculi huius: Ipse tamen, etiam perdurante sæculo isto, *donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ vadam mihi* ex memetipso, & potestate mea ad collẽ immortalitatis, ad quem deueniam per resurrectionem ex mortuis, ascendam ad cęlos, instar thuris eleuatus: Vadam autem *ad ipsum* immortalitatis *collem* tunc, cum prius summo labore ad arduũ & excelsum ascendero *montem myrrhæ*, ac passionis, ac mortis: de monte siquidem illo facillimum mihi postmodum erit ad deliciosum thuris collem deuenire: Ad quem & tu mecum ibis, cũ mecum pariter ad montem ieris myrrhæ.

Vers. VI. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et omni tempore, quo populus domus Israel tenebat manibus suis artem patrum suorum iustorum, fugiebant nocẽtes Spiritus tenebriores, & matutini, ac meridiani: Dæmones de medio eorum, eò quod maiestas gloriæ Domini residebat in domo sanctuarii, quæ ædificata est in monte Moriah, & omnes dęmones, & nocentes spiritus fugiebant ab odore incensi aromatum.

Duo sunt præcipui sensus istius sententiæ, *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.* Primus est, vt hæc referantur ad passionem, & resurrectionem Christi, quem sequitur Greg. Nyss. homil. 7. Psellus, Theodoritus, ac Philo Carpathius, & Rupertus Abbas, tametsi in modo explicandi haud simul conueniant. Gregor. Nyssen. illud ipsum hîc significari, inquit, quod idem Dominus significauit in Euangelio, cum dixit: b *Nemo tollit animã meam a me, sed potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi*: ac per montem myrrhæ passionem accipiens; per collem verò thuris immortalitatem, ac diuinitatem, per eadem verba doceri nos, existimat; quòd qui cũ ipso fuerit myrrhæ particeps, omnino erit etiam particeps, thuris: nam qui fuerit cum eo passus, simul etiam conglorificabitur.

Gre. Nyss.
b Io. 10. 17
Christus passus est, & resurrexit voluntate propria.
Patiens cũ Christo, cũ eodẽ etiam glorificabitur.

Theodoritus, & Catena trium Patrum apud ipsum, significatum per ista, inquiunt, à Christo Domino, quòd vellet & mori, & resurgere ad immortalitatẽ ex semetipso, & ex voluntate propria vtrumque facturus. Affert autem Theodoritus rationẽ cur passioni tributa sit appellatio montis, immortalitati verò collis, eamdem, ac illam, quã nos prosecuti sumus in quarta expositione: Quia passionis mysterium tam excelsum est, inquit, & tam arcanum, vt ab hoĩe animo, & cogitatione nequeat comprehendi: Vt autem ad propriam gloriam rediret, & clarificaretur ea gloria, quam habuit, antequam mundus fieret, id verè nec magnum, nec laboriosum. Idcirco *montem myrrhæ* dixit: *collem* autem *thuris*; vt hoc sibi facile demõstraret, illud autem arduum in primis propter humanitatem; ideo ad mortem appropinquans, ait c *Nunc anima mea turbata est*: &, d *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.*

Tres Patr. Theod.
Pass. Christi cur mõs dicta, & cur resurrectio collis.
c Io. 12, 27
d Matt. 26 39.

Eodem sensu Psellus apud eumdem Theodoritum, ita hæc reddit: Age tu mecum, qui cruci affixus sum, crucifigere, vt magnaitem à Patre gloriam mecum afficiare: Spónte enim volo ego sanè mortem oppetere; vt fidelibus diem salutis aspirem, & vmbras discutiam impietatis.

Psellus.
Christus cur passus sit.

Singulariter autem Philo Carpathius per montem myrrhæ corpus sponsi intelligit, quod sua spõte neci oblatum est: Is enim e mons est, inquit, de quo legitur: *Abscissus est lapis sine manibus, & contriuit statuam, & factus est in montem magnũ.* Myrrha verò secundũ illam Ioseph, f à quo hic mõsca vnctus est in sepulchro. *Ad* hunc *montem myrrhæ, & collem thuris* voluntarie accessit spõsus; vt, non solum pro sponsa mortuus sepeliretur, verùm etiam, vt pro eadem resurgeret immortalis, ob idque colli thuris eius caro assimilatur; quod post resurrectionem, thuris instar viua ligna, iustos scilicet, germinatura erat.

PhiloCar.
e Dã. 2. 34
Corp. Christi mons myrrhæ.
f Io. 19. 38
Caro Christi collis thuris.

Secundo sensu referuntur hæc eadem verba ad piæ animæ virtutes; Mortificationem, atque pietatem, seu Religionem, & orationem, estque sensus iste communior Cassiodori, Gregorii Papæ, Philonis Carpathii, Iusti Orgelitani, Aponii, Bedæ, Richardi, & aliorum: Sicve explicatur ferè communiter, quo modo eum explicat Gregorius Papa, dũ ait: *Ad montem myrrhæ, & ad collem thuris* spõsus vadit, quia eos familiariter visitat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per humiles, & mundas orationes suauiter redolere prospicit: His quippe virtutibus sancta Ecclesia, vel vnaquæque anima mundi efficitur: quia, dum per voluptatum mortificationem vitiis reluctatur, & per sanctas orationes frequenter lacrymis abluitur, sordes lauat, vt sponso placeat.

Cassiodo.
Greg. PP.
Philo.
Iustus.
Aponius.
Beda.
Richard.
Greg. PP.
Mortificationi, & orationi indulgentes Christus visitat.

Differt ab his parum Iustus, dum verba ista sic reddit: Coniungar his, qui se propter Deũ mortificando creuerunt; seque illi offerendo odorem gratiæ propinare non desinunt.

Iustus.

Magis tamen ab iisdem discrepant, quæ dicuntur ab Hugone de Sancto Victore: Is quippe lib. de amore sponsi ad sponsam tom. 2. legẽs: *Ibo mihi ad montem myrrhæ, & colles Libani*; in hunc modum hæc exponit: Secum loquitur sponsus, quod facturus est; quia ad dicendum dulce est, quod dulce est ad faciẽdum; & nescio, quo pacto, quod multum cupimus, numquam loqui fastidimus. *Ibo*, ait, *mihi*. Sibi vadit, quia singularis amor participem secreti non recipit, Sibi vadit, quia non vult sodalem itineris, qui non patitur consortem amoris. Myrrha, quæ amara est ad gustandum, & corpora mortuorũ à putredine seruat, significat mortificationem carnis. Libanus, quod nomen interpretatur, decandidatio, significat munditiam carnis. Hæc ergo est via, per quam sponsus ad spõsam venit, mons myrrhæ, & colles Libani, quia primũ per abstinentiam concupiscẽtiam carnis occidit; deinde per munditiem cordis, ignorantiam mentis abstergit. Conuenienter autem dixit *montẽ myrrhæ*, non colles myrrhæ, *& colles*, non montem *Libani*; quia in afflictione debemus esse constantes, & in successu virtutum humiles: altitudo. n. montis eminentiam significat magnanimitatis, & mediocritas collis temperantiam humilitatis. Item quod montem singulari numero posuit, & colles plurali, significat, quòd in mortificatione exterio-

Hug. Vic.
Qua via Xps spõsus ad animã spõsam veniat.
Cur mõtis & collis diuersitas apposita sit.

ris

LITTERA. tis delectationis parum est, quod perdimus: & in illuminatione mentis intrinsecus multiplex est bonum, quod inuenimus: In monte myrrhæ accipimus fortitudinem contra carnis concupiscentiã: in collibus Libani accipimus illuminationem mẽtis contra ignorantiam.

Anselm. *Martyrum ordo mons myrrha, ordo cõfessorũ collis thuris.*

Anselmus singulariter per mõtem myrrhæ martyrum ordinem significatum existimat: per collem thuris ordinem cõfessorum. Quod verò Christus ait, *Vadam*, dici censet ob collationem gratię; quasi tunc Deus vadat ad prædictos ordines, cum gratiam illis confert.

Vers. VII. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te,

B

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

SVbindicato loco, ad quem spõsã suam secum commigrari peroptat, quò magis illam deliniat, egregio epiphonemate ex omnimoda, & vsquequaque perfecta pulchritudine eã in hoc versu sponsus commendat, quam in præcedentibus celebrauit encomio particularium membrorum: idque, vt efficacius postea illam inuitet, alliciatq; in versu sequenti, vbi dicet: *Veni de Libano*, &c. ac si dicat: Cum tota sis pulchra, & macula non sit in te, Veni, &c.

C Littera certè est clara: Vnũ nihilominus est notandum, quod haudquaquam apud omnes est cõpertũ, per id, quod dicitur: *Et macula non est in te*: non id tantum significari, quòd in sponsa nullus sit næuus, nulla sit cicatrix, nullave sit nota alterius coloris, quæ propriè macularum nomine designãtur; Sed quòd nec vlla in ipsa sit deformitas, nullusve defectus, quòdve integra sit omnino, & omnibus suis membris absque insigni deformitate constet.

Maculæ appellatione quid significetur.

Enimuero maculæ appellatione hoc loco omne vitium designatur, quod est reprehensione, & irrisione dignum, prout bene Sept. intellexisse significarunt, dum hebraicam dictionem מום mum vertetunt, μῶμος, idest, reprehensionem, vitium; scilicet reprehensione dignum; Vt tantumdem sit dicere: *Et macula non est in te*; ac si dicatur: *Et immaculata es ἄμωμος*. Notum est autem, in Hebr. ad significandum immaculatum vsurpari in sacris litteris dictionem תם tham, seu תמים thamim, idest, perfectus, & integer: atque adeo in libro Leuitici, vbi de sacrificiis agitur, habentur hæc verba: *a Immaculatum offeres, vt acceptabile sit, omnis macula non erit in eo*: Et declarans Dominus, quid intelligat nomine maculæ: *Si cæcum fuerit*, ait, *si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem*, &c. Et idipsum comprobari potest ex aliis verbis hisce, quæ in eodem libro habentur: *b Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculã, non offeret panes Deo: Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, nõ accedet offerre hostias Deo.*

a Leuit. 22. 21.

b Leuit. 21. 17.

His annotatis, iam facile est deducere sensũ istorum verborum, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*: Is autem duplex esse potest, prout & dupliciter accipi potest appellatio, *Amica mea*.

Potest enim id sumi, vt sit appositum designans ipsam, quæ compellatur sponsam; quo sensu

A communiter sumitur, vt in vocatiuo casu dicatur; O amica mea: Tota pulchra es, & absque vlla macula, integra, atque perfecta.

DE ECCLESIA.

Vel secundo, vt haud vocatiuus casus sit, sed nominatiuus, perque hoc appositum subindicetur causa, ob quam sponsus dilectam suam dicat totã pulchram; seu, propter quam sic illi videatur tota pulchra, &c.

II SENSVS.

Ac si dicatur: Quia *amica mea* es; cũ amica mea sis, *tota* mihi videris *pulchra*, & immaculata, atque omnimoda integritate perfecta.

Vers. VII. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

HAud ambigendum, quin peregregia laus ista sanctæ, Catholicæ, & Orthodoxæ competat Ecclesiæ, habemus namque Apostolum Paulũ, qui hanc illi adscribit in Epistola ad Ephesios, vbi dicit: *c Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid eiusmodi; sed, vt sit sancta, & immaculata.* Quia tamen ex Euangelio manifeste colligitur, Ecclesiam, prout in præsenti est sæculo, commixtam esse ex bonis, & malis; sicut *d* in agro commixtũ est triticum, atque zizania; *e* in sagena missa in mare commixti sunt pisces boni simul, ac mali: vt verum id sit, quod hic dicitur: *Tota pulchra es*: cõplures ex Sanctis Patribus, (vt videre est in Appendice) de eadem Ecclesia, vt in futuro erit sæculo, hæc dici arbitrati sunt, de Ecclesia triumphante, quam certissimum est, esse totam pulchram, & vsquequaque perfectam absque vlla labe vel minima, prout apparet ex eo, quod dicitur in libro Apocalypsis, vbi omnino munda describitur sub metaphora *f* ciuitatis nouæ Ierusalem, in quam nil intret coinquinatum.

c Eph. 5. 25.

d Matt. 13. 25.

e Matt. 13. 47.

Ecclesia tota pulchra in futuro sæculo.

f Apoc. 21. 10.

D Verùm, tametsi expositio ista congruentissima sit, vt aptata ad verba Apostoli; haud sanè ita congruens existimanda videtur, vt aptata ad id, quod hic dicitur: *Tota pulchra es amica mea*, &c.

Sermo enim fit manifeste de pulchritudine pręsenti, non de futura: Vnde quidam adducti sunt, vt existimarint de Ecclesia, vt in præsenti statu est, hæc quidem intelligenda, sed per Synecdochen, vt respiciatur ad pręcipua, & præstantiora eius mẽbra; ad Beatam Virginem omnis peccati expertem, ad Apostolos, & insigniora diuinæ gratiæ vasa, quæ, iuxta doctrinam Augustini *g* perfecta, & sine labe dici meruerunt ea mẽsura perfectionis humanæ, quanta in hac vita potest esse perfectio. Cui sanè expositioni obstat dictio, *Tota*, dicẽs quippe: *Tota pulchra es*; non aliquas partes, sed vniuersas complecti videtur.

Ecclesia in præcipuis sãctis dicitur tota pulchra, & sine macula.

g Lib. 1. de retrac. c. 19.

E Mihi duplex placet istorum verborum sensus, vterque admodum congruus. Primus, vt hæc de Ecclesia Catholica dicantur ea ratione, qua dicitur Orthodoxa: vt Tota pulchra asseratur, non secundum vitæ iustitiam, sed secundum doctrinæ veritatem, prout dicitur in expositione symboli, quæ est inter opera Cypriani, quamve aliqui censent esse Ruffini.

I. SENSVS. *Ecclesia in Cõciliis œcumenicis est tota pulchra, & sine macula secũdum doctrinæ veritatem.*

Ruffinus.

Notum est quippe, Ecclesiam ipsam, vt tota coniunctim, & collectiue sumitur, qũo consideratur in Cõciliis Oecumenicis, errare minime posse in do-

DE ECCLESIA. doctrina tam fidei, quàm & morum, propter præsentiam Spiritus sancti; quamquam contingat sæpe sæpius, vt eadem diuisim sumpta erret & in doctrina, & in moribus: Propter quam perfectionē, & inconcussam eius integritatem Apostolus *a* illam appellauit columnam, & firmamentum veritatis. Sic *tota pulchra* dicitur ob eximia fidei dogmata, & ob insignem sanctorum morum doctrinā nulla verò in ipsa reperiri dicitur macula; quia nil sit in Oecumenicis Conciliis inuenire, quod vitiū sonet, quodve reprehensione sit dignum.

a 1. Timot. 3.

II. SENSVS. Alter, qui & antecedentibus, & consequentibus congruentior videtur, sensus est; vt Ecclesia de admirabili illa hic commēdetur pulchritudine, quę ex diuersis ordinibus, & ex diuersorum officiorū varietate resultat: Cum enim in præcedētibus post laudatam generalem totius corporis pulchritudinem, cum exclamarat: *Quam pulchra es amica mea, quàm pulchra es*, diuersorum, qui in ea sunt ordinum, sub metaphora variorum membrorum encomia prosecutus sit, quia haud omnium, & singulorum membrorum, ordinumque eius laudes prosecutus fuerat; nunc breuissimo hoc epiphonemate cælestis sponsus id omne supplere nititur, quod in superioribus omissum esset: simulque & allata enumeratorum membrorum, aut ordinū encomia amplificat: Ac si dicat.

Ecclesia tota pulchra in varietate, & ordine ministrorum.

PARAPHRASIS. Non solum in contemplatiuis, qui oculorum in te vicem gerunt: In Religiosis, qui capilli tui sunt: In Doctoribus, qui tractatus componentes, dentiū munus exercent: In prædicatoribus, instar labiorū sese habentibus: In Virginibus genarum suffusis rubore; atque in Prælatis, qui spiritale tuum existunt collum, spiritalia & vbera: Non in his inquā duntaxat ordinibus pulcherrima es, & perfectionis, & sanctitatis decore insignis, sed & *tota pulchra es* in reliquis quoque membris, atque ordinibus; in viduis, in coniugatis, in sæcularibus, in iis, qui hospitalitatem sectantur, & in reliquis vniuersis; quos enumerare longum esset: integra enim es mēbris omnibus; nullaque in mystico corpore tuo est macula, nullus cuiuspiam ordinis, membrique defectus, nullum vitium, quod irrisionē tui causet.

Circa hunc sensum, notandum, ita hoc loco cōmendari Ecclesiam Catholicam, quatenus corpus mysticum est ex multis, variisve constans mēbris, iis. s. ordinibus omnibus, qui ad talis corporis cōpaginem, rectamque dispositionē necessarii sunt, in ea proportione, quam spiritualis pulchritudo requirit; in ea concordi ministrorum discordia, & discordi concordia, quam fusius describit Apostolus in Epist. 1. ad Corinth. *b* quamve in figura *c* intuita Regina Saba in ordine ministrorum Salomonis, tanta obstupuit admiratione, vt scriptura dicat, non habuisse vltra spiritum.

b 1. Cor. 12.
c 3. Reg. 10. 15.

Porrò quemadmodum in libro Genesis *d* de singulis, quæ creatæ fuerant, creaturis, deque singulis partibus mundi dicitur, quod erant valde bonæ, ac de tota ipsa fabrica cōditi orbis dicitur, quod erat valde bona: Ita & in hoc pulchritudinis sponsæ encomio primò de aliquibus, quæ enumerata sunt, præcipuis Ecclesiæ Catholicæ mēbris, de aliquibus eius ordinibus peregregiis metaphoris, & similitudinibus comprobatum est, quòd insigni decori sint pulchritudine, eximia sanctitate, ac omnimoda perfectione illa, quæ vel ad tale mēbrum, vel ad talē ordinem necessariò requiritur; Tum & de tota ipsorum ordinum, atque membrorum apta, congruentique compositione, & consonantia dicitur, quòd tota pulchra sit, & macula non sit in illa, sumendo maculæ vocabulum in eo sensu, quem declaraui in prima expositione. Ad quod quidem encomium verificandum satis est, vt in quolibet ordine aliqui sint, qui debito, & congruenti modo suum exerceant munus, quorū certè haud dubium est, quin ingens in Ecclesia iustorum sit copia, quibus & eæ competunt pulchritudinis laudes, quæ in præcedentibus singulis assignatæ sunt membris: Nihilve officit, si plures etiā praui in singulis reperiantur ordinibus, qui male sua exercent munia, sicut, nec id veritati obstat istius laudis vniuersalis, quod i illis ipsis, qui perfectiores sunt in ordinibus, aliquæ sint peccatorum maculæ, cum verum id pariter sit, *e* quòd *nemo mundus à sorde*: Et quod Dominus ait: *f Cum hæc omnia feceritis, dicite, quia serui inutiles sumus*: & q *g vniuersæ iustitiæ nostræ sunt tamquàm pannus menstruatæ* ante Deum: satis est enim, quòd, si Ecclesiæ ordo, & admirabilis concentus, ex varietate statuū graduum, & ordinum, & ministrorum resultans consideretur, nihil in illa sit, quod non sit pulchrū, rationi, & diuinæ legi consonum, nullusve sit defectus, aut macula, quæ reprehensioni subsit: satis est, vt in quolibet ordine reperiantur, qui pro viribus perfecti in eo esse nituntur.

d Gē. 1. 31.
Simile.

DE ANIMA.

e Iob. 25. 4
f Luc. 17. 10
g Is. 64. 6.

Vers. VII. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

SI difficile videbatur in principio præcedētis expositionis encomium istud Catholicæ competere Ecclesiæ, propterea quod permixta ipsa sit Ecclesiæ ex iustis, & iniustis: multò sanè difficilius videtur, id ipsum explicare, vt cuilibet competat animæ, quæ iusta, & pia sit; cum haud appareat quomodo verè tota pulchra, & sine vlla macula dici ea queat, de qua sexcenta sacrarum litterarum loca testantur, quòd sordibus peccatorum immunda sit, vt cum dicitur: *h Non est homo, qui non peccet*: *i Nemo mundus à sorde*, *K Omnes nos quasi oues errauimus*; *l Septies in die cadit iustus*, *m Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*, Et, in *n multis offendimus omnes*.

Anima pia dicitur tota pulchra quatenus nō habet peccatum mortale, quod tollit amicitiam Dei.

h 3. Reg. 8 46.
i Iob. 25. 4.
k Is. 53. 6.
l Prou. 24. 16.
m 1 Io. 1. 8.
n Iac. 3. 2.

Sed facile difficultas ista tollitur vniuersa, si, iuxta communem sanctorum Patrum sententiam, supponamus, sub macularum appellatione illa duntaxat designari peccata, quæ amicitiam Dei, & gratiam tollunt, mortalia scilicet, eaque haud adhuc remissa: de his enim aperte & Ioannes loquitur in sua prima Canonica, cum inquit: *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est*, Tantundem autē est dicere: Amica mea sine macula est: ac, Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat; Is quippe ex Deo natus est, qui est amicus Dei, prout idem Ioannes testatur, cum paulo īferius dicit, *o Omnis, qui diligit, ex Deo natus est*, Et tantumdem est dicere, Is, in quo semen Dei manet non potest peccare, ac, Amicus Dei, dum amicus Dei est, dum gratia, quam semen Dei Apostolus nuncupat, in illo est, est sine macula, de quo in Psalmo dicitur, *p Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus*; vt fusius docet Augustinus libro de perfectione Iustitiæ cōtra Celestium tom. 7. & alias sæpissime, Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, & dialogo contra Pelagianos lib. 1. Prosper. lib. 1. de vita contemp. cap.

o 1. Io. 3. 9
p 1. Io. 4. 7
q Ps. 31. 1. 2
August.
Hieron.
Prosper.
Fulgent.

Digitized by Google

DE ANIMA.

cap. 9. Fulgentius lib. 1. ad Monimum. In eo verò sensu supponendum est, istiusmodi animam, quæ vt amica Dei, vt ex Deo nata, atque vt semẽ Dei in se habens, & sine macula est, & non peccat peccato, quod Dei amicitiam, & gratiam tollat, totam pulchram esse, quamuis vel grauiora prius cõmiserit crimina, à quibus baptismi abluta est aqua, aut pœnitentiæ; vel leuioribus adhuc obfuscetur peccatis: quo sensu Christus Dominus *a* Apostolos mundos esse contestatus est apud Ioannẽ, quã quam pedes haberent inquinatos, & multi etiam criminibus saltem aliqui ex ipsis in anteacta vita fuerint contaminati, sanctitate, & pulchritudine illa, quæ haberi in via potest, & in vita præsenti: secundum quam, quotquot iusti sunt, dicuntur perfecti, & immaculati in sacris litteris, vt in Genesi: *b Noe uir iustus, atque perfectus cum Deo ambulauit*, ad Philippens. *c Quicunque ergo perfecti sumus hoc sentiamus*, & in Psalmis: *Ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea*, *d Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege Domini*: Videatur Augustinus libro octauo, Quæstionum Dulcitij, quæst. 5. to. 4. vbi exponit, quo sensu Dauid, qui peccauit grauissime, dicatur tamen secũdum cor Dei, cui suffragatur Hieronymus citato libro 2. contra Iouinianum, Ambrosius Apologia Dauid cap. 6. Basilius homi. de pœnit. Chrysostomus homil. 41. in Genesim c. 18. Quam certè pulchritudinem, quamve admodum imperfectam iustitiæ, ac sanctitatis perfectionem in se optime ipsamet recognoscit, quę spõsa est Dei, dumque de ea gloriatur in Domino, ne quis (vt de se ait Apostolus,) *e* existimet ipsam super id, quod videt in ipsa, aut audit aliquid ex ipsa, quomodo cum imperfectione admixta illa sit, contestatum omnibus esse voluit, cum in principio huius Cantici dicit: *f Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem. Et, Nolite me cõsiderare, quod fusca sim.*

Perfectio iustitiæ vita præsentis est imperfecta.

a Io. 13. 10 — b Gen. 6. 9 — c Phil. 3. 15 — d Ps. 17. 24. Ps. 118. 1. — Augustin. Hierony. Ambros. Basilius. Chrysost. — e 1. Cor. 12. 6. — f Cant. 1. 5

Quo loco notãdum, quàm diuerso modo se habeat Deus, ac vnaquęque anima in æstimatione, ac inspectione peccatorum: Dum enim anima aliqua eorum, quibus fusca est, peccatorum nullam rationem habens pulchram se censet, & sanctam, Deus è vestigio acute illã inspicit, *g* scrutansque ipsas eius iustitias in lucernis, deformem eam pronunciat, prout sub alia metaphora significatum habemus in libro Apocalypsis his verbis: *h Quia dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia miser es, & miserabilis & pauper & cæcus, & nudus*; cum verò ipsamet anima singulorum vel leuium rationem habet, & minima quæque in se inspicit peccata, & quamuis grauioribus criminibus commaculatam se haud esse intelligat, pronũtiat se ita formosam ex Dei gratia, vt tamen nigra sit ex se ipsa: Deus, haudquaquam eius nigredinẽ videns, totam pulchram illam prædicat, & sine vlla macula, & bene, nam *i qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur*.

Peccata nostra inspicere subtiliter nos debemus, ut Deus acutissimè illa inspiciat.

g Soph. 1. 12. — h Apoc. 3. 17. — i Matt. 23. 12.

Subtilius autem encomium istud perpendentes ex duplici appellatione, qua ea insignitur anima, quæ hic cõmendatur, altera, qua in lectione vulgata dicitur *amica* Dei: altera, qua, secundum lectionem hebraici textus, & vers. Septuag. *proxima* dicitur eiusdem Dei, rationem propriã intelligere est, cur Deus nõ inspiciat, nec videat maculam vllam in ea, quæ vel ob præcedentia crimina, vel saltem ob complura peccata venialia fusca alioquin est, & nigram semetipsam asserit; simulque omnimoda veritas innotescit eiusmodi laudis.

Ex eo quippe, quòd amica Dei est, fit, vt nec inspiciat, nec videat Deus maculam, aut nigredinem vllam in anima. Enimuero, cum vera amicitia mutuam præsupponat dilectionem inter Deũ, ac animam, per id, quod Deus animam diligit, efficitur, vt minime videat illius nigredinem, atque peccata, quatenus illorum haud habere censetur rationem; quia (vt dicitur in libro Prouerbiorum) *k Vniuersa delicta operit charitas*: per id autem, quod anima Dei charitate succensa est, fit, vt nec si attẽtius illam inspiciat, videat Deus ipsius nigredinẽ: quia charitatis ignis eam illustrat, & maculam omnem abstergit, prout ferro contingere videmus, quod, etsi nigrum ex se sit, & tametsi maculis aliquibus conspersum esse contingat, cum tamen per ignem candescit, nullam intuentibus præsefert nigredinis speciem, nullam & maculæ formam; quin, vt ignitum ignis speciem exhibet, & fulgorem.

Peccata animæ, quia amica Dei est, non videntur à Deo, & cur. — k Prou. 10. 12. — Simile.

Per id verò, quod eadem *propinqua* Dei dicitur & proximè Deo adhæret, conspicuum planè redditur, quam verè dicat illam Deus totam pulchrã, & sine macula, licèt ipsa se fateatur nigram: *l Quæ enim conuentio luci ad tenebras?* *m Accedite ad eum* inquit Propheta, *& illuminamini, & facies vestræ non confundentur*; ob aliquam scilicet obscuræ nigredinis, aut maculæ deformitatem non confundentur. Ita siquidem per hanc propinquitatem pia illuminatur anima, vt quemadmodũ Deus, cui adhæret, lux est; ita & ipsa, quãdo digna facta est admitti *in partem sortis sanctorum in lumine*, erepta, vt ait Apostolus, *de potestate tenebrarum*, translata *in regnum filii dilectionis suæ*, instar lucis tota pulchra reddita sit, tenebrarum expers: quinimo lux ipsa effecta, iuxta illud Pauli. *n Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*, idest, propter propinquitatem, quam habetis ad dominum. Quidni igitur totam pulchram, iustam, & sanctã dixerimus, quam per approximationem ad Deum lucem veram nouimus exhibitam pariter lucem? *o Fructus lucis*, subdit Apostolus, *est in omni bonitate, iustitia, & veritate*, idest in omnimoda pulchritudine.

Anima per propinquitatem ad Deũ tota pulchra est. — l 2. Cor. 6. 14. — m Ps. 33. 6 — Simile. — Colos. 1. 12 — n Ephes. 5. 8. — o Eph. 5. 9

Addi potest & alia ratio veritatis eiusdem encomii, quæ ex eadem appellatione deducitur; nã, cum ob id Dei proxima dicatur, quia Deo proximè inhæreat, per charitatis vinculum illi cõnexa; cumque id proprium sit dilectionis, vt in rem dilectam eam transformet, quæ diligit, prout aliàs ostensum est sæpius; consequitur manifeste, vt pia ipsa anima in Deum transformata, cuius est proxima, quasi speculum Dei formam in se repræsentãs Deoque similis facta in sanctitate, tota pulchra sit & sine macula, quantum humana fragilitas potest sicut & Deus totus pulcher est, totus sanctus, & sine macula, iuxta illud: *p Sancti estote, quoniam ego sanctus sum*.

p Leuit. 11. 44.

Denique anima ista, quæ & amica Dei est per ardentem dilectionem, & proxima per cohabitationem in cęlesti tabernaculo, & in monte sanctitatis illius, quatenus eius conuersatio in cælis est, aptissime & tota pulchra dicitur, & sine macula: nõ pulchra simpliciter; sed *tota pulchra, & sine macula* tota pulchra.

Anima tota est pulchra per implementum totius legis, est sine macula per declinationem ab omni opere malo.

Hæc etenim duo necessario requirũtur ad hoc, vt quis amicus Dei constituatur, vt ve dignus sit, q proxime Deo adhæreat in monte sanctitatis illius priuatio omnis mali, & ornatus omnis boni, omnisque virtutis, iuxta illud: *q Declina à malo, & fac bonum, & inhabita terram & pasceris in diuitiis eius*. Vnde & in Psalmo 14. ad interrogationem illam: *r Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?*

q Ps. 36. 27 — r Ps. 14. 1.

DE B. MARIA.

Respondetur. *Qui graditur sine macula, & operatur iustitiam.* Tantumdem est autem dici, animam esse operantem iustitiam, ac dici, totam pulchram esse: siquidem, cum ob id pulchra ea sit, quia amica Dei est, & quia diligit Deum; per operationem certè iustitiæ decora esse conuincitur: nam probatio dilectionis, exhibitio est operis; & ipsa Dei dilectio in hoc potissimum suum exhibet decus, quod opere diuinam implere facit legem, iuxta illud: *b Plenitudo legis est dilectio:* Et, *c Qui verbum Dei seruat, in hoc charitas Dei perfecta est:* &, *d Hæc est dilectio, vt mandata eius custodiamus.*

b Rom. 13. 10.
c 1. Io. 2. 5.
d Ioa. 5. 8.

Quia verò pulchra esse non posset, ni tota esset pulchra: & tota pulchra non esset, si aliqua ei inesset macula, aliquisve defectus in impletione alicuius mandati, cum bonum (vt dicit Dionysius) cōsurgat ex integra causa; malum autem ex particulari defectu: Et *d* qui in vno errauerit, factus sit omnium reus: ideo bene adiectum est: *Et sine macula:* Aequè est enim, ac si dicatur.

Dionys. li. de diui. nomin. c. 4.
d Iac. 2. 10.

PARAPHRASIS.

Quæ *amica mea* es per gratiam, quia mihi gratissima es; quæve *proxima* item *mea* es per arctissimā qua mihi inhæres, dilectionem: pulchritudine virtutum omnium, quibus vniuersa imples mandata mea, *tota pulchra es;* neque enim aliquem in te inspicio defectum, quo reprehendenda sis, quòd integre legem meam non impleas: sed decor ipse tuus integer est, atque perfectus, illi propemodum similis, quo & ipse totus pulcher, atq. perfectus sū dico, in me videlicet per dilectionē transformata, meāque formam assumens per illam ipsam, qua mihi proxime inhæres, propinquitatem.

Vers. VII. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Virgo Maria.

Maria pro prissime, cō petit laus ista, & quō.

ETsi laboratum aliquantulum sit in peregregia laude ista accommodanda ad Ecclesiam, tum etiam ad animam in duabus præcedentibus expositionibus: laborandum tamen minime est in eadē accommodanda ad B. Virginem, cui proprius encomium illud competit, vt tota pulchra dicatur, & sine vlla macula: vtpote quæ haud mortalis dūtaxat peccati expers fuit; sed & originalis; & quæ aliena ēt extitit ab omni, vel minima ruga peccati venialis: quod de aliis sanctis quantumcunq; perfectis asserere haudquaquā licet, iuxta sniam August. qui ait: Excepta Sācta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cū de peccatis agitur, habere volo quæstionem: Vnde. n. scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendū oī ex parte peccatū, quæ concipere, ac parere meruit eū, quem constat, nullū habuisse peccatū? Hac virgine excepta, si oēs Sāctos, & Sanctas, cum hic viuerent, congregare possemus, & interrogare, vtrum essent sine peccato: rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, vna voce clamassent: *e Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Haud necesse est, vt in hac veritate cōprobanda longius detineamur, cum aperte iam definitam eam habeamus in Conc. Triden. sess. 6. can. 23. videantur quæ super illum Canonem fusius tractat Andræas Vega de Iustificatione lib. 14. c. 18.

August. li. de natura, & gratia, c. 36.
e 1. Io. 1. 8.
Andræas Vega.

Maria tota pura, & absque peccato

Illud duntaxat hoc loco haud prætereundū censeo; adeo proprie encomiū illud omnimodæ pulA chritudinis, quæ in duobus sita est, in immunitate ab omni peccato, & in decoro iustitiæ, ac virtutū omnium ornatu, B. Virgini competere; vt & ipsamet integerrimam pulchritudinem istam à Deo sibi collatā intelligens, gratiasve Deo pro illa agēs ob hæc duo magnificet Dominum, & exultet spiritus eius in Deo salutari suo; idque apud Isaiā, prout bene notat Petrus Galatinus lib. 7. de arcanis Catholicæ veritatis capit. 5. sic enim, ait: *f Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis Iesu, & indumento iustitiæ circundedit me;* id est; Quia, quasi vestimēto, quo totum corpus cooperitur, ita me totam circundedit, operuitque ornamento iustitiæ: & quia iis ipsis illibatis me induit vestimentis puritatis, B quibus indutus est Iesus filius meus, corpore, quod sine macula conceptum nulli vel minimo peccato obnoxiam me redderet; qualia fuerūt indumenta illa carnis item, ac corporis, quibus in vtero meo indutus est Iesus vnigenitus filius Dei. Neque verò scrupulū alicui ingerat, quòd in Vulgata nō habetur: *Quia induit me vestimentis Iesu,* sed; *Quia induit me vestimentis salutis:* nam ex hebraico textu colligitur, nomen salutis, quod in editione nostra habetur, Iesum Christum designare: siquidem in hebræo est ישוע iesuangh. Quæ dictio ita salutē significat, vt tamen sit etiam proprium nomen Verbi incarnati, quod ab Angelo ei impositū dicitur C ob effectum salutis, qui per ipsum faciendus erat in medio terræ: in qua acceptione sumpsit eamdē dictionem etiam noster Interpres in Cantico Habacuc, vbi vertit: *g Ego autem in Domino gaudebo & exultabo in Deo Iesu meo.*

Pet. Galat.
f Is. 61. 10.
g Habac. 3. 18.

Quomodo illibata, omnisque maculæ expertia indumenta ista iustitiæ integerrimæ æque Christo competant Iesu, ac B. Mariæ: & quomodo puritas, ac sanctitatis pulchritudo perfecta ita Mariæ, ac Christo proprie competāt; vt tam ista dicatur tota pulchra, & sine macula, quam ille totus pulcher & sine macula dicitur: & nihilominus ingens, ac maximum sit discrimen inter modum vtriusq;: Et quale sit hoc discrimen, explicatum videri potest D supra in capit. 1. expositione 4. super illa verba versiculi sexti. *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol.*

Vers. VII. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Et in tpe, quo populus domus Israel faciunt volūtatē Dominatoris sęculi, laudat eos ī cęlis excelsis, & sic dicit: Tota pulchra es congregatio Israel, & macula non est in te.

Ecclesia triūphalis tota pulchra, & sine macula.

E Quāquam oībus indubitatum sit, tam eximiū pulchritudinis encomium, quod vel in Ecclesiam vel in piā aīam confertur, intelligi de Ecclesia triūphante, quo modo illud exponunt Hierony. lib. 3. aduersus Pelagianos, Aug. Retract. li. 1. c. 19. ac li. 2. c. 18. Beda super hunc locū, atq. Bern. ser. 38. in Cant. ad finē. Vel ēt de pia aīa glorificata, vt eadē exponit Gregor. Nyss. hom. 7. qui ex eo, quod verba ista, *Tota pulchra es,* immediata subiecta sunt verbis iis, *Ibo mihi ad montem myrrhæ,* &cet. Notat, significari per hæc, humanam animam non aliter purgari a macula, quam, si agnus, qui tollit peccata mundi, vniuersum per passionem suam deleuerit vitium, & eū, qui semel per Christi resurrectionem

Hierony.
Aug.
Beda.
Bernard.

Aīa glorificata & sine macula, & tota pulchra.

Greg. Nyss.

APPENDIX.

Pulchritudo ſ. acabus eſt ex Chriſti paſſione, & reſurrectione.

rectionem fuerit in gloria diuina, totum heri pulchrum remotum ab omni macula aduerſa. Nó deſunt tamen complures patrum qui tam Eccleſiæ, quàm piæ animæ etiam in præſenti ſæculo idem ipſum encomium congruere, aſſerunt.

Iuſtorũ Eccleſia militãs dicitur tota pulchra, & ſine macula. Hierony. Auguſt. Theod.

Explicant illud, vt competens Eccleſiæ iuſtorũ militanti Hieronymus lib. 8. in Ezechielem, Auguſtinus lib. 1. Retractat. ca. 19. & lib. 5. de baptiſmo contra Donatiſtas, Theodoritus afferens & rationem, ac dicens: Immaculata, & pulchra euaſit ſponſa, quia propinqua ſponſi effecta eſt, atque ita omnes ſplendores ſuſcepit, & lucida ex ipſa luce reddita eſt; quæ ad piam animam rectè accommodantur: quamquam in principio libri tertii, item in Cant. eadem ipſe Theodor. Eccleſiæ iuſtorum encomium illud tribuat.

Aia pia tota pulchra, & ſine macula; quia propinqua lucis.

B

Tametſi Auguſtin. aliam attulerit rationem in lib. de Vera, & falſa pœnitentia c. 7. (Si Auguſtini eſt liber ille) Non eſſe nimirum maculas in Eccleſia, quatenus illas abluit per pœnitentiam.

Auguſtin. *Pœnitentia reddit Eccleſiã ſine macula.*

Iuſt. quoque Orgelitanus eumdem proſequẽs ſenſum de Eccleſia iuſtorum, eatenus illam dictã inquit pulchram totam; quia pulchra, nedum in Apoſtolis, Martyribus, Virginibus; ſed & in continentibus, & in quolibet ordine.

Eccleſia tota pulchra in quolibet ordine ſanctorum. Tres Patr. Caſſiodo. Gre. Pap. Phi. Carp.

Ad piam verò animam, vt in via eſt, & in præſenti ſæculo, hæc referunt Ambroſius, Catena trium Patrum, Caſſiod. Greg. Papa, Philo Carp. Beda, & Anſelm. Vnde Ambr. lib. 1. de Virginibus ait: Pulchritudinem quis poteſt maiorem exiſtimare decore eius, quæ amatur à Rege, probatur à iudice, dedicatur Domino, conſecratur Deo? Semper ſpõſa, ſemper innupta, vt nec amor finem habeat, nec damnum pudor: Hæc, hæc profectò vera pulchritudo eſt, cui nihil deeſt, quæ ſola meretur audire à Domino: *Tota es formoſa proxima mea, & reprehenſio non eſt in te.*

C

Pulchritudo piç aiæ qualis ſit. Tres Patr.

Declarat Catena trium Patrum, quomodo ipſa anima ſit tota pulchra, dicens: *Tota*, ait, *pulchra es proxima mea*; mente nimirum, & anima, & carne: Carne quidem, vt per actionem à variis perturbationibus purgata, & virtutum moribus excellens; Anima autem, vt ab omni improba cupiditate ſeiuncta, & ſermonibus decorata mandatorum: Mẽte verò, vt ab exilibus etiam cogitationibus libera, ac ſplẽdida, & per gratiam in Spiritu ſancto diuina effecta: Et propterea *macula non eſt in te*, quæ mihi ob perfectionem propinqua es.

Anima pia quò tota pulchra in mẽte, anima, & carne.

D

Anſelm.

Porrò hoc, quod dicitur: *Et macula non eſt in te* de macula criminali, atque mortali intelligẽdum indicat Anſel. Communius tamen, propter pœnitentiam id verificari, prædicti aſſerunt Patres: vnde Greg. Papa: Dum ſancta, inquit, anima à peccatis quotidianis ſe per pœnitentiam mundat; dum quotidie peccata minuta cum lacrymis abluit, & à maioribus ſe obſeruat; quamuis frequenter peccet, per aſſiduam tamen pœnitentiam munditiam ſuam aſſiduè ſeruat. Hinc enim alibi præcipitur: a *Semper ſint veſtimenta tua candida*, & illud: b *Iuſtus autem ex fide viuit*: quamuis enim mox vt peccat, à iuſtitia deuiet, tamen dum ſemper credit in eum, qui iuſtificat impium, & aſſiduè ſub eius timore peccata ſua defleat, per aſſiduas ablutiones iuſtitiam ſuam retinet.

Greg. PP.

Aia pia, & Eccleſia per fidẽ, & pœnitentiã ſit tota pulchra, & ſine macula.

E

a Eccl. 9.
b Rom. 1. 17.

At B. Virgini potiſſimum, quod hic dicitur, tribuendum putant alii: Videatur Hugo de S. Victore ſer. 9. inſt. Monaſt. atque etiã ſerm. in feſto Aſſũptionis B. Mariæ, qui eſt in fine to. 2. operum eius.

Maria quã verè ſit tota pulchra. Hug. Vict. Rup. Abb.

Singulariter autẽ Rup. Abb. per hęc ait, Chriſtũ B. Mariæ ſignificare: tunc demũ, cũ ipſe mortuus fuerit, & reſurrexerit, aſcenderitq. in gloriam Patris, dicturũ illi; *Tota pulchra es, & macula non eſt in te*: dicturum, inquam, magna & manifeſta prædicatione: quãuis.n. B. Virgo ſemper tota pulchra fuerit; poſt aſcenſionem tamẽ Chriſti id apparuit; quod.ſ. Virgo conceperit, genuerit, & virgineis lactarit vberibus; idque eſt, totam pulchram, & ſine macula prædicari.

Maria poſt aſcẽſionem Chriſti prædicata tota pulchra, & ſine macula.

LITTERA.

Verſ. VIII. Veni de Libano ſponſa mea; veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montib. pardorum.

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

Iam tandem ſuam ſponſus patefacit intentionẽ, propter quã hanc totam cõtexuit orationem: ea verò eſt, vt dilectã ſuã ad ſecũ cõmigrandum pertrahat. Propoſuit ſanè locũ, in quẽ ſibi tendendum eſſet, montẽ myrrhæ, & collẽ thuris, taciteq. ea loci propoſitione illã inuitauit in verſ. 6. At nunc ipſam iterum inuitat apertius, vtiturve ſingulari medio: vt id ei perſuadeat, ingentia exponens pericula eius loci, in quo ipſa tunc commorabatur, innuenſque, & aſperitatẽ eorumdem locorum, in quib. ea ſe detinebat, vtpote quæ ſimilia eſſent montib. iis, qui & celſiores in Iudęa reperiebantur, & difficiliorem exhibebãt acceſſum, & in quib. leones, ac feræ quęq; latitarent. Volens quippe magna energia explicare illorum locorũ pericula, explicat ea per nomina trium montium altiſſimorũ oĩm montium Iudææ, in quib. ingens eſſet ferarum copia; vnde per appoſitionem eos nuncupat cubilia leonum, & montes Pardorum. Eſt aũt Libanus inſignis Phœniciæ mons ſacris litteris, & hoc in primis Cantico celebratiſſimus, qui Iudææ fines à Septentrione claudit. Neq; .n. vllo mõ probandum vř mihi, quod hoc loco aſſerunt aliqui, Libanũ, cuius hic fit mentio, non eſſe dictũ mõtẽ in Phœnicia ſitum, ſed alium in Iudæa, qui & ſaltus Libani interdum nominatur, à Iudæorum Regib. multis & peregrinis arborib. cõſitũ, & pp ſimilitudinem aliquam cum ipſo Libano Phœnicię, ſic Libani appellatione nuncupatũ: nã, ſi Libanus hic pro ſaltu Libani poneretur, quõ dicerentur, in in eo eſſe luſtra leonum, atq; pardorũ? Deinde ex ipſa cõmemoratione aliorũ montiũ Libano Phœniciç proximorũ manifeſtè apparet, haud ſaltũ Libani, ſed Libanũ ipſum hic ſignificari. Adde, q, ſi in verſ. 6. per montẽ myrrhæ, & collem thuris ipſum ſaltũ Libani deſignatũ velimus, prout ibi notatũ eſt in prima expoſitione; congruentiſſimè hoc loco ſponſa à mõte Libano periculis ſubiecto ad ſaltũ ipsũ Libani periculorũ expertẽ, & deliciis redũdantẽ reuocari vř. Poſt Libanũ ponit ſponſus aliũ montẽ, *Amana* nuncupatũ, qui altiſſimus pariter eſt, trans Iordanẽ iuxta Libanũ ſitus in finib. terrę Iſrael ad Septentrionẽ; quãquã nõ deſint, qui exiſtiment, Amanũ, cuius hic fit mentio, eſſe alterum montem eiuſdẽ noĩs, qui Ciliciam à Syria dirimit de quo Plin. li. 5. naturalis hiſtoriæ c. 22. Poſt Amanu ponit tertiũ montẽ duplici noĩe inſignitũ, eoq; biceps eſſet, *Sanir, & Hermon*, qui propè Amanũ etiam ſitus, eſt, de quo Deuteron. 3. & 1. Paralip. 5.

PARAPHRASIS.

Hic ergo planior, atque facilior eorum, quę hic dicuntur, ſenſus mihi eſſe videtur; Ac ſi dicatur: *Veni* mecũ ſponſa de locis iſtis maximè arduis, in gentibusve periculis expoſitis: *Veni mecum: Veni*

LITTERA. obsecro ad montem myrrhæ,& collem thuris ad loca amœnissima: & *coronaberis* perpulpulchrorũ, ac suauiter redolentium florum corona; flores ibi conspicies, colligesque vbertim, quibus corollas tibi contexas.

Quatuor porrò illa notanda sunt, quibus sũmo artificio ista amplificatur inuitatio: Primò siquidem per hoc, quod tribus vicibus replicatur verbum, *Veni* vehemẽtissimũ significatur inuitantis desiderium, ingẽsque eius rei affectus. Secũdò, dũ ei, quæ huc vsq; dilectæ tantummodo erat insigni ta appellatione, hac prima vice nobilius tribuitur nomen *sponsa*, nouo isto vocabulo, nedum delinitur ipsius dilectæ animus, ita vt iucundius pertrahenda videatur; Sed & obligatio quædam illi subinnuitur ad id faciendum: statim.n. ac puella quæpiam sponsa effecta est alicuius, eò tendat necesse est, quò suus voluerit sponsus: nec decet, sponsam alicubi commorari, abnuente sponso. Tertiò, per propositam trium mõtium metaphoram altera ei dem significatur necessitas, ob quã dẽat discedere è locis illis, in quib. demorabatur, vt nimirum ingentia pericula, quib. subiecta ibi erat, deuitaret. Denique per adiectum verbum, *coronaberis* proposito quoque præmio, lucrove ad ipsum faciendum pellicitur: lucrum verò, seu præmiũ istud dupliciter intelligi potest, vel coronæ florum, q̃ nouæ nuptæ, præsertim quæ agrestes sunt magnificare solent: Vel coronæ regiæ, quã tunc primùm obtinere debebat, quæ tunc primum declarata aperte est spõsa Regis Salomonis diademate coronati in die desponsationis, & lætitię cordis sui: hicque qui loquitur, recedet à persona Pastoris, prout & alias eumdem fecisse, vidimus in superioribus.

Montiũ nomina hoc versu metaphoricè sumenda. Metaphorice, iuxta allatum istum sensum tres eos, qui hic nominantur, montes desumẽdos exinde adducor; quod si proprie sumantur, non videã congruum huius orationis sensum: Nam, neq; is, quem fere communiter afferunt & Latini, & Hebræi; vt ex altissimis illis montib. spõsa suadeatur discedere, ac vnà cum dilecto suo commigrare, vllatenus congruens toti huic esse potest dramati, cuius scena nulli dubium est, quin sit Sion, atq; Ierusalem: Sion inquã, & Ierusalem cũ agro suo, vt nõ obscure colligitur ex eo, quod filiab. Sion dictum est in fine capitis tertii, vt egrederentur ad vidẽdũ Regem Salomonem diademate redimitum, sępiusque ad easdem filias Ierusalem sermonem directũ reperimus. Quis verò est, qui nesciat, quàm longe nominati montes absint ab Ierusalem? Neque vllo pacto probare possum alterum illum sensum, quo secundũ Legionensẽ sponsa ipsa ad illos altissimos montes inuitatur, quasi sponsus, quò facilius ei persuadeat, vt se euntem comitetur, polliceatur illam ducere in illos montes, q̃ omniũ, qui in Iudæa erãt amænissimi, & cognitu dignissimi habebantur: cũ apertissime vim inferat litteræ, in qua manifeste propositio, *de*, quam habemus in nostra Vulgata, & propositio, *A*, quam habent codex Hebræus, & Græcus Sept. locum designet discessus, ita vt haud significare queat locum accessus. Legionen.

Dubium dumtaxat vnum pro allati sensus cõfirmatione soluendum superest circa metaphoricã trium montium acceptionem: Cum.n. mons Libani sit pulcherrimus, & deliciosissimus: ita vt in c. 5. sponsa dilecti sui pulchritudinem, pulchritudini comparet Libani, dicens: a *Species eius, vt Libani*; & apud Isaiam legamus: b *Gloria Libani data est ei*; sicut & apud Oseam ob suauem eius fragrantiam: c *Odor eius, vt Libani*: non videtur rationi congruum, vt in metaphoram assumptus hic

a Cant. 5. 15.
b Isa. 35.
c Os. 14.

A sit, ad designandam loci, in quo cõmorabatur spõsa, asperitatem, atque pericula, tametsi id duobus aliis montibus forsitan non repugnet.

Ad hæc porrò dicendum; haud incongrue sic metaphorice vsurpatum montem Libani, vnà cũ aliis duobus; quia contiguus illis, nec iis solum altior, sed & vniuersis aliis, qui in tota Iudæa reperiuntur: atq; adeo iter maxime arduũ eis exhibẽs, qui illum incolunt: asperrimũ quoq; propter continuas niues, quib. ita redundat semper, vt ab ipsis nomen albedinis desumpserit. Nec Libano repugnare crediderim, q̃ feræ in ipso reperiantur, ita vt quoquo modo dici & ipse possit cubilia leonũ, & mons pardorum, ad exprimẽda, quæ immineãt

B pericula: Nam certum est, ipsum in Phœnicia situ, quæ pars Syriæ est, teste Pli. lib. 5. & esse vicinũ Iordani fluuio, quẽ cõplures ex ipso deriuare cẽsent. Atqui quod tã leones, q̃ pardi in Syria gignantur idem ipse testatur Plin. lib. 8. c. 16. & 17. & S. Hieronym. in c. 11. Zachariæ ex occasione illorũ verborũ: *Vox rugitus leonum, quoniã vastata est superbia Iordanis*: asserit, circa Iordanẽ commorari leones: cum tamen cõstet, terrã circa Iordanẽ esse vberrimã, atque deliciosissimam æque, ac Libanus ipse. Plin. c. 20. Plinio. Hierony.

Circa lectionum varietatem: Notandum primo ex Hebræo colligi manifeste, sponsi intentionem eam esse, vt sponsam suam ad secum commigrandum inuitet; sic enim habet: *Mecum à Libano spõsa, mecum à Libano venies*, &c.

C Notandum secundò, in eodem hebraico textu esse verbum תשורי thasciuri, quod certe secundũ proprium significatum, si deducatur à radice שור sciur, vertẽdum esset, *Aspicies*, at Sept. idem vertere, *διελεύσῃ pertransibis*, à verbo אשר asciar, secundum q̃ acceptionem ẽt ex hebræis aliqui illud desumpsere: Vnde Rabbi Innominatus תשורי thasciuri, inq̃t, amisit א aleph, debuitq; scribi תאשורי thaasciuri, de significatu incedendi. Noster interpres, dum illud vertit *coronaberis*, secũdum Genebrardum secutus, est sensum; Secundũ Legionẽsẽ sic vertit, à significatu circumdandi: At melius dicendũ crediderim, illum legisse תשרי thasuri sumendo ש apice ad sinistram, non vt modo scriptũ Sensus lectionis Hebraicæ.

D reperitur cum apice ad dexteram: sic verò sumptũ recte translatum est hebraicum verbum, quod nõ à radice שור sciur, sed à radice שר sur deductum significat, *Regnabis, Princeps eris*.

Notãdũ tertiò Sept. Interpretes, mysteria respicientes noluisse relinquere hebraicũ vocabulum, *Amana*, quod est propriũ nomen secundi montis at illud reddentes, iuxta vocis אמנה amanah significationem, vertisse, *à capite, seu, à principio fidei ἀπὸ ἀρχῆς πίστεως*.

Notandũ quartò, tametsi hebraicæ lectioni, q̃ sic hẽt: *Mecũ à Libano sponsa, mecũ à Libano venies aspicies à capite Amana, à vertice Sanir, & Hermõ*, &c. cõmuniori expositorũ cõsensu istiusmodi tri-

E bui soleat sensus. *Veni mecum sponsa, venies*, atq. cõspicies præcipuos, atque oĩum amenissimos montes, qui sunt in Iudæa, Libanũ, Amana, & Sanir, & Hermon: seu: Ascende mecum, & ex his montib. è verticib. istorũ mõtiũ subiecta loca perspicies, pulcherrimis. s. arborib. pratis, herbis, florib. vrbib. rebusve aliis decora. Germanus nihilominus istius suiæ sensus, ẽt, iuxta hanc lectionem, is ipse mihi esse videtur, qui & ad nostrã Vulgatam allatus est: neq; .n. prædictos alios sensus commodè vltima illa admittunt verba: *de cubilibus leonum, de mõtib. pardorum*: Aeque est autem, ac si dicatur.

Veni mecum sponsa, venies mecum à locis hisce periculosissimis, *aspicies* profecto in locis, ad quæ PARAPHRASIS.

mecum

LITTERA. mecum ibis, quibus mirum in modum oblecteris: Videbis ibi, talia ſcilicet, quæ nec imaginatione conceperas.

Senſus lectionis Septu. Lectionem quoque Sept. quæ ſic habet. Δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου νύμφη, δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου ἐλεύσῃ, καὶ διελεύσῃ ἀπ' ἀρχῆς πίστεως, ἀπὸ κεφαλῆς Σανὶρ καὶ Ἑρμών, ἀπὸ μανδρῶν λεόντων, ἀπ' ὀρέων παρδάλεων, *Veni, ſeu, ades huc à Libano ſponſa, ades à Libano; venies, & pertranſibis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à ſpeluncis leonum, à montibus pardorum*; eumdẽ ſenſum habere crediderim: niſi, quòd, dum ſapientiſſimi illi Interpretes nomen Amana montis, ex vi vocis hebraicæ pro fide acceperunt, vertentes: *A principio fidei*; & hebraicum verbum, quod (vt ſupra notatum eſt) *Aſpicies* propriè ſignificat, verterunt, διελεύσῃ, *pertranſibis*, peculiare quoddam ſubindicare voluerunt myſterium; id autem, iuxta ſonum litteræ eſt; Vt ſponſus, quò magis dilectam ſuam ad ſecum commigrandum alliciat, & ſignificet, ſi ſecum proficiſcatur, per abſceſſum à loco, in quo tunc commorabatur, ac per illud iter, quòd vnà ſecum arripiet, ipſam è ſponſalibus tranſituram ad veræ ſponſæ nomen, & rem: Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Iam ſponſalibus tunc iuncti ſumus, cum primã nobis inuicem dedimus fidem, mutuam futurarũ nuptiarum, futuræ & cohabitationis fidem exhibentes; At verò, cum modo mea facta ſis ſponſa; age iam, mecum commigrare, diſcedes certè ab arduis hiſce, & periculoſiſſimis locis, diſcedenſque ab ijs, & mecum proficiſcens, pertranſibis à principio fidei, à ſtatu nimirum ſpõſaliorum, per hoc videlicet oſtendens, iam non primã duntaxat ſpõſaliorum fidẽ inter nos intercedere, ſed & fidem nuptiarum perfectam.

Ab hoc porrò lectionis huius Septuaginta myſterio haud aliena eſt lectio vulgata; licet enim hebraicam dictionem, *Amana*, reliquerit immotam vt nomen proprium montis: per verbum *coronaberis*, quo reddidit hebraicum verbum תשורי chaſciuri, illud ipſum indicat: quod ſponſa commigrans cum dilecto, à ſpõſalib. tranſitura ſit ad veræ ſponſæ dignitatem, quam certè tunc adepta cõuincitur, cum Regnum adiens ſponſi, etiam eius corona inſignitur.

Verſ. VIII. Veni de Libano ſponſa mea; veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montib. pardorum.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

QVæ tota pulchra prædicata eſt, & ſine macula ſecundum doctrinæ veritatem, ac ſecundum egregiam diuerſorum ordinum, & miniſtrãtium varietatem, Eccleſia Catholica, nũc iure optimo appellatur ſpõſa: At quia, etſi tota pulchra ſit, & ſine macula, quoad dictam duplicẽ pulchritudinem, atque adeo, nedum dilecta ſimpliciter à cæleſti ſponſo, ſed & in chariſſimam ſponsã aſſumpta; permixtos tamen in ſe habet complures per quos, quoad mores denigratur non modicum & præpeditur aliquantulum, ne dilectum ipſum ſuum ſequatur in omnibus fidelibus ſuis. Idcirco optans cæleſtis ſponſus, vt, quoad fieri poteſt, ea ipſum ſequatur etiam in illis, qui reprobi ſunt, poſtquam in præcedentibus duo propoſuit loca, ad q̃ eum vniuerſis fidelib. ſe comitari deberet, montẽ A myrrhæ, & collem thuris, duo & ſtudia, mortificationis, atque deuotionis, ad quæ ſinguli fidelium, ſe vt conferant, operæpretium ſit, dum vitam iſtã degunt, concupiſcentiæ æſtibus flagrantem: Inuitat iam illam apertius, vt ſecum proficiſcatur. Ac ſicut in verſ. 6. duo illa bona ſubindicauit ſtudia, quibus quique debeant indulgere: ita modo tria potiora ſubindicat ſtudia, quæ malorũ oĩum cauſa ſunt, & origo: idque ſub metaphora item trium locorũ, à quibus neceſſe eſt, declinet vnuſquiſque quotquot tanquam bonum Eccleſiæ mẽbrũ Chriſtum comitari voluerint in mõtem myrrhę, & collem thuris. Neque enim bonum facere poteſt quiſpiam, ni declinet à malo prius. Studia porrò mala B ea tria ſunt, quæ B. Ioannes *a* enumerat, concupiſcẽtia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ & congruentiſſime deſignata ſunt ſub metaphora trium montium, qui præ ceteris totius Iudææ montibus & altiſſimi ſimul ſunt, & vberrimi: ſiquidem per eorum celſitudinem tam ſuperbiam vitæ indicatam accipere eſt, quàm concupiſcentiam oculorum. Superbiam vitæ; quia nouimus, propriiſſimum in ſacris litteris ſuperbiæ hieroglyphicum eſſe montium celſitudinem. Concupiſcentiam oculorum; quia è ſublimi montium cacumine oculi videre plura ſolent, quæ cõcupiſcãt: quod optime compertum eſt Satanæ: atque adeo in tertia tentatione, *b* qua Dominum Ieſum aggreſſus eſt, aſſumpſiſſe dicitur eum in montem exC celſum valde, indeque oſtẽdiſſe illi oia regna mũdi: per eorumdem verò vbertatem, atque amęnitatem, & fertilitatem accipimus carnis concupiſcentiam, quæ ſanè concupiſcentia carnis ibi ſuas defixas habet radices, vbi amænitas eſt voluptatũ, vbi pinguedo eſt, & vbertas frugum, atq; ciborũ; prout in Sodomis eam præpotentẽ maxime nouimus ex illo Ezechielis: *c Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius.*

DE ECCLESIA.

Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorũ & ſuperbia vitæ quam rectè deſignata ſint per tres mõtes, à quib. declinandũ eſt.

a 1. Io. 2. 16

b Matt. 4. 8

c Ezec. 16. 49.

Præclare autem tres montes iſti, & tria iſta ſtudia per appoſitionem dicuntur cubilia leonum, & montes pardorũ: Enimuero quotquot in ipſis verſantur, alieni ſunt ab ea, quæ in præcedenti verſu D allata eſt, Eccleſiæ, & piæ aiæ laude: *Tota pulchra es, & macula non eſt in te*: quinimò vndequaq; multiplicibus, ac variis peccatorum maculis ſunt conſperſi, inſtar pardorum: Et dæmones, qui alioquin multum laborare ſolẽt, vt eos, quos extra hæc ſtudia eſſe contingit, quærant, & deuorent, iuxta illud Petri: *d Sobrii eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*: in montibus hiſce quaſi leones in propriis cubilibus conquieſcunt, eoſve abſque circuitu vllo, & abſque vllo labore deuorãt, quos tribus prædictis ſtudiis addictos, & ad hos mõtes accedentes, quaſi obiectam prædam habuerint.

Tria concupiſcẽtia ſtudia, quo ſint cubilia leonum, & mõtes pardorũ

d 1. Pet 5. 8

Porrò à trib. hiſce montibus Eccleſiam auertere E nitens, ter quoq; eam inuitat cæleſtis ſpõſus, ter idem replicans verbum, *Veni*: idque, nõ modo, vt ſuum patefaciat affectum, quo ▪ ab illa expoſcit, vehementiſſimum; Sed & vt illi perſuadeat, ita ab iis tribus ſtudiis declinãdum; vt nemo, quoad fieri poteſt, reperiatur fidelium, qui vel in vno eorũ montium ſubſiſtat.

Cur Eccleſia ter dicatur veni.

Neq; verò ſuo vacat myſterio, ꝙ in trina huius verbi, *Veni*, replicatione is ſeruatus eſt ordo, vt nec ſingulis montib. nec oĩbus trib. coniunctim appoſitũ ſit; *Veni de Libano, veni de Amana, veni de Sanir*, &c. aut, *Veni ſponſa, veni, veni de Libano, de Amana, de Sanir*, &c. Sed bis ad montem Libanum, hoc pacto: *Veni de Libano ſponſa, veni de Libano*:

DE ECCLESIA. & semel ad duos reliquos: ita tamen, vt non sit simpliciter dictum: *Veni de Amana, de Sanir*, &c. sed cum particulari adiectione: *Veni de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon*, &c. Per hęc siquidem innuitur, in quo nam fidelibus sit potissimum laborãdum, quò à prædictis tribus malis studiis declinantes, Christum comitentur in studio mortificationis, & deuotionis: id autem hoc est, vt à superbia recedant, quæ initium est omnis peccati. Idcirco ab hac in primis Ecclesiam auertere satagens, q humillimus est eius dilectus, bis eã à Libano auocans, ait: *Veni de Libano sponsa, veni de Libano*; quia mons Libani propter summam celsitudinem, qua omnibus Iudææ mõtibus supereminet, & propter altissimas pariter, quas profert cedros, pręcipuum in sacris litteris est superbiæ hieroglyphicum, vt patet ex illo Psalmi: *a Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani*: Et clarius ex illo Isaiæ: *b Excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet*. Idcirco & ad ipsum indicandum, à capite, & à vertice reliquorum duorum montium eamdem auocat, vbi mõtes ii celsiores sunt, qui alioquin submissiores Libano existũt. Quamquam per hoc & aliud quoque non minoris momenti significatum crediderim: qua scilicet ratione concupiscentiam carnis euitare quis facile queat, si declinet, seque auertere satagat à studiis superbiæ, & cõcupiscentiæ oculorum, à quibus ad ipsam deuenitur, tamquam à fastigio, & vertice montis ad cliuum, radicesve eiusdem. Ac bene propterea *de capite Amana* dicitur, *& de vertice Sanir, & Hermon*: vbi montes illi, qui in dorso, & in radicib. amœnissimi, & vberrimi erant, niuibus duntaxat perpetuis essent cooperti, prout de Sanir, & Hermon nominatim asserit Hieronymus: vt perpetuus nimirum significetur hiemis, ac frigoris peccati status eorum, qui dictis addicti sunt studiis: vtve indicaretur, superbiæ vitæ adiunctam semper esse concupiscentiam oculorum, sicut in vertice prædictorum montium simul hæc duo comperiuntur & celsitudo, & conspectus. Et sicut, tametsi in eo vertice, quod niuib. oppletum est, nihil sit amœnitatis, & vbertatis, nihil frugum, ac pascuorum: exinde tamẽ, quia hęc conspiciuntur in dorso, ad radices, & in planitie eorumdem montium, ad conspecta facillimè mouetur inspicientis animus, & ad ea se confert: Ita etiam, quamuis haud necessariam connexionẽ cõcupiscentia carnis, quæ per frugum vbertatem designatur, iunctam semper habeat cum superbia vitæ, & cum concupiscentia oculorum; ex ambabus tamen illis vt plurium compellitur quodammodo anima, vt ad ipsam se conferat & concupiscentiam carnis.

A superbia penitus recedendum.

a Ps. 28. 5.

b Is. 10. 33

Superbia vitæ, & concupiscentia oculorum viã sũt ad concupiscentiã carnis, ideo ab illis primum declinandum.

Hierony.

Simile.

Denique post tam sedulam inuitationem, imò in medio ipsius inuitationis ostendit Ecclesiæ spõsus, quid fructus ei prouenturũ sit, si in prauis quoque fidelibus suis ipsum sequatur, declinans à malo: fructus autem hic est, gloriæ corona, qua ab illis ipsis coronabitur, quando à prauis studiis ad pfectum iustificationis, & sanctitatis iter conuersi fuerint, iuxta id, quod apud Isaiam Prophetam eidem prænuntiauit, cum dixit: *c Leua in circuitu oculos tuos, & vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus; quia omnib. his velut ornamento vestieris, & circundabis*, seu, *coronabis tibi eos quasi sponsa*. Ecquæ verò gloriosior corona? Ecquod maius gaudium tali sponsæ promitti potuit isto, quod ei prouenit ex filiorum iustificatione, & profectu in sanctitate, & iustitia? *d Quæ est* A *nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ* ad fideles Thessalonicenses inquit Apostolus: & respondens subiicit: *Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? vos enim estis gloria nostra, & gaudium*.

Ecclesia coronatur ex conuersione prauorum.

c Is. 49. 18

d 1. Thess. 2. 19.

In textu hebraico, quod eidẽ Ecclesiæ promittitur gaudium, non tam in corona constitutum est, quàm in ipsamet visione fidelium iustificatorum: dicitur enim, *Aspicies*, pro eo, quod noster habet *Coronaberis*, alluditurque ad id, quod habetur in eadẽ, q attulimus Isaiæ prophetia, in qua in principio dr; *e Leua in circuitu oculos tuos, & vide*, &c.

Quod in eodem textu hebraicæ lectionis habetur: *Mecum à Libano sponsa, mecum a Libano venies*, duplicem subindicat gratiã, qua Deus comitem se exhibet peccatori à peccato resipiscenti, & B à prauis studiis ad bona declinanti: gratiam excitantem, qua in ipsomet Libano eum præuenit, & gratiam adiuuantem, qua in toto iustificationis itinere illum concomitatur.

e Isai. 49. 18.

Paraphrasticus itaq. horũ verborũ sẽsus hic est.

PARAPHRASIS.

Cum *tota pulchra sis, & sine macula* ob insignẽ, quæ ex diuersis Sanctorum ordinibus in te refulgeat, pulchritudinem, & ob perfectissimam, & immaculatam doctrinæ veritatem: atque adeo, sponsa mea cum sis speciosissima, haud pati vllo modo debes, vt in vllis membris tuis studia illa subeas, q sordibus peccatorum te cõmaculent: quin potius C ea frequentanda tibi sunt studia, in quibus ab omni peccatorum macula, quoad fieri potest, illibatã seruare te queas. *Veni* igitur *sponsa mea* non in Sanctis duntaxat; sed & in imperfectis, qui in te sunt, fidelibus: *veni mecum* ad studia mortificationis, atque deuotionis, ad montem myrrhæ, & collẽ thuris: *Veni de Libano, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermõ*, de tribus iis periculosissimis, ac pessimis studiis, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, in quibus ii, qui in star pardorum variis peccatorum maculis cõspersi sunt, commorantur, dæmonesque sua habent cubilia; & ad quæ declinare facile est, *donec aspiret dies* futuri sæculi, & aduesperascente die præsentis vitæ, in quo æstus flagrant concupiscẽtiæ, quicquid in mundo concupiscibile est, vmbram longã D & latam esse, appareat. Porrò si mecum veneris, *aspicies* eos ipsos, qui tibi dedecori prius erant, qua si gloriosissimo te coronare diademate.

Lectio quoque Sept. Interpretum, iuxta sensum allatum in littera, idipsum significat. Suadet quippe Dominus Ecclesiæ, vt haud contenta sit, in perfectis, ac sanctis, tamquam sponsa ipsi adhærere: Sed & in peccatoribus quoque, & in imperfectis hoc semper cõtendat; vt sponsam se eius exhibeat quòd certè fieri minime potest, ni peccatores ipsi per fidem, & dilectionem iustificati à mundanorum concupiscentia recedentes, ad ipsum cõuersi, illive vniti eum sequi contendant.

E Præclare autem peccatores ad sponsalitiam inuitans dignitatem, tria illis facienda significat, eũdem scilicet secum ad montem myrrhæ, & collem thuris: discedendum à mõtibus periculosis; & trãseũdum à principio fidei. Inuitat autem primò ad montem myrrhæ, & collem thuris, subindicãs eis studia, in quibus iustificationem seruare possint; studia inquam, mortificationis, atque deuotionis, vt visum est supra in secunda expositione versicu. 6. in quib. iustificati, & ad sponsalitiam dignitatem euecti cum ipso commorentur. Sed quia ad iustificationem tendere nequit aliquis, ni prius à pessimis, & periculosis tribus istis declinet studiis concupiscentiæ carnis, cõcupiscentiæ oculorũ, & super-

Iustificari volẽs, quæ debeat facere.

DE ANIMA. superbiæ vitæ: idcirco sub metaphora nominatorum montium ea designans, ab illis ipsos abstrahere studens, *veni*, seu, *ades huc*, inquit ad Ecclesiam: *Ades huc à Libano, à vertice Sanir, & Hermon, à cubilibus leonum*, &c. Vt autem illos magis attrahat, addit; *A principio fidei*; ad memoriam eis reuocans sponsalia, quæ iidem cum ipso contraxere in principio fidei, idest, in fide informi: certum est namque, fidei habitum in peccatore remanere, ni peccatum superaduenait infidelitatis: & tametsi fides illa, fides mortua dicatur; cum sit absq; forma charitatis: est tamen principium fidei formatæ, quatenus prima præsupponitur ad iustificationẽ, & est quasi signum quorumdam sponsaliorum cũ Deo, præexistens ante ipsam iustificationem, in qua fit vera animæ desponsatio. Porrò, cum à sponsalib. transeundum sit ad desponsationẽ, & à fide informi transeũdũ sit ad fidem formatã, quò fiat peccatorum iustificatio: congruentissime profectò locutus est Ecclesiæ dilectus, cum dixit: *Ibis, & pertransibis à principio fidei*: Aeque est, enim ac si dixerit.

PARAPHRASIS. Dilectè eos à Libano, &c. declinãs à trib. studiis illis prauis ibis, veniesq; mecum sponsa mea iam effecta, & pertransibis à sponsalib. ad spõsalitiam dignitatem, à fidei principio, à primæ fidei fundamẽto ad iustificationem; & à fide informi ad fidẽ informatam charitate, per quam perfecta sit inter nos vnio.

Vers. VIII. Veni de Libano sponsa mea; veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montib. pardorum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

Eua cur dicatur ædificata.

a Gen. 2. 22

Spõsa est ædificiũ quodam.

LOcutionis forma illa, quã in lib. Genesis vsurpatam nouimus, cum de Euæ formatione agitur: *a. Et ædificauit Dominus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem*: multorum suscitauit ingenia: Ad quid enim ædificandi verbum, vbi de formatione fit sermo? Non ignoro, à diuersis diuersa dici, quorũ tamen sententias referre, nec mei est instituti, nec p̃sentis est operis. Mihi ex c. 21. libri Apocalypsis prædictæ locutionis ratio suggeritur admodum probabilis. Enimuerò vbi describitur ædificium Ciuitatis nouæ Ierusalem, ibidem ipsamet Ciuitas, quæ ædificata est, dicitur esse sponsa, & vxor Agni: *b Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam, descendentem de cęlo à Deo, paratam sicut spõsam ornatam viro suo*: & clarius infra Angelus, ad Ioannem ait: *c Veni, & ostendam tibi spõsam, vxorem agni*: ostenditque illi ipsummet supernæ Ciuitatis ædificiũ, quod ibi describitur. Porrò, cũ spõsa sit ædificium, haud abs re factum profectò est, vt quando Spiritus sanctus egit de formatione primæ mulieris, ædificandi verbo sit vsus: quãdoquidem prima illa mulier eo ipso, quod facta, ac formata est, spõsa extitit Adæ primi hominis. Atqui, cum ædificium istud ad id inseruire deberet, vt in eo quiesceret animus illius, qui talem sponsam diligeret: vtve sponsa ipsa, vni suo addicta esset dilecto, tamquam proprium illius domicilium, nullũ alium præter eum admittẽs; haud aliis sanè cęmẽtis ædificari debuit, quã amore & charitate. Idcirco, Eua dicitur ędificata è costa, quæ de latere Adã sumpta erat: Per costã quippe, q̃ cordi adiacet, vbi sedes amoris est, amor designatur: & Paulus in epi

b Apoc. 21 2.

c Apoc. 21 9.

Spõsa, vt ẽ ædificiũ, ædificatur cęmentis charitatis.

Michaelis Ghislerii.

stol. 1. ad Corinth. indicat, ipsam charitatem esse, qua tale ædificium construitur, dum ait: *d Scientia inflat, charitas autem ædificat.* Quib. verbis significat, tam per mundanam sciẽtiam, quàm per charitatem animam quidem in sublime tolli: at maximũ inesse discrimen in eleuatione, quæ fit per sciẽtiam, ab ea, quæ fit per charitatẽ: & in anima, quæ in sublime consurgit per scientiam, ab anima, quã ipsa eleuat charitas; Nam humana scientia ita animam inflat; vt celsissimis illam æquiparet montib. scientia quippe & ipsa, instar montis se hẽt, in quo ingentia adsint pericula, & nulla haberi queat requies: at è vestigio charitas sic eleuat, vt ædificet; adeo vt animam, quam in sublime tollit, nedũ in tuto constituat, sed perpulchrum, maximeq; amabile faciat ædificium, in quo habitet sponsus, ædificatam nimirum in sponsam illius, in qua ille quiescat.

DE ANIMA.

d 1. Cor. 8. 1.

Simile.

Porrò, quemadmodum ædificium tamdiu erectum permanet, quamdiu structura perdurat saxorum, & cęmentorum: Ita & sponsa, charitate in domicilium sponsi ędificata, catenus in erectũ, & gratum perdurat sponsale ædificiũ, quatenus in charitate radicata, & fundata est: quatenus multiplicium actuum charitatis stabilem, atque firmã structuram retinet. Hæc cum cælesti comperta sint spõso, optans, vt pia illa anima, quam sibi in sponsam ędificarat, ita sese gereret, vt ipse in ea quiescere tãquam in proprio posset ædificio, auertere eam nititur à studiis illis, in quibus dissolutionem, & ruinam pati posset, promouens è vestigio eamdem ad studia illa, in quibus seruetur structura charitatis, ac dicens: *Veni de Libano sponsa mea*, &c. cùm iam dixisset: *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*: quamquam animum suum per alias metaphoras expressisset, montium videlicet multiplicium.

Vt autem tota ipsius spõsi mens, eorumve, quæ hic ab eo dicuntur, sensus percipiatur; Notandũ, in eo decipi plerumque pias, ac simplices animas; quòd, cum Dei vnioni indulgere deberent per viã affectus, totas potius in id sese dedũt, vt intellectu eum attingant, altissima quęq; perscrutantes, subtilia speculantes, & rationes singulorũ cęlestiũ, ac diuinorũ in humanis inuestigãtes sciẽtiis. In hoc errore haud patitur Christus Dñs, eã persistere aiam; q̃ sibi cęmẽto charitatis ædificarat in spõsã. Vocat porrò Philosophiã, ceterasve sciẽtias, humanasq; rationes, Libanũ, Amana, Sanir, & Hermõ, sub metaphora horum trium montiũ, qui altissimi essent, illas designans. Ac bene, ad illas designandas; hos potissimum assumpsit mõtes, qui intra fines essent terrę Israel & celsissimi pariter, & maxime fertiles subindicare siquidem voluit, haudquam esse per se malas dictas scientias; quippe quarum studium Ecclesiæ maxime conferat, dum intra eius fines cõtinentur; easdemve simul & celsissimas esse; vtpote de altissimis quibusq; tractantes, & plurimorum fructuum feraces: Attamen in iis haud insistendũ piæ illi animę, quę in simplicitate cordis Deo adhęrere studeat; qm in ipsis sint cubilia dæmonum, latitãtium, vt instar leonum miseram exinde aggrediãtur animã; & ex iisdẽ hæreses suscitãtur; ita vt propterea montes pardorum eæ appellentur, montes hæreticorum, quos instar pardorum, multiplicium errorũ maculis vndequaque respersos, conspicias, & fictionibus varios. Neque abs re factum est, vt, cum sub prædictorum mõtium metaphora p̃dictæ designatæ sint scientię, nõ à montib. simpliciter auocata sit spõsa, sed à cacuminib. montiũ illorum: sic quippe dictum est: *de capite Amana, & de vertice Sanir, & Hermon*: nam p istiusmodi cacumi-

Vnioni Dei indulgẽdũ per viã affectus potiꝰ quã per intellectum.

DE ANIMA. cumina nimium subtiles, & altiores significatæ sunt speculationes, quæ ex ipsis scientiis desumptę sint, de quibus in libro Ecclesiastici scriptum est: a *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: & in pluribus operibus Dei ne fueris curiosus. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi: multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.* Atqui, Sicut in verticibus eorum montium nil aliud colligere licet, quã ingẽs frigus, atque glaciem ob maximam niuium copiã quibus opertos eos esse, ostendimus supra; tametsi montes ipsi alioquin & amœnissimi essent, & feracissimi extra cacumina: Ita & in altioribus iis speculationibus nil tandem aliud inflata desumit anima, quàm charitatis teporem, frigus, ac glaciẽ in fide; quamquam eædem scientiæ, quando cum humilitate sunt iunctæ, & iucunditatem, & fructus afferant charitatis.

a Eccl. 3. 22.

Ex altioribus speculationibus tepor colligitur charitatis, & frigus in fide.

Quod interpositum in medio huius sententiæ est verbum, *coronaberis*, duo significat, quæ exinde prouenient animæ, si ab hisce discedens curiosioribus speculationibus, elatisve sciẽtiis vnà cum Christo dilecto suo ad studia se se contulerit deuotionis, & meditationis passionis illius, vadens cũ illo ad montem myrrhæ, & collem thuris, & arbitrans, se nihil aliud scire, quàm ipsum crucifixum. Primũ est, quod in hisce ipsis studiis, in mõte myrrhæ, & in colle thuris tot colliget multiplicium virtutũ flores; vt ex iis coronam, qua coronetur, sibi ipsi cõpingere queat, dum eas videlicet imitari, atq; in se trãsferre satagit virtutes, quas in Christi passione animaduertit, quando patientem Christum dilectum suum deuote speculatur. Quod ipsum, licèt absque metaphora coronationis, etiam in lectione hebraica significatur: dum. n. pro, *coronaberis*, legit *aspicies*, quis non videat, alludi ad aspectum eorum, quæ in meditatione passionis deuota mẽs cõtemplatur? Ea vero sunt, excessiua Dei charitas, incomprehensibilis benignitas, & humanitas Saluatoris nostri, humilitas, obedientia, paupertas, ceteræq; illius virtutes, quæ in ipso, veluti in proprio virtutum omnium exemplari conspiciuntur.

Ex passionis Xpi meditatione ornare se pòt pia aia corona florũ virtutũ Christi.

Alterum, quod per idem verbum, *coronaberis*, significatur, est, quod in ipsa passionis Dominicæ meditatione pia, ac contemplatiua anima coronã accipiet sponsalitiæ dignitatis, vtpote quæ in huiuscemodi meditationis studio magis, quã in studio alio charitate succendetur in eum, à quo tãta se charitate dilectam inibi animaduertat; vt qui alioquin gloriæ corona coronatus regnat in cælis corona tribulationis pro ipsa redimitũ se ei, exhibeat in cruce confixum: per q̃ charitatẽ in Dei spõsam animam ipsam ædificari, iam supra ostẽdi. Ac planè congruere mihi optime vř ista coronationis metaphora: nã, cum pro cõperto habeamus, Christum Dominum haudquaquam declaratum Regẽ gloriosum, ni prius Regem dolorum se exhibuisset in passione, iuxta id, quod ipse de se dixit: b *Oportuit Christũ pati, & ita intrare in gloriã suam.* Tunc profectò pia ipsa aia verè sponsa istius Regis in hac vita effici censenda est, cum illa pariter ad thronum Crucis admissa, corona coronatur spinarum, tribulationis, mortificationis, ac desiderii patiendi pro eo, qui tanta pro ipsa pertulit: quod tunc planè contingit, qñ cum Christo ad montem myrrhæ vadẽs, & ad collẽ thuris in deuota ipsius passionis meditatione sic exardescit charitate, vt iã mori pro Christo maximum sibi arbitretur lucrũ.

In meditatione passionis Christi pia aia coronã accipit sponsalitiæ dignitatis.

b Luc. 24. 26.

PARAPHRASIS. Breuis totius huius sentẽtiæ sensus talis igitur esse videtur.

A Quæ *sponsa mea* iam mihi ædificata es per charitatẽ, *veni* amabò *mecum*, celsiores dimittens speculationes, quæ tuum excedunt captum, è quibus nil aliud, quàm elationem, & glaciem spiritus colligere potes: in quib. & dæmones instar leonũ in propriis cubilib. latitant, & variæ instar pardorum hęreses suscitantur: *Veni mecum*, dum vado *ad montẽ myrrhæ, & collem thuris*, studiis te addicens, deuotionis, ac meditationis passionis meæ instar myrrhæ amarissimæ. In deuota certè meditatione ista multiplices variarum virtutũ flores colliges, quibus coroneris, dum in passione mea varia aspicies virtutum omnium exempla, quæ imiteris; ibidem quoque *coronaberis* eadem, qua & me coronatũ aspicies Regem, sponsumque tuum, corona spinea B tribulationis, atque mortificationis: tunc planè in veram mihi spõsam ædificata per charitatem, qua in huiuscemodi meditatione succẽsa, ardẽtissima pro me & patiẽdi, & moriẽdi flagrabis desiderio.

DE B. MARIA.

Vers. VIII. Veni de Libano sponsa mea; veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montib. pardorum.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Virgo Maria.

C TRes aureolas in cęlesti Patria dari solitas, cõmunis, ẽ Theologorũ sñia: Virginib. vnã, aliã Doctorib. tertiã Martyrib. Ita tamẽ singulæ, singulis eæ assignatæ sunt ordinib. hisce; vt cũ pro gloria, ac præmio accidentali vel Virginitatis, vel Doctrinę, vel Martyrii conferantur, quandocunq; cõtigerit, vt gloriosa anima quæpiam his trib. decorata sit, virginitate, doctrina, atque martyrio, tribus pariter coronetur ijs omnib. Quòd si alicui id cõtigit vnquam, Gloriosissimæ Dei Genitrici Mariæ contigisse, credendum est, quæ & Virgo virginum extitit, & magistra euangelizantiũ Apostolorum, & cũ crucifixo filio martyrũ Rege Martyr. Quin D & hoc subindicatum in præsenti crediderim versu, vbi, cum ex misero isto, ac corruptibili mundo ad cælestem gloriam illam vocet eius dilectus, etsi semel duntaxat dicat, *Coronaberis*: ter tamen eam compellat, ter dicens: *Veni*: ad cuius verbi triplicẽ repetitionem, triplex quoque subintelligenda est repetitio alterius verbi huius, *coronaberis*. Ipsum etiam, quo eadem hic appellatur, nomen sponsæ, istud idem confirmat non obscure. Enimuero B. Virgo Maria non ob vnam tantùm rationem sponsa dicitur Christi: at ob triplicem prærogatiuam, ob virginitatis propositum, quo vni se cõsecrauit Deo, nullum alium præter ipsum amatorẽ admittens; ob doctrinam, qua illos, quos erudiebat, ipsi E pariebat dilecto suo; ac demum ob martyriũ, quo eidem, vt sponso sanguinis tunc iunctam eam nouimus, cum stetit iuxta Crucem illius.

Maria coronata i cælis corona triplicis aureolæ.

Maria spõsa Christi triplicitèr.

At quidnam causæ est, dicet aliquis, quòd semel tantummodo, & prima vice ad verbum, *Veni*, hanc adiecit sponsæ appellationem: tum, bis idem repetens verbum, *Veni*, nullo alio eam compellarit nomine? Cum primum illam ad se vocauit, quando mortis eius aduenit tempus, sponsam eam appellauit Dominus Iesus, eo videlicet nomine, quo sibi iunctam animam quamque amicabiliter compellere solitus est; at postmodum, vt innueret discrimen, quo nomen istud Mariæ competat, ac reliquis animabus

Maria aliomõ Christi sponsa, acreliqua sancta anima.

DE B MARIA

Maria alio modo ac reliquæ ſanctæ à ſponſo vocata fuit ad cælum.

A bus ſanctis, bis adijcit, *Veni*, ac ſi dicat: Veni, non modo vt ſponſa, ſed veni vt ſponſa cũ partu, & veni etiam vt ſponſa virginitate decora. Adijcit inſuper ad primam vocationẽ & duas alias vocationes abſque vllo nomine, dicens: *Veni de Libano veni*: Subindicans, ſe non vt ceteras ſuas ſponſas illã ad cœlos euocare, ſed modo peculiari, quo talem deceat ſpõſam, quæ mater ſimul, & virgo ſit, ſic poſtquam generaliter ei dixit: *Veni de Libano ſponſa mea*: adijcit: *Veni de Libano veni*, ideſt, veni in anima, veni & in corpore: vt quæ ſingularis mihi es ſponſa, ſingulariter quoque mihi ſimilis & anima, & corpore cælum petas.

Maria cãdida è mũdo migrauit, ideo à Libano vocata.

Vocans porrò terram, ac mundum iſtum metaphoricis nominibus montium Libani, Amana, Sanir, & Hermon, quos & cubilia leonum, & montes pardorum appellat, vt & pericula, & miſerias, ærumnas, ac perſecutiones deſignet, quibus totus hic mundus repletus eſt, (vt oſtendi ſupra in prima expoſitione) haud abs re factum crediderim, vt ſpecialiter Libani montis bis facta ſit mentio: *Veni de Libano ſponſa mea, Veni de Libano*: Libani quippe vocabulum dealbationem ſonat: congruumque maxime fuit, vt, dum de mundo iſto turbulento: ac miſerijs, & peccatis pleno tam ſancta vocaretur Virgo, quæ tota pulchra erat, & ſine macula, de Libano. i. de dealbatione vocaretur: quò perſpicuũ omnib. fieret illam è mũdo nil ſordium contraxiſſe; ſed in mũdo ipſam dealbatam, atque adeo candidam, atq; puriſſimam ex illo nigraſſe, ſicut in illo vixerat ſemper candida, & illibata. Paraphraſticus igitur ſenſus talis eſt.

PARAPHRASIS.

Cum *tota pulchra* ſis, & *macula non ſit in te*, vtpote ſponſa mea decora virginitate, & doctrina, atq; martyrio, *Veni* vt ſponſa, *veni* vt mater, *veni* vt virgo: Nec venias velim, vt reliquæ veniunt iuſtorũ animæ quæ ſponſæ pariter meæ ſunt; ſed veni iam nunc in anima, veni & in corpore, vt tanquam præcipua ſponſa ſimilis ſis mihi ſpõſo tuo: veni vt ſpõſa in virginitatis propoſito mihi ſponſata; & *coronaberis* aureola virginitatis: *veni* vt ſpõſa itẽ mea, quę per doctrinã tuã filios mihi peperiſti, *coronaberis* aureola Doctorum: *Veni* denique vt per martyrium mihi tandem ſponſata ſub cruce, vbi tuam ipſius animam pertranſiuit gladius, & *coronaberis* aureola Martyrum: *veni* de arduo mũdo iſto, vbi & miſerijs, & peccatis omnia ſcatent, vbi & dæmonum perſecutiones ſunt, & infeſtantium hæreticorum, at veni *de Libano*, *veni* de Libano, & de dealbatione tu, quæ & in corpore pura es, & in anima candida.

Verſ. VIII. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermõ, de cubilibus, leonum, de montibus pardorum.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

APPENDIX.

PAraphraſis Chaldaica: Dixit Dominus in verbo, Mecum habitabis cœtus Iſrael, qui ſimilis es ſponſæ honeſtę, & mecum ingredieris in domũ ſanctuarij, & offerent tibi munus Principes populi, qui habitant ſuper fluuium Amana, & incolæ, qui morantur in vertice montis niuis, & gentes, quæ ſunt in Hermon, & offerent tibi tributa habitatores Ciuitatum fortium, qui ſunt robuſti ſicut leones, & munus ab vrbibus montium, qui ſunt fortiores leopardis.

Eccleſia de infidelitate vocata ad fidem.

Qui Eccleſiam verbis hiſce à Chriſto vocatam arbitrati ſunt Sanctorum Patrũ, tripliciter hęc expoſuere. Vel. n. illam ex infidelitate ad fidẽ vocatã putarunt, lectionem Sept. interpretantes, quæ ſic habet: *Veni à Libano ſponſa, veni a Libano, venies, & pertrãſibis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à ſpeluncis leonum, à montibus pardorum*; Idq; triplici modo explicant, nam Tertullia. lib. 4. contra Marcionem c. 11. Eccleſiã ex idololatria à Chriſto vocari, inquit, atque ex idololatria ſponſatam ſignificari, accipit Libani nomen non pro monte Phœniciæ, ſed pro thure quatenus λίβανος, thus græce ſignificat, quo Idolorũ cultus proteſtabat.

Tertul.

Idololatræ à Chriſto vocati.

B At verò Theodoritus, nedũ ex idololatria, ſed & ex circunciſione eamdem vocatam, cenſet: ſiquidem per Libanum, ait, ſignificari cultũ Idolorum, per Sanir, & Hermon legis inſtituta, quatenus Sanir interpretatur lucernarum via, lexque lucerna eſt, quæ in nocte fulget: & de Hermon dicitur in Pſal. *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montẽ Sion*; hoc eſt legis præcepta, quæ ſuper montib. Sion tradita ſunt, Eos igitur, inquit, vocat ſponſus de Libano, qui Idolorũ cultui deſeruiebant: illos aũt de Sanir, & Hermon, qui legis rorem, & diuinorum mandatorum lumen acceperant. Leonum cubilia vocat audaciſſimos, & furore inſanientes Iudęos; C pardos aũt Gentilium ſapientes, qui orationis copia, & argumentorum artificio contegentes falſitatem, rudes, ac ſimplices decipiebant.

Theod.

Eccleſiam Chriſtus vocauit ex Iudæis, atque ex Gentib.

Pſa. 132. 3.

Et tertiò ſecundum Philonem Carpathiũ idipſum, alia tamen ratione, ſic explicatur. Per Libanũ nàque, qui interpretatur dealbatio, intelligit Philo Baptiſmum, ob id verò, ait, bis dici, *Veni*, vt Deũ pariter, & homines ſanctiſſime amemus. Cum ſubijcitur, *Venies, & trãnſibis ab initio fidei*, &c. Ad ĩdem, inquit, venturam ſponſam, prophetatur. Venies. n. à Gentibus, tranſibis à lege; Omnes quippe videbunt me à paruo vſque ad magnum eius, dicitur per Prophetam. A primitiis fidei, à capite Sanir, & Hermon. Sanir, interpretatur rubus, Hermõ ſpiritus, ſiue vox ſublimis. Principium. n. fidei ab D eo fuit, qui in rubo locutus eſt Moyſi, & voce ſublimi locutus eſt filiis Iſrael, cum eos eduxit ex Ægypto, in vnumque coegit.

Philo.

Eccleſiam Chriſtus vocauit ex Gẽtib. & ex Iudæis ad baptiſmũ.

Vel eamdem Eccleſiam iam credentem ab eodem ſponſo vocatam per bona opera ad cælum, vt cenſuit Auguſtinus, qui enarratione in Pſalmũ 67. circa finem, hæc exponens; *Venies, & pertranſibis ab initio fidei*. Venit, inquit, Eccleſia, tanquam currus Dei in millibus lætantium, proſperũ iter habens, & pertrãſiit, de hoc mundo ad Patrẽ, vt fiat in ea, quod ſponſus ipſe dicit, qui pertranſiit de hoc mundo ad Patrẽ; *Volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum*, ſed *ab initio fidei*: quia vt bona opera ſequantur, præcedit fides nec fiunt vlla bona opeE ra, niſi quæ ſequuntur præcedentem fidem.

Aug.

Eccleſia ad cælũ vocatur ꝑ bona opera, ſed à principio fidei ſuę procedit.

Ioã. 17. 24

Vel tertio communiori ſenſu Caſſiodori; Gregorii Papæ, Philonis Carpathii, Iuſti Orgelitani, & Bedæ eadem Eccleſia iuxta lectionẽ Vulgatæ, de baptiſmo deſignato per nomen Libani, & dealbationis, vocatur ad præmii coronam per infidelium conuerſionem, & iniquorum.

De baptiſmo vocatur Eccleſia ad coronam ex conuerſione iniquorũ, et infideliũ.

Porrò quod ter illi dicitur, *Veni*, Caſſiodorus, & Beda vocationem ad triplicem profectum ſignificare, dicunt, ad profectum in cogitatione, in locutione, & in operatione. Secundum verò Gregorium Papam per idipſum ſignificatur, quod trib. virtutibus, fide, ſpe, & charitate iter capeſſendum eſſe ſignificet. Vel, vt ſignificetur triplex progreſſus

Ad triplicẽ vocatur eccleſia profectum.

Greg. PP

APPENDIX.

fus animarũ ad Deum. Primus per virtutum progressus. Secundus per egressum à corpore; & tertius per resurrectionem carnis. Verbũ *coronaberis* iungitur cũ subsequentibus, *de capite Amana*, ac per capita montiũ, qui hic nominantur, Reges intelligens, atque Imperatores, sicut & per montes, ipsos potẽtes huius sęculi, per cubilia verò leonũ, & mõtes pardorum Principes illos accipiens, qui crudelitati instar leonũ inseruiunt, quive hypocrisi, & dolositatibus suis, quibus tamquam maculis conspersi sunt instar pardorum, quos vi lędere nequeunt, decipiunt, de hisce omnibus coronari, inquit, Ecclesiam, quia, dum Regnum æternum prædicat, dumque exemplo suo oĩa, quæ mundi sunt, vilia esse demonstrat, illos etiam ad pœnitẽtiã inclinat, & sibi ipsi pro eorum acquisitione coronã in cælestibus parat. Tametsi idẽ Gregorius in lib. 17. Moralium cap. penultimo, hoc, quod dicitur; *Coronaberis de cubilibus leonũ*, ad Christũ sic aptat. Quid leonum nomine, nisi dæmonia designantur, quæ ira contra nos atrocissimæ crudelitatis insæuiunt? & quia peccatores ad fidẽ vocati sunt, quorum quondã corda leonum cubilia fuerunt, dum vicisse mortem Dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur: Remuneratio quippe victoriæ, corona est.

Ecclesia à Christo vocatur ad pmij coronã per infideliũ cõuersionẽ, & pfertim per conuersionẽ Principũ iniquorum.

Christus ẽ conuersionẽ peccatorũ coronatur de cubilib. leonum.

Cassiodorus, & Beda idipsum *Coronaberis de capite Amana*, &c. vt ad Ecclesiam dictum non tantùm intelligi, inquiũt, de corona præmij, quod receptura ea est in futuro per conuersionem illorũ, qui designati sunt per mõtes, &c. Sed etiam de corona præsentis gloriæ, qua decoratur, & gloriosa redditur ex conuersione Principum, &c. & quorũ libet, iuxta illud Prouerb. a *Corona senũ filii filiorũ.*

Ecclesia in pſenti vitã coronatur corona, quã ei faciũt, q ex eius pdicatione conuertuntur.

a Pro. 17. 6

Quibus addit Philo Carpathius, idcirco eidem Ecclesiæ dici: *coronaberis de capite*, &c. quia vel ex hæreticis nonnullos, qui pardorũ similes esse perhibentur, & ex filiis Regũ ac Principũ habitura sit Pastores, ministros, Prædicatores, ac Duces.

Philo.

Qui verò piam animam in his ipsis à cælesti sponso vocatam existimarunt, vel ad maiores vitæ spiritualis progressus, vel ad cælestem gloriam illam vocatã asserunt. Primum affirmãt Gregorius Nyssenus, Ambrosius, Catena Trium Patrũ, licet id diuersimodè explicent, interpretantes versionẽ Septuag. siquidem Greg. Nyssenus homil. 8. quomodo & Tertullianus supra nomen Libani pro thure desumens arbitratur, piam animam à Christo Domino vocari ad maiorem profectũ in via spiritus, in qua semper vlterius procedendum superest, idque per verba, *venies, & pertransibis*: Piam, inquã, animã illam, quæ iam cum ipso venit in montem myrrhæ, consepulta per baptismum in mortem ipsius, simulque cum ipso ascendit etiam in collem thuris, particeps effecta diuinitatis, quæ per thus designatur, per resurrectionem à peccatis, atque adeo tota pulchra, & sine macula: Vocari autem talem animã, & inuitari ad vlteriorem progressum à Libano, idest, à thure, & à participatione diuinitatis, quę est initium fidei, & ideo ad id explicandũ, non dici solum; à *Libano*, sed & addi; *A principio fidei*. Vocari etiam eamdem à Iordane, idest, à baptismi lauacro, quod per montes Sanir, & Hermõ designatur, quatenus ab illis, quæ sunt duo cacumina vnius mõtis, deriuat fluuius Iordanis in quo baptizatus est Christus: Ac demum à peccatis, atque à prauis illam auocari habitibus, per quos ad similitudinem ferarum redacta fuerat. Notat porrò Nyssenus, fieri mentionem istarũ ferarum hoc loco duas ob causas: primò, vt ex pristini, ac pessimi status memoria suauior Christi sponsæ fiat in

Cõuersiõe q̃ coronẽt Ecclesiam.

Greg. Nis. Ambros. Tres Patr. Gre. Nyss.

Aia sancta ad maiorẽ profectũ in spiritu vocatur à Christo.

A perfectione progressus; Secundo, vt magis à peccatis pristinis eadem deterreatur.

Ambrosius libro de Isaac cap. 5. elegantissime hunc piæ animæ progressum explicans: Ipse, inquit, Dominus Iesus delectatus fide aĩæ huius, cõfessionis gratia, & collaudatis eius meritis propius eam aduocat, dicens: *Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano, transibis, & pertransibis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à speluncis leonũ, à montibus pardorum*: hoc est: Egredere de corpore, & totam te exve: Non potes enim mihi adesse, nisi ante peregrineris à corpore, quoniam, qui in carne sunt, peregrinantur à Dei Regno. Ades, inquit, ades: bene repetiuit: quia siue præsens, siue absens adesse, & placere Domino Deo tuo debes. B Adesto præsens, adesto absens, etsi adhuc in corpore es; mihi enim omnes præsentes sunt, quorum fides mecum est. Adest mihi, qui exit de sæculo: Adest mihi, qui me cogitat, me intuetur, de me sperat, cui ego portio sum: Adest mihi, qui absfuerit sibi: Adest mihi, qui se negauerit. Ille mecum est, qui intra se non est, quoniam qui in carne est, non est in spiritu: Ille mecum est, qui ex seipso egreditur: Ille iuxta me, qui extra se fuerit: Ille mihi integer, qui propter me perdiderit animam suam.

Ambros.

Progressus in vita spiritali quãtus optãdus pia animę.

Et ideo ades desponsata, *transibis, & pertransibis à principio fidei*. Trãsit, & pertransit ceteros, quæ ad Christum peruenit. Transit fidei merito, & operum claritate, quæ lucent sicut Sanir, & Hermon: C hoc est via lucernæ, transit, deuictis tentationibus sæculi, & superatis nequitiis spiritalibus, legitime petens coronam certaminis.

Catena trium Patrum apud Theodoritum, inuitari, inquit, piam animam ad progressum spiritualem, bisque dici: *Veni de Libano*: Ac si dicatur, progredere ad me ex fide, quæ non aliter, ac thus (id autem est Libanus) Deo offertur, per spem proficiens ad charitatem, propter quã ego factus sum homo, & tu efficeris Deus. *Venies* vero, ait, eidem dici, *& peruenies ab initio fidei à capite Sanir*, & cet. idest, Venies ad me cũ omni charitate, peruenies autem vehementi cum impetu per fornacem variarum tum carnis, tum mundi tentationum confirmata. Sic autem venies, & peruenies, quoniam D ad me non per incredulitatem, vt primus homo, qui spe diuinitatis deceptus est, iter facere cœpisti: sed per fidem, quæ caput, & principium est viæ ad virtutem ducentis, quam indicat Sanir, cuius interpretatio est, lucernæ via, & per spem, vt subleueris, & recreeris ab onere, & æstu grauium dolorũ, & molestiarum, quod per Hermon intelligitur, quam vocem, rorem interpretamur: Atque ita cubilia leonum, pardorũque montes incolumis euitabis, consensum videlicet carnaliũ voluptatum, quæ, leonum instar magno impetu in te, vt à virtute deficias, ruunt. Et tẽtationes illas, quæ ex virtutis præstantia, tamquam ex altis montibus, vt E arrogantia efferaris, tibi struunt insidias fraudulẽter, quod pardorum varietas indicat.

Tres Patr.

Ad progressũ spiritualẽ pia animã inuitat Christus.

Q̃uo progrediendum.

Ad cælestem gloriam eamdem piam animam vocatam censuit Anselmus, vt ad illam sponsus dicat: *Veni* ad me *de Libano*, idest, de bona operatione facta in vita: Libanus enim candorem vitæ significat. *Veni*, exiens de corpore; *veni de Libano*, resumendo corpus in communi resurrectione, & tunc *coronaberis*, victoriarum retributionẽ accipiens in corpore, & in anima de maioribus illorũ, in quibus diabolus vigilat (Amana enim interpretatur dens vigiliarum) & de principibus illorum, qui per quasdam ignorantias, & fatuitates decipiunt homines (Sanir quippe interpretatur nocturna

Anselm.

Ad cælum q̃uo vocetur pia anima moriens.

APPENDIX.

ctúrna auis) *coronaberis* & de illis, in quibus cubat diabolus, id eſt, pro apertis perſecutionibus, & de hæreticis, inſtar pardorum varijs, quos conuertiſti, vnà cum ijs, qui ita ab Eccleſia ſeparati ſunt, vt eſſent ipſamet ſeparatio, quam ſonat nomen Hermon.

Rich. *Amam ſanctam Chriſtus vocat ad ſupernā remunerationem.*

Eundem ſenſum, at longe diuerſo modo explicatum, ſequitur & Richardus de Sancto Victo. quippe qui vocari, inquit, ſponſam de Libano, qđ dealbationem ſonat; cū piam animā Chriſtus, per mortificationem peccatorum, & deuotionem orationis mundatam, & candidatam inuitat ad ſupernam remunerationem: Libanus quippe eſt mons, in quo creſcunt myrrha, & thus. Triplicata autem voce dici ei, vt veniat. Primò, vt ſponſus illi inſinuet immenſitatem deſiderij, & amoris, quem habet ad eam, vtque trina repetitio firmitatis eius amoris ſit atteſtatio, cum funiculus triplex difficile rumpatur. Secundò, vt indicet gratulationem, qua liberationi eius de præſenti miſeria congaudet. Tertiò, vt innuat, quanto deſiderio hanc celerius fieri optet; repetita ſiquidem vocatio accelerantis pariter, & congaudentis affectum exprimit. Quartò, vt iterata vocatione magnitudinem felicitatis, ad quam vocatur, inſinuet. Quintò, vt Trinitatis indicet fruitionem, quam perceptura eſt poſt laborem.

Quinque rationes, propter quas ter dicitur veni.

Coronatur de Amana &c. pia anima cum de diabolo triumphat.

Quæ ſequuntur. *Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir*, &c. ſic exponit: Primo notat, *Amana* interpretari inquietum, vel turbulentum, & ſignificare amatores mūdi, qui inquieti ſunt, & turbulenti, quorum caput eſt diabolus: *Sanir* interpretari fœtorem: Hermon Anathematizationem. Tum ſubdit, peruerſos non modo Amana eſſe, id eſt, inquietos per amorem terrenorum, ſed & Sanir, id eſt, fœtentes per immundam vitam, & Hermon, id eſt, anathematizatos, per peccatum, ſcilicet à iuſtis diiunctis, & per excommunicationis ſententiam ab Eccleſia ſegregatos: Caput, ſiue verticem illorum eſſe diabolū, qui ad hoc tentando eos inducit, & per hoc in eis principatum gerit: cuius ſuaſioni dū deuotus quiſq; reſiſtit, ne peccatis implicetur, de hoc capite, quia triūphat, coronari.

Coronatur & iniquis, dum illos fugit, vel conuertit ad bonum.

Leones quoque, & pardos eſſe dæmones, quia nunc aperta iniquitate ſæuientes quoſdam decipiunt, nunc blandis conſilijs, & varijs fraudibus rectos ſeducunt, ſicut & leones feroces, & pardi vario colore reſperſi ſunt: horum habitationē ipſos eſſe iniquos, quorum peruerſos mores, & peccata dum boni non imitantur, ſed fugiunt, & interdum quoque illos doctrina, & exemplo ad bonū conuertunt, de eis, vt de montibus, & cubilibus leonum, atque pardorum coronari, & æternis præmiis donari.

Rup. Abb. *Mariæ mors de egreſſu ex morte coronata eſt de Regnis mūdi per illorū ſalutē.*

Ad obitum, & glorificationem Beatæ Virginis Mariæ referunt hæc Rupertus Abbas, & ipſe quoque Richardus. Rupertus namque nouo modo interpretans nomina montium, quorū hic fit mentio; Libanum candidationem; Amanah nocturnā autem; Sanir dentem vigiliarum, & Hermon anathema; prædici hoc loco ait Beatæ Mariæ exitum à corpore, & gloriam ſubſequentem: Ac ſi dicatur: Migrabis de corpore iſto, corpore candido, corpore virgineo & coronaberis de regnis mundi, quæ rectè dicuntur quædam capita, & vertices nocturnæ auis, & dētis vigiliarum, & verè anathematizati diaboli à Deo ſeparati, qui, cum ſit princeps tenebrarum, & tanquam leo circuineat, quærens quem deuoret, rectè nocturna auis, & dens dicitur vigiliarum. *Coronaberis* autē ex his regnis; quia credent in me fructum ventris tui, & eorum credentium [illegible] corona [illegible]. Ita coronaberis, vt & in cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina ſis Regnorum: agnoſcentes enim te Reginam cœlorum, ac proinde poſſidentem totum regnum filii tui, Reges, atque Imperatores coronis ſuis te coronabunt: palatia ſua nomini meo ſacrabunt, honori tuo dedicabunt, vt deſinant eſſe, quod fuerant, montes pardorum, cubilia leonum.

Maria quo coronetur de cubilib. leonum, et mōtib. pardorum.

At Richardus coronandam illam ait *de capite Amana*, &c. id eſt, de diabolo: Quæ Beata Virgo, dum ipſum mundi Principem, & caput iniquorū ſuperauit, calcauit, eiuſque vires confregit: dum perfectam munditiem ſeruauit in corpore, & humilitatem in corde: dumque ab illorum corde, quos vel apertè ſæuiendo deiecerat, vel occulta, & varia fraude tectus deceperat, meritis, & interceſſione ſua liberauit, de cubilibus, ſeu montibus leonum, atque leopardorum coronari perhibetur.

Richard. *Maria quo coronata de diabolo, & de iniquis.*

Denique ad Sanctæ cuiuſque Virginis, & Monialis vocationem eadem referunt Ambr. & Hieronymus. Ambroſius quippe in lib. 3. de Virginib. poſt dimidium, ad virginē ſic loquitur: Primitias vigiliarum tuarum Chriſto dicato: primitias actuum tuorum Chriſto immola. Audiſti, quia vocauit te dicens; *Veni à Libano ſponſa, veni à Libano; tranſibis, & pertranſibis à principio fidei*: Tranſibis in ſæculum creatura, pertranſibis ad Chriſtum triumphatura de ſæculo? Audiſti, quia te à leonū, & pardorum, id eſt, ſpiritualium nequitiarum incurſionibus ſeparauit?

Ambr. *Vel ſponſa ata quo à Chriſto vocata ad monaſterium.*

Hieronymus vero lib. 1. contra Iouinianum circa medium, ad Virginem hæc inquit dicta: *Veni à Libano ſponſa, veni a Libano, venies, & pertranſibis ab initio fidei, a capite Sanir, & Hermon, à cubilibus leonum, & montibus pardorum*. Sic verò ea explicat Libanus λευκασμός, id eſt, cādor interpretatur; *Veni ergo ſponſa* candidiſſima, de qua Canticorū 8. dicitur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata per viā huius ſæculi. Ab exordio fidei, & ex Sanir*, quod interpretatur Deus lucernæ, iuxta illud, quod in Pſalmo 118. legimus; *Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumen ſemitis meis, & Hermon*, id eſt, conſecratione, & *fuge leonum cubilia, & leopardorum montes*, qui non poſſunt mutare varietatem ſuam: fuge, inquit, cubilia leonum, ſuperbiam dæmonum, vt poſtquam mihi fueris conſecrata, poſſim dicere: *Vulneraſti cor meum*, &c.

Hier. *Virgo quo, et vnde vocetur à Chriſto in monialem.*

Pſal. 118.

Verſ. IX. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa; vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Expoſitio Prima, Iuxta ſenſum Litteræ.

REdit iam ſponſus ad cæptam pulchritudinis dilectæ ſuæ panegyricum, poſtquam & tacite, & aperte illā ad ſecum commigrandum inuitauit. Itá verò redit, vt nouis quodammodo coloribus, iiſque illuſtrioribus delineatus aliquorum membrorum eius picturas perpolire videatur.

Porrò à primis, quas in primo verſu huius capitis quarti effigiarat, mireque effinxerat, oculorū, & capillorum picturis incipiens, ita ſanè illas in iterato illo earum encomio perficit; vt haud alia in ipſis deſideranda ſint manus. Sicut autem illuſtrioribus encomijs denuo hic eadem membra celebrantur: ita & ſuce [illegible] illa ipſa, cuius deſcribitur panegyricus, nobilioribus, & illuſtrioribus inſigni-

LITTERA.

insignitur titulis.

Sororis nomen adiunctum nomini sponsæ ad illud addit.

Enimuero in primo encomio amicam suam duntaxat appellarat eius amicus, dicēs: *Quàm pulchra es amica mea; quàm pulchra es:* At nunc, & sororē eam prædicat, & sponsam suam. Atqui sororis nomen iunctum cum nomine sponsæ, duo ad sponsaliciam dignitatem addit, quibus plurimum laudis fit accessio ad id, quo in præcedenti versu eadem decorata est, vno duntaxat nomine sponsæ: Significatur namque arctior, quæ inter ipsam, atq; dilectum suum inest coniunctio, quàmue ista ipsa quæ tam arcta est, coniunctio, pudica quoque sit.

Nomen quippe sororis indicat primò cōsanguinitatis vinculum: & nouimus, moris apud Hebræos fuisse; vt quò arctiora nuptiarum vincula efficerent, a ijdemum inter se matrimonia contraherent, qui ex vna eademque essent cognatione, vel tribu, atque adeo propter istud cognationis vinculum, quas in sponsas assumebant, sorores sæpius appellare solebant, Sic Abraham Saram, quia neptis sua erat, sororem dixit in libro Genesis, sic & Isaac Rebeccam neptem, sic & Tobias (vt bene notat Augustinus in lib. 22. contra Faustum capite trigesimoquinto) Saram, quam accipiebat vxorem, quia ex eadem cognatione erat, sororem nuncupauit: Sic denique & sponsus, qui in hoc Cantico loquitur, ob eamdem rationem sponsam ipsam suam sororem quoque suam pronuntiat; quia filia patrui eius esse supponitur: Vnde & illa pariter eum, iuxta versionem Septuaginta, ἀδελφιδόν μου, fratruelem meum nominat, vbi in lectione Vulgatæ dilectum meum dicit eumdem.

a Num. 33

Probabili loci opinione Iosephi lib. 1. Antiq. c. 1. Aug. lo. citato cōtra Faustū. & aliorū cōplurium. Vide San. Th. 2. 2. q. 110. a. 3. ad tertium.

Præter istud autem cōsanguinitatis vinculum, significat insuper idem sororis nomen cum nomine sponsæ coniunctum eximiam pudicitiam, quæ talibus adiuncta est nuptijs, quave talis insignita est sponsa: propter quam pudicitiam contestandam ipsamet inferius in ea prorumpet verba: b *Quis mihi det, te, fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris; & deosculer te, & iam me nemo despiciat?* & Plautus de pudicissima coniuge sic ait. Tam à me pudica est, quam mea si soror sit.

b Can. 8. 1

Quin & quotidie obseruare fas est inter pudicos coniuges, quo pudicitiæ mutui amoris specimen sibi inuicem præbeant, & sponsas à viris appellari sorores, & viros vicissim à sponsis fratres appellari.

I. SENSVS.

Sponsa pudicitiam magis, quam vlla alia re vulneratum se dicit sponsus.

Atqui, si coniecturis agere licet in exponendis sacris Scripturis, crediderim, sponsum in hoc versu ita studium adhibuisse ad oculorum, & capillorum sponsæ celebrationem; vt tamen ex ipso eorum membrorum encomio laus pariter insignis pudicitiæ in sponsam ipsam suam redundaret, quo sic ex ratione quoque pudicitiæ, qua insignita ea esset, facilius illam ad secum commigrandum adduceret, id quod in primis ipse intendit in tota hac cautione. Persuadeo autem hoc mihi ex eo, quòd, cum vulneratum se dicat per illa membra, non ait: *Vulnerasti cor meum in oculis tuis, & in crinibus tuis:* prout supra in vers. 1. huius quarti capitis oculos in plurali commendauit, sicut & capillos, ac crines: Sed postquam dixit: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa,* subijcit: *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui:* Per id enim, quòd vulneratum corde, amatorum more loquens, primò se ait, cum primùm sororem sponsam ipsam suam appellat, ab ipsa eius pudicitia captum se, significare voluit. Per id verò, quod iterum subinfert, corde se

A vulneratum *in vno oculorum* eius, *& in vno crine colli* ipsius; subinnuere videtur, quanam potissimum ratione ab ipsa sponsæ suæ pudicitia captus sit, ea vero est, quia, cum eam intuitus esset, vix vnum eius oculum, vix & vnum colli eius crinem conspexerit, vtpote, qui ob pudicitiæ decorem intra velum cooperti detinerentur, prout apertius significatum vidimus supra in præcitato item oculorum eius encomio iis verbis: *Absque eo, quod intrinsecus latet:* pro quibus verbis clarius in hebraica lectione habetur: *Intra velum tuum:* vt sit allusio ad consuetudinem feminarum orientalium, quæ honestatis, & pudicitiæ causa, & ne à viris viderentur, vix vno oculo liberato, tota reliqua

B facie operta, illo vno tantùm oculo duce incedebāt, de qua sancta consuetudine agit Tertullianus in libro de habitu muliebri, & Sanctus Hieronymus in epistola ad Demetriadem de seruanda Virginitate, necnon & Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 9. vt sensus sit.

LITTERA.

Mulieres Orientales operte velo incedere consueuerunt.

Tertul. Hierony. Iosephus.

Tam ardenter *sponsa mea* te iterum iterumque, vt mecum venias, inuito: quia captus amore tuo sum: *Vulnerasti* enim *cor meum:* quoniam adeo pudicam te sponsam animaduerti, vt *soror mea* iure sis appellanda: Eximiam verò istam pudicitiam tuā exinde percepi, quòd ita intra velū latitantem te vidi; vt vix conspicere potuerim vnum oculo-

C rum tuorū, quo me vnum latenter intuita es: & vix vnum crinem item tuum, qui è tuo defluit collo, adeo vt & vno ipso crine illo colli tui, vnoque illo oculorum tuorum me, & cor meum sic vulneraueris, vt sine te esse non patiar vel tantillum.

PARAPHRASIS.

At, tametsi allatus iste sensus admodum congruus mihi videatur: quia tamen verosimile est, prout etiam est tactum in principio huius expositionis, iteratum istud horum membrorum encomium aliquid illustrius continere, quàm contineant prima eorumdem encomia, illustrius id nobis inuestigandum est: iuxta enim hunc sensum nil eximij additum videtur saltem ad primum illud encomium oculorum, in quo per similitudinem ad columbas, siue ad oculos columbarum, cum dictum est: *Oculi tui columbarum,* seu, *colum-*

D *bæ;* ex insigni commendati sunt pudicitia: per id vero, quod adiectum est: *Absque eo, quod intrinsecus latet:* ex vehementi in eis latentis gratiæ efficacia sunt celebrati, licèt nihil explicite de tali dictum sit efficacia.

Porrò illustrius id, atque præstantius, quod hic est adiectum, ex duobus verbis, quæ ambo hic repetuntur duabus vicibus, colligi potest: Ex eo, quod dicitur: *Vulnerasti cor meum;* Tum ex eo, quod subijcitur. *In vno & oculorum, & crinium.*

Et vt ab hoc secundo exordiar, argumento à minori ad maius hæc membra sic laudibus celebrat sponsus.

ALTER SENSVS.

Adeo pulchri sunt oculi, & crines tui, vt haud

E necesse sit, ad ipsorum efficaciam exhibendam ambo concurrant oculi, omnesve & crines, sed vel vnus eorum sufficiens sit, nam *in vno* duntaxat *oculorum tuorum, & in vno crine colli tui,* quæ tantummodo videre potui, te intuens velo opertam *vulnerasti cor meum.* Quod, si vno tantum id præstare potuisti, quid virium in omnibus crinibus, & in ambobus exercere poteris oculis?

PARAPHRASIS.

Quod vero primo loco ait; *Vulnerasti cor meū,* mirum in modum exaggerat eorum membrorum pulchritudinem, ipsiusve pulchritudinis efficaciā præstantissimam. Non desunt, qui vim istam in eo sitā existiment, vt tam vnus oculus, quā vnus colli crinis, qui in sponsa conspecti à sponso sunt ipsius

Ab amata oculis quāo vulnerentur cor amātis.

sponsi

LITTERA.

sponsi cor proprie quodammodo vulnerarint, id ex philosophia naturali comprobantes, secundū quam asseritur à nōnullis, cor vitali suo motu perpetuo spirituosum suum sanguinem agitans, cum eodem sanguine spiritus vitales in totum corpus humanū, perque illos vitalis luminis scintillas in membra singula diffundere, in oculos autē maximè: sicque tam oculos, quàm alia amati membra, dum ab amante conspiciuntur, lucidum istū spiritum, qui flos sanguinis elaboratissimus est per oculos, & arterias ceu iaculū in ipsius amātis cor, tanquam in cognatum originis suæ locum immittere, ibique innxum hærere.

Oculi vim quādam sic se secundū opinionē illustriū Philosophorū emittunt.

Quicquid tamen sit de hac philosophia, id certè nunquam crediderim, à capillis, & crine istiusmodi vitales, ac luminosos spiritus emitti posse; cum valde dubiū in ipsa philosophia sit; An capilli vitam in se habeant. Sanè de oculis, multorum Philosophorum, eorumque illustrium opinio est, vt sanguinem, & vim aliquam de se emittant, qua fascinent, afficiantque, quod Aristoteles in libro de somnijs cap. 2. probat experientia oculorum mulieris menstruatæ speculum sanguine inficientium, cum in illud conspiciuntur: deducitque exinde, vt quemadmodū visus patitur, sic & faciat aliquid. Vide Plutarchum lib. 5. Symposij problemate septimo, vbi longius de ista oculorum vi disserit. & præcipue; Quo modo mutuus amantium intuitus illos conficiat, incerimatque cum voluptate dolori permixta.

Aristot.

Plutarch.

His tamen non obstantibus: Sicut transformatio, quæ communi Doctorum omnium consensu fieri dicitur amantis in amatum, naturalis non est; cum amor haudquaquam vnam naturam in aliā transmutet, sic, vt metamorphosim naturalem efficiat, sed est spiritualis; quatenus transformat cordis, hoc est, affectus, desideria, ac vitam omnem. Eodem modo arbitror, & istud, quod hoc loco sponsus dicit: *Vulnerasti cor meum*: nequaquam naturaliter sumendum, quasi naturali aliquo oculi, & crinis sponsæ influxu sanguinis, aut spiritus sanguinei carneum sponsi cor vulneratum sit, at spiritualiter, & metaphoricè eo modo, quo in capite 2. & in ca. 5. huius Cantici sponsa, iuxta lectionem Septua. dixit: *a Vulnerata charitate ego sum*: vbi noster Interpres legit: *Amore langueo*. Quòd si quis quærat, quidnā sit vulneratio ista spiritualis in corde: quave ratione eadem fiat; Dicendum, illam haud aliud omnino esse, quam transformationem spiritualem, eodemque penitus modo fieri, quo fit & transformatio amantis in amatum: exprimi verò per nomen, ac metaphoram vulnerationis in corde, vt insignis, & præstantissimus eius effectus designetur. Sicut enim materialis vulneratio cordi illata, vitam illico aufert, qua & cor, & animal ipsum viuebat. Ita & transformatio spiritalis vitam illam ab amantis aufert affectu, qua prius is viuebat in animo, iuxta vulgatissimā Platonis sententiam; qua dicitur: Amator animus in proprio corpore mortuus, in alieno corpore viuit; ac in se mortuus, in alio reuiuiscit.

Vulneratio cordis amāti quō contingat.

a Can. 2.5

Cant. 5.8.

Simile.

Plato.

Ac sicut vulnus carnali cordi inflictum maximi doloris est causa, ita vt vehementior eo excogitari nō possit. Eodē modo, & spiritalis ista cordis vulneratio tam grandē affert dolorē in intimis præcordiorum, cum amans longe ab amato abest; vel cum ab illo non redamatur, vt iure optimo sponsa in præcitatis verbis ob huiuscemodi vulnus præ doloris vehementia languere se dicat, animæve deliquium pati.

Simile.

Cant. 2.5.

Colligitur porrò, & cōfirmatur hoc totū, quod dictum est, quoad significationem, & modū, quo cordis vulneratio hic fieri dicitur ex verbis, quæ pro, *Vulnerasti*, habentur in textu hebraico, atque in versione Septuag. quæ inter alios significatus, & hoc quoque significare possunt: *Abstulisti mihi cor*; vt paulo infra explicabitur.

Supposito igitur, quòd cordis vulneratio in hoc sensu accipienda hic sit, adhuc vnum superest declarandum pro eorum, quæ exponimus, intellectione; Cur ab vno oculorum potissimum, atque in vno crine colli sponsæ sic vulneratum se dicat sponsus, quave ratione, & vnus sponsæ oculus, & vnus crinis talem in cor sponsi infligere queat vulnerationem.

Pro quorum intellectione, supponendum primò, idcirco in hisce sponsæ membris corde vulneratum se dicere sponsum, vt præstantissimam istam laudem in membra hæc conferret, quippe quæ tam grandi, tamque eximia vi prædita sint, vt istiusmodi vulnus infligere possint, quod vni omnium potentissimo concessum est amori.

Oculi, atq; crines mulierū amorem quàm maximè cōciliant.

Nec mirum, quandoquidem ista duo membra, oculus, atque crines, si debita pulchritudine sint decora, præ ceteris membris vniuersis amorem conciliare valeant conspecta: Oculi namque cum veluti quoddam animi domiciliū sint (vt asserit Plinius) quandoquidem ex nulla alia animantiū parte expressiora, quam ex illis internarum noscātur vestigia affectionum, amorem, qui animi quædam & præcipua affectio est, vt compares, cognatique facillime causant.

Oculus sedes animi.

Plin. li. 11. c. 36.

Crines verò id ipsum quoque efficere par est, quippe qui idcirco mulieri à natura collati sunt, vt gloria illi sint prout colligitur ex verbis Apostoli in epistola prima ad Corinthios: *b Mulier si comam nutriat, gloria est illi*. Gloria autē illi sunt; quia pro pulcherrimo naturalis pulchritudinis naturali ei inseruiunt ornamento, cuius sanè ornamenti ea est vis in amore conciliando, vt idem spōsus infra in capite septimo, iuxta lectionem hebraicam, & versionem Septuag. dicat: *c Coma capitis tui, sicut purpura. Rex ligatus in canalibus*: idest; Tā insignis est pulchritudo comæ tuæ purpureæ, tamque grandis est eiusdem vis in amore conciliando, vt Rex Salomon dilectus tuus ligatus sit flexu vittarum, quibus crines ita adstricti sunt, vt quædam quasi riuuli, & canalis flexuosi similitudo per capillos decurrat, prout fusius suo loco exponetur.

b 1. Cori. 11.15.

c Can. 7.5.

Vulnerant porrò cor inspicientis duo ista membra vulnere spiritali hoc modo: quia per inspicientis oculos eximiæ pulchritudinis speciem intrinsecus immittunt in potentiam imaginatiuam, per quam deinde mouetur potentia appetitiua, & potentia etiam cognoscitiuā, atq; intellectiua; Vnde fit, vt & appetitus vulneratus dicatur, cum illico ad illius pulchritudinis complacentiam inclinatum se sentiat, & cor item carneum quodammodo vulnus infixum habeat: ita vt propter assiduā amatæ pulchritudinis cogitationē & deliquium patiatur, & liquefactionem inducat, ac ecstasim, aliosve languores. Cum. n. homo ex anima cōstet, & corpore, tanta est inter has duas eius partes connexio, vt & corporis sensus aiam afficiant, & passiones pariter atq; varios i corpore causēt effectus.

Quoad lectionum varietatem: Animaduertendum primo, pro eo, quod noster Interpres legit: *Vulnerasti cor meum*, in hebræo esse, לִבַּבְתִּנִי libbabtini, quod verbum cum deducatur à nomine לבב lebab, quod significat cor, animum, mentem, intellectum, sapientiam, & ea omnia, pro quibus in lin-

LITTERA.

in lingua Latina cordis vocabulum vsurpatur: incertum est, etiam apud hebræorũ Doctores, quid proprie significet: Vnde nec mirum, si etiã apud interpretes in vario acceptum sit significatu. Bis tãtum reperitur in sacris litteris: semel in lib. Iob, vbi dicitur: *a Et vir vanus*: ילבב illabeb: Niphngal. i. *Et vir vanus efficietur cordatus*; & (vt vno itẽ verbo Latino, licet id in vsu nõ sit, illud reddamus) cordificabitur, pro quo Hieronymus: *In superbiam erigitur*, accipiens cor pro superbia.

a Iob 11.12

Altera verò vice habetur idem verbum in præsenti loco, at nõ in Niphngal: sed in Pinghel. Quo loco communiori hebræorum sensu accipitur, vt idem sit, ac *Abstulisti mihi cor*; prout à nostris quoque compluribus redditur, ab Interprete Bibliorũ Reg. à Sancte Pagnino, à Vatablo, necnon etiam ab Isidoro Clario ex parte. Rabbi tamen Dauid Kinki in lib. Radicum dicit, verbum istud hic posse ẽt sumi pro, *transfixisti mihi cor*: in quo significatu illud accepit noster Interpres, & etiam apud Hebræos Rabbi Innominatus, & alii. Non desunt, qui i tertio pariter significatu sumpsere istud idẽ pro *Incordiare* (vt loquitur Plautus in cistellaria) vt notatur in Lexicon magno linguæ sanctæ, quod latine circunfertur. Quo sensu illud sumpsisse vr Quinta editio, quæ sic illud reddit, θάρσυνάς με θάρσυνας: *Fidere me fecisti, fidere me fecisti*.

Abstulisti cor. *Excordasti* *Transfixisti cor.* *Incordiasti* *Fidere me fecisti.*

Necnon & Symmachus, qui, vt colligitur ex Cõmentariis Theodoriti, vertit; *Excitasti cor meũ*: in eodem sensu. Quin & Sept. Interpretes, dũ verterunt ἐκαρδίωσας, secundum interpretationẽ Sancti Gregorii Nysseni hom. 8. in Cant. in hoc ipso significatu illud sumpsere pro, *Indidisti cor*.

Excitasti cor. *Indidisti cor.*

Quamquam istud ipsum verbum ἐκαρδίωσας, quo vsi sunt Septu. non minus ambiguum sit, quã verbum hebraicum: Vnde Interpres Theodoriti vertit illud: *Vulnerasti cor*: quomodo idem vertit & Sanctus Hieronymus libro primo, contra Iouinianum, qui (vt colligitur ex vltimis ijs verbis: *In vno ornamento colli tui*) lectionem Septuag. eo loco secutus videtur. Quamuis communiori sensu ἐκαρδίωσας, hoc loco tantumdem valere apud Septua. credatur, ac si dixissent: ἐξεκαρδίωσας, eodem significatu, quo communius & verbum hebraicũ sumi annotatũ est. Sic Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. vers. 3. vertit: *Cor meum cepisti*: & haud diuerso sensu sermone 11. in eumdem Psal. vers. 2. *Corde nos cepisti*.

Vulnerasti cor. *Cepisti cor.*

Omnino, si vsquam admiranda est vis linguæ hebraicæ, & efficaciæ locutionis Spiritus sancti in sacris litteris, hoc certè loco maxime est admiranda, vbi per vnum duntaxat verbum tam multiplices expressi ad viuum sunt amoris effectus, qui in vno fiunt corde amantis.

Porrò effectus isti quatuor sunt, ijque præcipui. Primus est vulneratio cordis. Secundus, ablatio cordis. Tertius, cordis collatio seu (vt ita dicã) incordiatio. Quartus, fiduciæ & animi exhibitio. Id modo nobis breuiter explicandum superest, ne quid intactum relinquatur: quomodo effectus isti ab amore causentur, quem per conspectum vnius oculi, vniusve crinis sponsæ concepit, qui hic loquitur sponsus.

Et quidem, quoad primũ multa iam dicta sunt in expositione litteræ, nec opus est, vt alia addantur. Secundus vero, qui in eumdem recidit, quomodo fiat, facile percipitur ex vulgata illa Augustini propositione: Anima magis est, vbi amat, quã vbi animat: & apertius ex illa Domini sententia, *b Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum*. Qua de re pluribus sæpius actum est supra, cum probatum est,

Amor quo auferat cor amantis. b Matt. 6.21

A amatum rapere ad se cor amantis ex diuersitate, qua operatur intellectus, trahens ad se rem, quam intelligit, & qua operatur voluntas, tendens ad rem, quam amat.

Quamuis autem amor causet eximium istum effectum ablationis cordis ab amante: producit tamen simul & tertium effectum pari modo præstantissimum, qui ei quo quomodo videtur contrarius: Contraria namque inuicem videtur esse ablatio cordis, & elargitio cordis, & nihilominus vno eodemque tempore ambo ab vno potẽtissimo fiunt amore. Quomodo id fieri queat, præclare probatum habes Apud S. Thomam in 1. 2. quæst. 28. art. 2. At efficacius id probat dilectus Christi discipulus, de diuino loquens amore, cum ait: *c Qui manet in charitate, in Deo manet*: En secundum amoris effectum: *Et Deus in eo*: En tertium, de quo loquimur. Audi & Apostolum Paulum Dei amore vulneratum, quomodo Christi cor sibi inditũ dicat, quo vitam agit: *d Viuo ego, iam non ego*, idest, haud corde meo, quod iam mihi abstulit is cuius amore flagro, Christus dilectus meus: *Viuit, vero in me Christus*; is nimirum ipse, qui cor meũ sibi abripiens cor mihi indidit suum.

Amor quo tribuat cor amantis. B c 1. Io. 4.16 d Gal. 2.20

Porrò hos duos amoris effectus consequitur & quartus, ingens nimirum fiducia, & magnus animus, quo amans impellitur ad grandiora edenda; & ea aggreditur, quæ vires, ingenium, & facultatem excedunt, propter quem effectum de amore ipso sic dictum habes in capite 8. *e Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*. Quid enim non tentare audeat amans pro amato, si amatum eum impellit, quod viuit in illo? *f Omnia possum*, ait Apostolus, *in eo, qui me confortat*. Cui parcet labori, vt secum habeat amatum? quidve ab amato non speret, qui in ipso scit esse cor, quod sibi ablatum est? Addunt aliqui & quintum effectum ecstasis, vertentes hebraicum, & græcum verbum, quasi tenus sumitur in significatu auferendi cor. *Excordasti me, stupefecisti me*. At certe effectus iste ecstasis haud est distinctus ab eo, quem secundo loco numeraui: Ecstasis quippe, etsi insaniam quandam importare videatur, vt tamen est amoris effectus haud aliud est, quã, cum quis rei amatæ pulchritudinẽ obstupescens, extra se ponitur, vt docet S. Thom. in 1. 2. q. 28. art. 3. quod plane tũc fit, cum ita amans sentit, sibi ablatum cor ab amato, vt per ecstasim eius volũtas ardeat, vratur, æstuet, sicq; in se deficiat, vt optet pro amato mori, apud ipsum commorari, & viuere, nullam in se requiẽ habens. Quæ omnia tam in primo, quàm in secundo amoris effectu contingere, nemo est, qui dubitet: Vnde haud necesse est quintum ab illis distinctum addere. Quin (vt videbimus in sensibus spiritualibus) maiorem vim habet: *Abstulisti cor mihi*, quàm, *Excordasti*, seu, *stupefecisti me*, potest, nãque significare Raptum, qui, vt dicit S. Thom. 2. 2. q. 175. art. 1. & 2. supra ecstasim addit extrinsecam violentiam menti illatam.

Amor causat maximã fiduciã & ingentes animos in amante. C e Can. 8.6 f Phi. 4.13 *Amor quo causet ecstasim in amãte.* *Stupefecisti me.* D *S. Thom.* *Amor causat raptum in amante.* E *S. Thom.*

Secunda litterarum varietas est in versione Septuag. pro eo enim quod Vulgata vna cum hebraico textu habet: *Vulnerasti cor meum*, seu, *abstulisti mihi cor*, in singulari, Septuagin. in plurali legunt, ἐκαρδίωσας ἡμᾶς, *abstulisti*, seu, *indidisti nobis cor*. Ex quo factum est, vt Sanctus Gregorius Nyssenus homilia octaua, quẽ sequitur Psellus apud Theodoritum libro 3. in Cant. cẽsuerint, ea, quæ in hoc versu dicuntur, non tam sponsi verba esse quam sodalium ipsius.

Gre. Nyss. Psellus.

At certè communiter contrarium asserunt vniuersi,

LITTERA.

uerſi, & ex textu ipſo Septuag. quo ſubditur in ſingulari; *Soror mea ſponſa*, manifeſte conuincitur, ſpõſum ipſum eſſe, qui hic loquitur, loqui autem authoritatiue, dum in plurali, ait, *ἐκαρδίωσας ἡμᾶς*.

Tertia demũ varietas eſt circa id quod dicitur *In vno crine colli tui*: Nam in hebræo pro crine eſt dictio, ענק nganak, quæ proprie torquem ſignificat: quo ſignificatu Sept. verterunt: *ἐν μιᾷ ἐνθέματι*, *in vno ornamento*: & Symmachus quoq; in eodem ſignificatu vertit: *ὁρμίσκῳ*, *Monilium*.

Noſter interpres, ſecutus videtur Aquilam, qui ſic vertit: *ἐν ἑνὶ πλοκάμῳ, in vno crine*, Genebrardus ait, fortaſſe noſtrum interpretem crinem accepiſſe non pro capillo, ſed pro torque, & vinculo è crinibus confecto. Quicquid tamen ſit, vtraque lectio optima eſt, ſatiuſq; mihi videtur, vt verè pro crine ipſo ſumatur è ceruicib. pendente, qui eſt ornamentum naturale, quàm pro adſcititio alio ornamento torquium, & moniliũ ex auro, vel è gemmis, aut ex alienis crinibus confecto, quo collum exornetur, quin & crinem illum è ceruicibus pendentem, quem in ſponſa, quæ velo operta ſupponitur, conſpexiſſet, torquem, ornamentum, ac monile iure optimo appellatum ab ſponſo crediderim; quod eo collum illius non minus decorum reddi ſibi videretur, quam, ſi pretioſiſſimis id exornatũ eſſet monilibus; eo modo, quo cap. 1. ob eamdem rationem idem ſponſæ collum monilibus ipſis cõparatum vidimus, vbi idemmet ſponſus dicebat: *a Collum tuum ſicut monilia.*

a Cant. 1. 10.

Crinis nomẽ ſignificata trica.

Porrò crinis vnius nomine non vnum capillum ſignificatum cenſere debemus, ſed vnum pluriũ capillorum ſimul connexorum ſertum, quod trecas Latini vocant, Italicè, *Treccia*; quomodo idem nomen vſurpatum reperitur Iudicum 16. vbi ait Sampſon: *b Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, &c.* Quibus crinibus vtebantur antiquitus porrectis ſuper collum tam viri, quàm mulieres. Vide Auctorem Collectaneorum in Clementem Alexandrinum lib. 3. Pædag. ſuper illis verbis Catenarum nexus, vbi pluribus de illo antiquorum more agit.

b Iudi. 16. 13.

Crinib. Antiqui vtebãtur porrectis ſuper collum.

Deſeruire etiam poſſet ſpiritalibus ſenſibus, quod tam in hebræo in plurali dicitur: *E collis tuis*; quã in verſione Septuag. *Collorum tuorum*. Licèt enim re vera tantumdem ſit, ac ſi in lingua latina dicatur, ceruicum tuarum, ſeu, è ceruicibus tuis; ponderari nihilominus poſſet, quòd vnum dicitur ornamentum, & plura colla, cum contrarium potius euenire ſoleat, vt vnum collum pluribus exornetur ornamentis.

Verſ. IX. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa; vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

SI laborauimus in prima expoſitione, quò explicaremus rationem, qua amantis hominis cor vulnus acciperet per ea in primis, quæ in humano corpore ſunt maximè delicata, oculum, & capillum; haud dubium, quòd multo magis inſudandum ſit in explicando modum, quo Deus *ἀνθρωποπαθῶς* loquens de ſemetipſo, in corde vulneratum ſe dicat in vno oculo, & in vno crine Eccleſiæ. Vulneratum item in corde per id, quod eadem

A Eccleſia ita ſit eius ſponſa, vt ſit ſimul & ſoror.

DE ECCLESIA.

Suppoſito igitur eo, quod iam probatum eſt in primo verſu huius quarti capitis, ſub oculorum, & capillorum metaphoris contemplatiuos, & religioſos intelligi, eos nimirum, qui ſtudio addicti ſunt contemplationis diuinorum myſteriorũ, & eos, qui religioſam, ac monaſticam vitam profitentur: Quo ſenſus totius huius ſententiæ enucleetur, explicandum primò: Quid Eccleſiæ addatur eximij per id, quod, nedum ſponſa, ſed & ſoror Dei Dicitur: magnum enim aliquid id eſſe neceſſe eſt, cũ ſufficiẽs ſit ad vulnus infligendũ cordi diuino:

Secundò, qui ſint plures oculi Eccleſiæ, è quib. vnus duntaxat cor Dei valeat vulnerare.

B Tertiò, ſi Religioſi ſunt Eccleſiæ capilli, cur cũ Deum vulnerant, appellentur vnus crinis colli, ac ſimul; Quomodo ijdem ſit ornamentum Eccleſiaſtici colli.

Quartò demum, qua ratione vulnerari dicatur diuinum cor per dicta duo membra. Quomodo idem Dei cor per eadem membra abſtrahi poſſit, & excitari; Quave ratione ipſimet Deo cor exhibeatur, iuxta varias Interpretum lectiones.

Quoad primum; Per nouam iſtam nominis ſororis additionem ad nomen ſponſæ, ſignificatur incommutabile vinculum, quo Eccleſia Catholica cum Deo iuncta eſt. Enimuerò aſſumpſit quidẽ Deus, deſponditque Synagogam Iſrael, & Iudam ſibi in ſponſas, at de nulla illarum dixit vnquam; C *Vulneraſti cor meum*: amor quippe, quo vulnus infligitur, tunc minime erat firmus, nec ita obduratus, vt vulnerare eum poſſet: quia nec ſolidũ erat talium ſponſarum connubium, prout ipſemet Dominus apud Ieremiam ſignificauit, cum diceret: *c Et vidit præuaricatrix ſoror auerſatricis Iſrael, quia pro eo, quod mœchata eſſet auerſatrix Iſrael dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abiit, & fornicata eſt etiam ipſa*; tametſi ſoliditas, ac firmitas in iſtiuſmodi connubiis nunquam defecit ex parte Dei; at ex parte ſponſarum, quæ, cum ſponſum auerſarentur, libellum repudii ab eo ſibi datum cauſabantur, quam cauſationem refellens is apud D Iſaiam ait: *d Quis eſt hic liber repudii matris veſtræ, qua dimiſi eã?* id eſt; Quid me incuſatis, quod diuortii cauſa extiterim, librumque repudij dederim matri veſtræ; ita vt illam habere haud amplius voluerim in ſponſam? Ac ſi dicat. Non inuenietis librum iſtum à me datum. Quin tantum abeſt, vt librum repudii vnquam is dederit eis ex parte ſua, vt contra legem, *e* cui ſubiectum ſe faciebat omnis, qui hunc daret libellum, ſæpius ad illas licèt aduerſatrices, iterum iterumque ſibi aſſumendas paratum ſe exhibuerit, vt per Ieremiam conteſtatus eſt his verbis; *f Vulgo dicitur. Si dimiſerit vir vxorem ſuã, & recedens ab eo duxerit virũ alterum, nunquid reuertetur ad eum vltra? nunquid* E *non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere; & ego ſuſcipiam te.* Quomodo autem à talibus ſpõſis vulnerari is poterat in vno oculorum earum, & in vno crine colli earum, vel in pudico ipſarum amore, cũ inſtar meretricum auerſis à ſponſo oculis ad quoslibet alios amatores eos deflexerint, cumque iugũ eiuſdem è ſuo deiecerint collo? *g A ſaeculo* (ait Dominus ad Ieruſalem) *confregiſti iugum, rupiſti vincula mea, & dixiſti. Non ſeruiam. In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Eccleſia ſancta ipſa eſt, quæ pudico amore ſuo, ſoliditateque connubij illum vulnerat. Ita ſiquidem ſponſa il-

Sororis nomẽ adiectũ nomini ſpõſæ ſignificat incõmutabile vinculũ cõnubii inter Chriſtũ, & Eccleſiam.

c Iere. 3. 8.

d Iſa. 50. 1.

e Deu. 24. 4

f Iere. 3. 1.

g Ier. 2. 20

DE ECCLESIA.

sa illius iugiter perseuerat, sicut perseuerat & soror. Ac sicut fieri non potest, vt quæ nata est soror alicuius, soror vnquã non sit illius, Ita nec fieri vnquã põt, vt Ecclesia Catho. q̃ Christus semel spõsauit, sponsa illius esse desinat. Vnde Dauid in Epithalamio cælestis sponsi descripto in Psal. 44. ait: *a Adstitit Regina à dextris tuis*: super quæ verba Chrysost. hom. in Psal. 44. ait; Alius interpres pro *adstitit*, habet: *Stabilita est*, hoc est, firmiter stetit, immobiliter. Quod alibi dicit Christus; *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam*. Quin vox ipsa Græca ἐστάθη, quam interpres Chrysostomi vertit, *stabilita est*; maiorem vim habet ad significandam firmitatem cõnubij istius inter Christum, & Ecclesiã. Propriè.n. significat: Tanquã columna immobilis stetit, vnde Apostolus ad Timot. Ecclesiam ipsam dicit: *b* Columnam, & firmamẽtum veritatis. Et idcircò eodem temporis momento, quo illam sponsare dignatus est in Incarnatione, sic sponsalitiam ei cõtulit dignitatem, vt simul eidem & sororis contulerit prærogatiuam, neque enim simpliciter carnem sumpsit, aut natus in ea carne est, quam sibi creare potuisset, sed, vt frater esset Ecclesiæ, vtve sororem veraciter appellare illam posset, carnem ex Adam communi desumpsit Patre, cũ de virgine est natus, & è purissimis sãguinib. 11 filiæ Adæ conceptus. Maximam igitur vim habet, quod sororem suam eam dicit, & sponsam; Aeque est enim ac si dicat,

Simile. — *a Psal. 44. 10. Chrisost.* — *b 1. Ti. 3. 15.*

PARAPHRASIS.

Vulnerasti cor meum, quia sic *sponsa mea es*, sicut & *soror*: & quia, sponsa mea cum sis, instar sororis virginem te in perpetuum mihi exhibes castam, à me tuos nunquam auertens oculos.

Porrò tametsi Ecclesia ipsa plures oculos habeat, sanctos videlicet Angelos, quorũ intuitu fideles quosque *c* custodit in omnibus viis eorũ; Prophetas, qui idcirco Videntes sunt appellati, qd oculorum munere fungerentur; Reges, ac Principes in sceptro, & *d* in virga vigilãte Ieremiæ ostẽsus: Prælatos *e* vigilias custodientes super gregẽ suum: Sacerdotes, atque Doctores, in quorum persona dicebat Iob: *f Oculus fui cæco*: Necnon & eos, qui contemplationi diuinorum addicti sunt. In vno tamen potissimũ istorum oculorũ vulneratũ se, ait cælestis sponsus, in vno ordine contẽplatiuorum, quos semper in se coniectos animaduertit: atque vni huic operi indulgentes, vt nouis semper accessionibus diuinũ in se suscitent amorem. Quinimo, cum plures in hoc vno ordine sint contemplatiui, plures quoque & oculi, significati per septem illos oculos, quos *g* Zaccharias vidit super lapidem vnum, idest Christũ, lapidem probatum, angularem, pretiosum, perpetuo illũ contemplantes, in vno illorum vulneratũ se, inquit Deus. Tanta.n. est vis contemplationis, quam Dominus *h* optimam partem iure appellat in Euangelio; vt nedum totus contemplatiuorum ordo simul, sed & vel vnus duntaxat eorum sufficiens sit ad vulnerandum cor Dei.

Oculi ecclesiæ multiplices. — *c Psal. 90. 11.* — *d Iere. 1. 11.* — *e Luc. 2. 8.* — *f Iob. 29. 15.* — *Contemplatiui sunt præoculi super vnum lapidem.* — *g Zac. 3. 9. Contemplationis quanta sit vis.* — *h Lu. 10. 42.*

Quoad tertium cælestis sponsus eodem modo dicere potuisset: *In vno capillorum tuorum*; sicut iã dixerat: *In vno oculorum tuorum*: cum capillus ita Religiosum significet, sicut oculus cõtemplatiuũ, efficacius nihilominus hoc modo loqui voluit. *In vno crine colli tui*; tametsi ab vnoquoq; eorum, qui verè Religiosi sunt, vulnerari se, sentiat, per hanc namque locutionis formam duo subindicat, per quæ potissimum Religiosus quisque cor eius vulnerat. Alterum in vocabulo crinis. Alterum in eo, quod crinem colli, non capitis eum appellat. Crinis quippe hoc loco, vt colligitur ex originalibus

A Hebr. & Sept. ostensumque est in fine primæ expositionis, haud sumitur pro vno duntaxat capillo ab aliis seiuncto: sed pro multis capillis simul connexis, ac instar serti cuiusdam simul inuolutis in modum tricarũ, qui collum, atque ceruices exornant, cum à puellis pendentes deferuntur. Appellans ergo Religiosos crinis nomine, dum se ab illis vulneratum testatur, significat, vulnus istud ab eis sibi inflictum, per id, quod, iuxta Apostoli consilium, in hoc maxime suum intendunt studiũ, vt soliciti seruẽt vnitatem spiritus in vinculo pacis; atque adeo, vt hanc ipsam eorũ vnitatem designaret, aptissime dixit, *Vulnerasti cor meum in vno crine, In vno crine*, non in vno capillo, quia haud bene B placita sunt Deo feruentiora illa Religiosi studia dilectionis, quæ detestandam illam singularitatẽ sapiunt. Et ideo quantũcunque intẽsius in ipsum iaciantur, haud valent, nedum vulnerare, sed vel attingere cor illius. Tunc vero altissimũ, & inaccessibile cor istud vnusquisque Religiosus, vnusquisque capillus vulnerat, cũ, etsi solus bonũ aliquod operetur, dum tamen id operatur, non modo cauet, vt nullum fratrem scandalizet infirmiorem, sed & satagit, vt ædificationem præbeat vniuersis. Huius planè opera, sanctaque fratrũ in eis operibus connexio sic Dei cor penetrant, sicut & odor pretiosi vnguenti cor penetrat odorantis: *i Vnguento*, enim, *& variis odoribus delectatur cor*: ait Salo- C mon, vnde in Ps. Dauid ostendere volens, quã bona quam iucunda, ac potens sit ista Religiosorum connexio, cum dixisset: *k Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnũ*, subintulit, *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbã Aaron*, Ac si diceret. Sicut pretiosissimum illud vnguentũ ex multis, suauissimeq; redolẽtibus aromatib. confectũ, quo vnctus erat Aaron, dũ, ingrediẽte illo in Sãcta Sanctorũ, ab eius capite descẽderet in barbã, cor Dei penetrabat, & oblectabat. Ita & sancta Religiosorum fratrum in vnum commoratio, vnaque in bene operando conuersatio iucundissimo planè vulnere idem Dei cor sauciat. Ideo veraciter is ipse, qui se vulneratum sentit, ad Ecclesiam, cuius capilli ij sunt, ait: *Vulnerasti cor meum in vno crine*.

DE ECCLESIA.

Religiosi vnione spiritus feriunt cor Dei. — *Singularitas Religiosis etiam in operib. sanctis, vel prodest, nihil potest.* — *i Pro. 27. 9.* — *k Psal. 132. 1.*

D Apte vero, & valde ad propositum addit. *Colli tui*, non, *In vno crine tuo* simpliciter, sed, *In vno crine colli tui*. Per hoc quippe adiectum duo simul significat. Et modum, quo omnes, ac singuli Religiosi prædictam seruare queant vnitatem spiritus vt Dei cor vulnerent, non solum in communibus studiis, & cum in communi conuersatione, vel in choro, vel in exercitio manuum, vel in communibus aliis obseruantiis sedulos se exhibent, sed & cum vel in cellis conclusi, vel alibi quoque in publico præcipuum boni aliquid operantur. Et alte- E rum illud, per quod ab illis vulneratur, vnã cum iam exposita vnitate spiritus, id autem est omnimoda dependentia à voluntate sui Prælati, ac perfecta sui ipsius in eumdem Prælatum resignatio: hac siquidem vna facillime vnusquisque in quibuscũque actionibus, siue quas publice, siue quas priuatim exercet, sanctam seruat fratrum cõnexionem, & vnitatem spiritus, quatenus nihil agere tẽtat, quod Prælato suo non aperiat, quodve eius nõ sedeat arbitrio. Hac & cor Dei vulneratur ab iisdem, quando per obedientiam, quã à Prælati voluntate dependent, arcte illud ligant, sicque denunciant, vt de Deo ipso sic audacter loquantur: *Tenui eum, nec dimittam*, vt latius explicatum est supra in tertia expositione prædictorum verborũ vers. 4. cap. 3.

Obedientia Religiosi efficit, vt Religiosus in cunctis operibus suis vulneret cor Dei. — *Cant. 3. 4.*

Pon-

DE ECCLESIA.

Religiosi quò depẽdere dicant à voluntate Prælatorũ.

Ponderandum hoc loco est, qua ratione cælestis sponsus tam efficacem istam Religiosorum dependentiam exprimat, appellando Religiosos ipsos vnum crinem colli Ecclesiæ. Circa hanc autẽ appellationem duo in primis supponenda sunt: Et quòd collum Ecclesiæ sint eius Prælati, vt probatũ est supra in expositione 2. vers. 4. huius capitis: Et quòd Religiosi, cum capilli eiusdem Ecclesię sint, in Deo eius capite radices habeant, Deoq. proximius, quam reliqua Ecclesiæ membra inhæreant: id quod etiam supra probatum est fusius in secũda expositione encomii capillorum, quod habetur in primo vers. huius capitis.

His suppositis: patet, ex hac appellatione, qua Religiosi dicuntur crines colli potius, quam capitis Ecclesiæ, & significari primò, illos ita in Deo radicatos, Deove inhærentes esse debere; vt à Prælatorum voluntate omnino dependeant, Dei voluntatem in voluntate eorum expositam tenentes: sicve illis obtemperent, vt radicẽ charitatis, qua Deo inhærent, fixam in eodem vt in capite seruẽt Deo, non hominibus seruientes. Significatur tamen insuper per idipsum, tanti Deum facere perfectã istã Religiosorum à Prælatis suis dependentiam; vt tamen re vera ij magis dicendi essent eius, vtpote qui ab ipso vitam habeant, vt capilli à capite, ac propter ipsum Prælatis obtemperent; haud tamen crinem capitis eos nuncuparit, sed crinem colli; testatum nimirum per hoc faciens, haudquaquã capitis crinem esse posse Religiosum, qui colli non sit: Et è vestigio, eum, qui colli crinis sit, à Prælati voluntate dependens, esse pariter & capitis, iuxta illud: *a Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Nec abs re est, quòd in Originalib. tam hebraicis, quàm Sept. non vnius colli crines dicti sunt, sed in plurali crines collorum: per hoc quippe persuasum vnicuique sit, Religioso, haud vni duntaxat sibi obtemperandũ superiori; sed oĩbus, & singulis, quotquot ei Deus præesse voluerit.

Obedientiã Religiosorũ quæ dependet à volũtate Prælatorũ, quãti faciat Deus.

a Luc. 10. 16.

Obedientia in eo ipso, q subijcere subditum superiorem reddit, & est ornamentũ Prælato.

Aduertendum est autem, ita Religiosos, vt sunt crines colli Ecclesiastici, è collo ipso pendere, vt haud subtus collum sint, sed super collum: quia in ipsamet subiectione, quam Prælatis exhibent, in ipsamet dependentia ex eorum voluntate illis superiores quodammodo sunt, iuxta illud Euãgelij: *b Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator.* Denique sic è collo pendere crinis hic dicitur, vt pro ornamento ipsimet collo inseruiat: nam re vera Religiosi in eo ipso, q à Prælatorum voluntate dependent obtemperantes præceptis eorum, Prælatos ipsos exornant: vnde in libro Ecclesiastici dicitur: *c Iudicium Patris audite filii, & sic facite, vt salui sitis: Deus enim honorauit Patrem in filiis:* quatenus scilicet per obedientiã, quam patribus præstant filii, honorem, ac decus eis conciliare voluit.

b Luc. 22. 27.

c Eccli. 3. 2.

Quoad quartum: vulnerat Ecclesia cor Dei, cum perpetuo per vulnus illud charitatis, quo ab illo sauciata iamdiu est, perseuerat esse pudica ipsius sponsa: Vulnerat autem alio modo in contemplatiuis vt sic; alio verò modo in Religiosis quatenus Religiosis: Ac tam in istis, quàm in illis vnum idẽque vulnus ei infligit, idemque ipsum sæpius satagit renouare. In Religiosis vulnerat eius cor: quatenus cum eius voluntate, quã frequentissime cor ipsius appellant sacræ paginæ, ita arctius eos constringit, ac religat, vt quodammodo vulneratus ex ipsa voluntate sua effundat in dilectissimã spõsam vitã charitatis, ac miserationum, de qua in psalmo dr̃: *d Et vita in voluntate eius:* sicve sicut per vulnus carnali cordi inflictũ, vnà cũ sanguine effunditur

Per coniunctionẽ volũtatis suæ cũ voluntate Dei Religiosi vulnerãt Deum.

d 1. Reg. 2. 35.

Michaelis Ghislerij.

DE ECCLESIA

A & vita: Sic perfectius vulnere in corde voluntatis suæ sauciatus Deus vna cũ sanguine vitã miserationũ suarũ suo modo effundit in Ecclesiam; adeo, vt iure optimo ipsemet dicere queat, quod apud Isaiã dixit aliqñ: *e Vocabitur uoluntas mea in ea:* vbi pro, *voluntas mea*, in textu hebraico est חפצי chephzi: notum est aũt iis, qui hebream linguam callent, dictionem חפץ hephetz, ita significare ardẽtẽ voluntatẽ, vt simul connotet voluptatẽ, dilectionẽ, desideriũ, delectationẽ, studium, atq. negotiũ: vulneratus namq. in corde Deus eo mõ, quo dictũ est, ita quodammodo vitam in Ecclesiam effundit, ac si totum suũ uiuendi institutum in illam transfuderit, totam & dilectionem; totamq. voluptatẽ, ac studium oẽ, omneve desiderium suũ; quã metaphoricã, ac spiritalem transformationem, ac vulnerationem ipsamet Ecclesia aliis verbis in c. 7. huius Cant. exprimet, dicens: *f Ad me cõuersio eius.*

d Is. 63. 4.
d Act. 13. 22.
e Ps. 29. 6.

Simile.

Vulnus inflictũ volũtati Dei vitã ex ipsa facit promanare.

e Isa. 62. 4.

f Cãt. 7. 10

Hocque idem vulnus, quod in Religiosis, vt crines colli sui sunt, religando arctius, diuino infligit cordi, alio quoque pacto eodem tempore ipsamet Ecclesia in contemplatiuis, qui oculorum vices in se gerunt, vel etiam in uno eorum eidem infligit. Sicut enim corporales amatæ oculi carneum amantis cor uulnerant, emittendo ex se subtilissimum sanguinem spirituosum à corde dimanantẽ in obuios amantis oculos, ac per oculos, tamquam iaculum in eiusdem cor eum immittendo, prout ex naturali philosophia ostẽsum est supra; Ex quo C vulnere postmodum & i animo quoque metaphorica fit uulneratio, & transformatio spiritalis. Ita & contemplatiui, dum instar oculorum continuo obtutu in Deum coniecti sunt, in obuios Dei obtutus ex intimis præcordiis suis spiritosum sanguinem precum suarum (præces. n. sanguinem esse exinde probat Clemens Alexãdrinus, quia *g* de sanguine Abel iusti Deus in Genesi dixit, quod ipsum interpellet) iniiciunt, sicve tamquam iaculis intima per eas penetrant præcordia charitatis ipsius: atq. adeo uulgato uocabulo breues illæ, spiritosę, atq. feruẽtes preces, quas frequẽtissimas in cõtẽplandis diuini, mysteriis fundunt, orationes iaculatoriæ nuncupantur: quòd & configunt, & uulnerãt uulnere charitatis, ut iam explicatum est.

Contemplatiuis quò cor Dei vulneretur.

Simile.

Clem. Alxand. lib. 1 pædag.

g Gẽ. 4. 10.

D Admodum uerò efficacior est alius significatus uerborum textus hebraici, ac uersionis Sept. secundum quem Deus ait: *Abstulisti mihi cor:* magis enim, & significantius modum explicat prædictæ uulnerationis cordis Dei: & insuper aliud subindicat latens mysterium, Quomodo scilicet contemplatiui, ac Religiosi, seu Ecclesia in illis Dei uoluntatem, quam cor eius esse, ex usu sacrarum scripturarum suppolui, ab illo auferant, uoluntatem, inquam qua is iniquorum hominum peccata respiciens, punire eos uellet secundum iustitiam, quam ue ex eo, quod minis ab eo significatur, uoluntatẽ signi appellare solent Theologi.

E Porrò in eo ipso, quòd in prædictis duobus mẽbris suis auferre sic potest cor Dei, aliud quoque per eadem membra simul efficit, quod & maiores indicat uires charitatis eius, & uehementiorem incutit admirationem, id uerò illud est, quod per tertium eorumdem uerborum significatum ipsemet testatus est Deus, dicens; *Indidisti nobis cor.* Enimuero contemplatiui, atque Religiosi charitate flagrantes, nedum uoluntatem diuinam eo modo, quo dictum est, auferre ualẽt, sed &, quod maius est, in locum eius, quam auferunt, suam ipsorũ & quæ cor ipsius Ecclesię est, in intima Dei uiscera immittunt uoluntatem, efficientes nimirum, ut pro uoluntate, qua punire uolebat iniquos, uoluntatem

Ecclesia quæ in cõtẽplatiuis, & Religiosis auferat à Deo cor voluntatis eius dando eidẽ cor voluntatis suæ.

DE ECCLESIA. tatem iam Deus habeat Ecclesiæ sponsæ suæ, qua A eisdem placetur, & opem ferat. Neque verò, absurdum videri id cuipiā debet, quasi Deus instar hominis constituatur mutabilis, cum è vestigio constet, firmissime tenendum id, quod per Malachiam de semetipso is dicit: a *Ego Dominus, & non mutor*: Nam, etsi vna re vera in Deo sit, & simplicissima voluntas, vnus simplicissimus voluntatis eius actus; verissimum nihilominus est, ipsam vno illo simplicissimo actu, ea ratione complures res velle, vt ansam nobis præbeat distinguēdi ex nostro modo concipiendi in ea multos, variosve, ac sæpe etiā sibi inuicem contrarios volendi actus: atque insuper plures, atque distinctas in eadem constituendi voluntates, quod certè fieri minime posset, nisi infinita ea esset. Hinc fit, vt Theologi vnimet Deo assignent voluntatem signi distinctam à voluntate beneplaciti, & voluntatem antecedentem distinctam à voluntate consequente: Voluntatemque ipsam signi distinguant in illas, quas Deus significat vel per præcepta, vel per consilia, vel per probibitionem, vel per permissionem, vel etiam per operationem aut minis, aut facto exhibitam. Istam porrò volūtatem vltimam operationis significatā per minas, vel ēt per aliqua intentata flagella ab se ablatam innuit, cum dixit: *Abstulisti cor mihi*: Inditū autem simul & cor, & voluntatem Ecclesiæ: non quia dum remittit pœnam intentatam, & propitius sit peccatoribus, id contra voluntatem efficiat: quinimo adeo potens est eius charitas, qua suam prosequitur sponsam, vt hoc ipsum, quod ex voluntate illius est, voluntatem suam pronuntiet magis, quàm illam primam: hanc quippe, quæ merita consequitur sponsæ, ac membrorum eius, & idcirco voluntas consequens à Scholasticis appellatur, ineuitabiliter reddit efficacem, vtpote sibi etiam maxime placitam; atque adeo voluntatem beneplaciti nuncupatam; primam verò illam quasi non propriam reputat, vnde & per Prophetam dixit aliqn: b *Nunquid voluntas mea est mors impii?* Et, c *Nolo mortem impii, sed vt conuertatur à viis suis, & viuat*; libentissimeque idcirco, & summa cum voluptate illam à se abstrahi finit. Modus, quo spōsa eius Ecclesia cor, atque volūtatem hac ratione Deo & aufert, & tribuit, is ipse est, quo eamdem cor illius vulnerare, ostendimus; per spiritales oculos, & per contemplatiuos iniiciendo in eum feruentes orationes iaculatorias ex intimis præcordiorū affectibus prodeuntes: Per Religiosos verò, & crinem colli religando, ac constringendo per obedientiā primam illam eius voluntatem, & voluntatem suā vinciendo voluntati diuinæ; adeo vt per arctā cōstrictionem istiusmodi ex illato vulnere effundatur vita bonæ voluntatis. Horum omnium exemplum in vna habemus historia, quæ in libro Exodi d refertur. Irato enim Domino contra populū Israel propter peccatum idololatriæ, quod commiserat in deserto, adorando vitulum; ac propterea minis Moysi significante volūtatem suam, qua volebat populum illum è medio tollere; Vnus Moyses, qui instar Religiosorum à reliquo populo segregatus secesserat i mōtem Sina, vbi per quadraginta dies, vt verus contemplatiuus vni vacauit studio contemplationis, totus in Deum defixus & per obediētiā suā, & pferuentissimas preces voluntatē illā, q̄ ei Dn̄s significarat, cōstrinxit; ita vt pro illa vulnere Deus exclamarit: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam*; eamdemque voluntatem ab eodem abstraxerit, vt patet per hæc verba, quę in textu subiecta habentur illicò post Moysis preces;

a Malach. 3. 6.

Voluntas Dei quo mutetur.

b Ezec. 18. 23.

c Ezec. 34. 11.

Ecclesia quo modo auferat voluntatem Dei.

d Exo. 32.

Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Quin & iuxta uoluntatem Moysis populo eidem iterum legem digito suo inscriptam largiri uoluit, eumque in terrā promissionis introducere, ut ex consequentibus constat, ac si Moyses ipse suam uolūtatem, suumq. cor illi īdidisset, ablata ab eo uolūtate, & corde ipsius.

In iisdem spiritalibus oculis, & colli crine, pari quo ratione excitatur eiusdem Dei cor ab ipsa Ecclesia ad benefaciendum populo suo; ita ut propterea iuxta uersionem Symmachi dicat: *Excitasti cor meum, soror mea sponsa; excitasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Enimuero B illam uoluntatem beneplaciti, qua Deus decreuit, bonum aliquod præstare fidelibus suis, uel etiam infidelibus, precibus ipsis suis, suaque obsequenti resignatione contemplatiui in primis, atque Religiosi sic excitant, ut ad effectum deducatur: cuius rei exemplum in uno habemus Daniele, quem iure optimo & inter contemplatiuos, & inter mortificationi indulgentes Religiosos adnumerare fas est. e Is quippe illam Dei uoluntatem, quā Jeremię significatā norat, quaue decreuerat Deus post septuaginta annos populum Iuda è Babylonica captiuitate liberare, ita feruentibus suis excitauit precibus; ut in ipsomet tempore, quo preces fūdebat, Angelum Gabrielem ad illum Deus destinarit, qui ei nedum eductionem ex illa captiuitate instantem, sed & aduentum Messiæ nūtiaret, quo C diabolica tollenda erat captiuitas, & insuper determinatum eius aduentus tempus indicaret.

His fusius explicatis iam facile est, breuem, ac paraphrasticum eorum, quæ per hanc sententiam dicuntur, assignare sensum: Aeque est namque, ac si cælestis sponsus diceret.

Vulnerasti cor meum Ecclesia per id, quòd *sponsa mea* cum sis, tu sola ita perpetuo mihi es sponsa simul, ac *soror mea* effecta, dum è parentib. ipsis tuis carnem sumpsi: ita mihi sponsata, vt instar sororis uirginem in perpetuum te te mihi exhibeas castā: ita pudica, ut tuos in me unum coniectos semper habeas oculos. Tametsi autem multi tibi sint oculi, quos uniuersos ad me seruas directos, in uno nihilominus præsertim eorum, in ordine eorū, qui D contemplationi indulgent: quin uel in eiusmet ordinis contemplatiuo uno uulnerasti item cor meū necnon & in uno Religioso per id, quòd instar crinis se is exhibeat, cum reliquis fratribus connexus in omnibus solicitus seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, ac per id, quòd instar crinis è capite enascentis, atque è collo pendentis, in me capite tuo fixas habens radices charitatis, totus è uoluntate pendet Prælatorum, qui spiritalis colli munia in te exercent: *Vulnerasti*, inquam, *cor meum* in Religiosis, quatenus iis, quasi crine quodam præforti tam arcte cor uoluntatis meæ constrinxisti, ut præ illato uulnere uitam uolūtatis, dilectionis, ac uoluptatis meæ in te effuderim. *Vulnerasti & in uno* E contemplatiuo, ac uehementius in contemplatiuis omnibus, qui in te sunt, quatenus ij in ipsomet contemplationis studio spiritosas ex intimis præcordiis suis in intima bonæ uoluntatis, & charitatis meæ præcordia preces iicere iaculatorias. Nedum uerò *vulnerasti cor meum, soror mea sponsa*: sed & *abstulisti mihi* ipsum *cor* uoluntatis meæ, ac simul *indidisti* item mihi *cor* uoluntatis tuæ, uinciens illud *in ipso crine colli*, in sanctis Religiosis per exactam obedientiam ipsorum, illudue abstrahens à me: ac per iaculatas contemplatiuorum preces in me iniiciens cor uoluntatis tuæ: efficiens, ut, dimissa uoluntate puniendi peccatores, quam

DE ECCLESIA.

Ecclesia quo excitet voluntatis Dei in cōtēplatiuis, & in Religiosis.

e Dan. 9.

PARAPHRASIS.

quam & minis sæpe significatam, iuxta tuam volũtatem & parcerem, & propitius illis opem ferrem. Quin & ipsam meam voluntatem beneplaciti, qua bonum in te conferre decreueram, *in eodem oculo, ac crine colli tui*, iisdem precibus, ac resignatione eorum effecisti, vt ad effectum deducerem quã tocius, sicve *excitasti* etiam *cor meum* in illis.

Vers. IX. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Pia.

Cur sponsa declaret, quo vulnere vulnerata sit, nempe charitatis; sponsus verò vulneratũ simpliciter se dicat à spõsa.

Consuetum quidem in mundo nouimus, vt sorores, ac sponsas vulneribus contingant homines, qui honoris, ac boni nominis rationem habere profitentur; idque propter aliquid impudicitię quod ab illis commissum præsenserint: At nequaquam idem moris esse, animaduertere est, vt sorores, aut sponsæ vulneribus vel fratres confodiant, vel sponsos. Vulnera nihilominus illarum frequẽtissima esse, non ignoramus, quibus corda transfigunt sponsorum, ac fratrum; at vulnera earum pudicitiam præseferunt, haud ferro, sed ipsamet pudicitia, & charitate inflicta. Hinc est, quòd, cũ spõsam, aut sororem à viro vulneratam audimus, ni aliud addatur, ferro vulneratam illam intelligamus: E vestigio verò, cum à pudica sorore, vel sponsa vulneratum se, ait quispiam, absque alia explicatione, charitatis vulnera illico percipimus, quæ ipsâ infliguntur pudicitia: Atque adeo sponsa, quæ in Cantico isto repræsentatur pudicissima, vulneratam se aliquando à sponso significare volens, nequam impudicitiæ suspicionem subiret, rationem explicauit vulnerationis suæ, ideoque tum in c. 2. tum in c. 5. iuxta versionem Sept. dixit: *a Vulnerata charitate ego sum*: quasi gloriabunda de vulnere, quod insignem argueret pudicitiam. At spõsus absq. vlla explicatione in hoc vers. simplicitet vulneratum se ait ab ea, quæ & soror, & spõsa sua sit: dicens quippe: *Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa*; satis perspectum habuit, id ex communi cõceptu de vulnere intelligendum, quod ex sororis, ac spõsæ pudicitia prouenisset. Quamquam, vt qualis ea esset sororis, ac sponsæ suæ pudicitia, omnibus innotesceret, addat postmodum iterum: *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*: efficacior tamen ista est locutio ad significandum vulnus per pudicitiam inflictum; dum Christum Deum, ac hominem esse supponimus, qui hic loquitur, sponsum vniuscuiusq. animę sanctæ, atque ad piam animam hæc ipsa loqui.

a Cãt. 2. 5. Cant. 5. 8.

Vt autem tota vis istius orationis percipiatur, operæpretium est, vt iuxta eum sensum, quem primo loco in prima litteræ expositione attuli, eam explicem: explicati verò non poterit benè, ni prius constet; Quomodo pia quæque anima soror simul, ac sponsa Christi sit: Quomodo Christus, Deusq; ipse vulnerari queat: Et modus, quo pudicus amor illum vulneret: Quis sit vnus animæ oculus, quisve vnus colli crinis: Et qua ratione piæ animæ vulnus in diuinum cor infligatur. Hæc ergo declaranda sunt, sensusque tunc facile percipietur.

Pia anima soror Christi est per gratiam, spõsa verò est eiusdẽ per actualẽ vnionem, ac deuotionẽ.

Quoad primum: Soror Christi iure optimo dicitur pia anima, quatenus per gratiam, qua sanctificatur, *b* diuinæ est consors naturæ: *c Qui enim* *sanctificat, & qui sanctificantur ex vnõ omnes*, inquit Apostolus: licet autem per hoc ipsum, quòd iustificata per gratiam, diuinæ naturæ facta est consors, sponsæ pariter Dei dignitatem obtineat; hoc tamẽ loco, cum nedum sororem, sed & sponsam suam Christus eam appellat, per ipsum sponsæ nomen magnum aliquid aliud in ea significare cẽsendus est: Sororis enim nomine id tantùm significat, quòd ex vno & illa sit, quæ sanctificata est, & ipsemet, qui eam sanctificauit: at vocabulo sponsæ significat insuper, quòd vnum sint ipse, & illa: Sicut enim carnales sponsi in duobus corporibus vna caro sunt, iuxta illud: *d Erunt duo in carne vna*: Ita & in spirituali hoc connubio vnum sunt & pia anima, & Christus; vnum, inquam, dilectione, & spiritu, prout declarat Apostolus his verbis: *e Qui adhæret Deo vnus spiritus est*: quibus in verbis ponderandum id, quod dicitur: *Qui adhæret Deo*: per hoc quippe innuitur, istam cum Christo vnionem spiritus tunc potissimum in anima fieri, cum anima ipsa actualiter Christo adhæret spiritu: Quæ sanè actualis piæ animæ adhæsio ad Christum per actualem deuotionem fit, cum anima voluntatem promptam semper habet ad faciendum id, quod ad Christi gloriam spectat, cumque haud diuisa est, sed ea tantùm cogitat, quæ sunt Christi. Hocque magnum id est, quod nomen sponsæ addit ad nomen sororis, dum tam illud, quàm illud vni tribuitur animæ, atque adeo ita adiectum hoc loco est istud sponsæ nomen, vt eximia significetur eius animæ perfectio. Neque enim e.e omnes animæ, quæ sunt in gratia, ac per ipsam gratiam diuinę naturæ sunt consortes, Christique sorores, appellari possunt & sponsæ eiusdem Christi, si sponsæ nomen strictè sumamus, complures namque reperire est, quæ existentes sine peccato mortali, gratiam quidem habent, & nihilominus diuisæ sunt, vt loquitur Apostolus *f* de muliere nupta, cogitationesque & ad Deum, & ad mundum habentes (loquor semper absque peccato mortali) haud tamẽ, vt sponsæ Christi cum Propheta dicere possunt, *g Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino meo spem meam*, qui a dictę vnioni cum Christo non indulgent, studentes, actualem deuotionem semper habere, quam certè quæ habet, & soror, & sponsa iure optimo à Christo dicetur. Hęc porrò actualis deuotio cum pudicissimi erga Christum amoris specimen maxime exhibeat, tantum habet roboris vt Christi cor valeat vulnerare, ita vt propterea ille talem intuens animam, sic eam alloquatur, *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa*.

b 2. Pet. 1. 4. c Heb. 2. 11. d Genes. 2. 24. e 1. Cor. 6. 17. f 1. Cor. 7. 34. g Ps. 72. 28.

Pudicus piæ animæ amor cor Christi vulnerat.

Pia anima vulnerat cor Christi per omnimodam cõformationẽ ad illius humilitatẽ ac passionem.

Quamquam idem sponsę nomen adiectum ad nomen sororis, & aliud insuper non minoris momenti in eadem anima celebrat, omnimodam nimirum eius conformationem ad Christum. Enim uero, si consuetum rerum ordinẽ spectemus, haud statim ac puellam sororem dicimus alicuius, illam ei, cuius est soror, conformatam significamus, ita vt, si is pauper, aut diues sit, si prosperã, vel aduersam habeat fortunã, si extorris sit, & ipsam eo modo habere se, existimemus: Nam soror non sequitur sortem fratris, nec subiecta est fortunę illius; sed quamdiu superstes est pater, patri conformatur in sorte, ac in fortuna, ita vt, si pater diues sit, prępotens, secundisque rebus excelsus in domo sua, quæ filia ipsius est, quamdiu in domo eius manet innupta, & ipsa diues censeatur, ac particeps felicitatis illius, quomodocunq. aliàs se habeat frater. At verò puella eadẽ, cũ sponsa efficitur, nõ iam amplius patri conformis est, sed sponso; nec sequitur sortem patris, sed sponsi, sicut vi matrimonii trahitur

Michaelis Ghislerii.

DE ANIMA.

bitur ad domicilium sponsi. Quia igitur anima, quatenus Christi soror, conformis ei est in aliqua-
li duntaxat eiusdem naturæ participatione, quatenus per gratiam summi Patris naturæ consors est; haud tamen per hoc significatur, quòd conformis eidem sit in humilitate, in angustiis, & in mortificatione; quin potius istud sororis nomen, dum filiam eam arguit cælestis Patris, qui præcelsus est, nulli miseriæ obnoxius, omnique felicitate exuberans, celsitudinem pariter, atque felicitatem in illa designat. At verò cum idemmet Christus animam quampiam nedū sororem appellat, sed & spōsam: quia, non quatenus Deus excelsus, atque beatus, verùm quatenus homo in humilitate carnis humillimus, pauperrimus, ærumnis, ac doloribus circundatus, eius est sponsus; ita illam sibi consortem esse designat, vt in omnibus, & per omnia cōformis pariter sibi sit, haud alta sapiens, sed humilib. consentiens, & mortificationem ipsius in se portans, mortificata tota die. Atqui per hanc quoque conformitatem, sicut & per actualem deuotionem ab illa in corde se vulneratum designat, dum ait: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa*, idest.

PARAPHRASIS.

Vulnerasti, ò Anima *Soror mea*, me in corde: quia sponsam meam pudicissimam te conspexi, deuotā, actuque mihi adhærentem, & mihi vt sponso tuo conformatam in humilitate, & resignatione in tribulationibus.

Quia tamen haud omnes perciperent hæc, quæ latenter sub sponsæ nomine adiecto ad nomen sororis significabantur: vt vniuersis, atque ipsimet animæ fieret conspicuum, quòd in prædictis duob. ab ipsa vulneratus esset, manifestius se explicans, adiecit: *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorū, & in vno crine colli tui.*

Duo oculi pia animæ qui sint.

Pro quorum intellectu, sciendum, duobus quidem oculis spiritalibus vnamquamque animam esse præditam: altero, quo Deum contemplatur, atq. diuina: altero, quo aliis rebus huius mundi, tametsi spiritalis sit, intenta est, vtpote sibi ad vitā in terris degendam necessariis. Porrò, quæ verè sponsa Christi est, actualiter deuota, illive adhærens, sicut vnum cum ipso est, ita & ambos oculos suos in vnum redactos illi exhibet videndos, vt meritò is eius admirans pudicitiam, quæ, etiam secundū, latera Aristotelis, in oculis maxime elucere solet, quamve ex illo vno eius percipit oculo, exclamet,

Duo oculi animæ piæ quā vnus oculusque vulneratur cor Christi.

Arist. sect. 31. problem. q. 3. tom. 6

Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, idest in eo, quod tu te mihi intendentem aduerti, ac si vnum duntaxat oculum haberes; vi nimirum amborum oculorum in vnum redacta, quem in me vnum coniectum mihi exhibes. Quod certè tūc fit, cum anima, iuxta præceptū sponsi, *a* primum quærit regnum Dei, pro certo habens, iuxta eiusdem pollicitationem, reliqua vniuersa, quæ ei necessaria extiterint, sibi adiicienda. Tunc homo consolatione fulcitur (inquit Ambros. serm. 11. in Psal. 118. super illa verba: *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes; Quādo consolaberis me*) cum oculus mentis, & oculus corporis, vnus oculus fiunt; cū caro, & mens diuersa non cupiunt, sed vnum inquirunt: ita vt intendat ad eū, qui dicit: *b Ego & Pater vnum sumus*; ipsi quoq; se vnum esse contiteantur, quia vno, & eodem desiderio, officioque funguntur, intendendi scilicet in sponsum.

PARAPHRASIS.

a Mat. 6. 33

Ambros.

b Io. 10. 30

Sicut autem per hanc iugem, & actualem intentionem, atque deuotionem hac ratione ita existens sponsa cor spōsi vulnerat in vno oculo, quę ex duobus oculis suis vnū exhibuit, Ita pari rōne sponsa eiusdem Christi humilis ac tribulati, humilis &

A ipsa, & ærumnis exposita, tribulationibusve mortificata in eo illius cor vulnerat, q. multiplices, & quę prius effusæ erant, cogitationes ei exhibet in vnū redactas, instar crinis colli, è collo pendētes, & versantes circa collum humilitatis, ac perfectissimæ resignationis, & subiectionis in tribulationib. & angustiis. Quamuis.n. mens hominis, quæ capitis locum in anima obtinet tam innumeras proferat cogitationes, quam innumeros capillos & caput profert carnale (capillos.n. animæ ipsas mentis cogitationes esse, ostensum est supra in tertia expositione illorum verborum; *c Capilli tui sicut greges caprarum, &c.*) ita vt propterea per Salomonem dicatur: *d Multæ cogitationes in corde viri*; quæ circa faciem effusæ impediunt, ne oculi Deū videāt;

Humili vna cogitatione Christi cor vulneratur à pia anima.

c Cant. 4. 1

d Prou. 19. 21.

B Anima tamen Christi sponsa eas oēs in vnum tenet constrictas vinculo dilectionis, qua humilem sponsum suum prosequitur: exhibetque illas in vnum crinem constrictas eidem sponso suo ex velo arctissimæ custodiæ sui ipsius, non quidem ante faciem suam pendentes, sed pendentes è collo suo, quod supra in tertia expositione vers. 4. huius capitis ostensum est, aiæ humilitatem esse, & subiectionem, obedientiam, ac resignationem: propterea is dicit: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa*, q. humillima, mihive vnita in tribulationibus: *Vulnerasti cor meum* in eo, quòd oculos tuos, unum oculum effectos, atque in me unum per actualē deuotionem illum ipsum coniectum ostendisti: nec

PARAPHRASIS.

C non & multiplices cogitationum tuarum capillos in unum pariter crinem constrictos, ac circa collū humilitatis, & subiectionis uersantes exhibuisti.

Alio quoque pacto exponere hæc licet iuxta primum pariter litteræ sensum; ut per hoc potissimū à pia anima uulneratum se dicat Christus eius spōsus, quòd, intente ipsam intuens pudicissimā sponsam suam deuotam, atque mortificatam, uix unū eius fidei oculum, & unam arctam obedientiā ex facie conuersationis eius externo conspectui exhibitas aduerterit: Ac si diceret.

ALIVS SENSVS.

Vulneratur cor Xpi à pia aiā I vna fide, et in vna obedientia.

Hac tua insigni pudicitia, qua sanctam conuersationis tuę faciem, decoraque uirtutum membra operta conseruas intra uelum arctissimæ custodię tui ipsius, *Vulnerasti cor meum*: *Vulnerasti*, inquam,

PARAPHRASIS.

D *cor meum* in hoc, quòd duo tantùm ostendisti, alterum spectans ad intellectum, alterum ad uoluntatem, unum nimirum oculum fidei circa ea, q̄ sunt intellectus, unamue promptissimam obedientiam, & resignationem quoad ea, quæ sunt uoluntatis.

Circa hæc ponderandum discrimen formæ locutionis, atque exactius perscrutanda uis horum, quæ ab sponso dicuntur, secundum istum sensum. Cum enim loquitur de iis, quæ ad intellectū pertinent, ait: *In vno oculorum tuorum*: cum uerò de aliis loquitur, quæ spectant ad uoluntatem, non eodem modo dicit: *In vno crinium colli tui*, sed; *in vno crine colli tui*. Enimuero aīa sancta duas habere pōt cognitiones in intellectu, fidei unam, scientiæ alte-

E ram; duos sanè oculos, ambosque conspicuos, Dei notitiā subministrātes: adiuuat quippe nō modicum & cognitio, quæ per Philosophiam, reliquasue scientias habetur, & ratio ipsa scientifica Dei diuinorumque notitiam: Nihilominus quæ uerè Xpi sponsa est, tametsi ēt scientificis rationib. euideter cognoscat illud ipsum, q. agnoscit & fide; ita ut dici possit, duob. oculis unū, idemq. obiectū intueri: quò tamen pudicissimi sui in Christum amoris specimen exhibeat, uno tantùm illorum oculorum in eum aciem intendit: ita certa per fidei notitiam ea, quæ ad ipsum pertinent, intuēs, ac si nullā illorum ex scientificis rationibus haberet compro-

Duo cognitionis genera sūt duo aīæ oculi, et quō fidei oculo tātū Christus à pia aīa uulneratur.

proba-

DE ANIMA.

probationem; vnius diuinæ reuelationis rationem habens, nullam euidentiæ scientiarum: Idcirco bene sponsus ait: *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*: Non dicit autem simili modo: *In vno crinium colli tui*, sed, *in vno crine colli tui*: quia voluntas vnicuique duntaxat Deo subiicitur, & illud omne, quod voluntatis est, vnico item modo exhibetur Deo per vnam perfectam obedientiam in omnibus, & per omnia, quam anima sancta vnam sponso suo exhibet, tanquam vnum crinem collo innitentem, vt ille per ipsam, tanquam per habenas quasdam eam quocunque voluerit, flectat, atque deflectat.

Obedientia crinis quo vnus solus.

II. SENSVS.

Iuxta secundum litteræ sensum, qui & communior est: Cum pia anima, quę soror Christi est, quatenus in procurando proximi profectu *a* facit voluntatem cælestis Patris; sicut & frater eius Christus; ita vt & de ipsa id dictum intelligatur: *b Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum*: quæ vt & sponsa eiusdem est, propterea quòd ei vnita est in vita contemplatiua: quandoquidem adeo sancta est, vt tam actiuæ, quàm contemplatiuæ vitæ indulgeat pro temporum opportunitate: Cum, inquam talis anima duos habeat spiritales oculos ad similitudinem duorum item oculorum, qui fulgent in corpore, duos intellectus, speculatiuum, & practicum: speculatiuum, quo in vita contemplatiua Deum, diuinaque contemplans, illorum contemplatione oblectatur, illive iucundissime vnitur, in cuius speculatione persistit: practicũ verò, quo circa diuina pariter, & quæ bona sunt, & sancta sic versatur, vt per illorum cognitionem rectè se gerat in vita actiua, singulasve & suas, & proximi operationes secundum illam dirigat, ac reguler; cuius sane intellectus practici habitus præcipuus prudentia est, quæ versatur circa actionẽ. Insuper, cum eadem pia anima, quæ propter sublime gratiæ donum, quo consors est diuinæ naturę, Christi sit soror filii Dei, & sponsa eiusdem Christi sit, quatenus is extitit homo humilis, plenusque angustiarum, humilis & ipsa, atque ęrumnis exposita multos exerceat humilitatis actus, qui ex vno humilitatis habitu per collum designato prodeũt, atque pendent. Cælestis sponsus tam intellectuales oculos, quàm humilitatem eximiam in ea, quæ soror, & sponsa ipsius est, præstantissimo celebrãs encomio, amantium more ait: *Vulnerasti cor meũ, soror mea sponsa; Vulnerasti cor meũ*, &c. Ac si dicat,

a Matt. 12. 50.

b Io. 17. 18.

Pia aĩa soror Christi in actione, sponsa in cõtẽplatione.

Duo intellectus, speculatiuus, & practicus sunt duo oculi animæ.

PARAPHRASIS.

O anima sancta, cum *soror mea* in actione; & *sponsa mea* sis in contemplatione; soror in excelso statu gratiæ, & sponsa in virtute humilitatis, *Vulnerasti cor meum*, tam per actionem, quàm per contemplationem: tam in vita actiua te exercens, quàm cum indulges vitæ contemplatiuæ; tam per sublimem gratiæ statum, quo mihi consors es diuinæ naturæ, quàm per humilitatis habitum, quo mihi conformaris: *Vulnerasti in vno oculorum tuorum*, in vno intellectu practico, & in vna cogitatione tua humili: quanto magis me in vtroque intellectu, tã practico, quàm speculatiuo, & in ipso humilitatis habitu continuato idẽ ipsum vulnerabis cor meũ?

Pia aĩa vulnerat cor Xpi vno oculo intellectus practici, & vna humili cogitatione.

Vocat porrò cogitationem exhibendi vnum actum humilitatis, crinem colli, cum tamen vnus capillus vnam designet cogitationem: quia vnaquælibet deliberatio exhibendi vnum actum humilitatis, quasi ex pluribus capillis in crinis formã connexis, ex pluribus constat humilibus cogitationibus simul iunctis; quibus quæ verè humilis est anima, in isto vno actu magis ac magis demitti vellet.

Vna humilis cogitatio plures iũctas semper habet cogitationes sibi huiusmodi.

Id superest explicandum pro exacta huius sententiæ intelligentia; quomodo vel mente concipere possimus, vt vulnus Deo infligatur, & infligatur in corde ab vna anima sancta præsertim cum vi à cum vulnere adiuncti & alii sint effectus per diuersas Interpretum versiones subindicati, qui magnam in Deo præseferunt factam mutationem. Sanè, si anima esset, quæ vulneratam se diceret, ablatum sibi cor, & alia, quæ vno hebraico verbo significari ostendimus, grandem incuteret admirationem: cum tamen exploratissimum sit, vnum Paulũ Apostolum ita diuina charitate vulneratũ, vt trãsformationem cordis, eiusdemque cordis sui ablationem passus sit, & cor Christi sibi inditum acceperit; vnde & fiduciam, animumve grandẽ assumpsit, à Christo excitatus: quandoquidem ea omnia modicis verbis in se ostendit exhibita, cum dixit: *c Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus*: Et, *d Omnia possum in eo, qui me confortat*: Atque adeo meritò sponsa, quæ in se sensit istiusmodi vim charitatis Dei dicere potuit: *e Amore langueo, & vulnerata charitate ego sum*: Ac si dixisset, Ipsa, ipsa sũ, quæ dici debeo vulnerata charitate; quia vnà cũ charitatis vulnere habeo & languorem. Nihilominus verissimum esse, fatendum est, quòd Christus vt piæ animæ sponsus, nedum quatenus homo, verum etiam quatenus Deus, & vulnus, & vim sentiat charitatis, ipse enim est, qui dicit, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa*; ipse, qui & in Euãgelio dixit, *f Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Regnum cælorum (inquit Ambrosius serm. 15. de Natali Domini, siue potius Maximus, cuius sermo ille esse videtur) non nisi Christus est Dominus, qui regnat in cælis; O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur, beata, inquam, violentia (dicit supradictus Sanctus) quæ vim patienti bonitatẽ elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuria nemo causatur; vis admittitur, & religio propagatur. Quisquis enim violentior Christo fuerit; religiosior habebitur à Christo. Quid violentius, quam vulneris inflictio? & tamẽ, anima, quæ Christum vulnerauit, adeo chara in ipsomet vulnerationis actu ei est, tãque arctis colligata vinculis necessitudinis, vt & sororem, & spõsam suam is eam appellet, & meritò, quia, vt amica vulnerat, & per Sapientem inuenimus dictum, *g Meliora sunt vulnera amici, quam oscula inimici.* Adeo delicatus est Christus, & ad istiusmodi vulnera suscipienda facilis, ut vel ad minimum tactũ vulnus acciperet, cum in terris conuersaretur, & de inflictis per fidem vulneribus, sanguinis loco emitteret gratiam salutis, ac sanitatem, adeo vt in Euangelio dicatur, *h Quotquot tangebant eum salui fiebant*, ac propterea irrueret in illum turba, & niterentur singuli eum tangere, *i Multos enim*, ait Euangelista, *sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas*. Quin & ad tactum *K* duntaxat fimbriæ vestimenti sui vulnus sibi sensit inflictum, gratiamue ex illo emanãtem. Quòd si adeo delicatus quoad tactum corporeum, multò certè delicatior idem ipse est quoad tactum spiritualem, quo tangitur ut Deus, & in intimis præcordiis bonitatis, miserationis, & charitatis. Quidni ergo in ipso corde suo uulnerabitur, si in corde tangatur? Quidni in corde uulneratus uitam effundat in uulnerantem ipsum? unà cũ sanguine effectum benignitatis, atque dilectionis effundit & uitam planè suam, quæ in bonitate sita est, dum illam eimet magis communicat, à quo vehementius uulnus accipit. Ideo enim ipsam, quæ ita grandi uulnere eius confixit cor, adeo eximiis cumulauit gratiis, ut sororem, ac sponsam suã illam nuncupauit; dicens quippe: *Vulnerasti cor meum,*

c Galat. 2. 20.

d Philip. 4. 13.

e Cãt. 2. 5.

Vulneratur Deus à pia aĩa, & vim patitur, effũdit quæ è vulnere effecit bonitatis sua.

f Matt. 11. 12.

Ambro. Maximus.

g Prou. 27. 6.

Christus facile vulnerabatur vt Deus est.

h Marc. 6. 56.

i Marc. 3. 10.

Hæmorroissa Christum vulnerauit tãgendo tãtum illius fimbriã vestimenti.

K Matt. 9. 20. in text. græco.

APPENDIX.

sus animarũ ad Deum. Primus per virtutum progressus. Secundus per egressum à corpore; & tertius per resurrectionem carnis. Verbũ *coronaberis* iungitur cũ subsequentibus, *de capite Amana*, ac per capita montiũ, qui hic nominantur, Reges inteligens, atque Imperatores, sicut & per montes, ipsos potẽtes huius sęculi, per cubilia verò leonũ, & mõtes pardorum Principes illos accipiens, qui crudelitati instar leonũ inseruiunt, quive hypocrisi, & dolositatibus suis, quibus tamquam maculis conspersi sunt instar pardorum, quos vi lędere nequeunt, decipiunt, de hisce omnibus coronari, inquit, Ecclesiam, quia, dum Regnum æternum prædicat, dumque exemplo suo oĩa, quæ mundi sunt, vilia esse demonstrat, illos etiam ad pœnitẽtiá inclinat, & sibi ipsi pro eorum acquisitione coroná in cælestibus parat. Tametsi idẽ Gregorius in lib. 17. Moralium cap. penultimo, hoc, quod dicitur; *Coronaberis de cubilibus leonũ*, ad Christũ sic aptat. Quid leonum nomine, nisi dæmonia designantur, quæ ira contra nos atrocissimæ crudelitatis insæuiunt? & quia peccatores ad fidẽ vocati sunt, quorum quondá corda leonum cubilia fuerunt, dum vicisse mortem Dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur: Remuneratio quippe victoriæ, corona est.

Ecclesia à Christo vocatur ad pręmij coronã per infideliũ cõuersionẽ, & pręsertim per conuersionẽ Principũ iniquorum.

Christus ꝑ conuersionẽ peccatorũ coronatur de cubilib. leonum.

Cassiodorus, & Beda idipsum *Coronaberis de capite Amana*, &c. vt ad Ecclesiam dictum non tantùm intelligi, inquiũt, de corona præmij, quod receptura ea est in futuro per conuersionem illorũ, qui designati sunt per mõtes, &c. Sed etiam de corona præsentis gloriæ, qua decoratur, & gloriosa redditur ex conuersione Principum, &c. & quorũ liber, iuxta illud Prouerb. a *Corona senũ filii filiorũ*.

Ecclesia in pręsenti vitã coronatur corona, quã ei faciũt, ꝗ ex eius pdicatione conuertuntur.
a Pro. 17. 6
Philo.

Quibus addit Philo Carpathius, idcirco eidem Ecclesiæ dici: *coronaberis de capite*, &c. quia vel ex hæreticis nonnullos, qui pardorũ similes esse perhibentur, & ex filiis Regũ ac Principũ habitura sit Pastores, ministros, Prædicatores, ac Duces.

Qui verò piam animam in his ipsis à cælesti spõso vocatam existimarunt, vel ad maiores vitæ spiritualis progressus, vel ad cælestem gloriam illam vocatá asserunt. Primum affirmát Gregorius Nyssenus, Ambrosius, Catena Trium Patrũ, licet id diuersimodè explicent, interpretantes versionẽ Septuag. siquidem Greg. Nyssenus homil. 8. quomodo & Tertullianus supra nomen Libani pro thure desumens arbitratur, piam animam à Christo Domino vocari ad maiorem profectũ in via spiritus, in qua semper vlterius procedendum superest, idque per verba, *venies, & pertransibis*: Piam, inquá, animá illam, quæ iam cum ipso venit in montem myrrhæ, consepulta per baptismum in mortem ipsius, simulque cum ipso ascendit etiam in collem thuris, particeps effecta diuinitatis, quæ per thus designatur, per resurrectionem à peccatis, atque adeo tota pulchra, & sine macula: Vocari autem talem animá, & inuitari ad vlteriorem progressum à Libano, idest, à thure, & à participatione diuinitatis, quę est initium fidei, & ideo ad id explicandũ, non dici solum; à *Libano*, sed & addi; *A principio fidei*. Vocari etiam eamdem à Iordane, idest, à baptismi lauacro, quod per montes Sanir, & Hermõ designatur, quatenus ab illis, quæ sunt duo cacumina vnius mõtis, deriuat fluuius Iordanis in quo baptizatus est Christus: Ac demum à peccatis, atque à prauis illam auocari habitibus, per quos ad similitudinem ferarum redacta fuerat. Notat porrò Nyssenus, fieri mentionem istarũ ferarum hoc loco duas ob causas: primò, vt ex pristini, ac pessimi status memoria suauior Christi sponsæ fiat in perfectione progressus; Secundo, vt magis à peccatis pristinis eadem deterreatur.

Diuersĩq̃ue coronat Ecclesiam.
Greg. Nis.
Ambros.
Tres Patr.
Gre. Nyss.
Aĩa sancta ad maiorẽ profectũ in spiritu vocatur à Christo.

APPENDIX.

Ambrosius libro de Isaac cap. 5. elegantissime hunc piæ animæ progressum explicans; Ipse, inquit, Dominus Iesus delectatus fide aĩæ huius, cõfessionis gratia, & collaudatis eius meritis propius eam aduocat, dicens: *Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano, transibis, & pertransibis a principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à speluncis leonũ, à montibus pardorum*: hoc est: Egredere de corpore, & totam te exue: Non potes enim mihi adesse, nisi ante peregrineris à corpore, quoniam, qui in carne sunt, peregrinantur à Dei Regno. Ades, inquit, ades: bene repetiuit; quia siue præsens, siue absens adesse, & placere Domino Deo tuo debes. Adesto præsens, adesto absens, etsi adhuc in corpore es; mihi enim omnes præsentes sunt, quorum fides mecum est. Adest mihi, qui exit de sæculo: Adest mihi, qui me cogitat, me intuetur, de me sperat, cui ego portio sum: Adest mihi, qui absfuerit sibi; Adest mihi, qui se negauerit. Ille mecum est, qui intra se non est, quoniam qui in carne est, non est in spiritu; Ille mecum est, qui ex seipso egreditur; Ille iuxta me, qui extra se fuerit. Ille mihi integer, qui propter me perdiderit animam suam.

Ambros.
Progressus in vita spiritali qualis oprãdus pia animę.

Et ideo ades desponsata, *transibis, & pertransibis à principio fidei*. Trãsit, & pertransit ceteros, quæ ad Christum peruenit. Transit fidei merito, & operum claritate, quæ lucent sicut Sanir, & Hermon: hoc est via lucernæ, transit, deuictis tentationibus sæculi, & superatis nequitiis spiritalibus, legitime petens coronam certaminis.

Catena trium Patrum apud Theodoritum, inuitari, inquit, piam animam ad progressum spiritualem, bisque dici: *Veni de Libano*: Ac si dicatur, progredere ad me ex fide, quæ non aliter, ac thus (id autem est Libanus) Deo offertur, per spem proficiens ad charitatem, propter quá ego factus sum homo, & tu efficeris Deus. *Venies* vero, ait, eidem dici, *& peruenies ab initio fidei à capite Sanir*, & cet. idest, Venies ad me cũ omni charitate, peruenies autem vehementi cum impetu per fornacem variarum tum carnis, tum mundi tentationum confirmata. Sic autem venies, & peruenies, quoniam ad me non per incredulitatem, vt primus homo, qui spe diuinitatis deceptus est, iter facere cępisti: sed per fidem, quæ caput, & principium est viæ ad virtutem ducentis, quam indicat Sanir, cuius interpretatio est, lucernæ via, & per spem, vt subleueris, & recreeris ab onere, & æstu grauium dolorũ, & molestiarum, quod per Hermon intelligitur, quam vocem, rorem interpretamur: Atque ita cubilia leonum, pardorũque montes incolumis euitabis, consensum videlicet carnaliũ voluptatum, quæ, leonum instar magno impetu in te, vt à virtute deficias, ruunt. Et tẽtationes illas, quæ ex virtutis præstantia, tamquam ex altis montibus, vt arrogantia efferaris, tibi struunt insidias fraudulẽter, quod pardorum varietas indicat.

Tres Patr.
Ad progressũ spiritualẽ piã animã inuitat Christus.

Quõ progrediendum.

Ad cælestem gloriam eamdem piam animam vocatam censuit Anselmus, vt ad illam sponsus dicat: *Veni* ad me *de Libano*, idest, de bona operatione facta in vita: Libanus enim candorem vitæ significat. *Veni*, exiens de corpore; *veni de Libano*, resumendo corpus in communi resurrectione; & tunc *coronaberis*, victoriarum retributioné accipiens in corpore, & in anima de maioribus illorũ, in quibus diabolus vigilat (Amana enim interpretatur deus vigiliarum) & de principibus illorum, qui per quasdam ignorantias, & fatuitates decipiunt homines (Sanir quippe interpretatur nocturna

Anselm.

Ad cælum quõ vocetur pia anima moriens.

cturna

APPENDIX.

cturnæ auis) *coronaberis* & de illis, in quibus cubat diabolus, ideſt, pro apertis perſecutionibus, & de hæreticis, inſtar pardorum varijs, quos conuertiſti, vnà cum ijs, qui ita ab Eccleſia ſeparati ſunt, vt eſſent ipſamet ſeparatio, quam ſonat nomen Hermon.

Rich. *Animam sanctam Christus vocat ad supernam remunerationem.*

Eumdem ſenſum, at longe diuerſo modo explicatum, ſequitur & Richardus de Sancto Victo. quippe qui vocari, inquit, ſponſam de Libano, qd dealbationem ſonat; cũ piam animã Chriſtus, per mortificationem peccatorum, & deuotionem orationis mundatam, & candidatam inuitat ad ſupernam remunerationem: Libanus quippe eſt mons, in quo creſcunt myrrha, & thus. Tripiicata autem voce dici ei, vt veniat. Primò, vt ſponſus illi inſinuet immenſitatem deſiderij, & amoris, quem habet ad eam, vtque trina repetitio firmitatis eius amoris ſit atteſtatio, cum funiculus triplex difficile rumpatur. Secundò, vt indicet gratulationem, qua liberationi eius de præſenti miſeria congaudet. Tertiò, vt innuat, quanto deſiderio hanc celerius fieri optet: repetita ſiquidem vocatio accelerantis pariter, & congaudẽtis affectum exprimit. Quartò, vt iterata vocatione magnitudinem felicitatis, ad quam vocatur, inſinuet. Quintò, vt Trinitatis indicet fruitionem, quam perceptura eſt poſt laborem.

Quinque rationes, propter quas ter dicitur veni.

Quæ ſequuntur. *Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, &c.* ſic exponit: Primo notat, *Amana* interpretari inquietum, vel turbulentum, & ſignificare amatores mũdi, qui inquieti ſunt, & turbulenti, quorum caput eſt diabolus: *Sanir* interpretari fœtorem: Hermon Anathematizationem: Tum ſubdit, peruerſos non modo Amana eſſe, id eſt, inquietos per amorem terrenorum, ſed & Sanir, ideſt, fœtentes per immundam vitam, & Hermon, ideſt, anathematizatos, per peccatum, ſcilicet à iuſtis diſiunctis, & per excommunicationis ſententiam ab Eccleſia ſegregatos: Caput, ſiue verticem illorum eſſe diabolũ, qui ad hoc tentando eos inducit, & per hoc in eis principatum gerit: cuius ſuaſioni dũ deuotus quiſq; reſiſtit, ne peccatis implicetur, de hoc capite, quia triũphat, coronari.

Coronatur de Amana &c. pia anima cum de diabolo triumphat.

Leones quoque, & pardos eſſe dæmones, quia nunc aperta iniquitate ſæuientes quoſdam decipiunt, nunc blandis conſilijs, & varijs fraudibus rectos ſeducunt, ſicut & leones feroces, & pardi vario colore reſperſi ſunt: horum habitationẽ ipſos eſſe iniquos, quorum peruerſos mores, & peccata dum boni non imitantur, ſed fugiunt, & interdum quoque illos doctrina, & exemplo ad bonũ conuertunt, de eis, vt de montibus, & cubilibus leonum, atque pardorum coronari, & æternis præmiis donari.

Coronatur de iniquis, dum illos fugit, vel conuertit ad bonum.

Rup. Abb. *Maria cum de egressu mortẽ coronata eſt de Regnis mũdi per illorũ ſalutẽ.*

Ad obitum, & glorificationem Beatæ Virginis Mariæ referunt hæc Rupertus Abbas, & ipſe quoque Richardus. Rupertus namque nouo modo interpretans nomina montium, quorũ hic fit mentio; Libanum candidationem; Amanah nocturnã autem; Sanir dentem vigiliarum, & Hermon anathema; prædici hoc loco ait Beatæ Mariæ exitum à corpore, & gloriam ſubſequentem: Ac ſi dicatur. Migrabis de corpore iſto, corpore candido, corpore virgineo & coronaberis de regnis mundi, quæ rectè dicuntur quædam capita, & vertices nocturnæ auis, & dẽtis vigiliarum, & verè anathematizati diaboli à Deo ſeparati, qui, cum ſit princeps tenebrarum, & tanquam leo circumeat, quærens quem deuoret, rectè nocturna auis, & dens dicitur vigiliarum. *Coronaberis* autẽ ex his regnis; quia credent in me fructum ventris tui, & eorum credentium [illegible] corona [illegible]. Ita coronaberis, vt & in cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina ſis Regnorum: agnoſcentes enim te Reginam cœlorum, ac proinde poſſidentem totum regnum filii tui, Reges, atque Imperatores coronis ſuis te coronabunt: palatia ſua nomini meo ſacrabunt, honori tuo dedicabunt, vt deſinant eſſe, quod fuerant, montes pardorum, cubilia leonum.

Maria quomodo coronetur de cubilib. leonum, et montib. pardorum.

Richard. *Maria quomodo coronata de diabolo, & de iniquis.*

At Richardus coronandam illam ait *de capite Amana, &c.* ideſt, de diabolo: Quæ Beata Virgo, dum eiſdem mundi Principem, & caput iniquorũ ſuperauit, calcauit, eiuſque vires confregit, dum perfectam munditiem ſeruauit in corpore, & humilitatem in corde: dumque ab illorum corde, quos vel apertè ſæuiendo deiecerat; vel occulta, & varia fraude tectus deceperat, meritis, & interceſſione ſua liberauit, de cubilibus, ſeu montibus leonum, atque leopardorum coronari perhibetur.

Ambr. *Vel glosa ad quomodo à Christo vocata ad monasterium.*

Denique ad Sanctæ cuiuſque Virginis, & Monialis vocationem eadem referunt Ambr. & Hieronymus. Ambroſius quippe in lib. 3. de Virginib. poſt dimidium, ad virginẽ ſic loquitur: Primitias vigiliarum tuarum Chriſto dicato: primitias actuum tuorum Chriſto immola. Audiſti, quia vocauit te dicens; *Veni à Libano ſponſa, veni à Libano; tranſibis, & pertranſibis à principio fidei*: Tranſibis in ſæculum creatura, pertranſibis ad Chriſtum triumphatura de ſæculo? Audiſti, quia te à leonum, & pardorum, ideſt, ſpiritualium nequitiarum incurſionibus ſeparauit?

Hier. *Virgo quomodo eadem voce vocetur à Christo in monialem.*

Hieronymus vero lib. 1. contra Iouinianum circa medium, ad Virgineum hæc inquit dicta: *Veni à Libano ſponſa, veni à Libano, venies, & pertranſibis ab initio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à cubilibus leonum, & montibus pardorum.* Sic verò ea explicat Libanus Λευκασμὸς, ideſt, cãdor interpretatur: *Veni ergo ſponſa* candidiſſima, de qua Canticorũ 8. dicitur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata per viã huius ſaculi. Ab exordio fidei, & ex Sanir*, quod interpretatur Deus lucernæ, iuxta illud, quod in Pſalmo 118. legimus; *Lucerna pedibus meis verbum tuũ, & lumen ſemitis meis, & Hermon*, ideſt, conſecratione, & *fuge leonum cubilia, & leopardorum montes*, qui non poſſunt mutare varietatem ſuam; fuge, inquit, cubilia leonum, ſuperbiam dęmonum, vt poſtquam mihi fueris conſecrata, poſſim dicere: *Vulneraſti cor meum, &c.* Pſal. 118.

Verſ. IX. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa; vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Expoſitio Prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

Redit iam ſponſus ad cœptam pulchritudinis dilectæ ſuæ panegyricum, poſtquam & tacite, & aperte illã ad ſecum commigrandum inuitauit. Ita verò redit, vt nouis quodammodo coloribus, ijſque illuſtrioribus delineatus aliquorum membrorum eius picturas perpolire videatur.

Porrò à primis, quas in primo verſu huius capitis quarti effigiarat, miréque eſſinxerat, oculorũ, & capillorum picturis incipiens, ita ſanè illas in iterato illo earum encomio perficit; vt haud alia in ipſis deſideranda ſit [illegible]. Sicut autem illuſtrioribus encomijs dein [illegible] hic eadem membra celebrantur: ita & [illegible] illa ipſa, cuius deſcribitur panegyricus, nobilioribus, & illuſtrioribus inſigni-

LITTERA.

insignitur titulis.

Sororis nomen adiunctum nomini sponsæ ad illud addit.

Enimuero in primo encomio amicam suam duntaxat appellarat eius amicus, dicés: *Quàm pulchra es, amica mea; quàm pulchra es:* At nunc, & sororé eam prædicat, & sponsam suam. Atqui sororis nomen iunctum cum nomine sponsæ, duo ad sponsalitiam dignitatem addit, quibus plurimum laudis fit accessio ad id, quo in præcedenti versu eadem decorata est, vno duntaxat nomine sponsæ: Significatur namque arctior, quæ inter ipsam, atq; dilectum suum inest coniunctio, quàm uo ista ipsa quæ tam arcta est, coniunctio, pudica quoque sit.

Nomen quippe sororis indicat primò cósanguinitatis vinculum: & nouimus, moris apud Hebræos fuisse; vt quò arctiora nuptiarum vincula efficerent, a ij demum inter se matrimonia contraherent, qui ex vna eademque essent cognatione, vel tribu, atque adeo propter istud cognationis vinculum, quas in sponsas assumebant, sorores sæpius appellare solebant, Sic Abraham Saram, quia neptis sua erat, sororem dixit in libro Genesis, sic & Isaac Rebeccam neptem, sic & Tobias (vt bene notat Augustinus in lib. 22. contra Faustum capite trigesimoquinto) Saram, quam accipiebat vxorem, quia ex eadem cognatione erat, sororem nuncupauit: Sic denique & sponsus, qui in hoc Cantico loquitur, ob eamdem rationem sponsam ipsam suam sororem quoque suam pronuntiat; quia filia patrui eius esse supponitur: Vnde & illa pariter eum, iuxta versionem Septuaginta, ἀδελφιδόν μου, fratruelem meum nominat, vbi in lectione Vulgatæ dilectum meum dicit eumdem.

a Num 33

Probabiliori opinione Iosephi lib. 1. Antiq. c. 1. Aug. in citato côtra Faustû. & aliorû côplurium. Vide San. Th. 2. 2. q. 110. a. 3. ad tertium.

Præter istud autem cósanguinitatis vinculum, significat insuper idem sororis nomen cum nomine sponsæ coniunctum eximiam pudicitiam, quæ talibus adiuncta est nuptijs, quave talis insignita est sponsa: propter quam pudicitiam contestandam ipsamet inferius in ea prorumpet verba: b *Quis mihi det, te, fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris; & deosculer te, & iam me nemo despiciat?* & Plautus de pudicissima coniuge sic ait. Tam à me pudica est, quam mea || soror sit.

b Can. 8. 1

Quin & quotidie obseruare fas est inter pudicos coniuges, quo pudicitiæ mutui amoris specimen sibi inuicem præbeant, & sponsas à viris appellari sorores, & viros vicissim à sponsis fratres appellari.

I. SENSVS.

Sponsa pudicitia magis, quam vlla alia re vulneratum se dicit sponsum.

Atqui, si coniecturis agere licet in exponendis sacris Scripturis, crediderim, sponsum in hoc versu ita studium adhibuisse ad oculorum, & capillorum sponsæ celebrationem; vt tamen ex ipso eorum membrorum encomio laus pariter insignis pudicitiæ in sponsam ipsam suam redundaret, quo sic ex ratione quoque pudicitiæ, qua insignita ea esset, facilius illam ad secum commigrandum adduceret, id quod in primis ipse intendit in tota hac cautione. Persuadeo autem hoc mihi ex eo, quòd, cum vulneratum se dicat per illa membra, non ait: *Vulnerasti cor meum in oculis tuis, & in crinibus tuis:* prout supra in vers. 1. huius quarti capitis oculos in plurali commendauit, sicut & capillos, ac crines: Sed postquam dixit: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa,* subijcit: *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui:* Per id enim, quòd vulneratum corde, amatorum more loquens, primò se ait, cum primùm sororem sponsam ipsam suam appellat, ab ipsa eius pudicitia captum se, significare voluit. Per id verò, quod iterum subinfert, corde se

A vulneratum *in vno oculorum eius, & in vno crine colli ipsius;* subinnuere videtur, quanam potissimum ratione ab ipsa sponsæ suæ pudicitia captus sit, ea vero est, quia, cum eam intuitus esset, vix vnum eius oculum, vix & vnum colli eius crinem conspexerit, vtpote, qui ob pudicitiæ decorem intra velum cooperti detinerentur, prout apertius significatum vidimus supra in præcitato item oculorum eius encomio iis verbis: *Absque eo, quod intrinsecus latet:* pro quibus verbis clarius in hebraica lectione habetur: *Intra velum tuum:* vt sit allusio ad consuetudinem feminarum orientalium, quæ honestatis, & pudicitiæ causa, & ne à viris videantur, vix vno oculo liberato, tota reliqua facie operta, illo vno tantùm oculo duce incedebát, de qua sancta consuetudine agit Tertullianus in libro de habitu muliebri, & Sanctus Hieronymus in epistola ad Demetriadem de seruanda Virginitate, necnon & Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 9. vt sensus sit.

LITTERA.

Mulieres Orientales operta velo incedere assueuerunt.

B

Tertul. Hierony. Iosephus.

Tam ardenter *sponsa mea* te iterum iterumque, vt mecum venias, inuito: quia captus amore tuo sum: *Vulnerasti* enim *cor meum:* quoniam adeo pudicam te sponsam animaduerti, vt *soror mea* iure sis appellanda: Eximiam verò istam pudicitiam tuá exinde percepi, quòd ita intra velú latitantem te vidi; vt vix conspicere potuerim vnum oculorum tuorú, quo me vnum latenter intuita es: & vix vnum crinem item tuum, qui è tuo defluit collo, adeo vt & vno ipso crine illo colli tui, vnoque illo oculorum tuorum me, & cor meum sic vulneraueris, vt sine te esse non patiar vel tantillum.

PARAPHRASIS.

C

At, tametsi allatus iste sensus admodum congruus mihi videatur: quia tamen verosimile est, prout etiam est tactum in principio huius expositionis, iteratum istud horum membrorum encomium aliquid illustrius continere, quàm contineant prima eorumdem encomia, illustrius id nobis inuestigandum est: iuxta enim hunc sensum nil eximij additum videtur saltem ad primum illud encomium oculorum, in quo per similitudinem ad columbas, siue ad oculos columbarum, cum dictum est: *Oculi tui columbarum, seu, columbæ;* ex insigni commendati sunt pudicitia: per id vero, quod adiectum est: *Absque eo, quod intrinsecus latet:* ex vehementi in eis latentis gratiæ efficacia sunt celebrati, licèt nihil explicite de tali dictum sit efficacia.

D

Porrò illustrius id, atque præstantius, quod hic est adiectum, ex duobus verbis, quæ ambo hic repetuntur duabus vicibus, colligi potest: Ex eo, quod dicitur: *Vulnerasti cor meum;* Tum ex eo, quod subijcitur. *In vno & oculorum, & crinium.*

Et vt ab hoc secundo exordiar, argumento à minori ad maius hæc membra sic laudibus celebrat sponsus.

ALTER SENSVS.

Adeo pulchri sunt oculi, & crines tui, vt haud necesse sit, ad ipsorum efficaciam exhibendam ambo concurrant oculi, omnesve & crines, sed vel vnus eorum sufficiens sit, nam *in vno* duntaxat *oculorum tuorum, & in vno crine colli tui,* quæ tantummodo videre potui, te intuens velo opertam *vulnerasti cor meum.* Quod, si vno tantum id præstare potuisti, quid virium in omnibus crinibus, & in ambobus exercere poteris oculis?

PARAPHRASIS.

E

Quod vero primo loco ait; *Vulnerasti cor meû,* mirum in modum exaggerat eorum membrorum pulchritudinem, ipsiusve pulchritudinis efficaciá præstantissimam. Non desunt, qui vim istam in eo sitá existiment, vt tam vnus oculus, quá vnus colli crinis, qui in sponsa conspecti à sponso sunt ipsius sponsi

Ab amata oculis quis vulneratur cor amâtis.

LITTERA.

sponsi cor propriè quodammodo vulneratur, id ex philosophia naturali comprobantes, secundū quam asseritur à nōnullis, cor vitali suo motu perpetuo spiritnosum suum sanguinem agitans, cum eodem sanguine spiritus vitales in totum corpus humanū, perque illos vitalis luminis scintillas in membra singula diffundere, in oculos autē maximè: sicque tam oculos, quàm alia amati membra, dum ab amante conspiciuntur, lucidum istū spiritum, qui flos sanguinis elaboratissimus est per oculos, & arterias ceu iaculū in ipsius amātis cor, tanquam in cognatum originis suæ locum immittere, ibique innixum hærere.

Oculi vim quandam de se secundū opinionē illustriū Philosophorū emittant.

Quicquid tamen sit de hac philosophia, id certè nunquam crediderim, à capillis, & crine istiusmodi vitales, ac luminosos spiritus emitti posse; cum valde dubiū in ipsa philosophia sit; An capilli vitam in se habeant. Sanè de oculis, multorum Philosophorum, eorumque illustrium opinio est, vt sanguinem, & vim aliquam de se emittant, qua fascinent, afficiantque; quod Aristoteles in libro de somnijs cap. 2. probat experientia oculorum mulieris menstruatæ speculum sanguine inficientium, cum in illud conijciuntur: deducitque exinde, vt quemadmodū visus patitur, sic & faciat aliquid. Vide Plutarchum lib. 5. Symposi. problemate septimo, vbi longius de ista oculorum vi disserit, & præcipue; Quomodo mutuus amantium intuitus illos conficiat, interimatque cum voluptate dolori permixta.

Aristot.

Plutarch.

His tamen non obstantibus: Sicut transformatio, quæ communi Doctorum omnium consensu fieri dicitur amantis in amatum, naturalis non est; cum amor haudquaquam vnam naturam in aliā transmutet, vt metamorphosim naturalem efficiat, sed est spiritualis; quatenus transformat cordis, hoc est, affectus, desideria, ac vitam omnem. Eodem modo arbitror, & illud, quod hoc loco sponsus dicit: *Vulnerasti cor meum*: nequaquam naturaliter sumendum, quasi naturali aliquo oculi, & crinis sponsæ influxu sanguinis, aut spiritus sanguinei carneum sponsi cor vulneratum sit, sed spiritualiter, & metaphoricè eo modo, quo in capit. 2. & in ca. 5. huius Cantici sponsa, iuxta lectionem Septua. dixit: *a Vulnerata charitate ego sum*: vbi noster Interpres legit: *Amore langueo*. Quòd si quis quærat, quidnā sit vulneratio ista spiritualis in corde: quave ratione eadem fiat: Dicendum, illam haud aliud omnino esse, quam transformationem spiritualem, eodemque penitus modo fieri, quo fit & transformatio amantis in amatum: exprimi verò per nomen, ac metaphoram vulnerationis in corde, vt insignis, & præstantissimus eius effectus designetur. Sicut enim materialis vulneratio cordi illata, vitam illico aufert, qua & cor, & animal ipsum viuebat. Ita & transformatio spiritalis vitam illam ab amantis aufert affectu, qua prius is viuebat in animo, iuxta vulgatissimā Platonis sententiam, qua dicitur: Amator animus in proprio corpore mortuus, in alieno corpore viuit; ac in se mortuus, in alio reuiuiscit.

Vulneratio cordis amātis quō contingat.

a Can. 2.5

Cant. 5. 8.

Simile.

Plato.

Ac sicut vulnus carnali cordi inflictum maximi doloris est causa, ita vt vehementior eo excogitari nō possit. Eodē modo, & spiritalis ista cordis vulneratio tam grandē affert dolorē in intimis præcordiorum, cum amans longe ab amato abest; vel cum ab illo non redamatur, vt iure optimo sponsa in præcitatis verbis ob huiuscemodi vulnus præ doloris vehementia languere se dicat, animave deliquium pati.

Simile.

Cant. 2. 5.

Colligitur porrò, & cōfirmatur hoc totū, quod

A dictum est, quoad significationem, & modū, quo cordis vulneratio hic fieri dicitur ex verbis, quæ pro, *Vulnerasti*, habentur in textu hebraico, atque in versione Septuag. quæ inter alios significatus, & hoc quoque significare possunt: *Abstulisti mihi cor*; vt paulo infra explicabitur.

LITTERA.

Supposito igitur, quòd cordis vulneratio in hoc sensu accipienda hic sit, adhuc vnum superest declarandum pro eorum, quæ exponimus, intellectione; Cur ab vno oculorum potissimum, atque in vno crine colli sponsæ sic vulneratum se dicat sponsus, quave ratione, & vnus sponsæ oculus, & vnus crinis talem in cor sponsi infligere queat vulnerationem.

B Pro quorum intellectione, supponendum primò, idcirco in hisce sponsæ membris corde vulneratum se dicere sponsum, vt præstantissimam istam laudem in membra hæc conferret, quippe quæ tam grandi, tamque eximia vt prædita sint, vt istiusmodi vulnus infligere possint, quod vni omnium potentissimo concessum est amori.

Oculi, atque crines mulierū amorem quàm maxime conciliant.

Nec mirum, quandoquidem ista duo membra, oculus, atque crines, si debita pulchritudine sint decora, præ ceteris membris vniuersis amorem conciliare valeant conspecta: Oculi namque cum veluti quoddam animi domiciliū sint (vt asserit Plinius) quandoquidem ex nulla alia animantiū parte expressiora, quam ex illis internarum noscātur vestigia affectionum, amorem, qui animi quædam & præcipua affectio est, vt compares, cognatique facillime causant.

Oculus sedes animi.

Plin. li. 11. c. 36.

C

Crines verò id ipsum quoque efficere par est, quippe qui idcirco mulieri à natura collati sunt, vt gloria illi sint prout colligitur ex verbis Apostoli in epistola prima ad Corinthios: *b Mulier si comam nutriat, gloria est illi*. Gloria autē illi sunt; quia pro pulcherrimo naturalis pulchritudinis naturali ei inseruiunt ornamento, cuius sanè ornamenti ea est vis in amore conciliando, vt idem spōsus infra in capite septimo, iuxta lectionem hebraicam, & versionem Septuag. dicat: *c Coma capitis tui, sicut purpura. Rex ligatus in canalibus*: idest; Tā insignis est pulchritudo comæ tuæ purpureæ, tamque grandis est eiusdem vis in amore conciliando, vt Rex Salomon dilectus tuus ligatus sit flexu vittarum, quibus crines ita adstricti sunt, vt quædam quasi riuuli, & canalis flexuosi similitudo per capillos decurrat, prout fusius suo loco exponetur.

b 1. Cori. 11. 12.

c Can. 7. 5.

D

Vulnerant porrò cor inspicientis duo ista membra vulnere spiritali hoc modo: quia per inspicientis oculos eximiæ pulchritudinis speciem intrinsecus immittunt in potentiam imaginatiuam, per quam deinde mouetur potentia appetitiua, & potentia etiam cognoscitiuā, atq; intellectiua: Vnde fit, vt & appetitus vulneratus dicatur, cum illico ad illius pulchritudinis complacentiam inclinatum se sentiat, & cor item carneum quodammodo vulnus infixum habeat: ita vt propter assiduā amatæ pulchritudinis cogitationē & deliquium patiatur, & liquefactionem inducat, ac ecstasim, aliosve languores. Cum.n. homo ex anima cōstet, & corpore, tanta est inter has duas eius partes connexio, vt & corporis sensus aīam afficiant, & passiones pariter atq; varios i corpore causēt effectus.

E

Quoad lectionum varietatem: Animaduertendum primo, pro eo, quod noster Interpres legit: *Vulnerasti cor meum*, in hebræo esse, לִבַּבְתִּנִי libbabtini, quod verbum cum deducatur a nomine לבב lebab, quod significat cor, animum, mentem, intellectum, sapientiam, & ea omnia, pro quibus in lin-

LITTERA.

in lingua Latina cordis vocabulum vsurpatur: incertum est, etiam apud hebræorũ Doctores, quid proprie significet: Vnde nec mirum, si etiã apud interpretes in vario acceptum sit significatu. Bis tãtum reperitur in sacris litteris: semel in lib. Iob, vbi dicitur: *a Et vir vanus:* ילבב illabeb: Niphngal. i. *Et vir vanus efficietur cordatus;* & (vt vno itẽ verbo Latino, licet id in vsu nõ sit, illud reddamus) cordificabitur, pro quo Hieronymus: *In superbiam erigitur*, accipiens cor pro superbia. — *a Iob 11.12*

Altera verò vice habetur idem verbum in præsenti loco, at nõ in Niphngal: sed in Pinghel. Quo loco communiori hebræorum sensu accipitur, vt idem sit, ac *Abstulisti mihi cor*; prout à nostris quo que compluribus redditur, ab Interprete Bibliorũ Reg. à Sancte Pagnino, à Vatablo, necnon etiam ab Isidoro Clario ex parte. Rabbi tamen Dauid Kinki in lib. Radicum dicit, verbum istud hic posse ẽt sumi pro, *transfixisti mihi cor*: in quo significatu illud accepit noster Interpres, & etiam apud Hebræos Rabbi Innominatus, & alii. Non desunt, qui i tertio pariter significatu sumpsere istud idẽ pro *Incordiare* (vt loquitur Plautus in cistellaria) vt notatur in Lexicon magno linguæ sanctæ, quod latine circunfertur. Quo sensu illud sumpsisse vr Quinta editio, quæ sic illud reddit, ἐθάρσυνάς με ἐθάρσυνας: *Fidere me fecisti, fidere me fecisti.* — *Abstulisti cor.* — *Excordasti* — *Transfixisti cor.* — *Incordiasti* — *Fidere me fecisti.*

Necnon & Symmachus, qui, vt colligitur ex Cõmentariis Theodoriti, vertit; *Excitasti cor meũ*: in eodem sensu. Quin & Sept. Interpretes, dũ verterunt ἐκαρδίωσας, secundum interpretationẽ Sancti Gregorii Nysseni hom. 8. in Cant. in hoc ipso significatu illud sumpsere pro, *Indidisti cor.* — *Excitasti cor.* — *Indidisti cor.*

Quamquam istud ipsum verbum ἐκαρδίωσας, quo vsi sunt Septu. non minus ambiguum sit, quã verbum hebraicum: Vnde Interpres Theodoriti vertit illud: *Vulnerasti cor*: quomodo idem vertit & Sanctus Hieronymus libro primo, contra Iouinianum, qui (vt colligitur ex vltimis ijs verbis: *In vno ornamento colli tui*) lectionem Septuag. eo loco secutus videtur. Quamuis communiori sensu ἐκαρδίωσας, hoc loco tantundem valere apud Septua. credatur, ac si dixissent: ἐκαρδίωσας, eodem significatu, quo communius & verbum hebraicũ sumi annotatũ est. Sic Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. vers. 3. vertit: *Cor meum cepisti*: & haud diuerso sensu sermone 11. in eumdem Psal. vers. 2. *Corde nos cepisti.* — *Vulnerasti cor.* — *Cepisti cor.*

Omnino, si vsquam admiranda est vis linguæ hebraicæ, & efficaciæ locutionis Spiritus sancti in sacris litteris, hoc certè loco maxime est admiranda, vbi per vnum duntaxat verbum tam multiplices expressi ad viuum sunt amoris effectus, qui in vno fiunt corde amantis.

Porrò effectus isti quatuor sunt, ijque præcipui. Primus est vulneratio cordis. Secundus, ablatio cordis. Tertius, cordis collatio seu (vt ita dicã) incordiatio. Quartus, fiduciæ & animi exhibitio. Id modo nobis breuiter explicandum superest, ne quid intactum relinquatur: quomodo effectus isti ab amore causentur, quem per conspectum vnius oculi, vniusve crinis sponsæ concepit, qui hic loquitur sponsus.

Et quidem, quoad primũ multa iam dicta sunt in expositione litteræ, nec opus est, vt alia addantur. Secundus vero, qui in eumdem recidit, quomodo fiat, facile percipitur ex vulgata illa Augustini propositione: Anima magis est, vbi amat, quã vbi animat: & apertius ex illa Domini sententia, *b Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.* Qua de re pluribus sæpius actum est supra, cum probatum est, — *Amor quo auferat cor amanti.* — *b Matt. 6.21*

LITTERA.

Aamatum rapere ad se cor amanti ex diuersitate, qua operatur intellectus, trahens ad se rem, quam intelligit, & qua operatur voluntas, tendens ad rem, quam amat.

Quamuis autem amor causet eximium istum effectum ablationis cordis ab amante: producit tamen simul & tertium effectum pari modo præstantissimum, qui ei quo quomodo videtur contrarius: Contraria namque inuicem videtur esse ablatio cordis, & elargitio cordis, & nihilominus vno eodemque tempore ambo ab vno potẽtissimo fiut amore. Quomodo id fieri queat, præclare probatum habes Apud S. Thomam in 1. 2. quæst. 28. art. 2. At efficacius id probat dilectus Christi discipulus, de diuino loquens amore, cum ait: *c Qui manet in charitate, in Deo manet*: En secundum amoris effectum: *Et Deus in eo*: En tertium, de quo loquimur. Audi & Apostolum Paulum Dei amore vulneratum, quomodo Christi cor sibi induũ dicat, quo vitam agit: *d Viuo ego, iam non ego*, idest, haud corde meo, quod iam mihi abstulit is cuius amore flagro, Christus dilectus meus: *Viuit, vero in me Christus*; is nimirum ipse, qui cor meũ sibi abripiens cor mihi indidit suum. — *Amor quo sit nos cor amanti.* — B — *c 1. Io. 4.16* — *d Gal. 2.20*

Porrò hos duos amoris effectus consequitur & quartus, ingens nimirum fiducia, & magnus animus, quo amans impellitur ad grandiora edenda; & ea aggreditur, quæ vires, ingenium, & facultatem excedunt, propter quem effectum de amore ipso sic dictum habes in capite 8. *e Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, lampades eius, lampades ignis, atque flammarum*. Quid enim non tentare audeat amans pro amato, si amatum eum impellit, quod viuit in illo? *f Omnia possum*, ait Apostolus, *in eo, qui me confortat*. Cui parcet labori, vt secum habeat amatum? quidve ab amato non speret, qui in ipso scit esse cor, quod sibi ablatum est? Addunt aliqui & quintum effectum ecstasis, vertentes hebraicum, & græcum verbum, quã tenus sumitur in significatu auferendi cor. *Excordasti me, stupefecisti me*. At certe effectus iste ecstasis haud est distinctus ab eo, quem secundo loco numeraui: Ecstasis quippe, etsi insaniam quandam importare videatur, vt tamen est amoris effectus haud aliud est, quã, cum quis rei amatæ pulchritudinẽ obstupescens, extra se ponitur, vt docet S. Thom. in 1. 2. q. 28. art. 3. quod plane tũc fit, cum ita amans sentit, sibi ablatum cor ab amato, vt per ecstasim eius volũtas ardeat, vratur, æstuet, sicq; in se deficiat, vt optet pro amato mori, apud ipsum commorari, & viuere, nullam in se requiẽ habens. Quæ omnia tam in primo, quàm in secundo amoris effectu contingere, nemo est, qui dubitet: Vnde haud necesse est quintum ab illis distinctum addere. Quin (vt videbimus in sensibus spiritualibus) maiorem vim habet: *Abstulisti cor mihi*, quàm, *Excordasti*, seu, *stupefecisti me*, potest, nãque significare Raptum, qui, vt dicit S. Thom. 2. 2. q. 75. art. 1. & 2. supra ecstasim addit extrinsecam violentiam menti illatam. — C — *Amor causat maximã fiduciã & ingentes animos in amante.* — *e Can. 8.6* — *f Phil. 4.13* — *Amor quo causet ecstasim in amã te.* — *Stupefecisti me.* — D — *S. Thom.* — E — *Amor causat raptum in amante.* — *S. Thom.*

Secunda litterarum varietas est in versione Septuag. pro eo enim quod Vulgata vna cum hebraico textu habet: *Vulnerasti cor meum*, seu, *abstulisti mihi cor*, in singulari, Septuagin. in plurali legunt, ἐκαρδίωσας ἡμᾶς, *abstulisti*, seu, *indidisti nobis cor*. Ex quo factum est, vt Sanctus Gregorius Nyssenus homilia octaua, quẽ sequitur Psellus apud Theodoritum libro 3. in Cant. cẽsuerint, ea, quæ in hoc versu dicuntur, non tam sponsi verba esse quam sodalium ipsius. — *Gre. Nyss. Psellus.*

At certè communiter contrarium asserunt vniuersi,

LITTERA.

uerſi, & ex textu ipſo Septuag. quo ſubditur in ſingulari; *Soror mea ſponſa*, manifeſte cõuincitur, ſpõſum ipſum eſſe, qui hic loquitur, loqui autem authoritatiue, dum in plurali, ait, *ἐκαρδίωσας ἡμᾶς*.

Tertia demũ varietas eſt circa id quod dicitur *In vno crine colli tui*: Nam in hebræo pro crine eſt dictio, ענק nganak, quæ proprie torquem ſignificat: quo ſignificatu Sept. verterunt: *ἐν μιᾷ ἐνθέματι, in vno ornamento*: & Symmachus quoque in eodem ſignificatu vertit: *ἐν ὁρμίσκῳ, Monilium*.

Noſter interpres, ſecutus videtur Aquilam, qui ſic vertit: *ἐν ἑνὶ τραχήλῳ, in vno crine*. Genebrardus ait, fortaſſe noſtrum interpretem crinem accepiſſe non pro capillo, ſed pro torque, & vinculo è crinibus confecto. Quicquid tamen ſit, vtraque lectio optima eſt, ſatiuſq; mihi videtur, vt verè pro crine ipſo ſumatur è ceruicib. pendente, qui eſt ornamentum naturale, quàm pro adſcititio alio ornamento torquium, & moniliũ ex auro, vel è gemmis, aut ex alienis crinibus confecto, quo collum exornetur, quin & crinem illum è ceruicibus pendentem, quem in ſponſa, quæ velo operta ſupponitur, conſpexiſſet, torquem, ornamentum, ac monile iure optimo appellatum ab ſponſo crediderim; quod eo collum illius non minus decorum reddi ſibi videretur, quam, ſi pretioſiſſimis id exornatũ eſſet monilibus; eo modo, quo cap. 1. ob eamdem rationem idem ſponſæ collum monilibus ipſis cõparatum vidimus, vbi idemmet ſponſus dicebat: a *Collum tuum ſicut monilia*.

a Cant. 1. 10.

Porrò crinis vnius nomine non vnum capillum ſignificatum cenſere debemus, ſed vnum pluriũ capillorum ſimul connexorum ſertum, quod trecas Latini vocant, Italicè, *Treccia*; quomodo idem nomen vſurpatum reperitur Iudicum 16. vbi ait Sampſon: b *Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, &c.* Quibus crinibus vtebantur antiquitus porrectis ſuper collum tam viri, quàm mulieres. Vide Auctorem Collectaneorum in Clementem Alexandrinum lib. 3. Pædag. ſuper illis verbis Catenarum nexus, vbi pluribus de illo antiquorum more agit.

Crinis nomine ſignificata trica.

b Iudi. 16. 13.

Crinib. Antiqui vtebãtur porrectis ſuper collum.

Deſeruire etiam poſſet ſpiritalibus ſenſibus, qđ tam in hebræo in plurali dicitur: *Ecollis tuis*; quã in verſione Septuag. *Collorum tuorum*. Licèt enim re vera tantumdem ſit, ac ſi in lingua latina dicatur, ceruicum tuarum, ſeu, è ceruicibus tuis; ponderari nihilominus poſſet, quòd vnum dicitur ornamentum, & plura colla, cum contrarium potius euenire ſoleat, vt vnum collum pluribus exornetur ornamentis.

Verſ. IX. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa; vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

SI laborauimus in prima expoſitione, quò explicaremus rationem, qua amantis hominis cor vulnus acciperet per ea in primis, quæ in humano corpore ſunt maximè delicata, oculum, & capillum; haud dubium, quòd multo magis inſudandum ſit in explicando modum, quo Deus ἀνθρωποπαθῶς loquens de ſemetipſo, in corde vulneratum ſe dicat in vno oculo, & in vno crine Eccleſiæ. Vulneratum item in corde per id, quod eadem A Eccleſia ita ut eius ſponſa, vt etiam ſimul & ſoror.

DE ECCLESIA.

Suppoſito igitur eo, quod iam probatum eſt in primo verſu huius quarti capitis, ſub oculorum, & capillorum metaphoris contemplatiuos, & religioſos intelligi, eos nimirum, qui ſtudio addicti ſunt contemplationis diuinorum myſteriorũ, & eos, qui religioſam, ac monaſticam vitam profitentur: Quo ſenſus totius huius ſententiæ enucleetur, explicandum primò: Quid Eccleſiæ addatur eximij per id, quod, nedum ſponſa, ſed & ſoror Dei Dicitur: magnum enim aliquid id eſſe neceſſe eſt, cũ ſufficiẽs ſit ad vulnus infligendũ cordi diuino:

Secundò, qui ſint plures oculi Eccleſiæ, è quib. vnus duntaxat cor Dei valeat vulnerare.

Tertiò, ſi Religioſi ſunt Eccleſiæ capilli, cur cũ B Deum vulnerant, appellentur vnus crinis colli, ac ſimul; Quomodo ijdem ſit ornamentum Eccleſiaſtici colli.

Quartò demum, qua ratione vulnerari dicatur diuinum cor per dicta duo membra. Quomodo idem Dei cor per eadem membra abſtrahi poſſit, & excitari; Quave ratione ipſimet Deo cor exhibeatur, iuxta varias Interpretum lectiones.

Quoad primum; Per nouam iſtam nominis ſororis additionem ad nomen ſponſæ, ſignificatur incommutabile vinculum, quo Eccleſia Catholica cum Deo iuncta eſt. Enimuerò aſſumpſit quidẽ Deus, deſponditque Synagogam Iſrael, & Iudam ſibi in ſponſas, at de nulla illarum dixit vnquam; C *Vulneraſti cor meum*: amor quippe, quo vulnus infligitur, tunc minime erat firmus, nec ita obduratus, vt vulnerare eum poſſet: quia nec ſolidũ erat talium ſponſarum connubium, prout ipſemet Dominus apud Ieremiam ſignificauit, cum diceret: b *Et vidit prævaricatrix ſoror auerſatrix Iſrael, quia pro eo, quod mœchata eſſet auerſatrix Iſrael dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij, & non timuit prævaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abiit, & fornicata eſt etiam ipſa*; tametſi ſoliditas, ac firmitas in iſtiuſmodi connubiis nunquam defecit ex parte Dei; at ex parte ſponſarum, quæ, cum ſponſum auerſarentur, libellum repudii ab eo ſibi datum cauſabantur; quam cauſationem refellens is apud D Iſaiam ait: d *Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, qua dimiſi eã?* id eſt; Quid me incuſatis, quod diuortii cauſa extiterim, librumque repudij dederim matri veſtræ; ita vt illam habere haud amplius voluerim in ſponſam? Ac ſi dicat. Non inuenietis librum iſtum à me datum. Quin tantum abeſt, vt librum repudii vnquam is dederit eis ex parte ſua, vt contra legem, e cui ſubiectum ſe faciebat omnis, qui hunc daret libellum, ſæpius ad illas licèt aduerſatrices, iterum iterumque ſibi aſſumendas paratum ſe exhibuerit, vt per Ieremiam conteſtatus eſt his verbis; f *Vulgo dicitur: Si dimiſerit vir vxorem ſuã, & recedens ab eo duxerit virũ alterum, nunquid reuertetur ad eum vltra? nunquid* E *non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere; & ego ſuſcipiam te.* Quomodo autem à talibus ſpõſis vulnerari is poterat in vno oculorum earum, & in vno crine colli earum, vel in pudico ipſarum amore, cũ inſtar meretricum auerſis à ſponſo oculis ad quoslibet alios amatores eos deflexerint, cumque iugũ eiuſdem è ſuo deiecerint collo? g *A ſæculo* (ait Dominus ad Ieruſalem) *confregiſti iugum, rupiſti vincula mea, & dixiſti: Non ſeruiam. In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix*. Eccleſia ſancta ipſa eſt, quæ pudico amore ſuo, ſoliditateque connubij illum vulnerat. Ita ſiquidem ſponſa il-

Sororis nomẽ additũ nomini ſpõſæ ſignificat incõmutabile vinculum cõnubii inter Chriſtũ, & Eccleſiam.

c Iere. 3. 8.

d Iſa. 50. 1.

e Deu. 24. 4

f Iere. 3. 1.

g Ier. 2. 20

DE ECCLESIA.

sa illius iugiter perseuerat, sicut perseuerat & soror. Ac sicut fieri non potest, vt quæ nata est soror alicuius, soror vnquã non sit illius. Ita nec fieri vnquã pôt, vt Ecclesia Catho. q̃ Christus semel spõsauit, sponsa illius esse desinat. Vnde Dauid in Epithalamio cælestis sponsi descripto in Psal. 44. ait: *a* *Adstitit Regina à dextris tuis*: super quæ verba Chrysost. hom. in Psal. 44. ait: Alius interpres pro *adstitit*, habet: *Stabilita est*, hoc est, firmiter stetit, immobiliter. Quod alibi dicit Christus: *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam*. Quin vox ipsa Græca ..., quam interpres Chrysostomi vertit, *stabilita est*; maiorem vim habet ad significandam firmitatem cõnubij istius inter Christum, & Ecclesiã. Propriè. n. significat: Tanquã colũna immobilis stetit, vnde Apostolus ad Timor. Ecclesiam ipsam dicit: *b* Columnam, & firmamẽtum veritatis. Et idcircò eodem temporis momento, quo illam sponsare dignatus est in Incarnatione, sic sponsalitiam ei cõtulit dignitatem, vt simul eidem & sororis contulerit prærogatiuam, neque enim simpliciter carnem sumpsit, aut natus in ea carne est, quam sibi creare potuisset, sed, vt frater esset Ecclesiæ, vtve sororem veraciter appellare illam posset, carnem ex Adam communi desumpsit Patre, cũ de virgine est natus, & è purissimis sãguinibus filiæ Adæ conceptus. Maximam igitur vim habet, quod sororem suam eam dicit, & sponsam; Aeque est enim ac si dicat.

Simile.

a Ps. 44. 10. Chrisost.

b 1. Ti. 3. 15.

PARAPHRASIS.

Vulnerasti cor meum, quia sic *sponsa mea es*, sicut & *soror*: & quia, sponsa mea cum sis, instar sororis virginem te in perpetuum mihi exhibes castam, à me tuos nunquam auertens oculos.

Oculi ecclesiæ multiplices.

c Ps. 90. 11.

d Iere. 1. 11.

e Luc. 2. 8.

f Iob 29. 15.

Porrò tametsi Ecclesia ipsa plures oculos habeat, sanctos videlicet Angelos, quorũ intuitu fideles quosque *c* custodit in omnibus viis eorũ; Prophetas, qui idcirco Videntes sunt appellati, qd oculorum munere fungerentur; Reges, ac Principes in sceptro, & *d* in virga vigilãte Ieremiæ ostẽsos: Prælatos *e* vigilias custodientes super gregẽ suum: Sacerdotes, atque Doctores, in quorum persona dicebat Iob: *f* *Oculus fui cæco*: Necnon & eos, qui contemplationi diuinorum addicti sunt. In vno tamen potissimũ istorum oculorũ vulneratũ se, ait cælestis sponsus, in vno ordine contẽplatiuorum, quos semper in se coniectos animaduertit: atque vni huic operi indulgentes, vt nouis semper accessionibus diuinũ in se suscitent amorem. Quinimo, cum plures in hoc vno ordine sint contemplatiui, plures quoque & oculi, significati per septem illos oculos, quos *g* Zaccharias vidit super lapidem vnum, idest Christũ, lapidem probatum, angularem, pretiosum, perpetuo illũ contemplantes, in vno illorum vulneratũ se, inquit Deus. Tanta. n. est vis contemplationis, quam Dominus *h* optimam partem iure appellat in Euangelio; vt nedum totus contemplatiuorum ordo simul, sed & vel vnus duntaxat eorum sufficiens sit ad vulnerandum cor Dei.

Contemplatiui sũt septẽ oculi super vnum lapidem.

g Zac. 3. 9.

Contemplationis quãta sit vis.

h Lu. 10. 42.

Quoad tertium cælestis sponsus eodem modo dicere potuisset: *In vno capillorum tuorum*; sicut iã dixerat: *In vno oculorum tuorum*: cum capillus ita Religiosum significet, sicut oculus cõtemplatiuũ, efficacius nihilominus hoc modo loqui voluit. *In vno crine colli tui*; tametsi ab vnoquoq; eorum, qui verè Religiosi sint, vulnerari se, sentiat, per hanc namque locutionis formam duo subindicat, per quæ potissimum Religiosus quisque cor eius vulnerat. Alterum in vocabulo crinis. Alterum in eo, quòd crinem colli, non capitis eum appellat. Crinis quippe hoc loco, vt colligitur ex originalibus Hebr. & Sept. ostensumque est in fine primæ expositionis, haud sumitur pro vno duntaxat capillo ab aliis seiuncto: sed pro multis capillis simul connexis, ac instar serti cuiusdam simul inuolutis in modum tricarũ, qui collum, atque ceruices exornent, cum à puellis pendentes deferuntur. Appellans ergo Religiosos crinis nomine, dum se ab illis vulneratum testatur, significat, vulnus istud ab eis sibi inflictum, per id, quod, iuxta Apostoli consilium, in hoc maxime suum intendunt studiũ, vt solliciti seruẽt vnitatem spiritus in vinculo pacis; atque adeo, vt hanc ipsam eorũ vnitatem designaret, aptissime dixit. *Vulnerasti cor meum in vno crine*, *in uno crine*, non in vno capillo, quia haud bene placita sunt Deo feruentiora illa Religiosi studia dilectionis, quæ detestandam illam singularitatẽ sapiunt. Et ideo quantũcunque intẽsius in ipsum iaciantur, haud valent, nedum vulnerare, sed vel attingere cor illius. Tunc vero altissimũ, & inaccessibile cor istud vnusquisque Religiosus, vnusquisque capillus vulnerat, cũ, etsi solus bonũ aliquod operetur, dum tamen id operatur, non modo cauet, vt nullum fratrem scandalizet infirmiorem, sed & satagit, vt ædificationem præbeat vniuersis. Huius planè opera, sanctaque fratrũ in eis operibus connexio sic Dei cor penetrant, sicut & odor pretiosi vnguenti cor penetrat odorantis: *i* *Vnguento, enim, & variis odoribus delectatur cor*: ait Salomon, vnde in Ps. Dauid ostendere volens, quã bona quam iucunda, ac potens sit ista Religiosorum connexio, cum dixisset: *K* *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnũ*, subintulit, *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbã Aaron*, Ac si diceret: Sicut pretiosissimum illud vnguentũ ex multis, suauissimeq; redolẽtibus aromatib. confectũ, quo vnctus erat Aaron, dũ, ingrediẽte illo in Sãcta Sanctorũ, ab eius capite descẽderet in barbã, cor Dei penetrabat, & oblectabat. Ita & sancta Religiosorum fratrum in vnum commoratio, vnaque in bene operando conuersatio iucundissimo planè vulnere idem Dei cor sauciat. Ideo veraciter is ipse, qui se vulneratum sentit, ad Ecclesiam, cuius capilli ij sunt, ait: *Vulnerasti cor meum in vno crine*.

DE ECCLESIA.

Religiosi per vnionẽ spiritus feriũt cor Dei.

Singularitas, Religiosi etiam in operib. sanctis, vel prodest, salvo potest.

i Pro. 27. 9.

k Ps. 132. 2.

Apte vero, & valde ad propositum addit. *Colli tui*, non, *In vno crine tuo* simpliciter, sed, *In vno crine colli tui*. Per hoc quippe adiectum duo simul significat. Et modum, quo omnes, ac singuli Religiosi prædictam seruare queant vnitatem spiritus vt Dei cor vulnerent, non solum in communibus studiis, & cum in communi conuersatione, vel in choro, vel in exercitio manuum, vel in communibus aliis obseruantiis sedulos se exhibent, sed & cum vel in cellis conclusi, vel alibi quoque in publico præcipuum boni aliquid operantur. Et alterum illud, per quod ab illis vulneratur, vnà cum iam exposita vnitate spiritus, id autem est omnimoda dependentia à voluntate sui Prælati, ac perfecta sui ipsius in eumdem Prælatum resignatio: hac siquidem vna facillime vnusquisque in quibuscũque actionibus, siue quas publice, siue quas priuatim exercet, sanctam seruat fratrum cõnexionem, & vnitatem spiritus, quatenus nihil agere tẽtat, quod Prælato suo non aperiat, quodve eius nõ sedeat arbitrio. Hac & cor Dei vulneratur ab iisdem, quando per obedientiam, qua à Prælati voluntate dependent, arcte illud ligant, sicque deuinciunt, vt de Deo ipso sic audacter loquantur: *Tenui eum, nec dimittam*, vt latius explicatum est supra in tertia expositione prædictorum verborũ vers. 4. cap. 3.

Obedientia Religiosi efficit, vt Religiosus in cunctis operibus suis vulneret cor Dei.

Cant. 3. 4.

DE ECCLESIA.

Religioſi quō depēdere dēant à voluntate Prælatorū.

Ponderandum hoc loco eſt, qua ratione cæleſtis ſponſus tam efficacem iſtam Religioſorum dependentiam exprimat, appellando Religioſos ipſos vnum crinem colli Eccleſiæ. Circa hanc autē appellationem duo in primis ſupponenda ſunt: Et quòd collum Eccleſiæ ſint eius Prælati, vt probatū eſt ſupra in expoſitione 2. verſ. 4. huius capitis: Et quòd Religioſi, cum capilli eiuſdem Eccleſię ſint, in Deo eius capite radices habeant, Deoq. proximius, quam reliqua Eccleſiæ membra inhæreant: id quod etiam ſupra probatum eſt fuſius in ſecūda expoſitione encomii capillorum, quod habetur in primo verſ. huius capitis.

His ſuppoſitis: patet, ex hac appellatione, qua Religioſi dicuntur crines colli potius, quam capitis Eccleſiæ, & ſignificari primò, illos ita in Deo radicatos, Deove inhærentes eſſe debere; vt à Prælatorum voluntate omnino dependeant, Dei voluntatem in voluntate eorum expoſitam tenentes: ſicve illis obtemperent, vt radicē charitatis, qua Deo inhærent, fixam in eodem vt in capite ſeruēt Deo, non hominibus ſeruientes. Significatur tamen inſuper per idipſum, tanti Deum facere perfectā iſtā Religioſorum à Prælatis ſuis depedentiam; vt tametſi re vera ij magis dicendi eſſent eius, vtpote qui ab ipſo vitam habeant, vt capilli à capite, ac propter ipſum Prælatis obtemperent; haud tamen crinem capitis eos nuncuparit, ſed crinem colli; teſtatum nimirum per hoc faciens, haudquaquā capitis crinem eſſe poſſe Religioſum, qui colli non ſit: Et è veſtigio, eum, qui colli crinis ſit, à Prælati voluntate dependens, eſſe pariter & capitis, iuxta illud: *a Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Nec abs re eſt, quòd in Originalib. tam hebraicis, quàm Sept. non vnius colli crines dicti ſunt, ſed in plurali crines collorum: per hoc quippe perſuaſum vnicuique ſit, Religioſo, haud vni duntaxat ſibi obtemperandū ſuperiori; ſed oībus, & ſingulis, quotquot ei Deus præeſſe voluerit.

Obedientiā Religioſorū qua dependēt à volūtate Prælatorū, quāti faciat Deꝰ.

a Luc. 10. 16.

Obedientia in eo ipſo, ꝙ ſubijcit ſub ditum ſuperiorem reddit, & eſt ornamentū Prælato.

Aduertendum eſt autem, ita Religioſos, vt ſunt crines colli Eccleſiaſtici, è collo ipſo pendere, vt haud ſubtus collum ſint, ſed ſuper collum: quia in ipſamet ſubiectione, quam Prælatis exhibent, in ipſamet dependentia ex eorum voluntate illis ſuperiores quodammodo ſunt, iuxta illud Euāgelii: *b Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Denique ſic è collo pendere crinis hic dicitur, vt pro ornamento ipſimet collo inſeruiat: nam re vera Religioſi in eo ipſo, ꝙ à Prælatorum voluntate dependent obtemperantes præceptis eorum, Prælatos ipſos exornant: vnde in libro Eccleſiaſtici dicitur: *c Iudicium Patris audite filii, & ſic facite, vt ſalui ſitis: Deus enim honorauit Patrem in filiis:* quatenus ſcilicet per obedientiā, quam patribus præſtant filii, honorem, ac decus eis conciliare voluit.

b Luc. 22. 27.

c Eccli. 3. 2

Quoad quartum: vulnerat Eccleſia cor Dei, cum perpetuo per vulnus illud charitatis, quo ab illo ſauciata iamdiu eſt, perſeuerat eſſe pudica ipſius ſponſa: Vulnerat autem alio modo in contemplatiuis vt ſic: alio verò modo in Religioſis quatenus Religioſis: Ac tam in iſtis, quàm in illis vnum idēque vulnus ei infligit, idemque ipſum ſæpius ſata git renouare. In Religioſis vulnerat eius cor: quatenus cum eius voluntate, quā frequentiſſime cor ipſius appellant ſacræ paginæ, ita arctius eos conſtringit, ac religat, vt quodammodo vulneratus ex ipſa voluntate ſua effundat in dilectiſſimā ſpōſam vitā charitatis, ac miſerationum, de qua in pſalmo dr: *d Et uita in uoluntate eius:* ſicve ſicut per vulnus carnali cordi inflictū, vnà cū ſanguine effunditur

Per coniunctionē volūtatis ſuę cū voluntate Dei Religioſi vulnerāt Deum.

d Ps. Reg. 2. 35.

Michaelis Ghislerij.

A & vita: Sic perfectius vulnere in corde voluntatis ſuæ ſauciatus Deus vna cū ſanguine vitā miſeratio nū ſuarū ſuo modo effundit in Eccleſiam; adeo, vt iure optimo ipſemet dicere queat, quod apud Iſaiā dixit aliqñ: *e Vocabitur uoluntas mea in ea:* vbi pro, *volūtas mea*, in textu hebraico eſt חפצי chephzi: notum eſt aūt iis, qui hebream linguam callent, dictionem חפץ hephetz, ita ſignificare ardētē voluntatē, vt ſimul connotet voluptatē, dilectionē, deſideriū, delectationē, ſtudium, atq. negotiū: vulneratus namq. in corde Deus eo mō, quo dictū eſt, ita quodammodo vitam in Eccleſiam effundit, ac ſi totum ſuū uiuendi inſtitutum in illam transfuderit, totam & dilectionem; totamq. voluptatē, ac ſtudium oē, omneve deſiderium ſuū; quā metaphoricā, ac ſpiritalem transformationem, ac vulnerationem ipſamet Eccleſia al iis verbis in c. 7. huius Cant. exprimet, dicens: *f Ad me cōuerſio eius.*

DE ECCLESIA

d Iſ. 63. 4.

d Act. 13. 22.

e Pſ. 29. 6.

Simile.

Vulnus inflictū volūtati Dei vitā ex ipſa facit promanare.

e Iſa. 62. 4.

f Cāt. 7. 10

B

Hocque idem vulnus, quod in Religioſis, vt crines colli ſui ſunt, religando arctius, diuino infligit cordi, alio quoque pacto eodem tempore ipſamet Eccleſia in contemplatiuis, qui oculorum vices in ſe gerunt, vel etiam in uno eorum eidem infligit. Sicut enim corporales amatæ oculi carneum amantis cor uulnerant, emittendo ex ſe ſubtiliſſimum ſanguinem ſpirituoſum à corde dimanantē in obuios amantis oculos, ac per oculos, tamquam iaculum in eiuſdem cor eum immittendo, prout ex naturali philoſophia oſtēſum eſt ſupra; Ex quo vulnere poſtmodum & ī animo quoque metaphorica fit uulneratio, & transformatio ſpiritalis. Ita & contemplatiui, dum inſtar oculorum continuo obtutu in Deum conîecti ſunt, in obuios Dei obtutus ex intimis præcordiis ſuis ſpiritoſum ſanguinem precum ſuarum (præces. n. ſanguinem eſſe exinde probat Clemens Alexādrinus, quia *g* de ſanguine Abel iuſti Deus in Geneſi dixit, quod ipſum interpellet) iniiciunt, ſicve tamquam iaculis intima per eas penetrant præcordia charitatis ipſius: atq. adeo uulgato uocabulo breues illæ, ſpiritoſę, atq. feruētes preces, quas frequētiſſimas in cōtēplandis diuini, myſteriis fundunt, orationes iaculatoriæ nuncupantur: quòd & configunt, & uulnerāt uulnere charitatis, ut iam explicatum eſt.

Contemplatiuis quō cor Dei vulneretur.

Simile.

C

Clem. Alxand. lib. 1 pædag.

g Gē 4. 10.

D

Admodum uerò efficacior eſt alius ſignificatus uerborum textus hebraici, ac uerſionis Sept. ſecundum quem Deus ait: *Abſtuliſti mihi cor*: magis enim, & ſignificantius modum explicat prædictæ uulnerationis cordis Dei: & inſuper aliud ſubindicat latens myſterium, Quomodo ſcilicet contemplatiui, ac Religioſi, ſeu Eccleſia in illis Dei uoluntatem, quam cor eius eſſe, ex uſu ſacrarum ſcripturarum ſuppoſui, ab illo auferant, uoluntatem, inquam qua is iniquorum hominum peccata reſpiciens, punire eos uellet ſecundum iuſtitiam, quam ue ex eo, quod minis ab eo ſignificatur, uoluntatē ſigni appellare ſolent Theologi.

E

Porrò in eo ipſo, quòd in prædictis duobus mēbris ſuis auferre ſic poteſt cor Dei, aliud quoque per eadem membra ſimul efficit, quod & maiores indicat uires charitatis eius, & uehementiorem incutit admirationem, id uerò illud eſt, quod per tertium eorumdem uerborum ſignificatum ipſemet teſtatus eſt Deus, dicens; *Indidiſtis nobis cor*. Enimuero contemplatiui, atque Religioſi charitate flagrantes, nedum uoluntatem diuinam eo modo, quo dictum eſt, auferre ualēt, ſed &, quod maius eſt, in locum eius, quam auferunt, ſuam ipſorū & quæ cor ipſius Eccleſię eſt, in intima Dei uiſcera immittunt uoluntatem, efficientes nimirum, ut pro uoluntate, qua punire uolebat iniquos, uoluntatem

Eccleſia quō in cōtēplatiuis, & Religioſis auferat à Deo cor voluntatis eius dando eidē cor voluntatis ſuæ.

DE ECCLESIA. tatem iam Deus habeat Ecclesiæ sponsæ suæ, qua eisdem placetur, & opem ferat. Neque verò, absurdum videri id cuipiã debet, quasi Deus instar hominis constituatur mutabilis, cum è vestigio constet, firmissimè tenendum id, quod per Malachiam de semetipso is dicit: *a Ego Dominus, & non mutor*: Nam, etsi vna re vera in Deo sit, & simplicissima voluntas, vnus simplicissimus voluntatis eius actus; verissimum nihilominus est, ipsam vno illo simplicissimo actu, ea ratione complures res velle, vt ansam nobis præbeat distinguẽdi ex nostro modo concipiendi in ea multos, variosve, ac sæpe etiã sibi inuicem contrarios volendi actus: atque insuper plures, atque distinctas in eadem constituendi voluntates, quod certè fieri minime posset, nisi infinita ea esset. Hinc fit, vt Theologi vnimet Deo assignent voluntatem signi distinctam à voluntate beneplaciti, & voluntatem antecedentem distinctam à voluntate consequente: Voluntatemque ipsam signi distinguant in illas, quas Deus significat vel per præcepta, vel per consilia, vel per prohibitionem, vel per permissionem, vel etiam per operationem aut minis, aut facto exhibitam. Istam porrò volũtatem vltimam operationis significatã per minas, vel et per aliqua intentata flagella ab se ablatam innuit, cum dixit: *Abstulisti cor mihi*: Inditũ autem simul & cor, & voluntatem Ecclesiæ: non quia dum remittit pęnam intentatam, & propitius fit peccatoribus, id contra voluntatem efficiat: quinimo adeo potens est eius charitas, qua suam prosequitur sponsam, vt hoc ipsum, quod ex voluntate illius est, voluntatem suam pronuntiet magis, quàm illam primam: hanc quippe, quæ merita consequitur sponsæ, ac membrorum eius, & idcirco voluntas consequens à Scholasticis appellatur, ineuitabiliter reddit efficacem, vtpote sibi etiam maxime placitam; atque adeo voluntatem beneplaciti nuncupatam; primam verò illam quasi non propriam reputat, vnde & per Prophetam dixit aliqñ: *b Nunquid voluntas mea est mors impij?* Et, *c Nolo mortem impij, sed vt conuertatur à vijs suis, & viuat*; libentissimeque idcirco, & summa cum voluptate illam à se abstrahi sinit. Modus, quo spõsa eius Ecclesia cor, atque volũtatem hac ratione Deo & aufert, & tribuit, is ipse est, quo eamdem cor illius vulnerare, ostendimus; per spiritales oculos, & per contemplatiuos iniiciendo in eum feruentes orationes iaculatorias ex intimis præcordiorũ affectibus prodeuntes: Per Religiosos verò, & crinem colli religando, ac constringendo per obedientiã primam illam eius voluntatem, & voluntatem suã vinciendo voluntati diuinæ; adeo vt per arctã cõstrictionem istiusmodi ex illato vulnere effundatur vita bonæ voluntatis. Horum omnium exemplum in vna habemus historia, quæ in libro Exodi *d* refertur. Irato enim Domino contra populũ Israel propter peccatum idololatriæ, quod commiserat in deserto, adorando vitulum; ac propterea minis Moysi significante volũtatem suam, qua volebat populum illum è medio tollere; Vnus Moyses, qui instar Religiosorum à reliquo populo segregatus secesserat ĩ mõtem Sina, vbi per quadraginta dies, vt verus contemplatiuus vni vacauit studio contemplationis, totus in Deum defixus & per obediẽtiã suã, & perferuentissimas preces voluntatẽ illã, q̃ ei Dñs significarat, cõstrinxit; ita vt pro illa vulnere Deus exclamarit: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam*; eamdemque voluntatem ab eodem abstraxerit, vt patet per hæc verba, quę in textu subiecta habentur illicò post Moysis preces;

a Malach. 3.6.

Voluntas Dei quõmo mutetur.

b Ezec. 18. 23.

c Ezec. 34. 11.

Ecclesia quo mutet volũtatẽ Dei.

d Exo. 32.

A *Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.* Quin & iuxta uoluntatem Moysis populo eidem iterum legem digito suo inscriptam largiri uoluit, eumque in terrã promissionis introducere, ut ex consequentibus constat, ac si Moyses ipse suam uolũtatem, sinumq. cor illi ididisset, ablata ab eo uolũtate, & corde ipsius.

In iisdem spiritalibus oculis, & colli crine, pari que ratione excitatur eiusdem Dei cor ab ipsa Ecclesia ad benefaciendum populo suo; ita ut propterea iuxta uersionem Symmachi dicat: *Excitasti cor meum, soror mea sponsa; excitasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Enimuero illam uoluntatem beneplaciti, qua Deus decreuit, B bonum aliquod præstare fidelibus suis, uel etiam infidelibus, precibus ipsis suis, suaque obsequenti resignatione contemplatiui in primis, atque Religiosi sic excitant, ut ad effectum deducatur: cuius rei exemplum in uno habemus Daniele, quem iure optimo & inter contemplatiuos, & inter mortificationi indulgentes Religiosos adnumerare fas est. *e* Is quippe illam Dei uoluntatem, quã Ieremię significatã norat, quaue decreuerat Deus post septuaginta annos populum Iuda è Babylonica captiuitate liberare, ita feruentibus suis excitauit precibus; ut in ipsomet tempore, quo preces fūdebat, Angelum Gabrielem ad illum Deus destinarit, qui ei nedum eductionem ex illa captiuitate instantem, sed & aduentum Messiæ nũtiaret, quo C diabolica tollenda erat captiuitas, & insuper determinatum eius aduentus tempus indicaret.

His fusius explicatis iam facile est, breuem, ac paraphrasticum eorum, quæ per hanc sententiam dicuntur, assignare sensum. Atque est namque, ac si cælestis sponsus diceret.

Vulnerasti cor meum Ecclesia per id, quòd *sponsa mea* cum sis, tu sola ita perpetuo mihi es sponsa simul, ac *soror mea* effecta, dum è parentib. ipsis tuis carnem sumpsi; ita mihi sponsata, vt instar sororis uirginem in perpetuum te te mihi exhibeas castã: ita pudica, ut tuos in me unum coniectos semper habeas oculos. Tametsi autem multi tibi sint oculi, quos uniuersos ad me seruas directos, in uno ni D hilominus præsertim eorum, in ordine eorũ, qui contemplationi indulgent: quin uel in eiusmet ordinis contemplatiuo uno uulnerasti item cor meũ necnon & in uno Religioso per id, quòd instar crinis se is exhibeat, cum reliquis fratribus connexus in omnibus solicitus seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, ac per id, quòd instar crinis è capite enascentis, atque è collo pendentis, in me capite tuo fixas habens radices charitatis, totus è uoluntate pendet Prælatorum, qui spiritalis colli munia in te exercent: *Vulnerasti*, inquam, *cor meum* in Religiosis, quatenus iis, quasi crine quodam præfor ti tam arcte cor uoluntatis meæ constrinxisti, ut præ illato uulnere uitam uolũtatis, dilectionis, ac uoluptatis meæ in te effuderim. *Vulnerasti & in u* E *no contemplatiuo*, ac uehementius in contemplatiuis omnibus, qui in te sunt, quatenus ij in ipsomet contemplationis studio spiritosas ex intimis præcordiis suis in intima bonæ uoluntatis, & charitatis meæ præcordia preces iiecere iaculatorias. Nedum uerò *vulnerasti cor meum, soror mea sponsa*: sed & *abstulisti mihi* ipsum cor uoluntatis meæ, ac simul *indidisti* item mihi *cor* uoluntatis tuæ, uinciens illud *in ipso crine colli*, in sanctis Religiosis per exactam obedientiam ipsorum, illudue abstrahens à me: ac per iaculatas contemplatiuorum preces in me iniiciens cor uoluntatis tuæ: efficiens, ut, dimissa uoluntate puniendi peccatores, quam

DE ECCLESIA.

Ecclesia quo excitet cor voluntatis Dei in cõtẽ platiuis, & in Religiosis.

e Dan. 9.

PARAPHRASIS.

quam & minis ſæpe ſignificatam, iuxta tuam volũtatem & parcerem, & propitius illis opem ferrem. Quin & ipſam meam voluntatem beneplaciti, qua bonum in te conferre decreueram, *in eodem oculo, ac crine colli tui*, iiſdem precibus, ac reſignatione eorum effeciſti, vt ad effectum deducerem quã tocius, ſicve *excitaſti* etiam *cor meum* in illis.

Verſ. IX. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Pia.

Cur ſponſa declaret, quo vulnere vulnerata ſit, nempe charitatiſ; ſponſus verò vulneratũ ſimpliciter ſe dicat à ſpõſa.

CONſuetum quidem in mundo nouimus, vt ſorores, ac ſponſas vulneribus configant homines, qui honoris, ac boni nominis rationem habere profitentur; idque propter aliquid impudicitię quod ab illis commiſſum præſenſerint: At nequaquam idem moris eſſe, animaduertere eſt, vt ſorores, aut ſponſæ vulneribus vel fratres confodiant, vel ſponſos. Vulnera nihilominus illarum frequẽtiſſima eſſe, non ignoramus, quibus corda transfigunt ſponſorum, ac fratrum; at vulnera earum pudicitiam præſeferunt, haud ferro, ſed ipſamet pudicitia, & charitate inflicta. Hinc eſt, quòd, cũ ſpõſam, aut ſororem à viro vulneratam audimus, ni aliud addatur, ferro vulneratam illam intelligamus: E veſtigio verò, cum à pudica ſorore, vel ſponſa vulneratum ſe, ait quiſpiam, abſque alia explicatione, charitatis vulnera illico percipimus, quæ ipſa infliguntur pudicitia: Atque adeo ſponſa, quæ in Cantico iſto repræſentatur pudiciſſima, vulneratam ſe aliquando à ſponſo ſignificare volens, ne quam impudicitiæ ſuſpicionem ſubiret, rationem explicauit vulnerationis ſuæ, ideoque tum in c. 2. tum in c. 5. iuxta verſionem Sept. dixit: *a Vulnerata charitate ego ſum*: quaſi gloriabunda de vulnere, quod inſignem argueret pudicitiam. At ſpõſus abſq. vlla explicatione in hoc verſ. ſimpliciter vulneratum ſe ait ab ea, quæ & ſoror, & ſpõſa ſua ſit: dicens quippe: *Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa*; ſatis perſpectum habuit, id ex communi cõceptu de vulnere intelligendum, quod ex ſororis, ac ſpõſæ pudicitia proueniſſet. Quamquam, vt qualis ea eſſet ſororis, ac ſponſæ ſuæ pudicitia, omnibus innoteſceret, addat poſtmodum iterum: *Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*: efficacior tamen iſta eſt locutio ad ſignificandum vulnus per pudicitiam inflictum; dum Chriſtum Deum, ac hominem eſſe ſupponimus, qui hic loquitur, ſponſum vniuſcuiuſq; animę ſanctæ, atque ad piam animam hæc ipſa loqui.

a Cãt. 2. 5. Cant. 5. 8.

Vt autem tota vis iſtius orationis percipiatur, operæpretium eſt, vt iuxta eum ſenſum, quem primo loco in prima litteræ expoſitione attuli, eam explicem: explicari verò non poterit benè, ni prius conſtet; Quomodo pia quæque anima ſoror ſimul, ac ſponſa Chriſti ſit: Quomodo Chriſtus, Deusq; ipſe vulnerari queat: Et modus, quo pudicus amor illum vulneret: Quis ſit vnus animæ oculus, quiſve vnus colli crinis: Et qua ratione piæ animæ vulnus in diuinum cor infligatur. Hæc ergo declaranda ſunt, ſenſuſque tunc facile percipietur.

Ani. ſancta ſoror Chriſti eſt p gratiam, ſpõſa verò eſt eiuſdẽ per actualẽ vnionẽ, ac deuotionẽ.

Quoad primum: Soror Chriſti iure optimo dicitur pia anima, quatenus per gratiam, qua ſanctificatur, *b* diuinæ eſt conſors naturæ: *c Qui enim* ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes, inquit Apoſtolus: licet autem per hoc ipſum, quòd iuſtificata per gratiam, diuinæ naturæ facta eſt conſors, ſponſæ pariter Dei dignitatem obtineat; hoc tamẽ loco, cum nedum ſororem, ſed & ſponſam ſuam Chriſtus eam appellat, per ipſum ſponſæ nomen magnum aliquid aliud in ea ſignificare cẽſendus eſt: Sororis enim nomine id tantùm ſignificat, quòd ex vno & illa ſit, quæ ſanctificata eſt, & ipſemet, qui eam ſanctificauit: at vocabulo ſponſæ ſignificat inſuper, quòd vnum ſint ipſe, & illa: Sicut enim carnales ſponſi in duobus corporibus vna caro ſunt, iuxta illud: *d Erunt duo in carne vna*: Ita & in ſpirituali hoc connubio vnum ſunt & pia anima, & Chriſtus; vnum, inquam, dilectione, & ſpiritu, prout declarat Apoſtolus his verbis: *e Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt*: quibus in verbis ponderandum id, quod dicitur: *Qui adhæret Deo*: per hoc quippe innuitur, iſtam cum Chriſto vnionem ſpiritus tunc potiſſimum in anima fieri, cum anima ipſa actualiter Chriſto adhæret ſpiritu: Quæ ſanè actualis piæ animæ adhæſio ad Chriſtum per actualem deuotionem fit, cum anima voluntatem promptam ſemper habet ad faciendum id, quod ad Chriſti gloriam ſpectat, cumque haud diuiſa eſt, ſed ea tantùm cogitat, quæ ſunt Chriſti. Hocque magnum id eſt, quod nomen ſponſæ addit ad nomen ſororis, dum tam illud, quàm illud vni tribuitur animæ, atque adeo ita adiectum hoc loco eſt iſtud ſponſæ nomen, vt eximia ſignificetur eius animæ perfectio. Neque enim eæ omnes animæ, quæ ſunt in gratia, ac per ipſam gratiam diuinę naturæ ſunt conſortes, Chriſtique ſorores, appellari poſſunt & ſponſæ eiuſdem Chriſti, ſi ſponſæ nomen ſtrictè ſumamus, complures namque reperire eſt, quæ exiſtentes ſine peccato mortali, gratiam quidem habent, & nihilominus diuiſæ ſunt, vt loquitur Apoſtolus *f* de muliere nupta, cogitationeſque & ad Deum, & ad mundum habentes (loquor ſemper abſque peccato mortali) haud tamẽ, vt ſponſæ Chriſti cum Propheta dicere poſſunt, *g Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino meo ſpem meam*, quia dictę vnioni cum Chriſto non indulgent, ſtudentes, actualem deuotionem ſemper habere, quam certè quæ habet, & ſoror, & ſponſa iure optimo à Chriſto dicetur. Hęc porrò actualis deuotio cum pudiciſſimi erga Chriſtum amoris ſpecimen maxime exhibeat, tantum habet roboris vt Chriſti cor valeat vulnerare; ita vt propterea ille talem intuens animam, ſic eam alloquatur, *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa.*

b 2. Pet. 1. 4 c Heb. 2. 11

d Geneſ. 2. 24.

e 1. Cor. 6. 17.

f 1. Cor. 7. 34.

g Pſ. 72. 28

Pudicus piæ animæ amor Chriſti cor vulnerat.

Quamquam idem ſponſę nomen adiectum ad nomen ſororis, & aliud inſuper non minoris momenti in eadem anima celebrat, omnimodam nimirum eius conformationem ad Chriſtum. Enimuero, ſi conſuetum rerum ordinẽ ſpectemus, haud ſtatim ac puellam ſororem dicimus alicuius, illam ei, cuius eſt ſoror, conformatam ſignificamus, ita vt, ſi is pauper, aut diues ſit, ſi proſperã, vel aduerſam habeat fortunã, ſi extorris ſit, & ipſam eo modo habere ſe, exiſtimemus: Nam ſoror non ſequitur ſortem fratris, nec ſubiecta eſt fortunę illius; ſed quamdiu ſuperſtes eſt pater, patri conformatur in ſorte, ac in fortuna, ita vt, ſi pater diues ſit, præpotens, ſecundiſque rebus excelſus in domo ſua, quæ filia ipſius eſt, quamdiu in domo eius manet innupta, & ipſa diues cenſeatur, ac particeps felicitatis illius, quomodocunq. aliàs ſe habeat frater. At verò puella eadẽ, cũ ſponſa efficitur, nõ iam amplius patri conformis eſt, ſed ſponſo; nec ſequitur ſortem patris, ſed ſponſi, ſicut vi matrimonii trahitur

Pia anima vulnerat cor Chriſti per omnimodam cõformationẽ ad illius humilitatẽ ac paſſionem.

DE ANIMA.

hitur ad domicilium sponsi. Quia igitur anima, quatenus Christi soror, conformis est in aliqua-li duntaxat eiusdem naturæ participatione, quatenus per gratiam summi Patris naturæ consors est; haud tamen per hoc significatur, quòd conformis eidem sit in humilitate, in angustiis, & in mortificatione: quin potius istud sororis nomen, dum filiam eam arguit cælestis Patris, qui præcelsus est, nulli miseriæ obnoxius, omnique felicitate exuberans, celsitudinem pariter, atque felicitatem in illa designat. At verò cum idemmet Christus animam quampiam nedū sororem appellat, sed & spōsam: quia, non quatenus Deus excelsus, atque beatus, verum quatenus homo in humilitate carnis humillimus, pauperrimus, ærumnis, ac doloribus circundatus, eius est sponsus; ita illam sibi consortem esse designat, vt in omnibus, & per omnia cōformis pariter sibi sit, haud alta sapiens, sed humilib. consentiens, & mortificationem ipsius in se portans, mortificata tota die. Atqui per hanc quoque conformitatem, sicut & per actualem deuotionem ab illa in corde se vulneratum designat, dum ait: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa*: idest.

PARAPHRASIS. *Vulnerasti*, ò Anima *Soror mea*, me in corde: qa sponsam meam pudicissimam te conspexi, deuotā, actuque mihi adhærentem, & mihi vt sponso tuo conformatam in humilitate, & resignatione in tribulationibus.

Quia tamen haud omnes perciperent hæc, quæ latenter sub sponsæ nomine adiecto ad nomen sororis significabantur: vt vniuersis, atque ipsimet animæ fieret conspicuum, quòd in prædictis duob. ab ipsa vulneratus esset, manifestius se explicans, adiecit: *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorū, & in vno crine colli tui.*

Duo oculi pia animæ qui sint.

Pro quorum intellectu, sciendum, duobus quidem oculis spiritalibus vnamquamque animam esse præditam: altero, quo Deum contemplatur, atq. diuina: altero, quo aliis rebus huius mundi, tamet si spiritalis sit, intenta est, vtpote sibi ad vitā in terris degendam necessariis. Porrò, quæ verè sponsa Christi est, actualiter deuota, illive adhærens, sicut vnum cum ipso est, ita & ambos oculos suos in vnum redactos illi exhibet videndos, vt meritò is eius admirans pudicitiam, quæ, etiam secundū, lacita Aristotelis, in oculis maxime elucere solet, quamvę ex illo vno eius percipit oculo, exclamet.

Duo oculi aiæ piæ quā vnus oculusque vulneratur cor Christi.

Arist. sect. 31. problem. q. 3. tom. 6.

PARAPHRASIS. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum*, idest in eo, quòd ita te mihi intendentem aduerti, ac si vnum duntaxat oculum haberes; vi nimirum amborum oculorum in vnum redacta, quem in me vnum coniectum mihi exhibes. Quod certè tūc fit, cum anima, iuxta præceptū sponsi, a primum quærit regnum Dei, pro certo habens, iuxta eiusdem pollicitationem, reliqua vniuersa, quæ ei necessaria extiterint, sibi adiicienda. Tunc homo consolatione fulcitur (inquit Ambros. serm. 11. in Psal. 118. super illa verba: *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes; Quādo consolaberis me*) cum oculus mentis, & oculus corporis, vnus oculus fuerit cū Christo, & mens diuersa non cupiunt, sed vnum inquirunt: ita vt intenti ad eū, qui dicit: b *Ego & Pater vnum sumus*: ipsi quoq; se vnum esse confiteantur, quia vno, & eodem desiderio, officioque funguntur, intendendi scilicet in sponsum.

a Mat. 6. 33

Ambros.

b Io. 10. 30

Sicut autem per hanc iugem, & actualem intentionem, atque deuotionem hac ratione iā existens sponsa cor sponsi vulnerat in vno oculo, quę ex duobus oculis suis vnū exhibuit, Ita pari rōne sponsa eiusdem Christi humilis ac tribulati, humilis & ipsa, & ærūnis exposita, tribulationibusve mortificata in eo illius cor vulnerat, q multiplices, & quę prius effusæ erant, cogitationes ei exhibet in vnū redactas, instar crinis colli, è collo pendētes, & versantes circa collum humilitatis, ac perfectissimæ resignationis, & subiectionis in tribulationib. & angustiis. Quamuis. n. mens hominis, quæ capitis locum in anima obtinet tam innumeras proferat cogitationes, quam innumeros capillos & caput profert carnale (capillos. n. animæ ipsas mentis cogitationes esse, ostensum est supra in tertia expositione illorum verborum; c *Capilli tui sicut greges caprarum, &c.*) ita vt propterea per Salomonem dicatur: d *Multæ cogitationes in corde viri*; quæ circa faciem effusæ impediunt, ne oculi Deū videāt; Anima tamen Christi sponsa eas oēs in vnum tenet constrictas vinculo dilectionis, qua humilem sponsum suum prosequitur: exhibetque illas in vnum crinem constrictas eidem sponso suo ex velo arctissimæ custodiæ sui ipsius, non quidem ante faciem suam pendentes, sed pendentes è collo suo, quod supra in tertia expositione vers. 4. huius capitis ostensum est, aīæ humilitatem esse, & subiectionem, obedientiam, ac resignationem: propterea is dicit: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa*, q. humillima, mihive unita in tribulationibus: *Vulnerasti cor meum* in eo, quòd oculos tuos, unum oculum effectos, atque in me unum per actualē deuotionem illum ipsum coniectum ostendisti: nec non & multiplices cogitationum tuarum capillos in unum pariter crinem constrictos, ac circa collū humilitatis, & subiectionis uersantes exhibuisti.

Humili vna cogitatione Christi cor vulneratur à pia anima.

c Cant. 4. 1

d Prou. 19. 21.

PARAPHRASIS.

Alio quoque pacto exponere hæc licet iuxta primum pariter litteræ sensum; ut per hoc potissimū à pia anima uulneratum se dicat Christus eius spōsus, quòd, intentè ipsam intuens pudicissimā sponsam suam deuotam, atque mortificatam, uix unū eius fidei oculum, & unam arctam obedientiā ex facie conuersationis eius externo conspectui exhibitam aduerterit: Ac si diceret.

ALIVS SENSVS.

Vulnerantur cor Xpi à pia aiā 1 vna fide, et in vna obedientia.

PARAPHRASIS. Hac tua insigni pudicitia, qua sanctam conuersationis tuę faciem, decoraque uirtutum membra operta conseruas intra uelum arctissimæ custodię tui ipsius, *Vulnerasti cor meum*: *Vulnerasti*, inquam, *cor meum* in hoc, quòd duo tantum ostendisti, alterum spectans ad intellectum, alterum ad uoluntatem, unum nimirum oculum fidei circa ea, q̄ sunt intellectus, unamuę promptissimam obedientiam, & resignationem quoad ea, quæ sunt uoluntatis.

Circa hæc ponderandum discrimen formæ locutionis, atque exactius perscrutanda uis horum, quæ ab sponso dicuntur, secundum istum sensum. Cum enim loquitur de iis, quæ ad intellectū pertinent, ait: *In vno oculorum tuorum*: cum uerò de aliis loquitur, quæ spectant ad uoluntatem, non eodem modo dicit: *In vno crinium colli tui*, sed; *in vno crine colli tui*. Enimuero aīa sancta duas habere pōt cognitiones in intellectu, fidei unam, scientiæ alteram; duos sanè oculos, ambosque conspicuos, Dei notitiā subministrātes: adiuuat quippe nō modicum & cognitio, quæ per Philosophiam, reliquasue scientias habetur, & ratio ipsa scientifica Dei diuinorumque notitiam: Nihilominus quæ uerè Xpi sponsa est, tametsi ēt scientificis rationib. cuideter cognoscat illud ipsum, q agnoscit & fide; ita ut dici possit, duob. oculis unū, idemq. obiectū intueri; quò tamen pudicissimi sui in Christum amoris specimen exhibeat, uno tantùm illorum oculorum in eum aciem intendit: ita certa per fidei notitiam ea, quæ ad ipsum pertinent, intuēs, ac si nullā illorum ex scientificis rationibus haberet compro-

Duo cognitionis genera sūt duo aiæ oculi, et quō fidei oculo tātū Christus à pia aia uulneretur.

proba-

DE ANIMA.

probationem, vnius diuinæ reuelationis rationem A habens, nullam euidentiæ ſcientiarum: Idcirco bene ſpõſus ait: *Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum:* Non dicit autem ſimili modo: *In vno crinium colli tui*, ſed, *in vno crine colli tui*: quia voluntas vnidumtaxat Deo ſubiicitur, & illud omne, quod voluntatis eſt, vnico item modo exhibetur Deo per vnam perfectam obedientiam in omnibus, & per omnia, quam anima ſancta vnam ſponſo ſuo exhibet, tanquam vnum crinem collo innitentem, vt ille per ipſam, tanquam per habenas quaſdam eam quocunque voluerit, flectat, atque deflectat.

Obedientia crinis quo vnus ſolus.

II. SENSVS.

Iuxta ſecundum litteræ ſenſum, qui & communior eſt: Cum pia anima, quæ ſoror Chriſti eſt, quatenus in procurando proximi profectu *a* facit voluntatem cæleſtis Patris, ſicut & frater eius Chriſtus; ita vt & de ipſa id dictum intelligatur: *b Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum*: quæ & ſponſa eiuſdem eſt, propterea quòd ei vnita eſt in vita contemplatiua: quandoquidem adeo ſancta eſt, vt tam actiuæ, quàm contemplatiuæ vitæ indulgeat pro temporum opportunitate; Cum, inquam talis anima duos habeat ſpiritales oculos ad ſimilitudinem duorum item oculorum, qui fulgent in corpore, duos intellectus, ſpeculatiuum, & practicum: ſpeculatiuum, quo in vita contemplatiua Deum, diuinaque contemplans, in eorum contemplatione oblectatur, illive iucundiſſime vnitur, in cuius ſpeculatione perſiſtit: practicũ verò, quo circa diuina pariter, & quæ bona ſunt, & ſancta ſic verſatur, vt per illorum cognitionem rectè ſe gerat in vita actiua, ſingulaſve & ſuas, & proximi operationes ſecundum illam dirigat, ac reguler; cuius ſanè intellectus practici habitus præcipuus prudentia eſt, quæ verſatur circa actionẽ. Inſuper, cum eadem pia anima, quæ propter ſublime gratiæ donum, quo conſors eſt diuinæ naturæ, Chriſti ſit ſoror filii Dei, & ſponſa eiuſdem Chriſti ſit, quatenus is extitit homo humilis, plenuſque anguſtiarum, humilis & ipſa, atque ærumnis expoſita multos exerceat humilitatis actus, qui ex vno humilitatis habitu per collum deſignato prodeũt, atque pendent. Cæleſtis ſponſus tam intellectuales oculos, quàm humilitatem eximiam in ea, quæ ſoror, & ſponſa ipſius eſt, præſtantiſſimo celebrãs encomio, amantium more ait: *Vulneraſti cor meũ, ſoror mea ſpõſa; Vulneraſti cor meũ*, &c. Ac ſi dicat.

a Matt. 12. 50.

b Io. 17. 18.

Pia aña ſoror Chriſti in actione, ſponſa in contẽplatione.

Duo intellectus, ſpeculatiuus, & practicus ſunt duo oculi animæ.

PARAPHRASIS.

O anima ſancta, cum *ſoror mea* in actione; & *ſpõſa* mea ſis in contemplatione; ſoror in excelſo ſtatu gratiæ, & ſponſa in virtute humilitatis, *Vulneraſti cor meum*, tam per actionem, quàm per contemplationem: tam in vita actiua te exercens, quàm cum indulges vitæ contemplatiuæ; tam per ſublimem gratiæ ſtatum, quo mihi conſors es diuinæ naturæ, quàm per humilitatis habitum, quo mihi conformaris: *Vulneraſti in vno oculorum tuorum*, in vno intellectu practico, & in vna cogitatione tua humili: quantò magis me in vtroque intellectu, tã practico, quàm ſpeculatiuo; & in ipſo humilitatis habitu continuato idẽ ipſum vulnerabis cor meũ?

Pia aña vulnerat cor Xſti vno oculo intellectus practici, & vna humili cogitatione.

Vocat porrò cogitationem exhibendi vnum actum humilitatis, crinem colli; cum tamen vnus capillus vnam deſignet cogitationem: quia vnaquæ libet deliberatio exhibendi vnum actum humilitatis, quaſi ex pluribus capillis in crinis formã connexis, ex pluribus conſtat humilibus cogitationibus ſimul iunctis, quibus quæ verè humilis eſt anima, in iſto vno actu magis ac magis demitti vellet.

Vna humilis cogitatio plures ſtrictas ſemp habet cogitationes ita humiles.

Id ſupereſt explicandum pro exacta huius ſententiæ intelligentia; quomodo vel mente concipere poſſimus, vt vulnus Deo infligatur, & infligatur in corde ab vna anima ſancta præſertim cum vt à cum vulnere adiuncti & alii ſint effectus per diuerſas Interpretum verſiones ſubindicati, qui magnam in Deo præſeferunt factam mutationem. Sanè, ſi anima eſſet, quæ vulneratam ſe diceret, ablatum ſibi cor, & alia, quæ vno hebraico verbo ſignificari oſtendimus, grandem incuteret admirationem: cum tamen exploratiſſimum ſit, vnum Paulũ Apoſtolum ita diuina charitate vulneratũ, vt trãſformationem cordis, eiuſdemque cordis ſui ablutionem paſſus ſit, & cor Chriſti ſibi inditum acceperit; vnde & fiduciam, animumve grandẽ aſſumpſit, à Chriſto excitatus: quandoquidem ea omnia modicis verbis in ſe oſtendit exhibita, cum dixit: B *c Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*: Et, *d Omnia poſſum in eo, qui me confortat*: Atque adeo meritò ſponſa, quæ in ſe ſenſit iſtiuſmodi vim charitatis Dei dicere potuit: *e Amore langueo, & vulnerata charitate ego ſum*: Ac ſi dixiſſet, Ipſa, ipſa ſũ, quæ dici debeo vulnerata charitate; quia vnà cũ charitatis vulnere habeo & languorem. Nihilominus veriſſimum eſſe, fatendum eſt, quòd Chriſtus vt piæ animæ ſponſus, nedum quatenus homo, verùm etiam quatenus Deus, & vulnus, & vim ſentiat charitatis, ipſe enim eſt, qui dicit, *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa*; ipſe, qui & in Euãgelio dixit, *f Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Regnum cælorum (inquit Ambroſius ſerm. 15. de Natali Domini, ſiue potius Maximus, C cuius ſermo ille eſſe videtur) non niſi Chriſtus eſt Dominus, qui regnat in cælis; O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordia condonatur, beata, inquam, violentia (dicit ſuprà dictus Sanctus) quæ vim patienti bonitatẽ elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuria nemo cauſatur; vis admittitur, & religio propagatur. Quiſquis enim violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto. Quid violentius, quam vulneris inflictio? & tamẽ, anima, quæ Chriſtum uulnerauit, adeo chara in ipſomet vulnerationis actu ei eſt, tãque arctis colligata vinculis neceſſitudinis, vt & ſororem, & ſpõſam ſuam is eam appellet, & meritò, quia, vt amica vulnerat, & per Sapientem inuenimus dictum, D *g Meliora ſunt uulnera amici, quam oſcula inimici*. Adeo delicatus eſt Chriſtus, & ad iſtiuſmodi vulnera ſuſcipienda facilis, ut vel ad minimum tactũ vulnus acciperet; cum in terris conuerſaretur, & de inflictis per fidem vulneribus, ſanguinis loco emitteret gratiam ſalutis, ac ſanitatum, adeo vt in Euangelio dicatur, *h Quotquot tangebant eum ſalui fiebant*, ac propterea irrueret in illum turba, & niterentur ſinguli eum tangere. *i Multos enim*, ait Euangeliſta, *ſanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas*. Quin & ad tactum *K* duntaxat fimbriæ ueſtimenti ſui vulnus ſibi ſenſit inflictum, gratiamue ex illo emanãtem. Quòd ſi adeo delicatus quoad tactum corpo- E reum, multò certè delicatior idem ipſe eſt quoad tactum ſpiritualem, quo tangitur ut Deus, & in intimis præcordiis bonitatis, miſerationis, & charitatis. Quidni ergo in ipſo corde ſuo uulnerabitur, ſi in corde tangatur? Quidni in corde uulneratus, uitam effundat in uulnerantem ipſum? unà cũ ſanguine effectum benignitatis, atque dilectionis, effundit & uitam planè ſuam, quæ in bonitate ſita eſt, dum illam eimet magis communicat, à quo uehementius uulnus accipit. Ideo eam ipſam, quæ tã grandi uulnere eius confixit cor, adeo eximiis cumulauit gratiis, ut ſororem, ac ſponſam ſuã illam nuncuparit, dicens quippe: *Vulneraſti cor meum,*

DE ANIMA.

c Galat. 2. 20.

d Philip. 4. 13.

e Cãt. 2. 5.

Vulneratur Deus à pia aña, & vim ab ea patitur, effũdit que e vulnere effectũ bonitatis ſuæ.

f Matt. 11. 12.

Ambro.

Maximus.

g Prou. 27. 6.

Chriſtus facile vulneratur vt Deus eſt.

h Marc. 6. 56.

i Marc. 3. 10.

Hæmorroiſſa Chriſtũ vulnerauit tãgendo tãtum illius fimbriã veſtimenti.

K Matt. 9. 20. in text. græco.

Vulnus quo infligi poſſit in Dei cor.

Michaelis Ghiſlerii.

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

soror mea sponsa: quę est, ac si dicat.

Beata certè es, quia *Vulnerasti cor meum*: ex hoc namque vulnere, quo me sauciasti, tales è corde meo emanantes accepisti gratias, vt verè & soror, & sponsa mea sis.

Vulnera inflicta cordi carneo quę differant à vulneribus quæ infligũtur cordib. spiritualib.

Aduertendum hoc loco ingens discrimē, quod est inter vulnera, quæ ferro humanis cordibus infliguntur, & vulnera, quibus charitate spirituali sauciantur corda animæ, atque Dei. Enimuero in sensibili dimicatione ita sores habet, vt concertantibus duobus, is, cui cor ferro sauciatum sit, vim omnem vnà cum vita deperdat; nec fieri vllatenus potest, vt accepto vulnere in corde, vulnus in vulnerantem alterum infligat: atque adeo, si quis alterum sauciare velit, operæpretium est, diligentius satagat, ne vel tantillum suum sanguinem cor. At in

Vulnerum charitatis concertatio inter Deũ & animã, qualis.

spirituali concertatione animæ, atque Dei cõtraria ratione res ipsa procedit: nam anima, quæ absque vlla comparatione inferior Deo est, semper vulneratur prius, & charitate vulneratur in corde: tũc vero solummodo vulnus dilecto infligere potest cordi, cum ipsa vulnus in corde suo accepit: tantumque abest, vt vim feriendi per acceptum vulnus amittat, tametsi propria vita destituatur, vt maiorib. potius per illud roboretur viribus, vita nimirum sua commutata in vitã, quæ Dei est; Ac Deus vicissim tunc efficacius vulnus in ipsam iterat, cùm vulnus in se reflexum sentit ab illa. In hoc Cãtico hęc omnia obseruare fas est: neque enim in præsenti sententia dixisset Dominus; *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa*: ni prius pateret, ipsum fuisse primum, qui sponsam vulnerauit, & cum vulnere vitam, ac vires eidem præbuit, quò illa vulnerare eum posset in corde: atque adeo in præcedentibus spõsam hoc fatentem legimus, vbi dicit: *a Charitate vulnerata ego sum*: Et vt omnibus pariter exploratum esset, quòd Deus post acceptum vulnus ab anima, quam ipse prior sauciarat, denuo vulnere alio illã confixit; in capite 5. ipsamet sauciata, id ei significari exoptans, ait ad socias: *b Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia vulnerata charitate ego sum*: sicque dulcissimũ vulnerationis huius certamen, nedum in præsenti sæculo, at multò magis in futuro continuatur in perpetuum.

a Cant. 2. Secundum Sept.

b Cãt. 5. 8. Secundum Sept.

Pia anima vulnerat cor Dei eo modo, quo speculũ vulnerat solẽ.

Si quis instantius & modum sibi explicari petat, quo mutua ista fiat vulneratio, quave ratione perfectiua ista exhibeantur vulnera; unico id exẽplo solis, atq. speculi facile declaratur. Sicut enim speculum solem ferire nequaquam suo potest lumine, ni prius sol suis radiis ipsum feriat: idem tamen eidem soli oppositum ad zenith, pluribusve ab eo percussum, & uulneratum radiis, ex multis ipsis se uulnerantibus radiis, maioribus cumulatũ splendoribus, per refractionem splendidissimum unum in altum emittit radium, qui recta tendens ipsummet solem quodammodo ferire uidetur: Ita & anima sancta ex aduerso Dei constituta, ab ipso prius uulneratur, qui est uerus iustitiæ Sol: tũ pluribus diuersarum gratiarum radiis illustrata, charitatisue spiculis percussa, radios illos uniuersos, quantum fieri licet, iungens quodammodo in unũ purissimæ suæ intentionis radium, in altumque illum eiaculans, Deum sanè uulnerat in medio cordis, à quo ipsamet iam uulnerata fuerat. Atqui sicut, tametsi sol feriens immutet speculi corpus, nil tamen ueræ mutationis speculum in solare corpus causat, solem ipsum feriendo: Ita re uera nil mutationis in Deo causatur per uulnus, quod eius cordi inflictum ab anima est, cum certo cõstet, Deum nulli obnoxium esse mutationi: Tamen è uestigio

Simile.

anima ingenti per inflictum à Deo uulnus charitatis renouatur mutatione, eaque maxime perfectiua.

Fidei oculo qua ratione, aia feriat cor Dei, à Deo prius vulnerata, & quo inuicẽ hoc pacto renouent vulnera.

Istam uulnerandi rationem unà cum alio pariter modo subindicat ipsemet, qui ab anima uulneratum se ait, dum adiicit: *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui*; exprimens uirtutes illas, in quibus sauciatus est, per metaphoras oculi, atque crinis. Oculus quippe puellæ, quo cor feritur amantis, haud prius ferit, quã affectus ipse sit, & spirituali transformatione quodammodo uulneratus ab ipso amante per immissionem speciei. Sic autem per huiusce modi speciẽ ab illo affectus uulnerat illicò & ipse cor ferientis, immittẽs in illius oculos sanguinem illum spiritosum, ac fulgidum (prout secundum aliquorum opinionem ex naturali philosophia declaratũ est in prima expositione) qui ex oculis ad cor decurrẽs afficit id statim, & sauciat. Ac denique post uulnus illud in corde acceptum, iterum amans amatę cor nouo uulnere sauciat, immittens eodem modo ex oculis suis spiritosum item, ac luminosum sanguinem, per illius, quos in se coniectos conspicit, oculos in cor ipsius, Quod accidit in corporeis oculis, corporeisque cordibus eorum, qui sese mutuò ament, idipsum profectò contingit inter Deũ amantem, atque hominem ab illo amatum, quoad spiritales oculos, & cor item spiritale. Et ut ceteros omittam oculos, puram intentionem, & intellectum speculatiuum, ac practicum, in uno fidei oculo id totum aduertere licet, & in uno corde bonitatis, atque dilectionis Dei: Non potest ullo pacto anima cor benignitatis Dei uulnerare charitate in oculo fidei, ni prius sit uulnerata ipsa à Deo per gratiam: testantur hoc ea Apostoli uerba, quibus ait: *c Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex nobis; Dei enim donum est*. Vulnerata autẽ à Deo per istam est gratiam: Tum per fidem ipsam, quæ per dilectionem operatur, uulnerat cor benignitatis Dei, ac uiscera miserationum Christi Iesu, sicut fecisse legimus *d* fidelissimum Abraham, de quo idem Apostolus, *e Confortatus est*, inquit, *fide, dans gloriam Deo*, ac si dicat: Vsus est uiribus fidei, ac per illam, qua corroboratus est, fidem gloriosissimum cordi misericordiarum Dei intulit uulnus, ex quo emanantem bonitatis gratiam suscepit in filii Isaac exhibitione: uulneratus hoc pacto per fidem Deus ab Abraham, iterum per illius fidei oculos aliud in eius cor renouauit uulnus, ipsam eius augẽdo fidem, ac per auctam fidem ipsius cor sauciauit charitate; idque tunc temporis, *f* cum illũ tentauit, mandans ei, ut filium suum unigenitum Isaac sibi offerret in holocaustum: quod ille charitate sauciatus perfecit fide, quæ per dilectionem operatur, iuxta illud Pauli: *g Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & unigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones*: Quo item fidei oculo iam grande postmodum Dei cordi iterum adiecit uulnus, ut præ ictus uehementia Deus sauciatus charitate exclamarit: *h Per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum*; & ex ipso charitatis uulnere uitam bonitatis suæ ita effudit, ut filium ipsum suum, quem ab æterno genuit, illi assignarit in filium, promittens eius incarnationem ex semine illius his uerbis: *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ*, *i In semine*, dicit Apostolus, *quod est Christus*.

Simile.

c Eph. 2. 8.

d Gẽ. 15. 6

e Rom. 4. 20.

f Gen. 22.

g Heb. 11. 17.

h Gẽ. 22. 16

i Gal. 3. 16.

Bene autem in prædicta promissione adiecit Dominus modica ista uerba, *Quia obedisti uoci meæ*: uulnus nimirũ, quo in uno sui oculo corde saucia-

DE ANIMA

ſum te ſenſerat, obedientiæ adſcribens, quam per vnum crinem colli ſignificatam oſtẽdimus ſupra: vt intelligeremus, quam verum ſit, quod hic affe-rit ſponſus ad ſororem, & ſponſam animam ſan-ctam: *Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum & in vno crine colli tui*: vnum nempe, idemve eſſe vulnus charitatis, quod ſimul & in fidei oculo in fligeretur eo modo, quem iam proſecuti ſumus; quodve & alia pariter ratione in obedientia, quę crinis colli eſt, efficeretur.

Obedientia quo pia aia vulneratur Dei, vt crinis cor vulnerat, quod arctius constringit.

Simile.

Porrò, ſi rẽ ſubtilius penetremus, inueniemus, nullo alio pacto in crine, ſeu cum crine effici poſſe vulnus in membro aliquo, præterquàm ſi crinis ip ſe tam arctè cum membro vniatur, vt per vehemẽ tem constrictionem vulnus cauſetur in membro conſtricto, ſicve crinis efficiens vulnus magis pene trat intima membri ſauciata: Et hæc ſanè alia illa eſt ratio, alter & modus, quo cordi cæleſtis ſponſi vulnus infligitur charitatis. Anima quippe vulne-rata charitate in fide, quæ per dilectionem opera-tur, adeo arctè per omnimodam conformationem voluntatis ſuæ cum voluntate Dei, quæ eſt illius cor, & vitæ vniuerſæ fons, atque principiũ, in cri-ne obedientiæ ipſum conſtringit cor, & voluntatẽ Dei, ipſam & bonitatem eiuſdem; vt ingenti illud ſauciet charitatis vulnere, per quod ſic intima di-cti cordis penetrat, diuinæ obediendo voluntati, vt iam bonitati ipſius Dei vnitam ſe ſentiat.

Deus quo trãsformatus dici qat in piã aiam à qua vulneratur charitate.

Cum ſupra dictum ſit in prima expoſitione, vul nerationem charitatis, de qua in præſenti verſu fit ſermo, eſſe transformationem ſpiritualem amãtis vulnerati in amatam vulnerantem, declarandum hoc loco eſſet, quo pacto in Deũ cadere poſſit iſta transformatio, & quomodo tantas etiam in Deum habere queat vires charitas, cuius vulnus ei infli-gitur à pia anima. Ad cuius rei explicationem, ſi videantur, quæ à nobis dicta ſunt in ſuperioribus, expoſitione tertia eorum verborum *a* (*Dilectus meus mihi, & ego illi*) ſatisfactum erit ſufficienter: dummodo ſupponamus, ita Deum affici in animã aliquam, cum ab illa vulneratur; vt æque ac ſi in il-lam transformatus eſſet, atque illius dumtaxat cu-ram haberet, prouideat, quę ei proficua, & neceſſa ria ſunt, tantique illam faciat, vt videatur totum ſtudium ſuum in eius curam conferre.

a Cãt.2.16

Circa lectionum varietatem, ac primò circa il-lam, qua ſecundum communiorem intellectũ ver-bi Hebraici, atque Græci, ſponſus dicit: *Abſtuliſti cor mihi ſoror mea ſponſa, abſtuliſti mihi cor in vno oculorum tuorum, & in vno ornamento colli tui*. Ma-ior profectò vis animæ ſanctæ ſignificatur, vtpote quæ potens ſit, nedum vulnerare cor Dei; ſed &, quod maius eſt, ipſum Dei cor ab eo auferre, ſibi-que rapere, ad quod ſanè maxima opus eſt violen-tia, idque in vno fidei oculo, & in vno colli orna-mento, quod eſt inſignis obedientia. Porrò, ſi cor Chriſti, & cor Dei eſt ipſa eius miſericordia, quæ & vocabulo viſcerum eiuſdem aliàs deſignari ſo-let in ſacris litteris; profectò tunc raptum cor Dei ab anima quapiam intelligendum eſt, cum conſti-terit, violenter miſericordiam, ac gratiam ab illo vindicatam. Violẽtam rapinam iſtam ſignificauit apertius Chriſtus Dominus, cum apud Matthæũ dixit id, quod & in alio ſenſu ſupra relatum eſt: *b Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt il-lud*. Siue enim nomine Regni cælorum gratiam in tellectam ſumamus, prout plures ex Patribus acci-piunt, violenti rapientes gratiam Dei, in qua maxi ma omnium ſita eſt miſericordia eius, cor certè ip ſius rapiunt violenter: Siue, iuxta Ambroſii, aut Maximi ſententiam, Chriſtum intelligamus, tunc

Fide cor Dei quo rapiat pia aia.

b Matt.11.12.

Ambr. Maximus.

ſane violentos illum rapere, debemus arbitrari, cũ miſericordiam, atque cor ipſius rapiunt. Rapiunt autem violenter in oculo fidei, *c* vt patuit in mu liere Chananæa, quæ, occultante ſibi Domino cor ſuum, & negãte miſericordiam, ſimul cum illo de certare non deſtitit; tantamque tandem in vno fi-dei oculo cordi eius intulit violẽtiam, vt ipſemet Dominus, per eam cor ſibi raptum intelligens, ex-clamarit: *O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis*. Ambroſius ſerm. 20. in Pſalmum 118. verſ. 2. a-gens de vi magna, quæ eſt in oculis baſiliſci, iſtiuſ-modi facit argumentationem. Si tanta virtus vel in oculis ſerpentis, vel in oculis eſt hominis, vt, ſi al-ter alterum prior viderit, poſſit occidere: non eſt virtus in oculis iuſti, qui repletus virtutis eſt gra-tia, cum præſertim tantum operetur fides; vt & il-la, *d* quæ fimbriam Domini tetigit, ſanaretur, & ille, cui intendit Dominus Ieſus, ſtatim ex eius o-culis gratiam ſanitatis hauriret? Alio pacto ſic ar-gumentemur & nos: In oculis ſerpentis, & homi-nis, in oculis, inquam, carnalibus tanta eſt vis; vt & ſenſum, & vitam abripere poſſint: cur non ſpiri-talibus fidei oculis, quibus pia anima illum Deũ intuetur, qui tradidit ſemetipſum pro ea, tantum inerit virtutis; vt gratiam, & miſericordiam ab eo rapiant, qui in hac ſibi illata violentia, atq. in hoc raptu cordis ſui maxime delectatur?

c Matt.15.22.

Ambro.

d Luc 8.44.

Porrò, ſicut anima in oculo fidei illud Chriſti Domini rapit miſericordiæ, & gratiæ cor; ita rapit & illud ipſum in vno crine colli, in vno actu obe-dientiæ, tametſi diuerſo modo, ligans nimirum il lud ipſo obedientiæ crine, ac torque, vinctumque id ſibi abripiens, vt aliàs oſtenſum eſt, & ex hiſto-ria decem leproſorum, quam Lucas refert, colligi poteſt: reſpondente ſiquidem Domino ad eorum voces, quibus miſericordiam expoſcebant, atque dicente: *e Ite, oſtendite vos ſacerdotibus*: nec tamẽ tunc mundante eos, ac propterea vocibus iſtis il-los quodammodo repellente, ac potius condem-nante ad ſeparationem extra caſtra, cum mittere eos videretur ad ſacerdotes, vt impleretur præce ptum illud, quo in Leuitico dicitur, *f* vt homo, in cuius cute lepræ plaga apparuiſſet, adduceretur ad ſacerdotes, qui eum leproſum aduertentes, ar-bitrio ſuo ſepararent illum: Leproſi tamen illi cri-ne obedientiæ ipſam miſericordiam, & cor eiuſdẽ Domini violenter quodammodo ligantes, eam ſi-bi abripuerunt, atque abſtulerunt ei cor vno crine colli ſui: vnde in textu dicitur: *Dum autem irent, mundati ſunt*.

Quo pia anima abripiat cor à Chriſto obedientia.

e Luc.17.14

f Leuit.13.2.

Quod iuxta alium ſignificatum eorumdẽ ver-borum Hebr. & Græc. quibus vſi ſunt Sept. idem-met Chriſtus ad piam animam ait: *Indidiſti cor mi hi*, ſeu, *incordiaſti me ſoror mea ſponſa, indidiſti mihi cor in vno oculorum tuorum, & in vno ornamento col li tui*: tantumdem eſt, ac id, quod iuxta verſionem Symmachi, ait: *Excitaſti mihi cor ſoror mea ſponſa*, & cetera.

Cor Dei quo excitetur ab aia, vt conferat ei gratiam.

Porrò, tametſi verum ſit, fieri non poſſe, vt ani-ma quæpiam prior excitet cor benignitatis diuinę per propria merita ad exhibendam ſibi gratiã pri-mam, cum ipſum primæ gratiæ nomẽ, quo à Theo logis dicitur, gratia excitans, indicet, Deum eſſe primum in excitando ad bonum: Nihilominus ve riſſimum pariter eſt, animam illam, quę iuxta ſit, ac que per charitatem ſoror, & ſponſa Chriſti, ita cor ſponſi ſui excitare ſolere per bona opera, ac per virtutum actus, vt ingens ex illo hauriat gra-tiæ, & charitatis augmentum. Iſtud hoc loco per-ſcrutandum, cur potius in duabus hiſce virtuti-bus, in fide, atque in obediẽtia, deſignatis ſub me-

DE ANIMA.

tapheca vnius oculi, vniusve ornamenti colli excitatum cor suum à tali anima asserat sponsus, ac si per has potius, quàm per virtutes reliquas vniuersas mereri homo possit augmentum gratiæ, ac donorum Spiritus sancti. Pro cuius rei intellectu, supponendum id, quod egregie probat S. Thom. vniuersi meriti nostri principium quidem esse diuinam gratiam; at principalius per charitatem, quã per reliquas virtutes. Ex hoc supposito deducitur, quòd si anima iusta excitat cor Dei ad infundenda sibi cumulatius gratiæ dona, per gratiam quidem, ac per charitatem potissimum id excitet: hocque illud est, quod significat ipsemet sponsus, dũ primò ait: *Excitasti cor mihi, seu cor, atque animum mihi indidisti, soror mea sponsa*: hisce enim duobus nominibus duo illa indicat excitantia; gratiã, quatenus propter illam sororem suam appellat animã, vt consortem diuinæ naturæ, & ex vno Patre: charitatem verò, quatenus propter ipsam, sponsam itẽ suam dicit eamdem, vt vnum cum ipso effectã in omnimoda conformitate, prout fusius declaratũ est in principio huius tertiæ expositionis, cum earum vocum significatus perpenderentur. Verùm charitas per fidei, atq. obedientiæ actus vires suas potissimum exhibet, quatenus in fide viua, quę per dilectionem operatur, facillimum est, arduũ quodque superare, & actus quoscunque aliarum virtutum aggredi, vt latius probat Apostolus per totũ c. 11. Epist. ad Hebræos: id quod, & in Obedientia pariter fit, qua humana voluntas conformata diuinæ voluntati, ita cum illa vnitur, sicut & homo vnitur Deo per charitatem ipsam: atque adeo Paulus & in principio, & i fine Epist. ad Romanos has duas coniungens, ad hoc potissimum Euangelium prædicari significauit; vt illarum operationes innotescerent: sic enim in principio ait: *a Per quem* scilicet Iesum Christum *accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius*: quibus verbis significat, se institutum Apostolum Gentium ad procurandum, vt omnes Gentes fidem Euangelii reciperent, eidemque se obedientes exhiberent: Cõcludens verò Epistolam in eodem sensu, de mysterio, quod prædicatur in Euangelio, loquens, ait: *b Quod nunc patefactũ est per scripturas Prophetarum, secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei*, idest, vt ab hominibus crederetur per fidem, & obedirent, Dei verbo credentes. Idcirco in hisce duabus virtutibus cor bonitatis suæ excitatũ asserit Christus Dominus, sibique cor inditum, atque animatũ ab anima spõsa sua, vt maiores gratiarum cumulos in ipsam refunderet, dicens: *Excitasti cor meum in vno oculorũ tuorum, &c.*

S. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 4.

Excitat cor Dei ad conferendũ sibi augmentum gratię pia aĩa potissimũ per fide, & per obedientiã.

a Rom. 1. 5.

b Rom. 16. 26.

Denique per id, quod idem cælestis spõsus hoc ipso loco, ait, iuxta lectionem Quintę editionis: *Fidere me fecisti soror mea sponsa, fidere me fecisti in vno oculorum tuorum, & in vno ornamento colli tui*, prætãtissimus alius amoris effectus subindicatur: is verò est fiducia adeo grandis ipsius Dei in piam animam: vt quemadmodum, cum eò mutuus processit amor inter duos amicos, vt vnus de altero ęque, ac de semetipso disponere possit in rebus quãtumcunque arduis, atque molestis: ita is, qui fidẽs verè in alterum est, illum tractat; vt vbicunq. graue aliquid, & periculosum ingruerit, sicut & vbicunque fortitudinis, & excelsi aliquid se exhibuerit, illius vtatur opera, illum semper exponat, ita vt eis, qui arctæ vtrorumque necessitudinis sunt ignari, videatur iniuriosius eum quodammodo tractare, & vt Italicè dicitur, *strapazzarlo*. Eadem ratione eo mutuam processit ille charitatem inter se, atq; animam sanctã, significat Christus eius spõsus; vt fidenter iam de ipsa disponere queat eodem planè pacto, quo de semetipso disposuit, in tribulationibus, ærumnis, & persecutionibus. Hanc autẽ amicabilem de tali anima fiduciam ab illamet sibi exhibitam, per hoc, quòd, nedum vt sororem se eius præstitit iustificata per gratiam; sed & per omnimodam conformationem in communicatione passionum ipsius sponsam se eius præbuit, effectã vnũ spiritum, vnamq. mentem cum eo, paratam ad omnia. Ac bene addit: *Fidere me fecisti in vno oculorũ tuorum, & in vno crine*, seu *ornamento colli tui*, i. in fide, atque in perfecta resignatione, & obedientia tua. Exinde. n. potissimum Deus istiusmodi desumit fiduciam, quòd efficacẽ sancti alicuius aduertit fidem, atque animum ad omnia pro se subeunda paratum per obedientiam, & resignationẽ sui ipsius in manus eius, prout Paulus de se testatus est, cum diceret: *c Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu*. Quid mirum ergo si fidens de eo Dominus ad tribulationes, & vincula, aliaque molestissima illum destinarit, vt confessus est idẽmet, inquiens: *d Ecce ego alligatus spiritu vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sunt mihi, ignorans, nisi, quòd Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens, quoniam vincula, & tribulationes Ierosolymis me manẽt*. Enimuerò hac ratione se gerit Deus cum fidelibus amicis, & seruis suis, vt ad amicabilem hanc fiduciam ostendendam, quam ex eorum fide, & resignatione suscepit, ipsemet tribulationibus, & difficillimis tentationum prælijs cum principibus, & potestatibus tenebrarum illos proponat, obiiciatque, quasi de illis gloriam sibi procurans. Sic de fidelissimo Iob dixit Satanæ: *e Nunquid considerasti seruum meum* (mihi. s. in omnibus obsequentẽ, atque fidissimum) *Iob, quod non sit ei similis in terra?* &c. dans nimirum verbis hisce ansam Satanæ, vt cum illo prælium iniret, sicque per virtutem, atq; constantiam fidissimi serui sui dæmonum comprimeretur audacia. Sic & Apostolos illos, quibus dixerat: *f Vos amici mei estis, si feceritis omnia, quæ ego præcipio vobis*: & *g Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis*: ita molestiis, ærũnis, passionibus, & persecutionibus subiecit, vt in spectaculum miseriarum eos toti proposuerit mundo, quod Paulus, post enumerata multa tribulationum certamina testatur dicens: *h Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus*. Quinimo vbi ita fidens de aliquo factus est Deus, preces quoque eius & differe, & sæpius nec audire se fingit, prout *i* Dominus Iesus dilectissimarum sororum Lazari, Marthæ, & Mariæ, quousque frater earum defunctus esset: & gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris preces respuere se ostendit, cum, dicenti sibi: *i Vinum non habent*, respondit: *Quid mihi, & tibi est mulier?* Sic & Deus, cum *K* dedisset Paulo stimulum carnis, qui eum colaphizaret, illeque oraret, vt auferret sibi talem stimulum, nec primis, nec secundis eius precib. vllum dedit responsum. Sic demũ tam durum se exhibuit in audiendo Iob, de cuius fide, atque resignatione maximam illam conceperat fiduciam; atque adeo quasi iniuriosius illum tractare visus est; ita vt ipsemet Iob conqueratur hac de re aliquando his verbis: *l Clamo ad te, & non exaudis me, sto, & non respicis me, mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi*, ad quem rectè congruunt pro responsione Domini, ea quæ hic ab illo, vt sponsi personam gerente dicuntur: *Fidere me fecisti, fidere me fecisti in vno oculorum tuorum, &c.* idest.

Fiducialiter cum pia anima agit Deus, cum illam exponit tribulationib. & tentationibus.

Simile.

D E ANIMA.

Ex fide, & obedientia piæ animæ Deus fiduciam ex ea desumit, per quam illã tribulationibus exponit.

c Act. 21. 13.

d Act. 20.

e Iob. 1. 3.

f Io. 15. 14.

g Luc. 22. 28.

h 1. Cor. 4. 9.

Ex fiducia, quam Deus hẽt in piam aĩa fit, vt aliquando illius preces audire dissimulet.

i Ioa. 11. 1.

K Ioa 2. 4.

l 2. Cor. 12. 7.

m Iob 30. 20.

Amor

DE B. MARIA. PARAPHRASIS.

Amor in causa est, vt hac ratione me tecum geram, amor meus in te, tuusq; in me mutuus, quo tātam de te cōcepi fiduciam. In eximia fide tua, necnon & in præstantissima obedientia tua qua velu ti quodā ornamēto tua ipsa decora est resignatio, tuum & collum, tu met *fidere* hoc pacto *me fecisti*.

Vers. IX. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

SVppofito ex Theologia Scholastica, ac præsertim ex doctrina S. Thomæ 3. p. q. 2. art. 11. Sanctos veteris testamenti, atque Dei genitricē Mariā præ ceteris vniuersis de congruo meruisse Incarnationē Verbi tam quoad substantiam eius, quam quoad aliquas circumstantias ipsius: ita vt dici aliquo modo possit, illos meruisse, vt ex ipsis Verbū sumeret, carnem, vtque incarnationem ipsam acceleraret, quamuis nihil horum re vera meruerint de condigno; sicut nec etiam de congruo eā ipsam meruerunt Incarnationē quoad eorum, quæ enumerata sunt, prædestinationē. Quibus de rebus nō est mei instituti, vt disputem: Facilis est istorum verborum sensus, tantumdem enim est, quod dicitur: *Vulnerasti cor meum*: ac si, iuxta lectionem Simmachi dicatur: *Excitasti mihi cor*. Porrò cordis nomine viscera diuinæ misericordiæ significātur, quæ tunc potissimum excitata sunt, quando per merita Sanctorum, atque in primis gloriosissimæ Virginis Mariæ Deus excitatus est, vt, iuxta Zachariæ dictū Incarnatus *a per viscera misericordiæ suæ visitaret nos oriens ex alto*. Beatæ ergo Virgini cœlestis sponsus adscribit tā grande opus, tā efficacem excitationē, quæ, cū intima diuinorū præcordiorū viscera penetrarit, vulneri assimilatur, & bene, quia sicut è corde vulnerato sanguis egreditur, in quo est vita, Ita & ex corde diuinæ misericordiæ, in hunc modū excitato egressum est Verbum, in quo vita erat. Extollit autem mirū in modum tres virtutes, quibus potissimū Virgo gloriosa adeo magnas exhibuit vires, vt incarnari ex se fecerit Deum. Dum .n. ipsam, quam sororē suam agnouerat pp cognationem, quæ sibi cū illa erat, cum Abrahæ filia esset, & Dauid, quos potissimū Patres sibi elegerat, non modo suam dicit sororē, sed & sponsam, singularem in ea designat gratiā, singularem & charitatem; Propter singularem quippe gratiā ita sponsa eius effecta est, vt ipsum tanquam indiuiduum sponsum secum cohabitantem habuerit, quod Gabriel Angelus eidem significauit in exigua illa salutatione; *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*. Statim namq;, ac singularē eius gratiæ plenitudinē expressit, Dñi cohabitationem adiecit, dicens; *Dominus tecū*, s. cohabitans est, vt sponsus nimirū tuus, atque adeo, quia tu spōsa eius es, qui solus est benedictus in secula, ipsa pariter cōpari titulo decora, Benedicta inter mulieres dici debes. Ita verò, & pp singularē charitatē effecta est eiusdē sponsa, vt nedū cohabitantē, sed & vnum cū ipsamet effectū illū retinuerit intra animū, ita vt de ipsa rectè ea proferre queant verba, in quib. Sacramentū magnū inesse, dicit Apostolus in Christo, & in Ecclesia: *c Propter hoc*, pp hanc, s. vnitatē animorum, verbum relinquet æternum Patrē per exinanitionem, secundū quam ex opinione Cyrilli Alexādri ni lib. 11. in Ioan. c. 9. Christus, in Euāgelio dixit; *b Exiui à Patre, & veni in mundum, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*. Propterea aptissime per hanc in primis tantæ Virginis gratiam, & charitatē excitatū sibi cor ad carnē ex illa sumendā, illive, non in aīo duntaxat, & spiritu; sed & in carne adhærendū designare volēs, ait: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa*. At quia ea per duas præstātissimas alias etiam virtutes hanc ipsam accelerare meruit incarnationē, adijcit iterum; *Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*, idest, in singularissima fide tua; *& in vno crine colli tui*, idest, & in vna, ac singulari humilitate, & resignatione tua, qua quasi præforti crine ipsum cor meum arctissime cōstrinxisti. Quæ quàm vera sint, exinde breuiter probatur, q & de tanta ui fidei Virginis loquens Elizabeth ait: *c Beata quæ credidisti, quoniam perficientur, quæ dicta sunt tibi à Domino*: perficientur, inquit; vt & quæ iam facta fuerant, & quæ facienda erant ex eis, quæ ei promissa fuerant à Domino, comprehēderet. Et de vi eiusdem resignationis humillimæ verba habentes sancti Patres communi consensu asserunt, in illo instanti tpis conceptionē Christi factam in vtero Virginis, in quo Virgo ipsa expleuit verba illa singularem suam præ se ferentia resignationem: *d Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum*: Pro quā assertione vide Bernardū in fine homiliæ super Missus est.

Efficacius istud ipsum B. Mariæ meritū, quo & incarnationis accelerationem, & incarnationē ipsam in vtero suo fieri meruit, secundum aliam lectionem Originalium Heb. & Septua. eidem significauit Pater æternus, dicens: *Abstulisti*, seu *abstraxisti*, aut *rapuisti nobis cor, soror mea sponsa, rapuisti nobis cor in vno oculorum tuorum, & in vno ornamento colli tui*.

Pro quorū intellectione, supponendum ex Clemento Alexā. cor Patris æterni esse Christum eius filiū; quia, sicut in corpore vita animæ deriuatur ad mēbra singula è corde, & per corita & in mystico Dei corpore, quod est Ecclesia, gratia in qua est vita, faciens cōsortes naturæ diuinæ, è Christo, ac per Christū ad quoscunq; dimanat fideles, iuxta illud; *e Nemo venit ad Patrem, nisi per filium*: prout & cognitionē Dei Patris, de qua Ioannes; *f Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deū, & quem misisti, Iesum Christū*: ex eodem Christo, & per Christū deriuari ad singula Ecclesiæ membra, ipsemet testatur, dicens: *g Nemo nouit Patrē, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare*. Quin & ob alterā quoq; rationem addere possumus Christū, vt filiū Dei, & oīno vt ab æterno est Verbū Patris, dici cor Patris; quia nihil illo charius hēt Pater: eo sensu, quo filiolū Mater, & sponsa dilectissimū sponsum metaphorica appellatione cor suum nūcupare solent; quia sibi præ rebus aliis vniuersis ij sunt maxime chari.

Supponendum secundò, Deum appellare B. Virginem & sororem, & sponsam suam, vt vnum eundemq; singularem illius amorem pudicissimum erga se significet. Quo sensu etiam Hieronymus, vt in appendice habes, duas istas voces sororis, atque sponsæ simul adhibitas arbitratur.

His suppositis videtur ista Patris locutio ei prope modum similis, qua parentes alicuius iuuenis, videntes, dilectissimum filium suum tota die è domo paterna ad amasiæ suæ domicilium commigrare, puellam ipsam, quæ adolescentem pulchritudine ad se allexit, & blanditijs, sic affantur: Abstulisti cor nostrum soror nostra sponsa; sic illam cōpellan-

Margin notes (left): S. Thom. — *Maria quō meruit. Incarnationē* — a Luc. 1. 78 — *Maria excitauit Deū, vt carnē ex se sumeret, eximiā gratiā, & charitatē suā.* — b Luc. 1. 28 — c Ephe. 5. 31

Margin notes (right): DE BEATA MARIA. — Cyril. Alex. lib. 10. 16. 28 — *Maria de congruo meruit fide, et humilitate sua accelerationē incarnationis.* — c Luc. 1. 45. — *Vide quæ dicta sunt supra de his duabus virtutibus ex pos. 3.* — d Luc. 1. 38 — Bernar. — Lib. 5 stro. aliquātulū post initiū subobscurè. — *Cor Dei Christus.* — e Io. 14. 6 — f Io. 17. 3. — g Luc. 10. 22. — *Maria soror, & sponsa Dei pudicissime vt vulnerata li.* — Hieron. — Simile. — *Maria accelerauit Incarnationē abstrahēdo Verbū à Patre suo cha*

DE B. MARIA. *…citate, fide & humilitate.*

pellantes, quatenus pro sorore iam eam habent, & designatam pro sponsa filio suo. Talium parentum assumptisse personam Pater videtur æternus; atque adeo animaduertens, Verbum captum sanctitate, puritate, ac insigni Gloriosissimæ Virginis pulchritudine, illectumque ab ea, adeo vt è cælis ad terras, & in eius vterum sese contulerit, ait: *Abstulisti, rapuisti nobis cor soror mea sponsa.* Congruit autē quàm maxime huic formæ locutionis, quod, præcipuas ipsius Virginis virtutes celebrans, quibus potissimùm Verbum è cælis pellexit, fidem, ac resignationem humillimam, adiecit iterū: *Abstulisti, seu, abstraxisti cor nobis in vno oculorum tuorum, & in vno ornamento colli tui:* Oculorum nempe metaphora congruentissima est ad tātum fidei effectum exprimendum, nam & in cap. 6. sponsus id sponsæ oculis virium tribuit, vt auolare ipsum faciant, dicens: *a Auerte oculos tuos à me; quia ipsi me auolare fecerunt:* tametsi locus ille alios etiā habeat sensus, vt Deo dante, videbimus. Si quid autem virtutis accelerare valuit Verbi Incarnationē fidei id sane tribuendum erat, quæ viua esset, & fidei in primis B. Mariæ, cui nulla in Patribus extitit similis: cui & demissa animi resignatio adiuncta fuit, qua idem cor Dei quasi ornamento quodam colli è crinibus confecto, & quasi vno crine colli sic arcte fuit constrictum, vt per ipsam quantocius abstractum è cælis sit in terras.

a Cāt. 6. 4.

Maria demērauit quodāmodo reddidit Deū.

Efficacissime demum has meritorū Mariæ, pulchritudinisve, & sanctitatis eiusdem vires quoad Verbi Incarnationem per hanc ipsam lectionē extulit Dominus, si dicamus, tantumdem esse id, qđ ait: *Abstulisti cor mihi:* ac si dixerit, *Excordasti me, abstulisti mihi mentem:* vt sensus sit.

PARAPHRASIS.

Excordatum me reddidisti, extra mentem, atq; vt ita dicam, insanum præ tui amore, idest eò vsq; processerunt vires pudicissimæ tuæ in me charitatis sponsa, instar sororis meæ, Virgo pudicissima, & vires tuæ fidei, ac humilis resignationis; vt in terras me deducentes; atque ad miserrimum humanitatis statum pertrahentes, quasi excordatum extra mentem, & insanum mūdo me exhibuerint.

Incarnationis opus visum est sapientib. mūdi stultū.

Neque verò mirum, talia à Domino dici: loquitur enim, *ἀνθρωποπαθῶς*, more hominum. Et re vera, iuxta sapientum mundi opinionem tam aliena à Deo visa est Incarnatio, vt propterea Euangelii prædicationem, quæ illam hominibus nunciauit, stultitiam reputarint: quin & Paulus quoque Apostolus in eodem sensu, quo hic loquitur Dominus stultitiam prædicationis eam appellat, & stultum opus, dicens: *b Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes,* Et *c Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*, idest, opus ipsum Incarnationis, tametsi sapientibus huius sæculi stultum videatur, ac si Deus in illa dementatum, insanum, & stultum se exhibuerit: sapientius tamen est hominibus iis, qui vt humiles homines Deo subiecti sunt, captiuum ducentes intellectum suum in obsequium fidei: istud ipsum opus in maiori Dei sapientia, quàm reliqua vniuersa opera eius ab ipso factum videtur, vtpote in quo magis, quàm in vllo alio immensitatem charitatis suæ erga humanum genus notam fecit mundo, prout Christus Dominus asseruit, dicens: *d Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro eo, vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam:* sanè hoc loco vulgatum illud Prouerbium: Amare, & sapere vix Deo conceditur: apprimè congruit.

b 1. Cor. 1. 21.
c 1. Cor. 1. 25.
d Ioā. 3. 16.

Vers. IX. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa; vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

APPENDIX.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Infixus est in tabula cordis mei amor tuus, soror mea, cœtus Israel, quę comparata es sponsæ, quæ est honesta: Infixa est in tabula cordis mei dilectio minimi filiorum tuorum, qui est iustus, sicut vnus de Principibus Cōcilii, & sicut vnus ex Regibus domus Iuda, super cuius collum positum est diadema Regni.

Minimi cuiusque iusti eā rationē Deus habet quā Principū & Regum.

Pro serie dramatis optimus is sensus est, quem affert Theodo. vt sponsus, postquam dilectam vocauit in superiori sententia, illam intuitus, eiusve pulchritudine compttus in hæc proruperit, quibus amoris sui vehementiam reddidit contestatam: tametsi vnus Greg. Nyss. quem in omnibus sequitur Psellus apud Theodoritū, à sensu isto dissentit existimans, verba hæc haud sponsi esse, sed sociorum eius, vt relatum est in prima expositione litteræ.

Theodor. Gre. Nyss. Psellus.

Porrò in explicatione sensus spiritalis cōueniūt Patres vniuersi, vt verbo, *vulnerasti*, seu (vt alii legunt ex versione Septu.) *corde nos cepisti*, aut, *cor meum cepisti*, significetur magnitudo, & vehementia diuini amoris erga Ecclesiam, aut piam animā quam amoris vehementiam non modicum amplificet & ipsa eorumdem verborum replicatio.

Amoris diuini quāta sit vis.

Quoad appellationes sororis simul, ac sponsæ, Hieron. quidem lib. 1. cont. Iouinia. ait, sororis nomen additum, vt tolleretur suspicio fœdi amoris: Communiori tamen Patrum sensu, sororem Christus Ecclesiā, aut animam nuncupat ob carnis coniunctionem: sponsam verò propter vnionem charitatis, & Spiritus sancti: vel, vt addit Beda, qa cælestis eam thalami sibi fœdere iunxit. Perpēdit Auctor libri de passione Domini, qui habetur inter spuria opera Bern. to. 2. cur sponsam potius, quàm vxorem dixerit: cum quotidie & Ecclesia, & pia quæq; aīa sponso suo Christi sobolem debeat generare, dicens: Solent sponsæ nondum alligatæ cōiugali vinculo amare ardentius, quàm postea: Tēpore. n. procedente amor ipse componitur. Spōsus ergo noster, vt magnitudinem insinuet sui amoris, qui tempore non decrescit, amicam suam spōsam appellat; eo quod illius amor semper nouus sit. Sororem eamdem dicere ait, ad significandam puritatem, & castitatem amoris istius sui, qui nihil carnale sapiat.

Hierony. *Sororis nomen puritatē significat amoris.* Beda. *Apud Bernardum.* *Sororis nomen significat carnis cōiūctionē: spōsa verò nomē significat vnionē charitatis.* *Ecclesia, & pia aīa dicitur Xpi spōsa ppter cōtinuā amoris magnitudinē amoris eius dicitur verò soror ppter puritatē eiusdem amoris.*

In explicando, quonam vno oculo, quove vno crine, aut torque colli sponsæ vulneratum sit Christi cor, diuersitas haud exigua reperitur. Siquidē Ambr. ser. 11. in Psal. 118. vers. 2. legens: *Corde nos cepisti vno ab oculorū tuorū;* Per vnū oculū significari, inquit, oculū gratiæ distinctū ab oculo carnali; aut qa duos oculos habēs Ecclesia moralē, & mysticū, fidei oculo, qui est & mysticus, plus videt Christū: mysticus. n. acutior, inquit, est; moralis dulcior. Eadē fere hēt in ser. 16. sup eūdē psalmū, tametsi alio modo sic legant; *Cor meū cepisti, soror mea sponsa.*

Ambros. *Oculo vno gratia & fidei cor Christi capitur.*

Hierony. virginitatem vnum illum oculū intelligit, nā in lib. 1. contra Iouinianum, sic legēs: *Vulnerasti cor meū soror mea sponsa, Vulnerasti cor meū in vno oculorum tuorū, & in vno ornamento colli tui.* Quod dicit, inquit, huiusmodi est; Nō repudio nuptias: habes & sinistrum oculū, quē tibi dedi propter

Hierony. *Duo Ecclesiæ oculi sunt virginitas, & nuptiæ.*

APPENDIX.

Vulneratur Christi cor vno Virginitatis oculo. Sororis nomẽ tollit ſuſpicionẽ fędi amoris. Theod. *Duo oculi aiæ ſunt cognitiones intelligibiliũ & ſenſibiliũ; primo vulneratur cor Chriſti.* a 1. Cor. 13. 13. *Charitatis namq; illud colli quo vulneratur cor Chriſti.* Tres Patr. *Aia ſancta vulnerat Chriſti cor vno mentis oculo, quo Deũ ipſum, & diuinaõ cõtemplatur, et vna ratione ſua, qua decoratur in actionibus item ſuis.* Aponius. *Chriſti cor vulneratur in vno oculo puri cordis, & in religioſis, qui ſunt colli crinis.* Rich. Vict. *Vulnerat cor Chriſti pia aia vniformi; vita cõtemplatiua & vita actiua.* Rup. Abb. *Maria ſoror Chriſti per fidẽ, ſponſa p Spiritum ſanctũ amorẽ verum. Maria vulnerauit cor Chriſti vniformi cõtemplatione, & humilitate item vniformi.*

pter imbecillitatem eorum, qui recta videre non poſſunt, ſed magis mihi dexter virginitatis oculus placet, qui ſi cęcatus fuerit, omne corpus in tenebris eſt. Ac ne putaremus, Chriſtũ ſpõſum amorem carnis, & nuptias, ſignificare corporeas, illicò excludit hunc ſenſum, & ait: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa.* vbi per ſororis nomen ſuſpicio omnis fędi amoris excluditur.

Theodoritus cæleſtium, & intelligibilium contemplationem, atque cognitionem deſignatam ſumens, Ipſius, inquit, ſponſæ oculũ vnum ita ſuſcipit Chriſtus, vt alterum minime contemnat: iam enim vtrumque collaudauit, ſed rerum intelligibilium contemplationem, ſenſibilium cognitioni longe anteponit. Per colli ornamenta dicit, ſignificari virtutes eas, quæ in actione conſiſtunt, quatenus collum, diuinorũ mandatorũ iugum ferens, iuſtitiæ ſulcos infindit, & dirigit: per vnum aũt ornamentũ colli, charitatem intelligit ex Apoſtolo, a *Fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior aũt horum eſt charitas:* vt ſenſus ſit: *Vulneraſti cor meum*, ideſt tali oculo prædita, & huiuſmodi torque decorata me in amorem, ac deſiderium tui concitaſti.

Catena trium Patrum apud eumdem Theodoritum pari ratione, Verbũ ſic piam animã alloqui, ait: O quæ mihi carnis coniũctione es *ſoror*, ac propter voluntarium charitatis vinculũ, atque vnionẽ ſpiritus mihi es deſponſata, *vulneraſti nos*; quia in amorem, & deſiderium tui cõcitaſti tres vnius Trinitatis perſonas, cui mente, ratione, & ſpiritu complacuiſti: In tui deſiderium nos inflammaſti; tũ *in vno oculorum tuorum*, mente, ſ. tua, qua res intelligibiles, me, ſ. veritatẽ, atq; intelligibiliũ finem cognitione perpetua cõtẽplaris: tum *in vno torque colli tui*, ratione videlicet tua, qua tu veluti ornamẽto colli decorata in cunctis actionibus me ſummum bonum, & finem omnium ſequeris, & reipſa benignitatem meam experiris.

Aponius per vnum oculum ſignificatum aſſerit mundũ cor, quo Deus videtur; per vnum verò crinẽ fideles illos, qui per miſericordiam in vno vinculo charitatis à Spiritu ſancto connexi ſunt, impertientes omnẽ ſubſtantiam ſuam in cibos pauperũ. Religioſos (dicit) qui colli crinis dicũtur, q; ſanctis Prælatis inhæreant, inſtar colli à Deo capite ad corpus Eccleſiæ cibum verbi deferentibus.

Ricardus de Sancto Vict. per vnũ quidem piæ animæ oculum intelligit contemplationem diuinorum, atque cæleſtium: per crinem verò vnum colli, vnicam cogitationem, & præcipuam intentionem, quæ circa conuerſionem animarũ laboratur; quia, ſicut collum caput, & membra coniungit, ſic ipſa anima collum Chriſto eſt, dum animas cõuertere, illi/ve coniungere ſtudet, vt ſenſus ſit: In hac gemina ſollicitudine, & cura tam propriæ ſalutis, quàm alienæ amorem meum ſpecialiter tibi vendicas, & ad intima cordis mei penetras: Placet quoque mihi, & ſingulariter me tangit ſimplex intentionis oculus, quo nil contra me nihil præter me quæris.

Rupertus Abbas, ad B. Virginem hæc dicta ſumens, quam ſororem à Chriſto nuncupatam ait per fidem; ſponſam vero per Spiritum ſanctum amorem verum: Per oculum vnum ſignificatam intuit immutationem vultus in orando, & contemplando: per vnum autem crinem colli nimiam humilitatem ſemper vniformem, & indeficientem. Quid vno crine fragilius, dicit, & quid humilitate ſubtilius? quid crine flexibilius, & quid humilitate confractius? Crinis vnus vix comparet, humilitas Virginis vix conſentit, quod computari

poſſit inter homines: crinis colli, humilis cogitatus ac ſi Chriſtus dicat: Semper, & vbique vnum oculum, ſiue vnitatem habens oculorum, ideſt, a vultum, in diuerſa non mutatum (prout de Anna legitur 1. Reg.) *Vulneraſti cor meum*; vnũ illum crinem tuum, ſ. ſpiritum humilem & contribulatum in me iecisti, veluti ſpiculum præacutum, & *vulneraſti cor meum.*

b 1. Reg. 1. 18.

Caſſiod. Greg. PP. Beda. Anſelm.

At ſecundùm communiorem ſenſum Caſſiodori, Gregorij Papę, Philonis Carpathij, Bedæ, Anſelmi, & aliorum, per vnum oculum ſignificatur vnitas Sanctorum Doctorum; per vnum verò crinem multitudo plebis fidelis etiam ſimul vnitæ; Vel ſecundùm Caſſiodorum, inhærendo ſanctis Doctoribus, qui ſunt Eccleſiæ collum, quo nutritur Eccleſia, eorum. ſ. doctrinæ, atque præceptis; vel ſecundùm Gregorium Papam, per collum ſumendo vnitatem fidei, qua Eccleſię corpus ſuo capiti Chriſto iunctũ, eſt ſimul vnitum in vnitate fidei; ſicque ex ſententia iſtorum Patrum tantũdem eſt, ac ſi Chriſtus dicat Eccleſiæ: Hoc eſt, quod me ad te amandam mirifice præ ceteris attrahit, accẽditq;, quia vnitatem eiuſdem fidei, ac dilectionis, & in Doctoribus, & in plebe, & in Pręlatis, & in ſubiectis habere probaris.

Vulneratum Xp̃i à fideli populo, qui æterna proſpicit, indeque ornari ſtudet.

Secundùm Iuſtum Orgelitanum vnus oculus, & crinis colli, ipſe eſt credentis Eccleſię populus, quẽ Chriſtus ſic dilexit, vt poneret animam ſuam pro eo. Quamquã & ob vno animæ oculo, & vno crine colli Chriſtus vulneratum ſe dicat, ſecundùm eumdem Iuſtum, quatenus illa non temporalia, ſed æterna proſpexit; & non viſibilibus, ſed futuris ornari ſtuduit.

Chriſti cor in cruce vulneratũ dicitur à pia anima.

Pręter communiores iſtos ſenſus, ſecundũ quos vulnerandi verbum metaphorice ſumitur, inſuper, ſecundum Caſſiodorum, & Bedam hoc, quod hic dicitur: *Vulneraſti cor meum*; poteſt referri ad vulnera, quæ Chriſtus ſubijt in cruce: & inclinare etiam ad idem videtur Gregorius Papa; ac ſi diceatur: Tuo amore feciſti, vt ego in cruce vulnerarer. Quem ſenſum præclarè proſequitur Auctor libri de paſſione Domini, qui habetur inter opera ſpuria Bernardi tom. 2. dicẽs: Per carnale vulnus, quod Chriſtus in cruce accepit in latere, vulnus ſpirituale oſtenditur: & hoc fortaſſe ſignificatur, dum bis dicitur, *Vulneraſti*. Vtriuſque enim vulneris ipſa ſoror, & ſponſa cauſa eſt; ac ſi ſponſus apertè diceret: Quia zelo amoris tui vulneraſti me, lancea quoque militis vulneratus ſum. Quis enim cor ſuum palo vulnerari permitteret, niſi prius amoris illius vulnus percepiſſet?

Bernard.

Phi. Carp. *Cor Trinitatis vulneratu ex amoris vehementia in opere Incarnationis exhibitũ eſt.*

Ad myſterium Incarnationis refert idem, quod hic dicitur, *vulneraſti cor meum*; Philo Carpath. vt Deus ſignificet, ſe vulneratum in corde per id, quod ex amoris vehementia incarnari voluit. Ponderat autem, quod, iuxta Sept. dicitur: *vulneraſti cor noſtrum*, vt per locutionem iſtam in plurali ſignificetur, totam Trinitatem commotam charitate, vt in carnem Deus deſcenderet; tametſi Verbum ſit incarnatum.

Greg. Nyſ.

Denique Greg. Niſſenus homil. 8. ſingulari ratione hanc ſententiã legit, diſtinguit, atque interpretatur: volens quippe, hæc eſſe verba Angelorum, verbum græcũ, *ἐκαρδίωσας*, quo hoc loco vſi ſunt Sept. quodve ferè ab vniuerſis Patribus accipitur, quaſi idem ſit, ac alibi, *ἐξεκαρδίωσας*, ideſt, *abſtuliſti cor*, vel, *corde nos cepiſti*, aut quod in idem recidit, *Vulneraſti cor*, ipſe ſumit, prout ſonat, pro *cordificaſti*, ſeu *indidiſti cor*. Tum poſt verba illa *Soror mea in vna*, facit diſtinctionem, apponens commã, referens ad ſuperiora illa; *In vno ex oculis tuis*, & ſubaudiens,

APPENDIX.

dicens *anima*, ac si dicatur, In vna anima: tum disiũ-cto subdit, *in vno monili*, i. *in ornamento*, seu *torque colli*, legens per duas dictiones id, quod cõiter vnica di-ctione legitur, *monili*, i. *ornamento* seu *torque*. Vt aũt pateat huius sumæ sensus, duo supponit, quę mi-caute sunt legenda. Primum, per Ecclesiam mani-festari Angelis variam & multiplicem Dei sapien-tiam, quæ per cõtraria res efficit magnas, & admi-rabiles; nimirum, quia facta fuerit vita per mortem & per peccatum iustitia, & per maledictionem be-nedictio, & per ignominiam gloria, &c. huiusmo-di: Quod suppositum probat Nyssen. ex iis Aposto-li verbis, quibus in epistola ad Ephesios dĩ: *a Vt in-notescat principatibus, & potestatibus in cælestib. per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum præfi-nitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domi-no nostro, in quo habemus fiduciam, & accessum in cõ-fidentia per fidem eius*. Quod secũdo loco supponit est, vt iidem Angeli per Ecclesiã fortasse viderint Christum, qui alioquin ipsis esset incomprehensi-bilis, iuxta illud Ioannis: *b Deum nemo vidit vn-quam*. Suppositum istud probat; quia, cum Eccle-sia sit corpus Christi, & Christus sit caput corpo-ris, suo charactere formans faciem Ecclesiæ: hinc fit, ait, vt Angeli ad eam aspicientes, per ipsam cla-rius aspiciant Christum, qui non cadit sub aspectũ ita vt quemadmodum ii, qui ipsum orbẽ solis nõ possunt videre, per aquæ splẽdorem ipsum vidẽt. Ita illi pariter in mundo speculo, nẽpe in facie ve-ritatis videant solem iustitiæ, qui per id, quod ap-paret, mente comprehẽditur. His suppositis sensũ eorum, quæ hic dicuntur, istiusmodi asserit esse: vt Angeli, cum Ecclesiam, vel aĩam viderint ad perfe-ctionem, & à gloria, in qua erat, ad superiorẽ glo-riam transformatam, illam celebrantes laudibus hæc dicãt. *Cordificasti*, seu, *indidisti cor soror nostra sponsa*, &c. i. Soror nostra propter impatibilitatis co-gnationem & sponsa propter cõiunctionem cum verbo; cor quoddam, mentem, & cogitationẽ ad multiplicem Dei sapientiam, atque ad lucis com-prehensionẽ per te ipsam nobis indidisti: Confir-mantes hæc, iterum repetant verbum: *Cor indidisti nobis*: Et subdẽtes, quidnam sit id, quod ipsis maxi-mam admirationem in ea attulerit, addunt: *In vno ex oculis tuis*, i. propterea quòd vnicum tantùm ha-bes oculum, quo ad bonum tãtummodo inspicis, cum cæca sis in aliis vniuersis, quæ præter Deum sunt, ac bonum. Addentes verò, *In vna*, s. aĩa, tantũ-dem est, ac si dicerent: Propterea quòd aspiciẽs ad vniformẽ rationem vitæ, quæ est secundum virtu-tem, vna tm̃ anima viuas, nequaquam multiplici passionum, ac perturbationũ subiecta dominatui. Sic & *in torque*, seu *ornamento colli*, i. propterea qđ subiecta sis, atq. habeas Christi iugum, cũ suscepe-ris in te perfectionẽ. Propterea ergo, breuiter, inquit Angeli, confitemur, qđ tuis miraculis *cordificasti nos*, vnũ ostendẽs oculũ, & vnicam animam in or-namento colli tui, idest in iugo, cui te subiecisti.

Angelis manifestatur per Ecclesiã ea sapientia Dei, qua res magnas per contraria efficit.

a Secundũ Nyssenum.

b Ephe. 3. 10.

Angeli per Ecclesiã vident Christũ, secundũ Nyssenũ.

c Io. 1. 18. Simile.

Ala sancta soror Angelorũ propter cognationẽ impassibilitatis, sponsa propter coniunctionem cum Verbo.

Ala, qua vniformiter viuens est, & sub iugo est obedientia, quemadmodum Angelis cognationem tribuit, secundum Nyssenum.

Vers. X. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Expositio prima iuxta sonum Litteræ.

SIcut nouo encomium illos, quos iam lau-darat, sponsæ oculos, atque crines mirũ in modum in præcedenti versu iterũ ex-tulit sponsus: ita & in versu pariter isto nouis laudibus, hisque præstantissimis eadem cele-brat eiusdem sponsæ vbera, quæ etiam eximio en-comio commendarat supra in vers. 5. Neque. n. eũ ipsum in iterandis membrorũ illius laudib. seruat ordinem, quẽ supra seruarat; at, prout fert vehe-menter amantium mos, eò linguam ad laudes pro-uehendas dirigit, quò ab ardentissimo insignis pul-chritudinis eius amore impellitur.

LITTERA.

In tres autem partes distincta tota ista sentẽtia tres mammarum, & vberum sponsæ continet lau-des: Primam in iis verbis: *Quàm pulchræ sunt mam-mæ tuæ, soror mea sponsa*: Secundam in illis: *Pulchrio-ra sunt vbera tua vino*; Et tertiam demũ, in ea par-te, qua dicitur: *Et odor vnguentorum tuorum super*, &c. Prima laus in eo sita est, quòd tam insignis il-lorum sit pulchritudo, vt inexplicabilẽ intuentib. quibuscunque incutiãt sui admirationem, atq stu-porem: huiusmodi namque loquẽdi forma, *Quàm pulchræ sunt*, admirãtis est, ac præ stupore nihil ex-primere valentis. Generale istud encomium adeo eximium amplificat postmodum peregregie spon-sus per secundam, & tertiam eorumdem vberum laudem: quæ sanè quàm sublimes sint, exinde col-ligere licet, quod ipsamet sponsa, cum spõsi sui itẽ vbera ad cęlum euehere vellet in principio huius Cãtici amatorii, hisce ipsis laudibus ea extulit; di-cens: *d Quia meliora sunt vbera tua vino, fragran-tia vnguentis optimis*: Et certè nil præstãtius in vbe-rum sponsæ laudem reperisse, visus est spõsus: nul-la re sublimius ea euehere; quã, si acceptas ab ea vberum suorum laudes, in ipsamet eius vbera re-funderet. Verũ, tametsi facile nos expediuerimus ibi in c. 1. in afferenda ratione istarum compara-tionum, seu potius istorum parallelorum vberum sponsi cum vino, & fragrantiæ eorumdem vberũ cum optimis quibuscumque vnguẽtis: propterea quòd sponsa ibi exinde occasionem aptissime sũ-psit eorũ parallelorũ; qa sibi prę absẽtis dilecti sui desiderio animi deliquium patienti vinũ, vnguẽ-taque pretiosa à sociabus exhiberentur ad recreã-dam deficientem animam; At hoc loco, vbi nulla talis apparet occasio, haud ita facilẽ est horum pa-rallelorum, istarumve comparationũ rationes assi-gnare, atq; proportiones. Quid. n. proportionis vi-num habet cũ mammis muliebribus? Quidve vn-guenta ad eadem spectant vbera, vt ex illorum prę-stantia tam insignis in ea conferatur laus? Ponde-remus vtramque sigillatim per se, ne confusione obruamur potius, quã explicatione vim huius di-lucidemus encomii.

d Cãt. 1. 1. & 3.

Quoad primam igitur partẽ, in qua secunda cõ-tinetur mammarum sponsæ laus, & certè auctior, quam prima, quę iã declarata est: Hebræi, & quot-quot Hebræis sunt addicti nouarum versionũ au-ctores, aliique insuper complures ex moderniori-bus, qui maiorem illorũ rationem hac saltẽ in re habent, quã antiquissimę versionis Sept. ac nostrę et Vulgatæ; haud multo labore hac in re insudãt: nam cũ ex ambiguitate hebraicæ dictionis דדיך dodaich, quæ *& amores mammæ tuæ*, significat, ne-quaquam vbera, & mammas sponsæ; sed eius po-tiùs amores commendari, arbitrentur hoc loco, apta inquiunt admodũ est proportio eorũ ad vinũ multò. n. magis ii inebriant degustantem, quã vi-num quodq: inebriet potãtem; vel quia vinũ sym-bolum sit voluptatis, per hanc comparationẽ ex-tolli voluptatem, quæ ex sponsæ amorib. percipi-tur, vtpote quæ præferẽda sit omni voluptati. Sed quamuis in primo capite, vbi hæc ipsa habetur cõ-paratio, libenter in hac ierim sniãm; vt prædicta dictio hebraica posita sit ad amores spõsi designã-dos vel, etiã si pro vberum significatu ea sumenda

Hebræi.

sit,

LITTERA.

ſit, prout illam ſumpſere Sept. & auctor Vulgatæ, metonymice vbera ſumi debeant pro amoribus, quatenus ſubter illis eſt ſitus cordis: quia ibi non apparebat ratio, cur tam ex abrupto commendarẽtur vbera ſponſi, præſertim, cum haud moris ſit, vt virorum vbera commendentur, ſicut celebrantur in feminis: Hoc tamen loco nulla ratione adduci poſſum, vt eidem ſubſcribam ſententiæ: quandoquidem haud opportune amorum ſponſæ encomium in medio panegyrici particularium membrorum insereretur: cum è veſtigio admodum congruenter poſt præſtantiſſimum oculorum, ac crinium eius encomium, ſubijci videatur encomium vberum eiuſdem, quæ, ſi pulchra ſint in ſpecioſa puella, non minus certè, quam oculi, crineſve vulnerent cor inſpicientis. Laborandum ergo eſt, vt aliquam reperiamus proportionem vini ad vbera ipſa, non ad lac, quod ex vberibus fluit: hãc nempe reperire facile eſt: ex quo factum, vt Patres ferè omnes ad iſtam confugerint comparationem lactis cum vino.

Vbera pulchra ad quã cũ vino cõparentur, quidve proportionis cũ illo habẽdẽ

Vt dicam, quod ſentio, crediderim, ſponſę vbera hic commendari ex læto illo, ac feſtiuo, qđ vberibus pulchris ineſſe ſolet, quove intuentes alliciunt, vt propius accedant, manibuſque contrectent, quod peregregia ſimilitudine duorum hinnulorum capreæ, qui paſcuntur in lilijs, ſuperius in verſ. 5. altero eorumdem encomio laudatũ nouimus, vt videre eſt in prima expoſitione illius verſiculi. Quamquam multo efficacius laudẽ iſtam in hoc repetito vberũ encomio per vini comparationem conferri cenſeam, quam in primo encomio illo per ſimilitudinẽ hinnulorum capreę ſit collata. Proportio aũt vini cum iſtiuſmodi vberibus duplex mihi eſſe videtur ex duplici conditione vini quod optimum ſit; in quibus ambabus ab ipſis ſpõſæ vberib. excellentiſſimo modo ſuperatur, ita vt propterea iure optimo ea dicta ſint *pulchriora vino*. Prima vini conditio eſt, vt in vitro exhibitum; ipſomet pulchro colore ſuo tale præſeferat lætũ, feſtiuum, ac quodammodo geſtiens, Italicæ *grillãte*; vt intuentem illicò attrahat ad propius accedẽdum, atque potandum; Vnde Salomon, cui optime comperta erat iſta eius conditio, ait in lib. Prouerb. *a Ne intuearis vinum, quando flaueſcit cum ſplẽduerit in vitro color eius*: & quaſi vix fieri queat, vt intuens quilibet ab illo non attrahatur, vt bibat: quaſi potatum iam ſit, cum primum in illud coniectus eſt oculus, addit: *Ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet*. Lætum huiuſcemodi, & feſtiuum; at efficacius ineſſe in pulchris cernitur vberibus ita vt viſa intuentium abripiant animum, vehementiſſimumque incutiant ſui deſiderium.

a Pro. 23. 31

Altera vini conditio eſt, quod inebrians alienat hominem à mente, ac ſuo modo mentis cauſat exceſſum; In qua conditione ingentem cum illo proportionem habent pulcherrima ſponſæ vbera: nam & in ipſis tantum ineſt potentiæ, vt ſponſum inebrient voluptate, ac per ingentem amorem, quem in eodem cauſant, illum ipſa amoris ebrietate alienent à mente. Quamquam multò, etiam quoad conditionem iſtam, quolibet præſtantiora ſint vino: ſiquidem vinum, etſi inebriet, minime haſce vires ſuas exercere poteſt, vt inebriet, alienetque à mente, ni potetur ita vt haudquaquam viſum inebriare queat pulchritudine ſua, tametſi inſignis ea eſſet quã maximè, ſed ſapore duntaxat, & guſtu ſuæ ſubſtantiæ. At verò ſponſæ vbera pulchritudine ſua intuẽtes ſic vehementi inebriant amore, vt aut operæpretium ſit alius eorum guſtus, atque contactus; idcirco congruentiſſime locutus eſt ſponſus, cum nequaquam dixit; *Meliora*, ſeu, *Dulciora*, ſed, *Pulchriora ſunt vbera tua vino*: vt nimirum, ſuppoſita proportione iam dicta inter illa, atque vinum innoteſceret, in quonã hac in re ipſi vino præferẽda ea forẽt, in vi nimirũ pulchritudinis, nedũ in efficacia guſtus.

Quoad ſecũdam comparationem: quæ & ipſa adhibita eſt cum amplificatione: Dubium primò exoritur, quidnã connexionis habeant vnguenta ſponſæ cum eius vberibus: ſuppono enim, & hanc quoque comparationem ſpectare ad talium mammarum encomium, tertiamque laudem illarum per ipſam exprimi. Facillime tamen tollitur dubium iſtud, ſi puellarum, & earum in primis, quæ nouæ ſint ſponſæ, in memoriam reducamus morẽ illum, quo, cum & odoratis floribus delectẽtur, & vnguentis ſuaueolentibus, ea inter vbera deferunt ad pectus, tam ad fragrantiam, quàm etiã ad decorem: Vnde fit, vt vbera ipſa, in quorum medio ea aromata collocata ſunt, adeo ſuauiter fragrãtia reddantur, ut non immerito unguenta ipſa appellentur. Morem iſtum, ſi rectè recolimus, ſubindicauit & ſponſa in cap. primo huius Cantici, cum diceret: *b Faſciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi*. Ex quibus apparet, maximam profecto inter ubera, & unguẽta, atque odores ineſſe connexionem. Ex quo, etiam factum eſt, ut in ſuperiori quoque encomio, quo eadem ſponſæ ubera commendata ſunt in ver. quinto, ex odore pariter laudata ſint per ſimilitudinem *c* duorum hinnulorum *capreæ, qui paſcuntur in lilijs*, ut ibi uidere eſt in prima expoſitione. Verùm, tametſi & in illo æque, ac in iſto encomio hæc odoris, & fragrantiæ laus in tam pulchra collata ſit ſpõſæ vbera; nihilominus multo efficacior eſt, quæ hic in illa confertur vna eademque laus, quàm ea, quæ ibi. Siquidem ibi laus iſta id ſolum continebat, quòd vbera ſponſæ eſſent ſimpliciter ſuaueolentia non ſecus, ac hinnuli illi, qui paſcũtur in lilijs, liliorum fragrant odore: At in præſenti encomio eadem odoris laus duo in iiſdem vberibus addit præſtãtiſſima, Primum, quod ita ſuauiter olent, vt videantur eſſe ipſamet vnguenta; ideoque odor ipſorum, odor vnguentorum dicatur. Secundum, quòd iſtemet eorum odor tam ſuauis eſt, tamque eximius vt meritò præferẽdus ſit aromatibus omnibus: vt ea, quæ hic dicuntur, ſimilia illis ſint, quibus ſponſa in capite primo dilectum ſuum ex ſingulari odoris fragrantia commendauit his verbis: *d Fragrantia vnguentis optimis: Oleum effuſum nomen tuum*. Sicut etenim ibi ſponſa ad amplificationem laudis eximię fragrantiæ, quam in ſponſi vbera conferebat, & fragrantia ipſam illorum optimis quibuſcumque prætulit aromatibus: & eumdemmet ſponſum propterea vnguenti odoratiſſimi nomine decorauit; Ita & ſponſus viciſſim in hoc loco & odorem vberum ſponſæ odori præfert aromatum omnium: & ipſamet eius vbera tam præſtanti odore redolentia, vnguentorum appellatione decorat.

Vbera ſponſa cur vnguentorum noĩe ſint appellata, & cur cũ aromatib. cõparata.

b Cant. 1. 13.

c Cant. 4. 5.

d Cãt. 1. 3

ALTER SENSVS.

Quamquam ſimplicius, nec minus congruenter dici etiam poſſet, ſponſum hoc loco alludere ad duo ſponſę dicta, quibus in ſuperioribus ſe ab illa è fragrantia recoluit commendatum: ad iſtud iamiam propoſitum; *Fragrantia vnguẽtis optimis. Oleum effuſum nomen tuum*: & ad illud alterum, quod etiam ſupra citatum eſt; *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur, Botrus Cypri dilectus meus mihi*; vt vbera illius ſic

ex

LITTERA.

DE ECCLESIA.

ex præstanti efferat odore, quem sui contactu susceptissent, dum ipsum instar fasciculi myrrhæ, & instar Botri Cypri in medio eorumdem vberum suorum tenuisset. Quidni enim odor talium vberum odori præferendus sit aromatum omnium, & odor vnguentorum illorum, quibus ea delibuta sunt, cunctis præferatur vnguentis, si ipsius fragrantia, qui vnguentorum loco ei inseruit, secundum suam ipsius confessionem optima quæq. superet vnguenta? si ipse nominetur vnguentum effusum, & vsquequaque fragrantissimum?

Apposite autem in isto quoque encomio eam, cuius vbera tantis effert laudibus, & sororē & sponsam suam appellat, qui sponsus item illius est: duobus enim hisce simul iunctis nominibus omnem fœdi amoris excludit suspicionem, quā facile in legentium mētes ingerere eæ ipsæ possent laudes, quarum tam exactus factus est catalogus.

Quarum breuis hic esto epilog. paraphrasticus. O quætam pudica mihi es *sponsa*, quàm pudica es & *soror*. Pulchritudo vberum tuorum adeo admirabilis est, vt obstupescam, quoties meos in illā coniicio oculos: vix verba reperio, quibus eam exprimem: Paucis tamen vt aliquid dicam, *Pulchera* sanè ea *sunt vino* perquam optimo: tū quia multò præstantius esse conspicitur illud iucundi, læti, atque festiui, quod eis inest, quàm id, quod vinū præsefert in vitro exhibitum: tum etiam quia & in vi, quæ in vino inest, vt inebriet, mentisque causet excessum, vinum superant quodque: quandoquidem ipsa sui duntaxat aspectu præ eximia, quā intuentium oculis exhibent, pulchritudine, tametsi nec tangantur, neque alia ratione gustentur, inebriant voluptate, pulchritudine, & præ amoris, quem excitant, magnitudine à mente pariter alienant: quæ certè haudquaquam vel à potentissimo vino effici possunt, si color solummodo videatur, nec sapor gustetur, atque potetur. De odore quid dicam, quo eadem me alliciunt? vnguenta sanè ipsa dixerim adeo pretiosa, adeo suauia, vt meritò illorum odor vniuersis præferendus sit aromatib. Quidni verò ab eis isto alliciar odore, cum odorē meum illum esse nouerim? An non ipse tibi & fasciculus myrrhæ, & botrus Cypri inter vbera ista tua? meus ergo, odor illorum: me in illis oleo, quē tumet adeo aromatibus optimis in suaui prætulisti odore, vt ipsummet vnguētum effusum, ipsummet odorem non memeris nominare.

Quoad lectionum varietatem, omissis, quæ dicenda forent circa significatum hebraicæ vocis, דדיך dodaich, quam vt ambiguam ad amores, & vbera significanda Hebræi, illorumve sectatores ex nostris, necnon & paraphrasis Chaldaica, non *vbera*, sed, *amores tui*, vertunt: iam enim hæc notata sunt supra.

Notandum primò, Originalia tam hebræa, quā versionis Septuaginta bis admirantis interiectionem adhibere, talibusve vti verbis, יפו iaphu, & טבו thobu: Sept. ἐκαλλιώθησαν, quæ non pulchra simpliciter vbera significāt, sed facta esse pulchra quo eodem sensu Aquila vertit ἐκαλλωπίσθησαν, & Symmachus pariter, ὡραιώθησαν, vt sensus sit: *Quid* seu, *quàm pulchra facta sunt mammæ tuæ. Quid pulchra facta sunt mammæ tuæ à vino*; Secundum verbum hebraicū verti potest: *Quàm bona facta sunt mammæ*, &c. Quæ spiritualibus sensibus fortasse inseruient.

Secundò notandum, quod in versione Sept. legitur: *Quid pulchra facta sunt mammæ tuæ à vino*: non esse sic intelligendum, quod mammæ à vino pulchritudinem desumpserint, sed accipiendum iuxta phrasim hebraicam, qua littera מ mem, vt significat præpositionem, A, comparatiue vsurpatur & denotat, adiectiua præcedentia sumēda pro cōparatiuis. Denique Sept. legunt: *Et odor vestimentorum tuorum*, ... *vnguentorum tuorum*, & videntur legisse שלמותיך ilmotaich, vt in vers. sequenti pro dictio... שמניך scemanaich.

Vers. X. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Tantas in Sanctos, Ecclesiæ Prælatos, adeoque insignes laudes in superiori vberū encomio cælestis contulit sponsus; vt vix addi aliquid posse videretur, quod tam grandes accresceret laudationum cumulos, eadem præsertim seruata metaphora vberum, quorum & locum obtinere in mystico Ecclesiæ corpore, & munia pariter exercere, satis superque ibi ostensum est in secūda exposit. versus quinti. At, tametsi ita nobis videri fortitan potuisset, nil remansisse reliqui, quo commendari possent: sub eadem vberum metaphora ipse nihilominus encomiastes diuinus nouas, atque præstātiores, quib. illos eueheret, reperit, & altero isto eorumdem vberū encomio exprimit laudes. Vt igitur nouæ istæ, adeoque insignes Sanctorum Prælatorum laudes vniuersis perspicuæ reddātur, subtilius iteratum hoc vberum Ecclesiæ encomium examinantes, germanum eorum, quæ hic dicūtur sensum eruere tentemus.

Ac primò supponendum, vbera, & mammas duplici ex causa in feminarum pectorib. collocatas; tum, vt tamquam lactis receptacula ad id inseruirent, vt infanti, quem charissimum cordis sui pignus mater gestatura esset ad pectus, lac exhiberent sugendum, quo is nutriretur, & cresceret: tū, vt veluti duo perpulchri pectoris neuuli pulchritudine ipsa sua, quorum in se coniectos habuissēt oculos, eorum etiam ad se allicerent animos: &, vt veluti duo cordis propugnacula, atque adeo duo indices vnius amoris in corde latentis, ad amorē pariter intuentes allicerent, & ex illis cor ipsum tā quam è propriis turribus ardentia item amoris iacularet spicula. Hinc à prouida natura effectum, vt tunc primùm exuberantia appareant in pectorē, cū primū amorib. apta puella est, prout ex Aristotele colligitur manifestè lib. 7. de historia ani. c. 1. & ex Ezechiele a c. 16. Hinc in c. 7. sponsa dilecto, quem pulchritudine vberum suorum amore succensum nouerat, quasi in ipsam cōcepti amoris fruitionem ea pollicetur, dicens: b *Ibi dabo tibi vbera mea*. Neque enim existimandū, vbera sua ad hoc spōso daturam, vt is lac sugeret ex ipsis, at vt vinum potius exprimeret amoris, ad quod designandum ille ei dixerat paulò superius: c *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ*. Hinc demum & quæ pudicæ sunt feminarū, ita vbera ipsa sua seruāt operta, vt nemini eorū pulchritudinē conspiciendam exhibeant, præter q̄ vni viro suo, cui vni & illibatū suum seruant amorē, atq; adeo in Rebuspubl. ac Ciuitatib. illis, quæ benè institutæ sunt, vt huic honestatis cōsulatur decoro, nec meretricib. ipsis permissum id est, vt patentib. ac reuelatis vberib. extra domos incedant: Vtinam laudatissimum morem istum vniuersæ seruarent Ciuitates.

Vbera duplici ex causa in feminarum pectoribus collocata.

Arist.

a Ezec. 16.

b Cã. 7. 12.

c Can. 7. 8.

Hoc

DE EC-CLESIA.

Hoc igitur supposito, intentio sponsi in præsenti panegyrico ea fuit, vt ex duplici isto effectu duplex vberum pudicissimæ sponsæ suæ contexeret encomiũ: Ac in primo quidem ita eas celebrauit, vt præcipue ad primum ipsorũ effectum lac continendi, illudve infantib. propinandi respexisse visus sit: quod & vocabulo ipso, quo ea tũc nominauit, significatũ est: in Hebraico siquidẽ textu, vbi originalis eius apparet locutio, ibi in vers. 5. ad significandum, vbera tua, nequaquam eadem vsus est voce דודיך dodaich, quæ & significatum amoris in se cotinet, sed altera voce, שדיך sciaddaich, quæ, vt supra in exposit. 3. illius vers. probatũ est, & istum effectum designat lac propinandi, quia nimirum (vt notat R. Dauid in lib. Radicum) dũ vbertim lac infantibus dant, permeant per vniuersum eorum corpus, ac per singula membra. Sicut autem ibi ex hoc potissimum celebrata sunt vbera carnalia, ita pariter ex eodem & spiritalia quoque vbera Ecclesiæ, ipsosque eius Prælatos commendauit Christus Dominus, prout videre est in secunda illius vers. expositione.

At verò in altero isto eorumdem encomio euehit illamet ex secundo effectu, quo pulchritudine ipsa sua extrinsecus apparente intuentes quosque, ac in primis seipsum sponsum eius pelliciunt, amoreque inflammant ardentissimo, atque adeo aptissime dixit: *Quam pulchra sunt;* & *pulchriora sunt:* & ea visus est voce דודיך dodaich, quæ amorem ipsum præsignat.

Prælati boni sua eximia sancti tate obstupescere faciũt nedum homines, sed & Deum.

Ex pulchritudine ergo ista etiam cælestis sponsus hoc versu Sanctos celebrat Prælatos; pulchritudinem autem spiritalẽ in sanctitate sitam esse, satis superque in superioribus ostensum est frequentius: Vnde haud necesse est, vt hac in re modo detineamur, sicut nec in explicandis congruentijs, quas cum vberribus Prælati sancti habent; Has videre vnicuique fas est in secunda expos. versic. 5. sæpius citati. Tres duntaxat præstantissimæ ex discutiendæ sunt laudes, quas Christus Ecclesiæ sponsus in illos confert sub hac pulcherrimorum vberum metaphora.

Prima est tam insignis sanctitatis, quæ nedum homines, sed & Deum, qui est primum totius sanctitatis exemplar, in sui commoueat admirationẽ, atque stuporem: impulsu namque huiusmodi stuporis ille obstupescens exclamat: *Quam pulchra sunt mamma tua, soror mea sponsa.*

Porrò quemadmodum puella tunc admirationem excitat suæ pulchritudinis, quando ipsa eius pulchritudo perfecta sit, quando ea perfectione excellat eximij decoris. Ita & Sancti quiq; Ecclesię Præsules Deum sua obstupescere faciunt sanctitate, qui perfectos se se illi conspiciendos exhibent in sanctitate, iuxta vulgatã illam Theologorũ doctrinam, qua Prælati, quotquot boni sunt, in statu constituuntur perfectionis. Quòd si quis instet, vt sibi exponatur, in quonam potissimum adeo insignis sanctitatis pulchritudo illorum, atque perfectio sita sit, audiat Christum Dominum Petro Prælatorum Principi id significãtem, cum tertiò hęc repeteret: *a Simõ Ioannis diligis me plus his?* Quin & in hoc ipso encomio, in ipsamet sui stuporis significatione dum dicens: *Quam pulchra sunt mamma tua:* eo vtitur vocabulo ad mãmas Ecclesiæ exprimendas, quod & omnes designat, vt notatũ est, istud ipsum subindicat eximium pulchritudinis, sanctitatis, ac perfectionis Prælatorum in charitate effulgere, atque in amoribus erga Deũ. & erga proximum: charitas ea est congruentissima harmonia, atque proportio virtutum omniũ, in qua perfectio constituta est, & pulchritudo spiritalis, charitas speciosissimus est ille color, quo decora redduntur vniuersa virtutum membra: Vnde Apostolus in epistola ad Colossenses, post enumeratas multiplices virtutes, quæ ad spiritalẽ constituẽdã pulchritudinem necessariæ sunt, subijcit: *b Super omnia autem hæc charitatẽ habete, quod est vinculum perfectionis.* Verum qui nedum charitate quacumque decori sunt, sed in ipsamet charitate perfecti sunt, ii demũ admirabili isto decore pulchritudinis, suæ obstupescere faciunt Deum ipsum: tales autem sunt Prælati illi, qui ad Christi Domini imitationem præ charitate animam suã ponere parati sunt pro ouibus, iuxta illud Euangelii: *c Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis:* Perfectus namq; iuxta eiusdem Christi *d* sententiam censendus est omnis, qui sit, sicut magister suus.

Prælatorũ perfectio sita est in perfectione charitatis.

a Io. 21. 15

b Col. 3. 14

c Io. 10. 11

d Lu. 6. 40

Prælati vt gaudeãt in tribulationibus, quas subeunt pro salute subditorum.

Secunda laus, quæ primam istam consequitur, est lætum, festiuum, atque exultans id, quod in perfecta præ se ferunt charitate prædicta, quando quidem qui sunt ex numero Sanctorum Prælatorum, quorum hic contexitur encomium, non modo tribulationes, pro Dei charitate perferunt, & animam suam dant pro ouibus suis; at in hac ipsa charitate exhibenda, in ipsis ęrumnis, passionibus, atque etiam in mortẽ lætos, promptosque se ostendunt, & cum gaudio exilientes, ac festum facientes illis se se obijciunt. Quo sanè gaudio nedum subditus, pro quib. ea patiuntur, sed & Deũ ipsum, à cuius charitate ad hæc impelluntur, ad sui alliciunt amorem. Si lætum istud in Paulo, qui vnus ex sanctis istis Prælatis extitit, nosse quis velit, legat, quæ ipse de se Colossensibus contestatus est: *e Nunc gaudeo in passionibus pro vobis,* idest, quas pro vobis, & pro vestra vtilitate subeo, *& adimpleo, quæ desunt passioni Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia, cuius factus sum ego minister.* Tantumdem autem est istud, quod ait: *Adimpleo ea, quę desunt passionis Christi,* &c. ac si diceret: Dum lætum istud in passionibus, quas subeo pro vobis, sponso meo exhibeo, mirum in modum ad mei amorem illum allicio.

e Co. 1. 24

Enimuero ea, quæ immenso illi patiendi desiderio, quo Christus multa plura pati voluisset, quam perpessus est ob inexplicabilem charitatem erga Ecclesiam dilectam suam, quæve defecerunt passionũ, quas pati voluit in mẽbris suis, ipse, qui minister Ecclesiæ factus sum, membrumque eius, qui caput illius est adimpleo in carne mea.

Ex altera eiusdem Apostoli sententia, qua ad Philippen. ait: *f Si immolor supra sacrificiũ, & obsequium fidei vestræ gaudeo, & congratulor omnibus vobis, idipsum aũt & vos gaudete, & gratulamini mihi:* altera illa manifestat excellentia insignis æ pfectissimę charitatis sanctitatis Prælatorũ Sanctorũ super vinũ, pp quã Ecclesiæ dr̃: *Pulchriora sunt vbera tua vino:* Ea vero est, qd in illo ipso, quod prædictum est, gaudio, ac læta promptitudine, quam ẽt extrinsecus præ se ferunt ad subeunda quælibet grauia, quælibet & molesta propter subditos, & Deum Ecclesiæ sponsum, nedũ subditos ipsos suos inebriant voluptate, atque etiam per amoris ebrietatẽ alienant quodammodo à mente, quod efficere minime potest vinum sua duntaxat pulchritudine. Si tamquã victima Deo immolor, inquit Apostolus, occisioni expositus, vbi prius vos in sacrificiũ & in obsequiũ eidẽ obtulero, fideles vos faciens, gaudeo sanè, quòd in victimã Deo immoler, & congratulor omnibus vobis, quoniã fidem vestram veluti hostiã eidem offero. Ecquanã vero reine-

f Phil. 2. 17

Prælati gaudẽtes i tribulationib. inebriant quodãmodo et subditos, et Deũ.

DE ECCLESIA. re inebriari Deus potest, nisi istiusmodi victimarum immolatione? Non dicit imperfectionem in Deo talis ebrietas, quin ipsemet aliquando apud Isaiam reperitur conquestus cum populo suo, quòd victimis non inebriaretur, sic namque, ait: *a Adipe victimarum tuarum non inebriasti me.* Vis videre voluptatis ebrietatem etiam in subditis per lætas hasce victimarum oblationes? audi quæ in citatis verbis ait Paulus eorum Prælatus: *Idipsum & vos gaudete, & congratulamini mihi.*

a Is. 43. 24.

Hanc promptudinem, gaudiumque istud Prælatorum in prompta voluntate se exponendi passionibus, & occisioni pro ipsis dum aduertunt subditi, non modo voluptate, sed & amore inebriantur, præ amoris nimirum vehementia, qua erga illos afficiuntur, à mente alienati, quatenus, pristina abiecta mente, qua vel infidelitati, vel etiam vanitati addicti erant, aliam suscipiunt mentem feruentiorem, qua in sacrificium, & in obsequium Deo se offerunt & ipsi, illis propius inhærentes, à quibus inebriantur.

Inebriari quomodicatur Deus p. sāctorū Prælatorū prōptitudine, quā morti se exponunt pro subditis.

Quin & Deus pariter (quod mirabile est dictu) ab iisdem eo pacto, quo expositū iam est, inebriatus, eadem ratione (quantum id de ipso dici potest) à mente alienatur, quatenus etiam ipse mentem mutare videtur, nostro modo concipiendi, intuens tam eximium perfectionis decorem, prædictumque illorum gaudium, ac promptitudinē percipiens: Cuius ebrietatis, & alienationis à mente duo pro nunc sufficiant exempla, alterum desūptum ex cap. 32. Exodi, alterum ex c. 24. lib. 2. Regum. In Exodo siquidem, cum Deus Moysi manifestasset, mentem suam esse, vt pro peccato vituli vniuersum Iudæorum deleret populum, faceretque Moysen ipsum in Gentem magnā, Moyse prō ptitudinē suam diuinis oculis exhibente, qua prōptum se morti exponebat pro subditis suis, atque dicente: *b Aut dimitte eis hanc noxam, aut si nō facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti*: ac verbis hisce pro pereunte plebe morti sese obiiciens (iuxta expositionem Hieronymi epist. 151. ad Algasiā q. 9. Greg. Papæ lib. 10. moral. c. 7. & aliorum) mētem aliam desumpsisse eidem Moysi significauit ipsemet Deus, dicens: *Tu vade, & duc populū istum quo locutus sum tibi: Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum.* Super quæ verba Theodoritus.

b Exo. 32. 32.

Hierony.

Theod.

Notandum est, inquit, quod, cum vniuersorum Deus preces Moysi pro populo suscepisset, atque in illius gratiam supplicium distulisset, addidit tamen: *c Ego autem in die visitationis meæ, visitabo, & hoc peccatum eorum*: quod fere idem esse cum Apostoli verbis, videri potest: *An ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua*. Itaque hoc pacto respondisse videtur Moysi Dominus, alienata quodammodo mente: Duc tu populū istum, quod est tui muneris, & age quæcumque ad illius salutem necessaria sunt; Ego interim differam supplicium & expectabo resipiscentiam; si resipuerint, bene; sin autem tanto grauius visitabo peccatum eorū; quantò diutius supplicium dilatum, erit. In libro quoq; Regum, *d* cum mētē suam idēmet Deus Regi Dauid significasset per Gad Prophetam, & Dauid videns Angelum explentē illam Dei mētē, prompte se pro subditis ipsis suis obtulisset neci, dicens: *Ego sum, qui peccaui, ego iniq; egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum Patris mei*, hac istius vbertis pulchritudine inebriatus quodāmodo Dominus, ostendensq; se ab illa alienatum mente, qua populum insectabatur, suscepisse mentē aliā, qua propitius eidem fieret, dixit Angelo percutienti populum: *Sufficit. Nunc contine manum tuam.*

c Rom. 2. 4

d 2. Re. 24 13.

Tertia demū laus, qua istorum Ecclesiæ vberū & Sanctorum Prælatorum ea, quæ extrinsecus apparet, extollitur sanctitatis perfectio, duo in se cōtinet. Primum, n. ita bene olere dicuntur in cōuersatione sua, vt vnguētorū noīe iure optimo queāt appellari; etenim sic Christum Ecclesiæ dilectū in se deferunt vt fasciculum, seu sacculū myrrhæ passionib. oppletum, cruciq; confixum, vt æq; ac si & ipsi myrrhæ vnguentum facti essent, cum Apostolo dicant: *e In omnib. tribulationem patimur, sed nō angustiamur, aporiamur, sed non destituimur.* i. rerū oīum penuria premimur, sed non opprimimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: *Semper mortificationem*, seu (vt legit Ambr.) mortem *Iesu Christi in corpore nostro circumferentes.* i. similitudine quadam mortem Christi exprimimus, tot afflictionibus, & mortib. quotidie obnoxii; siue eumdem Christum in se deferunt botrum Cypri candidissimum, ac fragrantissimum ob vitæ propriæ cādorem, vt vnà cum eodem Apostolo dicere queant: *f Vita Iesu manifestatur in nobis*: cum ipso resurgētes, botrosque sic se exhibētes, sicut & ille botrus est per resurrectionem; atq; adeo quæ sursum sūt quærentes, non quæ super terram: ita vt propterea c. 7. huius Cantici sponsus ipse de spiritalib. hisce Ecclesiæ vberibus loquens dicat: *g Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.*

Prælati sāti sunt vnguenta pretiosissima, dū in se exprimūt similitudinē vitæ, et mortis Christi.

e 2. Cor. 4 8.

f 2. Cor. 4 10.

g Cāt. 7. 7.

Vnguenta porrò cum sint, & sint instar botri Cypri, facti & ipsi botri, merito additur huic ipsi tertiæ laudi, quod odor ipsorum sit super oīa aromata; odor namq. ipsorum, quatenus sunt vnguēta, ea ratione, quæ explicata est, est odor Christi, prout & Apostolus testatus est, dicens; *h Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salui fiunt & in iis, qui pereunt.* Est odor illius myrrhæ, cuius fasciculus Christus in medio ipsorum commoratur; est odor illius balsami, illiusve Cypri, cuius botrus inter ipsa defertur Christus, *i* Quicquid. n. agunt, in noīe Christi faciunt, fatentes, Christum esse, q in ipsis operatur; quicquid patiūtur in noīe Christi patiuntur. *K* adimplentes ea, quæ desunt passionib. illius, quæve is reliquit sibi subeūda in mēbris suis. Quapropter haud mirum, si istiusmodi odor eorū sit super oīa aromata, si vniuersis emineant præclare gestis, quæ sapientes mūdi vel scriptis, vel voce docent propter virtutis gloriā agēda, vel toleranda. Enimuero Christi fragrantia vnguentis optimis, & quibuscūq. virtutū actib. ita est præstantior, vt haud suaue oleant vlla virtutū aromata, vlli virtutū actus, ni ex ipso impertitū suscipiāt odorē, quippe qui est ipsemet odor; & ob eā rationē vnguentū effusum nominatur, quod, semetipsum effundens, odorem aliis impertiat.

Prælatorū Sanctorum odor, sicut et odor Xpi est superuirtutes, ac dicta, & scripta sapientum mūdi

h 2. Cor. 2 15.

i Col. 3. 17

K Colo. 1 24.

Encomii istius paraphrasticus sensus hic est.

PARAPHRASIS.

Tam insignis est, *soror mea sponsa* Ecclesia, pulchritudo Sāctorum Prælatorū, qui spiritaliū vberum locum in te obtinent ob perfectionē charitatis, qua vt boni pastores animā suā dant pro ouib. suis; vt præ tam singularis perfectionis decore obstupescens, exclamare cogat. *Quā pulchra sunt vbera ista tua*; Atqui gaudio illo suo, illave festiua prōptitudine, qua ex perfecta ista charitate quibuscūque molestiis, ac morti quoq; pro iisdem ouibus suis se expositos exhibent, pulchriores reddūtur iidem, vt vbera tua sunt, multo magis, quam vinū

COMMVNIOR PATRVM SENSVS.

neq ue

DE ANIMA.

neque enim vinũ læto, ac iucundo illo suo, quod in vitro præ se fert, ita allicit intuẽtes, sicut ii prõptitudine, gaudioque isto ne dũ subditos, sed & me quoq; ad se alliciunt, quem ẽt inebriant virtute ipsa sua efficacissima, in gaudio isto latitante, sicut & subditos inebriare conspiciuntur, quod sanè vinum quantumlibet potentissimũ pulchritudine sola efficere nequit in quoquã. Fragrãtia quoque præstantissimæ huius charitatis eorũ, quam exinde suscipiunt, quòd mortẽ meam vt fasciculũ myrrhæ, vitamque meã vt botrum Cypri in se circumferunt, tanta est, vt vnguenta suauissima iure appellari ij debeant, atque adeo *odor* ipsorũ, quo per charitatis, reliquarumque virtutũ exhibitionem suauiter olent, ijs, cum quibus conuersantur, est, super *omnia aromata*; meus namque odor is est, cuius fragrantia vnguentis optimis præstat.

Vers. X. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Expositio Prima. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Misericordiã pia aĩa Deus admiratur, quasi tenus eaxe fert diuinã pulchritudinem.

SI quid eximij, si quid pulchri reperiri posset vnquam, quod admirationem, atque stuporẽ Deo incuteret, in quem nec admiratio, nec stupor cadit vllus, oporteret, vt illud diuinum aliquid esset, vel quod eximia sui pulchritudine diuinã præ se ferret pulchritudinẽ: cum igitur is in hac sententia repræsentetur obstupescens mãmarum animæ pulchritudinẽ, haud aliud profectò pulchri commendatũ in ipsa anima existimare debemus, quàm id, in quo potissimũ ea ad diuinam accedit pulchritudinẽ. Quòd si subtilius perscrutemur, in quonã maxime Dei eluceat pulchritudo in anima, inueniemus, id esse misericordiam, de qua in Psalmo dicitur: a *Dominus regnauit, decorem indutus est; indutus est fortitudinem.* Misericordiam autem esse fortitudinem Dei, apertis hisce verbis testatur Isaias: b *Vbi est Zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum?* quo loco eamdẽ misericordiam & decorem, & gloriam eiusdem Dei esse, subindicat verbis istis, quæ hæc relata præcedunt: *Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo, & de solio gloriæ tuæ*: Quæ est enim gloria ista, qua decoratur soliũ Dei, nisi ipsa eius misericordia? de qua per eundẽ Prophetam dictum est. c *Et præparabitur in misericordia solium eius.* Hinc est, quod in sacris litteris nullo frequentiori, nullove illustriori, quam isto misericordiæ, & miserationum titulo decoratum illum reperimus: cum aliquando dicatur Deus miserator, sæpius Deus misericors, Deus misericordiarum, & miserationum, nonnunquam Deus clemens, & aliis huiuscemodi adpellationibus, quibus ita ipsum deliniebant sancti quippe Patriarcharum, & Prophetarum, sicut deliniri ea appellatione solent puellæ, qua pulchræ dicũtur, & pulchritudinis titulo decorantur, quo nihil eæ habent gloriosius. Hanc ergo misericordiæ pulchritudinem tam insigni admiratione obstupescens cælestis ille sponsus in pia illa anima, quæ soror eius est, vt consors diuinæ naturæ, quæve & sponsa pariter ipsius est, vt illi vnita per charitatem, præstantissimo hoc eam euehit encomio, dicens: *Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa.* Non est,

Misericordia est fortitudo, & gloria Dei.

a Psal. 92. 1.

b Isa. 63. 15

c Isa. 16. 5

A cur hoc loco detineamur, ad probandũ, quòd spiritalia piæ animæ vbera, & mammæ sint ipsa eius misericordia: iam enim probatum est supra in exposit. tertia alterius vberũ encomij, quod habetur in vers. 5. huius c. 4. Quod aũt ista misericordiæ pulchritudo ea sit vna, quæ maxime ad diuinam accedit pulchritudinem, quod vt per consequens eadẽ sit perfectissima, atque adeo & vnicũ, ac singulare spiritalis pulchritudinis, quæ in perfectione sita est, miraculũ ex verbis Redemptoris nostri colligitur, quibus nos ad tam eximiam promouet pulchritudinem, dicens: d *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est*: pro quibus in eodẽ sensu apud Matth. dixisse reperitur: e *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est*, prout B & sæpius notatum est.

d Lu. 6. 36.

e Mat. 5. 48

Præter hanc primã laudem, qua per magnã admirationẽ istam animæ sanctæ misericordia celebrata est, ac si quoddã esset spiritalis pulchritudinis miraculũ, in verbis ijs, quæ subiecta sunt (*Pulchriora sunt vbera tua vino*) secunda eiusdẽ misericordiæ adijcitur laus, quæ haud aliunde desumitur, quàm ex ipsamet eius pulchritudine, secundũ quam & vino præfertur omnium rerum præstantissimo, vino, inquam, contemplationis, de qua Dominus in Euangelio aperte protestatus est, quod C optima sit, dicens: e *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum.*

Misericordia præfertur contemplationi.

e Lu. 10. 42

Pro cuius insignis laudis intelligentia, supponẽdum primo, vinũ in sacris litteris, atque apud Sanctos Patres vsurpari aliqñ solitum pro symbolo contemplationis, siue quia contẽplatione lætificãtur deuotorũ hominũ corda æque ac vino, de quo in Psalm. f *Et vinũ lætificet cor hominis*: siue quia eadẽ contẽplatio mentẽ attollat, & quasi alis quibusdã ad cælestia faciat euolare, sicut & vinũ, qđ mentem pariter non secus, ac alæ corpus, euehit, & modo huc, modo illuc volitare facit perquam agiliter: vnde factũ est, ut Dionysium vini Deũ antiqui Ψιλαν Dorico vocabulo, quod pennatum sonat, cognominarent, prout notat Pausanias lib. 3.

Vinum est symbolũ cõtẽplationis

f Psal. 103. 15

Pausanias.

Supponendum secundo, idcirco diuinum sponsum piæ animæ spiritales misericordiæ, ac benefi- D centiæ mammas, spiritali per amplificationem cõparasse vino contemplationis, vt laudem istam in illas conferret pulchritudinis omnibus numeris absolutæ, qualem extitisse necesse erat, quæ sibi stuporem iniecisse visa sit.

Porrò, cum hac vnica re deturpari aliquatenus posset tam insignis huius misericordiæ pulchritudo, quod per ipsam pia anima remoueretur à contẽplatione, quã optimæ partis locum obtinere, atque adeo optimã quoque esse, constaret ex relata Domini sententia, occasione istius eluendæ maculæ desumpta, tantũ abesse innuit, vt per hoc misericordia, ac beneficẽtia aliquã pulchritudini suæ inferret maculã, vt exinde illustriorẽ contraheret E decoris laudem, quia cõparata cõtemplationi, ita pulchrior illa appareret, vt merito dici ad piam animam queat: *Pulchriora sunt vbera tua vino.*

Verum, cum ex hoc supposito inferri videatur, misericordiam, eiusve studia præstare contemplationi, cum tamen contrarium tenendum suadeat & præcitata Saluatoris sententia, & illa Theologorum assertio secundum quam actus religionis præstantior definitur misericordia, omnibusve virtutibus moralibus, vt docet S. Thom. 2. 2. quæstio. 81 art. 6.

Misericordia quo sit præstantior contemplatione.

S. Thom.

Primo dicendum, haud absurdum, nec falsum id esse, quod misericordia præstantior asseratur ipsa contemplatione, tametsi contemplatio, quatenus

Tt

DE ANIMA. nus pro specie orationis sumitur, optimus sit religionis actus; Tum quia misericordia, prout exprimitur hoc loco per vberum nomen (quod & amorem sonat) nedum misericordiæ opera continens, sed & opera charitatis in proximos complectens, absque vlla dubitatione præstantior religione est, vt colligitur manifeste ex illo Euangelij, quo, cum Scriba quidā dixisset: *a Diligere proximum tamquā seipsum, maius est omnibus holocaustomatib. & sacrificiis*, eius dictum approbauit & Dñs: sic.n. subiicit Euangelista: *Iesus autem videns, quod sapiēter respondisset, dixit illi: Non es longe à regno Dei:* Tum quia, tametsi religio, & ipsamet contemplatio, absolute loquendo, præstantior misericordia sit ratione obiecti (vt scholasticis vtar terminis) Misericordia nihilominus propter frequentes, vrgentesq; necessitates proximi præstātior est, quia & Deo pariter gratior: Vnde fit, vt opera religionis, & contemplatio pariter, quam optimā partem pronuntiauit Iesus, necessario, & recte omittenda sint sæpius propter opera misericordiæ, vt colligitur ex ea Domini sententia, qua apud Matthæum dicitur: *b Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo*: & ex eo, quod in die iudicii *c* ex misericordiæ exhibitione potius, quā ex actibus contemplationis ad dexteram gloriæ collocandi dicantur fideles, vt apud eundem habes Euangelistam.

a Mat. 22. 33.
b Matt. 5. 23.
c Mat. 25. 34.

Misericordia licet nō sit melior cōtēplatione, est tamen pulchrior.

Secundo ponderanda bene sunt verba, quibus in hac laude misericordia præfertur vino contemplationis; dicitur enim signate: *Pulchriora sunt vbera tua vino*: cum tamen diuersimode ab sponsa de sponsi vberibus in cap. 1. dictum sit. *Meliora sunt vbera tua vino.* Enimuero Dei vbera, diuinæ nimirum consolationes, meliora prædicata sunt vino, quia secūdum omnem statum vitæ tam præsentis, quam futuræ meliores, atque præstantiores sunt voluptatibus mundi, quæ per vini metaphorā ibi sunt designatæ: At sponsus non ait, piæ animę vbera, eiusve misericordiam, esse meliora, sed tantum *pulchriora vino* contemplationis, quia, tametsi secū dum statum præsentis vitæ, pulchritudine, quę sita est in quadam congruenti proportione, contemplationi præstet aliquando, eique præferenda sit, non tamē propterea sequitur, misericordiam simpliciter meliorem esse contemplatione, quæ per se optima est.

Cant. 1. 2.

Simile. Hoc probari potest exemplo vini, cuius metaphora hic assumpta est, experientia.n. probamus, aliquod vinū & colore, & claritate alio pulchrius esse, cum re vera nihilominus illo non sit melius secundum substantiam, & secundum saporem, gustum, atque virtutem: Hæc autem diuersitas exinde prouenit, quod vinum ipsum diuersimode cōsideramus, etenim, quamuis bonum, & pulchrum idem sint in subiecto, prout alias ostensum est ex Dionysio, differunt tamen ratione, quia bonū proprie respicit appetitum, at pulchrum proprie respicit vim cognoscitiuam, pulchra siquidem ea dicimus, quæ visa placent: Vnde colligitur, quod licet secundum naturam suam contemplatio sit melior misericordia, tamen, quatenus in hac vita misericordia maiorē habet proportionem cum natura humana, quæ miseriis subiecta est, atq; etiam cum ipso Deo, vt respicit hominum miserias, pulchrior ea asseritur vino contemplationis, cū omnis cognitio fiat per assimilationem, Pulchrior nedum hominum oculis, qui per illam vident miserijs suis subuentum iri, verum & oculis etiā Dei,

Bonum, & pulchrum quo differant, cūidē reuera sint.

Dionys. de Diuin. no. c. 4.

A qui in hominum miserias sunt semper coniecti, et que adeo in misericordia, qua dictis subuenitur miseriis, assimilatos sibi vult homines, dum ait: *d Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est.* DE ANIMA. d Lu. 6. 36

Pulchriora etiam ista piæ animæ vbera vino cōtemplationis dicuntur congruentissime, nam tametsi contemplatio, instar vini lætificet, gaudium que exhibeat, & inebriet, mentisve causet excessum multo efficacius, & melius, quam misericordia gustu isti hæc efficit, atq; sapore: vn̄ in Psal. dr; *e Gustate, & videte, quoniā suauis est Dominus*, & *f Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ & torrēte voluptatis tuæ potabis eos*: Atque adeo eum solum lætificat, & inebriat, qui ei indulgens, ex gustu gaudiū percipiat, & ex ipsius potu inebrietur: Pulchritu-

Misericordia magis q̄ contēplatio lætificat, et inebriat pulchritudine sua.
e Psa. 33. 9
f Psa. 35. 9

B dine vero sua, (licet, hæc quoque ei non desit) haud causat istiusmodi effectus, vnde fit, vt præter animam illam, quæ in ipsa potatur, nullus sit, cui per ipsam immensum illud voluptatis, & ebrietatis conferatur. At misericordia ipsamet pulchritudine, quā extrinsecus & diuinis, & humanis exhibet oculis, quotquot eam viderint, lætitia perfundit, Tam ingens autem in se continet, alijsve exhibet gaudium, vt ad illud exprimendum merito in libro Ecclesiastici sit comparata paradiso, his verbis, *g Gratia*, idest, eleemosyna (vt apparet ex grę co) *sicut paradisus in benedictionibus, misericordia in sæculum permanet.* Adeo iucunde illius conspe-

g Eccli. 40 17.

C ctor est Deus, vt eamquam pupillam, & rem sibi maxime gratam, quasi in ipsis oculis suis eam conseruet, quo maiori, ac diuturniori voluptate ex ea perfundatur, prout in eodem libro Ecclesiastici significatur his verbis: *h Gratiam*, idest eleemosynam, & misericordiam *hominis, quasi pupillam conseruabit.*

h Eccli. 17 18.

Quod verò & ob id quoque pulchriora vino ista misericordiæ vbera asserat Deus, quia sui pulchritudine ipsum inebrient, cū & illos quoq; vniuersos inebrient, quibus exhibentur sugenda, ex duabus sacræ Scripturæ sententiis simul iunctis facile confirmatur, ex loco illo Isaiæ, quem in præcedenti etiam expositione retuli, vbi Dominus ad

Misericordia quō inebriet Deū.

D Iudæorum populum ait: *i Adipe victimarum tuarum non inebriasti me*: & ex altero Oseæ, in quo idē Dominus dicit. *K Misericordiam volui, & non sacrificium.* Quæ verba sic intelligit Augustinus lib. 10. de Ciui. Dei, cap. 5. vt fiat comparatio sacrificii ad sacrificiū: Per hoc.n. inquit, quod scriptū est, Misericordiam magis volo, quàm sacrificium, nihil aliud, quam sacrificio sacrificium prælatum, oportet intelligi, quoniam illud, quod ab hominibus appellatur sacrificiū, signū est veri sacrificij.

i Is. 43. 24.
k Osee. 6. 6
August.

Porrò autem misericordia verū sacrificium est, testante Apostolo, qui ait, *l Benefacere, & communicatores esse, nolite obliuisci, talibus enim sacrificiis placatur Deus.* Adeo autem adipe istarū victimarū

l Hi. 13. 16

E istorumve misericordiæ sacrificiorum pinguedine inebriatur Deus, vt quodammodo instar ebriorum à mente alienatum ob illorū efficaciā se exhibeat, aliud facto exhibens, quod contra illam suā sit mentem, quā manifeste sæpius significasset, cuius rei duo pro nunc sufficiant e[illegible]a, alterū, ostēdens vim istam in misericordia sp[illegible]uali, alterum eamdē probans etiam in misericordia corporali. Primum ex libro Exodi desumitur, vbi Deus in verbis istis *m (Tu vade & duc populum istū quē locutus sum tibi, Angelus meus precedet te)* prout colligitur ex c. 33. uers. 16. vbi dicitur Moses Dominum sic affatus. *n Si non tu ipse præcedas, ne ducas nos de loco isto.* Ex quibus manifeste apparet Dominum

m Exod. 32 34.
n Exo. 33. 16.

DE B. MARIA.

minum Moyſi ſignificaſſe; eam tunc fuiſſe mentem ſuam, vt haud amplius ipſemet populi illius ductor eſſet, illum ſemper præcedens in igne, vel in nube, at Angelo id operis commiſſurum, vt loco ſui præcederet. paulò poſt in cap. 33. ipſo Moyſe ad miſericordiæ ſpiritalis opus confugiente, & ad orationem iſtã pro eodẽ populo, à quo compluribus affectus fuerat contumelijs, & dicẽte: *In quo ſcire poterimus ego, & populus tuus, inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcum, vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant ſuper terram?* Dixit Dominus hac miſericordia quodammodo inebriatus: *Et verbum iſtud, quod locutus es, faciam: inueniſti enim gratiam coram me.* Et in cap. 34. eodem Moyſe eiuſdem miſericordiæ potum ipſimet Deo propinante, & dicẽte: *a Dominator Domine, Deus miſericors, & clemẽs, patiens, & multæ miſerationis, ac verax, &c. Si inueni gratiam in cõſpectu tuo Domine, obſecro, vt gradiaris nobiſcum; populus enim duræ ceruicis eſt, & auferas iniquitates noſtras, atque peccata, noſque poſſideas*; quaſi ab huiuſcemodi miſericordia inebriatus & à priſtina illa mente alienatus; reſpondit: *Ego inibo pactum videntibus cunctis, ſigna faciam, quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iſte, in cuius es medio, opus Domini. Ego ipſe eijciam ante faciem tuam Amorrhæum*, &c. & in lib. Leuitici: *b Ambulabo, inquit, inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus.* Alterum exemplum, ſeu potius altera eiuſdem rei comprobatio deſumitur ex libro Danielis: *c* nam cum ad eum modũ Deus per ſomnium, atque etiã per ſomnij interpretationem mentem ſuam notificaſſet, qua Nabuchodonoſorẽ regno eijcere volebat, atque cum beſtijs commorari per ſeptem annos; Daniel edocens Nabuchodonoſor, quo tandem Deum ipſum ab huiuſcemodi mente poſſet alienare, miſericordia vt illum inebriaret ſuaſit, dicens: *d Quamobrem Rex cõſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis*, ac ſi dixiſſet: Miſericordiam vinum, ac potentiſſimum tibi propono remedium, ha non inebriari ſolitum Deum: forſitan & tu pariter per illam inebriare ipſum poteris, ſicque ab ea, quam tibi ſignificauit, mente eum remouere, & flectere, vt ignoſcat delictis tuis.

a Exod. 34. 6.

b Leu. 26. 12.

c Dan. 4.

d Dan. 4. 24.

Tertiam denique laudem in præſenti ſpiritualium vberum, & miſericordiæ piæ animæ encomio vltimis ijs adijcit verbis: *Et odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia aromata*: in qua tamen vnica ex vnius odoris laude ex duobus ipſam extollit, ambobus præſtantiſſimis. Primò enim ſubindicat, tanto eam ſibi fragrare odore ſuauitatis, vt vnguenta ipſa eſſe videatur, atque adeo vnguentorum nomine eam appellat, & non vnius vnguenti, ſed plurium vnguentorum, vt deſignet, ita ſibi illam eſſe ſuauem, ſicut ſuaue erat thymiama illud pretioſiſſimum, ex pluribus vnguentis compoſitum, quod ſuper altare thymiamatis ſibi adolebatur.

Miſericordia dicitur vnguentorũ nomine appellata.

Porrò, quod nedum vnguentorum, ſed & ipſiuſmet odoris nomine ob ſuauiſſimam ſui fragrantiam ipſa miſericordia meritè appellata dicatur, teſtis eſt Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Philippenſes, vbi ait: *e Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ miſiſtis odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, placentem Deo.* Quibus in verbis duo ponderanda ſunt: primum, quod non dicit, quæ miſiſtis *in odorem ſuauitatis*, ſed odorem ſuauitatis, ac ſi miſericordia, & eleemoſyna illa, quam miſericordia mi-

Miſericordia dicitur ipſemet odor.

e Phi. 4. 18.

A ſerant, ipſemet eſſet odor ſuauitatis per antonomaſiam. Secundum, quod illã ipſam appellat hoſtiã acceptam, & placentẽ Deo. Quàm verò accepta, & placens Deo ſit hoſtia, exinde colligitur, quod in libro Exodi de altari thymiamatis dicitur: *f Sanctum Sanctorum erit Domino.* Super quæ verba egregie ait Caietanus, communicari hoc epitheton dicto altari, ad ſignificandum excellentiam ſanctitatis eius ſuper omnia, quæ erant in loco, qui dicitur Sanctum. Super omnia etenim, quæ in anima ſancta ſunt virtutũ, miſericordia excellet ſanctitate, ſicut & miſericordia Dei ſuper oĩa opera eius: qd alia metaphora ſcriba ille ſignificauit in Euangelio, cum diceret: *g Diligere proximum tamquã*

Miſericordia hoſtia acceptabilis Deo.

f Exod. 30. 10.

Miſericordia præſtantior omnib. virtutibus

B *ſe ipſum maius eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs*: quicquid enim virtutis anima operatur tamquam ſacrificium quoddam Deo illud offerat, neceſſe eſt, vt acceptabile ſit, & diuinam redolens gratiam, & totum id offerat, operæpretium eſt in holocauſtum, nam ſi pars eius aliqua Domino ſubtrahatur, haudquaquam id eſſe ei poteſt acceptabile, & placens. Iure autem optimo dicitur maius holocauſtomatibus, & virtutum actibus diligere proximum ſicut ſe ipſum, cuius probatio ipſa eſt miſericordia, & beneficentia, quia magis redoleat in manibus Domini, vt probatum eſt ſu-

g Mar. 12. 33.

C pra, quando oſtenſum eſt, miſericordiam ipſam cõtemplatione præſtantiorem eſſe, atque religione, id vero hoc eſt, quod ſponſus deſignat his verbis: *Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*: Acque eſt enim, ac ſi dicat.

Tametſi vniuerſi, quos exhibes, multipliciũ virtutum actus ſuaui mihi fragrent odore, atque adeo ij, quib. pdita es, earũ virtutũ habitus aromata iure appellentur, *odor* tamen vberum tuorum, & miſericordiæ tuæ, quæ eſt & plura vnguenta, & vnum vnguentum plura in ſe continens vnguenta, ingenti ſuauitate eſt *ſuper omnia* dicta *aromata*, vtpote mihi fragrantior.

PARAPHRASIS.

Rationem porrò ſi quis inquirat, cur Deo fragrãtior omnibus virtutum aromatibus ipſa ſit miſericordia, ea illa eſt, quòd odor iſtius miſericordiæ, quæ hoc loco commẽdatur in pia anima Dei

Miſericordia pia aiæ cur Deo ſit fragrãtior omnib. virtutibus.

D ſorore, ac ſponſa, odor eſt ipſiuſmet Dei, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, eatenus nãque talis anima miſericordiam exhibet in odorẽ ſuauitatis, quatenus in medio ſuæ ipſius pietatis, ac vberum ſuorum, & naturalis miſerationis Deũ collocatum defert, vt faſciculum myrrhæ, vtique exhibentẽ hominibus immenſam miſericordiam per Incarnationẽ, paſſionem, ac mortẽ; & vt botrũ Cypri ob eãdẽ miſericordiã Euchariſtiæ Sacram. eiſdem concedentem, atque ab ipſo, quem in medio ſui defert, faſciculo myrrhæ, ac botro Cypri tali perfunditur odore, vt vbera ipſa ſua & odorẽ diuinæ miſerationis redoleant, & vnguentorum nomen adipiſcantur. Enimuero potiſſima ratio,

E qua talis anima ad miſericordiam exhibendã promouetur, ea eſt, vt propter Deum miſeris ſuccurrat hominibus, pro quorum ſubleuanda miſeria tantas recolit Deum ipſum exhibuiſſe miſerationes, vt carne aſſumpta mortem pro illis ſubierit, ipſamque carnem ſuam illam, quæ morti ſubiecta fuerat, ac totum ſeipſum in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, cuius typũ botrum Cypri gerere, oſtenſum eſt ſup. in expoſ. 3. verſ. 13. c. 1. eiſdẽ reliquerit præſtantiſſimũ miſericordiæ monumentũ: Viue iſtã ipſam Dei miſericordiã in ſe repræſentaret, miſericordem ſe exhibens, Deoque; per id ſe aſſimilans, iuxta illud: *Eſtote miſericordes ſicut*, &c.

Ad miſericordiã exhibendã viſa do potiſſimũ promoueamur.

Pag. 297.

DE ANIMA.

Alterum, quod in his verbis (*Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata*) idem cælestis sponsus subindicat, est, quod ipsa piæ animæ misericordia, etiam apud homines super omnes aliarum virtutum actus, quæ aromatum instar de se odorem emittunt, esse censeatur, omnibusque virtutibus præstantior existimetur, præstatior inquã in duobus, in remedio pro illis, quib. actus exhibetur, & in odore boni nominis, quod longe, lateq; etiam apud vniuersum populum ex ipsa eius remedij exhibitione suscitatur. Propter hos duos quippe effectus vnguentorum vocabulo misericordia exprimitur, quia non instar vnius duntaxat vnguenti, quod vnius morbi remedium sit; Sed instar plurium vnguẽtorum in multiplicibus operibus suis tam corporalibus, quàm spiritualibus omnibus proximorum morbis pro remedio, & medicamento inseruiat opportunissimo, omnibusve earundẽ necessitatibus subueniat: Et quia diuinum quemdam ex se spiret odorem, frangrantissimum bonæ famæ nomẽ misericordi causet animæ, iuxta illud Prouerbiorum: *a Qui pronus est ad misericordiã, benedicetur*, idest bonũ nomine de illo loquentur, bene audiet; *De panibus enim suis dedit pauperi*. Et illud Ecclesiastici, *b Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele*: & alia, quæ relata sunt supra in expos. 3. verſ. 5. huius cap. 4. uide ibi. Vide et S. Tho. 2. 2. q. 30. art. 4. vbi probat, misericordiam præstare virtutibus vniuersis, quæ ad proximum spectant.

Misericordia & apud homines existimatur præstatior omnib. aliis virtutibus.

Misericordia cur appellatur vnguenta.

Misericordia causat bonũ nomẽ magis, quã vlla alia virtus.

a Pro. 22. 9

b Ecc. 31. 28

S. Thom.

Breuis, ac Paraphrasticus dictorum sensus huiusmodi est, vt Deus ipsam obstupescens piæ animæ misericordiam, exclamet.

PARAPHRASIS.

Phil. Car. Greg. PP. Richard.

O anima, quæ mihi, & *soror* propter gratiã, & *sponsa* es propter charitatem, *quam pulchræ sunt* spirituales *mammæ* istæ *tuæ* misericordiæ, ac beneficentiæ. Tantam sanè in te conferunt spiritualis pulchritudinis, sanctitatis, & perfectionis excellentiã, vt quasi quoddã perfectionis miraculũ mihi quoq; sui iniiciant stuporem, vtpote similitudinem non exiguam meæ præseferentes pulchritudinis, atq; perfectionis. Neque verò ob id, quod misericordia vt ad actionem spectans, ab ea, quæ optima pars est, contemplatione aliquando te remoueat, aliquando minui arbitreris ingentem istam eius pulchritudinem; Quinimo hoc tibi persuadeas velim, *vbera* ista misericordiæ tuæ *pulchriora* contẽplatione ipsa esse, quæ designatur per vinũ, quatenus instar vini lætificat, tollitque in altum contemplantes: *Pulchriora* inquam, quia externa ipsa sui ostensione magis intuentium ad se & oculus alliciunt, & animos: *pulchriora*; quia magis præsentis vitæ necessitatibus opportuna: *pulchriora*; quia necessariora. *Pulchriora*, non tamen meliora, quia, etsi contemplatio instar vini lætificet, & inebriet; sapore tamen, & gustu hæc efficit, non pulchritudine, extrinsecus apparẽte: At vbera ista tua, nedum homines, sed & me pariter pulchritudine, & exhibitione sui mirum in modum gaudio perfundunt, sicque inebriant, vt quoad fieri licet, à mente quodammodo alienatum me reddant. Tantus insuper est horum vberum misericordiæ *odor*, vt vnguenta ipsa esse videantur, instar thymiamatis illius, quod ex pluribus vnguentis compositum super altare mihi adolebatur in sancto. *Vnguentorum* nomine insignita ea sunt, quia me inter ipsa defers, vt fasciculum myrrhæ, & vt botrũ Cypri, qui ob immensam misericordiã itidem vnguentum effusum appellor: atq; adeo, cum in illis meum ipsum oleum odorem, is certè eorum odor mihi super omnes virtutum actus, ac habitus est, A tametsi & illæ franeolẽt; atq; & aromata sint nũcupandæ. Hominib. quoque eorũ spectatoribus vnguenta cũ sint, tum quia instar vnguentorũ multiplicium miseriarũ ægritudinũ remedia præstant; tũ quia præstantissimã bene olentis nominis fragrãtiã excitant: *odor* profectò illorũ est *super* omnes alĉtus aliarum virtutũ, & apud illos fragrantem, & honoratã te reddit magis, quã vllæ aliæ virtutes.

DE B. MARIA.

Originalia Hebræa, & Græca legunt: *Quàm pulchra facta sunt mammæ tuæ, & pulchriora facta sunt vbera tua vino*. Progressum piæ animæ subinnuere videntur, quem fecit in ipsa misericordia, quæ etiam superius verſ. 5. commendata fuerat.

B Verſ. X. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est Beata Virgo Maria.

Vbera Mariæ miraculũ pulchritudinis.

SI pulchrum id est, quod intuẽtium allicit oculos, & vnà cum intuẽtibus oculis allicit, & cor eu, & animos, vnde *καλὸν* [illegible] græco vocabulo nuncupatũ est: adeo sanè pulchra in Christi oculis B. Mariæ vbera existũt, vt meritò illa admiretur quasi miraculũ quoddã pulchritudinis, C quũ Virgo benedicta, pro peccatoribus preces fundens, ea sibi ostendit, quibus virgineo eum lacte nutriuit, ac meritò ab illis allectus obstupescens, exclamet: *Quam pulchra sunt mammæ tuæ.*

Vbera Mariæ flectũt quodãmodo viscera Christi ad misericordiam.

Porrò verbis iisce, nedum ea vbera præstantissimo pulchritudinis encomio euehit Christus eius filius simul, & sponsus, at insuper, dum eodem tẽpore Virginem ipsam sororẽ sponsamque suã nuncupat, significat, se alliei quidẽ ad eius preces exaudiendas ex eo, quòd soror sua sit ob plenitudinẽ gratiæ, qua præ omnib. hominib. decorata, magis etiam, quàm ceteri vniuersi, consors sibi est diuinæ naturæ: & ex eo ẽt, quod sponsa item sua sit ob D immensam charitatem, qua arctissimo sibi iuncta est vinculo. At per ea, quæ in precibus ipsis ostendit vbera, vnde ipse lac suxit, nedum allici, sed & quasi prædulci quadam violentia flecti.

Vbera Mariæ efficaciora, quàm vinũ iustitiæ diuinæ.

Confirmant autem hæc peregregie, augentque eorumdem uberum laudem ea quæ subijcit: *Pulchriora sunt vbera tua vino*. Pro quorum intelligentia supponendum, uini nomine hoc loco iustitiã Dei designari, qua peccatores in indignatione, & furore puniuntur: quomodo idem uini uocabulũ sæpius in sacris litteris usurpari solitum, ostendi supra in exposit. eorum uerborum, *Quia meliora sunt vbera tua vino.*

Hoc supposito, apparet, uerbis istis noua alia ratione cælestem sponsum mirabilem illam, quam E in præcedenti parte huius encomij extulit, comprobare, & efferre vim uberum Mariæ, quæ illa ostendit, dum pro peccatoribus supplicat. Quæ sanè ratio in eo sita est, quod tantum uirium in ijs sit uberibus, ut efficacius ad misericordiam ipsum alliciant, quàm uinum diuinæ indignationis alliciat ad iustitiam. Ac bene non dixit: *Meliora vbera tua vino*; hoc enim pacto ubera duntaxat Dei commendanda sunt, prout uisum est in loco citato capitis primi; quia reuera ubera misericordiæ diuinæ meliora, ac præstantiora sunt uino indignationis, & iustitiæ itidem diuinæ, iuxta illud: *a Misericordia superexaltat iudicium*:

Pag. 15. B

a Iac. 2. 13

prout

DE B. MARIA.

prout fuſius probatum eſt in cap. primo expoſ. 3. illorum verborum, *Memores vberum tuorum ſuper vinũ.* At re vera vbera ipſa Mariæ Virginis, tametſi maximam præſeferant miſericordiam, cum tamen ſint creata & finita, meliora prædicto vino dici nullatenus poſſunt: quia creati ad increatũ, & finiti ad infinitum non eſt comparatio. Dixit autẽ præcisè *Pulchriora ſunt vbera tua vino:* ad amplificationem efficaciæ vberum tantæ Virginis in vi alliciendi, quæ vis eſt propria pulchritudinis. Et ratio iſtius tam grandis efficaciæ eſt; quia Chriſtus Dominus talium vberum oſtenſione propoſitum ſibi intelligit maximum id diuinæ miſericordiæ opus, quo ad ſatisfaciendum diuinæ indignationi, atque iuſtitiæ ipſemet, cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, formam, paruuli atq; lactentis accipiẽs, factus obediens vſque ad mortẽ.

Pag. 76.

B Nec modicũ energiæ ad iſtam horum vberum efficaciam amplificandam addit metaphora vini, quæ aſſumpta hoc loco eſt, ad deſignandam indignationem, & iuſtitiam Dei: per eam namq; duo inſignes ſignificantur effectus, quibus efficacius mouetur Chriſtus Ieſus à Mariæ vberibus, quam ab ira, & iuſtitia diuina. Iſti verò ſunt duo præſtantiores, & vehementiores vini effectus, lætificatio, atq; inebriatio. Enimuero, quãuis vino diuinæ indignationis lætificatum nouerimus Chriſtũ Dominum ex illo Pſalmi: a *Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris:* eo ſcilicet modo, quo victores exultantes facere ſolent in ſanguine hoſtiũ. Multo tamen magis lætificatur pulchritudine vberũ Mariæ ſibi exhibita, quando per illa allicitur ad miſericordiam præſtandã eidem peccatori, iuxta illud, quod ipſemet ex duabus propoſitis parabolis ouis, ac dragmæ deperditæ intulit, dicens: b *Dico vob. quod ita gaudiũ erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiã agente:* & illud Patris filij prodigi de lætitia facta pro filio redeunte; c *Epulari, & gaudere oportebat, quia hic mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt.* In eumdem modum, tametſi vino diuinæ indignationis inebriatum ſciamus Chriſtum, ſicut inebriatum eodem vino nouimus Deum, & per iſtã ebrietatem ab ea mente alienatum, qua benefacere, & beneficia beneficiis addere ſatagebat, vt colligitur ex illo Pſalm. 77. vbi poſt multa enumerata beneficia, quæ Deus Iudaico populo contulerat, poſt enarratam eiuſdem populi ingratitudinẽ, qua Deũ vino indignationis aſſatim potauerunt, ijs verbis: d *In iram concitauerunt eum in collibus ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eũ prouocauerũt:* paulò poſt ſubiicitur: *Et excitatus eſt tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino:* in libro Deuteronomij ad id ipſum ſignificandum, e *Inebriabo,* inquit Deus, *ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes:* Inebriatus nimirum ipſo vino indignationis: Nihilominus hoc quoque in effectu efficaciora ſunt vbera B. Mariæ, ipſi oſtenſa in eius ſupplicatione pro peccatoribus exhibita: inebriatur ſiquidem Chriſtus amore, & charitate ex eorum aſpectu, talique inebriatur ebrietate, vt à mente illa ſua, qua puniri volebat peccatores, alienetur quodãmodo placatus, & ad aliam mentem traductus, qua eiſdem nedum parcere, ſed & gratias inſuper conferre decernat: ita vt propterea admodum congruẽter ea Salomonis verba vſurpare nobis liceat, itiuſmodi dulciſſimam ebrietatem Domino exoptantibus: f *Vbera eius* (Mariæ ſororis, ſponſæ, matriſq; tuæ) *inebriẽt te in omni tẽpore, in amore eius delectare iugiter,*

Vbera Mariæ orantis pro peccatorib. lætificant Chriſtũ magis, quã vinũ diuinæ iuſtitiæ.

a Pſ. 57. 11

b Lu. 15. 7.

c Lu. 15. 32

Vbera Mariæ orantis pro peccatoribus quò Chriſtum inebrient.

d Pſ. 77. 58

e Deut. 32. 42.

f Pro. 5. 19

In tertia denique huius encomij parte, qua dicitur: *Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata:* aliam cæleſtis ſponſus affert rationem confirmantem id, quod in prima parte ſignificarat, ab vberibus Mariæ ſibi ab illa oſtenſis, dum preces pro peccatoribus funderet, ita ſe allici, vt quaſi cũ quadam violentia ad compaſſionem, & miſericordiam flecti ſe ſentiat, ſimulque & tertiam in eadẽ vbera confert laudem. Pro iſtorum autem intelligentia, duo prænotanda ſunt. Primum, id, quod manifeſtè in libro Apocalypſis g expreſſum eſt, præterquam quod & in alijs quoque ſacræ Scripturæ locis ſignificatum idipſum eſt, aromatũ, & vnguentorum metaphora deſignari orationes Sanctorum, non ſolũ, quia inſtar aromatũ igne ſuccenſorum, in altũ eleuantur, iuxta illud Pſalmi: i *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo,* verum etiam quia eædem, dum pro peccatoribus ad Deum eleuantur, efficiunt, ne ipſorum peccatorum ſcelera ſic Deum ſuo lædant fœtore, vt illicò eos de medio tollat, quin potius ipſæ ſui fragrantia illum delinientes eumdem ad ipſis parcendum commoueant, videmus enim quotidie, aromatum ſuffitus, & odoramenta in locis graueolentibus adhiberi, eaque efficere odore ſuo, ne loci illius offendat graueolentia.

DE B. MARIA.

g Apoc. 5. 8

Orationes cur dicãtur vnguenta, & aromata.

i Pſ. 140. 2

C Secundo notandum, multo efficaciorem plerũque ad commouendos aliquos ſiue ad compaſſionem, ſiue ad indignationẽ, vel affectum alium eã eſſe orationem, quæ facto aliquo, ſeu alicuius rei ſit exhibitione, quam quæ fit voce, & precibus, atque lacrymis, id quod præclare aſſerit Quintilianus lib. 6. cap. 1. paulo ante mediũ his verbis: "Non ſolum dicendo, ſed & faciendo quędam lacrymas mouemus: vnde & producere ipſos, qui periclitentur, ſqualidos, atq; deformes, & liberos eorum, ac parentes, inſtitutum: & ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladiũ, & lecta è vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas videmus, & vulnera reſolui, ac verberata corpora nudari. Quarum rerũ ingens plerumq; vis eſt, velut in rẽ præſentem animos hominum ducentium. Et populum Romanũ egit in furorem prætexta C. Cæſaris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, corpus deniq; ipſum impoſitum lecto erat, veſtis tñ illa ſanguine madens ita repræſentauit imaginẽ ſceleris, vt non occiſus eſſe Cæſar, ſed tũ maxime occidi videretur." His annotatis, tria apparent eſſe, quæ in his verbis (*Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*) ſignificãtur, vnamque tertiam laudem, & eam triplicem conferri in B. Mariæ vbera.

Vbera Mariæ cũ oratio efficaciſſima.

Quintilia.

D

Primo enim vnguentorum nomine decorãtur, quò ſignificetur, ipſa eo pacto pro peccatoribus filio oſtenſa, talem eſſe orationem, ſeu B. Virginem ſuam ipſam, quã pro peccatoribus fundit orationẽ, talem reddere per illorum oſtenſionem, vt inſtar thymiamatis ſacri illius, quod ex pluribus vnguentis confectũ in odorem ſuauitatis Deo offerebatur in Sãcto, omnem iniquorũ illorum, pro quibus orant, fœtorem ab ipſis Dei auertant naribus, ſuaque iucundiſſima fragrantia eum deliniant.

Vbera Mariæ quò ſint vnguenta pretioſiſſima.

E

Secundo, iſta ipſa vbera, quatenus hoc pacto vnguenta Mariæ ſunt, talem eſſe orationem, vt & in fragrantia, & in efficacia omnibus alijs aromatibus, omnibuſve aliorum Sanctorum orationib. quantumlibet fragrantiſſimis ſint præſtantiora.

Tertio demum, dum non ſimpliciter ait: *Et vnguenta tua ſuper omnia aromata:* ipſam indicat rationẽ, quare præſtantiora ea ſint omnibus aromatibus, & omnibus aliorum Sanctorum orationibus, & vnde tantum habeant efficaciæ, nimirum, quia odorem ipſiuſmet referant, quẽ inſtar

Vbera Mariæ apud Chriſtũ ſũt efficaciora omnib. aliorum Sanctorum orationibus.

DE B. MARIA.

fasciculi myrrhæ, & botri Cypri in medio ipsorū B. Virgo iam diu gestarat in carne paruulum, ac lactentem tunc temporis, quando apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri: hāc siquidem immensam suam in peccatores bonitatem, atque misericordiam, illūque ipsum statum exinanitionis suæ, quo tā eximiā mundo exhibuit misericordiā, vt pro inimicorū, ac peccatorū salute infantilibus necessitatibus, & humanis miseriis se exposuerit, tamquam præsentem per illorum ostensionem sibi propositum indicat, eiusdemque misericordiæ, ac benignitatis suæ odorem à longè exhibitum asserit.

Quod igitur in toto hoc encomio dicitur tale est.

PARAPHRASIS.

B *Quam pulchra sunt mammæ tuæ.* Virgo benedicta: Admiror sanè illa, vt insigne pulchritudinis miraculum: nā, tametsi me ad te allicias, & per id, quod ob plenitudinem gratiæ *soror mea* es, & per id pariter, quod *sponsa* mihi es, vnita per singularē charitatem: dū tamen in precibus ijs, quas fundis pro peccatorib. illa mihi ostentas vbera, ita ab ipsis allicior, vt propemodū violēter ad misericordiam præstandam me sentiam deflecti. *Pulchriora* sanè ea *sunt vino* indignationis, & iustitiæ meæ, & efficaciora in via alliciendi, quæ propria est pulchritudinis, atq; adeo violentius ipsa me pertrahunt ad misericordiā, quam indignatio ad punitionē peccatorū, pro quibus oras, quin, licet iustitia, instar vini me & lætificet, & inebriet, efficacius nihilominus ab hisce vberibus tuis mihi ostensis, & ex pulchritudine illorum gaudio perfundor, & inebrior ita, vt quodammodo a pristina, qua eidē iustitiæ addictus eram, quasi ebrius mea alienet mēte: sunt insuper & vnguenta, & oratio efficacissima, cum illa mihi in tuis ostendis precibus: abigunt. n. omnem fœtorem peccatorum, pro quibus ipsa ostendis; suaque efficacia vniuersas aliorū Sāctorum superant orationes, quarum fumus, instar aromatum ad me eleuari solet; totamque vim illā exinde habent, quòd vnguenta cum sint, odorem mihi referunt meum ipsum, quem tunc de me emisi, quando pro mea in homines misericordia vnguentum exinanitum factus, paruulus ac lactens in illorum medio baiulatus à te fui.

Vers. X. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica: Quàm pulchræ sunt super me dilectiones tuæ, soror mea cętus Israel, quæ comparata es sponsæ pudicæ! quam bonæ sunt super me dilectiones tuæ magis, quā Septuaginta nationum, & nomen bonum iustorum tuorum fragrantius est omnibus aromatibus.

Vbera Ecclesiæ sūt eius doctrina, doctores. & charitas.
Gre. Nys. Theodor. Psellus. Anselm.

Tres sunt præcipui veterum Patrū sensus encomii huius mammarū, & vberum spōsæ. Quidnam .n. per Ecclesiæ mammas illius intelligunt doctrinam, vt Gregorius Nyss. Psellus, Theodoritus, atque Anselmus: Quidam eos, qui doctrinā ipsam fundunt Doctores, vt Cassiodorus, Iustus Orgelit. & Beda: Quidā charitatem, per eadē Ecclesię, aut piæ aïæ vbera designatam accipiunt, seu et misericordiā, atq; compassionē, vt Greg. Papa Philo Car-

A pathius, atque Richardus de Sancto Victore. In modo tamen explicandi in singulis ferè istorum Patrum diuersitas reperitur, quæ notanda sit.

APPENDIX.

Cassiodo. Iust. Org. Beda. Greg. PP. Philo Car. Ric. Vict. Greg Niss.

Quoad primū namque sensus Greg. Nyssen. homil. 9. existimat, hic à cælesti sponso commendari ipsam Ecclesiæ doctrinā, & fontes bonorū dogmatum ex profectu, & augmento, quo in illis creuit Ecclesia per id, quod soror ipsius extiterit per bonorū operum effectionē, & renouata ad virginitatem per supernam generationē sponsa eius sit: augmētum aūt istud talium vberū in eo sitū, quod ea non amplius lac fundant nutrimentum infantium, & imperfectorum; sed vinum fluant immortale, doctrinam scilicet immortalitatis ad lætitiā eorum, qui perfectiores sunt, iuxta lectionem Septua. quæ habet; *Pulchra sunt vbera tua à vino.*

Profectus doctrinæ Ecclesiæ admiratione Deo censet.

Profectus doctrinæ in quo sit.

Psellus.

Alio pacto exēplificat Psellus, ait. n. Prius vt rudiores docebat eos, vt Patrē, & Filiū, & Spiritum sanctū vnum Deū adorarent. Quod quidē erat veluti doctrinæ lac: nunc aūt monet, vt modestiā, castitatē, temperantiā amplectantur, vt iustitiam diligant, quæ quidem sunt veluti doctrinæ vinum.

Theod.

Doctrinam Ecclesię vnde habeat pulchritudinē

Consentit & Theodoritus, dum id. quod iuxta versionem Septuag. dicitur, *à vino*, non sumit comparatiue, i. plus quam vinum, prout notauimus in prima expositione, sed effectiue, & causaliter, idest, ex vino, & per vinum: Ex vino. n. spirituali, inquit, & mystico poculo maiorem hauriunt pulchritudinem dicta vbera.

C Anselmus eamdem doctrinam præferri inquit doctrinæ, & sapientiæ mundi, quę vinum dicitur.

Anselmus.

Doctrina, & doctores Ecclesię sūt pręstantiores doctrina legis.

Quoad secundum sensum, Cassiodorus eatenus Sanctos Doctores mammas Ecclesię dictos censet, quatenus simplici doctrina humiles nutriūt. Hęc vbera vino præferri ait: quia initium prędicationis Euangelicę eorum pręcellit legalem doctrinam instar vini asperā: eamdem verò laudem hic, inquit, conferri in vbera Ecclesiæ, quæ in principio huius Cantici in Christi vbera collata fuerat, vt per hoc vnitas Christi, & Ecclesię cōmendetur.

Beda.

Pusillos docere quāti sit apud Deum.

Addit his Beda, rectè cælestē sponsum pulchritudinē in sorore, & in spōsa sua laudare, mirariq; māmarum, quia magni apud Deū operis & admi-

D randæ virtutis, cū is, qui ad reuelāda perfectiorib. altiora veritatis arcana sufficiēs est, nequaquā infirmos primis fidei rudimentis instituere fastidit. Rectè, inquit, talē aïam sororem sibi, ac sponsam Dñs esse testatur: quia nimirū sua cū dilectione, ac coniunctione dignissimā iudicat, quā sui operis imitatricē fieri cōsiderat. Nā & ipse, vt nos de infirmis fortes faceret, infirmari ad tempus, imò & mori, vt nos viueremus nō refugit. Ipse cū esset panis Angelorū in diuinitate, lactescere voluit per assumptionē carnis, vt hominū pusillanimitatem nutriret, ac panis eiusdē cælestis exhiberet capacē

Greg. PP.

Charitatis vbera sunt pręstantiora vino curæ temporalis.

In explicatione tertii sensus Gregorius Papa per piæ animæ, seu Ecclesiæ mammas duplicem signi-

E ficatam inquit dilectionem, Dei, & proximi: per quas mēs sancta omnes sensus suos suaui dilectione nutrit, dū Deo suo charitatis tenacitate conglutinatur, & proximis si quid vtilitatis habet, quando licet, libenter impendit. Per vinum curam temporalem exprimi, ait, qua mens sæcularis ita inebriatur, vt ad inuisibilia cognoscenda penè insensibilis reddat; Hoc vino pulchriora dici dicta vbera, quia id necat, ea nutriunt, illud oculos mētis turbat, ea acuunt, illud apostatare facit etiam sapientes, ea ipsos idiotas sapientissimos efficit.

Phil. Car.

At Philo Carpathius, iuxta versionem Sept. duo vbera prædicta pulchriora dici, ait, *à vino*: quoniā duo præcepta charitatis, & duę dilectiones, Dei, & pro-

APPENDIX.

Charitate nostra vires habet à sãguine Christi.

& proximi à sanguine Iesu Christi, & ab immensa Spiritus sancti charitate pulchra effecta sunt: prius.n. ipse dilexit nos, indeq; verus est amor noster omnis, & perfecta charitas in spõsum, & proximũ quemq; nostrum, inde perfecta, & accepta sunt opera nostra oia: charitas quippe vis est, & forma atque perfectio nostrarum actionum omniũ.

Rich. *Misericordia, & compassio pstantior vino rigoris iustitiæ.*

Aliter Richar. quippe qui per duo piæ animæ vbera sumẽs duplicem illius compassionem, corporalẽ, & spiritualem erga proximũ, per vinũ intelligens rigorem illum iustitiæ, qui plurimũ Deo placet, & animã ornat, merito, inquit, hic pulchra prædicari istiusmodi vbera in spõsa, quia per hęc ad Dei similitudinem, cui proprium est misereri semper, & parcere, tantum proficit, quantum ipse nouit perfecte compati, & opem ferre: merito etiã huiusmodi vbera præferri vino, quatenus misericordia superexaltat iudicium.

Tres Patr. *Cõtẽplatio & Actio, vt piæ aiæ vbera, vnde habeant pulchritudinẽ.*

Præter tres illos magis vulgatos, sunt insuper & alij Patrum sensus eorundẽ verborũ, nam Catena trium Patrũ apud Theodoritũ per vbera piæ animæ speculationem, & actionem accipiens, quibus verbis, & moribus tãquam infantes anima eas ad pietatem alit, quas instituendas suscepit: Hæc mystice, ait, effecta sunt pulchra ex diuinitate gratis eidem animæ concessa, à qua tamquam à vino ea efferuntur tum per assiduam veritatis cognitionẽ, tum per firmam boni effectricem fidem.

Mãmæ Ecclesiæ significant nuptias; vbera verò virginitatem.

Aponius vt diuersa, ac distincte posita accipit mammas, atque vbera Ecclesiæ, mammas.n. referri ait ad fœcunditatis benedictionem, vbera verò ad Virginitatis gloriam. Quibus duobus Ecclesia tempore apparitionis Christi pulchra ostẽditur, eo quod quotidie concipit, quotidie parit, quotidie lactat, & Virgo est: quod & per Mariã factum.

Rup. Abb. *Incarnatio Christi præstãtior plasmatione primorũ parentũ nostrorũ.*

Denique Rupertus Abbas per hoc, quòd B. Mariæ dictum à Christo est, *Quam pulchra sunt mammæ tuæ?* ipsius Christi Incarnationem pulchriorẽ significari ait plasmatione primorum parentum: Valde enim pulchrius, inquit, de vtero mulieris absque viro virum facere, quam tunc de terra virum, & de costa viri mulierem fecisse, illic namq; mulier de viro facta est, quæ perderet; hic de muliere vir factus est, qui perdita saluet.

Commendari verò hanc pulchritudinẽ per hęc verba, ac si dicat Christus: Pulchritudo operis Incarnationis iucũdius spectatur in mãmis, siue vberibus tuis, quando iam peracta est species tantæ pulchritudinis, quando iam natus lactor mammis tuis, mammis femineis, vberibus virgineis.

Vbera virginea Mariæ pulchriora vino luxuriæ, vnde vbera alia habent, vt lactent.

Per vinum, quo eadẽ vbera virginea pulchriora dicuntur, luxuriam significari ait, ex illo Apostoli: a *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Sine cuius vini ebrietate nulla vbera tumescere possunt, atque lactare. Fieri autem istam comparationem vberum virgineorum ad luxuriam, quæ non est res pulchra, per figuram tapinosim, statum rei magnæ dictis infirmantem, ac si dicatur. Magna res est virginitas, siue integritas vberum me filiũ lactãtium, nec satis laudatur hæc tam pulchra res dum re maritali, siue coniugali pulchrior esse prędicatur, scilicet lactatione filiorum, quorum vinũ est, idest luxuria, quæ in vino est.

a Eph. 5. 18

Circa alteram huius sententiæ partem illã. *Et odor vnguentorum*, seu vt legunt Septuag. *vestimentorum tuorum super omnia aromata*, multiplex quoque est veterũ Patrum sensus. Quidam.n. per Ecclesiæ vestimenta, seu vnguenta virtutes eius, seu ipsarum virtutum eius opera intelligunt, quæ præferantur sacrificiis antiquis, vel etiam virtutibus, & obseruationibus Antiquorum. Vnde Gregorius

A Nissenus hom. 9. Opera inquit, Ecclesiæ secundũ doctrinam Euangelicam effecta, prælata omnibus sacrificiis antiquæ legis, tametsi & illa odorata instar aromatum essent, ob fragrantiam, quam præferebant in significatu futuri verbi, quod prædicatur per Euangelium.

APPENDIX.

Gre. Nyss. *Opera secũ doctrinã Euãgelicã sunt pręstãtiora sacrificijs legalib.*

Indicat porrò Nyssenus, ista Ecclesiæ opera vestimentorum nomine appellari, quod haud alio extrinseco operiantur operimento, prout opera illa erant sacrificia mysteriis, quæ repræsentabant. Et Theodoritus vestimenta Ecclesiæ ipsum Christũ esse ait, iuxta illud, quod in Isaia legimus: b *Induit me vestimento salutis, & indumento lætitiæ circũdedit me.* Ista porrò vestimenta suauius dici inquit

Theod. *Virtutes ecclesiæ pstantiores omni virtute legali.*

B fragrantia, quàm omnia aromata, per quæ designatur omnis virtus legalis.

b Isa. 61. 10. *Virtutibus piæ aiæ nil cõparari pt in fragrantia.*

Catena trium Patrum per piæ animæ vestimenta eius intelligens virtutes iuxta illud Pauli: c *Induite vos viscera misericordiæ benignitatem*, &c. propter quas odorem diuinitatis refert, & fragrantiora idcirco talia vestimenta omnibus aromatibus dici ait, quia nihil potest comparari fragrantiæ diuinitatis, quam Deo desponsata obtinet per gratiam.

c Col. 3. 12 *Perfectionis Euangelicæ fama superat odorem legalis obseruationis.*

Cassiodorus, Vnguenta Ecclesiæ fama est ait, virtutum, quæ de Ecclesia fragrat, per aromata legales significari obseruationes, odorem autem dicto-
C rum vnguẽtorum dici super omnia aromata: quia dignitas, & fama Euangelicę perfectionis superat omnem laudem legalis obseruationis.

Virtutes ea sola, q ex charitate oriũtur, redolẽt naribus Dei.

Gregorius Papa per animæ vnguenta eas intelligit illius virtutes, quæ ex charitate oriuntur: per aromata illas reproborum virtutes, quæ, etsi absque charitate sint, redolent tamen aliqualem fragrantiam in mundo: Super has autem, inquit, est odor vnguentorum: quia, etsi opera reproborum aliquando hominibus placeant, illa nihilominus, quæ sancta Ecclesia, & pia anima in charitate conficit, in diuinis naribus sine cessatione redolent.

Euãgelicæ pdicatio latius diffusa quã fama iustorũ veteris testamenti.

Non tam ad virtutum odorem, quàm ad Euangelicæ prædicationis diffusionem refert hæc Beda; ideo quippe recte dictum ait: *& odor vnguentorum tuorum super omnia aromata:* quoniam absq;
D vllo dubio latius diffusa per orbem Christianæ fidei prædicatio, quam eorum, qui in antiquo erant populo, iustorum fama excreuerit.

Gratia dicitur plura vnguenta; quia multiplex ab vno spiritu.

Charismata diuinæ gratiæ per vnguenta spõsæ designata asserunt Iustus Orgelitanus, Aponius, atque Anselmus, notatque Aponius, in plurali *vnguenta* dictum pro multiplici gratia, quæ procedit ab vno Spiritu sancto: hocve vnguentum præfiguratum per thymiama illud, quod Moyses ex Dei præcepto componi iussit ex quinque speciebus, admixto oleo, vt fieret vnguentũ pontificale, prout habetur in libro Exodi cap. 30.

Porrò odorem, famam, atque suauitatem isto-
E rum charismatum præferri, inquiunt Patres citati, vniuersis rebus sæculi huius, quæ per aromata designantur.

Ambros. *Mortificationis studiũ est primus piæ aiæ processus.*

Ambrosius libro primo, de Virginibus paulo post dimidium, deducit ex hoc loco, mortificationis studium primum esse piæ animæ processum, è quo postmodum procedat ad perfectam puritatẽ: ponderans namque verba ista, *Et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata*, cum iis, quæ in sequenti vers. habentur, *Et odor vestimentorum tuorum, sicut odor Libani*, Vide inquit, quem nobis tribuas Virgo processum.

Progressus piæ aiæ qualis.

Primus enim odor tuus super omnia aromata, quæ in Saluatoris missa sunt sepulturã, & emortuos

LITTERA.

A tuos corporis motus, membrorumque redolet obisse delicias.

Secundus odor tuus, sicut odor Libani, Dominici corporis integritatem (alludit ad nominis Libani interpretationẽ, quod dealbationẽ, & candorem significat) virgineç florem castitatis exhalat.

Richard.

Misericordia est vnguentũ fragrantius omnibus aliarũ virtutũ aromatibus.

Richardus de Sancto Vict. piæ animæ vngventa, illius misericordiam, atque compassionem sumit, vt horum verborum sensus sit: Tuæ cõpassionis, & misericordiæ fragrantiã suauitatis, & vnctionis spiritualis, qua tã benigne afficeris ad omnes condolẽs, gemens, orans, ac subuenire cupiẽs, suauius omnib. aliarum virtutum operibus redolet, cum charitas sit omnium virtutum mater.

Rup. Abb.

Maria eleemosynę christo suauiores ĝ eleemosynę aliorũ omniũ.

B Eleemosynas per eadem vnguenta accipit Rupertus Abbas, colligens id ex Euangelio, vbi Maria effudit vnguenta super pedes Iesu: odorem aũt vnguentorum B. Virginis dici super omnia aromata, quia suauitas eleemosynarũ Mariæ fragrantior Christo, quam eleemosynarum aliorum: quatenus Maria nõ, vt ceteri in membris Christi, sed in ipsomet Christo munificentissima extitit: adde excessum fidei, humilitatis, charitatis, quo eas Christo exhibuit eleemosynas.

Vers. XI. Fauus distillans labia tua, sponsa: mel, & lac sub lingua tua; & odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris.

Expositio Prima, Iuxta sonum Litteræ.

DVplex istorum verborum assignari potest sensus: Primus, qui simplicior, & communis omniũ, quotquot videtim Interpretũ, est: Alter verò subtilior, & fortasse magis proprius secundum spõsi intentionem.

I. SENSVS.

Secundum simpliciorem sensum commendat hoc loco sponsus dilectã suam, non iam amplius ex alicuius membri particularis pulchritudine, at ex duplici, qua insignitur gratia, altera verborum, seu potius ipsius loquelæ, vestimentorũ altera: ita tamen tam a secunda, quàm a prima illã celebrat, D vt ex ambabus significet seipsum perfundi suauitate, eaque ẽtã longè. Extulit quidẽ & superius in hac ipsa panegyrico vers. 3. primã gratiam verbis generalib. dicens: *Et eloquiũ tuũ dulce*: ad amplificationẽ encomii labiorum, & oris, quod tunc cõtexebat: At modo labia eadem vicissim ad amplificationẽ encomii ipsius loquelæ celebrat, assumitque particulares dulcissimarũ rerum, faui, mellis, ac lactis similitudines, vt id efficacius exprimat, quod ibi tetigerat seu subindicarat potiùs, quam expresserat, vnico, & generali vocabulo dulcis. Dicẽs igitur in prima encomij huius parte. *Fauus distillãs labia tua, spõsa*, tũ à lepore, loquẽdi, tũ à p̃dulcib. verbis ipsis, q̃ gratia, ac lepore isto profert, E suam extollit sponsam, & quia tam gratia dicẽdi ex congruo, ac venusto labiorum dependet motu, quàm ẽt verba ipsa ex ijsdem proferuntur labijs, idcirco labia cõmendans, ait illa eam præ se ferre dulcedinem, quam exhibere solet fauus distillãs: atque adeo ea ipsa, quæ hisce labijs proferuntur eloquia, esse instar illius mellis, quod è fauo distillet, iuxta illud Prouerbio. *Fauus mellis cõposita verba*, & illud Psalmi de eloquiis diuinis: *b Dulciora super mel, & fauum*. Quę similitudo etiam apud

a Pro. 16. 24

b Ps. 18. 11

Homerus.

profanos Poetas sæpius vsurpata reperitur, vt apud Homerum lib. 3. Iliad. vbi, cum Poeta suauissimam Nestoris eloquentiam exprimere vult, ex il-

A lius ore dulcioré melle profluere ait orationem. Fundatur sensus iste in alia simili sententia, qua idemmet Salamon, ijsdemque verbis, tametsi in malam partem vsurpatis, in libro Prouerbiorum auertens iuniorem à periculo, quod simpliciores subeant, intendentes suauibus verbis, & gratiosæ loquelæ mulieris meretricis, dicit: *c Ne intenderis fallaciæ mulieris: fauus enim stillans labia meretricis.* c Pro. 5. 3.

LITTERA.

Præclare autem in præsenti encomio addidit Salomon: *Mel, & lac sub lingua tua*, ad differentiam eorum, quæ in præcitata sententia dixerat: *Et lingua eius acuta quasi gladius biceps*. Meretricis enim lingua acuta in fine sermonis quasi gladius biceps, quia, etsi aliquantulum mellis super se habeat; sub se tamen latitantem continet absynthiũ amarissimam; & ideo bene ibi dictum est: *Fauus stillans labia meretricis, nouissima autem illius amara quasi absynthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps*. At verò eloquia sponsæ semper sunt fauus distillans, perfectamque exhibent dulcedinẽ; quia mel, & lac sub lingua illius. Mel, & lac simul iunxit ad summam designandam dulcedinẽ iuxta frequentissimam sacrarum litterarum consuetudinem, qua duo ista prædulcia vnita simul adhibentur; vt maiori emphasi exprimatur id, quod vel alterutro posset explicari: Sic innumeris vicibus terram promissionis ex eo, quòd dulcissimos proferret fructus, & prædulces exhiberet voluptaC tes, terram lacte, & melle manantem appellatam reperire est: quamquam eadem etiam simul iuncta maximam quoque iucundarum, ac prædulciũ rerum designent abundantiam. Quod autem adijcit: *Sub lingua tua*: periphrasis cordis est, prout colligitur ex illo Psalmi: *d Sub lingua eius labor, & dolor*: & illo libri Iob de impio, & hypocrita: *e Cum dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua*. Et egregie hac periphrasi ipsum significatur cor tam in duabus præcitatis sententiis, quam in hoc, quod exponimus, encomio eloquii, & loquelæ sponsæ: subinnuitur quippe, cor esse veluti quoddam promptuariũ linguæ, quod subtus linguam existens eidem suggerat verba, quæ proferat, iuxta illas Domini sententias: *f Ex abundantia cordis os loquitur*: &, *g Quæ procedunt de ore, de corde exeunt*. Amplificationem igitur eius laudis, qua sponsæ loquelam, & verba celebrarat in prima ea parte, *Fauus distillans labia tua*, aptissimè & hanc secundam partem adiicit sponsus, *Mel, & lac sub lingua tua*, significans, dulcedinem, quam extrinsecus sponsa proferret labiorum loquela, haud momentaneam esse, vel fictam, sed veram, atque perpetuam, vtpote prodeuntem ex abundantia cordis, & ex immensa illa dulcedine, quam cor affatim loquenti suggeret linguæ eius. Eandem commendationis methodũ idem ipse Salomon seruauit in libro Prouerbiorum in alio encomio gratiosi, ac sapientis eloquij, cuius partem iam supra citaui: Antequam enim diceret: *h Fauus mellis composita verba, dulcedo animæ, & sanitas ossium*: dixit: *Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam*; significans nimirum, tunc verba cuiuspiam & composita re vera esse, & fauum mellis, ac dulcedinem esse dicenda, quando sapientia, vnde est illorũ cõpositio, & dulcedo sit sub lingua illius, qñ cor eius exuberans sapientia, atq; dulcedine, suggeret linguæ, & ori ipsius eruditionẽ, sapientiam, & gratiã, vt nimirum erudite, ac sapiẽter cõposita verba loquatur, eaq; cum venustate prædulci, & gratia suauissima.

Esse sub lingua, est periphrasis cordis.

d Psa. 10. 7

e Iob 20. 12

f Matth. 12 35.

g Matt. 15 18.

h Prou. 16. 23.

Porrò, si subtilius perscrutemur, quodnam potissi-

LITTERA.

tiſimũ illud ſit mel, atque lac, quod ſub lingua ſpõ ſæ ineſt; & vnde tantam dulcedinem cor illius ſuggerat linguæ, vt propter eam ipſa eius loquela ſpõſo tam dulcis ſit, vt propterea labia, quibus ea proferretur, appellarit fauum diſtillantem mel; inueniemus, admodũ rationabiliter dicendũ, id haud eſſe aliud, quàm ingentem ipſius ſponſæ amorem in ſponſum ſuum, replentem cor eius; quapropter dulciſſima prius intra ipſum cor formantur eloquia amoris, quæ à Theologis, & in primis à D. Auguſtino lib. 15. de Thrinit. cap. 10. verba cordis nuncupantur; eaque dum linguæ eiuſdem ſponſæ ab ipſomet corde, quod ſub illa eſt, ſuggeruntur, impertitam eiuſdem amoris dulcedinem per ſenſibilium verborum prolationem profert, & linguæ: vnde poſtmodum fit, vt merito labia, quæ tãquã eius linguæ inſtrumenta extrinſecus ſtillant dulcia huiuſcemodi verba, fauum diſtillantem ſponſus appellarit.

Auguſt.

In vltima demum parte commendat ſponſus eãdem dilectam ſuam ex altera gratia, quæ illi extrinſecus prouenit ex veſtimentorum ornamẽto: ex odore autem potiſſimum illorum veſtimentorum hanc eius gratiam celebrat: quia nimirum ab illo magis moueatur, & ex illo nõ minus, quam ex eloquio ſuauitate perfundatur.

Quinimo per eam, quam aſſumit, thuris ſimilitudinem, dicens: *Et odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*: non modo ex odore, ſed ex candore, & ex nitore idem ipſum veſtimentorum ornamentum extollendum eſſe ſubindicat: Enimuero quod optimum eſt thus, atque fragrantius, ex hiſce duabus potiſſimum dignoſcitur qualitatib. ex candore, & ex perlucido, quod ipſi eius in ſit candori.

Thus optimum cãdidum, & lucidum.

Quod potiſſimum, ait Plin. lib. 12. cap. 14. hoc candidum: & in fine eiuſdem capitis, Probatur cãdore: à quo candore hebraica voce לבנה Lebonah nuncupatum eſt. Quod autem idem ipſum ſi, optimum ſit, debeat eſſe maxime lucidum, præter quam quod ex Theophraſto libro 9. de plantis c. 4. habetur, colligitur etiam manifeſte ex ſacris litteris: quandocumque enim Deus è thure optimo aliquid faciendum iuſſit, thus lucidiſſimum id nominauit; ſic in libro Exodi, *a* & in libro Leuitici. *b*

Plinius.

Theop.

a Exo. 30. 34.
b Leu. 24. 7.

Cum igitur ſponſus dicit: *Et odor veſtimentorũ tuorum, ſicut odor thuris*: cenſere debemus, illud in hac ſimilitudine aſſumpſiſſe thus, quod, cum optimum ſit, atque adeo maxime candidum, & lucidiſſimum, ſuauiſſimo etiam fragrat odore: ſicque ſignificaſſe, candida, atque perlucida, maximeque decora veſtimenta ipſius eo fragrare odore, quo optimum fragrat thus. Ad exprimendum autẽ eximium talium veſtimentorum odorem, aſſumpſit ſimilitudinem odoris thuris optimi potius, quam alterius aromatis, quod thure fragrantius ſit, quãlia multa reperiuntur: tum propter myſteria (vt vidébimus in expoſitionibus ſpiritualibus) ad quæ abſque vlla dubitatione conſectos ſemper habuit oculos; tum propter maiorem odoris ſponſæ exaggerationẽ, cui optime inſeruiebat odor ſacer thuris, quod ex communi omnium cõſenſu, vt notat Plinius loco ſupra citato, vt ſacrum, ac Deo ſacratum habetur eo modo, quo Dei nomen ſæpius in ſacris litteris adiectum reperitur alicui nomini item ad exaggerationem; vt, cum montes, & cedri Dei dicuntur, vt ſignificentur montes, & cedri altiſſimi, & ſic de ſimilibus: Ita vt eadem ratione per odorem thuris Deo ſacrati, odorem eum ſignificare voluerit ſponſus, qui in genere odorum præſtãtiſſimus ſit.

Thuris odor ſignat odorem præſtantiſſimũ.

Dei nomen ad dicenda rei ſolet ad exaggerationem.

A Iuxta hunc ergo primum ſenſum, quod hic dicitur, tale eſt.

LITTERA.

Tanta ineſt ò *ſponſa*, in labiis tuis gratia, tantuſve lepos, dum loqueris; vt præ ea, quam exhibent *labia tua*, dulcedine *fauus diſtillans* iure optimo appellanda videantur: atque adeo ea, quæ per illa profers eloquia, ſint *mel* ipſum, ſtillans è tali fauo. Quidni verò mihi in primis dulciſſima ea ſint, cũ mel, & lac ſit ſub lingua tua? cum amore, quo in me flagras, ipſave dulcedine oppletum tuum habeas cor, veluti promptuarium mellis, ac lactis, vnde linguæ ipſi tuæ adeo dulcia ſuggeruntur eloquia hæc, quæ tuis hiſce labiis proferuntur?

PARAPHRASIS.

B Quid de venuſtate illa dicam, quam in veſtimẽtis exhibes? Ea ſanè candidiſſima cum ſint, atque perlucida, odorem referunt ſimilem odori thuris, quod optimum, candidiſſimum, ac lucidiſſimum eſt: odorem profecto ſacrum, odorem odorũ omnium præſtantiſſimum.

Secundum alterum ſenſum, qui in principio huius expoſitionis propoſitus eſt, crediderim, ſponſum, ſicut in præcedenti ſententia reddidit ſponſæ ſuæ vicem paris commendationis vberum, dicens: *Pulchriora ſunt ubera tua vino, fragrantia vnguentis optimis*: Ita & in præſenti ſententia eidẽ reddere eſtem vicem petitionis, ſeu oſtenſionis deſiderij oſculi eius, prout illa ibidẽ ſibi pariter tale exhibuerat deſiderium, dicens: *c* *Oſculetur me oſculo oris ſui*: ſeu, iuxta Originalia: *Ab oſculis oris ſui*: C verum honeſtius, at efficacius id ab eo fieri, quàm feciſſet illa.

II. SENSVS.

c Cãt. 1. 1.

Crediderim etiam, nedum primam, ac ſecundã partem huius verſus, ſed & tertiam quoque illam qua dicitur: *Et odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris, ad idipſum pertinere.*

Deduco autem ſenſum iſtum ex hiſtoria, quæ refertur in lib. Geneſis, quando Iacob detulit cibos Iſaac Patri ſuo, vt ab illo benediceretur. Ibi ſiquidem hæc habentur: *d* *Obtulit*, ſcilicet Iacob *ei*, ſcilicet Iſaac *vinum, quo hauſto, dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi oſculum, fili mi. Acceſſit & oſculatus eſt eum, ſtatimque vt ſenſit veſtimentorum illius fragrãtiam, benedicens illi, ait, Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*. Sicut igiD tur Iſaac vt primum vino recreatus; ſeu etiam (vt ſacrarum litterarum more loquar) inebriatus eſt oſculum petiit à dilecto filio, & in oſculandi actu veſtimentorum illius ſenſit fragrãtiam; atq. adeo: talem commendans odorem, odori illum comparauit agri floribus, fructibus, herbis ſuaue olentibus, necnon & aromatibus pleni.

d Gen. 27. 25.

In eumdem modum & ſponſus poſt quàm pulchritudine vberum ſponſę gaudio perfuſus in mẽtis exceſſum raptus eſt, & quodammodo inebriatus: idcirco enim obſtupeſcens dixit in præcedenti verſu: *Quam pulchra ſunt mammæ tuæ, ſoror mea* &, *Pulchriora ſunt vbera tua vino*: honeſta nunc laE biorum eiuſdem commẽdatione, nomineque ſpõſæ ipſam compellans, quaſi debitum ſibi oſculum ab ea petit: ac propemodum iis ipſis tacite vtitur verbis, quo vſum aduertimus Iſaac: *Accede ad me & da mihi oſculum ſponſa mea, Fauus enim diſtillãs labia tua*. Ac, quaſi ipſa vt honeſtiſſima ſimul, ac viro ſuo obedientiſſima ad imitationem Iacob obſequentiſſimi item patri ſuo, acceſſerit, & oſculata ſit eum, ſponſus exclamet: *Mel, & lac ſub lingua tua*: ſuauiſſimam, rerumque omnium maxime dulcem illam ſe guſtare ſignificans animi, amorisve exhibitionem, quam cor per oſculum linguæ ſubminiſtraret, & exinde per labia in ipſum transfunderet: Tum eodem pacto quo Iſaac ſtatim ac in oſculo

LITTERA.

osculo sensit vestimentorum Iacob fragrantiam, in ea prorupit verba: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni:* & ipsemet sponsus, percipiens vestimentorum osculantis se sponsæ fragrantiam, dicat: *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*, idest, sicut odor omnium fragrantissimus, prout declaratum est in primo sensu; vel, iuxta aliam lectionem, vt iam iã notabo: *Sicut odor Libani*; eo modo, quo
a Ose. 14.7 & apud Oseæ Prophetam de Israel dicitur: *a Ibũt rami eius: & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani:* in quo similitudo est magis conformis similitudini allatæ ab Isaac; sicut enim ager plenus suauiter admodum fragrat ob flores, herbasque suaueolentes, quibus plenus est: Ita & Mons Libani suauissimo odore redolet, cum multiplicibus aromatum lignis vestitus sit, vt ex subsequentibus apparet, vbi dicitur: *Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani.*

Hæc autem omnia haud ita ab sponso dici, crediderim, quòd re vera sponsa tunc eo ipso loco ad eum osculãdum accesserit; id siquidem decori minime congrueret; cum in principio huius capitis quarti expos. 1. vers. 1. dictum iam sit, hanc orationem, quæ toto hoc capite continetur, coram iis ab sponso habitam in laudem sponsæ suæ, qui obuii facti erant eidem sponsæ, per agros ascendenti, prout visum est in capite tertio. Quinimo, enim totum id, quod vsque ad finem huius capitis dicitur, dicatur per modum vnius, & continuatæ orationis, qua sponsus dilectam suã multiplicibus deliniẽs laudibus, illam ad secum commigrandum nititur pertrahere, vt dictum est supra in expositione prima versic. sexti. Sicut canendo, intentionem istam suam significasse ibi, ostẽsum est in vers. 6. & 8. ita & hoc pariter vers. 11. istud aliud intentum, ac desiderium suum, etiam canendo, eidem significet, verisimile est; idcirco nimirum velle, vt secum cõmigret, quò in horto suo soli existentes, desideratum ab ea percipiat osculum: Ac si dicat.

PARAPHRASIS. *Veni de Libano, &c. veni mecum:* accedes, & dabis mihi osculum, adeo mihi peroptatum: *Labia* sanè *tua*, quibus osculum ori meo imprimes, *fauus distillans* immensam mihi dulcedinem: *mel* siquidem, *& lac sub lingua tua*, corde nimirum suggerẽte ori, & linguæ tuæ animi, amorisque tui melle, ac lacte dulciorem exhibitionem, quam mihi per ipsa impertiens labia: tuncque sentiens vestimentorum tuorum fragrantiam, meritò dicam; *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*, & ceter. vt supra.

Quoad lectionum varietatem notãdum primo, pro eo, quod nos legimus: *Fauus distillans*: in hæbreo esse נפת תטפנה nopheth titophnah, quod ad verbum ne reddi potest iuxta Hebræorum Doctorum sententiam: *Stillat ionem stillabunt*: vox. n. נפת, nopheth, quamlibet significat stillationem, & quando aliud ei non adiungitur, accipi solet in sacris litteris vel pro stillatione aromatis, vel pro stillatione faui: Hieronymus pro ipso fauo accipit semper. Quod autem in futuro dicitur, *Stillationem stillabunt*, facit ad confirmationem eius sensus, quem secundo loco attuli. Sept. hebraica verba, quæ relata sunt, sic verterunt, κηρίον ἀποστάζουσι *Fauum distillant*. Proprius iudicio meo Vulgata habent: *Fauus distillans*. Neque enim veritati rei tã conforme est, vt distilletur fauus, quam vt fauus ipse melle refertus distillet mel: Vnde & Aquila vertit, γλυκασμὸν, *dulcedinem stillant*; & Symmachus μέλι, *Mel distillant*. Quin & ipsi Septuag. in simili sententia, quæ supra relata est, Prouerbiorum
b Pro. 5.3 quinto, eadem ratione vertere ista ipsa, quæ hic

A habentur verba; *Mel stillant labia meretricis.*

LITTERA.

Notandum secundò, vbi nos legimus; *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris:* pro vocabulo thuris in hebræo esse vocem לבנון Lebanon, q̃ vt plurimum vsurpari solet ad significandum mõtem Libani; cum è vestigio ad significandũ thus alia similis vsurpari soleat dictio, לבנה Lebonah; nihilominus tam ista, quàm illa ambæ sunt ancipites, & vtrumque significare possunt; Vnde, sicut in hoc ipso capite versu decimoquarto, dictio Lebona posita est ad significandum montem Libani, prout Vulgata aperte significant, dum legunt; *Cũ omnibus lignis Libani:* & consentiunt omnes expositores; ita pari modo & in hoc quoque versu vndecimo, altera dictio Lebanon aptissimè accipi potest
B pro thure posita, prout sumpsit Vulgata; præsertim cum & hebræi quoque consentiant, montem Libani Lebanõ dictum à voce Lebona, quod in illo thus nascatur. Septuag. etiam vocem ambiguã, ancipiti alia reddiderunt voce λιβάνου. λίβανος autẽ græce tam Libani montem, quam thus quoque significat. Gregorius Nyssenus, Theodoritus, Psellus, Catena trium Patrum, & alii ex Græcis Patribus pro thure hocloco positam accipiunt. Ambro. libro primo de Virginibus è contra, pro mõte Libano.

Et certe ambæ lectiones optimæ sunt, duasque indicant similitudines, quarum vtraque congruẽtissima est, vt ex dictis colligere licet.

C

Vers. XI. Fauus distillans labia tua, sponsa; mel, & lac sub lingua tua; & odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

QVòd labia Ecclesiç ii sint illius doctores, qui prædicant verbum Dei, sancti quique concionatores, & dispensatores mysteriorum fidei, satis superque ostensum est in superio- I. SENSVS.
D ribus in altero eorũdem labiorum encomio, prout videre est in secunda exposit. versic. 3. huius ca. vbi & id quoque declaratum est; cur sub labiorũ potius, quàm sub linguæ, aut gutturis metaphora Sanctorum prædicatorum encomium contextum sit in hac panegyrico Ecclesiæ. His igitur suppositis; Pro intelligentia huius encomii eorumdẽ prædicatorum, quod in hoc vers. 11. est explicandum, operæpretium est, vt singula exactius perpendantur verba; Ac primò, cur ii faui dicantur. Secundò, cur fauus distillans. Tertiò, quid sit, eos habere mel, & lac sub lingua; cur & mel, & lac simul; & quare prius nominetur mel, quàm lac. Quartò, quç sint vestimenta Ecclesiæ, quidve commune cũ
E labiis talia habeant vestimenta. Quintò, qualis sit eorumdem vestimentorum fragrantia.

Prædicatores sunt labia Ecclesiæ

Quoad primum; Rectissima ratione Sãctos Prçdicatores verbi Dei fauum appellatos, ex pluribus proportionibus inter illos, atque fauũ mellis colligere est. Prima autem earum est, quòd, sicut fauus est opus ab apibus fabrefactum, intra quod mel ab iisdem efficitur, quod hominum inseruiat esui; Ita & prædicatores à Christo cælesti illa ape, de qua in libro Ecclesiastici mystico sensu dicitur: *c Breuis in volatilibus est apis; & initium dulcoris habet fructus illius:* ad prædicationis munus electi sunt, vt in eis, ac per eos deferretur mel Euangelii iuxta id, quod ab ipsamet tali ape significatum est, cũ diceret;

Prædicatores sancti cur dicantur faui.

Simile.

c Eccl. 11.3

DE ECCLESIA. diceret: *a Ego vos elegi de mundo, vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat: b &, Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarii veſtri.*

a Ioa. 15. 16. b Luc. 21. 15.

Notandum verò in hac proportione, congruentiſſime dictum *labia tua* in plurali; at in ſingulari, *fauus*: quia re vera, tametſi plura ſint Eccleſiæ labia, plures prædicatores; omnes tamen quotquot vere ſunt labia Eccleſiæ, ſunt vnus fauus; quia ab vna eademque ape Chriſto Ieſu effecti ſunt mellis Euangelici delatores, vt dictum eſt.

Simile. Greg. PP. Fauus ſecundò recte dicuntur iidem Prædicatores: quia ſicut fauus, tametſi ex vili ceræ materia conſtet, ſuauiſſimum tamen, ac pretioſiſſimum intra ſe continet, defertque mellis liquorem: Ita & ſancti quique prædicatores miſeros quidem ſe fatentur: at in miſera humanitatis ſuæ conditione, in vili cera mel Euangelii conditum ſeruant, prout ſub alia metaphora ſignificauit Apoſtolus cum dicit: *c Nõ noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: nos autem ſeruos veſtros per Ieſum: Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu*, idest, vt in facie, & perſona Chriſti Ieſu, tamquam eius legati prædicationem illuminaremus, ſcientiã, ſeu lumen deferremus ſcientiæ claritatis Dei: & ſubdit Apoſtolus: *Habemus autem theſaurum iſtum*, ſcilicet ſcientiæ claritatis Dei, & Verbi Euãgelici, *in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis.*

c 2. Cor. 4. 5.

Simile. Tertiò, ſicut fauus de proprio dulcedinem profert, ab apibus in melle ſuſceptam: quòd ſi aliquid in eo nonnunquam inſit acris, vel amari, ab extrinſeco id illi exhibitum ſit, neceſſe eſt, alienumve id omne cenſendum ab eius natura: In eumdem modum & ſancti quique prædicatores de proprio id tantùm prædicant, & proferũt, quod à cæleſti ape habent dulcedinis: atque adeo & per Iſaiam Prophetam, *d* & per Paulum Apoſtolum *e* nuncupantur Euangelizantes pacem, euangelizantes bona: quòd ſi quando aſpera, & increpatoria proferunt; eam ſanè aſperitatem haud ex propria qualitate habent, ſed ex qualitate audientium: quod cõteſtatus eſt idem Paulus, *f* cum Timotheum ſic admonens, *Argue, obſecra, increpa*, addit rationem huiuſcemodi: *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros, prurientes auribus*, &c. Et cum ad Corinthios ſcribens, ait: *g Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* Ac ſi dixiſſet: Ex commiſſo mihi Euãgelii munere debeo venire in charitate, & ſpiritu manſuetudinis, pacem vobis afferens: at, quòd veniam in virga, & aſpera vobis proferam, ex vobis eſt, ex veſtra eſt voluntate.

d Iſa. 52. 7. e Rom. 10. 15. f 1. Tim. 4. 2. g 1. Cor. 4. 21.

Simile. Quartò, ſicut fauus, etſi mel in ſe contineat, eoque exuberet; tunc tamen vberius ſaltem mel de ſe emittit, cum motu aliquo contingitur, & comprimitur: Eadem ratione & Sancti Prædicatores ita intrinſecus referti ſunt ſacrarum litterarum notitia; vt ad quemlibet interrogationis contactũ mel mittant affatim diuinorum eloquiorum, iuxta illud Apoſtoli: *h Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis, quomodo oporteat, vos vnicuique reſpondere.*

h Col. 4. 6.

Simile. Quinto demum eam cum fauo proportionẽ habent iidẽ Eccleſiæ Prædicatores, quòd ſicut fauus mel puriſſimum continet, atque conſeruat, adeo vt, quod ex illo immediate diſtillat, mel virgineũ merito nuncupetur ad differentiam mellis alio liquore, alia ve re adulterati. Ita & ſancti quique Prædicatores, mel intra ſe continentes puriſſimæ doctrinæ fidei, prædicatione pariter ſua puriſſimis eloquiis eam abſque vlla alicuius erroris permixtione in auditorum diſtillant aures: ita vt merito & doctrina, & verba ipſorum virginea dici queãt, iidemque cum Paulo Apoſtolo dicere propterea poſſint: *i Non ſumus, ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo corã Deo in Chriſto loquimur.* In quibus Apoſtoli verbis, põderanda illa ſunt verba, *ſicut plurimi adulterantes verbum Dei*, Plurimi ſiquidem ſunt Prædicatores tam alieni à dicta faui conditione propter cõmixtionem, quam vnà cum melle diuini verbi exhibent; vt adulterantes verbum Dei dici debeant: quia, ſicut adulter non intendit prolem, ſed id dũtaxat, vt ſuæ ſatisfaciat libidini: ita ipſi doctrina, & concionibus haud Dei gloriam quærunt, aut proximorum ſalutem; ſed priuatis inſeruiunt cõmodis. Sicut adulter per commixtionem cum muliere aliena & ſibi, & mulieri ipſi mortem procurat: Ita & iſtiuſmodi Prædicatores adulterantes verbum Dei commixtione propriorum errorum mortem ſibi adſciſcunt, & auditoribus.

DE ECCLESIA. i 2. Cor. 2. 17.

Quoad ſecundum: dictio *diſtillans* adiecta fauo duplicem ingerit difficultatem: Primam, quomodo diſtillare dicantur Sancti ii Prædicatores, de quibus in libro Eccleſiaſtici dicitur; quòd, *k tamquam imbres mittunt eloquia ſapientiæ ſuæ*. Secũdam, ſi tamquam fauus mel diſtillare dicuntur; qa verba Dei prædicant, de quibus dicitur in Pſalmo quòd *l dulciora ſint ſuper mel, & fauum*, haud facilè percipitur, qua ratione, dum prædicant, exhibere poſſint mellis dulcedinem, quæ haud aurib. percipitur, ſed guſtu duntaxat, cum tamen certò ſciamus, prædicationem verbum Dei ſtillare in ipſas aureis.

k Eccl. 39. 9. l Pſ. 18. 11.

Prima difficultas facile tollitur, ſi ratio teneatur, cur ſtillare dicantur Prædicatores Verbũ Dei; quę ea mihi eſſe videtur, quòd iis auditoribus eloquia Dei impertiunt; vt tamen in id potiſſimũ ſuũ collocent ſtudium: vt nihil ex illo prædulci deperreat melle, accommodantes ſe captui eorum, quibus prædicant: & tametſi imbres mittant ſapiẽtiæ ſuæ in ſcholis, vbi latus eſt ſapientum auditus, in prædicatione nihilominus, qua ignorantibus ſatisfacere debent, & infirmioribus, quaſi intra vaſa, quibus anguſta ſint ora, & quaſi exiguis, ac tenuibus graminibus idemmet Dei verbum diſtillare ſatagunt. Ambo hæc prædicatorum ſtudia in tractandis diuinis eloquiis, & exhibendo verbo Dei innuit Moyſes in Cantico Deuteronomii, cũ ait: *m Audite celi, quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Sub cęlorum nomine ſapiẽtiores deſignãs, ſub appellatione autem terræ rudiores, & ignorãtes. Quoad exhibitionem verbi Dei faciendam cælis ſubdit, *Concreſcat in pluuiam doctrina mea* (ſic legunt Septuag.) *Et quaſi imber ſuper herbam*. Quoad prædicationem verò eiuſdem verbi, terrę exhibendam, & ignorantibus, ait, *Fluat vt ros eloquiũ meum, & quaſi ſtilla ſuper gramina.*

Prædicatores boni quò & imbres ſapientiæ mittãt, & ſtillare dicãtur mel verba Dei.

m Deut. 32. 2.

Ad ſecundam difficultatem dicendum, idcirco ſpõſum Prædicatores, ab Spiritu ſancto ſub labiorum metaphora deſignatos, fauum appellaſſe potius, quam muſicos, & potius dixiſſe, eoſdem mel diſtillare, quàm concentum exhibere: tametſi ea eſſet ipſius intentio, vt in hoc encomio exinde illos commendaret, quòd ſuauitate verborum diuinorum, quæ prædicant, recreent auditores; quam ſuauitatem congruentius, vt videtur prima facie, dulcis harmoniæ, ſuauiſque cõcentus vocum, aut ſoni

Prædicatores boni non tam aures delinire, quam guſtum audientiũ reficere, debeant.

DE ECCLESIA.

soni instrumentorum similitudo expressisset, vtpote à quibus propriè audientium recreantur aures: Idcirco, inquam, ab sposo id effectum; vt per hoc singuli eorum, qui prædicationis munus in Ecclesia exercere velint, intelligerent, haud in hoc sitā boni prædicatoris perfectionem, vt eloquentiæ lenociniis audientium deliniant aures; sed id potius curent, vt, quod externis illorum auribus insonant, gustui imprimant eorumdem: verbū enim Dei, quod proficuum sit; ita vt ipso & nutriantur, & crescant fideles in spiritu, & sanctitate, id non exinde habet, quod sono vocis exhibeatur, sed quòd ita exhibeatur in sono; vt tamen simul exhibeatur visceribus, quo confirmentur audientium corda, & ora eorumdem suaui perfundantur dulcedine.

Hinc sæpius sub panis metaphora istiusmodi diuina eloquia expressa nouimus in sacris litteris,

a Deu. 8. 3.

a vt: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Hinc, & fauo item, atque melli comparata eadem scimus. Hinc & anima illa, quæ fructuose diuina ista percipiebat eloquia, gustuac suauitate eorum perfusa exclamabat: *b Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Quib. in verbis indicatur excessus dulcedinis diuinorum eloquiorum super omnem aliam dulcedinem: quandoquidem non solum dulcia sunt super mel ori; sed & cum reliqua dulcia transacto palato nō percipiantur, ipsa & fauces insuper, & totam animam inexplicabili perfundunt dulcedine.

b Psa. 118. 103.

Prædicatores boni sūt faunus stillās mel, et cū prædicāt ea, quę amara sunt sensualitati.

Porrò id quoque in præsenti Sanctorum Prædicatorum encomio adnotādum est, quòd fauus distillans ob allatas dicuntur rationes, quando diligentiam adhibent, vt ita verborum Dei sonum in aures insonent audientium, vt simul in eorumdem ora distillent mel; cum tamen nouerimus, ab illis prædicari nedum pacis, ac Regni cælorum dulcedinem; sed & complura, quæ per se amarissima sūt vt pœnitentiam, mortificationem, abnegationem sui ipsius, abrenuntiationem omnium voluptatum sæculi, contemptum mundi, promptitudinem ad molestissima quæque pro Christo subeunda. Quo modo igitur dicuntur simpliciter fauus distillās, si tantam etiam distillant amaritudinem?

Ad hæc dicendum, optima ratione fauum simpliciter eos nūcupatos, dictosve distillare mel dūtaxat in ora audientium: nam quę per se amara sūt sensualitati, hæc ipsa quatenus ex ipsorum ore distillant in audientium item ora, sunt dulcissimum mel; quod significatum habemus in libro Apocalypsis eo loco, vbi Ioanni dictum est: *c Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum: Sed in ore tuo erit dulce tamquam mel;* & subiicitur à Ioanne: *Et accepi librum de manu Angeli, et deuoraui illum, & erat in ore meo tamquam mel dulce, & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus; & dixit mihi, oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.* Sicut enim Ioanni prædicatori liber diuinorum eloquiorum, tametsi ventrem sensualitatis amaricaret; dum tamen in ore esset, ac per os versaretur, erat instar mellis: Ita contingit & auditoribus: licet prædicta prædicationis verba ventri sensualitatis amaritudinem præseferant; quamdiu tamen ea versant in ore, siue cum illa gustanda suscipiūt, vt distillantia ex ore prædicatoris, siue cum è ventre sensualitatis ad os iterum ea referunt, ruminātes, ac meditantes in illis, tamquam mel dulcia eis existunt, ita vt non incongrue illud Sampsonis problema, licèt in alio sensu, vsurpare queant, ac di-

c Apoc. 10. 9.

cerent. *d De forti egressa est* nobis *dulcedo.* Fortis vocabulo graue accipientes, molestum, arduum, atque amarum, quale est prædicta verbi Dei prædicatio sensualitati.

d Iudi. 14. 14.

Hæcque est ratio, cur cælestis sponsus postquā dixit: *Fauus distillans labia tua, sponsa:* illicò subiiciat: *Mel, & lac sub lingua tua;* per linguam quippe Ecclesiæ eosdem designans prædicatores, dum ait, sub illis, æque ac sub lingua esse mel, & lac, significat, illos ita iugiter palato, in quo potissimū gustus est, eam, quam prædicaturi sunt, doctrinā diuinorum eloquiorum versare, ruminantes, ac meditantes in lege Domini die, ac nocte, vt inexplicabilem mellis, ac lactis dulcedinem, prius ipsi gustantes, instar faui postmodum ex pleno ore distillent in auditorum pariter ora mellis dulcedinē in verbis, q̄ proferunt. Ac bene, & necessario hæc ab sponso adiecta sunt: *Mel, & lac sub lingua tua*; Cum enim prima eius intentio ista esset, vt exinde sanctos Ecclesiæ prædicatores in isto encomio celebraret, quia affectiua sapientia eruditi, huic potissimum rei indulgeant in suis prædicationibus, vt affectum gustus excitent in auditoribus, operæ pretium erat, vt contestatum his verbis faceret, illos prius in seeumdē gustus affectū sentire. Sūma etenim, quātū ipse sentio (ait Quintilianus) circa mouēdos affectus in hoc posita est, vt moueamur ipsi: Nec incēdit nisi ignis: nec madescimus, nisi humore; nec res vlla dat alteri colorem, quē ipsa non habet: Atque adeo primum, ac potissimum est, vt afficiamur, antequam afficere conemur. Ita igitur scientiam diuinorum boni quique Prædicatores habere debent in corde; vt eloquiorum diuinorū perfusi dulcedine, ad palatum quodammodo ea versent, vbi gustus ita est sub lingua situs, vt linguæ, ac prædicationi vnà cum verbis affatim eiusdem dulcedinis copia suggeratur.

Prædicatores boni dū afficere alios volunt prius ipsi affici studēt.

Quint. lib. cap. 2.

Quamuis autem satis forsan fuisset, si dictum tātummodo esset: *Mel sub lingua tua:* Duas tamē ob causas vna cum melle & lac iungere voluit sponsus ad amplificationem expositæ Sanctorum Prædicatorum laudis. Primò, vt significaret, ita prægustatam à se diuinorum mysteriorum dulcedinem sanctos prædicatores habere sub lingua, & in promptu, ad ea prædicanda, dictamque illorum dulcedinem auditoribus impertiendam: vt tamen & prouectiores, & rudiores congruenti singulis ratione edoceant; istis, qui infirmiores, & rudiores in spiritu existunt, tamquam paruulis doctrinam in modum lactis porrigentes, prout ab Apostolo Paulo factum legimus, vbi Corinthiis dicit: *e Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis.* Illis verò, qui magis illuminatos habent sensus, prouectioresque sunt, eamdem in modum cibi prædulcis tradētes. Comestionem autem talem ciborum, & mellis præsertim hisce congruere ex inde colligere possumus, quòd & de Domino nostro Iesu Christo ad significandum, quod tametsi infantulus è Vergine natus, ac paruulus appareret; perfectus tamen in cognitione, & sapientia esset ad discretionem boni, & mali, dixit Isaias Propheta; *f Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum, & mel comedet, vt sciat,* idest, vtpote qui sciat, *reprobare malum, & eligere bonum.*

Prædicatores boni singulis congruā exhibere studēt doctrinā cibum.

e 1. Cor 3. 2.

f Isai. 7. 14.

Altera verò ratio, propter quam hæc duo simul iunxit cælestis sponsus, dicens: *Mel, & lac sub lingua tua:* ea est, vt p ambo hęc simul iūcta, iuxta cōsuetam sacrarum litterarum phrasim, prout ostensum est in prima expositione, ingentem designaret eius dulcedinis abundantiam, quam & ipsi gustu per-

Prædicationis diuinā verbi quā copiosa sit dulcedo.

DE ECCLESIA.

Dulcedinis verbi Dei guſtum auditorib. exhibere ſatagũt boni prædicatores.

perciperent Prædicatores, & auditoribus communicandam paratam haberent ſub lingua. Ex qua ratione deducitur etiam ratio, cur prius nominarit mel, quam lac: cum enim lac præponẽdum potius videretur, vt ſymbolum doctrinæ paruulorum, poſuit nihilominus mel eidem; vt innueret, id eſſe, quod in primis hoc loco laudaret in Prædicatoribus, quòd in id potiſſimum ſuum adhiberẽt ſtudium, vt prouectioribus, æque ac rudioribus prædicatione verbi Dei dulcedinem diuinorum eloquiorum guſtandam exhibeant: in qua quidem dulcedine ſignificanda mel abſque vllo dubio primas habet partes, vnde in libro Eccleſiaſtici dicitur habere initium dulcoris; quia nimirum inter omnia prædulcia dulciſſimum ſit.

B Id demum, quod vltima huius encomii parte dictum eſt: *Et odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris*: in eorumdem Sanctorum Prædicatorũ laudem adiectum ab ſponſo eſſe, haud dubitã dũ: Duplex autem laus per hæc verba in illos confertur; quia quod dicitur, *Veſtimẽtorum tuorum*, duobus modis accipi poteſt: Vel pro veſtimentis ipſorum prædicatorum, quæ idcirco veſtimẽta etiam Eccleſiæ dicantur, quoniam Prædicatores mẽbra illius ſunt; Vel propriùs pro veſtimentis totius Eccleſiaſtici corporis, atque ipſius Eccleſiæ. Si primo modo ſumantur, laudantur per verba iſta ſancti Prædicatores exinde, quòd nedum prædicationis diuinorum eloquiorum dulcedine auditores ad rectam, & fidei, & vitæ rationem alliciunt, at multò magis id ipſum efficiunt odore, atque exẽplo bonorum operum ſuorum, quibus eximiam redolent ſanctitatem: quæ bona opera extrinſecùs exhibita congruenter admodum veſtimenta nuncupantur; quia veſtimenta extrinſecus repræſentantur in corpore humano, & quia, inſtar veſtimentorum corpus exornantium, circumdantium, & calefacientium, ab iiſdem bonis operibus exornãtur, & vndique in ſingulis actionibus, omnive tempore quodammodo circumdantur: ac demum calor charitatis internus in eis nedum conſeruatur, ſed & augetur. Non minus congruè odor iſtorum veſtimentorum aſſeritur ſimilis odori thuris, ſi ſupponamus, quod in prima expoſitione probatũ eſt, per odorem thuris ſignificari odorem ſacrum: vel cum Nyſſeno, Theod. & aliis, odorem diuinitatis, quatenus ſymbolum diuinitatis thus accipi ſolet: Nam talium Prædicatorum veſtimentum eſt ipſemet Ieſus Chriſtus Deus & homo, quo indutos ſe manifeſtant in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, iuxta eam Pauli exhortationem, qua dicitur: *a Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis*: quem ſanè nouum hominem eſſe Dominum Ieſum Chriſtum, idem teſtatur Apoſtolus ad Romanos, dicens: *b Induimini Dominum Ieſum Chriſtum*.

Prædicatores boni nedũ verbo, ſed & exẽplo bonorũ operũ auditores ad bonũ trahũt.

Opera bona cõcordãtur veſtimẽta.

a Epheſ. 4. 24.

b a Ro. 13. 14.

Prædicatorũ laus maxima à fructibus in auditorib. ex eorum prædicatione.

E Si verò nomine *veſtimentorum tuorum* ipſa Eccleſiaſtici corporis indumenta ſignificata dicãtur, prout congruentius dicendum videtur, quatenus labia, ſub quorum metaphora præſens Sãctorum Prædicatorum encomium contextum eſt, haud in duo ſolent; ita vt aſſignari queant veſtimenta ipſorum commẽdantur pridem Prædicatores ex fructu quem in fideli Eccleſiæ populo faciunt, quãdo ita prædicationis munus exercent; vt id potiſſimum curent, quò auditores diuinorum, quę ab ipſis prędicantur, eloquiorum dulcedinem & capiant, & guſtent, prout ſignificatum vidimus in verbis iis, *Fauus diſtillans labia tua, mel, & lac ſub lingua tua*. Fructus autem is eſt, quod tunc qui ad fidem per ipſorum prædicationem conuerſi ſunt, iique fide

A lium, qui eos audiendo renouati ſunt ſpiritu mentis ſuæ, de quibus apud Iſaiam eidem Eccleſiæ dicitur. *c His omnibus velut ornamento veſtieris*; odorem referunt ſimilem odori thuris, *d* bonũ Chriſti odorem ſe exhibentes in ſancta conuerſatione, Chriſti ſanctitatem ſuis bonis operibus redolentes, illud nimirum Dei implentes mandatum, quo dicitur: *e Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum*.

DE ECCLESIA

c Iſ. 49. 18
d 2. Cor. 2. 15.
e Leui. 11. 44.

Ex hiſce fuſius explicatis, breuis iſte deducitur huius ſententiæ ſenſus; vt cæleſtis ſponſus hoc pacto ſponſam ſuam alloquatur Eccleſiam.

PARAPHRASIS.

COMMVNIORPATRVM. SENSVS.

Prædicatores ii ſancti, qui in myſtico corpore tuo labiorum obtinent munus, *Fauus* ſunt, inſtar faui à me breui & exigua, ſed præpotẽti ape fabre facti, quando eos elegi ad id muneris, vt intra vilẽ humanitatis ceram mel continentes ſapientiæ diuinorum myſteriorum, ad cuiuſlibet interrogationis contactum id prædicando effluerent; atque ẽt vt præ ingenti illius mellis copia abſque vlla adulteratione illud, tametſi non interrogarẽtur, effunderent: Dum prædicant verbum Dei, accomodantes ſe captui vniuſcuiuſque, ſunt *Fauus diſtillans mel* dulciſſimum, cum & ea prædicãt, quæ in Euãgelio mandantur, aut conſuluntur, aſpera & amara ſenſualitatis: id enim potiſſimum curant, vt qd auribus inſonant audientium, id in eorumdem diſtillent ora; vt verbi Dei guſtent dulcedinẽ, quod licet in ventre ſit amarum, in ore tamen mel eſſe, non ignorant: cum & ipſi pariter idcirco eam ipſã ſcientiam eadem-ve eloquia Dei, quæ aliis prædicare volunt, in ore habere conentur; atque adeo qd ſummum in illis ineſt dulcedinis, largiſſime à corde ad palatum, vbi guſtus eſt, ſubminiſtratum ſub lingua deferant; ita vt propterea dici queat, *Mel & lac eſſe ſub lingua tua*: paratam ſiquidem ii ſemper deferunt deguſtatam à ſeipſis dulcedinem ſuauiſſimæ doctrinæ, quam & in ora prouectiorum diſtillẽt in modum mellis, & in ora eorum, qui rudiores ſunt, diſtillent in modum lactis dulciſſimi item inſtar mellis. Neque verò ex hoc dũtaxat cõmendabiles ii ſunt Prædicatores tui ſancti, quòd guſtui audientium dulcedinẽ exhibent verbi Dei Verùm etiam exinde, quod exemplo bonorũ operum ſuorum, quæ extrinſecus apparẽt, æque ac veſtimenta in corpore, odorem referunt thuris, vtpote induti Ieſum Chriſtum, illum imitari contẽdentes in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Quin, & exinde, quod fideles ii, qui prædicatione ſua te, velut ornamento veſtiuere, deguſtato melle doctrinæ ipſorum, odorem redolent ſanctitatis ſimilem odori thuris, ſanctitati nimirum meæ.

Verſ. XI. Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel, & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

SVppoſito, quod ſub labiorum metaphora orationis encomium & in hoc verſu 11. contineatur, ſicut & ſub eadem metaphora alterum item eiuſdem orationis piæ animæ cõtextum vidimus ſupra Verſ. 3. vbi expoſitione 3. nonnullæ etiam allatæ ſunt rationes huius metaphoræ. Pa. 551. A

Duobus modis ea, quæ in ſanctæ orationis laudem hic dicuntur, exponi poſſunt; iiſve ambobus ſi intelligatur tota ſententia iſta iuxta ſenſum, primo loco in littera allatum. Vel enim vnica duntaxat

I. SENSVS.

DE ANIMA.

xat piæ animæ oratio commẽdatur exinde, quod perfectissima sit, & oibus numeris absoluta: Vel in tribus distinctis vnius eiusdemq; sententiæ partibus tres species orationis eiusdem animæ laudatur, ad quas tres vniuersæ alia reducuntur cuiusli bet orationis species.

Si velimus, primo modo celebrari piæ animæ orationem illam, quæ sit omnibus numeris absoluta: supponendum pro eorum, quę hic dicuntur, intelligentia, quod sicut in perfecta citharedi musica tria simul conueniant, operæpretium est: percussio citharæ, melodia soni resonans ex percussis chordis, & cantus vocis; adeo vt si quodlibet istorum trium desit, istiusmodi musica perfecta dici minime possit: vocis etenim cantus commendabilis haudquaquam est, ni concors sit sono, ac harmoniæ sonantis citharæ: nec sonus ipse cum debita potest esse harmonia, ni citharedus bene, & secundum musices artem citharæ pulsauerit fides, & ni eæ ipsæ, quas bene pulsauerit, fides congruenti ratione extensæ sint; siquidem quæ remissæ sũt, tametsi artificiosissime pcussæ fuerint, sonũ haudquaquam reddunt harmonicum: Eodem pacto ea demum perfecta definienda est oratio, quam labia proferunt, & in qua hæc tria simul concurrãt; Vitæ bonitas, quæ se habet instar bonæ percussionis chordarum citharæ, quatenus potentiæ, atque affectus instar fidium se habent respectu animæ; harmonicus interioris deuotionis sonus; & concors cum huiusmodi sono cantus, et, quæ voce proferuntur preces, ac laudationes Domini, quas cõmuni vocabulo orationes peculiariter vulgo appellant. *a Aufer à me tumultum carminum tuorum*, dixit aliquãdo Deus per Prophetam Amos, *& cantica lyræ tuæ non audiam*; orationes, quæ ad sonum organi incõcinne percussi decãtatæ sint, & prolatæ ab anima, quæ chordarum potentias, affectusque remissos habet, & cui probitas desit vitæ, tumultum carminũ appellans: Eas verò laudationes, & preces, quæ sono interioris deuotionis non sunt concordes, cantica lyræ nũcupans. Psaltes ille Regius Dauid horum, quæ ad perfectã orationem necessaria sunt optime conscius, in Psalmo 65. hæc tria indicãs, ait: *b Ad ipsum*, scilicet Deũ *ore meo clamaui*, en primum, *Et exultaui sub lingua mea*: Liceat mihi hac vti lectione, qua visus est, & S. Gregor. Papa in fine libri primi expositionis in primum librum Regum, tametsi verior lectio, iuxta originalia habeat: *Et exaltaui.*

Similе. *Oratio perfecta deuotione minoriorem, & bonitatē vitæ habetannexam.*

a Amos 5. 23.

b Psal. 65. 17.

Gre. Pap.

Porrò in his verbis, *Et exultaui sub lingua mea*, indicat secũdum, sine quo primum nil virium habet, exultationem interioris deuotionis: Quia verò neutrum illorum duorum rectè fieri potest, vel quidquam valet, ni simul adsit & tertium, idcirco adiecit: *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus*: ac si dicat: Ni simul & vitæ sanctitas ita cum prædictis duobus adsit, vt nedũ extrinsecus nil in me appareat, quod prauitatem redoleat; sed nec in penetralib. cordis mei quicquã ipsemet aspexerim iniquitatis, oratio mea Domino haud erit accepta, & grata. Cum hæc ita se habeant, celebrans cælestis sponsus in hac sententia piæ animæ orationem illustriori encomio, quàm celebrarat supra in vers. 3. hisce omnib. trib. eam constare significat, ac perfectissimo modo singula in illa esse, simulque inuicem connexa demõstrat; id autem efficit, illummet seruans ordinem, quem in præcitata sententia seruauit & Dauid. Quod enim is dixit: *Ad ipsum ore meo clamaui*; extrinsecum vocis sonum designans, multò efficacius spõsus expressit præclara admodum similitudine faui stillantis, dicens: *Fauus distillans labia tua*, non *fauus* simpliciter, sed *fauus distillans*. Enimuero fauus, si absque melle sit, nullius est pretii nullumve gustui profert commodum; nullum saporem; cum è vestigio, si melle refertus sit, non modica eius habetur ratio: ipsumve, quo exuberat, mel distillans, ingentem pariter ex se profert dulcedinem. Sic & preces illæ, quæ labiis funduntur, si sine melle sint intrinsecę deuotionis, & sine mẽtis attentione nil à Deo æstimantur, nullamve ex se proferunt suauitatem, nullum & commodum, prout & Apostolus Paulus contestatus est; cum diceret: *c Si orem lingua, spiritus meus orat: mens autẽ mea sine fructu est*, idest si lingua tantum orem absque deuotione, & absque mentis attentione, spiritus meus, idest, flatus meus, vox mea tantum orat; at sine vlla dulcedine, sine vllo fructu: nam mens mea sine fructu est. *Quid ergo est?* idest. Quid ergo faciendum est? qualis debet esse oratio voce prolata, vt bona sit, & fructum afferens? *Orabo*, inquit, *spiritu orabo & mente*, idest orationem ipsam vocalem faciam cum deuotione, & mentis attentione: *Psallam spiritu, psallam & mente.*

DE ANIMA.

Oratio vocalis sine deuotione nil valet.

c 1. Cor. 14. 14.

Dicet aliquis, si fauus distillans est huiusmodi oratio, quæ & spiritu facta sit, & mente, cui nam ipsa distillat, quemve distillatione sua dulcedine reficit: Reficit, perfundit que voluptate, atque dulcedine sua Deum ipsum, in cuius os mel distillat interioris deuotionis: contestatum id habemus à Regio psalte in principio Psalmi 146. dũ, ad illiusmodi promouens orationem, ait: *d Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus, Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio*, idest suauis sit, & dulcis. Quam vero iucunda sit, quamve eadem Deo placeat in Psal. 68. egregia comparatione idem Dauid exprimere nititur, dicens; *e Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude, & placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas*, idest plusquam gratissima quælibet victima.

Oratio deuota stillat mel in os Dei.

d Ps. 146. 1.

e Psal. 68. 31.

Porrò, quia nullatenus anima dulcedinẽ in os Dei distillare potest per orationem suam, eademque Dominũ delectare, ni prius ipsamet in ea delectetur, dulcedinéque gustet illius, prout & supra ostẽsum est in vers. 3. idcirco necessario adiectum est: *Mel, & lac sub lingua tua*, siue enim per id, qd dicitur: *sub lingua*, cor intelligas, prout in prima litteræ expositione sumendum ostendi; siue palatũ, & guttur, quæ subtus lingua sita gustationis sensum perficiunt, per verba ista hoc designatur, qd pia anima prius ipsa gustum in corde suo, atque in se percipiat suauissimum in iis, quas fundit, precibus et tum dulcedinem, quàm ipsa gustat, in ipsũmet Deum refundat, distillans, tamquam è pleno fauo mel copiosum. Hunc gustum simplicius expressit Dauid, cũ verbis illis, *Ad ipsum ore meo clamaui*, adiecit: *Et exultaui sub lingua mea*: verbo exultaui maximam significans gustus oblectationem. Vnde & in alio Psalmo dicebat: *f Iucundum sit ei*, scilicet Deo, *eloquium meum: ego vero delectabor in Domino*; Ac si diceret: Vt labia mea ei sint fauus distillans, dabo operam, vt mel, & lac sit sub lingua mea; vt ipse delecter in Domino. Tametsi autem voces orationis sint obiectum potiùs auditus quam gustus, melli nihilominus distillato è fauo in os eas assimilauit; indicãs nimirum, quòd, sicut eæ sunt mel animæ orantis, & mel in ore, dum eas in ore habet: ita sibi pariter mel sunt ex illo eius ore stillatum in os suum, quia non tantùm ad suas admittutur aures, sed & ad os, atque adeo earum dulcedinem nedum auditu, sed & gustu percipiat quasi

Orationem suam delectaturus Deū delectari ipse prius debet in ea.

f Psa. 103. 34.

Oratio est Deo grata, quæ fit ab aña operibus simul & orationē suam Iesu Christo.

DE ANIMA. quaſi & ipſe quoque emiſſas ab anima orante voces illas in ſuo acceptas ore, per illud eas verſet, proferendo illas ſibimetipſi.

At id, quod ſanè piæ animæ orationem reddit & illuſtriorem, & Deo iucundiorem, illud eſt, qđ ipſamet anima, haſce effundẽs preces, & ſeipſam, & orationes pariter ſuas, a induit Dominum Ieſum Chriſtum, iuxta conſilium Apoſtoli ſuperiùs relatum, exhibens ſe ſimilem & interius, & exterius Chriſto Ieſu in iuſtitia, & ſanctitate; Nec non & ipſas, quas fundit preces, Patri ſimul, ac ſponſo offerens veluti indumento opertas meritis glorioſiſſimis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuper altare crucis ſe ipſum obtulit in holocauſtũ maxime omnium acceptabile, ad inſtar Iacob, b qui hædinis pellibus manus, collumque operuit; ſicque ea cooperta palpanda Iſaac obtulit patri. Hæc autem omnia modicis hiſce verbis, *Et odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris*: peregregie deſignata ſunt, ſiue enim veſtimenta accipiamus, quibus pia anima exornata compareat ante Dominum in perfecta oratione ſua, odor illorum in naribus Dei eſt ſicut odor thuris. i. ſicut odor Chriſti, qui de ſemetipſo ait in lib. Eccleſiaſtici: c *Ego quaſi λίβανος*, ideſt thus, *non inciſum vaporaui habitationem meam*: Ita nimirum d Chriſtum induta, vt vita illius manifeſtetur in ipſa; non ſecus ac veſtimenta, quæ extrinſecus operiunt corpus, manifeſtantur in corpore ipſo. Siue alia illa eiuſdem animæ ſumamus veſtimenta meritorum, quibus cooperta, & exornata vniuerſa bona illius opera, & in primis orationes cœleſti ſponſo proponit, & manifeſtat: odor pariter iſtorum veſtimentorum eius veriſſime dicitur ſicut odor thuris, illius nimirum thuris, quod ſuper altare crucis ad ignem ardentiſſimæ charitatis oblatum eſt in odorẽ ſuauitatis, meritorum Chriſti in cruce confixi.

a Epheſ. 4. 14.
b Gen. 27. 16.
c Eccl. 24. 21.
d 2. Cor. 4 10.

Quod ergo iuxta primam orationis piæ animæ commendationem in præſenti dicitur encomio, tale eſt.

PARAPHRASIS. Oratio tua, ô ſponſa, perfectiſſima eſt, & omnibus numeris abſoluta: quatenus enim voce profertur, inſtar faui mel mihi diſtillat prædulcis deuotionis, deuotæque attentionis, qua me voluptate perfundis: diſtillas autem mihi eam, quã tu prius vberius deguſtas in corde, & in ſpiritali palato, ac gutture tuo dulcedinem; propter quam dulcedinis deguſtationem iure optimo dici debet, *mel, & lac eſſe ſub lingua tua*. Quod verò me maxime allicit ad iſtas tuas exaudiendas preces, quoue maxime in illis oblector, *odor* eſt, quo & tu, illas fundẽs redoles in veſtimẽtis tuis: induta ſiquidem Dominum Ieſum Chriſtum, eius vitam, atque virtutes in te manifeſtans, odore fragras ſimili odori eiuſdem, qui thus illud eſt præſtantiſſimum, euaporãs habitationem ſuam: *odor* quoque, quo eædem tuæ redolent orationes in iis, quibus indutas, & coopertas eas mihi offers meritis, ſuauiſſimus mihi eſt ſicut odor Chriſti crucifixi, qui inſtar thuris fragrantiſſimi ſuper altare crucis ad ignem ardentiſſimæ charitatis oblatus eſt mihi in odorem ſuauitatis: Nec mirum: eius enim merita ſunt hæc orationum tuarum veſtimenta.

I. SENSVS ALTERA EXPLIC. *Orationis ſũt tres ſpecies vocalis mentalis et quæ fit per bona opera.*

Quòd ſi ſecundo modo hæc ſumpſerimus, vt dicta in encomium trium ſpecierum orationis vnius eiuſdemque piæ animæ, ſupponendum, tribus modis orare poſſe vnamquamque animam: vel voce extrinſecus prolata, quomodo oratur in Eccleſia ad exemplum Dauid Regis, dicentis: e *Septies in die laudem dixi tibi*: qualis eſt & omnis oratio vocalis: vel abſque vlla vocis exterioris prolatione, mẽ-

e Pſal. 118 164.

A te duntaxat meditando, & laudando Dominum, de qua in Pſalmo dicitur: f *Memor fui dierũ antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar, Expandi manus meas ad te*, ſcilicet orans: quæ oratio ab eo, qđ mente fit, oratio mentalis nuncupatur: Vel tertiò operatione, bene ſcilicet agendo ſecundum virtutes varias, qui in etiam bene agendo ea ipſa, quæ ad ipſa ſentem vitam tranſigendam neceſſaria ſunt, iuxta quod ab Apoſtolo dicitur in prima epiſtola ad Corinth. g *Siue mãducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, oĩa in gloriam Dei facite*, & in ea, quæ eſt ad Coloſſenſ. h *Omne quodcũque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti* B *facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipſum*, Vnde Baſilius hom. 2. in Iulittam colligit, à iuſtis quibuſque perfecte impleri id Domini præceptũ: i *Oportet ſemper orare, & nunquam deſiſtere*; Secundũ qđ & Paulus ait: K *Sine intermiſſione orate*, quia (vt bene aſſerit Beda in Lucam ſuper citatam Domini ſententiam) non deſiſtit orare, qui non deſiſtit bene agendo iuſtus eſſe.

DE ANIMA.
f Pſ. 142. 5
Orationis continua præceptũ quomodo impleatur.
g 1. Cor 10 31.
h Coloſ. 3 17.
i Luc. 18. 1
K 1. Theſ. 5 17.

Ex hoc igitur ſponſam ſuam commendans cæleſtis ſponſus, quòd hiſce tribus ſpeciebus orationis, interpolatis vicibus oret, ſicque continuatis precibus ſibi iuncta permaneat, ſingulas iſtarum orationum eius laudibus euehit, metaphoris, ac ſimilitudinibus peregregiis.

C Ac primò, orationem vocalem labiorum metaphora deſignans, vtpote labiis ipſis prolatam, appellat fauum diſtillantem: per quam faui ſtillãtis ſimilitudinem primò ſingularem iſtiuſmodi in eã confert laudem; quod quaſi ad os Domini fiat; ita vt quotquot profert voces, tot mellis ſtillas in dictum Dei os ſtillet; ideo quippe huiuſcemodi mellis dulcedine oblectatus ipſemet exclamat aliquãdo: l *Vox tua dulcis*, & m *Eloquium tuum dulce*.

Oratio vocalis q̃apte cõparetur fauo ſtillanti.
l Can. 2. 14
m Can. 4. 3

Quin etiam per eamdem ſimilitudinem & modum indicat, quo hęc diſtillatio in os Domini fiat largiter, & abundanter: is verò eſt, ſi oratio ipſa facta ſit in ſpiritu contribulato, & in animo contrito: n *Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpiciet*. D Nam ſicut ad hoc, vt fauus diſtillet mellis copiam operæpretium eſt, vt comprimatur; Ita ad hoc, vt fauus precum labiorum mellis dulcedinem in Dei os ſtillet, neceſſe eſt, vt compreſſus ſit vel per contritionem, vel per tribulationem aliquam; atque adeo bene oratio pſertim vocalis dicta eſt fauus ſtillans; quia tunc maxime quælibet anima iuſti illam profert, cũ tribulatione aliqua premitur, iuxta illud: o *Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me*, p & *In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meã, & clamor meus in conſpectu eius*, quod millies repetitum inuenies in ſacris litteris.

Oratio ea dulcis Deo quæ fit corde contrito & contribulato.
n Pſ. 50. 19
Simile.
o Pſ. 119. 1
p Pſ. 17. 7.

E Extollit deinde ſecundam orationis ſpeciẽ, aptiſſimo ſanè nomine eam deſcribens ſimul, ac laudans his verbis; *Mel, & lac ſub lingua tua*. Orationem mentalem eam deſignans eſſe, quæ haudquaquam lingua, & labiis promitur, æque ac vocalis, atque quæ ſub ſilẽtio fit, promiturque ſub lingua, corde nimirum, & ſummo guſtu animæ orantis. Ponderãtes autem exactius verba iſta, *Mel, & lac ſub lingua tua*; plura comperiuntur per ea ſignificari, quæ in præſtantiſſimas iſtius mentalis orationis laudes redundent.

Ac primò perbelle pręcipua eius proprietas ſubindicatur, quæ in eo ſita eſt, quòd myſterium, in cuius contemplatione guſtus animæ exhibetur, haud

Oratio mẽtalis eſt cõſeruatrix

DE ANIMA.

haud illico pertransit; sed in illo ipsa diutius detinetur anima orans: quodve gustus ille, qui ex deuota oratione vocali percipitur, per eamdẽ orationem mentalem animæ conseruatur: Videtur namque verbis hisce sponsus alludere ad id; quod à quibusdam effici solet, qui, cum prædulce aliquid gustu perceperint, haud illicò id deglutiũt; sed quò magis in prægustata oblectẽtur dulcedine, in ore id versant, tenentq; quàm diutius possunt sub lingua, vbi vis posita est gustus.

gustus qui percipitur e studio orationis, & cõtẽplationis Allusio.

Significatur secundò excellentia huius orationis mentalis super orationem vocalem, eaque ex triplici capite. Primò, ex maiori, quam continet, dulcedine: Secundò, ex eo quòd cibo vnicuique congruenti nutriat, ac reficiat: Ac tertiò, ex eo qđ animum à terrenis hisce abstrahat ad cælestia.

Orationis mẽtalis pręstãtia super oratione vocali.

Quoad primum: Notãda diuersitas laudis eius, quæ in orationem vocalem collata est, in prima huius encomii parte; & istius, quæ in hac secũda parte confertur in orationem mẽtalem: illa siquidem cõparata est fauo, ex quo aliquæ mellis distillent guttæ; isti verò mel, & lac simpliciter tribuitur, *Mel, & lac sub lingua tua*, ex ipsa namque haud iã quædam mellis guttæ distillant; at maxima ei inest dulcedinis mellis, atque lactis copia, maximæ & delectationes, quod quam verè dictũ sit, ex iis patet, quæ idemmet Dominus apud Isaiam significauit, dicens; *a Adducam eos in montem sanctum meum* (meditationis nimirum) *& lætificabo eos in domo orationis meæ*. Quarum delectationum abundantiam explicare sacræ litteræ solent aliquando sub metaphora torrẽtis voluptatis, vt Psa mo. 35. *b Torrente voluptatis tuæ potabis eos*: & nonnunquã etiam sub metaphora fluminis, ac torrentis mellis atque lactis, vt in libro Iob *c* de impio: *Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri*, quod est ipsius lactis pinguedo.

In oratione mẽtali quã ingẽs sit copia dulcedinis.

a Isai. 56. 7

b Psa. 35. 9

c Iob 20. 17.

Quoad secundum: Non tantum mel, sed & lac dicitur esse in oratione mentali: quia ex ipsa non modo habentur dulcedines gustus, ac delectationes spiritus; at insuper cibamur lacte, quo nutrimur in vita spirituali, q̃ sita est in calore charitatis, prout vita corporea sita est in calore naturali, qui p̃ sensibiles cibos & augetur, & conseruatur. Porrò cibus, quo in anima augetur, & conseruatur charitatis calor, & vita ipsa, meditatio est diuinorũ operum, contemplatio Dei, & cõsideratio cælestium mysteriorum, prout aliàs exinde probatum est, q̃ in libro Tobiæ Angelus Raphael dixit: *d Ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor*, Dei nimirum contemplatione. Bene autẽ spiritualis iste cibus, qui in oratione mentali exhibetur, nomine lactis potius, quàm alterius liquoris, aut cibi significatũ est; vt persuasi per hoc redderemur, cibum istum esse talem, qui ab vniuersis hominibus, siue sint in vita spirituali incipientes, siue sint proficientes, siue perfecti, comedi possit: hoc namque ex omnibus cibis, quibus homines vesci solent, vnius duntaxat lactis propriũ est (vt alias quoque est ponderatum) quòd & infantes, & iuniores, & senes illud comedere, & bibere queunt, cunctisque nutrimento est, Vnde forsitan factum est: vt, cum Deus populo Israelitico polliceretur sæpius dare terram deliciis, ac perfectissimorum ciborum copia abundantem, terram fluẽtem melle, & lacte eam nuncuparit, per mellis nomen delicias innuens; per lac verò cibos suauissimos, atque perfectos.

Per orationẽ mẽtalẽ nedũ delectamur, sed & nutrimur.

d Tob. 12. 19.

Quoad tertium, per hoc ipsum, quòd vnà cum melle adiectum est & lac, designatum est, orationem mentalem nedum præbere piæ animæ delicias, & cibum, quo in vita sustentetur spirituali, verum etiam cibum huiusce modi præbere, qui vim habeat inducendi dulcissimum soporem ecstasis, eleuans animam à sensibilibus, & terrenis ad cælestia: lac siquidem talem habere vim inducendi soporem, præterquam apud eos, qui de qualitatibus rerum naturalium tractãt, pro indubitato habetur, colligitur etiam ex libro Iudicum loco sæpius citato, *e* vbi Iahel dicitur, lacte soporatum reddidisse Sisaram.

Oratio mẽtalis inducit ecstasim

e Iud. 4. 20

Tertiam vltimo loco, cælestis spõsus laudibus celebrat orationis speciẽ, qua pia anima bene operando orat, dicens; *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*. Circa quæ verba, primo notandũ, quàm congrue in hoc orationis encomio tertiam hanc ipsius speciem sub vestimentorũ metaphora designarit, idque postquam dixit: *Mel, & lac sub lingua tua*. Enimuero, quia cælestis encomiastes id maxime intendit, vt certiorem vnumquẽque redderet, per ipsam vnam orationem, cuius encomiũ hic contexitur, omne id præstari, quod animæ necessarium sit ad vitam spiritualem bene degendã; cum ex tribus, quæ necessaria existunt ad transigẽdam vitam corpoream, cibus, delectatio, ac vestimentum, duo prima per eam exhiberi ostendisset, cum dixit, *Mel, & lac sub lingua tua*, vt explicatũ est: ne quis existimaret, tertium per ipsam minime præstari, atque adeo verendum, ne animæ, quæ dedita est orationi, calor charitatis extinguatur, aut saltem debilitetur ob frigus tepiditatis, atque peccati, seu ob æstus vehementiores concupiscentiæ, quæ ambo arcentur per indumẽta extrinsecus ambientia corpus, aut animam: idcirco hanc tertiam orationis speciem, quæ virtutum operatione perficitur, vestimenta nuncupat.

Orationi dedita in ea hẽt quicqd necessariũ est ad vitã spiritualẽ.

Porrò quod virtutum operationes vestimenta sint piæ animæ, ab Apostolo Paulo contestatũ habemus in Epistola ad Coloss, vbi ait: *f Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiã supportantes inuicem, & donantes vobis metipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos, super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis*. Et, si vnico verbo volumus scire, quis sit ornatus vestimentorum piæ animæ, quæ sponsa Dei est, ipsa est subiectio, & obedientia; quia illa spõso suo subiecta est Deo, obtemperans mandatis illius, prout colligitur ex hisce Petri verbis: *g Mulieres subditæ sint viris suis: quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorũ cultus: Sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples, Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo ornabant se subiectæ propriis viris*, &c. Ne quis autem ambigeret, vestimenta ista esse pariter orationem, sicut est & vocalis, & mentalis; easdemque habere vires, egregie dixit: *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*. Quis. n. ignorer, thus in sacris litteris symbolum esse orationis? sicut odorem thuris ait esse odorem horũ vestimentorum; vt innuat, illam haud quãlibet esse orationẽ ordinariam, quales multæ à nobis fieri solent, quarũ fragrantia nulla est: at esse ex earum numero, q̃ in odorẽ suauitatis vsq. ad celsissimum Dei thronũ instar thuris ascẽdit, qualẽ suã orationẽ esse optabat Dauid, cũ diceret: *h Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Quidni verò bona piæ aïæ opera, sanctarũq; virtutum actus, & diuinorũ mandatorũ obseruatio in odorẽ suauitatis instar incensi eleuentur ad Dominum, clamorem

Vestimẽta aiæ sũt virtutũ opera et inprimis subiectio, et obedientia.

f Col. 3. 12.

g 1. Petr. 3 3.

Virtutũ operationes sũt oratio efficacissima.

h Ps. 140. 2

DE ANIMA.

remq. suum instar efficacissimæ orationis in Dei aures immittant? si de prauis operibus, pessimisve Sodomorum sceleribus dictum ab ipsomet Domino reperimus in libro Genesis: *a Clamor Sodomorum, & Gomorrhaeorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis: Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint*: & Angeli paulò inferius ad Loth dixerint *b Delebimus locũ istum, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino*: Et, si sanguis per homicidij scelus effusus, propriam habet vocem, qua de terra clamet ad Deũ, ipsomet Domino id cõtestante, atque dicente: *c Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*: cur non & virtutum actibus vox tribuatur, qua instar orationis clament ad Dominũ? Sanè apud Principes mũdi vt plurimum plus vocis habent iuges ministrorum famulatus, sedula, exacta, grataque obsequia operibus præstita, quã supplices, quæque petitiones: hinc fit, vt si quando hisce, quæ talia eis exhibuerint obsequia, aliqua ingruerit persecutio, & tribulatio, tametsi ij nil petierint, illico ei opem ferant: quin & sæpius, cũ plures ab alijs sibi porrecti sint libelli supplices, vt aliquid eis conferant vel honoris, vel census, vel dignitatis, obsequia & famulatus istorum potius exaudiunt; tametsi ij nil voce flagitent, nullumve dederint libellum supplicem: quia nimirũ ea ipsa eorum opera, in sui obsequium ab illis exhibita, efficacius orant, & clamant apud ipsos, qui gratitudinem præseferre student in singulos. Idipsum moris etiam apud cælestem Principem, ac Dominum dominãtium esse, compertum optime habuit Dauid aliquando, ideo absque vlla particulari petitione, absque alio libello supplici dicebat: *d Exaudi Domine iustitiam meam*, quæ. s. sita est in mandatorum tuorum obseruatione, & in bonis operib. quib. tibi iugiter inseruire conatus sum; ac pro certo habens, iustitiam istã esse efficacissimam orationẽ, subdit statim, *Intẽde deprecationẽ meam. Auribus percipe orationẽ meã non in labiis dolosis*. i. non eam orationẽ, quam labia proferunt, quæ plerumque in ipsomet actu orandi dolosa existunt, quando laudem in te conferunt, cum cor orantis longe est à te, sed orationem istam, quam ipsa iustitia mea profert, per quã iustitiam cor meũ tibi ex intima inseruit charitate.

Bene igitur piæ animæ, quæ huiuscemodi iustitia Deo inseruit, atq. indumentis virtutum, & bonorum operum vestita ante Deum adstat, ab ipso, qui eius est sponsus, dr, *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*: sicut odor efficacissimæ orationis. Et quidem quod primũ illud vestimenti genus ab Apostolo numeratũ, videlicet misericordiæ odorẽ redoleat thuris, aperte habetur in lib. Ecclesiastici, vbi Sapiens ille dicit, *e Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo*. Quodq. & præstantissimũ illud subiectionis & obedientiæ vestimentum assignatum sponsæ à Petro Apostolo, eundẽ pariter redoleat thuris odorem, vimq. habeat orationis item efficacissimæ, colligitur non obscurè ex iis Psalmi verbis, *f Subditus esto Domino, & ora eum*, quib. Propheta regius insignẽ istum orationis modũ edocens piã aĩam, quasi quid tale dicere vr: subditus esto Domino per veram resignationem, & obtẽperans mãdatis eius: hacq. subiectione, & humili obediẽtia absq. aliis precib. ora ipsummet Deũ. Quam verò efficax iste sit orãdi modus, expressit in præcedentib. verbis, cum dixit, *g Reuela Domino viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet*. i. si reuelaueris Domino viã tuam, si coram Dño, & in conspectu illius te exhibueris decurrẽtem viam mandatorum ipsius atq. virtutis: si tuã in eum spem aliis ostenderis; tametsi nullũ aliud adhibeas orationis genus, quo ipsum vel externa, vel interna depreceris voce: ipse nihilominus faciet, illud. s. omne, quod tibi petendum ab eo esset. Quare tã promptè faciet? nisi quia ipsamet reuelatio prædicta, spesq. sibi exhibita, odorẽ ei redoleat thuris, sitq. oratio efficacissima? vnde postmodũ illico subiectum est, *subditus esto Domino, & ora eum*: eo sensu, quẽ explicaui. Quod deniq. istud vltimum orandi genus, quo indumenta virtutũ, actusve ipsarum virtutum exorãt; tametsi vltimũ collocatum in hoc, quod exponimus orationis encomio, primas inter oẽs orationis species tenere dicendũ sit, saltem quoad suauitatis fragrantiã in naribus Dei, & quoad efficaciã, exinde non incongrue deduci, probariq. põt, quòd quando in sacris litteris tribuitur excellens aliquod eximiũ, atq. arduum effectum orationi, ei potissimum tribuitur orationi, quæ fit facta per exhibitionẽ alicuius actus virtutis: sic in lib. Ecclesiastici dicitur, *h Oratio humiliantis se, nubes penetrabit*: vbi quod per nomẽ orationis intelligi debeat ipsemet humiliationis actus, colligitur ex his, quæ paulo post subiecta sunt, verbis hisce, *Et donec propinquet, non cõsolabitur*. i. nõ admittet consolatiõẽ. *Et non discedet, donec Altissimus aspiciat*: vbi notandum, q̃ nõ dr, donec Altissimus audiat, prout dicẽdũ fuisset, si sermo esset de oõne, quæ voce pfertur interna, vel externa, sed, *donec Altissimus aspiciat*. Enimuero haud vox est, q̃ aspicit, sed actus ipse humilitatis, quem humilians semetipsum diuinis exhibet oculis. Iacobus quoq. Apostolus *i* admonens fideles, vt cum *quis infirmatur*, inducant *presbyteros Ecclesiæ*, qui *orent super eum, vngentes illum oleo in nomine Domini*: cum insignes postmodum, atque sublimes enumerat effectus orationis, haudquaquam eos tribuit orationi illi peculiari, quæ voce profertur, sed potissimũ alii huic orationis speciei, quæ actu exhibetur virtutis; atque ipsum fidei actum orationis nomine exprimens, ait: *k Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei*, quanquam enim cõmuni expositorum sententia per orationem fidei eo loco orationem fidelem intelligi sciam, eam. s. quæ fidem coniunctam habeat, quando profertur voce: aptissime nihilominus actum fidei potius intelligẽdum, mihi persuadeo ex eo, quod & Dominus noster in Euangelio secundum Marcum, cum de oratione agit, qua quidpiam à Deo petendũ est cum fide, primum illud aliud proponit, docetque orationis genus, quod Iacobus orationem fidei appellat, quodve, cum in ipso actu fidei situm sit, absque expressa alia petitione efficacissimum est inter omnes orationis species, sic enim ait: *l Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicunq. dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunq. dixerit fiat, fiet ei*. & subdens de oratione, addit: *Propterea dico vobis, quodcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis*. Ponderanda sunt prima illa verba, *Quicunque dixerit huic monti, Tollere, &c.* per ea siquidem actus exprimitur fidei, imperantis monti, vt tollatur, non petitio à Deo, vt montẽ tollat: quamuis in eo actu fidei ob oculos sibi propositio orationem aspiciat Deus, non eam, quæ voce promitur, sed eam, quæ exhibetur virtutũ actibus, de quibus nunc dicitur: *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*.

Itaque in encomio isto Deus exinde piam animam commendans, quod iugi instar fidelissimæ

Vu sponsæ

Marginalia (left): a Gene.18. 20. — b Gen.19. 13. — c Ge.4.10. — Simile. — d Psl.16.1. — e Eccl.29. 18. — *Obedientia Deo exhibita est oratio efficacissima.* — f Psl.36.7. — g Psl.36.5.

Marginalia (right): DE ANIMA. — *Oratio, quæ fit per bona opera, primas tenet inter species orationis.* — h Eccli.35. 21. — *Humilitatis actus est oratio efficacissima.* — i Iac.5.15. — *Fidei actus est oratio efficacissima.* — k Iac.5.15. — l Mar.11.22

Digitized by Google

DE ANIMA. sponsæ sibi iuncta sit oratione, quæ ob conditionē præsentis status tribus modis variatur: singulos istorum modorū breuiter verbis hisce commendare uidetur.

Cum preces labiis effundis, quasi *labia ipsa tua* sint *fauus* ad os meum appositus, suauissimam mihi exhibes dulcedinē in singulis uocibus ijs, quas instar mellis è fauo isto tuo in meum distillas os: idque tunc largius stillas, cū in spiritu contribulato, & in animo contrito, quasi fauum comprimens, tuas fundis orationes. Multò autem præstantius, multòque suauius mihi iuncta es, quādo alia ratione oras in silentio, absque vllo labiorum motu, sub lingua deprecans in corde, summoque contēplationis gustu: tunc sanè *mel & lac* abscondis *sub lingua tua*, haud illicò perceptā deglutiens dulcedinē; at, quā degustare cępisti, diutius per os mentis versare satagens. Tunc non iā habes stillas duntaxat mellis; at thesauros mellis, & lactis, torrentes voluptatum. Nec dulcedinis tantū gustus ꝑ mel designatus exhibetur tibi in mentali hac oratione; at & cib. lactis infirmitati tuæ apprimè idoneus, quo & nutritur, & augetur in te vitalis calor charitatis: quove plerūq. in soporem ecstasis inducta à terrenis hisce abstraheris ad cęlestia. Neque verò timendum, ne cum orationi vacas, frigore tepiditatis, aut peccati cuiuspiam, vel æstu concupiscentiæ offendaris, quasi nuda existens: habes siquidem vestimenta, quibus & contegeris, & exornaris virtutum habitus, atq. actus, & subiectionē in primis, atq. obedientiam, qua mihi sponso tuo subiecta, singulis meis parere studes mādatis: quę sanè vestimenta tua & ipsa vim habent orationis efficacissimæ; *odor* namq. illorum est *sicut odor thuris*, quod super aureum altare incensum vsque ad cōspectum meum eleuatur in odorem suauitatis, directa nimirū & hac oratione, sicut & incensum illud in conspectu meo tunc, cum singulos eorum actuum conspicio.

II. SENS. PRINC. Vt alter ille sensus principalis, quem secūdo loco attuli in prima litteræ expositione, ad spiritum reducatur, apteturque ad piam animam: Supponēdum id, quod supra ponderatum est in exposit. 3. illorum verborum vers. 3. huius capitis, *sicut vitta coccinea labia tua*; sub labiorum metaphora in sacris litteris designari solitam orationem, non tam ob id, quòd labiis proferatur, cum alioqui pleræque sint orationes, eæq. præstātissimæ, quæ absq; labiorū prolatione promuntur, quàm ob id, quod per hanc labiorum metaphoram subinnuitur quędam mutua, ac reciproca communicatio spiritus inter Deum, atque animam orantem, quatenus labiis osculum suscipitur, iisdemque etiam osculum exhibetur, ac per dicta oscula reciproca fit communicatio spiritus, quæ est præcipuus ipsius orationis effectus, & in qua præstantior sita est illius excellentia.

Pag. 557.

In oratione deuota fit mutua cōmunicatio spiritus inter Deum, & aiam.

Hoc supposito, subtilissimè profectò cælestis sponsus debitam hanc, reciprocamq. communicationem spiritus a sancta illa anima, quæ sponsa eius est, efflagitans, atque ad spiritale osculum eandem inuitans, ait: *Fauus distillans labia tua: Mel, & lac sub lingua tua.* Dum enim eius labia, quæ ipsum osculantur, fauo distillanti comparat, subdit, sub lingua eius esse item mel, & lac, id indicat, cuius maxima habēda est ratio in materia orationis, & reciprocę cōicationis spiritus; nimirum per orationis osculū Deo impressum eatenus cōicari spiritum ab anima eidem Deo, quatenus per præcedens Dei osculū diffusa est gratia in labiis animæ, quibus id Deus impressit. Hinc est, quod aia ipsa, cui optime hæc comperta erāt, in principio huius Cantici antequam vllum proferret verbum significauit, se præ vniuersis rebus exoptare præueniēs istud Dei osculū, illudve efflagitans, dixit: *a Osculetur me osculo oris sui*, quinimò, postquam diuina hac dignata est gratia, per osculum, quod ab illo in suis suscepit labiis, eam in eisdem labiis suis suscepit & gratiam, eum & spiritum distillandæ orationis; vt vnà cum Regio Psalte dixerit: *b Immisit in os meum canticum nouum*: en spiritum a Deo susceptū, vt oraret: addit postmodum quo suceptum istum spiritum mutua reciprocatione labiis ipsis suis, oratione sua illi osculum imprimendo cōicarit, dicens, *carmen Deo nostro*, id est, canticum, quod ipso orandi actu, vt suauissimū carmen Deo redderetur: quodve per labia Deum osculantia, tanquam per fauum instar mellis distillaret in osculatū Dei os. Quanam verò ratione cōparādo labia sponsæ ad fauum stillātem, hæc subindicat? per id, quod non fauo simplici, sed fauo stillanti mel ea cōparauit labia, & orationes. Porrò, si mellis eius, quod fauus distillat, naturam consideremus, inueniemus, id è cęlo profluere: quamquam enim apes videantur esse, quæ illud intra fauos efficiunt; re vera tamen apes deferunt potius, quod è cęlis super folia, & flores defluxū ore intra suos condiderint ventres, e quibus id postmodū intra fauos euomunt; cuius rei testis est Aristot. lib. 5. de historia animal. c. 22. Plin. lib. 11. cap. 12. & Galen. lib. 3. de alimentorum facultatibus: Mel autem (inquit Aristoteles) non ipsas facere apes, sed rorem cadentem deferre, argumento est, quod vno, aut altero die cellas melle completas inueniant apiarii. Item autumno mel postquam detractum est, non reparatur: cum tamen illo etiam tempore flores proueniant. Sublato itaque melle, & cibo aut nullo, aut exiguo extante, repererent certè apes munus mellis conficiendi, si ex floribus possent accipere. Et Plinius, Mel, ait, ex aere venit, siue ille est cęli sudor, siue quædam siderum saliua, siue purgantis se aeris succus: vtinam esset & purus, ac liquidus, & suæ naturæ, qualis defluit primò. Nunc verò, è tanta cadens altitudine, multumq., dum venit, sordescens, & obuio terræ halitu infectus. Preterea à fronde, & pabulis potus, & in vtriculos congestus apum: ore. n. euomunt. Ad hæc, succo florum corruptus, & alueis maceratus, totiesq. mutatus, magnam tamen cælestis naturæ voluptatem affert. Ibi optimus semper, vbi optimorum doliolis florum conditur. Sicut igitur fauus distillans, illud distillat mel, quod è cælis defluxu in ipsum delatum est: ita & labia piæ animę, eiusdemq. orationes, quibus Deum sponsum suū ea osculatur, dulcissimū in osculatū à se Dei os stillant mel spiritus, atque gratiæ ipsis suis precibus diffusæ; quod sanè mel è cælesti, ac diuino ore effusum prius accepit: *c Effundam* enim dicit Dominus apud Zachariam Prophetam, *super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & precum*: Effusum autem spiritum istum è diuino ore in labiis suis, intra abdita cordis ita conseruat aia, vt cor iugiter eum linguæ promptum exhibeat congruētissimè, ideoq. ei dr: *Mel, & lac sub lingua tua*: mellis, ac lactis nominibus eximia prædicti spiritus dulcedine, ingentiq. eiusdē dulcedinis copia designata. Istam dulcedinem in effusione spiritus vnà cum oratione, atq. etiam cum ipsomet orantis corde nedū stillare, sed & largius ab osculantibus labiis effundi, eæ contestantur loquendi formulæ, quibus in sacris litteris orantes aiæ aliquando dicunt: *d Effundo in conspectu eius oratio-*

a Cant. 1. 1.

b Ps. 39. 4.

Oratiōe deuota pia anima suscepta à Deo spiritū stillat in os eiusdē Dei per osculū spirituale.

Mel è cælo defluit.

Aristotel.

Plinius.

c Zac. 12.

d Ps. 141. 3

DE ANIMA

ctationem meam, a *Effudi in me animam meam*, A &, b *Effundite coram illo corda vestra*.

a Ps. 41. 5.
b Ps. 61. 9.

Spiritus, qui effunditur in oratione quòd dicatur mel & lac. Labia Dei dũ deuotã animã osculantur, explent vberũ munus.

Mel, & lac dicitur idem spiritus: mel, quia dulcissimus è cælo delatus instar mellis in fauum: lac quia substantiosus, vt ita dicam, & nutritiuus, atque adeo instar lactis ex osculo Domini exhibitus. Enimuero ea est labiorum Dei conditio, dum piam animam meditationi vacantem osculantur; vt, & instar vberum se habeant, vberum munus p̃stent, prout & ora auium idipsum efficere conspicimus, & loco vberum se habere, atque vberũ munus explere erga pullos suos: atque adeo congruẽter ipsamet sponsa in principio huius Cãtici osculum oris Dei, simul ac vbera eiusdem efflagitans, dixit, c *Osculetur me osculo oris sui; quia meliora sunt vbera tua vino*. & Deus apud Oseam Prophetam, spiritum, de quo nũc est sermo, quẽ per osculum exhibet, quasi lac pollicetur, vt notat Hieronymus super Oseæ verbis hisce: d *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*: per quam locutionem ad cor, osculum ipsum designari, ostensum est supra expositione tertia citatorum verborum, *Osculetur me osculo oris sui*: Supposito igitur, quòd Deus piam animã sponsam suam tunc potissimum temporis, quando ea cum ipso manet, contemplationi indulgens, illam osculatus sit osculo oris sui, iuxta eius desiderium ac per huiuscemodi osculum in os eius effuderit spiritum gratiæ, atque precum, è cuius spiritus fonte dulces ex eius corde emanant precum voces per linguam, atque per labia non carnalia modo, sed & spiritalia prolatæ; quod hic dicitur tale est.

c Cãt. 1. 2.
Hierony.
d Os. 2. 14.
Pag. 10. E

PARAPHRASIS.

E thesauro cordis tui, sponsa, subministratum, promptumque habes sub lingua tua, quem ex proueniẽte osculo meo copiosum suscepisti, spiritum instar mellis dulcissimum, instarq; lactis substãtiosum. Accede ergo tu modò ad me, veniens mecum ad montem myrrhæ, & collẽ thuris per studium meditationis, & orationis, tuq; da & mihi amabò in oratione tua osculum: *labia* siquidẽ ipsa *tua*, tuæque, orationis quibus osculum mihi imprimes, erunt *fauus distillans*, vtpote quæ, instar faui mel distillantis, quod è cælo in ipsum delatum est, melleum è cælis in se diffusum spiritum precũ cum tuo coniunctum animo in meum distillabũt os, dum in affectuosis, quas promes, vocibus cor tuum in me effundes.

Quod adiectum est, *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*, seu, *sicut odor Libani*, duobus modis iuxta hunc sensũ accipi potest. Vel vt eodẽ modo dictum, quo præcedentia: *Fauus distillans*, &c. vt denotans aliud effectum consequens præsuppositum osculum oris Dei, quod præcedit osculũ animæ, ori diuino impressum; ita vt duplex in hoc versu significetur reciproca communicatio inter Deum, atque animam eius sponsam, ambas in studio meditationis, seu per studium meditationis præstitas; alteram spiritus, quæ explicata est in primis iis verbis, *Fauus distillans*, &c. vt visũ est; alteram verò odoris, atque fragrantiæ sanctitatis, quæ in hisce exprimitur, *Et odor*, &c. Enimuero, si bene recolimus, quando in principio huius Cantici sponsa efflagitans osculum, atq. vbera Dei dilecti sui, dixit: e *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino*: persuasum habens, qd in ipso Dei osculo talis in os suum effundendus esset spiritus, qui & instar mellis dulcissimus, & instar lactis maximæ esset substantiæ, vt iam iam declaratum est; adiecit illicò hæc verba: f *Fragrantia vnguentis optimis, oleum effusum nomen tuũ*: quibus significauit, se ex illo osculo, seu per accessum

e Cãt. 1. 2.
In oratione deuota fit mutua exhibitio odoris à dilectis inter Deũ atq. animã sese osculãtes.
f Cãt. 1. 3.

DE ANIMA.

Dei ad ipsam, eo osculo insuper contracturam ab illo odorem sanctitatis diuinæ: quãdoquidem ipsius labia, quib. osculũ sibi imprimeretur, & quib. lactaretur æq; ac vberib. fragrãtiora essent vnguẽtis optimis; &, qd maius est, is esset ipsemet odor sanctitatis, atq. adeo oleum, & vnguentum effusũ iure optimo nominaretur: certum est. n. vnguentũ effusum odorem impertiri omnibus, quæ tetigerit. Nũc ergo sanctitatis odorem reciproca cõmunicatione ab aĩa osculante ipsum per affectuosas orationes sibi pariter exhibendum in interioris, & exterioris vitę sanctitate, asserit Deus verbis hisce: *Et odor vestimẽtorum tuorum sicut odor thuris*: Siquidem anima, quæ eo peruenit, vt præexposito modo & à Deo osculata sit in studio meditationis, B & tales coram Deo effuderit preces, vt per orationes ipsas suas illum osculata sit, habet certè vestimenta, quæ eius exhibeat oculis, Iesum Christũ cui & in interiori, & in exteriori habitu similem se studet exhibere: quæ odorem sanè illi referunt similem odori thuris, quod ipsius Dei symbolũ esse ostendi; similem, inquam, odori sanctitatis eius quam ex illo contraxit, æque ac si dicatur,

PARAPHRASIS.

Habens *mel, & lac sub lingua tua*, Spiritum gratiæ, à me per meum osculum tibi effusum, Si & tu pariter me fueris osculata, *labia* ipsa *tua fauus* mihi erunt *distillans* in os meum dulcissimum mel precum tuarum: simulque accedens ad me osculãdum, odore me recreabis sanctitatis tuæ eo, quẽ C ex me contraxisti, cum te deoscularer: *odor* siquidem *vestimentorum tuorum*, habitus vitæ tuæ secundum virtutem, erit *sicut odor thuris*, sicut odor sanctitatis meæ: induta namq. Iesum Christũ filiũ meum eas illius, quas meditaris virtutes, & quã tibi ipse impertitus sum diuinæ sanctitatis fragrantiam, in meas refundes nares in odorem suauitatis eo ipso tpe, quo me tuis osculaberis precibus.

Oratione deuotã cõfert Deus aĩa odorem perfectæ sanctitatis.

Possunt secundò hæc ipsa verba accipi nõ vt denotantia effectũ cõsequẽs osculũ Dei, & cõcomitãs osculũ piæ aĩæ, vt explicatũ est, sed vt denotãtia effectũ cõsequẽs osculum, quod pia aĩa oratione sua impresserit in os Dei; obtẽtam. f. seu præstitã à Deo perfectã sanctitatẽ ob osculũ precib. ei D exhibitũ. Hic aũt sensus cõfirmari pōt ex duobus Sacrę Scripturę locis. Primò ex illo Genesis, è quo in prima exposit. sensus iste, etiã secũdũ litteræ sonum desumptus est: ibi. n. hæc verba habentur; g *Accessit Iacob, & osculatus est Isaac patrẽ suũ, statimque vt sensit Isaac vestimentorum Iacob fragrantiã, benedicẽs illi, ait, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*: In his etenim verbis apparet, odorem Iacob factũ similem odori agri pleni, postq̃ is, exhibito patri osculo, benedictus est à patre ipso suo, à Domino hac ipsa benedictione odoris agri pleni collata vestimentis illius: quẽ odorẽ in ipsomet benedictionis actu iam fragrãtẽ Isaac sensisse, indicant ea verba, *Statimq; vt sensit vestimentorum eius fragrantiam*; E in quib. aduerbium vt, haudquaquam sumẽdum tamquam significãs prioritatem, sed vt significans potius identitatẽ temporis: In hebræo non habetur; sic. n. legitur: *Et accessit, & osculatus est eum, Et odoratus est odorem vestimentorum eius, & benedixit eum, & dixit*, &c. Vt sensus sit: Accessit Iacob, & osculatus est Isaac patrem: Isaac autem & sensit odorem vestimentorum filii osculantis se, & simul benedixit: *Ecce odor*, &c. Non benedixit, quia sensit odorem, sed benedicens, sensit odorem: Quod, tametsi iuxta corticem litterę aliquantulum durius dictũ videatur; tñ iuxta sẽsũ spiritus re vera ita se res hẽt: Prius. n. pia aĩa osculata iam à Deo in studio meditationis

g Gen. 27. 27.

DE ANIMA.

ditationis per eas, quas promit preces, accedit, & ipsum vicissim exosculatur Deū, vt explicatū sępius est: Tum propter preces ipsas, quibus labia eius, instar faui distillant mellis dulcedinē in os Dei, Deus hanc ipsi cōfert benedictionē, *Ecce odor filii mei*, sponsæq; meæ, *sicut odor agri pleni*, & cū benedictione benedictionis confert effectum, gratias nimirū multiplicium virtutū, simulq. odorem sentit sanctitatis, ex collatis hisce virtutibus redolentis. Cōfirmantur hæc altero loco illo Psal.

a Psal. 44. 3

a *Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Quæ verba non inepte ad sponsam adaptat Ecclesia in officio B. Mariæ, & sanctarum Virginū, aliarumque mulierum, tametsi spōso proprie sint dicta Christo Dño. Quia namque diffusa est gratia in piæ animæ labiis, ita vt pp diffusam gratiā ipsæmet eius preces sint fauus distillans Deo, quē orans exosculatur, propterea benedicit illā Deus, quantū est ex parte sua in æternum, conferens ob ipsas eius preces illi prædictā multiplicium virtutū benedictionem. Porro, cū eæ virtutes sint vestiměta, quib. piā quāque aiam induē dam asserit Apostolus, prout supra ostēsum est, cōgruentissime sanè cælestis sponsus ait: *Et odor vestimentorū tuorum, sicut odor Libani*: indicans nimirum, simulq; promittens sponsæ, si secū tetenderit, accedensq; ad se per studiū contēplationis ipsum precib. suis fuerit osculata, ob ipsas eius preces tantas illi collaturū virtutum gratias, quantæ aromatū fragrantissimæ arbores, quanti suaueolētes & herbæ, & flores, & fructus in Libano sunt; ita vt *odor* istarum virtutū, quibus induetur, futurus sit *sicut odor* ipsius montis *Libani*. Neque verò hęc duo, quæ dixi, per hæc verba significari, sibi inuicē contraria censenda sunt: nā & per osculum Dei, quod præcedit effusas preces, sanctitas præstatur piæ aiæ, & ēt per ipsas preces consequenter exhibentur virtutum multiplicium gratiæ, quibus augetur eiusdem animæ sanctitas.

SENSVS BREVIS EXPLIC.

Vers. XI. Fauus distillans labia tua, sponsa; mel, & lac sub lingua tua; & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Virgo Maria.

Maria apis attrahens mel, cum oscularetur Christum.

SI Virginitatis symbolum apis est, prout manifeste asserit Ambrosius lib. 1. de Virginibus, deduciturque ex illius natura, qua iuxta Maronis dictum lib. 4. Georg.

Virgilius.

——nec concubitu indulgent; nec corpora segnes
In Venerem soluunt: aut fœtus nixibus edunt:

Qui Gloriosissimā Virginem Mariam virginitatis magistram apem dixerit, haud, sanè à veritate aberrabit: siquidem instar apis, quæ mel cæleste è floribus ore suo legit, & in sua condit interiora, & ipsa cælestem quandā diuini spiritus, cuius mel typus est, participationē è Christo Iesu, qui dixit:

a Can. 2. 1

a *Ego flos campi*: tunc potissimū verosimile est attraxisse, non minus quam Apostoli eumdē spiritū ex ipsa insufflatione eiusdem filii eius susceperūt, cum illum ad sua deferens vbera exoscularetur.

Porrò eam, quā tunc suxit mellis, ac diuinitatis participationē, sub lingua sua condidisse, vt promptā semper haberet ad illismet promendā labiis, qñ pro ijs, quorum patrociniū suscepisset, orationes effusura esset ad filiū Deum, & hominem, ipsemet exoratus ab illa filius eius, hisce testatur verbis: *Fauus distillans labia tua, sponsa, mel, & lac sub lingua tua*, Prosequitur namque & in hac sñia, qđ in superiori versu cęperat orationis eius encomiū; Trib, etenim medijs B. Virgo orationes suas, eas præsertim, quas pro peccatoribus fundit, efficacissimas reddit ad filium pariter, & sponsum vt Deū & hominem, Primo, ostensione vberū suorum, de quo actum est in versu præcedenti. Secundò, prolatione precum ad instar iaculorū, seu ignium tormentariorū, quos vulgo artificiatos appellant, ipsis vberibus, quasi e duab. turrib. propositis, emissarum, Tertiò, robore, & decore armorū, quibus induta suauē quodammodo vim illi infert, quē deprecatur: de duob. hisce postremis mediis agitur in præsenti vers. 11. Quale aūt sit precum eius medium exprimit cælestis sponsus his verbis: *Fauus distillans labia tua, sponsa, mel, & lac sub lingua tua*, in quibus, dum orationem B. Virginis sub labiorum metaphora designatam, fauum appellat stillātem simpliciter, non explicans, quid stillet, ad subsequentia ista, *Mel, & lac sub lingua tua*, se referre vī, indicans nimirum, talem esse fauū, qui distillet mel, & lac; quæ duo Virgo benedicta sub lingua, quasi sub promptuario conseruat, & proptea & lingua proferat, & effundat labiis, duo enim sunt, quæ in precibus ipsis suis proponit filio, vt illum flectat.

DE B. MARIA.

Oratio Mariæ trib. medijs fit efficacissima ad Christum.

Maria cōmemoratiōe gratiarū quasi ac breste obsequiorū, quæ ipsa illi exhibuit, eū flectere nititur ad misericordiā.

Primum, quas ab eo suscepit, gratias immēsas, eamque in primis, qua dignata est ex illius osculo, dum ex eius labiis, propriis item labiis mel attraxit diuini spiritus. Alterum verò, quod ipsamet illi sugendum exhibuit lac. Enimuero cum optime norit, magnifici principis id esse moris, vt nulla re magis promoueatur ad pręstandū id, quod aliquis petat, quā si efflagitans cōmemoret, quas iā ab ipso suscepit alias gratias; eūve, qui grati animi sit, cōmemoratione impensorum pro illo obsequiorū quam maximè flecti ad concedendū, quicquid ab ipso exposcatur, filiū suum Iesum Christū Regem magnificētissimū simul, atq; gratissimū deprecās, flectere illū satagit ad misericordiā in peccatores cōmemoratione tū immēsarum gratiarū, quas ab illo suscepit, sub mellis metaphora designatarū; tum impensorū obsequiorū, quæ ipsa ei exhibuit in educatione illius; quæ obsequia sub vna lactis metaphora hic designata sunt, quia lactis exhibitio primas teneat inter obsequia reliqua.

Neque verò quemquam moueat, quod extra naturam faui videatur id, quod dictum est, labia, & orationem B. Virginis esse fauum distillantem lac, & mel; quia lac non è fauo, sed ex vberibus stillet, nam sicut dici potuit apud Isaiam b Prophetam, Quod Christus Iesus, è Virgine natus, cum adhuc infantulus esset in præsepio, vt notat Hieronym. in cap. 7. eiusdem prophetæ, lac, & mel manducaturus foret tunc temporis, quando nihil aliud comedit, quàm id, quod ex vberibus matris suxit, quasi vbera Mariæ emiserint, nedum lac, sed & mel; ita haud absurde dicitur, è fauo, nedum mel, sed & lac distillare.

b Isa. 7. 15

Hier.

Tertium denique, quod adhibet medium, ad efficaciores reddendas orationes suas B. Virgo, & arma, quibus induta vim, quam dixi, iucundissimam suo infert filio, sunt ipsamet vestiměta eius: quæ autem ista sint ipsius vestimenta ex lib. Prouerbiorum manifeste colligitur: agens quippe ibi sapiens de muliere forti, eiusque encomia prosequens hæc ait: c *Fortitudo, & decor indumentum eius*. Ecque vero duobus hisce vestimentis validiora reperiri queunt arma? Hæc & illa ipsa sunt, quibus indutus etiam cælestis sponsus, quasi validissimis præcinctus armis, regnum

Maria orat filiū exhibēs se illi indutā, & armatam fortitudine, et decore.

c Pro. 31. 25

mundi

DE B. MARIA

mũdi huius in ſuam reſtituit poteſtatem, idemve A & ſtabiliuit; vnde in Pſalmo dicitur: *a Dominus regnauit, decorẽ indutus eſt; indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe, Etenim firmauit orbẽ terræ, qui non commouebitur. Parata ſedes tua, Deus, ex tunc, à ſæculo tu es*; id eſt, A ſæculo quidẽ tu es Deus & ex tunc ab ęterno parata ſedes tua: At Dominus Ieſus Chriſtus tunc regnum iniit, cum decorem indutus eſt, ac fortitudinem, & præcinxit ſe, armauitque hiſce armis ad corrigendum, firmandumve orbẽ terræ; ita vt is haud amplius ab ipſo amoueatur. Decore ſe indutam exhibet B. Virgo Maria, cum puritate admirabili, & incredibili ſanctitate decoratã filio ſe repræſentat, oratura pro peccatoribus: ita vt de ipſa quoque non incongrue id B dici queat, quod de ſponſo dictum eſt in Pſalmo 44. *b Specie ſua, & pulchritudine ſua, intende, proſpere procede, & regna*, adipiſcendo regnum gratiæ pro iis peccatoribus, pro quib. preces effundit. Fortitudinis verò indumento præcinctum ſe offert, quatenus in precibus ipſis ſuis eam adhibet violentiam, quam filio ſuo regi nouit eſſe pergratam; ardore ac vehementia orationum violenta rapiens ab illo regnum prædictum, recolẽs, quæ ab eo dicta ſunt in Euangelio; *c Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud*: Intellige tamen hæc omnia, iuxta Canones Theologicos, de conſecutione dicti regni gratiæ peccatoribus per meritum Mariæ non de condigno, ſed tantùm de congruo; & non abſque diſpoſitionibus p̃requiſitis ad iuſtificationem in peccatoribus ipſis pro quibus Virgo benedicta filiũ ſuũ deprecatur. C

a Pſ. 92. 1.

b Pſ. 44. 5.

Maria ornata pro peccatorib. quo fortitudine induta dicatur.

c Matt. 11. 12.

Porrò duo iſta armorum genera, duoque veſtimenta Mariæ, fortitudo, & decor, quibus induta deprecatur, tantas obtineut vires, vt vel eorũ odore id omne vt plurimum à cæleſti Rege obtineat Virgo glorioſa, quod ſuis prætendit precationib; atque adeo præclare tertium iſtud adhibitum medium celebrans ille, ait: *Et odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris*: deſignans nimirum, quòd ſicut odor thuris tantas habuit vires, *d* cum ſibi adoleretur ab Aaron; vt per illum redditus ſtatim ſit placatus contra ſceleſtos, & peccatores, prout exponitur in lib. Sapientiæ, vbi dicitur: *e Properans homo ſine querela deprecari pro populis, proferẽs ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati*. Ita & odorem talium veſtimẽtorum in ſanctiſſima Virgine deprecante, eaſdem multoq; efficaciores habere vires. D

Maria veſtimẽtorũ atq; armorũ quib. induta aggreditur filiũ in oratione ſua ſit vis.

d Num. 16. 47.

e Sap. 18. 21.

Quod ergo in verſiculo 11. dicitur, tale eſt.

PARAPHRASIS.

Dum orationibus tuis Virgo, ſponſaque mihi dilectiſſima, peccatoribus & veniam, & gratiam à me niteris impetrare, *labia* ſanè *tua* ſunt *fauus*, & fauus *diſtillans mel* gratiæ, quam ex meis contraxiſti labiis, cum ea deoſculareris, quave repleta es per obumbrationem virtutis Altiſſimi: diſtillans & *lac*, quod mihi miniſtraſti: *mel* enim iſtud, iſtudve *lac ſub lingua tua* ſeruas prompta ad proferendum, quandocunq; inſtet neceſſitas obtinendi aliquid per orationem: diſtillas quippe tunc mel illud, commemorans in precibus tuis, quas à me ſuſcepiſti gratias; diſtillas & lac commemoratione miniſteriorum illorũ, quæ mihi præſtitiſti in me educando. Quid dicam de vi veſtimentorum, quibus præcincta precib. ipſis me aggrederis, decore ac fortitudine induta? vel odore ipſorũ profectò me ſuperas; *odor* namque *veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*: quia ſicut odor thuris, quod in odorem ſuauitatis deuotus adolet ſacerdos, placat me contra ſceleſtos commotum: Ita & odore iſtorum E veſtimentorum tuorum, quibus præcincta dulcẽ A precibus tuis vim mihi infers, placatus abs te reddor erga peccatores quantumlibet maximos, pro quibus ſupplicationes effundis.

APPENDIX.

Verſ. XI. Fauus diſtillans labia tua, ſponſa; mel, & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

B PAraphraſis Chaldaica; Et in tempore, quo orãt ſacerdotes in atrio ſanctuarii, labia eorum ſtillant fauum mellis: Et lingua tua eſt inſtar ſponſæ honeſtæ in ſermone tuo; cantica, & laudes dulces ſicut lac, & mel: & odor veſtimentorum ſacerdotum ſicut odor aromatum Libani.

Orationes pior[ũ] fauus diſtillans.

Tres ſunt præcipuæ iſtius ſententiæ partes: prima, *Fauus diſtillans labia tua*, ſecunda, *Mel, & lac ſub lingua tua*, & tertia, *Odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor thuris*. Primæ partis communior veterum Patrum ſenſus eſt, vt ſub labiorum metaphora iterum commendentur Sancti Doctores, ac Prædicatores Eccleſiæ, qui fauus ſtillans dicti ſunt ob id, quod inſtar faui pleni & ipſi mel ſtillent ſacræ do C ctrinæ. Ita Theodoritus, Caſſiodorus, Grego. Papa, Philo Carpathius, Iuſtus Orgelitanus, Apon, Beda, Anſel. atque Bernard.

Doctores sãctiſsimi fauũ ſtillãs mel ſacr[æ] doctrinæ.

Porrò, quod in his Patribus notandũ eſt, id primò eſt, quod ait. Greg. PP. dicens: In fauo mel latet, & cera videtur; Rectè ergo labia ſponſæ fauus vocantur; quia dum in carnis fragilitate ſapiẽtia magna habetur, quaſi mel in cera abſcõditur: quãdo verò electus quiſque prædicat, quando cæleſtia gaudia neſcientibus reuelat, tunc fauus diſtillat; quia quanta dulcedo ſapiẽtiæ in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus manifeſtat: vnde ſcriptum eſt: *f Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*.

Gre. Pap.

Prædicatores fauus diſtillans, dũ dulcedinẽ ſapientiæ in corde latentem prædicatione manifeſtant.

f 2. Cor. 4. 7.

Secundo, quod notat Beda dicens, nõ repugnare, quod ſupra ſponſæ labia vittæ, & nunc compa D rentur fauo: cum hic ſatiando, fauces delectet, illa crines vinciendo conſtringat: iſte intus reficiat, illa foris liget. Iidem namque Doctores & vittę ſũt in præceptis ſalutaribus; & fauus in promiſſis cæleſtibus: Vittæ, cum nos à fluxu carnaliũ voluptatum refrænãt: Fauus, cum ſupernorum nobis gaudiorum dona promittunt: Item vittæ ſunt in iis, quæ aperte agenda, vel vitanda eſſe docent; Fauus in illis, quæ typice geſta, vel dicta quid intus arcani ſalutaris habent, pandunt.

Beda.

Prædicatores ſancti quomodo ſint & vittæ coſtringẽtes, & fauus diſtillans mellis dulcedinem.

Greg. Nyſſ. hom. 8. non tam prædicatores Eccleſiæ, quàm ſermonem ipſum piæ animæ fauum dictum cenſet, qui ſtillet mel eruditionis: cui conſẽtiunt Catena trium Patrum, Ambr. ſer. 13. in Pſal E mum 118. verſ. 2. qui ait: Rectè ſponſæ dicitur; *Fauum diſtillans labia tua, ſponſa*, &c. Os enim iuſti diſtillat ſapientiam: de ore iuſti ſuauitatis, & miſericordiæ mella procedunt: in ore iuſti nullus dolus nulla fallacia, nulla eſt amaritudo peccati. Fuſiuſque Richardus de Sancto Victore, Hunc, inquit, fauum congerit anima de diuerſis ſcripturæ floribus, hos perquirit, his inſidet, de his ſuauitatem ſpiritualis dulcedinis extrahit, & elicit: ſcientiam inflantem ſegregat, & contemnit; ædificationem potius perquirit; ſuaueolentes ſententias, non põpoſam eloquentiam eligit: ſanctorum quoque exempla, & dicta ſpiritualia inueſtigat, & mente perluſtrat, qui vtiq. flores erant, & ſicut palma

Gre. Nyſſ.
Tres Patr.

Amb.

Sermo iuſti fauus mellis.

Sermo iuſti qualis ſit.

Rich.

Labia piæ animæ quomodo fauus diſtillans, & quomodo hũc fauum congerat.

APPENDIX.

florebant: horum sicut sancta erat vita, ita dulcia & suauia erant, quæ proferebant, & docebant, ad huiusmodi flores peruolat: ab his spirituale mel colligit, sed præcipue de flore illo singulari, qui processit de *a* virga Iesse, *b* flore cāpi, & nō horti. Huic amore, atque fide inhæret: de hoc precia importunitate sugit mel gratiæ, de huius plenitudine accipit gratiā: per huius spiritum diffunditur charitas in corde eius, & pietatis accipit vbera; atque in labiis eius diffunditur hæc gratia, vt supernæ dulcedinis saporem spiret, & aliis propinet.

a Isa. 11. 1
b Cant. 2. 1

Ambro. Cassiodo. Philo Aponius. Theod.

Scriptu. sacra fauus mellis.

Fauum stillantem Scripturam sacram asserunt Ambrosius sermone citato, Theodoritus, Cassiodorus, Philo Carpat. atque Aponius. Vnde Theodoritus, Iam, inquit, faui mellis, qui in Doctorum gestantur labiis, sunt diuinæ Scripturæ, quæ continent apes tum ceræ, tum mellis effectrices, sacros nimirum Prophetas, & Apostolos, qui per Spiritus S. prata volitantes, & diuinarū Scripturarū construentes cellas, easque doctrinæ melle, ac nectare distendentes, vtilitatem ad nos transmiserunt. Ac ceræ quidem littera videtur similis, melli verò sensus, qui in eo reconditus est. In melle cibum, in cera lumen accipit Philo Carpathius, & ambo reperiri inquit in eadem Sacra Scriptura.

Hug. Vict.

Fauus distillās Verbū caro factū in Vir.

Hugo de Sancto Victore erudit. Theol. ex Miscellaneorum lib. 1. tit. 115. Fauus, inquit, Verbum caro factum in Virgine, distillans redundantiam significat: ipsum enim totum redundans, & gratiā fundens: quia quod fecit, & dixit, doctrina fuit, quod fuit, medicina. Ideo distillans, quia vnicuique secundum mensuram gratiæ infundens.

Gre. Nys. Tres Patr. Theod. Cassiod. Beda Richard.

Sub lingua lac, & mel, prægustauit dulcedinē diuinitatis, & humanitatis Christi.

Secunda parte (*Mel & lac sub lingua tua*) communiori sensu indicatur modus, quo diuinorum sermo conseruatur, & ministratur, iuxta audientium conditionem: imperfectiorib. lac, perfectioribus mel: vt sub lingua dicatur seruatus, quasi in promptuario, in corde. Ita Greg. Nyssenus homil. 8. Tres Patres, Theodoritus, Cassiodorus, Beda, atque Richardus, qui mel, inquit, & lac sub lingua. i. refectionem robustorum, & consolationē paruulorū; prægustauit. n. dulcedinem futuræ vitæ, vbi reficiuntur aīæ diuinitatis Christi fruitione, & humanitatis eius lacte. Ex hac abundantia habet aīa vbera, quibus perceptā suauitatē proferat, quæ tātò plus sapiunt, & ædificant, quantò datum est ei, discere hæc in experientia, & docere ex sententia;

Ambros.

Mel, & lac sub lingua, est sermo absque simulatione, & amaritudine.

Ambrosius, Quomodo, īquit, mel, & lac sub lingua tua, cum dolū lingua tua componat? vt aliud concipias pectore, aliud forensi sermone prætendas, vt decipias incautum, cùm tibi Petrus Apostolus dicat, vt deponas omnem malitiam, & fucū simulationis abiicias, dicens: *c Sicut dudum geniti infantes, rationabiles, & sine dolo lac concupiscite?* Ostendens enim nobis, quid sit mel, & lac habere sub lingua, docet, vt non maledicere maledicentibus; sed benedictionem referre nouerimus; nesciamus odisse nisi viā iniquitatis. Videatur idem Ambrosius lib. 1. de virginib. circa medium, pluribus hæc aptantem ad Virgines.

c 1. Pe. 2. 2

Greg. PP.

Prædicatorē bonū mel & lac sub lingua habent: quia quod prædicāt, ipsi habere nitūtur.

Alio pacto Gregorius Papa, nam in suis cōmentariis, falsi, inquit, Prædicatores mel in lingua portant, quod sub lingua non habent, quia cælestia gaudia aliquando prædicant, cū ipsi terrestria bona totis desideriis appetant: Sancta verò mēs mel in lingua prætendit, quia sapientiæ dulcedinem loquendo ostendit, quod veraciter prædicans audientes tamquā mellis dulcedine reficit: lac gerit, quia congruenti sibi doctrina paruulos quosque in Ecclesia nutrit: sub lingua aūt hęc oīa sibi ipsi reseruat, quia internā dulcedinem assiduè secum portat. In lib. vero 15. mor. c. 5. Plerique, ait, iustorū, dum quosdam agere peruersè conspiciūt, qui duris sunt increpationib. feriendi, linguæ asperitatē sumunt, sed sub lingua mentis suæ benignitatem contegunt: Vnde sanctæ Ecclesiæ sponsi voce dīr *Mel, & lac sub lingua tua:* qui. n. mentis dulcedinem aperire infirmis nolunt, sed loquentes quadā eos asperitate feriunt, & tamen inter verba aspera quasi latenter quiddam dulcedinis intermittunt, hi videlicet non in lingua, sed sub lingua habent dulcedinem, quia inter dura, quæ proferunt, emittunt quædam blanda, & dulcia, quibus mens possit ex benignitate refoueri.

Mel, & lac sub lingua habet, qui inter asperas correctiones interponit quādā benignitatem.

Iust. Org. Aponius. Philo Car.

Iustus Orgelit. & Aponius, sicut per lac eruditionem intelligunt paruulorū, ita per mel vulnerum, & peccatorum medelam accipiunt.

Mel est prædicatio pœnitentiæ, lac est legis institutio, vestimēta Ecclesiæ Euāgelij obseruatio.

Philo Carpathius, per tria hæc, mel, lac, & vestimentorum odorem tria designari existimat. Per mel, prędicationem pœnitentiæ, per lac, legis institutionem, per odorem vestimentorum quasi odorem thuris, obseruationem mandatorum Christi in odorem suauitatis.

Anselmus.

Alimenta corporea sūt indigniora doctrina spirituali.

Anselmus per mel, & lac significari posse ait corporea alimenta, quæ dicantur esse sub lingua sponsæ, i. inferiora, & indigniora, quàm lingua eius, i. spiritualis doctrina, quæ est in lingua illius.

Bernard.

Doctores Ecclesiæ in lingua habēt laborē, sub lingua requiē, & super linguā ineffabilia mysteria.

Denique Bernardus sententia penultima tria distinguit in Doctoribus Ecclesiæ. In lingua, sub lingua, & super linguam: In eorum lingua dicit, esse durum quid sonans; quia, *d Verba sapientis quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi:* durū autem in in lingua quid sonans ait, esse laborem illum de quo in Psalmo dicitur; *Qui e fingis laborem in præcepto:* laborem fictū, quomodo enim non fictus, vbi non labor, sed requies inuenitur? dicente Domino: *f Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris;* Mel enim est sub lingua, in qua est labor iste fictus; Supra linguam autem eorundem ait, esse ineffabilia illa, quæ non licet homini loqui. Miseri, dicit Bernardus, qui solum quod in lingua sonuit, attendentes, nec quod sub lingua reconditum, nec quod supra linguam repositum fuit, capere potuerunt.

d Ec. 12. 11
e Ps. 93. 20
f Mat. 11. 29

Greg. PP. Phil. Car. Beda. Anselm. Rich. Cassiodo.

In tertia parte, communiori sensu per vestimenta sponsæ, eius bona opera, per thus oratio, intelligitur à Cassiodoro, Gregorio Papa, Philone Carpathio, Beda, Anselmo, & Richardo de sancto Victore. Vnde Cassiodorus ait; Vestimenta Ecclesiæ sunt bonorum operū ornamenta, iuxta illud Apocalypsis, *g Byssinum iustificationes sunt sanctorum;* & illud Iob; *h Iustitia indutus sum, & induit me sicut vestimento, & diademate, iudicio meo;* Thure autem sanctarum orationum munditia designatur, atque adeo vestimenta Ecclesiæ thuri comparantur, quia omnia illius opera quasi orationes sunt, in cunctis enim, quæ agit, semper Dominum deprecatur, & tali modo impletur illud, quòd Dominus dicit; *i Oportet semper orare.*

g Apoc. 19. 8
h Iob 29. 14

Vestimenta ecclesiæ sūt bona opera.

i Luc. 18. 1.

Operib. bonis oratur, & impletur præceptū continuæ orationis.

Philo notat, bona opera dici vestimenta animę, non solum quia per ea teguntur pręterita mala, verum etiam, quia per ipsa conseruatur, & augetur innocentia, non enim satis est, mala non agere, nisi & bona peragamus.

Opera bona vestimēta sunt aīæ.

Beda.

Beda, concinit, inquit, hic versiculus cū eo, qui supra dictus est; *Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata;* Illic etenim nomine vnguentorum infusio sancti spiritus, qua corda fidelium illustrantur, atque ad spiritale certamen præparantur, ostenditur, hic vocabulo vestimentorum ea, quę foris sunt, iustorum facta demonstrantur: vnde &

de &

APPENDIX.

Operum bonorũ noſtrorum, & eorum, q̃ dono ſpiritus ſancti nobis ſunt, diſcrimen.

de & pulchra diſtinctione ea, quæ per homines fiunt opera, odori thuris comparantur: quæ verò diuina largitione fiunt dona, modum comparationis excedunt, dum odor vnguentorum Eccleſiæ ſuper omnia dicitur aromata tranſcendere.

Anſelmus. Oratio, & bona opera debent eſſe ſimul iuncta.

Anſelmus notat, per id, quòd fama bonorũ operum per veſtimenta deſignatorum odori thuris, i. bonæ deuotioni in oratione comparatur, ſignificari, placere Deo ſimul iſta in aliquo, orationes, & bona opera, alterumque non placere ſine altero.

Gre. Nyſſ. Aia ſancta per virtutũ actus aſſimilatur diuinæ naturæ.

Greg. Nyſſenus etiam per veſtiméta piæ animæ multiplices accipiens virtutum actus, quibus ipſa virtutis vita contexta eſt, per thus autem diuinitatem, ac Deum ipſum, cui thus ſacratum adoletur, dum dicitur: *Et odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*: hunc inquit eſſe ſenſum: Tuum, ò ſponſa, virtutum indumentum imitatur diuinam beatitudinem, per puritatem, & impatibilitatem, aſſimilata naturæ, ad quam patet aditus: Talis eſt enim odor tuorum veſtimentorum, vt ſit ſimilis thuri, quod Dei honori dicatum eſt.

Virtutes q̃ cõgruentiã habeant cũ veſtimentis.

Declarat Nyſſenus perbelle, quam congruẽtiã habeant virtutes cum veſtimentis, dicens. Quoniã non eſt vniformis vita, quæ ex virtute agitur; ſed quemadmodum in tela, aut pãni textura per multa fila, quorum alia quidem in rectum, alia autem in tranſuerſum diuiſa ars extendés, facit veſtem; Ita etiã in vita, quæ ex virtute agitur, multa oportet cõcurrere, per quæ bona texitur vita ſicut Apoſtolus ad Galathas hæc fila enumerat, per quæ conſiſtit textura bonorum operum, *a* charitaté, dicens, gaudium, pacem, lõganimitatem, benignitatem, & quæcunque ſunt huiuſmodi, quibus, ornatur, qui cæleſtem induitur incorruptionẽ ex vita terrena, in quam cadit interitus.

a Gal. 5. 22

Tres Patr. Actiones animæ ſctã dirſtæ ſũt ad ſalutem multorum

Nyſſeno conſentit & Catena Patrum, niſi quòd ſimilitudine odoris veſtimentorum ſponſæ cum odore thuris, refert ad ſimilitudinẽ actionum, quibus quodammodo induitur ſponſa, ad ſimilitudinem diuinæ prouidentiæ, quæ cunctis in rebus cernitur; cum & ſponſa ad imitationẽ Dei ſalutis multorum curam gerat.

Theod. Veſtimẽta ſpõſæ Chriſtus.

Apud Theodoritum veſtimenta animæ haud alia ſunt, quã Chriſtus, quia, inquit, ſpõſa Chriſtum induta eſt, qui Deus eſt, & homo: ideo bene, inquit, dici ei: *Et odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*: diuinitatem enim indicat thus.

Iuſt. Org. Veſtimẽta Eccleſiæ ſũt iuſti.

Iuſto Orgelitano veſtimenta Eccleſiæ, omnes ſancti, qui præclari in verbis, & operib. reddunt ſuauitatem odoris ex illo Iſaiæ: *b Viuo ego dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento veſtieris, &c.*

b Iſ. 49. 18

Aponius. Eleemoſynarii ſunt veſtes Eccleſiæ, & ſimiles martyribus.

Aponius per veſtiméta Eccleſiæ illos intelligẽs qui in Dei honorem decimas de iuſtis laboribus ſuis ipſius Eccleſiæ miniſtris largiuntur, egenisve miniſtrant indumenta; illorum famam ſimilem pronunciare, inquit, Spiritum ſanctum iis, qui ſacrificium Dei efficiuntur. i. martyribus per thus deſignatis; eò quòd thus ſoli Deo in odorem ſuauitatis offert ruſſum ſit.

Rup. Abb. Beata dulcis pariter & in ore et in corde ob mutuaque à Chriſto ſuſcepit, illisve dedit oſcula.

Totam ſitiam iſtam aptant ad B. Virginem Mariam tum Rupertus tum Hugo de Sancto Vict. ſed diuerſimode. Siquidem Rupertus per id, quod in primis duabus partibus dicitur, inquit, Beatã Virginem Mariam dulcẽ eſſe in ore, & in corde: hoc eſt, inquit, quod nunc dico: *Fauus diſtillans labia tua*; ſubiungens: *mel & lac ſub lingua tua*, id eſt in anima tua, ibi tibimetipſi dulciter ſapit fauus eloquii tui, fauus diſtillans à labiis tuis, labiis gratioſis; Fauus tuus ego ſum, mel tuũ, & lac tuum ego ſum; quia Deus tuus, & filius tuus ego ſuum: hoc

tua ſentit aĩa, hæc tua ſonant labia, aliud loqui nõ potes, quã quod in pectore habes: ex abundantia cordis labia tua loquuntur. Ex quo me natũ vidiſti, me cũ dedicata es fauo dulcis eloquii, ſimulq. oſculo oris mei, oſculo oris tui; & ſatisfactum eſt etiã ſic fidei tuæ, ſpei, & dilectioni tuæ: Fidei per dilectionem dicentis: *c Oſculetur me oſculo oris ſui*; Per veſtimenta Mariæ bona illa eius opera deſignari dicit Rupertus, quæ in Chriſtum materna & pluſquam materna charitate operata eſt, quorũ odor ſimilis dicitur odori thuris, ac ſi idem Chriſtus dicat: Sic in omnibus famulata es mihi mater & Virgo fidelis, tamquam Deo, cui ſoli debetur odor thuris in ſacrificio ſuo, quamuis eſſem ego paruulus tuus, paruulus homo.

APPENDIX.

Maria miniſtrãs Xp̃o filio ſuo, illi vt Deo miniſtrabat.

c Can. 1. 1

Hug. Vic. Maria ãtota Trinitate cũ Idatur, quia ĩ labiis ſuſcepit oſculũ Patris, in lingua Verbũ, & ĩ vnguẽtis Spiritum ſanctum.

Hugo autem in ſermone de aſſumpta Maria, q habetur in fine to. 2. operum ipſius, hæc ptractãs pro vltimis verbis, *Et odor veſtimentorum tuorum*, &c. apponit, *Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*, vltimam partem ſuperioris verſ. 10. & ait, tria hic commendari in B. Virgine, labia, linguam, vnguenta; in labiis oſculum, in lingua alloquium, in vnguentis odorem; ita vt tota Trinitas veniat ad Virginẽ, quæ ſuſceperat in labiis ab ore Patris oſculum: ſuſceperat in lingua Patris Verbũ & in vnguentis Patris, & Verbi Spiritum; Fauus, inquit Hugo, mel, & cerã habet: mel diuinitas eſt, cera humanitas: Fauus Verbum caro factum eſt in Virgine: Ac ſi Deus dicat: Ego expertus ſum, quod laudo: *Fauus diſtillans labia tua*: Ego deuinctus tibi charitate, oſculo oris mei labia tua preſſi, ſimulque dulcedinem infudi, & à dulci dulcedinem expreſſi. Valde impreſſi dulcedinem, & verè expreſſi ſuauitatem, quando meum in tuo in te ſociaui, & per tuum à te cum meo pariter, & tuo exiui. Mea diuinitas mel erat, & tua humanitas cera erat, & inde meipſum fauum feci, & factus ſum; & ecce *Fauus diſtillans labia tua*; quod. n. impreſſum eſt in te, aſſumptum eſt de te, & ipſum factum eſt dulcedine plenum in me; quod factus ſum, modò ſum; quod aũt ſum, ſemper ſum; tamen vtrumq; verè ſum; & quod factus ſum, & quod ſum; alterum ex te; alterum ante te. *Mel, & lac ſub lingua tua*; Verbum ſub carne tua, ſub lingua tua; quia verbum; ſub lingua tua, quia abſconditũ. Mel & lac Deus, & homo; mel diuinitas, lac humanitas; Mel de rore cæli venit; quia diuina natura ſupra oĩa eſt, lac de carne exprimitur; quia humanitas de deorſum aſſumpta eſt. *Odor vnguẽtorum tuorum ſuper omnia aromata*, quia oẽm gratiam vincit tua ſublimitas, oẽm perfectionem ſuperat tua dignitas, quia ſpiritus in tua humilitate requieuit ſingulariter, qui in tua virginitate miraculum nolli comparabile fecit, idcirco *odor vnguentorum tuorũ ſuper omnia aromata, Spiritus enim ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.*

In Incarnatione Maria labiaq; ſculata, ſa uus diſtillãs ob Xp̃i cõceptionẽ.

Mel & lac ſub lingua Mariæ, verbũ ſub carne.

Mariæ ſub limitaigratiaSpiritus ſancti ſuper oẽs aliarũ puraructura turarũ gratias.

Luc. 1.

Verſ. XII. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

Varians ſermonem, ſeu cantionem iſtã ſuã panegyricam ſponſus in ſponſæ ſuæ pulchritudine celebranda toto hoc c. 4. laudare quidẽ cępit encomio generali; particularib. ſpecialiũ poſtmodũ eius mẽbrorũ laudationib. eãdẽ euexit eius pulchritudinẽ, rediit tũ ad generales oĩmodę illius pulchritudinis laudes in verſ. 7. particularia iterũ cõmẽdatorũ mẽbrorũ aggreſſus encomia, magna cũ acceſſione reſul-

LITTERA.

tantem ex illis dilectæ suæ extulit pulchritudinē à vers. 9. inclusiue vsque ad versiculum istum 12. quem præ manibus habemus: quasi circulum deni, quæ perficiens, orationemque concludens, vt & finis cum principio sit consentiēs, ab hoc vers. 12. vsque ad finē capitis, generale prosequitur eiusdem pulchritudinis encomiū, idque cum maxima pariter accessione, duabus adhibitis similitudinibus è rure desumptis: altera horti, fontis altera; quas ambas similitudines primò quidem simpliciter & vniuersaliter profert in vers. isto; at longius postmodum, & summa cum eloquentia explicat in subsequētibus. Assumpsit autē horti similitudinem; tum quia efficacissima sit ad præstantissimæ pulchritudinis excellentias breui oratione consignandas; tum maximè, quia per illam vt per singulare, & vehementissimum argumentum sponsæ ipsi suæ, quam tantis euehebat laudibus, persuasurum se confidebat, vt è periculosis, arduisve locis iis, in quibus tunc commorabatur, secum ad montem myrrhæ tenderet, & ad collem thuris prout supra eidem significarat, vers. 6. & 8. quia nimirum ibi hortum suum habebat delictis aptissimum, & maximè tutum, & aromatib. consitum, de quo in principio capitis sexti, ibique non vnus ille duntaxat erat hortus, sed horti plures, vtpote in proprio hortorū loco, vt ex citato principio capitis sexti colligitur, vbi hæc habentur *a Dilectus meus descendit in hortum suū ad areolā aromatū; ut pascatur in hortis.* Sic igitur illā appellans hortū conclusum, vtpote maximè deliciosum, ac reseruatū, & aromatib. consitum, vt in subsequentibus dr, ad hortorum locum eā tendere debere subindicat, propter hanc quippe rōnem in fine huius Cantici sic illam cōpellasse, uidebimus: *b Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocē tuam.* Porrò, vt ista horti similitudo efficax esset, ad extollendam ipsius sponsæ pulchritudinem, alteram ei adiunxit similitudinē fontis: Hortus.n. absq; aquis symbolū potius est extremæ turpitudinis, & horroris prout colligitur ex illis Isaiæ verbis: *c Erubescetis super hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus, defluentibus foliis, & sicut hortus absque aqua.* Quapropter apud eundē Prophetā, vbi insignes explicantur prærogatiuæ, quibus pia anima ob misericordiā proximo exhibitā decorabitur, hisce pariter ambabus similitudib. simul iunctis expressas eas cernere est, vbi dr: *d Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarū cuius non deficient aquæ.* At vero multo maiori cū emphasi adhibet easdē hoc loco Salomon, dū non hortū irriguum simpliciter, sed *hortum conclusum* sponsam appellat, idque iterato repetit, nec fontem aquarum simpliciter eam dicit, at *fontem signatū.*

a Cān. 6.1

b Cā. 8.13

c Isa. 1.29.

d Is. 58.11

Quinque etenim laudes, easq; omnes præstantissimas in suam ipsam confert sponsam per similitudines hasce; tres per primam horti conclusi, & duas per alterā fontis signati. Primò siquidem eā celebrat ex omnimoda pulchritudine in omnibus & singulis membris, eaque solida, ac tuta, vtpote quæ sit instar pretiosi horti, in quo omnia sint exquisita, arbores, flores, & fructus, apte, perbelle, polite, ac ordinate vniuersa disposita, & concinnata, areolæ herbarū, florum, atq; aromatū, ambulacra, & ea in primis, quæ topiario opere siue in vasib. siue in parietib. elaborata, & contexta quodāmodo sunt; quę omnia eò tutius in sua ibi perseuerāt pulchritudine, in sua politie, & concinnitate, quò minus à quoquā deturpari, dissipari, aut perturbari possunt, cū hortus seruatur conclusus. Extollitur secundo per eamdē horti conclusi similitudinem

Horti cōclusi similitudine treis exprimuntur laudes pulchritudinis sponsæ.

Simile.

sponsa exinde, quod ipsa sui pulchritudine, & decoro conciliatrix sit voluptatis, atq; deliciarū: ad hoc nāque à Principib. hortos fieri nouimus, vt ad voluptatē eo se conferant. Et in Scriptura sacra voluptas cum horto quasi necessario connexa existimatur; Vnde apud Ezech. dicitur: *e Terra inculta, facta est vt hortus voluptatis,* & apud Ioelē eodē pacto dr: *f Quasi hortus voluptatis terra coram eo:* Isaias quoq;, *g Ponet,* inquit, *desertū eius, quasi delicias, & solitudinem eius, quasi hortum Domini, gaudium, & lætitia inuenietur in ea.* Tertia deniq; laus in eādem confertur ex hoc, quod non hortus voluptatis, vt sic, sed *hortus conclusus* dr; ea verò est pudicitiæ decus, quo prædicta duo præconia maxime illustrantur, cuius, & tantā sponsus habet rōnem, vt ob illā potissimū pulchritudinē admiret dilectæ, & voluptatē capiat ex ipsamet insigni pulchritudine eius; quia nimirū sibi vni ea aduertit seruata æquè, ac hortus cōclusus Dño, eiq; vni, qui clauē habeat, flores, & fructus intactos seruat, & omnem pariter voluptatem.

Voluptas horto quasi necessario annexa.

Simile.

e Ezec. 36. 35.

f Ioel. 2. 3.

g Isa. 51. 3

Simile.

Per alteram fontis similitudinē cōmendatur insuper eadem spōsa ex ijs gratijs, quib. ita eius exuberat pulchritudo, sicut fons signatus purissimis aquis ex se, & in se defluentibus redundat. Gratiarū aūt nomine illam intelligo venustatem, quæ exhibetur & in aptis pulchrorū membrorū motibus, & in loquela, & in decoris gestib. hasq; congruentissima aquarū fontis signati metaphora celebratas arbitror; quia ita è pulchritudine profluunt, & pulchritudini insunt, sicut aquæ ex fonte profluunt, & in fonte existūt, præsertim qn fons ipse conclusus est. Cōmendatur deniq; per eamdē similitudinē fontis signati ex puritate virginali vltra pudicitiā genericā, & ex isigni Virginitatis; Ecquod.n. aliud signaculū, quo fons signatus dr, nisi ipsius virginitatis signaculū, quo prędictę gratiarū aquæ in sua puritate seruantur limpidę, quo ve sponsa ipsa purissima suo seruatur spōso? Ac pp illud eius isigne crediderim, haud simpliciter spōsum sponsam illā appellasse; sed ad pudicitiā, Virginitatemve eius insinuandā addidisse & nomen sororis, cum dixit: *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Quorum verborū breuis, ac paraphrasticus hic erit sensus.

Fōtis signati similitudine duæ exprimuntur laudes sponsæ.

Simile.

PARAPHRASIS.

Instar horti pretiosi, atque conclusi in omnib. ac singulis membris pulcherrima es, voluptatemque exhibes; tantoque magis mihi pulchritudine ipsa tua affers voluptatem, quanto maiorem in te aduerto pudicitiam, qua mihi vni tuū omne exhibes decorem, sicut hortus conclusus vni & Domino ad voluptatē inseruit. Quinimo, cum immensis redūdes gratiis, summaq; venustate, & in primis, cum puritate Virginali sis decora, instar fontis signati, è quo largius aquarum copia profluit, & in quo itē cōseruātur limpidę: *Fons certè es signatus* signaculo virginitatis ita sponsa mea, vt sis pariter pudicissima & virgo instar sororis item meæ.

Quoad lectionum varietatem tria breuiter notāda sunt. Primū, hæbraicam vocē נעול nangul, quā & Sept. & Vulgata verterunt, *conclusus*, maiorem habere vim, proprie enim ex vi verbi (vt notant Hebræorum Doctores) significat non simpliciter conclusus, sed conclusus sera, vel pessulo.

Secundum, vbi secundo loco repetitur *hortus*, in textu hebraico, nunc non legi גן gan, prout legēdum esse indicant antiquæ versiones Sept. & Vulgatæ, prout & in quibusdā Codicib. legi, asserit & quidā Hebręorū; verum pro גן gan, hebraicè גל gal, cuius significatus proprius est scaturiginis, & fontis, vt colligitur ex libro Iosue 15: 19. vbi Vulgata

habent,

DE ECCLESIA.

habent, *irriguum ſuperius, & inferius*; atque adeo ſecundum lectionem iſtam ſic verti debet hebraica: *Hortus ſera concluſus ſoror mea ſponſa, ſcaturigo*, ſeu, *fons ſera concluſus, fons ſignatus*. Iſidorus tamen Clarius non in ſignificatu prædicto eam vocem accepit, ſed in ſignificatu portæ; ſic enim habet i ſuā verſione: *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, porta cõcluſa, &c.* quē ſignificatum eidem dictioni tribui poſſe, notat R. Salomon in ſuis Comment. ſuper Cant. at non ex lingua hebraica, ſed ex Syriaca: Sicque ſecundum ſignificatum iſtum tres erunt ſimilitudines, horti, portæ, ac fontis; portæ autem clauſæ ſimilitudinem ad virginitatem deſignandā habemus apud Ezechielem. a

Iſido. Cla.

R. Salomõ

a Ezec. 44. 2.

B Tertium denique, quod notandum ſupereſt, illud eſt, quòd participium ſignatum, vt colligitur tam ex textu hebraico, quàm ex verſione Sept. proprie ſignificat ſignaculo, ac ſigillo ſignatum; nō ſolum, ſ. clauſum, ſed & inſuper ſigillo ſignatum.

Verſ. XII. Hortus concluſus ſoror mea Sponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

QVod in verſ. 6. huius capitis ſimplicibus verbis iis, b *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, à cæleſti ſponſo in laudem pronūtiatum eſt Eccleſiæ Catholicæ, illud ipſum modo duabus ſimilitudinibus, horti concluſi, ac fontis ſignati magna cum epithaſi repetito ab eodem celebratur encomio. Pulchritudo ibi totalis in Eccleſia celebrata eſt, omniſve maculæ excluſio; at in quonam ſita ea eſſet totalis pulchritudo, quæ eſſent maculæ, quive defectus ab illa excluderentur explicatum eo loci minime eſt: Explicatur autem peregregie vtrumque in hac ſententia ambab. ſimilitudinibus. Ac primum ipſa horti concluſi ſimilitudine ſignificatur, merito eam dictam totam pulchram; quia, inſtar horti pretioſi, multiplices viuendi ſtatus, varioſque gradus, & ordines ita bene diſpoſitos in ſe contineat, vt propemodum ornatiſſimas eos dicas areolas, in quibus & complures complantati ſunt ſancti, qui inſtar humilium herbarum viles quidem, atque demiſſos ſe exhibeant; ſed ipſamet, quam præſeferunt, humilitate, & innumeris ſuperborum morbis conferunt ſanitatem, & odorem referunt ſanctitatis.

b Cāt. 4. 6.

C

Omnimoda Eccleſiæ pulchritudo in quonā ſita ſit.

Simile.

Areolæ Eccleſiæ horti, quæ ſint.

D

Herbæ quæ.

Multos item aſpicias, qui inſtar florum, etſi fructu doctrinæ nutrire nequeat, odore nihilominus ſuarum virtutum, & decora ſua conuerſatione externa conferunt pulchritudinis non modicū areolis, & ordinibus, in quibus inſtar gemmarum enitent. Quid dicam de excelſis illis, atque ſublimib. qui inſtar præſtantiſſimarum arborum fructificātium in ſuis ipſis ordinibus, & fructu paſcunt doctrinæ, & reficiunt ſuauitate exemplorum bonorum? Ambulacra recta, ac ſpatioſa, & lata augent pretioſi horti pulchritudinem; nec minus ſanè ſpiritualis pulchritudinis acceſſio fit Eccleſiæ ex rectis illis animabus, quæ charitate dilatatum cor habentes, latum, ac ſpatioſum Deo ſe ſternunt ambulacrum, ita vt Deus ipſe manifeſte dicat: c *Inambulabo in eis*. Quod ſi præ omnibus pulchritudinem eidem horto ſenſibili ea conferre cenſentur, quæ opere topiario affabre contexta ſunt, & Italice appellatur, *Spalliere*, vel è myrtho, vel è buxo, vel è cedris, vel è floribus, vel herba, arboreve alia: Et ſpiritali certè horto, ipſi inquam Eccleſiæ ſūma per eos confertur pulchritudo, qui ad inſtar topiarii operis, quaſi plures frutices, ſeu etiam plures arbores ſuper pariete obſeruantiæ legis diuinæ vel ſuper Chriſto, qui eſt murus talis horti, ita per mutuam charitatem ſimul inuicem contexti, atq. connexi ſunt, & in operibus, & in operum meritis, vt Chriſtum ipſum, cui tamquam muro ſimul innituntur, & à quo ſic connexi ſeruantur, & ſuſtentantur, exornent tamquam ſtragulum textile magnificis operibus pictum: d *Glorificatur* etenim *Deus in concilio*, & connexione *ſanctorum*; tametſi per ſeipſum laudabilis ſit, & glorioſus in ſæcula. Iſtiuſmodi verò ſancti in modum operis topiarii in Eccleſiæ horto ij ſunt fidelium, qui mundo renuntiantes, vnique Deo adhærere eligentes, ac propterea cum Propheta intra ſe dicentes: e *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam*: in Congregationibus, & in monaſteriis cœnobiticam vitam degentes, ita in vno Chriſti pariete ſimul ſunt charitate contexti; ramis communium exercitiorum, & floribus ſanctorum operum, & fructibus meritorum, vt ab inuicē nequeant diſiungi, niſi à Chriſto pariter diſiungantur. Sicut autem in terreno horto, qui perpulcher ſit, perpulchra hæc habens topiarii operis, conſpiciūtur ex iis ipſis fruticibus, atque arboribus, quę muro ſimul contextæ adhærent, eminentes ſuper murum rami in modum variarum figurarum, eodem topiario opere contexti, ita vt iucundiſſimo aſpectu hic videre tibi videaris eminentem nauim, illic turrim, ibi hominem armatum ſagittas iacientem, vno loco pauonem, alio gallum, in illa parte ceruum, in altera capream, & alia huiuſmodi, quibus mirum in modum eius horti excreſcit pulchritudo: Ita inter illos ipſos, qui in Congregationib. & monaſteriis viuunt, inſtar topiarii operis charitate ſimul connexi, & pariter legi Domini, Chriſtoque inhærentes, complures cernere eſt, tamquam ramos eminentiores ſuper parietem diuinæ legis, quatenus nedum præcepta, ſed & conſilia obſeruant, & ſupra Chriſtum pariter eiuſdem Eccleſiæ murum, iuxta id, quod ab illo prænuntiatum legimus in Euangelio Ioannis, vbi dixit: f *Amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet*: quæ verba non tantum intelligenda ſunt de operibus miraculorum, prout ea intelligit Chryſoſt. hom. 12. in Acta Apoſtolorum, & Auguſtinus tract. 72. in Ioannem, uel de maiori populorum conuerſione, vt eodē tract. 72. idem accipit Auguſtinus, verum etiam de operibus iis, quæ iuſti faciunt, dum non ſecundū carnem ambulant: reportantes victoriam cōtra dæmonem, mundum, & carnem. Vnde Origenes homil. 7. in lib. Num. Verè, inquit, maius mihi videtur, qu. homo in carne poſitus, fragilis, & caducus, fide tātum Chriſti, & verbo eius armatus, ſuperet Gigātum, & dæmonum legiones: quamuis ipſe ſit, qui vincit in nobis, plus tamen eſt, quod per nos vincit, quàm quod per ſe vincit: plus tamen eſt, adde & tu, quòd per miſeros, infirmoſque homines eximia operatur opera ſpiritalia, quàm quod per ſe operatur. In hunc ergo ſenſum complures aduertere eſt Religioſos in Congregationib. ſuper Chriſtum Eccleſiæ murum eminentes, inſtar prædictorum ramorum, in terreno horto ſuper muro eminentium: E quibus hunc nauim dicas, g *Factum quaſi nauim inſtitoris, de longe*, ideſt è cælis, *portantem panem ſuum* doctrinæ myſticæ, atque cęleſtis: Ille tibi videatur turris, robore deuotionis ſuę, inſtar turris vniuerſam tutam conſeruans Cōgregationem, de talibus quippe dictum eſt in fine huius Cantici: *Vbera mea ſicut turris*: Alius armati militis

Flores qui.

Arbores Eccleſiæ qui ſint.

E

Ambulacra Eccleſiæ q.

c Leuit. 26. 12.

Religioſi ſunt inſtar operis topiarij in Eccleſia, vt hortus eſt.

A

DE ECCLESIA.

d Pſ. 88. 8.

B

e Pſ. 72. 28.

Simile.

Religioſi ſūt flores, qui Chriſto ipſo cui inhærēt dicuntur eminētiores.

f Ioã. 14. 12.

Chriſoſt.

Auguſt.

Orig.

g Prou. 31. 14.

h Cāt. 8. 10.

DE ECCLESIA

tis formam præseferens, existens *fortis in bello*, & *pugnans cum antiquo serpente*, qui, iuxta consiliū Apostoli, *a Laborat sicut bonus miles Christi Iesu*. Alius insignis, atque spectabilis decore sanctitatis suæ quasi pauo spiritualis, oculos ad se alliciens intuentium. Nec ibi desunt, qui in galli formam se effictos ostentent, solicitudine nō pigri ad nocturnas Dei laudes nedum semetipsos, sed & alios excitantes, galli intelligentiam, de qua in libro Iob, *b Quis dedit gallo intelligentiam?* in se repræsentantes; quatenus aduentantem ad tenebricosa peccatorum corda diuinæ misericordiæ solem, præintelligunt, atque prænunciant. Quosdam ibidem videre est, qui ceruos sese exhibeant, dum ad Dei fruitionem anhelantes, sæpius eas exclamant voces: *c Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus.* Quosdam etiā, quos capreas dicas, ex cursus velocitate, qua viā mandatorum Dei currere satagunt. Quibus omnibus in multiplicibus, ac variis hisce, aliisve similibus formis super Christum Ecclesiæ murum eminentibus adeo excrescit ipsius Ecclesiæ pulchritudo, vt, si per horti similitudinem hæc sola significaretur, efficacissima sanè ea censenda esset, dū hic adhibita est ad amplificandam talis sponsæ pulchritudinem.

a 2. Tim. 2. 3.
b Iob 38. 36.
c Psal. 41. 2.

Attamen multò efficacior eadem similitudo est nam per ipsam insuper significatur, talem, tantamque istam esse Ecclesiæ pulchritudinē; vt propter eā iā quasi peculiaris locus voluptatis Deo illa sit, vtpote instar horti voluptatis exhibita, ad q̄ è cælis descendat, voluptatem ex ea percepturus: hō secus ac celsissimi quique Regum, ac Principum terrenorum, qui, tametsi in regiis ciuitatibus, in nobilissimis palatiis, opulentissimisque ædibus exuberent vniuersis iis, quæ inter delectabilia annumerantur; ad illum nihilominus tendunt frequentius hortum, quem artificio summo conseuerint, sibiq. seruent conclusum, vt exinde capiant voluptatem.

Ecclesia quasi proprius locus voluntatis Dei ob eximiam sui pulchritudinem.

Simile.

Porrò, si exactius perscrutari velimus, quonam pacto Deus, à quo omne bonū, & qui fons est omnis voluptatis, voluptatem ex spirituali Ecclesię horto capiat, inueniemus, eatenus illum dici, istiusmodi capere voluptatem, & eatenus Ecclesiam dici eius hortum voluptatis, quatenus iis exuberat deliciis, quibus exultant, qui in ea sunt fideles, ac sancti: ita vt sicut areolas viridantes, flores, & fructus horti ob id lætos appellare consueuimus; quia lætitiam ac voluptatem præbeant; ita e vestigio, multòque proprius hortum voluptatis Ecclesiam nuncupemus; quia eius fideles ex ipsa percipiant voluptatem: lætos dicamus & flores, & fructus, atq. arbores illius spirituales; quia quotquot in ea instar celsarum arborum sublimes sunt celsitudine virtutum, quotquot fructus bonitatis se exhibent, quotquot & bono Christi odore instar florum suaueolent, inexplicabili exultant lætitia: cuius rei testem habemus Isaiam Prophetam; is etenim enarrans, qua ratione Dominus Ecclesiam sibi facturus esset hortum, & hortum voluptatis; vt in ea, & ex ea voluptatem caperet, ait; *d Consolabitur Dominus Sion, consolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertū eius quasi delicias; & solitudinem eius, quasi hortum Domini. Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis*: Qua in re insignis admirāda est Dei in Ecclesiam suam propensio, excessiuus amor, & incomprehensibilis bonitas: quandoquidem eo ipso tempore, quo sponsam ipsam suā consolatur, ex actu consolationis illius, consolationē & ipse percipit maximam; dumque deliciis eā cumulat, gaudiumve exhibet, atque lætitiā, gaudio

Ecclesia hortus voluptatis Dei, quatenus sancti, qui in ea sunt, voluptate fruuntur.

Simile.

d Isa. 51. 3.

Ex voluptate Ecclesiæ voluptatē percipit Deus.

A & ipse perfunditur, & exultatione, deliciasve suas dicit eas, quibus illam implet sui præsentia: hoc namque crediderim, significare eum voluisse in lib. Prouerb. cum dixit: *e Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.*

DE ECCLESIA

Ex his iam patet, quàm efficaciter ipsa horti similitudine explicatum sit, quomodo Ecclesia tota pulchra sit, per id tamen, quòd haud *hortus* simpliciter, seu *hortus Regius*, aut *hortus voluptatis*, sed, *hortus conclusus* ea appellata est, idemque appositū iterum eidem horti similitudini adiectum est, duobus reperta illa est, ad duo illa significanda, quib. totalis constat Ecclesiæ pulchritudo, de quibus & hucusque actum est: Illud pariter explicatur, quomodo nulla in ipsa Ecclesia sit macula, nullum vi-

Ecclesia externus sine macula, quatenus est hortus conclusus muro S. Scr. & Christo vt earū ostio.

B tium, nullusve defectus. Enimuero quemadmodū in hortum talem, qualem pro similitudine hoc loco adhibitum, credere est, pretiosum, regio opere excultum, atque etiam irriguum, maculæ non irrepit turpitudo, aut deturpatio aliqua, ni aditus ad illum feris fiat, & pertranseuntibus hominib. per quos vel herbæ conculcētur, & flores, vel fructus ex arboribus diripiantur, vel viæ deturpentur, & ambulacra, vel ea ipsa vastentur, quæ opere topiario ingenti contexta sunt labore, atque adeo cū bene conclusus, seraque obfirmatus custoditur à domino, nil huiuscemodi maculæ, nilve prædictorū defectuum in eo aduertere est: In eumdem modū, cum experientia constet, eatenus in particularem

Simile.

C alicuius Prouinciæ Ecclesiam maculas irrepere, vel in cōfusione graduum, ministeriorum, statuū, atque ordinum: vel in conculcatione humilium, & eorum, qui instar florum, bono exemplo, bonoque sanctitatis odore suauiter redolent: vel in deturpatione sanctarum animarum, in quibus Deus ambulare consueuit: vel etiam in deuastatione Religionum; quatenus illi aditus quispiam patentior relictus est in pariete sacrarum litterarum, & obseruantiæ legis diuinæ, quo à Domino tota circūdata fuerat, ita vt aliunde, quàm ab ostio, *e* quod est Christus, diabolus singularis ferus & hæretici ferarum omnium pessimi, & etiam peruersi quiq. fidelium in ipsam irrumpentes, totam eam macu-

e Io. 10. 9.

D lis conspergant, deturpantes, vastantes, atque exterminantes falsis dogmatibus, vanis illecebris, prauisque exemplis, & persuasionibus suis. Meritò Catholica, Orthodoxa, & Romana Ecclesia dicitur semper nedum *hortus*, sed *hortus conclusus*, atque adeo & tota pulchra, & sine macula: Murum siquidem habet præfortem illas ipsas Scripturas sacras, in quibus vniuersas suas cōstitutas habet diuitias, vtpote desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, continentes verba, iudiciave Domini: ita vt propterea non incongrue iis id aptari queat, quod de terrenis diuitiis profertur in libro Prouerbiorum: *f Substantia diuitis, vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum.* Murum autē istū

f Prou. 18. 11.

E habet vndique occlusum, nec aliud in eo reperire est ostium, quàm illud vnum, de quo in Euangelio Christus Dominus ait: *g Ego sum ostium; per me si quis introierit, saluabitur*: Quin & istud ipsum ostium ita seruatur obseratum, vt murum ipsum penetrare nemo queat, atque in conclusum Ecclesiæ hortum ingredi, nisi idemmet Christus Iesus, qui ostium est, illud aperiat claue Dauid, quam habet, iuxta illud Apocalypsis: *h Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit*: ipse etenim solus clauē habet scientiæ sacrarum Scripturarum, & illorum in primis mysteriorum, quæ ad se pertinent, quorum vniuersæ eæ refertæ sunt: ipse earum notitiā,

g Io. 10. 9.

h Apoc. 3. 7.

cui-

DE EC-CLESIA.

cui vult, aperit, & cui vult claudit: ac profectò cū alicui aperuerit, haud quidquam periculi est spiritali horto: nam, cum quis per tale ingrediatur ostiū ingreditur sanè non vt vastator, sed vt bonus operarius.

Porrò, quæ per horti conclusi similitudinem tā præclare explicata sunt, non minus sanè egregie ad maiorem confirmationem per adiunctam similitudinem alteram fontis signati comprobantur; idque non minus congrue, quàm necessario. Enim uero quid pulchritudo membrorum omnium decori haberet, si diffusa per membra singula deesset gratia? quidve horto inesset decoris ex pulchra areolarum dispositione, ex copia aromaticarum arborum, ex plantis perpulchrorum florum, & frugiferis arboribus, de longinquo allatis? quid labor in contexendis operibus topiariis? quid præfortis muri conclusio, ni aquarum adesset copia, quibus debitus cunctis conferretur decor? *Fons* ergo ipsamet Ecclesia dicitur, quæ & *hortus* dicta est, & *tota pulchra* est prædicata: *Fons signatus*, siue fons, vt præ aquarum copia, quibus sancti quique illius cōspersi sunt, & vnus sit, & plures pariter fontes in iis omnibus, iuxta pollicitationem illam, quam apud Isaiam descriptam legimus: *a Quæ erat arida, erit in stagnum; & sitiens in fontes aquarum.* Fons quoque est aquis doctrinæ exuberans, quibus & areolæ vniuersorum, qui in ipsa sunt, graduū, & quicquid ad horti pulchritudinem confert, affatim irrigatur: attamen ita fons est hisce redundans sacræ doctrinæ aquis, vt fons signatus dicatur, quia non tantùm tota pulchra pronunciata est; sed etiam sine macula, & sine vllo defectu, aut deturpante aliquo: quamuis enim in terreno horto parum intersit, an aquæ fontium claræ sint & limpidæ, an vero limosæ, & corruptæ, quatenus ad hortum irrigandum inseruiunt; quia herbæ, atq; arbores, quas irrigant, radices suas defixas habent in terra, & è terra terrestrem, & crassum attrahunt humorem; & idcirco quoad hoc necessarium minime est, vt fons ipse conclusus seruetur: In spiritali tamē horto, & in Ecclesia Catholica; quia spiritales ipsius herbæ, & arbores nequaquam in terra, sed in cælo, atque in Deo ipso, quem super omnia diligunt, suas radices habent, in Dei charitate radicatæ, & fundatæ, vt purum è cælis ipsis attrahant humorē, quo in sanctitatis pulchritudine crescant; operæpretium est, vt sacræ doctrinæ, quæ eis subministrantur aquæ, absque omni cœno sint limpidissimæ; alioquin ex illis maculas contraherent, prout herbis, & arboribus terreni horti euenire conspicimus tunc temporis, cum nequaquam ad radices sed super frondes, & folia aqua iniecta fuerit, quę vel limo, vel sanguine, aliove colore sit deturpata. Idcirco Ecclesia Catholica, quæ has fluit sacræ doctrinæ aquas, ne eæ ob fędorum pedum conturbationem deturpentur ab iis, qui limosos pedum affectus habent, neve ob mortiferum dogma ab hæreticis iniectum corrumpantur: & ne falso colore, ab ignorantibus immisso, genuinam amittant puritatem, fons signatus sit, necesse est: signatus, inquā, signaculo cælestis Regis, quod nullus audeat attingere, signaculo, quod ille solus soluere potest, qui in libro Apocalypsis dicitur extitisse *b dignus aperire librum, & soluere signacula eius*; quive sicut & ostium horti est, & aperit, clauditque seipsum, vt ostensum est; ita etiā signaculum ipsum est, quo spiritalis fontis aquæ, sacrave Ecclesiæ doctrina pura, & immaculata seruatur.

Ecclesia fōs ob aquas gratiarum, & aquas sacra doctrina.

a Isa. 35. 7.

Ecclesia Catholica fōs signatus sit necesse est, vt seruetur sine macula.

Simile.

Simile.

b Apoc. 5.

Ex quo & id sequitur consequenter, quod præcipua laudis est eiusdem Ecclesiæ, quodve prę omnibus cælesti sponso iucundum in ea est, quæ & soror, & spōsa eius dicitur eo sensu, quem supra prosecuti sumus in secunda expos. vers. 9. id verò est Virginitatis decus. Quis enim ambigat, rē, quę signata sit Principis sigillo, ita ipsi vni addictam esse Principi, vt quādiu sigillū super se habeat, integerrima sit, & virgo ēt metaphorico noīe dici queat?

Ecclesia Catholica fōs signatus dicitur, quia Virgo paris & purissimas effundit aquas doctrina super fideles.

Porrò sic Virgo est Ecclesia, vt, sicut absque amotione diuini signaculi, quod super se habet, tāquam Christi sponsa innumeros parit filios, iuxta illud Isaiæ: *c Quis audiuit vnquam tale? aut quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul; quia parturiuit, & peperit Sion filios suos?* ita pariter absque eiusdem sigilli fractura tamquam fons signatus purissimas in horti areolas, & plātas spirituales effundat aquas, quæ, ni ex ipso transirent eius signaculo, & è Christo Iesu, impuræ impurā sanè & illam arguerent.

c Isa. 66. 8.

Ex his, quæ hucusque dicta sunt, colligi potest breuis totius huius sententiæ sensus istiusmodi.

Quia soror, & sponsa mea es; quia ita perpetuo sponsa, sicut perpetuo & soror es: Et quia ita sponsa, vt instar sororis virgo mihi exhibita sis casta: Ita sanè tota pulchra es in recte dispositis fideliū statibus, atque ordinibus, & in singulis eorum ordinum, qui aliquo præeminent sanctitatis studio, aliquave virtute, sicut nobilis, ac pretiosus hortus totus est pulcher in areolis, in herbis, floribus, atq; arboribus, in ambulacris, & in iis, quę topiario cōtexta sunt opere. Quin ob pulchritudinem istā tuā mihimet Deo tuo voluptatem affers, ita vt meritò *hortus* voluptatis Dei dici debeas. Nec defectus quisquam in te apparet deturpationis, aut demolitionis pulchritudinis tuæ; quia es instar horti conclusi, ac bene obserati, in quem nec feræ, nec vastator aliquis ingredi possit: Es namque & tu muro sacræ Scripturæ circumdata, ostium habens me vnum, qui solus admitto, quos voluerim, cum clauē habeam prophetarum: Es insuper ipsamet tibi in horto concluso *fons*, quia aquis exuberas diuinarū gratiarum, quas diffusas habes in singulis membris tuis: & *fons* etiam, aquis doctrinæ sacræ redūdās, quibus id omne, quod in te est, irrigatur: *fons* planè *signatus*; non tamē alio signaculo, quā meo, qui puras eas pro plantis, quæ in te sunt, seruo aquas, & cui uirgo seruaris, dum sic signata purissimus es fons purissimis irrigans aquis.

PARAPHRASIS.

Vers. XII. Hortus conclusus soror mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

Congruenter sanè admodum postquā in præcedenti versu piam animam sponsam suā exmiae commēdauit cælestis sponsus, quòd insignis esset in oī genere orationis, nunc in præsenti vers. 12. immediate ex perfecta illam ipsam extollit, & totali pulchritudine, quæ ex virtutum decore prouenit, atque ex affluenti gratiarum copia, ex arcta cordis custodia, & ex virginali pudicitia, quā quicquid in ipsa vel pulchritudinis est, vel gratiæ, id oē sibi vni seruetur intactum, & illibatum; quasi hoc quoque subindicans inter præstantissimas laudes illas, quas hoc encomio in ipsam cōfert, quòd idcirco adeo sit excellens in omni genere orationis, quia sit hortus cōclusus, & fons signatus: quia ita sua sit sponsa, vt sit simul, & soror: quia & ipsa actiua sororem suam se exhibeat, faciens volun-

In orationis studio excellens pia ania excellēs est, quatenus est hortus conclusus, & fons signatus.

DE ANIMA.

luntatem Patris, qui in cælis est, & in vita contemplatiua instar sponsæ ipsius se habeat, ipsi vnita.

Porrò, quia duabus similitudinibus horti conclusi, ac fontis signati ea omnia exprimit, quę iam tacta sunt, vt melius earum similitudinum vis percipiatur, & eæ etiam præstantissimæ, quæ sub illis, ac per illas orantis animę designantur, laudes innotescant, singula perpendam exactius.

Horti similitudo quàm apte explicet perfectā piæ aīæ pulchritudinē sanctitatis.

Ac primum, quàm efficaciter perfecta tam sanctæ animæ, quæ & soror, & sponsa Dei est, sanctitatis pulchritudo per horti similitudinem explicetur, ex iis colligitur Apostoli verbis, quib. ad Corinthios ait: *Dei agricultura estis*. Enimuero ad hoc vt quis pulchrum faciat hortum, duo necesse est habeat simul iuncta, & magnas opes, quibus innumera, quæ ad horti structuram necessaria sunt, cō-parentur, & agriculturæ artem, quæ architecturæ expers minime sit: alterutrum quippe si desit illorum duorum, pulchritudinem pariter horto deesse operæpretium est.

1. Cor. 3. 9.

Simile.

Hinc potentissimi Principum, quò in hortis iis, quos summa magnificentia sibi construunt, nil desit pulchritudinis, id, quod sibi ipsis deest artificii, per alium supplere satagentes, eum illis præficere curant, qui maxime omnium expertus sit agriculturæ artis. Quinimo si quando contingat, vt Princeps quispiam eius artis sit gnarus, tunc profecto is, quem sibimet facit, hortus omnimoda decorus est pulchritudine. De potentia, & opibus cælestis sponsi nihil est, quòd aliquid dicam; omnipotens enim est, & Dominus vniuersorum; quàm verò idē ipse, qui & omniscius est, necessariam etiā ad pulchros hortos construendos agriculturæ calleat artem, ex vnius horti, quem aliquando plantauit, patet pulchritudine, quæ certè talis extitit, vt propter eam meritò paradisus voluptatis sit appellatus: quia nimirum tam eximia decorus esset pulchritudine, vt præ illa cælestis quodammodo paradisi exhiberet voluptates: vnde in libro Genesis duobus hisce nominibus inexplicabilem illius pulchritudinem describens Moyses, ait: *Plantauerat Dominus paradisum voluptatis à principio*. Quòd, si sensibilem, ac terrenum primum illum hortum, quem haud pro se, sed pro homine plantauerat (vnde & scriptura dicit post prædicta verba immediatè: *In quo posuit hominem, quem formauerat*) tam pulchrum effecit, vt paradisus voluptatis appellari potuerit: quantò pulchriorem existimandum est construere spiritalem hortum, cum piam animam illā quæ soror, & sponsa ipsius est, hortum non iā pro quoquam efficit hominum, vel Angelorū, sed pro semetipso, sibique vni seruatum? Meritò sanè hortum conclusum illum appellat, & hortum conclusum iterum eam dicit; Conclusam namque talem seruat animam; conclusam, inquam, nequitiis, nedum sensibilibus, sed & spiritualibus, ne in eo cōtingat, quod in primo illo contigit horto, in quo homini mulier data est in adiutorium, per quā tamen peccato irretitus is est; in quem & diabolo ingredi licuit, cuius opera & peccatum, & ipsamet turpitudo in tam pulchro disseminata est paradiso: Conclusam item claue seruat eamdem, conclusam hominibus quibuscunque, conclusam & Angelis ipsis: nec his quippe, nec illis ad eam vnquā patet aditus, nisi, cum vt ministri ipsius clauem habent à se eius sponso exhibitam diuinæ charitatis.

Gen. 2. 8.

Conclusum hortum piā animā quis efficiat Deus & cur conclusum.

Piæ aīæ vt horti describitur pulchritudinis.

Est aūt in spiritali isto horto id oē pulchritudinis, quod in pulcherrimo reperiri potest horto terreno; sunt areolæ perbellè ordinatæ, & quasi ad perpendiculum adæquatæ, & complanatæ, ipsæ nimirū eius potentiæ, in quib. nihil inest confusionis, nihilve demissionis, prout in potentiis aduertere est impiorum, quæ sunt & distortæ, à diuina deuiantes rectitudine, & præ confusione multipliciū rerum, quib. plenæ sunt, ex vna parte elatæ spiritu superbiæ, ex alia verò demissæ ob inania, & vana, quæ in se admittunt: sunt & suaueolentes, medicinalesve herbæ sanctarum cogitationum: sunt flores sanctorum desideriorum, sui fragrantiam vsque ad cælum emittentes; sunt arbores habituum infusorum: sunt & pulcherrimi, & suauissimi ex arboribus hisce producti fructus actuum vniuscuiusque virtutis; sunt quoque speciosiores ex arboribus, in quibus artificiosus operis topiarii nexus; atque textura diuinos mirum in modum oblectat oculos; habitus, inquam, charitatis in Deum, atque in proximum, è quorū textura fructus pariter pendent actuum charitatis, reliquis fructibus vniuersis dulciores, ac pulchriores. Nec desunt ibi ambulacra rectissima, nempe exercitia orationis, meditationis, lectionis, operum manualium, & officiorū pietatis, ac misericordiæ, quorum rectitudinē his verbis describit Isaias Propheta: a *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum*: vbi quod dicitur, ad ambulandum, non ineptè etiam ad Deū referri potest, quem constat vnà cum ipso iusto per rectum istiusmodi callem ambulare, prout clarius ipsemet explicat in lib. Prouerb. dicens: b *In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicii*: quæ sane ambulacra, quatenus per illa ambulat Deus, intra hortum ipsum, ipsamque animam directa, & complanata sunt, in eius videlicet mēte, quā Deus mouet ad studia illa; ita vt propterea, referente Apostolo Paulo, dicat: c *Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo*: inhabitat quippe is in pia aīa, dū illam in bono perseuerantem efficit; inambulat verò, dum voluntati, & menti illius proponit, vt per varia proficiat virtutum studia; dum eam ad sanctā promouet exercitia. Inambulans autem per tā pulchrum hortum spiritualem is ipse, qui est pater omnium consolationum, & fons cælestium deliciarum, inexplicabili perfunditur voluptate, dū admirabilem eius conspicit sanctitatis pulchritudinem: dum, propriis quodammodo manib. legēs flores purissimorum desideriorum, & colligēs fructus operationum virtutis, ex variis habituum arboribus dependentes, iisve summa se pascens cum delectatione, prout ipsamet sponsa contestatur inferius in ca. 6. dicens: d *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat*: in medio fragrantissimarum herbarum, & sanctarum cogitationum conquiescit, prout fatetur in libro Prouerb. dicens: e *Et eruditis intersum cogitationibus*.

DE ANIMA.

a Isa. 26. 7.

Ambulare Deus in pia anima quid sit, & quo fiat.

b Prou. 8. 20.

c 2. Cor. 6. 16.

Ambulans Deus in anima, quā voluptatē ea capiat.

d Cant. 6. 1.

e Prou. 8. 12.

Quòd autem in spirituali isto horto & pulchritudinē maxime auget, & maiores Deo ingerit voluptates, est ingens ipsius animæ pudicitia, quæ quicquid in se est vel bonarum cogitationum, vel sanctorum desideriorum, vel habituum, aut actionum virtutis, id omne illa vni seruatum custodit Deo sponso suo, à quo cogitatio omnis, omne desiderium, omneq. datum optimum, & omne donū perfectum plantatum in ipsa est, oblectatque hoc maxime Deū, quòd sibi soli ad huiuscemodi hortum pateat aditus, solumque in eo inhabitare, & inambulare sibi liceat; atq. adeo non tam exinde sponsam istam suam commendat, quòd *hortus* sit, quàm quòd, cum sit hortus, sit *hortus conclusus*.

Voluptatē ex pia anima exinde potissimum capit Deus quòd hortus conclusus est.

Conclusio porrò ista, qua ab horto arcetur omne id, quod est alienum à Deo, duplex est; ideo bis dī. *hortus conclusus, hortus conclusus*. Altera ex parte Dei, seu ab ipsomet Deo, qui hortū sibi plātauit

Horti conclusio duplex vna à Deo altera ab ipsa pia anima.

de

DE ANIMA.

de qua in Psal. dictum est: *a Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui*: vbi montium appellatione Angelorum custodia designatur, de quibus per Prophetam ait Dominus: *b Super muros tuos Ierusalem constitui custodes; tota die, & nocte non tacebunt*: circundant quippe Angeli sancti, & custodiunt hortum Dei: at clausuræ fortitudo nõ tam ex ipsis prouenit, quàm ex ipsomet Domino, qui ita circundat eũ; vt sit murus eius fortissimus, imò non vnus murus, sed plures muri, super quos illi inuicè concludunt, ex parte sua custodientes, atque clamantes intra cor piæ animæ: quod & ipsimet fatentur, cum aliquando intra istum hortum ingredi cupientes, vt ministerium impleant salutis, dicunt: *c Saluator ponetur in ea murus, & antemurale, aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem*: ac si dicant: Scimus, Deum Saluatorem tuum te ita arctè concludere; vt & pro muro, & pro antemurali te cingat: Aperi tu tamen nobis portas cordis tui, potẽtiarumque tuarum, neve extimescas: ingredientibus enim nobis intra te hortum Dei nostri, ingredietur gens sancta, & iusta, atque custodiens veritatẽ: quin aperi audacter; quia nobiscum Deus; sic namque canit Ecclesia in quadam Antiphona secundæ Dominicæ Aduentus: *Aperite portas, quia nobiscum Deus*. Loquuntur aũt in plurali, quia omnes, & singulas eas alloquuntur animas sanctas, quæ hortus Dei sunt.

Hortus conclusus pia anima dicitur quia à Deo conclusa seruatur.

a Ps. 124. 3.

b Isa. 62. 6.

c Isa. 26. 1.

B

Porrò hoc, quod inquiunt, *Aperite portas*, alterã illam indicant clausuram, propter quam iterum replicasse dixi sponsum verba ista. *Hortus conclusus*; quæ est ex parte ipsius animæ, quatenus ipsamet, diuina adiuuante gratia, arctissimam sibimet adhibet custodiam sui ipsius, tot obseratas in se retinens portas, quot habet potentias. Nonne validissimam portam oculis adhibet, dum vnà cum Sancto Iob ait: *d Pepigi fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem quidem de Virgine*. Non negligit, portã obserare auribus, orique suo, recolens per sapientem quemdam id sibi consultum iis verbis: *e Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis*. Quidni verò præfortem ori suo faciat portam, cum sciat, per Salomonem dictum: *f Qui custodit os suum, custodit animam suam*: Quin, si quando casu aliquo ablatam, seu fractam portam istam in se aduerterit, confugit illico ad primum artificem Deum, sponsumque suum, ac sui ipsius periculum illi proponens, ait vnà cum Prophera: *g Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis: vt non declinet cor meum in verba malitiæ*. Quòd, si potentiis hisce sensuum exteriorum tantas, adeoque validas portas custodire nitit' obseratas; multò sanè maiorem adhibet diligentiam, vt portas validiores habeat potentiis interioribus, easve seris timoris domini conclusas: imaginationi vnam, aliam intellectui, aliam memoriæ, aliam denique voluntati: quas omnes vnico verbo consuluit Sap. cùm ait: *h Omni custodia cor tuum*.

C

Hortus conclusus pia aña dicitur ob sedulam custodiam suiipsius, et potentiarũ suarum.

d Iob 31. 1.

e Eccli. 28. 29.

f Prou. 13. 3.

D

g Ps. 140. 3.

h prou. 4. 23.

Quia verò, iuxta illam Prophetæ pollicitationẽ qua piæ animæ dt: *Et eris quasi hortus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ*: eatenus insignem horti pulchritudinem sponsa habet, quatenus diuinæ gratiæ aquis redundat, è quib. potissimum aquis certum est, prouenire illud oẽ, quod pulchrum, quodve & sanctum in ea est: *K Gratia enim Dei sum id quod sum*, dicebat Apostolus: idcirco appellata est, nõ solùm *hortus conclusus*, sed & *fons signatus*, prout, & à Christo Domino factũ legimus apud Ioannem, vbi dixit: *l Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*: Aqua, inquit, fiet fons: at sponsus non aquam hic dicit fontem, sed ipsammet animam sponsam suam appellat fontem per epithasin; quasi amãtiũ more dicere velit: Tãtis affluis gratiis, nedum gratum facientibus; sed & gratis datis, & donis Spiritus sancti, vt tumẽs fons quodammodo dici queas ob multiplices, eosque præstantissimos dictarum gratiarum effectus, quos instar aquarum exhibes in cogitationibus, in verbis, atque in operibus.

Fis est pia ãi a ob ingẽtẽ copiam gratiarũ.

i Is 58. 11.

K 1. Cor. 15. 10.

l Io. 4. 14.

A

Ac bene non dicitur *fons* simpliciter, sed *fons signatus*: Quæ, n, tã insigni decora est sanctitatis pulchritudine, tamque pudica in ipsamet pulchritudine sua seruanda; vt *hortus conclusus* dici meruerit eadem existens *fons* ob gratiarum copiam, *fons* dici debuit, nedum *conclusus*; at etiam *signatus*, cum in ipsismet gratiis adeo eximiis, in ipsismet gratiarum effectibus Virginem castam se Christo exhibeat, ea tantummodo cogitans, ea & loquens, & faciens, quæ Domini sunt.

Fons signatus cur dicatur pia anima.

B

Triplici porrò signaculo signatus est huiusmodi fons, atque ob triplicem causam. Primum signaculum est sponsus ipse Dominus Iesus, qui propterea in c. 8. huius Cantici ait: *m Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*. Secundum est Spiritus sanctus, de quo Apostolus ad Ephesios ait, *n Credentes signati estis*, græce ἐσφραγίσθητε, idest sigillati estis, *Spiritu promissionis sancto*. Tertiũ est sedula ipsius animæ cura, qua stabilem, immotamque se Dei sponsam, & ab omni peccatorum labe immunem studet seruare, de quo idem Paul. ad Timotheum dixit: *o Firmum fundamentum Dei stat* (idest, electi, ij, qui fundati sunt in fide Christi, quive sunt Dei fundamentum immoti permanent.) *habens signaculum hoc: cognouit Dominus, qui sunt eius; & discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini*, idest, hoc pro signaculo adhibentes animabus suis, quòd cogniti sunt à Deo, & quod sunt eius: & demũ quòd qui fidelis est, debet ab iniquitate discedere.

Triplex signaculum pia aiæ propter quæ dicitur fons signatus.

m Cãt. 8. 6.

n Eph. 1. 13.

C

o 2. Tim. 2. 19.

Pia anima fons signatus Christo Iesu vt signaculo.

Fons itaque est primo *signatus* signaculo, quatenus Christus Dominus, è quo omnis dimanat gratia, cordi ipsius animæ semet imprimens, per ingẽtem, quam illi infundit sui dilectionem, ita eam ex omni parte concludit; vt aquæ gratiarum minime effundantur, & pereant; sed sibimet conseruatæ eò ad se tendant in altum recta, vnde & descenderunt, iuxta sensibilium etiam aquarum naturã: sicque verificatur, quod supra relatum, dictumq. ab ipsomet est, *p Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Et profectò piæ animæ, quatenus est fons, istud primum signaculũ adeo est necessarium; vt absque illo, facillime gratiis omnibus destituta, esset instar fontis sine aqua quo nihil turpius conspici potest; congruerentve ei illa Psalmi verba, *q Sicut aqua effusa sum, & dispersa sunt omnia ossa mea*: idest, virtutes, bonaque omnia, quibus ita fulciebar, sicut ossibus fulcitur corpus. Spiritus quoque sanctus adhiberi huic debet fonti pro secundo signaculo, quo cõclusus seruetur in sanctificatione, quæ propterea frequentissimè in sacris litteris nominatur sanctificatio spiritus; quia nimirum sponsus, qui nedum Ecclesiam, sed & piam quamque animam *r* exhibuit sibi *gloriosam sponsam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata*, idcirco, iuxta Apostoli dictum, *s signauit eam, & dedit pignus spiritus in corde* illius, vt per illũ nedum ea sanctificaretur, sed & eamdem in se conseruatam contineret sanctificationis aquam, sanctitatem, ac puritatem, cuius & pignus, & signaculũ ipse est Spiritus sanctus, sine quo gratiarum aquæ

D

p Io. 4. 14.

Pia anima fons signatus Spiritu sancto vt signaculo.

q ps. 21. 15

E

r Eph. 5. 27

s 2. Cor. 1. 22.

illi-

DE ANIMA.

Pia anima fons signatus signaculo tura sedulo suiipsius ac gratiæ conseruanda.

illico deturpantur.

Verùm, tametsi duo ista signacula sufficientissima per se essent ad conseruandam piam animā in gratia, & in puritate, ac sanctificatione illibatā; nihilominus, quia & Christus Iesus, & Spiritus sanctus ita ipsam signant, vt simul liberam eam relinquant, operæpretium est, vt & tertio insuper signaculo ipsa, Deo adiuuante, semet seruet signatam, sollicita in custodienda, quam desuper accepit, diuina gratia: tantillum enim terreni, quod intra se admittat, sufficiens est eius deturpare puritatem: tantillum quoque admissi peccati venialis sufficiens est totam ipsam commouere, prout videre est in fonte sensibili. quem, si vel lapillum immittas in eum quietas continentem aquas, totum commotum aspicies; & licet aquæ non minuantur; perturbatas nihilominus in multiplices gyros moueri eas videbis; vnde postmodum fit, vt inquietæ fint in fonte: id quod frequentius in compluribus obseruare est spiritualibus, vt, quamuis in gratia existant, nō habentes in se peccata mortalia; in gyrum tamen commotas se sentiūt, & inquietas in ipsismet, quæ operantur, bonis operibus, & in sanctis iis studiis in quibus, diuina impellente gratia, sese exercent. Fons igitur, signaculo isto signatus sedulæ curæ conseruandi se in gratia, & cauendi omne peccatū esse debet anima, quæ soror, & sponsa Christi est: Tali porrò animæ verissimè dicitur à cælesti sponso: *Hortus conclusus*, &c. *Fōs signatus*: Ac si dicatur:

Simile.

PARAPHRASIS.

Quæ *soror* mihi es in vita actiua faciens voluntatē Patris; quæve & *sponsa* mea es, in contemplationis studio mihi vnita, *hortus* es magnificentissimus, à Patre meo plantatus ad nostram voluptatem: eam in te habes spiritalem pulchritudinem, quā in pulcherrimo horto admirari solent homines, in potentiis, in bonis cogitationibus, in sanctis desideriis, in habitibus infusis, in virtutum actibus, atq. in studiis sanctitatis; ita vt iure optimo *hortus* Dei, & *hortus* voluptatis eidem Deo dici debeas. Quod autem maximam nobis ingerit voluptatē in ista pulchritudine, illud est præstantissimum pudicitiæ decus, quo quicquid in te vel boni est, vel pulchri, mihi vni seruatur: es quippe *hortus conclusus* à me, & memetipso obseratus, qui murus, & antemurale te circundo: & *hortus* etiam *conclusus* portis arctæ custodiæ, quas tu ipsa adhibes potentiis tuis.

Exurgit verò pulchritudo tua ista omnis exinde, quòd hortus irriguus es, tanta exuberans diuinarum gratiarum copia, vt iam *fons* pariter appellanda sis: *fons* autem es ob hasce gratias, & cū gratiis hisce triplici signatus signaculo, me nimirum quem super cor vt signaculum gestas, & super brachia: Spiritu sancto, quo à me item obserata es; & tertio, quo tu temetipsam signatam custodis, sedulo studens, vt non turbetur ea, quæ in te est, gratiæ aqua; curamque adhibens, vt sponsam te meā serues, nil, quoad fieri potest, in te admittens peccati, nilve terreni, quib. vel perturberis, vel deturperis.

Vers. XII. Hortus conclusus soror mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa quæ est B. Virgo Maria.

Mariæ Virginitas cum partu coniuncta encomium præstantissimū.

TAmetsi frequentia in hoc Cantico reperiantur encomia eius, quæ in Dei genitrice Maria admirabilis maxime fuit, Virginitatis cum partu coniunctionis, vt in iis, quæ iam exposita sunt vidimus, & in subsequentibus pariter videbimus; nullum tamen præstātius eo est, quod in hac habetur sententia. Nec vsquàm ita apertè, & tantis modis ista explicatur, & commendatur vnio duarum rerum istarum, Virginitatis, & partus, adeo inter se iuxta naturæ ordinem incompossibilium, sicut in hoc vers. vbi prius duplici appellatione duplex hæc dignitas in vna B. Maria celebratur; vtpote q̄ & sponsa Dei sit, tunc desponsata, quando virtus Altissimi obumbrauit ei, quando concepit de Spiritu sancto, & Verbum caro factum habitauit in vtero ipsius: & simul quoque eodem tempore propter Virginitatis prærogatiuam ita sponsa extiterit illibata, ac si soror esset.

Simile.

Maria hortus ob fructum, ejus partum.

Secundò egregia horti conclusi similitudine id ipsum, quod duplici subindicatum est appellatione, maiore cum emphasi in eadem celebratur apertius: Enimuero dum *hortus* nuncupatur, ita sponsa ea esse significatur, vt instar horti, qui fructus in se & ex se profert, & ipsa fructum intra vterum suū ex se protulerit in Incarnatione Verbi, de quo Elisabeth, cum adhuc ille intra vterum contineretur, dixit: *a Benedictus fructus ventris tui*. Dum verò ita *hortus* dicitur, vt simul quoque *conclusus*, pronuntietur, insignis altera celebratur eius prærogatiua Virginitatis, vtpote quæ ita talem concepit filium è Spiritu sancto, Virgo persistens, sicut hortus conclusus fructus profert, etiam dum est conclusus: At quia non tantùm in conceptione, verùm etiam in partu, atque post partum hanc conclusionis, atque Virginitatis retinuit prærogatiuam, vt hoc pariter in ipsa extolleretur, meritò adiectum est iterum: *Hortus conclusus*, quamuis adhibita ista similitudo, si ex horto terreno sumatur, non attingat veritatē huiusce rei tā mirabilis, quia fieri naturaliter nequit, vt fructus ex horto productus extra hortum deferatur ni aliquo pacto quispiam in eo pateat aditus, per quem saltem vnus ingrediatur, & egrediatur, qui fructum productum colligit, & foras emittit: Maria tamen mirabiliter hortus conclusus semper extitit; quia idemmet Deus conclusam eam seruando, & ingressus in ipsam est cū in primo instanti Incarnationis productus quodāmodo fuit instar fructus, & egressus ex ipsa est vt fructus, mundo exhibitus vniuerso: quod apertius Ezechieli sub metaphora portæ clausæ, per quam tamen sic clausam Deus ingrediatur, & egrediatur significatū est ab ipsomet Domino, vbi Propheta ait: *b Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam; eritque clausa Principi*: Vnde crediderim, motos esse nonnullos, vt secundo loco, pro *hortus conclusus*, ex hebraico verterint, *Porta conclusa*, vt notatū est in prima expositione.

a Luc. 1. 42

Maria Virgo in partu & post partum.

Simile.

b Ezec. 44. 2.

Fontis signati appellatio quomodo exprimat Mariæ Virginitatem in partu & post partum.

Hæc denique omnia similitudine alia fontis signati efficacissime confirmantur à cælesti sponso. Pro cuius similitudinis vi percipienda notandum, in sacris litteris nonnunquam sub aquarum metaphora, filiorum vel conceptionem, vel partum designari, id quod præsertim ex c. 5. libri Prouerb. colligitur manifeste, è quo loco explicatio pariter petenda est allatæ ab sponso similitudinis, prout facit Greg. Nyss. & alii, licet in altero sensu, ibi siquidem Sapiens ait: *c Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide: Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui: sit vena tua benedicta*: Seu vt habent Sept. *Fons tuus aqua sit tibi proprius*: Quæ verba, etsi illis secundum litteram Salomon cum alloquatur iuuenem, quem erudiendum suscepit, dehortansque

Greg. Nyss.

c Prou. 5. 15.

DE B. MARIA.

que à fornicariæ commercio, ad propriæ cõiugis amorem illum deducat, suadens illi, vt filios ex ea procreet, qui ipsum in plateis honore afficiant, & de quorum natalibus certus sit: ac proinde etiam ipsa eius coniux, in qua, & ex qua aquæ dictorum filiorum æque, ac ex fonte deriuant, benedictioni bus repleatur: iuxta mysticum tamen sensum nil prohibet, vt tamquam prophetia assumi queant, prout & complura, quæ in eodem libro habentur tamquam Prophetiæ à Sanctis Patrib. accipiūtur; & hic ipse locus ab Augustino sumitur lib. 2. contra Cresconium, quasi præcise hæc dicta sint ad Deum, prędictumque in illis, quod ab ipso Deo sciendum erat cum B. Maria, quam primò sapiens appellet nominib. cisternæ, ac putei, in quib. sunt quidem aquæ, sed intus contentæ, congruitq; in primis cisternæ nomen: quādoquidē cisterna eas continet aquas, quæ è cælo defluxerint: congruit & nomen putei: quia & puteus eas habet aquas, quæ absq. vlla hominum opera intra ipsummet scaturiunt, nec opus habet, vt aperiatur, quo in eū defluāt aquæ. Scimus autem, B. Mariam filiū intra suum concepisse vterum, cum Verbum è cælo descendens, carnem ex ipsa, & intra ipsam assumpsit absque vlla hominū opera, & absque vlla Virginitatis læsione, ita vt propterea iure optimo ad Deū Patrem dici potuerit; *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui*, idest, habeto filium de Maria Virgine, illoque perfruito, qui de cælis intra eius vterum sic descendit, vt instar aquarum scaturiē tium, virginitate seruata, conceptus in ipsa sit. Per partum deinde eiusdem Mariæ egrediatur filius iste in mundum, totique orbi exhibeatur palā instar fontium multorum, & instar aquarum per plateas diuisarum. *Habeto tamen tu solus eum*, signata permanente matre ipsius signaculo virginitatis: *Nec sint alieni* hoc in filio *participes tui*. *Sit vena* ista, fonsque iste tuus, è quo filius ipse tuus deriuauit foras, instar aquarum: *sit*, inquam, Maria *benedicta* inter mulieres, quia talem edidit partum: ipsa *fons aquæ, sit tibi proprius*; tuo nimirum signatus signaculo, etiam dum aquæ ex ipsa dimanant; & postquā dimanarūt, tū in partu, tum etiā post partum filii tui, in quo nemo hominum tibi particeps esse potest. Quod ergo fusius sub metaphoris aquarum, & fontis, in quo aquæ continentur, vel è quo aquæ dimanant, in illis significatur verbis per Salomonem; hoc in modicis hisce aliis verbis: *fons signatus*, per eumdem Salomonē breuius sub eadem quoq; metaphora exprimitur peregregie in hoc vers. 12. siquidem, dum B. Maria exinde cōmendatur, quòd *fons signatus* sit, non tantū virginitas commendatur, prout primo aspectu apparet; verùm etiam partus: vnde factum est, vt esset vena benedicta: tum quia ita fons extitit; vt, & cum filium in vtero suo, prout fons aquas, intra se continuit per nouem menses; & cum item, quasi fons, aquas è se emittēs filium ipsum suum ex vtero suo per partum emisit, semper Virgo permāsit, signata signaculo virginitatis, quæ est sponsarum Dei signaculum: atque adeo instar fontis signati. Tota igitur præsētis encomii vis in hoc sita est, vt Mariæ singularis hæc tribuatur prerogatiua partus cum Virginitate coniuncti: Ac si dicatur.

Augustin.

Simile.

Maria cisterna, & puteus.

Simile.

PARAPHRASIS.

Quæ *soror mea* es, in virginitate perdurans, simulque & *sponsa* item mea in partu, *hortus* es ob filii conceptionem: sicque in ipsa filii conceptione es hortus; vt tamen *hortus conclusus* dici debeas, cū conclusa perstiteris in virginitate: quinetiam, cum instar horti fructum edidisti in partu eiusdē filii, *conclusus hortus* dici debes; quia adhuc conclusa & Virgo perseuerasti, & perseueras: Ideoq. etiā fōti cōparata; quòd nedum aquas in te cōseruasti, sed & foras pariter emisisti, pariens filium, quē in vtero tuo habueras: *Fons signatus* appellanda es, quia fons Dei proprius, signatus semper signaculo illius, signaculo virginitatis, quo signatas seruare se student, quotquot illi desponsæ sunt Virgines.

APPENDIX.

Ver. XII. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica: Et mulieres tuæ, quæ nuptæ sunt viris, honestæ sunt sicut sponsæ honestæ, & sicut hortus voluptatis, ad quem nullus vir habet potestatem introeundi, nisi iusti, quorū animæ mittuntur illuc per manus Angelorum. Et virgines tuæ absconditæ sunt, & reconditæ in penetralib. & signatæ sunt sicut fons aquarū viuētiū qui oritur sub arbore, & diuiditur in quatuor capita fluminum: & nisi esset signatus in nomine magno, & sancto, egrederetur, & flueret, & inundaret vniuersum mundum.

Coniugatarum, & virginum bonarū encomium.

Duas istas similitudines ad idipsum significandum allatas existimantes aliqui ex Patribus, vnica pariter expositione simul ambas cōplexi sunt. E contra vero alii, quasi eædem ad diuersa significanda sint allatæ, seiunctim singulas exposuere.

Inter eos, qui coniunctim illas exposuere, præcipuus est Greg. Nazianzenus, qui in oratione, quā habuit ad Gregorium Nyssenum, per ambas significatum intelligit amicū fidelem, ait quippe: Amicus fidelis, hortus clausus, fons obsignatus, q̄ opportune aperiuntur, & communicantur. Quib. verbis indicatur egregius sensus, nimirum, Amicum fidum semper debere esse promptum ad opē ferendam, & communicanda bona amico suo, cum illi fuerit necessarium; ita vt, quemadmodū ad hortū quem conclusum tenemus, semper, cum fructib. indigemus, confugere possumus, sicut & ad fontē signatum, cum aquæ nobis sunt necessariæ; sumus namque securi, quòd & ibi fructus, & hic limpidissimas reperiemus aquas: Ita tuti sumus, quòd in amico fideli id omne reperiemus promptum, quo indigemus opis ipsius.

Gre. Naz.

Amicus fidelis è hortus conclusus, & fons signatus.

Simile.

Idem tamen Nanzianzenus oratione in laudē Cypriani, per easdem similitudines intelligit delignatam virginem quamlibet, quæ soli Deo seruata sit. Ambr. quoq; lib. 1. de Virginib. aliquātulū ante finem, pro encomio virginum easdē accipiēs ait: Amat sponsus generari in hortis, in quib. eum Susanna, dum deambularet, inuenit; mori prius, quàm violari parata. Qui sint autem horti, ipse demonstrat, dicens: *Hortus conclusus, &c. Fons signatus*: eo quod in hortis huiusmodi impressam signaculis imaginem Dei, sinceri fontis vnda resplendeat, ne volutabris spiritualium bestiarum, sparsa cœno fluenta turbētur. Hinc ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaque sicut hortus furib. inaccessus, vitem redolet, fragrat oleā, rosam renidet, vt in vite Religio, in olea pax, in rosa pudor sacratæ virginitatis inolescat. Accingere itaque Virgo, &, si vis huiusceemodi tibi vt hortus aspiret, propheticis eum claude preceptis: *Pone custodiam ori tuo, & ostium circumstantia labiis tuis.*

Idē Nanz.

Virgo fidelis hortus cōclusus, et fons signatus.

Ambros.

Virgines quo sint hortus clausus, & fons signatus.

Prosequitur aurē eloquentissime ipsemet Amb. in lib. 3. item de Virg. aliquantum post dimidium hunc ipsum sensum, quoad hoc præsertim, quòd virgines

Virgines tūc hortus clausus, & fons signatus sunt, cum silētio se suā custodiunt.

APPENDIX.

virgines ideo hortus clausus, & fons signatus dictæ sint; quia debent clausum custodire os. A

Hierony.
Virginitas est hortus conclusus, et fons signatus.

In libro autē 10. Epist. epist. 82. Virginitatis encomium in eisdem similitudinibus celebratū sumens, dicit, Bonus hortus Virginitas, quæ plurimos boni ferat fructus odoris; *hortus clausus*; quia vndique vallata est muro castitatis: *Fons signatus*; eo quod Virginitas sit fons, & origo pudicitiæ, q inuiolata custodiat integritatis signacula: in quo fonte imago Dei luceat; quia cùm munditia corporis congruit etiam puritas simplicitatis.

Idem.
Virginibus clausura q sit necessaria.
a Gen 34. 1.

Hierony. quoque epist. 22. ad Eustochium, ad eiusdem Virginitatis custodiam, & ad clausuram Virginum Christi hæc aptans, ait: Rursus à sponso audies: *Hortus conclusus*, &c. *Fons signatus*. Caue, ne domū exeas, & velis videre filias alienæ Regionis, quamuis fratres habeas Patriarchas, & Israel parente læteris. a Dina egressa corrumpitur: Nolo, te sponsum quærere per plateas: nolo, te circumire angulos Ciuitatis. B

Idem.
Maria hortus cōclusus & fons signatus, qa Virgo et Mater.

In libro autem primo contra Iouin. circa dimidium, ad B. Mariam Virginem Virginum easdem referens similitudines, Quod clausum est, inquit, atque signatum, similitudinem habet Matris Domini, Matris, & Virginis: vnde & in sepulchro Saluatoris nouo, quod in petra durissima fuerat excisum, nec ante, nec postea quisquam positus est: Et tamen hæc Virgo perpetua multarū est mater Virginū: sequitur enim, *Emissiones tuæ, Paradisus*, &c.

Rup. Abb.
Maria hortus conclusus in corpore, & mēte, & aīa fons signatus.
b Luc. 1. 35.

Ad eamdem Virginem Dei genitricem referūt hæc Iustus Orgel. & Rupert. Abbas, qui eam solā re vera hoc encomio celebrādam existimat: quia ipsa sola *hortus conclusus* extitit, & *hortus conclusus*, nam eius duntaxat vterus fęcūdus, & incorruptus in conceptu, & in partu. Sola mente, vel anima *fons signatus* ex eo, quod b *Spiritus sanctus superuenit in eam, & virtus Altissimi obumbrauit ei*, atque adeo mēs eius nulli vitio, nulli spirituali nequitiæ fuit vnquam penetrabilis. C

Eorum, qui disiunctim has interpretantur similitudines, quidam eas referunt ad Ecclesiam, quidam ad piam animam.

Philo.
Greg. PP.
Hortus conclusus muro charitatis Ecclesia est.

Ac primam quidem ita ad Ecclesiam aptāt Gregor. Papa, ac Philo Carpathi. quatenus vallata est muro charitatis; Hortus. n. sancta Ecclesia existit, inquit Gregor. quia dum populos multos in fide gignit, quasi flores pulchros bona terra emittit; q hortus, conclusus bene esse dicitur; quia charitate circumquaque munitur, ne intra numerum electorum reprobus aliquis ingrediatur.

Augu.
Ecclesia est hortus conclusus, & fōs signat[us] tantum in iustis, & sāctis.
c Cāt. 2. 1.

Eodemque sensu ante Gregorium August. lib. 5. de Baptismo contra Donatistas c. 27. in iustis dūtaxat hortum conclusum Ecclesiam esse existimās, dicit: Qui in Ecclesia sunt mali Christiani, sunt spinæ, in quarum medio est Ecclesia sine macula, & c *sicut lilium*, quod in eodem Cantico dicitur. Inquantum ergo *lilium*, intantum & *hortus conclusus & fons signatus*: in illis videlicet iustis, qui in occulto Iudæi sunt in circumcisione cordis; Ois. n. pulchritudo filiæ Regum intrinsecus, in quibus est certus numerus Sanctorum prædestinatorum ante mundi constitutionem: Illa verò multitudo spinarum siue occultis, siue apertis separationibus forinsecus adiacet super numerum.

Cassiodo.
Beda.
Anselm.
Ecclesia hortus cōclusus fide et operibus ex Iudæis, & Gentibus.

Cassiod. & Beda hortum conclusum dictam inquiunt Ecclesiam; quia munita auxilio Redemptoris sui, & præsidio Angelorum.

Ansel. hortum dici, inquit Ecclesiā; quia profert diuersa virtutū genera, in quib. spōsus delectatur, & pascitur: cōclusum hortū esse, quia vallata fide, & operibus hortū conclusū eā appellatam; quia sit hortus ex Iudæis, & hortus ex Gentibus.

Hug. Vict.
Ecclesia conuersatio est hortus forti munimine disciplinæ conclusus.

Denique Hugo de S. Vic. lib. Inst. Monast. serm. 60. 1011. per hortum Ecclesię intelligit sanctā eius conuersationem, ex qua virtutū, & bonorum operum germina oriuntur. Conclusum hunc hortum ait, quatenus forti munimine disciplinæ vndique munitur, ne fraudulentus hostis vspiam irrūpat. Bis verò hortum conclusum eamdem nominari: vt per hoc duplex fructus eius, fides, s. & operatio, siue coniugium, & continentia; aut etiam distinctio Dei, & populi; vel certè vita actiua, & contemplatiua exprimatur.

Gre. Nyss.
Tres Patr.
Theod.
Psellus.
Aīa sācta hortus muro mādatorum Dei cōclusus.

Eamdem primam similitudinem ad piā animā aptant Greg. Nyss. hom. 9. Tres Pat. Theod. Psell. Amb. Greg. Papa, & Rich. de Sancto Vict. licet inter eorum aliquos non modicum sit diuersitatis. Nyss. quidem, & alii Græci, qui primò citati sunt, ipsammet animam hortum conclusum dictā putant, quatenus multiplices habens virtutum arbores, sepe, atque muro vallata sit mandatorum diuinorum, ne ferus, atque diabolus in eā se intrudat, eamque deuastet.

Gre. Pap.
Aīa sācta hortus vallo sācta intentionis cōclusus.
Laudes pro bonis operibus fugienda.

Simili modo Greg. Papa; Vnaquæq;, inquit, anima sancta hortus conclusus esse intelligitur; quia dum virtutes nutrit, flores gignit, & dum virtutū exhilaratione se reficit, fructus, quos generat, eādē custodit. Conclusus. n. hortus dicitur; qa dū bona sua intentione vitæ æternæ abscondit, dum humanas laudes omnino contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumpere possit.

Rich.
Aīa sancta hortus extrinsecus silentio, & custodia sensuum, & ītrinsecus bonorum suorū occultatione cōclusus.

Et Richa. hortum eam animam dici, ait, in qua excoluntur virtutum plantaria, & spiritualiū studiorum germina; quæ ve foditur, dum in ea vitia radicitus extirpantur, & mores conuertuntur; & foditur diuinę passionis memoria, quatenus Christi doloribus condolens, de peccatis propriis dolet, quibus tātis beneficiis ingratam se recolit. Cōclusum verò hortū bis dici; quia se custodiat extrinsecus sera silentii conclusam, & exteriorū sēsuum custodia; & etiam intrinsecus abscondēdo bona, quæ facit, ne humanæ laudes aditum reperiant in se apertum.

Ambr.
d Gen. 27. 27.
Idem.
Paradisum in homine esse, & piam aiam esse ī paradiso.

Obscurius Ambr. in lib. de Isaac, & Anima c. 5. eodem ferè sensu, Laudatur, ait, sponsa, [illegible] quòd hortus sit, habens in se odorē agri [illegible] pleni, d de quo Isaac ad Iacob [illegible] odores iustitiæ: & fortasse [illegible] hortus est anima inferioris [illegible] agri portio, & hortus clausus, ne [illegible] à hoste. D

Et coniugata casta, & Virgo ambæ sunt in paradiso.

Quamquam idem [illegible] lib. 6. Epistolarum, epistola 42. ad Sabinum, [illegible] in lib. de bono mortis c. 5. non tam ipsam animam, quàm eius mētem hortum esse, colliget ex hoc loco; siquidē in citata Epistola hæc habet verba: Salomon in spiritu paradisum in homine esse euidēter declarauit: Et quia mysteria exprimit vel animæ, & Verbi: vel Christi, & Ecclesiæ: ideo ait de virgine aīa, vel Ecclesia, quam volebat virginē castā assignare Christo: *Paradisus conclusus soror mea sponsa, paradisus cōclusus, fons signatus*. Paradisus Græce, Latine hortus dicitur. Denique Susanna in Paradiso erat, & Adam in Paradiso erat, & sic legimus: Ergo nō te moueat, quòd alii Codices Latini *hortum* habent alii *paradisum*. Ibi ergo est casta vxor, vbi virgo, licet virgo excepta hēat claustra, & signacula sua; sed vtraq. i paradiso, vt aduertaū æstus corporis, & carnis flagrātiā refrigeretur virtutū vmbraculis. E

Idē Amb.
Hortū mētis, & paradisum ex sacra scriptura colligit Plato.

In libro vero de bono mortis probans, Platonem in Symposio hortū mentis ex hoc loco collegisse, ait: Hinc hortū illū sibi Plato cōposuit, quē

LITTERA.

Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellanit. Ionem.n. & Deum, & mentem totius mundi dixit: In hunc introisse animam, quam Venerem nuncupat, vt se abundantia, & diuitiis horti repleret, in quo replems potu iaceret porus, qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum composuit: eo quòd anima Deo adhęrens, in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diuersarum virtutum, floresque sermonum.

Theod. Gre. Pap. Rich.

Similitudinem alteram fontis signati communiori sensu ad cognitionem & doctrinam referũt Patres: Sic Theod. quem sequuntur Greg. Pap. & Richr. de Sancto Vic. Fontem signatum vel Ecclesiam, vel piam animã dici arbitratur ob id, quòd cum aquis diuinæ gratiæ, vel etiã cognitionis diuinorũ mysteriorũ sint refertæ instar fõtis: nequaquã tamen oib. eas effundunt, expositasve proponunt; sed dignus dũtaxat, pro quo facit illud Dñi in Euangelio: *a Nolite sanctum dare canibus.*

Fons signatus à Ecclesia, & pia aia, quae aus gratias & cognitionem mysteriorum Dei haud oib. exponunt. a Matth. 7. 6.

Ad quem sensum reducuntur, quæ ait Ambr. li. de iis, qui myst. initiantur c. 9. dum asserit, hoc significare sponsum, signatum debere apud te manere mysterium, ne violetur operibus malæ vitæ, atque adulterio castitatis; ne diuulgetur, quib. nõ conuenit, ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. Bona ergo dẽt fidei tuæ esse custodia, vt intemerata vitæ, ac silentii integritas perseueret.

Ambr. *Fons signatus est pia aia ob bonã fidei custodiam.*

Cassiod. quem sequitur Beda, fontem signatum ipsam Ecclesiam appellari ait; quia doctrinæ cælestis manat fluentis, quibus credentes in peccatis lauat, & veritatis scientia potat. Dici etiam signatũ, quia sermo fidei Euangelicæ veritatis signaculo munitus est ita, vt neque hæretici, neque maligni spiritus fidem Catholicam violare, aut in eam irrumpere valeant.

Cassiod. Beda. *Ecclesia fons signatus ob doctrina fluenta signaculo Euãgelicæ veritatis signata.*

Mentem piæ animæ fontem signatum dictã cẽsuit Greg. Nyss. exponitque locũ istũ ex alio Prouerbiorum loco, vbi, iuxta versionem Septu. dicitur: *b Fons aquæ sit tibi dulcis, & sit tibi soli, neque vllus alienus eius sit tecum particeps*, sic declarat, vt, quemadmodum ibi Salomon prohibet, ne in alienos consumatur aqua fontis, ita hic testetur, fontem minime effundi in alienos, vt tantumdem sit, *signatus*, ac si dicatur, custoditus. Nomine fontis Nyss. existimat significari facultatem cogitatiuã (dictu mentem ipsam) è qua omne genus ratiocinationis, & cogitationis scatet, ac emanat in nobis: qui tunc in alienos vsus consumatur, cum in vitiorum, seu etiam in carnalium rerum cogitationes effunditur: tunc verò in proprium animæ deriuet vsum, cum in suo versatur horto, Dei irrigans plantationes virtutum, quando omnis cogitatio versatur circa ea, quæ sunt eidem piæ animæ conducibilia, & bonorum exhibent procreationem. Domino suo obsignat hunc fontem, inquit Nyss. puritas, nullo limo cogitationum conturbans id, quod est cordis lucidum, & aereum.

Gre. Nyss. b Prou. 5. 15. *Mẽs, & totum cogitãs, qua Domini sũt, è fons signatus signaculo puritatis.*

Catena quoque Trium Patrum signatum fortè piæ animæ mẽtem dici, existimat, ne inimicus ad nemẽs cognitæ veritatis aquam falsis opinionib. contaminet: Fontemquoque dici propterea, quòd pias erga Deum, ac diuinas fundat cogitationes; *signatum* autem, quia signo eiusdem Dei, vt imago ipsius, sit obsignata.

Tres Patr. *Mẽs piaaĩę diabolo fõs signatus signaculo diuinæ imaginis.*

Quibus consentit Ambr. dum in libro de Isaac c. 1. dicit: Caue, ne vigor mentis tuæ, coitu quodam corporeæ voluptatis inflexus emolliatur, atque in eius amplexus oĩs dissoluatur, & fontem eius aperiat, qui debet esse clausus, & septus intentionis studio, & consideratione rationis.

Ambros. *Fons signatus est pia aia, dũ vigorẽ mẽtis custodit à voluptatibus.*

In eodem lib. c. 5. animam ipsam sanctam fontẽ signatum ob id dici inquit; quia integritate signaculi perseuerante, fide propria peccata diluerit: & quia imago Dei inuisibilis in illa exprimatur.

Idẽ Amb.

Eamdem animam fontem signatum dictam ob id arbitratur Philo Carpat. quòd in baptismo signaculum Iesu Christi acceperit, eius sanguinis fonte abluta: Vnde infert, non licere amplius spõsæ adulterino diaboli sigillo insculpi. Apo. quoq. & Ansel. ad baptismi sacramentum hæc referunt.

Philo. *Fons signatus pia aia ob baptismi Sacramentum.* Aponius. Anselmus

Augustt. tamen lib. 2. cont. Cresconium c. 14. & 15. reprobans opinionem, & expositionem hæreticorum, per fontem signatum intelligentiũ baptismi sacramentum, dicit, haudquaquam baptismũ intelligi debere, sed illud Spiritussancti donum, quo diffunditur charitas in cordibus nostris, cuius fõtis largo, & inuisibili flumine, lætificat Deus ciuitatem suam, de qua Propheta: *c Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei*: Spiritus namque sanctus verè est fons signatus; qa eius doni particeps esse non potest aliquis à iustitia alienus: verè proprius Ecclesiæ Christi, cui multò ante prophetatũ est: *d Fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi.*

August. *Fons signatus haud è sacramẽtũ baptismi, sed Spiritus sanctus.* c Ps. 45. 5. d Pro. 5. 17

Probat autem August. non posse intelligi de Baptismo, vt volebant Donatistæ; quia Sacramentũ Baptismi commune est Hæreticis, & Catholicis, bonis, & malis.

Ad Spiritum sanctũ refert hæc & pariter Gregor. Papa, dicens; Dicitur fons iste signatus, idipsũ quod in Psal. 4. dictum est, *e Signatum lumen*: Sãctus.n. Spiritus, mentem, quam replet, & illuminans irrorat, & irrorans illuminat, vt & de luce eius anima videat quid appetat, & de rore eius se refrigeret, ne lassescat.

Greg. Pp. *Spiritus Sãctus est fõs signatus, et lumẽ signatum.* e Psa. 4. 7.

Vers. XIII. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructib. cypri cum nardo.

Vers. XIV. Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani; myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Expositio prima. Iuxta sonum Litteræ.

Qvas in vers. 12. ad amplificandam dilectę suæ pulchritudinem sponsus vix attigit horti, ac fontis similitudines, eas iã fusius, & ingenti artificio, ac eloquẽria incipit dilatare; exorsusque à prima in duob. hisce versibus 13. & 14. peregregiam horti prosequitur descriptionem; ita tamen hanc facit descriptionẽ horti præstantissimi; vt asserens, illam talem esse hortum, in quo id omne sit, quod vel ad pulchritudinem, vel ad amœnitatem, vel ad salubritatem vel etiam ad commodum necessarium sit, atq; ad vtile, & delectabile, probatum simul relinquat, in ea nihil deesse, quod desiderandum sit pulchri, iucundi, venusti, ac delectabilis.

Porrò, cum ex Originali hebraici textus voce id vnum habeamus, per *emissiones*, haudquaslibet significari emissiones, sicut à nonnullis existimatum est, asserentibus, referri has posse ad emissiones aquarum, vt pertinentes ad secundam fontis similitudinem, quos merito reiicit Hieronymus Almonacyrius; at illas proprie, quas emissas conspicere est in horto, siue eæ sint plantæ, quas hortus ipse emittit: siue sint propagines, quæ emittun tur

Emissiones vox quid significet. Titelman. exposit. in Cãt. Gilibert. Abb. serm. 35. in Cant.

LITTERA. tur ex vna, vel pluribus arboribus, earum ramis sub terram extensis, atque suppressis, prout sumitur in illo Psalmi: *a Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius*: siue sint rami ipsi simpliciter emissi, atq; extensi vnius, aut plurium arborum: siue denique ea sint gemmæ, quæ primo vere ex iisdem arboribus emittuntur: hebraica etenim vox, שלח scielach, à verbo ite שלח scialach, quod mittere, & emittere significat, generale nomen est, sicut & vox, qua vsi sunt Septu. ἀποστολαί & nostra, *Emissiones*: ita tamen generale, vt ex communi omnium sententia hoc loco ad id referri debeat, quod vel ex horto, vel in horto emittitur, & profertur.

a Pl. 79. a

Triplex assignari potest eorum, quæ hic dicuntur, sensus.

I. SENSVS. Primus, vt significetur, singulas sponsæ, vt est hortus metaphoricus, propagines, singulos ramos singulasve gemmas pretiosæ, & omni arborum genere excultæ paradiso similes esse.

II. SENSVS. Secundus congruentior, vt significetur, eas omnes propagines, quæ ex ipsius innata pulchritudine, tamquam ex natiuis arboribus emittuntur, esse Paradisum, atque paradisum repræsentare pretiosissimam, & omni amœnitate, & salubritate refertam: Ita vt, secundum hos duos sensus, non tā natiua hic commendetur spōsæ pulchritudo, quā ea, quæ ex illa, insigni pulchritudine decora, tamquam ex arbore propagines emittuntur, atque resultant in gestibus, in motu, in verbis, atque in operationibus, quæ omnia ita venusta, ac iucunda esse dicuntur; vt vel singula eorum disiunctim, vel vniuersa simul paradisus meritò dici queant præ voluptate, quam conferunt.

APPEN. SENSVV. I. ET II. Quinimo; si propriam nominis huius propaginum significationem subtilius perpēdamus, egregio sanè artificio encomiū prædictorum, quæ extrinsecus apparent, quæve è pulcherrima sponsa proferuntur, & emittuntur, natiua ipsa eius euecta percipitur pulchritudo, quæ prę pudicitiā vni duntaxat seruetur sponso, reliquis vniuersis abscōdita, atque occulta: vt quod hic dicitur sit confirmatio, seu potius amplificatio eius laudis quę celebrata iam fuit iis verbis, *Hortus conclusus*.

Enimuero propagines apud Latinos propriè eę dicuntur vites vetulæ, quæ in terra suppressæ, in plures postmodum vites iuniores erumpunt, atq; excrescunt.

Et quia in compluribus etiam ceterarum arborum idipsum plerumque fieri solet, vt propaginētur suppressæ in terra, vnde postmodum plures emittuntur progemmātes ramuli in distinctas excrescentes arbores, iuxta eumdem significatū propagines & eædem appellentur: Itaque dum sponsus, postquam sponsam suam exinde commēdauit quod esset hortus conclusus, & mō subiicit: *Emissiones*, idest, propagines *tuæ paradisus*, &c. tantumdem est, ac si dicat.

PARAPHRASIS. Instar horti pretiosi in omnibus, ac singulis mēbris pulcherrima certè es, voluptatemque exhibes: tantoque mihi pulchrior, & magis grata ista tua est pulchritudo, quanto magis abscōdita: quādoquidem præ tua, qua excellis pudicitia, instar horti conclusi conclusūm, atque absconditum id omne mihi conseruatū obtines, quod in te est pulchri, atque decori: Quinimo etiam dum sic abscōdita a reliquis vniuersis, quasi vitis, aut alia arbor propaginata, & in terra suppressa, ea ipsa, quæ extrinsecus è te emittuntur, atque progemmant instar emissionum, atque propaginum, verba, gestus motus, & operationes, nedum vniuersa simul, sed

A & singula quæque præ ingenti, quam aspicientibus afferunt, voluptate paradisus iure optimo nūcupari queunt, paradiso sanè similia, omni arborū genere excultæ, & omni voluptate insigni: Quanto ergo præstantior paradisus ipsamet innata pulchritudo tua abscondita, è qua ista emittuntur? LITTERA.

III. SENSVS. Tertius denique sensus, qui mihi magis arridet vtpote verior, ac congruentissimus ceterorum, est; vt illud ipsum hic explicetur fusius, quod breuius in superiori sententia in tacta horti similitudine aggressus fuerat sponsus, nempe encomium innatæ pulchritudinis præstantissimæ, & omnibus numeris absolutæ: nam ea, quæ ad gratiam, & venustatem eiusdem pertinēt, siue loquela, siue gestus, aut motus in actionibus, ad alteram fontis similitudinem spectare, ostensum est versu superiori. B

Pro cuius sensus intelligentia, tria supponenda sunt. Primum, paradisi nomine idem ipsum significari, quod nomine horti, vt bene probat Ambro. in lib. 6. epistolarū epistola 42. ad Sabinum: quāquam non ad quemlibet hortum designandū nomē istud vsurpari soleat, sed peculiariter ad significandum hortum pretiosum, & amœnum, prout sumptū est in libro Ecclesiastes 2. 5. *b Feci mihi hortos, & pomaria*, Græce, *paradisos*: Vnde hortus ille nobilissimus, in quo primum positus est Adam, antequam peccaret, dictus est Paradisus voluptatis, & per translationem ob hoc ipsum, quòd hortus voluptatis hoc nomine insignitur, accōmodatur idem nomen cælesti patriæ, in qua est omnis plenitudo voluptatis, sicut illud vsurpasse nouimus Paulum, c cum postquā dixit: *se raptum fuisse vsque ad tertium cælum*, subiicit, *raptū se in paradisū*. C

Paradisi nomen quid significat. Ambro.

b Eccl. 2. 5

c 2. Co. 12. 4.

Supponendum secundo, ex tribus potissimum fieri, vt hortus aliquis talis sit, vt paradisus, idest hortus pretiosus, & voluptatis dici debeat: ex nobilibus, quæ in eo cōsitæ sunt, plantis, atque arboribus: ex perpulchris, & prædulcibus, quæ ex arboribus pendent, pomorum fructibus: ac demum ex suaui, quam redolet, fragrantia; atque adeo cōgruenter sponsus, postquam appellauit dilectam suam hortum conclusum simpliciter, vt illustriorem hanc eius redderet laudem, addidit modò, talem esse hortum, qui merito dici debeat paradisus: quandoquidem nil eorum trium desit in illo: ipsæ etenim plantationes eius omnia ea præstant: ipsæ constituūt, efficiuntve huiusmodi paradisū; quin eædem sunt ipsemet Paradisus; nam ex iis cōplures sunt, quæ pulcherrimis onustæ sunt malis punicis: complures, è quibus alii pendent pomorum fructus delicatissimi; complures demū, quæ suauissimum fragrant odorem, è quibus prima, ac pretiosissima conficiuntur vnguēta. Quare quod dicitur; *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorū*: non ideo dici existimandum est, quòd istiusmodi hortus mala punica duntaxat proferat: proferre enim & reliquos fructus indicant, quæ subiecta sunt verba, *Cum pomorum fructibus*; nominata sūt autem in primis mala punica, tum propter mysteria, quæ per ea signantur, vt in subsequentibus expositionibus declaratur: tum quia mala punica in Palæsthina speciosissima prouenirent, plurimiq; fierent. Ex fructibus quoque nominata potissimū sunt poma; quia pulchriora, atque adeo amoribus dicata, prout aliàs ostensum est, cum de malo ageretur. D E

Supponendum tertiò, per paradisi huius similitudinē, eiusdemq. descriptionem spōsum, quasi in epitomem quamdam, omnia membrorum spōsæ encomia, quorum catalogum hucusque in toto hoc quarto capite fecit, recolligere, simulq. dilectam

LITTERA.

ctam ipsam suam celebrare ex recta membrorum dispositione per similitudinẽ dispositionis variarum, ac multiplicium plantarum, quæ paradisum efficit: ex colore concinno cum admixta dulcedine, per similitudinem malorum punicorũ, & fructuum aliorum: ex verbis, quæ summa cũ gratia, & venustate ore proferebat; ea siquidẽ subinnuere videtur appellatio illa emissionum, qua plãtas cum frondibus expressit: ac denique ex suaui odoris fragrantia, per similitudinem tot arborum aromaticarum: vt confirmatum redderet, quod superius dixerat: *Odor vestimentorum tuorum super omnia aromata: Et odor vnguẽtorum tuorum sicut odor thuris*, seu, *sicut odor Libani*.

His suppositis; quod hic dicitur tale est.

PARAPHRASIS.

B Membra, quibus instar plantationum cõsita es, & quibus tuum extẽsum est corpus, & ea, quæ ex ore tuo emittis, verba, instar ramorum, aut gemmarum, & foliorum ex plantis emissorum, sunt ipsemet paradisus: tantam nempe præ pulchritudine, ac dulcedine sua conferunt voluptatem, vt iure optimo assimilanda sint paradiso, in qua & speciosissima conspiciantur mala punica, & prædulcia, pulcherrimoque colore perfusa sint poma, quæve suauitatem redoleat vnguentorum præstãtissimorũ, habens in se *cypros cum nardis, nardum, & crocum*, &c.

Enimuero & speciosissima membra ipsa tua instar mali punici, atque instar pomorũ cõcinno, & eleganti colore rubentia, ingentem obtinent, præbentque dulcedinem, odoremque & pariter referunt præstantissimorum aromatum.

C Quoad enumeratarum arborum significationes, naturas, atq; proprietates multi multa dicũt. Mihi id, quod apud expositores omnes pro certo, & indubitato habetur, sat esse videtur: vt omnes, & singulæ species sint aromaticæ, quæ idcirco ingatim enumerentur singulæ cum sociis; quia fortasse, quæ simul coniunguntur sympathiam quamdam habeant inter se, prout myrrham, & aloe exinde habere colligimus, quod in scriptura sacra a sæpius ea simul iuncta reperire est, prout & apud Poetam Latinum ob hãc sympathiam laurum, & myrthum simul iuncta videre est in Bucolicis.

a Io. 19. 19.

Virgilius. Ecloga 2.

D *Et vos ò lauri carpam, & te proxima myrte,*
Sic positæ, quoniam suaues miscetis odores.

Certè sympathiam ac similitudinẽ odoris Cyprini, atque Nardini ex Plinio habemus lib. 12. c. 12. Ne tamen omnino ieiuni hac in re simus, quid quoad singulas istarum arborum sentiam, quæ. s. singulæ earum sint (neque. n. concors hac in re est expositorum sensus) breuiter indicare non pigebit. Et quidem quæ de tribus earum speciebus dicẽda essent, dicta iam sunt in superioribus, vbi videre vnicuique ea licet, de Cypris c. 1. vers. 14. de Nardis eodem cap. 1. vers. 12. & de myrrha item c. 1. vers. 13. Nardus coniungitur cum cypro, atq; cum croco quia forsitan ex præallata regula tam cum cypris, quàm cum croco habet sympathiam. Crocus quid sit, constat: Vide Plinium lib. 21. c. 6. Dioscoridem lib. 1. c. 26. & Galenum lib. 7. simpl. medicam. Fistulam esse eam aromaticam herbam quæ alio nomine calamus appellatur, patet & ex versione Sept. quę καλαμος habet: & ex ipsa hebraica voce, קנה kaneh, quã ex Hieron. calamũ vertit Exodi 30. 23. Is. 43. 24. Iere. 6. 20. & Ezech. 27. 19.

Plinius.

Cyprus. Nardus. Myrrha.

E Pag. 201. Pag. 185. Pag. 92.

Crocus. Fistula.

Porrò hęc illa herba est, quę calamus odoratus communiter dicitur, de quo videndus est Theophrastus lib. 9. c. 7. Plinius lib. 12. c. 22. Dioscorides, lib. 1. cap. 17. atque Galenus lib. 8. simplicium medicã. De Cinnamomo videndus est Theophrastus lib. 6. c. 2. Plin. lib. 12. c. 19. Dioscorides c. 12. lib. 1. & Galenus lib. 1. de Antidotis, vbi ait, eam esse differentiam inter cinnamomum, & cassiam (non eam, quàm modò cassiam vulgo appellant, sed quam Italicè nuncupamus *Cannella*) vt optima cassia à pessimo cinnamomo parum distet: Vnde haud dubitandum, distinctam esse à cassia, tametsi complures Doctorum sint, qui pro eadẽ aromatica specie & cassiam, & cinnamomum sumendum asseuerent: ex hebraico etiam nomine idipsum confirmatur; nam cinnamomũ & hic, & Prouerbiorum 7. dicitur קנמון kinnamon: cassia verò Exodi 30. 24. קדה kiddah, vbi pro diuersa specie à cinnamomo numeratur: vel alio nomine קציעות kerzingoth in Psalmo 44. vers. 9. Circa id, quod dicitur, *cum omnibus lignis Libani*, nota, apud Hebræorum expositores, necnon & apud omnes, qui nouas versiones ex hebræo fecerunt, nomen Libani pro thure accipi, ita vt per hæc verba significẽtur omnia ligna thurifera. Vox enim quam Sept. & Vulgatæ Interpretes reddiderunt *Libani*, non est לבנון lebanon, prout supra in vers. 11. est notatum, vbi dictũ est: *Sicut odor Libani*; sed est לבונה lebonah, quæ ad thus designandum vsurpari pro prius solet. Nihilominus, cum ambæ voces, tã pro thure, quam pro Libano monte significando sæpius vsurpentur, vt ostensum est supra in loco citato vers. 11. ita vt propterea bene noster Interpres ibi verterit; *Sicut odor thuris*: & bene etiam hoc loco verterit: *Cum omnibus lignis Libani*: non arbores thuriferæ duntaxat per hæc verba significantur; sed vniuersa illarum plantationum genera, ex aromaticis præsertim, quæ in monte Libano proueniunt: constat quippe, Libanum montem aromaticis plantis esse plenũ: & in hoc sensu fere cõmuniter à sanctis Patribus ista verba accipiuntur.

Cinnamom.

Prou. 7. 17.

Exo. 30. 24. Psal. 44. 9.

De Aloe haud constat inter Doctores, quidnã sit; neque hic videtur sumi pro illa herba, & humili planta, quam communiter sic appellatam videmus in Italia, de qua Plinius lib. 27. ca. 4. Dioscorides lib. 3. c. 22. & Galenus li. 6. simplicium medicamentorum. Vnde quidam dictionem hebraicã אהלות ahaloth vertunt, sandalum, quæ est arbor, specie, & odore præstans. Alii putant, esse illam arborem odoratam, quæ à Græcis ξυλαλόη dicitur. Sept. hebraicam vocem retinuerunt ἀλώθ: Aquila vertit ἀλωή: ad idem credo nomen alludens, quem secutus est noster Interpres. Certè talem esse herbam, aut arborem necesse est, vt ex ipsa pretiosum fiat vnguentum, quod cum myrrha iungi solet in sacris litteris. Prouerb. 7. 17. Ioan. 19. 19. vnde in Ps. 44. vers. 9. vbi in hebræo dicitur: *b Myrrha, & Ahaloth, & cassia à vestimentis tuis*, &c. Septuag. verterunt, στακτή, & Vulgata, guttam, atque adeo non incongrue generali nomine Symmachus hic eamdem vocem hebraicam vertit, θυμίαμα, & Cassiodorum expositione in Cantica super nunc locũ exinde hæc habere verba crediderim: Aloes lignũ est suauissimi odoris, adeo vt vice thymiamatis altarib. adoleatur. Id sanè apud oẽs pro cõperto, & indubitato hẽtur, istius ligni, qualecũq. illud sit, succũ, siue, q ex eo prouenit vnguẽtũ, amarissimũ esse, sicut & qd prouenit è ligno myrrhę: atq. adeo vnà cũ ipso myrrhæ vnguento adhiberi solitũ ad mortuorũ corpora cõdienda, vt colligitur ex Euãgelio c Ioannis, idve quia ea à putredine seruet. Quod vltimo loco dicitur: *Cum oĩb. primis vnguẽtis*: vel, vt est in hebræo, *Cum oĩbus capitib. aromatum*: haudquaquã significat, ipsa vnguenta, & aromata esse in horto, sed metonymice eorum arbores, è quibus pretiosiora vnguenta profluunt, &

Aloe.

b Ps. 44. 9.

c Io. 19. 19.

DE ECCLESIA à quibus præstantissima conficiuntur vnguenta, esse in huiusmodi horto.

Quoad lectionum varietatem, præter ea, quæ hucusque dicta sunt, duo hoc loco prætereunda minime sunt. Primum, hebraicam vocem שלחיך sciefachaich, quam noster Interpres secutus Sept. vertit *emissiones*, ab vniuersis ferè iis, qui ex hebræo nouas cuderunt translationes, verti, *plantationes tua*, quo significatu accipiendam eam ostendi, tertium prosequens sensum: Rabbi tamen Salomon (R. Salom.) in significatu arearum terræ in horto extensarum illam accipit, ac si dicatur: *Areæ tuæ*. Quinimo nõ desunt, qui eamdem sic reddendã censeant: *Horti tui paradisus*, quem significatum eam habere aliquando, pro confesso est apud hebræos.

Secundum, dictionem alteram מגדים megaddim, quam noster vertit, *pomorum*, non tantum significare poma; sed et quicquid est delicatũ, siue in fructib. siue in reb. aliis: quinimo delicias ipsas. Sept. eam reddidere ἀκροδρύων, quam vocem etsi aliqui ad nuces restringant, ac si ii verterint: *Cum fructu nucum*; melius tamen in generali significatu pósita sumetur pro omni genere pomorum, in quo significatu eam accepit Ambr. lib. de Isaac, & Anima c. 5. & Hierony. lib. 1. contra Iouin. (Amb. Hierony.) legẽtes secundum ipsam versionem Sept. Interpretũ, *Cum fructu pomorum*. Quin & oẽs ferè Græcos Patres in eodem significatu eamdem sumpsisse, ipsorum indicant commentarii. Atque hæc significatio tam proprie illi congruit, quàm altera nucum, vt colligitur ex iis, qui de ea scripsere Hesychius, Suida, & alii, verbo ἀκρόδρυα. Sicque omnes conueniunt versiones tam Sept. quam Vulgatæ, atq; etiã Symmachi, qui apertius vertit ὀπωρῶν, pomorum.

Vers. XIII. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructib. cypri cum nardo.

Vers. XIV. Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani; myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS. *Verba Ecclesiæ dicũtur paradisus quia sunt verba vitæ æternæ.*

SI Ecclesiæ sanctæ emissiones, quasve è se emisit propagines, ipsa sunt eius verba, ipsa sunt & opera eius, adeo sanè congruenti metaphora illud, quod nunc exponimus, contextum est eorum encomiũ, vt planè constet, talem encomiastem haud hominem esse, sed Deũ. Enimuero & paradisus dicuntur, & nõ quilibet paradisus, sed paradisus malorum punicorũ cũ pomorũ fructib. & cũ oib. præstantiorib. aromaticis plantationib. siue hoc verũ esse, subindicatur, vt & singula quæq; istarũ emissionum talis asseratur paradisus. Singula nãq; ipsius Ecclesiæ verba, verba sunt vitæ æternæ, sicut & verba Christi; eadem quippe sunt, de quib. dictũ est: *a Verba vitæ æternæ habes*: singula fragrãtiam redolent Spiritus sancti, vitamq; conferunt charitatis, sicut & Christi verba, de quibus ille dixit: *b Verba, quæ ego loquor vobis spiritus, & vita sunt*. Singula eiusdẽ & opera instar paradisi cibos continens suauissimorum fructuũ, paradisus sunt cibi vitæ æternæ; quicquid.n. ex se emittit operationis, tale profectò est, quale eius suadet & sponsus, cum ait: *c Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*. Porro, vt percipiatur vis istius encomii, allatæque similitudinis, supponendum est, ei potissimum paradiso prædictas, iuxta hunc sensum, assimilari emissiones Ecclesiæ, cuius fructus causat vitam æternam, & in quo is regnat, qui iuxta hortũ crucifixus est Christus Iesus: ad quod regnum latro ille respexit, quando simul cum Christo crucifixus, dixit: *d Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum*. quod vtiq; & Dominus Iesus paradisum nuncupauit secundum probabilem complurium opinionem, cũ latronis preces exaudiens, respondit: *e Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Aeque est enim, ac si dixisset: Tu petis, vt memor sim tui in regno meo, & ego dico tibi, quòd hodie particeps mecũ eris huius regni præ eximia, quam exhibet, æternæ felicitatis voluptaté, paradisus merito appellati. Paradisus verò ista haud in alio sita est, quã in visione diuinæ essentiæ, cuius tu particeps effectus, mecũ hodie regnabis, cumulataq; perfrueris beatitudinis voluptate. Huic itaque paradiso spõsus emissiones assimilat Ecclesiæ sanctæ: paradiso, quæ & regnum est, & vnà cũ singulari voluptate vitam præbet æternam: Idcirco.n. ait; *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum*; quia mala punica corona quadã insignita, regni sunt symbolum, eaque, quæ intra se continent, dulcedine pulcherrimo adiuncta fructui, suauitatem præ se ferũt, quæ in tali exhibetur regno, ac paradiso speciosissima. Benè autem ad mala punica pomorũ fructus adiecti sunt, vt pomis ipsis, quæ amoris symbolum esse ostendimus, significaretur id, quod in tali paradiso vnà cum regno, ac beatitudinis voluptate necessariò adiunctum nouimus, charitatis nimirũ perfectio. Nec minus apte in huiuscemodi *paradiso malorum punicorum cum pomorum fructib.* esse dicuntur *cypri cum nardo*, vniuersaque ligna Libani, quæ præstantiora proferunt aromata, & è quibus prima, ac pretiosiora conficiuntur vnguenta; per has quippe aromaticas arbores reliquæ designantur virtutes sanctorum, quę eatenus quidem ligna Libani appellantur, quatenus in ardua, ac periculosa vita ista temporali exercentur, quam per Libani montem significari, vidimus supra in vers. 8. vbi dicebatur: *Veni de Libano sponsa, veni de Libano*. i. de periculosa, arduaque ista vita. Eatenus verò in paradiso esse dicuntur, quatenus ibi fixas habent radices, vnde & humorem traxere diuinę gratiæ, ex qua, siue per quam in augmentum quoque creuere: & quatenus etiam earum merita ibi cõplantata sunt, ac instar aromatum, & pretiosiorum vnguentorum suauissimam in naribus Domini, sanctorumve omnium, qui ibi commorantur, spirituum sui emittunt fragrantiam.

(*Paradisus sumitur pro regno cælorum.* d Luc. 23. 42. e Luca 23. 43.)

PARAPHRASIS. *Verba, & operationes ecclesiæ qua ratione sint paradisus.*

Quod ergo hic dicitur iuxta sensum illũ, quẽ primo loco allatum videre est in prima expositione, tale mihi esse videtur.

Quas ex te emittis verborum, atq; operationũ emissiones, sanè instar paradisi illius sunt, qui paradisus malorũ punicorũ cũ pomorũ fructib. ob id dicitur, quod regnũ conferat felicitatis æternæ, perfectionẽq; charitatis: hæc namq; eadem illa præstare cõperiũtur. Quinimo in illis ipsis odor percipitur sanctitatis ob eas, quas suadent, ac præ se ferunt virtutes, quibus instar aromaticarum plantationum insignis illa complantata est paradisus.

II. SENSVS ALTERA EXPLIC.

Quamuis hæc bene se habeant, si per Catholicæ Ecclesiæ propagines, nomine emissionum expressas, illius intelligãtur verba, & operationes, ut ostensum est. Tamen, cum ex iis verbis Psal. 79. *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius*, quibus potissimum significa-

a Ioa. 6. 69. b Io. 6. 64. *Opera Ecclesiæ paradisus dicũtur quia vitæ æternæ sũt.* c Io. 6. 27.

DE ECCLESIA.

Emiſſiones, & propagines eccleſiæ Catholicæ ſūt eccleſiæ particulares.

Pſa. 79. 12.

Eccleſia Catholica eſt paradiſus paradiſorū.

Eccleſiæ particulares, quō ſint paradiſus, & ſimiles paradiſo cęleſti.

ficatum iſtum vocis emiſſionum erunt Doctores hebraicæ linguæ periti, colligatur, propagines Apoſtolicæ Eccleſiæ eſſe particulares diuerſarum Prouinciarum, diuerſarumque Vrbium Eccleſias, ſicut propagines Iſraeliticæ Eccleſiæ ex antiquitus erant particulares Synagogæ, atque Eccleſiæ, quę in ſingulis quibuſque Tribubus, & ſingulis iis erant Iudææ Ciuitatibus, & Oppidis, quæ extendebantur vſque ad mare, & vſque ad flumē Euphratem. Dicendum, hac ratione eam amplificari laudem, qua in ſuperiori ſententia Eccleſia Catholica euecta eſt ſimilitudine horti concluſi, vt ſignificetur, non duntaxat ipſam, vt Catholica, & vniuerſalis eſt, eſſe paradiſum; ſed & ſingulas quaſq; particulares eccleſias, quæ inſtar propaginum, tāquā à matre arbore ex ipſa emiſſæ per vniuerſum terrarum orbem extenduntur, eſſe pariter paradiſum illi nimirum ſimiles paradiſo, in quo tanta eſt *participatio in idipſum*, tam concors cohabitatio, tamque arcta communio, vt congruentiſſima metaphora *paradiſus malorum punicorum* appelletur: quandoquidem in malis punicis melius, quàm in vllo alio fructu concors, arctaque illa eius repræſentatur participatio in multiplicibus granis, arctiſſimeque, & congruentiſſimo ordine ſimul cōnexis. Deſcribit autem cæleſtis ſponſus paradiſū iſtam malorum punicorum, addens duas præcipuas eius conditiones, vt illas nedum in Eccleſia vniuerſali; at & in particularibus eccleſiis, quę tali paradiſo dicuntur ſimiles, eaſdem aliquo pacto eſſe, non dubitaremus. Conditionem primam deſignat per verba illa, *Cum pomorum fructibus*: Secūdam verò, per ſeptem aromaticas plantas, quas in eo aſſerit eſſe, *Cypros, & nardos, crocum, fiſtulam, cinnamomum, myrrhā, & aloe*, adiecta duplici generali particula, *Cum vniuerſis lignis Libani*, &, *Cum omnibus primis vnguentis*: Per primam conditionem, perfectā indicans charitatem, cuius hieroglyphicum poma eſſe, oſtendimus, per quam charitatem efficitur, vt tanta in ea reperiatur participatio in idipſum: Per conditionem verò alteram ſub metaphora ſeptem plātarum aromaticarum, quarum odor vndequaque ſpirat, ſeptē deſignans ſanctorum ordines, qui in paradiſo illo plātati, & radicati ſunt, Angelicos Spiritus, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, & Virgines cum vniuerſa Sanctorum omnium cohorte, quorum ſuauiſſima ſanctitatis fragrantia, nedum cæleſtem totā perfundit paradiſum; ſed & in terreſtrem quoq; ſpirat paradiſum eccleſiaſticam. Qd ergo hic dicitur, tale eſt.

PARAPHRASIS.

Nedum vt Catholica, & vniuerſalis eccleſia, paradiſus es; at ex te paradiſo, tamquam ex vna matre filiæ, & tamquam ex vna arbore, quæ paradiſus ſit, plures prodeunt paradiſi: Enimuero ſingulæ propagines tuæ, ſingulæ particulares eccleſiæ ſunt *paradiſus malorum punicorum*, illi propemodum ſimiles cæleſti paradiſo, in quo concors, arctiſſimaque eſt cohabitantium vnio: de ſingulis quippe illis quoquo modo id dici fas eſt, quod de cœleſti Ieruſalē dicitur: *a Cuius participatio eius in idipſum.*

a Pſ. 121. 3.

Neque in hiſce emiſſionibus tuis deficiunt fructus pomorum, cum charitas vna ſit, quæ talē multorum fidelium efficit cōcordem participationē. Quod ſi in cæleſti paradiſo ſeptem ſuaueolent Sāctorum ordines, totaque fragrat cæleſtium ſpirituum curia, & in emiſſionibus hiſce tuis ſeptem ſunt dona Spiritus ſancti, præſtantioresve gratię, quibus ſancti quique earum eccleſiarum fideles, Spiritu ſancto vncti, ſuauiſſimam vndique effun-

A dunt ſanctitatis fragrantiam.

DE ECCLESIA.

Diſcrimen quo eccleſia catholica, & eccleſia particulares ſint paradiſus.

Circa hunc ſenſum, notandum diſcrimen, quo Eccleſia Catholica dicitur paradiſus, quove particulares eccleſiæ, quæ propagines illius ſunt, paradiſus item pronuntiantur. Cum. n. illa *hortus, ac paradiſus concluſus* dicta ſit: emiſſiones tn̄ eius haud pari modo paradiſus concluſa aſſeruntur, ſed abſque vlla concluſionis mentione ſimpliciter *paradiſus malorum punicorum*, &c.

Eccleſia Catholica tantum eſt paradiſus concluſa & omnino tuta.

Et bene, nam, tametſi tam iſtæ, quàm illa paradiſus ſint, vtpote cæleſti paradiſo ſimiles (vt oſtēſum eſt) de Catholica nihilominus tantum Eccleſia dici proprie poteſt, quod paradiſus cōcluſa ſit; ita vt eam neque Satan, neq. hæreticorum feræ exterminare queant; quia Apoſtolica eſt, dicēte Domino Principi Apoſtolorum: *b Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribrares ſicut triticū, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua;* quod particularib. eccleſiis haud competere crebræ multipliciū eccleſiarū in cōplurib. Regnis, atq. Prouinciis vaſtationes, atq. defectiones à fide recta teſtātur.

B *b Luc. 22. 31.*

II. SENSVS.

Eccleſia Catholica cæleſti paradiſo ſimilis, quia ſpōſa Chriſti, & quia voluptati è Deo

Quod ſi iuxta ſecūdum litteræ ſenſum, quē primo illo cōgruentiorē dixi, haud quaquam ſingulæ emiſſiones, & propagines ſeiunctim, ſed vniuerſæ ſimul paradiſus aſſerantur; dicēdum, præclare cæleſtem ſpōſum hoc loco id explicare, quod vix attigit in ſentētia ſuperiori, cum dixit: *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus:* Enimuero cum ibi Catholicam eccleſiam tam per appellationem pudiciſſimæ ſponſæ ſuæ, quàm per ſimilitudinem horti concluſi hac decoraſſet laude, quòd cæleſti ſimilis eſſet paradiſo; quandoquidem ęq; ac illa, de qua in libro Apocalypſis dictum eſt: *c Veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem agni, & oſtēdit mihi Ciuitatem ſanctam Ieruſalem*: ipſa quoq; ſponſa eiuſdem agni eſſet ſponſa inſtar ſororis pudiciſſima: & inſuper, ſicut illa proprius eſt veræ voluptatis locus, ita & ipſa *hortus eſſet concluſus*, vt ad voluptatem ipſimet Deo inſeruiat. Tamen qa hæc ſubindicata potius, quàm explicata ibi fuerant, quò patētior adeo eximia eius laus fieret, ſic illam modo explicat, dicens: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum*, conteſtans nimirum, eo pacto ipſam eſſe hortum cōcluſum, atque adeo pretioſiſſimum, pulcherrimum, ſummæq; voluptatis vt planè paradiſus non immerito dici queat, cum particulares eccleſiæ, quas inſtar propaginum ex ſe emittit, ſint quodammodo ſimiles cæleſti paradiſo, ſeu potius eam reddant paradiſum, illi propemodum ſimilem, qui ob ſummam collętātium, concordemve cohabitantium vnionem *paradiſus malorum punicorum* appellatur. In eo verò potiſſimum ſimilitudo ipſius eccleſiæ ad cæleſtem illā paradiſum ſita eſſe ſignificatur, quòd concordem ſeruat fidelium participationem; cum tamen plures in ſe contineat diſtinctas Eccleſias particulares: ſicut & cæleſtis paradiſi *participatio in idipſum* eo eſt præſtantior, quòd plures in ea cohabitent, diſtinctique Sanctorum ordines, quos deſignant ſeptē, quæ hic enumerantur, aromaticæ arbores.

C Simile.

c Apoc. 21. 9.

D *Eccleſia Catholica cæleſti paradiſo ſimilis ob cōcordem fidelium participationem*

Simile.

E

Neq; verò minus apte vniuerſæ eccleſiæ particulares per eas ſeptē arbores deſignantur, quā per eaſdē vniuerſi deſignentur cæleſtium ſpirituū ordines: Septenario quippe numero vniuerſitatē Sāctorū ordinū ſignificari, exinde conſtat, quod, etſi ſeptē nominentur arbores; adiicitur tamē, *cū vniuerſis lignis Libani*, aromaticis nimirū: Et iterum, *cum omnib. primis vnguentis*, id eſt, cum omnibus arboribus, quæ pretioſiora proferunt vnguenta.

Eccleſiæ particulares vniuerſa deſignātur aptiſſimè per metaphorā ſeptē arborū aromaticarum.

Simile.

Porro, ſicut in libro Apocalypſis ſeptenario numero vniuerſitas particularium eccleſiarum ſignatur,

DE ECCLESIA

tur, iuxta ferè communem sacrorum Doctorū sẽtentiam, tametsi dicatur: *a Ioannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia*: eæque postmodū nominatim enumerentur: Et sicut ibidem vniuersæ ecclesiæ particulares per *b septem candelabra aurea* significatæ referuntur: tum quia instar candelabrorū cō spicuæ, & manifestæ sint, exinde quòd lucem mū do exhibeant Christum, qui de semetipso dixit: *c Ego sum lux mundi*: splẽdorisve sanctitatis emittant radios: tum quia charitate decoræ appareat, quæ per aurum designatur, iuxta illud, quod in eodem lib. Apocalypsis legimus: *d Suadeo tibi emere aurum ignitum*: Ita etiam hoc loco eædem particulares ecclesiæ per septem significatæ sunt arbores aromaticas, quia odore manifestæ sint, odorẽ deferẽtes notitiæ Christi, vt ait Apostolus; *e* quia Christum exhibeant vnguentū exinanitū: quia sãctitatis fragrantiam longe lateque diffundant: ac demū qa charitate calidissimæ existãt, prout & aromaticas arbores calidissimas esse asserunt Naturales.

a Apo.1.4
b Apoc.1.12.
c Io.8.12.
d Apoc.3.18.
e 2.Cor.14.

Simile.

Denique in eo etiam Catholica ecclesia cælesti similis est paradiso, quod sicut ille in medio cælestium spirituum, inter quos prædicta est *participatio in idipsum*, Deum habet, à quo sunt oẽs voluptates, & à quo vniuersæ hauriuntur perfectæ felicitatis deliciæ, Deum, per fructus pomorū oĩum designatum, & expressius iuxta hæbraicę vocis significationem fructum deliciarū appellatū: Ita & ipsa in medio emissionū suarū, particulariumve ecclesiarum eumdem habet Deum, cōcordem inter eas vniuersas efficientem vnionem in vno spiritu, in vna fide, & in vno baptismate, deliciisq. spiritualium gaudiorum omnes, ac singulas perfundẽtem, prout & Ioanni in præallegata visione legimus ostensum *f in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis*. i. Angelum, repræsentantem Christum filium hominis; seu potius, similem filio hominis, nempe, haud iam hominẽ mortalem, ac passibilem, sed impassibilem, & immortalẽ; atq; adeo similẽ tantūmodo homini, in oẽs nimirū ecclesias influentẽ, singulasve amore cōplectẽtẽ, vniuersas simul vnitas conseruantem.

Ecclesia Catholica similis cælesti paradiso quia in medio sui Deū habet multas particulares ecclesias vnientem.

f Apoc. 1. 13.

Quod ergo hic dicitur iuxta hunc sensum, tale est.

PARAPHRASIS.

Ita *sponsa mea* pudicissima *hortus conclusus* es, vt ecclesiæ ipsæ particulares, quas instar propaginū ex te emittis, sint paradisus, paradisumque te reddant, cælesti propemodum similem paradiso: sicut n. illa, ita & tu pariter in ipsis *paradisus malorum punicorum* dici non immerito potes ob cōcordem fidelium vnionem similem participationi sanctorum illius in idipsum: cuius sanè cōcordis cohabitationis Sanctorum, vnionisve fidelium exemplar in malis punicis exhibetur: & sicut in illa cōplures sunt Sanctorum ordines, instar aromaticarum arborum suauissimam sanctitatis fragrãtiam lōge, lateq. spirantes: Ita & in te complures cōplantatæ sunt ecclesiæ particulares, quæ & ipsæ, instar aromaticarum plantationum odorem notitiæ Christi deferunt, Christumve ipsum vnguẽtum exinanitum fidelibus exhibent, & sanctitatis quoq; suæ fragrantiam latius diffundunt, atque etiam charitatis calore instar eorumdem arborum calefaciūt corda fidelium.

Quòd si in cælesti paradiso, cū sint tot distincti ordines, diuersæq. mansiones, eius tamen *participatio est in idipsum*; quia Deū in medio sui habet, exhibentem omnem gustum, omnesve delicias: quia alioquin haud esset *paradisus malorum punicorum*, nisi esset *cum fructibus pomorum*, cū ipso. s. fructu deliciarum; Et tu pariter in tot tantarū; Prouinciarum, Vrbium, atq. etiam tãtarum domorū ecclesiis æque, ac mala punica in pluribus granulis cōcordem seruas vnionem; quia me in medio tui habes fructum deliciarum, exhibentẽ fructus pomorum omnium, omnisve charitatis, cuius typus ipsa sunt poma.

DE ECCLESIA

APPEN. PRIMO SENSVV.

Si in eodem significatu emissiones pro propaginibus positas sumentes, proprie ipsum propaginū nomen accipiamus, vt significat vitẽ, aut aliã arborem in terra suppressam, emittentẽ ex se plura germina: seu ẽt ipsamet huiuscemodi germina emissa ex tali vite, vel arbore propaginata prout etiam iuxta sonum litteræ non incongrue accipi hic posse, ostensum est in Appendice secūdi sensus ibi. alias; illud ipsum per hæc verba, *Emissiones tuæ paradisus*, &c. impletum demonstratur in sancta ecclesia, quod à Domino prænuntiatum aliquando nouimus, tametsi sub alia metaphora, cum loquẽs de semetipso, vt caput Ecclesiæ est, dixit: *g Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multū fructum affert*.

Xpi mors, & ecclesia consepulta cū Xpo capite suo germinauit plurimos Sanctorū ordines.

g Io. 12. 24.

Porrò, quod hoc loco idipsum ab eodem Christo Domino dicitur, in laudẽ ipsius ecclesiæ dicitur, atq. adeo efficacius dicitur, inquã, in laudem ecclesiæ; quia simul cum capite suo & illa pariter commortua est, iuxta illud Apostoli: *h Quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt*: &, sicut commortua est, ita etiam simul cum illo resurrexit; resurrexit autem in germinib. iis, quæ simul cum illo emisit, in propaginib. & emissionib; suis. Idcirco istam eius renouationem, quã mirum in modum in pulchritudine, & decore sãctitatis excreuit, laudibus celebrans, & ipsas eius emissiones commendat, & simul, vnde tantum ei prouenerit decoris, indicat.

h 2. Cor. 5. 14.

Exinde enim quòd ipse, qui de semetipso dixit, *i Ego sum vitis vera*, instar vitis, postquam in cruce mortuus est, in terra suppressus fuit, ac quodam modo propaginatus, innumeræ excreuerunt Ecclesiæ emissiones, atq. propagines, ex ipso progerminantes. Has emissiones meritò paradiso assimilat Spiritus sanctus, qui Ecclesiam ipsam horto cō cluso assimilarat, vt ex hoc colligeremus, vnam eã demque esse catholicam Ecclesiam, atq. ipsas eius propagines, & emissiones.

i Io. 15. 1.

Ecclesia Catholica, & ipsius propagines vnus met hortus.

Porrò, tametsi simpliciter sumpta dicta sit *hortus conclusus* generaliter: respectu tamẽ emissionū suarū, haud generaliter cōparata est paradiso, sed *paradiso malorū punicorū cū pomorū fructib.* in qua sint, & aromaticæ arbores oẽs, quotquot in mõte Libano reperiuntur, quæve pretiosiora proferunt vnguenta: *Emissiones tuæ paradisus malorū punicorū cū pomorū fructib. cypri cum nardo*, &c. Enimuero duo sunt genera Sãctorū, qui ex propaginata vite vera ex grano mortuo subtus terrã, & ex Christi morte maiori impetu charitatis instar propaginū excreuere in Ecclesia: Alterū Martyrū, qui sanguine fuso martyriū pro noĩe Iesu, ac pro confessione eius fide subiere, quorū ingentẽ numerū in primitiua Ecclesia Christi morte consecutum, non ignoramus; Alterū verò eorū, qui eadẽ sanè erga Christum accensi erant charitate, qua & Martyres, eodem feruore in eius fide defendenda verbo, atq. sanguine, quibus tamen martyrii effectus per realem effusionem sanguinis defuit, quamquam cū martyrii desiderio mortui sint pro illo, qui pro ipsis est mortuus, ita vt propterea æq. ac martyres charitate reliquis Sanctorū generib; præstãtiores existimãdi sint ex illa Redẽptoris nostri sententia

Ecclesia Catholica, vt cū Xpo consepultaque paradisus est propaginib.

Duo Martyrū genera sūt præstãtiora germinationes & emissiones ecclesiæ propaginata ĩ morte Christi.

a Mat-

DE ECCLESIA.

a Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

a Io. 15. 13

Ab hiſce igitur ambobus Sanctorum generib. quos tamquam præſtantiſſima germina ex ſe protulit, quibus & maxime illuſtratur, paradiſo *malorum punicorum cum pomorum fructibus* Eccleſia ſancta comparatur: ſeu potius ipſa eius germina talis paradiſus pronuntiatur; ſiquidem mala punica frequentius in ſacris litteris ex multorum Sanctorū Patrum conſenſu vſurpantur pro ſymbolo Martyrum illorum, qui pro Chriſti fide ſuum fuderūt ſanguinem, idque ſatis congruenter, cum in ipſis granula inſint ſanguineo colore rubentia, ita vt, q ex illis exprimitur liquor, ſanguinem præ ſe ferat.

Mala punica ſymbolū ſunt Martyrum.

Neque verò minus congrue alterum Sanctorū genus deſignatur ſymbolo fructuum pomorum; nam, cum adeo inſignes ſint charitate, haud aptiori metaphora poterant exprimi, quàm metaphora pomorum, quæ ſunt ipſius charitatis hieroglyphicum, vt oſtenſum eſt ſæpius. Quin eadem poma ipſomet colore id quoque deſignant, quòd Sanctos iſtos à primo Sanctorum genere facit diſtinctos: Poma etenim ſunt quidem perfuſa ſanguineo colore, ſed ex parte duntaxat, eoque colori candido aut aureo perbelle admixto: ſicut & Sancti iſti, Martyres ſanè & ipſi ſunt, at voluntate tantùm, & deſiderio, quo martyrii deſiderio, ex affectu charitatis prodeunte, coniuncto cum candore puritatis, ac vitæ ſanctitatis in oculis Domini ſe habent inſtar eorum pomorum.

Pomorū fructus ſymbolū martyrū volūtate et deſiderio.

Simile.

Porrò, quia præter hæc duo, complura variaq; alia genera item Sanctorum fidelium in eccleſia ex eadem Chriſti morte, ex ligno vitæ propaginato excreuerunt inſtar emiſſionum, atq; propaginū & excreſcunt quotidie, quibus etiam conſtat ſancta eccleſia, vt paradiſus eſt: idcirco bene in eo paradiſo, cui ſimilis dicta eſt, dicuntur eſſe *cypri cum nardo*, atq; aliis arborib. aromaticis, quarum fructus aromata ſunt, & vnguenta, quæ conferūt odorem, robur, ſanitatem, & incorruptibilitatem iis, quibus illita ſint corporibus, quæve vniuerſæ calidas habent naturas. Enimuero quotquot fideliū excellūt ſanctitate in eccleſia ſiue Prælati, ſiue ſubditi: ſiue Doctores, ſiue idiotæ; ſiue coniugati, ſiue cælibes, ſiue Religioſi, ſiue ſæculares, vniuerſi inſtar aromaticarum arborum ſe habent: calidi omnes charitate ſunt, bonum Chriſti odorem in ſancta conuerſatione exhibentes: necnon & vnguēta proferentes ſanctæ eruditionis, vel bonorum exēplorum, quibus, nedum odorem Chriſti aliis impertiunt imperfectioribus, ſed & ſanitatem pariter iiſdē præſtant, & robur ſpirituale, præſeruātes illos à peccatorum corruptione, quātum in ſe eſt.

Inſigne autem diſcrimen inter iſtos ſanctos, atque prima illa duo genera Sanctorum ſubindicatur in ipſa locutionis forma, qua hic vſus eſt Spiritus ſanctus: ſiquidem, tametſi oēs æqualiter appellati ſint emiſſiones, & propagines eccleſiæ, cum omnes, & ſinguli è Chriſto per mortem propaginato emiſſi ſint, & excreuerint in eccleſia: primi tamen haudquaquam expreſſi ſunt ſub metaphora arborum, ſed fructuum, malorum punicorum, atque pomorum, vt iam viſum eſt; cum reliqui vniuerſi è veſtigio haud ſub fructuū, ſed ſub arborū, tametſi aromaticarum metaphora ſint deſignati, idq; admodum congruenter: nam primi quidem ſe habent, inſtar fructuum maturorum, vtpote q vt martyres diem ſuum obiere, ſiue ſanguinem re ipſa fuderint, ſiue affectu tantum, & deſiderio: At reliqui Sanctorum, cum in vita præſenti degētes ſanctè viuant, ſe habēt inſtar arborū aromaticarū,

Martyres ſiue re, ſiue deſiderio iā tū fructus ſunt, in cælo repoſiti, alii ſāctiadhuc viuētes ſūt arbores aromaticæ.

Simile.

qui e multis exponendæ ſunt periculis, quæve in continuo profectu viuūt. Et ipſis namq; tametſi in iugi viuant profectu in iuſtitia, & ſanctitate, tamen dum tamen eſt, quamdiu viuunt, à multitudine inſurgentium tētationū, ita vt propterea Paulus ſingulis eorum dicat: *b Qui ſtat, videat ne cadat.*

b 1. Cor. 10. 12.

Itaque quod hic dicitur, breuiter tale eſt.

PARAPHRASIS.

Ita *hortus concluſus*, atq. adeo pulcherrimus, ſummæq. voluptatis es ſponſa mea pudiciſſima eccleſia; vt plane ſimilis ſis paradiſo *malorum punicorū; cū pomorum fructibus*, in qua vniuerſæ conſitæ ſint quæ præſtantiores ſunt, aromaticæ arbores: Enimuerò eæ ipſæ, quæ in te ex me Chriſto capite tuo, inſtar vitis in morte propaginato, emiſſæ ſunt, & quotidie emittuntur propagines ſanctorū germinum. *paradiſus* ſanè ſunt *malorum punicorum, cū pomorum fructibus*. *Paradiſus* in primis ſāctorū Martyrū, tum eorū, quos ob realem ſanguinis effuſionem mala punica ſanguineo præſignant liquore: tū etiam eorū, qui vitæ innocētia, & affectu, ac deſiderio Martyres deſignantur per poma rubra ſimul, atq. candida: Hæ ſiquidem primæ ſunt, atq; præſtantiores, quas poſt mortem meam felicius emiſiſti. Neq; verò in te, vt es paradiſus, aromaticæ deſunt arbores, ex eadem propaginata arbore excreſcentes; ſunt quippe in te multiplicia Sanctorū genera, alia in Prælatis, & in ſubditis; in Doctoribus, & idiotis, in coniugatis, ac continentib. in Religioſis, ac ſæcularib. q ſancti profectò omnes inſtar arborum in continuo quidem ſunt vegetationis profectu, & complurib. tentationū periculis expoſiti, cū periculoſam hanc degant vitam: Attamen, inſtar aromaticarū arborū, charitatis calore præditi bonū odorem meum referunt in doctrina & vitæ probitate: necnō & pretioſiſſima proferūt vnguenta bonorū exemplorū, quib. infirmiorib. ſanitas, robur, atq. incorruptio affatim præſtantur vna cum bono odore.

Iuxta ſenſum tertio loco vt probabiliorem in littera allatum, ſecundū quem noīe emiſſionū ſignificatæ dicebantur plantationes ipſæ, atq. arbores: Quia ſupius cæleſtis ſpōſus ſimilitudine horti pulchritudinē Eccleſiæ euexerat, ne quis exiſtimaret, horti appellatione intellexiſſe hortum olerum: hoc quippe nomine vulgo nūcupari ſolet locus, in quo vilia proueniunt olera, quæ cito marceſcūt; qualem hortū facit diabolus ex vinea Domini, ſuſcitans in ea impiorū collectionē; de quib. p Prophetam dicitur: *c Quoniam tamquam fænū velociter areſcent, & ſicut olera herbarum cito decident*: vnde in libris Regum ſceleſtus Achab, eiuſdem diaboli typum gerens, dicebat ad iuſtum Naboth: *d Da mihi vineam tuam, vt faciā mihi hortum olerum: quia vicina eſt, & prope domum meā*: Hoc loco, melius ſe explicans cæleſtis ſponſus, declarat, ſe per ſe p horti nomē ſignificaſſe paradiſū nimirum hortū, nobiliſſimis conſitū plātis fructiferis ſimul, & aromaticis, ſummo ordine inter ſe diſpoſitis, atq; adeo & ſpecioſum fructib. præſtantiſſimis, ſuaueolentem aromatibus pretioſiſſimis.

III. SENSUS.

Eccleſia eſt hortus non olerū, ſed nobiliſſimarū plantationū, & arborum.

c Pſ. 36. 2.

d 3. Reg. 21. 2.

Porrò quæ ſint plantationes iſtæ, ex quibus cōſtat Eccleſia, didicimus ex Propheta, cum in Pſal. 91. dixit: *e Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt*, Ex quo etiam Pſalmi loco colligimus diſcrimen, quo ſe habent iuſti, qui ſunt plantationes Eccleſiæ in præſenti vita, atque in vita futura, in Eccleſia præſentis ſæculi, atque in Eccleſia triumphanti, in horto concluſo, atque in paradiſo cœleſti. In præſenti etenim vita floreſcunt quidem, cum ſancta deſideria habent bene operandi, ac neceſſe eſt, vt flores parturiant

e Pſ. 91. 14

Sancti præſenti vita inſtar florū

DE ECCLESIA.

sanctis desideriis destituti ut desideriis fructus proferunt operum.

turiant bonorum operum fructus: alioquin nulla istiusmodi florũ habetur ratio, si desideria haud deducãtur ad opus: & insuper id eis euenit, quod floribus sensibilium arborum euenire conspicimus; vt cum primum fructus protulerint, illicò deficiant: deficiunt siquidem desideria illa, cũ primùm completum fuerit id boni operis, cuius exoptabat quis consummationem: quamquam, sicut in fructibus ipsis semen exhibetur nouorum florum, ita & in perfectione bonorum operum semẽ quodammodo præbetur, quo noua eiusdem operis perficiendi desideria multiplicentur.

Simile.

Beati florent in aeternũ in patria ob iuge desideriũ, quo in ipsamet visione desiderãt videre.

Verum in futura vita, in Ecclesia triumphanti, atque in paradiso cælesti haudquaquã operæpretium est, vt ii, quorum refloruit caro per resurrectionem, vtve iustorum animæ, quæ ibi iam complantatæ sunt, fructus proferant: quia vnus duntaxat ibi est Deus, qui quasi quoddam lignum vitæ in medio paradisi fructum vitæ profert semetipsũ quem comedant, qui viuũt in æternum, cuius dulcedo ipsamet est beatitudo: quinimo ii ipsi, quos in terris positi protulere fructus bonorum operũ quodammodo conuertuntur in flores desiderii: adeo vt tales arbores floreant in æternum, cum illud vnum, quod ibi operantur opus fruitionis, æternæ felicitatis flos quoque quodammodo sit desiderii, prout colligitur ex iis Petri verbis, quibus in sua prima Epistola ait: *a In quem desiderãt Angeli prospicere.* Quæ Greg. Papa in vit. c. lib. 18. Moral. refert ad visionem diuinæ essentiæ, iungensq; ea cum illis Domini verbis: *b Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est:* & cum aliis item Prophetæ Dauid; *c Satiabor, cum apparuerit gloria tua:* hæc tria simul in vnum conuenire dicit in Beatis, fruitionem Dei, desiderium, atque saturitatem: ita vt dici possint idem quodammodo actus, qui dicatur fruitio, quatenus in illo fructus comeditur suauissimus diuinæ essentiæ, quæ videtur; dicatur quoque saturitas, quatenus ad satietatem talis est comestio, adeo vt nil reliquũ superfit, quod ob defectum afferat anxietatẽ: ac demum dicatur pariter desiderium: quia ipsamet saturitas ita absque fastidio est, vt desiderium iunctum simul habeat, sitve desiderium sine anxietate. Vnde crediderim, congruenter in c. 5. huius Cãtici sponsam dixisse Deum sponsum suum *d totũ desiderabilem*, concludendo propriissimo, ac peregregio eo epiphonemate descriptionem illius. Quia ii, qui eius fruuntur visione, toti sunt in eius desiderio: ac propterea, vt sunt cælestes plantationes in cælesti illa paradiso, florib. semp florere dicuntur, vt habes in Psal. *Et florebunt in aeternum ante Dominum. e Iustus vt palma florebit*, & in loco supra citato: *f Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt.* cum è vestigio in iisdẽ iustis, prout in horto concluso, ac terrestri paradiso, & in præsentis sæculi Ecclesia complantati sũt non tam flores requirantur, quàm fructus; non tã desideria, quàm opera: vnde in subsequentibus dicitur: *g Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt.* Hinc etiam in præsenti sententia, cum iidem iusti paradiso assimilantur, ei assimilãtur paradiso, qui haud florum sit, sed fructuum: tametsi nemo sit, qui ignoret, fructus præueniri à floribus sic enim dicitur, *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus:* quin, vt intelligeremus, in iis quoque plantationibus, quarum haud alius est fructus, quam aromata, fructus ipsos potius spectari, quã flores, vltimo loco ea adiecta sunt verba: *Cum omnibus primis vnguentis.* Dũ ergo Ecclesia Catholica in iustis, qui in se instar

a 1. Pet. 1. 12.
Greg. PP.
Tres actus, visio, satietas, & desiderium in beatis unus quodammodo actus sunt.
b Matt. 18. 10.
c Psal. 16. 15.
d Cant. 5. 16.
e Psal. 91. 13.
f Psal. 91. 14.
g Cant. 7. 12.

Ecclesia paradisus fructibus, non floribus.

A plantationum sunt, huiuscemodi assimilatur paradiso, in quo omnia pulchra sint, in plantationibus omnia concinna; siue spectetur ipsarum plantationum dispositio; siue vna cum emissis plantationibus emissæ conspiciantur frondes viridantes; siue coniiciantur oculi in rubentia mala punica, aut in alia poma perpulchris decora coloribus; siue denique suaueolenti attendatur fragrantiæ. Iuxta tertium hũc sensum nihil in ipsa esse asseritur, quod non sit maxime concinnum, & maxime pariter delectabile, quatenus constat ex iustis: Ac si per cælestem sponsum dicatur.

DE ECCLESIA

in iustis, nihil habet, quod non sit pulchrum, concinnum, & delectabile

PARAPHRASIS.

Hortus conclusus es sponsa mea pudicissima Ecclesia: non tamen hortus olerum marcescentiũ, & B hominum malignantium, qui *sicut olera herbarum decident*, sed iustorũ: sancta. n. es in sanctis, qui in te sunt pulcherrima, maximeque decora: atq; adeo & *paradisus*, Quin iusti ipsi, qui è te emissi, & in te instar arborum complãtati sunt, *paradisus* existũt, paradisum te reddentes, ac paradisum decoris, ac voluptatis, tum aptissimo, quo inter se dispositi sũt ordine, quasi ordinata in pulchro corpore mẽbra: tum verbis, quæ è se instar viridantium foliorum emittũt: tum specioso, quem in fructibus bonorum operum intuentium oculis exhibent, colore charitatis, atque candoris, & innocẽtiæ vnà cũ dulcedine admixto: tum demum & suauissimo, quem etiam ad absentes longe lateque effundũt, sanctæ conuersationis odore.

C

Vers. XIII. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructib. cypri cum nardo.

Vers. IV. Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani; myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

I. ET II. SENSVS.

D

ANimæ eius, quæ ob eximiam sanctitatis pulchritudinem horto concluso meruit cõparari, & eæ pariter, quas ex se profert, emissiones, atque propagines paradisus nunc à sponso dicũtur: Quod si qua de re verificari id potest, de eius profecto orationibus verificari crediderim: Eæ siquidem tamquam propagines quædam sunt ex internis erumpentes præcordiis; ipsæ congruentissime appellantur emissiones eius, quæ hortus conclusus est; quia & ex corde, & ex ore cælum versus emissæ sunt. Si istiusmodi emissiones paradisus simpliciter dicerentur, facile præstantissimã istam & intelligeremus, & explicaremus earum laudẽ; E quòd & ipsa, quæ illas emittit, & Deus pariter, ad quem eædem emittuntur, talẽ ex iis percipiant voluptatẽ, quæ non immerito voluptati comparari queat paradisi; id quod verissimũ ii esse norunt, q exercitio addicti sunt orationũ, quive in illis, ac per illas & Deum, & se ipsos oblectant, prout ille fatetur, qui ait: *h Iucundum sit ei eloquium meum ego vero delectabor in Domino.* Ad id, quod difficilius, sed tamen illustrius hoc facit earum orationum encomium, est, quod paradisus quidẽ dicuntur, & paradisus particularibus quibusdam cõditionib. descriptus: conditiones verò alligatæ ad tres reducũtur, ad id, qd sit *paradisus malorũ punicorum*, quod sit *cum pomorum fructibus*, ac tertiò, quod

Orationes piæ aiæ sũt eius propagines, & emissiones.

Oratio cur paradisus dicatur.

h Psal. 103. 34.

DE ANIMA.

PRIMO. SENS. I. APPLI.

quod sint in illa multiplices, atq; præstantiores arbores aromaticæ, & suauissimo odore fragrantes.

Dupliciter aũt conditiones istæ in eximiam harum orationum laudem possunt redundare: quia dupliciter ea, quæ hic dicuntur, possunt exponi. Vel.n. per hæc exinde hæ orationes commendantur, quod perfectissimæ sint, atque adeo iucundissimæ simul, & efficacissimæ: Vel ex fructu ipso, quẽ sua perfectione proferunt, & efficacia.

Orationes bonæ tres cõditiones requirunt ad hoc, vt paradisus dici queant.

Primo modo eæ commendantur piæ animæ orationes, quæ tres adiunctas habent cõditiones, propter quas sunt paradisus. Prima, si nitantur potissimũ in sanguine Christi. Secunda, si vna cũ memoria, & oblatione sanguinis Christi adiunctos habeant actus charitatis, affectusque amoris animæ eius, quæ illas emittit. Ac deniq;, si eadem anima sit exornata decore virtutum, vnde iucundæ sint in conspectu Domini, & suaueolent fragrantiam.

Orationes piæ atq̃ nitũtur I sanguine Christi, ideo dicũtur paradisus malorum punicorum.

Prima conditio, quæ maxime omnium est necessaria, & è qua magis orationes habent, vt paradisus Deo sint, voluptatem illi exhibentes, & è cælesti paradiso Deũ ad se quodammodo trahẽtes, designatur sub metaphora malorum punicorũ, quæ, cum sint præstãtissimi, ac speciosissimi fructus, sanguineove colore rubentes, efficacissimum Christi præsignant cruorem, quo rubent istiusmodi orationes, atque adeo paradisum malorũ punicorum congruenter eas appellauit Spiritus sanctus: quia, & ipsæ, quasi quædam mala punica plena Christi sanguine, effundant illum ante cælestem Patrem, cum ab anima orante exprimuntur.

Orationes piæ aĩæ ex æternis affectibus charitatis Christi sanguinẽ Deo obijcere debent.

Verum, quia mala ista punica spiritualia exprimi nequeunt, ni simul fortes, atq; ferventes in anima orante adsint affectus charitatis, idcirco bene pro secunda earum conditione huic primæ coniũcta additum est: *Cum pomorum fructibus.* Dictum est autem supra, poma esse hieroglyphicum amoris, & charitatis: anima siquidem orans, quo valorem suis conferat precibus, im Christi sanguinẽ, passionisque eius merita proponere in eis debet, vt per charitatis affectum, quibus in orando æstuat, affatim ea offerat Patri: quod alia præclara allegoria contestatum voluit ipsemet Dominus, cũ a Summum sacerdotem ingressurum in sanctuarium ad preces fundendas, & offerenda sacrificia, tunica indui voluit superhumerali tota hyacinthina, in cuius extremitate ad pedes ingredientis collocata essent per circuitum quasi mala punica ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, mixtis in eorum medio tintinnabulis aureis, ita vt singulis malis punicis singula adiacerẽt tintinnabula: hyacinthina etenim tunica illa cæruleo colore cælestẽ in ipsa oratione, qua summus sacerdos apparebat ante Dominum, præseferebat qualitatem, propter quam hoc loco paradisus nuncupatur: in eo verò, quod tota per circuitum malogranatis plena erat, quibus adiuncta erant tintinnabula aurea, illud ipsum præsignabat, quod hoc loco perfectis piæ animæ orationibus tribuitur; plenam nimirum sacerdotis orationẽ esse debere, & exornatã meritis sanguinis Christi Iesu, qui & homo esset, & Deus: hoc quippe significabat hyacinthus cærulei coloris, mixtus cum purpura, coccoque bis tincto coloris sanguinei, cum quibus sanguinis Christi meritis iũcti essent charitatis affectus, quos bene designabant tintinnabula aurea, cum aurum in sacris litteris typus sit ipsius charitatis, cuius affectus instar tintinnabulorum sonori sunt in diuinis auribus.

a Exod. 28. 31.

Porrò, vt encomium emissionum, & rationum sponsæ sit vsquequaquẽ perfectum, postquam dictum est: *Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorũ cum pomorum fructibus:* adiunctum illico: *Cypri cum nardo, nardus & crocus fistula*, &c. quibus verbis tertia perfectæ orationis laude eædem celebrantur: hæc autem est suaueolentia virtutum omniũ, quæ charitatem comitantur; & aptè virtutũ vniuersitas per septem aromaticas arbores designatur: cum ostensum sit, septenarium numerum esse perfectionis, & vniuersitatis: præsertim cum aperte ad hanc ipsam contestandam additum videamus. *Cum omnibus lignis Libani, & cum vniuersis primis vnguentis.*

DE ANIMA.

Orationes bonæ debet habere virtutũ vniuersitatem comitantem charitatẽ.

Orans aĩa habitibus virtutũ ornata esse debet.

Quo loco animaduertẽdum est discrimen, quo duæ primæ conditiones expressæ sunt per metaphoras fructuum iam ex arboribus prolatorum, non ipsarum arborum: tertia verò conditio è conuerso haudquaquam per metaphorã aromatum iam prolatorum ex arboribus; sed per metaphoram arborum aromatiferarum. Enimuero, tametsi orationes eæ, quæ bonæ sint, suaueolentes esse debeant odore vniuersarum virtutũ: haud tamen operæpretium est, vt actus ipsos earum virtutũ, qui ex habitibus, tamquam ex arboribus prodeunt in star aromatum, & vnguentorum, re ipsa coniunctos habeant: ad id, quod eis est necesse, est, vt iuncti eis sint illarum habitus: neque, n. fieri potest, vt anima, quæ orat, quantũlibet virtute prædita sit, actus virtutum reliquarum omnium proferat tũc temporis, cum eas fundit preces: sed ea in re studium adhibere debet, vt earum habitib. exornata ante Dñm oratura compareat, ita vt in precibus ipsis suis, veluti in paradiso habitus ipsos, tanquã arbores aromaticas, consitos habeat. Verũm confidentia in meritis passionis Christi, & oblatio sanguinis eiusdem, vna cum affectibus charitatis nõ habitu, sed actu instar fructuum, iuncta esse debent cum talibus orationibus, quæ paradiso assimilantur: inanes etenim profert preces anima, quæ in orando non profert simul & actus amoris: ideo que Ecclesia quãlibet collectam actuali concludit memoria Christi, eius merita Patri proponens, vt necessaria ad quamlibet perficiẽdam orationem.

Charitatis actus necessa est oratio ni adsint.

Laus ergo, quæ secundum hanc primam expositionem in feruentes piæ animæ orationes confertur, talis est.

PARAPHRASIS.

Orationes, quæ ex intimis tuis præcordiis emittuntur, quæve ex ore tuo tamquam propagines de absconditis intra cor tuum vocibus prodeũt, paradiso sanè similes sunt præ voluptate, quam ex illis tumet concipis, quamve per eas mihi exhibes Deo, sponsoque tuo: in cælesti siquidem paradiso habitans in deliciis, ad illam attrahi, tamquam ad aliam me sentio paradisum, paradisus profecto & ipsæ sunt, *paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus*, sanguinem exhibentes Iesu Christi, & merita passionis eiusdem actu proferentes, æque ac mala punica sanguineo rubent liquore; vnaque cum sanguine isto affectus promentes amoris, & charitatis, designatos per fructus pomorum. Quin insuper in iisdem ad completam voluptatem suaueolẽtes aduertere est habitus, vniuersarum virtutum, in ipsis tamquam in amœno paradiso, instar aromaticarum plantationum cõsitos, quorum sanè odore mirum in modum recreor.

PRIMO. SENS. II. APPL.

Orationũ bonarum triplex fructus.

Secundo modo ex triplici fructu eæ ipsæ, quæ prædictas tres habent conditiones, quæve perfectæ, & efficaces sunt eiusdem piæ animæ orationes commendantur ex eo, quod propterea sint paradisus, quæ talibus decora sit fructibus, paradisus, inquã, ipsimet animæ oranti ob voluptatem, quã percipit ex iisdem fructibus. Fructus autem sunt

DE ANIMA.

sunt illi duo, quos in primis in orationib. fideliũ quærendos, significauit Dominus, cũ in Euangelio dixit: *Primũ quærite regnum Dei, & iustitiã eius*, ubi regni Dei nomine præstantissimũ omnium designauit fructum, vitam beatã, prout rectè interpretantur Auctor operis imperfecti in Matt. Beda, & Euthymius, & alij super citatũ locum. Nomine vero iustitiæ Dei, charitatem significauit, qua impletur omnis iustitia legis, quæve totius diuinæ legis est plenitudo: *b Qui enim diligit impleuit legem, c omnemque Dei voluntatem.* Ac bene æquè primò charitatem, iustitiamque ipsam, ac regnum cælorum in orationibus petẽda præcepit, quia primus, ac præcipuus orationis fructus esse minime potest sine secundo, & regnum cælorũ sine iustitia, & charitate, quã Dei mandata seruentur, obtineri nequaquam potest, iuxta illud eiusdem. *Domini, d Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Atque adeo etiam in oratione Dominica duæ horũ amborum fructuum petitiones simul iunctæ proferuntur, *e Adueniat regnum tuum*, &, *Fiat volũtas tua sicut in cælo, & in terra.* Et in præsenti pariter encomio in orationibus, quæ paradisus dicuntur, earũ duarum petitionum præstantissimos hosce duos habemus fructus simul iunctos, sub duorum terrestrium fructuũ metaphora, malorũ scilicet punicorũ, atque pomorum, regni quippe cælorum typus ipsa sunt punica, non solum ob speciem, & pulchritudinem suam, propter quam tam frequenter eorum in hoc Cantico fit commemoratio; verum etiam ob coronam illam, qua insignita sunt, vt dictum est etiam in secunda expositione sensu primo. Poma verò esse charitatis hieroglyphicum ostensum est sæpius, ad designandam aũt charitatem prædictam in diuinorum mãdatorum obseruatione sitã, haud simpliciter dictum est, *Cum pomis*, at, *Cum pomorum fructibus*, vt innumeri indicarentur fructus, qui includuntur in vno fructu charitatis, tot siquidem sunt isti pomorum, & charitatis fructus, quot & mandata legis, quotve ipsorum mãdatorum obseruationes. Et licet primus fructus vitæ beatæ, & regni cælorum obtineri reuera nequeat pro sæculo isto in re: obtinetur nihilominus per orationes à pia anima etiam in hoc sæculo in spe, quæ beatitudinis illius tam grandem exhibeat voluptatem, vt per illam anima beatam quodammodo se existimans, orationes eas, quibus certam hanc obtinuit spẽ, instar paradisi habere dicatur. Beatitudinem istã expressit Apostolus in epist. ad Romanos his verbis: *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei*, vel (vt est in textu Græco) *In spe gloriæ Dei*, idest, Nos beatos reputamus, & prædicamus, ob hoc vnum potissimum, quia speramus gloriam Dei; & in cap. 8. *Spe, f* inquit, *salui facti sumus*, cuius etiam spei gaudium, & voluptatem expressit Dominus in Euangelio, cum dixit: *g Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis.*

Sic, tametsi verum id quoque sit, quod absque speciali reuelatione nemini certo constare possit de consecutione secundi fructus charitatis, atque iustitiæ, quatenus nemo scire certo potest, an ipsã habeat charitatem, illa nihilominus coniecturalis notitia, quam eius rei habet anima ex promptitudine, quam intra se sentit immissam, ad Dei legẽ implendã, sufficiens est item ad eamdem voluptatẽ causandam, propter quã orationes, quæ talem protulere fructum, paradisus dici debeant ipsimet animæ, & paradisus pomorum, idest charitatis, & paradisus etiam fructuũ eorumdem pomorum, idest operum iustitiæ, & charitatis ob gaudium, voluptatemque illã, qua in ipsomet boni operis actu ea perfunditur, quam voluptatẽ Paulus appellat; *h* Gaudiũ in Spiritu sancto, quo ob Dei honorem propter dilectionẽ in omni opere bono est gaudendum, qui. n. diligit, gaudet in iis, quæ bene operatur, aut patitur, iuxta illud Iacobi: *i Omne gaudiũ existimate fratres, cũ in varias tentationes incideritis, scientes, quod probatio fidei vestræ patientiã operatur, patientia autem opus perfectum habeat.*

Porrò his duobus præstantissimis fructib. quorum paradisus dicuntur orationes piæ animæ, adijcitur necessario & tertius earumdem orationum fructus nempe habitus vniuersarũ virtutum: ita vt non minus hi adiecti illos sequantur, quam tot dem duos illa consequuntur, quæ necessaria sunt ad corporalem degendam vitã, de quibus in Euãgelio Dominus dicebat: *K Nolite soliciti esse corpori vestro, quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo operiamini. Quærite primum regnum Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Præclare autem ad hunc tertium fructum designandum haud æquali locutionis forma vsus est sponsus cum illa, qua prędictos primos significat, nec enim dixit: *Emissiones tuæ paradisus cyprorum cum nardo, nardi, & croci, fistula, & cinnamomi*, &c. prout dixit: *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus*: sed ait: *Cypri cum nardo, nardus, & crocus*, & cæteræ aromaticæ arbores in ea sunt paradiso, quæ primario est malorũ punicorum cũ pomorum fructibus, vt intelligeremus, deuotas illas piæ animæ orationes, quæ fructus proferunt regni cælorum, & charitatis, atque iustitiæ, habere etiam consequenter habitus vniuersarum virtutum, tamquam aromaticas plantationes in deuota anima consitas: ex quibus, seu ex quarũ fructu aromatum ea omnia eidem adiiciantur animæ, quæ ad spiritalem vitam bene degendam necessaria illis sunt, medicina, robur, decor, exultatio, incorruptibilitas, ac bonus odor, ad hæc. n. omnia inseruiunt, istaque vniuersa præstant aromata, atque vnguenta, quæ ex hisce proferuntur arboribus, quarum hic fit mentio.

Ait igitur cælestis sponsus ad piam animam, quę, clauso ostio deuote intra cubiculũ suũ orat.

PARAPHRASIS.

Hortus conclusus es, sponsa mea pudicissima, dũ secundum internam animi intentionem conclusa in cubiculo, & in abscondito, vbi à me Deo patre tuo dũtaxat videaris, preces tuas emittis *Hortus* omni virtutũ genere excultus. Quin orationes ipsæ tuæ *paradisus* tibimet sunt ob voluptatẽ eximiam, quã ex earum percipis fructibus: *paradisus* sunt pariter & mihi ob insignem, quã & ipse ex illis percipio voluptatem, cũ eas ita frugiferas aduerto, dum illas emittis è præcordiis; Eædemq; postquam instar propaginum è tuo prolatæ sunt ore, *paradisus sunt malorum punicorum cum pomorum fructib.* ob voluptatẽ, gaudiumq;, quod tibi exhibetur per primum earũ fructum viuæ spei regni cælorum, ac beatæ vitæ vna cum secundo item fructu charitatis, atque iustitiæ. In emissionibus pariter & orationibus hisce tuis, & in te orante, vt in amenissimo paradiso consiti item sunt vniuersarũ virtutum habitus, instar aromaticarum plantationum, per quas tertius tibi prouenit fructus superioribus adiectus, instar aromatum, & præstantissimorum vnguentorum inseruiens tibi ad medicinam, ad robur, ad decorem, ad exultationem, & incorruptibilitatem, atque ad bonum odorem, fructus inquam bonæ, ac sanctæ conuersationis.

Iuxta sensum illum, qui in prima litteræ expositione

Margin notes: a Mat. 6. 33 — Orationis fructus præcipui sunt beata vita et charitas — b Ro. 13. 10 — c Ro. 13. 8 — d Matt. 19. 17. — e Mat. 6. 10 — Orationes piaaiæ quõ reddantur paradisus per fructũ vitæ beatæ ĩ hac vita. — Rom. 5. 2. — f Ro. 8. 24 — g Ma. 5. 12 — Charitatis fructu quõ orationes aĩę oranti fiant paradisus. — h Ro. 14. 17 — i Iaco. 1. 2. — Orationib. effectis necessario repẽritur adiectus & tertius fructꝰ habituum vniuersarũ virtutũ in aĩa orante. — k Mat. 6. 31

DE ANIMA. APPEN. I. & II. SENS.

Sanctitatis pulchritudinis internæ commendatio singularis. a Ps. 44. 14. *Pia anima vita peccato vitã habet vegetiorem.* b Col. 3. 3. *Simile.* Caietanus. 1. Pet. 3. 4. *Internæ sãctitatis piæ animæ indicia sunt exhibet extrinsecus in verbis, & operationibus.* c Ps. 64. 11. d Is. 66. 14.

tione ppositus est in appendicem secūdi sensus principalis, secundum quem propaginum nomen proprie sumebatur pro vite, & alia arbore in terra suppressa, à qua etiam pro germinibus, quæ ex tali vite, vel arbore emittuntur, ac propterea emissiones appellantur: Euehit hoc loco cælestis sponsus insigni artificio internam piæ animæ pulchritudinem, de qua per ipsummet in Psalmo 44. dictum est; *a Omnis gloria eius filia Regis ab intus*: quã ve & sæpius idemet celebrat in hoc Cãtico Ita autem internam illam eius pulchritudinem, sanctitatemque extollit; vt cum ea id omne includat, quod, tametsi hominum oculis pateat, absconditum tamen, saltem secundum intentionem, ab ipsa seruatur; simulque & extrinsecam pariter eiusdem in conuersando venustatem, probitatem, ac sanctitatem mirum in modum euehit. Commendarat iam in vers. 12. absconditam hanc pudicam, sibique vni seruatam eius animæ sanctitatis pulchritudinem, appellans illam hortum conclusum, vt supra explicatum est: Nunc ad amplificationem prædictæ similitudinis subindicat, ipsam quoad absconditam pudicitiam istam in tã eximia sanctitate seruanda, non modo instar horti conclusi se habere: sed & instar vitis, aut arboris alterius propaginatæ, atque in terram suppressæ. Quod quidē quàm verū sit, quamve gloriosum, ex ijs colligere licet Apostoli verbis, quib. ad singulos sanctorum fidelium ait: *b Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*. Sicut.n. arbor, subtus terram propaginata mortua quidem videtur: at vitam multo vegetiorem ibi absconditam obtinet ita vt, quæ seruo alioquin tabescebat, subtus terram abscondita vigorem habeat sanioris, cuius vigoris ostensionem in iis exhibet propaginibus, quas extra emittit; & quæ vna suppressa iacet ĩ plures progerminat gemmas, surculos, atque ramos. Eadem ratione & pia quæque anima peccato, rebusq; huius mundi mortua, instar mortuæ vna cū Christo, qui pro ipsa mortuus est, sepelitur subtus terram, maxima animi humilitate sese demittens, abscondens secundum rectam intentionem suam quicquid in se boni est, sanctitatis, atq; virtutis; Ibique in tanta humilitate, vbi magis vitæ sanctæ expers videtur in oculis hominū, sanctitatis diuinæ vitam obtinet absconditam cum Christo, vitã gratiæ in societate Christi, vitam ẽt gloriosissimã apud Deū, at mundo in ipsomet Deo absconditã: quia (vt bene inquit Caietanus super hunc Pauli locū) Sicut Deus absconditus est ab oculis mūdi, ita & huiusmodi vita, in qua anima est consors diuinæ naturæ, abscondita pariter ab ijsdē seruatur oculis. Atq; adeo aĩam istam, quæ suppressa hanc agit vitã, Apostolus Petrus appellans absconditū cordis hominem ait: *Sed qui in abscondito est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, et modesti spiritus qui est in conspectu Dei locuples*, gratiæ.s.& sanctitatis. Cuius sanctitatis, vitæque diuinæ illustria nihilominus eo ipso tempore, quo ipsa anima suppressa sub terra est, exhibentur indicia in illis; quæ instar germinum ex ea emittuntur verbis, studiis, ac operationib. externis, germinat.n. extrinsecus, quæ in abscondito vegetam hanc viuit vitam, gratiæ vigorem, & humorem è Christo, cū quo abscondita est, attrahens, iuxta illud Psalmi: *c In stillicidiis eius* (Dei scilicet atq; Christi) *lætabitur germinans*: taliaque extrinsecus emittit propaginum germina, è quibus diuina eius vita, diuinaque sanctitatis, quæ in abscondito ab ipsa seruatur, pulchritudo manifestatur iuxta illud Isaiæ: *d Gaudebit cor vestrum, & ossa vestra* (potentiæ scilicet vestræ, vi-li)

DE ANIMA.

e Is. 61. 11. *Germina piæ aiæ sūt diuinæ laus in verbis, & iustitia in operationibus.* *Verba piæ aiæ sunt instar liliorū.* f Cãt. 5. 13. g Ose. 14. 6. *Iustitiæ germinatio similis germinationi montis Libani.* h Is. 35. 2.

A gure gratiæ instar ossium firmę, fortes, ac vegetę) *quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini in seruis eius*: & illud: *e Sicut terra profert germen suum & sicut hortus semen suum germinat: Sic Dominus Deus* (gratia scilicet Dei, vitaque eius, qua ipsa viuit aĩa) *germinabit iustitiam ac laudem coram vniuersis gentibus*: Laudem namque Dei germinat pia anima in verborū propaginibus; quia quotquot profert verba siue in orationibus, siue in prædicatione, siue in cōuersatione, quasi tot pulcherrima lilia è labiis ipsis suis emittit, de quib. labiis & id, quod de sponsi labiis pronuntiatum legimus, dici potest, quod *f labia sua lilia distillantia myrrham primam*: & per Oseam quoque Dominus ait: *g Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium*, idest quæcunque proferet verba, instar liliorum pura erunt, candida, sanctitatisve æternæ odore suaueolētia. Præclare aūt ad designãdam propaginum iustitiæ germinationem, subiicitur illico apud eundē Oseã Prophetam: *Et erumpet radix eius vt Libani*, quib. significatur, internã sanctitatem, in qua anima vt in radice omnem habet vigorem, ob gratiæ abundantiam erumpere ẽt extrinsecus in propaginibus operationem iustitię & sanctorum exercitiorum, emittendo ex se germina pulchra, fructifera, ac suaueolentia, qualia in monte Libani proferuntur. Quam similitudinem, vtpote aptissimam ad hoc ipsum significandum apud Isaiam quoq, vsurpatam aduertere est in cap. 35. vbi Propheta ambarū istarum germinationū in verbis, & in operationibus mentionem faciens, cum de prima dixisset: *h Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans*, subdit itatim de secunda ista: *Gloria Libani data est ei*. Quæ sanè sunt & his consentientia, quæ ab sponso dicūtur hoc loco in laudem ambarū germinationum sponsæ, externarumque propaginum omnium, siue quæ in verbis, siue quæ in operationibus est illa emittuntur, dum comparat eas paradiso malorum punicorum cum pomorum fructibus, in quo vniuersa consita sint ligna Libani, & quæ fructifera sunt, & quæ aromatica.

Verba & operationes piæ aiæ sūt paradisus.

Porrò maximã habet emphasim, quod emissiones tales piæ animæ, nedum in paradiso progerminate dicuntur, aut paradiso similes asseruntur, sed *paradisus* ipse pronuntiãtur, quasi tantum sanctitatis præseferant decorem, tantumve voluptatis vel audientibus exhibeant, vel videntibus, vel etiam ipsimet Deo, qui audit simul, & videt, vt verba omnia, vniuersæque eius operationes, quin & singula, quæ emittit, verba, singulæ orationes, singulique motus, quibus in sanctis ea se exercet studiis, paradisus sint; Ex quo infertur, quid dicendum, quidve censendum de interno eiusdem animæ decore, deque abscondita, quam diuinis oculis exhibet voluptate.

Verba & operationes cur sint, & dicatur paradisus.

Præclarè autem non simpliciter *paradisus* eædē dicuntur *emissiones*, sed *paradisus* signate *malorum punicorum cum pomorum fructibus*, & in qua vniuersæ sint aromaticæ arbores, quibus Libanus decorus est, quæve præstantissima proferunt vnguenta. Per hæc quippe particularia id peregregie sub variis metaphoris exprimitur, vnde verba talia, talesve operationes habeant, vt paradisus dici debeant, ac videãtur. Enimuerò, cū mala punica symbolum sint regni cælorum, vt in secunda expositione sensu primo explicatum est, & passionis, & sanguinis Christi, vt dictum pariter est in primo sensu huius tertiæ expositionis: Martyrii quoq; vt visum est in exposit. secunda, in append. sensus secundi, necnon & pudicitiæ ob venustum rubo-

rem,

DE ANIMA.

rem, propter quem ex ipsorum similitudine pudicitia in hoc ipso capite superius vers. 3. commēdata est, atque etiam vnionis, & pacis, cumque poma (vt sæpius dictum est) sint amoris hieroglyphicū, & charitatis: Fructus vero pomorum sint actiones eiusdē charitatis: Cū septem, quæ enumeratæ sunt aromaticæ arbores vniuersitatem designent virtutū, omnesve singularum earū habitus, aromata verò, & vnguenta, ex illis prolata sint earumdem operationes, planè significatur, idcirco verba, & operationes hasce paradisum esse decore, & voluptate, quam præseferunt, quia verba de prædictis tractant, & operationes circa prædicta versantur, & ad illa spectant.

Quod itaque hic dicitur secundum sensum istum tale est.

PARAPHRASIS.

Quàm insignis, admirabilisve sit internus sanctitatis tuæ decor, & spiritualis pulchritudo pudicissima, quam mihi uni dilecto tuo abscōditam, quantū in te est, seruas, perseuerans instar horti cōclusi, atq; instar arboris propaginatæ, & in terrā suppressæ, ea ipsa indicant, quæ ex te instar propaginum emittuntur extrinsecus verba, exercitia, & operationes: Enimuero tam verba, quàm operationes: ipsæ pręsanctitatis, quam pręseferunt, decore, pręque; voluptate, quam conferunt mihi in primis dilecto tuo, necnon & sanctis quibuscunq; audientibus, atq; videtibus, *paradisus* apparent: repręsentant autem paradisum *malorum punicorum cum pomorum fructibus, & vniuersis* pręstantioribus aromaticis plātationibus, cum & verba de regno cęlorum sint, vel de passione & sanguine agni immaculati, vel de martyrio, & confessione fidei, vel de pudicitia, vel de pacis vnione, quę omnia designantur per metaphorā malorum punicorum, vel tractant de charitate, eiusve fructibus, quorum typus sunt fructus pomorum, aut de habitibus aliarum virtutū, deq; illarum vtilitate, atque odore, cum eę per aromaticas arbores designentur, & operationes, studiaque tua hisce omnibus conformia sunt, atque ad hæc spectant. Quod si exiguū istud, quod in his emissionib. extrinsecus manifestatur decoris, ac sanctitatis tuæ, tale est, vt vel singula verba tua, vel singulæ operationes paradisus dici queant, quid de interna ipsa, & abscōdita sanctitate item tua arbitrandum? quid dicendum? quis explicet, qualis ea sit paradisus.

III. SENSVS. *Pulchritudo piæ aiæ vsquequaque p̄fecta.*

Iuxta tertium sensum; Insigni encomio per ea, quæ hic dicūtur, ipsamet piæ aiæ pulchritudo sanctitatis in genere extollitur, & ostenditur vsquequaque perfecta tā intrinsecus, quàm extrinsecus, tā in potētijs, quā in earū actib. tam in verbis, quā in operationib. tam in virtutū habitibus, quam in earum actibus, tam in oratione, quam in conuersatione, est autem tale quid, quod dicitur,

PARAPHRASIS.

Ita *hortus conclusus* es, vt nil in te desit, quod ad sanctitatis pulchritudinem necessariū sit. Es pulchra, sanctaque in potentiis tuis, quibus, quasi tot plantationibus consita es, ita enim debitum seruāt odorem, vt pulcherrimæ paradisi plantationes, *paradisus*.n. eædem ipsæ sunt, Pulchra es, & *paradisus* in verbis, quæ instar foliorum emittis, *paradisus* in fructibus pacis, & charitatis, *paradisus* denique in sancta conuersatione, qua per virtutū studia, perque earumdē virtutum operationes odorē redoles Christi, quin ex ipsis virtutū habitibus pulchritudinem ēt in orationib. habes, dū ex illis tanquā ex aromaticis arboribus aromatum, & orationum ad cœlum quoque effers fragrantiam.

Ex hoc loco deducere fas est, piam animam illam, quæ eò peruenit sanctitatis, vt sit soror, & spōsa Dei, iure optimo paradisum dici posse, eamdemque habere similitudinē maximā, & cum terrestri, & cum cælesti paradiso, qn̄ charitatem iunctam habet cum reliquis virtutibus vniuersis, ita vt *paradisus malorum punicorum cum pomorum fructib.* aromaticisque arboribus ob id appelletur.

DE ANIMA.

Pia anima est paradisus tā terrestris, quā cælestis.

Enimuerò cum terrestri primum paradiso, in qua primus homo ante peccatum positus fuerat, hasce habet similitudines. Sicut in illa erant præstantissima deliciarum genera, vnde & dicebatur paradisus deliciarum, & voluptatis, ita & anima sancta iis exuberat spiritualibus deliciis, & consolationibus, quæ quibuscunque terrenis voluptatibus adæquari nequeunt, quæve nec verbis exprimi possunt, prout aliàs sæpe probatum est. Sicut in illa nihil erat, quod homini molestiā posset afferre; ita nec in ista quidquam molesti reperire est: *a Pax enim multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum*, ait David & Apostolus: *b Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti*: Etenim etiam ea, quę molesta communiter esse solent, iis summum afferunt gaudium, iuxta illud Iacobi: *c Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Sicut in illa homo, qui præcipua illius pars erat, habebat iustitiā originalem, qua pacem habebat cum Deo, atq; cum semetipso, vnde fiebat, vt dominaretur sibimet, ac reliquis omnibus animalibus, sic & in ipsa idē ipse hō pro originali actualē habet iustitiam, de qua Paulus, *d Iustificati*, inquit, *ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus.* Gratiam.n. habet anima iustificata, propter quam tam sæpe in hoc Cantico dicitur *pulchra, dilecta, amica, suauis*, &c. non secus ac in paradiso illa primus homo gratiam pariter habebat, qua formosus, amicusve Dei cōstituebatur. Sicut in illa erat lignum vitæ, cuius fructus hominem immortalem reddere aptus erat; ita & in ista simile lignum asserit Sapiens, cū ait: *e Fructus iusti lignum vitæ*; Charitas nimirum, de qua Apostolus; *f Charitas nunquam excidit*, & per quā mors non gustatur in æternum; iuxta illud Domini; *g Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Per paradisum illam *h inambulasse* Deus dicitur, & de ista ait ipsemet: *i Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorū Deus.* Ex illa denique *k* oriebatur fluuius, qui diuidebatur in quatuor capita, irrigabatque vniuersam terram; & ex ista egreditur fluuius lacrymarū, qui irrigat vniuersam hominis terram, diuisus in quatuor capita, in lachrymis contritionis, de quibus Dauid contritus ait: *l Lacrymis meis stratum meum rigabo*, Desiderii, de quibus idem Dauid, *m Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* Deuotionis, de quibus apud Isaiā pia anima dicit, *n Inebriabo te lacryma mea*, Et amoris, ac pietatis, qualibus *o Lacrymatus* dicitur *Iesus super Lazarum*, quem diligebat, qualibus & Maria Magdalene *p rigauit pedes Iesu, quem dilexit multum*:

Cū paradiso terrestri quas similitudines habeat pia anima.

Simile.

a Psa. 118. 165.

b Ro. 8. 28

c Iaco. 1. 2

d Rom. 5. 1

e Prou. 11. 30.

f 1. Co. 13. 8

g Io. 8. 51

h Gen. 3. 8

i Le. 26. 12.

k Gen. 2. 10

l Psal. 6. 7

m Ps. 41. 4

n If. 16. 9.

o Io. 11. 35

p Lu. 7. 38.

Pia anima cælesti paradiso similis & quo.

Cum cælesti quoque paradiso eadem pia anima similitudinem habet aliquam, nā certè si qua in hac lacrymarum valle illius paradisi potest esse effigies, in ipsa est istiusmodi anima. Sicut enim illa est sedes, ac templum Dei, iuxta illud, *q Deus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius*, sic de anima quoque sancta dictum nouimus, *r Anima iusti sedes est sapientiæ*, & Apostolus animabus sanctis ait, *s Vos estis templum Dei*. Quod sicut illa est

q Ps. 10. 4.

r Prou. 12. 24. secūd. Sept.

s 2. Co. 6. 16

DE B. MARIA.

est omnis felicitas ex eo, quòd sancti ibi Deum vident, eique iugiter per ardentissimum inhærent amorem. Et in anima etiam sancta summam inesse felicitatem, cum Deum contemplatur, Deum cognoscit, eique quantum fieri potest, inhæret; non ignoramus, cum scriptum sit; a *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* &, b *Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.* & c *Beatus populus, cuius est Dominus Deus eius.* & d *Defecit caro mea, & cor meũ* (præ gaudio, scilicet, & felicitate) *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

a Io. 17. 3.
b Ps. 72. 28.
c Ps. 143. 15.
d Ps. 72. 26.

Vers. XIII. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus: Cypri cum nardo.

Vers. XIV. Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani: myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Expositio Quarta. De tertia Sponsa, quæ est Beata Virgo Maria.

PRopaginem è Virgine Maria emissam Christum vnicum eius filium extitisse, nemo est, qui nesciat; cum per Isaiam Prophetam multo ante prædictũ sit: e *Et ascendet sicut virgultum corã eo, & sicut radix, seu, truncus de terra sitienti:* Quia tamen virgultum istud, isteque surculus in multos excreuit, & extensus est ramos, prout per aliũ Prophetam significatum nouimus his verbis: f *Erit pes radix, seu, truncus eius vt Libani ibunt,* idest excrescent, extendenturque *rami eius*, multiplices scilicet sanctorum ordines instar ramorum in illo manentes, vnamque cum illo arborem constituentes, sicut alias & instar membrorum vnum corpus cum eodem efficiunt, ex illo desumentes sanctitatis vigorem, & augmentum, ac per illum fructificantes in varijs virtutum studiis: Idcirco, tametsi respectu partus naturalis vna duntaxat sit B. Mariæ emissio, quia vnum virgultum Christum, vnicum peperit filium: respectu tamen ramorum plures esse ipsius emissiones, nemo est, qui abnuat. Quemadmodum enim non solum distinctas plantas appellamus distinctas emissiones horti, sed et distinctos vnius eiusdemque arboris ramos, quos emittẽs vna eademque terra progemmare, & germinare facit in ipsa arbore: ita non solum Christũ Iesum dicere debemus emissionem Mariæ, sed & quoscuuque sanctorum ordines, quos eadem virgo quoque pacto in Christo emittit, emissiones eius iure optimo dicere fas est. Qui ad hosce indicãdos, ipsemet, qui hic loquitur cælestis spõsus, ait: *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorũ, &c.*

Christus propago Maria.
e Isa. 53. 2.
f Ose. 14. 6.
Maria in vna emissione, & vno virgulto Christi plures sũt emissiones plures sãctorũ ordines.

Quibus in verbis tria mihi efficere videtur. Primò siquidem eximium indicat discrimen inter mysticas emissiones hasce, & terrestres ramos arborum terrenarum: hi quippe quotquot ex vna arbore emissi sint, vnius duntaxat generis sunt, eadem proferunt folia, eosdemve & fructus, tametsi aliquando per insitionis artificium aliquid inter eos possit esse varietatis. At mystici Christi rami ita ex vno virgulto prodeunt, vt multiplices distinguantur in ordines, varios proferẽtes fructus, distinctissimisve studiorum generibus addictos, ita vt propterea quasi distinctæ speciei multiplices plantationes enumerentur sub metaphora plurium arborum, quarum hic fit catalogus: g *Diuisiones enim gratiarum sunt, quamuis idem sit spiritus: & diuisiones ministrationum, quamuis idem sit Dominus, & diuisiones operationum sunt, licet idem sit Deus, qui operatur omnia in omnibus:* atque adeo cum idemmet Christus Iesus, qui instar virgulti è Virgine emissus, homo factus est, & instar virgulti sit, & Deus esse non desierit, in plurimis, diuersisque sanctorum ordinibus quasi in pluribus ramis distinctas ex se proferre dicitur plantationes, seu surculos arborum diuersarum specierum; omnes tamen aromatiferos: quia, etsi distincta habeant munia: singuli tamen sanctorum ordines bonum Christi odorem proferunt.

Plures sanctorũ ordines, etsi instar ramorũ vnũ sint Christo, diuersissimos tamen proferunt fructus, iuxta distincta ipsorum munia.
g 1. Co. 12. 4.

Secundò, *emissiones* hasce, omnesve ordines istos, vt emissiones tantæ Virginis sunt, id quoq; eximii habere significat, vt singuli sint quædã *paradisus* voluptatis, è qua ipsemet, qui Deus est beatissimus, summa cum voluptate prolatos decerpat fructus *malorum punicorum*, atque pomorum: in singulis namque illorum affatim hæc duo fructuũ genera reperiuntur, pacis, ac charitatis. Et tametsi diuisiones gratiarum in eis sint, ita nihilominus vnanimes sunt in vinculo pacis, vt in vno malo punico plures granuli arctissima iuncti sunt vnione, & ita tum erga Deum, tum erga proximum flagrant charitate, vt ab amoris actibus numquam desistant, proferentes operationes hasce instar fructus pomorum.

Æqualibet Sanctorum ordinũ deus colligit fructus pacis, & charitatis.

Hanc vero laudem in istas B. Mariæ emissiones summo artificio confert idemmet sponsus, vt cumulatiori Virginem ipsam benedictam euehat encomio, hoc siquidem tertium est, quod hoc loco agit: quamquã istud re vera ab eo sit primo intentum. Encomiũ porro præstantissimum indicatum potius, quam expressum hoc est, quod Virgo Gloriosa, quæ ibi dicta est hortus conclusus ob prærogatiuam Virginitatis cum partu coniunctæ, ita hortus dici debeat, vt tamen non cuilibet horto assimiletur, nec quilibet dicatur hortus, sed hortus, qui & paradisus voluptatis, in quo secundus Adã inhabitaret, in quo idem ipse secundus Adam lignum vitæ prolatus sit, è quo cum Christo fonte vitæ & flumen deriuarit diuinæ gratiæ, quod ciuitatem Dei suo lætificat impetu, diuisum in quatuor capita gratiarum, in gratiam excitantem, gratiam iustificantẽ, gratiam adiuuantem eiusdẽ iustificationis augmentum, & gratiam perseuerantiæ. Sed hortus, qui nedum ob id paradisus voluptatis dicatur, quod illi similis sit paradiso terrestri, in quo positus fuit Adam, vt operaretur, & custodiret illum; verum etiam, quia illustriori etiam similis sit paradiso cælesti, in quo celsissimus inhabitat Deus, perfruens delicijs incomprehensibilibus. Enimuero & in ipsa quoq; idem inhabitauit Deus, & super ipsa gauisus est. Sed hortus, qui nõ modo paradisus sit simplex, sed paradisus paradisorum, tanquã prima paradisus, è qua multæ aliæ quasi è radice emittantur paradisi, & (vt vno verbo dicam) tanquam mater paradisorum, hæc enim omnia indicare voluit sponsus, cum vniuersos Sãctorum ordines, singulosve cuiuscunque ordinis Sanctos emissiones ipsius dixit appellatos paradisum, vt tantumdem sit, ac si dixerit.

Maria paradiso terrestri, atq; cælesti similis quæ paradisus paradisorum.

Ita es *hortus conclusus* Virgo cõcipiens, & Virgo pariens, vt *paradisus* sis *voluptatis*, nedũ terrestris, sed & cælestis. Quin *paradisus* paradisorum es, quandoquidem singuli quique sanctorũ ordines, qui, tametsi distincti inter se sint ob distincta munia, & ob diuisionem gratiarum, vniti tamen sunt in vno virgulto, quod è te emissum est; atq; adeo sicut

PARAPHRASIS.

APPENDIX

sicut virgultũ illud emissio tua est Christus, sic & ipsi emissiones pariter tuæ sunt; & quatenus *emissiones tuæ* sunt, *paradisus* quoq. dicendæ: & licet distincti sint studiis, instar distinctarũ plantationũ aromaticarum; oẽs tamen æquali ratione sunt *paradisus malorum punicorum cum pomorũ fructibus*: cum oẽs æqualiter fructus afferre satagãt & pacis cuius arcta vnio in malis punicis repræsentatur, & charitatis, cuius typus mala sunt, atq. poma, iu-
a Coloss. 3. 14. dẽtes, *a super omnia charitatem habere, quod est vinculum perfectionis, et pacem Christi exultare in cordibus suis, in qua & vocati sunt in vno corpore.*

Vers. XIII. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus: Cypri cum nardo.

Vers. XIV. Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani: myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica; Iuuenes autẽ tui sunt præceptis sicut malogranata, & diligunt vxores suas, & generãt filios iustos similes eis; & ideo odor eorum sicut aromata optima horti voluptatis, & sicut cypri cum nardo. Nardus, & crocus, & calamus aromaticus, & cinnamomum cum omnibus lignis thuris: myrrha munda, & ligna aloes cum omnibus speciebus laudabilium aromatum.

Apud Patres emissionum vocabulum generaliter sumptum videtur pro rebus, quæ emittuntur: ideoque pro diuersis rebus hic à diuersis accipitur, atque adeo diuersimode locus iste ab illis explicatur: Possunt tamen eorum expositiones reduci ad tres præcipuas.

Greg. Nyss. Ambros. Tres Patr. Cassiodo. Greg. PP. Beda. — Prima, quæ est Greg. Nysseni hom. 9. Ambrosij lib. de bono mortis, cap. 5. Catenæ trium Patrum, Cassiodori, Gregorij Papæ, Bedæ, & aliorum, qui per sponsæ emissiones illius intelligũt sermones, qui ex ore emittuntur: tametsi in explicando toto contextu verborum inter se minime conueniant.

Emissiones ecclesiæ, & animæ sũt sermones sancti. Ambros. — Breuiter Ambros. legens, *Transmissiones tuæ paradisus*; In illo, inquit, horto sermones boni sunt, alius, qui culpam coerceat: alius, qui iniquitatem corripiat: alius, qui mori faciat insolentiam, & velut sepeliat, quando correptus aliquis erroribus suis renuntiat.

Nyssenus *Sermones boni in cordib. audientiũ sunt paradisus plantarum virtutũ eiusm.* — Fusius Nyssenus cõmendari, ait, piæ aiæ sermones, quatenus in cordibus audientiũ multas plantant virtutum arbores. Dici aũt in primis *paradisum malorum punicorum*, quasi oẽs arbores mali punicæ sint; quia virtutis studiũ, quod plantarint, sit instar mali punicæ, quam difficile fures aggredi queunt; cũ & rami eius spinosi existant, & fructus ipsius in duro, atq. amaro cortice seruetur inclusus; qui tñ maturus, & apertus & colore visum & sapore gustum oblectat: sub duro quippe continentiæ cortice fructum virtutis seruatũ spiritua-

Virtutis studium simile arbori mali punicæ, proferentis fructus malorũ omnium, omniumq. aromatum. — les fures aggredi minime posset: præsertim si seuera, ac rigida quoq. adhibeatur vitæ constitutio, quasi spinis quibusdam eos arcẽs, ac pungens, qui propius accedere tentarint. Quando verò tempus aduenіat, & opportunitas huiuscemodi studij fructibus fruendi, tunc non vnum tantum habet mali punicæ saporem. Sed spiritualis ista malus pu-

A nica (ait Nyssenus) deliciarum fructuum malorũ omnium fit particeps, variaq. & multiplex aromatum natura in istiusmodi inuenitur malis, varia scilicet, multiplexque virtutis ratio.

Tres Patr. Emissiones piæ aiæ sũt eius disciplinæ, quibus docet. — Catena trium Patrum haud admodum diuersa rõne ita hæc reddit: Disciplinæ tuæ, quib. aias instituis propter fidei plantas, quas in illis inseris, sunt tanquã paradisus, malis punicis cõsita super radices insertis quercuum: & propterea propriũ fructum, tanquam earum fructum ferentibus.

Hieron. Virginitas paradisus cum concẽtu virtutũ omnium. — Hierony. lib. 1. cont. Iouin. circa med. Cum dr: *Emissiones tuæ paradisus malorum granatorũ cũ fructu pomorum*; in malogranatis, & pomis, omnium virtutum significatur in virginitate concentus.

B *Greg. PP. Emissiones ecclesiæ sũt eius opera, & verba, quib. filios gignit, & nutrit, ad martyriũ, vel ad sanctam cõuersationem.* — Greg. Pap. emissiones ecclesiæ, inquit, esse sancta eius opera, sanctaq. verba, quib. filios gignit, & nutrit, alios ad martyriũ perducens, alios in sancta conuersatione erudiẽs. Mala punica, dicit, sub robro cortice multitudinem granorũ continent; fructus verò pomorũ in se refectionis dulcedinẽ habent. Sic martyres dum sub igne tribulationis laborant, dum pro Christo sanguinẽ ex eriũs fundere non dubitant, multitudinẽ virtutũ interius sibi in mente congregant. Sãcti etiam quique, qui in pace Ecclesiæ viuunt, fructus pomorum gerũt; quia, dum per sancta opera proficiunt, proximis exempla tribuunt, quorum exhibitione se, qui vo-

C lont, reficiunt. Designari autem istorum Sanctorum omnium profectum in virtutibus per enumeratas species aromaticas, inquit Gregorius; quandoquidẽ ex his speciebus regalia vnguenta conficiuntur, & ex iisdem corporum sanitates inueniũtur: ac propterea bene virtutes animarũ designãt, quibus congregatis, & confectis, & bonus odor opinionis egreditur, & ægris animabus cõpetens sanitas reparatur.

Virtutũ profectus designatur per arbores aromaticas.

Emissiones sponsæ sunt eius munera and Doñ. Orig. — Secundus explicandi modus est Orige. hom. 2. ex quatuor in Cant. ante fin. & Theodoriti, qui emissionum voce munera accipiunt, & dotem, quã sponsa misit ad sponsum, quod obscurius ita explicat Origen. dicens: In Cantico Canticorũ sponsus amplectitur emissiones sponsæ, ait enim, *Emissiones tuæ paradisus cũ fructu pomorum. Cyperus cum nardis, nardus cum croco.* Amplectitur ergo

D & in his emissiones, ac munera sponsæ. Obseruare autem est, quod pluraliter primò, postmodum singulariter nardum posuit, quod puto, secundum illam rationem dictum, quia negotiator regni cęlorum plures primò margaritas negotiatur vsque quo ad vnam perueniat pretiosam. Et fortè, quod dixit, *Emissiones tuæ paradisus cum fructib. pomorũ*, illos indicat fructus cum nardis plurimis, quos afferimus ex institutionibus, & doctrina prophetica. Ex doctrina verò ipsius Domini nostri Iesu Christi emissiones nostræ, & munera non plures habent nardos, sed vnam.

Cur prius mentio fiat nardi in plurali, & postea in singulari.

In lege veteri plura præcepta, in noua autẽ vnum.

Theodor. — Clarius verò Theodoritus, qui vult, Deum ita alloqui animam: Hęc omnia misisti mihi, & tẽpore nuptiarum attulisti. Et primùm quidẽ paradisum punicorum, quę paradisus nec aliorum fructuum expers erat. Per mala punica significari censet vel charitatem, quam in eo repræsentant, quod sub vno eiusdem mali cortice multa continẽt grana ita mutuò inter se conserta, vt vicissim minime comprimant, aut corrumpant, sed integrent, conseruent, nisi aliqua in medio putredo nascatur, vel multos Sanctorum ordines, per interiecta eorundem malorum punicorum septa, ac veluti cancella per illorum medium discurrentia designatos. Ideo sponsæ emissiones, inquit Theodoritus, comparat paradiso malorum punicorum: Primo namque

Mala punica designãt charitatẽ, aut multos sanctorum ordines.

APPENDIX.

que charitatis ipsius fructum admiratur: tum alijs A quoque virtutum generibus ornata dicit cum fructibus pomorum. Mox ea sigillatim persequitur: *Cypri cum nardo*, &c.

Pomorum fructus sunt alia virtutum genera. Emissiones sponsæ sunt eius virtutes, & multiplex sanctorum ordines.

Ad hunc secundum explicandi modum reduci queunt illorũ expositiones, qui per emissiones animæ, eius intelligũt virtutes, & qui per emissiones Ecclesię multiplicẽ intelligunt ordinem sanctorũ, vel sanctos aliquos particulares. Si quidem Philo Carpathius Apostolos accipit, quod congruit Græco vocabulo ἀποσταλ [unclear], quo vsi sunt Septu. Porrò Apostolos rectè dici, inquit, *paradisum malorum punicorum cum punicorum fructibus*: quia veluti deliciarum horti lauacrum sacri fontis habentes, & tamquam mala punica foris rubentes in laboribus, & ærumnis, ac demum sanguine martyrij complures homines Christi fidei veluti grana pepererunt, hisque tãquam paruulis fructus suauissimos arborum cælestium ad fidei incrementum, & charitatis opera præbuerunt: per has quippe res sensibiles diuinæ illæ, inquit, & cælestes insinuantur. Nam fructus arborum iusta Sanctorum opera, & castitatis odores indicant, & per diuersas, q̃ nominãtur aromatũ species, varius sanctarũ virtutũ odor, & multiplex fructus sanctitatis ostenditur.

Philo Car. Emissiones Ecclesiæ sũt SS. Apostoli.

Aponius. Emissiones Ecclesiæ sũt ij, qui loti aqua baptismi, dicuntur paradisus, idest Christi sunt ornamentum paradisi.

Aponius autem eos accipiens emissiones Ecclesiæ, qui loti sunt aqua baptismatis, has emissiones dici inquit *paradisum malorum punicorũ*: eò quòd, ubi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, C & induerit Christum, qui malogranati arbore cũ pomorum fructibus figuratur, ornamentũ esse nõ poterit paradisi: nam quicumque, inquit, emissus ex vteri Ecclesiæ paradiso fuerit, necesse est, vt arbori mali punici idest similis Christo sit, eius in se reparando imaginem.

Bernard. Emissiones Ecclesię tres ordines, coniugatorũ, cõtinentiũ, & Prælatorum.

Bernardus serm. 59. ex paruis, ad tres ordines hæc referens, ait: Vox illius cælestis Ierusalem cõgaudentis huic, quæ peregrinatur in terris. Sunt autem tres emissiones: Prima coniugatorum pœnitentium in mundo. Secunda conuersorum continentium in claustro. Tertia Prælatorum prædicantium, & orantium pro Dei populo.

Caf. Iust. Orgel. Beda. Sancti sunt paradisus malorũ punicorum, &c. imitatione, vel memoria Pass. Christi, & operibus virtutum.

Generaliùs ad vniuersos ordines referunt eadẽ Cassiodorus, Iustus Orgelitanus, Beda, Anselmus, D & Hugo de Sancto Victore, tametsi diuersimode totum contextũ explicent: nam Cassiodorus, quẽ sequitur Beda, & Iustus ait: Emissiones Ecclesiæ paradisus malorum punicorum fuerunt: quia primũ locum in Ecclesia post Apostolos, martyres obtinuerunt, qui ipsam Domini passionẽ patiendo imitari studuerunt: quamuis generaliter omnis multitudo paradisus malorum punicorum posset accipi, qui mala punica sunt: quia passionem sui Redemptoris semper in memoria retinent: & sicut malum punicum intra vnum corticem multitudinem continet granorum: ita in Ecclesia multitudo fidelium intra fidem dominicæ passionis continetur, iuxta illud Apostoli: a *Quotquot baptizati estis in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati estis*. E Per fructus pomorum Cassiodorus intelligit opera virtutum, siue eos, qui ipsas virtutes opere exercent; particulares verò virtutes significari docet per aromaticas arbores nominatas.

a Gal. 3. 27.

Anselmus. Emissiones Ecclesię sũt eius filij in diuersis ordinibus … qui sunt deliciæ Dei.

Anselmus, emissiones Ecclesiæ illos esse, dicit, quos ipsa generat, quorũ diuersi ordines significẽtur per fructus, & arbores, quæ hic recensentur. Dici aũt hasce *emissiones paradisũ*, idest delicias: quia delectetur Deus in talibus, sicut aliquis in paradiso: sic aũt hæc construit: Emissiones tuæ sunt mala punica *cum pomorum fructibus*, idest rubri in persecutionibus, & qui matura proferunt opera, quorũ odore Deus reficitur: Sunt autem *cypri cum nardo*, &c. varia sanctorum genera, quæ omnia sunt mihi paradisus, ait Deus; quia delector in illis, &c.

Hugo Vi. Martyres quo comparentur paradiso.

Quibus consentiunt, quæ dicuntur ab Hugone lib. Instit. monast. serm. 60. qui cũ notet, præcipuas Ecclesiæ emissiones ostendi esse sanctos martyres per mala punica significatos: Bene, inquit, Martyres paradiso comparari, tametsi martyrium amaritudinem; paradisus verò habeat iucunditatẽ: quia sanctis martyribus omnia tormentorum genera iucunda fuerũt, & totum eis dulce, imò parũ fuit, quicquid eis potestas aduersa pro nomine Christianitatis inferre potuit. Pomorum fructus, qui cum malis punicis esse dicũtur, dicit, esse fructus B eorumdem martyrum iustitię, & gloriæ.

Rich. Vic. Emissiones piæ animæ sũt eius virtutes, et virtutum opera.

Ad virtutes omnes denique refert hæc ipsa Richardus de Sancto Victore, quas inquit, esse emissiones piæ animę; per mala punica illa intelligens, quæ pęnalia sunt, & mortificationis, quæ iuge martyrium est, atq; adeo rubro colore istiusmodi malorum designatur, sicut multitudine granulorũ candidorũ, qui intra eadem mala continentur, plura eius opera significantur, quæ animã mundant, candidamque reddunt: per fructus pomorum alia intelligens opera fructifera, & meritoria vitæ æternæ, & fragrantia boni exempli, atq; opinionis odore: per aromaticas arbores enumeratas diuersas virtutes particulares: Hanc paradisum, inquit, arborum profert, & emittit de radice cordis hortus animæ deuotæ bene excultus, virtutes, & spiritualium germina studiorum: & de hoc horto emittitur ad hortum conclusum supernæ Ciuitatis Ierusalem, cuius confortatæ sunt seræ portarum, & omnis exclusa miseria, omnisque inclusa felicitas.

Cassiod. Emissiones Ecclesiæ sũt Ecclesię particulares.

Tertius explicandi modus indicatur potius, q̃ pertractetur à Cassiod., quatenus per emissiones Ecclesiæ eius incrementa fidei intelligit, & disseminationem prædicationis: Vel ẽt particulares diuersarũ gentium Ecclesias; Illa. n. inquit, primitiua Ecclesia, quæ in Iudæa quasi hortus fuit, per vniuersum mundum multos hortos, idest Ecclesias, emisit; paradisus quippe Græce, Latine hortus dr̃. Præter hos tres explicandi modos, duos insuper alios reperio, emissionũ nomine munera, atq; dona intelligentes. Alter est Ambr. prędictam vocem *emissiones* accipientis passiue: siquidem in libro de Isaac, & Anima c. 5. eas significatas censet dotes, atq; munera, quæ sponsus misit ad sponsam: Sic. n. ait: Laudat ẽt munera animæ, quę missa sunt à sponso, quibus dotata veniebat: Dos aũt piæ animæ boni odores sunt, myrrha, & aloe, quibus spirat hortorum gratia, & peccatorum fœtor aboletur.

Ambros. Emissiones Ecclesię sũt munera, q̃ Christus ad illã misit.

Rup. Ab. Emissiones Marię sunt bona oĩa, quæ sunt in mundo.

Alter est Ruperti Abbatis, qui actiue eamdem accipiens vocem, vt B. Virginis emissiones sint id omne, quod boni, quodve præclari est in mundo. Mirũ, inquit, q̃, cũ Maria hortus conclusus sit, & fons signatus, nihilomin⁹, imò & eò amplius emittit oĩa bona, quibus mundus impleatur, vt *emissiones* eius *paradisus* sint *malorũ punicorũ, cum pomorũ fructibus*: paradisus scripturarũ, vel doctrinæ cum bonis, & sanctis operibus. Per septem aromaticas plãtas, quæ nominãtur, intelligit septẽ dona Spiritus sancti, & virtutum vniuersitatẽ; ac si dicatur.

Gratia … omn… Mariæ.

Quicquid gratiarum, quicquid virtutum, quicquid operationũ cælestiũ mundus accepit, *emissiones tuæ* sunt: vt vbi prius erant spinæ, & vepres; vepres, & carduus, lappa, & tribulus, vrtica, & paliurus, vniuersitas nequitiarũ, ibi sit *cyprus cũ nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum, myrrha, & aloe*, vniuersitas gratiarum, iuxta numeri septenarij Sacramentũ, *cũ vniuersis lignis Libani, cũ omnibus*

APPENDIX. *mibus primis unguentis*. Per ligna Libani intelligit Rupertus fideles excelsos, potentes, ac diuites, in quibus, iuxta id, quod dicitur in Ps. a *Illic passeres nidificabunt*: in cedris. s. Libani: nidificant.n. pauperes illorũ eleemosynis sustentati: quas eleemosynas vnà cũ reliquis operibus pietatis inquit, designari per metaphorã primorum vnguentorũ. Pulchra valde varietas harũ emissionum tuarum huius paradisi nostri; vbi & altitudo lignorũ Libani, & humilitas oĩs aromaticiq; germinis spectaculũ cõe præbebit, spirantibus in medio primis vnguẽtis.i.cunctis operibus pietatis, maximeq; eleemosynis, quibus suppleri poterit, quicquid minus spiritualis vitæ habuerint ẽt potentes, ac diuites, qui q̃uis sęculi curis impliciti sint, nostri tñ amici sũt, ait Deus. Sic quodã b In tabernaculo saga cilicina, byssum, & purpurã amica extẽsione tegebant: sic semper qui spiritualibus minus abundãt, carnalia sua spiritualibus cõicant, vt iure spiritualium illorum participes fiant.

a Ps. 103. 17.

Qualem paradisũ efficiãt Mariæ emissiones. Diuites ad iuuãdos pauperes adiuuantur a pauperib.

b Exo. 26. 7.

In explicando, quid per aromaticas arbores, seu plãtationes enumeratas significetur, Sancti Patres duplicẽ rõnem sequuntur: Aliqui.n. generaliter illas positas inquiunt, ad designãdas varias virtutes, seu diuersos ordines: Ita Ambr. Hieron. Greg. PP. Rup. Abb. & alii, quorũ exponendi rationẽ & ipse secutus sum in propriis expositionibus. Alij particulariter vnamquamq; arborem considerantes, singulas particularẽ aliquã virtutem, seu particularẽ Sanctorũ ordinẽ significare ostẽdunt: quæ in re diuersissimi inter se esse comperiuntur. Ne aũt tanta diuersitas vnà cum multiplicitate nominatarum arborum confusionem ingerat, singulis arboribus seiunctim varias Patrum suias apponere statui, omissis malis punicis, & pomorũ fructibus, de quibus iam visum est, quid quisque senserit.

Ambros. Hierony. Greg. PP. Rupertus.

Cypri cum nardo (seu vt est in Græco) *cum nardis*. Greg. Nyss. optimam inquit esse istarum aromaticarum specierum coniunctionẽ: Cyprus quippe calida, nardus verò odorifera: quo significatur, calorem fœtidum haud esse bonum, qualis est amor carnalis, & terrenorum: sed, illum esse bonũ, qui per bonum odorem testimonium habeat puritatis, qualis charitas Spiritu sancto feruens.

Gre. Nyss. *Charitas odorẽ redolens.*

Catena trium Patrum in eodem ferè sensu, varia per hæc significari, inquit, secundum virtutẽ, genera in Deum, & proximum charitatis.

Tres Patres. Charitas ĩ Deum ac proximũ.

Cassiod. gratiam significari ait, tamquam manna de cælestibus venientem: quia cyprus semen simile coriandri habeat, & de manna legimus in Exodo, quod erat quasi semen album coriandri. Consentit Beda, & Richardus.

Cassiod. Beda. Richard. *Gratia; diuina.*

Aponius patientiam accipit, ex eo quod cyprus interpretetur tristitia, vel mœror. Vnde ergo inquit, pomorum ordines in Ecclesia? tristitia si patienter suscipiatur.

Aponius. Patientia.

Anselmus: Cyprus, cum sit virga gracilis, quæ crescit in magnam altitudinem, & habet grana, vnde fit regium vnguentum, sanctos, illos significat, qui crescũt in multam altitudinem virtutum, & proferunt grana bonorum operum, quibus vngitur, & delectatur Deus.

Anselmus. *Sancti perfecti, & excelsi.*

Hugo de Sãcto Vict. cyprus donũ regiminis significare, inquit, seu Prælatos, & Rectores: ex eo quippe fieri dicitur vnguẽtũ, qđ regale appellat.

Hug. Vict. Prælati.

Nardus. Catena triũ Patrum quatuor istas primas species enumeratas cũ vniuersis lignis Libani intelligẽs quatuor virtutes cardinales, cũ illis omnibus, quæ illis subiectæ sunt plantataeq; in sublimitate fidei erga Deũ tamq̃ in monte Libani: Per nardum prudentiam accipit, in qua virtutum omnium rationes summatim continentur: quia & in nardo varia commisceantur aromata.

Tres Patres. Prudentia.

A

Cassiod. Nardus inquit, typus est dominicæ passionis: vnde Maria Magdalene nardo pistica caput, & pedes Iesu vnxit: Tuncque nardus in horto Ecclesiæ est, cum sancti quique memoriam Dominicæ passionis venerantur, eique gratias agunt, quod pro ipsorum amore mori dignatus est.

Cassiod. *Passio Domini.*

Apon. Nardus cum frigus de algentibus membris expellat, consolationem Spiritus sancti, spemque illius significat, quod dicitur: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*.

Aponius. *Consolatio Sancti Spiritus.*

Ansel. Nardus, cum sit herba humilis, humilitatis virtus significatur. Idipsum & Hugo Vict.

Anselm. Hug. Vict. Humilitas

B

Richar. item Vict. Nardus, inquit, de quo vnctum est dominicum corpus, vnctionẽ dilectionis Dei in corde significat: quia sic vngimur, vt tribulationis igne non superemur, cum gratia nos reficit, & replet, contra aduersa fortes facit.

Ric. Vict. *Vnctio dilectionis Dei.*

Crocus. Gregorius Nyssenus, crocum, inquit, ex eo, q̃ naturalem mediocritatem hẽt caloris, & frigiditatis, virtutis mediocritatem significare; cum virtus in mediocritate, & in medio sita sit. Secundò per eamdem croci speciem fidem significari posse, inquit, ex qualitate floris illius, circa quem contingit errare indeligendo, quinam sint tres fili boni; sicut & circa fidem sępius error contingit.

Gre. Nyss. *Virtus in mediocritate. Fides.*

C

Theod. cum crocus numeretur inter ea, quæ refrigerandi vim habent, S. Spiritus refrigerationẽ significare, inquit: Egemus enim ait, non solum calefacientibus nos, sed refrigerantibus etiam, & cupiditates immoderatas comprimentibus.

Theod. *Refrigeriũ Spiritus sãcti.*

Catena trium Patrum iustitiam secũdam ex virtutibus cardinalibus, quatenus crocus mediã vim obtinet inter frigiditatẽ, & caliditatem, & vtriusque excludit extrema: Sic quippe & iustitia, & defectus, & excessus in virtutibus fugit.

Tres Patres. Iustitia.

Cassiodorus charitatem, vt refrigerantem ardorem concupiscentiæ; quia & crocus ignitas febres refrigerare dicatur.

Cassiod. *Charitas.*

D

Philo Carpathius, exercitatos virtute patientię, & factis charitatis illustres. Qui veluti triplex croci fructus, ex vna radice dilectionis emanantes, Deo, sibiq;, & proximis vtiles extiterũt, terrenis rebus angusti, sed cælestibus amplissimi; castigati, & afflicti corpore, sed anima vegeti, lætissimi, & immortales: Crocus.n. maximi odoris est, inquit, folio angusto in capillamenti modũ, florẽ cælestis arcus colore per similem, calicis modo ab angusto in latum se se explicantem habet, intra quem fructum triplicem, veluti apicem coloris flammei ex vna radicula duplici filo lutei coloris hinc inde munitũ profert. gaudet calcari, & atteri pede, pereundoq; felicius prouenit: ideoq; iuxta fontes, & viarũ semitas lætissimus est, nec melle, ac dulci, sed vino, aut aqua dissoluitur. Aponius: Crocus ardentibus refrigeria confert, hoc est, timorem mortis præsentis expellit, & futuræ vitę amores accendit.

Philo. *Patientia, & charitate præstantes.*

Aponius. *Charitas.*

E

Anselmus: Crocus est herba, habens aureum florem, per quem intelligitur diuina sapientia, quæ non debet in aliquo esse cum timore, sed cum nardo, idest cum humilitate.

Anselmus. *Sapientia diuina.*

Hugo Victorinus; Eruditos Doctores accipiẽs; Nardus, inquit, cum croco est, dum subiectorum humilium multitudo sanctorum doctorum sapiẽtia fulgentium pedibus appropinquantes salutarem ab illis libenter audiunt doctrinam.

Hug. Vict. Doct. SS.

Fistula, seu, *calamus odoratus*. Theodoritus ex illo Psalmi 44. c *Lingua mea calamus Scribæ velociter scribentis*, scripturam diuinã intelligit; Odoratum autem inquit calamum esse; quia lingua docentium

Theod. *Scriptura Sacra.*

c Ps. 44. 2.

APPENDIX.

centium pietatem omni suauitate referre est.

Tres Part. Téperatia. Cassiod. Humiles spiritu. Catena triũ Patrũ. Per dulcẽ calami fistulam, quæ leuis est, & in sublime facile tollitur, tẽperãtia significatur, quæ mentẽ graui corporeæ cupiditatis onere subleuat, eãq. ad spiritalia, & cælestia sublimẽ tollit, eorũq. corda replet suauitate.

Cassiod. Ex eo ꝙ breuis arbuscula est, q̃ & cassia vocatur, cortice purpureo, fistula significat sãctos humilitate, & patiẽtia pcipuos, pauperes. s. spiritu, quorũ est regnũ cęlorũ: Purpureus aũt cortex significat passionẽ Christi, q̃ humiles spiritu semper in corde retinent, & imitari satagunt.

Philo Car. Pe. & Pau. Philo Carpathius: Calamo, inquit, & cinnamomo odoratissimis similiter arbusculis, & quorum vsus in medicina plurimus est, cũ omnibus excellentissimis lignis Libani, Petrus, & Paulus cum ceteris fidelibus cunctis aptissime congruũt; vt omnes cũ Christo sepultos in baptismo vnius sanctitatis odoris esse monstraret.

Aponius. Abstinen. Aponius: fistula abstinentiæ fructũ significat, eo ꝙ in tenerrimis virgultis siccata, à verme pp austeritatẽ corticis reseruatur, quæ infirmitates viscerũ intrinsecus curãt: sic & abstinentia exiccata pelle corporis, animę medicinæ inseruit.

Hug. Vict. Pœnitẽtia, & pœnitentes. Hugo de S. Vict. fistula, inquit, sunt compũcti pœnitentes, quicumq. vel in se, vel in alijs peccatorum intrinsecus latentium molestias per gratiam compunctionis, confessionis, vel etiam efficatioris admonitionis expellunt: fistula quippe ad curandas viscerum molestias vtilis est.

Gre. Nyss. De cinnamomo mira. Virtutis possessionis indulgentes. *Cinnamomum.* De cinnamomo mira, & quæ supra fidẽ eidem videntur, narrat Greg. Nyss. Primum, aquam bullientẽ in lebete, si à cinnamomo tangatur, refrigerari illico: quin vnà cum aqua ẽt circunstantem aerẽ in algorem conuertere. Secundum, habere vim petimendi ea, quæ generantur ex corruptione. Tertium, si fuerit positum in ore dormientis, eum, qui dormit, minime impediri, quo minus respondeat ad ea, quæ interrogãtur, simulq. illum dormire, & sobrias, & ad verbum expressas reddere responsiones. Quas proprietates adeo mirabiles, inquit Nyssenus, inueniri in ijs, qui virtutis perfectioni operã dant: Tũc quippe cinnamomum, inquit, in aĩa habent, cũ vel feruentes cupiditate, vel ira accensi rõne extinguunt animi perturbationes: aut, cũ in somno vitæ præsentis in ore habentes hanc ipsã rõnem, ostendunt inerrantẽ, & incõfusum sensum eorũ, quę dicuntur, per sermonis veritatem, imitantes insomnem Angelorum naturam, quos necessario nulla phantasia, aut visio dimouet à veritate.

Theod. In sac. Scriptura dicta laudabilia, & odorifera. Theo. Additur calamo cinnamomum, quod in veteri lege offerebatur, vt intelligamus, q̃ de Deo monumentis sunt tradita litterarũ, tũ laudabilia esse, tũ odorifera, & his aromatibus comparãda.

Tres Part. Fortitudo. Catena trium Patrum: Per cinnamomum, cuius natura est calida, atq; iucunda, fortitudinis, diuino zelo aduersus impietatem, atque malitiã ardentis, robur indicatur.

Humiles. Cassiodorus, Anselmus, Richardus, & alij, humiles accipiunt, qui se viles fatentur: quatenus cinnamomum breuis arbuscula est, lutei, ac cinericei caloris.

Aponius. Sensus spiritales viuacis sapiẽtia. Aponius, cinnamomum, secundum quod vicino capite fistulę gignitur, & diutissime suã viuacitatẽ seruare probatur, spiritales sensus viuacitate sapientiæ, atq. abstinentia gigni, demonstrat.

Hugo Vi. Confessores Deum laudantes. Hugo Victorinus: Quia cinnamomi cortex in modum cannæ formatus est, cum per cannam à pueris incisam soleat sonus eorum ore formari: Confessores, sanctive sacerdotes per cinnamomũ designantur, qui non solum corde credunt ad iustitiam, sed & ore confitentur ad salutem.

Greg. Nyss. Exprimentes in studijs diuina pulchritudinis formam. *Cum omnis in lignis Libani.* Greg. Nyss. Libani nomen pro thure accipiens, quod diuinitatis symbolum est, Qui in omnibus, inquit, vitæ studijs in se significat diuinæ formæ similitudinem, in se ostendit pulchritudinem omnium lignorũ Libani, per quæ exprimitur forma diuina.

Theod. Virtutes quæ in lege continentur. Theodoritus, omnes virtutes significari, ait, quæ in lege continentur non secundum litteram, sed secundum spiritum. vt per Libanum significetur Ierusalem.

Cassiod. Doctores, & pfecti in Ecclesia. Cassiodorus, Ligna Libani, inquit, pulchritudine, ac proceritate, & robore præeminẽt: ideoque sanctos doctores, & perfectos quosque in Ecclesia significant.

Anselmus. Fortes. Anselmus, omnes fortes, & robustos ad sustinendum pondus Ecclesiæ, qui sunt Libani, idest candidati in virtutibus.

Rich. Vic. Sublimes operationes humilium. Rich. Victorinus: Sicut fistula, & cinnamomũ humiles iustorum Congregationes, ita ligna Libani sublimem eorũ operationem demonstrant: hæc crescunt in horto bonorum, dum & magna agunt, & apud se humiles semper, & parui sunt.

Hug. Vict. Virg. sãcta. Hugo Victorinus: Cum Libanus interpretetur dealbatio, & ligna Libani in altum excrescant, sãctæ Virgines per ea designantur, quæ per albam munditię se albent, & ad cælestia bona se erigũt.

Gre. Nyss. Sepultura Christi societas. *Myrrha, & Aloe.* Greg. Nyss. Ostendi per hęc videtur sepulturæ Christi societas: nemo enim fit Dei gloriæ particeps, qui non fuerit primum conformis similitudini mortis eius.

Theod. Mortificatio. Amaritudo tentationum. Theod. per myrrhã quatenus propria mortuorum est, accipit mortificationem: per aloe quatenus amara est, tentationum amaritudinem.

Tres Part. Mortificatio. Catena trium Patrum, per vtramque significatam intelligit mortificationem ipsam.

Cassiodorus, quatenus ambæ resistunt putredini, & vermibus, carnis continentiam, & castimoniam in illis intelligit.

Anselm. Persecutiones sustinẽtes. Martyriũ. Mortificatio carnis. Anselmus illos, qui maiores, & illos qui minores persecutiones sustinent; quatenus aloe minus amara est: Vel, per myrrham passionem martyrii: per aloe mortificationem carnis.

Hug. Vict. Cõtinẽtia, Abstinẽtia Hugo Victorinus: Per myrrham continẽtiam, seu continentes: Per aloe abstinentiam, seu abstinentes: quia vtræque à carne & corde putredines vitiorum expellunt.

Dogmatũ sinceritas. *Cum omnibus primis vnguentis.* Greg. Nyss. per prima vnguenta intelligit dogmatum sinceritatem, dogmata minime adulterata, vel aliquid falsitatis admixtum habentia.

Donatio spiritus sãti. Catena trium Patrum, omnia Spiritus sancti dona, animas vnguentorum instar recreantia; Nisi, inquit, anima sapiat ea, quæ sunt spiritus, & sanctissima illius dona suscipiat, carnalis sensus mortificationem, quę per myrrham, & aloem intelligitur, non assequetur.

a I. Cor. 12. Charitas q̃do obtinẽda. Cassiod. & Ansel. charitatem accipiunt, de qua Apostolus *a Adhuc excellentiorem vobis viam demonstro:* Post myrrham aũt, & aloem bene prima vnguenta ponuntur, inquit Cassiod. quia post carnis continentiam succedit vera Charitas quæ Deus est, qua ve Deus super omnia diligitur; Neque n. illi, qui mundana dilectione tenẽtur, idest qui voluptatibus, & illecebris adhuc delectantur, huius charitatis participes esse possunt.

Philo. Iusti qui sepulti sunt ante corpus Christi. Philo Carpathius, sicut per myrrham, & aloẽ eos intelligit, qui Christo in baptismo consepulti sunt: quandoquidem corpus Christi hisce vnguentis vnctum scimus in sepulturam. Ita per

DE LITTERA.

prima vnguenta vniuersos intelligit iustos illos, q ante corpus Christi sepulti fuerant, & humati.

Anselmus. Richard. Hug. Vict. *Dona spiritualia præcipua.* Anselmus, Richardus, & Hugo Vict. prima vnguenta, præcipua intelligunt dona spiritalia.

Vers. XV. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

NOnnullis expositorũ visum est, sponsum adhuc prosequi eã, quã cœperat in vers. 13. pretiosi horti descriptionẽ, & in laudanda dilecta sua, eiusdemq; illius pulchritudine adhuc persistere in metaphora horti. Ita sentit ex hæbreis R. Salomon, & ex nostris Cosmas Dam. Hort. cuius hæc sunt verba. (R. Salom. Hortol.) In hortensi parabola persistẽs sponsus, ab aquarũ maxima copia suæ sponsæ cõmẽdare pergit fœcunditatem. Est autem figurata oratio, in qua contentum pro continente positum videtur: vt propria hæc sit: In te est fons hortorum, hoc est, quo irrigantur multi horti.

Cõis nihilominus sensus, qui est & probabilior, & verior, est: vt nequaq̃ ad horti descriptionẽ proprie hæc dicta sint, sed ad descriptionem fontis insignis: vt sicut in duob. præcedentib. versibus sponsus fusius explicarat horti similitudinem ad sponsæ cõmendationem assumptã, vixq; tactam in vers. 12. Ita hoc loco, quã ibidem ob id ipsum tetigerat similitudinẽ alteram fontis, pari modo explicet latius. Sed in cõi ẽt sensu illo diuersitas est opinionũ: Quidam. n. existimant, Salomonẽ ita superiorem fontis explicare similitudinẽ, vt propriũ quemdã fontẽ hoc nomine fontis hortorũ, puteũq. sic nuncupatũ, *Puteus aquarũ viuẽtium*, vtrumq; ẽ Libano monte deriuatum ad id assumpserit, videatur Franc. Titelmanus auctor (Titelm.) huius sñiæ ex relatione cuiuspiam, quem montis Libani, ac circumiacentium terrarum oculatum asserit testem. Videantur & Hortol. & Almonacyrius, Soto Maior, & alij eadem referentes. Cõis certè Antiquorũ Interpretũ tã nostrorũ, quam ẽt hebræorũ sñia haud proprie dicta hæc accipit, & signate, sed generaliter: &, tametsi ad eas aquas respectũ esse arbitretur, quæ fluunt ẽ Libano, ẽ quo certissimum apud oẽs est, ingentia deriuare fluenta aquarũ, quibus plures fiũt, & fontes, & putei, & flumina, vt videre est apud Iosephum lib. 3. de bello Iudaico c. 18. & Pli. lib. 5. c. 15. 16. (Iosephus. Plinius.) Sunt tamen, qui ita generaliter hæc sumant; vt nec ad hasce Libani aquas respectũ fuisse velint, Libani nomen haudquaquã pro ipso monte Libani afferentes, sed ad designandum locũ purum, ac mũdum, ẽ quo aquę fontis, atque putei profluunt. Ita R. Salomon in suis Commentarijs, hebraicæ vocis significatum sequens, (R. Salom.) secundum quã Libanus interpretatur dealbatio.

Saluo meliori iudicio, abstractoque mysterio, de quo sequentib. expositionib. ipse crediderim, (*Libanus generaliter designando mõte excelso ponitur.*) Libani nomen ita p monte Libano hic appositũ; vt, nõ tã montẽ ipsũ Libani signate, q̃ quemlibet altũ designet montẽ, ẽ quo viuæ defluant aquæ; siquidẽ ẽ celsiorib. montib. ingentes fluere aquarũ copias, quæ perennes efficiãt fontes, nemo est, qui nesciat; Libani verò meminisse sponsũ: q. a, cũ oĩum, qui in Iudæa sunt, montiũ altior existat, aptior quoq; sit ad quẽlibet celsũ mõtẽ metaphorice designandũ; put ẽt in vers. 8. huius quarti c. eodẽ pacto eumdẽ montẽ vsurpasse, ostendi pro loco arduo, difficili, ac periculoso. Adde q, cum hortũ suũ præstantissimũ Salomon saltũ Libani appellasset, ad quẽ secũ sponsã deducere satagebat, vt visum est in ver. 7. vnde & similitudinem horti ad eamdem sponsam cõmendandã assumsit, iure optimo & mõtẽ, ẽ quo aquæ in eo defluerent, montẽ appellauit Libani. Id vnũ sanè intentũ est Salomonis, ac sponsi, vt & fontẽ, & puteũ, quibus similem suam pronuntiat sponsam, copiosis, viuis, atque perennibus aquis affluere significet, quales ij solent esse fontes, qui ijs fluunt, & constant aquis, quę ex altis scaturiunt montibus.

DE LITTERA. I. SENSVS.

Hoc supposito: duplicẽ arbitror assignari posse eorũ, quæ hic dicuntur, sensũ: Primũ, sumendo tã fontẽ, q̃ puteũ pro vna eademq; aquarũ collectione, prout in Euang. Io. *a* vnus idemque puteus, super quẽ Dñs Iesus *fatigatus ex itinere sedit*, & fons, & puteus dr, vbi præclare Aug. tract. 15. in Io. notat super illa verba: *Erat autem ibi fons Iacob*: *b* Fontẽ illũ extitisse puteũ, quia oĩs puteus fons sit, tametsi non ẽ cõuerso oĩs fons sit puteus: vt hic explicet spõsus, quid intellexerit in adhibita similitudine fontis signati, puteũ nimirũ, lapide occlusum, atq; signatum, quo & greges adaquari possent, & irrigari horti hausta aqua, & in canalib. effusa: qualem & in Genesi *c* reperimus, ẽ quo Iacob *amouit lapidẽ, quo claudebatur, & adaquauit gregẽ Rachel*: Et in Exodo, *d* quo Moyses *adaquauit oues filiarum Raguel*. Porrò quia ex eo, q similitudine fontis signati videbatur colligi posse, sponsæ venustatem, atq. gratias, sub aquarũ metaphora (vt visum est) designatas, ita esse occlusas; vt præterq̃ ipsimet sponso eæ nulli essent cõspicuę nullusve earum particeps esset: atq. ẽt modicas esse, atque exiguas; ita vt propterea quasi modicas aquas in fonte signato occlusas, atq; abscõditas eas seruari operæ pretiũ foret: cõgruentissimo nunc ad amplificationẽ collati encomij, hęc adijcit: *Fõs hortorũ, puteus aquarũ viuentium, quæ fluunt impetu de Libano*: indicans: ita ipsam esse quidẽ fontẽ signatũ, puteumq. occlusũ; vt tñ omnibus, quotquot ĩ eã conijcerẽt oculos, quotquot & eius eloquia perciperẽt, affatim exhibeantur, instar aquarũ irrigantium plures hortos, cũ ẽ signato fonte hauriuntur: Neq. verò exiguas, & ad tempus aliquod solũmodo eas habere, ita vt timẽdum ei sit, ne pereant: sed copiosissimas, atq. perennes, instar aquarum viuarum, quę impetu, idest large fluunt per occultos meatus ẽ cacumine alicuius excelsi montis: Ac si dicat.

(a Io. 4. 6. August. b Gen. 23. 11. & 13. c Gen. 29. 10. d Exod. 2. 17.)

PARAPHRASIS.

Tot ex te profluunt gratiæ, tantaq. tui est venustas, vt sis instar fontis limpidissimi, & copiosissimam aquã continentis, ita vt multos hortos irrigare queat: tua. n. purissima venustate, tuis abũdantissimis gratijs innumeros reficere, & exhilarare potes: Atq. istæ in te grãæ pudicissimæ iuges sunt, atq. perennes: eæ quippe *puteus aquarũ viuentiũ, quæ* numquam deficiunt, cum magno *impetu fluant de Libano*: eæq. gratiæ ipsæ tuæ sunt quidẽ in te æque ac in profundo puteo absconditæ, quãtum in te est, præ tui pudicitia: attamen sunt, instar aquarum viuentium, quæ intra ipsum puteum largius ex alto quopiam defluunt monte.

II. SENSVS.

Alio sensu hæc ipsa accipi possunt etiã ad præallatam fontis signati explicationem, non ad gratiæ duntaxat, & venustatis sponsæ commendationem, sed ad totius pulchritudinis illius amplificationem, sumendo fontem, ac puteum partim pro eodem, partim pro diuerso.

Pro cuius sensus intelligentia, duo sunt supponenda. Primum, quod dicit August. (August.) præcitato tra-

LITTERA. to tractatu 15. in Ioannẽ; aquã, quæ de terra manat, & vſui præbetur haurientibus, dici fontem: ſed, ſi in promptu, & in ſuperficie ſit, fontem tantũ dici: Si aũt in alto, & profundo ſit, ita puteum vocari, vt fontis nomen nõ amittat. Sic fieri põt, vt aquæ eædem, quæ magno impetu è celſo monte fluunt, prius in profundo aliquo loco ſuſcipiãtur, in quo tãq; in puteo ſint, dein ex loco illo p cuniculos in altũ foras erũpant, fontes cõſtituentes, iuxta vulgatã regulã illã, ſm q̃ aquæ, ex alto defluentes tantũ aſcendũt, quantũ deſcenderint. Sic putei, e aquas aſcendẽtes habes Num. 21. 17. (e Num. 21. 17.)

B Alterũ ſupponendum, id eſt, q; fons horti, ſeu fons hortorũ, non ad id duntaxat efficitur in horto, vt per illũ is irrigetur: verum ẽt, vt eiuſdemmet fontis pulchritudo ſpectetur, vtve ex illo quoq; in horto voluptas exhibeatur. Hinc eſt, q; in præſtantiſſimis hortorum, atque pomariorum complures magno artificio conſtructos videmus fontes, è quibus aquæ inſtar expanſi veli magno impetu defluant, quæ prius impetu ẽt grandi per multiplicium fabrefactorum animalium ora ſurſum fuerant emiſſæ: videaſque nonnunquam in vno eodemque fonte, varios, iucundiſſimoſq; earumdem aquarum ludos: necnon, & auiũ cantilenas audias, & aliorum animantium voces, & dulciſſimã pariter organorum melodiam in aquis, & per aquas defluentes emiſſam: Eaſdẽve aquas poſtmodum ẽt ad irrigandũ in canales decurrere cõſpicias: ita vt, cũ quis Principis cuiuſpiam preuioſum inuiſit hortũ, id, quod in eo præ omnib. cidere ſatagit, ipſi ſint eius fontes: &, ſi quẽ præſtãtiorẽ i eo ſciuerit eſſe, ad illũ curret, vt primo deducatur, vtpote ad rẽ, quę pulchra ſit maxime, & è qua maiorem percipere queat voluptatem.

PARAPHRASIS. His ſuppoſitis, quod hic dr̃, tale mihi eſſe videtur. Nedũ pulchra es inſtar horti, cuius emiſſiones, & plantę, atque propagines ſunt ſimiles paradiſo voluptatis: Sed es quoq. pulchra inſtar fontis ſignati, cuius aquæ, quãdo claues aperiuntur, quibus ſignatæ, atq. occluſæ detinebantur, puriſſimæ effluunt. Affers voluptatẽ pulchritudine mẽbrorũ; at multò maior ea voluptas eſt, quã in venuſtis agendi, aut loquẽdi modis ex te percipiũt, & qui geſtus, motuſq. tuos ſpectant, & qui te audiunt loquentẽ; Es quippe præ iugi, largiſſimaq. gratiarũ copia, inſtar pulcherrimi fontis ex fontibus iis, qui in nobiliſſimis ſpectantur hortis, ad quẽ fluenta emittuntur de puteo, & de profunda collectione *aquarum viuentium*, *qua* è celſiſſimo monte *fluunt impetu* grandi, largaq. copia: *Es puteus*, ſicut & fons ſignatus, dũ abſconditas habes gratiarum aquas: habes nihilominus illas perennes, & abundantes *inſtar aquarũ viuentiũ*, &c. vt illis in te, & ex te ipſa, quaſi in fonte hortorum, voluptatem exhibeas, irrigeſve quodammodo intuentium corda, perfundens ea voluptate.

III. SENSUS. E Ex lectione hebraica deduci poteſt & tertius ſenſus haud ſanè minus congruus, quam duo iſti iam allati. Enimuero pro eo, qđ noſter Interpres, ſecutus Sept. hẽt: *Quę cũ impetu fluunt*: in hebręo eſt vna tãtum vox, [illegible] venozelim, quam cũ cõiter pro participio ſumere ſoleant verbi נזל nazal, fluere, prout etiam accepere Sept. & noſter Interpres, referentes ad aquas viuas: alibi tamen ſæpius quaſi nomen aquarum poſitam eamdem reperimus, vt Exodi 15. 8. *Steterunt fluenta*: Vulgata, *ſtetit vnda fluens*: Pſalm. 78. ſecundũ hebræos verſ. 16. *Et eduxit fluenta de petra*: Vulgata, *Et eduxit aquam de petra*: Iſaiæ 44. 3. *Effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam*: quibus in lo-

Michaelis Ghiſlerii.

LITTERA. A cis ea dictio non fluxum duntaxat, nec aquam tãtum, ſed aquã vnà cum impetu fluxus ſignificat: ſi. ve ẽt in hoc loco ipſam accepiſſe videtur ex hebræis R. Salomon, quaſi quid diſtinctum ab eo, quod dictum eſt, aquarum viuentiũ; vt tria ſint, quæ ſponſæ in vno iſto verſu tribuantur: *Fõs hortorum, puteus aquarum viuentium, & fluenta è Libano*. (R. Salom.) Quam acceptionem ſecutum ẽt ex noſtris Patribus video Ambroſium, dum in Pſalmum 118. ſerm. 17. verſ. 8. ſic legit: *Fõs hortorum, puteus aquæ viuæ, & impetus deſcendens è Libano*. (Amb.)

B Iuxta hanc ergo rõnem triplici ſimilitudine triplici encomio inſignẽ ſponſæ pulchritudinẽ extollit ſponſus, ſeu potius ex triplici capite vnã eamdemque euehit eius pulchritudinem, aut ẽt triplicẽ eius pulchritudinẽ celebrat. Prima ſiquidem ſimilitudine fontis hortorum, eius, ſ. fontis, quẽ deſcripſi in ſenſu ſecundo, quive artificioſa ſtructura, cõcinnaq. variarũ partiũ diſpoſitione, & inſigni multiplicium rerum ornamento intuẽtium mirũ in modũ obiectat oculos, eximiam illam, quæ in apta totius corporis ſtructura, in cõcinna mẽbrorũ omniũ proportione, atq. in ſpecioſo colore, & in extrinſecis quoq. ornamentis extrinſecã cõmendat ſponſæ pulchritudinẽ, quę eſt oculorũ obiectũ deſiderabile æque ac iſtiuſmodi fons. (Simile.) Similitudine ſecunda putei aquarũ viuentiũ, eius nimirũ fontis, q aquis viuentib. exuberet, quas tñ in profundo abſconditas cõtineat, neq. aliis illas exhibeat, q̃ iis, qui eius profunda penetrarint, ipſasve ex abſcõdito, atq. eius pfundo hauſerint; aliam eiuſdẽ ſponſę euehit pulchritudinem, quæ interna eſt, & in profundis animi eius penetralib. quæve in prudentia, pudicitia, ipſaq. virtute ſita eſt, haudquaq; omnibus manifeſta; ſed iis duntaxat, qui ſtudio, & ſedula attẽtione cũ illa cõuerſantes eã penetrare, ac quodãmodo haurire curarint. (Simile.) Quã pulchritudinẽ apta admodũ metaphora aquarũ viuentiũ exprimit: vt innueret, eã perenẽ eſſe, & quæ haud facile corruptionẽ admittat, prout euenire ſolet pulchritudini externæ. Tertia demũ ſimilitudine impetus deſcendentis è Libano, ſeu fluentorũ è Libano, aut è monte alio excelſo aquarũ. ſ. purarum, atq. limpidarũ, ſimpliciter abſq. vllo artificio naturali curſu cum grato murmure defluentiũ iugiter, hortoſve largius irrigantium, tertiam celebrat eiuſdem ſpõſæ pulchritudinẽ, ſeu tertiã perfectę illius pulchritudinis partem, quæ ſita eſt in pura quadã venuſtate, & in ſimplicitate gratiarũ tã in operationibus, geſtis, ac motibus, q̃ in loquela, ac iis ipſis, quæ profert, verbis, in quibus nihil affectati ineſt, defluentibus ex ipſa ſpecioſiſſima, inſtar limpidæ aquæ illius. (Simile.) D Et bene hac ſimilitudine haſce cõmendat gratias: nã re vera, ſicut nihil in actionib. verbiſq. alicuius põt eſſe moleſtius, q̃ affectatio, & impuritas: ita nil gratioſius in iiſdẽ, nihilve venuſtiores reddit eas, quas quis hẽt gratias, quã ſi puritas iis inſit, atque ſimplicitas. E Hæ cum impetu fluunt, irrigantq;, ac voluptate perfundunt magno impetu amoris. Quod autẽ tota hac ſententia hoc tertio ſenſu dr̃, tale eſt.

PARAPHRASIS. Pulcherrima es, & extrinſecus in apta membrorum proportionę, in ſpecioſo colore, & in concinnis ornamentis ſpectantium ad te alliciens oculos, eoſdemve oblectans, æque ac nobilis, artificioſuſque fons, cuius ſpectandi gratia Principum hortos gentes inuiſunt: & intrinſecus in prudentia, pudicitia, omniq; alia virtute, quas inſtar aquarum viuentium in profundo animi tui, æque ac puteo abſconditas contines,

DE ECCLESIA.

ijs duntaxat istam exhibens pulchritudinẽ, istasve animi tui aquas, qui attento studio, virtuteq. pari tecum conuersantes, è profundo animi tui, tamquam è puteo ipsas quodammodo hauserint. Pulcherrima insuper es, maximeque delectabilis pura ipsa venustate, ac simplicitate tua, gratiis ipsis, quæ vel in gestis, vel in motibus, vel in loquela, vel etiã in verbis pure, ac simpliciter, absque vllo artificio, & affectatione è te perenni, maximoq. amoris impetu profluunt, instar limpidarum aquarum è celso aliquo monte defluentium, magnoq. impetu naturali cursu irrigãtium hortos, ad quos deriuatæ fuerint. Impetus quippe huiusccmodi gratiarũ tuarũ tantus est, vt plures, omnesve illos, ad quos fuerint deriuatæ siue per oculos, siue per aures, irriget quodammodo voluptate perfusos.

Quoad lectionũ varietatem, In textu Hebraico nil à vulgata diuersi reperitur, præter id, quod notatum est in principio supradicti tertij sensus circa vocẽ ונזלים venozelim, *& quæ fluunt*, seu *& fluentorum*. In versione Sept. triplex est diuersitas, modica tamen. Primò. n. pro *hortorum* in plurali, habet in singulari *κήπου*, *horti*. Secundò sic etiam in singulari habet, *ὕδατος ζῶντος*, *aquæ viuæ*. Tertiò pro, *quæ fluunt cum impetu*, sicut habent Vulgata legit *ῥοιζοῦντος*, *quæ fluit cum strepitu*. Quinta editio nec impetum, nec strepitum habet, sed iuxta hebraicum textum, *ῥέοντος*, fluentium.

Vers. XV. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

TAmetsi fontis nomen tam contentis, effusisve aquis, quàm loco, aut vasi, in quo ipsæ continentur, & è quo effunduntur aquarum fluenta, æquè tribui soleat: hoc tamen loco ita Catholicæ tribui Ecclesiæ, vt ipsam fontes aquarum cõtinere significetur, per id indicatur, quod subiectum illicò est; *Puteus aquarum viuentium*, idest puteus, in quo continentur aquæ viuæ, *quæ* &c.

.I. SENSVS.

Extollitur autem iuxta primum litteræ sensum per ea, quæ hic dicuntur, tam ex aquis ipsis, quas continet, quàm ex modo, quo eas continet, quove eas impertit, irrigans hortos. Ac, sicut ex primo, qualis sit præstantissima eius pulchritudo ostenditur: ita ex secundo, quales sint tam eximiæ eius pulchritudinis effectus, & augmẽta significatur.

Aqua viua Ecclesiæ Catholicæ Sapientia, & scientia diuinorum.

Quoad primum: Certò aliquid asserere dubitarem de aquis, quibus Ecclesia sancta instar exuperantis fontis repleta est, ni ex sacris litteris apertissime haberemus, aquas istas esse diuinarum rerũ sapientiam, vnde omnis pulchritudo, puritas, atq. sinceritas in tam eximio aduertitur fonte: Scriptum est enim in libro Prouerbiorum: *a Torrens inundans fons sapientiæ*; hanc de altissimo cælorũ fastigio defluere, is optime norat, qui dicebat; *b Mitte illam de cælis sanctis tuis, & sede magnitudinis tuæ*: Et ipsamet, de se per prosopopæiã ad viuũ totũ id exprimit, quod hoc loco de aquis Ecclesiæ dr, cum in libro Ecclesiastici ait: *c Ego quasi tramet aquæ im mẽsa de fluuio: ego quasi fluuius Dioryx, & sicut aquæductus exiui de paradiso*. Quo loco tantundem est, quod dicitur: *Et sicut aquæductus exiui de paradiso*: ac id, quod vltimũ hic dicitur. *Quæ fluunt impetu de Libano*. Et quod hic significatur, ipsimo d aquas sic è cælo defluentes, in Ecclesia tanq̃ in

a Prou. 18 4.

b Sap. 9. 10

c Eccli. 24. 41.

puteo recipi, & in profunda fossa ad instar aquarum viuentium, quæ in ipsa fossa decurrunt perenni motus id ibidem apertius describitur ijs verbis: *Ego quasi tramet aquæ immensa de fluuio*, idest, quasi effossa aliqua via immensæ aquæ de flumine aliquo deductæ, quasi fluuius fossilis: *Et quasi fluuii Dioryx*, idest, fossa. Et, vt id quoque esset perspicuum, quod eædem aquæ sapientiæ fontem hortorum ipsam constituunt Ecclesiam, apte eadẽ met Sapientia hoc explicans, post relata verba subijcit illicò: *d Dixi: rigabo hortum meũ plantationũ, & inebriabo prati mei fructum*. Quanta verò, quãve admirabilis ea sit pulchritudo, & præstantia huius sapientiæ, istarumve aquarum, propter quam tam insigni encomio Catholica Ecclesia præstãtissimæ pulchritudinis, post multa alia eiusdem pulchritudinis encomia, hic vltimò cõmendatur sub hac similitudine fontis talium aquarum, ex panegyrica oratione, quam de ea sanctus Iob habuit, colligere fas est. Tanti enim eam esse, inquit, adeo speciosam, ac pretiosam, vt dicere nõ vereatur: *e Nõ dabitur aurum obrizum pro ea, nec appẽdetur argentum in cõmutatione eius. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonycho pretiosissimo, vel saphiro; Excelsa, & eminentia non memorabuntur in cõparatione eius; Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur*. Quin terrena pulchritudo omnis respectu huiusccmodi pulchritudinis sapiẽtiæ turpitudo est, atq. deformitas. Hinc est, q̃ sapiens ille tam insignis pulchritudinis conscius, in lib. Sapientiæ ait: *f Non cõparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius*. Quid luce pulchrius? *Proposui*, inquit, *pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius*.

d Eccli. 24. 42.

Sapiẽtia diuinorũ quã pulchritudinem afferat Ecclesiæ Catholicæ.

e Iob 28. 15

f Sap. 7. 9

Præclare autem sapientia diuinorum, ob quã adeo pulchra est Ecclesia, & aquæ, & lucis metaphora exprimitur in sacris litteris; quin & ea, quæ apud Deum summa diuin est sapientia, hisce ipsis ambabus metaphoris simul iunctis significatur in eo psalmi, in quo dr, *g Quoniã apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*, vt ex hoc intelligeremus primò; tunc tantummodo bonam esse sapientiã diuinorum, cum clara instar limpidarũ aquarum extiterit, quæ claritate sua lucẽ æmulantur, cui nihil admisceri põt rei cuiuspiã, quæ lux non sit. Secundò, nihil esse ipsa sapiẽtia velocius, nihilve veloci cursu adæquari ei posse, sicuti nec aquis, quæ impetu fluant, nec luci, quæ illicò totũ permeat orbẽ. Hinc est, quod & in hoc loco, dum aquis comparatur, iis cõparatur aquis, quæ impetu fluunt ex alto; & ipsamet sapientia de se in lib. Ecclesiastici ait, *h Doctrinam meam quasi antelucanum illumino omnib. & enarrabo illam vsq. ad longinquum*. i. tam veloci cursu in longinquũ omnibus doctrinam meam impertio quàm veloci diluculum in vniuersum nostrum sese diffundit orizontẽ: cuius diffusionis tanta est velocitas, vt philosophi quidam existimarint, illam esse momentaneam. Quam velocitatem comitatur ingens eiusdem, quæ desuper venit, quæve hominibus cõicatur, sapientiæ copia, propter quam Iacobus ait: *i Si quis indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat*. & in libro Ecclesiastici comparatur idem Deus in huius sapientiæ communicatione celebratissimis, maximisq. fluminibus, quorum mentio in sacris litteris fieri solerer; ac simul eadem sapientia æque ac solem, lucem dare, perhibetur. *k Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum*, id est, veris,

Sapiẽtia diuinorũ quã congruẽ cõparetur, et aquæ, & luci.

g Ps. 35. 10.

Sapiẽtia Ecclesiæ puritas.

Simile.

Sapiẽtia diuinæ veloci tas.

Simile.

h Eccli. 24. 44.

Sapiẽtia diuinæ ingens copia.

i Iacob. 1. 5.

k Eccli. 24. 35.

veris, quando innouantur fructus. *Qui adimplet* A *quasi Euphrates sensum*, idest copiosam intelligentiam. *Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis: Qui mittit disciplinam sicut lucẽ, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ*, idest qui exhibet præsentẽ eamdem sapientiam, quemadmodũ Gehon, vel Nilus exhibet copiosissimas aquas tẽpore messis. Quã copiam breuius indicat etiam sponsus ijs ipsis verbis: *Quæ impetu fluunt de Libano*: impetu fluxus ingentem protestante copiam.

Sapientia diuinæ necessitas, & vtilitas.

Ecqua verò re magis eiusdem sapientiæ exprimi posset necessitas, atque vtilitas, quam ijsdem metaphoris aquæ, ac lucis, sine quibus vita agi nõ potest, nisi in summa miseria? B

Sapiẽtia diuina quã præcipuũ suum consequatur effectum productionis, & augmenti gratia.

At id, quod maxime in ambabus metaphoris hisce est aduertendum, est eximius modus, quo se hẽt sapientia, vt potissimũ suum consequatur effectum: quẽ vnum indicat sponsus, irrigationem eũ appellans, & irrigationem hortorũ. Enimuero inter præstantissimos eorũ, qui tam luci, quã aquis tribuuntur effectus, is est præcipuus, quod multiplicium rerum productionis, & augumenti causa existunt, & plantarũ in primis, quæ sunt in hortis.

Simile.

Porrò, sicut & lux, & aqua vim productionis, & augumentationis ipsis exhibent plantis, non per id duntaxat, quòd in illarum superficiẽ, partesq; illas, quæ sunt supra terram, influant; sed ob id maxime, q interiora terræ penetrantes, in eorum influunt radices. Ita & sapientia quoq. diuinorũ, quam instar fontis sancta effundit Ecclesia in prædicatione diuinorũ eloquiorum; & instar fulgentissimi solis emittit in lucidissimis doctrinę radijs, nõ in eo tantũ hominibus, qui sunt in hortis particularium Ecclesiarum, quive vt plantæ Ecclesiæ sunt quoque, & horti, & paradisi vt dictum est in vers. 13. vim præstat crescendi in gratia, ac in virtutum studio, & producẽdi fructus earumdẽ virtutum: nec ipsis hortis Ecclesiarũ particulariũ vim exhibet producendi sanctas plantationes fideliũ in eo solũ, q sui prædicatione per externas auditorum aures diffunditur, quodve in particularib. Ecclesijs, & in Scholis docetur, & in templis publicè prædicatur; Sed in eo, q per externum auditum internas penetrat animarũ potentias, *penetrabilior*, iuxta Apostoli dictum, *a omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque ac medullarum*: & in eo, quòd per terrenas, carnalesve audientium aures ad intima, & profundiora illorum penetrat corda, quib. quasi radicibus, vel in Deo, virtutisve studio, vel in terra, atque in mundo instar plantarũ homines defixi sunt. Hinc est, quod & in hoc loco sponsus fontem hortorũ Catholicã appellat Ecclesiã: quia sapientia quasi aquis terram per irrigationem penetrans, singularum plantarum attingat radices: & in loco sæpius citato Ecclesiastici; sapientia ipsa tam istam irrigationis aquarum, quã alteram influxus lucis metaphoram vsurpans, ait: *b Rigabo hortum meũ plantationum, & inebriabo prati mei fructum: Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormiẽtes* (somno. s. mortis peccati, aut somno ignorantiæ) *& illuminabo omnes sperantes in Domino*: eos scilicet qui in Domino radices cordium suorum habent defixas.

a Heb. 4. 12.

b Eccl. 24. 41. & 45.

Sapiẽtia diuinorũ multiplex continetur in vna Ecclesia Catholica.

Notandæ sunt aliquot Ecclesiæ Catholicæ prærogatiuæ, quib. mirũ in modũ illustrior per hunc sapientiæ decorẽ esse perhibetur. Primũ n. tametsi tanta sit huius sapientiæ varietas in cognitione diuersissimarũ rerũ terrenarũ, cælestium, ac diuinarũ, multipliciũq. mysteriorum, in doctrina historica, mystica, morali, & anagogica: tãtave sit eius copia, vt propterea, quasi multę eius essent aquę, multis hortis sufficientes, multas Ecclesias particulares, innumerasq. aĩas irrigãtes; in vna tñ Ecclesia contineri dicuntur, & idcircò: *Fõs hortorũ & aquarũ* pronũtiectur, nec dictũ sit: fontes hortorũ. Enimuero, quamuis in vnaquaq; Ecclesia particulari cõplures reperire sit Doctores, ac sapientes, qui imbres emittant huiusmodi sapientię, diuinas docẽtes litteras, fidei dogmata pdicantes, profundaq; enarrantes mysteria: per hos tñ eæ irrigantur tanq per riuos, atq; canales vnius fontis Catholicæ, & Apost. Eccl. Romanæ, è quo oĩs sanæ doctrinæ tã circa sensum sacræ scripturæ, q̃ circa dogmatum fidei traditionem, diuinorumq. mysteriorum enodationem, deriuant latices frugiferi: de quo fonte, riuisq. ex eo deriuantibus doctrinæ aquas, quæ cibos proferant salutis, conuersasq. progerminẽt animas, in Psal. 64. ait Dauid: *c Flumen Dei* (sic appellat hunc fontem hortorum) *repletum est aquis; parasti cibum illorum* (per has. s. sapientiæ aquas) *quoniam ita est præparatio eius*: Ita est præparata Ecclesia; vt quasi flumen, fonsq. exuberans, omnes irriget hortos, omnesve particulares Ecclesias; sed & singulas quasque animas, per aquas ipsas suas parans eis, quantum ex se est, cibum salutis, verbique Dei. At opus est, vt riui ab hoc fonte deriuantes, eas deferant, vt horti ipsi Ecclesiarũ, & animarũ germinent: ideo ad Deum cõuersus Propheta, hanc ab eo efflagitat gratiam, à quo omne datum optimum, & oẽ donum perfectum, dicens: *Riuos eius*. s. Ecclesiæ Catholicæ, *inebria*, implens. s. illos aquis vnici illius fontis, ac fluminis Apostolicæ doctrinę, hocve pacto hisce aquis *multiplica genimina illius: In stillicidijs* quippe *eius* fontis è talibus riuis decidentibus ipsa, quæ Catholica est Ecclesia, in hortis suis *lætabitur germinans*, germina profectò Domini delectabilia, germina plantationis Dei germina iustitiæ, & laudis, germina, propter quæ eidem Ecclesiæ dicatur: *Emissiones tuæ paradisum malorum punicorum cum pomorum fructibus*.

Prædicatores sũt quasi riui Ecclesiæ, q̃ vnus est fons.

c Psal. 64. 10.

Sapiẽtia diuina discrimina ab humana sapientia.

Secundò, aquæ vnius illius fontis, illaq. vnius Apostolicæ Ecclesiæ sapientia, atque doctrina, haud aquæ simpliciter, sed signatè aquæ viuæ dicuntur: *Puteus aquarũ viuentium*: Quid sit autẽ aqua D viua hisce verbis declarat Augu. tract. 15. in Ioan. Viua aqua dicitur vulgò illa, quæ de fonte exit: illa. n. q colligitur de pluuia in lacunas, aut cisternas aqua viua non dicitur: & si de fonte manauerit, & in loco aliquo steterit collecta, nec ad se admiserit illud, vnde manabat, sed intercluso meatu, tanq à fontis tramite separata fuerit, non dicitur aqua viua. Ex quibus insignẽ colligitur discrimen inter sapientiã diuinam, qua suos hortos sancta irrigat Ecclesia, atq. sapientiam mundi philosophorum; necnon, & modus dijudicãdi doctrinam sanam à falsa, putridave doctrina hæreticorũ. Siquidẽ sapiẽtes mundi instar lacunarũ, ac cisternarũ erant, modicas, easve & putidas, ac sæpẽ etiam mortiferas continentes aquas sapientiæ terræ, ac prudentiæ carnis, de qua Apostolus, *d Prudentia*, inquit, *carnis mors est*: instar aquarum pluuiæ; quæ haud aliud sunt, quã vapores terræ, tametsi ad cælũ spectare videantur: humana quippe sapientia, licẽt circa cęlestia, ac Deũ ipsum aliqn versetur; terrena nihilominus est, terrenus vapor attenuatus p humanas rõcinationes, & eleuatus per mentis speculationẽ: vnde fit, vt philosophi ijs ipsis rõcinationibus etiã subtilissimis, & de Deo, & de cælestib. & de virtutib. terrena sapere cõperiantur. At verò latices sapiẽtiæ Apostolicę aquę viuæ sunt, quia conferant æternam: quandoquidem *e fons*) *be-* E

August.

d Ro. 8. 6.

Sapiẽtia philosophorũ instar aquarũ pluuiæ.

e Ioh. 4.

Michaelis Ghislerij.

tus

DE ECCLESIA.

ius sapientia est verbum Dei, vt dicitur in lib Ecclesiastici, quod sanè verbum, verbum vitæ æternæ esse, contestatus est Apostolus Petrus, qui ad Dominum dixit: a *Verba vitæ æternæ habes*: & si de vnius sapiẽtis doctrina dictum est per Salomonem: b *Lex sapientis fons vitæ*: quantò magis fons vitæ ipsa sapiẽtia Ecclesiæ dicenda est: Aquæ viuæ sunt aquæ huius sapientiæ: quia Ecclesia *fons hortorum* est, vitam nimirum hortis per suas istas impertiens aquas: *& puteus est aquarum viuentiũ, quæ impetu fluunt de Libano*: quia sapientiæ, ac doctrinæ, suę aquas è flumine diuinæ reuelationis iugiter fluentes magno impetu Spiritus sancti habet è celsissimo cælorum fastigio deriuatas, è fluuio illo indeficienti, quem sibi aliquando ostensum, vidit Ioannes Theologus: vnde in Apocalypsi dixit: c *Et ostendit mihi fluuium aquæ vitæ splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei, & agni*. Quamuis autem & hęretici ab hoc ipso fluuio, seu etiam ab ipso fonte, & puteo aquarum viuentiũ aquas desumpserint, aut etiam desumant, vtpotè per quem vnum in orbem terrarum illius diuini fluminis aquæ, diuinorumq. sapiẽtia diffunditur, quatenus ab apostolica Ecclesia sacras litteras, Sãctorumq. Patrum scripta accipiunt; dum tamen apud illos istæ sapiẽtiæ huius aquæ in Synagoga Lutherana, Caluiniaca, aut alia huiusmodi collectæ steterint, nec ad se sensum, interpretationem, doctrinamq. orthodoxæ Ecclesiæ, vnde sapientia illa manabat, admiserint, sed schismate facto, & quasi interrupto meatu, à veri fontis tramite separatæ fuerint, aquæ viuæ dici minime queunt: cum reuera putridæ sint, corruptæ, atque adeo ex putei sui corruptione pestiferæ, integras inficientes ciuitates, prouincias, & regna: vnde postmodum tam magna sequitur animarum strages, quantam nostris hisce temporibus secutam ingemiscimus.

a Io. 6. 68

b Prou. 13. 14.

c Apo. 22

Sapientia hæreticorũ licet sit circa Sacram scripturam haud tamẽ aqua viua est.

Tertiò, per id, quod Apostolica Ecclesia ita *fons* dicitur, vt simul etiam sit *puteus aquarum viuentiũ*, ex significatione nominis putei, quæ sup. sensu 2. exposit. primæ allata est ex Augusti. significatur, istas aquas viuas, istam sapientiam diuinorũ, sensumq., & intelligentiam scripturarum haudquaquam patentem omnibus esse in Ecclesia, quæ propterea etiam supra in vers. 12. dicta est *fons signatus*; quia haud vniuersis indifferenter hasce effundit aquas, sed eam in profundiori sui parte vt profundissimas continere aquas, quæ ita profundæ sunt, vt simul quoque sint & altissimæ. Immensam quippe huius sapientiæ altitudinem agnoscens Dauid, dicebat: d *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam*; Super quæ Io. Chrysostomus homilia in Psal. ipsum hęc habet verba: Alius superat me. Pro eo autem quod est, confortata est, Alius, Superelata est. Quod autem dicit, est eiusmodi: Et tua fruor prouidentia; & quamuis sciam, te omnia præscire, & me ex iis, quæ non erant fecisse, perfectam tamen, & manifestam non possum tui habere cognitionem, sed admirabilis facta est, hoc est, superauit: exaltata est super me, validior facta est, quàm vt mea possit ratione comprehendi, Sed, tametsi adeo alta sit, non tamen omnibus alta est, sed altis, elatis, atque superbis; alioquin humilibus, & demisso, profundoque corde, profunda & ipsa est instar aquarum putei, in eos, qui in Ecclesia demissiores sunt, tanquam in profundiora putei loca è cælesti Libano maiori defluens impetu: qua de re Patri gratias agens Saluator noster dicebat, e *Confiteor tibi, Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*. Quinimo tantam cum humili spiritu alta ista sapientia habet connexionem, vt ij, quibus alta est, eam haurire nequeant, ni vas demittant intellectus sui funibus fidei: ni deponant omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigant intellectum in obsequium Christi, deuincientes illum fide viua, prout fune ligatur vas, quod in putei profundum demittitur: sicve per eamdem fidem, tamquam per funem postmodum trahere eis licet demissum vas sui intellectus, plenum diuinæ sapientiæ aquis: adeo vt totum animæ suæ hortũ irrigare vnicuique fas sit, quin & irrigantes multos Ecclesiæ hortos facto verum ostendere, quod de ipsa Ecclesia dicitur, *fons hortorum*, cum puteus altus sit.

Sapientia Ecclesiæ, et profundissima simul, & altissima.

d Psal. 138. 6

Io. Chrys.

Sapiẽtia diuinorũ est in humilibus, & per humilitatem obtinetur.

e Matt. 11. 25.

DE ECCLESIA.

B Quartò demum, per id, quod vltimo loco adiectum est, vt attributum *aquarum viuentium* istarũ, *quæ fluũt cum impetu de Libano*, seu, vt habẽt Sept. *quæ fluunt cum strepitu de Libano*: tria significantur quæ in Ecclesiæ sapientiæ redundant laudem. Primò enim quatenus iuxta id, quod in litteræ explicatione dictum est, aquæ viuæ putei istius per occultos meatus, abditòsque terræ cuniculos è celso monte fluere intelligendæ sunt, ita vt non appareant longissimæ, quas in alto monte peragunt, viæ, anfractusque ipsius; illud subindicatur, quod huius sapientiæ propriissimum est, vias nimirum ipsius abditas esse ab oculis hominum, quod aperte Sanctus Iob expressit, & cum dixit, f *Trahitur sapientia de occultis hominum*, & cum iterum replicauit, *Vnde venit sapientia? & quis est locus intelligentiæ?* & ideo rectè subiecit, *Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius*. Videtur quidem sapiẽtia in Ecclesia, percipitur impetus fluxus aquarũ eius de cælo ex prædicationis sonorat; via, quã è cælis defluens peragat, abscondita est ab oculis omnium viuentium, vniq. Deo est nota.

Sapiẽtia diuinorũ viæ in animas ignota sunt hominib.

f Iob 28. 18. & 20. & 23.

Secũdò, impetus, quo eadem in Ecclesiã fluere dr̃, ingẽtẽ illius vim significat: g *Ego enim*, ait Dominus ad Apostolos, *dabo vobis os, & sapientiam cui non poterunt resistere omnes aduersarii vestri*. Ac tertio, strepitus, quo item fluere dicuntur, sonum significat aduenientis Spiritus sancti, eas se sapiẽtiæ aquas concomitãtis simul ac viuificãtis.

Sapiẽtia diuinorũ quã ingẽs sit.

g Luc. 21. 15.

Sapiẽtiam diuinorum comitatur Spiritus S.

Sensus, qui ex hisce fusius dictis colligitur, breuis, ac paraphrasticus hic est.

PARAPHRASIS.

Pulchra es ob multiplices, quib. consita es plantas, hortum, ac paradisum te reddentes, ob multiplices, quib. maximè illustraris eorum, qui in te sunt, sanctorum ordines. At multò certè pulchrior multoq. illustrior es ob diuinorum sapientiam instar aquarum limpidissimarum claram, velocissimo cursu, summaq. copia in te effluentẽ: hac quippe ipsas irrigas plantas, radicesq., & corda hominum penetras, vim illis irrigatione ista tua impertis productionis, & augmenti, atq. viroris, & pulchritudinis omnis. Ob hasce sapiẽtię huius aquas *fons hortorum* es; quãuis.n. plures horti sint, quos irrigas, plures Ecclesię particulares; Tu tamen sola proprio nomine hac insigniri debes laude, quia, etsi aquas istas, & reliquæ fidelium Ecclesiæ habeant, per te tamen eas habent, & ex te, in quã viuæ defluunt è cælestis sapientiæ fluuio; non sicut philosophorum sapientia, quæ instar aquarum pluuialium, & intra sectarum illorum lacunas, cisternasque dissipatas collecta inanis, & putida erat. Quin nec eæ Ecclesiæ viuas has habent, ni tuum continuatim suscipiant fluxum, quæ, vna Apostolica cum sis, Orthodoxa sic es, vt *fons hortorum*, & fons vitæ merito appelleris. Aquis porrò sapiẽtiæ istius eò maximè decora redderis, quod cum

DE ECCLESIA.

cum ea altiſſimæ ſint, & maxime elongatæ ab hominib. mundi, & iis in primis, qui ſapientiores, atque prudentiores apparent. Tu in demiſſiorib. & profundiorib. tuis partib. profundiſſimas eas contines defluentes in eis, qui profundiori demiſſi ſunt humilitate. *Puteus* enim es *aquarum viuentium* nec ſapientib. ſæculi illas exhibes, haud ſinens, illas extrahi à quoquam eorum, ni vaſe intellectus ſui ab illis demiſſo per funem viuæ fidei. Neque verò tam eximiarum aquarum, & huius ſapientiç, è cælo in te defluentis viæ cuiquam, præterquam vni notæ ſunt Deo: per occultos namque altiſſimi montis meatus fluunt: *fluuntque* in te de altiſſimo cœlo cum tanto *impetu*, vt nullus ſit, qui eis obſiſtere queat: *fluunt* à Deo *cum ſtrepitu* aduenientis, & concomitantis Spiritus ſancti, è quo omnis eſt ſpiritualis pulchritudo, omnis decor verus.

II. SENSVS.

Gratiarũ varietate, & copia illuſtratur quàm maxime pulchritudo Eccleſiæ catholicæ.

Iuxta ſecundum ſenſum, ex inſigni varietate, ingentique copia gratiarum cõmendari videtur Eccleſia Catholica in verbis hiſce, quod in pluribus Eccleſiis particularibus, quæ quaſi tot horti voluptatis Dei exiſtunt, & in medio ſingularum earum ipſa tanquam pulcherrimus *fons hortorum* mirum in modum & hominibus, & ipſimet Deo præ hortis ipſis afferat voluptatem: quia vniuſmet gratiæ aquas, & in altũ exhibeat in ordine prælatorum; & elatas demittat in excelſis ſpiritibus, qui humilitatis gratia viles ſeſe fatentur, in tanta diuerſorũ ordinum varietate: per quos tamen omnes diuinç gratiæ proferantur indicia. Quia per eandem gratiam, quaſi melodiam auium, cæleſtiumque ſpirituum, in Choris cantantium, & laudantium Dominum præſeferat; necnõ & ſonum quodãmodo organorum manu percuſſorũ exhibeat in ſanctis iis fidelib., qui ſummo vnius conſenſu in variarũ virtutum ſtudiis ſeſe exercentes, conſona virtutibus emittunt & opera. Præclarè aũt adiectum eſt, *Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano*: vt intelligeremus, hæc omnia idcirco, etiam cum videntur in Eccleſiis particularib., Catholicæ, & Apoſtolicæ tribui Eccleſiæ; quia ipſa in particularibus Eccleſiis *fons* eſt ſpiritus ſancti, à quo diuerſæ vnius gratiæ miniſtrationes, munia, atq. opera proueniunt: ipſa *puteus*, in quem de excelſo cælorum monte aquæ viuæ eiuſdem gratiæ colliguntur, cum tanto Spiritus ſancti fluẽtes impetu, vt per varia, multipliciaq. diuerſorum ordinum miniſteria, aſcendentes quodammodo & foras erumpant: adeo vt vbi ipſa non reperitur Catholica Eccleſia in fide Orthodoxa, nec mirabilis iſta reperiatur, pulcherrimaq. varietas effuſionis gratiarum: deficiente.n. puteo aquarum viuentium, neceſſe eſt, vt & eximia deſit pulchritudo fontis, & Eccleſiæ, quæ vnà cum hoc fonte erant horti deliciarum, ſine eo nemora, lucuſve ferarum factæ comperiuntur.

III. SENSVS.

Secundum lectionem allatam in tertio litteræ ſenſu, per hæc tria: *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, & fluenta de Libano*, ſeu (vt legit Ambroſius) *& impetus deſcendens de Libano*: ex triplici prærogatiua eadem commendatur Eccleſia triplici metaphora, fontis hortorum, putei aquarũ viuentium, & fluentorum, ſeu impetus aquarum deſcendentis de Libano. Quib. etiam trib. metaphoris tres celebrantur vnius Eccleſiæ effectus, quib. myſticum eius corpus efficitur pulcherrimũ ac maxime glorioſum. Cõmendatur ergo primũ, ꝙ inſtar fontis hortorum ſe habeat in prædicatione diuini verbi. Secundò, ꝙ ſit inſtar putei aquarũ viuentium in Baptiſmo. Et tertiò, ꝙ ſit inſtar fluentorum, ac impetus ex alto deſcendentis in deſcen-

DE ECCLESIA.

A ſu ſpiritus ſancti. Primum quippe præcedit prædicatio Euangelij: poſt prædicationẽ ij, qui ad veram fidem conuerſi ſunt, verbo prædicationis inſtructi, baptiſmatis aqua renouantur: poſt renouationem per Baptiſmum collatam, confertur Spiritus ſanctus in Sacramento Confirmationis.

Simile.

In prædicatione diuini verbi ecclesia ſimilis fõti hortorum.

Ob prærogatiuam prædicationis dicitur Eccleſia *fons hortorũ*, quia prædicans verbũ Dei per ſuos prædicatores, pulchra eſt, ſicut inſignis hortorum fons: ſicut.n. fons ille pulcherrimus eſt, maximãq. affert voluptatem ex varietate emiſſionum aquæ, & ex eleuatione, & demiſſione earũdem aquarũ. Ita & Eccleſia in prędicando ſpecioſiſſimam ſe ſe exhibet in multiplicitate, & varietate diuerſorum B myſteriorum, dogmatum, ac mandatorum, quæ profert, erudiens populos: necnon & in altitudine, ac demiſſione eiuſdem doctrinæ fidei, cum in altũ eam quaſi aquas eleuans cũ Apoſtolo prædicat, a *Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*. & cum Ioãne, b *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: ſimulq. eãdem doctrinæ aquã deiiciens, cum eodẽ Ioanne prædicans, c *Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. & quæ ad corrigendos mores pertinent, edocens, cum Apoſtolo item prædicat, *Sobrii eſtote, & nolite peccare: fugite fornicationem, nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, & cætera huiuſmodi. C

a Coloſ. 3. 1.
b Ioã. 1. 1.
c Io. 1. 14.

Ob baptiſmum eccleſia dicitur puteus aquarum viuentium.

Ob baptiſmum dicitur, *Puteus aquarum viuentium*: quia in baptiſmo, vt in puteo mergũtur, qui baptizantur, quatenus baptiſmus ſimilitudinẽ gerit ſepulturæ Chriſti: Propterea enim eundẽ Chriſtum ſepulchrum ipſum ſuum puteum appellare nouimus in pſalmo, vbi dicebat: d *Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum*, i. non me demergat tempeſtas aquæ tribulationum, neque abſorbeat me profundum anguſtiarum, neque contineat, cõprimat, aut occludat me puteus ſepulchri: ac ſi dicat, ex ipſo.n. reſurrecturus ſum. Ecquis verò neſcit, quod ab Apoſtolo dictũ eſt? e *An ignoratis fratres, quia quicumq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus per baptiſmũ cum illo in mortem*. D Super quæ Apoſtoli verba Ambro. Quid eſt, inquit, in mortẽ? vt quõ Chriſtus mortuus eſt, ſic & tu mortem deguſtes. Quomodo Chriſtus mortuus eſt peccato, & Deo viuit: ita & tu ſuperiorib. peccatorum illecebris mortuus ſis per baptiſmatis ſacramentum, & ſurrexeris per gratiam Chriſti. Mors ergo eſt, ſed non in mortis corporalis veritate, ſed in ſimilitudine. Cum enim mergis, mortis ſuſcipis, & ſepulturæ ſimilitudinem. Præclarè aũt ad exprimendam ipſam Chriſti ſepulturam, quam Eccleſia in baptiſmo repræſentat, nequaquã dicta eſt ſimpliciter *puteus*, ſed cum additamento, *puteus aquarum viuentium*, vt intelligeremus admirandam duorũ E contrariorum, mortis, ac vitæ cõiunctionem, quã idem exhiberet baptiſmi puteus, demergens in profundum peccata ipſius, qui baptizatur, & mergitur, ſicque mortuum eum reddens, ac ſimul vitam gratiæ eidem conferens, vtpote cuius aquæ, aquæ ſunt viuæ, & vitam exhibentes.

d Pſ. 68. 16
e Rom. 6. 3

Baptiſmus eſt ſimilitudo mortis, & ſepulturæ Chriſti. Amb. li. 2 de ſacram. cap. 7.

Ob Spiritus Sanct. exhibitionem Eccleſia dicitur fluenta, ſeu impetus de Libano.

Denique propter exhibitionem Spiritus S. quẽ poſt ſacramentum baptiſmi fidelib. ſancta impertit Eccleſia, prout colligitur ex Actib. Apoſtolorũ, vbi dicitur, f *Qui cum veniſſent Samariam, quæ iam acceperat verbum Dei, orauerunt pro ipſis, qui* ſcilicet iam baptizati erant, *vt acciperent Spiritum ſanctum: nondum enim in quemquam illorũ venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu*.

f Act. 8. 15

DE ECCLESIA.

Tunc imponebant manus super ipsos, & accipiebant Spiritum sanctum, appellatur eadem Ecclesia fluenta de Libano, seu, impetus descendens è Libano, attributo illi nomine ipsius Spiritus sancti, quem & fluenta appellatum nouimus apud Isaiā, vbi Deus sic loquitur; a Effundam aquas super sitientem, & fluēta super aridam. Effundam Spiritum meum super semen tuum, & nomine item impetus insignitum per Prophetam Dauid, vbi ait, b Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & declarans, quis sit is impetus fluminis, subiicit, Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus, haud certè per aliud, quàm per ipsum impetum, ac spiritum sanctificationis.

a Isa. 44. 3.
b Psal. 45. 5.

B Aliud quoque mysterium in trib. hisce nominibus continetur, quatenus ea Ecclesiæ tribuuntur ad tria prædicta significāda. Enimuero, dum quoad prædicationem haud simplex fons dicitur, sed signatè fons hortorum, & quid ipsa prædicans efficiat, significatur, & status, seu habitus subindicatur eorum, quibus prædicat; prædicando enim irrigat aqui- diuinorum eloquiorum, mittens eloquia sapientiæ suæ. Atqui notum est omnibus, irrigationem haud aliud esse, quàm immissionē fontis immittentis aquas suas ad plantas, quæ in hortorum terra radicatæ sint; Sicve Apostolicam doctrinam à Christo Ecclesiæ capite missam ex ipso Apostolorum nomine nouimus; adeoq. necessariā hanc missionem asserit Paulus, vt sine ipsa auditum verbi Dei fieri non posse asseueret, dicens: c Quomodo audient (participes scilicet fontis) sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, exhibentes scilicet irrigationem fontis, nisi mittantur?

Prædicatio diuini verbi quib. & quā fiat ab Ecclesia.

c Rom. 10. 14.

C Excitati autem infideles per hāc verbi Dei prædicationem, & è terra exurgentes ope irrigātium aquarum gratiæ excitantis, quò mundi fiant à sordibus, quas è terra natalium suorū, & è terrenis affectibus ipsis suis contraxere, operæpretium est, vt per seipsos ad Baptismum accedant. Dico per se ipsos, vel in fide propria adulti, vel in fide parentum paruuli. Idcircò, quoad secundum istū ablutionis effectum Ecclesia puteus aquarum viuentium nuncupata est, ad differentiam fontis hortorum; quo nomine appellata fuerat propter primum effectum irrigationis. Siquidem puteus aquarum viuentium, etsi copiosis abundet, & indeficientibus aquis; minime tamē illas per se emittit, prout fons hortorum, sed in profundo eas continet, ita vt qui in eis ablui velit, necesse sit, per se accedat ad puteum, & vel in eius profundum se demittat, vt in viuas mergatur aquas; vel è putei ore hydria fune demissa profundas hauriat aquas, quib. lauetur; haurit verò aquas baptismi baptizandus ex ecclesia, vt ex puteo aquarum viuentiū; cum fune fidei hydriam voluntatis, seu etiam vrnam intellectus sui in profundum mysterij deiiciens, in externa aquarum ablutione vult, & firmiter credit ablui intrinsecus & animā suam aquis vitam exhibentib.

Quare baptismū ecclesiam est fons, quàm puteus, ad quē baptizandus accedere dēt, & haurire aquam.

Simile.

D

E Porrò, quia hisce aquis abluti ad cælestem patriam tendere debent per studiū bonorum operū, & per imitationem Christi Iesu, iuxta illud, d Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus: per Spiritus sancti virtutem Ecclesia illos confirmās, ac robur eis exhibēs, quo cursum peragere queant bonorum operum, aptissimo sanè nomine vocatur fluenta de Libano, seu, impetus descendens è Libano. Ita enim illos per impetum spiritus cælū versus impellit, sicut fluentorum vehementium impetus nauim ad portum impellit, vnà cum iis, qui intra eam vehuntur; & sicut impetus fluminis è celsissimo mōtis fastigio descendentis illum ad optatam impellit terram,

videlet ab Ecclesia promouentur ad bona opera per colfusionē Spiritus sācti.

d Luc. 14. 27.

Simile.

A qui super tabula, aut ligno aliquo sit. Etenim & is, qui post baptismum susceptum Christo saragi: cōfixum esse Cruci, & propriam quoque suam deferre Crucem mortificationis, dum ipsi indulget mortificationi, super ligno nauigat crucis suæ: dū verò Christo cōfixus est cruci, in naui crucis eiusdem Christi nauigat hoc mare præsentis vitæ magnum, & spatiosum manibus, vbi naues pertranseunt, quæ spiritus sancti impetu impelluntur.

DE ECCLESIA.

Spiritus S. cur comparetur impetui fluentorū.

Paraphrasticus sensus hic est,

In prædicatione diuini verbi ob pulchram multiplicis doctrinæ varietatem, ob concinnam diuinorum oraculorum, quam exhibes armoniam, sonorumq. Prophetarum, ac Euangelistarum concētum pulchra es instar fontis hortorū delectabilis; immittensq. has ipsas eloquiorum diuinorum aquas ad Gentes idolis addictas, aliosve infideles terræ affixos, congruo sanè nomine appellaberis fons hortorum, quo. s. plantæ hortorum irrigantur; nec minus congruè puteus aquarum viuentium nuncupanda es, dum illi, quos irrigatione tua excitasti, ad fidem conuersis exhibes Baptismi Sacramētum. Competit quippe nomen istud peculiariter, & tibi propter baptismum, & baptismo ipsi propter similitudinem, quam habet cum sepultura Christi, puteo aquarum viuentium in eiusdē Christi resurrectione. Porrò in baptismo puteus es, non fons: quandoquidem ita conuersis exhibes baptismi aquas in profundo Sacramenti, atque mysterij; vt iis operæpretium sit, accedant per seipsos in fide vel propria, vel parentum, quò mergantur, & abluantur. Ablutis aūt es impetus fluentorum è celsissimo cælorum monte descendentium impetu Spiritus sancti quo illos confirmas, velocissimo cursu ad portum æternæ felicitatis eos impellens, mortificationis ligno inhærentes, atque in nauicula Crucis Christi nauigantes.

PARAPHRASIS.

Vers. XV. Fons hortorum, puteus aquarū viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Expositio Tertia. De secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

QVia difficile sibi persuadere quis poterat, qua ratione pia anima gratiarum aquas continuatas tenere simul, & non otiosas, sed irrigationi expositas; apertius id modo explicat spōsus, dicens: Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ, &c. Indicans per hæc, perfectionē piæ animæ & spiritualis nec in eo sitam, vt sibi soli quisq. indulgeat (prout error spiritualium nōnullorū est) sibiq. soli acceptas à Deo reseruet gratias, nihil ad cōem Ecclesiæ, & proximorum vtilitatem conferens; nec in eo, in quo alij errant fortasse peius, vt in id totū adhibeatur studium, vt acceptæ gratiæ in proximorum vtilitatem effundantur, omni tempore indulgendo prædicationi, & curæ animarum. Sed in alterna horum duorum, & opportuna vicissitudine curæ suiipsius in abscōdendis, ac reseruādis gratiis acceptis; & curæ proximorum in iisdem fundendis pro tēporis opportunitate. Similitudine quippe fontis hortorum significatur, animā sanctam suis quidem bonis exemplis, sanctis consiliis, operibus pietatis, ac verbi Dei prædicatione irrigare hortos variarum Ecclesiarum in variis ciuitatibus, atque prouinciis, hortos monasteriorū, in quib. eam cōmorari contigerit, hortosve animarum illarum, cum quib. versatur; at simul quoq. eandem se habere instar fontis signati in hac

Vita spiritualis perfectio sita est in vicissitudine curæ suiipsius & curæ proximorum.

DE ANIMA.

hac ipſa hortorum irrigatione. Sicut enim fons il- A le, qui irrigationi inſeruit plantarum, per totum diem claue obſeratus permanet: quandoquidem continua, & nimia aquarum effuſione obeſſet potius hortis, marceſcere faciens herbas, ac plantas, vermesve producens intra hortorum arbores: atque adeo opportunis duntaxat, vel alterius etiam diebus aperitur; vt herbas ipſas proportionata, cõgruentiq; irriget irrigatione, horti vireſcant, floreant, & dulces proferant fructus: Ita & pia anima clauſam quidem ſe continens, externam, quoad fieri poteſt, fugit conuerſationem; & contemplationi, propriæque indulgens saluti, in virtutis ſtudiis ſe exercet: nouit quippe, nec proximis rectè fore conſultũ, ſi totam ſe in aliorum effundat curã B & in ſæcularium negotia, vel etiam in indulgendo ſemper, & in omni tempore prædicationi: nam cum nemo ſine crimine viuat, ex viſis eius imperfectionibus offenduntur magis plerumque, & ex nimio ipſius cum ſæcularibus commercio ſcandalum ſumunt; vel etiam prædicatum ab ea paruifaciunt verbum Dei propter nimiam prædicationis illius copiam: Cum verò tempus id expoſtulauerit ad alios irrigãdos egreditur, vt ſic opportune omnibus proſpiciat: ſicve eius ſanctitatis inſpectores ipſam imitari conantur, diuina eius accipiunt conſilia, ad eius verba conuertuntur, & vnuſquiſque congruenti quodammodo irrigatione irrigatus vireſcit per ſancta deſideria, floret per bona propoſita, & iucundiſſimos pariter virtutum fructus C ad eius profert imitationem.

Simile.

Præclare autem ad hoc ipſum ſignificandũ, qđ cum pia anima abundantiſſimis exuberet diuinarum gratiarum aquis; in profundo tamen humilitatis, quantum in ſe eſt, abſconditas eas ſeruat, cõmunicans ſimul & illas largiſſime omnibus, qui è profunda eius humilitate eas haurire voluerint, alterius ſimilitudinis metaphora nuncupata eſt *Puteus aquarum viuentium* &c. Pro cuius ſimilitudinis vi percipienda, ſciendum, inter complures, qui fodiuntur, puteos hoc eſſe diſcriminis, quòd quidam ibimet ſcaturiunt, vbi fodiuntur, ibique ſcaturientes eorum conſiſtunt aquæ, & ibi iis duntaxat inſeruiunt, qui eò ſe cõtulerint ad ipſas hauriendas. Alij verò reperiũtur putei aquarum haud D ibimet ſcaturientium, ſed è longinquo eò defluẽtium, origenemque è celſo aliquo monte habẽtiũ & hi, cum fluẽtes habeãt aquas, pluribus in locis fodi, multiſve inſeruire poſſunt domibus; atque Oppidis. Hi ſemper plenj comperiuntur, tametſi copia maxima ex ipſis hauriatur aquarum; illico namq; ab impetu replentur fluentis: At illi facile & breui exhauriuntur, cum adeo exigua ibi ſit aqua, vbi manat; vt vix diuturniori tempore id impleri poſſit, quod vna hauritur hora: Iſtorũ aquæ ob perennem fluxum puriſſimæ exiſtunt, leuiſſimæ, atque ad potum optimæ: cum è contra aquæ illorum ſint grauiſſimæ, damnoſæ, ac ſæpius etiã E ſubamaræ. Hinc igitur eſt, quòd piam animã ſponſus puteum appellans ob eam, quæ iam aſſignata eſt, rationem, congruenter admodum adiecit; *Aquarum viuentium, quæ impetu fluunt de Libano:* ſignificans, eam talem eſſe puteum, qui vbicumq; opus fuerit, inſeruiat: tantisve eamdem affluere diuinarum gratiarum aquis, vt haud ambigendum ſit, quod euacuetur, dum illas opportune ad Dei impertit honorem: quin, & ipſas eius aquas puriſſimas eſſe, omniſve terreni affectus expertes: atque adeo leuiſſimas, cæleſtes, ſalutemq. afferentes potantib. haud ſicut aquæ virtutum, & ſcientiæ mũdanorum puteorum ſapientum mundi huius, ac

Anima tam abſcõditas ſeruãs diuinas iſi exiſtentes gratias, largiſſime tamẽ ſimul illas cõmunicat.

prudentum ſæculi, quæ, cum è terrenis affectibus ſcaturiant, ad modicum inſeruiunt, illicoq; exiccantur, terreſtres, ac turbidæ, atq. adeo etiam damnoſæ; ita vt multos plerumque cauſent infidelitatis, ſuperbiæ, & aliorum peccatorum morbos, & amariſſimæ quoque ſint; vt iure optimo *a* aquas a Ier. 8. 14 fellis eas dixerit Ieremias. Quod ergo iuxta hunc primum ſenſum hic dicitur, tale eſt.

DE ANIMA.

PARAPHRASIS.

Fons quidem ſignatus es, ingẽti affluens gratiarum copia; at, ſponſa mea cum ſis, atq; adeo filios mihi procreatura, natosve educatura, inſtar fontis *hortorum* es, qui per totum diem obſignatus perſiſtens, opportunis temporibus apertus, plantas vtilius irrigat, largius ſuas effundens aquas: Neque enim ita aliorũ vacas ſaluti, vt tuiipſius negligas curam: neque tibi vni otioſas cõſeruans elargitas gratias, tuum iis defraudas proximũ; ſed, tametſi inſtar profundi putei profunda humilitate tuas abſcondas gratias, atq. virtutem; impertis nihilominus illas haurientib. eas vel interrogationibus ſuis, vel attẽta obſeruatione actuum tuorũ, vel ipſamet earũ neceſſitate qualibet & impertis largiſſime, & vtiliſſime; quãdoquidẽ es inſtar putei *aquarum viuentiũ, quæ impetu* è celſo aliquo *fluũt* mõte.

Facit in iſtius ſenſus cõfirmationem id, quod lõgius proſequitur Paulus in c. 6. ſecundæ epiſto. ad Cor. dicens: *b Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, nemini dantes vllam offenſionem; vt non vituperetur miniſterium noſtrum: ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus,* &c. Qđ ſi quis intelligere velit & rõnem, qua inſtar fontis hortorũ apertũ ſe exhibeat ipſemet Apoſtolus ad fideles rigandos, ex hiſce, facile percipiet verbis, quibus ait: *c Os noſtrum patet ad vos, ò Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt: non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autem in viſceribus veſtris:* ac ſi dicat: Inſtar fontis nos lato ore, & corde in vos effundimus charitatis, & gratiarũ aquas: quòd ſi exiguũ id eſt, quod ſuſcipitis, ne id tribuatis anguſtiæ oris, cordiſve noſtri, ſed anguſtiæ viſcerũ veſtrorũ.

b 2. Cor. 6

c 2. Cor. 6 11.

I. SENSUALIA APPLIC.

Alio pacto ea, quæ hic dicuntur, iuxta hunc ipſum primum ſenſum aptari poſſunt ad eamdem piam animam; vt fontis hortorũ appellatione nõ tam exinde commendetur, quòd alios irriget (vt dictum eſt) quàm exinde, quòd irriget ſemetipsã id quod tunc optime ab ea perficitur, cũ ſimul eſt & fons ſignatus, & fons hortorum. Enimuero iu duab. ſuperiorib. ſententiis idem ipſe cæleſtis ſpõſus tot in ſponſa ſua hortos, ac paradiſos malorũ punicorũ cum pomorũ fructib. eſſe ſignificauit, quot in ipſa eſſent virtutum emiſſiones, propagines, atq. plantationes; ita vt ex hoc illa eſſet maxime commendabilis, q̃ ſingulę eius virtutes, ne dũ oẽs ſimul, paradiſum, & hortum pretioſiſſimũ in ea conſtituerent. Quamobrẽ ſi conſequenter, eodẽ modò hic loqui velimus, dum fontem hortorum illã ipſam nuncupat, hortorũ appellatione internos eius virtutũ hortos, ſeu & quas extrinſecus emittit, earũdẽ virtutũ emiſſiones in verbis, atque operib. deſignare, cenſendus eſt: ſicve in hoc verſ. 15. ex iugi profectu in ipſis virtutib. piam animã celebrare, ſimulque indicare, vnde tãtum in ea ſit incrementum earumdem virtutum; nempe quia ipſa tantis exuberet diuinæ gratiæ aquis, vt inſtar fontis hortorũ per earũ exercitationẽ illas ſic in ipſos emittat virtutũ hortos, vt nõ irriget mũ, ſed & incrementũ eis det; quandoquidẽ aquæ huiuſcemodi haud ſunt inſtar aquarũ materialiũ, quæ rigant quidem plantas; at incrementũ eiſdem cõferre per ſe minime queũt; verùm ſunt aquæ viuæ vitam

Virtutũ profectus, & incremẽtũ in pia aia eſt ex exercitio, & bono uſu diuinæ gratiæ.

DE ANIMA.

vitam exhibentes, & vitæ augumentum per impetum, quo è cælis fluūt, & è Christo, in quo vita est, quive ipsa est vita: è Christo, inquā, vero Libano, atq. candore lucis æternę. Egregie autem per id, φ eā ipsam, quam ob has aquas fontem appellauit, puteum quoq. nūcupat, & vt puteo istas ei tribuit aquas, dicens: *Puteus aquarum viuentium, quæ impetu fluunt de Libano:* radicem tangit tanti profectus, tantive augumenti gratiæ, atq. virtutum: id enim omne ex profundissima eius humilitate prouenire, indicat nomē profundi putei: nam quia anima sponsa Dei quātò plures in se hēt virtutum emissiones, & hortos, ac paradisos, tantò profundius se se demittit, ideo vehementiori impetu, maiorive copia in eā fluunt è spiritali Libano aquæ viuæ gratiæ cęlestis: Ex eo verò, φ ob profundam humilitatem puteus est harū aquarum viuentium, quæ è celsissimo fluunt cælorū habitaculo, fit, vt aquæ ipsæ ascendentes constituant ipsam fontē, illos rigantē virtutū hortos, eosdemve vna cum irriguis aquis eleuēt ad vitā æternam; vt hoc quoq. pacto illud verificetur Redēptoris nostri, dicētis: c *Qui biberit ex aqua, quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis*, id est, salire facientis, & eleuantis *in vitam æternam*. Breuiter ergo, quod hic dicitur, tale est.

Humilitas prima radix profectus spiritualis, & augumenti gratiæ.

c Ioan. 4. 14.

PARAPHRASIS.

Quantò pluribus conspicua es virtutum hortis, ac paradisis in te existentibus, tantò sanè profundius te humilem exhibes: & ideo, *puteus* cum sis *aquarum viuentium*, & copiosissimarum gratiarū, *quæ impetu* è cælis in te largius *fluunt*, *fons* es hortos earum virtutum sic irrigans aquis ijs, vt id illis tribuas incrementum, quo simul cum aquis ipsis in vitam eleuentur æternam.

Iuxta tertium sensum, triplici metaphora eadē pia anima ex triplici capite commendatur à cælesti sponso, dicente; *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, & fluenta de Libano*, seu, *& impetus descendens è Libano:* Ex spiritali pulchritudine externa, ex sanctitate interna, atq. ex simplicitate, quibus tribus perfectissima quęque constat sanctitas. Prima similitudine apte admodū externa eius celebratur pulchritudo spiritualis, vtpote quæ ita spectabilis, & iucūda sit, ut est insignis fons hortorum: quē.n. ac in huiuscemodi fonte, multiplex variave aquarum diuinę gratiæ in ipsa iucundissime spectatur exhibitio: nam sicut in fonte hortorum aquā hic ascendentē videas, illic descendentē: ibi in modum veli expansam, in alia parte in modum pluuię subtilem: hic ex ore leonis, aliorūve animātium, necnon & hominum, ibi ex rostris volatiliū progredientem: Ita & in externa piæ animæ cōuersatione admirabiles inspicere est vnius eiusdemq. gratiæ effectus in ascentionibus dispositis ad proficiendi studium vsque ad culmen perfectionis; in descensionibus per cōtinua humilitatis exercitia, in longanimitate, in patientia, in fortitudine, in contemptu terrenorum, in mortificatione carnis, in obedientia, in mansuetudine, & virtutibus reliquis. Quod si in prædicto hortorum fonte auiū melodia, & organorum concentus per easdem aquas effectus summa cum voluptate percipitur; & in pia quoque anima idem percipitur armoniæ effectus per diuinam gratiam causatus in deuotis orationibus, quas siue in choro cum alijs fratribus, siue priuatim emittit.

III. SENSVS.

Piæ aiæ pulchritudo, et sāctitas externa qualis sit.

Simile.

Secunda pariter similitudo putei aquarum viuentium internam eiusdem animæ exprimit sanctitatem in internis virtutum actibus, atque habitibus sitam. Primò siquidem putei appellatione earum virtutum profunda designatur absconsio; vtpote quas ille videat solus, qui scrutatur corda Deus omniscius. Secundò, eodē putei nomine significatur, ex virtutibus, gratijsve diuinis, profunde intra animā ipsam latentibus fieri, vt earūdem actus proferantur etiā extrinsecus: non secus ac fonti hortorum è profunda viuarū aquarum collectione illæ subministrantur aquæ, quas tam multipliciter foras emittit. Tertiò, internæ, atque latentes virtutes ipsæ præclare sub nomine aquarum viuentium intra puteum collectarum signantur; tum quia eæ sint, quæ veram, & imperturbabilem vitam conferant, tum quia instar aquarum viuentium ascendendi, ac saliendi in vitam æternam habeant vim; ita vt propterea animæ sanctæ id dici queat, quod Israel in libro Numeri cecinit: a *Ascendat puteus*. Ascendit autem, quando gratia dimanat in externis virtutum actibus erumpens extrinsecus ex ipsa, quasi aquæ è fonte hortorum: Tum demum quia cū in externis actibus periculum sit, vt aquæ diuinæ gratiæ frustra effundantur, prout fontibus hortorum contingit plerūq; id tamen periculi minime subeunt gratiarum earumdem aquæ in abscōdito, & profundo cordis latentes; quia ibi æque, ac in profundo puteo continentur, & collectæ sunt instar aquarum viuentium iugiter manantium.

Interna pulchritudo, et sāctitas piæ aiæ.

DE ANIMA.

anima qualis sit.

Simile.

a Nom. 21. 17.

Quia verò id, quod maxime perfectam tam internam istam, quam externā sanctitatem reddit, perfectamq; animam ipsam, & in Dei, & in hominum oculis maxime gratam, maximeque conspicuam efficit, vna est simplicitas, quæ in vsu diuinę gratiæ exhibetur, ita vt propterea, & Salomon dixerit; b *Et cum simplicibus sermocinatio eius*, scilicet, Dei, indicans, Deum familiariter cū perfecto quoque, & agere, & colloqui allectum à simplicitate, qua eū viderit vti gratia Spiritus sancti; & Petrus Apostolus ad hanc potissimum simplicitatem in exhibenda charitate, quæ est præcipuum diuinæ gratiæ opus, hortatur fideles, dicens: c *In fraternitatis amore, simplici ex corde inuicē diligite attētius*. Ex hac quoque laudat sponsam suam cælestis sponsus, nuncupans illam *fluenta de Libano*, seu, *impetum descendentem è Libano:* similitudine ista fluētorum simplici cursu; magnoque cum impetu ex alto defluentium absque vllo artificio ipsum eius exprimens vsum diuinæ gratiæ simplicem, & absque vllo affectionis studio.

Simplicitas, & simplex vsus diuinæ gratiæ perfectā facit sanctitatē internam, & externam.

b Prou. 3. 32.

c 1. Pet. 1. 22.

Simile.

Vers. XV. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

TAmetsi, quotquot vel in Ecclesia militanti, vel in Ecclesia triumphanti sunt Sanctorum ordines, & quotquot fidelium sancti sunt, omnes, singuli præ voluptate, quā sanctitate sua Deo exhibent, & Angelis, & hominibus, quasi tot horti existant, & quasi distinctæ paradisi voluptatis censeātur, prout manifeste colligitur ex dictis in superioribus vers. 13. & 14. In medio tamen eorū hortorū vniuersorum B. Virgo Maria nedum vt hortus pręstantissimus, verum ēt vt fons maxime insignis voluptatem singularē sui præstat aspectu: ita vt, cum ab sponso appellatur, *Fons hortorum*, non ob id dūtaxat hoc nomine insigniatur, quia de ventre eius cūcti q spirituales horti extiterunt, aquis diuinę gratiæ irrigati sint, & irrigentur; quatenus de plenitudine

Maria inter sanctos spectabilis, atque ac fōs pulcherrimus in medio horti.

DE B. MARIA.

dine Christi è ventre eius progredientis Sãcti omnes accipiunt; ſed & ob id quàm maxime; quòd iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra in prima expoſitione ſenſu ſecundo, inſtar materialis fontis hortorum inſignis, etiam Sanctis vniuerſis, cũctisve Sanctorum ordinibus ſit maxime ſpectabilis: ita vt propterea iure optimo & à S. Ignatio Epiſtola, quæ eius nomine fertur ad Ioannem, Cæleſte prodigium, ſacratiſſimumque ſpectaculum nuncupata ſit; Et miraculum miraculorum omnium maxime que notum; atque etiam miraculorũ abyſſum appellata reperiatur apud Ioannem Damaſcenum oratione prima de Mariæ Natiuitate. Tale autem ſpectaculum eſt & in medio hortorũ Eccleſiæ militantis, & in medio hortorum etiam Eccleſiæ triũphãtis. Enimuero, quamuis in cæleſti patria & ſinguli Sanctorum ordines, & ſinguli quique Beatorum voluptatem ſibi inuicem ſui exhibeant aſpectu; ita vt propterea in cõmuni illa paradiſo quaſi tot particulares horti, diſtinctæve ſint paradiſi; tres tamen in medio talium hortorũ ſunt fontes, ex quibus voluptas multò maior dimanat, & ad quos eorumdem oculi maxime trahuntur: Oium præſtantiſſimus eſt Deus eiuſve eſſentia, è cuius aſpectu ſũma traducitur felicitas, de quo in Pſalmo per Prophetam dicitur: a *Quonia apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*: Præter hunc ſunt duo alii haud certè primo iſti adæquandi; attamen & ipſi præſtantiſſimi fontes, maximeque ſpectabiles, Humanitas Christi, & B. Virgo Maria mater eiuſdem Christi Ieſu, de quibus ambobus id intelligi commode poteſt, quod in Iſaia promiſſum legimus: b *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.*

Simile.

Ignatius.

Io Damaſ.

In cæleſti patria ſũt tres fontes.

a Pſ. 35. 10

b Iſ. 12. 3.

Id autem, quod adeo ſpectabilem & in cęlis, & in terris tantam efficit Virginem in medio ſpiritalium hortorum, multiplex ille eſt, qui in ea ſpectatur aquarum diuinæ gratiæ modus, multiplex & gratiarum varietas, prout & fontem hortorum, vt ſupra oſtẽſum eſt, pulcherrimum, maximeque ſpectabilem, atque iucundum multiplex efficit modus, quo variè in illo effundi conſpiciuntur aquę. Ecquæ verò eſt, in qua maior varietas exiſtat gratiarum, quàm Maria? cum & gratia Angelicæ puritatis, & gratia Prophetiæ Sanctorum Vatum, & gratia doctrinæ Apoſtolorum, & gratia Martyrii Martyrum, & gratia iugis obſequii Deo exhibiti Confeſſorum, & gratia Virginitatis Virginum, & gratia pudicus Sanctorum cõiugatorum, &c, vt vno verbo dicam, quicquid gratiæ multis, atq; diſtinctis Eccleſiæ ordinib. diſpertitũ reperitur, id oẽ in ipſa quaſi in vno fõte videat multis modis effuſũ?

Maria præ oibus ſãctis ſpectabilis ob multiplicẽ varietatẽ Diuinarum gratiarum.

Præclarè autem eadem benedicta Virgo, quæ fons hortorum dicta eſt ob præallatas rationes, appellatur inſuper, & *Puteus aquarum viuentiũ, quæ impetu fluunt de Libano*: neque, n. eſſet fõs hortorũ ni puteus extitiſſet aquarum viuẽtiũ; exinde quippe adeo ſpectabilis ob multiplicẽ diuinæ gratiæ effuſionẽ, exinde tantã & in cęlis & in terris exhibere ſui cõtẽplatione voluptatẽ, exinde & per impetrationem, & per exhibitionem gratiarũ tã copioſè hortos irrigat ſpiritales, quia in ipſam largiſſimè, magnoq; cum impetu fluẽta fluxere Spiritus ſancti, quando, vt dicitur in Euangelio, c *Spiritus ſanctus ſuperuenit in eam, & virtus Altiſſimi obumbrauit ipſi*: quia in illam torrẽs defluxit voluptatis; flumenq; gratiæ lætificantis ſimul, ac ſãctificantis, prout per Prophetam prænuntiatũ legimus d *fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei, ſãctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus, Deus in medio eius*: Quid mirum, ſi flumina poſtmodũ de ventre eius defluent, in cuius medio Deus reſedit?

Maria ſpectabilis vt fons hortorũ, quia profundiſſime ſe dimittẽs puteus extitit aquarum gratiæ fluentium.

c Luc. 1. 35

d Pſ. 41. 5.

Quia denique in ipſam omnes, quotquot in innumeris hortis ſpiritalibus ſeiunctim diſpertitæ conſpiciuntur aquæ gratiarum cæleſtium, quaſi in proprium, & à Deo deſtinatum locum confluxere: ita vt propterea per quam aptè Petrus Chryſologus ſerm. 146. qui eſt ſecundus de generatione Christi, illam dixerit Collegium ſanctitatis: & ad nomen Mariæ alludens, illud eidem cõgruere aſſeruerit, quod in Gen. dicitur: e *Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum, Et congregationes aquarum appellauit Maria.* Porrò tam maris appellatio, quàm nomen putei illud quoque explicant, quod fuit in cauſa, vt aquæ gratiarũ in Mariam confluxerint; id verò profundiſſima fuit illius humilitas, qua p̃ reliquis vniuerſis puris creaturis adeo ſeſe demiſit profunde, vt non minus ei quàm pelago abyſſi congruat vocabulum.

In Mariã, vt in locũ propriũ, & à Deo deſtinatũ fluxere oẽs aquæ diuinarũ gratiarum.

Per Chryſologus.

e Gen. 1. 9.

Si iuxta lectionem, quam proſecuti ſumus cum Ambroſio in ſenſu 3. expoſit. 1. quod dicitur: *Quæ fluunt impetu de Libano*; ſumatur vt tertia, ac diſtincta à prædictis duabus eiuſdem Virginis appellatio ſub ſimilitudine, & metaphora fluentorũ deſcendentium è Libano, vel monte alio excelſo, tametſi per illam commendetur ex iiſdem cæleſtiũ gratiarum copiis; diuerſo tamen modo ex illis cõmẽdatur; nempe haud quatenus ipſas habet, iiſve decora eſt; ſed quatenus eas defert fidelibus, ſuiſve deuotis; ſignificatur quippe, ipſammet tãtis cũ gratiis impetratis à Christo filio ſuo inſtar Libani candidiſſimo in auxilium deuotorum ſuorum accurrere; vt meritò aſſimilãda ſit rapidiſſimis fluẽtis, atque fluminibus è Libano, vel altiſſimo alio monte dimanantibus; ita vt, inſtar talium fluentorum illos velociſſimo curſu ad portum deferat patriæ cæleſtis, ac quaſi molendina quædam iugi eos impellat motu ad bene operandum.

Maria quæ accurrat in auxiliũ deuotorũ ſuorum.

Simile.

Sic itaque hoc verſ. illam alloqui cenſendus eſt ſponſus.

In medio ſpiritalium hortorum, ſiue eorũ, qui in cælis ſunt, ſiue eorum, qui ſunt in terris, tũ ob multiplicem varietatem eius, quæ in te ſpectatur, gratiæ cæleſtis, tũ ob maximã, q̃ exhibes voluptatem, inſtar nobiliſſimi, ac pulcherrimi fontis hortorum es maximè ſpectabilis, maximeque perpulchra: Quin & inſtar eiuſdem fontis ipſos omnes, & ſingulos hortos rigas gratiis: ſiquidem, cũ præ profundiſſima humilitate puteũ te exibueris creaturarum oium maxime demiſſum, copioſiſſime è cælis gratiarum oium in te confluxerunt aquæ viuę. Atque adeo beati ſunt, qui tuã implorant opẽ, quive in te aquarum iſtiuſmodi cõpotes fieri ſatagunt: Tanta, n. celeritate, tantave cum gratiarum copia, quas à Christo celſiſſimo, cæleſtiq; Libano obtines, ad illos accurris, vt fluentis è celſo monte deſcendentib. cum impetu aſſimilanda ſis; ſiquidẽ inſtar rapidiſſimi fluminis deuotos tuos iis ipſis gratiis, quas defers, & ad iugem virtutis operationẽ, & ad patriæ cæleſtis portũ impellis; nec q̃dquam eſt, quod tuo obſiſtere queat impulſui.

PARAPHRASIS.

Verſ. XV. Fons hortorum, puteus aquarũ viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Expoſitionum Appendix ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphraſis Chaldaica; Et aquæ Siloe, quæ ducuntur in quiete, cũ reliquis aquis, q̃ defluunt de Libano, vt irrigent terrã Iſrael, eò quod nauẽt operam

APPENDIX.

operam verbis legis, quæ cōparantur puteo aquarum viuentium, & in iustitia libationis aquarum, libantur super altare in domo sanctuarij, quæ ædificata est in Ierusalem, quæ vocatur Libanus.

In tres partes diuidi potest hæc sententia, quarum prima est: *Fons hortorum*. Secunda; *Puteus aquarum viuentium*, & tertia: *Quæ fluunt impetu de Libano*, seu, vt legit Ambr. *& impetus descendens à Libano*.

Sacra Scriptura est fons hortorum. Per id, quod in prima parte dicitur; *Fons hortorum*; communiori sensu sacra Scriptura designatur, q̄ ob affluētiam aquarū sapientiæ cælestis *fons* dicatur: ob eruditionem verò, quæ exinde dermatur in animas, quæ Dei agricultura sunt, *fons* dicatur *hortorum*. Est tamen aliquid diuersitatis in modo explicandi sensum istum inter Patres.

Ambr. Siquidem Ambr. lib. de Isaac, c. 4. ad charitatis affluentiam, quæ ex sacra Scriptura hauritur, hæc refert: sic. n. ait: Si haurire velis affluentiam charitatis, quæ maior, & vberior est, quā fides, & spes, tunc tibi fons est. Exuberat. n. charitas, vt haurire eam cominus, & rigare eius affluētia hortum tuū possis spiritalibus fructibus redundantem. *Sacra Scriptura exuberat aquis charitatis.*

Gre. Pap. Greg. Papa, fontem dici, inquit, sacram Scripturam: quia sic sapientiæ aquam generat, vt & potātes semper reficiat, & tamen manare non desistat: & *fons hortorum*: quia illorum est, in quorum mentibus virtutum semina oriuntur. *Sacra Scriptura quō fons, & fōs hortorum.*

Theod. Thcod. Euangelium proprie significatum cēset per fontem hortorum; eo quod perspicue manet. *Euangeliū est fons hortorum.*

Ad hunc primum sensum tendit & illorum sententia, qui Ecclesiam fontem hortorum dictā arbitrantur ob cælestis doctrinæ prædicationem, & ob cælestem item sapientiam. Ita Cassiod. Iust. Orgelitanus, Aponius, Beda, atque Anselm. *Ecclesia est fons hortorum.*

Gre. Nyss. Piam animam fontem hortorum dictam putāt & Gregor. Nyss. hom. 9. & Rich. de Sancto Victo. Greg. sic eam dictam ait, vt singularis eius innotescat prærogatiua, q̄ duo illa efficiat ipsamet vna, quæ alias à duob. Paulo, atque Apollo simul iunctis facta legimus, vbi Apostolus ipse ait: *a Ego plantaui, Apollo rigauit*. Ipsam siquidē hortos virtutum, hortosve animatos, quos ad fidem conuertit, plantasse, dictum est iis in verbis: *b Emissiones tuæ paradisus*, &c. ipsam vero eamdem plantatos à se hortos irrigare, hic expresse significatur. *Aia sponsa Christi, & plantas, & rigat.* a 1. Cor. 3. 6. b Cā. 4. 13

Ric. Vict. Richard. fontem, inquit, illam esse; quia fluit, semper noua oriens, & semper in Deo renouata p desiderium ad anteriora: Fontem non cessantem ebullire, & erumpere ad Dei amorem, & de plenitudine, qua abundat, infirmiores visitantem, & irrigantem. *Aia sācta fons fluens, & erūpens per charitatem.*

Rup. Abb. Fontem hortorum dictam B. Virginem Mariā asserit Rupert. Abbas: quia ex ipsa principium habuit Euangelium, ortusque est Christus fluuius ille, quo irrigatur vniuersa terra. *Maria est fons hortorum.*

Idem. Quod in secunda parte dicitur (*Puteus aquarū viuentium*) ita ad eamdem Virginem idem aptat Rupert. vt sic ea appellata sit; quia fuit secretariū omnium sacrarum Scripturarum. *Maria fuit secretariū omniū scripturarum.*

Porrò communiori sensu ipsimet sacræ Scripturæ tribuitur eadem appellatio, vel etiam sapiētiæ cælesti, doctrinæ, ac prædicationi ob profunditatem mysteriorum, quæ in ea latent, & quib. affluit Vnde Ambr. lib. de Isaac c. 4. Si mysteriorum, inquit, altitudinem persequeris, puteus tibi videtur tamquam in profundo sita esse sapientia mystica. Ita & Cassiod. Catena Trium Patrum, Greg. Papa, Iust. Orge. Phil o Carpathins, & Beda; tametsi Philo id noui addat, quod sacra Scriptura primò fōs dicitur; postmodum verò puteus: quia vt fons pri- *Sacr. Scrip. ob mysteriorum profunditatē è puteus aquarum viuentium.*

A mo aspectu facilis potare volētibus apparet, mox, vt haurire cæperit, altissimus videtur puteus. Propterea laborandum est, inquit, diligenter omni, q profundissima huius aquæ fluenta penetrare cupit, summaque humilitate aquandum. *Sacr. Scrip. etsi primò videatur facilis, profundissima tamen; ide cū humilitate legenda.*

Beda. Beda vero addit, per puteum aquarum viuētiū illos intelligi posse fidelium, qui quicquid terrenæ cogitationis in suo corde repererint, eruere, & deuota confessione foras proferre, ac reiicere contendunt, vt castitatis, & humilitatis in abdito sui pectoris habitaculum Deo dignum præparēt, adiutumque in se se aquis viuentibus, idest donis cælestibus per venas occultæ inspirationis sedula sua mundatione faciant. *Terrena à se abijciēs, est puteus aquarū viuentium.*

B Theod. Theodoritus autem puteum aquæ viuentis dici inquit doctrinam legis, fluenta abscondita complectentem. *Legis doctrina puteus.*

Cassiod. Notat Cassiod. aquas viuas dici mysteria sacrarum scripturarum ad differentiam doctrinæ hæreticorum, de qua Dominus: *c Me dereliquerūt fontē aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.* c Iere. 2. 13.

Gre. Nyss. Gregor. Nyss. per hoc, quod pia anima dicitur, *puteus aquarum viuentium, quę &c.* exinde eamdē animam extolli ait, quòd naturæ diuinæ assimilata sit, quæ per aquam sæpius in sacris litteris *d* designatur: imitata quidem fonte fontem, vita vitā, C aqua autem aquam, quatenus est promptuarium continens aquam illam viuam, quæ ex Deo fluit, iuxta id, quod in Euangelio significauit, vbi dixit *e A Deo exiui, & venio*: nec dubitandum, quin viuat, dum verbum Dei suscipit, quod Apostolus *f* viuum appellat. *Aia sponsa Dei diuinæ naturæ assimilata.* d Ier. 2. 13. e Io. 16. 28. f He. 4. 12.

Ponderans deniq; singularem Ecclesiæ Catholicæ prærogatiuam hic indicatam, Hoc est, inquit Nyssenus, omnium maxime admirabile: Nam, cū omnes putei aquam simul habeant consistentem, sola sponsa aquam in se habet permeantem, adeo vt putei profundum habeat fluuii perennem motionem. *Ecclesia Catholica singularis.*

Amb. Singulariter denique ex Amb. lib. de Nabuthe ca. 12. colligi potest, piam animā ob id dici puteū aquarum viuentium; quia per eleemosynam diuitias suas aliis communicet, ait quippe; Puteus, si nihil haurias, inerti otio, & degeneri situ facile corrumpitur, exercitatus autem nitescit ad speciem, dulcescit ad potum: Ita & aceruus diuitiarum, cumulo arenosus, speciosus est vsu, otio autem inutilis habetur. Deriuato igitur aliquid ex puteo isto ignem ardentem restingue, quia *g* eleemosyna resistit peccatis. Quem sensum Ambro. desumpsit ex Basilio hom. in diuit. auaros. D *Eleemosynas faciēs, puteus est aquarū viuentium.* g Ecc. 3. 33 Basilius.

Ambros. Circa tertiam partem; primo Ambro. legens totam istam sententiam hoc pacto: *Fons hortorum, puteus aquę viuę, & impetus descendens à Libano*, in serm. 17. in Psalm. 118. vers. 8. deducit ex hoc loco varietatem gratiæ spiritalis; sic enim ait; Aliis fōs E est; aliis puteus pro captu nostro gratia spiritalis: aliis hortus clausus, fons signatus: aliis hortorum fons, qui in Ecclesiæ dote numeratur: aliis impetus descendens à Libano, & magnus impetus, qui numquam deficit: Descendit impetus à Libano, quando, collectis in vnum Apostolis, & pluribus credentibus, *h factus est subito de cælo sonus tamquam vi magna spiritus ferretur, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, diuersitates donante linguarum*. Bonus impetus, qui lædere nesciat, norit implere. Si quis igitur hunc impetum superuenientis è cælo gratiæ vult mereri, descendat etiam ipse oculis in decursus aquarum. In lib. de Isaac c. 4. legit; *Et impetu descendens à Libano*. *Gratia spiritualis varietas.* *In die Pētecostes descēdit impetus à Libano.* h Actor. 2.

Rich. Vic. Ad gratiam pariter hæc refert Richardus de san-

APPENDIX.

sancto Victore; puteum namq; esse ait piam animam, & puteum aquarũ viuentium, quatenus profundam Spiritus sancti gratiam, ac scientiam cõsecuta, ita ijs redundat aquis; vt alijs pariter refundere eas possit. Pofunditas huius putei difficultatẽ, dicit, hauriendi non facit, sed facilitatem: quãto.n. profundius, & plenius accipit gratiam, tantò hãc ad manum hẽt. Profunditas quippe fundatio est, & perfectio, qua ẽt in affectu sic habet bonum, vt illud diligat propter ipsum bonũ, & ipso bono delectetur, & bonũ faciat. Per Libanũ, à quo aquę iste fluũt, Christũ intelligit candorẽ lucis æternæ; quia à Christo cœpit tẽpus gratiæ; De Libano, inquit, fluxerunt aquæ istæ, idest de Christo, qñ Spiritus sanctus, tamquã torrẽs discipulis influxit, & B suaui eos vbertate donorum inebriauit. Et quando, Christo in cœna benedicente panem, Sacramẽtum Eucharistiæ celebrari cœpit, & vna passibili præsentia ipsius sublata, multis in locis vsque ad consumationem sæculi nobiscum mansit; semel quoque oblatus in Cruce, multoties in altari pro nobis offertur.

Ob diuinã gratiam, q̃ habet pia anima, dicitur puteus aquarum.

Libanus est Christus à quo capiẽtĩ pus gratiæ.

Aponius. *Libanus est Christus.* *a Dan. 2. 34.*

Christum itẽ per Libanum, è quo fluunt aquæ profundæ sapientiæ in Ecclesiam, intelligit Aponius duas ob rationes; primò, quia & Christus *a* mons magnus è lapide illo paruulo succiso sine manibus è celsissimo monte, iuxta Danielis prophetiam: Secundo, quia instar thuris, quod in originalib. linguis Heb. & Græc. Libanus dicitur, Christus in sacrificium pro peccatis collatus est. C

Cassiod. *Ecclesia est Libanus.*

Ex ijs, q duas primas partes ad sacrã Scripturã referunt, & ad cælestẽ sapientiã, eiusdemq. prædicationem, Cassiodorus per Libanũ, sicà candore dictum, ipsam intelligens Ecclesiam dealbatam Baptismo, & bonis operibus, de illa, inquit, dici prædictas aquas doctrinarum cælestium fluere, & hoc cum impetu, idest, cum quadam virtute, qua omnium hæreticorum figmẽta destruantur.

Beda.

Quibus consentit Beda, addens, per decursum aquarum cum impetu significari impetum Apostolicæ prædicationis, cui nec mundus vniuersus obsistere potuit.

Greg. PP. *Libanus est baptismus, à quo fluũt donã spiritus sãcti & intelligentia scripturarum.*

Gregorius Papa per Libanum Baptismum intelligens animas dealbantem, Dei Libano, ait, aquæ putei fluunt; quia in baptismo electi quique D donum sancti Spiritus accipiunt, quo illuminati Scripturæ sacræ sensum intelligunt. Quæ scripturæ scientiæ tanto impetu fluunt, vt electos dum tãgunt, ab huius vitæ amore submoueant, & ad æterna gaudia impetus sui fortitudine quosque adhærentes trajjciant.

Tres Patr. *Libanus est fidei sublimitas.*

Sublimitatem fidei per Libanũ intelligit Catena trium Patrum apud Theodoritum.

Theod. *Libanus est Ierusalẽ, à qua legis fluenta in Ecclesiam.*

At verò ipse Theodoritus, qui per puteum, &c. legem Mosis accepit, per Libanum intelligit designatam Ierusalem; quatenus abscondita legis fluẽta de Ierusalem cum impetu spiritus ad Ecclesiam defluxere.

Rup. Ab. *Libanus est Iudaicus populus à quo scriptura.*

E A quo sensu haud admodum discrepat sensus Rup. Abbatis, per Libanum accipientis Iudaicum populum, à quo Scripturæ sacræ manauerũt; quia mons Libani terminus est Iudææ ex vno latere.

Libanus sũt perfecti quique.

Denique Anselmus, qui ita hanc construit sententiam. *In horto est fons*, idest, baptismus, seu diuina sapientia irrigans, &c. Per Libanum maiores intelligit, atque perfectos Ecclesiæ, qui sunt candidati virtutibus, à quibus aquæ viuificantes fluunt ad correctionem inferiorum abundanter, & impetuose.

A Verf. XVI. Surge Aquilo, & veni Aufter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

LITTERA.

Expositio prima. Iuxta sensum Littera.

Discrepant inter se quàm maxime expositores, atque etiam Sancti Patres in explicanda hac sententia, duplex ve inter eos dissensio est: Prima, in personã hæc loquente. Secũda, in sẽsu primæ istius partis, *Surge Aquilo.*

Communior nostrorum Patrum sententia sponso hæc tribuit. Ex aduerso autem haud sponso, sed B sponsæ totum, quod hic dicitur, tribuunt ex Patribus, Greg. Nyss. Theod. & Psellus expos. in Cant. atque Ambr. lib. de fide resurrectionis, & in Psal. primum. In texto quoque hebraico, iuxta Masoretarum distinctionem manifeste hæc eidem tribuuntur sponsæ, cuius absq. vlla dubitatione ea sunt, q̃ immediatè consequuntur: *Veniat dilectus meus in hortum suum*, &c. Siquidem vt vnum eumdemque versum hæc omnia legunt, per Athnah accentum sententiam suspendentem, medium versus in hisce, q̃ modò exponimus constituentes: Vnde apud Hebræorum expositores hoc pro indubitato habetur: & sequuntur illos complures ex recentioribus nostris, inter quos præcipuus est Genebrardus, qui (vt prædictum est) Hebræos ait, hæc cum subse- C quentibus iuncta legere, si non rectius, saltem facilius, vt vnico versu suam precem, & votum sponsa expleat, Sequens verò non interrumpatur duarum personarum interlocutione. Soto Maior etiam idipsum sentiens existimat, sponsam per hæc exhibere aptissimam præfationem, ad persuadendum ad, quod maxime optabat, vt dilectus veniret *in hortũ suum*, & comederet *fructum pomorum.*

Greg. Nys. Theod. Ambros. Psellus.

Hebræi omnes.

Genebr.

Soto Mai.

Mihi haud facile est definire, cuinam potissimũ istarum opinionum inhærẽdum sit, & cui hæc sint tribuenda, sponso ne, an sponsæ. Certè iuxta distinctionem Sept. ac nostræ Vulgatæ probabilius sponso ea tribuerem cum communi Antiquorũ Patrũ sententia, Verumtamen & secundum alteram quoque sententiam, quam nobilissimos etiam Patrum D secutos dixi, probabiliter sponsæ tribui posse crediderim: atque adeo vtramque minime pigebit se qui, si tamen prius & id explicauero, in quo altera est inter Expositores dissensio, circa verba illa, *Surge Aquilo.*

Aquilo abigitur ab horto.

Communior Sanctorum Patrum sententia in malam partem hæc accipit, vt ab horto (in horti. n. metaphora adhuc persistitur) abigatur ventus Aquilo, hortis ipsis maxime infestus, vtpote frigidus & siccus; quò, flãte Austro calido, & humido, fluãt aromata horti, quæ alioquin per Aquilonis spirationem vel exiccantur, vel saltem constricta tenentur. Et confirmari potest hæc sententia tum ex eo, quod in singulari. i. ad Austrum duntaxat dicitur: E *Et perfla hortum meum*, ac si dicatur; Abscedente Aquilone, tu *Aufter veni, & perfla*: tum ex consuetudine sacrarum litterarum, in quibus Aquilonis nomen male sonare solet vbique, prætérquam cũ nonnunquã ponitur pro significando situ loci, vel orbis cardine, prout ponitur in Euangelio, vbi dicitur; *b Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & recumbent cum Abraham*, &c. & in eo Psal. *c Mons Sion latera Aquilonis, Ciuitas Regis magni.* Quæ duo loca affert Ambr. serm. 12. in in Psal. 118. vers. 2. ad cõprobandum, q̃ Aquilonis nomen sæpius ẽt in bonam partem sumatur in Scriptura sacra. Porrò secundum hanc primam sñiam ver-

Aquilonis nomẽ male sonat in sacra Scrip.

b Luc. 13. 29.

c Psl. 47. 3.

Ambros.

LITTERA. ne confuſione obruamur, ſeiunctim quatuor diſtinctos afferam ſenſus.

I. SENSVS. Primus, iſque communior eſt; vt ſpõſus pro coronide panegyricæ orationis, qua per totũ caput quartum laudes dilectæ ſuæ celebrauit, ex amantium conſuetudine precetur, & precando ſuũ exprimat deſideriũ, vt ad ipſius ſponſæ ſuæ vel corpus, vel animam nulla vnquam res noxia vim ſuã applicet, vtque omnia eidem eueniant fauſta, atque iucunda, quibus ſemper in melius promoueri queat naturale eius bonum.

Id autẽ facit metaphorica apoſtrophe ad duos ventos, quorum alterum vt hortis noxiũ ablegat, alterum aduocat vt proficuum, dicens, imperãdo ſimul, ac imprecando.

PARAPHRASIS. Abſcede *Aquilo* cum vniuerſis iis, quæ egregio B huic infeſta ſunt horto: At è veſtigio *veni* amabo *Auſter, perfla hortum* iſtum *meum*: defer; quæ illi ſunt proficua, & te flante *fluent aromata illius*. Dicit autem hoc de aromatibus; quia ſupra in verſ. 13. & 14. hortum, cui ſponſam aſſimilarat, pluribꝰ conſitum eſſe dixit aromaticis plantationibus.

Porrò iſtiuſmodi fragrantia aromatum fluxu ex arboribus aromatiferis ipſam deſignat gratiarum effuſionem, quam vel in verbis, vel in geſtis, vel in eximiis operationibus pulcherrima, ac venuſtiſſima exhiberet ſponſa.

II. SENSVS. Secundus; vt idemmet ſponſus, ſicut ad remouendam dubitationem, quæ oriri poterat ex collata illa in ſponſam laude, qua in verſ. duodecimo, C dicta fuerat *fons ſignatus*, quòd ſponſæ venuſtas, atque gratiæ per aquarum metaphoram deſignatæ, exiguæ eſſent, atque adeo occluſæ ſeruarentur ita vt præterquam ſponſo nulli eſſent conſpicuæ, ſubintulit in ſuperiori verſu quintodecimo, verba illa, a *Fons hortorum, puteus aquarum viuentiũ quæ*, &c. vt explicatum eſt ibi: Ita, variata locutionis forma, eleganti hac proſopopœia per apoſtrophen duos præcipuos inuitet ventos, vt moderato eorũ flatu, mixtaque ſpiratione & affatim ex aromaticis plantis fluant aromata, & latius fluentiũ aromatũ diffundatur odor, q & ad illos quoq; deferat, q extra horti ſepta extiterint, q ve & lõge ab horto abfuerint: tollens p hoc inuidiã, q exinde D ſuboriri forſitã potuiſſet, ꝙ in eodẽ verſu 10. eãdem ſponſam bis hortum concluſum appellaſſet, innuens nimirum per hæc, id ſibi maxime in optatis eſſe, idve in primis precari; vt, opportuna exhibita occaſione, inſignes illius virtutes omnibus innoteſcant, & præſtantiſſimæ illius dotes longe, lateque fiant manifeſtæ, ac ſi dicat.

a Cant. 4.

PARAPHRASIS. O vtinam quotidianæ ſeſe offerrẽt occaſiones, quibus virtutũ actus, ac ſingulares gratiæ, inſtar fragrantiſſimorum aromatum è te effluerent, earumve notitia longe, lateque diffunderetur æque ac aromatum odor à ventis flabellatus. *Surge*, cuigila iam, & excitare *Aquilo*, ſuauiterque cum Auſtro admixtus, *perfla meum* iſtum *hortum* concluſum, *&* ad longinquos etiam *fluent aromata illius* atque innoteſcent dilectæ meæ dotes eximiæ. E

III. SENSVS. Tertius ſenſus eſt; vt ſponſa audita panegyrica laudum ſuarum oratione, qua ab ſponſo præclariſſimis delinita encomiis, inuitatam ſe ſenſerat, vt cum ipſo tenderet ad montem myrrhæ, & collem thuris, vbi is hortum habebat aromaticis plantationibus conſitum, occaſionem ſumens ex eo, qd vltimo loco hortus ab illo dicta fuerat, totam ſe qualis qualis eſt, ei offerat, viciſſimque illum ad ſe inuitet, idque per proſopopœiam, & apoſtrophen ad duos ventos, imperans illis, vt mixtim, le uiterque, ac ſuauiter ſpirantes, & odorem effun- A dant aromatum ſuorum, & iucunde illum ad ſe eius hortum alliciant, ac ſi d icat.

LITTERA.

PARAPHRASIS. Quandoquidem ipſa ſum hortus, & emiſſiones meæ ſunt item hortus, ac Paradiſus conſita plantis aromatiferis, excitamini ò duo præcipui venti & ſimul venite *Aquilo*, *&* *Auſter*, mixtique perflate *hortum* iſtum *meum*: meas haſce emiſſiones, atque plantationes; quò ex me late diffundantur aromatum odores, ſicve magis alliciatur ad me ſponſus meus; *Veniat dilectus meus*, & cetera, quæ ſequuntur. Videtur autem, metaphorica iſta deprecatione etiam & id ſignificare, & optare, atque precari, vt iugiter ſe offerãt occaſiones, quibus poſſit ſponſo ſuo exhibere ſuam venuſtatem, gratiam, atque ſummam erga ipſum dilectionem, & propenſionem.

IIII. SENSVS. Quartus denique eſt; vt eadem ſponſa alio pacto per hæc & ſe offerat dilecto ſuo vnà cum bonis omnibus vel pulchritudinis, vel gratiæ, & venuſtatis, vel etiam virtutum animi, quæ in ſe commendata ſub plantationum, emiſſionum, hortive ſimilitudine ab ipſomet norat: offerat, inquam, tãtam in aſperrimis iis locis, in quibus tunc commorabatur, quàm etiam vbi nulla ſit Aquilonis aſperitas, ſed placida Auſtri ſpiratio: Et indicet ſimul eidem ſponſo, ſe optare, vt ſibi præbeantur occaſiones: nam, tam in proſperis, quàm in aduerſis ſe ei exhibituram conſideret largius aromata, & indicia ſuæ erga ipſum dilectionis; idque in primis haberet in optatis, vt offerretur ſibi occaſiones, aliquid moleſti pro ipſo patiendi, vt & odorẽ charitatis ſuæ ei tam in moleſtis exhiberet, quàm in iucundis, per Aquilonem aduerſa ſignificans atque moleſta; quandoquidem hortis moleſtus, ac infeſtus is eſt: per Auſtrum verò eiſdem hortis proſperum, ac proficuum, proſpera deſignans, & iucunda, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Siue in locis hiſce aſperrimis, in quibus aſperrimus item inſpirat Aquilo, ſiue in amœnis iis, ad quæ me aduocas: ſiue aduerſa, moleſtaque Aquilonis ſpiratione, ſiue proſpera ſpiratione Auſtri perfletur hortus meus, *fluent* certè tibi abundanter *aromata illius*, Tua. n. & hic ſum ad ventum Aquilonem, & in amænis hortis tuis ad vẽtum Auſtrũ. Quinimo opto, vt excitetur *Aquilo*, patiẽdive moleſti; aliquid præbeatur occaſio: *fluent* namque ex horto emiſſionum mearum, verborum, atque operum *aromata*, quibus recreeris, quorũ & delecteris odore: atque id certe non minus opto, quàm optem venire & Auſtrum, ac proſpero flatu illum perflare hortũ ipſũ meũ, vt eadem fluãt aromata.

Quoad lectionum varietatẽ nihil eſt, quod hic annotetur: nã quod Sept. pro eo, quod noſter Vulgatæ textus, vnà cum textu hebraico habet: *Et fluent aromata illius* legunt: *Et fluent aromata mea*: ſecundum communiorem Sanctorum Patrũ lectionem in idem recidit: per hortum nãque ſuũ ſpõſa ſe ipſam intelligit, vel emiſſiones ipſas ſuas; Vnde tãtumdem eſt, ſi dicat: *fluent aromata illius*, .ſ. horti, & ſi dicat: *fluent aromata mea*. Sic pariter quod alii legunt, *Et fluant*, in idem recidit cũ eo, quod dicitur, *& fluent*.

Verſ. XVI. Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

INter inſignes, quæ toto hoc cap. 4. à cæleſti ſpõſo celebratæ ſunt, Eccleſiæ Catholicæ dotes, ea profe-

DE EC-CLESIA. I. SENSVS. ,rofectò est præstantissima, cuius vltimo loco commendatam eam nouimus in superiori vers. 13. sapientia diuinorum, sapientia cælestis, & scientia sacrarum litterarum.

Enimuero hanc vnam sapientiam vniuersa consequuntur alia bona, prout sapiens ille professus est in libro Sapientiæ, dicens, a *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus; quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam horum omnium mater est.*

Sapiẽtia diuinorũ pra stantissima Ecclesiæ dos quã illã cæ sequuntur alia bona.

Porrò sicut in Ecclesia nihil laudabilius, nihil vtilius ipsa est sapientia, quæ tamen vera sit sapientia: ita è vestigio nil illi contingere potest perniciosius, quàm id, quod contrarium est, & repugnans eidem sapientiæ. Hinc sapiẽtissimus idemmet sponsus fausta omnia dilectæ suæ exoptare se indicãs, vnica, tametsi bipartita oratione hæresim ab ea ablegat veræ sapientiæ repugnantem, dicens, *Surge, &* abi *Aquilo*, & charitatem ad eamdem conuocat eiusdem Sapientiæ quodammodo animam addens; *Et Veni Auster, perfla hortum meum*; innuitque simul & commoda, atque iucunda conse cutura, dum subiicit: *Et fluent aromata illius*. Imprecatur autem imperans, dum sub ventorum metaphora tam hæresim signat, quàm charitatẽ: quia ipsius proprium est, vt imperet ventis, prout colligitur ex Euangelio: b eidemque & *venti, & mare obediunt.*

a Sap. 7. 11

b Matth. 8. 26.

Diuiditur sententia, ac imprecatio ista in tres partes: singulæ subtilius expendendæ sunt. Ac primùm peregregia sanè est Aquilonis metaphora ad hæresim significandam: siquidem hæresis re vera, si intimius eius discutiamus quidditatem, nihil aliud est, quàm inflatæ superbiæ ventus, ex ignorantiæ tenebris exufflans: Et Aquilo ventus is est, qui ex Septentrionalibus spirat partibus, quas sol minime peragrat, à partibus tenebris offusis, è quibus lumine simul, & calore destitutis tantam contrahit frigiditatem, vt & aquas congelet, ne fluere, nec irrigare queant, & erumpentes arborũ gẽmas, cum enascentibus exurat floribus, teneros cõburat fructus, & illas pariter, quæ aromatiferæ sunt, ita constringat plantationes, vt proferre minime possint aromata.

Hæresis instar Aquilonis, eiusve damna.

Ecquid verò magis est expers caloris charitatis, lucisve diuinæ cognitionis, quàm hæresis frigidissima ob algorem iniquitatis sibi cognatæ? Ipsa, ipsa est, quæ & siccitate gratiæ, & frigore iniquitatis eas quoque congelat Catholicæ Ecclesiæ aquas, quibus cum hortos irriget vel animarũ, vel particularium Ecclesiarum, *fons hortorum* congruenti nomine appellatur: Ipsa impia falsæ doctrinæ exufflatione, quantum in se est, veræ sapiẽtiæ aquas constringere nititur, & congelare, vt salubérrimam impediat irrigationem hortorum: Ipsa Religiosos adurit, & quotquot mortificationi indulgent, qui tanquam gemmæ è crucis Christi arbore erumpunt: Ipsa flores Virginum, & Continentium insectatur: Ipsa tenellos fideles illos concutit, quos Ecclesia fructificare satagit Domino: Ipsa denique & sanctos constringit, qui alioquin Christi bonus odor sunt in omni loco, sicve eos comprimit, vt aromata sanctarum operationum, atque virtutum ex illis fluere minime queant: & (vt vno verbo omnia complectar) Aquilonis instar, & Aquilonis ventorum omnium impetuosissimi, ipsa totũ eiusdem Orthodoxæ Ecclesiæ hortum commouet, perturbat, & penitus diuinæ gratiæ humore, omnive decore pulchritudinis, ac sanctitatis destitutam eius redderet tellurem fera-

A cissimam, ni diuina imperante voce Auster perflaret charitatis, quo ea infestissima effugatur.

DE EC-CLESIA.

Neque verò abs re factum est, vt cælestis sponsus istam imperans fugationem, hoc vsus sit verbo, *Surge*, seu (vt legunt Hebr. & Septu.) *excitare*: acute namque per verba ista fraudulẽtam hæresis subindicat peruersitatẽ, quæ, cum validissimo impetu ad instar venti Aquilonis Ecclesiam impetat prædictosve omnes causare nitatur effectus, ita tamen spirat latenter, vt vix à Sapientiorib. percipiatur, & quasi obdormiscens deprehendatur: ideoque quasi silenti imperatur, vt surgat, quo patenter fugere compellatur, qui latenter omnia deuastabat: & quasi dormiẽti iubetur, vt se excitet, quo B excitato palam eius impetu, fugere cogatur quãtocius, non secus ac Aquilo per Austri fugatur spirationem.

Hæresis per uersitas notatur.

Per Austrum communis ferè Sanctorum Patrũ consensus Spiritum sanctum, vel eius gratiã intelligit: at, si oppositio æqualis inter ea seruetur, quæ per Ventorum istorum metaphoram designãtur, sicut in ventis ipsis seruatam eam videmus, cũ Aquilo, & Auster è directo oppositi sint, nil aptius iuxta sensum allatum, quã charitatẽ Austro significatam dicere fas est: Charitatem, inquã, illam, quã Apostolus opponit scientiæ, cum ait: c *Sciẽtia inflat, charitas verò ædificat* aptissima siquidẽ oppositione charitas opponitur scientiæ illi, quæ inflat C scientiæ, quæ de terra est, fastumq. defert inanis sapientiæ: sciẽtiæ hæreticorum, qui in ipsismet rebus cælestib. atq. diuinis terrena sapiunt: sciẽtiæ, quæ designatur (vt dictum est) per Aquilonem, vulgo nuncupatum Ventum de terra, quia de terra perflat. Enimuero Charitas illa vera est sapientia, quam Apostolus d idem contra distinguit, & & opponit humanæ sapientiæ, vocans ipsam sapiẽtiam inter perfectos, & sapientiam Dei: ea quippe est eorum sapientia, qui perfecti sunt in implendis præceptis dilectionis; ideoque & Deo sunt similes, qui perfectus est item in charitate: ea est & sapientia Dei; quia per ipsam fideles Deo vniũtur, & in Deum transformati, illius notitiæ plenius cõpotes sunt: ea demum est, quæ, sicut e *omnia sperat*, quæ à Deo promissa sunt, nullamve ex eorum D dilatione concipit hæsitationem, *omnia sustinens*: Ita & fide pariter simplici captiuum facit intellectum in obsequium Christi, omnia illa credens, q̃ diuinitus tradita sint. Porrò Austri metaphora haud minus cõgruens est cum charitate, & istiusmodi sapientia, quàm congruens sit Aquilo cũ inflata humana scientia, atq. cum hæresi. Nã, tametsi & ipsa sit ventus, non tamen ventus est inflans, & destruens, sed ventus eleuans quidẽ ad cælestia, & ædificans gratiæ ædificium: Ventus est, veniens à Patre luminum, sicut & Auster à Meridie perflat à parte feruida, & luminosa; atq. adeo instar Austri à luce cognitionis diuinæ calida & ipsa calore E spiritus calefacit hortũ Ecclesiæ, Ac, sicut Auster humiditatem vna cum innato defert calore: Ita & Charitas vnà cum feruore spiritus humorem pariter gratiæ diuinæ defert; Vnde fit, vt, sicut in sẽsibili horto, flãte Austro, fluũt aromata ex aromaticis eius plãtationib. Ita & i horto spiritali, cũ charitas ipsa spirauerit, fragrãtissimæ è fideliũ plãtis fluãt virtutes; quorũ aromatũ fluxũ exposuit Paulus, cũ dixit: f *Charitas patiens est, benigna est; charitas nõ æmulatur, non agit perperã, nõ inflatur, nõ est ambitiosa* &c. Bona igitur oĩa sponsus Ecclesiæ, imprecans, tale quid per hæc sibi velle uidetur.

Hæresi opponitur charitas, sicut Auster Aquiloni.

c 1. Cor. 8. 1

Charitas est vera sapientia.

d 1. Co. 2. 5

e 1. Co. 13. 7

Charitas quas congruẽtias habeat cũ Austro.

f 1. Co. 13. 4.

PARAPHRASIS.

Abi infestissima hæresis, & quæ latenter oĩa peruadis, cũ tũ, instar Aquilonis uehementissimo impetu

DE ECCLESIA.

petu omnia vaſtes, *Surge* è latibulis, & quæ obdormiſcere ſimulas, abſcede patenter, at è conuerſo è meridie charitatis, & cognitionis Dei *veni* tu calide charitatis *Auſter*, atque inſtar venti quamlibet horti mei partem penetra: defer in hortum ipſum humorem gratiæ, fugans ſpiratione tua hæreſis Aquilonem, *& fluent* abundanter fragrantiſſima fidei dogmatũ, vniuerſarũq. virtutũ *aromata eius*, quæ tã in dogmatibus fidei, quàm in feruenti virtutũ ſtudio odorem defert notitiæ Dei.

Sed melius hæc ipſa, iuxta hunc primum pariter ſenſum, ad eamdẽ Eccleſiã alio pacto aptari poſſunt ex verbis Apoſtoli, quibus ait *a Nõ accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore: ſed accepiſtis ſpiritum filiorũ Dei, in quo clamamus Abba Pater.*

I. SENSVS. ALIA APPLIC.

Quo loco ſecundum Chryſoſtomum quidẽ, & Theodoritum Paulus indicat duos in Eccleſia ſpiritus, quorum alterũ, nẽpe legẽ Moyſis, ſpiritum appellat timoris, ob id, quòd & cũ ingenti totius Iudaici populi timore, deſcendente Dño ſuper montẽ Sinai data eſt, & pœnarũ quoq; timore ad ſui obſeruantiã eumdẽ cõpulerit populum: alterum verò, nẽpe Spiritũ ſanctũ, qui vnà cũ lege Euangelij Eccleſiæ fidelium collatus eſt, vocat ſpiritũ filiorum Dei: Tametſi, ſecundum Auguſtinum ſerm. 13. de verbis Apoſtoli, & Anſelmum in Epiſtolã ad Romanos, non de duobus ſpiritibus, ſed de duobus varijs, diſtinctisvè effectis vnius, eiuſdemq. ſpiritus dicatur locutus, de timore. ſ. ad quem in exhibitione legis Moſaicæ; & de amore, ad quem in lege Euangelij idẽ ipſe collatus eſt Spiritus ſanctus. Hos ergo duos ſpiritus, ſiue duos vnius Spiritus ſancti effectus egregie cęleſtis ſpõſus ſub metaphora duorũ præcipuorũ ventorũ exprimens, ſpiritũ timoris Aquilonẽ dicit, & congruenter; quia inſtar Aquilonis timor gelidus eſt, *b areſcentibus hominibus præ timore*, vtpote abſq. calore charitatis, iuxta illud Ioãnis, *c Timor non eſt in charitate*, & lex Moſis, qua collatus eſt ſpiritus ſeruitutis ad timorẽ, ſecundũ ſe ipſam expers erat humoris gratiæ ad inſtar Aquilonis, cum frigiditate timoris ſiccitatẽ habens coniunctã: ita vt propterea illã à gratia ſeiungens Ioannes, dicat, *d lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt*: & idcirco ſiccas quaſq. ſeruabat animas ſui obſeruatrices, adeo vt per ipsã iuſtificari nõ poſſent, teſte Apoſtolo, qui in Epiſtola ad Galatas ait, *e Quoniã in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtũ eſt*, adeovt ſecundũ ſe ipsã hortis earumdẽ animarũ inſtar Aquilonis erat infeſta, vt per eumdẽ Apoſtolũ ſit appellata *f* Maledictũ. Vnde, ſicut in materialibus hortis nihil, flãte Aquilone, ad perfectionẽ reduci põt, vel in fructibus, vel in aromatibus: Ita & in hortis ſpiritualibus nihil virtutũ, ſeu fructuũ ſanctarum operationum, flante iſto legis, ac ſeruitutis ſpiritu, perfici vnquã potuit, iuxta illud, *g Nihil ad perfectũ adduxit lex.* Quòd ſi & in lege aliqui reperti ſunt in ſanctitate perfecti, multive & iuſti, id haud legi tribuendũ, quæ per ſe inſtar Aquilonis gelida erat, & ſicca, prout explicatum eſt; ſed fidei Ieſu Chriſti, propter quã cõferebatur gratia. Sic de ſanctiſſimo Abrahã dictum, *h Credidit Abrahã Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*, notat Paulus *i* ſæpe citatus. Eueniebatq. tunc in horto ſynagogæ id, quod in aliquibus euenit hortis ſenſibilibus, in quibus ad perfectionem redactos videre eſt fructus, atq. aromata, tametſi Aquilone perflentur: quia Aquilo, licèt per ſe frigidus, atque ſiccus ſit, calorem tamen, atq. humorem ſe-

Lex Moſis inſtar Aquilonis ab Eccleſia arcetur, vt ei infeſta, & noxia.

a Rom. 8. 15.

Chryſoſt. Theodor. Auguſtin. Anſelm.

Lex Moſis quas congruentias habeat cũ Aquilone.

b Luc. 21. 26.

c 1. Ioã. 4. 18.

d Ioã. 1. 17.

e Galat. 3. 11.

f Galat. 3. 13.

g Heb. 7. 19.

h Gen. 15. 6.

i Gal. 3. 6.

Simile.

A cum defert ex calidis, humidisve locis iis, per quæ eum tranſire contigerit.

Spiritum dilectionis, ac filiorum Dei, qui in tẽpore legis Euangelii, atq. cũ ipſa Euãgelica lege ſpirat, non minus cõgruenter Auſtrũ appellat: ſicut.n. Auſter calidus eſt, atq. humidus, humiditatẽ è mari deferens, è quo venit, & à quo nomẽ accipit venti marini; Ita & Spiritus iſte ſanctus, & lex Euangelii, quæ dr lex eiuſdẽ ſpiritus, atq. dilectionis, nedũ calida exiſtũt, ſed & ignita, ideoque charitate corda hominũ calefaciunt, atq. incendunt. Vnde nouimus, *k* ſpiritũ ſub ignis ſpecie collatũ primitiuæ Eccleſiæ in die Pẽtecoſtes, & Euangeliũ dictum *l* legẽ igneã in manu Dei.

Euangelij lex quas cõgruentias cũ Auſtro habeat.

k Act. 2. 3.

l Deut. 33. 2.

B Cum calore verò iſtiuſmodi ſunt pariter & humida inſtar Auſtri, humorẽ gratiæ cęleſtis exhibentia, adeo vt Apoſtolus *m* & ſpiritum ipſum, ſpiritum gratiæ dixerit, & Euangelii legẽ nuncupārit *n* legẽ ſpiritus vitæ, humoremq. iſtum gratiæ, per quã fit iuſtificatio, & fructificatio in hortis ſpiritualibus, deferunt è mari ſanguinis Ieſu Chriſti, iuxta illud Pauli. *o Nunc ſine lege iuſtitia Dei manifeſta eſt*, i. lege ceſſante, manifeſtatũ eſt id, quo homo corã Deo iuſtificatur, nẽpe tempus Euangelici ſtatus, quo Auſter ſpirat, & ſpiritus gratiæ, ac dilectionis: *Iuſtitia aũt Dei per fidem Ieſu Chriſti in oẽs, & ſuper oẽs qui credunt in eũ, iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionem, quæ*

m Heb. 10. 29.

n Rom. 8. 2

o Rom. 3. 21.

C *eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationẽ per fidem in ſanguine ipſius.* Quapropter nil mirum, ſi flante hoc Auſtro, Catholicæ Eccleſiæ hortus tantum in ſanctitate profecerit, vt & flores, & fructus, & aromata ad perfectionem deducta cõſpiciantur, *p Diligentibus* quippe *Deum omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* Et, *q Charitas vinculum eſt perfectionis omnis*: Et Euangelii prædicatio eò directa eſt, vt quoſque fidelium efficiat perfectos, ita vt Apoſtolus Paulus dicat, *r Euangelii myſterium nunc manifeſtatum eſt ſanctis eius, quibus voluit Deus, notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in Gentibus, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ, quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.*

p Rom. 8. 28.

q Coloſſ. 3. 14.

r Coloſſ. 1. 27.

D

Porrò, quia ſicut per Auſtrum, cum validius perflare cœperit, oppoſitus fugatur Aquilo, qui eſt hortis infeſtus: Ita etiam per ſpirationem Spiritus ſancti, ſpiritusve dilectionis, & filiorum Dei fugatur ſpiritus ſeruitutis in timore, cum *ſ perfecta charitas foras mittat timorem*; & cum inſtar vehementiſſimi Auſtri Euangelium per orbẽ terrarum cępit perflare, lex Moyſis, quæ & lex timoris, fugata pariter eſt: *t Tranſlato.n. ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat*, dicit Paulus, &, *u Reprobatio quidem fit præcedentis mandati*

Lex Moſis & Euãgelij legem arcetur ab Eccleſia.

ſ Ioan. 4. 18.

t Heb. 7. 12.

E *propter infirmitatem eius, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex; introductio verò melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.*

Item 18.

Idcirco hãc illius legis reprobationẽ, timorisve effugationẽ modo ad ipſius Eccleſiæ vtilitatẽ ſub prędictorũ ventorũ metaphora precatur, atq. precando imperat cęleſtis ſpõſus, quò fragrãtiſſimus dilectę ſuę progreſſus percipiatur, ac ſi dicat.

PARAPHRAS.

Abſcedat iam ſeruilis timor cum lege, ac ſpiritu ſeruitutis, inſtar Aquilonis, gelido ob charitatis inopiam, ſiccoque ob defectum humoris gratiæ; ſpiritu infeſtiſſimo Eccleſiæ, non ſecus ac ventus Aquilo ſenſibili infeſtus eſt horto: ſpiritu tenella fidelium germina exiccãte: ſpiritu

DE ECCLESIA.

fructibus bonorum operũ, aromatibusve dogmatum maledictionem, & mortem inferente. Abeat spiritalis iste, *Aquilo*, adueniente Austro item spiritali, spiritu dilectionis, Spiritu sancto, Charitatis, & Euãgelij, pacisve legem spiratione sua promulgante: *Veni Sancte spiritus, & perfla meũ* Ecclesię *hortum*: calorem illi imperti, & humorem vt *Auster*: calorem charitatis, & humorem gratiæ, in lege gratiæ, & charitatis: & ex aromaticis eius plãtationibus, ex sanctis, qui in ea cõliti sunt fidelibus, fluminũ instar *illius fluent aromata* pacis, nõ secus ac & ipse fluuiũ pacis super ipsa declinaui.

ALIVS SENSVS.

B Dici quoque posset non incongrue, hanc esse deprecatione illã Christi Iesu, qua is apud Ioanẽ, rogaturũ se Patrẽ pollicitus est discipulis suis, primitiuæq; illi Ecclesiæ Apostolicæ pro aduentu Spiritus sancti, dicens. *a Ego rogabo Patrẽ, & aliũ Paraclitũ dabit vobis, vt maneat vobiscum in ęternũ, spiritum veritatis.* Quæ deprecatio duobus modis exponi potest: vel iuxta sensum illum, quem secũdo loco prosecutus sum in expositione litteræ: vel ẽt iuxta sensũ primũ eiusdẽ litteræ, quo Aquilonis metaphora in malam partem accipitur. Vtroque tamen sensu Spiritus sancti missionẽ, atq; aduentum ob id rogat cælestis sponsus Patrem æternũ; vt Euangelij, ac earum gratiarũ, quæ mũdo collatæ sũt, prędicatio prodeat, ac diffundatur: ob id enim & apud Ioannem loco citato, spiritum, pro quo rogaturum se dixit, spiritum veritatis appellauit, veram designans prædicationem, quæ illius aduentum consecutura erat: & hoc loco *perfla*, inquit; *& fluent aromata illius*, gratiæ scilicet, quibus illa Ecclesia, seu ille hortus est cumulatus.

a Io. 14. 16

I. SENSVS. III. APP.

Timor mũdanus arcetur ab Ecclesia, vt impediens Euangelij prædicationem.

Sumendo igitur Aquilonem in malam partem: Rogat Dominus noster primò, vt tollatur id, qđ maxime præpediebat veritatis confessionem, & Euangelij prædicationem: tũ, vt id, e cęlis mittatur, quod ad eamdem vehementius impulit. Enimuero per timorẽ mundi detenti sunt primũ Apostoli, & discipuli Christi, ne veritatem faterentur, quam agnoscebant; neve eam prædicarent: quem mundanum timorẽ egregie per Aquilonis expressit metaphorã, dicens, *Surge Aquilo*: quandoquidem per illum, ac si gelido perflarentur Aquilone, frigidi reddebantur, sicve gelidi, vt propterea de Petro Ecclesiæ capite, cũ ob timorẽ negauit Iesum, referant Euãgelistæ, *b* quòd stabat, *& calefaciebat se*. Timor iste torpidos fecit Iosephum, & Nicodemũ, *c* ita vt vsq; ad noctẽ distulerint petere à Pilato corpus Iesu; & Marias quoq; ita, vt ad subsequẽtis diei diluculum, tũcq; cũ *adhuc tenebræ essent*, distulerint deferre aromata ad sepulchrum eiusdem. Quòd si Aquilonis id ẽt propriũ est, vt constringat, aquasve, ne labantur, cõtineat: & timor quoque is fuit, qui intra cœnaculũ cõclusos detinuit discipulos per totum illud temporis spatiũ, quod intermedium extitit inter Ascentionem Dñi, & festũ Pentecostes, quo super illos descendit Spiritus sanctus, tamquam adueniens Auster, spiritus vehemens, adeo calidus, vt ignẽ præseferens, vniuersum timoris gelu ab ipsis dispulerit: adeove humidus, vt iuxta Prophetæ dictũ, *d* eo flante, fluxerint aquæ doctrinæ, & prædicationis Euangelicæ.

b Marc. 14. 54.

c Io. 18. 18

Spiritus sãcti missionẽ Christus rogat à Patre quò Euãgelij fluat prędicatio.

d Psal. 147. 18.

Ideo bene, postquã dixit: *Surge Aquilo*: adiecit: *Et veni Auster, & fluent aromata*, &c. aromata eã appellans, quia tota esset de diuinis gratijs, & miserationibus, atq; etiam de fragantissimis Christi virtutibus: non dixit autem *aromata mea*, at, *aromata illius*, scilicet, horti, & Ecclesiæ, ac emissionum, & plantationum eius, ad significandum,

Euangelij prædicatio cur Christus appellet aromata Ecclesia.

A quod Apostoli, qui erant Ecclesiastici illius horti plantationes, ita intra se Dei senserunt miserationes, iuxta Pauli consiliũ dicentis: *e Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu*, i. hoc experimẽto tenete in vobis, qd & in Christo Iesu, *qui, cum in forma Dei esset*, &c. vt eas intra se, & in corde suo obsignatas singulas haberẽt, quasi sibi soli exhibitas, qđ cõtestatus est idem Paul. cũ dixit: *f Ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primo ostenderet Christus Iesus oẽm patientiã ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternã.* Sicve virtutes ẽt Christi in se habuerunt insitas, vt in bonis illis, quas è se instar aromatum proferrent, operationibus odorem notitiæ Christi manifestarent, illius bonus odor existentes, vnde Paul. ait: *g Deo autem gratias qui semper triũphat nos in Christo Iesu, & odorẽ notitię suæ manifestat per nos in oĩ loco, quia Christi bonus odor sumus.* Quod ergo hac sua deprecatione sponsus postulat tale est.

e Philip. 2. 5.

f 1. Timot. 10. 16.

g 2. Cor. 2. 14.

PARAPHRASIS.

Veniat Auster Spiritus sancti, calefaciens discipulorum corda, eademq; gratiæ humore humectans, vt *surgat*, atque fugetur frigidus, ac cõstringens *Aquilo* timoris hominum, vtque perflante illo *meum* Ecclesiæ *hortum*, *fluant* ex eius plantationibus instar aromatum eloquia Euangelij, & suaueolentium exempla virtutum mearum, quas ex se proferant ad mei imitationem.

II. SENSVS.

Spiritus sãcti missionẽ Christus à Patre rogauit ad Ecclesiæ refrigeriũ in persecutionib. & ad feruorẽ in frigore timoris.

C Quod si & Aquilonem in bonam partem sumamus pro Spiritu sancto, sicut & Austrum, vnũ hac deprecatione sua cęlestis sponsus efflagitat aduentum Spiritus sancti, qui instar duorum ventorum Aquilonis, & Austri vno eodemque tẽpore simul Ecclesię perflans hortum, & refrigerium affert in æstibus persecutionum, & feruorem in frigore timoris. Hæc enim duo, quæ primo aspectu pugnantia inter se videntur, operatus est in primitiua Ecclesia Spiritus sanctus: hæc & operatur quotidie in quibuscunque sanctis. Sic feruore, quo succendit corda, *h* trium puerorum in Babylonia, audacter fornacem ardentem eos fecit subire, Regi Nabuchodonosor renitentes, ne auream illius statuã adorarent: sicve idem in ardentissima fornace refrigerium tale exhibuit eisdem pueris; vt in medio flammarum exultantes bene dicerent Dominum, quod explicatum habemus verbis illis: *i Angelus Domini descendit cũ Azaria, & sociis eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestię intulit.* Vbi Angelus extrinseco venti illius flatu internam profecto indicauit Spiritus sancti spirationem, qua ij refrigerati sunt in flammis persecutionum, ac tribulationum. Sic Apostoli, hoc leni Aquilonis spiritu perflante Ecclesiam, ob exhibitum refrigerium gloriabantur in ijs, quibus premebantur tribulationibus, superabundantes gaudio, & voluptate in persecutionibus; ob inditum verò feruorem *ibant k gaudentes à conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*; ibantque peragrantes primum regiones Iudææ, & postmodum vniuersum quoque orbem terrarum. Vnde factum est, vt in omnem terram exierit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & longe, lateque per totum mundum odor diffusus sit spiritualium aromatum.

h Dan. 3. 20.

i Dan. 3. 49.

k Act. 5. 41

PARAPHRASIS

Secundum hæc ergo inquit sponsus; *Surge, & veni* Sancte spiritus, leniter, & instar Aquilonis, & instar Austri perflans *meum* Ecclesiæ *hortum*, dulci eum refrigerio recrea in æstibus persecutionum,

DE ANIMA. tionum, ac ærumnarum, auſtrinove termo e mo
corda ſuccende fidelium; vt vndiq. per totum ter
rarũ orbẽ diffundatur odor dogmatũ Euangelico
rum, atq. præſtãtiſſimarũ virtutum, q̃ in illa ex ſan
ctis Apoſtolis, quaſi ex aromaticis plantationibus
inſtar aromatum fluẽt: Tametſi enim hortus con-
cluſus ea ſit; ſpiratione tamen tua longè, lateque
prędictorum aromatum illius odor fundetur.

Verſ. XVI. Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

Expoſitio Tertia, De Secunda ſponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

SENS.

Peccatũ eſt maxime noxium charitati.

QVoniam quicquid boni, quicquid pulchri, & quicquid perfectionis in ea eſt aĩa, q̃ tantis tamq; eximiis per totũ hoc caput quartũ celebrata eſt encomiis, id omne ex charitate eſt, quam vinculum dixit Apoſtolus, & efficientem quodãmodo dicere nos poſſumus cauſam totius perfectionis: idcirco pro coronide panegyricæ orationis ſuæ id vnũ cęleſtis ſponſus à perfecta ipſa aĩa hoc verſu abigit, qd charitati officiẽs, toti officit perfectioni, nempe peccatum, quod mala omnia conſequuntur: idve vnum è veſtigio eidem animę precatur, ſeu potius imperando in ea efficit, quod charitati proficuum, eidemve & maxime conſonum nouit eſſe: id verò eſt gratia Spiritus ſancti, per quam charitas ipſa diffunditur in cordibus noſtris.

Porrò, quòd peccatum charitati officiat, & qua rõne eidem officiat, in Euang. videre eſt explicatum à Chriſto Ieſu modicis hiſce verbis, *a Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.* Ad exprimendam aũt refrigerationem iſtã, eiuſdemve refrigerationis effectus maxime noxios, haud priori metaphora vti poterat ſponſus, quã iſta, qua peccatũ quaſi ſpiritalem quemdam abigens Aquilonem, ait, *Surge Aquilo.* Siquidem in lib. Eccleſ. de Aquilone ſic dicitur: *b Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua: ſuper omnem congregationem aquarum requieſcet, & ſicut lorica induet ſe aquis: Et deuorabit montes, & exuret deſertũ, & extinguet viride, ſicut igne.* De frigiditate peccati pluribus actum eſt ſup. in c. 2. expoſ. 3. illorum verborum, *c Iam hiems tranſijt.* At quod illud nedum frigidũ ſit, & frigidas reddat animas peccatrices, verũ & ſanctiſſimas, ac perfectas quaſque animas ita gelidas efficiat, vt præcipuam, quæ in eis eſt, gratiam charitatis in ipſam conuertat glaciem, quodve in illis ipſis, in quibus Deus copioſius gratiarum, atque donorum congeſſit aquas, pacificam ſibi cõſtituat requiem, ita vt ipſiſmet Dei donis contra eumdẽ ſe muniat Deum, id ſanè Aquilonis exprimit metaphora. Enimuero inſtar frigidi Aquilonis ſingulas quaſque peruadit animæ partes, atq; potẽtias ſicut ventus ſingulas partes aeris: Porrò cum primum in animam flare cœperit, aqua gratiæ, qua decora ea anima reddebatur, gelat in glaciẽ, quã Græci cryſtallũ appellant; refrigeſcente nimirum charitate, eademq; conſtricta, ac congelata. Neq; mirandũ cuipiã eſt, ſi cęleſtis ſponſus ab aĩa, quæ ob ingentem gratiarum cumulum ſponſæ ipſius dici, ac eſſe meruit, hunc abigat Aquilonẽ, eumq; abigens hoc vtatur verbo ſurgendi, dicens, *Surge Aquilo*: nam peccatum non parcit animæ etiam Sanctiſſimæ, imò ſæpè ſæpius ibi magis quieſcit, & ſolidiorem, ac fortiorem ſibi cõſtituit requiẽ, vbi plures a Deo congregatæ ſunt gratiarũ aquæ: *d Super omnem congregationẽ aquarum requieſcet*: prout re vera oſtenſum eſt in Iuda proditore, & quotidiana experientia obſeruamus, & ingemiſcimus in ſanctis compluribus Religioſorum; qui in peſſima quæq; dilabuntur, flante in eis peccati Aquilone, ita vt de eorum iniquitate id quoque dici poſſit, quod in præcitato Eccleſiaſtici textu de frigido Aquilone dicitur: *e Sicut lorica induet ſe aquis*: illis quippe ipſis; quæ à Deo acceperat, donis peccator in eis contra Deum armatur: illis quaſi lorica quadam præforti, atque fulgenti ſe operit, vt aduerſus Deum pugnet, *f* Sic Iudas, oſculo filium hominis tradens; ſicut lorica induit ſe dono beneuolentiæ, & charitatis illius. ſic Religionis Apoſtatæ per hypocriſim ſanctitatẽ præ ſe ferentes, quam primum in ſingularẽ à Deo acceperant donum, eam vt fulgentem peccati ſui loricam & hominibus obiiciunt, & ipſimet Deo, contra quẽ dimicant. Damna quoq; peccati eadẽ ſunt, quæ & frigidi Aquilonis, de quo dictũ eſt, *g Et deuorabit montes; & extinguet viride ſicut ignẽ.* Deuorat namq; peccatum mõtes, cum illos, qui, inſtar ſublimium montium, virtutum celſitudine eminent, ſic gelida ſua perflat ſpiratione, vt vniuerſa eorũ depaſcatur opera bona, quæ prius geſſerant, & quibus, quaſi tot germinibus, floribus, atque fructibus ſic reddebantur decori, vt de ſingulis ipſorum dici iam poſſet id Iſaiæ, *h Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron.* Exurit aũt deſertum, cũ animam illã, quæ deſerta à ſuo eſt ſponſo, quia prius ipſa peccando eum deſeruit, vehementius exurit concupiſcentiis: Nec mirum, quandoquidem, tametſi frigidiſſimũ ſit, & frigus inducat in animã, gelidãque eã efficiat, & ineptam ad omne bonum: nihilominus ita in illa omnem extinguit gratiæ virorẽ, ſicut & igne ardentis concupiſcentiæ eumdem gratiæ virorẽ nouimus extingui ſolitum: Quantò.n. magis refrigeſcit in aliquo charitas, abundãte in illo iniquitate, tantò maior à frigido vento peccati flante in latentẽ, ac demortuum eius fomitẽ, vehementior que in eo excitatur ignis concupiſcentiæ: Non ſecus ac per eumdẽ ventũ Aquilonẽ frigidiſſimum vno eodemq. tẽpore, vnove & flatu congelantur aquæ; aer frigidius redditur, & demortuę ignis prunæ, quæ ſub cinere latent, in ardentiſſimas eleuantur flammas, quibus & viride oẽ extinguitur in agro, & celſiſſima quoque cõburuntur ædificia. Cũ ergo tantũ periculi ex infeſtiſſimo vento iſto piæ immineat aĩæ, in qua, licet non regnet, habitat tamen peccatum, prout de ſemetipſo ſanctiſſimus conteſtatus eſt Paul. dicens: *i Nunc autem iam non ego operor illud.* ſ. malum, *ſed quod habitat in me peccatum*: effrænis nimirum, ac rebellis appetitus ad peccatum impellens, iubet cæleſtis ſpõſus, vt ſurgat, ne quietum in ipſa vſurpet Regnũ, ſubiectam in ea faciens rationem, mentemque, ac voluntatem ipſius refrigerans, in qua ſedes eſt charitatis.

Poſtquam autem dixit, *Surge Aquilo*, addit illico, *Et veni Auſter*, & admodum congruenter in metaphora perſiſtens ventorum, quorum alter ab altero expellitur, ita vt regnare nequeant. Sicut enim ventus Aquilo cum impetu magno perflãs, Auſtrum fugat, & nubes, quas Auſter adduxerit, iuxta illud Prouerb. *k Ventus Aquilo diſſipat pluuias*: Ita & peccatum cũ regnare cęperit in aliqua anima, Spiritum ſanctum ab ea fugat, & gratiam, quam ei idem contulerat Spiritus, iuxta illud

Margin notes (left): a Matth. 24.12. — *Peccatum quas congruẽtias habeat cum Aquilone.* — b Eccli. 43. 22. — Pag. 415. — c Cãt. 2. 11. — *Peccatũ ali quãdo Sãctioribus fir mius, ac for*

Margin notes (right): DE ANIMA. — *Diuinis donis infideles & pugnat aduerſus Deum.* — d Eccli. 43. 22. — e Eccli. 43. 22. — f Matth. 26. 49. — *Peccati damna.* — g Eccli. 43. 23. — h Iſa. 35. 2. — *Peccatũ tametſi frigidiſſimũ, ſuſcitat flammas concupiſcentiæ.* — Simile. — i Rom. 7. 17. — *Peccatũ fugat Spiritũ ſanctum ab anima.* — Simile. — k Prou. 25. 23.

DE ANIMA.

lud Sapientis: a *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum* (seu dolum, vt est in Græco, quo nosmetipsos decipimus) *& auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu; & corripietur* ἐλεγχθήσεται, i. confutabitur, confusus fugabitur, *à superueniente iniquitate.* Quo loco obiter notandum, oĩa tria genera peccati ibi numerari, quatenus fugant Spiritũ sanctum. Id. n. quod cõmittitur verbo, significatur nomine ficti, seu fictionis, aut doli: Id, quod fit cogitatione, nomine cogitationũ sine intellectu: Quod verò opere perpetratur, vocabulo iniquitatis. E conuerso, sicut Auster, cum vehementius perflauerit, ipsum fugat Aquilonem: Ita & Spiritus sanctus ab anima illa, in qua spirauerit, omnẽ fugat iniquitatem, frigiditatem oẽm, & omnem glaciẽ; medelamque ijs omnibus affert damnis, quæ ex peccato, frigidoq; Aquilone perflante miseræ eueniunt aĩæ: Vnde peregregie Auctor lib. Ecclef. cum spiritalis huius Aquilonis conditiones, & damna pariter, quæ ab eo efficiuntur, in loco supra citato enarrasset, ista subintulit verba, b *Medicina omnium in festinatione nebula: & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum,* quorum sensus est: Prædictorum damnorũ omnium, quæ per frigidum causantur Aquilonem, ea est curatio, si festinanter adueniat nebula, quæ, flante Austro ascendere solet, terramque humectare: & ros excitatus ab ardore, & calore eiusdem Austri superueniente post Aquilonis frigiditatem, obuians crystallo, & glaciei, quæ ad frigidi Aquilonis spirationem congelata fuerat, humilem efficiet eũ, quia ipsam crystallum in aquas resoluet: vel referendo hæc ad Aquilonẽ: Et ros, ab Austri calore suscitatus, obuiansq. ipsi Aquiloni, humilẽ eũ efficiet, illius vires dissoluens. Vbi notandum, optima ratione factum, vt, tametsi Auster re vera sit, quo fugatur Aquilo: curatio tamẽ incommodorum, quæ Aquilonis frigiditas, & gelu attulerint, non tam Austro adscribatur, quã nebulæ, & rori, quæ sunt effectus Austri, nam, etsi Spiritus sanctus re vera sit, quo omne fugatur peccatum, media tamen gratia, quæ ex eius calore suscitatur in anima peccato obnoxia:, medetur ipsemet Spiritus sanctus frigiditati, ac glaciei, & incommodis omnibus, quæ ad peccati flatum anima ipsa contraxit: Ita vt propterea sępius in sacris litteris eidem gratiæ vniuersa peccatoris iustificatio tribuatur; cum certum nihilominus sit, Spiritum esse, qui & iustificat, & sanctificat, vnde & c spiritus sanctificationis appellatur. Quapropter sponsus ad primum eiusdem iustificationis, & sanctificationis principium respiciens, Spiritum ipsũ Sanctum ad suam aduocat spõsam sub Austri metaphora, dicens: *Et veni Auster*: dumque subijcit: *Et perfla hortum meum;* haud dubium, quin & calorem charitatis, & humorem simul aduocet gratiæ: quandoquidem hæc duo secum affert Spiritus sanctus vbicumque perflauerit.

a Sap. 1. 5.

Peccati triplex genus.

Simile.

Spiritus sanctus spirans in animã, omne fugat peccatum, omniaque illius damna tollit.

b Eccli. 43. 24.

Spiritus sanctus, fugat peccatum media gratia, quæ est eius effectus.

c Rom. 1. 4.

Notanda hoc loco est locutionis diuersitas: nam licet tam de peccato, quàm de Spiritu sancto, & gratia sermo sit sub metaphora ventorum; peccato tamen dicitur, *Surge,* nullaque mentio fit de perflatione: Spiritui autem sancto haud dicitur, *Surge,* sed, *Veni,* & additur, *Perfla hortum meum.* Siqnidem peccatum surgit, aufugiens, nec tamen tunc perflat in animam illam refrigerans, quando ipsa illud recogitat, quod aliquando commisit, vel cuius intra se fomitem habet, ipsumve detestatur: At verò Spiritus sanctus è cęlis venit, & intra animam ab extrinseco veniens, perflat in eam, cum illam sanctificat.

Peccatum quo surgit aufugiat ab anima.

A Notandum & id quoque, prius dici Aquiloni, vt surgat; postmodũ verò Austro, vt veniat, ac perflet: non solum quia detestatio peccati in aĩa præcedat necesse est, antequã iustificationis gratia in ipsã adueniat: verum ẽt, quia in ipsamet iustificatione peccati remissio præcedit gratiæ infusionẽ: tametsi nullus sit ordo temporis inter decorationem gratiæ, & liberationẽ à culpa: simul. n. aĩa & gratia decoratur, & liberatur à culpa, datur tñ secundum Theologos inter ea duo quidã ordo naturæ, & licet ex parte Dei, qui & gratiã spirat, & culpã remittit, prior sit gratię infusio, quàm remissio peccati; Sicuti ex parte solis prior est inductio luminis, quàm exclusio tenebrarũ; nihilominus ex parte animæ illius, à qua fugatur peccatum, & in quam inducitur gratia, prior est remissio, atque fugatio peccati, quàm ipsa gratiæ infusio. Quemadmodum ex parte aeris prior est exclusio tenebrarum, quàm eius illuminatio. Ad hunc igitur naturæ ordinem animæ sponsus respiciens, prius dixit, *Surge Aquilo,* tum, *Veni Auster.*

DE ANIMA.

Peccatum quo fugatur prius ab anima, quàm eidẽ infũdatur gratia.

Simile.

Simile.

Adde tertio, per illa, quæ adiecta sunt, postquã dictum est. *Et perfla hortum meũ,* nempe, *Et fluãt aromata illius,* indicari, cælestem sponsum non tã ob id aduocare gratiam, & Spiritum sanctũ in animam sponsam suam, vt per illum ea iustificetur, quàm, vt illa eius Spiritus ope suaueolentes proferat aromatum fructus in bonis operibus, ac in virtutum actibus: ex illo aũt Psal. 33. quo dicitur, d *Declina à malo, & fac bonum,* patet, quam recto prius dici debuit, *Surge Aquilo,* & postea, *Veni Auster;* secundũ acceptionẽ istã. Porrò aromata, quæ fluunt ex anima, in quam Auster Spiritus sancti perflauerit, ea sunt, quæ Paulus enumerat pro fructibus eiusdem spiritus, nempe, e *Charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas,* &c. Quorum odor per opera exhibetur.

A peccato immunis esse dẽt anima, quæ bona operari facere velit.

d Psal. 33. 15.

e Galat. 5. 22.

PARAPHRASIS.

Ait igitur sponsus, Peccatum, quod instar frigidi Aquilonis frigidã reddis animarũ charitatem, aquasve diuinorũ donorũ congelas, quodvè & in ijs, qui sanctitate excellebant, requiescere nõnumquã soles, eadẽve animabus fers damna, quæ & frigidus Aquilo, *Surge,* ne requiescas ĩ spõsa mea; *Surge* fugatum, dũ ipsa te detestatur, fuge remissum, fuge cũ prauis operibus tuis; At tu è vestigio *Auster* Spiritus sancti *veni* è cęlis, caloreque, & humore gratiæ, & charitatis tuæ eã decora, perflans ipsam, quæ hortus meus est, ferque illi opẽ, vt virtutũ exhibeat opera; sic enim, te perflante, *fluent aromata illius,* fructificantis fructus tuos.

Iuxta tertium litteræ sensum, quo sponsa est, quæ hęc verba profert, sumens tã Aquilonẽ, quã Austrum in bonam partem pro gratia, & Spiritu sancto secundũ diuersos effectus refrigerij, atq; caloris, prout explicatum est supra sensu secundo exposit. secũde; optans pia aĩa fructificare dilecto suo, & aromata bonorũ operũ illi proferre; intelligensq; se ne minimã quidẽ cogitationem, quę bona sit, vbsque eius ope proferre posse, cum ipse dixerit; f *Sine me nihil potestis facere,* & iuxta Apostoli dictum, g *Non possumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit.* Et, h *Spiritus sit, qui adiuuat infirmitatem nostram*; rogat modo, vt ab ipso eius perflatur spiritu, confidens, omnia in futurum posse, si ab eo confortetur. Similisque ista eius deprecatio illi est deprecationi, qua Dauid sic eumdem Deum rogauit dicens: i *Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Quod enim lætitiam salutarem dixit

TERTIVS SENSVS.

Spiritũ sanctum vt ipsã perflet, rogat pia anima.

f Ioã. 15. 5.

g 2. Cor. 3.

h Rom. 8. 26.

i Psal. 50. 14.

Prophe-

DE ANIMA. Propheta, Deum efflagitans, per gratiã animas lætificantem, dulcique voluptate exhilarantem, spõsa Aquilonis vocabulo similiter flagitat, nomine Aquilonis serenitatẽ designans, quæ fit per Aquilonem dissipantem nubes; lenemque illam auræ spirationem, quæ, tametsi peculiari vocabulo Zephyrus dicatur, ac Fauonius; & Aquilo nihilominus rectè nuncupatur, cum pars quodãmodo sit, & species Aquilonis, quin & aliqua ratione ipse Aquilo leniter spirans, vt colligitur ex Strabone lib. 1. Geographiæ ante mediũ. Quis verò nesciat id, quod Eliæ significatũ est: *a* Nec in spiritu grãdi, & vehementi, nec in cõmotione esse Dominũ, sed in sibilo auræ tenuis? Cũ igitur sub Aquilonis metaphora sponsa Dominum, eiusve spiritum petat, quis dubitet, haud metaphora Aquilonis fortiter spirantis eam vsam esse, sed eius, qui leniter spiret? quivè, cũ serenissimus sit, & ventorum omnium iucundissimus, maximeq; genitalis, vitalis; ac salutaris non solum hominibus, sed etiam plantis, congruentissime ad illud ipsum significandũ vsurpari à sponsa potuit, ad quod significandum Propheta Sãctus nomẽ vsurparat lętitię salutaris.

Spiritus sãctus Aquilo & lætitia salutaris.

Strabo.

a 3. Reg. 19. 11.

Porrò quem idem Propheta spiritum principalem, ἡγεμονικὸν, idest ductorem appellat; quia *quicumque* ex charitate, qua in Deum flagrant, *filii Dei sunt*, hi sanè *spiritu Dei aguntur*, vt ait Apostolus; *b* aguntur autem, & ducuntur ipso charitatis calore, quo à tali succenduntur spiritu: hunc spõsa admodum apte sub metaphora petit Austri, cum scriptũ sit, *c* Dominum ire in turbine Austri: quia Auster ventus calidus est, caloremque impertit, sicut & Spiritus sanctus charitatẽ: vnde in lib. Iob legimus: *d Nõne vestimẽta tua calida sunt, cũ perflata fuerit terra Austro?* Enimuero cũ terra animę cuiuspiã, terreni aliquid in se habentis, quo retardatur, ne viam mandatorũ Dei currat, Sancti spiritus perflata fuerit Austro, illa eius vestimenta, de quibus inquit Paulus: *e Induite vos viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c.* virtutes nimirũ ipsius, calidę sũt, caloręq; conceptũ eidẽ ipsi, quẽ induunt, impertiunt, ita vt propterea ea ad bene operandum nedum currat, sed aduolet. Quidni verò aduolet tanto ductore? qui quantò magis alæ bonæ voluntatis expanduntur ad ipsius spirationem, tãtò plures eodem charitatis calore suggerit pennas, volatum facilitantes: sicut in accipitre admirandum Beato Iob proponit Dominus, dicens: *f Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum?*

Spiritus sãctus ductor ad bene operandũ, quatenus istar Austri calefacit charitatis calore.

b Rom. 8. 14.

c Zach. 9. 14.

d Iob 37. 17.

e Coloss. 3. 12.

f Iob 39. 26.

Cursum, seu volatum istũ, qui à spiritu principali, atque ductore est, quemve idem spiritalis Auster causat, sponsa insigni explicat metaphora, dicẽs: *Et fluent aromata illius*. Est autem duplex metaphora in verbis hisce: Altera est fluxus fluentorum, ac si dicatur: *Et aromata*, virtutesque meę, instar fluminis, largiter fluentis *fluent* ad huius Austri spirationem: quã metaphorã clarius exhibitã habemus in Psalmi 125. vbi Propheta ait: *g Conuerte Domine captiuitatem nostrã, sicut torrens in Austro*: id est, Conuerte nos, vt viã mandatorũ tuorum curramus ea celeritate, qua siccatus torrens, flante Austro rapidissime incipit fluere. Altera metaphora est efusionis, & fluxus odoris aromatum: si quidem aromatum odor flante Austro tanta velocitate diffunditur; vt propemodum in instanti per maximum aeris spatium diffundatur, & fluat.

Cursus animæ charitate succensæ instar fluminis rapidi.

g Ps. 125. 4.

Cursus animæ charitate succensæ similis fluxui odoris aromatum flante Austro.

At circa verba illa Prophetæ; *h Et spiritu principali, seu ductore confirma me*, quibus hoc ipsum petitur, quod sponsa efflagitat eius hisce verbis: *Veni Auster, perfla hortum meum*: non nihil insurgit difficultatis ex verbo, *confirma me*: Siquidem Propheta duo rogare videtur, quæ sibi inuicem repugnant, Spiritum Ductorem, quo scilicet ducatur, ac dirigatur in via virtutis: & simul statum firmum, ac confirmationem per eundẽ Spiritum: Si enim stare, ac confirmari, & stabiliri vult, cur Spiritum sanctũ, vt itineris, vięque ductorẽ postulat? Nihilominus haudquaquam pugnantia, sed maxime consona hac sua petit deprecatione: Confirmari enim optat ab Spiritu sancto in charitate, & virtute, iuxta illã Pauli orationem, qua ait: *i Flecto genua mea ad Patrẽ Domini nostri Iesu Christi, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritũ eius in interiori homine, Christũ habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati, & fundati*. Cõgruenter autem spiritus, quo sic confirmatur anima, spiritus principalis, & ductor dicitur, quia numquam magis progreditur, velociusque per viam virtutis currit pia quæque anima, quàm cum fortius ab hoc spiritu confirmatur in charitate.

h Psal. 50. 14.

DE ANIMA.

Cursus & Progressus piæ animæ tunc est velocior, cum in charitate magis cõfirmatur à Spiritu sãcto.

i Ephes. 3. 14.

Porrò cursum istum, quem sponsa his verbis, *Et fluent aromata illius*, explicauit, Propheta ijs expressit verbis, *k Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur*, progrediens quippe, & currẽs, ab Spiritu sancto ducta per viam virtutis, &, flante Austro fluens aromatibus sanctarum operationum, exemplo suo docet iniquos vias Domini, odoreque spiritalium aromatum suorum impios secum allectos ad Deum conuertit.

k Ps. 50. 15.

Notanda est circa sponsę deprecationem diuersitas verborũ, quibus Aquilonẽ petit, lætitiãq; salutaris Dei, & Austrũ, ac Spiritũ sanctũ, calore charitatis excitantẽ, & causantẽ fluxũ aromatũ, virtutũq. profectũ. Primo enim dixit, *Surge Aquilo*, secundo, *Et veni Auster*. Primò, intus quoquo pacto existentẽ suscitat: Secũdo, ab extrinseco aduenientem exoptare se significat. Enimuero haud ambigendum, quin ea, quæ hic loquitur anima sponsa Christi, diuinam in se habeat gratiã, & cũ diuina gratia Deũ ipsum, cũ sanctis fidelibus singulis id cõperat, quod aliqñ Saluator noster dixit, *l Regnũ Dei intra vos est*. Quia tamẽ contingit nõnũquã, vt huius regni Dei lætitia subtracta ei videatur, cũ eã sibi reddi postulat, quasi dormientẽ in se exuscitãs ait, *Surge Aquilo*, prout & alibi per Prophetã Dauid apertiùs dictũ legimus, *m Exurge, quare obdormis dñe? exurge, et ne repellas in finẽ. Quare faciẽ tuã auertis, obliuisceris inopia nostra, & tribulationis nostrę?* Et *n Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara*, idest gratia, quæ me lætificare solet instar psalterii, atque citharæ. Spiritum aũt sanctũ cũ eadem pia anima rogat, non ait, *Surge*, sed, *veni Auster*, alludẽs ad missionẽ illius, quã ab illo venire is dicitur, à quo mittitur, & venire ab extrinseco in piã animã, absq; vlla tamen mutatione ex parte Spiritus sãcti, sed tm ex parte ipsius animæ, in quã venit: quã missionẽ, receptionẽ, atque aduentũ sic aliqui explicant Theologorũ, vt fiat, quatenus ipse spiritus nouo modo incipit in anima, quæ iã diuina gratia, & donis Spiritus sancti decorata erat, nempe, vt amicus, motor, ac ductor, prout dicitur, dari aliquis rector, ac ductor pueris, & venire rectorem ad pueros, vt eos regat, ac ducat, donec ad legitimam ætatem perueniant. Et omnino, vt supernaturaliter mouens eamdem piam animam ad sui amorem, atque notitiam, atque adeo Prophetam in præexanimata sua eiusdem Spiritus petitione vt spiritum ductorem

l Luc. 17. 21.

m Psal. 43. 23.

n Ps. 56. 9.

Spiritus sãctus quo in piã animã mitti dicatur.

DE ANIMA. ctorem eum efflagitasse vidimus, & in alio Psalmo ab hoc ipso spiritu, quem in se aduenturum confidebat, *i* ducendam se ait in terram rectam.

i Ps. 142. 10.

Quod ergo in hac sua precatione sancta rogat sponsa, tale est.

PARAPHRASIS. Qui in me es, Deus meus, per gratiam tuam, vt quid dormis, & nō lætificas me? *Surge* amabo instar Aquilonis, leniq; refrigerij, & lætitiæ tuæ aura me recrees, rogo, reddēs mihi lætitiā salutaris tui: Tuq. sancte Spiritus *veni*, à Patre, Filioue missus ad me, vt ductor, ac rector; *veni*, instar Austri calidi, nouoque charitatis calore perflans *hortum meum*, potentias meas excita ad currendum viam virtutis: siquidē ad tui spirationem *fluent aromata* bonorum actuum; quando ipsa in earū studio tanta progrediar celeritate, quāta & flumina currunt: quando & eorumdem actuum exempla illicò longe lateque suum effundent odorem.

Tribulationib. probari, & Spiritus sācti igne succēdi rogat pia anima, ut uirtutū odorē emittat.

Iuxta quartum litteræ sensum: Perfecta anima illa quę tantis se à sponso suo celebratā sensit encomijs, in grati animi signū, tribulationibus probari exposcit, pollicens; se in tribulationibus, & in aduersis æq;, ac & in prosperis aromata exhibiturā gratiarū actionum, virtutumq. omnium. Est autem ista eius deprecatio ei similis, qua Propheta Dauid in Ps. 25. sic Dominū interpellat: *a Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meū.* Aquilonis metaphora tētationes, & aduersa petit; quoniā & horto, sub cuius metaphora de se metipsa loquitur, molestus, & grauis Aquilo est. Austro verò calido, hortisve propitio, prospera significat. Quid verò magis prosperum animæ, q̃ ignis, & calor Spiritus sancti? Quem sanè Dauid postulat ijs verbis: *Vre renes meos, & cor meum;* prout exponit Augustinus. Aromata, quæ pollicetur sponsa, ea sunt, quæ enumerat Apostolus, vbi dixit: *b Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem, &* ea, quæ enumerat Dauid post allatam deprecationem: *c Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua: Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Lauabo inter innocentes manus meas, &c.*

IIII. SENSVS. *a* Ps. 25. 2.

August. *b* Ro. 5. 3.

c Ps. 25. 3.

Tribulationibus augetur calor Spiritus sācti, ita ut largiꝰ fluāt aromata lacrymarum.

Dici quoq. posset eadem pia anima ob id Aquilonem, ac tribulationes petere cum Austro, & calore, & consolatione Spiritus sancti; quia tribulationibus augeatur, validiorq. fiat calor eiusdem Spiritus sancti; ita vt tunc copiosius fluāt aromata lacrymarum amoris, atque contritionis. Verum est quippe secundum id, quod asseritur ab Aristotele lib. problem, sect. 26. quæst. 29. quòd Auster cum Aquilone sibi ex opposito perflante, & calidior est, & fertilior aquarum. Quod ergo ait tale est.

Aristot.

PARAPHRASIS. Vtinam mihi contingat, vt simul hortus animæ meæ perfletur a permolesto vēto tribulationum, & faustissimo, maximeq. propitio, ac prospero vēto Spiritus sancti; ò vtinam vnà cum Spiritu sancto, & spiritum habeam ærumnarum me concutientem. *Fluent* sanè tunc vberrime *aromata* lacrymarum præ desiderio futuræ vitæ, ad quam ingemiscam grauata, præ ardentissima tui charitate, præque ingenti lætitiæ cumulo, quo in ipsismet tribulationibus meis superando gaudio.

Vers. XVI. Surge Aquilo, & veni Auster, persla hortum meum; &c.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Obedientia humillima B. Virginis commendatur.

IN coronidem præstantissimorū omnium encomiorum, quæ toto hoc cap. 4. in B. Virginē collata sunt, id ob oculos nobis ponit cælestis eius sponsus, quod vniuersæ sublimitatis illius, & renouationis mundi extitit causa, humillima nimirū obedientia eius, quatenus exiguis iis humillisque verbis: *d Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbū tuū:* increatum Verbū in vterum suum. enim frequentius per totum hoc Canticum in B. Virgine celebratur, quā ista eius obedientia, prout in ijs, quæ iam exposita sunt, aduertere est.

d Luc. 1. 38.

Lucifer, & Gabriel duo venti spirituales: hic Auster, ille Aquilo.

Pro intellectione aūt eorū, q̃ hic dicitur, supponendum primò, sub metaphora duorū ventorum duos significari Angelos, Luciferū, & Gabrielem; hunc mediatorem salutis, illū mediatorē perditionis, iuxta id, quod, & in Psalmo 103. Angeli dicuntur à Deo facti instar ventorum *e Qui facit Angelos tuos spiritus*, idest veloces æque, ac spiritus, & vēti. Aquilonis nomine cōpellatur Lucifer; quia, *f* cum in lateribus Aquilonis sedere se dicat, quādo perflat mundum, ventum se certè exhibet Aquilonis. Gabriel verò è cōtra, cū ante Deum adstet, & à Deo mittatur, vt perflet, de quo scriptum est: *g Deus ab Austro veniet*: haud dubium, quin ab Austro missus Austrino spiret flatu.

e Ps. 103. 4.

f Isai. 14. 13.

g Habac.

Suppon̄edum 2. expelli Luciferum per hæc verba, *Surge Aquilo*: at non è B. Virgine, apud quā nullum is vnquā habuit locū, & in quam nullum habuit aditū perniciosus illius flatus, verū è mundo, in quo regnabat, quod indicat verbū *Surge*: è solio nimirū, in quo sedes, è mundo, in quo perflans regnas, vt per hæc, *Surge Aquilo*, Princeps huius mūdi eijciatur foras: At Gabrieli signate dicitur, vt Mariā perflet, quā Dn̄a in pretiosissimum sibi plātauerat hortum: nec dr̄ simpliciter: *Persla hortum meum*, sed, *Veni, persla hortum meum*: Erat iā siquidem Dominus cum B. Virgine tunc, cum Gabriel ad eamdem destinatus est nuntius, & idcirco ille ipse angelus in salutatione prima, qua illam compellauit, dixit: *h Aue gratia plena, Dominus tecum.* Quapropter haud mirum, si cum è cælis eum mitteret, is ipse, qui in cælis regnabat hoc vsus fit verbo, *Veni*, eo scilicet, quò ego iam tetendi. Vel per hoc verbum significare voluit, quod & ipse secum venturus esset. Perflauit autem B. Virginem Gabriel, proferendo diuini nuntij verba illa: *Inuenisti gratiam apud Deum, Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, &c.*

De Annunciatione B. Mariæ.

h Luc. 1. 28.

Per quem flatum, Spiritus sancti calore æstuantem, obumbrationemque virtutis Altissimi præferentem, factum est, vt aromata tātæ Virginis, tamve insignis horti fluxerint; verba illa scilicet eximiæ obeditionis, ac resignationis: *Ecce Ancilla Domini, &c.* quorum verborum prolatione vniuersus terrarum orbis repletus est ex odore talis humilitatis, talis obedientiæ, talisve, & resignationis; sicut, *i* & fracto alabastro vnguenti super caput Iesu à Maria Magdalena, totam domum repletam legimus ex odore illius vnguenti. Quin adeo fragrantia eorumdem aromatum longe diffusa est, vt diuinum delinierit olfactum.

i Io. 12. 3.

Breuiter ergo, quod hic dicitur, tale est.

PARAPHRASIS. Surge, & abi è mundo isto, cuius regnū tibi occupasti Lucifer, ex Aquilonaribus partibus frigus peccati in illum deferens, vt ventus Aquilo. Tuq. Gabriel, mecum ab Austro veniens, veni: atque, vt Auster persla Mariam hortum meum, nuncians ei verba, quibus calore incalescat Spiritus sancti, virtuteque Altissimi obūbretur, quasi nubibus ab Austro delatis. Et fluent aromata, verbaque illius, instar aromatum redolentia humilitatem, & obeditionem: vt, sicut per inobedientiam vnius mulieris, quam Aquilo excitauit, peccati fetor totum

peruasit

APPENDIX.

persuasit orbem: Ita per Virginis huius obeditionem, iustitiæ spargatur odor in omnem terram.

Iuxta secundum litteræ sensum, iubet sponsus Aquiloni, dolorem, ac ærumnas, & quæ molesta sunt significanti, necnõ & Austro hortis propitio, atque adeo designanti gaudium, atq. lætitiam; vt B. Virginem perflent, quò sic magis virtutum eius fluant aromata, eorumdemq. aromatum odor extrinsecus effundatur. Ita siquidem (vt ex Euangelio patet) vniuersam Mariæ vitam disposuit Dominus, vt iugiter duobus hisce ventis perflata sit; atque adeo varia ad spirationis ærumnarum, variave & ad flatum lætitiæ protulit virtutum exẽpla.

II. SENSVS. *Maria vitã suã permixtã gaudio, & dolore, ut diuersorũ virtutum exẽpla proferret.*

Iuxta tertium sensum, quo sub præcipuorũ ventorum metaphora Austri, & Aquilonis vnus significatur Spiritus sanctus ob diuersos, quos operatur effectus, vt supra explicatum est; Gloriosa virgo Maria hæc intra se dixisse censenda est tũc temporis, cũ à Gabriele Incarnationis diuinæ, quæ intra vterum suum facienda erat per Spiritũ sanctũ, cæleste accepit nuntium: Ac si dixerit.

III. SENSVS. *Maria spiritum sanctũ precatur, ut in se superueniat, quo fiat Incarnatio Verbi.*

PARAPHRASIS

Surge amabò è cælis, & veni sanctè Spiritus, quem superuẽturum in me nuntiat Angelus, perfla hortum vteri mei; ac, sicut Aquilo, Austerq; simul mixtus fac, vt sponsus meus descendat, sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram ventris mei: & fluent aromata ipsius vteri mei, quando illum proferet, qui non vnum aroma est, sed aromata omnia: Cuius a nomen est oleum, & vnguentum effusum.

a Can. 1. 3.

Vers. XVI. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum: & fluent aromata illius.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica: Et in latere Aquilonari erat mensa, & super eam duodecim panes facierũ, & in latere Australi erat candelabrum ad illuminandũ; & super altari offerebant Sacerdotes oblationes, & adolebãt super illo incẽsũ aromatũ.

Christus abigit ab Ecclesia diabolum, aduocatq. spiritum sanctum, vt ex illa fluant aromata prædicationis.

Cõmuniori sensu in his verbis, expulso diabolo, per Aquilonem designato, aduocatur Spiritus sanctus designatus per Austrum, in Ecclesiam, vel piam animam; vt ex ea fluant aromata prædicationis, seu operationum virtutum.

Sequuntur hunc sensum Gregorius Nyssenus homil. 10. Theodoritus, Catena trium Patrũ Psellus, Ambrosius expositione in Psalmũ primum, & lib. de ijs, qui myst. initiantur cap. 9. Augustinus epist. 120. ad Honoratum c. 22. Gregorius Papa nedum in suis Comment. sed & in lib. 27. Moral. cap. 23. alibiq; sæpius, Philo Carpathius, Anselmus, & Rupertus Abbas: Ex quibus Augustinus, Gregorius Papa, Philo, Anselmus, atq; Rupertus Christo, vt sponso hæc tribuunt; reliqui verò sponsæ.

Greg. Nyss. *Expulso diabolo aduocatur i Ecclesiã Spiritus sanctus, vt ex ore discipulorum fluant aromata prædicationis.*

Explicat præ ceteris sensum istum Greg. Nyss. Ecclesiæ enim hæc tribuens, diabolum eã abigere inquit, & aduocare Spiritum sanctũ, per cuius spirationem efficiatur, vt ex ore plantarum animatarum, atq; sanctorũ, qui sunt in horto Ecclesiæ, & tali vento perflati, fluant aromata odorifera prophetiæ, & salutaria fidei dogmata, prout factũ legimus in die Pentecostes: Sic quippe, ait: Centum viginti discipuli, qui plãtati sunt in domo Dei, flatu huius Austri doctrinæ fluenta emisere per omne genus linguæ. Porrò Aquilonis nomine dicit, expulsum diabolum: quia Aquilonis instar diabo-

Diabolus cur Aquilo dicatur.

Michaelis Ghislerii.

A lus pater tenebrarũ sit, vtpotè in loco, qui à radijs solis neq; illuminetur, neque calore foueatur: hic memq. efficiat tristitiæ, atque peccati; necnon & mollem animarum naturam instar aquæ congelet, duramve efficiat: Nomine verò Austri aduocatum Spiritum sanctum: quia instar Austri calidus is est, & semper lucidus, à meridie perflans.

APPENDIX.

Spiritus sanctus cur Auster dicatur.

Duo inter multa, quæ circa hæc à Nysseno dicuntur, haud prætereunda hic sunt. Primũ Aquilonẽ vocari dexterum, sed non esse dexterum, nisi ei, qui à tergo habeat Orientẽ, per agens cursum ad Occidẽtem: quo significari, inquit, illi dexterum, ac fauorabilem, & gratũ esse diabolũ, qui à Christo recesserit, quem Orientis nomine insignitum asserit Zacharias Propheta; b & se protrudit ad B occasum lucis, vbi est potestas tenebrarum.

Diabolo is adhæret, qui à Christo recesserit.

b Zach. 6. 12.

Alterum est, discrimen veteris testamenti à nouo, hic significatum per verba illa, *Et fluãt aromata illius:* qñquidem fluuius propheticus aquis plenus extitit; Euãgelicus verò aromatibus: Sicve per aduentũ Spiritus sancti fluenta aquarũ mutata, & eleuata sunt in fluenta aromatũ: *c Flabit* (inquit) *Spiritus eius, & fluent aquæ,* dicit Propheta. Sponsa aũt, regijs ornata diuitijs mutat fluẽta ad maiorẽ amplitudinẽ, & magnificentiã, faciẽs aromatum fluuios effluentes ex arborib. horti per nim spiritus. Talis fluuius aromatũ erat magnus Paulus, cuius fluentũ erat Christi bonus odor: Talis Ioan. & reliq. Euãgelistæ, alijve oẽs, irrigãtes plãtas horti.

Lex Mosis extitit fluminus aquarum: Euangelium aũt fluẽta aromatum.

c Psal. 147. 18.

Apostoli fluuij aromatum.

C Illud quoque notandum ex eodem Nysseno, per id, quod, cum accersitur Spiritus sanctus, simul expellitur diabolus, significari incompossibilitatem eorum in vna eademque anima.

Alio tñ sensu vterq. ventus in bonum sumitur pro Spiritu sancto, quem sensum secutus est Paulinus epist. 3. ad Aprũ in fine, dicẽs: Orate, vt hortulum nostrũ introire dignatus (s. Christus) exurgere Aquilonem iubeat, & Austrum venire, quibus auras vitales afflantibus, germina nostra virescãt.

Spiritus sanctus in anima, stare nequit, vna cũ diabolo.

Paulinus.

Eodem tendunt, quæ dicuntur ab Ambrosio in lib. 3. de Virgin. circa medium: Pete, vt aspiret tibi Spiritus sanctus, spiret supra cubile tuũ, atq. odorem piæ mentis, & gratiæ spiritalis accumulet.

Spiritus sanctus accersitur sub duorum ventorum metaphora.

D Clarius Iustus Orgelitanus, dicens: *Surge Aquilò &c.* Vnus spiritus. i. quia Aquilo, atque Auster sunt diuersa vocabula, vnius Spiritus sancti insinuant dona: Aquilo, dum æstuantibus refrigeria præbet: Auster, dum duros ad credendum, vel bene faciendum resoluit: Et quoniã in duobus vnus aduertitur, non ait, perflate, sed, *perflua hortum meum, & fluant aromata illius;* Inspira credentem populum, & redundent bona opera eius.

Ambros. Iustus Orgelitanus.

Ambrosius per Aquilonem, & Austrum præcipuas mundi partes accipiens in lib. 1. de Virg. ante finem, ex omnibus mundi partibus ad rectam fidem omnes gentes his verbis vocari existimat, sic enim ait: Respondebit tibi sponsus: *Exurge Aquilo, & veni Auster, aspira hortum meum, & fluant* E *aromata mea:* Ex omnibus enim partibus mundi odor sacratæ religionis adoleuit dilectæ, quo Virginis membra flagrarunt. Clarius vero idem in Psal. 118. serm. 12. vers. 2. *Exurge,* inquit, *Aquilo,* hoc est, Surge qui dormis, & exurge à mortuis; populus nationum, qui diu ante dormisti, euigila aliquando, & illucescet tibi Christus.

Ambros.

Ad rectam fidem vocãtur oẽs gentes ex omnibus mundi partibus.

Idẽ tñ Ambr. eodẽ serm. 12. vers. eodem, vocari, inquit, oẽs gẽtes: at per Aquilonẽ, & Austrũ haud partes accipit mundi, sed duos populos, Gentilem per Aquilonẽ, & Iudæum per Austrum: quia fides prius ex Iudæis, sicut sol oriens prius per Austrum transiens, gyrat ad Aquilonem. Sic autem hæc ex-

Idem. *Ad rectam fidem vocantur prius populus Iudæus, deinde, & populus Gentilis.*

APPENDIX.

plicat. Omnes inuitantur ad Ecclesiam, & Synagogæ populus, & Gentilium; sed prius Synagogæ: quia priores ex Iudæis Apostoli crediderunt, per ipsos postea nationum populi cógregati sunt. Vide ergo veniétem solem nostrum ad Austrum, postea gyrantem ad Aquilonem, Ierusalem, Ierusalem. Venit vtiq. ad eam, quam etiam vocare dignatus est. Sed hæc Ierusalem terrena est, quæ occidit Prophetas. Gyrauit igitur ad agentes: gyrando autem, gyrauit Spiritus Dei, & in gyro suo conuersus est, vt fieret Deus omnia in omnibus.

Eccl. 1. 6.

Quarto sensu, Cassiodorus, ac Beda tam per Aquilonem, quam per Austrú sumút tentationes, tribulationes, ac persecutiones: sed per Aquilonem ventum frigidum proprie terrores, minas, ac cruciatus: per Austrum vero calidum blandimentorum decipulas, quibus duobus modis probatur Ecclesia: Vnde Cassiodorus ait: Sciens Dominus, qui est sponsus, & Redemptor Ecclesiæ, ipsam Ecclesiam persecutionibus esse multiplicandam, ipsam quodammodo iubet venire persecutionem, non præcipiendo, sed permittendo; nouit quippe Dominus, malis hominum bona quædam facere; sed ipsam persecutionem in potestate sua habet, vt non tantum sæuiant, quantum volunt: Vnde scriptum est: a *Qui facit ventis pondus*: quia flatibus persecutionum modum imponit, iuxta illud Apostoli: b *Faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.*

Cassiod. Beda. *Tribulationes, & tentationes permittit Deus in sponsam venire pro eius fructificatione.*

a Iob 28. 25.

b Cor. 10. 13.

Aponius per Aquilonem accipit quidem tentationes, & persecutiones; at per Austrum intelligit virtutem, ac securitatem gratiæ spiritalis, sic enim ait: vt frigus Aquilonis, & calor Austri efficiunt té peratum aerem paradiso, quo possint commixto frigore tribulationis cum calore securitatis animarum paradisi fluere ad alternos actus. Legis enim Euangelij doctrina ab Austro spiritalem virtutem suo calore inspirans, humanis mentibus vt arbusculis indidit dulcissimi succi medullam, quã Aquilonis immundus Spiritus per regnum Romanorum factorum corpora laniando ad odorem suauitatis nesciens perduxit.

Aponius. *Persecutiones, & tentationes i spõsam immittit Deus, tamen simul cum virtute gratiæ spiritualis.*

Consentire hisce videntur, quæ ab Anselmo habentur, dum ait: Aquilo, commouens arbores, facit eas germinare, vt Auster succedens, fructum faciat producere: Ita persecutio, succedente feruore charitatis, gratia Spiritus sancti facit Ecclesiam fructificare.

Anselmus.

Eumdem sensum secutus est, & Richardus de Sancto Victore; explicat tamen illum diuerso modo: siquidem per Aquilonem sumens tentationes, & tribulationes, quatenus per illas constringútur quodammodo, & ligantur aquæ gratiarum, virtutesque præpediuntur, ne libere, & iucunde in actus fluant, non secus ac per Aquilonem colliguntur aquæ, ne fluant: vnde & Aquilo dictus est, quasi Aquas ligans: Per Austrum verò Spiritum sanctum: Aquilonem tunc ab anima arceri, & Austrum in illam aduocari, inquit, quando Deus misertus piæ animæ, quam tentando probabat, aridam eam sinens esse, tentationibusve, & ærumnis oppressam, dulcedinem illi exhibet Spiritus sancti; ita vt ex ipsismet aduersitatibus voluptatem percipiat: Tunc quippe huiusmodi Austro non tantùm flante, sed & perflante; idest totum occupante ipsum animæ hortum, adeò vt in nullo tristitiam habeat fluunt aromata virtutum illius tanta vtique vbertate; vt quælibet aduersa prospera reputet, & exteriora damna in lucrum animæ conuertat: fit tunc patientia læta, charitas benigna, humilitas deuota, prompta obedientia, virtutesque habet non tam in desiderio, quam in effectu.

Rich. Vic. *Ariditate expulsa, immittit Deus in piã animã dulcedinẽ Spiritus sãcti, efficiẽs, vt iucũdè operetur bonũ.*

Denique Bernardus quintum exhibet sensum; nam serm. de triplici custodia, &c. Spiritales sermones per hos duos ventos significatos accipere videtur, ait namque: Ventus est sermo, sed nõ semper est ventus vrens; *Surge*, inquit, *Aquilo, veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.* Et egregiũ sanè censeo per hæc subministrari nobis sensum, vt per hæc sponsa exprimat suam verbi Dei audiendi auiditaté, & simul indicetur fructus, & vtilitas bonorum sermonum, nempe fluxus aromatum, idest operatio virtutum.

Bernard. *Sermones Dei expetit pia anima, vt eorũ operẽ afferat aromata bonorũ operum.*

Finis Cap. Quarti.

CAPVT

VEniat dilectus meus in hortum suum, & comedat
fructum pomorum suorum. Veni in hortum meũ
soror mea sponsa, messui myrrham meã cum aro
matibus meis: comedi fauum cum melle meo, bi-
bi vinum meum cum lacte meo: Comedite ami-
ci, & bibite, & inebriamini charissimi.
2 Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Ape
ri mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea;
qa caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctiũ.
3 Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes
meos, quomodo inquinabo illos?
4 Dilectus meus misit manum suam per foramẽ, & venter meus
intremuit ad tactum eius.
5 Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myr
rham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.
6 Pessulum ostij mei aperui dilecto meo; at ille declinauerat, atq;
transierat. Anima mea liquefacta est, vt locutus est; quæsiui, &
non inueni illum; vocaui, & non respondit mihi.
7 Inuenerũt me custodes, q circũeunt ciuitatẽ; percusserũt me, &
vulnerauerunt me; tulerunt palliũ meũ mihi custodes murorũ.
8 Adiuro vos filiæ Ierusalẽ, si inueneritis dilectum meum, vt nun-
tietis ei, quia amore langueo.
9 Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum?
qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?
10 Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.
11 Caput eius aurum optimum; comæ eius sicut elatæ palmarum,
nigræ quasi coruus.
12 Oculi eius sicut columbę super riuulos aquarum, quę lacte sunt
lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.
13 Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs. La
bia eius lilia distillantia myrrham primam.
14 Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius e-
burneus, distinctus sapphiris.
15 Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super ba-
ses aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri.
16 Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis; talis est dile-
ctus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem.
17 Quò abijt dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quò declina
uit dilectus tuus, & quæremus eum tecum.

CAPITIS

CAPITIS QVINTI

VERSICVLVS PRIMVS.

VENIAT DILECTVS MEVS IN HORTVM suum, & comedat fructum pomorum suorum.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LITTERA.

A HAVD Ambigendum, quin totum id, quod hoc primo versu præsentis quinti capitis cōtinetur, ad eumdē pertineat tertium dramatis actum, ad quem & totum caput quartū vidimus pertinere: Nec dubitandum, quin prima ista, quę nunc exponuntur verba, ad id spectent, seu etiam cum illo iungenda sint, quod in vltimo versu præcedentis capitis habetur, tametsi apud Sept. Interpr. & in nostra Vulgata disiuncta videantur, vtpotè reiecta in principium distincti capitis, nedū distincti versus; hac quippe non obstante distin- B ctione, Patres omnes, & vniuersi expositores ad ea hæc referunt quoquo pacto, iunguntque complures in vnum, vt Greg. Nyss. Theod. Psellus; Catena trium Patrum, & alii.

Gre. Nys. Theod. Psellus. Tres Patr.

Supposito igitur hoc pro indubitato, cū variis modis, vt ostensū est, postrema ea pcedētis capitis verba accipiātur, vel, vt dicta ab spōso, vel, vt dicta a spōsa; & hæc pariter variis explicāda sūt modis. Licet in dubiū venire nequeat, q̄ spōsa sit, quæ hic loquitur.

I. SENSVS

Et quidem primo hæc dicere censenda est in responsionem totius encomii illius, quo ab sponso euecta fuit in superiori capite; seruans quippe eamdem horti metaphoram, qua panegyricam orationem suam sponsus cōcluserat, dicēs: C *Surge, Aquilo: & veni Auster, persla hortum meū*, &c. quave fusius ab eodem fuerat commēdata in vers. 12. 13. & 14. in grati animi signum tria facit: Inuitat illum, ad se vt veniat tanquam ad hortum conclusum quidem aliis vniuersis, at ipsi vni patētem: Tum eximium id omne, quod in se est, ab ipsomet fatetur, se recognoscere, à quo vt ab insigni agricola exculta sit: idcirco enim hortum eius se nuncupat, dicens: *Veniat in hortum suum*: Offert deniquę eidē illud omne, quod in se est eximii, prōptumque id ei exhibet vt proprio Domino, dicēs, D *Et comedat fructum pomorum suorum*. Tantumdē autem est, ac si hoc pacto loquatur.

PARAPHRASIS.

Quandoquidem adeo pulcher, adeo pretiosus, adeo amenus hortus sum, sicut me descripsisti, tā tamque mei curam geris horti huiusmodi; vt propterea noxium ventum abegeris, proficuumque aduocaueris, quo & amenitas, & gratiarum in me augeantur aromata: Veni amabò, dilecte mi, in hortum tuum, à te consitum, & à te excultum, & comede fructum pomorum, seu deliciarum tuarum, qualis enim, quantaque sum, tua sum: quicquid in me venustatis, ac pulchritudinis inest, tuū est, tibique vni seruatum: veni ergo, & de me, vt lubet, dispone.

LITTERA.

II. SENSVS

Quòd si spōsus in verbis illis: *Surge Aquilo*, &c. oppositos aduocauit ventos, vt hinc, & inde perflantes hortum, aromatum eius odorem longe lateque ad exteros quosque diffundant, prout explicatum est in sensu secundo primæ expositionis: sponsa, ad ea modo respondens, tale quid per hæc sibi velle videtur.

PARAPHRASIS.

Participes alii sint odoris aromatum meorum, famæque gratiarum mearū celeberrimæ; hortus tamen conclusus ipsa tibi seruabor, cui nedū odorem, ac famam; sed & fructus, pulchritudinē, gratias, ipsasve earumdem delicias non tā meas, quā tuas tibimet vni serbatas volo: *Veniat* itaque *dilectus meus in hortum suum*, & hosce *comedat fructus pomorum*, deliciarumve suarum.

III. SENSVS.

Si vero sponso, quæ in fine præcedentis capitis dicta sunt, tribuantur; affert nunc ipsamet sponsa rationem, quare precationem illam ad ventos adhibuerit, & cur tantopere fluxum aromatū, odorisve illorum diffusionem per hortum suū à duobus ventis Aquilone; & Austro leniter flabellatū exoptarit: nempe, vt dilectus eius ab amœnitate aeris, & ab effusa odoris fragrantia allectus, *veniat in hortum* ipsum *suum*, ibique *comedat fructus pomorum suorum*. Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Aquilo, Austerque leniter vicissim, aut etiam simul perflate *hortum meum, fluantque aromata eius*. O vtinam mihi præsto sint occasiones, quibus notas facere queam dilecto meo dilectionem meā, meamque in eum propensionem; vt ab horū aromatum odore, istarumque voluntatum mearū notitia illectus, is *veniat in hortum suum, & comedat fructus pomorum*, ac deliciarum suarum: veniens nimirum ad me, deq; venustate, pulchritudine, gratiisve omnibus, quas tātis extulit encomiis, vt de fructibus nō tam meis, quàm suis, vtve de suis pariter deliciis disponat, prout sibi libuerit.

IIII. SENSVS.

Possent denique & non incongrue hæc accipi, vt dicta ab eadem sponsa in responsionem ad totam inuitationem, qua in superiori capite inuitata ab sponso fuerat, vt secum cēderet: & in primis ad ea, quæ is dixerat in vers. 6. a *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbra, vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*: vbi scilicet hortus eius erat, prout ibi explicatum est, vt horti nomen haud metaphorice hic sumatur, sicut sumendum vidimus, secundum præallatos tres sensus, sed proprie pro ipso sponsi horto, ad quem illum tetendisse, significatur in primio capitis 6. vers. Sicve quod dicitur,

a Cāt. 4. 6.

Veniat,

LITTERA.

Verbum venire sumitur aliquando pro ire.

a Gen. 37. 30.

b Can. 6. 1

c Can. 4. 8

Veniat, tantumdem est, ac si dicatur: Eat, & vadat: A Licet enim verbum venire significet proprie motum versus nos, & ad nos accedere; sumitur tamē frequenter pro, ire, tum apud Auctores Profanos tum etiam in sacris litteris, sicut & hebraicū verbum בוא bo, quod, & si venire significet: sæpius tamen in significatu eundi positum reperitur; vt in Genes. a *Puer non comparet, & ego quo ibo?* Hebr. *Quo veniam?* Quinimo in hoc quoque significatu hic idem verbum sumpsisse videntur Septua, pro *Venias*, vertentes, Καταβήτω, *descendat*. Quid sit autem, dilectum *descendere in hortum suum*, ex eo colligi potest, quod in principio capitis sexti dicitur ab eadem sponsa; b *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum*. Ista verò profectio ad huiuscemodi hortum, descensio dicitur, tametsi hortus ille in monte esset, & colle myrrhæ ac thuris: quia ex asperrimis, & difficillimis iis facta est locis, quorum asperitas; ac difficultas per metaphoram altissimorum Iudææ montium designata est in vers. 8. vbi dicebat sponsus: c *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Ad significandum ergo facilitatem, & iucunditatem istius itineris ad hortum amænissimum, deliciisve refertum, descendisse ad eum dicitur sponsus: & hoc loco eidem suadetur, vt in illum ipsum veniat, atque descendat; facilis quippe descensus est, atque iucundus.

Congruunt porrò & cum fine præcedentis capitis ea, quæ hic dicuntur, secundum sensum istū: nam, cum verbis iis, *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum*, &c. iuxta eum sensum, quem quarto loco attuli in prima eorū expositione, spōsa suo significarit dilecto, id in primis sibi esse in optatis, vt exhibitis sibi occasionibus, locis, atq; temporibus aliquid molesti pro ipso patiendi, odorem charitatis suæ ipsi tam in molestis præberet, quàm in iucundis, offerens se illi tam in asperrimis iis locis, in quibus tūc commorabatur, quā etiam vbi nulla sit Aquilonis asperitas, sed placida Austri spiratio: Nunc eidem suadet, vt ad eum se conferat hortum suum, ad quem ire se velle, significauit, ibique delicis perfruatur, comedēs fructus pomorum suorum; subindicans, sibi tam gratum esse, remanere in asperrimis iis locis, si ei visum fuerit, tametsi molesti aliquid patiatur, quā, si vna cum illo pergeret ad deliciosum hortum illum: qua in re præstantissimum obedientiæ, & promptitudinis ad quamcumque sponsi sui voluntatē faciendum exhibet specimen: Tātumdem autem est, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Siue in locis hisce asperrimis, in quibus asperrimus item aspirat Aquilo; siue in amœnis iis locis, ad quæ aduocas me: siue aduersa, molestaq; Aquilonis, siue prospera Austri spiratione perflet, *fluēt* certè tibi abundanter *aromata* venustatis & pulchritudinis, dilectionis, atque propensionis meę. Tua certè sum & in amænis hortis ad suauem Austri ventum: Tua sum & hic quoque ad ventum Aquilonem. Quare ne mei respicias commoda: at vade, si lubet, solus *in* deliciosum *hortum* tuum, & comede *fructum pomorum* tuorum: Ipsa libentissime, si volueris, nedum eo tecum ibi, sed & hic remanebo.

Quoad lectionum varietatem, præter id, quod iam annotatum est, circa verbum, *Veniat*, pro quo Sept. habent καταβήτω *descendat*, duo notāda sūt. Primum, in Latina versione Sept. quæ nuper impressa est in Vaticano, mendosè legi: *Descendat frater-* A *nus meus in hortum meum*: nam in omnibus textib. Græcis, atque in illo etiam, qui nuper emēdatus è Vaticano prodiit, cuius ea est versio Latina, habetur, εἰς κῆπον αὐτοῦ, *In hortum ipsius*, seu, *In hortum suum*. Secundum, in hebræo pro eo, quod in Vulgata legimus, *Pomorum suorum*: haberi מגדיו, megadau, qua dictione significantur nedum poma sua, sed quicquid delicatum in horto eius extiterit; quin & deliciæ ipsæ, ita vt verti possit; *Delicatorum suorum*, vel, *deliciarum suarum*. Videantur, q̄ circa hanc ipsam dictionem, & circa vocem ἀκροδρύων, qua eam reddiderunt Sept. dicta sunt supra in prima exposit. vers. 13. c. 4. circa finem: Licet. n. ferè communiter Græcam istam vocem vertant, B *Nucum eius*; Ambr. tamen lib. 1. de Virg. post dimidium, legit; *Pomorum suorum*, iuxta versiones Vulgatæ, & Aquilæ, atque Symmachi legentium, ὀπωρῶν, item *pomorum*, poma. n. Græce, etiam ἀκρόδρυα dici, ostensum est ibi. Quamquam idem Ambr. in eodem sensu sæpius legat: *Pomiferarum suarum* vt videre est in Appendice.

DE ECCLESIA.

Ambr.

Versic. I. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

C

d Gen. 2.

Euæ similes sūt hæretici in horto Ecclesiæ, haud Xpm, sed hæresiarchas suos ad hortum suū inuitātes, & ad fructū scientiæ.

e Gen 3. 6

Legimus in libro Genesis, d Dominum plantasse *paradisum voluptatis à principio*, eumdemque Dominum produxisse *de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumq. scientiæ boni, & mali*: legimus, Adam, & Euam positos in eodem paradiso, illisve tradita cuncta, quæ in eo erāt ea ratione, vt directum tamen dominium tam paradisi, q̄ eorum omnium, quæ in ipso erant, Deus sibimet seruatum voluerit: eo ve vno id significauit præcepto, quo vetuit vnius fructus ligni scientiæ boni, & mali comestionem: quia in fructu vno illo, cete- D rorum quoque fructuum, totiusve paradisi verus agnosci voluit Dominus; legimus ibidem, e mulierem dupliciter errasse circa vetitum lignum illud; & quia ipsa prior comedit de fructibus pomorum eius, & quia de iisdem viro suo obtulit comedendos: quin nedum Deum ad hortum illum non inuitauit, quem sciebat & horti, & sui ipsius verū Dominum; sed audiens vocem illius deambulantis per hortum ipsum ad auram post meridiē, ab eius facie se abscondit, indicans, non stetisse per ipsam, quin ille à suo arceretur horto. Euam imitantur hæretici, siquidem, cum Dominus IESVS Ecclesiam plantarit tanquam hortum, ac Paradisum voluptatis, deque ea produxerit omne lignū E pulchrū visu, & ad vescēdum suaue, omne genus sanctitatis; cumq. illos ipsos in huius Ecclesiæ paradiso collocarit; vt quam in piis fidelibus intuerentur sanctitatem, eā oēm comedentes in se trāsfunderent, vnico sibi reseruato ligno scientiæ, qd sibi vni voluit exhibendum in veri, ac directi dominii Ecclesiastici protestationē, vtpote in cuius scientiæ exhibitione & reliqui pariter exhiberentur fructus eiusdem horti; Illi è vestigio ipsum sibi vsurpant scientiæ fructum, vnàq. cū illo & fructus alios vniuersos gratię, & sanctitatis; verumq. agricolam ex horto, quantum in ipsis est, eiiciētes Christum Dominum, hæresiarchis suis, vt sponsis singularum sectarum, & vt ipsius Ecclesiastici horti

DE ECCLESIA.

horti Dominis eam ipsam exhibent scientiam, ex hibitione hac totam cuiuscumque sectæ inficientes Christianorum collectionem: tantumve abest, vt verum Ecclesiæ sponsum inuitent, vt potius instar Adam, & Euæ ab eius se abscōdant præsentia, odientes nimirum lucem ipsius veluti fures. Catholica verò, sanctaque Ecclesia, tametsi hortum se esse intelligat omni arborum genere cōsitū, oī sanctitatis gradu decorū: agnoscit tamen, se illius esse, qui ipsam iam nuncuparat hortum, qui hortum ipsum plantarat; sicve id agnoscit, vt liberè id fateatur, nec fateatur modo, sed & offerat illi se se vt hortum ipsius, inuitans eum, ac dicēs: *Veniat dilectus meus in hortum suum*: Christi se hortum asserit, eumdemve ad sese inuitat, non alium; quia Christum vnū habet dilectum. Non vnō verò dūtaxat ei, quem dilectum suū appellat, sed vniuersos, quotquot in se extant, fructus offert, dicēs generice: *Et comedat fructum pomorum suorum*: quibus in verbis, quatuor sunt notanda: singulç enim voces peculiare aliquid innuunt.

Ecclesia Catholica & quicquid in se est Christo offert.

Ac primum circa id, quod dicitur: *Et comedat*; considerandum est discrimen, quo Apostolis mādatum est, vt in Ecclesia comederent, quove ipsāmet Ecclesia Christum inuitat, vt in se item comedat. Enimuerò in Actis Apostolorum legimus, Petro Apostolorum Principi iussum, vt tunc manducaret, cum prius mactasset: ostensa quippe illi Ecclesia sub specie vasis, ac sindonis, in quo erāt omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cçli, facta est vox ad eum: a *Surge Petre, occide, & manduca*: At Christo nequaquam dicitur, vt occidat, sed tantùm, vt comedat: quia nō vt ad linteū, sed vt ad hortū inuitatur: In linteo nāq. præfigurabatur Ecclesia illa, qua Gentes erant cōplectendæ idololatrç, & īfideles, quas cōuertere debebāt Apostoli ad hoc, vt membra fierent Ecclesiastici corporis.

Apostoli in conuersione infidelium, antequā eos comederēt, mactare debebāt: Christo conuersi offerūtur comedēdi, & non mactādi.

a Act. 10. 11

Porrò quia Gentes illæ erant instar brutorū, instar quadrupedum, serpentium, aquatiliū, & volucrum, mandatur Petro, vt tunc eas comedat, cum occiderit, cū pristina, atq; brutali vita illas priuarit: hoc etenim significat ibi mactādi verbū, sicut & verbum Comedendi incorporationē indicat, q̄ per comestionē fieri solet. Christo aūt incorporandi proponuntur fideles, atq. sancti, quos ipsamet Ecclesia ex se, tāquā ex horto, veluti dulcissimos profert fructus; ita vt haud operæpretiū sit, vt mactentur: ac profectò summa cū voluptate illos intra sua admittit viscera, qui Ecclesiç spōsus est, & agricola: & ideò quasi ad comestionē illorū inuitatur. In qua comestione hæc duo considerantur, gustus seu refectio comedentis, & prærogatiua comestorū, quæ in ipsius comedētis viscera trāsmittuntur. Quòd si quærat, quidnā sit ista trāsmissio fidelium, atq. iustorum intra viscera Christi: crederem, dici posse non incongruè, esse illam specialem curam, ac prouidentiā, quā Christus suscipit eorum. Istam specialem curam, atq. dilectionē p̄cedit in Christo gustus, quē ex talib. percipit fructib. dum quasi actu quodam comestionis palato cognitionis aduertit, illos esse cōsortes diuinæ naturæ; ita vt haud operæpretiū sit, vt eos in sui trāsmutet substantiam, sed, vt transmissos in viscera sua, magis illos perficiat in ea, quam iā habēt, natura diuina. Siquidem in spiritali ista comestione è contrario quodāmodo res se habet, ac in comestione corporea: in hac nāq; præcedit transmissio comestorum intra viscera comedentis, & eorumdem transmutatio in substantiam eiusdem comedentis subsequitur: At in spirituali, de qua loqui-

Christo comedēdi proponuntur iusti, vt dulcia poma ipsius.

Comestio, qua Christus comedit iustos, quōsiat per specialē prouidentiā, & dilectionem.

In Comestione spirituali transmutatio praecedit transmissionem in viscera.

A mur, comestione non trāsmittit Christus, nisi eos, qui iam transmutati aliqua ratione sint in eius naturam, conformes effecti diuinæ naturæ per gratiam: quamquam postmodum per eiusdem gratiæ incrementum, etiam post prædictam transmissionem, ac per specialem curam, & prouidentiam, & dilectionem perficiatur & ipsa quoq; transmutatio. Indicantur hæc ab Apostolo Petro in Epist. 2. vbi, de duobus hisce spiritualis comestionis effebus, licèt sub alia metaphora agens, ponit primo loco diuinæ naturæ consortium, & transmutatio nem iam factam tum subdit trāsmissionem intra viscera Christi, vbi iusti sub speciali illius prouidentia effugiunt peccati, ac corruptionis detrimēta, dicens. b *Per quem*, s. Christum Iesum *maxima, & pretiosa nobis promissa donauit*, s. Deus: *vt per hæc efficiamini diuinę consortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem*.

DE ECCLESIA.

b 2. Pet. 1. 4.

Notādæ sunt prærogatiuæ eorum iustorum, ad quorum comestionem Ecclesia Catholica Christū inuitat dilectum, quæ triplici appellatione indicātur, fructuum, pomorum, atq; suorum. Nomine etenim fructuum distinctuuntur primò ab infidelibus, qui similitudine animalium, quadrupedū, serpētium, ac volatilium designati, ab extra in Ecclesiam veniunt, & in illa, vt in Sindone concludūtur, prout superius ostensum est; ita tamen, vt facile ab illa effugere queant: cum iusti ipsi intra eam contineantur Ecclesiā, quæ hortus conclusus est: intra Ecclesiam electorū, quæ vni tantū peruia est Deo, cuius & propterea se hortū gloriatur, dum ad fructus hos comedendos Christū inuitat: quā ve & ipsemet Deus concludit, ambitve vt murus igneus. Nec solum iusti intra talem hortum deliciarum Dei continentur; sed insuper prodeuntes ex radice charitatis intra eamdem Ecclesiā in ipsa charitate radicati, & fundati sunt: quin, ita fructus sunt charitatis, vt simul quoque sint fructus diuini arboris Christi Iesu, de quo superius dictū est: c *Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios*. Et idcirco bene ad appellationem fructuum adiectum est pomorum, quæ supra ostēdimus sæpius, esse ipsius charitatis hieroglyphicum. In qua ēt charitate ita similes ipsi sunt Deo, vt propterea verissime dictū sit, in eorū comestione Christū comedere iā cōuersos quodāmodo in sui naturā, quos itra sua immittit viscera. Deniq; iidē iusti, tametsi sint præcipuç Ecclesiç partes, & intra Ecclesiā, in Ecclesia, atq. ex Ecclesia fructificent, vt ex pingui, ac fçcundissima terra, dīr tñ ab ipsamet Ecclesia fructus pomorū Christi, cui eos offert comedendos: tū quia, tametsi ipsa instar telluris aliquid in eis habere videatur; quicquid tñ in illis boni est, atq; suauis, id oē eius esse intelligit, qui incrementū dat Deus: tū quia, cū è Christo vt ex arbore mali fructificarint, eius potiùs q̄ suipsius fructus dicere illos debuit: fructus. n. q. que sunt magis arborū, quàm telluris. Vsa est demum hoc mō loquēdi, vt significaret, tales hosce esse fructus, qui à nullo cōtingendi essent, p̄terq̄ à Christo, cui vni à se, & in se cōseruātur, iuxta id qd apertius illi significauit in fine capitis 7. dicēs: d *Oīa poma: noua, & vetera seruaui tibi, dilecte mi*.

Iusti cur dicantur fructus in horto.

Iusti fructus dicuntur nō horti, sed pomorū, i. charitatis Christi.

c Cāt. 2. 3.

d Cā. 7. 13

Vnū superest explicetur: Qua rōne Ecclesia sancta Christum hoc loco ad hortum inuitet, atq; ad comedendos fructus, cū tñ simul nō officii causa, sed verè & hortū, & horti fructus eius esse fateatur. Ad hæc nāque dicendum, Ecclesiā se hēre instar boui illius curatoris hortorū, qui licèt optime norit, dño suo periucundū cū esse hortū, qui suæ cōmissus est curæ; ita vt p̄pea summa cū voluptate

Qua rōne Xps inuitetur ad hortū & ad fructus, cū ambo hæc iam sua sint.

ptate

DE ECCLESIA.

plius ad eum se conferat, quando unq; ei libuerit; & exploratū pariter habeat, posse illum ad hortum suum nedum eo tendere, sed & quicquid ei placuerit, ex ipso accipere fructuū: inuitat nihilominus ipsum, vt ad hortum illum suum pergat, offertq; & fructus ex eodem horto comedendos; vt meliori, quo pōt modo, propriū illi patefaciat gratitudinis, ac dilectionis affectū: vtve illius gratiæ cōpos efficiatur magis, quò magis sua ei perspecta sit industria, ac solicitudo: atq; ēt, vt ille aliquibus prospiciat, qui in horto sunt, defectibus. Eadem quippe rōne, & Ecclesia, tametsi ꝓ certo habeat, Christo nihil esse iucundius, quàm vt se in congregationem Sāctorū conferat, tamq̄ in hortum sibi maxime gratū, prout significatū ab ipsomet est, cum dixit: b *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*: inuitat nihilominus illum his verbis: *Veniat dilectus meus in hortum suum*: idque vt suam ei patefaciat dilectionem, gratitudinem, ac subiectionē: vt propriam quoq; eidem exhibeat industriam; qua semetipsam vt talis Domini hortum excolere satagit: vtve, si qui in eo horto vel exigui sint defectus, ijs ab ipso prouideatur, qui dulcedinē gustet fructuum: Ac si dicat.

b Math. 18. 20.

PARAPHRASIS.

Ecce me hortum haud alius cuiuspiam, sed tui ipsius, ceteris vniuersis conclusum, at tibi vni patentem: veni amabo dilecte mi, & eos, qui in me sunt, at è te magis fructificant, è radice charitatis prodeuntes, comede sanctos tibi vni seruatos, per specialem eorum prouidentiam in tua illos transfer viscera ea ratione, qua & fructus comesti in viscera transmittuntur comedentis: perque specialem dilectionem ibi eos concoquens perfice eam, quam tecum habēt, similitudinem.

III. SENSUS.

Sed melius eidem propositæ difficultati satisfiet, si ea, quæ hic dicuntur, exponantur iuxta sensum illū, qui tertio loco allatus est in littera: quove hic affert Ecclesia rōnem, quare in præcedentibus verbis Spiritus sancti missionē efflagitarit. Pro cuius sensus intellectione, duo sunt supponēda, alterū ex Euangelio, alterū verò ex Isaia Propheta, atq; ex Paulo Apostolo. Primum, è c parabola illa Patrisfamilias, qui plātauit vineam, colligitur, Dñm Iesum, cum in mundum venisset, vt è vinea, q̄ Pater in Iudæa plantarat, fructus colligeret, ab illa fuisse eiectum, maleq; habitū, atque et interfectum. Secundū asserit Dñs apud Isaiā, d expectasse quidem se, vt vinea Israel, quam sibi plantarat, fructificaret, at pro fructibus spinas sibi ab ea exhibitas, & per Apostolum significatur, illud ipsum, quod tunc fructificatum in ea est, haud Dño fructificatum esse, sed mundo, ac Dñi hostibus. e *Cum enim essemus*, inquit, *in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti*. Duobus hisce euentura cōtraria confidens per aduētum Spiritus sancti, illius missionem efflagitauit primitus Apostolorum Ecclesia in fine cap. quarti: Nunc has ipsas clarius explicat rationes, hosve effectus prædictæ suæ petitionis, ac desiderij, dicens: *Veniat*, idest *vt veniat dilectus meus in hortū suū, & comedat fructus pomorū suorū*. Quibus verbis significat primo, post missionē Spiritus sancti Christum in Ecclesiam ipsam suam iterū venturū spiritali aduentu, quo credentium corda visitare dignatur, & dona cōicat spiritalia, de quo aduentu Chrysost. hom. 74. in Ioannē ea intelligit eiusdem Domini verba: f *Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis*, &c. *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos*. Secundo, compellans

Spiritus sancti missione exseruntur spiritalis Christi aduentus in Ecclesiam.

c Mat. 21. 37.

d Isa. 5. 4. Secundum Sept.

e Ro. 7. 5.

Spiritalis Christi aduentus in Ecclesiam duo effectus.

Chrysost.

f Io. 14. 16 & 18.

illum nomine dilecti sui, indicat, fore vt tunc admittēdus sit nedum pro Domino, sed & pro dilecto, qui prius tamquā infestissimus hostis habitus fuerat; cum tamen idem re vera esset dilectus vineæ eiusdem, quā sibi plantarat: nā & hoc nomine illum insigniuit Propheta, dicens: g *Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ, vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei*, idemque confirmat, dum se *hortum* eius nuncupat: tacite enim signat, contrariū in hoc aduentu ipsius euenturū eius quod in altero accidit; fore nimirū, vt nō modo nō eijciatur, verum, vt in vineam ipsam ingressurus sit, tamquā in propriū deliciarum hortum, ibiq; delicijs sit recreandus, vbi eiectus contumelijs, cruciatibus, ac morte fuerat affectus. Tertiò, adijciens: *Et comedat fructus pomorum suorum*, significat, se tunc ita fructificaturam Deo, vt iam non sui amplius, sed illius ij cēsendi sint fructus: nec ampliùs spinas fructificaturam, quæ comedi non possunt, sed fructus pomorum, fructus charitatis, fructus deliciarū, fructus spiritus, quos enumerat Paulus, h fructus ipsiusmet Christi, qui summa cū voluptate ex illis se reficit, quos idem Apostolus opponit fructibus mortis, cum dixit: i *Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit; vt fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.*

DE ECCLESIA.

g Isai. 5. 1.

h Galat. 5. 22.

i Rom. 7. 4.

Ait ergo secundum hunc sensum Ecclesia sancta in Apostolis.

PARAPHRASIS

O vtinam spiratione persler Spiritus sancti, vt *dilectus meus*, quiiam a Synagoga expulsus fuit, & interfectus, ne ipsius fructus colligeret, quos tamen haud alios protulit, quàm labruscas, & spinas, in me *veniat* spiritali aduentu, vt *in suum hortum* deliciarum, & fideles, qui in me erunt, haud amplius morti fructificabunt, prout in Synagoga factū est, sed Deo: is adueniens summa cum voluptate suos iā *comedat fructus pomorū*, & charitatis.

Versic. I. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Sancta.

SENSUS. Simile.

INuitat prudens agricola transeuntē ex ipsius horto Regē, suppliciterq; illū obsecrat, in suū venire dignetur hortū, offert fructus, & quicquid boni in eo extiterit: Exploratū tamen is hēt, per huiusmodi Regis aduētū plura sibi euētura commoda, nā præterq̄ quòd ex tali inuitatione regiā adipiscitur gratiā, ditē insuper sibi parat strenā. Quinimò id optat quàmmaxime, vt ex oblatis à se fructibus Rex colligat, gustetve aliquos: pro certo etenim hēt, multo pluris, q̄ valeant, eos sibi exoluēdos. Eadem ratione se hēt pia aīa cum celesti Rege, dilectoque suo: inuitat quippe illū, vt in ipsam ingrediatur hortū suū, dicens. *Veniat dilectus meus in hortū suū, & comedat fructū pomorū suorum*: intelligens, q̄ illi iucunda talis sit inuitatio, & expectās largiores ab eo gratias, eximiaq; & munera. Enimuero inuitatio ista multò maiorem emphasim habet, quàm primo præseferat aspectu, cum inuitetur Deus, quiiam in ipsa est pia aīa, quive præsentia sua deliciarum hortū eā sibimet reddit, quæ alioquin lucus esset draconū, atque ferarū. Dictū est quippe sæpius, nouū Dei aduentum

Anima sancta inuitat Deū ad comedēdū poma sua in sui ipsius cōmodum

Aduentus Dei nouus

DE ANIMA.

In pia aia est noua ipsius Dei cõicatio illi facta.

Adueniens Deus in piã aiam comedensq; operationes illius triplicẽ ei exhibet nouã suicõicationem.

a Apoc 3. 20.

b 2. Tim. 1. 12.

uentũ in animã, nouã illius cõicationẽ ad eamdẽ animam significare, nouæq; alicuius gratiæ infusionẽ, quæ sanè noua Dei cõmunicatio, & nouæ gratiæ infusio tunc maximè fit, cum magis illa se deprimit, cumve nouo actu se, suaque oĩa Deo offert, ei ferens acceptũ quicquid in se repertũ sit boni. Idcirco dicens, *Veniat*, dilectũ suũ illũ appellat, nouo amoris actu eum ad se alliciens, seq; semetipsa quodãmodo (vt ita dicã) exproprians, addit; *In hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum.* Præclarè aũt per hæc, q̃ vltimo loco subiicit, *& comedat*, &c. subindicat, quænam futura sit ista noua cõicatio, q̃ optat, sperat, ac enixe efflagitat, inuitans Deũ, vt ad se veniat. Nẽpe internus quidam gustus, quo in ipsis bonis operib. suis reficitur eo ipso tpe, quo iisdẽ reficit & Deus, quẽ speciali actu charitatis intra se admisit, prout colligitur ex illo Apocalypsis, quo idemmet Deus ait: *a Ecce sto ad ostiũ, & pulso: si quis audierit vocem meã & aperuerit ianuam, intrabo ad illũ, & cœnabo cũ illo, & ipse mecũ.* Quamquã hæc Dei comestio fructuũ pomorum suorũ duas insuper alias significet Dei cõicationes dictæ animæ p̃stitas: alterã in eo, q anima ipsa ex Dei aduentu dulcissima perfunditur consolatione, certam, quantum homini viatori permittitur, concipiens fiduciã, q Deo accepta sint opera eius: & q is eadem opera comedens, illa quodammodo intra sua trãsmittat viscera, vbi tuto sibi seruẽtur, iuxta illud Apostoli: *b Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositũ meum seruare in illum diem.* Alterã, q dũ sic percipit, bona opera sua, ac præsertim actus charitatis sub metaphora fructuum pomorum designatos, per Dei comestionem sibi intra eiusdẽ Dei viscera seruandos, percipit pariter, eosdẽ pomorũ fructus in ipsũ comedentem Deũ quodammodo conuertendos: atq. adeo intelligit, eos fore meritorios eiusdem Dei, quẽ nil mereri pt, nisi qd diuinitatis quoquomõ sit particeps: sicve per nouã gratiæ infusionẽ ardentius se quoq; in eũdẽ Deum conuertere satagit, vberiusve illi fructificare decernit. Ex quibus oĩb. colligitur id, qd iam dictũ est in principio, inuitationẽ illam in inuitantis aiæ cõmodũ factã: simulque colligitur, q̃ immensa sit Dei bonitas, qui cũ nil à quoq; accipere possit, qd suũ sit, pro gratissima nihilominus accipit oblatione, cum sua ipsa ei exhibeantur: nihilve ipsi pro gratiis acceptis p̃stari potest iucundius, quàm si inuitetur ad nouas gratias conferendas: quod enim iuxta hunc sensum ait pia anima, tale est.

PARAPHRASIS.

Hortus tuus sum, à te excultus, omnive decore, quẽ in me extulisti, à te insignitus; non cessas, sat noui, noxia cũcta à me abigere, faustaq. largiri: qd aliud tibi referã ignoro, nisi vt, q̃quidẽ hortus tuus sum, in me venire digneris tamq̃ in hortũ ipsum tuum; vtve opera ipsa mea, quæ fructus pomorum tuorum sunt, comedas, nouo me reficiẽs in iis gustu, dum tu illis te reficis dilecte mi; nouã exhibens; eorũ fiduciam, quæ in tua condita sint viscera; nouam quoq. mihi cõferens gratiam per eorumdem deificationem, vt & ipsa pariter, quantum fieri potest, in te cõuertar, & vberius tibi studeam fructificare.

II. SENSVS.

Pia aia, si bona fama b onorũ operũ suorũ nõ veniat Deo.

Iuxta secundum sensum, Peregregie pia eadem anima per hæc verba Deo confitatur dilecto suo etiam tunc temporis, cum fama sanctitatis suæ iuxta eius dispositionẽ percrebuerit apud homines, & cum, iuxta eius mandatum, *c* sic lucet lux sua coram hominib. vt videãt opera sua, & glorificẽt Patrẽ cælestem, se nullum alium intra animi sui penetralia velle admittere, præterquam ipsum, à quo singulari charitate dilecta; internè pretiosis hortis exculta est; nil aliud in mentẽ habere, nil in intentione, nullum aliũ bonorum operum suorũ velle esse participem, præterquam ipsum; à quo oẽ datum optimum, & omne donum perfectum desursum est; in nullius hominis gratiam, ac pro nullius commodi respectu bonum aliquod opus velle exercere. Enimuero cum in fine præcedentis capitis cælestis ipse eius sponsus Spiritus sancti spirationem ei precatus sit, præcansq. illum eidem præstiterit, quo ope huiuscemodi spirationis ipsa odorem diffunderet virtutum suarum in bonis operibus: illa modo sic tacitè ad ea ipsius verba videtur respondere.

tamen soli & se, & ip sa operajua exhibet vt fructus comedendas.

c Mat. 5. 16

PARAPHRASIS.

Fluant aromata virtutum mearum, flante Spiritu sancto, deferaturq. earumdẽ odor, ac fama ad quoscunq. tibi libuerit per eiusdem Spiritus sancti spirationem: Verumtamen intra mei cordis penetralia tu solus ingrediaris dilecte mi: Tu solus in me venias hortum tuum, quem tua charitate plantasti, quem tuo labore excoluisti, quem tuo sãguine irrigasti: Tuque vnus comede, quæcunq. in me reperteris opera bona, traiciens ea in viscera tua, ardentissimoq. tuę diuinæ dilectionis calore ipsa deputata, & deifica illa redde, fructus quippe sunt, quorũ comestione delectari te scio: fructus horti tui, fructus pomorum tuorum, pro eo. n. qd in me laborasti horto tuo, dignum est, vt fructus deliciarum tuarum videas, iisdemq. saturẽris. Intellige, hæc ita ad Deum prolata, vt tñ ad Christũ propriè directa sint Dei filium, de quo Isaias loquitur, cum dicit *d Pro eo, quod laborauit anima eius videbit, & saturabitur.*

d Is. 53. 11

Piaaia Deũ profuõ habens, se, sua q; oia illi exhibet.

e Cã. 2. 16.

Vnum hoc loco notandum, qũo anima, quæ verè sponsa Dei est, sicut superius dixit: *e Dilectus meus mihi, & ego illi*; ita & hic Deum suum appellãs, ac dicẽs; *Veniat dilectus meus*; semetipsam è vestigio, totũq. id, quod in se est frugi, haud suum, sed ipsius nuncupat Dei, dicens; *In hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum*. Sic enim insigni sponsæ B. Catharinæ Senensi legimus ab ipsomet Christo eius sponso dictũ: Habeto me solum pro tuo, reliqua vero vniuersa, tuum corpus, animã, domum, & quicquid ad te quoquo pacto spectat, mihi exhibeto; & ipse vt mea illa oĩa existimabo, illorumve æque ac meorum curam geram.

III. SENSVS.

In Eucharistia susceptione aia sancta nititur vicẽ rependere Deo pro oĩbus, quæ ab ipso accepit.

f Ps. 115. 12

Iuxta tertium sensum, quo vno eodẽq. spiritu hæc, atq; vltima sñia præcedentis c. ab sponsa profertur, ac si dicatur: *Surge Aquilo, & veni Auster, persla hortũ meũ, & fluant aromata illius; vt veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum*: Imitari vr pia anima sanctũ Prophetã Dauid, q, cum animaduerteret, innumera esse Dei dona, p q b. eidẽ gratiæ essent à se agẽdę, cumq; intelligeret, nihil in se esse, quo vicẽ illi aliquã rependere posset, in ea prupit verba: *f Quid retribuam Domino pro omnib. quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*: significans, id tandem se pro collatis donis vniuersis, ac pro plena gratiarũ actione exhibiturum vt libamen Deo offerret, quod sc̃i Eucharistiæ esset symbolum. In eũdem. n. modũ & aĩa Dei sponsa, cum ex panegyrica laudum suarum orõe, quã per totum caput quartum prosecutus est sponsus, immensa Dei in se beneficia ob oculos haberet, aliquamve pro donis hisce oĩbus rependere optaret vicem, exprimit tandem desiderium istud suũ & simul ostẽdit, hac vna ratione satisfacere se quoquo pacto posse, si in sanctissimo Eucharistiæ sacramento veniat ipsemet dilectus eius Deus in se, ipsa eidem dilecto suo idem offerat sacramentũ,

&

DE ANIMA.

& ſacrificium. Porrò in explicando iſto ſuo deſiderio ea primum ſignificat, quæ neceſſariò tanti ſacramenti præuenire debent communicationẽ: Tum, qua ratione communicatio fiat: ac tertiò, quiſnam pcipuus ſit eiuſdẽ cõicationis effectus.

Ad Eucharistiã se preparans aĩa Spũs sancti indiget ope, eamq. petere debet.

Quoad primum animaduertẽdũ eſt diſcrimẽ, quo ſe hortum fatetur, prout ipſam appellarat ſponſus: prius. n. ait: *Perfla hortum meum*, & poſt modum, *Veniat*, inquit, *dilectus meus in hortum*, non iam amplius *meum*, ſed *ſuum*. Ratione. n. defectuum, & imperfectionum, quas in ſe agnoſcit, hortum quidem Dei ſe dicere minimè audet pre humili animi demiſſione, at hortum ſe dicit ſuũ: *perfla hortum meũ*; quia ad hoc, vt denuo fiat hortus Dei, opus habet perflatione Spũs ſancti: Hãc ergo ſibi precatur, ſine qua fieri nequit, vt quis dignè tanti ſacramenti particeps fiat: precaturq;, vt perflet ſe inſtar frigidi Aquilonis, immittens timorem Dei, & inſtar Auſtri, feruore charitatis cor ſuum calefaciens: Subijciens deinde, *Et fluet aromata illius*: indicat, quæ ex ſancti Spũs perflatione ſecutura in ſe ſint, medicina pœnitẽtiæ atq; contritionis, & odor deuotionis: quibus duobus rectè ad ſanctam Euchariſtiæ communicationẽ vna quæq; diſponitur aĩa: aromatum quippe vſus ad hæc duo conſtat inſeruire, ad medicamenta, atq; ad fragrantiam. Bene aũt ait ſponſa: *Et fluent aromata illius*, horti videlicet mei à ſancto perflati Spiritu, alludens ad fluxũ lacrymarũ cõtritionis, lacrymarũ deuotionis, & lacrymarum amoris, quas pretioſiſſima eſſe dixi aromata ſpiritalia, quorum odore vniuerſus fugatur cuiuſcũq; imperfectionis fœtor, totaque renouatur horti ſpiritualis facies, & Deus è celſiſſimis cœlis ad eũdem allicit hortũ. Hocq; eſt ſm̃, quod hic principaliter eadẽ agit ſponſa, ꝑparatione nimirum præexpoſita ad ipſam accedere ſanctiſſimæ Euchariſtiæ cõione. in qua, cum tã ipſa, q̃ Deus ad ſe inuicem accedant, diuinę duntaxat acceſſionis rõnem habet, quæ benigniſſimæ eſt dignationis, & extremæ dilectionis, idq. admodũ prudenter; quantumcumq;. n. parata ſit ſanctiſſima quæque aĩa, indignam ſemper cenſere ſe debet, q̃ ad tam ſublime accedat myſterium: vnde dignationem quãq. Dei in ſe benignitati, atque dilectioni debet adſcribere: ꝑpea accedẽtem illum proponẽs ſponſa cum appellat dilectũ ſuum, dicens: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum*. Non veniret certè, niſi eſſet dilectus eius: non ſolum quia diligitur ab aĩa venit in aĩam, deſcendens in hoſtiam; verum ẽt, & multo magis, quia ipſam diligit animam: Venit, ab amore aĩæ illectus: at amor animæ allicere illum, & pertrahere e tanta, & immẽſa cælorum celſitudine minime poſſet ad ſe, ni a charitate ſua demiſſus ille deſcenderet: ideo apte ſecundum verſionẽ Sept. Legitur: *Deſcendat* pro *veniat*: *Deſcendat*, inquit, *dilectus meus in hortum ſuum*. Vide mutuam cõicationem; ita illum in ſe deſcendere vult; vt qui eſt panis cæleſtium ſpirituum, eorundemq; dilectus, deſcẽdens fiat ſuus & panis, & dilectus: cum viciſſim illa, quæ prius hortus ſuipſius erat, hortum ſe exhibeat eius. In eos, qui peccato aliquo obuoluti ſunt, & indignè cõicant, proprie non venit Chriſtus IESVS; neq.. n. ipſe accedit; ſed illi audacius ad eum in Eccleſiam deſcendentem accedunt, ipſumq; iniurioſe abripiunt. Verum, tametſi in eos venire dicatur; quia re vera ſacramentaliter accipitur; neq̃ tñ cõicationem illis exhibet virtutis ipſius ſacramenti, quia nec venit, vt eorũ dilectus, nec illos, vt ſuos reperit hortos: quinimo veniens ve-

Preparatio nostra ad Eucharistiam sita est i cõtritione, & deuotione.

Dignitas aĩę, et˚ cõionis, quę fit in Eucharistia, est ex parte Dei dignãtis ẽmittere se ad animã.

Cõicatio mutua Dei ac pia animæ quę fiat in Eucharistia.

In male cõmunicãtes, quõ venire dicat Christus vt Iudex, & quo veniat in aĩam sanctã cõicãtẽ

A nit vt iudex, venit vt in tribunal, e quo intra ipſoſmet iudicium proferat aduerſus illos, de quo iudicio per Apoſtolum dicitur: d *Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit*. At verò in animam ſanctam deſcendit, venitq; libentius; venit vt eius dilectus ad nuptias, venit, vt in hortum ſuum ad delicias, & de paradiſo deſcendit ad paradiſum: de paradiſo, vbi regnat cũ ſpiritibus beatis; beatitudinem illis exhibens, ad paradiſum item ſuum venit, vbi in pia regnet anima, delicias ex illa percipiens. Quæ ſint autem deliciæ iſtæ per id exprimitur ab ipſamet anima ſancta, quod vltimo loco ait: *Et comedat fructus pomorum ſuorum*, ſeu *deliciarum ſuarum*, iuxta

DE ANIMA.

d 1. Cor. 11. 29.

In Eucharistia suscẽptione quõ pia anima Deo exhibeat conuiuiũ, atque admittitur magis ad eminiũ ipsũ.

B aliam lectionem. Quibus verbis id tãdem de collatis beneficijs bene merens ſponſa explicat, in quo pro tantis donis vicem potiſſimum ſuo reddet dilecto, quod conuiuium videlicet illi parabit, in quo is comedat ſumma cum voluptate. Verum, cum ex ſequentibus ijs verbis, quibus dilectus ipſe dicit: *Comedite amici, bibite, & inebriamini chariſſimi*, Conſtet, conuiuium a Deo potius animæ, quàm ab anima Deo inſtrui in Euchariſtiæ communicatione: ſi ipſa eſt, quæ in parato conuiuio comedit Chriſtum, Deumque ipſum, quomodo ergo quaſi è conuerſo Deus comeſturus ſit, ait: *Et comedat fructus pomorum ſuorum?* Pro huius dubij ſolutione, horumve verborum

In cõitione Eucharistię quõ, & quæ comedere dicatur Christus.

C explicatione, ſupponendum, in comeſtione duo conſiderari; primum, tranſmiſſionem cibi in ſtomachum comedentis: ſecundum, tranſmutationem, qua comedens comeſtum in ſui tranſmutat ſubſtantiam, ſibique perfectiſſime aſſimilatum arctiſſima venit vnione. Secundum ambos hoſce effectus Chriſtus in communione Euchariſtiæ, quaſi in lauto animæ conuiuio, comedere veriſſime dicitur: quamuis enim (quoad primum effectum) pia anima corpus Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus traijciat in ſtomachum; atque adeo ipſa ſola comedere videatur in conuiuio diuinitus apparato: tamen eodem tempore comedens Chriſtum, recolenſque memoriam paſſionis eius conuiuium Chriſto apponit conſimilium, conuiuium actuum virtutum illis pro-

D pemodum ſimilium, quos idemmet Chriſtus in ſua promptiſ paſſione: ardentiſſimoſve charitatis affectus illis ſimiles, quos charitate ſuccenſus Chriſtus exhibuit in cruce: Hos ſumma cum voluptate comedit Chriſtus, in ſua quodammodo illos traijciens viſcera, atque deificans, prout ſupra explicatum eſt. Ideo bene ſecundum hebraicam lectionem ad ipſum ait anima: *Et comedat fructus deliciarum ſuarum*: exprimens ingentes voluptates, quibus Chriſtus in tali conuiuio reficitur: Et melius iuxta noſtram Vulgatam dicit: *Et comedat fructus pomorum ſuorum*; indicãs, appoſitos illos actus, atque affectus eſſe fructus

E tales, qui aliqua ratione producti ſunt ex eius pomis. Porrò, cum poma quoque ſint fructus, ex ea ſane arbore prolata illa dicemus, de qua in c. 2. huius Cantici per eãdemmet piam animam dictum eſt: a *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*, &c. b *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*: Ex Chriſto nimirum è cruce pendente, ibique ſe exhibente combuſtum amore. Fructifera certè hæc eſt arbor, quæ tot protulit poma quot Chriſtus præſtitit actus virtutum, quotve exhibuit amoris indicia, ſed & poma quoque hæc eius arboris fructus, hi actus, eaque amoris indicia fructifera & ipſa ſunt, ita vt Chriſto exhibentia

a Can. 2. 3.
b & 3.

DE ANIMA.

ti conuiuium ex pomis hisce, anima ipsa, quæ conuiua est, fructuū ex fructibus eius conuiniū pariter apponat, vt ille comedat fructus pomorum suorum.

In Eucharistia cibum Christus comedere dicitur, quia eū cibū in se trāsmutat.

Subtilius autem philosophantes inuenientur, quò, ēt quoad alterū comestionis effectū, trāsmutationem comesti in substantiā comedentis, & assimilationē cibi, qui comeditur ad eū, qui ipsū comederit, Christo rectè ab sponsa dictum sit: *Et comedat fructus pomorum suorum:* eique soli in Eucharistiæ conuiuio propriè sm hunc effectum competat comestionis vocabulum. Enimuero in sacramētali conuiuio, quamuis aīa corpus Christi suscipiat vt cibum; non tamen conuertit corpus Christi in sui substātiā, prout in comestione aliorum ciborum fieri solet: at è conuerso se res hēt; quia Christus, qui ab ea comeditur, comedit pariter & illā: ita vt de anima, quę cōicatur, intelligi possit id Sampsonis problema: *a De comedente exiuit cibus, et de forti egressa est dulcedo.* Quę n. comedit Christum, auiditate leonis illum arripiens, fit profectò cibus ipsimet Christo: quia nimirum Christus illam in sui transmutat substantiā, de forti, acri, atq. amara infirmitatis natura in diuinam dulcedinē eam cōuertens per gratiā, & charitatem: vnde ad Augustinum dixit aliqñ: Cibus sum grandiū. Cresce, & manducabis: nec me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. *Fructum autem pomorum* cum dixit, fructus nomen generaliter sponsa accepit pro pluribus fructibus, non vnum fructū à Christo sic transmutari significans, sed plures, vniuersas nimirū potentias, omniaq. membra sua, iuxta id, quod per Paulū dr: *b Exhibete vos Deo tanquā ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo.* Membra siquidem, quæ Apostolus arma iustitiæ Deo exhibita dicit, sponsa veluti fructus eidē Deo exhibita asserit, & vt fructus pomorū eius, vt poma videlicet ex eius cruce pendentia, qui ibi se exhibuit instar arboris mali. Hos fructus pomorum, hæc poma, hæcve & membra ad conuiuium sibi apposita comedit Christus, dum ea in eo cōionis actu exhibita seruire iustitiæ in sanctificationem, sic sibi pariter assimilat, vt eidem animæ dicere liceat vnà cum Apostolo: *c* Mortificationē Iesu in corpore meo iam circūfero, & vita Iesu manifestatur in corpore meo. Fructus verò alios, nēpe potētias eiusdē aīæ tunc quoq. comedit Christus Iesus, quatenus illas tā arctā sibi vnit vnione, quam arctā vnione vnitur cibus iā transmutatus comedenti, efficiens, vt iā intellectus nil aliud cogitet, voluntas nil aliud amet, atq; memoria nil aliud recolat, nil aliud in se habeat, ac verset, quàm ipsum, cui aīa in tanto cōicat Sacramento. In qua huiuscemodi fructuū comestione præcipuus, ac præstantissimus situs est sacræ cōionis effectus, quem vltimo loco in hac snia significatum dixi ab sponsa. Quod autē in tota hac sententia ait anima, quæ sponsa est Dei, post audita insignia encomia, quibus ab spōso celebrata est, & præstantissima dona, quibus ab eodem decorata fuerat, tale est.

In Eucharistia cibum Christus trāsmutat in se sibiq. vnit omnes potētias animæ, eiusque membra illius sibi assimilat.

a Iudi. 14. 14.

b Ro. 6. 13.

c 2. Cor. 4. 10.

PARAPHRASIS.

O vtinam, quò vicē aliquam hisce oībus repēdam, surgat Spiritus sanctus, veniatq. in me miseram, instar Aquilonis frigido timore configens carnes meas, & instar calidi Austri cor meum calefaciens æstu charitatis. O vtinam veniens is spiritus me perflet hortum quidē deliciarum à Deo plantatum, at modo nequaquam dignam, quæ hortus ipsius appeller ob spinas peccatorum, quibus repleta sum: *Veni* sancte Spiritus, *perfla hortum meum, & fluent aromata illius,* lacrymæ contritionis, quæ mihi saluberrima sunt medicina: lacrymæ amoris, ac deuotionis, fragrantissimo odore me perfundētes, vt ab earum suauitate allectus *in* me, iam *hortum suum,* effectam in Eucharistiæ Sacramento ipse *veniat* Christus, quem pro meo elegi dilecto, me illi tribuens totā, illumq. vicissim mihi accipiens totum. Veniat pp immensam dilectionem suam è cælesti paradiso in me suum pariter paradisum, descendens per cōmunicationem corporis, & sanguinis sui, & in me paradiso hac sua, dum me suo reficit corpore, delicijs perfruatur sibi maximè gratis, comedens & ipse fructus deliciarum suarum, in suamet traijciens, & recondens viscera actus illos, illosve affectus meos, quos in ipsamet communione illi apponam similes actibus, & affectibus iis, quos ipse in passione prompsit è cruce pendens, vt poma ex arbore mali prolata: sicve comedens *fructus pomorum suorum,* potentias, membraque mea vt poma è cruce sua pendentia sibimet assimilet, vniatque vt cibum in se transformatum, quo & vita eius manifestetur in corpore meo; & in potentiis meis nil aliud, quàm ipse sit.

IIII. SENSVS.

Pia anima eximius resignationis actus, & promptitudo ad perferēdās in laborib. & ærūnis pro gloria Dei, & vtilitate proximi.

Iuxta quartum sensum, alio pacto tam eximijs laudibus, quibus ab sponso commendata fuit, & tam amabili inuitationi, qua ab eodem fuit è misera ista vita ad coronam patriæ cælestis euocata, vicem repēdere tentat anima sancta actu perfectissimo resignationis, summæq. promptitudinis ad perferendas ærumnas, subeundosve labores pro gloria ipsiusmet dilecti sui, eo ferè modo, quo & B. Martinu in mortis articulo constitutus, prænoscensq., se ad cęlestē patriam vocari, dixit: Dñe, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborē, fiat voluntas tua; Et Apostolus Paulus in vinculis existens, *d Coarctor*, inquit, *e duobus, desiderium habēs dissolui, & esse cum Christo, multò magis melius, permanere autem in carne, necessarium propter vos; Et hoc confidens scio, quia permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium fidei.* Inuitarat Christus Iesus in vers. 8. piā aīam, vt ab hac vita laboriosā, à periculis, & persecutionibus secum tenderet ad coronam, atque ad montem myrrhæ, & collem thuris, ad cælestem videlicet patriam, vbi ipse cum martyrib. & innumeris alijs cælestibus spiritibus delicijs perfruitur æternis. Ad hunc igitur dilectum suū Iesum sibi apparentem, talibusve se affantem, hisce tandem respondere videtur per vltimam præcedentis capitis, & primam istam huius cap. quinti clausulam, quæ secundum hebraicum textum, vna sententia continentur.

SVLP. SEV.

d Ph. 1. 23.

PARAPHRASIS.

Surgat frigidus, & infestus ærumnarum *Aquilo,* meque concutiat in misera vita ista, aut iucundus felicitatis *Auster* me pflet in paradiso cęlesti mea semper vberius tibi *fluent* dilectionis, ceterarūq, virtutū *aromata,* tua sēper ero, & in cælo ad dulcē Austri flatū, & ī aspera quoq. terra ad molestā Aqlonis spirationē. Si tibi libuerit, vt adhuc p aliqđ tpis spatiū his laborib. ærūnisve cōcutiar, p tui nominis gloria, & pximi mei vtilitate: ecce hic pmanebo libētius, ne me expectes: *veniat dilectus meus in* amenissimū *hortū* illū *suum* cælestem, oīque voluptate exuberantē, *& ibi comedat fructū* immensæ charitatis suæ, q̄ mundo ostēdit, cū pendens è cruce mali arborē se exhibuit, pomorum, actuumq. charitatis maximè feracē, necnon & gustū præcipuū ex sanctis martyribus ibidem percipiat, quos instar pomorum ex se in Cruce pendens protulit, tanquam ex arbore mali.

Vers.

DE B. MARIA

Versic. I. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Maria Verbũ in suũ inuitat vterum, Cur. ne. vterum suũ dixerit hortũ Verbi.

PLanissimus est istorum verborum sensus, quo B. Virgo Maria sic Christum ad se inuitat, sicut in ea resignatione: qua verbis iis: *a Ecce ancilla Domini: fiat mihi secũdum verbum tuum*, diuinum Verbum in sui inuitauit vterum. Hunc porro vterum, hortum illius hic nuncupauit: tum quia is ita ipsum appellarat, cum in fine præcedentis capitis dixit: *Surge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum meum*; qm re vera illam quasi alteram sibi paradisum, & quasi hortum deliciarũ omnium virtutum habitib. decorarat, è quib. quasi è tot pretiosis, atq. fructiferis arborib. fructum colligeret deliciarum suarũ: Tum quia vnico hoc vocabulo & acceptas fatebatur gratias, & humilitatem suã simul protestabatur; sicut & in Cãtico itẽ suo vtrũ que coniunxit, vbi dixit: *b Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ex hoc enim beatam me dicent oẽs generationes: Quia fecit mihi magna, qui potens est*.

a Luc. 1. 38

b Luc. 1. 48

Maria virtutũ suarũ & habitus & actus Deo adscribit, eiusve in se charitati.

Quod subnicit: *Et comedat fructus pomorum suorum*, seu, *deliciarum suarum*, iuxta lectionem hebraicam, aut *Nucum suarum*, iuxta Sept. secundũ aliquos, quadruplicem habere potest intellectum. Vel. n. per hæc idipsum efficit de actib. virtutum, quod de habitib. earumdem virtutum fecit, cum se dixit hortum Verbi (vt explicatum est:) nã sicut habitus virtutum sub arborum metaphora designati sunt in vers. 13. & 14. c. 4. ita ipsorum habituum actus sub fructuũ metaphora iure optimo designantur: vnde in Euangelio Dominus ait: *c Operamini cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam*: &, *d A fructib. eorum cognoscetis eos*. Non dicit *fructum suum* simpliciter, sed maiori cum emphasi, *fructum pomorum suorum*. i. actuũ charitatis tuæ, quos in me specialiter protulisti, & proferes: dictum est enim sæpius, poma symbolum esse amoris.

c Ioã. 6. 27

d Mat. 7. 16

Redẽptionis mysteriũ Xps capit in vtero virginis.

Vel secundo, per eadem verba inuitat Verbum vt in se veniat per Incarnationem, quò intra suũ vterum mysterium incipiat humanæ redemptionis: vt tantũdẽ sit, ac si dicat: *Veniat dilectus meus*, vt sibi incorporet in horto vteri mei eos oẽs, qui seruandi per ipsum erunt. Porrò quòd Dominus Iesus tunc comederit, quod ve ii, qui seruandi per ipsum erant, poma fuerint, quæ comedit, ex duobus Sacræ Scripturæ locis colligitur manifeste: Primum quippe apud Ioannem dictum ab ipsomet Iesu reperimus; *e Meus cib. est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius*. Apostolus autem Paulus secundò explicat ex Psa. 39. tunc temporis factam à Christo voluntatem eius, qui misit eum; & perfectum opus eius, opus sanctificationis hominum, dicens; *f Ideo ingrediens mundum, dicit: g Hostiam, & oblationem noluisti, corpus aũt aptasti mihi*. i. corpus aptum ad tale munus mihi fecisti: *holocaustomata, & pro peccato tibi non placuerunt: tunc dixi: Ecce venio: vt faciã voluntatem tuam*. i. ad faciendã voluntatẽ: in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Enimuero in primo instãti cõceptionis obtulit se Dominus Iesus intra Virginis vterum, vt faceret voluntatẽ Patris; obtulit in hocaustum, vt per mortem suam redimeret genus humanũ: sicq. volũtate efficaci perfecit opus

Xps in primo instãti cõceptionis obtulit se Patri in holocaustũ à salute hominum.

e Ioa. 4. 34
f Ps. 39. 7.
g Heb. 10. 5

Michaelis Ghislerii.

A eius, qui misit illum: atq. adeo comedit fructum profecto eum, quem ipsemet suum asseruit cibũ.

DE B. MARIA.

Xps in primo instãti cõceptionis capit, gustuq. percepit passiones quas subiturus erat

Tertiò comedit etiã intra eũdem Virginis vterum, gustauitq. amarissimas passiones vniuersas, quæ sibi actu perferendæ erãt tpe mortis suæ: quiquidem in primo instanti conceptionis illas vniuersas tam corporis, quàm animæ ob oculos propositas habuit: quin & quodammodo ipsas comedens, gustu eas percepit, tunc pati incipiens: ad harum aũt gustum, atq. comestionem: B. Virgo, conformata cum voluntate Patris cælestis, illum inuitans, apte ait: *Et comedat fructum nucum suarum*; nuces nimirum suas: quandoquidem inter oẽs terræ fructus nuces amarissimo circundatæ sunt cortice, quem Christus primo comedit, comesturus B postmodum & quod intra illũ continebatur dulcedinis gloriæ iuxta illud *h Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam*.

h Luc. 24. 26.

Aĩa Xpi à primo instãti cõceptionis fuit cõpos visionis beatificæ.

Quia verò intra eũdẽ Virginis vterum à primo instanti cõceptionis aĩa Christi fuit cõpos visionis beatificæ, gustauitque beatitudinẽ, in qua est vniuersarũ voluptatũ, atq. deliciarũ cumulus: iõ aptissime pariter ad conuiuiũ istud dilectũ suũ inuitans Maria, sm aliam lectionem ait: *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum deliciarum suarum*: Aeque est igitur: ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Veni dilecte mi, & è cælis descende in vterum meum: fiat mihi sm verbum Angeli: Ecce me, instar horti pretiosi, habitib. virtutũ multiplicium C quasi multiplicib. arborib. à te consiti: In me igitur descendẽs, veni vt in hortũ tuũ; tuũ. n. est quicquid in me extat præclari; neq. solùm habitus, sed & quicumq. actus virtutum mearũ tui sunt: Veni, & hosce instar fructuum pomorum tuorũ incarnatus comede, iis te reficiens in vtero meo, vbi & vniuersas, quæ per te conuertendæ, seruandæque erunt, tibi incorporabis animas, comedens eas vt cibum tuum: & eas quoq. gustabis, quas subiturus es pro humani generis redẽptione passiones, comedens illas, vt amarum *fructum nucum* tuarũ: Neq. tuis priuaberis deliciis, quib. ab æterno reficeris: nam intra hunc ipsum vterum meum, quasi in altera paradiso comedes *fructum deliciarũ tuarum*, D diuina perfruens visione, in qua cumulus est deliciarum tuarum.

Ver. I. Veniat dilectus meus in hortum suũ & comedat fructum pomorum suorum.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Dixit populus Israel: Ingrediatur Deus dilectus meus in domum sanctuarij, & suscipiat voluntarie oblationes populi sui.

E Quoad dramatis sensum, prout notatum est in prima litteræ expositione, Greg. Nyss. cum Theodor. & aliis iungunt hæc cum vltimis verbis præcedentis c. Notatq. idem Nyss. hom. 10. primum, hæc dici per modum optantis, sicut id orationis Dominicæ: *Adueniat regnum tuũ; fiat voluntas tua*, &c. secũdò: egregiis exclamationib. istam piæ aĩæ inuitationem amplificat, vtpote qua ad conuiuiũ inuitatur is, qui panis de cælo descendit, & implet omne animal benedictione.

Gre. Nyss.

Aĩa sãcta cõuiuiũ exhibet Deo.

Porrò quia, iuxta versionem Septu. pro, *veniat*, legitur, *descendat*. ponderans hoc verbũ ipsemet Greg. Nys. descẽsum spõsi, in hortũ suũ, existimat, significare opus diuinæ benignitatis erga genus humanũ. i. demissionẽ Dei ad humilitatẽ, & infirmita-

Idem.

Pia anima optat Dei demissionẽ

Aaa

APPENDIX IN AM

mitatem nostram: Comestionem autem fructuũ pomorum suorum intelligit salutẽ ipsam, quã ex hibet animæ, ex eo quod dicitur: a *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Et quia b *Deus vult, omnes homines saluos fieri*, Qui, ait, ñec si non potest, vt aliter assumamur ad Altissimum, nisi inclinetur ad humilitatem, & depressionem, quia mites assumit Dominus, propterea sublime ascendens sponsa, accersens, deductionem faciendam ab eo, qui inclinatur, optat, vt ipse descendat sua magnitudine.

vt, sic ipsa exaltetur, & nobis salutem...

a Io. 4. 34.
b 1. Tim. 2.

Tres Patr.

Hisce consentit Catena Triũ Patrum, dum per hortum sponsi aïas à sponsa conuersas, & tãquam hortum diuinis mãdatis informatas intelligit: ad quas sponsus Christus inuitetur, vt satiet se earũ salute. *Fructum* porrò *nucum* dici, ait, hominũ salutem; quia salus ipsis est bonæ voluntatis Dei, q̃ continetur sanctis eius mandatis, & mandata ipsa sunt in animabus, super fide illius, tamquã super arbore nucis radicatis.

Xps inuitatur ad aïas cõuersas vt earũ salute se satiet.

Salus hominũ q̃ fructus nucum.

Ambros.

Ad eos, qui denuo baptizati sunt, tamquam ad conuiuium Christũ ab Ecclesia hic inuitatũ putat Ambr. quippe qui in lib. 5. de Sacram. ca. 3. Sic legens: *Descendat frater meus in hortum suum, & capiat, seu, edat, fructum pomiferarum suarum*, hæc habet; Gaudet Ecclesia redemptione multorũ, & adstare sibi familiã candidatam (per baptismũ. s.) spiritali exultatione lætatur. Læta ta inuocat Christum, paratũ habens conuiuium, qd dignũ cęlesti epulatione videatur; ideoq. ait: *Descẽdat*, &c. Quę sunt istæ pomiferę? Lignum aridum factus eras in Adã, sed nunc per gratiã Christi pomifera arbor pullulasti. Explicans aũt se melius Ambr. lib. de iis qui myst. initiantur c. 9. ad finem, ait: Bonas arbores, & fructiferas habet (s. Ecclesia) quæ radices suas tinxerint in sacri fontis irriguo, & in bonos fructus nouæ fœcunditatis germine pullulauerint, vt non iam prophetica cędantur securi, sed Euangelica vbertate fœcundentur.

Ecclesia post baptizatos fideles inuitat Xpm ad cõuiuiũ eys qui denuo baptizati sunt.

Idem.

Idem tamen Amb. lib. 3. de Virginib. eã sequẽs lectionem Sept. quæ pro *fructu pomorum suorũ*, habet, *fructum nucum suarum*, inuitatum censet eundem Christum in Ecclesiam (& dicere nos possumus in Religiosorum claustra, in quib. potissimũ est Sacræ Scripturæ studium, & gratia sacerdotalis) sic quippe ait: Inuitatur Dei Verbum in hortum nucis, in quo fructus propheticæ lectionis, & sacerdotalis est gratia: quæ amara in tentationib. dura in laboribus, in virtutib. interiorib. fructuosa est: vnde etiam c virga Aaron nucea fuit, non iam natura sua, sed virtute secreta.

Xps inuitatur i Ecclesiã, seu in claustra Religiosorum vbi S. Scriptura studio vacatur.

c Nu. 17. 8.

Exponentium nostram Vulgatæ lectionẽ cõis ferè sensus est, vt Christus vel in Ecclesiam, vel in piam animam inuitetur ad comedendos fructus bonorum operum, de quib. ipsemet Dominus ait; d *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis*: vnde Ambr. lib. de bono mortis c. 5. Quanto hoc, inquit, pulchrius, quod anima ornata virtutum floribus hortus sit, vel in se paradisum habeat germinãtem? In quem hortum inuitat, Verbum Dei descẽdere, vt anima illa Verbi imbre cælestis, & eius copiis irrigata fructificet. Verbum aũt Dei pascitur animæ virtutibus, quoties obedientem sibi, & opimam inuenerit, & carpit fructus eius, atq. his delectatur. Cum his consentiunt, quæ dicũtur ab eodem Ambr. lib. de fide resurrectionis, à Cassio. Greg. Papa, Beda, Philone Carpathio, Iusto Org. Ansel. Rich. de S. Vict. in Expositionibus suis super Cantica.

d Io. 4. 32.

Xps inuitatur i Ecclesiã, vel in piã aïam ad comedẽdos fruct operum bonorum.

Philo.

Notat autem Philo circa id, quod sponsa ait, *In hortum suum, & fructum pomorum suorum*, saluA briter per hæc nos admoneri, omnia bona nostra ex Dei gratia prouenire, nihilq; boni sponsæ inesse, quod non ab ipsius sponsi largissimo bonorum omnium fonte manarit. Tantamque esse mirabilem diuinæ charitatis cõiunctionẽ esse Creatoris ad creaturam, sponsi Christi ad sponsam Ecclesiam, & sanctam quamquam animam, vt iã omnia inter sese communia habeant.

Bona nostra ex Dei gratia prouenire.

Cõiunctio maxima Creatoris ad creaturam.

Quamquam Iustus de operib. præsertim miseri cordiæ hæc intelligere videatur, dũ, inuitari Christum, censet, vt comedat ea, quæ per opera misericordiæ dantur pauperibus; vt in ipsis comedat pauperibus.

Iustus.

Christus comedit ea quæ Ecclesia tamquã dat pauperib.

B Aponius verò fructum pomorum primitias intelligens Virginitatis, Christum, inquit, inuitat sponsa, vt primitias boni operis fructum pomorũ virginitatis ipse cõsecret, ipse delibet, procedẽdo de Virgine, ipse gaudii pęnitentiæ pomum susceptum ab Ecclesia, Angelis transmittat ad cælum.

Aponius.

Xps inuitatur i Ecclesiã, vt precedẽdo virgine consecret fructũ virginitatis.

Animæ illi, quæ cupiat ex hac vita migrare, & esse cũ Christo, tribuunt hæc Beda, & Hugo de S. Vict. lib. 3. de Arca morali c. 14. ac si dicat; Vtinã citius veniat Dominus, vt nobis mercedẽ piæ nostræ deuotionis benignus restituat: Et, sicut nos sẽper eum diligerẽ, & fructum iustitiæ, quem ipse donauit, reddere ei curauimus, ita nobis felicissimam suæ charitatis recompensationem, ad se suscipiendo, manifestet.

C Deniq; Rup. Abb. B. Virgini eodem ferè sensu ista tribuit, ac si ea sic Christũ per hęc alloquatur; *Veniat in me hortum suum, & me* transferendo in illud tertium cælum, quò abiit, quò, me vidente, ascendit, *comedat fructum pomorum suorum*: perficiat, vsque in finem perducat gratiam eorum, quę in me celebrata sunt, operum suorum. Quãdo ita venies in hunc hortum tuum, ad me, quam dicis hortum, & fontem hortorum? quando ita venies, vt vbi tu es, illic ego tecum sim?

Beda.
Hug. Vict.

Mori optãs anima pia, Xpm precatur, vt se abripiat.

Rup. Abb.

Mariae Xpi præcatur, vt ipsam secum transferat ad cælum.

Ex Versic. I. Veni in hortum meum, soror mea spõsa; messui myrrham meam cum aromatibus meis.

D

Expositio Prima, Iuxta sensum Litteræ.

SVpposito, q apud oẽs certissimũ est, totum id, quod superest primi versus, vnã cũ hisce, quæ modo exponũtur, dici à sponso in responsionẽ ad inuitationẽ à sponsa factã, vbi dixit: *Veniat dilectus meus in hortum suũ, & comedat fructũ pomorum suorũ*: Vniuersa responsio hæc valdè ambigua est: quãquidem verba, *Veni, messui, comedi, & bibi*, tametsi præterita sint, ab aliquib. in pro futuris posita accipiũtur: ab aliis, pro pręteritis, vt sonãt: à nonnullis pro pśentib. nec desunt, q putent, accipienda pro oĩ tpe, ac si dicatur: Et ante iã *veni, messui*, &c. *& venio*, & posthac pariter *veniã*. Insuper E horti nomen & metaphorice sumi põt pro sponsa, quæ sæpius in c. 4. hortus est appellata, put & in pcedenti inuitatione cõi ferè sensu vidimus vsurpatũ: & ppriè pro horto materiali, illo videlicet spõsi horto, ad quẽ in c. 4. spõsã dixi inuitatã: illo, ad quẽ sponsũ tetendisse, asserit spõsa in principio c. 6. Tertiò, vniuersa ea, quæ dicuntur, tã de messione, comestione, ac potu, q de aromatib. & cibis ppriè possunt accipi, prout sumuntur cõiter, & metaphorice quoque admodũ congruenter. Ex tãta ambiguitate vocum fit, vt vna responsio, eadẽq; & verba diuersimode, & æque forsitan bene exponi queant, diuersos pariãtur & sensus. Vt tamẽ conne-

LITTERA.

connexio illorum verborum, ſecundum quemcũque ſensũ cum ſuperioribus, manifeſta fiat, &, ne multitudine ſenſuum lectoris mẽs confundatur, ad quinque eos referam, ſingulos diſtincte pertractans.

I. SENSVS.

Pro intelligentia igitur primi ſenſus, recolenda ſunt, quæ dicta ſunt in principio c. 4. expoſi. 1. ſpõſum reperiſſe dilectam ſuam gradiẽtem per agrũ & admirationem incutientem eximiæ pulchritudinis ſuę quibuſdam, qui obuiam illi facti fuerãt vt habetur in principio huius tertii actus: Eũdẽq. ſponſum coram obuiis illis panegyrica oratione, quæ toto c. 4. continetur, dilectam ipſam inuitaſſe vt ex aſperrimis, ac periculoſis iis locis ſecum migraret. Porrò, quia ex occaſione laudis illius, quã ab ſponſo commendata fuerat ſimilitudine horti arborib. conſiti cuiuſcunque generis tam fructiferis, quàm aromaticis, ſponſa eumdem dilectũ ſuũ ad ſe inuitarat in præcedentib. verbis, offerens illi tamq̃ proprium eius hortũ ſemetipſam, & exhibens eidẽ in conuiuium illud omne, quod in ſe pſtans eſſet, & pulchrum, quaſi horti eius fructum comedendum: ipſe nunc continuo ad tam gratam eius exhibitionem & in hortum, & in conuiuium reſpondens, ſignificat, ſibi iampridem exploratã extitiſſe eius in ſe propenſionem, & nedum inſtar horti eam habuiſſe; ſed & inſtar horti proprii: atque adeo cum primum ad ipſam venit, veniſſe in hortum ſuum: ac, ne in exhibitione aromatum, atque conuiuii illi eſſet inferior, detuliſſe ei myrrhã quam meſſuerat, atque collegerat vnà cũ aromatib. detuliſſe & cibos, fauum, mel, vinum, & lac in magna copia: vt diem feſtum cum ipſa ageret; ſimulque ad huiuſcemodi feſtum, atq. conuiuium adſtãtes inuitat obuios illos, vtpote ſibi nedũ amicos, ſed & chariſſimos. Aeque, eſt autem, ac ſi dicat.

Pag. 461.

PARAPHRASIS.

Iam *veni*, vt vides, *in hortum meum*, ad te accedens: vides, q̃ tibi detuli aromata, ſoror mea ſponſa: *meſſui* enim *myrrham meam cum aromatib. meis* En & paratum conuiuium: decreui namque comedere *fauum meum cum melle meo*, bibere *vinum cũ lacte meo*: diem feſtum agamus omnes: *Comedite*, & vos *amici, & inebriamini chariſſimi*.

In præterito exprimitur ſæpius in ſcriptura id, qđ id decretũ eſt vt fiat.

Sic, iuxta hunc primum ſenſum nomen horti metaphorice ſumitur, & verba, *veni*, ac *meſſui*, ita in præterito accipiuntur, vt iam facta ſupponantur; verba verò, *Comedi, & bibi*, in præterito pariter ſumuntur; ſed non quoad cõſummatum actũ comeſtionis, ac potus, verùm quoad firmiſſimum animi decretum, & quoad ciborum delationem, & conuiuii præparationem. Nemo autem eſt, qui neſciat, frequentiſſimum id eſſe in ſacris litteris, præſertim apud Prophetas, vt in præterito explicetur id, quod firmiter quis decreuit facere, maxime ſi præceſſerint diſpoſitiones.

ALIVS SENSVS.

Vel melius forſitan, iuxta eumdem primũ ſenſũ tam *veni*, quàm, *comedi, & bibi*, præterita pro præſentib. accipi poſſunt, prout in Pſalmo 39. vbi id, quod hebraice dicitur: a *Tunc dixi: Ecce veni*; Sept. vertere: *Tunc dixi, Ecce venio*: vt tantumdem ſit, ac ſi dicatur.

a Pſa. 39. 7.

PARAPHRASIS.

Ecce *venio* ad te tamquam *in hortum meum*, prout me inuitaſti: ſed venio magno cum auctario: en *myrrham meam*, quam ad te veniens, collegi: en, & dites epulas paſtorales, quas ex meis defero promptuariis: *comedo* iam *fauum meum cum melle meo, bibo vinum cum lacte meo* tecum: *Comedite* amabo & vos *amici, & inebriamini chariſſimi*.

II. SENSVS.

Secundo ſenſu, nedum *horti* nomen, ſed quicquid toto hoc verſu dicitur, metaphorice ſumitur, vniuerſaque verba, prout ſonant, in præterito ſumuntur. Idem quippe ſponſus, qui obuiam ſpõſam, & coram obuiis ſodalibus lõga oratione laudarat, laudanſque contemplatus eam fuerat attentiſſime, ad metaphoricam eiuſdem ſponſæ inuitationem in hortum, atque in conuiuium, metaphorica pariter oratione reſpondet, idque magna cũ emphaſi, ſub lautiſſimi conuiuii paſtoralis metaphora ingentem exprimens voluptatem, & ſub metaphora meſſis odoriferæ myrrhæ, & aromatũ deſignans, quod gratiarum dilectæ ſuæ compos effectus ſit; Aeque eſt enim ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Cum primùm tibi obuiam factus ſum, Soror mea ſponſa, *veni in hortum meum*, ex te horto ipſo meo, tuas percipiens ſuaueolentes gratias, *meſſui*, collegiq. *myrrham meam cum aromatibus*: Quin, te inſpiciens, tuamve eximiam contemplans ſpeciem, *comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo*: agnoui ſanè, quicquid in te eſt venuſtatis, ac pulchritudinis, mihi vni à te ſeruari, vt meſſ oblectatus ſum in tam ſuaui aſpectu æque, ac ſi pdulcibus epulis in lautiſſimo delectatus eſſem cõuiuio: Tum conuerſus ad ſtantes ſodales, oblectamini, ait, & vos in eius contemplatione, qui eiuſdem pulchritudinis admiratione obſtupeſcitis; *Comedite* inſpicientes *amici*, *& inebriamini chariſſimi*: cũ enim amici ſitis, atque chariſſimi, haud par eſt, vt vobiſcum ſim zelotypus.

III. SENSVS.

Tertio ſenſu tam horti nomen, quàm reliqua vniuerſa proprie accipi poſſunt pro ſponſi horto materiali, pro materiali myrrhæ collectione, & p cibis, atque conuiuio materialibus, verbaque omnia pro futuris ſumi, iuxta frequentiſſimum Sacræ Scripturæ morem, quo præterita ſæpiſſime pro futuris vſurpata reperiuntur, quam ſacrarum litterarum conſuetudinem pluribus allatis exemplis probat Auguſtinus Epiſtola 57. & lib. de agone chriſtiano cap. 27. Sic autem hiſce acceptis, ſatis conſequenter reſpondet ſponſus præcedentibus iis ſpõſæ verbis: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum*, &c. intellectis iuxta ſenſum illum, qui quarto loco ſupra allatus eſt in prima expoſitione eorumdẽ verborum, pro, *Vadat dilectus meus in hortum ſuum*, materialem nimirum: *Et comedat fructum pomorum ſuorum*, item materialium. Significat quippe, ſe illi obtemperaturum: quandoquidem ipſa remanere in aſperis locis iis tunc velit: Iturum verò in illũ ipſum hortum ſuum ad areolam aromatum, ibiq; ruſticum meſſionis opus facturum, meſſionis, inquam, non tritici, aut frumenti alicuius, ſed myrrhæ, ſed aromatum. Porrò, quia in meſſe ſolẽt eſſe lætitię, epulæque, & feſta celebrari conuiuia, iuxta illud Iſaiæ: b *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe*: ſignificat, ſe pariter & conuiuium inſtructurum, quale paſtorem decet opulentum, in quo non ipſe ſolus, ſed & amici quique, ii præſertim, qui chariſſimi ſunt, largius comedant, atque bibant; ac ſi dicat.

Præterita ſæpius ſcriptura poſita pro futuris.

Auguſt.

b Iſa. 9. 3.

PARAPHRAS.

Te in locis hiſce relicta, quando ſic tibi ſatius videtur, ſoror mea ſponſa, *ibo, veniãque in hortum* ipſum *meum*, vbi *metam myrrham meam*, ceteraq; aromata item mea: ibidem non fructus duntaxat comedam pomorum meorum, ſed & lautiſſimo parato conuiuio, *comedam fauum meum cum melle meo, bibam vinum cum lacte meo*: dicamque cõuiuis, *Comedite amici, & inebriamini chariſſimi*.

IIII. SENSVS

Denique, ſumendo eadem omnia pari ratione non metaphorice, ſed proprie, & verba pro præteritis, vt ſonant quarto ſenſu, & meo iudicio probabiliori accipi hæc poſſunt, non tam vt concedẽtia ſpõſæ, quod ipſa iã vel iuſſerat, vel precata fuerat

LITTERA. tam in præallatis verbis, vt iam explicatum est in sensu tertio, quàm vt adhuc vehementius eamdē prouocantia ad discedendum ex locis illis periculosis, & commigrandum tamdem cum dilectissimo suo sponso in amœnissimum eum hortū, ad quem per totum caput quartum ipsam allicere conatus fuerat: quasi enim reiectus ab ea per verba præcedentia, *veniat*, seu, *vadat dilectus meus in hortum meum*, &c. is validius adhuc ipsam vrget, insigniqque argumento eam pertrahere tentat; magnas nimirum illi proponens, quas in dicto horto habet, diuitias proprias aromatum, atque ciborum eorum, quibus, qui ditissimi sunt pastorum, abundant: Ex frequenti enim, & assidua pronominis, mei, repetitione, quæ in his verbis aduertitur, apparet, glorianter ea ab sponso dici, pastoris personam gerente, eo modo, quo apud Theocritū Idyl. 11. Cyclops proprias opes iactans, Galatheæ amorem sibi nititur conciliare; Et apud Latinum Poetam eiusdem imitatorem Ecloga 2. pastor ad Alexim glorianter ait:

Theocry.

Virgilius.

Despectus tibi sum, nec quis sim, quæris Alexi?
Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus Agnæ:
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.

Porrò glorianter sic loquitur sponsus, vt dilectam ipsam suam ad eum locum pertrahat, vbi diuitiæ illæ repositæ erant, vbi suis diuitiis illis perfrui & ei liceret; Aeque est enim, ac si dicat.

PARAPHRASIS. Ipse iam *in meum* me contuli *hortum*, vbique nō modo fructus pomorum meorum comedi; sed vt in horto proprio, & locuplete, bonisque omnibus abundante, quæ ad feliciter viuendum conferūt, *messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinum meū cum lacte meo*; tantamque ibi istorum omnium paratam habeo copiam, vt & sodales quotidie inuitem ad epulas, dicens: *Comedite amici, & largius bibite charissimi* (per Aposiopesin, & hæc significans) Nil aliud superest, nisi, vt tu modo venias, iisdemque perfruare bonis, seu; Quid moliris? cur non iam venis & tu quoque mecum, vt iisdem bonis perfruaris?

Quoad lectionum varietatem, tria sunt notanda in hac parte huius sententiæ, quam modo exponimus. Primū, quod & hebræa, & Vulgata habēt, *veni*, eodem verbo, quo spōsa dixerat, *veniat*; Sept. legere, εἰσῆλθον, *ingressus sum* quod maiorē habet vim, præsertim, si ea, quæ hic dicuntur, iuxta secundum sensum accipiantur.

Secundum, pro eo, quod in Vulgata legimus, *messui*, in texto hebraico esse, אריתי arithi: porrò hoc verbum ארה arah proprie significat colligere, & decerpere fructus: Hebræi communiter hoc loco illud accipiunt pro colligere: Sept. autem pro, vindemiare; prout idem reperitur sumptū in Psalmo 79. vbi dicitur; *Vt quid destruxisti maceriam eius; & vindemiant eam omnes, qui prætergrediūtur viam?* sic enim verterunt, ἐτρύγησαν. Sicque Ambr. & Ruffinus, vt habes in Appendice, legunt; *Vindemiaui myrrham meam*: quod sanè vindemiandi verbum proprius hic conuenire crediderim, quā verbum metendi, si recolamus, quæ in fine præcedētis c. dicta sunt; *Et fluent aromata illius*: myrrha siquidem, & reliqua aromata colliguntur fluentia sicut & vinū in vindemia; tametsi de eorū ramis, & florib. dici quoquo modo queat, vt metantur.

Psa. 79. 13

Ambr.

Ruffinus.

Tertiū pro, *cum aromatibus meis*, in hebræo singulariter, eodem tamē sensu esse, *cū aromate meo*;

A Ex Versic. I. Veni in hortum meum, soror mea spōsa; messui myrrham meam cum aromatibus meis.

SENSUS DE ECCLESIA.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

CONsuetus is est naturæ ordo, vt messionem præcedat sementis, eoque loci metatur, vbi semē prius proiectum sit eius, quod metitur. Consuetū istum naturæ ordinem, & hominum vsum attendens Dominus in Euangelio, parabola illa talentorum, quæ à patrefamilias seruis exhibita fuere, seruum nequam, ac pigrum proponit, dicentem: a *Domine, scio, quia homo durus es; metis vbi non seminasti, & congregas, vbi non sparsisti*: ad captandam rem extra omnem ordinem, & à vero, debitoque vsu alienam: Ne igitur & hanc cælesti sponso quis inurat notam, vt qui rem extra debitum vsū effecerit, & extra statutum ordinem: antequam ad præsentis sententiæ sensus enucleandos accedam, id primum explicandum operæpretium videtur: An re vera semētis præcesserit istam myrrhæ messionem, de qua hic fit sermo: & si præcessit, quandonam ea facta est à sponso, & an in hoc ipso Ecclesiæ horto, vel alibi myrrhæ & satio facta sit, & messio: myrrhę in quā spiritualis amaritudinum, afflictionum, dolorū, & ærumnarum: Explicatum est enim sæpius, & præsertim exposit. 2. vers. 6. c. 4. myrrham ob amaritudinem in sacris litteris esse symbolum passionum, doloris, & afflictionum.

a Matt. 25. 24.

B

C

Pag. 612.

Seminauit profecto cælestis sponsus, & in agro mundi huius semen in terram proiecit istiusmodi myrrhæ, idque tunc temporis, cum primi parentes in peccatum delapsi sunt. An non myrrhæ satio extitit, cum mulieri dictum est: b *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui?* O quantam myrrhæ sementem. An non myrrhæ satio, cum dictum est Adæ: *Maledicta terra in opere tuo, In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ?* An non amarissimæ myrrhæ satio postrema illa Dei sententia: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris?*

Tribulatio nū myrrhā seminauit Deus post primū Adæ peccatum.

b Gen. 3. 16

D

Porrò, tametsi in Deū nec labor, nec fletus, aut mœror cadere queat; ea tamen ratione, qua sæpius in sacris litteris istiusmodi affectus tribui ei reperiuntur, & hanc quoq. myrrhæ sationem cum dolore ab ipso factam dixerim: sicut & de seminātibus hominib. dicitur per Prophetam: c *Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua.* d *Neq. n. delectatur in perditione viuorum*, ait Sapiens. Creuit postmodum seminata ista myrrha, adeoq. creuit, vt vniuersum mūdi agrum repleuerit: nusq. n. super terrā nō labor, nusq̄ non dolor, nusq̄ nō ærūnæ; cūq. p plura annorū millia excreuisset, nullus vnq̄ repertus est, qui eā cū lætitia meteret, qui eā lætāter in manipulos colligeret. Quid igitur eius sator? e *Nunquid in æternū* myrrhā istā, atq. ærūnas *proiiciet Deus? aut nō apponet, vt complacitior sit adhuc?* Venit tandem ipsemet, qui eā seminauit, ingrediens in orbē terrarū, factus homo: &, sicut seminauit quodammodo in lacrymis, ita pariter & messuit in exultatione, colligens dolores quosque omnem angustiam in manipulos passionū suarū: quando f *languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit*, quando ipse *vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra*: quando, & *disciplina pacis nostræ super eum*;

c Psl. 125. 6
d Sap. 1. 13

E

Myrrhā afflictionum quo Sponsione sua Xsi messuerit, idq. in exultatione.

e Ps. 76. 8.

f Isa. 53. 4.

DE ECCLESIA.

eum. Collegit tunc myrrham in manipulos, a vt veniens veniret cum exultatione, portans manipulos suos.

a Ps. 125. 6.

Porrò per id, quòd Christus Iesus Ecclesiæ sponsus myrrham dolorum, ac ærumnarum passionis tempore messuisse, & in manipulos collectam portasse cum exultatione dicitur, haud intelligendū est, quòd ipse in passionibus, atque dolorib. quos super se quasi myrrhæ manipulos collegit, exultatione, & gaudio perfusus sit: cum ex cōi Theologorum sententia constet, quoad portionem inferiorem illum passionis tempore omni caruisse cōsolatione, quæ tristitiam mitigare posset, ac pœnas. Sed, quòd manipulis illis, quos in passione spinam tenens collegerat, ipsisq. passionib. ærumnis, atq. doloribus suis gaudium, & exultationē attulerit hominibus, pro quibus myrrhæ semen in terram fuerat proiectum, & ad quos dolor omnis, omnesve spectabant ærumnæ. Quemadmodum & in materiali frumentorum messione ingens manipulorū collectio exultationem quidem exhibet, nō tamē illis, qui laborem duntaxat, atque sudorem exinde referunt, sed iis, quorum frumenta ipsa extiterint, quive ex manipulorum multitudine ditiores euadūt. Quanam verò ex re ditiores facti sunt homines magis, quàm ex ipsis Christi passionib. quibus multò pretiosiorib. omni auro, & argento redempti, pretiosissimum consecuti sunt gratiæ thesaurum, in omnibus diuites effecti. Certè Moyses, teste Apostolo Paulo Hebr. 11. à longe eas præuidēs in spiritu, quibuslibet Aegypti thesauris illas prætulit, b maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi.

In Passione quō exultasse dicitur Christus.

In 3. sent. dist. 15.

Simile.

b Hebr. 11. 26.

Diuitias hasce mundo se attulisse significat Ecclesiæ dilectus, cum ait: *Veni in hortum meum, soror mea sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Cum enim Ecclesia ipsa in præcedentibus verbis spiritalem Christi aduentum in se exoptare significasset, vt is quasi proprii horti possessionem quodammodo sui acciperet, comedens in se fructum bonorum operum, quam possessionē obtinere ei non permisit Synagoga prout explicatum est exposit. 2. sensu 3. certiorem illam modò efficit Christus Iesus, tūc eius vt horti proprii possessionē se accepisse, cū venit ad passionem, simul quę eidē patefacit, quæ ei tunc detulerit munera.

Quod igitur ait: *Veni in hortum meum soror mea sponsa:* per verbum, *veni*, non tam significat aduentum simplicem, quàm aduentum ad possessionem capiendam, prout alias quoq. per idem verbum significatū reperire est in Scriptura sacra, vt in Euāgelio Ioannis, vbi de Christi item aduentu fit sermo, dicitur. c *In propria venit*, idest, tamquam verus Dominus, legitimusque hæres venit, & ingressus est in mundum ad captandam possessionem, quam Princeps huius mundi ei abstulerat.

Ecclesia possessionem adiit Xps tempore passionis & passionis ad ipsam.

c Ioa. 1. 11

Sic eodem sensu in Actibus Apostolorum dicitur: d *Festus cum venisset in Prouinciam*, idest cū suscepisset Prouinciam, cum gubernationis Prouinciæ possessionem adiisset. Apertius verò illud ipsum significatur per verbum, quo idemmet spōsus, secundum versionem Sept. est vsus, nempe, *ingressus sum in hortum meum;* siquidem per ingressum in locum aliquem capi possessionem illius, vulgatum est apud Iurisperitos ex l. 3. ff. de acqu. possess. quo sensu in lib. Prouerb. dicitur: e *in agrum pup illorum ne introeas*, idest, ne per vim occupes agrum pupillorum vt proprium.

d Act. 25. 21.

e Prou. 23 10.

Præclare autem tunc se in Ecclesiam asserit ingressum, atque ad eius possessionem captandam venisse, cum myrrham messuit suam, subiiciens illico: *Messui myrrham meam:* quia tunc re vera Regnum iniit Ecclesiasticum, cum passionis tpe multiplicium ærumnarū, afflictionum, atque dolorū collegit manipulos, vnde, tametsi per ludibrium ab eius hostibus factum id sit, tunc temporis insignia accepit regalia, coronam, sceptrum, ac purpuram, tunc temporis salutatus est Rex ab iis, qui dicebant: f *Aue Rex Iudæorum:* & per Prophetam, iuxta versionem Sept. Tunc temporis g regnare cœpisse dicitur à ligno, idest ab eo tempore, quo ligno crucis myrrhæ suæ messionem expleuit.

f Io. 19. 3.

g Ps. 95. 10

Et, vt intelligeremus, quo tunc temporis Ecclesiæ possessionem accepit, egregie, quam *hortū suū* dixit, illicò *sponsam* item *suam* appellat: quoniam in cruce ipsa, vbi myrrham suam messuit, eam pariter accepit in sponsam, spōsus sanguinum illi factus, suscitans illam è latere suo, prout inferius ei dem significabit, vbi dicit: h *Sub arbore malo suscitaui te.*

Quia tamen antequam eam desponsaret, sine in ipsamet eius desponsatione per diuinam, quam ei contulit gratiam, consortem illam sibi fecit diuinæ naturæ, aptissime prius sororem suam eam nūcupauit, postmodum sponsam, dicens: *Veni, seu, ingressus sum in hortum meum, Soror mea sponsa:* Adiecit per id, quod ait: *Messui myrrham meam*: nedum tempus significauit desponsationis, sed & modum, quo ea facta est desposatio, messione nimirum myrrhæ, ac passione, morteque sua. Ita pariter ratione per id, quod adiecit: *Cum aromatibus meis*, seu iuxta lectionem hebraicam, *cum aromate meo*: gratiæ cælestis exhibitionem sub indicat, qua veluti aromate cælesti delibutam, diuinitatis odore redolentem ipsam effecit: & veluti aromatico medicamēto saluum effectam, quasi sororem cohæredē sibi fecit regni cælestis, iuxta illud Pauli: i *Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum; vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.*

h Can. 8. 5

i Tit. 3. 5.

Porrò, quia haud istud solum est sponsi intentū in hac sua responsione ad præcedentē dilectæ suæ significationem; vt certiorem videlicet ipsam redderet, se iam eius possessionem accepisse vt proprii horti, propriæ sororis, ac propriæ sponsæ, ac do tēpore, & modo, quo talem suscepisset possessionē, vt explicatum est: verùm etiam, vt eidē significet, se venisse quidem in ipsam vt in hortū propriū, at eo ipso tempore, quo ad captandam eius possessionem ad ipsam venit, antequam fructus quospiam ex ipsa comederet, antequam quidquā bonorum operum ex ipsa susciperet, præstantissima detulisse ei munera.

Sciendum, eodem passionis tempore à Christo Iesu tria munera pretiosissima simul, ac saluberrima præstita esse Ecclesiæ. Primum, quodve est omnium maximum, est Sacramentum corporis, & sanguinis sui, conuiuium, ex sua carne & sanguine ei exhibitum. Secundum est collectio omnium passionum, omnium vulnerum, omniumque dolorum; quos in toto passionis tempore pertulit. Tertium est salus, atque redemptio vnà cum virtutum exēplis, quæ, nedum per totam vitam, sed potissimū passionis tempore contulit. De primo agetur in subsequentibus: postremo namque loco illud proposuit cælestis sponsus, vt diutius in eo ostentando se detineret.

Munera tria quę Xps passionis tempore exhibuit Ecclesiæ.

Secundum, atque tertium, illud sub aromatum illud sub myrrhæ metaphora proponit in hac sententia, quam modo exponimus. Ita autem hæc

DE ECCLESIA.

duo proponit, vt tam myrrham dicat suam, quā aromata quoq. sua pronuntiet, & tam myrrham suam, quam aromata sua messuisse se asserat: dicit n. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis*, idest, & myrrham, & aromata mea messui.

Passionum suarū munus quō & ad qd Xps detulerit.

Sanè, si subtilius vim verbi huius metendi perscrutemur, inueniemus in sacris litteris tantudem esse metere, ac manipulos colligere, vt patet iam ex illo Psalmi sæpius relato; a *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos*: quod est, declaratiuum eius, quod paulo superius dictū fuerat: *In exultatione metent*: quàm ex illo Psalmi 128. b *De quo non impleuit manum suam, qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit*. Hinc patet verba ista, *Messui myrrham meam cum aromatib. meis*. multò maiorem habere emphasim ad munera dicta significanda, quam primo præseferant aspectu. Enimuero haud myrrham simpliciter delatam significant, sed myrrham, in plures fasciculos collectam, sed plures myrrhæ, atque ærumnarum fasciculos, in quorum singulis fasciculis plures simul collecti essent dolores: siquidem vnumquodque Christi membrum compluribus confectum fuit doloribus: vnum eius caput sæpius palmis, & fustibus percussum fuit, spinis dilaniatum, multis vulneribus, idem vt vehementissime super cruce est cruciatum, cum non haberet, vbi reclinaret: vna Christi facies alapis percussa, pugnis cōtusa, pluries & consputa, & sic de singulis aliis mēbris; & vnaquæque animæ eius potentia pluribus pariter confecta est ærumnis. Peculiari autem ratione non dixit simpliciter; *messui myrrham*, sed maiori emphasi ait: *messui myrrham meam*, non simplices significans dolores, atque ærumnas, sed suas peculiares dolores, quibus similes reperire minime sit super terram, prout alibi apertius expressit, cum diceret: c *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis sicut dolor meus*. Myrrham istam suam, horumque dolorum suorum manipulos suæ detulit sponsæ; vt illa per ipsos non modò à quibuslibet liberaretur doloribus; sed & in iis ipsis gaudio perfunderetur, quos mundus appellat dolores, & ærumnas; vtve comparticipem illam suæ efficeret passionis, impertiens ei quodammodo myrrhæ ipsius suæ fragrantiam: & insuper, vt ex eorumdem dolorum suorū memoria, tanquam ex myrrhæ delinimento præseruaretur à corruptione peccati; atque in illorū meditatione dulcem haberet refectionem, & illos ipsos promptos haberet, quos Patri cælesti offerret in oratione.

a Pſ. 125. 6

b Pſ. 128. 7

c Thre. 1. 12.

Passionū & vulnerum Xpi effect⁹ varii i Ecclesia.

Salutis, atque virtutum suarū munus.

Aromatum quoque manipulos plures eidē Ecclesiæ detulisse se, ait, eodem tēpore passionis: In vna quippe redemptione, & salute plures tamquā in vno fasciculo colligatas detulit redemptiones, redemptionem de maledicto legis, redemptionē ab omni iniquitate, redemptionē è potestate diaboli, redemptionem ab imperio carnis, & mundi. In vno fasciculo virtutis patiētiæ plures exhibuit actus patiētiæ; sic in vno fasciculo humilitatis, & in alio obedientiæ, & in reliquis distinctis fasciculis aliarum virtutum plures singularum illarū detulit actus. Debuit autem & ad aromata ista apponere pronomen *meum*, & dicere, *cum aromatibus meis*: quia tam sunt diuersæ redemptio, salus, & medicina, quæ per Christi passionem exhibita sunt, à qualibet redemptione, & salute alia, q quælibet eiusdem virtus, & quilibet actus virtutis eius peculiare quid habent excellentiæ, quo p celsioni & heroicis quibuslibet actibus virtutum purorum hominum.

DE ECCLESIA.

PARAPHRASIS.

Paraphrasis, quæ ex dictis colligitur, talis est.

Quid me spiritali aduentu in te venire exoptas, vt tui capiem possessionem tamquam peculiaris horti mei, fructusve colligam bonorum operum, quæ ipsemet operatus sum in te, & tecum? Iam veni, possessionem tui capiens, *veniens in hortum meum*, cum passionis meæ tempore *myrrham* ærumnarū laborum, atque dolorum, cuius semen post Adæ peccatum in terram proieceram, *messui*, ac in fasciculos super me collegi: quādo aromatibus gratiæ meæ, quibus te deliniui sororem meam, diuinæ cōsortem te reddidi mihimet: quando & myrrham metens, te mihi sponsaui super cruce. *Ingressus sū*, cepique tui possessionem tunc tēporis, soror mea sponsa, plures tibi detuli fasciculos multiplicium ærumnarum, atque dolorum meorum, colligens tibi in distinctos manipulos *myrrham meam*, doloresve meos peculiares, quibus nullum reperire est dolorem, nullam myrrham similem: Detuli & plures virtutum actus in multis distinctis multiplicium virtutum fasciculis, multiplicem redemptionem in vna redemptione, aromata mea metēs & in manipulos colligens, quibus nec etiam reperire sit aromata similia: tamque per fasciculos istos aromatum meorum, quàm per fasciculos itē myrrhæ, ac dolorum meorum gaudium tibi contuli, & exultationem, odorem tibi impertiens, & comparticipem te reddens & passionum, & virtutum mearum: ad virtutes te promouens per imitationē & excitans ad subeundas præsentis vitæ ærūnas cum exultatione.

ALIVS SENSVS.

In suā in storū Xps ꝑter seipsū exhibet plures vt protectores, & adiutores.

Iuxta alteram eorumdem verborum explicationem adiectam in primo litteræ sensu, secundum quam præteritum, *Veni*, accipitur pro præsenti, *ecce venio*: Idemmet Christus Iesus ad inuitationē sibi ab Ecclesia factam, vt ad ipsam veniret tāquā ad proprium hortum, & comederet illos tāquā fructus suos, transmittens illos in propria viscera peculiaremque eorum suscipiens curam, respōdet pergratam sibi esse hanc eius inuitationem, gratissimam & eius oblationem: Quapropter, se non modò ad ipsam venire velle, & talem efficere fructuū comestionem, sed iam in præsentiarum venire, & magno cum auctario venire, atque deferre ei plures Sanctorum martyrum, pluresq. & Sanctorum Sacerdotum, atque Doctorū fasciculos, quos metens in manipulos collegit iam in primitiuæ Ecclesiæ agro. Martyres, vt eos habeat protectores; Sacerdotes, atque Doctores, vt per eorum doctrinam, atque preces, & tutò seruetur in fide recta, & in charitate crescat ardentius; Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Ecce iam *venio in te* nedum *hortum meum*, sed & sororem, & sponsam itē meam: nedum ipse in te veniens peculiarem eorum, qui in te fructificant, curā suscipiam iustorum, sed & plures tibi propono protectores, ac defensores, Martyres sanctos, plures Sacerdotes, q pro te preces exhibeāt, & doctores, quorum doctrina illæsa in sana perseueres fide: *Messui* nāq. in temet ab initio, & quasi *in fasciculos collegi* Martyres quidem plurimos, vt plures myrrhæ meæ particulas: Sacerdotes verò, ac Doctores, vt plures species aromatum item meorum.

Quod metere tātumdem sit, ac manipulos, seu fasciculos colligere iam paulo superius ostensum est. Quod verò animæ Sanctorum à Deo colligantur tamquam in fasciculis distinctorum ordinum simulque colligati custodiantur, probari potest ex verbis illis, quibus Abigail ad Dauid dixit; d *Si surrexerit aliquando homo, persequens te, & quærens animam tuā, erit anima Domini mei custodita*

d 1. Reg. 25. 29.

quasi

DE ECCLESIA.

quasi in fasciculo viuentium apud Dominum.

Illud duntaxat inquirendum, & explicandum superest: Cur sub myrrhę, & myrrhę Christi metaphora Martyres; Sacerdotes verò, & Doctores sint designati sub metaphora aromatum item Christi. Et quidem Martyres aptissime per myrrhã significantur, quæ amaritudinem secum gerit annexã; Martyres quippe sunt, quibus peculiariter id competit Psalmi *a Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.* Myrrha verò Christi dicũtur; tum quia pro nomine Christi amaritudini cruciatuum, & mortis sese subiecerunt; tum quia, quasi fructus Christi crucifixi, prouenerũt feliciter è semine myrrhæ illius, & illarũ passionum, quas idemmet Christus è cruce pẽdẽs seminauit in lacrymis, vt cum exultatione postmodum meteret ipsas in Martyrib. vnde Apostolus passiones, quas tolerabat, haudquaquam suas dicere audebat, sed Christi eas nuncupat, dicens *b Sicut abundant passiones Christi in nobis; ita & per Christum consolatio nostra.* Sacerdotes autem, atq; Doctores aromata Christi dicuntur; tum quia *c* odorem notitiæ Christi deferunt: tum quia chrismate delibuti preces instar aromatum ad Deum emittunt iunctas cum sacrificio corporis, & sanguinis Iesu Christi, thymiamate confecto ex aromatibus quibuscumque pretiosissimis, ac super crucis altare quondam incenso: tum quia per bonorum operum exempla *d* odor Christi sunt in omni loco.

Martyres cur dicãtur myrrha Christi.

a Ps. 43. 23

b 2. Cor. 1. 5

Sacerdotes & Doctores sancti cur dicãtur aromata Christi.

c 2. Cor. 2. 14.

d 2. Cor. 2. 15.

Ex Versic. I. Veni in hortum meum, soror mea spõsa; messui myrrham meam cum aromatibus meis.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est Anima Iusti.

CVm pia Anima Deum inuitarit, sin se vt veniret veluti in hortum suum peculiarẽ, dicẽs: *Veniat dilectus meus in hortum suum:* ac inuitatione ista significarit, ex probabilibus quidem coniecturis sibi compertum esse, se esse eius hortũ, quatenus in se essent fructus pomorum, & charitatis actus: sic. n. subiecit: *Et comedat fructum pomorum suorum;* esse tamen ignotum, quòd ipse iam venerit in se, & intra se maneat: quæ duo non obscurã in se continent repugnantiam: Respondet modo cælestis eius sponsus: *Veni in hortum meum, soror mea sponsa;* Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Soror mea cum sis diuinæ consors naturæ, arctissimoque amoris vinculo mihi vnita, atque spõsata, haud ambigendum tibi erat, quin apud te, tecumque manerem, præsertim cum fatearis te hortum meum: idcirco. n. hortus meus es; quia ad te, & in te veniens vt ad sororem, & sponsam meam, meo ipso aduentu hortum te reddidi, ac paradisũ meum, habitib. virtutum omnium quasi tot pulcherrimis consitam plantationib. Quapropter scito, me iam venisse in te; nec ad hoc venisse, vt solũ modo fructus pomorum meorum comederẽ, me reficiens interiorib. dũtaxat actib. charitatis, quá in te plantaui; sed, vt multiplices cuiuscumq. virtutis actus quasi in pluribus fasciculis colligatos, tamquam multiplicium aromatum meorũ manipulos colligerem ex aromaticis illis plantationib. quas in te plãtaram, & ex habitib. illis meis, quos tibi infuderam; &, vt in primis colligerem fasciculos myrrhæ meæ ex habitu patientiæ, quem in te veluti myrrhæ arbore plantaram: vt ve ærumnis, & tribulationibus te premens *meam* vindemiarẽ

A *myrrham*, eas nimirum, quas pro nomine meo pateris, amaritudines.

DE ANIMA.

Vnum circa hunc sensum hoc loco est notandũ per id, quod sponsus significat, non mõ se in aĩam venisse, sed & in eadem messuisse myrrham, atq; aromata sua, exhibere ipsimet aiæ signum prępstantissimum, è quo dignoscere queat, quod Deum intra se habeat vt hortulanum, vt fratrem, atq; ẽt vt sponsum, si videlicet gaudio se perfundi sentiat in frequentib. virtutum actib. quos ille in ipsa operatur, & messionis, ac vindemiæ lætitiam infundens in corde eius: sed præcipue, si gaudeat in tribulationibus: Neq. n. fieri potest, vt gaudeat quis in laboribus, & ærumnis, quin Deum in se habeat secũ patientem, ac myrrham suã metentem. Hinc est, q

Tribulationes lætãter tolerare, & delectari in bonis operibus sunt signa, quod Deus sit in anima.

B Apostolus Petrus ait: *e Cõmunicantes Christi passionibus, gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes: si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniã quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei & qui est eius spiritus, super vos requiescet.* Et certè, sicut nullum expressius habere quis potest signum, quod sit ex electis, & non ex mundo, quàm si prematur tribulationib. in iisdemque & gaudeat; cũ à Domino sciat dictum: *f Mundus gaudebit, vos verò contristabimini; sed tristitia vestra vertetur in gaudium:* Ita nec vllum pariter signum habere potest hoc euidentius, quòd Deus in ipsum venerit, & in ipso maneat: cum id sibi apertè significatum sit & in Psal. 90. vbi dixit: *g Cum ipso sum in tri-*

e 1. Pet. 4. 13.

f Io. 16. 20

C *bulatione*, & in Euangelio Ioannis, vbi Redemptor noster discipulis suis ait: *h In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum* .i. ego, qui vobiscum pugnaturus sum, vici eum, vosque mecũ facillime pressuram omnem vincetis. Nec mirum fratres namque Christi erant, sicut & anima, quã hic affatur sponsus, soror eiusdem est, ex Deo nata per gratiam, & iuxta Ioannis dictum: *i Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum:* & indubitatum est, quod per Paulum dicitur: *K; Quem diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnẽ filium, quẽ recipit. In disciplina perseuerate, Tamquam filiis offert se Deus.*

g Ps. 90. 15

h Io. 16. 33

i 1. Io. 5. 4

K Heb. 12. 6

Iuxta alteram eiusdem primi sensus explicatio

D nem, qua verbum, *veni*, haud pro præterito, sed pro præsenti sumitur; Ostendit hoc loco Deus, facto se exhibere, quod apud Isaiam pollicetur, dicens: *l Inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet, Ecce adsum.* Vt primum. n. pia anima clamare cœpit, inuitans illum, vt ad se veniret tamquam in peculiarem hortum suum, ipse exaudit, & dicit: *Ecce venio*, & venio in te vt *in hortum meum*, quin ex oblatione, quam ipsa ei fecit dicẽs: *Et comedat fructum pomorum suorum:* sororem eam, & sponsã suam agnoscit, fateturq. ac pro oblatis sibi fructibus pomorum, & actib. charitatis cũ auctario ad ipsam venire se indicat, & cũ munerib. qualia fratrem decent, qualia & sponsum; dicens quippe:

ALIVS SENSVS.

Inuocatus illico adest Deus, venitque cum mãsiõe i animã sese illi offerẽte.

l Isai. 58. 9.

E *Messui myrrham meam cum aromatib. meis:* innuit ex hisce, myrrha videlicet, & aromatib. suis munera ei & parasse, & detulisse: Messuit myrrhã suam cælestis sponsus, qñ passionis suæ tpe myrrhã ærumnarũ, tribulationũ, atq. dolorũ in sua collegit carne: Messuit & tũc cum myrrha ista sua ẽt aromata sua, pferẽs ĩ ipsis ęrũnis, ac passionib. suis actus cuiuscũq. virtutis, & fragrãtissimę pferti charitatis.

Tribulationes, & actus virtutũ sũt præstantissima Dei dona.

Porrò, cum ex messione ista substantiam auxerit, opesque suas collocarit in collectione dolorũ, & actuũ virtutum; & hanc partem sibi elegerit inter fratres suos: profecto haud par est, animab. iis quas instar sororum, atq. sponsarum hẽt, pretiosiora afferat munera, dũ in hac vita cõuersantur,

Tribulationes, & virtutũ actus, fuerunt opes Christi.

DE ANIMA.

quàm quæ ex fasciculis desumpta sint myrrhę, atque aromatum prædictorum, quam myrrham ærumnarum, & tribulationum, fideique aroma, q̃ per dilectionem operatur. Vnde Paulus, donorum istorum excellentiam grauissimis extollens verbis ad Philippenses ait: *a Tantum digne Euangelio Christi conuersamini; vt, siue cum venero, & videro vos, siue absens, audiam de vobis, quia statis in vno spiritu vnanimes, collaborantes fidei Euangelii: & in nullo terreamini ab aduersariis, quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo: quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.* Quod ergo secūdū sensum istum, hic ait cælestis sponsus, tale est.

a Phi. 1. 27.

PARAPHRASIS.

Inuitatus ecce iam *venio in te*, vt *in hortum* mihi pulcherrime instructum ex oblatione fructus pomorum, quam mihi exhibuisti, sororem te meam diuinæ naturæ mihi consortem, sponsamque meā charitatis vinculo mihi iunctam agnosco; *Venio*, vt ad sororem, ac sponsam meam, prope fructib. pomorum, & interioribus actib. charitatis, quos, mea cooperante gratia, profers, munera tibi defero præstantissima, *myrrham* amaritudinis, ac tribulationum vnà *cum aromate* fragrantissimæ fidei, quæ per dilectionem operatur, præstās tibi, vt in exterioribus quoq. actib. digne Euangelio meo conuerseris; in hisce. n. duobus opes meas constitui, cum passionis meæ tempore myrrham meam cum aromatibus item meis messui in multa copia myrrhæ amaritudinum, dolorumque meorum, & aromatum fragrantium cuiuscunque virtutis, actuum.

II. SENSVS.

Iuxta secundum litteræ sensum principalem, quo in præterito, & metaphorice oīa sumuntur; Cælestis idemmet sponsus eidem quoque animæ sanctæ, quæ ipsi sese totam exhibuerat, inuitās eū ad se vt ad hortum illum suum, quem in fine c. 4. ventis tribulationum concuti iusserat, dicens: *b Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius*, significat, se iam ex tunc in eam venisse, cum venti tentationum ipsam perflare cœperunt: seu, cum primum ipsa in corde suo; eum inuitare disposuit ad sese, iuxta illud Psalmi: *c Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.*

Ad tribulatum quasi ei accurrat Deus, cū inuocatur.

b Ca. 4. 16

c Pl. 9. 17.

Porrò ea est tam benigni sponsi consuetudo, vt ad tribulatum quemq. accurrat, præmissis tribulationib. tāquā legatis, ac præcursoribus suis: accurrens autem haud illico sese manifestet: sed quasi in abscondito ipsum intueatur tribulatum, ingenti perfusus voluptate ex tribulationibus ipsis fortiter, patiēterque toleratis, atque ex precibus, quę è tribulato prodeunt corde, & ex virtutum actibus, qui tolerantiam passionum consequūtur. Voluptatem istam suam exprimit metaphoricis verbis hisce: *Messui myrrham meam cum aromatibus meis*, innuens, tanta in prædicto aduentu suo ad animam tribulatam perfusum se lætitia, quanta perfundi solent messores, qui lætantur in messe; cum sanè & ipse pariter tunc *myrrham suam* in tali anima, talive horto suo messuerit, myrrham inquam passionum suarum vnà *cum aromatibus* quoq. suis precibus, ac virtutum actibus, quorum omniū semina cum fletu, & lacrymis iecerat super Cruce confixus. Metere se dicit myrrham, passionesque suas Dominus Iesus eo sensu, quo Paulus significauit, ærumnas, & tribulationes, quas perpetiebatur esse in complementum passionum Christi, dicens: *d Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionū Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia*: quorum verborū sensum explicaui aliàs. Hanc verò passionum suarum

Tribulationes sunt legati Dei.

Tribulatū quā incūde inspiciat Deus, quando eū vnà cū patiētia & reliquas et virtutes exhibet.

d Col. 1. 24.

A *myrrham* in anima tribulata metit vnà *cum aromatibus* item suis, quando illam in ipsis, quas patitur tribulationibus preces, & supplicationes illas fundere percipit, quas & in passione sua ipse obtulit Patri cū fletu, & clamore valido, iuxta illud Pauli dicentis, *e Qui in diebus carnis suæ* (quādo. s. magis patefacta est misera carnis suæ conditio) *preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerēs exauditus est pro sua reuerētia* illas, quas magno angore animi, procidēsque in terram protulit in horto: *f Pater, si fieri potest, transfer à me calicem istū; verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat*, illas, quas, è Cruce pendens, fudit: *g Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt*, B *h Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, *i* & *Sitio*, maiores. s. & vehementiores ærumnas pro gloria nominis tui perpeti. Metit quoque in eadem anima *myrrham cum aromatibus* suis, quādo actus & virtutum ipsis eius in tribulationibus percipit similes actibus illis, quos ipse exhibuit in passione sua, perfectæ obedientię, & resignationis, abiectissimæ humilitatis, validissimæ fiduciæ in eum, qui poterat eum saluum facere à morte, tutissimæque spei, quæ nō cōfundit, & ardentissimę charitatis.

DE ANIMA.

Tribulato proferens Xps, quas Xps protulit in passione sua, metit Xps myrrha cū aromatib. suis

e Heb. 5. 7

f Luca 22. 42.

g Luc. 23. 34.

h Luc. 23. 46.

i Io. 19. 28

Quādo vnà cū tribulationib. sūt actus virtutum similes illis, quos Xps in Cruce exhibuit metit Xps myrrha cū aromatib. suis.

Ait ergo. Cum primum tribulationum vētis cōcussa, me ad te accrescere disposuisti soror mea sponsa, *Veni in te hortum meum*, tantaque lætitia perfusus sum te intuens, lęto animo tribulationes C tolerantem, quanta esse solet in messe, apud messores: *messui*. n. quodāmodo & ipse in te horto meo, *messui myrrham meam*, inspiciens te ærumnis hisce tuis adimplentem ea, quæ desunt passionibus meis; atque cum myrrha ista mea messui simul, & aromata mea, percipiens, eas ipsas à te fundi preces, & supplicationes, quas ego & in mea propria passione: talesve in iisdem tribulationibus tuis exhiberi virtutum actus suaueolentes, quales & ipse protuli super Cruce.

PARAPHRASIS.

Iuxta tertium litteræ sensum, quo verba *veni*, ac *messui*, sumuntur pro futuris, *veniam*, seu *ibo*, & *metam*, nomenq. horti haud metaphorice, sed proprie accipitur; Pergratam sibi extitisse, perfectissimam D illam piæ animæ exhibitionem ad perseuerandum, ac perdurandū in vita laboriosa, si opus fuerit, si placitum dilecto suo, eidemmet animæ cælestis ipse indicat eius sponsus. Annuens. n. promptę exhibitioni illius, qua (prout videre est in quarto sensu præcedentium verborū, exposit. 3.) quasi quid tale Domino sibi occurrenti, vt tolleret animam eius è mundi miseriis, dixerat: Si tibi libuerit, vt adhuc per aliquod temporis spatium in misera ista vita laborib. ærumnisve premar pro tui nominis gloria, proximive vtilitate, ecce hic permanebo libentius, *vadat dilectus meus in* cælestem *hortum suum*, ibiq; se reficiat fructu immensæ charitatis suæ, gustumq. ex sanctis percipiat Martyrib. quos in Cruce pendens protulit è se, tanquam E ex arbore mali. Consequenter ille respondet: *Vadam in hortum ipsum meum, soror mea sponsa, metā*, &c. Atque est autem, ac si dicat.

III. SENSVS.

Exhibitio pia āīæ, ad perdurandū in laborib. huius vitæ quā grata sit Deo.

Quāquidē sororē te meā agnosco diuinæ naturę mihi cōsortē, spōsamq, meā, de filiis meis adeo solicitā, vt labores nō renuas pro eorū vtilitate: *Vadā* pro nūc & *veniā, in* cælū, ac paradisū meā, te in terris relicta. Ibiq. nō *comedam* mō *fructū pomorū* meorū, vt suades, gustū percipiens ex Martyribus qui per tormenta, quæ pro me passi sunt, mecum iam participes sunt eiusdē horti: sed è te *metā* pręcipuos mortificationis, & patientiæ actus, quibus instar aromatum mihi maxime redolentium, te

PARAPHRASIS.

mihi

DE ANIMA.

mihi offeres in ſacrificium, & in odorem ſuauitatis, *colligam myrrham* iſtam, & aromata mea, quorum ſemina ipſe in te ieci, & in faſciculis apud me tibi ea ſeruabo.

Diſcrimẽ, quo Deus piam aĩam ad ſe colligit per mortem quove eã de ad ſe colligit e vita iſta perducantem.

Pro huius ſenſus intelligentia pleniori, animaduertendum, ſi vim verbi metendi, aut et vindemiandi, quo vſi ſunt Sept. recte perpenderimus, quæ in eo ſita eſt, vt proprie ſignificet ſectionem culminis, aut botrorum, remanente in terra fixa radice, & frutice plantationis, è qua denuo culmẽ aut frugiferũ, & botri alij prouenire poſſunt, qui ſimili rõne metantur, ſeceneir, & in faſciculos colligantur, certiores fieri de diuerſa ratione, qua piã animam in vita iſta degentem ſecum colligit in cælum, quave eamdem item ad cælum colligit vel in morte, vel poſt mortem.

Meriti locus nõ relinquitur poſt mortem.

Siquidem mortis tẽpore nihil radicis, aut fruticis relinquit, vt progerminare amplius queat culmina actuũ meriti: ſed ita illã ſecũ abripit in cælũ, vt totam, quanta quanta eſt vna cũ ijs, quos tunc tẽporis habet, actibus meritorijs & fruticẽ deſecat, & radicem ipſius meriti; Neq; enim poſt mortem, vel et in cælo eſt iam alijs merendi locus, expleto viatoris ſtatu, vitæque præſentis curriculo.

Meritũ in hac vita ſẽper creſcere poteſt.

At verò quandiu eamdem piam animam in præſenti vita perſeuerare ſinit, eleuat quidem eam ad ſe per opera bona, ad quę illã impellit, ſed eleuat, irrigans imbribus diuinæ gratiæ radicatã in terris, cumq. fructus ex ea carpit, haud eam ſecum abripit totã, verũ relicta eius radice, & frutice in terra, culmina dũtaxat eius ſecat perfectorum, quos protulerit actuũ, ſecum eos deferens in cælum, ſicve illam metit, colligẽs dictos actus in faſciculos, vt illa poſt mortem in cæleſtib. horreis ſeruatos, & congregatos ipſos reperiat, ita verò ſic in terris relicta, iterũ iterumq. noua proferens culmina, in maiora ſemper excreſcit merita.

Actũ oĩm cuiuſcunq. virtutis colligit, & ſeruat Deus aĩe cooperãti.

Illud verò quam maxime in verbis hiſce, *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis*, ponderandum eſt, ꝙ omnia quidem aromata, ſed in primis myrrham ſuã meſſurum ſe dicit benegniſſimus ſpõſus, nĩ omnem quidẽ actum cuiuſcunq; virtutis colligit, atq. in diſtinctos faſciculos ipſimet ſeruat animæ, vt cum occubuerit, illæſos eos reperiat, ac per illos laudem, & gloriam tibi conciliet, iuxta illud Prouerbiorum: a *Laudent eam in portis opera eius*: ſic de eleemoſyna, ac de operibus miſericordię dictũ haud obſcure inuenimus,

a Prou. 31. 31

b Eccl. 11. 1.

& per Eccleſiaſtem: b *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tẽpora inuenies illũ*: & per Redẽptorẽ noſtrum ſub alia metaphora: c *Facite amicos de mam monã iniquitatis; vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

c Luc. 16. 6

Singulos labores, dolores, et tribulationes colligit, & ſeruat Deus pia aĩa eas patienti pro nomine ſuo

Verumtñ cum eãdem animam tribulationibus, laboribusq. preſſam, & mortificationi vacantem cõſpicit, culmina præſertim iſta amariſſimæ myrrhæ ſuę ſatagit in ea ſecare, atq. in manipulos colligere, labores omnes, omnesve ærumnas, quas pro nomine ſuo, proque proximorum vtilitate ſubierit; cuius rei conſciũ, atque teſtem optimũ Paulum habemus Apoſtolũ, vbi ait: d *Ob quam cauſam* (nimirũ prædicationis Euangelii, & Apoſtolatus in vtilitatẽ proximorũ) *hæc patior* (tam. ſ. grauia, atq. moleſta laborũ, ac perſecutionum:) *ſed non confundor: Scio. n. cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diẽ.* Quod depoſitum? paſſionum certè, laborum, ac ærumnarum, quas apud Chriſtum, qui eas merebat, depoſitas nouerat. Myrrham porro iſtam ſuã cuius ſemen ipſemet iecit, metere ſe dicit cum aromatibus ſuis, quatenus vna cũ laboribus, mor-

d 2. Timo. 1 2.

A tificatione carnis, ac tribulationibus, quas ex anima tribulata, & mortificata colligit (vt explicatũ eſt) colligit ſimul & actus eiuſdẽ animæ, quibus labores ipſos ſuos, mortificationeſve carnis, & cor ſuum afflictum, & contribulatum in acceptabile offert ſacrificium, & in odorem ſuauitatis, iuxta illud: e *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* e Pſ. 50. 18

DE ANIMA.

IIII. SENSVS

Iuxta vltimum litteræ ſenſum, quo eadem rõne nomen horti haud metaphorice, ſed proprie ſumitur, prout in ſenſu præallato: ac verba, *veni*, & *meſſui*, haud pari modo pro futuris, ſed pro pteritis, vt ſonant, accipiuntur: Per ea, quæ hic dicit cæleſtis ſponſus, audita propta pię aĩæ exhi-

B bitione ad perferendos miſeræ vitæ præſentis labores, atque ad cæleſtis, ſibiq; peroptatæ gloriæ dilationem (prout explicatum eſt in ſenſu ſuperiori) haud quidem annuit dilationi huiuſmodi prout annuere videbatur ſm prædictum ſenſum: quin potius vehementioribus argumentis ad paradiſum illã accerſit, atq; vt, vitam cũ morte commutans, commigret ſecum, inuitat, idque pereregrio efficit artifitio, reſpõdens verbis conſonis ijs, quæ ipſa mox protulerat. Dixerat illa: *Veniat*, ſeu *vadat dilectus meus in hortũ ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.* Reſpondet is ad hæc: *Veni*, ſcilicet, ibi, & profectus ſum *in hortum meum, ſoror mea ſponſa; meſſui myrrham meam cũ aromatibus meis*; Aeque eſt autem, ac ſi dicat,

In mortis articulo exti ſtemẽ pia animam inuitat Chriſtus ad gloriã pro perpeſſis laboribus percipiẽdam.

C

PARAPHRASIS.

Veni, & iam diu me contuli *in hortum*, & paradiſum meam cæleſtem, quando ſ. aſcendi ad Patrem meũ, & Patrem tuum: cũ ergo tu *ſoror mea* ſis, veni iam ad cõem Patrẽ cum fratre tuo: cũq. & *ſponſa* quoque ſis mea, veni, & regni mei ſis particeps. *Meſſui* cum lætitia *myrrham* amaritudinum, & paſſionum mearũ vna *cum aromatibus* item *meis*, quæ paſſionis tempore ſeminaram in triſtitia, & lacrymis, gloriam, & bonorum omniũ affluentiam, ac exultationem colligens tamquam florem, ac fructum illius myrrhæ, aromatumque meorum. Veni ergo, vt pariter eadem ratione mecum metas tam meam, quãm tuam myrrham ærũ-

D narum, atque dolorum, quos pro me ſubijſti huc uſque, & aromata virtutũ, quas vna mecum in miſera vita iſta ad fructum operationis eleuaſti.

Pro huius ſenſus intelligentia, recolẽdum id, quod dictum eſt in explicatione ſenſus præcedẽtis, vim verbi metendi ſitam in eo, ꝙ cum lætitia colligitur culmen eius, quod metitur, in quo culmine vel flos, vel fructus eſt, ita vt flos, & fructus per meſſionem ipſam colligatur. Porrò quis fuerit flos, quive fructus, quẽ Chriſtus Ieſus collegit tãm ex myrrha paſſionis, mortiſve ſuæ, quam ex aromatibus virtutũ humilitatis, atque obedientiæ, quas vna cum myrrha ſua habuit iunctas, aperte explicat Paulus in Epiſt. ad Philippenſes,

E poſtq enim myrrham ipſam, atque aromata propoſuit, dicens: *Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo: humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem aut Crucis:* ſubiecit illico myrrhæ, atq. aromatum iſtorum florem ſimul: ac fructum vberrimum, atque pulcherrimum; *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium*, &c. Videtur aũt cæleſtis ſpõſus, tametſi ſucceſſe, eadem ratione vti, qua vſus eſt Paulus ad Hebræos, ſed diuerſo, & cõtrario modo. Sicut. n. Paulus exinde infert, Chriſtũ Ieſum gloria perfe-

Chriſtꝰ glorificatus ꝑ paſſionẽ, humilitatẽ, et obedientiã, meſſuit myrrham ſuã cum aromatibus ſuis.

DE ANIMA.

ctissima propter passiones à Patre decoratum in cælis; quia ab eodem Patre multi filij adoptiui per passiones ad gloriam pariter adducti essent, quia nimirum habuerunt exemplar Christi passuri, ac per passionem glorificandi, ostensum in figuris, dicens; *a Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passiones consummare*, idest, decebat Deum Patrē, propter quem sunt omnia, & qui creauit oīa, vt ipse, qui multos filios in gloriam adduxerat. s. per varias ærumnas, ēt filiū ipsum suum per passiones, multiplicesq. afflictiones ad gloriā proueheret perfectissimam, quoquidem is auctor salutis illorum extitisset. Eodē pacto ex eo, q messuit myrrhā suam cum aromatibus, per passiones, humilitatemq., ac obedientiam suā gloria exaltatus, & in paradisum euectus, tacite cælestis ipsemet spōsus indicat dilectæ suæ, q̄ è præsenti vita ad cęlos euehere secū vult, par esse, vt & ipsa, quo sibi per oīa assimiletur fratri suo, sicut & ipsemet per oīa ēt fratribus suis voluit similari, diem suū obiēs, secum cōmigret in hortum, ac paradisum eūdē, metatq. iam myrrham cum aromatibus cōibus: quandoquidem soror, & sponsa sua sit,

a He. 2. 10.

Possent & hæc ipsa sponsi verba, iuxta vltimū istū litterę sensū nō incongrue ad accessum Christi in hortū Gethsemani adaptari, sicque cum superioribus connecti: vt ad inuitationem illam capitis quarti: *b Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*; qua piæ animæ sponsus ipsam inuitarat ad meditandam passionem suā, ad quam meditationem ipse libentissime accurreret, prout videre est in tertia exposit. illorum verborum: ad q̄ ēt inuitationem totum ipsum caput quartū spectare ostensū est: Pia ipsa anima lubens ad hanc se conferre volens meditationem passionis, sed vna cum dilecto suo, responderit: *Veniat*, seu *vadat dilectus meus in hortum suum*, *Vadat* sic ipse prior, vt ipsum inueniam in passione, quā in horto subijt: quia in horto cępit pati, & propę hortum crucifixus est; Vel *veniat* mecum in istiusmodi *hortum*, dū ipsa ab eo inuitata ad illū me confero, ob oculos scilicet mihi ponens aliquod mysterium passionis, ibique, me meditante, comedat ipse affectus meos, *fructum pomorum suorum, fructum*, dilectionis suæ, exhibitæ per passionem ipsam suā. Ille verò annuens hisce deuotæ animæ vocibus, & eius implet vota, & simul hac de re certiorem eam facit, dicens: *Veni in hortum meum, soror mea sponsa*: sororem, sponsamq. suam illam compellans, vt per hæc nomina indicet, quam lubenter ei satisfecerit; Aeq. est autem, ac si dicat.

ALIA SENSVS IIII. ADAPT.

In passionis Christi meditatione Christus piā animā præuenit, & eā imitatur.

b Cā. 4. 6. Pag. 615.

PARAPHRASIS.

De Agonia & oratione Christi, in horto.

Ad primam tui vocem *veni in hortum meum*, in hortum Gethsemani, in quo, dum in mundo degerem, exire sæpius consueueram ad orādum: ibi me reperies, hoc mysterium meditare, mecū in illū hortū accedito: in eo ipse orans Patrē, mēteq. mea versans omnes, quas subiturus erā passiones, vniuersa mundi peccata, perditionem populi mei ingratitudinemque scelestorum hominum, vniuersam *myrrham* amaritudinū mearū, factus in agonia vindemiaui, solus torcular calcans amaritudinis animę meæ, ipsamque *myrrhā* istam *meam cum aromatibus meis* expressi, angore ipso meo vindemians aromata guttarum sanguinis mei in tanta copia, vt instar fluminis in terram defluxerint.

Iuxta quem sensum in fine præcedentis cap. 4. eadem anima contemplatiua dixit; *Surge Aquilo, & veni Auster*, &c, dum Christum in ipso horto contemplaretur; quorum intellectus hic esse pōt haud incongruus: *Surge Aquilo* frigidissime timoris moriendi, *& veni Auster* calidissime charitatis immensæ erga genus humanū, & alter ex vna parte, alter ex altera perflate *hortum meum* Christum orantem in horto, sicve *fluent* ex ipso *aromata* pretiosissima sanguinei sudoris, quę me à mortifera sanent peccati ægritudine.

Ex Vers. I. Veni in hortum meum, soror mea sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

HAud operæpretium est, vt in expositione ista diutius immoremur: Illud enim ipsum facto exhibitum per hæc significatur à Verbo, qđ insigni resignatione sua verbis præcedentibus expetierat Beata Virgo: quamquam in metaphoris aliquod sit discrimen. Illa in humillima ea resignatione sua, quam exhibuerat in Euangelicis verbis ijs, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, quasi hisce, *Veniat dilectus meus in hortum suum*, &c. internum suum expressit desiderium Incarnationis, prout superius explicatum est: At Verbum factum se iam sponsum, fratremque ipsius, ostendit, & incarnatum; atque ad primam illam eius vocem illicò se venisse in vterum ipsius, quem in peculiarem sibi plantarat paradisum.

In primo instāti Incarnationis Christus collegit in corde suo oēs passiones suas cū futura salute hominum, merens.

Luc. 1. 38.

Illa sic dilectum ipsum suum inuitarat in ventrem suum, vt tamen non ignoraret, ibidem illicò eum percepturum gustū ex passionibus, quas subiturus erat pro salute humani generis, easque à primo instanti conceptionis accepturum: ideoq. salutis huius desiderio flagrās dixit, cur optaret, vt veniret, & comederet *fructum pomorum*, seu *nucum suarum*, vt ibi explicatum est, exposit. quarta: Sponsus, se hoc quoq. ita implesse significat, vt in illo ipso primo instanti conceptionis, quo in hortū ipsum venit, ad instar messoris ex repræsentatis sibi ob oculos passionibus instar myrrhę amarissimis fasciculum collegerit, quē vna cum altero fasciculo collecto ex cogitationibus salutis, pacis, atq. redemptionis humanæ aromatum videlicet suorum, in horreo cordis sui iugiter conseruatum teneret omnibus diebus vitæ suæ.

Quem verò gustum ex ijs perceperit explicat in subsequentibus.

Loquens ergo cælestis sponsus, & respondens Beatæ Virgini, tale quid sibi velle videtur.

PARAPHRASIS.

Ecce iam frater tuus effectus sum, ex eadem carne conceptus; ecce & spōsus factus sum tuus, tamquam sponsus egressus de thalamo meo: *Veni* enim iam *soror mea sponsa in* vterum tuum, *hortumque meum: collegi* vt myrrhæ, & aromatum meorum messor, *fasciculum* passionum mearum vna cum fasciculo salutis, pacis, atque redemptionis, iamque ex tunc, cum primum veni, illos in penetralibus cordis mei seruatos teneo semper, semperque nouis oblationibus eleuo illos coram Patre meo primitias messis meæ.

Ex

APPENDIX.

Ex Verſ. I. Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Dixit ille Sanctus, & benedictus populo ſuo domui Iſrael: Ingreſſus ſum domum ſanctuarij mei, quam ædificaſti mihi ſoror mea, Congregatio Iſrael, quæ comparata es ſponſæ honeſtæ, & habitare feci maieſtatem meam in medio tui, ſuſcepi incẽſum aromatum tuorum, quod feciſti nomini meo.

Gre. Nyſſ. Orationes piorum ſponſi Deus a Iſ. 58. 9. In Incarnatione verbũ deſcẽdit in hortũ ſuũ.

Pro ſenſu dramatis. Greg. Nyſſ. arbitratur, ſponſum, illicò ac ſponſa expreſſit deſiderium ſuum, ad illam aduentaſſe, hæcque cum ſubſequentib. ei dixiſſe: ſiquidem in homilia 10. notat, quomodo Deus, iuxta illud Iſaiæ dictum: *a Te adhuc illic loquente*, ecce adſum: priuſquam exiret vocum ſponſę, audiuit ea, quæ eſt precata, promptoque animo eam præuenit.

Cæſar. Athanaſ. Aponius. Rup. Abb. Athanaſ. Mortificationẽ & reliquas virtutes colligit Chriſtus, veniẽs in Eccleſiã & piã aiã.

Per aduentum Verbi, ſeu, iuxta verſionem Septuag. per deſcenſum in hortum, eiuſdem Verbi Incarnationem intelligunt Cæſarius in Dialogo 3. apud Greg. Nazianzenum eius fratrem, Athanaſius in ſynopſi, Aponius, ac Rupertus Ab. In proprium hortum, inquit, Athanaſius, creaturam videlicet ingreſſus Deus carnem ſibi ex Virgine aſſumpſit, & homo factus eſt. Mortale quidem corpus erat, verum cum fragrantia ſacroſanctiſſimi Verbi coniunctum.

Alij autem communiter Chriſti intelligunt aduentum in Eccleſiam, ſeu piam animam, Porro quod adueniens idem ait, ſe meſſuiſſe, aut vindemiaſſe myrrham cum aromatibus ſuis; Greg. Nyſſenus vbi ſupra, Ambroſius lib. de bono mortis cap. 5. Theodoritus, & Catena triũ Patrum apud eumdem, intelligunt de collectione mortificationis deſignatæ per myrrham, & reliquarum virtutum, quas ſignant aromata: Vnde Nyſſenus, Arbor, inquit, myrrham ferens erat Paulus, qui quotidie moriebatur, & ipſe dabat ſibi, reſponſum mortis, & per puritatem, & diuinam vitæ inſtitutionem aromatizans fiebat quodammodo odor vitæ ijs, qui ſalui fiunt.

Ambroſ. Theod. Tres Patr. Gre. Nyſſ. Ambr. Theod. Tres Patr. Ambr.

In hæc ipſa recidunt, quæ dicuntur ab Amb. lib. de bono mortis cap. 5. à Theodorito, & Catena trium Patrũ apud ipsũ Theo. lib. 3. in Cant. Iiſdemque conſona ſunt, quæ habet Amb. dum in lib. 5. de Sacram. cap. 3. ſic legens: *Deſcende in hortum meum, vindemiaui myrrham cum vnguentis meis.*

Chriſtus in aiã vindemiat myrrhã cũ vnguẽtis, elicitis ex illa odorem ſtigmatis ſui.

Quæ eſt, inquit, iſta vindemia? Cognoſcite vineam, & agnoſcetis vindemiam. *b Vineam*, ait, *ex Aegypto tranſtuliſti*, hoc eſt populum Dei. Vos eſtis vinea, vos eſtis vindemia, quaſi vinea plãtati, quaſi vindemia fructũ dediſtis. *Vindemiaui myrrham cum vnguentis meis*, hoc eſt in odorem quem accepiſtis.

b Pſ. 79. 9. Idem. Myrrha vindemia, eſt vindemia fidei.

Tametſi idem Ambroſius lib. 8. in Lucam cap. 17. non tam pro mortificatione myrrham ipſam accipiat, quã pro fide, dum ait: Quę melior, quã fidei vindemia, qua reſurrectionis fructus reconditur, qua perpetuæ lætitiæ fons rigatur?

Caſſiod. Beda.

In eadem Eccleſia Chriſtum meſſuiſſe myrrhã ſuam cum aromatibus ſuis, ait Caſſiodorus, & Beda, quatenus per mortem collegit ad ſe Martyres, & ſanctos quoſque.

In hæc ipſa ferè recidunt, quæ dicuntur à Gregorio Papa, Iuſto Orgelitano, atque Anſelmo, qui per myrrham Chriſti cum aromatibus eiuſdem illos intelligunt, qui per mortificationis ſtudium tendunt ad perfectionem: tametſi Iuſtus Aromata propriè intelligat eorundem merita.

Mors Chriſtus ad ſe colligit omnes martyres, & ſanctos. Greg. P.P. Iuſt. Org. Anſelm. Cyrillus. Ruffinus.

Referunt hæc ad Chriſti paſſionem Cyril. Ieruſaly. Catecheſi 13. Ruffinus in ſymbolum, inter opera Cypriani, Philo Carp. Ap. & Rupert. Abbas, ſed diuerſimodè: nam Cyril. quem ſequitur Ruffinus, per hortum Chriſti eius intelligit paſſionem; Prædicauit enim, ait, in Canticis de hoc horto ad meam ſponſam, hæc dicens ad illã. *Ingreſſus ſum in hortum meum, Soror mea ſponſa.* Erat autem, vbi crucifixus eſt, hortus, & quid accipis illic? *Meſſui myrrham meam*, vinum myrrhatum bibens, & acetum.

In paſſione Chriſtus meſſuit myrrhã, bibens vinũ myrrhatũ.

Philo accipiens verbum *Veni*, ſeu *deſcendi*, pro imperatiuo, quomodo idẽ ſumpſit, & Iuſtus Orgelitanus, inuitari, inquit, piam aiam ad hortum paſſionis Chriſti, ad meditandã videlicet illam.

Ad paſſionem Chriſti meditãdã inuitatur pia anima.

Per myrrham cum aromatibus ſepulturã intelligit Chriſti cum vaticinijs Prophetarum, meſſionem myrrhæ, ac paſſionis complementum in ſepultura Chriſti aſſerentium.

Myrrha cũ aromatib. Chriſti eſt ſepultura eius cũ vaticinijs Prophetarum.

Aponius, venit, ait, in hortum ſuum, per Incarnationem, meſſuit myrrham amaram quondam, nunc medicinæ exemplum, per conuerſionem truculenti latronis, cum aromatibus pœnitentiæ meretricis.

Incarnatus Chriſtus meſſuit myrrhã, cõuertens latronẽ cũ aromatib. pœnitentia meretricis.

Rupertus Abbas, meſſuiſſe Chriſtum myrrhã ſuam, inquit, cum aromatibus ſuis, cum moriendo ad infernum deſcendit, reuerſurus cum omnibus ſanctis, & electis ſuis, qui eum expectabant ab origine mundi. Seu, cum per obedientiam ſuã fragrantiſſimum videlicet aroma peruenit vſq. ad mortem, mortem aũt Crucis, cum qua, & per quam omnia traxit ad ſe, & acquiſiuit omnes electos ſuos à conſtitutione mundi.

Chriſtus in cruce meſſuit myrrham, & cum obedientia mortuus electos acquiſiuit.

Singulariter autem Richardus de Sancto Victore, aduentum Dei in animam iuſti deſcribit hic, cenſet, quidvè per huiuſmodi aduentum in ipſa faciat ipſe, qui venit Deus. Myrrham, inquit, metit Chriſtus, quando præmiſſos labores perficit in anima, quib. ad virtutis perfectionem pertingit, & eam ſuauiter roborat, vt delectabiliter agat, quæ prius horrebat.

Deus in aiam veniens efficit vt delectabiliter labores tolleret, ac gratias reddat ad perfectionem.

Cum enim mortificata fuerit carnalitas, & propria voluntas, tunc fluunt virtutum aromata, & per conſummationem, & triumphum huius laboris venitur ad cultum perfectionis.

Ex Verſ. I. Comedi fauum cũ melle meo, bibi vinum cum lacte meo.

Expoſitio Prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

QVoad connexionem, & ſenſum illorum verborum, laborandum hic modum hic nobis minimè eſt; ſatis, ſuperque de his actum eſt in prima expoſit. verborum præcedentium, videantur quæ ibi dicta ſunt.

Silua, et apiarium eodem vocabulo ſignificata.

Duo autem ſuperſunt, quæ hic examinentur, vnum circa comeſtionem, alterum circa potum.

Enimuero pro eo, quod Vulgata habent *fauum*, in texto hebraico eſt dictio iagbri; porrò hæc vox propriè ſignificat ſiluam. Verũ cum ſiluæ terræ Iſraeliticæ vberrimo melle abundarent, ita vt frequenter ea videretur eſſe Apia-

LITTERA.

ſe Apiarij quidam: hinc factum eſt, vt eadem dictio in ſacris litteris vſurpata ſæpius reperiatur pro apiario mellis, ſicut eam Sept. reddidere 1. Reg. 14. *a Et ingreſſus eſt populus* εἰς τὸν μελισσῶνα, in apiarium: Vulgata, *in ſaltum*: Vel pro eiuſdem mellis fauo, prout ab iiſdem Sept accepta eſt loco ſupracitato 1. Reg. in verſ. 27. vbi eam vertere, κηρίον τοῦ μέλιτος. *b & intinxit in fauum mellis*, prout & Vulgata. Certè Vulgata hoc quoq. loco Cantici Canticorum in eodem ſenſu vocem iſtã reddidere, *Comedi fauum*: nec Symmachus, vertens ἐνεμήθην τὸν δρυμόν μου, *depaſtus ſum ſiluã meã*, aliud nomine ſiluæ intellexiſſe cenſendus eſt, q̃ fauum ipſum, quem ſiluæ nomine expreſſit & hebraicus textus, prout iam oſtenſum eſt: quamquã aliqui ad hoc ſiluæ nomen à ſponſo hic cenſent adhibitum, vt maiori emphaſi ſignificaret, ſe nedum fauum mellis ſeu mel è fauo comediſſe, ſed totam ſiluam melle ſpoliaſſe: abſumpſiſſe quicquid mellis in ſilua repertum eſſet.

a 1. Reg. 14. 26. — *b 1. Reg. 14. 27.* — *Siluam depaſti, quid ſit.*

Illud difficultatem habet, quod Sept. nouo ſignificatu, neq. pro ſilua, neq. pro apiario, aut fauo mellis hebraicam dictionem acceperint, ſed pro pane, ſic vertẽtes, ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου. *Comedi panem meum cum melle meo*. Et quidem, ſi coniecturis agere liceret, faci eſſet coniicere, Sept. quidem dictione יַעְרִי iaagar, vertiſſe, κηρίον, *fauum*, prout eamdem vertiſſe reperiuntur in præcitato loco primi Regum: *c* Ex ſcriptorũ verò incuria antiquitus effectum, vt in textu pro κηρίον, appoſitum ſit, ἄρτον, quod haud difficile fuit vt in legendo contingeret, deleto præſertim κ, à voce κηρίον, facile fuit, vt α, legeretur pro η, & τ pro ε ſicque haberetur ἄρτον, *panem*. Eam nihilominus lectionem libentiſſime amplexi ſunt Patres ſancti ob maiorem vim, quam habet, in explicando myſterio Sacramẽti Euchariſtiæ, quod pane celebratur, ac vino. At quicquid ſit de coniectura, certum ſanè eſt, codices vniuerſos nunc habere ἄρτον, *panem*.

Comedi panem meũ, quo verterint Sept. — *c 1. Reg. 13. 27.*

Dici fortitan poſſet, & admodum congruenter, panis nomen hoc loco vſurpatum à Sept. non tam pro ſignificatione ipſius panis, quàm pro cibo quolibet, iuxta frequentiſſimã hebraicæ linguæ conſuetudinem, morẽmq. ſacrarũ litterarũ, quo quicquid in lautiſſimo conuiuio paratur, panis vocabulo explicatur, vt Geneſi 43. *d Ponite panes*. Exod. 2. *e Vocate eum, vt comedat panem*, & alibi ſæpiſſime. Et de manna, qđ de cælo pluebat, *f Ego pluam vobis panem de cælo*, ait Dñs in lib. Exodi: Quin & fauum ipſum mellis, ſeu mel ipſum panis quoq. nomine deſignatum reperio in loco ſæpius citato 1. lib. Reg. *g* ibi enim cum hæc fuiſſet adiuratio Saul Regis. *Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis meis*, Subiicitur in textu: *Ingreſſus eſt populus in ſaltum, & apparuit fluens, mel, nulluſque applicuit manum ad os ſuum* (vt comederet ſcilicet mel, & affertur ratio:) *Timebat enim populus iuramentum* (quo ſ. ſub panis vocabulo mel ipſum prohibitum fuerat) quod & facto declaratum eſt, nã, cum Ionathas ignarus adiurationis Saul Patris ſui, extenſa ſummitate Virgæ in fauũ mellis, aliquantulũ eius comediſſet; illicò dictũ eſt ei: *Iureiurando conſtrinxit Pater tuus populum, dicens; Maledictus vir, qui comederit panem hodie*; & Saul Ionatham ipſum damnauit mortis ſnĩa, quia comedens mel contra adiurationem ſuam feciſſet, de nõ comedendo pane vſq. ad veſperã. Itaq. Sept. hebraicam dictionem יַעְרִי iangar, quæ ſiluã ſignificat, & mel, ſeu fauum mellis fluentẽ

Panis vocabulo quid intellexerint hoc loco Sept. Interpretes. — *d Gen. 43. 31.* — *e Exo. 2. 20.* — *f Exo. 16. 4.* — *g 1. Reg. 14. 24.*

in ſilua, vertentes ἄρτον, panis vocabulo intellexerunt aut fauum, quo ſilua exuberat; aut quicquid fructuum, & cibi in ſilua reperitur; aut generaliter omnem cibum; quem ſenſum ſecutus eſt Ambroſius, qui tametſi ſæpius in operibus ſuis legat: *Comedi panem meum cum melle meo*: in libro tamen de iis, qui initiantur myſteriis cap. vlt. ſic legit: *Manducaui cibum meum cum melle meo*.

Ambroſ.

Quod in littera noſtra dicitur: *Comedi fauum cum melle meo*: hac rõne explicant quidam ex recentioribus: Tanta auiditate comedi, vt, moras non ferens mellis eliquandi; vnà cum fauo illud vorarim. Quæ explicatio etſi ſubtilis ſit, & peracuta: haud tñ litteræ conſona mihi videtur: præſertim ſi per fauum mellis multã mellis copiam, multoſq. fauos, aut fauum magnũ ſignificatum teneamus, prout dictũ eſt in expoſit. 1. verborum præcedentiũ. Ecquis n. ceram in magna copia vorare valeat? Simplicior, ac veritati magis conſonus eſt, vt ſponſus dicat, ſe comediſſe, ſeu detuliſſe ad comedẽdum *fauum cum melle* ſuo: eo nimirum modo comedendum, quo comedi quotidie videmus fauos, ſugendo ex ipſis mel.

Fauũ cum melle comedere quid ſit.

Aut, ſi aliã velimus ſignificatam comeſtionem mellis, aliã faui, prout ex modo loquendi colligi videtur, cũ ſponſus dicit: *Comedi fauum meum cũ melle meo*: tantumdem eſt, ac ſi dicat; Expreſſi *mel* de fauo, illudq. *comedi*, quin & poſt expreſſionẽ mellis, adhuc *fauum* ipſum *comedi*, ſugens reliquias, quæ in eo remanſerant mellis.

Tertio quoq. modo idipſum intelligi poteſt, vt idem ſponſus dilectæ ſuæ ſignificet, ſe detuliſſe mellis fauos, quales comedere ipſemet ſoleret, haud aridos, ſed *cum melle*, ideſt melle refertos.

Quoad potum, & potabilia, quæ explicantur his verbis: *Bibi vinum meum cum lacte meo*; Illud examinandũ eſt, cur vnà cũ vino lac adnumeratũ ſit, vt ſimul potarẽ, cũ & experientia conſtet, hæc duo ſimul mixta haud bonã, & ſapidam efficere potionem, & iuxta medicorum dogmata, vinum cũ lacte intra ſtomachum habeat repũgnantiã.

Adde, q lac etſi infantibus ad potũ inſeruiat, quatenus fluens ex vberibus ſugitur, reſpectu tñ eorum, qui grandæui ſunt, in vſu potius eſt vt cibus, quã vt potus: Vnde Paulus: *h Quis, ait, paſcit gregem; & de lacte eius non manducat*? Ezechiel: *i Lac comedebatis, & lanis operiebamini*: Et in lib. Eccleſiaſtici inter cibos neceſſarios annumeratur poſt enumeratum, & neceſſarium potum aquæ, vbi dicitur: *k Initium neceſſariæ rei vitæ hominum aqua ignis, & ferrum, ſal lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentum*: Apertiuſq. in lib. Prouerbiorum *l Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus, & ad victum ancillis tuis*: Marcus quoq. Varro lib. 2. de re ruſtica cap. 11. eodem ſenſu ait: Eſt omnium rerum, quas cibi cauſa capimus, liquentium lac maxime alibile: Et idcirco Homerus homines appellat γαλακτοφάγους, ideſt lac comedentes. Quin Plutarchus lib. de tuenda valetudine, iſtiuſmodi adhibet monitionem: Ex liquidis non oportebit, lacte vice potus vti, ſed cibi loco, vt quod & fortiter, & copioſe nutriat.

h 1. Cor. 9. — *i Ezech.* — *k Eccl. 39. 31.* — *l Prou. 27. 27.* — *M. Varro.* — *Homerus. Iliad. N.* — *Plutarch.*

Ob rationes haſce dici non incongrue fortaſſe tan poſſet, lactis nomen hoc loco haud proprie vſurpatum pro cibo lactis, ſed metaphorice, ad explicanda varia vinorum genera, nempe pro vino, quod inſtar lactis album ſit, atque dulce: Huius ſententiæ videtur fuiſſe Rabbi Salomon, & apertius Paraphraſis Chaldaica legens: *Bibi vinũ rubicundum cum vino albo* &c.

Lactis nomen pro vino albo. — *R. Salom.*

Neque

LITTERA.

Paraphraſi Chaldei.

R. Abrahã. Aben Ezdra.

Alex. ab Alex.

A Neq. verò nouum eſt, vt vinum lactis nomine nuncuperur; nam & complures Hebræorum (vt notat R. Abraham Aben Ezdra ſuper hunc locũ Cant.) arbitrati ſunt nomine lactis hic vinum ipſum deſignatum ob candorem ipſum, quem vinum deſpumat.

Et apud profanos etiam idipſum aliquando in vſu fuiſſe, reperire eſt, vt vinum lactis nomine inſigniretur: Vnde Alexander ab Alexand. lib. 6. genial. dierum c. 8. ait. Cum in ſacris Bonæ Deæ vino libetur, illud non ſuo nomine nuncupant, ſed lac dicunt eſſe; vini tamen amphoram in ſacris, obuolutam opponunt, quã dixere mellariã.

B Quamuis autem probabiliter hæc dicantur, vt lactis nomine ab ſponſo ſignificatum ſit vinum album, ac dulce inſtar ipſius lactis nihilominus nequaquam recedere audeo à communi ſanctorum Patrum ſententia, qua intelligitur ipſummet lac ſuo vocabulo ſignatum; præſertim cum rationes in contrarium haud tanti ſint ponderis, vt communem Eccleſiæ ſenſum tranſuertere debeant. Nam ex Clemente Alexandrino libro primo Pedag. capite ſexto circa finem, vinum dulce cum lacte miſceri ſolet, commodamque & vtilem efficiunt mixtionem, tantum abeſt, vt omnino inuicem ſibi pugnent admixti, prout generaliter ſupponit prima ratio.

Clemens Alexan.

C Et licet in Scriptura ſacra lac inter cibos annumeretur, vt aſſeritur in ratione ſecunda; ex eadem tñ Scriptura colligimus, idẽ ipſum lac proponi vt potabile: Sic in libro Iudicum femina illa Iahel lacte ſitientem potauit Siſaram; Vnde & poſtmodum cecinit: *a Aquam petenti, lac dedit; & in phiala Principum obtulit butyrũ*; Et apud Ezechielem Dñs ait: *b Idcirco ego tradam te Orientalibus in hereditatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas, & ipſi bibent lac tuum*: vulgatus eſt & Apoſtoli locus, vbi dixit: *c Lac vobis potũ dedi, non eſcam*: quamquã ibi Paulus Corinthios alloqueretur, vt paruulos tales, quib. lacte opus eſſet.

a Iudic. 5. 25.

b Ezech. 25. 4.

c 1. Cor. 3. 2.

Neque nouum eſt in ſacris litteris, vt, cum vinum paratur, atq. defertur, paretur, cum eo ſimul & lac, haud dubium quin ad eumdem potus vſum: nam & Iſaias Propheta ſitientes vniuerſos acceſſens ait: *d Omnes ſitientes venite ad aquas; & qui nõ habetis argentum, properate emite, & comedite. Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinũ, & lac* (en potabilia), ſubdit poſtmodum panem vt cibum comedendum, dicẽs: *Quare appenditis argentum non in panibus?* Eadẽ igitur ratione & in præſenti ſententia ait ſponſus: *Bibi vinum cum lacte meo.*

d Iſa. 55. 1.

D Quamuis neque iſtud neceſſarium ſit, vt ad potum, & lac quoq. deferatur; dici enim poſſet, verbum *bibi* referri ad vinum duntaxat, quod recte potatum dicatur cum lacte; quia potatum ſit in conuiuio, in quo lac inter dapes extiterit. Fauet huic ſenſui lectio Ambroſij, quæ in libro de ijs, qui initiantur myſterijs cap. 9. ſic habet. *Bibi potum meum cum lacte meo.*

Ambr.

PARAPHRASIS.

E Quibus ſic ſtantibus, tres aſſignari poterunt dictorum verborum ſenſus.

Primus maxime omnium probabilis: *Bibi vinum meum*, bibique pariter *& lac meum.*

Secundus: *Cum lacte meo*, quod manducaui *bibi vinum meum.*

Tertius haud omnino reijciẽdus: *Bibi vinum* rubrum, *cum* vino item *meo* inſtar lactis albo.

Obiter autem circa vltimum ſenſum notandum, haud voluntarie dictum, per vini nomen ſignificatum vinum rubrum; nam in regione Paleſthinæ vinum maiori ex parte rubrum extitiſſe antiquitus, exinde colligitur, quòd in ſacris litteris ſæpius ſanguinis nomine nuncupetur: Sic in libro Geneſis: *e Lauabit in vino ſtolam ſuam, & ſanguine vuæ pallium ſuum*: *f* Deuteronomij quoque, *Sanguinem vuæ biberet meraciſſimum.*

Vinũ rur ſ ſcriptura

LITTERA.

Significatũ nomine ſanguinis.

e Gen. 49. 11.

f Deut. 32. 14.

Ex Verſ. I. Comedi fauum cũ melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

I. SENSVS.

Q Vamquam ex Euangelica historia pateat, Chriſtum Dominum paſſionis ſuæ tempore, quando (vt viſum eſt in ſecunda præcedentium verborum expoſit.) in Eccleſiam veniens, eius tamquam proprij horti cepit poſſeſſionem; antequam paſſiones, afflictionesve ſubiret, paſchale celebraſſe conuiuium cum diſcipulis ſuis; maximumque & admirabile inſtituiſſe Sacramẽtum Euchariſtiæ, quo corpus, & ſanguinem ſuũ ſub ſpeciebus panis, & vini ſublimiori conuiuio comedendum, atque bibendum expoſuit: In præſenti nihilominus Cantico amoris ipſemet, ſponſi gerens perſonam ea, quæ tunc temporis ab ſe præſtita ſunt, ſorori, ſponſæque ſuæ Eccleſiæ, cui ea præſtitit, enarrans ordine tranſuerſo, paſſione præexpoſita vnà cum præſtantiſſimis, quę i ipſa paſſione ſua exhibuit, virtutum exemplis, ſub metaphora meſſionis myrrhæ ſuæ cum aromatibus ſuis, nunc vltimo loco ſe & conuiuium quoque Sacramentale ait paraſſe; atque vna cum duobus muneribus alterum paſſionum ſuarum, alterum redemptionis, virtutumque item ſuarum, tertium pariter detuliſſe donum magnificentiſſimum corporis, & ſanguinis ſui in cibum ſimul, ac potum.

Congruentiſſima autem ratione præpoſtero iſto vſus eſt ordine: nam cum ad hoc ab ſe inſtructum eſſet conuiuium iſtud, vt in eo paſſionis ſuæ memoria haberetur, vtve homines in eodem meminiſſent mirabilium ſuorum, ac de ſingulis eorum commentarentur, iuxta illud Pſalmi: *g Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*: prout ipſemet in huiuſcemodi conuiuij exhibitione aperte ſignificauit, quando, conſecrans acceptum panem, ac dicens: *h Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur*, ſubiecit illico; *Hoc facite in meam commemorationem*, quam eius commemorationem verborum eius commẽtator apertius explicat Paulus; dum ait, *i Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat*, ideſt, de paſſione Domini loquemini intra vos ipſos, annunciabitiſque mortem Domini vobiſmetipſis, atque conuiuis, non verbis tantum, ſed & factis. Iure optimo, magna hæc opera ſua modo enarrans Dominus Ieſus, ob oculos dilectæ ſuæ propoſuit prius meſſionem myrrhæ, aromatumque ſuorum ab ſe factam, poſtmodum verò Sacramentalis conuiuij exhibitionem, vt qui conuiuij eius participes eſſent futuri, in ipſumet conuiuio collectos inſpicerent myrrhæ, atque aromatum paſſionis, virtutumque Redemptoris ſui faſciculos:

In conuiuio Euchariſtiæ faſciculi paſſionum, & virtutũ Chriſti ob oculos habendi.

g Pſ. 110. 4.

h Luc. 22. 19.

i 1. Cor. 11. 26.

In enarratione, quam cæleſtis ſponſus facie huius

DE ECCLESIA.

ius tertij doni, dicens; *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo*, tot exoriuntur difficultates, quot habentur, & verba, singula ergo exactius sunt examinanda, vt præsentis loci sensus innotescat.

Eucharistia sacramentũ an comederit Christus.

Ac primum circa verba, *comedi, & bibi*, sciendum, disputari solitum inter Theologos; An Christus Iesus sicut Sacramentum corporis, & sanguinis sui in cœna discipulis comedendum, atque bibendum tradidit, ita pariter illud ipsum vt conuiua comederit, biberitve.

Et quidem, tametsi Hæretici id negent pro more suo, admodum tamen probabiliter Scholastici, & ferè omnes Catholici id è contrario affirmant, & licet expresse id non habeatur in Euangelio, ex Euangelicis nihilominus id colligunt verbis, tum illis, quibus apud Lucam Dominus ait; a *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar*: non solum de veteri, atque legali, verum etiam de nouo isto, ac mystico paschate loquens, iuxta intellectum, quo ea accipiunt, & Tertullianus libro quarto contra Marcionem capite quadragesimo, & Hieronymus in vigesimum sextum caput Matthæi; tum alijs illis apud eũdem Lucam, & apud Matthæum: b *Non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat, seu*, c *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum in Regno Patris;* quæ verba, etsi à compluribus de vino gloriæ, & beatitudinis dicta sumantur, prout & ipse alias sumpsisse me recolo, de Christi tamẽ sanguine, vinoque nouo modo consecrato in noui Testamenti initio, seu, post resurrectionem in nouo immortalitatis statu exhibendo, accipiuntur ab Origene Tract. 35. in Matth. Cypriano Epist. 63. ad Cæcilium, Chrysostomo homilia 83. in Matthæum, Epiphanio hæresi 47. contra Encratitas, Hieronymo super cap. 26. Matth. Augustino lib. 3. de consensu Euangel. cap. 1. & lib. 1. Quæst. Euang. cap. 43. Euthymio, Theophilacto, & Beda in 27. Matthæi.

a Luc. 22. 15. — Tertull. — Hierony. — b Luc. 22. 18. — c Matth. 26. 29. — Orig. Cyprian. Chrysost. Epiph. Hierony. August. Euthym. Theoph. Beda.

Neque desunt congruentiæ, eæque maximè probabiles, hanc tantorum Doctorum assertionem comprobantes. Videatur Sanctus Thomas tertia parte, quæstione 81. artic. primo in corpore. Sed, ijs omnibus omissis, ea est, quæ ad rem nostram facit præ ceteris, queve est ex conuiuij ratione desumpta. Congruum namque, & valde decens est, vt is, qui conuiuium instruit, aliosque, vt simul assideant, inuitat, cum eis simul & bibat, & comedat.

S. Thom.

Quòd si in aliis conuiuiis id fieri consueuit, multo magis operæpretium videtur, vt fieret in admirabili conuiuio illo, in quo pro cibo, atque potu conuiuii instructor corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini paratum tradidit: Vnde præclare Chrysostomus homil. 83. in Matthæum ait: Ipse quoque bibit ex eo, ne audientis illis verbis dicerent; Quid igitur sanguinem bibimus, & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur: Nam & quando prius de his verba fecit multi solummodo propter verba scandalum passi sunt. Ne igitur tunc id quoque accideret, primum ipse hoc fecit: vt tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret.

Chrysost.

Ob hanc ergo rationem idemmet Christus, antequam explicet, quomodo singulos quosque fidelium ad hasce inuitauit epulas per ea, quibus dicet: *Comedite amici, bibite, & inebriamini charissimi*, se illas primum comedisse, & bibisse ait: *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*.

Sed & alia quoque ratio assignari potest, & congruentior huic loco, cur cælestis ipse sponsus, præstantissimum hoc enarrans donum, & conuiuii Sacramentalis institutionem, non dixit: permisi, seu dedi, vt comederetis fauum cum melle meo, & biberetis, &cet. aut comedisti fauum & cet. bibisti, & cetera, at peculiari modo loquendi dixit potius: *Comedi fauum*, & cet. quasi hoc etiam redundarit in donum, Ecclesiæ præstitum, quod ipse comederit, & biberit Sacramẽta corporis, & sanguinis sui: cum tamen certum sit, donum in eo maxime situm, quòd Ecclesia comederit, quandoquidem fideles sacramenta illa comedentes gratiam consequantur, & spiritalem refectionem, arctissimamq. cum Deo vnionem. Sic verò locutus est, *Comedi, & bibi*, vt significaret, tunc temporis se non modo tale parasse conuiuium, tantumq. dilectæ suæ præstitisse donum carnis, & sanguinis sui; Verum etiam & formam simul eidem exhibuisse, qua ad tam solemne conuiuium ei esset accedendum, quave dapes eius conuiuii essent sumendæ, quæ sane forma in eo sita est, vt, cum quis Sacramentum istud comedere velit, ea id comedat dispositione, qua comedit & Christus, studens nimirum, vt quàm propius fieri potest, ad sanctitatem, amorisve ardorem Christi accedat, quibus ille fuit perfectissimo modo & habitualiter, & actualiter ad comedẽdum dispositus, & nitatur in ipso comestionis actu pro viribus ea perfrui dulcedine, quam idemmet Christus comedẽdo percepit; sic, dicẽs: *Comedi, & bibi*, &c. tantumdem est, ac si dicat.

Sacramentũ Eucharistiæ comedens Christus in cœna, exhibuit Ecclesiæ formam comedendi illud.

PARAPHRASIS.

Instruens tibi conuiuium Sacramentale, ipse prior *comedi*, vt exemplum haberes sanctitatis, ac dispositionis, qua & tibi comedendum foret: *comedi* summa cum voluptate, atque dulcedine corpus meum, tanquam *fauum cum melle meo*: bibique sanguinem meum vt *vinum* & lac; quò eamdem dulcedinem, voluptatemque eamdem, & tu nitereris è conuiuio isto percipere. Ad mei itaque exemplum *comedite amici, & inebriamini charissimi*.

Præclare autem ad dulcedinem, & voluptatem illam significandam, quæ in tali comestione percipitur, ait: *Comedi fauum cum melle meo*: non *mel* duntaxat, sed *fauum cum melle meo*, indicans simul, quid comedendum in tali exhibuerit conuiuio, nempe carnem suam purissimam, vna cum diuinitate item sua, quæ illi vnita est carni.

Fauum porrò nuncupat carnem suam, quia, sicut fauus fit quidẽ ab ape, sed è materia florum, vt ait Aristoteles libro quinto, de histor. Animal. capit. vigesimosecundo. Ita & caro Christi à supercælesti illa ape, à Spiritu sancto fabrefacta est è purissimis, & floridis, Virgineisque Mariæ sanguinibus. Sicut in fauo continetur mel vniuersum, qd est in aluearibus: Ita & in carne Christi tota est diuinitas; quia in Christo *habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*.

Caro Christi quo fauus. — Simile. — Aristot. — *Diuinitas Christi quo mel.* — Simile.

Congruit autem & mellis metaphora ad designandam diuinitatem: tum quia mel innatam semper annexam habet dulcedinem, quam & impertit oib. tãgentib. se: Et diuinitas adeò innatã, & annexã habet omnis consolationis, beatitudinis, atque felicitatis dulcedinem, vt & mortali quoque humanitati Christi, cui vnita est per Verbi Incarnationem, impertita sit dulcedo visionis beatificæ, statim ac ipsam tetigit.

Denique sicut prædictis verbis indicauit, quid comedendum exhibuerit in conuiuio Sacramenta-

DE ECCLESIA.

mentali, nempe carnem suam cum diuinitate item sua: carnem inquam diuinitati vnitam sub specie panis, quod secūdum versionem Septuag. manifestius designatum habemus, secundum quod ait: *Comedi panem meum cum melle meo*. Ita pari ratione indicauit, quod in eodem conuiuio bibendum reliquerit, nempe sanguinem suum similiter cum ipsa diuinitate sua, dicens: *Bibi vinum meum cum lacte meo*: prout & in Euangelio simili modo, & de esca dixit: a *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*.

a Io. 6. 55.

Quid est *verè est cibus, & verè est potus*? nisi quia, tametsi alii cibi, aliive potus cibi sint, atque potus, qui vitam quoquo modo conferunt: haud tamen veri cibi dicendi sunt, & veri potus; quia haud veram conferunt vitam: nam & qui præstantissimum illum comederunt cibum Mannæ de cælo descendentis, & qui miraculosam illam aquam è petra fluentē biberunt, mortui sunt, sola caro Christi verè est cibus, & sanguis solus eiusdem verè est potus; quia hæc sola veram conferunt vitam.

Eucharistia sacramentū est verus cib. & verus potus.

Quem sensum colligere licet ex verbis ipsiusmet Domini, quibus dicitur: b *Hic est panis, qui de cælo descendit: Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

b Io. 6. 58.

Quòd si primariam inuestigemus rationem, cur & caro Christi sit verus cibus, & sanguis eiusdem sit verus potus, vt veram præstantes vitam: reperiemus, haud congruentiorem posse assignari, quàm, quia diuinitas tam carni, quam sanguini Christi æquè vnita exhibetur & cum cibo, & cum potu: ita vt attributum veritatis isti cibo, ac potui huic assignatum, diuinitatem illis vnitam signet.

Caro, et sanguis Christi cōferūt vitam ob vnitā sibi diuinitatem.

Ad cuius rei confirmationem commentum ipsiusmet Christi satis esse debet: statim enim ac dixit: c *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*, quasi hæc verba commentans, subiicit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipse viuet propter me.*

c Io. 6. 56.

In eo enim quod non dicit, manet in carne mea, & caro mea manet in ipso: sed, *ego in ipso, & ipse in me*, diuinum denotat suppositum, ac si dicat; Qui carnem meam comedit, & sanguinem meum bibit, habet in se Deum ipsum, carni, & sanguini vnitum. In eo verò; quod subiicit de vita: *Sicut misit me viuens Pater*, &c. ostendit, veram vitam etiam per diuinitatem præstari, quæ tali cibo, talique potui vnita est, sicut namque Christus ex missione à Patre habet vnionem cū diuinitate Patris viuentis; sic manducans carnem eius ex comestione habet vnionem quandam, & permanentiam cum Deo ratione gratiæ ex tali comestione acceptæ, per quam dicitur & Deus manere in homine.

Atqui sicut Christus accipit vitam à diuinitate, cui vnitur, sic homo, comedens Christi carnem, habet veram, & æternam vitam ab eadem filij diuinitate, quæ vnita est carni, quam comedit.

Quomodo verò, dicet quis, verbis hisce, *Bibi vinum meum cum lacte meo*, ista duo, sanguis Christi, eiusdemq. diuinitas in potum exhibita asseruntur? An sub metaphora lactis, quod est potus infantium, ac infirmorū, Christi sanguis designatur, per vinum autem, quod est potus robustorum, eiusdem significatur diuinitas: An verò è cōtra? Certè per vinum signari sanguinem, ipsæmet vini species protestantur, sub quibus sāguinem Christi nouimus propinari, & eiusdem vini consecrationis verba illa: *Hic est enim calix sanguinis mei*, &cet. At quid lac cum diuinitate? Ingentem sanè Christi lac habet congruentiā cū diuinitate ejusdem. Enimuero Verbum (vt subtiliter ait Clemens Alexandrinus lib. 1. Pedagog. capite sexto) iure optimo māmilla patris appellatur, quandoquidem per ipsum hominibus cōmunicata est diuinitas, quasi lac è corde, quod patris est symbolum, atque è māmilla, & per māmillā, quæ est symbolum Verbi, lac istud deriuat in homines vnà cum sanguine: nam & lac sanguis est, sed cum perfectiori concoctione, cum puritate, & candore.

Diuinitas Christi aptè dicatur lac.

Clemens Alexan.

Hic est, quod Apostolus Petrus istud diuinitis lac appellat γάλα τὸ λογικὸν ἄδολον, idest, lac rationale, seu verbale, & sine dolo, vbi in Græco sic habetur: d ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε, εἰ περ ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος.

d 1. Pet. 2. 2.

Quæ verba sic referuntur à Clemente Alexandrino in loco supra citato: Si verè sunt beati, qui hanc lactant mamillam (Verbum nempe, de quo supra) & ideo Petrus quoque dicit: Deposito ergo omni vitio, & omni dolo, & simulatione, & inuidia, & detractione, tanquam modo geniti infantes, verbale lac concupiscite, vt in ipso crescatis in salutem, si gustastis, quòd Christus Dominus.

In qua Clementis lectione duo notanda sunt. Primum, adiectiuum, τὸ λογικὸν, ab illo sumi in significatu verbalis, vt per ipsum probet, istud lac esse, ἀπὸ τοῦ λόγου, à Verbo, quod superius dixerat, esse mammillam Patris.

Secūdum, vltima illa verba, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, sic legi à Clemente, ὅτι Χριστὸς (per ι, non per η) ὁ κύριος, idest, quòd Christus Dominus, non, quod dulcis Dominus, vt patet ex textu ipsiusmet græcè impresso.

Porrò ex lectione ista, quæ sanè multum distat à nostra, optime cōfirmatum habemus id, quod probare intendimus, lactis metaphora diuinitatem significari, quæ Christi sanguini vnita propinatur in Sacramentali conuiuio, non tantū per id, quod, vt verbale lac, concupiscenda illa proponitur, verum et per id, quod dr̄, eatenus per dictum lac crescere animas in salutem, quatenus gustatur, ꝙ Christus Dominus; idest, quatenus gustu interiori percipitur, quod Christus est Dominus, atq. Deus, quatenus in potu sanguinis illi est vnita diuinitas: sicve bibitur vinum Christi cū lacte Christi, put primū ipsum se fecisse, asserit idemmet Christus, dicens: *Bibi vinum meum cum lacte meo*, tametsi ei ex huiuscemodi potu illud salutis augmentum, de quo Petrus loquitur, nequaquam præstitum sit, cum is esset salus ipsa, & fons omnis salutis, & gratiæ.

Hæc quidem rectè, dum nomine lactis accipimus lac ipsum, vt potabile, distinctum à vino, prout & cōi sensu accipi solere, ostensum est in prima exposit. Verū, quia idem ipsum lactis nomen probabili et opinione pro vino quoque albo, seu pro lacte ipso, non vt potu, sed vt cibo accipi posse, ostensum ibidem, pariter est: vlterius circa hæc ipsa verba, *Bibi vinum meum cum lacte meo*, datur philosophandi locus.

Sanguis Christi dealbans.

Ac primū, si & lac pro vino albo positū sumamus, tantumdem erit: *Bibi vinum cum lacte meo*, ac bibi sanguinem meum, dealbātem animas in pecca-

DE ECCLESIA.

peccatorum remissione, prout & per verba consecrationis significatur: *Hic est calix sanguinis mei, noui, & aeterni testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionẽ peccatorum*: Sicq. quod dicitur, *cũ lacte meo*, per Auxesin dictum sumendum est, vt peculiare sanguinis Christi epithetum candoris, quo fideliũ quiq. dealbati sint. *a Si n. sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quantò magis sanguis Christi* (inquit Apostolus) *qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti*? Et certè nullo sanè aptiori modo hæc duo, rubor, atque candor, quæ adeo inter se disparata sunt, in vno Christi sanguine simul iuncta ostendi poterant, quam hisce duobus nominibus, vini, atq. lactis, ille namque est & vinum, & sanguis, à botro *b* illo expressus, quẽ exploratores è terra promissionis detulere super vectem: sanguis inquam vuæ meracissimus, quo ipsemet lauauit indumẽtum, ac corpus suum, iuxta prophetiam *c* Iacob: E cuius rubore commoti illi apud Isaiam proclamãt: *d Quare rubrũ est indumentũ tuũ, & vestimẽta tua, sicut calcantium. (s. vuam) in torculari?* Et ex naturali philosophia habemus, lac quoque esse sanguinem, prout fusius explicatum est in superioribus, illemet namque sanguis, quo infans in vtero matris nutriebatur, cum mulier conceperit, naturali quadam pietate prouidente, ne remaneat infans absque nutrimento, mutatur, & efficitur lac; mutatur autem, & albus redditur vi mammillarum, apud quas deponitur, & glandularum, ruborem vertentium in candorem, & refrigerantium nimium calorem sanguineum: sicque efficientium, vt sanguis illemet ab infante concoqui possit.

a Hebr. 9. 14.
b Nu. 13. 24.
c Gen. 49. 11.
d Is. 63. 2.
Lac esse sanguinem.

Quòd si alio modo idem lactis nomen positũ sumamus iuxta sonum litteræ pro ipsomet lacte vt cibo, tantumdem est, Christum dicere; *Bibi vinum cum lacte meo*; ac si diceret: *Cum cibo* diuinitatis meæ, quo & ipse, & celestes spiritus vescimur in cælis, in sacramentali isto conuiuio propter hominum imbecillitatem in lac cõuerso, *bibi vinum* sanguinis mei.

PARAPHRASIS.
In Eucharistia Sacramenta diuinitas sumitur conuersa in lac, dũ bibitur sanguis Christi.

Pro cuius sensus intelligentia, doctrinam Augustini afferre sat mihi erit: Is quippe Concione prima in Psal. 33. hæc habet verba. Vnde commẽdauit Dñs Iesus corpus, & sanguinem suum? De humilitate sua: Nisi. n. esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Respice altitudinẽ ipsius: *e In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: Ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant supernæ uirtutes, & manducant, & saginantur, & integrum manet, quod eos satiat, atque lætificat.

August.
e Ioã. 1. 1.

Quis aũt homo posset ad illum cibum? vnde cor tam idoneũ illi cibo? Oportebat ergo, vt mẽsa illa lactesceret, & ad paruulos perueniret.

Vnde aũt fit cibus lac? vnde cibus in lac conuertitur, nisi per carnem traijciatur? nam mater hoc facit, quod manducat mater, hoc manducat infans: Sed quia minus idoneus est infans, qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat, & per humilitatem mammillæ, & lactis succum, de ipso pane pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pauit nos sapientia Dei? Quia *f Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Videte ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo, vt scriptum est: *g Panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo*; id est Verbum illud, quo pascuntur Angeli, sempiternum, quod est æquale Patri, manducauit homo, quia, *h cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*. Saginantur ergo illo Angeli: *sed semetipsum exinaniuit*, ut manducaret panem Angelorum homo; *formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit se, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis*; vt iam de Cruce commendaretur nobis caro, & sanguis Domini nouum sacrificium.

f Io. 1. 14.
g Psal. 77. 25.
h Phi. 2. 6.

Hæc augustinus: qui, licet cibum illum sempiternum, cibum, ac panem Angelorum tantummodò asserat ex citato ab se Psalmi loco, haud tamen negat, quin idem cibus sit & ipsiusmet Verbi, vtpote qui, cum sit cibus sempiternus, haud ab alio comedi potuit per æternitatem, quam ab eo, qui semetipso pascitur ab æterno, sicut semetipso & beatus est ab æterno.

Horum omnium, quæ fusius hucusque dicta sunt, quoad huius sensus explicationem, breuis hæc sit paraphrasis.

PARAPHRASIS.

Veni iam à passionis meę tpe, tuique possessionem cepi, vt peculiaris horti mei: metensq. *myrrham* ærumnarum, & aromatum virtutum mearum, multiplicium mearum & passionum, & virtutum actuum collegi, detulique tibi fasciculos, lautissimum tunc etiam tibimet instruxi conuiuium sacramentale, celeste in eo tibi parans, dapes, in quo ipse prior vt sponsus tuus, atq. conuiua comedi, & bibi: *Comedi* prior ipse, & *bibi* cum omnimoda dispositione sanctitatis, quam tibi in exemplum contuli; necnon & cum dulcedine summa, cuius te quoque in comedendo, atque bibendo cõpotem volo. *Comedi*, tibi pariter proposui species panis: *comedi*, in illis latentem carnem meam instar faui è floridis Gloriosæ Virginis sanguinibus, virtute cælestis apis Spiritus sancti compactam, cumque fauo isto carnis meæ comedi inclusum, vnitumque illi diuinitatis meæ mel, quod è cælis defluxit, quodve initium est omnis dulcoris.

Proposui quoque in eodem Sacramentali cõuiuio, tibique præbui & potum suauissimum, quem prior ipsa pari modo degustaui: *bibi* enim sub speciebus, & accidentibus vini sanguinem meum *cum lacte* diuinitatis meæ, quod lac ipse, vt mammilla Patris meo vniui sanguini: *bibi* sanguinem ipsum *meum*, colore, & instar vini rubrum ob rubedinem peccatorum mundi, quæ super me posita sunt à Patre, & instar lactis candidum ob mei puritatem: nec solum candidum in se, verum & dealbantem animas, pro quibus offertur in remissionem peccatorum.

Denique, comedens memetipsum cibum sempiternum, atque è pane cælestium spirituum pro imbecillioribus hominibus quasi pro infantibus lac quodammodo effectum, & humiliatum in Incarnatione, *bibi* vna cum hoc lactis cibo *vinum* sanguinis mei.

ALIVS SENSVS.
Quatuor genera iustorum quorũ potissimum Deus curã habet.

Quòd si velimus, sponsum per hæc verba, *comedi fauum cum melle meo*, & cetera, respondere ad illa, quæ ei significarat Ecclesia, inuitans ipsum, vt in se veniret; tamquam in hortum suum, & comedens fructum pomorum suorum, peculiari cura, prouidentia, atque dilectione iustos in sua transmitteret viscera: ostendit Christus Iesus, quorum iustorum præ ceteris, in ipsam Ecclesiam veniens, peculiarem illam curam habeat: quos speciali prosequatur dilectione, quosve potissimum in sua traiecerit viscera, il-

los

DE ANIMA.

los quodammodo comedens. Sunt autem quatuor iuſtorum genera ſub quatuor diſtinctis metaphoris deſignata.

Religioſi faui metaphora deſignati.

Primum Religioſorum, qui præ ceteris ipſi inhærent, ipſum ſequuntur, & ab ipſo dependent in omnibus: de his ait, *Comedi fauum*, per faui metaphorã illorum monaſteria deſignans: Fauus quippe eſt maſſa quædam, in qua plures ſeiunctim fabrefactæ ſunt cellulæ, in quibus apes operantur, mellaque recondunt, ſicut & monaſteria Religioſorum, in quorum ſanè diſtinctis cellulis Religioſi ipſi, qui inſtar apum flores legunt è ſacrarum litterarum cãpis; Vnde & è cęlis defluens mel diuinæ dulcedinis deferunt: iugi orationis, & contemplationis ſtudio operantur, mellaque B diuinarum Conſolationum, quibus reficiuntur, abſcondunt.

Miſericordes mellis metaphora deſignati.

Porrò, dum adijcit ſponſus *Cum melle meo*, indicans, ſe comediſſe & mel ſeiunctim à fauo: per iſtiuſmodi mel guſtui prædulce, maximeque iucundum deſignat ſecundum genus iuſtorum, quos cordi habet præ ceteris, & peculiari tutatur prouidentia, Miſericordes, qui, quam habent dulcedinem, vel ex bonis temporalibus, vel ex bonis ſpiritualibus communicant omnibus, quos ope ſua tetigerint; non ſecus ac mel expreſſum, & fluidum dulcedinem illis omnibus influit, quotquot tetigerit.

Hinc de viro miſericordi, qui ſtudet pro viribus, vt ope, pecunia, & conſilio adiuuet indigen- C tes, dicitur per Prophetam: *a Iucundus* (χρηςὸς, idest, dulcis) *homo qui miſeretur, & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio*, idest, cum iudicio.

a Pſ. 111. 5.

Feruentes ſpiritu vini metaphora deſignati.

Per vinum, quod bibiſſe ſe dicit, eos deſignat, qui in actibus ſuis feruorem vehementem præferunt Spiritus ſancti, eodemque feruore ipſo ſuo, & feruentibus actibus etiam perfectiores inſtar vini nutriunt in bono. Sicut per lac, quod cum prædicto bibit vino, eos ſignificat, qui puro ſunt corde, quive candore vitæ ſuæ etiam infirmioribus, & ſimplicioribus, ſpirituale dant nutrimentum, ſicut & lac paruulis.

Qui puro ſunt corde lactis metaphora deſignati.

PARAPHRASIS.

Ait ergo ſponſus cæleſtis: Traieci in mea viſce- D ra ſpeciali cura, & dilectione Religioſos, & miſericordes: Feruentes quoque ſpiritu, & eos, qui candore vitæ puritatem cordis etiam extrinſecus exhibent.

Ex Verſ. I. Comedi fauum cũ melle meo: Bibi vinum meum cum lacte meo.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

I. SENSVS.

QVod præcedentibus verbis piæ animæ ſignificare cæpit ſponſus cæleſtis de effectibus aduentus ſui in ipſam, de muneribus, quæ ad ipſam detulit, deque voluptate, qua perfuſus eſt, E cum venit vocatus ad ipſam, hoc nunc proſequitur, amplificatque metaphoris nouis. Dixerat, ſe meſſuiſſe *myrrhã ſuã cum aromatibus ſuis*, cum in eam venit vt in hortũ ſuum, & exiguis verbis illis præbuerat ſignũ aduentus ſui ab eo effectu, quod in ipſa aduerteretur gaudiũ in ſtudio virtutum, atq. in tolerantia tribulationũ, ei profecto ſimile quo meſſores lętãtur in meſſe, aut i vindemia vindemiatores, ſimulq. oſtenderat munera, quæ adueniens eidẽ detulerat, faſciculos virtutũ, & faſciculos in primis ærumnarũ, ac tribulationum, indicarat pariter, quãta voluptate perfuſus eſſet,

A intuẽs ipſam in tribulatione patientẽ, variarũq. virtutũ actus proferentẽ, vt videre eſt in expoſit. tertia prædictorũ verborũ, ſenſu primo, atq. ſecundo. Subijciens itaq. *Comedi fauum cum melle meo, bibi*, &c. metaphora conuiuij, quod in ſacris litteris lætitiæ, ac voluptatis ſymbolũ eſt, confirmat, aduentu ſuo in aiam effeciſſe, vt ea ſic gauderet in tribulationib. ac ſi lauto, & opiparo reficeretur conuiuio. Indicat aũt, præclaram, & admirabilem hac in re effeciſſe metamorphoſim myrrhæ amariſſimæ in ea, quæ dulciora reperiũtur, fauũ, mel, vinum, & lac: ſive, exhibendo donũ tribulationũ, exhibuiſſe ſimul dulciſſima q̃que, gaudium immenſum, & voluptatem q̃ maximã. Metamorphoſim iſtã in Protomartyre Stephano obſeruare eſt, de quo ſancta canit Eccleſia. Lapides torrentis illi dulces fuerũt: nouit eãdem Beatus Martyr Ignatius: propterea. n. dicebat. Vtinã fruar beſtijs, quę mihi pręparatæ ſunt, quas & oro, mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia: B. Agatham inſtar lautiſſimarum, atq. prædulcium epularum conuiuium ob hanc pariter à Metamorphoſim cenſuiſſe & carceres, & tot tormentorum amaritudinem, teſtis ipſa quoque eſt Eccleſia, dum in quadam eius Antiphona canit: Agatha lætiſſime, & gloriãter ibat ad carcerem, & quaſi ad epulas inuitata agonem ſuum Domino precibus commendabat.

DE ANIMA.

Tribulationes à ſe immiſſas Deus ſingulari metamorphoſi dulciſſimas reddit.

Ignat. Epi. ad Rom. 11.

In hac porrò metamorphoſi facienda eo pacto ſe gerere videtur cæleſtis ſponſus, adueniens in piam aiam hortũ ſuum, quo quidã, ingredientes in hortos materiales, qui amariſſimas colligẽtes nuces, & fructus peracerbos, melle, ac ſaccaro illos ad ignẽ excoctos ſic cõdiunt, vt planè amaritudo oĩs, omniſve acerbitas in mellis, ac ſaccari dulcedinem cõuerſa reddatur, & iam fructus ipſi mel dicantur, dicantur & ſaccarum.

Simile.

Porrò metamorphoſim à ſponſo factam confirmare & ex ea licet hiſtoria, qua in libro Iudicũ *b* legimus, in ore leonis exortũ fauum mellis, & os leonis, quod ex natura ſua eſt maxime afflictiuũ, verſum eſſe in dulcedinem mellis, atq. idẽ os, quod viuentiũ carnes deuorare, atq. dilacerare ſolebat, redditum eſſe fontem cibi ſuauiſſimi, ac faui aluearũ, ita vt propterea Sampſon argutum illud ænigma propoſuerit: *c De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo.*

b Iud. 14. 8.

c Iudi. 14. 14.

Enumeratione tot rerũ prædulcium faui, mellis, vini, & lactis deſignatur exceſſus voluptatis, & gaudij, qđ in ipſis percipitur tribulationibus, quẽ gaudij exceſſum ſignificauit & Paulus, vbi dixit: *d Superabundo gaudio in oĩ tribulatione noſtra*: Neq. iſte duntaxat talis gaudij exceſſus per hæc deſignatur, ſed inſuper ſignificatur, gaudiũ illud eſſe hmõi, vt contineat oĩmodam voluptatẽ, atq. lætitiam, prout aperte aſſeruit B. Iacobus: *e Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis*: idq. perbelle indicatur per verba illa: *Bibi vinum meũ cum lacte meo*; ſi nomine lactis ſignificatum pariter ſumamus, & vinum, quod inſtar lactis ſit album, prout in littera oſtenſum eſt, ſi enim vinum eſt ſymbolum lætitiæ, ac voluptatis, quia lætificat cor hominis, & vinum omne vel rubrum eſt, vel album: Haud ſanè aptius omnimoda voluptas, omneque vini genus exprimi poteſt, quam potu vini tum albi, tum etiam rubri.

In tribulatione quale gaudiũ ſentiant iuſti.

d 2. Cor. 7. 4.

e Iacob. 1. 2.

Quanquam, ſi eodem vocabulo lactis ſignificatum ſumamus lac ipſum, prout eſt cibus, ſicut in eadem litteræ expoſit. ſignificatum eſt, intelligemus, ita mirabilem à cęleſti ſponſo, veniẽte in

E tribulationib. habatur voluptas, feruor

DE ANIMA.

Spiritus, & nutrimẽtũ vita spiritualis.

te in piam animam factam myrrhæ ærumnarum, A tribulationum, ac mortificationis metamorphosim, vt ex ea vna anima ipsa & summam habeat voluptatis dulcedinem designatam sub metaphora faui, atque mellis; & aptissimo, eoque facillimo nutriatur nutrimento quasi lactis; & demum quasi præpotenti vino foueat calorem charitatis, feruoremque spiritus.

Illud quoque notandum hoc loco est, aptè tam myrrhæ, per quam significantur ærumnæ, & mortificationes; quàm melli, vino, atque lacti adiectũ semper pronomen, *meum*, à sponso; neque enim metamorphosis adeo insignis ex aliis fit tribulationibus, aut ex mortificationibus aliis, quam ex iis, quæ quoquo modo sint Christi; vel quia ab eo immissæ percipiuntur: vel quia pro eo tolerantur: neque aliud eæ fiunt mel dulce, aut nutriens lac, & B calefaciens vinum, cum in hæc conuertuntur, quã mel, & dulcedo Spiritus: lac & cibus cælestis, & cæleste pariter vinum.

Denique circa modum loquendi animaduertẽdum est, sponsum, tametsi inferius dicat, *comedite*, &c. prius tamen nũc dicere, *comedi fauum*, &c. cum primo aspectu videatur debuisse potius dicere: Comedere te feci fauum cum melle meo: vt prędictam myrrhæ metamorphosim animę exhibitã signaret. Dicit autem admodum rationabiliter, *comedi fauum*, &c. Siquidem tria per hanc locutionis formam significat. Primum confirmat id, qd & superius significarat, incredibili se perfudi voluptate, cum veniens in tribulatam animam, conspicit eam in tribulatione patientem. Secundum, suum per hæc indicat amorem in eamdem animã amorem inquam maternum, quo dulce id, quod comedit anima, comedere se asserit, non secus ac mater, quando viderit filium comedere ea, quæ illi parauit vtilia, atque iucunda, semetipsam præ amoris magnitudine eadẽ comedere reputat multò magis, quam si re vera, & actu illa comederet.

Gaudet Xp̃s videns animam, in tribulatione patientem.

Gaudente anima in tribulatione gaudet Christus.

Simile.

Tertium, per eamdem locutionis formam, certiorem ipsam reddit animam tribulatam, quòd habeat secum ipsum sponsum iam impassibilem, immortalem, & gloriosum: adeo vt si ipse particeps est tribulationũ eius, necesse sit, vt tribulationes dulces sibi sint, & gloriosæ: Quod si ipsi dulces illæ sunt, & gloriosæ, operæpretium est, sint dulces pariter, & gloriosæ ei, quæ sponsa ipsius est. Sicut enim sunt simul iuncti in tribulatione toleranda Christus, atque anima: ita & comedente Christo fauum dulcedinis in tribulatione, comedit simul & anima.

Tribulationes sũt dulces, & gloriosa pariter quia in illis hẽt comitẽ Xp̃m gloriosum.

Breuis horum omnium sensus hic esto.

PARAPHRASIS.

Intuens te in tribulatione patientem, tanta repletus sum voluptate, quanta si dulcissimarũ epularum conuiuio refectus essem. Quin, veniens in te vt *in hortum meum myrrham* ipsam amaritudinum, quam tibi in fasciculos collegeram, insigni metamorphosi conuerti in lac suauissimum, cuius dulcedine fruereris: conuerti, & in lac, quo iucundissime alereris, atque in vinum, quo feruẽtior fieres in spiritu. Effeci, vt tribulationes ipsæ excessiuum tibi præberent gaudium, omnimodamq; & voluptatẽ. Te comedente dulcia ista, *comedi* simul & ego illamet, qui ea comedere te feci, prior ea comedens, dũ tecum essem in tribulatione: tametsi gloriosus, atque beatus, tribulationibus ipsis, vt gloriosis, atque prædulcibus tecum potitus sim.

ALIVS SENSVS.

Quia in superioribus eadem pia anima cælestẽ sponsum inuitarat, vt ad se veniret in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quò in tali communione ab ipso perciperentur actus, affectusve sui, dicens: *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum*: vt ostensum est fusius in 3. Exposit. sensu 3. prædictorum verborum Congruentissime & ita, quæ præ manibus habemus, vna cum præcedentibus, & subsequentibus eodem sensu accipi possunt, vt dicta in responsionem prædictorum, ita tamen, vt verba præterita sumantur pro futuris, *veniam, metam, comedam, ac bibam*, sicut accipi posse, ostensum est supra.

DE ANIMA.

Promittẽs ergo Dominus Iesus, se in ipsam animam venturũ in tam excelso Sacramento, inuitatuũque eam cum fidelib. reliquis ad comedendũ corpus suum sacratissimum, & bibendum pretiosissimum item sanguinem suum; quib. ea fit communio, quàm adeo à se peroptatam illa iam B significarat: Antequam liberam det comedendi, & cõicandi ansam, antequam dicat: *Comedite amici*, &c. id se curaturum ait; vt aduentens, optime præparatam ipsam reddat ad tam grande mysterium. Porrò, cum quinque potissimum sint, quib. optima cõstat præparatio ad hoc Sacramentum: Pœnitẽtia de peccatis admissis, cum proposito se ab illis incorruptum seruandi: Tum fidei, spei, charitatis, humilitatis, resignationis, aliarumque virtutum fragrantia: Tertio oratio, quæ non tantum voce ꝓmatur, sed & cum interna deuotione. Quartò feruor spiritus: & vltimò eximius puritatis candor: Singula hæc omnia suo ordine percepturum se ait in anima parata in hortum, & paradisum, quò recipere ipse se queat, qui in cælesti habitat paradiso. C Primo enim inquiens: *Messui myrrham meam cũ aromatib. meis*, myrrha, quæ amara est, & à corruptione præseruat, pęnitentiæ amaritudinem significat, cui annexum est & propositum cauendi in posterum ab oĩ peccato: Metaphora verò aromatum, designat indumentum virtutum, sine quo, q *a* nuptias adiuit, eiectus est *in tenebras exteriores*, tamquam *non habens vestem nuptialem*: Designat autem prædictum vestimentum per aromatũ metaphoram; quia & supra dixerat: *b Odor vestimẽtorum tuorum sicut odor thuris*, seu, *Libani*. Adiicit tertio loco orationem, dicens: *Comedi fauum cum melle meo*. Faui autẽ nomine, quàm apte signetur D oratio, quàm ve cõgruenter mellis metaphora deuotio significetur, quæ necessario debet esse iũcta cum ipsa oratione, satis superque ostensum est supra in c. 4. expos. 3. illorum verborum vers. 11. *c Fauus distillans labia tua; mel, & lac sub lingua tua*. Quarto loco sub vini metaphora feruorem designat spiritus ob similitudinem effectuum tã vini, quam spiritus, quæ quãta sit, exinde dignoscitur quod in die Pentecostes adstãtes Iudæi, aliive populi vino ebrios existimarunt eos, qui sancto feruebãt Spiritu. Ait igitur: *Bibam vinum*, & adiicit, *cum lacte meo*, lactis candore signans puritatẽ carnis, & cordis, quæ vltima quidem numeratur, sed vt præ ceteris necessaria: *d Beati* enim *mũdo corde; quoniam ipsi Deum videbunt*; sic autem videbũt E vt intra purum cor suum eumdem admittãt, & cõtineant Deum, puritatem ipsam, & candorem lucis æternæ.

Præparationis ad Eucharistiæ Sacramẽtum quinq. potissimũ necessaria.

a Matt. 22. 11.

b Cã. 4. 11.

Pag. 667.
c Cã. 4. 11

d Mat. 5. 8

Quod itaq. sponsus dicit sm̃ hunc sẽsũ, tale est.

PARAPHRASIS.

Veniam, vt optas, *in te hortum meum soror mea sponsa*: veniensque, è te colligam actus pœnitentiæ ceterarumque virtutum, orationem cum deuotione exhibitam, feruorem spiritus, & insignem puritatis candorem. Tunc offerens tibi corpus, & sãguinem meum dicam, *Comedite*, &c.

Cõio sacramentalis præueniri debet à cõione spirituali.

Duo sunt, quæ hic notentur. Primum, per id, quod Dominus pollicetur, se venturum in animã, antequam exhibeat corpus, & sanguinem suum,

signi-

DE ANIMA.

significari; communionem Sacramentalem præueniri debere à communione ſpirituali: curandumque, vt ſponſus ſpiritualiter prius veniat in nos, atque quinque illa, quæ enumerata ſunt, & operetur, & colligat: dein ſacramentaliter quoque veniat, quò ſic digne ſuſcipiatur. Secūdum, ſingulis quinq. prænumeratis vt neceſſarijs ad dignam præparationem cōionis iure optimo ab ſponſo adiectum pronomen, *meum: myrrham meam, aromata mea, Fauū cum melle meo, vinum meum*, & *lac meum*: ne nobis ea adſcriberemus; quæ is nobis nobiſcum operatur, qui ſpiritaliter venit in nos.

III. SENSVS. *Beatitudinis gloria deſignata ꝑ metaphorā conuiuij, et epularū ꝑ dulcium.*

Proſequēdo ſenſus tertium, & quartum, allatos in expoſ. tertia præcedentium verborum: *Veni in hortum meum, meſſui myrrham meam*, &c. ſub metaphora comeſtionis, atque conuiuij, epularum dulcium, perfectiſſima cæleſtis ſponſus indicat ſe in cæleſti paradiſo perfrui felicitate. Neq. nouum eſt, vt paradiſi illius deliciæ per dulcium ciborū, ac poculorum metaphorā deſignētur. Has quippe eadem metaphora ſignificarunt, qui antiquiſſimi, ac ſapientiſſimi reputati ſunt Gentiū Theologi, fingētes, ibi à Dijs nectar bibi, & comedi ambroſiam. Et nemo eſt, qui neſciat, terrā ꝓmiſſionis, quę typus erat patriæ cæleſtis, ob hoc ipſū in ſingulis ferè ſacrarū litterarū libris nuncupatam terram fluentem lac, & mel.

Porrò, quia Chriſtus Ieſus, qui hic loquitur, & meſſuit myrrhā paſſionum ſuarum, in mūdo ſaturatus eſt opprobrijs: vt ſignificaret, ſe in cæleſti paradiſo ſaturatum pariter dulcedine, cuius ſaturitatis ſpem piæ animæ conferre ēt volebat: tot numerauit dulcia, *fauum, mel, vinum*, & *lac*. Adde, ꝙ, cū beatitudo, ſit cumulus omniū voluptatū, enumeratione iſtorū omniū, quæ dulciſſima in terris reperiuntur, exprimere illam debuit. Deniq. per pronomē, *meum*, toties repetitum cū melle cum vino, atque cum lacte, id ſponſæ ſuæ voluit innoteſcere, quod ſpeciale ſibi in illa eſt beatitudine. Quotquot in cælo ſunt beatorum, beatitudine quidē fruuntur, ſed participata, diuinitusq. cōcęſſa per gratiam illam, quæ à Chriſto eſt vniuerſa: vnde fit, vt nemo iure dicere illam queat ſuā propriè: ſpeciale id eſt vnius Chriſti Ieſu, qui, cū ſit ſplēdor gloriæ ob diuinitatem, qua coæqualis eſt Patri, ſiamet, & connaturali potitur beatitudine, ſuum comedit *fauum cum melle* ſuo, ſuum, & bibit *vinum cum lacte* pariter ſuo.

Solus Chriſtus beatitudine ſua eſt beatus.

VLTIMVS SENSVS. *Paſſiones ſuas Xſs melleas reddidit contēplatiuis.*

Si vltimum præcedentium verborū proſequi velimus ſenſum, quo per hortū acceptus fuit hortus Gethſemani, in quo Chriſtus meſſuit myrrham amaritudinum, & paſſionum ſuarū, vindemiauitq. aromata guttarum ſanguinis ſui, prout explicatū eſt in fine tertiæ expoſit. proponit hoc loco idemmet ſponſus aīæ contemplatiuæ guſtus, & cōmoda, quæ in meditatione, atq. ex meditatione ipſa paſſionis ſuæ pcipere queat, dicēs, ſe ex tunc in horto illo, cū meſſuit myrrhā ſuam, myrrhā illā paſſionis in dulciſſimū mel cōuerſā, & ad flagrantiſſimum amoris ſui ignē excoctam comediſſe, atq. vinum itē ſanguinis ſui, ad eūdē ignem pariter excoctum, & in dulciſſimum lac conuerſum bibiſſe, quatenus ibi ob oculos ipſi repræſentatum fuit, fideles, & membra, quorū ipſe ſe ē caput, in meditatione paſſionis eius, comeſturos quodammodo mel, bibituros vinum, & lac. Tunc aūt illum hac rōne comediſſe, quando (vt ex Euangelio Lucæ habetur) *a apparuit ei Angelus*, dum in agonia conſtitutus eſſet, & confortatus eſt eum; proponens nimirum ei ob oculos inter alia & iſtiuſmodi comeſtionem, qua & recreanda, & reficienda erant eius membra.

a Luc. 22. 43.

Quòd vero animæ contemplatiuæ mel è paſſione Chriſti comedant, cum Chriſtus ipſe in paſſione conſtitutus, ſit petra illa perforata, in cuius vulneribus eadem aīa demoratur vt *b columba in foraminibus petræ*, de qua in libro Deuteronomij dī: *c Vt ſugeret mel de petra*. *d Circumdederunt me ſicut apes fauum*: ſic hēt textus Græcus Sept. ſic legit & Aug. enarratione in dictum Pſalmum 117. præclarè hæc exponens in cōfirmationē eorum, quæ modo aſſeruntur; ſic. n. ait, Ipſum Dominū caput Eccleſiæ rectè accipimus, circūdatum à perſecutoribus, ſicut circumdant apes fauum. Quid. n. ab ignorantib. geſtum ſit, myſtica ſubtilitate Spūs ſanctus loquitur. Mel quippe apes operantur in fauis. Neſcientes aūt perſecutores Dñi, fecerunt eum nobis in paſſione dulciorē, vt guſtemus, & videamus, quàm ſuauis eſt Dominus, qui mortuus eſt ꝓpter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

b Can. 2. 14. c Deut. 32. 13. d Pſal. 117. 12. Auguſt.

Non deeſt vinū in conuiuio meditationis paſſionis Chriſti: vbi. n, maior copia vini, q̄ in torculari ſanctiſſimæ Crucis, e quod ſponſus calcauit ſolus? è ſanguine certè Chriſti vt è vino, cor hominis lætificante, lætitiā hēt ſummam aīa contēplatiua, ſalutē, cæleſtiaq. gaudia cū illo attrahēs. Bibitur aūt in iſtiuſmodi meditatione vinū ſanguinis Chriſti; ſed & lac quoq. in eadē & bibitur, & comeditur: bibitur ab imperfectiorib. comeditur à prouectiorib. Sicut. n. è nullo cibo cōmodius, & aptius pro quacunq. ætate habetur nutrimentū, q̄ è lacte, quod & infantib. vnicū à natura exhibitum eſt, & prouectis inter cibos vniuerſos maximè eſt alibile. Ita nuſq̄ ſinguli quiq. fideliū in meditationis ſtudio alūtur cōmodius, atque facilius, quā in hac meditatione paſſionis Chriſti. In ea incipientes lac habent, qd ſugant, quove alantur; In ea & proficientes, & perfecti idē pariter habent lac, quo validius nutriantur, quò magis illud verſant, & tenent in ore, haud bibentes, ſed comedentes, quò magis in ſingulorum myſteriorum conſideratione ſe detinent: quò magis & dentibus ea mandunt ſpiritualib.

e Iſa. 63. 3. *In paſſionis Chriſti meditatione & vinum gaudij, & lac nutriens. Paſſionis Chriſti meditatio eſt cib. omnib. congruens.*

Ex Verſ. I. Comedi fauum cū melle meo: Bibi vinum meum cum lacte meo.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

NOtiſſimum quidem, ac peruulgatum eſt Iſaiæ *f* vaticinium, quo infantilem Chriſti ætatem inſigni periphraſi comeſtionis lactis, ac mellis d ſcriptā ob oculos expoſuit Regi Achaz, cum diuini Verbi prædiceret Incarnationē, qua vnus idemq. Chriſtus eſſet & Deus, ideoq. Emmanuel, id eſt nobiſcum Deus vocaretur, & verus homo in infantili corpuſculo genitus, ſicut cæteri hominum: *Butyrum* (ſeu lac, butyrum. n. lac eſt lactis ſve pinguedo) *& mel comedens*, ſicut reliqui infantes. Hac eadem periphraſi vſus vr̄ ipſemet Chriſtus hoc loco, maiori tn̄ emphaſi ad explicādum, ſe, poſtq̄ venit *in hortum* ſuum, in vterum Virginalem, & in eodem vtero primo illo Incarnationis momento *myrrham* ſuam meſſuit *cum aromatibus* ſuis, prout ſupra declaratum eſt, naſciturum infantem, ac futurum in puerili ætate ſicut reliqui puerorum, atque inſtar puerorum dulcia comeſturū, & lactea, quæ pueris grata eſſe ſolēt: quin & ſicut pueri ita amant dulcia; vt nedum mel

f Iſa. 7. 15. *Xps naſcēs & infans ſi mul, et vir extitit.*

DE ANIMA. mel comedant è fauo expressum, sed & fauum ipsum, quodve in eo reliquum est dulcedinis sugat; sic, & se *cum melle* suo comesturum simul, & *faui* sugens in eo mellis reliquias. Præclarè autem vnà cum lacte iungit simul & vinum, dicens: *Bibi vinum meum cum lacte meo*; ac si dicat: Bibens lac meum, instar infantium infans, *bibam* pariter eodem tempore & *vinum meum*, instar virorum vir. Sicut.n.lac est potus infantium; ita vinum virorũ. Siquidem experientia cõstat, vinum esse valde noxium infantib. propter vehementem, & feruentiorem vim: Vnde Aristoteles in lib. de somno, & vigilia, præcepit admodum congruenter, ne id vllo pacto detur pueris, nec etiam eorum nutricib. Indicare itaque per hæc vult sponsus cælestis mysterium illud planè admirandum, quod & per Prophetas quoque pronuntiatum est; se in ipso ortus sui tempore futurum verum infantẽ, & simul quoque virum verum, prout in Zachariæ prophetia legitur: *a Ecce vir oriens nomen eius*. i. Ecce is, qui oriens est vir: qui ita in ipso exortu est vir, vt peculiari ratione oriens nũcupetur. Nec mirum, quod in exortu, & in infantia virum se asserat: quandoquidem etiam intra vterum matris in primo instãti conceptionis, & cum primùm venit in hortum suum, vir extitit in tenellis membris, prout vaticinatus est Ieremias, vbi dixit: *b Creauit Deus nouum super terram, Femina circundabit virum*.

Arist.

a Zach. 6. 12.

b Iere. 31. 22.

PARAPHRASIS. Quod ergo hic dicitur, tale est; *Veni in* vterum tuum *hortum* sanè *meum* pretiosissimum, carnem assumens; ibique collegi fasciculos myrrhæ, & passionis meæ cum aromatibus meis, pace, salute, ac redemptione, quæ è futura passione mea prouenient: Dein exoriar in mundum, ac modo planè mirabili ero simul infans, & vir. instar infantium ceterorum *mel*, & lac *comedam*, & instar virorum *bibam* simul & *vinum*. Sic, secundum sensum istũ verba, *comedi, & bibi*, pro futuris accipienda sunt, cum præcedentia verba, *veni, & messui*, pro præteritis sumantur, vt sonant.

ALIVS SENSVS. Quamquam facilius, atque commodius sit, si verba omnia æqualiter pro præteritis sumantur, & nil aliud per totũ id, quod hic dicitur: *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*: significetur, quàm gaudium, & exultatio, cũ qua cælestis sponsus venit in hortum vteri virginalis, atque in primo instanti cõceptionis suæ messuit, &c. vt supra: Quod gaudium etiam per prophetam Dauid expositum habemus in Psal. vbi dicit. *c In sole*, seu secundum aliam lectionem, *Solem*, idest, B. Virginem, *posuit tabernaculũ suum: & ipse tamquam sponsus procedẽs de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viã, a summo cælo egressio eius*. Quod ergo Dauid generali vocabulo exultationis, & egressionis instar spõsi significauit gaudium, ac festum à Christo habitum tunc tẽporis, cum primùm carnem ex Virgine sumpsit: quodve expressius etiam in hoc Cantico superiùs explicatum vidimus in fine c. 3. *d* vbi inuitabantur filiæ Sion, vt egrederentur, & viderẽt *Regem Salomonẽ in diademate*. i. in carne, *quo coronauit*, ac circundedit eum *mater sua in die despõsationis illius, & in die lætitia cordis eius*: Hoc illustrius ab ipsomet sponso significatur hic sub metaphora pastoralis conuiuii lautissimi: quo videlicet in ipso die despõsationis suæ nuptias celebrauit cum humana natura, diem festũ agens, in epulis tñ ruralib. fauo, melle, vino, atque lacte: siquidem conuiuio epularũ lautiorum, atque cælestium festũ egit ab æterno. Præclare autem singulis epulis pronomen adhibuit, *meum*; vt indicaret, haud ab alio, quàm à semetipso conuiuium huiuscemodi fuisse instructum.

Xsi carnẽ assumẽtis lætissimũ egit festum nuptiale.

c Psl. 18. 6.

d Cã. 3. 11.

A

APPENDIX III. SENSVS. Possunt insuper hæc verba, *comedi fauum*, &c. accipi vt dicta in responsionem ad præcedentia illa Mariæ verba: *Et comedat fructum pomorum suorum*: Vt cælestis sponsus sicut significauit B. Virgini, se iam venisse in hortum suum per Incarnationem, quia id illa ardentiùs optare se indicarat: ita & nunc eidem, iuxta eius petionẽ, atq. oblationẽ significet, se in ipso vteri eius horto incarnatũ comedisse simul, atq; bibisse; cum gratia quidẽ, quã ipsamet Virgo benedicta instar apis suscepit, quasi mel è cælo fluens comedisse *fauum*, quem eadẽ Virgo instar apis pariter è diuersis construxit virtutum florib. Bibisse aũt *vinum* feruentis amoris, cũ lacteo puritatis cãdore: q̃ eò dulciora i ĩsa sãcta Virgine sibi fuerint, q̃ ea oĩa sua essent; cũ ipsius ope B. Virgo illa præstitisset, illisve insignita esset.

Incarnatus Xsi in vtero B. virginis, quæ i ipsa B. Virgine comederit.

B

Ex Vers. I. Comedi fauum cum melle meo bibi vinum meum cum lacte meo.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Misi ignem de cælis, q consũpsit holocausta, & victimas sanctificatas: C suscepta est voluntarie coram me libatio vini rubicundi, & vini albi, quod libauerunt Sacerdotes super altare meum.

Notat Greg. Nyss. hom. 10. cælestẽ sponsum pro pomis, ad quæ comedenda inuitatus fuerat, aduẽtu suo efficere, vt arbores panem ferant. mixtũ cũ melle suo: ex ipso. n. & per ipsum, & in ipso sunt oĩa: atq; adeo vbi ipse ingressus est hortum, in omne genus nutrimenti plantas transformare. Quæ ad id inseruire possunt, vt probent id, quod de Sãctis, quibusq. dici potest, per Christi gratiam reddi idoneos ad oĩa, & quod de semetipso ait Apostolus: *e Factus sum omnia omnibus*.

Gre. Nys. *Horti plãta per ingressum Xpi trãsformãtur in oẽgenus nutrimenti.* *Gratia Dei idoneos nos reddit ad omnia.*

e 1. Cor. 9. 22.

D Quamquam & ad donum Sacramenti Eucharistiæ eadem Nysseni doctrina referri non incõgrue possit, in quo pro pomis charitatis à Christo venıente in Ecclesiæ hortum, datur panis habẽs omnis saporis suauitatem. De hoc quippe Sacramento, intelligit hunc locum Ambr. lib. 5. de Sacramẽtis c. 3. legens: *Manducaui panem meum* &c. de Sacramento Eucharistiæ hæc accipiens ait: vides, qd in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suauitas? Vides, huiusmodi esse lætitiam, quæ nullius peccati sordibus polluatur? quotiescunq; enim bibis, remissionem accipis peccatorum, & inebriaris spiritu.

Eucharistia Sacramentũ est oĩs saporis suauitas. Ambr.

E Tametsi idem Ambr. lib. 1. de Cain, & Abel c. 5. hæc referat ad aliud illud Ecclesiæ conuiuium, quod ei instructum fuerat in paradiso terrestri, antequam homo peccasset.

In Eucharistia Sacramẽto ẽ omnis puritas et suauitas Idem. *In Paradiso terrestri cõuiuiũ instructum Ada.*

Athanasius in Synopsi, ex hoc loco colligit, incarnatum Verbum in se simul admisisse opera diuinitatis, atque humanitatis: Explicans enim id, quod dicitur: *Bibi vinum cum lacte meo*: referensque ad mysterium Incarnationis, Licet, inquit, lactis cibum corpori suo admiserit, incarnatum scilicet verbum: tamen illi & vinum suæ perfectionis impertiit: etenim quemadmodum lac comedit; ita & diuinitatis opera in ipso perfecit.

Athan. *Incarnatũ verbũ miscenis opera diuinitatis & humanitatis.*

Communiori tamen sensu hæc intelligũtur de comestione, ac potu, quib. Christus reficitur in Ecclesia, seu in anima, dum in ea oblectatur, vel aliquem

APPENDIX.

quem percipit fructum salutis. Est tamen multa varietas apud Patres in hoc sensu explicando: nã Catena trium Patrum arbitratur, Christũ in Ecclesia comedere, atque bibere salutem fidelium: Panis Christi, inquit, est facere volũtatem Patris: Mel sunt diuina eius eloquia, quæ linguã, à qua pronuntiantur, perfundunt dulcedine: Vinum est gratia diuinitatis elargitrix, quç id, quod naturale est, supra naturam extollit: Lac est doli expers simplicitas. Sponsus igitur, in quas per sãcta mandata sua animas ingreditur, eas tum nutrit quasi pane quodam cum melle, virtute cum cognitione: tum potat quasi vino cum lacte, concessa per gratiam diuinitate cum remota à dolo simplicitate. Horum verò salutem tamquam panem quemdam cum melle ipse comedit, ac veluti vinum quoddam cum lacte bibit.

Tres Part. — *Xps comedit salutẽ fideliũ tamquã panẽ.*

Theodoritus intelligit eadem comestionem, & potum de perceptione fructuum ex fidelibus perfectis, & imperfectis, ac si Christus dicat: *Comedi panem meum cum melle meo*: solidum, & dulcem cibum, qui apud perfectos inuenitur: *Bibi vinum meum*, perfectum, s. ex me vite vera expressum *cum lacte meo*: ab infantib. imperfectioribus, & lactentibus ætati eorum congruentem percepi fructum.

Theod. — *Xps in Ecclesia, percipit fructus à perfectis, & ab imperfectis.*

Ad refectionẽ in operib. misericordiæ referũt eadem Greg. Niss. & Ambr. qui in lib. de ijs, qui initiantur mysterijs, ad idem, sic legens; *Manducaui cibum meum cum melle meo, bibi potum meum cum lacte meo*: Illud, ait, non dubium, quòd in nobis Christus manducat, & bibit, sicut in nobis legisti, quia & a in carcere esse se dicit.

Ambros. — *In misericordia operib. comedit, & bibit Xps.*

Nyssenus verò in homilia 10. per panem cum melle (legit enim *Comedi panem, &c.*) beneficentiã intelligit, vnde ait; Beneficentiã conditã melle præcepti, quo pane ali se inquit ab illis, quib. dicit: *b Esuriui, & dedistis mihi mãducare*. Quemadmodum, & potari se ait ab illis, quibus dicit: *Sitiui, & dedistis mihi bibere*. Potus verò, ait Nyssenus, vinum lacte temperatũ, non aqua, vt mos est cauponum, quo lacte puritas significatur, cum lac sit primum nutrimentum humanæ naturæ, purum, & molle, & verè infantile, & sine dolo, & expurgatum ab oĩ mala causa, quib. significare vr̃ Nyssenus, cõmendatã purã intẽtionẽ in eleemosynis.

Comedit Christus i nobis. — a Matt. 25. 36. — Gre. Nyss. — *Beneficientiã, comedit Xps cũ melle præcepti.* — b Matt. 25. 35.

Quartò, refert hæc Ambrosius ad delectationem, quam Deus percipit in horto spirituali ex varietate virtutum, vel ex varietate sermonũ, in libro enim 3. de Virginibus post mediũ, in horto piæ animæ epulari, inquit, Christum suauitatem mellis eius, quod diuersarum virtutum floribus concretum, illarum apum, quæ sapientiam prædicant, consono opere congregatum sancta Ecclesia in fauis recondit, vt cibus Christi fit.

Ambr. — *In pia Anima Xps comedit mel diuersarũ virtutum.*

At in libro de Isaac, & Anima in fine c. 5. Descendit, inquit, in hortũ Ecclesiæ, vel piæ animæ sponsus, & fructuum eius diuersitate delectatus, lætatur, ꝙ inuenerit fortiorem cibum, inuenerit & dulciorem; Est enim velut panis quidam verbi, & mel, alius vehementior, alius suasorius sermo. Est & fides, alia feruentior, vt vinum, alia lucidior, vt succus est lactis; Hunc cibum Christus epulatur in nobis, hoc populum bibit, & eius potus ebrietate nos prouocat, vt ad meliora, & optima ab inferioribus faciamus excessum.

Idem. — *Varia sermonum genera per varios cibos significantur.*

Porrò, quod de varietate sermonis citato loco dixit, confirmat melius in lib. de bono mortis c. 5. vbi, tam per cibos, quã ꝑ potus varios accipiẽs sermones, primum probat, quàm rectè per cibos sermones designentur ex eo, quod in libro Pro-

Idem.

uerbiorum dicitur, c *Faui mellis sermones boni*: Tum, inquit, in piæ animæ horto esse sermonem fortiorem, qui confirmat cor hominis validioribus cælestis scripturæ alimentis, esse sermonem suasorium dulcem vt mel, & tamen peccatoris conscientiam in ipsa suauitate cõpungentem, esse sermonẽ feruentioris spiritus, qui inebriat sicut vinũ, & lætificat cor hominis, & deniq. esse & sermonem lacteum, purum, & candidum.

c Pro. 16. 24.

Cassiodorus, per fauum, & vinum accipiens sãctos Prædicatores, qui Dei verbum prędicantes, instar faui proferunt intima scripturarũ arcana, quæ quasi mel intra se continent, & instar vini fortia earũdem scripturarum Sacramenta manifestant: Per mel aũt, & lac bonos auditores, quia dulcedinem verbi Dei attente suscipiunt, quibus & aperta mysteria, quasi lac cõueniũt vt infirmioribus. Cum hortum, inquit, vita diuersis studijs agatur, & horum omnium bona intentione sponsus pascitur, & delectatur, & sic quasi *fauum cum melle* comedit, & sic *vinum cum lacte* bibit.

Cassiod. — *Beda.* — *Anselmus.* — *Prædicatores sancti sunt fauus cum vino Auditores autẽ sunt mel cum lacte.*

Idem tũ Cassiodorus, sexto modo, refert hæc ad mortem electorum, per vinum eos accipiens, quorum animæ iam cælesti felicitate gloriantur, per fauum verò eos, qui iam corpore, & anima in illa beatitudine gaudẽt, quales sunt illi, qui cum Dño surrexerunt. Quos electos omnes sponsus comedit, cum ad æternam vitam per mortem vocauit, & corpori suo, idest, Societati electorũ in illa felicitate iam lætantium coniungit. Cum Cassiodoro consentiunt Beda, & Anselmus.

Comedit Xps fauũ cũ melle, quando electos beatificat.

Septimò, Aponius referens hæc ad delectationem Christi de studiosis sacræ scripturæ, Comedit *fauum*, inquit, *cum melle* suo in his delectando, qui studio legis diuinæ in corde suo, quasi è vasculo Prophetarum, vel Apostolorum verba, vt flores congregant, & in modum apum rectæ fidei pretiosissimum fauum comedunt.

Aponius. — *Delectatur Deus de studiosis sacræ scriptura.*

Ad delectationem quoq. Christi referẽs eadẽ Richardus de Sancto Victore. *Fauum*, ait, comedit Christus, cũ dulcedine bonorũ morum, quã intus hẽc anima, pascitur, *Melle* reficitur, cum bona opera facit aliquis, mel siquidem operatio, quç foris exhibetur. *Vinum* quoq. & lac in anima bibit Christus, cum gemina eius contemplatione, diuinitatis. s. & glorificatæ humanitatis, quæ ꝑ vinum, & lac designãtur, gaudet, atq. delectatur. Comedit autem, bibitque eadem & ipsa pariter aĩa; Sed prius fauum, & mel comedit, & postea vinum, & lac bibit, quia necesse est, vt emendat mores, & digna operatio præcedat, antequã cõtemplationis concedatur gratia. Mũdãdi enim prius sunt oculi cordis, vt Deus videatur.

Richar. — *Comedit Xps cũ se reficit morib. et operibus aia, bibit, se reficiens dupli ci contemplatione eiusdem.*

Alij referunt hæc ad opus, quod Christus ipse perficit. Sic Greg. Papa, *Fauum*, ait comedit Christus dilectus *cum melle*, qñ desiderio sanctum cũ sanctis operibus latens perficit, & ad Sanctorum conuiuiũ sanctam animam sua dilectione impinguatam transfigit. *Vinum* verò *cum lacte* bibit, qñ & perfectione quorundam se reficit, & innocentiam, seu ignorantiã aliorũ cum pietate dirigens, vtrosque ad æternum conuiuium dirigit.

Greg. PP. — *Comedit i aia Christus perficiẽs sanctũ desiderium bibit, cum perfectos, & imperfectos dirigit ad æternũ conuiuium.*

Iustus autem Orgelitanus significari censet, Christum eos, qui terrena, vel vehementiori doctrina veteris, & noui testamenti eruditi sunt, suscipere in corpore suo.

Iust. Org. — *Suscipit Christus i corpore suo eruditos te stamẽto vtroque.*

Singulariter demum Ruper. Abb. refert hæc ad Christi Resurrectionẽ, Ascensionẽ, ac missionem Spũs sancti: Ac si Christus dicat: *comedi fauum cum melle meo*. i. surrexi à mortuis, recepi carnem meã, non vltra moriturã, sed eẽ per victu-

Rup. Abb. — *Comedit*

LITTERA. ram cum Verbo sibi vnito, Verbo Deo, quod sum & eram ego. *Bibi vinum meum cum lacte meo*. i. lætificatus sum ascensionis gaudio: Ascendi enim in bilo, & inde non solum lætatur cor; verùm etiam exultat caro. Denique Spiritum sanctum dedi Apostolis, qui vnus idemque est & vinum meum & lac meum: vinum meum, quia gaudium de præsentibus bonis: lac meum, quia curatio de præteritis malis: vinum meum, quia dilectio proximi Dei lac meum, quia dilectio proximi.

Christus in resurrectione bibit in ascensionis iubilo, & in missione Spiritus sancti.

Ex Vers. I. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

INstructo conuiuio, expositisq. dapib. aptè iam inuitantur conuiuæ, qua ratione, quave cônexione, sat supra explicatum est prima expositio. præcedentium verborum illorum. *Veni in hortum meum, Soror mea Sponsa; messui*, &c. Circa voces duntaxat, & circa lectionum varietatem aliqua notanda hic sunt, quæ ad horum intelligentiam conferent, & spiritualibus sensibus materiã subministrabunt.

Primum, pro eo, quod Vulgata legunt, *Amici*, in hebræo est רעים renghim, quæ vox, tametsi & amicos significet: significat tamẽ & proximos; vnde Sept. vertere, πλησίοι, *proximi*. Quo noĩe sæpius in hoc Cantico appellata est ipsamet sponsa: *a Ecce tu pulchra es amica, seu, proxima mea*. *b Tota pulchra es amica mea, seu, proxima mea*: Necnõ & spõsus quoq. vt in fine huius c. 5. *c Talis est dilectus meus, & ipse est amicus, seu, proximus meus*: qua ex re conijcio, non quoscunque hic inuitari amicos; sed eos, qui sint speciali necessitudinis vinculo adstricti.

Amici, qui inuitentur ad cõuiuiũ a Can. 1. 15 b Cãt. 4. 7 c Can. 5. 16

Secundum, Verbum, inebriari, quod est in oĩbus lectionib. ex consuetudine peruulgata in sacris litteris non tam ebrietatem hoc loco significat ipsam, qua præ vino alienamur à sensib. quæve indecens est hominib. honestis, & prohibetur ab Apostolo, dicente: *d Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*: quàm potum magnum, & ad satietatem: quo sensu metaphoricè & terra, & sagitta, & alia pleraque inanimata aquis, sanguineve inebriari dicuntur sæpius: quin & Deus ipse dicitur inebriari victimis, aut lacrymis.

Inebriari in scriptura accipitur ꝑ bibere ad sufficientiã & satietatem. d Eph. 5. 18.

Tertium, pro voce nostra, *charissimi*, in hebræo est דודים dodim, quam dictionem Septu. vertere, ἀδελφοί, *fratres*; Symmachus: ἀδελφιδοί, *fraterni*; Aquila vero, ἑταῖροι *sodales*. S. Amb. lib. de Cain, & Abel c. 5. *Patres*. Proprijssimo vocabulo frequentius in hoc Cantico sponsus ipse hoc nomine appellatur דוד dod, legiturque semper in Vulgata redditum, *Dilectus*: non est autem mirum, si adeo diuersimodè hic sumpta sit vna & eadem dictio: ambigua enim est, quin & amorẽ significat: atq. adeo haud mirum, si noster Interpres vertit, *charissimi*: ꝑ hãc quippe vocem clarius explicauit, quod vertendũ fuisset; *O amores*. Crediderim autem, aliquid distinctionis inueniri posse inter hæc duo nomina, *amici, & charissimi*, tametsi iidem sint, qui per ea inuitentur: vt amici, seu propinqui dicti sint ratione amoris, quo ipsi prosequerentur sponsum, quove sponso propius inhærerent: charissimi verò ratione itidem amoris, non quidem eorum; sed spõsi in illos: id quippe innuit & q̃d charissimos eos appellat, & quod amores: cum. n. sponsus ita illos haberet pro obiecto amoris sui, vt propterea amores, nimirum suos, ipsos nuncuparit, iure optimo charissimos quoque dicere eos debuit.

Amicorũ, & charissimorum discrimen.

Quamquam, cum apud Hebræos nominum casus non distinguantur terminatione: non desint, q haud pro vocatiuo, *amores*, ꝑdictũ nomẽ accipiũt sed pro septimo casu, *amorib*. vt amici ad tria inuitentur, primò ad comedendum, secundò ad bibẽdum, tertio ad inebriandum se amorib. Qui sanè intellectus, tametsi ab antiquis interpretib. minime sit admissus, prout ex supra relatis eorum versionibus patet: haud tamen improbabilis existimandus est; præsertim cum haud nouum sit, vt in sacris litteris cuipiã suadeatur, vt inebrietur amorib. eadem phrasi, iisdemq. verbis, & vocib. quæ hoc loco habentur: Siquidem in lib. Prouerb. primùm in c. 5. dicitur: *e Amores eius inebriẽt te*: vbi noster Interpres ob vocis ambiguitatẽ vertit: *Vbera eius inebrient te*. Tum in c. 7. praua illa mulier dicit adolescentulo: *f Veni inebriemur amorib*. vbi pari modo noster: *Veni, inebriemur uberib*. Quid sit autẽ hoc loco istud *inebriari amorib*. præclarè explicatur à Genebrardo, vt tantumdem sit, ac si spõsus dicat: Largiter ò amici fruamini amorib. iis nimirum, quos ego, & sponsa vehementer amamus iis, quibus delectamur in hoc horto, seu in hoc cõuiuio: vt amoris nomen metonymicè positum sit pro re, quæ amatur, seu pro re, quæ amorem conciliat, sic & in c. 3. obseruatum est, exposit. 1. eorũ verborum: *g Media charitate constrauit propter filias Ierusalem*. Vel etiam pro rebus, & indicijs, quibus amoris fit ostensio.

DE ECCLESIA. e Pro. 5. 19 f Pro. 7. 18 *Inebriari amorib. qd significet in hac sententia.* Genebra. Pag. 502. g Can. 3. 10

Ex Vers. I. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Anima Sancta.

PRoposito tertio dono, in quo vnà cum myrrha passionum suarum, & aromatib. salutis, redemptionis, ac virtutum item suarum, semetipsũ, corpus. s. ac sanguinem suum Ecclesiæ contulit, cũ eius possessionem cepit tpe passionis: admodũ opportune ad collati doni istius participationem illam ipsam inuitat modo Dñs Iesus eius spõsus. Ecquis. n. tã sublime attingere donum, & ad tremendum accedere auderet Sacramentum, ni attraheretur, ni & peculiari ratione inuitaretur? Inuitat autem ipsam, inuitando membra eius: neq. n. dicit: Comede amica, & bibe, & inebriare charissima, ne sub generali huiuscemodi inuitatione quilibet fidelium tam digni, quàm indigni inuitatos se arbitrarentur absque vlla distinctione; sed dignos tantùmodo alloquitur, & ait; *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi*.

I. SENSVS. *Ad Eucharistia cõiuiũ fideles inuitat Christus.* *Cur Xps se reliquerit Ecclesiæ comedendum ac bibẽdũ.*

Circa inuitationem porrò istam id primò se se obiicit inquirendum: Cur, donum semetipsum Ecclesiæ conferens Christus sponsus, comedendum, ac bibẽdum se exhibuerit: Cuius rei tres pro nũc assignari possunt rationes, quæ dignæ sint, vt hic afferantur ad præsentis loci elucidationem.

Primò enim, cum in paradiso *h* terrestri perditionem per cibi gustum, ac esum diabolus hominibus intulerit illis, qui in eo commorabantur vt patet ex libro Genesis; voluit pariter, & Iesus, cui iuge cum diabolo prælium, eos qui in Ecclesia Catholica paradiso sua essent, per gustũ reparare. Instruxerat q dẽ & in paradiso terrestri *i* salubre viuificũq. cõuiuium, fructus pendẽtes ex arbore vitæ, quæ erat in medio illius, quo viuificarentur corpora, & vita exhiberetur immortalis, qd sanum-

h Gen. 3. 1 *Cibũ in Paradiso Ecclesiæ Christus sordi quit, quia in paradiso terrestri cibo diabol^s hominem sibi subiecit.* i Gen. 2. 22

DE ECCLESIA.

numquam vllus guſtauit hominum, vtpote in cuius cuſtodiã Deus ipſe, qui id inſtruxerat conuiuium, igneam adhibuit cuſtodis rõphæam. At in ſpirituali Eccleſiæ paradiſo è ſemetipſo inſtar fructus ligni vitæ in cruce pendente tale parauit conuiuiũ ſalubre item, atque viuificum, quo ſalus, ac vita conferretur æterna, iuxta illud: *a Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternum*, & ad quod oẽs inuitarẽtur, quotquot in Eccleſia ſunt fidelium, prout patet ex libro Prouerb. vbi, parato conuiuio in Eccleſiæ arce, dicitur, *b Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia Ciuitatis. Si quis eſt paruulus, veniat ad me, & inſipientibus locuta eſt: Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis*, ſubijcitur autem neceſſario: *Relinquite infantiam*, vitam videlicet carnalẽ, qualem viuunt infantes, res ludicras, & vanas ſerijs præferentes. Tametſi enim & ij quoque inuitentur fidelium, qui peccatorũ maculis ſunt conſperſi, ita tamen inuitantur, vt antequã ad conuiuium illud accedant, peccata ipſa relinquant, per confeſſionẽ expurgati, & hoc ſenſu intelligẽdum quoq. illud eſt Euangelicæ parabolæ, *c Ite ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias, & egreſſi ſerui eius in viam, congregauerunt oẽs, quos inuenerunt, malos, & bonos*: Quod & id comprobauit, quod ſecutũ eſt Regis iudiciũ contra eum, quem diſcumbentem vidit abſq. veſte nuptiali puritatis; *Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Ligatis manibus, & pedibus eius*, &c. Nam quamuis adunata fideliũ congregatio conſtet ex ſanctis, & peccatorib. ex perfectis, & imperfectis, & nihilominus, qui comeſturi ſunt Chriſti corpus, & eiuſdem ſanguinem bibituri, ij ſanè in conuiuium introeuntes, ſancti eſſe debent, atq. perfecti, quod in præſenti Canticorum ſententia ſignificauit ſponſus, per ſemetipſum inuitans, ac dicens: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*.

a Io. 6. 58.

Ad Euchariſtiam quo debeant accedere, quo modo.

b Pr. 9. 3.

c Matt. 22. 9.

Donũ ſecundò ſe exhibuit Dñs Ieſus comedẽdum, atq. bibendum dilectæ ſuæ, vt per hoc neceſſitatẽ palam faceret talis doni, nec neceſſitatẽ modò, ſed & vtilitatem, & iucunditatẽ. Nihil.n. inter creata eſt, quod neceſſarium amantibus ſit magis, quàm cibus ac potus, nihil quod frequentius ſumatur. Vnde in oratione Dominica ex creatis hoc vnũ vt maximè neceſſarium à Dño petimus, & ita petimus, vt nullum velimus eſſe diem, quo eo careamus, ſic.n. dicimus: *d Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*: Porrò, ſicut terreſtrem iſtũ cibũ vt maxime neceſſariũ quotidie petimus exhiberi diarium, ita quoq. agnoſcentes neceſſitatem maiorem cibi huius cæleſtis, eadẽ petitione, iiſdemve & verbis efflagitamus pariter & illum, prout pleriq. ex Patribus aſſerunt, Tertullianus libro de Oratione, Cyprianus de oratione Dominica, Athan. lib. de Incarnatione, Ambr. lib. 5. de ſacramentis cap. 4. Hierony. lib. 3. contra Pelagianos, & Comment. in Matth. alijque complures. Nec obſtat id, quod tangit Aug. lib. 2. de ſermone Domini cap. 12. haud tantam videri huius cibi neceſſitatem, cũ apud Orientales nequaquã ſumatur quotidie, maximè.n. placet, quod è contrario ait Amb. lib. 5. de ſacramentis cap. 4. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum ſumis illũ, quemadmodum Græci in Oriente facere conſueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, nõ meretur poſt annum accipere, Et poſt pauca. Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus. Medicina eſt, cæleſte & venerabile ſacramentũ, quotidiè ſi accipis, quotidiè tibi hodie eſt. Ex quo ſponſus venit *in hortũ* ſuum, comeditq. *fauum cũ mella* ſuo, & bibit *vinũ* ſuum *cũ lacte* ſuo, qñ inſtituit hoc admirabile ſacramẽtum, inſtruit quotidie idem conuiuium per manus Sacerdotum, conſecrãtium panem, ac vinũ, parat quotidiè in conſpectu fideliũ menſam aduerſus oẽs, qui tribulant eos, inuitatq. quotidie, ac dicit: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*. Quotidiè inuitat, quia quotidianus in aĩa eſt ſpiritaliũ virium defectus per quotidiana peccata, quem reparat ſpiritualis cibus, ac potus iſte, ſicut quotidiano cibo, potuq. ſenſibili quotidiani reparantur defectus viriũ corporis, & humoris radicalis, naturaliſve caloris, quotidiè inuitat, vt quotidianũ per cibum iſtum aiabus præſtet augmentũ gratiæ, quotidie inuitat, vt quotidianas eiuſdẽ renouet delitias cibi huius, oẽ delectamentum in ſe habentis, quotidiè inuitat, qa cibus iſte haud inſtar ſenſibilium ciborum atq. conuiuiorũ, quæ aſſiduitate vileſcunt, ſatietatem cauſant, necnon & vomitũ, ac nauſeã, prout etiã de manna Iudæi aſſeruere, dicentes, *e Anima noſtra iã nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*, &, *f Anima noſtra arida, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi Man*. Tantum.n. abeſt, vt ſui generet ſatietatem, vt quo pluries fuerit ſumptus, eo maiorẽ cauſet ſui eſuriẽ, iuxta illud, qd altas ſponſus ipſe ſapientia increata profeſſus eſt, vbi dixit, *g Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient*, quod & in hac ipſa, quã modo exponimus, inuitatione ſubindicat, dũ illos potiſſimũ inuitat, qui ſibi magis ſint proximi, dicens: *Comedite amici*, ſeu iuxta aliam litteram, *proximi*, *& bibite*, quis vero magis Chriſto proximus, quàm qui vnum cum ipſo effectus ſit per eius corporis eſum?

In Euchariſtia cibũ, ac potum Chriſtus ſe reliquit, Eccleſia, vt eã ſi ſacramẽti neceſſitas per hoc innoteſceret.

d Luc. 11. 3

Tertul. Cyprian. Athanaſ.

Ambroſ.

Ad Euchariſtiam quotidiè Chriſtus inuitat fideles.

e Nu. 11. 5.

f Nu. 11. 6.

g Eccl. 24. 29.

Hæcque eſt tertia, & potiſſima rõ, ob quam iſ donũ ſe fidelib. exhibuit comedendũ, ac bibendum, vt arctiſſimã hanc perficeret vnionem. Potuiſſet quidẽ ſe exhibere, & relinquere ſub ſacramento viſibili, & eſſe in illo obiectum duntaxat viſionis, prout & in patria, ac ſicut, dũ in hoc mũdo eſſet ſub obiecto viſibilis carnis, quam aſſumpſerat, diuinitatem quoque ſuam ſub ſacramẽto viſibilem, ac præſentem intuentibus præſtitit: Ita & ſub alio viſibili obiecto viſibilẽ, ac præſentẽ vt ſub ſacramẽto exhibere potuiſſet carnẽ, ac corpus ſuũ, in quo & aĩa eius eſt, & diuinitas. Nihilominus, quia ad hoc in primis ſe exhibere voluit communicandum, vt arctiſſima, eaque reali vnione vniretur cum dilectis ſuis: quandoquidẽ obiectum viſus intentionali ſolummodo vnione per ſpecies intentionales vnitur cum intuente, & cum viſiua illius potentia, obiectum aũt guſtus è veſtigio vnione reali vnitur & cum organo ipſo guſtus, & cum comedente, cumque vnio iſta cibi cum comedente eo procedat, vt, cibo ipſo tranſmutato in ſubſtantiam comedentis, vnum iam ambo exiſtant, ad arctiſſimam deſignãdam vnionem illam, qua in myſtico dono iſto fidelibus vniendus erat, transmutans homines quodãmodo in Deos ſibi aſſimilatos, ſub obiecto guſtus, & ſub ſacramẽto cibi, & potus ſeſe exhibuit, ideoque & dixit: *h Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo*; ac etiam hanc indicans vnionẽ, de qua nunc ſermo eſt: Quam vnionem præclarè explicatam reperio in libro de Cœna Domini, qui eſt inter opera Cypriani, verbis hiſce: Non quòd vſq; ad conſubſtantialitatem Chriſti, ſed vſq. ad ſocietatẽ germaniſſi-

In Euchariſtia ſub ſacramẽto cibi Chriſtus ſe præbuit Eccleſia, vt arctiſſimã cũ communicantibus perficeret vnionem.

Vnio Chriſti, atq. communicantis, quo fiat, et qualis ſit.

h Io. 6. 57.

Cyprian.

DE ECCLESIA.

manifestissimam eius hæc vnitas perueniat. Solus quippe filius Patri consubstantialis est, nec diuisibilis est, nec partiabilis substantia Trinitatis: nostra verò & ipsius coniunctio, nec miscet personas, nec vnit substantias, sed affectus consociat, & confœderat voluntates. Et paulò post. Panis itaq. hic azymus, cibus verus, & sincerus per speciem, & Sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate Christo conformat.

In Eucharistia quomodo amici, & vniti iam cum Xpo, cõicari dicantur vt vniantur cũ eod. Xpo.

Sed si vera hæc sint, vt potissima ratio, propter quam cælestis sponsus, ac Dominus noster Iesus Christus dedit se Ecclesiæ in donum comedendũ atque bibendum, hæc sit, vt hanc designaret vnionem charitatis, proprijssimum huiuscemodi doni effectum: Insurgit illico difficultas nõ modica in verbis eiusdemmet sponsi, quibus ad hanc inuitat comestionem, & potum: ait enim. *Comedite amici*, seu, *proximi, & bibite*. Quis. n. nesciat, amicos, qui inuitantur iam vnionẽ prædictam sortitos per gratiam, qua illi arcta iuncti sunt necessitudine, & diuinæ naturæ consortes effecti vnà cum illo iam sunt, prout ille petiit à Patre, vbi dixit: a *Rogo, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint*: Et ex sententia b Ioãnis constat, eũ, qui manet in charitate, manere in Deo & Deum in eo.

a Io. 17. 21

b Io. 4. 16.

In Eucharistia sacramẽto nõ tã gratia cõfertur, quàm augmentũ gratiæ regulariter.

Difficultas tamen ista facilè euanescit, si supponatur id, quod apud Theologos est certissimum, & indubitatum: per hoc Sacramentum regulariter non tam gratiam conferri, quàm augmentum ipsius gratiæ ei, qui iam viuens sit per gratiam: quod per ipsammet cibi rationem significatur: quandoquidem hæc est propria ratio cibi, vt viuentibus exhibeatur, inseruiatque illis ad nutritionẽ, & ad augmẽtum: Tametsi hoc insit discriminis inter sacramentalem cibum istum, ac cibos corporeos, quod hi, licèt nutritioni semper inseruiant; augmẽto tñ non semper: cùm viuens nõ sit semper in statu augmenti, nec semper plus acquirat per cibos, quàm perdat per calorem naturalem, consumentem humorem radicalem: At verò cibus iste supersubstãtialis vnà cum nutritione spiritali semper præstat & augmentum spiritale: neque ab inuicem distinguuntur hæc duo, nutritio, & augmentum gratiæ neque per quamtamcumque gratiæ accessionem terminus imponitur istiusmodi augmento in ijs, qui hoc cibo nutriuntur: Et vnio ipsa comedentis cum sponso arctior semper euadere potest. Cuius rei rationem ex alio desumere licet discrimine, quod assignari solet inter cibum istum, ac reliquos cibos, secundùm quod per reliquos cibos eatenus fit vnio inter eos, ac comedẽtem ipsum, quatenus ipsi conuertuntur in substantiam comedentis, cui similes reddũtur: è vestigio autem, eatenus per cibum istum fit vnio inter ipsum, ac comedentem, quatenus ille, quoad fieri potest, conuertit hominem ipsum comedentem in Deum; quia illum sãctiorem, & puriorem reddit, ac Deo magis similẽ. Quantumcumque verò per cibum istum præstetur augmentum illius sanctitatis, atque similitudinis, maiora semper supersunt, quæ addãtur per nouas eius comestiones; quoniam Christus, qui se in istum porrigit cibum, immensæ est sanctitatis, & est summe cõicabilis: communicabit autem sese perfectissimo modo, vnieturque vnione perfecta in Patria, quando absque sacramento, etiam hominibus se panem Angelorum præbebit manducãdũ; quando, vt ait Cypr. sermone de Cæna Domini (si tamen Cypriani is est) nõ ministerio corporali, sepe repetitis actionibus ad eumdẽ Angelorũ panẽ reuertentes; sed consummato sacerdotio nostro

Vnicũs cur sepe arctiõ vniatur cũ Xpo, quò frequentius communicat.

Cyprian.

erit, & permanebit perpetua, & stabilis, implens, & reficiens nos sufficientia, qua proferet se palàm absque vllis integmentis, omnibus conspicabilis summi præsentia sacerdotis.

Circa extremam huius inuitationis partem. *Et inebriamini charissimi*: Notãdum, verbum, *inebriamini*, dupliciter sumi posse: vel vt iunctum cum præcedenti verbo, *bibite*, & vt relatum ad potũ; vel vt relatum ad conuiuium totum. Si primo modo sumatur, prout sumendum indicat experientia, qua aduertimus, vini potu homines inebriari, quid verbis hisce, *Et bibite, & inebriamini charissimi*, sibi velit sponsus, & ad quam inuitet ebrietatem, per id intelligi potest, quod egregia sententia de calice sanguinis Christi asserit Propheta Dauid, dicens: c *Et calix tuus inebrians quàm præclarus*, seu *quàm peroptimus est*? quam Prophetæ sententiam egregie ponderat, explicatve Cyprianus epist. 63. quæ est ad Cæcilium, his verbis: Quia ebrietas Dominici calicis, & sãguinis nõ est talis, qualis ebrietas vini sæcularis; cum diceret Spiritus sanctus in Psalmo: *Calix tuus inebrians*, addidit, *quàm peroptimus*? quod scilicet calix Dominicus sic bibẽtes inebriet; vt sobrios faciat; vt mentes ad spiritualem sapientiam redigat: vt à sapore isto sæculi ad intellectum Dei vnusquisque resipiscat: & quemadmodum vino isto communi mens soluitur, & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur: ita epoto sãguine Domini, & poculo salutari, exponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio conuersationis pristinæ sæcularis, & mœstum pectus, ac triste, quod prius peccatis angẽtibus premebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia resoluatur.

Ebrietas causata à potu sãguinis Christi qualis sit.

c Ps. 22. 5.
Cyprian.

Sacerdotes potissimùm inuitari ad potũ sãguinis Christi.

Ad ebrietatem porrò istam, & ad calicem hũc peroptimum haud quicumque inuitantur fideliũ sed ii duntaxat, qui charissimi sint: sic enim ait: *Et bibite, & inebriamini charissimi*: quia calix sanguinis Christi solis sacerdotibus propinatur ex consuetudine Ecclesiastica, quibus sponsus communicatur sub vtraque specie tanquam charissimis, vtpote arctius sibi iunctis, sacroque oleo sibi sacratis. Hinc est, quod & Dauid ex eorũdem sacerdotum persona locutum se significauit in præcitatis verbis, *Et calix tuus inebrians, quàm præclarus est*: cum prius dixisset: *Impinguasti in oleo caput meum*.

Psal. 22. 5.

Quamquam haudquaquam neganda omnino sit eadem ebrietas compluribus etiã eorum, qui sacerdotes nõ sunt: quandoquidẽ etsi sanguis Christi seiunctim illis minime cõicetur sub specie vini ex rationabili Ecclesiæ consuetudine: cõicatur tamen vnà cum corpore, quod sumũt, sub specie panis, in quo corpore & sanguis ipse eis porrigitur per concomitantiam (vt aiunt Scholastici.) Inebriantur autem ii duntaxat, qui sponso charissimi eo pacto sunt, vt merito is amores, deliciasq. suas illos appellet: ii, in quorum mente sponsus est, cũ ad sacrum accedunt conuiuium, de quib. in libro Prouerb. idemmet sponsus ait: d *Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum*: ii, qui cũ deuotione actuali, qua Christum in mente habent, antequam cõiicent corpori, & sanguini Domini, gratias agentes inquiunt: e *Parasti in conspectu meo mẽsam aduersus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo* (illo scilicet, cui dictum est; f *Oleum effusum nomen tuũ*) *caput meum* (mentem nempe meam) *& calix tuus inebrians quàm præclarus est*?

In cõiones quæ sint, qui inebriantur.

d Prou. 8. 31.
e Ps. 22. 5.
f Can. 1. 3.

Si idem verbum, *& inebriamini*, sumatur secundo modo, vt relatum ad conuiuium, in quo comeditur, & bibitur: & inuitatio facta sit, vt inebrientur non solum in bibendo, sed & in comedẽdo, recperimus

Cõmunicãtes deuote inebriari di

DE ECCLESIA.

perimus enim apud Oseam, in hoc Sacramēto homines inebriari & tritico, iuxta lectionem Sep. *a Conuertentur, & sedebunt in umbra eius, viuent, & inebriabuntur tritico*: quem locum aliàs examinasse me recolo. Reperimus quoq. in libro Ecclesiastici præceptum; vt *b* benedicamus Dominum inebriantem nos ab omnibus bonis suis. Tunc verbo isto, *& inebriamini*, specialis fit inuitatio ad actualem gratiæ participationem, quæ præter gratiam habitualem, æqualiter in hoc Sacramento cōmunicatur tam iis, qui comedunt solum, quàm iis, qui comedunt, & bibunt: tam iis, qui communicant sub vna tm̄ specie, quàm ijs, qui communicant sub vtraq; quæ actualis gratia congruentissime exprimitur ebrietatis vocabulo, quo saturitas illa significatur absq; fastidio, & illa deuotio, de qua Propheta Regius ait, *c Vota mea reddam in conspectu timentium eū; edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum; viuent corda eorum in sæculum sæculi.* Quinimo eodē ebrietatis vocabulo specialis quoq. designatur feruor charitatis cum speciali spiritus suauitate, iuxta illud: *d Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*: quam dulcedinem, quemve feruorem spiritus intelligere voluit idem Propheta, cum dixit, *e Parasti in dulcedine tua pauperi Deus*, & Ecclesia cum canit, *f Pinguis est panis Christi, & præbebit delicias Regibus.*

Actus gratualis gratiæ, & dulcis facietatis susceptionem.

a Oseæ 14. 8. Pag. 284.
b Eccli. 32. 17.
c Ps. 21. 26
d Ps. 35. 9.
Communicātes deuote dicūtur, et pauperes, & Reges.
e Ps. 67. 11
f Gen. 49. 20.

Porrò pauperibus bene hanc exhiberi ait Propheta, Ecclesia verò Regibus: ijdem. n. qui huius dulcedinis participes fiunt, instar pauperis se exhibent ante Dñm, cum ad hoc conuiuium accedunt, non audentes accedere ad regales nuptias, nisi ab eo admittantur, *g* qui seruo suo iubeat, vt pauperes, ac debiles introducat, iuxta parabolam Euangelicam: exibentq; sese instar pauperis illius, qui omni animi demissione, totoq. affectu nedum voce, sed & vultus, totiusq; corporis gestibus suam ob transeuntium oculos exprimere studet esuriem: simul verò & instar Regum omnibus replentur bonis, iuxta illud B. Virginis, *h Esurientes impleuit bonis*, & regalibus epulis hisce, regalibus quoq; iucundantur deliciis, iuxta illud Prophetæ, *i Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.*

g Luc. 14. 21.
h Luc. 1. 53
i Ps. 67. 4.

Ad ebrietatem istam, abundantiamq. oīs delectamenti, & oīs suauitatis sacri huius conuiuij haud quilibet inuitantur amicorum: sed ij dumtaxat, qui charissimi extiterint, quosve sponsus amores suos appellet: sic. n. dicitur: *Et inebriamini charissimi*, seu, *amores*, secundum aliam lectionē, cum tñ prius dictum fuerit: *Comedite amici, & bibite.* Enimuerò, cum communicantibus in hoc Sacramento duplex per illud conferatur gratia, prout explicatū est, habitualis altera, altera actualis: Prima certè cuicumq. præstatur virtute Sacramenti, dummodo amicus Dei sit, i. absq. peccato mortali, quo solo amicitia Dei tollitur, & gratia obliteratur. Vnde Dominus absq. alio additamē to dixit, *k Qui manducat me viuet propter me*, quod Paulus intellexit de manducante digne, dicens, *l Probet aūt seipsum homo, & sic de pane illo edat.* Dignitas porrò in amicitia dūtaxat sita est, hocq. vnum probare debet necessario communicans: An sit amicus Dei: An aliquo mortali peccato ab amicitia Dei exciderit, prout declaratū nuper habemus per Concilium Tridentinum ex Sāctorum Patrum doctrina his verbis: Communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum: Probet seipsum homo. Ecclesiastica aūt consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi contritus videatur, absq. præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Et ideo bene singulis quibusq. amicorum hanc Dñs facit inuitationem: *Comedite amici, & bibite.* At verò ad gratiam alteram actualem, istam in actuali feruore spiritus speciali q. dulcedine, ij dumtaxat inuitantur, qui per actualem deuotionem accedentes, charissimi spōso sunt, quia secundum regulam ordinariam, & secundum frequentiorem vsum, isti sunt, qui magis dant operam; vt non modo comedant, & bibant; sed & inebrientur, exaturentur, ac repleantur dulcedine tanti Sacramenti: in id totum suum ponentes studium, vt actuali deuotione, ac specialibus actibus charitatis exacuant talis feruoris, talisve suauitatis appetitum, arbitrantes, sibi ipsis singillatim à sponso dici illud Prophetæ: *m Dilata os tuum, & implebo illud.*

k Ioan. 6. 57.
l 1. Cor. 11. 28.
Cōc. Trid. sess. 13. c. 7

Deuotio actualis in communione causa ē actualis gratiæ, et ebrietatis spiritus.

m Ps. 80. 11

Porrò, si intimius perscrutemur, quid ista sit actualis deuotio, cui hæc, de qua loquimur, ebrietas concedi vt plurimum ab sponso solet in sumptione sanctissimi Sacramenti, reperiemus ex principijs Theologiæ, esse vehementem actum voluntatis, & promptitudinem, qua communicantes se exhibent paratos ad faciendam Dei voluntatem, quave ingenti charitatis feruore voluntatem suā voluntati diuinæ vnitam obtinēt. Quod si ita est, vt colligitur ex definitione eiusdem deuotionis allata à S. Thoma in 2. 2. q. 82. art. 1. haud dubiū, quin aptissime sponsus ambigua vsus sit voce in hac inuitatione, ita, vt, secundum varias versiones iidem, qui ad illam inuitati fuere, dicantur & *charissimi* & *fratres*, & *fraterni*, & *patres*, & *amores*, & *dilecti*: Idem si quidem sponsus in Euangelio attulit rei huius rationem, cum dixit, *n Quicumq. fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est; ipse meus frater, soror, & mater est.*

Ad Eucharistiam cū deuotione accedere, quid sit.

S. Thom.

n Matt. 12. 50.

Secundum lectionem illam, *& inebriamini amoribus*, allatam in fine exposit. primæ, tria significari possunt, quæ ijs, qui in conuinio Sacramentali comedunt, & bibunt, obueniunt in communione tanti Sacramenti. Primum, quòd in tali comestione, ac potu corporis, & sanguinis Christi inebriētur, & repleantur amoribus Christi, i. habeant simul vnita oīa amoris Christi indicia, quæ in multiplicibus beneficiis particularibus aliàs eis exhibita fuerant, iuxta illud Psalmi sæpius citati: *o Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.*

In Eucharistiæ cōmunione habētur vnita simul oīa indicia amoris Christi.

o Ps. 110. 4

Vel, sumendo, *amores*, in plurali positum pro amore maximo, iuxta consuetudinem sacrarum litterarum, significatur, quòd in ipso Sacramento, & per hoc, quòd admissi sint ad tale conuiuiū, summo Christi amore donentur, iuxta ea, quæ dicta sunt supra in cap. 2. vers. 4. exposit. 5. in ea verba *p Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*, seu, iuxta aliam litteram: *Super me vexillum charitatis*, seu *Erexit in me vexillum amoris.* Neq. verò nouum est, vt per admissionē ad propriam mensam à Principibus maximus alicui exhibeatur amor, nam & Dauid ad ostendendum ingens amoris vinculum, quo cum Ionatha fuerat colligatus, eius filio Mephibosech, quem vnum superstitem reperit, dixit, *q Tu comedes panem in mensa mea semper.* Atque ipsemet Mephibosech postmodum fatetur, in hac vna re summū amorem ab illo sibi exhibitum, dicens, *r Non fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia Domino meo Regi: Tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ.* Sic idem quoque Rex Dauid morti

In Eucharistia cōmunicatione Christus sūmū præstat amorem.

Pag. 299.
p Cāt. 2. 4.
q 2. Reg. 9. 7.
r 2. Reg. 19. 28.

DE ECCLESIA.

morti proximus, legans in testamentum filio suo Salomoni, vt ingentem amoris gratiam præstaret filijs Berzellai, quibus maxime deuinctum se recolebat, dixit, *a Sed & filiis Berzellai Galaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua.* Quòd si admissio ad regiam mensam tantum exhibet amoris specimen, quid cēsendum, fieri per admissionem ad mensam cælestis Regis, in qua Rex ipse corpus, sanguinemque suum, ac totum semet in edulium præbet?

a 3 Reg. 2. 7.

Quia verò amoris, seu amorum vocabulum potest insuper hic accipi vt denotans non tam amorem Christi in communicantes, quàm amorem ipsorum communicantium erga Christum, à quo inuitantur, quemve & sumunt, cum sponsus inuitans ad communionem amicos, adiicit: *Et inebriamini amoribus*: verbis hisce videtur, vlterius inuitare ad frequentandam communionem ipsam ex fructu, qui ex tali frequentatione eis obuenit, plura nimirum amoris, & charitatis augmenta, quibus maioribus gradibus in charitate magis magisve proficient: & quasi distinctis amoribus, & tot spiritalis vini poculis inebrientur, alienati in dies magis à fluxis quibusque rebus mundi huius, & à semetipsis.

Ad communionis frequentationem Christus inuitat amicos, vt per hoc maiora percipiat gratiæ augmenta.

Denique ex verbis Apostoli, quibus in Epist. ad Ephesios ait, *b Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo, & Patri*: colligitur, ebrietatem, ad quam inuitantur amici, qui inuitantur ad Sacramentale conuiuium, esse impletionem Spiritus sancti, impellentis communicantem animam ad plures charitatis, religionis, ac deuotionis actus, quos certè actus ipse enumerat, nempe locutionem internam, psalmodiam, hymnodiam ex intimis præcordiorum emissam, affectus gratiarum actionis pro omnibus, quæ in tanto Sacramento præstita agnoscuntur, aliive cō plures, quos illi in semeptipsis sentiunt, qui deuotè ad conuiuium istud accedunt, & in eo, nedum habituali, sed & actuali donantur gratia, prout supra explicatum est. Secundum istum autem sensum, amorum vocabulo, dum dicitur: *Et inebriamini amoribus*: designantur ipsimet amoris actus.

b Ephes. 5. 18.

Deuote cōmunicātes plures amoris actus proferunt per actualem gratiam, quæ à Deo donantur.

Recolligendo, quæ fusius dicta sunt, ad paraphrasticum sensum, quod hic dicitur, tale est.

PARAPHRASIS.

In conuiuio isto Sacramentali, quod in meo Ecclesiæ horto paraui, vt genus humanum cibo repararem, quod per cibum in paradiso terrestri diabolica fraude morti subiectum fuerat, vestræ satisfacite necessitati, ne pereatis, qui quotidie deficitis per humanæ naturæ miseriam: *comedite, & bibite*, reficientes vos cibo isto prædulci. *Comedite, & bibite* vos, qui iam *amici* estis per gratiā, vt in eo crescatis per augmenta gratiæ, arctioriq. mihi vniamini necessitudine, transmutati in meum cibum, ac potum, quem comederis, & biberis. Qui mihi *charissimi* estis Sacerdotes, sumentes me sub vtraque specie, atque adeo comedentes, & bibentes, *inebriamini* epoto sanguine meo, mēte excedentes, obliti terrenorum omnium, meiq; exhilarati dulcedine.

Sed & quicumque ob id estis mihi *charissimi*, quia actu me recogitaris, actuali deuotione accedentes ad hoc conuiuium, *inebriamini* perfusi gaudio gratiæ actualis vltra habitualem, & repleti feruore Spiritus, qui summæ est admixtus dulcedini huius conuiuij, omne delectamentum in se

A habentis. Deuoti omnes, deuotione vestra promptos vos exhibentes ad faciendam voluntatem Patris, ideoque mihi *charissimi socii, dilecti, Fraterni fratres, & patres* mei comedentes simul, ac bibentes *inebriamini* simul *amoribus* meis, in hoc vno cibo repleti omnibus, quotquot vmquam exhibui, amoris indiciis, & agnoscite omniū maximam amoris ostēsionem, cū digni habiti estis, qui in conuiuio isto comedatis, & bibatis. *Comedite* igitur, *& bibite* frequentius, sicve pluribus charitatis augmentis donati, quasi pluribus vini poculis *inebriamini*, charitate mente excedentes, ac repleti Spiritu sancto ostendite ebrietatem Spiritus, dum comeditis, ac bibitis, per incremēta gra

B tiæ actualis, quam adepti estis, per orationes, per gratiarum actiones, per ardentia suspiria, per lachrymas, ac per multiplices charitatis affectus.

Iuxta alterum illum sensum, quem præcedentibus verbis datum videre est ad finem secundæ expositionis: Cum cęlestis sponsus Ecclesiæ significasset, se iam eius satisfecisse desiderio, quo optabat, & petierat, vt ad ipsam veniens, tamquam *ad hortum suum*, comederet *fructum pomorum suorū*, per specialem dilectionem, ac prouidentiam iustos in sua traiiciens viscera, atque adeo comedisse in primis *fauum cum melle* suo, & bibisse *vinū* suum *cum lacte* item suo, traiecisse nimirū in sua viscera, speciali cura, & dilectione Religiosos, mi

II. SENSVS.

Angelorū cura Deus commendat iustos.

C sericordes, feruentes spiritu, & eos, qui candore vitæ puritatem cordis præseferrent: Nunc eadem phrasi istos ipsos iustos cælestibus commedāt spiritibus, vt nimirum speciali dilectione eos prosequantur, specialiq. cura tutos illos seruent, traiicientes & ipsi illos in sua quodammodo viscera; Simulque per vltima verba hæc, *& inebriamini charissimi*, eosdem iustos aspectui proponit eorū, qui sublimiori beatitudinis gradu fruentes, charissimi sibi sunt, vtpote quibus maiora dilectionis suæ præstitit signa, proponit autem, vt aspicientes illos perseuerantes in puritate, & sanctitate tanto perfundantur gaudio accidentali, vt quasi ebrii in nouas prorumpant laudationes Dei, iuxta illud Psalmi, *c Confitebuntur cœli mirabilia tua Domi-*

D *ne, etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.* c Psal. 88. 6.

Ex Vers. I. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

CVM Nathan Propheta ille sapientissimus ostendere vellet, ouem eam vnam, quā pauper habebat, charissimam illi extitisse, hisce inter alia vsus est verbis, *d De pane illius comedebat, & de calice illius bibebat*; Et amoris apud Principes

I. SENSVS.

d 2. Reg. 12. 3.

E id esse, ostensum est supra, vt quos certiores facere velint de arcta, qua cum ipsis iuncti sunt amicitia, ad conuiuium accersant, suæque mensæ participes illos efficiant. Amicos sanè Christi Iesu eos potissimum esse, qui tribulationibus premuntur, exinde colligere licet, quod Apostolos ad paruifaciendas hominum persecutiones adhortans, primùm amicorum nomine eos insigniuit, dicens iuxta Euangelium Lucæ, *e Dico vobis amicis meis; Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.*

Tribulati iusti sunt amici, & charissimi Xpi Iesu.

e Luc. 12. 4.

Quod autem isti, quos amicorum loco ob id habebat; quia similes sibi essent in perferendis ærumnis, charissimi pariter sibi extiterint, paulò

prius,

DE ANIMA.

prius, quàm ex vita migraret, significare eis voluit per hoc, quod aliquando dixit, *a Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis Regnum, sicut disposuit mihi Pater, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo.*

a Luc. 22. 28.

Tribulatio pia ea est particeps Regni Christi, quod ei dispositum fuit à Patre in hac vita.

Pro quorum verborum intelligentia recolendum est, quod sæpiùs probatum est in superioribus, ac præsertim exposit tertia super illis verbis, vers. 11. capitis tertij: *Egredimini filiæ Ierusalem, & videte Regem Salomonem in diademate, quo* &c. Regnum Christi, quod ei Pater suus disposuit in hoc mundo, quando ipsum è cęlis misit in terras, haud extitisse aliud, quod humanis oculis esset patentius, quàm ærumnas, & tribulationes: ita vt propterea & spineo coronatus sit diademate, & interrogatus à Pilato, *Ergo Rex es tu?* responderit: *Tu dicis; quia Rex sum ego*, & declarãs, quo Regno Rex esset, subiecerit, *b Ego in hoc natus sum*, vt sicut Rex eram in cęlis felicissimus, ita è vestigio, & in terris Rex fierem miserrimus: *Ad hoc* missus à Patre, *veni in mundum*, vt Regnũ obtinerem tribulationis, & ærumnarum, *vt* per multiplices passiones *testimonium veritati* perhiberẽ. Certum est quippe, per eas, quas sustinuit ærumnas, & passiones, testimonium veritati perhibitum ab ipso perfectissimum.

b Ioan. 18. 37.

Hoc autem Regnum alio nomine idemmet Redemptor noster calicem nuncupauit ob summi amoris indicium à Patre sibi exhibitum, in quo biberet, & è quo inebriaretur, vbi dixit, *c Calicẽ, quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum?* Ex his iam facile colligitur sensus & eorum, quæ ab eodem sponsi personam gerente dicuntur in hac sententia, quam præ manibus habemus: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Quod.n. in Euangelio ait, tale est: *Vos estis* amici mei charissimi, vtpote *qui permansistis mecum in tentationibus meis*: At qui ad hoc testificandum, quòd charissimi mihi estis, tribulationibus vos premi permitto, tribulationibus ipsis participes vos efficiẽs eius Regni, quod in hac lachrymarum valle *disposuit mihi Pater*; eius & calicis, quod dedit mihi Pater; eius denique & conuiuij, quod paratum mihi desuper fuit, *vt edatis, & bibatis super mẽsam meam in regno* ipso quod in terris obtinui. Nec contra hunc sensum facit, quod immediate subiectum reperitur. *Et sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel*, particula enim (*Et*) in verbis hisce haud sumenda est copulatiuè, sed vt denotans consecutionem, pro alia particula (*Vt*) iuxta frequentem sacrarum litterarum vsum: Conuiuium siquidem tribulationum, & Regnum ærumnarum sequitur conuiuium, ac regnum glorię, *d nam per multas tribulationes oportet introire in Regnum Dei*, atque adeo duobus discipulis illis, qui inuerso ordine Regnum gloriæ prætendebant, dicentes, *e Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua*; quò eis significaret, se habere quidem illos inter amicos carissimos, atque idcirco calicis ipsius sui participes velle eos efficere, haud tamen regni gloriæ, quod in futuro sæculo iis paratur a Patre, qui prius in conuiuio tribulationum secum accubuerint, propterea bene illos ipsos discipulos interrogauit, *Potestis bibere calicem, quẽ ego bibiturus sum?* Et illis respondentibus, *Possumus*, subintulit, *Calicem quidem meum*, quem ego bibo, *bibetis; sedere autem ad dexteram, vel ad sinistram, non est meum dare vobis* (in hoc scilicet sęculo) *sed quibus paratum est*, dabitur scilicet, in futuro.

c Ioan. 18. 11.

Et, particula sumitur aliquando pro, vt.

d Act. 14. 21.

e Marc. 10. 37.

Congruè igitur & in hoc Cantico amatorio idemmet Dominus Iesus, qui sponsus sanguinum est cuiusque fidelis, piæque animæ, postquam in præcedentibus verbis certiores nos reddidit, se nedum esse nobiscum in tribulatione, sed lautissimum nobis ex ipsis tribulationibus parasse conuiuium, in quo & ipse accubuerit, inquiens: *Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*; vt sanctis quibusque euidenti signo comprobet, quòd amicorum loco, & inter charissimos illos habeat, inuitat modo eos ad idem conuiuiũ, instructum è proprijs cibis ipsius, & ait: *Comedite amici, & bibite*, ex ijs nimirum dapibus meis, quas comedisse me dixi, fauo, melle, vino, & lacte meo, & addit: *Et inebriamini charissimi.*

Ad tribulationes vt

ad lautum conuiuium SS. quiq. inuitantur à Christo.

Porrò inebriari in tribulationum conuiuio è vino tribulationum, illud ipsum esse videtur, quod aliis verbis expressum est ab Apostolo, vbi dixit: *f Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*, excessus nimirum gaudii, iuxta illud Psalmi: *g & vinum lætificat cor hominis.*

f 2. Cor 7. 3.

g Ps. 103. 11.

At insuper per hoc ipsum inebriari, duo alia significari crediderim, quæ per calicem tribulationum causari nouimus, nimirum alienationem ab omni fiducia hominum cum adiuncto contemptu eorum omnium, quæ hominum sunt, & ardentius desiderium maiora patiendi, feruentiusque studium absorbendi calicem tribulationum.

Ebrietatis causata à vino tribulationũ effectus duo præstantissimi.

Quæ duo egregie significata sunt per Prophetã Dauid in Psalmo 115. in quo, ostenso, quod statim ac amicus Dei factus est per iustificationem, ærumnis pressus fuit, & tribulationibus in signum admissionis in amicitiam, vbi dixit: *h Credidi*, .i. fide sum Deo desponsatus, & instar Patris mei Abrahæ hoc ipsum, quod credidi, reputatum est mihi ad iustitiam, *propter quod locutus sum*, laudãs, ac benedicens Deum dilectum meum, cuius & instar eiusdem Abrahæ iam censebar amicus: *Ego autem humiliatus sum nimis*, istud nimirum signũ præstitum mihi de tali est amicitia, quòd ab ipsometDeo ingẽtibus humiliatus sũ tribulationibus.

h Ps. 115.

Subiiciens, quòd inebriatus sit ipso tribulationum, ac humiliationis vino, indicat, quæ ab ebrietate ipsa causata in se sint, & ait: *Ego dixi in excessu meo*, seu (vt est in Græco) *in ecstasi mea*, quando scilicet præ ebrietate mẽte elatus sum à vino, quo potatus fui: *Omnis homo mendax*, hic primus extitit huius meæ ebrietatis effectus, quòd alienatus à spe hominum, & ab omnibus ijs, quæ hominũ sunt, audacter, & libere pronuntiaui, omnem hominem infidum; & quicquid ad homines spectat, esse fallacem ac vanum.

Secundus verò eiusdem effectus fuit, quòd & in hæc quoque prorupi: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, instar ebrij contentiose agens cum dilecto meo; Quia enim ille statim ac amicus eius factus sum, donum mihi tribuit tribulationum; ipse agnoscens doni excellentiam exclamaui; *Quid tribuam Domino*; sed addidi; *Pro omnibus, quæ retribuit mihi.*

Siquidem Deus meus quasi pro muneribus à me sibi tributis, pro fide, iustitia, confessione, ac tolerantia mea multa mihi retribuit noua dona tribulationum multiplicium; Ego vicissim patiendi exæstuans desiderio in retribuendo contendẽs cum illo, hoc vnum ei retribuam; ipsum, cuius me participem efficere dignatus est, accipiam calicẽ salutarem; bibam iterum, iterumque bibam, sitim ipsius æmulans, qua in Cruce clamaturus est, *h Sitio*, ac præ gaudio, quod ex tali calice replebor exultans, & instar ebrii exiliens, *nomen Domini*

DE ANIMA.

inuocabo, glorificabo, & exaltabo.

Ad hanc ergo ebrietatem, & ad huiuscemodi munera sponsus sanctos hic inuitat, dum ait: *Comedite amici, & bibite & inebriamini charissimi*; Si prosequi velimus primum sensum, allatum ad præcedentia: *Comedi fauum cum melle meo*, &c. in tertia eorum verborum expositione.

III. SENSVS.

Quod si tertium eorumdem verborum, in eadē exposit. allatum prosequi velimus sensum, quo cęlestis sponsus indicauit, se perfectissima, atque prædulci felicitate perfrui in patria cælesti; ad quam piam animam allicere sua contendebat oratione: Manifestum quidem est, & in his, quæ modo exponimus, de eadem agi felicitate, atque ad eam inuitari, & excitari illos vniuersos, qui indissolubili amicitiæ vinculo cum ipso iuncti sunt sponso, qui in ipsa eius amicitia perdurantes ad cęlestem patriā euolarunt: illos quos charissimos is habet cælestes alites: illos, quos peculiari ratione pro amoris sui habet obiecto: illos denique quos fratres suos fatetur, atque adeo & cohæredes.

Cęlestis felicitas quæ rectè explicetur metaphora comestionis, & potus.

Quamuis autē hæc manifesta sint, circa assumptam tamen metaphoram conuiuij, comestionis, potus, & inebriationis non exigua difficultas est duplici capite.

a Rom. 14. 17.

Primum ex dicto illo Apostoli, quo ait: *a Regnum Dei non est esca, & potus.* Deinde ex communi Theologorum consensu, quo asseruntur Beatitudinem patriæ sitam in visione diuinæ essentiæ, vel saltem in actu voluntatis, & dilectionis prouenientē ex eadem visione. Si enim visio est, qua illa causatur felicitas, cur non exprimitur potius sub metaphora visus, quàm sub metaphora sensus gustus, cuius obiecta ab illo Regno aliena asserit Spiritus sanctus per os Pauli? præsertim, cùm gustus inter sensus sit omnium vilior; & è vestigio visus sit omnium mobilior.

Nihilominus dicendum est, sponsum vsum esse metaphora aptissima, dum ait: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini Charissimi*, eademque & frequentissime vsurpata reperitur in sacris litteris.

b Tob. 12. 19. — c Luc. 12. 37. — d Luc. 22. 29.

Hac vsus est Raphael Archangelus, Tobiæ dicens, *b Ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor*; Hac Saluator noster sæpius, vt ibi, *c Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis*, & in loco, quem paulo superius in hac ipsa exposit. tertia mystico sensu aliter accepi; sensu tamen litterali ex communi Patrum sententia hac eadem metaphora vsus est, cum dixit, *d Ego dispono vobis Regnum, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo*, & cum adduxit parabolas cœnæ magnæ, vel nuptiarum.

e Luc. 14. 15. — f Apoc. 19. 9.

Hac & quidam in Euangelio dixit, *e Beatus, qui manducabit panem in regno Dei*, Hac & Ioannes in Apocalypsi, vsurpans metaphoram nuptiarum Agni, & dicens, *f Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.*

Visio beatifica quas cōgruentias habeat magis cū sensu gustus, quàm cum sensu visionis.

Pro intellectu autem eorum, quæ hic ab sponso dicuntur, sciendum, plures istius metaphoræ afferri posse rationes, & comestionem, ac potum, præcipueq. inebriationem, ipsumve sensum gustus cum visione beatifica multò plures habere congruentias, quàm habeat sensus visionis, ac ipsamet visio, quarum rationum, & congruentiarum aliquas tantum attingam.

Beatitudo ob eximia

Primùm, quis est qui nesciat, conuiuium tam apud sacros, quàm etiam apud profanos auctores

A esse propriissimum symbolum lætitiæ, ac voluptatis, cum nullo sensu maior percipiatur delectatio, quàm gustu? Oblectat quidem oculos, quod videtur pulchrum, ac decorum, nihil tamen oblectationis istius in reliqua redundat membra; At verò, quod comeditur, & bibitur, talem gustui præbet voluptatem, vt & membris vniuersis eādem impertiat delectationem, Sensorium quippe gustus (vt ait Aristoteles lib. de sensu, & sensibili cap. 2.) est iuxta cor, ex cuius dilatatione lætitiā fieri nouimus, & delectationem, quæ exinde vt à principio vitæ in totum corpus, atque in singula deriuat membra, sicut & lætitia, & delectatio visionis beatificæ ab intellectu intuente ad totam animam, singulasve eius potentias, necnon & ad totum corpus, singulave eius deriuat membra, iuxta illud, *g Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, &c; *h Omnia ossa mea dicent; Domine quis similis tibi?* Ideo hanc peroptans idem Dauid, sitiendi verbo vsus est, dicens; *i Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.*

DE ANIMA. *Voluptas exprimitur sēsu gustus.* — Arist. — B — g Psal. 83. 3. — h Ps. 34. 10. — i Ps. 62. 2.

Secundò, ex visione beatifica vitam perpetuam habet anima beata, *k Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti, Iesum Christum*, ait Ioannes, quod minime exprimitur metaphora sensus visionis, quandoquidem id, quod illo percipitur, nihil confert ad vitam, & complures reperire est cæcos, qui absque visione vitam ducunt longæuam: Exprimitur tamen optime metaphora sensus gustus, quia, quod comeditur, singula alit membra, totique animali vitam præstat.

Beatitudo ob vitam, quā exhibet, exprimitur sēsu gustus. — C — k Ioan. 17. 3.

Tertiò, in visione beatifica possident Beati Deum, quo fruuntur, iuxta illud sponsæ, *l Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ; ibi me docebis*, & *m Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ.* Hoc autem optimè explicat metaphora comestionis, comedens enim comestionis actum perficere minime posset, ni id possideret, quod comedit, a qua tamen possessione alienus est sensus visionis; quāta enim videmus, quæ possidere nullatenus possumus? quanta videtur, quæ multorum inuidiæ subiecta sunt, & æmulationi?

Beatitudo ob possessionem, qua fruimur, exprimitur pro sensū gustus. — l Cant. 8. 2. — m Cāt. 3. 4. — D

Quartò, visio beatifica est commensurata vnicuique intellectui iuxta proportionem eius luminis gloriæ, quo illustratus est, & beatitudo est adęquata capacitati singulorum beatorum, vt colligitur ex illo Apostoli, *n Stella differt à stella in claritate*, & ex illo Domini, *o In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Quis verò non aduertat, in sensu visioni nullam esse talem commensurationem inter oculum, & eius obiectum, cum vno eodemque oculo videamus ea, quæ sunt minimæ quantitatis, & complura simul, quæ quantitatis sunt maximæ, vt longissimos agros, vastum mare, montes, & Vrbes? At, quod comeditur, stomacho commensuratum est comedentis, quantumcumq. enim sit opiparum conuiuium, qui in eo accumbit, excedere nequit stomachi capacitatem in dapibus comedendis, si retinere eas velit, ijsve nutriri.

Beatitudo ob commēsurationē cuiusque exprimitur p sēsū gustus. — n 1. Cor. 15. 41. — o Ioā. 14. 2. — E

Quintò, per sensum visus haud aliud percipitur cuiuscunque rei, quàm externa superficies, in qua color cernitur, neque enim in intima penetratur. At verò comedens intimas quasque partes attingit cibi, frangens illum, gustuque singulas vel cibi, vel potus penetrat particulas, quoad fieri potest, vnde, quod metaphora sensus visionis exprimere nequit, explicat peroptime metaphora comestionis ac potus; quod videlicet in visione beati-

Beatitudo ob penetrationē diuinæ essentiæ exprimitur per sēsum gustus.

DE ANIMA

beatifica Deus penetretur: nec videatur duntaxat eius eſſentia, ſed & perſonæ, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, necnon & bonitas, iuſtitia, ſapientia, veritas, omnipotentia, & reliqua, quæ in ipſo ſunt attributa, vt colligitur ex illo Ioannis, *a Videbimus eum ſicuti eſt*; & illo Pauli, *b Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſũ*; Tametſi quãtalibet ſit iſta penetratio, qua creatura Deum ſua attingit viſione, minime tamen dici queat comprehenſio, cum is, qui immenſus, & infinitus eſt, finiti comprehendi nequeat penetratione, vt pro indubitato aſſeritur à Theologis.

a 1. Ioã. 3. 2.

b 1. Cor. 13. 12.

Sextò, ex verbis Pauli aſſerentis, *c Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*, habemus, viſionem beatificam haud fieri per medium vllum externum, ac Deum vt obiectum talis viſionis abſque medio externo coniungi cum videntibus, ac beatis: id quod metaphora viſionis ſenſibilis exprimi nequit, cum viſio iſtiuſmodi, ſicut & reliquæ ſenſationes, neceſſario fiat per externum medium, quandoquidem ſenſibile poſitum ſupra ſenſum impedit ſenſationem, ſoluſve tactus, atque guſtus, vt ait Philoſophus, vniatur per medium coniunctum cum guſtabili: vnde patet, egregie per comeſtionis metaphoram beatitudinem ipſam deſignari, quæ obtinetur per lumen gloriæ iunctum potentiæ viſiuæ, atque intellectuali beatorum.

c 1. Cor. 13. 12.

Beatitudo ſine medio, exprimitur p ſẽſũ guſtus.

Ariſt.

Septimo, aſſerunt quidem Philoſophorum nõnulli, maximam in viſione ſenſibili, atque intellectuali fieri vnionem inter potentiam viſiuam, & ſpeciem obiecti, quod videtur, adeo vt vnionẽ illam æquiparent vnioni inter materiam, & formam, eidemque eam præferant; tametſi alioquin ea vnio inter materiam, & formam cenſeatur maxima inter vniones naturales ſecundum naturalem Philoſophiam: Nihilominus, cum iſta ſenſus viſionis vnio ſit tantummodo intentionalis, per ſpeciem ſcilicet obiecti intentionalem, non per obiectum ipſum reale: ſane per viſionis metaphoram ipſa exprimi nequit viſio beatifica, in qua arctiſſima eſt vnio realis potentiæ viſiuæ beatorum cum diuina, quam intuentur, eſſentia: quod & in ſenſu guſtus animaduertimus, in quo id, quod comeditur, & guſtatur, reali vnione cum ipſo vnitur guſtu, nec alia indiget ſpecie, vnde benè Pſalmographus, *d Guſtate*, ait, *& videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*.

Auerroes & Auerroiſtæ.

Beatitudo ob vnionẽ, quã exhibet cũ Deo, exprimitur per ſenſum guſtus.

d Pſ. 33. 9.

Octauò demum, & vltimò, per ſenſum viſionis haudquaquam confertur ſanitas: quod enim videtur, haud medicina eſt morbis: quinimo multæ potius per viſionem ipſam contrahuntur ægritudines, plerumque etiam & mortes, & dolores, intima animi configentes, certum eſt autem per viſionem beatificam tolli omne malum, dolorem omnem, omnemque & mortem, iuxta illud, *e Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt*.

Beatitudo quia excludit oẽ malũ, exprimitur per ſenſũ guſtus.

e Apoc. 21. 4.

Quis verò non videat, quàm apte hæc deſignẽtur per metaphoram comeſtionis, ac potus, cum conſtet, ea, quæ præſtantiora ſunt pharmaca, quæve efficacius morbis medentur, dolores abigunt, & à morte præſeruant, manducari, atque potari?

Ad hæc ergo omnia, quæ vnica viſione beatifica obtinentur, excitat cœleſtis ſponſus beatos, dicens; *Comedite amici, & bibite*, tantumdem enim eſt, ac ſi dicat.

PARAPHRAS.

Me apprehendite, penetrate, abſque medio mihi vniamini reali vnione, capacitati vniuſcuiuſq. commenſuratum poſſideatis: malum omne per mei fruitionem abdicate, cumulum gaudij, omniſque uoluptatis ex me ſumite, & uitam ex me habete æternam, quotquot mihi amici eſtis.

Addit autem admodum rationabiliter: *Et inebriamini chariſſimi*, ad exprimendam largiſſimam prædictorum omnium, & præcipuæ delectationis, gaudij, & voluptatis copiã, quam illis in tanta exhibet fruitione: quam & Dauid hac ipſa inebriationis metaphora expreſſit, dicens, *f Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos*.

Gaudiũ patriæ dicitur ebrietas propter copiã, et cumulum.

f Pſ. 35. 9.

Vnde haud mirum, ſi idem ipſe in hac vna fruitione, in hoc uno conuiuio ſatiandum ſe confidens, reliqua uniuerſa contemnens, alibi ad ebrietatem iſtam anhelans, dicat, *g Satiabor, cũ apparuerit gloria tua*. An non uidemus & in ſenſibili quoque conuiuio, quod regia magnificentia paratum ſit, conuiuas plerumque ſatiari ex uiſione ſolummodò ingentis copiæ dapum? quanto magis ſatiabitur anima beata, cum in cœleſti conuiuio Deum uidebit, uidenſque comedet, bibet, & inebriabitur, epularum omnium copiam ante oculos habens in uno Deo, *h* qui eſt omnia in omnibus?

g Pſal. 16. 15.

h 1. Cor. 15. 28.

Quod & per aliã ſignificatur lectionem illam, qua uerti hæc poſſe, notaui, *& inebriamini amoribus*, idest rebus uniuerſis, quæ amorem conciliare queunt, quæ gratæ ſunt, iucundæ, ac deſiderabiles: Quamquam per eamdem lectionem deſignetur & perfectiſſimæ charitatis ebrietas, in qua, ſecundum aliquos Theologorum, ſita eſt patriæ felicitas.

VLTIM. SENSVS.

Denique proſequentes præcedentium uerborum ſenſum, ultimò loco allatum in tertia eorum expoſit. Dicendum, Chriſtum Ieſum, propoſita dulcedine meditationis paſſionis ſuæ, inuitare modo ad eam quotquot amicitia ſibi iunctos nouit, iuſtos uniuerſos, iuxta illud Pſalmi: *Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Comedite*, inquit, *& bibite, fauum* ſcilicet, *cum melle meo, & vinum cum lacte meo*; prout ſupra explicatum eſt in fine dictæ tertiæ expoſit. Chariſſimis autem, ijs nempe, qui præ ceteris deuoti arctioris uinculis charitatis ſibi connexi ſint, maiori cum emphaſi ait: *Et inebriamini chariſſimi*, quod tantumdem eſt, ac ſi diceret.

Iuſti inuitãtur ad cõuiuium meditationis paſſionis Chriſti.

Pſal. 67. 4.

PARAPHRASIS.

Incipite in iſto meditationis conuiuio perfrui lætitia, delectatione, ac voluptate, qua perfruuntur beati in patria cœleſti, qui inebriantur ab vbertate domus illius.

Ex Verſ. I. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

INuitauit Rex Dauid etiam cœleſtes ſpiritus ad læta feſta celebranda, ad lætitiam, & gaudium, quando præuidit, Chriſtum per Incarnationem aduenisse in hortum ſuum, dicens, *i Lætentur cœli, & exultet terra*, uariiſque metaphoris communem hanc expreſſit lætitiam, ſubijciens, *Moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu, ſimul & montes exultabunt a conſpectu Domini; quoniam venit*. Inuitauit eoſdem una cum reliquis creaturis uniuerſis & Iſaias, dicens; *k Laudate cœli, quoniam miſericordiam fecit Dominus, iubilate extrema terræ, reſonate montes laudationem, ſaltus, & omne li-*

II. SENSVS.

Angeli excitãtur ad cõe gaudiũ de incarnatione Verbi & die natiuitatis Chriſti.

i Pſ. 95. 11.

k Iſa. 44. 23.

DE B. MARIA

ne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur. Ad hoc ipsum commune gaudium, ad hoc festum inuitat modò illosmet Spiritus idem ipse, qui venit sponsus: Et cum in præcedentibus lætitiã, qua ipse tunc temporis perfusus est, expressisset sub metaphora conuiuij, quod est symbolum summæ voluptatis, & ingentis gaudij, sub eadem metaphora nunc eos inuitat, & excitat, dicens: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.*

A

Quia enim in aduentu suo vniuersis gentibus, quæ sub potestate diaboli, & mortis fuerant, exhibendum ab eo conuiuium prædixerat Isaias, his verbis, *a Et faciet Dominus exercituum in monte hoc omnibus populis conuiuium pinguium, conuiuiũ vindemiæ pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ; Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est, super omnes nationes; Præcipitabit mortem in sempiternum, &c. Et dicet in die illo; Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos, iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in salutari eius;* Ne quis existimaret, id tunc contigisse, *b* quod contigit in conuiuio, ac festo reditus filij Prodigi, in quo filius Senior, qui nusquam mandata patris præterierat, inuidia tabescens, indignatus ad conuiuium ingredi noluit, Vnde necesse fuit, vt pater ad eum egrederetur, ac diceret; *Epulari, ac gaudere oportet, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.* Excitat modò sponsus ad prædictum conuiuium etiam cęlestes spiritus vt conuiuas, nihil enim æmulationis est in Angelicis ijs spiritibus, qui hominibus libenter congaudent, & in aduentu sponsi, Saluatoris, ac Redemptoris hominum & ipsi participes sunt lætitiæ, atque festi, cum salus hominum fuerit reparatio sedium eorum, atq; adeo in ipsa nocte natiuitatis Christi, vt cõmune illud exprimerent gaudium, *cum Angelo* euangelizante *c* gaudium omni populo, *facta est multitudo cœlestis exercitus, laudantium Deum, & dicentium; Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis.* Dicens ergo illis; *Comedite amici*, &c. tantumdem est, ac si Christus Iesus in B. Virginem alloquatur.

a Isai. 25. 6

B

b Luc. 15. 25.

C

c Luc. 2. 13.

D

Quando *veni in hortum* vteri tui Virgo benedicta, quando *messui myrrham meam cum aromatibus meis*, sanctam, mortalem tamen ex te sumens carnem, exultans lætissimum diem festum egi, cęlestesque spiritus amicos, & charissimos meos ad idem excitaui gaudium, dixique, vt agerent diem lætitiæ, & gaudii communis vniuersæ terræ essẽt participes, gaudentes gaudio magno valde, hoc quippe denotat verbum, *inebriamini*. Et hæc, si sequamur secundum sensum, allatum in quarta exposit. præcedentium verborum.

I. ET III. SENSVS.

Prosequendo verò vel eum sensum, quem primo loco ibidem attuli, vel eum, quem attuli tertio loco: Per amicos Christi accipere possumus viros, animasque bonas, & deuotas, per carissimos verò eiusdem eos deuotorum, quibus ille maiora exhibet charitatis indicia, maiores gratias, suauiores gustus, & feruentiorem spiritum.

E

Deuoti qui que inuitãtur à Christo ad studiũ meditationis, vel vitę ipsius, vel vitę, et sanctitatis Mariæ.

Ad duplex autem conuiuium amici isti inuitantur à sponso; Vel ad meditationem mysteriorum Incarnationis, vitæque, ac mortis suæ, quorum meminerat in superioribus, iuxta primum sensum allegatum; Vel ad meditationem, & imitationem sanctitatis Beatæ Virginis, in qua meditatione quasi in conuiuio ea proposita sint fercula, quæ Christus ipse comedisse se dixit in præcedentibus verbis, iuxta sensum tertium citatũ, nempe eius Virginis gratiam, fabricam virtutum, feruentissimum charitatis vinum, & lacteam puritatem.

DE B. MARIA

Non est opus, vt hic detinear in explicandis congruentijs inter conuiuium, ac studium huiuscemodi meditationum. Hoc satis dictum sit pro nunc, per istud studium non minùs, quàm per cõuiuium animam deuotam in spiritu enutriri, ac lætificari. Illud tantum attingendum, charissimis peculiariter dici. *Et inebriamini*, quia haud quibuscunque deuotis id præstatur, vt præ ingenti voluptatis excessu in ecstasim quasi ebrii rapiantur in talibus meditationibus; sed iis duntaxat, quibus Christus tantum præstat feruoris, tantum gratiæ, tantumque dulcedinis, vt præ ingenti eorum copia in intimis præcordiorum, & in mentis stomacho continere ea minime valeant, quin extrinsecus etiam non exhibeant illorum indicia, alienati à semetipsis. Ebrietas quippe carnalis est, cum vini maior copia potatur, quàm stomachus digerere valeat, cumve vini vapores è stomacho in caput ascendunt, mentem ipsam commouẽtes, furorem causantes, hominemque alienantes à semetipso.

Ecstasis qui bus à Deo cõcedatur.

Henricus.

Vnde deuotissimus Henricus Harphius loquẽs de ebrietate spirituali, ad quam inuitat sponsus, lib. 3. Theologiæ mysticæ par. 5. cap. 35. in fine, sic eam describit. Ebrietas spiritualis est quædam vberior affectiui saporis, & internæ voluptatis in corde receptio, quàm ipsum cor potest digerere, aut desiderium exoptare.

Ebrietas spiritualis quid sit.

Cor enim humanum, diuini amoris tripudio, vel diuinæ fruitionis desiderio valenter inflammatum, hiantibus arterijs in se dilatatur, & velut inter angustias pectoris coarctatum, per amoris violentiam extra se potẽter erumpit, & amoris flammam, quam in se sentit, volens, nolensque per indicia exteriora eructando, vel reboando manifestat, ac totum hominem sua violentia commouendo concutit.

d Act. 2. 13

Quo profectò spiritu æstuantes Apostoli, *d* musto videbantur pleni, quod vtique nouas lagunculas disrumpere solet. Et quibusdam interpositis, paulo post: Et hæc, inquit, deliciosior est vita secundum cordis affectionem, quæ potest haberi ab homine, nam quidam eius voluptate intra se liquescunt, ita quòd non remanet vox, neque sensus; quidam etiam tanta replẽtur vbertate, quòd cor eorum, quasi uasculum absque spiraculo, subitam minetur rupturam.

Denique illud quoque hic notandum, quòd, cum deuotis dicitur; *Comedite amici, & bibite*, prædictas scilicet epulas, quibus instructum dixi conuiuium meditationis vitæ Beatæ Virginis, suadetur, vt ea, quæ præclara extitere in Maria, sibi vniant, sicut vniuntur cibi, ac potus cum comedente, atque bibente: sibique, quoad fieri potest, eadem faciant veluti propria, per illorum videlicet imitationem.

Ex Vers. I. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasi Chaldaica. Nunc autem venite Sacerdotes diligentes præcepta mea, comedite, quod relictum est de oblationibus, & delectamini bo-

APPENDIX.

ni bonis, quæ præparata ſunt vobis. A

Diuerſitas, quæ apud veteres Patres reperitur in exponenda præſenti ſententia, ex varia prouenit conuiuij acceptione, atq. ex eo, quòd haud cõueniant in conuiuiis ipſis, qui ad propoſitum inuitantur conuiuium.

Quòd enim ij appellantur, *amici*, atque *chariſſimi*, ſeu, iuxta verſionem Sept. *proximi*, *& fratres*: Aliqui ad ſanctos referunt Angelos. Sic Caſſiodorus, ac Beda, exiſtimantes, iubere illis Dominum, vt congratulentur electis ſuis, quoniam ab hac vita ad æternæ beatitudinis requiem transferũtur, iuxta illud Euangelij, *a Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat*. B

Caſſiod. Beda. *Angeli cõgratulãtur ſanctis morientibus.*

Philo Carpathius amicos, idest Patriarchas, & Prophetas inuitatos inquit, ad comedendum, & bibendum, quia de verbo vitæ, & paſſione Domini, & Spiritus ſancti fluuio comederunt, & biberunt. Apoſtolos verò fratres, atque chariſſimos inuitatos ad ebrietatem, quia torrente Spiritus ſancti cælitus diffuſo adeo inebriati ſunt, vt muſto pleni putarentur, dum magnalia Dei prædicarẽt.

a Luc. 15. 6 *Philo.* *Patres veteris teſtamenti comederunt, & biberunt: Apoſtoli inebriati ſunt Spiritu ſancto.*

Sunt qui tam per amicos, quàm per chariſſimos intelligant Doctores, ac Prædicatores ſanctos. Sic Iuſtus Orgelitanus hunc locum declarat ex eo, quod in Actibus Apoſtolorum Petro dictum legitur, *b Petre, macta, & manduca*, idest mortifica quod ſunt, & quod ipſe es, effice, vt & hic ſenſus ſit: *Amici mei chariſſimi*, ſit vobis lætitia de conuerſione populorum in veſtram transeuntium vnitatem. C

Iuſtus. *b Act. 10. 13.*

Sed clarius Anſelmus eoſdem Prædicatores inuitari ait, & commoneri, vt prædicationi indulgeant, ac delectentur de conuerſione auditorum: comedere, ait, dici de illis, quos oportet conterere, & cum labore acquirere, bibere verò de illis, qui citò acquieſcunt, dici autem eiſdem, *inebriamini*, idest præ nimia delectatione corrigendi illos, quaſi ebrii dimittite omnes curas temporales, & obliuiſcimini totius veſtræ perſecutionis, vt ipſos puros Deo reddatis.

De cõuerſione peccatorũ lętandũ ſanctis prędicatorib. *Anſelmus.*

Communiori tamen ſenſu ad iuſtos quoſque eædem referuntur appellationes. Eſt tamen & inter illos, qui in hoc conueniunt, diſſenſio haud exigua in acceptione conuiuii: Siquidem Gregorius Papa videtur Sacrarum Scripturarum conuiuium ſumpſiſſe: Et ex eo, quòd amici inuitantur ad comedendum, chariſſimi verò ad bibendum in eodem conuiuio colligit diſcrimen inter eoſdem, quod in eo ſitum ait: Quia ii dicuntur amici, qui comedunt, qui Scripturam Sacram audientes, talem ſibi refectionem aſſumunt, vt licet ad perfectionem adhuc non aſſurgant, tamen ſecundum modum ſuum perfecti in diuinis præceptis ſine crimine viuunt: Chariſſimi verò ii dicuntur, qui tanta auiditate diuinam ſcripturam audiunt, vel legunt, vt protinus cunctis terrenis abdicatis operibus, ſola cęleſtia ambiant: Atque hos bene bibentes dici inebriari, cum omnium terrenorũ per deſiderium obliuiſcantur. D E

Prędicatores quõ indulgere debeãt cõuerſioni animarum. *Greg. Papæ.* *Inter amicos, atq. chariſſimos Dei diſcrimẽ dignoſcitur ex fructu, quẽ fideles colligũt ex lectione Sacrarũ Scripturarum.*

Caſſiodorus, quem ſequitur & Beda, inuitatos eoſdem iuſtos cenſet ad congaudendum bonis actibus ſanctorum cum ſtudio imitationis

Caſſiod. Beda.

Porrò ex eo, quòd in ſacris litteris verbum, inebriari, vſurpari ſolet pro ſatiari, & ebrietas pro ſaturitate, hortari, inquit, nos his verbis, vt non ſolùm comedamus, & bibamus, verùm etiam ſaturemur, quia ſunt quidam, qui comedunt, & non ſaturantur, quia delectabiliter diuinam prædicationẽ audiunt, ſed negligenter obliuiſcuntur, nec ad effectũ boni operis, quod audierint, perducũt.

Sãctorũ bonis operib. cõgaudẽdũ cũ imitationis conatu.

Sunt qui aptiſſime hæc referunt ad conuiuium exhibitum in Sacramento Euchariſtiæ. Ita Gregorius Nyſſenus homil. 10. vbi id, quod hic dicitur, *Comedite, & bibite*, arbitratur, idem eſſe cum eo, quod in Euangelio idem ſponſus dixit in inſtitutione tanti Sacramenti, *c Accipite, & comedite*, &c. Quod autem hic additur, *& inebriamini*, tũc quoque re ipſa factum ait, quandoquidem ebrietas ſolet efficere, vt mens excedat, à vino ſuperata, & cauſare exceſſum. Quod hic ſponſus adhortatur, inquit Nyſſenus, hoc tunc quoque factum eſt per diuinum illum cibum, ac potum, & ſemper fit, ſimul conueniente cum cibo, & potu mutatione, & exceſſu a ſuperioribus ad ea, quæ ſunt meliora.

Greg. Nyſſ. *Euchariſtię communio inebriat canſãdo exceſſum ait ad meliora.* *c Matt. 26. 26.*

Cum Nyſſeno, quoad acceptionem conuiuii iſtius pro conuiuio Sacramenti Euchariſtiæ, conueniunt Ambroſius libro de iis, qui initiantur myſteriis cap. 9. in fine, Philo Carpathius, Pſellus, Rupertus Abbas in ſuis comment. vbi fuſius comparat cibum iſtum cum cibo exhibito a ſerpente.

De cõuiuio Euchariſtię. *Ambroſ. Philo Car. Pſellus. Rup. Abb.*

Nec minus congrue de conuiuio contemplationis, ac meditationis hæc ipſa ſumuntur ab aliis. Vnde Catena Trium Patrum ita hæc reddit: vos, qui conuerſi eſtis, & vitia repuliſtis, & ad me virtutem cum pura cognitione colentes, acceſſiſtis, *Comedite, & bibite* obſtupefaciens diuinitatis vinum cum doli experte erga me fide, & ab illis, quę naturalia ſunt, ad ea, quæ naturæ præſtant, tranſferimini fratres, quos ego per gratiam in Spiritu ſancto filios adoptaui Patri meo.

Tres Patres. *Iuſti inuitãtur ad cõuiuiũ contemplationis Dei.*

Clarius Richardus de Sancto Victore conuiuium iſtud accipere videtur ſtudium contemplationis, in quo tot diſtincta ſint fercula, quot diſtinctæ ſunt & meditationes. Vel conuiuium gratiæ, qua Chriſtus amicos vt cibo paſcit, chariſſimos verò plenius reficit, & potat, ac abundantiori gratia etiam inebriat.

Richa. Vic. *Iuſti inuitãtur ad cõuiuiũ meditationis, & gratiæ.*

De ſpirituali hac ebrietate vide Ambroſium ſermone 13. in Pſalmo 118. verſ. 7. vbi, pluribus de ea agens, ait: Bona ebrietas, quæ ad meliora, & iucunda facit quemdam mentis exceſſum, vt immemor ſolicitudinum animus noſter vino iucunditatis hilaretur, &c.

Ambroſ. *Ebrietas ſpiritualis quid.*

Generaliter quidam hæc ſumunt de conuiuio diuinæ dulcedinis. Ita Bernardus lib. de diligendo Deum, paulo ante finem, atque Hugo de Sancto Victore libro 1. Eruditionis Theol. ex miſcellan. titulo 72. Qui diſtinguunt tres ſtatus animarum diligentium Deum, primum exiſtentium in corpore, ante mortem, ſecundum earum, quæ receſſerunt à corpore, poſt mortem, & tertium earum, quæ ſuis corporibus iterum iungentur, poſt reſurrectionem. Primum vocant laborioſum, ſed fructuoſum, & huic vt charo dici inquiũt à Chriſto: *Comedite amici*. Secundum dicunt otioſum, ſed minime faſtidioſum, & huic vt chariori dici: *Et bibite*; Tertium appellant glorioſum, cive vt chariſſimo dici inquiunt: *Et inebriamini*. Vide citatos Auctores, tamen cautè eos legito, continere enim videntur errorem illum, quem aliàs ipſemet Bernardus longius proſecutus eſt, quòd animæ Beatorum anxietatem habeant pro corporibus, & adeo beatitudine minime fruantur conſummatæ viſionis Dei, donec ea reſurgant. Quem errorem damnatum videre eſt tum in Concilio Florentino ſeſſione vltima in decreto vnionis, tum in Tridentino ſeſſ. 25.

Bernard. Hugo Vic. *Ad cõuiuiũ diuinæ dulcedinis diuerſimode inuitantur tres ſtatus animarum diſtincti.* *Serm. 3. & 4. in feſtũ omnium Sanctorum.* *Bernardus*

Sed melius de conuiuio cæleſtis patriæ hæc ab eodem intelliguntur Bernard. ſer. de Aquæductu in Natiuit. B. Virginis circa principium, ex illo Pſalmi

Sancti inuitantur ad cõuiuiũ cæleſtis patriæ

APPENDIX. Psalmi: a *Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei,* & illo Domini in Euangelio Lucæ; b *Ego dispono vobis Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo.* Quem sensum multò ante Bernardum tetigit Ambrosius, dum in lib. de Cain, & Abel cap. 5. hæc habet ad piam animam: An metuis, ne angustior locus, & breuis domus conuiuij te comprimat? c *O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius magnus, & non habet finem, excelsus, & immensus.* Sed ne fortè incomptam domus magnitudinem putes, & diuersoria te columnata delectent: d *Sapientia ædificauit sibi domum, & sculpsit columnas septem:* Ipse etiã Dominus Iesus, e multas mansiones apud Patrẽ suum esse, commemorat. In hac ergo domo epulaberis animæ cibo, potuque mentis, vt postea non esurias, neque sitias vnquam, qui enim manducat, manducat vsque ad satietatem, & qui bibit, vsque ad ebrietatem bibit, sed hæc ebrietas pudicitiæ custos est.

a Ps. 67.4. b Luc. 22. 28. Ambros. c Baruch 3. 24. d Prou. 9.1 e Ioã. 14.2

ACTVS QVARTVS.

Vers. II. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

DIssentiunt Interpretes, tripliciterq; dissentiunt in explicanda sententia ista, in connexione, in persona ea assignanda, quæ hic loquitur, quin & in sensu quoque verborum. Ambrosius libro 3. de Virginibus, qui noua lectione legit; *Ego dormiui, & cor meum vigilat;* Gregorius Papa, Philo Carpathius, Aponius & alij Latinorum, sponsum arbitrati sunt hic loqui: Communior tamen sententia expositorum, quam plerique etiã prædictorum doctorum complectuntur, atque adeo, & probabilior, & verior, haud sponso, sed sponsæ hæc tribuit. Ita Gregorius Nyssenus, Catena trium Patrum, Theodoritus, Psellus, Cassiodorus, Beda, aliique ferè omnes.

Ambros. Greg. Pap. Philo. Aponius. Greg. Nys. Tres Patres. Theod. Psellus. Cassiod. Beda.

Plerique cum Gregorio Nysseno, vnà cum præcedentibus connexa hæc existimant, vt spõsa post comestionem, largamque potationem, qua & bibit, & inebriata est in lautissimo sponsi conuiuio, indicet, id sibi contigisse, quod plerumque solet euenire post epulas, somno se oppressam sensisse, eo tamen pacto, vt dormiens, expers minime esset vigiliæ. Probabilior tamen eorum videtur exponendi ratio, qui nullum de connexione cum præcedentibus hic habent verbum, nouus enim actus hic incipit, noua narratio, nil ad superiorem pertinens.

Porrò quoad sensum verborum quidem istorũ (*Ego dormio*) nulla dissensio est inter expositores; At vero dissensio magna est inter eosdem quoad sensum aliorum verborum istorum (*& cor meum vigilat.*) Complures enim sunt, qui cordis nomen metaphoricè positum existiment, vel pro sponsa, vt Gregorius Papa, secundum quem sponsus sic loquitur: Dum *ego dormio*, sponsa, quæ *cor meum est, vigilat;* Vel pro sponso, vt Rabbi Salomon, secundum quem sponsa dicit; *Ego dormio*, ac, me dormiente, dilectus meus, qui est *cor meũ vigilat*, in mei scilicet curam, vt me tueatur, beneficiisque cumulet.

Greg. Pap. R. Salom.

A Communiori nihilominus, eoque veriori sensu haud hoc pacto metaphoricè pro blanda appellatione, sed pro ipsomet corde sponsæ id nomen vsurpatum accipitur, seu pro imaginatiua eiusdẽ sponsæ, quæ cordis vocabulo insignitur, quia earum rerum phantasias repræsentet in somnio, quę in corde ipso extiterint; Vnde benè Plutarchus in libro de Profectu morum asserit, ingens argumentum esse virtutis, nihil lubrichum, & lasciuum somniare, nec quidquam flagitiosum, etiam per somnum sentire, quia nimirum exinde arguitur, in corde somniantis nil extitisse, aut esse, quod ad virtutem non spectet, nil lubricum, nil flagitiosum in istiusmodi cor irrepsisse, cuius phantasiæ exoriantur in somnijs, atque adeo & Aristoteles B congruenti pariter sententia in lib. 1. Ethicor. cap. 13. modestorum, quàm aliorum meliora, inquit, fieri visa. Nemo verò est, qui nesciat, quàm crebra amantium sint insomnia ea de re, quam amant, cordique defixam habent. Quotusquisque enim est Poetarum, qui hac de re non agat? videatur Macrobius in somnium Scipionis cap. 3. Quod ergo tam frequenter à profanis exponitur Poetis, idipsum & à Salomone in hoc repræsentatur amatorio dramate; Vnde in principio huius quarti actus proponitur sponsa referens ea, quæ in somnio sibi contigere circa dilectum suum, è qua narratione ingentem, qua intus flagrabat in eum, quò somniabat, patefacit charitatis flammam. Egregie autem C ob hisce exorditur verbis; *Ego dormio, & cor meũ vigilat*, vt antequam somnium ipsum enarrare aggrediatur, persuasos & adstantes reddat, & auditores, somnium se narraturam, & admodum congruenter somniandi actum per vigiliam exprimit cordis, cor quippe exæstuans charitate, etiam dormitante corpore, singulisve dormitantibus membris, somnia causans vigilat, iuxta vulgatam sententiam illam. Somnia vigiliæ sunt dormientiũ, spes autem somnia sunt vigilantium, quam Platoni adscribit Aelianus lib. 13. de varia historia cap. de Spe, tametsi Diogenes Laertius Aristoteli eamdem tribuat, lib. 5. cap. 1.

LITTERA. Imaginatiua dictatur. Plutarchus tom. 1. Somnia bonorum qualia. Arist. Macrobius. Plato. Aelianus. Aristotel. Diogenes.

Facili itaque, ac germano sensu, in principio noui D actus repræsentatur hic sponsa, iamdudum è somno consurgens, & quæ adhuc planè non sit experrecta, sieve obdormiscens quodammodo in scenam progrediens, quod per somnium sibi contigerit circa dilectum suum, enarret hisce propemodum verbis.

I. SENSVS.

Tametsi dormiam, corde tamen vigilo. somnians, tum, quæ somniauerit, subdat; *Vox dilecti mei pulsantis*, &c.

PARAPHRASIS.

In Hebræo pro, *dormio, & vigilat*, sunt participia præsentia, *dormiens, & vigilans*, sic enim habetur; *Ego dormiens, & cor meum vigilans*, seu, *vigil*, atque cum nullum sit verbum, fui, eram, aut sum, admodum congruenter sic ab aliquibus hæc acci E piuntur; *Ego* aliquando dormiebam, *& cor meum* vigilabat; Vt spõsa ipsa somniũ quidem enarret, at haud præsentaneum, verum, quod alias sibi contigit aliquando.

II. SENSVS. PARAPHRAS.

Vers. II. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

SI dormit tunc quispiam, cũ ob crassorum vaporum impedimentum neque sensibus sentire potest,

DE ECCLESIA.

phſe, atq. membris moueri ad operationes: haud difficile eſt percipere, q̃uo de ſemetipſa .i. de corpore ſuo Eccleſia dicat: *Ego dormio*, ſiue id accipiatur, vt ſonat pro tpe præſenti, ſiue pro tpe præterito imperfecto. Siquidem dno ſimul enarrat, duplicemq. ſui ſtatũ proponit, alterum iam tranſactũ in antiquo populo, alterũ præſentem in populo Chriſti. De tranſacto ait: *Ego dormiebã, & cor meũ vigilabat*. Enimuero antiquus ille Iudęorum populus, adeo terrenis, atq. carnalibus erat addictus, vt maiori ex parte terrenarũ rerũ ſolicitudinib. præpeditus, nec diuina perciperet ſenſu, nec cœleſtia operaretur iuſtitiæ opera, ſicq. in Iudeis vt in proprijs mẽbris dormiebat Eccleſia, craſſioribus quodãmodo obligata vaporibus. Ideoq. quaſi de dormiente conqueritur Deus per Iſaiã, a dicens: *Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe Domini ſui; Iſrael aũt me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Si proponas obiecta dormienti, audire quidẽ vr, & cernere, ita vt audientem eũ, propemodum dicas, atq. videntem, nec audit tamen, nec videt. Sic de antiquo illo populo pronuntiatũ legimus apud eundẽ Prophetã: b *Audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionẽ, et nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude; ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat*, i. prædica, & oſtẽde, eos fore inſtar dormientiũ, qui audiant, & videant quidem, quaſi tñ excæcati, & denſis terrenarum rerum vaporibus aggrauati, nec videant verè, nec intelligant, nec cognoſcant. c *Opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis*, ait idemet Iſaias. De præpeditis hiſce dormientis Eccleſiæ mẽbris id pariter intelligitur Dauid: d *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſq. ad vnum*: Tamq enim dormientia membra declinauerunt ſuper ſtratũ legis, terrena terrenis permittentes, ſimulq. inutilia ad opera iuſtitiæ reddita ſunt; *Quia ex operib. legis non iuſtificatur oĩs caro*, prout conteſtatus eſt Apoſtolus, & in ea, quæ eſt ad Romanos, e & in ea, quæ ad Galatas. f

Porrò dormiente hoc pacto Eccleſia in membris ſuis, in ijs tñ, qui in eodẽ populo cordis vicẽ gerebant, inſtar cordis vitã fidei, & grę obtinentes, atq. et corpori vniuerſo cõicantes, eodẽm tpe eadẽ vigilabat; idq. nedũ, quia operantib. illis p fidẽ operabatur, & ipſa ea, q̃ verè eſſent iuſtitiæ opera, verum et quia ſomniabat in iiſdẽ futura prouidentib. iuxta illud Ioelis: g *Prophetabunt filii veſtri, & filia veſtra, ſenes veſtri ſomnia ſõniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt*; Tametſi Apoſtolus Petrus id dictũ accipiat de fidelib. Chriſti, ſup quos ■ die Pẽtecoſtes effuſus ẽ Spũs ſãctus.

Præclare aũt prophetia iſtiuſmodi, qua Eccleſia in Prophetis præuidebat, ac prænunciabat Chriſti aduentũ, & vitã, ſomnij allegoria, & metaphora vigiliç cordis exprimitur, ſiquidem ſicut dormiens eorũ imagines pleruma. repræſentatas hẽt in ſomnio, & ea ſibi vr audire, & intueri, quę infixa hẽt i penetralib. cordis. Ita & pphetia illa oĩs ſiue q̃ per oracula exhibebatur, ſiue q̃ per ſenſibiles formas externis repræſentabatur ſenſib. ſiue quæ ordinabatur per formas imaginarias, ad Chriſtũ quoquo mõ ſpectabat, quẽ Prophetæ vniuerſi pro fine, & pro ſcopo habuerũt, quẽ vnũ à longè proſpiciebant, mundo ſalutem afferentẽ, iuxta illud Petri: h *De qua ſalute exquiſierũt, atq. ſcrutati ſũt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerũt, ſcrutantes in quã, vel quale tẽpus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prænuntiãs eas,*

Margin notes (left): a Iſa. 1. 3. — II. SENSVS. *Eccleſia dormiebat in Iudæis ſ(?) pedita ad cognoſcendũ, & operandũ diuina.* — b Iſa. 6. 9. — c Iſa. 5. 12. — d Pſ. 52. 4. — e Ro. 3. 20. — f Ga. 2. 16. — *Eccleſia uigilabat i ꝑphetis, & ſanctis viris populi Iudaici.* — g Ioel. 2. 28. Act. 2. 17. — *Prophetia eius exprimitur allegoria ſomnij, & vigilia.* — h 1. Pet. 1. 10.

A *quæ in Chriſto ſunt, paſſiones, & poſteriores glorias.* Breuis ergo iſtorum Eccleſiæ verborum, quibus exprimit præſtinum ſuum, & antiqui populi ſtatum, hic eſt.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS.

Ego in corpore meo iã dormiebã, nec operãs, nec intelligens, quæ erant ſpiritus, terrenarũ rerũ grauedine præpedita in multitudine populi Iudaici, in iuſtis tñ, atq. in Sanctis eiuſdẽ populi, ꝑphetis, inſtar cordis, vitam gratiæ obtinentibus, vigilabã, operans, per Chriſti gratiam opera vitæ, præuidenſq. & intellectu percipiens, quæ ad Chriſti dilecti mei ſpectabant diſpenſationem.

B Explicat per iſtamet verba (*Ego dormio, & cor meũ vigilat*) eadem Eccleſia & præſentẽ pariter ſtatũ ſuũ. Ecquis .n. eſt, qui neſciat, q̃ ingens in militanti Eccleſia nunc ſit multitudo hæreticorum, falſorũ Chriſtianorũ, & peccatorum, prænuntiãte Dño ſciam illam: i *Multi ſunt vocati; pauci vero electi.* In his modo ſe fatetur dormire, terrenarum rerũ vaporibus mundanæq. ſapientiæ faſtu, & à cognitione veræ fidei, & ab operatione veræ iuſtitiæ præpedita. In paucis nihilominus electis illis, q cordis in ipſa obtinẽt locũ, in quib. viuit & Chriſtus, vigilare ſe ait, quatenus ij, diuina adiuuante gratia, & ſancta operatione ſunt ſeduli, & ſubtili affectuoſaque contemplatione ſunt perſpicaces. In his Chriſtum ſomniat, Chriſtum iugiter mente verſat, cum Chriſto conuerſatur, Chriſto & ſumma animorum contentione inſeruit in ſanctis, & perfectis operationibus.

C

Margin notes (right): I. SENSVS. *Eccleſia Catholica dormit in hæreticis, & in peccatorib. vigilat aũt in iuſtis.* — i Matt. 22. 14.

Verſ. II. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.

SOmno comparatam contemplationem, vigiliæ verò actionẽ, ſatis ſuperq. oſtenſum eſt ſupra in c. 2. expoſit. tertia illorũ verborũ ver. 7. k *Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ per capreas, ceruoſq. camporũ, ne ſuſcitetis, neq. euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.* Verumtamẽ ex hoc loco colligitur, eius animæ, quæ ſponſa Chriſti ſit, contemplationem haud ſimpliciter ſomnum eſſe, ſed ſomnũ cum vigilia, & cum vigilia potiſſimũ cordis.

D Quomodo ergo ſomnus cum huiuſcemodi vigilia cordis ea ſit, reliquum eſt, hic explicemus. Et qua rõne pia quæq. anima, dum vacat cõtẽplationi, & dormiat, & vigilet corde. Sanè nemo eſt qui ſenſibili ſomno dormiat, & ſit abſque vigilia cordis: At plures reperire eſt, qui dormiunt ſõno ſpirituali, nec tñ vigilant corde. Vigilant corde, qui dormiunt ſomno corporeo: ac per hoc, quod cor eorum vigilat, tametſi mortuos ſe præ ſe ferant, cum ſomnus ſit mortis ſimilitudo, viuentes nihilominus eſſe comprobantur. Neque verò per iſtud duntaxat in corporeo ſomno dormientis cor vigilat, quod iugi moueatur motu, quem ex pulſu diſcernimus, & ex reſpiratione, at per id i-

E ſuper & quam maxime, q cum cor ſit quodãmodo fons caloris naturalis, in quo vita ſita eſt aialis cuiuſq;, dormiente aiali, mẽbriſve, ac ſenſib. illius quieſcentibus ipſum tunc maxime vigilet, conferens calorẽ vniuerſum ad faciendã alimẽti concoctionem in ſtomacho. Complures ſunt, qui ſpiritali quidem dormiunt ſomno, contẽplationis ſtudio addicti, attamẽ ipſorum omnium cor nequaquã eſt vigilans, tum quia motu haud mouentur iugi, ſicut mouetur cor, cœleſtem ſpiritum minime attrahentes, auramve ſanctorũ affectuum ex intimis præcordiorum ſuorum mini-

Margin notes (right): k Cã. 2. 7. *Contemplatio quo ſit ſomnus cũ vigilia cordis, & aliquãdo ſomnus abſque tali vigilia.*

APPENDIX. me emittentes: tum quia nec calore prædici sunt A charitatis, in quo vniuersa est sita vita spiritualis, atque adeo nec fructuose diuinarum rerum considerationes concoquere satagunt. Anima sponsa Christi ita contemplationi indulget, vt iure optimo dicere possit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Dum enim contemplatur, & feruentes ex intimis emittit preces, & è supernis attrahit spiritū, studetq; charitatis feruore diuinas concoquere considerationes, diuinaq. verba, quibus tota nutriatur.

Sed & ob id in primis dormit, & cor eius vigilat: quia iuxta Prophetæ consilium illud, quo dicitur: a *Vacate, & videte:* vacat & ipsa, à terrenis quiescens operationib. & à solicitudine vitæ actiuæ: cumq. vnum dilectum suum habeat, in corde illum dormiens videt quasi per somnium, illum in sua versans imagine, illum speculatur & mente, videtq. potissimum, & gustat, *quòd suauis est Dominus*, illius misericordias, illius beneficia, illius suauitatem recogitans, prout in subsequenti totius somnij huius enarratione patefaciet. Quod ergo ait tale est.

a Ps. 45. 11.

PARAPHRASIS. *Ego* contemplationi sic vaco, vt dormiā quidem, ab externis vacans operationibus: at somnus iste meus haud talis est, vt instar mortis graui per illum opprimar sopore; verum vna cum vigilia est; *cor* siquidem *meum vigilat*, dum Deum meū mihi repræsentat, vt videam miserationes, & magna prædulciaque opera eius.

Sic *dormio* vt *cor meum* vigilet, morti se mouens perpetuo, quo suscipiat à Deo gratias, quoue & Deo referat grates. Sic *dormio*, vt *cor meum* charitatis calore exæstuans in id maximè vigilet, vt alimenta concoquat diuinorum verborum, ac diuinarum considerationum.

Vers. II. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

QVmadmodum duobus modis iuxta sonum litteræ accipi hæc posse, ostensū est in prima expositione; Vel pro tpe præsenti, vt sonant; Vel pro imperfecto, *Ego dormiebam*, &c. ita duobus pariter modis ad B. Virginem aptare eadem possumus, supposito .n. quod in principio huius D actus quarti ipsa enarret, quō se gesserit, & qua ratione se habuerint ea, quæ ad mysteriū Incarnationis pertinent: si pro tempore præsenti hæc sumātur, hoc sensu accipiēda crediderim, vt B. Maria hic proponatur, cū aliquando exponeret fidelibus, quæ mente reuoluebat, & in cōtēplatione dormiens, quasi p somniū repræsentata videbat, ea nimirū, quæ ad Incarnationem, eiusq. mysterium spectabant: ac si dicere sic exordiatur.

I. SENSVS. *Maria contēplationi īdulgēs mysteria Incarnationis mēte versabat*

PARAPHRASIS. *Dormio*, ab externis actionib. semota, dormireq. mihi lubet somno pdulci cōtēplationis, quo & dormio simul, & vigilo, dum *vigilat cor meū*: ita modo *dormio*, *& cor meum* repræsentat mihi E Christum dilectum meum, quem intra se habet. Sic verba ista exordium quoddam sunt subsequētis narrationis, nihil ad narrationem ipsam pertinens mysterij Incarnationis.

II. SENSVS. *Maria vacāti contēplationi adstitit Angelus nūtiās Christi Incarnationē.*

Secus si sumātur p imperfecto, *Ego dormiebā, & cor meum vigilat*: Nā tunc ex abrupto eadem Virgo seriem ipsam Incarnationis enarrare incipiet verbis hisce, à tēpore videlicet illo, quod immediate Angelicū præcessit nuntium. Enimuero q filia erat Dauid, id sēper defixū habebat in corde, quod Dauidi promissum à Dño fuerat b *De fructu ventris tui ponā super sedē tuā*; quæ vè Virgo erat immaculata & corpore, & mente, cordi impressum iugiter habebat id Isaiæ oraculum: c *Ecce Virgo concipiet, & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emanuel*: quo Messiæ ortus ex Virgine prænuntiabatur. Sed quamuis quocūq. tpe contemplationi indulgeret, ortus iste ex Virgine per cor sibi repræsentaretur, tunc tn̄ potissimum id ei contigit, cum futuræ Incarnationis tempus instaret. Dictum est satis probabiliter & alias quoq, Angelum eius mysterij nuntium illi adstitisse, dum contemplationi sola in cubiculo vacaret, prædictumque Isaiæ vaticinium mente B versaret. Atque hoc illud est, quod modo ait; eq. est enim, ac si dicat.

APPENDIX. b Ps. 131. 11. c Isa. 7. 14.

PARAPHRAS. *Ego* aliquando quietissimo *dormiebam* somno contemplationis, *& cor meum vigilabat*, dilecti mei ortum mihi repræsentans quasi per somniū. Et ecce tibi illico, vox *dilecti mei pulsantis*, &c.

Vers. II. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Post omnia verba hec peccauerunt populus domus Israel, tradidit eos Dominus in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & adduxit eos in captiuitatē, & erāt C similes in captiuitate viro dormienti, qui non potest expergisci de somno suo. Et vox Spiritus sancti admonebat eos per manus Prophetarum, & excitabat eos de somno cordis eorum.

Gre. Nyss. Quamuis in malā partē dormiendi verbū sumsisse videatur Greg. Nyss. in principio homiliæ 11. cū ex hac sñia colligit, piā quamq. aīam vigilare debere, & eniti, vt per cordis vigiliam illum à se arceat somnum, & dormitationem, per quā ijs, qui in profundo vitæ errore immerguntur, facta, atq. falsa fingitur terrenarum rerū, mundanarumq. dignitatū somnia, iuxta illud Euangelij: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis* &c. &, *Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, & pulsauerit ianuam, inuenerit vigilantes.*

Luc. 12. 35.

Idem tn̄ Nyssenus eadem homilia cum cōi Pa D trum consensu in bonā illud accipit partem. Verum in cōi hac acceptione duplex inter Patres ipsos est huius loci explicandi discrimen, in persona loquente, & in intellectu somni, atq. vigiliæ.

Quidam .n. vt notatum est prima expositione, sponso hæc tribuentes, Christi dormitionem, illius mortem intelligunt, cum qua tn̄ extitit vigilia diuinitatis eius. Ita Psellus apud Theodoritum, ita & Philo, & Hugo de S. Victore Instit. Monast. de bestiis, & alijs rebus lib. 2. c. 1. tametsi Hugo vigilasse dicat illum, cuncta protegendo; Philo verò, vigilasse spoliando inferos.

Xpi moriēs dormiuit, vigilauitq. Psellus. Phil. Car. Hug. Vict. Greg. PP. Aponius.

E Alio tamen modo eadem verba accipiunt Gregorius Papa existimans, Christum dormire, cum quiescit, eodemque tempore vigilare in sanctis suis hic laborantibus: & Aponius arbitrans, eūdem dormire vt absentem corporaliter: vigilare verò vt præsentem præsentia Deitatis.

Christus in gloria dormit, et vigilat in Sanctis suis. *Xpi dormit cum absens est, vigilat cū ē præsēs.*

Singulariter Prælato bono tribuere hæc videtur Ioan. Chrysostomus homil. 10. de pœnit. circa principium, vbi dicit; Quod Salomon, inquit, *Ego dormio, & cor meum vigilat*: idipsum, & nobis contingit: nam somni necessitas palpebras ipsas contrahit: Tyrannis vero

Io. Chrys.

ro

APPENDIX.

rò amo tis vestri oculos nostræ mentis excitat, atque sæpenumero per somnum vobis loqui visus sum: Etenim consueuit anima, qua interdiu cogitat, eadem in somnijs per phantasiam cernere. Et vos carneis oculis minus videntes, oculis charitatis inspicimus, &c.

Prelatus bonus etiã dormiës cogitat de subditis.

Communiori tamen sensu haud sponso, sed sponsæ à Patribus tributa hæc reperiuntur, & diuersi quoq. hi sunt in acceptione dormitionis, atque vigiliæ.

Quidam enim de excessu, seu ecstasi hæc sumunt. Ita Grego. Nyssenus hom. 11. supponens, somnum sponsę consequi ebrietatem, & epulũ, ad quæ inuitata fuerat in versiculo prædedenti. Qua in re Nysseno consentit etiam Ambrosius libro de Isaac, & Anima c. 6. dum ait: Audiens hoc (quod scilicet prædictum est) anima hausit mysteriorum ebrietatem cęlestium, & velut soporata à vino, & quasi in excessu, vel stupore posita dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Videatur Bern. serm. 52. in Cant. peregregie vtpote expertus, de hoc vigili somno pertractans.

Greg. Nyss. *De somno ecstasis. Ecstasis sequitur ebrietatem spiritus.* Amb. Bernard.

Communius tñ referri solent, quæ hic dicuntur, ad studium contẽplationis, sed & hoc quoq. diuersimode. Nam Greg. Nyss. Cum somnus, inquit, similitudo sit mortis, dormire tunc inquit piam aiam, cũ instar mortuę se hẽt erga sensibilia in sensibus, & in affectibus: tuncq. in illa vigilare cor, cum contẽplationi indulget verorum bonorum, in qua per diuinam vigiliam Dei suscipit apparitionem. Eodemq. sensu Amb. libro exhortat. ad Virgines circa mediutẽ; Dormiat, inquit, caro tua, vigilet fides, dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia; membra tua redoleant crucẽ Christi, & sepulturæ odorem; vt nihil ijs somnus caloris infundat, nullos excitet motus. Hisce consentiunt, quæ dicuntur à Rich. Idem tñ Ambr. in Epist. 60. quæ est ad Anysium, dormitionis vocabulo iustorum accipit tranquillitatẽ animi, in qua cor maxime vigilat. Sic n. ait: Est Sanctorũ ẽt somnus operarius, sm̃ qđ scriptũ est: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* & sm̃ quod *a* Iacobus Sanctus diuina dormiens videbat mysteria, quæ vigilans non viderat, de cęlo ad terras aetem peruium sanctis, respicientem Dñm, & pollicentem terræ eius possessionem. Itaq. breui somno dormiens impetrauit, quod magno labore postea acquisiuit. Hereditas eius est somnus Sanctorum feriatus ab omnibus corporis voluptatibus, ab oĩ perturbatione animi, tranquillitatẽ menti inuehens, placiditatem animæ, tanq̃ soluta nexu corporis se abdueret, & Christo adhæreat. Hic somnus vita Sanctorũ. Prosequitur hũc ipsum sensum Greg. Papa homil. 14. in Ezech. & lib. 23. Moral. c. 12. clarius ve August. tract. 57. in Ioan. his verbis: In eis, qui libenter, & humiliter audire nouerunt, & vitam quietam in studijs dulcibus, & salubribus agunt, Catholica deliciatur Ecclesia, & dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat,* idest, ita quiesco, vt audiam; otium meum non impenditur nutriendæ desidiæ, sed percipiendæ sapientiæ: Vaco, & video, quoniam tu es Dominus, quia *sapientiam scribo in tempore otii, & qui minoratur actu, ipse percipiet eam.* Ego requiesco à negotiosis actibus, & animus meus diuinis se intendit affectibus.

Greg. Nyss. Ambros. *Sancti quã dormiũt, et vigilent, in tota vita.* Rich. Vic. Ambros. *In trãquillitate animi dormiũt Sãcti et cor eorum vigilat.* a Gen. 28. 12. Greg. PP. August. *Studijs vacans diuinę sapientię, dormit, & vigilat cor de.* Eccl. 38. 25

Cassiodorus vox (inquit) Ecclesiæ, *Ego dormio,* quia aliquantulum pace largiẽte sponso meo, requiesco, nec tales patior pressuras, quales primitiua Ecclesia, & ideo *cor meum vigilat,* quia securius concessa mihi pace amori sponsi mei inhæreo, & ad illum oculos cordis mei intendo. Consentit Cassiodoro, Beda, & Anselmus.

Cassiod. *Dormit Ecclesia, cũ libera est à pressuris, tuncq. vigilat indulgens contẽplationi.*

Cyprianus lib. de Orat. Dominica ante finem, per cordis vigiliam sumit instãtiam, & attentionem in oratione, de anima quippe orante sine attentione ait: Hoc est vigilare oculis, & corde dormire, cũ debeat Christianus, & cum dormit, oculis corde vigilare, sicut scriptum est ex persona Ecclesiæ loquentis in Cantico Canticorum: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Quapropter solicite, & caute admonet Apostolus dicens: *b Instate orationi, vigilantes in ea.*

Cyprian. *Orandũ vigilanter & attente.* b Coloss. 4. 2.

Theod. Quamuis, inquit, à natura cogar oculos claudere, & somnũ capere, mente tñ vigilo, & ignauiæ somnũ minime suscipio, cũ sponsi aduẽtum expectẽ, iuxta consilium Dñi dicentis, *c Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus venturus sit.*

Theod. *Vigilandũ in expectatione spõsi, arcendusq. somnus.* c Matt. 24. 42.

Trium Patrum Catena parum ab his differẽs, Dormio quidem, inquit, dicere piam animam, ad ea, quæ in hac vita iucunda videntur; cum sensus mei quasi per contemptum ipsorum sopiti sint: vigilat autem mens mea, ne sponsus meus veniens inueniat eam dormientem.

Tres Part. *Dormiẽdũ tẽporalib. & vigilandum expectatione Christi.*

Iustus Orgelitanus. Propter Christum, inquit, mori paratus sum, sed post mortem cum ipso regnaturũ me credo. Ego ẽt à tẽporalib. delectationibus, cõsopitis quodammodo sensib. conquiesco, sed futura desidero, æternaque conquiro.

Iust. Org.

Denique Rupertus Abbas, & est sensus comunibr, ad B. Virginem ita hæc aptat, vt quod dicit: *Ego dormio,* idem ipsum significet, ac id, quod ei tribuit Ecclesia: *d In omnibus requiem quæsiui* idest optimam partem elegi, relictis cunctis sollicitudinibus, & curis sęculi.

Rup. Abb. *Dormit pia aia parata mori propter Christũ, vigilat spe regni cęlestis.* d Ec. 24. 9.

Per id verò, quod subijcit; *Et cor meum vigilat,* duplicem significat vigiliarum speciem, in quib. ipsa præ ceteris excelluit: Alteram, qua in cælestibus per contemplationem corde vigilauit: Alteram, qua etiam dormiens secundum corpus, sęque ac Iacob secundum animam, per somnium cęlestia sæpius vidit.

Ex Vers. II. Vox dilecti mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

EN narrationẽ somnii siue eorum, quę per somniũ sibi contigere, incipiẽs sponsa, ait, audire sibi visum dilectum suum, domum ipsam suam appulsum, voce proclamantẽ, ac nõ tã manu fores ostii, q̃ voce ipsa intima pectoris sui pulsantem. Explicat, & quibus vocibus is pectus suum pulsarit, subiiciens: *Aperi mihi soror mea, amica mea,* &c. indicãs, tot pulsasse ictibus, quot protulit blandas appellationes.

Facillimus igitur est eorũ, q̃ hic dicũtur, sẽsus historicus; Aeq. est. n. ac si sponsa sic loqueretur. *Ego dormio, & cor meum,* somniante me *vigilat:* siquidem me dormiente, *Vox* ad me facta est *dilecti mei pulsantis* fores ædium meatũm, hisce clamans sermonibus: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.*

I. SENSVS. PARAPHRASIS.

Seu iuxta aliũ sẽsum: *Ego* aliqñ in meis *dormiebam* ædibus, *& cor meum vigilabat.* Audire siquidem videbar dilectum meum pulsantem fores, agnoscebam vocem illius, ingressum talibus efflagitantem verbis: *Aperi mihi soror mea* &c.

II. SENSVS.

DE ECCLESIA. Multa quidē dicenda forent circa blādas istas, quib. spōsus hic vtitur, voces, in alias de ijs actū esset: vsurpauit etenim alias earum singulas idē met sponsus, Cōpellauit sæpius dilectam ipsam suam in capite quarto: Amicam sæpissime, & proximam, iuxta lectionem Hebræorum, & Septuag. in c. primo, secundo, quarto, &c. Columbam suam dixit in cap. secundo, & sexto.

Immaculatam deniq. prædicauit in ca. 4. cum dixit: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. Ponderandum nihilominus insigne est sponsi artificiū in verbis hisce. Vt. n. efficacius dilectā suā deliniret, haud satis ei fuit, semel ponere pronomen, & dicere: *Aperi mihi soror, amica*, &c. sed toties illud iterauit, quoties nouas addidit voces: Sic. n. dixit *Aperi mihi soror, mea amica mea*, &c. sic & in subsequentibus: *Quia caput meum & cincinni mei*.

Circa lectionum varietatem nihil est, quod hic notemus: Licèt enim Septuag. sic legant: *Vox fraterni mei pulsantis ostium; Aperi mihi, proxima mea, soror mea, columba mea, immaculata mea*; nihil est, quod momenti sit, & de quo alias non sit tractatum.

Ex Vers. II. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi Soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSUS. a 4. Reg. 17. 13. *Antiquum Iudæorū populū ad rectū tramitē frequentissime Deus reuocare conatus.*

QVod in libris Regū dicitur, sæpiusq. repetitum reperire est in libris Prophetarū his verbis: *a Testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda per manū omniū Prophetarum, & Videntium, dicens: Reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & cæremonias iuxta omnē legē, quā præcepi Patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu seruorū meorū Prophetarū. Qui nō audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrū suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo*. Hoc in præsenti enarratione sponsæ sub egregijs metaphoris sapiens proponit Salomon: enarrans quippe Ecclesia pristinum statū suum illū, quavè ratione suæ se res hebuerint in antiquo populo, quem Dñs in peculiū sibi elegerat, postq. in præcedentib. verbis significauit, se vigilasse tunc in exiguis duntaxat seruis Dei, & in paucis Prophetis, qui cordis locū in se obtinebant dormitante toto reliquo corpore suo, totoq. carnali populo illo, illicebris, & solicitudinib. terrenarū rerū grauato, & quasi somno oppresso, ita vt nec intellectu, nec affectu operaretur, qđ rectū esset. Nunc subdit, quomodo in iustis illis, atque in Prophetis tunc vigilaret, quidve sibi cōtigerit quasi per somnium in tali vigilia.

Tria aūt enumerat. Primū, pulsasse dilectum suū ostia sua: Tum, vocem eiusdē dilecti sui sibi exhibitam, optime notam, & Tertio, quid peculiariter per vocem illam significatum sibi sit.

Porro, q̄ ad Ecclesiam et ante Christi Incarnationē sæpius aduētarit Deus, haud vllus est ambigendi locus, cū frequētissime in sacris litteris legamus, apparuisse Dñm vel toti populo, vel aliquib. aut alicui particulari sanctorū. Pulsasse verò tunc censendus est ostia, cū miracula magna, insigniaq. prodigia exhibuit eiusdē populi sensibus instar ostiorum se habentib. ad aias. Ac bene vna cū pulsatione istiusmodi agnouit Ecclesia in sanctis quibuscunq. & vocē eiusdem Dei, ideoq.

A ait: *Vox dilecti mei pulsantis*. Nouit quippe, *b multifariā olim multisq. modis* (vt ait Paulus) locutum esse *Patribus*, & Prophetas ipsos istam Dei vocē in se loquentē, sibiq. desuper exhibitam recolit confessos, sicve proclamantes: *Et factū est verbum Domini ad me*, seu; *Hæc dicit Dominus*. Pulsantē verò ita locutum, inquit, *Aperi mihi*, persistēs in metaphora illius, qui cupiat admitti in domum, extra quā sit, quod alia metaphora expressit Ieremias Propheta, vbi dixit; *c Conuertimini filii reuertentes, dicit Dominus, quia ego vir vester*. Vir itaque, & sponsus cum sit, haud mirum, si & hoc loco Ecclesia dicat blandissimas ab illo prolatas audisse voces, nimirum: *Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea*. — DE ECCLESIA. b Heb. 1. 1. c Ier. 3. 14. *Ecclesia in antiquo Iudæorum populo prærogatiua.*

B Licet. n. blandæ hæ voces præstantissimas significent prærogatiuas Ecclesiæ, quæ desponsata est in sāguine Christi, vt iā iā ostendemus: cōpetūt tñ simul quoq. & Ecclesiæ eidē ante Christi aduentū, qñ in fide Christi desponsata, sponsaliaq. de futuro cū Christo inita in iustis seruauit, & sanctis: pp quæ spōsalia ijs decorata est prærogatiuis, quas enumerat Apostolus in Epistola ad Romanos dicens: *d Qui sunt Israelitæ, quorū adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula*. — d Ro. 9. 4.

C Ab hac vltima prærogatiua exorsus est sponsus, dū *sororem suam* illā cōpellauit ob cognitionē carnis, propter quam iuxta Apostoli dictum, *e Non confunditur fratres eos*, singulos. s. eius populi, *vocare, dicens, f Nunciabo nomen tuum fratribus meis, & in medio Ecclesiæ laudabo te*. — e He. 2. 11. f Ps. 21. 23.

Dicit secundò eamdem amicam suam ob prærogatiuam eximij, arctissimive amoris, quo vna cū ea connexus est, quā amicitiæ connexionē insigni amplificatione expressit Moyses in libro Deuteronomij, dicens: *g En Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, terra, & omnia, quæ in ea sunt, & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitq. semen eorum post eos à vos de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur*. — g Deu. 10. 14.

Tertiò, vocat illā, *columbā suam*, vel ad denotādā primā prrogatiuā, q̄ recenset Apostolus ijs verbis, *Qui sunt Israelitæ*, quod. s. ab insigni, & honorando, sanctissimoque Patriarcha Iacob

D originem ducat, de quo dicitur in libro Genesis, *h quod erat vir simplex*: Ostensum est etenim sæpius, colūbā symbolū esse simplicitatis, ac bene, quæ est ab Israel iuxta etymologiā Israelis, qđ interpretatur, videns Deū, *columba Dei* dicta est, cui aliàs à Deo ipso dictum est: *i Oculi tui columbæ*, iuxta lectiones Hebræorū, ac Septuag. Vel *columbam* itidem suam eam Deus appellat, ad designandas illius populi habitationes, in quibus seiunctus à cæteris nationibus Gētium degebat, diuinaq. protegebatur prouidentia, qua ratione in capite secundo apertius ab eodem Domino nuncupata est, *K Columba mea* — h Gen. 25. 27. i Cā. 1. 15.

E *in foraminib. petræ, in cauerna maceriæ*. Vel tertiò, ob prærogatiuam illam, quā Apostolus expressit nomine gloriæ, seu claritatis, iuxta lectionē Cypriani lib. 2. contra Iudæos c. 6. columbam suam appellauit, prout haud obscure colligi potest ex eo, quod dicitur in Psalmo: *l Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri*. i. dormientes, & habitantes in medio sortium vestrarum, in terris vestris, quæ vobis sorte obtigerunt in distributione terræ promissionis, instar nimirum colum- — k Cā. 2. 14. Cyprian. l Ps. 67. 14

DE ECCLESIA. columbarum in foraminib. petræ, & in cauerna maceriæ, seiunctim, ac tuto commorantium, eritis gloriosi, pulchri, atque læti sicut pennæ columbæ deargentatæ, cuius posteriora dorsi sunt in pallore auri. Speciosi eritis instar columbæ speciosissimæ, tum ob nitorem, candoremque alarum, tum ob fulgorem pennarum dorsi splendidissimum præseferentiũ aurum. Atque adeo ob insignem hanc gloriam, & pulchritudinis prærogatiuam clarius in cap. secundo eidem appellationi columbæ, idemmet sponsus coniunxit & vocabulum formosæ, dicens: *a Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.*

a Ca. 2. 10.

Deniq. per quartã appellationem, quã à Dño eidem Ecclesiæ dr, *Immaculata mea*, quarta significatur eiusdem prærogatiua legis à Deo p̃stitæ, q̃ prærogatiuã ẽt Apostolus loco supra relato connumerauit inter alias ijs verbis: *Et testamentũ, & legislatio, & obsequium, & promissa:* vbi singulas enumerat ipsius legis partes, Moralem videlicet, nomine testamenti, seu testamentorũ (vt Græcè habetur) per testaméta duas designãs tabulas lapideas, in quib. præcepta erãt Decalogi Dei digito scripta, Iudicialem nomine legislationis, & Cæremonialẽ nomine obsequij, & cultus, quo sacrificijs, varijsq. oblationum generibus Deus ipse esset colendus. Quib. tribus legis partibus & quartam ẽt adiũgit, nempe promissiones, quæ in lege exhibitæ erant, obseruantib. vel trãsgredientibus eã. Quid verò vocabulũ *immaculata mea*, cum lege cõe hẽt, dicet fortasse quispiã? Legat is Psalmũ 18. & reperiet scriptum: *b Lex Domini immaculata:* allatamq. rõnem, quare lex Dñi immaculata sit, nimirũ quia conuertat animas reddens ipsas immaculatas, prout aliquando idemmet Dauid per illam sibi cõtigisse significauit in Psalmo 17. dicens: *c Quia custodiui vias Domini, nec impie gessi à Deo meo: Quoniã omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius nõ repuli à me.* Quid tum? *Et ero immaculatus cũ eo.* Et cum in eodem Psalmo dixisset: *d Posuit immaculatã viã meã;* Legẽ ipsam immaculatã designãs, in Psal. 118. ait; *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Beatos illos prædicans, qui immaculati redditi sunt, ob id, quòd in lege Domini ambulent, quæ via immaculata est.

Lex Domini quo, & quãdo dicatur immaculata.

b Ps. 18. 8.

c Ps. 17. 22.

d Ps. 17. 33.

Ex dictis breuis iste colligitur sensus, vt Ecclesia enarrans pristinum suum statum in antiquo Iudæorum populo, dicat.

PARAPHRASIS. Antiquitus sanè oĩ ferè populo Iudaico carnea, ac terrena grauedine præpedita *dormiebam, vigilabam* tñ in sanctis, ac iustis paucis, cordis locum incorpore meo habẽtibus: Dum sic aũt dormirem, ac vigilarem, sæpius apparuit mihi Dñs, & ad me venit dilectus meus, efficacissimis miraculis, & admirandis prodigijs pulsans sensus illius populi, per quos tamq̃ ostia aditus est ad intellectum: Necnon & in Prophetis loquentibus, *vox* ad me facta est *dilecti mei*, dicentis: Ne obdurent corde sua, qui in corpore tuo sunt dormientes at *aperi mihi* ẽt in illis ite. n. *sororem meam* cõstitui, ob cognationẽ, te *amicam* volui *meam* ob arctam, qua tecũ connexus sum, amoris necessitudinem, *te columbam meã* ob simplicitatẽ, acutũque intuitum, quẽ ex patre tuo Israel in te deriuaui, ob habitationem, quã tibi dedi segregatã à gentib. atq. ob speciem, charitatem, & gloriã, qua te illustraui, te deniq. & *immaculatam* reddidi *meam* per legẽ item immaculatã; Dic & tu cum Propheta Dauid ab membra ipsa dormientia: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare*

Psal. 94. 8.

Michaelis Ghislerii.

A *corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto.*

DE ECCLESIA.

Iuxta secundum sensum allatum ad præcedentia verba, vt accepta pro præsenti; *Ego dormio, & cor meum vigilat,* & vt designantia præsentẽ Ecclesiæ catholicæ statum, quo illa constans ex peccatoribus, & iustis dormit in peccatoribus, & vigilat in iustis, vt declaratum est in expositione secunda, prosequitur modo, eumdem statũ enarrare, ac in primis quid sibi contigerit sic vigilanti; Aduenisse. s. peculiari ratione ad se Deum dilectum suum, iustisq. se exhibuisse vigilantibus, percussisse ostium, quo ei præcludebatur aditus in intima dormientium peccatorum, voceq. ipsa sua iustis optime nota se in ijsdem sanctis promouisse ad procurandam peccatorum salutem, dicendo *Aperi mihi,* &c.

I. SENSUS.

B

Pro cuius sensus explicatione animaduertendũ primò est, Deũ, qui cupit oẽs homines saluos fieri, exploratã optime habere, quamcumq. hominũ diligentiã ad peccatoris cõuersionem inanem esse, ni ipse interius primum disponat illius cor aliquo pacto; Ideoq. hoc loco cum Ecclesiã, seu iustos, & sanctos eius doctores ad studium istud conuersionis peccatorũ promouere velit, ita vt excusationẽ prætexere nequeat, & dicere: *Nisi Dominus ædificauerit domum in vanũ laborauerunt, qui ædificant eam,* dũ pro hoc negocio ad ipsam sese confert, exhibere se se pulsantem, atque loquentem quidem ijs, quos prædicationi indulgere velit, pulsantẽ verò eos, quos per prædicatores illos velit conuerti. Ecquid. n. pulsat, nisi fores, & ostia, quæ sibi reclusa sint? Sanè pia quæq. aia hortus conclusus est, serisve obseratus, at tametsi conclusa retineat ostia quibuscumque creaturis, Deo tamen patentem se semper seruat, vnde & dicit: *e Veniat dilectus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.* Iniqui, ac peccatores Deo aditum præcludunt, ostia illi in faciem obserantes, & fores obstinationis duro obfirmantes corde, qui, vt tuto dormiant terrenis illecebris soporati, vtve, iuxta dictũ patientissimi Iob *in bonis* ducant *dies suos* absque impedimento, audacter Deo dicunt, *f Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens, vt seruiamus illi? & quid nobis prodest, si orauerimus illum?* Hos Deus primò pulsat, obserata pulsans ostia cordium ipsorum, pulsat, inq̃, per grã; excitantẽ excitãs, corda eorũ ad audienda verba salutis, simulque Ecclesiam, iustosve eiu, ac sanctos suscitat doctores, vt ad illorum intima aditum sibi aperiant, quo postmodum ab illis diuina cooperante gratia libere admittatur per iustitiam, & sanctitatem veritatis, quæ omnia recte secundum hunc ordinem à Concilio Tridentino declarata sunt in principio capitis sexti sessionis sextæ his verbis: *Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere mouentur in Deum.* Quamuis autem aperire Deo, & Deum sic admittere, opus sit liberi arbitrij diuina gratia adiuti, & eorummet, qui conuertuntur, atque iustificantur, singulari tamen artificio sponsus dicit Ecclesiæ, eiusve Sanctis; *Aperi mihi:* quibus verbis significat.

Peccatorũ cõuersionẽ, quo causet Deus & disponatur.

C

e Can. 5. 1.

D

f Iob 21. 13.

Cõc. Tri.

E

Primum, vt prędicatione, ac bonis exẽplis det operam, sibi vt aperiatur: Tum ita eã promouet ad prædicationem, vt securũ simul proponat talis prædicationis fructũ: Ac si dicat; Indulge prædicationi, procura salutem, & suscitationem eorũ, qui

Prædicatio verbi Dei semper fecundũ habet aliquẽ fructũ.

DE ECCLESIA.

qui in te dormiunt: stude, vt prædicatione tua obdurata eorum mihi aperias corda: Aperias, ne vereearis. Fundantur autem hæc dicta in duabus sententijs: altera ipsiusmet Domini, quæ apud Isaiam dicitur: *a Verbum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuũ; sed faciet quæcũq. volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.* Probaturve ibidẽ aptissima similitudine imbris, atq. niuis descendẽtis de cælo, & illuc vltra non reuertentis, sed inebriantis terrã, & infundentis eam ac germinare illam etiam facientis: *b Mittit quippe Deus per ora Prædicatorum eloquium suũ terræ & velociter currit sermo eius.* Altera vero Diui Pauli dicentis: *c Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.*

a If. 55. 11.

b Psal. 147 15.

c He. 4. 12.

Blandæ etiam appellationes, *Soror mea amica mea, columba mea, & immaculata mea,* duplicem habere possunt significatum: Vel. n. quatuor eæ voces quatuor significãt motiua, quib. efficacius ad id, qđ Deus exposcit, impellatur Ecclesia Sanctorũ: Vel secundò, quatuor significant conditiones, quas prædicator, & doctor quisq; habere debet, vt proficuam faciat doctrinam suam.

Quoad primum promouetur Ecclesia, & Sancti, qui sunt in ea, ad procurandam proximorũ, & peccatorum salutẽ: Primo p id ꝙ *soror Dei sit,* ex eo. s. quod Deus humanam naturam assumpsit, eiusdẽ carnis particeps effectus, vt oẽs, quot quot in ea essent, diuinitatis participes efficeret. Ex hoc autẽ moueri deberet Ecclesia, vt nullã prætermitteret operam, quò singuli conuerterentur peccatores, ne per illos infamia tam illustri inferatur generi, quod cõe hẽt cum Deo; qđ haud obscure significatum crediderim ab Apostolo Petro in sua 1. Epistola, vbi Sanctos, qui in Ecclesia sunt, iustosq. alloquens, ait; *d Vos autẽ genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Quibus in verbis notandũ, pro eo, quod Vulgata legit: *Populus acquisitionis,* in textu Græco haberi, λαὸς εἰς περιποίησιν, id est, *populus in acquisitionem:* qua lectione melius explicatur mens Apostoli, vt intentum eius sit, ostendere, Sanctos, qui sunt in Ecclesia, esse quidem genus electum, regale sacerdotium, & gentem sanctam, vt cognati sunt Iesu Christi, Regis simul, & sacerdotis, & sancti Sanctorũ, sed esse insuper populum in acquisitionem. s. directũ, in acquisitionem inquam, animarũ, quas ad Christum reducere, eidemque acquirere dẽt, qđ declarant verba subsequentia, *Vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit,* &c. Quibus modus demonstratur, quo acquirere illas debeat animas annuntiando nimirum, & prædicando virtutes Dei.

Motiua quatuor ad procurandã cõuersionẽ peccatorum impellẽtia Sanctos prædicatores.

d 1. Pet. 2. 9

Per id quoq. peculiariter mouetur Ecclesia ad procurãdã salutẽ peccatorum, ꝙ *amica Dei sit,* impelluntur q; & sancti ad prædicandum verbo, & exemplo, exinde ꝙ amici Dei sint, nedum à Deo dilecti, sed ipsi pariter Deum diligentes. Amicus. n. verus totus in id incumbit, vt non tam suum, q̃ quod amici sui sit, quærat & bonum, & gloriam. Exploratissimum aũt est Sanctis quibuscumq;, nihil in hoc sæculo esse, quod Deo gloriosius sit, quàm peccatorum conuersionem, pro quorum iustificatione pretiosissimum filij sui sanguinem effudit. Hinc est, quòd Dominus Petrum interrogans, an mutua secum iunctus esset amicitia, adeoq. dicens: *e Petre amas me tertiò,* idem repetens, respondente sibi Petro semper: *Tu scis Domine, quia amo te:* istud vnum ab eo petijt huius mutuæ amicitiæ signum, vt in proximi salutem procurandam totum se dederet: ad quamlibet enim illius responsionem subintulit; *Pasce agnos meos, pasce oues meas.*

e Io. 21. 15.

Tertiò excitatur Ecclesia ad idem opus ex eo, ꝙ *columba Dei sit,* vt sit allusio ad columbam illã, quæ odoribus perfusa ingentẽ secũ ad columbarium reducit colũbarũ agmen; qua de re Basilius epistola 175. ad Iulittam: Sic Ecclesiam Sanctorũ, & q̃cunque aĩam sanctã vt illius membrum, columbam suam appellãs, tale quid dicere Deus vr; Colũbam te meam elegi, cælestiumve gratiarum perfudi te odore. Aequum igitur est, vt tu pariter virtutum tuarum odore, & mea, quam prædicatione effundes fragrantia peccatorum agmẽ, ad columbarum puritatem redactos, tecum reducas in columbarium vulnerum meorum.

Basilius.

Quin & altera quoque ratione ad idem ipsum opus eadem appellatio *columbæ meæ,* motiuũ est: siquidem tantum est *columba mea,* ac vnica, & pudicissima sponsa mea, prout colligitur ex c. 6. vbi Deus postquam dixit, *f Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ; & adolescentularum non est numerus:* de Ecclesia vnica, pudicissimaq. sponsa sua subijcit; *Vna est columba mea.*

f Can. 6. 7.

Porrò si vnicam Dei sponsam hoc nomen significat, per hoc quam maxime ad peccatorũ cõuersionem impelli dẽt, quia id propriũ, ac peculiare eius sit vnius sponsæ, vt filiorum prolẽ suo pariat dilecto, ne is, qui alios parere facit, sit sine filijs, vtve quos Christo peperit, cum Christo manentes conseruet, vel si ab ipso elongati quoquo mõ sint, nitatur reducere, vt bonos filios ad patrẽ.

Quartum denique motiuum eidẽ proponitur sponsæ per id, quod Iesus *immaculatam suam* illam compellat. Itaque, dicens: *Aperi mihi immaculata mea;* reducit ei in memoriã, quõ *g semetipsum tradiderit, ut eam sanctificaret,* sanguinemve suum effuderit vniuersum, vt eam mundaret, *& exhiberet sibi,* vt ait Apostolus, *gloriosam Ecclesiam, non habentẽ maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi:* studendũq. ei, *ut sit sancta, & immaculata,* atq. adeo in id potissimum elaborare debere, vt eorum, qui intra ipsam sunt, procuret salutẽ: nec permittendũ, quo ad fieri põt, vt à quoq̃, q peccato infectus sit, aliqđ sibi īferatur maculę.

g Ephes. 5 25.

Quoad secundum, per has quatuor blandas appellationes; *Soror mea, amica mea: columba mea, immaculata mea:* Quatuor cælestis sponsus indicat cõditiones, quib. pditi ij esse debẽt, qui alios doceant, & peccatorũ pcurẽt salutẽ. Primũ qđ in ipsis maxime requiritur, est, vt sint in grã: id. n. indicat sororis Christi nuncupatio, q̃nquidẽ per grãm efficimur diuinæ naturæ cõsortes, *h* prout alias ostensũ est verbis Apostoli. Notũ aũt est, ꝙ *i* peccatori, & ei, q in grã minime sis, dixit Deus teste Propheta: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum per os tuum? Tu uerò odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Existentes in gratia debent insuper per bonorum operum ostensionem amicitiam profiteri, qua cum Deo iuncti sunt vinculo charitatis, simulque & mysteriorum Dei gnaros se exhibere, in his quippe duobus sitam Dei amicitiã, duę indicant Saluatoris nostri sententiæ: *K Vos amici mei estis, si feceritis omnia, quæ ego præcipio vobis:* Et, *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Ideoque bene ad nomen

Prædicatorum verbi Dei quatuor conditiones necessariæ.

h 2. Pet. 1. 4.

i Ps. 49. 16

k Ioan. 15 14. & 15.

DE ECCLESIA.

men sororis meç adiecit sponsus, &, *amica mea*, Ecclesiam Sanctorum alloquens, sed & insuper adiecit, *columba mea*, indicans vocabulo isto columbæ, quod hieroglyphicũ est Spiritus sancti, præter gratiam Dei, præter ostensionem charitatis in bonis operibus, notitiamve mysteriorum Dei, prædictos, qui peccatorum vacant conuersioni, & aiarum procurant salutem, debere insuper esse ornatos oibus donis Spiritus sancti, sapientia, intellectu, consilio, pietate, fortitudine, scientia, ac timore Dñi. Hoc namq. indicare voluit cælestis Pater, a cum super Christũ è baptismo ascendentem, antequã is prædicationi se dederet, cuius studium ex tunc arrepturus erat, Spiritum sanctum misit in Colũbæ specie apparentẽ. Quamquã & aliud significare voluit sponsus, dũ columbã suã hos nuncupat, nimirũ operæpretium esse, vt instar columbæ intra se, vel secum ipsi meditentur, quę prædicare voluerint alijs, vtve addicti sint cõtemplationi ad actionẽ egredientes è vulneribus Christi, atq. ex eiusdẽ latere aperto, vbi thesauri sunt sapientiæ, & sciẽtiæ Dei, vt columbæ in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ. Debent insuper esse immaculati. i. nedũ vllo crimine infecti, qđ charitati repugnet, gratiamve excludat, & fuget Spũm sanctum, sed & nulla, quoad fieri pôt, respersi macula, qua ij offendi possint, quorũ procurent salutẽ. Quod expressius exposuit Paulus, dicẽs b *Nemini dantes vllã offensionẽ, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in oibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros ĩ multa patiẽtia, in tribulationib.* &c.

a Matth. 3.16.

b 2. Cor. 6.3.

Ex his, quæ huc vsq. dicta sunt paraphrasticũ hunc, breuẽq. sensũ colligito, vt Ecclesia dicat.

PARAPHRASIS.

Me dormiente in peccatoribus, & vigilante in sanctis meis, in quibus à diuinarũ rerũ contẽplatione nunquam desisto: Ecce tibi dilectus meus mihi visus est vigilanti, sanctis nimirum meis, in quibus vigil vaco contemplationi: Visus est aũt pulsans per gratiã excitantẽ obfirmata in malo corda dormientiũ, qui in me sunt, iniquorũ, ac peccatorũ: simulq. in vigilantibus iustis vocem audire, visa sum eiusdẽ dilecti mei in hũc modũ me cõpellãtis: Cum in sanctis istis tuis existentibus in gratia, charitate operante, notitiaq. diuinorum mysteriorum insignibus, donisve Spũs sancti exornatis, & absq. vlla offensioni macula conuersantibus, *Soror mea sis, amica mea, columba mea, & immaculata mea*, da operam, vt per illos proximorum salutem procurantes aperias præclusum mihi aditum ad dormientium peccatorum intima. *Soror mea* es, non patiaris per istos, qui in te sunt, infamiam nostro inferri generi: *Amica mea* es meã procura gloriã, quam maximam censeo in peccatorum conuersione: *Columba mea* es pudicitiæq. sponsa, enitere, vt in illorum conuersione filios mihi parias, ortorumve curã geras: *Immaculata mea* es cur pateris, per illorũ scelera tuã coinquinari puritatẽ?

Ex Vers. II. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi Soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

PRæostenso in præcedentibus, quod etsi vacet ab externis operationibus, atq. instar dormientis se habeat, vigilet tamen cor suum in

A perpetuo motu ad Deum suum, vigilet affectus suus in concoquendo cibo diuinorum eloquiorum per calorem charitatis, vigiletque & mens sua in meditatione operum Dei: enarrare iam incipit pia anima, quæ sponsa Dei est, quid tunc tẽporis, quãdo ad socias processit, cogitationis versaret cor suũ, quidve peculiariter contemplationi vacans meditaretur: Id autem est, quomodo ad vitam spiritualem attracta à Deo fuerit, etiã postquam ab eo defecerat, in peccatũ prolapsa, ingensq. illius erga ipsam benignitas, & exhibitio miserationũ. Itaque sic modũ istius suæ enarrat conuersionis, vt planè appareat, ita transacta eam meditari solitam, vt quasi præsentia illa niteretur habere; ideoque sic meditationem hanc

B enarrat, vt nihil prætermittat eius, quod in se factum à Deo fuit, ac si eo momento tẽporis ipsa eius conuersio fuerit, presensq. Deus adesset, q̃ ipsam vocaret, multiplicique ratione dictam ei persuadere conaretur conuersionem, tantundem autem est ac si dicat: Tametsi, dum contemplationi vaco, dormire vobis videar, aiæ bñdictæ, sciatis tamen velim, quod cor meum maxime vigilat recolendo, ac cogitatione uersando meam summam miseriam, qua misere iamdiu iacebam in peccatis, Christiq. dilecti mei eximium in me

C amorem, ac beneficia. Audite amabò, quid modo meditabatur cor meum; ea. s. quæ circa me facta sunt, cum me Deus è cœno peccatorum abstraxit. *Vox* ad me facta est *dilecti mei pulsantis*, atque dicẽtis: *Aperi mihi soror mea, aĩa mea*, &c.

Vt istorum verborum uis percipiatur, illud primò inuestigandum, cum vox, & pulsatio à dilecto exhibita dicatur in principio conuersionis (supposito, duo hæc distincta esse, tametsi communi ferè omnium expositorum sententia pro vna eademque re, nempe pro interna inspiratione, seu qualibet gratia excitante ambo sumãtur) quidnam præcesserit, vox, an pulsatio. Neque. n. facile ex verborum cõtextu colligi potest, quid verò per pulsationem istam, quidve per vocem dilecti hic accipiendum sit, ex propositæ huius difficultatis solutione patefiet.

In conuersione peccatoris quõ præcedat Deus & voce, & pulsatione.

D Si ex humanis diuina sint explicanda, prout sæpe fieri operæpretium est, quadruplicem reperio modum ab ijs obseruari solitum, qui aperiri sibi velint fores ædium, in quas optent, admitti. Aliquando. n. pulsant duntaxat fores, nil vocis exprimentes, nisi vt ijs respondeant fortasse, qui interrogent, se vt prodant, quinam sint, quidvè sibi velint. Aliquando è conuerso se res habet: contingit quippe sæpius, vt absq. vlla pulsatione, voce, vel ẽt sibilo dẽt aliqui signũ, & efficiãt, vt sibi aperiatur. Nonnunquam alij voce quidẽ primũ inclamant, vocantes illos, qui intra sunt, petentesve, vt sibi aperiatur; At cum eorum non exaudiuntur voces, vel quia dormiunt sopore

E graui, vel quia longius ab ijs, qui clamant, disiuncti sunt, qui aperire deberent, vel quia vox eorũ nota minime est, tunc ad voces adijciunt pulsationes. Deniq. alij sunt, qui primò quidem fores ipsas pulsant, sed, cũ pulsationi nõ respondetur, vel ẽt quo citius, ac libentius sibi aperiatur, ad pulsationes adijciunt, & voces. Ex his primi, ac tertij ordinariè in domus ingredi volunt eorum, à q̃bus minime agniti sunt vnquam, seu quibus ipsorum vox nequaquã est nota, vel saltem tunc minime illorum penetrat aures. Secundi verò, ac quarti aperiri sibi efflagitant ædes è vestigio illorũ, quibus inclamãs vox optime est cognita, quive vel amici sũt, vel amicitia aliquãdo fuere

DE ANIMA.

coniuncti. Istos sanè quatuor modos oēs diuersis tēporibus, & cum diuersis personarū generibus, vel nōnullos etiā eorum aliqñ simul cum vna eademque aīa seruat Deus aīarū dilectus qñ ad cōuersionem adducere aliquē vult, quādo in peccatorum corda vult admitti, qñ & ad maiorē profectū in vita spirituali sanctos quosq; vult promouere: In omnibus tñ modis liberam seruat cuiusq; voluntatem ita, vt liberum cuiq; sit assentiri, vel nō assentiri, quod optime indicatur hoc loco, vbi cōuersio ipsa suadetur huiusmodi verbis, *Aperi mihi*, vt postea explicabo. Pulsauit fores obstinationis in Anthioco, *a* percutiens eū infirmitate pessima, vt legitur in lib. 1. Machab. ac pulsatione multarum ærumnarum admitti curauit in cor illius, à quo tñ nequaq̃ fuit admissus. Significauit *b* Dñs Iesus id ipsum voce duntaxat Petro, & Andreæ, filijsve Zebedæi vocans illos è mari Galilææ, & Matthæo, *c* vocans è telonio, atque illico intra admissus ab illis fuit, qñ relictis nauibus, retibus, ac vniuersis, quibus, conclusum tenebatur ipsorum cor, secuti sunt Dominum. Voce primū, tum ēt pulsatione à Iudæis aperiri sibi efflagitauit, à quibus minime admissus conqueritur in libro Prouerbiorum, dicens: *d Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis.* Sic in libro quoq. Apocalipsis, Laodicenis voce primum dicit, quo aperiant: *e Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus, &c.* Et paulo infra; *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, & probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.* Tum adijciens etiam pulsationem subdit idemmet Dominus: *Ego quos amo, arguo, & castigo; Aemulare ergo, & pœnitentiam age.* Apertiusve se declarans, addit: *Ecce sto ad ostium, & pulso:* Sto, inclamans scilicet, & pulso correctione, & flagellis: *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Quarto demum modo aliquando vsum esse cum Iudæis pulsatione primum, tum adiecta etiam voce, nec tamen ab illis admissum significauit Ieremias Propheta in cap. secundo, ex persona Domini dicens: *Frustra f percussi filios vestros, quasi leo vastator generatio vestra. Videte verbum Domini* (en vocem adiectam:) *Nunquid solitudo factus sum Israëli, aut terra Serotina? Quare ergo dixit populus meus: recessimus, non veniemus vltra ad te?* Paulus è conuerso *g* pari modo pulsatus primò, dein & vocatus, dilectam vocem agnoscens, eum illico vt dilectum admisit intra se, quem paulo prius vt hostem à se arcebat, cui & ostia clausa obiecerat: Vnde in Actibus Apostolorum sic reperimus scriptum: *Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit, &c.* (en fores, & seris obiectas & obfirmatas pessulo obstinationis) id. n. indicat particula illa, *adhuc. Et subitò circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram* (en pulsationem) *audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?* en vocem. Vis videre quomodo aperuerit? Audi illum dicentem: *Domine quid me vis facere?*

a 1. Mach. 6.8.

b Matt. 4. 18.

c Matt. 9. 9.

d Prou. 1. 24.

e Apoc. 3. 15.

Apo. 3. 20

f. Ierem. 2. 30.

g Acto. 9. 4.

Hoc quarto modo vsus videtur hoc loco sponsus, qñ piam animā, quæ aliqñ per obstinationē in peccato fores Deo clausit cordis sui, ad cōuersionem pertraxit. Quod. n. dicitur, *Vox pulsantis,*

A videtur significare, pulsantem emisisse vocem, idest eum, qui pulsabat, dedisse & vocem, ita vt pulsatio vel præcesserit vocem, vel saltem simul cum voce fuerit. Notandum est aūt, duplici genere pulsationis in pulsando, cum sibi à quoquā aperiri velit, & duplici pariter vocis genere vti solitum Deum, cum aliquem ad conuersionem vocat. Pulsat nonnunquam ærumnis, & tribulationibus, nonnunquam verò pulsat & beneficijs specialibus. At sæpius contingit, vt peccatrices animæ sic pulsatæ vel ærumnis, vel gratijs aliquibus particularibus, nequaquam rōnem habeant hmōi pulsationis, minime aduertentes, quid sibi Deus ab ipsis velit pulsationibus hisce: imò nec

B intelligentes, quod Deus sit, qui tribulationes illas immisit, vt vexatio daret eis intellectum, quive & beneficia illa contulit, vt per ipsa excitarentur, & emollirentur illarum corda ad conuersionem, & pœnitentiam, ideo addit voces, quò nihil prætermittat eorum, quæ talem deceant dilectum, indicās, aperteq. faciens illis exploratum, quid pulsationibus ijs suis intendat, vocesque istæ aliquando sunt internæ tantum, aliquando etiam externæ. Internæ sunt illæ, quas communi vocabulo diuinas nuncupamus inspirationes, quasve ex sententia Gregorij Papæ communiter etiam recepta descriptas habemus in libro Iob verbis hisce: *h Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius.* Externæ verò eæ sunt, quibus

C Deus locutus est per Prophetas, sanctosque illos, quorum monita habemus in sacris litteris, quibusve & per se ipsum locutus est in carne conuersans. Voces quoque externæ oēs eæ sunt, quibus erudimur ab his, qui prædicant verba salutis, teste Apostolo, qui ait: *i Pro Christo legatione fungimur, tanq. Deo exhortāte per nos. Obsecramus p Christo: Reconciliamini Deo.* Quęcūq. itarū vocū tā externa, q̃ interna notissima ijs est vniuersis qui prædestinati sunt ad salutem, tamesi aliqñ p peccatū à Christo sint elongati, dummodo illas audiant interno, vel externo auditu: *k Oues* quippe *meæ*, ait ipsemet Christus in Euangelio, *vocem meam audiunt*: & exponit, quod audire illud, sit cognoscere, & intelligere, dum subijcit: *Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur; quia sciunt vocem eius.* Non explicat sponsa quam illarum

D vocum audierit, quave ad conuersionem vocata sit: externa ne, an interna: ex enarratis tamen, ipsius vocantis verbis hisce, *Aperi mihi soror mea, &c.* internā potius extitisse, colligitur, uehementemque inspirationem, qua immediatè Deus peccatricē allocutus sit animam: quamquam nihil prohibet, quin internam vocem istam præcesserit, & externa vel ex lectione aliqua spirituali, vel ex ore docentis prædicatoris. Ex eisdem quoque verbis, *Aperi mihi soror mea &c.* arguere licet & alterum, quod sponsa eadem non explicat, pulsationem nimirum, quæ

E vocem dictam præcessit, ex illo extitisse pulsationis genere, quæ specialibus fit beneficijs: Idcirco. n. voce explicantur, quæ antea præstita fuere beneficia spiritualia, vt temporalia, præsentisve beneficij pulsationi maior vis tribuatur. Ex consequentibus etiam id ipsum confirmatur. Cum enim nec pulsatio per beneficia specialia, nec vox tam vehementis, benignæque inspirationis id obtinere potuissent; vt anima Deo aperuerit pulsanti, atque vocanti; ad beneficia, & inspirationes, dicuntur adiecta flagella, & tribulationes,

DE ANIMA.

Pulsat Deus aid beneficijs, & flagellis.

Vox Dei ad aīā duplex s. interna & externa.

h Iob 4. 12

i 2. Corin. 5. 20.

k Io. 10. 3.

nes, vt videbimus infra in versic. 4. *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.*

In conuersione peccatoris Deus procedit vt pater benignus.

Circa vocem, animaduertendum est primo, Dominum Deum in vocatione, quæ hic describitur, imitatum videri benignum illum patrem, qui filiũ vnice a se dilectum præcipitem in vitia ruentẽ ad rectum virtutis iter reuocare satagens, eo ad se accersito, reducit quidem illi primùm in memoriam, quanta ipsum eousq. prosecutus sit charitate, quanta ipsi exhibuerit amoris indicia, quantũ, quo ipsum proueheret, elaborarit; quantasve pro ipso fecerit expensas, quò virum probum, virtute præditum, scientiisve redderet excultum: Tum è vestigio ingentem ei proponit ingratitudinem ipsius, exponitq. quàm modicum tantis profecerit expensis, tantaque cura; quam male tantis responderit amoris indiciis, quamve prauum prosequatur iter, vt illo omnib. hisce perpensis erubescens, & pœnitentia ductus corrigat viam suam. Eadem quippe ratione & Deus ipse, qui pater est misericordiarum, quò animam sibi dilectissimã à peccatis reuocet, in quæ ea misertime prolapsa est, ipsam vocans, beneficia illi commemorat, quib. eam cumulauit, quantasve pro ipsa fecit expensas: Tũ pari modo eidem commemorat & ingratitudines ab ipsa repensas, iniuriasve, qb. affectus ab ipsa est per ea, quæ commisit peccata. Secundũ istud aget in iis, quæ subsequentur, verbis: *Quia caput meũ plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*: Primum verò agit, in his, quæ modo exponimus: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Porrò quatuor blandis hisce appellationib. quatuor præstantissima commemorat beneficia, quæ in ipsam a iam contulit, priusquam illa in ea prolapsa esset peccata, quib. modo erat cõtaminata. In commemoratione illorum beneficiorum non seruat ordinem prioritatis, sed ordinem excellentiæ, siceve transuerso ordine Baptismi lauacrum, quod ordine prioritatis primo loco ponendum fuisset, vltimo ponit loco, Confirmationem penultimo, ante Confirmationem sacramenti Eucharistiæ communionem, & ante oĩa ista communicationem ponit gloriæ cælestis, quæ beneficiis præstantior est vniuersis. Dum eam igitur dicit *immaculatam suam*, primum indicat beneficiũ quo ipse per lauacrum regenerationis immaculatã eã constituit, sicut & Ecclesiam vniuersam, de qua ait Apostolus: a *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsũ tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata.* Nomẽ verò *columba*, quo & Spiritus sanctus in sacris litteris designatur, aliud significat sacramentum, in quo præstantius est beneficium, quove robur dilectionis, atque ipsius Spiritus sancti candori adiicitur, sacramentum Confirmationis, perficiens esse immaculatum, quod in Baptismo collatum fuerat, de quo idem Apostolus inquit: b *Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christũ Saluatorem nostrũ.* Notandum est autem, quod, cum sponsus dicit, *columba mea*, per pronomẽ, *mea*, nõ tantum significat, eam columbam factam ab ipso esse, donisve repletam Spiritus Sancti, at insuper talem factam esse columbam, qualis colũba eius est, haud scilicet ita debilem, qualis columba sensibilis, quæ animalium omnium est imbecillima; sed & fortem, qualis est columba spiritualis, ipsemet

Beneficia quatuor præstantiora, q Deus cõfert aiæ fideli; baptismus, Cõfirmatio Eucharistia, & cælestis gloriæ hereditas.

a Ephes. 5. 25.

b Tit. 3. 5.

que spiritus, qui è grandi robore virtus proprio nomine nuncupatus à Domino est, vbi Apostolis mandauit, c vt manerent in Ciuitate, donec virtute induerẽtur. Similem eidem columbæ, & Spiritui sancto factam nedum in robore, sed in aliis istis omnibus, quæ ei tribuuntur in libro Sapientiæ iis verbis: d *Est enim in illa Spiritus intelligentiæ Sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, quẽ nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis.* Hæc quippe omnia impertit spiritus ipse, quãtum fieri potest, creaturæ, dum effun-
B ditur abunde super animam in sacramento Confirmationis: de quibus non est modo discurrendũ per singula.

c Act. 1. 8.

d Sap. 7. 22

Tertium beneficium prædictis duobus præstãtius, nempe communicationem carnis, & sanguinis sui in conuiuio sacramentali vt eidem animæ præstitum cœlestis idem commemorat sponsus, dum ait, *amica* (seu, iuxta originalia Hebr. & Septuaginta) *proxima mea*. Præclare autem eximiũ sacramenti huius beneficium hisce duabus vocibus. *Amica*, seu *proxima* Christi indicatur; Siue enim amicam Christi appellatam dicamus, ob id, quòd Christus ingenti amore illam prosecutus sit, certe, cum nusquam melius iste amor dignosci
C queat, quam ex collatione istius sacramenti, quod propterea amoris vexillum appellatum est in superioribus, e apte admodum per amicæ vocabulum vicissim beneficium istud adeo insigne ei cõmemoratur, cui ex amore præstitum est: Siue velimus eamdem Christi amicam dictam; quia ipsa mutuo amore Christum quoque dilexerit, atque adeo communem simul cum ipso instar amicorum degerit vitam, cõmuni participarit & mensæ, prout de amicissimo sibi Achitofel refert regius Propheta, dum ait: f *Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus*, idest amicus arctissimus meus, *Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu*, profecto nullo aptiori vocabulo, quàm amicæ suæ, istius commu-
D nionis beneficium indicare ei potuit sponsus, præsertim cum in præcedentibus sub eiusdem amicitiæ vocabulo idemmet sponsus ad hoc sacramentum pios quosque inuitarit, dicens: g *Comedite amici, & bibite.* Quanam verò in re proximior anima est eidem cœlesti sponso, quam in communione corporis, & sanguinis eius? in hac ita inuicem approximantur, seu potius vniũtur; vt nulla in puris creaturis arctior reperiatur vnio, cui approximatio ista cõparetur, atque adeò ab ipsomet sponso ei comparata est vnioni, quę in diuinis est inter Patrem, & Filium, vbi dixit: h *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut misit me viuens Pater, & ego*
E *viuo propter Patrem, & qui manducat me & ipse viuet propter me.* Bene igitur per blandam istam vocem, *Proxima mea*, hoc ei animæ in memoriam reducit eximium vnionis huiusce beneficium. Denique summum omnium beneficiorum eidem cõmemorat animę, dum primo loco eã sic compellat, *Soror mea*: Siquidem iuxta sententiam Pauli i mater nostra est superna Ierusalem, quæ & cœlestis pariter sponsi mater est, quamquam alio pacto spõsi mater sit, atque mater nostra est: mater quippe sponsi est secundum naturam; quia is de supernis est, & naturalis illius heres; mater verò nostra est secundum gratiam, secundum quam qui de terris sumus adoptati fuimus in filios Dei, & cælestis

Eucharistiæ beneficio aia fit amica, & proxima Dei

e Cãt. 2. 4.

f Ps. 54. 14

g Can. 5. 1

h Io. 6. 56.

i Gal. 4. 26

DE ANIMA. lestis illius Ierusalem, fratres, ac sorores sic effecti Domini Iesu filii, & heredis naturalis; vnde idem Paul. *a Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater: Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei: quod si filii, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Quando verò, dicet aliquis quave ratione soror Christi, eiusdemque matris Ierusalem filia, & heres ea facta est anima, quæ adhuc viuens à gratia Dei excidit per peccata, vel saltem excidere potest? Respondet ad hoc idemmet Apostolus in epist. ad Titum: *b Cum benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri* (non tantū scilicet tempore Incarnationis, sed & tempore iustificationis cuiuslibet animæ) *non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suā saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abūde per Iesum Christum Saluatorem nostrum; vt iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitæ æternæ. c Spe enim salui facti sumus*, inquit in alio loco. &c. *d Spes ista non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui datus est nobis.* Vnde haud ambigendum, quin certò exhibitum sit ius ad cœlestem gloriam ei, in cuius corde charitas diffusa permaneat.

a Ro.8.15

b Tit.3.

c Ro.8.24

d Ro 5.5.

In clausio ne peccatoris quō Deꝰ disponat ea suauiter.

Antequam paraphrasticum sensum afferamus, illud quoque hoc loco animaduertendum est; veritatem ex hisce probari illius sententiæ, quæ in libro Sapientiæ dicitur de sponso cælesti, sapientia ve increata: *e Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* In blandis quippe appellationibus attigit fortiter animæ mentem à fine vsque ad finem, reducens illi in memoriā præstantiora, quæ illi exhibuit beneficia à primo fine primoque baptismi beneficio, vsque in vltimum finem, & postremum gloriæ, & beatitudinis; necnon & à postremo isto, vsque ad primum. In pulsatione autem, ac simul in voce, pulsans primo fores, tum & hasce adiiciens voces: *Aperi mihi, soror mea, amica mea*, &c. disposuit in eius animæ conuersione omnia suauiter: Neque enim aliunde in illam ingredi tentauit, quam per ostium, istudve ab ea ipsa vult sibi aperiri, à qua sibi item fuit clausum: nulla vtitur violentia, quin suauissima vtitur oratione, qua & suauiter disponere nititur repugnantem. *f Amen, amen dico vobis*, ait ipsemet sponsus, *qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro; qui autem intrat per ostium, pastor est ouium: Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt.* Diabolus, & Angeli eius, ceterique animæ hostes, mundus, atque caro non intrant per ostium, sed per fenestras, iuxta illud: *g Mors intrauit per fenestras*; per sensus irrepunt in cor, illudve deprædantur, teste Propheta illo, qui ait: *h Oculus meus*, idest, id, quod per oculum meum ingressum est in cor meum, siue terræ aliquid sit, siue carnis, siue Satanæ, *deprædatus est animam meam.* Quod si quando per ostium ingrediuntur, cum clausas reperiunt sensuum fenestras non intrant pulsantes, sed violēter potius in illud ipsum, quod clausum est cor, irrumpunt prauis, fœdisve cogitationibus, & motibus. Hanc irruptionem signanter explicauit Paul. in epist. ad Rom. ex peccatoris persona sic dicens: *i Condelector legi Dei secundum interiorem hominem*: (en clausum ostium: vide irruptionem:) *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mētis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis*; idest non modò oppugnantem legē mentis, legemque Dei, ac rationis meæ, qua quasi præ-

e Sap.8.1.

f Io.10.1.

g Ier.9.21

h Thre.3.51.

Alia hostes quo in illa irrumpant eamq. furentur.

i Ro.7.22.

A fortu ostio concluseram cor meum; sed etiam ostiū ipsum expugnantem, & captiuum me, atque cor meum ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis, vim quodammodo mihi inferentem, vt peccatis ipsis consentiam, siue ita peream, vt perditio mea ex me fit; *K Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat*, ait Dominus; *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeāt*: Nō posset profectò diabolus, & omnes spirituales nequitiæ per irruptionem aliquam in cor hominis sic ingredi, vt possessionem eius caperent, neque fores legis mentis effringere, seu deturbare possent quantalibet violentia, ni intrinsecus exsistētes hostes nostros intestinos haberent socios, concupiscentiam, prauumque consensum. Irrumpunt quidem illæ spirituales nequitiæ, admissæ tamen, irrumpunt vt fures captiuam facientes animam ipsam, mactantque, & perdūt illam: At perditio ista ab intestino potius prouenit hoste: *l Vnusquisq. enim tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Deinde concupiscētia cū conceperit, parit peccatū, peccatum verò cum consummatū fuerit, generat mortem.* Porrò tunc consummatum peccatum est, cū diabolus vnà cum peccato regnat in corde, in qd violenter admissus est. Ideo tamen enixe hortatur Paul. *m vt non regnet peccatum in* nostro *mortali corpore, vt obediamus concupiscētiis eius.* Dominus Iesus etsi ad suum beneplacitum ingredi in idem cor animæ peccatricis valeat, absque vlla violentia ingredi nihilominus nititur, pulsat, efflagitatque, ab illa ipsa admitti, à qua expulsus iam fuit: nec semel duntaxat pulsat, sed stat, perseuerans patientia admirabili, contestans, se per ostium ingredi velle, vt vitam aperienti conferat, & vitam iucundissimam, prout apertius patet per id, quod dicit in libro Apocalypsis: *n Ego sto ad ostium*, expectans, scilicet, non irrumpo violenter, sed perseuero pulsans: *Si quis aperuerit mihi*, admittens scilicet gratiam meam, illive consentiens, *intrabo ad illum* pacifice, *& cœnabo cum illo, & ipse mecum* iucundam simul ducentes vitam.

DE ANIMA.

K Io.10.10

B

l Iacob.1.13.

m Ro.6.12

C

n Apoc.3.20.

D Paraphrasticus ergo eorum, quæ hic dicuntur, sensus hic est. Primo conuersionis meæ tempore is, qui, etiam cum in peccatis obsoluerer, diligebat nihilominus me, ac propter nimiam charitatem suam dilectus meus appellari non dedignabatur, qui & Deus meus, adstitit mihi præsens, sicve suauiter disposuit omnia, quæ meæ conducebant conuersioni; stetit magna longanimitate me expectans ad pœnitentiam, sustinensque exclusionem; specialibus beneficiis ipsam pulsauit obstinationē meam, qua tamquam ostio obseratum illi tenebā cor meum: cumque pulsationes istæ haud me mouerent, excitatam beneficiis, inuitauit insuper, & voce: *Vox* quippe illius *dilecti mei*, vox, inquam, inspirationis facta ad me est intrinsecus, qua ingens eius mihi exprimebatur desiderium ingrediendi intra penetralia mei cordis. Audire mihi visa sum illum, sic me affantem: O anima, cui tot, tamque eximia contuli beneficia, quam coheredē feci cælestis regni vt sororem meam ex eodem patre, & ex eadem matre Ierusalē cælesti; cui vt amicæ meæ sacramentum contuli corporis, & sanguinis mei, sacramentum verò Confirmationis exhibui, vt mea esses columba cælesti similis columbæ meæ Spiritui sancto, quamve per sacramentū Baptismi ante omnia immaculatam feci meam, ipse sum, qui te hisce cumulaui beneficiis. Cur pateris, vt extra cor tuum diutius stans, pulsansque subsistam? Nolo aliunde intrare, quam per ostiū:

PARAPHRASIS.

E

Tu

DE B. MARIA.

Tu (neque enim deeſt tibi gratia mea) ex tuo li- A
bero arbitrio amoue ſeras, forteſque fores obſti-
nationis, & prauæ conſuetudinis. Tu *mihi aperi*, ip
ſe, præcedente libero arbitrio tuo, ſubſequar, de-
ferens intrinſecus & gratiam iuſtificantem: *Mihi aperi*, non hoſtibus meis, ſimul ac tuis, vim, tibi in
ferentibus.

Ex Verſ. II. Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

SI exactius illa Sanctæ Eliſabeth perpendantur verba, quibus de Glorioſiſſima Virgine loquẽs dixit: *a Beata, quæ credidit; quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt ei à Domino;* Intelligemus, celſitudinis beatitudinem, inſignemque Dei genitricis gloriam B. Mariæ non tam inde prouenisse, quod perfecta ſint illa, quæ dicta ei à Domino fuerant, ſuperuentio Spiritus ſancti, obumbratioque virtutis Altiſſimi, aut conceptio, & partus eius, qui filius Altiſſimi vocandus eſſet, quàm ex eo, quod fidem præbuit Angeli verbis, ex eo, quod credidit, non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum, C atque adeo ea omnia perficienda in ſe, quæ per eũdem Dei nuntium ſibi fuerant prænũtiata, tametſi omnem naturæ ordinem prætergrederentur: Nec non & ex eo, quod iis omnibus, quæ facienda in ipſa erant, fidelẽ ſui præbuit conſensũ. Hinc eſt, quod hoc loco, vbi ipſamet refert proceſſum totius myſterii Incarnationis, in iſto, quod pre manib. habemus eius Myſterii principio, ardentiſſimum enarrat dilecti ſui ſtudium, quod in hoc vnum adhibuit potiſſimum, antequam carnem ex ea, & intra eam aſſumeret, vt fidelem iſtum ab illa extraheret conſẽſum, quo veluti aperto per eam oſtio, is ingrederetur in eius vterum per portam illam ab Ezechiele deſcriptam, ſemper clauſam, admittentem nihilominus Deum, D quove id aſſequeretur, vt beata prædicaretur, & eſſet. Ait igitur, ſibi quiete contẽplationi indulgenti adſtitiſſe dilectum ſuum, quod & Gabriel Angelus in ſua ſignificauit ſalutatione cum dixit: *b Aue gratia plena, Dominus tecum*, adſtitiſſe verò pulſantem; verbis nimirum eiuſdem Angeli ipſam excitantem, oſtiumque fidei ipſius, quaſi tot pulſaſſe ictibus, quot verba protulit Angelus in ſalutione, atque in eo, quòd è cælis ei detulit nũtio. Dum autem is ſic externis Angeli verbis pulſaret, intrinſecus ſibi auditam ipſamet eius vocem, talibus ſe affantem: *Aperi mihi* oſtium fidei tuæ, aſſentire mihi fideliter, vt ingrediar in vterum tuum. Ita enim *amica mea* es, atque præ E mulieribus omnibus mihi dilecta, eo arcto amoris vinculo proxima, vt amor ipſe cum pudiciſſimus ſit, tu quoque pudiciſſima perſeueres, dilecta mihi, & proxima inſtar pudiciſſimæ ſororis meæ. *Columba mea* tu es, vnique mihi ſponſata, columba ſanè fœcunda propter partum, quo me concipies, & paries fœcundata ab Spiritu ſancto; attamen ſimul & *immaculata mea* perſeuerans, nihil labis ex iſta contrahens fœcunditate, & immaculata permanente virginitate tua.

a Luc. 1. 45

Maria quò ob fidẽ beata prædicatur.

b Luc. 1. 27

APPENDIX.

Ex Verſ. II. Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Caldaica: Et vox Spiritus ſancti admonebat eos per manus Prophetarum, & excitabat eos de ſomno cordis eorum. Reſpondit dominator totius ſæculi: Conuertere ad pœnitentiã, aperi os tuum, & exulta, & lauda me ſoror mea, dilecta mea Synagoga Iſrael, quæ cõparata es columbæ in perfectione operum tuorum.

Vt iuſtis hæc dicta ſumuntur ab omnibus ferè Patribus, & quidem communiori ſenſu, vt dicta contemplatiuis à Chriſto illos excitãte, ad procurandam proximorum ſalutem. Ita Caſſiodorus, Gregor. Papa, Beda, Iuſtus, Anſelm. Richard. de S. Vict. Ruper. Abb. licet id applicet ad B. Virginem; ſed Auguſt. ante hos omnes, clariuſve hunc ſensũ ſerm. 57. in Ioan. ita proſequitur. In iis qui cõtemplationi vacẽtes ſuauiter, & humiliter requieſcũt dum otioſe oblectatur Eccleſia, ecce pulſat, qui ait. *c Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Vox ergo pulſat ad ianuam, & dicit: *Aperi mihi ſoror mea*, &c. Pulſat, vt excutiat quietem ſanctis otioſis, & clamat: *Aperi mihi* de ſanguine meo *ſoror mea*, de acceſſu meo *proxima mea*, de ſpiritu meo *columba mea*, de ſermone meo, quem plenius ex otio didiciſti, *perfecta mea*: *Aperi mihi*, prædica me, ad eos quippe qui clauſerunt contra me; quomodo intrabo ſine aperiente? Quomodo enim audient ſine prædicante.

Alii tamen iuſtis hæc dicta ſumunt à Deo quærente in illos ingredi. Ad ingreſſum per cognitionem referunt ea tres Patres, explicatque peroptime hunc ſenſum Gregor. Nyſſ. hom. 11. vbi quatuor notat circa iſtorum verborum expoſitioné. Primum, Deum illi ſe ſe exhibere præſentem, qui dormiens ſæculo, vigilet Deo, quive contemptis terrenis, inuigilet cæleſtibus, *d Similes expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis; vt cum venerit, & pulſauerit ianuam, confeſtim aperiant ei*, vt dicitur in Euangelio.

Secundum, Deum aperuiſſe quidem ſæpius ſponſæ, ſemper autem ſponſam ipſam, & animam ſanctam lætari de noua Dei cognitione, ſemperque illi remanere deſiderium nouæ illius cognitionis & manifeſtationis, ex quo deſiderio exultat ad vocem ipſius, cum ex voce illa promiſſam percipit eius apparitionem; cuius rei affert rationem hanc Nyſſen. Quia etſi aliquid Dei agnoſcamus, ſemper plus ſupereſt agnoſcendum, quam id ſit, quod agnouimus. Sicut qui videt magni alicuius fontis aquam è principio venæ ſcaturientem, etſi aquam videat, qua ingentes fiunt fluuii; plus tamẽ ſupereſt ſemper videndum eius aquæ, quæ nondum ſcaturiuit.

Tertium, piam animam cognitionem hanc Dei deſiderantem in cognitione ipſa æque, ac in amore ſemper proficere; ſicque ſponſam primò audire pulſantem, tametſi nondum agnoſceret, quoadusque audiuit & vocem pulſantis; poſt vocis auditionem, tum intelligere: *Aperi mihi ſoror mea*, &c. Quemadmodum & Moyſi primò per lucem cœpit,

Contemplatiui excitãtur à Chriſto ad procurãdam proximorũ ſalutem.

Caſſiod. Greg. Pp. Beda. Iuſt. Org. Anſelm. Ric. Vict. Rup. Abb. Auguſtin.

c Matt. 10. 27.

Tres Patr. Greg. Nyſ.

Præſens Deus qui ſe exhibeant. Deus.

d Luc. 12. 36.

In pia aïa cognitio Dei cauſat deſiderium vlterioris cognitionis eiuſdem

Simile.

Aïa ſancta ſemper proficit i cognitione Dei, æq. ac in amore eiuſdem

APPENDIX.

cœpit Dei apparitio, postea per nubem Deus cum eo loquitur; denique perfectior effectus Deum ipsum videt in caligine.

Claues quibus aīa aperire queat ostiū intellectus sui, vt Deus ꝑ illū ingrediatur, agitur.

Quartum, ostium mentis nostræ esse coniecturalem mysteriorum cogitationem, & contemplationem, quod ostium, quamve contemplationem sponsus, & veritas pulset per cognitionem ex parte in allegoriis, & ænigmatibus, dicens: *Aperi mihi*, præbensque simul & claues, quibus aperire anima queat, quatuor videlicet & designata per ista nomina, *Soror mea proxima mea, columba mea, perfecta mea*; ac si dicat: Si vis aperiri ostium, & attolli portas tuas, vt Rex ingrediatur, oportet, te meā fieri sororem, faciendo voluntatem Patris mei, q in cœlis est; appropinquare veritati, & adeo exacte esse propinquam, vt nullo intermedio disiungaris, & habere in natura columbæ perfectionē, nulla in re deficere, & esse plenam omni innocentia, & puritate.

Admitti vult Deus ꝑ piā aīam ꝑ ianuam deuotionis.

Ad ingressum eiusdem Dei in cor piorum per varias portas referunt alii: per ianuam quidem deuotionis, Ambr. libro de Isaac, & anima cap. 6. his verbis; Etsi dormias, si modo deuotionem animæ tuæ nouerit Christus, venit, & pulsat eius ianuam & dicit: *Aperi mihi soror mea*, quia nuptiæ spiritales sunt Verbi, atque animæ. *Aperi mihi*, sed extraneis claude, sæculo claude, neque ipsa foras ad illa materialia prodeas, neque tuum relinquēs lumen, alienū requiras. *Aperi* ipsam te *mihi*, noli coarctari, sed dilatare, & adimplebo te.

Ambr.

Ianuā oris sibi aperiri petit Xps ꝑ orationes.

Per ianuam oris in oratione idem Ambr. libro exhortat. ad Virg. post dimidium, dicens; Est & illa ianua, quam vult patere, vt aperiatur: vt resonet os tuum laudem Domini, gratiam sponsi, crucis confessionem, cum symbolum recenses, Psalmos in cubiculo tuo concinis. Ipsa est anima, quæ se Christo aperit, quam nudi vapores carnis exagitant.

Ingredi in animā vult Xps, sed ꝑ ianuā fidei.

Per ianuam fidei idem Ambr. serm. 12. in Psal. 118. vers. 1. dicens: Ianua nostra fides est, quæ totā domum, si fuerit robusta, communit. Per istam ianuam Christus ingreditur: vnde & Ecclesia dicit: *Vox fratris mei pulsat ad ianuam*. Audi pulsantem, audi introire cupiētem: *Aperi mihi soror mea sponsa, columba mea, perfecta mea*. Et paulo infra: Habemus, inquit, animę nostrę ianuam, habemus & portas. Ex variis autem Psalmorum locis ostendit Amb. alias esse portas, quæ dicuntur ęternales alias, q portæ iustitiæ, tametsi haud explicet, quænam istæ sint, sed distinguens, ait: Est ergo anima, quæ habet ianuā, est quæ habet portas: ad hanc ianuam venit Christus, & pulsat; pulsat & portas.

Ianua, & porta aīarū sunt multiplices.

Theod.

Xps admittitur intra animā ꝑ fores sēsuū.

Per ianuas, sensus corporis intelligit Theodor. dicens: Dum vigilat sponsa, licet ea dormiat somno corporeo, voce fruitur sponsi, eumque ad fores pulsantem exaudit. Quæ autem fores animæ sunt, nisi corporis sensus, per quos sponsa spōsum excipit non modo pulsantem, verum etiam præcipientem, vt sibi fores aperiantur? Hieron. quoque huc respexisse videtur, dum epist. 22. ad Eustochiū post dimidium, hæc habet: *Vox fratrueli mei pulsantis, & dicentis: Aperi mihi soror mea, proxima mea, perfecta mea, columba mea*: Quid necesse est, inquit, vt cordis tui ostia clausa sint? Sponso operiantur Christo, claudantur diabolo, secundum illud; *a Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, ne dimiseris locum tuum*. Daniel *b* in sublimi cænaculo suo (neque enim manere poterat in humili) fenestras apertas ad Ierusalem habuit: & tu habeto apertas fenestras, sed vnde lumen introeat, vnde videas Ciuitatem Domini: ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur: *c Intrauit mors* A *per fenestras nostras*.

Cor discessia esse diabolo claudenda, nunquā tamen Deo.

a Eccl. 10. 4.

b Dan. 6. 10

c Ier. 9. 21.

APPENDIX.

Iustum quoq. ad maiorem profectum per hæc vocari, censet Philo Carpat. Dicens; Quicumque Deo patet, & illius præcepta studiosissime conseruat, is se quotidie ad ianuam cordis acciri, & admoueri sentit ad meliora semper, & altiora charitatis opera facienda; quod appellationes ipsæ significant. Eiusdem iusti animam Christum vocare in articulo mortis, arbitrati sunt Cassiod. & Beda ex illo Euangelii: *d Vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis; vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei*. Confestim enim sic Domino pulsanti aperimus, si

Philo Car.

Cassiod. Beda.

In articulo mortis piā animam ad se se vocat Deus.

B mortem læti excipimus, neque ad iudicium eius induci formidamus, cui nos in bonis operibus placuisse, quem nos semper honorasse meminimus. Mariam denique omnium iustissimam per hæc excitatam ad consentiendum Incarnationis mysterio censuit Bernard. dum hom. 4. super Missus est, habet: Aperi Virgo beata cor fidei, labia cōfessioni, viscera creatori: Ecce desideratus cunctis gentibus foris pulsat ad ostium. O si te morante pertransierit, & rursus incipias dolens quærere, quem diligit anima tua, surge, curre, aperi: Surge per fidem, curre per deuotionem, aperi per confessionem. Ad eamdem gloriosam Virginem, vt excitatam ad prædicationem à filio post resurrectionem refert hæc ipsa Rupertus Abbas.

d Luc. 12. 36

Maria excitatur ad cōsentiendum Incarnationis mysterio in se cōsummando.

Bernard.

C Non defuerunt tamen, qui haud ad iustos, sed ad peccatores hæc habita accipiant: nam Ambros. serm. 1. in Psalm. 118. versic. 1. Attolle, inquit, oculos mentis, & videbis non solum angelos, sed etiā Deum, qui dicat tibi: *Aperi mihi soror mea, proxima mea*. Pulsat ad ianuam & quando tu dormis, si tamen excitatus euigiles, vel vocatus ianuam tui pectoris aperias, introibit. Quod si fugias lectionem propheticam, si domi non legas, in Ecclesia audire nolis, nonne es sicut ille, qui auerso conniuet obtutu, ne videat, quod possit videre; claudit oculos ne respiciat, cui potestas videndi est?

Maria excitata à Xpo ad prædicationem.

Rup. Ab. Ambros.

Pulsat, vocatq. Deus ꝑ lectiones ꝓpheticas & vocesprædicatorum.

D Cassiodorus quoque vocem istam, vocem internarum inspirationum accipit, qua Deus inspirat, & vocet animam ad aperiendum sibi cor per pænitentiam, & fidem. Consentiunt huic sensui, quæ dicuntur ad Aponio, Beda, Iusto Orgelitan. & Philone Carpathio in suis commentariis super hunc locum.

Cassiod.

Inspirationib. vocantur aīa ad pænitentiā.

Sed & ad infideles eadem dicta sumit Phi. Carpathius, dicens. Possunt & hæc referri ad tempus post resurrectionem, cum Dominus noster clausis ianuis apparuit Apostolis, cum & Thomam incredulitatis reprehendit, & in eius persona quamlibet infidelem animam, vtque ianuā sibi cordis aperiret, ad fidem capiendam excitauit: vnde propinquam primum ipsam animam quasi fidei vicinam, non dum tamen credentem, deinde sororem, & sponsam, & columbam, & perfectam suā

Aponius. Iust. Org. Phil. Car.

Thomā Apostolū quē Xps post resurrectionē pulsans, aduocarit ad fidei ianuā sibi aperiendam.

E sponsus appellat, vt iam iam fidelem totā, & igne charitatis ardentem.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

I. SENSVS.

Facilis est istius litteræ sensus: post pulsationes enim, blandasque voces exhibitas ad commouendum cor dilectæ suæ, vt sibi aperiat, seque intra domum admittat, & tertias iam sponsus adiicit machinas, easque validiores,

LITTERA. diores, quibus vel ob miſericordiam ſaltem flectatur, quæ ſimplici minime flectebatur charitate. Nihil enim amantium etiam ſobriatorum magis flectit animos, quàm amatorum incommodũ, vel imminens periculum aliquod. Idcirco maximam, quam ex nocturni aeris perpetiebatur, dum ita ſub dio maneret, proponit noxam, ſimulque & maius, quod ſibi imminebat, indicat periculũ, ſi intrinſecus ab ipſa nõ admittatur: Acque eſt autem, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. *Aperi mihi*, nec patiaris, extra fores diutius me manere frigido noctis tempore ſub dio, ni mortuum me velis: *quia iam caput meum* humido *plenum eſt rore, & cincinni*, crinesve mei *guttis* madẽt nocturnis, deciduaque, & frigida fluunt pluuia *noctium*.

II. SENSVS. Quamuis autem ſenſus iſte ſit commodiſſimus addi nihilominus poſſunt & duo alii admodum congruentes. Siquidem quæ hic dicuntur, accipi poſſunt vel ad maiorem amplificationem amoris illius, qui ſibi operiri petebat, vel ad improperationem ingratitudinis illius, quæ aperire tardabat.

Primo modo ſumpta illam ipſam amplificantionem è charitate deſumptam, qua vna ſponſus aperiri ſibi efflagitat. Neque enim alias adhibere vult machinas, quam vnius amoris, quo nil fortius nouit eſſe, nil durius. Hunc proteſtatus eſt blandis vocibus illis quatuor, ſororis ſuæ, amicæ ſuæ, columbæ ſuæ, & immaculatæ ſuæ. Hunc modo & euidenti comprobat effectu: Tantundem quippe eſt, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Rogaui te, vt mihi aperires dilecto tuo, qui pro ſingulari in te dilectione te vnam volui ſororem meam, amicam meam, columbam meam, immaculatam meam. *Aperi* iam amabò tali dilecto tuo; *quia* ob ipſummet tui amorem intempeſtæ noctis frigore tuis adſto foribus, ros ipſe, quo *meum plenum eſt caput*, ipſæque *noctium* guttæ, quibus mei madent *cincinni*, vehementiſſimæ meæ huius in te charitatis teſtes ſunt perquam optimi.

III. SENSVS. Alio verò modo ſumpta vehementem eademmet verba continent obiurgationem: Increpare namque videtur ſpõſus dilectam, quòd moras in aperiendo moliretur, ſimulque eamdem incuſare ingratitudinis magnæ, quod vice adeo flagrantis charitatis, qua eam proſecutus fuerat, factoque exhibuerat, eligens eam, quam vnam pro ſua habere vellet ſorore, pro ſua amica, pro ſua columba, pro que ſua immaculata, frigidum ab ipſa acceperit rorem, gelidasve noctium guttas, ſub dio relictus Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Ad primam mihi aperire debueras pulſationẽ; *Aperi*, quid moraris? *Aperi mihi*, dilecto tuo, qui vnam te volui ſororem meã: *Aperi*, vel de tua erubeſcens ingratitudine; quia ob tuas moras *caput meum plenum eſt rore, & cincinni*, crinesve *mei guttis* pleni ſunt *noctium*.

Quoad vocum ſignificationem, & lectionũ varietatem in 1. parte, verbisve iis, *Quia caput meum plenum eſt rore*, nihil eſt, quod notandum ſit; In altera verò parte, & verbis illis, *Et cincinni mei guttis noctium*, duo ſunt animaduertenda. Primum eſt iſto cincinnorum vocabulo haud exiſtimandum, ſponſum hic ab Spiritu ſancto proponi, qui cincinnatus, & calamiſtratus ſit, capillos inſtar annulorum calamiſtro intortos geſtans (quod fœdum & ignominioſum honeſto cuique eſt viro) ſed qui Nazaræus ſit, crinesve inſtar Nazaræorum geſtet promiſſos. Quamquam nihil prohibeat, ipſos ſponſi crines naturali flexu cincinnos præ ſe tuliſſe, prout colligitur ex ſimilitudine, qua hoc

A ipſo cap. 5. inferius commendantur, cum dicitur: *Coma eius ſicut elate palmarum*; vt ibi explicatur. LITTERA.

Porrò tametſi tam Hebraica vox קוצות keuutzoth, quàm & Græca βόστρυχοι, quæ vsi ſunt Septuag. etiam cincinnos deſignet, prout eam accepit Hieronym. ſignificat tamen & crines ipſos, & comam prolixam; vnde in præcitato loco ipſemet Hieronym. vocabulo comatum eamdem reddit vertens: *Coma eius ſicut elate palmarum*. Et Ambr. ſermo. 12. in Pſam. 118. verſicul. 1. atque Auguſt. tractat. 57. in Ioan. ſequentes verſionem Septuag. Sic & quod hic dicitur, legunt: *Et crines mei guttis noctis*. Cant. 5. 11. Hierony. Ambroſ. Auguſt.

Quod dicitur, *guttis noctium*, vel *noctis*, (vt habent Hebræ. & Septuag.) ſeu *nocturnis*, vt habent B Aquila, & Symmachus, duplicem habere poteſt ſenſum: Vel enim quid diuerſum ſignificat à rore, quo caput plenum eſſe, dictum eſt; Vel eumdemmet rorem. Si primum, exiguam quamdam ſignificat pluuiam, quæ noctibus fieri ſolet, iuxta eam Ariſtot. doctrinam, quæ ait: Proprie nomina paſſionibus imponuntur, & quibuſdam differentiis ipſarum: Cum enim ſecundum modica feratur, guttæ; cum autem ſecundum maiores partes, pluuia vocatur. Fauent huic ſenſui R. Salomon, & R. Innominatus, dum vocabulum רסיסי reſiſe, quod in lectione Hebraica habetur, Chaldaicum eſſe exiſtimant, idem videlicet ipſum, quo vſa eſt paraphraſis Chaldaica in Cantico Deuteronomii: *Sicut gutta ſuper herbam*; vbi Vulgata habent: *Quaſi ſtilla ſuper gramina*. Lib. 1. Meteor. Sum. 3. c. 1. Deut. 32. 2.

C

Melius tamen ſecundum alterum ſenſum eumdemmet ſignificat rorem, qui & guttæ dicitur, & noctiũ: quia noctibus decidat, vt ex philoſophia conſtat, & ex experientia; & quia ob magnam copiam, qua caput replet, per crines capiti adhærentes defluens, in magnas, multasque decidat guttas.

Ex Verſ. II. Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

D *Expoſitio Secunda: De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.*

III. SENSVS. Retulit in pcedentib. verbis Eccleſia, quomodo frequentiſſimis Sanctorum Prophetarũ vocibus eo tempore, quo in antiquo populo dormiebat, excitata fuerit ad conuerſionem, prout fuſius explicatum eſt in principio ſecundæ expoſit. illorum: Retulit & quanta in eodem Iudaico populo à Deo obtinuerit beneficia, ipſomet Deo dilecto ſuo ea enumerante in his quatuor vocibus, *Soror mea, amica mea*, &c. Addit modo & id, in quo potiſſimum ab eodem dilecto ſuo obiurgata tunc eſt, & ingratitudinis incuſata. *Iudaicũ populũ ob idololatriã ſeſe lus arguit ſponſus cæleſtis.*

E Porrò ſi Prophetarum, per quorum ora tunc Deus loquebatur, reuoluãtur ſcripta, nulla re magis offenſum, nullam ob rem frequentius populũ illum obiurgantem, ingratitudinisve increpantẽ Deum videre eſt, quàm ob idololatriam, cui is populus addictus maxime erat. Hanc & hic pariter exprobrans is ipſe proponitur, ſub egregiis metaphoris eo modo, quo & apud Ieremiam proponitur, apertius eumdem populum, eamdemque Eccleſiam increpans, atque dicens: a *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix; ego autem te plantaui vineam electam, omne ſemen verum. Quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena?* a Ier. 2. 20

Vt

DE ECCLESIA.

Vt autem hæc sponsi dicta percipiantur, primũ inuestigandum est, quodnam sit caput Dei; siquidem Apostolus Paulus in prima epistola ad Corinthios istiusmodi gradationem faciens: *a Omnis viri caput Christus est; caput autem mulieris vir, caput verò Christi Deus:* De cap. Dei nihil dicit, quasi re vera Dei non sit assignare aliud caput; cum ipsemet sibi sit caput. Qnod si ipse sibimet est caput certè dum hic ait: *Quia caput meum plenum est rore:* nomine capitis sui ipsam significat diuinitatem suam: Vel, si spiritalia membra eidem assignare volimus eo modo, quo & animæ assignamus, (tametsi & hæc expers membrorum sit, quatenus spiritus est) iuxta varias, quas in se habet virtutes; qua ratione ob varia attributa, diuersa quoque membra in sacris litteris ipsimet Deo adscripta reperimus, faciẽ, aures, oculos, nasum, brachia, manus, digitos, & alia huiusmodi; quo modo eadem eius attributa, atque virtutes sub variorum membrorum metaphoris in hoc ipso capite 5. sponsa singulari celebrat encomio; eam sanè virtutem, idve attributum caput Dei intelligemus esse, quæ caput est virtutum omnium, charitatem nimirum eius, bonitatemque ipsius, quæ inter reliqua attributa primum facile obtinet locum. Ros autem super istiusmodi Dei caput ipsam significat idololatriá, qua cultus vni Deo debitus creaturis exhibetur, qua creaturæ ad æthera falsis eleuantur opinionibus, & vero præferuntur Deo; quave quicquid boni, quicquid eximii, atque præclari vel à charitate, vel à bonitate, vel ab omnipotentia Dei est, id omne creaturis adscribitur.

Caput Dei ipsa eius Deitas, vel eius bonitas, & charitas.

a 1. Cor. 11 3.

Idololatria est ros spiritualis, quã ve rectè sic dicta sit.

Ros [?] fit.

Enimuero ros aliud non est secundum doctrinam Philosophorum, quàm vapores tenues à Solis æstu ex imis terræ eleuati in sublime aeris, atq; frigore serenæ noctis coacti. Porrò si causas idololatriæ perscrutemur, quidve ipsa sit inuestigemus inueniemus, haud aliud esse, quàm creaturas, easque sæpe etiam vilissimas, vt talpæ sunt, & vespertiliones, quas inter falsos Iudæorum Deos enumerat Isaias, *b* ab æstu concupiscentiæ, vel nimii affectus, vel nimiæ libidinis, vel vanæ gloriæ in sublime eleuatas, noctisve frigore, nimirum impia, ac peruersa ignorantia simul coactas, & quasi diuinum quid, ac cæleste in terras demissas hominib. in ipsis inscitiæ tenebris, atque in frigore peccatorũ persistentibus, vt colligere est ex Apostolo Paulo in primo c. epist. ad Romanos, & apertius ex libro Sapientiæ c. 13. & 14. Huiusmodi itaque rore conqueritur Deus suum plenum esse caput, quod creaturæ positæ sint super diuinitatem suam, sibique prælatæ, & ipsa sua diuinitas illis operta sit, ita vt illæ pro Diis prædicentur, atque colantur, ipse verò nequaquam. Non ait tantummodo: *Quia caput meum plenum est rore:* sed addit: *Et cincinni mei guttis noctium:* quibus verbis id ipsum egregie amplificat, designans, caput ne dum diuinitatis, sed & charitatis, & bonitatis suæ tali rore repletum, ac coopertum esse: nam & præstantissima beneficia, insigniaque prodigia, quæ ab ipsa eius diuinitate, bonitate, & charitate proueniunt, æq. ac crines à capite proueniunt, capitive inhęrent, tametsi deorsum tendant expansi: Ista, inquam, beneficia eodem rore sunt cooperta, quatenus haud iam ipsi Deo, eiusve charitati; & bonitati accepta referentur, sed creaturis iis, quæ impio, falsoque ritu colerentur. Qnod quàm verum fuerit, ea indicant verba, quę ab ipsomet Iudaico populo prolata fuere coram vitulo aureo, quem in idolum sibi erexerant: *c Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Sic apud Ieremiam dicunt ligno: *d*

Idololatria vnde ortũ habeat.

b Isa. 2. 20

c Exo. 32. 4

d Ier. 2. 26

A *Pater meus es: & lapidi: Tu me genuisti.* Et apud Oseam: *e Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linũ meũ, oleum meum, & potum meum.* Quod ergo hic dicitur, tale est.

DE ECCLESIA.

e Osea 2. 5

Aperi mihi, cõuertere ad me Dominum Deum tuum: operiat confusio faciem tuam; *quia caput meum*, diuinitas mea, bonitas mea, meaque charitas, falsa peruersaque operta sunt diuinitate creaturarum; & admiranda beneficia illa, quæ instar crinium ex capite ipso meo in te prouenere, eisdẽ iam accepta feruntur creaturis. Hæc quidem recto, si Ecclesia in tota hac enarratione pristinũ suũ in antiquo populo enarret statum.

PARAPHRASIS.

B Quòd si præsentem in Christiano populo statũ illa enarret iuxta ea, quæ in præcedentibus dicta sunt, in verbis hisce Christus eius dilectus efficacissimam addit rationem, quintumve motiuum, qua Sanctos à contemplationis somno ad procurandam impellat proximorum salutem, & peccatorum conuersionem. Ratio autẽ ista, istudve motiuum efficacissimum est ex eo, quod per illud Sãcti quique commouentur ad compassionem, & zelum honoris Dei iuxta eum sensum, qui primo loco allatus in exposit. litteræ.

I. SENSVS.

Motiuũ optimũ ad procurãdã iniquorũ Xpianorũ cõuersionẽ, id est vt propter eos nõ blasphemantur Deus, & illius serui.

Ecquis enim æmulator honoris Dei commiseratione non moueatur, intelligens, Christum Iesum, qui pro Dei gloria propaganda carnem sumere non est dedignatus, vt nuntiaret Dei nomen C fratribus suis, eisdemque tanquá amicis, diuinæ gloriæ nota faceret mysteria; quive super crucem mori sustinuit, vt fidelis populi Ecclesiam desponsaret sibi in vnicam columbam dealbatá in sanguine suo: vt quotquot intra ipsam forent, immaculati essent; ob complurium Christianorum improbitatem, ignominias ipsimet Deo, sanctisve, qui in Ecclesia sunt, fidelibus irrogatas perferre coactum à Gentibus, quæ Deum ignorant? Videntes siquidem Gentes in eo populo, qui de Christi nomine gloriatur, & de veri Dei cultu, quive diuinam iactat legẽ, tot prauos mores, tot impietates, tot nefanda crimina, totve atrocia scelera, quot inspicimus, & audimus, ac ingemiscimus in prauis Chri D stianis, & in Deum, qui ab illis colitur, & in totum quoque populum, qui tali adhæret Deo, opprobria, atque blasphemias impiis effutiunt linguis, prout apud Ezech. ipsemet conqueritur Deus, dicẽs: *f Ingressi sunt ad Gẽtes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini ipse est, & de terra eius egressi sũt* Quę Dei verba explicans Apostolus ait; *g Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deũ inhonoras. Nomen n. Dei per vos blasphematur inter Gentes sicut scriptum est.* Hinc & Petrus quoq. Apostolus tam enixe rogat fideles, vt digne, & laudabiliter conuersentur, dicens: *h Charissimi, obsecro vos tãquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnali* E *bus desideriis, quæ militant aduersus animam, cõuersationem vestram inter Gentes habentes bonam; vt in eo, quod detractant de vobis, tamquam de malefactorib. ex bonis operib. vos considerantes, glorificẽt Deũ in die visitationis.* De his opprobriis, de hisce blasphemiis commiserationem in sanctorum animis commouere hic nititur Ecclesiæ dilectus eo mõ, quo & in Psalmo 28. de iisdem cælesti Patri commouere conatus est compassionem, dicẽs: *i Deus tu scis insipientiam meam* (quæ in membris. s. meis est) *& delicta mea* (membrorum videlicet meorum) *à te non sunt abscondita. Non erubescãt in me, qui expectant te, Domine, Domine virtutum. Non cõfundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel: quoniam*

Zpiani praui sunt i cã vt ab infidelib. blasphemetur nomẽ Domini, & qui in eum credunt, illisq. inseruiunt.

f Ezech. 36 20.

g Ro. 2. 23

h 1. Pe. 2. 11

i Psa. 68. 6.

DE ECCLESIA.

niam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ: en Christum extra fores: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*: en desiderium studiumve, vt sibi aperiatur: *& opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt super me*. Qđ hisce apertis significat verbis: *Et opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderunt super me*: idipsum & spõsæ verbis significat metaphoricis, cũ ait: *Quia caput meum plenum est rore*. Caput quippe illius esse Deum, ex Apostolo a clarum est; Ros autem frigida nocte descendens super huiusmodi caput, illudve, quantum in se est, infrigidans, frigidisve replens distillationibus, quid aliud est, quàm blasphemiæ, & opprobria ipsa exprobrantium Deo, variasque distillationes impotentiæ, inscitiæ, prauitatis, & ceterorum huiusmodi illi inferẽtia? Porrò ros iste in nocte descendit super caput Christi, & ex frigore: siquidem nemo est, qui talia exprobret opprobria, & è cuius ore tales descendant blasphemiæ, qui in nocte non sit ignorantiæ, quod de se loquẽs fatetur Paulus, dicens: b *Qui prius blasphemus fui & persecutor, & contumeliosus; sed misericordiã Dei consecutus sum; quia ignorãs feci in incredulitate*. Cũ ignorantia vero, & tenebris frigus impietatis in eis esse, qui blasphemant, ea testantur Pet. verba: c *Hi verò velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem, & in perniciem in his, quæ ignorant, blasphemantes, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem, existimantes diei delicias consummationis, & maculæ*. Quibus consona sunt, quæ & Iudas item Apostolus ait: d *Hi autem* (impii scilicet, atque scelesti, de quibus locutus fuerat in præcedentibus) *quæcumque quidẽ ignorant, blasphemant; quæcumque naturaliter tamquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur*.

Blasphemiæ sunt sicut ros super caput Xpi: quantũ n. in eis est, frigiditatẽ Deo inferunt.

a 1. Cor. 3.

Blasphemia ex ignorãtia simul ac prauitate prouenit.

b 1. Tim. 1. 13.
c 2. Petr. 2. 12.
d Iudæ. 1. 10.

Denique quod in præcitato Psalmo significauit verbis iis: *Non erubescant in me, qui expectant te, Domine, non confundantur super me, qui quærũt te, Deus Israel*; hoc idemmet Iesus Christus sponsæ eidẽ significat, & hoc quoq. loco sub egregiis metaphoris dicẽs. *Et cincinni mei guttis noctium*, scilicet pleni sunt. Crines namque Christi sanctos illos esse fideles, qui Christi capiti, Deoque inhærent, & à Deo dependent, probatum est alibi sæpius. Bene autem cincinnos suos eos appellat, quos guttis noctium asserit oppletos: vt indicet ob improbitatẽ malorum Christianorum & illos quoque blasphemari, ac maledictis lacessiri, qui in fidelium plebe, & in Ecclesia Sanctorum sanctiores sunt, quorum & conuersatio in cœlis est, quod cincinnorũ designat forma. Cincinni namque capilli sunt capiti inhærentes, è capite quidem pendentes, ac culminibus suis retortis sursum tendentes. Vt euitaret istas noctium guttas, istas blasphemias, & maledictiones Paulus, e fidelibus Corinthiorum dixit aliquando ex persona Sanctorum Apostolorum omnium: *Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum*: rogans nimirum eos, ne quid praui operarentur, neve quis inter ipsos esset prauæ vitæ, vnde scandalizati, & offendi aliqs posset, vt tã Sãctũ Apostolatus ministerium vituperationibus obloquentium non esset obnoxium: Hocque ipsum efflagitat Christus, dũ ait: *Aperi mihi, &c. quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*. Tantumdem est enim, ac si dicat.

Cincinni Christi sũt ij, qui sanctiores sũt in Ecclesia.

e 2. Cor. 6. 3.

PARAPHRASIS.

Da operam, vt in his, qui in te dormiũt per peccata, præclusus mihi aperiatur aditus: dum. n. extra illorum corda sum, perseuerantibus eis in peccatis, & in obstinatione, ab iis, qui extra te sunt dilectam Ecclesiam meam, Deus, qui caput meũ est, blasphematur, & opprobria exprobrantium Deo, cadunt super me instar frigidissimi roris: quin & tota fidelium plebs, quæ instar comæ meo inhæret capiti, iique etiam, quorum conuersatio in cœlis est instar cincinnorum, sursum tendere videntur capillorum culminibus, eorumdem maledictis impetuntur.

II. SENSUS.

Iuxta sensum illum, qui secundo loco allatus est in litteræ exposit. exaggerans verbis istis ingẽtem charitatem suam, qua vniuersam Ecclesiam, atque adeo & illos, qui in ea sunt, peccatores prosecutus est, ex tantæ charitatis suæ propositione nititur Christus Deus sanctos illos, qui contẽplationi se dedidere, ad procurandam peccatorũ cõuersionem commouere. Proponit autem charitatem istam suam duplici argumẽto. Primum ex eo, quod ipsemet pro salute peccatorum tunc temporis, quando in nocte passionis, & super cruce non habuit, vbi reclinaret caput suum, rore sanguineo in ipsomet capite suo perfusus est, quod & modo cum super cruce crucifixum eum quis contẽplatur, eodem rore plenum conspicit, & spinis redimitum. Vocat autem sanguinem, quo caput suum madefactum est, Ros: tum quia instar roris nocte defluxit, nocte enim spinis fuit coronatum ab impiis satellitibus: tum quia instar roris vim dedit spinis à se madefactis, vt iam rosas mundo producerent, vim dedit ærumnis, & tribulationibus, vt gaudium exhiberẽt, & gloriationem, prout aliàs ostensum est. Addit deinde & alterum argumẽtum eiusdem charitatis suæ erga peccatores, dicens, *Et cincinni mei guttis noctium*. Cincinnorum vocabulo sanctos designans Apostolos, & discipulos suos qui sibi capiti inhærerent instar crinium, ac cincinnorum, e capite proprie sumpto ad caput transiẽs metaphoricum, ac de cincinnis loquens metaphoricis. Porrò cincinnos istos suos pro eadem peccatorum salute procuranda plenos proponit guttis noctium, frigidissimis nimirum, ac gelidis tribulationibus, laboribus, persecutionibus, cruciatibus ac necibus, quæ rectè designantur vocabulo guttarum noctiũ, seu gelidæ pruinæ decoquentis hobas, flores, ac fructus: frequentissimum quippe est in sacris litteris, tam per noctis, quàm per frigoris metaphoras ærũnas significari, ac psecutiones.

Motiuum aliud ad curãdũ peccatorũ cõuersionẽ & ingens charitas Christi in tales qui pp̃ter hanc cõuersionẽ et seipsum, et dilectos Apostolos suos ærumnis subiecit.

Sanguis capitis Christi quo dictus ros.

Tribulationes huius vitæ guttæ sunt exiguæ.

Secundum hunc ergo sensum vis huius rationis in eo sita est, vt ex hoc, quod Christus ob nimiam charitatem suam pro peccatorum conuersione capiti suo non pepercit, sicut & animæ suæ, nec dilectissimis Apostolis, & discipulis suis; qppe qui propterea & super cruce caput ipsum habuit sanguineo rore repletum, & discipulos suos postmodum nocturnis, frigidissimisve ærumnarum, ac persecutionum guttis ob id ipsum mundo oppletos exhibuit. Non expauescant iam, neque morentur contemplatiui, dare operam eidẽ conuersioni peccatorum, metu retardati perturbationũ, ac ærumnarum: Aeque est enim, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Aperi mihi, da operam, vt in cordibus peccatorum fores, & pessuli mihi aperiantur obstinationis: quandoquidem charitatis ergo *caput meum* passionis nocte *rore repletum est* sanguineo, & qui mihi inhærere vt crines capiti, mei, inquam, Apostoli ob eamdem ærumnis confecti sunt, & persecutionibus. Intuere igitur caput meum sic sanguine plenum, intuere cincinnos prædictos meos nobilibus oppletos guttis noctium, & etiam tu quoq; eidem te dede charitati, aperiens mihi.

Vnum circa hæc notandum, per hoc, quod tam graues ærumnæ, cruciatus, ac persecutiones Apostolo-

DE ANIMA

stolorum guttæ appellantur, confirmari id, quod ait Paulus: *a Momentaneum, & leue tribulationis nostræ.*

a 2.Cor.4 17.

Ex Verſ. II. Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

Expoſitio Tertia. De Secunda ſponſa, quæ eſt anima iuſti.

III. SENSVS.

Peccata a totius mũdi reſpectu immenſæ charitatis Dei ſunt inſtar exigui roris & tenuium guttarũ aquæ ſuper ardentẽ fornacẽ

QVod in ardentiſſimis accenſæ fornacis flammis tenues aquarũ guttæ, quodve exiguus ros efficit in terra ingenti calore combuſta, hoc ſanè ex parte Dei efficiunt & hominũ peccata in flagrantiſſima Dei erga quamcumque fidelem animam charitate, atque in beneficiis, quæ ita è tali charitate deriuant, ſicut flammæ ab igne fornacis, & ſicut cincinni, ac crines à capite. Enimuero ſicut per proiectas in ſe aquarum guttas, vel etiam decidentes noctiuum ſtillas tantum abeſt, vt ingentes flammæ extinguantur, vel minimum quid ſuſcipiãt diminutionis, vt magis potiùs accendantur, altiusve eleuẽtur: Et ros quoque in æſtiuis caloribus decidens, tametſi gelidus ille in ſe ſit, auget potius, quã minuat æſtus, ſicut & exigua pluuia: Ita & peccata inſtar roris, ac pruinæ frigidiſſima, tametſi ſuper flagrantiſſimã charitatis Dei fornacem congerantur à peccatoribus, atque etiã ſuper diuina beneficia, quæ ex ipſa charitate, vt flammæ à fornace procedunt quãtaquãta illa ſint, inſtar guttarum nihilominus ſe habẽt reſpectu tam ardentis fornacis, tamque flagrantiũ flammarum; atque adeo maiores per ea ſuſcitantur & beneficiorum ipſorum flammæ, & æſtus ipſius charitatis diuinę. Efficitur autem & prouenit iſtud omne ex vehementi tantæ charitatis calore, magnoque eius igne, non ex peccatis, ac peccatoribus ipſis: peccata enim p ſe, & ex natura ſua eo directa ſunt, vt charitatem, ſpiritusve ignem extinguant eo modo, quo & aqua ex natura ſua id habet, vt ignem extinguat viſibilem; & peccator peccatis ipſis ſuis; quid aliud tentat, quàm vt diuinã tollat charitatem, diuinum ignem, Deumque ipſum, de quo ſcriptum nouimus, & quod charitas ſit, & quòd ſit etiam ignis? Audiatur S. Bernardus, loquens de propria voluntate radice peccatorum omnium. Vtinam (inquit) rebus mundi eſſet contenta, ne in ipſum (horribile dictu) deſæuiret auctorem. Nunc autem & ipſum, quãtum in ipſa eſt,

Peccata a ex natura ſua eò tendũt, vt ſi fieri poſſet diuinã charitatẽ, Deũq. ipſum è medio tollerent.

S. Bernar. ſer. 3. de reſurrec. Domini.

" Deum perimit voluntas propria: omnino .n. vellet
" Deum peccata ſua aut vindicare nõ poſſe, aut nol-
" le, aut ea neſcire. Vult ergo, eum non eſſe Deum,
" quæ quantum in ipſa eſt, vult eum aut impotentẽ
" aut iniuſtum eſſe, aut inſipiẽtem.

Hæc omnia ſubindicat cæleſtis animarum ſponſus, cum ad peccatricem animam ait: *Aperi mihi*, pulſans: & hæc ſubiicit inconuincentem rationem: *Quia caput meũ plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Exprobrat. n. illi per verba hæc ingratitudinem eius vtpote quæ flagrantiſſimam Dei charitatem, quæ ipſe eam tanto eſt proſecutus feruore, quæve capitis locum in ſe tenet, (vt ſupra declaratum eſt) frigidiſſimo peccatorum ſuorum rore repleuerit, beneficiaque illa omnia, quibus vt profuſis crinib. è tali charitatis ſuæ capite defluentibus, decorata à ſe fuerat, gelidiſſimis noctium repleuit guttis, gelidiſſimis, & obſcuriſſimis actib. igratitudinis: Tũ ſimul iiſdem verbis ex iſta ipſa repletione capitis, & cincinnorum ſuorum, ex tolerantia peccatorum, & prædictorum actuum ingratitudinis, ipſam mirum in modum amplificat charitatem ſuã & beneficiorum item ſuorum maiorem oſtendit cumulum. Id verò & demonſtrat verbis, & exhibet facto ipſo: verbis demonſtrat, cum peccata, ipſosve ingratitudinis actus, quibus ab anima conqueritur oppletum caput charitatis ſuæ, & crines beneficiorum ſuorum, exiguum tandem appellat ros, exileſve guttas reſpectu tantæ fornacis, tantarumve flammarum, vt ſupra explicatũ iam eſt. Exhibet denique & facto: quandoquidem oppleto capite ſuo tali peccatorum rore, & cincinnis item ſuis talibus guttis ingratitudinis eius, adhuc ad eiuſdem animæ oſtium ſtat, adhuc pulſat nouis beneficiis, adhuc clamat nouis inſpirationib. adhuc dicit, *Aperi mihi.* Ecquanã vero in re, quove i actu magis, quam in iſto, pateſit diuinæ charitatis, flãmarumq. eiuſdem exaltatio? *b Propterea expectat Dominus* (inquit Iſaias Propheta) *vt miſereatur veſtri; & ideo exaltabitur parcẽs vobis.* Et ipſemet Deus apud eũdẽ Prophetã; *c Seruire*, inq t, *me feciſti in iniquitatib. tuis, pbuiſti mihi laborẽ in peccatis tuis:* en repletionẽ capitis, ac cincinnorũ ipſius. *Ego ſũ, ego ſũ ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorum non recordabor:* en exaltationem ignis, atq. flammarum ex ipſius ignis vi prouenientem. Similia quodammodo his ſunt, quæ & hic ſub perſona ſponſi ait: Aeque eſt enim, ac ſi dicat.

Ex peccatorum, & aliorũ ingratitudinis tolerantia exaltatur flãmadinis charitatis, & beneficiorũ eiuſdem.

b Iſ. 30. 18.

c Iſ. 43. 24.

PARAPHRASIS.

Aperi mihi tu, cui tanta contuli beneficia, tantã & exhibui charitatem: *quia* dum extra cor tuum ſum ipſa charitas mea, quæ caput mihi eſt inter virtutes reliquas, frigidiſſimis plena eſt peccatis tuis, & quæ inſtar cincinnorũ à capite depẽdentiũ ex ipſa charitate mea proueniunt beneficia mea, gelidiſſimis plena ſunt iniquitatib. tuis. Quãquã ob ingẽtẽ eiuſdẽ charitatis meę ardorẽ, magnãq. vim beneficientiæ meæ ipſa peccata tua, tuæque iniquitates, & multæ, & maximæ exiguus ros ſint & modicæ guttæ: Vnde quid mirum, ſi per eas & fornax magis accendatur, & flammæ euadãt maiores, ita vt perſeuerem ſtans ad oſtiuum tuum nouis pulſans vocibus, ſimul ac gratiis.

I. SENSVS.

Quod ſi anima haud præteritæ vitæ ſuæ ſtatũ, ſed ſtatum vitæ præſentis exponat in tota hac ſua enarratione; cum illa ſit ſponſa Dei, debemus ſupponere, ipſam eſſe in gratia, atque adeo ſororem, amicam, columbam, & immaculatam illius eo ſenſu, quo immaculatæ vocabulum excludit peccatum omne mortale. Adſtitiſſe autem ſibi, inquit, Deum dilectum ſuum, quaſi extra fores ad oſtium cordis eius pulſantem, & dicentem: *Aperi mihi ſoror mea*, &c. quando ipſam frigide, & indeuote ſibi inſeruientem, tepideq. diuina miniſteria exercentem is ad feruorem excitat, ad actualẽ deuotionem, atq. ad maiorem profectum; quod patefecit apertius per ſubiectam hanc rationẽ: *Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.*

Ab indeuotione, & tepiditate reuocatur pia anima.

Pro huius ſenſus intelligentia ſupponendũ primò eſt, caput Dei reſpectu animæ eſſe charitatem illius, de qua ſanè charitate ait Apoſtolus: *d Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſãctum, qui datus eſt nobis.* Et, *e Nunc manẽt tria hæc fides, ſpes, charitas; maior autem horum eſt charitas;* quia nimirum caput eſt illorum, & eſt caput eiuſdem Dei ad animam accedentis. Supponẽdum ſecundò per cincinnos, crineſve ex hoc Dei capite prouenientes, deſignatas cogitationes illas ſanctas, atq. cæleſtes, q in pia anima ex prædicta prodeũt charitate Dei, quas rectè cincinnos potius appellat, quam crines ſuos: quia nõ inſtar crinium è capite quidem prodeunt, terram tñ verſus, demiſſæ ſunt;

Tepiditas in Dei ſeruitio refrigerat caput Dei, einſq. cincinnos, & quo id fuciat vires.

d Ro. 5. 5.

e 1. Cor. 13. 13.

DE ANIMA

sunt, sed & è capite prodeunt dictæ charitatis, & retortius culminibus instar cincinnorum cœlum versus sunt directæ. Supponendum tertio, refrigerari in nobis huiusmodi charitatem Dei iuxta illud Domini, *a Refrigescet charitas multorum*, refrigerari aût aliquando glacie iniquitatum, ac peccatorum mortalium, quo congelatur & tollitur ex ipsa anima, aliquando verò rore peccatorum venialium, negligentiarum, atq. tepiditatis in vita spirituali, iuxta illud Ecclesiastici, *b Nonne ardorem refrigerabit ros?* Eodemq. rore, & eadem ratione refrigerantur & cincinni sanctarum cogitationum, vt eadem anima probat experientia, quando cum tepore se confert ad studium meditationis, *c* Notandum quartò ex Aristotele, rorem quidem sensibilem tunc fieri, cum serena, trâquillave nox est, eoq. anni tẽpore, quando nec magni sunt æstus, nec ingens, & vehemens frigus, parive ratione, & ros de quo loquimur, spiritualis defluere minime põt ex aiæ cęlo, cum ea feruentissima æstuat charitate, vel, cum glaciæ frigida est iniquitatis. At quando neq. calida, neq. frigida extiterit, quod tunc maxime est, quando in nocte huius sęculi absq. vllo tribulationis vẽto, & absq. vllamortificationis asperitate tranquillã serenã, atq. iucundam degit vitam in delicijs confabulationum, deambulationis, & ceterarum voluptatum, quibus absque peccato mortali perfrui potest.

a Matt. 24. 12.

b Eccl. 18. 16.

c Arist. lib. 1. Met. sũ. 3. cap. 1. *Anima pia sũe magis tepida & idonea, cũ est in prosperis, & animum relaxat.*

His animaduersis, patet iam, quid hoc loco sibi velit sponsus. Tantumdem enim est, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Serena tibi illucente nocte, cumve nec calida sis, nec frigida in tepore vitæ tuæ, quam iucundè, & in delicijs degis, *caput meum plenum est rore*, charitas mea, quæ in te est, tepiditate, *& cincinni mei pleni guttis noctium*, cogitationes quippe illæ meæ sanctę, quæ è meo charitatis capite, instar cincinnorum tendentium in cœlum, indeuotione, ac tepiditate ipsa tua iuncta cum quibusdam obfuscationis tenebris refertæ sunt, ita vt quoquo modo deorsum in terram vertantur, ideo *aperi mihi soror mea, amica mea*, quæ propterea & purissima esse debes, & *columba mea, & immaculata mea*, admitte me intra cor tuum, me inquam, ignem vrentem, roremve vniuersum consumentem.

Sic ea, quæ hic dicuntur, similia sunt ijs, quæ ab codẽ dicuntur in lib. Apocalyp. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq. calidus; Vtinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere.* Nota illud, *incipiam. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum*, nempe charitatem feruentem, vt asserunt expositores omnes.

Apocal. 3. 15.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Sicut in Psalmo 11. pro ratione, qua motus fuit ad carnem sumendam, & ad accelerationem ipsius Incarnationis, miserias Deus assignauit humiliũ, & ærumnas, gemitusve inopũ, dicens, *d Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc*, i. de repente, *exurgam; Ponam in salutari*. i. constituam me salutare, *fiducialiter agam in eo*, familiariter me ei cõmunicans: De incarnatione. n. hæc interpretatus ẽ Didymus: Ita & hoc quoq. loco Verbũ diuinũ eliciens è B. Virgine consensum, vt sibi aduenienti in orbẽ terrarũ aperiat, admittatque se in vterũ suũ, quò introductus in eam, carnẽ ex ipsa sumat, illico hanc pariter illi affert rationem aduentus sui, & cur tam enixe eam solicitet, vt sibi

Incarnationis motiuũ & causa pcipua fuit Dei bonitas, & miseria hominum.

d Ps. 11 6.

Didymus I catena 90. Psal.

Michaelis Ghislerii.

A aperiat, sed melius hic eandem explicat ratione, significans, miserias hominũ causam extitisse Incarnationis, non tñ eas aliter tñ potuisse causare mysteriũ, quàm mouendo diuinam bonitatem suã ad misericordiam, ita vt ipsa bonitas sua, & misericordia immediata sibi extiterit rõ, miseria verò hõum, mediata, vt scholasticis vtamur vocabulis. Vnde Incarnationem ipsam efflagitans Propheta Dauid, misericordiæ Dei ostensionem exposcit, vtpote qui optime intelligeret, eius misericordiæ vt potioris causæ illam esse effectum, *e* dicens: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis*, ac si diceret: Da nobis salutare tuum, quod nos saluet tantis oppressos miserijs, ostendens misericordiam tuam, qua commoueris

DE ANIMA.

e Ps. 84. 8.

B ad sumendã carnẽ, & afferẽdam salutem miseris. Duplicem igitur hanc vnam rõnem affert diuinũ Verbum, dum sibi aperiri petit à Gloriosa Virgine, ac primùm dicit: *Quia caput meum plenum est rore*, per capitis sui metaphoram, ipsam designans diuinitatem suam, sub metaphora aût roris misericordiam item suam, suasve & miserationes significans. Neq. nouum in scripturis est, vt per roris metaphorã misericordia designetur, nam & apud Oseam Prophetã idẽmet Dñs sic loquitur, *f Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens*. Misericordiam vestram passiue sumens, idest, quæ vobis exhibita est, seu qua vobis misertus sum, vt explicat Hieronymus, quem

Misericordia Dei cõparata rori

f Osee 6. 4

Hierony.

C sequuntur & reliqui expositores huius loci, asserentes, misericordiã Dei comparari nubi matutinæ, & rori mane pertranseunti, quia sicut nubes matutina, & matutinus pariter ros ex sui natura, & per se tollerent siccitatem à terra, illamq; madefaciendo, ni Solis æstus eis obsisteret, ni illico radiis ea exsiccaretur solaribus; Ita & diuina misericordia per se parata semper est ad subueniendum necessitatibus hõum, at ab hominibus ipsis, ab æstibus humanæ concupiscentiæ impeditur eius effectus. Verùm, etsi misericordia ipsa Dei considerata vt hominibus exhibetur, rori quidem comparetur, sed rori, qui mane pertranseat, quia sæpius ab hominibus ipsis, vt dictum est, impeditur eius

D effectus; Eadem tñ misericordia considerata vt in ipso Deo est, ros simpliciter dicitur, & in maxima copia. Multus. n. is est in miserationibus, & misericordiæ eius multæ, atq. adeo bene ad hanc copiã designandam ait: *Quia caput meum*, diuinitas mea plena *est rore*. Ex copia verò ista prouenit, vt in ipso, quod replet, diuinitatis capite, ea suum causet effectum cõmunicationis bonitatis, & opis diuinę ad homines, non secus ac matutinus ros copiose replens rosæ folliculum, efficit, vt rosæ flos expansus odorem suum longe, lateq. diffundat, intuentibusq. suam pulchritudinem communicet, quæ intra folliculum priùs conclusa erant. Quamquã

Simile.

E in hoc, quod Verbũ dicit Mariæ; *Aperi mihi, quia caput meum plenum est rore*, & id quoque illi significet, quod iam diuinitas sua tam promptam habeat misericordiæ maximam exhibitionem, vt sit instar vasis pleni, quod de plenitudine sua diffundat, roremq. misericodiæ eũ, quo suũ plenũ est caput, esse similẽ illi rori Hermon, de quo dicitur in Psalmo, *g* qd tanta plenitudine sit super montẽ Hermon, vt de celsiori illo monte ad demissiorem descendat montem Sion, feracẽ eum reddens, atq. fecundum; Eadem quippe ratione indicare vult Verbum B. Virgini, rorem misericordiæ suæ tunc temporis tanta plenitudine esse super caput diuinitatis suæ, vt iam operæ pretiũ sit, de excelsissimo eius diuinitatis vertice descendat in ipsam humi-

Misericordia sua quo Deus participem fecerit B. Mariam quãdo ex illa carnẽ suscipere voluit

Simile.

g Ps. 132. 3

Ddd miliorem

DE EC-CLESIA.

qui in te dormiunt: stude, vt prædicatione tua A obdurata eorum mihi aperias corda: Aperias, ne verearis. Fundantur autem hæc dicta in duabus sententijs: altera ipsiusmet Domini, qua apud Isaiam dicitur: *a Verbum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuũ; sed faciet quæcũq. volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.* Probaturve ibidẽ aptissima similitudine imbris, atq. niuis descendẽtis de cælo, & illuc vltra non reuertentis, sed inebriantis terrã, & infundentis eam ac germinare illam etiam facientis: *b Mittit quippe Deus per ora Prædicatorum eloquium suũ terræ & velociter currit sermo eius.* Altera vero Diui Pauli dicentis: *c Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.*

a Is. 55. 11.

b Psal. 147 15.

c He. 4. 12.

Blandæ etiam appellationes, *Soror mea amica mea, columba mea, & immaculata mea,* duplicem habere possunt significatum: Vel. n. quatuor eæ voces quatuor significãt motiua, quib. efficacius ad id, qđ Deus exposcit, impellatur Ecclesia Sanctorũ: Vel secundò, quatuor significant conditiones, quas prædicator, & doctor quisq; habere debet, vt proficuam faciat doctrinam suam.

Quoad primum promouetur Ecclesia, & Sancti, qui sunt in ea, ad procurandam proximorũ, & peccatorum salutẽ: Primo p. id ꝙ *soror Dei sit,* ex eo. s. quod Deus humanam naturam assumpsit, eiusdẽ carnis particeps effectus, vt oẽs, quot quot in ea essent, diuinitatis participes efficeret. C

Motiua quatuor ad procurandã cõuersionẽ peccatorum impellẽtia Sanctos prædicatores.

Ex hoc autẽ moueri deberet Ecclesia, vt nullã prætermitteret operam, quò singuli conuerterentur peccatores, ne per illos infamia tam illustri inferatur generi, quod cõe hẽt cum Deo: qđ haud obscure significatum crediderim ab Apostolo Petro in sua 1. Epistola, vbi Sanctos, qui in Ecclesia sunt, iustosq. alloquens, ait: *d Vos autẽ genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Quibus in verbis notandũ, pro eo, quod Vulgata legit: *Populus acquisitionis,* in textu Græco haberi, λαὸς εἰς περιποίησιν, id est, *populus in acquisitionem:* qua lectione melius explicatur mens Apostoli, vt intentum eius sit, ostendere, Sanctos, qui sunt in Ecclesia, esse quidem genus electum, regale sacerdotium, & gentem sanctam, vt cognati sunt Iesu Christi, Regis simul, & sacerdotis, & sancti Sanctorũ, sed esse insuper populum in acquisitionem. s. directũ, in acquisitionem inquam, animarũ, quas ad Christum reducere, eidemque acquirere dẽt, qđ declarant verba subsequentia, *Vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit,* &c. Quibus modus demonstratur, quo acquirere illas debeat animas annuntiando nimirum, & prædicando virtutes Dei. D

d 1. Pet. 2. 9

Per id quoq. peculiariter mouetur Ecclesia ad procurãdã salutẽ peccatorum, ꝙ *amica Dei sit,* impelluntur q; & sancti ad prædicandum verbo, & exemplo, exinde ꝙ amici Dei sint, nedum à Deo dilecti, sed ipsi pariter Deum diligentes. Amicus. n. verus totus in id incumbit, vt non tam suum, q̃ quod amici sui sit, quærat & bonum, & gloriam. Exploratissimum aũt est Sanctis quibuscumq;, nihil in hoc sæculo esse, quod Deo gloriosius sit, quàm peccatorum conuersionem, pro quorum iustificatione pretiosissimum filij sui sanguinem effudit. Hinc est, quòd Dominus Petrum interrogans, an mutua secum iunctus esset E amicitia, adeoq. dicens: *e Petre amas me,* tertiò idem repetens, respondente sibi Petro semper *Tu scis Domine, quia amo te:* istud vnum ab eo petijt hujus mutuæ amicitiæ signum, vt in proximi salutem procurandam totum se dederet: ad quamlibet enim illius responsionem subintulit; *Pasce agnos meos, pasce oues meas.*

DE EC-CLESIA.

e Io. 21. 15.

Tertiò excitatur Ecclesia ad idem opus ex eo, ꝙ *columba Dei sit,* vt sit allusio ad columbam illã, quæ odoribus perfusa ingentẽ secũ ad colũbarium reducit colũbarũ agmen: qua de re Basilius epistola 175. ad Iulittam: Sic Ecclesiam Sanctorũ, & q̃cunque aĩam sanctã vt illius membrum, columbam suam appellãs, tale quid dicere Deus vr; Colũbam te meam elegi, cælestiumve gratiarum perfudi te odore. Aequum igitur est, vt tu pariter virtutum tuarum odore, & mea, quam prædicatione effundes fragrantia peccatorum agmẽ, ad columbarum puritatem redactos, tecum reducas in columbarium vulnerum meorum. B

Basilius.

Quin & altera quoque ratione ad idem ipsum opus eadem appellatio *columbæ meæ,* motiuũ est: siquidem tantum est *columba mea,* ac vnica, & pudicissima sponsa mea, prout colligitur ex c. 6. vbi Deus postquam dixit, *f Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus:* de Ecclesia vnica, pudicissimaq. sponsa sua subijcit; *Vna est columba mea.*

f Can. 6. 7.

Porrò si vnicam Dei sponsam hoc nomen significat, per hoc quam maxime ad peccatorũ cõuersionem impelli dẽt, quia id propriũ, ac peculiare eius sit vnius sponsæ, vt filiorum prolẽ suo pariat dilecto, ne is, qui alios parere facit, sit sine filijs, vtve quos Christo peperit, cum Christo manentes conseruet, vel si ab ipso elongati quoquo mõ sint, nitatur reducere, vt bonos filios ad patrẽ.

Quartum denique motiuum eidẽ proponitur sponsæ per id, quod Iesus *immaculatam suam* illam compellat. Itaque, dicens: *Aperi mihi immaculata mea;* reducit ei in memoriã, quõ *g semetipsum tradiderit, ut eam sanctificaret,* sanguinemve suum effuderit vniuersum, vt eam mundaret, *& exhiberet sibi,* vt ait Apostolus, *gloriosam Ecclesiam, non habentẽ maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi:* studendũq. ei, *ut sit sancta, & immaculata,* atq. adeo in id potissimum elaborare debẽre, vt eorum, qui intra ipsam sunt, procuret salutẽ: nec permittendũ, quo ad fieri põt, vt à quoq̃, q peccato infectus sit, aliqđ sibi ĩferatur maculę.

g Ephes. 5 25.

Quoad secundum, per hás quatuor blandas appellationes; *Soror mea, amica mea: columba mea, immaculata mea:* Quatuor cælestis sponsus indicat cõditiones, quib. pditi ij esse debẽt, qui alios doceant, & peccatorũ ꝓcurẽt salutẽ. Primũ qđ in ipsis maxime requiritur, est, vt sint in grã: id. n. indicat sororis Christi nuncupatio, q̃nquidẽ per grãm efficimur diuinę naturæ cõsortes, *h* prout alias ostensũ est verbis Apostoli. Notũ aũt est, ꝙ *i* peccatori, & ei, q in grã minime sis, dixit Deus teste Propheta: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum per os tuum? Tu uerò odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Existentes in gratia debent insuper per bonorum operum ostensionem amicitiam profiteri, qua cum Deo iuncti sunt vinculo charitatis, simulque & mysteriorum Dei gnaros se exhibere, in his quippe duobus sitam Dei amicitiã, duę indicant Saluatoris nostri sententiæ: *K Vos amici mei estis, si feceritis omnia, quæ ego præcipio vobis:* Et, *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Ideoque bene ad nomen

Prædicatorum verbi Dei quatuor conditiones necessariæ.

h 2. Pet. 1. 4.

i Ps. 49. 16

k Ioan. 15 14. & 15.

DE ECCLESIA.

men ſororis meę adiecit ſponſus, & *amica mea*, Eccleſiam Sanctorum alloquens, ſed & inſuper adiecit, *columba mea*, indicans vocabulo iſto columbæ, quod hieroglyphicū eſt Spiritus ſancti, præter gratiam Dei, præter oſtenſionem charitatis in bonis operibus, notitiamve myſteriorum Dei, prædictos, qui peccatorum vacant conuerſioni, & aīarum procurant ſalutem, debere inſuper eſſe ornatos oībus donis Spiritus ſancti, ſapientia, intellectu, conſilio, pietate, fortitudine, ſcientia, ac timore Dñi. Hoc namq. indicare voluit cæleſtis Pater, *a* cum ſuper Chriſtū è baptiſmo aſcendentem, antequā is prædicationi ſe dederet, cuius ſtudium ex tunc arrepturus erat, Spiritum ſanctum miſit in Colūbæ ſpecie apparentē. Quamquā & aliud ſignificare voluit ſponſus, dū columbā ſuā hos nuncupat, nimirū operæpretium eſſe, vt inſtar columbæ intra ſe, vel ſecum ipſi meditentur, quę prædicare voluerint alijs, vtve addicti ſint cōtemplationi ad actionē egredientes è vulneribus Chriſti, atq. ex eiuſdē latere aperto, vbi theſauri ſunt ſapientiæ, & ſcietiæ Dei, vt columbæ in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ. Debent inſuper eſſe immaculati. i. nedū vllo crimine infecti, qđ charitati repugnet, gſamve excludat, & fuget Spūm ſanctum, ſed & nulla, quoad fieri pōt, reſperſi macula, qua ij offendi poſſint, quorū procurent ſalutē. Quod expreſſius expoſuit Paulus, dicēs *b Nemini dantes vllā offenſionē, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in oībus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros ī multa patiētia, in tribulationib.* &c.

a Matth. 3.16.

b 2. Cor. 6.3.

Ex his, quæ huc vſq. dicta ſunt paraphraſticū hunc, breueq. ſenſū colligito, vt Eccleſia dicat.

PARAPHRASIS.

Me dormiente in peccatoribus, & vigilante in ſanctis meis, in quibus à diuinarū rerū contēplatione nunquam deſiſto: Ecce tibi dilectus meus mihi viſus eſt vigilanti, ſanctis nimirum meis, in quibus vigil vaco contemplationi: Viſus eſt aūt pulſans per gratiā excitantē obfirmata in malo corda dormientiū, qui in me ſunt, iniquorū, ac peccatorū: ſimulq. in vigilantibus iuſtis vocem audire, viſa ſum eiuſdē dilecti mei in hūc modū me cōpellātis: Cum in ſanctis iſtis tuis exiſtentibus in gratia, charitate operantē, noritiaq. diuinorum myſteriorum inſignibus, donisve Spūs ſancti exornatis, & abſq. vlla offenſioni macula conuerſantibus, *Soror mea* ſis, *amica mea, columba mea, & immaculata mea*, da operam, vt per illos proximorum ſalutem procurantes aperias præcluſum mihi aditum ad dormientium peccatorum intima. *Soror mea* es, non patiaris per iſtos, qui in te ſunt, infamiam noſtro inferri generi: *Amica mea* es meā procura gloriā, quam maximam cenſeo in peccatorum conuerſione: *Columba mea* es pudicitiæq. ſponſa, enitere, vt in illorum conuerſione filios mihi parias, ortorumve curā geras: *Immaculata mea* es cur patieris, per illorū ſcelera tuā coinquinari puritatē?

Ex Verſ. II. Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi Soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

Expoſitio Tertia. De Secunda ſponſa, quæ eſt anima iuſti.

PRæoſtenſo in præcedentibus, quod etſi vacet ab externis operationibus, atq. inſtar dormientis ſe habeat, vigilet tamen cor ſuum in

A perpetuo motu ad Deum ſuum, vigilet affectus ſuus in concoquendo cibo diuinorum eloquiorum per calorem charitatis, vigiletque & mens ſua in meditatione operum Dei: enarrare iam incipit pia anima, quæ ſponſa Dei eſt, quid tunc tēporis, quādo ad ſocias proceſſit, cogitationis verſaret cor ſuū, quidve peculiariter contemplationi vacans meditaretur: Id autem eſt, quomodo ad vitam ſpiritualem attracta à Deo fuerit, etiā poſtquam ab eo defecerat, in peccatū prolapſa, ingenſq. illius erga ipſam benignitas, & exhibitio miſerationū. Itaque ſic modū iſtius ſuæ enarrat conuerſionis, vt planè appareat, ita tranſacta eam meditari ſolitam, vt quaſi præſentia illa niB teretur habere; ideoque ſic meditationem hanc enarrat, vt nihil prætermittat eius, quod in ſe factum à Deo fuit, ab ſi eo momento tēporis ipſa eius conuerſio fuerit, pręſenſq. Deus adeſſet, q ipſam vocaret, multiplicique ratione dictam ei perſuadere conaretur conuerſionem, tantundem autem eſt ac ſi dicat: Tametſi, dum contemplationi vaco, dormire vobis videar, aīæ bndictæ, ſciatis tamen velim, quod cor meum maxime vigilat recolendo, ac cogitatione uerſando meam ſummam miſeriam, qua miſere iamdiu iacebam in peccatis, Chriſtiq. dilecti mei eximium in me C amorem, ac beneficia. Audite amabò, quid modo meditabatur cor meum, ea. ſ. quæ circa me facta ſunt, cum me Deus è cœno peccatorum abſtraxit. *Vox* ad me facta eſt *dilecti mei pulſantis*, atque dicētis: *Aperi mihi ſoror mea, aīa mea*, &c.

Vt iſtorum verborum uis percipiatur, illud primò inueſtigandum, cum vox, & pulſatio à dilecto exhibita dicatur in principio conuerſionis (ſuppoſito, duo hæc diſtincta eſſe, tametſi communi ferè omnium expoſitorum ſententia pro vna eademque re, nempe pro interna inſpiratione, ſeu qualibet gratia excitante ambo ſumātur) quidnam præceſſerit, vox, an pulſatio. Neque. n. facile ex verborum cōtextu colligi poteſt, quid verò per pulſationem iſtam, quidve per vocem dilecti hic accipiendum ſit, ex propoſitæ huius difficultatis ſolutione patefiet.

In conuerſione peccatoris quō pcedat Deus & voce, & pulſatione.

D Si ex humanis diuina ſint explicanda, prout ſæpe fieri operæpretium eſt, quadruplicem reperio modum ab ijs obſeruari ſolitum, qui aperiri ſibi velint fores ædium, in quas optent, admitti. Aliquando. n. pulſant duntaxat fores, nil vocis exprimentes, niſi vt ijs reſpondeant fortaſſe, qui interrogent, ſe vt prodant, quinam ſint, quidvé ſibi velint. Aliquando è conuerſo ſe res habet: contingit quippe ſæpius, vt abſq. vlla pulſatione, voce, vel ēt ſibilo dēt aliqui ſignū, & efficiāt, vt ſibi aperiatur. Nonnunquam alij voce quidē primū inclamant, vocantes illos, qui intra ſunt, petentesve, vt ſibi aperiatur; At cum eorum non exaudiuntur voces, vel quia dormiunt ſopore E graui, vel quia longius ab ijs, qui clamant, diſiuncti ſunt, qui aperire deberent, vel quia vox eorū nota minime eſt, tunc ad voces adijciunt pulſationes. Deniq. alij ſunt, qui primò quidem fores ipſas pulſant, ſed, cū pulſationi nō reſpondetur, vel ēt quo citius, ac libentius ſibi aperiatur, ad pulſationes adijciunt, & voces. Ex his primi, ac tertij ordinarie in domus ingredi volunt eorum, à qbus minime agniti ſunt vnquam, ſeu quibus ipſorum vox nequaquā eſt nota, vel ſaltem tunc minime illorum penetrat aures; Secundi vero, ac quarti aperiri ſibi efflagitant ædes è veſtigio illorū, quibus inclamās vox optime eſt cognita, quive vel amici ſūt, vel amicitia aliquādo fuere

Digitized by Google

DE AMIMA.

coniuncti Istos sanè quatuor modos oẽs diuersis tẽporibus, & cum diuersis personarũ generibus, vel nõnullos etiã eorum aliqñ simul cum vna ea demque aĩa seruat Deus aĩarũ dilectus qñ ad cõuersionem adducere aliquẽ vult, quãdo in peccatorum corda vult admitti, qñ & ad maiorẽ profectũ in vita spirituali sanctos quosq; vult promouere: In omnibus tñ modis liberam seruat cuiusq; voluntatem ita, vt liberum cuiq; sit assentiri, vel nõ assentiri, quod optime indicatur hoc loco, vbi cõuersio ipsa suadetur huiusmodi verbo, *Aperi mihi*, vt postea explicabo. Pulsauit fores obstinationis in Anthioco, *a* percutiens eũ infirmitate pessima, vt legitur in lib. 1. Machab. ac pulsatione multarum ærumnarum admitti curauit in cor illius, à quo tñ nequaq̃ fuit admissus. Significauit *b* Dñs Iesus id ipsum voce duntaxat Petro, & Andræ, filijsve Zebedæi vocans illos è mari Galileæ, & Matthæo, *c* vocans è telonio, atque illico intra admissus ab illis fuit, qñ relictis nauibus, retibus, ac vniuersis, quibus, conclusum tenebatur ipsorum cor, secuti sunt Dominum. Voce primũ, tum ẽt pulsatione à Iudæis aperiri sibi efflagitauit, à quibus minime admissus conqueritur in libro Prouerbiorum, dicens: *d Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis*, Sic in libro quoq. Apocalipsis, Laodicenis voce primum dicit, quo aperiant: *e Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus*, &c. Et paulo infra; *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, & probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas*. Tum adijciens etiam pulsationem subdit idemmet Dominus: *Ego quos amo, arguo, & castigo; Aemulare ergo, & pœnitentiam age*, Apertiusve se declarans, addit: *Ecce sto ad ostium, & pulso*: Sto, inclamans scilicet, *& pulso* correctione, & flagellis: *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum*. Quarto demum modo aliquando vsum esse cum Iudæis pulsatione primum, tum adiecta etiam voce, nec tamen ab illis admissum significauit Ieremias Propheta in cap. secundo, ex persona Domini dicens: *Frustra f percussi filios vestros, quasi leo vastator generatio vestra. Videte verbum Domini* (en vocem adiectam:) *Nunquid solitudo factus sum Israëli, aut terra Serotina? Quare ergo dixit populus meus: recessimus, non veniemus vltra ad te?* Paulus è conuerso *g* pari modo pulsatus primò, dein & vocatus, dilectam vocem agnoscens, eum illico, vt dilectum admisit intra se, quem paulo prius vt hostem à se arcebat, cui & ostia clausa obiecerat: Vnde in Actibus Apostolorum sic reperimus scriptum: *Saulus adhuc spirans minarum, & cadis in discipulos Domini, accessit*, &c. (en fores, & seris obseratas & obfirmatas pessulo obstinationis) id. n. iudicat particula illa, *adhuc*. *Et subitò circumfulsit eum lux de cælo, & cadens in terram* (en pulsationem) *audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?* en vocem. Vis videre quomodo aperuerit? Audi illum dicentem: *Domine quid me vis facere?*

a 1. Mach. 6.8.
b Matt. 4. 18.
c Matt. 9. 9.
d Prou. 1. 24.
e Apoc. 3. 15.
Apo. 3. 20
f. Ierem. 2. 30.
g Acto. 9. 4.

Hoc quarto modo vsus videtur hoc loco sponsus, qñ piam animã, quæ aliqñ per obstinationẽ in peccato fores Deo clausit cordis sui, ad cõuersionem pertraxit. Quod. n. dicitur, *Vox pulsantis*, videtur significare, pulsantem emisisse vocem, idest eum, qui pulsabat, dedisse & vocem, ita vt pulsatio vel præcesserit vocem, vel saltem simul cum voce fuerit. Notandum est aũt, duplici genere pulsationis in pulsando, cum sibi à quoquã aperiri velit, & duplici pariter vocis genere vti solitum Deum, cum aliquem ad conuersionem vocat. Pulsat nonnunquam ærumnis, & tribulationibus, nonnunquam verò pulsat & beneficijs specialibus. At sæpius contingit, vt peccatrices animæ sic pulsatæ vel ærumnis, vel gratijs aliquibus particularibus, nequaquam rõnem habeant huiusmodi pulsationis, minime aduertentes, quid sibi Deus ab ipsis velit pulsationibus hisce: imò nec intelligentes, quod Deus sit, qui tribulationes illas immisit, vt vexatio daret eis intellectum, quive & beneficia illa contulit, vt per ipsa excitarentur, & emollirentur illarum corda ad conuersionem, & pœnitentiam, ideo addit voces, quò nihil prætermittat eorum, quæ talem deceant dilectum, indicãs, aperteq. faciens illis exploratum, quid pulsationibus ijs suis intendat, vocesque istæ aliquando sunt internæ tantum, aliquando etiam externæ. Internæ sunt illæ, quas communi vocabulo diuinas nuncupamus inspirationes, quasve ex sententia Gregorij Papæ communiter etiam recepta descriptas habemus in libro Iob verbis hisce: *h Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius*. Externæ vero eæ sunt, quibus Deus locutus est per Prophetas, sanctosque illos, quorum monita habemus in sacris literis, quibusve & per se ipsum locutus est in carne conuersans. Voces quoque externæ oẽs eæ sunt, quibus erudimur ab his, qui prædicant verba salutis, teste Apostolo, qui ait: *i Pro Christo legatione fungimur, tanq̃ Deo exhortãte per nos. Obsecramus p̃ Christo: Reconciliamini Deo*. Quæcũq. itarũ vocũ tã externa, q̃ interna notissima ijs est vniuersis qui prædestinati sunt ad salutem, tametsi aliqñ p̃ peccatũ à Christo sint elongati, dũmodo illas audiant interno, vel externo auditu: *k Oues* quippe *meæ*, ait ipsemet Christus in Euangelio, *vocem meam audiunt*: & exponit, quod audire illud, sit cognoscere, & intelligere, dum subijcit: *Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur; quia sciunt vocem eius*. Non explicat sponsa quam illarum vocum audierit, quave ad conuersionem vocata sit: externa ne, an interna: ex enarratis tamen ipsius vocantis verbis hisce, *Aperi mihi soror mea*, &c. internã potius extitisse, colligitur, uehementemque inspirationem, qua immediate Deus peccatricẽ allocutus sit animam: quamquam nihil prohibet, quin internam vocem istam præcesserit, & externa vel ex lectione aliqua spirituali, vel ex ore docentis prædicatoris. Ex eijsdem quoque verbis, *Aperi mihi soror mea* &c. arguere licet & alterum, quod sponsa eadem non explicat, pulsationem nimirum, quæ vocem dictam præcessit, ex illo extitisse pulsationis genere, quæ specialibus fit beneficijs: Idcirco. n. voce explicantur, quæ antea præstita fuere beneficia spiritualia, vt temporalia, vt præsentes beneficij pulsationi maior vis tribuatur. Ex consequentibus etiam id ipsum confirmatur. Cum enim nec pulsatio per beneficia specialia, nec vox tam vehementis, benignæque inspirationis id obtinere potuissent, vt anima Deo aperuerit pulsanti, atque vocanti; ad beneficia, & inspirationes, dicuntur adiecta flagella, & tribulatio-

DE ANIMA.

Pulsat Deus aiã beneficijs, & flagellis.

Vox Dei ad aiã duplex s. interna & externa.

h Iob 4. 12.
i 2. Corin. 5. 20.
k Io. 10. 3.

nes,

DE ANIMA

nes, vt videbimus infra in verſic. 4. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.*

In conuerſione peccatoris Deus procedit vt pater benignus.

Circa vocem, animaduertendum eſt primo, Dominum Deum in vocatione, quæ hic deſcribitur, imitatum videri benignum illum patrem, qui filiũ vnice à ſe dilectum præcipitem in vitia irruentẽ ad rectum virtutis iter reuocare ſatagens, eo ad ſe accerſito, reducit quidem illi primùm in memoriam, quanta ipſum eouſq. proſecutus ſit charitate, quanta ipſi exhibuerit amoris indicia, quantũ, quò ipſum proueheret, elaborarit, quantaſve pro ipſo fecerit expenſas, quò virum probum, virtute præditum, ſcientiiſve redderet excultum: Tum è veſtigio ingentem ei proponit ingratitudinem ipſius, exponitq. quàm modicum tantis profecerit expenſis, tantaque cura: quàm male tantis reſponderit amoris indiciis, quamve prauum proſequatur iter, vt ille omnib. hiſce perpenſis erubeſcens, & pœnitentia ductus corrigat vitam ſuam. Eadem quippe ratione & Deus ipſe, qui pater eſt miſericordiarum, quò animam ſibi dilectiſſimã à peccatis reuocet, in quæ ea miſerrime prolapſa eſt, ipſam vocans, beneficia illi commemorat, quib. eam cumulauit, quantaſve pro ipſa fecit expenſas: Tũ pari modo eidem commemorat & ingratitudines ab ipſa repenſas, iniuriaſve, q b. affectus ab ipſa eſt per ea, quæ commiſit peccata. Secundũ iſtud aget in iis, quæ ſubſequentur, verbis: *Quia caput meũ plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium:* Primum verò agit, in his, quæ modo exponimus: *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Porrò quatuor blandis hiſce appellationib. quatuor præſtantiſſima commemorat beneficia, quæ in ipſam a iam contulit, priuſquam illa in ea prolapſa eſſet peccata, quib. modo erat cõtaminata. In commemoratione iſtorum beneficiorum non ſeruat ordinem prioritatis, ſed ordinem excellentiæ, ſicve tranſuerſo ordine Baptiſmi lauacrum, quod ordine prioritatis primo loco ponendum fuiſſet, vltimo ponit loco, Confirmationem penultimo, ante Confirmationem ſacramenti Eucharitiæ communionem, & ante oĩa iſta communicationem ponit gloriæ cœleſtis, quæ beneficiis præſtantior eſt vniuerſis. Dum eam igitur dicit *immaculatam ſuam*, primum indicat beneficiũ quo ipſe per lauacrum regenerationis immaculatã eã conſtituit, ſicut & Eccleſiam vniuerſam, de qua ait Apoſtolus: *a Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſũ tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta, & immaculata.* Nomẽ verò *columba*, quo & Spiritus ſanctus in ſacris litteris deſignatur, aliud ſignificat ſacramentum, in quo præſtantius eſt beneficium, quove robur dilectionis, atque ipſius Spiritus ſancti candori adiicitur, ſacramentum Confirmationis, perficiens eſſe immaculatum, quod in Baptiſmo collatum fuerat, de quo idem Apoſtolus inquit: *b Secũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtũ Saluatorem noſtrũ.* Notandum eſt autem, quod, cum ſponſus dicit, *columba mea*, per pronomẽ, *mea*, nõ tantum ſignificat, eam columbam factam ab ipſo eſſe, doniſve repletam Spiritus Sancti, at inſuper talem factam eſſe columbam, qualis colũba eius eſt, haud ſcilicet ita debilem, qualis columba ſenſibilis, quæ animalium omnium eſt imbecillima; ſed & fortem, qualis eſt columba ſpiritualis, ipſeque ſpiritus, qui è grandi robore virtus proprio nomine nuncupatus à Domino eſt, vbi Apoſtolis mandauit, *c* vt manerent in Ciuitate, donec virtute induerẽtur. Similem eidem columbæ, & Spiritui ſancto factam nedum in robore, ſed in aliis iſtis omnibus, quæ ei tribuuntur in libro Sapientiæ iis verbis: *d Eſt enim in illa Spiritus intelligentiæ Sanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus, intelligibilis, mundus, ſubtilis.* Hæc quippe omnia impertit ſpiritus ipſe, quãtum fieri poteſt, creaturæ, dum effunditur abunde ſuper animam in ſacramento Confirmationis: de quibus non eſt modo diſcurrendũ per ſingula.

Beneficia quatuor præſtantiora, q̃ Deus cõfert aiæ fideli: baptiſmus, Cõfirmatio, Euchariſtia, & cœleſtis gloriæ hereditas.

a Epheſ. 5. 25.

b Tit. 3. 5.

c Act. 1. 8.

d Sap. 7. 22.

Tertium beneficium prædictis duobus præſtãtius, nempe communicationem carnis, & ſanguinis ſui in conuiuio ſacramentali vt eidem animæ præſtitum cœleſtis idem commemorat ſponſus, dum ait, *amica* (ſeu, iuxta originalia Hebr. & Septuaginta) *proxima mea.* Præclare autem eximiũ ſacramenti huius beneficium hiſce duabus vocibus. *Amica*, ſeu *proxima* Chriſti indicatur; Siue enim amicam Chriſti appellatam dicamus, ob id, quòd Chriſtus ingenti amore illam proſecutus ſit, certe, cum nuſquam melius iſte amor dignoſci queat, quam ex collatione iſtius ſacramenti, quod propterea amoris vexillum appellatum eſt in ſuperioribus, *e* apte admodum per amicæ vocabulum viciſſim beneficium iſtud adeo inſigne ei cõmemoratur, cui ex amore præſtitum eſt: Siue velimus eamdem Chriſti amicam dictam; quia ipſa mutuo amore Chriſtum quoque dilexerit, atque adeo communem ſimul cum ipſo inſtar amicorum degerit vitam, cõmuni participarit & menſæ, prout de amiciſſimo ſibi Achitofel refert regius Propheta, dum ait: *f Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus*, ideſt amicus arctiſſimus meus, *Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu.* profecto nullo aptiori vocabulo, quàm amicæ ſuæ, iſtius communionis beneficium indicare ei potuit ſponſus, præſertim cum in præcedentibus ſub eiuſdem amicitiæ vocabulo idemmet ſponſus ad hoc ſacramentum pios quoſque inuitarit, dicens: *g Comedite amici, & bibite.* Quanam verò in re proximior anima eſt eidem cœleſti ſponſo, quam in communione corporis, & ſanguinis eius? in hac ita inuicem approximantur, ſeu potius vniũtur; vt nulla in puris creaturis arctior reperiatur vnio, cui approximatio iſta cõparetur, atque adeò ab ipſomet ſponſo ei comparata eſt vnioni, quę in diuinis eſt inter Patrem, & Filium, vbi dixit: *h Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me & ipſe viuet propter me.* Bene igitur per blandam iſtam vocem, *Proxima mea*, hoc ei animæ in memoriam reducit eximium vnionis huiuſce beneficium. Denique ſummum omnium beneficiorum eidem cõmemorat animę, dum primo loco eã ſic compellat, *Soror mea*: Siquidem iuxta ſententiam Pauli *i* mater noſtra eſt ſuperna Ieruſalem, quæ & cœleſtis pariter ſponſi mater eſt, quamquam alio pacto ſpõſi mater ſit, atque mater noſtra eſt; mater quippe ſponſi eſt ſecundum naturam; quia is de ſupernis eſt, & naturalis illius heres; mater verò noſtra eſt ſecundum gratiam, ſecundum quam qui de terris ſumus adoptati fuimus in filios Dei, & cæleſtis

Euchariſtię beneficio aia fit amica, & proxima Dei

e Cãt. 2. 4.

f Pſ. 54. 14

g Can. 5. 1

h Io. 6 56.

i Gal. 4. 26

DE ANIMA. lestis illius Ierusalem, fratres, ac sorores sic effecti Domini Iesu filii, & heredis naturalis; vnde idem Paul. *a Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater: Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei: quod si filii, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Quando verò, dicet aliquis quave ratione soror Christi, eiusdemque matris Ierusalem filia, & heres ea facta est anima, quæ adhuc viuens à gratia Dei excidit per peccata, vel saltem excidere potest? Respondet ad hoc idemmet Apostolus in epist. ad Titum: *b Cum benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri* (non tantū scilicet tempore Incarnationis, sed & tempore iustificationis cuiuslibet animæ) *non ex operibus iustitia, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suā saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abūde per Iesum Christum Saluatorem nostrum; vt iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitæ æternæ. c Spe enim salui facti sumus*, inquit in alio loco, &c. *d Spes ista non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui datus est nobis.* Vnde haud ambigendum, quin certò exhibitum sit ius ad cœlestem gloriam ei, in cuius corde charitas diffusa permaneat.

a Ro. 8. 15

b Tit. 3. 4.

c Ro. 8. 24

d Ro. 5. 5.

Antequam paraphrasticum sensum afferamus, illud quoque hoc loco animaduertendum est; veritatem ex hisce probari illius sententiæ, quæ in libro Sapientiæ dicitur de sponso cælesti, sapientia ve increata: *e Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* In blandis quippe appellationibus attigit fortiter animæ mentem a fine vsque ad finem, reducens illi in memoriā præstantiora, quæ illi exhibuit beneficia à primo fine primoque baptismi beneficio, vsque in vltimum finem, & postremum gloriæ, & beatitudinis; necnon & à postremo isto, vsque ad primum. In pulsatione autem, ac simul in voce, pulsans primo fores, tum & hasce adiiciens voces: *Aperi mihi, soror mea, amica mea*, &c. disposuit in eius animæ conuersione omnia suauiter: Neque enim aliunde in illam ingredi tentauit, quam per ostium, istudve ab ea ipsa vult sibi aperiri, à qua sibi item fuit clausum: nulla vtitur violentia, quin suauissima vtitur oratione, qua & suauiter disponere nititur repugnantem. *f Amen, amen dico vobis*, ait ipsemet sponsus, *qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro; qui autem intrat per ostium, pastor est ouium: Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt.* Diabolus, & Angeli eius, ceterique animæ hostes, mundus, atque caro non intrant per ostium, sed per fenestras, iuxta illud: *g Mors intrauit per fenestras*; per sensus irrepunt in cor, illudve deprædantur, teste Propheta illo, qui ait: *h Oculus meus*, idest, id, quod per oculum meum ingressum est in cor meum, siue terræ aliquid sit, siue carnis, siue Satanæ, *deprædatus est animam meam.* Quod si quando per ostium ingrediuntur, cum clausas reperiunt sensuum fenestras non intrant pulsantes, sed violēter potius in illud ipsum, quod clausum est cor, irrumpunt prauis, fœdisve cogitationibus, & motibus. Hanc irruptionem signanter explicauit Paul. in episto. ad Rom. ex peccatoris persona sic dicens: *i Condelector legi Dei secundum interiorem hominem:* (en clausum ostium: vide irruptionem: *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mētis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis*; idest non modò oppugnantem legē mē-

In cōuersione peccatoris quō De⁹ disponat eā suauiter.

e Sap. 8. 1.

f Io. 10. 1.

g Ier. 9. 21

h Thre. 3. 51.

Alii hostes quo in illā irrumpant eamq. fœdentur.

i Ro. 7. 22.

A tis, legemque Dei, ac rationis meæ, qua quasi præfirmo ostio concluseram cor meum; sed etiam ostiū ipsum expugnantem, & captiuum me, atque, cor meum ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis, vim quodammodo mihi inferentem, vt peccatis ipsis consentiam, siue ita peream, vt perditio mea ex me sit; *K Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat*, ait Dominus; *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeāt.* Nō posset profectò diabolus, & omnes spirituales nequitiæ per irruptionem aliquam in cor hominis sic ingredi; vt possessionem eius caperent, neque fores legis mentis effringere, seu deturbare possent quantalibet violentia, ni intrinsecus existētes hostes nostros intestinos haberent socios, concupiscentiam, prauumque consensum. Irrumpunt quidem illæ spirituales nequitiæ, admissæ tamen, irrumpunt vt fures captiuam facientes animam ipsam, mactantque, & perdūt illam: At perditio ista ab intestino potius prouenit hoste: *l Vnusquisq. enim tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Deinde concupiscētia cū conceperit, parit peccatū, peccatum verò cum consummatū fuerit, generat mortem.* Porrò tunc consummatum peccatum est, cū diabolus vnà cum peccato regnat in corde, in qd violenter admissus est. Ideo tamen enixe hortatur Paul. *m vt non regnet peccatum in* nostro *mortali corpore, vt obediamus concupiscētiis eius.* Dominus Iesus etsi ad suum beneplacitum ingredi in idem cor animæ peccatricis valeat, absque vlla violentia ingredi nihilominus nititur, pulsat, efflagitatque, ab illa ipsa admitti, à qua expulsus iam fuit; nec semel duntaxat pulsat, sed stat, perseuerans patientia admirabili, contestans, se per ostium ingredi velle, vt vitam aperienti conferat, & vitam iucundissimam, prout apertius patet per id, quod dicit in libro Apocalypsis: *n Ego sto ad ostium*; expectans, scilicet, non irrumpo violenter, sed persuero pulsans: *Si quis aperuerit mihi*, admittens scilicet gratiam meam, illive consentiens, *intrabo ad illum* pacifice, *& cœnabo cum illo, & ipse mecum* iucundam simul ducentes vitam.

K Io. 10. 11

B

l Iacob. 1. 13.

m Ro. 6. 12

C

n Apoc. 3. 20.

D Paraphrasticus ergo eorum, quæ hic dicuntur, sensus hic est. Primo conuersionis meæ tempore is, qui, etiam cum in peccatis obuoluerer, diligebat nihilominus me, ac propter nimiam charitatem suam dilectus meus appellari non dedignabatur, qui & Deus meus, adstitit mihi præsens, sicve suauiter disposuit omnia, quæ meæ conducebant conuersioni; stetit magna longanimitate me expectans ad pœnitentiam, sustinensque exclusionem; specialibus beneficiis ipsam pulsauit obstinationē meam, qua tamquam ostio obseratum illi tenebā cor meum: cumque pulsationes istæ haud me mouerent, excitatam beneficiis, inuitauit insuper, & voce: *Vox* quippe illius *dilecti mei*, vox, inquam, inspirationis facta ad me est intrinsecus, qua ingens eius mihi exprimebatur desiderium ingrediendi intra penetralia mei cordis. Audire mihi visa sum illum, sic me affantem: O anima, cui tot, tamque eximia contuli beneficia, quam coheredē feci cælestis regni vt sororem meam ex eodem patre, & ex eadem matre Ierusalē cælesti; cui vt amicæ meæ sacramentum contuli corporis, & sanguinis mei, sacramentum verò Confirmationis exhibui, vt mea esses columba cælesti similis columbæ meæ Spiritui sancto, quamve per sacramentū Baptismi ante omnia immaculatam feci meam, ipse sum, qui te hisce cumulaui beneficiis. Cur pateris, vt extra cor tuum diutius stans, pulsansque subsistam? Nolo aliunde intrare, quam per ostiū:

PARAPHRASIS.

E

DE B. MARIA.

Tu (neque enim deeſt tibi gratia mea) ex tuo li- A
bero arbitrio amoue ſeras, fortesque fores obſti-
nationis, & prauæ conſuetudinis. Tu *mihi aperi*, ip
ſe, præcedente libero arbitrio tuo, ſubſequar, de-
ferens intrinſecus & gratiam iuſtificantem: *Mihi
aperi*, non hoſtibus meis, ſimul ac tuis, vim, tibi in
ferentibus.

Ex Verſ. II. Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

SI exactius illa Sanctæ Eliſabeth perpendantur verba, quibus de Glorioſiſſima Virgine loquēs dixit: *a Beata, quæ credidit; quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt ei à Domino*; intelligemus, celſitudinis beatitudinem, inſignemque Dei genitricis gloriam B. Mariæ non tam inde prouenisse, quod perfecta ſint illa, quæ dicta ei à Domino fuerant, superuentio Spiritus ſancti, obumbratioque virtutis Altiſſimi, aut conceptio, & partus eius, qui filius Altiſſimi vocandus eſſet, quàm ex eo, quòd fidem præbuit Angeli verbis, ex eo, quod credidit, non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum, C atque adeo ea omnia perficienda in ſe, quæ per eundem Dei nuntium ſibi fuerant prænūtiata, tametſi omnem naturæ ordinem prætergrederentur: Nec non & ex eo, quod iis omnibus, quæ facienda in ipſa erant, fidelē ſui præbuit conſensū. Hinc eſt, quod hoc loco, vbi ipſamet refert proceſſum totius myſterii Incarnationis, in iſto, quod præ manib. habemus eius Myſterii principio, ardentiſſimum enarrat dilecti ſui ſtudium, quod in hoc vnum adhibuit potiſſimum, antequam carnem ex ea, & intra eam aſſumeret, vt fidelem iſtum ab illa extraheret conſenſum, quo veluti aperto per eam oſtio, is ingrederetur in eius vterum per portam illam ab Ezechiele deſcriptam, ſemper clauſam, admittentem nihilo D minus Deum, quove id aſſequeretur, vt beata prædicaretur, & eſſet. Ait igitur, ſibi quiete contēplationi indulgenti adſtitiſſe dilectum ſuum, quod & Gabriel Angelus in ſua ſignificauit ſalutatione cum dixit: *b Aue gratia plena, Dominus tecum*, adſtitiſſe verò pulſantem; verbis nimirum eiuſdem Angeli ipſam excitantem, oſtiumque fidei ipſius, quaſi tot pulſaſſe ictibus, quot verba protulit Angelus in ſalutione, atque in eo, quòd è cælis ei detulit nūtio. Dum autem is ſic externis Angeli verbis pulſaret, intrinſecus ſibi auditam ipſamet eius vocem, talibus ſe affantem: *Aperi mihi* oſtium fidei tuæ, aſſentire mihi fideliter, vt ingrediar in vterum tuum. Ita enim *amica mea* es, atque præ E mulieribus omnibus mihi dilecta, eo arcto amoris vinculo proxima, vt amor ipſe cum pudiciſſimus ſit, tu quoque pudiciſſima perſeueres, dilecta mihi, & proxima inſtar pudiciſſimæ ſororis meæ. *Columba mea* tu es, vnique mihi ſponſata, columba ſanè fœcunda propter partum, quo me concipies, & paries fœcundata ab Spiritu ſancto; attamen ſimul & *immaculata mea* perſeuerans, nihil labis ex iſta contrahens fœcunditate, & immaculata permanente virginitate tua.

a Luc. 1. 45

Maria quō ob fidē beata prædicatur.

b Luc. 1. 27

Ex Verſ. II. Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.

APPENDIX.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Caldaica: Et vox Spiritus ſancti admonebat eos per manus Prophetarum, & excitabat eos de ſomno cordis eorum. Reſpondit do- B minator totius ſæculi: Conuertere ad pœnitentiā, aperi os tuum, & exulta, & lauda me ſoror mea, dilecta mea Synagoga Iſrael, quæ cōparata es columbæ in perfectione operum tuorum.

Vt iuſtis hæc dicta ſumuntur ab omnibus ferè Patribus, & quidem communiori ſenſu, vt dicta contemplatiuis à Chriſto illos excitāte, ad procurandam proximorum ſalutem. Ita Caſſiodorus, Gregor. Papa, Beda, Iuſtus, Anſelm. Richard. de S. Vict. Ruper. Abb. licet id applicet ad B. Virginem; ſed Auguſt. ante hos omnes, clariuſve hunc ſenſū, ſerm. 57. in Ioan. ita proſequitur. In iis qui cōtemplationi vacētes ſuauiter, & humiliter requieſcūt dum otioſe oblectatur Eccleſia, ecce pulſat, qui C ait. *c Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine. & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Vox ergo pulſat ad ianuam, & dicit: *Aperi mihi ſoror mea*, &c. Pulſat, vt excutiat quietem ſanctis otioſis, & clamat: *Aperi mihi* de ſanguine meo *ſoror mea*, de acceſſu meo *proxima mea*, de ſpiritu meo *columba mea*, de ſermone meo, quem plenius ex otio didiciſti, *perfecta mea*: *Aperi mihi*, prædica me, ad eos quippe qui clauſerunt contra me; quomodo intrabo ſine aperiente? Quomodo enim audient ſine prædicante.

Alii tamen iuſtis hæc dicta ſumunt à Deo quærente in illos ingredi. Ad ingreſſum per cognitionem referunt ea tres Patres, explicatque peroptime hunc ſenſum Gregor. Nyſſ. hom. 11. vbi qua- D tuor notat circa iſtorum verborum expoſitionē. Primum, Deum illi ſe ſe exhibere præſentem, qui dormiens ſæculo, vigilet Deo, quive contemptis terrenis, inuigilet cæleſtibus, *d Similis expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis; vt cum venerit, & pulſauerit ianuam, confeſtim aperiant ei*, vt dicitur in Euangelio.

Secundum, Deum aperuiſſe quidem ſæpius ſponſæ, ſemper autem ſponſam ipſam, & animam ſanctam lætari de noua Dei cognitione, ſemperque illi remanere deſiderium nouæ illius cognitionis & manifeſtationis, ex quo deſiderio exultat ad vocem ipſius, cum ex voce illa promiſſam percipit eius apparitionem; cuius rei affert rationem hanc E Nyſſen. Quia etſi aliquid Dei agnoſcamus, ſemper plus ſupereſt agnoſcendum, quam id ſit, quod agnouimus. Sicut qui videt magni alicuius fontis aquam è principio venæ ſcaturientem, etſi aquam videat, qua ingentes fiunt fluuii; plus tamē ſupereſt ſemper videndum eius aquæ, quæ nondum ſcaturiuit.

Tertium, piam animam cognitionem hanc Dei deſiderantem in cognitione ipſa æque, ac in amore ſemper proficere; ſicque ſponſam primò audire pulſantem, tametſi nondum agnoſceret, quoadusque audiuit & vocem pulſantis; poſt vocis auditionem, tum intelligere: *Aperi mihi ſoror mea*, &c. Quemadmodum & Moyſi primò per lucem

cœpit,

Contemplatiui excitātur à Xpo ad procurandā proximorū ſalutē.

Caſſiod. Greg. PP. Beda. Iuſt. Org. Anſelm. Ric. Vict. Rup. Abb. Auguſtin.

c Matt. 10. 27.

Tres Patr. Greg. Nyſſ.

Præſentē qui ſe exhibeat Deus.

d Luc. 12. 36.

In pia aīa cognitio dei cauſat deſiderium vlterioris cognitionis eiuſdem

Simile.

Aīa ſancta ſemper proficit in cognitione Dei, æquè ac in amore eiuſdem.

APPENDIX.

cœpit Dei apparitio, postea per nubem Deus cum eo loquitur; denique perfectior effectus Deum ipsum videt in caligine.

Claues quibus aïa aperire queat ostiũ intellectus sui, vt Deus ĩ illũ ingrediatur agnitus.

Quartum, ostium mentis nostræ esse coniecturalem mysteriorum cogitationem, & contemplationem, quod ostium, quamve contemplationem sponsus, & veritas pulset per cognitionem ex parte in allegoriis, & ænigmatibus, dicens: *Aperi mihi*, præbensque simul & claues, quibus aperire anima queat, quatuor videlicet & designata per ista nomina, *Soror mea proxima mea, columba mea, perfecta mea*; ac si dicat: Si vis aperiri ostium, & attolli portas tuas, vt Rex ingrediatur, oportet, te meã fieri sororem, faciendo voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; appropinquare veritati, & adeo exacte esse propinquam, vt nullo intermedio disiungaris, & habere in natura columbæ perfectioné, nulla in re deficere, & esse plenam omni innocentia, & puritate.

Admitti vult Deus ĩ piã aïam p ianuam deuotionis. — Ambr.

Ad ingressum eiusdem Dei in cor piorum per varias portas referunt alii: per ianuam quidem deuotionis, Ambr. libro de Isaac, & anima cap. 6. his verbis: Etsi dormias, si modo deuotionem animæ tuæ nouerit Christus, venit, & pulsat eius ianuam & dicit: *Aperi mihi soror mea*, quia nuptiæ spirituales sunt Verbi, atque animæ. *Aperi mihi*, sed extraneis claude, sæculo claude, neque ipsa foras ad illa materialia prodeas, neque tuum relinqués lumen, alienũ requiras. *Aperi ipsam te mihi*, noli coarctari, sed dilatare, & adimplebo te.

Ianuã oris sibi aperiri petit Xps p orationes.

Per ianuam oris in oratione idem Ambr. libro exhortat. ad Virg. post dimidium, dicens; Est & illa ianua, quam vult patere, vt aperiatur: vt resonet os tuum laudem Domini, gratiam sponsi, crucis confessionem, cum symbolum recenses, Psalmos in cubiculo tuo concinis. Ipsa est anima, quæ se Christo aperit, quam nudi vapores carnis exagitant.

Ingredi in animãcula Xps, sed p ianuã fidei.

Per ianuam fidei idem Ambr. serm. 12. in Psal. 118. vers. 1. dicens: Ianua nostra fides est, quæ totã domum, si fuerit robusta, communit. Per istam ianuam Christus ingreditur: vnde & Ecclesia dicit: *Vox fratris mei pulsat ad ianuam*. Audi pulsantem, audi introire cupiẽtem: *Aperi mihi soror mea sponsa, columba mea, perfecta mea*. Et paulo infra: Habemus, inquit, animę nostrę ianuam, habemus & portas. Ex variis autem Psalmorum locis ostendit Amb. alias esse portas, quæ dicuntur æternales alias, q̃ portæ iustitiæ, tametsi haud explicet, quænam istæ sint, sed distinguens, ait: Est ergo anima, quæ habet ianuã, est quæ habet portas: ad hanc ianuam venit Christus, & pulsat, pulsat & portas.

Ianua, & porta aliarũ ãs sũmul tiplices. — Theod.

Xps admittitur intra animã p fores sensuũ.

Per ianuas, sensus corporis intelligit Theodor. dicens: Dum vigilat sponsa, licet ea dormiat somno corporeo, voce fruitur sponsi, eumque ad fores pulsantem exaudit. Quæ autem fores animæ sunt, nisi corporis sensus, per quos sponsa spõsum excipit non modo pulsantem, verum etiam præcipientem, vt sibi fores aperiantur? Hieron. quoque huc respexisse videtur, dum epist. 22. ad Eustochiũ post dimidium, hæc habet: *Vox fratruelis mei pulsantis, & dicentis: Aperi mihi soror mea, proxima mea, perfecta mea, columba mea*: Quid necesse est, inquit, vt cordis tui ostia clausa sint? Sponso operiantur Christo, claudantur diabolo, secundum illud; a *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, ne dimiseris locum tuum*. Daniel b in sublimi cænaculo suo (neque enim manere poterat in humili) fenestras apertas ad Ierusalem habuit: & tu habeto apertas fenestras, sed vnde lumen introeat, vnde videas Ciuitatem Domini: ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur: c *Intrauit mors per fenestras nostras*.

Cordis ostia etsi diabolo claudenda, nusquã tamen Deo.

a Eccl. 10. 4.
b Dan. 6. 10.
c Ier. 9. 21.

APPENDIX.

Philo Car.

Iustum quoq. ad maiorem profectum per hæc vocari, censet Philo Carpat. Dicens; Quicumque Deo paret, & illius præcepta studiosissime conseruat, is se quotidie ad ianuam cordis acciri, & admoueri sentit ad meliora semper, & altiora charitatis opera facienda; quod appellationes ipsæ significant. Eiusdem iusti animam Christum vocare in articulo mortis, arbitrati sunt Cassiod. & Beda ex illo Euangelii: d *Vos similes à hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis; vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei*. Confestim enim sic Domino pulsanti aperimus, si mortem læti excipimus, neque ad iudicium eius induci formidamus, cui nos in bonis operibus placuisse, quem nos semper honorasse meminimus. Mariam denique omnium iustissimam per hæc excitatam ad consentiendum Incarnationis mysterio censuit Bernard. dum hom. 4. super Missus est, habet: Aperi Virgo beata cor fidei, labia cõfessioni, viscera creatori: Ecce desideratus cunctis gentibus foris pulsat ad ostium. O si te morante pertransierit, & rursus incipias dolens quærere, quem diligit anima tua, surge, curre, aperi: Surge per fidem, curre per deuotionem, aperi per confessionem. Ad eamdem gloriosam Virginem, vt excitatam ad prædicationem à filio post resurrectionem refert hæc ipsa Rupertus Abbas.

Cassiod. Beda. — In articulo mortis piã animam ad se se vocat Deus. — d Luc. 12. 36. — Maria excitatur ad consentiendum Incarnationis mysterio in se cõsummando. — Bernard. — Maria excitata à Xpo ad prædicationem.

Non defuerunt tamen, qui haud ad iustos, sed ad peccatores hæc habita accipiant: nam Ambros. serm. 1. in Psalm. 118. versic. 1. Attolle, inquit, oculos mentis, & videbis non solum angelos, sed etiã Deum, qui dicat tibi: *Aperi mihi soror mea, proxima mea*. Pulsat ad ianuam & quando tu dormis, si tamen excitatus euigiles, vel vocatus ianuam tui pectoris aperias, introibit. Quod si fugias lectionem propheticam, si domi non legas, in Ecclesia audire nolis, nonne es sicut ille, qui auerso conniuet obtutu, ne videat, quod possit videre; claudit oculos ne respiciat, cui potestas videndi est?

Rup. Ab. Ambros. — Pulsat, vocatq. Deus p lectiones ppheticas & voces prædicatorum.

Cassiodorus quoque vocem istam, vocem internarum inspirationum accipit, qua Deus inspiret, & vocet animam ad aperiendum sibi cor per pœnitentiam, & fidem. Consentiunt huic sensui, quæ dicuntur ad Aponio, Beda, Iusto Orgelitan. & Philone Carpathio in suis commentariis super hunc locum.

Cassiod. — Inspirationib. vocantur aïa ad pœnitentiã. — Aponius. Iust. Org. Phil. Car.

Sed & ad infideles eadem dicta sumit Phi. Carpathius, dicens. Possunt & hæc referri ad tempus post resurrectionem, cum Dominus noster clausis ianuis apparuit Apostolis, cum & Thomam incredulitatis reprehendit, & in eius persona quamlibet infidelem animam, vsque ianuã sibi cordis aperiret, ad fidem capiendam excitauit: vnde propinquam primum ipsam animam quasi fidei vicinam, non dum tamen credentem, deinde sororem, & sponsam, & columbam, & perfectam suã sponsus appellat, vt iam iam fidelem totã, & igne charitatis ardentem.

Thomã Apostolũ quo Xps post resurrectionẽ pulsaris, ac quo vocaris ad fidei ianuã sibi aperiendam.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

I. SENSVS.

Facilis est istius litteræ sensus: post pulsationes enim, blandasque voces exhibitas ad commouendum cor dilectæ suæ, vt sibi aperiat, seque intra domum admittat, & tertias iam sponsus adiicit machinas, easque validiores,

LITTERA. diores, quibus vel ob misericordiam saltem flectatur, quæ simplici minime flectebatur charitate. Nihil enim amantium etiam sobriatorum magis flectit animos, quàm amatorum incommodū, vel imminens periculum aliquod. Idcirco maximam, quam ex nocturni aeris perpetiebatur, dum ita sub dio maneret, proponit noxam, simulque & maius, quod sibi imminebat, indicat periculū, si intrinsecus ab ipsa nō admittatur: Acque est autem, ac si dicat.

PARAPHRASIS. *Aperi mihi*, nec patiaris, extra fores diutius me manere frigido noctis tempore sub dio, ni mortuum me velis: *quia* iam *caput meum* humido *plenum est rore, & cincinni*, crinesve mei *guttis* madēt nocturnis, deciduaque, & frigida fluunt pluuia *noctium*.

II. SENSVS. Quamuis autem sensus iste sit commodissimus, addi nihilominus possunt & duo alii admodum congruentes. Siquidem quæ hic dicuntur, accipi possunt vel ad maiorem amplificationem amoris illius, qui sibi operiri petebat, vel ad improperationem ingratitudinis illius, quæ aperire tardabat.

Primo modo sumpta illam ipsam amplificantis rationem è charitate desumptam, qua vna sponsus aperiri sibi efflagitat. Neque enim alias adhibere vult machinas, quam vnius amoris, quo nil fortius nouit esse, nil durius. Hunc protestatus est blandis vocibus illis quatuor, sororis suæ, amicæ suæ, columbæ suæ, & immaculatæ suæ. Hunc modo & euidenti comprobat effectu: Tantumdem quippe est, ac si dicat.

PARAPHRASIS. Rogaui te, vt mihi aperires dilecto tuo, qui pro singulari in te dilectione te vnam volui sororem meam, amicam meam, columbam meam, immaculatam meam. *Aperi* iam amabò tali dilecto tuo; *quia* ob ipsummet tui amorem intempestæ noctis frigore tuis adsto foribus, ros ipse, quo *meum plenum est caput*, ipsæque *noctium* guttæ, quibus mei madent *cincinni*, vehementissimæ meæ huius in te charitatis testes sunt perquam optimi.

III. SENSVS. Alio verò modo sumpta vehementem eademmet verba continent obiurgationem: Increpare namque videtur spōsus dilectam, quòd moras in aperiendo moliretur, simulque eamdem incusare ingratitudinis magnæ, quod vice adeo flagrantis charitatis, qua eam prosecutus fuerat, factoque exhibuerat, eligens eam, quam vnam pro sua habere vellet sorore, pro sua amica, pro sua columba, pro que sua immaculata, frigidum ab ipsa acceperit rorem, gelidasve noctium guttas, sub dio relictus Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Ad primam mihi aperire debueras pulsationē; *Aperi*, quid moraris? *Aperi mihi*, dilecto tuo, qui vnam te volui sororem meā: *Aperi*, vel de tua erubescens ingratitudine; quia ob tuas moras *caput meum plenum est rore, & cincinni*, crinesve *mei guttis* pleni sunt *noctium*.

Quoad vocum significationem, & lectionū varietatem in 1. parte, verbisve iis, *Quia caput meum plenum est rore*, nihil est, quod notandum sit; In altera verò parte, & verbis illis, *Et cincinni mei guttis noctium*, duo sunt animaduertenda. Primum est isto cincinnorum vocabulo haud existimandum, sponsum hic ab Spiritu sancto proponi, qui cincinnatus, & calamistratus sit, capillos instar annulorum calamistro intortos gestans (quod fœdum & ignominiosum honesto cuique est viro) sed qui Nazaræus sit, crinesve instar Nazaræorum gestet promissos. Quamquam nihil prohibeat, ipsos sponsi crines naturali flexu cincinnos præ se tulisse, prout colligitur ex similitudine, qua hoc

A ipso cap. 5. inferius commendantur, cum dicitur: *Coma eius sicut elata palmarum*; vt ibi explicatur. LITTERA.

Porrò tametsi tam Hebraica vox קוצות keuutzoth, quàm & Græca βόστρυχοι, qu[ae] vti sunt Septuag. etiam cincinnos designet, prout eam accepit Hieronym. significat tamen & crines ipsos, & comam prolixam; vnde in præcitato loco ipsemet Hieronym. vocabulo comarum eamdem reddit vertens: *Coma eius sicut elata palmarum*. Et Ambr. sermo. 12. in Psam. 118. versicul. 1. atque August. tractat. 57. in Ioan. sequentes versionem Septuag. Sic & quod hic dicitur, legunt: *Et crines mei guttis noctis*. Cant. 5. 11 Hierony. Ambrosi. August.

B Quod dicitur, *guttis noctium*, vel *noctis*, (vt habent Hebræ. & Septuag.) seu *nocturnis*, vt habent Aquila, & Symmachus, duplicem habere potest sensum: Vel enim quid diuersum significat à rore, quo caput plenum esse, dictum est; Vel eumdemmet rorem. Si primum, exiguam quamdam significat pluuiam, quæ noctibus fieri solet, iuxta eam Aristot. doctrinam, quæ ait: Proprie nomina passionibus imponuntur, & quibusdam differentiis ipsarum: Cum enim secundum modica feratur, guttæ; cum autem secundum maiores partes, pluuia vocatur. Fauent huic sensui R. Salomon, & R. Innominatus, dum vocabulum רסיסי resise, quod in lectione Hebraica habetur, Chaldaicum esse existimant, idem videlicet ipsum, quo vsa est paraphrasis Chaldaica in Cantico Deuteronomii: *Sicut gutta super herbam*; vbi Vulgata habent: *Quasi stilla super gramina*. Lib. 1. Meteor. Sũm. 3. c. 1. C Deut. 32. 2

Melius tamen secundum alterum sensum eumdemmet significat rorem, qui & guttæ dicitur, & noctiū: quia noctibus decidat, vt ex philosophia constat, & ex experientia; & quia ob magnam copiam, qua caput replet, per crines capiti adhærentes defluens, in magnas, multasque decidat guttas.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

D *Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.*

III. SENSVS. Retulit in pcedentib. verbis Ecclesia, quomodo frequentissimis Sanctorum Prophetarū vocibus eo tempore, quo in antiquo populo dormiebat, excitata fuerit ad conuersionem, prout fusius explicatum est in principio secundæ exposit. illorum: Retulit & quanta in eodem Iudaico populo à Deo obtinuerit beneficia, ipsomet Deo dilecto suo ea enumerante in his quatuor vocibus, *Soror mea, amica mea*, &c. Addit modo & id, in quo potissimum ab eodem dilecto suo obiurgata tunc est, & ingratitudinis incusata. *Iudaicū populū ob idololatriæ scelus arguit Sponsus cælestis.*

E Porrò si Prophetarum, per quorum ora tunc Deus loquebatur, reuoluātur scripta, nulla re magis offensum, nullam ob rem frequentius populū illum obiurgantem, ingratitudinisve increpantē Deum videre est, quàm ob idololatriam, cui is populus addictus maxime erat. Hanc & hic pariter exprobrans is ipse proponitur, sub egregiis metaphoris eo modo, quo & apud Ieremiam proponitur, apertius eumdem populum, eamdemque Ecclesiam increpans, atque dicens: a *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix; ego autem te plantaui vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* a Ier. 2. 20

DE ECCLESIA.

Caput Dei ipsa eius Deitas, vel ipsius bonitas, & charitas.

Vt autem hæc sponsi dicta percipiantur, primũ inuestigandum est, quodnam sit caput Dei, siquidem Apostolus Paulus in prima epistola ad Corinthios istiusmodi gradationem faciens: a *Omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput verò Christi Deus:* De cap. Dei nihil dicit, quasi re vera Dei non sit assignare aliud caput; cum ipsemet sibi sit caput. Quod si ipse sibimet est caput certè dum hic ait: *Quia caput meum plenum est rore:* nomine capitis sui ipsum significat diuinitatem suam: Vel, si spiritalia membra eidem assignare volimus eo modo, quo & animæ assignamus, (tametsi & hæc expers membrorum sit, quatenus spiritus est) iuxta varias, quas in se habet virtutes: qua ratione ob varia attributa, diuersa quoque membra in sacris litteris ipsimet Deo adscripta reperimus, faciē, aures, oculos, nasum, brachia, manus, digitos, & alia huiusmodi: quo modo eadem eius attributa, atque virtutes sub variorum membrorum metaphoris in hoc ipso capite 5. sponsa singulari celebrat encomio; eam sanè virtutem, idve attributum caput Dei intelligemus esse, quæ caput est virtutum omnium, charitatem nimirum eius, bonitatemque ipsius, quæ inter reliqua attributa primum facile obtinet locum. Ros autem super istiusmodi Dei caput ipsam significat idololatriã, qua cultus vni Deo debitus creaturis exhibetur, qua creaturæ ad æthera falsis eleuantur opinionibus, & vero præferuntur Deo; quave quicquid boni, quicquid eximii, atque præclari vel à charitate, vel à bonitate, vel ab omnipotentia Dei est, id omne creaturis adscribitur.

a 1. Cor. 11 3.

Idololatria est ros spiritualis, quã ve ratione sic dicta sit.

Ros quid sit.

Enimuero ros aliud non est secundum doctrinam Philosophorum, quàm vapores tenues à Solis æstu ex imis terræ eleuati in sublime aeris, atq; frigore serenæ noctis coacti. Porrò si causas idololatriæ perscrutemur, quidve ipsa sit inuestigemus inueniemus, haud aliud esse, quàm creaturas, easque sæpe etiam vilissimas, vt talpæ sunt, & vespertiliones, quas inter falsos Iudæorum Deos enumerat Isaias, b ab æstu concupiscentiæ, vel nimii affectus, vel nimiæ libidinis, vel vanæ gloriæ in sublime eleuatas, noctisve frigore, nimirum impia, ac peruersa ignorantia simul coactas, & quasi diuinum quid, ac cæleste in terras demissas hominib. in ipsis inscitiæ tenebris, atque in frigore peccatorũ persistentibus, vt colligere est ex Apostolo Paulo in primo c. epist. ad Romanos, & apertius ex libro Sapientiæ c. 13. & 14. Huiusmodi itaque rore conqueritur Deus suum plenum esse caput, quod creaturæ positæ sint super diuinitatem suam, sibique prælatæ, & ipsa sua diuinitas illis operta sit, ita vt illæ pro Diis prædicentur, atque colantur, ipse verò nequaquam. Non ait tantummodo: *Quia caput meum plenum est rore:* sed addit: *Et cincinni mei guttis noctium:* quibus verbis id ipsum egregie amplificat, designans, caput ne dum diuinitatis, sed & charitatis, & bonitatis suæ tali rore repletum, ac coopertum esse: nam & præstantissima beneficia, insigniaque prodigia, quæ ab ipsa eius diuinitate, bonitate, & charitate proueniunt, æq. ac crines à capite proueniunt, capitive inhærent, tametsi deorsum tendant expansi: Ista, inquam, beneficia eodem rore sunt cooperta, quatenus haud jam ipsi Deo, eiusve charitati, & bonitati accepta referentur, sed creaturis iis, quæ impio, falsoque ritu colerentur. Quod quàm verum fuerit, ea indicant verba, quę ab ipsomet Iudaico populo prolata fuere coram vitulo aureo, quem in idolum sibi erexerant: c *Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Sic apud Ieremiam dicunt ligno: d *Pater meus es: & lapidi: Tu me genuisti.* Et apud Oseam: e *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linũ meũ, oleum meum, & potum meum.* Quod ergo hic dicitur, tale est.

Idololatria vnde ortũ habeat.

b Isa. 2. 20

c Exo. 32. 4

d Ier. 2. 26

DE ECCLESIA.

e Osea 2. 5

PARAPHRASIS.

Aperi mihi, cõuertere ad me Dominum Deum tuum: operiat confusio faciem tuam; *quia caput meum*, diuinitas mea, bonitas mea, meaque charitas, falsa peruersaque operta sunt diuinitate creaturarum; & admiranda beneficia illa, quæ instar crinium ex capite ipso meo in te prouenere, eisdē iam accepta feruntur creaturis. Hæc quidem recte, si Ecclesia in tota hac enarratione pristinũ suũ in antiquo populo enarret statum.

I. SENSVS.

Motiuũ optimũ ad procurãdã inimicorũ Xstianorũ cõuersionẽ, id est vt propter eos nõ blasphementur Deus, & illius serui.

Quòd si præsentem in Christiano populo statũ illa enarret iuxta ea, quæ in præcedentibus dicta sunt, in verbis hisce Christus eius dilectus efficacissimam addit rationem, quintumve motiuum, qua Sanctos à contemplationis somno ad procurandam impellat proximorum salutem, & peccatorum conuersionem. Ratio autē ista, istudve motiuum efficacissimum est ex eo, quod per illud Sancti quique commouentur ad compassionem, & zelum honoris Dei iuxta eum sensum, qui primo loco allatus in exposit. litteræ.

Xstiani praui sunt i cã vt ab infidelib. blasphemetur eius nõ Domini, & qui in eum credunt, illiq. inseruiunt.

Ecquis enim æmulator honoris Dei commiseratione non moueatur, intelligens, Christum Iesum, qui pro Dei gloria propaganda carnem sumere non est dedignatus, vt nuntiaret Dei nomen fratribus suis, eisdemque tanquã amicis, diuinæ gloriæ nota faceret mysteria; quive super crucem mori sustinuit, vt fidelis populi Ecclesiam desponsaret sibi in vnicam columbam dealbatã in sanguine suo: vt quotquot intra ipsam forent, immaculati essent; ob complurium Christianorum improbitatem, ignominias ipsimet Deo, sanctisve, qui in Ecclesia sunt, fidelibus irrogatas perferre coactum à Gentibus, quæ Deum ignorant? Videntes siquidem Gentes in eo populo, qui de Christi nomine gloriatur, & de veri Dei cultu, quive diuinam iactat legē, tot prauos mores, tot impietates, tot nefanda crimina, totve atrocia scelera, quot inspicimus, & audimus, ac ingemiscimus in prauis Christianis, & in Deum, qui ab illis colitur, & in totum quoque populum, qui tali adhæret Deo, opprobria, atque blasphemias impiis effutiunt linguis, prout apud Ezech. ipsemet conqueritur Deus, dicēs: f *Ingressi sunt ad Gētes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sũt.* Quę Dei verba explicans Apostolus ait; g *Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deũ inhonoras. Nomen n. Dei per vos blasphematur inter Gentes sicut scriptum est.* Hinc & Petrus quoq. Apostolus tam enixe rogat fideles, vt digne, & laudabiliter conuersentur, dicens: h *Charissimi, obsecro vos tãquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, cõuersationem vestram inter Gentes habentes bonam; vt in eo, quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus ex bonis operib. vos considerantes, glorificẽt Deũ in die visitationis.* De his opprobriis, de hisce blasphemiis commiserationem in sanctorum animis commouere hic nititur Ecclesiæ dilectus eo mõ, quo & in Psalmo 28. de iisdem cælesti Patri commouere conatus est compassionem, dicẽs: i *Deus tu scis insipientiam meam* (quæ in membris, s. meis est) *& delicta mea* (membrorum videlicet meorum) *à te non sunt abscondita. Non erubescãt in me, qui expectant te, Domine, Domine virtutum. Non cõfundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel: quoniam*

f Ezech. 36 20.

g Ro. 2. 23

h 1. Pe. 2. 11

i Psal. 68. 6.

DE ECCLESIA.

niam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam. Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ: en Chriſtum extra fores: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*: en deſiderium ſtudiumve, vt ſibi aperiatur: *& opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt ſuper me*. Qđ hiſce apertis ſignificat verbis: *Et opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderunt ſuper me*: idipſum & ſpõſæ verbis ſignificat metaphoricis, cũ ait: *Quia caput meum plenum eſt rore*. Caput quippe illius eſſe Deum, ex Apoſtolo a clarum eſt; Ros autem frigida nocte deſcendens ſuper huiuſmodi caput, illudve, quantum in ſe eſt, infrigidans, frigidiſve replens diſtillationibus, quid aliud eſt, quàm blaſphemiæ, & opprobria ipſa exprobrantium Deo, variaſque diſtillationes impotentiæ, inſcitiæ, prauitatis, & ceterorum huiuſmodi illi inferẽtia? Porrò ros iſte in nocte deſcendit ſuper caput Chriſti, & ex frigore: ſiquidem nemo eſt, qui talia exprobret opprobria, & è cuius ore tales deſcendant blaſphemiæ, qui in nocte non ſit ignorantiæ, quod de ſe loquẽs fatetur Paulus, dicens: b *Qui prius blaſphemus fui & perſecutor, & contumelioſus: ſed miſericordiã Dei conſecutus ſum; quia ignorãs feci in incredulitate*. Cũ ignorantia verò, & tenebris frigus impietatis in eis eſſe, qui blaſphemant, ea teſtantur Pet. verba: c *Hi verò velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem, & in perniciem in his, quæ ignorant, blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem, exiſtimantes diei delicias conſummationis, & maculæ*. Quibus conſona ſunt, quæ & Iudas item Apoſtolus ait: d *Hi autem* (impii ſcilicet, atque ſceleſti, de quibus locutus fuerat in præcedentibus) *quæcumque quidẽ ignorant, blaſphemant; quæcumque naturaliter tamquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur*. Denique quod in præcitato Pſalmo ſignificauit verbis iis: *Non erubeſcant in me, qui expectant te, Domine, non confundantur ſuper me, qui quærũt te, Deus Iſrael*; hoc idemmet Ieſus Chriſtus ſponſæ eidẽ ſignificat, & hoc quoq. loco ſub egregiis metaphoris dicẽs. *Et cincinni mei guttis noctium*, ſcilicet pleni ſunt. Crines namque Chriſti ſanctos illos eſſe fideles, qui Chriſti capiti, Deoque inhærent, & à Deo dependent, probatum eſt alibi ſæpius. Benè autem cincinnos ſuos eos appellat, quos guttis noctium aſſerit oppletos; vt indicet ob improbitatẽ malorum Chriſtianorum & illos quoque blaſphemari, ac maledictis laceſſiri, qui in fidelium plebe, & in Eccleſia Sanctorum ſanctiores ſunt, quorum & conuerſatio in cœlis eſt, quod cincinnorũ deſignat forma. Cincinni namque capilli ſunt capiti inhærentes, è capite quidem pendentes, ac culminibus ſuis retortis ſurſum tendentes. Vt euitaret iſtas noctium guttas, iſtas blaſphemias, & maledictiones Paulus, e fidelibus Corinthiorum dixit aliquando ex perſona Sanctorum Apoſtolorum omnium: *Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum*: rogans nimirum eos, ne quid praui operarentur, neve quis inter ipſos eſſet prauæ vitæ, vnde ſcandalizari, & offendi aliqs poſſet, vt tã Sãctũ Apoſtolatus miniſterium vituperationibus obloquentium non eſſet obnoxium. Hocque ipſum efflagitat Chriſtus, dũ ait: *Aperi mihi, &c. quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*. Tantumdem eſt enim, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Da operam, vt in his, qui in te dormiũt per peccata, præcluſus mihi aperiatur aditus: dum. n. extra illorum corda ſum, perſeuerantibus eis in peccatis, & in obſtinatione, ab iis, qui extra te ſunt di-

A lectam Eccleſiam meam, Deus, qui caput meũ eſt, blaſphematur, & opprobria exprobrantium Deo, cadunt ſuper me inſtar frigidiſſimi roris: quia & tota fidelium plebs, quæ inſtar comæ meo inhæret capiti, iique etiam, quorum conuerſatio in cælis eſt inſtar cincinnorum, qui ſurſum tendere videntur capillorum culminibus, eorumdem maledictis impetuntur.

II. SENSUS.

Iuxta ſenſum illum, qui ſecundo loco allatus eſt in litteræ expoſit. exaggerans verbis iſtis ingẽtem charitatem ſuam, qua vniuerſam Eccleſiam, atque adeo & illos, qui in ea ſunt, peccatores proſecutus eſt, ex tantæ charitatis ſuæ propoſitione nititur Chriſtus Deus ſanctos illos, qui contẽplationi ſe dedidere, ad procurandam peccatorũ cõ-B uerſionem commouere. Proponit autem charitatem iſtam ſuam duplici argumẽto. Primum ex eo, quod ipſemet pro ſalute peccatorum tunc temporis, quando in nocte paſſionis, & ſuper cruce non habuit, vbi reclinaret caput ſuum, rore ſanguineo in ipſomet capite ſuo perfuſus eſt, quod & modo cum ſuper cruce crucifixum eum quis contẽplatur, eodem rore plenum conſpicit, & ſpinis redimitum. Vocat autem ſanguinem, quo caput ſuum madefactum eſt, Ros: tum quia inſtar roris nocte defluxit, nocte enim ſpinis fuit coronatum ab impiis ſatellitibus: tum quia inſtar roris vim dedit ſpinis à ſe madefactis, vt iam roſas mundo produ-C cerent, vim dedit ærumnis, & tribulationibus, vt gaudium exhiberẽt, & gloriationem, prout aliàs oſtenſum eſt. Addit deinde & alterum argumẽtũ eiuſdem charitatis ſuæ erga peccatores, dicens; *Et cincinni mei guttis noctium*. Cincinnorum vocabulo ſanctos deſignans Apoſtolos, & diſcipulos ſuos qui ſibi capiti inhærerent inſtar crinium, ac cincinnorum, e capite propriè ſumpto ad caput transfẽs metaphoricum, ac de cincinnis loquens metaphoricis. Porrò cincinnos iſtos ſuos pro eadem peccatorum ſalute procuranda plenos proponit guttis noctium, frigidiſſimis nimirum, ac gelidis tribulationibus, laboribus, perſecutionibus, cruciatibus ac necibus, quæ rectè deſignantur vocabulo gut-D tarum noctiũ, ſeu gelidæ pruinæ decoquentis herbas, flores, ac fructus: frequentiſſimum quippe eſt in ſacris litteris, tam per noctis, quàm per frigoris metaphoras ærũnas ſignificari, ac pſecutiones. Secundum hunc ergo ſenſum vis huius rationis in eo ſita eſt, vt ex hoc, quod Chriſtus ob nimiam charitatem ſuam pro peccatorum conuerſione capiti ſuo non pepercit, ſicut & animæ ſuæ, nec dilectiſſimis Apoſtolis, & diſcipulis ſuis; quippe qui propterea & ſuper cruce caput ipſum habuit ſanguineo rore repletum, & diſcipulos ſuos poſtmodum nocturnis, frigidiſſimiſve ærumnarum, ac perſecutionum guttis ob id ipſum mundo oppletos exhibuit. Non expaueſcant iam, neque morentur contemplatiui, dare operam eidẽ cõuer-E ſioni peccatorum, metu retardati perturbationũ, ac ærumnarum: Aeque eſt enim, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Aperi mihi, da operam, vt in cordibus peccatorum fores, & peſſuli mihi aperiantur obſtinationis; quandoquidem charitatis ergo *caput meum* paſſionis nocte *rore repletum eſt* ſanguineo, & qui mihi inhærere vt crines capiti, mei, inquam, Apoſtoli ob eamdem ærumnis confecti ſunt, & perſecutionibus. Intuere igitur caput meum ſic ſanguine plenum, intuere cincinnos prædictos meos ſtillibus oppletos guttis noctium, & etiam tu quoque eidem te dede charitati, aperiens mihi.

Vnum circa hæc notandum, per hoc, quod tam graues ærumnæ, cruciatus, ac perſecutiones Apoſtolo-

Margin notes (left): *Blaſphemiæ ſunt ſicut ros ſuper caput Xpi; quaniã.n. in eis eſt, frigiditatẽ Deo inferunt.* — a 1. Cor. 3. — *Blaſphemiis exigua ignorantia ſimul ac prauitate quamiũt.* — b 1. Tim. 1. c 2. Petr. 2. 12. — d Iudæ. 1. 10. — *Cincinni Chriſti ſũt ij, qui ſanctiores ſũt in Eccleſia* — e 2. Cor. 6. 3.

Margin notes (right): *Motiuum aliud ad procurãdũ peccatorũ conuerſionẽ & ingens charitas Chriſti in tales qui propter hanc cõuerſionẽ et ſeipſum, et dilectos Apoſtolos ſuos ærumnis ſubiecit.* — *Sanguis capitis Chriſti quo dictus ros.* — *Tribulationes huius vitæ guttæ ſunt exiguæ.*

DE ANIMA

sunt, sed & è capite prodeunt dictæ charitatis, & retortius culminibus instar cincinnorum cœlum versus sunt directæ. Supponendum tertio, refrigerari in nobis huiusmodi charitatem Dei iuxta illud Domini, *a Refrigescet charitas multorum*, refrigerari aũt aliquando glacie iniquitatum, ac peccatorum mortalium, quo congelatur & tollitur ex ipsa anima, aliquando verò rore peccatorum venialium, negligentiarum, atq. tepiditatis in vita spirituali, iuxta illud Ecclesiastici, *b Nonne ardorem refrigerabit ros?* Eodemq. rore, & eadem ratione refrigerantur & cincinni sanctarum cogitationum, vt eadem anima probat experientia, quando cum tepore se confert ad studium meditationis, *c* Notandum quartò ex Aristotele, rorem quidem sensibilem tunc fieri, cum serena, trāquilla ve nox est, eoq. anni tēpore, quando nec magni sunt æstus, nec ingens, & vehemens frigus, pari ve ratione, & ros de quo loquimur, spiritualis defluere minime pōt ex aīæ cęlo, cum ea feruentissima æstuat charitate, vel, cum glaciæ frigida est iniquitatis. At quando neq. calida, neq. frigida extiterit, quod tunc maxime est, quando in nocte huius sęculi absq. vllo tribulationis vēto, & absq. vlla mortificationis asperitate tranquillā serenā, atq. iucundam degit vitam in delicijs confabulationum, deambulationis, & ceterarum voluptatum, quibus absque peccato mortali perfrui potest.

a Matt.24. 12.

b Eccl.18. 16.

c Arist lib. 1.Met. sũ. 3.cap.1.

Anima pia sũc magis tepida & ĩdeuota, cũ est in prosperis, & animum relaxat.

His animaduersis, patet iam, quid hoc loco sibi velit sponsus. Tantumdem enim est, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Serena tibi illucente nocte, cumve nec calida sis, nec frigida in tepore vitæ tuæ, quam iucundè, & in delicijs degis, *caput meum plenum est rore*, charitas mea, quæ in te est, tepiditate, *& cincinni mei* pleni *guttis noctium*, cogitationes quippe illæ meæ sanctę, quæ è meo charitatis capite, instar cincinnorum tendentium in cœlum, indeuotione, ac tepiditate ipsa tua iuncta cum quibusdam obfuscationis tenebris refertæ sunt, ita vt quoquo modo deorsum in terram vertantur, ideo *aperi mihi soror mea, amica mea*, quæ propterea & purissima esse debes, & *columba mea, & immaculata mea*, admitte me intra cor tuum, me inquam, ignem vrentem, roremve vniuersum consumentem.

Sic ea, quæ hic dicuntur, similia sunt ijs, quæ ab eodē dicuntur in lib. Apocalyp. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq. calidus; Vtinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere.* Nota illud, *incipiam. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum*, nempe charitatem feruentem, vt asserunt expositores omnes.

Apocal.3. 15.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

SIcut in Psalmo 11. pro ratione, qua motus fuit ad carnem sumendam, & ad accelerationem ipsius Incarnationis, miserias Deus assignauit hominū, & ærumnas, gemitusve inopū, dicens, *d Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc*, i. de repente, *exurgam; Ponam in salutari*. i. constituam me salutare, *fiducialiter agam in eo*, familiariter me ei cōmunicans: De incarnatione.n. hæc interpretatus ē Didymus: Ita & hoc quoq. loco Verbū diuinū eliciens è B. Virgine consensum, vt sibi aduenienti in orbē terrarū aperiat, admittatque se in vterū suū, quò introductus in eam, carnē ex ipsa sumat, illico hanc pariter illi affert rationem aduentus sui, & cur tam enixe eam solicitet, vt sibi

Incarnationis motiuũ & causa præcipua fuit Dei bonitas, & miseria hominum.

d Ps.11 6.

Didymus i catena 90. Psal.

Michaelis Ghislerii.

DE ANIMA.

A aperiat, sed melius hic eandem explicat rationē, significans, miserias hominū causam extitisse Incarnationis, non tñ eas aliter tñ potuisse causare mysterium, quàm mouendo diuinam bonitatem suā ad misericordiam, ita vt ipsa bonitas sua, & misericordia immediata sibi extiterit rō, miseria verò hōum, mediata, vt scholasticis vtamur vocabulis. Vnde Incarnationem ipsam efflagitans Propheta Dauid, misericordiæ Dei ostensionem exposcit, vtpote qui optime intelligeret, eius misericordiæ vt potioris causæ illam esse effectum, *e* dicens: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis*, ac si diceret: Da nobis salutare tuum, quod nos saluet tantis oppressos miserijs, ostendens misericordiam tuam, qua commoueris
B ad sumendā carnē, & afferēdam salutem miseris. Duplicem igitur hanc vnam rōnem affert diuinū Verbum, dum sibi aperiri petit à Gloriosa Virgine, ac primùm dicit: *Quia caput meum plenum est rore*, per capitis sui metaphoram, ipsam designans diuinitatem suam, sub metaphora aũt roris misericordiam item suam, suasve & miserationes significans. Neq. nouum in scripturis est, vt per roris metaphorā misericordia designetur, nam & apud Oseam Prophetā idēmet Dñs sic loquitur, *f Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens*. Misericordiam vestram passiue sumens, idest, quæ vobis exhibita est, seu qua vobis misertus sum, vt explicat Hieronymus, quem
C sequuntur & reliqui expositores huius loci, asserentes, misericordiā Dei comparari nubi matutinæ, & rori mane pertranseunti, quia sicut nubes matutina, & matutinus pariter ros ex sui natura, & per se tollerent siccitatem à terra, illamq. madefaciendo, ni Solis æstus eis obsisteret, ni illico radijs ea exsiccaretur solaribus; Ita & diuina misericordia per se parata semper est ad subueniendum necessitatibus hōum, at ab hominibus ipsis, ab æstibus humanæ concupiscentiæ impeditur eius effectus. Verùm, etsi misericordia ipsa Dei considerata vt hominibus exhibetur, rori quidem comparetur, sed rori, qui mane pertranseat, quia sæpius ab hominibus ipsis, vt dictum est, impeditur eius
D effectus; Eadem tñ misericordia considerata vt in ipso Deo est, ros simpliciter dicitur, & in maxima copia. Multus.n.is est in miserationibus, & misericordiæ eius multæ, atq. adeo bene ad hanc copiā designandam ait: *Quia caput meum*, diuinitas mea plena *est rore*. Ex copia verò ista prouenit, vt in ipso, quod replet, diuinitatis capite, ea suum causet effectum cōmunicationis bonitatis, & opis diuinę ad homines, non secus ac matutinus ros copiosè replens rosæ folliculum, efficit, vt rosæ flos expansus odorem suum longe, lateq. diffundat, intuentibusq. suam pulchritudinem communicet, quæ intra folliculum priùs conclusa erant. Quamquā in hoc, quod Verbū dicit Mariæ; *Aperi mihi, quia*
E *caput meum plenum est rore*, & id quoque illi significet, quod tam diuinitas sua tam promptam habeat misericordiæ maximam exhibitionem, vt sit instar vasis pleni, quod de plenitudine sua diffundat, roremq. misericodiæ eū, quo suū plenū est caput, esse similē illi rori Hermon, de quo dicitur in Psalmo, *g* qđ tanta plenitudine sit super montē Hermon, vt de celsiori illo monte ad demissiorem descendat montem Sion, feracē eum reddens, atq. fęcundum; Eadem quippe ratione indicare vult Verbum B. Virgini, rorem misericordiæ suæ tunc temporis tanta plenitudine esse super caput diuinitatis suæ, vt iam operæ pretiū sit, de excelsissimo eius diuinitatis vertice descendat in ipsam humi-

e Ps.84.8.

Misericordia Dei cōparata rori

f Osee.6.4

Hierony.

Simile.

Misericordia sua quõ Deus participem fecerit B. Mariam, quãdo ex illa carnē sumere voluit

Simile.

g Ps.132.3

DE B. MARIA.

liorem montem, reddatq. eã fęcundam; *a* Misericordiam quippe, & veritatem præcedere faciem Dei, ait Propheta Regius: *Et*, secundum *b* alium Prophetam, *præparabitur in misericordia solium in tabernaculo David*, nempe in vtero Virginis Dauidicæ stirpis. Hanc aũt misericordiæ diuinę descensionem præparantis soliũ faciei, atq. personæ Verbi incarnati, Isaias quoque sub roris metaphora egregie efflagitasse reperitur, vbi dixit, *c Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ.* Porrò quid sit istiusmodi roris de pleno Dei capite descensio, istiusmodi diuinæ misericordiæ irroratio in B. Mariam, ab ipsamet in suo exponitur Cantico, vbi ait: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Respectus etenim Dei ad humilitatem Mariæ, quem postmodũ consecutum est, vt Maria ipsa conceperit, ac pepererit incarnatum Verbum, vnde beata prædicata est apud omnes generationes, duo significat, vel singularem humillimæ Virginis assumptionem ad dignitatem matris Dei, in qua assumptione primùm in ipsam Virginem effundi cœpta est plenitudo roris misericordiæ diuinæ, quæ iam caput diuinitatis repleuerat, vt declaratum est: Vel iam exhibitam eidem Virgini, & effusam è capite Dei eãdem Dei misericordiam, qua non tam eius adiuuaretur humilitas, & abiectio, quàm eius animus à miserijs humani generis commoueretur eo ferè modo, quo abijsdem miserijs misericordiam item in Deo suscitatam nouimus. Humilitas siquidem in sacris litteris sępius afflictionẽ sonat. Quẽadmodum Anna mater Samuelis dicẽs, iuxta Originalia Hebræum, & Septuaginta, *d Adonai Domine Deus, si respiciens respexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, & recordatus mei fueris*, &c. pro quibus in Vulgatis sic legimus: *Si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ*, &c. Ita & Beata Virgo Maria cum dixit: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, rorem plane indicat sibi impertitum diuinæ misericordiæ, propter quam ad Dei imitationem humani generis cladem miserata enixe illius expectatam deprecabatur salutem: afflictionem maximam vna hac de re versans in pectore suo.

a Ps. 88. 15.
b Isai. 16. 5.
c Isa. 45. 8.
Maria humilitatẽ respexit Deus impertiẽdo illi rorẽ misericordiæ suæ.
Luc. 1. 48.
d 1. Reg. 1. 11.

Quo maior autem roris istius a deitatis suæ capite in ipsam Virginem sanctam effundatur copia, quove maiori misericordia mota illa, citius sibi aperire cõsentiant, postquam dixit: *Quia caput meum plenum est rore*, addidit cœlestis sponsus rationem alteram, ipsam misericordiam suam augentem: cum enim diuina misericordia ex humanis fit miserijs quibuscunque, ex miserijs tamen illorum, qui amici, atque charissimi ipsi Deo sunt, vtpote prædestinati, & electi ad gloriam, & iugem adhæsionem ad illum, immensas plane eadem habet accesiones, & idcirco aptissime dicit: *Et cincinni mei guttis noctium*; Per cincinnos suos, eos designans, vel qui olim dum vitam in terris degerent, per iustitiam & sanctitatem instar capillorum capiti deitatis suæ, sibique adhæsere, & instar cincinnorum culminibus desideriorum suorum adhuc cęlum versus directas suas habuerunt animas: vel qui prædestinati ad hoc essent, vt per charitatem eidem capiti suo, sibique instar cincinnorum inhærerent, se sequerentur, & à se dependerent. Per guttas verò noctium, miserias vtrorumque designans; vel frigidorum peccatorum, quibus subiecti ij essent, qui aut adhuc viuerent, aut vitam acturi essent in terris, vel lacrymarum eorum, qui in nocturnis inferni tenebris ad ipsius Dei Incarnationem, & ad ianuæ cęlestis patefactionem continuis suspirabant noctibus.

Misericordiã Dei miseris prædestinatorum maximè excitarũt, vt ob redimẽdũ mundũ is carnem sumeret.

Quod ergo tota hac oratione: *Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*: Cęlestis sponsus significat, internis vocibus Gloriosam alloquens Virginem, tale est.

DE B. MARIA.

PARAPHRASIS

Aperi mihi, fidei tuæ ostium, dum Angelus nuntiat, Spiritum Sanctum in te descensurum, & virtutem Altissimi obumbraturam tibi: *Aperi* per cõsensum, & descendam in vterum tuum. Ne moreris aperire, ecce iam venio, quia diuinitas, quæ *caput meum est*, plena *est rore* misericordiæ, sicve plena, vt tamquam rorem in te effusam eam respiciã. Neq. æquum est, vt iam tu moras moliaris, neque ipse sustineo, longius meum differre descensum, meamve Incarnationem, quia ad summum excreuit iam misericordia in me, quia electi, qui sancti decesserunt, instar cincinnorum inhærentes capiti diuinitatis meæ, misertimis pleni sunt lacrymis *noctium*, quas fundunt in noctibus, nocturnoque illo tempore, quo destituuntur vera luce conspectus diuini; Et ij pariter, qui adhuc viuunt, eidem capiti meo ęque instar cincinnorum meorum inhærentes, vt prædestinati, & electi in me filio Dei ante mundi constitutionem, vt essent sancti *guttis noctium*, atque peccatis frigent, & algent. Itaq. sicuti istæ electorũ oĩum miseriæ impellunt me, vt quantocius exurgã ad eos redimendos, ita eædem & te moueant, vt mihi iam descendenti aperias.

Vnum hoc loco notandum, non licere hinc inferre; Christum non fuisse vniuersalem Redemptorem, quòd ait, se commotum ad carnem sumẽdam ex misericordia, qua miseriis compassus est electorum, certum quippe, & fide est contrariũ, scilicet, miseriarum totius humani generis miseratum eum venisse in mundum, & venisse ex parte sua, *e* vt mederetur omnibus, qui male se haberent, & *f* qui contrito essent corde, atque adeo postquam venit, libenter cum publicanis, & peccatoribus conuersari eum solitum, legimus in *g* Euangelio, & ipsummet contestatum, *h Non veni vocare iustos, sed peccatores.*

Christus à morsi venerit vniuersalis redẽptor, adueniendũ tamen in carnem cõmotus est præcipuè ex misericordia sua in miserias prędestinatorũ.
e Luc. 5. 31.
f Isai. 61. 1.
g Matt. 9. 10.
h Matt. 9. 13.

Licèt aũt, vt vniuersalis Redemptor, oĩum compassus sit miserijs, &, vt inquiunt Scholastici, sufficiẽter pro omnibus tã iustis, quàm peccatoribus, tam electis, quàm reprobis in Virginis vterum, & in mundum descenderit, mortemq. subierit; Peculiariter tamen commotum se ait ad hæc, *quia cincinni* sui *pleni* essent *guttis noctium*, quia electi, atque prędestinati miseriis pleni essent, ob eorum videlicet miserias tollendas, quoniam miseriæ illorũ misericordiam suam magis prouocarent, vtpote capillorum sibi inhærentium, quoniam miserias hasce duntaxat, nosset, efficaciter per suam auferendas Incarnationem, quoniam illorum tantummodo efficax descensurus erat Redemptor, eo modo, quo in Euangelio eum sic orasse reperimus *i Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro iis, quos dedisti mihi.* Quæ omnia egregiè explicata habemus ab Apostolo in Epistola ad Ephesios, vbi post multa ad hæc quoq. spectantia, ait, *k Qui* (scilicet Deus) *prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabũdauit in nobis in omni sapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt,*

i Ioan. 17. 9.
k Ephe. 1. 5.

APPENDIX.

ſumus, in ipſo: In quo etiam & nos ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius qui operatur oĩa ſecundum conſilium, voluntatis ſuæ, vt ſimus in laudem gloriæ eius, qui ante ſperauimus in Chriſto.

Ex Verſ. 11. Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Quoniam capilli capitis mei pleni ſunt lachrymis tuis, ſicut vir, cuius capilli tinguntur de rore cęli, & cincinnus cæſariei meæ repletus eſt guttis oculorum tuorum, ſicut vir, cuius cincinnus cæſariei ſuæ plenus eſt guttis pluuiæ, quæ deſcendunt in nocte.

Lacrymæ noſtræ implẽt capillos Dei quatenꝰ is conſors, quodãmodo tribulationũ noſtrarum.

Duobus modis hæc accipi ſolent à Patribus, in bonum, & in malum. In bonum accipiuntur à Gregor. Nyſſeno homil. vndecima, Catena Trium Patrum, Ambroſio, Paulino, Aponio, Philone Carpathio, & Richardo de S. Victore, ſed diuerſimode.

Greg. Nyſ.

Nam primò Gregorius Nyſſenus roris, atq. guttarũ metaphoris ſalutem accipit, & doctrinam ſanctam, ac ſi Deus dicat animæ, ſi me introduxeris, admiſeriſve in te, lucrifacies rorẽ ſalutis ex me, & doctrinam ex Prophetis, & Apoſtolis meis, qui mihi vt capiti inhærent, inſtar cincinnorum. Tria aũt dicit circa horum verborũ põderationẽ Nyſſenus. Primùm probat, per ros, quo caput Dei eſt plenũ, ſignificari ſalutem ex eo, quòd iuxta verſionem Septuaginta dicitur in Iſaia Propheta, *a Ros qui a te eſt illis ſanatio*. Secundum, eorum, quæ captum noſtrum excedunt, nec cadunt ſub aſpectum, vt ſunt cęleſtia, atque diuina, quantacunque habeatur cognitio, exiguam eam eſſe, atq. adeo dici guttas noctium è cincinnis ideſt, viris ſanctis, & diuinis exhibitas. Tertium, ſi gutta cincinnorum, & doctrina Prophetarum, Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, cęterorumq. Sanctorum videtur nobis ſatis rationabiliter eſſe flumina, & maria, ſi cum noſtris conferantur viribus, quid exiſtimandum de illo fonte, qui dixit, *b Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat?* Et, ſi gutta ſufficit ad generandum fluuium (guttam enim eſſe quicquid Apoſtoli ipſi cognouere, indicauit Paulus, cum dixit, *c Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus*, &c., *d Ego meipſum nõdum arbitror comprehendiſſe*) quid reputandum eſt, eſſe ipſum fluuium, qui per hanc guttam efficitur? Ad Nyſſeni ſenſum tendere videntur, & quæ dicuntur ab Aponio, ita hæc explicante: *Aperi mihi* pie, caſteque viuendo, vt ad ingreſſum meum deſcendat in te ros, per cuius roris venam fontes, & fluuij de tuo corde procedunt, per quem iuſtitiam ſcripſerunt Patriarchæ, & Apoſtoli, ſine quo iniuſtitiam Philoſophi ſcripſerunt, & hæretici. Illud in Aponio eſt notandum, quòd per cincinnos Chriſti, eiuſque capitis Dei intelligit Angelos, Archangelos, & reliquos, qui guttis occultæ ſapientiæ pleni ſunt, & hominibus eamdem diſtillant de capite.

Deus] admiſſus intra nos confert ſalutem, & doctrinam ſanctam.

a Iſ. 26. 19. ſecundũ Sep.

b Ioã. 7. 37

c 1. Cor. 13. 9.

d Philip. 3. 13.

Aponius.

Quin & ſenſus quoque Catenæ Trium Patrum cum ipſo Nyſſeni ſenſu annectendus eſt: ſi quidem per caput diuinum diuinam intelligit mẽtem, quæ Verbum genuit, hanc rore impleri ait, dum tamquam rore perfectam animam implet cognitione ſuæ diuinitatis per terminos negatiuos, vt ſunt ſine principio, immenſum, infinitum, &c. Cincinnos verò eiuſdem capitis eſſe bonas Patris voluntates in Spiritu Sancto ab Vnigenito ad finem perductas, quæ tamquam guttis nocturnis plenę ſunt iudicijs

Tres Patres.

Dominus implẽs piã aĩam diuinitatis ſuæ cognitione, dicitur habere caput

A diuinis imperueſtigabilibus: vnde noctis guttæ nũcupantur, quaſi minuti quidam vapores cognitionis incomprehẽſibilis, & inacceſſæ diuinitatis, per quas guttulas cognitionis mens animæ Verbo deſponſatæ patefacta, ipſum introducit in domum ſuam, atque adeo bene dictum, ait, ab eo eſſe; *Aperi mihi, quia*, &c.

ſuũ plenũ rore.

Secundò Ambroſius rorem, ac guttas pro diuina gratia ſumens libro 3. de Virginibus circa mediũ, Sicut, inquit, ros cęli nocturnas amouet ſiccitates, ita ros Domini noſtri Ieſu Chriſti nocturnis, & ſæcularibus tenebris æternæ vitæ ſtillauit humorẽ. Hoc eſt caput, quod æſtu mundi neſciuit areſcere, vnde ait: Quia ſi in humido hoc faciunt, in arido quid facient? Hoc caput rorat alijs, ſibi abundat.

Ambroſ. Ros diuina gratia tollit ab aĩa oĩm ſiccitatem & obſcuritatem.

B Et bene abũdat Chriſti caput, quia caput tuũ Chriſtus eſt, qui plenus eſt ſemper, nec liberalitatibus exhauritur ſuis, aut diuturna deficit largitate. Cincinni aũt pleni ſũt in eo guttarũ noctis; Cincinnos Nazaręus habet, in quibus ferrum non aſcendit, quos nemo præcidit, qui, non calamiſtris compoſiti, & arte digeſti, ſed multiplici criſpãtes virtutũ nitentium gratia refulſerunt. Diſce in hiſtoria quales cincinnos Nazaręus habeat, quos quamdiu Sãpſon habuit intactos, numquam vinci potuit, cincinnos perdidit, & meritum virtutis amiſit.

Cincinni Chriſti ſũt eius virtutes nũquã ab eo præciſæ.

Iud. 16. 17.

Tertio Paulinus epiſt. 4. ad Seuerum, Suppoſito, quòd caput Chriſti ſit Deus, & crines huius capitis electio ſit Sanctorum, ſeu electi ipſi, ſancti; Dũ

C Chriſtus lætatur, caput, ac crines iſtos madiuſſe guttis noctis, lætatum eum, inquit, ſancta conuerſatione ſanctorum, quam & in ſtellis coruſcare, Apoſtolus deſignat, quæ æque ſerenis noctibus micant, quibus rores cadunt. Notat quippe Paulinus, ros nõ eſſe imbris humorẽ, ſed refrigerij, quo reficiũtur arida ab æſtu diurno gramina, huiuſq. roris lucidis guttis non niſi ſerena nocte ſpargi terram.

Paulinus. Cõuerſatio ſctõrũ ſãcta lætatur Chriſtus.

1. Cor. 15. 41.

Põderãs deinde exactius noctis vocabulũ, duo, inquit, hic per ſerenam noctem ſignificari poſſe, vel paſſionẽ Chriſti, de qua dictum eſt; *Et nox illuminatio mea in delicijs meis*; Vel ſęculum iſtud, qd

Paſſio Chriſti nox ſerena.

Pſ. 138. 11.

Sæculum iſtud nox ſerena.

D conuerſione Gentium ſerenatum eſt Eccleſiæ lumine quaſi plena Luna, & ſanctis hominibus vt puriſſimis, lucidiſve ſideribus; Tũ per rorem, ac guttas harũ noctium ſancta accipiẽs fideliũ opera, quibus animam ſuam quiſq. viuificans, à præteritæ ſiccitatis ſiti eam reficit, Ideo ait caput ſuum Chriſtus tali repletum rore lætatus, & illuminator noctium noſtrarum, tamen guttis noctis noſtræ crines ſuos gaudet eſſe perfuſos, quia ipſius refrigerium & refectio ſũt illæ fidelium operationes, quibus vel fratres iuuantur, vel inopes confouentur.

Refrigeriũ Chriſti ſũt ſãcta electorũ opera præſertim miſericordiæ.

Quartò Philo Carpathius ex ſententia aliquorum, per caput ſponſi rore plenum reſurrectionẽ eius matutinã, inquit, ſignificatã, & per cincinnos guttis noctiũ repletos redẽptorũ animas, & populos ad fidẽ cõuerſos, qui peccatorũ frigore, & tene

Phi. Carp.

Caput Xpi rore plenũ ſignificat reſurrectionẽ eius matutinã; Cincinni populos ad fidẽ conuerſos.

E bris implẽtur, niſi paſtorũ doctrina, ac vita per Spiritus ſancti gratiam illuminentur, & incaleſcant.

Quinto deniq. Richardus per rorem, quo plenũ dicitur caput Chriſti, diuinam intelligit miſericordiam, per guttas verò noctiũ intelligit hoĩum peccata, & cęcitatem, quaſi hoc loco aiæ piæ dicatur à Chriſto; Quia tanta tibi præſtiti, tu quoque beneficijs meis reſponde, & circa membra mea gratiã, qua ſpecialius es dotata, exerce; Ex eo enim, quod Deus ſum, abundo miſericordia, & rore gratiæ, & hi, qui mihi in fide inhærent, replentur peccatorum guttis, & cæcitate.

Ros implẽs caput Chriſti ingẽs eo pia miſericordia in Deo eſt.

In malum hæc accipiuntur ab Auguſtino Tract. 57. in Ioan. Caſſiodoro, Greg. PP. Philone Carpathio,

APPENDIX.

pathio, Iusto, Beda, Anselmo, & alijs: Et inter hos pariter est aliqua sensuum diuersitas.

A

Guttæ noctiũ super cincinnos sunt peccata, & caecitates.

Refrigescere charitate ob iniquitatẽ multorum, caput Christi eius ve crines dicuntur pleni rore, & guttis noctium.

Primò .n. Augustinus loco citato, Nox, inquit, iniquitas est: ros verò eius, & guttæ hi sũt, qui refrigescunt, & cadunt, & faciunt refrigescere caput Christi, hoc est, vt non ametur Deus: sed portantur in crinibus, idest, in sacramentis visibilibus tolerantur, at nequaquam interiora sensus attingunt. Vult ergo Augustinus, Ecclesiæ a Christo sic dici: Tu studes otio paucorum, & abundante iniquitate refrigescit charitas multorum.

B

Caput Christi plenum rore, cum fideles frigescunt charitate I Deũ, Cincinni verò guttis noctiũ, cũ ij ad persequũtur Dei famos.

Sencundò Cassiodorus, & Beda, caput Christi rore plenum inquiunt, cũ fideles frigescunt in charitate erga Deũ, cum abundante iniquitate, refrigescit charitas multorũ; Cincinnos verò plenos guttis noctiũ, cũ praui quiq. famulis quoq. Christi, instar cincinnorum se se infra custodiam suæ mentis colligentibus, ac sui conditoris amori arctius inhærentibus, odium pro dilectione impendunt, premẽtes illos frigore asperæ, cęcęq. persecutionis.

Tertiò Gregorius PP. cum his consentiens quoad primã partẽ, discrepat quoad secũdã, ait quippe, Per cincinnos eosdẽ populos intelligimus, quos in fide diuinitatis quasi in capite Christi pendentes, & opprimentes scimus: Sed cincinni pleni esse dicuntur guttis noctium, quia dum torpore huius tenebrosæ temporalitatis se suspendunt, magis ac magis stillationibus iniquitatum fluunt.

C

Cincinni Christi pleni guttis noctium, cum fideles fluunt stillationibus iniquitatum.

Quartò Iustus Orgelit. per caput Christi Prælatos in Ecclesiastico corpore intelligit, per cincinnos eos, qui in eadem Ecclesia Sacramenta visibilia ministrant: Sed quia plerumque mortales vitijs, inquit, vel tenebratum operibus inficiuntur, hi velut guttis noctium prægrauati, Christo quasi capiti adhætere videntur, & de primis ait: Ipsi Christum non sincere annuntiant.

Iustus.

Caput Xpi plenũ rore, cũ Prælati illũ haud sincere annũciãt. Cincinni verò, cum ministrantes Sacramẽta vitijs infecti sunt.

Phil. 1. 17.

Quintò Anselmus per caput Christi Prælatos pariter sumens, rore ignorantiæ eos plenos dici asserit, quatenus ros noctibus cadit. Per cincinnos eiusdem, quatenus cincinni sunt capilli retorti, & male adhærentes capiti, illos intelligit, qui, licet sint de Ecclesia, tamen retorquent se, & subterfugiunt diuina præcepta, & sic elongando se à capite, pleni sunt guttis noctium, idest, magnis erroribus ex ignorantiæ cæcitate prouenientibus.

D

Anselm.

Caput Xpi &c. quãdo Prælatis sũt ignorantia pleni Cincinni. &c. quando plebs I erroribus plena

Sextò Rupertus Abbas Christũ promouentem B. Mariam ad aperiendum os suum, & loquendũ, quæ pertinerent ad confirmationem Euangelij, hanc verbis hisce, inquit, attulisse ei rationẽ, quia Iudæi ipsum Deum, Dei filium blasphemantes negarent, & Sacras Scripturas, quæ testimonium perhibent de ipso, atque adeo, ita ei adhærent, vt cincinni adhærent capiti sensu contrario peruerterẽt, quia extraneus factus fratribus suis, opprobria exprobrantium ceciderint super se, ac super cincinnos suos, Sacrasve Scripturas.

Rup. Abb.

Ros sup Caput Christi blasphemię Iudæorum.

Septimò Ambrosius libro de Isaac, & Anima cap. 6. per rorem, & guttas noctium ærumnas, & molestias intelligens. Quia, inquit, decurso orbe terrarum plus molestiarum, & offensionis reperi, nec facile habui, vbi requiescerem.

E

Guttæ noctiũ super cincinnos Christi blasphemia, & peruersi sen

Idem tamen Ambrosius sermone 12. in Psalmũ 118. vers. 1. eamdem sequens roris, & guttarum noctiũ significationẽ, sed diuerso sensu, Considera, inquit, quando maxime pulsat ianuam Deus Verbum, cum repletum est caput eius rore nocturno. In tribulatione etenim, & tentationibus positos visitare dignatur, ne quis fortè succũbat victus ęrumnis; Repletur ergo caput eius rore, vel guttis, quando corpus eius laborat; Tunc ergo vigilandum, ne, cum sponsus venerit, recedat exclusus.

LITTERA.

Vers. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Expositio Prima. iuxta sonum Litteræ.

sus I Sacrã Scriptur &. Ambros. *Christus super humiliã tantũ requie tis requiem cũ vndiq. abalijs ejicitur offẽsus. Tribulatos visitat De° & tribulationes simul perfert & ipse.*

PRosequitur sponsa, suũ enarrare somnium, explicatq. in hoc verso, quid tunc sibi visa sit respondisse dilecto suo ad tantam noctem eius adstanti foribus, pulsanti, enixeque deprecanti, vt ab ipsa admitteretur in domum; Duplicem autem sensum habere potest eius responsio. Primum, eumq. communiorem, & probabilem, secundum quem ex subindignato animo hæc prolata videntur, femineam quippe indignatiunculam suam friuolis hisce excusationibus sponsa subindicat, propter sponsi moram conceptam, vel etiam ex pigritia quadam subortam. Apte femineus seruatur, & exprimitur mos, inquit Legionensis, est namq; proprium feminarum, cum rogantur, inepta quædam causificari, & ea se nolle fingere, quæ maxime, & ardentissime cupiunt. Porrò istud sponsæ desiderium ipsamet in sequentibus contestatum facto ipso omnibus facit, vbi ait, postquàm dilectus suus declinauerat, se penè exanimatam, illumque hac, illacve quæsisse. Quod ergo respondet tale est.

I. SENSVS.

Quid tantas tu traxisti moras, vt venires? Expectaui te per totam noctem: Iam decubui, *expoliaui me* & intimam *tunicam meam*, non possum modò induere illam. Dum te manerem, *laui pedes meos*, quos in tui inquisitione hesterno die per agros oberrans puluere, cœnoq. consperseram, non possum modo illos inquinare denuo e strato consurgens, vt tibi aperiam. Sic, secundùm sensum istum aduerbium, *Quomodo*, bis repetitum, non tam hæsitanter hic accipiendum est, quàm absolute negãs.

PARAPHRASIS.

Facilior tamẽ alter est sensus, qui & litteræ quoque admodum est consonus, secundum quem nõ tam ex feminea indignatione, quàm ex naturali quadam dormientis, vel decumbentis pigritia tota hæc ipsa responsio prolata videtur, ita vt aduerbium, *Quomodo*, obdormiscentis, ac pigrescentis in lecto morositatem signet, ac si dicatur. Somno oppressa iam lecto me cõposui expoliata *tunica mea*, ablutisue pedibus meis, quo pacto nunc obdormiscens surgam iterum, atq. vt tibi aperiam, intempestiue planè pulsanti, & exuta tunica interum *induar*, & ablutos illico *inquinabo pedes* ipsos *meos*? Similia certè illis, quæ in Euangelio referuntur ab amico responsa alteri amico media nocte ad ostiũ suum pulsanti, a *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere.*

II. SENSVS.

PARAPHRASIS

a Lucæ 11. 6.

Præter duos sensus istos, congruos ambos, ambosve litteræ consonos, tertius quoq. ijsdẽ verbis assignari potest sanè haud renuendus, necà sono litteræ alienus, vt sponsa hæc protulerit, haud quaquam dilecto suo pulsanti, atq. vociferanti per ea respondens, sed sibimetipsi ea proferens; ita vt, nõ tam responsio ea sint, quàm discursus eorum, quæ secum mente reputabat, extrinsecus & verbo prolatus sibimet, tametsi nec id dissonũ sit, vt illud ipsũ, qd secum interno obuersabat discursu, suo respon derit dilecto, intẽpesta nocte pulsanti ad ostiũ, eni xeq. efflagitanti ab ea, vt sibi aperiatur. Quod autẽ illa secũ reputabat id erat: An tali tẽpore, & loco, & absq. ornatu, & puritate ad ipsius dilecti sui præsentiã requisitis, verũecdiã, & virginalẽ pudicitiã suam deceret, eidem aperire dilecto suo. Itaque cum hæc protulit verba vel sibimet, vel etiam spõ

III. SENSVS.

so,

DE ECCLESIA. so, non tam ex suborta indignatione, atque adeo ex affectu superbiæ & arrogantiæ, seu ex pigritia ea protulisse, censenda secundum hunc sensum est quàm ex studio honestatis, pudicitiæ, ac decori virginalis, necnon & ex nimia reuerentia erga dilectum ipsum suum, qua ab illo conspici non audebat inornata, & sordida, fauetque eidem seu sui aduerbium, *Quomodo*, siue hæsitatiue id sumatur, siue admiratiue, dubitans quippe quasi de re indecenti, seu admirans habitum, quo comparere sibi opus erat ante tantum sponsum, si absque cõgruenti tunicæ indumento, & inquinatis pedibus obuiam illi procederet, tale quid dicere videtur.

PARAPHRAS. Nocturno isto tempore, quando exuta tunica, & ablutis pedibus iam lecto decubui, nescio, an meam deceat honestatem, vt reassumpta tunica, inquinatisve iterum pedibus exurgens vel etiam tibi dilecto meo aperiam. Vereor sanè sic incompta, & sordida coram tali, ac tanto apparere dilecto. *Expoliaui* iam *tunicam*, qua adeo decenter sũmo studio me solita sum ornare, *quomodo* tam cito, & in tenebris apte nunc *induar illa? Laui pedes meos*, vt mundam totam me tibi seruarem, *quomodo*, noctu, ac derepente consurgens *inquinabo illos?*

Vers. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos?

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta

Desumitur intellectus huius sententiæ ab aliquibus expositorum tam Hebræorum, quã etiam Nostrorum ex ijs, quæ habentur in cap. 44. Ieremiæ, vbi prædicanti ipsi Iudaico populo Ieremiæ, vt ad Deum conuerteretur, in hunc modũ responsum ab eo populo est, a *Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina sicut fecimus nos, & Patres nostri, Reges nostri, & Principes nostri in Vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare Reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus oĩbus, & gladio, & fame cõsumpti sumus.* Quasi & hoc quoque loco idẽ pariter populus Israeliticus metaphoricis verbis idipsum significet pulsanti, ac vocanti sponso, se nimirum mutasse viuendi rationem, expoliando se iugum eius, & abstergendo à se inquinamenta ærumnarum, quibus super terram coinquinari sibi videbatur, dum cultui vacabat ipsius.

I. SENSVS. *Iudaicus populus qua aduersitate reliquerit sæpius cultũ veri Dei.*

a Ie. 44. 16

Profectò, si velimus, Ecclesiam in tota hac enarratione explicare pristinum statum suum in antiquo Iudæorum populo, eo modo, quo superiora declarata videre est in principio secundæ exposit. singularum partium secundi versus, apertissimum censeo intellectum istum, eumdéq. & valde congruum antecedentibus, & primo sensui, qui allatus est in prima expositione soni litteræ maxime consonum. Contigit enim sæpius, vt rudis ille populus, cum ob scelera sua, vel etiam ad probationem ita conficeretur ærumnis, vt derelictum se crederet à Deo ob dilationem opis diuinæ ex occulto aliquo Dei iudicio, Deum ipsum à se repulerit, abiectoque eius cultu, ad idololatriam sese cõuerterit, existimans, in idolorum, falsorumve Deorum tutela, tanquam in molli strato requiem

Michaelis Ghislerii.

A se inuenturum. His Deus Israeliticæ Ecclesiæ sponsus & pulsando eorum mentes prodigiis, atque miraculis, & per ora Prophetarum vocando ipsos ad conuersionẽ, idololatriam in primis obiecit, vt declaratum est in secunda exposit. versus præcedentis. Illi contra Dominum eo pacto cum ipsis conquerentem indignati, seu Ecclesia eorum nomine, responsione hac: *Expoliaui tunicã meam, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* suam ei palam faciunt indignationem.

DE ECCLESIA.

Cultus Dei est propria tunica populi Dei.

Expendendæ autem sunt metaphoræ, quibus indignationem istam suam significant, siquidem, & id, quod dicunt; Expoliaui *me tunicam meam*, non simpliciter; *Expoliaui me*, maximam vim habet: Tunicam quippe suam peculiarem, Deum B ipsum suum appellat eo sensu, quo Apostolus Paulus & Iesum Christum eiusdem Dei filium proprium Christianorum indumentum agnoscens, ait, b *Induimini Dominum Iesum Christum*, eius nimirum fidem, cultum, atque virtutes. Quòd si per tunicam, intimam supponamus significatam vestem, dicens; *Expoliaui me tunica mea*, indicat, se virtutes abiecisse, præcepta, ac legem, quibus tam quam varijs indumentis ornata a Deo fuerat iuxta illud Ezech. c *Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus.* Verũ & ipsam quoq. internã Dei fidem, eiusve cultum, quo operiebatur ignominia eius, quẽ C nomine amictus sui appellauit Deus ipse apud eũdem Ezech. dicens, d *Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuã.* Declarans quippe, quis iste esset amictus suus, subiecit: *Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi. Expoliaui* ergo *tunicam meam*, respõdet Ecclesia in sceleribus illis, & bene *expoliaui* simpliciter, & absque vllo addito, ad designandam vim, & efficaciam liberi arbitrij ad malum, iuxta illud Proph. e *Perditio tua ex te Israel.* Quia verò prima hac metaphora videbatur, se id tantũ significasse iuxta prædicta, quod internũ Dei cultum repulisset; addit & metaphorã alteram, dicens; *Laui pedes meos*, pedum nomine D ipsas suas designans actiones, quibus in via huius sæculi quodãmodo iter habebat, suam protestans religionem, internumq. cultum extrinsecus pariter profitebatur in sacrificijs, & libaminibus, Inquinamentorum verò nomine eorum, quæ per huiusmodi lotionem ab hisce abstulit pedibus, intentionem illam suam ab ea, crediderim, falso vocabulo significatam, quæ prius sacrificia item, & libamina obtulerat Deo. Quamquam & id quoq. non incongrue possit dici, vt per pedes, quibus iter cõficitur, iter ipsum suum, quo viã religionis ambulauit, rationemq. viuendi designarit. Per sordes verò erumnas, atq. miserias, quibus ipsa eius viuendi ratio, ipsumque eius iter inquinatum fuE erat, quando à se fiebat tale iter per viam religionis Dei, iuxta ea, quæ ex Prophet. Ieremiæ, f vt ab Israelitis idololatris dicta, relata sunt; *Ex eo tempore, quo cessauimus sacrificare Reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, gladio, & fame consumpti sumus*, sacrificantes autem illi, *saturati sumus panibus, bene nobis* fuit, *malumque nõ vidimus.* In persona igitur istorum Ecclesia tale quid respõdisse se, ait, Prophetis in nomine Domini sibi loquentibus ea, quæ supra dicta sunt.

b Rom. 13. 14.

Populus ab ijciens a se ornamẽta virtutum, abijcit post modũ et fidẽ, & cultũ Dei.

c Ezec. 16. 10.

d Ezec. 16. 8.

e Os. 13. 9.

f Iere. 44. 18.

PARAPHRASIS. Expectaui diutius auxilium à Domino, aduentumq. eius, illo tandem non apparente, aliunde quæsiui requiem, decubuiq. in strato deliciarum, & voluptatum, abstuli a me eius fidem, & ex

 intimis

DE ECCLESIA.

intimis quoque meis illius abstuli cultum, quo veluti interiori induta eram tunica, sacrificans, & libans, atq. inseruiens Dijs, quos ipsa mihi elegi: abstersi à sacrificijs ipsis, & operibus meis inquinamenta cæremoniarum legis, nec non & à mea viuendi ratione, qua in via religionis denuo habere cœpi iter, sordes ablui ærumnarum, & tribulationum, quibus, dum Deum ipsum colerem, inquinata eram: Quomodo, quave ratione nunc ad pristinum redibo cultum? Non possum mutare assumptam viuendi rationem, iterumq. indui expoliata tunica, & denuo inquinari afflictionibus, quieta decumbens, & libera à sordibus hisce.

II. SENSVS.

Contēplatiui pusillanimes nimiū que se amātes quō refugiunt suscipere curam proximi, & procurare eius salutem.

Hæc quidem recte, dum volumus Ecclesiam hic enarrare pristinum suū in Iudaico populo statū. Quod si velimus eādem enarrare statum suum præsentem, secundum quem sensum in præcedentibus retulit, quō à Christo dilecto suo excitata fuerit, vt in sanctis illis suis, qui somno dediti essent contemplationis, se introducerent in corda peccatorum, procurando salutē proximorū: Nūc consequenter eas enarrat excusationes, quas contemplatiui vt plurimum solent prætexere, ij præsertim, qui & pusillanimes sunt, & semetipsos magis quam Deum amantes: Eæ autem duæ sunt: Altera, quod expoliauerint se tunica sua *a* deponentes iuxta Pauli consilium *secundū pristinā conuersationē, veterem hoīem*. Nec cōgruum sibi videatur, pro aliorū salute suam deperdere, iterum tunicā illam induendo, præsertim cum *b* in Euangelio hac de re admoniti sint, vt *qui in agro* sunt, segregati à populi frequentia, *non reuertantur tollere tunicā suam*. Altera verò est, quod iam pedes affectuum suorum abluerint, abstergendo ab intellectu, & voluntate sua oē inquinamentū rerum terrenarū, atq. in primis honoris, & gloriæ. Porro in duplici hac excusatione duplex aduertitur error contēplatiuorum istorum. Primus, quod vitam actiuā, & occupationes, quibus quasi tunica omni ex parte operiuntur, & circundantur, qui aliorum curā gerunt, cum illis necessario conuersantes, quorū procurant salutem, recte quidem tunicam suam appellantes *c* quatenus *vnicuiq. mandauit* Deus *de proximo suo*, vt dicitur in lib. Ecclesiast. existimarunt, tunicam eam hanc esse, quā deponendam suadet Apostolus, veterem. s. hominem, de qua, per eundem Apostolum alibi dicitur, *d Nunc aūt deponite & vos oīa, irā, indignationē, malitiam, blasphemiam, turpē sermonē de ore vestro: Nolite mētiri inuicē*, quia nimirū antequam vitæ spirituali se dederent, qn̄ cum hoībus, & cum proximo suo conuersati sunt, prædicta oīa in se fuisse recolunt, ijsve se circundatos quasi vna tunica ex tot distinctis filis contexta. Qn̄ aūt spiritualē arripuere vitā, contemplationi se dantes, arbitrantur, fieri haud posse, vt absque enumeratis vitiis conuersari quis valeat cū hoībus mundi, & temporalibus non teneri occupationibus, ignorantes, quod sicut intima hoīs tunica, quam interulam, seu subuculā appellamus, considerari dupliciter pōt, vt sordida, atq. vt candida, atq. adeo & qn̄ deponimus sordidā, dicimus, nos deponere eā tunicam nostram, & qn̄ induimur cādidam, recte ēt dicimus, indui eā pariter tunicam, & interulam nostrā, tametsi re vera duæ actu distinctæ ea sint: Ita & spiritualis, de qua nunc sermo est, tunica Christianorum, vitę nimirū actiuæ, & occupationum, ac solicitudinum tēporaliū, curæq. proximi, & vt sordida considerari potest, & vt munda, atq. candida, & idcirco, tametsi illa quis se expoliauerit vt sordida, nihil prohibet, quin eadem induatur vt munda. Quinimo Apostolus Paulus, dum tunicam istam, vt sordidam, atque adeo veterem hominem nuncupatā expoliari suadet, per eam illa describens vitia, quibus vita actiua, & conuersatio cum proximis deturpatur, iram, indignationem, malitiam, plasphemiam, &c. ita eam suadet expoliari, vt simul & semel eamdem induamur vt mundam, & ideo nouum hominem appellatam, per eas pariter virtutes ipsam describens, quibus eadem quoque vita actiua, & conuersatio cum proximis decoratur, mundaque exhibetur & candida. Postquam enim dixit: *Nunc autem deponite, & vos omnia, iram, indignationem*, & cetera, quæ relata iam sunt, subiicit, *e Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum*. Et apertius istam describens tunicam candidam, addit: *Induite vos ergo sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, humilitatem, benignitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Christus donauit vobis, ita & vos*. & cetera, quæ longius prosequitur. Ex quo apparet, quòd friuola, & inanis ista sit excusatio (*Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?*) qua Ecclesia procurationem salutis proximi effugere satagit nomine contemplatiuorū simpliciū, cum & Sancti quiq. Apostoli, & quotquot eorum inhæsere vestigiis, sancti & Prælati, & Prædicatores, exuta tunica illa sua sordida, qua in sęculo cōuersati fuerant, de contemplatione ad eamdem conuersationem redire compulsi, vt proximorum corda Christo aperirent, illam ipsam vitæ actiuæ tunicam, sed mundam, & candidam indutos, sese exhibuerint; Vnde Iacobus in sua Catholica, *f Quis sapiens*, inquit, *& disciplinatus inter vos? Ostēdat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ*. Alter eorumdem contemplatiuorum error est, quòd arbitrantur fieri minime posse, vt quis per viam ambulet vitæ actiuæ absq. inquinamento pedum suorum spiritualium, affectuum nempe suorum, cum tamē contrarium per Prophetam significatum constet, iis verbis, *Quā g speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona?* Prouenit verò in ipsis error iste ex eodem capite, ex quo & primus, dum quippe, *laui pedes meos*, eorum nomine ait Ecclesia, significat, illos, dum occupationibus temporalibus distenti, & negotiis mundi implicati fuerunt, dumque viam triuerūt multiplicis actionis, affectuum suorum pedes ita habuisse immersos cœno rerum mundanarum, vt nec opus prædicationis, & eruditionis proximi absq. huiusmodi inquinamento, absq. vehementi gloriæ, & honoris cupiditate, studio, & inquisitione potuerint peragere, atq. adeo vitæ se dedentes contēplatiuę, sic ipsos suos abluisse affectus, vt existimarint, haudquaquam fieri posse, ut è dictæ quietis strato surgant, & ambulent, denuo indulgētes curæ aliorum, quin denuo eosdem inquinent affectuum pedes. Porro, sicut vsu venire solet, ut inter complures, qui vnam eādemq. viam ambulent, quæ luto, cęnoq. sit plena, quidam tanta ambulent cautela, tantaq. agilitate, & circumspectione, vt ne culmen quidem, & extremum inquinent calcei; Alij è vestigio absq. vlla circumspectione lutum calcātes nedum pedes, sed & tibias, & uestes quoq. deturpent; Pari ratione sese res habet cum ijs, qui aliorum curæ inuigilant, uitæq. actiuæ dant operam, nam cōplures uidere est, qui parum prudenter totos sese effundentes, multipliciaq. apprehendentes negotia, ut aliorum

Left margin notes: a Eph. 4.22. b Matt. 24. 18. *Contēplatiui aliqui duplici errore auertuntur à procurāda salute proximi.* c Eccl. 17. 12. d Colos. 3. 8. Simile. *Vita actiua et occupationes sæculi sunt instar tunicæ interulæ, quæ exuitur sordida, & induitur munda.*

Right margin notes: DE ECCLESIA. e Coloss. 3. 12. f Iac. 3.13. *In itinere vitæ actiuæ ambulari pōt pedibus affectuum mundi.* g Isa. 52.7. Rom. 10.15. Simile.

Section letters in the gutter: A, B, C, D, E.

DE ECCLESIA.

rum procurent ſalutem, parum ſibimet ipſis proſpiciunt, ſicve mundanarum rerum calcant cęnũ, vt pedes, affectuſq. ſuos coinquinatos terũ ſęcularium ſordibus reperiãt: Alios nihilominus videas è contra, eo pacto eidem ſe dantes vitæ actiuæ, tanta cautela negotia ipſa complexantes, eave prouidẽtia ſalutem proximi procurantes, vt ne tantillũ ſeſe inquinari in ijs permittant, ambulantes quidẽ in mundo, at ita leuiter, tantaq. cum agilitate ſpiritus, vt terram vix pedibus tangant, de quibus iddici poteſt Apoſtoli, quòd ambulantes ſint *in carne, ſed non ſecundum carnem ambulantes, ac militantes:* Siquidem cum iam ſpirituales re vera ſint, etiam in mundo conuerſari cum opus fuerit ob proximorũ ſalutem, in mũdo ipſo, & in negocijs, ac in hominibus ſæculi ſpiritualia operari conantur, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli, a *Qui ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiũt.* Hæc ignorantes ſimplices contemplatiuorum nonnulli, ſeu Eccleſia eorum nomine (vt dictum eſt) ait: *Laui pedes meos, quõ inquinabo illos?* ſicut & ob alterum ſimilem errorem dixerat: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Ac ſi dicat.

a 2. Cor. 10. 3. Rom. 8. 5.

PARAPHRASIS.

Iubes, quo aperiam tibi ea, quæ tibi ipſi concluſa ſunt corda peccatorum, è quieto conſurgere me contemplationis ſtrato, dimiſi iam mundum cum actibus, & occupationibus hiſce temporalibus, quibus tamquam tunica vndiq. operiebar: *Expoliaui tunicam* iſtam vitæ actiuæ, exuens me veterem hominem, deponenſq. vitia illa, quibus tunica hæc vniuerſa contexta eſt, quibus in externa cum hominibus conuerſatione circumdata eram, qua ratione denuo *illã induar?* Quin & *pedes* quoque interiorum affectuum meorum, quibus viam calcaram huius ſęculi, *laui* à ſordibus, quaſi in vita ipſa actiua contraxeram: *quomodo* nunc iterum *illos* in eadem via *inquinabo*? ſanè & reueſtiri non audeo, & inquinari contremiſco.

III. SENSVS. Ex Aug.

Iuxta eum ſenſum, quem tertio loco in prima expoſitione attulimus, ex affectu reuerentiæ in Chriſtum, cui inſeruire in conuerſione animarũ ſe nouerat, loquẽs Eccleſia ſancta, talẽ ſecũ ipſa in verbis hiſce metaphoricis videt habere diſcurſũ.

PARAPHRAS.

Obtemperandum certè eſt dilecto, & enitendũ, vt vna cũ ijs, qui in me dormiunt, quietæ vacãtes contemplationi, corda ei aperiam peccatorum, demque operam, vt perfectiores, qui in me ſunt, obuiam Chriſto procedant dilecto meo ad procurandam proximorum ſalutẽ. Vereor profecto, ne tanto dilecto meo inornata, & ſordida obuiam procedam in munere iſto, *quomodo* in tenebris tantæ ignorantiæ, tantorum ve ſcelerum vita, & ſanctitate in membris ipſis meis *induar illa*, qua induta iam eram antiquitus in Apoſtolis, Martyribus, ſanctiſve Doctoribus, quorum exemplis, quorum doctrina, quorum denique & confeſſione operiebatur ignominia mea vniuerſa, quibus tãquam intima tunica reddebar decora in oculis eiuſdẽ dilecti mei? *Expoliaui* ſanè *me* ipſam *tunica* iſta, quã do per mortem illos de terris tranſmiſi ad cælos. Qui terram adhuc calcant viuentes in præſenti ſæculo, pedumque officium in me exercent, euntes in mundum, vt Euangelium diſſeminent, abluti quidem à me ſunt à ſordibus peccatorum, quando egredientes ad prædicandum infidelibus, & hæreticis tantos concepere Spiritus, ſicve ſeſe diſpoſuere, vt quaſi martyrium ſubituri iter arripuerint in exterorum prouincias: Vereor autem, ne ſi modò eos reuocem ad procurandam ſalutem eorum, qui intra me ſunt, peccatorum, iterum eos inquinem ſceleſta iniquorum conuerſatione. Quo-

Prædicatores, & Prælati ſãctis quam difficile his temporibus Eccleſia hãc.

modo autem fieri poterit, vt ſordida, atque incompta in occurſum egrediar dilecto meo?

DE ECCLESIA.

Verſ. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos?

Expoſitio Tertia. De Secunda ſponſa, quæ eſt anima iuſti.

EXplicat in hac ſententia pia anima eam, quã in principio conuerſionis ſuæ, & antequam conuerteretur, fecit reſiſtentiam diuinis inſpirationibus, quidve ſtulti diuinæ reſponderit vocationi, vt haud quaquam edeſidiæ ſtrato ſurgeret ad illi aperiendum cordis ſui ſeras per conuerſionem, qui & validiſſimis ictibus pulſans, & multis, magniſve vocibus diu proclamans ante illud perſtiterat, vt ipſamet in præcedentibus retulit.

I. SENSVS.

Peccatoris reſiſtentia, qua obſiſtit inſpirationibus, & vocationibus Dei.

Expoliaui me tunica mea, ait ſe primùm dixiſſe, *quomodo induar illa?* Porro, ſi velimus intelligere, quæ nam iſta ſit tunica, quam vt propriam, & peculiarem tunicam ſuam appellauit, id perſcrutandum operę pretium fuerit, quanam à Deo tunica primùm homo donatus ſit; quicquid enim is habet (excepto peccato, quod multò eſſet meliùs, ſi non haberet) à Deo certè donatum habet; In libro autem Geneſis, vbi de initio hominis agitur, hæc reperiuntur verba, b *Fecit quoque Dominus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Super quæ verba Diuus Chryſoſtomus dicit; Quia propter tranſgreſſionem pęna mortis reus erat factus protoplaſtus, opuſque habebat veſte, quæ cõfuſionem tegeret, pelliceas fecit tunicas, quo docuit nos, vt mollem, & diſſolutam vitam fugiamus, neq. inertem, & remiſſam ſectemur, ſed magis auſteram amplexemur. Ex quibus colligere licet, tunicas illas pelliceas præſtitas fuiſſe à Deo ad operiendam confuſionem, & turpitudinem, quæ ex peccato ipſis illata fuerat hominibus, & omnino ad contegendum ipſius peccati opprobrium, per eaſdem verò vt ex mortuorum animalium pellibus confectas vitam auſteram deſignari, vitam, inquam, in pęnitentia, & mortificatione tranſactam, mortificationemque ipſam, qua caſtigatur corpus, & vniuerſæ mortificantur carnales concupiſcentiæ, ſeu pęnitentia, per quam vnam peccatis morimur, quæve vna, ſi de debitis conſtet partibus, cooperante diuina gratia, aptiſſimum ac propriſſimum eſt hominis peccatoris, atq. ipſius peccati integmentum, iuxta illud Pſalmi, c *Beati, quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Remittuntur quippe iniquitates per ſanctum baptiſma, dicit Origenes, teguntur per amaram peccati pęnitentiam. Et Didymus; *Beati quorum remittuntur iniquitates*, qui nuper ad diuinam legem acceſſerunt; *Beati* quoque, *quorũ tecta ſunt peccata*, qui legi obtemperantes quam primũ pęnitentiam agunt; Quibus conſona ſunt quæ & Auguſtinus longiùs proſequitur, explicans, qua ratione contecta dicãtur peccata. Hoc ſuppoſito, iam apparet quàm conſequenter antecedentibus, quàmve ſtultè ſe reſpondiſſe per hæc fateatur tũc temporis, quando in peccato perſiſtebat, abhorrebatq., atq. adeo differebat pęnitentiam, quæ hic loquitur pia anima. Enimuero cum in ſuperioribus retulerit, ſe obſtinatam a Deo pulſatam, & vocatam, vt per pęnitentiam & mortificationem æque, ac per proprias claues cor ſuũ ipſi aperiret, ſera obſirmatum obſtinationis in peccato, ipſa tantam dilecti ſui benignitatem, qua ad pęniten-

Tunica propria aię peccatricis eſt mortificatio, & pęnitentia.

b Gen. 3. 21.

Ioã. Chry. hom. 18. in Gen. tom. 1

Pęnitẽtia & propriũ tegmentũ peccati.

c Pſal. 31. 1

Origenes in catena Græca ſuper 50. Pſal.

Didymus.

Auguſtin. enarr. 2. in Pſal 31.

tiam

APPENDIX.

cœpit Dei apparitio, postea per nubem Deus cum eo loquitur; denique perfectior effectus Deum ipsum videt in caligine.

Claues quibus aia aperire queat ostiū intellectus sui vt Deus p illū ingrediatur, agnitas.

Quartum, ostium mentis nostræ esse conjecturalem mysteriorum cogitationem, & contemplationem, quod ostium, quamve contemplationem sponsus, & veritas pulset per cognitionem ex parte in allegoriis, & ænigmatibus, dicens: *Aperi mihi*, præbensque simul & claues, quibus aperire anima queat, quatuor videlicet & designata per ista nomina, *Soror mea proxima mea, columba mea, perfecta mea*; ac si dicat: Si vis aperiri ostium, & attolli portas tuas, vt Rex ingrediatur, oportet, te meā fieri sororem, faciendo voluntatem Patris mei, qui in cœlis est; appropinquare veritati, & adeo exacte esse propinquam, vt nullo intermedio disiungaris, & habere in natura columbæ perfectionē, nulla in re deficere, & esse plenam omni innocentia, & puritate.

Admitti vult Deus per ipā aiam p ianuam deuotionis.

Ad ingressum eiusdem Dei in cor piorum per varias portas referunt alii: per ianuam quidem deuotionis, Ambr. libro de Isaac, & anima cap. 6. his verbis; Etsi dormias, si modo deuotionem animæ tuæ nouerit Christus, venit, & pulsat eius ianuam & dicit: *Aperi mihi soror mea*, quia nuptiæ spirituales sunt Verbi, atque animæ. *Aperi mihi*, sed extraneis claude, sæculo claude, neque ipsa foras ad illa materialia prodeas, neque tuum relinquēs lumen, alienum requiras. *Aperi ipsam te mihi*, noli coarctari, sed dilatare, & adimplebo te.

Ambr.

Immo vult sibi aperiri portis Xpo p orationem.

Per ianuam oris in oratione idem Ambr. libro exhortat. ad Virg. post dimidium, dicens; Est & illa ianua, quam vult patere, vt aperiatur: vt resonet os tuum laudem Domini, gratiam sponsi, crucis confessionem, cum symbolum recenses, Psalmos in cubiculo tuo concinis. Ipsa est anima, quæ se Christo aperit, quam nudi vapores carnis exagitant.

Ingredi in animā vult Xps, sed p ianuā fidei.

Per ianuam fidei idem Ambr. serm. 12. in Psal. 118. vers. 1. dicens: Ianua nostra fides est, quæ totā domum, si fuerit robusta, communit. Per istam ianuam Christus ingreditur: vnde & Ecclesia dicit: *Vox fratris mei pulsat ad ianuam*. Audi pulsantem, audi introire cupiētem: *Aperi mihi soror mea sponsa, columba mea, perfecta mea*. Et paulo infra: Habemus, inquit, animę nostrę ianuam, habemus & portas. Ex variis autem Psalmorum locis ostendit Amb. alias esse portas, quæ dicuntur ęternales alias, q̄ portæ iustitiæ, tametsi haud explicet, quænam istæ sint, sed distinguens, ait: Est ergo anima, quæ habet ianuā, est quæ habet portas: ad hanc ianuam venit Christus, & pulsat, pulsat & portas.

Ianua, & porta aiarū Xx sūmul triplices.

Theod.

Xps admittitur intra animā p fores sēsuū.

Per ianuas sensus corporis intelligit Theodor. dicens: Dum vigilat sponsa, licet ea dormiat somno corporeo, voce fruitur sponsi, eumque ad fores pulsantem exaudit. Quæ autem fores animæ sunt, nisi corporis sensus, per quos sponsa spōsum excipit non modo pulsantem, verum etiam præcipientem, vt sibi fores aperiantur? Hieron. quoque huc respexisse videtur, dum epist. 22. ad Eustochiū post dimidium, hæc habet: *Vox fratruelis mei pulsantis, & dicentis: Aperi mihi soror mea, proxima mea, perfecta mea, columba mea*: Quid necesse est, inquit, vt cordis tui ostia clausa sint? Sponso operiantur Christo, claudantur diabolo, secundum illud; a *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, ne dimiseris locum tuum*. Daniel b in sublimi cænaculo suo (neque enim manere poterat in humili) fenestras apertas ad Ierusalem habuit: & tu habeto apertas fenestras, sed vnde lumen introeat, vnde videas Ciuitatem Domini: ne aperias illas fenestras, de quibus dicitur: c *Intrauit mors*

Cor discēdū est diabolo claudendū, nusquā tamen Deo.

a Eccl. 10. 4.

b Dan. 6. 9

c Ier. 9. 21.

A *per fenestras nostras*.

APPENDIX.

Iustum quoq. ad maiorem profectum per hæc vocari, censet Philo Carpat. Dicens; Quicumque Deo paret, & illius præcepta studiosissime conseruat, is se quotidie ad ianuam cordis acciri, & admoueri sentit ad meliora semper, & altiora charitatis opera facienda; quod appellationes ipsæ significant. Eiusdem iusti animam Christum vocare in articulo mortis, arbitrati sunt Cassiod. & Beda ex illo Euangelii: *Vos similes d hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis; vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei*. Confestim enim sic Domino pulsanti aperimus, si mortem læti excipimus, neque ad iudicium eius B induci formidamus, cui nos in bonis operibus placuisse, quem nos semper honorasse meminimus. Mariam denique omnium iustissimam per hæc excitatam ad consentiendum Incarnationis mysterio censuit Bernard. dum hom. 4. super Missus est, habet: Aperi Virgo beata cor fidei, labia cōfessioni, viscera creatori: Ecce desideratus cunctis gentibus foris pulsat ad ostium. O si te morante pertransierit, & rursus incipias dolens quærere, quem diligit anima tua, surge, curre, aperi: Surge per fidem, curre per deuotionem, aperi per confessionem. Ad eamdem gloriosam Virginem, vt excitatam ad prædicationem à filio post resurrectionem refert hæc ipsa Rupertus Abbas.

Philo Car.

Cassiod. Beda.

In articulo mortis pia animam ad se se vocat Deus.

d Luc. 12. 36

Maria excitatur ad consentiendum Incarnationis mysterio in se cōsummando.

Bernard.

C Non defuerunt tamen, qui haud ad iustos, sed ad peccatores hæc habita accipiant: nam Ambros. serm. 1. in Psalm. 118. versic. 1. Attolle, inquit, oculos mentis, & videbis non solum angelos, sed etiā Deum, qui dicat tibi: *Aperi mihi soror mea, proxima mea*. Pulsat ad ianuam & quando tu dormis, si tamen excitatus euigiles, vel vocatus ianuam tui pectoris aperias, introibit. Quod si fugias lectionem propheticam, si domi non legas, in Ecclesia audire nolis, nonne es sicut ille, qui auerso conniuet obtutu, ne videat, quod possit videre; claudit oculos ne respiciat, cui potestas videndi est?

Maria excitata à Xpo ad prædicationem.

Rup. Ab.

Ambros.

Pulsat, vocatq; Deus p lectiones ppheticas & voces prædicatorum.

Cassiodorus quoque vocem istam, vocem internarum inspirationum accipit, qua Deus inspiret, & vocet animam ad aperiendum sibi cor per D pænitentiam, & fidem. Consentiunt huic sensui, quæ dicuntur ad Aponio, Beda, Iusto Orgelitan. & Philone Carpathio in suis commentariis super hunc locum.

Cassiod.

Inspirationib. vocantur aia ad pænitentiā.

Sed & ad infideles eadem dicta sumit Phi. Carpathius, dicens. Possunt & hæc referri ad tempus post resurrectionem, cum Dominus noster clausis ianuis apparuit Apostolis, cum & Thomam incredulitatis reprehendit, & in eius persona quamlibet infidelem animam, vtque ianuā sibi cordis aperiret, ad fidem capiendam excitauit: vnde propinquam primum ipsam animam quasi fidei vicinam, non dum tamen credentem, deinde sororem, & sponsam, & columbam, & perfectam suā E sponsus appellat, vt iam iam fidelem totā, & igne charitatis ardentem.

Aponius. Iust. Org. Phil. Car.

Thomā Apostolū quo Xps post resurrectionē pulsaris, ac quo vocaris ad fidei ianuā sibi aperiendam.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

I. SENSVS.

Facilis est istius litteræ sensus: post pulsationes enim, blandasque voces exhibitas ad commouendum cor dilectæ suæ, vt sibi aperiat, seque intra domum admittat, & tertias iam sponsus adiicit machinas, easque validiores,

LITTERA. diores, quibus vel ob misericordiam saltem flectatur, quæ simplici minime flectebatur charitate. Nihil enim amantium etiam sobriatorum magis flectit animos, quàm amatorum incommodū, vel imminens periculum aliquod. Idcirco maximam, quam ex nocturni aeris perpetiebatur, dum ita sub dio maneret, proponit noxam, simulque & maius, quod sibi imminebat, indicat periculū, si intrinsecus ab ipsa nō admittatur: Aeque est autem, ac si dicat.

PARAPHRASIS. *Aperi mihi*, nec patiaris, extra fores diutius me manere frigido noctis tempore sub dio, ni mortuum me velis: *quia iam caput meum* humido *plenum est rore, & cincinni*, crinesve mei *guttis* madēt nocturnis, deciduaque, & frigida fluunt pluuia *noctium*.

II. SENSVS. Quamuis autem sensus iste sit commodissimus addi nihilominus possunt & duo alii admodum congruentes. Siquidem quæ hic dicuntur, accipi possunt vel ad maiorem amplificationem amoris illius, qui sibi operiri petebat, vel ad improperationem ingratitudinis illius, quæ aperire tardabat.

Primo modo sumpta illam ipsam amplificantrationem è charitate desumptam, qua vna sponsus aperiri sibi efflagitat. Neque enim alias adhibere vult machinas, quam vnius amoris, quo nil fortius nouit esse, nil durius. Hunc protestatus est blandis vocibus illis quatuor, sororis suæ, amicæ suæ, columbæ suæ, & immaculatæ suæ. Hunc modo & euidenti comprobat effectu: Tantumdem quippe est, ac si dicat.

PARAPHRASIS. Rogaui te, vt mihi aperires dilecto tuo, qui pro singulari in te dilectione te vnam volui sororem meam, amicam meam, columbam meam, immaculatam meam. *Aperi* iam amabò tali dilecto tuo; *quia* ob ipsummet tui amorem intempestæ noctis frigore tuis adsto foribus, tos ipse, quo *meum plenum est caput*, ipsæque *noctium* guttæ, quibus mei madent *cincinni*, vehementissimæ meæ huius in te charitatis testes sunt perquam optimi.

III. SENSVS. Alio verò modo sumpta vehementem eademmet verba continent obiurgationem: Increpare namque videtur spōsus dilectam, quòd moras in aperiendo moliretur, simulque eamdem incusare ingratitudinis magnæ, quod vice adeo flagrantis charitatis, qua eam prosecutus fuerat, factoque exhibuerat, eligens eam, quam vnam pro sua habere vellet sorore, pro sua amica, pro sua columba, pque sua immaculata, frigidum ab ipsa acceperit rorem, gelidasve noctium guttas, sub dio relictus Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Ad primam mihi aperire debueras pulsationē; *Aperi*, quid moraris? *Aperi mihi*, dilecto tuo, qui vnam te volui sororem meā: *Aperi*, vel de tua erubescens ingratitudine; quia ob tuas moras *caput meum plenum est rore, & cincinni*, crinesve *mei guttis* pleni sunt *noctium*.

Quoad vocum significationem, & lectionū varietatem in 1. parte, verbisve iis, *Quia caput meum plenum est rore*, nihil est, quod notandum sit; In altera verò parte, & verbis illis, *Et cincinni mei guttis noctium*, duo sunt animaduertenda. Primum est isto cincinnorum vocabulo haud existimandum, sponsum hic ab Spiritu sancto proponi, qui cincinnatus, & calamistratus sit, capillos instar annulorum calamistro intortos gestans (quod fœdum & ignominiosum honesto cuique est viro) sed qui Nazaræus sit, crinesve instar Nazaræorum gestet promissos. Quamquam nihil prohibeat, ipsos sponsi crines naturali flexu cincinnos præ se tulisse, prout colligitur ex similitudine, qua hoc

A ipso cap. 5. inferius commendantur, cum dicitur: *Coma eius sicut elata palmarum*; vt ibi explicatur. LITTERA.

Porrò tametsi tam Hebraica vox קוצות keuutzoth, quàm & Græca βόστρυχοι, quā vsi sunt Septuag. etiam cincinnos designet, prout eam accepit Hieronym. significat tamen & crines ipsos, & comam prolixam; vnde in præcitato loco ipsemet Hieronym. vocabulo comarum eamdem reddit vertens: *Coma eius sicut elata palmarum*. Et Ambr. sermo. 12. in Psam. 118. versicul. 1. atque August. tractat. 57. in Ioan. sequentes versionem Septuag. Sic & quod hic dicitur, legunt: *Et crines mei guttis noctis*. Cant. 5. 11 Hierony. Ambros. August.

Quod dicitur, *guttis noctium*, vel *noctis*, (vt habent Hebræ. & Septuag.) seu *nocturnis*, vt habent B Aquila, & Symmachus, duplicem habere potest sensum: Vel enim quid diuersum significat à rore, quo caput plenum esse, dictum est; Vel eumdemmet rorem. Si primum, exiguam quamdam significat pluuiam, quæ noctibus fieri solet, iuxta eam Aristot. doctrinam, quæ ait: Proprie nomina passionibus imponuntur, & quibusdam differentiis ipsarum: Cum enim secundum modica feratur, guttæ; cum autem secundum maiores partes, pluuia vocatur. Fauent huic sensui R. Salomon, & R. Innominatus, dum vocabulum רסיסי resise, quod in lectione Hebraica habetur, Chaldaicum esse existimant, idem videlicet ipsum, quo vsa est para C phrasis Chaldaica in Cantico Deuteronomii: *Sicut gutta super herbam*; vbi Vulgata habent: *Quasi stilla super gramina*. Lib. 1. Meteor. Sūm. 3. c. 1. Deut. 32. 2

Melius tamen secundum alterum sensum eumdemmet significat rorem, qui & guttæ dicitur, & noctiū: quia noctibus decidat, vt ex philosophia constat, & ex experientia; & quia ob magnam copiam, qua caput replet, per crines capiti adhærentes defluens, in magnas, multasque decidat guttas.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

D *Expositio Secunda: De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.*

III. SENSVS. Retulit in pcedentib. verbis Ecclesia, quomodo frequentissimis Sanctorum Prophetarū vocibus eo tempore, quo in antiquo populo dormiebat, excitata fuerit ad conuersionem, prout fusius explicatum est in principio secundæ exposit. illorum: Retulit & quanta in eodem Iudaico populo à Deo obtinuerit beneficia, ipsomet Deo dilecto suo ea enumerante in his quatuor vocibus, *Soror mea, amica mea*, &c. Addit modo & id, in quo potissimum ab eodem dilecto suo obiurgata tunc est, & ingratitudinis incusata.

Iudaicū populū ob idololatriæ scelus arguit sponsus cælestis.

E Porrò si Prophetarum, per quorum ora tunc Deus loquebatur, reuoluātur scripta, nulla re magis offensum, nullam ob rem frequentius populū illum obiurgantem, ingratitudinisve increpantē Deum videre est, quàm ob idololatriam, cui is populus addictus maxime erat. Hanc & hic pariter exprobrans is ipse proponitur, sub egregiis metaphoris eo modo, quo & apud Ieremiam proponitur, apertius eumdem populum, eamdemque Ecclesiam increpans, atque dicens: a *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix; ego autem te plantaui vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* a Ier. 2. 20

Vt

DE ECCLESIA.

Vt autem hæc sponsi dicta percipiantur, primū inuestigandum est, quodnam sit caput Dei: siquidem Apostolus Paulus in prima epistola ad Corinthios istiusmodi gradationem faciens: *a Omnis viri caput Christus est; caput autem mulieris vir, caput verò Christi Deus:* De cap. Dei nihil dicit, quasi re vera Dei non sit assignare aliud caput; cum ipsemet sibi sit caput. Quod si ipse sibimet est caput certè dum hic ait: *Quia caput meum plenum est rore:* nomine capitis sui ipsam significat diuinitatem suam: Vel, si spiritalia membra eidem assignare volimus eo modo, quo & animæ assignamus, (tametsi & hæc expers membrorum sit, quatenus spiritus est) iuxta varias, quas in se habet virtutes: qua ratione ob varia attributa, diuersa quoque membra in sacris litteris ipsimet Deo adscripta reperimus, faciē, aures, oculos, nasum, brachia, manus, digitos, & alia huiusmodi: quo modo eadem eius attributa, atque virtutes sub variorum membrorum metaphoris in hoc ipso capite 5. sponsa singulari celebrat encomio; eam sanè virtutem, idve attributum caput Dei intelligemus esse, quæ caput est virtutum omnium, charitatem nimirum eius, bonitatemque ipsius, quæ inter reliqua attributa primum facile obtinet locum. Ros autem super istiusmodi Dei caput ipsam significat idololatriā, qua cultus vni Deo debitus creaturis exhibetur, qua creaturæ ad æthera falsis eleuantur opinionibus, & vero præferuntur Deo; quave quicquid boni, quicquid eximii, atque præclari vel à charitate, vel à bonitate, vel ab omnipotentia Dei est, id omne creaturis adscribitur.

Caput Dei ipsa eius Deitas, vel eius bonitas, & charitas.

a 1. Cor. 11. 3.

Idololatria est ros spiritualis, quæ in textu dicta sit.

Ros quid sit.

Enimuero ros aliud non est secundum doctrinam Philosophorum, quàm vapores tenues à Solis æstu ex imis terræ eleuati in sublime aeris, atq; frigore serenæ noctis coacti. Porrò si causas idololatriæ perscrutemur, quidve ipsa sit inuestigemus inueniemus, haud aliud esse, quàm creaturas, easque sæpe etiam vilissimas, vt talpæ sunt, & vespertiliones, quas inter falsos Iudæorum Deos enumerat Isaias, *b* ab æstu concupiscentiæ, vel nimii affectus, vel nimiæ libidinis, vel vanæ gloriæ in sublime eleuatas, noctisve frigore, nimirum impia, ac peruersa ignorantia simul coactas, & quasi diuinum quid, ac cæleste in terras demissas hominib. in ipsis inscitiæ tenebris, atque in frigore peccatorū persistentibus, vt colligere est ex Apostolo Paulo in primo c. epist. ad Romanos, & apertius ex libro Sapientiæ c. 13. & 14. Huiusmodi itaque rore conqueritur Deus suum plenum esse caput, quod creaturæ positæ sint super diuinitatem suam, sibique prælatæ, & ipsa sua diuinitas illis operta sit, ita vt illæ pro Diis prædicentur, atque colantur, ipse verò nequaquam. Non ait tantummodo: *Quia caput meum plenum est rore:* sed addit: *Et cincinni mei guttis noctium:* quibus verbis id ipsum egregie amplificat, designans, caput nedum diuinitatis, sed & charitatis, & bonitatis suæ tali rore repletum, ac coopertum esse: nam & præstantissima beneficia, insigniaque prodigia, quæ ab ipsa eius diuinitate, bonitate, & charitate proueniunt, æq. ac crines à capite proueniunt, capitive inhærent, tametsi deorsum tendant expansi: Ista, inquam, beneficia eodem rore sunt cooperta, quatenus haud iam ipsi Deo, eiusve charitati, & bonitati accepta referentur, sed creaturis iis, quæ impio, falsoque ritu colerentur. Quod quàm verum fuerit, ea indicant verba, quę ab ipsomet Iudaico populo prolata fuere coram vitulo aureo, quem in idolum sibi erexerant: *c Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Sic apud Ieremiam dicunt ligno: *d*

Idololatria vnde ortū habeat.

b Isa. 2. 20

c Exo. 32. 4

d Ier. 2. 26

DE ECCLESIA.

A *Pater meus es: & lapidi: Tu me genuisti.* Et apud Oseam: *e Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linū meū, oleum meum, & potum meum.* Quod ergo hic dicitur, tale est.

e Osea 2. 5

PARAPHRASIS.

Aperi mihi, cōuertere ad me Dominum Deum tuum: operiat confusio faciem tuam; *quia caput meum*, diuinitas mea, bonitas mea, meaque charitas, falsa peruersaque operta sunt diuinitate creaturarum; & admiranda beneficia illa, quæ instar crinium ex capite ipso meo in te prouenere, eisdē iam accepta feruntur creaturis. Hæc quidem recte, si Ecclesia in tota hac enarratione pristinū suū in antiquo populo enarret statum.

I. SENSVS.

B Quòd si præsentem in Christiano populo statū illa enarret iuxta ea, quæ in præcedentibus dicta sunt, in verbis hisce Christus eius dilectus efficacissimam addit rationem, quintumve motiuum, quo Sanctos à contemplationis somno ad procurandam impellat proximorum salutem, & peccatorum conuersionem. Ratio autē ista, istudve motiuum efficacissimum est ex eo, quod per illud Sācti quique commouentur ad compassionem, & zelum honoris Dei iuxta eum sensum, qui primo loco allatus in exposit. litteræ.

Motiuū optimū ad procurādā salutem proximorū Xstianorū conuersionē, id est vt propter eos nō blasphemantur Deus, & illius serui.

Ecquis enim æmulator honoris Dei commiseratione non moueatur, intelligens, Christum Iesum, qui pro Dei gloria propaganda carnem sumere non est dedignatus, C vt nuntiaret Dei nomen fratribus suis, eisdemque tanquā amicis, diuinæ gloriæ nota faceret mysteria; quive super crucem mori sustinuit, vt fidelis populi Ecclesiam desponsaret sibi in vnicam columbam dealbatā in sanguine suo: vt quotquot intra ipsam forent, immaculati essent; ob complurium Christianorum improbitatem, ignominias ipsimet Deo, sanctisve, qui in Ecclesia sunt, fidelibus irrogatas perferre coactum à Gentibus, quæ Deum ignorant? Videntes siquidem Gentes in eo populo, qui de Christi nomine gloriatur, & de veri Dei cultu, quive diuinam iactat legē, tot prauos mores, tot impietates, tot nefanda crimina, totve atrocia scelera, quot inspicimus, & audimus, ac ingemiscimus in prauis D Christianis, & in Deum, qui ab illis colitur, & in totum quoque populum, qui tali adhæret Deo, opprobria, atque blasphemias impiis effutiunt linguis, prout apud Ezech. ipsemet conqueritur Deus, dicēs: *f Ingressi sunt ad Gētes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sūt* Quę Dei verba explicans Apostolus ait; *g Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deū inhonoras. Nomen .n. Dei per vos blasphematur inter Gentes sicut scriptum est.* Hinc & Petrus quoq. Apostolus tam enixe rogat fideles, vt digne, & laudabiliter conuersentur, dicens: *h Charissimi, obsecro vos tāquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnali*E*bus desideriis, quæ militant aduersus animam, cōuersationem vestram inter Gentes habentes bonam; vt in eo, quod detrectant de vobis, tamquam de malefactoribus ex bonis operib. uos considerantes, glorificēt Deū in die visitationis.* De his opprobriis, de hisce blasphemiis commiserationem in sanctorum animis commouere hic nititur Ecclesiæ dilectus eo mō, quo & in Psalmo 28. de iisdem cælesti Patri commouere conatus est compassionem, dicēs: *i Deus tu scis insipientiam meam* (quæ in membris s. meis est) *& delicta mea* (membrorum videlicet meorum) *à te non sunt abscondita. Non erubescāt in me, qui expectant te, Domine, Domine virtutum. Non cōfundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel: quoniam*

Xstiani praui sunt i causa vt ab infidelib. blasphemetur nomē Domini, & qui in eum credunt, illiq. inseruiunt.

f Ezech. 36. 20.

g Ro. 2. 23

h 1. Pe. 2. 11

i Psa. 68. 6.

DE ECCLESIA.

niam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam. Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ: en Chriſtum extra fores: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*: en deſiderium ſtudiumve, vt ſibi aperiatur: *& opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt ſuper me.* Qđ hiſce apertis ſignificat verbis: *Et opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderunt ſuper me*: idipſum & ſpõſæ verbis ſignificat metaphoricis, cũ ait: *Quia caput meum plenum eſt rore.* Caput quippe illius eſſe Deum, ex Apoſtolo *a* clarum eſt; Ros autem frigida nocte deſcendens ſuper huiuſmodi caput, illudve, quantum in ſe eſt, infrigidans, frigidiſve replens diſtillationibus, quid aliud eſt, quàm blaſphemiæ, & opprobria ipſa exprobrantium Deo, variaſque diſtillationes impotentiæ, inſcitiæ, prauitatis, & ceterorum huiuſmodi illi inferẽtia? Porrò ros iſte in nocte deſcendit ſuper caput Chriſti, & ex frigore: ſiquidem nemo eſt, qui talia exprobret opprobria, & è cuius ore tales deſcendant blaſphemiæ; qui in nocte non ſit ignorantiæ, quod de ſe loquẽs fatetur Paulus, dicens: *b Qui prius blaſphemus fui & perſecutor, & contumelioſus; ſed miſericordiã Dei conſecutus ſum; quia ignorãs feci in incredulitate.* Cũ ignorantia verò, & tenebris frigus impietatis in eis eſſe, qui blaſphemant, ea teſtantur Pet. verba: *c Hi verò velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem, & in perniciem in his, quæ ignorant, blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem, exiſtimantes diei delicias conſummationis, & maculæ.* Quibus conſona ſunt, quæ & Iudas item Apoſtolus ait: *d Hi autem* (impii ſcilicet, atque ſceleſti, de quibus locutus fuerat in præcedentibus) *quæcumque quidẽ ignorant, blaſphemant; quæcumque naturaliter tamquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.*

Blaſphemię ſunt ſicut ros ſuper caput Xp̃i: quantũ .n. in eis eſt, frigiditatẽ Deo inferunt.

a 1. Cor. 3. 3.

Blaſphemia ex ignorãtia ſimul ac prauitate proueniũt

b 1. Ti. 1. 13

c 2. Petr. 2. 12.

d Iudæ. 1. 10.

Denique quod in præcitato Pſalmo ſignificauit verbis iis: *Non erubeſcant in me, qui expectant te, Domine, non confundantur ſuper me, qui quærũt te, Deus Iſrael*; hoc idemmet Ieſus Chriſtus ſponſæ eidẽ ſignificat, & hoc quoq. loco ſub egregiis metaphoris dicẽs. *Et cincinni mei guttis noctium*, ſcilicet pleni ſunt. Crines nãmque Chriſti ſanctos illos eſſe fideles, qui Chriſti capiti, Deoque inhærent, & à Deo dependent, probatum eſt alibi ſæpius. Bene autem cincinnos ſuos eos appellat, quos guttis noctium aſſerit oppletos: vt indicet ob improbitatẽ malorum Chriſtianorum & illos quoque blaſphemari, ac maledictis laceſſiri, qui in fidelium plebe, & in Eccleſia Sanctorum ſanctiores ſunt, quorum & conuerſatio in cœlis eſt, quod cincinnorũ deſignat forma. Cincinni namque capilli ſunt capiti inhærentes, è capite quidem pendentes, ac culminibus ſuis retortis ſurſum tendentes. Vt euitaret iſtas noctium guttas, iſtas blaſphemias, & maledictiones Paulus, *e* fidelibus Corinthiorum dixit aliquando ex perſona Sanctorum Apoſtolorum omnium: *Nemini dantes vllam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum*: rogans nimirum eos, ne quid praui operarentur, neve quis inter ipſos eſſet prauæ vitæ, vnde ſcandalizari, & offendi aliq̃s poſſet, vt tã Sãctũ Apoſtolatus miniſterium vituperationibus obloquentium non eſſet obnoxium: Hocque ipſum efflagitat Chriſtus, dũ ait: *Aperi mihi, &c. quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Tantumdem eſt enim, ac ſi dicat.

Cincinni Chriſti sũt ij, qui ſanctiores sũt in Eccleſia

e 2. Cor. 6. 3.

PARAPHRASIS.

Da operam, vt in his, qui in te dormiũt per peccata, præcluſus mihi aperiatur aditus: dum. n. extra illorum corda ſum, perſeuerantibus eis in peccatis, & in obſtinatione, ab iis, qui extra te ſunt di-

A lectam Eccleſiam meam, Deus, qui caput meũ eſt, blaſphematur, & opprobria exprobrantium Deo, cadunt ſuper me inſtar frigidiſſimi roris: quia & tota fidelium plebs, quæ inſtar comæ meo inhæret capiti, iique etiam, quorum conuerſatio in cælis eſt inſtar cincinnorum, qui ſurſum tendere videntur capillorum culminibus, eorumdem maledictis impetuntur.

DE ECCLESIA.

II. SENSVS.

Iuxta ſenſum illum, qui ſecundo loco allatus eſt in litteræ expoſit. exaggerans verbis iſtis ingẽtem charitatem ſuam, qua vniuerſam Eccleſiam, atque adeo & illos, qui in ea ſunt, peccatores proſecutus eſt, ex tantæ charitatis ſuæ propoſitione nititur Chriſtus Deus ſanctos illos, qui contẽplationi ſe dedidere, ad procurandam peccatorũ cõ-

B uerſionem commouere. Proponit autem charitatem iſtam ſuam duplici argumẽto. Primum ex eo, quod ipſemet pro ſalute peccatorum tunc temporis, quando in nocte paſſionis, & ſuper cruce non habuit, vbi reclinaret caput ſuum, rore ſanguineo in ipſomet capite ſuo perfuſus eſt, quod & modo cum ſuper cruce crucifixum eum quis contẽplatur, eodem rore plenum conſpicit, & ſpinis redimitum. Vocat autem ſanguinem, quo caput ſuum madefactum eſt, Ros: tum quia inſtar roris nocte defluxit, nocte enim ſpinis fuit coronatum ab impiis ſatellitibus: tum quia inſtar roris vim dedit ſpinis à ſe madefactis, vt iam roſas mundo produ-

Motiuum aliud ad procurãdũ peccatorũ conuerſionẽ ẽ ingens charitas Chriſti in tales qui propter hanc cõuerſionẽ etſeipſum, et dilectos Apoſtolos ſuos ærumnis ſubiecit.

C cerent, vim dedit ærumnis, & tribulationibus, vt gaudium exhiberẽt, & gloriationem, prout aliàs oſtenſum eſt. Addit deinde & alterum argumẽtũ eiuſdem charitatis ſuæ erga peccatores, dicens, *Et cincinni mei guttis noctium.* Cincinnorum vocabulo ſanctos deſignans Apoſtolos, & diſcipulos ſuos qui ſibi capiti inhererent inſtar crinium, ac cincinnorum, e capite proprie ſumpto ad caput tranſiẽs metaphoricum, ac de cincinnis loquens metaphoricis. Porrò cincinnos iſtos ſuos pro eadem peccatorum ſalute procuranda plenos proponit guttis noctium, frigidiſſimis nimirum, ac gelidis tribulationibus, laboribus, perſecutionibus, cruciatib. ac necibus, quæ recte deſignantur vocabulo guttarum noctiũ, ſeu gelidæ pruinæ decoquentis her-

Sanguis capitis Chriſti quõ dictus ros.

Tribulatiões huius vitæ guttæ ſunt exiguæ:

D bas, flores, ac fructus: frequentiſſimum quippe eſt in ſacris litteris, tam per noctis, quàm per frigoris metaphoras ærũnas ſignificari, ac pſecutiones.

Secundum hunc ergo ſenſum vis huius rationis in eo ſita eſt, vt ex hoc, quod Chriſtus ob nimiam charitatem ſuam pro peccatorum conuerſione capiti ſuo non pepercit, ſicut & animæ ſuæ, nec dilectiſſimis Apoſtolis, & diſcipulis ſuis, qp̃pe qui propterea & ſuper cruce caput ipſum habuit ſanguineo rore repletum, & diſcipulos ſuos poſtmodum nocturnis, frigidiſſimiſve ærumnarum, ac perſecutionum guttis ob id ipſum mundo oppletos exhibuit. Non expaueſcant iam, neque moreantur contemplatiui, dare operam eidẽ cõuer-

E ſioni peccatorum, metu retardati perturbationũ, ac ærumnarum: Aeque eſt enim, ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Aperi mihi, da operam, vt in cordibus peccatorum fores, & peſſuli mihi aperiantur obſtinationis; quandoquidem charitatis ergo *caput meum* paſſionis nocte *rore* repletum *eſt* ſanguineo, & qui mihi inhærere vt crines capiti, mei, inquam, Apoſtoli ob eamdem ærumnis confecti ſunt, & perſecutionibus. Intuere igitur caput meum ſic ſanguine plenum, intuere cincinnos prædictos meos talibus oppletos guttis noctium, & etiam tu quoq; eidem te dede charitati, aperiens mihi.

Vnum circa hæc notandum, per hoc, quod tam graues ærumnæ, cruciatus, ac perſecutiones Apoſtolo-

DE ANIMA

sunt, sed & è capite prodeunt dictæ charitatis, & retortius culminibus instar cincinnorum cœlum versus sunt directæ. Supponendum tertio, refrigerari in nobis huiusmodi charitatem Dei iuxta illud Domini, *a Refrigescet charitas multorum*, refrigerari aūt aliquando glacie iniquitatum, ac peccatorum mortalium, quo congelatur & tollitur ex ipsa anima, aliquando verò rore peccatorum venialium, negligentiarum, atq. tepiditatis in vita spirituali, iuxta illud Ecclesiastici, *b Nonne ardorem refrigerabit ros?* Eodemq. rore, & eadem ratione refrigerantur & cincinni sanctarum cogitationum, vt eadem anima probat experientia, quando cum tepore se confert ad studium meditationis, *c* Notandum quartò ex Aristotele, rorem quidem sensibilem tunc fieri, cum serena, trāquillave nox est, eoq. anni tēpore, quando nec magni sunt æstus, nec ingens, & vehemens frigus, parive ratione, & ros de quo loquimur, spiritualis defluere minime pōt ex aīæ cœlo, cum ea feruentissima æstuat charitate, vel, cum glaciæ frigida est iniquitatis. At quando neq. calida, neq. frigida extiterit, quod tunc maxime est, quando in nocte huius seculi absq. vllo tribulationis vēto, & absq. vllamortificationis asperitate tranquillā serenā, atq. iucundam degit vitam in delicijs confabulationum, deambulationis, & ceterarum voluptatum, quibus absque peccato mortali perfrui potest.

a Matt. 24. 12.

b Eccl. 18. 16.

c Arist. lib. 1. Met. sū. 3. cap. 1. *Anima pia tūc magis tepida & idonea, cū est in prosperis, & animum relaxat.*

His animaduersis, patet iam, quid hoc loco sibi velit sponsus. Tantumdem enim est, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Serena tibi illucente nocte, cumve nec calida sis, nec frigida in tepore vitæ tuæ, quam iucundè, & in delicijs degis, *caput meum plenum est rore*, charitas mea, quæ in te est, tepiditate, *& cincinni mei pleni guttis noctium*, cogitationes quippe illæ meæ sanctę, quæ è meo charitatis capite, instar cincinnorum tendentium in cœlum, in deuotione, ac tepiditate ipsa tua iuncta cum quibusdam obfuscationis tenebris refertæ sunt, ita vt quoquo modo deorsum in terram vertantur, ideo *aperi mihi soror mea, amica mea*, quæ propterea & purissima esse debes, & *columba mea, & immaculata mea*, admitte me intra cor tuum, me inquam, ignem vrentem, roremve vniuersum consumentem.

Sic ea, quæ hic dicuntur, similia sunt ijs, quæ ab eodē dicuntur in lib. Apocalyp. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq. calidus; Vtinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere.* Nota illud, *incipiam. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum*, nempe charitatem feruentem, vt asserunt expositores omnes.

Apocal. 3. 15.

Ex Vers. II. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Sicut in Psalmo 11. pro ratione, qua motus fuit ad carnem sumendam, & ad accelerationem ipsius Incarnationis, miserias Deus assignauit humiliū, & ærumnas, gemitusve inopū, dicens, *d Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc*, i. de repente, *exurgam; Ponam in salutari*, i. constituam me salutare, *fiducialiter agam in eo*, familiariter me ei cōmunicans: De incarnatione. n. hæc interpretatus ē Didymus: Ita & hoc quoq. loco Verbū diuinū eliciens è B. Virgine consensum, vt sibi aduenienti in orbē terrarū aperiat, admittatque se in vterū suū, quò introductus in eam, carnē ex ipsa sumat, illico hanc pariter illi affert rationem aduentus sui, & cur tam enixe eam solicitet, vt sibi

Incarnationis motiuū & causa pcipua fuit Dei bonitas, & miseria hominum.

d Ps. 11. 6. *Didymus in catena 20. Psal.*

A aperiat, sed melius hic eandem explicat rationē, significans, miserias hominū causam extitisse Incarnationis, non tn̄ eas aliter tn̄ potuisse causare mysterium, quàm mouendo diuinam bonitatem suā ad misericordiam, ita vt ipsa bonitas sua, & misericordia immediata sibi extiterit rō, miseria verò hōum, mediata, vt scholasticis vtamur vocabulis. Vnde Incarnationem ipsam efflagitans Propheta Dauid, misericordiæ Dei ostensionem exposcit, vtpote qui optime intelligeret, eius misericordiæ vt potioris causæ illam esse effectum, *e* dicens: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis*, ac si diceret: Da nobis salutare tuum, quod nos saluet tantis oppressos miserijs, ostendens misericordiam tuam, qua commoueris
B ad sumendā carnē, & afferēdam salutem miseris. Duplicem igitur hanc vnam rōnem affert diuinū Verbum, dum sibi aperiri petit à Gloriosa Virgine, ac primùm dicit: *Quia caput meum plenum est rore*, per capitis sui metaphoram, ipsam designans diuinitatem suam, sub metaphora aūt roris misericordiam item suam, suasve & miserationes significans. Neq. nouum in scripturis est, vt per roris metaphorā misericordia designetur, nam & apud Oseam Prophetā idēmet Dn̄s sic loquitur, *f Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.* Misericordiam vestram passiue sumens, idest, quæ vobis exhibita est, seu qua vobis misertus sum, vt explicat Hieronymus, quem
C sequuntur & reliqui expositores huius loci, asserentes, misericordiā Dei comparari nubi matutinæ, & rori mane pertranseunti, quia sicut nubes matutina, & matutinus pariter ros ex sui natura, & per se tollerent siccitatem à terra, illamq; madefaciendo, ni Solis æstus eis obsisteret, ni illico radijs ea exsiccaretur solaribus; Ita & diuina misericordia per se parata semper est ad subueniendum necessitatibus hōum, at ab hominibus ipsis, ab æstibus humanæ concupiscentiæ impeditur eius effectus. Verùm, etsi misericordia ipsa Dei considerata vt hominibus exhibetur, rori quidem comparetur, sed rori, qui mane pertranseat, quia sæpius ab hominibus ipsis, vt dictum est, impeditur eius
D effectus; Eadem tn̄ misericordia considerata vt in ipso Deo est, ros simpliciter dicitur, & in maxima copia. Multus. n. is est in miserationibus, & misericordiæ eius multæ, atq. adeo bene ad hanc copiā designandam ait: *Quia caput meum*, diuinitas mea plena *est rore*. Ex copia verò ista prouenit, vt in ipso, quod replet, diuinitatis capite, ea suum causet effectum cōmunicationis bonitatis, & opis diuinę ad homines, non secus ac matutinus ros copiosè replens rosæ folliculum, efficit, vt rosæ flos expansus odorem suum longe, lateq. diffundat, intuentibusq. suam pulchritudinem communicet, quæ intra folliculum priùs conclusa erant. Quamquā in hoc, quod Verbū dicit Mariæ; *Aperi mihi, quia*
E *caput meum plenum est rore*, & id quoque illi significet, quod iam diuinitas sua tam promptam habeat misericordiæ maximam exhibitionem, vt sit instar vasis pleni, quod de plenitudine sua diffundat, roremq. misericodiæ eū, quo suū plenū est caput, esse similē illi rori Hermon, de quo dicitur in Psalmo, *g* qd tanta plenitudine sit super montē Hermon, vt de celsiori illo monte ad demissiorem descendat montem Sion, feracē eum reddens, atq. fœcundum; Eadem quippe ratione indicare vult Verbum B. Virgini, rorem misericordiæ suæ tunc temporis tanta plenitudine esse super caput diuinitatis suæ, vt iam operæ pretiū sit, de excelsissimo eius diuinitatis vertice descendat in ipsam humiliorem

DE ANIMA.

e Ps. 84. 8.

Misericordia Dei cōparata rori

f Osee 6. 4

Hierony.

Simile.

Misericordia sua quò Deus participem fecerit B. Mariam. quādo ex illa carnē suscipere voluit

Simile.

g Ps. 132. 3

DE B. MARIA.

liorem montem, reddatq. eã fœcundam; *a* Misericordiam quippe, & veritatem præcedere faciem Dei, ait Propheta Regius: *Et*, secundum *b* alium Prophetam, *præparabitur in misericordia solium in tabernaculo Dauid*, nempe in vtero Virginis Dauidicæ stirpis. Hanc aũt misericordiæ diuinę descensionem præparantis soliũ faciei, atq. personæ Verbi incarnati, Isaias quoque sub roris metaphora egregie efflagitasse reperitur, vbi dixit, *c Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ.* Porrò quid sit istiusmodi roris de pleno Dei capite descensio, istiusmodi diuinæ misericordiæ irroratio in B. Mariam, ab ipsamet in suo exponitur Cantico, vbi ait: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Respectus etenim Dei ad humilitatem Mariæ, quem postmodũ consecutum est, vt Maria ipsa conceperit, ac pepererit incarnatum Verbum, vnde beata prædicata est apud omnes generationes, duo significat, vel singularem humillimæ Virginis assumptionem ad dignitatem matris Dei, in qua assumptione primùm in ipsam Virginem effundi cœpta est plenitudo roris misericordiæ diuinæ, quæ iam caput diuinitatis repleuerat, vt declaratum est: Vel iam exhibitam eidem Virgini, & effusam è capite Dei eãdem Dei misericordiam, qua non tam eius adiuuaretur humilitas, & abiectio, quàm eius animus à miserijs humani generis commoueretur eo ferè modo, quo abijsdem miserijs misericordiam item in Deo suscitatam nouimus. Humilitas siquidem in sacris litteris sępius afflictionẽ sonat. Quẽadmodum Anna mater Samuelis dicẽs, iuxta Originalia Hebræum, & Septuaginta, *d Adonai Domine Deus, si respiciens respexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, & recordatus mei fueris*, &c. pro quibus in Vulgatis sic legimus: *Si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ*, &c. Ita & Beata Virgo Maria cum dixit: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, rorem plane indicat sibi impertitum diuinæ misericordiæ, propter quam ad Dei imitationem humani generis cladem miserata enixe illius expectatam deprecabatur salutem: afflictionem maximam vna hac de re versans in pectore suo.

a Psal. 88. 15.
b Isai. 16. 5.
c Isai. 45. 8.
Maria humilitatẽ respexit Deus impertiẽdo illi rorẽ misericordiæ suæ.
Luc. 1. 48.
d 1. Reg. 1. 11.

Quo maior autem roris istius e deitatis suæ capite in ipsam Virginem sanctam effundatur copia, quoue maiori misericordia mota illa, citius sibi aperire cõsentiant, postquam dixit: *Quia caput meum plenum est rore*, addidit cœlestis sponsus rationem alteram, ipsam misericordiam suam augentem: cum enim diuina misericordia ex humanis fit miserijs quibuscunque, ex miserijs tamen illorum, qui amici, atque charissimi ipsi Deo sunt, vtpote prædestinati, & electi ad gloriam, & iugem adhæsionem ad illum, immensas plane eadem habet accesiones, & idcirco aptissime dicit: *Et cincinni mei guttis noctium*; Per cincinnos suos, eos designans, vel qui olim dum vitam in terris degerent, per iustitiam & sanctitatem instar capillorum capiti deitatis suæ, sibique adhæsere, & instar cincinnorum culminibus desideriorum suorum adhuc cęlum versus directas suas habuerunt animas: vel qui prædestinati ad hoc essent, vt per charitatem eidem capiti suo, sibique instar cincinnorum inhærerent, se sequerentur, & à se dependerent. Per guttas verò noctium, miserias vtrorumque designans; vel frigidorum peccatorum, quibus subiecti ij essent, qui aut adhuc viuerent, aut vitam acturi essent in terris, vel lacrymarum eorum, qui in nocturnis inferni tenebris ad ipsius Dei Incarnationem, & ad ianuæ cęlestis patefactionem continuis suspirabant noctibus.

Misericordiã Dei miseriæ prædestinatorum maximè excitarũt, vt ob redimẽdũ mundũ is carnem sumeret.

Quod ergo tota hac oratione: *Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium*; Cęlestis sponsus significat, internis vocibus Gloriosam alloquens Virginem, tale est.

DE B. MARIA. PARAPHRASIS

Aperi mihi, fidei tuæ ostium, dum Angelus nunciat, Spiritum Sanctum in te descensurum, & virtutem Altissimi obumbraturam tibi: *Aperi* per cõsensum, & descendam in vterum tuum. Ne moreris aperire, ecce iam venio, quia diuinitas, quæ *caput meum est*, *plena est rore* misericordiæ, sicve plena, vt tamquam rorem in te effusam eam respiciã. Neq. æquum est, vt iam tu moras moliaris, neque ipse sustineo, longius meum differre descensum, meamve Incarnationem, quia ad summum excreuit iam misericordia in me, quia electi, qui sancti decesserunt, instar cincinnorum inhærentes capiti diuinitatis meæ, miserrimis pleni sunt lacrymis *noctium*, quas fundunt in noctibus, nocturnoque illo tempore, quo destituuntur vera luce conspectus diuini; Et ij pariter, qui adhuc viuunt, eidem capiti meo ęque instar cincinnorum meorum inhærentes, vt prædestinati, & electi in me filio Dei ante mundi constitutionem, vt essent sancti, *guttis noctium*, atque peccatis frigent, & algent. Itaq. sicuti istæ electorũ oĩum miseriæ impellunt me, vt quantocius exurgã ad eos redimendos, ita ex dem & te moueant, vt mihi iam descendenti aperias.

Vnum hoc loco notandum, non licere hinc inferre; Christum non fuisse vniuersalem Redemptorem, quòd ait, se commotum ad carnem sumẽdam ex misericordia, qua miseriis compassus est electorum, certum quippe, & fide est contrariũ, scilicet, miseriarum totius humani generis miseratum eum venisse in mundum, & venisse ex parte sua, *e* vt mederetur omnibus, qui male se haberent, & *f* qui contrito essent corde, atque adeo postquam venit, libenter cum publicanis, & peccatoribus conuersari eum solitum, legimus in *g* Euangelio, & ipsummet contestatum, *h Non veni vocare iustos, sed peccatores.*

Christus à mesi venerit vniuersalis redẽptor, aduenierdũ tamen in carnem cõmotus est præcipuè ex misericordia sua in miserias prędestinatorũ.
e Luc. 5. 31.
f Isai. 61. 1.
g Matt. 9. 10.
h Matt. 9. 13.

Licèt aũt, vt vniuersalis Redemptor, oĩum compassus sit miserijs, &, vt inquiunt Scholastici, sufficiẽter pro omnibus tã iustis, quàm peccatoribus, tam electis, quàm reprobis in Virginis vterum, & in mundum descenderit, mortemq. subierit; Peculiariter tamen commotum se ait ad hæc, *quia cincinni sui pleni* essent *guttis noctium*, quia electi, atque prędestinati miseriis pleni essent, ob eorum videlicet miserias tollendas, quoniam miseriæ illorũ misericordiam suam magis prouocarent, vtpote capillorum sibi inhærentium, quoniam miserias hasce duntaxat, nosset, efficaciter per suam auferendas Incarnationem, quoniam illorum tantummodo efficax descensurus erat Redemptor, eo modo, quo in Euangelio eum sic orasse reperimus *i Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro iis, quos dedisti mihi.* Quæ omnia egregiè explicata habemus ab Apostolo in Epistola ad Ephesios, vbi post multa ad hæc quoq. spectantia, ait, *k Qui* (scilicet Deus) *prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabũdauit in nobis in omni sapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt,*

i Ioan. 17. 9.
k Ephe. 1. 5.

APPENDIX.

sunt, in ipsis: In quo etiam & nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum eius qui operatur oĩa secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius, qui ante sperauimus in Christo.

Ex Vers. 11. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica: Quoniam capilli capitis mei pleni sunt lachrymis tuis, sicut vir, cuius capilli tinguntur de rore cęli, & cincinnus cæsariei meæ repletus est guttis oculorum tuorum, sicut vir, cuius cincinnus cæsariei suæ plenus est guttis pluuiæ, quæ descendunt in nocte.

Lacrymæ nostræ implēt capillos Dei quatenus is consors quodāmodo tribulationū nostrarum.

Duobus modis hæc accipi solent à Patribus, in bonum, & in malum. In bonum accipiuntur à Gregor. Nysseno homil. vndecima, Catena Trium Patrum, Ambrosio, Paulino, Aponio, Philone Carpathio, & Richardo de S. Victore, sed diuersimode.

Greg. Nys.

Nam primò Gregorius Nyssenus roris, atq. guttarū metaphoris salutem accipit, & doctrinam sanctam, ac si Deus dicat animæ, si me introduxeris, admiserisve in te, lucrifacies rorē salutis ex me, & doctrinam ex Prophetis, & Apostolis meis, qui mihi vt capiti inhærent, instar cincinnorum. Tria aūt dicit circa horum verborū pōderationē Nyssenus. Primùm probat, per ros, quo caput Dei est plenū, significari salutem ex eo, quòd iuxta versionem Septuaginta dicitur in Isaia Propheta, *a Ros qui a te est illis curatio.* Secundum, eorum, quæ captum nostrum excedunt, nec cadunt sub aspectum, vt sunt cęlestia, atque diuina, quantacunque habeatur cognitio, exiguam eam esse, atq. adeo dici guttas noctium è cincinnis idest, viris sanctis, & diuinis exhibitas. Tertium, si gutta cincinnorum, & doctrina Prophetarum, Apostolorum, & Euangelistarum, ceterorumq. Sanctorum videtur nobis satis rationabiliter esse flumina, & maria, si cum nostris conferantur viribus, quid existimandum de illo fonte, qui dixit, *b Si quis sitit, veniat ad me, & bibat?* Et, si gutta sufficit ad generandum fluuium (guttam enim esse quicquid Apostoli ipsi cognouere, indicauit Paulus, cum dixit, *c Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus*, &c. *d Ego meipsum nōdum arbitror comprehendisse*) quid reputandum est, esse ipsum fluuium, qui per hanc guttam efficitur? Ad Nysseni sensum tendere videntur, & quæ dicuntur ab Aponio, ita hæc explicante: *Aperi mihi* pie, casteque viuendo, vt ad ingressum meum descendat in te ros, per cuius roris venam fontes, & fluuij de tuo corde procedunt, per quem iustitiam scripserunt Patriarchæ, & Apostoli, sine quo iniustitiam Philosophi scripserunt, & hæretici. Illud in Aponio est notandum, quòd per cincinnos Christi, eiusque capitis Dei intelligit Angelos, Archangelos, & reliquos, qui guttis occultæ sapientiæ pleni sunt, & hominibus eamdem distillant de capite.

Deus] admissus intra nos confert salutem, & doctrinam sāctam.

a Is. 26. 19. secundū Sep.

b Ioā. 7. 37

c 1. Cor. 13. 9.

d Philip. 3. 13.

Aponius.

Tres Patres.

Quin & sensus quoque Catenæ Trium Patrum cum ipso Nysseni sensu annectendus est: si quidem per caput diuinum diuinam intelligit mētem, quæ Verbum genuit, hanc rore impleri ait, dum tamquam rore perfectam animam implet cognitione suæ diuinitatis per terminos negatiuos, vt sunt sine principio, immensum, infinitum, &c. Cincinnos vero eiusdem capitis esse bonas Patris voluntates in Spiritu Sancto ab Vnigenito ad finem perductas, quæ tamquam guttis nocturnis plenę sunt iudicijs

Dominus implēs piā aīam diuinitatis suæ cognitione, dicitur habere caput

Michaelis Ghislerii.

diuinis inperuestigabilibus: vnde noctis guttæ nūcupantur, quasi minuti quidam vapores cognitionis incomprehēsibilis, & inaccessæ diuinitatis, per quas guttulas cognitionis mens animæ Verbo desponsatæ patefacta, ipsum introducit in domum suam, atque adeo bene dictum, ait, ab eo esse; *Aperi mihi, quia*, &c.

suū plenū rore.

Secundò Ambrosius rorem, ac guttas pro diuina gratia sumens libro 3. de Virginibus circa mediū, Sicut, inquit, ros cęli nocturnas amouet siccitates, ita ros Domini nostri Iesu Christi nocturnis, & sæcularibus tenebris æternæ vitæ stillauit humorē. Hoc est caput, quod æstu mundi nesciuit arescere, vnde ait: Quia si in humido hoc faciunt, in arido quid facient? Hoc caput rorat alijs, sibi abundat. Et bene abūdat Christi caput, quia caput tuū Christus est, qui plenus est semper, nec liberalitatibus exhauritur suis, aut diuturna deficit largitate. Cincinni aūt pleni sūt in eo guttarū noctis; Cincinnos Nazaręus habet, in quibus ferrum non ascendit, quos nemo præcidit, qui, non calamistris compositi, & arte digesti, sed multiplici crispātes virtutū nitentium gratia refulserunt. Disce in historia quales cincinnos Nazaręus habeat, quos quamdiu Sāpson habuit intactos, numquam vinci potuit, cincinnos perdidit, & meritum virtutis amisit.

Ambros.

Ros diuinæ gratiæ tollit ab aīa eīm siccitatem & obscuritatem

Cincinni Christi sūt eius virtutes nūquā ab eo praecisæ.

Iud. 16. 17.

Tertio Paulinus epist. 4. ad Seuerum, Supposito, quòd caput Christi sit Deus, & crines huius capitis electio sit Sanctorum, seu electi ipsi, sancti; Dū Christus lætatur, caput, ac crines istos maduisse guttis noctis, lætatum eum, inquit, sancta conuersatione sanctorum, quam & in stellis corruscare, Apostolus designat, quæ æque serenis noctibus micant, quibus rores cadunt. Notat quippe Paulinus, ros nō esse imbris humorē, sed refrigerij, quo reficiūtur arida ab æstu diurno gramina, huiusq. roris lucidis guttis non nisi serena nocte spargi terram. Pōderās deinde exactius noctis vocabulū, duo, inquit, hic per serenam noctem significari posse, vel passionē Christi, de qua dictum est; *Et nox illuminatio mea in delicijs meis*; Vel sęculum istud, qd conuersione Gentium serenatum est Ecclesiæ lumine quasi plena Luna, & sanctis hominibus vt purissimis, lucidisve sideribus; Tū per rorem, ac guttas harū noctium sancta accipiēs fideliū opera, quibus animam suam quisq. viuificans, à præteritæ siccitatis siti eam reficit, Ideo ait caput suum Christus tali repletum rore lætatus, & illuminator noctium nostrarum, tamen guttis noctis nostræ crines suos gaudet esse perfusos, quia ipsius refrigerium & refectio sūt illæ fidelium operationes, quibus vel fratres iuuantur, vel inopes confouentur.

Paulinus.

Cōuersatio sācta Sanctorū Christus lætatur.

1. Cor. 15. 41.

Passio Christi nox serena.

Ps. 138. 11.

Seculum istud nox serena.

Refrigeriū Christi sūt sācta electorū opera, præsertim misericordiæ.

Quarto Philo Carpathius ex sententia aliquorum, per caput sponsi rore plenum resurrectionē eius matutinā, inquit, significatā, & per cincinnos guttis noctiū repletos redēptorū animas, & populos ad fidē cōuersos, qui peccatorū frigore, & tenebris implētur, nisi pastorū doctrina, ac vita per Spiritus sancti gratiam illuminentur, & incalescant.

Phi. Carp.

Caput Xpi rore plenū significat resurrectionē eius matutinā; Cincinni populos ad fidē conuersos.

Quinto deniq. Richardus per rorem, quo plenū dicitur caput Christi, diuinam intelligit misericordiam, per guttas verò noctiū intelligit hoīum peccata, & cęcitatem, quasi hoc loco ai æ piæ dicatur à Christo; Quia tanta tibi præstiti, tu quoque beneficijs meis responde, & circa membra mea gratiā qua specialius es dotata, exerce; Ex eo enim, quod Deus sum, abundo misericordia, & rore gratiæ, & hi, qui mihi in fide inhærent, replentur peccatorum guttis, & cæcitate.

Nos implēs caput Christi ingēs copia misericordiæ in Deo est.

In malum hæc accipiuntur ab Augustino Tract. 57. in Ioan. Cassiodoro, Greg. PP. Philone Carpathio,

APPENDIX.

pathio, Iusto, Beda, Anselmo, & alijs: Et inter hos pariter est aliqua sensuum diuersitas.

Guttæ noctiũ super cincinnos blanum peccata, & cæcitates.

Primò n. Augustinus loco citato, Nox, inquit, iniquitas est: ros verò eius, & guttæ hi sũt, qui refrigescunt, & cadunt, & faciunt refrigescere caput Christi, hoc est, vt non ametur Deus: sed portantur in crinibus, idest, in sacramentis visibilibus tolerantur, at nequaquam interiora sensus attingunt. Vult ergo Augustinus, Ecclesiæ a Christo sic dici: Tu studes otio paucorum, & abundante iniquitate refrigescit charitas multorum.

Refrigescente charitate ob iniquitatẽ multorum, caput Christi eius vt crines dicuntur pleni rore, & guttis noctium.

Sencundò Cassiodorus, & Beda, caput Christi rore plenum inquiunt, cũ fideles frigescunt in charitate erga Deũ, cum abundante iniquitate, refrigescit charitas multorũ; Cincinnos verò plenos guttis noctiũ, cũ praui quiq. famulis quoq. Christi, instar cincinnorum se se infra custodiam suæ mentis colligentibus, ac sui conditoris amori arctius inhærentibus, odium pro dilectione impendunt, premẽtes illos frigore asperæ, cęcęq. persecutionis.

Caput Christi plenum rore, cum fideles frigescunt charitate ĩ Deũ, Cincinni verò guttis noctiũ, cũ ijdẽ ĩsequũtur Dei seruos.

Tertiò Gregorius PP. cum his consentiens quoad primã partẽ, discrepat quoad secũdã, ait quippe, Per cincinnos eosdẽ populos intelligimus, quos in fide diuinitatis quasi in capite Christi pendentes, & opprimentes scimus: Sed cincinni pleni esse dicuntur guttis noctium, quia dum torpore huius tenebrosæ temporalitatis se suspendunt, magis ac magis stillationibus iniquitatum fluunt.

Cincinni Christi pleni guttis noctium, cum fideles fluunt stillationibus iniquitatum.
Iustus.

Quartò Iustus Orgelit. per caput Christi Prælatos in Ecclesiastico corpore intelligit, per cincinnos eos, qui in eadem Ecclesia Sacramenta visibilia ministrant: Sed quia plerumque mortales vitijs, inquit, vel tenebrarum operibus inficiuntur, hi velut guttis noctium prægrauati, Christo quasi capiti adhærere videntur, & de primis ait: Ipsi Christum non sincere annuntiant.

Caput Xpi plenũ rore, cũ Prælati illũ haud sincere annũtiãt. Cincinni verò, cum ministrantes Sacramẽta vitijs infecti sunt.
Phil. 1. 17.
Anselm.

Quintò Anselmus per caput Christi Prælatos pariter sumens, rore ignorantiæ eos plenos dici asserit, quatenus ros noctibus cadit. Per cincinnos eiusdem, quatenus cincinni sunt capilli retorti, & male adhærentes capiti, illos intelligit, qui, licet sint de Ecclesia, tamen retorquent se, & subterfugiunt diuina præcepta, & sic elongando se à capite, pleni sunt guttis noctium, idest, magnis erroribus ex ignorantiæ cæcitate prouenientibus.

Caput Xpi &c. quãdo Prælati sũt ignorantia pleni Cincinni. &c. quando plebs ĩ erroribus plena
Rup. Abb.

Sextò Rupertus Abbas Christũ promouentem B. Mariam ad aperiendum os suum, & loquendũ, quæ pertinerent ad confirmationem Euangelij, hanc verbis hisce, inquit, attulisse ei rationẽ, quia Iudæi ipsum Deum, Dei filium blasphemantes negarent, & Sacras Scripturas, quæ testimonium perhibent de ipso, atque adeo, ita ei adhærent, vt cincinni adhærent capiti sensu contrario peruerterẽt, quia extraneus factus fratribus suis; opprobria exprobrantium ceciderint super se, ac super cincinnos suos, Sacrasve Scripturas.

Ros sup Caput Christi blasphemię Iudæorum.

Septimò Ambrosius libro de Isaac, & Anima cap. 6. per rorem, & guttas noctium ærumnas, & molestias intelligens. Quia, inquit, decurso orbe terrarum plus molestiarum, & offensionis reperi, nec facile habui, vbi requiescerem.

Guttæ noctiũ super cincinnos Christi blasphemia, & peruersi sen

Idem tamen Ambrosius sermone 12. in Psalmũ 118. vers. 1. eamdem sequens roris, & guttarum noctiũ significationẽ, sed diuerso sensu, Considera, inquit, quando maxime pulsat ianuam Deus Verbum, cum repletum est caput eius rore nocturno. In tribulatione etenim, & tentationibus positos visitare dignatur, ne quis fortè succũbat victus ęrumnis; Repletur ergo caput eius rore, vel guttis, quando corpus eius laborat; Tunc ergo vigilandum, ne, cum sponsus venerit, recedat exclusus.

LITTERA.

Vers. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

sui ĩ Sacrã Scripturã.
Ambros.
Christus super humilẽ tantũ reperit requiem cũ vndiq. ab alijs ijcitur offẽsus. Tribulatos visitat Deus & tribulationes simul perfert & ipse.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

PRosequitur sponsa, suũ enarrare somnium, explicatq. in hoc versu, quid tunc sibi visa sit respondisse dilecto suo ad tantam noctem eius adstanti foribus, pulsanti, enixeque deprecanti, vt ab ipsa admitteretur in domum; Duplicem autem sensum habere potest eius responsio. Primum, eumq. communiorem, & probabilem, secundum quem ex subindignato animo hæc prolata videntur, femineam quippe indignatiunculam suam friuolis hisce excusationibus sponsa subindicat, propter sponsi moram conceptam, vel etiam ex pigritia quadam subortam. Apte femineus seruatur, & exprimitur mos, inquit Legionensis, est namq; proprium feminarum, cum rogantur, inepta quædam causificari, & ea se nolle fingere, quæ maxime, & ardentissime cupiunt. Porrò istud sponsæ desiderium ipsamet in sequentibus contestatum facto ipso omnibus facit, vbi ait, postquàm dilectus suus declinauerat, se penè exanimatam, illumque hac, illacve quæsisse. Quod ergo respondet tale est.

I. SENSVS.

PARAPHRASIS.

Quid tantas tu traxisti moras, vt venires? Expectaui te per totam noctem: Iam decubui, *expoliaui me* & intimam *tunicam meam*, non possum modò induere illam. Dum te manerem, *laui pedes meos*, quos in tui inquisitione hesterno die per agros oberrans puluere, cœnoq. consperseram, non possum modo illos inquinare denuo e strato consurgens, vt tibi aperiam. Sic, secundùm sensum istum aduerbium. *Quomodo*, bis repetitum, non tam hæsitanter hic accipiendum est, quàm absolute negãs.

II. SENSVS.

Facilior tamẽ alter est sensus, qui & litteræ quoque admodum est consonus, secundum quem nõ tam ex feminea indignatione, quàm ex naturali quadam dormientis, vel decumbentis pigritia tota hæc ipsa responsio prolata videtur, ita vt aduerbium, *Quomodo*, obdormiscentis, ac pigrescentis in lecto morositatem signet, ac si dicatur.

PARAPHRASIS

Somno oppressa iam lecto me cõposui expoliata *tunica mea*, ablutisue pedibus meis, quo pacto nunc obdormiscens surgam iterum, atq. vt tibi aperiam, intempestiue planè pulsanti, & exuta tunica iterum *induar*, & ablutos illico *inquinabo pedes* ipsos *meos*? Similia certè illis, quæ in Euangelio referuntur ab amico responsa alteri amico media nocte ad ostiũ suum pulsanti, a *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere.*

a Luc. 11. 6.

III. SENSVS.

Præter duos sensus istos, congruos ambos, ambosve litteræ consonos, tertius quoq. ijsdẽ verbis assignari potest sanè haud renuendus, nec à sono litteræ alienus, vt sponsa hæc protulerit, haud quaquam dilecto suo pulsanti, atq. vociferanti per ea respondens, sed sibimetipsi ea proferens; ita vt, nõ tam responsio ea sint, quàm discursus eorum, quæ secum mente reputabat, extrinsecus & verbo prolatus sibimet, tametsi nec id dissonũ sit, vt illud ipsũ, qd secum interno obuersabat discursu, suo responderit dilecto, intẽpesta nocte pulsanti ad ostiũ, enixeq. efflagitanti ab ea, vt sibi aperiatur. Quod autẽ illa secũ reputabat id erat: An tali tẽpore, & loco, & absq. ornatu, & puritate ad ipsius dilecti sui pręsentiã requisitis, verũecdiã, & virginalẽ pudicitiã suam deceret, eidem aperire dilecto suo. Itaque cum hæc protulit verba vel sibimet, vel etiam spõ

so,

DE ECCLESIA. sa, non tam ex suborta indignatione, atque adeo ex affectu superbiæ & arrogantiæ, seu ex pigritia ea protulisse censenda secundum hunc sensum est quàm ex studio honestatis, pudicitiæ, ac decori virginalis, necnon & ex nimia reuerentia erga dilectum ipsum suum, qua ab illo conspici non audebat inornata, & sordida, fauetque eidem seu sui aduerbium, *Quomodo*, siue hæsitatiue id sumatur, siue admiratiue, dubitans quippe quasi de re indecenti, seu admirans habitum, quo comparere sibi opus erat ante tantum sponsum, si absque cõgruenti tunicæ indumento, & inquinatis pedibus obuiam illi procederet, tale quid dicere videtur.

PARAPHRAS. Nocturno isto tempore, quando exuta tunica, & ablutis pedibus iam lecto decubui, nescio, an meam deceat honestatem, vt reassumpta tunica, inquinatisve iterum pedibus exurgens vel etiam tibi dilecto meo aperiam. Vereor sanè sic incompta, & sordida coram tali, ac tanto apparere dilecto. *Expoliaui iam tunicam*, qua adeo decenter sũmo studio me solita sum ornare, *quomodo* tam cito, & in tenebris apte nunc *induar illa? Laui pedes meos*, vt mundam totam me tibi seruarem, *quomodo*, noctu, ac derepente consurgens *inquinabo illos?*

Vers. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos?

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta

DEsumitur intellectus huius sententiæ ab aliquibus expositorum tam Hebræorum, quã etiam Nostrorum ex ijs, quæ habentur in cap. 44. Ieremiæ, vbi prædicanti ipsi Iudaico populo Ieremiæ, vt ad Deum conuerteretur, in hunc modũ responsum ab eo populo est, a *Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina sicut fecimus nos, & Patres nostri, Reges nostri, & Principes nostri in Vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare Reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus oibus, & gladio, & fame cõsumpti sumus.* Quasi & hoc quoque loco idẽ pariter populus Israeliticus metaphoricis verbis idipsum significet pulsanti, ac vocanti sponso, se nimirum mutasse viuendi rationem, expoliando se iugum eius, & abstergendo à se inquinamenta ærumnarum, quibus super terram coinquinari sibi videbatur, dum cultui vacabat ipsius.

I. SENSVS. *Iudaicus populus qua querstitate reliquerit sæpius cultũ veri Dei*

a Ie. 44. 16

Profectò, si velimus, Ecclesiam in tota hac enarratione explicare pristinum statum suum in antiquo Iudæorum populo, eo modo, quo superiora declarata videre est in principio secundæ exposit. singularum partium secundi versus, apertissimum censeo intellectum istum, eumdéq. & valde congruum antecedentibus, & primo sensui, qui allatus est in prima expositione soni litteræ maxime consonum. Contigit enim sæpius, vt rudis ille populus, cum ob scelera sua, vel etiam ad probationem ita conficeretur ærumnis, vt derelictum se censeret à Deo ob dilationem opis diuinæ ex occulto aliquo Dei iudicio, Deum ipsum à se repulerit, abiectoque eius cultu, ad idololatriam sese cõuerterit, existimans, in idolorum, falsorumve Deorum tutela, tanquam in molli strato requiem se inuenturum. His Deus Israeliticæ Ecclesiæ sponsus & pulsando eorum mentes prodigis, atque miraculis, & per ora Prophetarum vocando ipsos ad conuersionẽ, idololatriam in primis obiecit, vt declaratum est in secunda exposit. versus præcedentis. Illi contra Dominum eo pacto cum ipsis conquerentem indignati, seu Ecclesia eorum nomine, responsione hac: *Expoliaui tunicã meam, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* suam ei palam faciunt indignationem.

DE ECCLESIA.

Cultus Dei est propria tunica populi Dei.

Expendendæ autem sunt metaphoræ, quibus indignationem istam suam significant, siquidem, & id, quod dicunt; Expoliaui *me tunicam meam*, non simpliciter; *Expoliaui me*, maximam vim habet: Tunicam quippe suam peculiarem, Deum ipsum suum appellat eo sensu, quo Apostolus Paulus & Iesum Christum eiusdem Dei filium proprium Christianorum indumentum agnoscens, ait, b *Induimini Dominum Iesum Christum*, eius nimirum fidem, cultum, atque virtutes. Quòd si per tunicam, intimam supponamus significatam vestem, dicens; *Expoliaui me tunica mea*, indicat, se virtutes abiecisse, præcepta, ac legem, quibus tam quam varijs indumentis ornata à Deo fuerat iuxta illud Ezech. c *Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus.* Verũ & ipsam quoq. internã Dei fidem, eiusve cultum, quo operiebatur ignominia eius, quẽ nomine amictus sui appellauit Deus ipse apud eũdem Ezech. dicens, d *Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuã.* Declarans quippe, quis iste esset amictus suus, subiecit: *Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi. Expoliaui* ergo *tunicam meam*, respõdet Ecclesia in scelestis illis, & bene *expoliaui* simpliciter, & absque vllo addito, ad designandam vim, & efficaciam liberi arbitrij ad malum, iuxta illud Proph. e *Perditio tua ex te Israel.* Quia verò prima hac metaphora videbatur, se id tantũ significasse iuxta prædicta, quod internũ Dei cultum repulisset; addit & metaphorã alteram, dicens; *Laui pedes meos*, pedum nomine ipsas suas designans actiones, quibus in via huius sęculi quodãmodo iter habebat, suam protestans religionem, internumq. cultum extrinsecus pariter profitebatur in sacrificijs, & libaminibus, Inquinamentorum verò nomine eorum, quæ per huiusmodi lotionem ab hisce abstulit pedibus, intentionem illam suam ab ea, crediderim, falso vocabulo significatam, quæ prius sacrificia item, & libamina obtulerat Deo. Quamquam & id quoq. non incongrue possit dici, vt per pedes, quibus iter cõficitur, iter ipsum suum, quo viã religionis ambulauit, rationemq. viuendi designarit. Per sordes verò erumnas, atq. miserias, quibus ipsa eius viuendi ratio, ipsumque eius iter inquinatum fuerat, quando à se fiebat tale iter per viam religionis Dei, iuxta ea, quæ ex Prophet. Ieremiæ, f vt ab Israelitis idololatris dicta, relata sunt; *Ex eo tempore, quo cessauimus sacrificare Reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, gladio, & fame consumpti sumus*, sacrificantes autem illi, *saturati sumus panibus, bene nobis* fuit, *malumque nõ vidimus*. In persona igitur istorum Ecclesia tale quid respõdisse se, ait, Prophetis in nomine Domini sibi loquentibus ea, quæ supra dicta sunt.

Populus abijciens a se ornamẽta virtutum, abijcit post modũ et fidẽ, & cultũ Dei.

b Rom. 13. 14.

c Ezec. 16. 10.

d Ezec. 16. 8.

e Os. 13. 9.

f Iere. 44. 18.

PARAPHRASIS. Expectaui diutius auxilium à Domino, aduentumq. eius, illo tandem non apparente, aliunde quæsiui requiem, decubuiq. in strato deliciarum, & voluptatum, abstuli a me eius fidem, & ex intimis

DE EC-CLESIA. rum procurent ſalutem, parum ſibimet ipſis proſpiciunt, ſicve mundanarum rerum calcant cęnū, vt pedes, affectuſq. ſuos coinquinatos rerū ſęcularium ſordibus reperiāt: Alios nihilominus videas è contra, eo pacto eidem ſe dantes vitæ actiuæ, tanta cautela negotia ipſa complexantes, eave prouidētia ſalutem proximi procurantes, vt ne tantillū ſeſe inquinari in ijs permittant, ambulantes quidē in mundo, at ita leuiter, tantaq. cum agilitate ſpiritus, vt terram vix pedibus tangant, de quibus iddici poteſt Apoſtoli, quòd ambulantes ſint *in carne, ſed non ſecundum carnem ambulantes, ac militantes:* Siquidem cum iam ſpirituales re vera ſint, etiam in mundo conuerſari cum opus fuerit ob proximorū ſalutem, in mūdo ipſo, & in negocijs,

2.Cor.10 3. ac in hominibus ſæculi ſpiritualia operari conantur, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli, a *Qui ſecun-*

Rom.8.5. *dum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiūt.* Hæc ignorantes ſimplices contemplatiuorum nonnulli, ſeu Eccleſia eorum nomine (vt dictum eſt) ait: *Laui pedes meos, quō inquinabo illos?* ſicut & ob alterum ſimilem errorem dixerat; *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Iubes, quo aperiam tibi ea, quæ tibi ipſi concluſa ſunt corda peccatorum, è quieto conſurgere me contemplationis ſtrato, dimiſi iam mundum cum actibus, & occupationibus hiſce temporalibus, quibus tamquam tunica vndiq. operiebar: *Expoliaui tunicam* iſtam vitæ actiuæ, exuens me veterem hominem, deponenſq. vitia illa, quibus tunica hæc vniuerſa contexta eſt, quibus in externa cum hominibus conuerſatione circumdata eram, qua ratione denuo *illā induar?* Quin & *pedes* quoque interiorum affectuum meorum, quibus viam calcaram huius ſęculi, *laui* à ſordibus, quaſi in vita ipſa actiua contraxeram: *quomodo* nunc iterum *illos* in eadem via *inquinabo?* ſanè & reueſtiri non audeo, & inquinari contremiſco.

Iuxta eum ſenſum, quem tertio loco in prima

III. SENSVS. expoſitione attulimus, ex affectu reuerentiæ in Chriſtum, cui inſeruire in conuerſione animarū ſe nouerat, loquēs Eccleſia ſancta, talē ſecū ipſa in

Ex Aug. verbis hiſce metaphoricis videt habere diſcurſū.

SPARAPHRAS. Obtemperandum certè eſt dilecto, & enitendū, vt vna cū ijs, qui in me dormiunt, quietæ vacātes contemplationi, corda ei aperiam peccatorum, demque operam, vt perfectiores, qui in me ſunt, obuiam Chriſto procedant dilecto meo ad procu-

Prædicatores, & Prælati ſāctos quam difficile his temporibus Eccleſia habeat. randam proximorum ſalutē. Vereor profecto, ne tanto dilecto meo inornata, & ſordida obuiam procedam in munere iſto, *quomodo* in tenebris tantæ ignorantiæ, tantorum ve ſcelerum vita, & ſanctitate in membris ipſis meis *induar illa*, qua induta iam eram antiquitus in Apoſtolis, Martyribus, ſanctisve Doctoribus, quorum exemplis, quorum doctrina, quorum denique & confeſſione operiebatur ignominia mea vniuerſa, quibus tāquam intima tunica reddebar decora in oculis eiuſdē dilecti mei? *Expoliaui* ſanè *me* ipſam *tunica* iſta, quā do per mortem illos de terris tranſmiſi ad cælos. Qui terram adhuc calcant viuentes in præſenti ſæculo, pedumque officium in me exercent, euntes in mundum, vt Euangelium diſſeminent, abluti quidem à me ſunt à ſordibus peccatorum, quando egredientes ad prædicandum infidelibus, & hæreticis tantos concepere Spiritus, ſicve ſeſe diſpoſuere, vt quaſi martyrium ſubituri iter arripuerint in exterorum prouincias: Vereor autem, ne ſi modò eos reuocem ad procurandam ſalutem eorum, qui intra me ſunt, peccatorum, iterum eos inquinem ſceleſta iniquorum conuerſatione. Quo-

Michaelis Ghiſlerii.

A modo autem fieri poterit, vt ſordida, atque incompta in occurſum egrediar dilecto meo? DE ECCLESIA.

Verſ. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos?

Expoſitio Tertia. De Secunda ſponſa, quæ eſt anima iuſti.

Explicat in hac ſententia pia anima eam, quā in principio conuerſionis ſuæ, & antequam conuerteretur, fecit reſiſtentiam diuinis inſpirationibus, quidve ſtulte diuinæ reſponderit vocationi, vt haud quaquam e deſidiæ ſtrato ſurgeret ad illi aperiendum cordis ſui ſeras per conuerſionem, qui & validiſſimis ictibus pulſans, & multis, magniſve vocibus diu proclamans ante illud perſtiterat, vt ipſamet in præcedentibus retulit. I. SENSVS.

B *Peccatoris reſiſtentia, qua obſiſtit inſpirationibus, & vocationibus Dei.*

Expoliaui me tunica mea, ait ſe primùm dixiſſe, *quomodo induar illa?* Porro, ſi velimus intelligere, quæ nam iſta ſit tunica, quam vt propriam, & peculiarem tunicam ſuam appellauit, id perſcrutandum operę pretium fuerit, quanam à Deo tunica primùm homo donatus ſit; quicquid enim is habet (excepto peccato, quod multò eſſet meliùs, ſi non haberet) à Deo certè donatum habet; In libro autem Geneſis, vbi de initio hominis agitur,

C hæc reperiuntur verba, b *Fecit quoque Dominus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Super quæ verba Diuus Chryſoſtomus dicit; Quia propter tranſgreſſionem pęna mortis reus erat factus protoplaſtus, opusque habebat veſte, quæ cōfuſionem tegeret, pelliceas fecit tunicas, quo docuit nos, vt mollem, & diſſolutam vitam fugiamus, neq. inertem, & remiſſam ſectemur, ſed magis auſteram amplexemur. Ex quibus colligere licet, tunicas illas pelliceas præſtitas fuiſſe à Deo ad operiendam confuſionem, & turpitudinem, quæ ex peccato ipſis illata fuerat hominibus, & omnino ad contegendum ipſius peccati opprobium, per eaſdem verò vt ex mortuorum animalium pellibus confectas vitam auſteram deſignari, vitam,

Tunica propria aię peccatricis eſt mortificatio, & pęnitentia.

b Gen. 3. 21.

Ioā.Chry. hom. 18. in Gen.tom.1

D inquam, in pęnitentia, & mortificatione tranſactam, mortificationemque ipſam, qua caſtigatur corpus, & vniuerſæ mortificantur carnales concupiſcentiæ, ſeu pęnitentia, per quam vnam peccatis morimur, quæve vna, ſi de debitis conſtet partibus, cooperante diuina gratia, aptiſſimum ac propriſſimum eſt hominis peccatoris, atq. ipſius peccati integmentum, iuxta illud Pſalmi, c *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Remittuntur quippe iniquitates per ſanctum baptiſma, dicit Origenes, teguntur per amaram peccati pęnitentiam. Et Didymus; *Beati quorum remittuntur iniquitates,* qui nuper ad diuinam legem acceſſerunt; *Beati* quoque, *quorū tecta*

Pęnitētia & propriū tegmentū peccati.

c Pſal. 31. 1

Origenes in catena Græca ſuper 50. Pſal.

E *ſunt peccata,* qui legi obtemperantes quam primū pęnitentiam agunt; Quibus conſona ſunt quæ & Auguſtinus longiùs proſequitur, explicans, qua ratione contecta dicātur peccata. Hoc ſuppoſito, iam apparet quàm conſequenter antecedentibus, quàmve ſtulte ſe reſpondiſſe per hæc fateatur tūc temporis, quando in peccato perſiſtebat, abhorrebatq., atq. adeo differebat pęnitentiam, quæ hic loquitur pia anima. Enimuero cum in ſuperioribus retulerit, ſe obſtinatam a Deo pulſatam, & vocatam, vt per pęnitentiam & mortificationem æque, ac per proprias claues cor ſuū ipſi aperiret, ſera obfirmatum obſtinationis in peccato, ipſa tantam dilecti ſui benignitatem, qua ad pęniten-

Didymus.

Auguſtin. enarr. 2. in Pſal 31.

DE ANIMA.

tiam adduci omnino debuit, exhibuisse se ait illi magis ingratam,& indignabundã ei significasse, reiectã à se pęnitentiã, ac mortificationem nolle iterũ assumere, atq. adeo non posse tunc surgere à peccatis, in quibus tãquã in dulci strato voluptuosè quiescebat nuda,& libera à tanta vitæ asperitate, à qua vndiq. veluti stricta circumdabatur tunica, velleq. ex cõsequenti in iucundo eo statu persistere, cordis sui ostio minime illi aperto. Hæc.n. oia iuxta primum litteræ sensum significat, cum ait: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?*

Inspirationibus diuinis resistens peccator eò deuenit, vt cõplaceat sibi in nuditate sua.

B Circa quæ, duo animaduertenda sunt. Primũ, quo deueniat peccator, cũ Dei abutens benignitate,& diuinis ingratus est beneficijs, quibus ad conuersionẽ excitatur, tãquã validissimis ictibus pulsatus, & diuinas negligit inspirationes, vocationesq. ad pęnitentiã. Deuenit namq. eò, vt complaceat sibi in nuditate,& confusione ipsa sua, vt optimũ peccatorũ integmentum ab se repellat mortificationem, nec modum reperire sciat à sua obstinatione recedendi per pænitentiam: Idq. ipsum est, quod apud Prophetam Osee scelesti populo Israel minitatus est Dominus, dicens, *a Dicite fratribus vestris, Populus meus, & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. Iudicate matrẽ vestram, iudicate*, id est arguite, *quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius, auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorũ.* En pulsationes Dei, eiusq. vocationes ad conuersionem,& pęnitẽtiam, comminans deinde, quid facturus esset, si conuerti noluerit, addit: *Ne fortè expoliem eam nudam, et statuam eam secundum diem natiuitatis suę.* Quid est hoc, *Ne expoliem eam nudam?* Si nuda est, quomodo expoliare eam minatur? Nuda certè quælibet est anima, quæ in peccato est, & nuditate confusionis peccati ignominiosa: nuditatem tamen istam quoquo pacto operire ei permissum est tunica pellicea, quã Deus primis parentibus exhibuit vt propriam eorum tunicam post peccatum, mortificationem, vitamque asperam, qua vel pœnitentiam diuina adiuuante gratia de ipsis suis ageret peccatis, vel saltem ad pęnitentiam excitaretur per repræsentationem miseriæ, ac mortalitatis suæ, quam pelliceæ illæ tunicæ ex mortuis animalibus confectæ præ se ferebant. Sæpe.n. vsu venire solet, vt aiæ quępiam, tametsi in peccato sint, & in peccato persistant, aliqua nihilominus opera faciant mortificationis, aliqua ieiunia, aliquas peregrinationes, & similia, quibus nedum in oculis hominum operiant confusionem nuditatis suæ, sed & excitentur aliquando ad pęnitentiam agendam pro peccatis, quorum causa in eam deuenere confusionem,& tantis subiectæ sunt miseriis, excitantur, inquam, illis non tanquam dispositionibus, sed tamquam repræsentatiuis, vt dictum est, ipsarum miseriarum. Hac ergo ẽt tunica peccatricem nudamque animam expoliaturum se, minatur Deus per Prophetam, siue operibus iis mortificationis ea id tantùm intendat, vt operiat confusionem nuditatis, & peccatorum suorum in oculis hominum, prout fieri solet ab hypocritis, qui confusionem lupinæ rapacitatis tunica operiunt pellis ouinæ, iuxta illud Domini, *b Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*: Siue ea ex animo bono efficiat iuxta consuetudinem præcedentem peccatum, & ex superstiti etiam post peccatum ipsum habitu bono in huiusmodi mortificationibus. In comminatione verò ista sua ad hoc, vt intelligeretur, qua ratione hac tunica animam eam esset expoliaturus, postquam dixit,

a Oseæ 2.1

Mortificationis opera exhibita à peccatore aliquando excitant illum ad pœnitentiã & repræsentationem mortalitatis, et miseriarũ suas.

b Matt. 7.

A *c Ne forte expoliem eam nudam*, adiecit illico idẽmet Deus; *Et statuam eam secundum diem natiuitatis suæ.* Siquidem miser homo in die natiuitatis suæ,& quando in lucem editur, nedum nudus corpore nascitur, sed & nudus anima nuditate confusionis peccati originalis, sicve tunc anima ipsa nuda est, vt nec confusionem suam illam per se operire hac valeat tunica mortificationis, vel pœnitentiæ.

c Os. 2. 3.

Quonam verò pacto nudam istam animam, atque in peccato persistentem hac ratione, hacve expoliat tunica? Duobus modis. Primò, quia in pœnam peccatorum præcedentium paulatim diminuit auxilium sufficiens à se animæ illi præstitum, quo prædicta bona opera mortificationis sicut & alia quæpiam opera ex superstitibus bonis habitibus moralibus faciebat, tametsi ita auxilium illud minuat, vt tamen tantum semper eius ipsi relinquat, quantum sat sit, vt conqueri ea minime possit, quod etiam sufficienti destituta auxilio cõuerti, ac pœnitentiam agere minime potuerit, quomodo Augustinus, Deum dici indurare peccatorem, latius declarat. Expoliat insuper & altero modo, dum præuidens, animam ipsam peccatricem per semet expoliandam ea tunica, sicve à se abiecturã vitam asperam, omnemque mortificationem, &
C quicquid ad pęnitentiam eam excitare quomodocunque posset, vt ignoratura sit rationem, modũve reperire, quo ea iterum assumat, tunicave induatur pœnitentiæ, sic ipsam expoliari permittat, & idcirco, tametsi apud Osee eam expoliare comminetur, quia re vera expoliat primo modo, haud tamen simpliciter dicit: *Ne expoliem eam nudam*, sed, vt & secundum quoque modum indicet, quo frequentius dicta tunica expoliat eos, qui aliquando ad pœnitentiam sunt conuertendi, magna cautela loquens, dicit: *Ne forte expoliem*, per aduerbium (forte) liberum arbitrium peccatricis animæ innuens, quod futurum esset, vt illa in pœnã suæ obstinationis tunica semet expoliaret mortificationis, ac pęnitentiæ, & ipse pariter eamdem illam exueret permittendo, hanc eius expoliationem, ipsaque anima vtendo vt ministro iudiciorum suorum, libero tamen, tam in obstinatione, quàm in expoliatione prædicta. Ex quo factum est, vt, quamuis in sacris litteris Deus sæpius indurare dicatur peccatores, eo tamen modo hanc eius indurandi rationem ex illo Psalmi, *d Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione*, &c. explicat Apostolus Paulus, dicens, *e Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Propterea sponsa, cui optime vniuersa hæc fuerunt explorata, referens, quæ sibi contigere in obduratione cordis sui, quando pulsanti,& vocanti dilecto suo noluit aperire, a peccati strato consurgens; quidve eidem responderit, non ait simpliciter: *Nuda sum*, seu *expoliata sũ tunica mea, quomodo induar illa?* At, *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* quo loquendi modo significat primò, semet ex libero arbitrio suo abiecisse à se asperam viuendi rationem, omnemque mortificationem, qua adduci quoquo modo potuisset ad pęnitentiam: siue, illã ita à se repulisse, vt summam eius conceperit abhominationem, atque adeo nescire tunc rationem, qua adduci posset, vt eam iterum sumeret, relinquens eam, qua iucunde fruebatur in ipso peccati strato, vitam voluptuosam.

DE ANIMA.

Peccatricẽ animã quo Deus cõminatur expoliare tunica mortificationis, & pęnitentia.

d Ps. 94. 8.

e Hebr. 3. 12.

Porrò

DE ANIMA.

A

Porrò hac vtens metaphora expoliationis tunicæ ſuæ in hac,ſua explicãda reſiſtẽtia, & obſtinatione,expreſſit ſanè ad viuum,quàm ſtultè in mortificatione ipſa à ſemet abiicienda,ſe geſſerit; ingens verò hæc eius ſtultitia exemplo ex arboribus deſumpto omnibus ſit conſpicua.Enimuerò,ſi qs vt arborem lenem,candidam,& expolitam haberet,tunica ea ſua aſpera,nigrave illam expoliaret, qua à natura ipſi conſultum eſt,vt & aeris intemperici,& æſtibus vehementibus ſolis,magniſque hiemis frigoribus per eam obſiſteret; nonne ſtultum hunc talem ſinguli proclamarent? ſtultus ſane, quandoquidem vt politam arborem haberet (quod tandem nullius momenti eſt,& ad nihil inſeruit) dum eam expoliat tunica, vnà cum tunica illa ſua aufert ei & vitam; ſimulque priuat ſemet & virore,& floribus,& fructibus illius; eoq; certè ſtultiorem iſtum ipſum prædicaremus,quò cum denuo tunicam illam induere arborem poſſet,nullo pacto ad id eum poſſe adduci, intelligeremus:Hanc ſimilitudinem ſuggerit Deus in Prophetia Ioelis,explicans mala,& damna, quæ per poteſtates tenebrarum, & per peccatum miſeræ inferuntur animæ,dicens: *a Ficum meam decorticauit,nudans ſpoliauit eam, & proiecit:albi facti ſunt rami eius.* Arbor profectò fici in vinea Domini quælibet eſt anima fidelis,quæ dulciſſimos bonorum operum fructus producere apta ſit.

In mortificatione abiicienda, quã ſtulte ſe gerat peccator.

Simile.

a Ioe. 1. 7.

Quæ verò per peccatum infructuoſa reddita eſt,qualem ſe fatetur fuiſſe ea,quæ hic loquitur, ficulnea illa eſt Euangelii, *b* in qua Deus per tres annos quæſiuit fructum,& non inuenit:ipſa tamẽ ficulnea hac ſe decorticauit, ſpoliauitque tunica ſua aſperæ mortificationis: Quis non videat eius ſtultitiam,appelletque meritò eam ficum fatuam, præſertim intelligens,quod ipſamet confeſſa eſt, dicens: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* ſtultitiam ipſam in excuſationem adducens obſtinationis,& ſegnitiei ſuæ?

b Luc. 13. 6

Magis autem ſtultitiam hanc patefacit in eo, quod adiicit, idipſum ferè ſignificans metaphora altera dicens. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Pedes animæ ſunt potentiæ illius,imaginatio,intellectus,atque voluntas, quibus inſtar velociſſimi ſpiritus,quin multò celerius,quàm quilibet ſenſibilis ſpiritus per mare, per terras, per montes,ac per ſubterranea diſcurrit, moxque ad ſidera,nec non & ad ſuper cæleſtia,atque ad diuina aſcendit.

Pedes aĩæ ſunt eius potẽtia,& affectus,ac paſſiones,q. ĩ peccatore vulnerati eſſe cõperiũtur.

D

Pedes quoque animæ ſunt illius affectus,& paſſiones,amor,deſiderium,ſpes,gaudium; nec non & odium,timor,deſperatio,atque triſtitia, quib. vel tendit ad bonum,vel fugit à malo; vel firma conſiſtit,fruens re aliqua, aut ſuſtinens aliquod malum.

Hos omnes pedes vulneratos nouimus ſpinæ peccati originalis aculeo, vulnuſque auctum in ſingulis per peccata actualia;ita vt intellectus peccatoris propterea obſcuratus euaneſcat in cogitationibus ſuis,haud quaquam ſe attollens ad Deũ ſed acumen,aciemque ſuam vniuerſam ad terram deflectens: Imaginatio inquietiſſima effecta,nec per momentum temporis in Deo poſſit contineri, ſed veluti folium arboris,quod ad omnem ventũ circumfertur,per carnalia,terrenaque diſcurrat. Quis fœtorem illum exprimat,qui ex vlcere prouenit voluntatis,& appetitus eiuſdem peccatoris? quod ſterquilinium tam fœdum? quæ lacuna tam lutulenta? quæ cloaca tam horrenda reperiri poteſt,quàm ipſa? parique vulnere,fætidoque vlcere etiam affectus,paſſionesve eiuſdem peccatricis animæ computreſcere; ita vt illa aſcendere ob tale vulnus minime valeat ad cæleſtia, ſed per terram iis diſcurrat,mundana deſiderans;in mundo ſperans;mundana amet:mundanis oblectetur,impedimentum timeat conſecutionis mundanorum; eos odio proſequatur,qui in mundanorum conſecutione ſibi ſint impedimento, ac de mundanorũ duntaxat amiſſione triſtetur: *Vulnus, & liuor, & plaga tumens*, ait Deus apud Iſaiam, *non eſt circumligata,nec curata medicamine,neq; fota oleo*, de peccatoribus iis loquens,qui in peccato perſeuerantes,nullam talium vulnerum,taliſve vlceris curãt habere rationem.

Pedum mala peccatricis qualia ſint vulnera.

DE ANIMA

c Iſai. 1. 6.

B

Neque enim à Deo Sapientiſſimo,ac benigniſſimo animarum medico neglecta ea ſunt vmquã, ſed præſtantiſſimum vulneratis quibuſque exhibitum eſt vnguentum:ac fidelibus,quando baptiſmi incincti ſunt Sacramento,illud ipſum vnguentum ſuper prædictorum pedum vulneribus appoſitum,pedibus ipſis circumligatis:Vnguẽtum autem illud mortificatio eſt,vnguentum amarum quidem,& nigrum,atrumve aſpectu,ſed vtiliſſimum pro peſſimis pedum vulneribus:tuncque ſuper vlceribus iſtis appoſitum eſt, cum, antequam quis baptiſmi ablueretur aqua,interrogatus fuit:Abrenuntias Satanæ?& is reſpondit; Abrenũtio:iterũque ac tertiò eſt adiectum: *Abrenuntias omnib. operibus eius,abrenuncias omnibus pompis eius?* & pari modo iterum,iterumque is reſpondit: *Abrenuncio*:Quid eſt enim verè abrenuntiare Satanæ,operibuſve,ac pompis eius,niſi per mortificationem comprimere potentias ipſas noſtras, ne circa ea,q̃ Satanæ ſunt,circa terrena, carnalia, & mundana effundantur? niſi per eamdem mortificationem affectus quoque noſtros circumligatos curare, ne computreſcant ſanie illecebrarum carnis?

Mortificatio eſt vnguentum à Deo præſitum aptiſſimũ pro pedib. animæ vulneratis

C

Quamobrem quandoquidem ad tam peſſimũ vlcus curandum tam eximium à Deo accepimus mortificationis medicamen,tamque efficaci, ſaluberrimoque vnguento iſto conceſſum eſt circumligare pedes animæ noſtræ:nullo pacto admittere debemus,vt abſque tali vnguento,& ligatura nudus pes aliquis remaneat:id,quod Deus apud Ieremiam cauendum quam maxime ſignificat, dicens: *d Probibe pedem tuum à nuditate.*

d Ier. 2. 25

Stultiſſimum ſanè eum proclamarent vniuerſi, qui vlcus habens in pedibus, vnguentum ab experto medico vlceri appoſitum abſtergeret,pedes ipſos aqua lauans,qua exacerbantur vlcera,vt politos duntaxat,& candidos illos oſtentaret; præſertim ſi nec vllo pacto ſuſtineret,huiuſcemodi vnguento eos amplius ſibi perungi,tametſi exploratiſſimum haberet,ſanitatem nunquam ſe abſque illo conſecuturum:talem anima ſponſa Chriſti fatetur,extitiſſe ſtultitiam ſuam antequam à peccatis conuerteretur,quando obſtinate diuinis reſtitit inſpirationib. quibus à Deo dilecto ſuo ſibi perſuadebatur,vt expulſis e corde ſuo mundi illecebris,& vanitatibus,pernicioſiſſimiſve deliciis carnis,& ſæculi,ipſum iam admitteret ſibique iã aperiret,è peccato ſurgens per pænitentiam: intelligens quippe,præſtari id a ſe minime poſſe, niſi & potentias,& affectus mortificaret ſuos,ſtultiſſime reſpondiſſe ſe ait; *Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos?* Stultitiam certe ingentem infelix præ ſe fert anima impotens,dum ait; *Laui pedes meos*, abſtergendo ſcilicet mortificationis vnguentum à potentiis,& affectibus ſuis: At multo maiorem iactat ſtultitiam ipſam ſuam,dum generaliter ſubdit: *Quomodo inquinabo illos.* quæ quidem ſtultitia exemplo hoc clarius innoteſcet.Demus,aliquem, à Rege

Mortificatione e potentiis,& affectib. abſtergere,quam magna ſit ſtultitia.

Simile.

E

Simile.

DE ANIMA.

à Rege ad Palatium, à quo eiectus propter sua fuerat scelera, vocatum, quò diuitijs ibi, & honoribus exaltaretur, & in regiam proueheretur familiaritatem, excusationes prætexere, quòd eò tendere minime posset ob id duntaxat, quia eo in itinere per viam sibi foret trāseundum cœnosam, & dicere, nullo pacto se commissurum, ut ablutos pedes suos inquinet, cum statuerit, ambulare potius per vias planas, mundas, stratasve lapidibus, quam per cœnosam, & lutulentam, & difficilem illam; tametsi non ignoret, per hanc ad gloriam, opes ve deducendum, cum è vestigo per politam deducatur ad egestatem.

Porrò sicut is maximam stultitiæ notam incurreret apud omnes ex istiusmodi responsione B Regi exhibita, qui benignissime eum vocauerat; Ita profectò maximā sibimet, & anima peccatrix inurit stultitiæ notam per respōsionem hanc suā, *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* quā Deo fecit, vocanti ipsam ad gloriam familiaritatis suę, & ad experiendas in ipso diuitias bonitatis ipsius, si conuersa viam captare vellet pœnitentiæ, vilissimo mortificationis cœno cōspersam: tantumdem enim est dicere: *Quomodo inquinabo illos?* ablutos videlicet pedes, ac: Nolo amplius in via pœnitentiæ inquinare potentias, affectus ve meos atro limo mortificationis, quem à pedibus hisce meis abstersi, Volo, politis pedib. incedere per excultā deliciarū viā, quocūq. me ducat: a *Via* quippe *peccantium*, prout dicitur in libro C Ecclesiastici, *complanata* (sic legendum, non, vt alij legunt, *complantata*, patet ex græco) *Lapidibus*; tametsi *in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœna*.

a Eccl. 21. 11.

Breuiter autem, quod tota hac sententia, iuxta primum litterę sensum pia significat anima, ex his, quæ huc vsque dicta sunt, tale quid colligi posse videtur.

PARAPHRASIS.

Vocata, & pulsata à dilecto meo, vt ei aperirē per conuersionem à peccatis, intelligensq. surgēdum mihi fore à dulci voluptatum strato, relinquendasq. delicias carnis, quò illi cordis mei aperirem ostium, indignans, hoc pacto ei respondi: *Expoliaui me* iam mortificatione, quā tunicā D meam esse significasti per eas tunicas pelliceas, quas primis meis parentib. fecisti: Nolo eā indui iterum; *Laui pedes* potentiarum, affectuumque meorum ab apposito eiusdem mortificationis vnguento nigro, simul & amaro, ac sordido: Nolo iterum mortificatione ipsa meos hosce inquinare pedes; cum obuiam tibi procedens viā calcatura sim sordido isto mortificationis cęno oppletam, nolo per eam iter arripere, quidquid pollicearis eximij: Ambulandum tamen cum mihi sit in hoc sæculo, volo, ne pedes meos inquinem, incedere per viam illecebrarum, & voluptatum, viam expolitam, & lapidibus planam.

II. SENSVS.

Hæc ipsa ferè omnia facile accommodari possunt eidem sniæ acceptæ ēt in eo sensu, qui secūdo loco allatus est in prima exposit. soni litteræ, E secundum quē ea, quæ hic dicuntur, excusationes sunt aiæ pigrescentis ad cōuersionem, si aduerbium, *quomodo*, sumatur hæsitatiue, vt per illud peccatrix anima non dicat, vt in superiori sensu, Nolo induere tunicam mortificationis, &c. sed, Non inuenio, & nescio rationem, & modum, quo mortificationem iterum assumam.

Quamquam, si pia anima in tota hac enarratione non pristinū explicet statum suum, qñ erat in peccato, sed præsentem, quando existens quidem in gratia vt Dei sponsa, at tepida adhuc, & imperfecta ab ipso dilecto suo vocata est ad maiorem profectum in vita spirituali, prout declaratū est supra in fine tertiæ exposit. verborum præcedentium: hæc eius hæsitatio, qua aperire differt dilecto suo, ac, ne per bona opera ad maiorem promoueatur diuinæ gratiæ accessionem impedit, ex duplici capite prouenire potest in ea, ex segnitie, & torpore illo, cuius arguitam ipsam vidimus in superioribus verbis illis, *Quia caput meū plenum est rore, & cincinni mei guttis noctiū*; ac simul ex ingenti reuerentia, qua, ne ante diuinum eius conspectum imperfecta semper, ac immunda futura sit, veretur, quia admodum sibi videatur difficile, quantumcunq. perfectioni indulgere, spiritualiq. profectui intendere studeat, negligentiam in ipsis, quæ agit, bonis operibus, nō committere aliquam, in ipsoque profectu suo sorde vel veniali suos saltem non infici affectus.

In profectu spirituali pia anima sēper est pauida, ne in Dei seruitio negligēs sit, & immunda ante Deum progrediatur.

Fundatur autem istiusmodi horū verborum sensus in quatuor Sacræ Scripturæ sententijs.

Primum in ea, qua in Psalmo 108. Propheta Dauid certiores nos facit, maledictionem, cui anima sit subiecta, dum aliquod admittit peccatum, vestimentum, ac tunicam quampiam esse illius propriam, dicens: b *Induens maledictionem sicut vestimentum*, & paulò inferius idipsum eidē prophetans peccatori: *Fiat ei*, scilicet maledictio, *sicut vestimentum, quo operitur*; super quæ verba Augustinus exposit. secunda, super dictum Psalmū, ait; Cum superius iam dixerit de vestimento, quid est quod repetit? an quia dixerat, *Induit maledictionem sicut vestimentum*, differt ab eo vestimento, quod non induitur, sed *operitur*? induitur. n. quisque tunica, operitur pallio. Porrò, quia maledictioni subijcimur, non modo propter peccata grauia, sed etiam ob negligentias illas, quas in bonis quoque operibus, & in Dei seruitio cōmittimus, iuxta illud Ieremiæ, quo secundū versionem Sept. dicitur: c *Maledictus, qui facit opus Domini diu[illegible] negligenter*: ideo ex magna Dei reuerentia, magnoque cum timore, & tremore suā salutem operans, celsioraque opera aggredi coram Deo expauescens, ait: *Expoliaui me tunica mea*, illa scilicet maledictionis, quando per conuersionem iustificata, diuinę gratiæ adiutorio à maledictione me liberaui, cui me propter mea subieceram scelera, vereor, ne per negligentias modo meas, quas in profectu, quem à me exposcis dilecte mi, facilè commissura sim, vt eadem induar maledictionis tunica, idque admodum expauesco, ne in profectu ipso meo maledictioni memet subijciam. Denique id, quod ait, *Laui pedes meos*, in ea fundatur sententia, quę in Lamentationibus Ieremiæ, vbi de grauissimis peccatis agitur Ciuitatis Ierusalem, & cuiusque animæ fidelis, & dicitur: d *Peccatum peccauit Ierusalem: propterea instabilis facta est*, & paulò post in explicationem huius dicti subijcitur: *Sordes eius in pedibus eius*, quo loco sub metaphora sordium pedum animæ ea profectò significantur peccata quibus grauiter peccando anima ipsa instabilis facta est pedibus potentiarum, affectuumque suorum.

b Ps. 108. 18. & 19.

August.

c Iere. 48. 10.

d Ierem. 1. 8. & 9.

Quod verò addit, *Quomodo inquinabo illos?* in alia fundatur sententia, qua in Euangelio Ioannis Saluator noster ablaturus pedes discipulorum, dixit Petro: e *Qui lotus est, non indiget, nisi vt lauet pedes*: vbi ex Sanctorum Patrum consensu sub eadem metaphora sordium pedum venialia illa designantur peccata, quæ in vita hac ex terræ contactu, etiam à perfectis, & sæpius in ipsis

e Ioan. 13. 10.

DE B. MARIA.

ipſis quoque bonis operibus, vel potentiis, vel affectibus contrahuntur, quibus ſane ſordibus erubeſcens pia anima, diuino ſe offerre cõſpectui, verenſque, perfectionis aggredi viam, dicit.

PARAPHRASIS.

Laui pedes meos, quando in baptiſmi ſacramento abluta ſum ab omnibus peccatis abrenuntians Satanę, & omnibus operibus, ac pompis eius: Quãdo etiam lacrymis compunctionis per pęnitentiæ ſacramentum iuſtificata ſum à peccatis, mundoq; vale dixi, tibi deſponſa dilecto meo: Vereor modo, ne & in ipſo ſeruitio tuo, vel puluere aliquo venialium peccatorum iidem mei affectuum inquinentur pedes: id vnum in profectu, ad quem me tam benigne allicis, expaueſco, dilecte mi candidiſſime, ne vel tali puluere pedibus inquinata diuinos tuos offendam oculos.

Ex Verſ. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

III. SENSVS.

Maria admiratio de modo, quo conceptura eſſet, q̃ virum non cognoſceret.

PLanus iſtorum verborum ſenſus ex intellectu deſumitur illorum eiuſdẽ Beatæ Virginis verborũ, quæ ab ipſa reperiuntur prolata in Euangelio, quando Angelo ſibi nuntianti, quod paritura eſſet filium Altiſſimi, admirans tam grande miraculum, modumque eius miraculi ſciſcitãs, reſpõdit: *a Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Quod enim manifeſtius hiſce verbis Angelo ſignificauit, ſe ignoraſſe modum, quo cõceptura, & paritura fuiſſet, quæ votum emiſiſſet virginitatis, alienaque extitiſſet, ſemper ab omni viri copula; illud ipſum & nunc ſignificat, ſeriem enarrans eiuſdem myſterii; nam poſtquam in ſuperioribus retulit, quo pacto intrinſecus quoq. ab ipſomet Verbo dilecto ſuo excitata fuerit ad concurrendum cum libero arbitrio ſuo in opus Incarnationis, quod in ea patrandum foret, & ad conſentiendum diuinæ electioni, qua ad id dignitatis euecta fuerat, vt mater Dei conciperet, & parturiret vnigenitum filium eius. Nunc conſequẽter admirationem ſuam explicat, & quid intra ſe ſecum ipſa reputauerit, interiuſve quodãmodo cum eo ipſo, qui interius ſibi loquebatur, dilecto ſuo collocuta ſit, modum ignorans adhuc tanti, quod in ſe patrandum proponebatur, myſterii exponit, idque ſub egregiis metaphoris; dicens quippe: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* ſignificat, abdicaſſe à ſe omnem filiorum cogitationem quæ tunc temporis, quando maledicta cẽſebatur oĩs ſterilis, cuilibet indita erat feminæ, vt filiorũ procreatione ipſam ſterilitatis ignominiam quaſi tunica quapiam apud populum illum operirent: filios verò propriam cuiuſque mulieris tunicam rectè appellatos, ex eo Iſaiæ loco ꝓbari facile poteſt, quo Eccleſiæ, dum ei ingens filiorum numerus proponitur, dicitur; *b His omnib.* (.ſ. filiis) *velut ornamento veſtieris:* Addens deniq. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* ſignificat, ſe per votum virginitatis abſterſiſſe ab affectib. ſuis omnem viri cognitionem, quæ in pudica, virgineaq; mente ſua ſordes videbatur; omnemq; viri cogitatum, quo inquinari, arbitrabatur virgineam pudicitiam, à pedibus intellectus, & voluntatis ſuæ iam abluiſſe. Quod ergo ait, tale eſt.

a Luc. 1. 34

Maria voto virginitatis expoliauit ſe tunica ſua, & ſimul pedes lauit affectuum ſuorum.

b Iſ. 48. 18

Percepta excitatione dilecti mei ad conſentien-

A dum cõceptioni, ac partui filii Altiſſimi, tanti ignara myſterii, quomodo paritura eſſem, ſic intra me mecum, & cũ ipſomet collocuta ſum dilecto meo Ego iam omnẽ abieci cogitationem filiorũ, quibus quaſi propria tunica feminæ operiũtur, ignominiam ſterilitatis ſuæ: quomodo nũc quaſi tunica mea induar illa eadem cogitatione? Quonam pacto id fiet, ſi eo, quod emiſi virginitatis votum, laui pedes affectuum meorum à ſordib. carnis, & ab omni inquinamento cogitationis viri? ſordes enim mihi cenſeo, quicquid contra propoſitũ eſt virginitatis: quomodo partu eoſdem inquinabo? modum ſanè ignoro, quo conceptura ſim, & paritura, cum inquinamento ne virginalis pudicitiæ, an vero mea ſeruata virginitate?

DE B. MARIA.

B Subtilius autem eadem verba perpendens, crediderim admodum probabiliter, hæc à Beatiſſima Virgine, quæ non tam gloriari de virginitate, quàm de humilitate, vilitateque ſua ſe iactare ſolita erat, intra animi ſui penetralia diſcuſſa fuiſſe, quin, quantò magis exaltatam à Deo ſe audiebat, per ea, quæ illi ſignificata fuere in præcedentibus tãtò magis ipſa ſedemittebat intrinſecus, propter quam humilitatis diſcuſſionem legimus in Euangelio, c illam turbatam in ſermone Angeli, quo mitis ſe audierat euectam laudibus, vt aſſerunt Patres complures; ac ipſamet hic refert, quid tũc mente reputarit, ipſumque intrinſecus ſibi loquẽtem allocutum eſſe Verbum dilectum ſuũ, à quo C ad dignitatem matris ſe euectam acceperat: ſiue ea, quæ hic dicuntur, ex ingenti B. Mariæ reuerentia in dilectum ipſum ſuum, & ex maxima animi demiſſione prolata arbitror.

ALIVS SENSVS.

Maria eximia humilitatis expreſſio peregregia.

c Luc. 1. 29

Porrò tunica, quam ſingulariter ſuam appellat. Virgo Benedicta, ea ſingularis eſt prõgatiua gratiæ, atque iuſtitiæ, de qua apud Iſaiam lætanter ipſamet ait: *d Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me veſtimentis ſalutis,* (ſaluam me ſcilicet faciens, & præſeruans ab omni culpa, nedum actuali, ſed & originali,) *& indumento iuſtitiæ circumdedit me*, pro interiori nimirum tunica. Hac tunica expoliauit ſemet Maria, quando cogitatione ſua vertit, quænam, & qualis fuiſſet, eſſetve abſq. diuinæ illius D gratiæ ornamento, quando tribuens Deo, qđ Dei eſſet, ſuam viliſſimam intuebatur nuditatem; quãdo nuda quodammodo in abiecto humilitatis, vilitatisve ſuæ ſtrato quiete iacebat contemplãs: Cõtemplata verò tunc potiſſimum eſt iſtam humilitatem, vilitatem, ac nuditatem ſuam, cũ ad altius dignitatis culmen prouectã ſe intellexit; idcirco tunc a celſiſſimo Deo, nedum edocta, quod ad dignitatem ſponſæ, matriſve Verbi fuiſſet electa, ſed & requiſita de conſenſu in tantam dignitatem: excitata ab eodem Deo, vt in admirabile Incarnationis diuinæ opus, quod patrandum in ipſa erat, conſenſum præberet (vt viſum eſt in prę E cedentibus) quaſi tanti myſterii complementum ab ea dependeret, ſuam fatetur vilitatem, eodem fere modo, quo in Euangelio idipſum, & Angelo nuntianti eamdem propoſuit humilitatem ſuam, vbi audito toto cœleſti nuntio, breui quidem, at ſignificantiſſima oratione reſpondit: *e Ecce ancilla Domini.* Nota eſt quippe vis aduerbii, *Ecce*, quod in ſacris litteris vſurpatur non modo ad ſignificandam promptitudinem obedientiæ, prout communi expoſitorum conſenſu etiam in præcitata deſum tur oratione: verùm & ad ſignificandam magnitudinem alicuius myſterii, vt Iſaiæ 7. *f Ecce virgo concipiet*, & Luca. 1. *g Ecce concipies in vtero:* & ad exprimendam inſignem aliquam admirationem

d Iſ. 61. 10

Maria corã Angelo, q̃ tum ſe exhibuerit humilem.

e Luc. 1. 38
f Iſai. 7. 14.
g Luc. 1. 31

DE B. MARIA

a Isa. 12. 2

Ecce, aduerbium significat magnitudinē rei.

b Luc. 1. 48

miratione vt Isai. 12. a *Ecce Deus Saluator meus:* A Quo sensu & in hac pariter Mariæ oratione congruentissime accipi posse, non dubitarim; vt duabus vocibus Virgo Sanctissima abiectissimã humilitatem suam Angelo, proposuerit, & voce ancillæ Dei, cuius electam se intellexerat matrem; de qua abiecta vilitate sua aliàs quoque dixit: b *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*, prout declaratum est alibi sæpiùs: & voce ipsa, *ecce*, eamdem quodammodo admirata est humilitatẽ, vilitatemq; suam; vt sensus eius orationis sit. Magnum sane miraculum est, quòd tam vilis ancilla Domini (per aposiopesim; subintellige tu) assumpta sit ad tam grandem matris Dei dignitatem: vel, admirare tumet Angele Dei vilitatem mei, quæ vix nomen mereor abiectissimę ancillę Domini: aut, quomodo, admiranter, ancilla Domini; per aposiopesim, idest, ipsa adeò miræ humilitatis, ipsa abiectissima ancilla Domini, indigna ex me certè sum, à qua requiratur, quem exposcis consensus, vt fiam mater Dei mei. Pari igitur modo & Deo quoque intrinsecus sibi loquẽti, prædictumq; consensum efflagitanti respondisse se, refert, his verbis.

PARAPHRASIS.

Expoliaui me tunica mea: abstracto a memet ornamento gratiæ tuæ, qua instar tunicæ induta à te fui, nudam me profectò, vilissimamq. aduerto, & indignam, quę ante te compareã: *quomodo* nunc eadem tunica ipsamet me induam, cõsensu meo quodãmodo efficiens, vt mater Dei sim, tãtumq. tuæ diuinæ in me gratiæ culmẽ perficiẽs, atq. consummans? Hæc verò haud dubitans, aut renuens locuta est, sed præ eximia sui humilitate diuinam admirans benignitatem.

Luc. 1. 38.

Ac ꝙ non vt renuens consensum, ea dixerit, ꝑ id cõprobatur, quod illico subiecit: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quæ sanè verba ijs propemodum similia sunt, quæ & Angelo, post propositã humilitatem suam, vt dixit: *Ecce ancilla Domini*, subintulit: *Fiat mihi secundum verbũ tuum.* Quamquam eãdem resignationẽ suã perfectius, & efficacius Deo ipsi significarit his verbis: *Laui pedes meos, quomodo*, &c. quam exhibuerit Angelo, cui dixit: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Angelo siquidem significauit, admirari se quidem indignitatem ex parte sui, haud tamen congruum censere, vt vel abiectissima vilitas, & indignitas sua diuinæ opponatur potentiæ, cui non est impossibile omne verbum, idcirco tantæ obtẽperando potentiæ, ei se se totã resignare, vt fiat in ipsa, quidquid ab illius nuntio prædictũ sibi fuit. Dilecto vero suo dicẽs, *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* quatuor breuiter subindicat, fidẽ, q̃ internis eius verbis præstitit: Resignationemq. item suam perfectissimam, qua omnino propria se priuauit voluntate tam in assentiendo ei, quam de se factam acceperat, electioni in matrem Dei, q̃ quacumq. alia in re, in qua diuinam eius percepisset volũtatem; Tertiò admirabilem eius extollit perfectionis puritatisve gloriã. Et suammet quartò ex humilitatis effectu deprimit perfectionem in fide atque in voluntatis resignatione, quas abluisse se dixerat.

Maria resignatio, qua cõsensũ præbuit ad opus incarnationis, ꝑfecta extiterit.

Pro quorum intellectione nonnulla breuiter sunt supponenda. Primũ, per pedes suos B. Mariã spiritales illos designasse pedes, quibus spiritaliter incederet, ij aũt sunt duæ præcipuæ eius potentiæ, intellectus, & affectus, seu alio nomine voluntas, hisce namque & discurrebat, & incorporeis passibus ad rem tendebat volitam.

Secundo supponendum, verbũ lauandi haud semper necessariò ablutionẽ signare à sordibus, fieri enim põt, fitque sæpissime, vt membra, quæ mundissima sunt, & absq. vlla sorde, abluantur odorata aliqua aqua, non tam ad augmentum munditiei, quàm ad aquæ ipsius fragantiam illis impertiendam: Id qđ factũ nouimus in B. Virgine, in qua nulla vmquã vel minimi peccati extitit macula, Certum est quippe apud oẽs Theologos, ablutam à Christo fuisse per baptismum, per quod, tametsi nihil effectum sit, quod ad sordes spectaret, impertitum nihilominus illi fuit maius gratiæ augmentum ex opere operato, ingensq. talium aquarum diuinæ gratiæ fragrantia fuit illi cõicata, sic igitur, cum ipsamet ait, B *Laui pedes meos*, haud quaquã censenda est, præ humilitate id de se pronuntiasse, quod falsum nouerat, sed, eatenus lauisse se, inquit, pedes suos illos spiritales, intellectum.s. & voluntatẽ, quatenus intellectui suo, quo iam circa diuina spatiari solita erat, fragrantissimã summæ fidei exhibuit perfectionem, qua id credidit, quod difficillimum intellectu erat, Deũ fieri hominẽ, seq. miseram, & abiectissimam ad tam excelsam electam matris eiusdẽ Dei dignitatem, totamq. Trinitatem in se superuenturã, & ea oĩa, quæ sibi nuntiata fuerant ab Angelo, voluntati verò item suæ, qua semper cælestia petebat, tendebatque ad Deum, perfectionem præstitit odoratissimam summæ in eũdem Deum resignationis, qua C & in id quoq. consensit, vt filius Dei in ipsius vtero conciperetur, vtve mater Dei fieret tam cõceptione, q̃ partu, ex cuius consensus exhibitione ab ipsa, quã in semet aduertebat, vilitate auertebatur, vt significauit ĩ prima parte istius versus.

DE B. MARIA

Lotio ĩ Mariam non supponit sordes alicuius peccati.

Maria ipsa perfectissima resignatione, ac fide suam magnos esse defectus fatetur in cõparatione ꝑfectionis, & puritatis Dei

Quæ vero hac rõne lauisse se dixit pedes suos, eove modo suum & intellectum perfecisse, & voluntatem, cũ perspectum optime haberet, nihil in hac vita adeo esse perfectũ in aĩa sancta, qđ humilitate non reddatur perfectius, B. Maria in eo ipso, quod ablutis pedibus Verbo obuiã quodãmodo processit, suum præbens assensum, vt id in se descenderet carnẽ sumens, incomprehensibilẽ venientis ad se Dei non tã maiestatem admirans, D quam reuerens puritatem, & perfectionem Sanctitatis, suos in ipsamet puritatis perfectione, quam exposuerat, fatetur defectus, quos certè redarguit ipsa Dei puritas, atq. perfectio. Quod enim ait: *Q̃o inquinabo illos?* admiranter dictum ab ea est, admirante nimirũ defectus in perfectione ipsa pedum suorum intellectus, & voluntatis ad Dei præsentiã. Porrò ꝙ inquinare se, inquit, dictos, pedes, tantumdẽ est, ac si dicat, exhibere, & ostendere illos inquinatos, non quidẽ sorde vlla peccati, sed defectib. à perfectione, & puritate Dei, à qua lõgè se abesse agnoscebat, dũ corã illo esset, tametsi studuisset, vt pedes ipsos suos, quibus terram calcare opus sibi erat, ꝑficeret pro viribus suis, eo sensu, quo in c. 1. dixit, E c *Nolite me considerare; quòd fusca sim, quia decolorauit me sol*, vt videre est in nostra expos. quarta corũ verborum, sensu vltimo, quove iuxta lectionẽ Sep. seraphim illa apud Isaiam d stantia ante conspectũ Dei, duabus aliis velabãt faciem suã, & duabus aliis velabant pedes item suos, vt interpretantur, quod habent Sept. (duabus velabant faciẽ, duab. velabant pedes,) grauissimi ex Patribus, consentiuntq. Doctores hebræorum, ob id quippe ea coram Deo velabant suas & facies, & pedes, vt quãdam pręseferrent actu illo erubescentiam de imperfectione sua, collata cũ perfectione diuina, deq. fęditate ipsiusmet pulchritu-

c Cã. 1. 19 Pag. 101.

d Isa. 6. 2.

DE B. MARIA. chritudinis suæ, collatæ cum pulchritudine Dei, in cuius conspectu stellas eas spirituales neutiquā mūdas esse, nec mundos esse spirituales ipsos cęlos

Lib. 15. 25 testātur in lib. Iob Eliphaz Themanites: *a* velabantq. item facies, & pedes suos; vt operimento illo, suos se erubescere testarētur defectus, quos in eo ipso perfectissimo cōmittebant actu, quo tunc suam ingentem erga diuinam Maiestatem præseferebant reuerentiam. Vnde Chrysost. ho. 1. in illud Isaiæ: *Vidi Dominum* &c. Cum plurimam, inquit, Seraphim habeant erga conditorem reuerētiam; & hanc vndequaque conentur præstare: deinde quoniam non assequuntur, quod expetunt, quod deest affectui, hoc velo obtegunt.

Quod ergo hac secunda parte huius versus, *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* secundum præexposita ait B. Virgo ad Verbum efflagitās cōsensum ipsius in opus Incarnationis, tale est.

PARAPHRASIS. Quamuis, dum meam cōtemplor vilitatem, abstracta insigni gratiæ tuæ tunica, qua me decorasti, indignissimam me reputem ad id culminis, ad quod me euexisti, ita vt vix audeam ex me vilissima, pariter, & indignissima, quantum ad meā spectat nuditatem, quem exposcis, promere assensum & quodāmodo a memetipsa indui tunica hac eximiæ gratiæ tuæ, qua Mater Dei efficior; Nihilominus vilitatem ipsam meam ab infinita potentia tua euectam intelligens, duos laui pedes meos, nō quidem à sorde peccati aliqua illos expurgās, sed odoratæ perfectionis aquæ fragrantiā illis impertiens, intellectui perfectionis fidei, voluntati verò pfectæ resignationis: intellectu, perfectissimo mō fidem præstans vniuersis, quæ per Angelum mihi significasti: voluntate, assentiens oībus, quæ exposcis, tibi illam exhibens promptam, in te eam resignans à quacumq. alia re alienam. Quidni tamē admirer simul & Maiestatem tuam, & meam imperfectionem? quādoquidem hoc ipso actu, quo pedes istos meos, sic per expositā abluo perfectionem, quove perfectissima & fide, & resignatione assensum præbeo, obuiam tibi procedens dilecto meo: corā te Deo meo inquinatos illos ipsos ostēdo pedes meos, coramq. perfectione tua, ac respectu puritatis, sanctitatisve tuæ, complurib. eos, ac memet totam plenam exhibeo defectibus.

Ex Vers. III. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Respōdit coetus Israel coram Prophetis; Ecce iam abstuli à me iugū præceptorū eius, & serui idolis populorum, quo ergo erit mihi facies, vt conuertar ad eum? Respōdit ei Dominator sæculi per manum Prophetarū; Ego quoq; abstuli maiestatem meā de medio tui quō conuertar? Tu autem fecisti opera mala, Ego sanctificaui pedes meos ab immunditiis tuis, sed quō inquinabo eos inter te operibus tuis malis?

Alia quando, & quomodo aperiat Deo pulsanti. Sūt, qui tam per tunicam, quàm per inquinationem pedum scelerum sordes accipiant, & peccata diuersa tn̄ ratione à sponsa hæc dicta sumentes, haud omnino in hoc ipso conueniunt sensu; siquidem Greg. Nyss. hom. 11. arbitratur, piam animā iam Deo pulsanti aperire, verbisq. hisce modū si-

Gre. Nyss. gnificare, quo sponso aperuit. Deumq. intra se ad

A misit; Per hoc nimirum, quod pollicita est, nō amplius resumpturam se tunicam peccati à se reiectā neque incedendo in hac vita, terenum amplius ad missuram inquinamentum; hæc quippe ait, aditus sunt ad sanctificationem. APPENDIX.

In huius sensus explicatione plura ait Nysse. q̄ hic haud censeo prætermittenda, præsertim cum ad eiusdem sensus dilucidationem spectant, & digna sint, quæ hoc loco notentur.

Primum, animā in baptismate exuere mortuas illas tunicas pelliceas, *b* quib. caro peccato obnoxia induta fuerat in paradiso: carnemq. ipsam eam, quam Apostolus *c* veterem appellat hominē simulq. aperuisse Christo, cum eodem tempo-

B re induta est *hominem nouum in iustitia, & sanctitate veritatis* Iesum Christum, vt idē declarat, Apostolus.

Anima in baptismo exuta semel ac induta est.

b Ge. 3. 21

c Col. 3. 9

Secundum, apte eamdem animam subinferre, *d* *Quō induar illa?* quandoquidem præceptum fit Apostolis, ne haberēt duas tunicas, illam. s. quam assumpserunt, innocentiæ, & illam, quam abiecere, peccati; cum nec conducat, iuxta *e* dictū Domini, nouum pannum veteri vestimēto assuere, nā alioquin aufert supplemētum nouum à veteri, & maior scissura fit in veteri ipso.

Tunicā veterē vnā cū noua habere nō licet.

d Matt. 10. 10.

e Mat. 9. 16

Tertium, eodem tempore baptismi, vel pęnitētiæ ipsammet animā abluere illas peccati sordes, quas è terra peccando sumpsere primi parentes, vnde & audiuit Adam, *f* *Terra es, & in terrā re-*

C *uerteris*: existimat autem Nysse. ablutionem istam pedum idem esse cum solutione corrigiæ calceamentorum, *g* quam Christo exhibere Ioannes non potuit, in quo peccatum non fuit vllum; idem & cum solutione ipsorum calceorum, pelliumq. mortuarum. Quod aūt absq. istis calceis piæ aīæ incedendum sit, probat tripliciter; ex eo, quod de Moyse, ascendēte in terram sanctam, haud narrat sacra scriptura, quod calceos, quos *h* ad iussum Domini in monte Oreb soluit, rursus indutus sit; Secundò ex eo, q̄ inter sacerdotalia indumenta, q̄ à Deo instituta fuere per Moysem, nullum numeratur pedis indumentū: quia nimirum sacerdotalis pedis ornamentum erat, esse nudum & liberū

D ab oī indumento: oportet. n. sacerdotem incedere super terram sanctam, super quam haud fas ingredi cum pellib. mortuis: Tertio ex *i* eo, quod Dominus Iesus discipulis prohibuit calceos, quando eis præcepit, ne irent in viam gentium.

Lotio pedū idē cum solutione calceorū, & depositione peccatorum.

f Ge. 3. 19

g Ioa. 1. 27

h Exo. 3. 5

Indumētū pedū Sacerdotis ambulātis super terram sanctam ē esse nudos.

i Luc. 10. 4

Quartum, animam iustificatā incedere per viā sanctam, de qua Christus Dominus ait, *K* *Ego sum via*, quæ non licet ab eo tangi, qui peccati, pelliusve mortuæ non soluerit indumentū: seruare aūt in via hac lapidib. constrata pedes suos impollutos, prout & Dauid sibi concessum asserit, vbi dixit: *l* *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto facis, et statuit supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos*

E Quam petram ipsummet Christum, esse, ait Nyss. qui cum sit lux, veritas, immortalitas, & iustitia, se ipsum rebus hisce, quasi quadam incrustatione spiritualem sternit viam.

Pia aīa pedib. nudis incedit per viā sactā, quæ Christus est.

k Io. 14. 6.

Xps q̄uo via strata.

l Ps 39. 3.

Cùm hoc Nyss. sensu conueniunt, quæ dicūtur à Catena trium Patrum, & à Psello, nisi quod Catena asserit, eamdem animam dicere, pedes ablutos lauacro baptismi, & sancti Spiritus, & diuinorum mandatorum obseruatione. Tres Patr. Psellus.

Ambr. quoq. eodem sensu hæc ipsa accipit, sed vt alia ratione ab anima sancta prolata existimat nam serm. 16. in Ps. 118. vers. 1. Vt illius querelas hæc sumens, *Exui*, ait, illam dicere, tunicam peccatoris, velamenque terreni; cur quasi peccator, atque terrenus adiudicor? *laui pedes*, ne qua deli- Ambros.

Pia aīa eā queritur, quod abiecto non sit pec

cti

LITTERA.

Vers. IV. Dilectus meus misit manum suã per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Expositio prima. Iuxta sonum Litteræ.

POstquam in præcedenti versu sponsa retulit, quid sibi visa sit in somnio respondisse dilecto fores suas pulsanti, ipsamque efflagitanti, vt ostiũ ei aperiret: Consequenter nunc suam prosequẽs enarrationem, subiicit, quid sibi pariter visum sit fecisse dilectum ipsum, audita eius tergiuersatione. Qui enim tanta eius charitate flagrabat, quantam sua ipsa contestatus est oratione, dum ad pulsationes adhibuit voces, & voces eas, quarum singulæ eximiam in illam præseferẽt charitatem, haud indignatus, illico abscessit repulsus; at instãtius ad eam studuit penetrare: Mittens nimirum manum per foramen ostii eius, nitensque pessulũ reuoluere, aut seram reserare: ait autem sponsa, se id omne aduertisse, eoque percepto, totam fuisse commotam vsque ad intima viscera. Hic est facillimus breuissimusve totius litteræ huius sensus, vt percipitur ex originalibus Hebræo, & Græco tum Sept. tum aliorum Interpretum.

Foraminis vocabulo quid hoc loco significetur. Quo autem explicatius omnia innotescant, supponendum primo, foraminis eius hic fieri mẽtionem, quod in ostio sit, ex ferè communi expositorum sententia tã nostrorum, quàm etiam Hebręorum: tametsi nonnihil discriminis inter eos reperiatur in explicando, quodnam & quale ostii foramen id fuerit, in quod sponsus misit manum suã vel totam, vel digitos eiusdem manus partem: Siquidem Rabbi, Abraham Aben Ezdra rimulam (R. Abrah.) eam intelligit, quæ est inter duas ostii valuas, quæve aliquando præsertim in domibus agrestibus latior esse solet, ita vt per ipsam digiti immitti queant, vel festuca arundinis, aut etiam cultri cuspes, & acies ad eleuandum pessulum. Nostri communiori consensu illud intelligunt foramen, per quod clauis immittitur ad obserandum, & aperiendum pessulum, aut seram, quodve latius quoque sit operę pretium est, vbi magna sit clauis, atq. adeo non incommode sæpius per illiud digiti possunt immitti. Legionensis (Legionen.) describit quoddam pessuli genus apud Arabes nunc visitatum, ad cuius similitudinem putat fuisse forsitan pessulum, de quo hoc loco sit sermo: Quidquid tamen hac de re sit; videri hæc possunt apud ipsum. Denique ex voce, qua vsi sunt Sept. vertentes ἀπὸ τῆς ὀπῆς, ὀπὴ enim tametsi & generaliter aliquando significet quodcumque foramen: frequentius tamen vsurpatur pro fenestra; atque adeo bene S. Ambr. haud (Ambr. li. 3. de virginib.) foramen hic legit, sed prospectum, colligere fas est, foraminis vocabulo significatam fenestellam illam, quæ in valuis domorum fieri aliquando solet vel ad prospiciendum, vel vt per eam immissa manu pessulum reseretur, quo vltra seram, ipsum obfirmatum est ostium.

Vẽtris vocabulo qd significetur Supponendum secundo, vocabulo vẽtris haud tam ventrem ipsum externum hoc loco significatum, quàm quæ intra ventrem sunt viscera, atque in primis cor, atque præcordia iuxta frequentissimum sacrarum litterarum vsum hic ab expositoribus omnibus obseruatum: Patet hoc ex voce Hebraica מעי umengai, quam rectè reddidit Symmachus (Symmac.) vertens, τὰ ἐντερά μου *Interiora mea.*

Supponendum tertiò, pro verbo, *Intremuit*, qđ habemus in Vulgata, in Hebræo esse verbum המו hamu, ab המה hamah, quod proprie significat re- A sonare, & fremere cum strepitu, ac tumultuari instar ebullientis vini, aut maris fluctibus perstrepẽtis: eodemq. sensu illud reddidere & septuaginta, vertẽtes ἐθροήθη, *tumultuatus est*, fremuit. Vnde admodum mihi placet coniectura doctissimi Genebrardi (Genebra.), arbitrantis, nostrum Interpretem vertisse haud, *Intremuit*, sed infremuit: Quamquam nec verbum *Intremuit*, alienum ab hoc loco sit, si per tremorem internam conturbationem significatã accipiamus, prout accipiendum declarat idemmet Interpres, dum in cantico Habacuh legit. *a Audiui, & conturbatus est venter meus à voce contremuerunt labia mea*: (a Heb. 3. 16) Tametsi in Hebræo ibi non sit idem verbum המה hamah: quin & verbum istud hamah hoc quoque loco eodẽ sensu accepit Symmachus, dum vertit, τὰ ἐντεράμου ἐταράχθη, *interiora mea conturbata sunt*. B Porro quod secundũ Vulgatam Sponsa dicit, *Venter meus intremuit*, seu, *cõturbatus est ad tactum eius*, clarè per Originalia Hebræ. & Græc. Sept. declaratur: pro eo enim quod dicitur, *Ad tactum eius*, in textu Hebraico est עליו ngalau, *super eum*, quomodo verterunt, & Sept. ἐπ' αὐτόν, quapropter tantumdem est, *ad tactum eius*, ac super eum tangentem, scilicet, pessulum; seu, Quando, & cum primum ipse tetigit pessulum, aut seram.

Quid sit autem, quod ait sponsa, *Venter meus*, seu *viscera, & interiora mea intremuerunt*, seu *infremuerunt*, aut *conturbata sunt super eum tangentem pessulum*; Ex duobus Ieremię locis est colligendũ, in quibus cum sint & idem nomen, & idem verbum, quibus hic vsa est sponsa, apertior tamen ipsa hæc explicata reperitur phrasis, modusve loquendi; C siquidem in c. 4. vbi Vulgata legit; *b Vẽtrem meum; ventrem meum doleo, sensus cordis mei conturbati sunt*; (b Ier. 4. 19) in hebręo habetur *Viscera mea, Viscera mea* (idem nomen, quod hic) *doleo, parietes cordis mei* (idest præcordia, quæ sunt tamquam parietes cordis, quia sunt ferè cordi coniuncta, subaudi, doleo) המה homeh, (idem verbum, quod hic) infremuit, tumultuatum, seu conturbatum est mihi cor meum. Primum autem ex hoc loco, quod colligitur est, idem esse viscera, interiora, atque etiam præcordia ipsa, ac cor: & nomine vẽtris aut viscerum, & præcordiorum ipsum significari cor. Tum colligitur quoque, tumultuationẽ, seu D conturbationem cordis ipsum esse intrinsecus cõceptum dolorem, seu, illam vniuersam cordis, & animi conturbationem ex intimo dolore prouenire. Ex altero verò loco item Ieremiæ 31. vbi ad verbum tota hæc sponsæ phrasis, prout patet ex Hebræo, vsurpata a Domino reperitur in hunc modum. *c Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum; miserans miserebor eius, ait Dominus*: (c Ier. 31. 20) colligere fas est, eamdem viscerũ, seu cordis, aut animi conturbationem ex affectu prouenire miserationis. Denique ex versione Theodotionis, qua (vt refert Theodoritus) (Theod.) sic spõsæ verba reddita sunt ex Hebræo, *Venter meus calefactus est*, colligi potest & tertius affectus, isque pręcipuus, ac causa duorum prædictorum, ipsa ventris, aut cordis, & animi cõ E turbatione designatus, affectus amoris, flagrantisve charitatis. Ex triplici verò affectu, per istiusmodi conturbationem designato, triplicem deducere possumus sensum verborum sponsæ.

I. SENSVS.

Primum; *Dilectus meus*, audita tergiuersatione mea, *manum misit suam per foramen* ostii, vt reserato pessulo ingrederetur ad me. Dolui sanè mecum ipsa, animusve meus præ dolore conturbatus est in me, cum illius aduerti patientiam, qua repulsus haud quaquam est indignatus, sed perstitit; dolui pro-

LITTERA. profecto de mea in illũ ingratitudine, meaq; morositate, cum primum tangentem pessulum sensi.

II. SENSVS. Secundum. *Dilectus meus* videns meam & pigritiã,& morositatem, *Misit* tandem *manum suã per foramen* ostij, enitens amouere pessulũ. Vt primũ eius percepi conatum circa ostij reseratione͂, ingenti (fateor) in illũ cõmota sum miseratione, quod tamdiu (me miseram) sub dio illũ reliquerim ad ros, atq. ad frigidissimas noctiũ guttas, adeove immorigerate cũ illo egerim, haud illico ei apperie͂s.

III. SENSVS. Tertium: *Dilectus meus* ob inanes excusationes meas indignatus minime est; quinimo vehementiorem mihi exhibens suã in me charitate͂, immissa manu *per foramen* ostij, pessulũ conatus est reserare, vt me adiret: Certè percipiens, illũ hoc pacto pessulum tangere, ob igne͂ suæ in me charitatis, intima quoque mea incaluerunt præcordia, suscitata nimirũ in me mutuę erga ipsũ flãma charitatis.

Circa lectionum varietatem, præter ea, quæ fusius explicata iam sunt, vnum tantum superest animaduertendum, mendose in aliquibus codicibus Hebraicis pro עליו ngalau super eũ, legi, עלי ngalai, super me notant ipsimet Hebræorũ Doctores, & patet ex versione Septuaginta Interpretum.

Vers. IV. Dilectus meus misit manum suã per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

PRosequitur Ecclesia pristinum suum enarrare statũ, quo ĩ Israelitico populo fores quodãmodo Deo clauserat vnico, veroq; dilecto suo ad veneratione͂ falsorũ Deorũ cõuersa, postquã varias, insignesq. diuinæ benignitatis rationes exposuit, quibus vocata, pulsatave fuerat ab ipsomet dilecto suo, vt sibi iam aperiret per conuersione͂. postquam & ipsa suas explicauit tergiuersationes obstinatissimas (vt visum est in principio secundæ expos. præcedentis sententiæ) nouam iam enarrare aggreditur rõnem, qua tande͂ impulit eã dilectus, vt surge͂s aperiret, relictaq. idololatria, ad ipsũ rediret, eiusve admitteret cultũ. Rõne͂ aũt istã haud in verbis, sed in facto nitente͂ refert, nimirũ in flagellis, qb. per forame͂ intellectus illius populi manũ misit iustitiæ suæ, tetigitq. repagula obstinationis eius, sicve, vexatione dãte intellectum, effecit, vt ingratitudinem suam agnoscens, ad tactũ flagellorum ipsius & de ingratitudine ipsa, & de scelere idololatriæ gemitibus, magnoque pœnitentiæ dolore commotus sit.

Iudaicum populũ flagellis aliquãdo Deus ad se cõuerterit ab idololatria.

a Iud. 2. 11

Ex duobus locis sacræ Scripturæ veritatem istorum omnium colligere fas est, ex cap. 2. lib. Iudicum, vbi hæc habentur verba. *a Fecerunt filii Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim, ac dimiserunt Deum Patrũ suorum, qui eduxerat eos de terra Aegypti, & secuti sunt Deos alienos, Deosque populorum, qui habitabant in circuitu eorum & adorauerunt eos; & ad iracundiam concitauerũt Dominum, dimittentes eũ, & seruientes Baal, & Astharot; Iratusq; Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus, qui habitabant per gyrũ; nec potuerunt resistere aduersarijs suis, sed quocunq; pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis, & vehementer afflicti sunt.* Porro, quod, tangente manu hac iustitiæ Dei pessulũ obstinationis eius, populum illum ingenti dolore sæpius cõmotum, sceleris sui pœnituerit, ea, quæ paulo post subiecta sunt, verba declarant: *Cũ Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorũ gemitus*; eos scilicet, quibus clamabant ad Dominum, iuxta illud Psalmi: *b Clamauerunt ad Dominũ, cum tribularentur; & de necessitatibus eorum liberauit eos*: Id quod ex altero loco libri primi Regũ manifestius deducitur, c vbi, tangente manu Domini, & flagellãte eumdem populũ per Philistæos, congregatoque vniuerso populo illo ante Samuel in Cariath-iarim, Samueli obtemperantes, qui tale eis dederat consilium: *Auferte Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astharot, & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli*: congregati in Masphath, in signum doloris interni hauserunt aquam, & effuderunt in conspectu Domini.

DE ECCLESIA.

b Ps. 116. 13

c 1. Re. 7. 3

Quia verò (vt in præcedentibus iam visum est) nedum pristinũ in antiquo illo populo, verum e͂t pręsentem in populo Christiano statũ suum Ecclesia ipsa in tota hac exponit enarratione, cũ in superiori sententia suas enarrasset tergiuersationes, quibus in iis, qui in se sunt, contemplatiuis simplicioribus, nimiumq. semetipsos amantibus vitam actiuã refugere conata est, & procurationem salutis proximi, ad quam à Christo dilecto suo fuerat promota; Sequitur modo explicare, qua ratione dilectus ipse eas diluere obnixus sit excusationes in duplici fundatas errore. Enimuero, cũ simpliciores illi contemplatiuorũ existimantium, fieri non posse, vt quis in mundo conuersetur absq; tunica veteris hominis, & vitiis iis, quib. tunicã illam contextam ostendit Apostolus in epist. ad Colossen. d & absque inquinamento affectuũ, potentiarũve pedum spiritualium; propterea aperire ei peccatorum corda tenuerint, quod ob pręditcta metuerent, actiuã aggredi vitã, vim omnipotentiæ suæ Christũ illis ostendisse, inquit, qua errores illos, quasi manu pessulũ, reserare studuit, patefaciens nimirũ eis, quòd qui ipsos reuocauit, potens quoq; sit, & per alios id efficere, & per semetipsũ, manuq; ipsa potẽtię suę eos ab oĩ seruaturus sit vitio, ab oĩ iquinamẽto. Põt aũt id, q̃ hac sñia significat, istiusmodi explicari exẽplo. Demus Principe͂ alique͂, tumultuãte populo, magnave cõmota cõtentione in foro, quempiã sibi fidũ aduocare, eique mandare, vt quantocius in forũ accurrens, tumultũ contentionemve illam sedet; excusanti verò se viro illi, eoq. tendere refugienti præ metu sibi, vitæq. suæ imminentis periculi; Principem potentiã suam ipsam aperire, qua vel per se ipsum sua duntaxat præsentia, vel per alios cõplures perficere id valuisset, elegisse nihilominus eũ, vt ex mandato munere illo ei patefaceret, quantũ in ipso haberet fiduciæ, quanto ipsum prosequeretur amore, & quantum optaret ipsum prouehere: atque adeo nunquã permissurum, vt vel minimũ subiret vitæ discrimen. Profecto, his perceptis, totus vir ille commoueretur, illius expauescens indignationem, suam ipsius erubescens ingratitudinem, tantave in Principem illũ exardesceret dilectione, vt assurgens illico, quò eius expleret mandata. nulli iã parceret labori, nullum paueret periculũ. Tale quid sibi, seu potius quibusdã contemplatiuis suis contigisse, ait Ecclesia: propterea .n. mittente dilecto manum suã per foramen, ventrem suum dicit intremuisse, ipsisve in pręcordiis contemplatiuos ad tactum manus omnipotentis Dei & verecundia, & amore erga illum cõmotos, prout, & Ieremiæ e contigisse, legimus, qui, cum prædicationis onus, ad quod destinatus à Deo fuerat,

Omnipotẽtiã Dei considerãs nullũ expauescit aggredi opus, ad qđ ab ipso vocatus sit Deo.

d Col. 3. 8

Simile.

e Iere. 1. 9.

DE ANIMA

rat, excuſatione puerilis ætatis, & imperiti ſermonis effugere conatus eſſet, ad diuinæ manus tactum toto corde pre dilectione ſe tangentis Dei cõmotus, difficillimum onus illud aggreſſus eſt neutiquam ſibi, vitæque ſuæ parcens. Quod ergo ſecũdum ſenſum iſtum dicitur, tale eſt. A

PARAPHRASIS

Dilectus meus, friuolis pceptis excuſationib. quibus ſurgere in contẽplatiuis renuerã è quieto cõtemplationis ſtrato, ac per procurationem ſalutis proximi peccatorum ei aperire corda, *per foramẽ* tandem intellectus, capere cognitionem, per quã ſcientiæ clauis immittitur in intellectum ipſum, *manum miſit* potentiæ ſuæ, qua firmata ſunt vniuerſa, peſſulũ amouere nitens nimiæ ſimplicitatis & omnis erroris, ſuam mihi conteſtatam faciens omnipotentiam, qua ab omni me præſeruare poteſt periculo, ab omni & ſorde. Ad huiuſcemodi verò manus illius miſſionem, eadẽ ve manu eius tangente peſſulum inanium, quibus detinebar, errorum, conturbata illico ſum præ verecundia, præque exardeſcente in illum dilectione commota ſum tota. B

Congruit huic ſenſui peroptime id, quod iuxta Vulgatam dicitur; *Et venter meus intremuit ad tactum eius*: nã tametſi ad prædictũ ſponſi tactum & vniuerſa Eccleſia conturbata ſit præ verecundia, præq. dilectione, vt dictũ eſt; ii tamen, qui vẽtris locum in ea obtinent, tum quia demanſos ſacrarum litterarũ intra ſe continent cibos; tũ quia potentiam generatiuã, quæ in ventre ſita eſt, in ſe habent, ita vt per illos eccleſia ipſa filios gignere ſuo ſoleat dilecto: ii (inquam) intremiſcunt, metuentes, ne pœnas ſuæ dẽnt ſterilitatis, eo ſanè modo, quo & pœnas is dedit in Euangelio, *a* qui acceptũ talẽtum otioſe, & abſque fœnore ſeruauit. C

a Matt. 25. 25.

Verſ. IV. Dilectus meus miſit manum ſuã per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima iuſti.

SIcut numquã grauius peccatorẽ caſtigat Deus in præſenti vita, nec grauiorib. vnquam eum vrgeat flagellis, quã cũ illũ minime flagellat, prout ipſemet terribilib. apud Oſeam cõminatus eſt vocibus iis: *b Non viſitabo ſuper filias veſtras, cũ fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras, cũ adulteratæ fuerint; quoniam ipſi cum meretricib. conuerſabantur, & cum effœminatis*: & addens: *Et populus nõ intelligens vapulabit*; Ita è conuerſo nũquã maiora in eoſdẽ peccatores exhibet amoris indicia, quã cum manu ipſa ſua illos in præſenti flagellat vita, iuxta illud: *c Quem diligit Deus, caſtigat: flagellat autẽ omnem filium, quem recipit*; flagellis, namq; angustiis, & tribulationib. quas in illos immittit ſuã eis patefacit præſentiã, ſiue præſentẽ ſe exhibet, vt doctorem, ac præceptorem, qui ipſos ad rectũ reducat iter: vnde apud Iſaiam legimus: *d Et dabit vobis Dominus panem arctũ, & aquam breuẽ* (anguſtias nimirũ, & tribulationes) *& non faciet auolare à te vltra doctorem tuũ, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuũ*. Horum omniũ fidam ſe teſtẽ præſtat pia illa anima, quæ ſponſa eſt magni Dei: enarrans quippe conuerſionem ſuã, modumve, quo a Deo conuerſa iam fuit, poſtquã varias expoſuit rationes vocationũ, inſpirationum, beneficiorũ, quibus fruſtra excitata ab ipſo fuerat, vt à peccato ſurgeret, eiq; aperiret per conuerſionẽ; poſtquã & ſuam quoq; obduratam expoſuit reſi- D E

Peccator grauius à Deo caſtigatur in hac vita per id ipſũ, quòd non flagellatur.

b Oſe. 4. 14

c Heb. 12. 6

d Iſ. 30. 20

Michaelis Ghiſlerii.

ſtentiam, qua rõnibus iis omnib. obſtitit, deueniſſe tandẽ illum, inquit, ad potentiſſimũ flagellorũ medium, quo & ad pœnitentiã peccatorum, & ad illius flexa eſt charitatẽ. Ait quippe, *Dilectus meus miſit manum ſuã per foramen*, &c. perſiſtẽs in illa ipſa metaphora oſtii clauſi, q̃ cœptã retulit a ſponſo pulsãte, atq. clamãte, *Aperi mihi ſoror mea*, &c.

DE ANIMA

Vt aũt tota huius metaphoræ, huiuſve ſuiç vis percipiatur (vim. n. peculiarem ſingula habẽt verba) ſuppoſito eo, quod in ſacris litteris eſt frequẽtiſſimum, & apud ſacrarũ litterarum peritos eſt vulgatiſſimum, Dei flagella ſub manus eiuſdem Dei metaphora deſignari: quia manu nos & minitari, & flagellare ſolemus, quod vel ex vno pſalmi loco probare ſat ſit, in quo iſta ad Deum habẽtur verba: *e Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt*.

e Pſ. 20. 9.

Notandum primo, S. Hieronymus lib. 5. comment. ſuper Ezech. in explicatione eorum verborũ capitis 16. *f Ecce ego extendã manũ meã ſuper te*, iſtud dicere eſſe diſcriminis in ſcriptura ſacra inter extenſionẽ, & miſſionem manus diuinæ: q extenſione ſignificantur flagella ad vindictã prout colligere fas nobis eſt ex iis Iſaiæ verbis: *g Abiecerunt legẽ Domini exercituum, & eloquium Sancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum, & conturbati ſunt montes, & facti ſunt morticina eorum quaſi ſtercus in medio platearum. In his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta*. Miſſione verò eadẽ ſignificantur flagella inflicta non tam ad vindictam, quam ad probationem, vt colligitur ex eo, quod legimus in lib. Iob: *h Mitte manum tuã, & tange omnia, quæ habet*. Quamuis diſcrimen iſtud a B. Hieronymo aſſignatũ haud omnino ſolidum eſſe conuincatur ex vno eodemq; capite libri Iob, vbi vnus idemq; Satan ſolicitans Deum, vt iuſtũ Iob permiſſis tentaret flagellis, primum manus extenſionem, tum & miſſionẽ pariter petiit. Primũ ſiquidẽ dixit: *i Extende paululũ manũ tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet*: Altera vero vice dixit: *K Mitte manũ tuam, & tange os eius, & carnem, &c.* iuxta verſionem ipſiuſmet Hieronymi; facit tñ ad propoſitum, & intellectum eius, quod hoc loco ait ſponſa: *Dilectus meus miſit manum ſuã*, id, quod de manus Dei miſſione inquit, dũmodo probationis vocabulũ eo ſenſu accipiamus, quo per ignẽ à ſcoria probari dr argentum, quove ii, qui prædeſtinati ſunt ad ſalutẽ, per flagella, tentationes, & tribulationes à ſcoria probãtur peccatorũ, de qua Danieli prænuntiatũ legimus; *l Eligentur, & dealbabuntur multi*, & Dñs apud Ieremiam: *m Ecce ego conflabo, & probabo eos*, de peccatorib. loquẽs. Eſt. n. alia probatio itẽ per flagella, & tribulationes, de qua Angelus ad Tobiã dixit: *n Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te*: quæve cum de iuſtis a Deo fiat, haudquaquã ad purgationẽ fit præexiſtentis delicti, quod in iuſto minime eſſe ſupponitur, dũ iuſtus eſt, & Deo acceptus, iuxta illud Dauid: *o Probaſti cor meũ, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas*: Sed fit vel ad occaſionem maioris meriti, prout colligitur ex epiſtola Iacobi, dicentis: *p Omne gaudium exiſtimate fratres chariſſimi, cum in tentationes varias incideritis, ſcientes, quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habeat*; Vel ad oſtenſionem eius, quæ iniuſto ipſo latens ineſt, virtutis, iuxta illud Petri; *q In quo* (ſcilicet Ieſu) *exultabitis, modicum nunc ſi*

Herony.

f Ezech. 16. 27.

Manus Dei, extenſio, eiuſdemque immiſſio quo modo inter ſe differat.

g Iſa. 5. 24

h Iob 1. 11

i Iob 1. 11

k Iob 2. 5.

Probat Deus alios per flagella duplici genere probationis.

l Dan. 12. 10

m Ier. 9. 7

Iuſti cur flagella à Deo probentur.

n Tob. 12. 13

o Pſ. 16. 3.

p Iaco. 1. 2

q 1. Pe. 1. 6

DE ANIMA.

oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi. Vel denique ad augmentum præmii, vt ex iis deducitur Pauli verbis, *a Gloriamur in tribulationibus, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio verò spem; spes autem non confundit*, Exinde quippe per istiusmodi probationem augeri dicitur spes, quæ non confundit, quia per illam cœlestis gloriæ augetur præmium, quod certò speratur. Cum igitur ait sponsa, *Dilectus meus misit manum suam*, loquens de probatione, quam eius, dũ in peccato adhuc persistebat, fecit benignissimus Deus per flagellorum missionem, de primo loquitur probationis genere, quod ingentem præsefert Dei in ipsam charitatem, propter quam, cum ad vltionem manum ipsam suam extendere ei potuisset, prout peccatoribus aliis compluribus, tãquã filiæ ad probationem, delictorumque ipsius purgationem manum eamdem flagellorum mittere dignatus est, pro filiis quoque Israel ab eodẽ Domino factum dicitur in libro Sapientiæ, quando super impios Aegyptios extendit manum suã, eos vlciscens: *b Cum enim tentati sunt, & quidem cũ misericordia disciplinam accipientes, scierunt, quẽad modum, cum ira iudicati impii, tormenta paterentur. Hos quidem tamquam pater monẽs probasti; illos autem tamquam durus Rex interrogans condemnasti.*

a Rom. 5. 3

b Sap. 11. 10.

Peccator in hac vita haud tota Dei manu sed exigua eius parte, & modicũ flagellatur.

Confirmantur hæc per id, quod non dixit simpliciter, *Dilectus meus misit manum suam*; at adiecit, *per foramen*; per hoc quippe significat, haud tota manu fuisse tum à Deo flagellatam, sed modicũ duntaxat; neque in furore castigatam, quem maxime timebat Dauid, post quam peccauit, cum diceret; *c Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me; Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam*: At cum benignitate, & misericordia iuxta illud, quod & Dauid quoque cognouit, aliasve istis cõtestatus est verbis: *d Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius*: idest, quoniam flagella (vt bene exponit Basili.) proueniunt ex iusto iudicio eius, ex indignatione quam in illo peccator suis prouocat peccatis: in voluntate tamen eius, etiam dũ ex indignatione eos flagellat, quos p pænitentiam probare vult, est vita, quatenus ira flagellisve ipsis vitam eorum vult, ad iustificationem eos adducere satagens: vnde & subdit: *Ad vesperum*, in nocte scilicet tribulationum, ac flagellorum, *demorabitur fletus*, in peccatoribus scilicet, *& ad matutinũ*, cõuersionis, & iustificationis, *lætitia*, in eisdem scilicet demorabitur, prout expressius Deus ipse protestatus eidẽ est Dauid, loquens de filio illius Salomone; *e Ego ero ei in patrem, & ipse mihi erit in filium: Quod si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum; misericordiam autem meam non auferam ab eo.* Quo loco notant Hebræorum Doctores, Deum significare, se flagellaturum quidem filium delinquentem, at flagellis tenuibus, qualib. flagellari solent ii, qui infirmi sunt, atque debiles seu illi, qui fragiles se quoque norunt, atque terrestres. Pro vocabulis enim *virorum*, & *filiorũ hominum* in Hebræo sunt duæ voces, infirmitatem, fragilitatem, atque miseriam designantes אנשים anascim à verbo אנש anasc, quod infirmitatẽ, fragilitatemve notat: & filii אדם Adam. A terra autẽ nomen illud אדם Adam deriuatum, nemo est, qui nesciat. *Misit ergo dilectus manum suam per foramen*, quando post speciales inspirationes, & vocationes, postque specialia alia beneficia Deus pro illa met, q̃ ipsi innata est, benignitate & flagella quoque adhibuit, vt piam conuerteret animam in peccati strato iacẽtem. Quin etiam semper, qñ in hac vita flagellat quempiam, per foramen manum suã mittere dicendus est: tota quippe manu in alia vita flagellat, & flagella, quæ immittit ĩ vita ista, respectu flagellorum futuri sæculi adeo exigua sũt vt haud simpliciter flagella, sed quasi flagella debeant appellari, prout ab aliquibus notatum fuit super illud Ioannis: *f Et cum fecisset Iesus quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de templo.* Atque adeo cum in futuris flagellis illis, quibus plaga pessima castigantur iniqui, effundere quasi tota manu dicatur super illos indignationem, prout ipsemet Dominus locutus est apud Ieremiam dicens: *g Effundam super eos malum suum*, i. quod sibimetipsis commeruerunt, *& dices ad eos verbum istud; Deducant oculi mei lacrymam per noctem, & diem, & non taceant; quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer.* Et apud Oseam, *h Super eos effundam quasi aquam irã meam*; non quasi mel, aut oleum, quorum post effusionem multum reliqui esse solet in manu, aut vase, sed quasi aquã, quæ tota ex effusa manu decurrat. In flagellis vitæ præsentis stillare quasi è parte duntaxat manus suæ dicitur, ita vt flagella ipsa quantumcumque grauia, vel instar manus stillantis, vel instar stillæ, aut guttæ censenda sint ob tenuitatem. Hinc namque crediderim factum, vt apud Sanctos Prophetas hoc verbum, stillare, tam crebro reperiatur vsurpatum, cum vel minas intẽtarent huiusmodi flagellorũ, vt patet ex vno Michææ loco vbi ait: *i Vtinam non essem vir habens spiritum & mẽdacium potius loquerer; stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem, & erit super quem stillatur populus iste;* Vel ipsa indicarent flagella, vt apud Danielem: *k Stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in lib. Moysi serui Dei, quia peccauimus ei.*

DE ANIMA

f Io. 2. 15.

g Ier. 14. 16

h Oseę 5. 10.

Stillandi verbo cur vtatur prophetæ loquẽtes de flagellis Dei.

i Micha. 2. 11.

k Dan. 9. 11

Considerantes simpliciter verba ista, *Dilectus meus misit manum suã per foramen*, hoc sensu; quẽ huc vsque prosecuti sumus, missio ista diuinæ manus per foramẽ, præter ea, quæ dicta sunt de significatione exiguitatis, & tenuitatis flagellorũ præsentis vitæ in cõparatione eorum, quæ idẽmet Deus in futuro inferet seculo, duo insuper alia sponsa indicat haud contẽnenda. Primũ, in flagellis ipsis immittendis ad peccatores, vt per ea cõuertantur, benignissimũ Deũ se gerere, instar aucupis illius, qui cum velit captam auẽ impedire, ne fugiat, in aperto vel retis, vel caueæ foramine manũ ponit, aut ẽt manum ipsam suã per foramen illud immittit, tenetque auem eã. Eadẽ quippe ratione illas, quas per electionem, ac prædestinationẽ iã cepit animas, videns, aliquando à se auolare, intra rete tamen, & caueam, intra Ecclesiam perseuerantes in fide catholica; volensq. impedire, ne eæ, quæ peccatis à se elongantur, per hæresim aliquã, & infidelitatem (quod sæpius euenire solet) omnino à se diffugiant, extra Ecclesiam auolantes, mittit manum flagellorum suorũ per foramen sensuũ ipsarũ, per quod fugã ipsam capiunt, tribulationib. illos afficiens sensus, per quos potissimũ ab ipso declinare eæ solent: auferens ciborũ gustũ per illatã nauseã mollitiẽ tactus, crudelib. fœtidisve eam percutiẽs vlceribus, talesve in propinquos, vel in substantias immittens castigationes, quibus earũ & auditus flagelletur, & visus, prout prænunciatum Heli Sacerdoti per puerũ Samuelẽ legimus his verbis; *l Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum,*

In iis flagellare Deus solet peccatores, ne ab Ecclesia fugiãt, per quæ ipsum offendunt.

Simile.

l 1. Reg. 2. 32.

&

DE ANIMA.

& brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua: Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel, & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem venerit.

Simile. *Per flagella Deus venatur, & capit peccatores.*

Vel secundò, se gerere instar venatoris illius, qui, cum feram inuenit, in locum quempiam, in quo ex vna parte ingens sit præcipitium, illam deducere satagit: tum rete in ea collocat parte, e qua fugam captare posset; sicq; facillime eã apprehendit, ipsamet in eius manus sese dedente, vt præcipitium illud euadat: In eumdẽ quippe modum peccatricem animam peroptatam sibi feram in silua mundi huius errantem repertens Deus, eò illam deducit, vbi ex vna parte illi sit præcipitium inferni, atroxve conscientiæ vermis, quæ prius minime aduertebat, singularique prouidentia in parte altera deliciarum, è qua fugere consueuit ne ab ipso caperetur, rete collocat tribulationũ, suam ve flagellorum manum, quò illa in se reuersa, aduertensque præcipitium ex vna parte sibi imminens sempiternum, & è parte altera delicijs, ac voluptatibus sæculi huius se orbatam, intremiscens ad suum conuertatur dilectum, prout ex persona cuiuspiam talis animę in lamẽtationib. Ieremiæ reperimus cõtestatum his verbis, b *Expãdit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum:* Quæ sic exponit Hieronymus, Expandit rete tribulationum, & sic me captiuum factum conuertit à peccato.

b Ier. 1. 13

Hierony.

Verum, tametsi haud incongrue hæc colligantur ex prædictis verbis. *Dilectus meus misit manũ suam per foramen,* simpliciter sumptis, quia tamen in prima litteræ expositione id pro certo est suppositũ, quod dilectus miserit manum suam per foramen ostij, vt immissa manu, aut digitis feram, vel pessulum reseraret, quo ostium ipsũ obfirmabatur occlusum, dicendum, per hoc significari, in conuersione huius, quæ hic loquitur animæ, eam seruasse Deũ rationem, quam seruare vt plurimum solet, cũ efficaciter ad conuersionẽ adducit quempiã per ęrumnas, & per flagella: Ea verò est, vt castigans, ærumnisve flagellans, super illa manum flagellorũ suorum mittat, quibus veluti sera, ac pessulo obfirmatũ seruatur, q' iam cõclusum sibi est cor peccatoris, iis eũ priuans, per quę magis peccat: sic illum, qui per nimiũ in filios amorem, ipsum offendere perseuerat, in filiis ipsis castigat, filiis eum orbans, vt patuit factũ cũ Heli Sacerdote: c Mulieres, quæ inani pulchritudinis specie, & meretricijs peccant ornamẽtis, in formæ flagellat deturpatione, & in ablatione eorũdem ornamentorũ suorum, prout longius prosequitur Isaias in fine capitis 3. d Opulentos, qui collatis abutentes frugũ, aliarũve diuitiarũ donis, in carnis illecebras, vel in auaritiã ea conuertunt in largitoris offensam, priuatione flagellat eorumdẽ, vt e apud Ezechielem Deus ipse est cõtestatus, vbi, postquã scelera enarrauit Iudæorũ, à quibus offendebatur donis, quæ liberaliter illis elargitus fuerat, dicens: f *Tulisti vasa decoris tui* (loquitur ad Ierusalẽ) *de auro meo, atque argento meo, quod dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis, & sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas, & oleum meum, & thymiama meum posuisti corã eis, & panem meũ, quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in cõspectu eorũ in odorem suauitatis:* ea tãdem subijciens flagella, quib. obstinationẽ,

Peccatorẽ Deus cũ conuertit plerũq; illum in ijs flagellans, ijsue eũ priuans, p quæ peccare est solitus.

c 1. Reg 3. 11.

d Isa. 3. 16

e Eze. 16. 26

f Eze. 16. 17

DE ANIMA

& auersionẽ istiusmodi ab eis ablaturus erat, ait: *Ecce ego extendam manum super te:* declaransque, quo extensurus erat manum flagellorũ suorũ super eos, addit: g *Et auferã tibi iustificationem tuã* (vel vt alii habent codices item Vulgatę) ius tuũ; illud nimirum ius omne, quod ad prædicta dona mea habes, seu portionẽ, quæ tibi ex iis contigerat, quã vulgo diceremus *la parte*, quã tibi ex illis assignatã partem vberrimam, vt ex Hebraica voce חקך chukech colligitur. Licèt.n. dictio חק chok multas habeat significationes, vt in diuersis sacrarum litterarũ locis aduertere est; cõgruere tñ illi in præcitata Dei cõminatione prædictam significationem, vnacũ R. Dauid cõplures asserũt doctissimi viri: Nec ab hac eius significatione dissrepantem existimo versionem Sept. quæ habet, auferam *νόμιμά σου* quippe à verbo *νέμω* distribuere, diuidere, tribuere, deductum distributionem significat consuetã, legitimãve portionem, quam partem vulgo nuncupamus, sicve intelligendi hoc loco sunt Sept. dum apud latinos Patres citati sic reperiũtur, *Auferam legitima tua.* Eo planè sensu, quo clariùs idemmet Deus apud Oseam, explicatis iisdẽ sceleribus Iudaici populi & animæ peccatricis, addit; h *Et hac nesciuit, quia ego dedi ei frumentũ, & vinũ, oleum, & argentũ multiplicaui ei, quæ fecerunt Baal; Idcirco conuertar & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meã, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius:* Quibus in verbis duo notanda sunt. Primum, per id, quod addit, & repetit, *in tempore suo,* indicari, eũ esse Dei morẽ in huiusmodi flagellis inferendis contra eos, qui nominatarũ rerum abutũtur donis, prout aduertit & B. Hieronymus, vt ad grauiorẽ pęnam tunc ferè iam obtentas auferat fruges; qñ in tempore messis, atq; vindemiæ vberiorem præ se ferebant copiã: nam hoc pacto illos affligit magis; tum quia conceptas iam eorũ spes irritat vniuersas, inanesq; eorumdẽ ad nihilum redigit cogitata, quibus in prauos vsus colligendorum copiam distribuere, ac dissipare ibi decreuerant: tũ quia si in tempore areæ, & torcularis, qñ sterilitatem præteritam nouis frugib. terræ fecundat, omnium rerum penuria est, multò sanè maior consecutura promittitur penuria pro reliquo anni tempore, quo vetera conseruantur. Deinde & id quoq; notandum, per hoc, quod dicit Deus, *Et liberabo lanam meam, & linum meũ,* &c. designari, opes ipsas quasi inuitas detineri apud ingratos, & peccatores, vtpotè quæ vellent, si per Deum sibi liceret, se transferre ad iustos, pro quibus conditus est vniuersus, quosve Dominos suos veros esse perciperẽt, si sensu præditæ essent, & cognitione. Possent hæc non incongrue confirmari ex alio loco Apostoli in epist. ad Romanos, tametsi secundum litteram alius sit eius loci sensus; ex iis inquam Pauli verbis: i *Vanitati creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei; Scimus n. quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc:* Si vanitatis vocabulo vel peccatores ipsos designatos accipiamus, iuxta illud psalmi: k *Verumtamen vniuersa vanitas oĩs homo viuẽs.* Et illud, l *Homo vanitati similis factus est;* vel vana eorumdẽ peccatorũ cogitata, vanasve electiones, iuxta illud ecclesiastes: m *Vidi cuncta, q̃ fiunt sub sole; & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus,* vbi p afflictione spiritus Sept. habent, *electionẽ spiritus, προαίρεσιν πνεύματος* eã nimirum

g Ezech. 16. 17.

h Ose. 2. 8.

Ad grauiorem pęnam Deus tunc peccatores flagellat frugũ penuria, quando maiores eorum conceperãt spes.

Diuitiæ quasi inuitæ detinentur apud ingratos, & peccatores, vellent se transferre ad iustos.

i Ro. 8. 20.

k Ps. 38. 6.

l Ps. 143. 4.

m Ecc. 1. 14

DE ANIMA.

electionem, quam nos Italicè diceremus capricci: Quos certè & afflictionem spirituum, & vanitatem in peccatoribus esse, nemo est, qui nesciat: vt sensus Apostolicorum verborum sit, Creaturā, fruges nimirum, pecudum armenta, aurum, argentū, aliasve opes, cum apud ingratos, & peccatores detinentur, esse quidem illis, & vanis eorum lectionibus subiecta, at haud sponte sed propter Deū, cuius dispositione illis quidem sic fuit subiecta, vt liberanda ab eis, eorumve electionib. forent aliquādo. Scimus quippe, quòd prædicta omnis creatura ingemiscit, & parturit, & dolet quasi doloribus partus (loquitur per prosopopœiam) id est si sensum haberet, ingemisceret, & vehemēter doleret vsq. adhuc, tamdiu videlicet, quamdiu ab illis liberabitur: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute ea corruptionis, atq. peccati in libertatē gloriæ filiorum Dei: quando nimirum veluti libera gloriæ, & decori inseruiet iustorum, & eorum qui Dei facti sunt filii, à peccati tyrannide erepti. Quod si creatura ingemiscit, & dolet, dum vanitati non volens subiecta est, consequenter dicendū, eamdem exultare, cum à manu Domini peccatores flagellante, liberatur ab illorum seruitute, cūve libera in liberos transit iustos.

Sic igitur secum ab dilecto suo factum, refert sponsa, quando tribulationibus, & flagellis excitata est ad conuersionem, manum nimirum flagellorum missam à Deo super prædictam creaturam, à qua veluti pessulo obfirmabatur illi conclusa. At valde notandum, quòd, postquam dixit, *Dilectus meus misit manum suam per foramen*, adiecit, *Et venter meus intremuit ad tactum eius*: quasi manu ipsa, qua pessulū reserabatur, venter, id est, cor animusve suus simul fuerit tactus: Quod sane ita verum est, vt haud opus sit, probetur aliunde, quàm ex quotidiana experientia, qua singuli eorum, qui plus æquo ad opes affecti sunt, & ad terrena reliqua, cum ea sibi vel à Deo tanguntur, vel ab hominibus, quomodocunque id fiat, tangi sibi sentiunt simul & cor, doloresve frequenter sustinent mortis, quos cordis ipsius tactum consequi nouimus. Nec mirum, cum Christus Dominus dixerit; a *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*. Caute autem pia anima, cui optime hæc probata fuerant, indefinite locuta est, secundum versionem vulgatam dicens, *Ad tactum eius* vt tactus ipse Dei & ad ea, quæ pessuli locum in ipsa obtinebant, & ad ventrem referretur, atque cor ipsius quod rebus illis affixum fuerat.

Diues auarus cū tangitur in diuitiis, tāgitur simul & in corde

a Mat. 6. 21

Tribulationes, & flagella, qb. i hac vita [illegible] bantur prædestinati, debēt dici tactus solū modo manus Dei ob breuē illorū durationem.

Circa hæc, illa ipsa vox tactus perpendenda primo loco est: Tum, quomodo ex eo tactu venter intremuisse dicatur, est explicandum.

Sanè missio manus Domini per foramen, oīsve flagellatio, qua Deus in hac vita castigat, aut tentat, & probat quempiam ex electis, atq; prædestinatis, tactus duntaxat dici dēt, ad differentiā flagellationis illius, qua ab eodem Deo puniuntur præsciti, & reprobi etiam in hac vita, & dānati in sæculo futuro: Super istos quippe flagellans Dei manus, nedum tāgit percutiens, sed & percutiēdo firmatur, coniungens flagella vitæ præsentis cū æternis inferni pœnis: At verò super electos minime firmatur flagellans; sed vel in flagellis ipsis admiscet consolationes, vel statim post flagella prospero aliquo eos consolatur euētu, prout cum S. Iob factū nouimus. Idcirco Eliphaz arguēs illū, quod flagellatus à Deo conturbatus esset, flagellationē eā tactus vocabulo exprimens, dixit: b *Nunc venit super te plaga, & defecisti; tetigit te; & conturbatus es*. Nec satanas ipse alio vocabulo eamdem ausus est

b Iob. 4. 5

A exprimere: propterea prima vice dixit, c *Extende paululum manum tuam, & tāge cuncta, quæ possidet*. Altera verò vice iterum flagellationem eiusdem à Deo efflagitans, d *Mitte*, inquit, *manum tuam, & tange os eius, & carnem*: Expressit vero ad viuū, cur istiusmodi flagellatio electorum dicatur tactus, Sapiens his verbis: e *Tetigit tunc*, idest aliquando; *& iustos tentatio mortis, & cōmotio in eremo facta est multitudinis; sed nō diu permāsit ira tua*: indicans ob temporis breuitatem, atque ob breuem durationem (vt iam dictum est) tactum eā appellari: quam breuem durationē expressit Apostolus, dum istam ipsam flagellationem, f *Momentaneum, & leue* nuncupauit *tribulationis*: Atq; adeo haud mirum, si quæ tactus manus Dei appellatur, eadem grauissima simul sit; stāt enim simul

c Iob. 1. 11
d Iob. 2. 5
e Sap. 18. 20.
f 2 Cor. 4. 17.

B duo ista, breuitas, & grauitas flagelli, ac tribulationis: quia manus ipsa Domini, quæ flagellando tangit, grauissima est, adeo vt B. Iob tactum eius præsentiens, exclamarit aliquando, g *Miseremini mei, miseremini mei, saltē vos amici mei; quia manus Domini tetigit me*. Et Sanctus Dauid apertius istam eiusdem diuinæ manus exponens grauitatē ait; h *Quoniam die, ac nocte grauata est super me manus tua*.

g Iob. 19. 21
h Ps. 31. 4.

Porrò excitata ista Dauid sententia cum iis, quę ab eodem subiiciūtur, colligere facile possumus, quid sit hoc, quod dictum ab spōsa est, *Et venter meus intremuit*, seu, *insonuit*, aut, *tumultuatus est ad tactum eius*. Expendens quippe Augustinus hæc

In cōuersione sua aia primo in se sentit tumultū cogitationū. Secūdò cōpunctionē pro offensa Dei; ac tertio peccata ipsa fuaces de pronuntiat vetocē [illegible].

C Prophetæ verba: i *Quoniam die, ac nocte grauata est super me manus tua, cōuersus sū in ærūna mea, dū configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino*. Ex ipsa, inquit, aggrauatione manus, ex ipsa humiliatione conuersus sum in ærumna mea, factus sum miser, confixa est mihi spina, compuncta est conscientia mea: Quid factum est, dum contigeretur spina? datus est ei sensus doloris, inuenit infirmitatem suā, & ille, qui tacuerat confessionē peccati sui, vt clamando in defensione peccati sui, inueterasceret virtus eius, modo quid fecit, confixa spina? Peccatum meum, cognoui, cognitumque & tibi feci illud per confessionem. Dixi enim in corde meo, cōfitebor, &c. Hæc omnia modicis hisce verbis, *Et*

Augustin. enarrat. 2. in psal. 31.

i Psa. 31. 4

D *venter meus intremuit*, seu, *insonuit ad tactum eius*, scilicet Dei, à se in principio conuersionis suæ probata fuisse, pia narrat anima: *Ad tactū* quippe grauissimæ manus Dei, quam dixit missam per foramen, Deoque ipsam grauissimis ærumnis flagellāte, vt saltem per istiusmodi flagella sibi per conuersionem aperiretur ab ea; *Venter* inquit, *meus intremuit*, idem profecto per hæc significans, quod significauit & Dauid, dicens: *Conuersus sum in ærūna mea, dum configitur spina*. Siquidem peccator, vexatione dante sibi intellectum, primo in corde tumultum cogitationum in se per flagella commotum sentit, in ipsaque ærumna, quam sentit, quodammodo instar tumultuantis, commotique

E maris intra se conuertitur: quod bene expressum est in versione Septuaginta, in qua habetur. *Et venter meus tumultuatus est*. Deinde configitur in eodem corde eius spina doloris, quo conscientia compungitur: quod expressit Vulgatæ textus, *Et venter meus intremuit*. Quamuis enim tremor timorem, pauoremque præseferat; hoc tamen loco zelum illum, atque dolorem eum significat, quo anima compuncta de Dei dolet offensa, eo planè modo, quo in libro Machabæorum de Mathathia dicitur. K *Et vidit Mathathias*

Dolor qualis haberi debeat ab anima pœnitente.

k 1. Mach. 2. 24.

DE ANIMA.

tachias (eum ſcilicet, qui Deum offendebat per idololatriam (*& doluit, & contremuerunt renes eius; & accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, & inſiliens trucidauit eū ſuper aram.* Id quod magis patet ex Lectione Originalium Hebr. & Sept. quæ prò eo, quod in Vulgata legimus, *Ad tactum eius*, habēt, *ſuper eum;* vt viſum eſt in prima expoſitione. Fieri enim pōt, vt quis à Deo flagellatus per flagella ipſa, & per immiſſas ſibi tribulationes ad peccatorum ſuorū excitetur cognitionem, conuerſus in ærumna ipſa ſua; vtve per ęrumnā talē, ac per peccatorum ſuorum cognitionem confixā in ſe ſentiat ingentis doloris ſpinā, atque in ſua cōpungatur conſcientia, venterque eius intremiſcat præ timore, atque dolore ad tactum, & flagellationē Dei, atq. nedum doleat ſuper Deum. i. ſuper peccatum, quatenus Dei offenſa eſt; ſed & intremiſcat, & cōpungatur ſimpliciter ſuper peccatū ipſum, quatenus cauſa extitit illorum flagellorū, quæ ſuſtinere cōpellitur, vel ēt ob metum aliorū flagellorum, quæ in præſenti vita propter illa ſibi imminere contremiſcit. Quo pacto impiū Antiochū *b* poſt innumera ſcelera à Deo tactum, grauiſſimaq; ægritudine flagellatum, legimus intremuiſſe ad Dei tactū, atq; adeo dixiſſe: *Receſſit ſomnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ ſolicitudine: & dixi in corde meo. In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum, qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea? Nunc vero reminiſcor malorū, quæ feci in Ieruſalē, vnde & abſtuli omnia ſpolia aurea, & argentea, quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Iudæam ſine cauſa. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala iſta, & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena.* Attamen dolor iſte nec cuiquā eſt ſalutaris, ſicut nec ipſi Antiocho ſalutaris extitit, vt manifeſtè colligitur ex lib. Machabæorum, vbi dicitur: *c Orabat aūt hic ſceleſtus Dominum* (ad cuius ſcilicet tactum tremebat, atque cōpungebatur) *à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Atque adeo ſponſa, quæ per Dei flagella cōuerſa à peccatis fuit ſalutari dolore intremuiſſe, inquit, ventrē ſuum ad tactum Dei; ita tamen, vt intremuerit ſuper eū, non ſuper tactum ſimpliciter, zelo nimirum eius, qui à ſe offenſus, ipſam tetigit: quo pacto & ſanctū quoque Dauid feciſſe legimus, quando, poſtquam à Nathan Propheta audiens cōminata à Deo ſibi flagella propter peccata, quæ admiſerat adulterii, ac necis Vriæ, in pſalmo, quē tunc deplorans cecinit, hæc habuit ad Dñm verba: *d Quoniā iniquitatē meā ego cognoſco* (en cognitionē peccati) *& peccatum meum contra me eſt ſemper*, (en cōpunctionem.) Vis videre, quomodo venter ipſius intremuerit, ac tumultuatus ſit ſuper Deum? *Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci.* Ac ſi dixerit; Ob hoc duntaxat doleo, quia te meis offendi delictis. Id quod apertius ſignificauit ī paulò ante relato loco pſalmi 31. vbi poſtquam dixit, *e Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina*, ſubiecit illico, *Delictum meum cognitum tibi feci.* Et, *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meā Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei*: indicans, dolorem ipſum ſuum, ex Dei flagellis in ſe ſuſcitatū, fuiſſe ſibi maxime ſalutarem; quandoquidem dolēs, compunctuſve corde, Deum offendiſſe ingemuerit, atque in ipſo dolore interno ſuo ea quib. Deū offenderat, delicta ſua manifeſtaſſe, ſecumque intra cor dolens locutum, dixiſſe; *Confitebor aduerſū me iniuſtitiam meam Domino.* Quod certè & ſpōſa quoq; in ſua hac enarratione factū à ſe refert,

b 1. Mach. 6.8.

c 2. Mach. 9.13.

d Pſ. 50.5.

e Pſ. 31.4.

Voti confeſſionis neceſſitas in compunctione.

Michaelis Ghiſlerii.

DE ANIMA.

A ſi ſequamur lectionē Hebraici textus, quæ habet, *Et viſcera mea inſonuerunt ſuper eum:* Quid eſt. n. *inſonuerunt*, niſi ſonitum ediderunt? Haud vero alium eius præcordia edidere ſonitum, quàm interni ſermonis huius, quem Dauid expreſſit; *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiā meam Domino:* Qui certè præcordiorum ſonitus ſalutarem facit dolorē ipſum, & cōpunctionem illā, quæ ſuper Deum eſt: qm̄ nec contritio ipſa abſque iſtiuſmodi ſonitu, & voto confeſſionis eſſet ſalutaris; cum per illam abſque hoc voto peccata minimè dimittantur, quæ cū eo voto ipſi contritioni adiuncto Deus illico remittit, vt bene notat Auguſtinus ſuper prædicta verba, dicens: Attendite fratres, magna res, Dixi, pronuntiabo: Non dixi, pronuntiaui; & tu remiſiſti: Dixi, pronuntiabo, & tu dimiſiſti; quia eo ipſo: quod dixit, Pronuntiabo, oſtendit, quia nondum pronuntiauerat, ſed corde pronuntiauerat: Hoc ipſum dicere, pronuntiabo, pronuntiare eſt. Ideo & tu remiſiſti impietatē cordis mei. Cōfeſſio vero mea ad os nondū venerat: Dixerat. n. Pronuntiabo aduerſum me: verūtamē Deus audiuit vocē cordis mei: Vox mea nōdum in ore erat, ſed auris Dei iam in corde erat.

Auguſtin. Enarrat. 2 in Pſ. 31.

Ex his fuſius pertractatis breuem hunc eorū, quæ hic dicuntur, colligito ſenſum, vt pia anima ſponſa Dei proſequens enarrare modum, ac ordinem conuerſionis ſuæ, dicat.

PARAPHRASIS.

Dilectus meus animaduertens, quòd nihil mecum proficeret ſanctis, frequentibuſve inſpirationib. ſpecialibus beneficiis, & ſingularib. vocationibus, torporemq; meum intelligens, quo ei abſque vllo pudore obſiſtebā, ad flagella tandē deuenit, quo vel per illa me adduceret, vt per conuerſionē ſibi præcluſa aperirem oſtia cordis mei: In ipſis vero flagellis magna ēt mecū vſus eſt miſericordia: *miſit. n. manū ſuā per foramen*, haud tota me manu flagellans, ſed exigua duntaxat eius parte, modiceq; caſtigans, in iiſve potiſſimū me ſua flagellauit manu, per quæ tanquā per peſſulū obfirmatū obſtinatione peccati detinebatur cor meū. Dumq; ea tangeret per illorū ablationē, ſeu diminutionē, tetigit profectò manu ſua illa grauiſſima ſimul & ipſum quoq; cor meū, quod eis inhærebat infixū, qdq. adeo ad huiuſmodi *eius tactū* tumultū intra ſe cæpit ſentire cogitationū, flagella ſimul atq. peccata obuerſantium: Tū idem ipſum cor *intremuit* cōpunctione, internoq. dolore, ac zelo eius, quem peccatis meis offenderam: ac demum *inſonuit* ſonitum emittens, quem ipſe ſolus perciperet dilectus meus, qui ſcrutatᷣ renes, & corda: ſonitum, quo cōfeſſionis, voto dixi: *Confitebor aduerſum me iniuſtitiā mea Domino:* quo ſonitu dolor ipſe meus factus eſt mihi ſalutaris.

Pſal. 31.6.

ALTER SENSVS.

Si eadem pia aīa in tota hac enarratione nedū priſtinum, ſed & præſentē enarret ſtatum ſuum iuxta duplicē ſenſum allatū in principio ad illa verba, *Ego dormio, & cor meū vigilat:* proſequētes quæ dicta ſunt in vltimo ſenſu tertiæ expoſitionis præcedentiū verborū, *Exui me tunica mea quomodo*, &c. Dicendū, referre iā ſponſam, quid poſt friuolam excuſationē ſuam præexpoſitam à Deo, ſecum ſit actum, ſimulq; oſtendere, quam rōnabiliter illū appellet dilectum ſuū, qui, cū ex inani tergiuerſatione illa anſam arripere debuiſſet indignationis, occaſionē accepit potius maiorē ipſi exhibendi amoris oſtenſionē, quippe qui à verbis proceſſit ad facta, & facta, quæ, efficacia forent. Ait. namque; *Dilectus meus miſit manum ſuam*, illā profectò manū auxilii efficacis, quā Regius ꝓpheta efflagitabat, cū diceret: *f Fiat manus tua*

Manus Dei eſt auxilium eius efficax

f Pſ. 79.18

DE ANIMA.

super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quē confirmasti tibi. Porrò, cum hæsitatio ea, qua Anima ipsa aperire distulit Deo, à quo vocata fuerat ad maiorem profectum, vt explicatum est in fine tertiæ expositionis præcedentium verborum, ex duplici prouenerit capite; ex segnitie, ac torpore quopiam eiusdē animę tepiditati innitente: vel etiam ex ingenti reuerentia, qua ante Dei conspectum imperfectam se semper, ac immundam fore veretur; vt tam negligētiæ, torporive illi suo, quā etiam nimio pauori, nimiæve item eius reuerentiæ consuleretur, dilectum ipsum, inquit, misisse *manum* eam *suam per foramen*. Hoc enim duobus modis potest intelligi, vel quod miserit manū per rimulam portæ, per illam, quoad fieri posset, aditum sibi faciens; quo indicatur, Deum iuxta morem suum, quo per quascūque tenuissimas rimas agit sese intro ad nostrum animum, quamlibet vel minimam exhibitam arripiens occasionem nobis benefaciendi: ex ipsamet excusatione allata, quatenus reuerentiam præ se ferebat, atque ex bono, licet adhuc imperfecto, & nimis pauido eius reuerētiæ actu, veluti ex modica cordis rima, suā ingessisse manum, occasionem inde sumens, vt efficax mitteret auxilium, quo anima in charitate pficiens, omnique imperfecto excusso timore, charitatem ipsam in se introductam perceperit. Vel secundò, quòd miserit *manum per foramen* ostii ad reserādū pessulum: quo indicatur, eumdē Deū audita tergiuersatione animæ, qua per pigritiam, ac torporem differebat illi aperire, ipsumque intra se admittere, *suam* auxilii efficacis *manum* in eam misisse, vt segnitiem, torporemve illum ab ipsa tolleret, qua segnitie tepiditas cordis ostiū veluti pessulo obfirmata seruabatur: Vnde cōsequēter optimè subintulit anima ipsa: *Et venter meus intremuit ad tactum eius*: nā tactus diuinæ eius manus, efficacisve illius auxilii exhibitio tanto interiora ipsius animæ calefecit feruore charitatis; vt & torporem ipsum in ea reddiderit feruētem, & tepiditatem, ac frigidum pauorem ab illa abegerit. Enimuero quod ait, *Venter meus intremuit*, haud illum intra se commotum significat tremorem, qui metum consequi solet, prouenitq. ex gelido frigore per ossa currente; quin potius illū designat motum, qui ex aduentitio calore magno intra ipsa fit præcordia, illi plane similem, quem in feruenti musto fieri videmus: quamquam, si propriè loquēdum sit, ebullitio potius, quàm tremor appellandus esset. Patent hæc ex vi verbi Hebraici, המו hamu, quod (sicut dictum est in prima expositione) eum significat sonitum, ac motum, qui sonitui, ac motui similis fit musti ebullientis, prout & manifestè colligitur ex loco illo Zachariæ Prophetæ, in quo, vbi vulgata legit, *Et bibentes inebriabuntur quasi à vino*, Hebraicus textus habet, *Et bibent* ושתו המו כמו יין *hamu chemo iain, tumultuabuntur*, seu *mouebuntur, & ebullient quasi vinum*: Quibus consonat versio Theodotionis, quam hoc loco sic habere, *& venter meus calefactus est super eū* ex Theodorito retulimus, congrueretque optimè & versio Vulgatæ, si pro, *Intremuit*, legeremus, *Infremuit*, secundum coniecturā Genebrardi. Quod ergo hic ait pia anima, tale est.

Deus quālibet vel minimā occasionē accipit, vt nobis benefaciat.

Pigritiam oēm Deus ab aia tollit, cū illā astu accendit charitatis.

Tremor in pia aia ex feruore est charitatis.

Zach. 9. 15

PARAPHRASIS.

Pigrescente me in profectu spirituali, ad quem tātis inspirationibus excitata desuper fuerā, Deus facto tandem probauit, se iureoptimo dilecti mei appellatione vocatum: Audita.n. tergiuersatione inaniq. excusatione mea, qua ob socordiam, reuerentiamq. nimio pauore imperfectā ipsi aperire, ipsumve per maiorem charitatis profectū in cor meum admittere recusarā, haud indignatus est; quin potius vt *dilectus meus* efficax mihi elargitus est auxilium, ex ipsamet reuerentia illa mea, licèt imperfecta, occasionem arripiens mihi benefaciēdi, ac veluti per cordis rimulā *manum* ipsam mittens auxilii sui, eademve manu quasi per foramen ostii, ac tepiditatis meæ, qua cor conclusum tenebam, pessulum reserauit torporis illius mei, quo in tepiditate ipsa obfirmabar, negligentiam à me auferens, nimiumq. timorem oēm. Siquidem *ad* huius auxilii, & istiusmodi efficacissimæ manus eius missionem, *tactumve* prædicti pessuli illico p̄ charitatis feruore mea commota sunt viscera, corque ipsum meum incaluit *super eum*, præ ardentissima in eum charitate, *intremuit*, ac commotum est instar ebullientis vini.

Vers. IV. Dilectus meus misit manum suā per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Sequentes primum sensum illum, qui allatus est ad præcedentia verba in quarta eorum expositione, facile est cōsentaneam & hisce afferre intelligentiam, præsertim cū iam ex dictis in secundo sensu expositionis etiā secūdæ habeamus, manus Dei metaphora diuinam eiusdē Dei oīpotentiam designatam: Metaphora aūt foraminis ostii designatum intellectum, quo in animam immittitur clauis cognitionis. Siquidē Verbum æternū percepto interno colloquio, quo B. Maria in præcedenti suā anceps de modo, quo conceptura esset filiū Dei ob votum, qd emiserat perpetuæ Virginitatis sic secum ipsa locuta fuerat, allocuta simul & Verbum: *Expoliaui me tunica mea*, abiiciens à me omnem cogitationem filiorum procreandorū: *quo* cogitationē hanc modo quasi *tunicam induam*? *laui* perfectissime *pedes* affectuum carnis voto Virginitatis, *quo inquinabo* nunc *illos*, filium conceptura? Ad hæsitationem istam tantæ Virginis de admirādo eo mō, quo talis conceptio facienda in ipsa esset absq. vlla viri cognitione, haud verbis, sed facto respondit: qq & verbis quoq. per Angelū de eodē mō illam, ac de toto fecerit instrui Incarnationis mysterio. Factū verò istud est, quod Virgo ipsa, quæ sola id percepit, hic refert, dicens: *Dilectus meus misit manum suā per foramen*: intellectui nimirum meo suam repræsentans manū oīpotentiæ, cui facillimum fit, oēm difficultatem tollere: hac quippe eius manus immissione vniuersā meā, qua anceps eram, reserauit ignorantiā: ipsoq. manu illa pessulū huius ignorātiæ meę tāgēte, meus, in quo tam admirandum Incarnationis opus patrandum erat, *intremuit venter*, simulq. & omnia quæ in ipso sunt, interiora mea intremuere eo tremore, quo & Angeli coram illo contremiscunt, dum illum laudant, & benedicunt.

Maria instructa fuit à Verbo de mō, quo cōceptura esset filium.

PARAPHRASIS.

ALIVS SENSVS.

Quòd si sensum alterum ibidem secundo loco allatum sequamur, quo in præcedentibus iis verbis B. Virgo vsquequaq. pfectū Domino exhibuit humilitatis, & resignationis voluntatis suæ actū, quem externis verbis patefecit & Angelo dicens, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbū tuū*: dicendum, eamdem Virginē in hoc, quē exponimus, versu enarrare id, quod siletur in Euāgelio, qd videlicet factum à Verbo fit post acceptū præ dictum

DE B. MARIA.

Incarnationis opus quando, & quō factū in Maria vtero.

dictum humillimæ reſignationis actum; iuxta cō munem quippe Sanctorum Patrum conſenſum ſtatim ac verba illa, *Ecce ancilla Domini*, &c. completa fuere, Spiritus ſanctus ſuperuenit in Mariā, & virtus Altiſſimi obumbrauit illi, prout prius ab Angelo ſignificatū eidem fuerat. Hoc ergo Incarnationis opus in ſe per actū; quave ratione tunc factū id intra ſe ſit, exponit, metaphoricis tn verbis.

Manus verbi diuini ē Spiritus ſāctus.

a Cor. 12. 4

b Pſ. 103. 30.

c Pſa. 33. 6

d Iob. 26. 13.

Pro quorum intellectione ſupponēdum primo, metaphora manus Verbi deſignatum Spiritū ſanctum illi conſubſtantialem, quo veluti manu larga, & aperta diſtribuuntur diuinarū munera gratiarum, iuxta illud Pauli: *a Diuiſiones gratiarum ſunt; idem autem Spiritus*, &c. *Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu*, & cæt. quo veluti manu idemmet Verbum condidit vniuerſa, iuxta illud: *b Emittes ſpiritum tuum; & creabuntur, & renouabis faciem terræ*: & vniuerſum imprimis cœlorum ornatum effecit, iuxta illud: *c Verbo Domini cœli firmati ſunt; & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*: & illud Iob: *d Spiritus eius ornauit cœlos*: Metaphora autem miſſionis manus iſtiuſmodi per foramen, id ſignificat i à Deo factum in perficiendo admirando Incarnationis opere, & in præſtanda eximia ea gratia B. Mariæ, vt intra ipſam, & ex puriſſimis eius ſanguinibus id perficeretur, morem illum ſibi cōſuetum ſeruaſſe, quo à nobis occaſionem benefaciendi ſumere, & quaſi per rimas, licet pertenues, munera mittere ſolet gratiarum ſuarum.

Miſſo Spiritu ſācti i B. Mariam tpē Incarnationis, quaſi miſſo manus diuina per foramen.

Sic quippe, prolatis à B. Virgine verbis iis humillimæ reſignationis, actuque illo quaſi rimula in Virgine ipſa apparente, inde quaſi per foramē dilectus eius in illam miſit manum ſuam Spiritū ſanctum, ſimul quoque & ipſe in illam deſcēdēs.

In inſtanti Incarnationis quō intremuerit venter Mariæ.

Ad primum vero diuinæ manus huius tactum ventrem ſuum intremuiſſe, inquit Virgo benedicta; quia in eodem inſtanti illo facta eſt perfecta organizatio corporis Chriſti, infuſio animæ, atq. hypoſtatica vnio Verbi, & humanitatis. Quidni autem intremuerit, commotuſve ſit vēter, in quo tam ſubito filius conceptus eſt, qui ſimul perfectus Deus eſſet, & homo perfectus? Cum in inſigni illa viſione gloriæ Deij, quam ſibi exhibitam refert Iſaias Propheta, legamus; *e commota ſuper liminaria cardinum à voce clamantis, domumque repletam fumo?* Quis verò neſciat, fumum eſſe naturale ignis ſignum, ita vt vbicumque fumus exurgens conſpiciatur, ignem ibi eſſe arguatur? Vnde bene in ipſamet viſione dicitur; *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari*: vt intelligeremus, nō apparuiſſe gloriam Domini ſine igne, ſicut nec Moyſi in rubo, nec Ezechieli *f* in curru Cherubim: Atq. adeo bene ſecūdum verſionem Theodotionis ipſamet ait: *Et venter meus incaluit ſuper eum.*

e Iſa. 6. 4.

f Ezech 10 2.

Quis enim explicet, quàm ingens in inſtanti illo Incarnationis in eiuſdem Virginis viſceribus flamma ſuccenſa ſit charitatis in filium, quem cōceperat? Quis inexplicabilem vel mente attingat exultationem illam, qua in iiſdem perfuſa eſt viſceribus, atque præcordiis ſuis, dilectum ipſum ſuum in ſe percipiens? *Viſcera mea* (inquit ſecundum lectionem Hebraicam) *ſonuerunt ſuper eum.* Quomodo ſonuerunt? præ lætitia benedicentia eum, quem conceperat; quo ſenſu eodem verbo, eademq. phraſi vſi ſunt & Iſaias, & Ieremias Prophetæ, ambo ſe explicantes, qua ratione ipſorum venter ſonaturus eſſet: Iſaias quidem, dicens, *g Venter meus quaſi cithara ſonabit*: Ieremias verò, *h*

g Iſ. 16. 11.

h. Iere. 48. 36.

Michaelus Ghiſlerius.

A *Cor meum quaſi tibia reſonabit.*

APPENDIX.

Quod igitur ſecundum hunc ſenſum ait B. Virgo tale eſt.

PARAPHRASIS.

Verbum diuinum, *Dilectus meus*, percepto inſigni eo actu humillimæ reſignationis voluntatis meę, indeque occaſionem quodammodo arripiēs quaſi *per foramen*, & rimulam *manum ſuam miſit*, Spiritum ſanctum, quo eius organizatum eſt corpus: *Ad tactum* autem ignitæ manus *eius* primum, quo nedum corporis organizatio, ſed & vnio animæ cum organizato ipſo corpore, & vnio pariter hypoſtatica diuinitatis cum humanitate intra vterum meum facta ſunt in inſtanti, *intremuit venter meus*, præ calore ebulliens eius, quo ab igne ſuc- B cenſus eſt, charitatis in illum; tantaque in præcordiis meis pfuſa ſum exultatione, & gaudio ad eūdem ignis illius tactum; vt ſuper illum *viſcera ipſa mea* vniuerſa ſonuerint, quaſi cithara, & quaſi tibia, carmina concinnentia gaudii, & benedictionis, qualia profecto coram illo à cęleſtibus ſpiritibus in cœleſti cantantur gloria.

Verſ. IV. Dilectus meus miſit manum ſuā per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

C

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

Per flagella Deus eos trahit ad cōuerſionem.

PAraphraſis Chaldaica. Quando manifeſtū fuit corā Domino, quod populus domus Iſrael nolebat pęnitentiam agere, & conuerti ad eum, extēdit plagam fortitudinis ſuæ contra tribum Rubē & Gad, & dimidiam tribū Manaſſe, quæ erat trās Iordanē, & tradidit eos in manu Senacherib Regis Aſſyriorum, qui tranſtulit eos in Lachbach, & Chabor fluuios Gozam, & Ciuitates Medorum; tulit de manu eorum vitulum conflatilem, quem poſuerat Ieroboam impius in Leſembam, quæ vocata eſt Paineias, in dieb. Paceæ filii Romeliæ: & quando audiui ego, miſerationes meæ reuolutæ D ſunt ſuper eos.

Deus ī hac vita cognoſcitur tantū ex operationib. & ex hac ipſa cognitione ingēs iſurgit admiratio.

Per operum ſuorū exhibitionē miſiſſe Deū manum ſuam, cōior tenet Patrū conſenſus: Quō verò iſta manus miſſio facta dicatur per foramē, & quō ſponſę venter conturbatus ob eamdem ſit, diuerſimode ab ipſis explicatur. Primo. n. Greg. Nyſſ. ho. 11. ſupponens ex dictis, piā animam aperuiſſe totā portam dilecto ſuo, ablato cordis operculo, deductoq. velo oſtii. i. cordis: At dilectū ipſum manum duntaxat per foramen ei miſiſſe. Cū. n. humana natura cōprehēdere eū minime poſſit, q eſt infinitus, p manū operationū ſuarū illū ipſi ſe manifeſtaſſe, atq. ad eius penetraſſe cognitionē, idq. & per exiguum foramen, ob modicā, q̄ homines, in E hac vita habent, ipſarū operationū Dei, & quidditatū, effectuūq; creaturarū notitiā. Nihilominus ob tenuem illā Dei cognitionem, qua per manus eius miſſionē prædictam ſuo aliquatenus ſatisfactū deſiderio eſt, vt præſenti in vita illū viderit, vētrē, inquit dicere, ſuū cōmotū eſſe ſuper illū ex ingenti admiratione, & ſtupore, qm̄ vniuerſa animę facultas cogitandi, & intelligendi cōmota eſt admiratione eorū, quæ per manum Dei agūtur, quorū conſideratio humanæ ſubiecta naturæ p ſe manifeſtat, cōprehendi, & capi nō poſſe naturā eius, qui ipſa operatur, qui fecit, & condidit vniuerſa.

Gre. Nyſſ.

Secūdò Theodoritus, Quia, inquit, noluit aperire pulſanti, tangit eam per quemdam ex ſenſib.

Theod.

APPENDIX.

quem foramen appellauit, inferens manum, hoc est, actionem, suumque accendit in ea amorem, prout ipsamet anima fatetur iis verbis, *Venter meus cõmotus est*, quod Theodotion vertit, *Calefactus est*.

Gre. Pap.

Tertio Greg. Papa, *Manum*, inquit, *dilectus per foramen* ad sponsam mittit, vt surgat, quando per subtilem intellectum, quanta sit operationis diuinæ virtus, inspirando manifestat; quod videlicet & inter pericula saluare possit; quod & in pace nisi per eũ nemo saluus sit: quod in tumultu certaminis sperantes in se nõ derelinquat: *Ad* cuius *tactum, venter* sponsæ *intremuit*: quia sancta anima quo amplius diuinam potentiam per interiorem visitationem præsentialiter sentit, eò districtius iudicat, quidquid in se carnale deprehẽdit: Quò maiori n. charitate in Deum ardet, quẽ mente cõcupiscit, eò timidius ei se subiicit, ne sponsus aliquid ĩ eo inueniat, propter quod eũ à se dimittere velit.

Gre. Nyss.

Man⁹ Dei missa est p foramen, quãdo Verbũ caro factũ est, tũc maxime excitata ẽ admiratio.

Ad præcipuũ Incarnationis opus refert hæc ipsa Greg. Nyss. citata hom. 11. nam sub manus Dei metaphora Verbum accipit diuinum, per quod, quove velnti manu facta sunt omnia: Missam autem hanc manum per foramen, quando in peregrinatione suscepta examinauit semetipsum, arctius sese contrahens in eo, quod in omnibus naturæ nostræ participem se fecit, excepto peccato. Qua manus missione per foramen venter Ecclesiæ commotus sit super illum; quia postquam ea ratione sese contraxit, grãdem in animis hominum excitauit stuporem rei nouæ, qui fieri posset; vt Deus in carne conspiciatur; vt Verbum caro factum sit; vt partus in Virginitatem, & Virginitas in matrẽ ceciderit, &c.

Cassiod.

Deus mittit manũ cũ ad memoriã nobis reducit opera sua.

Cassiod. quoq. ad idem opus Incarnationis hęc referens, alio modo ait: *Dilectus manum per foramen* mittit, cum nos ad memoriam operum suorum reuocat, vt cogitemus, quia, cum Deus esset, pro nobis homo fieri dignatus est, vt terrena nostra suscipiens, cælestes nos faceret, & moriendo pro nobis vitam ęternam nobis donaret: Quod cũ fit, *venter intremuit* quia, cum talia cogitare incipimus, cordis nostri arcana se cõcutiũt, dũ stupere incipimus, quanta dignatione hæc conditor pro nobis agere dignatus est.

Beda.

Ex consideratione operũ Christi confunduntur, qui curã proximorũ refugiunt, et qui infirmi sunt animũ sumũt.

Consentientia his sunt, quæ dicuntur à Beda, q tamen ita hæc applicat iis, qui curam proximorũ in præcedẽtib. suscipere recusarunt, vt Ecclesia eorum nomine dicat: *Et venter meus intremuit ad tactum eius*: quia recordata misericordiæ, & operationis Dei cõscientia pauescit, iuxta illud propheticum: *Consideraui opera tua, & expaui*: atque ad curãdam proximorum salutem, pro qua Deus incarnatus est, & mortuus, pro virib. assurgere festinat.

Addit & alterum applicationis modum, vt ventris nomine sumatur mollities, & infirmitas eorũ qui doctrinæ officium accipere recusant; vel quia minus se censent idoneos, vel quia otio suæ quietis delectantur; sicve *ad tactum* dilecti *venter intremuit* sponsæ, cum ad instinctum diuinæ compunctionis infirmi illi torporem ignauiæ discutiunt, sesque ad exercitiũ boni operis accendunt, atq; ad prædicandũ, & consulendũ proximis assurgũt.

Manus dei missa est p foramen, quãdo Verbũ Incarnatũ manifestauit diuinitatem suã permi-

Alio insuper modo ad idem Incarnationis mysterium eadem referens Greg. Nyss. ac per manus diuinæ metaphoram, intelligẽs significatam vim operatricem miraculorum, per quã Christus Dominus magna, & innumera operatus est miracula seu etiam miracula ipsa, quæ ea facta sunt manu: Verbum, inquit, misisse *manum suam per foramen* quando caro factum, in terra conuersans, diuinitatem, verumque pulchritudinis suæ splendorem p miracula manifestauit illa, quæ ante oculos hominum ingenti cum eorũ admiratione operatus est; idcirco ad huiusmodi admirationis commotionem significandam, sponsam subintulisse, ait: *Et venter meus commotus est super illum.*

-racula, & qua hõies obstupescebant.

Huic Nysseni sensui annectenda sunt, quę dicuntur ab Ambr. serm. 12. in Psal. 118. vers. 1. his verbis, Nonnunquam si moraris, mittit Christus manum suam per fenestram, sicut ait sponsa; *Frater meus misit manum suam de prospectu, & venter meus conturbatus est super eum.* Primum tãquam de prospectu mittit manum suam, quando Deus esse, operib. æstimatur: Vnde ait, *Si mihi non creditis, vel operib. credite.* Deinde augetur amor, & intimis visceribus conceptus inolescit; inde intelligibili vtero, in quo est receptaculum Verbi, seminib. eius infusis, plenitudinem eius corporaliter inhabitantem haurire anima nostra desiderat; Non. n. turbatur vterus feminarum, nisi quæ fuerint aluo graues. Eadem fere ad verbum replicata reperiuntur in lib. de Isaac, & Anima, c. 6. quo loco id tantum notãdum, quod pro vocabulo prospectus habetur, cauerna.

Ambros.

Qui prosfus in pa aia fiãt ex cognitione Dei per opera illius.

Io. 10. 38.

Ad spiritalem Christi aduẽtum, seu ad spiritualem eiusdem operationem referuntur hæc ipsa ab aliis, & diuersimode. Vnde Ambr. lib. 3. de Virginib. post dimidium, Bonum, inquit, est, vt ad aduẽtum Domini interiora turbentur, Si ad Angeli aduentum Maria turbata est, quantò magis ad Christi nos turbamur aduẽtum? Influentib. quippe diuinis, corporeus peregrinatur affectus, & vsus exterioris hominis exolescit.

Ad Christi aduentum pia aiaquã turbetur.

Tres Patr.

Eodem sensu Catena trium Patrum; Dilectus, ait dicere piam animam, misit à Patre procedentem ab eo spiritum ipsi consubstantialem, cuius tanquam manu peragit diuina gratiarum munera per mentem meam, veluti per foramen aliquod; & pariente me initium sapientiæ, timorem dilecti mei, tanquam iudicis, gulæ, ventrisque corripitur vitium, vnde genus omne nascitur intemperantiæ; & statim ego surrexi.

Per Spiritus sancti missionem Deus ĩ aĩa corripit oẽ genus intẽperantiæ.

Cassiod. *Dilectus manum per foramen* mittit, & ventrem tangit, cũ interna conditor inspiratione cor visitat, & ad profectum virtutũ cor accendit.

Cassiod.

Greg. Papa ho. 19. in Ezech. *Dilectus mittit manum per foramen*, quando virtute sua Dñs noster animam per subtilem intellectum pulsat, & venter in tactu illius contremiscit; quia infirmitas nostra per hoc, quod cælestis gaudii intellectu tãgitur, ipsa sua exultatione turbatur, & fit in mẽte pauor cũ lætitia; quia, etsi iã sentit, quod de cælesti gaudio diligit, adhuc metuit, ne pereat, quod vix tenuiter sentit.

Greg. PP.

Pia aĩa ex cog. calestis gaudii intellectu tãgitur ipsa sua exultatione turbatur.

Richard. de S. Vict. Dum, inquit, pia anima trepidat, actibus mundi implicari, si suscipiat onus curæ proximorum, & se dedat procurationi salutis eorum: Dilectus, qui ipsam ad munus illud excitarat, consolatur eam, & ampliori gratia visitat, cor eius penetrans: Quam gratiæ visitationem spõsa appellat missionem manus per foramen; quia quasi per rimam Christus infundit gratiam, cum non totam animam perfundit, sed quadam mensura gratiæ visitat; & quam sic in parte visitat, nõ plene illustrat. Manus ergo dilecti operatio hæc gratiæ, & donum potest intelligi; Venter verò ipsa mens, in qua cogitationes excoquuntur, sicut cibi in ventre. Reliqua quæ addit Richar. consentiũt cum dictis à Cassiodoro.

Prædicator pusillanimis excitatur ad prædicatione per ampliorẽ gratia visitationem.

Anselmus quoq. vt ab Ecclesia dicta hęc sumẽs nomine ventris ipsius Ecclesiæ accipit infirmiores illos, quib. prædicandum doctioribus suasit

Anselmus.

Christus

LITTERA.

Christus in præcedentibus. Ac ſi Eccleſia ipſa dicat: Dixi, quō implicabor curis ſecularibus prædicando alijs, ſed oportet me facere, quia cū Dñs inſpiret eos, & paratos efficiat ad recipiendum, ego quō negarē officium meum? Ipſe certè dilectus meus miſit. i. inſpirauit inferiorib. meis manum ſuam, id eſt, auxiliū, & operationem. ſ. quō ipſe operatus eſt, & ī quib. mitari eum oporteat, quō ipſe auxilietur volentibus ſm̄ eum operari, & hoc per foramen. i. latenter eos viſitando, & ad tactum eius. i. ad inſpirationē paſſionis, & aliorū, q̄ fecit, & ſui auxilij, intremuit. i. intra ſe tremuit dolens de præteritis ad meliora appetens inſtrui.

Prædicator agnoſcēs diſpoſitos ad audiēdum, et benefaciēdum infirmiorū animos, non poteſt renuere officiū ꝓdicationis.

Referunt ad miſſionem manus in flagellis hæc Iuſtus Orgelitanus, & Aponius: Iuſtus. n. Eccleſiæ ea tribuens, *Dilectus*, inquit, miſit *manum ſuam ꝑ foramen*, q̄n eam per paſſionū anguſtias tranſire perdocuit; *Venter* verò eius *conturbatus eſt ad tactum illius*, q̄n, imminente perſecutione, infirmiores, qui in ipſa erant, contremuerunt acerbitate pęnarum, quæ ipſi illatæ fuerunt ex permiſſu dilecti: Tactus namq; iſte, aduenientis plagæ intelligitur cruciatus ſm̄ illud libri Iob: *Tange, oſſa, & carnem eius, niſi in faciem benedixerit tibi.*

Deus mittit manum &c. quando docet aiā trāſire per paſſionū anguſtias, licet infirmiores conturbentur ipſa pænarum acerbitate.

Aponius verò animæ eadem applicans, Quando, inquit, anima in quocunque errore poſita pulſanti non aperit, *Chriſtus per foramen mittit manum ſuam*, caſtigando per damna rerum, per famem, & reliqua flagellorum genera. Mittit per foramen, vt ſentiat quidem, ſed non dat, vt videat manum, quæ corripit contemptorem. *Intumeſcit enim venter* animæ, id eſt, ſenſus, quando pro peccatis iuncis fuerit acerrimis flagellatus.

Per flagella excitat Deus obſtinatam aiā vt cōuertatur.

Singulariter Philo Carpathius, Videntur, ait, non abſurde de Thoma Apoſtolo, & in perſona eius de omni incredulorum anima poſſe hæc intelligi, cum Ieſus, illi dixit: *Infer manum tuam in latus meum, & digitos in locum clauorum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Tunc quippe ille de vera Chriſti reſurrectione certior factus: tunc fide plenus; tunc venter eius, hoc eſt, mens, & animus exhorruit ad tam veram, tamque mirabilem reſurrectionis præſentiam.

Thomas Apoſtolus miſit manū ſuā per foramē lateris Chriſti, & aīa eius intremuit ad verā reſurgētis præſētiam.

Io. 20. 27.

Denique Rupertus Abbas, de ſenſibili manus Chriſti miſſione, quam nōnumq̄ aliquib. ſanctis animabus in viſione exhibuit, dulciter ꝑ pectus quaſi per foramen cor apprehendens, & conſtringens, ac de tremore dulci, & ſuauiſſimo huiuſmodi tactum in iiſdem animabus conſequente, hæc intelligit, probatque experimentis quibuſdam, quæ videri poſſunt apud ipſum.

Rup. Ab.

De ſenſibili manus Chriſti miſſione, tactu, & dulci tacti cordis tremore

Verſ. V. Surrexi, vt aperirem dilecto meo. Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Verſ. VI. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo; at ille declinauerat, atque tranſierat.

Expoſitio Prima. Iuxta ſonum Litteræ.

QVod ex indito à natura ordine ī nobis ipſis experimur quotidie, vt internos animi motus & externi cōſequantur motus corporis, hoc & in ſe ſpōſa quoq. refert eſſe expertam Cum enim in præcedenti ſententia ſignificarit, animum ipſum ſuum ex eo, quod *dilectus miſiſſet manum per foramē*, motibus varijs fuiſſe cōmotum cōſequēter nunc externos explicat corporis itē ſui motus. Tres ſanè motus intimis præcordiorum ſuorū ſuſcitatos paucis ijs deſignauit verbis, *Et venter meus intremuit*, ſeu, *commotus eſt ad tactū eius*; dolorē cōmixtum zelo indignationis aduerſus ingratitudinē, & tarditatem, torporēve ſui ipſius: cōmiſerationem erga dilectū ſub dio ad tos manentē, atq. ad frigidas guttas noctiū, & amorē flagrātiſſimum in illum ipſum dilectū, qui tantæ erga ipſam charitatis exhibebat ſpecimen in eo, ꝙ neutiquā indignatus ob rē pulſam eſt, ſed & immiſſa manu per foramen, oſtiū conabatur reſerare, vt declaratum videre ē in prima eorū verborū expoſitione: Externos nūc tres alios narrat motus, qui ex prædictis tribus prouenire, quive illos conſecuti ſunt. Enimuero ex dolore, & indignatione illa factū eſt, vt actutum ſurgeret ad aperiendū dilecto, quē dolebat, ob ſegnitiē à ſe reiectū: Idcirco, *ſurrexi*, inquit, *vt aperirē dilecto meo*: Surrexit quippe, cum dolens, contra pigrū indignata eſt ſtratū, in quo decubuerat; Miſerans verò extra fores clamantis dilecti, quo caput eius deliniret rore plenū, manib. ipſis ſuis, ſuauiſſimū myrrhæ apprehendit vnguentū: Ac deniq. ex affectu charitatis peſſulū aperuit illi, qui ad hoc, vt idem peſſulum reſeraret, manus ſuas per foramen miſerat item ex charitate. Ideo poſt deſignatum ſecundum illum motum in verbis ijs, *Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima*, adiecit, *Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo*.

Facilis ergo, ac planus eorum, quæ hic dicuntur, ſecundum noſtram Vulgatæ lectionem hic mihi eſſe videtur ſenſus; vt ſponſa ſuos hoſce referens motus, dicat.

I. SENSVS.

Tremente ventre meo præ dolore, & zelo aduerſus ſocordiā meā, poſtq̄ vidi ipſum elaborantē, vt oſtiū, immiſſa manu per foramen, reſeraret, dimiſſa oī ſegnitie, *ſurrexi* illico, *vt aperirē ego dilecto meo*, miſeranſq. illius, quē audierā exclamaſſe, *Aperi mihi; quia caput meū plenū eſt rore, & cincinni mei guttis noctiū*, præ miſeratione ipſa, qua *ad eius tactum mea commota ſunt viſcera*, vt ſuper madidos eius concinnos, madenſque & frigido rore caput, pretioſū more patrio vnguentū effunderē, accepi vas myrrhæ probatiſſimæ, quæ ſic è vaſe ipſo exuberabat, vt ad minimum motum vndequaq. effuſa ſit, atq. adeò *manus* ipſæ *meæ*, quæ illā deferebant, cū ad oſtium tenderē, *diſtillauerunt myrrham*, quin *& digiti* quoq. *mei* vbertim myrrhā eam fundebāt probatiſſimā, tū amore cōmota in intimis præcordiorū meorū *peſſulū* illud, quod idē dilectus meus manu ſua reſerare conatus fuerat, moras haud amplius ſuſtinens præ eximia, qua me proſequebatur charitate, egomet *ei aperui* verè *dilecto meo*. At (heu me miſeram) cum oſtium ipſum aperirem, is repulſam, moraſq. meas vlciſcens, quove me cautā magis, magiſve & ſedulā in ſui efficeret charitate, illico abſceſſit; Siquidē, aperto oſtio, ipſe iā *declinauerat*: nec declinauerat modo, *ſed & tranſierat*, nedum enim ingredi renuit, a ttranſiens abſceſſit.

PARAPHRASIS.

Quoad lectionū varietatē ſciendū primò, tam in textu Hebraico, q̄ in verſione Sept. magna cū emphaſi ad vtrumq. verbum, *ſurrexi*, &, *Aperui*, appoſitū pronomen, *ego*. Secundò, pro eo, quod Vulgata legit, *Et digiti mei pleni myrrha probatiſſima*, in Hebræo haberi; *Et digiti mei* מור עבר mor ngober, *myrrhā tranſeuntem*, Myrrham aūt tranſeuntem optimè reddidit noſter interpres, *Myrrham*

LITTERA. *rrham probatissimã*, sicut & Septuag. eodem sensu reddiderunt, myrrham plenam; Nam participiũ ipsum עבר ngober *transiens*, Hebraico idiotismo adijci solet, vt epithetum absolutũ rebus præstantissimis ad exprimendam earum excellentiã, propter quã per omnium manus, seu ẽt per partes omnes ex transeãt: sic & in hoc capite quinto, vt proprium excellentis myrrhæ epithetũ reperitur, vbi

Cant. 5. 13. dicitur: *Labia illius distillantia myrrham*, עבר ngober transeuntem; cuius nimirum odor longe lateque transit, ac manat, pro quo Vulgata reddidit, *primã*. Per quem locum arguuntur erroris, qui vt participium vocẽ eamdem accipiunt, relatum ad subsequentia iuxta Hebraicam distinctionem, de qua iam loquar, ac si sensus sit: *Et digiti mei, scilicet, distillauerunt myrrham transeuntem, super manubria pessuli*, idest, in tanta copia, vt è digitis ipsis transierit ad manubria pessuli.

Sciẽdum tertio, id, quod in Vulgata est in principio versus sexti, *Pessulum ostii mei*, in textu Hebraico iuxta dispunctionẽ Masoretarum reperiri in fine versus quinti, atq. hoc modo legi, על כפות המנעול ngal chappot humangul; adiecto accentu soph-passuk, quo Hebræi vtuntur in fine versuũ *super manubria*, aut, *carnes pessuli*, aut, *sera*. Cui lectioni consona est & lectio Sept. quæ hic habet, ἐπὶ χεῖρας τοῦ κλείθρου, *super manubria*, seu, *super manus pessuli*. Incertum est autem tam in lectione Hebraica, quam in versione ipsa Septuagin. cum quibus iungenda hæc sint, an cum antecedẽtibus hoc modo, *Et digiti mei myrrham transeuntem*; seu, vt habent Sept. *plenã super manubria pessuli*: An cum verbo subsequenti hac rõne, *Super manubria pessuli aperui ego dilecto meo*. Licet.n. in Hebraico textu accentus ille distinctiuus reperiatur, quem appellant Soph-passuk; nihil tamen prohibet, quin adhuc eadẽ verba iungi possint cum subsequentibus in hunc sensum, *Super manubria pessuli*, idest, apprehensis manubriis pessuli, *aperui*, &c. quomodo ea intellexisse videtur noster Interpres, dũ ad sensum respiciens, vertit: *Pessulũ ostii mei aperui*, &c. Siquidem idẽ ipse accentus Soph-passuk nõnunquam sententiam transmittit ad sequentẽ versũ, vt ex Hebræis ipsis notat Rabbi David kimki,

R. Dauid. in 2. lib. Paralipom. vers. 18. c. 30. vbi manifeste apparet, præpositionem, *Pro*, postquam appositus est prædictus accentus, referendam ad subsequentẽ vers. Et in versione quoque Sept. eodẽ sensu prædicta verba, *super manubria*, &c. ad subsequentia relata reperiuntur apud Gregorium Nyssenũ ho-

Greg. Nys. Amb. Hierony. mil. 12. in Cant. necnon & apud Ambrosium sermone 12. in psalmũ 118. vers. 1, vbi sic ista refert: *Manus mea distillauerunt myrrham, digiti mei myrrha pleni*. Simili modo legit & Hieronymus epistola 140. ad Principiã. Codex quoque Græcus, qui nuper impressus est Romę, eandem seruat distinctionem. Cõmunis nihilominus Hebræorũ expositorum consensus aliã in textu Hebraico sequitur distinctionẽ, qua prædicta verba referuntur ad præcedentia, & complures ẽt ex Sanctis, antiquiue Patribus nostris, qui versionem exponunt

Theod. Tres Part. Psellus. Ambros. Sept. eãdem distinctionem amplectũtur. Ita Theodoritus, & apud eumdem Theodoritum Catena trium Patrum, & Psellus, qui solet esse cõpilator, & abbreuiator Nysseni: Quin & Ambrosius, quẽ pro contraria sententia citant, hanc ipsam manifeste secutus conspicitur tum in libro de Isaac & Anima cap. 6. vbi ita hæc refert: *Et surrexi ego aperire fratri meo. Manus mea distillauerunt myrrham: digiti mei myrrha pleni sunt super manus clausura*. Tum in lib. 3. de Virginib. legẽs: *Manus mea*

A *distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni in manibus clausura*. Legit autem Ambrosius semper *pleni*; quia ex codicibus Græcis aliqui habent πλήρεις *pleni*, pro eo, quod melior lectio habet πλήρη, *plenã*: noster Interpres vertens: *Pleni myrrha probatissima*, ambas lectiones adhibuisse videtur. Biblia Cõpluten. nec non & Regia nouam in eadem versione Sept. adhibent dispunctionẽ; Sic enim legunt, δάκτυλοί μου σμύρνης πλήρεις ἐπὶ χεῖρας τοῦ κλείθρου ἤνοιξα ἐγώ. *Digiti mei myrrha pleni super manus. Pessulum aperui ego* &c. Cuius lectionis sensus hic esse videtur: Præter manus distillantes *myrrham, digiti quoque mei pleni myrrha* eadem. Aperto pessulo *ego aperui*. &c.

LITTERA 6.

Sciẽdum denique, pro eo, quod in Vulgata est, *At ille declinauerat, atque transierat*, in Hebræo

B esse ודודי חמק עבר Vedodi chamak ngabar, quę optimè reddidit noster Interpres, *At ille*, scilicet dilectus meus, *declinauerat, atque transierat*, sicut & Aquila, ἔκλινεν παρῆλθεν, *declinauerat, transierat*. Verbum.n. חמק chamak discessum, & elongationem significat, congruitque optime & significatus circuitus, atque conuersionis, eidẽ tributus à R. David, vt sensus sit, aperto ostio, *dilectus meus circuitũ agens pertransiit*, Italicè, *si voltò, e passò via*: quod expressit Symmachus vertens, ἀπονεύσας παρῆλθεν, *renuens pertransiit*: Septuag. simpliciter ἀδελφιδός μου παρῆλθεν, *fraternus meus pertransiit*.

Aquila.

R. Dauid.

Symmach.

II. SENSVS.

His circa lectionum varietatem explicatis, ha-

C ud abs re fuerit, si & alios afferamus sensus, qui & aliis quoque lectionibus congrui sint. Neque.n. definire facile est, quænam vera earum lectionũ sit, quas iuxta varias dispunctiones tã ex textu Hebraico, quàm ex versione Sep. retuli; Quamquam, si verum fateri debeam, secundum iudicium meũ tenue veriorem ipso existimem, quæ sic habet, *surrexi, vt aperirem dilecto meo. Manus mea distillauerunt myrrham. & digiti mei myrrhã plenã*, seu *probatissimam super manus pessuli. Aperui ego*, &c. quæ & communior est tum apud Hebræos, tum apud nostros Patres, vt indicatum iam est in prænotatis. Possunt ergo afferri tres alii sensus præter illum, qui nostræ allatus est lectioni: Duo prædictæ distinctioni, quam magis probo, & vnus distinctioni alteri, quæ legit, *Manus mea distillauerunt myrrham, & digiti mei myrrham plenã*, seu,

Vnguentis perfundere amãtes suis mos Palestina

D *probatissimam. Super manus pessuli aperui*, &c.

Primus fundatur in patria illa Palæstinæ consuetudine, qua mulieres, quo vim charitatis suæ patefacerent ei, quẽ diligebant, cum ante eũ comparebant, vnguenta in manibus gestabant, quę super eum è vase effunderẽt, ijsve eũ delinirent: Sic Mariam Magdalenam coram Christo dilecto suo cõparuisse, nouimus, cum in Euangelio legamus:

a Matt. 14. 3

a *Et cum Iesus esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrũ vnguenti nardi spicati, pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius*. Sic & alias quoque ab sponsa nostra factum vidimus supra, ipsamet hoc referente, atque dicente: b *Dum esset Rex in accubitu*

b Cant. 1. 12

E *suo, nardus mea dedit odorem suum*. Idipsum itaque & hoc loco significat à se factum. Sicut aũt de Maria egimus, fregisse alabastrum, vt largius vnguẽtum effunderet, vtve copiosiori vnguento inungeret caput Christi: ita ad eãdem vnguenti copiã designandam, quã surgens secum deferebat, vt vngeret dilectũ suum, sponsa ipsa ait, manus suas distillasse myrrham, & digitos pariter suos eamdẽ myrrham probatissimã, quæ è pleno scilicet vase defluebat, distillasse super manubria pessuli, quæ apprehenderat, vt aperiret. Neque.n. ad hæc expli-

can-

LITTERA. candum, neceſſarium eſt, aſſerere id, quod inuētum eſt ab Alouſio Legionenſi, quaſi per verba iſta ſignificare voluerit ſponſa, ſe, dum feſtinat, accepturum vaſculum confregiſſe, myrrhaque per manus defluente, ſe, digitoſve ſuos, ac peſſulum oſtij infeciſſe. At, quod ſimpliciter ait, ſecundum hunc ſenſum tale eſt.

Legionensis.

PARAPHRASIS. Statim ac conatum dilecti mei intellexi, quo, miſſa manu ſua per foramem oſtij, peſſulum reſerare obnixus eſt, tota intrinſecus erga illum commota ipſamet *ſurrexi, vt ei aperirem*, obuiamq. illi procedens, adeo plenum accepi vaſculum myrrhę probatiſſimæ, qua meum erga ipſum proteſtarer amorē, vt vnguentū ipſum vndequaque efflueret, manuſve *mea, & digiti quoque mei myrrham diſtillauint ſuper manubria peſſuli*, quæ meis ipſis apprehēderam manibus, quò aperitem: *Aperui dein dilecto meo*, ſed ſero, nam ille aperto oſtio, auertens faciē abſceſſit, atque præterijt.

III. SENSVS. Alius item ſenſus eorumdem verborum ſecundum eamdemmet diſtinctionem in alio fundatur more item patrio feminarum, Orientalium præſertim, ac Iudæarum, quo, cum lauabant corpus, variis vnguentis, vel ſaltem vnguento aliquo ſe perfundebant: Sic de Iudith legimus, *a Et lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myrrho optimo*; Sic Suſannā, cū lauaretur in pomario, puellis dixiſſe, legimus, *b Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarii claudite, vt lauer.* Sic Noemi præcepit Ruth, *c Lauare, & vngere.* Sic ergo & ſponſa, feciſſe ſe, indicat, dum, quæ ſuperius ſe lauiſſe ſignificauit, dicens, *Laui pedes meos*, nunc & inunxiſſe ſe pariter inſinuat; dicens; *Manus mea diſtillauerunt myrrham*, &c.

Vnguentis ſe inungere cū lauarētur, fuit mos feminarū orientalium.

a Iudith.10.3.
b Dan.13.17.
c Ruth.3.3.

Porrò, ſicut totius corporis lotionem per pedū ablutionem inſinuauit, cuius duntaxat commemoratio neceſſaria ſibi videbatur, quādo è ſtrato ſurgere ipſam pigebat, ita & inunctionum quoq. totius corporis ſui è perfuſis myrrha probatiſſima manibus, digitiſve ſuis deſignat, quia ipſa manuum inunctio ad ſuum nunc facit propoſitum, vtpote quæ ſignificare velit, ſe non ſurrexiſſe tantùm, ſed & myrrha delibutam obuiā proceſſiſſe dilecto ſuo, adeò vt, ſi ad eius cōplexus puenire potuiſſet, futurū vt ipsū mira ſui fragrātia recreaſſet, qnquidē manibus ſuis cōtrectās manubria peſſuli, ſuauiſſimū illis impertijt probatiſſimæ, qua delibuta fuerat, myrrę odorē. Quod ergo ait, tale eſt.

PARAPHRASIS. Commotis præ dilectione præcordijs meis in dilectū meum mittentem manū ſuam per foramē oſtij, *ſurrexi* illico, *vt illi aperirem*, obuiamq. ei proceſſi lota, & ſuaui delibuta vnguento. Certè, ſi illū attingere, vel ad ipſum propius accedere valuiſſē, fragranti eum probatiſſimæ myrrhæ, qua perfuſa eram, recreaſſem odore: Siquidem attingens ſolū modo manubria peſſuli ad aperiendum oſtium, tantum peſſulo illi communicaui odoris, vt viſæ ſint *manus* ipſæ *mea, & digiti* illi, quibus peſſulum apprehendi, diſtillaſſe eamdem *myrrham probatiſſimam ſuper* contacta eiuſdem *peſſuli manubria*. At dilectum ipſum meum nec licuit attingere, nec is permiſit, vt in domum eum admitterem, credo, in prçteritæ ſocordiæ meæ pęnam. Siquidem ego illi *aperui* vti *dilecto meo, at ipſe*, cum aperuiſſem, ingredi renuit, quin & abſceſſit.

IIII. SENSVS. Poſtremus deniq. ſenſus haud certè improbandus eorumdē verborū, ſecundum diſtinctionē alteram, quæ legit ſic; *Manus mea diſtillauerunt myrrhā, & digiti mei myrrham tranſeuntem*, ſeu, *plenā*, aut, *probatiſſimam. Super manubria peſſuli*, aut, *ſera aperui dilecto meo*, &c. fundatur in tribus huiuſmet Cātici ſententiis: Primùm: in ea, quā in principio ſponſa id laudis ex fragrantiſſimo aromatum odore contulit in dilectum ſuum, vt, poſtquàm dixit, vel iuxta Hebraicam veritatē, *e Odori vnguentorū tuorū optimorū*, ſ. nullus eſt, qui cōparari queat, vel iuxta verſionem ſeptuaginta, *Odor vnguentorū tuorum ſuper oīa aromata*, id eſt & litterā noſtram, *Fragrantia vnguentis optimis*, ſignificare oſtendimus, adiecerit *oleum*, ſeu *vnguentum effuſum nomē tuum*, i. ita ſuaui vnguentorum odore redoles, vt ipſummet vnguentum effuſum dici debeas. Secūdò, in ea, qua in eodem cap. 1. ex myrrhæ odore præſertim illū commendans eademmet ſponſa dixit, *f Faſciculus myrræ*, ſeu iuxta Hebr. *colligatio myrrha*, aut iuxta verſionē Sept. *alligamentum guttæ, dilectus meus mihi*. Et tertiò, in ea, qua ſponſus ipſe in cap. 4. dixit, *g Vadam ad montem myrræ*, indicans, ſe totum myrrham neceſſario redolere, cum in monte myrrhæ hortum habeat, ad quē ſæpius ſe conferat, in quo & myrrham vberrimā colligat, prout & in hoc cap. 5. confeſſatus eſt, dicens, *h Meſſui Myrrhā meā*. Cū ergo ſpō a hoc optime comprobatum noſſet, dolet nunc, quę modo refert, quòd illo tam ſuaui odore fragranti, minime permiſſum ſit ſibi, vt potiretur, vtve myrrhę eius fieret particeps, eo modo, quo particeps facta fuiſſet, ſi ipſum attingere, vel cum eo commorari, ſibi licuiſſet. Probat aūt hæc, arguens à minori, relinquens aliis, vt inferant maius id, quod conſecuta fuiſſet, ſi is ab ipſa non declinaſſet, ac pertranſiſſet, quando illi aperuit. Quod enim ait, tale mihi eſſe videtur.

LITTERA.
d Cāt. 1.3.
e Cāt. 1.13.
f Cāt. 4.7.
g Cāt. 5.1.

PARAPHRASIS. Ventre meo tumultuante, atq. tremente præ dolore, ac zelo, quo corde contabui, & conturbata in intimis ſum viſceribus ob torporem, & ingratitudinem meam, quam tunc percepi, cum *dilectus meus miſit manum ſuam per foramen* oſtii, vt peſſulum reſeraret, *ſurrexi* ſtatim, omni tandem obiecta ſocordia, *ſurrexi*, inquam, ego ipſa, *vt aperirē dilecto meo*, adhibitiſve manibus ad manubria peſſuli, *aperui* eidem *dilecto meo*, & ex contactu peſſuli illius, quod ipſe cōtrectarat, tm̄ *manus mea* perceperunt odoris, vt viderentur diſtillaſſe *myrrhā & digiti* quoq. *mei* viderentur *pleni myrrha probatiſſima; At ille declinauerat, atq. tranſierat*. Ac ſi dicat: O quantū fragrantiæ maioris mihi impertijſſet, ni declinaſſet, ſi illum attingere ualuiſſem, qui alioquin *faſciculus myrrhæ* mihi eſſe ſolet, & *inter vbera mea* commorari?

Genebrar. Secundum Genebrardū, & alios recentiores id tantùm ſimpliciter ſignificatur à ſponſa, quòd, dū recluderet peſſulum, aperiens dilecto ſuo, manus, digitique ſui myrrha ſint delibuti, qua ſponſus ipſe ſola attrectatione peſſulum ipſum imbuerat, quando *miſit manum ſuam per foramen* oſtii, ac ſi dicat: Cum illam oſtii partem attigiſſem, quam ipſe, myrrha olens contrectarat etiam *manus mea myrrham*, ac odorem myrrhæ contraxerunt, ita vt viderentur tam eæ, quàm *& digiti* earum ſtillare *myrrham probatiſſimam*.
(∴)

Verſ.

DE ECCLESIA.

Vers. V. Surrexi, vt aperirem dilecto meo. Manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.

Vers. VI. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo; at ille declinauerat, atque tran sierat.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta

I. SENSVS.

Cũ Iudaico populo pristinũ statũ delapso quo modo se gesserit Deus.

EXplicatis in præcedenti versu his, quæ circa pristinum statum suum sibi contigere in antiquo Iudæorum populo, tempore Iudicum, quando sæpius per immissa à Deo flagella, ad ipsum, qui eũ flagellabat, conuersa, admissorũ peccatorũ se pœnituit (prout declaratum a nobis est in secũda eorumdem verborũ exposit.) enarrat modo Ecclesia Sancta ea, quæ circa eumdem pristinũ illum statum euenere tempore Regum: tunq; in primis, qñ ob extremam Regum impietatem populus vniuersus à Deo suo desciscens, illũ quasi extra fores repulit, falsosve ei præposuit Deos: qñ Deus & varijs beneficiis fores, cordaq. eius pulsauit, & multorum Prophetarum vocibus ad ipsum inclamauit, vt sibi aperiret, conuersus à vijs suis pessimis, qñ deniq. & manum validam flagellorum super eumdem immisit, Regemq. eius, qui cordis locũ in ipso tenebat, ea rõne cõmouit, vt ad illius penitentiã, & Ecclesia ipsa, totusve populus ille surrexerit à peccatis & sceleribus suis, conuersus ad verũ Deũ suum, ipsisve penitentiæ ac mortificationis operibus suam protestans conuersionẽ, sic Deo aperuerit dilecto suo, vt idola vniuersa, falsumve ac impium à se abstulerit eorum cultum, quo tam quam præualido pessulo præclusus fuerat aditus Deo, & nihilominus Deus ipse eiusdem Ecclesiæ dilectus ab illo tunc declinauit, pertransiensve reliquit quodammodo eum, Quorum oĩum historiam tum in 4. lib. Reg, tum in 2. lib, Paralip, habemus, vbi post enumerata execranda Regis Manasse scelera, quibus à Iudaico populo Deum expulit, eiusdem Regis explicatur penitentia; eum quippe statum rerum suarũ Ecclesia hic narrat. Lege caput 33. lib. 2. Paralip. & videbis, quàm aptè ipsa postquam dixit: *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit*, subiecerit: *Surrexi* &c. Sic. n. ibi habes, *a Igitur Manasses seduxit Iudã, & habitatores Ierusalẽ, ut facerent malũ super oẽs gentes, quas subuerterat Dominus à facie filiorum Israel. Idcirco superinduxit eis Principes exercitus Regis Assyriorum, ceperuntq. Manassen, & uinctum catenis, atq. compedibus duxerunt in Babylonẽ*, (en missionem manus diuinæ) *Qui postquam coangustatus est, orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum*, surgens nimirum, vt aperiret dilecto suo per pœnitentiæ, ac mortificationis opera, quibus *manus* eius *distillauerunt myrrham, & digiti eius, myrrham* adeo ipsi dilecto suo probatam, atq. acceptam, vt propterea is exaudierit orationẽ eius (vt habetur in præcitata historia) reduxeritq. *eũ Ierusalẽ in Regnũ suum*, & verã Dei notitiã eidẽ sit elargitus, *Cognouit. n. Manasses*, dicitur in textu, *quod Dominus ipse esset Deus*. Quod, si quis, & id quoq. verificatum obseruare velit eodẽ tempore, quòd Ecclesia ipsa Deo aperiens dilecto suo, pessulum amouerit, id nimirũ oẽ, quo veri Dei cultus excludebatur, audiat quid eodem capite libri Paralip. de eodem Manasse dicatur, *b Et abstulit Deos alienos, & simulacrum de domo Domini, aras quoq. quas fecerat in mõte domus Domini, et in Ierusalẽ, & proiecit oĩa extra Vrbem*. Legat & caput 23. lib. 4. Reg. *c* vbi refertur studium piissimi Regis Iosiæ in amouẽdis, nedum è tẽplo, & Ierusalẽ, sed & è toto Regno suo ijs oĩbus, quæ vel ad cultum pertinebant Idolorũ, vel aliena erãt à verò Dei cultu. Quo ex capite collige quoq. intellectum eorum verborum, *At ille declinauerat, atq. transierat*, quæ immediate subintulit sponsa, postquã dixit: *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo*, statim quippe, ac enarrata sunt, quę circa prædictum studium in ipso amouendo pessulo sunt adhibita, quæve ad pietatem & sanctitatem spectabant Regis Iosiæ, cuius pietatis exemplo populus vniuersus, totaq. eius populi Ecclesia Deo aperuit, hæc adiiciuntur verba, *d Verumtamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses; Dixit itaq. Dominus, ẽt Iudã auferã à facie mea, sicut abstuli Israel, & proiiciam Ciuitatem hanc, quam elegi Ierusalem, & domum de qua dixi; Erit nomen meum ibi*. Atq. adeo in signum præsentaneum huius declinationis, & trãsitus sui ab eo populo permisit, vt piissimus ille Rex Iosias occideretur, & Nechao Rex Aegypti ascẽderet in Ierusalẽ, & post illũ Babylonii, vt spõsa ipsa significat in subsequẽtibus.

a Paralip. 33. 9.

b 2. Paral. 33. 15.

c 4. Reg. 23. 4.

d 4. Reg. 23. 26.

II. SENSVS.

Si præsentem eadem Ecclesia suũ prosequatur enarrare statum, contemplatiuos illos, quos iã cõmotos ad proximorũ curã suscipiendã retulit in superiori versu, nũc opus ipsum aggressos, inquit, vt peccatorum corda Deo aperiant, qui ab illis exclusus fuerat, & frigido scelerum rore oppletus. In hac aũt enarratione, nedũ factũ ipsum exponit, sed & appositissimis verbis in eo vtitur exponẽdo, & modũ quoq. explicat, quẽ in eo studio conuersionis animarũ ii adhibuere, quẽve & singuli qui que adhibere debeãt boni Prędicatores, ac demũ, quid sequi vt plurimũ soleat post ipsam animarũ conuersionẽ, qua Deo obdurata peccatorum corda aperiuntur, Examinemus vniuersa sigillatim.

Prædicatores boni à cõtẽplatione ad prædicationẽ surgunt.

Surrexi, inquit primò, neq. n. fas est, vt quisque prædicationis munus aggrediatur, vel quoquo pacto illud exerceat, ni prius is surgat; Idcirco quando Apostolis, primitiuæq. Ecclesiæ munus istud à sponso demandatũ fuit, superius in hoc cantico sic dictũ ab illo est, *e Surge, propera amica mea*, idẽq. replicatũ inferius reperimus, sic Ieremiæ dictũ à Dño, legimus, *f Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos oĩa, quæ ego præcipio tibi*, aliasque frequenter Prophetis ceteris eodẽ modo; Sic & Petro Apostolorum Principi, cũ destinatus est Cornelio, ad prædicandũ Gentibus Euangeliũ, & ad Gentes ipsas conuertendas, dictum est, *g Surge Petre, occide, & manduca*, ac *Surge, & descende, et vade*; Significat porrò Ecclesia, cũ ait, *Surrexi*, bonos prędicatores suos haud à negotiis terrenis, ad prædicationẽ tetendisse, sed à quiete cõtemplationis: ut videlicet eructent verbũ bonũ, qđ in secreto hauserunt vna cũ vino dulcedinis Spiritus sancti; Surrexisse autem, dimisso strato ipso contemplationis, omnive quietis dulcedine, ad labores, atque ad contradictiones paratos.

e Cant. 2.

f Ier. 1. 17.

g Act. 10. 13. & 20.

Prædicatores boni recta intentione mouentur ad prædicãdum.

Quia verò haud sat est, vt quis ad munus surgat prædicationis, sed operę pretium insuper est, vt in eo implendo rectam habeat intentionẽ, cõplures namq. reperire est, qui ad prædicandũ aduolent, vel ad inanẽ captandam gloriã, vel ad lucrum aliquod capessendum tẽporale, quorum studium in eo solo est, vt placeant hominibus, auresq. demulceant audientiũ, idcirco ad indicandam rectã ipsam intentionem Sanctorũ Prædicatorũ suorum,

post-

DE ECCLESIA.

A postquã dixit, *Surrexi*, addidit, *vt aperirem dilecto meo*, id videlicet pro scopo proponens, vt obdurata peccantiũ corda Deo aperiã, vt in fideliũ corda Deũ per conuersionẽ admittã, quẽ excludunt ijdẽ à se per auersionẽ delinquentes. Bene quoq; rectã hanc proponens intentionẽ suã, Deũ dilectũ suũ appellat, indicans, Prædicatores ipsos tam ad prædicandum, quàm ad aperiendum Deo per procurationem conuersionis peccatorum, ex Dei charitate moueri, quem solum toto diligunt corde.

Prædicatores boni facto implẽt, qđ verbis prædicant.

Ex qua dilectione prouenit, vt surgentes vas accipiant myrrhæ, quo ipsum perfundant dilectum suum. Porrò vas, quod accipiunt myrrhæ, obedientia est, propter quã è strato surrexere contemplationis, quave, prædicationis munus aggredientes, in id studiũ adhibent suũ, vt totã Dei legem, quã alijs prędicaturi sunt verbo, impleant & facto, cõgruentissime aũt obedientia ipsa per vas myrrhæ, a sponsa sumptũ, designatur.

Obedientia designata p vas myrrhæ.

Primùm.n. amaritudinẽ quamdã ex sua fert natura, sicut & vas amarã deferens, seu continens myrrhã, quã obedientiæ amaritudinẽ mugitu illo suo fœtæ ex contestatæ sunt *a* vaccæ, arcam Dñi in directũ portantes, quas alibi veri obedientis typũ esse, ostendi ex Gregorio Papa, & alijs.

a 1. Reg. 6. 12.

Quod si in vase myrrhę cõtinetur id, quod à corruptione præseruat corpora, sanè & in virtute pariter obedientiæ impletio continetur mandatorum Dei, quæ eãdem vim habet à corruptione seruandi non tam corpora, quã animas, iuxta illud Dñi, *b Si quis sermonem meũ seruauerit, mortem nõ videbit in æternum;* Nec odor multo certe præstantior, quã vasis myrrhæ deest obedientiæ, qđquidem experiẽtia comprobamus, virum obedientiã apud vniuersam congregationem bene audire, odorq; eius adeo diuinas oblectat nares, vt merito odori victimarũ, ac holocaustorum præferatur à Samuele, dicente, *c Nũquid vult Dominus holocausta, & victimas, & nõ potius, vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quàm victima, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum*, qui offerri Domino solebat in odorem suauitatis.

b Ioan. 8. 51.

c 1. Reg. 15. 22.

Manus mea stillauerunt myrrham, ait sponsa, quæ sumpto vase myrrhæ in eo præsertim obediẽtiã suo exhibuerat dilecto, quòd tametsi molestũ arbitrata esset, surgere e quieto contemplationis strato, surrexit nihilominus, vt ei aperiret, quia id ille sibi demandarat, dicens, *Aperi mihi soror mea*, &c. In implendo aũt ex obedientia mandato isto, ob quod ad prædicationẽ surrexit, manus ipsas suas inquit distillasse myrrhã, quæ typus est mortificationis ex indita amaritudine, quia Prædicatores, qui per peccantium cõuersionẽ aperire Deo student, prædicationẽ suã à pœnitentia exordiuntur; pœnitentiã potissimũ prædicãt, & carnis mortificationẽ, vel cũ Ioanne præcursore Dñi dicentes, *d Facite fructus dignos pœnitentiæ, iam n. securis ad radicem arboris posita est*, vel cum Apostolo, *e Mortificate membra vestra, quæ sunt super terrã, fornicationem, immunditiam, libidinẽ, concupiscẽtiã*, &c. ne dum labia habent distillantia myrrhã primã, ad imitationẽ Christi redemptoris nostri, de quo in hoc ipso cap. 5. dicetur, *f Labia illius lilia distillantia myrrhã primã*, sed & manus quoq; habere debent, myrrhã ipsam distillãtes, huiusve distillationis manuũ maiorẽ habere rõnem, quàm distillationis labiorum, mortificationẽ ipsam in semetipsis opere magis prædicantes, quàm verbo, prout & à magno illo pœnitentiæ prædicatore, Ioannẽ dico Baptistã, legimus *g* factum quippe qui in deserto asperrimã degebat vitã, vestitus de

Prædicatores boni pœnitẽtiã in primis prædicant, & mortificationẽ, quã in suo ostẽdũt corpore.

d Matt. 3. 8.

e Coloss. 3. 5.

f Cãt. 5. 13.

g Matt. 3. 4.

pilis camelorum, comedensq; locustas dumtaxat, & mel siluestre, ideoq; Apostolus Paulus de se, similibusve sibi pęnitentiæ, & mortificationis Prædicatoribus ait, *h Semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore nostro circũferimus, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris, & Mors in nobis operatur, vita aũt in vobis*, ac si dicat, semper quocumque prædicantes pergimus, Christi mortificationem nobiscum, nedum in animi patientia deferimus, sed & in corpore quoq; nostro exhibemus, & exprimimus, castigantes illud, nè fortè cum alijs prædicamus, ipsi reprobi fiamus, vt aliquando vita, gloriave Christi Iesu manifestè in nostris reluceat corporibus. B Si quidẽ in nobis mors nunc viuit, qui in iugi versamur mortificatione, propter quam mortificationem nostram in vobis vita prouenit pœnitentiæ, ac iustificationis.

h 2. Cor. 4. 10. & 11.

Veruntamen mortificationes prædicatoris pœnitentiæ, haud ex illis esse debent, quas reprobat in Euangelio Christus Dñs, dicens, *i Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant n. facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes*, sed tales, quæ probatissimæ sint, & corã Deo, & corã hominibus, eæ vero sunt, quæ sancta perficiuntur discretione, cuius discretionis symbolũ digiti sunt, quibus discerni vnaquæq; conspicimus, atq; adeo ad id, quod dixit, *manus meæ distillauerũt myrrhã*, C congruenter sancta adiecit Ecclesia: *Et digiti mei pleni myrrha probatissima.*

Mortificationis prædicatorũ qualis esse debeat.

i Matth. 6. 16.

Subditq; illico: *Pessulum aperui dilecto meo*, quia per exemplum probatissimæ huius mortificationis conuertit facile ad pęnitentiã auditores suos Prædicator veritatis, teste B. Bernardo, qui ait: Dico vobis, sermo quidẽ viuus, & efficax exemplum est operis, facilè persuadens, qđ intendimus, dum factibile probat esse, qđ suademus: Et notandum, quòd sponsa non dixit simpliciter, *Aperui dilecto meo*, prout dicendum videbatur, cum simpliciter ei sponsus dixisset prius: *Aperi mihi*, &c. at dixit: *Pessulum ostii mei aperui*, idq; tum demum, cum aduertit, sponsum manum suam misisse per foramen ostii, conatumq; vt pessulum id reseraret, quo obfirmabantur eius ostii valuæ.

Bern. ser. 3 in festo resurrect. dominica.

D Porrò, tametsi per pessulum ostii Ecclesiæ, qđ reserare enixus est sponsus eius Christus, illa superius in exposit. secunda, vers. 4. intellexerimus, quibus Ecclesia in ipsa in contemplatiuis simplicioribus præpediebatur, ne obuiã sponso procederet, ad procurandã proximorum salutẽ, duo nimirũ errores, quibus ii decipiebantur, vt videre est in præcitata exposit. Nihilominus, cũ ex antecedentibus constet, per id, qđ eidẽ dictũ est: *Aperi mihi* &c. contemplatiuos fuisse excitatos a sponso, ad aperiendũ non tã semetipsos, quã corda peccatorũ, a quibus sponsus erat exclusus, ac per apertionẽ illã, fuisse designatã peccatorum conuersionem, qua in eorũ corda admittitur Deus prædicatione, E & exẽplo eorumdem cõtemplatiuorũ, melius, magisve ad propositũ sensui, quem modo prosequimur, per pessulum ostij Ecclesiæ ea accipienda videntur, quæ impedimento sunt, ne peccatores ipsi sua sponso aperiant corda; ea, quibus validius in peccato obfirmantur, quæ iam Deo obserata sunt corda, cuiusmodi sunt diuitiæ, honores, illecebrę, & cetera huiusmodi, quæ per foramẽ tangit Dñs, cũ manum immittit flagellorũ ad correctionẽ ipsorum peccatorum, minitãs eorũ ablationẽ, ac propemodũ reserare satagens pessulum, ab eoq; vt à sponso, & à magistro edocta Ecclesia, edoctive eius Prædicatores ista ipsa, vt pessulũ prædicatione sua aperire nituntur, quo sanè aperto, apertum illico

Cor peccatoris quo obseratur pessulo Deo.

Terrenorũ abiectionẽ & contemptũ in primis prædicãt boni prædicatores, vt iniquos conuertãt.

DE ECCLESIA.

illico afferunt, & ostiũ cordis, qđ iã Deo erat obseratum, conuersa reputant peccatorum corda ad Deum: ideo audacter pro illis ait Ecclesia: *Pessulũ ostii mei aperui dilecto meo*, ac si dicat, ostium meũ aperui dilecto meo, aperiens pessulũ eiusdẽ ostii, quo videlicet ostiũ ipsũ obseratũ tenebatur, quo idẽ ostium in ipsa obseratione obfirmabatur. Aperiunt porrò Prædicatores obseratũ Ecclesiæ ostiũ, cum prædicatione sua corda peccatorum eorum, qui mẽbra ipsius Ecclesiæ sunt, ita conuertũt, quo modo & clausum conuertitur ostium, quando valuæ eius aperiuntur, vel ipsumet aperitur, quomodo ad istiusmodi valuarum conuersionem aditus ei patefit, qui extra fores pulsabat: Aperiunt verò pessulum eiusdẽ ostij, cum, eadem prædicatione sua vanitatem edocentes prædictarum rerum, quibus homines præpediuntur, ne Deum intra se admittant, peccatoribus ipsis, qui adeo obstinatè iis addicti erant, illarum persuadent cõtemptum, quo sanè persuaso, consequitur, vt ipsimet ab illis, vel saltẽ ab earum affectu se se liberantes, cordiũ suorum fores vni expandant dilecto suo: Cũ econuerso, ni pessulum istiusmodi affectus amoueant, fieri nullatenus possit, vt apertum Deo exhibeant cor suum per verã, bonamq. conuersionem, quod haud obscurè contestatus est Dominus Iesus, cum dixit, a *Nisi quis renũciauerit oĩbus, quæ possidet, nõ põt meus esse discipulus*, b &, *Qui amat patrẽ aut matrem plusquam me, non est me dignus, & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus*.

Conuersio peccatoris designata per apertionem ostii.

a Luc. 14. 33.

b Matt. 10 37.

Quãuis aũt apertio ista pessuli simul, ac ostii, & conuersio peccatorum, ad Deum intra se suscipiẽdum, terrenaq. & temporalia è cordibus suis abiicienda, ingẽtem & Prædicatoribus ipsis, & vniuersæ ẽt Ecclesiæ lætitiã afferat, & exultationẽ. Quia tñ sæpius vsu venire solet, vt ad huiuscemodi conuersiones magnæ vel à conciuibus, vel à parentibus, & cognatis, vel à consortibus in crimine conuersorum, turbulentissimæ aduersus Ecclesiam suscitentur tempestates, magnæq. contra Prædicatores ipsos commoueantur persecutiones, nec nõ & in illos, qui conuersi sunt, frequentes, validiq. insurgant tentationum fluctus: ita vt Deus, ne dũ ab ipsis, sed ab Ecclesia quoq. declinasse videatur: Ideo, postquã dixit: *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo*, consequenter adijcit rectè sponsa; *At ille declinauerat, atq. transierat*, non quod verè declinarit, sed quod declinasse visus sit.

Quod ergo secundum primum litteræ sensum ait Ecclesia, breuiter tale est.

PARAPHRASIS.

In Prædicatoribus meis è quieto contemplationis strato, dimissa oĩ mea quiete, dulcedine, & cõmodo, obediens *surrexi* ad prædicãdum haud certè alia intentione, quàm, vt per peccantium hominum conuersionem obserata per peccatum eorũ corda Christo *aperirem dilecto meo*, mortificationem aũt prædicaturã non tã labiis, verboq. quàm manibus & operibus meis *myrrham* distillare studui, mortificationemq. ipsam edocere, dediq. operam, vt operibus prędicarem mortificationis meę, quæ & discreta esset, & Deo probatissima. Porrò mortificans meipsam in primis in abiectione terrenorum, *aperui* sanè corda multorum peccatorum, quæ mea iam erant membra, conuertens illa ad dilectum meum, *aperui*, inquam, illi aperiens *pessulum ostii mei*, deducens peccatores ipsos ad conuersionem, aperiendo, & explicando eis vanitatẽ, & deceptionẽ illecebrarum carnis, & terrenorum eorum, quibus veluti pessulo obfirmata ipsorum tenebantur corda, efficiensve, vt ipsimet corda Christo aperirent, &, amotis inde, ac contẽptis te-

A bus iis, quibus à bona præpediebantur conuersione, Christum intra se admitterent vnicum dilectũ suum; Tantæ vero ex istiusmodi illorum conuersione in me commotæ sunt turbæ, tantæ in Prædicatores meos excitatæ sunt persecutiones, tantæ demum in conuersos ipsos suscitatæ sunt tempestates, vt dilectus meus Christus tunc potissimum declinasse, atque transisse visus sit.

DE ECCLESIA.

II. SENSVS.

Explicantur hæc ipsa melius per eadem sponsæ verba secundum lectionem Originalium Hebr. & Sept. quæ sic habet; *Manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei myrrham plenã, transeuntẽ, atq. perfectã super manubria, seu, cardines pessuli. Aperui ipsa dilecto meo, at ille conuersus pertransiit*, si eo accipiatur sensu, quem secundo loco in prima attulimus expos. Declarat quippe Ecclesia sancta per B hæc, quanam ratione potissimum sancti Prædicatores conuertant delinquentes, ita vt ij Deum in sua admittant corda, quave ratione è vestigio cum illis sese gerat Deus.

Prædicatores boni qua rõne potissimũ conuertãt peccatores.

Rationẽ quã ij seruant, eã esse, inquit, quòd ad prædicationẽ surgentes, curant, vt manus suæ distillent myrrhã, dando operam, vt facto, atq. operum exẽplo mortificationẽ prædicent, stillãt quippe & manus eloquium suum, cum myrrhã fragrantissimam stillãt ipsa manuum opera, atq. ipso mortificationis studio in id potissimum ait, illos suũ intendere conatum, vt digiti sui stillent myrrham perfectissimã super manubria, aut cardines pessuC li. Pessulum quid sit, iam explicatum est, id videlicet oẽ, qđ impedit, aut retardat, ne Christus animarũ sponsus intra cor admittatur, id qđ obstinatos reddit peccatores, ne ad Deum sua conuertãt corda, opes, dignitates, cognationes, amicitiæ, illecebræ, honores, fama, &c. Cardines intra quos cõtinetur, atq. versatur, & quibus sustinetur huiusmodi pessulus, ipsi sunt affectus vehemẽtiores in illud oẽ, qđ enumeratum est, & ijs similia. Manubria quoq. eiusdem pessuli, quibus is apprehenditur, vel vt claudatur, vel vt aperiatur, iidem sunt eorumdem affectus, concupiscentiæ, atq. libidines. Hoc ergo modo sancti Prædicatores procedunt, prædicantes exemplo mortificationis, cuD rant, vt nedum manus suæ, i. opera sua in vniuersum, sed & digiti quoq. sui singuli, singula nimirũ opera sua primam, ac perfectissimã mortificationis myrrham stillent, ac prædicent super affectus prædictorũ, quibus homines peccatores retinent illa, quibus veluti manubriis ea apprehẽdunt, vt corda sua Deo claudant, quibus deniq. illa sustinẽt super obseratis, & obduratis cordibus suis in Dei æmulationem, stillantq. huiusmodi myrrhã, cum in singulis operibus suis docent, mortificandos vehementes affectus prædictos. Quomodo vero id doceant, innuitur epitheto illo, quod in textu Hebraico perfectæ huic mortificationi, myrrhæq, huic tribuitur; *Et digiti mei myrrhã transeuntem super cardines, aut manubria pessuli*. transiens quippe myrrha dicitur, quæ prius stillat in digitis ipsis, tum e distillatione digitorum distillatio ipsa transit & super manubria pessuli, per id siquidẽ, qđ in singulis operibus suis mortificationem affectuum circa mundana, atq. terrena præseferunt, edocent & peccatores quosque mortificationem eamdem affectuum suorum, quæ certe mortificatio congruentissimo insignitur nomine, &, cum myrrha plena in versione Sept. & cum myrrha probatissima in versione vulgata appellatur, ea quippe vna & Deo probatissima est, & numeris omnibus absoluta.

Affectus peccatoris sunt cardines, quibus sustinetur pessulus, & manubria eiusdẽ pessuli, quo obseratur Deo, illius cor.

Post distillatam hanc myrrham, postquam suomet

DE ANIMA. met exemplo prædictā edocuit mortificationē, tu/A to & cōtidētor ſubdit Eccleſia: *Aperui dilecto meo*: oſtendens ſubitaneum exemplaris eius doctrinæ effectū, ipſam peccatorū conuerſionem, quia, ſicut in præcedenti eius explicatione dictum eſt, ſtatim ac mundani homines, & peccatores deſpectum cō cipiunt prædictorum, eorumve mortificare ſatagunt affectus, cordium ſuorum fores Chriſto aperiunt Deo ſuo.

Verſ. V. Surrexi, vt aperirem dilecto meo. Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.

Verſ. VI. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo; at ille declinauerat, atque tranſierat.

Expoſitio Tertia. De Secunda ſponſa, quæ eſt anima iuſti.

I. SENSVS. INternū pęnitentis aiæ conuerſionem à peccatis, internoſve pœnitentiæ motus tria conſequātur, operæpretium eſt, quò & pœnitentia ipſa cōpleta ſit, & vnà tum iuſtificatione Deus in pœnitētem aiam illā dici queat admiſſus. Primū eſt depoſitio realis peccatorū, eaq. nedū per abſceſſum ab ijſdem peccatis, ſed & per vocalem eorum confeſſionem. Secundū, mortificationis opera talia, qualia ipſis proportionata ſint commiſſis ſceleribus. Tertiū, receſſus ab ijs vniuerſis, quibus in peccato conuerſa detinebatur aima, & per quæ à Deo ſuo elongata iacebat, vel ēt ſi admiſſus aliquando fuiſſet, fugari illico is facile poſſet, ita vt nec permanens, nec cœnans cū ea ſit. Tria hæc ſingula, & vniuerſa tempore conuerſionis ſuæ a ſemet præſtita, & exhibita in his, quæ modo exponimus, oſtendit aia ſponſa Chriſti, ſuā enarrans conuerſionē, eiuſdemq. conuerſionis modum, expoſitis .n. in præcedenti ſententia internis præcordiorum ſuorū motibus aggreditur iam & motus iſtos explicare externos; *Surrexi*, inquit, receſſum ſignificans à peccatis, *vt aperirem dilecto meo*, illorum deſignās peccatorum ſuorum confeſſionē; *Manus meæ diſtillauerunt myrrham*, operibus videlicet mortificationis ſatisfacere ſtudens, quæ mortificationis opera peccatis ipſis ſuis proportionata extitiſſe teſtatur, addens: *Et digiti mei pleni myrrha probatiſſima*, per digitos diſcretionem ſignans, adijcitq. *Peſſulū oſtij mei aperui dilecto meo*, indicans, & ea oia a ſe abiecta, & relicta fuiſſe, quibus veluti peſſulo cor ſuū præcludi ſoleret Deo dilecto ſuo: Declinaſſe vero ait, tum demum, atque tranſiſſe dilectum ipſum ſuum, cum ingredi deberet, id innuens, quod denuo conuerſis euenire ſolet vt plurimum.

Pœnitentia actus externi tres.

Receſſum à peccatis ꝗ ſurrexi impediāt. Præclare aūt receſſum a peccatis hoc verbo, *ſurrexi*, deſignat, eo namq. vno ab oībus ſe expediuiſſe ſignificat, quibus per peccatum detenta retardabatur a conuerſione. Enimuero quinq. in cauſa eſſe ſolent, vt ſurgere quis nequeat vel è lecto in quo decūbit, vel e loco, in quo iacet, ſegnities, ægritudo, compedes, funes, aut ingens onus.

Iacebat ipſa dormiens peccati ſomno, atq. otij ſocordia, prout exprobratum ei nouimus a ſapiē

a Prou. 6. 9. te his verbis: *a Vſquequo piger dormies? quando conſurges e ſomno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus, vt dormias, & veniet tibi quaſi viator, & curſor egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus*: Iacebat & ægra iniquitatis ægri

b Pſ. 40. 4. tudine, *b Vniuerſum* quippe *ſtratum eius* verſauit Deus *in infirmitate* illius; Iacebat, funibus pecca-

torum conſtricta, *c iniquitates .n. ſuæ*, (ait Salomō) *capiunt impiū, & funibus peccatorū cōſtringitur*, atq. adeo ſic eā admonebat Propheta, *d Excutere de puluere, conſurge, ſede Ieruſalē; ſolue vincula colli tui captiua filia Sion*. Iacebat, ſcelerum cōpedibus præpedita, quid .n. non faciat peccatum, *e Vetuſtā*, inquit ipſamet aīa, *fecit pellē meā, & carnē meā, cōtriuit oſſa mea, ædificauit in gyro meo, et circumdedit me felle, et labore in tenebris collocauit me quaſi mortuos ſempiternos, circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum*; Iacebat demū grauiſſimo peccatorū pondere preſſa, prout

B ipſamet conteſtabatur, cum diceret, *f Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*.

c Prou. 5. 22.

d Iſa. 52. 2.

e Thren. 3. 4.

f Pſ. 37. 5.

Per cōfeſſionem peccator aperit Deo. Porrò, quia ſurrectio iſta à peccatis per eorumdem peccatorum confeſſionē conſummata eſt, & hanc quoq. inſigni artificio deſignauit, dicens; *Surrexi, vt aperirem dilecto meo*. Surrexit quippe, aperiens os ſuum ad proferenda peccata; ſed quēadmodum in actu reſpirationis aperitur quidē os ad emittendum calidū ſpiritū illum, quo ſuffocari cor poſſet, ni extra mitteretur, at nihilominus per eamdē oris apertionē frigidus alius intromittitur ſpiritus, quo æſtuantia refrigerantur præcordia ipſa, ita vt propterea recte quis dixerit, cum reſpirat: Aperio os, vt iucundiſſimo aperiā ſpiritui.

C Ita & eidem aiæ aperiēti os ſuum ad proferanda peccata dicere licuit, *aperui dilecto meo*, quia eadē oris apertione & peccata extra ſe mittit, & Spiritus ſancti gratiam admittit intra ſe.

Quæ circa alias pęnitentiæ partes, & circa reliquū præſentis ſētētiæ dicēda forēt, colliget facile vnuſquiſq. ex dictis ſupra in ſecunda expoſitione.

III. SENSVS. Iuxta tertiū ſenſum; Pia aīa, quā ex negligentię torpore Deum aliquantulum offendiſſe vidimus, quæve in præcedenti verſu ad Dei tactū per noui, ac ſpecialis auxilij exhibitionem timore, reuerentia, atq. amore intrinſecus commotā ſe dixit, effectum nunc narrat prædictæ cōmotionis internæ, quòd illico ſurgens, eius ſe pęnituerit torporis, amotoq. eodem, aperuerit ſe Deo, feruoriq. ſpiritus. Bene aūt poſt amoris cōmotionē ſurrexiſſe ſe

D ait, vt aperiret dilecto ſuo, idq. poſt ſpecialē diuinæ gratiæ tactum. Neſcit .n. tarda molimina Spiritus ſancti gratia, & ad ſecordiā aiæ ſpiritualis affectus charitatis ſe hēt inſtar ignis ad frigidum, immotumq. puluerē tormentariū, cū lampades ipſius charitatis lāpades ignis, atq. flammarum eſſe perhibeantur. Surgens aūt, feruorē, quē ex igne illo ſuſcepit, illico & extrinſecus cępit exhibere, obuiam .n. lachrymis lotā, & mortificationis vnguēto delibutam Deo proceſſiſſe ſe aſſerit, declaratq. in primis, quomodo hac myrrha delibuta proceſſerit, dicens: *Manus meæ diſtillauerunt myrrhā, & digiti mei pleni myrrha prima, ſeu probatiſſima ſuper manubria peſſuli*, quibus ſignificat, ſe illico manus

E adhibuiſſe ad tollendum totum id, quo tamquā peſſulo per negligentiam, & torporem fuerat retardata à ſpiritus feruore, atq. pro ſingulis rationibus, rebuſq. illis, quibus in ſocordia fuerat detenta, ſpeciali ſe caſtigaſſe mortificatione, ſpecialiq. pœnituiſſe contritione, ita vt iam torpor ipſe, eiuſdemq. memoria ſuauem redoleat myrrhæ fragrātiā. Porrò, cum ſubijcit; *Aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atq. tranſierat*, ſignificat, multò maiori eiuſdem myrrhæ, aliorumq. vnguentorum optimorum copia fuiſſe perfuſuram dilectum ipſum ſuum, ideoq. ſummo feruore oſtium cordis ſui totum illi aperuiſſe, eidemq. in occurſum proſiliiſſe, vt ſuper illum largius myrrham primam effunderet

Charitatis affectus ſu ſcitat à quacūq. ſocordia. Simile.

Negligēs ī vita ſpirituali quō ex affectu charitatis poſtea ſe corrigat.

DE B. MARIA.

deret lacrymarum, factoq. alabastro nardi pistici pretiosi, demississima eum inungeret humilitate, æstuantisve charitatis vnguento optimo delibutum expetitis tandem illum susciperet amplexibus. Quibus cum ob transactam socordiam haud digna fuerit, rectè addit: *At ille declinauerat sibi, atque transiuerat:* haud.n. penitus Deum ipsam dimisisse agnoscit, sed declinasse dūtaxat per transitū e quia sic illi, sapientiæq. eius visum est expedire, vt ipsa tantillum adhuc in spiritus feruore diuinis eius destituta consolationibus, succenderetur magis in feruore illum quærendi, fieretq. infuturum cauta magis ad oēm deuitandum torporem in vitæ spiritualis studio, cui is maxime repugnat.

Ob negligētiā transactam Deus aliquando dimittit piā aīam i ariditate.

III. SENSVS.

Iuxta quartum sensum; Eadem pia aīa idipsum asserit, qd surgens Deo obuiā processerit, omnēq. à se amouens socordiam, totam se illi expanderit, eo tñ discrimine a sensu superiori, quòd secundū istum sensum, & illud ipsum, quòd pro singulis rationibus, & rebus ipsam demorantibus, speciali se castigauit mortificatione, inditum sibi fatetur ab eodē Deo, qui specialis gratiæ exhibitione pessulū tangens negligentiæ, & torporis, quo sibi obserabantur ostia cordis dilectæ suæ, super ipsum pessulum myrrham effudit primam, primùm ipsam excitans animam ad se mortificandum in ijs, quæ torporem ei causarant, Aeque est.n, ac si dicatur.

Negligens, qd surgat ad feruorē spiritus, aduenit a Deo tāgēte pessulum.

PARAPHRASIS.

Surrexi à torpore spiritus, vt fores Deo *aperirē dilecto meo*, dedi operam, vt *pessulum* penitus amouerem totius socordiæ meæ, in tactu manubriorum dicti pessuli, cum primum animum applicui, ad negligentiam a me amouendam, excitatam me sensi ad lacrymas, & mortificationis opera specialia pro singulis actibus, quibus Deo meo socordem me exhibueram. O quantum mihi ista mortificationis opera extitere suauia: Si ergo dilectus meus tantū pessulo ipsi torporis impertijt fragantiæ, cum illū tetigit, quantum mihi infudisset suauitatis, si præsentem eum habere potuissem inter vbera mea, vti fasciculum myrrhæ, vt pro me passionibus, doloribus, mortiq. crucis expositum. At ò me miserā, *Aperui* quidem ei, vt *dilecto*, summoq. feruore ipsum meditata sum, qui pro me tanta laborauit sedulitate, nihil tñ in talibus meditationibus percepi fragantiæ, & suauitatis, quia *ipse sibi*, occultoque iudicio suo *declinauit, atq. transiuit* arida me relicta.

Si dulcēdinem Deus exhibet in mortificationis studio, multo maiorē exhibet in studio amoris, & vnionis.

Vers. V. Surrexi, vt aperirem dilecto meo, Manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima,

Vers. VI. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo; at ille declinauerat, atque transierat.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

III. SENSVS,

Mariam à prabendo cōsēsū in Incarnatione quid retardarit.

QVod B. Virginem retardauit, ne ad primam Gabrielis Angeli vocem illicò suum dederit consensum, vt in eius vtero Dei filius carnem indueret, fieretq. mater Dei & hominis, firmissimū (vt visum est in superioribus) propositum extitit virginitatis, ingensq. pudicitiæ, & puritatis amor. Ideo .n. instrui volens de modo, quo futura erat mater, in Euangelio dixit, a *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* & in hoc ipso cap. 5. dixit, b *Exui tunicam meam, quomodo induar illā?* &c. Sicut aūt in Euangelio a B. Luca refertur, illā, statim ac instructa, fuit ab Angelo de admirabili

a Luc. 1. 34

b Cāt. 5. 3.

A modo tanti mysterij, suum præstitisse consensum, & ex eiusdem Euangelij contextu colligitur, ad consensus prolationem disparuisse Angelum, ita hoc loco ab ipsamet exactius narratur, quomodo hæc contigerint, significante, postquam admirabilem ab Angelo audiuit modum maternitatis cū conseruatione virginitatis, adhuc sibi superfuisse metuendam puritatis suę denigrationem in hominum opinione: Nihilominus, cum ventre, & interioribus vniuersis intremuit, immissa manu omnipotentiæ Dei per foramen intellectus sui; sicve persuasa est, per omnipotentiam Dei oēm tolli posse difficultatem, vt explicatum est in primo sensu exposit. quartæ versus præcedentis, mente primū B surrexisse se, ait, vt dilecto suo aperiret, suumq. vt daret consensum, ac iuxta tertium litteræ sensum, manus suas distillasse *myrrhā*, & digitos suos *myrrham primam super manubria pessuli*, monte pariter statuens, mortificationem omnem sustinere, quæ pessulo, atq. proposito virginitatis, pudoriq. suo manebat apud homines, qui tanti haud conscii forent mysterii, vt, quod dixit, *Manus meæ distillauerunt*, &c. tantumdem sit, ac si dicat. Mente contrectans ingentem meum pudicitiæ amorem, super ipsum vt *super pessulum* me demorantem ab exhibendo consensum in Incarnatione filii Dei, *distillaui primam* mortificationis *myrrham*, complacēs mihi in eo ipso, quòd propter Deum mortificatio C ni huic subiacerem in aliquorum hominum opinione, apud quos male mea audiet puritas: Addit autem, quomodo postmodū & re ipsa suum exhibuerit consensum, adeo ab Angelo expetitum, sicue aperuerit Verbo dilecto suo, vt carnem sumēs, suum intraret in vterū, dicens; *Aperui dilecto meo:* Quia vero dilectus eo vsq. locutus fuerat per Angelum, quem & dilectum pariter hucusq. appellauit, quatenus dilectum ipsum suum representaret, eo disparente ad consensus exhibitionem, ait: *At ille declinauerat, atque transierat.*

DE ANIMA.

Maria cum prabuit consensum Incarnationi, subiacuit mortificationi prauę opinionis aliquorum.

Maria prabente cōsensum Incarnationi Angelus dispáruit.

Sed ne dum antecedentibus, at & consequentibus melius hæc ipsa connexa apparebunt, si, iuxta alium illum sensum præcedentium verborum, quē secundo loco in quarta eorum expos. attulimus; D iam ibi enarrato modo, quo in B. Virginis vtero ipsa facta est verbi Incarnatio, nunc subsequenter supponamus, eamdem Virginem Gloriosam enarrare, quomodo inter alia, de quibus instructa diuinitus fuit, pertinentibus ad Christi personā, passiones, & gloriā, de ea edocta fuit Iudaici populi obstinatione, qua Christum ipsum filiū suum suscepturus is minime esset. Ostendit aūt Virgo gloriosa, quantum in eo ipso tempore, quò primùm incarnatum est Verbū, pro conuersione eiusdē populi fuerit solicita, quantave erga illū affecta extiterit charitate. Videtur aūt locus iste vim eamdē habere, atq. ille, in quo Apostolus, eadem flagrās charitate, dixit, c *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimoniū mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam mihi tristitia magna est, et continuus dolor cordi meo, optabam .n. ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem*, &c. Explicatum est namq. aliàs, iuxta aliquorum Sanctorum Patrum sententiam, ibi Paulum, cum dixit, se optasse anathema esse à Christo pro fratribus, significasse, eo processisse charitatem erga Iudæos, vt præter magnam tristitiam, continuumq. dolorem, quo angebatur pro eorum obstinatione, optarit mortem pro eorū salute subire, vt Christo pro illorum satisfaceret obstinatione. Idipsum aūt est, quod hicait B. Maria, dicens quippe *Surrexi*, &c. Aeque est, ac si dicat,

Maria Incarnationis momēto instructa de obstinatione Iudaici populi.

Maria quā sedula pro conuersione Iudaici populi.

c Rom. 9. 1

Incar-

[APPENDIX.] Incarnato in me Dei filio, agnitaq. eodem temporis momento obstinatione Iudaici populi, qui sunt cognati mei secundum carnem, surgens, sedulaq. existens, vt ēt in eis aperirem Christo dilecto meo, illumve in eorum admitterem corda, obuiā illi processi cum vase myrrhæ adeo redundanti, vt & manibus, & digitis distillaret myrrha prima: nulla.n. extitit mortificatio, nullus dolor, nulliusve passionis amaritudo, quā tunc non subijssem, vt illi saluarentur, Christumve in se admitterent: *Pessulum* silentij mei *aperui dilecto meo*, largissimas illi fundens pro eodem populo preces: *sed is* decreto æterno *iam declinarat, & transierat* ab eis.

[II. SENSVS.] Vel, iuxta secundū litteræ sensum; *Manus meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei myrrham primam super manubria pessuli.* Pro Iudæorum obstinatione, qua veluti pessulo Christus ab eorum cordibus arcendum noui, omni ex tunc me exposui amaritudini, passioni, & cruciatui. *Aperui*, quidē in aliquibus eorum, dilectumq. meum in eorum admisi cor: attamen à populo vniuerso *ille*, iuxta eius scelera, decreto *declinarat* æterno, & ab eo transire decreuerat ad gentes.

Vers. V. Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.

Vers. VI. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille delcinauerat, atq. transierat.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis. Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Cum præualuit contra me plaga fortitudinis Domini, obstupui propter opera mea, & sacerdotes obtulerunt oblationes, & adoleuerunt incensum aromatum, & non fuit acceptum cum beneplacito, quoniā Dominator sæculi clausit portas potētiæ in cōspectu meo.

Dixit Christus Israel, volui quærere doctrinam à facie Domini, ipse autem abstulit maiestatem suam de medio mei.

Quatuor sunt istius sententię partes. Prima, *Surrexi, vt aperirē dilecto meo.* Secunda, *Manus meæ distillauerūt.* Tertia, *Pessulū ostij mei aperui dilecto meo* Et quarta, *At ille declinauerat, atque transierat.*

[*Prædicator debet prius facere, quā docere.* Cassiod.] Et quidem communiori veterum Patrum consensu tota sententia Ecclesiæ tribuitur, vel ēt animæ surgenti ad procurandam proximorum salutem: Vnde Cassiodorus, Bene, ait, primò dicitur, *surrexi*, deinde, *vt aperirem dilecto meo*; Quia enim prædicando, aliorū corda vult Deo aperire, prius debet ad studium bonorum operum erigi, & opere implere, quod prædicat, sicut de Domino dicitur; a *Quia cœpit Iesus facere, & docere.* [a Act. 1. 1.]

[Greg. PP. Philo Car. Beda. Anselm. Richardus] Et Gregorius Papa; Surrexit, quia tacta, i. maioris amoris flamma succensa, qui.n. perfectè amat, surgit, vt proximo benefaciat. Hisce consentiunt Philo Carpathius, Beda, Anselmus, atque Richardus de S. Victore.

[*Profectus animæ est ex Dei præsentia.* Ambros. Psellus. Tres Patr. Richardus.] Ad maiorē aīæ progressum eamdem primā partem referunt Ambrosius, Psellus, Tres Patres, & Richardus: Vnde Ambrosius lib. de Isaac, & anima cap. 6. Postquam, ait, in vtero concepit anima, & concepit desiderium videndi Deum, surrexit, vt propriùs eum videret. Surrexit aūt per vigorem, atq. virtutem, præsentia enim Verbi hausit anima virtutem, sicut præsentia Marię, cum vtero grauis esset, erudit Ioannem in vtero constitutum, vt b exultaret, præsentiam Domini recognoscens. [b Luc. 1. 4.]

Michaelis Ghislerii.

[APPENDIX.] Et Psellus; Surrexi ad laboriosum, & magis diuinum ordinem, vt quem antea capere non poteram, laboribus multis latiorem cogitationis portam patefaciens, sponsum comprehenderem. [Psellus.]

[*In contemplationis studio laborandum.* Richardus.] Richardus verò, Surgit, inquit, vt dilecto aperiat aīa, quia accepta gratia amplius acceditur ad hanc percipiendam, ad amandum feruentius, & ad magis insistendum operibus charitatis.

[Greg. Nyss. *Mortificationis studio Deo aperimus.*] Gregorius Nyssen. homi. 11. surrexisse inquit piam animam ad studium mortificationis, vt per illud aperiret Deo.

[Conciliū Hispalēse. *Crucifixa sola caro Christi.*] Secundā partem, *Manus meæ distillauerūt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima*, singulariter in concilio II. Hispalensi, quod habetur in tertio tomo Conciliorum cap. 13. Patres tribuisse reperiuntur Christo, sic enim dicunt; Salomon in Canticis Canticorum passionem carnis Christi prædicans, ait: *Manus meæ distillauerunt myrrhā, & digiti mei guttam*, vbi specialiter ostenditur, in manibus, ac digitis solam carnem Christi in stipite infixam, sicut in psal. 118. *Confige clauis timoris tui carnes meas.*

[ps 118. 120 *Prædicatores dare se debent studio continētiæ, & mortificationis, idq. cum recta intentione.* Cassiod. Greg. PP. Beda. Anselm. Rup. Abb. Richardus Iustus Or.] Communi tamen aliorum Patrū cōsensu haud sponso, sed sponsæ tribuuntur. Et quidem conueniunt fere oēs, vt hic de studio agatur mortificationis designato per myrrham; in hoc ipso tamen est maxima inter Patres expositionum diuersitas, Communior, quæ est Cassiodori, Gregorii Papæ, Bedę, Anselmi, Ruperti Abbatis, & Richardi de Sancto Victore, *Manus* Ecclesiæ distillare dicuntur *myrrham*, cum illius Prædicatores se dant studio continentiæ, & mortificationis, vel, cum morti se exponunt pro Christo, id quod ait & Iustus Orgelitanus. Digitos verò stillare *myrrham probatissimam*, cum per discretionem discernunt, an sācta, rectaq. intentione eidem indulgeant studio.

[*Mortificatio qualis esse debeat.*] Addit Gregorius Papa; Sicut in vna manu plures sunt digiti: sic in vna conuersatione per discretionem diuersæ sunt virtutes. *Digiti* aūt *pleni myrrha probatissima* semper esse debent, quia mortificatio carnis in omnibus tenenda. In hoc autem vltimo conuenit Gregorius cum Theodorito.

[Greg. PP. Theodor. Richardus.] Et Richardus, *Digiti*, ait, sponsæ *pleni* sunt *myrrha probatissima*, cum, omni custodia seruans illa cor suum, innumeras cogitationes, & motus cordis discutit, & noxia repellens, vtilia recipit.

[Philo Car.] Notat Philo, non tam dicta Prædicatorum debere stillare myrrham, quàm manus, & facta.

[Greg. Nis. *Mortificatio voluntaria esse debet.*] Ad mortificationem voluntariam referunt eadem Gregorius Nyssenus, & Ambrosius. Nyssenus enim hom. 12. ait; Necando membra terrena, & carnis cortinam auferendo, ostium Deo aperitur. *Surrexi*, cur? quia *manus*, idest, motus animi actionum effectores, *stillauerunt*, non sunt factæ stillare, vltro ex sese promspserunt voluntariā corporearum affectionum extinctionem. Sic *surrexi* ex eo, quòd membrorum mortificationem sponte institui; Non ab alio myrrha mihi in manus data, sed defluente illa ex animo, ita vt in omnibus prorsus animi motus, qui digiti vocantur, hæc animi affectio conspiciatur, non vnus, vel alter digitus, sed omnes digiti, quia vt inueniatur Dominus, omnes animi motus indistincte comprimendi sūt. Pulchre ergo sponsa manus suas myrrha plenas ostendit, cum vitiis omnibus mortua surgat, vt sponso aditum patefaciat; myrrha enim symbolum est mortis. [*Animi motus omnes cōprimēdi.*]

[Ambros. *Inuenit Christū anima, quę mo*] Quibus haud dissona sunt, quæ ait Ambrosius lib. de Isaac cap. 6. Talis debet esse anima, quę verbū est receptura, vt moriatur mundo, & cōsepeliatur Christo; Sic.n. Christus inuenitur, & tale sibi

APPENDIX.

...ritur mũdo seq mortifi cat.

quærit hospitium. Deinde ipsa ministeria operationum, idest, manus, & digiti, quibus comprehẽditur Christus, mortificantur; quos digitos velut eminentia factorum nostrorum opera possumus æstimare.

Contritio causat cõfessionem peccatorum.

Aponius referens hæc ad contritionem, & confessionem, *Manus*, ait, idest, opera animæ *stillauerunt myrrham* per amaros gemitus compunctionis, & mortificationis peccati, de qua *digiti* confessionis culpæ procedunt, qui *pleni* sunt *probatissima myrrha* lacrymarum.

Tres Patr. *Contemplationis fructus mortificatio in potentiis singulis.*

Tres Patres expouẽtes versionẽ Sept. scd̃m quã stillatio myrræ dicitur facta super manubria pessuli: Excitata per contemplationẽ, *vt aperirẽ dilecto meo, manus meæ*, ait pia aĩa, i. potẽtiæ actiuæ, mẽs, & ratio, per electionem fuderunt sermones, & mores mortificantes carnalẽ sensum. *Digiti mei myrrhã plenã in manus pessuli*, passiuæ nimirũ potentiæ .i. sensus, concupiscẽtia, & iracundia, quæ menti, & rationi, vt manibus digiti cooperantur, per cognitionem, & virtutem, propriam mortificationẽ, & probatissimam distillauerunt in opera affectionum, quæ instar pessuli aditum Deo occludunt.

Ambros. *Fides odorẽ accipit aĩa, quæ Christo cœperit aperire.* a Ioã. 3. 3. b Ioan. 19. 19.

Ambrosius lib. 3. de Virginib. accipiens fidem designatã per myrrhã, Quam, inquit, *myrrham* distillant *manus*, nisi illã, quã obtulit iustus Nicodemus magister in Israel, qui meruit lauacri prius audire *a* mysteriũ, qui *b* attulit mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras centũ, & misit in corpus Iesu? perfectũ vtiq. odorẽ attulit. Hunc odorẽ fragrat anima, quæ Christo aperire incipit, vt accipiat primum odorem dominicæ sepulturæ, & credat, quia caro eius non vidit corruptionem.

Philo Car. *Thom. Apostoli manus palpãtes latus Christi, stillauerũt myrrham.* c Ioan. 20. 27.

Denique Philo Carpathius S. Thomæ Apostolo hæc tribuens, Tunc (inquit) *manus* illius *stillauerunt myrrhã*, &c. cum ad illud Domini præceptũ, *c Mitte manum tuam in latus meum*, &c. Latus Iesu manibus suis contrectauit, & in clauorum loca digitos immisit. *Distillauerunt* autem *myrrhã* gentibus, quando & ipsis prædicauit, quod ad aliorũ vtilitatem dubitando palpauit. Clauserat ante cordis ostium resurgenti Domino fratri suo, aperuit mox, & manus eius palparunt Christum ipsum, qui dixerat, *d Dicite fratribus meis*, &c.

d Matt. 28. 10. *voluptatib. sæculi renũtiãdum, & Christo aperiemus cor.*

Tertiam partem, *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo*, communiori sensu exponunt Cassiodorus, Gregor. Papa, Philo Carpathius, Beda, & alij de renuntiatione voluptatum sæculi, quibus tamquã pessulo clauditur cor nostrum Deo.

Cassiod. Greg. PP. Philo Car. Beda. Anselm.

Anselmus de amotione pessuli ignorantiæ, & cæcitatis, quam amotionem Prædicatores in auditoribus fieri satagunt.

Rup. Abb. *Prædicatio fieri debet post studiũ mortificationis, et discretionis.*

Rupertus vero Abbas pessulo clausurã silentij designatam sumit, ac si dicatur à B. Virg. Rupi silentium, aperui os meum, vt erudirẽ alios. Notatque præclarè Rupertus, priùs manus stillare mortificationem deinde digitos esse plenos discretione, & tertiò os aperiri, idest, prædicari.

Richardus Victor.

Richardus de S. Vict. de rescissione paruarum negligentiarum, quæ sunt in vita spirituali hæc intelligit: Sera. n. ait, cum parua sit, & angusta, latitudinem tamen ostij concludit, vt, nisi illa reserata, patere non possit. Ita hæc minima nisi rescindantur, non dignatur dilectus ita venire ad animam, vt perfectè ad eam intret, & perfecta gratia eam repleat, paruę. n. negligentiæ obscurant animã, & impedimentum faciunt amplioris gratiæ.

Greg Nis. *Fides, et opera sunt claui ad aperiẽdum cor nostrum.*

Grego. tñ Nysse. singulari ratione hęc ita legẽs; *Adhibitis manibus claustro, aperui quidem fraterno meo, at præteriit*, &c. ipsorum sensum hunc esse ait; Posteaquã per mortẽ vitiorũ surrexi, posteaquam myrrha repleta sum, adhibui manus, i. opera claustro fidei, vt per hæc duo, opera, s. atq. fidem aperirem ostium Regni, sperans, faciem desiderati sic mihi manifestandam, vt eam agnoscere possem.

Incõprehensibilitas Dei magis agnoscitur, cum magis illũ comprehendere satagimus. Cassiod. Beda. Eccl 7. 24. Psal. 63. 8.

Quarta deniq. pars. *At ille declinauerat, atq. transierat*, cõiori sensu ad id refertur, q̃d frequentius euenire solet, tametsi diuersimode id à Patribus explicetur. Siquidẽ Cassiod. & Beda id inquiunt esse, q̃ plerũq. cũ spiritualia quæq. tractare volumus, quãtò subtilius intẽdimus, tãto acies cordis reuerberatur, iuxta illud Salomonis; *Dixi, Sapiens efficiar, & ipsa longius recessit à me*, & illud psalmi; *Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus*. Quãtò enim quisq. ad contemplationem diuinam maioris cordis contemplatione extollitur, tanto altius q̃d quærebat esse inuenit, tantoq. magis incõprehensibilitatẽ Dei dignoscit, de qua incõprehẽsibilitate hæc intelligunt, & Nyssen. & Psellus.

Greg Nys. Psellus. Greg. PP.

Greg. Papa, transire, & declinare tunc, inquit Deum, quando anima magis laborat, vt ipsum apprehendat, ne superbiat de eius apprehensione.

Deus cur aliquando abscondat se à pia anima. Richardus.

Explicat hæc ipsa melius Richardus, dicẽs; Cũ aĩa se digniorẽ Dei susceptione exhibuerit, nõ illi se p̃bet, sicut desiderat, sed ab ea declinat, vt in humilitate eã cõseruet, & desideriũ eius ampliùs excitet, ac perfectius impleat. Cũ. n. ex ipsius declinatione humiliata fuerit, & magis feruens, ex hoc & meritũ eius crescit, & plenius, cũ suscipere dignatur. Tunc aũt declinare is dicitur, quando præsentiam suam sentire non dat, cum tñ ei præsens sit.

Philo Car. Iustus Or.

Eadem ratione declinare, & discedere Deũ ab anima, quæ cum mundo luctatur, aut ærumnis cõficitur, vt probet illius charitatem, fidem, ac robur, inquiunt Philo Carpat. & Iustus Orgelita.

De ascensione Christi. Philo Car. Rup. Abb.

Ad Ascensionem Christi in cęlũ, qua præsentia corporis declinauit, & transiuit ab Ecclesia, referunt hoc Philo Carpathi. & Rupertus Abbas.

Ambros. *Trãsit Deus penetrãs piã anima intima.* e Luc. 2. 35

Ambrosius tamen singulari rõne hanc Dei declinationem, & transitum ipsam eiusdem Dei penetrationem in anima factam intelligit; Vnde ser. 12. in Psal. 18. vers. 1. ait, Potest quidem & sic accipi, *frater meus transiuit*, sicut legimus quod penetrauit dilectæ intima medullarum. Et quemadmodum ad Mariam dictum est; *Et e tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur multorum cordium cogitationes.*

Anselm. *Deus prædicatores antecedit i cõuersionibus animarum.*

Ad quem Ambrosij sensum allusit forte Anselmum ita hæc reddit, vt Ecclesia in suis Prædicatoribus dicat: Licet ego aperuissem audientium corda, tñ antequam ego aperirem, Sponsus seipsum eis manifestauerat, in quo se monstrat Deus diligẽtiorem, quam sint homines etiam diligentissimi.

Ex Vers. VI. Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est. Quęsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.

Expositio prima. Iuxta sonum Litteræ.

HAud dubium, quin & in his sponsa suam adhuc, quam cœperat, prosequatur narrationẽ, Illud potiùs verti in his ipsis potest in dubium, quibusnã cũ verbis prima huius sentẽtiæ iungẽda sit pars, qua dicit. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est*, cũ immediatè præcedentibus iis; *Pessulum aperui*, &c. An cum immediate subsequentibus; *Quæsiui*, &c. Cum vtrisq. enim vno eodemque versu continetur, atque adeo & cum vtrisq. connecti, & duplicem

LITTERA.

cem pariter habere potest sensum, vtrumque satis commodum.

Certè, vt ad præcedentia referrentur, videbatur potius ab sponsa dici debuisse: *Anima mea liquefacta est, vt aduerti dilectum meum declinasse, atque transisse*; Id siquidem immediatè significatum ab ea fuerat, ideoq. addita hæc videntur, vt per ea ingens exprimeretur dolor, qui ex tali secutus est sponsi discessu. Neque. n. vllatenus meo sed et animo, qd ab aliquibus Hebræorũ asseritur, consentientibus nonnullis ẽt ex nostris, Sponsam per hæc significare non tã hunc, qui ex discessu, quàm qui ex verbis eiusdem sponsi secutus est, mœroré. Aiũt quippe, ob id maximè sponsæ animã liquefactam, quia eius dilectus declinans, talia, ac similia protulerat verba: Non ingrediar domum tuam, quia ab initio aperire noluisti. Enimuerò si spõsa ob istiusmodi verba adeo se commotam significare intendisset, nullatenus in tam exacta enarratione verba illa prætermittere debuisset, quin ea referre cõgruebat potius, quàm ipsam dilecti declinationem, prout effectum ab ipsomet Salomone videmus in libro Prouerbiorum, vbi similia narrans, quæ contingere solent inter sapientem, ac paruulum haud admittentem sapientiæ consilia, istiusmodi refert verba. a *Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret*, &c. *Ego quoq.* &c. *Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non inuenient me*, &c.

a Prouerb. 1.24.

Quod ergo hic dicitur: *Vt dilectus meus locutus est*, referendum est ad superiora, vbi sponsa dilectum ipsum suum pulsantem eius fores, atq. his se affantem proposuit: *Aperi mihi soror mea*, &c. prout communiori Expositorum sententia refertur. At nõ in eo sensu, quo ea accipit Soto Maior, iungens quidem hæc cum præcedentibus: *Aperui dilecto meo, at ille declinauerat*, &c. quasi ab sponsa dicta hæc sint in sui excusationem, & vt per ea tacitæ cuidam satisfaceret obiurgationi, quæ sibi fieri potuisset ob id, qd iam retulisset, sponsum declinasse, cùm ipsa demum aperuisset, meritò nimirũ illum declinasse, ac noluisse ad eam ingredi, quandoquidem ipsa tã segnis fuisset: ac si dixerit: Cũ aperui, ille declinauit. Quod autem ei haud illico aperuerim, id fuit in causa, quòd, vt primum prænarratas eius accepi voces adeo benignitatis, charitatisve plenas, *anima mea* præ vehementissimo amoris æstu *liquefacta est*, seu, iuxta Originalia, *egressa est*, ita vt haud iam mei compos, quid facerem ignorarim. Verùm in præexposito sensu, quo ingens in his significatur dolor, ob quem sponsæ anima ex ipso dilecti sui discessu contabuit, pulcherimeq. & summa cũ energia is ipse exprimitur amoris languor, quem apertis verbis postmodum ipsamet significabit sponsa, cũ dicet: *Nunciate dilecto meo, quia amore langueo*, hunc. n. amoris lãguoré, animiq. deliquium ex dilecti abscessu, atq. absentia causatũ, per animæ liquefactioné designatũ, clarius exprimunt Hebr. & versiones Septuag. ac Symmachi, secundum quas sponsa ait; *Anima mea egressa est*. Porrò per aposiopesim hæc dicta sumenda sunt iuxta hunc primum sensum, quem verum, & germanum arbitror, si hæc cum præcedentibus sint iungẽda; Ac si sponsa postquã dixit, *At ille declinauerat, atq. transierat*, subinferat.

Soto Maior.

I. SENSVS.

Liquefactio est languor charitatis.

Symmachus.

PARAPHRASIS

Anima certè mea *liquefacta* tunc *est*, *cum* primũ *ille*, fores pulsans, allocutus me est; Quas igitur, quando ille, me aperiente, abscessit, pertulerim & amoris, & doloris turbas, vobis arguendum relinquo. Nititur sensus iste in ea amoris proprietate, secundum quam tunc magis ille sentitur, cum absens id sit, quod amatur, iuxta doctrinã S. Thomæ 1.2. quæst. 29. art. 3. in corp. confirmatam ijs Augustini verbis, quibus prope finem lib. 10. de Trinitate, ait; Amor haud ita sentitur, cũ eum non prodit indigentia. Vide Ambrosium serm. 11. in Psal. 118. vers. 1. egregie de his differentem.

Amor sentitur magis, cũ amatũ est absens.

S. Thom. S. August. Ambros.

Congruentius tamen, iudicio meo, hæc ipsa, *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est*, ad subsequentia ea referuntur; *Quæsiui, & non inueni illum, vocaui*, &c. vt quemadmodum supra in vers. 4. & 5. sponsa significarat, internos primũ in se insurrexisse præcordiorum motus super dilectum tangentem ostij sui vectes, tum propterea & externo quoq. corporis motu se surrexisse, vt eidem aperiret; Pari ratione & nunc explicet, se extra domum egressam ad illum quærendum nedũ gressibus, sed & vocibus, cum interno animi affectu ad illũ fores suas pulsanté egressa prius esset iã ex tunc, cum beneuolentiæ, & amoris plena locutus est verba illa; *Aperi mihi soror mea*, &c. Quem sensum apertius quidem exprimunt Originalia Hebr. & Græca, dum legunt. *Anima mea egressa est, ipso loquente*, seu vt habent Septuag. *in verbis eius*. Sed & admodum aptè expressit lectio nostra Vulgatæ, dictum animæ egressum altera designãs metaphora liquefactionis item animæ, alludens ad modum, quo vel cera, vel metalla defluunt, & decurrunt liquefacta per ignem, tametsi immobilia ex se sint, & dura, vt per allusionem istam sponsa significet, benignissima illa sponsi verba instar ardentis ignis sibi extitisse, atq. adeo per ea liquefactam esse animam suam, ita vt propterea instar liquefactæ ceræ, liquefactive metalli cucurrerit ad ipsum quærendum, simulq. suas excuset moras, quibus duram se exhibuisse visa est in aperiendis foribus dilecto. Indicat enim, haud vllatenus duritiei id ascribendum esse, cum ad primas eiusdem dilecti voces anima sua liquefacta sit; Ac si dicat.

II. SENSVS.

Cum eximiũ illum *dilectus meus* mihi exhibuit amoris in me sui igné, benignissimis me alloquẽs vocibus, compellansq. sororem, amicam, proximamq. columbam, & immaculatam ipsius, *liquefacta* in me *est anima mea*, atque instar liquefacti metalli ex me defluens, egressa ad ipsum est, ideoque & corpore è domo me proripiens, quæsiui illum, tametsi haud eum inuenerim, nec vllum ab ipso acceperim responsum, licet elatis eum vocarim vocibus, quia *egressa* ex me *anima mea*, haudquaquã mei essem compos, sed tamquam incensa cera, incensaque metalla eo decurrerem, quo impetus me propellebat amoris, atque doloris.

PARAPHRASIS.

Liquefactio idẽ est qđ ecstasis.

Sic iuxta hunc sensum sub metaphora liquefactionis aĩæ ille significatur amoris effectus, quem Theologi appellant ecstasim, de quo S. Tho. q. 28. art. 3. ecstasim pati aliqué, tunc dicit, cũ is extra se ponitur, cũq. extra se egressus quærit amico frui.

Ecstasis qđ S. Thom.

Sed cũ, secundũ eumdé S. Thomã eadé q. 28. ar. 5. ad argumenta in cõtrarium, ipsa liquefactionis metaphora pro distincto alio amoris vsurpetur effectu, secundũ qué amans ab amore ipso redditur mollis, & aptus ad subintrationem amati in ipsum, æq. ac cera liquefacta mollis, aptaq. redditur ad recipiendas formas imprimendas, idcirco, & tertium addere possumus sensum proprium, & admodum lectioni nostræ congruentem, vt tota hac sentẽtia spõsa intẽdat suũ significare studium, quo dilectum, iuxta amantium mores tunc declinantem quæsiuit sedulò voce, & gressibus, simulque causam à se remouere, cur ipsũ nec inuenerit, nec quicquam ab eo habuerit responsi; Hæc. n.

III. SENSVS.

Liquefactio est exhibitio amantis ad amatum.

Simile.

DE ECCLESIA.

præmittens: *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est;* Aeque est, ac si dicat,

PARAPHRASIS.

Cùm primum dilectum meum loquentem percepi, *anima mea* instar ceræ *liquefacta est*, optans, vt is ad me ingrederetur, declinauit ille, quando ei aperui, quam ob causam ignoro. Adhibui studium, vt ipsum inuenirem, *quæsiui, & vocaui illum*, non tamen *inueni, nec respondit mihi.*

Ex Vers. VI. Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est. Quæsiui, & non inueni illum; vocaui, & non respondit mihi.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

DIcuntur hæc ab Ecclesia iuxta primum sensum exponente, qualiter & in antiquo populo se habuerit, & in fidelibus Christi, vtrisque suum à se excludentibus dilectũ Deũ vel per idololatriã, vel per varia peccatorũ scelera. Videre.n. est in antiquis Prophetis Isaia, Ieremia, Ezechiele, & alijs, quãto cũ dolore vocata ad conuersionẽ rebelliũ Iudæorũ ob Dei offensas contabuerit, sed ex Daniele colligi põt, quantũ & amore, & dolore cõmota sit magis, cum, relicto eodẽ populo in Babylonica captiuitate, declinasse ille visus est ab eo. Quis verò est, qui ignoret, quò qui sanctiores sunt Ecclesiæ Prædicatores, cũ internis vocibus à Deo excitantur ad cõuertendos peccatores, & dolore intrinsecus cõmoueãtur ob perceptas Dei offensas, & amore liquescant, & lãgueant in eũ Deũ, qui tã benigne illorũ nedũ expectat, sed, & procurat salutẽ. Quorum certè & amoris, & doloris motuũ vix exprimi potest excessus, qñ prædicationis opus aggressi obstinatione obduratos illos reperiunt, ita, vt Deus ipse declinasse videatur ex eis. Excessum sanè istũ exprimere nititur Paulus, cum ait, *a Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto, quoniã tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo; Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.*

Prædicatores Sancti, quã doleãt de Dei offensis, deq. audientiũ duritia.

a Rom. 9. 1.

Verba Christi stuporẽ & ecstasim causabãt,

Quòd si tantæ suauitatis erant Christi verba, cum ille prædicaret adhuc mortalis, vt nedũ discipulos in stuporem inducerent, ita vt in Euangelio Marci legamus, *b Et discipuli obstupuerunt in verbis eius*, & Petrus ex persona oĩum discipulorum quasi immobilis per ea redditus, dixerit, *c Domine, ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes*, sed & piũm, vel ẽt infideliũ Iudæorum corda abstraherent in admirationẽ, ita vt quasi extra se rapti, in loquentẽ Christũ ipsum ij defixos tenerẽt oculos teste B. Luca, qui ait, *d Et oĩum in Synagoga oculi erant intendentes in eũ, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Quantò magis verba eiusdem iã immortalis, atq. per resurrectionẽ gloriosi, verba pollicentia Spiritũ Sanctũ, & verba illius postrema Sanctos Apostolos, mulieres illas sanctas cum Gloriosissima Virgine, qui toti ab ipso pendebant, eiusq. languebant dilectione, in ecstasim cõmouisse, credendũ est, ita vt & in illorum persona nunc dicat Ecclesia; *Anima mea liquefacta est*, extra se rapta in stuporem, & ecstasim tũc cùm, *vt Christus dilectus meus locutus est* verba, *e Accipietis virtutem superuenientis Spiritus Sancti in vos, &c.* Non explicat aũt, qđ magis explicare deberet, quàm liquefacta post modũ sit, qñ, postquã nubes suscepit illũ ab oculis eorũ, quæsierunt, vocaueruntq. eũ, nec inuenerunt. Quod tñ subindicatũ habemus in historia *f* Actuũ Apostolorũ, ex qua colligere licet, vniuersum chorũ; illũ remansisse obstupefactum, mærentẽ, & ita extra se, vt immobiles perstiterint, opusq. fuerit, vt ab apparentibus Angelis suscitarentur. Sic .n. ibi dicitur: *Et nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Cumq. intuerentur in cœlum &c. Ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid admiramini aspicientes in cœlum? &c.*

b Marc. 10. 24.

c Ioã. 6. 69.

d Luc. 4. 20. & 22.

e Act. 1. 8.

Ascendẽte Christo in cœlum, Apostoli quõre manserint.

f Act. 1. 9.

II. SENSVS.

Iuxta secundũ litteræ sensum non incongrue hæc ipsa gentiũ Ecclesiæ tribuuntur. Quis .n. abnuat, Gentes, cùm idola colerent, de quibus per Prophetã dr, *g Simulacra gentiũ argentũ, & aurũ, opera manuũ hominũ*, instar durissimorũ metallorũ se habuisse, prout per eundem Prophetã imprecatũ illis nouimus iis verbis, *h Similes illis fiant, qui faciunt ea, & oẽs, qui confidũt in eis.* Porrò, quæ hac ratione in idolorũ cultu obduratæ erãt, cũ per Verbi Incarnationẽ Dñs locutus est, vt primùm Verbum caro factum est, & cœli enarrauerunt gloriã eius per stellam, quæ tribus apparuit Magis earundem Gentiũ primitijs, instar liquescẽtiũ metallorũ in iisdem Magis ad Christũ humanæ naturæ dilectum confluxere, prout multò ante per Isaiã Prophetã fuerat prænuntiatum, vbi dicebat, *i Et erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus Domini in vertice montiũ, & exaltabitur super colles, & fluent* (en metalla liquefacta) *ad eum oẽs gentes.* Affertq. causam istius liquefactionis, & fluxus idẽ Propheta istã ipsã, quæ hic asseritur, q a *dilectus locutus est*, dicens, *k Quia de Sion exibit Lex, & Verbũ Domini de Ierusalẽ*, hancq. ipse crediderim, assignari posse rationẽ, cur Ecclesia nunc dicat: *Quæsiui illũ, & non inueni*, quia nimirũ cũ in tribus Magis Gentium primitijs ob prædictã prophetiã existimasset, Verbum Dñi egressurum de Ierusalem, sicq. carne indutũ, fuisse exortũ Regem Iudæorũ in Ciuitate ipsa Ierusalem, iam effectum dilectum ipsius, illum quæsiuit, nec tamen ibi inuenire eum potuit, vt habes in Euãgelio Matthæi.

Idololatræ instar durissimorum erãt metallorum.

g Ps. 113. 14.

h & 16.

In tribus Magis Ecclesia Gentiũ instar metalli liquefacti cõfluxit ad Christum.

i Isa. 2. 2.

Magi cur quæsierint Christũ in Ierusalem.

k Isa. 2. 3.

Ex Vers. VI. Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est. Quæsiui, & non inueni illum; vocaui, & non respondit mihi.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

II. SENSVS.

EXplicat in his pia anima, quò iam ex tunc, cũ existens peccatis obdurata instar metallorum ante conuersionem, internis à Deo vocata fuit inspirationibus, atq. instar eorumdem metallorum ignis calore liquescẽtium, liquefacta & ipsa sit ob contritionem, charitatis æstu succensa, egressaq. è pristina peccatorũ suorũ duritie, ad Deum interno cordis affectu cõuersa, Deum ipsum quæsierit dilectũ suũ & opere, & precibus; Simulq. subindicat, quò Deus nec precibus responderit, nec in sanctis se inueniri siuerit exercitijs, iuxta illud Iob, *l Clamo ad te, & non exaudis me, sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritie manus tuæ aduersaris mihi*, prout per sapientem prænuntiatum est verbis ijs, *l Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem*, & quam ob causam illum non inuenerit, nimirum, quia haud sapienter

Qua contritione pia anima cõuersa sit à peccatis.

Incipientes cur Deũ quærentes, non inueniãt illum.

l Iob. 30. 20.

m Sap 2. 1.

Simile.

DE ANIMA.

ſapienter eum quæſiuit, dum eum in guſtu quæſiuit ſenſibili, tametſi ſpirituali, inſtar liqueſcentis metalli eò decurrentis, quò fuerit inclinatū, decurrens & ipſa etiam, in Deo quærendo, quò à proprio inclinatur amore.

Verbi Dei quā ingens ſit vis.

Ex hoc loco licet colligere, quàm magna ſit verbi Dei potentia, ſiue illius, quod extrinſecus aure percipimus, ſiue illius, qđ interna fit inſpiratione. Enimuero tametſi ob ingens illius robur ignitum dictum ipſum nouerimus per Prophetā, multò tñ eſt quolibet igne validius, vt patet in liquefactione metallorum, quę quamuis duriſſima, liqueſcunt certè ad ignem, at operæ pretium eſt, vt, igni diutius adhæreant, quo liquefiant, cum è veſtigio anima, quæ quolibet ære eſt durior ob obſtinationē, vt primū huius Verbi perceperit vim, liquefactā ſe dicat: *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt.* B Porrò iſta ſubita liquefactio, quæ Verbi Dei fit in aīa per auditum, admodum diuerſa ab illa eſt liquefactione, quæ eidem aīæ cōtingit per viſum in amore profano. Licèt .n. & illa ſubitò facta ſit, in malū tñ ipſius animæ facta eſt, quin & in interitum eiuſdem vt planè intelligi pōt per vulgata illa Poetæ verba: Vt vidi, vt perii, hæc tamen in bonū animæ eſt, atq. in vitam, cum per eum ad Chriſtum fluat, qui via eſt, & veritas, & vita.

Liquefactio pia aīæ nō tā tribulationib⁹, quā interna fit Dei locutione.

Notandum eſt aūt, duo à ſpōſo facta fuiſſe, pulſauerat namq. fores, & locutus fuerat, attamē pro cauſa liquefactionis haud aſſignari pulſationem, sed locutionē. C Siquidem tribulationes, quibus extrinſecus aīæ fores pulſantur à Deo, talē haud exhibēt calorē charitatis, qui liquefacere illā queat, ni interna adſit eiuſdē Dei locutio ad cor, quæ, vt ignea cor ipſum illicò liquefaciat, præſertim, cum internæ locutionis verba ſint amantis, cum è contra pulſatio per tribulationes, frigidū timoré potius cauſet, quā amoré, cuius eſt propriū, vt liquefaciat.

Amoris proprii eſt, vt liquefaciat, et quæ

Quid verò congruentius eſt, quàm amori tribuere hanc liquefactionē, qua id, qđ alioquin durum eſt, redditur fluens? cum exploratum ſit, eos eſſe præcipuos amoris effectus, vt amantē impellat ad amatum, eumdemq. cum illo vniat. Quæ certè vnio tunc fit egregius, cum amor ipſe ſit mutuus, atq. adeo & ambos amantes ad alterutrum D fluidos faciens. Nec ignoramus, dilectū piarū animarū Chriſtū Ieſum dixiſſe in Pſ. 21. a *Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens.* Vnde, ſi liquefacta anima fluat ad Ieſum, qui & liquefactus vt cera fluit ad ipſam aīam, quid exinde conſequitur, niſi perfecta vnio? quam expreſſit Apoſtolus, cum dixit, b *Qui adhæret Deo, vnus Spiritus eſt.*

a Pſ. 21. 15

b 1. Cor. 6. 17.

Deuotionis teneritudo duplex.

Bene quoq. adijcit ſtatim anima, quæ ſic liquefacta eſt: *Quæſiui illum*: Sunt .n. pleriq., qui quandā è diuinis verbis ſentiunt deuotionis teneritudinē ita vt liquefieri ad illud videantur, non tamen verè liqueſcunt, quod ex eo patet, quia non fluūt ad Deum, dimiſſa peccati duritie. Sed quę verè liquefacta eſt, ſurgit à peccato, fluit ad Deum, illique vnita non inueniſſe ſe ait eum: *Quæſiui eū et non inueni.* Quomodo verò inueniret, quem extra ſe quærit, cum ipſum habeat ſibi vnitum?

Deus cū piis aīs ludere quodāmodo videtur & quō.

Animaduertendum & id denique, qđ frequentius cum piis animabus obſeruare cōſueuit Deus illarum dilectus, vt, cum illis vnitus ſit arcto charitatis vinculo, ludere cum illis nihilominus videatur, modò illis ſeſe manifeſtans, modò verò occultans, qđ vè magis ex hoc loco percipitur, non quæſitus manifeſtū ſe illis exhibet, cū verò ab iiſdē quęritur, ſeſe occultans, aufugere quodāmodo ſe fingit ab eis, ad quē forſitan amatoriū ludū alluſit Salamon, cum in lib. Prouerb. increatā ſapiē-

Michaelis Ghiſlerii.

DE B. MARIA.

A tiam ita loquentem inducit, c *Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies ludens corā eo oī tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ eſſe cum filiis hominū*: Enimuero cum Chriſtus Dominus, qui & diuina eſt ſapientia, pro delicijs hēat, vt à filijs hominū dilectus, per dilectionem ipſam illis vnitus ſit, amatorio quodā modo iſto, de quo nunc agimus, ludo, corā æterno Patre cū iiſdē deliciatur, idq. vt maiores in illis exſuſcitet charitatis flammas, prout ex ſubſequentibus huius Cantici ſententiis facile eſt intelligere.

c Prouer. 8. 30.

Ex Verſ. VI. Anima mea liquefacta, eſt vt dilectus meus locutus eſt. Quæſiui, & non B inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

III. SENSVS.

Maria quā ardens ſtudium adhibuit ſaluti Iudæorum.

IVxta tertium ſenſum indicat in his Virgo Glorioſa ingens, qđ adhibuit ſtudiū in procurāda ſalute populi ſui Iſrael doctrina, & precibus, remouetq. à ſe cauſam eorū reprobationis: Ae q. aūt eſt, ac ſi dicat. *Aperui dilecto meo*, cum conſenſum exhibui Angelo mihi nuntianti, Verbū a me incarnandū, a Patre accepturū ſedē Dauid, & regnaturū in domo Iacob: intellexi ex tunc, illud ipſum C ex diuino decreto ab eadem domo Iacob declinaſſe, tranſiſſeq. ad Gentes. *Quæſiui* poſtmodum dilectum ipſum meū in populo illo, non prætermittēs quippiam, vt illū in eo inuenirē, precibus inſtiti. Quod ſi illū *non inueni*, nec ab eo exaudita ſum, id haud mihi imputandū, cum vt primùm is per Angelū locutus ea eſt verba, d *Ecce cōcipies, & paries filiū, & vocabis nomen eius Ieſū, hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus ſedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū*, inſtar ceræ *liquefacta* ſit *anima mea*, mollem ſe exhibens, vt is, qui in domo Iacob in æternum regnaturus promittebatur, in me intraret, ſicut forma impreſſa in liquefactam ceram ingreditur.

d Luc. 1. 31.

D Poſſemus & alia ratione perfectam Mariæ reſignationem ſub hac liquefactionis metaphora deſignatā ſumere ex ea Ariſtotelis doctrina, ſecundū quā id, qđ liqueſcit, nullo termino proprio clauditur. Quidni .n. liquefactā dicam B. Virginis animam, quæ nihil habens propriæ voluntatis, dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat*, non hoc, vel illud, ſed generaliter, *ſecundum verbum tuum*, ac ſi dixerit; Verbum tuum igne charitatis ſuccenſum meā liquefecit animam; Verbum ipſum tuum ſit eiuſdē animæ terminus; Charitas ipſa tua me liquefecit, charitas item tua meam terminet voluntatem.

Ariſt.

E Ex Verſ. VI. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus locutus eſt. Quęſiui, & non inueni illū: vocaui, & non reſpondit mihi.

Appendix Expoſitionum. Ex Antiquis. Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Et anima mea deſiderauit vocem verborum eius, quæſiui maieſtatem gloriæ eius, & non inueni, oraui coram eo, & ipſe obumbrauit cęlos nubibus, & non ſuſcepit orationem meam.

Diuiditur hæc ſententia in duas partes. Primā:

APPENDIX.

Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est, seu, *Egressa est in sermone ipsius*, communiori sensu Patres intelligunt de liquefactione, quæ fit ob recessum à peccato, quo aīa veluti rigido obdurata erat frigore, tametsi id diuersimodè explicēt. Enimuero Ambrosius, tū in libro de Isaac cap. 6. tū in li. 3. de Virginibus, legens: *Anima mea egressa est*, de egressu à voluptatibus sæculi id explicat. Verbum Dei, ait, secuta, exiuit de corpore, eleuās se de eius tabernaculo, &, Bonus exitus, inquit in tertio de Virginibus, cum ad Dei Verbum aīa de vitijs ad virtutes sese transfert, cū deniq. conteptis rebus terrenis, cœlestium amore liquescit. Duo. n. hæc simul fieri, inquiunt Sācti Patres, amoris calefactionem, & recessum à peccatis: Id qđ his verbis explicat Gregorius Papa homil. 25. in Euang. Mēs hominis conditoris sui speciem non quærentis, malè dura est, quia in semetipsa remanet frigida: At, si ardere iam ex desiderio cœperit ad sequēdū, quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit, fit desiderio anxia, vilescunt in sæculo, quæ placebant. Additq. idem Gregorius exposit. in Cantic. ita per hanc liquefactionem dissolui duritiē cordis, vt aīa ipsa per eam in lacrymas liquefiat. Quibus consentiunt, quæ dicuntur à Cassiodoro, & Beda, necnon & ab Aponio qui refert hæc ad Iudaicum populum instar ceræ liquefactum ob ignitas Dei minas ab omni frigore criminum.

Liquefacta aīma recedit à peccato. — Ambros. — *Liquefactio causat simul amoris calorē & recessū a peccatis.* — Greg. PP. — *Liquefactio causat lacrymas.* — Cassiodo. Beda. Aponius.

Richardus quoq. de Sancto Victore liquefactionem à duritie accipit, at admodum diuersa ratione, ait. n. Cum in mente loquitur Deus, emollescunt fortia, & quæ priùs dura videbātur propter terrena oblectamenta, cum liquefit anima, & ita caletit, mollescunt, & delectabilia fiunt.

Richard. — *Liquefactio facilia reddit aīa, quæ prius videbantur dura.*

Vgo de Sancto Victore annotat. in cap. 7. cœlestis hierarchiæ tomo primo: Anima non quæreret Deum, nisi liquefieret ad illum.

Hugo Vic.

Ad deliquium animi, seu carnis, corporisve defectū circa res sublimes, atq. diuinas referre hæc videntur Gregorius Papa, & Philo Carpathius, hic quippe ait: Sponsa diu adhuc in corpore inclusa, sustinere nō valet sponsum, *quia corpus, a quod corrumpitur, aggrauat animam*. Rapitur enim sæpe aīa cœlesti amore incensa, ad æterna illa gaudia contemplanda, sed diu illic esse nequit sarcina corporis onusta. Sed clariùs Gregorius lib. 4. Moral. cap. 30. An non robore suo fessam se inuenerat, quæ dicebat; *Anima mea liquefacta est*, &c. quia nimirum mens, dum occultæ locutionis aspiratione tangitur in statu suæ fortitudinis infirmata, ipso, quo absorbetur desiderio, liquatur, inde se apud semetipsā fessā inuenit, vnde vltra sese esse conspicit fortitudinem, quam conscendit: Hinc Propheta, cum visionem Dei se vidisse diceret, adiungit, *b Elangui, & ægrotaui per dies plurimos*.

Liquefit anima deficientibus viribus corporis ad cœlestes cōsolationes. — PhiloCar. — a Sap. 9. 15 — Gre. Pap. — b Dan. 8. 27.

Singulariter Rupertus Abbas, qđ dicitur, *Vt dilectus meus locutus est*, interpretans de locutione Dñi facta per Mariā ipsam, quæ hæc dicebat, hūc putat istorū esse sensum; Licet Christus abijsset in cœlum, tñ, vt ego aperui os meum, & locuta sum de eo, tunc & dilectus meus locutus est eo sensu, quo Paulus ait, *c An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Et *liquefacta est anima mea*, flebam, & præ singultibus erumpentibus nō poteram verba contexere, verùm fletus delectatio erat mihi. Quoties. n. aliquid disserabā, quod à spōso factum esset in terris, toties aīa mea liquefiebat, & erat simul ignis amoris, & gladius doloris, & sicut gladius fluere facit de corpore sanguinē, & ignis adipem liquefacit, sic verba illa animam meam.

Rup. Ab. — *Maria anima quōo liquefacta sit post Christi ascensionem.* — c 2. Cor. 13. 3.

A Atque etiam quoties aperiebam mentem ad considerandum, quòd dilectus meus discesserat, anima illico liquefacta erat.

Gregorius Nyssenus hom. 12. legēs, *Anima mea egressa est ad verbū eius*, refert præclare hæc ad piæ aīæ progressum, dicens; Præteriit dilectus, nō tñ prorsus aīam dereliquit, sed eā ad seipsum attraxit, verboq. attraxit. O felicē egressum, *d Dominus custodiat ingressum tuū, & egressum tuū*, ait Dauid. Egressus est ex eo, in quo sumus, ingressus est ad bona, quæ supra nos sūt posita. Ad Verbū egreditur, quia inquit sponsus, *e Ego sū ostiū, si quis per me ingredietur, is & ingredietur, & egredietur*, ita vt nūquā desinat ingredi, & egredi, sed sēper ingrediatur ad maiora, & egrediatur a minoribus.
B Probat hæc Nyssenus exemplo Moysis, quod videri potest apud ipsum.

Gre. Nyss. — *Progressus aīæ est continuus in hac vita, cū à Verbo transeunte trahatur.* — d Ps. 120. 8 — e Ioā. 10. 9

Catena triū Patrū, eamdē sequēs lectionē Sept. cōtrario modo accipere videtur istū aīæ egressū, nēpe ad imperfectiora, sic. n. ait; Exiuit ex interna cogitatione ad externa, vt inueniat spōsum in sermone eius, i. quo eam allocuta est, dicens, *f Egredere in vestigiis gregum*; Vnde consecutum postea est, vt illum non inuenerit in creaturis externis.

Tres Pat. — *Egressus ad imperfectiora ē impedimentū quòd Deus ab aīa non inueniatur.* — f Cāt. 1. 8.

Secūdā partē, *Quæsiui, et nō inueni illū: Vocaui, et non respondit mihi*, communiori sensu Patres referūt ad vehemens piæ aīæ desideriū, quo quiete ingi-
C ter & Deo frui exquirit, & obsecrat. Quē sensum præclarè ita explicat Philo Carpathius. Pacē quærit sponsa in molestiis, quibus in hac lacrymarum valle affligitur, nec inuenit in corpore, aut rerum caducarum vsu. Vocat, nec exauditur, cū orando, meditando dulcedine illius diuinæ præsentiæ satiari appetit, nec illi datur, qđ exoptat. Vellet. n. in terna illa suauitate assiduè frui, sed corruptibili mole corporis impedita, sæpe conata decidit. Quæ consona sunt iis, quæ asserit & Gregorius Papa, & Iustus Orgelitanus, qui in horū confirmationē affert illud Iob, *g Clamo ad te, & non exaudis*, &c.

Prospera cū quæruntur, haud à Deo dantur plerūq. — Phil. Car. — Greg. PP. — Iustus Orgelitanus. — g Iob 30. 20.

Cassiodorus, & Beda ex hoc loco tria colligūt. Primum quod consolationes spirituales non sunt in manu nostra, ita vt semper, cum volumus, illas habeemus. Secūdum, quòd nec semper audiamur
D à Deo, quando ex hac misera vita ad cœlestem gloriam trāsferri petimus, & licèt clamemus tota die: *Adueniat regnum tuum*, illud tamen non venit, nec à nobis acquiritur, nisi quando Deus voluerit. Et tertium quòd non respondet, vt perpetuæ nostræ consulat saluti.

Cassiod. Beda. — *Consolationes spirituales non sūt in nostra potestate.* — *Orationes cur aliquā do nō exaudiat Deus.*

Quæsitum non inuenit ad votum, ait Richardus de Sancto Victore, nec ad omnia, quæ petit, vel desiderat, respondet ei, sed, cum non exaudit ad voluntatem, tamen exaudit meliùs ad vtilitatem, concedit enim quod magis expedire nouit.

Richard. Victor. — *Orationes quō semper exaudiat Deus.*

Ad Dei incomprehensibilitatem hæc referunt Gregorius Nyssenus hom. 12. Tres Patres, & Psellus. Licet extra naturam suā egressa sit aīa, ait Nyssenus, ne ab vlla re impediatur in cognitione, tñ
E adhuc quærit, adhuc clamat, nec inuenit. Et quō inueniri pōt, qđ nullæ res cognitæ ostēdere nobis possunt? Quæsiuit eū per ratiocinationes, & cogitationes, & extra hæc oīa positus erat, mētis captū fugiens. Vocauit. i. voces innumeras excogitauit, quibus ineffabilis illa benignitas cōmonstraretur, & maior omniū erat. Sic Dauid postquam dixit; *h Tu Domine, miserator, longanimis, verax, robur meum, cornu salutis meæ*, &c. tandem fatetur, se nō inuenire voces, & admirabūdus exclamat *i Quā admirabile est nomen tuum.*

Incomprehensibilitas Dei quāta. — Gre. Nyss. — Tres Pat. — Psellus. — h Psal. 85. 15. Psal. 17. 3. — i Psal. 8. 1.

Denique Aponius non inuentum inquit à Iudaico populo Deum, quia non quæsiuit illum toto corde,

Aponius. — *Deus quærendus toto corde.*

LITTERA. corde; quia prorsus non reliquit falsos Deos, non fecit vt Dauid, a *Clamaui in toto corde meo.* Ideo n. anima non inuenit Dominum; quia partem cordis auaritiæ relinquit, partem blasphemiis, &c.

a Psal. 118. 145. *Deus nō inuenitur in hac terra.* Hugo Vic.

Totum hunc locum peregregiè pertractat Hugo de Sancto Victore Institutionis Monast. de arca morali lib. 4. cap. 4. vbi ait, Deum non sic finere se inueniri ab aïa, quia non vult ab illa inueniri in hac terra, in hoc sæculo, cum animam ipsam diligat pro terra, & patria cęlesti.

Verf. VII. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt Ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me; tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

Expositio Prima, Iuxta sensum Litteræ.

I. SENSVS. QVia in præcedenti versu sponsa ingēs exposuit studiū, qđ adhibuisse sibi visa est in quęrendo dilectum suum, qui iam declinauerat, atque transierat, nec tñ exposuit, quà ipsum quæsiuit, sicut in simili casu in cap. 3. vbi dixit, b *Surgam, & circuibo Ciuitatem per vicos, & plateas quærā, quē diligit aīa.* Atq. adeo facile conijcere quis potuisset, meritò ipsam nō inuenisse dilectū suū; cū vix extra domesticas fores egressa, illū sibi quæsisset, qui longius declinauerat, miro artificio id suum quærendi euehit studiū. Primo. n. indicat, in ipsa quæsitione sua Ciuitaté vniuersam circuisse, per vicos. s. & plateas: Idcirco namq., dum huiusmodi ageret circuitus, inuentā se inquit à custodibus illis, qui id muneris obeunt, vt nocturno tempore circūeant Ciuitaté, ne quid turbarum in ea contingat. Secundò, dum haud ait, se inuenisse eos custodes, & circitores, sed ab illis se inuentā, indicat, studium ipsum suum in eo dumtaxat collimatum, vt dilectū quæreret, nec se in obuios quosq. alios intēdisse, vllamve eorū rōnem habuisse, atq. adeo nihil ab ijs sciscitasse. Tertiò, nec passam, vt ab ijs ipsis, qui eam inuenerunt, detineretur: ideo n. ait ab illis se percussam, quin, nedum è manibus eorū elapsam, cursum suū prosecutā; Sed & quartò haud abstinuisse à clamoribus, quibus dilectū vocabat, ideoq. ab ijsdem, qui nocturnas turbas, atq. fragores nollent, se vulneratam. Porrò, quia in munitis Ciuitatibus duo sunt vigilum genera: Alterum eorum, qui custodias suas seruant circūeundo Ciuitatē, ob idq. circitores dicti, vt præexpositum est: Alterum verò eorum, qui in eo potissimū seruant vigilias, vt eiusdem Ciuitatis custodiant męnia, ideoq. custodes dicuntur murorū: in hos quoq. quintò se incidisse, maleq. ab illis habitam asserit: Cùm. n. non inuentū intra Ciuitatē, iā & extra illā per agros, atque per villas quærere eū vellet, murorum custodes, auditis eius clamoribus, quibus vehementius eumdē vocabat dilectū, muros ipsos iā attingentē, vi illata detinere eā conati sunt, ideoq. currentis apprenderunt palliū, tulerunt illud ab ea, dum ipsa amoris impetu delata, ex eorum proripuit manibus. Quod ergo sponsa ipsa hic dicit, breuiter tale est.

b Cāt. 3. 2.

Vigilū Ciuitatū duo sūt genera.

PARAPHRASIS. Quærens sanè non inueni dilectū meū, nec vllū ab eo accepi respōsum, cū tñ nimis sedula fuerim in ipso quærēdo, atq. vocando. Circuiui. n. per totā Ciuitaté, adeoq. circuiui vesana præ dilectione, vt nec obuios, qui me inuenerunt, aduertissem circitores, nisi ab iis percussa fuissem, dum me demorari tentarent. Prosecuta sum tñ cursum meū,

A measq. & voces, quas illi cum ferre non possent, quā percusserant, cū propinquam habuerant, elongatam vulneribus confecerunt. Quid plura? egressuram extra Ciuitatē, vt per nemora, & agros eūdem quærerem, elatioribus illum compellans vocibus, *custodes* quoq. *murorum* me detinere conati, fugienti *in eruni mihi pallium.*

Per hæc aut, quibus sponsa suā concludit narrationē, quā in principio huius actus quarti cępisse, vidimus, confirmor in mea sententia, quā & in expositione prima illorū verborū, c *Ego dormio, et cor meum vigilat*, asserui, totam videlicet narrationē istā somnii esse, haud rei, quæ facto ipso contigerit. Si. n. vigilanti hæc contigissent, haud ita mētis inops extitisset, quæ ēt in amoris æstu prudentissima simul, & pudicissima erat, vt nō obuios ipsos de suo interrogaret dilecto, prout supra eam fecisse, vidimus in cap. 3. vbi res gesta narrata est; vnde forsitan haud contigisset, vt ab illis percuteretur, & vulneraretur, præterea haud vnquam passa esset, vt vigilanti illud sibi auferretur pallium, qđ virginitatis, ac pudicitiæ erat insigne, à vilibus præsertim murorū custodibus. Nec absq. huiusmodi velo per latos, patentesve obcursasset agros, & tandem aliquem studium ipsum suum quærendi habuisset effectum, vel inuenisset dilectum ipsum, prout inuenit alias in cap. 3. vel non inuenisset, & id saltem significasset, cum tamen nihil hac de re dicat, ipsam concludens narrationem, videtur indicare somnii imperfectionem.

Pag 147. c Cāt. 5. 2.

B

C

II. SENSVS. Quamuis primū istum sensum antecedentibus congruentiorem existimem, & narrationi somnii, vt dictum est: admodum tñ probabilem, & hunc alterum censeo, qui & facilior est, & Sanctorū Patrū interpretationibus magis consonus, vt in hoc versu septimo sponsa non tā id intendat, vt studiū illud euehat, qđ adhibuit in quærendo, & vocando dilectū suū, quàm, vt ob adstātiū oculos proponat, quæ in eo ipso studio persistens, ob amorem dilecti sui passa sit, cui vni suam seruatam vellet pudicitiam, atq. dilectionem: Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Cùm ita sedulò quærerem, vocaremq. dilectū meum, quem non inueniebam; oberrans per Ciuitatem, obuii mihi facti sunt *custodes*, qui eamdem *circumeunt Ciuitatem*, vim inferre tentarunt, renitentem *percusserunt, & vulnerauerunt me*, qui n insuper ab illis elapsæ, *custodes murorū palliū mihi abstulerunt*, cum pudicitiam meam ne vel tantillum lædere potuissent. In textu Hæbreo, atq. ēt in versione Septuag. absque vlla coniunctione prolata hæc habentur per figuram, quam Rhetores Græco vocabulo ἀσύνδετον Asintheton appellant, vim inferentem rebus, quæ dicuntur, vehementiorem que reddētem orōnē. *Percusserūt me, vulnerauerūt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.*

D

E

Licèt autē Masoretæ in textu Hebræo distinxerint orationē per accentum Zacheph Katòn, adhibitum super voce *mihi* מעלי mengalai .i. *super me*, ita ut vox, *custodes murorum*, sit suspensa absq. verbo, cōgruētius tñ, iudicio meo, iungēda ea est cum præcedentibus: Videturq. mihi sponsa ipsis murorum custodibus acceptum id totum referre, qđ pro seruanda pudicitia sustinuit, pallium nāq. qđ ab iis sibi ablatum asserit, id genus est veli, & pepli, quo Virgines, nonæq. nuptæ vti consueuerē pro insigni pudicitiæ, de quo in lib. d Genesis dē Rebecca Virgine dicitur, Viso Isaac sponso suo tulisse cito palliū suū, & se operuisse. Vnde bene pro pallio Septuag. habent θέριστρον, de qua voce Hierony. Comment. in Isa. c. 4. Theristra, ait, nos possumus appellare palliola, quibus obuoluta est

d Gen. 24. 65. *Theristrū est velū pudicitiæ.*

DE ECCLESIA. Rebecca,& hodie quoque Arabiæ,& Mesopotamiç operiuntur feminæ,& in epist.7.ad Lætā: Theristrum pudicitiæ hic sponsæ ablatum, significat, quia pudicitiæ insigne id erat, vt consentiunt tam nostri, quàm Hæbrei.

III. SENSVS. Porrò ex lectione ista Originalium Hebr.& Septuag. tertium huius sententiæ deducere possumus sensū haud improbabilē, vt sponsa talia sibi velit. PARAPHRASIS. Quærente me, atq. vocante dilectū meū vndequaq. obuij mihi facti sunt *custodes, qui circumeunt in Ciuitate*, pertrāsij illos illæsa, verùm postea à custodibus murorū malè habita sum, siquidem, nedum *me percusserunt*, sed & *vulnerauerunt, tulerūt que mihi*, quod pro virginitatis insigni gestabam, *pallium*, quove, pro seruanda dilecto meo pudicitia, operta incedebam, violenter mihi abripuerūt theristrum, cum tamen nihil meæ obesse potuerint puritati, elabente me ex eorum manibus.

Vers. VII. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt Ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me; tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta

Iudaicus populus quō sanctos tractarit Prophetas. PRosequens Ecclesia narrationem eorum, quæ sibi contigerunt in antiquo populo, hac postrema eius narrationis parte asserit, se, dum in Sāctis Prophetis, ac præsertim in Proph. Ierem. quæreret, inuocaretq. Dominū, qui à populo illo declinasse videbatur, obuios habuisse pessimos Reges, custodes circumeuntes Ciuitatem Ierusalem, ab ijsdemq. percussam se, & vulneratam in iisdem Prophetis, quin & a Princip. Sacerdotum, de quibus aliquando Deus dixerat, a *Super muros tuos, Ierusalē, constitui custodes, tota die, & nocte non tacebunt laudare nomen Domini*, ablatum sibi pallium cultus veri Dei, qđ insigne sibi erat seruandæ pudicitiæ vni Deo. Lege postrema cap. lib. 2. Paralip. (a Isa. 62.6)

Hebræorū sensus. Hebræi per custodes circumeuntes Ciuitatem, haud ita commode intelligūt Nabuchodonosor, eiusq. Duces, q Iudaicā Ecclesiā aggressi percusserūt, vulnerauerūt, palliumq. illi abstulerunt, domum Dñi destruentes: Per murorū custodes, Angelos, qui & ipsi tunc temporis illam dereliquere.

I. SENSVS. ALIA APPLIC. Si verò Ecclesia haud transacti, & antiqui, sed præsentis status sui narrationem prosequatur, iuxta primum sensum in hisce hæc sibi velle videtur. PARAPHRASIS. Dum in mundi huius Ciuitate vndequaq. per sanctos Prædicatores meos Deum quærerem, eūdemq. prædicationis voce inclamarē dilectū meū, qui à quibusdā declinarat Prouincijs, obuios habui & Tyrannos, & hæresiarchas, custodes, ac circitores huius mundi, qui vnà cum satana eorum Principe circuunt, & quærunt, quem deuorent. *In suis prædicatorib. Ecclesia psecutiones sustinet.* Quæ vnum Deum, eiusq. fidem veram tantū quærebam, nulla eorum habui rōnem, ab illis inuenta haud passa sum, vt meum retardarent cursum, idcirco percussa sum ab eis, æque ac in sanctis Apostolis, quin ab iisdem sum et vulnerata, cum prohibentes veræ fidei prædicationem, nedum exilio, bonorum expoliatione, sed & vulneribus Sanctos ipsos vulnerarunt Prædicatores: Cumq. non desisterem inclamare nomen dilecti mei, Episcopi Prouinciarum illarum, qui vt superintendentes, *custodes* esse debuissent sanctorum fidei dogmatum, sāctæq. obseruantiæ præfortium certè murorum, me sibi abripere tentarunt, Effugi ex eorū manibus prædicatura Christū extra illas Prouincias: *tulerunt* tñ ij *meum pallium* puritatis insigne, & fidei orthodoxç, vsurpantes sibi nomen orthodoxorum, suisq. synagogis meam Catholicæ Ecclesiæ tribuētes appellationē, cò me denudantes, cū purissimæ nihil obesse potuerint fidei meæ, quæ in Apostolica petra Christo sponsata sum, quem in vniuerso hominum genere quærere satago. *Hæretici decorant se nomine Orthodoxorum.*

Circa hæc aūt notandū primò, quòd caute locuta sit Ecclesia, nō dicens, *Inueni vigiles*, sed potius, *Inuenerunt me vigiles*, sanctorū Prædicatorum indicans morem sane prudentissimum, quem & à sanctis Martyribus obseruatum norunt, & à Martyrum Rege Christo Domino, vt nequaquam irruant in persecutores, cum præcepto Euangelico moneantur potius eos fugere vbi dicitur: b *Cum persecuti vos fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam.* *Prædicatores sācti nō irruunt in psecutores.* (b Matt. 10. 23.)

Notandū secundò, licèt ijdē sancti Prædicatores à persecutoribus fugiant, nullatenus tñ ob persecutionem ab eo desistunt, vt Christum sua clament prædicatione. Quamuis. n. multi hic asserantur vigiles contra vnā tenellā Virginem insurrexisse, mirū certè est, qđ illam tenere nequiuerint: Siquidem persequi possunt infideles, & hæretici, & vulnerare Ecclesiam, eiusve sanctos; impedire tñ illos, ne Christum sequantur, planè nequeunt. *Persecutiones, & tribulationes non possunt impedire sanctos, ne Christū sequantur.*

Tertiò notandū, vltimo loco in gradatione narrationis suæ Ecclesiā id posuisse, qđ sibi persecutionū, vulnerumq. oīum æstimat grauius, ablationē nimirū pallii virginalis factā à murorum custodibus, ab ipsis nimirū Ecclesiarū Prælatis hæresi infectis, qñ illi orthodoxæ fidei palliū sibi vsurpantes, nudā ipsam, & impurā exhibere conātur, quæ Virgo casta despōsata est Christo. Quo certè nihil eidē Ecclesiæ maioris est detrimenti, vt patuit in Ariana persecutione, quā vehementiorē Ecclesia sustinuit à pseudo episcopis Eusebio Nicomediēsi, Vrsacio, Valēte & alijs, quàm ab impio Imperatore Cōstātio, & ab Orbe toto illa hęresi infecto. *Episcopi, et Prælati infecti hęresi quantū efficiāt Ecclesia Catholica.*

Vers. VII. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt Ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

II. SENSVS. QVæ nuper à peccatis cōuersa, Deo aperuit, quia in ariditate existens, declinasse illum à se, arbitratur, diuino amore saucia tota, in id suū collocat studiū, vt in mundi huius Ciuitate p varia exercitia spiritualia ipsū quęrat dilectū suū, ac præsertim multiplici orationū clamore eumdē inuocet. *In vita spirituali quæ ea ab ipsis sustinere cogatur pia anima, & quō erga illos se gerere debeat.* At dum sedula in istius modi versatur studio, homines sæculi, qui mundi leges custodiunt, & in impietate sua ipsā mūdi Ciuitatē circumeūt iuxta illud Psalmi, c *In circuitu impii ambulant*, actutùm obuiā ei procedunt: Ipsa haud quaquam cū illis se immisceт, quos alienos nouit à Deo, cùm haud recto gradiātur itinere, ideoq. nec quicquā de illo ab illis sciscitantur, ne vel tantillū cordis sui denigretur puritas, d *Qui. n. tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiā*, vt dicitur in libro Ecclesiastici, si è cōtrà eam inueniunt, persequuntur, percutiunt, & vulnerant, non secus ac gallinas efficere videmus, cum inter se immissam viderint alterius generis auem; Simile. Vnde in libro Sapientiæ hæc habent, e *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis,* (c Ps. 11.9.) (d Eccl. 13.1) (e Sap. 2.12)

&

DE ANIMA.

& contrarius eſt operibus noſtris: Tamquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris tamquam ab immunditiis. Contumelia, & tormento interrogemus eum, &c. Nec mirum; nam, vt bene inquit Apoſtolus, *a Omnes, qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.*

a 2. Tim. 3. 12.

Porrò anima ipſa, quæ toto conatu Chriſtū quærit dilectum, iuxta conſilium eiuſdem Apoſtoli permanens in iis, quæ didicit, & credita ſunt ſibi, illæſa puritate cordis ſuum vehementiori impetu dilectionis proſequitur iter, Deum quærens in ſanctis exercitiis, in quibus excreſcere; adhuc reperit ſibi aduerſantes: Plerumque enim Prælatos (quos ſuper Eccleſiæ, Monaſteriorumque muros Deus conſtituit, vt ſuper muris ipſis diuinæ legis, ſanctæque Religionis obſeruantiarū vigilent, ſeduloque cuſtoditos ſeruent) maxime habet infeſtos, adeo vt quicquid ab ipſa extrinſecus fit præclari, externusque vniuerſus, quo in ſancta conuerſatione decoratur, habitus, damnetur, dilaceretur que ab illis: hoc eſt namque, de quo queritur, dum vltimo loco addit: *Tulerunt palliū meū mihi cuſtodes murorum.*

Prælati mali infeſtant vacantes vitæ ſpirituali, & quomodo.

Sed etſi ei auferant extrinſecum iſtud puritatis inſigne, haud tamen vllatenus internam, veramq. lædere idcirco poſſunt puritatem ipſius: Vnde ipſa quò melius, faciliusve eamdem ſeruet, ad agros ſe confert, & ſolitudines, orationi nimirum vacās clauſa in cubiculo, conſortia fugiens.

Duo autem in his, quæ hoc loco à pia dicuntur anima, haudquaquam prætereūda ſunt. Primum, quod cùm non dixerit, *b Inueni vigiles*, ſed, *Inuenerunt me vigiles*, indicat, quomodo iuxta Euangelicum præceptum in ſanctis exercitiis ſuis, quantum fieri poſſit, occultum ſtuduerit, quamquam quantò magis ipſa ſe ſtuduit occultare, tantò magis à Deo manifeſtata eſt.

b Matt. 6. 1

Opera bona occulta manifeſtātur à Deo.

Attamen cum in hac manifeſtatione ea fuerit Dei intentio, vt videntes Opera illius bona, glorificarent *c* cœleſtem Patrem, prout alibi item in Euangelio ſignificatum habemus: in peruerſis nihilominus contrarium cauſauit, effectum nempe vt quam imitari debuiſſent, perſecutionib. moleſtarint, maledictis laceſſierint, detractionibusque vulnerarint. Alterum quod hic minimè prætereūdum exiſtimaui, eſt, ex hoc, quod Ciuitatem ſponſa tam bene munitam aſſerit, vt intrinſecus, & extrinſecus aſſignatis cuſtodiretur vigilib. id nobis indicatum, quàm ſedulo ſtudio Ciuitatem animæ noſtræ cuſtodire debeamus, qui vitæ ſpirituali indulgemus, neue eius cuſtodiæ putemus ſatis factū ſi externos duntaxat ſenſus ſeruemus: qnquidē & internis animi motib. cogitationib. ac deſideriis ſedula adhibēda ē cura, ne filii ſæculi filiis lucis prudētiores ſint, id ꝙ in Euāgelio *d* doluit Dominus.

c Mat. 5. 16

Cuſtodienda quomodo ſit aīa.

d Luc. 16. 8.

Verſ. VII. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt Ciuitatem; percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meū mihi cuſtodes murorum.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

III. SENSVS.

DVm Iudaici populi ſui ſalutē anhelās Virgo benedicta, Chriſtū in Ciuitate quærit Ieruſalē, vocibuſq. precum pro eo fuſis illū vocat e nō ceſſat: Inuentā ſe, inquit, à Scribis, & Phariſæis, q

Maria quāta à Iudæi

A tunc temporis munus abripuerant cuſtodiendi, & circumeundi Ciuitatē illam, totamq. Synagogam ne quidquā in ea ſuſcitaretur turbarū in nocte tā grandis ignorantiæ, qua tunc obtenebratus tenebatur populus ille: quin & à Principib. Sacerdotū poſitis ad cuſtodiā legis, mandatorūq. Dei, quib. multo validius, quàm quibuslibet aliis mœnis roboranda ea eſſet Ciuitas, & illuſionib. percuſſam & execrandis blaſphemiis vulneratā eorū lingua de qua in pſal. 119. dicitur, *e Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi*, peius videlicet, *ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acuta cū carbonib. deſolatoriis.* Porrò, quia inter blaſphemias illas, eorum maiorem habet rationem, quæ ab iiſdem peruerſiſſime in eo populo diuulgata fuere contra pudicitiam, & virginitatem ſuam, bene ſuperiorib. addit, ablatum ſibi ab illis pallium, inſigne eiuſdem virginitatis extrinſecum.

APPENDIX.

eo populo paſſa ſit, dū eius anhelaret ſalutem.

e Pſ. 119. 3

B

Verſ. VII. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt Ciuitatem; percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meū mihi cuſtodes murorum.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Comprehenderunt me Chaldæi, qui cuſtodiebant vias, & obſidebāt in circuitu contra Ciuitatē Ieruſalē: quoſdā meorū occiderūt gladio, & quoſdā meorum duxerūt in captiuitatem. Tulerunt torquē Regium Sedechiæ Regis Iuda de collo eius, & duxerunt eū in Ribla, & excæcauerūt oculos eius populi Babylonis, q obſidebāt Ciuitatē, & cuſtodiebant muros.

C

Vniuerſas veterum Patrum præſentis loci expoſitiones ad duas reducere poſſumus claſſes. Quidam cuſtodum vocabulum in bonum ſumētes, & reliqua pariter in bonum ſenſum accipiunt: Quidam verò ē contra omnia in malum referunt.

Eorum, qui in bonum hæc ſumūt, communior ſenſus eſt, vt p cuſtodes vel Prædicatores, aut Prælati deſignentur, vel etiam Prophetæ, Apoſtoli, & & Martyres, qui animam inueniant, dum eam erudiunt: Quia tamen nonnihil inter hos eſt diſcriminis in exponendis ſingulis verbis, breuiter illorum referam dicta.

D

Primò etenim Philo Carpathius à prædictis cuſtodib. inuentam dici, inquit, animam; quia ab illis edocta: percuſſam; quia Patres dū cœleſtia bona prædicant, ſagittis illam vulnerant amoris, & deſiderii: quia percutiūt diſciplina ſalutari; quia mortificationē prædicant: quia pœnitentiā indicunt. Tuliſſe aūt eoſdē cuſtodes eidē animæ velū ignorantiæ, & cæcitatis, cū Deum pie colere docuerūt cum vitia relinqui fecerunt: Vnde colligit, tria ordinatè ab his fieri. Primò cæditur aīa verbo veritatis: ſecūdò vulnerat verbo tremēdi iudicii; tertiò aufertur ab illa affectus oīs rerū terrenarū, quo velut pallio tegitur, vt reuelata facie Deū videat. Cuſtodes murorū dictos putat Philo Prædicatores, &c. qa cuſtodiūt Scripturas ſacras, & mādata Dei.

Phil. Car.

Prædicatores doctētes rectè, percutiūt, vulnerātq. animas, & auferūt velū ignorātiæ, affectuſq. terrenorum.

E

Cum hiſce conſentiunt, quæ dicuntur à Caſſiodor. niſi quòd melius explicat quō percuſſerint, & vulnerauerint, nimirū; quia verbum Dei, quo erudiunt, eſt gladius *f penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſq. ad diuiſionē animæ, & ſpiritus.* Sicut aūt per cuſtodes Ciuitatis ſanctos intelligit Prælatos, & Prædicatores, qui peruigilāt in Eccleſiæ

Prædicatores cur dicti cuſtodes murorum.

Caſſiod.

f Hebr. 4. 12.

Digitized by Google

APPENDIX.

siæ custodiam: ita per custodes murorum illos intelligit, qui Doctores ipsos designatos per muros, erudiunt. Id quod & a Beda asseritur, & a Richardo de Sanct. Victore; quinimò nec apud Gregorium Papam, tum super hunc locũ, tum in lib. 7. Moralium cap. 1. quidquam à prædictis dicitur diuersum, nisi quod vulnus, factum sagittis amoris Dei accipit, prout & Beda, Richardus, atque Anselmus, qui, percussionem fieri ait, per commonitiones ad cõpunctionem: & per murorum custodes speciales Episcopos designatos putat.

Beda. Rich. Greg. PP. Anselmus. *Episcopi dicti custodes*

Bernardus sermone 15. in psal. 90. Qui habitat: per custodes intelligens Sanctos Apostolos, atq; Ecclesiæ Prælatos, tunc illos animam, quam inuenerunt quærentem Dominum, percutere, inquit, cum videntes, illam in ipsis spem ponere, eam vrgent, vt pertranseat vtique inuentura Dominum: Atque idcirco, ait, ipsos illi tulisse palliũ, vt curreret expedita. Affert exemplũ Pauli reprehẽdẽtis Corinthios, cũ illi, offensis, vigilib. secederent apud eos dicẽtes; *Ego Cephe, ego Pauli, ego Apollo* &c.

Bernard. *Prædicatores, & Prælati boni impellunt ad Christum.* 1. Co. 1. 12

Rupertus quoque Abbas putans, custodum vocabulo Apostolos designatos, ita hæc B. Virgini aptat, ac si illa dicat: Sancti Apostoli inuenerũt me, quia me quærebant: quærebant autem me, quia in me sperabant esse thesauros Altissimi. Percusserunt me, quãdo post Ascensionem Domini, mecum conquerebantur de illius absentia: Interista tulerunt mihi pallium, quo tegebam secreta, quæ in corde conferebã: tunc enim aperui illis cor meũ, & quæ in secreto seruauerã, plana feci.

Rup. Abb. *Apostoli post Christi ascensionem quo se gesserint cum Maria.*

Ad eamdem primam classem referẽdi sunt, qui per custodes intelligunt sanctos Angelos, vt sunt Gregorius Nyssenus, Ambrosius, Tres Patres, & Psellus, licèt & hi in modo explicãdi discrepent.

Angeli sũt custodes animarũ et Ecclesiæ.

Primo enim Nyssenus homil. 12. ait, hæc verba haud esse lugentis, sed iactantis ob ea, quæ præclara sibi euenerãt: nam ipsamet, quę antea dixit, *b* se exuisse, dicens se nunc habuisse pallium, quo spoliaretur, ostendit, quantum pergendo profecerit: nam quæ prius omni pallio immunis videbatur, & seipsa purior ad maiora perrexit, & cõparans præsentem cum præterita puritate, visa sibi est quasi non exuisse antea pallium. Auffertur, inquit Nyssenus, à custodibus palliũ, vt pulchritudo desiderata videatur: percutitur anima, vt viuificetur; percutere. n. est à morte liberare, iuxta illud: *c Si virga percusseris eum, non morietur*. Bonũ ergo est virga cædi tribulationũ, quæ tantorũ bonorum copiam continent. Non inuenitur aũt à custodibus anima, nisi prius exeat à loco veteris conuersationis. Custodes inueniunt, non fures, qui non intendunt, nisi mactare. Porrò custodes sunt Angeli, quibus anima credita est custodienda ab omni malo, iuxta illud: *d Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eũ*. Hi cũ percutiũt ictu diuinę virgę, nõ tm̃ pellẽ tãgũt forinsecus, sed & intrinsecus penetrãt, & stigmata relinquunt, prout Paulus hisce percussus, exultabũdus proclamat: *e Stigmata Domini Iesu in corpore meo fero*. Insuper ab his custodib. quasi lapis *f* à Moyse, eadẽ percutitur aĩa, vt ex ipsa erũpant aquæ cælestis doctrinæ, sitientesq; bibãt populi.

De progressu animæ. Greg Nys. b Cat. 5. 3

e Prou. 23. 13.

Angeli quõpiã aĩmã percutere, & vulnerare dicãtur. d Ps. 33. 8. secundum septuag. e Gal. 6. 17 f Exo. 7. 20

Addit & alterum sensum idẽ Nyssenus: vt anima egressa ad vocem Dñi, quærens eum, quem reperire non põt, doceatur à custodibus, & Angelis, adamari ab ipsa, quod cõsequi nequeat; & experiri, quod percipi non possit, quo fit, vt illa quodãmodo propter desperatione cõsequendi, qđ desiderarat, verberetur, ac vulneretur, arbitrata, cupiditatem hanc fine suo excidere. Verum hoc

Fruitio Dei haberi non põt i hac vita.

A mœroris pallium, & peplum ab illa adimit, dum discit, veram desiderati fruitionem esse, semper in quærendo proficere, neque vnquam à progressu cessare, semper ea cupiditate, cui satisfit, gignẽte sublimiorem aliam cupiditatem.

Ambrosius in lib. 3. de Virginibus, Angelos ipsos dictos putat custodes; quia circumeũt ciuitatem Ierusalem, quæ in cœlo est; piã ab his animã percuti ait, gladio verbi Dei, benignoq; charitatis vulnere vulnerari: Hos aũt postmodũ ei pallium tulisse: quia actuũ corporalium inuolucra sustulerũt ab ea, vt nuda, mentis simplicitate quęreret Christum, quia nemo potest amictu vestitus philosophiæ sæcularis videre Christum: quæ .n. Deum visura est mundo corde incedere dẽt.

Ambros. *Angeli quõpiam aĩam vulnerãt. Simplicitatẽ Angeli causant in anima, vt videre queat Deum.*

B Eademque idem Ambrosius habet in lib. de Isaac cap. 6. vbi tñ nonnullis perpulchre philosophatur circa palliũ, eiusve ablationẽ in hunc modum. Bene quidem quasi sponsa veniebat cũ pallio, quo obnuberet caput, cum sponsus occurret. Sicut *g* Rebecca nuptialis vestis præmittens insignia, ne forte reijceretur *h* quasi vestem nõ habens nuptialem: Vel vt caput valaret propter Angelos: sed illi percusserunt eã, vt amplius probaretur: exercentur. n. animæ tentationib. *i* Tulerũt ei palliũ, quærentes, si verum decorẽ nudæ virtutis afferret: Vel quia sine integmento quis in illã cælestẽ Ciuitatem debet introire, nulla secũ deferens integmenta fucorũ. Sunt ẽt, qui requirãt, nę

Ambros. gGen. 24. 65. h Mat. 22. 11. i 1. Co. 11. 10. *Angeli quõpiam nudare dicantur.*

C qua anima secũ vehat exuuias carnalis illecebrę, & concupiscentiam corporalẽ. Nudatur pallio, cũ eius conscentia manifestatur. Sed est & quę bene nudatur, cui licet imitari dicentem: *k Venit Princeps huius mundi, & in me inueniet nihil*: quia certe in illo solo nihil inuenit, qui peccatum non fecit. Beata & illa est, in qua non grauia, aut multa inuenit; sed inuenit in ea amictum fidei, & sapientiæ disciplinam, quæ sibi auferri inuitæ non potest.

k Io. 14. 30

In sermone autem 7. in psalm. 118. vers. 7. dubitans idem Ambrosius, cur in c. 3. non dixerit anima, ablatum sibi pallium, sicut hic. Hæres respondet, id fortasse contigisse, quia ibi illa interD rogasse se, dixit: *l Nunqnid quem dilexit anima mea, vidistis?* & adijcit: Quæ Christum loquebatur, nec exuta est pallio: & quem quærebat, inuenit. Disce, quemadmodũ quæratur Christus: Ab his, qui non perfunctoriè quærunt, retinetur.

Quærẽdus Deus nõ perfunctoriè. l Can. 3. 3

Angelos, Tres Patres inquiunt, esse custodes, qui cunctam naturam veluti Ciuitatẽ quamdam per cognitionem rationum eius circumeunt; hosve inuenire animam errantem in rerum naturalium speculatione, percutere, reprehendentes cõscientiam eius, quæ se Deum comprehendisse putabat; Auferre pallium, idest, rationẽ, in qua quasi in pallio spicæ diuersarum cogitationum colligũtur, ostendentes ei, diuinum numen omni cognitione esse præstantius. Adduntque, Angelos ipsos dictos custodes, quia sint perpetui obseruatores diuinæ voluntatis.

Tres Part. *Angeli quõ custodes ciuitatis, qđve boni efficiãt in hac custodia.*

E Ab his parum discrepat Psellus, dum ait, Angelos auferre velum ab oculis animæ, vt clarius spõsum videret, licèt non comprehenderet.

In malum sumitur hęc sententia tribus modis. Primò, vt per custodes Ciuitatis, & murorũ designentur Tyrãni, & Magistratus sæculi, & ab his Ecclesia dicat se percussam, & vulneratam in sanctis Martyribus, sublatumque sibi pallium, animis eorumdem Martyrum nudatis, corporeque vt pallio ab eis ablato. Ita Theodoritus, & Iustus Orgelitanus, qui addit, Tyrannos tulisse Ecclesię pallium,

Ecclesia percussa et vulnerata à Tyrannis. Theod. Iust. Org.

LITTERA. pallium, illam vſque ad ſolum demoliendo, & ſacram Scripturam cremando.

Aponius. Secundò ex Aponio cuſtodes ſunt dæmones, q circumeunt mundũ, quærentes, quẽ deuorent, vulnerent, expolientq. fide: percutiunt hi hæretica ꝑſuaſione, expolianrq. animã puritate baptiſmali.

Dæmones circumeunt & vulnerant animas. Hierony. Clauſura quam neceſſaria Virginibus. Tertiò Hierony. epiſt. 7. ad Lætam, & epiſt. 22. ad Euſtochium, ex hoc loco deducit, quam neceſſarium ſit virgini, vt clauſa domi cõtineatur: quã ve ei damnoſum ſit foras egredi vel etiam ad quærendum Chriſtum.

Verſ. VIII. Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

PRæſentem ſniam ita ſuperioribus cõiori fere ſenſu connectunt: vt ad clamores, quos ſponſa edidit, vel ſuum vocãs dilectũ, vel illatas ſibi deplorans iniurias, complures excitati accurrerint, quæſitum, quid clamaret, quid ſibi vellet, quidve intempeſta nocte puella tam decora per Vrbem quæreret, inter quos cum illa aliquot conſpexiſſet feminas miſericordia in ipſam commotas, ad eas conuerſa hæc habuerit; *Adiuro vos*, &c. Atque hæc quidem rectè, ſi præcedens narratio ſumatur vt rei geſtæ: at nõ ita rectè, ſi ſumatur vt narratio ſomnii, prout ſumpta à nobis eſt.

I. SENSVS. Dicendum ergo congruentius, ſponſam, quæ in hoc Cantico, ac præſertim in hoc actu quarto tota in eo eſt, vt mutuum ſui, atq. dilecti amorẽ vario eueh at artificio, cum in ſcenam vnã cũ ſuis deueniſſet ſociis; abſente dilecto, cõſueto feminarũ more prædictam ſomnii inſtituiſſe narrationem, qua peregregie eã conteſtata eſt dilectionem. Ex occaſione autem eorũ, quæ enarrata à ſe fuerant, commotam ad optandam ardentius præſentiam eiuſdem dilecti ſui, quẽ vel dormiens tanto recolebat à ſe quæſitum ſtudio; vt nec nocturnas perhorruerit tenebras, nec circitores metuerit, nec ꝑcuſſiones, vulnera, aliosve extimuerit barbarorũ inſultus: ideoq. adſtãtes obteſtatam filias Ieruſalẽ vt, cum ipſum inuenerint, ardentiſſimam hanc in illum ſuã ei notã facerent dilectionẽ, id vnũ ei nũtiantes, ꝙ ipſa amore langueat: hoc. n. eidem amãti ſat futurum, vt ipſo amoris pondere trahatur.

II. SENSVS. Dictio, ſi, accipi pt duplicitér. Porrò ex ambigua, qua vtitur particula, *ſi*, quæ ſignificare poteſt, & *dum*, iuxta frequentem ſacrarum litterarum phraſim, & *ſi forte*, alium hũc iſtorum verborũ deducere poſſumus ſenſum, vt ſponſa tale quid ſibi velit.

PARAPHRASIS. Dilectionem iſtam meam, quam dictis percepiſtis, teſtatam reipſa faciã ipſi dilecto meo, primum cũ eum, qui modo abeſt, inuenero. Quia verò contingere facile poteſt, vt prius vos illum inueniatis, *adiuro vos, vt ſi fortè eum inueneritis*, hac vna de re eum faciatis certiorem, *quod amore langueo*.

Pag. 304. Vide, quæ dicenda hic eſſent de iſto lãguore amoris, ſeu etiam de vulnere charitatis explicato ſuperius in expoſ. verſus 5. c. 2. vbi hæc ipſa habentur: *Quia amore langueo*: ſeu iuxta Sept. *Quia vulnerata charitate ego ſum*.

III. SENSVS. Tertium deniq. ſenſum ſuggerunt nobis tã Hebraica lectio, quam verſio Septu. Hebræa. n. ſic legunt: *Adiuraui vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, quid annuntiabitis ei? quia ægra charitate ego*: quod ad verbũ ita pariter reddiderunt Septu. *Adiuraui vos filiæ Ieruſalem, in virtutib. & fortitudinib. agri, ſi inueneritis fraternum meũ quid annuntiabitis ei? Quia vulnerata charitate ego ſum*. Eſt autem illorum verborum ſenſus.

DE ECCLESIA. PARAPHRASIS. Adiuraui vos ſæpius, vehemẽtius aũt *adiuro vos* modo, *filiæ Ieruſalem*, per ea, quæ vobis ſunt gratiora, per virgulta, & ſegetes agri, *ſi inueneritis dilectum*, dicite mihi amabò, *quid ei nuntiabitis*? Infortunia forſitã, percuſſiones, vulnera, ac denudationem meam, quæ vobis retuli? Haud operæpretiũ eſt, vt ea illi referatis; ſatis illud erit, vt ei mea nuntietis, quæ vehementiora ſunt vulnera charitatis, qa ego ego ſũ *vulnerata* illa *charitate*; ſat illud erit vt ei nuntietis, quia ipſa ipſa ſum *ægra* illa *charitate*: Percipiet is omnia, quæ in eius abſentia, vel ẽt ipſum quærens perpeſſa ſim iugiter.

B Verba illa, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύεσι τοῦ ἀγροῦ, Sept. addide. ut ex more cõſueto, quo alias in hoc cantico adiuratæ reperiuntur eædem filiæ Ieruſalem: qua de re videri poſſunt, quæ dicta a nobis ſunt ſupra in expoſitione prima verſus ſeptimi cap. ſecundi.

Verſ. VIII. Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

C EX commemoratione perſecutionum, & ærumnarum, quas vel à Tyrannis, vel ab hæreticis ſuſtinuiſſe ſe retulit, maiori Eccleſia in Chriſtum dilectum ſuum ſuccenſa dilectione, ideoq. & vehementiori eius æſtuans deſiderio, illiusve præſẽtiam exoptãs, quo in fidelib. ſuis eius illuſtrior ſit gloria, fideles ipſos quoſq. adiurat, vt, cũ in tribulationib. conſtituti dilectum ſuũ inuenerint Deũ, aperte cõteſtantem eſſe ſe cum eis in tribulatione, forti patientiq. animo tolerantes, illumq; glorificantes in benefactis, nuntient illi, non tã verbis, q̃ factis, quia ipſa iam & in eis langueat charitate. Neq. verò ob aliud hac de re iſtos adiurat fideles niſi, vt hac ratione per ipſam eorum patientiam, ardentiſſima flagrãtem charitate ita eũdem ad ſe D pertrahat Deũ; vt per ſpecialis gratię exhibitionẽ infidelium quoq. molleſcant corda, habiteq. in iiſdem eorũ cordib. Chriſtus per Spiritum ſãctũ, qui datus ſit eis in charitate radicatis, & fundatis Itaq. conciſè illud ipſum hic ſuũ Deo exponi poſcit deſiderium, quod apertius aliàs ſignificauit in c. 2. cum dixit; *a Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo*: vt ibi videre vnicuique licet in ſecunda expoſit.

I. SENSVS. Tribulati dũ Chriſtũ glorificãt, teſtes ſunt charitatis Eccleſiæ. a Can. 2. 7

Verſ. VIII. Adiuro vos, filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.

E *Expoſitio Tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.*

SIcut *b* duob. illis Chriſti diſcipulis de diuinis reb. verba habentib. diuinaque beneficia per Chriſti paſſionem mũdo exhibita ex eiuſdẽ Chriſti ore commemorata percipiẽtib. cor exarſiſſe dicitur in Euangelio: ita & in hoc Cantico nunc ſignificatur, quantum piæ cuiq. animæ conferant

II. SENSVS. b Luc. 24. 32.

ad

DE ANIMA.

ad charitatis augmẽtum boni quique sermones, & commemoratio in primis beneficiorũ: cum ex eo, quod sponsa Christi in superioribus diuinorum beneficiorũ narrationem coram sodalib. cõtexuit, quibus eo præsertim tẽpore adstrictam se recolebat, cum à peccatis conuersa est: nunc tãtâ incensam se dicat charitate, vt hoc vnum Deo exponi velit, quod amore langueat. Præclarè autẽ pro ea, qua insignita est humilitate se sanctiores eas existimans, quas socias in vita habet spirituali, ad cæleſtem Ierusalem spectantes, illarũ se cõmẽdât precib. ac per eas suas Deo proponi gaudet virtutes, in primisque charitatem, dicens, *Adiuro vos filiæ Ierusalem*, si &c. Ac si dicat.

Sermones boni quã sit efficaces ad charitatis. *Orationib. aliorũ se cõmendât sã&ti quique.*

PARAPHRASIS.

Arida existens, dum meus, vt me probaret, à me declinauit dilectus, charitate, me vrgente sedulo illo, quod audistis, eũ quæsiui studio, multis tentata ærumnis, nec tñ inueni illũ, nec is respondit mihi Deus meus: Ita nunc pariter, cum me itẽ aridam aspiciatis, absque sensibili præsentiæ ipsius gusto, scitote, me vehementissima in illũ languere charitate: hancq. ei multo magis, cum ipsum inuenero reddentẽ mihi lætitiam salutaris sui, testatam faciam, nedum in flagrantissima oratione, sed & in multiplicib. obsequijs. Verum, quia vobis, quæ ob eximiam, qua excellitis, sanctitatẽ filiæ estis, & hæredes cœlestis *Ierusalem*, tametsi aliquando & in ariditate relictæ videamini, facilli me inuenire continget, *adiuro vos*, atq; obtestor, vt, *si illum inueneritis*, per vos intelligat, *quia amore langueo*: hoc vnum ei nũtiate, sicve illum & ad me trahite, ipsa eum trahente charitate, quam ei exponetis. Confirmari potest hic locus ex eo, qđ in Euangelio Ioannis sorores Lazari ægrotantis ad mortem, id tantum nuntij Christo mittentes, a *Ecce, quem amas, infirmatur*, ipsa amoris cõmemoratione ita illum traxerunt, vt is, propriæ mortis contempto periculo, dixerit: *Lazarus amicus noster dormit; eamus*, &c.

Charitate potissimum ad nos trahitur Deus.

a Ioã. 11. 3

III. SENSUS.

Iuxta tertium sensum: Indicat eadẽ anima, moris sui semper extitisse, vt ad sodalium preces cõfugiat: id namq; significat, dum in præterito ait: *Adiuraui vos filiæ Ierusalem*. Dicens vero: *Si inueneritis dilectum meũ, quid nuntiabitis ei?* indicat, hãc id ab illis exposcere, vt vniuersa illa Deo promant, quæ ab ipsa pro eius obsequio norũt vel facta, vel tolerata: Sat. n. sibi cõpertum, ea vniuersa parũ per se apud Deũ habitura momenti, nisi de ipsa constet, cui nitantur, charitate, pro ut apertè contestatus est Paulus ad Corint. b Idcirco bene addit: *Quia ægra*, seu, *vulnerata charitate ego sum*, s. nuntiate: cum vulnere siquidem, & ægritudine charitatis vniuersa illa nouit expressa, quæ propter dilectum suũ à se vel fieri, vel patienter ferri potuissent, teste eodem Apostolo, vbi ait: c *Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmulatur, non agit perperam*, &c. quæ longius prosequitur. At bene hac vsa est locutionis forma, quia *vulnerata, seu, ægra charitate ego sum*, ait, *quia amore langueo*: cũ sat Deo compertum sit, id proprium esse languoris ex charitatis vulnere prodeũtis, vt duob. contrariis effectib. debilitationis, & roborationis, quibus vnã eamdẽque vulneratam animam reddens, debilissimã in iis, quæ ad carnem, & seculũ pertinẽt, simulq. fortissimam in iis, quæ spectant ad Deum, in causa fit, vt vniuersa, quæ ad virtutem pertinent, fiant; eaque omnia, quæ pro Deo toleranda obueniunt, patienter ferantur, vt ex iisdem colligere licet Apostoli verbis, quib. & ipsemet ait: d *Cum infirmor, tunc fortior sum*: & ipsi ait Deus: *Virtus ĩ infirmitate perficitur*.

Adorationes aliorũ cõfugiẽdũ. *Absq; charitate nil roboris apud Deum quæ habet.* b 1. Cori. 13. 1. *Charitatis languor conflat bonum ol in aia.* c 1. Cori. 13. 4. *Charitatis languor duo cõtraria efficit, debilitatẽ & robur.* d 2. Cor. 12. 10. & 9.

Complura, quę de ista charitatis ægritudine, deque eiusdem vulnere dicenda forent, videri possunt ĩ expos. 3. sæpius citati vers. septimi ca. secũdi. Illud unũ hic addam, quod dicitur, prædictus charitatis lãguor duos illos causare effectus contrarios, aptè satis probari posse exemplo alterius ægritudinis, quam Phrænesim appellarunt Medici. Qui. n. hac lãguet phrænesi, debi itate maxima ĩfirmus ĩ obib. est; adeo ut nec comedere nec dormire, nec se uel per lectũ queat mouere; At simul circa actiones illas, ad quas ab ipsa impellitur phrenesi, præforti ualidũ se exhibet robore, adeo vt & ratiocinetur, & tanto impetu ex lecto saliat aliquando, vt uix teneri possit à pluribus. Huic namque languori comparasse videtur Apostolus eumdem languorem charitatis, ubi dixit ad Corinthios: e *Siue mente excedimus, Deo, siue sobrii sumus vobis, charitas Christi vrget nos*, idest: siue mente excedentes quasi phrænetici, validissimi sumus circa ea, quę spectãt ad Deum, siue sobrii, tẽperati continentes, ac debiles sumus circa vos, & circa terrena omnia, charitas Christi est, quæ vrget nos, atq; hęc adeo contraria in me vno simul operatur.

DE B. MARIA

Charitate languens similis phrenetico.

Pag. 348. Simile.

e 2. Cor. 5. 13.

Vers. VIII. Adiuro vos, filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Sanctos alloquens discipulos Domini, quos filias dixit Ierusalem, post Christi ascensionem adiurat eos, vt si fortè contingat, vt diem suum obeuntes, ante se Iesum Christũ in cælo regnantẽ inuenerint, id vnum ei nuntient, quam ipsa præ eius videndi desiderio amore langueat, cupiẽs, dissolui & esse cum illo.

Maria quã desiderauerit dissolui & esse cum Christo.

Alio pacto per filias Ierusalẽ sumendo animas illas, quæ ad Christum cõuertendæ erant è Iudaico populo, cuius salutem tanto studio se quæsiisse significauit Gloriosa Virgo in præcedenti sententia, dici non incongruè posset, illã nihil à linguæ vulneribus, & à blasphemijs Scribarum, Pharisæorum, ac Sacerdotum deterritam, haud quidquam à suo destitisse desiderio, atq; studio: Ideoq; nunc eas, quas conuertendas prænoscebat, talibus affari.

Maria ad scribãda cõuersio aliquorũ Iudæorum.

PARAPHRAS.

Vos ipsas adiuro filias Ierusalem, cum Christi fidem amplexantes, eum *inueneritis dilectum meum, nuntietis ei, quia amore langueo*; verbis nimirum, & factis coram eo fatentes; ex mea vos id habuisse charitate, qua ipsum in vobis inuenire, tam ardẽter optaui, quave pro totius reliqui populi salute adhuc languens, & ægra sum.

Vers. VIII. Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Adiuro vos Prophetæ per decretum Verbi Domini, quod si reuelatus vobis fuerit misericors vester, annuntietis corã eo, quòd amore miserationis eius ego lãgueo. Cõmuniori sensu hæc habet pia anima ad eos, qui

Orationib. aliorum se

APPENDIX.

qui sanctiores sunt in præsenti sæculo, illorum se commendans precib. Vnde Phil. Carpat. notat, eãdem animam non solum rogare sanctos, vt ipsam Domino commendent, verum etiam quasi adiurãdo cogere. Hisce consentiunt Cassio. & Beda, qui notant, bene piã animam nuntiari velle Deo, quia amore langueat; cum gladio Spiritus fuerit vulnerata: & quanto magis vnitur Deo, eo magis erga terrena langueat, quæ carnis amictum reliquit.

cõmendãs iusti quiq. Philo Car. Cassiod. Gre. Pap. Beda.

Richar. quoque de S. Victo. aliud notat; ex hoc loco colligi morem sanctarum animarũ, vt prius per semetipsas Deum quærant, & mundando cordi insistant, deinde ad aliorum sanctorum orationes confugiant.

Rich. *Oratio aliorũ quãdo nobis proficua.*

Addit Greg. Papa, dum Sanctis viris cogitationes nostras referamus, nostrumque desideriũ expandimus, & per Deum oramus, vt Domino, pro nobis orãdo, offerãt desideriũ, quo afficimur, qđ aliud agimus, quàm filias Ierosalem adiuramus, vt dilecto, cui nobis proximiores sunt, nuntient, quia amore languemus.

Greg. PP. *Orationes aliorũ quõ exquirere debemus.*

Aponius haud diuerso sensu, Pia, inquit, anima ob maximam humilitatem; quia indignam se reputat Deum orandi, adiurat Sanctos, vt dignẽtur fletus, & orationes suas auribus sponsi insinuare, vt errantem reuocet, percussam consoletur, vulneratam sanet, expoliatã reuestiat. *Si inueneritis*, sub dubio loquitur; quia tanta erat humilitas, vt metueret ob maxima sua peccata, ne sponsus se abscõderet etiam illis, ne eos audiret propter peccatricem. Cum dicit, *Amore langueo*, ostendit mensuram, qua diligi debeat Christus, nempe vsque ad languorem, & defectionem.

Orationib. aliorũ cur se cõmẽdẽt iusti. Aponius. *Amoris Dei mensura.*

Iustus Orgel. Ecclesiam, inquit, rogare sanctos suos, vt cœlesti item Ecclesiæ nuntient, hic Sãctos nõ torpescere ob tribulationes, imò maiori ignis amore succendi.

Iust. Org.

Catena trium Patrium exponit versionem Sep. *Adiuro vos, filia Ierusalẽ, p potentias, & fortitudines agri, si inueneritis nepotem meum. Quid? Nuntiate illi, me charitate vulneratam*: Ac si pia anima dicat; Exemplo meo tamquam iureiurando corroboraui, confirmauique vos, discipulæ meæ, quę in mẽtis tranquillitate pacem cernitis, vt, si per speculatiuas, & actiuas potentias, quę in hac vita sciẽtiã, atque virtutem assequi valent, dilectum meum vt veritatem, & bonum apprehenderitis, promittatis ei, vos nullo prorsus modo sordidã peccati tunicam amplius induturas, aut inquinationis vestigia secuturas. Sic autem iureiurando vos obstringo; quia charitate erga vos sum saucia, & salutem vestram exopto.

Tres Patr. *Dei cognitio qđ boni debeat nobis conferre*

Denique Rupertus eum afferens sensum, quem primo loco tetigimus in quarta expositio. *Adiuro vos filia Ierusalem*, idest sancti, dicere, inquit, Beatam Mariam, vt si ante me è corpore exieritis, & videbitis dilectum filium meum, dicatis ei, quia magno desiderio videndi eum langueo, suspirãdo, dum moras sustineo. Sed, an nõ hæc sciebat Christus, qui omnia nouit? Cur ergo, ait Rupertus, vult ea illi nuntiari? & respondet: Vt vulnerata vulneret alias, quæ videntes in Virgine tantum ardorem videndæ patriæ cælestis, sentiant in se ipsis simile quid.

Mariæ quã cuperet dissolui, & esse cũ Xpo. Rup. Ab. *Mariæ excitat nos ad desiderandũ, dissolui, & esse cũ Christo.*

A Vers. IX. Qualis est dilectus tuus ex dilecto ò pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

LITTERA.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

ARdenti in corde sponsæ dilectionis fornaci exitum parant, quæ ab illa adiuratæ fuerant eius sodales, ne ignis intrinsecus ardens, vehementissimumq. causans amoris languorem, vltimam deniq. causaret mortem: Dant quippe occasionem, vt, dum absens est dilectus eius, ex cuius absentia languorem sibi adaugeri significauit in versu superiori, iucundè in illius laudibus promendis detineatur. Neq; .n. quis eius esset dilectus, ignorabant, cum frequentius vnà cum eadem sponsa cum illo versatæ essent, necnon & adiuratæ ab illo fuissent, vt patet ex superiorib. ideoq. haud inquiunt; *Quis est dilectus tuus?* sed, *Qualis est* &c. Occasio aũt, quã puellæ istæ in hac sñia dant sponsæ, vt dilecti sui exponat laudes eximias, adeo est vehemẽs; vt vix excogitari potuisset vehementior; desumunt namque illam ex arcta, qua ab ipsa obtestatæ fuerant adiuratione: qñ quidem ea adiuratio, vt id vnum nuntiarent dilecto, quia ipsa amore langueret, significauit, talem esse ipsum eius dilectum, vt, cũ amoris languor in aliqua sit, ab illo causatus, intelligatur, ideoq. haud operæpretium esse, vt ei annuntiarent, quia amore langueret specialiter in eum. Deinde appellatio quoq. qua eamdem insigniunt sponsam, vocãtes eam *pulcherrimam mulierum*, id pariter exposcere videtur ab illa, vt iam exponat, quo parem habeat dilectum, qui ita sit virorum oĩu pulcherrimus, sicut pulcherrima ipsa est vniuersarũ mulierum: extorquentque has ipsas eius laudes per iteratam interrogationem, ac per ipsã interrogationis formam: nam, cum dicere potuissent; *Qualis est dilectus iste tuus*; multò efficacius dixerunt; *Qualis est dilectus tuus ex dilecto?* Quia significant, ipsum talem esse debere, vt præstantissimis notis viris quidem oĩbus præferendus sit, [illegible] iis potissimum, qui ob præclaras corporis, & animi dotes dilecti mereantur vocabulum. *Dilectus* quippe *ex dilecto*, tantumdem est ac; dilectus prædilecto quoque, hebraica phrasi, qua præpositio min, *ex*, inseruit comparationibus, vt apud nos præpositio, Præ, quã & Dominus noster seruauit in Euangelio agẽs de Pharisæo, & Publicano orãtibus in templo, vbi ait: a *Descendit hic iustificatus ab illo*, idest, præ illo.

Ex, & Ab, phrasi hebraica pro Præ a Luca. 18. 14.

Apud Septua. ex Hebræo efficacior ista ipsa est interrogatio; sic .n. habent; *Quid fraternus tuus ex fraterno*: &c. quæ lectio duplicẽ habere potest sensum: Alterum similem lectioni nostræ, qui afferri cõi solet cõsensu: Quid eximium, quidve insigne habet dilectus tuus præ ceteris dilectis? secũdum quem sensum sponsæ sodales loquuntur, vt bene affectę erga eumdem dilectum, vtque optimã pulchritudinis, & decoris eius opinionem habentes; ac si dicant,

Adiuratio ista tua tam grandis, qua nos obtestata es, vt inuenientes dilectum tuũ ei significemus quia tu, quæ *pulcherrima* es oĩum *mulierum amore* langues, sat nobis persuasit, dilectum istum tuum, pulcherrimum esse, omnique dilectione dignissimum: rogamus nihilominus te, exponas, quibus notis omni alio dilecto præferri is & à nobis debeat,

PARAPHRASIS.

DE ECCLESIA. beat, qualisve penitus sit ex omni parte, quo & nos vehementius erga illum afficiamur.

II. SENSVS. Iuxta verò alterũ sensum accipi eadẽ possunt, vt per contentionem ab ijsdem dicta, quo contẽtione ipsa, vt moris est feminarũ, excitetur magis spõsa ad dilecti sui laudes euehẽdas, ac si dicãt.

PARAPHRASIS. Quid *dilectus* iste *tuus præ dilecto* vniuscuiusq; nostrum? quid præstantius ille habet, ita vt præferri possit dilectis nostris, pro vt tu, quæ *pulcherrima* certè es *mulierum* præ ferre eum videris, dũ arcta hac nos obtestata es adiuratione, vt illi duntaxat significaremus, quia amore langues?

Vers. IX. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum?
Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

AD Christi laudes illas promendas hic ipsa prouocatur Ecclesia, quatenus is ipsius est nedũ dilectus, sed & caput, ideoq; ab eadẽ in subseqũetib. ita illius laudãtur mẽbra, vt sua potius membra laudentur, quæ talis capitis membra sunt mystica: Tametsi eadem, quæ ab ipsa aferuntur encomia, nedum ad mysticum, sed & ad verũ illius corpus optime referãt, put ea refert. B. Vir. Præclarè aũt Sancti ij, quos illa in versu superiori filias appellauit Ierusalẽ, ex ea, qua ab ipsa adiurati sunt obtestatione, indubitãter collegisse se indicant, & quòd Christus eius dilectus ac caput vniuersis aliarũ Sectarũ dilectis, atq; capitib. præferendus sit, & quòd ipsa eius spõsa pulcherrima, atq; illustrior sit omnib. alijs populorũ collectionib. quæ sub mulierum metaphora designatæ sunt: Ququidem adiuratæ ab ea, vt ipsius dilecto nuntiarent, quod ipsa amore lãgueret, & vulnerata esset charitate, significatum sibi perceperunt ob charitatẽ, quæ vinculũ est, & summa perfectionis, & ipsam collectionib. reliquis, & illum Hæresiarchis omnibus præferri debere.

Vers. IX. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum?
Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

a Pro. 9. 9. *Colloquia amantium Deũ adeba vitate promouens.* DA *a sapienti occasionem, & sapientior erit*, ait Salomon in libro Prouerb. Pari ratione dicere recte id fas est: Da amanti occasionẽ, & vehemẽtioribus accẽdetur charitatis flãmis. Hinc enim factum crediderim, vt piæ illæ animæ, quæ ex eo, quòd ad celestẽ Ierusalẽ spectent, meritò filiæ quoque Ierusalem appellantur, diuina succensæ charitate sponsæ, cui ob eiusdem charitatis vulnus id vnum audierant esse in optatis, vt Deo nũtiaretur, quòd ipsa eius amore langueret, occasionem dent, vt de eiusdẽ dilecti prærogatiuis dulcissimum agat tractatum, qui id complectatur totum, quod ab alijs vix longioribus expediri potest libris. Et meritò filiæ Ierusalem, & animæ, quæ dilectum à se Deum optime habẽt cognitũ, languẽtem item charitate, ad id prouocant; quidem id moris esse soleat sanctorum vniuersorum, vt inuicem se se excitẽt ad diuinas euehẽdas excellẽtias, affectuosisque colloquijs ad Dei laudes proferendas, prouocẽt: quod & ab Archãgelo Raphaele factum legimus in libro *b* Tobiæ cum dixit: *Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei*; &c. Et ab Angelorũ Rege Christo Iesu in Euangelio, cum adherens duobus discipulis euntibus in Emaus, dixit illis: *c Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes?* & infra cum dixit *Quæ?* tametsi optimè ei essent perspecta; quænam illa essent, de quibus discipuli illi colloquebantur. Porrò vt efficacius piam excitent animam ad dictum faciendum tractatum, quove omnem ei auferant excusationẽ, duobus utuntur medijs, duoque afferunt motiua efficacissima; Alterum desumptum ex ipsamet illius adiuratione; Alterũ ex nomine, quo insigniri ea digna est. Sic etenim illã compellant: *O pulcherrima mulierũ*, seu, *in mulieribus*, vt est in Hebræo, aut, *inter mulieres*, vt est in versione Septua. cumque vocabulum istud mulierũ dupliciter accipi possit, vel pro ipso mulierũ sexu, vel pro mulieribus illis, quę à Virginibus distinguuntur, dũ piam animã inter mulieres, aliasque animas pulcherrimã asserunt, eã tollunt excusationem, qua subterfugere illa potuisset, indignã se prędicans: ac si dicant; Inter eas, quæ id efficere aptæ sunt, tu quoque annumeranda es, quę inter sanctas tanta pariter es, & iter sanctissimas sanctissima. Sed melius mulierũ vocabulo in altero sumẽtes significatu, pulcherrimã eam appellantes illarũ animarũ, quæ instar nuptarũ mulierũ iuxta Apostoli dictum *d* diuisæ sunt, cogitantes quæ sunt mũdi, quo placeant viro; optima rõne id ei competere significant, vt, quæ vni Deo desponsa est virgo, de eiusdẽ Dei laudib. potissimum agat, cum iuxta eumdem Apostolũ, *Mulier innupta, & virgo cogitet, quæ Domini sunt* solius, ipsumq; amet vnum. Ideo ergo primum hac vtentes ratione, optimè inquiunt: *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum*; ac si dicant.

b Iob 12. 6
c Lu. 24. 17
Mulierum vocabulũ dupliciter sumitur.
d 1. Cor. 7 33.
e 1. Cor. 7. 34.

PARAPHRAS. Sicut vnũ diligens Deum, sponsaq; illius existens, iugiter de vno cogitans, eius meditaris prærogatiuas, eximiasque qualitates, vt *pulcherrima mulierum*, ita tibi peculiariter id cõpetit, vt earũ promas panegyricũ. Edissere igitur nobis, *qualis præ dilectis* animarũ mundo addictarũ *tuus* ille sit *dilectus* eximius. Addentes vero alterã rõnem, repetunt iterum eadẽ verba: *Qualis est*, seu, *Quid dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?* Adiuratæ iã fuerant ab ipsa, et, quã alloquuntur, anima, vt nuntiarent dilecto suo Deo, quòd illum deperiret, amoremq; suum istũ expressum ab illa recolebant sub lãguoris metaphora. *Adiuro vos, vt annuntietis ei, quia amore langueo*: languoris huius norant proprietatẽ, qua, sicut supra explicatũ est, cum languentẽ reddat fortissimũ & maximè promptum in ijs, quæ sunt dilecti, ægrum tamẽ, & maxime debilem reddit eumdem in ceteris, quæ minime ad illũ spectant, qui diligitur: Ideoque hanc innuentes eius languoris proprietatem, cum dicunt: *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?* tantumdem est, ac si dicant.

Languoris charitatis proprietas

PARAPHRASIS. II. SENSVS. Quia nos adiurans significasti, te erga Deũ dilectum tuũ amore languere, iure id à te exposcimus, vt hæc duo nobis exponas, & eximias illius qualitates, & quibus potissimũ excellentijs reliqua vniuersa, quæ apud homines amorẽ conciliat, is superet, quidve eximii supra illa habeat, quę passim diligũtur. Vnico.n. lãguore illo & ad hæc

DE ANIMA. hæc omnia infirmaris, contẽnens, deprimensq. illa, & ad Dei dilecti tui laudes extollendas roboraris.

II. SENSVS. Iuxta ſecundum ſenſum poſſumus non incongrue per filias Ieruſalem eas accipere fideles animas, quæ mundo addictæ ſunt, & reb. ſæculi, quō & in c. 1. vbi ad eas ſponſa Christi, cũ ipſam vt nigram contemnerent, dixit: *a Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſ. &c.* & in cap. tit. ſecũdo, ac tertio Chriſtus, ſponſusq. ad eaſdem *b Adiuro vos* (inquit) *filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, &c.* ſic appellatæ, quod ob baptiſmi generationem Eccleſiæ Ieruſalem myſticæ filiæ ſint, quas filias Ieruſalē alio vocabulo, aliaq. metaphora in hoc verſu nono mulieres nuncupatas reperimus. Hæ igitur à pia aĩa adiuratæ in præcedẽti verſu, vt ſi fortè inuenirẽt Deum ab ipſa peculiariter dilectum, nũtiarent ei, quod amore lãgueret, ab huiuſcemodi adiuratione commotæ, quod cetera omnia præter Deũ contemptui habere ſignificaſſet, quæ tamen ab ipſis ſummopere diligerentur, ac Deo quoque præferrentur, quoad ſenſum ſic eam per contentionem videntur alloqui.

Amãdũ nihil aliud ꝑter Deum.

a Can. 1. 5

b Can. 2. 7

PARAPHRASIS. O quę te animab. omnibus ſanctiorem, & inter homines ſæculi reputas pulcherrimam, *quid dilectus iſte tuus? quid dilectus iſte tuus?* quid eximij ꝑ hiſce is habet quæ nos adeo deperimus, quib. adeo oblectamur; *quia ſic adiuraſti nos?* ac ſi nihil aliud, quàm dilectus iſte tuus diligendus ſit?

Verſ. IX. Qualis dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima, &c.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

I. SENSVS. Filiæ Ieruſalē, quæ ex Iudaico populo ad Chriſtum conuerſæ, conuerſionemque ſuam B. Mariæ acceptam ferunt, à qua adiuratas eas vidimus in præcedenti ſententia; nunc ab ipſamet Virgine plenius de Chriſti filii eius prærogatiuis erudiri petunt, biſq. idipſum repetunt: *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto?* ob duplicem, quã in illo agnoſcũt naturam, diuinam, & humanam.

ALIVS SENSVS. Quod ſi iuxta alterum ſenſum per filias Ieruſalem, ſanctos intelligamus Chriſti diſcipulos, quos Virgo Benedicta adiurauit, vt, ſi ante ipſam mori eis, contigerit, Chriſto eius dilecto iam in cælis renuntiarent, quòd eius videndi deſiderio lãgueret amore: Eædem nunc ipſam prouocant. Virginem, vt de eodem Chriſto glorioſo panegyricã hẽat orationẽ; cũ nemo illa ꝑſtãtius agere poſſit, q̃ illius mater eſt, & ſpõſa: ideoq. mulierũ omniũ pulcherrima, & earũ, quæ Virginitatis decoræ sũt flore, & earum, quæ claro illuſtres ſunt partu.

Maria præ ceteris omnibus Chriſti laudes proferre poterat.

Verſ. IX. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ò pulcherrima, &c.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Reſponderunt Prophetæ, & dixerũt domui Iſrael: Qualis eſt Deus, quem tu vis colere cætus Iſrael, qui pulcher es ſuper omnes populos? qualis eſt Deus, quem tu vis timere, quia ſic adiuraſti nos?

Qđ Chriſtus bis dicitur *dilectus ex dilecto*, Phil. Carpat. & Anſel. exiſtimant referendum ad dupli-

Chriſtus cur dictus dilectus ex dilecto.

A cẽ illius naturam, diuinã, atq. humanã; Tũ cõtorũ ſenſu, qui eſt Greg. Papæ, item Phil. Caſſiod. Bedę atq. Rich. de S. Vict. ita interrogationis, nominiſque dilecti repetitio refertur ad oſtenſionẽ maximæ in illum dilectionis, vel magis ad eamdẽ dilectionem excitandã adhibita eſſe aſſeritur. Ob id autem eũdẽ Chriſtum dilectum ex dilecto appellatum, ꝑ recitati inquiũt Patres; quia Chriſtus ſit Deus de Deo, & filius à Patre: quod ita explicant Caſſiod. Beda atq. Rich. vt poſſit dilectus ex dilecto, interpretari filius ex Patre: quia ſicut eſt vna Deitas, ita eſt vna dilectio Patris, & filii. Addit Greg. Papa; quia qui filium diligit, diligit & Patrem, ex quo eſt. Et Phi. Carp. quia neq. filius ſine Patre, neq. Pater ſine filio rectè vnquam coli pōt. Aliam rationem addunt Caſſio. & Beda, nẽpe ſic

B Chriſtũ appellatũ; qa interrogat o ſit de ea illius parte, quã diligi debeat potius, quam timeri.

APPENDIX.

Philo Car.

Anſelmus.

Gre. Pap.

Caſſiod.

Beda.

Richar.

A qua ratione parum differt, quod ait Apon. filias Ieruſalem interrogare animam pœnitentem, cuius pulchritudinis ſit ſponſus ille nũc dilectus ſed ante offenſus: vt dum delectat pulchritudinis forma, excitetur animus ad eum quærendum.

Aponius.

Notat hoc loco Philo Carp. nihil aliud ſanctos quoſque diu, noctuque percontari, ac loqui ſolitos, quam de abſente ſponſo, quia nihil libentius audimus, quam id, quod præcipue amamus.

Loqui de Deo maxime delectat ſanctos.

Aliudque hinc infert, oĩ ſtudio nos intendere debere, vt agnoſcamus, qualis, quantuſve ſit animarum noſtrarũ ſponſus, ne poſtmodũ & ab illo ignoremur in iudicio, dũ illum hic ignorauimus iuxta illud Apoſtoli *Qui ignorat ignorabitur.*

Phil. Car. *Cognitionẽ Dei quærendum diligẽdum*

1. Cor 13. 38.

C Richa. verò de S. Vict. ex hoc ipſo loco colligit vna cũ Greg. Papa, inter ſanctos hãc eſſe ſolitã humilitatẽ, & morẽ, vt melius de aliis, quã de ſe ſentiãt; ideoq. libẽtius alios interrogẽt, ignaros ſe ſe exiſtimãtes reſpectu aliorũ, ꝑſertim in reb. diuinis de quib. illos putãt loqui ex interiori experiẽtia.

Rich.

Greg. PP.

Quartum documentũ ſuggerit Ruper. Abbas, interrogationẽ hanc aſſerens factã ad B. Virginẽ verè pulcherrimã inter mulieres, & magiſtrã veritatis; vt nimirũ cũ quid de Deo agendũ nobis illius imploremus opẽ: Pulſandũ eſt, ait Rupert. ad oſtiũ veritatis, & conſulendũ oraculum Spiritus ſancti, ſcilicet ſacrarium pectoris tui, vt omnem neceſſario tenendam monſtres regulam fidei.

Humilitas inſtorũ cauſa eſt, vt libẽter alios interrogent de diuinis.

Rup. Abb.

Maria auxilium implorãdum. cũ quid erga ſtatur fidei

D Græci vix hunc locum attingunt. Greg. Nyſſenus Theodo. & Pſellos. Soli tres Patres apud Theodoritum aliquid habent, quod hic annotetur, ita enim hanc explicant interrogationẽ: Quib. indiciis dignoſcitur Deus in contemplãdo, ne loco ipſius eum, qui ſe lucem ſimulat, cum ſit tenebræ pro veritate mendacium amplexa ſuſcipiamus, ò ſpecioſiſſima inter eas, quæ illi ſunt deſponſatę, vt pote pfecta, & magiſtra oium? Ex quib. itẽ ſignis in agẽdo diſtinguitur? ne perturbationib. per virtutũ exceſſum deceptæ, & reb. ſecũdis pellectæ ꝓ bono malũ cõplectamur. Hoc ex te q̃rimus, qa nos iureiurã do deuinciẽs amoris flãmã erga illũ ſuſcitaſti, & coegiſti, vt eũ ſedulo cõq̃rẽtes iueniremus.

Tres Part. *Periculum magnũ eſt, ne decipiamur tũ i cõtemplãdo, tũ i agẽdo.*

E Verſ. X. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.

Expoſitio Prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

QVæ ad ſponſi laudes promendas per ſe propenſa maximè erat, prouocata nũc à filiabus Ieruſalẽ, velociſſimo ad id iã ſe proripit impetu. Et quia de duob. potiſſimum generaliter ab illis fuerat interrogata, & de eius quali-

LITTERA. qualitatibus, & de illius super dilectos alios vniuersos excellentia, qua nimirum rõne ita is pulcherrimus sit dilectorũ omniũ, sicut ipsa pulcherrima est cunctarũ mulierum: generali nunc encomio huic satisfacit, satisfactura postmodũ & specialib. membrorũ eius laudationib. ab ipso met edocta dilecto in panegyricis, quas ille de eius instituit laudib. Interrogationi de spõsi qualitatib. satisfacit, cũ ait: *Dilectus meus candidus, & rubicundus*; Alteri verò de eiusdem pulchritudinis excellentia super reliquos, qui sua allicere queunt specie, cum ait; *Electus ex millibus*. Quamuis vnum re vera sit, quod ipsa probare intendit in perbreui hoc suo encomio, dilectum ipsum suum dilectis omnibus ita decora excellere forma, vt pulchritudine sit præditus omnibus numeris absoluta. Enimuero, perfecta pulchritudo, iuxta Platonis sniam, sita est in duob. hisce, in partiũ concinnitate, & suauitate coloris. Nec quisquam suauior est color, quàm candidus rubore admixto, nec quidquam præ aliis insignẽ magisve spectabilem aliquem efficit, quàm celsus totius corporis habitus, membris singulis debita sibi inuicem proportione respondentib. Idcirco bene postquàm dixit; *Dilectus meus candidus, & rubicundus*: addit illico; *Electus ex millibus*, eamdem vsurpans phrasim, quã vsurparãt, quæ ipsam interrogarant, sumésq; præpositionẽ *Ex*, pro alia præpositione, *Præ*, *Electus præ millib.* numerus finitus pro infinito iuxta frequentem Sacrarum litterarum vsum. Porrò ad quid proprie electi voce illum insignierit, ex eo loco primi libri Regum colligitur facile, vbi dicitur: *a Et erat ei filius vocabulo Saul, electus, & bonus* (id est pulcher (*& non erat vir de filijs Israel melior*) id est pulchrior) *ab humero, & sursum eminebat super omnem populum*. Et in vers. 15. cap. huius quinti in hoc ipso significatu aperte hæc vox vsurpata reperitur ab eadem sponsa, & in eadem sponsi panegyrico, vbi dicit: *b Species eius vt Libani, electus vt cedri*. Quamquam frequentiori significatu electum id tandem vnumquodque dicatur in scriptura sacra, quod insigne sit, & præstantissimum in genere illo, sic in cantico Moysi: *Electi Principes eius submersi sunt in mari rubro*. Et ne à nostro discedamus Cãtico Canticorum, sic spõsa à dilecto ipso suo dicitur *d Electa vt Sol*. Ambos, verò hos significatus & vox Hebræa significat, ideoque bene illa nedum in Vulgata, sed in antiquioribus versionibus Septuag. Symmachi, & Aquilæ reddita est, *Electus*. דגול dagul enim à verbo דגל dagal vexillũ erigere, seu insignire, & insignẽ significare põt, & vexillatum, seu vexillum gestantem. Dum aũt dilectum suum sponsa vexillatum sic dicit præ decem millibus, haud dubium, quin ad vexilli erectionem, seu ad vexillũ erectum alludẽs, proceritatis commendare illum voluerit, eundemq; instar vexilli erecti, seu instar eius, qui erectum ferat vexillũ, spectabilẽ prædicarit. Vnde haud probare possu[m] interpretationẽ Vatabli, Hebraicũ tex. דגול מרבבה hadagul merbabah ita vertẽtis: *sub signis habens exercitũ decem millium*; qđ illum desumpsisse crediderim ex R. Salomone eadem sic exponente: *Multis stipatus exercitibus*.

Pulchritudo sita in duobus.

a 1. Reg. 9. 2

b Cã. 5. 15

c Exo. 15. 4

d Cant. 6. 9

Vatablus R. Salomõ.

SENSUS. PROP. Est igitur generale encomiũ istud sponsi quoad vtramque partẽ præstantissimum: in eo quippe, sicut totus eius corporis habitus dr̃ omnibus numeris absolutus; ita & corporeæ eiusdem qualitates asseruntur vsquequaq; perfectæ, quod ex primitur magis per Hebraicã illam vocem, quã noster, secutus Septu. vertit, *Candidus*: צח tsach enim, & cãdidum significat, & purum nitidum, splendentem, ac clarum: vnde Symmachus eamdem vocem hic vertit λαμπρὸς, splendidus: significaturq;, sponsum ita esse candidũ, vt candor in eo haud quaquã mortuus sit, prout in plerisque, sed viuus ac nitidus. Quo & in Threnis ex simili candore laudatos reperimus Nazaræos duplici similitudine: *e Cãdidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte*: quo loco eãdem vocẽ צח tsach tam Vulgata, quam Septua. per nitorem expresserũt, cum tñ lactis similitudo adhibita nitorem in ipso præseferat candore; estque frequentissimus sacrarum litterarum vsus, vt candorem per nitorẽ exprimant, & è contra. Atque adeo sæpius vbi in Græco est λαμπρὸς, in Vulgata est, *candidus*, seu, *albus* vt Lucæ 23. 11. Iacobi 2. 2. Actorum 10. 30. & alibi. Sicut autem in hoc sponsi encomio ex Hebraica voce colligitur, illum nedum ex candido commendari colore, sed ex candido viuo, atque nitido; ita pariter ex viuo, nitidoque colore rubro eumdem hîc celebrari, vox persuadet Græca, qua vsi sunt Septuag. pro, *rubicundus*: πυῤῥὸς namque significat igneum.

DE ECCLESIA.

e Thre. 4. 7

Candor ac nitor pro eodem sumpta in sacra scriptura.

Vers. X. Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est. Ecclesia Sancta.

QVod in Ecclesiastico corpore Christum ipsius ecclesiæ dilectum quam maxime reddidit illustrem, id potissimũ extitit, quòd ad eximiũ illius decorem duo simul cõuenere, quæ alias sibi inuicẽ maximè opponuntur; atq; adeo & se inuicẽ destruunt, singularis nimirum puritas, & peccatũ, iuxta illud Pauli: *f Eũ, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*, .s. Pater haud ergo mirandũ, si & ipsamet Ecclesia ex hoc in primis eũ celebret præclara hac metaphora candidi simul, ac rubicundi, candore immunitatẽ illius designans ab omni peccato; rubore verò, quo candor is infici vr̃, ipsum designans peccatũ: At quod admirandũ est in hoc Christi encomio. i. quod vna eademq; metaphora vultus candidi, & rubicundi, nedũ rem, sed & modum prædictæ exponit rẽtũ; c. n. ex natura sua purum illũ esse indicat, atque immunem ab omni sorde peccati, sicut cutis candidæ faciei ex natura sua, & per se candida quidẽ est, ita vt tametsi rubor in ea appareat; ipsa nihilominus innatum seruet candorẽ: E vestigio verò ita eumdẽ, qui cãdidus ex se est, dici peccatũ, seu peccatorẽ iuxta illud Isaiæ: *g Et cum iniquis reputatus est*; quo loco ponderandũ verbũ, *reputatus est*, sicut eadẽ faciei cutis & rubicunda est, & ex rubore ipso haud modicũ cõtrahit decorẽ. Notum est aũt apud Naturales, vultusruborẽ illũ haud aliunde prouenire, quam ex sanguine, cuius tñ sanguinis ruborem cãdida genarum repræsentat cutis, haud ab illo vel tantillum infecta; & ex vno Isaia Propheta habemus, per sanguinem signari peccatũ, vbi dr̃: *Manus vestræ plenæ sunt sanguine*; atq; etiã quomodo ob istiusmodi sanguinẽ Christus ita rubicundus ob ipsum fuerit peccatũ, vt tametsi hominum peccata in se tulerit, peccator tñ, peccatiq; sanguine infectus minime fuerit, sed eius duntaxat extrinsecus prę se tulerit ruborem, quo eximia ipsius puritas illustraretur quam maxime, vbi dicitur: *h Pro eo, quod laborauit anima eius*,

Peccatum vnacũ puritate quõfueris i Christo

f 2. Co. 5. 21

g Isa. 53. 12

Isa. 1. 15.

h Isa. 53. 11

DE ECCLESIA. *eius, videbit, & saturabitur: in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit*: & infra. *b Cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe peccata multorum tulit*. Optimè autem Septuag. expreſſere iſtum Chriſti ruborem nomine ignei: quandoquidem per illud ipſum, quod in ſe exhibuit peccati ſpecimē, ſanguinem ab humano genere abſterſit, abſumpſitque peccati rubedinem, vti ignis conſumens, de peccato damnans peccatū (ſicut ait Apoſtolus) ruboreque eodem ſuo nos candidos faciens, æque ac ingneus præcordiorum ſanguis parientis feminæ ſanguinem in lac conuerſum ſuo dealbat calore, vt ſimus & nos dealbati in ſanguine eius. Congruitque egregie, quod idem ipſe, qui hac ratione dictus eſt *candidus & rubicundus*, ac *igneus*, dicatur & *electus ex millibus*; vtpote per quē mille, & infiniti ſaluarentur homines. Et in textu Hebræo; *vexillatus in myriadibus*; cum inter myriades eorum, qui per ipſius ſanguinem candidi effecti ſunt, tamquam vexillū is extiterit, fueritque ijs omnibus celſior, ferens crucis vexillum, in quo vniuerſam ab eis abſtulit maculam.

b & 12. Peccati labem quòd abſterſerit Chriſtus ſanguine ſuo ſup. cruce.

Rom. 3. 8.

Simile.

Verſ. X. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.

Expoſitio Tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.

Laudat Deum dilectum ſuum pia anima ex duobus, quibus frequentius celebrari is ſolet, attributis miſericordiæ, atque iuſtitiæ: & tamquā alterum ſolem, qui & benigno illuſtret lumine, & æſtuantibus inflammet radijs; ob lumē miſerationum, quibus vniuerſum illuſtrat orbem, candidum illum prædicat candore præfulgido: ob iuſtitiæ verò æſtus, quibus impios quoſque conflagrat rubicundū eumdem dicit, & igneum. Sic tamen eum iuſtum aſſerit, & rubicundum, vt candore exornetur miſericordiæ; ſic vt miſericordē, & candidum, vt ipſe eius miſericordiæ candor rubore decoretur iuſtitię. Porrò ex hoc ipſo, q candidus ſimul eſt, & rubicundus, miſericors, & iuſtus, congruentiſſime electum ex millibus eumdem pronuntiat: nam quotquot iuſti ſunt, & miſericordes, ad alterutram partē, vel ad iuſtitiam, vel ad miſericordiam propenſiores reperiuntur; At piæ animæ dilectus Deus, licèt magis ſibi propriā aſſumpſerit miſericordiam erga homines; haud tamen vlla ex parte iuſtitiam lędi permittit, quòd vel ex Incarnationis myſterio ſit omnibus perſuaſum.

Miſericors ſimul, & iuſtus quō ſit Deus.

Quamquam ſi electi vocabulum pro inſigni poſitum ſumamus, vt annotatū eſt in prima expoſitione, dici ſat probabiliter poſſet, Deum ab anima hic extolli potiſſimum ex miſericordia, ſecundū quam præfertur vniuerſis, quotquot ipſa inſigniti ſunt miſericordia, vt fiat alluſio ad id, quod dictum eſt in capite 2. *c Ordinauit in me charitatem*; vbi, prout videre eſt in prima illorum expoſit. in Hebræo eſt vox ודגלו vedaghelu; *Inſignite ſuper me charitatē*, ſeu, vt modo reperitur in textu ודגלו vediglo, *& vexillum eius ſuper me charitas*; ab codē verbo, quod & hic habetur דגול dagul: Multoque magis ſenſus probabitur, ſi Hebraicā hanc vocem, quam hoc loco vſurpauit ſponſa, *vexillatum*, interpretemur, aut *vexilliferum*; tunc

Miſericordia Deo magis cōpetit, quā iuſtitia, & quō. c Cāt. 2. 4.

A quippe apertius apparebit, Deū ex eo celebrari, quod præ vniuerſis creaturis inſignior ſit in bonitate, & miſericordia, quippe qui præ illis vexillū geſtet, haud ſane aliud, quā dilectionis, quod alias ſuper ſe erectum aſſeruit ſpōſa: id quod & per præcedentia pariter ea verba, *Dilectus meus candidus, & rubicundus*, confirmari poteſt, ſi ſubtiliter ea perpendantur. Enimuero ſi metaphoræ ſtandū eſt, tametſi & candidus dicatur, & rubicundus, candidus tamen dici cēſendus eſt ex natura ſua, & per ſe: rubicundus vero per accidens, & modicum. Sicut cum quempiā ex hoc ipſo laudamus, quod candidus ſit, & rubicundus, haud toto corpore rubicundum eum ſignificamus, qui toto certè corpore candidus ex ſe eſt; ſed in genis duntaxat. B Quis verò eſt, qui neſciat, Deum ex natura ſua totum eſſe bonum, pium, atque miſericordē? Quod ſi admodum decore idcirco iuſtus aſſeritur; quia iuſtitiam aliquando exerceat, ſceleſtos caſtigans, rubore iſto modicum ſuffunditur extrinſeca in facie, eſtque is ei quodammodo per accidens: vnde præclarè illū Iſaias Propheta alienum nuncupat, dicens: *d Sicut in monte diuiſionū ſtabit Dominus, ſicut in ualle, quæ eſt in Gabaon, iraſcetur, vt faciat opus ſuum, alienum opus eius, ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo*. Porro, cum faciei rubor (vt dictū eſt) ex aduentitio proueniat ſanguine, ac per ſanguinē deſignentur peccata (vt pariter probatum eſt ſupra) manifeſtè & C id quoq; ſignificatur in hoc encomio, quòd iſtiuſmodi iuſtitiæ rubor ex hominum peccatis in Deo exciterur, quandoquidem iuxta id, quod habetur in Cantico Moſis: *e Deus fidelis eſt, & abſque vlla iniquitate peccauerunt ei, & non filii eius in ſordibus*. Sicque idem in Deo per hominum peccata excitatur rubor; vt per ipſum & Deus decoretur, & eiuſdem nullatenus lædatur miſericordiæ candor, prout fuſius conteſtatum eidem Domino, videre eſt Danielem in feruentiſſima illa oratione ſua, in qua inter alia hæc habet. *f Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus*, &c. *Tibi Domine iuſtitia* (en pulcher rubor in Deo) *nobis autem confuſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iuda*, &c. & infra; D *Domine nobis confuſio faciei, Regibus noſtris, Principibus noſtris, & patribus noſtris, qui peccauerunt: Tibi autem Domino Deo noſtro miſericordia, & propitiatio* (en quod haud læſus in illo eſt miſericordiæ candor per iuſtitiæ, & caſtigationis ruborē) nam & ſubdit; *Quia receſſimus à te, & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in lege eius*, &c. & *ſtillauit ſuper nos maledictio, & deteſtatio, quæ ſcripta eſt in libro Moyſi ſerui Dei, quia peccauimus*, &c. *Et vigilauit Dominus ſuper malitiam, & adduxit eā ſuper nos; iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis, quæ fecit*. Denique & id aduertere licet in hoc ipſo iuſtitię rubore, quo Deus cādidus, rubicundus pariter dicitur, quod de humanæ faciei rubore aſſeritur, ſignificare verecundiam, pudorem, & erubeſcentiam. E Nam ſi de Deo humano more loquendum ſit, haud abſonum dicetur, ſi ipſa iuſtitiæ opera erubeſcentiā quamdam in eo cauſare dicamus, ac ſi is, cū exercere illa cogitur, iiſdem quodammodo erubeſcat caſtigaturus; Id quod ex eiuſmet verbis deducere poſſumus, quibus apud Iſaiam Prophetam ait: *g Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabo me de inimicis meis*; vox etenim illa, *heu*, nedum dolorem, ſed & pudorem quemdam ſignificat.

DE ANIMA.

Simile.

Iuſtitia quō cōpetat Deo, cui propriū eſt miſereri, et quō illum exornet. d Iſa 28. 21

e Deut. 32. 5.

f Dani. 9. 5

Iuſtitiam exercēs erubeſcit quodammodo Deus.

g Iſa. 1. 24.

DE B. MARIA

Verſ. X. Dilectus meus candidus, & rubicũdus electus ex millibus.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

In Chriſto duplex natura, diuina & humana.

a Coloſ. 1. 15.

GEminam in Chriſto celebrat Glorioſa Virgo naturam, diuinam, atque humanam, quarũ vnione inſigniorem illum norat omnium creaturarum; ideoque quem *a* Apoſtolus primogenitum dixit omnis creaturæ, electum aſſerit ipſa ex millibus, appoſitiſque vocibus tam diuinam, quàm humanam in illo commendat naturam, & earumdẽ eximiam exprimit vnionem: Diuinam namque haud quocunque deſignat candore; ſed illo, qui ſplẽdidiſſimus ſit, cum Hebraica vox צח zah ſplẽdorem ſignificet meridianæ lucis, vt patet ex illo Iſaiæ: *b Sicut meridiana lux clara*, Hebraicè zah, qua nulla inter viſibiles ſplendidior lux reperitur in creatis: & de eodem Chriſto legimus in libro *c* Sapientiæ: *Candor eſt lucis æternæ; d ſplendorque gloriæ* appellatur ab Apoſtolo ob ipſum diuinitatis candorem. Sed & humanitatis ruborem haud minus apta deſignauit Hebraica item voce אדום adom, qua ex voce nomen deſumpſit primus homo, cum Adam nũcupatus eſt ob id, quòd ex Adamah, i. terra rubra formatus ſit, vt ex lib. Gen. habetur. Neque verò quia Chriſti rubor iſte è terra deſumptus eſt, deformitatem intuliſſe cenſendus eſt ſplendidiſſimo eiuſdem diuinitatis cãdori, cui vnitus is eſt; quin potius ex hac eius vnione diuinitas ipſa, ſplendorque eius illuſtratus eſt haud modicum; ſicut & ſplendor Solis cum mane, & veſpere rubeſcit ob ſibi ſubiectos terreſtres vapores, pulchrior, iucundior apparere conſpicitur, iuxta illud pſalmi: *e Exitus* (ſeu ſecundum verſionem Symmachi) *προελεύσεις, progreſſiones matutini, & veſpere delectabis*, id eſt, ob pulchrum, iucundumque ſplendorem delectare facies ſolem, præſertim cum matutino, & veſpertino tẽpore progreditur.

b Iſ. 18. 4.

c Sap. 7. 26

d Hebr. 1. 3

Humanitas in Xpo decorauit quodãmodo diuinitatem.

e Pſ. 64. 6.

Verſ. X. Dilectus meus candidus, & rubicũdus electus ex millibus.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Tunc cœpit cætus Iſrael narrare laudes dominatoris ſæculi, & ſic ait: Illi Deo volo ſeruire, qui amictus eſt per diem ſtola alba, ſicut nix: & ſplendor gloriæ vultus Domini ſicut ignis propter multitudinem ſapientiæ, & opinionis, quia rumores nouos ipſe innouat quotidie, & futurum eſt, vt manifeſtet eos populo ſuo in die magno: & vexillũ eius erit ſupra mille millia Angelorum, qui miniſtrant coram Deo.

Sententiam iſtam in duas partes diuidere poſſumus, quarum prima ſit, *Dilectus meus candidus & rubicundus*: Secunda, *Electus ex millibus*: & vtrique parti plures à Patribus dantur intellectus.

Candidus Xps innocẽtia, rubicũdus ob ſanguinẽ, quẽ fudit p peccatis.

Primæ quidem tres reperio communiores Patrum ſenſus. Vnum, vt Chriſtus *candidus* quidem dicatur ob innocentiæ, & impeccabilitatis candorem: *Rubicundus* verò ob ſanguinem, quem pro totius mundi peccatis effudit. Ita tres Patres apud Theod. Hierony. lib. 14. in Iſaiam c. 53. vbi cũ impeccabilitate iungit plenitudinem, ac puritatem virtutum: Caſſiodorus, Gregorius Papa tum ſuper hunc locum, tum expoſitio. in quartum pſal. pœnitentialem, Beda, Philo Carpath. Rupert. Abbas, & Anſelmus, qui cum Hieronymo candidum Chriſtum dici, ait; quia dealbatus multa virtute.

Tres Patr. Hierony. Caſſiod. Greg. PP.

APPENDIX.

Beda. Phi. Carp. Ruper. Ab. Anſelmus.

Secundum, vt idem Chriſtus *candidus* dicatur in Virginitate, *rubicundus* in paſſione. Ita Hieronymus libro 1. contr. Iouian. Caſſiodor. Iuſtus Orgelita. Petrus Damiani lib. 2. epiſtolarum epiſto. 18. & Hugo de Sanct. Vict. inſti. monaſt. ſerm. 48. qui id, quod de paſſione dicitur, probant ex vulgatiſſimo loco illo apud Iſaiam: *f Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſrah? &c. Quare ergo rubrum eſt veſtimentum tuum?*

Candidus Xps in virginitate rubicũdus in paſſione.

Hierony. Caſſiod. Iuſtus Or. Pet. Dam. Hug. Vict.

f Iſa. 63. 1.

Tertium, vt *candidus* idẽ Chriſtus dicatur, quatenus Deus; *rubicundus* verò, quatenus homo: Ita Ambroſius in fragmine de fide reſurrectionis, dicẽs, *Rubicundus* Chriſtus Dominus ex Incarnatione; *cãdidus* autẽ ex diuinitate: probatque quod ex Incarnatione dictus ſit rubicundus ex illo *g* Apocalypſis, vbi dicitur, quia equus, ſuper quem ſedebat Dominus, erat rubeus, corpus nimirum, quod ex Virgine aſſumpſit; cui cœlos aſcendẽti dicitur: *h Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus, formoſus in ſtola ſua? Quare rubrum eſt veſtimẽtũ tuũ?* &c. Porro idcirco ob diuinitatem candidum eumdem dici, ait; quia ſplendor eſt Patris, ſic candorẽ pro ſplendore & candore lucis accipit in lib. 1. de Virginibus, & in ſermon. 5. ſuper pſal. 118. verſ. 1. Quomodo & qui eumdẽ ſenſum ſequũtur, Theodoritus, Tres Patres, Iuſtus Orgelitan. Aponi. ob id potiſſimum rubicundum vt hominem Chriſtũ putarunt; quia carnis indumentum ictus lanceæ ſanguine rubrum reddidit & Anaſtaſius Sinaita lib. 4. Exameron tom. 1. Biblioth. veterum Patrũ, qui eumdem Chriſtum Soli comparat vt quemadmodum Sol conſtat ex pura luce, quam ipſe extitimat prima die cõditam, & igne, qui poſtea factus, & in æthere collocatus eſt, vt mundo Sol luceat: Ita & Chriſtus diuina generatione lux puriſſima ſit de luce æterna, cui poſtmodum per generationem humanam ignis adiectus ſit, atque caro, ob quam propterea Græco vocabulo in verſione Septuag. pro, *rubicundus*, dictus eſt, *πυῤῥὸς*, igneus.

Candidus Xps vt Deus rubicũdus, vt homo.

Ambroſ.

g Apo. 6. 4.

h Iſ. 63. 1.

Ambroſ. Theodor. Tres Patr. Iuſt. Org. Aponius. *Anaſtaſius ſinaita.*

Sed præter tres iſtos, qui cõmuniores ſunt, alii quoque apud Patres reperiuntur ſenſus, digni certè, qui hic notentur.

Chriſtus cãdidus carne, rubicũdus ſanguine.

Siquidem Greg. Nyſſen. hom. 13. Chriſtum ob vnam carnem, ait, & candidum dictum, & rubicũdum eo modo, quo & ſupra in cap. 2. *i* Malũ appellatus idem fuit, quod candidum eſt atque rubrum; vt *candidus* quidem dicatur propter candidiſſimam carnem ipſam: *rubicundus* verò propter ſanguinem.

Greg. Nyſ. i Can. 2. 3.

Pſellus apud Theodoritum; *Candidus, & rubicundus*; quia ex eius latere fluxit ſanguis, & aqua. Quem ſenſum tangit & Bernard. ſerm. 1. in die ſãcto Paſchæ, vbi & ob vnum ſanguinem lacteum, candidum, ac rubicundum dictum eumdem aſſerit.

Pſellus. Bernard. Hierony.

Chriſtus cãdidus & rubi. ob sãguinẽ & aquã è latere.

Rubicundum Chriſtum in paſſione. & candidum in reſurrectione ait Hieronymus lib. 17. in Iſaiam cap. 63.

Rubicũdus in paſſione, cãd. in reſurrectione

Idem vero Hieronymus in epitaphio Paulæ epiſtol. 27. ad Euſtochium, candidum, & rubicundũ Chriſtum dici aſſerit; quia & in pace, & in prælio eadem præmia vincentibus tribuat.

Tres Patres apud Theodoritum, *Candidus*, inquiunt, eſt Chriſtus illis, qui ab omnibus peccatorum ſordibus ſunt purgati: *rubicundus* verò illis, qui per tentationes, vt igneus auri fulgor, probati fuerint.

Tres Patr. Bernard. Philo Car.

Cãdidus i pace, rubi. in prælio

Bernardus ſermone 28. in Cant. Chriſtus dicitur

APPENDIX.

tur *candidus, & rubicundus*, quem circumdant *flores roſarum, & lilia conuallium*, hoc eſt Martyrum, Virginumque chori: & qui medius reſidet, non vtique diſſidet, Virgo, & Martyr,

Cādidus in mentibus, rub. purgatis per tentationes. Cādidus ob Virgines, rub. ob martyres. Chriſtus rubicūdus ob ſpiritū ſanctum.

Denique ob Spiritū ſanctum Chriſtum ipſum rubicundum dictum, aſſerit Philo Carpathius.

Secunda pars. *Electus ex millibus*: Communiori ſenſu hoc epitheto inſignitus cenſetur Chriſtus; quia ſolus ex vniuerſis hoīb. ſine peccato inuētus eſt, & electus, qui peccatores, totumque genus humanū redimeret. Ita Caſſiod. Greg. Papa, Philo Carpathius, Beda, Aponius, Rupertus Abbas, & Richardus de Sancto Victore. Ponderat autē Philo, quod in verſione Septuag. dicitur, *In decem millibus*, ſic dictum inquiens Chriſtum electum in decē millibus, quia poſt decem legis præcepta, & Prophetas aduenit mille, ideſt, perfectus: ſiue qđ à ſummo cœlo egreſſus de millib. Angelorū, poſt nouem choros ex Deipara Virgine proceſſit.

Chriſtus ſolus ſine peccato.

Caſſiod. Greg. PP. Phil. Car. Beda. Aponius. Rup. Abb. Richar. Victor.

Præter communiorem iſtum ſenſum *electum ex millibus* ſeu, *in decem millibus*, Chriſtum dici ob id, ait, Gregorius Nyſſenus; quia is ſolus noua quadam partus facie natus eſt ſine voluptate, & ſine labore.

Chriſtus dictus electus ex millibus ob multas rationes.

Sic Tres Patres; quia ſolus natus è Virgine.

Quia *ſpecioſus forma præ filijs hominum*, iuxta Theodoritum.

Quia ſolus meruit audire à Patre, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, ſecundum Bedam.

Quia in vniuerſis reb. nihil eo melius, ait Anſel.

Quā millia millium dilecto, & decies centena millia circa dilectum, & nemo ad dilectum, inquit Bernardus ſerm. 28. in Cant.

Et demum ſic dictum Chriſtum cenſuit Hieronymus lib. 14. in Iſaiam cap. 53. ob reſurrectionem; quia primogenitus ex mortuis.

Greg Nyſ. Tres Patr. Theodor. Beda. Anſelm. Bernard. Hierony.

Verſ. XI. Caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elate palmarum, nigræ quaſi coruus.

Expoſitio Prima. Iuxta ſonum Litteræ.

AD particularium membrorum ſponſi encomium poſt generalē eiuſdem cōmendationem deueniens ſponſa, meritò exorditur à capite, quod inter membra reliqua primum obtinet locum, præſtantiorīq; excellit dignitate. Diuiditur autem encomium iſtud in tres partes, quarum ſingulæ ſuas habere videntur difficultates. Prima enim, *Caput eius aurum optimum*, & tertia, qua dicitur, *Nigræ quaſi coruus*, videntur ſibi inuicem pugnare: In more ſiquidem eſt vt aureum illud nuncupemus caput, quod flauis, aureiſque niteat comis, quib. & caput ipſum, quā maximè decoratur. Sic Apuleius in libr. 5. de trans formatione, flauam deſcribens Cupidinis comā, Vidit, inquit, capitis aurei genialem cæſariem ambroſia temulentam. Tollitur tamen oppoſitio iſta communi expoſitorum conſenſu, quo aſſeritur, aurei encomium haud referendū hoc loco ad colorē, at referri debere ad nitorē, & pulchritudinem iuxta cōem illā loquendi phraſim, qua id omne, quod formoſum ſit, pulchrūq;, & affabre factum aureū dicere ſolemus, id quod frequentiſſimū eſt apud Poetas præcipuè. Sic igitur primo iſto, communiorīq; ſenſu, ſpōſi caput nigerrima decorum cæſarie, nitoris, pulchritudiniſque eximiæ celebratur à ſponſa; Ac ſi dicatur,

Apuleius.

Aureū dici ſolet quicquid formoſum eſt.

I. SENSVS.

Michaelis Ghiſlerii.

A Caput ipſius formoſum eſt, perlucidum, ac purum inſtar auri optimi.

LITTERA.

Sed tametſi cōem ſenſum iſtum, vt probabilē maximè amplexandū cenſeam: nihilominus alio magis meus propendet animus, vt nimirū non tā ex innata pulchritudine, innatoq; nitore, quā ex ornamentorū decore hic celebretur ſpōſi caput. Quod & in alijs quoq; encomijs membrorū illorū, quæ ex ornamentis laudē ſibi conciliare conſueuere, factum videbimus in verſibus quartodecimo, ac quintodecimo: eſtve id & poemati ſatro, & honeſtæ puellæ, virgineoq; pudori congruens magis. Porrò cum duplex eſſe queat cōmendabile ornamentū, naturale alterū, alterum adſcititiū, B ex vtroq; hic celebratur ſpōſi caput, ex adſcititio in prima parte; ex naturali vero in duab. reliquis. Inter adſcititia virilis capitis ornamēta nullū ſanè illuſtrius, atq; præſtantius aureo eſt diademate, quo maximè intuentiū attrahuntur obtutus, & animi, iuxta illud eiuſdē ſponſæ: *a Egredimini & videte filiæ Sion Regē Salomonē in diademate, quo coronauit eū mater ſua*, &c. Ex hoc ergo potiſſimū ornamento eiuſdē Regis Salomonis, qui dilecti hic gerit perſonam, commendari crediderim caput, dum dicitur: *Caput eius aurum optimū*: vt tantumdem ſit, ac ſi dicatur.

PARAPHRASIS

II. SENSVS.

a Can 3.11

Caput eius adeo inſigni decorum eſt aureo diademate, quo vndique ambitur, vt planè *aurum optimum* illud appelles meritò.

PARAPHRASIS.

C Ex Hebraica autē lectione colligitur apertius, & confirmatur ſenſus iſte, cū pro, *Aurum optimū*, habeat כתם פז chethē paz. Quid etenim ſit chethem paz, quāuis apud Hebræorum Doctores haud certo definitū adhuc ſit, exiſtimantib. aliquibus, eſſe maſſam auream: alijs monile, ſeu torquē aureum, aut quippiā ex hiis, quæ pretioſa in Regū reponuntur theſauris: Vnde factū crediderim, vt & Aquila illud verterit: λίθιν τῦ χρυσίου κεφαλὴ, *caput lapideum auri*: alludēs ad lapides auro incluſos: quod clarius expreſſit Symachus, referente Theodorito, vertens; *Caput eius lapis pretioſus*: colligitur tñ manifeſte ex eo, quod habetur in pſalmo 44. & ſecundū Hebræos 45. verſ. 10. vbi expo D nitur gloria ſponſæ Regis itē Salomonis, ac pro eo, quod in textu noſtro legimus: *b Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*, in Hebræo eſt: *Adſtitit coniux à dextris tuis*, בכתם אופיר bechetem ophir. i. *diademate aureo*, vt egregie vertit B. Hieronym. & ante illum Theodotion; ἐν διαδήματι χρυσῷ ἐκ σουφὶρ, *in diademate aureo ex ſuphir*. i. optimo: quod ex peculiarib. locis, vnde aduehebatur, varijs nominibus vocatum, reperitur in ſcripturis ſacris. aliquando ophir, ſeu ſuphir, aliqñ Poz, ſeu πάζ, vt legunt Septua. Denique & ex verſione Theodotionis, quę habet: *Caput eius* ἐπίσημος ἐν χρυσίῳ, pariterque & Quintę editionis, quæ (vt refert Theodoritus) habet, *Inſigne auro*, ad eumdē adſcititium capitis ornatum, iuxta pro E babi iorē hunc ſenſum, referenda, quæ hic & in Vulgata dicuntur, apparent. Nec aliud & Symmachi, & Aquilæ ſignificant verſiones, dū legunt: *Caput eius lapideū auri*, ſeu, *lapis pretioſus*, vt relatū eſt ſupra, cū & in pſal. 20. diadema, atq; coronā legamus de lapide pretioſo: *c Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo*: ob id, quod in diademate ipſo aureo lapides incluſi eſſent pretioſi.

Aquila.

Symmach.

b Pſ. 44. 10

Theodoti.

Aurū ex locis vnde aduehebatur, varijs epithetis inſignitū inſcriptura.

c Pſa. 20. 4

Iuxta hunc igitur ſenſum, cōmendato ſponſi capite ex adiecto extrinſecus ornamento, addit ipſa ſponſa alterū eiuſdē encomiū ex eo ornamēto deſumptū, quod natura illi indidit, ex coma atq; capillis, quo q carcat, deformis adeo eſt, vt ...

LITTERA. sui conciter, atque contemptum, vt patet ex quarto lib. Regum, vbi legimus, *a* pueros illudentes Elisæo, atque dicentes: *Ascende calue. Ascende calue*. Laudat autem sponsa istud capillorum ornamentum ex eorum dispositione, & colore duabus similitudinibus, dicēs: *Coma eius sicut elate palmarum, nigra quasi coruus*: quarum similitudinū non tam clara est secūda, quàm obscura est prima: Neque enim apud Expositores omnes constat, quid sint elate palmarum, quave in re illis dicantur similes perpulchræ sponsi comæ. A

a 4. Reg. 2. 23.

Elate quid sint. Pro istorum ergo intelligentia, supponendum primò est, vocem, *Elate*, haud esse Latinam, sed Græcam à Septuag. interpretibus hic appositam, & à nostro item Interprete etiam in Latina versione vsurpatam, & conseruatā, adiecto tamen nomine, palmarum, ad tollendam eius vocis ambiguitatem, cum & arbor Abietis ἐλάτη apud Græcos nuncupetur: vnde Ambrosius, tum præfatione in secund. libro de Spiritu sancto, tum sermone 15. in Psal. 118. sic legit; *Crines eius abietes*, prout & Paulinus episto. 4. Sed etiam cum hoc additamento, palmarum, adhuc dubia est & similitudo, & ipsa prædictæ vocis significatio. B

Elate palmarū quid sint.

Ambros.

Paulinus.

Communior recentiorum expositorum sensus est, vt comparentur sponsi comæ nouis palmarum germinibus, & inuolucris illis, quibus earumdem palmarum flores continentur, & fructus: Hæc quippe inuolucra propriori significatu elatarum voce signari, testes sunt Dioscorides libro 1. capitu. 126. Theophrastus libro 2. de historia plantarum capit. 8. & alii. Et quidem Legionensis comparationis huius vim in colore duntaxat censuit sitam, dicens: Quibus corticibus, & inuolucris credo hic capillos sponsi colore similes. Subnigri sunt enim illi cortices; & idcirco subiungitur; Nigri quasi coruus. C

Dioscori.

Theophr.

Legionen.

I. SENSVS. Veruntamen non tam ad colorem, quàm ad eorumdem capillorum dispositionem eam referendam ipsa indicat talium elatarum descriptio, quā verbis hisce affert Prosper Alpinus in libro suo de plantis Aegypti: Martio mense inuolucra suis alis adligata aperiuntur, è quibus globus filorum infinitorum prosilit, floresque his filis, vel capillamentis appensi cernuntur, à quibus dactyli parui virides, vuarum racemos imitantes, producuntur. Vnde apparet, eatenus hisce palmarum elatis similes dici sponsi comas, quatenus densæ ex sūt capillorum multitudine; & quatenus od id, quod crispi essent, flores quodammodo referre viderentur cincinnis retortulis, quos in imo exhiberent, dum è capite ad humeros dependerent æque, ac & elatas è palmarum culminibus ad truncos dependere, conspicimus, æque ac & elate e palmarum culminibus ad truncos dependent vt intueri cuique licet insub sequenti figura, vbi elate, ipsaque inuolucra prędicta signantur per litteram A.

Prosp. Alpinus.

A



ELATE PALMARVM.

PARAPHRASIS. Triplici ergo ratione, iuxta hunc sensum, spōsi celebrantur comæ, ex longitudine, ex densitate & copia, ac demum ex crispitudine; Ac si dicatur.

Coma eius, quas scilicet vt Nazaræus nutriebat, densis, cripisve, ac longis capillis è capite dependent ad humeros, *sicut elate palmarum* capillamentis, flosculisve suis ad truncum dependent ex ipsis palmarum fastigiis. D

Hunc ego sensum optimum duco lectionum & Vulgatæ, & Septuag. supponens, per vocem *elate* significari dictum palmarum germen.

Sed certè, si ex iis, qui de plantis vel vocum significationibus scripserunt, habere possem, vt per eamdem vocem significarentur rami ipsi palmarum, libētius alterum sequerer sensum, quo haud supponendum esset id, quod gratis dictū est, sponsum extitisse Nazaræum, Nazaræni que cæsarie decorum; afferam nihilominus illum, cum plerique sint grauissimorum expositorum, vt Cassiodorus, Aponius, Philo Carpathius, Beda, atque Rupertus Abbas præter recentiores, quos piget enumerare, qui per elatas palmarum, quas ego intellexissem libenter, comas accipiunt, ramosque earumdem palmarum. II. SENSVS.

E Cassiod. Philo. Aponius. Phi. Carp. Beda. Ruper. Ab.

Enimuerò quod potissimum in sponsi capillis hic laudari crediderim, densitas est, ac crispitudo: quæ duo haud melius explicari potuissent, quàm hac comæ palmarum, ramorumque

LITTERA. que ſimilitudine: Si enim ſupponamus, ſponſum cincinnatũ fuiſſe, vt fatſus eſt ipſemet ſuperius, cum dixit. *a Caput meũ plenũ eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*: vtve tam Hebræa, quæ hic habetur vox קְוֻצּוֹתָיו cheuuzothau, quam Græcę *βόστρυχοι*, qua vi ſunt Septuag. apertius indicant; dum illius caput aureo redimitũ eſſet diademate, cuius rei laudatus eſt ĩ pręcedẽtib. verbis, ipſi, qui ſupra diadema, eminebãt eius cincinni denſi, atq; lõgi ad viuũ profuſam præ ſe ferebãt palmæ comam, cuius rami, & cincinnati ita vergunt deorſum, ut in medio, inſtar cincinnorum elatum quid exhibeant, vti tumulũ quẽpiam: ideoque cenſere poſſumus, Septuag. congruenter Hebricã vocem תַּלְתַּלִּים thalthalim, quæ propriè tumulos ſignificat, vertiſſe, *ἐλάται*, pariique modo noſtrum Interpretem, *Sicut elate palmarum*: Sicque iuxta hunc ſenſum, quod hic dicitur, tale erit.

a Cãt. 5. 2

PARAPHRASIS. *Caput eius* iſigne eſt aureo diademate redimitũ, adeo vt iure *aureum* dici queat *optimum* ob extrinſecum iſtud ornamentum: Sed admodum inſigne eſt pariter ex altero, quod natura ei indidit, ornamento cincinnorum: *comæ* ſiquidem *eius*, quæ ſæpius eminẽtiores ſunt diademate, ac circulo illo aureo, & copia, & criſpitudine palmarum comis ſimiles planè ſunt, cincinniq. ipſius cincinnatis, criſpiſque ſimiles ſunt palmarum ramis.

III. SENSVS. Hebraicus, textus haud quaquam hanc habet elatarum, aut ramorum palmæ ſimilitudinẽ, *ſed*, cũ vox תַּלְתַּלִּים thalthalim tumulos, aceruoſq; ſignificet, capillorum criſpitudinem laudari cenſent aliqui; ideoque tam Sanctes Pagninus, quàm Biblia Regia ita eã vertũt: *Capilli*, ſeu *cincinni eius criſpi*. Dẽſitatem verò eorumdem celebrari autumãt, alij: propterea Iſidorus Clarius, & Vatablus vertunt, *Cincinni eius denſi*: & Agathius, *Cincinni eius aceruati*. Ipſe vtraque ex conditione tam ex dẽſitate, quam ex criſpitudine ſimul eoſdem celebrari crediderim vnico illo vocabulo, idque pro egregia ſimilitudine multorum tumulorũ, atque adeo ſimplicius Hebraicam ipſam lectionem ſic verterẽ: *Cincinni eius tumuli*, ſeu *colliculi*. Siquidẽ obſeruare eſt in ijs, qui cincinnato inſignes ſunt capite, quot habent cincinnos retortos, tot habere & capillorum tumulos, atq. colliculos. Sic ſpõſi caput aureo diademate coronatum, & hoc quoque præclaro multorum cincinnorum ornamento maximè decorum aſſeritur, cum ad id, quod in prima parte dictum fuerat, *Caput eius aurum optimum*, ſeu, *diadema aureum*, adijcitur. *Cincinni eius tumuli*. Aeque eſt enim, ac dicatur.

Sanctes Pagninus. Biblia Re. Iſidorus Clarius. Vatablus. Agathius.

PARAPHRASIS. Quia intra prædictum diadema in eodem eius capite apparẽt illius capilli, dẽſi perpulchri ſunt atque criſpantes, adeoq; belle multos efficiũt cincinnos: vt cincinni ipſi magna ſui copia innumeros in capite illo ſpectandos exhibeant tumulos, nitidoſque colliculos. Sũt namq. *nigri quaſi coruus* inſtar nigricantium videlicet, atque fulgentium plumarum corui.

Capilli denſi, criſpi, & nigri bonã corporis habitudinẽ ſignant. Galenus. Martialis. Porrò apte admodũ ſponſa capillos dilecti ſui, quem electũ dixit ex millibus, ex denſitate, & criſpitudine laudat: quãdoquidẽ hæc duo bonã corporis conſtitutionẽ ſignificant, vt docet Galenus in Arte parua, ſicut & nigror. talis nãque color in hominũ capillis probari maximè ſolet, quia pulchritudinẽ ſimul cũ fortitudine, & virilitate ſignificet: Vnde Martialis lib. 5. Elegiarũ in Lẽtinum, eleg. 90. eamdem vſurpans corui metaphorã, ait.

Mentiris iuuenem tinctis, Lentine, capillis,
Tam ſubitò coruus, qui modo cygnus eras.

Coruo igitur bene comparantur ij non curruí,

Michaelis Ghislerii.

A aut curribus, vt praue aliqui ponderare ſolent pro concionibus, haud obſeruantes apertiſſimũ errorem, qui in Latina verſione Sept. Romæ excuſſa in Vaticano irrepſit, vbi mendoſe habetur, *Nigri vt currus*, pro *vt coruus*: *κόραξ* quippe coruum deſignat. DE ECCLESIA.

Verſ. XI. Caput eius aurum optimum, comæ capitis eius ſicut elate palmarum, nigræ quaſi coruus.

Expoſitio Secunda. De prima ſponſa, quæ eſt. Eccleſia Sancta.

I. SENSVS. *Caput corporis Chriſti myſtici eſt humanitas.* MYſtici corporis Chriſti caput ipſam eſſe illius humanitatem, nemo ambiget, qui hominum caput norit hominẽ Chriſtum Ieſum ex hominib. aſſumptum, ac pro hominibus conſtitutum. Quàm verè aũt *caput* iſtud ob regiã dignitatem, qua is Princeps eſt Regum terræ, diademate aureo redimitum adeoq; & *aurum optimum* dicatur, probatũ à nobis eſt aliàs ex iis Angeli verbis: *a Ecce concipies & paries filiũ, & vocabis nomen eius Ieſum: hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedẽ Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis*. Quod ergo ſolum æternũ eſt regnum eius, rectè & ſolum aſſeritur aurum optimum, quod nullã ſui patiatur diminutionẽ. Huius capitis, & hominis huius Chriſti Ieſu vt Nazaræni, & ſegregati à peccatoribus denſę, profuſæq; comæ humerũ illũ operientes, ſuper quem Crucis imperium vidit Propheta, *b* ij profecto fideliũ ſunt, qui libere id profiteri poſſut ad Deũ: *c Quoniã propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis*: quive mortificationẽ Ieſu in corpore ſuo circũferentes, eidẽ confixi ſunt cruci. Hi profecto dñt *ſicut elate* noua germina, & inuolucra palmarũ; quia, vt fructus triumphalis palmæ è Chriſto crucifixo prouenientes, per multiplices huius vitæ ærumnas terrã verſus deſcendunt: ſed, cum, æquè ac capilli criſpi, retorta habeant culmina, in carne, & non ſecundũ carnẽ ambulantes, cæleſtẽ habent conuerſationẽ, floſculoſque, quos capillamẽta elatarum habere cõſpiciuntur, præſeferunt & ipſi per firmiſſimã illam, quã habent ſpem, quæ non confundit: ita vt propterea dicant: *d Noſtra conuerſatio in cælis eſt; vnde & Saluatorem expectamus Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ*, &c. Propter iſtud humilitatis corpus, propter quod imaginẽ terreni hominis portant, ſentientes peccati legem in membris ſuis, nigri quidem & ipſi ſunt, ſicut & Adam propter peccati nigredinem coruus quodãmodo redditus, ſed ita ſunt nigri, vt nigror ipſe in illis maiorem eiuſdẽ Chriſti præſeferat vigorem, & fortitudinem, cuius ope haud patiantur regnare in mortali corpore ſuo peccatum, quod in ipſis habitat.

a Luc. 1. 32.

Mortificationi indulgentes, ſũt coma Chriſti qualeſue ijdem ſunt. b Iſa. 9. 6. c Pſ. 43. 22

d Phi. 3. 20

II. SENSVS. *Religioſi coma Chriſti quales.* Quod ſi per Chriſti, & capitis huius comas intelligamus Religioſos, prout intelleximus ſupra in expoſit. 2. verborum illorum: *e Capilli tui ſicut grex caprarum*, &c. Quis non videat, quomodo per multiplices eorum ordines tamquam per multos cincinnos ita is exornetur Chriſtus Ieſus, vt denſis ramis exornatur palmæ culmen; cum & illi in capite ipſo ſuo mundum vicerint, terrenarum rerum pondere minimè preſſi; at inſtar tumulorũ quorumpiam cælum verſus ſemper erecti. An nõ q. Sãcti ſunt Religioſorũ ordines multis cõſtãtes Religioſis, tot ſunt diſtincti ex plurib. capillis cincinni Chriſto inhærẽtes, atq; in eius

e Cãt. 4. 11 Pag. 137.

DE ANIMA

regno eminentes, vt capilli in medio diadematis? quos, cum singuli contemplationi indulgeant, di uinorum quasi multiplices dicas colliculos.

Vers. XI. Caput eius aurum optimum: comæ capitis eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

II. SENSVS. CHaritatem capitis locum tenere in Deo, qui præ animæ dilectus est, eiusdéq. Dei beneficia in homines istiusmodi capitis comã esse, atq. cincinnos, iam supra ostensum est in tertia exposi. verbor. illorũ; *a Quia caput meum plenum est rore & cincinni mei guttis noctiũ.* Hoc igitur caput exinde celebrat pia anima, quod sit *aurum*, illudq. *optimum*, & quòd aureo redimitũ sit diademate. Quę liber. n. charitas aurum est; quia sic virtutũ oĩum caput est, sicut metallorum oĩum caput est aurũ: Vnde Ioãnes in Apocalypsi: *b Suadeo tibi*, inquit ex persona Domini, *emere a me aurũ ignitum probatum, vt d ues fias*, ipsam intelligens charitatem. At non oĩs charitas aurum est optimum, id quippe vni competit charitati Dei, quam perfectam iure appellat idem Ioannes, *c* ita nimirum perfectã, sicut ipse perfectus est Deus, quem ipsamincet charitatem esse non ignoramus. Porrò, quæ perfecta est Dei charitas, adeoque & aurum optimũ, vt est caput Dei, aureo quoq. diademate redimitum asseritur, quodq. maioris est põderis, ex hoc ipso celebratur diademate, quòd sanè Regni est hieroglyphicũ, Regisq. insigne. Qui. n. Rex magnus est & super oẽs Deos, Regno potissimum, eo gloriosum se exhibet, quod dilectionis est, & charitatis: Ac propterea sancti seniores illi, qui regnum istud iam adire meruerunt, signo item coronarũ aurearum, quas ante thronum eius mittebãt, ex hoc eũ glorificare protestantur in Apocalypsi, vbi dicitur: *d Et cum darent animalia gloriam, & honorẽ & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in sæcula sæculorum: procidebant viginti quatuor Seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum: & mittebant coronas suas ante thronum dicẽtes; Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem.* Et asserentes causam, subdunt; *Quia tu creasti omnia, & propter voluntatẽ tuã erant & creata sunt*, per q̃ ipsã designãt eius charitatem, propter quam duo mundo præstitit, præstatq. beneficia, creationis, & conseruationis vniuersorum. Propter eamdem charitatẽ (quã in eo potissimum mundo exhibitam ait dilectus Christi discipulus: *e Quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.*) Paulus regnum filii dilectionis idem appellat, cũ inquit ad Colossenses: *f Gratiam agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sãctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ*, idest, filii, p quem ipsum obtinere meruimus regnum, situm in eius dilectione, & in quo ipsam habemus eius dilectionem: vnde & bene subiicit: *In quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum*: q̃ sunt præcipua diuinæ charitatis effecta. Quod ergo ait hic pia anima, tale est.

PARAPHRASIS. Charitas Dei dilecti mei, quæ inter vniuersas eius perfectiones summum obtinet locum, atque adeo & caput ipsius meritò dicitur: cũ vsquequa-

a Can. 5. 2.

Charitas cur dicta aurum.

b Apoc. 3. 18.

c 1. Ioa. 4. 12.

Dei regnũ est regnum dilectionis.

d Apo. 4. 9

e 1. Io. 4. 9.

f Colos. 1. 12.

A que perfecta sit, nedum aurũ est, vt charitas creaturæ, sed est & *aurum optimũ*. Eademq. haud aliũde sibi conciliat decus, & ornamentũ, quam ex semet; quatenus, vt caput Dei est, semetipsa redimitum apparet, vt diademate aureo, Dei videlicet regnum in se, ac per se ipsam esse contestans. Præclarè aũt istiusmodi Dei caput ipsa circumdatũ dicitur charitate: quia præcipua illa Dei opera, quę è diuina prodeunt charitate, eatenus Dei præ se ferũt regnum, quod dilectionis esse dixi, quatenus propter gloriam ipsiusmet charitatis Dei condita esse conuincuntur, iuxta illud Prouerbiorũ: *g Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.*

Ex qua Prouerbiorum sñia colligere & id facile possumus, quod eadẽ ad hoc ipsum clarius explicandum subiicit: *Comæ eius sicut elatæ palmarũ,*

B *nigræ quasi coruus.* Beneficia siquidẽ Dei, quæ è Dei charitate vt capilli ex eius capite pdeũt, rectè palmarũ elatis, comisve assimilãtur; quia sicq. ac palmarum rami, tametsi deorsum vergantur aliquantulum; elatos nihilominus colliculos quosdã præ se ferunt, vt dictum est in prima exposit. aliaq. petunt: Ita & ipsa Dei beneficia, licẽt propter nos, nobisq. exhibita, atq. adeo deorsum propensã videãtur; alta nihilominus petunt ad ipsummet celsissimum Deum conuersa instar cincinnatæ capitis comæ, vt pote haud propter nos, sed propter Dei bonitatem nobis, mũdoq. exhibita. *Nigra* verò dicũtur istiusmodi *coma*, ac beneficia Dei, & nigræ *quasi coruus*, nõ simpliciter vt coruus: quatenus iis qui haud illuminatos habẽt fidei oculos, pleraq. & quæ præcipua eorum sunt, indigna ipso viden-

C tur Deo. Vnde factum est, vt non defuerint Manichæi; qui mundi creationem Deo indignã reputarint; nec non & Philosophi, qui eamdem ob cãm sublunarium prouidentiam illi negarint: ideoq. & redemptionis beneficium beneficiorũ oĩum præstantissimum, quod per Crucis mysterium mũdo exhibitũ est, stultitiam reputarunt gẽtes, vt ait Apostolus, *h* scandalumq. asseruere Iudæi. Nihilominus, quæ iis, qui tenebris obscuratũ cor habent, nigra esse videntur; & quasi coruus, mortuorum, atq. infidelium oculos eruens, ad lumen diuinarum miserationum nitidissima, maximeq. illustria esse conuincuntur. Et quod maiorem incurit admirationem, ob id ipsum, quod ita nigra esse as-

D serũtur, & Deo indigna, summa diuinæ charitati conciliatur gloria; hocq. illud esse crediderim, q̃ quæ charitate flagrat pia anima, ex hoc potissimũ nigrore illa cõmendans, sic ea extulit, dicens; *Nigra quasi coruus.* Alioquin alba ea, & candidissima proclamare debuisset, prout, & Daniel *i* significauit, & Ioannes dilectus Christi discipulus; hic niuiilla assimilans, *K* ille verò lanæ mundæ.

Vers. XI. Caput eius aurum optimum. comæ capitis eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

E QVæ Christũ dilectũ suũ in superiori sñia celebrauit ex eo, q diuinitate *cãdidus* esset, & *rubicũdus* humanitate, adeoq. *electus* ẽet *ex millibus* ex ipsa eũdẽ nũc euehit diuinitate, qua potissimũ is *electus diceretur ex millib.* capitis vsurpãs metaphorã. Vulgatissimũ aũt est, q ait Apostolus. *l Caput Christi Deus.* Porrò istud eius caput inde extollit Virgo Benedicta, quod sit *aurũ optimum*: vel quia vt aureo diademate redimitũ ętemũ in Christo

DE ANIMA

g Prouer. 16. 4.

Beneficia Dei vt capilli à Dei charitate g deũtia qualia sint.

Beneficia Dei quo nigra, & simul Deo gloriosa.

h 1. Cor. 1. 23.

i Dan. 7. 9.

k Apoc. 1. 14.

Diuinitas in Xpo cur dicta aurũ optimum.

l 1. Cor. 11. 3.

DE B. MARIA

sto regnum ob ipsam agnoscat diuinitatem, quomodo & Apostolus *a* ex psalmo 44. id probans contestatus est ijs verbis ad, filium: *b Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi*: vel vt ingens indicet discrimen diuinitatis dilecti sui, atque humanitatis, quam idololatræ falsis tribuerent Dijs: quòd sicut aurum falsum colore duntaxat aurum apparet extrinsecus: ita & falsi illi Dij, licèt secundum denominationem extrinsecam ab ijs, qui verum Deum ignorant, Dei dicātur, atque colantur: re tamen vera tantum à vera absunt deitate, vt deitati ipsi, maxime sint aduersi: Vnde per Prophetam de illis dicitur; *c Omnes Dij gentium dæmonia. d Simulacra gentium argentum & aurum*, inquit idem Propheta; ac benè adijcit: *Opera manuum hominum*. Aurum namque habent, sed humana arte fabrefactum, & falsificatum. Sola Christi diuinitas aurum est optimum, cui nihil sit scoriæ, cui nihil desit, nihil etiam addi queat.

a Ps. 44. 7.
b Heb. 1. 8
c Ps. 95. 5.
d Ps. 113. 4.

Perfectiones Christi quales.

Et quia ex effectibus facilè dignoscitur, qualis corū sit causa; & ex comis, ramisque intelligitur, qualis demum sit vniuscuiusque arboris radix; propterea bene adijcit B. Virgo: *Comæ eius sicut elatæ palmarum*, seu, *vt Tumuli, atque colliculi, nigræ quasi coruus*: Quæ enim ex Christi capite & diuinitate prodiere perfectiones instar densorū capillorum, qui ob ingentem vigorem & crispi sint, & nigri, nec nō & instar elatarū palmarū innumeræ sunt, celsissimæ, omniq; ex parte perfectæ siue gratias cōsideres, siue virtutes spectes, siue demū sciētias speculeris. Quæ perfectiones rectè & cincinnis ijs cōparantur, qui instar plurium colliculorū caput exornēt, iuxta lectionē Hebraicā. Ipsæ nāque eandē quodāmodo, ex qua prodiere, exornarunt diuinitatē, singulæ quasi colliculum quemdam illi quodammodo superaddentes. *Nigræ* autem eædem asseruntur *vt coruus*, absque vlla canitiei aspersione: quia in suo perfecto statu, incomprehensibilique vigore, & flore perstitere in Christo, ita vt propterea Apostolus dixerit: *e Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in sæcula*: idem semper existens, nūquā veterascens, *f cuius anni non deficiunt*.

e Heb. 13. 8
f Heb. 1. 12.

Cōsilia, & cogitationes Dei quales.

Quamquam per eiusdē capitis Christi comas congruenter intelligere possumus & Dei cogitationes, & consilia, quæ ob id elatis, seu comis palmarū comparentur, quòd instar ramorū palmæ, etsi deorsum vergere videantur ad terras; celsæ tamen sunt, atq; cælum versus instar tumulorum erectæ: *Nigræ* vero ob id dicantur, & *quasi coruus*, quia difficillimæ sint ad peruestigandū, iuxta illud Apostoli: *g O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*. Cuius incōprehensibilitatis symbolum tenebræ sunt, atq; nigror, vt probat Dionysius lib. de cælesti hierarchia ex illo Psalmi: *h Posuit tenebras latibulum suum*.

g Ro. 11. 33
h Ps. 17. 12

Vers. XI. Caput eius aurum optimum, comæ capitis eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Lex eius desiderabilior est auro obrizo, & interpretatio verborū, quæ in ea sunt coaceruata, & eloquia, & præcepta custodientibus ea, sunt alba sicut nix: his aūt, qui non custodiunt ea, sunt nigra sicut alæ corui.

Tres sunt huius sinæ partes: Prima, *Caput eius aurum optimum*: Secunda, *Comæ capitis eius sicut elatæ palmarum*: Tertia, *Nigræ quasi coruus*.

APPENDIX.

Primæ partis cōior Patrum sensus est, vt ex Apost. *i* per Christi caput intelligatur Deus. Porro *caput* illud *aurum optimum* dici censent Greg. Papa tū exposit. in Cant. tum lib. 34. Moral. ca. 13. Philo Carpathius, Iustus Orgel. Cassiod. & Beda: quia sicut in metallis nihil est auro simile, sic in creaturis nihil sit Creatori simile: quia Dei bonitas omniū rerum bonitatē transcēdit. Quia caput Christi Deus, nihil vero in metallis est auro fulgentius, sponsi caput aurū dr̄; ait Gregor. Papa loco citato Moralium; quia eius humanitas ex diuinitatis suæ nobis claritate principatur.

i 1. Cor. 11. 3
Caput christi Deus quō aurum.
Greg. Nis.
Philo Car.
Iustus.
Cassiod.
Beda.

Cum hoc primo sensu coniungendus & is, quo per Christi caput intelligitur illius diuinitas, prout loquuntur Theodor. Aponius, Anselm. Ruper. Abbas, Richar. & Hugo de S. Vict. hom. 12. in Eccles. Caput eius, inquit Aponius. i. fulgor Deitatis; quia sicut caput præ ceteris mēbris diligitur, sic præ ceteris diligendus est Deus: Et sicuti propter aurū mors ipsa non timetur; sic nec propter Dei timorē aliquid pati timendū: Sicuti aurum quanto in subtiliores laminas fuerit productū, eo splendidius redditur, ita & Deitatis potentia quanto amplius de eius scrutari voluerimus maiestate, tanto in immensius pelagus dilatatur: Et quemadmodū auri materia quo duxeris, sua mollitie sequitur, ita maiestatis immutabilis bonitas quantūcunq; ab impiis irridetur, nō frangit.

Diuinitas in Christo quō aurum optimum.
Theodor.
Aponius.
Anselm.
Ruper. Ab.
Richardus.
Hug. Vict.

Et Anselmus Caput, idest, diuinitas Christi aurum optimum, quia diuina sapientia optima est, per quam omnia optimè fecit.

Anselm.

Caput eius, inquit Rupertus, diuinitas eius, quia caput est, & principium, iuxta id *K. Ego principium, qui & loquor vobis*.

Rup. Abb.
k Io. 10. 25
Richardus.

Et Richardus de Sancto Victore: Ideo dilectus meus; quia hoc caput eius, hoc principale eius.

Gregorius Nyssenus hom. 13. existimans hoc loco cōmendari, & quodāmodo pingi Christū, non vt est incōprehensibilis in diuinitate, sed vt pro hominib. carnē sumpsit, atque in mystico corpore suo Ecclesia, per ipsius Ecclesiæ caput intelligit eūdem Christū, vt homo est, in quo habitauit oīs plenitudo deitatis corporaliter, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: Vnde & congruentissime hic dr̄ aurum purū, & alienū ab omni vitiositatis mixtura. Eadē habet & Psellus apud Theodoritum; Ambrosius serm. 20. in Psal. 118. exposit. litteræ Resc, Mysticū, inquit, caput Christus est, quia omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesiæ. Hoc caput qui amiserit, viuēdi vsum habere nō poterit. Hoc solo distamus à bestiis ad imaginē Dei, & similitudinem virtutum vigore formati, &c.

Greg. Nys.
Christus Ecclesiæ caput est aurū optimū ob sūmā puritatem.
Psellus.
Ambros.
Christus ita in nobis seruandus, sicut seruamus corporis caput.

Idemq; Ambrosius in ser. 15. itē in Psal. 118. exposit. litteræ Samech, explicans, quō hoc caput dictum sit aurū, legit autem: *Caput eius aurū Cephas*, & in eius lectionis confirmationē affert lectionē Aquilæ, dicens: Vnde & Aquila Petrū (forte petram) aurū dixit. Et Symmachus *lapidem aureū*, subditq;: Corpus Christi Ecclesia est, huius caput aurum. i. sapientia pretiosa sanctorū est, hoc est, viri iusti, atque prudentes, admodū obscure loquens, præsertim cū prius dixisset, Christū esse caput suæ plebis, atq; adeo de ipso dictū; *Caput eius aurum Cephas*, Crediderim aut, Ambrosii mētem hanc esse, vt dicere velit, Christum quidē in his verbis cōmendatum, seu potius Ecclesiā in Christo capite suo commendatam, sed vt Christus ipse est in viris sanctis per veram sapientiam

Ambros.
Christus caput est aurū ecclesiæ in viris sanctis.

APPENDIX.

quæ aurum frequenter dicitur in sacris litteris. Quem sensum clarius attulit Paulinus in epist. 4. ad Seuerum, vbi hæc habet. De quo scilicet Christo) dicitur, *Caput eius vt aurum paz*, idest purum; hoc enim aurum forma sanctorum est, qui in capite corporis vt lumina micant, & sunt aurum ignitum Deo: quia videlicet eos per examina passionũ in huius mundi fornace conflatos *inuenit*, vt scriptum est, a *dignos se*, & in his sacrã imaginis suæ percussit monetam, imprimẽs cordibus, & linguis eorum veritatis suæ verbum, eosdemque ipsos statuens nummularios, vt secundum suam formã probabiles Domino cuderent nummos, & abolita de nobis figura Cæsaris, viuum Regis æterni numisma signarẽt; vt spiritu redemptionis inscripti, ceruice iam iugo libera, & salutis titulo præmunita fronte caneremus: b *Signatum est super nos lumẽ vultus tui*. Summa igitur ope entamur, ita nos comparare, vt diuini capitis, quod nobis per gratiam Dei Christus est, crines, & aurum esse mereamur. Quibus postremis verbis persuademur, Paulinum id, quod dicitur caput sponsæ aurum, ad aureos referre crines, sicque simul laudari & Christum Ecclesiæ caput, & Sanctos ea ratione, qua & aurei capilli aureum caput vulgo solent nuncupari. Quomodo Philo quoque Carpathius, quod hic cõmendatur Ecclesiæ caput, ait, esse Patriarchas, & Doctores, qui tamquam aurum in fornace fuerunt.

Paulinus. — *Iusti quã rectè dicti aurum ignitum.* — a Sap 3.5. — b Psa. 4 7 — B — *Philo Car.* — *Ecclesiæ caput Patriarchæ, & Doctores.*

Melius tamen iuxta Tres Patres apud Theodoritũ dicitur, hoc Ecclesiæ caput esse fides, pro qua tuenda, non secus ac pro capite cætera mẽbra, periculis se exponere quisque debet; atque ita, tãquã in fornace aurum purissimum fidem retinere.

Fides è Ecclesiæ caput — Tres Part.

Denique Philo Carpha. pro Ecclesiæ capite Petrum admodum congruenter accipit, quod caput ob sapientiam aurum dictum ait, & aurum Cephas, vt notatum vidimus & ab Ambros. in serm. 15. in psal. 118.

Phil. Car.

Secundæ partis, *Coma eius sicut elatæ palmarũ*, communis fere oĩum Patrũ sensus est, vt per Christi comas intelligendi sint Apostoli, electi, iustiq. omnes, qui instar comarum Christo adhærent Ecclesiæ capiti. Est tamen inter Patres ipsos non modicum diuersitatis in explicanda ratione similitudinis, *sicut elatæ*, seu, *sicut elatæ palmarum*. Enimuero Greg. Nys. elatarum voce abietes significatas sumens, Apostolos exinde commendatos, inquit, q̃ sublimes instar abietum facti, & ad cælos tendentes, non parum sponsi pulchritudinem augent, agitati ab aura Spiritus, de quibus id ait intelligi, qđ dicitur in psal. c *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*.

Iusti sunt comæ Christi. — *Apostoli comæ, & corona Christi* — D — Gre. Nyss. — c Ps. 20. 4.

Ambr. quoq. in proœmio lib. 2. de Spiritu sancto, legens, *Crines eius abietes*, bene comparatos abieti ait Sanctos è Christo Ecclesiæ capite pullulantes, cum ex abiete sint naues Tharsis, quæ fluctibus supernatant mundi, & totum rẽmigium salutis exhibent.

Ambr. — *Iusti quã rectè dicti sint abietes ex quibus fiunt naues Tharsis.*

Sed elegantius Paulinus in citata epist. 4. eãdẽ lectionem sequens, *Coma eius abietes nigra*, Sancti, inquit, sicut sunt palmæ florentes, & cedri multiplicabiles; ita & abietes: nigræ, & bonæ sunt: quia in Ecclesia, hoc est, Dei monte verticibus meritorum eminent, vt abietes in suis montib. & sicut illæ aptæ nauib. contexendis; ita & illi Principes populi de monte legis, vt à Libano excisi, arcam Domini, siue nauim (hoc est, Ecclesiam per huius mũdi diluuia nauigaturam) è dolatis verbo Dei gentib. texuerunt, & in compagẽ charitatis fide stringente coniunctã fluctus mundi huius imputribiliter secare docuerunt, &c. quæ apud ipsum videri possunt.

Paulinus. — E — A

Porrò p̃dictas comas sicut elatas palmarũ, seu, sicut palmas ipsas ob id dictas putant Philo, & Iustus Orgel. quia in tribulationib. non succumbãt: Additq. Iust. meritò eosdem Sanctos ob id palmę proceritatis laudatos, qđ nigros, & peccatores, se reputẽt ex illo Dñi: d *Qui se humiliat, exaltabitur*.

Iusti quã rectè sint sicut elatæ palmarum — Phi Carp. — Iustus. — d Matt. 23 12.

Cassiod. *Elatæ palmarum*, inquit, sunt rami productiores, & excellentiores interdum aurei coloris, crispantes, & semper ad excelsa tendẽtes, & nũquam virorem suum amittentes: & secundũ nonnullos elatæ palmarum species sunt aromaticæ arboris, quam latinè abietem, siue spatham vocant, aptæ ad conficienda vnguenta. Sic comæ sponsi elatis palmarum comparantur: quia iusti, & virore fidei gaudẽt, & ad æterna desideria extollũtur, atque dulcedinem supernæ suauitatis degustant.

Cassiod. — *Elatæ palmarũ quid* — B

Quib. consententia dicit & Beda, addens, Mariã Magdalenã caput Domini perfundentẽ, capillos eius in magnæ deuotionis mysteriũ elatis palmarũ. i. arboribus aromaticis similes reddidisse.

Beda. — *Maria Magdalena comas Xp̃i elatis palmarũ reddidit similes.*

Additq. & Iuliani sensum, secundũ quem iusti dicũtur *sicut elata palmarum*, quia semper in amoris, & laudis Dei celsitudinem tendunt. Cui cõsẽtit & Ansel. asserens, iustos dici sicut elatas palmarum; quia semper tendunt in excelsa meditationũ semperq. triũphant de mundo. Et ante hos Greg. Papa, *Coma*, ait, *sicut elata palmarum*; quia electi q̃que dum semper ad alta virtutũ se efferunt, p̃ Dei gratiam quandoque ad victoriam se perducunt.

Iulianus. — Anselmus — Gre. Pap.

Quib. addit Richar. de S. Vict. dicens; *Elatæ palmarum* sunt spatulæ, idest, rami pulchriores semp ad excelsa tendentes. Palma inferius aspera est, & arctiorib. corticibus obuoluta, superiùs tam visu quàm fructu pulchra: Sic iusti inferius dura agũt & aduersa patiuntur; & superius in oculis pulchri sunt, & fructuosi: per dura quippe corporis se purgant, & proficiunt ad pulchritudinem. In imis vita eorum quasi multis corticibus voluitur, dũ innumeris tribulationibus angustatur; in summis verò quasi pulchræ viriditatis foliis, amplitudine retributionis dilatatur.

Rich. — *Iusti similes palmæ.* — C

Psellus apud Theod. Petrum, & Paulum comas Christi asserit esse, quas hic celebrat sponsa.

Psellus.

Apon. verò, Angelos, cælestesq. Spiritus vt Dei comas exinde cõmendatos, inquit, quòd semper sicut palmarum rami vires, & virtutem teneant.

Aponius. — *Angeli comæ Christi* — D

Secundum Theodoritum comæ Christi sunt illius gratiæ.

Theod.

Subtilius Tres Patres apud eumdem Theodoritum per comas capitis Christi. i. Dei, aut illius fidei, ea videntur intelligere bonitatis Dei attributa, quib. quodammodo tegitur Deus, vt est causa rerum vniuersarum: non secus ac capillis operitur caput sensibile; quæve eumdem Deum incõprehensibilem videntur redigere sub comprehensione. Has porrò Dei comas, & attributa dici inquiunt sicut elatas, quæ sunt arbores celsissimæ; quoniam eos, qui illa animo complectũtur, dum ea prospiciunt, quæ per charitatem habẽtur, operibus, atque imitatione perducunt ad diuinæ beatitudinis sublimitatem.

Tres Par. — *Dei attributa sunt eius comæ.* — E

Denique ex Ruperto Abbate, *coma* diuinitatis quæ caput est Christi, sunt omnes veritates sacrarum scripturarum; *sicut elatæ palmarum* eædem dicuntur; quia semper sursum tẽdunt, & ea, quæ sursum sunt, quærunt. Comæ etiam eiusdem capitis sunt ii electi, qui sequuntur non litteram, sed spiritum viuificantem.

Rup. — *Sacræ scripturæ veritates sunt Deitatis comæ.*

In tertiæ partis, *Nigræ sicut coruus*, expositione

APPENDIX.

ne conueniunt Cassiodorus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Iustus Orgelitanus, Beda, atq. Richardus de Sancto Victore, vt iusti, & electi nigri asserantur sicut corui, ob id, quòd præ humilitate se se fatentur peccatores. Quod præ ceteris ita explicat Richardus: Nigredo bonorũ est, quod peccatores se reputant, & peccatorum suorum verecũdiam in vultu portãt despectionem quippe eligũt, contemptũ æquanimiter ferunt, vilia opera, & sordidum habitũ appetunt, scientes, in hac humilitate pretiosum Christi thesaurum latere. Hæc est nigredo bonorum, in qua se coruis assimilant.

Iusti ob humilitatẽ dicũtur nigri. Cassiod. Greg. PP. Philo. Iustus. Beda. Richard.

Anselmus. *Iusti quò sint corui.* Addit hisce Anselmus, hosce ita nigros, & propter Christum despicabiles, dictos etiam sicut coruos, quia coruus non pascit coruos nisi similes sibi, nigros s. Sic nec sancti spiritali aliquẽ pascunt cibo, nisi sæculo renuntiantem eum viderint.

Paulinus. Pluribus circa hanc Corui similitudinem philosophatur Paulinus in præcitata epistola 4. ad Seuerum, quæ hic minime censui adscribenda, cum ad præsentem non faciant rem, videre apud ipsum ea poterit quisque, cui id libitum fuerit.

Greg. Nys. *Apostoli nigri ob peccata ante conuersionem.* Gregorius Nyssenus, qui per Christi comes intellexit Apostolos, nigros sicut coruos dictos censet, quia illorum nonnulli peccatis nigri erant, & caliginosi, vt Petrus, & Paulus, qua in re Nysseno consentit Psellus.

Psellus.

Theodor. Theodoritus, cum Christi comas diuinas illas gratias intelligat, has, inquit, nigras dici vna de causa, elatas autem ob aliam causam. *Elata* enim, ait, sunt fructus palmarum mascularum, qui feminis adiuncti tempestiuos etiam illorum fructus fieri curant. Quoniam igitur, qui Christo crediderunt, varijs ipsius fruentes muneribus, pietatis fructum illi ferunt, meritò comæ eius elatis comparantur. Dicuntur autem *nigræ*, vt per profundum, & obscurum colorem abdita Incarnationis eius ratio declaretur, coruum hic nominauit, vt tantummodo colorem notaret.

Elata palmarũ quid.

Nigredo significat abditũ, & occultum.

Ad abditum pariter mysteriorum, quæ per cœlestes spiritus Dei comas exercentur, hæc ipsa refert Aponius.

Aponius.

Tres Patr. Et Tres Patres, ob id Dei attributa, quæ comas Dei esse, dixere, nigra dici asserunt, quod ipsorum contemplatio inperuestigabilis mentis oculos roboret, æque ac color niger corporeos oculos confirmat.

Ruper. Ab. Et demum Rupertus Abbas hæc refert ad occultum sacrarum scripturarum sensum.

Vers. XII. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lactæ sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

LAudatura sponsa dilecti sui oculos, congruentissimo & naturæ, & nobilitatis ordine post encomium capitis, encomium subiicit illorum, qui in capite ipso, atque in toto corpore membris reliquis excellunt vniuersis. Eamdem verò in eos confert laudem, quam ab ipsomet didicerat sponso in simili pulcherrimorum oculorũ encomio; ex puritate nimirum, atq. simplicitate per comparationem ad columbas, quæ eiusdem puritatis symbolũ sunt, eiusdemq. simplicitatis, hanc namq. ipsam comparationem ab illo vsurpatam bis notat *a* tum in cap. 1. *b* tum in cap. 4. vt ex Originalibus constat Hebræis, ac Græcis, in quibus pro eo, qđ in Vulgata habetur, *Oculi tui columbarum*, legitur, *Oculi tui columbæ*, in recto: Quomodo in hac sententia, quam præ manibus habemus, etiam à nostro Interprete seruatũ videmus: Nam quod vox *Columbæ* haud sit genitiui singularis, sed recti pluralis, manifeste subiectum indicat relatiuum, *Quæ lactæ sunt lotæ*, &c.

a Cant. 1. 15
b Cant. 4. 1

LITTERA.

I. SENSVS.

Porrò Vulgatæ huius lectionis nostræ, quæ omnino consentit cum versione sept. facillimus est eorum, quæ hic dicũtur, sensus. Quam. n. vt dixi, spõsa oculorũ suorũ à sponso acceperat puritatis laudẽ, eãdem in illius refundit oculos, at cũ epithasi non modica purissimas, atq. pulcherrimas describens columbas. Quapropter haud operæpretium est, vt detineamur in explicanda cõparatione simplici oculorũ ad colũbas, quæ. n. circa illa dicenda forent, videri possunt supra in exposit. prima eorũ verborũ, *c Oculi tui columbarum*. Id tantùm explicandum superest, qđ hoc loco adiectum reperitur, tribus, constans partibus, Prima, *Super riuulos aquarum*, secunda, *quæ lactæ sunt lotæ*, & tertia, *Et resident iuxta fluenta plenissima*. Verum tametsi tres sint huius adiecti partes, vnum tñ, idemq. exprimunt vniuersæ, columbas nimirum, quæ in oculorum laudem assumptæ sunt, & puras esse maxime & maxime spectabiles. Puritatem siquidem illarum indicat, qđ dicuntur, *Super riuulos aquarum*, non super putridas, & consistẽtes lacunarũ aquas, sed super, & iuxta limpidissimas aquas fluentes, quibus immerguntur, & abluuntur. Puritatẽ itẽ significat, augetq. qđ subditur, *Quæ lactæ sunt lotæ*, peregregia eximii candoris periphrasi, haud minus sanè congrua quam altera illa vsurpata à Dauid in psal. 67. *d Pennæ columbæ deargentatæ*. Puritatem deniq. amplificat, qđ vltimo adiicitur, *Et resident iuxta fluenta plenissima*; Idcirco namq. hæc adiiciuntur, vt significetur, columbas, in similitudinem assumptas, nedum esse ex natura sua candidissimas, fluentibusve aliquando lauari aquis, sed tali quoq. præditas esse candore, qui & nitidissimus sit, & deturpari vllatenus nequeat, cum resideant iuxta fluenta plenissima, adeoq. & demergãtur, abluanturq. frequentissime, & ex fluentorum reflexione eximio splendeant nitore. Quod ergo iuxta Vulgatam hic dicitur, tale est.

c Cant. 1. 15

Lactæ lotæ esse, est periphrasis eximii Candoris.

d Ps. 67. 14

PARAPHRASIS.

Oculi eius purissimi sunt, maximeq. spectabiles, similes sanè columbis haud quibuscumq. sed iis, quæ nitidissimo præditæ sunt candore, absq. macula vlla, cum iuxta *riuulos, aquarumque fluenta plenissima* resideant, quibus momento quolibet abluuntur.

Hebræi, & plerique & ex nostris sponsi oculos haud columbis simpliciter comparatos autumãt, sed columbarum oculis, rationeq. admodum diuersa explicant illud oculorũ encomium. Pro quorum intellectione sciendum, ab Hebræorum Doctoribus duo, quæ hic habentur verba, *Lotæ sunt*, & *Residens*, Hebraicè in participio *Lotæ*, & *Residentes*, neutiquã ad columbas referri, at ad oculos; עין ngain .n. vox, quæ oculum apud ipsos significat, generis est cõmunis, tam masculini, quàm feminini. Insuper vocẽ alterã מלאת milleth & plenitudinẽ significare, vt intellexerũt Septuag. quoque Interpretes, & ipsum, qđ comparatum est, impleri, nempe inclusionem illam, & concauitatem, in qua includuntur gemmæ, Palam à Latinis nuncupatam; Vnde Exo. 28. dicuntur lapides plenitudinum, & plenitudo lapidis. Porro ex huius vocis ambiguitate factum est, vt diuersimode locus iste exponatur ab Hebræis ipsis. Quidam enim pro plenitudine aquarum illam accipientes, prout & in lectio-

Oculus Hebraica lingua est generis cõis.

Plenitudo dupliciter sumitur apud Hebr.

II. SENSVS.

LITTERA. lectione nostra, ita hæc explicant.

PARAPHRASIS. *Oculi eius, qui loti sunt lacte*, quia candidissimi, & maxime sinceri, quive siti sunt *iuxta plenitudinē aquarum*, quia largiter rigantur humore crystallino, sunt similes oculis colūbarum, pulchritudine videlicet, simplicitate, ac puritate. Ita, iuxta secundum hunc sensum sponsi oculi celebrantur è colore, & ex debita humorum compositione, ex qua celebratos & sponsæ oculos videbimus in cap. 7. vbi dicetur, *a Oculi tui piscinæ in Hesebon, quæ* &c.

a Cāt. 7. 4

III. SENSVS. Alij, & est communior Rabbinorum opinio, in altero significatu plenitudinis vocem sumētes pro fouea, concauitate, & pala, in qua includuntur gemmæ, alia ratione in hunc modum eadem exponunt, ac si dicatur.

PARAPHRASIS. *Oculi eius, qui loti sunt lacte*, quia candidissimi sunt, & purissimi, quive nec nimis procurrunt, nec nimis profundantur, sed sunt sicut gemmæ positæ in suo orbe, & plenitudine, similes existunt oculis columbarum residentium *ad riuos aquarum*. Sic, iuxta tertium sensum istum, triplex in sponsi oculos confertur in hac sententia laus, puritatis, debiti proportionatiq. situs, & coloris.

Notat autem Genebrardus, dum sponsi oculos commendatos videmus ab eximio candore iuxta ambos hos sensus, haud esse censendum, ita ipsos laudari ex candore, ac si oculi albi essent pulcherrimi, cum contrarium potius experientia doceamur. Verùm ita id intelligendum, vt, cū duæ sint oculi partes, vna candida, nigra altera, illeque sit longe pulcherrimus, qui quamque partem suo colore insigniter tinctam habet, laudando vnam partem à candore lacteo, tacitè & alterius quoque partis indicare laudem à nigrore.

Legionensis per eandem vocem Hebraicam, quā plenitudinem significare diximus, & locū, qui comparatus est, impletū, hoc loco nidum designari posse existimat, in quo residere dicantur columbæ candidę iuxta riuulos aquarū, supponens, colūbas ipsas in nido cubantes pulchriores apparere solere, quod probat ex eo, qd supra in cap. 2. dictum à Sponso est, *b Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam*; Quæ quam dicantur rectè videant alij.

b Cant. 2. 14.

Vers. XII. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS. *Prælati sāctā sūt oculi Christi.* OCulos mystici corporis Christi sanctos esse Ecclesiæ Prælatos, ex vna B. Pauli Apostoli sententia probare sat sit, adhortans quippe ille fideles ad obedientiam iis præstandam, hæc habet in epist. ad Hebræos, *c Obedite Præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris*. Nos ergo, quos in se cōmendabiles aduertit Ecclesia, non vt suos, sed vt Christi dilecti, & capitis proprij oculos celebrans vnica colūbarū similitudine, ex simplicitate illos euehit, ex puritate, atq. ex nitore. Simplicitatem in primis eis necessariam, significauit ipsemet Christus, cum ad Apostolos dixit, *d Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum*, & declarans, quæ in ipsis deberet esse simplicitas, subiecit illico: *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colūbæ*, simplicitatem nimirum indicans prudentem, ac vigilantem. Hanc sanè primum in sanctis Prælatis commendans sponsa, & metaphora illos exprimit oculorum, qui prudentiæ sunt hieroglyphicum, & similitudine celebrat columbarū, quæ sunt hieroglyphicum simplicitatis. Quin & colūbis ita eosdem similes asserit, quatenus eæ *super aquarum riuulos* considerantur, quo simplicitati ipsi prudentia, & perspicacitas adiuncta significatur talium oculorum, quippe qui ita cuicumq. aduersariorum prospiciunt insultui, sicut columbæ iuxta riuulos aquarum, insultui prospiciunt aduolantis accipitris, quem per exhibitam in aquis vmbram vident à longè. Purissimos verò eosdem asserit oculos, quatenus, illos columbis ijs similes, inquit, *quę lacte sunt lotę*, eamdem nimirum, quam paruulis potum dant puritatis, lactisve doctrinā, in semetipsis eorumdem repræsentantes aspectui, ita vt nedum verbis illam prædicent, sed & vita, & moribus præ se ferant. Porrò nitor sanctorum Prælatorum, vnde exoritur magis, quam cum eorum candor reflexu percurritur sacrarum litterarum? Idcirco columbis, *quæ & resident iuxta fluenta plenissima*, similes dicuntur.

c Hebr. 13.

Prælatis q simplicitas sit necessaria.

d Mat. 10. 16.

DE ECCLESIA.

Prælatis sā ctis vita, et doctrina puritas necessaria.

Vers. XII. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotę, & resident iuxta fluenta plenissima.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

II. SENSVS. *Prouidentiā diuinā qd reddat amabiliorem.* DIuinam prouidentiam, qua tamquam oculis Deus prospicit vniuersis, triplici ex capite commendat aīa pia in hoc oculorum encomio, si iuxta secundum sensum illud intelligamus. Primùm, ex eo, qd prouidentiam ipsam amabilē reddit magis, magisve spectabilem per similitudinē ad eas columbas, quæ sunt *super riuulos aquarum*, adeoq. & pulchriores sunt, & amabiliores. Enimuerò nihil est, qd Dei prouidentiam reddat amabiliorem, quàm quòd super miseros sit, & mortales homines, quos & aliàs quoq. in sacris litteris sub decurrentium aquarum metaphora designatos habemus, vt prudens vidua illa significauit in 2. lib. Reg. dicēs, *e Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur*. Et Salomō quoque in libro Ecclesiastes idipsum indicasse visus est secundum aliquos, vbi dixit, *f Mitte panem tuum super transeuntes aquas*, ad eleemosynam proximis erogandā adhortās. Quia verò per hoc, quod amabiliorē ipsam reddit, de turpationis aliqua exoriri suspicio potuisset in ea, quæ modo celebratur diuina prouidentia, meritò & eximij cōmendatur candoris, cum dicitur ipsa esse oculi, & oculi, *qui lacte sunt loti* .i. candidissimi. Sanè .n. si oculorum candor nollatenus deturpatur per id, quòd coniecti sint in fœdissimas, & vltimas quasque res, quanam ratione concipere poterit quis, vt candidissimi diuinæ prouidentiæ oculi deturpentur tantillū, tametsi in vilissimas intenti sint hominū miserias? Addit deniq. tertiò pia aīa, eamdē Dei prouidentiam esse oculos, qui resideant *iuxta plenitudinem aquarum*, quive humore redundent crystallino, illud per hæc in ea euehens, quo illustratur quam maximè. Nihil enim est, quo diuinæ prouidentiæ splēdor magis effulgeat, quàm quod per ipsam largius in mortales, miserosque homines, & in peccatores cœlestes effundantur gratiæ, quæ profectò illæ sunt aquæ viuæ, *g Quę impetu fluunt de Libano*, per quas diuina prouidentia in luce miserationum suarum respicit nos.

e 2. Reg. 14. 14.

f Eccles. 11. 1.

Prouidētia Dei non deturpatur vilitate rerum.

Prouidētia Dei illustrior ex gratiarū effusione.

g Cant. 4. 15.

Vers.

DE B. MARIAE

Verf. XII. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

LAudato Christo ex diuinitate, & perfectioni bus, laudat modò eumdem B. Virgo ex Spiritus Sancti donis, quibus præ creaturis vniuersis maximè extitit illustris, appellat ea oculos ipsius, quomodo & Zacharias Propheta, cum dixit, *a Super lapidem vnum septem oculi*. Sicut columbas plures eos dicit ob eamdem rónem, qua vnũ Spiritum Sanctũ ob plura munera, plures dicit & oculos: sicut colũbas vero *super riuulos aquarum*, quia tunc potissimũ in illo manifestatum. oculorum, ac munerum Spiritus Sancti decus, *b* cum ad Iordanẽ super ipsum, aquarum riuulis baptizatum, sub columbę specie descendisse visa est omnis plenitudo eiusdem Spiritus Sancti. Preclare aũt oculi isti, & munera Spiritus Sancti, vt sunt septẽ oculi Christi lapidis probati, & electi, iuxta tertium sensum candidi dicuntur, & quasi gemmæ quædam in propria pala, aureaq. inclusione. Enimuero, tametsi in quolibet Sancto per charitatem inhabitet Spiritus Sanctus, vt ait Apostolus, *c* in Christo tamen solo tamquam in proprio ac ex oĩ parte proportionato habitaculo resedit, qa Christus est ille Patris filius dilectus, in quo is bene sibi cõplacuit, prout Pater ipse cœlestis tunc contestatus est, cum in columbæ specie idem descendit Spiritus. Hancq. arbitror extitisse rationem, cur B. Virgo eos ipsos dilecti sui oculos, ea ipsa dona Spiritus Sancti, tunc potissimum temporis lacte lotos, & candidissimos pronuntiauit, cum ad aquarum riuulos in specie columbæ super baptizatum Christum Spiritus ipse descendit, vt videlicet, sũmam eorum munerum indicaret puritatem. Neq. n. in quoquam Sanctorum ita in omnimoda sui puritate, & perfectione reperta umquam fuere, quomodo in Christo, qui, etsi rubicundus esset vt homo; Simul tamen candidus extitit vt agnus sine macula, candorq. erat lucis æternæ vt filius Dei, prout B. Virgini significauit & Angelus, cum dixit, *d Quod ex te nascetur Sanctum, vocabitur filius Dei*. Dona Spiritus Sancti, vt & Spiritus ipse, candidissima ex se sunt, atq. purissima, quia tamẽ vasa, & potentiæ creaturarum, quibus infunduntur, impuritatis aliquid habent semper admixtũ, inde fit, vt propter illud potentiarum impuritatis haud dici queant oĩno candida. Porrò ne quis ex eo, quod Spiritus Sanctus, *iuxta riuulos aquarũ* descendit super Christũ, baptismi aquis ablutum, in eam deueniret suspicionẽ, vt ex ablutione, baptismoq. illo impuritatem aliquã eidẽ Christo ablutam censeret, bene omnimodam puritatem, quam ex eo, qui nullũ vmquam in se habuit impuritatis vestigium, dona ipsa contraxere, istiusmodi aptissima candoris periphrasi, *Lacte loti*, expressit eius mater, & sponsa, indicans, tantum abfuisse, vt per baptismum præexistens aliquid ablutũ in Christo sit impuritatis, vt ex ipso tamquã ex candidissimo lacte dona Spiritus sancti, quæ super illũ descendere, sensu iam explicato, cãdorẽ contraxisse visa sint summũ, adeo vt propterea, *Oculi eius loti lacte*, meritò dicerentur. Probatũ est aũt aliàs ex Augustino, quo idemmet Christus lac dictus sit, lacq. extiterit, lac pro nobis paruulis factus, qui ab æterno panis erat in cœlo.

Spiritus Sãcti dona quæ potissimum significantur. Christo ex habita.

a Zach. 3. 9.

b Matt. 3. 16.

Spiritus sãctus i Christo resedit, vt in ppriõ habitaculo

c Rom. 8. 11.

Spiritus sãcti dona in summa puritate fuere, tantum i Christo.

d Luc. 1. 13.

Per baptismum Christo nihil ablutum fuit ĩpuritatis.

Pag. 748.

APPENDIX.

Verf. XII. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Oculi eius contemplantur semper Ierusalem, vt benefaciat ei, & benedicat eã à principio anni vsq. ad finem eius, sicut columbæ, quæ stant, & aspiciunt ad exitum aquarum propter meritum eorum, qui habitant in concilio, qui laborant in lege, & illuminant iudiciũ, vt sit lene sicut lac, & habitant in domo doctrinę, & disceptant in iudicio, donec consument, vt iustificent, & vt condemnent.

Communiori veterũ Patrum sensu oculi Christi, qui hic commendantur, sunt Sancti Doctores qui in illius mystico Ecclesiæ corpore oculorum munus exercent, fidelium plebem dirigentes, eidemq. rectam viam ostendentes. Ita Ambrosius, Gregorius Nyssenus, Cassiodorus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Aponius, Iustus Orgelitanus, Beda, & alii, tametsi hi oẽs nequaquam in singulorum, quæ hic dicuntur, conueniant explicatione. Quod n. dicuntur, *Sicut columbæ*, aliqui censent referendũ ad columbinam illorum simplicitatem, & puritatem. Ita Cassiodorus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Beda. Ad dona Spiritus sancti, quibus insigniti ij sunt, refertur id ipsum a Philone Carpathio, & Iusto Orgelitano.

Porrò, *Super riuulos aquarũ*, esse dicuntur propter assiduũ Sacrarũ litterarũ studiũ, cui sunt addicti, vt recta doceant, prout bene asserunt Cassiodorus, Greg. Papa, Philo, &c. Quia populos riuis sacrarũ litterarũ imbuũt; ait Iustus Orgelitanus.

Lacte loti, asserantur propter baptismi ablutionem, atq. baptismalem candorem, quem in se conseruare nituntur, vt est prædictorum oĩum cõsensus. Id, quod ita explicat Gregorius Papa: Quia lacte Creatricis sapientiæ tamquam lacte matris à peccatis per baptismum sunt mundati. Aponius verò, quia sunt loti sanguine Christi: lac. n. sãguis est. Et si lac paruulis alimoniam exhibet, sanguis quoq. Christi vitam tribuit sempiternam, dum à peccato nos abluit. Sed melius Ambros. ser. 16. in psal. 118. vers. 3. Baptizat, ait, in lacte Dominus, id est, in sinceritate. Et isti sunt, qui verè baptizantur in lacte, qui sine dolo credunt, & puram fidem deferunt, immaculatam induunt gratiam: ideo candida sponsa ascendit ad Christũ, quia in lacte baptizata est, *e Quæ est ista, quæ ascendit dealbata?*

Quod deniq. iidem Doctores, & Prædicatores dicuntur, *Residere iuxta fluenta plenissima*, ob id dictum putant ferè omnes citati Patres, quia illi in sacrarum scripturarum limpidissimis aquis aspicientes, vniuersas dæmonis insidias præcauent, vt sit allusio ad consuetudinem columbarum, quæ idcirco iuxta fluenta resident, vt exinde accipitris vmbram à longè in aquis repræsentatam intuentes, illius effugiant vngues rapacissimos.

Gregorius Nyssen. hom. 13. per Christi oculos primùm Sanctos intelligit Prophetas, qui & Videntes appellantur in sacris litteris: Cui consentit & Psellus apud Theodoritum. Addit tamen Nyssenus, etiam Prælatos oculos Christi, & Ecclesiæ esse, qui instar oculorum in Ecclesia superintẽdunt. Hi (inquit) omnẽ vitiositatis lippitudinẽ aqua abluere debent, aqua aũt non vna est, sed plures sunt aquarum riui; Quot n. virtutes sunt, tot & lustrales

Doctores et prædicatores sunt oculi Christi

Ambros.
Greg. Nys.
Cassiod.
Gre. Pap.
Phi. Carp.

Prædicatores puri esse debent.

Prædicatores Spiritus sãcti donis isigniti sũt

Baptismi ablutio quo ablustio lacti.

Greg. PP.
Aponius.
Ambros.

e Cãt. 8. 5. sec. sept.

Greg. Nys.
Psellus.

Propheta oculi Ecclesiæ.

Prælati sũt oculi Ecclesiæ, & quales esse debeant.

APPENDIX.

ftrales aquæ, temperantia lustrat intemperātiam, humilitas superbiam, &c. Si aūt oculi ad aquarū copias sunt loti, qui ob simplicitatem, & puritatē columbæ comparantur. *Lacte loti dicuntur*, quia in lacte nulla videtur imago, nulla apparet vmbra, & in hisce oculis nihil erroneum, sed ipsa rei veritas absq. vmbratili aliquo simulacro repræsentatur. Sedentes sunt *iuxta copias aquarum* ob perpetuam attentionem in discendis rebus diuinis, tametsi per id & modus pariter indicetur, quo pulchritudinē oculorū cōsequi possimus, nimirū semper ad aquarum copias sedendo, non ad flumina Babylonis, & ea quæ Dei, non quæ mundi sunt, quærēdo.

Prælati, & prædicatores bene oculi sunt dicti.

Adiicit demum idem Nyssenus, tam Prælatos ipsos, quam & Doctores dictos Christi, & Ecclesiæ oculos, quia esse debent, vt oculi quasi superciliorum vallo diuinis muniti dogmatib. qui humilitate sua quasi palpebris quibusdam puritatem tegant, & splendorem vitæ suæ, ne trabs malæ opinionis impediat visum.

Contemplatiui sunt oculi Christi qualesve esse debeant. Richardus.

Contemplatiuos per Christi, & Ecclesiæ oculos accipit Richardus de Sancto Victore, quia superna, & spiritualia cordis intuitu speculantur. Hos dictos putat columbas propter puritatem, *super riuulos aquarum* propter meditationem scripturarū, in quibus infernalis accipitris vmbram vident, & fugiunt, vt explicatum est supra. Hos oculos, hasve columbas *super riuulos aquarū, & lacte* lotas, *iuxta fluenta plenissima* residentes dictas, ait, quia per scripturam illuminati, & operatione, atq. dulcedine gratiæ mundati à peccatis, & vitiosis affectibus, quietem mentis, & puritatem cordis consecuti sunt: sessio quippe iuxta fluēta, requiem significat, lotio verò lactis, significat dulcedinem matris gratiæ mundantis.

Ambros. *Scripturas sacras penetrātes sūt oculi Christi.* Anselm.

Ambrosio serm. 15. in Psal. 118. expositione literæ Samech, isti oculi sunt viri spiritualibus ornati sensibus, qui ad videnda mysteria sunt acuti, & parati ad penetranda scripturæ secreta diuinæ, rationabili lacte fulgentes, in quibus non sit aliqua doli maculosa confusio, sed simplicis affectus pura, & immaculata sinceritas, ideo in aquarū abundātia loti. Anselmo quoq. oculi iidem sunt, qui subtili intuitu penetrant scripturam; Riui verò sunt doctrinæ Sanctorum Patrum, *fluenta plenissima* doctrina Euangelica, *lacte loti* dicuntur, quia mundati sunt suaui doctrina, & dilectione Spiritus S.

Spiritus sācti charismata sunt oculi Christi. Theodor. Tres Patr. Phil. Car. Cassiod. Beda. Rup. Abb. a Apo. 5. 6

Per Christi oculos *sicut columbas* dictos, Spiritus sancti charismata, & dona intelligunt Theodoritus, Tres Patres, Philo Carpathius, Cassiodorus, Beda, & Rupertus Abbas, quod colligit Cassiodorus ex eo Apocalypsis, a *Vidi agnum habentem oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei, qui discurrunt super omnem terram.* Porrò hos oculos

Theod.

Theodoritus dictos, ait, *sicut columbas super plenitudines aquarum*, quia assidue ad baptismi largitionem aspiciunt, expectantes eos, qui salui fiunt, & salutē oīum expetētes super plenitudines aquarū: Columbas verò *in lacte* lotas, & cōsiderantes *super plenitudines aquarū*, quia alios lacte nutriūt, qui eo indigent cibo, aliosve, qui in peccato inueterati sunt, renouant, considentes super plenitudines aquarum, & eas sanctificantes. Nec immeritò, ait Theodoritus, *plenitudines aquarum* dixit, quoniā qui perfectam non habent fidem, quique haud sincera fide accedunt, eos non suscipit.

Tres Patr.

Secundum Tres Patres apud eumdem Theodoritum, Spiritus Sancti affectiones oculi Dñi vocantur, quia per ipsas Deus homines inspicere consueuit: Vt columbæ quædam ad plenos aquarum alueos incitantur, nempe ad virtutes, quæ diuinorū mandatorum è cœlo descendentium sunt receptacula. Dictæ verò eædem sunt *sicut columbæ*, &c. quia puræ, ac penitus mundæ sunt residentes in animabus, quas ipsæ vt purgatas, & illustratas, atque perfectas per gratiam repleuerunt.

Cassiod. Beda.

Clariùs Cassiodorus, & Beda, columbis *super riuulos aquarum* comparari, inquiunt, charismata Spiritus sancti, quia Spiritus sanctus puris, & sinceris mentibus delectatur, non super stagna, & paludes. *Lacte verò* lota, quia Spiritus sanctus lactis nomine, idest, Dei gratia intelligitur, qua ita Ecclesia nutritur, vt lacte nutriuntur paruuli.

Rup. Abb. *Scriptura Sacræ obscura nigra, & gratiam habentibus cādidæ ac lucida.*

Rupertus Abbas sumit per Christi oculos eadē charismata. Conferens autem hæc, quæ de oculis hic dicuntur, cum iis, quæ immediate præcesserunt, *Comæ eius nigræ quasi coruus*, colligit, scripturas sacras esse quidem nigras quasi coruos non habentibus hæc Spiritus sancti charismata, quia obscuræ, & truces illis sunt: At habentibus gratiam spiritualem esse candidas, & lucidas sicut oculi columbæ mansuetæ, & lacteæ. Ex quo infert, oculos

Cristusq̃ Scrip. Sac. semper inspiceret.

Christi, idest, gratiæ Sancti Spiritus in eo manentis, fuisse sicut columbas, &c. quia intenderent scripturis Prophetarum, omnesque inspicerent scripturas sanctas, sacramentorum cœlestium plenissimas, iuxta illud Psal. b *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte.* Nihil enim fecit Christus, aut docuit absque scripturarum auctoritate. b Ps. 1. 2.

Philo Car. *Spiritus super Christū residit vt sup fluēta plenissima.*

Notat Philo Carpathius, bene hos oculos dictos columbæ residentis *super fluenta plenissima*, quia ipse Spiritus sāctus residet super Christū, qui est fluenta plenissima, cum *in ipso* inhabitauit *omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*.

Hug. Vict. *Christus gratis nos illuminat, & gratis muneribus ornat.*

Secundum Hug. de S. Vict. expos. in 1. Abdiæ Proph. oculi Christi *super riuulos aquarum*, &c. quia & per iudicij veritatem gratis illuminat, & per misericordiæ benignitatem gratis muneribus ornat, quæ sunt dona cœlestis sapientiæ: Riuuli sūt donorum varietates: Columba est dantis gratia.

Vers. XIII. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

ANtequam planum, facilemq. huius genarum encomij sensum explicemus, nostri Interpretis declaranda ratio est, qua Hebraicam lectionē ita transtulit, quæ alioquin toto cœlo discrepare ab illo videtur, præsertim cum nec per Sept. interpretum excusari queat versionem, quæ & longe ab eius diuersa est versione. Diuersitas certè magna est inter lectiones oēs; rectè nihilominus tam noster, quàm Sep. interpretes ambiguam, quæ in textu Hebraico est, sententiam verterunt. Pro quorum intelligentia notādū, in Hebræo triplicem in hac sententia reperiri vocem ambiguam. Prima est כערוגת chaherugoth, quæ etsi proprie lineam, seu sulcum designet, quo & distinguuntur, & irrigantur areæ in horto, frequentius tamen pro areis ipsis, seu areolis vsurpata reperitur in sacris litteris, & pro loco, in quo consitæ sint plantationes. Ideoque R. Abraham Aben Exdra super hunc versum, quamdā loci partem in horto illam significare, ait. Pro cuius confirmatione significationis alterum afferre sat sit locum ex hoc ipso Cantico in principio capitis sexti, vbi dicitur, c *Dilectus meus descendit in hortū suum* R. Abrahā. c Cāt. 6. 1.

LITTERA.

Phiala aromatis quid significent apud Sept.

suum ad areolam aromatum, eademmet Hebraica voce, quam Sept. sicut in præsenti sententia φιάλας τοῦ ἀρώματος, phialas aromatis vertere. Cũ aũt vtrobiq. sic eam verterint vocem, quid ve nomine phialarum doctissimi Seniores illi intellexerint, haud ita facile est conijcere: Nam qđ communiter dici solet, per phialas eos intellexisse pixides, & vasa illa ad phialarum formã efficta, in quibus aromata seruari sunt solita, purpurisso, alijsve coloribus decora, per pulchre sanè dicitur, nescio aũt, an ita solide, cum nullum repererim, qui probabilem aliquam afferat rõnem, cur dictam vocem Hebraicã tam in diuerso verterint sensu, qui peritissimi significationis cuiuslibet erant vocum Hebraicarum. Excogitaui quidem ipse aliquando talẽ versionis huiusmodi rõnem, vt Sept. dictam vocẽ in significatu sulci sumentes, simulq. aromatis vocabulum non pro aromatis plantationibus, vt sumitur à nostro Interprete, sed pro liquore ipso aromatico accipientes, sulco istiusmodi liquoris metaphorice sumpto id significari censuerint, quo is continetur, funditurq., & ideo in plurali verterint, *Phialæ aromatis*, siue hyperbolicam vocẽ sulcorum congruentiori expresserint vocabulo phialarum. Verumtamen in hac ratione, quæ primo aspectu videtur probabilis, haudquaquam figere potui pedẽ dimotus ab ipsismet Sept. Interpretibus per id, qđ pro ijs, quæ in Vulgata habentur. *Consita a pigmentariis* φύουσαι μυρεψικά *Germinantes vngenta*, seu species vnguentorum, in quibus verbis manifeste indicant, & id, qđ prius positum est, aromatum, aut aromatis vocabulum, non pro liquore, vt conijciebam, at pro plantationibus sumendum, prout communi accipitur consensu, & Hebræorum, & Latinorum. Adde, quòd si participium *Germinantes*, non ad vocem *Gena*, sed ad vocem Phialæ referatur, prout referendum esse, patet ex nostra Vulgata, quæ pro *Germinantes*, habet *Consita*; operæprecium est, vt aliũ quæramus phialarũ significatum, quo per ipsas aliquid designetur, qđ hortense sit, ac germinans. Idcirco habito respectu ad vocem Hebraicam, quam lineam, sulcum, areolam, & designatã partem in horto significare diximus, phialarũ aromatis vocabulo illam eos crediderim, intellexisse horti partem, in qua vel vt in areolis, vel vt in designatis lineis aromaticæ essent plantationes, quæ topiario opere tam belle essent in phialarum formam contextæ, vt nõ immerito phialas eas sponsæ appellare licuerit, tũ in hoc versu illis comparans dilecti sui genas aptissima ratione, quam infra explicabo, tum in principio capitis sexti, vbi dicet, dilectum suum descendisse in hortum, ac præsertim ad eam se contulisse loci partem, vbi insigni artificio prædictæ essent phialæ aromatis. Moris enim esse, obseruamus, vt in Principum, pulchrioribus quibusque hortis secretiores quædam seruentur areolæ, in quibus è nobilioribus herbarum, fruticum, aut arborum plantationibus topiario opere variæ contextæ reperiantur figuræ, vel animalium, vel phialarum, vel nauium, aut ẽt turrium. Vnde & Hebræorum Doctores, prout referunt pleriq. & probant recentiorum quidam, similibus turrium figuris topiario opere contextis ex aromaticis item plantationibus spõsi genas hoc loco comparatas, asseruere, Hebraicam vocem aliam מגדלות migdeloth in significatu turrium accipientes, ac si dicatur; *Genæ eius sicut sulcus aromatis: turres vnguentorum*, seu *aromatum*, vt prædictis quoq. turribus sponsi genæ his comparentur vltra comparationem ad sulcos, seu areolas item aromatum.

LITTERA.

R. David. R.Salamõ Agathius. Isid. Clarius. R.Abrahã

Quamuis autem, cum dicta vox migdeloth valde ambigua sit, in causa & ipsa extiterit non minus, quàm prima vox changherugoth, vt hoc loco admodũ variarint interpretes, quot quot.n.nouas cuderunt versiones ex Hebræo, sequentes R. Dauid, & R. Salomonem *flores* eam vertere, licet non defuerint, qui verterint illam, *confectiones*, vt Agathius: *Germina* eam reddit Isidorus Clarius, circulos verò R.Abraham. Melius autem, & doctius Sept. *Germinantes* eamdem interpretati sunt, sumentes illam vt participium actiuum, quod Hebræis dicitur Benoni coniugationis Hiphnghil verbi גדל gadal, quod inter alia significat crescere, & in coniugatione Hiphnghil, crescere facere, sicq. participium prædictum, quod ad verbũ explicandum fuisset crescere facientes, summo sanè iudicio verterunt, *Germinantes*, cum germinãs crescere faciat herbam, & ramum. Neq. nouum peritissimorum eorum interpretum fuit inuentum, vt dicta vox pro tali sumeretur participio, cũ & aliàs in 2.lib.Reg. cap. 22. vers. 51. Simile reperiatur participium מגדיל migdol masculinum singulare, vnde rectè deducatur plurale femininũ מגדלות migdeloth. Qua in acceptione dictæ vocis noster quoq. interpres secutus est ipsos Sept. Licèt idem participium in alio accepisse videatur significatu, vertens illud, *Consita*, in eadem sanè significatione & ipse simul cepit, vt propriè significat crescere faciens, sed quod Sept. sumpserũt intransitiuè, ideoq. verterunt, *Germinantes*, aromaticis plantationibus in phialarum formam compositis, id tribuentes, noster transitiue sumpsit, tribuens id ipsum ijs, qui easdem conseuerint plantationes, easdemque variis contexuerint formis.

Quæ diuersitas ex ambiguitate prouenit tertiæ vocis, quam ambiguam esse, dixi, in hac sententia; מרקחים merkachim.n.vox, quam & Sept. & Hebræorum Doct. pro pigmentis, & aromatibus ipsis desumunt, noster Interpres alio significatu pro pigmentariis, & conficientibus pigmenta ex aromatibus accepit à verbo רקח rachah, quod significat pigmenta conficere, & coquere diuersis speciebus aromatum, quõ & in lib. Nehemiæ, *a* quod in Hebræo simili nomine dicitur, *Anania filius* הרקחים harakahim, vertit, *Ananias filius pigmentarii*. Et fœminini generis lib.1.Reg. quod in Hebræo dicitur, *b Filias vestras capiet* לרקחות lerakahoth, vertit, *Filias vestras capiet in vnguentarias*.

a 2.Esdr.3 8.

b 1.Reg.8 13.

Sic aũt in hoc genarum encomio dictam accepit vocem, vt sensum exprimeret cõparationis textuũ originaliũ, Hebræi.s. & Sept. aromaticarum plantationũ sedulo artificio in areolis contextarũ variis figuris, vel phialarũ, vel turricularũ, quibus rectè, & congruẽter cõparantur genæ sponsi. Hæc pro defensione versionis nostræ Vulgatæ necessario explicanda censui cũ a nullo quem legerim expositorum vel tacta sint vmquam, præsertim cum ex illis colligamus, ita cum Hebraica lectione, & cum versione Sept. nostrã hanc lectionẽ consentire, vt singulæ trium harum lectionũ, vel Hebræa; *Genæ eius sicut sulci aromatis, turriculæ*, seu *flores, circuli*, aut *confectiones pigmentorũ*, Vel Græca Sept. *Genæ eius sicut phialæ aromatis germinantes pigmenta*. Vel ipsamet nostra latina; *Genæ eius sicut areolæ aromatum consita a pigmentariis*; inuicem sese declarent, in vnumq. & eumdem sensum confluant oẽs. Nec necessariũ sit pro eorum, quæ hic dicuntur, expositione ad apothecas recurrere, & officinas ceplasiariæ, & pigmentariorum, in quib. pulchro ordine pulchræ dispositæ sint phialæ, calathisci,

A

B

C

D

E

DE ECCLESIA. lathisci, narthecia, pixidulæ, alabastra, pyrgi, seu turrita vascula varijs vnguentis, & odoramentis aromaticis plena, ad quas confugiunt Vatablus, Cosmas Damianus, Hortulanus, & alij.

GERMA. SENSVS. Germanus igitur encomii huius genarum sponsi sensus est: Supposito quod hic cõmendentur tã genæ, quàm quæ illis proximè adhærent maxillæ, seu mandibulæ, quas ambas faciei partes simul significant nedũ Genarũ nomen latinũ, quo partes eæ designantur, quæ ab oculis vsq. ad mentũ barba vestiuntur, sed & quæ hic habentur nomina tũ Hebræum לחי lethicũ Græcũ σιαγόνες, vt ex quadruplici capite illæ celebrentur; ex congruenti habitus forma, à parte quidem inferiori instar duarum areolarum planarũ, ad rectã videlicet lineam ambæ æquè complanatarum, à superiori verò eleuatæ, turgidulæ ac rotundulæ instar plantationis illarũ aromaticarũ, quæ in ijsdem item areolis ad figurã vel phialarũ, vel turricularũ à sedulis, & peritissimis pigmentarijs opere topiario cõsitæ sint. Secundò ex perpulchro colore, purpureo simul & candido, qualis in prædictis areolis, & plantationibus visitur, cum varijs decorę sunt floribus, purpureis aliis, aliis verò candidis. Tertiò ex ornamẽto succrescentis barbæ, cuius pili in inferiori quidem genarũ parte adeo æquali succrescerẽt linea, vt iis similes viderentur aromatũ plantationibus, quæ absq. topiarij operis artificio in planis crescunt areolis: In parte verò earumdẽ superiori ramusculis illis comparandi essent earumdẽ aromaticarũ plantationũ, quæ in iisdẽ areolis opere topiario dictis consitæ essent figuris phialarum, & turricularum, ramulis, inquã, & floribus in dictis phialis, & turribus germinantibus æqualiter quidem, sed vndequaq. Et quarto demũ ex suauissimo, qui in ipsis flagrat, odore, ei propemodum simili, quem multiplices redolent plantationes consitæ à pigmentariis: Ac si dicatur.

PARAPHRASIS. *Genæ illius* perpulchræ sunt, ac maxime spectabiles: similes. n. sunt areolis aromatũ, in quibus sedulo artificio, topiarioq. opere *a pigmentariis consitæ* sunt aromaticæ plantationes, varias figuras exhibentes phialarũ, aut turriũ, ceterorumq. similium, purpureo. n. candidoq. colore haud illis cedunt areolis purpureis, candidisve decoris floribus, sicut nec suaui iisdẽ cedũt odore, nec germinũ ornatu, florida & ipsæ insignes barba, quin & cõcinna sui forma areolas ipsas aromatum planas præ se ferũt in inferiore sui parte, & cũ in superiori sui parte eleuentur rotundulæ, eas profectò plantationes imitãtur floridas, quę in ijsdem areolis aromatum in formam phialarum, aut turrium consitæ sint.

Vers. XIII. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta

Virgines sãctas genarũ in mystico Christi corpore locum tenere, explicatũ habes supra in expos. 2. verborũ illorũ cap. 1. *a Genæ tuæ sicut turturis.* Quàm cõgrue verò sub hac genarũ metaphora eædẽ designentur, fusius pertractatũ videre est in exposit. item 2. verborum illorum cap. 4. *b Sicut fragmen mali punici genæ tuæ*: vbi & cõplura reperies dicta in explicationem earumdẽ conditionum, de quibus & hoc loco ipsæmet Virgines celebrantur, quid sit, illas in parte inferiori esse demissas, in superiori verò elatas, quid esse rotundu-

Pag. 169.

Pag. 565.

A las. Porro in præsenti earũdem encomio egregia areolarum aromatum similitudine celebrantur primũ ex concinna habitudine, qua in corpore, inferiori sanè ipsarum parte, & demissæ æquabiliter se habent, & iugiter membra sua mortificãtes insigni decoræ sunt ornamento cõplurium mortificationum, quarũ typus ipsi sunt, qui succrescũt in barba pili sensus expertes, & quæ in areolis excrescunt plantationes aromatum, inseruientium ad mortuorũ corpora condienda: In aĩa verò parte earumdẽ superiori, & in spiritu, cęlũ versus eleuatæ, & ob eam, cui indulgent, perfectionẽ rotundæ sunt, phialas quasdam repræsentantes, cum & ipsæ vino Deum potent lacrymarũ suarum, vino, B *c* qd Propheta germinare asserit Virgines, & turribus pariter similes se exhibentes, quibus iam nõ contra Deũ dimicent, sed Deum ipsum potius oblectent, turribus, inquã, topiario opere in areolis aromatum ex aromaticis plantationibus cõtextis ornamento multiplicium virtutum, tamquã ramusculis perpulchris aromatiferis decoræ. Quid dicam de suaui, quem redolent, odore bonæ famæ, & oblatæ rationabilis hostiæ seruitutis ipsarum, aromatum sanè oĩum, quæ in areolis proferuntur excedunt fragrantiã. Quin & in pudore iuncto cum puritate eximia, quibus tamquã perpulchro colore purpureo mixto cum albo in extrema fulgent conuersatione, flores sanè purpureos, & candidos referũt, q in areolis, ac in plãtationibus aro- C maticis topiario opere consiti sunt à pigmẽtariis.

DE ANIMA.

Virgines istæ quæ similes areolis aromatum.

c Zach. 9. 17.

Vers. XIII. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

Dvas in metaphorico Dei corpore genas, duas congruenter intelligimus eiusdem Dei virtutes, quibus ille potissimũ faciei, & conuersationis suæ exhibet specimen, has apertè proponit Dauid in Psal. 24. dicens, *d Vniuersæ viæ Domini,* D quibus. s. & in cęlo, & subtus cęlum conuersatur apud homines, *Misericordia, & Veritas*, veritas vocabulo iustitiã designans, prout moris sui est, qñ misericordiæ illã vel annectit, vel opponit. Et apertius in Psal. 88. cũ ait, *e Misericordia, & veritas præcedent faciem tuã*, quasi nimirũ prænũtij faciei conuersationis tuæ, æque ac pulchræ in humano corpore genæ nuntii sunt optimi pulchritudinis faciei hominis. Haud igitur mirandum, si sponsa, piaq. anima, quæ ob insignẽ faciei Dei decorẽ charitate in illũ succensa est, tam sit sedula in duabus hisce virtutibus eius celebrandis, quas eã assidue contemplari delectat. Euexit eas ambas iã sub duplicis coloris candidi, & rubri metaphora in prin- E cipio panegyricæ huius orationis suæ, cũ dixit, *f Dilectus meus candidus, & rubicundus*, vt videre est ibi in exposit. de Anima, sub hac modo metaphora pulcherrimatum genarum viri earumdem iterat encomia, comparans illas areolis aromatum, sedulo artificio, topiarioq. opere cõsitis in formas phialarũ, aut turrium à peritissimis pigmentariis. Areolæ porro aromatum sunt misericordia, & iustitia, & genæ à parte inferiori planæ, & æquales, quatenus apud nos in terris æquabiliter procedere videntur, sicve mirabiles ex se producere effectus, vt & viri genę barbã, & areolæ germina proferunt aromaticarũ plantationũ. Ac sicut dictarũ areolarũ pulchritudinẽ auget commixtus plurium florum

Misericordia & iustitia quãdoq. genæ Dei.

d Psal. 24. 10

e Psal. 88. 15

Misericordia, et iustitia Dei quæ sint similes areolis aromatum.

DE ANIMA. florũ color, pulchritudinemq. genarũ color item candidus rubro commixtus: Ita ambarũ Dei harum virtutum id mirũ in modũ auget decorem, quòd semper misericordiæ, quàm per candorẽ designari vidimus supra, commixta est iustitia designata per ruborem, & iustitiæ è vestigio semper admista est misericordia, iuxta illud Psalmi, *a Iudicia Domini*, quæ.s. in creaturas siue per misericordiam exercet, siue per iustitiam, *vera, iustificata*.i. iusta pulchraq. & decora exhibẽtur, *in semetipsis*, inuicem.s. commixtis. Bene aũt vt genę à parte superiori & eleuatæ sunt, & rotundæ, Ita misericordiam, iustitiamq. Dei elatas dixeris, & rotundas, vt rotunditas difficultatem sonat, seu ẽt vt sonat perfectionem, si iudicia Dei è superiori consideres parte, vt à diuino proueniunt consilio. Quã difficilia namq. cõprehensu illa sint, quàmve ab humano sensu excelsa, ingenti illa exclamatione ostendit Apostolus, cũ dixit, *b O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*. Atq. ob summam eorumdem perfectionem, voluntatẽ Domini, qua ea exhibet, *c* bonam dicit Apostolus, beneplacentem, & perfectam. Pręclara aũt duo singularum harum virtutũ effecta, seu proprietates eximiæ duabus designantur figuris, quas in areolis aromatũ pigmentarios contexere, indicant Hebraicus, Græcusq. textus phialarum, & turriũ, cum per iustitiam quasi è valida turri contra impios, & aduersarios suos dimicare soleat is ipse, qui alioquin misericordissimus est, & per misericordiam è vestigio quasi in phialis nectare consolationum suarum suos potare soleat electos.

Misericordia, & iustitia Dei sibi inuicẽ coniunctæ.

a Ps. 18. 10

b Rom. 11. 2.

c Rom. 12. 2.

Misericordia, et iustitia effectus quales.

Quod si areolæ aromatum suauissimum fragrãt odorẽ, & sponsi genæ instar earumdem areolarũ fragrare significantur, quis dubitet, & hanc quoque fragrantiæ laudem in has duas Dei virtutes piam animam contulisse, genas illas dicens aromatum areolis similes? Odorantur sanè suauissimum earum odorem, quotquot illarum effectuum memores sunt; vnde pia anima in Psal. 70. adeò vnius iustitiæ delectatur fragrantia, vt magna cum emphasi ea protulerit verba, *d Memorabor iustitiæ tuæ solius*. Eademq. apud Isaiam, illecta prægrandi misericordiæ Dei odore audacter ait, *e Miserationũ Domini recordabor*. Explicatum est aũt, varijsq. exemplis probatum supra in prima exposit. illorum verborum capitis primi, *f Memores vberum tuorum super vinum*, Hebraica phrasi vno eodemq. verbo significari, & memorem esse, seu recordari, & odorare, ac si idem hæc duo essent.

Misericordia, et iustitia Dei quã fragrantia.

d Ps. 70. 16

e Isai 63. 7 Pag. 67.

f Cant. 1. 4.

Vers. XIII. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ a pigmentarijs.

Expositio Quarta: De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

PEr Christi genas designatur honestas, modestia vitæ, mansuetudo, seueritas, ac suauitas cõsuetudinis, & conuersationis, hæc.n. oia apparent in genis. Istum itaq. cõuersationis habitũ celebrat hoc loco B. Virgo sub hac genarũ metaphora, cõparans illas areolis aromatũ. Sicut.n. aromatum areolæ optimè dispositæ, & ordinatæ intuentium oblectant aspectum, eisdemq. suũ impertiunt odorem: Ita Christi mansuetudo, modestia, ingenuitas, & reliqui sanctissimæ eius conuersationis habitus, absentes quidẽ fama, præsentes verò re ipsa delectabant, alliciebantq. Et sicut in areolis aromatũ multi, variiq. & diuersi coloris flores in vnã pulchri speciẽ conspirant, sic multitudo illa, & diuersitas variarum virtutum, quæ in Christi elucebant conuersatione, admirabilem sanè illam eius efficiebat pulchritudinem, propter quã in psalmo epithalamij dictus is est *g Speciosus forma præ filiis hominum*. Quid illa demissius in inferiori genarum parte, dum conuersaretur cum hominibus, cum ipsemet dixerit, *h Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*? Quid in suprema earumdẽ parte, dum idem cum Patre conuersaretur, eleuatius, *i* quando solus ascendebat in montẽ, *pernoctans in oratione Dei* nõ ne turrẽ quãdã erectã pręse ferebant, qua contra celsissimũ Patrẽ ipsum suũ pro nobis bello dimicaret orationis? Quid genis eius rotundius, & cõuersatione illius perfectius? de ea per Isaiam dicitur, *k Non clamabit, neq. accipiet personam, neq. audietur vox eius foris, calamũ quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium: Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponet in terra iudicium, & legem eius insulæ expectabunt.*

Cõuersatio Christi quæ sicut areolę aromatum

APPENDIX.

g Ps. 44. 3.

h Matt. 11. 29

i Luc. 6. 12.

k Isa. 62. 2

Vers. XIII. Genę illius sicut areolæ aromatum consitæ a pigmentarijs.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis. Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Duæ tabulæ lapideæ, quas dedit populo suo, scriptæ erant decẽ lineis, similibus lineis horti aromatum, quæ germinant acutissimos sensus, & suaues, sicut hortus germinat aromata.

Cum multiplex istius genarum sponsi encomij apud veteres Patres reperiatur intellectus, vt multiplices illorũ sensus in aliquam redigamus seriẽ, ac methodum, in duos illos distribuere possumus ordines. Aliqui.n. gẽnas mystici corporis Christi, idest, Ecclesiæ celebratas arbitrãtur, alii non tam Ecclesiastici corporis, quàm ipsiusmet Christi genas accipiunt metaphoricè tamen.

Primi ordinis quatuor reperio sensus: Primũ, qui & communior est, vt Genæ Christi sint sancti Martyres, qui, vt ait Greg. Papa, & Richardus de S. Victore, sanguine suo Christi faciẽ rubrã, decoramq. reddunt, illius fidei pulchritudinẽ manifestam exhibentes, dũ pro ea sanguinẽ fuderũt. Vel, vt ait Philo Carpathius, qui sunt maxillæ, quibus dentes Euangelicæ doctrinæ sunt affixi, saluberrima pabula sedulò mandentes; *Sicut areolæ aromatum* hi dicuntur propter fragrantiam, sed areolæ *consitæ* dicuntur *à pigmentariis*, quia Martyres à præcedentibus Prædicatoribus ad martyrium roborati sunt, ab his verò, qui sequuntur, exemplorum pigmenta sumuntur, vt bene inquiunt Gregorius Papa, & Richardus.

Martyres sunt genæ Christi. Greg. PP. Richardus Victor. Philo Car.

Secundò per Christi genas sanctos Ecclesiæ Doctores intelligunt Greg. Nyssenus, Psellus, & Anselmus. Nyssenus ipsorum Doctorum necessitatẽ ex hoc loco colligit, cum maxillæ sint necessariæ, vt cibus conteratur, iis, qui denuo ablactati sunt, & quasi paruuli adhuc fluctuant, ne cõtingat, qđ ingemiscit Ieremias, dicens, *l Paruuli petierunt panẽ, & nõ erat, qui frangeret eis*. Iidẽ dicũtur *phialæ* &c. Secundum eumdem Nyssenum, quia doctrina ab illis cõminuta debet esse dilucida, aperta, conspicua, nihil profunditatis continẽs, ita vt ẽt pueri illos intelligant. Secũdũ Anselmũ sunt *sicut areolæ*.i. terra bene culta, & plantata à Deo, à qua producuntur flores, & odores aromatũ .i. orationis, & operis, Et hi sunt *à pigmentariis*.i. Apostolis, & Prophe-

Ecclesiæ Doctores genæ Christi. Greg. Nis. Psellus. Anselmus Nyssenus.

l Thren. 4. 4.

Anselm.

APPENDIX.

Prophetis instructi: pigmentarijs quidem, quia te runt omnia, & ad humilitatem reducunt.

Ad hunc sensum reduci possunt, & quæ dicuntur à Theodorito, per genas, vt sunt instrumenta sermonis, significari doctrinam: Has verò Christi genas dici phialas aromatis *ferentes pigmentaria*, iuxta versionem Septuag. phialas quidem aromatis propter doctrinæ suauitatẽ, *pigmentaria vero ferentes*, quoniã inde docendi argumenta desumũt Doctores Ecclesiæ, qui tamquam pigmentarij prędicationis vnguentum conficiunt vtilitatis.

Theophr. *Genæ significãt doctrinam.*

Tertio secundum Philonem Carpathium genę Christi sunt sancti viri virtutum aromatibus redolentes.

Philo Car. *Iusti sunt genæ Christi.*

Et quartò secundum Iustum Orgelitanum sunt Ecclesiæ, quæ per Apostolos crediderunt, consitæ à pijs Prædicatoribus, quæque pium odorem ex sancta spirant conuersatione.

Iust. Org.

Ad secundum pariter ordinem quatuor referre possumus sensus alios, quorum primus est Hieronymi, qui in fine comment. in Zachariam, sermonem Christi accipiens, ait: Laudat sponsa in Cantico Canticorum spõsum suum; *Maxillæ eius phialæ aromatum*. In maxillis sermo accipitur, qui prolatus à Domino varia vnguenta depromit, & tanta erit boni odoris fragrantia, vt faciat sibi dominus flagellum de scripturarum textuum testimonijs, & eijciat de templo vendentes, & ementes, & dicat ad eos, a *Scriptum est; domus Patris mei domus orationis vocabitur cunctis gentibus, vos autem fecistis eam domum negotiationis.*

Hieron. *Sermo Christi maxillæ illius.*

a Mat. 21. 13.

Secundus, qui & communior Cassiodori, Bedę, atq. Ruperti Abbatis, secundùm quos sub genarũ metaphora celebrãtur exterior habitus, & forma conuersationis Christi, illius nempe modestia, pietas, & sinceritas: *Sapientia n. hominis* (vt ait Sapiens) *lucet in vultu eius*. Dicũtur hæ *genæ sicut areolæ aromatum cõsitæ*, &c. quia ea spectare, erat, quasi pulcherrimas areolas cernere ob aspectus gratiam, & fama, atque virtute delectabãt, trahebãtque vniuersos. *Hæ areolæ consitæ a pigmentariis* dicuntur inquit Cassiodorus, pigmentarij sunt Prophetæ, vel Apostoli, quorum alteri hæc omnia futura, alteri iam facta descripserunt.

Cassiod. Beda. Rup. Ab. *Conuersatio externa Christi significata ꝑ pulchras illius genas.*

Ad hunc sensum referri possunt, & quæ dicuntur ab Aponio, cui *genæ pulchræ* significant Sanctitatem internam, & externã, ad hoc quippe vt pulchræ sint genæ, operæpretiũ est, vt, & internus sanguis sit in optima dispositione, & qui intus seruat integritatem, foras rutilet exemplo.

Aponius. *Sanctitas interna, et externa signata ꝑ genas pulchras.*

Ex Philone Carpathio, *genæ* Christi *sicut phialæ*, &c. sũt Sacræ Scripturæ, quæ vnguẽtũ suauissimũ spirant ad omnem animi languorem sanandum.

Philo Car. *Scriptura Sacra sunt genæ Christi.*

Et demũ *genæ sponsi sicut phialæ aromatis ferentes pigmentaria*, apud tres Patres, sunt diuinæ prouidentiæ rationes, quæ tamquam genæ actionibus quodammodo mouentur, & salutiferos virtutum mores docent, & per hos spiritaliter nutriunt, molientes quodammodo id, quod in Deo secundum essentiam intelligi non potest, dum horum actione ipsum explanant, sancto completæ sunt spiritu quasi odoriferæ quędã phialæ variorũ instar vnguentorum varios illos spiritales mores ferentes.

Tres Patr.

Ex Vers. XIII. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LITTERA.

Cvm lilijs candor eluceat, qui labijs tñ deformitatis inurit notam, ad hebraicæ vocis ambiguitatẽ confugientes aliqui, Hebreorumq. doctorum sequentes vestigia, haud liliis comparari ea, inquiunt, sed rosis purpureis, quod frequentissimũ est & apud Poetas profanos. Verùm iam supra in 1. expos. 1. vers. cap. 2. in quo dicitur, b *Ego flos campi, & lilium conuallium*, ostensum est, hebraicam vocẽ שושנה sciosciannah haud rosam, sed liliũ, propriè significare. Quapropter melius, si color in sponsi labiis hic celebrari censeatur, dictũ id existimandũ est, qd fere communiter post Legionensem à recentioribus asseritur, laudari labia sponsi è colore simul, atq. ex odore, è colore quidem purpureo, pro vt & sponsus sponsæ item labia ex eodẽ colore celebrauit in capit. 4. vbi dixit, c *Sicut vitta coccinea labia tua*, liliorum verò comparatione explicatum aptè congruentem pulchris labiis colorem, rubrorũ tñ, qualia & a Dioscoride lib. 5. cap. 99. & a Plin. lib. 22. cap. 5. in Syria reperiri dicuntur perpulchra, ex odore verò eadem per id commendari, quòd myrrham primam ac probatissimam distillent, habito respectu ad halitum, animam, & spiritum suauissimum, quem per ipsa labia spiraret dilectus.

b Cãt. 2. 1. Pag. 249.

Legionẽsis

c Cãt. 4. 3. *Quib. liliis cõparẽtur labia spõsi.*

I. SENSVS.

Nihilominus sensus iste, sicut quoad primã partẽ mihi probatur, ita quoad partem secundam ob rõnem, quã paulo post subiiciam, haud oĩno meũ sedat animum. Vidi ego Romæ, habuiq. in manibus, & diligenter consideraui intra viridarium cœnobii nostri Sancti Siluestri montis Quirinalis d Lilia per pulchra, sex foliis cõstantia in cincinnorũ formam retortis, quibus certè foliis, si cõiecturæ dandus esset locus, optimè comparata crediderim pulcherrima quæq. labia, siquidem ardenti, purpureoq. colore, ac periucundo insuper nitore, & forma quoq. labiorũ similitudinem ad viuum exprimere videntur. Verũ certè est, quòd nec folia, nec lilia ista vllum è se emittunt odorẽ, & ideo crediderim, sponsam dictæ comparationi ea adiecisse verba. *Distillantia myrrham primam*, ne imperfectio aliqua in ipsis spõsi labiis esse crederetur a quoquam, sicut imperfectio maxima in dictis est liliis & in quolibet alio flore, qui inodorus est, vt quod dicitur, iuxta primum hunc sensum, tale sit.

Agit de hoc flore, describitq. illum Carol. Clusius lib. 2. histor. plantarũ cap. 3. vocatq. eũ liliũ rubrũ siue miniatum Byzantinum.

Labia illius pulcherrimis sanè iis similia sunt liliis, quorum folia & purpureo, nitidoq. colore, & parui semicirculi forma gratiosissima quæque æmulari vidẽtur labia. Quod si quid imperfectionis iis inest liliis, cum suauis expertia sint odoris; nil certè sponsi labiis deest, quod ad eorum requiratur decorem, atq. perfectionem. Sic, quod hic de distillatione myrrhæ primę in labiis dicitur, non de illorum odore, propriè, sed metaphoricè dictum sumẽdum est, vt persistatur in sumpta prędictorum liliorum metaphora, pro vt explicatum est. Quod aũt mihi persuadet, vt haud quaquam de proprio labiorum odore id intelligã, quodve à cõmuniori recẽtiorum sententia me abstrahit, ita vt oĩno non probẽ, suauẽ cõmendari animam, & spiritũ, quẽ ipsa dilecti labia spirarent, illud potissimũ est, ꝙ haud decere videatur, pudicissimam puellam talia puellis aliis afferre signa ad dilectũ suum internoscendũ. quæ haud oculis, sed approximatione duntaxat, & osculo percipi possent.

PARAPHRASIS.

Non displiceret tñ mihi de osculo hæc interpretari, & per fragrantissimæ distillatæ mirrhæ suauitatem, suauitatem maximam designari, quã ipsamet, quæ loquitur sponsa, ex dilecti sui perciperet osculis, quæ in principio huius Cantici coram adstantibus itẽ pnellis tantopere desiderasse se significauit, vt eorum suauitatem & vino prætulerit

II. SENSVS.

LITTERA. rit, & vnguentis optimis, dicens: *a Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua*, suauitas nimirum amorum tuorum, *vino, fragrantia vnguētis optimis.* Túcve, quæ hic dicútur amoris vi erga
a Cāt.1.2. dilectum suum dicta censenda sunt à sponsa, quæ ex commemoratione speciosissimarum genarū illius, in medio panegyricæ orationis suæ, qua illū sociabus delineabat per membra singula, vt speciosissimū præ dilectis omnibus, recordata ingentis, quam ex impressis per eius labia osculis percipere solita esset, suauitatis, in hæc proruperit: *Labia eius lilia distillantia myrrham primam*, quomodo & ipse pariter dilectus supra in capite quarto dulcedine fani, ac mellis, nec non & lactis altera gustus metaphora eamdem, quam ex sponsæ osculo percipiebat, expressit suauitatem, dicens, *b Fauus distillans labia tua; Mel, & lac sub lingua eius*,
b Cāt.4.11 vt videre est ibi in exposit. prima, sensu secundo.

Porrò iuxta hunc sensum, quæ in similitudinē assumútur lilia, haud rubra, sed quæ cādidissima reperiuntur, intelligenda erunt, vt quæ in Sacris litteris sunt proprium puritatis hieroglyphicum: Ac si dicatur.

PARAPHRASIS. *Labia eius*, quæ purissima alioquin sunt, *myrrhā* mihi *primā*, & optimā distillant, summamq. purissimę mihi exhibent suauitatem, cum ori meo imprimuntur.

III. SENSVS. Sed melius sumentes item lilia more, qui in scripturis est consuetus, pro liliis candore, specie, & odore insignibus, ad encomiū purissimæ, gratiosissimæ, ac suauissimę locutionis hæc referemus, quod & distillandi verbū subindicat, dum subijcitur; *Distillantia myrrham primam;* Et congruentius honestissima sponsa, decentiusve in descriptione dilecti sui, quam ceteris facit puellis interrogantibus ipsam de illius qualitatibus, præclaras eius loquelæ exponet laudes, quas ab illis percipi posse cognouerat, quippe quæ frequentius loquentē illū & audierant, & auditura forent, quā vel ex suaui halitu, vel ex ipsa osculi suauitate.

Adde, quòd in hoc dilectum ipsum suum hēt magistrū, qui capite quarto in singulari illa, quā contexuit, panegyrica membrorū, laudumq. eius oratione, à suauitate potissimū loquelæ ipsam euexit, iuxta communē expositorū sensum verbis illis, *c Fauus distillans labia tua, sponsa; Mel, & lac*
c Cāt. 4.11 *sub lingua tua*, vt videre est in primo sensu, allato ibi in expositione prima, & eodem capite quarto, secundum grauissimorū doctorum sententiam, vbi dixit, *d Sicut vitta coccinea*, seu iuxta lectionē
d Cāt.4.3. hebraicam, *Sicut filum*, aut sicut *funiculus coccineus labia tua, & eloquium tuum dulce.*
Pag.660.

Iuxta hunc igitur Sensum, qui communis est Sanctorū Patrum, quemve & ipse omnium maxime probabilem censeo, celebrat sponsa primum loquentia dilecti sui labia è decenti pulchritudine, & ex gratia quadam, quæ in ipsis elucet ob insignē, qui in ipsis spectatur, puritatis decorem, pulchritudinē, gratiamq. istam, ac puritatem eximiā similitudine exprimens liliorum, quæ & forma symbolū sunt pulchritudinis, & candore signant puritatem, & odore suauitatem indicant gratiæ.

Porrò per id, qd adijcit, *Distillantia myrrham primam*, verba ipsa commendat, quæ ex hisce profluunt labiis: Laudat autem illa ex triplici capite, suauitatis, stabilitatis, seu permanentis fructus, & ęstimationis, seu pretiositatis; Suauitatis per metaphorā odoris, quem fragantissimū indicari per myrrham obseruauimus sæpè in hisce nostris cōmentariis; Subtilitatis, & fructus, per id qd distillare dicuntur nedum odoris fragrantiā, quæ illi- A co euanescit in aere (neq. enim ex eo genere sunt verborū, quæ inaniter funduntur in ventū,) sed & fructus myrrhæ, quia & in longiora seruantur tempora, & multis inseruiunt commodis, æque ac ipsius myrrhæ fructus; Aestimationis denique & pretiositatis, dum ea haud myrrhæ cuiuslibet distillationi asserit similia, sed distillationi myrrhæ primæ, & quæ inter myrrhæ genera pretiosissima sit, primum obtinens locū; Benè aūt distillāti myrræ isti pretiosissimæ illa comparat, vt indicet, singula corū ita è loquentibus sponsi labiis profluere, vt planè colligenda, seduloq. in pectoris vase seruanda sint, æque ac distillās myrræ primæ gutta caute, diligenterq. colligitur, & in pyxidibus, vel alligamentis seruari consueuit. Vnde & nouū B eruere possumus sensum eorū, quæ ab eadem sponsa dicta fuere in principio huius Cantici iuxta lectionē Originalium Hebr. & Sep. *e Alligamentum guttæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, vbi Vulgata legit, *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, &c. Vt per ea tale quid sibi voluerit, Verborum, quibus dilectus meus adeo me celebrauit, tantam habui rationem, vt quasi myrrhę probatissimæ guttas ea collecta conseruem, meoque, vt in optimo vase, condam pectore, adeo vt propterea dilectum ipsum meū inter vbera mea, medio nimirum in pectore meo, persistentem veluti alligamentū guttæ habitura sim iugiter, haud permissura, vt charitatis plenissima eius verba e C pectore meo vlla vmquam deleat obliuio. e Cāt.1.13

Breuiter itaque sponsa hæc sibi videtur velle etiam in hoc encomio loquentis sponsi, seu eiusdem loquelæ.

PARAPHRASIS. Loquente dilecto ipso meo, *labia eius* summam præ se ferunt pulchritudinem, gratiam redolent suauissimam, eximiæq. puritatis nitent candore, puritatem exhibent spectantibus, puritatem & audientibus proferunt, ita vt merito ipsamet *Lilia* ea dixeris, quę & perpulchra sint inter flores, & suaueolentia, & candidissima, Sed & quæ ex hisce labiis, simul ac liliis profluunt verba, suauissima & ipsa sunt, ęque ac suauissimus est myrrhæ odor, Sunt & fructuosa, cū instar guttæ myrrhæ distillēt, quin & pretiosissima existūt, quorū nō minus D habenda sit rō, quā distillantis myrrhæ primæ, ac pretiosissimæ, Singula. n. eorū ęque ac myrrhæ primæ guttæ in maximo habenda sunt pretio, seduloq. vt pretiosissima sunt seruanda, sunt quippe ipsamet quodam modo myrrha probatissima distillata e labiis, æquè ac myrrha ex myrrhiferis distillat arboribus.

Quæ dicenda forent circa significatum attributi myrrhæ, quod in hebræo hic ponitur, & circa varietatē versionū hebraicę vocis, עבר nghouer, quæ propriè transeuntem sonat, videri possunt explicata supra in prima expositione verborum illorum, *f Et digiti mei pleni myrrha probatissima*. f Cāt. 5.5.
E Id apud omnes pro certo habendum, myrrham hic proponi, quæ sit omnium optima.

Ex Vers. XIII. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta

I. SENSVS. Prædicatores sanctos labia mystici corporis Christi esse, quasve itidem cum labiis corporeis habeant proportiones, explicatum videre est supra in exposit. 2. eorum verborum cap. 4. *g Sicut vitta coccinea labia tua.* g Cāt. 4.3 Pag.556.

Prædicatores istos, istaque Christi labia celebrans

DE ECCLESIA.

brans hoc loco Ecclesia, haud eos dicit labia sua, pro vt dictos accepit à sponso in præcedentibus; Sed quicquid in illis boni est, atque præclari dilecto ipsi, capitique Christo refert acceptum.

Prædicatores sancti sunt puritate, & charitate insignes.

A Laudat illos, primùm ipsos appellãs labia eius, quæ ne dum labia, sed & lilia sint, haud explicãs, quænam, & qualia sint lilia, vt ipso liliorum vocabulo puritatem in primis in eis commedatam intelligeremus, puritatem, inquã, tum vitæ, tũ ẽt doctrinæ, colore vero purpureo, quo à reliquis diuersa essent liliis, & purpureis concinna labijs, purpureaq. præ se ferentia labia, ardẽtissima pariter charitate decoros eosdem esse, non dubitaremus.

Mortificationis Christi odorẽ ex se spirãt boni Prædicatores.

a 2. Cor. 4. 10.

Prædicatores sãcti reconciliationis prędicatione suadent pœnitentiam.

b 2. Cor. 5.

B Porrò, q̃ huiusmodi labia per halitum, quem ex se spirant, suauissimum myrrhæ odorem effundere dicuntur, id significatur, q̃ eius, quem in cordis ventre habent, Christum crucifixum myrrhã sanè oĩum primã, odorẽ ẽt extrinsecus referunt, ipsam *a Iesu mortificationem* iuxta Apostoli dictũ *in corpore suo circumferentes*: Sed & myrrham quoque probatissimã gustui distillare dicuntur audiẽtium, haud alia sane rõne, quã per osculum. Pœnitentiam.n. quæ lodoratui quidem, & per famã suauissima alioquin est, & qñ re, factoq. ipso gustatur est amarissima, per osculum distillant, quatenus verbum reconciliationis insinuant, dicẽtes cum Apostolo Paulo, *b Posuit Deus in nobis verbũ reconciliationis. Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* Neque .n. ipsi sunt qui tale imprimunt reconciliatione osculum, sed Christus per eos.

Ex Vers. XIII. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

II. SENSVS.

Labia Dei sunt filius, et Spiritus Sanctus.

19.

c Rom. 14. 17.

d 2. Cor. 1. 5.

PIæ animæ dilecti, Dei totius cõsolationis, duo labia, quibus spirituales exhibens consolationes, illam osculari is solet, haud alia, sanè crediderim, dicenda esse, quã Filiũ, & Spiritũ sanctũ; Ideo namq. diuinas eas consolationes apud Paulũ Apostolũ *c* appellatas reperio, *gaudium in Spiritu Sancto*, i. exhibitum in Spiritu Sancto, & per Spiritum Sanctum: Et per eundem Apostolũ *d* dr, *Per Christũ Dei filium abundare consolationẽ nostram.* Labia ista, quæ profecto ita sunt puritas ipsa, sicut sunt & ipsemet Deus, *Lilia* esse, inquit anima deuota, tunc potissimum temporis, cum dulcissimo ipsam osculantur osculo oris Dei, consolantes eam in oĩ tribulatione sua. Qui .n. aliàs frequenter pascere dicitur inter lilia, ac liliis, dum cęlestes spiritus sui ipsius pascit visione, deuotas pariter animas liliis quoq. modò semetipso pascere dignatur in terris, osculando ipsas, & consolando per filium, ac Spiritum Sanctum labiis simul, ac liliis.

Tribulãdo piã animã cõmunicat illi Deus quodammodo beatitudinẽ, & participationẽ sui ipsius.

E Illud verò magnopere perpendẽdum est in his sponsæ verbis, q̃, dum eximias diuini osculi, purissimorumq. labiorum istorum euehit consolationes, subiicit illico: *Labia, liliaq. ipsa esse distillãtia myrrham primam*, cum primo aspectu dicere debuisset potiùs, esse distillanta fauũ, mel, lac, & quicquid dulcissimum reperit, ad excessum dulcedinis eius exprimendũ, quo in eorum labiorum perfunditur osculo; *Myrrham primam*, quæ omnium amarissima est, distillare, inquit, haud certè alibi, quam in os ipsũ suum, quod osculantur. Porro per myrrham primam tribulationes designantur, & passiones Christi, quæ inter passiones vniuersas primũ obtinent locum, ideoq. rectè Apostolus Paulus de myrrha hac prima, quę, cum amarissima sit, maximis quoq. oĩum replet consolationibus, dicebat, *e Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra*: Et B. Petrus, *f Communicantes Christi passionibus, gaudete*, inquit: Ac si dicat; Dum vos osculando Christus, communicat vobis passiones suas, distillans myrrhã primã, gaudeatis, necesse est, cum nimirum in huius myrrhæ distillatione summum exhibeatur gaudium, & vt ita dicã, cõmunicatio quædã Deitatis, qua beatificamur. Vnde bene subicit, *g Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniã quod est honoris gloriæ, & virtutis Dei* (ipse nimirũ Christus, ac filius Dei) *& qui est eius spiritus* (quæ sunt duo labia, quibus vos Deus osculatur) *requiescent super vos.* Quid ergo mirũ, si Paulus audacter aliquando exclamabat, *h Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in oĩ tribulatione nostra?* Paulus tñ sic clamabat, ad cuius nares perueniebat suauitas inexplicabilis fragrantiæ distillatæ mirrhæ, quive intellectu ipsarum tribulationũ percipiebat suauitatẽ, vim, atq. pretium. Adeo.n. pretiosæ sunt tribulationes, & quæ nobis cõicantur passiones Christi, vt, ne qua earũ gutta pereat, dũ cõicantur, haudquaquã fundantur, sed distillentur; Distillantur aũt per osculum Dei, ori exhibitũ animæ, quia & in præcipuum Dei erga nos amoris signũ, quale certè osculum esse nouimus, cum eæ nobis exhibentur, teste Apostolo, cũ ait, *i Tanquã filiis offert se Deus. Quis .n. filius, quẽ non corripit pater?* & iuxta capacitatẽ osculati oris cuiusq. distillantur: Vnde idẽ Apostolus dicebat aliàs, *k Fidelis Deus, qui nõ patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Quod itaq. hic dicit pia anima iuxta secundum sensum, tale est.

DE ANIMA.

e 2. Cor. 1. 5.

f 1. Pet. 4. 13.

g 1. Pet. 4. 14.

h 2. Cor. 7. 4.

Tribulationes quàm pretiosæ sint.

i Hebr. 12. 7.

k 1. Cor. 10. 13.

PARAPHRASIS.

D Iesus Christus filius Dei, eiusdemque Spiritus, quibus tamquã duobus labiis Deus me osculatur dilectus meus, *labia* purissima sanè sunt, ipsaq. puritas, æque ac Deus, qui pascit inter lilia *lilia* quippe & ipsa sunt, sicut sunt & Deus, atq. adeo cũ ijs me osculatur dilectus ipse meus, liliis quoque me pascit, ac semeptiso, replens me dulcedine consolationum suarum, tametsi carnis, sensusque gustum amaricare videatur, distillans ipsomet osculo *myrrham primam* in communicatione passionũ Christi filii sui; Distillat is sanè in os meum per huiuscemodi osculũ, qd est sũmi amoris indiciũ, tribulationes veluti amarissimas, ac fragrantissimas, & pretiosissimas myrrhę primę guttas: sẽtio quidẽ in gustu earũ amaritudinẽ, percipio tñ simul inexplicabilẽ earũ fragrantiã, & suauitatẽ, qua supra modũ mea recreãtur præcordia, tãtiq. eas facio, quãti pretiosissimæ quæque res fieri solent ab aliis.

Ex Vers. XIII. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

III. SENSVS.

l Ps. 44. 3.

Verba Christi sensibus grata.

QVæ breuissima oratione illa, *l Diffusa est gratia in labiis tuis*, euexit aliquando Dauid Proph. in Psa. Epithalamij, duplici metaphora nũc B. Virgo celebrat Christi labia, seu potius verba, q̃ è Christi labijs profluxere, eã ve ipsorũ gratiã, quã Dauid non explicarat, explicat ipsa significans, illã eiusmodi extitisse, vt per eam audientium sensibus omnibus grata illa redderentur: Nedum enim

enim auditum oblectabant, vt alia, quæ labijs eloquentium hominum proferuntur, sed & visum, & odoratum, & tactum, quin & gustui pariter suã impertiebant partem. *Lilia* quippe cum essent cãdidissima, perpulchra, mollia, & maximè odorantia, haud dubium, quin & visui satisfacerent, & tactui, & odoratui; Cumq. *myrrham* distillarent *primam*, quæ (vt aliàs ex Plinio aliisve probaui) gustu probatur, gustũ quoq. reficiebant. Porrò qđ B. Virgo intendisse videtur, hac ratione prædictã explicans gratiã, id esse crediderim, vt dicẽs, *Labia eius lilia distillantia myrrham primã*, talem, ac tantã extitisse indicaret illã labiorũ huiusmodi gratiam Christi, vt propter eam eiusdẽ Christi verba inter nos quosq. mouerent sensus, quos exteriorũ sensuum cõmotione significarat. Id qđ à sacris Doctoribus eisdẽ tribui solet, cũ dicunt, Christi doctrinã nedũ erudire intellectũ, sed & mouere affectũ. Probatq. hoc id, qđ a B. Virgine vltimo dicitur de satisfactione sensui gustus exhibitã per eadẽ Christi verba, *Distillantia myrrham primam*. Myrrha namq. prima quanto myrrharum aliarum est optima, tãto quoq. est amarissima. Et certè notũ cuique est, amaritudinẽ ingratissimam esse sensui gustus externi. Dum ergo verbo Christi & sensui gustus gratissima esse asseruntur, eidemq. appetitui plenius satisfacere, cum myrrham primã distillẽt, de interno id intelligendũ est gustu. Quis autem ignoret, quàm salubris, grataq. sit interno gustui discipulorũ Christi doctrina, quæ ex Christi profluebat labijs distillantibus, ac prædicantibus veritatem, atque mortificationem, quæ per amarissimam designatur myrrham.

Doctrina Christi nedũ erudit intellectũ, sed & mouet affectũ.

Quàm bellè autẽ, & congruè B. Virgo, Christi verba ait, esse *lilia distillantia myrrhã primã*? quandoquidẽ, cũ Christus ipse, qui ab æterno Verbum erat Patris, pro nobis factum se dixerit *a Lilium conuallium*, cõgruum quoq. erat, vt ex eo talia proferrentur verba, quæ propter eximiam puritatem lilia dici possent. Sicut. n. ex ficu proferũtur ficus, ex malo mala, & sic de ceteris, ita ex lilio pariter lilia prouenirent, operæpretiũ erat. Quæ et lilia congruentes distillare dicuntur myrrha, enimuero, cũ ab illo prouenirent lilio, qđ est summa veritas, myrrhã veritatis ex eis distillare fas erat. Et cum Christus *lilium cõuallium* mortificationẽ pro se fuisset amplexus, ex eius verbis mortificationẽ stillari, necesse erat. Non secus ac fructus, qui ex iis producuntur arborũ ramis, in quorum medullam iniecta sint, vel saccarum, vel cinnamomum, vel scamonea, saccari, cinnamomi, & scamoneę odorem, saporem & vim referre aduertimus.

Verba Christi lilia, quia a Christo. a Cãt. 2. 1. Simile.

Verba Christi veritatẽ & mortificationẽ prędicãtia, q̃ ipse orans Christo. Simile.

Congruenter quoq. verba Christi *lilia* dicũtur *distillantia myrrham*, vt duabus hisce similitudinibus arguamus, quàm illa discrepent a verbis hominum mundi, & doctrinæ sæculi, de quibus per Salom. dicitur in lib. Prouerb. *b Fauus distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps.* Assimilãtur ea fauo stillãti, ac oleo, quatenus dulcia quidẽ in principio videntur, dũ delicias, atq. illecebras prædicant, suadẽtve, deturpãt m̃, & cõmaculãt auditores, non secus ac fauũ, atque oleum maculant quoscunque tetigerint; At verba Christi, licèt instar myrrhæ amarissimæ, amaritudinem præ se ferant, dum mortificationẽ suadent, candidissima nihilominus sunt instar liliorum, atque purissima, ita vt audientes quoslibet purissimos efficiant, eisdemque summam conferant pulchritudinem, nõ secus ac lilia manibus gestata, gestantis se arguere solent puritatem.

Verba Christi quàm diuersa à verbis hominũ mundi. b Prou. 5. 3.

Michaelis Ghislerii.

A Neq. verò absque causa tum verba Christi, tũ verba carnis, ac sęculi distillare dicuntur, illa mel dulce, illa myrrham amaram, nam & dulcedo, ac illecebræ, quæ ex verbis profluunt carnis, vix exiguæ stillæ dulcedinis sunt, quæ & in momento tẽporis accrescũt, & mortificationes, afflictionesve, quas Christi suadent verba, nihil aliud esse cõprobantur, quàm modicæ amaritudinis stillæ in comparatione cõsolationũ, quæ illas cõsequuntur, *c* prout Paul. fatetur Apost. cũ ait; *Momentaneũ, & leue tribulationis supra modum põdus gloriæ operatur.*

c 2. Cor. 4. 17.

Competit tamen & ob aliam rationem distillandi verbum doctrinæ potissimum Christi: Per id enim innuitur, illam haud niti in humanæ sapientiæ verbis, aut in eloquentiæ fluuio, qui absque
B vlla animarum vtilitate velocissime profluat, *d sed in ostensione spiritus, & virtutis* sitam, vt ait Apostolus, congruentem, & proportionatam vnicuiq. exhiberi, atque imitar tenuis pluuiæ, rorisve summa cum vtilitate ita super vnamquamque distillare animam, vt nihil ex ipsa depereat. Id quod aperte & de Verbo Dei significatum legimus apud Isaiam Prophetam. *e*

Verba Christi instar pluuiæ, atroris distillant. d 1. Cor. 2. 4. e Isa. 51. 10.

Sed & id quoque aduertendum est, quod, dum Christi verba distillare dicuntur, pretiosissimam dicuntur distillare myrrhæ guttam, quæ sedulo, ne pereat, colligitur, in clausisve seruatur vasibus, vt intelligamus, & nostrum quoq. studium esse necessarium, ne ea pereant, quantamve eorumdem
C habere debeamus rationem, præsertim cum amaram suadent mortificationem.

Verborum Christi quanta sit habẽda ratio.

Denique & modus perpendẽdus est singularis, quo Christi verba persuadere significãtur mortificationem, neq. enim *ipsius labia myrrham* distillare dicuntur, nisi vt *lilia*, & liliorum formam exhibentia, exhibentia nimirum spem gloriæ cœlestis, cuius hieroglyphicum ipsa sunt lilia. In quo peritos Medicorum imitari videtur peritissimus animarum medicus Christus Iesus, qui pillulas, bolosque amarissimos ægroto porrigunt auro, argẽto, aut saltem candida hostia opertos.

Mortificationem quo persuadeat verba Christi. Simile.

D

Ex Vers. XIII. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis. Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Et labia sapientium, qui laborant in lege, fluunt sententijs ex omni parte, & eloquium oris eorum, sicut myrrha electa.

Communiori veterum Patrum sensu labia Christi sunt sancti Prædicatores, lilia dicti ob candorem, & fragrantiam vitæ, atque doctrinæ. Quod autem myrrham perfectam iidem distil-
E lare dicuntur, diuersimode exponitur. Nam Ambrosius serm. 18. in psalm. 118. vers. 4. videtur illud referre ad id, quòd Christi & passionem prædicant, & resurrectionem. Per myrrham quippe, ait passionis vnguentum, & resurrectionis gratia declaratur, quæ rediuiuum vitæ odorem suscitatis mortuorum visceribus infundit. Idem tamen Ambrosius in lib. Instit. Virginis capit. 15. ob id eosdem sic dictos, inquit, quia Christi passionem loquuntur, ac mortificationem illius in suo corpore circumferunt. Quibus consentit Richardus de Sancto Victore, addens, idcirco distillare *myrrham primam*, cum Christi mortem, quæ est myrrha prima prædicent,

Prædicatores sunt labia Christi & lilia distillantia myrrham. Ambros. Richardus

APPENDIX. cent, iuxta illud, *a Nos prædicamus Iesum Christũ* A *crucifixum*, &c. eamdemque imitẽtur, iuxta illud, *d Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferimus*.

a 1. Cor. 1. 23. Philo autem Carpathius, & Gregorius Papa addunt, quia prędicãt populis Martyrum passiones, vt eorum exemplis illi à peccati corruptione seruentur.

b 2. Cor. 4. 10.

Quia prædicant, mortẽ pro Christo subeundã, ait Iustus Orgelitanus.

Philo Car. Gre. Pap. Iust. Org. Greg. Nis. Psellus. Philo Car. Greg. PP.

Quia prædicant mortificationem, dicunt Gregorius Nyssenus, & Psellus.

Quia prædicant patientiam in tormentis, dicit Philo Carpathius.

Quæ myrrha bene prima secundum dignitatẽ esse dicitur, ait Gregorius Papa, quia nullus sic mortificatur, quomodo ille, qui pro Christo martyrio finitur.

Aponius. Aponius per Christi labia sanctos accipit Confessarios, qui ligant, & soluunt, ac peccatoribus amaram pœnitentiæ myrrham stillant, vt emendent, & emendata conseruent.

Confessarii sunt labia Christi.

Inter eos, qui non tã mystici corporis Christi, & Ecclesiæ, quàm eiusdem Christi membra hic commendata existimant, quidam illius sermones, & prædicationem celebratam putant sub labiorũ metaphora. Ita Theodoritus, Cassiodorus, & Beda, tametsi diuersimodè explicent, quæ in prædictorum laudem hic dicantur. Nam Theodoritus, liliis similes dictos, ait, Christi sermones, quia per se splendent, licèt humani ornamenti nihil habeant, lilia siquidem non nent, neque texunt, sed Pater cœlestis vestit ea. *Myrrham* verò eosdem distillantes dictos, quia doceant mortificationem in præsenti vita.

Verba & sermones Christi sũt eius labia & lilia, distillantia.

C

Theod.

Alio tamen pacto Cassiodorus, atq. Beda, liliis ipsos Christi sermones, & verba comparari, inquiunt, quia candoris æterni præmia annũtiant: Distillare verò *myrram primã*, quia per carnis mortificationem ad hæc perueniendum docent. Vel liliis comparari, quia castitatis, & munditiæ opera docent. Distillare *myrrham primam*, quia aduersa patienter ferenda, insinuant.

Cassiod. Beda.

D Addit Beda, eosdem & liliis cõparari, & distillare myrrham, quia illis in vna eademque persona verum se Deũ docebat, & hominem, sic, cum diceret, *c Filius hominis venturus est in gloria Patris sui, & tunc reddet vnicuiq.* &c. *labia illius* liliorum speciem imitabantur & odorem; Cum autem diceret, *d Primùm oportet illum pati, & reprobari à generatione hac*, tunc distillauerunt *myrrham*.

c Matt. 16. 27.

d Mar. 8. 31.

Rup. Abb. Rupertus quoq. Abbas eodem sensu, Euangelii prædicationem sanctam, ac veram esse, & quæ ad pœnitentiam vocet, per hæc designari, ait.

Tres Patr. Tres Patres apud Theodoritum, Diuini, (inquiunt iudicii rationes (per quas Verbum Dei tribuens, quod vnicuique naturę, mentique tribuit, quasi quibusdam labris in singulis per communionem implicatur) sunt splendore perspicuæ, sicut lilia, dum rerum naturas pro sua quamque ratione firmas, & sine confusione conseruant, modumque docent totius mortificationis omnium motionum per electionem à natura discrepantium.

Vers. XIIII. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. LITTERA.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LAudato dilecti sui capite, & præcipuis, quæ in eodem spectabãtur, mẽbris, descendit iam sponsa ad commendãdas illius manus, peregregiis illas celebrans metaphoris, sed quæ haud ita facile intelligantur, quin multiplicem pariant sensum. Ex vario si quidem allatarum metaphorarũ intellectu fit, vt triplici modo intelligi hoc queat encomiũ, cũ haud planè cõstet, vndenã B potissimũ manus ipsę celebrẽtur, per natiuã ne, an per adscititiam ornamentorum pulchritudinem.

Porrò, si innatam manuũ pulchritudinem hic laudari velimus, prout communiori & Patrum, & recentiorum nostrorum cõsensu receptum est, quicquid hic dicitur, metaphoricè dictum accipiendum est. Et quidem secundum Legionensem, aliosve recẽtiores illos, qui eum ferè semper vt antesignanũ sequuntur, ita laudantur manus, vt tota laus ad eorũ digitos referatur, propter quos dicantur & tornatiles, quia eorũ pyramides ita perfectã referebant rotunditatem, vt quodammodo torno manus ipsæ elaboratæ viderentur, quæ & aureæ ob insignẽ carnis pulchritudinẽ dicantur, iuxta consuetũ morẽ illum, quo aureum id oẽ dici solet, qd præstantissimum in suo sit genere, de quo supra vers. 11. *e Caput eius aurũ optimum*; Et demum quod plenæ sint hyacinthis; quia vngues digitorum, tum perluciditate, tum colore pellucidis, rubeisve, ac pretiosissimis assimilari videãtur hyacinthis, q in aũro ppulchrè insiti sint.

Legionensis

e Cãt. 4. 11.

Melius tñ iudicio meo haud ad digitos duntaxat, sed ad totas ipsas manus referentur, vt significetur, illas haud esse carne nudatas, ita vt ossium colliculis plenæ videantur, sed ita carnosas, ac succiplenas, vt propemodũ torno eas complanatas dicas: Colore pariter, & longitudine ita speciosas, vt aureæ, & vsquequaq. pulcherrimæ dici merito debeãt, iuxta notatã phrasim, qua aureũ dicitur quicquid sit perpulchrũ, præsertim, cum purpureis in digitorum extremitatibus decoræ sint, pellucidisve vnguibus, quæ tot rubros, pellucidos, atque inclusos referunt hyacinthos. Vel, si hyacintorũ nomine haud rubros accipiamus, sed eos, qui cærulei, aut cinerei sunt coloris (tria. n. illorum genera reperiri dicuntur, rubei, qui & præstãtissimi, citrini colore cinereo, atq. cęrulei) perpulchras earumdem manuũ venulas, seu potius manus ipsas exinde pariter celebratas censebimus, quòd candidæ, carnosæq. ita perbelle venulis sint vndequaq. conspersæ, vt citrinis, seu etiam cæruleis plenæ viderentur hyacinthis. Obseruare siquidem est in manu candida venulas quasi cæruleas, seu potius E cineteas, nitidasve spectare lineas, perpulchre per manum, atque per digitos serpentes.

I. SENSVS.

Sic iuxta hunc sensum primum quod hic dicitur, tale est.

Manus eius haud sunt ossibus hærẽtes, exiguæ, & squallidæ; sed carne sic vndequaque opertæ, vt ob carnis æquabilitatem rebus illis assimilandæ sint, quæ torno fuerint complanatæ, ita colore, magnitudine, ac longitudine sunt speciosæ, vt aureę, pulcherrimæq. dici mereantur, eoq. magis, quod in ipsis purpurei ita perpulchrè inserti sunt vngues, vt rubros in auro inclusos referant hyacinthos, quòdve ob serpentes in ipsis venulas citrinis quoque, ceruleisve plenæ videntur hyacinthis.

PARAPHRASIS.

Si

LITTERA. II. SENSVS. Si verò haud ex innata pulchritudine has ſponſi manus laudatas velimus, ſed ex extrinſeco potius ornamento, quale ditiſſimum, maximeq. decorum decebat Regem Salomonem, cuius & caput ſupra celebratum eſt ex ornaméto diadematis aurei: Tunc ex lectione Hebraica, quæ pro, *Tornatiles*, hẽt, *orbes*, ſeu *circuli*, vocem ipſam, *tornatiles*, ad annulos referemus, vt tantumdẽ ſit, ac ſi dicatur.

PARAPHRASIS. *Manus eius* tornatæ, & circundatæ annulis aureis, *plena hyacinthis*, ſeu aliis gemmis: Vox .n. Hebraica, Tharſis, quam & Sept. ſeruarũt, cum & mare ſignificet, & genus lapidis pretioſi, pro diuerſis ſumi debet gemmis, quæ è mari deferuntur. Vnde & à noſtro Interprete verti diuerſimode ſolet, aliquãdo hyacinthus, vt hic, & Ezech. 27. aliquando chryſolitus, vt Exod. 28. verſ. 20. & Ezech. 10. verſ. 9. & cap. 28. verſ. 13. quomodo & hoc pariter loco vertit Sexta editio. Iuxta hunc itaq. ſenſum locutio erit Metonymica, vt ſignificetur, manus ſponſi tot ornatas eſſe annulis aureis, vt nihil, præterquàm orbes putentur, circuliq. aurei, in quorũ palis & concauitatibus incluſi ſint hyacinthi, verbum enim implendi, vt notatum eſt ſupra verſic. 12. & aduertitur hoc quoque loco à Genebrardo, dicitur etiam de incluſione gemmarum. (Genebrar.)

Verùm ſenſus iſte, etſi congruus admodum ſit Hebraicæ lectioni, quę ſic habet: *Manus eius orbes aurei, plenæ tharſis*, nullatenus tamen noſtræ aſſignandus eſt Vulgatæ, aut verſioni Septuagin. quæ ambæ torni adhibuere metaphoram.

Quis .n. audiuit vnquã, aureos annulos torno fieri, ita vt ꝓpterea *tornatiles*, aut *tornatæ* (vt legũt Sept.) dicantur ſponſi manus, quę illis ornatę ſint?

III. SENSVS. Melius ergo, ſenſuq. qui ambobus prædictis ſit congruentior, dicemus, Sponſi manus ex omnimoda hic commendari pulchritudine, tum natiua, tũ ea, quæ eidem natiuæ adiungitur per adhibita extrinſecus ornamenta, prout & congruentiſſimo pariter ſenſu factum vidimus in encomio capitis, vt per id, quod *tornatiles* dicuntur, ex innata celebrẽtur pulchritudine eximia, quę ex æquali prouenit carnoſitate, ex lenitate, atq. ex colore candido, per ea, quæ adiiciuntur, *Aureæ, plenæ hyacinthis*, laudẽtur ex pulchritudine adſcritítia annulorum aureorũ, in quibus hyacinthi incluſi ſint, aliæve gẽmæ, ꝓpter quorũ ornamẽtũ metonymicè eædẽ manus dici queant *aureæ, & plenę hyacinthis*: Ac ſi dicatur.

PARAPHRASIS. *Manus eius* carnoſæ ſunt, ſucciplenæ, lenes, & candidæ, ita vt, cum ob carnoſitatem nullum eleuatius in illis conſpiciatur os, ob lenitudinem nulla ſentiatur aſperitas, & ob eximium candorẽ nulla repeatur macula, ijs ſimiles lignis, quæ ad tornum polita ſunt, & complanata, torno & ipſæ videantur affabre factæ: Eoque eædẽ ſunt ſpecioſiores, quòd talibus, tantiſve ornatæ ſunt aureis annulis, gemmiſve præfulgidis, vt aureas eas rectè dixeris, plenaſque hyacinthis.

Verſ. XIIII. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.

Expoſitio Secunda. De Prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

I. SENSVS. *Diſpenſatores verò temporaliũ in Eccleſia ſunt manus Chriſti.* SI diuiſionem membrorũ corporis Chriſti, eorumdemq. munera ſpectemus, quæ ab Apoſtolo Paulo pertractantur in Epiſtola prima ad Corint. *a* haud ſanè relinquitur ambigendi locus, quin eos per myſticas Chriſti manus intelligere debeamus, qui externarũ rerũ deſtinati ſunt miniſterio, quales ſeptẽ illos dicemus Diaconos, quos

A Apoſtoli elegerunt, *b* vt in huiuſcemodi miniſterio ſibi opem ferrẽt, proprio vocabulo opitulationes noncupatos a *c* Paulo, cuius nominis vim melius exprimit Græca vox ἀντιλήψεις, à verbo ἀντιλαμβάνομαι, quod propriè ſignificat, conanti ſoꝛ recta manu opem ferre. Hos ergo congruenti ſanè ordine ſub manuũ metaphora celebrat ſpõſa immediatè poſt oculos, genas, labiaq. quia id ſit præcipuum eorum munus, vt iis, qui contemplationi, monaſticæq. vitæ vacant, ſanctiſve Virginibus, ac Prædicatoribus verbi Dei ferãt opẽ, cũ, iuxta Petri dictum, *d non ſit æquum, illos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis*, & Paulus in epiſtola ad Philippenſes idipſum confirmat, cum ait, *e*
B *Etiam rogo & te, germane compar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente, & ceteris adiutoribus eius*. Manuum autem iſtarum omnimodam pulchritudinem, atque perfectionẽ triplici exponit metaphora, tria potiſſimum in illis commendans, quibus perfectio earum omnis exprimitur, quòd ſint *tornatiles*, quam primam laudem ab Apoſtolo Paulo crediderim iis verbis explicatam, quibus dixit, *f Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur*. Qui enim fidelis eſt, hic Chriſti, iuſtitiæ que torno elaboratus dicendus eſt, cum ex Chriſti præſcripto, & ſecundum iuſtitiæ regulas æquabiliter, candide, ſincere, & longanimiter ſuum exerceat miniſteriũ.
C Quia verò talis quiſquam eſſe nequit, nec à quoquam fideliter (vt dictum eſt) manuum Chriſti expleri poteſt miniſterium illud, ni adſit charitas, bene poſt primam metaphoram adiecta eſt & ſecunda, qua eædem dictæ ſunt *aureæ*, oſtenſum eſt quippe ſupra in verſ. 11. huius capitis, auro ipſam deſignari charitatẽ; Et ideo Ioannes quoq. Apoſtolus laudans Caii fidelis diſpenſatoris Chriſti, manuſq. tornatilis miniſterium, ita illud commẽdat, *g Chariſſime fideliter facies, quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ, quos benefacies deducens digne Deo*. Quibus in verbis notandũ, ab Apoſtolo nedũ quoad duas primas metaphoras explicatum præſens iſtud manuum Chriſti
D encomium, dum fidelitatem, charitatemve expreſſit boni, ſanctiq. miniſtri, ſed quoad tertiam pariter metaphoram, qua eædem manus dicuntur *plenæ hyacinthis*, idipſum plenius declaratum per ea, quæ vltimo intulit: *Quos bene facies deducens digne Deo*. Neq. enim omnis, qui fideliter ſe gerit, & cum charitate in miniſterio, & diſpẽſatione bonorum temporaliũ dici illico poteſt bene facere, deducens Deo ſingulos eorum, quibus miniſtrat, & digne deducens: At ad hoc, vt hoſce vniuerſos digne Deo deducere quis tandem queat, operæpretium eſt, vt miniſtrans illis temporalia, malorum ab eis auferat occaſiones, eaque in re eam exhibeat fortitudinem, vt, ſi ſors tulerit, etiam ſan-
E guinem fundat, quò ab imminentibus peccati occaſionibus eius eripiat animam, cui in temporalibus ſubuenit; Et inſuper vt humilitatis, & cęleſtis conuerſationis ſuæ eidem exhibeat ſpecimẽ. Quæ omnia vnica metaphora expreſſit ſponſa, cum has Chriſti manus dixit eſſe plenas *hyacinthis*, ſi ita eę intelligatur, vt explicatum eſt in primo ſenſu expoſ. primæ. Quid enim venulæ illæ cinereo, vel cęruleo colore citrinos, cæruleoſque hyacinthos referentes, quibus in externa præſertim parte decoræ ſunt manus, niſi exhibita extrinſecus humilitas cinereo colore deſignata, & conuerſatio cæleſtis colore ſignata cęruleo? Et ſi hyacinthis pretioſioribus, & rubris ob id plenæ eædem dicun-

DE ECCLESIA.

a 1 Cor 12. b Act. 6.3. c 1. Cor. 12. 28. d Act. 6.2. e Phil. 4.3.

Diſpẽſator Eccleſiæ debet eſſe fidelis. f 1. Cor. 4.2.

g 3. Io. 1.5.

Diſpẽſator Eccleſiæ animabus quoque proſpicere debet exẽplo vitæ ſuæ & tollendo occaſiones peccatorũ.

DE ANIMA. tur manus, quòd in extremis digitorũ purpureis, & pellucidis decoræ sint vnguibus, aptissimè pro fecto per hanc metaphoram ea designatur fortitudo, validumq. studium, qđ necessarium ijsdem ministris dixi, vt tollẽtes malorum occasiones, atq. ab illis animas abripientes fidelium, digne eas deducant, cum constet, ex vnguibus ipsis robur manibus inesse, vt abripere quidpiam valeant, tũc vero easdem vngues & rubicundiores esse, & magis pellucidas, cum maior adhibetur vis manuum.

Vers. XIIII. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

II. SENSVS *Manus Dei sũt Verbũ, & Spiritus sanctus.* a Psal. 33. 6.

MAnus omnipotentis Dei, quibus vniuersa & in cœlo facta sunt, & in terra, Verbum esse Patris, & Spiritum sanctum, nemo iure negabit, qui illud recolat Prophetæ Dauid a dicẽtis: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Hoc cum piæ sit exploratum animæ quæ ipsi desponsa est Deo, quæve Deum solum pro suo hẽt dilecto, sicut in præcedenti sententia sub labiorum metaphora Verbum ipsum commendauit, ac Spiritum sanctum, quatenus per illa à Deo dilecto suo osculo pascitur in affectu, ita laudat nunc eadem sub metaphora manuum, quatenus item à Deo per ipsa pascitur in intellectu, cuius id peculiare est studiũ, vt iugiter in speculatione versetur operum diuinorum. Et bene diuinum Verbũ, & Spiritũ sanctum tum labia nuncupauit, tum manus vnius eiusdemq. Dei, quia tametsi in hominibus diuersa à manibus labia sint, distincta que habeant munia, adeoq. ab se inuicem distent, vt non rarò pugnantia ea dixeris inter se, ac si non vnius, sed diuersorum membra essent, iuxta id, qđ ab Isaac dictum est ad Iacob, b *Vox quidem vox Iacob est, manus autẽ manus sunt Esau*. In Deo nihilominus ita inuicem consonant, vt planè identificentur, manibus operantibus dicendo, qđ est munus labiorum, iuxta illud psalmi, c *Dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt*, labijsve è vestigio verba, spiritumve proferentibus operando, qđ est officium manuum, iuxta illud item psalmi, d *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*. Ideoq. Moyses exponens primi hominis formationem, quã Iob manibus Dei tribuit, cum ait, e *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu*, præmisit eiusdem Dei labia sic loquentia, f *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, &c. Tum illico subijciens, quomodo dixerint operantes, ac si fuissent manus, intulit, g *Et creauit Deus hominẽ ad imaginem, & similitudinem suam*, &c.

Labia & manus in Deo eadem sunt.

b Gen. 27. 22.

c Psal. 33. 9.

d Psal. 13. 30

e Iob. 10. 8

f Gen. 1. 26

g Ge. 1. 27

Istarum itaq. Dei manuum in hac sententia texens encomium iuxta eum sensum, quem in prima expos. secũdo loco attulimus, exinde eas celebrat, quod tot decoræ sint annulis aureis, plenisve hyacintis, vt propemodum orbes eas dixeris, & quæ torno in circulos ductæ sint aureos. Annuli aurei in hisce Dei manibus ipsa sunt Dei opera: Ad tria siquidem ab hominibus aurei annuli deferri solẽt in manibus. Primò ad decorem, & nobilitatis insigne, sic in Epistola Iacobi dicitur, h *Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureũ annulũ habens in veste candida, introierit aũt & pauper in habitu sordido, intendatis in eum, qui indutus est veste præclara*, &c. Secundò ob regiam ostentãdam magnificentiam, sic in libro Machabæorum, i Antiochus Rex dicitur, cum morti proximus esset, vocasse *Philippum vnum de amicis suis*, & præposuisse *illum super vniuersum regnum, & dedisse ei diadema, & stolam suam, ac annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret*. Ac demum tertiò ad insignem contestandam sapientiam, atq. eruditionem; Atq. adeo in more esse videmus, vt qui Magistratus, & (vt dicũt) Doctoratus dignitate sint insigniti, annulum in manibus deferant aureum. Quartum quoque addere hic possumus, deferuntur enim & à sponsis, hácque ob causam Episcopis traduntur in ipsorum consecratione, quando Ecclesijs despõsantur, quibus vnusquisq. præficitur. Quòd diuina opera, vt manum Dei annuli aurei, illius contestentur decorem, gloriã, atq. magnificẽtiam, habemus aperte ex psalm. 110. vbi dicitur, k *Confessio, & magnificentia opus eius*. i. ex operibus eius redundat in eũ laus maxima, maximaq. magnificentia. Quòd aũt eadẽ & Dei ostentent sapientiam, ab eodẽ Dauid explicatum habemus in 138. psal. l *Tu formasti me, & posuisti super me manũ tuam; Mirabilis facta est scientia tua ex me*. i. Intuens manum tuã aureo exornatam annulo operis, quo me formasti sapientissimũ te exclamare cogor; siquidẽ, dũ me opus tuum nosco, mirabilem statim, eximiãq. tuam intelligo sapientiã. Ex qua deniq. re melius arguimus. Deum ipsum humanæ naturæ, & cuiusque animæ piæ sponsum, quàm ex nobilissimo Incarnationis opere, quo is quasi pretiosissimo annulo, carne nostra suã decorauit manũ? Agẽs aliquãdo Isaias Propheta, prædicensq. præstantissimum opus istud, hac dicens, *Propter Sion non tacebo, et propter Ierusalem nõ quiescã, donec egrediatur vt splẽdor iustus eius, et Saluator eius vt lampas accendatur; Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclytum tuũ*; Subdit, *Et vocabitur nomen nouum, quod os Domini nominabit*, nomen nimirum sponsæ, qđ os Dñi tunc sanè nominabit, & proferet, cũ diuinum Verbũ carnem induens, sponsum se tibi exhibebit. Id qđ exinde intelliges, quòd te, carnemque, & humanam naturam tuã, ipsum Incarnationis opus, veluti pretiosissimum circulum, annulũque aureum deferet in manu, filioq. suo. Additq. m *Et eris corona, & circulus gloriæ in manu Domini*; Et paulo inferius: *Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus*. sponsus videlicet tuus effectus. Rectè igitur, cum tot pretiosis, aureisve annulis exornatas uideamus Dei manus, quot nobis perspecta sunt opera earum, sponsa, piaque anima in hoc illarum encomio ait.

Opera Dei sunt veluti annuli aurei in manibus eius.

h Iacob 2. 2.

Aurei Annuli ad quid deferantur in manibus.

i 1. Mac. 6. 14.

k Psal. 110. 3

l Psal. 138. 5

Ex Incarnationis opere intelligimus Deũ factũ sponsũ animarũ.

m Isa. 62. 5.

PARAPHRASIS. *Manus eius tornatiles, seu orbes, & annuli aurei*. i. Tantis decoræ sunt annulis aureis diuinorum operum, vt eas meritò aureos annulos dixeris; Adiiciensque, *Plenæ hyacinthis*, cæruleis nimirum gemmis, indicat, eosdem, qui in hisce Dei manibus conspiciuntur, annulos aureos, eademque & diuina opera plena esse rationibus cœlestibus, cœlestibus Dei consilijs, & voluntatibus, cœlestia videlicet plura in illis proponi, quæ inquirantur, & attenta percipiantur speculatione, quod & Dauid professus est, tum in psal. 138. vbi dixit n *Confitebor tibi, quia terribiliter*, idest mirificè, *magnificatus es*, magnificum te exhibuisti in annulis operum tuorum; *Mirabilia enim opera tua, & anima mea cognoscet nimis*, idest, ea speculans vt aureos annulos plenos hyacinthis, cœlestia complura in illis intelligens, sanè cognoscet nimis respectu consuetæ aliorum hominum cognitionis, qui externam duntaxat eorumdem operum

In operibus Dei cœlestia plura proponi.

n Psal. 138. 14.

DE B. MARIA

operum intuentur speciem. Tum in pſal. 110. vbi apertius ait, *a Confitebor tibi, Domine, in conſilio iuſtorum, & congregatione: Magna opera Domini*, En in quo ipſi conſiteri velit, eumq. laudare cum iuſtis, ex ornatu aureorum annulorum, & operũ eius, quæ magna, & prætioſiſſima ſunt ſupra aurũ oẽ, & ſupra oẽm annulum plenũ hyacinthis. Ideo addit: *Exquiſita in omnes voluntates eius*, ſeu in quibus exquiruntur omnes voluntates, omniaq. conſilia eius, iuxta illud Apoſtoli, *b Inuiſibilia ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq. eius virtus, & diuinitas.*

a Pſal. 110. 1.
b Rom. 1. 21.

Verſ. XIIII. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

III. SENSVS. *Opera Chriſti ſunt illius manus*

Manuum appellatione deſignari opera, quorum illæ præcipuum ſunt inſtrumentum, ita & apud profanos auctores peruulgatum eſt, & ſacris in litteris conſuetum, vt abſque alia probatione poſſimus dicere, B. Virginem, cũ manus laudat Chriſti, illius laudare opera, tum ea, quæ pertinebant ad mores, tum ea, quæ miracula vulgò dicta fuere, quin & virtutem pariter ipſam, quam in diuinis habuit manibus ſuis operandi hæc, quæ ſupernaturalia eſſent. Bene, & admodum cõgruẽter iſtud manuum Chriſti encomiũ encomio immediate ſubiecit labiorum eiuſdem, in quo illius celebrauit verba, atq. doctrinã, ſuadentia puritatem, atq. mortificationem, cũ ipſa eius opera moralia conſentanea doctrinæ fuerint, quam is tradidit: Nam ſi docet mortificationem, ipſe prior illã in ſemet exercens, dicit, *c Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*, crucem nimirum portantem. Si docet humilitatem: *Diſcite*, inquit, *à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Si docet paupertatem, ipſe prior pauperrimum ſe exhibens, dixit, *d Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum.* Quod ſi & doctrinam, & conuerſationẽ illius ſimul in præcedenti celebrauit labiorum eius encomio, optima quoq. conſequentia nunc eiuſdem commendat opera, & miracula, quibus illius nedum conuerſatio illuſtrata, ſed & doctrina ſingulari confirmata eſt ratione, *e Opera enim*, dixit ipſemet aliquando, *quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, illa teſtimoniũ perhibent de me*, & alibi, *f Si mihi non vultis credere, operibus credite.* Laudans itaq. Virgo has Chriſti manus, hæcq. eiuſdem opera, laudat illas primum ex perfectione, atq. ex candoris, & lenitudinis pulchritudine, *Tornatiles*, ſeu iuxta verſionem Septuag. *Tornata*, ita nimirum ea aſſerens perfectè facta, tantoq. cum candore, & pulchritudine, quanta illa perfectè facta conſpiciuntur, candida lenia, ac perpolita, quę sũt torno elaborata. Quòd quàm verũ extiterit, vnica vocula, *Bene*, turba profeſſa eſt, quæ Chriſto miracula facienti, ſanitatesve mirabiliter operanti acclamauit, dicens, *g Bene oĩa fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui:* vbi aduerbium illud, *bene*, referri poteſt & ad conteſtandam qualitatem puritatis, & decoris operum Chriſti; Græcè n. καλῶς habetur, qđ & pulchre ſonat, ideoq. communiori ſenſu ſignificat, Chriſtũ oĩa adeo feciſſe decore, & pure, vt in eius operibus nihil inuenire ſit, qđ reprehenſione ſit dignũ, tametſi Phariſæi impie calumniam illi irrogarét,

Opera Chriſti conſona doctrina.
c Matt. 16. 24.
d Matt. 11. 29.
Opera Chriſti cõfirmabant illius doctrinam.
e Io. 5. 36.
f Io. 10. 38
Opera Chriſti omnia perfectiſſima & puriſſima.
g Mar. 7. 37.

A & ad conteſtandam bonitatem, & perfectionem modi, quo eadem facta fuiſſent: Ac ſi diceretur: Quicquid fecit, benè, perfecteq. fecit, ita vt cum ſurdos fecit audire, & mutos loqui, perfectam & iis tradiderit loquelam, atq. auditum. Id ipſum & de eiuſdem operibus iis dicendum, quæ ſpectarent ad mores. Porrò ambo iſta operum genera, ambæq. & manus eiuſdem aureæ dicuntur ob ornatum aureorũ annulorum, opera ſiquidẽ ſupernaturalia, & miraculoſa ob diuinitatis, qd præ ſe ferebant inſigne, quaſi aureo ornatæ erant annulo, qđ regiam & dignitatem in deferente ſignificat, & poteſtatem. Quis verò eſt, qui in Chriſti miraculis poteſtatem nõ aduertat diuinitatis? Quid ſignificant verba illa ipſius in ſanatione, & mun-B datione leproſi, *h Volo, mundare?* *i* Quid, *Surge tolle grabatum tuum, & ambula*, ad paralyticum? *k* Quid, *Remittuntur tibi peccata?* Quid ſimilia? nonne diuinam oſtendebant poteſtatem? Aurei profectò annuli erant, quibus manus Chriſti, eaq. illius opera ornabantur. Et bene annuli, & aurei, nam aurum (vt ſupra verſ. 11. oſtenſum eſt) diuinitatis eſt ſymbolum in ſacris litteris, & annulus pariter ob circularem figuram eiuſdem diuinitatis deſignat infinitatem, & æternitatem, opera verò eiuſdem moralia, aurea & ipſa dicuntur vt manus ornatæ annulis aureis ob inſigne præſtantiſſimæ charitatis, quæ & ipſa per aurum ſignificatur, vt ſæpius probatum eſt, & tantum, multòque maiorem operibus ſingulis confert ornatum, quantũ C manibus per annulos confertur aureos, adeo vt abſq. charitate nil virtutis præclarum dici queat, & dignum, quod à Deo reſpiciatur, vt latius probat Apoſtolus in 1. Epiſt. ad Corinth. *l*

Porrò eædem Chriſti manus, eadem. ſ. & opera vtriuſq. generis, nedum *aurea* dictæ ſunt ob præexpoſitos annulos aureos, ſed & *plenæ hyacinthis*, ob ornatum hyacinthorum, cœrulei coloris, ob cœleſtia, quibus ſingula eorum plena erant myſteria, ob cœleſtes, quas præferebant rationes, atque ob cœleſtis gratiæ denuntiationes.

Quod ergo hic à B. Virg. dicit, breuiter tale eſt, Opera Chriſti ſunt puriſſima, atq. perfectiſſima, D æque ac illud, quod torno elaboratur. Quæ miraculoſa extitere, diuinam in illo nuntiabant poteſtatem, æque ac aureus annulus in Principis manu Regiam ſignat potentiam; Quin & quæ ad mores ſpectarunt, ob aureos charitatis eximiæ annulos, manus aureę dici queunt, tam verò iſta, quã illa plena cę leſtibus fuere rationibus, cœleſtibus myſteriis, cęleſtique gratia, adeo vt merito dici potuerint *manus plenæ hyacinthis*, gemmiſve coloris cœleſtis.

DE B. MARIA.
Miracula Chriſti diuinitatis poteſtatem indicabant.
h Mat. 8. 4.
i Ioã. 5. 8.
k Luc. 7. 49.
Opera Chriſti facta ex charitate præſtantiſſima
l 1. Cor. 13 1.
PARAPHRASIS.

Verſ. XIIII. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.

E *Appendix Expoſitionum. Ex Antiquis Patribus collecta.*

Paraphraſis Chaldaica. Et duodecim tribus Iacob ſerui eius diſpoſitæ erant per circuitũ in lamina coronæ aureæ ſanctæ, ſculptæ in duodecim margaritis cũ tribus patribus mundi, Abrahã, Iſaac, & Iacob. Ruben ſculptus erat in lapide ſardio, Symeon in lapide topazio. Leui in ſapphiro, Iuda in carbunculo, Iſachar in ſmaragdo; Zabulon in iaſpide, Dan in beryllo, Nephtalim in achate Gad in Amethiſto, Aſer in chryſolito, Ioſeph in onychino, Beniamin in ligurio, qui ſimiles erant duodecim ſignis cęleſtibus, lucidi ſicut lam

APPENDIX.

pas,& politi in operibus suis sicut dentes elephantis,& splendentes sicut gemmę.

Dispensatores in Ecclesia sunt manus Christi & quales esse debēt.

Si mystici corporis Christi, & Ecclesiæ mēbra in hac panegyrica oratione celebrata quis quęrat, satisfiet illi sanè per optime per sensum à Gregorio Nysseno allatū, qui in homil. 14. per has Christi manus administratores illos intelligit, de quibus Paulus ait, a *Hic iā quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Ac primum notat, hisce manibus eamdem tributam laudem, quæ & capiti, aurū.n. illud, aureæ & istæ, quia tūc boni sūt Ecclesiæ dispensatores, cū se Christo capiti suo exhibuerint similes, vt sicut is ob summā puritatem aurū est purissimū absq. oī peccati scoria, ita & ipsi oīs vitij se exhibeant expertes. Id quod facile illis est, Si sint & tornatiles, atq. tornati, enitētes, vt id, qd superfluū est auaritiæ, vel aliarū affectionū, ab se abradant, vt quasi torno elaboratam, politā, & genuinā aurei capitis sui imaginem instar sculptoris periti in se repræsentent, nil aliud quā aurum, quàm puritatem, quàm & qd diuinum sit, in se retinentes. Quod illa laude significauit Apostolus, quam vnam in eis requirens, dixit: *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.*

Greg. Nis.

a 1. Cor. 4. 2.

1. Cor. 4. 2

Ponderat ad idem propositum Nyssenus id quoque dictum, qd, iuxta versionem Septuag. eædem manus dicuntur plenæ tharsis, quòd sponte sua quasi tornando, detritis omnibus, quęcunq. superuacanea, & corporea in eis erant, ad sortem diuinam transeant, omni crassa, & graui erga res vitæ huius affectione excussa. Quale quidam lapidum sculptores in massa smaragdina efficere solent. Etenim eo, quod lucidum non est, sed terrestre, per cotem absumpto, & detrito, solum id relinquunt, in quo splendor quidam conspicitur. Fundat hunc sensum Nyssenus in eo quod Hebraicarum vocū periti existimarint, in illo loco Ezechielis, quo dicitur, b *Et species rotarum, quasi species tharsis*, pro quo vulgata habēt, *Quasi visio maris*, per hoc vocabulum tharsis significari quiddam, quod colorum, & corporis sit expers, ac mentis intelligentia tantum percipiatur.

Simile.

b Eze. 1. 16 sec. sept.

Parum à Nysseno differt Psellus apud Theodoritum, qui per Christi manus sanctos intelligit Apostolos fideles diuinæ gratiæ dispensatores, qui se ipsos, omnem malitiam amputantes, expoliuerunt, sicque *aureæ, & tornatiles*. Porrò quod dicuntur *plenæ hyacinthis*, seu *Tharsis* ad cœlestem eorumdem refert spem, vnde & addit; Quamobrē & spe bonorum repleti sunt.

Psellus.

Apostolicis manus Cristi.

Aponius manus istas Christi, seu Ecclesiæ illos cēset esse ministros, quibus potestas eiiciendorum Spirituum collata est, qui fulgore conscientiæ, & conuersatione hominibus resplendēt, digni sanè, qui quadriformi laude celebrentur, dicti *manus*, & *aureæ manus, & tornatiles* examinatione præcepti, & decoratæ manus pretiosis hyacinthis.

Aponius.

Exorcistæ sunt manus Christi

Anselmus quoq. & Richardus de Sancto Victore mystici corporis Christi manus celebratas hic asserunt, dum per manus intelligunt iustorum, sāctorumq. actiones, & opera, quæ *manus tornatiles* dici, ait Richardus, quia perfecta sint. Sicut.n. tornatura rectè, & polite voluitur, & nihil inæquale, nullum obstaculum in se patitur, ita boni nihil reprehensibile operantur, sicve recta, ac polita est eorum operatio, præsertim cum sit diuina sapientia illustrata: Vnde manus istæ, *Aureæ*, dicuntur, quia lucent per diuinam sapientiam, nec tenebris offunduntur peccatorum, vel ignorantiæ. Dicuntur etiam *plenæ hyacinthis*, quia factæ sunt simplici intentione, & propter Deum tantum, atque sola spe, & desiderio cęlestium, hyacintus quippe est cęrulei coloris.

Anselmus

Richardus Simile.

Ora iustorū sunt manus Christi pulcherrima.

Declarat aūt Hugo de Sancto Victore lib. 3. Instit. monast. de claustro animæ cap. 21. quomodo mysticæ Christi manus esse aliqui valeant, dicens. *Manus* fiunt tornatiles, dum affectus animi facile diuertuntur ad quaslibet operationes. Sūt *aureę*, dum affectiones animi ab omni appetitu carnalis desiderii redduntur puræ, *plena sunt hyacinthis*, dū æstuant amore, & desiderio cęlestis patriæ.

Hug. Vict.

Man⁹ Christi vt quis efficiatur.

Eorum, qui non tam Ecclesiæ mystici corporis Christi, quam eiusdemmet Christi manus laudatas hic putant, communior est veterum Patrum sensus, vt metaphorica manuū appellatione illius designentur opera, & miracula. Ita Theodoritus, Cassiodorus, Greg. Papa, Philo Carpath. Iustus Orgel. Eucherius, Beda, & Rupertus Abb. tametsi inter hosce aliquid reperiatur diuersitatis in explicandis istarum manuū laudibus, quæ hic eis attribuuntur. Si quidē Theodoritus, Manus inquit eas virtutes vocat, quæ in actione consistunt, quas omnibus officijs sigillatim ita diligenter excoluit, vt inde veluti concentus quidam resultaret. Quāobrem ad Ioan. c *Sine*, ait, *modò sic.n. decet nos implere omnem iustitiam*. Aureas appellat vt pretiosas, & eximias, nam & *Tharsis* propter auri præstātiam posuit, illinc enim, dicit scriptura, sincerum, & purum, ac probatum aurum deferri.

Opera, & miracula Christi dicuntur illius manus.

Theod. Cassiod. Gre. Pap. Philo. Iustus. Eucher. Beda Rup. Abb.

c Mat. 3. 15

Has Christi manus, *tornatiles*, ob celeritatem, qua prædicta Christi opera fiebant, quatenus qd torno fit, velocissima fit operationē, asserunt Eucher. lib. 3. in lib. Reg. Cassiodorus, Beda, atque Rupertus Abbas.

Opera Christi quàm cito fierent.

Philo verò Carpath. & Greg. Papa, quia vndequaque perfecta ea erant opera, quia sine impositione iniquitatis, ait Greg. ex omni parte in iustitia gradiebantur. Quod enim tornatur, in rotunditate sui sine obstaculo voluitur.

Opera Christi perfectissima.

Aureæ eædem dicuntur, quia diuina fiebant potentia, cum in auro diuinitas ipsa signetur. Addit Greg. Papa, quia quid quid exterius inter homines Christus operabatur, interius in diuinitatis pulchritudine disponebatur.

Plenę demum *hyacinthis* asseruntur, ait Eucherius vbi supra, quia ad gloriam Patris vniuersa, quæ Christus fecit, retulit, & per opera, quę fecit, nostros ad quærenda cœlestia erigit sensus. Quia omnis eius operatio nos ad spem, & desiderium supernorū excitat, dicunt Cassiodorus, & Beda. Quia quicunq. illius opera pio corde imitantur, felicitatis æternæ muneribus in retributione ditātur, ait Gregorius Papa. Et demum, quia Christi opera plena erāt infinitis penè rationibus diuinis, propter quas ita & cum his circumstantiis fiebāt, inquit Rupertus Abbas.

Opera Christi cur dicta plena hyacinthis.

Philo Carpathius, Cassiodorus cum Beda, & etiam Iustus Orgelitanus haud de metaphorisis hisce, sed de propriis Christi manibus hæc sumunt, triplicique ea exponūt ratione, Philo enim arbitratur, piam animam, seu Ecclesiam in hisce fateri, se omnia bona suscepisse à saluberrima Christi passione, & morte; Tunc, ait, *tornatiles* factæ sunt Christi manus, quando is illas extēdit in cruce, quando eæ clauis perforatæ fuerunt, quæ ob Christi diuinitatē, puritatem, atq. potentiam *aureæ* dicuntur, *plenæ* verò dicuntur *Tharsis*, ob multitudinem Gentilium conuersorum; Tharsis enim, inquit Philo, conuersio gaudii interpretatur, & cum Christus in cruce manus extendit, Gētium Ecclesia magno cum gaudio conuersa est.

Philo Car.

In cruce manus Christi factæ tornatiles.

Melius Cassiodorus, & Beda: *Manus* Christi *plenæ*

Cassiod. Beda.

LITTERA.

plenæ fuere *hyacinthis*; quia in cruce clauis perforatæ, & rubore sanguinis quasi colore purpureo respersæ sunt; quatenus hyacinthus est etiam flos aromaticus, coloris purpurei, bonique odoris.

Intrucemanus Christi plenæ hyacinthis.

Manus deniq. Christi *tornatiles*, quia ad omne opus bonum semper extiterunt paratæ, dicit Iust. Orgelitanus.

Iustus Or.
Tres Patr.

Tres Patres apud Theodoritum: Dei manus, i. vim effectricem, & conseruatricem illius accipientes: eas inquiunt esse *tornatiles*, & varia Dei sapientia expolitas, purgatasque vt aurum sincerum, & tanquam *Tharsis*, quod gaudii cōtemplationem significat, plenas vera cognitione bonitatis eius, qua omnia lætantur.

Manus Dei vis effectrix & conseruatrix illius.

Ex Vers. XVI. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

B

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LOcus iste difficillimus sanè mihi est; tum quia haud omnino constat quid potissimum sponsi in hoc encomio cōmendetur, interiora ne, cum in textu Hebraico legatur, *Viscera eius*: an vēter ipse extimus, qui ipsorum receptaculum est viscerum, & interiorum: tum quia, si extimus cōmēdetur venter, incertum id quoque est, An is ex innata celebretur pulchritudine; an verò ex adhibito vestimentorum ornatu: quod & pudicā magis decet sponsam, & puellis proponetur honestius: tum quia ingens in textibus Hebraico, Græco, & Latino est varietas lectionum: Quod. n. noster legit, *Vēter eius eburneus*, in Hebræo est מעיו עשת שן mengau ngheseth scēn, id est, *Viscera eius asser*: seu iuxta R. Abraham, *vas eboris*. Septuag. vero, κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον, quod duobus modis latine verti, legique solet à Patribus; vel, *Venter eius pyxis eburnea*: sumendo vocem πυξίον vt diminutiuū vocis πυξίς, prout sumpsisse videtur Theodoritus & Apon. in suis commentariis, sicque legit Amb. in concione de obitu Valentiniani, & sic ferè cōmuniter citari solet à recentioribus versio huius loci Septuag. Vel sumendo eamdem vocem πυξίον in proprio significatu pro tabella, in qua à scriptoribus antiquibus exarabantur litteræ, & pro qua libet alia tabula, quomodo & ab iisdem Septuag. sumpta est in lib. Exod. *a* vbi Moysi dictū à Deo legimus; *Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi tabulas lapideas.* τὰ πυξία τὰ λίθινα. Quo sensu hæc exposuere Gregorius Nyss. Catena triū Patrium, & Psellus. Vnde & B. Hieronym. comme. in 2. cap. Ezech. eodem sensu legit: *Venter eius quasi tabula eburnea*. Nec minor in subsequentib. est varietas: nam pro eo, quod in Vulgata habemus: *Distincta sapphiris*, Hebræa legit, מעלפת ספירים menghullephet sapphirim, idest, *vellus*, seu, *opertus sapphiris*: Participium namque opertus iungitur cum nitoris voce, quæ in Hebræo est feminini generis. Septua. verò ἐπὶ λίθου σαπφείρου: *super lapidē sapphiri*. Quò difficiliora ergo hæc sunt, quæ i breui ista dicuntur sententia, eò plures afferam eorū sensus, è quibus eum sumere quisque poterit, quē magis probarit.

R. Abrah.
Theod.
Aponius.
Ambros.
a Exod. 24. 12.
Greg. Nys.
Psellus.
Tres Patr.
Hierony.

C
D
E

Primus autem, quem ipse magis probo, vt & loquenti sponsæ honestissimæ, & pudicissimo, qui commendatur, sponso congruētissimum, is est; vt ventris vocabulo non tā externus, carneusq. significetur venter, quàm quæ intra ventrem sunt præcordia, quō & in superiorib. vers. 4. huius capitis

I. SENSVS.

A 5. idem vocabulum sumptum vidimus ab ipsamet sponsa dicente, *b Et venter meus intremuit ad tactū eius*, vt ibi declaratum à nobis est expositione prima. Cui acceptioni cōsonat vox Hebraica מעיו mengau, quæ (vt dictum est) propriè significat, *Viscera eius*.

LITTERA.
Venter pro præcordiis.
b Cāt. 5. 4.

Iuxta hanc igitur ventris acceptionem sponsa, quæ pudicissima cum sit, pudicissimum quoq. nouit habere se sponsum, ne ex præstantissimis, quæ hucusque contexuit membrorum illius encomiis & ex celebrata eximia eius pulchritudine in adolescētularū, quas alloquebatur, animos quid irreperet inhonesti, quod contra eiusdem dilecti sui pudicitiam quoquomodo esset; in medio panegyricæ orationis suæ ex manuū encomio, ad cordis, & præcordiorum eius transit laudationem, omissis externis mēbris, q̄ inter manus, sūt atq. crura, & tibias: Laudat vero ea, assumens ad illorum exprimēdas laudes similitudines duarum rerū, quæ ambæ decus exprimunt pudicitiæ, eboris, atq. sapphiri. Ebur quippe castissimi dens est animalis, cādoreq. suo candorem præsefert pudicitiæ: Et sapphirus castitatis esse dicitur amantissimus: Vnde Marbodæus lib. Dactylothecæ c. 52, post multa, q̄ in huius lapidis encomiū dicit, hunc addit versū.

Marboda.

Sed, qui gestat eum, castissimus esse iubetur.

Quin & purissimo etiam sereni, ac purissimi cæli colore ipsamet sui specie puritatē signat. Cum itaque dicit: *Venter eius eburneus distinctus sapphiris*: tantumdem est, ac si dicat.

Præcordia instar eboris candore purissima sūt eximio, pudicissimisq. decora sunt cogitationib. sūtq. instar eburnei vasis, distincti, & exornati sapphiris: quo certè multo is illustratur magis, q̄ omnimoda externorum membrorum pulchritudine

PARAPHRASIS.

Vel alio modo, iuxta versionem Septuag. eadē tamen ratione accipientes ventris vocabulum, per hæc: *Venter eius pyxis*, seu, *tabula eburnea super lapidem sapphirum*: idem significatur, atq. id quod per eamdem sponsam de eodem dicetur dilecto suo in cap. 7. verbis iis: *c Ad me conuersio eius*; vt tantumdem sit, ac si dicat.

II. SENSVS.
c Cāt. 7. 10

Cor dilecti mei purissimum, candidissimumq. est, instar eburneæ pyxidis, tabulęve eburneę, quę sit super nitidissimum lapidem sapphirum: totum quippe quantum illud est, super me nititur, quæ cum pudicitiæ, & puritatis amantissima sim, non immerito lapidi sum assimilanda sapphiri, qui & puritatis comes est, & pudicitiæ.

PARAPHRASIS.

Quòd si ventris vocabulum pro externo ipso sumamus ventre, id supponendum, quod ab omnib. hoc loco supponitur, commendari hic & pectus, & totum reliquum corpus, quod à collo ad imā interiacet ventris partem.

Quo supposito, adhuc nihilominus difficile est mentem explicare sponsæ, quid. s. in tali celebret ventre, quave id celebret ratione; quadruplici. n. modo illud eius encomium accipi, & exponi pōt; siquidem vel laudatur venter ex innata, natiuaq; pulchritudine; vel ex adsciticia externorum dūtaxat ornamentorū; vel ex vtraq;. Si ex natiua is celebrari dicatur pulchritudine, duplicem assignare est sensum.

Primus, vt ex eximio is cōmendetur candore, & nitore in eo, quod dicitur *eburneus*, sicut & infra *d* sponsæ collum ob eamdē rationem turri cōparatur eburneæ. Quia verò in candido viri corpore pulchræ quædā dispersæ sunt venulæ, costarūq; & musculorū vmbræ liuidulæ, hisce quoq. maxime decorum asseritur dilecti corpus, eque nimirū venulis, vmbrisve istiusmodi vndiq. sparsum, ac si distin-

III. SENSVS.
d Cāt. 7. 4.

LITTERA.

distinctū esset sapphiris, ad quorum cæruleū, niti dumve colorem liuor sanè ille accedit quoquo pacto. Quem sensum exprimit fortasse melius lectio Hebraica, qua dr̄ *Viscera eius .i. venter eius*, contentum pro continente (vt declaratum est ex positione prima vers. 4. huius item capitis) *Intor eboris tectus sapphiris*. Venulæ siquidem, & vmbræ, quas dixi, perbelle concinneque nitorem adumbrare solent in candido viri corpore, ita vt admodum congruenter dici potuerit, corpus ipsum dilecti tectum, vmbratumve sapphiris.

IIII. SENSVS.

Facilior tñ alter erit sensus, & forsitan quoque congruentior, vt idē dilecti corpus ex natiua hic cōmendetur pulchritudine, quæ in cādore sit, & nitore, nec non & in specie eximia, duab. similitudinibus, eboris cādidi, atq; pellucidi, & pulcherrimorum sapphirorū ebur ipsum exornantiū, eodem modo, quo in Threnis à Ieremia cōmendatos est videre Nazaræos, vbi dr̄: *a Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores*. Iuxta versionē illā Septuag. *Venter eius pyxis eburnea super lapidē sapphiri*, idē corpus è decēti pariter cōmendatur forma, tereti nimirū, & oblōga, qualis est forma pulchræ pyxidis; siue ex omnibus ad pulchritudinē necessarijs celebratur: è forma, & candore, atque nitore, vt sapphiro ipsi præferendū id sit, quo sūma exprimi solet pulchritudo, vt apparet ex citato Threnorū loco, quo Nazaræi dicuntur sapphiro pulchriores; ita ut, quod adiectū est, *Super lapidem sapphirum*, per excessum accipien dum sit, ac si dicatur.

Thren. 4. 7

PARAPHRASIS.

Venter eius (pro proprio membro ventris) & forma, & cādore, & nitore similis est pyxidi eburneæ, pulcherrimusve est ita, vt pulchritudo ipsius excedat sapphirorum pulchritudinem.

V. SENSVS.

Si vero haud ex natiua, sed ex adscititia externorum ornamentorū pulchritudine idem sponsi corpus hoc loco celebratū velimus, qđ & loquenti, & audiētibus puellis honestius dicetur, aptiusque intentioni congruit sponsæ, id potissimū in panegyrica hac oratione intendentis, vt dilectū suū talibus describeret signis, vt à puellis, quas alloquebatur, & à quibus de eius qualitatib. fuerat interrogata, ille dignosci posset visus inter viros alios: ex thorace illū describet albo, qui ob politiem candori æquiparandus videatur ebori. Qđ adiicit, *Distinctus sapphiris*, vel ad eiusdē thoracis descriptionē pertinet, qui segmentis ornatus cærulei coloris, ita sapphiris distinctus dicatur coloris cærulei, quū ob politiem, & cādorem per hyperbolem dictus est eburneus: Ac si dicatur.

PARAPHRASIS

Thorace admodum pulchro indutus est, cādido, segmentisve cærulei coloris ornato, vt *venter eius* iure diciqueat *eburneus distinctus sapphiris*. Vel pertinet ad descriptionē cinguli, qui ob colorem itē cæruleum sapphiris cōparetur: Ac si dicatur.

PARAPHRASIS.

Candido indutus est thorace, & perpolito, cæruleaq; præcinctus est zona adeo perbelle: vt *venter eius* videatur *eburneus, sapphiris distinctus* aliis. Vel iuxta versionē Septuag. vt *venter eius* videat, pyxis aut *tabula eburnea super lapidē sapphirum* innixa. Quamquā, si Rex Salomon hic describatur, qui in pcedētib. aureo descriptus est diademate, aureisve annulis plenis hyacinthis, haud alienū à veritate dicetur, si & *eburneus* dicatur *eius venter* ob thoracē candidum, sericoq; & argento intertexto præfulgidū; cum in ebore eximius simul & candor, & nitor effulgeat; & idē super lapides sapphiros innixus, seu *distinctus* dicatur *sapphiris*, qđ pretiosa is esset cinctus zona plena sapphiris.

A Melius tamen iudicio meo locus iste explicabitur, si dixerimus, sponsi ventrē, & corpus laudari tum ex natiua, tum ex adscititia ornamentorum pulchritudine, quomodo eius & caput laudatum vidimus, & manus. Siue natiua quidem eius pulchritudo è colore, nitoreque, & secundum versionem Septuag. etiam ex forma celebrabitur per eboris, aut eburneæ pyxidis similitudinem: Adscititia verò ex perpulchro cinguli ornamento, iuxta uersiones Vulg. & Septuag. iuxta lectionem vero Hebraicam, quæ pro, *Distinctus*, habet, *Opertus sapphiris*, ex thorace item perpulchro, qui sapphirorum appellatione expressus sit, vel ob colorem cæruleum, quo libenter vti videmus iuniores pastorum: Vel quia sapphiris, alijsve repletus & con

B spersus est gemmis, qualē Regē decuit Salomonem. Vt quod hic dicitur, omnino tale sit.

DE ECCLESIA.

VI. SENSVS.

PARAPHRASIS.

Venter eiusdem dilecti mei adeo & forma, & candore insignis est fulgido; vt nitorem dicatis cum ebore, eburneamque pyxidem sane perpulchram; eoque illustrior idem est, quòd cæruleo opertus torace, *sapphiris* planè videtur *contectus*; seu cærulea zona præcinctus, *sapphiris* idem videtur *distinctus* à corpore reliquo, & super sapphiros innixus: Vel, eò idem emicat pulchrius, quòd zona accinctus est, vel etiam thorace opertus, quæ pretiosis conspersa sunt gemmis, sapphirisque præsertim.

C

Ex Vers. XIV. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Plebs fidelis quo venter Christi.

POst commendatos dispensatores verbi Dei, qui in mystico Christi corpore labiorum obtinent locum, necnon & dispensatores tēporalium, qui in eodem corpore manuum munia explent, congruenti sane ordine eiusdem Christi sponsa Ecclesia, fidelū modo laudat populum, qui cum à prędictis pascatur dispensatoribus, apto ventris vocabulo exprimitur: tametsi & instar pectoris fortis quoque sit in bello aduersus spirituales

D nequitias: fortitudinem quippe, ac robur omne inde habet, quòd instar ventris nedum temporalibus, sed & spiritualibus pascitur cibis, quos intra se susceptos retinet, concoquit, digeritve. Sicut & robur carnei pectoris ex bene expletis muneribus ventris prouenire, non dubitamus, ideoq; à sponsa sub vno ventris nomine tam venter, quàm pectus ipsum celebratur.

III. SENSVS

In fideli plebe qualis quisque esse debeat.

Porro iste mystici corporis venter, & quotquot in fideli populo ventris munia rectè explent, suscipientes verbum Dei, illud vè intelligentes, & fructum afferentes vel centesimum, vel sexagesimū, vel trigesimū, iuxta statuū, perfectionisve diuersitatem, eboris similitudine, & ex puritatis cā

E dore, ac innocentis vitæ nitore, quo vt filii lucis ambulant, & ex soliditate, ac perseuerantia laudātur, qua æque, ac si eburnei essent, & ossei, tum in candore, tum in ipso perseuerant nitore. Augetur que maximè eorūdē, vt venter Christi sunt, laus, quòd cum dicto candore, atq; nitore iunctos habent perpulchre & liuores, & vmbras, humiles nimirū sui ipsius considerationes, quibus quasi liuidulis venis à Deo, qui centrū est corporis eorū, sanguis defertur diuinæ gratiæ, per quem & vitam item gratiæ viuunt, & cęlestium rerum meditationes, vmbras quidem respectu supercęlestium earum speculationum, quarū in clara Dei visione beati cōpotes sunt in patria, præfulgidas

DE ANIMA.

das nihilominus,& quibus quasi cæruleis, pretiosis, splendidisve decorantur sapphiris.

Candidi item, ac nitidi existentes tum puritate conscientiæ, tum fulgore sanctæ conuersationis,& instar eburneæ pyxidis,& instar eburneæ tabellæ scriptoriæ, iuxta versionem Sept. iidem esse dicuntur: quia instar pyxidis perfectionis studio rotundi,& ad sublimiora semper se extendentes oblongi, fragrantissimum diuinæ gratiæ intra se seruāt vnguentū: Atq. instar tabellæ scriptā Dei digito totam in se habent legem diuinā. [*Legem Dei in se scriptā gestiunt sancti quique.*] Quin & vt eburnea sunt pyxis,& vt sunt eburnea tabella super lapides sapphiri esse dicuntur; quia conuersatio eorum in cælis est, Deum sequi studentes, quem norūt super sapphiros pariter versari,& residere, vt colligitur ex lib. Exodi, vbi dicitur, a *Visum esse Deum Moysi, Aaron, Nadab,& Abiu, & sub pedib. eius quasi opus lapidis sapphirini*: & ex Ezechiele in primo c. vbi dicitur, b *similitudinem throni Dei extitisse, quasi aspectum lapidis sapphirini*; quod & in c.10. replicatur. c

[a Exod.24. 10. — b Ezech.1. 26. — c Ezec.10. 1.]

Ex Verf. XIV. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

QVi illud memoria teneat, quod in Zachariæ Cantico legitur: d *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quib. visitauit nos oriens ex alto*: haud sanè ambigit, quin à pia anima sub vētris, seu (vt expressius habet Hebraicus textus) sub Dei viscerum metaphora encomium hic contextum sit misericordiæ diuinæ: quo duplici similitudine cādoris eburnei,& distinctionis, seu ornatus sapphirorum duplex pariter in illam confertur laus. [*Misericordia venter Dei.* — d Luc.1.78] Commendatur siquidem primum ex candore, vt pote ex signo pacis, remissionis, atq. lętitię, quæ ab ipsa prouenient Dei misericordia. [*Misericordia Dei cādore pacem præ se fert, & lætitiā.*] Sic in historiis legimus, Reges quosdam erectione vexilli cādidi misericordiam obsessis pollicitos, iniuriarumq; condonationem,& pacis exhibitionem: ideoq. fortassis Angeli, qui visi sunt mulierib. ad Christi sepulchrum, e quive post eiusdem Christi ascensionē f cætui Apostolorum apparuerūt, in vestib. albis exhibiti sunt; [e Luc.24.4 — f Act.1.10] vt eo vestium candore suam Deus p illos cōtestatam voluerit misericordiam, propter quam in Christi morte peccatorib. data fuisset venia, pax mundo reddita esset,& gaudium vniuerso terrarum orbi. Commendatur secūdò ex eo, q distincta sit sapphiris, actionib. & perfectionibus decora cælestib. quatenus haud erga amicos duntaxat exhibita ea est, prout misericordia hominū, atq. terrestris; sed & erga inimicos: [*Misericordia Dei quāto decora actionib. cælestibus vt sapphiris.*] quod efficacibus verbis probat Apostolus dicens: g *Eramus aliquādo & nos insipientes, increduli, errantes, & cū autē benignitas,& humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operib. iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secūdum suā misericordiā saluos nos fecit.* [g Tit.3.3.] Bene aūt misericordiæ exhibitiones istiusmodi cęlestes dicuntur, atq; adeo per sapphiros designatæ sunt; vt ex Domini verbis colligere licet, quib. in Euangelio ait: h *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt: & si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt: & si mutuum dederitis his, à quib. speratis accipere, quæ gratia est vobis? nā & peccatores peccatorib. fœnerantur, vt recipiant æqualia*: [*Misericordiæ opera exercenda etiam cum inimicis.* — h Luc.6.32] Idest, si charitatē,& misericordiā in hos tm exercueritis, nil sanè factū vobis arbitremini, quod terrestrem superet misericordiam: At ego volo, vt faciatis opera misericordiæ, quæ cęlestem, diuinamq; sapiant misericordiā. Ideo bene subdit: *Verumtamē diligite inimicos vestros, benefacite,& mutuum date, nihil inde sperantes: & eritis filii Altissimi, quia ipse misericors est super ingratos,& malos. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est.*

DE B. MARIA.

Ex Verf. XIV. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

COmmendatis Christi operib. tum ex eorum perfectione, tū ex eo q in illis virtus eluceret diuinitatis, congruenter B. Virgo eā in eodē celebrat parte, quę minus in se laudis hēre videbatur, humanitatē, q vt infirmiorē, vētris expressit metaphora; [*humanitas Xpi quāpura, quāve excelsa.*] quia & īter humani corporis mēbra nullum vētre fragilius, nullum reperitur mollius; laudatq; hunc Christi ventrem, dicens illū eburneū propter insignē eius puritatem, distinctumq. eum dē asserit sapphiris; [Ex Cassio. Beda. Rup. Abb.] quia in fragilitate,& infirmitate carnis cælestib. effulgeret virtutib. Multa quidē circa hunc sensum dicenda essent, sed pro nūc sat sit, per vnum illud Apostoli dictū confirmare eū, simul ac explicare. De Christo. n. homine agēs Apostolus in epistola ad Hebræos, hæc hēt, i *Nō habemus Pontificē, qui non possit cōpati infirmitatib. nostris, tentatum per oīa pro similitudine absq. peccato, oportebat. n. vt nobis esset Pōtifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatorib. & excelsior cælis factus.* [i Heb 4.15] Ex his namq. apparet, q rectè B. Virgo nedum eburneo candore tantā expressit puritatem, sed & distinctione sapphirorū illud ipsū celebrauit, quod in humanitate ipsa dilectus eius celsior cęlis factus est. Id, quod expressius significatur in versione Sept. quæ habet: *Venter eius pyxis, seu, Tabula eburnea super lapidem sapphirorum.*

Ex Verf. XIV. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

IN paraphrasi Chaldaica nihil reperi, quod verbis hisce specialiter cōperat: Totū. n. versū quartumdecimum cōprehendit, quæ retuli in principio appendicis præcedentium verborum.

Cum istius snīæ triplex apud Patres sit lectio, nēpe Vulgata,& Sept. Interpretū; quæ (vt visum est in 1. exposit.) est duplex; Vel; *Venter eius pyxis eburnea*; vel, *Venter eius tabella*, seu, *tabula eburnea super lapidem sapphiri*: afferamus primùm eorū sēsus, qui lectionem exponunt Vulgatæ: dein & reliquos illorum Patrum, qui alterutram prædictarū lectionum Septu. exposuere.

Communior Vulgatæ sensus est Cassiod. Bedę, atq. Rupe. Abbatis, qui per ventrē Christi eburneū purissimam illius accipiunt humanitatē, quæ instar vētris fragilioris partis totius corporis, fragilior in Christo extitit respectu diuinitatis: [Cassiodo. Beda. Ruper. Ab. — *Humanitas Xpi illius dicitur venter.*] Per sapphiros verò cęrulei coloris diuinā virtutē: ac si dicatur: Fragilitas quidē in illo substantiæ mortalitatis vera erat, sed hæc lasciniæ mortalitatis, penitus expers, diuinorū potius operū splendida clarescit [*In humanitate Xpi*]

APPENDIX.

fecit in signibus. Et bene, inquiunt, *distinctus* hic *venter sapphiris* asseritur, quia inter passiones assumptę humanitatis crebra exhibebat indicia porpetuæ diuinitatis.

Elucebāt indicia diuinitatis eiusdem.

Addit Rupertus: per id, quod *venter* iste dicitur *eburneus*, significari humanitatem, & carnem Christi esse totius humani generis decus, atq; gloriam, & pretiũ; sicut totius magni corporis elephantis totũ pretiũ, totaq; pulchritudo est ebur.

Humanitas Christi est gloriatotius humani generis.

Alio pacto Gregor. Papa per Christi ventrem mortalitatem illius intelligit; per ebur immortalitatem, vt significetur, eius mortalitatem, ad immortalitatem perduci, dum per resurrectionẽ ad gloriam æterni Patris in vita æterna collocatur; quatenus ebur est os valde durabile, & in Regum ornamenta assumitur. Dici vero hunc ventrem distinctum *sapphiris*; quia in nostra corruptione, quam portauit, cœlestia opera per miracula, quæ faciebat, passionibus nostris inseruit.

Per mortalitatẽ Christus perducta est ad immortalitatẽ suo venter eius eburneus.
Greg. PP.

Inter eos, qui mystici corporis Christi ventrem accipiunt, Sanctos Prædicatores sub ventris metaphora designatos censet Iustus Orgel. qui credentes pariunt in fide, eburneũq; hunc ventrẽ dici propter baptismũ, in quo cũ Christo moriũtur per illos geniti: quatenus ebur est os speciosum, & incorruptibile defuncti animalis. Distinctũ vero *sapphiris*; quia adornati illi sunt ijsdẽ, quos in cõfessione generãt, Sanctis, atq; cælestibus viris.

Prædicatores, sũt Christi venter.
Iust. Org.

Aponius è contra ex eo, quod in ventrẽ immittuntur, & cõseruantur cibi, per Christi ventrẽ illos ipsos intelligit, qui cõuertuntur, & Spiritũsanctum aiarum cibũ renascẽdo percipiũt, & eboris decorẽ, robur, ac imputribilitatẽ in se habẽtes distincti sunt speciosis, egregiisve integritatis gẽmis.

Aponius.
Conuersi ad fidem, & sanctificati sunt venter Christi.

Coniugatos Sanctos Christi ventrem accipiũt Anselmus, & Richard. de Sancto Victore, quia instar ventris mollioris totius corporis partis mollius viuunt, eburneos dictos ob coniugalẽ, quam seruant, castitatem; sic vtentes hoc mũdo tanquã non vtantur: Distinctos vero *sapphiris* cærulei coloris, quia etsi in mundo sint, cælestia nihilominus faciunt, meditantur, & sapiunt, ita vt propterea Paulus *a* diuisos illos appellet.

Cõiugati bonis sũt Christi venter.
Anselmus.
Richar.

a 1 Cor. 7. 33.

Eorum, qui illam sequuntur lectionem Septu. *Venter eius tabella eburnea in lapide, seu super lapidem sapphirũ*: Greg. Nissen. hom. 14. per Christi vẽtrem intelligit cor humanũ eo sensu, quo in prima exposit. ostensum est, ventris vocabulo significari intima præcordia: Tabellã eburneam hunc ventrẽ dici, ait; quia Sanctorũ cor sit purissima diuinæ legis tabella iuxta illud Apostoli asserentis *b* Legẽ Dei esse scriptã *non atramento, sed Spiritu Dei viui; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*. Eburneum ob puritatis candorẽ dici, inquit Nyssenus, huiusmodi cor, atque tabellã; sed & in lapide sapphiro cærulei coloris, vt per hoc intelligeremus, cor nostrum ea, quæ sursum sunt, velle debere, eoq; esse intentum, vbi thesaurum suum conditum habet, ita vt attendens diuinis præceptis non fatigetur spe cælesti recreatũ. Nyssenum sequitur & Psellus.

Iustorũ cor est venter Christi.
Greg. Nys.
Cor iusti est veluti purissima tabula, i quasi scripta lex Dei: idẽque cælestib. nititur rebus.
b 2 Co 3 3

At catena Trium Patrum, eamdem sequens lectionẽ, Dei ventrem illius accipit sapientiam, quę in se ipsa, quatenus causa, gerit rõnes rerum, vt basim ea habet, quæ visibilia sunt (inuisibilia puto legendũ) vt lapidem sapphirum propter firmitatẽ, coloremq; cæruleũ: per actionẽ vero descripta est in rebus procreatis, per quas vti liber quidam eburneus, politus, & purus diuinã gloriã, & magnificentiam verè, perspicueq; repræsentat. *c* *Inuisibilia enim ipsius à creatura mũdi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Quibus in verbis admodum obscuris, crediderim, Tres Patres id sibi velle, vt venter Dei (sapientia nimirũ eius) exinde hic celebretur, quòd à nobis percipitur fundata quidem in rebus inuisibilibus, & cœlestibus, vt super lapidem sapphiri, sed quæ in rebus creatis, & in mundo isto visibili veluti ĩ tabella, ac libro perpolito legatur.

Tres Patr.
Dei sapientia legitur velut in libro in reb. creatis, quę videntur.
c Ro. 1. 20

Ex ijs denique, qui tertiam sequuntur lectionẽ item versionis Sept. *Venter eius pyxis eburnea super lapide sapphiro*: Theodoritus per Christi ventrem videtur mihi intelligere Sacram scripturam, vbi sunt thesauri sapientiæ, & sciẽtiæ Dei; ideoque rectè ab ipso appellatam profunditatem mysteriorum, & penu cognitionis. Hunc porro ventrem super lapide quidem sapphiro esse, inquit, ob rerum diuinarum arcanã profunditatem: eumdem tamen dici vasculum eburneum, candidum, & nitidum illis, qui reuelatione sunt digni. Notatq; Theodoritus, ob hanc rationẽ *d* comas Christi, quæ perspicuæ sunt, dictas esse nigras; ventrem verò econtra nunc, dictum eburneum; quia illis, qui nondũ diuinam assecuti sunt reuelationem, ea quoq; videntur obscura, & difficillima, quæ manifesta sunt: Qui vero ad intima mysteria sunt admissi, ijs perspicua videntur etiam illa, quę sunt obscura, iuxta illud. *e* *Incerta, & occulta sapiẽtia tuæ manifestasti mihi.*

Theodor.
Scriptura sacra venter Christi, & penu cognitionis.
Scriptura sacra, & quibus perspicua sit, & quibus obscura.
d Cãt. 5. 11
e Ps. 50. 8.

Legem veterẽ per Christi ventrem Philo Carpathius accipiendã censet ex illo Psalmi. *f* *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerũt ab vtero.* Hãc pyxidi eburneę comparatam ait; vt in pyxide sententiæ recõdi solent, & decreta Principum, ita in lege Patriarcharum oracula, & Prophetarum vaticinia de Christo recondita sunt ad cœleste regnũ pertinẽtia. Pyxidem verò istam eburneam dici in lapide sapphiro; quia, sicut ebur obscurius est, ac vilius, quàm sapphirus lapis pretiosus coloris cœlestis, & lucidissimus: Ita lex vetus (siue Patriarchas, & Prophetas per legẽ intelligas) Euangelica lege, eiusque auctore Christo Iesu longè vilior est, planeque omnino inferior.

Lex vetus venter Christi, & pyxis eburnea.
Philo Car.
f Ps. 57. 4.

Addit idem Philo & alium sensum; vt per Christi ventrem ij intelligantur iusti, & sancti, in quibus vt in purissima, ac nitidissima eboris pyxide codices diuinæ sapientiæ conditi sint. Quem sensum tangit & Ambrosius oratione in obitu Valẽtiniani, Ventrem &c. illum esse, inquiens, qui recipere possit oracula scripturarum.

Iusti sunt venter Christi & pyxis eburnea sanctarum scripturarum.
Amb.

Vers. XV. Crura eius columnæ marmoreę, quæ fundatæ sunt super bases aureas.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

I. SENSVS.

Crurum nomine tota illa corporis significatur pars, quæ à coxendinum fastigio incipit vsq; ad imos pedũ digitos. Hoc itaque vno encomio sub vno pariter crurũ vocabulo laudantur & femora, seu coxendines sponsi, & tibiæ ac si vnum membrũ essent, quõ & Italice totam eã corporis partẽ cõmendantes in aliquo, dicere solemus, *ha vna bella gãba*. Porro in hæc dilecti sui crura per breuiter sponsa quinq; confert laudes vnica similitudine columnarũ marmorearũ rectitudinis, roboris, debitæ proportionatęq; pinguedinis, atq; candoris. Ex Hebræo quippe cõstat, colũnas eas in similitudinẽ hic assumi, quæ sint è marmore candido. Vocẽ namq; שש scilicet, sicut byssum, filũ nempe candidum, ita & marmor candidũ, vt parium significare, inquiunt aliqui

LITTERA. qui Hebræorum: quin & Aquila, & Theodotion hoc loco pro, *Marmorea, Paria* vertunt, è Paro insula, vnde candidissimũ aduehitur marmor. Quia Aquila. Theodot. verò fieri potest, vt crura aliqua quattuor habeãt oĩa prædicta, quæ nihilominus speciosa minime dicantur, quia haud concinne connexa sint cũ pedib. ideo sponsa in eadem persistens metaphora cõlumnarum, & hac pariter quinta laude dilecti sui celebrat crura, quod ita concinnè, & eleganter pedib. sint connexa, vt marmoreæ columnæ concinnè super bases fundantur aureas.

II. SENSVS. Quamquàm in vltimis verbis hisce, *quæ fundatæ sunt super bases aureas*, speciale, atq. distinctũ videatur afferre encomium pedũ, imã corporis partem: quod sane encomium dupliciter exponi põt: Vel, vt in eo pedes ipsi laudétur ex natiua pulchritudine, & robore eo modo, quo oimoda pulchritudo & manuum, & capitis per id explicata est in superiorib. quod & illę aureę dictę sunt, & caput aureum: sicve, cum & caput, quod est primũ corporis membrum: & pedes, qui infimum locũ itẽ in corpore obtinent; & manus, quæ in medio corporis sunt collocatæ aurea dixerit: Egregio sanè artificio sponsa in hac sua panegyrica oratione id tã dem puellis, quib. cum loquebatur, persuadere voluit, dilectum suum totũ, quãtus quãtus est, aureũ esse ob perfectam nimirum pulchritudinem, iuxta annotatam phrasim, qua aureum vnũquodque dicitur, quod perfectissimũ in suo sit genere.

III. SENSVS. Idipsum eisdem persuadebit de eodem dilecto quoad pulchritudinem ex adhibitis ornamentis. Quòd .n. hic eius pedes laudat similitudine basiũ aurearum, accipi põt, prout & de aureo diademate, annulisve aureis accepta fuere, quę superius dixit: *a Caput eius aurum optimum*: & *b Manus illius tornatiles aureæ*: de aureorum calceamentorum ornamento: sicut infra in cap. 7. pulchro ex calceamentorum ornamento ab ipsomet sponso sponsã cõmendatam, videbimus, vbi dicit,: *c Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis*.

a Cã. 5. 11 b & 14.

c Can. 7. 1

PARAPHRASIS. Quod ergo hic dicitur breuiter tale est.

Crura eius recta sunt, succiplena, firma, & candida, concinneq. perpulchris connexa pedib. instar columnarum Parii marmoris, *quæ fundata sunt super bases aureas*: pedes quippe illius ita omnimoda decori sunt pulchritudine; vt planè aureos merito eos dicatis, multoq. id magis; quia & aureis exornati sunt calceamentis.

Vers. XV. Crura illius columnæ marmoreę, quæ fundatę sunt super bases aureas.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Sententia aliquorum est Patrum, vt crura, quæ hic cõmendantur, mystici corporis Christi, Sãcti Apostoli sint, & Apostolici viri, exinde id comprobantes, φ iidem columnæ appellati sæpius reperiantur, vt ad Gala. 2. de Petro, Iacobo, & Ioãne ait Paulus: *d Qui videbantur esse columnæ*: Psal. 74 *e Ego confirmaui columnas eius*; quem locũ de Apostolicis viris explicat August. & alii; & in lib. Apocalypsis: *f Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei*. Et quidẽ rectè Apostoli & cruriũ, & columnarum marmorearum metaphoris celebrantur, si firmitas, roburq; spectetur eorum, quo vniuersum Ecclesiæ, & Christi corpus, eiusdemq; corporis caput Christum ipsum in eo sustentant; vnde Petro Apostolorum Principi dictum nouimus: *g Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam*: Quin ex cruriũ metaphora, & marmorearum columnarum similitudine id pariter indicatur, vnde tantum habeant robur; quia nimirũ recti existentes in sancta conuersatione, succipleni pinguedine diuinæ gratiæ, candidique candore animi, atq. doctrinæ, ita concinne pedib. sũt connexi, vt vnũ idemq. cum illis existẽtes, marmoreis iis columnis comparandi sint, quæ elegantissimæ, fortiterue fundatæ sunt super bases aureas.

Apostoli Xpi sustenta, & colũna marmorea. Greg Nys. Ambr. Greg. PP. Phi. Carp. d Psa. 1. 9. e Ps. 74. 4. f Apo. 3. 12 g Matt. 16 18.

DE ECCLESIA.

Verumtamen in hoc Apostolorum encomio illud maximopere considerandũ, quòd, tametsi rectè sub crurium metaphora ii celebrentur, cũ æq. ac crura corpus sustentent, quod & per columnarum similitudinem rectè quoq. comprobatũ est: Admodum tamen assumpta similitudo & à cruribus discors est, & ab Apostolis, qui haud vnũ dũtaxat, sed oĩa crurum munia in Ecclesia explent. Enimuero columnæ marmoreæ fixæ, ac stabiles perpetuo manent, sicve ædificium fulciunt: at Apostoli in iugi perstiterunt motu, iuxta pręceptũ Domini, dicentis: *h Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangelium oĩ creaturæ*: ideoq; ab Isaia conspecti sunt *i* vt nubes volãtes. Quodq. magis perpẽdendum est; columnis motis, decidit ædificium; at Apostolis vniuersum Orbem peragrantib. solidius fulcitur corpus Christi. Totum aũt discrimẽ istud exinde est, quòd columnæ marmoreę fundatæ sunt super bases aureas quidem, sed fixas, & immobiles: crura verò super pedes fundãtur, qui ita sunt mobiles, vt motus omnis, quem processiuum appellant Philosophi, per ipsos fiat. Hoc autem mirabile est in Apostolis, quod super pedes fundati, vt crura, atq. adeò mundũ peragrantes, sunt tñ in iisdem pedib. fundati instar columnarũ marmorearum, quæ fundatæ sunt super bases aureas; dum pedes ipsos suos auro exornatos habent charitatis, in charitate ipsa sic radicati, & fundati sũt vt ab ea diuelli, ac dimoueri nullatenus queant; ab ipsa nihilominus charitate impulsi ad orbis peragrationẽ. Id quod Isaiam Prophetam commouit vt hasce admirans columnas, curaq. hæc adeo bene fundata super bases aureas ob speciosa auri, & charitatis calceamẽta pedum, ea proclamarit verba: *K Quàm speciosi super montes pedes euangelizantium pacem euangelizantium bona*.

Apostoli in motu peragrationis. p orbẽ quo colũnæ, quæ fixæ, & stabilia sunt super bases

h Marc. 16 15. i Isa. 60. 8.

k Is. 52. 7. Ro. 10. 15.

Vers. XV. Crura illius columnæ marmoreę, quæ fundatę sunt super bases aureas.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Quæ Dei sponsa est, pia anima sat eius cognitu habens & crura, quib. ad se procedit, & gressus, quos Deus in se facit, ipsa nunc eiusdem Dei itinera hoc egregio laudat encomio ex iis ea cõmendãs, quæ per illa in semet facta animaduertit: Ait qppe, ea fundata esse super aureas charitatis bases, esseq. instar marmorearũ colũnarum recta, firmaq;, & candida; quia candidã eam reddant, rectãq;, ac stabilem in bonis operib. & totũ fabricæ spiritualis ædificiũ rectitudine, ac fortitudine fulciant sua: Fundata super bases aureas dicit hęc crura, Deiq. itinera; nõ solũ quia ipsa sua in nos charitate ad nos procedit; sed & quia à nostra attrahitur charitate: Nisi .n. adsit in nobis charitatis fundamentum, nulla ratione hæc ipsius in nos fiunt itinera: *l In maleuolam quippe animam nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*.

Itinera Dei in animam fundata super charitatem.

l Sap. 1. 4.

DE B. MARIA. Peccatis, ait Sapiens ille, de increata loquẽs sapientia. Statim ac charitatis bases in nobis euersæ fuerint, aut dimotæ per peccatũ aliquod, cessant hęc Dei in nos itinera, & per cõsequens totũ, quod in nobis erectũ fuerat, ædificiũ spiritnale, corruat operæpretiũ. a *Siquis diligit me* ait Dñs in Euangelio, *sermonẽ meum seruabit, & Pater meus diliget eũ*, (En bases aureas:) Subdit aũt crura fundata super has bases: *Ad eũ veniemus, & mansionem apud eũ faciemus*. Illud ẽt in hoc itinerũ Dei encomio perpendendum, quod in plurali, *Crura* dicuntur vt per hoc designetur, plura esse Dei itinera, quæ fiunt in aĩam. Venit namq; Deus in illã tanquam Rex supremus, vt eã visitet, & multis virtutũ deornamentis, vt ve si quid in ipsa repertũ fuerit, qd ruinam minetur, quodq; eius turbet aspectũ, corrigat id omne, iuxta illud Psalmi b *Visitasti terrã, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eã*. Venit itẽ sicut anima in corpus, vt eam viuificet, motus, viresq. illi suppeditans ad munia exercenda spiritualia: quod experebat: c *Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua* (potentiæ nimirum aĩarum nostrarũ) *lætabitur in te*, bene operando. Venit ad eandẽ sanctificandam in templũ, vt in ipsa habitet, inambuletq., gloria illã replẽs, vt sit illi Deus omnia in oibus iuxta illud Apostoli, d *Vos estis templũ Dei viui, sicut dicit Deus; Quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorũ Deus, & ipsi erũt mihi populus*. Et illud. e *Vt det vobis secundũ diuitias gloriæ suæ virtutẽ, corroborari per Spiritũ eius in interiori homine, Christũ habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate fundati, & radicati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo longitudo, & sublimitas, scire ẽt supereminentem scientiæ charitatẽ Christi, vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei*. Venit denique vt sponsus ad delicias captandas ex eius deuotione, atque ad exhibendos simul eidẽ immensos gustus, & consolationes spirituales, de quo itinere loquitur ipsemet in libro Apocal. cum ait; f *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuã*, vt sponso nimitum *intrabo ad illum* vt sponsus, *& cœnabo cum illo, & ipse mecum* vt sponsa.

a Io. 14. 23

Itinera Dei in animã multiplicia.

b Ps. 64. 10

c Ps. 74. 7.

d 2 Cor. 6 16.

e Eph. 3. 16

f Apoc. 3. 20.

Vers. XV. Crura illius columnæ marmoreę, quę fundatę sunt super bases aureas.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

SIcut in præcedenti versu 14. Christi opera sub metaphora celebrauit manuum, quæ eorum sunt instrumenta: ita nunc Gloriosa Virgo eiusdẽ itinera sub crurium, pedumve metaphora, per quos ea facta fuere, cõmendat. Rectè verò, quæ è puritatis candore, ex rectitudine, & ex firmitatis robore laudat, colũnis assimilat marmoreis; quia nihil pario marmore cãdidius, nihil columna rectius, ac firmius. Quidni rectissima dixeris Christi itinera, p quæ directa reddita fuerunt, quæ praua erant, & aspera in vias planas? An non fortissima eius itinera, qui g *exultauit vt gigas ad currendam viã, à summo cælo egressio eius & occursus eius, vsque ad summũ eius?* firmitas & fortitudo eorum, fortitudo, & rectitudo est crurium; quatenus nullo cesserunt labori, cum Christus numquam ab ijs destitit, agens, patiens, consolãs, euangelizans. Vrbes peragrans, & regiones ad lucrandas animas; adeo vt h cum aliquãdo ex itinere defatigatus sederet super fontẽ, ab ipsis suis non destiterit itineribus; quandoquidẽ prædicatione

Itinera Christi quæ.

g Ps. 18. 6.

h Ioã. 4. 6.

A sua mulieris Samaritanæ, Samaritanorumque cõplurium lucratus est animas. Firmitas quoque, & rectitudo marmorearum columnarũ dicitur, quia quas lucratus est animas, i bono firmas red didit, ac rectas instar columnarum marmorearum per ipsamet itinera sua. Porrò crura ista super pedes aureos innixa dicũtur, sicut columnæ marmoreæ super bases aureas, cũ itinera Christi omnia diuinis niterẽtur consilijs, vt quas lucraretur animas, super charitatem, quę per aurum designatur, tãquam colũnas marmoreas super aureas fundaret bases: super quam charitatem vt aurea calceamẽta, aureos diuinorũ consiliorũ pedes exornantem sua quoque fundata habuit crura: Propter charitatem namq; tam arduum iter assumpsit de cęlo in B terras: in charitate fundatum est eius iter de terra ad crucem, & sic de ceteris.

APPENDIX.

Itinera Christi in charitate basib. aureis fundata.

Vers. XV. Crura eius columnæ marmoreę, quæ fundatæ sunt super bases aureas.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Caldaica, Iusti autẽ sunt columnæ sæculi, & bases super sustẽtacula auri optimi, sunt, verba legis, in quibus laborant, & corripiunt populum Domus Israel, vt faciat voluntatem.

Eorum, qui pro mystici corporis Christi cruribus C hæc accipiunt, Apostolos hic celebratos asserunt, Greg. Nyss. & Greg. PP. Ambr. & Philo Carpathius, quos colũnas à Paulo nũcupatos vidimus in secunda expos. Hos ergo colũnas marmoreas dictos putant citati Patres ob eorum soliditatem, qua Ecclesiã vniuersam fulciunt. Propter quam soliditatẽ, quæ in Euãgelio peculiariter Petro Apostolorũ Principi tributa à Dño reperitur, vbi dr, i *Tu es Petrus, & super hãc petrã ædificabo Ecclesiã meam*, Psellus apud Theodoritũ, qd hic dr de sponsi crurib. ipsi vni applicat Petro. Porrò quod hæc *crura*, atque Apostoli *colũnæ marmoreæ*, asserũtur esse *fundata super bases aureas*, diuersimode ab ijs ipsis Patrib. expositũ reperitur. Siquidẽ Amb. D ser. 5. in ps. 118. vers. 6. per bases aureas timorem intelligit plenum disciplinæ, quia *Initiũ sapientiæ timor Domini*. Vnde infert: In timore ergo sapientiũ Apostolica prædicatio tanquã super basim auream colũna cõfirmatur. Greg. Nyss. veritatẽ ait, esse bases aureas, atq; Christum ipsum, qui & veritas est, ex. duab. Pauli sententiis id confirmãs; ex ea, qua in prima ad Timotheũ *K* Ecclesiam dicit columnã, & firmamentũ veritatis, & ex altera qua in primo ad Corinth. ait: l *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positũ est, qđ est Christus Iesus*. Gregorius aũt Papa bases hasce Prophetarũ accipit dicta, à quibus Apostoli, vt fortes persisterent, fidem integrã desumpserunt, E ex illo Petri: m *Habentes firmiorẽ Propheticũ sermonem, cui benefacitis attendentes, tanquã lucernæ ardenti in caliginoso loco*. Ideo. n. aureæ dicuntur quia luce splendent sapientiæ. Est aũt notandum in Gregor. Papa, quod & causam eã affert, cur per crura intelligantur Apostoli; quia per illos Christus vniuersum circuiuit orbem, Quam rõnem affert & Philo Carpathius, qui per bases aureas firmissimam intelligit petram Christum Iesum ęterni Patris sapientiam, quæ per aurum designatur, eiusdemve Christi præcepta, super quibus fundati fuere Apostoli, & Apostolici viri quicunque.

Alii nedum Apostolos, sed & quoslibet iustos, ac sanctos per hæc Christi, & Ecclesiæ crura intelli-

Apostoli crura Christi, & colũnæ marmoreæ.

Gre. Nyss. Greg. PP. Ambros. Phil. Car.

Petrus Apostolus crura Christi, & colũn. marmorea.

i Mat. 16. 18

Psellus.

Timor est basis aurea Ambros.

Veritas est basis aurea sanctorũ.

Greg. Nyss.

k 1. Ti. 3. 15.

l 1. Cor. 3. 11.

Greg. PP.

Prophetarũ dicta bases aureæ Apostolorum.

m 2. Pe. 1. 19.

Christus basis aurea Apostolorũ

Iusti quiq; sunt crura

APPENDIX.

Christi, columnæ marmoreæ. Iustus. Anselmus. a Eph. 2. 20 a Ro. 15. 1. c Ro. 15. 4

telligũt, vt Iustus Orgelitanus, & Anselmus: quos & columnas marmoreas dictos inquiũt; quia charitate sustentant, fulciuntq. reliquos scripturarũ consolatione. Per bases aureas, quib. iidem fundati asseruntur, Ansel. intelligit Apostolos, iuxta illud Pauli; *a Aedificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum;* Iustus verò intelligit ipsas scripturas sanctas, totamq. præsentis sñiæ expositionem confirmat ex illo epistolæ ad Romanos: *b Debemus nos firmiores imbecillitatẽ infirmiorum sustinere, & non nobis placere:* Et, *c Quæcumq. scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus;* quæ certè spes nobilissimum est vitæ spiritualis fundamentum.

Greg. Nyss. *Prælati, & prædicatores sancti sunt crura Christi, & columnæ*

Ad hunc sensum referri possunt, & quæ dicuntur à Greg. Nyss. afferente modũ, quo singuli fieri queant hac ratione Christi crura, & dicente, Crura corporis esse columnas marmoreas, hoc est, illos, qui illustri vita, & sana doctrina cõe corpus Ecclesiæ gestant, & fulciunt, per quos & fidei basis firma stat, & virtutis cursus absoluitur, & in saltibus diuinæ spei totum corpus attollitur.

Aponius. *Humiles sunt crura Xpi, & columnæ.* d Is. 66. 2. e 1. Cor. 10. 4.

Arctant hęc alii ad specialia sanctorum genera; Vnde Apon. humiles sic cõmẽdatos censet, q̃ se humiliando, tantę efficiuntur fortitudinis, vt osa mẽbra subuehant capitis, vt significauit per Prophetam dicens: *d Super quem respiciam, nisi super humilem?* Et in se continent similitudinem illius petræ, de qua Paulus: *e Petra autẽ erat Christus.* Per bases aureas sanctos intelligit Prophetas, quorum gesta humilitatis narrantur in sacris litteris.

Richardus. *Religiosos sustentãtes sunt crura Xpi, & columnæ, &c.*

At verò secundum Richar. de S. Vict. crura hęc Christi, & Ecclesiæ ii sunt iustorum, qui reb. suis Religiosos sustentant, bona tẽporalia illis impertientes, vt spiritualia ab eis accipiant, p quos Christus ambulat in exercitio operũ misericordię; qui instar columnarum recti sunt, & erecti; quia & in se iustitiã seruant, & pro iustitia desiderãda se erigunt: Istæ *columnæ fundatæ super bases aureas;* idest, super fidem Prophetarum, & Apostolorum: bases certè aureas, quia luxere per opera.

Greg. Nyss. *Charitatis præcepta sũt, duo crura Ecclesiæ, & colũnæ, &c.* f Matt. 22. 40.

Denique Greg. Nyss. hom. 14. duo charitatis prę cepta duo mystici corporis Christi, & Ecclesiæ intelligit *crura*, quibus vniuersa Dei lex tamquã curru facile percurritur; quæ & bene *columnæ* dicũtur *marmoreæ*, cum iuxta Domini dictũ *f In iis duobus præceptis tota lex pendeat, & Prophetæ.* Hæc crura, hasue columnas fundatas dici, inquit Nyss. *super bases aureas*, nempe super charitatem Dei, & charitatem proximi, super quib. fundari voluit totum vitæ spiritualis ædificium in Timotheo Paulus, cum eidẽ dixit; *g Habens fidem, & bonam cõscientiam:* per fidem intelligens charitatẽ erga Deũ per conscientiam verò charitatem erga proximũ. Hæc ex Nyss. qui certè admodũ obscurè loquitur.

g Tim. 1. 19

Tres Patr. *Charitatis præcepta sunt crura quib. Deus ambulans in aia.*

Tres Patres apud Theodoritum, eadẽ duo charitatis præcepta significata arbitrantur per cælestis sponsi crura; quib. tamen non tam mysticum eius corpus Ecclesia, mysticaq. sanctorũ mẽbra, q̃ ipsummet Dei verbũ in animab. fidelib. incedit, & per scientiam, atq. virtutẽ cursum conficit: hæcve veluti columnas quasdam marmoreas firma fide, & vita splendida sustinere ipsum verbum, qđ creditur; fundatas *super bases aureas* verum, & bonum, quibus tum propter naturæ immutabilitatẽ, tum propter promerendi benignitatem declaratur Deus, qui naturæ præstat vniuersæ.

Ambros. *Deus quo,*

Ambro. quoque de itineribus Christi in anima hæc sumens, in lib. 3. de fide c. 5. *Crura*, inquit, *columnæ marmoreæ*, &c. Solus. n. Christus inambulat

A animis, & graditur in mente Sanctorum, in quib. veluti aureis basib. fundamentisq. pretiosis solida ta vestigia Verbi cœlestis hæserunt, id est, in quibus cælestia verba proficiunt.

APPENDIX. *& in quib. ambulat.*

Cassiodo. Beda. *Christi itinera in Incarnatione fuere crura illius, et columnæ, &c.* *Incarnationis mysteriũ quã stabile aduers° omnes hæreticorũ insultus.*

At verò Cassiod. & Beda per Christi crura intelligunt illa eius itinera, quib. homo fieri, & ad nos venire dignatus est *columna marmorea* dicta; quia ea vniuersa fortia, & recta fuere; *Super bases* autẽ *aureas* fundatas; quia oia, quę per Christum, vel in Christo agenda erant, diuinitatis cõsilio ante mũdi præordinata fuere constitutionem; Aurum. n. ceteris metallis pretiosius, ac splendidius, diuinũ significat consilium. Addit his Beda, ad ostendendam horum itinerum firmitatem immobilem, ipsi Domino in cruce posito *h* nequaquã crura (tamen permittente Pilato) fracta fuisse, sicut nec B vestis inconsutilis scissa fuit: nam sicut mansit tunica intemerata, vt significaretur, nunquam violãdam Ecclesiæ vnitatem: ita mansere & crura intacta, vt mysterium aduentus eius in carne sacrosanctum, & inuiolabile oi malleo praui dogmatis p̃ualeret. Pilatus. n. os malleatoris interpretatur. Sed malleus licet impius ore hæretico ferire disponat stant columnæ marmoreæ, quæ ictum ferientis repellunt.

h Io. 19. 33 Ruper. Ab. *Misericordia, & veritas crura Christi.* i Ps. 24. 10

Demum Rupertus illas vias, de quib. in psal. 24 dicitur: *i Vniuersæ viæ Domini, misericordia, et veritas:* crura hęc Domini esse, ait, columnas marmoreas ob rectitudinem, & firmitatem, fundatas sup consilia diuinæ sapientiæ, quia non qualis esset humana voluntas, sed diuinæ iustitiæ rationes attendebat Christus in omnibus, quæ misericorditer, C & verè faciebat.

Ex Vers. X V. Species eius vt Libani, electus vt cedri.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

QVod à dilecto obseruatum est in eximia, quam de sponsæ suæ laudib. cõtexuit panegyrica oratione in superiori capite, vt generali illam & exordiretur, & concluderet encomio pulchritudinis eius: idipsum & sponsam in hac item D panegyrica oratione laudum illius seruasse, videmus: Quodq. simplici sermone in eo extulit, cũ in exordio dixit: *K Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus:* id & modo ad finẽ eius, quam fecit, descriptionis illius efficacius replicat cum egregiis similitudinib. è rure desumptis Libani, atque cedrorum; sicut & dilectus similitudinib. quoq. horti, ac fõtis è rure pariter desumptis ad finẽ sermonis sui fecisse, cognouerat. Haud sat ergo apte, quod in generali encomio isto, *Species eius vt Libani, electus vt cedri*, ab ea dicitur, refertur ab aliquibus ad laudem proceritatis dũtaxat, & celsitudinis dilecti, propter quã & mõti cõparatur Libani, qui celsissimus inter vniuersos est Iudææ montes, & cedris, quæ reliquas altitudine superant arbores: sed ad id omne referendũ est poE tius, qđ ex eius aspectu exurgere põt laudis: Vox. n. Hebræa מראה marre, quam noster, *species*, vertit, propriè aspectum passiuè significat, quod scilicet aspectui obiectum ex illo proponitur, color, faciei decor, oris lepor, habitus totius corporis, grãtia, & grauitas in motu, & actionib. & qcquid denique aliud oculis cõspici põt. Quæ oia vnica, aptissimaq. similitudine ad montẽ Libanum, montes Iudææ omnes nedum celsitudine, sed & amœnitate

i Cã. 5. 10.

DE ECCLESIA. tate superantem celebrantur. Adiuncta cedrorum similitudine altera sigillatim ipsa commẽdatur proceritas, & excellentia, qua dilectus alijs excellit viris, iuxta significatum vocis electi, de quo actum est supra in expositione prima verborum
a Cãt.5.10 illorum, *a Electus ex millibus.* Quod itaque intendit per hæc sponsa, breuiter tale est.

PARAPHRASIS. Tota eius *species* totius corporis habitus, quicquid eius conspicitur, pulcherrimum est, gloriosissimum, admirabile, & plenũ, iucunditatis, çquè ac aspectus *Libani* herbarũ, florum atque arborũ varietate amœnissimis Quò is cernitur magis, maiore sanè excitat sui admirationẽ, nõ secus ac Libanus, in quẽ quo quis interius progreditʼ, & iucũditate reficitʼ magis, & in admirationẽ magis mouetur. Insuper proceritate, ac robore egregius profecto ille est, eximius, insignis, & erectus *vt cedri.*

Ex Vers. X V. Species eius vt Libani, electus vt cedri.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est. Ecclesia Sancta.

VNiuersam sui gloriam, & laudem Ecclesia quæ mysticum se nouit esse Christi corpus, in dilectum ipsum suum referens, ita propriam euehit speciem, vt illius potius, quàm suam eam pronuntiet, & celebret. Re tamen vera encomiũ istud idipsum omnino est, ac illud quo alias dilectus eam insigniuit, appellans ipsam,
b Cãt.1.18 *b pulc bra inter mulieres* vnde & huius loci petenda est expositio. Cõparatur aũt eminẽtissima pulchritudo
Ecclesia quò similis Libano. eius pulchritudini amœni mõtis Libani ea rõne, qua simile quid & apud Isaiã eidẽ pollicitũ ijs nominus verbis:
c Isa.35.2. *c Gloria Libani data est ei.* Quod enim in Libano sunt, & efficiunt multi colores flores, viridantium herbarum amœnitas, arborumque variarum copia fructiferarũ, aromaticarũ, & excelsarũ; hoc in mysticoChristi corpore multiplices diuersarum virtutũ flores, amęnissima sacrarum scripturarum sata, varijque Sanctorum, & ministrorum ordines: quod vt in humano corpore grauis, oris, totiusque corporis habitus, lepor, & gratia in gestuũ, actionumq; motibus: hoc in Ecclesiæ corpore externarũ cæremoniarũ cultus multiplices, & quib. insignita conspicitur gratiæ, donaq; eximia Spiritus san. Celsitudo verò,
Ecclesia celsitudo quanta. eiusq; sublimitas, ac robur omnẽ cuiuscumq; alterius collectionis, ac sectæ excedens altitudinẽ, optime cedrorũ exprimitur similitudine, quæ arborib. reliquis excelsiores multò sunt, vt ad summam designandam celsitudinem quãque vsurpentur in sacris litteris: Quam tamen Ecclesiæ sublimitatem efficacius expressit Isaias alia mõtis me-
d Isai. 2.2. taphora, dicens: *d Erit mons domus Domini in vertice montium, & exaltabitur super colles.*

Ex Vers. X V. Species eius vt Libani, electus vt cedri.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

Deũ nedũ pia anima admiratur sed & in ipso delectatur. QVod absque vlla similitudine professus est Dauid, cũ dixit: *e Quis Deus magnus sicut Deus noster?* f &, *Non est similis tui in Dijs Domine, nõ est secundũ opera tua:* hoc in præsenti snia per egregias similitudinib. fatetur & aĩa, quę eũ diligit, illiusq; insignes speculãs perfectiones, nedũ eum admiratur, sed & in ipso delectatur. Idcirco, n. & altissimarũ rerũ, cedrorũ nimirum, ac montium, & amęnissimi in primis
e Ps. 76.14 f Psa. 85.8 Libani similitudinibus illius euehens speciẽ, ait: *Aspectus eius vt libani, electus vt cedri.* Ac si dicat.

PARAPHRASIS. Nedum super omne, quod excelsum videri, & excogitari põt, celsissimus ipse est, ptout cedrorũ celsitudo reliquarum arborũ superat altitudinẽ, sed & quicquid eius nostræ occurrit contẽplationi celsissimũ pariter est, & superdelectabile quodque iucundissimũ: ita vt, si cõparatione aliqua iucũditas explicãda sit, & pulchritudo speciei eius, quã nũc per speculum videmus, & in ænigmate, Libano assimilanda mihi videantur montiũ celsissimo, amęnissimo, rerumq; oĩum feracissimo: cũ nihil nostro offeratur aspectui iucundius ex iis, q̃ creata sunt, quã id, q̃ gratiosum sit, & speciosũ, quodve insuper viridãtiũ, ac florẽtiũ herbarũ sit amęnitate decorũ, iuxta illud Eccl. *g Gratiã, & speciẽ desiderabit oculus tuus, et sup̃ hoc virides sationes.* g Eccl. 40.22.

Ex Vers. X V. Species eius vt Libani, electus vt cedri.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

IBant, qui Domini nostri tẽpore vitam in terris degebant, animi, & oblectationis causa, prout & nunc moris est, in hortos, in vineas, atque in amœnos colles, & montes: Gloriosa certè Virgo Maria in vno speciei Christi aspectu multo oblectabatur magis, quã in horto quantũlibet deliciaso, quam in vinea quaq; gratissima, quamve in amęnitate vel collis, vel montis ẽt celsissimi, atque adeo prospectu quoq; ĩsignis. Hoc illud est; quod significat modicis hisce verbis, *Species*, seu, *Aspectus eius vt Libani:* In vno. n. Libano celsissimo, amęnissimoq; omnium Iudeæ montiũ, & viridantia inspiciebantur sata, & horti aromaticarũ plantationum, & vineta adeo pretiosum proferentia vinũ, vt per Oseã *h* eius tamquã pretiosissimi ac fragrãtissimi fiat cõmemoratio, & prospectus deniq; ita iucundus, vt secundum aliquos eũ in primis dilectæ suę pollicitus sit spõsus in c.4. vbi, iuxta Hebraicã lectionem dixit: *i Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni, aspicies,* &c. Et in vno Christo B. Virgo & sata inspiciebat cœlestium bonorũ, quorum viridanti spe consolamur quẽ norat esse agrum illũ plenum, cuius odorem tam à longè sensit Isaac; & horto oblectabatur tot aromaticarum plantationum, quot in eo emicabant gratiæ, ac virtutes, quarum singulis deliciosissimus constituebatur paradisus: Vineta quoq; intuebatur, quem sciebat esse vitem veram illud proferentem vinum, quod vere lętificat cor deuoti cuiusque: sed & prospectum talem habebat, vt illum attentius contemplans, quæ maxime distant à sensu humano, Dei magnitudinem, diuinę charitatis excessum, diuinæque liberalitatis largitatem, & cetera huiusmodi suo attingeret intellectu: Addit autem, eumdem Christum dilectum suum esse electum, insignem nimirum, eximium, & excelsum super omne, quod insigne cerni potest, & celsum, vt cedri in eodẽ Libano arboribus reliquis insigniores sunt, & celsiores. Quod absque similitudinum ambagibus sic explicat Paulus, dicens illum in omnibus primatum tenentem; quia *K in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare.* k Col.1.19

Maria quã delectaretur Christi specie.

In Christo habebatur omne quod recreare poterat.

h Ose.14.8

i Cant 4.8

Ex

APPENDIX.

Ex Vers. XV. Species eius vt Libani, electus vt cedri;

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et ipse impletur super eos miserationibus sicut senis, & dealbat peccata domus Israel, sicut niuem; & paratus est, vt faciat victorias in bello cōtra populos, qui transgrediuntur verbum eius sicut iuuenis fortis, qui robustus est sicut cedri.

Christus excellit super sanctos oēs. b Ps. 44. 3. Cassiodo. Beda.

Quòd Christus Dominus Libano comparetur, aliqui ad ipsum Libani montem referunt, vt, sicut ille mōs pulchrior est, & excelsior vniuersis Iudææ montibus, ita & Christus vniuersis excellere dicatur sanctis, iuxta illud: *b Speciosus forma præ filiis hominum*. Ita Cassiodorus, & Beda: Quamquam Beda addat, speciē Christi dici vt Libanū, qui inter ligna eximia profert & cedrum: quia inter electos suos se ēt ipsum, qualem voluit hominem, quasi lignū in medio paradisi creauit: veluti si pictor quispiam inter alios se quoque suo ordine coloribus, quibus conuenit, pingat.

Per Christū credētes dealbantur. Greg. PP. Phil. Car. Richar.

Alij ad vocis libani etymon, quod candorē sonat & dealbationē, respectum putant; vt eatenus monti Libano Christus cōparetur, quatenus per eum credentes dealbantur, eique adhærentes radicitus subleuantur, à cuius gratia etiā bonę opinionis odorē habent. Ita Greg. PP. & Philo Carp.

Richardus quoque de S. Victore eodem respectum censet, dum per Christi speciē Virgines sanctas significatas, inquit; quòd eæ specialem Christi decorē obtineant, quòdve specialem vnā cum communi Sanctorū aliorū similitudine cū Christo sita in charitate & sanctitate, candorē & munditiem habeant vitæ, Atq; adeo bene Libano cōparantur, qui Christum significat, & candidus interpretatur, & candidatio.

Tres Patr. Verbi act⁹ omnib. conspicuus.

Ad eminentiā montis Libani referunt eamdē similitudinem Tres Patres apud Theodoritum, sed singulari ratione, Volunt. n. significari actus Verbi, per quos exprimitur potētia Patris, omnibus esse conspicuos, vti mōtē libanum. qui inter vicinos montes eminet,

Christus assimilatus tēplo Salomonis. Rup. Abb.

Ad eiusdem montis materiam, quæ ad templi Salomonis cōstructionem inde desumpta est, respectū arbitratur Rupertus Abb. vt Libani nomine ipsum designetur tēplū, cui Christus assimiletur; vt sicut tēplū illud caput, & decus extitit, sanctūq; SS. Ierusalem terrenæ, sic Christus & caput, & decus, & Sanctus sanctorum esse dicatur supernæ Ierusalem.

Gre. Nyss. Christus dicitur Libanus electus ad differentiam Libani praui, ac diaboli.

Gregorius Nyss. hom. 14. singulari modo quod in versione Septuag. legitur; *Species eius vt Libanus, electus vt cedri*, referens adiectiuū, *electus*, ad substantiuum, *Libanus*, vult apponi hoc adiectū ad distinctionem Libani in Sacra scriptura malo sensu pro diabolo accepti. Electio namq; cuiuscuis rei, inquit, fit, cū iuxta eā contrariū quid collocatur. Quamobrē cum hoc loco ad electū Libanum sponsi forma cōparetur, consentanea rōne colligitur, moneri nos, vt duos Libanos esse intelligamus, &c. quæ longius ille prosequitur. Tandemque concludit: Bene sponsa volens exprimere pulchritudinem, & excellentiam formæ Christi, vocat illum Libanum electum ad distinctionem alterius Libani, qui per fraudem sublimem, ac magnum, pulchrumque esse se simulat.

Theodor.

Theodoritus eamdē versionē Sept. exponens,

A idē nomen, *electus*, non ad Libanū, sed ad spōsum refert: Nomen verò Libani accipit pro thure, qd & Hebraicè, & Græce Libani uocabulo nuncupatur, vt duab. metaphoricis appellationibus duplex Christi natura significetur, diuina quidem per thus, quod Deo lex iubet incendi; humana vero per cedrum, quæ non sentit corruptionem.

APPENDIX. *In Christo duplex natura.*

Aponius. Christi actus oīs sacrificiū fuit Patri acceptissimum.

Pro thure idem Libani vocabulū sumendū censuit & Aponius, sed alium affert sensum, vt nimirum species Christi dicatur vt thus, quia omnis illius actus sacrificium est acceptabile Patri æterno. Thus quippe à Pontifice super hostiā pro peccato, & holocaustū, quod peculiare erat sacrificium, videbatur imponi, & ipse nihil de cōtagione peccati, conuersando inter impios, contraxit.

B

Christus gratia diuinitatis præcellit sanctos oēs. Cassiod. Greg. PP. Philo Car. Beda.

Quod in secunda parte adiicitur, *Electus vt cedri*, cōiori sensu Patrum intelligitur, eamdē Christi celsitudinē significare. Vnde Cassiodorus ait: Sicut cedrus pulchrior est, & procerior ceteris arboribus, ita & ille gratia diuinitatis præcellit omnes sanctos. Addit Greg. Papa, significari eiusdem Christi odorē, & incorruptionē, quæ & cedro insunt. Et hæc adduntur etiam à Philone Carpath.

Notat autem Beda, quod idem Christus comparatur simul & Libano, qui ligna insignia gignit, & cedro, quam inter alia ligna Libanus ipse gignit, quasi vnus idemque ligna proferat, & portet, & inter ligna gignatur & portetur.

C

Humilitas Christi prædicata. Ambros. Aponius. c Phil. 2. 8.

Electus vt cedrus Libani, quę comam nubibus, radicem terris inserit; quia Principium Christi in cœlo, posteriora eius in terris, fructus cœlo proximos edidit, ait Amb. lib. 1. de Virginibus.

Aponius verò, Christi patientiā, & humilitatē prędicari in his arbitratur, quatenus per ea ille fuit exaltatus instar cedrorum, iuxta illud Pauli; *c Humiliauit semetipsum, &c. propter quod & Deus exaltauit illum, &c.*

Electum eumdem dici, inquit, vt cedri; quia similis extitit Patriarchis omnibus, eorū omnium virtutibus decorus, & quia ex ipso Sancti omnes, vt cedri è Libano, ait Rupertus.

d Eccl. 24. 17. *Mariasimilis Christo.*

D

Vide Richardū de S. Victore, super his verbis ostendentem, B. Virginem Christo vero cedro Libani redditam similem, vt dicit ipsamet in libro Ecclesias. *d Quasi cedrus exaltata sum in Libano.*

Vers. XVI. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

Guttur, & Palatus sūpta pro verbis.

IStius sententiæ, quæ duabus constat partibus, ex duobus aliis Sacræ scripturæ locis germanus eruendus est sensus. Primę quidem partis: *Guttur*, seu, *palatus illius* (vt habent Hebręi) *dulcissimum*, seu, *dulcedines* (vt habent Hebræ. & Sept.) ex loco illo Prouer. scilicet, vbi idē Salomō loquens de verbis mulieris meretricis, postquam dixit; *e Fauus stillans labia meretricis*: subdit, *Et nitidius*, seu, *lenius* (vt est in Hebr.) *oleo guttur eius*: contestans, illius verba, quæ & labiorū, & gutturis vocabulū sortiuntur; quia tā per labia proferūtur, quam ēt per guttur, dulcissima instar mellis esse, & instar olei, quin ēt magis, quā oleū ipsum nitida, mollia, & lenia, atq; adeo & gratissima. Secundæ vero partis, *Et totus desiderabilis*, seu iuxta originalia Heb. & Septu. *Et totus desiderium*, ex eo, quod i prophetia *f* Danielis Daniel. ipsum ab Angelo virum desideriorum nuncupatum reperimus:

E

e Pro. 5. 3.

Desideriū passiuè aliquādo sumitur pro desiderabili. f Dan. 10. 11.

LITTERA.

mus: quod tantumdem hebraica sonat phrasi, ac A *virum amabilem*, vt notat Hierony. super c. 9. Danie. seu etiam *desiderabilem*, quo modo idẽ nomẽ

a Dan. 10. 11

vertit Symmachus Danielis *a* 10. vers. 11. desiderii vocabulo passiue sumpto, prout apertius reperitur acceptum in c. 45. lib. Eccl. vbi fit sermo de in

b Eccl. 45. 14.

dumentis Aaron & appellantur *b desideria oculorũ ornata*; propterea quod desiderabilia extiterint hominum oculis, & admodum ornata, atque decora. Vnde apparet, rectè nostrum interpretem hoc quoque loco, quod in Hebræo est, *Et totus desiderium*, vertisse: *& totus desiderabilis*: quod & pro amabili positum ab eo est, vt ex dictis colligitur.

SENSVS.

Volebat ergo sponsa suã concludere panegyricam orationem, qua ita dilectum suum celebrauit vt propemodum ad viuum illum delinearit, quò à puellis, si ipsum inuenissent, internosceretur. Verùm qui in extollenda re quapiam vehemẽtiores B sunt, quãtumlibet eã euexerint, nũq̃ se illã plene, & sufficienter celebrasse existimant. Ideo, tametsi supra in labiorũ eius encomio vel loquelã saltem illius, & gratiosum locutionis modũ commendasset; ac si laus illa insufficiẽs esset ad illũ dignoscẽdũ; quia nedũ visu, sed & auditu quoq. vocis, atq. verborũ cognosci quis potest, postquam ea expleuit, quæ visu possent attingi, adiicit nunc, & quæ ad auditũ spectarent; Aeq. est autem, ac si dicat.

Quis orationis eius exprimere valet dulcedinẽ? Singula sanè illius verba tanta exuberant suauitate: vt merito ipsæmet *dulcedines* dici queant. Porrò his dictis anceps adhuc, quibus præterea laudib. eumdem dilectum suũ cumularet, vno tandem se explicat verbo, quo id amplectitur oẽ, quod vel C ab eloquentissimo oratore longissima dici posset oratione, dicens: *Et totus amabilis*, seu, *desiderium*: Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Quid in singulis eius pulchritudinis partib. explicandis moror? Oẽs ad se amandum allicit, cõpellitq. nec intuentes duntaxat; sed & vocem, & verba ipsius audientes sui accendit desiderio.

Hunc sanè non ambigo esse germanũ eorum, q̃ hic dicuntur, sensum, qui & communis est Expositorum oĩum: licitum n. nihilominus mihi censebo, & alterum eorumdẽ assignare sensum, longè quidem ab allato distantem; haud tamen oĩno improbabilem, nec à veritate alienum: Vt hæc sñia: *Guttur tuum suauissimum*, &c. non vt nouum vocis aut verborum sponsi encomium sumatur, quæ (vt D

II. SENSVS.

visum est) iam commendata fuerunt sub labiorũ metaphora: at vt confirmatio superioris sñiç, eiusdemq. amplificatio peregregia, simul & efficacissima. Quod. n. ibi duab. præstitit similitudinib. celebrãs dilectum ex oĩmoda pulchritudine, id nũc alio confirmat medio, ita nimirum verum id esse, vt gustus, qui in ipsa eius specie percipitur ab intuentib. sit suauissimus, omnemq. aliam excedat dulcedinem, atq. adeo, & totus, quantus quantus est, *desiderabilis* ille sit, & maximè *amabilis*. His ẽt consentient (vt paulo post aduertemus) quæ illi

Guttur, & palatus sũpta pro gustu.

co sponsa ita subiiciet; *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus*. Sensum istum exinde mihi persuadeo, quòd alias quoque gutturis, seu (vt aptius E est in Hebræo.) palatus vocabula pro gustu accepta reperio: quia in dictis membris gustus ipse perficiatur eorum, quæ comeduntur, aut bibuntur; atq. etiam pro gustu non quidem actiue, sed passiue, nẽpe pro gustu, qui ex ipso, cuius dicũtur guttur, & palatus, percipitur, non pro gustu, quẽ idem ipse percipit. Inferius namque in capit. 7. huius Cantici in perpulchro pulchritudinis sponsæ encomio, vbi quædam ex adstantib. puellis nõ

DE ECCLESIA.

nulla sub egregiarum metaphorarum ambagib. de actuali eiusdem pulchritudinis fruitione cum sibi promisisset iis verbis: *c Dixit, Ascendam in palmam, & apprehendam fructũ eius*: addit. *d Guttur tuum sicut vinum optimum*, &c. euehens nimirum suauitatem, quam ex illius gustu percepturã

c Can. 7. 8
d & 9.

se confidebat, aptissima similitudine vini optimi, quod ob eximiam suauitatem ita gustum bibentis reficit; vt propterea haud illico illud absorbeatur, sed labiis, & dentib. potãtiũ ruminetur. Quid verò nobis prohibet, vt in hac præsertim sentẽtia, *Guttur tuum suauissimum* (nam & hanc quoque, quam modo retuli, sat noui aliter exponi solere, vt Deo dante videbimus,) gutturis, & palatus vocabula passiuè sumantur: si in eadem sententia illico vocabulum desiderii passiuè reperimus sumptum? Quin congruentius fortasse ambo, quæ simul prolata sunt, vocabula, eadem sumẽtur ratione, vt quod dicitur, tale sit.

PARAPHRASIS.

Pulcherrimus vsquequaque est, omniq. ex parte insignis dilectus meus, instar Libani, atq. cedrorũ: adeo vt qui ex ipsius specie percipitur gustus, ipsamet sit *dulcedo*. Propterea *totus ille desiderabilis est, totus amabilis*; quicquid in ipso est, quicquid ipsius est, desiderium excitat, allicitque ad amorem. Confirmari potest sensus iste, qui nouus videtur, per antiquissimam lectionem B. Hieronymi, qui

Hierony.

lib. 1. contra Iouinianum ita hæc citat; *Gustus eius dulcedines, & totus concupiscentia.*

Vers. XVI. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

SVauitas doctrinæ, & prædicationis Ecclesiæ, q̃ vt mysticum Christi corpus hic cõmendatur, a semetipsa, referente in sponsi sui laudem quicquid in se cõmendabile nouit, celebrata reperitur in hoc Cantico, vbi dicitur: *e Vox enim tua dulcis; f Eloquium tuum dulce*. Et *g fauus distillans labia tua; Mel, & lac sub lingua tua*. Nusquam

Prædicatio & doctrina ecclesię quã dulcis.

tamẽ efficacius euehitur, quàm hoc loco, vbi nec dulcis simpliciter, sed suauissima asseritur: nec speciali alicuius rei, seu etiam aliquarum rerum comparatur dulcedini, sed dulcedo ipsa pronuntiatur quin & dulcedines omnes quotquot & mente cõcipi possunt. Quicquid nihilominus de tãta illius dulcedine hoc loco foret dicendum, ex secundis prædictarum sententiarum expositionib. nostris erit petendum, ne acta agantur à nobis iterum.

e Cã. 2. 14
f Can. 4. 3
g & 11.

Porrò, quòd Christus in mystico corpore suo, atque adeo & Ecclesia, quæ tale illius est corpus, *totus desiderabilis sit, totusque amabilis*, ipsumque *desiderium*, exinde colligere est, quod vel ob vnam ornamentorum sacerdotis sui pulchritudinis partem in loco, quem supra retuli è libro Ecclesiastici *h* appellatam eam videre est, *desideria oculorũ*. Quin Regius Propheta hæc explicans, quæ tamẽ exprimere nequiuit, desideria eiusdem Ecclesiæ, seu de eadem Ecclesia, non vt Christi corpus, sed vt Dei tabernaculum ipsam intuens, admiranter ita exclamat; *i Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.*

ecclesiaq̃uo tota desiderabilis.

h Eccl. 45. 14.

i Ps. 83. 2.

Vers.

DE ANIMA.

Verſ. XVI. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis.

Expoſitio Tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.

I. SENSVS. QVam ſuauis ſit Deus tunc in primis, cū piæ animę pulcherrimam quoquo modo ſuam exhibēs ſpeciem, dulciſſimo intrinſecus eam affatur alloquio, ille ſanè teſtis eſt optimus, q. id probauit aliquando; qualē certè Dauid Deo dilectiſſimum, nemo iure ambiget: Is namque id, quod aliquando probarat, ardentiſſima deſiderās cupiditate, hæc in pſal. 84. dicebat: *a Deus tu conuerſus*, id eſt, conuertens ad nos iucundiſſimam faciem tuam, speciē tuam nobis exhibendo ſpectādam *viuificabis nos*, id eſt, tanta nos reficies ſuauitate, vt qui propemodū mortui iacebamus abſq. tui aſpectu, te inſpicientes viuificemur: Ideoq. *plebs tua* (huiuſmodi viuificata dulcedine) *lætabitur in te*. Quamobrem *oſtende nobis Domine miſericordiam tuam*, illuſtrans faciem tuam ſuper nos, & *ſalutare*, ſalutemque tuam *da nobis*, oſtendens, quippe *faciem tuam ſalui erimus*. Explicans autem in quo potiſſimum adeo ſuauē Deum ad ſe conuerſum ſenſerit, *b* ſubijcit: *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam loquetur pacem in plebem ſuā*: Ac ſi dicat: Dulcedinē illius in eius præſertim verbis percepi, quibus intrinſecus me alloqui ſolet, idcirco *audiam, quid loquatur in me Dominus Deus*: clariuſve ipsā locutionis illius explicans dulcedinem, ſubijcit. *Quoniam loquetur pacem in plebem ſuam*. In huiuſmodi namq; pacis alloquio ſummam eius ineſſe dulcedinē, apud Iſaiam per ipſummet Dominū expreſſum habes, vbi Propheta, cum dixiſſet: *c Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius, vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius*; ſcilicet Ieruſalē, quæ Dei viſio īterpretatur, ſubijcit: *Quia hæc dicit Dominus Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis*: Bene pacis fluuiū, quia dulciſſimum pacis eloquium largiſſime, atque inſtar fluuij egreditur de gutture Dei.

Dei alloquiū internū quā ſuaue aiā ſit.

a Pſ. 84. 7.

b Pſ. 84. 9. *In pacis alloquio ſumma Dei dulcedo percipitur.*

c Iſa. 66. 10

d Iſa. 66. 12

II. SENSVS. *Guſtus diuinorū quā magnus.* Sed guſtum quoque ſuauiſſimum, qui nedū ex interno Dei alloquio, ſed ex qualibet eiuſdē Dei contemplatione percipitur, aliàs idē ipſe Dauid exprimere tentauit, tametſi nil tandem aliud expreſſerit eius, quod exprimi nullatenus poteſt, quàm quòd & à ſponſa hoc loco iuxta ſenſum expreſſum eſt, cum dixit: *Guttur*, ſeu, *Palatus eius ſuauiſſimū*, ſeu, *dulcedines*: Similia etenim proferēs admiranter exclamat: *d Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te*. ita ſcilicet, vt illi frui quidem ea poſſent, exprimere vero verbis ea nequirent.

e Pſ. 30. 20

Deſideriū Dei, aedini norū quale ſit in pia anima.

Porrò quod ſponſa adiicit: *Et totus deſiderabilis*: ab eodē Dauid explicatum habes pſal. 41. vbi dicit. *e Quemadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarū, ita deſiderat aīa mea ad te Deus*; additq;, *Sitiuit*, ideſt, *deſiderauit anima mea ad te Deū fortē viuum*; tria in ipſo dilecto ſuo indicās, ob quę potiſſimū à ſe deſideretur, quæve in primis ex ipſo, qui *totus eſt deſideriū*, *totuſve deſiderabilis*, triplex in ſe excitant eius deſideriū: Deitas, qua nihil illuſtrius; fortitudo, qua nihil validius; & vita, quę mortem non nouit vnquā. *Quando veniā*, inquit, *& apparebo ante faciē Dei*? Ac ſi dicat. Hoc meum eſt deſideriū vniuerſum, vt ſpectator ſiſ pulchri-

f Pſ. 41. 2.

Deſideriū Dei I aīa à trib. excita tur.

DE B. MARIA.

A tudinis eius; Deſidero namq; illū vt Deū; quia per illū deificandam me quoq; confido: deſidero eūdem, vt fortem, fortitudinē meam illū agnoſcēs, robur omne ab ipſo expectans, deſidero inſuper & vt immortalem, certo mihi perſuadens, vitam ab eo me conſecuturam mortis expertem, totque illum deſidero deſideriis, quia *totus*, qualis, quantuſve eſt, *deſiderium eſt*, & *deſiderabilis*.

Verſ. XVI. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis.

Expoſitio quarta. De tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

B

SI f omnium oculi in Chriſtum erant intenti, ſi *mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius*, ita vt quotquot illum intuerentur, vel audirent, teſtimoniū ei darent, vt aſſerit Lucas Euangeliſta: multò ſanè cōgruentius fuit, vt præ ceteris vniuerſis B. Virgo, quæ in eumdem ſuos ſemper coniectos habere nitebatur oculos, quæve iugiter ex eius ore pendebat, teſtimonium hoc illi daret: *Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis*.

f Luc 4. 20 *Maria quā ſuauis Chriſti aſpectus, eiuſq; verba*

C Verum, ſi de Chriſti ēt doctrina id accipiendū ſit, quod guttur illius dr ſuauiſſimum, profectò teſtimoniū iſtud B. Virginis repugnare ei vr, qd ſupra ab ipſamet illa vt amariſſima prædicata eſt, & laudibus celebrata encomio illo *g* labiorum diſtillantiū myrrham primā. Haud tn pugnantia hæc duo dicta cenſenda ſunt; quia, tametſi, quę à Chriſto præcipiuntur de tribulationib. perferendis, de mortificanda carne, paſſionibuſve ſpiritui ſubiiciendis, & rōni, myrrha ſint amariſſima, nihilominus, cū ab illo præcipiātur, qui ſumma dulcedine ſua dulciſſima quæq; reddit, ēt quæ amariſſima eſt eius doctrina nedum ſuauis, ſed & ſuauiſſima, ipſaque dicitur dulcedo. Quo loco perpendendū & illud eſt, quod, dum dulcedinē tantam ei ineſſe, ait Virgo benedicta, apte admodū vocabulo gutturis, ſeu palati Chriſti eā īſigniuit,

Doctrina Chriſti amariſſima, ſimul & dulciſſima.

g Cāt 5 13

D quò ſignificaret, dulcedinē hanc illi ob id potiſſimū ineſſe, quod ex eius procederet gutture, & palato, qui ipſamet eſt dulcedo: non ſecus ac aquæ euenire videmus trāſeūtı per fiſtulas muſco redolētes, aut melle delinitas, vt odorata, dulciſve ſit. Simile.

Porrò in eo, quod adiicit, *Et totus deſiderabilis*, videtur B. Virgo ſe gerere inſtar illius, qui fructū aliquem, cedrum verbi gratia, coram adſtantibus laudans, poſtquam maiori, qua poteſt, eloquētia oſtendere conatus eſt, quam ille pulcher viſu ſit, quam fragrans cortice, quàm dulcis medulla interiori, quomodo id ipſum, quod moleſtū in eo eſſe ſolet acre, ſit ſanum, ſemenque ipſius cordi maxime proficiat, modicis tandem verbis id omne in eum confert laudis, quod in quocunq; fru-

Simile.

E ctu experi queat, breui dicens compendio, illum totum eſſe ſaccarum, totum eſſe aurum, nihilve in eo eſſe, quod deſiderium non excitet.

Verſ. XVI. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Verba gutturis eius dulcia ſunt ſicut mel, & oīa precepta eius de-

 ſide-

APPENDIX.

siderabilia sapientib. eius super aurum, & argẽtũ. Si guttur mystici corporis quæramus Christi, quod hic commendatur, Greg. Nyss. & Iust. Org. ministros verbi Dei, ac Sanctos Doctores, & Prædicatores id esse, inquiunt. Cum, n. vox è gutture oriatur, illi ve vox Christi sint, vt colligitur ex eo, quod Verbi præcursor, *a* vocẽ se esse, dixit: & ex eo, quod ait Apostolus: *b An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Congruenter & guttur iidem asseruntur. Hi autem Verbi ministri, ait Nyss. quia membra sua vocalia concessere spiritui, sonum in eis edenti, nil nisi dulcedo sũt, mel diuinum è gutture suo promẽtes, cuius fruitio cupiditatem satietate non imminuit, sed multò magis desiderium alit.

Prædicatores sũt guttur Dei.

a Ioã. 1. 23

b 2. Cori. 13. 3.

Psellus hoc Christi guttur ipsum Ioannem Baptistam esse, inquit, qui & propterea, vocem clamantem se esse, significauit.

Psellus.

Io. Baptis. guttur Xp̃i

Apon. verò eos censet esse Christi guttur, qui mundo vale dicentes, monasticam vitam agunt in diuinorum eloquiorum meditatione, nihil in se habentes amaritudinis; quin potius id oẽ in se cõtinentes, quod gaudii vel Deo sit, vel Angelis, quãdoquidem sola mundanarum rerũ solicitudo tristitiam, & amaritudinem hominibus causat.

Aponius.

Religiosi guttur Xp̃i

Quod si, nõ tã mystici corporis Christi, & Ecclesiæ, quàm ipsiusmet Christi guttur hoc loco celebratum, velimus; iuxta cõmuniorem Patrũ sñiam eiusdem Christi verba guttur istud asseremus cũ Ambr. serm. 5. in Psal. 118. Theod. Cassiod. Greg. Papa, Catena Trium Patr. Phil. Carpath. Beda, & aliis: quorum dulcedinem confirmant ex perunigato illo psalmi: *c Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.*

Verba Christi sũt eius guttur.

Ambros. Theod. Cassiod. Greg. PP. Tres Patr. Philo.

c Psal. 118. 103.

Porrò Tres Patres, Greg. Papa, & Philo, quod generaliter de verbis Christi dicitur, ad nouũ referunt testamentum, id ve illius guttur asserunt.

Testamẽtũ nouũ ẽ guttur Christi

Ansel. non tam externa Christi verba, quã internum eiusdem verbum, idest, sensum verborũ illius ait esse guttur, quòd rectè dicatur dulcissimũ quia re vera suauissimum sit recipientibus.

Anselmus.

Verborum Christi sensus est guttur eius.

Sed alia ratione Beda pro interna eiusdem Christi benignitate, qua factũ est, vt dulcissima nobis loqueretur verba salutis, idẽ accipit gutturillius.

Beda.

Benignitas Christi est guttur illi'

Non desunt aũt, qui & gutturis vocabulũ pro gustu passiue accipiunt, prout acceptũ à nobis est in secundo litteræ sensu. Nam & Rup. Abb. & Richar. de S. Vict. Dei guttur, ac Christi, de quo hic est sermo, intelligunt internum illius saporẽ, consolationes spirituales, & inexplicabilem, quæ ex eis percipitur, dulcedinem. Notatq. bene Ruper. nulla guttur istud celebratum esse similitudine, prout reliqua membra: quia inexplicabilis sit.

Consolationes spirituales sũt guttur Christi suauissimũ

Ruper. Ab. Richardus.

Deniq. cœlestem sponsum totum desiderabilẽ, seu, totum desiderium dictum asserunt Cassio. & Beda: quia perfectus Deus perfectus homo. Et quia Angelos, & electos quosq. ad sui excitat desideriũ Addit Rich. quia desideratur in se, atq. etiã in mẽbris suis. Sed cõius ẽ ceteris Patrib. q̃ asserit Rup. Abb. quia cũ habetur, tunc magis desideratur: estque visio eius in desiderio, & desideriũ in visione.

Desiderabilis totus tur dicatur Christus.

Cassiodo. Beda. Richard. Victor. Rupert.

Ex Vers. XVI. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Concludit tamdem vniuersam orationem suã sponsa, qua satisfacere oĩ studio enixa est, & interrogationi, qua ab adstãtib. fuerat interrogata puellis verbis hisce. *d Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?* & laudib. eiusdem dilecti: eamq. concludit epilogo sanè præstãtissimo his verbis: *Talis est dilectus meus, & ipse,* &c. Quæ sanè verba triplicem possunt habere sensum: Vel, n. accipiuntur indicatiuè, vel enũtiatiuè.

LITTERA.

d Can. 5. 9

Si indicatiuè sumantur, prout sumẽda videntur ex lectione Originalium Heb. & Sept. quæ ad verbum sic habẽt: *Iste est dilectus meus, iste est amicus, seu, proximus meus:* eorum primus sensus est huiusmodi.

I. SENSVS.

O filia Ierusalem, en vobis ad viuũ, descripsi, & meliori, quo fieri potuit, modo illũ ob oculos posui. Hic ergo, qui talib. insignitus est mẽbris, lineamẽtis, colorib. gratiis, & ornamẽtis, est *meus dilectus*, iste est *meus amicus, & proximus*. Iã si ipsum fueneritis, falli nequaquã poteritis. Sic primo isto sensu indicatur p̃sona ipsa quasi ob oculos posita.

PARAPHRASIS.

Quod si enuntiatiuè eadẽ sumantur, duobus modis exponi ea queunt: Vel, n. per hæc satisfacit non solũ ei puellarũ interrogationi, qua petierãt, sibi ab ipsa exponi qualitates dilecti sui, dicẽtes; *e Qualis est dilectus tuus*, &c. Sed & alteri quoq. earumdẽ petitioni, qua rationẽ exquisierant, cur ipsa tã ardenter illũ deperiret, vt tã magna eas adstrinxerit adiuratione, dicentes; *Quia sic adiurasti nos*: Nec non & contemptui quoque illi satisfacit, quo ædẽ puellæ dilectũ ipsum eius parui facere visæ erant, cum iuxta versionem Septu. dixissent; *Quid dilectus tuus ex dilecto?* &c, vt sensus sit.

II. SENSVS.

e Cãt. 5. 9

Hisce oib. insignib. notis, & qualitatib. *filia Ierusalem*, hac eximia in membris singulis pulchritudine, his gratiis, his demũ & ornamentis insignitus est *dilectus meus*; hac ve, quã vobis exposui, prędirus est suauitate, & amabilitate. Iure ergo præ dilectis omnibus ipsum vnum pro dilecto habeo pro amico, atque pro proximo.

PARAPHRASIS.

Vel per hæc gloriabitur, quòd & ipsa talẽ hẽat dilectum, in eo totum amorem suum collocãs; & vicissim pari ratione ab illo, qui tã insignis, ac p̃stans in omnibus est, diligatur; vt idipsum hic dicat, quod apertiùs aliàs significauit, cum diceret: *f Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*: seu, *g Dilectus meus mihi, & ego illi*, vt sensus sit.

III. SENSVS.

f Cãt. 7. 10.

g Cã. 2. 16

Talis tantusq. est iste, quem tam ardenter diligo: & *ipse* cum talis, ac tantus sit, vt vobis exposui, *filia Ierusalem, amicus est meus*, me amat, mihique sua adhærere non dedignatur amicitia.

PARAPHRASIS.

Ex Vers. XVI. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Declarari potest hic locus per ea Petri verba, quib. in sua prima epistola sic fideles alloquitur: *h Vnusquisq. sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei: Si quis loquitur quasi sermones Dei si quis ministrat tanquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum.* Indicat namque Ecclesia Sancta, Christum in se existentem ex sanctitate, & perfectione membrorum suorum: Ac si dicat.

I. SENSVS.

h 1. Pet. 4. 10.

In Ecclesia q̃uo videtur Christus.

Hisce, quas vobis exposui, notis Christũ in me vt in corpore eius gloriosum intueri vobis licet, q̃ *filiæ* estis cęlestis *Ierusalem*: *ipse est amicus meus*, q̃ in singulis mẽbris meis, quorũ encomia audistis, operatur omnia, quæ præclara sunt, & laudabilia.

PARAPHRASIS.

Ex

LITTERA.

Ex Vers. XVI. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

III. SENSVS. *Charitas optima est cũ magna humilitate cõiuncta.*

VErba hæc sunt animæ humilitate simul, & charitate insignis, quæ ita quidem de sua in Deum gloriatur dilectione, vt gloriatio omnis in Deũ ipsum redundet, optime id callens, qđ ab Apostolo dictum est: a *Nõ qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quẽ Deus commendat.* Gloriatur, quòd Deum diligat, in quem tamen vnica voce, *talis*, id omne confert laudis, & gloriç, quod à sapientibus, & intellectu perspicacibus potest excogitari. E vestigio verò sese demittit, dũ adijcit: *Et ipse est amicus meus:* cõtestans, nimirũ haud quippiã exinde in Deũ prouenire laudis, qđ ipsa illũ tã excelsum, & gloriosum pro dilecto habeat suo: quin potius Deũ, qui talis, ac tãtus est, esse, qui ipsam per id commendet, dũ eius amicus est. Neque charitatem ipsam suam in illũ sibi adscribendam, sed ei, qui prior ipsam dilexit, amicumque se ipsi exhibens, haud dedignatus est in amicam, ac proximam eam assumere. b *In hoc enim est charitas*, ait Christi dilectus discipulus, *non quasi nos dileximus Deũ, sed quoniã ipse dilexit nos.*

a 2. Cor. 10. 17.
b 1. Ioã. 4. 10.

B

Ex Vers. XVI. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Christus Deus, & homo.

IVdæis, vel ad fidẽ conuersis, vel etiam ijs, qui in infidelitate perdurant, filiabus Ierusalem epilogo isto perbreui ostendit Gloriosa Virgo, Christum, cuius amore se languere significarat, prędictis omnibus insignitum notis, sed Deitate imprimis, & humanitate esse maxime illustrem: ob Deitatem quippe illius significandam ait: *Talis est dilectus meus:* Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Christus, quem vnum meũ agnosco, fateorque dilectũ, talis est, qualẽ vobis delineaui; adeo excelsus adeo eximius; vt hoc vnũ dicere queã, quòd *talis est*, Est. n. Deus: Ob humanitatẽ verò adijcit: *Et ipse est amicus*, seu *proximus meus*: Ac si dicat: *Et ipse*, qui *talis est*; & Deus est *proximus meus* cognatione carnis, & filiatione proxime mihi vnitus.

Ex Vers. XVI. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filię Ierusalem.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Hęc est laus dilecti mei, & hæc fortitudo virtutis Domini dilecti mei ò Prophetæ, qui prophetatis in Ierusalem.

Cassiod. Nihil hoc loco notandũ ex Patribus occurrit, nisi quod Cassiodorus, à quo non discrepant reliqui, asserit, Christum dici quidem dilectum Ecclesiæ, vel animæ, quia hæ per fidem, & charitatẽ illi inhærent: Dici verò amicum earumdem; quia ipsas de vinculo peccati redemptas, secretorũ suorum conscias facere dignatus est.

Rup. Abb. Animaduertit autẽ Rupertus Abbas Christum prius dicẽdum amicum, quàm dilectum; quia *ipse prior dilexit nos*, vnde postmodum consecutũ est, vt & nos illum diligeremus.

1. Io. 4. 10.

Michaelis Ghislerii.

A

LITTERA.

Vers. XVII. Quò abijt dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

I. SENSVS.

ET hanc quoque sententiam peregregio sanè artificio Salomon adiunxit ad panegyricam sponsæ orationem de laudibus, & eximijs dotibus dilecti. Ea enim mirũ in modum totum id, quod dictum fuerat, effectũ subito, quod tãtam illius pulchritudinem, & suauitatem, vel auditam duntaxat consecutum in ipsis erat, confirmatur à toto puellarum choro: Indicant quippe omnes simul, perauditas, & ob oculos quodammodo sibi positas tales dilecti eius qualitates, tantas intra se erga illum succensas amoris flammas; vt omnino illum quærere, inuenire, & intueri decreuerint. Ne tamẽ ęmulatione, atque zelotipia sponsæ eius animum turbent, vnà cum illa eum quæsituras se spondent. Aeque est autem, ac si hisce illam alloquantur.

PARAPHRASIS

Tantas nobis iniecisti amoris dilecti tui flammas; tantoque eius videndi desiderio cõcitamur, quem tu *totum desiderium* prædicasti, *totumque desiderabilem*; vt vnum duntaxat nos moretur, ne illum conueniamus, quòd nescimus, quà ad ipsum tendendum sit: Tu igitur, quæ iure optimo
C tam grandi nos obtestata es adiuratione, vt, si illũ inuenissemus, nuntiaremus ei, quòd amore langueas; quæve noscis, ad quæ loca declinare is cõsueuerit, indica nobis, *quo* nam ipse *abiit*, quave ex parte *declinauit*, Hebr. & Septuag. *quò respexit*, qđ Italicè diceremus, *qual strada pigliò*, cum à te discessit; si enim id nobis exposueris nos illico *quæremus illum tecum.*

II. SENSVS.

Præter hunc, quem bonum sanè arbitror, duo insuper alij addi possunt sensus satis & ipsi boni: & quidẽ probabilior fortasse is erit, quo dicemus verbis hisce à puellarũ choro testificatum sponsę, quàm illi condolerent de dilecti tam insignis absentia, quantave eius commotæ essent commiseratione: vt tantũdem sit, ac si ita illam alloquerētur.

D

PARAPHRASIS.

Cum tam illustris, tam decorus, tamq; suauis sit *dilectus* iste *tuus*, haud certè miramur, quòd eius amore langueas, quodve nos ea obtestata sis adiuratione; vt, si, illũ inuenissemus, nuntiaremus ei, quia tu amore langueas; quin potius tui miseremur, tibique ita condolendũ putamus, vt & nos quoque promptas exhibeamus ad illum tecum quærendum: Dicito tu nobis, qua ex parte is iter arripuerit, cum à te declinauit ad modicum tempus: *Tecum* certè per varia *illum quæremus* loca, ad quæ declinare eum nouerimus solitum.

III. SENSVS.

Tertiò denique per hæc eædem puellæ ipsam euehentes panegyricam, quam à sponsa factam acceperant, orationem de dilecti laudibus, ad id
E respondere videntur, quod sub conditione adiuratæ ab ea fuerunt supra in vers. 8. *Si inueneritis dilectum meum*, &c. Ac si dicant.

PARAPHRASIS.

Tam ad viuum nobis descripsisti, tamve insignibus, apertisque notis delineasti dilectum tuum, vt, quem alioquin nec inuentum agnouissemus, inuenturæ nunc sanè simus, si illum inspicere liceat. Ignoramus, quà illum quæramus, indica tu nobis, *quò abiit*, quave ex parte is iter arripuit, quæ in loca declinare consueuit, & inueniemus illum tutò; tu enim, & *nos tecum* vndequaq. *quæremus eum.*

CAPVT SEXTVM.

1 Dilectus meus descendit in horum suum ad
areolam aromatum, vt pascatur in hortis,&
lilia colligat.
2 Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui
pascitur inter lilia.
3 Pulchra es amica mea suauis, & decora sicut
Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.
4 Auerte oculos tuos à me; quia ipsi me auolare fecerunt; Capilli
tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.
5 Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, om-
nes gemellis fętibus, & sterilis non est in eis.
6 Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis.
7 Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescen-
tularum non est numerus.
8 Vna est columba mea, perfecta mea; vna est matri suæ, electa ge
nitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerũt:
Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.
9 Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora cõsurgens, pulchra,
vt Luna, electa, vt Sol, terribilis, vt castorum acies ordinata.
10 Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, &
inspicerem, si floruisset vinea, & germinassent mala punica.
11 Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Ami-
nadab.
12 Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intuea-
mur te.

CAPITIS SEXTI
VERSICVLVS PRIMVS.

DILECTVS MEVS DESCENDIT IN HORTVM suum ad areolam aromatum. vt pascatur in hortis, & lilia colligat.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

LITTERA.

TAMETSI non defuerint, qui nouæ actionis initium in his verbis proponi arbitrati sint, probabilior nihilominus, & cõior Expositorum snia ad superiorem actionẽ hęc refert: Verùm in cõiori isto consensu ingens adhuc inter Expositores ipsos reperitur dissensus; existimãtib. aliquibus, neutiquam hæc iungenda cum immediate p̃cedentib. in fine capitis 5. *Quo abiit dilectus tuus*, &c. nec sumenda vt responsionẽ factã ad prædictã puellarum interrogationem, qua illis indicetur locus, vbi dilectum ipsum reperire possint; sed esse soliloquium potius quoddã sponsæ, exiguam suã subaccusantis memoriam, quod tã sedulo studio, tantisq. laboribus, & ærumnis suum quæsierit dilectum, prout explicauit in superiori cap. 5. à versic. 6. cum facile conuenire illũ potuisset, si id memoria versasset, quod modo recordabatur, illũ descendisse in hortum suum ad areolam aromatum. At certè secundum sniam istam nimis vecors arguitur sponsa, quæ sapientissima esse supponitur, vt pote sapientissimi Salomonis; nec, ardentissimè amãtem decere, crediderim, ita expertem esse memoriæ eorum præsertim, quæ ad dilectum ipsum suum pertineant, vt sponsa hic esse conuincitur.

Greg. Nyss. Greg. PP. Theod. Tres Patr.

Melius ergo, & contextui congruentius hæc ipsa, quæ hic dicuntur, sumenda videntur vt respõsio ad immediatè præcedentem interrogationem prout vterque sensit Greg. Theod. Catena triũ Patrum, aliique nostrorum interpretum, præter vniuersos Hebræorũ doctores: Parum. n. interest, qđ interrogatio illa in c. 5. est, hæc verò in sexto; cum in superiorib. quoq. obseruare liceat, & in subsequentib, sæpius in hoc Cantico initia sequentiũ capitum spectare ad ea, quæ dicta fuere in fine capitis præcedentis, vt initium cap. 2. *Ego flos cãpi, &c.* initium c. 4. *Quàm pulchra es amica mea*, &c. initium cap. 5. *Veniat dilectus meus in hortum suum*, &c. nec non & initium cap. 7. *Quid videbis in Sulamite*, &c. omitto, quòd ab Hebræis, quos & Greg. Nyss. secutus videtur, initium cap. huius 6. à præcedenti puellarum interrogatione, *Quo abiit dilectus tuus*, &c. desumitur.

Greg. Nyss.

Licet autem & contra hanc sniam illud ipsum obiici possit, quo aliorũ eneruatur opinio; vecordiam nimirum, & ingentem obliuionem in sponsa argui, quæ illum tam sedulo à se quæsitum dixerit, quem tamen vbi reperiri posset, sat habebat compertum: Nihilominus haud quidquam id nobis, nostræque officit sniæ, si superiorum recolamus contextum: nam quod sponsa retulit, per Ciuitatem tanto studio dilectum suum quæsisse, vt & flagella, & vulnera, & expoliationem à circitoribus, & à murorum custodibus sustinuerit: nec tamen illum inuenerit, ad narrationem somnii, quæ cœpta fuerat, in verbis illis, a *Ego dormio*, &c. Spectare diximus. Ex occasione verò prædictæ narrationis somnii, quàm toto versu 8. conclusit, ad ardentius dilecti eiusdem præsentiã optandam magis magisq. commota ipsamet sponsa in versu nono, quas alloquebatur, ita ad iurauit socias: *Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis*. &c. iisdemque postmodum sociabus ipsum suum descripsit dilectum; adeo vt illæ pariter amore in eum succensæ, & miseratione in spõsam quoque commotæ, quòd talis dilecti præsentia orbatã viderent, de loco ipsam interrogarint, vbi is conueniri posset, dicentes, *Quò abiit dilectus*, &c. quàm certè interrogationem nullatenus fecissent, si ex illis eius verbis, *Adiuro vos, si inueneritis*, &c. arguẽdum esset, ignotum illi eum fuisse locum, prout supponunt nonnulli: quin potius ea interrogatio supponit, pro certo ipsas habere, sat sponsæ exploratum eum esse locum, quò dilectus ipse tetendit cum ab ea discessit; id quod responsione hac sua ipsamet patefacit, dum ait: *Dilectus meus descendit in hortum suum*, &c. Quõ verò locum illum ignorare ea poterat, quem tam apertis significationibus dilectus ipse ei indicarat, tum in præcedenti cap. 5. vbi dixit, b *Veni in hortum meum, soror mea sponsa: Messui myrrham meam cum aromatib. meis*; tum in capite 4. ad eumdem locum illam inuitans, ac dicens; c *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris Veni de Libano*, &c.

Connexionis series.

a Cãt. 5. 2

b Cãt. 5. 1

c Cãt. 4. 6

SENSVS.

In consuetum hunc ergo, sæpiusque subindicatum locum sponsa profectum, hic inquit, dilectũ suum; notatque, in quam potissimum se se ille contulerit horti partem, addens: *Ad areolam aromatũ* seu, *ad sulcos*, vt legunt Hebræi; vel *ad Phialas aromatis*, vt vertunt Sep. in pulchriorem nimirum aream, in qua perpulchrę, & topiario opere plantationes cõsitæ essent aromaticæ, quib. is maximè oblectari cõsueuerat, vt ex p̃dictis eius verbis, *Vadã ad mõtẽ myrrhæ, & collem thuris*: &, *Veni in hortum*

tum

LITTERA. *tum meum, meſſui myrrhā meā cū aromatibus meis,* colligere licet. Præclare aūt, quæ eiuſdē dilecti ſui bonum ſeruare ſtudet nomen, ne puellæ, ad quas verba habebat, otioſum virū illum arbitrarētur, qui otij duntaxat gratia hortos adiret, ad quid eò ſe is contulerit, exponit, addens: *Vt paſcatur in hortis, & lilia colligat,* duo indicans, quæ ibi ab illo exercentur ſtudia, ſeduli paſtoris alterū, alterū verò ſoliciti amātis, vt tamquā bonus paſtor in vberrimis, & irriguis hortorum paſcuis ſuas paſcat oues (verbū .n. paſcatur, deponentaliter trāſitiuè, & vt ad paſtoritiam ſpectans artē ſumendū, indicat verbum *ποιμαίνειν*, quo vſi ſunt Sept. nec non ēt Hebraicum verbū לרעות litrengoth, *paſcere*, eo modo, quo & in ſubſequenti verſu, & ſæpius quoque in ſuperioribus idem vſurpatum reperitur, a Cāt. 2. 16 vbi dicitur, *a Qui paſcitur inter lilia*: Atq. vt tamquam amator quoq. ſollicitus in hortis iiſdem lilia colligat, quibus corollas ſuæ contexat ſponſæ.

Vnus hic enodandus ſupereſt ſcrupulus, qui ex verbo, *deſcendit*, videtur inſurgere, neq. .n. nobis ſat illud eſſe pōt, qd communiter ab aliis dici ſolet, iter nimirū iſtud ſponſi dici deſcēſum, quia locus, & ſcena huius dramatis cōſtituatur Ieroſolymis, quæ in edito montis eſt ſita, ad cuius montis radices horti extiterint amœniſſimi, cum ſupponamus, & ſupra quoq. ſuppoſuerimus, vnum eūdēq. eſſe ſponſi hortum, areolamq. aromatum, ad quē hic ille profectus dicitur, atq. is, ad quē in cap. 4. ſponſam inuitans, profecturū ſe, dixit iis verbis: b Cāt. 4. 6 *b Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris,* quemve in fine capitis octaui ipſamet ſponſa mōtes appellauit aromatum, cum dixit, c Cāt. 8. 14 *c Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloq. ceruorū ſuper montes aromatum.* Porrò ſi hortus, areolaq. aromatū, ad quæ dilectus profectus eſſe aſſeritur, mōtes aromatū ſunt, mons myrrhæ, collisq. thuris, aſcendiſſe in ea potius quā deſcendiſſe is dicendus fuiſſet. Aptiſſime nihilominus deſcendendi verbo vſa eſt ſponſa recolens, quæ ab ipſo dilecto ſibi dicta fuerant, quando ad dictum hortum inuitata in cap. 4. de agro tāquā de celſiſſimis, aſperrimis, & periculoſiſſimis montibus ad facillimos iucundiſſimosq. vocata eſt mōtem myrrhæ, & collem thuris, vbi ei dictum eſt, d Cāt. 4. 7. *d Vadam ad montē myrrhæ, & collē thuris, Veni de Libano ſpōſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum,* prout ibi explicatum videre eſt. Eamdem ergo proſequēs metaphorā, de agro tāquā de celſiſſimis mōtibus ad faciliores colles, mōtanosq. hortos ſponſum imitata, deſcēdiſſe illum inquit, ſummaq. cū voluptate eò tetendiſſe.

Quæ dicenda eſſent circa hebraicam vocē, *fulcorum aromatis*, ſeu ēt vocem, *Phialarū aromatis*, qua vſi ſunt Sep. vbi noſter Interpres, *Areolā aromatum*, vertit, videri poſſunt fuſius explicata ſuperius in expoſ. 1. verborū illorū verſ. 13. cap. 5. e Cāt. 5. 13 *e Genæ illius ſicut areola aromatū cōſita a pigmētariis.*

Colligentes itaque ſarcinulas poſt longiorem præſentis loci pertractationē, quod ſpōſa hic propoſitæ interrogationi reſpondet, breuiter ta le eſt.

PARAPHRASIS. Reminiſcor, dilectum ipſum meum, cū ad me in vinea mea exiſtentem aduentaſſet, laudūq. mearum panegyricum inexplicabili cecinīſſet ſuauitate, ſignificaſſe, velle ſe ad montē myrrhæ proficiſci, & ad collem thuris, atq. ad hortum ſuum, quo me pariter inuitauit, vt ſecum proficiſcerer; Abiit aūt is *in hortum* illū *ſuum* aromaticis conſitū plantationibus, ſummo artificio, topiarioq. opere in phialarum formā elaboratis, vt ibi, tum boni paſtoris expleat munus, paſcēs oues *in hortis*, paſcuiſque vberrimis, tum ſolicitum ſe præſeferat amantē, colligēs *lilia*, quibus corollas ſuæ contexat dilectæ, quas certè mihi pollicitus ille eſt, cū me ad eūdē inuitās hortū, iis vſus eſt verbis; *Veni de Libano ſponſa, veni de Libano, veni, coronaberis,* &c.

Verſ. I. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.

DE ECCLESIA. *Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.*

QVod in more, obſeruatum eſt, eſſe Chriſti Domini noſtri, Eccleſiæq. dilecti, vt cum deficiente fide in Prouincia aliqua, ab Eccleſia illius Prouinciæ diſcedere videtur, qui ſe nobiſcū vſque ad conſummationem ſęculi fore pollicitus eſt, ſingulari, ac præcipuo gratiæ ſuæ auxilio Catholicam confouens Eccleſiam, in illam quaſi nouo quodam deſcendat aduentu, vnde in eadem cōſequitur morum reformatio, illuſtrior fidelium decor, & fragrantia ſuauior. Hoc nunc ipſamet fatetur Eccleſia, interrogata .n. a filiabus Ieruſalem, quò Chriſtus abiẽrit, quando ab ea in Prouinciis quibuſdam declinauit, prout conqueſtam illā audierant in ſuperioribus, ad ſemet ſponſam, hortūque ipſius aduentaſſe eum, inquit, aptiſſimis autē verbis totum id explicat, quod ab illo, & per illū factum in ſe eſt. Primò .n. ſuum eum vocans dilectum, vti dilectam ſe pariter ab illo habitam indicat, quod apertius in ſubſequenti explicabit verſu, nouit quippe, ſponſam ſe ab illo nuncupatam, cū & hortus pariter dicta eſt in cap. 4. *f Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus*, ideoq. ad ſe vt ad hortū quidem, & vt ad dilectam deſcēdiſſe illum, ait: Deſcendendi autem vſus eſt verbo, tum vt oſtenderet modum, quo in ipſam venit per gratiam nimirum ſpecialem, quæ inſtar pluuiæ è cœlis deſcendit, iuxta illud pſalmi, *g Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam,* i. cum infirmata videretur per tuum abſceſſum, tu deſcendens ſicut pluuia in vellus, gratia ipſa tua ſpeciali perfeciſti eam, tum, vt occaſionem quoq. ſubindicaret talis eius aduentus, quia, ſ. à Prouincijs hæreſi infectis, vt ab aſperrimis, difficillimiſque montibus abſcedens, pergrato iucundiſſimoq. fauore in ipſam, vt in deliciarum ſuarum hortum deuenit, morum reformationem in ea cauſans, deſcendere .n. dicitur, qui ab excelſis, aſperrimiſque deuenit montibus. Ideoque, cum haud aſſignāda eſt iſtiuſmodi occaſio ſimilis eiuſdem Chriſti aduentus, nequaquam hoc reperitur verbum deſcendendi, vt colligitur ex principio capitis quinti, vbi & Eccleſia Chriſtum inuitans, *h Veniat*, inquit, *dilectus meus in hortum ſuum*, & Chriſtus, *Veni*, ait, *in hortum meum, ſoror mea ſponſa*.

Porrò, quia Catholicæ Eccleſiæ reformatio, quæ fit ex dicto Chriſti aduentu, elucet maxime in reformatione trium in primis ordinum, Clericorum, Religioſorum, ac Virginum, ſeu continentium, ideo poſtquam dixit, *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum*, tres addidit partes eiuſdem ſententiæ; *Ad areolam aromatum*; *Vt paſcatur in hortis, & vt lilia colligat*, in quarum ſingulis vnū prædictorum deſignat ordinum, ſiquidem ordinem Clericorum nomine deſignat, *areola aromatum*, ipſi enim ſunt, qui nedum prædicatione verbi Dei,

Reformationem in Eccleſia Catholica tūc excitat Chriſtus, cū hæreſes magis inſurgunt.

f Cāt. 4. 12

Aduentus Chriſti in Eccleſiam, & animā ſignat nouę gratiæ exhibitionem.

g Pſ. 67. 10

h Cāt. 5. 1

Reformatio Eccleſię elucet maxime in reformatione Cleri.

DE ECCLESIA.

Dei, sed & vitæ sanctitate odorem ad plebem fidelium deferũt notitiæ Christi, illius bonus odor existentes in omni loco, ipsi sunt, qui aromata pro populo proferunt orationum, & sacrificiorum, quibus diuinas recreẽt nares: Hinc est, q̃d ad hãc potissimum arcolam aromatum, ad hunc potissimum ordinem speciali auxilio gratiæ suæ descendisse dicitur Christus, cum ab hæreticis fugatur, vt nimirum illum reformet; neq. enim frustra ad talem descendit arcolam, sed, vt aromaticas, quæ in ea consitæ sunt, plantationes excolat, quò maiorem proferant aromatum copiam, vtve ea ipsa colligat, quæ protulerint virtutum aromata, metens in eis myrrham mortificationis, & passionis suæ cum reliquarum ẽt virtutum aromatibus suis, prout alias significauit in principio capitis 5. reddensq. Clericos ipsos configuratos similitudini vitæ, mortisq. suæ. In versione Sept. *Phialæ aromatis*, nuncupati iidem reperiuntur; *Dilectus meus descẽdit in hortum suũ ad phialas aromatis*, in Ecclesiã quippe descendens Christus, Clericorum ordinẽ reformans, eumdemq. vt arcolam aromatum excolens, efficit, vt singuli quiq. eorum, instar aromaticarum plantationum topiario opere in phialarum formam contextarum, phialas se exhibeãt, è quibus quoquot ad illos accesserint, aromata hauriant virtutum vniuersarum, & per quos ante thronum Dei odoramenta spargant orationum, imitantes seniores illos, qui in Apocalypsi phialas suas ante thronum Dei fudisse leguntur aromatum, & *odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum*. Quia verò ad Clerum spectant & Religiosi, quorum tamen ordo distinctus in Ecclesia est ab ordine Clericorum, in Catholicam Ecclesiam, vt in hortum suum descendẽs Christus, & ad Clerum vt ad arcolam aromatum in hortis multiplicium Religionum pascere dicitur oues suas. *Vt pascatur in hortis*: In reformatione siquidem Ecclesiæ sicut arcolam excolit ordinis Clericalis, ita & singulos excolit hortos Religionum, in quibus tamquam in pretiosis, apteq. dispositis hortis delitari consueuit, ab æstu declinans sæculi. Perbelle aũt sponsa & istam sanctarum Religionum reformationem per Christi in se descensum factam insinuat, dum ait: *Vt pascatur*, seu, *vt pascat in hortis*; sanè, n. in hortis, iis præsertim, qui pretiosiores sunt, & nobiliores, haud moris esse nouimus, vt bruta pascantur animalia, quæ vniuersa deuastarent, conculcarentq. nulla habita ratione plãtarũ, florum, fructuumq. nec dispositionis, ac artificii, quibus maxime conciliatur voluptas, sed homines, qui singulorum pulchritudinem admirantes, eximiumq. eorum omnium, quæ in eis disposita sunt, ordinem considerantes, oculis iucundissime in eis pascuntur. Quid verò ordinatius conspici in hoc mundo põt quam rectè instituta religiosorũ conuersatio? Quid eorumdem vnione iucundius? Quid eorum obseruantijs venustius? Quid tranquillitate suauius? Quid studiis, spiritualibusque exercitiis fructuosius? Vbi maior aromatum, orationumq. copia? Vbi vberior pomorum charitatis, multipliciumq. fructuum, & virtutum oĩum prouentus, quam in hortis hisce voluptatis, dum rectè à Christo fuerint exculti? Quid ergo miramur, si rationales oues suas, eosq. etiam, qui in sæculo degunt, in istos is ducit hortos, quando tamquam bonus pastor sanctam Religiosorum vitam illis ob oculos ponit, cum nil sanè reperiri ab illis queat, quo maiores in eius fide, & in vita spirituali acquirant vires, quàm pastus istiusmodi? Porrò, quia sicut nulla re magis venustas deturpatur Ecclesiæ, quàm Clericorum, Religiosorumq. libidine, è qua potissimum contra illam oblatrandi ansam desumere solent hæretici, ita nulla re magis decoratur, quàm continentia, puritateq. eorũdem, quàm vtve & Virginum ordine. Ideirco referens Ecclesia ipsa Catholica, quomodo insurgentibus alicubi hæresibus, speciali exhibito auxilio gratiæ suæ Christus eius dilectus in se descenderit, vt ipsam reformaret, reformationem hanc in Clericali præsertim ordine, atq. in ordine Religiosorum efficiens, idemq. ad arcolam aromatũ descenderit, vt pascatur in hortis, addit; *Et vt lilia colligat*, è liliis nimirum cælibum Clericorum, cõtinentiumq. Religiosorum, atq. candidissimarũ, & suaueolentium sanctarum Virginum coronam cõpacturus, qua illam coronet, vt, sicut ipse virginum choro semper comitatus incedit tamquam sponsus decoratus corona, ita & eam pariter vt sponsam liliorum eorumdem corona circumdet, qua inter vniuersas infidelium, hæreticorumque sectas vt Regina emineat. Quod itaque hoc loco à catholica dicitur Eccles. breuiter tale est.

Clericorũ ordo quõ sit arcola aromatum.

Clerici cur dicti phialæ aromatum.

Apoc 5.8.

Religiosorũ reformatio quã necessaria ad reformationem Ecclesiæ.

Religiones obseruãtes sunt horti, in quibus Christus pascit fideles etiam seculares.

Virginũ, et cõtinentiũ reformatio quã necessaria ad reformationem Ecclesiæ.

PARAPHRASIS.

Christus, cuius abscessum dolui coram vobis *filiæ*, ad cælestem spectantes Ierusalem, a Prouinciis quidem illis, quæ hæresi infectæ sunt, discedens vt ab asperrimis, difficillimisque montibus, speciali gratiæ suæ exhibitione in me *descendit*, montem quidem excelsum, at sibi facilẽ, atq. suauem, ex suscitatarum hæresum occasione gratia ipsa sua, quam denuo mihi exhibuit, reformationẽ in me efficiens; *Descendit* aũt ad reformandum imprimis ordinem Clericalem, vt exculturus *arcolã aromatum*, nec non & ordinem Religiosorum, qui in bene ab ipso excultis Religionum, ac monasteriorum hortis vitam degunt a sæculi perturbationibus remotam, in hortis hisce rationales suas pasturus oues, quibus eorumdem Religiosorum sanctam conuersationem spectandam proponit; Descendens aũt *in* me vt in peculiarem *hortum suum*, *descendit* vt singularis *dilectus meus* ad me vtq. dilectam item suam, vt Clero reformato, & Religiosorum ordine, tamquam ipsius sponsæ collectis è me fragrantissimis, candidissimisq. cælibum, continentium, ac Virginum liliis, coronam mihi compingat gloriosissimam.

Vers. I. Dilectus meus descendit in hortum suum ad arcolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima uniuscuiusque.

Qui delicias suo exhibere velit amico in voluptatis hortum, nobiliusq. tendit in viridarium suum, ibiq. in secretioribus, pulchrioribus, ac iucundioribus horti partibus fructus, floresque colligens, lautissimum ei instruit conuiuiũ.

Simile.

Pari sanè ratione Christus sanctarum animarum sponsus, cum nil magis habeat in optatis, quam vt fideli cuique animæ suauissimas exhibeat voluptates, in hortum passionis suæ proficisci hic dicitur, vt ibi in secretioribus variorum mysteriorum hortis eam dulcissimis pascat meditationum ferculis, vtve collectis hinc inde fragrantium, purissimarumque virtutum liliis, floribus & mensam conspergat, & pulcherrimas animæ contemplatiuæ compingat corollas. Hæc aũt sunt, quæ ab ea, quæ hic loquitur, hisce significantur verbis; *Dilectus meus descendit in hortum suum*

In passionis Christi meditatione voluptates exhibẽtur animæ cõtemplatiuæ.

DE ANIMA.

ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur, &c.

Multa quidem circa hunc ſenſum dicenda forent, ni aliàs oſtenſum a nobis fuiſſet, & quomodo meditatio paſſionis Chriſti ſit peculiaris eiuſdem Chriſti hortus, & quomodo, dante ſe pia anima ad huiuſmodi meditationis ſtudium, conferre ſe in eumdem hortum dicatur eius ſponſus, quibus de rebus videri poſſunt, quæ dicta ſunt ſuperius tum in verſicul. 6. cap. quarti expoſit. tertia illorum verborum, *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris*, tum in principio capitul. quinti expoſit. item tertia in illa verba; *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meã*, &c.

Pag. 616.

Pag. 740.

In paſſionis meditatione quã bonũ experiamur Chriſtum, conſolationibus nos reficien tem.

Præter hæc nihilominus, & in ſingulis huius ſententiæ verbis peculiare aliquod conſiderandum ſupereſt.

Ac primo circa verbum, deſcendit, illud animaduertendum eſt, quod ſponſa aſcendere dicitur, cum ſit ſermo de eius progreſſu ad prædictã paſſionis Chriſti meditationem, vt patet ex verbis illis; *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto*, vel *per deſertum*, quæ habentur in capite 3. & in capitul. 8. cum verò de eodem agitur progreſſu, vt a Chriſto ſit, ponitur verbum deſcendendi.

Ex qua verborum diuerſitate intelligimus, piã quidem animam, dum ſe confert ad meditanda myſteria ſanctiſſima paſſionis, eleuari de infimis hiſce vallibus rerum terrenarum ad montem excelſum, ac maxime delectabilem: E veſtigio verò Chriſtum, eius dilectum, quando vna cum eadem anima ad eadem paſſionis loca ſua diuina proficiſcitur præſentia, à celſiſſimis cœlorum ſedibus deuenire ad ea, quæ demiſſiſſima ſunt reſpectu cœleſtium.

Qua in re ſumma illius admiranda eſt benignitas, qui, cum ſat exploratũ habeat, in infimis terrenarum rerum conuallibus perfectas piis animabus haud poſſe parari delicias, perpenſaq. earumdem imbecillitate intelligat, illas haud poſſe aſcẽdere ad plene intuenda cœleſtia, in quibus voluptatum, quæ verè dicendæ ſunt voluptates, repoſitus eſt cumulus, demittens ſe ſe quodammodo ad ima deſcendit paſſionis ſuæ loca, eaſque illò eleuans, ſummis ibidem ipſas perfundit delicijs; In quo illum imitari videtur Principem, qui cum videat, amicum ſuum aſcẽdere minime poſſe vſq. ad verticem montis, vbi vniuerſa, quæ deſiderari queunt, habentur parata, quò illi aliquam animi ſui oſtenſionem præbeat, in alio, quem inferius habet, horto, quòve illum aſcendere poſſe cognoſcit, lautiſſimum item alterum eidem parat conuiuium.

Simile.

Quamquam, ſi deſcendendi verbum eo ſumamus ſenſu, quo in prima ſoni litteræ expoſitione ſumptum a nobis eſt, aliud ex hiſce ipſis deſumitur arcanum, nempe ſtudium meditationis paſſionis Chriſti difficile quidem videri, & montem, monteſq. excelſos eis, qui illud minime attingũt.

Attamen illud ipſum reſpectu ſtudiorum, quibus in ſæculo miſeri detinentur homines, facillimum eſſe, ac iucundiſſimum, ita vt, cum pia quæque anima ab illis ſe confert ad iſtud, quaſi à celſiſſimis, aſperrimis, maximeque periculoſis montibus ad ſuauiſſimam deſcendere videatur planiciem, a Libano quidem veniens, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, atque de montibus pardorum in perpulchrum myrrhæ montem, & in facillimum thuris collem.

Bene autem, dum in itinere iſto a tam periculoſis montibus comitem habere ſe noſcit Chriſtum, peculiari ratione illum dilectum ſuum appellat, indicans, eo ſummam illius erga ipſam per ueniſſe dilectionem, vt qui feliciſſimus regnat in cœlis, comitem ſe ei præbuerit & in aſcenſu aſperrimorum montium ſæculi, quò ab illis eam auerteret, deſcenderetque cum ipſa in facillimum mõtem prædictum meditationis paſſionis ſuæ, iuxta illud. *a Seruire me feciſti in iniquitatibus tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.*

DE B. MARIA

a Iſ. 43. 24

Porrò iſtud meditationis ſtudium, hortuſve iſte *areola* vocatur *aromatum*, & bene *aromatum*, in plurali, quia non vnius duntaxat aromatis, ac virtutis, ſed omnium virtutum copia ibi conſita reperitur, bene etiam areola, non area, neque enim in ea perfectione ibi a nobis ea percipiuntur, qua in maxima percipientur area cœleſti.

Paſſionis Chriſti meditatio quæ areolæ aromatum.

Duo quoque verba, quæ ſubſequuntur, *vt paſcatur in hortis*; peculiare quid indicant, per ea quippe intelligimus, Chriſtum ad hoc nobiſcum in prædictam deſcendere areolam, vt nos paſcat, dulciſſimum porrigens mel guſtuum, ac conſolationum, ſuauiſſimumque doctrinæ cibum. *In hortis* autem paſcere, ibi dicitur, vt exinde colligere quiſque valeat, qui nam ſint, qui à Chriſto in myſteriis ſanctiſſimæ paſſionis paſcantur, oues nimirum rationales, animæque ſpirituales, quæ nec reſpiciunt, nec guſtant iam hærbas in terra poſitas, ſed oculos, mentemque eleuant ad fructus ex ſublimibus pendentes arboribus, quæve eorum omnium, quæ in paſſione peracta ſunt, habent rationem, *b Animalis namque homo* (vt ait Apoſtolus) *non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei*: Bene autem non in horto ſimpliciter, ſed *in hortis* iſtæ paſcuntur oues, quandoquidem ſingula paſſionis myſteria delicioſiſſimorum florum, ac fructuum copia redundant, ſicut plurium hortorum lilia, quæ in hortis hiſce colligi à Chriſto dicuntur, dum dictas in eis paſcit oues, quæ ſunt cogitationes ſpei gloriæ cœleſtis, quas in meditatione myſteriorum eiuſdem paſſionis ſanctæ quæque concipiunt animæ, oſtenſum eſt enim ſępius, lilia eſſe ſpei hieroglyphicum, & ſanè nulla ex re maiorem cęleſtis gloriæ concipimus ſpem, quàm ex conſideratione paſſionis Chriſti, *lilia* pariter & ij ſunt virtutum actus, patientiæ in proximis, quæ a meditante anima ex ipſo proferuntur meditationis ſtudio, quos Chriſtus colligere dicitur, ob id ſane, vt ex illis coronam illi compingat, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

b 1. Cor. 2. 14.

Verſ.I. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

INterrogata a filiabus Ieruſalem, & à Iudæis Virgo Benedicta, quò ſe receperit Chriſtus, & vbi inueniri is poſſit, eorum interrogationi ſatisfacit hoc loco, dicens, reperiendum illum eſſe in Eccleſia diſcipulorum ſuorum, ad quam deſcendit etiam poſtquam aſcendit in cęlum, iuxta pollicitationem ſuam, qua dixt, *c Vado, & venio ad vos*, ideſt, licèt aſcendam in cœlum, veniam tamen, & deſcendam ad vos: Deſcendiſſe autem illum per ſuam ſanctam gratiam, non locum mutando, ſed miſericorditer operando in Eccle-

In Eccleſia Apoſtolica reperitur Chriſtus.

c Io. 14. 28

APPENDIX.

Ecclesiam ipsam, quam supra in capitul. 4. *a* hortum suum nuncupauit, nuncve nedum hortum, sed & *areolam aromatum* Virgo sanctissima eam dicit, quia in ea est omne sanctitatis genus, quia in ea Martyres, Confessores, Virgines, Doctores, omneque aromaticarum plantationum genus: Descendisse verò Christum in hac, inquit, areola, vt *in hortis* sacrarum scripturarum rationales suas pascat oues, vtve *& lilia colligat* purissimarum animarum, quas per mortem succidit, coronam compingens, & diadema speciei, quod in sua gestat manu.

a Cãt. 4. 12.

Vers. I. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis. Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Dominator autem sęculi suscepit voluntarie orationem eorum, & descendit in Babylonem ad concilium sapientum, & dedit populo suo requiem, & eduxit eos de captiuitate ipsorum per manum Cyri, & Esdræ, & Nehemiæ, & Zorobabel filij Salathiel, & seniorum Iudæorum, & ædificauerunt domum sanctuarij, & constituerunt Sacerdotes super oblationes, & Leuitas super custodiam verbi sanctitatis, & misit ignem de cœlis, & suscepit voluntariè oblationem, & incensum aromatum, & sicut vir, qui nutrit filium suum dilectum in delicijs, ita delicate nutriuit eos, & sicut vir, qui colligit rosas de conuallibus, ita congregauit eos de Babylonia.

In ecclesiã vt in hortũ suum Christus per specialia auxilia descendit.

Communiori sensu de eo Christi descensu hæc intelliguntur, quo is per specialia auxilia in Ecclesiam hortum suum descendit, vt ipsam ascendere faciat.

In sterũ animæ sunt areolę, & phialę aromatum.

Psal. 41. 2.

Quia verò hæc specialia auxilia piis specialiter animabus elargitur, ad singulas earum descendisse dicitur vt ad areolam aromatum, cum in eis variarum virtutum aromata, vt in areola disposita sint, & earumdem virtutum redoleant fragrantiam, probatque Beda, quam bene huiuscemodi anima dicatur areola, ex eo psalm. quo iuxta versionem Hieronymi ex hebræo dicitur. *Sicut areola præparata est ad irrigationes aquarum, sic anima mea præparata est ad te Deus.* Quæ item animæ iuxta versionem Sept. dicuntur phialæ aromatum: quia vt bene asserit Gregor. Nyssenus homil. 15. virtutum aromata proferunt, quæ tales sunt, vt sapientiæ crateres factæ, diuinum, & incorruptum vinum in se recipiant, per quod omnem assequantur lætitiam. Phialas aromatum easdem dictas, inquiunt Tres patres, tum quia sancti spiritus, & gratiæ vnguentum continent, tum quia instar vitrearum phialarum Christo referunt exemplar.

Greg. Nis.

Tres Patr.

Quod adijcitur, *vt pascatur in hortis, & lilia colligat*; Qui hunc sensum primum sequuntur, tantumdem esse putant, ac vt delectetur piis laboribus sanctorum, vtve eosdem sanctos ad se in æternam colligat beatitudinem, ita Cassiodorus, Gregorius Papa, Beda, atque Anselmus, qui addit, significari insuper, quosdam à Christo colligi & eligi fideles, quos puritate candidatos efficiat lilia.

Cassiod. Beda Greg. PP. Anselmus

Ab hoc primo sensu haud admodum dissentit Theodoritus, qui arbitratur, in his significari,

Theod.

A Christum descendisse in Ecclesiam vnam, vt delectetur in phialis aromatis, iis, scilicet, qui redolent odorem suum, vt omnes pascat Ecclesias hortos particulares, & vt Ecclesiæ Catholicæ adiungat, quos collegerit factos lilia per imitationem pulchritudinis sponsæ.

Sensum quoque Ruperti Abbatis ad primum istum referre possumus, secundum quem Descendere Christum in Ecclesiam, atq. in pias animas, nil aliud est, quàm perseuerare, vt in Ecclesia nobiscum maneat, quomodo semel descendit; quandoquidem dixit, *b Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Eo verò, quod adijcitur, *vt pascatur in hortis* significari, vt faciat B voluntatem Patris, quod suum esse cibum contestatus est in *c* Euangelio.

Rup. Abb. *In Ecclesiã quo, & ad quid descẽdere dicatur Christ.*

b Mat. 28. 20.

Atqui cum electos suos congregat ad se, tunc planè colligere lilia, ait Rupertus.

c Io. 4. 34.

Secundum Gregorium Nyssenum homil. 15. Descensus sponsi in hortum suum, descensus est Dei in animam, seu in humanam naturam, quam pulcherrimam plantarat hortum, ac paradisum, vt, quam aper de silua diabolus vastauerat per peccatum, denuo ad pulchritudinem restitueret Paradisi.

Greg Nis. *Christus descẽdit in homines, vt illos efficiat paradisos.*

Per id, quod dicitur, *vt pascatur in hortis, & lilia colligat*, significatur, ipsum fideles, rationalesque oues suas floribus, ac liliis pascere virtutum, atque sanctorum operum, ea quippe esse inquit C lilia, de quibus Apostolus, *d Quæcumque vera sunt, quæcumque pudica*, &c.

d Phil. 4. 8

Ad hunc Nysseni sensum referri potest & id, quod dicitur à Catena trium Patrum; Deum inuisibilem descendisse in creaturam, quam plantauit, & ad animas sanctas phialas (vt dictum est) aromatis, vt *in hortis*, tum creaturæ intelligibili, tum naturæ sensibilis, in quibus virtutum rationes, & modi consiti sunt, oues pascat ratione prædita, & *colligat* veluti *lilia* ex spinis, nempe ex animabus, quæ solicitudinibus sæculi suffocatæ sunt, animas, quæ iisdem abrenuntiarunt solicitudinibus.

Tres Patr.

D Ad Verbi descensum in Incarnatione referunt hæc Psellus apud Theodoritum, & Iustus Orgelitanus, quando descendit in vterum Virginis, vt in aromatum diuinorum phialam mundam. Quod dicitur, *vt pascatur in hortis, & lilia colligat*, Psellus interpretatur, vt fideles sanctis pascat eloquiis quæ vocantur lilia. Alio modo Iustus; Vt regnet in gentibus, vel in Ecclesijs delectetur; vt ex eis Virgines, vel sanctos quosque assumat.

Psellus. Iustus.

In Incarnatione descẽdit Deus in vterũ Virginis vt in hortũ suũ.

De descensu Christi ad inferos exponunt Philo Carpatius, atque Aponius. Quod enim tunc in hortum suum Christus descenderit, colligit Philo ex illis eius verbis ad latronem, *e Hodie mecum eris in Paradiso*, idem quippe est paradisus, E & hortus.

Philo Car. Aponius. e Luc. 23. 43.

Per phialas, seu areolas aromatum, sanctos intelligunt Patres, ad quos ille descendit; De quibus & Patribus intelligit Aponius, quod dicitur, *vt pascatur in hortis, & lilia colligat*; Tametsi alia ratione id explicat Philo, nimirum, ex prædicto Christi descensu factum esse, vt in fragrantissimis mentium humanarum hortis christiana fide, & charitate flagrantium pasceretur ipse Deus, ex iisve candidissima liliorum odoramenta, ac serta Apostolorum, Martyrum, & omnium Beatorum ad cœlestem thalamum adornandum legeret.

Singulari demum ratione Hyeronimus circa finem

LITTERA. finem comment. in Zachariam præsentem senten A tiam & legit, & interpretatur, legens namque; *Fratruelis meus descendit in hortum meum ad phialas aromatum, pascere in hortis, & colligere lilia:* Hortus, inquit, & paradisus, in quem sponsus descendit ad sponsam, sanctorum lectio scripturarum est, de quibus lilia, & violas, & rosas, & varia decerpit aromata, vt impleat phialas animarum credentium, & Domino ex eis lilia defundat.

In scriptura sacra lectione, vt i hortum, descēdit Christus.

Vers. II. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. B

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Pag. 412. QVæ in istius sententiæ explicationem forent dicenda, videri possunt fusius iam exposita in simili sententia, quæ habetur supra in versicul. decimo sexto, cap. secundi. Ea tantum hoc loco notanda supersunt, quæ ad connexionis pertinent seriem.

I. SENSVS. Duobus autem modis connecti hæc cum superioribus possunt, adeoque & duplicem habere queunt sensum, vel enim primò pertineant ad huc ad eamdem sponsæ responsionem, qua in præcedenti versiculo respondere illa cœpit sociabus, & C filiabus Ierusalem, dicentibus: *Quo abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* vt interrogationi quidem de loco satisfactum per id ab ea sit, quod iam dixit; *Dilectus meus descendit in hortum suum,* &c. vt explicatum est. Per hæc vero, Zelotypia non nihil commota, ad illud respondeat, quod ab eisdem dictum fuerat: *Et quæremus eum tecum,* ac si dicat.

PARAPHRASIS. Nihil est, quod dilectum meum quæratis adeo electum, adeo speciosum, illi enim *ego* sola sum dilecta, sicut ipse *mihi dilectus* est solus: Is, vt propriam, ac singularem me habet dilectam, sicut, & ego pro singulari, proprioque dilecto meo vnum illum habeo, *qui pascitur inter lilia,* epithetum ip- D sius item singulare, quo eius & puritas designatur, & pulchritudo, atque fragrantia, prout in ci- a Cāt. 2. 16 tato loco *a* explicatum est.

II. SENSVS. Vel ad easdem socias hæc ipsa ab eadem sponsa dicta sunt ex occasione, quòd inter loquendum is, de quo sermo habebatur, comparere cœpit dilectus, ipsam suam reuisens dilectam, vt statim, ac ipsum domus suæ limina attingentem inspexit, in hæc proruperit.

PARAPHRASIS. *Descendit* quidem, vt vobis dixi, *dilectus meus in hortum suum, vt pascatur in hortis & lilia colligat* At haud operæpretium est, vt illum quæramus; Ellum enim ipsum, *qui pascitur inter lilia,* haud minus pro me solicitum, quàm sim ipsa pro illo solicita: *Ego* enim sola illi sum dilecta, sicut & is pariter vnus *mihi* est, & solus *dilectus.*

Vers. II. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et in illo die ego serui tui Domino sęculi dilecto meo, & dilectus meus habitare fecit maiestatem suam in medio mei, & nutriuit me delicijs.

A Gregorius Nyssenus homil. vltima, duabus APPENDIX. præclaris similitudinibus hæc exponit, quarum altera est, vt sicut is, qui in tabula picturam videt accurrate efformatam ad primum exemplar, & ar Greg. Nys. chetypum, vnam vtriusque formam esse pronun- Simile. tiat, dicens imaginis pulchritudinem esse ipsam archetypi pulchritudinem, & archetypum in simulacro conspici. Eodem modo & pia anima, hęc dicens, significet, pulchritudinem suam conformatam ad Christi exemplar, postquam amissam Dei recuperauit similitudinem in virtutibus sitam. Altera desumpta ex speculo, vt sicut specu B lum ad vsum aptè comparatum pura in superficie incidentis faciei accurate reddit characterem, sic posteaquam anima se ipsam recte comparauit, Simile. omnemque huius vitæ labem abiecit, puram incorruptæ pulchritudinis sibimet ipsi imprimens speciem, dicens. Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum, æquè est ac si diceret. Postquam toto mei opificio cognati mei Christi faciem intueor, per hoc ipsum tota formæ ipsius venustas in me conspicitur.

Iusti alia speculū referens imaginē Christi.

Quas voces videtur imitatus Apostolus, vbi dixit, *b Viuo ego iam, non ego, viuit vero in me Christus,* idest, abrasis quasi poliendo vniuersis, quæ b Gal. 2. 20. in Christi naturam non cadunt, nihil in me habeo, quod non in ipso sit, & ea de causa mihi vita C Christus est, qui est sanctificatio, & puritas, & immortalitas, & lumē, & veritas, & huiusmodi alia, quæcumq. animā meā pascunt, non in gramine, vel virgultis, sed in splendoribus sanctorum, id enim significant lilia, cum splendido quodam sint ornata colore.

Præter hæc, alterum quoque hoc loco notandum videtur ex Ruperto Abbate, is quippe ea, Rup. Ab. quæ hic dicuntur. *Ego dilecto meo,* &c. ita cum superioribus iungit, vt subandiatur, pessulum ostii mei aperui, vocis meæ obsequium præbui, vt audirent, & non nescirent filiæ Hiærusalem, qualis ipse sis. Et dilectus meus, qui pascitur inter lilia, idest, qui corda munda, & casta diligit corpora, mihi scilicet vicem reddit laudationis, & beatificationis, quæ sequitur. D

Vers. III. Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

COnfirmat in hac sententia sponsus id, quod in primo sui appulsu ad fores sponsæ dictum in præcedenti versu ab ea acceperat, laudationisque egregiam eidem rependit vicē, B Tria ibi ab illa dicta fuerant, dum socias alloquens, adstantem sibi videret sponsum. Quod is ipsam solam, vnamque haberet dilectam, quòd & ipsa vicissim vnum illum, ac solum haberet dilectum, ac demum peregregio epitheto illo, *Qui pascitur inter lilia,* insigni eumdem commendarat encomio pulchritudinis, puritatis, atque fragrantiæ.

Encomio isti satis sanè perbreui vicem rependit, at auctiorem, panegyricam pulchritudinis ipsius exordiens orationem, in qua more suo generali prius eam celebrat omnimodæ pulchritudinis laude, subnectens postmodum & particularia præcipuorum membrorum ipsius encomia.

Porrò

LITTERA.

Porrò generale, quod exorditur, pulchritudinis eius præconium, multò eſt quolibet alio, quod hucuſque habuit, illuſtrius, illud ſiquidem omne in illa eſſe teſtatur, quod ad omnimodam neceſſarium ſit pulchritudinem, ſingillatim quaſque in eadem indicans eius pulchritudinis conditiones, cum nedum pulchram illam dicat, ſed & ſuauē, & decoram, atque etiam terribilem vt caſtrorum aciem ordinatam.

I. SENSVS. *Pulchritudo perfecta quibus conſtet.*

Enimuero tametſi pulchritudo communi hominum conſenſu in proportionata membrorum textura cum debito colore eſſe definiatur, contingere nihilominus poteſt, vt proportionatis quis conſtet membris, debitoque colore, atque adeo & pulcher primo appareat aſpectu, qui tamen re B uera nec pulcher æſtimetur, nec vt verè pulcher amorem ſibi conciliet, cum haud quaquam ſit ſuauis, gratia nimirum ea carens, & venuſtate illa, quæ vltra membrorum proportionem, debitumque colorem veræ neceſſaria eſt pulchritudini, quin & ſæpius contingit, vt ob membrorum proportionem, debitumque colorem pulcher appareat quis, atque etiam ob prædictam gratiam, & venuſtatem ſuauis, qui tamen adhuc omni modo pulcher dici nequeat, deficiente ei decoro veſtimentorum ornatu.

Simile. Quemadmodum & in picturis obſeruare eſt. Sunt quippe nonnumquam imagines quæpiam ſummo cum artificio, circinoque, adhibita ſingulis membris proportione, nec non & optimis elaboratæ coloribus, quæ tamen, licet C iis, qui ignari ſunt artis pingendi, pulchræ videātur, nunquam tamen bonis probantur pictoribus, cum artificioſæ cuiuſdam expertes ſint gratiæ, ob quam viuæ dicantur. Quis vero neſciat, quoties contingat, vt pulchritudinis eadem imago perfectam non mereatur laudem, licet & viua dicatur, & requiſita membrorum proportione, congruiſque conſtet coloribus, quando congruenti haud decora ſit ornamentorum cultu?

Perfectam ergo in ſponſa celebrans pulchritudinem, & omni ex parte completam, ita pulchram illam dilectus prædicat, vt ſimul quoque ſuauem eamdem pronuntiet, atque decoram: Quin quia D grauitas, & maieſtas externi habitus, faciei, totiuſque corporis ipſam mirum in modum illuſtrat pulchritudinem, quæ alioquin deſpicabilis reputatur, ad cumulum eiuſdem encomii, & hanc quoque in pulcherrima, ſuaui, decoraque dilecta euehit, dicens: *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.*

In tam eximio autem huiuſcemodi pulchritudinis encomio duo duntaxat duabus adhibitis explicat ſimilitudinibus, extremas nimirum eiuſdē pulchritudinis partes: In primis quippe duabus haud quaquam hoc loco ſe detinet, quia quod ob membrorum proportionem, concinnumque colorem pulchra re vera illa dicatur, præcipuorum membrorum laudatione ſpeciali, confirmabit in E ijs, quæ mox ſubijciet: Quòd vero & ſuauis pariter ob ingenitam ſit gratiam, nulla comprobat ſimilitudine, quia nulla reperiri poteſt ſimilitudo, qua ipſa eius exprimi poſſit venuſtas, & gratia, quę nec proprio, ſimplicive explicari poteſt vocabulo, ita vt in textu Hebraico ipſius ſuauitatis nomine expreſſa reperiatur, cum ſic ibi legatur. *Pulchra es proxima mea ſicut ſuauitas*, quod alia ratione expreſſerunt Sept. *ὡς εὐδοκία, ſicut beneplacitum*, ſeu *ſicut complacentia*, ideſt, ita ob venuſtatem ſuauis es, vt gratia, & veſtuſtas tua ſit ipſa quodammodo ſtrauitas, & complacentia.

Ad vero tertiam eiuſdem pulchritudinis lau-A dem, è decoro deſumptam indumentorum ornatu peregregia illuſtrauit ſimilitudine, non iam ex agro, & re ruſtica, ſed ex nobiliſſima, ampliſſima, auguſtiſſimaque vrbe petita, eo modo, quo & Dauid in pſalm. 143. de eadem agens pulchritudinis parte, perpulchre ornatas puellas aſſimilat templo, dicens, a *Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi* quoque & Ioan. in Apocalyp. e contrariò in ſpiritu vidiſſe ſe dicit, b *Ciuitatem nouam Ieruſalem deſcēdentem de cœlo a Deo, paratam ſicut ſpōſam ornatā viro ſuo*; Sic ergo ait, *& decora ſicut Ieruſalem*, Ciuitati Ieruſalem, quæ inter omnes, nedum Iudeæ, ſed etiam totius Aſiæ vrbes illuſtrior eſſet, quam Ieremias c perfecti B dicit decoris, de qua denique & Propheta Regius d glorioſa ab vniuerſis terræ populis aſſerat dicta, decoram aſſimilat dilectam ſuam, quia ſicut in auguſtiſſima Ciuitate illa id omne conſpiciebatur decoris, & ornamenti, mœnium, porticuum, templi, turrium, ſpectabilium ædificiorum, ac ædium, fontium, pomœriorum, platearum, nobiliſſimi, copioſiſſimique populi conuentuum, theſaurorum, ceterorumque ſimilium, quæ pulcherrimæ cuique neceſſaria ſunt Ciuitati, ita vt nihil in ea deſiderandum ſupereſſet, quod ad externum ſpectans cultū, intuentes ad ſe allicere ſoleat; Eodem modo id omne in ipſa ſit, quod ad muliebrem, decorumque cultum eſt neceſſa-C rium, quin quicquid in ea decoris eſt, quicquid cultus externi pereximium illud ſit, nobiliſſimū, & maxime ſpectabile, adeo vt per eam vel à longe non minus alliciantur intuentes, quam a celſiſſima ciuitate Ieruſalem è longinquioribus partibus alliciuntur viatores.

a Ps.143.12. b Ap.21. c Thren 2.15. d Ps.86.3.

Grauitatem etiam, decentemque maieſtatem, quartam omnimodæ pulchritudinis partem altera euehit ſimilitudine aciei rectè inſtructæ.

Nil enim huiuſmodi caſtrorum acie, vel maieſtate ſpectabilius, vel grauitate illuſtrius; Vnde & in capitul. 1. huius Cantici ſimili comparatione eadem ſponſæ pulchritudo extollitur, vbi dici-D tur, e *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea.*

e Cãt.1.8.

Bene autem, tametſi ob hanc grauitatem, & maieſtatem perpulchra illa ſibi videatur, maximeque ſpectabilis, æque ac militum acies ſpectabilis eſt, præfulgidis decora armis, inſtructiſque ordinibus viſui iucundiſſima eſt amicorum, terribilem potius, quàm ſpectabilem dicit, vt caſtrorum aciem ordinatam, quò ne dum quartam, quæ dicta eſt per hanc ſimilitudinem in ſponſa commendaret pulchritudinis rationem, ſed & id potiſſimum confirmaret, quod ſecundo loco ab ipſamet ſponſa dictum audierat; *Et dilectus meus mihi*, ſicut etiam quod ab eadem dictum fueret prius. *Ego dilecto meo*, in tota prima huiuſmet E verſus parte confirmat. Dixerat illa, *Dilectus meus mihi*, ideſt mihi is ſolus eſt dilectus; vnum ipſum ſolumque meum agnoſco dilectum, reſpondet modo idem, *Terribilis es vt caſtrorum acies ordinata*: Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Veriſſime id a te dictum confiteor, ſat enim mihi exploratum eſt, ceteris vniuerſis, quos haud quaquam vt dilectos habere vis, inſtar inſtructæ militum cohorti, quæ in aduerſarios directa ſit, te eſſe terribilem, terroremque inferre, iuxta verſionem Sept. *θάμβος Pauor vt inſtructa*, ſcilicet. Dixerat illa, *Ego dilecto meo*, ideſt, ego ſola dilecto meo amica ſum, me vnam is habet amicam, atque dilectam, reſpondet ipſe, amicæ

nomine

LITTERA. nomine eam compellans, probatque, quam rationabiliter eam vnam vt propriam teneat dilectam, dicens; *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem*, ac ſi dicat; Tu certe *amica mea es*, vnaque dilecta, cum omnimoda inſignita ſis pulchritudine, neque enim apta duntaxat membrorum, colorisque compoſitione es *pulchra*, ſed & ob inexplicabilem gratiam, ac venuſtatem *ſuauis es*, ita vt non immerito ipſam te dixerim gratiam, complacentiam, ſuauitatemque ipſam te reputem, præſertim cum & ornatu decora ſis congruentiſſimo, ita vt eximio faciei, totiuſque corporis habitu, cultuque externo auguſtiſſimæ comparanda ſis Ciuitati Ieruſalem, nihil in te deficiente ornamentorum, externive decoris, decoreque ipſo tuo vniuerſarum mulierum excedente decorem, non ſecus ac ciuitatis Ieruſalem decor decori ſupereminet excultarum quarumcum que Ciuitatum.

Sic ſecundum iſtum ſenſum ſponſus confirmat ſponſæ dictum, quòd ipſam ſolam amicam habeat per id, quod illa pulcherrima ſit mulierum, quo epitheto aliàs ab eodem nouimus honeſtatam.

At efficacius idipſum confirmaret, ſi è contrario exinde probaret, illam vnam, peculiaremque habere dilectam, quod adeo in eam eſſet propenſus, vt ob ſingularem complacentiam iure optimo ipſam vnam amicam perfecta pulchritudine inſignem æſtimet, prædicetque. Quem ſenſum optimè exprimit Hebraicus textus, in quo pro eo, quod in Vulgata legimus *ſuauis*, habetur vox כתרצה chethirtſah, quæ ſi appellatiuè ſumatur, vt ſumendam indicant antiquæ verſiones omnes, ſignificat, *ſicut ſuauitas, ſicut complacentia, ſicut res grata, & accepta*, prout recte eam reddiderunt Septuaginta, *ὡς εὐδοκία, ſicut beneplacitum*, *ſicut complacentia*, bonaque voluntas, vt, quod hic dicitur, ſimile ei ſit dicto, quo in Euangelio cœleſtis Patris vox illa refertur, a *Hic eſt filius meus dilectus, ἐν ᾧ εὐδόκησα, in quo mihi complacui*, & illi, quo idem Pater apud Iſaiam ait, b *Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea.* Exprimitur tamen melius hoc loco idem ſenſus per verſiones Aquilæ, quæ habet, *κατ' εὐδοκίαν. ſecundum beneplacitum*, & quintæ editionis legentis *ἕως εὐδοκῶ donec*, ſeu *quamdiu complaceo*, ac ſi dicatur.

a Matt. 3. 17.

b Iſa. 42. 1.

PARAPHRASIS. Quamdiu, & quatenus complaceat in te anima mea, pulcherrima certè tu mihi es *amica mea*, ſeu ò *amica mea* adeo verum ideſt, quod aſſeris, dilectam peculiarem meam te eſſe, vt ob id vnam pulcherrimam prædicandam te cenſeam, quod accepta mihi es, prout hebraicam vocem, chethirtſah, expreſſit R. Salomon in ſuis commentariis, cui conſonat multo antiquior verſio Symmachi, quæ eamdem vocem reddit, *εὐδοκητὴ beneplacens*, nec ab hoc ſenſu noſtra aliena eſt lectio Vulgatę, ſi vox *ſuauis* in hoc ſumatur ſignificatu, gratæ, ac ceptæ, ac beneplacentis.

R. Salamõ

Symmach

Circa lectionum varietatem nonnulla quidem iam dicta ſunt, duo tamen addenda ſuperſunt. Primum, Hebraicam vocem תרצה chetirtſah ab omnibus fere Hebræorum Doctoribus, & à nonnullis etiam ex noſtris haud appellatiue ſumi, prout ſumpta à nobis eſt, ſed proprie.

Interpretantur enim eam, *ſicut Therſa*, quæ Ciuitas Regia Regum Iſrael ante Samariam ad id delecta, ſicve nuncupata ob ſitus pulchritudinem, & amænitatem, de qua agitur 3. Reg. 14. 15. & 16. Vt ſponſæ pulchritudo hic celebretur per

A comparationem ad duas præſtantiſſimas, nobiliſſimaſve Iudeæ Ciuitates, quod ſicut Therſa, & Ieruſalem vniuerſas alias Ciuitates pulchritudine, magnitudine, amœnitate, diuitijs, & populi ſuperabant multitudine: Ita & illa ſpecie ſua inſigni, apta membrorum diſpoſitione, multiplici gratiarum copia, eximia, tum in loquendo concinnitate, tum in ridendo ſuauitate, tum in cuiuslibet actionis, geſtuſque venuſtate, & maieſtate præ reliquis omnibus excellat mulieribus. Melius nihilominus eadem dictio appellatiuè ſumpta à nobis eſt, iuxta lectionem Vulgatæ, verſioneſque omnes antiquas, iuxta communem ferè omnium B expoſitorum noſtrorum conſenſum, & iuxta interpretationem paraphraſis Chaldaicæ ita hæc reddentis; *Pulchra es hodie tẽpore ſecundi tẽpli, ſicut accepta fuiſti olim tempore primi*; Cui ex Hebræis adhæret R. Salamon, cum in expoſitione huius loci hæc habeat: Eccleſiam laudat Dominus, & ait; Nonne propterea pulchra es, elegãs es, ſocia mea, quoniam accepta es mihi? Quinimo ratio etiam probabilis prædictam reiiciendam ſuadet Hebræorum opinionem, cum Ciuitas illa Therſa tempore Salomonis Regia minimè fuerit, haud adhuc diuiſo Iudæorum Regno, nec tantæ pulchritudinis, & gloriæ, vt cum ea, æquè ac cum Ieruſalem ſponſa comparanda ab ipſo eſſet. No C ſter Interpres vertens *ſuauis*, aduerbium omiſit comparationis, quod in Hebræo erat, imitatus Symmachum, qui eamdem dictionem pari modo ſic vertit, *εὐδοκητὴ, beneplacens*, ſenſum explicãs, quem Septuaginta obſcurius cum dicto aduerbio reddidere *ὡς εὐδοκία, vt beneplacitum*.

Chaldæus

R. Salamõ

Secundò notandum, quod in Vulgata legimus, *Vt caſtrorum acies ordinata*, in Hebræo ad verbum eſſe כנדגלות chanidgaloth, *vt vexillata* (in plurali ſcilicet) militum cohortes. Sic enim inquiunt Rabbini ſubintelligendum ſubſtantiuum commodum. Tantumdem autem eſt, *Sicut acies vexillata*, ac, *Vt caſtrorum acies ordinata*, cum ſub vno vexillo cohors quælibet ordinetur.

D Verſ. III. Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Expoſitio Secunda. De Prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta

QVam recte Catholicam Eccleſiam amicam ſuam Chriſtus appellet, eamdemque dicat pulchram ob concinnam membrorum eius, multipliciumque, qui in ea ſunt, ſanctorum ordi E num harmoniam, ſæpius iam expoſitum à nobis eſt in ſuperioribus. Reliquum modo eſt, vt tria hæc explicemus; quomodo eidem Chriſto domino *ſuauis* illa ſit, quomodo ſit *decora ſicut Ieruſalẽ*, & quõ *terribilis ſit, vt caſtrorum acies ordinata*, quæ tria pro ſpeciali omnimodæ pulchritudinis eius explicatione hoc loco ab ipſomet eius dilecto afferuntur, & in confirmationem eorum, quæ ab illa dicta fuerant in verſu præcedenti, quod & eam ſolam is habeat, propriamque dilectam, cum & ipſa illum ſolum pro vero habeat dilecto. Suauis ſane Catholica dicitur Eccleſia ob gratiarum copiam, per quas eidem gratiſſima eſt dilecto Chriſto, à quo gratias ipſas accepit: ita

Eccleſia ſuauis eſt Chriſto propter gratiã

DE ECCLESIA.

ita vt ob id potissimum Christo sit suauis, quod Christus eam pro sua acceptarit dilecta, complacens in ea potius, quam in vlla alia populorum collectione, vnaque cum bona voluntate hac sua gratias item suas in illam refundens. Quæ omnia peregregie apud Isaiam explicata habemus, dicēte Domino ad eamdem Ecclesiam, *a Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata,* (gratis, scilicet, destituta diuinis) *sed vocabitur voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur.* Et paulo infra declarans idemmet Dominus, quomodo per id, quod ea ratione venusta diuinis reddita est gratiis, suauis pariter illa sibi extiterit, subiicit; *Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus*; Ex quibus satis aperte apparet, quàm rectè ad vnam & eamdem Ecclesiasticæ pulchritudinis partem significandam, in hoc eius encomio idemmet eius dilectus ambigua in Hebræo vsus sit voce, quam & sicut *bonam voluntatem* ac *complacentiam* redderent Sept. & suauem noster redderet Interpres, prout explicatum est in prima exposit.

qua ei in illa complacuit.

a Isa. 62. 4

Dicitur deinde eadem Ecclesia, & *decora* sicut Ierusalem, ob eam pulchritudinis partem, quæ in externo sita est ornamentorum decore. Enimuero, si quæramus, qua ex re magis ornaretur, quæ amplissima alioquin erat Ciuitas Ierusalem, & augustissima, inueniemus, ex duobus potissimum illam extitisse decoram: ex eo, quod Deum in medio sui haberet instar pretiosissimi monilis è collo pendentis, & quòd maxima populi frequentia exuberaret. Porrò & Ecclesiam haud aliis decorā esse indumentis, quàm ingenti fidelium frequentia, testatur Dominus apud Isaiam, vbi dicit, *b Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Consurge, c consurge* (dicit idem Propheta ad ipsam Ecclesiam sub allegoria Ciuitatis Ierusalem designatam) *induere fortitudine tua Sion*, ea scilicet, quæ ex multitudine, & sanctitate prouenit fidelium. Hæc sunt quippe indumenta fortitudinis eius, & gloriosissima illius vestimenta, de quibus subiicit; *Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem Ciuitas sancti.* Et bene Ciuitas sancti, quia licet prædictis decora esset indumentis, multò tamen magis decora extitit ob insigne, pretiosissimumque, quod in medio sui habebat monile, Deum Sanctum Israel, de quo per eumdem Prophetam dicitur, *d Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.* Quòd si & ob ornamenta mœniū, ædificiorum, atque portarum decoram dictam velimus Ecclesiam, & *decoram sicut Ierusalem*, haud certè alia hæc sunt, quam prædicta. Deus namque qui monile est in illa, est mœnia fortissima, atque pulcherrima, iuxta illud item Isaiæ, *e Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale.* Aedificia vero & portæ ipsi sunt eius fidelium conuentus, ipsi sunt item fidelium, qui aliis præsunt, aliosve docent, Apostolorum locum obtinentes. Vnde *f* Dominus, *Ecce ego, ait, sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Declaransque, qua ratione facienda hæc forent, adiicit: *Vniuersos filios tuos doctos à Domino & multitudinem pacis filiis tuis.*

Decor Ecclesiæ in quibus situs sit, & quō similis decori Ierusalem.

b Isa. 49. 10.

c Isai. 52. 1

d Isai. 12. 6

e Isai. 26. 1

f Isa. 54. 11.

Ob pacis multitudinē Ecclesia

Per quam multitudinem pacis fit, vt nedum similitudo, & nomen ei competat Ciuitatis Ierusalem, quæ interpretatur visio pacis, sed & similitudo aciei castrorum ordinatæ. Vnde enim multitudo pacis in Ecclesia, nisi ex eo, quòd inter multos, innumerosque fideles debitus seruatur ordo, multo certè pulchrior, & firmior, quàm qui in exercitibus, spectatur multorum militum? adeo vt ob seruatum ordinem in compluribus fidelium collectionibus, ecclesiisve particularibus, eo quoque nomine glorietur Deus eius dilectus, quo dicitur Dominus Deus exercituum. Bene autem in hoc encomio ob eamdem multitudinem pacis, ordinisve maiestatem *vt castrorum aciem ordinatam terribilem* illam dicit, seu (vt est in Hebræo) *Terribilem vt vexillatas*, quia dum Ecclesia seu in vna, seu in pluribus aciebus sub vno ordinata est Christo, quem instar vexilli super se eleuatum omnes spectant fideles, quemve vnum, solumque ipsa habet dilectum, terribilis certè est & diabolo, & omnibus hæresiarchis, qui nomen illi suum exhibere conantes, dilectos se eius efficere nituntur. Nulla siquidem re Hæreticis quibuscumque, potestatibusque tenebrarum maiorem incutit pauorem, quàm, dum ob multitudinem pacis seruatus in ea conspicitur ordo sub Christo militantiū, ac propterea discipulis, militibusve suis eiusdem Ecclesiæ dilectus haud aliud militiæ tradidit symbolum, quàm pacem ipsam, præcipiens, vt *g* in quamcumque domum intrarent, primò dicerent, *Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea* vt pacis præcones iuxta illud. *a Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem?* quod sanè symbolum, & ipse, qui nedum Ecclesiæ dilectus, sed & acierum eius extitit Dux, *Pax vobis*, iugiter dicens, semper habebat in ore, quando vt sponsus cum sua erat dilecta. Quod ergo dicitur, breuiter tale est.

& instar castrorū aciei ordinata.

Pax à Christo relicta in symbolū militiæ Ecclesiasticæ.

g Luc. 10.

PARAPHRASIS.

Pulchra es amica mea Ecclesia Orthodoxa ob multiplices sanctorum ministrorum ordines, quibus quasi pulcherrimis membris compacta es: Cum ita in te vna complacuerim, vt eximiis te insignierim gratijs, ita es venusta, vt sis & mihi *suauis*, quin & fidelium ornamento, & ob id, quod instar monilis in medio tui me habeas, Ciuitati Ierusalem similis, *decora* es, & indumentorum, & monilium & murorum, ædificiorum, portarumq. ornamento. Porrò fidelibus iisdem ob pacis multitudinem debitum inter se seruantibus ordinem, meque vnum sequentes vexillum, quem & vnum tu fateris dilectum, non tam mihi es speciosa vero dilecto tuo, quàm vniuersis, quotquot mihi aduersantur, *terribilis es vt castrorū acies ordinata.*

Vers. III. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

Confirmaturus Deus piæ animæ dilectus id, quod ab ipsa iucūdissime audierat dictum, eam nimirum ita habere peculiarem dilectam, ac si solam illam diligeret, haud prius ipsam dicit amicam, quàm pulchram eamdem pronuntiet: Ait enim, *Pulchra es*, tū rectè subiicit, *Amica mea*, congruens ei addens vocabulum, in quo solo illa gloriatur. Explicatum est autem sæpius, pulchritudinem animæ sitam esse in bonis moribus. Quia vero

DE ANIMA.

verò moralis bonitas haudquaquam perfectè pulchram eamdem redderet animam, niſi quidquid boni in illa eſſet, gratiæ niteretur, propter quam potiſſimum Deus illã, quæ pulchra dicta fuerat, amicam appellat, ſeu, iuxta lectionem Hebræam, & verſionem Sept. proximam ſuam, vt per gratiam ipſam diuinæ naturæ conſortem effectam; Ideo, quam pulchram ſimpliciter dixerat, ſuauem quoque dicit, & gratam ob ipſam gratiæ venuſtatem, qua ipſemet illam inſigniuit, dum peculiari eam diligens charitate, ſingularem ipſam ſibi in dilectam elegit, & ſponſam. Hæc quippe vnica ſignificauit hebraica voce כתרצה che thirtſah, quam noſter vertit, *ſuauis*, & Sept. verterunt. *ἐν εὐδοκίᾳ, ſicut beneplacitum, ſicut complacentia*, ſeu, *bona voluntas*. Vnde per Sophoniam Prophetam in hunc modum hiſce verbis iſta eius explicatur ſuauitas, propter quam ſuauis à Deo hic dicitur, *a Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit, gaudebit ſuper te in lætitia ſilebit*, ſeu (iuxta lectionem aliam) *quieſcet in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude*, id eſt, vt Deo ſuauis voluptate illum perfundes, ſuauis autem illi eris, quia is perſeuerabit in tui dilectione, qua ſcilicet te prior dilexit, gratiaque inſigniuit. Vnde poſtmodum conſequetur, vt ſuper te ita ſuauem redditam nedum infra ſe gauiſurus ille ſit, ſed & exte. no inſuper voluptatis indicio ſit exultaturus in laudem, cum te nimirum laudans, ſuauem quoque prædicabit.

Pia anima quo dicatur ſuauis Deo.

a Soph. 3. 17.

Verum, quia ad perfectam animæ pulchritudinem nec moralis probitas ſufficiens eſt, nec ipſa duntaxat Dei charitate, per gratiam redditur venuſta re vera, & ſuauis, niſi & decor adſit charitatis ipſius animæ & in Deum & in proximum, quam plerique Sanctorum Patrum *b* veſtem nuptialem eſſe inquiunt, quæ ita ad ornatum neceſſaria eſt, vt quotquot illa careant, deformes vel in ipſis nuptiis a Deo censeãtur, iuxta Euangeliũ, Ideo benè eam, quam verè Deus ſuam fatetur eſſe dilectam, ita aſſerit pulchram, atque ſuauem, vt & decoram quoque prædicet. Et vt intelligeremus, quam verum id ſit, quod iam dictum a nobis eſt, decoram illam eſſe inquit *ſicut Ieruſalem*, nobiliſſimæ eam aſſimilans Ciuitati, indicans, ſicut decor vniuerſus auguſtiſſimæ Ciuitatis ex cõmuni multorum ciuium reſultat cohabitatione, ex illorum diuitiis, ædificiis, & mercibus ſimul conuenientibus; Ita & decorem pariter animæ ex charitate potiſſimum prouenire, eave ex charitate, quæ ad communem proximorum vtilitatem, & commoda ſit directa, iuxta illud Ioannis: *Si diligamus inuicem, Deus, in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.* Non cuilibet autem Ciuitati vel nobiliſſimæ eam, quæ hac ratione decora eſt, aſſimilat animam, ſed vni Ciuitati Ieruſalem, cuius præcipuum decorem in eo ſitum nouimus, quòd templum in ſe habens Deum ipſum in medio ſui haberet, vt ſæpius ei per Prophetas ſignificatum vidimus, quæve interpretatur viſio pacis. Exploratum eſt autem vnicuique, Deum per charitatem in anima manere, qui & charitas ipſa eſt iuxta illud *c* itẽ Ioannis; *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*, Et, quæ pacis decore inſignita eſt, haud dubium, quin & ſuauis, grataque ipſi ſit Deo: Vnde, naſcente Domino, & tamquam ſponſo egrediente de thalamo vteri virginalis, in hunc modum Angelorum choros nato ſponſo cecinisse, legimus, iuxta lectionem Græcam, *d Gloria in altiſſimis Deo* (qui ſcilicet carnis diademate coronatus, feliciſſimus adhuc excelſis regnat in cœlis) *Et in terra pax hominibus bona voluntas, εὐδοκία*, eadem voce, quam, iuxta verſionem Sept. in hoc piæ animæ encomio vſurpauit idemmet ſponſus, vt dictum eſt ſupra. Allata quippe in terra pace per Regem pacificum, qui exortus erat, hominibus bona conſecuta eſt Dei voluntas, iis nimirum, in quibus pax ipſa conſpiceretur, ita vt dici poſſent viſio pacis, & Ieruſalem, exiſtentibus illis hominibus per iſtiuſmodi pacis decorem eidemmet Deo gratis, vt pote in quibus ſibi complaceat, vt in amicis pulchris, ſuauibus, atque decoris. Vnde merito pulcherrima ſponſa, quæ hic primo dicitur *ſuauis*, poſtmodum verò *decora*, in ſubſequentibus prius dicetur *decora*, poſtea *ſuauis*, *& grata. Quam pulchra es, & decora, chariſſima in deliciis?*

Charitatis in Deũ, atque proximũ neceſſarius eſt decor ad perfectã animæ pulchritudinem.

b Matt. 22. 11.

In charitate proximi ſitus animæ decor.

c 1. Ioan. 4. 12.

c 1. Ioan. 4. 16.

Pacis decore anima inſignis eſt, et ſuauis, & grata Deo.

d Luc. 2. 14

Cant. 7. 6.

Porrò anima pacifica tribus prædictis celebrata ſpiritualis pulchritudinis partibus, quartam quoque eiuſdem pulchritudinis partem habere, hoc loco aſſeritur vltimo iſto, quo inſignita eſt epitheto, *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata*, quo inſignis illa deſignatur maieſtas, & grauitas morum, qua illuſtris eſt quilibet, qui per pacem Dei, quæ cuſtodiens corda, & intelligentias exuperat omnem ſenſum, vniuerſas in ſe ordinatas habet potentias, qua certè ordinatione ſicut nihil ſpectabilius, ita nihil eſt terribilius. Ad quid enim ſociæ illæ eius, quæ hic dicitur *pulchra, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem*, vt maximè ſpectabilem in fine capitis huius ſexti ita alloquentur, *e Reuertere, reuertere Sulamitis*, id eſt pacifica, *reuertere, reuertere, vt intueamur te*, niſi quia maieſtatẽ iſtam maximam in illa admirabantur? Ad quid illammet, quæ vnum Deum pro ſuo elegit habere dilecto, quemlibet alium dedignans in cap. 7. in hunc modum ſingulos quoſque affatur dilectos? *f Quid videbis in Sulamite, & pacifica, niſi choros caſtrorum?* Certè vt ipſum patefaciat pauorem, quo pace ipſa ſua *terribilis* hoc loco aſſeritur *vt caſtrorum acies ordinata*.

Pacifica anima pace ipſa ſuauis et nõ eſt terribilis vt caſtrorũ acies ordinata, eo maxime ſpectabilis.

e Cãt. 6. 12.

f Cant. 7. 1.

Breuiter ergo cœleſtis ſponſus hæc ſibi velle videtur per hanc ſententiam.

PARAPHRASIS.

Gloriaris iure optimo, quòd mihi ſis dilecta peculiaris (*Amica* enim *mea* es) cum nedum morali pulchra ſis probitate, ſed ob diuinam gratiam, qua in te complacens, te inſigniui, hominibus, Angelis, mihique ſis *ſuauis*. Quinimo per charitatis tuæ ornamentum es *& decora tamquam Ieruſalem*, cuius decor in mutua ſitus eſt ciuium cõmunicatione, & in templo habitationis meæ, charitatis enim in proximum *decora es* indumento, & vnà cum charitate me pariter inhabitantem contines vt templum ſanctitatis meæ, Inſuper & ob id ipſum, quòd ita *decora es ſicut Ieruſalem*, quæ viſio pacis interpretatur, pacis decore inſignis, ſuauiſſima mihi es, atque chariſſima. Porrò, cum decor iſte pacis in ordine ſit potentiarum, affectuum, & paſſionum tuarum, decora exiſtens, atque pacifica inſtar caſtrorum aciei ordinatæ ob maieſtatem ſpectabilis mihi es, viſuique iucunda. E veſtigio verò es *terribilis* omnibus quotquot mihi aduerſantur, & pacem iſtam tuam ferre non poſſunt.

DE B. MARIA

Vers. III. Pulchra es, amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Maria quò proxima Deo.

QVæ ob carnis cognationem proxima Deo est, atque sanctissima Virgo, meritò iuxta Hebraicam, Græcamque lectionem, *Pulchra* ab eodemmet Deo dicitur, & *proxima*: Ad exprimendã autem insignem sanctitatis illius pulchritudinẽ, B tria ei tribuuntur epitheta præeximia: Dicitur primò *suauis*, seu *sicut beneplacitum*, aut *complacentia*, secundò, *decora sicut Ierusalem*, ac tertio, *Terribilis vt castrorum acies ordinata*.

Maria quò suauis.
a Luc. 1. 27.

Primo epitheto clarius eadem insignita reperitur ab Angelo Gabriele, cum primum a illam vt Dei matrem salutauit vnico participio illo Græco, κεχαριτωμένη, quod istud ipsum significatur, quod hoc loco alijs vocabulis exprimitur, dum vel secundum Vulgatam dicitur *suauis*, vel secundum lectiones hebraicam, & Sep. dicitur *sicut cõplacentia, & beneplacitum*. Vnde paulo inferius ab eodem Angelo sic explicatur, b *Inuenisti gratiã apud Deum*, peruulgatum est quippe in sacris litteris phrasim istam, inuenire gratiam apud aliquem, vsurpari pro valde illi placere, gratumque esse, atque suauem, vnde & de Esther dicitur, c *Inuenit gratiam in conspectu Assueri*. Et ad speciosissimam Iudith dixit Holophernes, d *Inuenisti gratiam coram me*. Ante Deum quoque eadem ratione gratiam inuenisse dicuntur e Noe, f Abraham, g Dauid, & alii. Præclare autem idem Angeli uocabulum Græcum noster Interpres ita reddidit, *Gratia plena*. Hac enim versione apertius explicatur, quo pacto B. Virgo *suauis* Deo exstiterit, *grata, & iuxta eius beneplacitum*, nimirum ob gratiæ plenitudinem, quæ ab eodemmet fuerat insignita, quod Virgo ista humillima subobscure significare visa est, cũ in Cantico suo illo dixit, h *Magnificat anima mea Dominum, quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes*. Quomodo enim humilẽ ancillam respexit suam Deus, nisi diuinis illam cumulando gratiis, propter quas *suauis* illi facta eadem est, *gratiosa, & iuxta eius beneplacitum*, adeo grata, vt in suam eam assumpserit matrem, propter qđ Beata dicta est ab oĩbus generationibus.

b Luc. 1. 30
Inuenire gratiã apud aliquẽ significat, valde illi placere & gratum esse.
c Ester 2. 9
d Iudith. 12 17.
e Gen. 6. 8
f Gen. 18. 3
g Act. 7. 46
Ob gratiæ plenitudinẽ Maria dicta Deo suauis, & grata.
h Luc. 1. 46

Maria quò decora sicut Ierusalem.

Præclare autem ob id beata dicta est ab omnibus generationibus, quòd Deo respicienti humilitatem eius suauis hac ratione extitit, atque grata. Post primum epithetum istud *suauis*, immediatè alio isto *& decora sicut Ierusalem*, hic ab eodem euecta est dilecto. Enimuerò quod illa dixit. Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes, idipsum & a Propheta Regio sub metaphora Ciuitatis Ierusalem similibus expressum est verbis hisce, i *Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei*, idque ob id, quòd Dominus eamdem vt Ciuitatem maximè decoram diligeret super Ciuitates reliquas vniuersas, & super omnes alias filias Israel in illa sibi complacens, vt in suaui, gratiaque plena. Hæc enim omnia Dauid perpulchris metaphoris in eiusdem psalmi initio significauit, siquidem primò dixit, k *fundamenta eius* (scilicet Ciuitatis Sion, & Ierusalem) *in montibus sanctis*, designans, B. Virginem ita fuisse in gratia funda-

i Psa. 46. 2
k Ps. 86. 1.
Maria grata qualis.

A tam, vt ipsa gratiæ eius fundamenta, quibus tota eius nitebatur suauitas, in celsissimis essent gratiarum cumulis, propter quos & gratia plena meritò diceretur. Vnde apte l subdit, *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*, quo loco animaduertendum, quàm egregie per Prophetam eximius, præstantissimusque externus B. Mariæ decor celebratus sit per similitudinem decoris ciuitatis item Ierusalem, dicens quippe, *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*, tamtumdem est, ac si dixisset, Suauior Deo est vel externus Mariæ decor, quam interna cuiuscumque animæ sanctissimæ pulchritudo, & sanctitas. Reliquas namque animas idcirco sub metaphora exprimit tabernaculorum Iacob, B quòd ita interna sanctitate pulchras illas supponit, vt Deum intra se tamquam in proprio contineant tabernaculo: At verò Mariam illis præferens, vt Ciuitatem Ierusalem, & ipso eam iis præferens externo, apparentique eius decore, similitudine excessus externi decoris eiusdem Ciuitatis Ierusalem ait, *Diligit Dominus porta Sion*, externum decorem Ciuitatis Ierusalem metaphora explicans portarum eius, quia per portas interna subeuntur Ciuitatis cuiusque, portæque sunt, quæ primo oculis obiiciuntur eorum, qui ab extra Ciuitates spectant, sicut & muri. Vnde factum est, vt, cum in scriptura sacra illustris Ciuitatis cuiuspiam celebratur decor, a muris in primis ce- C lebretur, atque à portis, prout aduertere est apud Isaiam, vbi, cum Ecclesiæ sub metaphora Ciuitatis item Ierusalẽ maxime spectabilis à Deo promittitur decor, dicitur, m *Ponam iaspidem propugnacula tua* (murorum nempe) *& portas tuas in lapides sculptos*. Et in Apocalypsi in descriptione decoris Ierusalem cœlestis, paratæ sicut sponsa ornata viro suo, dicitur in primis, n *Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim*. Porrò, cum externus, præstantissimusque B. Mariæ decor in partu potissimum virgineo patefactus sit, hunc namque & sub amictus decore in libro item Apocalypsis ostensum nouimus, quando o *Signum magnum apparuit in cœlo; Mu-* D *lier amicta Sole*. Prout rectè Bernardus Serm. de Virgine, aliique exponunt. Apte decorem eumdem Dauid persistens in similitudine Ciuitatis Ierusalem, metaphora expressit portarum illius. Quis enim ignorat, quàm rectè ob virginei huius partus decorem Dei genitrix sub eadem portæ metaphora aliàs euecta sit? vt peruulgato illo loco, quo apud Ezechielem dicitur, p *Et conuertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respicit ad orientem. & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta hac clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam, eritque clausa Principi;* *Princeps* Christus Dominus *sedebit in ea*, quando absque virginitatis corruptione è cœlis in Virgi- E nem ipsam descender, *vt comedat panem coram Domino*, cum natus, absque eiusdem virginitatis læsione, vocatusque *Emanuel, butyrum, & mel*, iuxta alium q Prophetam *comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum*. Iure itaque optimo de hac tam pulchra Virgine, quam decoram sicut Ierusalem asserit cœlestis sponsus, ob ipsum eius virginei partus decorem illam diligens super vniuersas alias animas, gloriosã dictam idem asserit Propheta Dauid, vt de Ciuitate Dei.

Gloriosissimam Ciuitatem ipsam, beatissimamque Virginem adeo pulchram adeo suauem, decoramque sicut Ierusalem oppugnare nitun-

DE B. MARIA
l Ps. 89. 1.
Mariæ decor qualis, quidvè sit.
m Is. 54. 12
n Apoc. 21 12.
Maria partus virgineus est ex externus illius decor.
o Ap. 12. 1
Bernard.
p Ezec. 44 1.
q Isa. 7. 14.
Mariã oppugnare nituntur quotquot Christo aduersantur.

DE B. MARIA

nituntur, quotquot eius impugnant dilectum, hæretici ferè omnes, omnesque potestates tenebrarum, tam splendidum haud ferre valentes illius decorem, quo per solis amictum eorum obtundit obtutus, prout idemmet Dauid in alio testatur psalmo, in quo eamdem Virginem sub eadem item euehit metaphora Ciuitatis Ierusalem: Postquam enim nonnulla eius protulit encomia, Deum in illa, seu per illam celebrans, & dicens; a *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Ciuitate Dei nostri in monte sancto eius*, &c. subintulit, b *Ecce Reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum*, ad eam scilicet oppugnandam. *Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.* Videntes quippe illam sic munitam pulchritudine, suauitate, atque decore, ipsomet obtutu conturbati sunt, & commoti. Videntur namque tria prædicta per bellè, atque fortissimè ordinata, atque adeo instar bene instructæ aciei castrorum ex illius intuitu pauore conturbati sunt, tremoreque commoti. Ex quibus apparet, quàm congruenter sponsus in hoc eius encomio postremo loco tertiò illam euexerit epitheto, dicens. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Et efficacius iuxta versionem Septuaginta. *Pauor vt instructa*, plures scilicet acies. Siquidem Virgo sanctissima tantum sanctitate sua, suauitateque, ac decore hæreticis quibuscunque incutit terrorem, vt rectè ijs ab Ecclesia laudetur verbis, *Cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.* Quæ ergo ob carnis cognationem vltra cœlestis gratiæ consortium proxima Dei extitit Virgo benedicta, breuiter in hoc encomio hisce à cœlesti sponso laudari videtur verbis.

a Ps. 47. 2.

b Ps. 47. 6.

Maria quomodo terribilis vt castrorum acies ordinata.

PARAPHRASIS.

Sanctitate pulchra es proxima mea, inuenisti certe gratiam in conspectu meo, cœlestiumque gratiarum plenitudine insignita *suauis* mihi extitisti, venusta, & grata sicut suauitas ipsa, vtue ipsummet beneplacitum meum. Virgineoque partu es *decora instar Ciuitatis Ierusalem*, in cuius medio ipse, qui Deus sum, requiesco. Porrò quę ob istiusmodi prærogatiuas sanctitatis, atque decoris mihi, amicisve meis spectabilis, maximeque amabilis es, ob easdem aduersarijs quibusque item meis es *terribilis vt castrorum acies ordinata;* Dum sanctitatem tuam impugnare nituntur hæretici, dum plenitudinem gratiæ, qua mihi gratissima es, ferre nequeunt infideles quique, dum aduersus Virginei tui partus decorem, nitoremque insurgere conantur potestates tenebrarum, *terribilis es, vt castrorum acies ordinata*, pauorem ijs omnibus incutis, per ipsasmet ordinatas, instructasve in te prærogatiuas hasce sanctitatis, ac pulchritudinis.

Vers. III. Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Dixit Dominus in verbo suo. Quàm pulchra es tu, dilecta mea in tempore, quo vis facere voluntatem meam? pulchra est domus Sanctuarii, quam ædificasti mihi similem priori domui sanctuarii, quam

APPENDIX.

A ædificauit mihi Salomon Rex Ierusalem, & terror tuus fuit super omnes populos in die, quo ambulauerunt vexilla tua per desertum.

Lectionis nostræ Vulgatæ communiori sensu hæc tribuuntur Ecclesiæ Catholicæ, & vniuersali, communioremque hunc sensum optimè explicat Gregorio Papa homil. 8. in Ezech. dicens. Quia Ierusalem pacis visio interpretatur, cuius nomine patria cœlestis exprimitur, sancta Ecclesia *suauis, & decora vt Ierusalem* dicitur, quia eius vita, & desiderium visioni iam pacis intimæ comparatur, vt in eo, quòd auctorem suum diligit, quòd eius speciem videre concupiscit, de quo scriptum est, c *In quem desiderant Angeli prospicere*, per ipsa iam amoris sui desideria Angelis

Ecclesia similis cœlesti patriæ, & Angelis.

Gre. Pap. affiod. Beda. Iust. Org.

c 1. Pet. 1. 12

B similis dicatur, quæ quantùm Deo amabilis efficitur, tantò agitur, vt malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem sit terribilis subiuncta comparatione ostenditur, idest, *Vt castrorum acies ordinata.* Porrò, per hanc similitudinem id significari, inquit Gregorius, terrorem exinde hostibus prouenire ab Ecclesia, quia fideles per charitatem vniti sunt, & districti, numquam interrupti per discordiam. Eo enim electorum multitudinem maligni spiritus pertimescunt, quò eos per charitatis concordiam munitos contra se, & conglobatos aspiciunt.

Concordia fideliũ Ecclesia redditur terribilis dæmonibus.

C Similia fere sunt, quæ dicuntur & a Cassiodoro, & Beda; Cassiodorus tamen addit, terribilem vt castrorum aciem ordinatam dici etiam Ecclesiam, cum vnusquisque fidelis ordinem, & vocationem suam custodit; Vel eamdem Ecclesiam dici quidem pulchram, suauem, &c. in virtutibus; Terribilem verò, quia imperium suum, & potestatẽ proferre non cessat vsque ad terminos totius orbis. Terribilem insuper eamdem dici, inquit Beda, quia vniuersam virtutum aciem in se habet instructam. Quamquam idemmet Beda primam huius sententiæ partem ad Ecclesiam referat triumphantem, secundam verò *Terribilis*, &c. ad militantem. Quod ita explicat Anselmus: Terribilis es inimicis, quia in te milito, & tu militas in seruitio meo, sicut in castris militatur, & es ordinata per institutionem

Cassiod. *Ecclesiaquò terribilis vt castrorũ acies ordinata.*

Beda.

Anselm.

D sanctorum.

Non tam Ecclesiæ, quàm synagogæ dum ad Euangelium conuertetur, hæc dicta putat Gregorius Papa super hunc ipsum locum, dicens; Digne synagoga conuersa, *sicut Ierusalem pulchra, & amica, & suauis, & decora* dicitur, quia dum sanctam Ecclesiam imitatur designatam per Ierusalem, quatenus etiam militans pacem contempletur patriæ cęlestis, quatuor Euangeliorum præcepta operatur, à quibus pulchritudinem morum accipit, vt placeat, exercitium sanctæ operationis colligit, vt in audacia hæreat, suauitatem mansuetudinis discit, vt permaneat, speciem decoræ conuersationis ostendit, vt per exemplum

Greg. PP. *Synagoga cũ conuertitur, fit similis Ecclesiæ pulchra suauis, &c.*

E trahat. Quod additur, *Terribilis vt castrorum acies ordinata*, explicatur supra de Ecclesia per charitatem vnita.

Ad Gentilitatem item ad fidem conuersam hæc habita, censet Athanasius in synopsi, dicens; Verbum, fide gentium conspecta, & probata dicit, *Pulchra es amica mea sicut probatio, decora sicut Ierusalem, insuper sicut castrorum acies ordinata.* Oportet enim eos, qui ex gentibus sunt, non esse dispares Ierosolymæ, vt fiat vnus populus, hoc autem fit quando simul & legem honoramus, & in Christum credimus. Est enim vnus Deus & legis, & Euangeliorum. Et qui Ierusalem assimi-

Gentilitas quo fit fa. Ba suauis, &c.

Athanas.

APPENDIX. assimilatus non fuerit, non efficitur Verbi amicus.

Ad concordem Religiosorum cohabitationem hæc referens Hugo de Sancto Victore erudit. Theologicæ ex Miscellan. 2. libro primo, *in ea* est, ait, hominibus, *decora* numinibus, *terribilis* dæmonibus. Quare? quia ambulat *vt castrorum acies ordinata*, non dissipata per inuidiam, sed constipata per charitatem. Acies est per conuentum, castrorum per procinctum, ordinata per consensum; Conuentum facit pœnitentia, procinctum ponit vigilantia, consensum præbet concordia.

Hug Vict. *Religiosorū concors habitatio pulchra, suauis, &c.*

Reliquorum fere omnium Patrum consensu ad piam animam relata multis, variisque modis exponuntur. Ac primum eorum, qui lectionem exponunt Vulgatæ, Aponius, Pulchritudo (inquit) in lenitate morum, suauitas in munditie cordis ostenditur; decor autem in amore pacis, eo quòd Ierusalem visio pacis interpretatur, terribilitas verò in veritatis, & castimoniæ armis, quibus accincta anima non solum nihil metuit in præcinctu contra hostes suos, sed etiam terribilitatem incutere probatur.

Iusti aia quo pulchra suauis, decora, &c. Aponius.

Pulchram eamdem dici, inquit Anselmus, secundum hoc, quòd habet tantam voluntatem eum cognoscendi suauem, quia alios ad idem inuitat, non inuidens, sponsum suum alias habere amicas, decoram verò secundum opera, pulchrā sicut Ierusalem cœlestis, decoram sicut Ecclesia mater tua, &c. vt supra.

Ansel.

Eorum autem, qui versionem interpretantur Septuaginta primò Gregorius Nyss. homil. vlt. in iis verbis, *Pulchra es proxima mea sicut beneplacitum, seu, sicut beneuolentia, decora sicut Ierusalem, stupor sicut instructa acies*; Triplicem in piam animam conferri laudem, ait. Primam, ex eo, quòd ita suis præclaris operibus pulchra fieri studuerit, vt enixa sit pro suis proximis ea peragere, quæ Christus Dominus pro sua erga homines beneuolentia in mundum descendens egit; Ac si dicatur.

Greg. Nis. *Iusti nitītur erga proximū habere bonam voluntatē, quā habuit Christus, cū venit in mundum.*

Talis est animi tui pulchritudo, qualis fuit Domini erga nos beneuolentia, qui se ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, deditque in precium pro mundi vita. Porrò, quod talis pulchritudo reperiatur in anima perfecta, probat Nyssenus, tum ex eo, quod illico acapparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri, ab Angelorum exercitu cantatum est, a *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus* εὐδοκίας, eadem vox, quę & hic, idest, *bona voluntatis ac beneuolentiæ, & beneplaciti*; Tum ex eo, quòd Apostolus pulchritudinem hanc in se manifestissime declarauit, cum diceret, b *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis*. Secundam laudem, quod sit *formosa tamquam Ierusalem* cęlestis, probat ex eo, quòd cum illa habeat inhabitantem intra se Deū, ex quo omnis pulchritudo inest cælesti Ierusalē, rectè pulchra sicut illa dicatur.

a Luc. 2. 14

b Rom. 9. 3 *Iusti anima quō similis cęlesti Ierusalem.*

Atque insuper, cum diuinæ pulchritudinis characteres sint, veritas, iustitia, & mansuetudo iuxta illud psalmi c *Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam*, profectò anima talibus ornata pulchritudinibus fit formosa *tamquam Ierusalem*, venustate Regis cohonestata. Porrò tertiam laudem in eo sitam, ait idē Nyssenus, quòd ipsamet anima omnia ordinate, decenterque faciens, talem sui excitat admirationē, qualem ordinatæ cælestium spirituum copiæ mereantur ex summo, & perpetuo ordine, quē in suis seruant ministeriis.

c Ps. 44. 5. *Iustus ordinatè operās fit similis Angelis.*

A In hunc Nyssent sensum recidunt ferè; & quæ dicuntur ab Ambrosio, qui in libro primo, de Virginib. legens, *Pulchra es amica mea tanquam beneplacita*: Non caduci, inquit, ista est corporis pulchritudo vel morbo peritura, vel senio, sed nullis obnoxia casibus opinio bonorum numquam moritura, quę iam non tam humanis, sed cęlestibus digna est comparari. Et in lib. de Isaac, & anima capite septimo, Laudatur sponsa à sponso, ait, & iam non solum soror dicitur, sed etiam beneplacita nominatur, quasi ei complacita, qui complacuit Patri: *Et speciosa sicut Ierusalem, sicut admiratio ordinata*, quod Ciuitatis æternæ vniuersa habet mysteria, & admirationi sit omnibus intuentibus eam, quia plena, vt æquitas, atque perfecta est, & fulgorem de Verbi lumine mutuata, dum in id semper intendit, fit etiam *terribilis* ordine quodam ad summam prouecta virtutum.

Ambros. *Anima iusti pulchritudo qualis.*

B

Eodem ferè sensu Theodoritus quoque hæc exponit, nisi quòd vocem εὐδοκίας accipiens pro probatione, ait; Quemadmodum anima in superioribus sponsum nominauit desiderium, ex affectione sua, qua illius ardebat desiderio, ei nomen imponens, sic etiam sponsus probans, & volens eam sibi sponsam adiungere, probationem ipsam vocat ex re, quæ propter eam facta est, illi nomen imponens. Decoram, inquit, eamdem dici *sicut Ierusalem* cælestis, quatenus Angelicam viuendi rationem imitatur. Meditatur in terra quæ cælestia sunt, & in carne ambulans, non militat secundum carnem. Dici denique pauorem, seu stuporem vt acies ordinatas, quia terrorem ingerat inspicientibus, illius admirantibus ordiné, quippe quæ rerum ordinem diligenter retinens, sponsum rebus omnibus anteponit, & post sponsum eos potissimum obseruat, quia ad eum proxime accedunt.

Theodor. *Iusti aia cur vocetur probatio, et bona voluntas.*

C

Diuersissimo tamen sensu Tres Patres apud eūdem Theodoritum ita hæc reddunt: *Bona es propinqua mea* ex diuinæ sapientiæ, & bonitatis participatione, vt pote quæ voluntati meæ, per quam ex nihilo facta es, minime repugnes, sed ex ea tota pendeas, dum imaginis, & similitudinis decus conseruas. Quamobrem *decora* etiam es *sicut Ierusalem*, formosa nimirum, dum notam meam, atq; habitum ab omni perturbatione remotissimum defendis, in te ipsa me Patris pacem contemplaris, qui te illi conciliaui (Ierusalem namque est visio pacis.)

Tres Patr. *Iusti pulchritudo qualis.*

D

Qua propter es etiam *stupor vt acies ordinata*, tota videlicet stupor, dum in contemplatione naturæ meæ incomprehensibilis obstupescis, sicut & Angelici ordines admiratione stupidi inaccessæ pulchritudinis meæ reuerentia, & formidine contremiscunt.

In contemplatione pia anima est tota stupor.

E Philo Carpathius id, quod eadem pia anima dicitur vt εὐδοκία, idest, vt probata voluntas, ait, illam commendari ex voluntaria dilectione erga sponsum, & voluntaria mentis oblatione, atque ex mutua item sponsi erga illam charitate. In reliquis nihil affert ab iis diuersi, quæ dicta sunt à Nysseno, Theodorito, vel a Gregorio Papa.

Philo Car. *Voluntaria opera bona commēdantur a Deo.*

Denique quòd hic dicitur iuxta versionem Vulgatæ a Ruperto, refertur ad Beatum Virginem: Ac si illi dicatur: In hoc est perfectio pulchritudinis tuæ, quòd non solum *suauis* es, nec solum *terribilis*, sed vtrumque es, & suauis, & ter-

Rup. Ab. *Maria pulchritudo sita in suauitate, & terribilitate.*

LITTERA. & terribilis, etenim in ſuauitate ſupernam contemplaris pacem, & contra malignos ſpiritus in procinctu es ſecundum caſtrorum ſimilitudinem.

Verſ. IIII. Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt.

Expoſitio Prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

E Generali pulchritudinis encomio deuenit ſponſus ad particularium eiuſdem dilectæ membrorum laudes. Exorditur autē ab oculis, prout & aliàs, tum capite primo, tum in capite quarto, tametſi peculiari ex occaſione hoc loco inde videtur exorſus, quòd ſpōſam ipſam in id totam abſorptam animaduertit, vt oculos in eum coniectos ſeruaret. Defixis namque oculis illa eum intuebatur, quem poſt vehementiſſimum, longiſſimumque deſiderium iam vi debat preſentem, quem ve tam benigne id ſuperiori ſententia confirmantem acceperat, quod ab ipſa fuerat dictum, ſe illi peculiarem, ſolamque eſſe dilectam, æque ac ipſa unum eum agnoſceret dilectum, quo nihil ei dici potuit iucundius.

Quinimo benignioribus eum intuita videtur oculis ob id, quod poſtremo loco is in eius encomium dixerat, *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, ipſa oculorum benignitate efficacius, quàm verbis vllis illi conteſtans, nihil in ſe erga eum vel le ſuſpicādum terribilitatis, quam totam in quoſcunque conuertiſſet alios.

Quæ ſanè multo aptius (iudicio meo) dicuntur, quàm, quæ aſſeruntur à Legionenſi, alijsve eius ſectatoribus, exiſtimantibus, ſponſum ex prædictis quidem verbis, *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata*, deſumpſiſſe occaſionem vt in hæc prorumperet, quibus illud confirmaret; quàm nimirum verè dicta fuiſſet ſimilis caſtrorum aciei bene inſtructæ, quippe quæ robore pulchritudinis ſuæ ita ipſum ſuperet, vt vel oculorum intuitu eum a ſe abripuerit. *(Legionēſis)*

Enimuero eam, quæ dictis verbis adiecta eſt, vocem *Terribilis*, ad terrorem potius, quàm ad robur referendam, patet ex Hebraica dictione, אימה aiummah, quam rectè, efficaciusve expreſsere Septuaginta per ſubſtantiam vertentes, *Pauor*.

In illo itaque oculorum dilectæ encomio ſpōſus vim laudat eorum, ſumpta occaſione ex ipſo potius ipſorum in ſe defixo intuitu, vim, inquā, ipſam illam celebrat, quam eis inditam eucxit capite quarto, tum quando dicit, *a Oculi tui columbarum abſque eo, quod intrinſecus latet*, tum quando apertius, efficaciusvè dixit, *b Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum*. Ex quorum verborum expoſitione ea petenda ſunt, quæ pluribus dicenda hic eſſent. Re vera enim vnum, idemque hoc cum illo eſt encomium, ſicut & quæ ſubſequuntur encomia capillorum, dentium, atque genarum eadem plane ſunt cum ijs, quæ habentur item in capite quarto. Idem quippe eſt, *ipſi me auolare fecerunt*, ac, quod ibi dictum eſt, *Vulneraſti cor meum*, ſeu clarius iuxta aliam lectionem. *Abſtuliſti mihi cor in uno oculorum tuorum*, ſicut in prima illorum expoſitione videre eſt explicatum à nobis. Verùm eſt nihilominus, quod maioris energiæ videtur præſens encomium iſtud, dum tanta aſſeritur prædicta oculorum vis, vt nedum vulnerent cor, auferant, & auolare faciant, quæ in idem recidunt, ſed & ita hæc ipſa efficiunt, vt ipſum tam ſuaui vulnere vulneratum, vt ipſa ſua id vnum efflagitare cogant, vt auertantur a ſe, quorum intuitu alioqui nihil habeat iucundius, iuxta id, quod aliàs conteſtatus ea eſt commendatione, qua & in primo, *c* & in quarto *d* capite dixit. *Oculi tui columbarum*, quia nimirum id maxime in illis celebrandum conſeret, quod & gratum magis, & ſuauis eſſet, coniectos eos in ſe eſſe ſemper, æquè ac columbarum oculi in vnum defixi ſunt parem, & coniugem ſingularem.

(a Cāt. 4. 1. — b Cāt. 4. 9. — Pag. 633. — c Cāt. 1. — d Cāt. 4. 1.)

Porro ſicut in expoſitione alterius illius eorūdem oculorum encomii, *Vulneraſti cor meum*, &c. ex ambiguitate verbi Hebraici לִבַּבְתִּנִי libabthiani, multi, varijque deducti ſunt ſenſus, vt & multiplex, variaque apud interpretes cauſata eſt verſio, ita & in encomio iſto ex ambiguitate pariter alterius Hebraici verbi הרהיבני hirhibuni diuerſos ſenſus deducere fas eſt.

Dictum quippe verbum in coniugatione hiphghil, in qua verba tranſitiuam habent ſignificationem, deducitur à radice verbi רהב rahab, quod ſignificat roborare, eleuari, inualeſcere, ſeu præualere, ac ſuperare, ſuperbire, ſeu intumeſcere, ac excellere, noſter Interpres optime ſanè illud reddidit, *Auolare fecerūt*, ſecutus Septuaginta efficacius ipſam exprimentes eleuationem, ad quā eamdem acceptionem, & illa reducenda eſt eiuſdem verbi verſio, *Superare me fecerunt*, multò melius, quam quòd à Legionenſi aſſeritur, per inuerſionem poeticam tantumdem id eſſe, ac *ſuperauerunt me*, & *Præualuerunt mihi*, quomodo & explicarunt ex Hebræis R. Abraham, & R. Dauid. Diuerſo tamen ſenſu idem R. Dauid in lib. Radicum iſtud ipſum explicat verbum, vt ſignificet, *Roborarunt amorem meum*, ſeu, *roborarunt me in amore*. Sed contrario ſenſu R. Abraham Haben Ezdra in ſuis Commentarijs interpretatur, *Abſtulerunt robur meum*. In ſignificatu demum ſuperbiendi illud accipit R. Salomon in ſuis item Commentariis. *(Legionēſis — R. Abrahā — R. Dauid. — R. Salomō)*

Ac ſi dicatur, *Superbire me fecerunt*, Verum cum ex omnibus hiſce interpretationibus duæ duntaxat mihi probentur. *Auolare fecerunt*, & *ſuperbire fecerunt*, duos tantum eorum, quæ hic dicuntur afferam ſenſus, iuxta lectionem Vulgatæ alterū, & alterum iuxta lectionem textus Hebraici, ad quem & lectio Vulgata reduci haud incommode poſſit.

I. SENSVS. Germanus ergo lectionis noſtræ ſenſus eſt, vt ſponſus eorum more, qui vehementiores ſunt in amando, manu in altum ſublata, eademque verſus dilectam depoſita, & vultu, & oculis aliquantulum ab illa auerſis, in hæc prorupuerit, *Auerte*, &c. Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS. Tantus eſt oculorum tuorum ſplendor, vt ferre illum nequeam. *Auerte*, amabo aliquantiſper ipſos *à me*, vt reſpirare poſſim, *ipſi enim me auolare fecerunt* extra me, eodem plane ſenſu, quo in capite 4. iuxta lectionem Sept. dicit, *e Excordaſti me in vno oculorum tuorum*. Id quod & hoc loco exprimunt interpretationes illæ verbi Hebraici, *Quia ipſi abſtulerunt robur meum*: *quia ipſi me ſuperauerunt*, &c. *Quia ipſi roborauerunt me in amore*. Quamquam nulla maiori id ipſum explicetur *(e Cāt. 4. 9.)*

DE ECCLESIA. cetur vi, quàm cum dicitur, *Quia ipsi me auolare fecerunt.*

II. SENSVS. Alter verò sensus est, vt idem sponsus hoc vno encomio duo efficiat, amboque artificio singulari, & ipsos dilectæ euehat oculos, & simul multò id confirmet efficacius, quod in præcedenti sententia confirmarat, se vnam illam amicam suam, solamque habere dilectam, in qua complaceat, quo & norat, eidem sponsæ nihil dici iucundius, quippe quæ nihil frequentius in hoc Cantico amatorio repetat, quam hoc ipsum variando scilicet ordinem, seu modum dicendi, cum in hoc capite dicat, *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi*, in secundo verò capite ordine conuerso, a *Dilectus meus mihi, & ego illi*, & denique in 7. cap. b *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*, Sic, cum is dicit. *Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me superbire fecerunt*, tantundem est, ac si dicat.

a Cãt.2.16 b Cãt.7.10

PARAPHRASIS. *Auerte* quæso, *oculos tuos* adeo pulchros, adeo splendidos, adeoque ardentes, ipsis namque nimium eleuor in superbiam, quòd scilicet te adeo pulchram, suauem, & decoram, vt iam explicaui, peculiarem mihi habeam dilectam, Vt, quod ait, *Auerte eos a me*, non tam ob id dictum à sponso sit, vt re vera illos a se vellet auerti, quo certè nil ei contingere posset grauius, quàm, vt egregio, & singulari, vt dictum est, artificio, eorumdem oculorum inexplicabilem exprimeret vim.

Ad hunc sensum (vt supra tetigi) reduci potest Vulgatæ lectio, vt quod in ipsa dicitur, *Quia ipsi me auolare fecerunt*, tantumdem sit, ac si dicatur. Ita me extulerunt, vt plane pennas per illos mihi inditas censeam.

Circa lectionum varietatem præter ea, quæ dicta sunt, id vnum adiiciendum est, quod in lectione Hebraica dicitur, *Auerte oculos tuos* מנגדי min negdi, idest, *de contra me* rectissime a nostro Interprete redditum, *Auerte oculos tuos a me*, iuxta versionem Sept. & explicationem Hebræorum Doctorum, ne quis fortasse legens, aut vertens *contra me*, contrario audacius id intelligat sensu.

Illud quoque obiter aduertendum, Hebraicũ verbum הסבי hasebbi *Auerte* feminini esse generis. Vnde apparet, sententiam S. Gregorii Nysseni homil. in Cant. haud subsistere posse, cum ad sponsum ab sponsa hæc dicta existimat.

Vers. IV. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Deum ab Ecclesia præsentis sæculi fide vt propriis oculis conspici ex iis manifestum est Pauli verbis, c *Videmus nunc per speculum, & in ænigmate.* Quam autem fidei huius, & istorum oculorum intentio sit Domino placita, quamve sit necessaria, per eumdem Apostolum in alia epistola significatum nouimus, vbi dicit, d *Sine fide impossibile est placere Deo, &, Accedentem ad Deũ oportet credere.* Quis ergo in animum sibi inducere potest, vt Christus re vera hosce Ecclesiam suam dilectam ab ipso velit auertere oculos, cum ait, *Auerte oculos tuos a me?* Quinimo per hæc id exprimit, quam ijdem, eademque fides sibi sint grata, quàm optata. Singulari namque artificio Antropopathos eorum exprimit excellentias, uiresque inexplicabiles. Quid enim magis optare se indicat amasius ille, qui in cortice litteræ proponitur hæc dicens, *Auerte oculos tuos a me, quia, &c.* quam vt iis ipsis sibi frui liceat loculis, quos à se perit auerti? Instar huius amantis (ò immensam Dei benignitatem!) se Christus repræsentat Dominus noster ingens suum palam faciens desiderium fidei fidelium.

c 1.Cor.13.12. *Fidei vires quamve ea sit Deo placita.* d Heb.11.6

DE ANIMA.

Haud operæpretium est, vt hoc loco detineamur in explicandis horum oculorum Ecclesiæ viribus, quas efficacissime sponsus his expressit verbis: *Quia ipsi me auolare fecerunt*, iam enim pluribus de ijs actum a nobis fuit in secunda expositi verborum illorum, e *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum*: Vbi & id pariter explicatum videre est, quod hic dicitur, eorum vires eò peruenire, vt Deum ipsum auolare faciant, extra se illum ponentes & cor ab illo auferentes. Vide ibi.

e Cant. 4.9. Pag. 637. & 731.

Vers. IV. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

I. SENSVS. *Intellectus compescendus in perscrutandis diuinis.* Communis Sanctorum Patrum fere omnium sensus horum verborum est, vt per ea Deus piæ cuique animæ significare voluerit, ne ipsum comprehendere nitatur, mentis oculis perscrutãs eius maiestatem, quandoquidem talis perscrutatio auolare ipsum faciat, iuxta illud f psalmi, *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*, idest, licet homo cor eleuet, vt mente Deum comprehendat, Deus tamen altius aduolat, magisve ab illo exaltatur, cum magis illi se exhibeat incomprehensibilem, eiusque captui difficilem. Idipsum autem secundum sensum istum dici hoc loco videtur piæ animæ, quod expertus venator ei diceret, qui aliquem capturus volucrem, defixos in illum teneret oculos, nempe, si capere eum vellet, vt oculos ipsos suos ab illo auerteret, latenter sub arbore aliqua aucupans, alioquin eum auolaturum. Quodve ei, qui in splendidissimum solẽ suos pariter defigeret obtutus, ab alio diceretur, vt auerteret nimirum a solari corpore oculos, per illos namque fieri, vt ab eo sol auolet, cum, perdurante quidem illo in suo splendore, oculis obcæca bitur ipse.

f Ps. 63.8.

Simile.

Simile.

II. SENSVS. *Applicatio secunda.* Aptius tamen, iisve, quæ dicta sunt, iuxta primum sensum allatum in prima expositione, congruentius dicetur, in his Deum immensam piæ animæ exprimere vim deuotionis eius, oculorum metaphora designatæ, qua ipsum à se auolare efficit. Qua de re uidenda est tertia expositio alterius illius oculorum encomij sæpius citati, g *Vulnerasti cor meum, &c.*

g Cãt. 4.9

PARAPHRASIS. Vt autem quid diuersi ab iis, quæ ibi dicta fuere, dicamus & hic; Alia ratione sic eadem verba eidem tribui possunt Deo, piam alloquenti animam deuotione nimis feruentem. Ac si dicat.

Adeo intente te diligo, vt amoris huius mei vires exprimere uix queam, nisi te hortando, vt tantisper fulgentissimos deuotionis tuæ oculos à me auertas, desistens aliquantulum ab oratione, & contemplatione, quia pudicissimi oculi tui isti me auolare fecerunt, efficientes, ut ad tempus me tibi substraherem, quantum ad dulcem, suauemque præsentiam, quò fructu me quæras auctiori, sicque proficias magis, & ipse pariter in tui amore magis confirmer. Secundum quem sensum, instar amantissimi medici se gerere uidetur, benignissimus Deus. Contingit enim aliquan-

Simile.

DE ANIMA.

A aliquando, vt ægrotus ob consolationem, quam ex medici percipit præsentia, ita in illum suos defigat oculos, vt medicus, cui alioqui ab illo aspici perplaceret, tunc verens, ne defixo oculo, assiduoque intuitu in ægroto corpore aliquid causetur mali, benigne ei dicat, *Auerte oculos tuos a me*, nec tamdiu, adeoque defixo intucaris obtutu, alioquin quantocius a te auolabo.

Ob deuotionis, orationis vel studii necessaria omittere, haud placitū est Deo.

PARAPHRASIS.

Tertiò insuper modo dici posset, Benignissimū Deum, cum aduertat, piam ipsam animam ob gustum, quem ex eius percipit præsentia, ita contemplationi deditam, ut plura omittat, quę necessario facienda ei forent, & ad quę ex præcepto tenetur, nihilve de proximorum curet salute, his verbis illam affari; Ac si dicat.

Tametsi nihil mihi iucundius, quàm a te per cōtemplationis studium conspici, haud tamen id mihi iucundum, & placitum vllatenus est, vt contemplationis causa ea omittas, quæ vel Ecclesiæ, vel tibi magis ipsi necessaria sunt, idcirco hosce tuos a me auerte defixos adeo oculos, efficient namque id potius, vt a te auolem. Qua in re videtur ille se gerere, instar boni illius sponsi, qui, cum animaduertat dilectam sponsam suam ob vehementem, quā erga eum incensa est, dilectionem, totam in id deditam, vt in ipsum conijciat oculos, eiusve oblectetur aspectu, ideoque ea omittat, quæ domui sint necessaria: Is quippe talibus illam alloquetur. O charissimam mihi coniugem, periucundum sanè mihi est, vt conuectos in me habeas oculos, exinde enim intelligo amorem, quo me prosequeris. Veruntamen nullatenus meo sedet animo, ita vni huic tuo indulgeas gustui, vt res perire sinas domesticas, pueru losque istos pati sinas, & familiam vniuersam. Idcirco *auerte oculos tuos, quia ipsi* aliàs auolare *me fecerunt*, efficientque, vt te modo derelicta quantocius abscedam.

Simile.

II. SENSVS Simile.

Iuxta alterum illum sensum, qui secundo loco in prima allatus est expositione, Deus Principem eum imitari hic visus est, cui tametsi plures non desint Magnates, illustresque ministri, quorum gloriari posset ministerio, pauperculo tamen vno, viilique, sed fidelissimo, ac virtute prædito sic gloriatur, vt dicere ei aliquādo haud erubescat. Tuo magis glorior famulatu, quo & in superbiam quodammodo eleuor, quàm ob id superbiam, quòd tantorum Magnatum circunder comitatu, quòdve per nobilissimos, tot ve perillustres viros mihi obsequatur. Pari namque ratione qui Princeps est Regum terræ, licet millia millium, & decies centena millia sibi ministrent Angelorum, spirituumque cęlestium, quorum sanè iure optimo gloriari posset ministerio, ita nihilominus in fideli, humili, puraque, ac recta sibi complaceat intentione, qua sibi à paupercula, & humili seruitur anima, vt eidem aperte contestetur, superbire se ob huiusmodi eius ministerium, eaque in primis gloriari intentione, quæ, cum per oculorum metaphoram aptissime designetur (vt probatum à nobis est supra in exposi. tertia illorum verborum capitis primi, *a Oculi tui columbarum*) ideo ait, *Auerte oculos tuos a me quia ipsi me superbire, gloriaque pennis me volare fecerūt*. Id quod & apud Isaiā significauit apertius, tū vbi dixit, *b Seruus meus es tu Israel, in te glorabor*, ob id nempe glorabor, quod Israel existens, idest, vidēs Deū, recta me in tueris intentione, tum aliis verbis illis, *c Ponam te in superbiam saeculorum, gaudium in generationē, & generationem*, idest efficiam, vt talis sis, qua in æternum & ipse superbiam, & in qua cunctæ gaudeant generationes.

a Cāt. 1.15.

b Isai. 49.3

c Is. 60.15.

Michaelis Ghislerii.

A Antequam ad alia accedamus, non videtur mihi hoc loco prætereundum, quòd, tametsi clarissime, tum ex communi expositorum consensu, tum ex Hebraico (vt notatum est) verbo, tum denique ex contextu ipso appareat, verba ista, *Auerte oculos tuos à me, quia &c.* esse a sponso dicta in dilectæ suæ commendationem, non incongrue nihilominus, vt duos afferamus sensus morales non contemnendos, posse eadem tribui ipsimet sponsæ, præsertim cum in hoc habeamus, quem sequamur, S. Gregorium Nyssenum homilia vltima in Cantic.

DE ANIMA.

ALIVS SENSVS.

Iuxta quam acceptionem singulari quadam ratione per hæc explicabitur ingens spiritualium B consolationum magnitudo, de quibus per Prophetam hisce exclamatum nouimus, *d Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine?* Siquidem pia anima talibus inebriata deliciis, cum tantas illas esse percipiat, vt humani imbecillitas corporis ferre eas nequeat, ad Deum ipsum cōuersa, *Auerte*, inquit, *oculos tuos*, quibus mihi tantam exhibes rerum diuinarum lucem, vt mentis meæ perstringantur oculi; *Auerte* tantisper oculos consolationum tuarum à me, *quia ipsi me auolare fecerunt*, me extra me rapuerunt, ita vt iam amplius corpus meum ferre illas non possit. Vellem quidem, vehementiusque optarem, vt iugiter hisce me inspiceres oculis, attamen ni addideris vires, pro nunc *auerte eos a me*. Sic de Sancto Ephrem legimus, tā C ta aliquando illum perfusum fuisse dulcedinis suauitate, vt exclamare coactus sit; Elongare, Domine aliquantolum a me, quia imbecillitas mea tam grandem sustinere nequit dulcedinem. Porrò in hac re pia anima videtur se habere instar illius qui lautissimo assidens conuiuio, porrigentem sibi amicum plures, variasque epulas, æque bonas, æque & suaues, ac delicatas, aliasque semper denuo addentem, quando iam stomachi imbecillitas haud amplius ipsum comedere sinit, talibus affatur. Gratias tibi ago immensas ob benignitatem istam tuam tantam, sane nihil mihi contingere potest iucundius, quàm ut ea comedam, quę à benignissima tua mihi porrecta sint manu, eoD que magis, quòd dapes istæ tuæ ita suaues sunt, vt vix vnquam exsaturarer. Verum, cum stomacho sim imbecilli, rogatum te velim, vt dulcissimarum istarum dapum multitudinem hinc auertas, quia ipsæ mihi alioquin non parum afferent detrimenti, id planè effecturæ, vt ex hac euolem vita.

d Ps. 30.20

Consolationum spiritualium uires tātę, vt aliquando sancti ferre illas nequeant.

PARAPHRASIS.

S. Ephrem

Simile.

Possunt denique & alio quoque pacto eadem tribui animæ, vt per verba ista, *Auerte oculos tuos a me, & c.* id intendat dicere.

ALIVS SENSVS.

PARAPHRASIS

Prosperitates nimias respuit pia anima.

Auerte oculos tuos tantæ benignitatis à me, tantas gratias, quibus in hoc mundo benignissimo me intueri soles intuitu, tantasve prosperitates minue amabo, *quia* ipsæ me aliquando *auolare* E *fecerunt*.

Vel, iuxta secundum litteræ sensum.

Auerte tantisper oculos consolationum tuarū, *quia ipsi me superbire fecerunt*. Nonnunquam enim ob spirituales consolationes, gustusve sensibiles, quos tua benignitate suscepi, in superbiam elatus sum. Quamobrem obsecro te, dilecte mi, vt, si ob eas in superbiam eleuanda sim, ipsos auertas potius à me. Simile quid & in humanis euenire solet aliquando, cum prudens aliquis, & sapiens nouis semper, maioribusve beneficiis, & gratiis à suo Rege se cumulari animaduertens, suspicatur, ne adeo magnæ, adeoque eximiæ, ac frequentes gra-

Consolationes fauoresque nimias metuit pia anima.

APPENDIX.

tuæ suam causent ruinam, superbum ipsum reddentes, ita vt socios contemnat, superbiaque ipsa sua eumdem offendat Regem. Ea propter id summa efflagitat prudentia, vt à tantis desistat fauoribus, ne per eos superbire sibi contingat.

Vers. IV. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

I. SENSVS. *Mariæ quātæ extiterit puritas mētis.*

VErba ista à Deo dicta videntur Virgini Gloriosissimæ, detinenti se in meditatione celsitudinis, ac magnitudinis eius, quem solum ipsa pro suo elegerat dilecto. Duo autem hisce Deus intendit, & puritatem extollere tantæ Virginis, & eamdem Virginem à sublimium, & incomprehensibilium rerum meditatione ad Incarnationis mysteria auertere, Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Tanta fuit mentis tuæ puritas, tanta spiritualium istorum oculorum tuorum extitit vis, *vt ipsi me*, quasi extra me rapientes *euolare fecerint* de sinu Patris in gremium ventris tui.

Vers. IV. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Intellectus compescendus in diuinis scrutandis.

PAraphrasis Chaldaica. Fac accumbere magistros tuos sapientes, congregatio magna in circuitu, in conspectu meo, ipsi enim consulebant me in captiuitate, & constituebant gymnasium doctrinæ legis meæ.

Ambros. Theophr. Tres Patr. Cassiod. Gre. Pap. Philo. Beda. Rup. Anselmus

Præter communem sensum a nobis in principio expositionis tertiæ relatum, quem sequuntur Ambrosius lib. de Isaac cap. 8. Thedoritus, Tres Patres, Cassiodorus, Greg. Papa, Philo Carpathius, Beda, Rupertus, Anselmus, & alii, quo Christus suadet Ecclesiæ, aut piæ animæ, ne sit scrutatrix maiestatis, neve oculis Deum videre contendat, quem non videbit homo, & viuet, quia quantò magis in ipsum coniectos habuerit mentis oculos, tanto magis eum intelliget incomprehensibilem, ideoque sat illud ipsi sit, vt fide per speculum videat, & in ænigmate, non quærens in hac vita præmium diuinæ visionis, quod beatis in alia vita reseruatum est.

Ambros. *Prędicator condescēdere dēt infirmioribus.*

Præter hunc inquam sensum ferè commonem, quatuor adhuc apud Patres reperio. Primum Ambrosij, qui in lib. de Isaac, & Anima cap. 8. Sic legens. *Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me eleuant*, existimat, Christum Dominum significare animæ perfectæ, se optare, vt patiatur, non eius duntaxat, sed & infirmiorum saluti, & consolationi ipsum indulgere, Ac si dicat.

Et si tu perfecta es, aliæ tamen adhuc animæ mihi redimendæ sunt, aliæ fulciendæ, quamobrem *auerte oculos tuos a me*, eleuas enim me videndo, ego autem ideo descendi, ut omnes eleuem, Quāto enim quis ad Dominum intendit, tantò amplius Dominum eleuat, & ipse eleuatur.

Simile.

Declarat hæc Ambrosius huiusmodi exemplo, Constitue aliquem Doctorem, qui rem obscuram velit aperire audientibus, qui etsi potens sit in sermone, & scientia, condescendat tamen ad eorum inscitiam, qui non intelligunt, & simplici sermone vtatur, vt possit intelligi.

APPENDIX.

Si quis igitur inter audientes viuacior sensu sit, qui facile sequi possit, eleuet eum, atque excutiat, hunc videns Doctor, reuocat, dicens, vt patiatur magis se humilioribus, & planioribus immorari, quò & ceteri sequi possint. Tale est, quod hoc loco dicit Dominus ad animam piam.

Iustus. Christus haud amplius requiri vult in præsentia corporea, cū in cęlum ascenderit.

Secundus sensus à communi diuersus est Iusti Orgelitani, qui ei hæc à Christo Domino dicta censet, quæ corpoream eius requirat præsentiam, semperque in corpore mortali illum meditetur, numquam se eleuans ad cęlestia, vt eorum sensus sit: Non me semper in corpore conspiciendum requiras, quem spiritu per fidem melius cernis. Idcirco enim in cęlos ascendi, vt non semper localis tibi appaream, qui sic omnia diuinitatis meæ præsentia repleo, vt vbique adsim, cunctaque contineam, & a nullo loco continear.

Aponius. Fidei oculis conspici vult Christus.

Tertius sensus est Aponii, qui arbitratur, hæc à Christo dicta ad animam cum aliquo infidelitatis errore antiquissimis oculis ipsum intuentem, quibus ille offensus auolauerat ab ea, quandoquidem, existente oculo nequam, totum corpus tenebrosum fuit effectum.

Simul ergo Christus secundum hunc sensum animam ab infidelitatis reuocat errore, monetq. vt rectis ipsum inspiciat oculis fidei, ne id amplius ei contingat, vt eum non inueniens, in tenebris vulneretur, &c.

Oculis Christi quid boni tribuatur.

Sed qui ab omnibus diuersissimus est sensus, est Gregorii Nysseni, qui homil. 15. existimat, hæc à sponsa potius dicta ad sponsum, subtiliterque circa hæc philosophans, & legens, *Auerte oculos tuos a me, nam ipsi alas mihi reddiderunt*, duo supponit. Animam per peccatum amisisse alas, quas a Domino acceperat, quibus & Domino similis erat, nempe potestatem, beatitudine, ac statum mortis expertem, & cetera huiusmodi.

Alas amissas recuperat anima per Christi intuitum.

Secundum, tantumdem esse, *Auerte oculos tuos a me*, ac id, quod dicitur in psalmo. a *Oculi tui videant æquitates*, seu *rectitudines*, scilicet meas. Nam *probasti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas*. Vt idem sit, Oculi tui videant rectitudines &; Oculi tui contrarium non spectent, Nam qui rectum intuetur, obliquum non videt, & qui obliquum nō videt, omnino rectum videt, Ac si dicatur. Oculi tui, cū me inspiciunt, auertuntur a contrario, nempe a peccato, per quod alas amisi in meis primis parentibus.

a Ps. 17. 3.

Cumque nihil in me videant contrarii, atque peccati, id profecto ex ipsis tuis consequor, vt rursus alas habeam, & per virtutem recuperem alas eius, quæ est tamquam columba, vt volare possim, & quiescere; Hocque vnum est, quod opto, dicens. *Auerte oculos tuos a me*, vt in peccato sum genita, videant tamen rectitudines meas.

Christi intuitus in anima causat despectū mundi. Psellus.

Sensum istum clare Psellus expressit apud Theodoritum, tametsi in versione latina ea sint verba: Mihi quidem locutus est venerandus sponsus meus, *Auerte*, &c.

Ita enim hæc reddit, Iam coniice in me oculos tuos, lux enim oculorum tuorum auolare me fecit, & omnia mundi negotia despexi. Quæ certe animæ aptius competunt, quàm Christo, & nouimus (vt & alias notasse credo) Psellum esse abbreuiatorem Gregorii Nysseni, vnde amborum commentaria simul in hoc capite sexto, concluduntur.

LITTERA.

Ex Verſ.IV.Capilli tui ſicut grex caprarum quæ apparuerunt de Galaad.

Verſ.V.Dentes tui ſicut grex ouium, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus,& ſterilis non eſt in eis.

Verſ.VI.Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ,abſque occultis tuis.

A pag.519 & deinceps

HÆc iam à nobis fuſius explicata ſunt in Commentariis ſuper c.4.Videantur quæ ibi dicta ſunt expoſitionib. in primum,ſecundum, & tertiũ verſum.Illud duntaxat notandum, hic in verſionibus Sept.Symmachi,& Aquilæ id reperiri, *Sicut funiculus coccineus labia tua, & eloquium tuum decorum*:quod & ſupra in d.cto c.4. explicatum eſt.

B

Notandum & id,eſſe nonnihil diuerſitatis quo ad verba hic,& in c.4.licet idem ſit ſenſus: Nam in encomio capillorum,quod hic eſt,*apparuerunt*, ibi eſt,*aſcenderunt*:& inſuper ibi eſt,*de monte Galaad*;cum hic ſit tantum,*de Galaad*.

In verſ.5.quod hic eſt,*grex ouium*,ibi eſt,*greges tonſarum*,& quod hic eſt,*in eis*,ibi,*inter eas*.

In verſ.6.quòd hic,*vt cortex*,ibi,*ſicut fragmen*, & quod hic,*abſque occultis tuis*,ibi, *abſque eo, quod intrinſecus latet*.

Ex Verſ.IV.Capilli tui,&c.

Verſ.V.Dentes tui ſicut,&c.

Verſ.VI.Sicut cortex mali punici,&c.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica in duab.primis ſnĩis, eadem oĩno habet verba,quæ relata ſunt in c.4. in encomio capillorũ, atq. dentium: In encomio genarum duntaxat eſt in ea aliquid diuerſitatis, ſic enim reddit verſum ſextum.

Regnum autem domus Haſmenæorum omne plenum eſt præceptis, ſicut malogranatum, præter Matathiam ſacerdotem magnũ, & filios eius, qui erant iuſtiores illis omnibus & confirmabant præcepta,& verba legis in puritate.

D

Præter ea,quæ relata ſunt ex Patrib. in citatis locis cap.4.nonnulla addi poſſunt ex iiſdẽ. Ac primum ex Greg.Nyſ.qui,cum in c.4 per Eccleſiæ capillos eos acceperit Sanctos, qui mundo mortui ſunt,& carni,vt ſunt Religioſi;nullã tamen allatę ſimilitudinis caprarum attulit rationem:Hoc verò loco rationem triplicem illius affert.

Greg.Nyſ.

Primam ex proportione,quam capræ ipſæ habent cum capillis:cum capræ pilos denſos habeát & longos,atque adeo aptiſſimæ ſint ad explicandum ornamentum capillorum.

Caprarum ſimilitudo cur adhibita in encomio capillorum.

Secũdã ex cõgruentia,quã ij,qui vitã aſperã ſectantur,cũ iiſdem habent capris, quæ p ſaxa ſine vlla pedũ offenſione tẽdũt, circa vertices montiũ verſantur,& p prærupta loca fidenter incedunt.

E

Et tertiam,quia per capras ad capitis encomiũ aliquid accedit,quòd hoc animal ad multa ſacrificia iterà Moſe vſurpatũ.Addit & aliã rationẽ deſumptã ex eo, quod in lib. Prouerbiorũ *a* inter quatuor celerrime incedentia numeretur hircus ducens caprarum gregem:quia & Religioſi, mortuiq. mundo,qui per capillos deſignantur, inſtar

a Prou.30. 1.iuxta Septu.

A caprarum Eliam primum illius vitæ inſtitutorem velut ſuum celerrimum habeant hircum, quem ſequantur,& imitentur.

APPENDIX.

Ex eodem Nyſſ.id quoque notandũ circa verſ. 6.per hoc,quod genæ piæ aĩæ comparantur cortici mali punici,ſignificari, nõ alia quadã in re ſitũ eſſe theſaurum ipſius animæ,ſed illam ſuimet eſſe theſaurũ;quippe quę omnis boni apparatum in ſe contineat.

Theſaurũ ſuum aĩa habet in ſe metipſa.

Nam vt cortice continetur id, quod eſculẽtum eſt in malo punico; ſic etiam interior animæ theſaurus continetur pulchritudine illa vitæ,quæ vl ſui patet.Vnde bene ſubditur,*Præter id,quod in te reticetur*:vt intelligeremus,non tam ex his,quæ videntur,& verbis explicantur, laudem animæ reſultare,quàm ex internis,quæ ſilentio teguntur.

Tertiò notandum ex Caſſiod.& Beda,per dẽtes Eccleſiæ intelligi firmam illius ſtabilitatem, qui bene gregi ouium comparatur, quæ de lauacro aſcenderunt:quia verba Eccleſiæ nihil niſi innocẽtiam,& manſuetudinem ſonant,nihilq. in ſe fœdum,& immũdum habent.Et omnes gemellis fœtibus eſſe dicuntur; quia ſermo ſanctorum nihil aliud ſonat,niſi quod ad dilectionem Dei,& proximi pertinet.

Caſſiod.
Beda.
Sermo ſanctorũ qualis.

Quartò notandũ ex Greg.PP.hom.16. in Ezec. vbi ait: Genæ ſanctæ Eccleſiæ ſunt ſpirituales Patres,qui nunc in ea miraculis coruſcant, & velut ĩ eius facie venerabiles apparent, Cũ.n. videmus, multos mira agere,ventura prophetare, mundũ pfectè relinquere,cæleſtib.deſideriis ardere, *ſicut cortex mali punici* ſanctæ genæ rubent.Sed quidq̃d

Greg. PP.
Sancti genæ ſunt Eccleſiæ.

C

iſtud eſt oẽ,quod miramur illius cõparatione, de qua ſcriptum eſt,quòd *oculus nõ vidit,nec auris audiuit,quæ præparauit Deus diligẽtib.ſe.* Bene ergo cũ miraretur genas Eccleſiæ,ſubdidit, *Abſq. occultis tuis*;Ac ſi aperte diceretur.Ea quidẽ, quæ in te nõ latẽt,magna ſũt:ſed illa valde ineffabilia,q̃ latẽt.

Quintò demum notandum ex Aponio, in dẽtibus eos deſignari,qui ex Iudæis baptizantur,& ꝑpter acumen ingenii boni ad verbũ Dei ruminandum,& robur tolerandi propter Chriſtum iniurias,fortiſſimi dentes Eccleſiæ nuncupantur: propter innocentiam,vel patientiam cõparantur oſſibus: Ad baptiſſimum, ſiue ad bonam conuerſationem conuerſi,aſcendere laudantur,qui mente intrinſecus Deo placita,& corporis actibus bono exemplo ſanctitatis gemellos generant.

Iudæi ad fidem conuerſi ſũt dẽtes Eccleſiæ.
Aponius.

In genis autem eos,qui lapſi poſt baptiſmũ luxuriæ maculis imaginẽ in ſe fędauerũt creatoris,mũdati verò lacrymarũ ablutione faciẽ Eccleſiæ pulcherrimã reddunt,q ideo cortici mali granati cõparantur,quoniam lapſus ſui metu alios cõtinẽt à peccato,qui aſperitatem pęnitentiæ ignorant.

Pęnitentes ſunt genæ Eccleſiæ.

Verſ.VII.Sexaginta ſunt Reginæ,& octoginta concubinę,& adoleſcentularum nõ eſt numerus.

Verſ.VIII.Vna eſt columba mea,perfecta mea:vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ.

Expoſitio Prima.Iuxta ſenſum Litteræ.

SIcut in duab.aliis panegyricis, primi cap. altera,altera verò cap.4.ita ſponſus dilectæ ſuæ celebrauit pulchritudinem,vt à generali encomio exordiens,in generale item encomiũ ſuas ſemper concluſerit orationes:

ita

LITTERA.

ita & in hoc c.6.quam generali laude illa, *a Pulchra et amica mea suauis*, &c. exorsus fuerat orationē item panegyricam, generali nunc pariter & isto, quod præ manibus habemus, claudit encomio sanè perillustri. Quodve in panegyrica oratione ista maximè est animaduertendū, idipsum in hac eius coronide apertius, efficaciusve confirmat, qđ & in principio prędicto cōfirmare fuerat obnixus, verissimū.s.esse, qđ ab illa fuerat dictū: *b Ego dilecto meo*, vna nimirum, & sola sum dilecta,

a Cāt.6.8. b Cāt.6.2

Est autem non modica difficultas in iis, quę habentur in vers.7. *Sexaginta sunt Reginæ*, &c. quis ea protulerit, Nam tametsi haud ambigendū sit, sponso illa tribuēda, haud tñ constat, an Salomō, quem scimus in hoc Cantico sponsi obtinere personam, sub pastoris tamen allegoria in pastoris habitu hæc habuerit: An vero in persona propria Regis: Iam etenim sæpius vidimus in superiorib, illū personam ipsam pastoris exuisse, Nec tā hoc difficile est, quàm id demum definire, de quibusnam Reginis, & concubinis, atque adolescentulis fiat sermo. Sunt, qui putant, Salomonē de suis ipsis loqui mulierib, quarum ingentē habuisse numerum, colligunt ex iis, quæ habentur in 3. libro Reg. cap. 11. *c Fueruntque ei vxores quasi Reginæ Septingentæ, & concubinæ trecentæ, & auerterunt mulieres cor eius*. Quibus id refragatur, quod nec quātitas, nec paritas numeri cōsentit; cum hic plures asserantur concubinæ, quam Reginæ, ibi è cōtra plures Reginæ: hic concubinæ octoginta duntaxat, & Reginæ sexaginta; ibi concubinæ trecētæ, & Reginæ septingentæ, Adde quod ibi illas tum habuisse dr̄, cum iā esset senex, & à Deo auersus: Probatum est aūt a nobis supra in præfatione, librum istum à Salomone cōpositum, cum adhuc iuuenis in Dei dilectione ita perseueraret, vt dilectus Domini quasi proprio insignitus esset nomine. Haud quaquam de Salomone Rege eiusque feminis; sed indefinitè de quouis Monarcha potentissimo hæc sumenda existimat Martinus Del Rio, vt sensus sit,

c 3.Reg.11. Del Rio.

Sit aliquis, qui in Gynæceo suo clausas habeat
" plurimas coniuges primarias, ingenuæ cōditio-
" nis, & plures cōcubinas cōditionis inferioris, plu-
" rimas vero virgines adolescētulas, quæ in alterá
" thalami fortè mille clauib. asseruantur in domus
" penetralibus: quicquid in tam multis diuisim,
" in mea id coniuge cōfertim omne reperitur, quare & te dilectam omnibus præfero, & me tali Regem beatiorem duco,

Verùm nec sententia ista meo sedet animo ob id in primis, quòd persuadere mihi nequeā, numeros tam exactè appositos, atque distinctè, sumendos indefinitè; præsertim cū quando de adolesceutulis est sermo, manifestè numero non iam amplius determinato, sed indefinito dicatur, *Et adolescentularum non est numerus*.

Quamobrē probabilius dicendū arbitror, de mulierib. ipsius Salomonis hæc esse intelligenda siue in propria, siue in pastoris persona ille loquatur, de illis tñ, quas in iuuentute habuit, qñ hæc scripsit. Habuisse.n. & tunc coniuges plures, verisimile est, cū Dauid Pater eius, quem Deus secundū cor suum esse dixit, plures habuerit mulieres, & concubinas. Neque.n. quoad coniugium aliud discrimen est inter eas, quæ hic appellantur Reginæ, & illas, quæ concubinæ nuncupantur, nisi quod Reginas dicebant illas, quas Reges assumebāt, & ad thorū, & ad familiam, familiæ opes, iura, & communionem, vtpote ingenuæ cōditionis. Quas verò inferioris notæ accipiebant vxores indotatas, in vsum duntaxat thori, non bonorū, & familiæ, concubinas antiquitus vocabant, vt bene colligitur cōmuniter ex cap. 25. Gen, *d* vbi Abraham filijs concubinarū dicitur largitus munera, Isaac tantum filio liberę relicto herede.

Inter Reginas, & concubinas qd discriminis sit. d Gē.2.[illegible]

Porrò, quòd cōiugibus istis adijcitur, *Et adolescentularum non est numerus*, de ijs intelligendum crediderim puellis Virginibus, quę ad prędictarum Reginarum, atque concubinarum tāti Regis comitatum, & famulatū adstabant, de quibus in psalmo item Epithalamij dicitur: *e Adducentur Regi Virgines post eam*, scilicet Reginam, de qua paulo superius dictū fuerat: *Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato*. Quo loco Psalmi est eadem, quæ & hic habet vox Hebraica עלמות ngalamoth plurale singularis עלמה ngalma, qua voce Virginem significari probauimus aliàs. Has autem Virgines paulò infra filias appellat, vbi dicit: *Viderunt eam filiæ, & beat. præd. Reginæ, & concubinæ, &c.* primo loco illarū mentionem faciens immediatè post Reginam pręcipuā, maximeque dilectam, vt pote quam comitabātur vt dominā, & cuius sortē æmulabātur; quamve idcirco beatificauerunt, quòd eius compos effecta esset dilecti Salomonis, quē & ipsæ vehementissima prosequerētur charitate, prout aperte colligitur ex ijs, quæ in cap.3. huius Cantici dicuntur iuxta lectionem textus Hebraici: *f Medium eius incensus, seu combustus charitate à filiabus Ierusalem*, vt videre est supra expositione prima eorum verborum. Ob id autē bene, & hoc loco vnà cum coniugibus Salomonis istarum mentio fit adolescentularū, quòd & ipsę, sicut & coniuges eumdem diligerent Salomonem, vt argumentum, quod, modo explicabo, esset efficacius.

e Psal.44.15 f Cāt.3.10

His suppositis, facile iam erit eorum, quę hic dicuntur, eruere sensus. Vel enim Salomon loqui censendus est in persona propria, vel in persona pastoris; siquidem vtroque modo accipi hæc possunt. Si primo modo, quod hic dicit, tale erit.

I. SENSVS. PARAPHRASIS.

Quamuis *sexaginta* mihi sint *Reginæ*, *& octoginta concubinæ*, necnon innumerę in meis palatiis sint Virgines, à quibus omnibus sat scio me summopere diligi; attamē en ista est *vna columba mea* ita nimirum mihi sola, sicut columbo sola colūba sua est, in omnibus, & per omnia pulcherrima, vt iam audistis (loquitur namque conuersus ad spōsæ socias adstantes) ideoque *perfecta, & immaculata mea*, non minus certe mihi vna, quam *vna* sit & *matris suæ*: nec minus mihi præ omnibus grata, atque dilecta, quam *electa* sit & *genitrici*, quæ illam è propriis genuit visceribus.

Pro ista vna adeo pura, adeoque perfecta Reginas vniuersas, omnesque concubinas, atque adolescentulas parui facio: cū quicquid vel pulchri, vel boni in singulis earū diuisim reperitur, id omne simul ī hac perfectissimo modo reperiatᷣ vnitū.

II. SENSVS.

Quod si secundo modo hæc dicta sumātur in persona nostri pastoris, per contentionē ad feminas ipsas Regis Salomonis illum hæc protulisse dicemus, vt adstanti puellarum choro, & corā ipsamet, cuius encomia celebrabat, testatū faceret, quanto maiori dilectam ipsam suā prosequeretur charitate, quā Salomon Rex: quippe qui, amore in tot partes diuiso, varie distraheretur: cū ipse ī vnius dūtaxat eiusdē dilectæ suæ amore cōquiesceret, illive vni totū quātus quātus in se esset dilectionis ignem, ac ardorem dedicasset, quæ Reginis ijs omnibus, omnibusque & concubinis, & adolescentulis, & puritate esset præferenda, & pulchritudine immaculata.

Sed

LITTERA. Sed quamuis boni ambo isti sint sensus, arridet tamen mihi magis primus, quàm iste secundus, ꝓpter ea, quæ mox subiiciuntur; *Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt: Reginæ, & concubinæ laudauerunt eam.*

Congruentius namque videtur, vt cõiuges Regiæ, nobilesq. Virgines beatissimam prædicẽt, & laudib. extollant Reginam primam Regi Salomoni præ ipsis omnibus dilectam, quàm rusticam, ignobilemque sponsam pastoris item rustici.

Duo circa vocum significatus annotanda super sunt in fine primæ huius expositionis.

Primum, Hebraicam vocem תמתי tammathi, q̃ tam noster, quàm Sept. interpretes verterunt, *Perfecta mea*, propriè significare integram, & immaculatam meam, qua de re actum à nobis est supra

Pag. 619. expositione 1. illorum verborum, *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te*, quæ habentur in cap. 4. vers. 7.

Alterum verò est, vocem illam, *vna*, ibi, cum dicitur, *Vna est matri suæ*, nequaquam sumendã pro præcipuo vna, atque sola, sed in significatu eximiæ, & singularis: Cõstat enim, sponsam, de qua est sermo, vel vnam habuisse sororem, cum infra scriptũ

a Can.8.8 reperiamus: *a Soror nostra parua*, &, *Quid faciemus sorori nostræ*, &c.

Tametsi ad hæc responderi forsitan posset, spõsam habuisse certe sororem, quæ ex eodem Patre, non ex eadem esset matre.

Quicquid tamen sit, melius in dicto sumetur significatu vox, *vna*: cum & ea, quæ adiicitur vox, *electa genitrici suæ*, pluralitatem supponat.

Quod enim electum est, ex pluribus est electũ: vnde in cap. 5. sponsus ipse, qui hic loquitur, dicatur:

b Câ.5.10 *b Electus ex millibus.*

Vers. VII. Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum nõ est numerus.

Vers. VIII. Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genetrici suæ.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

II. SENSVS. Congruunt sane per optime ea, quæ hic dicuntur, vni Ecclesiæ Romanæ, cui reliquę omnes vniuntur Ecclesiæ particulares, quotquot Catholicæ gaudent, & Orthodoxorum vocabulo.

Romana Ecclesia encomium. Multoq. magis per hæc illius confirmatur vnitas, ac singularitas inter populorum collectiones, quę Christi se iactãt dilectas, quàm efficacissimè

c Can.6.3 explicatu sit verbis *c* illis: *Pulchra es, amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem, terribilis, vt castrorum acies ordinata*: Opponitur.n. multis, innumerisve feminis iis, quæ & Salomoni dilectæ essent, & Salomonem diligerẽt: simulq. ostenditur, eam dem Christo dilectam esse, & Virginẽ, iuxta illud

d 2.Cor.11.2. Apostoli: *d Despondi vos vni viro virginem castã exhibere Christo*, & concubinam, id est, sponsam licet infimæ, terrestrisve conditionis, ex qua innumeri illi gignerentur filii, iuxta illud, quod apud

e Is.49.21 Isaiam ei dicitur: *e Et dices in corde tuo; Quis genuit mihi istos? Ego sterilis, & non pariens, transmigrata, & captiua.* Nec non & Reginam, ob Regiũ thronum, in quo Romæ summus residet Pontifex, iuxta illud Psalmi:

f Ps.44.10 *f Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato*, charitatis nimirum auro, circundata varietate, diuersorum Sanctorum. DE ECCLESIA.

Id, quod nedum triumphanti, sed & militanti Ecclesiæ congruere, ex citato colligi põt Isaiæ loco, *g* vbi dicitur: *Et erunt Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* g Is.49.23

Atq. adeo bene per contentionem ad dictas Salomonis terreni Regis adolescentulas, concubinas, & Reginas adiicit ipsemet pastor bonus Christus: *Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matris suæ, electa genetrici suæ*; tribus epithetis hisce, columbæ, perfectæ, & electæ genetrici suæ, tria ꝓdicta in illam vnam conuenire significans: Puritatem quidem virgineam vt virgini purissimæ, columbæ appellatione designans: Coniugalem verò dignitatem, quam vna cum ipso ea hẽt, tametsi vilis esset conditionis, noĩe designans perfectæ, immaculatæq. suæ, & vnã dicens matris eius, quatenus in vna fide per vnũ baptisma ab oĩ abluta macula, desponsata ipsi est, vnã se seruans primitiuæ Apostolorũ Ecclesiæ, quã, si terrenam spectemus ipsorum Apostolorum conditionem, vilissimã esse nouimus, ideoq & Apostolica nuncupata: Regiam denique maiestatem tertio illi tribuens epitheto electæ genetrici suæ, cœlesti nimirum Ierusalẽ, *h* q̃ matrem, & genetricem nr̃am appellat Apostolus: Regina & ipsa in spe vitæ æternæ, sicut & genetrix illa sua, & Regina est, & regnum æternũ. Itaq. quòd hic ab eo dicitur, breuiter tale est. h Gal.4.26

Salomoni quidem terreno *sexaginta* fuerunt *Reginæ, octoginta concubinæ*, & virgines innumeræ, quarum omnium gloriabatur amore; quasve & ille amabat, suam in tantas diuidens dilectionem cum finita nihilominus, & exigua ea in ipso esset respectu immensæ charitatis meæ. PARAPHRASIS.

Sed meã hanc charitatẽ, quãta quãta est, in vnã conuerti Ecclesiã dilectã meã, adeoq. eã vnã mihi fateor esse Virginẽ ꝓ Virginib. illis innumeris: coniugẽ vnã pro plurib. iis concubinis, & vnam denique Reginam pro sexaginta Reginis illis.

Est quippe vt Virgo *vna columba mea*: vt ex vili quidem carnis conditione per vnũ baptisma mihi sponsata, ad liberos in fide procreandos: *Vna matris suæ* primitiuæ Ecclesiæ Apostolorum *perfecta*, & immaculata *mea*: Quin & vt Regina *vna* illa mihi est, cum *electa* sit cælesti Ierusalem regno simul atque Reginæ, quæ genetrix eius est, Reginamq. illam genuit, prout ipsa Regina est, sponsa item mea in Regno meo.

Vers. VII. Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum nõ est numerus.

Vers. VIII. Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genetrici suæ.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

SENSVS. Peruulgata est cõis SS. Patrũ sñia, vt per Reginas Christo vero Salomoni cõiunctas ii designẽtur fideliũ, q filiali Deũ diligũt reuerẽtia, atq. adeo per verã eidẽ vniti charitatẽ, in perfectorũ cõstituantur gradu, perfectoq. sexagenario designẽtur numero: Per cõcubinas inferioris notæ illi, q eidẽ charitate quidẽ inhærent, ac propter retributionẽ, in gradu proficientiũ constituti: multoq. plures hi sunt, quã primi, vt pote imperfectiores;

Christo adhærentium tres ordines incipientiũ, proficientiũ, & perfectorum.

DE ANIMA

res; ideoque & octogenario numero imperfecto expressi; Per adolescentulas denique incipientes, qui non tam ex mera charitate, quàm ex perinatū timore seruili in Christi Ecclesia coram ipsomet Christo digne conuersari cœperint, quorum vt pręreliquis imperfectiorum immensus est numerus.

Hos itaque vniuersos, siue potius harū animas sibi quidem inhærere, asserit piarum animarum sponsus: sed nihilominus piam quamque animā, quæ tanta illi vnita sit charitate, vt vna cum sponsa id vere, atque ex corde proferre queat: *a Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia;* ita sibi esse dilectā, vt iure de singulis dicere sibi liceat, vnam sibi esse dilectā, quæ & puritate *columba* ipsius sit *vna*, & virtutum decore *perfecta*, singulari gratia illustris, ideoque eidem gratiæ *vna*; cum per ipsam vti per matrem concepta fuerit; cœlestiq; Ierusalē, quæ mater nostra est, *electa*.

a Cāt.6.2.

Verum in tribus hisce epithetis, quibus cœlestis sponsus suam insignit dilectā, & piam quamlibet animam, quam ita diligit, ac si vnam, solamque diligeret; ideoque & vnam genitrici suæ, aliquid inest insuper, quod hic annotetur.

Perfectum quid sit. D. Thom.

Primò autem circa epithetum perfectæ, notandum, vnumquodque (vt bene ait D. Thomas lib. 1. contra Gentes cap. 29.) dici magis, vel minus perfectum, quatenus magis, vel minus habet esse perfectū: Vnde, cum Deus solus habeat esse omnino perfectum, quatenus existens suum esse, secundum totam est essendi potestatem, ipse solus re vera dici potest perfectus.

Veruntamen secundum similitudinem quamdam illud ipsum perfectionis vocabulū licet impropriè tribui nonnumquam solet creaturis; quo pacto Aristoteles hac ratione definiens perfectū Cui nihil deest secundum suā speciem; indicauit, illud se definire perfectum, quod in creaturis reperiri potest: nam cū singula creata sint vna duntaxat res, necesse pariter est, etiā, si sint perfecta, multa eis desint. Possumus autem perfectionem hanc in creaturis in triplici gradu cōsiderare, eāque omnē in anima pia reperientes, videbimus, quā aptè illa sic dicatur *perfecta*, ut *vna* est eiusdem Christi *columba*. Enim verò sunt perfecta in genere secundū esse tale, quatenus in genere illo habēt perfectissimū esse in hunc modum aurum, argentumque illud dicimus perfectum, quod purissimum sit, & expers scoriæ omnis, omnis ve mixtionis cum re qualibet alia. Secundò, alia sunt perfecta non in genere essendi (nunc vtor scholæ terminis, philosophiam hāc tractans.) sed in genere repræsentādi: hac ratione Regis imago, quę perfecte Regem ipsum repræsentet, perfecta dr. Tertiò nonnulla sunt perfecta respectiue quatenus respectu aliorum ad Deū magis accedunt, quē summam nouimus esse perfectionem.

Perfectum sumi tripliciter.

Hoc pacto animantia respectu plantarū, homines respectu brutorum, & inter homines ipsos ij, qui Deo adhærent, perfectos iure appellamus.

Perfecta dicitur pia anima triplici genere perfectionis.

Porrò, cum anima sancta eò peruenerit, vt Christi colūba effecta sit tria hæc vniuersa in se habet perfectionis genera: Siquidem colūba, quatenus est animal purissimū, puritatis symbolū est; ideoque, & anima *columba*, existens, purissima quoq; sit, operæpretium est, & perfecta simul primo perfectionis genere, quod est secundum esse, in quo à Deo cōdita est omnis peccati expers: Quatenus verò columba est animal mitissimū, & absque amaritudinis felle; anima eadē, quæ est *columba*, mitissima pariter sit, atq; adeo *perfecta*, in genere repræsentandi, dum, nec ÿ amicos, sed & inimicos diligens, ijsdēve beneficia conferens Deū ipsum perfectissime repræsentat, cuius est imago: Vnde, quod in Lucæ Euangelio dictū est: *b Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est,* in Euangelio secundū Mathæū dicitur. *c Estote perfecti, sicut & Pater vester perfectus est.*

DE ANIMA.

b Lu.6.36 c Mat.5.48

Demum & tertio quoq; perfectionis genere eadem quæ colūba sit aīa, *perfecta & perfecta* Christi dici meritò debet, cum, iuxta *d* Apostoli dictum, ita ipsi adhæreat Deo, vt cū illo vnus facta sit spiritus; & exploratum omnibus est, columbā Spiritus sancti symbolum esse in sacris literis.

d 1.Cor.6.17.

Amore materno Christus diligit piam animam

Præter illud tamen perfectę epithetum, adijcit sponsus & secundum, dicens; *Vna matri suæ*, maximum per id amorem innuens, quo illam prosequatur singulariter dilectam. Moris namque sacrarum est litterarum, vt cum quis excessum sui in alterum amoris velit exprimere, matris afferat similitudinem, quæ filiū vnice diligat. Sic 2. Reg. 1. *e* Dauid suū erga Ionatham amplificans amorem, *Doleo*, ait, *super te, frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis super amorē mulierum, sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego diligebam te.*

e 2.Reg.1.26

Quamobrem, cum Christus hoc loco dilectā suam dicat vnam matris eius, hoc plane ipsum significat, adeo illam sibi esse dilectam, sicut filia vnica matri dilecta est suæ.

Et quia contingere potest nonnunquā, licet id difficile videatur, matrem quampiā ita esse crudelem, vt nec vnicū diligat filium; aptè admodum sponsus tertio eamdē animam insignit epitheto, dicens: *Electa genitrici suæ*; significans, ipsam esse sibi dilectam, vt ne du vna sibi sit, sicut filia vna est matris suę; sed sicut filia illa, quę electa, & charissima suæ itē sit genitrici: eo plane vtens argumenti genere quo vsus est Isaias 49. *f Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui; Ecce in manibus meis descripsi te; Muri tui coram oculis meis semper.*

f Isa.49.15

Vers. VII. Sexaginta sunt Reginę, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus.

Vers. VIII. Vna est columba mea perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

II. SENSVS. *In Mariā vnam collatus in Incarnatione totus Dei amor.*

QVi locum istum hunc perpenderit, colliget sanè, manifesta probari rōne in B. Virginē per Incarnationem vniuersum diuini Verbi amorē collatū, qui in mundi opificio in plura fuerat diuisus, ita vt quodammodo argumentari licuerit.

Salomon amorē suum in sexaginta diuisit Reginas, in octoginta concubinas, & in innumeras adolescentulas; & ego pariter in mūdi creatione multiplices, innumerasve in creaturas amorē meū diuisi, *g* effundens illum *super omnia opera mea, & super omnē carnem secundū datum suum, sicut effudi & sapientiā.* Attamen in eiusdē mundi reparatione me ipsum totū, & vniuersum amorē meum in vnā effudi dilectā meam; cui ita me cōmunicaui, vt in eius descendē s vterum, carnē ex ipsa susceperim. Atq; adeo quæ purissima semper extitit Virgo, & *columba mea* meritò *perfecta mea*, dicenda est, cū ita illam perfecerim, quę perpetuo illa Virgine, conceptus ex ipsa sum, & genitus, vt ideo

g Ecc.1.10.

APPENDIX.

ideo perfecta fuerit,quia extitit,& *vna immaculata mea*, vna nimirū,ſolaq; expers maculæ , quā ob ſterilitatem reliquæ fœdari aliquantulum videntur virgines.Ipſa ſane vna mihi extitit,ſicut& *vna extitit matri ſuæ* gratia ; quippe quæ in ipſius gratiæ plenitudine nec ſimilem viſa eſt,nec habere ſe quentem . Quid ergo mirum,ſi *electa* ſit *genetrici ſuæ* cęleſti Ieruſalē cuius Reginam vniuerſæ prædicant nationes?

Verſ. VII. Sexaginta ſunt Reginæ,& octoginta concubinæ, & adoleſcētularum nō eſt numerus.

Verſ. VIII. Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Tunc ſurrexerunt Græci,& congregauerūt ſexaginta Reges de filiis Eſau,indutos loricis,aſcendentes ſuper equos, & equites:& octoginta Duces de filiis Iſrael, aſcendentes ſuper elephantes,præter reliquos populos & linguas , quorum non erat numerus ; & conſtituerunt Alexandrum Regem ſuper eos in Principem,& venerunt , vt pugnarent contra Ieruſalem.

Verſ.8.Et in illo tempore erat cœtus Iſrael ſimilis columbæ perfectæ,& ſeruiebat vnanimis Domino ſuo,& apprehendebat legem , & laborabat in verbis legis in corde perfecto;& puræ erant iuſtitiæ eius,ſicut in die,qua egreſſa eſt de Aegypto.

Communiori Patrum ſenſu tres,quæ in verſ.7. enumerātur feminarum ordines,Reginarum, cōcubinarum,& adoleſcentularum , ad tres diſtinctos referuntur fidelium gradus,& ordines.

Eccleſia tres ordines, aut gradus fideliū

Ita Greg.Nyſſ.hom.vltima,Orgenes hom.2.in Cant.ex quatuor,Theod.Tres Patres,Pſel.Caſſio. Greg.Papa,Philo Carpath.Iuſt.Orgel.Apon.Rupertus Abb.Anſel.& Hugo de S.Vict.eruditionis Theologicæ ex miſcellaneorum 2.lib.1.cap.123.

Hug.Vict.

Tametſi in modo explicandi aliquid inter eos ſit aſſignare diſcriminis.

Orig.

Siquidem Origenes vbi ſupra,per Reginas perfectos intelligit;concubinas,proficientes: adoleſcentulas incipientes,eas nimirum animas,quę videntur extra aulam quidem poſitæ;non tamen extra Vrbem Regiam.

Nyſſenus.

Nyſſ.per Reginas eos,qui ex charitate Deo inhærent:concubinas,qui ex timore eidē inſeruiūt adoleſcentulas imperfectos fideles, eos tamen, q ad ſalutem ſpectent,de quibus intelligendum ait illud pſalmi: *a Homines,& iumenta ſaluabis Domine*,puerilē,& initar iumentorū vitam agentes.

a Pſ.35.8.

Pſellus.

Pſellus,Reginas filios;cōcubinas mercenarios: adoleſcentulas ſeruos.

Theod. Tres Patr. Rupertus.

Theodorit.Tres Patres,& Rup.Reginas inhærentes Deo propter regni cęleſtis præmium;cōcubinas eidem inhærentes ob metum pęnarum, atque ſuppliciorum;adoleſcentulas eos , qui in fide sūt rudes,nec adhuc digni ſunt,vt adſcribātur in numerum ſaluandorum.

Caſſiod. Greg. PP. Anſelmus.

Caſſiod.Greg.Papa,& Anſelm.Reginas intelligunt Sanctos Doctores,& Prædicatores,qui merito fidei,& ſciētiæ thoro Regis ęterni propinquāt & ſpirituales pariunt filios:Concubinas Prædicatores,qui non ſincere Deū prædicant, ſed propter [A] lucra tēporalia , aut propter laudes populares ad thronū quidē Regis per ſcientiā accedentes, & filios ſpirituales generantes:attamen à corona ęterni regni alieni:Adoleſcentulas illos,qui in Chriſto quidē regenerati,& renouati ſunt, nondū tamen thoro Regis apti;quia nondum ad perfectionem Chriſtum prædicandi peruenerunt;& omnino ipſam fidelium multitudinem.

Iuſt. Org. Aponius. *b Cor. 3.17*

Iuſt.Org. *Reginæ* ſunt perfectę illæ ſanctorū aīę quæ non ſunt peccatorum ancillæ: *b Vbi n.ſpiritus Domini,ibi libertas,concubinæ* eorū aīæ , qui ſuſcepto ſemine Verbi Dei non ſpiritualia,ſed carnalia ſapiunt; *Adoleſcentularum* aūt, quarum *non eſt numerus*,eorum eſt multitudo, qui parati ſemper ſunt audire,quę recta ſunt,& ſancta,nec tamen q̄ audiunt,opere adimplere ſatagunt.His fere ſimilia aſſerunt Aponius,& Philo Carpathius.

[B]

Philo.

Quamquam idem Philo diuerſe à cōi hoc ſenſu arbitratus quoq. ſit,per ſexaginta Reginas deſignatos eos oēs,qui ſancte vixerunt,vel ſecundum legem naturæ ; vel ſecūdum legem ſcriptā. Per cōcubinas verò Gētiles,qui ſine lege naturæ,vel Moſis,veluti quædam meretriculę ſine vllo viro,lenocinio dæmonum illecti,oī vitiorum iugo,turpiſſime proſtrati,idolorū cultib.ſeruiebant,antequā cum Chriſto ſanctiſſime iūgerentur:Per adoleſcētulas verò multitudinem omnium incipientium deſeruire Chriſtianæ fidei.

Hierony.

Ad cōem quoq. ſenſum referri poſſunt,& quæ dicuntur à Hieronymo,dum in epiſt.140.ad Principiam hæc habet:Quæ ſupergreſſæ ſunt ſex dies mundi,& futura regna ſuſpirant,Reginæ appellantur. Si qua verò circumciſionem quidem habet [C] octauæ diei:ſed adhuc non venit ad nuptias , hæc concubina vocitatur:Diuerſa autem multitudo,quæ nec dum ſponſi poteſt copolari amplexibus,nec de eo liberos parere,adoleſcētula dicitur

Auguſt.

Aug.lib.83.quæſtionum,q.55.*Reginæ* , ait,ſunt animæ regnantes in intelligibilib. & ſpiritualib. *Concubinæ*,quæ mercedem accipiunt terrenorum de quib.eſt dictum: *c Acceperunt mercedem ſuā*: Adoleſcentulæ ,*quarum non eſt numerus* , quarum non eſt determinata ſcientia,& diuerſis dogmatibus peregrinari poſſunt.

c Matt. 6.2

Epiph.

Deniq.Epiphanius lib.3.cōtra hæreres pag.341 fuſius hunc locum pertractans,& ſubtiliſſime , p ſexaginta Reginas illos deſignatos inquit Patres, [D] qui recēſentur in genealogia Saluatoris, ſic appellatos;non quia oēs regnarint , ſed quia cognouerunt Dominum.Per octoginta concubinas,multiplices intelligit hæreſes , quæ ad hunc numerum peruenerint.Per adoleſcentulas,quarū non eſt numerus innumerabiles Philoſophorum ſectas multipliciter inter ſe diſſentientes.De numeris ſexagenario,& octogenario multa dicuntur à Patrib, q̄ vnicuique apud illos videnda relinquo, ne me,ſimul atque legentes confundam.

Secunda pars præſentis ſniæ,quæ hř in verſ.8. *Vna eſt columba mea*,&c.Cōiori ſenſu à Patrib.intelligi ſolet de vna Eccleſia Catholica.Ita Grego. Nyſſ.Epiphanius loco citato,Greg.PP.Primaſius [E] circa ſi.comment,in primum c.lib.Apocaly.Iunilius Afric.in lib.1.quæſt.interrog,109.Phil.Beda, & Orig.in citata hom.2.in Cant.& Anſelmus.

Greg. PP. Primaſi. Iulianus. Phi.Carp. Beda. Anſelmus. Caſſiodo.

Porro hanc Eccleſiam,quæ vna eſt, haud ferēs ſchiſmata,columbam ſuam appellat eius ſponſus Chriſtus ob Spiritum Sanctum,qui & in illam,ſicut & in ipſum deſcendit . Quòd verò eamdem dicit *vnam matri ſuæ,& electam genetrici ſuæ*,Caſſiod.ob id dictum putat:quia ad exemplum cœleſtis Ieruſalem , quam Paulus *d* matrem noſtram appel-

d Gal. 4.26.

APPENDIX. appellat, in hac peregrinatione instituitur, atque ad illam beatitudinem peruenire nititur. Per Ecclesiæ Catholicę matrem, & genitricem primitiuā Apostolorum Ecclesiam intelligit Anselmus, vt significetur præsentem Ecclesiam ita esse vnam, & electā, sicut vna & electa fuit Apostolorū Ecclesia.

Ecclesia primitiua mater, & electa genitrix eius. Anselm.

Melius tamen Greg. Papa, Mater nostra est (ait) regeneratrix gratia, apud quam vna columba eligitur, quia illos solos colligit, qui in simplicitate permanent, & ab vnitate non scinduntur. Multi quippe fideles dū in idipsum intēdunt, ex multis mēbris vnū corpus efficiunt, omnesq; in vnitatis, simplicitate, & vnitate viuētes vna colūba existūt, quæ sola perfecta, & electa genitrici suæ dicitur, quia extra hanc, quam dicimus Ecclesiā, nemo ad perfectionem, nemo ad vitam, nisi per hanc solam, gratia fouente, nutritur.

Greg. PP.

Extra Eccl. nemo idoneus peruenit ad perfectionē & vitam.

Hisce ferè consentientia sunt, quæ dicuntur & à Gregorio Nysseno per Ecclesiæ matrē, & genitricem accipiente Spiritum Sanctum, qui vt colūba ipsam Ecclesiam genuit item columbam.

Greg. Nyss.

Ambros. Theodor. Tres Patr. Iust. Org. Ceterum apud Ambrosium lib. de Isaac, & Anima cap. 8. Tres Patres, Theodoritum, & Iustum hæc verba, *vna est columba*, &c. de perfectissima illa anima dicta censentur, quę sponsa Christi fit. Hæc enim, *vna perfecta est* (inquiunt Tres Patres) vtpote per diuinitatē vni, & soli Deo coniuncta, & apud ipsum immobilis manens: *Columba* autē vt spiritalis, atque *perfecta*, cum omniū effectrice sapientia per amplum virtutum cultū coniuncta, atque in ipsa per singularum virtutū fructus progrediens. Qua quidē sapientia ab ancillis, & mercenariis eximitur, & in filiam adoptata, atque electa diuinitatem per gratiam adipiscitur.

Iusti anima vna Dei columba perfecta.

Ambros. Melius autē Ambrosius loco citato, Laudatur, ait, quòd, cū vna sit colūba, habens spiritus vnitatem in qua sit pax, quæ fecit vtraque vnū, & quæ non sit composita ex diuersis elementis discretæ, compugnantisq; naturę. Anima benedicta omnis simplex, quę imitatur dicentem: a *Vt omnes vnū sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnū sint*: Hęc enim cūsummatio, atque perfectio. Vnde & addidit, *Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus; ego in has, & tu in me; vt sint consummati in vnum* Hæc est ergo anima *columba*, *atque perfecta*, quæ simplex, atque spiritalis, neque huius turbatur corporis passionibus, in quo foris pugnæ, intus timores sunt.

a Io. 17. 21

Psellus. Rup. Abb. Per vnam hanc cœlestis sponsi columbā, &c. Psellus apud Theodor. & Ruper. Abb. B. Virginē intelligunt, vnā, quia similem nullam habet: vnā matri suæ celesti Ierusalem, & electā Ecclesiæ Patriarcharū, Prophetarum, & Regū iustorū, quorū de carne progenita est. Et illi *matri* (inquit Rup.) & huic *genitrici vna & electa est*, quia nec inter Angelos, nec inter homines similem, vel primā habet, vel sequentem habitura est, verè *columba*; quia gratia plena; verè *electa*, quæ non solum salua existeret, verum etiam ipsam salutem pareret.

Maria vna Dei colūba, & perfecta vna matri.

Aponius. Denique Aponius singulariter per vnā hanc columbam, &c. eam intelligit, humanitatem, quā diuinū Verbum assumpsit, sibiq; vnione copulauit hypostatica: vnicā *matris suæ* synagogæ, quæ genuit, eam secundum carnem electā *genitrici suæ*, illius nimirum virtutis Altissimi, quæ omnes animas generat, quin & vnicam Gloriosæ Virginis. Ponderat autem Aponius, quod non dixit vnam genitricis suæ, sicut synagoga, sed *electa genitrici suæ* vt ostenderet, inter multitudinem animarū vnam ipsam esse electam mediatricē inter robur diuinitatis & carnis fragilitatem.

Humanitas Christi vna Dei columba perfecta.

LITTERA.

A Ex Vers. VIII. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt: Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.

Expositio Prima, iuxta sensum Litteræ.

I. SENSVS. Verbis hisce præclarissimo, maximeque efficaci epiphonemate concludit tandem sponsus, quam huc vsq; prosecutus fuerat panegyricam laudum dilectæ suæ orationē: suntve ea, quæ hic ab illo dicuntur tanquā nouum robur eius argumenti, quo vsum eum vidimus in B ijs, quæ immediate præcesserunt. Eadem. n. confirmant, & eximium sponsi amorem in dilectam ipsam suam, quam vnam, solamque columbam vellet, ac amicam; & perfectissimam eiusdē sponsæ nedum corporis, sed & animi pulchritudinem. Enimuero, cum ita natura comparatæ sint feminæ, vt vix vlli in pulchritudine inuicem cedant, quando vel tantilla insignitæ sint forma, quales certè extitisse censendū, quas Rex Salomon adamauit, eæque in primis, quas matrimonio sibi iūxit, Reginæ, & concubinæ: Et inter eas, quæ ab eodem amantur, vnique pari iunctæ sint fœdere coniugij, zelotypia sit frequentissima; cōsque in illā vnam excitetur inuidia, quam præ reliquis norūt C dilectam: operæpretium est, vt eius, quæ hic celebratur corporis species, adiūctas tales habuerit animi dotes, quæ in extrema pariter forma effulgerent, modestiam, verecundiam, prudentiam, innocentiam columbinam, humanitatē, vrbanitatē, & eum, qui durissima quæque confringit corda, deuincitve animos alioquin alienissimos, demissum conuersandi habitum, vt ex hisce omnib. & filiæ, & concubinæ, regi neque optime erga hanc sponsi dilectam essent affectæ, & (vt bene notat Greg. Nyss. homil. vlt.) illius studiosæ extiterint. Ideo enim absque æmulatione vlla eam amicis intuentes oculis, & beatissimam prædicasse, & laudasse dicuntur. Greg. Nyss.

D Est autem notandum, ex diuerso modo, quo filiæ asseruntur, illam beatificasse, Reginæ verò, atque concubinæ eamdem laudasse, colligi, duo in his sponso fuisse intenta confirmare, prout supra quoq; est dictū: & præstantissimā dilectæ suę pulchritudinem, quā meritò coniuges suæ vniuersæ eueherent laudib. & se ita illam singulari vinxisse fœdere, vt propterea filiæ, & Virgines, quæ ad nuptias adhuc admissæ non essent (id namque filiarum nomine hebraica designatur phrasi) illā præ coniugibus reliquis Beatissimam prædicarint. Hæc quidem rectè, si eum sequamur sensum, quē primo loco in prima superioris sententiæ expositione attulimus, probabilioremque censuimus, secundum quem totam hanc orationem Salomō E habuit in propria persona.

II. SENSVS. Verum, si sensum alterum sequamur, secundū quem haud in persona propria, sed in persona pastoris habita hæc ab eodem diximus per contentionem probantis, amicam suam sibi dilectiorem esse, vti pulcherrimā, quàm Regi Salomoni plurimæ dilectæ fuissent coniuges, atque Virgines perpulchræ; per hæc eadem duo confirmabit, sed minus efficaciter, quàm per eadem ipsamet confirmaret iuxta primum sensum: Neque enim tam magnum est, vt quæ nobilissimæ sunt puellæ, regio aditantes comitatui, & quæ in Regem amorem suum collimant, Regiæ quoque coniuges, atque

DE ECCLESIA. atque Reginæ ipſæ ruſticam puellam, quæ decora ſit ſpecie, pulchritudinis laudent, beatiſſimam que ob id reputent, quòd paſtori ſuo vnica ſit dilecta; cum ipſæ in amore vno tot ſibi inuicè ſint riuales. Quinimo hoc eſt feminarũ naturę maxime conſonum; hocve ipſo æmulationem quamdã proteſtantur in ruſticas puellas. Sic ergo iuxta ſecundum ſenſum iſtum, quod hic dicitur, tale erit.

PARAPHRASIS. Tanta inſuper eſt meæ huius columbæ pulchritudo, tantus decor, eaq. forſ: vt ob iſtud ipſum, qđ ſingulariter mihi eſt dilecta, *beatiſſimam eam* prædicarint Virgines omnes, ob eximiamque ſpeciē *concubinæ, & Reginæ* ipſæ eiuſdem Regis Salomonis miris euexerint præconiis.

Ex Verſ. VIII. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.

Expoſitio Secunda. De prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

a Pſa.143.15. *Romanæ Eccleſiæ laudes.* SI iuxta Prophetæ ſentētiam, *a Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*, haud dubiũ, quin iure optimo Romana Eccleſia, cuius Chriſtus Dñs ita eſt Deus, vt ſit ſimul & ſponſus ipſam vnicè diligens, vtve vnam eam habens dilectam, beatiſſima à Virginib. prædicetur, quæ virgo pariter vni deſponſata eſt Chriſto: vnde peregregie Moyſes, Eccleſiam ſignificans Iſraeliticam, quæ noſtræ huius typũ gerebat: *b Beatus es tu, inquit, Iſrael; quis ſimilis tui, popule, qui ſaluaris in Domino?* Quàm verè autem, & id hoc loco dicatur, quòd Reginę, & concubinæ laudauerunt eam, ob prſtantiſſimam nimirum eius ſanctitatis, veritatis, ordinisve pulchritudinem, ex multis SS. Patrum elogiis, quib. illam vſque ad ſidera euexerunt, colligere licet, in quib. & à Reginis, & concubinis ea celebrata aſſeritur; quatenus Sancti illi, doctiſſimique Patres, vel regiarum Ciuitatum, vel aliarum Eccleſiarũ Prælati extitere.

b Deu.33.29.

Ex Verſ. VIII. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

Charitatis proprium. EA eſt charitatis proprietas, vt quotquot illa vel tantillum fuerint inſigniti, Deo adhærentes, qui primum eſt, ac præcipuum noſtræ charitatis obiectum, in ſingulas piarum animarum, eò magis ſint affecti, quò magis vnaquæq. eſt Deo dilecta, quove magis charitate decoram eam inſpexerint. Hinc fit, vt abſq. Zelotypia boni eiusę mulatores exiſtentes, & laudēt illam, & prædicēt. Neq. n. Dei amor quidpiã per id cuipiã diminuitur, quòd plurib. innumerisve ſit impenſus: quinimo cum immenſus ille ſit, & infinitus, ita ſingulis impenditur Sanctorum, ac ſi vni exhibitus duntaxat eſſet totus. Hinc eſt, quòd hic incipientes, proficientes, atq. ēt perfecti, adoleſcentulæ, ſeu filiæ, concubinæ, & Reginæ in piam aiam ſuos coiicientes oculos, dũ ſanctitatis eius fiũt inſpectores, dũque, quã eadem ſit vnice dilecta, agnoſcunt, eam celebrent laudib. & beatiſſimam libere prædicēt. Porrò in his verbis, *Viderunt eam filiæ, & beatiſſ*

Incipientes beatam præ

A *ſimam prædicauerunt: Reginæ*, &c. animaduertenda eſt diuerſa iudicandi ratio, qua vtuntur incipientes; quave proficientes vtitur, atq. perfecti. Enim uero incipiētes, vt primum quampiã inſpexerint animam Deo gratam, diuina gratia exornatam, in lege Domini perfectam, diuiniſq. conſolationib. exultantem, eam illico nedum beatam, ſed & beatiſſimam prædicant, exiſtimantes, beatitudinē ab iis ēt in hac vita haberi poſſe, qui diuinis perfruũtur conſolationib. quive dignè, & laudabiliter coram Deo conuerſentur: Ideo n. dicitur, *Viderunt eam filiæ*, adoleſcentulæ, ſ. & incipientes Dei iter calcare, *& beatiſſimam prædicauerũt*: Non ſic tñ eodem modo de proficientib. & perfectis: at alio pacto ita ſubiicitur, *Reginæ, & concubinæ*, ſ. pariter eamdem viderunt, *& laudauerunt eam*: Qui n. aliquid in vita ſpirituali profecerint, quive perfectionis iam aſcenderit gradum, cum norint, neminem in hac vita plenè dici poſſe beatum, at beatitudinem veram tunc fore hominib. cōcedẽdã, cũ *c reuelata facie Deũ contēplantes, in eamdem imaginem transformabũtur à claritate in claritatem*; laudãt, euehuntq. piam animã, & inſigni eius ſanctitate ſummopere oblectantur; beatiſſimam tamē, imò nec beatam audent proferre, quam adhuc in militiæ caſtris degere vident.

DE B. MARIA. *dicit illico piam quã que animã non ita autē perfectiores*

B

c 2.Cor.3.18.

Ex Verſ. VIII. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: Reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.

C

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

Maria quã merito prædicetur beatiſſima. SI Liæ coniugi Iacob ob partum ſimplicis hominis, eumq. haud propriũ, ſed ancillæ ipſius ea viſa eſt obtigiſſe beatitudo, vt hæc protulerit verba: *d Hoc pro beatitudine mea, beatam quippe me dicent oēs mulieres*; Multò ſanè congruentius cęleſti ſponſo id de Glorioſa dicere licuit Virgine, qđ filiæ, atq. Virgines beatiſſimam illam prædicauerint, quam inter Virgines vniuerſas ita Deo norũt dilectam, vt præ ceteris electa ſit, quæ Deum pareret. Ob virgineum namq. iſtum partum filii Dei beatitudinem illi collatam, & ea cōteſtata eſt mulier Euangelii, quæ exclamans voce magna dixit: *e Beatus vēter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti*, & ipſamet in ſuo illo cantico id profeſſa eſt, cum dixit: *f Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce n. ex hoc beatam me dicent omnes generatiōnes*. Tametſi autem iure optimo ab omnibus generationibus beata dicēda foret; quia filium peperit, cui multo magis, vtriuſque beatitudinis competit nomen, quàm filio ancillæ Liæ, quem Aſer, ideſt, beatitudinem legimus appellatum: nihilominus cœleſtis ſponſus, à filiabus, & Virginibus beatiſſimam illam aſſerit prædicatam, ſanctarum Virginum Iſraelitici populi innuens deſiderium, quo ſcientes, virginem vnam ex ipſis à Deo eligendã, quæ, iuxta Iſaiæ vaticiniũ conciperet, pareretque filium nomine Emanuel, beatiſſimam illam continuata temporum ſerie prædicabant, quę ad hũc electa partum fuiſſet. Addit verò admodum congruenter, *Reginæ, & concubinæ*, ſcilicet viderunt eã & *laudauerunt eam*, per Reginas cæleſtes deſignãs ſpiritus, qui iam regnant in cælis; per concubinas verò, ideſt, cōiuges item Dei inferioris notæ, pias quaſque animas, quæ vitam in carne degētes, vni deſponſæ ſunt Deo. Ab his enim vniuerſis & in cœlis laudatur, & in terris Glorioſiſſima Virgo,

d Gen.30.13.

Maria ob partum virginalem beata

D

e Luc.11.27.

f Luc.1.48

Virgines ſanctæ populi Iſrael optabãt eligi in Chriſti matrem.

E

Maria laudatur & in cælis, & in terris.

APPENDIX. go, quæ & cœlis decorem intulit, & pacem terris per vnum, eundemque filiũ, quem è suis genuit visceribus.

Ex Vers. VIII. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt: Reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Tunc egressi sunt filij Hasmonçorũ, & Mathathias, & omnis populus Israel, & pugnauerunt contra eos; & tradidit eos Dominus in manus eorũ: Et cum hoc vidissent habitatores prouinciarum, beatos eos dixerunt, & regna terræ, & potentes, & laudauerunt eos.

Patriarchæ & Prophetæ à longe prouiderũt Ecclesiæ beatitudinem.

Philo Car. Vix quidquã apud veteres reperio Patres, qđ hic annotẽ, nisi quòd à Philone Carpathio asseritur, per hæc confirmari id, quod à Domino dictũ est in Euangelio: *a Multi Prophetarum, atque iustorum desiderauerunt videre, quæ vos videtis & audire, quæ vos auditis; & nõ audierunt*: per filias quippe sanctos intelligit Prophetas, & Patriarchas, qui longius Ecclesiam futuram sponsam in sponso nascituro aliquando prospexerunt, ac beatam pronuntiarunt: Sed & hanc ipsam, inquit, Apostoli cœlesti sponso sua prædicatione copularunt.

a Luc. 10. 24.

Aponius. Aponius qui per vnam columbã intellexit Christi humanitatẽ, *Viderunt* inquit, *eam* quæcumque virtutes, cœlestis Ierusalẽ ciues charitati paternæ vnitam, nascentem in terris, pannis inuolutã, maiestatis gloria coruscantem, *& beatissimam prædicauerunt*, dicendo: *b Gloria in excelsis Deo.* Quæ omnes beatitudines sola in terra inter omnes in integro obtinuisse monstratur.

Nascente Christo Angeli illã beatissimã prædicauerũt.

b Luc. 2. 14.

Rup. Abb. Denique Rupertus Abbas ad B. Virginem hæc referens, quod hic dicitur, per id explicat, quod ab ipsamet dictũ est in suo cantico: *Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

ACTVS QVINTVS.

Vers. IX. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?

Expositio Prima, iuxta sensum Litteræ.

COmmuni recentiorum ferè omniũ, omniumque Hebræorũ consensu ad superiorem sententiam hæc referuntur, vt per Mimesim dicta; ac si ita scriptum foret, *Reginæ, & concubinæ laudauerunt eã*, dicentes, *Quæ est ista, quæ &c.* Ipse tamen, saluo meliori iudicio, nihil ad superiora eadẽ spectare crediderim; sed potius noui Actus exordiũ hinc sumi, prout in cap. 3. similibus quodã modo verbis ijs, *c Quæ est ista, quæ ascendit sicut*, &c. Tertiũ pariter huius dramatis actũ vidimus, simile habere initiũ. Nec ab hac mea sententia antiqui discrepant Patres Theodoritus, aliȷve illi, qui à synagoga dici hæc, arbitrantur, Ecclesiæ mirã admirante pulchritu-

c Cãt. 3. 6.

Theodor.

A dinẽ, mirosve progressus Cassiodorus, Greg. Papa, Beda, &c.

LITTERA. Cassiod. Greg. PP. Beda.

In hoc igitur actu quinto repræsentatur primo loco sponsa iter faciens, cui in itinere fiat obuius puellarum chorus, quæ progredientem illam à longe prospicientes, eximiãque eius formam, admirantes in hæc tandem proruperint inuicẽ colloquentes; ita tamen, vt & ab ipsa audirẽtur, quã præstantissimis sistere volebãt laudibus, *Quæ est ista, quæ progreditur*, &c.

Porro, quod à nonnullis recentiorũ asseritur id quod hic habetur verbum, *Progreditur*, non tã de motu progressiuo, quàm de augmẽto illuminationis sumendũ; nec existimandum, sponsam ascẽdere ab inferiori aliquo loco, sed apparere qualẽ

Legionen. Genebrar. Del Dio.

B aurorã, cũ apparẽte die surgit, videmus deque ascẽdere. Id quod confirmant nedũ ex allatis triũ rerũ similitudinibus, quæ tunc progredi dicuntur, cum augmẽto crescunt illuminationis, seu potius triũ rerum, Auroræ, Lunæ, atque Solis, inter quas manifeste idẽ aduertitur illuminationis augmẽtum: uerum ex vi Hebraici verbi הנשקפה hanischaphah, quod propriè secundũ eos significat, *quæ aspicit*, seu, *quæ apparet*, vnde ab aliquibus vertitur, *quæ de sursum aspicit*, ab alijs, *quæ inclinatur*, gestum ipsum explicantibus, qui fieri solet, dum è sursum aspicit quis deorsum. Hoc inquã, quod ab hisce asseritur, haud tale profecto est, vt per illud à mea iam dicta vel tantillum deflectar sniã:

C nam ipsum Hebraicum verbũ, cum sit participiũ præsens passiuæ coniugationis Niphngal verbi שקף sciakaph, significantis aspicere, prospicere, apparere, ex vi significatus talis participij propriè significat, quę aspicitur, seu prospicitur, & in hoc significatu hoc loco desumptũ est, tum a Septuaginta ab Interprete nostro, summoq; iudicio per verbum, *quæ progreditur*, illud reddidere: Qui, n. progreditur, conspicitur à longe, & paulatim magis apparet, ideoq; hæc duo verba se inuicẽ significant, vt ex hoc ipso capite 6. colligere licet, vbi in vers. 4. tam in lectione Vulgata, quã in versione Septuag. capilli sponsæ assimilantur gregib. *d caprarũ, quæ apparuerunt de Galaad*; pro quo verbo,

d Cãt. 6. 4.

D *quæ apparuerunt*, in simili encomio, quod reperitur in vers. 1. ca. 4. *e* Vulgata nostra habet, *quæ ascenderunt*, clarius progressiuũ explicans motũ earumdẽ caprarum. Neq; allatæ similitudines nostræ huic officiunt sniæ; quin potius eamdẽ confirmant, & explicant. Quis namq; ignorat, Lunã, & Solẽ prospicienda exhiberi per motũ progressiuũ, quo in orbẽ feruntur? Atq; ad motũ istum designandũ nouimus apud Poetas profanos Auroræ currũ assignari, & in sacris litteris ascensum eidem tribui in 2. lib. Esdr. *f* dicique in libro *g* Genesis ascendere, & in lib. Iob. *h* surgere sicut & hoc loco. Præclare aũt ambulantis sponsæ progressus progressui cõparantur Auroræ, (re vera

e Cãt. 4. 1.

f 2. Esd. 4. 21. g Ge 32. 26. h Iob. 3. 9.

E n. duæ reliquæ comparationes Lunæ, atq; Solis alio spectant, vt iã iam videbimus:) quia Aurora pedetentim, & grauiter incedere videtur, quove magis progreditur, magisq; nobis approximat, pulchrior quoque apparet, atque micantior: hocque illud est, quod in sponsa commendare voluerunt puellæ, cum inquiunt, *Quæ est ista, quæ progreditur sicut aurora consurgens?* Idest,

Quæ est ista, quæ à longe conspicitur, ita grauiter incedere, quove nobis magis approximat, magis & sui nos compotes facit nitoris, illustrisve decoris? Et in incessu sanẽ, & in pulchritudinis nitore, quẽ prospiciendũ nobis exhibet, similis dicenda est auroræ paulatim consurgenti, paulatimq; &

LITTERA.

& ſuam manifeſtã illuſtrem pulchritudinem. Tres reliquæ ſimilitudines per auxeſim adiectę ſunt ad amplificationẽ, tum pulchritudinis, tum grauitatis eius: ideoque & oratio ipſa gradatim aſcendit: Aeq; enim eſt, ac ſi dicatur: Quinimo cũ è proximo illam intuemur, ita nobis auctus videtur eius pulchritudinis nitor, vt plenæ Lunę minime cedat: Et ecce, coram intuentibus, eamdẽque ob oculos habẽtibus multò certe vĩ illuſtrior aurora, Lunaque ipſa: eſt certe inſignis, vt ipſe Sol. Porrò tanta eſt in vultu eius maieſtas, tanta in toto corporis habitu grauitas, vt merito inſtructæ comparanda ſit aciei. Neque enim minorẽ libidinoſis ipſa incutere videtur pauorem, quàm aduerſarijs incutiat caſtrorum acies ordinata.

Iã ſuper in verſ.3. iſtius capitis ſexti, vbi hęc poſtrema habentur verba, *Terribilis vt caſtrorũ acies ordinata*, oſtendi ex vi Hebraicę vocis אימה aiumah, ad terrorem hæc referendæ potius, quàm ad oblectationẽ, adeoq; rectè à Sept. verſũ, *Pauor vt ordinata*. Et profectò nouimus, vultus, ſplendidorũque in primis oculorum maieſtatem ita pulchritudinem augere, ac decorem; vt inimicis intuẽtiũ oculis ſit pariter terribilis; terroreq; ipſo, & pauore illuſtriorem eamdem reddi pulchritudinem, vtpote quæ cum apta membrorũ, colorisve harmonia, cũ venuſtate decora, aduinctã ſimul habeat maieſtatem, ac modeſtiam, quæ quidem præſtantiſſimum eſt totius pulchritudinis decus.

Iſte aũt horũ verborũ ſenſus nedũ ex textibus Hebraico, & Sept. ſed & aliorũ cõfirmatur verſionibus: Nã Symmachus vertit, ἐκθαμβοῦσα ὡς τάγματα, *Terribilis, pauorẽq; incutiens ſecundum acies*: Sexta editio, καταπληκτική ἐν μετεγαλυμμεναις i. *terrefaciens inter magnificatas*. Quinta editio nihil de terrore, vertit.n. ἐπιφανὴς ὡς μεγαλυνόμεναι, id eſt, *illuſtris ſicut magnificata*. Magnificatæ, vertunt interpretationes iſtæ ambiguam Hebraicam vocem כנדגלות kanidgaloth, à verbo דגל dagal, quod ſignificat vexillũ erigere, inſignire, & magnificare. Quia verò, quod inſigne eſt, & inſignitur, manifeſtatur, & apparet præ alijs, ideo ſenſu admodum diuerſo alius interpres eãdem vocẽ vertit, ὡς ὅρασις, id eſt, *vt apparitio*, cum communi acceptione reddatur, *ſicut vexillata*, ſcilicet acies, eodẽ plane ſenſu, quo noſter, *ſicut caſtrorum acies ordinata*, vt ſupra declaratum eſt in verſ.3.

Verſ. IX. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Expoſitio Secunda. De prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

Eccleſia progreſſus qualis.

APoſtolicam Eccleſiam meritò admirantur quotquot progrediente ea per hunc mũdi agrum, proſperiſque ſucceſſibus, longe, lateque ſuum tam doctrinæ, quàm ſanctitatis propalante decorem, obuiã ei fiunt per nouam ad rectã eius fidem conuerſionem. Admirantur autem varios, eximioſque in primis eius progreſſus, quibus ipſius & fides recta manifeſtata eſt; & ſanctitatis pulchritudo; & in vno eodemque itinere admirãtur triplicem illius progrediendi rationem, triplici eam conſiderantes in ſtatu. Enimuero progredientem ipſam ſpectant primo à longè, ſecundo vt magis propinquam, & tertio vt ſibi proximã. A longe illam ſpectant in primis eius initiis, quã

DE ECCLESIA.

A do vndique perſecutiones ſuſtinebat, quando inter medios gladios, effuſo innumerabilium Martyrum ſanguine progrediẽs cum effuſo ſanctorũ ſanguine veritatis, ac ſanctimoniæ ſuæ per vniverſum terrarũ Orbem paulatim diffudit lucem poſt idololatriæ, & infidelitatis noctem. Bene aũt longinquũ progreſſum iſtũ progreſſui aſſimilant ſurgentis auroræ, quæ poſt noctis tenebras paulatim ſuũ diffundit lumẽ, rubro, roſeoq; colore cõſperſa. Spectãt vero eamdẽ magis ſibi propinquã, cum illam conſiderãt ſedatis Gentilium perſecutionibus poſt Imperatoris Conſtantini conuerſionem, per quem pax illi exhibita eſt. Verum, cum temporib. iis vndique inter hæreticos progrederetur, vt conſtat ex eius hiſtoriis, ac ratione inter hæreticos, Arium, Sabellium, Macedoniũ, Apollinarem alioſve innumeros, qui ſucceſſiue temporibus illis hæreſis, ignorantiæque tenebris omnia replerunt; pulchram eã inquiunt vt Lunã plenam quia in mediis tenebris ipſis pulchra progrederetur: Et bene *pulchra, vt Luna*, cũ alioqui in tenebris ipſis eius pulchritudo conſpici minime potuiſſet. Notũ eſt.n. & in philoſophia peruulgatũ, non tam colorẽ, & pulchritudinem per ſe, quàm eadẽ vt lumine colluſtrata eſſe viſionis obiectũ; Luna & pulcra progreditur, & pulchra apparet in tenebris; quia Soli obiecta impertito illuſtratur lumine; ſicut illuſtrata, candore, ſplendoreque ſuo orbẽ illuminat, radiiſve quos è ſe emittit ſuam ipſam oſtentat pulchritudinẽ, quæ in candore potiſſimũ ſita eſt, plenaq; in rotunditate. Et certe Eccleſia quoque Orthodoxa, cũ prædictis tẽporibus tantis vndiq; hæreſum tenebris vniuerſa repleta eſſent, pulchra ſemper perſtitit, manifeſtauitq; pulchritudinẽ ſuam, cum ſemper à Chriſto vero iuſtitię Sole lumen ſuſceperit eruditionis, & gratiæ. Porrò pulchritudinẽ ſpectandã exhibuit ſimilem plane pulchritudini Lunæ, candoris nimirum doctrinæ, & morũ, perfectionisve in candore ipſo, cuius radios vndiq; diffudit; ita vt nec denſiſſima obſcurari potuerit hæreticæ prauitatis caligine. Sed tunc magis eadẽ perſpecta eſt illuſtris, inſignis, & pulchra, cum in proximo conſiderata eſt progreſſu: Ideo qui hic eam admirantur, tertium hunc eius ſpectantes progreſſum, adiciunt, *Electa, vt Sol*: Siquidem & ipſa, diſcuſſa noctis caligine, quæ per ſuſcitatas hæreſes fuerat cauſata, inſtar alterius Solis, inter fideles incedit inſignis charitatis calore, doctrinæque fulgore, ita vt quaſi ab altero Sole lux omnis veræ, rectæque eruditionis ab ipſa ſuſcipiatur.

Eccleſia primitiuæ progreſſus qualis.

In hæreſum nocte ggreſſus Eccleſia ſimilis progreſſui lunæ plenæ.

B

C

D

Eccleſiæ progreſſus inter fideles quõ ſimilis progreſſui Solis.

Cumque eodẽ tempore ſummo procedat ordine tam miniſtrorum, quam operationũ ſuarũ terribilis plane eſſe aduertitur inſtar ordinatæ caſtrorũ aciei vniuerſis, quotquot ei obſiſtere nituntur.

E

Verſ. IX. Quæ eſt iſta; quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?

Expoſitio Tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.

Progreſſus piæ aiæ admirabilis.

QVæ Dei ſponſa eſt aĩa, talis profectò eſt, quã merito fideles oẽs admirẽtur, eiuſve obſtupeſcant progreſſus: obſtupeſcentes aũt laudibus illã celebrãt haud ſane aliunde, quã ex ipſis eius progreſſibus; Progredientẽ.n. eam inſpiciũt in ſæculo iſto haud ad huc ſtantẽ in atrijs

DE ANIMA. Ierusalem cęlestis: tametsi in cœlis ipsis progredi ipsam nó ignorét, quatenus eius *conuersatio a* (iuxta Apostoli dictum) *in cœlis est*, ideo quippe haud inquiunt: *Quæ est ista, quę progreditur*, seu, *ascendit per desertum*, aut *de deserto*? vt alibi dictum nouimus in c.3. b & cap.8. c sed simpliciter, *Quæ est ista, quæ progreditur*, &c. triplicemque eius commēdant progressum, in gradu incipiētium, in gradu proficientium, atq. in gradu perfectorū. Progressum primum progressui adæquant auroræ, & bene; nam & aurora nihil aliud re vera est, quàm ipse aer obscurus, & tenebrosus, qui illucescētis Solis lumine paulatim collustratus, paulatim & tenebras abiicit, & luce sensim effulget, quamuis exigua, simulq. cum modica luce illa sua in roré resoluitur. In incipientiū quoq. gradu spectata anima, ea esse aduertitur, quæ peccatorū caligine obtenebrata fuerat, paulatimque cælestis Solis luce, gratiave perfusa sensim emittit sanctarum operationum lumen, tenebris ipsis scelerum suorū admixtum; quatenus ita bona exercet opera, vt simul quoq. peccata, quæ admisit, contra se iugiter habeat: atq. adeo & in roré resoluatur lacrymarum. Progressum secundum progressui plenæ Lunæ assimilant, dicentes, *Pulchra vt Luna*: Pulchram illā coram Deo incedere videntes, & Sanctā, innocentiæ candore similem sanè Lunæ, quæ candori suo exiguas mixtas habet maculas; tametsi maculæ illæ susceptam à Deo lucem minimè excludant, neque id luminis impediāt, quo minus ea radios diffundat splēdoris sui. Anima siquidem in proficiē tium gradu progreditur pulchra gratiæ decore, in spiritu ambulans coram Deo absque sceleribus at non sine quibusdam peccatorum maculis, quæ susceptam à Deo gratiæ lucem nequaquam excludunt; nec eius impediunt splendorem sanctæ conuersationis, quò minus radios emittat bonorum exemplorum: quamquam reuera inter peccatores duntaxat, & eos, qui scelerum offusi sunt tenebris ita appareat sanctitate fulgida, sicut & Lunæ splēdor in nocte tantum apparet. In die atq. inter eos, qui sanctiores sunt, atq. adeò instar diei lucidi existunt, tunc eadem fulget aīa, cū in gradu progreditur perfectorum, ita sanctitate insignis, vt quantum humana permittit fragilitas, oīs expers maculæ, tota dici queat pulchra, & nedū puritate, animique candore *columba*, sed & charitate *perfecta* ipsiusmet Dei: Quē sane eius progressum aptissima hic exprimunt similitudine progressus Solis maxime illustris, & insignis, dicentes, *Electa vt Sol*. Quis autem, qualisve sit iste tam eximius Solis ꝑgressus, tametsi hoc loco minime explicetur, reperitur tamen explicatus in psal.18. vbi Dauid ait, d *A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsq. ad summum eius; nec est qui se abscondat à calore eius*. Sol quippe in celsissimis semper progreditur, à sūmis cęlorum fulgere incipit, & desinit in summis item cœlorum; eosque de se vna cum præfulgidis radiis emittit æstus, vt nemo sit, qui eiusdem expers sit caloris ipsius. Pari verò ratione anima, quæ pfecta est, & in gradu progreditur perfectorum, celsissima aggreditur perfectionis opera, circa heroicas versatur operationes, nec vmquā sistit gradum, nisi ad summum, quantum sibi licuerit, virtutis cuiusq. peruenerit culmen: tantisq. vna cum luce sanctarum actionum exuberat charitatis æstib. vt nō sit vel in cælis, vel in terris, qui charitatis eius nō sit aliquatenus particeps, nec Deus ipse, cui per charitatis vinculum vnita est, nec cœlestes spiritus, quib. vt salutis suæ administratoribus meritum totius item suæ communicat sancti

a Phil.3.20.
b Cāt.3.6
c Cāt.8.5.

Incipientis animæ progressus similis progressui auroræ.

Proficiētis aīæ progressus similis progressui Lunæ.

Perfectæ aīæ progressus similis Solis progressui.

d Psal.18.7.

A tatis, nec aliquod hominum genus, instructam in se habens charitatis aciem. Vnde haud mirum, si in hoc ipso progressu celebrata, postquā dicta est, *Electa vt Sol*, dicatur quoque, *Terribilis, vt castrorum acies ordinata*. Cum.n. prædictam instructam in se habeat aciem charitatis, terribilis plane vniuersis iis est, quotquot ipsam impugnant charitatem. Dicitur quoque, iuxta lectionem Hebraicam *Terribilis vt vexillata*: quatenus duo super se eleuata habet vexilla, quæ instar præfortis cohortis in ista militat vita: vexillū Christi crucifixi, quod præ reliquis vniuersis tartareæ formidant potestates: vt vexillum pacis, quo terribilis iis redditur, qui fraternam perturbant charitatem. Dicitur demum & iuxta versionem Septuag. *Pauor vt ordinata*; quatenus ordinatas in se suas obtinens potētias

B & ordinatos sensus, pauorem mundo incutit, & carni pariter suæ, à quibus progressus eius præpediri possent.

Vers. IX. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

DE B. MARIA.

Triplicem in Gloriosissima pariter Virgine admirantur progressum, qui per meditationis

C studium ei obuiam procedunt; progressum conceptionis, atque natiuitatis, progressum virginei partus, & tertio pregressum assumptionis in cęlū. Primum assimilant progressui auroræ, dicentes, *Quæ est ista, quæ progreditur sicut aurora consurgens?* quia in tenebricoso corruptionis tempore, quā do sicut & ceteri, quotquot ex Adam ortū ducunt, in iniquitatib. concipi debuisset, per præillucescētis gratiæ lucem ab omni peccati caligine præseruata, in obscuro materni ventris orbe oriundi iustitiæ solis lumen ex tunc suscepit, cuius postmodū in natiuitate sua externum habuit signum, orta *sicut aurora consurgens*; quandoquidem sicut aurora finis est præteritæ noctis, & initium diei sequētis: sic ipsa (vt bene inquit Rupertus Abbas) mūdo

D exoriens, finis extitit dolorum, & cōsolationis initium. Progressum secundum progressui assimilat Lunæ plenæ; cum enim candida persistens & virgo, mundo edidit Saluatorem, *pulchra vt Luna* ꝑgressa dicitur, quòd tantis repleta est gratiarū cumulis: vt in gratiarum copia vni duntaxat cederet Christo, qui luminare extitit maius: quin sicut luminare minus hoc ipsum, quod tam pulchra, & lucida processit, ex ipso habere se fatebatur iustitiæ Sole, æque ac luna quicquid pulchri habet, & lucis, à Sole habet.

Porrò in tertio progressu ipsimet assimilatur ꝑgressui Solis, diciturque *Electa vt Sol*: quia post mortem æque ac Christus in cœlum processit &

E anima, & corpore, & instar eiusdem Solis eximia, insignisve: Regina cęlorum & ipsa, sicut ille Rex est. Vnde nil mirum, si & *Terribilis vt castrorum acies ordinata* asseratur, quæ tot Sanctorum spirituum cohortibus vt cœlorum Regina præsidet.

Maria triplex progressus.

Vers.

APPENDIX.

Verſ. IX. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Dixerũt nationes: quã ſplẽdida ſunt opera populi huius ſicut mane; Pulchri ſunt iuuenes eius ſicut Luna; & pura ſunt merita eius ſicut Sol: Et terror eius erat ſuper omnes habitatores terræ, quando ambulabãt vexilla eius per deſertum.

Eccleſiæ quaſi progreſſus. Duo ſunt communiores iſtorum verborũ ſenſus apud Patres, licet & alij quoque ſint, vt videbimus. Qui ceteris omnibus eſt communior, eſt de Eccleſia, eiuſve progeſſu: In cuius tñ explicatione nõ exigua eſt diuerſitas: nã ſecundũ Caſſio. & Bedã hæ ſunt voces ſynagogæ, cum in fine mundi conuertetur, ſicut Eccleſiã admirabitur. *Quæ eſt iſta quæ quaſi aurora*, tranſactis tenebris infidelitatis, lumen veritatis habere oſtẽdit, proficiens de virtute in virtutem, totumque Orbẽ cœleſti occupans prædicatione; *Pulchra vt Luna;* quia Chriſti veri Solis gratia illuminatur: & quia in vita præſenti aliquando conceſſa pace creſcit, aliquando per aduerſitates decreſcere videtur. *Electa vt Sol* in alia vita, vbi perpetuo reſplendebit gaudio de viſione cõditoris ſui: atque etiã in vita præſenti; quia Chriſtũ verũ imitatur Solem: quæ vt charitatis vnione vnita *terribilis* dæmonibus eſt *vt caſtrorum acies ordinata*. (Caſſiod. Beda.)

Theodo. Haud ab his admodum diſtant, quæ dicuntur à Theodorito ad finem commentarij, vbi docet, in his ſignificari Eccleſiæ progreſſum in ſuis fidelibus ſecundum diuerſa tempora dicens: Progreditur ergo ſponſa Chriſti *ſicut aurora*: ex parte enim hoc tẽpore cognoſcitur eius pulchritudo. Et *perfecta eſt vt Luna electa* (ſic ipſe legit) quæ Domini luce plena, radijs ſuis totum Orbem illuminat per bona opera: Et *vt Sol* in futura vita ſplendebit, & fulgore ſuo cunctis ſtuporem inijciet, ad mirantibus omnibus illius ordinem. Porrò Theodoritus exiſtimat, hęc eſſe verba miniſtrorũ ſponſi, qui, cum ab illo ſponſæ pulchritudinem, & decus cognouiſſent, ad eam accuratius ſpectandã conuerſi, prægaudii magnitudine in hæc proruperint. In principio verò cõmetarii putat, illos admirari Eccleſiæ, ſeu eius fidelium pulchritudinẽ, & ſanctitatem, cuius lux vix ex parte cognoſcitur, dũ mortali hoc corpore cõtecti ſunt: ideoque bene auroræ comparantur. Sed poſtmodum, *cum mortale hoc induerit immortalitatem*, totaque ipſorum lux aperietur, tunc ſimiles erunt Lunæ, electæ. i. plenę; & terribiles vt Sol fulgore ſuo ſpectantium oculos perſtringens. His conſentiunt Ambr. lib. 4. Examerom c. 8. & Auguſt. epiſt. 80. & Gregor. Papa, & Philo in principio expoſitionis huius loci, aſſerentes, Eccleſiã iuſtorũ in hac quidem vita prius inſtar auroræ à tenebris peccatorũ ad ſanctitatis lucem proficere; tum de virtute in virtutem creſcere inſtar Lunæ; ac poſtremo in die iudicii, relicta caligine & putredine peccatorum, ac mortalitate carnis, immortalitatis lumine, & æterna claritate veſtita Solẽ ipſum repræſentabit. In reliquis eadem Philo, quæ Caſſiodor. Sicut & Greg. Papa quoad id, quod dr̃ de Eccleſiæ progreſſu inſtar auroræ, in lib. 18. Mora. c. 17. vbi ait, rectè Eccleſiam auroræ cõparari, quæ per (Ambr. Auguſt. Greg. PP. Phi. Carp. — Greg. PP.)

A cognitionẽ fidei à peccatorum tenebris in clara iuſtitiæ luce cõmutatur. In lib. vero 29. c. 2. addit, ex eo, quod aurora lucẽ tenebris admiſtã habet Eccleſiæ fideles auroræ aſſimilatos; quia quędã, q̃ luceſcãt, agunt, & tenebrarũ reliquiis nõ carẽt.

Eccleſiæ progreſſus iuxta varios fuerũ fideliũ ordinibus. Ad einſdẽ Eccleſiæ diuerſos fidelium ordines hæc ipſa referunt aliqui. Et quidem Gregor. in incipientibus illã progredi inquit vt aurorã, quippe qui è tenebris peccatorũ luce ſanctæ operationis ſplendere incipiunt; In proficientib. eſſe pulchrã vt Lunã; quippe qui dũ peccantib. bona prębent exẽpla, quaſi Luna lucent in nocte: Et denique in perfectis eſſe electã vt Solẽ; dũ nedũ peccantibus, ſed ẽt bonis, ac ſanctis virtutũ præbet B exempla: vnde fit, vt ſit *terribilis*, &c. Quibus conſentit fere in omnibus Anſelmus, ita hæc explicans: *Quæ eſt iſta, quæ ſicut aurora* per terrã diffunditur? in qua ſunt quidam, vt Luna, vt Gregorius. (Greg. PP.)

Iuſtus Orgel. de tribus aliis id explicat ordinibus, vt in coniugatis Eccleſia *vt aurora* progrediatur, cum caſtè, & ſobriè viuitur in illis: *pulchra* ſit *vt Luna*, cũ in continentibus candido nitore reſplendet: & *electa vt Sol*, cum in Virginibus perfectionis decore refulget. Per id, quod dicitur. *Terribilis*, &c. ſignificari inquit poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, quam habet in Petro. Terribilẽ eamdem, ait Philo Carpathius, propter miracula, quæ facta fuerunt ab Apoſtolis. (Philo Car.)

C Sed Bernardus ſerm. 60. ex paruis, ad vnũ duntaxat continentiũ, & Religioſorum ordinem hęc cenſet referenda: Vult aũt commendari triplicem dicti ordinis virtutem, humilitatem. ſ. caſtitatẽ, & charitatem: Per auroram, quæ fugat tenebras, nuntiatq; lucem, humilitatem: quia ſicut aurora diem ac noctẽ, ita humilitas diuidit iuſtũ, ac peccatorem. Bene aũt, ait, dicitur *aurora conſurgens*, vt virtutũ ſtructura ſurgens, ab humilitate tanquã proprio fundamẽto erigatur. Per Lunã vero, quæ ſplendorem ſumit à Sole, deſignari inquit caſtitatem: Congregatio. n. ſi veri Solis obtutibus offeratur intueda, ex viſione illius admittit protinus in ſe decus pulchritudinis, & venuſtatem caſtitatis: Per Solem vero deſignatam charitatem, ideoque D ſponſam dici electam vt Solem, quia induta ſit veſte nuptiali charitatis, qua virtute, qui indutus ſplendebit, erit proculdubio terribilis, &c. (Bernard. *Religioſorũ triplex virtus laudata.*)

Iuſti progreſſus qualis. Altero ſenſu, qui & cõmunior, ad vnam piam animam hæc referuntur ab Ambroſio, Trib. Patribus, Hieronymo, Auguſtino, Greg. Papa, Philone Carpathio, & aliis. Mens iuſti, dicit Gregorio Papa lib. 6. moral. c. 25. *aurora*, quæ peccati ſui tenebras deſerẽs, ad lucẽ iam erumpit æternitatis. Addit Philo; Vt aurora nonnihil frigoris ſecum defert, & lucis exortum, ita & anima ad iuſtitiam conuerſa à peccatis, initium ſalutaris luminis intueri cæpit, & vitiorum æſtus adſtringentis frigoris temperiẽ, & requiem, *Pulchra vt Luna*, eadem E dr̃, idem ait Philo, non ſolum quia à Chriſto accipit gratiã, & quia aliquãdo in proſperis lucet, aliquando in tenebris aduerſitatũ relinquitur, ſed ẽt quia morte corporis aliquando defutura ſit, & in nouiſſimo cum gloria reſurrectura. *electa* verò *vt Sol*, quatenus Chriſtum verum imitatur iuſtitiæ Solem, a quo & lucem ſumit, & calorem. (Hierony. Auguſt. Tres Patr. Greg. PP. Philo.)

Angeli admirãtur iuſti aſcẽſus ſcandentis. Ambroſius de obitu Valentiniani, legẽs *Quæ eſt iſta, quæ proſpicit ſicut aurora*, &c. Proſpicit, ait, ſanctã aïa de loco ſuperiore, tamquã inferiora deſpiciens. Exiuit de tenebris lumen ſæculi vt Luna reſplendens, vt Sol refulgens. Eodem ſenſu & Hieronym. ad finem epiſt. 22. ad Euſtochium, Tunc, inquit, Angeli mirabũtur animã, ſcilicet, ad cęleſtem (Ambroſ. Hierony.)

APPENDIX. ftem patriam tendentem, & dicent; *Quae est ista prospiciens quasi diluculum speciosa vt Luna, electa vt Sol?* Et August. lib. meditationum c. 22.

August. Tres Patres apud Theod. de Anima hæc dicta accipiunt; quatenus diuersa ratione se habet in exhibenda luce doctrinæ iuxta conditionem, & capacitatem discipulorum.

Doctor iuxta cuiusq. capacitatē lucē emittit doctrinæ.

De B. Virgine hæc dicta accipit Ruper. & Hug. de S. Vict. Hic namque in inst. monast. ser. 34. ait: Maria fuit aurora; quia præcedentis temporis, qd quasi nox fuerat, extitit finis, & vera lucis gratia, solisque iustitiæ, qui ex ipsa genitus est, præuētrix & sidus antelucanum. At Rup. auroram illam extitisse, inquit, in natiuitate, Lunam in conceptione filii, electam verò vt Solem in assumptione ad cœlos.

Maria aurora. Hug. Vict. Rup Abb.

PhiloCar. De Christo ita hæc accipit Philo Carpa. vt eius humana caro dicatur pulchra vt Luna, diuinitas vero electa vt Sol: ex illo psalmi: a *Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta.*

Christus Luna, & Sol

a Ps. 88. 37

At Aponius totum id, quod hic dicitur ad eiusdē humanitatem solam aptat, quæ post ignorantiæ tenebras vt aurora processit ad baptismum; vt Luna progressa est per miracula; vt Sol resplenduit post resurrectionem. Vel quia in iudicio apparebit iustis in pulchritudine Lunæ, Angelis fulgore maiestatis, & impiis terribilis vt castrorum, &c.

Aponius. *Humanitas Christi aurora, Luna, & Sol.*

Vers. X. Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, & germinassent mala punica.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Dissensio est inter expositores in desinīēdo, cui nam tribuēda hæc sint; sposo ne, an sponsæ. Et quidem ex vtraque parte grauissimi sunt auctores. Mihi magis arridet sententia, quæ vt à sponsa dicta hæc accipit, Theod. Catenæ Trium Patr. & Cassiod. ex antiquis Patrib. Genebrardi, & Hortolani ex recentiorib. & R. Innom. Hebræis: Tametsi cōtra ferè aliorū Hebræorum, & communiori quoque Patrum, ac recentiorum nostrorum consensu sposo potius eadem tribuantur.

Theod. Tres Patr. Cassiodo. Genebra. Hortolan. R. Innom.

Genebrardus noui actus initium in his constituit; reliqui omnes cum superioribus iungēda arbitrantur. Nos, qui in præcedēti versu Actū quintum exordium sumere, asseruimus, in hunc modum cum iis ipsis hæc connectenda dicamus; vt spōsa, superiori audita admiratione illarum, quæ progredienti sibi obuiam factæ fuerant, antequā ab ipsis interrogaretur, more feminarum dat rationem itineris sui. Dixerant illæ; *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna* &c. Arbitrans ipsa, easdem interrogaturas, quò tēderet, & vnde veniret, atque ad quid iter illud haberet, præoccupans hæc habuit, *Descendi in hortū nucum, vt viderem,* &c. Quæ duobus modis intelligi possunt, adeoque & duplex eorum afferri pōt sensus: siquidem verbum, *descendi*, dupliciter accipi potest: vel pro præterito, vt sonat: vel iuxta frequentissimam Hebraici sermonis phrasim pro futuro, *descendam.*

I. SENSVS *Si primo modo sumatur, significabit in his spōsa, se esse in reditu ab horto nucis, ad quem descēderat. Ac si dicat;*

A LITTERA. Ne quæso, in animum inducatis, inaniter me vagari vt otiosam, & quæ domi cōtinere me nequeā domum, n. nunc repeto, cum exinde descenderim *in hortum* illum, qui ex consitis in ipso nucibus nomen sortitus est *nucum*; Eo verò me contuleram, vt quo res se haberent, inspicerem. Cura namq. mihi rerum nostrarum est maxima, in primis pomorum, quæ in conuallib. pulcherrime prouenire solent ob aquarum copiam: vineæ, quam eò loci floruisse opinabar: nec non & malorum punicorum, quorum ingens ibi est copia; vt viderem, an eorū arbores bene *germinassent, si floruisset vinea, vtque inspicerem poma conuallium,* eo tetendi.

PARAPHRASIS.

II. SENSVS. Contrario sensu eadem sumentur, accepto verbo, *descendi*, pro futuro, *descendam*: per ea quippe spōsa iisdem significabit, iter suum illud *ad hortū nucum* directum esse, vt suas sibi res inspiceret, *poma* præsertim vt prouenissent in conuallibus iis irriguis, *si floruisset vinea*, ac, si malorum punicorum germina apparere cœpissent.

B Circa lectionum varietatem notandum primo, vocem Hebraicam נחל nahal duplicis esse significationis: ideoq. bene, tam nostrum Interpretē cū Symmacho, & plerisq. Hebræorum in significatu conuallium illam sumpsisse, quàm cū Sept. cū alio Interprete item Græco, aliisve Hebræorum doctorib. accepisse eamdem in significatu torrētis: nec minus rectè per eamdem designari posse conuallē seu conualles torrente irriguas.

Secundo notandum, in versione Sept. in fine huius versus hæc reperiri; *Ibi dabo vbera mea tibi*: q̄ si, hic verè posita essent, manifeste arguerēt sponsi præsentiā, vt pote ad quem tota hæc snia habita fuisset: quod nullatenus probo, nec ex dictis verbis probare cogor: cum cōstet, tum ex Hebraico textu, tum ex nostra, aliorūq. interpretū versionibus, verba illa adiecta potius hic esse ab alio, quā à Sept. Interpretib. desumptaq. ex simili snia, quæ habetur in c. 7. vbi eadem sponsa, manifestè suū alloquens dilectum, dicit, b *Veni dilecte mi; egrediamur in agrum, commoremur in villis: Manè surgamus ad vineas; videamus si,* &c. *Ibi dabo tibi vbera mea.*

C

b Cā. 7. 11

Cetera parui momenti sunt, in quib. variare videntur textus: vt, quod in Hebraico, & versione Sept. legatur, *In hortum nucis.*; frequens est namq. sacrarum litterarum vsus, vt singularem pro plurali numero vsurpent, vt rectè notauit August. libr. 2. Locutionum de Exodo. Quod ve in Hebræo est, *Videre in arborib.* seu, *in fructibus*, & in versione Septu. *Videre in genimina*, pro eo, quod Vulgata legit, *Vt viderem poma*: Et quod tertio pro eo, quod in vulgata legimus, *Et germinassent mala punica*, alii ex Hebræo vertunt, *Et floruissent mali punica*, .f. arbores, Idem. n. hæc sunt. Vnde in c. 7. c vbi eadem verba reperta habentur in Hebræo, & à nostro quoq. Interpr. sic versa reperiūtur, *Si floruerūt mala punica*, prout & hoc loco vertere Septuag.

Singulare frequenter positū pro plurali.

D

c Cā. 7. 12

Vers. X. Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, &c.

E

Expositio Secunda. De prima sponsa, nempe Ecclesia Sancta.

Iudaici populi conuersioni per prædicatores suos vacasse se, in his significat Ecclesia; cui vnum summumque est studium, vt ex infidelium conuersione suauissimam sibi procuret voluptatem. Ideo namque, vt in hortum ad populum illum asserit se contulisse; Non potuit tamen se

DE ECCLESIA.

ſe continere, quia eiuſdem populi vel inſinuaret duritiem, & amaritudinem, quoſve ſubierit labores, vt vel tantillũ dulcedinis ex eo percipere poſſet: propterea *hortum nucum* illũ appellauit, è nucibus potius quàm ex alio quoquam arborum genere nomen illi tribuens; quia nux fructus profert duriſſimo, amariſſimoque cortice opte ctos, qui ve, poſtquã verberibus excuſſi ex arbore fuerint, vix ad cultri cuſpidem exiguum largiuntur dulcedinis. Porrò ex modica ea dulcedine, quam in alicuius Iudæi conuerſione guſtauit, ad eiuſdẽ populi eruditionem ſe dedidit, non modicã colligendorũ ex eo fructuum concipiens ſpẽ. Hanc ergo ſpem ſuã hic exprimit, cum poſtquam dixit, *Deſcendi in hortum nucum*, ſubintulit, *Vt viderem poma conuallium, & inſpicerẽ ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica*; Ac que. n. eſt, ac ſi dixiſſet.

Iudaicũ populũ cõuertere quãto ſtudio conata ſit Eccleſia. Iudaicus populus hortus nucũ.

PARAPHRASIS.

Quãuis ſat mihi explorata eſſet Iudaici populi durities, & amaritudo; quãuis & optime noſſẽ, non minus mihi laboris inſumendum in eiuſdẽ conuerſione, quàm qui inſumitur, vt dulce aliqđ nucleum ex nucis guſtetur arbore; libentiſſime nihilominus eo me contuli, ac ſi per facillimum deſcenſum in hortũ tenderem voluptatis: idque quia ſpem conceperam, ſuperbiſſimũ illum populum humilitatis fructus prolaturum, eundem ve, qui in vineam electã à Deo plantatus iam diu fuerat, protulitque hucuſque ſpinas, flores è ſe emiſſurum nouiter conuerſorum, charitatiſque, atq; vnionis indicia exhibiturũ. Hæc tria, inquit me impulerunt, *vt viderem poma*, fructuſve conualliũ torrente baptiſmatis irriguarum; *& inſpicerẽ, ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica*: Redeo autem modo, ſpe omni fruſtrata ob illius obſtinationem.

Verſ. X. Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, ſi germinaſſent mala punica.

Expoſitio Tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.

II. SENSVS.

SEdulum examinandæ conſcientiæ ſuæ ſtudiũ peregregie hic explicat pia illa aĩa, quæ peccato mortua, deſponſaq; eſt Deo. Et quidem hortũ nucum huiuſmodi appellat ſtudium, quatenus in eo peccatorum diſcuſſio fieri ſolet, quibus Deũ aliquando offendit, quæ recte explicantur ſimilitudine nucum amariſſimarum, duriſſimarũque, dum integrę comedantur.

Cõſcientię examini quo indulgeat pia anima.

Tametſi, cum per contritionẽ franguntur, dulciſſimum ex eiſdem colligere liceat nucleũ bonitatis patientiæ, & lõganimitatis Dei. Attamen licet nucum ob hanc meminerit rationem, conſcientiã tamen ipſam ſuam hortum dicere non ambigit; quandoquidem conſcientia quæ à peccatis libera eſt, & quieta, nec minus voluptatis exuberat fructibus, quàm hortus quilibet, teſte Salomone, qui in libro Prouerbiorum eius gaudia exprimens, dicit: b *Animus gaudens, ætatem floridam facit*: & fructuum quoque indicat copiam, vbi ait; c *Secura mens quaſi iuge conuiuium*. Bene autẽ cum ad hunc hortum ſe confert pia anima, haud aſcendere, ſed deſcendere dicitur: Aſcenderet ſiquidem, ſi peccata ibi examinanda forent cũ labore, & cũ dolore; modo facili, iucundoque deſcenſu ad eundẽ ſe contuliſſe inquit, non vt amaras, duraſve colli-

Conſcientia cur hortus nucũ dicta.

a Pro. 17. 22.

b Pro. 15. 15.

A gat peccatorũ nuces; at vt quæ in illa conſpiciuntur, ſanctas ſuas examinet cogitationes, ſua deſideria, fructuſque operum ſuorum. Idcirco non dicit, *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem*, ſeu, *vt colligerem nuces*; Verum, vt *viderem poma conuallium*, ſeu, *fructus torrentis, vt inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica*. Per poma conuallium, ſeu fructus torrentis, fructus deſignans Spiritus ſan. quos enumerat Paulus in epiſt. ad Galat. d *Charitas, gaudium*, &c. non tã in habitu, quã in actu, ſanctas nimirũ operationes, quæ in conuallib. fiũt humilitatis. Per vineæ flores ſancta intelligens deſideria, quibus ipſius mens floret, & redolet. Per germina denium malorum pu-

c Gal. 5. 22.

B nicorum, ſanctas ſignificans cogitationes è Dei, proximique charitate, cuius ſymbolum ſunt mala punica, inſtar germinum erumpentes.

DE ECCLESIA.

Notandum vero hic eſt, quàm diuerſus ſit proceſſus eorum, quæ ſunt Spiritus, à proceſſu eorum, quæ ad carnem, terramque ſpectant. Enimuero in carnalibus, & terrenis primo ſunt germina, tum flores, & demum fructus: at è contra ſe res habet in ſpiritualibus:

Primò ſunt poma, & fructus, ſecundò flores, vltimò demum germina. Cuius diuerſitatis hæc eſt ratio, quod terrena, & præſertim ea, quæ ad peccatum ſpectant, primò cauſant germina cogitationum, tum flores deſideriorum, concupiſcentiæ, atque conſenſus, & tertio fructũ operis atque peccati, poſt quod mors ipſa eſt, atque corru-

Spiritualiũ rerũ proceſſus diuerſus à proceſſu carnaliũ, & terrenorum.

C ptio: ſicut & in arboribus euenit, quæ fructiferæ ſunt. Vnde Iacobus Apoſtolus hunc in epiſtola ſua proſequens ordinis proceſſum, ait: *a Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua*, (en germen cogitationum) *Deinde, concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum*, (en flores deſideriorum, atque cõſenſus:) *Peccatum vero, cum conſummatum fuerit, generat mortem*, (en fructus, & poma, poſt quę præter mortem nihil eſt reliquum.) in ſpiritualibus, & cæleſtibus, quæ nec ſatietatem exhibent, nec afferunt mortem, ſed viuidiorem vitam, poſt fructus inueniuntur flores, & poſt flores germina, ex quibus germinibus item oriuntur non flores de-

d Iac. 1. 14.

D ſideriorum, at poma, & fructus, quandoquidem cogitationes ex charitate prodeuntes, in fructus illico prorumpunt ſanctorum operum, quod indicat ſponſa, dum ait; *Si germinaſſent mala punica*, potius quam *mali punica*.

Verſ. X. Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, ſi &c.

Expoſitio quarta. De tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

E

SVam erga ſanctam Eccleſiam ſollicitudinem fidelibus hoc loco proteſtans Virgo Benedicta, deſcendiſſe ſe ait, & deſcendere frequenter è celſiſſimo cœlorum habitaculo in illam tanquã in voluptatis hortum, vt exinde potiſſimum caperet voluptatem, quod egregia, ſibique dulciſſima ibi videret opera fidelium eorum, qui per humilitatem inſtar conuallium ſunt depreſſi, diuiniſque propterea irrigui ſunt gratiarum aquis: & inſpiceret perpulchros, & ſuaueolentes Virginum flores ex vinea, atque ipſamet Eccleſia florentes; nouaq. germina ſanctorũ Re-

Mariæ ſedulũ ſtudium erga Eccleſiam.

DE B. MARIA.

ligiosorum, qui ita vniti intra claustra seruantur, quomodo intra corticem grana mali punici clausa aduertimus. Porrò Ecclesiam ipsam & vineam dicit, & hortum nucum; Vineam, quia & in flore, & in fructu Virgines proferat, vinum illud producens, quod per Prophetam *a* virgines germinare dicitur: Hortum nucum, quia, licet illa primo aspectu ob ingentes persecutiones, & perturbationes, atque ob impiorum, qui ipsi admisti sunt, copiam, instar corticis nucum aspera videatur, & amara; intrinsecus tamen dulcissimũ continet nucleum suauissimarum consolationum; sanctorumque fidelium, qui in ipsa latentes maximam intra se obtinent dulcedinem, quam & pariter extrinsecus aliis impertiunt. Descendere Gloriosissimã Virginem in Ecclesiam Sanctam, nemo iure ambigit, qui Ecclesiasticas Sanctorum Patrum reuoluerit historias, in quibus frequentissimæ illius legũtur apparitiones. Quomodo verò è cœlis descendat, haud præsentis est loci, vt exponatur à nobis.

a Zac. 9. 17
Ecclesia cur dicta hortus nucum

Vers. X. Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, si germinassent mala punica.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Dixit Dominator sæculi: In domo sanctuarii secunda, quæ ædificata est per manum Cyri, habitare feci maiestatẽ meã vt viderem opera mea populi mei, & vt viderem, si crescant, & multiplicẽtur sapientes, qui comparantur viti, &, si germina eorum plena sint operibus bonis sicut mala punica.

Incertum est apud veteres Patres, à quonam dicta hæc fuerint, quisve sit hortus nucum, ad quẽ descendisse se ait, quisquis ille est, qui loquitur.

In incarnatione Christus descendit in terrã tem.

Sponso hæc tribuunt Hieronymus, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Aponius, & Anselm. Duobus tamen modis hæc explicant, vnimet hæc tribuentes Deo, atque Christo.

Hieron. v. Greg. PP. Philo. Aponius. Anselmus.

Ad descensum in hunc mundum per Incarnationem referre ea videtur Hieronymus, dum lib. 3. in Zach. ad finem cap. 12. legens, *Descendi, vt viderem in genimine torrentis, si floruisset vinea, si floruissent mala punica*, ait: Descendit Saluator ad torrentem huius sæculi, & turbidas aquas, de quib. & in typo eius bibisse describitur lib. 3. Reg. *b* 17. vt post flores vineæ, & mali punici, fructum vtrũque susciperet, & inebrians Ecclesiam suam, audiret ab ea, *c Potabis me de vino vnguentario, de vino malorum.*

b 3. Reg. 17. 4.
c Can. 8. 2.

Clariùs id ipsum Aponius, afferens, diuinum Verbum reddere rationem prædicti descensus sui dicens, *Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium*, &c. id est, *Descendi*, ad gẽtem mei notitiam habentem, in qua veluti in horto meo Patriarchæ, & Prophetæ non parum desudauerũt laborando in doctrina; *ad conuallem* huius mundi, ad conuersationem humanam; *vt viderem poma conuallium*, idest, lacrymas iustorum, quas pro exilio, & carcere, atque hominum peccatis fundebant: *Vt inspicerem*, si in domo Israel, quæ vinea mea est, *flores oriantur* cogitationum, per quos pœnitentiæ fructus adolescat, *si germinassent mala punica*, præconia scilicet Prophetarum, quæ intra se mysterium magnę dulcedinis obtectum continẽt & medicinæ animarum, quę in B. Ioanne Baptista

Aponius.
In incarnatione Christus in Iudæam, vt in hortũ suũ descẽdit, et ad quid.

A geminare cœperunt super virginitatis amorem in descendentis aduentum.

APPENDIX.

Philo quoque Carpathius legens, *Descendi in hortum nucis videre in genimine torrentis*: Ecce, inquit, cælestis sponsus primo descendit in synagogam Iudæorum ad Sacerdotes, & Scribas per assumptam humanitatem ex eorum semine. Per hortum quippe nucis Ierusalem, & sacerdotium significari putat, ex eo quòd virga Aaron regalis sacerdotii dignitatem habuit, & nux Mosaicæ legi cõpetit. Vt enim nux arbor folia amara habet, eaq; frigida, & fructum ipsum cortice amarissimo, & duriore testa circumtectum profert: qui intus nucleum non ingratum quadrispicuum, lignea cartilagine intercursante, & tenui membranula, dum viridis est, illum continet: Ita lex Moysis ex sacrificiis carnalibus, & cæremoniis, tamquam nux amara frondibus esse videbatur; quamquam trinũ

Philo Car. Rup. Abb.
Lex Moysi nuci similis

B Deum, & vnum mystice significantibus, & duro admodum sensu, quamquam mystico, veluti amaro cortice tecta erat: velatum tamen suauissimum fructum, & maximè salutarem Christum Iesum cœlitus descensurum, tenebat inclusum: huncque quadrifido Euangelico sensu per quatuor Orbis cardines propalandum, non nisi rectè, & sanctè enucleantibus eruendum, edendumque sanctissime Per id, quod dicitur, *Videre in genimine torrentis*, ex eo, quod in psalmis legimus, *d De torrente in via bibit; & Torrentem pertransiuit anima nostra*; per genimen torrentis fructus passionis intelligit Philo: Ac si dicatur.

d Ps. 19. 7.
e Ps. 123. 5

C Descendi in assumptæ mortalitatem carnis, ac necem, videre an fructum aliquem ex ea suscepturus essem in vinea illa, quæ tamen pro vuis fecit spinas. Quod subditur, sic sine conditionali legens, *Effloruerunt mali punica*. Per id Synagogæ opponi putat Ecclesiam Gentium: Ac si dicatur: Ecclesiæ Gentium tamquam mali punicæ speciosos fructus, atque suaues protulerunt. Quia verò in versione Septuag. adiectum reperitur, *Ibi dabo tibi vbera mea*: vt ipsius Ecclesiæ responsionem hæc accipit, ac si illa dicat: Tua duo testamenta, ò sponse cœlestis, doctrina, vita, moribus, & exemplis, operibusque iustitiæ sanctissimè implebo; tibique veluti sugenda præbebo, in propriis filiis, quos mihi alendos dedisti.

D Alio modo eidem Christo hæc, iuxta lectionẽ Vulgatæ tribuunt Gregorius Papa, & Anselmus. Per nuces enim perfectos quosque intelligunt, qui dum diuinam sapientiam intra corpora sua retinent, quasi nucleum in fragili testa portant; ac per nucum hortum corda eorundem. Bene autem primò dubitat Gregorius, cur dictum sit, *Vt viderem poma*, cum dici debuisset, vt viderem nuces. Et respondet, per hoc significatum, Christum maxime corda perfectorum visitare, eisque benignitatis suæ suauitatem manifestare, vt per eos ad inferiores postmodum veniat, & quantum in augmentum iustitiæ profecerint, per illos cognoscat. Tunc quippe Dominus videre, & cognoscere dicitur, cum sanctos suos, quos illustrat, ad videndũ

Iustorũ cor hortus nucis.
Greg. PP. Anselmus
Iustos visitans Deus excitat illos ad proximi salutẽ procurãdã

E hortatur. *Poma vero conuallium* potius, quàm mõtis respicere dicitur, qui humilibus potissimum respectum tribuit suæ miserationis.

Porrò secundum Greg. *vinea* florent, cum in Ecclesia filii recenter in fide generãtur, & ad sanctã conuersationem quasi ad fructus soliditatẽ præparantur. *Mala punica* germinant, quando perfecti per exempla sua proximos ædificant, & in nouitatem sanctæ conuersationis per prædicationẽ, & bonorum operum ostensionem inuitant.

Greg. PP.

Ansel-

APPENDIX. Anſelm.

Anſelmus *Deſcendi*, inquit, dicere Chriſtũ, vt ſupra; *vt viderem*, id eſt, probarem, auxiliaque per gratiã illis conferre, qui ſunt *poma* id eſt, matura opera Deo proferentes, & conualles ſunt humilitate: *Et ſi vinea*, id eſt, ſi quib. magnus cultus impenditur, initia virtutum protuliſſent: *Et ſi mala punica*, id eſt, hi, qui paratos ſe exhibent ad omnẽ paſſionem, fructum aliquem Deo acquiſiſſent.

Vita præſens nucis hortus. Caſſiod. Beda.

Ab hoc ſenſu haud longe diſſentiunt, quæ dicuntur à Caſſiodoro, & Beda, tametſi ſponſæ, & Eccleſiæ hæc tribuant. Exiſtimant nãque, per hortũ nucis ſignificari vitã pręſentẽ, quatenus in ea noſtrę cõſcientiæ clauſæ ſunt, & nõ apparent, donec fracta teſta corporis manifeſtẽtur. Deſcẽdere autẽ ad ſuũ hortũ Eccleſiã, quæ per Doctores ſuos vitã ſingulorum conſiderat; qui ſcilicet poma ſint conuallium; excellẽtia quidem virtutum præditi, ſed humilitate depreſſi; qui in earumdem virtutum ſtudio proficiant; ac demum qui iam apti ſint ad imitandam paſſionem Chriſti.

Theodo.

Alia ratione vitam præſentem hortum nucis dictam cenſet Theodoritus, ſed quæ ferè in idẽ recidit: nempe ex eo; quòd inſtar nucis amara quidẽ ſit, ærumniſque, & laboribus plena, reconditum tamen habet virtutis fructum iuxta illud Pauli, a *Vita noſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita noſtra: tunc & nos apparebimus.* Porro deſcendere ait Eccleſiam quoniam aliorũ naturæ, & moribus ſe accommodat, dum dicitur, *Vt viderem in germinibus torrentis*: per torrentem, qui hieme quidem fluit, æſtate verò areſcit, caduca hæc intelligit, & quæ iucunda videantur in hac uita: per florentem vineam eos, qui indulgent contemplationi: per mala item punica florentia eos, qui charitatem, & concordiã colũt. Quod addit apud Sept. *Ibi dabo tibi vbera mea*, de vberib. accipit doctrinæ, quæ ab Eccleſia Chriſto tribui inquit, dum fidelibus eadem tribuuntur.

Mundana omnia aſſimilata torrenti. a Colo. 3. 3.

Tres Patr.

Simili modo hęc ipſa accipit catena Triũ Patr. de vberib. tametſi hęc tribuat piæ animæ, ac per hortum nucis ſtudiũ virtutis accipiat, & animas virtutis excultrices; quandoquidẽ virtutis dulcedo cõſeruatur in medio amaritudinis tẽtationũ, & aſperitatis laborum: per germina torrentis, fructus intelligit patientię; quia tribulatio per torrentem deſignatã, patientiam operatur. Per vitem florentem Chriſtum ſumit vitem veram florentẽ itẽ in patientia. Per mala punica itẽ florentia prudentiam accipit, & ſimplicitatẽ timoris auſteritate conſeruatas inſtar malorum punicorum, quibus cortex quidẽ adeſt adſtringendi vim habens, intrinſecus autem ineſt fructus dulcis: quæ floreant item in patientia.

Scriptu. ſacra hortus nucis. Athan. Iuſtus.

Animæ quoque hæc tribuunt Atanaſius in Synopſi, & Iuſtus Orgel. ac per hortum nucis intelligunt Sacras ſcripturas: quia (vt bene inquit Iuſtus) ſi quis in illis non diſcreuerit, & quoddammodo veluti in nucis corticibus interna non quęſierit, ad veram intelligentiam peruenire non poteſt. In reliquis nihil Athanaſius, & Iuſtus eadem ferè, quæ & Caſſiodorus.

Verſ. XI. Neſciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

Expoſitio Prima: Iuxta ſonum Litteræ.

LITTERA.

Qvia locus iſte difficillimus eſt, à conſueta exponendi ratione recedam aliquantulum in eo explicando. Exponam primũ voces eas, quæ ob ambiguitatem varias Interpretibus cauſarũt verſiones. Afferam poſtmodum, quos ipſe magis approbo, ſenſus: ac tertiò, vt πάρεργον, & ad rẽ noſtram non ſpectans, ad abundantiorem tamen doctrinam, eos referam, quos iuxta ſonum litteræ ab aliis allatos reperi.

Ambiguæ duæ hic potiſſimum ſunt voces Hebraicæ. Prima שמתני ſamathni, quæ è duorum verborum radicibus poteſt deduci, à radice verbi שום ſom, ponere, vel à radice verbi שמם ſamam, turbare, & conturbare. Noſter Interpres, vt & Symmachus, ab vltima hac radice illud deducens, optimè vertit, *Conturbauit me*; tametſi optimè pariter & Septuaginta, idem verbum alio ſenſu verterint, *Poſuit me*, quo modo communiter illud ipſum reddunt, qui ex Hebræo nouas cuderunt, cuduntve verſiones, deducentes illud à prima radice.

Quadrigæ Amminadab quæ eſſent.

Altera dictio item ambigua in Hebraico textu ex duplici cõſtat voce nghammi nadib עמי נדיב quæ, cum dupliciter ſumi poſſit, propriè, & appellatiue; à noſtro quidem Interprete, ſicut & à Septuaginta accipitur propriè, pro nomine ſcilicet proprio: ideoque ſic verſum eſt, *Amminadab*; cum tamen ab aliis appellatiue ſumatur. Vnde Symmachus (vt & refert Theodoritus) vertit; *Currus populi ducentis*: Aquila, *Populi ſponte imperantis*: Quinta editio, *Populi ducis*: Recentiores aliqui, *Populi mei nobilis*. Re vera enim vox עמי nghammi ſignificat populum meum, vel ſecundum illos, qui putant iod eſſe paragogicum, & redundans, *populum*. Altera vero vox נדיב nadib, tametſi propriè ſignificet ſpontaneũ, voluntarium, & liberalem; ſignificat nihilominus & Principem à liberalitate, liberaque voluntate ſic dictum, quomodo hic accipiendum putant plerique Hebræorum, ac ſi (vt bene inquit R. Abraham Aben Ezdra) per metatheſim, & tranſpoſitionem diceretur nadib nghammi, *Principis populi mei*: vt ſermo ſit de quadrigis Optimatis, aut Principis alicuius, qui in populo, Vrbeque ſponſæ emineat: ſeu etiam ipſiuſmet Regis Salomonis (vt putant Soto Maior) qui vnicus populi ſponſæ Princeps extitit.

Symmach. Aquila. Quin. edit.

R. Ab. Ezd.

So. Maior.

Amminadab, cuius quadrigarũ ſit mẽtio quis fuerit.

Porrò, ſicut cum dicta vox hac ratione ſumitur appellatiue, Princeps quidem genericè deſignatur, ſeu Princeps, qui per antonomaſiam Princeps populi appellaretur: ita & cum eadem ſumitur propriè, crediderim, per illam ſignificari inſignem aliquem, & nobilem Principem nomine Amminadab; qui temporibus Salomonis, quando, vt dicitur in tertio libro, Regum, b ipſimet Salomoni ex Aegypto afferebantur quadrigæ, delectaretur, plures habere quadrigas, quibus celerrime, & honorifice veheretur, ſicut & de Abſalon ſecundò Regum dicitur, c *quod fecit ſibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum*. Neque enim probanda mihi illa videtur opinio Nicolai de Lyra, licet & aliquorum ſit Patrum, qui putant, hic fieri ſermonem de eo Amminadab Patre Naaſon, qui fuit abnepos Iudæ Patriarchæ, vt patet ex primo Paralip. 2. & ſocer Aaron, vt patet ex capit ſexto, Exodi, quemve Hebræi dicunt, fuiſſe ducem Tribus Iuda in exitu de Aegypto, & primum poſt Moyſem in diuiſas maris rubri aquas ingreſſum eſſe ſine vlla hæſitatione, cum non conſtet, dictum Amminadab quadrigas habuiſſe, illiſve eũ fuiſſe vſum in

b 3. Reg. 10. 28.

c 2. Reg. 15. 1.

Nic. de Lyra. Caſſiod. Beda. Rupertus. Ambr. ſer. 2 in pſ. 118.

LITTERA.

in transitu maris rubri nemo vnquam legerit.

Adde, quod hic fit mentio de quadrigis Amminadab, tamquam de re, quę tunc in hominum ore peruulgata esset. Neque aliorum probo sententiam existimantium, nomine Amminadab hic designari Amminadab illum, qui fuit frater Dauid, & cuius fit mentio in primo Reg. a Seu alterum Amminadab illum, in cuius plaustro vecta fuisse arca Domini dicitur in 2. b Reg. vterque enim illorum, vt colligitur ex textu Hebræo, Abinadab, non Amminadab dictus fuit.

a 1. Reg. 17. 13.
b 2. Reg. 6. 3.

Constat ergo ex dictis, duas esse præsentis sententiæ lectiones, quarum potissimum in hac nostra expositione rationem habere debeamus: Alteram textus Hebraici, *Non noui, anima mea posuit me quadrigas populi Principis*, seu, *Principis populi*: a qua parum discrepat & versio Septuagi. *Non noui anima mea, posuit quadrigas Amminadab*. Tantundem enim est, *Non noui anima mea*, ac, *non noui*, & ad id, quod dicitur, *posuit me*, &c. Subintelligendum, cupiditas mea, seu, anima ipsa mea: Alteram nostræ Vulgatæ, *Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*: In qua Vulgatæ lectione apparet, nostrum Interpretem explicationis gratia addidisse è suo præpositionem, *Propter*, ex quo deducere possumus, haud reprehendendos, qui ad intellectum lectionis Hebraicæ, & Septua. *Posuit me quadrigas*, subintelligendum aliqd putant, vt *inter*, seu, *sicut*, aut quid simile.

De lectionibus ceteris, vt de ea, quæ Quinta editione legitur, *Posuisti me in currum*: Similive, quā Ambr. lib. de Abraham ca. 8. legit, *Posuisti me currus*: & alia, quā in serm. 2. in psal. 118. vers. 6. legit. *Posuit te currus Amminadab*: nec nō & illa, quā Vatablus, aliive ex Hebræo vertendū putant, *Posuit me vectarios*. nihil hoc loco dicam; sat enim puto, eas indicasse.

Quinta Editio.
Ambr.
Vatablus.

I. SENSVS.

His suppositis, iam ad rem nostrā deueniamus ostendentes, quanam ratione ea, quæ hic dicūtur, sint cum præcedentibus connectenda, quisve facilis, proprius, & germanus sit ipsorum sensus; Sat enim concisa est locutio, *Nesciui*, & valde anceps, quod subiicitur, *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*; seu, *posuit me quadrigas Principis populi mei*. Pro quorum explicatione id in memoriam reducendum, quod in prima superioris versus expositione dictum est, verbum, quod ibi habetur, *descendi*, vel in præterito, vt sonat, vel pro futuro, *descendam*, a sponsa vsurpatū: atque totam eam sentētiam duplicem habere posse sensum: Vel, vt dicta sit a sponsa in reditu existēte, & exponente, quò tetenderit, & vnde veniat: Vel secundò sit dicta, vt ab eadem sponsa progrediente ad hortum nucum, iterque illud suum adstantibus edicente.

Iuxta hunc autem duplicem eorum, quæ ibi dicta sunt, sensum, duobus pariter modis quæ hic dicuntur, cum illis connectenda sunt nobis, omissisque pro nunc, quæ ab aliis afferuntur, duo sunt afferendi sensus, qui ad rem, de qua agitur, faciāt magis.

Si ergo iuxta primum sensum in præcedentibus sponsa significauit, se regredi ex horto nucū, ad quem descenderat, vt videret poma conuallīū &c. Dicendum, modò illam prosequi narrationē eamdem, & afferre rationem, cur tam citò regressum ex horto illo pararit, curue tam veloci properaret cursu: Festinanter namque eam iter habuisse, ex iis licet colligere, quibus in versu sequēti puellæ, quas alloquebatur, illam retinere nitentur, dicentes, *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, vt intueamur te*. In hac quoque ratione adeo cōcisè loquitur, vt festinantem loqui appareat, & valde anxiam.

Rationis huius summa hæc est: Descendisse se quidem in hortum, cum nesciret, quod ibi non esset dilectus suus: illum namque ibi se reperturam putarat; at, cum eum non reperisset in horto, valde anxiam celerrimum sumpsisse regressum. Præclare autem, & efficacissimè festini reditus explicauit desiderium per modica illa verba, *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*, quas scilicet velocissimo cursu properantes inspexit: Aeque est enim, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Descendi iam in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, vt inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica; nesciui, quòd ibi haud reperturа essem dilectum meum, quem noui multo me solicitiorem rerum nostrarum, tam hortorum, quam vinearum. Reditum illico paraui, vt illum quantocius conuenirem, qui præcipua mihi est cura, & sine quo viuere nequeo: Propter quadrigas Amminadab inclyti illius Principis populi mei, quas celerrimo cursu ante me properantes vidi, *anima mea* conturbata est, optans illarum prosequi celeritatem, quo subito eum adirem.

Primum hunc sensum confirmant lectiones tū Hebr. *Non noui, anima mea posuit me quadrigas Principis populi mei*; tum Septuag. *Non noui anima mea posuit me currus Amminadab*: Quod cum dicit, *non noui*, & efficacius, *non noui anima mea*, tantumdem est, ac si diceret.

PARAPHRASIS.

Me miseram. *Anima mea*, quæ semper meo inhærere solet dilecto, *non noui*, illum in dicto horto nucum minime esse. Quod autem subiicit, *anima mea posuit*, vel secundum Septuag. *Posuit me currus Amminadab*, &, *Principis populi*, idē est, ac si dicat. Is ipse, quem ibi non inueni, dilectus meus: seu, *anima* ipsa *mea*, quæ illic viuit, vbi is est, effecit, vt velocissimo remearim cursu, & vt, instar quadrigarum Amminadab ad ipsum aduolare contendam. Ponère enim currus Amminadab, phrasis Hebraica est, ei propemodum similis, quæ in psalm. 147. dicitur, *Qui posuit fines tuos pacem*; id est, qui effecit, vt summa frueretis pace, qui fines ipsos tuos summa donat pace.

Ps. 147. 3.

II. SENSVS.

Quòd, si superiora iuxta secundum sumamus sensum, quo sponsa ibi significauit iis, qui sibi obuiam processerant, iter illud suum directum esse, *ad hortum nucum*, vt videret ibi *poma conuallium*, &c. secundo quoque sensu in his verbis, *nesciui*, &c. rationem, primumque exponit motiuū, quo iter illud aggredi coacta est, ingentem nimirum curam, quam rerum suarum haberet, nimiamque solicitudinem, ac metum, ne quid horto suo fructiferis conuallibus, florenti vineæ, & loco sibi maxime dilecto, in quo arbores consitæ essent malorum punicorum iam germinātium, aliquid contigisset damni, præsertim à quadrigis Principis Amminadab, qui per ea vehi soleret loca deliciosissima. Quod autem breuiter, admodumque concisè, vt ingenti metu concussa dicit, tale mihi esse videtur.

PARAPHRASIS.

Descendam quantocius *in hortum nucum, vt videam poma conuallium*, inspiciamque, *si floruit vinea*, germinaruntque *mala punica*. *Nesciui sanè* quid ibi factum fuerit; siquidem *anima mea*, valde *me conturbauit propter quadrigas Amminadab*, quas sat noui, illis in locis celerrimo cursu solitas pertrāsire. Magnopere ab eis horto, vineæq. meæ timeo,

LITTERA.

timeo, vereorque, ne vel ab equis, vel à quadrigis ipsis damnum aliquod factum in illis sit.

Hunc sensum confirmat lectio Symmachi, quã refert Thodoritus, *Non noui anima mea dubitauit a curribus populi ducentis*, seu, *ducis populi*, Si, quomodo noster Interpres addidit ad explicationẽ, præpositionem *propter*, ita & nos aliam addamus, *inter*, ac si dicatur; *Anima mea posuit me inter quadrigas*, &c. *Nesciui*, quid ibi in horto nucum, vineaque mea factum fuerit, *anima mea* ab illatis metuens damnis *inter quadrigas* illas anxia *me posuit* cogitatione, quibus Amminadab Princeps ille in populo meo præcipuus agros illos percutere solet.

PARAPHRASIS.

Sensus varij aliorũ.

Hæc quidem facile, & admodum congruenter secundum tenue iudicium meũ circa difficillima verba ista dici potuere: Nihilominus ad abundantiorem doctrinam referre haud me piget, quæ & ab alijs in eorum explicationem, quoad sonum tamen litteræ, afferuntur. Multiplices namque reperio sensus, quorum quis quemlibet sumere poterit, qui sibi magis arriserit, si per duos, quos ipse attuli, sibi plane satisfactum non senciat.

Legionẽsis Almonacyrius.

Incipiens autem ab Aloysio Legionensi quem (vt verum fatear) inter eos, qui litteræ sonum in hoc explicant Cantico, semper, meritoque censui antesignanum.

I.

Arbitratur is sponso, quem in superiori versu locutum putauit, hæc ab sponsa in hunc sensum dicta fuisse. Ad quid, quoue tenderim, *nesciui*, & nescio. Illud vnum scio, dum te amens quærito, omnia Vrbis loca ea velocitate obiuisse, vt nõ sint velociores currus Principum populi mei, vt, cum dicitur, *Anima mea conturbauit me*, animæ vocabulum positum sit pro desiderio, ac si dicatur. Desiderium tui inueniendi conturbauit me, &c. declaratque hunc sensum per lectionem illam, *Anima mea posuit me currus*, &c. Consentit his Hieronymus Almonachryus.

Genebrar. II.

Genebrardus quoque celeritatem hic a sponsa descriptam putat, quam nimirum adhibuit in petendo hortum nucum. Ac si dicat, Me nescientem, non sentientem, aliud cogitantem mens mea tanta celeritate in hortum abripuit nucum, ac si fuissem vecta quadrigis Amminadab.

R. Innominatus. III.

Indicat, tum & alium sensum, quem ante eum attulisse reperio Rabbi Innominatum inter expositores Hebræorum, nempe, *descendi* quidem *in hortum nucum, ut* &c. *Nesciui*, autem eò recta peruenire, & erraui de via vsque adeo, vt anima, & cupiditas mea, qua illuc ducebar, traduxerit, posueritque me in medio quadrigarum magnificarum, & splendidarum, quibus celebratus est Amminadab, idest, ut eis fruerer, *anima mea me conturbauit*, & ab horto nucum longius abripuit.

Hortol. IV.

Cosmas Damianus Hortolanus arbitratur, loquentem sponsam, ac dicentem, *descendi in hortum nucum*, &c. aduertisse commotas in Vrbe turbas, vt ipsam quærerent, darentq. internecioni, illicoque eam hæc intulisse, ac si dicat. Cum descendissem in hortum, &c. Ecce, nescio, quo præter expectationẽ meã ingens in Vrbe concitatus est tumultus, & grauis in me fuit coniuratio. Quare, si per vos licet (adstantes puellas alloquitur) ego cogito celeri fuga rebus meis consulere. Vt celeritas ipsius fugæ, quam cogitabat, per ea explicetur verba, *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*, eo modo, quem explicant Legionensis, & Genebrardus.

V.

Vel alio sensu. Vehementer hæreo, nec quid agam, sat scio, quòd videam, Principes populi mei coniuratos consensis quadrigis me ad necem quærere.

LITTERA.

Ludouicus Soto Maior quinque alios affert sensus. Primum in expositione præcedentium verborum, *descendi in hortum nucum*, &c. vbi ait, spõsam per hæc reddere rationem, ob quam descendit in hortum nucum, nimirum, vt turbas, & negotia Vrbis, atque quadrigarum strepitus fugeret, quibus eius perturbetur animus. In commentariis verò super hisce ipsis verbis, *nesciui*, &c. arbitratur, hæc ab eadem dicta, postquam sponsum, illiusve amicos audiuit, ipsam ab itinere reuocantes, per verba, quæ subsequũtur. *Reuertere, reuertere Sulamitis*, &c. sicut triplici rõne hæc interpretatur. Primò, ac si illa diceret, Cũ descenderẽ, &c. nesciens incidi in quadrigas Principũ Ciuitatis, seu Regis Salomonis spõsi mei, amicorumq. eius, qui oẽs uno ore ad me conclamare cœperunt. *Reuertere*, &c. quo me sic reuocarent, ac si a recta aberrarem via, ad quam vocem *anima mea conturbauit me*, conturbata sum, atque à cœpto destiti itinere, Vel, dum descenderem *in hortum nucum*, &c. ecce de repente vox sponsi, amicorumque eius clamantium post me, *reuertere*, &c. reuocantium me à cœpto itinere. Ea vox me nescientem, inimemoremque mei, retraxit ab eo itinere, quod animo destinaram, velociterque ad sponsum attraxit, quasi quadrigis Principum.

Soto Maior VI.

VII.

VIII.

Vel parum diuerso modo: Descendens nesciebam voluntatem sponsi, qua ægre ferebat absentiam meam, sed tamen nunc, quoniam ita illi placet, libentissime ad illum reuertar, cupiditas namque illum videndi, alas addet, & vice quadrigarum mihi erit.

IX.

Addit demum & quintum sensum absq. relatione istorum ad sequentia, vt eadem sponsa in hunc modũ loqui videatur. Descendere cupiebã, &c. sed tñ ire *nesciui*, & erraui de via, quæ recta ad hortum ducit. Nunc verò animi cupiditas, quæ dux mihi fuit ad visendũ hortũ, dux quoq. fuit, & quasi calcar acutissimum, reuertendi ad sponsum meum quam citissime, & instar quadrigarum Amminadab.

Martinus Del Rio sponsam in hũc sensum per hæc dilectum suum alloqui censet in sui excusationem. Vides quadrigas Amminadab, quib. me imposuisti, vt rapido cursu ad te peruenirem: Illæ ipsæ causa fuerunt ignorantiæ, & cæcitatis meæ, nam amorem in me tuum non deprehendi, neq. sensi, quia lux, & celeritas quadrigarum luscitioli oculi mei aciem perstrinxerunt, &, vt sol solet intuentes, elucificarunt.

Del Rio. X.

Denique inter expositores Hebræorum R. Salomon, & R. Abraham Aben Ezdra, aliique subintelligunt infinitum verbi substantiui, ac si dicatur; *Anima mea posuit me esse*, vt essem currus, & quadrigæ Principis populi mei, ut sensus sit; Dũ nesciebam, vbi esses, aut, dum inaduertenter erraui a via recta, *anima mea posuit me*, vt essem quadrigæ populi Principis, idest, Gentium imperantium. A quo sensu non longè abhorret & lectio Sept. quæ habet. *Nesciui, anima mea posuit me currus Amminadab.* Sicve explicatur ab Ambrosio serm. 2. in psal. 118. in finem, & lib. 3. de Virginibus, & Catena trium Patrum.

Hebræi. XI.

Possentque vltimo sensu, parum tamen diuerso iuxta versionem Septuag. sumendo nomen Amminadab in recto, hac ratione hæc accipi. Nõ noui anima mea, quò (scilicet tu sponsus meus) iusses, vel quò iretur ad hortum meum, vnde Amminadab, idest, populus imperans posuit

Ambros. Tres Patr.

XII.

DE ECCLESIA.

fuit me quadrigam suam, vel inter quadrigas suas.

Vers. XI. Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

Cur à sedulo studio conuersionis Iudæorum destiterit Ecclesia.

REddit in his rationem, cur, quæ tanta solicitudine in suis Prædicatoribus studium arripuerat conuersionis Iudaici populi, vt explicauit in versu superiori, tam citò à suo illo destiterit studio, cœptoque remearit ab itinere prædicationis illius, quia nimirum eo se contulerat ignorans, quòd ibi Christū haud repertura esset dilectum suum, sine cuius ope sat norat, inanem fore eorum laborem suum omnem, nec eorum memor extitit, quibus apud Ieremiam Deus in eiusdem Christi persona prædixerat, *a Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam meā in manum inimicorum eius*. Conturbatam se verò ait propter Apostolos, quos pristinis temporibus velocissimo cursu currentes vidit quadrigas eiusdem Christi inclyti Principis, fidelis populi sui, ob illorum scilicet celeritatem qua dimissa Synagoga, conuersique ad Gentes, vniuersum terrarū Orbem adeo celeri peragrarunt cursu, vt *b in omnem terram exierit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. *Anima*, inquit, *mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*. Conturbata sū ob animæ meæ desiderium, quo recolens celeritatem Apostolorum, instar illorum & ipsa in hisce Prædicatoribus meis celeri volatu eas percurrere Regiones exopto, in quibus dilectus ipse meus commorari elegit, & venerari.

a Iere.12.7.

b Psal. 18.5.

Vers. XI. Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

II. SENSVS.

QVi in libro Prouerbiorum perpulchram eā protulit sententiam, *c Beatus homo, qui semper est pauidus*, meritò & nunc piam illam animam, quæ conscientiam habet absq. peccati sordibus puram, pauidam nihilominus modo proponit, vtpote cui sat exploratum sit, haud quaquam in eo se esse iustificatam, quòd nihil sibi sit conscia. Proposuit illam in præcedenti versu referentem sedulum studium examinandæ conscientiæ suæ sub metaphora descensus in hortum nucum, in quo inspicere prætendebat fructus sanctarum operationum, flores sanctorum desideriorum, atque germina cogitationum charitate flagrantiū, suum ipsius eandem exponentem pauorem modo proponit, atq. dicentem, *Nesciui anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*. Quibus significat, potissimam rationem, qua ad dictū pulsa est studium, & ob quam in hortum consciētiæ suæ descendere decreuit, ipsum suum extitisse metum, cum nesciret, an quidquam damni eidem conscientiæ suæ horto, vel in fructibus bonorum operum, vel in floribus, vel in germinibus desideriorum, & cogitationum per mundi pompas, & per inanes, fluxas, celerrimoque cursu pertranseuntes res huius sæculi fuisset illatum. Id .n. modicis hisce indicat verbis, *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab*, quadrigarum magnificarum, & pomposarum metaphora pompas vniuersas, omnesque res sæculi designās, vt tantumdem sit, ac si dicat,

c Prou.28.14.

Pauor pia animæ est, ne quid in eius cōscientiā irrepat mali.

DE ANIMA.

Propter huius sæculi pompas, transitorias mundi opes, ac gloriam, & curiosa quæque, quæ celerrimo cursu, instar magnificarum quadrigarum Amminadab per meam transire solent mentem, conturbata est in me anima mea, metuens damna quæ per quadrigas illas fieri solent conscientiæ etiam purissimæ. Vel iuxta lectionem Hebr. & Septuag. *Anima mea posuit me currus Amminadab*, seu, *Principis populi*, Pauida *anima mea* metuens, ne quid puritati conscientiæ meæ per pompas, & res huius sæculi fiat detrimenti, *posuit me inter* illas, vt inter *quadrigas* velocissimo cursu pertranseuntes, quò attētius ab eorum cauerem damnis, celerrimum illorum considerans transitum.

PARAPHRASIS.

Mundana omnia sunt quadrigæ Amminadab.

Vers. XI. Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

III. SENSVS.

Maria solicitudo erga Ecclesiam.

PRosequitur in his Dei genitrix, quam in superiori versu enarrare fidelibus cœperat, ingentem solicitudinem suam erga Ecclesiam, explicat que aliam rationemā superiori diuersam, propter quam è cœlis in illam, vt in hortum, vineam que descendat, nimirum, vt illam ab illis præseruet damnis, quæ ipsi imminent à Principibus mūdi, à potestatibus aereis, ab Hæreticis, atque à pōpis, & rebus huius sæculi. Hæc.n. oīa sub vna designat metaphora quadrigarum Amminadab, quod interpretatur Populi Princeps, seu Principis populi, aut Ducis populi, seu populi sponte imperans. Quis est enim Princeps populi, nisi ille, quem Dominus *d* huius mundi Principem appellat? Quis est populus sponte imperans, nisi Tyranni, qui voluntatem suam subditis legem esse volunt? Quis est Dux populi, seu populus dux, nisi Hæresiarcha quilibet, qui ducem se iactat in populo, libere prædicans, Me sequimini, sectam meam tenete? Quin & quælibet Hæreticorum schola populum ducem se celebrare non erubescit. Quis est populus Princeps, nisi qui illustres, in sæculo, nobiles, opulenti, terrenisque bonis insignes existūt? A quadrigis, quibus hi omnes Ecclesiæ aduersarij aduersus eamdem Ecclesiam præliari solent, metuens illa Virgo Benedicta, *Descendi*, inquit, *& descendam* in Ecclesiam, quæ hortus nucum meritò nuncupatur, *nesciui* enim, nec aliud mihi omnino exploratum est, An, quid damni in eā inferret, permissurus sit dilectus meus, bella continua, quibus contra illum dimicat satanas, Tyranni, hæretici, mundusque ipse quadrigis pomparum, opū, honorum, illecebrarum, omniumque rerum sæculi, pauorem mihi incutiunt, & si turbationem pati possem, quæ imperturbabili fruor beatitudine, propter has quadrigas mea me conturbaret anima. Tanta verò mea ista est solicitudo, *vt anima ipsa mea me posuerit*, ponatque *inter* prædictas *quadrigas*, deliberato siquidem animo statui inter quadrigas dimicare & ipsa, quò illæsum meum seruem hortum nucum meum & vineam, quoue earumdem quadrigarum impetum & à fidelium operibus, & à sanctis Virginibus, & à Religiosis in primis arceam.

d Ioan.12.31.

PARAPHRASIS.

Maria dimicat pro Ecclesia.

APPENDIX.

Vers. XI. Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Amminadab.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Cum autem reuelatum fuerit coram Domino, quòd essent iusti, & quòd laborarent in lege, dixit Dominus in verbo suo: Non addam vltra humiliare eos, neq. faciam cum eis consumptionem, sed cōsilium inibo in anima mea, vt benefaciam eis, & vt ponam eos excelsos in curribus Regum propter merita iustorum generationis illius, qui similes sunt in operibus suis Abrahę patri suo.

Quia inter lectiones Vulgatæ, ac Septuag. non exigua diuersitas est in præsenti sententia, adeoque & admodum diuersa est exponendi ratio eorum Patrum, qui uersionem Septuag. interpretati sunt, & eorum, qui nostram exposuere vulgatam: idcirco diuisim vtrosq. referam.

Et quidem qui Vulgatam exponunt, communiori sensu Synagogæ hæc tribuunt, doléti simul, atque se excusanti, quòd tam tarde ad fidem conuersa sit. Ac si ad Ecclesiam dicat: Non cognoui, tantam gratiam, tantaque spiritualium virtutum dona à sponso tuo tibi collata, conturbata sum nimia animi solicitudine propter tam subitā Euangelii prædicationem. Sciebam, legem, & Prophetas diuinitus datos, & ideo, cum tam subito vidissem prædicari Euangelium, conturbata sum, propter subitam nimirum prædicationem, quæ velut velocissimæ quadrigæ totum peruolauit Orbem. Ita Cassiodorus, Greg. Papa, Beda, Rupertus, & Anselmus, qui & in id consentiunt, vt recte Euangelii prædicatio quadrigæ dicta sit, quia quatuor Euangelistarum auctoritate consistebat. Quia verò eadem prædicatio à Christo veluti ab auriga directa est; quadrigæ dicatur Amminadab, quòd, cum interpretetur populi mei spontaneus, Christum ipsum designet, qui spontaneus, factus est homo, & portio populi. Addit Rupertus Abbas, Christum eodem nomine nuncupatū, quia in se vno vtramque personam & sacerdotis magni, & Regis coniunxit, iuxta similitudinem illius Amminadab, qui, cum esset de tribu Iuda, dedit filiam suam Aaron Pontifici magno, vt legimus in lib. Exodi. *a* Ponderat autem idem Rupertus, cur à Synagoga dictum sit, *Anima mea cōturbauit me propter quadrigas Amminadab.* potius quàm conturbauerunt me quadrigæ Amminadab, ait, illam ea locutione significare scribarum, Pharisæorum, & Sacerdotum cętum, qui erat, aut esse debebat anima sua, qui ita plebem suam viuificare, & regere debebat, sicut anima viuificat corpus, & omnia illius membra, ipsam conturbasse, atque effecisse, vt non posset comprehendere cursum quadrigarum Christi. Ac si dixerit: Talis anima mea in seditione excitauit me, & ita conturbauit, vt ad scientiam non possem introire, & intelligere quadrigas Amminadab, quod testimoniū eis perhiberet lex, & Prophetæ.

Ob Euangelii celerrimam prædicationē conturbata est synagoga.

Cassiod. Gre. Pap. Beda. Rup. Ab. Anselm.

Euangelii prædicatio dicta quadriga Christi

Ruper. Ab.

a Exo. 6. 23

Synagogæ ala cætus Scribarū, & Pharisæorum.

Anselmus per synagogæ animam intelligit carnalem legis sciētiam eius; Ac si dicat. *Anima mea* idest, scientia mea, quam in lege habui secundū carnalem intellectum, conturbatam me reddidit à cognitione Dei propter quatuor Euāgelia, quæ mihi videbantur destruere legem.

Christo hæc tribuunt; Iustus Orgelitanus, &

Christi solicitudo quo.

A Aponius, licet diuersimode, siquidem secundum Iustum, *Nesciui*, ait ille, scilicet peccatum, atque eos, quibus, vt habetur in Euangelio, *b* dicet, *Nescio vos; Anima mea* solicitum me reddidit propter quatuor Euangelia. Solicitus admodum fui, vt Euangelia quadrigæ meæ velocissime vniuersum percurrant terrarum orbem.

ad Euangelij prædicationem.

Iustus

b Mat. 7. 23

Aponius verò censet, hunc locum ei esse similem, quo in Euangelio ab eodem Christo dictum legimus, *c Tristis est anima mea vsq. ad mortē;* Vt quod dicit, *nesciui*, idem sit, ac illud psalm. *d Congregata sunt super me flagella, & ignoraui* (pro quo scilicet crimine) congregata essent. Per quadrigas Amminadab intelligit Pilatum, milites, &
B eos, qui clamarunt, *Crucifige, crucifige eum*, vt nomine Amminadab, quod interpretatur populus meus spontaneus, Iudæorum intelligatur populus ille, qui relicto Rege suo spontaneus factus est; Vel etiam immundorum spirituum cętus, qui à Deo recedens spontaneus factus est, quandoquidem de tempore passionis suæ Iudæis dixit aliquando Dominus, *e Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.*

Aponius. In passione ob quid conturbata sit ala Christi.

c Matt. 26. 38.

d Ps. 34. 15

e Luc. 22. 53.

Versionem Sept. quæ ita legit, *Nesciuit anima mea, posuit me currus Amminadab*, Ambrosius variis in locis pertractat, & admodū eleganter. Videtur aūt velle, piā aīam his verbis significare, se à Christo, qui est verus Amminadab. i. pater populi, positam atque assumptā in proprium currum,
C vt quandoquidem ipsa se regere, atque compescere nescit, ab eo tamquam ab expertissimo regeretur auriga, atque per virtutis viam dirigeretur ad patriam cœlestem.

Iusti ala currus Christi.

Ambros.

Pluribus hæc ille in lib. de Isaac cap. 8. In lib. autem 3. de Virginibus eodē ferè sensu ait; Christus verus Amminadab, i. populi Princeps, animā iusti veluti currum agitat ascendens, verbi habenis gubernat, ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur. Sunt. n. eius veluti quatuor equi quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, & timor, quibus furentibus cum cœperit agi, nequaquam seipsam cognoscit, *f Corruptibile enim corpus animam grauat*, & tamquam irrationabiliū
D animalium cursus inuitam rapit volentibus curis veluti quodam impetu prorućtem, donec me moratæ corporis passiones Verbi virtute mitescant. Hæc Verbi tāquam boni agitatoris est prouidentia, ne illi animæ, quæ in se non est morti obnoxia, corpus mortale coniunctum agitationē sui faciat esse difficilem. Primo igitur hos veloces motus corporis domitet, & nexu rationis infrænet, dein caueat, ne dispari motu se veluti equi implicent, vt bonum aut imbribus decoloret, aut tardus impediat, aut turbidus inquietet, fremit. n. equus malitiæ, seseq. iactando currum lædit, grauat iugalem. Hunc bonus auriga demulcet, & in cāpū veritatis mittit, fraudis declinat anfractus,
E tutus ad superiora cursus est, periculosus ad inferiora descensus. In libro aūt de Nabuthe cap. 15. Si anima currus est, ait Ambrosius, vide, ne equus caro sit; agitator autem vigor mentis, qui regit carnem, & motus eius velut quosdam equos prudentiæ habenis coercet.

Passionibus & affectionibus velut equis effrænibus rapitur anima.

f Sap. 9. 15

Currus qualis sit ala.

Sed in sermone 2. in Psalm. 118. vers. 6. legens. *Posui te currus Amminadab*, Ecclesiæ pariter hæc adaptans, ait; Multos currus in se habet Ecclesia, quos oēs spiritualibus habenis Dñus regit, & vna anima multas cogitationes habet, quas Domini habena restringit, & reuocat. Amminadab aūt interpretatione significatur pater beneplaciti, cuius filius legitur in Numeris Naason, princeps populi,

Currus Christi Ecclesia, & anima.

AP PEN-DIX. li, quod interpretatur serpentinus, & agnoscis, quia sicut serpens Christus pependit in ligno. Ergo Ecclesia currus est Dei, quæ regenda est gubernaculis Christi, ne diversorum populorũ motus eam, dissensionesque perturbent.

Athanas. Athanasius in synopsi legens, *Posuit me currus Amminadab*, Synagogæ hæc tribuit dicẽti, Vidi, quòd iungenda sũ velut in curru gẽtiũ vocationi.

Theodor. Theodoritus duobus modis hæc explicat. Primo, n. id, quod dicitur, *Posuit me*, videtur sumere pro, *imposuerunt mihi*, i. deceperũt me, vel afflixerunt, & persecuti sunt me, Vnde ait, Ecclesiam, vel piam animam his verbis talia sibi velle. Ego oẽ studium, & curam adhibui, vt increduli ad fidem accederent, sed quidam eorum tamquam currus Amminadab, i. Principis sæculi istius, mala pro bonis restituentes, imposuerunt mihi. Altero modo in principio commentarij eorumdem verborum, eadẽ Ecclesiæ in suis prædicatoribus, & eorum, qui alios erudiunt ad salutem, hæc tribuit, vt significetur, hosce, dum vacant hominibus instituendis, positos esse, & factos fuisse similes curribus Amminadab, vel iuxta versionem Symmachi, curribus populi præeuntis, vel secundum Aquilam, curribus populi imperantis.

Comparantur Prædicatores ad currus impeditos, si decantur.

Tres Patr. Quem sensum clarius explicant Tres Patres apud eumdem Theodoritum, existimantes, hæc esse verba animæ ad discipulas, quibus hæc sibi velit: *Descendi* ad vos ab illa secretiori speculatione, qua sponsum meum in me ipsa contemplor, *vt viderem* ipsum in vobis, quemadmodum dixi, sed *non noui anima mea*, nondum profectò illum in vobis perspexi, quæ adhuc perfectæ non estis in Christo. Hic autem idcirco posuit me currus Amminadab, i. currus me suos constituit Christus, qui est verus Amminadab, i. princeps populi, vt eum in meipsa disciplinis ad vos, habita cuiusque vestrum ratione, perferrem.

Philo. Denique Philo Carpathius legens, *Posuerunt me quadrigas, seu, currus Amminadab*, supponensque, Amminadab interpretari patris bonam voluntatem, seu probationem, aut populum meum spontaneum, hunc istorum verborum affert sensum. Ex beneplacito æternæ voluntatis Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus posuerunt me per Apostolorum prædicationem, Ecclesiam, & vnamquamque fidelem animam in quadrigis quatuor Euangeliorum, velut à quatuor velocissimis, & fortissimis equis per vniuersum terrarum orbem vectis Spiritu Sancto auriga, atq. ductore, vt in quadrigam ipsam ascendens curru igneo ad cœlos tandem felicissime vehatur. Notandum verò ait Philo, quòd Ecclesia non solùm in quadrigis posita esse dicitur, verùm ẽt currus, & quadrigas ipsas ea se asserit positã, vt intelligeremus, illam esse veluti vehiculum, quo plures ad cœlestem patriam conueharentur seruati illæsi à cœno, & saxis, quibus in terra deturpari, & offendi iis contigisset.

In Euangelij curru ad cœlum vehitur.

Vers. XII. Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

De voce Sulamitis. ANtequam ad connexionem, & explicationem sententiæ huius accedamus, operæpretium esse mihi videtur, duas, vt examinem voces, *Sulamitis*, &, *intueamur*. Pro voce n. *Sulamitis*, fere omnes latini codices impressi (vno excepto, qui nuper in Vaticano ex-

A cusus est) Latinique Patres a Cassiodoro habent *Sunamitis*, quam lectionem, & Ecclesia seruat in officio Sanctarum Virginum antiphona tertia primi nocturni, eamdemq. in textu hebraico legisse videtur Symmachus, cum verterit ἡ ἐσκυλευμένη, idest, spoliata, & captiuata. Quin Sept. quoq. eamdem in Hebræo habuisse censuerunt nonnulli, ideoq. in Græca eorum versione legunt ἡ σουναμῖτις, Sunamitis. Vnde quidam errandi sumentes occasionem, arbitrari perperam sunt hic verba fieri de Abisag Sunamithide, quæ 3. a Reg. dicitur assumpta ad calefaciendum Regem Dauid senio confectum, colliguntq. hinc, eamdem postmodũ Salomoni desponsatam. Verum ex originali He-

LITTERA.

a 3. Reg. 1.

B bræo manifeste apparet, legendum potius *Sulamitis*, quomodo & Aquila ante nostrum Interpretẽ legisse, haud dubium est, cum verterit, ἡ εἰρηνεύουσα, pacifica, & pacem colens. Quin & Sept. multò antiquiores ita potius legisse, colligitur ex antiquissimis Patribus, qui eorum sequebantur versionẽ. Vnde Ambrosius lib. de obitu Valentiniani, & lib. 3. epistolarum epistol. 12. ad Irenæum, Catena Trium Patrum, atque Theodoritus legunt, *Pacifica*, & in biblijs Complutensi, Aldina, atque Regia in Græco habetur ἡ σουλαμῖτις, *Sulamitis*: Tametsi in codice illo, qui ex Vaticano nuper prodijt, ἡ σουναμῖτις, Sunamitis legatur.

Ambros. Tres Patr. Theodo.

C Supponto igitur, legendum in nostra Vulgata Sulamitis, Id insuper animaduertendum, istud ipsum nomen *Sulamitis* diuersimode sumi posse: Nam quidam illud accipiunt patronymice ab Vrbe Salẽ, quæ postea dicta fuit Ierusalem, vt idẽ sit ac Ierosolymitana, ita inter alios Legionensis. Alij idem sumpsere, vt nomen proprium sponsæ, vel certe cognomen deductum à Salomone, quasi Salomonia, i. Salomonis vxor, ita Genebrardus, & probabilior aliorum sententia. Quamquã non defuerint, qui illud appellatiue sumpsere, ac si dicatur. O puella *pacifica*, prout sensere ex Patribus Ambrosius & Theodoritus supra citati, & ex Hebræis R. Salomon, antiquiorve omniũ istorum Aquila. Sed quomodocumque nomen istud

Legionẽsis

Genebrar.

D sumatur, parum interest, in hoc enim omnes conueniunt, quòd pacificam significet, sicut & nomẽ Salomon significat pacificum.

Illud certe haud prætereundum, tã in Hebræo, quam in Græco huic vocabulo *Sulamitis*, seu, *pacifica* præfixum haberi articulum, quod, vt alias notauimus, magnam ei vim affert, cum tantumdem sit, ac si dicatur: Quæ ipsa pacifica es, per antonomasiam, & lingua Italica, La pacifica, la Sullamithide.

Circa id quoq. quod vltimo dicitur, *Vt intueamur te*, id animaduertendum, quòd tam in Hebræo, quàm in versione Sept. dicitur, *Et intuebimur in te*, quæ lectio multò maiorem hẽt energiã, nã per id significat, se haud simpliciter intueri illã velle aliã puellã, sed ut præstantissimũ pulchri-

E tudinis spectaculũ, quem sensum confirmat scholion Græcũ, qd, vt habetur in annotationibus codicis Vaticani versionis Sep. vnico verbo ita hæc expressit, ὀψόμεθα θεαμάτων, intuebimur vt spectaculũ.

His animaduersis, ia facile est eorũ, quæ hic dicuntur, & connexionẽ cũ præcedentibus assignare, & sensum, iuxta duplicem sensum illum, qui allatus à nobis fuit in præcedentium expositione.

Nam, si præcedentia iuxta primũ sumantur sensum, secundũ quẽ sponsa ibi expressit orationem reditus, quo tunc ex horto nucum remeabat, & ingens itẽ celeritatis desideriũ, quo reditum illũ perficere optabat, modò dicẽdũ, eas puellas, quæ in

I. SENSVS.

LITTERA. in principio huius actus quinti ei obuiam factas vidimus, quasve & huc vſq. allocuta fuerat, nimio anhelitu feſtinantem detinere, curſumq. reprimere conatas, verbis primum id in hoc verſu tentaſſe, tum comitatu ipſo ſuo id effeciſſe.

Porrò per id, quòd quatuor vicibus, eodemq. verbo eam reuocant, ipſam illius indicant celerrimam feſtinationem, neq. n. id eis fuit in conſilio, vt tanto ſtudio eã à cœpto reuocarent reditu, in quo ſeſe potius illi comites exhibere volebant.

Præclaro autem verborum artificio eam nituntur reprimere, dum illi ſignificant, id vnum ab ipſa expoſcere, quod puellis, feminisve, quibusque maximè ſolet eſſe in optatis, vt videantur, & pulchritudine celebrentur.

Idcirco bene pro, *Reuertere*, tam in Hebræo habetur Verbum שׁוּבִי ſciubi, quàm in verſione Septuag. ἐπίστρεφε, quæ proprie corporis, & faciei cõuerſionem ſignificant, ſicve & in noſtra Vulgata verbum, *reuertere, reuertere*, proprie ſumẽdum eſt pro, *conuertere*, vt quod hic dicitur, tantumdẽ ſit, ac ſi a puellis illis diceretur.

PARAPHRASIS. Quæ vere illa es pacifica, illave præcipua Salomonis ſponſa, ne tam celeri properes curſu; ſiſte aliquantulum gradum, *reuertere* paruumper ad nos *conuerte* faciem tuam, *conuerte* temet, vt noſtros in te conijcientes oculos, inſigne illud pulchritudinis, & ſpeciei tuæ intueamur ſpectaculum.

II. SENSVS. At verò, ſi in ſuperiori ſententia, iuxta ſecundũ illius ſenſum ſponſa in itinere exiſtens ad hortum nucum, rationem attulit, cur eo ſe conferret, curam, ac ſolicitudinem eius horti, ingentemq. metum, ne quid in fructibus, floribus, germinibusve voluptuoſi loci illius ſui factum eſſet damni per quadrigas Amminadab. Nunc exiſtimandum, eaſdem puellas quatuor in his eniti. Primum, ab eius animo omnem illum auferre metum, quo adeo conturbatam eam perceperant; Secundum, nimiam quoq. ſolicitudinem illam horti, in quo tũc haud reperturа eſſet dilectum ſuum, ex eiuſdem tollere præcordiis.

Tertium, ipſam ab illo auertere itinere, reditũ ei potius perſuadentes, quò dilectum ipſum ſuũ conueniret: Et quartum per faciei conuerſionem ſpectaculum ab illa extorquere eximiæ eius pulchritudinis, qua inſtar miraculi, & prodigii inſignita eſſet. Vnde congruentiſſimè propter hæc quater vnum idemq. repetunt verbum, *reuertere*, ſeu iuxta Originalia Hebr. & Sept. *Conuertere*, licet haud ſemper illud vno vſurpent ſignificatu: Aeque eſt enim, ac ſi deſcendentem in hortum ſponſum his alloquantur verbis.

PARAPHRASIS. Nil eſt, quod metuas; Salomonis Regis es ſponſa, *reuertere*, quis horto, villiſq. regiis damnum audeat inferre? Quid tu tanta huius horti tui prementis ſolicitudine, quæ ob ſummam, qua intrinſecus prædita eſſe ſoles, pacem, per antonomaſiam pacifica meritò nominaris? *Reuertere* iam abſq. ſolicitudine vera *Sulamitis*: *Sulamitis* certe diceris, quia Salomonis coniux, *reuertere* ergo ad Vrbem, vbi cum ipſo ſis coniuge illo tuo dilectiſſimo, *conuertere*, quæſumus, aliquantulum, *conuerte* ad nos faciem illam tuam, *conuerte* te ipſam totã, vt tanto fruamur ſpectaculo ſingularis pulchritudinis tuæ.

II. SENSVS. Soto Maior. Sunt, qui, nedum negant, has voces eſſe reuocãtium ſponſam ab itinere, quod cœperat, ſed affirmant, eſſe potius lætantium, gratulantium, acclamantium, ac bene precantium eidem iam de hortis nucum reuerſæ, quod ita explicat Soto Maior, vt videatur eſſe in verbis figura, quam Rhetores vocant energiam, qualis eſt illa apud poetam.

Italiam, Italiam primus conclamat Achates,
Italiam ſocij læto clamore ſalutant.

Del Rio. Martinus verò Del Rio ſumptam inquit locutionem ex communi more, quo ſolemus, quando puerulos videmus accurrentes expanſo ſinu, dicere: Eia accurrite, venite celeriter, &c. Ac ſi puellæ gratulantes reditum ipſum, ſic ſponſam alloquantur: Bene eſt, ſufficit, bonum factum, quod rediſti. Mihi duo priores ſenſus magis arrident, vt pote præcedentibus magis conſoni, & ſubſequentibus.

Verſ. XII. Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

Expoſitio Secunda. De Prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

I. SENSVS. *Concionatores ſanctos a ſe auferri nollũt qui progredi optant.* VOces ſunt fidelium eorum, qui nuper ad fidem conuerſi ſunt orthodoxam, intelligentes quippe, Eccleſiæ ſtudium è conuerſione Iudaici populi conuerſum ad exteras, longinquasve Gentium nationes, & animaduertentes, illam propterea ſanctiores, ac doctiores, quos in ſe habet concionatores, perfectioresq. miniſtros, & membra, ſua inſigniora celeri ſtudio ad remotiores Prouincias directuram, haud à ſtudio quidẽ iſto tam ſancto, tamve præclaro eam auertere audent, ad quod ipſi potius & ſuas poſtmodum conferẽt partes: Nimiam tamen eiuſdem ſtudij, reditusve è conuerſione Iudaici populi, quem in medio ſui habent, comprimere nitũtur feſtinationem, energia maxima ab illa efflagitantes, vt quos aliò miſſura eſt viros ſanctitate, & doctrina inſignes, vel per aliquod temporis ſpatium ad ipſos conuertat, quò, nedum per illos erudiantur verbo, ſed & ſpectatores facti perfectiſſimæ eorum vitæ, præſtantiſſimam pariter eiuſdem Eccleſiæ, omnimodamque intueantur, & arguant in reliquis membris ſanctitatis, & rectitudinis pulchritudinem, in quam vnam, ut in ſingulare ſpectaculũ, iucundiſſime ſuos conijciunt oculos, vt pote Sulamitidis, & eius, quæ ſola pacifica eſt, pulchritudinem.

Verſ. XII. Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

Expoſitio Tertia. De Secunda ſponſa, quæ eſt anima iuſti.

II. SENSVS. *Scrupuli auertunt ab unione Dei* QVia cum nimis ſedulo examinandæ conſciẽtiæ ſtudio nimius quoq. metus offenſarũ Dei, nimiaq. iuncta eſſe ſolet ſolicitudo, & anxietas circa bona, quæ fiunt opera, circa meditationes, deſideria bona ſanctaſve cogitationes, prout in ſuperiori uerſu ſignificatum vidimus à pia anima, vnde conſurgunt qui vulgo appellantur ſcrupuli, animæ unionem cum Deo, uerumq. perfectionis incrementum impedientes: Merito nũc ſancti quiq. eãdẽ aĩam Deo ſponſatã ab his auertentes ſcrupulis, in hũc modum affari videntur.

PARAPHRASIS. *A Scrupulis auertitur pia anima.* Tu Sulamitidis, & pacificæ nomen ſortita es, vt quid tanto offendendi Dei timore concuteris, tantave fructuum operum tuorum florumq. deſideriorum, & germinum ſanctarum cogitationum ſolicitudine, nimiaq. iſta tua anxietate, deſcendens in hortum conſcientiæ tuæ, turbaris? *Reuertere*, à metu te auertens, *reuertere*, auertens te ab

DE B. MARIA

te ab anxietate tam grandi? Tu illa es Sulamitis Christi veri Salomonis sponsa, *reuertere* ad studiū vnionis cum illo, *conuertere* tuæ sanctæ conuersationis faciem, vt à tantis scrupulis auersam, oculos in te, conijcere possimus, præstantissimumq; perfectionis & sanctitatis spectaculum intueamur.

Vers. XII. Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

III SENSVS. *Maria, dū in cęlos assumitur, eă gratulatur Angeli.*

CONgruunt hæc peroptimè iuxta tertium sensum cęlestibus spiritibus cœlesti Virgini in cœlum tendenti congratulantibus, feliceme illi acclamantibus reditum. Reditum autem appellāt eius assumptionem in cœlos, vt audientibus nobis indicarent, tantam esse illius sanctitatis pulchritudinem, vt è cęlis potius descendisse, quam è terra orta videretur.

Magis tamen ad rem nostram dicemus, si hæc ipsa fidelibus eius deuotis tribuamus, qui in hūc modum illam descendentem in Ecclesiam deprecentur ingenti cum animi feruore.

PARAPHRASIS. *Conuertere, conuertere* verè *Sulamitis*, verè in nam, & in te vnum spectaculum, signumque illud magnum, quod apparuit in cœlo oculos nostros conijciemus.

Vers. XII. Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis. Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Reuertere ad me cœtus Israel, reuertere ad Ierusalem, reuertere ad domum doctrinæ legis meæ, reuertere ad suscipiendam prophetiam à prophetis, qui prophetāt in nomine Verbi Domini.

Cassiod. Greg. PP. Beda. Philo. Aponius. Anselm. Communiori sensu Cassiod. Greg. Papæ, Bedę, Philonis Carpathij, atque Anselmi, hæ sunt voces Ecclesiæ ad fidem inuitantis synagogam, dictam Sunamitem, quòd interpretatur captiua, atque despecta, quater dicere, *reuertere*, quia a quatuor mundi partibus in quibus Hebręi dispersi sūt, illam reuocat. Quod autem ait, *vt intueamur te*, ita explicat Greg. Pap. vt in pęnitentia sua omnibus Synagoga ostendat, quantum malum fecerit, quādo Deum suum cruci affixit. Cassiod. & Beda, vt pulchritudinem castitatis tuæ accipiamus. Anselm. vt in te vitam nostram inspiciamus, vel vt te pro nimia bonitate miremur. Aponius, qui hæc ad eamdem Synagogam dicta censet à Christo, quadrisona voce per quatuor Euangelia illam vocantem ad pęnitentiam, Vt per cōfessionem, ait, Trinitatis, & lauacri mundationem fructum dignæ pęnitentiæ imago nostra videatur in te.

Rup. Christo pariter ad eamdem Synagogam hæc tribuit Rup. Abbas, per Sunamitidem intelligens fidem, quam in ipsa reuocat Synagoga: Ac si dicatur. Tu ò *Sunamitis*, i. captiua, vel despecta, tu ò fides propter carnales cęremonias penè obliuioni tradita apud Synagogam, *reuertere* secundum quadrigas Euangelicæ prædicationis, *reuertere*, *vt intueamur te*, i. vnde iustificatus est Abraham, inde iustificari queant oēs, qui volunt esse, & veraciter dici filij Abrahæ, non ex lege, sed ex fide, & nos

A te intuentes, gaudebimus superne.

APPENDIX.

Iustus. Ad Ecclesiam hæc dicta asserit Iustus Orgelitanus, quam Sunamitidem appellatam censet; quia duabus ea similis fit Sunamitidibus fęminis, quarū altera calefactus est Dauid, alterius filium suscitauit Elisæus. Frequenter verò illi dictum, *reuertere*, vt etiam si conuersa deliquerit, in desperationem non decidat, sed a peccati consuetudine spei indulgentia resipiscat.

Ambros. Ad animam à Christo hæc dicta sumunt Ambros. Bernard. & Hugo de S. Victore, sed diuersimodè, nam Ambros. in lib. de Isaac c. 8. ait, Bene, & quasi agitator ad currum dicit: *Conuertere Sulamitis*, hoc est pacifica, quæ enim pacifica est anima, citò se conuertit, & se corrigit, etiam si ante peccauit, & magis eam Christus ascendit, & regere dignatur, cui dicitur, *a Ascende in equos tuos, & equitatus tuus sanitas.*

Pacificus facile corrigitur.

B

a Abac. 3. 8.

Iuxta Sep. Bernard. Bernardus autem serm. 3. in Annuntiat. Domini, Propterea, inquit, fortè quater reuocat animā, quam respicit, quo nec in peccandi cōsuetudine, nec in conscientia, peccatorum, sed nec in tepore, & torpore ingratitudinis, aut in elationis cæcitate persistat.

Et in serm. 3. ex paruis; Quater, ait, Dominum dicere, *reuertere*, propter quadruplicem superbiā, per quam ab ipso auersamur, superbiam cordis, oris, operis, & habitus.

C Idemq. Bernardus totum serm. 58. item ex paruis, super his verbis consumens, dicit: Reuertere primo ab inepta lætitia, secundò ab inutili tristitia, tertio ab inani gloria, quarto à latenti superbia. Inanis gloria est, quæ ab ore venit extrinsecus, superbia latens oritur intrinsecus. Cum hæc omnia vitia reliquerit anima, intuebitur eam spōsus eius, ob hoc autem debet ab illis abstinere, vt digna fiat eius complexibus.

Hug. Vict. Hugo de S. Victore eruditio. Theolog. ex Miscellan. 2. lib. 2. titu. 24. Quater, inquit, Dominum eidem dicere, *Reuertere*, ac si dicat; Reuertere à meis, quia mirabilia sunt, a tuis, quia praua sunt, a te, quia omnis caro fœnum, ad me, quia summū bonum ego sum. Non potes me videre, nisi prius intueamur te. Nescio quid maculæ habes in facie: D turpis es, alienam imaginem portas: Munda ergo eam, *vt intueamur te.*

Theod. Ad eamdem animam, sed a ministris sponsi, dicta hæc putat Theodoritus, ad animam inquam, illam, quæ, cum prædicationi indulget, tentationes, ac persecutiones sustineat, Sulamitem, ac pacificam nūcupatam, vt sensus sit: Non timeas eos, qui te persequuntur, sed pietatis prædicationem profer. Currus ne formides, bellum ne metuas, quæ pacifica, & tranquilla nominaris, si enim in disciplinæ prædicatione persisteris, regnum tuū intuebimur. Vt hæc similia sint ijs, quæ ad Paulū *b* tentationibus afflictum à Domino dicta legimus; *Sufficit tibi gratia mea, &c.*

b 2. Cor. 12. 17.

E Tres Patr. *Contemplatio minus quamvelis quendā, vt proximus instituatur* E contra apud Tres Patres discipulæ potius tentationibus, & perturbationibus concussæ ista ad eam habent animam, quæ quietæ indulget contemplationi, ac si dicant. A contemplationis sublimitate ad moralem quatuor generalium virtutum doctrinam descende, atque ex quadruplici earum ratione nos, quæ perturbationibus adhuc commouemur, rege atque institue, ò Sulamitis, ò quæ ab omnibus perturbationibus libera, pacis nomen habes; & ea spectabimus in te, quæ propter nostram imperfectionem adhuc in nobis non vidimus.

Philo Car. Philo quoque Carpathius à sponsi socijs ad piam

APPENDIX. piam animam dicta exiſtimat, & noua lectione legit: *Conuertere, conuertere Odollamitis,* &c. ponderanſque quadruplicem vocationem, & vim nominis odollamiti, quod interpretetur, Teſtimonium in aqua, ait, illam vocari ad Eccleſiam, quæ teſtimonium dicit in aqua ad lauacrum regenerationis, in quo confitetur, teſtaturque myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, ac propter huiuſmet Trinitatis confeſſionem ter eamdem animam vocari, inquit, addique & quartam vocationem, vt nimirum illa vltra eam confeſſionem ſanctis actionibus, & exemplis digne conuerſetur, Ac ſi dicatur. Conuertere à prauitate ad innocentiam, ab omni genere malorum ad virtutes omnes, & tunc aſpiciemus in te Ieſum Christum dicentem, *a Inhabitabo in vobis, & inambulabo.*

Ad Eccleſiã vocatur ſ- que anima fidelis.

a 2.Cor.6. 16.

Ab eiuſdem ſponſæ ſociis ad piam animam, quæ ex hac vita ad cœlum euocata ſit, dicta hæc ſumit Ambroſius oratione de obitu Valentiniani, vt dicentes, *Conuertere Sulamitis, conuertere, conuertere, & videbimus te,* in hunc modum illam alloqui videantur.

Ambroſ.

Conuertere ad nos pacifica, vt gloriam tuam ſororibus monſtres, & incipiant, ſe tuæ quietis, & gratiæ ſecuritate ſolari, ſemel tantum ad nos conuertere, vt te videamus, & rurſus conuertere, atque ad Ieruſalem illam Ciuitatem Sanctorum tota intentione feſtina. Quamquam poſtmodum idem Ambroſius eodem loco ipſi animæ à Christo hæc dicta accipiat, vt is animæ iubeat, paulisper conuerti, vt nobis gloria eius appareat, & requies futura cum Sanctis, & poſtea præcipiat illam ad ſupernum Sanctorum feſtinare conſortium.

Demum Hugo de S.Victore eruditionis Theologicæ ex Miſcellaneorum 2.lib. 3. ad B.Virginem hæc dicta accipit, vt quarer à fidelibus illi dicatur, *Reuertere,* inuitantibus eam ex quadruplici capite ad ſibi opem ferendam. Ac ſi dicant. Reuertere per naturam. Numquid quia ita ſublimata es, ideo noſtræ mortalitatis es oblita? etſi à miſeriis noſtris te ſubtrahit gloria, reuocat tamen natura. Reuertere ſecundò per potentiam, quantò in cœlis es potentior, tantò miſericordior eſſe debes. Quomodo illa poteſtas tuæ potentiæ poterit obſiſtere, quæ de carne tua carnis ſuæ ſuſcepit originem? Accedis ad illud reconciliationis altare non ſolum rogans, ſed & imperans. Reuertere tertiò per amorem, amore etenim nos amas inuincibili. Reuertere quartò per ſingularitatem. In manibus tuis ſunt theſauri miſericordiæ Dei. Abſit, vt ceſſet manus tua, neque enim tua gloria minuitur, ſed augetur, cum pœnitentes ad veniam, iuſtificati aſſumuntur ad gloriam. Reuertere ergo Sunamitis, ideſt, deſpecta, quæ fabri vxor es appellata, cuius animam pertranſiuit gladius, vt intueamur te. Summa gloria eſt, te poſt Deum videre.

Hug.Vict. *Mariãque fortiter et quomodo deuoti intuens.* APPENDIX.

Finis Capitis Sexti.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

1 QVID videbis in Sulamite nisi choros castrorum?
Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamen-
tis, filia Principis! Iuncturæ femorum tuorum
sunt monilia, quę fabricata sunt manu artificis.
2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam in-
digens poculis. Venter tuus sicut aceruus tri-
tici, vallatus lilijs.
3 Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.
4 Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ in He-
sebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut tur
ris Libani, quæ respicit contra Damascum.
5 Caput tuum vt Carmelus; & comæ capitis tui sicut purpura Re-
gis vincta canalibus.
6 Quàm pulchra es, & quàm decora charissima in delicijs
7 Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.
8 Dixi; Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius; & erũt
vbera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut malorum.
9 Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad po-
tandum, labijsque, & dentibus illius ad ruminandum.
10 Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.
11 Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.
12 Mane surgamus ad vineas, videamus, si floruit vinea, si flores fru-
ctus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera
mea.
31 Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma;
noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

CAPITIS SEPTIMI
VERSICVLVS PRIMVS.
QVID VIDEBIS IN SVLAMITE NISI CHOROS castrorum?

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LITTERA.

Hortolan. Soto Mai.

IN hebraico textu verba ista cum ijs vno iunctam sunt versu, quæ immediatè præcesserunt, à quibus & septimum caput exordium sumit: Tametsi è vestigio aliqui sint ex nostris, qui Hebræorum opinioni nitentes, nedum superiora, sed & ista ad finem reijciant capitis 6. Sed hæc parum referunt, cum constet quoad rem, hæc ita ad superiora spectare, vt & cum sequentibus optime cõnectantur. Illud apud Expositores maioris est difficultatis, cui nam ista ipsa assignanda sint, existimantibus pluribus ex Sanctis Patribus, sponso ea tribuenda. Sodalium sponsi eadẽ esse arbitrantur nonnulli: Alij vero sociarum sponsæ. Sũt, qui partem, *Quid videbis in Sulamite*, tribuant sponsæ: secundam verò partem illis eius sociabus, quæ iam dixerant: *Reuertere, vt intueamur te*. Ac si premissę interrogationi: *Quid videbis in Sulamite?* ita respõdeant. Quid? *nisi choros castrorum?* scilicet videbimus. Mihi congruentius tota hæc sententia ipsimet tribuenda videtur sponsæ, satisfacienti breuiter, & respondenti duobus, quæ à sociabus dicta sibi fuerant in præcedentibus verbis, vt in explicatione germani sensus exponam, antequam enim sensum ipsum edisseram, nonnulla sunt animaduertenda. Primum, apparere manifestè tam ex lectione Hebraica, quã ex versio Sept. id, quod in nostra Vulgata legimus, *Quid videbis*, singulari numero sumendum vt positum pro plurali. *Quid videbitis*, prout sæpe moris est sacrarum litterarũ. In secunda quoque parte animaduertendum, pro eo, quod in vulgata legimus. *Nisi choros castrorũ*, in lectione Hebraica haberi dictionem כמחלת chimholath, quæ in accusatiuo verti potest, *sicut*, seu, *quasi chorum*, necnon & in recto, *quasi chorus*. Vnde cum altera vox המחנים hammahanaim *castrorum*, dualis sit numeri, sensum huius sententię censuerunt aliqui. *Quid videbitis in me Sulamite* ò vos, qui ita dispositi estis, seu, quæ ita dispositæ estis, *tamquam duo chori castrorum*, vt me intueamini? Cui tamen sensui repugnant nedum Vulgata, sed & versio Sept. habens. *Quæ venit*, seu, *vadit sicut chori castrorum*. Ex qua versione Sept. crediderim motos alios, vt hisce ipsis talem assignarent

Legionen. R. Abrah.

Michaelis, Ghislerii.

A sensum. *Quid videbitis*, quid est, quod videre possitis, quid est, quod videatis in me Sulamite, quæ ob multiplicem comitatum tamquam *chori castrorum* incedo. Quibus ipse non assentio, cum censeam, in prædictis verbis aliquid assignari, quod spectandum sit. Sed & circa hoc aliquid pariter animaduertendum est, haud planè cõstare, quidnam istud sit, quod à sponsa assignatur in ipsa spectandum per allatam similitudinem istam ad choros castrorum. Aliqui enim eam asserunt maiestatem, ob quam in superioribus dicta fuit *Terribilis, vt castrorum acies ordinata*. Vnde Genebrardus ita hæc paraphrastice reddit. Nihil in me spectabitis, nisi triste, durum, seuerum, graue, terrificũ, vt in castrorum choris, nihil, nisi castrensem formam, habitum, vitam, faciem tumultuariam, turbulentam, tetricam, & terrificam, vt hæc nõ tam in laudem dicta sint, quàm in humilitatem. In laudem vero simili sensu sic dicta hæc explicat Martinus del Rio: Nihil videbitis, nisi terrificam quamdam, & admirabilem maiestatem, qualis in castris conspicitur ad pugnam expeditis: nihil in motu cernetis languidum, molle, vel inconcinnũ, cuncta expedita, robusta, & animi, viriumque plena agmina in procinctu. Comitatum ipsum suum pro insigni, quod in se spectandum sit, assignari existimauit Soto Maior. Quid in me intueri aliud licet, nisi multitudinem quamdam innumerabilem virorum, ac mulierum, qui in modum castrorum vndique acclamantes, circundant me, ducentes choros, seu choreas exercentes? Denique lætitiam, & exultationem ipsam suam assignatam in his à sponsa spectandam, opinati sunt aliqui. Vnde idem Soto Maior: Quid in me intueri vobis licet, preter speciem quandam chori, seu choreæ, id est, saltationis castrensis, seu militaris, & bellici apparatus.

LITTERA.

Genebrar.

B

C

Soto Mai.

Soto Mai.

D His animaduersis, germanum iam eorum, quæ hic dicuntur, eruamus sensum. Puto autem, sensum duplicem & hæc habere posse, sicut & superiora duplici pariter sensu vidimus explicata.

I. SENSVS.

Vel enim in præcedentibus, *Reuertere*, &c. obuiæ puellæ iuxta primũ sensum nimiã sponsæ festinationẽ ad sponsum redeuntis cõpescere conabantur, & tunc ad id, quod illæ dixerant, *Reuertere, reuertere, &c. vt intueamur te*: tamquã duobus dictis vnica hæc respondet sententia, facto festinum

LITTERA. suum prosequens iter, aptissimisque verbis duo simul efficiens; Tacite enim illas vicissim ad reditum illum simul peragendum inuitat, & id, quod intueri in ipsa deberent, peregregie proponit, spectaculum sanè simul iucundissimum, ac nobilissimum, dicens. *Quid videbitis*, seu efficacius, vt legit Aquila, *τί ὀψεσθε*, *quid quasi spectaculum intuebimini in Sulamite, nisi choros castrorum?* Atque est enim ac si dicat.

PARAPHRASIS. Quid in me intueri existimatis, quam detinere bitinuni festinantem ad Salomonem dilectũ meũ? Nonne Sulamitem, & eiusdem Salomonis coniugem me nuncupatis? Nullum profectò aliud in *Sulamite* intueri licebit spectaculum, nisi me vobiscum eo cum gaudio, eaque cum exultatione obuiam dilecto meo procedentem, quo castrorum *chori post victoriam* suo obuiam procedunt Imperatori. Similem namque exultationem vna cum grauitate, & maiestate in me videbitis, quæ si à vobis comitata fuero, & *tamquã chorus castrorũ* ero (lectione Hebr.) & *quasi castrorum chori* vadam (lectione Sept.)

II. SENSVS. Quod, si in præcedentibus, iuxta secundum sensum, puellæ, quæ obuiam factæ fuerant eidẽ sponsæ descendenti in hortum nucum, & nimis solicitæ, ac pauidæ pro germinibus, floribus, atque fructibus eiusdem horti, metum omnem, omnemque solicitudinem ex eius corde auferre intentes, ab coeptam reuocarunt itinere, illi persuadentes, vt eò potius reuerteretur, vbi dilectum suum repertura esset, in Vrbem; in quam & ipsæ tunc tenderent. Docendum, eandem sponsam, audito nomine illo Sulamitis, quo simul & Salomonis dilecti sui nomen concepit, ita commotam, vt illico reditum cæperit cum eiusdem puellis; Atque vt eo nedum facto ipso se illis ostẽderet obsequentem, sed & verbis pariter interna animi sui in reditu ipso gaudia eisdem nota faceret, hæc ad illas habuit: Quinimmo exigua hac oratione: *Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum?* quatuor ijs satisfacit, quæ quadruplicato verbo, *reuertere*, illæ efflagitarant ab ipsa, exclusionem nimirum pauoris, solicitudinisque nimiæ, reditũ ad vnionem cum sponso, atq; exhibitionem insignis spectaculi pulchritudinis suæ. Aeque enim est, ac si dicat.

PARAPHRASIS. Id mihi suadetis, vt quæ Sulamitis sum, & pacifica ad Salomonem reuertar dilectum meũ absque timoris, & solicitudinis perturbatione, quò me verè pacificam cum gaudio redeuntem tanquam pulchritudinis spectaculũ intueri possitis. En, vestræ obsecundans suasioni Sulamitem re ipsa me exhibeo, atque vt Salomonis sponsa vobiscum reuertor ad Vrbem, in qua me illum reperturã promittitis. At, dum vobiscum reuertor, *quid* amabo *in me videbitis*, quam pacificam appellatis? Certè haud aliud intuebimini, quam id, quod vos ipsæ mihi suadetis, vt absque pauore, nimiaque rerum mearum solicitudine læta procedam. Haud aliud videbitis, quàm *choros castrorũ*, quàm gaudium, & exultationem? Licet enim horto meo aliquid metuam, ac pro illo sim, vt decet, solicita, læta tamẽ intrinsecus sum, & vere Sulamitis, atq; pacifica, atq. adeò cernetis me vobiscũ euntẽ quasi *chori castrorum*. Sicut enim castra semper castra sunt, & vt militaria non sine aliquo metu, aliquave solicitudine, chorosque nihilominus pacis tempore agũt summo cum gaudio. Ita & ipsa pariter pacifica existens, vna cum metu, solicitudineque prædicta læta progredior, exultans, & gaudens. (Simile.) Confirmari potest hic sensus ex significatione vocis Hebraicæ, quam noster cum Sept. vertit no-

A minis chori. Ea enim nedum chorum significat, id est, plurium caterua, aut saltantium conuentum, sed & gaudium, ac exultationem. Vnde in psal. 29. per gaudij vocabulum illam redditam reperimus, vbi legitur, *a Conuertisti planctum meum in gaudium mihi*. (DE ECCLESIA.) (a Psal. 29. 12.)

Circa lectionum varietatem, prætereà, quæ ex dictis colligi possunt, duo animaduertenda sunt, quoad versiones Hebraicæ vocis, quam tam Sept. quàm noster Interpres, aliique, iuxta proprium significatum, chori vocabulo reddidere, Symmachum, dum alio pacto, diuersissimoque significatu eam vertit, *in vulnerationibus*, ita enim hũc reddidit locum. *Quid intuebimini spoliatam in vulnerationibus castrorum* (Symmach.) B aliam in Hebr. textu habuisse lectionem, nempe, במחלת bimholoth, à verbo חלל alal, quod significat vulnerare. Quod verò in Complutens. Bibl. iuxta versionem Sept. legitur, *Quæ vadit sicut herba castrorum*, mendum esse, vt pro voce, χόροι qua verè vsi sunt Sept. mẽdose excussum sit, χόρτος herba.

Vers. I. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

C Fidelibus, qui spectatores fieri optabant Ecclesiasticæ pulchritudinis in SS. Prædicatorũ cõ ominibus, & conuersatione, ideoq; Ecclesiã ipsam in superiori sententia ijs obtestati sunt verbis: *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere reuertere vt intueamur te*, exponit nunc Ecclesia, quid spectaculi ab eis conspici velit, quando in suis prædicatoribus reuertitur, id nimirum, quod in primis Sancti Prædicatores ab ipsis exposcent, nempe totum studium ad id potissimũ adhibeant, vt qui in continua huius mundi militia ex innumeris, difficillimisque aduersariorum prælijs victoriam reuexerunt, pacifice iam Christo Duci obuiam procedant per beneficiorum illius considerationem, atque, D vt castrorum chori gratias ei agãt in psalmis, & hymnis, iuxta illud Apostoli: *b In omnibus gratias agite, hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis*, Et *c Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, & commonentes vos ipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus], in gratia cantentes in cordibus vestris Deo. Omne, quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsũ*, Vt quod hic dicitur, tale, sit.

(I. SENSVS.) (Gratias Deo agere, eiusdemque beneficia meditari, ac celebrare, debet esse præcipuũ studium fidelium.) (b Thes. 5. 17.) (c Col. 3. 16)

Quid arbitramini, in me visuros vos esse, cum in meis sanctis Prædicatoribus pacifica vobiscum in pace pariter degentibus me detinebo? Nihil certè aliud, nisi id ipsum, quod post victoriam, E pacemque obtentam, in militaribus fieri solet castris. Sicut enim castra id vnum tunc student, vt choros agãt, suum celebrantes Imperatorem, per quẽ & victoriam adepta sunt, & pacem iucundissimam, vt ue in choris eidem procedant obuiam, grauissimoque suscipiant cõcentu. Ita & meum præcipuumque concionatorum meorum hoc erit studium, vt iugi psalmorum melodia Christum pacificum, victoremque, ac Ducem nostrum celebremus, chorisque gratiarum actionum ei obuiã procedamus, suscipientes, admittentesque illum in medio nostrum cantantium, choris benedictionum. (Simile.)

Vers.

DE ANIMA

Vers. I. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

II. SENSVS. *In iusto qd sit potissimũ spectãdum.*

PEregregium sanè sociabus in spiritu, pia anima proponit spectaculum, quod in ipsa videre possent, dum per obeditionem via vnitiua ad Deum progreditur dilectum suum. Spectaculum verò istud in eo situm est, quòd Sulamitis ob omnimodam existens pacem, cum gaudio quidem, & exultatione ad Deum pacis procedit recolens, quæ à Paulo dicta accipit: *a Gaudete in Domino semper, iterũ dico gaudete: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est*; ad quẽ scilicet tenditis. Quia verò idem Apostol. subijcit: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, ac obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescãt apud Deum, & pax Christi, quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.* Et quia in præcedentibus in hoc quoque Cantico ab illis ipsis, quas alloquitur, ita ad viam vnitiuã conuersa fuerat, vt tamen sine metu, atque solicitudine progrederetur; præclara similitudine ex choris castrorum desumpta ostendit, quomodo progrediens, & vt Sulamitis, atque pacifica gaudeat, cum grauitate tamen, ac modestia, qua militaria gaudent castra, & absq; nimio timore, nimiaque solicitudine vna cum fratribus choros agat, per orationes, & gratiarum actiones in choro cantantes, atque psallentes, cum debito tamen timore, de quo Petrus Apostolus: *b Cum timore*, ait, *incolatus vestri tempore conuersamini*, atque cũ solicitudine illa, quam necessariam censuit Paulus, cum dixit; *c Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* Eo planè modo, quo exultant, pæanaque canũt chori castrorum, in quibus etiã pacis tempore ob metus, debitamque ob Ducum solicitudinem excubiæ iugiter seruantur. Hoc itaque proponens spectaculum pia anima, dum ait: *Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?* tantumdem est, ac si breuiter dicat.

a Phili. 4. 4. Gaudium piæ animæ est cum debito timore & debitã solicitudine.

b 1. Pet. 1. 17.

c Ephes. 4. 3.

PARAPHRASIS.

Id potissimum admirabile in me spectetis licet quòd pacifica, tranquilla, & gaudens ad Deum pacis per viam progredior vnitiuam cum debito tamen timore, debitaque cum solicitudine, ita vt, si choros ago in psalmis, & hymnis, chori ipsi, gaudiumque meum simile dicendum sit choris castrorum, quæ vnà cum chori gaudijs metum seruant, ac solicitudinem etiam in pace.

Vers. I. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Maria dũ in calũ assumitur, qd spectãdum.

COngruunt per optime hæc B. Virgini, dum in cęlum assumitur, vt dicta quidem ad cœlestium spirituum choros, qui illi obuiam fuere, mediamq; inter se ad celsissimum cæli thronum illam deduxere, iuxta sensum illum, quẽ in 1. expos. nu. 2. allatũ videre potes. Iuxta verò lectionẽ nostram, vt dicta ad adstãtes Apostolos, qui in versu præcedenti illam ad se reuocarant, ait, spectandos tunc ab eis cælestium castrorum choros, quibus ipsa comitata incederet.

Sed congruentius ijs, quæ dicta sunt à nobis in *Michaelis, Ghislerii.*

A præcedentibus, pollicetur his verbis ipsamet Virgo Gloriosa opem suam deuotis illis, qui eam, vt ad ipsos sese conuerteret, exorarant. Tria autem in ope sua spectanda eis proponit, quæ ipsis suo affert aduentu, suaq; ad eos conuersione: Pacem nedum externam, sed & internam, exhibẽs se eis Sulamitẽ, atque pacificam. Intima animi gaudia, Tutelam ab imminentibus aduersariorum insultibus vniuersis. Acque est enim, ac si dicat.

APPENDIX

Maria qd opis afferat deuotis suis.

PARAPHRASIS.

Cum ad vos me conuertã, animaduertetis me, vt Sulamitem, pacem vobis conferre, idque maximè admirabimini, q, cũ instar piæ fortiũ castrorũ vos tuear, gaudio nihilominus, & exultatione vos perfundã, aduenies sicut chori castrorũ, ita vt nil B magis pro spectaculo, quod exposcitis, vobis intuendũ in me proponã, quã ipsos *choros castrorũ*.

Vers. I. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

Appendix Expositionum. Ex Antiquis. Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Quid prodest vobis, ò Prophetæ falsi, vt decipiatis populũ, qui est in Ierusalem, in Prophetia vestra, qua vos loquimini auersionem contra verbum Domini, vt profanetis castra Israel, & Iuda.

C Communiori sensu hæc à Patrib. sumuntur, vt à sponso ad Ecclesiam dicta de Synagoga, quam illa in præcedenti sententia iteratis vocibus reuocarat ad fidem. Ac si dicat, Erit tempus, quo conuertatur, tunc nihil *in ea videbis, nisi choros castrorum*, id est, nisi charitatis concordiam, & stabile robur fidei, quo pro fidei meæ defensione pugnabit. Hæc quippe, quæ modo Sulamitis, captiua, & despecta est, conuersa ad fidem, concorditer cum Ecclesia ipsam prædicabit fidẽ, & pro eadem fide vsque ad mortem pugnabit. Ita Cassiodorus, Gregor. Papa, Beda, & Anselmus, licet Anselmus chori vocabulum non tam ad prædicationem, quàm ad psalmodiam referat, vt significetur, in Synagoga D tunc videndos cantantes, & psallentes Domino, in quibus ipsemet militet Deus. Sed melius à Ruperto Abbate ita hæc redduntur. Quid aliud videbitis in Synagoga, cum fides in ipsam redierit? Numquid sanguinem victimarũ? numquid circũcisionis cauterium? Nihil omnino, nisi choros castrorum, idest laudes, seu cantiones prælantium, prælia laudantiũ, & cantantium, quod suauissimum, quod verè est pulcherrimum, laudãdo chori præliantur, præliando castra laudant.

Synagoga ad fidẽ conuersa, erit chorus castrorũ, quia fidem prædicabit, et pro illius defensione pugnabit.

Cassiod.
Greg. PP.
Beda.
Anselm.
Rup. Abb.

Oratio est prælium.

De Ecclesia hæc dicta sumunt Ambr. orat. de obitu Valentiniani, Theodoritus, Philo Carpathius, & Iustus Orgelitanus. Et quidem Theodoritus arbitratur, ea dicta à sponso, ac per ipsa significari, Ecclesiã è multis sanctis conflatam, cũ pro- E pter fortitudinem, atque excelsum animi robur, armaque militaria castris esse similem, tum etiam chorum existere, diuinas laudes in ore gerentem. Iure autem, ait Theodoritus, dicitur. *Quid videbitis in Sulamite, quæ venit sicut chori castrorum?* non, sicut castra chororum. Ex castris enim fiunt chori, siquidem cum in castris vicerint virtutis milites, pæana canentes, reuertuntur, & choros ducentes, victoriæ præconium laudibus concelebrant.

Ecclesia sicut in orationes dicitur chorus sic ob spiritualem pugnã dicitur castra.

Ambrosi.
Theodor.
Philo.
Iust. Org.

Ex castris chori, non è cõtra, quia è victoria laus, & oratio.

Quòd Ecclesia dicatur sicut chori castrorum, Ambrosius quidem oratione de obitu Valentiniani, & Aponius videtur referre ad spiritale bellũ.

Ecclesia ob varios San

APPEN-DIX. At Philo Carpathius, & Iustus Orgelitanus ad varios, qui in ea sunt sanctorum ordines, cęlestibus Sanctorum Angelorum castris similes, qui, vt ait Iustus, in certamine constituti, & Deo muniente, semper inuicti sunt.

Horū ordines dicitur sicut chori castrorum. Ambros. Aponius. Philo. Iustus Tres Patr. *Iusti ata in cęlos tendēte, prœliorū victoria in ea vidētur speciosa.*

Ab anima ad discipulos hęc dicta sumunt Tres Patres apud Theodoritum, sic illos alloquente: Quidnam conspicietis in me pacifica, quæ ex perturbationum bello multiplex redeo, sicut chori quidam ex prælio reuertentium victoriæ præconium celebrantes. Cum enim strenue vos in certamine aduersus vitia, virtutum institutis, & moribus gesseritis, horum rationes vti victoriæ laudes concinitis.

Ad animam denique ad cœlum euocatam dicta hæc a Christo existimat Ambros. vnde in oratione de ob. Valent. ait: *Quid videbitis in Sulamite, quæ venit sicut chori castrorum?* hoc est, in ea, quę multum, & aduersus plurimos in corpore præliata est. Etenim pugnauit aduersus extraneos hostes, pugnauit aduersus lubricas sæculi mutationes, pugnauit aduersus corporis fragilitates, aduersus multiplices passiones. Amb.

Ex Vers. I. Quam pulchri sunt gressus tui calceamentis, filia Principis?

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

PVellæ illæ, quas in principio huius quinti Actus sponsæ, per agros progredienti, vidimus obuias, insigniq. encomio illo, *a Quæ est ista, quæ progreditur sicut aurora consurgens, &c.* (a Cāt. 6. 9.) eius admirantes progressus, pulchritudinemque eximiam, post colloquium mutuò hucusq. cum illa habitum, comites sese tandem ei exhibent, redeunti in Vrbem ad dilectum suum, panegyricāque instituunt laudem ipsius, orationem sanè per egregiam, quam vicissim contexunt, in ipsoque habent itinere. Vnde & ab eo illam exordiuntur, quod ad iter illud potissimum spectat, quove id perficitur, à gressibus, & à pedibus, hancque germanam censeo rationem, cur in sermone isto panegyrico contrario procedatur ordine ab illis, quibus eadem sponsa superius celebrata fuit à sponso in cap. 4. & 6. quorum initium ab oculis, capiteque desumptum est, descensumq. postmodum ad encomia inferiorum membrorum, cum hic, quandoquidem ex prædicta oratione ab infimis pedibus exordium est sumptū, ne incongruus fieret saltus, recto pariter ordine de inferioribus ad superiora ascendatur. Totius quoq. panégyricæ orationis huius, istiusve exordii & id in primis occasio extitit hisce eiusdem sponsæ comitib. quod ab illa iam iam sibi dictum acceperāt, *Quid videbitis in Sulamite nisi choros castrorum?* quibus & se pariter intellexerant ab ea celebratas, quod vna cū ipsa choros agerent in itinere ad spōsum, & tamquam castra præfortia ipsam ambirent.

Cur ordo ī versus hic sit in laudibus mēbrorum spōsæ.

I. SENSVS. Videntur autem in isto exordio argumentum desumsere, quod Rhetores vocant. A minori. Pro cuius argumentationis intelligentia animaduertendum est, vocabulum, *filia Principis*, re vera idesse ipsum, quo eamdem insigniere in fine capitis quinti, quove ipsamet sponsa in principio huius c. 7. gloriari visa est, dum illud reassumens, dixit:

A *Quid videbis in Sulamite?* Iam enim supra ostensū est, eam dictam Sulamitem, quasi Salomoniam, & Salomonis coniugem, hocve ipsum alijs vocibus iis, *Filia Principis*, significant hæ puellæ, per Principem absolute pronuntiatum designantes Regē Salomonē, & per antonomasiam Principem, gloriosum. Filiæ vero eius Principis appellatione blandè eam illius dixere sponsam, & coniugem eo modo, quo in psalmo item epithalamij Regina illa, cui dictum fuerat, *b Concupiscet Rex decorem tuum*, filia Regis postmodum nuncupatur, vbi dicitur, *c Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus.* Quin & nostris quoque temporibus id in more esse obseruamus, vt à viris ipsis sponsæ, coniugesq. suæ blāda appellatione filiæ nuncupentur, vt sup. ostēdimus, dici pariter sorores. Hoc aīaduerso exordii huius argumentatio vī esse talis.

LITTERA. *Filia vocabulū vsurpatum pro sponsa, & coniuge.* b Ps. 44. 12 c Ps. 44. 14.

B Pag. 647.

Quid videbimus in Sulamite? Videbimus te gloriosissimi Principis Salomonis sponsam vtq. talis sponsi filiam, & coniugem grauissimo progredi incessu, & calceamentis, quæ inter ornamenta membrorū haud extremū obtinent locum, talem se exhibere, qualem tanti Principis decet vxorē. Quid de præfulgidis, nobilioribusve ornamētis? quid de singulis ipsis dicemus membris, quibus præ ornamento omni decora es? *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis?* Non valemus exprimere decorem gressuum tuorum in talibus calceamentis. Calceamenta ipsa tua sat celebrare nequimus, quō extollemus cetera, quę in te videmus perillustria decoris, & pulchritudinis spectacula?

PARAPHRASIS.

C

Quia verò fere cōi omnium Expositorum consensu filiæ vocabulum haud pro coniuge, sed pro filia ipsa sumitur, ne oīno ab aliorum sententia discedere videamur, alio insuper sensu admodum probabili hæc eadem exponere possumus. Vt puellarum intentio in his ea potissimum extiterit, vt orationem suam pedibus infima totius corporis parte exordirentur. In pedum autem encomio triplicem potissimum conferant laudem, primam de sumptam ex eorundem pedum motu, graui, scilicet, & concinno, secundam ex calceamentis, quibus pedes ij decori essent, & tertiam ex ingenuitate, & nobilitate, quam ex ijs pedum gressibus, nec non & ex calceamentis tam insignibus argue-

II. SENSVS.

D re vnicuiq. in ea liceat, sicve metonymice pedes ipsos ab eorum gressibus, calceisve designant. Porro singulæ laudum istarum sunt præstantissimæ. Quàm .n. magni momenti in sponsa sit gressuum laus, exinde arguere licet, quòd inter mulieris meretricis opprobria, illud assignatur potissimum, q̄ peruersi sint gressus eius, vagi, inconcinni, & qui vix percipi queant. Vnde in lib. Prouerb. cum talis describitur mulier, *d* dicitur *vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis.* Et alibi, *e Vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles.*

Gressuum laus quāti faciēda sit in puella honesta. d Prou. 7. 11 e Prou. 5. 6

E Quàm eximia quoque sit calceamentorum laus, vno sat est, vt probemus sacræ scripturæ loco, verbis nimirum illis, quibus Iudith, quæ inter alia pulchritudinis ornamenta, pedum etiam calceamentis se exornauit, cum pulchritudine, decoreque suo Holophernem capere voluit. In cantico, quod, post receptam de illo victoriam, cecinit, hæc habuit, *f Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius.* Ex ambabus quoque his laudibus gressuum & calceamentorum meritò infertur & tertia ingenuitatis, ac nobilitatis, cum prout dicitur in lib. Eccles. *g Amictus corporis, & ingressus hominis enuntiant de illo.* Itaque quod hic dicitur iuxta secundum sensum istum, breuiter tale est.

f Iud. 16. 11 *Gressus indicant ingenuitatē hominis.* g Eccl. 19. 27.

Quid

METHAPHRASIS. PARAPHRASIS.

Quid videbitur, [illegible], cum tota pulchra ſis, cum nullum ſit in te membrum, quod ſumma non polleat pulchritudine? Vt ab infimis exordiamur pedibus, quibus iter agis modò ad dilectum tuũ, quid pulchrius conſpici iis poteſt in concinnis, decoris, grauibuſq. greſſibus quibus progrederis, atq. in perpulchrorum Sandaliorũ ornamentis? Siquidem tam illuſtreũ ſpectandamq. per illos te exhibes, vt qui progredientem intueatur, nemo iure ambigat, te haud ruſticam, agreſtiſve cuiuſpiam eſſe filiam, ſed Principis magni, ſicut tuus ille præ ſe fert inceſſus grauis, & maieſtate decorus.

Circa lectionum varietatem, notandum primò, quod admiranter, & per exclamationem tam in Hebræo, quàm in textu Vulgatæ dicitur, *Quàm pulchri ſunt*; in verſione Sept. uno verbo *ὡραιώθησαν* haberi, qđ propriè ſignificat, *ſpecioſi facti ſunt*.

B Notandum ſecundo, Hebraicam vocẽ, פעמיך pengamaich, tam greſſus ſignificare, vti eam ſumpſere Sept. & noſter Interpres, necnon & pleriq. Hebræorum, quàm pedes ipſos, quomodo illam redditam reperimus in verſione Sanctes Pagnini, & Bibliorum Regiorum. Quo ſenſu ſumpta, dicẽdum, ipſos ſponſæ pedes non tam ex greſſibus hic celebrari, quàm ex concinna calceorum adſtrictione, concinnaq. eorumdem forma, quæ melius conſpicitur, cum ipſis adſtricti ſunt calceamentis.

Notandum tertio, pro eo, quod in Vulgata legimus, *Principis*, in Hebræo eſſe vocem נדיב nadib, de qua & ſup. in verſ. 2. cap. 6. Porro vox iſta C hoc loco diuerſimodè ſumpta reperitur. Sept. enim pro nomine proprio illam ſumentes verterunt, *filia Nadab*, tametſi Ambroſius orat. in ob. Valent. ac lib. de inſtit. Virg. c. 14. Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum, & Caſſiodorus legant, filia Aminadab, eo nomine, quod in citato loco cap. 6. reperitur. Pro nomine proprio eamdem vocem accipiunt, qui Abraham deſignatum hic volũt, quẽ eo vocabulo inſignitum reperimus in lib. Gen. a vbi in Vulgata legimus. *Reſponderunt filii Heth: Audi nos Domine, Princeps Dei es apud nos*; atque hic quoque dici videatur *filia Abrahã*, cuius appellationem maximi apud Hebræos fieri ſolitum, exploratum eſt. Communiori tamen ſenſu appel- D latiue eadem ſumpta reperitur, non ſolum à noſtro Interprete, ſed & ab Aquila, *Principis*, illam vertente, & à Symmacho eodem ſenſu reddente illam, *Ducis*, quin & à ſcholio Græco, quod reperitur in annot. Codicis Sept. Vatic. legente, *filia* [illegible] id eſt *ſponte dantis, & liberalis*.

Ambroſ. Hierony. Caſſiod.

Agathius. Iſidorus.

Clarius.

a Gen. 23. 6.

Aquila Symmach.

Ex Verſ. I. Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis.

Expoſitio Secunda. De Prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

I. SENSVS.

MErito Catholicam Eccleſiam vt Chriſti veri Salomonis, verique Principis pacis filiã, atq. ſponſam admirantur fideles, & in pedibus potiſſimum eam admirantur, atque in pedibus progredientibus, perpulchriſque calceamentis inſignibus. Nam eadem ratione, iiſdemque propemodum verbis ipſius Chriſti pedes celebratos reperire eſt apud Iſaiam, vbi dicitur, b *Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem*. Attamẽ, tametſi magnum ſit id Prophetæ encomium, quo admiranter per exclamationem A dictum eſt, *Quàm pulchri ſuper montes* (ſcilicet perfectionis) *pedes*? Tamen, quæ ſpeciales ibi afferũtur, laudes perſpicuè, pacis prædicatio, annuntiatio boni, & prædicatio ſalutis non tam pedibus ipſis, quos ex communi Patrum conſenſu Apoſtolos eſſe nouimus, quàm Chriſto Principi tribuuntur, per quem & pax, & bonum omne, totaque ſalus mundo exhibita fuere, quive eadem in ipſis annuntiauit Apoſtolis, atque prædicauit. Verùm in præſenti item pedum ſponſæ eiuſdem Chriſti, & eorum Eccleſiæ miniſtrorum encomio qui huc illucve diſcurrunt, ad prouidendum pupillorum, viduarum, virginumque neceſſitatibus, nedum inſigni [illegible] celebrantur admiratione, & exclamatione. *Quàm pulchri ſunt*, ſed, & quæ adiiciuntur laudes, ita filiæ Principis tribuuntur, vt tamen mediis pedibus, miniſtriſque ipſis illi tribuantur. Licet enim Eccleſiæ laus magna ſit, vt tales habeat miniſtros, taleſque pedes, ipſorum tamen pedum laus in primis eſt, vt per ipſos fiant ab Eccleſia greſſus iſtiuſmodi, ad occurrendum neceſſitatibus fidelium per ſtudium operum miſericordiæ tam corporalium, quàm ſpiritualium. Idcirco prudentiſſimè, quæ hic loquuntur, haud ſimpliciter pedes expreſſere, dicentes, *Quàm pulchri ſunt pedes tui*, prout dictum vidimus apud Iſaiam, ſed loco pedum greſſus ponentes, qui per pedes ipſos fiunt, dixerunt, *Quàm pulchri ſunt greſſus tui*, ob eamque rationem alteram adiicientes laudem item per eoſdem pedes Eccleſiæ prouenientem, ſubintulerunt. *In calceamentis*, quibus profectò eatenus exornatur Eccleſia, quatenus iis ipſi calceati ſunt pedes. Quæ ſint autem calceamẽta iſta ab Apoſtolo Paulo declaratum habemus in epiſt. ad Epheſ. his verbis, c *Calceati pedes in præparationem Euangelii pacis*. Quid eſt præparatio Euangelii, calceamenta ſcilicet iſtorum pedum? Nihil aliud (inquit Io. Chryſoſt. hom. 24. in epiſt. ad Epheſios) niſi vita optima. Vnde colligimus, prædictis Eccleſiæ miniſtris vltra primam exercitiorum operum miſericordiæ laudem, adiici & alteram hanc illis adeò neceſſariam, vt ſine ea nullatenus pulchri dici ii debeant, quando ob ipſos dicitur de Eccleſia, d *Sordes eius in pedibus eius*. Vitæ ergo probitas, & perfectio ſanctitatis, eaq. iuxta Euangelium eſt, quæ maximè commendat tam pedes, quàm greſſus ipſos Eccleſiæ. Nec ſine cauſa calceamenta hæc deſcribẽs Apoſtolus haud ſat cenſuit dicere, *in præparationem Euangelii*, ſed illud addidit verbum, *pacis*, calceamenta indicãs eſſe, nedum optimam prædictorum miniſtrorum vitam Euangelicis præceptis conformem, ſed, quę præcipuè habeat præparationem pacis, quæ Euangelium attulit mundo, vt nimirum ita miſericordiæ, ceterarumq. virtutum indulgeant ſtudiis, vt neutiquam per huiuſmodi miniſteria vel intimã in ſe, vel externam in proximis, quibus miniſtrãt, E turbari ſinant pacem, ob quam duntaxat Eccleſia, cuius miniſtri ſunt, & *Sulamitis* prædicatur, *& filia*, ſponſaq. Chriſti Salomonis veri, & *Principis* pacis. Breuiter igitur, quod hic dicitur, tale eſt.

Miniſtri ſeculares Eccleſię in operibus miſericordiæ laudati.

b Iſa. 52. 7

DE ECCLESIA.

Miniſtrantes viduis, & pupillis in Eccleſia quales eſſe debeant.

Calceamenta pedum Eccleſiæ.

c Eph. 6. 15

Io. Chryſ.

d Thre. 1. 9

PARAPHRASIS.

Quid videbitur, inquis ò Eccleſia vera Sulamitis, veraque pacifica? Videmus certè te inſigne ſpectaculum, vt filiam, ſponſamq. Chriſti. Atq. vt ab infimo miniſtrorum tuorũ ordine exordiamur, quis exprimere valeat eorum miniſtrorum pulchritudinem, atq. perfectionem, quibus circa terram verſaris in miniſterio rerum terrenarum, vti pedibus quibuſdam? Pulcherrimi perfectò ii ſunt, miſericordiæ opera iugiter exercentes in miniſterio officii ſui, vnaque cum iſta continuo-

DE ANIMA. rum gressuum pulchritudine, pulchritudinem insuper alteram habent insignium calceamentorum sanctitatis vitæ, quam præparare, & instruere satagunt iuxta præcepta Euangelica in quolibet quidem virtutis genere, sed in omnimoda præsertim pace, ita vt etiam propter illos te vt Sulamitem, & sponsam pacifici Principis spectemus, quanto magis talem te intuebimur ob præstantiores sanctorum ordines, insignioraque membra tua?

Ex Vers. I. Quam pulchri sunt gressus tui calceamentis, filia Principis?

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

II. SENSVS. QVia pedibus affectuum circa terrena, mundique itinera agentes, sordes frequenter contrahimus, congruentissimè sancti illi, qui piæ animæ admirabilem celebrare volunt sanctitatis pulchritudinem, eo vtentes dicendi genere, quo a minoribus ad maiora proceditur, congruenter ad modum ab illorum encomio suam hanc exordiũtur orationem, tres, easque præstantissimas encomio isto in illam conferentes laudes. Vt autẽ hæc bene percipiantur, illud primò perpendendum, quòd, dum hosce commendant pedes, nullatenus pedum meminerint vocabuli, sed eorum duntaxat operationis. Sic namque aiunt; *Quam pulchri sunt gressus tui.* Enimuerò hac loquendi formula id designatum crediderim, quòd tametsi in pia anima, quæ Dei sit sponsa, commendanda sint singula vel infima, & pedum affectus, neutiquam tamen celebrari hi debeant pedes, nisi per operationem, qua illis anima iugiter gradiatur. Id namq. obseruare est in pedibus carnis, quod, nisi motu exerceantur, stupefacti sæpius reddantur podagræ fluxionibus deformes. Dubitat Aristot. sect. 5. problem. q. 12. Cur deambulationes breues magis defatigare soleant. Cuius rei ea potissima videtur ratio naturalis, quia, dum subsistitur, refrigescunt in corpore spiritus animales, quibus omnis peragitur motus. Et certè id ipsum spiritualiter in anima fieri, exploratum est, cum affectuum pedes frequentius in via Dei à cœpto desistant itinere, refrigescit namq. in illa charitas, spiritusve extinguitur, quo via decurritur mãdatorum Dei. Quia verò & impius quisq. peruerse suis affectuũ graditur pedibus, quorum nihilominus infames per Salomonem *a* dicuntur gressus, ideo ad superiorem pedum animæ laudem adiicitur & laus secũda. *In calceamentis.* Vtuntur autem hac calceamẽtorum metaphora qui hic loquuntur: Primo, vt indicent, eatenus progressum spiritualem laudatione esse pignum, quatenus sit diutius, tutò, & absq. periculo damni in pedibus, & affectibus ipsis. Cum n. quis absq. calceamentis progreditur, haud longo progredi potest tempore, quia pedes periculum subeant, vt vitro, spinis, similive alia re vulnerentur. Secundò, vt pariter significent, eam duntaxat affectuum exercitationem existimandã bonam, dignamve, quam omnes commendent, quæ iuncta sit cum honestatis decoro. Nam, si quis affectibus ad turpia prolabatur, ac per carnalia, terrenaq. gradiatur, ignominiam potius (vt dictum est) quàm laudem sibi conciliat, ideoque bene etiam ipsammet, cuius hic celebrãt gressus, insigni eo *filia Principis* vocabulo appellant. Nam quemadmodum indecens est filiæ Principis, ingenuæq. puellæ indecorum, si nudis ambulet pe-

Affectus piæ animæ quã pedes pulchri.

In affectib. piæ animæ laudatur i primis in gis operatio

Aristot.

a Pro. 2. 15

Affectuum exercitia i spiritu qua lia esse debeant.

A dibus absque vllo calceamentorum tegmine, ita haud minus profectò piam dedecet animam, si lapsus affectuum pedibus absque vlla calceamentorum constrictione, & absque vllo progrediatur impedimento. Quòd si quis clarius hanc sibi explicatam velit secundam affectuum piæ animæ laudem, ex calceamentis desumptam, legat Paulum Apostolum in epist. ad Ephes. exiguis eam declarantem his verbis, *b Calceati pedes in præparationem Euangelii pacis.* Euangelica siquidem præcepta, atque consilia calceamenta ipsa sunt, quibus perpulchri affectuum pedes constricti, ac exornati, viam mandatorum Dei summa cum laude percurrunt. Ex hac autem laude calceamentorum tertia in pacificam animam, & quæ vere Sulamitis sit, resultat laus, vt filia dici queat cœlestis Patris, qui est Princeps Regum terræ. Quod à Redemptore nostro significatum habemus in illo Euangelii loco, vbi proponens præclarissima Euãgelicæ Dilectionis calceamenta, ait, *c Dictum est antiquis, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui oderunt vos.* Et subiicit illico summam, quæ exinde prouenit, laudẽ. *Vt sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est.* Ita ergo breuiter hoc loco ab affectibus pulchritudo animæ piè celebratur.

DE ANIMA.

Affectuum animæ piæ & pulchri in calceamentis.

b Eph. 6. 15

Affectuum moderatione aia fit filia Dei.

B

c Mat. 5. 43

C Videbimus te sanctitatis spectaculum, ita vt & in affectuum pedibus pulcherrima dicenda sis, & perfectissima. Quis enim eorumdem spiritualium pedum explicet pulchritudinem? commendari possent ex iugi eorum progressu, at in eo maxime ipsorum elucet perfectio, quod iter Euangelicæ perfectionis conficiunt calceati, & adstricti calceamentis Euangelicorum item præceptorum, & consiliorum. Vnde nil mirum, si quod vix perfectissimæ competit vocabulum filiæ Dei, qui verè perfectus est, tibi in primis congruat, meritoque te dicimus filiam Principis.

PARAPHRASIS.

Ex Vers. I. quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?

D

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

QVi Gloriosæ Virginis opem sæpius experti sunt, nulla sanè in re detinentur libentius, quam in illius laudibus nedum mente, sed lingua celebrandis. Hinc est, quod animæ, quibus Virgo in præcedenti sententia suam exposuit opem, quæ eis præsto erat, nunc panegyricam exordiuntur orationem, qua ipsam laudibus cumulent. Laudaturæ autem inexplicabilem eam, qua, dum in hac vita degeret, excelluit perfectionis, & sanctitatis pulchritudinem, obstupescunt primò ob illius gressus, quibus ambulauit iugiter coram Deo, fuitque perfecta: Non dicunt autem simpliciter: *Quam pulchri sunt gressus tui?* sed addunt, *In calceamentis*, significantes, vnde potissimum tanta eis insurgat in illius gressibus admiratio. Per calceamenta siquidem, iuxta Ambrosii, aliorumque Patrum sententiam corpus significatur, & caro mortalis, cum calceamenta ex mortuorum animalium pellibus fiant. Et certe id maxime in tanta Virgine exstitit admirandum, quòd tam insignis perfectionis progressu ambulauerit in carne. Tantumdem autem est, ac si dicant.

In Maria admirãdus pfectionis progressus ob id, quod in carne fuit.

E

Quod

APPENDIX.

PARAPHRASIS.

A Quod in calceamento corporis mortalis, atque terreni tu, quæ es *filia*, & sponsa Dei, *Principis* illius summi, cælestem, ac planè diuinam egeris vitam, quod in carne terrestri ambulans, non tamē secundum carnem, ad summum progressa sis perfectionis culmen, tantam nobis ingerit admirationem, vt, cum gressus istos tuos euehere optemus, paribus destituti viribus, ac verbis, generalib. hisce exclamare cogamur vocibus. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis.*

Possent hæc Angelis quoq. tribui admirātibus B. Virginem, dum assumeretur in cęlum, ipsamq. eius obstupescentibus, & celebrantibus ascensionem. Ac si dicant.

Assumptionem Marię admirātur Angeli.

B Quàm pulchre, quàmve gloriosè, vt Dei filia, & legitima heres, cæleste scandis in regnū. Quod certè nobis maiorem incutit admirationem, illud est, quòd *gressus* isti *tui* sunt *in calceamentis*. Neque enim anima duntaxat, vt reliqui homines, sed & corpore conscendis cęlum, sicut & Christus sponsus tuus, cuius corrigiam calceamenti soluere nec Ioannes Baptista dignum se censuit.

Ex Vers. I. Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

C PAraphrasis Chaldaica. Dixit Salomon in spiritu Prophetiæ à facie Domini. Quā pulchri sunt pedes Israel, quando ascendunt, vt appareāt coram Domino tribus vicibus in anno cum calceamentis taxeis, & offerunt vota sua, & oblationes voluntarias suas.

Ecclesię prędicatio laudata.
a Isai. 52. 7
Ambros.
Theod.
Cassiod.
Greg. P P.
Philo Car.
Iustus.
Beda.

In laudē prædicationis, & prædicatorum Ecclesiæ communiori sensu a Patribus hæc dicta sumūtur, vt similia illis Isaiæ verbis, a *Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, & euangelizantium bona*. Ita Ambrosius frequēter, Theodoritus, D Cassiodorus, Grego. Papa, Philo, Iustus Orgelitan. Beda, & alii. *Filiā Principis*, seu *Amminadab* dici Ecclesiam, ait Cassiodorus, quia à Christo regenerata est per baptismum, quæ & dote spiritus sancti eidem est despōsata. *Filiā Amminadab* dici Ecclesiam, ait Ambros. serm. 17. in psal. 118. vers. 5. hoc est voluntarij, & beneplaciti, quia voluntarius eam, & beneplacitus cōgregauit. *Filiā Nadab* legit Theodoritus, sieve Ecclesiam nuncupatam

Theodor.

asserit, quia in diuinum tabernaculum non ignem legalem, sed quem à Christo susceperat, ignē amoris nouum intulerit, nouoq. isto igne sacrificium hominū obtulerit. Nadab quippe Aaron fuit filius, qui, cum ignem alienum in Dei tabernaculū E intulisset, vitæ finem accepit. Licet aūt diuerso cōsilio Nadab, & Ecclesia ignem commutarint, idētū ab vtroq. factū est, ait Theodoritus. Philo verò Carpathius legit, filia Anab, quod interpretatur, inquit, Vna, vel donum Patris, & de Ecclesia nouimus dictum, b *Vna est columba mea*, eademest donum Patris, quoniam ex beneplacito ęterni Patris, & voluntate filii, & gratia Spiritus sancti, vnius substantiæ genita est, & filio copulata.

Philo.

b Cāt. 6. 8.

Quod aūt *in calceamentis pulchri* dicantur eiusdem Ecclesiæ *gressus*, prædicatio, atq. Apostoli viri, Greg. Papa ob id dictum putat, quòd Ecclesia prædicatione sua morte Christi ad perferenda

Gre. Pap.

A insurgentia mala muniatur. Vel ēt, quia muniatur exemplis sanctorum mortuorum, quod & à Cassiodoro, aliisve asseritur, quòd calceamenta fieri soleant è pellibus animalium mortuorum. Duas alias affert rationes Ambrosius serm. 17. in Psalm. 118. vers. 5. Primò, quia calceamentorū vocabulo carnem designatam accipiens, notat, Moysi, c & Iosue d dictum. *Solue calceamenta de pedibus tuis.* De Christo aūt è contra à Ioanne Baptista dictū, e *Post me venit vir, cuius non sum dignus, calceamenta portare*, quia illi sine peccato esse non poterant. Et Christus non solum calceamentum non soluit, sed ēt calceamenta aliorum absoluit, quia non solùm corpus suum à peccatis immune seruauit,

APPENDIX.

Cassiod.

Ambrof.

Caro signata nomine calceamētorum.

c Exo. 3. 5.
d Ios. 5. 15.
e Matt. 3. 11.

Calceamēta nō soluit Christus, quia eius corpus immune a peccatis.

B sed ēt omnium dedit indulgentiam peccatorum. Infert ex his Ambrosius. Ergo Ecclesia ad imitationem Christi speciosa est, & in calceamentis oi abluta delicto. Secundò, calceamentorum nomine inferiores eius fideles designatos sumens, ait. Fortasse quando sapientiam inter perfectos loquitur, speciosa est in superioribus membris, quādo aūt inferioris status, aut doctrinæ homines verbum sequuntur, fidei seriē non obliuiscuntur, sacerdotis præcepta custodiunt, Speciosa est *in calceamentis, &c.* Quam secundam rationem affert Aponius, asserens, laudari pedes in Ecclesia, quia ad fidem in illa haud primò conuersi sunt Principes, & Duces, sed inferior turba.

Apon. l. 2.

C Thedoritus quæ sint Ecclesiæ calceamenta declarat per illud Apostol. f *Calceati pedes in præparationem Euangelii pacis*, censetq. sponsum sponsæ cōmendare incessum, qui sit rectus, & viā Regiā teneat, atq. in prædictis eluceat calceamentis.

Theod.
f Eph. 6. 15
Calceamēta Ecclesię, præparatio Euangelij.

Anselmus per calceamenta mortificationē carnis intelligit, vultque Ecclesiæ à Christo persuaderi, vt Iudæorum indulgeat conuersioni, quia valde erunt pulchri gressus, idest, vltimi fideles, qui ipsam, eiusve doctrinam portabunt.

Anselm.
Calceamēta Ecclesia, mortificatio carnis.

Pulchritudinem deniq. gressuum Ecclesiæ in calceamentis Hieronymus lib. 1. contra Iouinian. castitatis decorem intelligit, Hæc .n. ibi habet. Sponsus laudatus a sponsa virgine, laudat vicissim Virginē sponsam, & dicit ei. *Speciosi facti sunt* D *gressus tui in calceamētis, filia Amminadab*, quod interpretatur, populi sponte offerentis. Virginitas enim voluntaria est, & ideo gressus Ecclesiæ in castitatis pulchritudine collaudantur.

Hieronv.
Calceamēta Ecclesia pulchra pulchritudine castitatis.

Piæ animæ gressus laudatos censent Ambrosius, tum in concione de obitu Valentin. tum in lib. de Instit. Virg. c. 14. Theodoritus, & Tres Patres. Et quidem Theodoritus considerans, quòd iuxta versionem Aquilæ dicta anima dicitur *Filia Principis*, Principis vocabulo Spiritum sanctum significatum ait, qui in Psal. 50. Spiritus principalis idcirco appellatus reperiatur, innuitque, eius animæ celebrari iter rectum, quod conforme sit Euangelio pacis. Id namq. per illud intelligere E crediderim, quod hos gressus pulchros ait in calceamentis præparationis Euangelii pacis.

Incessus recti iusti laudatur.
Theod.

A quo sensu haud crediderim discrepare, quæ dicuntur à Tribus Patribus asserentibus, discipulas sponsam hisce incipere laudare: Mirabilem ostendunt pulchritudinem gressus tui, quibus te nobis per virtutum actiones accommodas, quo in earum moribus, tamquam in calceamentis incedens, per corpus eas nobis imperfectis demonstres, vt ad virtutem informemur exemplo tuo, filia Dei.

Tres Patr.

Sed præ ceteris hunc sensum Ambr. serm. 17. in psal. 118. vers. 5. his explicat. Ergo speciosam significat animæ pulchritudinem, quæ carne tam-

Amb.

LITTERA. quam calceamento vtitur, & in ipso impedimentū non patitur, sed incessus decore præcellit, quod fit, si calceamentum suum non inquinet luto corporali, nec in vitiorum mergat voragine, si castiget carnem suam, ne moretur ad cursum, & aruinæ pinguis pondere prægrauetur. Bonum calceamentum animæ pudicia est, bonus gressus est vestigia castitatis, &c.

Idem. Maria puritas laudata. Idem tamen Ambrosius lib. de insti. Virg. c. 14. B. Virgini hæc aptans: In hoc calceamento, s. corporis, speciosè (inquit) processit Maria, quæ sine vlla commixtione corporeæ consuetudinis auctorem salutis Virgo generauit. Vnde egregiè Ioannes ait, a *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius*, i. non sum dignus, Incarnationis mysteriū comprehendere angustijs mentis humanæ, atque inopis vilitate sermonis absoluere.

a Luc. 3. 16

Rup. Abb. Rupertus etiam Abbas de eadem Virgine hæc sumit, quæ dicatur *Filia Principis*, feminei generis, idest, cœlestis Ierusalem liberæ, & ob ipsam libertatem laudetur ex calceamentis, cum seruæ discalceatæ incedant.

Ex Vers. I. Iuncturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

Expositio prima. Iuxta sonum Litteræ.

Non ignoro, communi expositorum sensu in encomio isto nedum femorum iuncturas, sed per Synecdochē & ipsamet tota celebrari femora spōsæ, id q. duplici laudis genere, vel ex adhibitis pretiosissimorum monilium ornamentis, vt apertè ex Hebræis testatur R. Abraham Haben Exdra: Vel ex innata eorum pulchritudine, quæ in congruenti sita est obesitate, atq. in rotunditate ea, vt, si monilium circulos exactè factos illi circumdes, eos ad vnguem repletura sint, vt opinatus est Legionensis, & qui eum secuti sunt Almonacyrius, & Del Rio.

R. Abrahā Legionen. Almunacyrius. Del Rius. Genebrar. Hortolan.

Nihilominus arridet mihi magis sententia Genebrardi, Hortolani, & aliorum, secundum quā non tam femora hic cōmendantur, vt mēbra sunt à reliquis membris diuersa, quàm aptæ eorundē inter se, atq. cum tibiis, & pedibus coniunctiones, & cōmissuræ. Vt allata moniliū similitudo in eo sita sit, q. sicut monilia affabre à perito artifice elaborata, arctissima annulorum connexione iunguntur, & conferuntur: Ita & sponsæ femora aptissimè iuncta cohæreant suis tibiis, ac pedibus, vt nulla ex parte illam claudicare contingat.

I. SENSVS. Existimo igitur ea, quæ hic habentur, referēda et ad idē gressuum encomiū qd in superioribus verbis explicatū est, sicut manifeste ab vniuersis in vnum eundemq. referuntur versum, vt, sicut ibi triplici ratione sponsæ celebrati sunt gressus; generali primùm, & efficacissima pulchritudinis excellentia. *Quàm pulchri sunt gressus tui* item & perpulchro calceamentorum ornamento, In calceamentis: Et tertiò, ex eorum grauitate, qualem Principis deceat filiam. Ita in his quarta addatur laus, quæ omnium sit præstantissima, vtpote ab illis remouens id, quod eis turpissimum esset, maximeque deforme, claudicationem. Accuratè aūt iste claudicationis ab ijs remouetur defectus. Enimuero, cum inter claudicationes nulla sit ea turpior, quæ prouenit ex praua femorum commissura, quandoquidem ob ipsam nedum claudicant

A gressus, sed & summa cum deformitate totum cō torquetur corpus, ideo, quæ hic loquuntur, concinnam hanc femorum commissuram hoc loco in primis commendant in sponsa, vt magis gressuū illius euehant pulchritudinem, dicentes, *Iunctura fœmorū tuorū sicut monilia, & c. Iunctura* verò egregie vertit noster interpres Hebraicam vocem חמוקי hamuKe, qua Hebræi hic significari arbitrantur vertebras, quibus, seu in quibus ipsa fit femorum commissura, eodemque sensu crediderim & Sept. Interpretes eam uocem vertisse vocabulo, ῥυθμοὶ, Rythmi, seu, vt legit Ambr. serm. 17. in Psal. 118. *Moduli femorum tuorum*, modulorū appellatione vertebris ipsis designatis. Rythmus

Ambrosi. Rythmorū noīe, quid significetur apud Sept.

B namq. ordinatam pedum connexionem in versibus propriè significat, & per translationem vsurpatur ad designandam aptam quamlibet, & cōcinnam vel syllabarum in oratione, vel membrorum in corpore commissuram, & coniunctionem. Sic ergo, iuxta hunc sensum, quem, vt dixi, germanum arbitror, quod hic dicitur, tale est.

PARAPHRASIS. Pulcherrimi sanè sunt *gressus tui in* perpulchris *calceamentis*, nec non & in grauitate & maiestate, qua velut *Principis filia* incedis. Neque verò claudicationis deformitas eis obijci potest, cum *iuncturæ femorum tuorum* adeo concinnè, perfecteq. se habeant, vt planè perfectissimis adæquandæ sint iuncturis annulorum in monilibus, quæ artificiosissima fabricata sint manu artificum.

C Præter sensum verò istum, qui nedum vulgatæ, sed & lectioni tam Hebraicæ, quam Sept. optime congru it, vt explicatum est, alter colligi potest sē sus mihi admodū probabilis, ex proprietate Hebraicarum vocum, quæ ad verbum ita hæc verti debent; *Vertebra femorum tuorum sicut gemma pretiosa, opus manuum artificis.* חלאים halaim namq. significatu proprio significat gemmas. Vnde in libro Prouerb. & a nostro Interprete sic reddita est vbi dicitur, b *Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem*, &c. quod vero adicitur: *Opus manuum artificis*, appositum est eiusdem dictionis: Significat. n gēmas illas elaboratas esse opere egregii artificis, ijs nimirū gemmis simi-

II. SENSVS.

b Prou. 25. 12.

D les, de quibus lib. Exo. in indumento summi sacerdotis dicitur, c *Sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, opere sculptoris, & cœlatura gemmarii; & pones in vtroque latere superhumeralis memoriale filiis Israel, portabitq. Aarō nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum.* Vt hic puellæ exordiantur corporis sponsæ encomium, quod postmodum per singulas eius partes prosequentur in versu sequenti. A vertebris autem femorum illud exordiuntur; quia illis quasi duobus globulis adeò perbellè ipsum sponsæ corpus nititur, vt alabastrina pyramis peregregiè pretiosis nititur lapidibus in pilæ; globique formam fabrefactis, sibique pro basibus subiectis: sicve quod hic dicitur, tale erit.

c Exo. 28. 9.

E PARAPHRASIS. Si in gressibus, pedibus, atque *in calceamentis* pulcherrima es, ita, vt propterea ingēs nobis proposita sis spectaculum, vti *filia Principis*: Non minus certè formosa es in corpore tuo, quod per singulas eius partes ommimoda excellit pulchritudine. Vt enim ab infima pari ordine exordiamur illius parte, cui id nititur, vt decoris basibus, Rotūda illa duo vertebrarum ossa femoribus adiacentia, sunt instar pretiosissimarum gemmarum, quæ opere singulari à perito artifice in rotundum elaboratæ sint.

DE ECCLESIA.

Ex Verſ. I. Iuncturæ femorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

Miniſtri rerũ tẽporaliũ & miniſtri verbi Dei in Eccleſia debẽt eſſe boni, ne Eccleſia claudicet.

a Pro. 26. 7

PEregregia ſententia illa, qua per Salomonem in libro Prouerbiorum dicitur: *a Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias; ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola:* haud obſcurè ſignificatur, parum alicui conuenire Eccleſiæ, ſi pulchras habeat tibias, bonoſque miniſtros illos, quib. quaſi quibuſdam tibiis progreditur ad miniſtrandũ, quæ neceſſaria ſunt egentibus, viduiſq. in primis atq. pupillis; ſi diuini verbi prædicatio indecore
B a ſtultis exerceatur, & impiis. Sicut. n. tunc quælibet claudicat Eccleſia, cum qui miniſtrant egẽtiũ menſis, praui extiterint: ita, multoq. turpius eadẽ claudicat, cũ peruerſos habet verbi Dei miniſtros, & Prædicatores. Idcirco quæ in panegyrica oratione iſta Orthodoxam laudibus celebrant Eccleſiam, poſtquam pulchritudinem prædictorũ miniſtrorum inſigni euexerunt encomio, dicentes: *Quam pulchri ſunt greſſus tui*, &c. Ne cui forſan aliqua irreperet ſuſpicio, illam ex parte aliorum miniſtrorum verbi turpiter quoquo modo claudicare, addunt nunc; *Iũctura femorum tuorum ſicut monilia, quæ*, &c. Nemo. n. eſt, qui neſciat ſacrarum litterarum morem, quo ſub femorum metaphora tã generationem deſignant, quàm eos, qui gignunt
C proptereà, quòd circa femora generationis ſint membra. Atque id pariter conſtat, qui in Eccleſia ſpirituali indulgent generationi, illos eſſe, qui gignunt verbo veritatis; vnde Apoſtolus Paulus in iſtorum numerum abſcribi ſe volens, ait: *b Per Euangelium ego vos genui*. Tantumdem autem eſt, ac ſi dicat.

Femorũ metaphora deſignatur generatio, & qui ei idulgeant.

b 1. Cor. 4. 15.

PARAPHRASIS.

Nedum pulcherrime progrederis in miniſterio bonorum temporalium, ſanctis decora miniſtris temporalium bonorum, qui pedum, ac tibiarum in te obtinent locũ: At nec turpiter tibi claudicare contingit ob miniſtrorum verbi prauitatẽ & diſſonãtiam à miniſtris aliis illis: nam & hi ita apte, concinneque in vitæ ſanctitate, & in ſancta, quoq. eruditione iis connexi ſunt, vt planè eorũ
D *iuncturæ* iuncturis comparari debeant moniliũm, quæ ſumma cũ arte ſint fabricata. Inſtar enim monilium ambobus illis miniſtrorum generibus, ſic concinne iunctis, decora redderis, & exornaris per manus ſummi artificis, qui ea ſolus fabricare poteſt.

Ex Verſ. I. Iuncturæ femorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

Claudicatio quàm turpis ſit ĩ anima.

c Hebr. 12. 13.

QVàm deformis in anima illa, quæ in via Dei progredi ſatagit, ſpiritualis ſit claudicatio, ex iis colligere licet Pauli verbis, quib. hãc in primis nobis cauendam ſuadens in epiſto. ad Hebr. ait: *c Greſſus rectos facite pedibus veſtris vt non claudicans quis erret.* Explicans autem, qua ratione pedib. recti faciendi ſint greſſus, vt non claudicetur, connexionem ſubiicit virtutũ cũ ipſis affectuum pedib. dicens: *Pacem ſequimini cum om-*
A *nibus, & ſanctimoniam*, &c. In eũdem ſanè modũ in periluſtri hoc piæ animæ encomio, poſt celebratos illos greſſus, affectuumq. pedes, quib. in perfectionis tramite graditur, congruenti ſanè ordine nunc & id pariter exponitur: quò oĩs expers illa ſit deformitatis, quæ ob claudicationem cõtingere ipſi poſſet: atq. etiã, vnde hoc ipſum habeat, in verbis illis: *Iunctura femorum tuorum ſicut monilia, quæ*, &c. In quibus femorum metaphora virtutes deſignãtur, vt recte aſſerit Theodoritus; quãdoquidem per illas iter in via Dei agimus; vel ẽt, quia circa duas animæ potentias verſantur, circa iraſcibilem, & circa concupiſcibilem, quæ ambæ in ſacris litteris femorib. aſſignari ſolent, cum ſæpius zonã ſupra femora ipſa accingi, iubetur. Illa vero virtutum cõnexio aptiſſima explicatur ſimilitudine monilium, quæ fabricata ſint manu arti-
B ficis. Sicut. n. in aureo monili, quod periti artificis manu ſit fabrefactum, vnuſquiſq. annulus cũ reliquis nexus eſt ita, vt ſinguli inuicem, atq. cum reliquis iuncti ſint vniuerſis: Ita & in virtutũ ſtudio, quod certe abſq. ſpecialis artificis ſummi auxilio conſtare, & exerceri nequit, vnaquæque virtus alteri connexa eſſe dẽt virtuti, ſingulæq. cum oĩb. prout ab Apoſtolo Petro, quaſi in pretioſi monilis formam ob oculos nobis proponuntur, vbi ait; *d Vos aũt curam omnem ſubinferẽtes; miniſtrate in fide veſtra virtutem in virtute aũt ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam; in abſtinentia aũt patientiam, in patientia autem pietatem: in pietate autem amorem fraternitatis in amore autem fraternitatis charitatem.* Annuli ergo omnes ob concinnam cõ-
C nexionem pulchrum faciunt monile, vnoq. non connexo, deficit monilis ſtructura; & vna deficiẽte virtute claudicat illico anima: quia iuncturæ femorum eius haud rectè cõmiſſæ inter ſe ſunt. Ob concinnam connexionem *e* iuſtificata in ſemetipſa dicuntur in pſalmo iudicia, & præcepta Domini. Et profecto non minus per iſtam virtutum connexionem pia exornatur anima, quàm vel pretioſiſſimo quoq. monili collũ exornetur puellæ. Benè igitur in illius commendationem hic dicitur.

DE ANIMA.

Femoranda ſunt virtutes.

Theod.

Virtutũ cõnexio quã ſit neceſſaria, eſtque inſtar pretioſi monilis.

Simile.

d 2. Pet. 1. 5.

e Pſ. 18. 10

PARAPHRASIS.

Iunctura femorum tuorum; connexio uirtutum tuarum, *ſicut monilia*, &c. Per hanc namque virtutum connexionem fit, vt, nedum turpiter in progreſſu non claudices ſpirituali; ſed, vt earumdem virtutum ſis decora monili.

Ex Verſ. I. Iuncturæ femorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

EX duplici verborum iſtorum ſenſu duo in B. Virgine commendantur, quę alioquin admodum inter ſe diſtare videntur: Et quòd maternitas exinde potiſſimum illam reddiderit glorioſam apud Deũ, & homines, quod ſingulari gratiæ priuilegio, vniuerſis decora virtutibus, Dei genetrix
E fieri meruit: Et quòd è veſtigio in tanta maternitatis Dei dignitate, tamquam in præfortibus, pretioſiſque baſibus, omnis virtutum eius fabrica fuit innixa. Supponentes namque id, quod iam ſupra prædictum eſt, & pro comperto habetur ab omnibus, femorum metaphora vim generatiuam deſignari; atque adeo & maternitatem: Admodum congruenter poſtquam in præcedenti ſententia exinde celebrata eſt Virgo benedicta, quòd pulcherrimis greſſibus in carne quidem, & non

I. SENSVS.

Maternitas in Maria fuit illuſtrior ob virtutum omniũ connexionem.

APPENDIX.

non secundum carnem ambulans, mirabili modo progressa sit de virtute in virtutē: Nic in his verbis iuxta primū sensum acceptis, ostenditur illud ipsum, quod in eadē Virgine extitit prestantissimum, ut Dei filiū genuerit, eiusdemque maternitatem exinde magis tam insignē habuisse gloriā, quòd cum omnimoda virtutū perfectione adeo concinna fuit connexione coniuncta; vt sanctissima Virgo ob connexionem ipsam pretiosissimis decora fuerit monilibus gratiarum; cum maternitas, virtutesque simul connexæ rotundum, perfectissimumque perficerent monile, quod sapiētissima duntaxat, & perfectissima Dei manu fieri potuit. Ni enim femora, maternitasque in Virgine concinnas habuissent iuncturas, glorioso beatitudinis monili ea haud fuisset illustris, ipsaque eius gloria omnis turpissime claudicasset, iuxta illam Augustini sententiā alibi quoque à nobis relatā qua in lib. de sancta Virgine ait: Nihil materna propinquitas Mariæ profuisset, nisi felicius Christum corde, quàm carne gestasset.

August.

II. SENSVS.

Virtutum structura in Maria innixa fuit in maternitate Dei.

Quia verò in eadē Virgine Maternitas Dei consonam tantæ dignitati præsupponit diuinam gratiam, qua prius illa corde, quā carne Deum gestauit, ac genuit: & eo erecta est, atque processit ad virtutis culmen, quò decens extitit, ut perueniret Dei mater: haud minus congruenter in his ipsis verbis, iuxta lectionem, sensumque secūdum dū dicitur; *Vertebra femorum tuorum sicut gemmæ pretiosæ, opus manuum artificis*: Significatur, totā spiritualem illius structurā, quæ per virtutū studium instar pyramidis cœlū versus fuit erecta, duobus innixā fuisse femorum uertebris, virginitati, ac partui, illiusve maternitati, quæ singulare est supremi artificis opus, quasi duabus basibus in rotundam formam à Deo ipso elaboratis è purissimis margaritis innocentiæ, & puritatis Mariæ; vt quod hic dicitur, tale sit.

PARAPHRASIS.

Maternitas tua, Virginitas, partusue tuus, quæ in vnam côueniunt maternitatem, quasi vertebræ femorum, quibus, æquè ac corpus vertebris, vniuersa virtutum tuarum innixa est structura, se habuere instar duarum gemmarū, vtpote quæ è pretiosissimis margaritis à celsissimo, sapientissimo, potentissimoq; artifice in summæ perfectionis formam effectæ, atque in te collocatæ fuere.

Ex Vers. 1. Iuncturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Et filii eorū, qui egressi sunt de femore eorum, pulchri sunt sicut lapides pretiosi, qui fixi sunt in corona sancta, quā fecit Beseleel artifex Aaron Sacerdoti.

Ecclesiæ propagatio in duob. populis laudata.

Cum femora in sacris litteris symbolum sint generationis, cōi ferè consensu omniū Patrū Latinorum, per Ecclesiæ femora generatio intelligitur fidelis populi, quę verbo prędicationis, & per lauacrū regenerationis fit; vt, dum Ecclesia ipsa celebratur in iuncturis femorū, ex summa laudetur vnione, & concordia duorū populorum, qui in ea sunt geniti, Iudæi, & Gentiles. Per monilia, quibus hæ iuncturæ comparantur, intelligunt opera, quibus eorumdem populorum fides conformis manifestatur, Et quia Dei munere virtus boni operis credentibus tribuitur, rectè inquiūt, dicta monilia dici fabricata manu artificis. Ita Cassiodorus, Gregor. Papa, Iustus Orgelitanus, indicat & Philo Carpathius, necnon & Anselmus: tametsi quòd dictæ iuncturæ femorum cōparantur monilibus, aliter explicet, nempe, vt sic eæ monilia asserantur, quia duo illi populi vniti muniunt, & monent alios, vt considerantes eorū pulchritudinem, & dona spiritualia, quæ in ipsis vigent, velint eis adhærere: muniunt verò subditos contra insidias diaboli.

APPENDIX.

Cassiod. Greg. PP. Iust. Org. Philo Car. Anselm.

Ecclesia per propagationem quasi insignib. decorata est ornamentis. Ambros.

Ad eiusdem Ecclesiæ generationem refert hęc ipsa Ambrosius serm. 17. in Psal. 118. vers. 5. legēs; *Moduli femorum tuorum similes torquibus, operi manuum artificis*: vt posteritatis illius ornamenta canantur. Moduli quippe, ait, dicuntur ornamenta preciosa, quæ suspendi matronarum ceruicib. solent: & subdit: Tantus ergo processus Ecclesiæ significatur, vt ornamentis pretiosissimis comparatus sit, & torquibus triumphantium: hæc.n. ornamenta sunt bellatorum. Siue ergo generatio Christi ex Virgine, siue Ecclesiæ propagatio, specie quidem tamquam manu artificis torquibus adornaris, verè autem virtutis insigniis spiritualibus ceruices filiorum coronauit.

Ambr. *Virtutū consonantia laudata.* Phi. Carp.

Non tam ad Ecclesiæ, quam ad piæ animæ laudem referunt hæc idem Ambrosius orat. de ob. Valentin. Theodoritus, Tres Patres, & Philo Carpathius, sed diuersimode: siquidem Ambrosius laudatam hic censet virtutum consonantiam: sic enim ait: *Moduli femorum tuorum similes torquibus*; hoc est, consonans sibi in omnibus factis tuis gratia, atque moderatio magnorum æquauit insignia triumphorum.

Castitatis virtus laudata.

Eodemque sensu Philo Carpathius per consonantias femorum inquit vitæ temperantiā, & morum sanctitatem veluti cælestem quampiam diuinæ sapientiæ harmoniam explicari. Quamquam postmodum idem Philo videatur asserere, hic virtutem castitatis potissimum cōmendari, quæ ob id dicatur similis monilibus fabricatis manu artificis, quia & ipsa diuinæ gratiæ donum est, & digna assimilari celsissimo illi diuini artificis operi, quod in ventre Virginis factum est, quando Verbum caro factum est.

Virtutes morales sūt animę femora. Theodo.

Per animæ femora Theodoritus intelligit virtutes morales; quoniam illis iter facientes, agimus ea, quæ volumus: Notatque in his duo. Primum, non tam femora, quam aptas, & concinnas femorum iuncturas hic celebrari, quod similes sint monilibus ab artifice elaboratis; quia sicut illa ex auro confecta, & lapillis apte inclusis distincta sunt; adeo vt spectantes non solum pretiosam auri lapillorumque materiā; verum etiam artificis admirentur opus: Ita singulæ virtutum moralium particulæ numero, & concentu inter se implicitæ, atque coniunctæ sunt. Alterum, quod notat est, quòd rectè in præcedentibus sponsæ encomiis initium ab iis cęptum est virtutibus, quę ad contemplationē spectant, nempe ab oculis, tū deuentum est & ad eas, quæ spectant ad actionem: hic verò è contra exordium sumitur ab iis, quæ pertinent ad actionem. Affertque huius rei rationem; quia primò anima ipsa supponitur extitisse imperfectior, cui necessarium fuerit, vt oculi illuminarentur, quo diuinam lucem admitterent: & prius fide confirmamur: tum ad agendum ex virtute progredimur. Nunc autem supponitur perfecta eiusdem animę pulchritudo: ideoque & primū celebrantur virtutes, quæ ad actionem pertinent, tum ad eas quoque deuenitur, quæ sitæ sunt in contemplatione.

Motus

LITTERA.

Tres Patr. Ex motib. *irascibilis, & concupiscibilis bene cõpositis laudatur pia anima.*

Motus irascibilis, & concupiscibilis laudatos in anima, censent tres Patres, quòd sint rectè, & ratione compositi, & similes monilibus, &c. asserantur; quia quasi ab artifice ratione ab iis, quæ generantur, & corrumpuntur, ad superiora inflexi, similes sint monilibus manu artificum fabrefactis, & figura flexis.

Rup. Abb. *Maria virginitas laudata.* Eze. 16. 25

Ad B. Mariæ virginitatis laudem deniq. hæc refert Rup. Abbas, ac si dicatur. Virginitatis tuæ integritas, perpesque pudicitiæ custodia cælestibus præsidiis cõmunita: Est namq. similis monilibus, Dei manu fabrefactis. Per iuncturas femorum pudicitiam significatam ait Rup. sicut luxuria apud Ezechielem per diuisionem pedum.

Vers. II. Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

A Salomone in hoc cãtico seruatus decor honestatis.

ANtequam germanum huius encomii sensum afferam, tria mihi notanda visa sunt: tum & id proponendũ, qđ ab aliis pro difficillima eiusdem intelligentia asseritur.

Primo autem notandum, quàm bene Salomon in hoc cantico debitum seruauit decorem: Proponiturus enim encomia internorum sponsæ membrorum, quę propter honestatem vestibus cooperta, haud quaquam hominum paterent aspectui, vt & singula Ecclesiæ membra laudib. celebrata relinqueret: haud quaquam à viro sponsoq. illius ea dicta proponit; tametsi aliorum membrorum, quæ oculis pateant, diligentissimum, & exactissimum eumdem tum in c. 1. tum in c. 4. tum deniq. & in c. 6. alioqui proposuerit encomiastem: sed à puellis, puellarumque choro ea decantanda cuiauit, quibus optime constet, qualis demum sit pulcherrimæ puellæ species, etiam in membris latentibus. Quin & in hisce ipsis puellis decorum seruatum videre est: quandoquidem eorum, quæ silentio potius tegenda sunt, ne verbum quidem ab eis factum fuit. Ventrem autem celebraturæ, qui præcipuum est feminarum membrum ob fętus, q in ipso gestantur, vmbilicum prius laudãt, qui est totius humani corporis centrum; & ex quo in ventrem ipsum non exigue redundat pulchritudo; cũ in ventre toto æquabili, & plano sit quasi pulcher nodus in plana tabula, & quasi luna plena, quam veluti nodum in sphæra asserunt Philosophi. Propterea enim crediderim, plerosque Hebræorum Doctorum (id, quod ferè cõmuniter & à nostris obseruatum est) arbitratos, nedum crateri, sed & lunæ quoque plenæ illum hic comparatum.

Pro cujus rei intelligentia notandum secundo, eam, quæ in Hebraico textu est, vocem הסהר hassahar, quam noster Interpres, sequens Sept. vertit, *Tornatilis*, ab Hebræis sumi, vt in lingua Chaldaica significat lunam plenam: Ac si dicatur: *Crater*: seu propriùs ex vi Hebraica vocabuli, *Vas rotundum instar lunæ plenæ.*

Poculo pro vino in poculis.

Tertiò deniq. notandum, tam ex Hebræo, quã ex versione Septu. constare, quod in Vulgata habemus poculorum vocabulum, pro eo sumendum esse, quod potatur, & bibitur in poculis ipsis, prout frequẽter & apud Poetas profanos vsurpatum reperire est. Vox enim Hebræa, מזג mazeg. & Græca pariter κρᾶμα, qua vsi sunt Septuagin. propriè, mixtum significat, vinum scilicet aqua mixtum, ac dilutum. Sic verò tam in ipsa versione Setuagin. quàm in lectione Hebraica legitur; *Non deficiens mixto*: quod noster Interpres eodem sensu legit; *Nunquam indigens poculis.*

His annotatis, adhuc neque similitudinũ, quæ hoc loco allatæ sunt, apparet vis, nec planè constat, quidnam potissimum laudis in sponsæ vmbilicum conferatur. Neque inter expositores quemquam adhuc reperi, qui in hisce mihi satisfaciat, quoad intellectum soni huius litteræ: Referam nihilominus, quæ ab illis dicuntur dilucidiora.

R. Abrahã

Primò, inter Hebræos R. Abraham Aben Ezdra non tam vmbilici membrum hic commendari cẽset, quã id, quod extrinsecus super illud apparet, nempe baltheum, & cingulum: vt sensus sit: In vmbilico tuo, in lumbis tuis est cingulus rotũdus instar crateris, rotunditate lunæ rotundi. Eo autẽ quod subiicitur; *Non deficiens mixto*: putat persistendo in eisdem crateris, & lunæ metaphoris, significari, pulchritudinem, atque splendorẽ eius cinguli nunquam deficere, cum lumen lunæ postquam ea plena est, deficere videamus.

Legionẽs

Secundò, Legionensis, quem alii quoque sequuntur, & ipse haud speciale vmbilici membrũ hic celebrari existimat, sed ventrem eumdem, qui in hoc ipso versic. 2. aliis postmodum metaphoris acerui tritici, & operimenti liliorum laudatur; vt in his verbis duplex in illum laus conferatur, perfectæ rotunditatis, atque obesitatis, & succipleni, rotunditatis, similitudine crateris torno elaborati, instar lunæ plenæ rotundi: modici verò, ac succipleni tumoris, similitudine eiusdem crateris vino pleni.

Sot. Maio.

Tertiò, Ludouicus Soto Maior arbitratur, in hisce non solum ipsius vmbilici, & reliquarum partium totius corporis sponsæ laudari concinnitatem, æqualitatem, speciem, & perfectionem; sed etiam sufficientiam & bonorum omnium copiam numquam deficientem: atque lætitiam, quæ ex pietate proficiscitur: fœcunditatem, & sobolem, nec non ætatis integritatem, quasi a signo, atque effectu: cum vmbilicus exactè rotundus, concinnus, atque æquabilis, & perfectus sit symbolum integræ, vegetæ, ac iuuenilis ætatis.

Idem tamen Soto Maior etiam vt peculiare ipsius vmbilici encomium hæc sumens, exinde illũ commendari hic, ait, quòd perpulcher existens ventrem decore suo exornet quàm maximè: Ac si dicatur, *Vmbilicus tuus* quasi *crater*, & vas exquisitè rotundum, vinoque mixto plenum, quod mensam mirificè exornat: eadem namque ratione & ille ventrem, reliquumve tuum exornat corpus.

Vel, vmbilicus tuus ob eximiam rotunditatem similis est vasculo ex arte facto in modum lunæ plenæ, quod numquam potu deficit. Quemadmodum enim & luna plena rotunda est, cœlumque exornat; Ita & ille in medio ventris tui quasi luna quædam in medio cœli ipsi ventri, ac reliquo corpori gratiam, & decus affert: quatenus scilicet præsefert speciem quamdam vasculi rotundi instar lunæ torno elaborati, semperque potu redundantis.

Martinus del Rio.

Denique Martinus Del Rio exinde vmbilicum sponsæ sub metaphora crateris tornatilis, &c. cõmendari asserit, quòd nullo situ, aut squalore scaber, planè castigatus, & mundus sit, quasi vino mixto recens foret ablutus, & detersus.

Vt dicam & ipse, quid (pace tantorum virorũ) sentiam, duobus modis hæc mihi exponi posse videntur

LITTERA.

dentur, vmbilici vocabulo sumpto pro ipsomet membro quod eo appellatur nomine; vt is ex pulchritudine illa commendetur, qua pulcherrimus quisque præditus, potest esse vmbilicus in corpore humano.

I. SENSVS.

Primo autẽ modo crediderim, aptissimè hanc illius pulchritudinẽ celebratam similitudine crateris rotundi, atque ad tornum elaborati. Vmbilicus namque pulcher in medio corporis est instar crateris rotundus, suam habens concauitatem, atque foueolã, in cuius medio quasi opus quoddã tornatile conspicitur, quale & in perpulchro fieri solet cratere, seu ligneo vase rotundo, circulari opere intrinsecus, vel extrinsecus ad tornum elaborato. Augetur non modicum laus isto per id, quod adijcitur: *Nõ deficiens mixto*, seu; *numquam indigens poculis*: Ac si dicatur.

PARAPHRASIS.

Est quidẽ *vmbilicus tuus* in medio candidissimi ventris tui instar pulcherrimi crateris in medio candidæ mensæ, rotunditate, concauitate, atque orbiculata intestini adaptatione crateri rotundo propemodum similis, qui ad tornum & intrinsecus, & extrinsecus orbiculato opere elaboratus sit. Quamquã supra craterẽ ipsum is illud habeat excellentiæ, quod numquam dulci, splendidoque indiget vino ad suæ pulchritudinis perfectionẽ; quomodo crater in similitudinem assumptus; cuius quidẽ prestantissima pulchritudo, atque perfectio sita in eo est, quòd vino plenum & intuentium oculos oblectet, & gustũ reficiat potantiũ.

II. SENSVS.

Altero modo ex Hebraica lectione, quæ ita verti potest: *Vmbilicus tuus crater lunę, non deficiens mixto*; dici haud incongruè posset, Sponsæ vmbilicum hoc loco duabus commendari similitudinibus, scilicet crateris, quoad concauitatem, & lunę plenæ quoad rotunditatem, atque candorẽ. Aptè verò candori lunæ comparatus est vmbilici candor, cum ob intestini sinus, atque orbiculos quædam intermixtæ sunt vmbræ, maculis illis propemodum similes, quæ candido lunę corpori inesse videntur. Per id verò, quod adijcitur; *Numquam indigens poculis*, seu, *non deficiens mixto*: duplici pariter eum celebrari laude ex duplici indicata imperfectione; quarum altera inest crateri indigenti poculis, suam vacuitatem replentibus, quò pulcher dici queat, atque perfectus: Altera vero inest lunæ deficienti iugiter à plenitudine, & rotunditate sua; Ac si dicatur.

PARAPHRASIS.

Est quidem *vmbilicus tuus* instar crateris egregia concauitate, atque instar lunæ plenæ rotunditate, candoreque suo; Attamen nec vt luna is deficit vnquam a candore ipso, rotunditateque illa; *nec* vt crater ad pulchritudinis suæ perfectionem *poculis indiget vnquam*, & vino.

Vers. II. Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS

Cõtinentiũ ordo laudatur.

Vmbilici metaphora laudatur ordo continentium.

POst laudatos Ecclesiæ ministros, qui proximorum necessitatibus subueniũt eiusdem Ecclesiæ facultatibus, eorumdemque ministrorum cũ ministris verbi Dei aptam connexionem: celebratur modo ordo sanctorum continentium, qui in fidelium plebe est triplex ob triplex genus continentiæ, virginalis, vidualis, & matrimonialis: laudaturque sub metaphora vmbilici, aptè in rotundum concisi ea ratione, qua & luxuria, atque

A inconrinentia per vmbilicum non præcisum damnatur apud Ezechielem. a Celebratur autem ordo iste, hic vt Ecclesiæ vmbilicus ex eo ipso, quod ferro, ac torno mortificationis concisus, ita in rotundam perfectionis formam redactus sit; vt planè crater tornatilis, rotundumq; dici queat vas, quod in cælesti mensa diuinos oblectet oculos. Et quamquam instar eiusdem vasis eodem excauatus sit torno, ad suscipienda doctrinę cælestis fluenta mixta vino spiritus, feruorisve, & aqua sapientiæ; quemadmodum & crater tornatilis ad mixtum in se recipiendum, torno est pariter cauatus. In eo tamen is differt à cratere tornato, & excauato, quod crater tunc in sua est perfectione,

B cum vino plenum sitientibus pocula ministrat; atque adeo, hisce in ipso deficientibus poculis, imperfectum eum esse, & suo modo turpem operæpretium est. Iste vero continentium ordo tunc è vestigio in sua censendus est perfectione, cum iugiter suam seruat concauitatem instar conchę se exhibens, vt pulchrè ait Bernardus serm. 18. in Cant. aptam, & paratam ad recipiendam eruditionem ab aliis, cum turpe illis sit, & indecorum, vt alios doceant, doctrinęque pocula subministrẽt, prout de mulieribus testatur Apostolus, vbi ait. b *Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui; sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros interrogent: turpe est enim, mulierem in Ecclesia loqui.*

C

DE ECCLESIA.

a Ezec. 16.

Bernard.

Mulieresque continentes haud vmquã vsurpare debent officiũ docendi in Ecclesia.

b 1. Cor. 14. 34.

Vers. II. Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est, Anima iusti.

II. SENSVS.

c Ro. 8. 28

Appetitus sensitiuus cõmẽdatur in pia aia.

d Eccl. 23. 6

Vmbilicũ metaphora cur significatus appetitus sensitiuus.

DIligentibus c *Deum omnia cooperantur in bonum*, inquit Apostolus, *iis, qui secundum propositum vocati sunt Sancti*. Quapropter haud mirandum, si in anima iusta, quæ sponsa Dei est, & arctissima cum eodem Deo vnita dilectione, etiã

D appetitus sensitiuus celebretur, quem sapiens ille adeo metuebat, vt efficacissima oratione obsecrans, dixerit; d *Aufer à me, Domine pater, & Deus vita mea ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentia ne apprehendant me*. Porrò sub vmbilici metaphora iste laudatur appetitus, quia vmbilici membrum medium inter ea est membra, in quibus duo illi vehementiores siti sunt appetitus, quos sapiẽs ille à se auerti efflagitabat.

Exinde vero laudatur in primis, quòd sit instar crateris tornatelis, enimuero nisi & ipse torno mortificationis, ac spiritus præcidatur iugiter impleri profectò, & exaturari nequaquã potest. Quemadmodũ & crater, aut vas aliud, quod inæqualem habet superficiem, ex vna parte altiorem,

Simile.

E et altera demissiorem, tametsi continuas recipiat aquas, impleri tamen nunquam potest per singulas partes, nisi adæquetur, ac torno, præcisis inæqualibus partibus, suam obtineat rotunditatem. Sicut autem è vestigio crater torno in rotundum ductus facilè vino impletur vndequaque: Ita & vmbilicus, appetitusve sensitiuus, ablata prauitate, & ad tornum mortificationis, & spiritus præcisa omni nimietate, ac superfluitate terrenorũ desideriorum, adeo diuinis illico impletur consolationibus, adeoque rebus oblectatur cælestibus, vt quodammodo plenus, terrena iam minime capiat. Quamquam & ob id magis illo ipso piæ

animæ

DE ANIMA.

animę appetitus extollitur, quod & capacitatis fit tantæ: vt impleatur, & exaturetur numquam, nec vmquam egeat poculis rerum, ac voluptatum terræ, atque carnis. Quò enim magis ad terrena mortificatus ille est, eò maiori semper esurie spiritualia appetit, & diuina, atque cælestia, prout sapientia significat in lib. Ecclesiastici dicens; *a Qui edũt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.*

Appetitus sensitiuus laudatur ob maximã capacitatem.

a Ecc. 24. 29.

Præclare autem idem & altera celebratur similitudinæ lunæ plenæ, quæ cum plenitudine habet quidem perfectam rotunditatem, sed candorem haud ita perfectum, admixtis aliquibus maculis. Enimuerò & ipse tunc plane perfectus in suo genere est, cum Deo est magis obiectus, à quo lumẽ suscipit gratiæ; vt in plenilunio luna maiori illustratur luce à sole, cui ex opposito obiicitur. Quis verò nesciat, omnem appetitum sensitiuum purissimæ quantumlibet animæ, etiam si candidus, purusve sit, quibusdam conspersum esse maculis defectus, & imperfectionis? cum constet, in spiritualibus quoque consolationibus imperfectionem quamdam sonare, quòd sensibiles sint, ideoq. nec necessario puris duntaxat, & sanctis eas exhiberi nouimus, sed & scelestib. etiã aliquando. Bene tamen, dum appetitus iste in pia anima laudatur per similitudinem lunæ, adiicitur: *Non deficiens mixto:* ne quis censeat, illum pari quoque modo, vt lunam à luce solis, deficere à luce gratiæ cælestis, tenebrisque scelerum denigrari. Itaque quod hic dicitur, tale est.

Appetitus sensitiuus pia aĩa similis lunæ plenæ.

Simile.

PARAPHRASIS.

Appetitus etiam sensitiuus in te amodum est cõmendabilis, cum instar crateris tornatilis & ipse sit, torno mortificationis, ac spiritus præcisus, & ad perfectionem deductus; quamquam, cum instar eiusdem crateris capacitatem habeat maximam ad suscipienda diuina, atque cælestia, ita vt illis impleri vix queat; *numquam tamen indiget poculis* voluptatum terræ, & carnis; Estve idem, & instar *lunæ* plenæ, rotunditate perfectus, quatenus super cælesti obiectus est soli, & puritate cãdidus. Et, licèt, quomodo & luna, quibusdam sit conspersus imperfectionum maculis: haud tamen æque, ac eadem luna, deficit vmquam a luce diuinæ gratiæ, peccatorum tenebris obuolutus.

Verf. II. Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Rup. Abb. *Maria Virginitas cõmendatur sub metaphora vmbilici.*

VIrginitatẽ vsquequaq. perfectã hic sub vmbilici metaphora rectè celebratã, sat pbat Rup. Abb. & colligi potest ex dictis supra. Celebratur autem in Gloriosa Dei Genitrice Virginitas ex sũma rotũditate, & perfectione: tum quia, *instar crateris tornatilis*, qui & extrinsecus, & intrinsecus in rotundam formam torno elaboratus sit, nedum in corpore, sed in mente extitit perfectissima: tum quia, *instar lunæ plenæ*, extitit candidissima, & candorem omnem, omnemque, diuinæ gratiæ lucem supercælesti acceptam retulit soli: tum quia *nõ indiguit poculis* filiorum, cum sterilis minime fuerit, vt reliquæ virginitates: tum demum quia nec vllos, etiam cùm peperit, passa est a sua puritate defectus.

A

Verf. II. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.

AP PENDIX.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et Princeps scholæ tuę, per cuius meritum gubernantur omnia sæcula, sicut fetus, nutritur per vmbilicũ in vtero matris suæ splendidus est in lege, sicut circulus lunæ, quando venit ad mundandum, & cõtaminandũ, & ad iustificandum, & condemnandum, & nõ deficiunt verba legis vmquam ab ore eius; sicut non deficiunt aquæ fluminis, quando egreditur de paradiso.

B

Diuersa Ecclesiæ membra sub hac vmbilici metaphora apud Patres hoc loco celebrata reperio; communiori tamen sensu ad sanctorum Prædicatorum laudem hæc referuntur ab Ambrosio ser. 6. in psal. 118. vers. 5. Cassiod. Greg. Papa. Apon. Beda, atque Ansel. Et quidem Ambro. modicis hisce verbis se expediẽs, *Vmbilicus*, ait, Ecclesiæ *tamquã crater tornatilis*, prædicator, *mixto non deficiens*: eò quòd in omni doctrina tornatus plenitudine cognitionis, & potu non deficit spirituali.

Prædicatores sũt vmbilicus Ecclesiæ crater tornatilis.

Ambrosi. Cassiodo. Greg. P P. Aponius. Beda. Anselmus Gre. Pap.

Clarius Greg. Papa, *Vmbilicus*, inquit, Sanctorum Prædicatorum est ordo, qui bene *crater* esse dicitur; quia dum per eos populus eruditur, vino spiritali ipsorum officio inebriatur: Qui bene *tornatilis* nuncupatur: quia, iuxta mores hominũ vniuersos, necesse est, vt lingua prędicatoris voluatur Qui *poculis non indiget*: quia, quod aliis propinat, necesse est, vt abũdantius cæteris bibat, & plenius quod dat contineat.

C

Cassiodor. & Beda bene Prædicatores designatos inquiunt sub metaphora vmbilici, qui est fragilissima pars corporis: ideoque fragilitatem signat nostræ mortalitatis: Simulque crateri assimilatos; quia quantò magis illi suæ fragilitatis meminerint, tantò magis verbo prædicationis insistunt. Per id, quod additur, *Tornatilis*, ipsam indicari, inquiunt, facilitatem erogandi verbum Dei, & elemosynas dandi: & quod erogationem istam pro sola Dei dilectione faciunt: Quod enim torno fit, fit facillime, & inerrate ex seipso perficitur absque alia regula. Per id denique: *Numquam indigens poculis*: Significari numquam defectura verba, cum Deus, quem prædicant, pocula scientiæ, & virtutem constantiæ illis subministret, iuxta illud; *b Dominus dabit verbum euangelizantib.* &c.

Cassiod. Beda.

D

b Psal. 67. 12.

Vmbilicum dictos Prędicatores, ait Anselmus: Vel quia habent seminarium generãdi Deo filios; cum in vmbilico mulier seminarium habeat generationis: Vel quia, sicut vmbilicus est in medio vẽtris: ita ipsi sunt in medio populi reconciliãtes populum Deo. Dictos verò craterem, idest, potantes alios Dei dilectione; Et craterem tornatilem; qa complanati sunt secundum voluntatem Dei, vbi manus Dei nullam inueniat offensam.

Anselmus.

E

Aponius ad eos potiùs, qui exemplo doceant, hæc referre videtur, qui instar vmbilici abscissi in puerulo recenter nato, a terrenis desideriis renascendo, abscissi sunt a peccato; & insuper torno cõsuetudinis, vel boni desiderii expoliti, lætitiæ poculis vltra non indigent, sed aliis indigẽtibus ministrant exemplo conuersationis.

Aponius.

Sacerdotes Ecclesiæ hic commendatos ait Philo Carpathius, qui bene crateri non indigenti mixto

Philo.

APPENDIX.

mixto assimilentur ob mysteria Sacramentorum, quę Deo afferunt veri corporis, & sanguinis Christi, cui populus per fidem, & charitatē miscetur. Recte istiusmodi sacerdotium dictum vmbilicū, & tornatile; quia oportet, sacerdotes esse mundos, ab omni labe detersos, cunctisque uirtutibus bene tornatos, nec aliud quid in tota vita, quàm cęlestia sapere, meditari, atque docere.

Sacerdotes sunt vmbilicus Ecclesiæ sicut crater.

Iustus. Iustus Orgelitanus haud explicat, quænā Ecclesiæ mēbra specialiter hic celebrentur: ait quippe, eos dici vmbilicū, qui non in extremo, sed in medio Ecclesię corpore commorantur.

Theodo. Theodoritus hunc locum declarat per alium illum Ezechielis locum, quo dr̄ synagogæ: a *Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.* Illa, inquit, ex Aegypto oriunda non præcidit vmbilicū suū: sed veluti per radicem quam dam ex Aegypto impię doctrinę traxit improbitatem. Ecclesia autem nedum præcidit vmbilicum suum; sed ita penitus amputauit, ut omnē idololatriæ radicem auelleret; & crateri tornatili similis videretur, qui lętitiæ poculum semper habet nec gaudio, quod ex pietate proficiscitur, vnquam indiget.

a Ezec. 16.4. Idololatrię radix penitus ab Ecclesia amputata est.

Rupert. Ex eodem loco Ezechielis colligit Rupertus Abbas, laudari in his perfectissimā B. Marię puritatē ab omni carnalis uoluptatis appetitu liberā. Ideo enim vmbilicum eius dici, inquit, sic præcisum vt craterem tornatilē. Per id vero, quod adijcitur; *Nūquam indigens poculis*, significatum ait, ipsam Virginem nec sensisse appetitum libidinis.

Mariæ puritas eximia laudata.

Ambr. At alio modo ad eamdem Virginem hęc aptat Ambrosius lib. de instit. Virg. cap. 14. dicens: Verè aluus Mariæ crater tornatilis; in quo erat sapientia, quæ miscuit in cratere vinū suum, indeficientis præ cognitionis gratiā, diuinitatis suæ plenitudinem subministrans.

Mariæ venter crater continens sapientiam.

Ambros. Idem tamen Ambr. orat. de obitu Valen. per animæ vmbilicum mentē sumere videtur, & cor: Vnde ait; Bonus vmbilicus animæ virtutum omniū capax, sicut crater ab ipso fidei auctore tornatus: b *Sapientia enim in cratere miscuit vinū suum, dicens; Venite, edite panes, & bibite uinum, quod miscui vobis.*

Mens iusti vmbilicus, et crater tornatilis.

b Pro. 9. 2

Tres Patr. Denique tres Patres vmbilicū animę vim sensitiuam accipiunt gladio spiritus exactam, & ab omni fraude seiunctam percipientē res ipsas sensibiles temperatas spiritualibus earum rationibus.

Sensitiua vis est vmbilicus ani.

Ex vers. II. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis.

Expositio Prima. Iuxta sonum Litteræ.

I. SENSVS.

Congruo iam ordine ex vmbilici encomio ad ventris, seu vteri laudationem ascēditur. Laudant autem puellæ perpulchrum sponsæ vterum ex triplici capite; ex apta videlicet forma, ex candore, atque ex fragrantia. Ex forma, qua latus inferne est, angulus verò superne: modico, æquabilique tumore succi plenus instar acerui tritici, in quo nihil cōspicitur hians, aut eminēs, granis inuicem iunctis, cunctaque cōplentibus, & æquabiliter undequaque in orbē se diffundentibus. E candore vero, & odore eumdem peregregie celebrant per id, quod vt appositum eiusdem acerui tritici addunt; *Vallatus liliis*: quorum candor, & odor sat omnibus noti sunt.

A Quamquam haud minus congrue eadem verba accipi possunt etiam vt appositum ipsius ventris, vt præter similitudinem acerui tritici, sit insuper & altera hæc valli liliorum: & tunc duos alios a præallato distinctos subindicant sensus haud sane improbabiles.

LITTERA.

II. SENSVS.

Quorum primus est, vt per eam celebretur externa eiusdem ventris pulchritudo, quæ omnium oculis peruia esset: pulchritudo, inquam ex indumentorum decore resultans: ac si dicatur.

PARAPHRASIS.

Venter tuus & quoad internam speciem pulcherrimus est, cum instar acerui tritici modice tumidus sit, & æquabilis, latus inferne, angustusq; superne: sed & quoad externam quoque speciem est decorus, candidissimoque opertus ornatu.

B III. SENSVS.

Sed meliùs alio modo idem ipsum appositum ventris accipiendum mihi persuadet proprietas vocum tum Vulgatæ, quæ vallum significat, tum Hebræorum, & versionis Sept. quæ significant sepem ex liliis adhibitā eidem ventri: vt liliorum vocabulum non proprie pro floribus sic appellatis, sed translate, & metaphorice positum sit, prout lilia sunt symbolū pudicitiæ, ac puritatis, quomodo frequentius in sacris litteris idem vsurpatum reperitur: Tuncve peregregius hic erit sensus huius encomii.

Pudicitia fortissimū vallū virginitatis, & honestatis.

PARAPHRASIS.

Venter tuus insigni specie æquabili, succiplena, inferneque lata, & acuminata supernè est instar acerui tritici; At id, quod insigniori excellet pul- C chritudine, atque decore, est, quod pro vallo, sepe, atque custodia, quo tutus seruetur, tuam ipsam habet pudicitiam. Indicat potiùs, quàm explicet, sensum istum R. Salomon, dum in suis cōmentariis hæc habet: Septus liliis, idest, munitus, & septus liliorum sepe: sufficit ei sepes tenuis, nec vllus ex vobis est, qui eam perrumpat, ingressus eam.

R. Salamō

Ex Vers. II. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

D I. SENSVS.

Cvm ventris nomine illud in sponsa commēdetur membrum, in quo proles gestatur, ad modum certe congruenter, sub illius metaphora sanctorum coniugatorum ordinem in Ecclesia hic celebrari, dicemus; qui, tametsi, & in superiore quoque vmbilici encomio commendatus sit, quatenus & coniugati inter continentes annumerantur, si matrimonialem seruent continentiam: speciali nihilominus præconio laudari debuit: quia imperfectior communiter censetur, & haud dignus, qui inter laudabiles Ecclesiæ ordines celebretur; cum tamen non modicum in Ecclesiam ipsam ex eo redundet & decoris, & commodi.

Coniugatorū ordo inter laudabilia Ecclesiæ membra celebratus.

E Egregie autem aceruo tritici is comparatur, vt exinde potissimum commendetur, quòd multam Ecclesiæ pariat prolem iuxta benedictionem illam, quæ habetur in psalm. 127. vbi dicitur: c *Vxor tua sicut vitis abundās in lateribus domus tuæ. Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensę tuæ.* In aceruo siquidem tritici ingens spectatur granorum multitudo: forma quoque acerui tritici in laudem tendit coniugatorum sanctorum; neque enim coniugatos dedecet, si latius se extendant circa terram, quàm circa superna, dummodo & in parte quoque superiori suo modo eleuentur. Quinimo in illis id maxime est celebrandum

c Ps. 127. 3

Coniugati Sancti quales sint.

DE ANIMA. dum, si ea soliciti sint, quomodo placeant cõiugi, vt bene indicat Paulus in epist. ad Corinth. Si filio rum procreationi indulgeant, vt idem asserit Paulus *b* in epist. 1. ad Timot. loquens de mulierib. quas inquit saluandas per filiorum generationem. Si eorumdem filiorum, totiusque familiæ sedulam curam habeant, dummodo mentem supremam sui partem, cælũ versus elatam seruēt; dummodo mente Deo inseruiāt, ad illum omnia referentes, & ea ipsa, quæ circa terram operari coguntur. Sed & ob illud magis iste coniugatorum ordo similitudine celebratur aceruti tritici, quòd per arctam charitatis vnionem in rotundam tendunt, & æquabilem formam, qua perfectionē designari, sat nouimus; quodve liliis vallati pudicitiæ candidi pariter, in suo genere dici, queant, ac sancti, & continentiæ odorem referentes: Vnde Paulus Apostolus *c* in loco paulo superius citato de coniugatis loquens mulieribus ait; *Saluabitur per generationem, si permāserit in fide, & dilectione, & sanctimonia cum sobrietate.*

a 1. Cor. 7. 33. b 1. Tim. 2. 15. c 1. Tim. 2. 15.

Ex Verf. II. Venter tuus ficut aceruus tritici vallatus liliis.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

II. SENSVS. *Cor, est venter, ac vterus animæ.*

VEntris vocabulum pro corde in sacris litteris vsurpari solitum, aliàs ostensum à nobis est, ac præsertim in cap. 5. vbi à sponsa dicebatur: *d Venter meus intremuit ad tactum eius*: Et certè congruenter metaphora ventris, seu vteri (de vtero namque hic est sermo) cor laudatur piæ animæ. Cum in corde gignantur cogitationes, desideria, atque affectus, quæ postmodum quasi partu quodam ex eodem prodeunt, iuxta illud, quod in Euangelio dicitur: *e De corde exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, &c.* Porrò ob id laudatur cor istud, quod sit *Sicut aceruus tritici*, simulq. & *liliis* sit *vallatum*. Commēdatur. n. potissimùm ex eo, quòd sursum sit eleuatum. Et bene *sicut aceruus*, seu, *cumulus* (vt legit Symmachus) *tritici*; qa tametsi latiùs in ima carnis videatur extēsum, quatenus carni immersum, dum anima in præsenti vita alligata est corpori, in carne ambulans: acuminatum est nihilominus superne, & quoad partem superiorem; quādoquidem, tametsi anima ipsa in carne ambulet, non ambulat tamen secundū carnem, sed in spiritu, conuersationem habens in cœlis. Porrò sicut aceruus tritici ex multis exiguis granis simul vnitis adeo æqualiter per omnes sui partes eleuatur, vt ne vlla vel minima earum inanis, depressiorque appareat: Ita & cor piæ animæ ex multis cogitationib. sanctis simul iunctis adeo æqualiter per omnes eleuatur potentias: vt ne minimus eius affectus vanus sit, atque depressior. Et sicut aceruus tritici quanto est altior, tanto possidentem ditat magis: Ita & cor, quanto cælum versus est eleuatum magis, tanto magis animam ipsā spiritualibus locupletat opibus. Sed dicet aliquis Si cor piæ animæ est eleuatum, adeoque *sicut aceruus tritici*, necesse est, vt intrinsecus purissimis refertum sit cogitationibus, quæ liliorum nomine designantur. Cur ergo dicitur *vallatum liliis* cum dicendum potius videatur *plenum liliis*? Ad hoc respondendum, istud piæ animæ cor esse quidē intrinsecus plenum huiusmodi liliis: tantam nihilominus esse liliorum vim: vt & extrinsecus quoque per odorem se manifestent, & quasi extrinsecus etiam cor ipsum liliis vallatum exhibeant. Et

d Can. 5. 4. e Matt. 15. 19. *Cor iusti quale sit.* *Cor purū & mundū quale sit.*

A omnino propterea idem cor vallatum, seu opertū & ornatum dicitur prædictarum cogitationum liliis; q ea habens, intrinsecus ipsorū speciē & extrinsecus quoq. reddit, in verbis, & operationibus ea ratione, qua & vas crystallinum, cùm candido liquore est plenum, cādore pariter & extrinsecus videtur opertum.

APPENDIX. Simile.

Ex Verf. II. Venter tuus ficut aceruus tritici vallatus liliis.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

III. SENSVS. *Maria partus purissimus.*

B SIcut in præcedenti vmbilici encomio Virginitatem Deigenetricis ita celebratam vidimus; vt simul eamdem & per partum decoram conspexerimus ex verbis iis; *Numquam indigens poculis*, seu, non indigens mixto: Eadem ratione nunc & in encomio ventris, atque vteri eiusdem Virginis prolem, seu potius fœcunditatem ita commendatam animaduertere est; vt simul quoque & Virginitatis illi adiectus sit decor: Æquè est enim, ac si dicatur.

PARAPHRASIS.

Venter tuus sicut aceruus tritici tumidus est, cum & intra ipsum ille sit coacernatus, qui triticum semetipsum appellauit, atque frumentum, cum dixit *f Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Profecto autem purissimi ventris huius tui ipsa tibi extitere lilia pro C positi Virginalis: adeoq. vallum istud fortiter eūdem tuum ambiuit, sepsitque ventrem, instar aceruì tritici tumidum: vt nedum in filii conceptione, sed & in partu quoque illius virginitate decora extiteris.

f Io. 12. 24.

Ex Verf. II. Venter tuus ficut aceruus tritici vallatus liliis.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et septuaginta sapientes circumdant eum sicut aream rotundam, & cellaria eorum plena sunt decimis sanctificatis D & votiuis, & spontaneis, quas constituerūt eis Esdras sacerdos, & Zerobabel, & Iosue, & Nehemias, & Belsan viri Ecclesiæ magnæ, qui comparātur rosis, vt sit eis virtus, vt laborent in lege die, ac nocte.

Per Ecclesiæ ventrem, qui fragilior est, & latior corporis pars absque ossium robore, communiori sensu sancta fidelium plebs, populique fidelis multitudo, & latitudo signatur apud Patres. Hūc porro ventrem sicut aceruum tritici liliis vallatū dici, inquit Greg. Papa: quia dum operibus sanctis intendens, in cæleste horreum præparatur, exemplis sanctorum, vt perseueret, vndique munitur.

Venter Ecclesiæ multitudo fidelium. Greg. Pap.

E Rectè triticum multitudini, & multitudinem tritico comparatam ait Philo, cum & Dominus dixerit; *g Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Nec minus recte aceruo tritici; cum sicut ex multis granis vnus cumulus coaceruatur: ita ex multis populis Christianis vna omnium fidelium Ecclesia copulatur. Quod additur de vallo liliorum, intelligit Philo de sanctis actionibus, castissimisq. colloquiis; quibus consentit & Anselmus.

Philo Car. g Io. 12. 24. Anselmus.

Subti-

APPENDIX.

Cassiod. Beda. *Aceruo tritici sunt cóparata fidelium multitudo.*

A Subtilius tamē Cassiodorus, & Beda haud copiæ tritici, sed aceruo tritici comparatum hunc dicunt Ecclesiæ uentrem; vt per hoc significentur incrementa virtutum, quæ velut aceruus ab inferioribus ad superiora crescendo, conscēdunt: Nā sicut aceruus latior in inferioribus est: ita in Ecclesia multi sunt, qui indulgentius viuunt; pauci uerò, qui summę insistūt perfectioni. Dici autē hūc aceruum vallatum liliis; quia sancti bona, quæ faciunt, pro desiderio supernæ claritatis, & cādoris agunt: quandoquidē per lilia cęlestis illa designatur claritas. Addunt posse hæc referri ad baptismi regenerationē; vt per hęc significetur, regeneratos hoc fonte, bonis, operibus insudare debere, & inhiare ad intuendam gloriam supernæ claritatis. B

Iustus. Aponius. *Script. Sacrę studio indulgētes sūt venter Ecclesię.*

Iustus Orgelitanus, atque Aponius, eos vētrem Ecclesiæ esse arbitrantur, qui studio sacrarū litterarum sint addicti; qui sacrarū litterarum alimenta percipiunt: Et hi uelut *aceruus tritici* congestus meritò pronuntiantur, inquit Iustus quia ex doctrina sana, ex qua quotidie replentur, multos affatim reficiunt. Quæ doctrina in tantum proficit, vt etiam ad virginitatis obseruantiam piis persuasionibus multos adducat. Sicut venter̄ eceptaculum escę est, ait Aponius, per quem tota moles corporis roboratur: Ita & docentur aīæ vigilātes in eloquiis Dei abscondēdo ea in corde suo, alias animas sustentare. Qui & rectè aceruo tritici comparantur, cum iam à palearum leuitate separati, C grauitate morum, pudicitiæ liliis cricūdati, illius splendidissimi grani tritici expresserunt imaginē, qui pro totius mundi vita in terra absconsus est, & in toto mundo pullulantia in se credentium resurgendo fructa porrexit.

Aponius.

Theodo. *Venter aię est illius mens, & cor.*

Animę ventrem illius mentem, & cor sumere videntur Theodoritus, & Ambrosius. Theodoritus enim ita hęc reddit. Animę tuę penu arcanis plenum mysteriis, quorū solus odor imperfectis adhuc, & infantibus notus est. Lilijs namque est circumuallatum; vt per vallum, ac septum eius, quæ recondita sunt, intelligamus; & per lilia vndiq; ex eo fluentē percipiamus fragrantiam. Ambrosius uero serm. 17. in psal. 118. vers. 5. Et venter eius, inquit, non solum aceruo tritici, id est, cibis fortioribus cœlestis mysterii saginetur; verum etiam tāquam lilijs quibusdam moralium suauitate repleatur. Eodemque sensu in orat. de ob. Valentin. Venter eius, ait, non solum iustitiæ, velut frumentario cibo replebatur, sed etiam gratiæ suauitate, quæ florebat sicut lilium. D

Ambros.

Tres Patr. *Venter aīæ est imaginatiua.*

Imaginatiuam eiusdem animæ ventrem esse, censent Tres Patres apud Theodoritū, quod ea, vt venter simul cum rebus superfluis ciborū succos ab illis indiscretos continet, vnà cum rerum visibilium speciebus earum rationes gerit, vt aceruus quidam, & repositio, ac conseruatio rationis veritatis rerum omnium, quæ inter species, vt inter spinas triticum, circumtecta includitur, donec E per scientiā cogitatio ipsam distinguens attraxerit, nudamque ab omni integumento, & dubitatione ad mentem transmiserit. Circumuallata vero & hæc repositio tranquillitate, quæ agri liliorum exemplo in Euangelio declaratur, ne istius vitæ solicitudinibus mens, quasi bonus agricola, spiritali ipsius fructu priuetur.

Ambr. *Maria vterus sicut aceruus tritici.*

Ad B. Mariæ vterum referens hæc Ambrosius lib. de Instit. Virgin. cap. 14. In eo, ait, simul aceruus tritici, & lilii floris gratia germinabat, quoniam Christum generabat granum tritici, & lilium.

LITTERA.

Rupert. *Maria cóseruans tritic, vallatus lilijs.*

Sed Rupertus Abbas de interiori potiùs cordis ventre eiusdem Virginis hæc dicta accipit: In quem ventrem triticum congregatum ait, cum illa *a conseruabat omnia verba, conferens in corde suo*: Vallatum vero liliis eumdem dici, inquit, ob eius puritatem.

Vers. III. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ. a Luc. 2.19

Vers. IIII. Collum tuum sicut turris Eburnea.

Pag. 597. Pag. 575.

QVæ circa vberum encomium dicenda hic forent, videri possunt supra in vers. 5. capit. 4. Sicut, & quæ dicenda essent circa encomium colli, habentur in vers. 4. eiusdem capitis itē quarti. Illud duntaxat hoc loco notandum, eburneum dici sponsę collum ob candorem eximium.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphasis Chaldaica. Vers. 3. Saluatores tui qui te redempturi sunt similes sunt Moysi, & Aaron filiis Iocabed, qui comparantur duob. hinnulis gemellis capreæ.

Vers. IV. Iudex quoque tuus, qui iudicat iudicium tuum, fortis est super populum, vt alliget eos, & vt trahat eos, qui condemnantur in iudicio ad carcerem: sicut Salomon Rex, qui fecit turrim eburneam, & subiecit populum domus Israel, & conuertit eos ad dominatorem seculi.

Prædicatores sūt vbera Ecclesię.

Quoad vberum encomium: constat inter Patres fere omnes vel sanctos Ecclesiæ Doctores, ac Prædicatores, vel eorumdem Doctorum doctrinā sub vberum metaphora designatos: Quæ dicātur duo: vel quia prædicatores sunt de duobus populis, Iudaico, & Gentili: vel quia eorum doctrina est de duobus testamentis Præter ea quæ in præcitato loco c. 4. relata sunt, nil apud eosdem Patres reperi, quod hic notandum censuerim.

Rupertus. *Marię humilitas collū, ceu turris eburnea.*

Quoad alterū colli encomium: Illud primò notandum, quod à Ruperto Abbate asseritur, collū B. Mariæ, id est, illius humilitatem: quia fortissima, atque pulcherrima extitit, dictā turrim eburneam: atque ob [illegible] à Deo data eidem Virgini duo vbera tam insignia, duosque gemellos, ac dulces hinnulos, virginitatem, & fęcunditatem, quia eā respexit humilitatis turrim.

Cassiod. Greg. PP. Beda. Anselm. *Prędicatores sūt collū Ecclesię.*

Porro per Ecclesiæ collum Cassiodorus, Gregorius Papa, Beda, & Anselmus sanctos accipiunt Doctores, quandoquidem per arterias colli vox egreditur, & colli ministerio ceteris membris alimenta ministrantur, vt ait Cassiodorus. Hoc vero collum turri eburneæ comparatur secundum eumdem Cassiodorum: quia sancti Doctores pulchritudinem, & robur eidem præstant Ecclesię: pulchritudinem sincerè, & castè viuendo: robur, muniendo illam aduersus impetus hæreticorum, At secundum Gregori. Papam: quia prædicatores isti & alti per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & pretiosi per diuinam sapientiam habentur.

Philo. *Sacerdotes sunt collū Ecclesię.*

Philo Carpathius per idem Ecclesiæ collū sanctos accipit sacerdotes, qui, vt Christo proximè adhærentes ipsius Ecclesiæ capiti, eius corpus, & sanguinem fideli populo ministrant: Recteque

eam,

APPENDIX.

eam, quæ illis neceſſaria eſt puritas, per eboris candorem deſignari, inquit.

Aponius. *Martyres ſunt collũ Ecleſiæ.*

SanctosChriſti Martyres eodem Eccleſię collo deſignatos cenſet Aponius, qui colla ſua ſub iugo ſeruitutis Chriſti mittentes, numquã ſubducunt: & exemplum martyrii a capite Chriſto ſuſceptũ, ad totum corpus Eccleſiæ poſteris futurum tranſmittunt: Turri eburneæ comparati, cum in toto mundo altis virtutibus ab omni populo conſpiciantur. Ebur enim, ait Aponius, quamdiu carne obtegitur, non apparet pretioſum: cum autem à carne fuerit ſeparatum, tunc ad ornatum proficit Regis, Ita & ſupradictorum anima tunc erit thronus, vbi Deus per virtutem ſignorum ſedere conſpicitur, cum à corpore ſit ſeparata: Qui moribus fuerant beſtiæ, dum carnaliter viuerent, tunc, cognito creatore, pretioſa martyrii in conſpectu Domini affecti ſunt morte.

Iuſtus. *Scripturarũ notitia collum Eccleſiæ.*

Notitiam ſcripturarum, quæ frequenti meditatione conquiritur, collum ſpiritalis ſponſæ aſſerit Iuſtus Orgelitanus; Idcirco autem turrim eburneam; quia qui verbo Dei aſſiſtunt, quotidiano profectu per nitorem iuſtitiæ in excelliora proficiunt.

Philo. *Obſeruatio diuinorum perceptorũ collũ iuſti.*

Si animæ collum exquirat quis, explicat illud Philo Carpathius dicens, per collum purissimorum mandatorum Dei nitidam, ac mundam obſeruationem, integramque iuſtitiam, & uinculũ ſanctiſſimũ, ac nexum fidelis animæ, ac Ieſu Chriſti, ſignificari.

Theodo.

Ad quæ forſitan tendũt & hæc quę habentur à Theodorito: *Collum tuum ſicut turris Eburnea.* Remotum eſt enim à nigredine: & iugum meũ ſuſcipiens, factum eſt candidum: & cum hoſtibus vti turris eſt formidandum; cum amicis amabile propter nitorem.

Tres Patr. *Rationis vis eſt collũ animæ.*

Denique Tres Patres apud eumdem Theodoritum, cum per duo eiuſdem animæ vbera duplicẽ ſumpſiſſent doctrinam, naturalem, & moralem, qua imperfectiores tamquã lacte nutrit: per eius collum vim intelligunt rationis, quæ, vt collum capiti, totum corpus reliquum, ita menti ſenſum connectit; & inſtar turris per virtutem a rebus carnalibus ad ſpiritales, ac cæleſtes extollitur, & eſt leuis, ac pura, quale eſt ebur; quoniam ab inæqualitate, quæ in exceſſu, defectuque uirtutis ineſt, & animas inquinat, eſt remotiſſima.

Ex Verſ. IIII. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filjæ multitudinis.

Expoſitio prima. Iuxta ſonum Litteræ.

Poſt colli encomium à toto puellarũ choro in hoc ipſo ver. 4. decantatũ, vna ex eodem choro præ cæteris allecta a pręſtantiſſimo oculorum eiuſdem ſponſæ ſplendore, haud ſinens, vt chorus membrorum eorum encomia proſequatur, quæ inter oculos, atque collũ media exiſtunt, labiorum, dentium, & genarũ, quæ alioquin eximijs encomiis celebranda ſupererãt, prout alias a ſpõſo exacte illa nouimus celebrata, ad ipſos oculos, eorũq. in primis fulgorem eximium extollendum prorumpit, Ideoque inſignioribus, quę in Iudæa eſſent, piſcinis, ſeu ſtagnis, aut fontib. (hæc enim omnia hoc loco per vnam ſignificantur Hebraicam vocem) illos comparans ait: *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon quę*, &c. Comparatione ſanè per optima: cum ob ingẽtem ſimilitudinem, quæ inter oculos eſt atque fontes, vno eodemq; vocabulo tam Græco, ὀφθαλμὸς, quàm Hebraico עין ngain, fons, atque oculus ſignificetur, vt aperte patet ex eo, quod in cap. 1. Thren. iuxta lectionem Hebr. ſic habetur; *a Oculus meus ſunt meus* (eodem vocabulo reperito) *deducens aquas*: efficacius, quàm in noſtra vulgata: *Oculus meus deducens aquas.*

LITTERA.

Oculus & fons eodẽ uocabulo ſignificantur & in Hebræo, et i Græco.

a Thre. 1. 16

Pro intelligentia eximii encomii huius, allatæque ſimilitudinis nonnulla ſunt ſupponenda. Primum, *Heſebon*, ſiue *Heſbon*, cuius hic ſit mentio, extitiſſe nobiliſſimã Vrbem citra Iordanem, quã olim Sehon Regis Amorrhæorum Regiam extitiſſe legimus Num. 21. *b* & Ioſue item 21. *c* ſtagnis, aquiſve abundantem, prout ex hoc ipſo canticorum loco colligitur communi fere ſenſu. Neque enim probo, quòd à Nicolao de Lyra, atque à Moncæio cum aliquibus Hebræorum aſſeritur de piſcinis, quæ erant Ieroſolymis hic verba fieri ipſamque Ieroſolymam vocabulo Heſbon ſignificari, quatenus vox Hebræa חשבון Heſbõ haud propriè ſumẽda ſit, ſed appellatiue, vt numerum ſignificat, & æſtimationem, atque adeo & Ciuitatem Ieruſalem, quæ inter vniuerſas Iudææ Vrbes æſtimationis ſit maximæ. Sicut autem illud non probo; quia vim infert litteræ: ita nec illud neceſſario amplectendum duco, quod ab aliis aſſeritur, comparatos duos ſponſæ oculos duabus piſcinis, quæ illuſtriores fuerint ad portam aſſignatã prædictæ Vrbis ob eamdem rationem, cum ex originalibus Hebræ. & Græcor. pateat, piſcinarum non duarum duntaxat, ſed plurium in genere fieri mentionem. Illud vero duntaxat ex textu neceſſario colligitur, ad nobiliſſimam dictæ Vrbis portam piſcinas extitiſſe inſignes, adeo vt in hominũ ore eæ verſarentur, tamquam in tota Iudæa pulcherrimæ. Inſuper & illud quoque ſupponendũ, id, quod prædictæ portæ adiicitur, *filia multitudinis*, eſſe eiuſdem portæ nomen proprium, quippe quę Hebraico vocabulo diceretur בת רבים bath rabbim, quod interpretatur, *filia multorum*, vt illud reddiderunt Sept. ſeu, *filia multitudinis*, vt habes in Vulg. Exinde enim nomen illud ei inditum eſt portæ, quòd frequenti populorum concurſu eſſet celebris; vel quia in ea præcipuum eſſet Vrbis forum; cum ex compluribus ſacræ ſcripturæ locis conſtet, in portis iudicia, & mercatus fieri ſolitos, & populorum conuentus; vel forraſſe, quia magna populi multitudo ad eam tenderet portam, allecta ad ſpectandas inſigniores, quæ in illa erant, aquarum piſcinas; quod magis ad rem noſtram facit.. Quomodocumque tamen ſit, illud in hoc vocabulo notandum, vocem *filia* adhibitam phraſi Hebraica, ſecundum quam filiæ, ſeu filiorum vox frequenter ornatus duntaxat cauſa adijcitur, vt Ierem. 17. 19. *Vade, & ſta in porta filiorum populi*, ideſt, in porta populi, ſcilicet frequentis, vnde ſubijcitur: *Per quam ingrediuntur Reges Iuda, & egrediuntur*, & cæt. & Ierem. item 4. verſiculo 11. *Quæ ſunt in deſerto: viæ filiæ populi*, quod idem eſt, ac ſi diceretur:

b Nu. 21. 26
c Ioſ. 21. 36
Nicolaus de Lyra, Mõcæius.

Filia aut filiorũ vocabulũ phraſi Hebraica adijcitur ſæpe ornatum duntaxat.

Ier. 17. 16. & 4. 11.

LITTERA retur: *Via populi*: scilicet frequentis: atque adeo & quod hic dicitur: *In porta filia multitudinis*, tantum dem est, ac si diceretur: *In porta multitudinis*.

SENSVS. His suppositis facile est iam præsentis encomii assignare sensum: Ex duobus enim potissimum sponsæ oculi in eo commendantur; ex fulgore nimirū, serenitate, ac claritate; atq. adeo ex eo, qd ad se conspiciendos alliciant vndequaque. Et profectò haud aptius prima claritatis laus in eos cōferri potuisset, quam comparatione piscinarum, quę limpidissimis affluerent aquis; quandoqnidem & oculi exinde vniuersam suam habent claritatem, quod aquei sunt, tribusve abundant humoribus, albugineo, vitreo, & crystallino. Secunda quoque laus, quæ omnium est maxima, per optime particularium piscinarum illarum similitudine expressa est, quæ in porta illa Hesebon erant, piscinis aliis, quæ in Iudęa tunc essent, maximè insignium. Hac enim vna similitudine id omne in eosdem oculos confertur laudis, quod in pulcherrimos alios quosque posset conferri. Laudantur namque ex absoluta partium omnium perfectione, ex debita quantitate, debito colore, debita honestate, nec non & ex debita palpebrarum, ciliorumque dispositione, ac pulchritudine: per quæ omnia fiebat, vt tantam illi haberent vim alliciendi, quantā nimirū & prædictæ piscinæ; quæ ex eo, quòd omnimoda insignes essent pulchritudine, vltra limpidissimarum aquarum copiam, etiam omnibus partibus essent absolutæ, congruenti tum amplitudine, tum situ, tum adhibito ornamentorum decore, tum demum & aquarum quiete: Ipsa duntaxat sui fama tantam ad se spectandas alliciebant populorum frequentiam; vt portæ, cui adiacebat, speciale nomē indiderint, בתרבים bath rabbim, seu *filia multitudinis*.

Hunc ergo germanum censeo istorum, quæ in hoc oculorum encomio dicuntur, & satis accommodum, ac facilem sensum. Non respuo tamen, Legionēsi. quæ asseruntur vel à Legionensi, existimāte, similitudine piscinarum Hesebon sponsę oculos ex triplici oculorum speciali conditione laudatos: ex amplitudine, propter quam inquit & Homerum Iunonem appellasse βοῶπιν, idest, bouinos oculos habētē, ob magnitudinē oculorū iustāatq. decētē: ex serenitate, ex qua existit lumē, ac splēdor: & demum ex quiete, ac stabilitate, quæ cum ipsa in oculis est grauitatis, & decoris plena, tum certè constantis animi, atque simplicis est indicium; cū è vestigio quorum oculi atque palpebræ magna celeritate mouentur, aut timidi sint, aut omnino vafri, atque fallaces. Vel à Martino Del Rio, addē-Del Rio. te, per eamdem similitudinem eosdem oculos celebrari in primis ex insigni eorum specie, quæ tribus iam supradictis humoribus aptè temperatis, nitida, pellucida, & speculari more fidelis in pupilla repræsentatrix imaginum est. Hæc enim tria ex perpulchris, inquit, piscinis, stagnis, ac fontibus laudis potissimū sunt: si liquido humore abūdent, si pelluceant, si speculorū more reddant imaginem intuentis: Additque, piscinæ quoque cum oculis, seu cum humore eorum crystallino id esse commune, vt, cum eius origo latenter subtus scaturiat, extima tamen superficies foris serena, stabilis, quieta perseueret.

R. Salamō Circa lectionum varietatem, duo sunt adnotanda. Primùm, quòd aduertitur a R. Salomone in suis commētariis, Hebraicam vocem berechoth, quam noster Interpres pro piscinis accepit, communiterque etiam Hebræi pro piscinis, seu stagnis, aut fontibus sumunt, vsu Thalmudico pro

A columbis accipi posse; Ac si dicatur. *Oculi tui sicut columba*, &c. quo encomio sæpius in hoc cantico cōmendatos nouimus oculos. Secundò notandum, Aquilam, teste Theodorito, pro *Hesebon* legere *cogitationum*. DE ECCLESIA. Aquila.

Ex Vers. IIII. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multudinis.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

B INter ea, quæ spectabilem Catholicam reddūt Ecclesiam, insignis, qua prædita est, meritò numeratur scientia, per quam ad illam haud minus alliciuntur quique, quam per oculos pulchros ad corpoream pulchritudinem admirandam alliciamur, Ideo in panegyrica hac laudum eiusdem Ecclesiæ oratione, post laudatum sanctorum Prælatorum ordinem sub duplici metaphora vberum, atque colli, congruenti sane ordine ipsa eius celebratur scientia: vtpote per quam iidem Prælati ita redduntur spectabiles; vt qui sine illa sunt, nec digni sint, qui in tam eximium adscribantur ordinem: sub oculorum verò metaphora, & similitudine piscinarum ea celebratur: quandoquidem per C ipsam Ecclesia & dignoscit vniuersa, æque ac per oculos singula dignoscit & corpus: & diuina non minus redundat sapientia, de qua dicitur: *a Aqua sapientiæ potauit eos*; quā limpidis piscinæ exuberent aquis. Quin & in eo oculis, atque piscinis eadem est similis, quod sicut piscinæ occultè aquas ex altis montibus fluentes, summaque cum quiete suscipiunt; & oculi per occultos neruos opticos vitales spiritus è capitis cerebro latenter admittunt. Ita & ipsa scientiam in se habeat latenter summave quiete è celsissimis cœlis delapsam. Porrò cum similitudo restringitur ad particulares piscinas, quæ insigniores inter piscinas Iudææ reliquas erant in Hesebon, ad illius portam frequen-D tiori populi conuentu præcipuam, id omne in eadem Ecclesiæ scientia extollitur, quod insignis, atque præclari celebrari in illa queat. Laudatur ex amplitudine; quid enim ea latius, quæ nedum per vniuersum terrarum Orbem, perque amplissimos cælorum ambitus; sed & per latissimum cœlū empyreum, perque immensum Deum ipsum sese expandit: ita vt multò verius de Ecclesia illud proferri possit, quod de Salomone dictum reperimus in 3. lib. Reg. *b Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis & latitudinem cordis*: Laudatur ex quiete, cum è vestigio mundi scientia ob inquietudinem, quam in se habet perpetuam, rectius mari comparetur ventis, imbri-E busve fluctuanti, iuxta illud Ecclesiastes, in quo sapientissimus Salomon eam expertus inquietudinem, libere illam fatetur, dicens: *c In multa sapientia multa est indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem*. De scientia namque, & sapientia Ecclesiæ per sapientem illum dicitur; *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius; sed lætitiam, & gaudium*. Si claritatem requiras, quid ea illustrius, de qua Sapiēs dicebat: *d Proposui pro luce habere illam, quoniā inextinguibile est lumē illius?* &, *e Est hac speciosior sole, & super oēm dispositionem stellarū: luci cōparata inuenitur prior*. Quod si speculorū more & repræsentationem

Scientia Ecclesiæ celebrata sub oculorū metaphora, & similitudine piscinarum.
a Eccl. 15.3
Simile.
Scientię Ecclesiæ catholicæ laudes
Ampla.
b 3. Reg. 4. 29.
Quieta.
c Eccl. 1. 18
Sap. 8. 16.
Clara.
e Sap. 7. 10
f Sap. 7. 29

Instar speculi.
a Sap. 7. 26

tationem imaginis eius, qui intuetur in limpidissimis harum piscinarum. horum Ecclesiæ oculorũ, eiusdemque Ecclesię aquis exquiras: sanè sicut per eumdem sapientem illa dicitur *a Speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius*; quatenus Dei, eiusdéque maiestatis, ac bonitatis imaginem nobis refert. Ita & instar speculi imaginem refert cuiuscumque nostrum, cũ nũquam meliùs, qualis demum quisque sit, intelligere possit, quã si in Ecclesiæ scientia, quæ circa Deum diuinaque versatur præcepta, semetipsum spectet. De errorum, prauorumque dogmatum maculis in oculis hisce, sicut de cœno in prædictis piscinis, nec vlla insurgere potest suspicio. Quapropter nec illud mirandum, si omnes vel etiã mundi sapientes per eam ad Ecclesiam alliciantur Catholicam; ita vt propterea dici illa debeat *filia multitudinis*.

Ex Vers. IIII. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

Contemplationis studium oculi piæ animæ.

Contemplationis studium, seu ipsę cõtemplationes, & meditationes, quibus pia anima in eo se exercet studio, illius spirituales esse oculos, qui hic commendantur, nemo iure abnuet, qui oculorum nouerit munus. Illud potiùs hoc loco difficultatem uidetur habere, quam proportionẽ, quamve congruentiam spirituales hi oculi cum aquis habeant: ita vt si laudibus celebrandi sint, piscinarum celebrari debeant similitudine, & piscinarum earum particularium, quæ in Hesebon, & ad portam extiterunt filiæ multitudinis. At cui modus compertus sit, quo piscinæ aquis redundant, nihil horũ difficile erit inuenire congruentiæ rationem. Enimuero sicut piscinæ eatenus pulchrarum piscinarum merentur nomen, quatenus eas in se continent aquas viuas, quę è proprio ipsarum fundo scaturiunt, quæve consequenter limpidissimę sunt, atq; vniuersos ad se spectãdas alliciunt: Ita & ea demum eximiæ sunt pię animę contemplationes, quæ lacrymarum exuberent aquis ex ipsarummet fundo, atque e penetralibus cordis scaturientibus. Ex hoc quippe in illis cõsequitur contẽplantis animi serenitas, quę vix credi potest, vt nedum cælestes spiritus, sed & Deum ipsum ad se alliciant. Quòd si amplitudinem quoque in iis cõmendari quis velit, per amplissimarum piscinarum similitudinem, id certè non abnuo: Nam & ipsas amplissimas esse, sat patet cum ad vniuersi Orbis opificium se extendãt; ad hominis dignitatem, eiusdemque miserias; ad immensa Dei beneficia; ad Verbi incarnationem; ad Christi vitam, passionem, mortem, & gloriam; ad mortis articulum, ad iudicii diem; ad inferni pœnas, ad cœlestem gloriam; ac demum ad eiusdem Dei celsitudinem, æternitatem, & immensitatem. Quin in tanta illarũ amplitudine id quoque summæ est laudis, quod haud minori constent quiete, quam amplissimæ, & quietissimæ piscinarum: neque enim se se inuicem turbant: at adiuuant potius, non secus ac duo oculi in vno intuitu se se inuicem adiuuant ad bonam promendam visionem. Maximè autem id est notandum, quòd eæ piscinis *in Hesebon* potissimum comparantur, & ijs, *quæ sunt in porta filiæ multitudinis*; Siquidem cum Hesebon interpretetur cingulum doloris, illud primo per hæc significatur, piæ animæ contemplationes iis potissimum exuberare lacrymarum aquis, quæ ex contritione proueniunt, & circa dolorem versantur peccatorum, vel propriorum, vel alienorũ. Bene autem haud fluminibus, fontibus, aut puteis, sub *piscinis Hesebon* eædem assimilantur: quia piscinæ peculiariter ad tria inseruiunt: ad conseruandos pisces, ad natandum, & ad lauandum. Et contemplationes lacrymarum prædictarum copia abundantes, siue lacrymæ ipsæ similiter ad tria inseruiunt, ad conseruanda, & augenda sancta desideria, quæ instar piscium vix habita prolabuntur: ad natandum, per pœnitentiæ opera, atque ad abluenda crimina: quæ duo vltima vnico psalmi versu expressit Dauid, cum in Psalm. 6. dixit; *b Lauabo per singulas noctes lectum meum, & lacrymis meis stratum meum rigabo*, iuxta lectionem Hæbraicam.

Lacrymarũ commoda tria.
b Psa. 6. 7.

Lacrymæ sunt tantũ in hoc saeculo.
c Apo. 21. 4
Lacrymæ, & odor à peccato causatus ipsũ conterunt peccatum
Io. Chrys.
Simile.

Sed quid est, quod iis potissimum piscinis in Hesebon eædem comparantur, *quæ sunt in porta filiæ multitudinis*; nisi, vt per hoc significaretur, contemplationes, ac meditationes hisce lacrymis redundantes, in hoc duntaxat mundo esse? Enimuero in cœlis, quamuis tota animarum vita in Dei contemplatione, & dilectione exercebitur, nullæ tamen reperientur lacrymæ. *c Absterget* namque *Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum*, ait Ioannes in Apocalypsi. At in hoc mundo, qui congruentissimo vocabulo, lacrymarum vallis nuncupatur, lacrymarum piscinis omnes affluunt. Nam tristitia, dolor, & labor in peccati pœnam à Deo exhibita fuere post Adæ inobediẽtiam. Quamquam (vt rectè ait Chrysostomus homil. de pœnit.) Deus pro sua immensa misericordia, quod in pœnam dedit, vertit postmodum in salutem; peccatum enim dolorem genuit: & dolor peccatum ipsum contriuit: Et quemadmodum vermis in ligno natus lignum comminuit: sic dolor per peccatum inductus peccatum conterit. Quòd si quis quærat, quanam ratione per portam *filiæ multitudinis* mundum significatum dixerimus: Si recolamus, quod dictum est in prima expositione, per portam filiæ multitudinis significari frequentissimum forum, rectà ratione mundum sic appellatum intelligemus: quandoquidem & ille forum est frequentissimum, per quod alii ingrediuntur nascentes, alii egrediuntur morientes.

Ex Vers. IV. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Mariæ fides quo similis piscinis præstantissimis.

Spirituales Gloriosæ Virginis oculos ipsam eius esse fidem, explicatum est alias à nobis. Quomodo verò isti illius oculi præstantissimæ sint piscinarum omnium, prout in hoc oculorum encomio significatur, facile est intelligere, si supponamus id, quod sępius quoque probatũ fuit, à nobis, cęlestes gratias aquarũ metaphora in sacris literis designari solitas. Enimuero tanquã in pulcherrimis piscinis limpidissimas, & copiosissimas aquas istas in Mariæ fide quodãmodo contentas haud incongrue eo sensu dicere, fas est, quo illi à B. Elisabet dictum est: *a Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino:*

a Luc. 1. 45

DE B. MARIA. *no*; Quæ enim credidit, vnà cum fide sua perfectis- A
sima, seu in ipsa fide sua beatitudinem obtinuit il
lam, quæ ei obuenit ex plenitudine gratiæ, atque
ex Spiritu sancto, qui in ipsam superuenit: nec nō
& ex obumbratione virtutis Altissimi, per Ver-
bi incarnationem factam in eius ventre. Et vide
amabo, quam aptè huic eius fidei piscinarum cō
Simile. gruat vocabulum: Piscinę enim copiosis exuberāt
aquis, quæ è celsis quidem defluunt montibus;
sed tamen ex ipsorum fundo scaturiunt. Quis ve
rò nesciat, gratiarum aquas è cœlis in Mariam de
fluxisse? attamen quòd quasi è fide eius scaturie-
rint, dum, quia credidit, superuenit in eam Spi-
ritus sanctus, quo eius impletus est venter, ex
iis Domini verbis facilè colligi potest, quibus in B
a Io.7.38. Euangelio ait: *a Qui credit in me, flumina de ven
tre eius fluent aquæ viuæ*. Vbi, tametsi ventris nomē
pro corde positum accipiendum sit, cum inde est
finitè de quolibet credēte est sermo: cum tamē ea
dem verba & de B. Maria sumuntur, quæ præ cete
ris omnibus perfectiori credidit fide: nedum pro
corde, sed & pro ventre quoque, & vtero rectè su
mebur. E quo ventre illæ fluxerunt aquæ, instar a-
quarum piscinæ quietissimæ, de quib. apud Isaiā
dicit Dominus: *b Pro eo, quod abiecit populus iste*
b Isai.8.5. *aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio*, &c. Vbi per a-
quas Siloe, quas piscinam, & natatoriam extitisse,
colligitur ex Euangelio Ioannis, *c* Christus in-
c Ioa.19.7 telligitur, eiusve gratiæ; de quo in præcedentib.
sermo habitus fuerat, quemve ibi appellandum C
legimus: *d Accelera spolia detrahere, Festina præ-*
d Isai.8.3. *dari*.

Ex Vers. IIII. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multudinis.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica, Scribæ tui pleni sunt sa
pientia sicut piscinæ aquarum, & sciunt con- D
stituere rationes embolismorum, & annos inter-
calant, & signant principia annorum & mensium
in porta domus Concilii magni.

Prædicatores sūt oculi Ecclesiæ, sicut piscinæ &c. Communiori veterum Patrum sensu, oculi Ec-
clesiæ sunt sancti Prædicatores, & Doctores, per
quos, veluti per oculos in itinere vitæ præsentis
fideles diriguntur. Piscinis hos comparatos ait
Cassiodo. Cassiod. quia fideles ipsos vitali lauacro abluunt
& salutari potu reficiunt. Piscinis verò *Hesebon*,
quæ interpretatur cingulum mœroris; quia iidem
prædicatores, neglectis terrenis gaudiis, cingulo
mœroris se constringunt, castè, & sobriè viuentes
in hoc seculo; & pro suis, aliorumque erratis de-
flent. *In porta* autem *multitudinis* esse dicuntur: qa E
nullus Ecclesiam ingreditur, nisi per eos salutari
baptismatis abluātur aqua, & salutari pariter pote
tur fonte doctrinæ. Hisce consentiunt, & quæ di-
cuntur à Beda, Iusto Orgelitano, & Anselmo; tan-
Beda. Iustus. Anselm. gitque hunc sensum & Aponius, & sequitur illū
aperte Greg. Papa, dicens, spirituales hosce Eccle-
siæ oculos dici sicut piscinas *in Hesebon*: quia dū
Aponius. Greg. PP. peregrinatione sua contristantur, & mœrore cor
roborati contra spiritales hostes accinguntur, la-
crymis se lauant: vt per eos populi conuenienter
coram Deo mundentur. *In porta* autem *filiæ multi-
tudinis* sunt: quia in fide stant, per quam Ecclesiæ
multitudinem ad cælestia introducunt.

Quia spiritales oculi piscinis comparantur, ad APPENDIX.
lacrymarum profusionem non incongrue hæc re
ferunt aliqui: Vnde Ambr. serm. 16. in psal. 118. ex
posit. litteræ Ain, legens: *Oculi tui stagna in Hese-* Lacrimarū effusio laudabiles reddit oculos.
bon, in portis filiæ multorum: ait, stagna in Hesebon
quid est, nisi cogitationibus rationabilib. abundā
tia, quæ est in portis Ecclesiæ, cui merito defertur
multitudo doctrinæ? Oculus ergo iste prouideat Ambrosi.
quæ futura sunt, &, si aduersa imminere prouide-
rit, fletu, lacrymisque emollire, ac mitigare nō de
sinat. Clariùs verò Apon. In oculis (ait) Ecclesiæ Aponius.
pro eo, quòd piscinis Hesebon comparātur, illi vi
dentur ostensi, siue qui pro suis, siue qui pro alie-
nis criminibus fontes proferunt lacrymarum iux
ta etymon nominis Hesebon. Eodemque sensu Ru
per. Abbas hæc refert ad B. Virginem, cuius oculi Rup. Abb. Maria compūctio qualis.
præ amore, & desiderio dilecti fluunt lacrymis, q̄
ex Hesebon, & cingulo mœroris manare dicuntur
quandoquidem Mariæ compunctio terra est irri-
gua aquis, principium quoddam æternæ dulcedi
nis, sicut Ciuitas Hesebon prima fuit possessio ter
ræ promissionis filiæ multitudinis, idest, Israeliti
cæ plebis.

Ad animæ cogitationes, & cōtemplationes alii
hæc referunt: notatq. propterea Theod. Aquilā Theod.
pro, *Hesebon*, vertisse *cogitationes*: Acsi dicatur: Cō Cogitationes iusti quales.
templationes animæ tuæ, & piarum cogitationū
copia similes videntur piscinis, aquas vndiq. susci
pientibus; quādoquidem per ora multa doctrinæ
latices excipiunt, vt portarum vocabulo nominen
tur ora metaphorice.

Et Philo Carpath. haud admodum dispari sen Philo.
su cogitationum rectitudinem & probitatem lau
datam existimat, quæ stagnis assimilatæ sint; quæ
sint exuberantes è sacrarum litterarum fluētis, &
ex cognitione rerum diuinarum. Per filiam multi
tudinis vnam intelligit Ecclesiam Catholicam, in
quam quasi per multas portas per sacramenta in-
gredimur.

At verò tres Patres non tam cogitationes, quā
potentias, vnde illæ emergunt, per oculos designa Tres Par.
tas arbitrantur: Ac si dicatur. Animæ tuæ potentię Speculatiuæ potentię sunt oculi animæ.
speculatiuæ, tamquam piscinæ aquas, quæ in se
fluunt, colligentes, in diuinæ vbertatis (id.n. signi
ficat Hesebon) per virtutum incremētum, sensuū
opera, per quos, quasi per quasdam portas in ani-
mam intellectiuam cognitio rerū ingreditur, ex
varia rerum natura colligunt cognitionem, quæ
ex contemplatione comparatur.

Hugo demum de S. Vict. annotationib. in Iohe Hug. Vict.
lem Prophetam tom. 1. pag. 140. ait: Oculi sponsæ
sunt claritas fidei, & intelligentia diuini eloquii.
Hesebon interpretatur cingulum mœroris: *Piscinæ
Hesebon* sunt diuersa genera compunctionis. Ocu
li igitur sponsæ sunt piscinæ in Hesebon: quia in-
de magis magisque clarificantur, vnde in præfa-
tis piscinis frequentius lauantur.

Ex Vers. IV. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

Expositio Prima, Iuxta sonum Litteræ.

OMissa opinione eorum, qui nequaquā
hæc iuxta sonum Litteræ interpreta-
ri posse arbitrātur, & opinione Aloy-
sii Legionen. sectatorumq. ipsius, qui Legionēsi.
per nasi vocabulū existimant, se verū
illud celebrari, q̄ in spōsę elucebat ore; iuxta eā sa
crarū litte. phrasim, qua eodē nasi noīe significari
solet

LITTERA.

Nasus pro severitate faciei positus.

R. Salamō

Nasus pro fronte usurpatus.

solertium excandescentia, tum grauitas oris, quæ oritur ex habitu animi celsi, atque magni, Omissa denique & opinione R. Salomonis, qui Hebraicā dictionem אף aph, quam noster cum reliquis interpretibus nasum vertit, quod & communi Hebræorum expositorum sensui est consonum pro fronte accipit; atque adeo pro totius faciei grauitate, quæ præcipue relucet in fronte; ut sic in panegyrica hac oratione seruetur ordo huc vsque seruatus ab inferioribus ad superiora.

Omissis, inquam, his tribus opinionibus, indubitanter cum nostris Patribus, atque etiam cum communi Hebræorum sententia nasi vocabulum pro membro ipso nasi hic sumendum censeo: Vt postaquam puella illa, quæ ab oculorum sponsæ splendore allecta, haud sinens reliqua eius mēbra à toto celebrari puellarum choro, ipsorum oculorum cœpit, absoluitque encomiū, prout vidimus in superioribus verbis: Alia statim eiusdem chori puella toti choro pariter verba præripiens, illud in sponsa commēdare aggrediatur nasi mēbrum quod inter ipsos oculos, in totaque sponsæ facie perpulchre eminens, nulla ratione prætermittendum putarat.

Pro allatę autem similitudinis intelligentia, & pro totius encomii huius sensu, supponendū primò; Salomonē in hoc Cantico pastores repræsentare, qui & rusticano loquā tur modo; atque adeo eas quoque vsurpare similitudines, quæ ex agris desumptæ essent, atque illa potissimum seligere, quæ pulcherrima, amœnissima, visuque dignissima vulgò censerentur in Iudæa quò magis encomia, quæ in medium afferebantur, amplificaret: ob eamdemque rationem maximis, & ingentib. uti rebus non vt mathematicam (vt inquiunt) earum vsurpare velit quantitatem: neque enim tantum despiebat, sed vt mēbri, aut alterius rei, quæ laudabatur, similitudinibus hisçe efficacius exprimeret pulchritudinis, & magnificentiæ præstantiam, prout & à prophanis quoque Poetis, & in primis ab Homero sæpius factum, videre est. Quòd si hoc ferè semper in toto hoc libro fuit obseruandum, in isto præsertim nasi encomio obseruari debet; cum alioquin pro laude in sponsam maximum inureretur deformitatis opprobrium; quando adeo assereretur nasuta; ut naso ipso suo turrim adęquaret Libani.

Supponendum secundò; & hoc quoque loco, prout piscinæ in superiori oculorū encomio, turrim eam in comparationem assumi, quæ vulgo tunc censeretur prestantissima, & maximè erecta, qualem certò extitisse oportuit illam, quæ in celsissimo Libani monte ædificata erat. An vero turris ista à Salomone ędificata fuerit, vel ab alio; neq; ex hoc loco, neque vsquam alibi ex sacris litteris colligi potest. Id tantum hic habemus; illam in ea Libani parte constructā fuisse, quæ versus Damascum erat, à Libano haud admodum longe distātem: hocque sensu intelligendum, quod in Vulgata dicitur; *Qui respicit contra Damascum:* Lectio Hebræa suadet, & versio Sept. quæ habent: *Quæ spectat faciem, seu, facies Damasci.* Ex quibus & id colligere licet, quod satis probabiliter ab aliquibus asseritur, turrim prædictam eo loci ædificatam, ad excubias faciendas aduersus Damascenos, & Syros, qui è Damasco totius Syriæ capite Iudæam infestarent: Infestatam namque Iudæā à Latrunculis Syriæ legimus manifeste in 4. lib. Reg. a

Turris Libani, quæ.

a 4.Re.24.3.

His suppositis, iam facile est similitudinis, encomiique vim huius explicare, & sensum ex qua-

DE ECCLESIA SENSVS.

tuor enim pulcherrimi nasi dotibus & sponsę nasus hic commendatur.

Primò, ex eo, quod super speciosissima facie cōcinna erectus esset proportione, sicut turris illa super pulcherrimo erecta erat Libani monte. Secundò, ex eo, quòd haud tortus ille esset, at perfecta rectitudine extensus, prout turris Libani ita erecta erat, & absque vlla curuatura, vt nemo dubitaret, eam factam ad perpendiculum. Tertiò, ex grauitate pariter, & maiestate, quà petulantibus non minus incuteret pauoris, quàm turris illa incuteret hostibus: Experientia siquidem obseruamus, non tam oculorum, quàm oris, & ipsius nasi rictu, ac gestu nos significare cum quid nobis displicet, cumve quempiam à nobis repellere volumus. Et demum quartò, ex eo pariter celebratur, quòd tanto in percipiendis, ac dijudicandis odoribus, atque fœtoribus polleat acumine; vt facile quemcunque vel longissime distantem dignoscat: non secus ac è turri Libani facile quotquot è Damasco in Iudæam tenderent vel à longe dignosci poterant, amici ne essent, an hostes.

Ex Vers. IV. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Ex eo, quòd Hebræorum quidam hæc referūt ad eminentem Regiam, aut sacerdotalem dignitatem (nam R. Dauid in 23. cap. Ezech. Regem sub nasi metaphora designatum ait, meliusque R. Abraham Aben Ezdra in suis super hunc locum comment. Summum accipit sacerdotem, qui in facie Synagogæ sublimior eminebat) libenter in eam adducor sententiam, vt summum Romanæ Ecclesiæ Antistitem hic commendari, seu potius Catholicam Ecclesiam per excelsam dignitatem istam censeam celebrari: & ordine admodum congruenti, post encomia Prælatorum, & scientiæ eiusdem Ecclesiæ: cum Summus Pontifex reliquos Prælatos efficiat, & iudicet, atque deponat, cum opus fuerit; cumque idem sit quasi arca quædam, & promptuarium Ecclesiasticæ scientiæ. Porrò peregregiè dignitas ista, & nasi metaphora, & similitudine extollitur *Turris Libani, quæ respicit contra Damascum:* cum in Romana emineat Vrbe, quæ &, tanquam facies mūdani corporis celsior est vrbibus reliquis vniuersis, & tamquam celsissimus in Iudæa Libanus particularibus Ecclesiis omnibus est illustrior. Rectitudinis quoq; laus ita ei conuenit; vt nil prauitatis & in eius dogmatib. & decretis reperiri queat: ideoq; nedū nasi rectitudine, sed & melius rectitudine celebrata est validissimę turris, q̄ à turri ipsa separari nō pōt: cū per Dñm id pollicitum Petro legamus, vbi dicitur: a *Rogaui pro te, Petre, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Per hāc namque Petri sedem, tamquam per fortissimam turrim Libani vniuersa roboratur Ecclesia; Summusque Pontifex est, qui alios vniuersos confirmat Ecclesię Prælatos. Cuiusnam vero iudicio discernuntur hæreses, nisi iudicio Summi Pontificis, qui vel à longe eas odoratur? Adeoque eiusdem sedis hæretici metuūt maiestatem; vt propterea nedum ipsi ab ea se-

R. Dauid.

R. Abrah.

Pōtifex Romanus laudatus sub metaphora nasi.

a Lu.22.32

DE ANIMA.

elongare nitantur pro viribus; sed & quotquot possunt, ab illa auertere, satagant. Vident, tamen eam (velint, nolint) vt validam, celsissimamque, & rectam turrim, è qua eorum obseruentur fraudes.

Ex Vers. IIII. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Discretionis laudes.

QVia naso odores à fœtoribus etiam à longe discernuntur, rectè communiori Sanctorũ Patrum cõsensu, illud hoc loco sub nasi metaphora celebratur in pia anima Spiritus sancti donum, eaque virtus, quam Apostolus Paulus *a* discretionem appellat Spirituum: Nos sagax, prudensque iudicium, seu virtutem dicamus simplicis discretionis, quæ bene turri Libani respicienti contra Damascum comparata commendatur ex pulchritudine, ex eminentia, ex rectitudine, ex prudenti, sagacique iudicio in discendis singulis rebus, & demum ex eo, quòd timorem incutiat hostibus, qui per Damascum significantur Ciuitatem Israelitico populo semper aduersam.

a 1. Cor. 12. 10.

Discretio bona quæ.

Primùm autem dicta similitudine discretio aptè laudatur pulchritudinis; quia sicut ea turris dicitur pulchra, quæ in pulchro situ pulchris extructa est lapidibus, summamque in partibus singulis habet proportionem: Ita & piæ animæ discretio sanctitatis pulchritudine laudatur: quia sanctis coaluerit exercitiis; & vndequaque singulis exornata sit virtutibus, simul proportione maxima iunctis. Atque adeo discretio illa, quæ hac caruerit pulchritudinis conditione, virtutis quoque indigna est nomine: prudentiam enim carnis illam appellat Paulus. *b* Discretio, inquit Bernardus sermon. 49. in Cant. non est tam virtus, quàm quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur, & exterminium naturæ.

b Rom. 8. 6. Bernard.

Simile. *Discretionis rectitudo ex simplici obedientia.*

Rectitudo pariter in discretione laudatur, vt similis est rectitudini turris; quia sicut turris illa recta est, quæ ad amussim, & perpendiculum facta sit: Ita discretio illa dicenda est recta, quæ ad obedientiæ regulam, & perpendiculum sit directa. Vnde præclare Cassiod. collat. 2. cap. 10. Vera, inquit, discretio non nisi vera humilitate conquiritur. Cuius humilitatis hæc erit prima probatio, si vniuersa non solum, quæ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur, Seniorum referuentur examini: vt nihil quis suo iudicio credens, illorum per omnia definitionibus acquiescat, & quid bonum, vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Discretio, quæ hac rectitudinis conditione caruerit, nedum haud laudabilis; sed & vt maxime damnabilis reputatur à Patribus. Vnde Bernardus sermo. 1. in festo conuersionis S. Pauli sic ait: Multorum vsque hodie pusillanimitas, & peruersitas exigit, vt ab eis quæri oporteat quid vis vt faciam tibi? non ipsi quærant; Domine, quid me vis facere? Non est obedientia eorum plena; non in omnibus parati sunt obsequio: non per omnia sequi proposuerunt eum, qui non suam, sed Patris venit facere voluntatem. Discernunt, & diiudicant eligentes, in quibus obediant imperanti: imò in quibus præceptorem suum ipsorum obedire necesse sit voluntati.

Cassiodo. Bernard.

Simile. *Discretio eminentior reliquis.*

Ex eminentia celebratur tertio eadem discretionis virtus: quia sicut nasus præeminet vniuersis membris, quæ sunt in hominis facie & sicut turris vniuersis ædificiis, quæ sunt in ciuitate, & monte, super quem erecta est: & sicut dux vniuerso exercitui: Ita & ipsa vniuersis præeminet virtutibus, quæ sunt in anima, quòd à B. Antonio probatum legimus in illius vita, & Ioan. Cassianus in collat. 2. cap. 2. auditis cæterorum responsionibus circa propositam inter Monachos quæstionem; quænam virtus inter virtutes omnes eminentior esset censenda. Omnia, dixit, quæ dixisti, necessaria sunt, & vtilia sitientibus, atque ad Deum cupientibus peruenire: sed his principalem tribuere gratiam nequaquam nos innumeri multorum casus, & experimenta permittunt. Post multa verò intulit, virtutibus omnibus præferendam discretionem, quam lucernam; & oculum ait vocatam in Euangelio. *c*

Cassiod.

c Mat. 6. 22. *Discretio sagax, & prudens.*

Sed & quartò eadem discretionis virtus ex summa laudatur sagacitate, qua per eam prædita est pia anima, in discernendis spiritibus: in diiudicandis virtutibus, atque vitiis, in discernendis bonis affectibus à prauis. sicut existentes in erecta turri facilè inimicos ab amicis discernunt, & quicquid factum fuerit diiudicare facillimè valent, à quonam, & ad quid sit factum. Quòd si tanta est vis odoratus in cane, vt feram quantumuis latentem, odore duntaxat adesse diiudicet: vtve Domini sui iter inter varias semitas ex vestigiorum odore cognoscat: quantam, credendum est, esse vim discretionis, quæ in eadem anima à Sancto infusa est Spiritu? Nonne dæmones quantumlibet sese sub virtutum amictu occultantes adesse intelliget? Nonne ex multis viis, quibus in hoc mundo progredi possumus, ex Christi vestigiis intelliget, quod ille iter tenuerit, quave & sibi incedendum sit, vt eũ prosequi, & inuenire valeat?

Simile.

Discretio dæmonibus horribilis.

Exinde demum piæ animæ discretio præsenti extollitur encomio, quòd præ virtutibus reliquis metum incutiat hostibus humani generis; quippe quibus optime sit compertum, per illam detegi ipsorum vafriciem, & prauitates. Sicut enim fraudulentus venditor stateras bonas maximè formidat, per quas eius redarguitur fraus; & prauus trapezita falsum offerens aurum, id summopere timet, ne index proponatur: hostesque speculas vehementer formidant: Ita & dæmones discretionem metuũt, quæ est sicut turris Libani respiciẽs contra Damascum, indexque, & statera optima.

Simile.

Ex Vers. IV. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Discretio perfectorũ.

SI quò quis perfectior, eo & perfectiori excellet discretione; perfectorum enim ipsam esse discretionem, ex iis colligitur Pauli verbis, quibus in epis. ad Hebræos ait: *d Perfectorum est solidus cibus: eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni, ac mali:* Haud certè ambigendum, quin in Gloriosissima Virgine perfectissima ea fuerit, ita vt multò verius illa celebrata hic censeatur, quàm discretio perfectæ cuiusque animæ.

d Hebr. 5. 14. *Maria discretio est perfectissima.*

Vt

DE B. MARIA

Mariæ patientia longanimitas hic intelligitur nomine nasi sicut turris Libani. a *Deus patientiam suam impijs ob oculos ponens ab infestatione in sanctorum illos reuocat.*

a Psal. 85. 14

Vt tamen aliquid diuersi in sanctissimæ Dei genitricis laudem, & hoc loco dicatur præter ea, quæ dicta sunt de discretione, cū de pia anima ageremus: haud à veritate alienum sentire mihi videbor, si dicam, etiam illius patientiam, & longanimitatem hic commendari. Cum enim Hebraica phrasi patientem longum naribus appellari solitum sciã, patientiam pariter longitudine nariū designari, crediderim. Porrò ex psal. 85. colligi facile, pōt, qua ratione præsens encomiū, iuxta sensum istū, explicãdum sit. Ibi. n. cum Deus ea phrasi lõgus narib. appellatur, hæc habẽtur: a *Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deū in conspectu suo. Et tu Domine Deus miserator, & misericors, longus naribus* (patiẽs) *& multæ misericord. & verax.* Per quæ significatur, Dei patientiam tunc, & in eo maxime eligi, cū Deus, qui ita ex natura sua est miserator, vt uisceribus quodam modo multæ misericordiæ suæ commoueatur statim, ac quemlibet nostrum ab impijs affligi, & infestari aduertat; quive, cum ex eo, quòd verax est, & rectus, affligentes, & infestan es nos illico auertere deberet: Longus nihilominus naribus patientiam suam nostris proponit aduersarijs, erigens quodammodo illam instar turris aduersus eos, vt exinde intelligant, in eo ipsum quam maxime esse patientẽ, quòd pati sinẽs pueros suos, eos haud illico è medio tollat qui illos persequũtur: hacve tõne cõfusi, eãq; patientiæ turrim metuentes, à suis desistãt insultibus. Hoc namque illud est, quod apertius in fine eiusdem psalmi addit Propheta; *Fac mecum signum in bonum* (id est, erige dictam patientiæ tuę turrim) *vt videant, qui oderunt me, & confundãtur; quoniam tu Domine adiuuasti me, & cõsolatus es me.* Pone turrim istam ob oculos persequentium me, vt videntes illã cõfusi à persecutionibus ipsis desistant: quoniã tuū est Domine, fuitque semper, vt, tametsi pati me nonnũquam sinas ab illis & insultus, & molestias, & persecutiones adiuues nihilominus semper, & vt multæ misericordiæ me & consolatus sis, & consoleris. Quod itaq; Dauid Deo tribuit, quodq; à Deo petit; hoc ipsum Dei genitrici tribuit hoc loco Salomon Dauid filius sub metaphora longitudinis nariū, illius celebrans patientiam cum ingenti misericordia: quam patiẽtiam instar turris Libani, quæ respicit contra Damascum, illis ob eorum oculos positam inquit, qui eius affligunt, infestantque deuotos: positam autem non minus longam, in tolerando, pueros suos ab illis affligi, quam rectam in eos ipsos tuendo, vt illi talem videntes turrim cõfundantur, & à cępto desistant.

Maria quē patientia sua ab impiorū infestatione suos eruat deuotos.

Ex Vers. IV. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et Princeps familiarū domus Iuda similis est Dauidi Regi, qui ædificauit arcem Sion, quæ vocatur turris Libani, quoniam omnis, qui steterit in ea, potest numerare omnes turres, quæ sunt in Damasco.

Iam ex principio tertiæ expositionis indicatū est, eum fere communem Patrum esse sensum,

A quo præsentem exponunt sententiam, vt per Ecclesiæ nasum Sanctorum Prædicatorum, vel etiã Prælatorum celebratam putent discretionem, seu potius Prædicatores ipsos, qui hac polleant discretione.

Prædicatores discreti sunt nasus Ecclesiæ. Cassiod.

Hos namque commendatos asserit Cassiod. vt discernentes inter fragrantem Ecclesiæ doctrinã, & fœtorem errorum hæreseos: comparatos turri ob altum, quem in Ecclesia habent locum: & turri Libani: quia veluti in celsissimo Libano existunt, defendunt que Ecclesiam à malignorum spirituū incursibus: hoc quippe significat, q turri assimilantur, quæ est contra Damascū, cū Damascus interpretetur sanguinis potus, vel sanguinis oculus & dęmones animarum nostrarum sanguinem B sitiant.

Alio vero modo Gregorius Papa, turri Libani comparatos ait eosdem Prædicatores: quia, dum semel aqua baptismatis lauantur, & quotidianis lachrymis à peccatis dealbantur, digni fiunt, vt ad altiora magis ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris contra Damascū respicit; quia peccatoribus semper sanctus quilibet prædicator contradicit: Damascus quippe sanguineus interpretatur, & peccatrici genti dicitur: a *Manus tuæ plenæ sunt sanguine.* Vide eumdem Gregorium hunc ipsum locum pertractantem homil. 11. in Ezech. lib. 31. moral. cap. 17. & 3. parte pastoral. cap. 33. Tam etsi nil diuersi in locis hisce asserat, Conten-C tiuntque & hisce Beda, Anselmus, & Philo Carpathius.

Greg. PP.

a Isa. 1. 15

Philo Car.

Anselm.

Beda.

Phil. Car.

Quamquam Philo ex aliquorum opinione asserat, per Ecclesiæ nasum posse accipi Paulum Apostolum, quippe qui eidem Ecclesiæ aliquando dedit, vt in vtriusque testamenti respirare posset obseruatione, & altius odorare diuina eorum mysteria, postquam à crudelissima illa Discipulorum cæde destitit, de quo in Act. Apostolor. dicitur: b *Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini.*

Paulus Apostolo Ecclesia Nasus.

b Act. 9. 1.

Secundum Iustum Orgelitanum, nasus Ecclesiæ illi sunt, qui odorem Christi percipientes, ad cordis internum illum traiciunt: qui turri Libani, id est, candori assimilantur: quia in D magna virtute consistunt, horumque puritatis candor respicit contra Damascum: quia sapientia eorum, quæ ex Deo est, illuminat mundum.

Iustus.

Aponius, cum per turrim Libani, idest thuris, humanitatem Christi intelligat, illos per Ecclesię nasum eidem Christo similes accipit, quibus maior zelus, & ardentior fides inest, qui vitæ exemplo virtutibus refulgentes, inter gentiles positi, dęmonum cultū destruunt, qui & præscientiæ munus meruerunt.

Aponius.

Zelãtes pro Christi fide sunt nasus Ecclesia.

Ad discretionem spirituum referũt hæc Theodoritus, & Tres Patres: Nasus tuus, inquiunt, nempe vis discernendi est veluti celsissima turris E super montem Libanum sita, quæ respicit faciem Damasci: atque inde hostium aduentum iudicat Israeli: spirituum immundorum impetus, & insidias respicit, & discernit, ipsorumque dolos menti Deum intuenti denuntians, eam ab eorum fraudibus seruat.

Discretio spirituū est nasus Ecclesia.

Theodo.

Tres Part.

Eodemque sensu Ambrosius in sermone quinto, super Psalmo 118. versicul. trigesimo septimo, vbi ait: Nares animæ tuæ à fœtore auertantur criminum diuersorum. Est enim in his velut quoddam insigne iudicii, vnde dicitur Sponsæ: *Naris tua sicut turris Libani respiciens faciem Damasci:* eo quod vnguentum veri Sacerdotis,

Ambros.

LITTERA. tis, hoc est, odor ille diuinus, & odor gratiæ spiritualis emineat præcelsi potestate iudicii, & nares repleat animæ, vt bene olentia discernat, & fœtida, & cetera, quæ ibi prosequitur; similiaque habet in lib. de Spiritu sancto c. 9. Hugo quoque de S. Victore lib. 3. annot. allegor. in Leuit. cap. 7. in laudem sponsæ dici hæc inquit; quia Sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant per discretionem conspicit, & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit.

Hug. Vict.

Ruper. Abb. B. Virginem exinde hic commendatam censet, quod sano odoratu senserit, & appetitu tracta fuerit eorum, quæ non videntur: ex insigni spe, atque discretione, quæ fortis fuerit sicut turris Libani, dum vitę spernendo visibilia, & sperando inuisibilia, haud frangeretur visibilium incommodis; Respexit verò contra Damascum sensui satanæ sensum habendo contrarium.

Rup. Abb. *Maria discretio qualis.*

Ea denique & hoc loco notanda sunt, quæ in laudem B. Mariæ Magdalenæ ex hisce asseruntur à Hieronymo epist. 140. ad Principium, vbi ait: Vere πυργῖτις, vere turris cădoris, & Libani, quæ prospicit faciem Damasci, sanguinem videlicet Saluatoris, ad sacci pœnitentiam prouocantem.

Maria Magdalena turris Libani. Hierony.

Vers. V. Caput tuum vt Carmelus.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Quod in expositionibus præcedentium duorum encomiorum, nasi, & oculorum sponsæ aduertimus, particulares chori puellas chorum ipsum interrupisse, qui ordine peregregio ab infimis ad superiora panegyricam membrorum sponsæ texebat, concinebatque orationem: alterăque ab eiusdem oculorum splĕdore allectam oculorum præripuisse encomium, alterum cŏspecto eminentiori inter oculos ipsos perpulchro naso, illius cecinisse laudes; Id & nunc quoque dicĕdŭ censeo, vt puella alia, audito nasi Encomio à socia facto ex illius eminentia in sponsæ facie, atque inter eiusdem oculos: id & ipsa celebrare aggredia- D tur, quòd in toto corpore sponsæ eminentius appareret caput. In hanc confirmor sententiam ob id, quod haud persuadere mihi possum, à choro tales in sua oratione habitos saltus, cœptumq. absque causa omissum ordinem, omissaque encomia inter mediorum membrorum, quæ in patĕti spŏsæ facie præ ceteris laudari debuerant. Adde, qđ interlocutio ista, istaque varietas conformis quă maximè est & carmini bucolico, ad cuius normă hoc canticum à Solomone conscriptum, diximus in præfatione.

Porrò in hoc capitis encomio quid potissimŭ celebretur, haud facile est definire. Quidă ex naturaliter ei indita eminentia duntaxat illud cele- E bratum volunt, quod confirmat Legionĕsis ex eo quòd in Hebr. & in versione Sept. dicitur: *Caput tuum super te:* additque, per hoc, quòd adiicitur: *Sicut Carmelus;* nedum capitis prædictam probari eminentiam super reliqua sponsæ membra, sed & eminentiam eiusdem sponsæ supra ceteras feminas; Ac si dicatur: extare illă, & eminere supra reliquas, sicut Carmelus mons vicinos, & circumiacentes superat montes.

Legionĕs.

Inter Hebræorum expositores R. Abrahă Aben Ezdra Hebraicam vocem כרמל, Carmel, haud pro nomine proprio montis sumendam existimat, at pro colore coccineo, prout à nostro quoque Inter-

A prete, & à Septuag. accipitur in capit. 2. lib. 2. Paralip. illius sententiæ esse videtur, vt sponsæ caput ex coccineo celebretur capillorum ornatu: ita vt quæ subsequuntur de comis purpureis, ad horum dicta sint explicationem maiorem. Alii in eodem coloris significatu Carmeli vocem sumĕtes, haud tam naturalem capitis, quàm extrinsecus adscitŭ laudari hic arbitrantur ornatum, coccineam nimirum vittam, aut flamen item coccineum.

LITTERA.

R. Abrahă. Santos Pagninus. *Carmelus pro cocco.* 2. Par. 2. 7.

Mihi nullatenus à communi tum Interpretum tum nostrorum, atque Hebræorum etiam expositorum sensu recedendum videtur, vt aliud quid, quàm Carmeli montem per ipsam Carmeli vocĕ accipi debeat.

SENSVS.

B Existimo tamen, peregregie hac Carmeli montis similitudine caput sponsæ, & ex naturali eminĕtia celebrari, & ex ornatu, non tamen naturali capillorum, de quo in subsequentibus, sed eo, qui extrinsecus adhibitus, super ipsam capitis comă primo sese offerebat aspectui: huncque haud aliŭ crediderim, quàm insignem coronam ex plurimis variis, & multicoloribus contextam floribus, quales rusticas præsertim puellas gestare, sat nouimus; vt, sicut supra in cap. 5. caput Sponsi primum exinde celebratum vidimus à sponsa, quod externo id redimitum esset ornatu diadematis aurei, & pretiosi, vbi dicebatur: *a Caput eius aurum optimum;* tum & naturalem pariter comarum ornatŭ adiectum, vbi subdebatur: *Comæ eius sicut elatæ pal*- C *marum*, &c. Ita, parique ratione, ac ordine hic & ipsius sponsæ caput ex externo prius florum coronæ extollatur ornatu; tum & ex naturali quoque ornatu comarum, in quo etiam, sicut & corona, regium quid illa præ se ferebat: idcirco enim purpuræ Regiæ is comparabitur. Est autem aptissima montis Carmeli similitudo ad explicandă tum capitis eminentiam, altissimo monti planè similem, tum prædictum floreæ coronæ ornatum, cum & Carmelus nedum sit celsissimus, sed & pulcherrimo florum, fructuumque decorus ornatu, vt aperte colligitur ex illo Isaiæ: *b Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.*

a Can. 5. 11

b Isa. 35. 2.

Vers. V. Caput tuum vt Carmelus.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

IN explicando isto capitis Ecclesiæ encomio haud ab eo recedendum est, quod ait Apostolus, *c* Christum esse, *quem Deus dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.* Porrò quàm bene huius capitis eminentia similitudine expressa sit celsissimi montis, haud melius, quàm per eŭdem Apostolum explicari potest. Is namque in epist. ad Colos. de celsissima ista loquens eminentia ait: *d* Ipse (scilicet Christus) *est ante omnes & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare.*

c Eph. 1. 22. *Christus Ecclesiæ caput vt Carmelus eminĕs ac floribus redimitus.* d Col. 1. 17

Quamnam plenitudinem nisi gratiarum omnium, donorum omnium, omniumque virtutŭ? vt multo illustrior & in eo quoque esset amœnissimo monte Carmelo, quòd gratiarum fontibus plenus esset, variisque, ac multis virtutum floribus necnon & donorum fructibus exuberans. Quàm speciosius verò idem caput exinde appareat, quòd multiplici Sanctorum copia est redimitum

tam-

DE ANIMA

tamquam pulcherrima corona ex varijs, & multicoloribus floribus Patriarcharum, Prophetarũ, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum contexta: vt in hac florum varietate nec floridò cedat vertici montis Carmeli, exinde intelligere poterit quisque, quòd aliàs ab ipsamet sponsa vniuersæ conuocatæ sunt filiæ Ierusalem, vt illum in tali diademate admirarentur, cum in fine ca. 3. ea habita sunt verba: a *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die*, &c.

a Cã. 3. 11.

Vers. V. Caput tuum vt Carmelus.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

Mes est caput animæ. Mes piæ animæ quàm rectè cõparetur mõti.

ANimę caput esse mẽtem, ita est exploratum, vt haud vlla egeat probatione. Quod verò caput istud in pia anima tale sit, vt similitudine celsissimi montis laudari debuerit; quòdve mens ipsa eius animæ monti rectè comparetur, aliquot probari potest congruentijs. Si quidem primò, sicut mons à rebus, & locis cænosis eleuatus cœlo est proximior, quàm reliquæ partes terræ. Ita & illa à vilibus huius sæculi rebus eleuata, cœlum iugiter meditans, cœlo & semper inhæret. Secundò, sicut excelsus mons continuis ventorum flatibus perflatur. Ita & mens illa iugiter diuinis inspirationib. à Sancto perflatur spiritu. Tertiò, sicut mõs tum ob distantiam à rebus cœnosis, & locis palustribus, tum ob continuos ventorum flatus saluberrimum habere solet aerem, adeoque purum, atque subtilem; vt nullatenus ibi robur habere valeant morbi; Ita & mens illa tum ob distantiam à rebus sæculi, tum ob assiduos Spiritus sancti afflatus saluberrimas habere solet cogitationes, ita vt peccatorum morbis vix in eam possit esse aditus. Verùm, quia frequenter montium vertices asperi esse solent, aridi, & infructuosi, ne suspicio alicui irreperet, talibus imperfectionibus mentem piæ animæ esse indecoram; ita vt aspera sit & extrinsecus proximo, & sibimet in intrinseco, nullam habens consolationis amœnitatẽ, vel sit absque vlla deuotione arida, nihilque boni operãs, infructuosaque, haud simpliciter cuilibet comparatur monti, sed monti Carmelo particulariter, qui pulcherrimis exornatus arboribus, atque vineis, & summam pulchritudinem in se continet, & voluptates maximas exhibet, & ingenti fructuum redundat copia. Ita namque & mens pię animæ inexplicabilibus, exuberat voluptatibus spiritualibus, & tanta prædita est deuotione, vt lacrymarum redundet fontibus; quin & tantis insuper sanctarum meditationum, desideriorum, atque propositorum abundet germinibus; vt nec verbis exprimi possit. Sed in ornatu, quo extrinsecus quoque redimita apparet, coronæ ex innumeris virtutum floribus compactę, multò certè illa est Carmelo speciosior, qui multicoloribus vndequaque opertus est floribus.

Simile.

Mes piæ animæ similis monti Carmelo in amœnitate.

Vers. V. Caput tuum vt Carmelus

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

POst fidem in B. Virgine commendatam, & patientiam, charitas necessario in illa celebranda superest, quę virtutib. supereminet vniuersis: atque adeo illa nunc & sub capitis metaphora laudatur, & similitudine ad floridum montem Carmeli. Celsissima namque extitit, sicve reliquarum purarum creaturarum superauit charitates, sicut & mons Carmelus adiacentes superat mõtes. Sed & decorem Carmeli eidem datum, non ambigimus, quam virtutum omnium floribus coronatam scimus, ita vt de ea id verè proferre liceat: b *Patiens extitit, benignissima extitit, non est æmulata, non egit perperam*, &c. quæ prosequitur Apostolus, cum de perfecta agit charitate.

DE B. MARIA

Mariæ charitas similis monti Carmelo ob eminentiã, cæterarũq; virtutũ coronam.

b 1. Cor. 13. 4.

Vers. V. Caput tuum ut Carmelus.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica, Rex, qui constitutus est super te in Principẽ, iustus est, sicut Elias Propheta, qui zelo zelatus est pro Domino cœli, & occidit Prophetas falsos in monte Carmelo, & conuertit populos, Domus Israel ad timorem Domini Dei.

Duæ sunt circa capitis huius intellectum Veterum Patrum sententiæ. Quidam enim Christum illud esse asserunt, quem sæpius, Ecclesiæ caput esse, ostendimus ex Apostolo Paulo: Quidam verò mentem, atque cor fidelium. Vt autem ab hac secunda sententia exordiar, allatam eius capitis laudem ex similitudine ad Carmelum, vno excepto Theodorito, qui ad bonorum copiam hæc refert, quæ è corde prodeunt, similem bonorum copiæ, quæ in monte prouenit Carmeli præ ceteris montibus feracissimo: reliqui quotquot viderim, omnes vel ad significatum vocis Carmeli, vel ad id, quod in monte Carmelo factum legimus, referũt. Ad ambo refert Cassiodorus, ac primum ad etymologiam nominis Carmeli, quod interpretatur cognitio, aut scientia circumcisionis, ideoque caput Ecclesiæ Carmelo assimilatum ait, quia nouit, circumsionem aliquando corporaliter celebratã nunc se spiritualiter obseruare debere, iuxta illud Ieremiæ, c *Circumcidimini Domino in cordibus vestris*. Ad factum in Carmelo refert recensens, Eliam Carmelum ascendisse, & inde precibus suis pluuiam impetrasse è cælis, qui tribus annis clausi fuerant quo significatum putat, Christum ascendere Carmelum, quando per gratiam mentes fidelium conscendit, & per eas arenti mundo gratiarũ suarum pluuias tribuit, vt caput Ecclesiæ Carmelo comparetur: quia mens Sanctorum quadam cõuersatione sublimis est, & Christo in se ascensum præbet per profectum virtutum. Cum Cassiodoro consentit in omnibus Beda, sed & Greg. Papa, Rupertus, & Anselmus quoad rationem similitudinis allatæ desũptã ex significatu vocis Carmeli.

Inter eos autem, qui per Ecclesiæ caput Christũ sumunt, præ ceteris Grego. Pap. sicut Carmelum illum dictum, ait, quia ipse per passionem, quam sustinuit, ad gloriam Patris est exaltatus. Porrò, quia in Carmelo Elias orans obtinuit pluuiam, & nos (ait) in Carmelo orantes, pluuiam impetramus quando in Christum credentes, Christum desideramus, & à Patre irrigationem gratiæ suscipimus, quam rogamus.

Alio modo Iustus Orgelit, quia in Carmelo monte sæpe Sancti receptaculũ receperunt Elias, & Elisæus, rectè Christum eidem monti assimilatum, quatenus in illo tamquam in Carmelo iusti habita-

Theod.

Cassiod.

c Iere. 4. 4.
d Reg. 18. 43.

Beda.
Greg. PP.
Rup. Abb.
Anselm.

Greg. PP.
Christus caput Ecclesiæ sicut Carmelus.

Iust. Org.

LITTERA.

habitaculum,& multitudo populorum tamquam diuersitas animaliũ sapientię percipiunt alimẽtũ.

Tres Patres. Philo Carp.

Tres Patres,& Philo Carpat. ad etymon, & interpretationem iam ex Cassiodoro allatam respicientes, significari censent, Christum ipsum esse cognitionem circumcisionis, quæ in fideli est anima, amputando ab ea, quod ab ortu habet vitiorũ integumentum,gladio Spiritus: Seu per quem cognita nobis est,& data hæc salutaris,& vera circũcisio, vt ait Philo.

Aponius.

Singulariter Aponius, caput Ecclesiasticæ plebis Reges Romanorum intelligit,illos tamẽ, qui, cognita veritate, Christo exhibent supplicem famulatum. Addit verò rationem huius encomij satis certè obscuram,dicens;eò, quod Carmelus,fluuius mollis, cognitio circũcisionis interpretatur, non in carne,sed in anima.

Ex Vers. V. Et comæ capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

QVella,quæ caput sponsæ celebrare cœpit in verbis præcedentibus,idẽ modo prosequens encomium, sicutiã, ex adscititio illud celebrauit ornamento,quod primum oculis obiiciebatur intuentium;ita nunc ex naturali pariter comarum ornamento altero idem euehit, quo magis expressere Sept. qui pro, *comæ capitis* legunt, *πλόκιον κεφαλῆς*, id est, *plexus capitis*, seu, vt legit Ambros. serm. 17. in psal. 118. *Ornatus capitis*, prout & habet quoddam scholion Græcum relatum in Codice Sept. impressum in Vaticano, *καὶ ὁ κόσμος σου*, *& ornatus tuus*.

Licet autem ab explicatione superiorum facile nos expediuerimus, difficilè tamen à perplexis istorum verborum nodis eruere posse me,videor; habet quippe locus iste difficultatem maximam, tum propter lectionis nostræ diuersitatem ab originalibus Hebr. & Sept. tum propter varietatem eiusdem lectionis Vulgatæ, tum denique propter multiplicem allatę similitudinis intellectum: Quã obrem antequam ad eius accedam expositionem, tria necessario sunt adnotanda.

Primum, tametsi complures legant: *Sicut purpura Regis iuncta canalibus*, esse tamen legendum: *Sicut purpura Regis vincta canalibus*: prout meliores habent codices, isque in primis,qui nuper ex Vaticano prodiit, quod tam lectio Hebr. quàm versio Sept. confirmant, haud iungendi,sed vinciendi,& ligandi verbum habentes. Secundò notandum, admodum diuersam in textu Hebraico prout modo legitur cum punctis, fieri in his distinctionem, diuersumque intellectum à distinctione, & intellectu nostræ Vulgatæ: Quod enim in Vulgata legimus. *Sicut purpura Regis vincta canalibus:* Hebræi sic legunt, *Sicut purpura*, hicque expletam volunt adhibitam similitudinem. Tum,distinctione interposita. *Rex ligatus in canalibus*, seu, *cum canalibus*. Quam distinctionem, & sensum secuti sunt etiam Sept. qui & ipsi puncto interposito vertere. *Βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς*, id est, *Rex ligatus in transcursibus*, aut, *canalibus*. Nihil tamen prohibet,quin,omissa interpunctione, & distinctione Masoretarum, quam sat nouimus posteriorem esse versioni Vulgatæ nostræ, idem Hebraicus textus eo modo distingui queat, & legi,quo & in ipsa Vulg. legitur,vt vox, כארגמן chaargaman, *sicut purpura*, cum indeclinabili voce, מלך melech iungatur in regimine,sicque vertendum sit. *Sicut purpura Regis*, neque lectioni huic obstat participium אסור asur masculini generis, cum Hebraica vox iam dicta,qua significatur purpura,sit communis generis. Ex quibus apparet,nostrum Interpretem rectè reddidisse, quod in Hebraico textu legit; velint,nolint, qui ipsum hoc præsertim loco calumniantur etiam ex nostris, quos nimium Hebræis addictos doleo.

Legionen.

His animaduersis, eruamus iam sensum. Sane Legionensis sequens corruptam illam lectionem. *Sicut purpura Regis iuncta canalibus*: in hunc modũ se exponit, vt hic laudentur sponsæ capilli ex colore rubro per comparationem ad purpuram Regis, atque eam purpuram, easve lanas regias purpura infectas, quæ canalibus iunctæ essent, id est, quæ purpureo in canalibus recenter tinctæ essent colore. A qua sententia haud differt sententia Genebrardi,& aliorum legentium, *Sicut purpura Regis vincta canalibus*, dum inquiunt,sponsæ comas cõparari purpurę pretiosissimæ,pulcherrimæ,maximeque recenti, quam tinctores adhuc siccant Regibus in summis ædium canalibus, vel quas tingunt in suæ officinæ tubis,iisdem tubis,atque canalibus,in quibus purpureus continetur color, illas alligatas tenentes, quò melius colorem suscipiant. Atque hi sunt sensus, quos communiter allatos reperio ad nostram Vulgatæ lectionem, quã in primis exponendam suscepi, de sensu enim alterius lectionis loquar post modum. Si tamen à ceteris mihi dissentire fas est,quod certè vix tunc auderem,cum aliquem antiquorum habeam, cui ni tantenui minime fidẽs intellectui meo. Existimo, ita in his commendari sponsæ comas, vt duabus in rebus fiat comparatio illarũ purpuræ Regiæ: primò in colore,tum & in ligatura. Neque per humeros effusos capillos laudatos cẽseo, sed comas, quæ honestius religatæ essent & vittis adstrictæ, vt sic comæ ipsæ & fuluæ,& vittis adstrictæ aptissimè comparentur purpuræ Regis, vt pote quæ ipso purpureo pulcherrima sit colore, & quæ vittis adstricta sit; vt canaliũ vox haud propriè,sed trãslate sit hoc loco vsurpata. Vittæ namque ex quadam similitudine canales hic appellantur,quia,cũ adstringunt,& premunt capillos,efficiunt,vt quidam quasi riuulus, & canalis flexuosi similitudo per capillos ipsos decurrat. Sic facilis, ac germanus istius comarum encomij sensus hic erit.

Genebrar.

SENSVS.

Canalium vocabulo significata vitta.

PARAPHRASIS.

Comæ quoque *capitis tui*, vltra florum coronam, caput ipsum tuum mirifice ornant, teque Reginã proclamant, siquidem & colore fuluo, & insigni vittarum ligamine sunt plane similes purpuræ regiæ, quæ vittis perbelle sit religata.

Scholion Græcum.

Sensum istum deprompsi ex antiquo scholio Græco, quod relatum videre est in annotationibus variarum lectionum ad caput istud septimũ in Gręco codice versionis Sept. qui è Vaticano prodijt. Sic enim illud habet *καὶ ὁ κόσμος σου ὡς πορφύρα βασιλέως περιδεδεμένη εἰλήμασι*, i. *ornatus tuus sicut purpura regis circumligata in volucris*, & alterũ quoq; Scholiõ, ibidẽ relatũ verbis iisdẽ,nisi quod pro *περιδεδεμένη εἰλήμασι* circũligata inuolucris habet *δεδεμένη βεραθείμ* ligata Berathim. Hebraica voce seruata pro berathim aliquod vittarũ genus significatum forsitan censuit. Fortasse etiam & ex recentioribus doctissimus Genebrardus istum ipsum sensum subodorasse visus est,cum post sensum,quem iam ex ipso retuli,hæc addit verba: Alluditur etiam ad comam vittis purpureis vinctã, & alligatã,nõ immodestè,& patũ pudice defluẽtẽ.

Quic-

LITTERA. Quicquid tamen hic sit de Genebrardo: quòd canalis vocabulum hic haud proprie sit sumendū, vt significat canalem illum, quo decurrunt aquæ, sed translate, & metaphorice, præter quàm quòd et exinde probari posset, quòd inter illos ipsos, qui Hebraicā lectionem sequuntur, complures per illud significatos volunt crines, vnde Isidor. Clarius

Isid. Clar. ita hæc vertit; *Rex ligatus crinibus*: id ex ea dictione colligitur manifestè, qua vsi sunt Septuag. nam *παραδρομαῖς* haud canalem proprie significat, sed transcursum, & flexuositatem potius, qua transcurritur, quæ, etsi canali aliquando adsit, proprie tamen canalis minimè est.

SENSVS LECTIONIS. Quapropter si in versione ipsa Sept. ea vox pro vittarum flexuositate sumatur, id habebimus, qd

Hebr. & Sept. illud quoque, *Rex ligatus in transcursibus*, ad comarum earundem spectet encomiū, vt significetur, Regem Salomonem sponsæ dilectum ligatum esse flexu vittarum, quibus eiusdem comæ adstrictæ erant, captum videlicet crinium eius pulchritudine, quod idem met sponsus aliàs eidem quoque significauit sponsæ, efficacioribus tamen verbis,

a Cā. 5.9. quibus in c. 4. dixit: *a Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa in vno crine colli tui*.

Qui sanè sensus multo est aliis omnibus, qui afferri solent, aptior. Ne tamen inuidiæ arguar, eorum referam aliquos.

Primo, communiori tum Hebræorum, tum nostrorum consensu asseritur, hic significari, Regem tanto sponsæ amore captum, vt cupiat alligatum esse canalibus, qui in tecto sunt, vel laquearibus domus illius, ad eius corporis speciem assiduè cōtemplandam: nam vel illinc lubens eius formam spectaret.

Vatablus. Alienius qui (vt refert Cosmas Damianus Hortolanus) putant, ex his sponsæ comam purpuream per id commendari, quòd similis sit Regi, qui stipatus est canalibus, id est, qui habitat prope canales, vbi aqua decurrit vt laudetur coma sponsæ ex collatione ad terram irriguam, quæ primatum, & principatum teneat inter alias Iudææ terras.

Soto Mai. Nec minus alienus est sensus ille, quē huic similem affert, Ludouicus Soto Maior in suis commēt. dum asserit, per hæc significari, sponsum maximè sibi complacere in purpurea sponsæ coma, sicve illa delectari, sicut in decursibus, seu transcursibus aquarū, & hortis seu locis irriguis, in quibus magna est aquarum copia.

Non desunt, qui & secundum hanc quoque lectionem canalium vocem translate sumentes, longè diuersos afferant sensus. Quidam enim crines intelligentes, canalium appellatione designatos propter similitudinem flexuositatis, quam habent cum aquis decurrentibus in canalibus, nomine verò Regis, caput ipsum significatum accipientes, per eadem verba significari, inquiunt, summum capitis verticem cingi, & ligatum esse in modum coronæ capillis intertortis, & intertextis crinibus, vt

R. Abraha. Titelman. Isido Cla. indicat R. Abraham, & ex nostris Titelmannus. Alii Regis nomen proprio significatu accipientes, existimant, significari, Regem ipsum cupere ligari sponsæ crinibus, quem sensum refert Genebrardus, refellitque cum R. Abraham, ut spectantē ad Principes Cedar, qui obscænis indulgent amoribus.

Multò remotiori sensu alij, vt refert Titelmannus, notatque Pagninus in margine suæ versionis, pro eo, quod dicitur, *Rex ligatus in canalibus*, id ipsum dictum putantes, ac si diceretur, *Rex stipatus circumcurrentibus*, & tam Hebraicam canalium vocem pro aquis currentibus in illis adhuc transla-

A tè acceptis; quam transcursuum vocem Sept. pro circumcurrentibus militibus accipiunt, vt sensus sit: *Coma capitis tui fuluæ sicut purpura*, caputque ipsum tuum sicut Rex, qui circumdatur ex omni parte militib. circa ipsum ad eius corporis custodiam currentibus. LITTERA.

Theod. Aptius Theodoritus sumit participium, *δεδεμένος*, ligatus, pro indutus; & vocem transcursuum, seu canalium refert ad vestium demenentiam, & plicaturas, ac si dicatur. Capilli tui compti sint, nec solum compti, verùm etiam mirificè tincti, vt Regi purpura induto, & vndique diffluenti similes videantur. Diffluentem verò dici, inquit, Regem ob plicaturas vestis purpureæ diffluentis, quæ canales quosdam repræsentent.

B Quem Theodoriti sensum cōgruentius nostræ lectioni Vulg. aptat Titelmanus, licèt Theodoritū minimè nominet: ait enim. Quod subiicitur: *Sicut purpura Regis iuncta canalibus*: secundum similitudinem dictum videtur vestimentorum pretiosorum ex purpura, aut bysso, quæ artificiosis complicationibus ita coaptantur, & complicantur, vt quasi per canales, & sulcos videantur distincta. Ipsæ enim plicæ, quibus vestimenta eiusmodi iuncta sunt, apteque composita, quasi canalium, siue sulcorum quamdam similitudinem præ se ferunt: quemadmodum videmus in stolis lineis sacerdotum plicas huiusmodi pulchra compositione apparentes, in quibus magnifice plerique illorum

C gloriantur. Titelman. " " " " " " " " " "

Hæc fusius fortasse circa hoc comarum sponsæ encomium dicta sufficiant, neque enim aliud circa lectionum varietatem dicendum superest, nisi forte & versionem Vatabli, quæ pro, *Coma capitis tui*, habet, *Subtilis euaporatio capitis tui*, notare velimus. Hebraica enim vox דלת dalath proprie subtilitatem significat, & tenuitatem, communiterq; hoc loco sumitur pro tenuitate capillorum, seu pro capillis tenuibus, & (vt quidam inquiunt Rabinorū) pro summitate, & extremitate capillorū. *Pauperes Christi sūt Reges.* Quæ tamen parum faciunt ad rem. Magis ad spiritales faceret sensus, si eadem vox sumeretur, vt significat tenuitatem facultatum, paupertatem, at-

D que pauperes, prout sumitur Iere. 46. ומדלת הארץ vmiddallath haareths, vbi Vulgata, *b & de pauperibus terræ*, vt sic legeremus. *Et paupertas*, seu, *& pauperes capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus*, essetque significans illud ipsum, quod à Redemptore nostro dicitur in Euangelio. *c Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est Regnum cœlorum*. b Iere. 40. 7. c Matt. 5. 3.

Illud denique addi potest, ab aliquib. Hebræorum Doctorum ex R. Dauid Kimhi in librum Radicum, aliam Hebraicam vocem ברהטים barhathim, quam noster cum communiori item opinione vertit, *In canalibus*, & alij, *Cum canalibus*, accipi in significatu trabium, & laqueariorū, prout sumptam dicunt in fine cap. 1. vbi & noster Interpres

E vertit, *d Laquearia nostra cypressina*. Sicque hāc legunt sententiam. *Et coma capitis tui sicut purpura Rex religatus in trabibus*, seu, *in laquearius*. Ex qua pulcher deducitur sensus spiritualis, quem in fine huius expositionis primæ indicasse sufficiet, nimirum, Religiosi, qui instar capillorum Christo proximè inhęrent capiti tuo, sunt instar purpurę, quę Regiam designat dignitatem, & sunt quodammodo Regis, iuxta illud commune effatum, seruire Deo regnare est. Id autem, quia Christus ipse Rex pacificus ligatus fuit in trabibus Crucis, crucique affixus. Parcat mihi lector, si à consueta tantillum discessi mea exponendi ratione. d Cāt. 1. 17 *Religiosi sūt Reges.*

Vers.

DE ECCLESIA.

Ex Vers. V. Et comæ capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Religiosi sunt sicut purpura Regis vittis charitatis adstricta.

a Cant. 4. 1.

Pag. 112.

SI caput Ecclesiæ Christus est, vt ex Apostolo supposuimus, & comæ, capillive huius capitis, sunt Religiosi, prout fusius probauimus supra in secunda expositione illorum verborum cap. 4. *a Capilli tui sicut greges caprarum*, &c. Peregregium sanè istud est eorumdem encomium, siue allatam similitudinem purpuræ vittis adstrictæ sumamus propriè, siue eamdem allegoricè sumamus, & mysticè. Enimuerò, si propriè illa sumatur, exinde ij celebrantur, quòd Christo capiti proxime inhærentes, ita sunt charitatis feruore succensi, vt præ ardenti eiusdem charitatis rubore purpuræ non cedant Regiæ, ac pretiosissimæ, atque adeò rubro colore maximè succensæ; sicut nec eidem cedunt in eo, quod concinne adstricta est vittis: siquidem & ipsi haud minus concinne adstricti sunt, nedum vittis timoris Dei, diuinæque legis, sed & specialibus, perpulchrisq; vittis obseruantiæ regularis.

Christi corpus purpura Regis.

b Isai. 63. 1. & 2.

c Gala. 2. 19.

d Philip. 3. 10.

Si verò eadem similitudo allegoricè sumenda sit, vt per purpuram sumatur Christi corpus à Pilato purpura indutum, sed ardentiori rubore redditum instar purpuræ Regiæ; seu purpuram pretiosissimam ob pretiosi sanguinis effusionem, atque conspersionem, propter quam Angeli eumdem Christum ijs apud Isaiam admirantur verbis, b *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra*, & *Quare rubrum est vestimentum tuũ*? Tunc præstantior in illis confertur laus, illa nimirum, de qua super omnia gloriabatur Paulus, cum diceret: c *Christo confixus sum cruci*, quodve melius explicat aliàs, cum ait d se configuratum morti eiusdem Christi. Congruitque peroptimè, & similitudo adstrictionis eiusdem purpuræ: nam & in eo eidem Christo crucifixo admodum laudabiliter sunt cõformati, quòd vinculis charitatis cruci deuincti sunt vitæ religiosæ, ingisve mortificationis, sicut Christum ipsum multò magis, quàm ferreis clauis ijsdem charitatis vittis cruci alligatum, nouimus. Nec absque causa factum putauerim, vt ad vittas hasce significandas, vocabulum istud canalium vsurparit Spiritus sanctus, nã charitatis illius, quæ Christum cruci deuinxit, quinque eius vulnera extiterunt signa potissima. Quis verò nesciat, quàm congrue illa canales dicãtur? Et profectò Religiosi quoque boni eidem conformantur, cum in hoc potissimum vinculis charitatis se vitæ religiosæ probant ligatos, quòd cum

e Gal. 6. 17.

Paulo dicunt: e *De cetero, nemo mihi molestus sit, nos enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore nostro* portamus. Quæ sanè laudes præstantissimæ, non tam in ipsos Religiosos, quàm in Christum redundant Ecclesiæ caput, quia & capillorũ, comæque pulchritudo ornatus est capitis.

Sensus Lectionis Hebr. & Sept.

Atque adeo nihil mirum, si Christus ipse, qui sicut caput Ecclesiæ est, ita est & Rex pacificus, cuius imperium super humerum eius, ea ratione erga sanctos Religiosos isto sit affectus, eove istorum crinium sit captus, & vulneratus amore, vt verissime, iuxta lectionẽ Hebræi, & *Sept*. dici queat Rex illis ligatus.

ALIVS SENSVS.

Quòd si per Ecclesiæ caput non tam Christum, quàm eius Vicarium, Pontificem Maximum intelligamus, quem oculis nostris Ecclesiæ toti eminen-

A tem, atque adeò & benè monti Carmelo eminentissimo comparatum, Regio redimitum diademate, nedum auro, gemmisque, sed & omnium virtutũ floribus rutilante, Carmelum ipsum floribus vndequaque coopertum superare, videmus. Non incõgrue per eius comas intelligere fas est Cardinales illi proximè adhærentes, eumdem non modicum exornãtes, de quibus bene quoque dicitur, quòd sint *sicut purpura Regis vincta canalibus*; tum quia externo purpuræ colore, quo amicti sunt, Regiam capitis sui tueri se fatentur dignitatem: tum quia eodem purpuræ colore, quales & in internis sint, vel esse debeant, protestantur; charitate nimirum feruentes, & prompti, qui pro Christo, fideique eius defensione, cum se se obtulerit occasio, suum

Papa caput Ecclesiæ sicut mons Carmelus.

Cardinales sunt comæ Pontificis sicut purpura Regis vincta, &c.

B fundat sanguinem. Non comparantur autem purpuræ simplici, sed purpuræ vinctæ canalibus, atq; vittis: quia non defluunt, aut defluere non debent ad terrena, & infima, at vittis continentiæ, vittis obseruantiæ tum legis diuinę, tum sanctorum canonum debent esse adstricti.

Ex Vers. V. Et comæ capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

C COgitationes sanctas instar capillorum ex mẽte, quam caput animæ diximus, prodire, comaque illas esse, quibus mens ipsa exornetur, satis superque ostensum est pluribus in locis. Quamuis autem sæpius in hoc cantico; euectæ hæ sint, peregregie nihilominus in hoc encomio, nouisq; extolluntur laudibus. Dicuntur enim, in pia anima & colore esse purpureę, & purpurę vittis adstrictæ similes esse. Et quidem admodum congruenter dicuntur esse *sicut purpura Regis*. Primò, quia sicut purpura Regis fit per intinctionem, & mersionem in sanguinem muricis, ita & illæ per iugem meditationẽ passionis Christi in eius intinctæ sãguine, ignea charitate redduntur succensæ.

Cogitationes piæ animæ quàm congruenter purpura Regis.

D Secundò, quia sicut purpura Regis, tametsi lana ex se fit; per id tamen, quod purpureo sanguine frequentius est intincta, iam huad amplius æstimatur vt lana, nec lanæ retinet nomen, verùm & nomine, & pretio & æstimatione purpura appellatur, purpuraque ita censetur: Ita eædem piæ animæ cogitationes, quamuis ex se nil aliud sint, quàm vilis, fragilisve hominis cogitationes, attamen dum frequentius in Christi sanguine, atque in eiusdem charitate fuerint intinctæ, haud vt viles reputantur cogitationes, sed & nomine, & pretio, ac dignitate exornantur charitatis, ita vt eundem hominem vilem, fragilemque charitatis nomine reddant insignem, vt apparet ex ijs, quæ in

Cogitationes amorosa dãs piæ animæ nomen charitatis.

E versu sequenti habentur, iuxta lectionem Hebr. & versionem Sept. a *Quàm pulchra, & quàm suauis es charitas, in delicijs?*

a Cãt. 7. 6.

Porro non minus profectò cogruenter, & per id eædem celebrantur piæ animæ cogitationes, quòd instar purpuræ Regis vittis adstrictæ, vittis timoris Dei vinctæ sint & ipsæ. Etenim quemadmodum, si fluere sinamus sanguinem, illico certè in terram fundetur totus, & per consequens, deficiente vita cum illo, mors omnia occupabit corporis membra. At verò, si vittis adstrictus in venarũ is detineatur canalibus, & vitam membris porrigit vniuersis; & pulchritudinem toti præbet corpori. Eadem ratione, si cogitationes ipsæ ad terram

Cogitationes piæ animæ quam pulchra, dum astrictæ sentiuntur.

ram fluere ſinantur, vniuerſas ſanè animæ potentias ſpirituali gratiæ vita priuari, operæ pretium eſt,turpiſſimamque peccati mortẽ inferri animæ: At,ſi virtis amoris Dei,arctiſſimæ cuſtodiæ, & diuinorum præceptorum eædem teneantur adſtrictæ, vna cum gratiæ vita tantum animæ concilia bunt ſanctitatis decorem, vt & Deus ipſe ad illius amorem allectus,cogitationibus hiſce adſtrictus, ligatuſque dicatur, iuxta lectionem illam,quæ hic habet, *Et coma capitis tui ſicut purpura, Rex ligatus in canalibus*,ſeu in crinibus.

Ex Verſ.V. Et comæ capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

EX ignea Glorioſæ Virginis charitate,quam inſtar capitis in illius anima eminere, oſtendimus in verbis præcedentibus, igneas profecto & cogitationes prodiiſſe,haud dubium eſt. Porrò,ſicut exinde iam celebrata eſt, quòd charitatis caput diademate redimitum haberet,ex omniũ virtutum floribus contexto, vt Regina adſtans à dextris Regis: Ita & modo exinde euehitur,quòd eãdem charitatem inſigniori decoratam habuerit cogitationum ornamento. Hæ quippe cogitationes tanto dicuntur charitatis igne ſuccenſæ,vt planè *ſicut purpura Regis vincta canalibus*, & ſicut Ieſus Chriſtus Rex Iudæorum cruci vinctus(prout ſupra explicatum eſt, cum de Eccleſia ageremus) eſſe perhibeantur. Quis enim ignorat, cogitationes illius eo præſertim tempore, quo ſtabat iuxta Crucem, ſimiles Chriſto extitiſſe Crucifixo,cum conſter, Virginem Sanctiſſimam ob ipſas ſuas cogitationes vnà cum Chriſti corpore cruci affixam mente,& quicquid Chriſtus paſſus eſt in corpore, paſſam & ipſam in mente,iuxta Symeonis vaticiniũ illud: *a Tuam ipſius animã pertranſibit gladius*.

Maria cogitationes ſimiles Xpo crucifixo.

a Luc.2.35

Ex Verſ. V. Et comæ capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus

Appendix Expoſitionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica.Et pauperes populi,qui ambulabant apud Principem hinc & inde, eò quod egeni ſunt,futurum eſt, vt induantur purpura,ſicut indutus eſt Daniel in Ciuitate Babylonis, & Mardochæus in Suſis, propter meritum Abrahæ, quem Regem conſtituit ab initio in dominatorem ſæculi, & propter iuſtitiam Iſaac, quem ligauit Pater eius,vt offerret eum,& propter dignitatem Iacob,qui decorticauit virgas in canalibus.

Qui per Eccleſiæ caput mentem accipiunt fidelium,per eius capitis comas,quæ hic celebrantur, ſanctas accipiunt cogitationes ex illo prodeũtes, per purpuram paſſionem intelligunt Chriſti, de qua ipſæ ſunt ſanctorum cogitationes,atque adeò & ſicut purpura Regis eſſe dicuntur.

Cogitationes iuſti comæ ſicut purpura Regis vincta.

Porrò,quod dicitur, *Sicut purpura Regis vincta canalibus*: Caſſiodorus, & Beda per canales humilitatem Sanctorum intelligunt,in qua æterni Regis purpura intingitur, cui ſancti quique, humilitatem ſui Redemptoris imitãdo, paſſionum illius conformes fieri ſatagunt,quatenus in purpuræ dignitatem vertuntur,& laborantes pro Chriſto, cũ

A Chriſto coronari merentur. Vincta autem hæc purpura eſſe dicitur: quia eorumdem corda fixa ſunt,& ſtabilita in timore,& amore Redemptoris ſui,nec vnquam à charitate eius ſeparari poſſunt.

Melius tamen Rup. Abb. hunc explicauit ſenſum,intelligens hæc de cogitationibus B. Mariæ, quæ dicantur *ſicut purpura Regis*, vtpote relatæ vniuerſæ ad ſacramẽtum paſſionis Chriſti,qui propter paſſionem ipſam Rex conſtitutus, & gloria & honore coronatus eſt.Per canales intelligit cõſilia Dei,ac proinde purpuram hanc dici, inquit, vinctam canalibus: quia ſicut purpura eò magis tingitur,& pretioſior fit,quò vicinius, atque diutius vincta fuerit tincturæ canalibus: Ita Chriſti

Rup.Abb.

Mariæ cogitationes relata ad myſterium paſſionis Chriſti.

B paſſio eo glorioſior eſt, quo amplius præ cunctis ſacrificijs præceſſit ſecundum conſilium diuinitatis,per quod quaſi per canales cucurrit hęc pretioſa tinctura purpurea,qua Chriſtus, qui erat virginitate candidus, factus eſt paſſione rubicundus.

Alio pacto Greg. Papa,per purpuram enim cæleſtem accipere videtur gratiam,per canales verò ſacras ſcripturas.Ait quippe:comę capitis ſunt cogitationes mentis,quæ in canalibus ligantur,quia in ſcripturis diuinis ne inutiliter fluant,ſtringuntur. Super quas aqua proijcitur, quæ veſtem Regiam currens tingit, quia dum in cogitationibus ſanctæ mentis gratia cæleſtis ſuſcipitur, totam animam in cœleſte ornamentum componit, ita vt

Greg. PP.

C iam tota in vitam æternam inardeſcat, & ad æternum ſponſum etiam per ſanguinem martyrij pergere concupiſcat.

Dum verò per Eccleſiæ caput,iuxta alteram ſententiam, Chriſtum intelligimus, per huius capitis comas, vel tota fidelium multitudo accipi poteſt, vel Sancti martyres, vel Sancti pauperes. Fidelium multitudinem comas has eſſe, cenſuit Philo Carpathius,quę ſicut purpura dicatur,quia dictà multitudo ſanguine eiuſdẽ Chriſti lota eſt, & colorata, tum & Martyrum nece abſcta eſt, & confirmata,ac veluti Regale exhibitum eſt Eccleſiæ indumentum.

Philo. *Comæ Chriſti ſũt multitudo fidelium.*

Sequens autem Philo verſionem Sept. noua tamen lectione legit, *Rex tremẽdus in excurſibus ſuis*,

Chriſti progreſſus quales.

D eoque putat ſignificari, cæleſtem Regem tremendum eſſe in progreſſibus, ac geſtis,quæ pro ſalute noſtra nõ vllius neceſſitatis vinculis coactus egit, ſed immenſæ charitatis ardore victus ad hęc mortalia progreſſus eſt. Sanctos Martyres comas Chriſti accipiunt Iuſtus Orgelitanus, & Aponius. Hi namque conſimilati purpura regalibus ornamentis, & ſalutaribus ſemper copulati intelliguntur doctrinis,quas canales arbitratur eſſe Iuſtus. Addit Aponius, purpuram dici iunctam canalibus, quibus decurrens ſuccus ſuſcipitur iterum profuturus,quia & Martyres ſuum ſanguinem effundẽdo, alijs proſunt, qui eorum exemplum ſequi deſiderant.

Martyres ſunt coma Chriſti ſicut purpura. Iuſt. Org. Aponius.

E Veros pauperes,qui Chriſto proximè adhęrẽt, eiuſdemque vt capitis ſunt ornamentum, per comas accipit Anſelmus, qui ſicut purpura Regis dicuntur, quatenus ſunt paſſionis eiuſdem Chriſti imitatores. Per canales intelligit Ambroſius internas cogitationes, vt, cum prædictæ comæ dicuntur *ſicut purpura Regis iuncta canalibus*, ſignificetur eorum paſſionem pauperum eſſe iunctam, & dependentem a cogitationibus,& cordibus, vt ſcilicet cùm proponant, ſe imitatores paſſionis Chriſti,non ſit hoc ſecundum exteriora tantum, ſed etiam ſecundum interiora.

Anſelm. *Pauperes ſunt coma Chriſti* Ambroſ.

Theodorit. & Tres Patres apud eumdem iuxta verſionem Sept. legentes, *Et nexus capitis tui ſicut Rex*

Theodor.

LITTERA.

Rex purpura indutus in transcursibus: per comas, seu nexus capitis Ecclesiæ, & piæ animæ sanctam illius intelligunt doctrinam: Vnde Theodoritus: vocat, inquit, crinium, nexu, & plicaturam purpuræ comparatam, doctrinam apto, & decore compositam, ac pronuntiatam, quæ Christi sanguine tincta, atque conspersa sit. Neque adeò fulget Rex amictus purpura, vt doctor pietatis, qui diuinæ cognitionis prædicat disciplinam, eaque veritatis alumnos imbuit.

Doctrina bona est Ecclesiæ comt.

Tres verò Patres, Christi, inquiunt, doctrina rationum, & motum nexu contexta, tamquam Regis est indumentum, animi tui amictus, in quo ille perturbationib. dominatur, & est Rex vinctus in transcursibus, hoc est, nulli subiectus perturbationi, sed diuinę doctrinæ funiculo ligatus in trãscursibus præsentis vitæ, ne rerum sensibilium, & caducarum lubrico prolabatur.

Tres Patr. Iusti animus est Rex

Illud denique & hoc loco notandum, quod ex hoc loco Ambrof. colligit, piam animam Christi sanguine veluti in Reginam coronari, nam serm. 17. in psal. 118. vers. 5. hæc habet Vnde & ipsa tãquam benemerita Regina Christi sanguine coronatur, sicut scriptum est. *Et ornatus capitis tui sicut purpura*. Sanguis Christi purpura est, quæ inficit sanctorum animas, non solum colore resplendẽs, sed etiam potestate, quia Reges facit, & meliores Reges, quibus Regnum donet æternum.

Ambrof. Sãguis Xsi nos Reges constituit.

Vers. VI. Quàm pulchra es, & quàm decora charissima, in delicijs?

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

SAt exploratum, communiori expositorum consensu hæc accipi vt dicta à sponso; tametsi non desint, qui puellis ijsdem ea tribuant, quas hucusq; locutas, supponunt. Mihi dicendum videtur, totum chorum puellarum in his reassumere, quam cœperat orationem panegyricam pulchritudinis sponsæ, eamdemq; orationem præclarissimo isto epiphonemate concludere. Cum enim à quibusdam puellarum earum, quæ in ipso erant, interruptus fuisset in medio sermonis, quando (vt diximus) singulæ propria proferre cœperunt encomia specialium membrorum eiusdem sponsæ, prout magis allectas se, sentiebant eorum pulchritudine: chorus, post audita encomia capitis, atque comarum, quæ sunt extrema totius corporis pars, totus simul concinnens, vniuersasque eiusdẽ spõsæ recapitulans laudes, mirificè illas amplificat. Haud enim amplius dicit. *Quàm pulchri sunt gressus tui?* aut, Quàm pulchrum est membrum istud, vel istud, sed membra omnia, singulorumque cũ alijs proportionem, & harmoniam, necnon & venustatem, & suauitatem illius vniuersam complectens, in hæc eximio concentu prorumpit: *Quàm pulchra es, & quàm decora charissima, in delicijs.*

Pro quorum intellectu notandum primo, decoræ vocabulum haud pro eodem sumendum hoc loco, pro quo sumptum est supra in cap. 6. vbi in vers. 3. dicebatur, *a Pulchra es amica mea suauis, & decora sicut Ierusalem* (neque enim in textu Hebraico eadem vox est) sed in eo significatu, quo idem sumptum est in cap. 1. vbi dicebatur, *b Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, idest iucũdus, atque suauis, נעים nanghim enim vox, quæ deducitur à verbo, quod hoc loco habetur, suauem

a Cãt. 6. 3.

b Cãt. 1. 16.

A significat, & dulcẽ, vnde bene Sept. vertere, Quid, seu, *quàm dulcis facta es?* cum verbum Hebraicum נעמת nangamthe propriè eam habeat vim, ac si dicere liceret, dulcuisti, sicuti pręcedẽs, pulchruisti, prout vertit Pagninus.

LITTERA.

Notandum secundò pro voce, *charissima*, tam in textu Hebraico, quàm in versione Sept. efficacius haberi, charitas, in abstracto eo modo, eoque sensu, quo supra in c. 5. sponsus dictus est, *c Totus desiderium*. Vnde apparet, quàm bene noster Interpres eam sic verterit, *charissima*, sicut ibi & optimè vertit, *Totus desiderabilis*. Quamquam aliàs eamdẽ appellationem charitatis sponsæ tributam à sponso idem Interpres reddiderit vocabulo *dilecta*, vt in c. 2. 3. & 8. vbi, quod in Hebr. & versione Sept.

Pagninus.

c Cãt. 5. 16

B legitur, *d Neque euigilare faciatis charitatem*, vertit, *Neque euigilare faciatis dilectam*. accipiens charitatis nomen, vt amatoriè dictum: quomodo & nos, quem valde diligimus, sic appellare solemus. Amor meus, bonum meum, &c.

d Cãt. 2. 7.

Tertio notandum, id, quod vltimo loco dicitur *In delicijs*, sumi posse vel actiue, vel etiam passiue, sicve quadruplicem efficere sensum. Si enim actiue sumatur, vt deliciarum nomine eæ designẽtur deliciæ, quas spõsa alijs exhiberet, tres sunt sensus istorum verborum, *charissima*, seu, *charitas in delicijs*.

Primus, vt hoc, *in delicijs*, addatur tãquam causa, cur ea, sit *charissima*, nimirum, quia in sui conuersatione ob dulces amabilesq; mores, & modos

I. SENSVS.

C sociabus iuges exhiberet delicias, vt idem sit, *in delicijs*, ac, *propter delicias*. sensusque sit istiusmodi.

Quis explicet, *quàm pulchra* sis membrorum specie, quàm venustate, & gratia decora, atque suauis ò tu, quæ charissima es vniuersis ob iuges, quas in conuersatione tua moribus, modisque iucundissimis exhibes, delicias?

PARAPHRASIS.

Altero vero sensu eadem verba, *in delicijs*, actiue item sumpta accipi queunt pro distincto epitheto, vt idem sit, ac delicias exhibens, atque ad duo distincta epitheta duæ respondeant admirationes, seu exclamationes; pulchritudinis ad epithetum charissima, decoris vero ad hoc *in delicijs*.

II. SENSVS.

D Ac si dicatur.

O, quæ ob insignem pulchritudinem tuam omnibus es charissima, quis explicare valeat *quàm sis pulchra?* quisve id explicet, quàm sis decora, & suauis tu, quæ vniuersis affers delicias?

PARAPHRASIS.

Vel, si sequamur lectionem Hebr. & Sept. quæ habet, *charitas*, seu, *amor in delicijs*, dici sat congrue posset, istud, *in delicijs*, adiectum pro apposito epitheti amoris, vt significetur, sponsam esse quidem amorem, non tamen amorem talem, qui cruciet, nec pulchritudine, venustate, suauique sua cõuersatione eum causare sui amorem, qui pœnas inferat, & languorem, at esse amorem deliciosum, qui delicijs recreet ipsam diligentes: Ac si dicatur.

III. SENSVS.

E Quis explicet, *quàm tu pulchra sis*, quæ *charitas* ipsa es? quis, *quàm* sis iucunda, quæ amore cum delicijs iugibus eas afficis, quæ tecum cõuersantur? Porro verba ista optime congruunt sociabus: nam sponso non ita congruerent, quem nouimus aliàs conquestum de pœnis, & duritie amoris eiusdem sponsæ, vnde in sequenti capite dicet, *e Fortis est, vt mors, dilectio, dura sicut infernus æmulatio*.

PARAPHRASIS.

e Cãt. 8. 6.

Quamuis autem tres hi sensus admodum sint probabiles; probabilius tamen dici posse crediderim, sensu quarto, verba ista, *in delicijs* sumenda potius passiue, vt nõ tam eas significent delicias, quas sponsa alijs exhiberet, quam illas, quibus ipsa perfrueretur; prout sumpsisse videntur Sept. vertẽtes,

In

APPENDIX. *In delicijs tuis*, necnon & Aquila, qui Hebraicam vocem vnam בתענוגים battanganughim, *In delicijs*, pro duabus leges dictionib בת ענוגים bath anganughim, verti t. *filia deliciarum*, eo planè sensu, quo & in primo ca. prophetiæ Michææ a dicuntur *Filii deliciarum*, qui in delicijs enutriti erant, delicijsque fruebantur, & vt rectè vno verbo expressere Sept. *Delicati*. Tuncque commodissimo sensu puellarum chorus exinde sponsam hoc laudabit epiphonemate, quòd, ex quo sponsa effecta est, & amor dilecti, delicijs perfruens, & in delicijs versans, mirabiliter pulchra reddita sit, decora, atque iucunda, iuxta illud Prouerbiorum: b *Animus gaudens ætatem floridam facit*. Explicatque melius hunc sensum lectio Hebr. & Sept. *Quàm pulchra facta est? quàm suauis facta es?* Et confirmatur sensus idem per id, quod ab eodem choro vno eodemque spiritu subijcitur. *Statura tua*, seu efficacius lectione Hebr. & Sept. *Ista statura tua*, seu, *Magnitudo tua*, clariusque secundũ versionem Symmachi. *Ista ætas tua*, & secundum versionem Aquilæ, *αὕτη ἀνάστασις*, *ista suscitatio tua* Italice, *Questo crescere tuo*: *Assimilata est palmæ*. Estque locutio ista admodum consona vulgato loquendi modo, quo vti solemus de quopiam in dignitatem aliquam eleuato, in qua delicijs exuberet, dicentes, Quàm pulcher effectus ille est, quàm iucundus, quàm pinguis, Et Italice, *E cresciuto vn palmo*, quod & de nouis quoque sponsis inter puellas præsertim dici consueuit. Eodem itaque sensu id, quod hic dicitur, tale erit.

a Mich. 1.16

b Prou. 17. 22.

PARAPHRASIS. *Quàm pulchra facta es*, quàmve iucunda, ex quo charissima sponsa *in delicijs* esse cœpisti? Admirabilis certè facta est quam maxime pulchritudo, & suauitas tua *in delicijs*, quib. perfrueris: Ita in altum excreuisti, vt planè assimilanda sis palmæ excelsæ. Hoc sensu absque dubio crediderim, sapientissimos viros Sept. Interpretes hæc sũpsisse, quandoquidem & præcitata verba iunxere cum his, quæ hoc vers. 6. dicuntur, ita hanc totam legentes sententiam: *Quàm pulchra facta es, quàm suauis facta es charitas? in delicijs tuis ista magnitudo tua.* Sic præclare distincta hæc leguntur in Græco codice Vaticano correctiori, & postea subditur: *Assimilata es palmæ*, vt dicemus in subsequẽtibus.

Vers. VI. Quàm pulchra es, & quàm decora charissima, in delicijs?

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta

IV. SENSVS. De admirabili Ecclesiæ Catholicæ pulchritudine sæpius in hisce actum est commentarijs, De decoro, atque suauitate eiusdem nonnulla dicta fuere, cum verba illa exponerentur, quibus in c. 6. dicebat sponsus, c *Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem*. Id modo explicandum hoc loco superesset, Quomodo eadẽ Ecclesia in delitijs tunc esse cœperit, cum à Christo sponsata est in fide. Et quomodo exinde pariter habuerit, quod admirabili insignita est pulchritudine, & suauitate, quæ duo asseruntur in his verbis, iuxta quartum probabilioremque sensum, acceptis. Et quidem de secundo satis actum est supra, & in exposit. secunda eorum verborum cap. primi, d *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, &c., cum de Ecclesia exposita fuere citata illa verba cap. 6. e *Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem*.

c Cãt. 6. 3.

d Cãt. 1. 15

e Cãt. 6. 3.

A De primo vero multa certè forent dicenda, sat tamen pro nunc mihi erit, id probasse aliqua scripturarum auctoritate, eamque optimam crediderim inter innumeras, qua apud Isaiam Prophetã eædem prædicuntur deliciæ, quibus ipsa recreanda esset Ecclesia, cũ per Verbi Incarnationem desponsanda erat à Christo ipsius dilecto his verbis: f *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Ipsi videbunt gloriã Domini, & decorem Dei nostri*.

DE ANIMA.

Ecclesia quibus delicijs cumulata sit post Verbi incarnationem.

f Isa. 35. 1.

B Vers. VI. Quàm pulchra es, & decora charissima, in delicijs.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

I. SENSVS. De spiritualibus piæ animæ delicijs, iisque præsertim, quibus ea perfruitur, quando studio cõtemplationis, & orationis Deo vnitur dilecto, sponsoque suo, sæpius in superioribus, pluraque dicta sunt. Illud verò duntaxat in his, quæ hoc loco dicuntur, considerandũ superest, quod, quæ in prædictis delicijs eò peruenit vnionis cũ C Deo, vt, sicut ille charitas est, ita & ipsa dici charitas mereatur, quatenus tunc Deo charissima esse perhibetur: in ipsismet delicijs, quin & per ipsasmet delicias suas singulari ratione pulchra effecta asseritur, atque iucunda, & dulcis, iuxta ea, quæ dicta sunt in sensu probabiliori quarto loco in prima expos. allato. Siquidem ex hisce colligere licet, animã illam, quæ verè in delicijs Deo vnitur, haud sordidam, asperamve esse proximis, prout complures inter eos reperire est, qui spiritualem profitentes vitam, in illud totum suũ collocant studiũ, vt solitudini, & cõtẽplationi indulgeant, quò ob quamdam proprij amoris radicem sensibilibus fruantur consolationibus spiritus; Cum autem ob fraternam charitatem ab ijs amo D uentur delicijs, turpes in fratrum conuersatione se exhibent, quòd cõuersari nequeant, proprioq; inhæreant gustui, necnon & morosos, & asperos, ita exardentes in alios, quã zeli nomine decorãt: quos profectò vulgari appellatione zoticos nuncupare solemus. Quæ enim verè spõsa Christi est, & charitas in delicijs (vt explicatũ est) in conuersatione, & in colloquijs pulcherrimã se se ostẽdit benignis moribus, necnon & suauẽ, læta semper, & gaudens. Sicut enim corpus, quale est intrinsecus, tale se se & extrinsecus exhibet: si male affectum, pallidum, ac macie consumptum, si sanum, pulchrum, rubicundum, atque iucundum. Ita sanè & anima qualis vere extiterit intrinsecus, talẽ E demum se extrinsecus exhibeat, necesse est. Vnde nil mirũ, si fratres omnes simul, & singuli quique lubentissimè talem animã hisce celebrẽt *Quã pulchra es, et quã decora charissima in delicijs?* iuxta primos quoque sensus acceptis, in quib. haud operæ pretium est, vt modo detinear.

Zotici arguuntur.

Anima verè spiritualis pulchra & dulcis est etiam in fratrũ conuersatione.

Simile.

IV. SENSVS. In eo potius detineri lubet, vt ex hac ipsa sententia quarto sensu intellecta colligamus, quò tunc maximè pia anima Deo vinta agnoscitur, cũ in tribulationibus extiterit. Tunc enim arcta cum Deo iuncta esse percipitur charitate, & cõformata voluntati illius, formã, & nomen eiusdem charitatis ab illo suscipiens, vt meritò, sicut is charitas dicitur, ita & ipsa charitas appelletur, sed cum eo addita-

In tribulationibus iusti agnoscitur esse maxime Deo vnitũ.

DE B. MARIA

ditamento in delicijs. Deliciarum autem nomine tribulationes hic designari, colligitur manifeste ex paraphrasi Caldaica, quæ ita hæc reddit; *Dixit Salomon Rex: Quàm pulcher es cætus Israel in tempore, quo importas iugum Regni mei? in tempore, quo ego corripio te in infirmitatibus propter peccata tua, & tu suscipis eum charitate, & videntur tibi deliciæ.* Quidni vero deliciarum nomine tribulationes potissimum significatas dicere formidabimus, si Iacob Apostol. *a* illas non vnum dumtaxat, sed omne gaudium, omnesque asserit delicias? Si *b* superabundantiam gaudij easdem dicit & Paulus item Apostolus? Si denique & de impijs illud in libro Iob libere dictum nouimus, *c* esse sub sentibus delicias cõputant, quos ea ipsa, quæ in sæculo molestissima sunt, quæve complurium ærumnarum causa existunt, eiusdem sæculi amore, vel commodis proprijs obcæcatos, quasi delicias habere conspicimus quotidie, & ingemiscimus. Bene autem Sept. verterunt: *Charitas in delicijs suis.* Mundus quippe, & Mundani, tribulationes nullatenus deliciarum loco habere se posse fatentur. Sunt tamen reuera deliciæ, sed deliciæ propriæ iustorum, quippe quas pia quæque anima, quæ Dei æstuat charitate, vt suas ꝓprias æstimat: atque adeo de hisce potissimũ gloriatur, dicẽs cũ Apostolo. *d* Gloriamur in tribulationibus. Vnde peregregie ponderat Chrys. ea eiusdem Pauli verba, quibus ad Regem Agrippam in Actibus Apost. dixit, *e Opto apud Deum & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiũt hodie fieri tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his:* asserens, Paulum omnia quidem, quæ in ipso essent præclara, libenter communicata optasse, vincula tamen, & tribulationes excepisse, quas suas proprias agnoscebat delicias. Vide Chrysost. omũ hom. 9. in epist. ad Ephes. Denique, & illud quoque in his, quæ exponimus, aduertendũ est, quod asseritur, eamdem animam in prædictis delicijs, seu per easdem delicias, & tribulationes mirabiliter pulchram factam, & dulcem, atque suauem. Hoc autem vno ignis exemplo probari facile potest: Ignis namque & pulchritudinem auro, & suauitatem confert vnguentis; & sat nobis compertũ, sæpius in sacris litteris tribulationes igni cõparatas, & ignis appellatione expressas.

Tribulationes designatæ nomine deliciarũ.
a Iacob. 1. 2
b Cor. 7. 4
c Iob 30. 7
d Rom. 5. 3 Chrysost.
e Act. 26. 29.
Tribulationes reddũt animam pulchram, & suauem.
Simile

Vers. VI. Quàm pulchra es, & quàm decora charissima, in delicijs?

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

QVi deuotione huius Sanctissimæ Virginis sunt insignes, vt experti hæc iterare nõ cessant verba. *Quàm pulchra, & quàm decora es charissima, in delicijs?* deliciarum vocabulo actiue sumpto, & pro eis delicijs, quas illa largissime solet exhibere, iuxta tres sensus in prima expositione primum allatos.

Maria quibus delicijs suos reficit deuotos.

IIII. SENSVS. At ab Ecclesia specialiter eadem aptantur eidẽ Virgini iuxta quartum sensum accepta; Sequens enim versionem Sept. in quadam Antiphona, ita ei concinit. *Speciosa facta es, & suauis in delicijs tuis Sancta Dei genitrix.* Porro, cum Virgo Benedicta & in hac vita, & in alia singulari modo delicias habuerit proprias, etiam cum in hoc sæculo degeret dici ei hæc potuerunt à quolibet. Quis enim explicet, quibus illa delicijs cumulata fuerit, quando descendit Spiritus sanctus in eam, &

Maria quibus delicijs quavè gratia, & iucũ...

A virtute Altissimi illi obũbrante, in sponsam assũpta est æterni Dei? Quis, quibus perfusa est, cum ante suos ipsos oculos è se natum Regem intueretur gloriæ, cum eumdem suis complecteretur vlnis, vbereque suo de cœlo pleno lactaret? Sed & quis exprimere id eius valeat augmenti pulchritudinis, gratiæ, & decoris, atque suauitatis, quo illa tunc pulchra facta est, & suauis, cum in filij conceptione sponsata, delicijs est perfusa vberioribus? Vnde nil mirũ, si admiranter hęc pronũtiata legamus: *Quã pulchra facta es, quàm suauis, facta es charissima, in delicijs?* Et bene addi debet, tuis, quia, nec in delicijs ipsis, sicut nec in sanctitatis pulchritudine, nec in suauitatis iucunditate primam similem visa est, nec habere sequentem.

DE B. MARIA.
dilitate cumulata in Incarnatione Verbi.

B Non minus tamen hæc a cęlestibus Spiritibus tunc dicta sumentur, cum eadem exaltata super omnes cęlos, ad filij dexteram collocata est, & gloriosa coronata diademate, nec non & a nobis, dũ illam ibi cum filio regnantem meditamur. Cum enim tunc re vera in Deum transformata, atque adeo charitas effecta, in delicijs versaretur æternis, tanta sanè effulgere cępit gloriæ pulchritudine, vt nisi cum huiusmodi admiratione, *Quàm pulchra facta es,* id exprimi potuerit, tantaque decorata est, iucunditatis dulcedine, vt merito admiranter quoque addendum fuerit, *Quàm dulcis facta es?* vt pote, in qua fons reperitur omnis dulcedinis, omnisque lætitiæ. C Ideoque rectè item ab Ecclesia in altera Antiphona illud ei cantatur psal. 86. *a Sicut lætantium omnium habitatio est in te, Sancta Dei genitrix,* in quo quid habitationis vocabulo significetur, per Hebraicam exprimitur vocem, quæ propriè significat fontes, tametsi à compluribus translatè sumpta, referatur ad cogitationes, ac si dictũ esset: In te Virgo Gloriosa sunt fontes, scilicet deliciarum, cogitationesque omnium eorum, qui verè lætantes dici queunt.

f Psal. 86. 8.

Vers. VI. Quàm pulchra es, & quàm decora charissima, in delicijs?

D

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasim Chaldaicã videre potes allatam supra in expositione tertia, nec opus est, vt hic eam repetamus.

Communiori sensu cum Cassiodoro tam Ecclesia, quàm anima à Christo pulchra hoc loco dicitur in fide, atque decora dicta est *terribilis vt castrorum acies ordinata;* quia & hæreticis obsistit, & dæmones sua terret sãctitatis perfectione, modo dicitur esse in delicijs, quia suauitatem supernæ dulcedinis assiduè palato mentis degustat, & E inter pressuras huius sæculi illas adipisci desiderat, vnde merito quæ talis est, Christo charissima asseritur.

Cassiod. Beda.
In delicijs est pia anima ob gustus spirituales, quibus fruitur.

Eidem Christo charissimam in delicijs illam inquit Gregor. Papa, quæ delicijs abundet Scripturæ sacræ.

Greg. PP.

Rupertus quoque Abbas. Quid est, ait, in delicijs pulchram, & decoram esse, nisi in abundantia gratiæ mansuetudinem, summamque humilitatem cordis habere? Denique dona gratiarum, & intelligentia scripturarum, siue sacramentorũ cœlestium verè sunt deliciæ, & humilitas cordis vera pulchritudo est, res decora, & Deo amabilis virtus est.

Rup. Abb.
Delitiæ aiæ piæ sunt dona gratiarũ & intellectus sacræ scripturæ.

Non

APPENDIX. Non tam ſponſo, quàm ſociabus ſponſæ, ſeu miniſtris ipſius ſponſi tribuere hæc videntur, qui lectionem Septuaginta interpretantur, quæ pro chariſſima, habet, charitas. Ita autem hæc exponit Theodoritus: Decora facta es, cum antea non eſſes, & cum antea fœditate omni eſſes plena, repentè iucunda, & ſuauis euaſiſti, idque es conſecuta, quoniam in charitatis delicijs oblectaris: Diligens enim amantem te ſponſum, & in eius amore tuas omnes delicias collocans, reliqua omnia contempſiſti. Ab his parum diſcrepant & hæc, quæ aſſerunt Tres Patres apud eumdem. Admirabiliter circundata es pulchritudine, ea nimirum, quæ peruenit ad te ex exemplari, & ſponſo coniuncta, atque illo fruens, referta es incredibili iucunditate ſpiritali. Eenim charitas in delicijs tuis, quæ quidem ex virtute proficiſcuntur; cum enim guſtaueris, Chriſtum eſſe Dominum, tota ex ipſius pendes charitate, quæ timorem expellit.

Theod. *Deliciæ piæ animæ ſūt ex charitate in Deū.*

Tres Patr.

Ambroſ. Ambroſius ſermo. 17. in pſalm. 118. verſ. 5. hinc probat, charitatis nomine inſignitam Chriſti ſponſam, ait quippe: Meritò Spiritus ſanctus exclamat: *Quàm pulchra, & ſuauis facta es, charitas in delicijs tuis? Pulchra* decore virtutis, ſuauis iucunditate gratiæ, remiſſione vitiorum, quam nulla vexat amaritudo peccati, & ipſa iam charitas, quæ diligendo Deum & nomen acceperit, quia Deus charitas eſt. Quo loco notandum id, quod & ſupra expoſitione prima tetigi. Ambroſium ne verbum quidem de deliciis, ni ad illas alluſerit fortaſſe per verba illa, quam nulla vexat amaritudo peccati.

Iuſtus appellatur charitas.

Auguſt. Econtra Auguſtinus tract. 65. in Ioannem hoc ipſum ponderans, quod dicitur: *Charitas in delicijs*, piam alloquens animam Chriſti ſponſa ait: O quam bene cantatur tibi in epithalamio tuo; *Quia charitas in delicijs tuis?* Ipſa non perdit cum impiis animam tuam, ipſa diſcernit cauſam tuã, & ſicut mors valida eſt, & in delicijs tuis eſt. Quàm mirandi generis mors, cui parum, fuit nõ eſſe in pœnis, niſi eſſet inſuper & in deliciis.

Mors, quā infert charitas, eſt iucūdiſſima.

Philo Car. Singulari modo ad ſponſum hæc dicta ſumit Philo Carpathius, ideoque legit: *Quàm ſpecioſus factus es, & potens?* id, quod non tam de Chriſto vt Deo, quàm de eodem vt homine intelligendũ aſſerit. Porrò quod dicitur: *Charitas in delicijs tuis*, per id interpretatur Prouerbiorum, quo ipſamet ſapientia increata dixit, a *Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.* Tanta enim, ait, nos complectitur charitate, vt nihil aliud, quàm nos ſecum ſemper eſſe malit: hoc de nobis auet, hoc poſtulat, hoc efflagitat.

Chriſtus ob charitatē habet nos ī deliciis ſuis

a Pro. 8. 31

Verſ. VII. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

PRiuſquam ſenſum iſtius ſententiæ attingamus, tria ſunt, quæ operæ pretium eſt, vt prænotentur circa vocum intellectionem. Primum, tam in Hebr. quàm in Græcis verſionibus Septuaginta Aquilæ, & Symmachi adiectum reperiri articulum indicatiuum ad nomen ſtaturæ: *Iſta ſtatura tua*. Secundum: Hebraicam vocem קומתך Komathech, quã noſter interpres vertit, *ſtatura tua*. Sept. *magnitudo tua*: Symmachus, ætas tua, deductam eſſe à verbo קום kum, quatenus proprio ſignificatu vſurpari illud ſolet pro ſurgere, atque adeò eam hic ſignificare ſtaturam, magnitudinem, atque ætatem, quæ in altum ſurrexerit, ſeu excreuerit, quod aptiſſimè, tenui meo iudicio, expreſſit Aquila, dum eamdē vertit, ἀνάστασιν, ſurrectio, & proprius diceremus, creſcere, ſignificantes habitum corporis actu creſcentis, & in altum ſurgentis. Tertium, botros quibus ſponſæ vbera comparantur, à Legionēſi, Genebrardo, aliiſue pluribus recentiorum, vna cum R. Abraham Aben Ezdra accipi pro botris vuarum iis, qui eminebant è palma ab ea vite, quæ ſimul cum ipſa creſcat, & erigitur, ei veluti maritata, quomodo quæ in noſtris Regionibus maritantur vlmis, quod probant ex eo, quod ſubijcitur in verſu ſequenti: *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua ſicut botri vineæ.* Melius tamen, aptiuſve dici crediderim, quod à Theodorito aſſeritur, à Catena Trium Patrum, & aliis etiam ex recentioribus, vnà cum ceteris Hebræorum Doctoribus, botrorum vocabulum ſumi debere pro dactylorum botris, qui vt palmæ fructus è palma celſiori dependent: Nuſquam enim in ſacris litteris, nec alibi apud quemquam alium auctorem legiſſe me, memini, palmis in Palæſtina vites maritari ſolitas. Neque id, quod verſu ſequenti dicitur, id cõuincit, vel probat. Nam, ſi ex iis verbis colligendum ſit, hic fieri ſermonem de vite ad palmam alligata, profectò eadem ratione colligendum erit, arborem quoque mali, de qua ibi agitur, cũ dicitur: *Et odor oris tui ſicut odor malorum*, eidem palmæ alligatam eſſe, quod tamen diceret nemo. Admodum tamen probabiliter dici poſſe cenſerem, etiam vuarum botros hic deſignatos: non tamen earum vuarum, quæ palmę maritatæ eſſent, ſed, vuarum ſimpliciter, vt comparatio botrorum diſtincta penitus ſit à prima palmæ ſimilitudine, ſintque duæ ſeparatæ ſimilitudines, ſicut duo ſunt, pro quib. eæ afferuntur, ſtatura, & vbera, prout iam apparebit in explicatione ſenſus, quem ipſe germanum arbitror. Et certè negare non poſſum, quin aptius hoc loco ad botros vuarum, quàm ad botros palmæ, & dactylorum vbera comparentur ſponſæ, ad exprimendum eorum tumorem, & copiam lactis, quod ex illis exprimitur, æquè ac à prædictis botris vinum, propter quod aliàs dictum recolimus de iiſdem ſponſæ vberibus in hoc cantico. b *Meliora, & pulchriora ſunt vbera tua vino.*

LITTERA.

Aquila. Symmach.

Legionēſis Geneb ar. R. Abrah.

Theodo. Tres Patr.

b Cāt. 4. 10

SENSVS COMMVNIS. In afferendo ſenſu totius huius ſententiæ, eſt primum conſueta inter Expoſitores diſſenſio: A quonam hæc dicta cenſenda ſint; A ſponſo enim aſſerunt plerique: Ab vna duntaxat chori puella Genebrardus, & Hortolanus. Sorori minori tribuit eadem Martinus Del Rio, vt dicta ad ſororem maiorem. Attamen hi ferè omnes in ſenſu conueniunt, vt in hac ſententia nouum proferatur encomium totius quidem corporis, commendatione proceritatis, rectitudinis, & roboris per comparationem ad palmam excelſam, rectam, & ſemper viridem, ac validam: Vberum verò, commendatione ſucci pleni, & copiæ lactis per comparationem ad botros ſiue vuarum, ſiue ipſius palmæ.

Genebr. Hortolan. Martinus del Rio.

I. SENSVS. Ipſe tamen opinor, hæc quoque ſpectare ad idem epiphonema, quod in ſuperiori verſu cœptum vidimus, & decantatum à toto puellarum choro in coronidem panegyricæ orationis habitæ in laudem pulchritudinis ſponſæ. In quam ſententiam adducor ex le-

Michaelis Ghiſlerii. Ooo ctione,

LITTERA. ctione, & distinctione Sept. quam sequuntur plerique Sanctorum Patrum, ea namque, vt & supra notatum est, ita se habet: *Quàm speciosa facta es, quàm suauis et facta, charitas? In delicijs tuis ista magnitudo tua, assimilata est palmæ, & vbera tua botris.* Crediderim itaque, totum chorum puellarũ, qui in præcedenti versu, iuxta probabiliorem sensum, quem quarto loco attuli, sponsam exinde euexerat, quòd postquam dilecto suo spōsata est, & in delicijs cœpit esse amoris, & charitatis mirum in modum pulchra facta sit, & iucunda, id ipsum modo probare ex duplici, patentique indicio, ex augmento nimirum staturæ corporis, quo ita excreuisse illa visa est, vt iam celsitudine palmæ esset assimilanda, & ex turgentibus eius vberibus, quæ iam ita succiplena conspicerentur, vt plane turgidis, mustoque plenis botris comparari deberent, id per hæc in illa celebrare volentes, quòd ad perfectam sponsæ peruenerit pulchritudinem, & suauitatem. Ista siquidem duo potiora sunt indicia, ex quibus dignosci queat, cum puella quæpiam mulier dicenda sit, & sponsæ appellatione digna, cum grandior illa effecta spectatur statura procera, prout omnibus compertum est, & cum eidem vbera excreuerint, & extuberint, prout asserit Aristoteles lib. 7. de histor. animal. cap. 1. quinimo etiam Dominus apud Ezechielem hæc ipsa potissimum affert indicia ad idem probandum, dicens, *a Et grandis effecta es, & peruenisti ad mundum muliebrem, vbera tua intumuerunt.* Et ipsammet sponsam hisce duobus pariter vti videbimus, ad hoc comprobandum, quòd mulier sit, & quæ vere dici queat sponsa, vbi in subsequenti cap. 8. ad ea, quæ de sorore sua dicta acceperat, quòd paruula adhuc illa esset, statura scilicet corporis, & vbera non haberet adhuc scilicet extuberantia, de semet subiecit, *b Ego murus*, corporis s. robore, & celsitudine, *& vbera mea quasi turris*, scilicet eleuata sunt, & tumentia. Itaq. prima hæc est chori puellarum intentio in his verbis: *Ista statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris*, tametsi tales adhibuerit similitudines, quibus mirum in modum exprimeretur pulchritudo & corporis proceri, & vberum tumentium, vt explicatum est, cum communiorem afferremus sensum.

Aristot.

a Ezech. 16. 7.

b Cāt. 8. 10

Illud duntaxat hoc loco addendum, quod si comparatio extuberantium vberum facta sit ad botros dactylorum, & palmæ, prout probabilius censebam, tūc sicut similitudo sumpta est ex vna eademq. palmæ arbore, quæ excelsa sit, & recta, semper virens, ac inflexibilis, & è qua perpulchre turgidi dependent dactylorum botri; Ita vnum solummodò laudabitur sponsæ corpus, quòd in altum excreuerit, rectum, vegetum, atq. robustū, è quo perpulchra pariter quodammodo dependeant vbera, quæ iam extubuerunt, iam, n. supra in vers. 3. ab ipsomet choro eadem vbera insigni celebrata fuerunt encomio. Breuiter igitur, quod in his asseritur iuxta hunc sensum, quem cōgruentiorem, ac probabiliorem arbitror, tale est.

PARAPHRASIS. Certè augmentum istud totius staturæ tuæ, qua adeo in altum excreuisti, vt excelso corpore ipso tuo, recto simul, ac vegeto palmæ assimilanda sis, quin & extuberantia *vbera tua*, quæ haud minus pulchre è celso tuo isto spectantur corpore, quàm è palma pendentes, & turgidi conspiciantur botri dactylorū, sat istud ipsum probant, *quàm pulchra facta sis, quamve iucunda*, ex quo *charitas*, sponsaque es *in delicijs*.

PARAPHRASIS. Vel: Et ex ista statura, & magnitudine tua qua iam citò instar palmæ recta, & vegeta excreuisti in altum, nec non & ex vberum tuorum tumore, quo instar botrorum vuæ illa iam extuberunt, sat intelligimus, & vnicuiq. aduertere licet, quā vere charitas existens in delicijs, sponsaq. effecta, pulcherrima facta sis, & suauissima, perfectam iā adepta mulieris pulchritudinem. Quæ verba satis consona sunt nubilibus puellis, quales hæ sūt, quæ modo in choro loquuntur. Atque hæc quidem recte, si *in delicijs*, quod habetur in versu superiori, passiue sumatur, & de delicijs intelligatur, illis quibus sponsa fruebatur.

II. SENSVS. Quòd, si haud hac ratione, sed actiuè potius, & pro delicijs, quibus sponsa alios perfundebat, id sumere lubeat, iuxta aliquem eorum trium sensuum, quos primum in eorundem verborum expositione allatos videre est: Tunc, satis congruenter dici poterit, eundem puellarum chorum adhuc suum prosequi epiphonema: At, quod generali iam euexerat mirabilis pulchritudinis, & suauitatis sponsę encomio, dicens: *Quàm pulchra es, & quàm decora, seu suauis*, id modò specialius exprimere, pulchritudinem quidem ex eo potissimum probans, quòd primò omniū exhibebatur aspectui, è celsa nimirum, rectaque corporis eius statura, vegetoq. eiusdem corporis habitu, celsissimæ, rectæ, virentiq. eam assimilans palmæ, eiusdem verò dulcedinem è succiplenis, pulcherrimeq. extuberantibus comprobans eius vberibus. Vt eum hanc efficacius contestaretur illius suauitatem, vbera ipsa dulcissimis comparat botris siue dactylorum, qui è palma ipsa dependeant siue vuarum in genere, vt sensus sit.

PARAPHRASIS. Quis non tuam admiretur, decantetq. pulchritudinem è statura ista ipsa tua, quam omnes intuentur, ad id compellit vniuersos: corpore namque ita conspiceris procero, recto, atque vegeto, vt planè celsissimæ, rectæ, atq. virenti assimilanda sis palmæ. Dulcedinem quoq. tuā quis nō prædicet? cum vbera instar botrorum habeas, botrisque tūm dactylorum palmæ, tum etiam vuarum similia, non tam ob tuberositatem, quàm ob dulcedinis copiam. Confirmabitur sensus iste per id, quod in subsequentibus verbis ab vna chori huius puella, hæc, quæ à toto choro dicuntur, reassumente dicetur: *Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ.* Vbi ostendet, per botrorum vocabulū, tum botros palmæ se intellexisse, tum botros vuarum, ambos dulcissimos, atq. adeò ita sponsæ dulcedinis compotem fieri se velle, vt ex eius vberibus, & prædulcium botrorum, fructuūq. palmæ, & suauissimorum quoque botrorum vineæ collectura sit dulcedines, prout fusius in eorum expositione explicatur.

Vers. VII. Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS. *Ecclesia reddenda pulchra, et suauis in tēpore Incarnationis.*

QVamuis sæpius, multiplicique metaphora id à Prophetis prænuntiatum sit, & probatum, quòd Ecclesia tunc temporis, cum per Verbi Incarnationem desponsaretur fide, & delicijs perfunderetur Spiritus sancti, in admirabilem euehenda esset & pulchritudinem, & iucunditatem, vt exempli gratia in prophetia Ezechielis, vbi sub metaphora arboris cedri in hunc modum ista exponuntur à Domino, *b Sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam, de vertice*

c Ezech. 17. 22.

DE ECCLESIA.

tice ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna Regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum.

Nusquam tamen apriora, & validiora afferuntur totius huius rei indicia, quàm ea, quæ in hoc versu significata habemus, dum iuxta primum sēsum dicitur: *Statura, seu ista statura, magnitudo, & surrectio tua assimilata est palmę, & vbera tua botris.*

Ecclesię pulchritudo, & suauitas, percipitur ex progressu & doctrina illius.

Enimuero duo sunt, in quibus maximè elucet admiranda ipsius Ecclesiæ pulchritudo, & eximia eiusdem suauitas, nempe insignis eius progressus, singularisq. modus crescendi in progressu illo suo, & præstantissima, dulcissimaque illius doctrina. Primum istorum primis hisce proponitur verbis. *Statura tua assimilata est palmę* in palmæ siquidem progressu, & augmento illud inprimis obseruare est, prout rectè animaduertit S. Gregor. Nyssenus in oratio. de S. Gregorio Taumathurgo, quòd sola hæc arbor perfecta crassitudine cacuminis è terra surgit, & crescit, cumq. in altum progrediens proceritatis suscipiat augmentum, nullam in crassitudine accipit accessionem. Prætereá, etiam, cum augmento proficit celsitudinis, à prima nunquam deficit rectitudine, quin ita in rectitudine ipsa sua seruanda fortis est & obdurata, vt nec quantumlibet magno oppressa pondere, tantillum ab ea deflectat, tametsi hinc, & inde virides semper, & circum circa suos expandat ramos. Atqui & Ecclesia iam post Christi Incarnationem desponsata est per eiusdem Christi passionem, cumque post solemnissimas celebratas illas nuptias, quibus in die pentecostes Spiritus sancti munere est dotata, ita vt iam ob quem susceperat Spiritum, charitas dici potuerit in delicijs, in cacumen excreuit summę perfectionis, ad huc exurgere incipiens in primitiua Apostolorum, Sanctorumque Discipulorum Christi collectione. In qua certè perfectione postmodum minimè excreuit, & ita suos fecit progressus, vt cacumen istud perfectionis primitiuæ illius collectionis in altum euexerit, quò toti terrarum Orbi esset conspecta, & tametsi in altum maxima susceperit augmenta per conuersionem Vrbium, Prouinciarum, Principum, Regum atque Imperatorum in celsitudine honoris, & dignitatum coram oculis hominum etiam celsissimorum, recta tamen semper excreuit in ipso suæ primæ perfectionis cacumine, & licet ramos suos diuina gratia virentes per totum terrarum orbem circum circa in suis Sanctis expanderit Prædicatoribus, nunquam tamen vel grauissimis oppressa Tyrannorum, Hæreticorum, impiorumque persecutionibus, tantillum cessit, vt a recto perfectionis suæ progressu deflexa sit, cum semper in sede Petri, & in fide perstiterit Apostolica.

Greg. Nis.

Ecclesia progressus quà similis palmę progressui.

Ecclesia doctrina quò similis vberibus.

Porrò non minus rectè, quàm primum istud, proponitur & secundum, quod dicebam, in ipsa elucere Ecclesia doctrina præstantissima simul, ac suauissima per hoc, quod subijcitur: *Et vbera tua botris.* Aptissimas inter hanc Ecclesiæ doctrinam, atque vbera, pluresque congruentias, & excellentias congessimus in principio istorum comment. expositio. 2. super illis verbis: a *Quia meliora sunt vbera tua vino.* Et quidem ibi doctrina

a Cãt. 1. 2.

A Christi, quæ & doctrina Ecclesiæ est, prælata est vino: hoc tamen loco eadem assimilatur botris vel dactylorum, qui sunt cibus dulcissimus grandiorum, vel vuarum succiplenis, turgidis, suauissimoque musto exuberantibus, quia doctrina, propter quam Ecclesia pulcherrima exhibetur, & maxime dulcis, est sacra scriptura, quæ & instar botri dactylorum suauissima quidem est, & admodum insignis, sed in excelso posita in cacumine Palmæ, quia germanus eius intellectus è celsissima Petri sede desumendus est, vbi Christi Vicarius vt lucerna ardens positus est super candelabrum, & quatenus instar botri dactylorum è palma dependet, est doctrina haud infantium,

B sed eorum est cibus, b quibus Deus dederit *Spiritum sapientię, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis*, vt ait Apostol. ad Ephes. Tametsi & instar botri, & pulcherrimarum vuarum ex humili dependet vite Christo crucifixo, vnde humiles quique affectuosos eiusdem sacræ doctrinæ sensus decerpere possunt, atque ex ea dulcissimum amoris vinum exprimere.

DE ECCLESIA.

Pag. 17.

Scriptura sacra quò similis palmę botris.

b Ephes. 1. 17

Sacra Scriptura instar botri vuarum pēdet à Christo crucifixo pro humilibus.

Præclare autem istiusmodi Ecclesiæ vbera tūc potissimum instar botrorum extuberasse dicuntur, cum post prædictam eiusdem Ecclesiæ desponsationem, admirabilem ea excreuit in pulchritudinem, & suauitatem, quia tunc doctrina sacrarū scripturarum, quæ prius arida erat, & nimium

C demissa, cum, iuxta mortuam duntaxat litteram intelligeretur, Spiritu sancto succiplena, & excelsa apparere cæpit spiritualiter intellecta, tuncve & musto charitatis intumuit in testamento nouo.

Scriptura intellectus quando exhibitus Ecclesia.

Vnde congruentissime postquam eidem Ecclesiæ dictum fuit: *Quam pulchra facta es, quam suauis facta es, charitas, in delicijs?* præter primum eorum signum allatum in verbis iis: *Ista statura tua assimilata est palmæ,* & hoc secundum adijci debuit eorumdem indicium sanè præstantissimum *Et vbera tua botris*, scilicet assimilata fuere.

Vers. VII. Statura tua assimilata est palmę, & vbera tua botris.

D

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

Admirabilis piæ animæ pulchritudo re profecto nulla humanis oculis fit spectabilior, quàm Sancta illius conuersatione. Idcirco summa cum ratione hoc loco hæc vna in illius probationem affertur, cum, postquam dictū fuerat: *Quam pulchra es*, subijciuntur verba ista: *Statura tua assimilata est palmæ*, iuxta sensum secundo loco in prima expositione allatum. Præclare autem ipsa eius conuersatio staturæ exprimitur vocabulo, eo modo intellecto, quo, iuxta vim

E Hebraicæ vocis, & versionis Aquilæ illud supra explicatum est in prima exposit. pro habitu corporis actu excrescentis: cum & cōuersatio sancta in præsenti sæculo iugi sit in progressu. Sed præclarius eadem palmæ assimilatur, cum animæ pulchritudo, & sanctitas probanda per illam est, quia, vt dicitur in psal. c *Iustus vt palma florebit,* atq. hoc est, qd hic dicitur. *Statura tua excrescens assimilata est palmæ*, vtrobiq. .n. significatur, piam aiam in cōuersatione sua excrescere sē per, & progredi vt palmā: Vsus est tñ Dauid verbo, *florebit*, potius quàm, *excrescet*, seu *progredietur*, vt nobis indicaret, iustum progredi quidem semper in altū instar palmæ, ita tamen progredi, vt semper in

II. SENSVS.

Conuersatio sancta piæ animæ est in iugi progressu.

c Ps. 91. 13.

Progressus iusti quò similis palmæ.

DE ANIMA.

in quo reperitur progressus, sit ipsi veluti flos, fructum è se proferens progressus subsequentis, qui tamen fructus sit simul flos alterius progressus. Vnde bene in eodem psal. subijcitur, *a Plantati in domo Domini* (quæ est iustorum Ecclesia) *in atrijs domus Dei nostri* (eiusdem nimirum Ecclesiæ) *florebunt*, cum tamen alias item de iusto per eũdem Dauid dictum sit, *b Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo*. Bene, *in tempore suo*, quia idem progressus iusti suum habet tempus, quo fructus est, & suum habet tempus, quo est flos. Primum tamen illud habet tempus, quo fructus est, & idcirco relata verba in principio totius Psalterij dicta reperiuntur, cum postmodum de altero dicendum esset tempore, quo idem progressus non tam vt fructus æstimandus esset, quàm vt flos. Hoc obiter, vt dixi.

a Ps. 91.14
b Psal. 1.3.

Progressus spiritualis paulatim ab imis ad suprema.

Quod ad rem magis facit, est, vt perscrutemur, & explicemus rationes aliquas, cur sancta piæ animæ conuersatio palmæ potius, quàm alteri hoc loco assimiletur arbori. Et quidem S. Greg. Papa hanc affert rationem, quia sicut dum palma crescit, deorsum stringitur, & sursum dilatatur, sic anima sancta ab imis ad minima incipiat, & paulatim ad maiora crescens, vsque ad plenitudinẽ perfectæ charitatis perueniat. Quæ Gregorij ratio, ne sit opposita ei, quod ex alio Gregorio Nysseno dictũ est supra, cum ageremus de Ecclesia, intelligenda est de modo, quo palma se habet in foliorum augmento & dilatatione, non in incremento, & dilatatione trũci, de quo loquitur Nyssenus. Probat verò rationem hanc Greg. Papa ex eo communi affatu: Nemo repente fit summus. Vnde colligere licet, consueto procedentes modo, illum, qui in principio cõuersionis statim feruore vehementiori summum attingere se putat perfectionis culmen, ad perfectionem minimè peruenturum, quin potius destiturum in medio progressus. Qui .n. istiusmodi est, rectè æstiuo cõparari solet imbri, qui licèt maximis descendat guttis, ideoq. & vniuersam terram irrigaturus videatur, nihilominus illico cessans, vix primã madefacit terræ superficiem. Porrò, sicut pluuia illa magnis descendẽs guttis, in infima aeris regione gignitur, vt sat compertum est ex philosophia naturali: Ita & quando in principio conuersionis nimium in anima quapiam aduertimus feruorem, nimiã & lacrymarum copiam, suspicandum, ne in intimo gradu spiritus ea progrediatur. Sed, tametsi allata Gregorij ratio optima sit, non est tamen propria, cum non solum palmæ, sed & cuilibet ferè arbori ea rõne comparari queuerit piæ animæ cõuersatio, Propriores sunt aliæ tres, quæ indicatæ iam fuerunt in expositione litteræ. Prima nimirũ, quia tota in altũ excrescit, qd soli cõpetit palmæ, quæ haud quaquam expãdit ramos, vt reliquæ arbores, sed folia in culmine duntaxat excrescens seruat tñ in excelsis, & sat nouimus, quod peruulgatum est Apostoli dictum, *c Nostra conuersatio in cęlis est*. Secunda ratio est, quia recta consurgit, notum est .n. quod per Prophetã illum dicitur, *d Semita iusti recta est, rectus callis iusti*, & certe, nisi recta consurgeret, nullatenus pulchra dici posset, vel palmæ similis, quia nec progrederetur, sed potius caderet, vt palmæ contingit si illam à rectitudine deficere quis velit. Omnino enim in conuersationis suæ progressu ita se gerere debet anima, quomodo qui super rectum graditur funem, vt quẽadmodum istiusmodi homo cauet, ne vel tantillum in alterutram

Greg. PP.
Feruor nimius ĩ principio cõuersionis periculosus.
Simile.
Cõuersatio iusti excelsa instar palmæ.
c Phi. 3.20
d Isa. 26.7
Simile.

A d flectat partem, cum exploratum habeat, mortalem sibi ex qualibet inflexione imminere casum: Ita & anima ipsa dum in hac vita conuersatur, quæ multò pluribus, maioribusve, quàm gressus ille super funem, subiacet periculis, cauere debet, ne aliquantulum in alteram extremorum partem incuruetur, vnde postmodum in profundum decidat malorum, sed recta per virtutum medium, cœlum duntaxat intuens, sic conuersetur, vt & ipsi dicatur: *Statura tua assimilata est palmæ.*

DE ANIMA.

Sed & ob id etiam palmæ similis rectissimè dicitur eiusdem piæ animæ conuersatio, quod & in delicijs proprijs tribulationum, in quibus potissimum agnosci diximus, illam cum Deo summa B vnitam esse charitate, & per quas admiranda insignitam eam vidimus pulchritudine, & suauitate, ita vt propterea ei dictum sit in præcedentibus, *e Quam pulchra facta es, quàm suauis facta es, charitas, in delicijs?* semper virore diuinæ gratiæ viridem se seruet, adeoque vegetam, & fortem, vt nullo earumdem tribulationum pondere opprimatur, nullove tentationum, aut persecutionum vel vehementissimo vento à sua inclinetur rectitudine excelsa, prout & palmæ proprium, nouimus. Quamuis, cum id multò proprius palmæ competat spirituali, Christo crucifixo, palmæ veræ, *f* exaltatæ in Cades, idest, in sanctitate, qui ita semper viruit, vt de semetipso aliquando di- C xerit in Euangelio, *g Si in viridi ligno hoc faciũt, in arido quid fiet?* quive nec moriens ponderi succubuit, quin potius in morte ipsa sua mortem omnium superauit, huic profectò palmæ cõgruentius prædicta assimiletur anima, seu potius conuersatio illius, nam sicut & palma extrinsecus tota aspera est, ac nodosa, & crux Christi asperitates, & dolores extrinsecus præ se fert: Ita & illa asperitas quidem tribulationibus, & mortificationibus extrinsecus redundans est, iuxta illud psalmi, *h Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis*, nullo tamen pacto opprimi se us sinit, sed altius in iisdem instar palmæ eleuatur, ita vt de hac glorietur, quã D cum palma ista habet similitudinem, dicens cum Apostolo, *i Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.*

In tribulationibus instar palmæ similis ĩ robore.
e Cãt. 7.6.
Iustus similis Christo crucifixo.
f Eccl. 24. 18.
g Luc. 23. 31.
h Ps. 43.22
i Gal. 6.14.

Illud autem quam maximè perpendendum hoc loco est, quòd, cuius conuersatio hac ratione similis dicta est palmæ, eiusdem vbera similia dicta sunt botris; Siue enim per vbera, quibus lac funditur, eius sumamus eruditionem, & per botros intelligamus dactylorum botros, optime per hæc significatum habemus, illam sic excelsam, sic rectam, sicve in tribulationibus Christo crucifixo similem, dulcissimam è se emittere doctrinam, *k* quod *per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei*, quamquam doctrina ista haud pro infantibus sit, & E imperfectis, sed pro prouectioribus, pro imperfectis namque ex eisdem vberibus lac fundit dilectionis, atque misericordiæ. Porrò, si per eiusdem animæ vbera illius intelligamus charitatem, quam congruentissimè vberum metaphora designatam, vidimus supra in versiculo 5. capite quarto, aptissima certè est botrorum vuæ comparatio adhibita. Quemadmodum ex pluribus granis simul iunctis fit botrus, ita ex frequentatis actibus charitatis fit eius habitus. Et quemadmodũ ex vno grano vuę, si diuisim is exprimatur, adeò exiguus profluit liquor, vt vini nomẽ minimè is mereatur, tametsi reuera vinum ille sit, idque

In tribulationibus instar è se emittit doctrinã patientiæ.
k Act. 14.21
Charitatis habit⁹ quo similis vuarum botris
Pag. 602.
Simile.

que quia nec sitim sedare valeat, nec inebriare, & lætificare cor: Ita ex vnico affectu, actuque charitatis semel expresso, licet verè aliquid profluat charitatis, vel ex charitate ipsa aliquid lacrymarum, & dulcedinis cõsolationis spiritualis, haud tamen tales, ac tantæ lacrymæ, vel tales exinde fluere solent consolationes, quæ sitim nostram sedare, Angelosve, ac Deum inebriare possint. At verò, si plures actus exprimantur ex eiusdem charitatis habitu, tantum ex ijs profluit amoris, deuotionis, consolationis, & lacrymarum, vt ea & vini, & lactis appellatione insigniri meritò debeant, quippe quæ & ipsammet animam instar lactis dulcissimi nutriunt, sitimque illius eam extinguunt, qua terrenas sitire consueuerat voluptates, & Deum, Angelosve quodammodo inebriãt, iuxta illud eiusdemmet Dei; *Inebriasti me lacrymæ tuæ*. Et quis scit, si ad designandam maiorem prædicti vini copiam, atque lactis, haudquaquam hic dictum sit: *Vbera tua botro*, sed *botris* pluribus.

Vers. VII. Statura tua assimilata est palmę, & vbera tua botris.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Maria assimilata Xpo crucifixo.

Communiori sensu Gloriosa Virgo similis hic dicta censetur palmæ, quatenus Christo assimilata est in Cruce pendenti, quando erectã instar palmæ eam stetisse iuxta illius crucem legimus in Euangelio, *a* crucique & ipsam vna cum illo mente confixam nouimus. Vbera verò eiusdẽ sicut botros dicta, quatenus lactis exhibitione, qua vberibus suis Christum nutriuit infantem, adeo meruit, vt quoad huiuscemodi meritum Sanctis æquiparanda fuerit Martyribus, qui proprium pro eodem Christo fuderunt sanguinem, exhibentes se instar botrorum, è quibus vinum effunditur sanguis vuæ meracissimus.

a Io. 19. 25

Maria in cœlo regnans proposita è vt præmiũ victoriæ, ut et Christus

Mihi tamen congruentius iis, quæ dicta sunt in præcedenti versu, dicendum videtur, eamdem Virginem, quæ prius admirationem causarat præstantissimæ pulchritudinis, & dulcedinis, qua illustrior tunc facta est, quando in cœlum fuit elata vt *charitas in deliciis*, prout supra explicatum videre est. Modò in cęlis regnantem congruentissima ratione palmæ assimilatam, quæ & instar palmæ recta in celsissimorum cęlorum thronum cõscenderat ad dextram filij, vt sicut ipsa dum in hoc seculo degeret, illi vni studuit iugiter vt in recto, excelsoque sanctitatis augmento Christo similem se exhiberet veræ palmæ adeo, vt propterea illa Ecclesiastici verba verissimè ei ab Ecclesia approprientur: *b Quasi palma exaltata sum in Cades*, quod interpretatur Sanctitas: Ita & in cœlis quoque ad dexteram eiusdem palmę assidens, eius exaltatio assimilata esset palmæ eidem. Ac sicut ibi Christus vt palma tum iis, qui iam victoriam reuexerunt, regnantes in cęlo, tum ijs, qui pro victoria obtinenda adhuc pugnant in terris, præstantissimum exhibitus est victoriæ præmium. Ita & ipsa pariter suo modo eximium præmium eiusdem victoriæ vniuersis proposita sit, cum constet, Beatis præter præmium essentiale visionis diuinæ essentiæ, has duas quoque exhibitas victoriæ palmas, ad quas & singuli anhelant, qui in militanti Ecclesia perpetuam habent colluctationem, nedum aduersus carnem, & sanguinẽ,

b Eccl 24. 18.

A sed & aduersus Principes, & potestates tenebrarum, & contra spiritualia nequitiæ.

Bene autem Virgini huic benedictæ & Id quoque adijciendum fuit: *Et vbera tua botris*, quando quidem exinde potissimum & beati, qui hanc spectant palmam, & contemplatiui, qui in præsenti Ecclesia studio contemplationis meditantur eãdem, cęlestibus reficiuntur cõsolationibus, quòd eius contemplantur maternitatem, qua vberibus de cęlo plenis lactauit filium Dei ita vt ex ijs, ipsis eius vberibus, ex quibus lac Dei filio fuit expressum, exprimatur iam vinum dulcedinis perfectissimę, quo & beati reficiantur, & quotquot in illius deuotione sunt feruidi.

B

Vers. VII. Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Et in tempore, quo sacerdotes tui extendunt manus suas in oratione, & benedicunt fratribus suis domui Israel, similes sunt digiti manus eorum extensi ramis palmarum, & statura eorum est sicut palma, & Ecclesia tua stat facie ad faciem contra sacerdotes, & facies eorum inclinatæ sunt in terram sicut botri vuarum.

C Duo sunt, quæ in hac sententia celebrantur in Christi sponsa, statura, & vbera; singulisve propria adhibetur similitudo, staturæ palmæ, vberibus botri.

Palma cur assimiletur iusti, rationes multæ.

Staturam Ecclesiæ, & cuiusque fidelis animæ palmæ comparatam ob rectam in agendo intentionem, quia in omnibus, quæ agit, erecta semper se exhibet cęlum versus, cęlestem remunerationem ab eo habẽs, palma. n. vistricem ornat manum, afferunt Cassiodorus, Beda, & Anselmus. Addit Beda duas alias rationes. Primam, quia palma in inferioribus aspera videtur, in summo autẽ pulchritudinẽ, & suauitatẽ ostendit fructuum, & Christi sponsa fert in terra labores, sed mercedẽ a Domino gratissimam se accepturam sperat in cęlo. Quã rõnem desumpsit Beda ex Greg. Papa lib. 19. moral. cap. 16. sicut & alterã ex Ambros. li. 3. Hexaem cap. 17. nẽpe quòd cũ palma diuturnis vestita sit frondibus, & folia sua sine successione conseruet, rectè illi assimiletur statura spõsæ. Nã, variante casu sęculi labantis, eadem semper verba rectæ confessionis quasi folia nũquã reditura, lapsura retinet, & eamdẽ perfectionẽ, quæ ab initio cæpit, quasi decorem palmarũ vsq. ad finẽ sæculi in electis suis Ecclesia intemerata custodit. Imitare palmã, ò homo, ait Ambros. vbi supra, vt dicatur, & tibi. *Statura tua similis facta est palmæ*. Serua viriditatem pueritiæ tuæ, & illius innocentiæ naturalis, quam a primordio recepisti, vt, *c* plantatus secus decursus aquarum, fructum tuum in tempore tuo habeas præparatum, & folium tuum non defluat, &c. Quartam, quintamq; rationem affert Greg. Pap. in præcitato loco moral. quartam quidem illam, quam & supra ex eo retuli in exposit. 3. quamve idem affert & expositione super hanc sententiam, nempe, quia palma tenuis ab imo proficit, & iuxta ramos, ac fructus ampliori robore exurgit, vastiorque succrescit, & electorum conuersio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando, etsi tepidius prima inchoat, feruentius extrema consummat, videlicet semper inchoare se existimat, & idcirco in-

Cassiod. Beda. Anselm.

D

Greg. PP. Ambros.

E

Greg. PP. c Psal. 1. 3.

APPENDIX.

fatigabilis in nouitate perdurat. Sextam verò rationem eã affert, quòd palmæ tarde proficit, sed diu in viriditate subsistit, & Ecclesia cum multis difficultatibus ad fidei statum venit, & pro collectione plurimorum diutius stare concupiscit. In expositione quoque super Cantic. mysticam aliã idem Greg. affert rationem, quæ erit septima, dicens; Potest per palmam crux Christi intelligi: palma enim sublime valde crescens, dulcissimos fructus gignit, & crux Christi cœlestem cibum nobis præparauit, cui statura sponsæ assimilatur, quia pro Christo mori nõ dubitat, quisquis Christum valde diligens imitatur. Quam rationem assignat Aponius, & Rupertus Abb. in encomium staturæ, & progressus B. Virginis, indicatque & Hugo de S. Victor. institut. monast. lib. 1. cap. 22. vbi addit: In statura cuiuslibet hominis notatur paruitas, vel magnitudo in membris per lineamenta corporis. Habet autem staturam palmę iustus, si apud se est modicus, apud Deum magnus, in se humilis, coram Deo sublimis. Tres alias rationes indicat Philo Carpat. primam ex robore, secundam ex celsitudine, quatenus iustorum vita, ac voluntas ad superna, & cælestia cor attolit, & dirigit, nec vllis aduersis frangitur, sed inuicta perdurat, & regnat. Addit tertiam: Et si palma quosdam velut aculeos profert, etiam in hac parte iustorum vitæ congruit: Sunt enim palmæ aculei, vel spinæ, quales iustis viris sunt increpationes in peccatores. Breuiter Iustus Orgelitanus: *statura tua* (inquit) id est, perfectio tua, *assimilata est palmæ*, quia peruenit ad præmium. Ad celsitudinem denique & perfectionis, & palmæ referunt hæc & Theodoritus, & Tres Patres.

Iustus similis Christo crucifixo.

Aponius. Rup. Abb. Hug. Vict. Philo Car. Iust. Org. Theodo.

Porrò, cum per vbera Ecclesiæ, aut piæ animæ & Theodoritus & tres Patres, sicut & apud Latinos Anselmus, illarum accipiant doctrinam, & per botros, quibus ea assimilantur, intelligant palmæ fructus in botrorum formam pendentes, præclarè Theodoritus, Cum, inquit, excelsa sis adeo, vt cæli fastigia attingas, tamen submittis te infirmis discipulis tuis, quibus doctrina indigentibus, vbera præbes doctrinæ tuæ; Palma enim fructus deorsum pendentes habet. Eiusdemque sententiæ est Philo Carpathius, licet addat, per duo sponsæ vbera significari & duplex vitæ genus, actiuum, & contemplatiuum, quæ botris similia dicãtur, quatenus eorum exempla veluti dulcissimos palmæ fructus a iustoquoq. percipere licet.

Theod. Tres Patr. Anselmus.

Perfecti se dimittunt libenter ad erudiendos infirmos.

Theodor. Philo.

Vbera Christi duplex vitæ genus.

Alij botrorum appellatione botros vuæ designatos sumunt. Et quidem Cassiodorus, Beda, & Iustus Orgelit. hisce botris sanctos Doctores, quos per Ecclesiæ vbera designatos accipiunt, assimilatos inquiunt, quia vno eodemque tempore, & magna magnis auditoribus scripturarum sacramenta, vel præcepta aperiunt, & mente excedentes ad sublimia, inebriantur ab vbertate domus Dei. Iustus Orgelit. sicut botros dici eosdẽ, inquit, propter dulcedinem, quam exhibent.

Cassiod. Beda. Iustus

Doctores Ecclesiæ sunt eius vbera & sicut botri vuæ.

Greg. PP.

Sed Greg. Papa; vbera (ait) sponsæ duo præcepta charitatis existunt, quæ animam, quam possident, vino cælesti inebriant, & nutriunt.

Aponi.

Et Aponius vbera Ecclesiæ sanctos Dei Martyres sicut botros effectos ait: quatenus eidem Christo crucifixo, & botro in veste pœnitenti similes extitere.

A

Vers. VIII. Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.

LITTERA.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Dissentissimi & in hac quoque sententia inter se sunt Expositores in assignanda persona, à qua hæc dicantur. Sponso enim tribuunt ea plerique, sponsæ è contra alii. Sunt qui totum puellarum chorum adhuc loqui existimant, nec desunt, qui primam quidẽ partem sponsæ tribuant, secundam verò illam: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ*, &c. sponso respondenti ad præcedentem partem. Sed profectò sponsæ hæc tribui nullatenus posse, feminina illa conuincunt pronomina, quibus, vt patet ex Hebraico textu, dicitur: *Et erunt vbera tua &c. & odor oris tui*, &c. vbi, *tua*, & *tui* ad sponsum dici nequeunt. Sponso certè haud ita honestè tribuerentur. Adde quòd, vt ex præcedentibus patet, totus iste Actus huc vsque in sponsi absentia repræsentatus est: & ex consequentibus patet, adhuc puellas loqui non desiisse, cum in vers. 9. dicatur: *Dignum dilecto meo ad potandum*: quæ nulla ratione tribui queunt ipsimet dilecto, quin ex particula coniunctionis, qua incipit dictus versus subsequens, vt patet ex Hebr. & Grec. sat persuasi reddimur, ea, quæ hic dicuntur, ab eadem persona esse prolata, a qua & subsequentia dicentur. Particula etiam coniunctiua, quæ adiecta est in principio secundæ partis huius versus, cum dicitur: *Et erunt vbera tua*, indicat, totum versum vnam esse orationem ab vna duntaxat persona prolatã. Quod verò nec toti puellarum choro rectè eadẽ assignentur, singularis sat persuadet locutio, qua & in hoc versu dicitur: *Dixi, Ascendam*, & in versu sequenti asseritur: *Et guttur tuum sicut vinũ optimum, dignum dilecto meo ad potandum*.

B

C

Quamobrem, ne vis vlla litteræ inferatur, congruentius & antecedentibus, & subsequentibus, necnon & decori honestatis, quod certè in hoc cantico à Spiritu sancto seruatum, non dubito, cũ (vt videbimus in principio cap. 8.) quando sponsam proponet explicantem ingens desiderium, quo optabat complecti, osculari, & frui dilecto, honestissima ratione id coram sociabus proferentem, eam proponet verbis illis; a *Quis mihi det, te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te*, vti scilicet infantem paruulum, *& iam me nemo despiciat? Apprehendã te*, &c. arbitror, totum id, quod in hoc, & in sequenti habetur versu, ab vna sola chori puella dictum fuisse: Vidimus. n. in hoc ipso cap. 7. ita à Salomone contextum præsens sponsæ encomium intermixto puellarũ dialogismo iuxta morem bucolicorum. Et certè admodum congruenter & generali more feminarum, quæ, cum plures loqui cœperint, haud ita facilè cœptum finiri sinunt sermonem, & speciali more puellarum, quæ (vt bene aduertit Legionensis) cum incidit, vt formam, & pulchritudinem alterius feminæ laudẽt, ad extremum, augendi causa, ita dicunt: Deniq. talis, tamque pulchra mihi visa est, vt me cupido inuaserit oculos illi, atque os osculandi, aut in eandem sententiã aliquid simile. Itaque, cum præclarissimo epiphonemate [illegible] puellarum chorus in duobus superioribus versibus suam, vt vidimus,

D

a Cãt. 8. 1.

E

Legionen.

con-

LITTERA. conclusisset orationem panegyricam, consurgens vna eiusdem chori puella, vt & ipsa in tantæ pulchritudinis panegyrico suam habeat partem specialem, magna cum accessione præexpositum resumit epiphonema, maximaq. cum emphasi eiusdem pulchritudinem amplificat, & suauitatem. Hæc enim duo iam admiratus fuerat chorus, cũ diceret: *Quam pulchra es, & quàm decora, seu, suauis, charissima, in delicijs.* Quia verò pulchritudinem probatam notat similitudine palmæ, suauitatem vero similitudine botrorum eiusdem palmæ, seu etiam vuarum, easdem seruans metaphoras in hæc prorupit. *Dixi ascendam in palmam & apprehendam fructus eius.* &c.

SENSVS. Vt autem germanus horum verborum sensus percipiatur, tria necessario sunt prius animaduertenda. Primùm, pro eo, quod in Vulgata legimus: *& apprehendam fructus eius*, in textu Hebr. haberi, *& apprehendã* בסנסניו besansinau. Porrò vox סנסנים sansanim, quæ hoc loco duntaxat reperitur in sacris litteris, secũdum aliquos Doctorum Hebræorum significat simpliciter ramos, quomodo hic vertit Symmachus, secundum verò R. Abraham Abeo Ezdra significat summos illos ramos palmæ, in quibus est fructus, quo sensu vidé, tur illam sumpsisse Sept. vertentes [illegible], *altitudines, seu cacumina eius.* Expressius tamen eadem reddidit Aquila, qui, vt testatur Theodoritus, vertit: *elatas eius.* Ostensum namque est supra in prima exposit. vers. 11. cap. 5. elatarum vocabulo appellari solita inuolucra illa, quæ è vertice palmæ pendent cum fructibus dactylorum. Vnde appareat, optimam esse nostræ Vulgatæ lectionem, quæ habet: *Et apprehendam fructus eius*, fructuum nomine illa intelligens inuolucra, quæ, vt videre est supra in exposit. prima vers. 11. cap. 5. magnam habent similitudinem cum vberibus feminarum, quæ ob parem formæ similitudinem in versu præcedenti botris assimilata fuere, botrorũ nomine, iuxta eam, quam probabiliorem censui sententiam, ijsdem designatis inuolucris, quæ dactylorum continent botros. Nec alienum à veritate quis dicat, & Sept. quoque Interpretes hæc ipsa inuolucra intellexisse, *altitudines eius*, vertentes, quandoquidem in altissima trunci parte ea do sumenda fuerint. Sicve admodum apte seruata in omnibus superiori metaphora tantumdem erit, *& apprehendam fructus eius*, ac si absque metaphora diceretur: *Et apprehendam vbera eius:* Visum est enim supra in vertic. 5. cap. 4. ob id potissimum vbera ipsa sponsæ celebrata similitudine illa egregia duorum hinnulorum capreæ gemellorum, *qui pascuntur in lilijs:* quòd sicuti in pulchris capreæ hinnulis inest festiuum quid, & lætum, quod alliciat eos, qui se intuentur ad propius accedendum, & manibus ipsos contrectandum: Ita & in pulcherrimis ipsis sponsæ vberibus tale quid insiti vnde admodum congruenter puella, quæ hic loquitur, ab his allecta, apprehensuram se ea, inquit.

Symmach. R. Abrahã. Aquila. Pag. 598.

Notandum secundo, in textu Hebr. vbi dicitur a nostro Interprete simpliciter. *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ* post verbum, *& erunt*, haberi insuper dictionem נא na, quam Sep. reddidere per dictionem δή. Porrò, cum ambæ istæ dictiones tã Hebræa, quàm Græca sint ambiguæ, diuersam istorum verborum causarunt acceptionem. Quidam enim illas sumentes vt interiectiones deprecatiuas, arbitrati sunt, istiusmodi hæc habere sẽsum: *Vtinam vbera tua sint sicut botri vineæ*, aut, *Sint mi hi quæso, vbera tua sicut botri vineæ, & odor*, &c. iuxta eam Hebraici sermonis phrasim, qua futura pro optatiuis & pro deprecatiuis vsurpantur: Vt non tam certus a puella, quem futurum sperabat, hic exponatur euentus, quàm ingens eius eũe tus desiderium suum. Sed certè multò efficacius, nostra quæ Lectioni, atque rei ipsi conformius illa altera est earumdem dictionum acceptio pro simplici interiectione significante, Nunc, vel, quidẽ, & etiam, aut quid simile; Ac si dicatur: *Et erunt nunc, seu, & erunt etiam*, aut, *erunt quidem vbera tua sicut botri vineæ, & odor*, &c. vno eodemque significatu exprimere subitum, certumque euentum, qui id illico consequentur, quòd puella illa ascenderit in palmam, & apprehendet fructus eius, quod vt ad ipsam accedet sponsam, & complectetur, apprehenderque vbera ipsius, nimirum quòd eadem vbera, quæ suauia quidem, & instar botrorum palmæ dulcia essent, per huiusmodi complexum complectenti fient instar botrorum vitis, & vuæ, tanta nimirum dulcedinis copiæ, vt illam inebriatura sint in suo complexu, iuxta illud, quòd & in libro Prouerb. dicitur; *a Vbera eius inebrient:* &, *b Inebriemur vberibus.* a Pro. 5. 19 b Pro. 7. 18

Tertiò denique notandum in eo, quod vltimo dicitur item in Vulgata; *& odor oris tui sicut odor malorum:* (neque enim admittenda est deprauata illa altera lectio, *& odores tui sicut* &c.) vocabulum *oris* non tam pro simplici ore positum, quàm pro ore ipso, totaque facie, prout & in vulgato illo Ouidij Poetæ dicitur. Ouidius.

Os homini sublime dedit, cælumque tueri:

In Hebræo enim est vox אף aph, quæ totã hominis faciem significat, vt apparet vel ex eo loco c Genes. *In sudore.* אפיך appeha *vultus tui.* Qui a verò in facie ipsa, ac vultu eminentior pars est nasus, & naso pariter tributa vox illa reperitur, vt apertè vidimus supra in hoc cap. vers. 4. ideo Hebræi etiam hoc loco in eodem nasi significatu eã accipiunt, prout sumpsere & Sept. vertentes: *καὶ ὀσμὴ ῥινός σου ὡς μῆλα: Et odor nasi tui sicut mala.* Vnde communi ferè expositorum consensu de bono spiritus, halitusque odore, qui ex ore, naribusq. sponsæ exhalabatur, hæc dicta censentur. c Gen. 3. 19

Liceat tamen mihi & in hoc proferre, quid sentiam, cum debita tamen alterius huius sententiæ reuerentia. Vocabulo *oris* faciem totam hic designatam crediderim; sicut & vocabulo *nasi*, quo vsi sunt Sept. eo modo, quo grauissimi Expositores etiam in citato versu 4. sumendum censebãt, quod in Vulgata quoque dicebant: *Nasus tuus, sicut turris Libani.* Vt puella, cùm dicit; *Et odor oris tui sicut odor malorum:* significet decreuisse, ad ipsam tam pulchram, tamque suauem se propiperæ sponsam, illius complexura vbera, osculaque nedum in os, sed & in singulas faciei eius partes impressuram, osculisque ipsis malorum odore, summa etiam se recreandam suauitate: quandoquidem tota eius facies suauissimam referre videretur malorum fragrantiam. Cant. 7. 4.

Omnino igitur, quod hic ait puella, quæ præ ceteris allecta uidetur ab admirabili sponsæ pulchritudine, breuiter tale est.

PARAPHRASIS. Cum egregia celsaque corporis *statura* pulcherrimæ, suauissimæque Sulamitidis huius, quæ & charissima est, & *charitas in delicijs, palmæ* sit similis, *vberaq.* ipsiusque similia sint palmarũ *botris*; firmiter meo statui animo, ut in eius me propriã cõplexus, ea ratione in hanc scandens palmam, complectensque ubera charissimæ, *apprehendam fructus* palmæ eiusdem, cresceretq. adeo mihi, ò *charissima in delicijs*, eorumdem uberum tuorum uoluptas,

DE ECCLESIA.

vt planè mihi pollicear, ipsa, quæ bottorum fructuumque palmæ dulcedinem obtinebant, conuertenda in bottros vuarum, vnde tantum hauriã vini, vt facile inebriata omni exuberem voluptate. In eo verò complexu tuos osculabor oculos, frontem, genas, osque ipsum, & totam faciem, è qua certè fragrantiæ illius attraham suauitatem, odori malorum suauissimo adæquandam. Quæ sanè verba haud indecenter à puella dicũtur puellæ alteri, sicut patum honestè dicerentur à viro.

Alter sensus. Hic mihi germanus videtur sensus totius huius sententiæ. Non improbo tamen sensum illum ferè communem apprehensionis, quo fructuum metaphora, designata sumitur fruitio ipsius pulchritudinis, & gratiarum sponsæ. Per odorem verò oris, odor animæ, quæ ex ore, naribusque exhalatur, vt dixi etiam superius.

Vers. VIII. Dixi ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.

Expositio Secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Cum Ecclesia Catholica qua ratione vniri satagunt sapientes ad fidem conuersi.

Iugis, continuataque in Ecclesia Catholica per tot annorum centurias, in vno eodemve perfectionis progressu tum in moribus, tum in dogmatibus rectitudo, & ingens in innumeris persecutionibus robur illius, id habent virium, vt doctissimum quemque sæculi commoueant sapientem, vt cum primum tantillum eorum habuerit cognitionis, haud simplici contentus conuersione, decernat perfectiori, quo potest modo, cum illa vniri. Quia verò tunc perfectius vnitur quis Ecclesiæ Catholicæ, cum ad celsiorem illius accedit Apostolicam sedem, à qua & in omnibus satagit erudiri, sapientiamque propriam in illius doctrina perficere, sub peregregijs metaphoris proponitur hoc loco vnus istorum sapientum, qui nuper ad orthodoxam Ecclesiæ fidem conuersus, hæc habeat: *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam,* &c. Vnico verbo, *dixi*, firmum designans animi sui decretum. Præclare autem is primò exponit accessum suum ad sedem Apostolicam metaphoricis hisce verbis. *Ascendam in palmam.* Iam enim supra ostensum est, progressum Ecclesiæ in celsitudine, haud situm in progressu perfectionis, quam in primitiis Apostolorum habuit, seruatq; adhuc, & seruabit vsque in finem, sed in celsitudine dignitatis externæ, in hominum oculis, ita vt illius cacumen ea censenda sit dignitas, quæ & re vera, & ante hominum oculos excelsior in ipsa est: Hanc verò Pontificiam esse Petri sedem, ita est omnibus conspicuum, qui sanos habeant oculos, sicut & palmæ cacumen conspicuum ijs est vniuersis, qui eam vel à longe intueantur. Nec minus præclare complexum vberum doctrinæ eiusdem Apostolicæ hisce aliis exprimit verbis. *Et apprehendam fructus eius,* scilicet vt palma est, inuolucra nimirum illa, in quibus dactyli continentur, palmæ fructus prædulces, eamque doctrinã, quòd *a per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum Dei,* quæ, licet difficilis, prima tamen exhibetur, sicut & supra quoque indicatum à nobis est. Id quod & in conuersione sapientissimi Pauli Apostoli animaduertere est, cui hæc prima, celsiorque proposita est doctrina de tribu-

Sedes Apostolica est culmen Ecclesiæ, vt palma est.

Doctrina Ecclesiæ de necessitate tribulationũ qualis.

a Act. 14. 22.

A lationum necessitate. Vnde de illo ad Ananiam dictum à Domino legimus, *b Vas electionis est mihi, vt portet nomen meum,* &c. & statim adijcitur. *Et ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Porrò doctrina hæc ex vberibus quidem Ecclesiæ apprehenditur, attamen non vt lac, sed vt inuolucra palmæ subnigra, & crispa, in quibus & dulces habentur palmæ fructus, dulcissima doctrina necessitatis tribulationum apprehenditur, iuxta illud Apostoli. *c Tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit.* Apprehensa igitur hæc doctrina, hisce Ecclesiæ vberibus, iam ipsamet vbera, cum vlterius complexa premuntur ab eodem, B tantam illi fundunt vini charitatis doctrinam, vt congruentissime hoc loco ab illo subiiciatur; *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ:* prout & Apostolus Paulus post relata verba doctrinæ tribulationum, atque spei, subiecit illico & hoc charitatis vinum dicens. *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* In subsequenti verò ista charitatis doctrina, & spiritu iam ingens desumitur voluptas in desiderio perferendi tribulationes, atq. in tribulationibus ipsis, vt iuxta illud Petri dictum, *d Si quid patimini propter iustitiam beati:* videantur ei vbera, eaque doctrina tribulationum botri vineæ cælestis, ex quibus vinum premitur beatitudinis inebriantis. Sed quia, qui prædicta ratione in palmam C ascendit, & Ecclesiæ Apostolicæ complexus est vbera doctrinæ, externam quoque eiusdem conuersationem nititur obseruare in variis sanctorum illius ordinibus, vt per exempla pariter eorum & in eruditione suscepta proficiat, & in spiritu, congruenter ab eodem adiectum est, *Et odor oris tui sicut malorum,* seu, iuxta Hebr. & Sept. *Sicut mala,* oris vocabulo totam (vt supra explicatum est) designans faciem, singulave illius membra. Siue enim ori adhæreat Sanctorum Prædicatorum, siue genis Sanctarum Virginum, siue oculis Sanctorum Prælatorum, siue quibuscunq. aliis Sanctorum generibus, odorem Christi crucifixi ex ipsius Ecclesiæ percipit conuersatione; sin-D gula quippe prædictorum reperit mala, vt pote Christo similes crucifixo, de quo supra dictum est; *e Sicut malum inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* Breuiter ergo, quod hoc loco a sapiente sæculi nuper conuerso dicitur, tale est.

Allectus ab audita Ecclesiæ perfectione, rectitudine, & robore, firmiter statui, vt Apostolicam adirem sedem, huius palmæ cacumen, complectensque vbera doctrinæ illius, apprehenderem doctrinam necessitatis tribulationum subeundarum pro nomine Iesu, vt inuolucra aspera palmæ, sed in quibus continentur & dulces pariter palmæ fructus, apprehendens simul & doctrinam spei, quam operatur probatio per tribulationes: E Tunc certe ipsamet Ecclesiæ vbera, atque doctrina fortius à me compressa, vinum mihi fundent copiosissimæ eruditionis spiritus, & charitatis, vberaque eadem doctrinæ tribulationum, & patientiæ sicut è botris palmæ botri vineæ sanè cælestis, quandoquidem efficient, vt iam in tribulationibus, earumque desiderio beatum me censeam quodammodo, & inebriante vino beatitudinis cælestis inebrier: Tunc adhærens quoque & singulis eiusdem Ecclesiæ Sanctorum ordinibus, vt per eorum exempla proficerem & in virtutibus reliquis: in tota conuersationis illius facie odorem percepi Christi crucifixi: reperi namque in ordinibus singulis Mala, il-

DE ECCLESIA.

b Act. 9. 15.

c Rom. 5. 3.

Doctrinæ necessitatis tribulationum sequitur doctrina charitatis.

Tribulationes ex charitate tolerata quam sit afferant gaudij.

d 1. Pet. 3. 14.

Ecclesia sãctorumque illius cõuersatio redolet odorem Christi crucifixi.

e Cãt. 2. 3.

PARAPHRASIS.

li vi-

DE ANIMA.

li videlicet similes, quem iam diu audierat esse sicut malum inter ligna siluarum.

Vers. VIII. Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima Iusti.

Virtutis quanta sit alliciendi vis Plato.

Simile.

EA est virtutis pulchritudo, vt, si oculis percipi posset humanis, traheret, alliceretq. ad se homines vniuersos, vt ait Plato: hinc est, quòd cùm quis in piæ alicuius animæ conuersatione insignẽ virtutis speciem tantillum animaduertit, allectũ ab illa se sentiens, instar venatici canis, qui è vestigiorum odore ad feram incessanter persequendã impellitur, ad ipsum illico properare, eidemque adhærere decernit, & perfectionis eius compos fieri sperat. Quapropter congruenti sane ordine a sapientissimo Salomone, post expositam animæ spõsæ Christi conuersationem perfectam in celsitudine spiritus, in rectitudine morum, in virore cælestis gratiæ, atque in robore perseuerantiæ, & patientiæ; qua conuersatione nedum palmæ naturali excelsæ, rectæ, semper viridi, & nulli cedenti põderi, sed & Christo crucifixo veræ alteri palmæ illa assimilabatur: alia proponitur anima, quæ ita ab ea allecta sit conuersatione, & palma: vt liberè hæc proferat: *Dixi*, scilicet intra me, meoque decretum est animo, vt in talem *ascendam palmam*; vt nedum conuersationis eius attingam perfectionem, quoad eius scilicet initia, vel media illá imitari studens; sed vt numquam ab eius desistam cõsideratione, & imitatione, quo adusque ad eius perfectionis culmen ascendero. *Ascendam* autẽ non parcens labori vlli, & per gradus ascendam, quos in trunco dictæ palmæ ad naturæ imitationem mihi a Deo paratos reperiam. Quia verò statim, ac quis cuipiam adhæserit spiritali, illico & salutaria ab eo haurire studet vitæ spiritualis monita, & illius probare nititur charitatem, in qua culmen scit esse totius perfectionis vitæ eiusdem; rectè ab eo ipso subiicitur: *Et apprehendam fructus eius*, scilicet palmæ; vbera nimirum eius animæ, quæ supra dicta fuerant similia botris item palmæ. Contestans, arctè se complexurum vbera eruditionis illius, in cuius apprehensione confidit; & apprehensurum *fructus* non tam eius quam illius, cui assimilata est, palmæ veræ, Christi, crucifixi: fructus, inquam, virtutum, quas illa in se repræsentat, vt Christo confixa est Cruci. Complexurum quoque, & imitatione compressurum eiusdẽ charitatem, quam supra in cap. 4. vers. 10. sub vberum metaphora congruentissimè designare solitã, ostẽdimus: sicve in contrectatione, & probatione etiã istorum vberum, apprehensurum cõplures actus eiusdẽ charitatis tũ in se, tũ in fratres, tũ etiã in celsissimum Deum, ita in eius perfecta conuersatione exhibitos, tantaque cum sui voluptate; vt plenè vel in hoc tantummodo *fructus* eiusdem palmæ, speret, indubitanter se apprehensurum. Tunc ve fiet (inquit) vt & ista eius *vbera* charitatis, quæ iam sibi erant excelsi palmæ botri, qui difficillime ab ipso apprehendi primum poterant: quæve summa cum difficultate poterãt imitari, euadant iam & sibi *botri vineæ*, è quibus facilè vinum exprimat gaudii Spiritus sancti, quo ebrii existimati fuere Apostoli in die Pentecostes. *a* Quem spiritum, quodvę & vinum & ex vberibus pariter eruditionis eiusdem animæ exprimet, cum intelliget, vniuersas illas virtutes, quarum ab ea apprehenderat monita, quasve vt palmæ, & Christi crucifixi fructu ex eius conuersatione quodammodo pendentes deprehenderat, esse fructus Spiritus sancti, prout ab Apostolo Paulo eos enumeratos videre est in epist. ad Galat. *b* Atque existĩdem maiorem eius vini, & spiritus copiam à se exprimi posse: vnde postmodum inebriari & ipse, valeat vberibus eius animæ, spiritu feruentior redditus, nedum in illis monitis capessendis, sed in comprehendendis per imitationem virtutibus ipsius, ita vt propterea vere sibi liceat dicere: *Et erũt vberà tua sicut botri vineæ.*

Spiritualẽ adiens qua rõne se habere dẽat, vt ex illo proficiat.

Cùm iusto conuersari prosequens quem profectũ faciat.

DE ANIMA.

a 1. Act. 2. 13.

b Galat. 5. 22.

Præclare autem eruditionem istam dicit vbera, & fructus palmæ, & botros vineæ. Est enim instar vberum in exhibitione lactis in principio, Est vt fructus palmæ vnus, ac multiplex; dum tota nititur in vna Christi cruce, Christoque crucifixo, sed & in pluribus virtutum actibus eiusdem Christi crucifixi similes suas exhibet virtutes in sancta conuersatione. Quid verò est, dicet aliquis, quod vltimo addit, *Et odor oris tui sicut malorum?* Iam sæpe in superioribus ostensum est, malum arborem; nec non & mala, eius fructus symbolum esse amoris, & charitatis. Porrò, si oris vocabulo totam hic faciẽ, omnesve faciei partes designatas sumamus, prout sumendum dixi in prima exposi. cum sub faciei metaphora externam animæ conuersationem significari probatum sit supra in versicul. 14. capit. 2. profecto nihil aliud per hæc sibi vult, qui hic loquitur, quàm, ex osculis, quæ ipse in singulos piæ eius animæ conuersationis actus infiget per inhæsionem considerationis illorum, comprehensurum, totam ipsam eius conuersationem redolere charitatem: ita vt, siue os, labia ve eius osculetur, considerans illius orationes, illico illorum odore suauissimo recreetur charitatis; si eodem modo genas osculetur eius pudicitiæ, si oculos contemplationis, si frontem fortitudinis, si virtutes reliquas, è singulis percipiat fragrãtiam charitatis, sine qua è vestigio fætida omnia essent, iuxta illud Apostoli: *c Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens; Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, et omnem scientiam: & si habuero omnem fidem: ita vt omnes transferam: charitatem autem non habuero, nihil sum*, &c. Breuiter ergo quod hac sententia dicitur tale est.

Doctrina iusti dicitur & vbera, & fructus palmæ & botri vineæ, quave ratione. Iusti virtutes ob redolent charitatem.

Pag. 398.

c 1. Cor. 13. 1.

PARAPHRASIS.

Allectus a celsitudine perfectionis, à rectitudine, atque a robore sanctæ conuersationis sponsæ Christi, quæ floret, proficitque vt palma, firmiter mecum statui, ad eam accurrere, nitique, vt per imitationem ad culmen ascenderem perfectionis eius, & complectens vbera eruditionis ipsius, fructus apprehenderem monitorum; ac exemplorum eius; fructus inquam non tam eius conuersationis quæ palmæ assimilata est, quam Christi crucifixi veræ illius palmæ, ad cuius similitudinem illa & docet, & profert virtutes singulas, fructusque in primis actuum charitatis, quos ex vberibus quoque charitatis eius comprehendere satagam. Tũc sanè confido, quia ipsa eius *vbera* tum eruditionis, tum charitatis mihi erunt *botri vineæ*, e quibus facilè exprimam spiritum, quo tandem in vita spirituali ita siã feruens, ac si vino ebria essem. Atq; tota iam facies conuersationis illius charitatem suauiter mihi redolebit: quamcumque enim osculo

DE B. MARIA lo fixæ considerationis attendero eius virtutem, in singulis odore perfundar charitatis, quæ est vinculum omnis perfectionis, & cōdimentum vir tutis omnis.

Vers. VIII. Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

VOces hæ voces sunt illius, qui Gloriosæ Virg. deuotioni se addicere decernit, exinde ad hoc potissimū allectus, quòd illam æque ac Christum filiū ipsius nouit suo modo in cælis exaltatā quasi palmam in præmium haud exiguum eorū, qui victoriam è mundo, atque è satana reexe-rint: Talis enim hic proponitur, hęc dicens: *Dixi, ascendam in palmam*, &c. Quibus hæc sibi velle videtur.

Maria deuotioni addicere se volens quid decernat animo.

PARAPHRASIS. Tantę Virginis celsitudine, & excellentia, atq; dulcedine allectus, iam mea decreui in mente, & firmiter statui, vt sedula sublimique, vt meliùs potuissem, consideratione in hāc ascenderem palmam, memetipsum eleuans ad eam contemplandam, vt est palma beatorū in cælis, & palma mihi pariter in excelso colorum exaltata, spem habens, reipsa quoque ad illā ascendendi, si Deus dederit, vt è sæculo isto victor discedam. Apprehende re etiam satagam fructus palmæ istius benedictæ, arcta meditatione eius complectens vbera, quæ in cacumine huius palmæ maxime conspicua spectanda proponuntur; vt eorum spectaculo comprehendantur & fructus innumeri, atque prædulces, qui exinde toti mundo prouenerunt, quòd vberibus ijs de cælo plenis lactatus est filius Dei reparator generis humani. *Et erunt nunc* (iuxta Hebr. & Sept.) *vbera tua*, Virgo sanctissima, *sicut botri vineæ*. Neque enim beatis duntaxat vinum propinant inexplicabilis voluptatis; sed & mihi etiam nunc, quando meditatione illa complector, erunt instar botrorum vineæ illius cælestis; ita vt ex illis tātum haurire mihi liceat vini, lacrymarū deuotionis, & vini etiā spiritus, quo inebriati dicebantur Apostoli, necnon & vini cælestis voluptatis, vt sperem, me quoque præ spiritus feruore inebriandum. Sed & cum oscula deuotionis infigam faciei gloriosissimę cōuersationis tuę, qua effulges in cælis, sicut effulsisti pariter in terris, odor ipsius oris tui erit *etiā nunc mihi sicut odor malorum*: quandoquidem vndique suauissima charitatis tuæ recreabor memoria: Mala enim sunt charitatis hieroglyphicum, vt ostensum est.

Maria vbera præcipuū spectaculū beatorū, & deuotorū.

Maria conuersatio est tota charitas.

Vers. VIII. Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Dixit Dominus in verbo suo: Ascendam, & tentabo Danielem, & videbo, si potest stare in tentatione hac, sicut stetit

A Abraham, qui similis fuit ramo palmarum, quem probaui decem tentationibus, & probabo quoque Ananiam, Misael, & Azariam, & si possunt stare in tentationibus suis, redimam propter merita eorum populorum domus Israel, qui comparatus est botris vuarum; & nomen Daniel, Ananiæ, Azariæ, & Misael audietur in vniuersa terra, & odor eorum erit fragrans sicut odor pomorum paradisi voluptatis. APPENDIX.

Quod in prima istius sententiæ parte dicitur *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*: communiori Patrum sensu Christo tribuitur vel æterno decreto statuēti, vel per Prophetas prædicenti, sese ascensurum super crucis palmam illam victricem, indeque apprehensurum

In fructus in palmam ascendit Christus.

B fructus eiusdem palmæ, vel gloriam ipsam suam, vel conuersionem mundi, vel virtutes, & pia opera sanctarum animarum. Indicat hunc sensum Cyprianus orat. de pass. Christi, seu quisquis ille sit, cuius ea oratio est inter opera Cypriani, dicēs: Ascendisti Domine palmam, quia illud crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de principatibus, & potestatibus, & nequitiis spiritualibus victoriam. Prosequūtur autem clariùs eumdem Cassiodorus, Greg. Papa, Philo Carpathius Aponius Beda, Petrus Damiani serm. de inuent. sanctæ Crucis, Rupertus Abbas, Anselmus, & alii.

Cyprian. Cassiodo. Greg. PP. Phil. Car. Aponius. Petrus Damianus. Rup. Abb. Anselm.

C Cassiodorus, quem sequitur & Beda, addit, per palmam, quam Christus ipse ascensurum se, dicit, posse intelligi & Ecclesiam, & piam quamque animam, quam supra hortum noncupauit, vt in eam dem velut in hortum descenderit per gratiæ immissionem, & vt in palmam ascenderit per eius profectus, & gratiæ augmenta, illius vero apprehendat fructus bonorum operum, atque laborū; quo illa remuneret.

Cassiodo. Beda. *Christus in animā ut in palmam ascēdit per illius profectus.*

Sunt tamen & Patres grauissimi, qui non tam sponso, quàm sponsæ, Ecclesię scilicet, aut piæ animæ ad Christum ipsum dicta hæc velint. Et quidem Ambros. lib. de Isaac, c. 8. per palmam charitatem intelligit, quæ est plenitudo victoriæ: plenitudo namque legis est charitas. In lib. autem 3. Hexaemeron cap. 13. per istum ascensum animæ,

Charitatis studium est ascensus in palmam. Ambros.

D & Ecclesiæ in palmam, videtur intelligere ascensum ad virtutis studium, eiusdemque progressus; dicit quippe: Vnde & Ecclesia ait: *Dixi, Ascendam in palmam, tenebo altitudines eius*. Quæ eminentiā videns Verbi, & sperans, quod ad eius altitudinē possit ascendere, & scientiæ summitatem, dixit, *Ascendam in palmam*: vt omnia inferiora relinquat, & ad superiora cōtendat ad brauium Christi, vt suaues eius fructus carpat, & gustet: suauis enim virtutis est fructus.

Virtutis studiū est ascensus in palmam.

Et Ioan. Chrysostomus haud dispari sensu homil. 22. ad populum Antiochenum, Dic tu quoque (ait) secundum illam sanctam animam: *Dixi, Ascendam in palmam ad tenendū sublimitates eius* rectitudinem amantem, & mundū haben-

Io. Chrys.

E tem cor, & ad cælestia bona currentem, nec circa terrena tantum distractam. Vide, ne stimulos habeat palma tua contra peccatum redargutiones: sermones enim sapientum tamquam boum stimuli, at qui his punguntur corde compungantur, & ab omni peccato abstineant; sed diligenter ipsius altitudines retine, vt sine ruina permaneas, continuo ventorum incursus ferens insurgentes per tempus tentationum.

Ad eumdem referenda sunt sensum, & quæ dicuntur à Theodorito, atque à tribus Patribus, tamerli per palmam ipsum intelligere videantur Chri-

APPENDIX. Christum. Quanto sponsi desiderio sponsa teneatur hinc patet perspicue, ait Theodoritus, quòd & cupit ascendere, & cogitat de altitudine; & quẽ admodum B. Paulus ait, *a* nondum arbitratur se comprehendisse, sed persequitur, vt comprehẽdat, & eorum, quæ retro sunt, obliuiscitur, & ad anteriora contendit. Porrò per id, quod iuxta versionem Aquilæ dicitur, *Et apprehendam elatas eius* significari, inquit, desiderare sponsam piorum seminum occasiones, cum elatæ sint marium palmarum fructus, qui palmis feminis impositi & firmos, & maturos earum fructus efficiunt. Pari ferè sensu tres Patres, piam animam hæc sibi velle, inquiunt: Mecum ipsam deliberans *dixi Ascendam* per virtutis imitationem ad perfectionem doctrinæ tuæ, & per contemplationem *apprehendam* eius sublimitatem.

Theod. a Philip. 3. 13.

Occasiones benefaciendi desiderat iustus.

Tres Patr.

Denique de ascensu animæ eiusdem ad Christum crucifixum per imitationem, hæc sumunt Iustus Orgelit. & Hugo de S. Victore lib. 1. insti. monaster. de bestiis, &c. cap. 23. dicens: Minuitur ascẽdentis labor, dum fructus in arbore sentitur odor difficultatem ascensus aufert: dulcedo gustus. Palma est Christus, fructus eius salus: spes salutis in ligno crucis. Ascende igitur in palmam, id est, attende crucis victoriam; per scalam siquidem crucis ascendes ad solium victoris. Tolle & tu crucem tuam & sequere eum.

Iustus. Hug. Vict. Iustus per imitationẽ ascendit in palmã crucis Domini.

Quod in secunda parte dicitur: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ*, &c. ad Ecclesiæ Doctores, & prædicationem refertur à Cassiodoro, ita vt ob prædicationis famam dicatur *odor oris* Ecclesiæ *sicut odor malorum*: Doctores verò eiusdem dicantur *sicut botri vineæ*, dũ erudiunt perfectiores. Clarius ve Beda, Hi, inquit, qui parua, quæ beneuole, ac simpliciter annuntiare proximis non negligunt, interdum potiori sapientiæ munere inebriantur, & hoc, ascendente in palmam Domino, ac fructus eius apprehẽdente: quia, nisi eius gratia profectũ nobis tribuerit, nisi corda nostra illius gratia munierit, nec magna habere, nec parua bona valemus. Additque, his verbis significari Apostolos, postquam Christus ascendit in palmam crucis, & apprehendit fructus eius, resurrectionis videlicet, & ascensionis, per Spiritus sancti exhibitionẽ redditos botros vineæ, ideoque existimatos musto plenos.

Prædicatores à Christo habẽt, vt proficiãt. Cassiod. Beda.

Apostoli in die Pentecostes facti vt botri vineæ.

Alio modo Greg. Papa, Verè, ait, per crucẽ *vbera* sponsæ *sicut botri vineæ* existunt; quia in morte Christi duo præcepta charitatis sensus animæ susceperunt, quibus pasta anima inebrietur, inebriata posteriora obliuiscatur & in anteriora extendatur. Per odorem malorum punicorum Martyrum laudes intelligit, atque adeo prædicationem Ecclesiæ eum odorem redolere; quia dum virtutes illorum prædicat, ad eorum similitudinem audiẽtium animos instigat.

Gre. Pap.

Rupertus quoque os sponsæ, illius prædicationem, doctrinamque Euangelicam intelligit, ac si Christus dicat: Exaltabor in crucem victoriosam operabor velociter salutem omnium credentium, & deinde doctrina tua legalis, & Euangelica tempore opportuno palam prædicabitur, sicut in autumno dulces botri comeduntur, & bonus vbiq. diffunditur odor bonorum operum tuorum.

Rup. Abb.

Præclare Philo Carpath. Vt botri, inquit, vineę calcati ac pressi lætissimum vini liquorem vinitori suo fundunt; sic iusti pressuris instar botrorum afflicti, cultori Deo, & Iesu Christo, & sponsæ cælestem lætitiam de se pariunt, sanctitatisque odore, ac virtutum ad idem ceteros imitatores Chri-

Philo. Tribulationib. pressi iusti proferũt vinũ gaudii, & odorẽ sanctitatis.

A sti alliciunt; id quippe significat: *Et odor naris tua tanquam malorum suauissimi*; Indicat autem Philo, per nasum Ecclesiæ intelligendum Apostolum, qui ait: *b Christi bonus odor sumus in omni loco*: Quod clarius asserit Aponius, dicens, eumdẽ Apostolum Paulum esse & os Ecclesiæ, cuius fit mentio in Vulgata.

LITTERA

b 2. Cor. 2. 15.

Aponius. Paulus Apostol. nasus, & os Ecclesiæ.

Ad mysteria Eucharistiæ referre hæc videtur Theodoritus, vt ad Christum dicatur: Tu es vera illa vitis, ex qua salutiferum vinum conficitur spiritualibus prælis expressum, vnde calix impletur ille inebrians sane præclarus. Quod verò adiicitur; *Et odor naris tua sicut pomorum* ita explicat: Etiam illud ipsum odoratus tui receptaculum mihi pomorum fragrantiam effundit.

Theod. In Eucharistia vbera Christi botri vineæ.

B Tres Patres non ad Christum, sed ad animam ipsam hæc dicta accipiunt in hunc sensum; *&* disciplinæ, tuæ *vbera erunt* omnino *sicut botri* veræ vitis, quæ Christus est, præbentes mihi gratiam diuinitatis, quæ vini more a natura mentem demouet, & supra naturam transfert. Vnde *odor* etiam *naris tua sicut poma*, gratia scilicet Spiritus sancti, mentem implens suauitate, quam tu à sponso susceptam in nos effundis. Sicut poma sunt tum aspectu pulchra, tum, odoratu suauia, tum gustui dulcia; sic ipsa nobis erit & virtutum moribus decora, & odorifera sermonum venustate, & dulcis experientiæ iucunditate.

Tres Patr. Doctrinæ sponsæ quales.

C **Verſ. IX. Guttur tuum ſicut vinum optimũ dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus eius ad ruminandum.**

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

HAud me detinebo in enarrandis aliorum opinionibus circa assignationẽ personæ, quæ hæc loquatur: tametsi non minus & hic dissensionis reperiatur, quam in præcedẽti versu: Sed sicuti & ibi indicaui, quid sentiam, breuiter explicabo. Pro certo enim habeo, & hæc quoq. verba esse eius puellæ, quæ superiora habuit, & esse continuatam orationem, prout apertè patet ex Hebræ. & Septu. in quibus cum particula coniunctiua ita legitur: *Et guttur tuum*. Adde, quòd verba illa, *Dilecto meo*, id manifestè conuincunt: cùm pateat, à sponsa hæc de suo dilecto dici minime potuisse, vt arbitrati sunt aliqui: quandoquidẽ pronomen *tuum* additum gutturi est generis feminini, sicuti norunt, qui Hebræam callent linguam.

D

Pro intellectu autem eorum, quæ hic dicuntur, nonnulla notanda sunt. Primum ob ambiguitatẽ Hebraicæ vocis חך cheth, quam Hebręi pro palato communiter accipiunt, noster verò Interpres pro gutture, sicuti & Sept. tametsi aliàs etiam pro palato aliquando eamdem sumpsisse reperiatur, haud constare, quid potissimùm hoc loco in sponsa commẽdetur. Quidam. n. siue palatum, siue guttur hic celebretur, vnam eamdemque rẽ designari, & laudari existimant, quæ tam per guttur, quã per palatum egrediatur, aut fiat: hancve, communiori sensu censent, esse sermonem, & verba, quæ & sæpius propterea gutturis vocabulo appellantur in sacris litteris: ad quod probandum duo pro nunc sufficiant loca libro Prouerbior. primus, cap. 5. *c Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius*. Alter c. 8. *d Veritatem meditabitur*, idest, loquetur, *guttur meum, & labia mea detestabuntur*.

Gutturis vocabulo quid hic significetur.

E

Gutturis vocabulo significatus sermo.

c Prou. 5. 3

d Pro. 8. 7

L'ITTERA. butur impium. Alij tamen vt Legionensis, & Soto Maior eã rem, quæ hisce nominibus hic celebratur, animam, quæ ex ijs exhalatur, accipiunt. Sunt tamen, qui non tam rem, quæ è gutture, & palato prouenit, quàm gustũ qui ijsdem inest, & percipitur commemdatum putant. Ita Agathius, Hieronymus Almonacyrius & alij.

Secundò notãdum, nostrum Interpretem in descriptione vini, generosi haud quaquam reddidisse Hebraicam lectionẽ ad verbum; sed per paraphrasim. Hebræa autem duobus modis verti possunt. Primò, *Et palatum tuũ sicut vinũ illud optimũ, quod vadit ad dilectum meum ad rectitudines*: (idest recta, & directè) *loquens labijs dormientis*: idve ita exponit Legionensis: Quod tantam vim habet, vt inter alia sermonis vsum prope eripiat: Linguam namque hæsitantem reddit, uocum in loquendo sonos immutat, verba litteris, ac syllabis fraudat, eorumque structuram, & ordinem rectũ perturbat: *Loquens*, idest, loqui faciens *labiis dormientium*, nempe qualiter ij, qui somno grauantur, loqui solent. Altero verò modo, & cõmunius vltima pars sic uertitur; *Loqui faciens labia dormientium*, idest, quod dormientiũ quoq; labia loqui facit, dum sensus sopitos excitat, parit somnia, & commouet ad loquendum, iuxta illud Poetæ.

Agathius. Almonacyrius.

Legionẽs. Horatius lib. 1. epist.

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Agathius tertiam addit versionem hanc; *Eructare faciens labia senum*: eodem tamen sensu.

Symmac. Aquila. Notandum tertio, nostrum Interpretem vna cũ Sept. Symmacho, & Aquila antiquioribus videri pro Hebraico participio, דובב dobeb, legisse רובב robeb, facillima vnius litteræ similis varietate, a verbo רבב rabab, quod significat, multiplicare, crescere, & augere: ideoque ad sensum rectè illud vertisse: *Ad ruminandum*, quod ad verbum vertere debuisset: *Crescens labiis, & dẽtibus* quod enim ruminatur, crescit labijs & dentibus. Sept. verò alio sensu, *ἱκανούμενος, sufficiens labiis*, à significatu multiplicandi: clarius ve Symmachus *προστιθέμενος*, idest *additus labiis*.

Notandum quartò Sept. in eo quoque quod verterunt: *Labiis meis*: aliter legisse lectionem Hebraicã, nempe שפתי sephathai pro eo, quod nunc habetur שפתי uphthe.

Notandum denique, dum noster Interpres, sequens Sept. & Aquilã vertit, *& dentibus*, videri dictionem Hebraicã ושנים vescienim legisse ושנים vescinnaim: quod facile in Hebræo euenire potuit dum legeretur sine punctis propter modicam diuersitatem litteræ ו vau litteræ י iod.

Quæ dicenda essent circa illud viui optimi epitherum למישרים lemesciarim, idest, *in rectitudinibus, (seu recta)* sic enim est in Hebræo; *Vadens dilecto meo recta)* videri possunt explicata superius in vers. 4. cap. 1. vbi dicitur; *Memores uberum tuorum super vinum: Recti diligunt te.*

Pag. 61.

His fusius forsitan, quam par erat, annotatis, omissis multis, quæ ab aliis referuntur, triplicem arbitror afferri posse istorum verborum sensum.

I. SENSVS. Primus, qui & mihi magis arridet; vt gutturis vocabulum sumatur pro gustu passiuè, & transitiuè, qui scilicet exhibetur, prout ex allata similitudine colligendum videtur: cum vinum optimum nõ tam ob id dulce dicatur, quòd dulcedinem in se habeat, quam quod dulcedinis suæ gustum exhibeat: Vnde, & bene, in similitudine ipsa adijcitur; *Dignum dilecto meo ad potandum*, &c. Sicve puella illa, quæ in præcedenti versu significarat, se allectam pulchritudine, & suauitate Sulamitidis assimilatæ palmæ, ideoq; in illius cõplexus se propipere decreuisse, & in oscula: eo quod pro certo haberet, vbera illius in complexu sibi futura instar botrorum vineæ, atque ex osculis, quæ in eius facie imprimeret, se recreandam suauissimo malorum odore, quem eius os, totaque facies redoleret: Nunc admodum consequenter meliori, quo potest modo, pastoritiaq; metaphora illum exprimit gustum, quo tunc perfundenda esset, quàm maximum; similem nimirum vino optimo, maximeq; generoso, quod, vt alias explicatum est, symbolũ esse solet voluptatis summæ, sic dicens: *Et guttur tuum sicut vinum optimum, dignum*, &c. tantumdem est ac si dicat.

A

L'ITTERA.

PARAPHRASIS.

Erunt tunc vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris faciei tuæ, quàm osculabor *sicut odor malorum* gustusque tuus summæ mihi erit voluptati; erit nam que *sicut vinum* illud *optimum*, quod *dignum* est, vt nodum poterur simpliciter sed, vt *& labiis, & dentibus*, ruminetur à dilecto meo. Gustu enim isto tuo potabo & ipsa vinum, quod è tuis exprimam vberibus, botris vineæ similibus: & pariter ruminabo mala, quæ è tuo colligam ore. Per id verò, quod iuxta Hebraicam lectionẽ pro: *Labiis que, & dentibus eius ad ruminandum*, ait; *Loqui faciens labia dormientium*: subindicare videtur eadẽ puella, tantum illum futurum gustum similem vino optimo; vt per eum ad illam ita incessanter laudandam impellatur, sicut per vinum optimum etiam labia dormientium excitantur ad loquendum. Pro sensu isto primo facit & id, quod in versione Sept. legitur; *Sufficiens labiis meis, & dẽtibus*; si referamus vocabulũ, *sufficiens*, ad guttur, quod in Græco est masculini generis.

B

C

Quod si cui sensus iste primus minime placeat, quod forsitan noua sibi videatur gutturis appellatio pro gustu aliis exhibito; tametsi ipse eam nouã minimè reputem, qui & in hoc ipso libro alias ipsum obseruaui in vers. 16. cap. 5. vbi dicebatur; *Guttur illius suauissimum*: secundo sensu, quem etiam maxime probabilem censeo, sumpto eodem gutturis, seu palatus vocabulo pro anima, quæ ex illo exhalatur: Dicendum, eamdem puellam, quę iam in præcedenti versu significarat, decreuisse propipere se in amplexus, & oscula Sulamitidis; postquam dixit suauitatem, quam percepturam se sperabat ex osculis faciei illius, quæ odorem redolebat malorum; hanc eamdem amplificare voluptatem, quam in primis ex osculo oris, ac labiorum eius esset susceptura. Ac si dicat.

II. SENSVS.

D

Quid referam & suauitatem, dulcedinemque illam, qua in osculo labiorum, orisque ipsius perfundar, hauriens eius animam, & spiritum? nam & *guttur* illius, è quo ea exhalat anima multoque magis anima ipsa erit mihi *sicut vinum optimum dignum*, &c. vt supra, sumpta vini optimi metaphora pro optima, summaque voluptate.

PARAPHRASIS.

Denique, si voce gutturis, consueta scripturarum phrasi, verba designata & hic velimus, atque loquelam, iuxta fere communem Patrũ sensum, admodum probabiliter dicemus, eamdem puellam, post explicatam voluptatem, quam percepturam se confidebat ex complexu, osculisve Sulamitidis in verbis illis; *Et erunt nunc vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum*: modo aliam significare voluptatem, quam summam omnium reputatura sit, dum amoris verba tunc ab illa percipiet, ideoque ad superiora hæc addens; *Et guttur tuum sicut vinum optimum*, &c. tale quid sibi velle videtur.

IIII. SENSVS.

E

PARAPHRASIS.

Voluptas vero, quam ex benignissimis illius suscipiam verbis, charitate feruentissimis, exprimi me à

DE ECCLESIA.

à me non poteſt; illud vnum dicam, ipſius locutionem, & verba eſſe *ſicut vinum optimum*, quale potari ſolet à dilecto meo; ita vt nulla è re magis ipſa voluptatem percipiam, quàm ex illis, q̃ meis quodammodo ruminem labiis, & dentibus, prout vinum illud optimum labiis, dentibusque ruminari ſolet eiuſdem dilecti mei. Non ſolũ enim in memoria iugiter ea tenere delectabit, ſed & in ore meo illa mihimet replicabo: quin & me quoque eadem dormientem loqui facient illius encomia, dulcedines, & charitatem non minus, quam vinum optimum alienos à locutione loqui facit dormientes, & ſenes, iuxta varias verſiones Hebraici textus.

B Hoc autem loco in fine huius expoſitionis notandum, hæc omnia, quæ inhoneſtè referrentur, vt dicta à viro corã puellis, honeſtè tamen eſſe relata à Spiritu Sancto, vt puellæ dicta à puella, & coram aliis puellis. Porrò, quòd puella iſta, quæ loquitur, meminit dilecti ſui, conſonum quã maximè eſt ruſticarum puellarum conſuetudini, vt, cum ſingulæ ſumma cum ſimplicitate, & honeſtate proprios habeant dilectos, libentiſſime, qualibet oblata occaſione, eorum meminerint, vt videre eſt & apud Poetas profanos, qui bucolica carmina ſcripſere.

Verſ. IX. Guttur tuum ſicut vinum optimũ dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus eius ad ruminandum.

C

Expoſitio Secunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

II. SENSVS.
a Pag. 6. Pſal. 2. 12.
Doctrina Chriſti exhibetur, & obtinetur cũ ſpiritu Chriſti.
b Can. 1. 1.

IAm ſupra in principio huius cantici ex illo Pſa. 2. quo in noſtra Vulgata legitur: *a Apprehendite diſciplinam*, pro eo, quod in verſione B. Hieronymi ex textu Hebr. habetur: Oſculamini filium; oſtendimus, in metaphora oſculationis deſignari apprehenſionem doctrinæ, atque ſpiritus: ideoq. tam ardenti deſiderio id à ſponſa prolatũ: *b Oſculetur me oſculo oris ſui*: quia & ipſa oſculari optaret filium Dei, vt ex illius ore in os ſuum proflueret ſpiritus, & doctrina, quæ quocunque humanæ doctrinæ, ſpiritusque ſæculi vino ſunt meliora. Quid ſimile ſibi & ex oſculo oris Eccleſiæ Apoſtolicæ à ſe imprimendo hoc loco polliceri videtur ſapiens ille ſæculi, qui ad orthodoxam fidem conuerſus loquebatur in præcedenti verſu, ait: Guttur illius, ſcilicet Eccleſiæ, ſicut vinum optimum, &c. Siue enim doctrinam, ſiue ſpiritũ, gutturis vocabulo deſignatum ſumamus, vt dictum eſt in prima expoſit. ambo ob inexplicabilem dulcedinem congruentiſſime vino optimo comparantur, & vino digno, quod à Chriſto potetur, cũ vna eademque ſit doctrina Chriſti; vnusve & idẽ ſpiritus cum ſpiritu eiuſdem. Atq. adeo ſicut de dulcedine doctrinæ Chriſti dicitur; *c O quam ſuauis eſt, Domine, ſpiritus tuus in omnibus*: Ita & doctrina, & ſpiritus, q̃ ex Eccleſiæ gutture per oſculatum illius os proferuntur, dicuntur eſſe ſicut vinum optimum, ſummæ nimirum ſuauitatis: Sicut vinum optimum, inquit; nam vinum ordinarium, quo deſignantur humana ſapientia, & ſpiritus huius mundi, multò ſunt ambobus iis deteriora, vt probatum eſt ſuper illis verbis: *d Quia meliora ſunt vbera tua vino*: Vbera namque & guttur in Eccleſia idem ſunt, ſicut & in Chriſto. Atq. adeo recte ibi, cum poſt verba illa, *Oſculetur me oſculo oris*

Doctrina et ſpiritus Eccleſiæ ſuauitas quæ.

c Sap. 12. 1

Pag 16.
d Can. 1. 1
Vbera & guttur idẽ in Xpo & in Eccleſia.

A *ſui*: debuiſſet ſubiici: quia melius eſt oſculum, ſeu guttur tuum vino: rectè alia ratione dictum eſt: *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: & nouimus, etiã de Chriſti gutture alias dictum: *e Guttur illius ſuauiſſimum, ſeu, dulcedines*. Quomodo verò Eccleſiæ doctrina, & ſpiritus dicãtur ſicut vinum, quod labiis, & dentibus Chriſti ruminetur, facile eſt intelligere, ſi illud recolamus Apoſtoli: *f Vos eſtis Corpus Chriſti, & membra de membro*. Labia namque Chriſti ſunt ſancti prædicatores: dentes verò ſunt ii, qui meditationi indulgent ſacrarum ſcripturarum. Et nouimus, hos ambos, qui ab Eccleſiæ gutture accipiũt doctrinam, & ſpiritum, haud ſimplici deglutire hauſtu, ſed hauſta iterum iterũque in cordis ore ruminare.

DE ANIMA.
e Sap. 5. 16
Scripturã ſacrã qui præcipue ruminent.
f 1. Cor. 12. 27.

Verſ. IX. Guttur tuum ſicut vinum optimũ dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus eius ad ruminandum.

Expoſitio Tertia. De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima Iuſti.

III. SENSVS.
Sermonum bonorũ dulcedo qualis

QVi iam ſuperiori ſententia expoſuerat, decreuiſſe, adhæſurum ſe perfectæ animæ ſponſę Chriſti, explicat modò in primi, in id ſuum collocaturum ſtudium, vt ex eius ore dulciſſimos apprehendat ſermones. Præſtantiſſimo autẽ encomio ſanctos eos euehit ſermones ſub metaphora gutturis, & ſimilitudine vini, indicãs, illos talem in ſe cõtinere dulcedinem, qua ſimul recreetur & anima, quæ eos loquitur, cũ in gutture perficiatur oĩs dulcedinis guſtus: & ii, ad quos proferũtur: vt vinum iis dulce eſt, ad quos propinatur, & à quibus bibitur. Dicit, illos eſſe non ſicut vinum quodlibet, ſed *ſicut vinum optimum*; quia in genere ſuo & ipſi optimi ſint abſque vlla imperfectione, æquè ac vinum optimum abſque vllo eſt ſaporis, vel odoris, vel coloris defectu. Dicit ſecundò, eoſdem ſummæ eſſe perfectionis, ideoq. nedũ hominibus, & Angelis; ſed & ipſi Deo dilecto ſuo,
D & Chriſto, ex cuius dilectione proferuntur, tantã afferre ſuauitatem: vt non modò illos audire, at & auditos memoria verſare, ruminare, & ponderare, cum delectet. Non ſecus ac is, cui propinatum fuerit vinum optimum, tantum ex eo percipit guſtum: vt potatum, intra os illud conſeruare ſoleat, labiiſque, ac dentibus ruminare. Hinc namq. Chriſtus Ieſus duobus diſcipulis in via ſanctos inter ſe habentibus ſermones adſtitit medius, & quaſi eos ruminans dixit: *g Qui ſunt hi ſermones, quos confertis adinuicem ambulantes?* & in eiuſdẽ, perſona, vt ſapientia eſt increata, dicitur in lib. Prouerb. *h Fili mi, ſi ſapiens fuerit, gaudebit tecum cor meum*, hoc nimirum epoto, & ruminato vino optimo; *Et exultabũt renes mei, cũ locuta fuerint rectũ labia tua*. Neque verò aliena hæc eſt potus, & ruminationis ſimilitudo ad probandũ, Deum nedũ audire, ſed & ruminare ſermones ſanctos; cum & vulgato loquendi more dicere ſoleamus, nos bibiſſe totum id, quod ab aliquo præclare dictum ſit; imo quaſdam egregias ſententias, argutaq. dicta, vel dulcia monita per multum temporis frequenter ore verſare conſueuimus.

Sermones quàm dulces ſint Deo.
Simile.
g Luc. 24. 17.
h Prou. 23. 15.

E

Quamquam autem vini cõparatio cuilibet cõgruat ſermoni piæ aiæ; congruit tamen in primis ſermoni illi, q ad proximi ſpectat correctionem, quẽ bene Spiritus ſãct. hoc loco ſimilitudine hac celebrat vini optimi in ſumma perfectione. Sicut enim

Correctio bona dẽt eſſe ſicut vinum optimum.
Simile.

DE ANIMA.

enim uinum illud communiori sensu censetur optimum, quod vnà cum quadam asperitate, quam Italicè dicimus, *piccante*, admixtam habet dulcedinem, quodve clari coloris sit, & nil oleat; Ita & sermo correptionis, qui dignus asserendus sit, vt etiam à Deo potetur, & rumínetur in corpore suo, atque vt fidelibus gustum & vtilitatem ex illo capiont, operæ pretiũ est ita sit suauiter asper vt dulcedinem, ac benignitatẽ habeat admixtam: quin & omni careat animi perturbatione: sicve sit clari coloris, vt pote opportunis loco, & tẽpore factus, adeoque nec quicquam oleat fœtidissimi odij, humanive alicuius respectus.

a Psal.149.6.

Sed ex illo psalmi: *a Exaltationes Dei in gutture eorum*; congruentissimè sanctas eiusdem piæ animæ orationes sub gutturis metaphora hoc loco celebratas ab eo, crediderim, qui illi etiã oranti inhæret, & orantis percipit spiritum. Porrò & similitudo quoque allata aptissima est, cũ & hæc oratio instar vini optimi sit, nedũ in sapore dulcis, sed & in specie, atque in odore decora, iuxta illud psalmi: *b Deo nostro sit iucunda, decoraque laudatio*. Ideo namque adiectum est; *Dignũ dilecto meo ad potandum, labiisque, & dentibus eius ad ruminandum*: quia sicut uinum si vel turbidum fuerit, vel fœtidum, aut acidum bibi ab homine ingenuo nequit, sed plerumque aspectu duntaxat, aut odore a longe percepto, eam causat nauseam, vt illico in terram fundatur, & extra domus parietes projciatur: Ita & prauas orationes cum nausea quadã à Deo reijci, nouimus ex illo Amos Prophetæ: *c Odi, & proieci festiuitates vestras; & non capiã odorem cœtuum vestrorum. Quòd si obtuleritis mihi holocaustomata; & munera vestra non suscipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam. Aufer à me tumultũ carminũ tuorũ & cantica lyræ tuæ non audiã.*

Orationes bonæ sicut vinum optimum

b Psal.146.1

Simile.

c Amos 5. 21.

Illud autẽ maximè in hoc orationis encomio põderandum est, quod laudatur quidem sub gutturis, aut palatus metaphora, in quibus potissimũ sensus est gustus, & in quib. is ipse, cuius ea sunt, gustat dulcedinem. Ex altera uero parte commendatur similitudine uini optimi, quòd ita dulcedinem obtineat; vt recreare possit & guttur ipsum animæ orantis, & Deum cui ea oratio instar uini optimi propinatur. Sed vt vinum illa est, foras nimirum emissa è gutture, primò Deum sua reficit dulcedine, tum & animam ipsam recreat, quæ ipsam emisit. Declarantur hæc omnia ex hoc loco coniuncto cum altero loco psalmi 36. quo dicitur: *d Delectare in Domino, & ipse dabit tibi petitiones cordis tui*. Vis scire, quò orationes tuæ commendari queant sub metaphora gutturis, & palatus tui; delectare tu primum in illis delectatione, quæ sit in Domino, gustans nimirum in eis, & attenta, uidens mente *e quoniã suauis est Dominus; & beatus est vir, qui sperat in eo*. Vis & id quoque intelligere, quomodo eædem celebrandæ sint similitudine vini optimi; Da operam, vt & eæ optimæ è tuo emittãtur gutture, vt eis cõgruere queat vocabulũ *f* exultationũ Dei, & vini, quò is nedũ lætificetur, sed & inebrietur. Conquestum enim illum aliquando nouimus, quòd hoc non inebriatus sit vino; sub alia metaphora dicẽtẽ apud Isaiã. *g Adipe victimarum non inebriasti me*: Et nouimus, ibi victimarum uocabulo ipsas designasse orationes iuxta illud Oseæ; *h Reddemus uitulos labiorum nostrorum*: qua de re aliàs. Bene autẽ hoc loco additur; *Dignum dilecto meo ad potandũ labiisque & dentibus eius ad ruminandũ*: per hæc namque exprimitur, quomodo orationes à gutture piæ animæ per os quodãmodo propinentur Deo in osculo quodam, & Deus illas vt dignas sebibat instar uini optimi; sed & ita delectetur in illis; vt potatas, quasi ruminatione quadam, illas ad dentes, atque ad labia referat, quo per benignissimum osculum oris sui eas iterum in palatum, & guttur reiiciat animæ orãtis: id quod per ea exprimitur Psalmi verba; *Et dabit tibi petitiones cordis tui*.

Oratio bene dulcis est & aiæ orãti et Deo.

Oratio bona dilectũ Deũ efficit; vt & orãti quoq; a Deo eius reddatur dulcedo, dũ ab illo exauditur.

d Psal. 36.4.

e Psal.33.9

f Psal.149.6.

g Isa.43.24

h Ose.14.3

Ex lectione quoque Hebraica ingens eiusdem orationis exprimitur vis; dum siquidem dicitur; *Palatus tuus sicut vinum optimum, vadens ad dilectum meum recta, loquens labiis dormientis*. Significatur primò, orationem instar vini optimi rectà ascendere ad Deum, quando sit facta à tali anima, quæ Deum suum pro dilecto suo habeat, iuxta illud psalmi; *i Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Tum & id quoque subindicatur, tantas esse eiusdem vires, vt Deum inebrians vsum propemodum illi eripiat sermonis, quo contra peccatores sententiam proferret, loqui quodãmodo ipsum faciens, qualiter loqui ii solent, qui somno grauantur, vinoque ebrii sunt; nec non & vocum in loquendo sonos, & operationum in agẽdo immutans effectus, prout Propheta Regius tribui Iuda, atque etiam sibimet palam factum significasse visus est in *k* Psal.77. vbi, cum retulisset, Deum ab Israelitico populo sceleribus ita exacerbatum, vt & loquens aduersus illum graui eum damnarit sententia, & flagellationis effectu eundem afflixerit; *In iram concitauerunt eum in collib. suis, &c. Audiuit Deus, & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel, & repulit*, &c. subiebit: *Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino*: magisque ad rem nostram, iuxta vim lectionis Hebr. *Et euigilauit tamquam dormiens Dominus, tanquam fortis iubilo exclamans præ vino*: ac si dixerit: Euigilauit Dominus, quando tunc dormiens quodammodo populum suum, arcamque ipsam deuenire permisit in manus impiorum Philisthinorum; Euigilauit autem haud dubium, quia excitatus precibus eorum, qui iustiores erant in populo illo; quando *l Clamauerunt ad Dominũ, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos*: præ vino nimirum precum illarum à somno excitatus, propriamque exercẽs fortitudinem suam cum iubilo, primas illas immutans voces, iamque haud amplius aduersus Israel exclamans, sed aduersus scelestissimos Philisthæos, quos & effectu *percussit in posteriora, & opprobrium sempiternũ dedit illos*: Cum iubilo eligens *Tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit* ædificansque *sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula*: ac demum cum iubilo itẽ eligens, *David seruum suum*, &c.

Oratio bona instar uini optimi recta ascẽdit ad Deum.

i Psa.140.2.

k Psf.77.58

l Psf.106.13

Quòd si non ita legamus: *Loquens labiis dormientis*, sed, *loquens*, aut *loqui faciens labia dormientium*, vt est communior lectio; Significatur per hæc, ipsam piæ animæ orationem instar vini optimi in rectum iacere flammulas; & rectà tum oculos inspicientis, tum aures audientis Dei ferire; tantisve præditam esse viribus; vt eumdem Deum quodãmodo dormientem in nos custodiendo, nobisque opem ferendo, loqui benigna faciat, & fauorabilia, iuxta illud psalmi: *m Nunquid qui dormit, nõ adiiciet, vt resurgat?* & illud; *n Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel*. Quin, si vim vocis pluralis, *dormientium*, ponderare velimus, cum dicitur; *Loqui faciens labia dormientium*; id quoque significatur, in optima oratione esse vitalem; vt eos, qui peccati somno sunt oppressi, per duplicem loqui faciat confessionem, pœnitentiæ & gratiarum actionis: impetrãs nimirum à Deo,

Oratio bona suscitat Deũ quasi dormientẽ

m psf.40.9

n psf.120.4

Oratio bona quandã habet vim impetrãdi pro viuiser. & mortuis.

[illegible] vt

DE B. MARIA

vt illi conuertantur, peccata confiteantur, Deumque laudent, qui misericorditer ipsos ad pœnitentiam expectare dignatus fit. Et illos pariter, qui mortis somno dormientes, in flammis cruciantur purgatorii, impetrans eis a Deo remissionem pœnarum; vnde excitantur ad laudandum, & glorificandum, quem suum sentiunt glorificatorem.

Vers. IX. Guttur tuum sicut vinum optimũ dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus eius ad ruminandum.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

I. SENSVS. *Qui ex Maria percipitur gustus assimilatur gustui felicitatis Christi.*

EXplicat hoc loco is, qui in superiori sententia significarat statuisse, totum se dedere deuotioni Gloriosæ Virginis, quàm immẽso per illam speret se cumulandum gustu: Siquidem per comparationem ad *vinum optimum, dignum*, &c. videtur illum assimilare quoquo modo gustui immẽsæ, incomprehensibilisve felicitatis, qua fruitur Christus in regno Patris sui: de quo vino ille in Euãgelio ait: a *Amen dico vobis, quia iam non bibã de genimine vitis huius vsque in diem, cum illud bibã nouum in regno Patris mei.*

a Marc. 14.

Illud verò iuxta lectionem illam Hebraicam, qua dicitur: *Sicut vinum optimum, vadens ad dilectum meum recta, loquens labiis dormientium*; Significatur, ipsam Christi felicitatem directe vadere ad Christum dilectum nostrum; cum ei directè competat, & iure hereditario. Porro, sicut vinum felicitatis illius dicitur loquens labiis dormientium, quatenus aufert loquelam, ita vt de eo vix balbutire liceat, iuxta illud Pauli: b *Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Ita & gustus, qui ex B. Maria percipiuntur, suo modo tales esse significantur: vt nec verbis exprimi queant.

Qui è Maria percipitur gustus, est inexplicabilis.

b 2. Cor. 12. 4.

Vers. IX. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandũ labijsque & dentibus eius ad ruminandum.

Appendix Expositionum. Ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Dixit Daniel, & socij eius: suscipiendo suscipiemus super nos decretũ verbi Domini, sicut suscepit super se Abraham pater noster, qui comparatus est vino veteri: & ambulabimus in viis, quæ rectæ sunt corã eo, sicut ambulauerunt Elias, & Elisæus Prophetæ, per quorum merita surrexerunt mortui, qui similes sunt vino dormienti: & sicut Ezechiel filius Buzi sacerdos; quia in Prophetia oris sui suscitati sunt dormientes mortui, qui erant in campo Dura.

Communiori sensu per Ecclesiæ guttur illius prædicatio intelligitur. Distinguit autem Cassiodorus inter eiusdem Ecclesiæ prædicationem, quæ iam celebrata est sub metaphora oris redolẽtis odorem malorum, & hanc: quòd illa est ea prædicatio, quæ fama, vel scripto ad absentes peruenit: hæc verò est vox ipsa prædicationis, quæ ad præsentes peruenit; quæ recte vino comparatur; quia magnam sui virtutem auditoribus exhibet:

Cassiod. *Prædicatio Ecclesiæ quã o similis vino optimo.*

A Quòd ita declarat Gregorius Papa, & Anselmus, quia ita inebriat illos, vt faciat illos obliuisci totius suæ vitæ prioris.

APPENDIX.

Tametsi idem Anselmus, non tam externam prædicationis vocem, quàm interna verba, & sensus eorumdem verborum in gutturis metaphora laudatos, censeat.

Greg. Pap. Anselm.

Sicut Iustus Orgelitanus per vinum verba sacræ scripturæ inebriãtia, seu sanctos illos accipit, qui in sacris litteris loquuntur.

Scriptura sacra sicut vinum. Iustus.

Aponius verò B. Petrum in primis, eiusve Vicarios, è quibus optimum vinum confessionis Sanctissimæ Trinitatis, & prædicationis manat, guttur, inquit, esse Ecclesiæ; sicut os redolens mala, dixit, esse item Paulum Apostolum.

Aponius. *Petrus Apostolus est guttur ecclesiæ.*

B Refertque Beda quorumdam opinionem, secũdùm quam à Christo hic commendetur Ecclesiæ eiusdem oratio ex suauitate per comparationem ad vinum.

Oratio Ecclesiæ Deo sicut vinũ optimum. Beda.

Singulariter Philo Carpathius videtur gutturis vocabulũ pro gustu passiuo, idest, pro eo, quod gustatur sumere; ideoque refert hæc ad mysteria Eucharistiæ; vt per Ecclesiæ guttur ipse designetur Christus, qui rectè dicatur *sicut vinum optimũ* quandoquidem in tanto Sacramẽto gustatur sub speciebus vini.

In Eucharistia Christus guttur ecclesiæ, sicut vinum. Philo.

C Videtur autem Philo id, quod sequitur: *Dignum dilecto meo ad potandum, &c.* pro quo ipse legit ex versione Septu. *Proueniens fratri meo in rectitudinem*, &c. tribuere ipsimet Ecclesiæ, ad superiora respondenti, ac per hæc ostendere, solis rectis corde ad salutem datum hoc Sacramentum, iuxta illud Pauli: c *Probet autem seipsum.*

Eucharistiæ Sacramentũ salutiferũ est solis rectis corde. c 1. Cor. 11. 28.

Porrò & Cassiodorus, Gregor. Papa, Beda, ac Rupertus Abbas eidem Ecclesiæ hæc ipsa tribuũt verba. Vnde Cassiodorus, Vox (ait) Ecclesiæ, quæ audiens, se laudari a sponso, gratulabunda respondet; *Dignum, &c.* ac si dicat: Prædicatio Euangelica, quam in ore meo is posuit, per ipsum & non per alium annunciari debet in mundo. Per labia, & dentes intelligit sanctos eiusdem Christi prædicatores, qui spiritale sacrarum scripturarum vinum ruminant, vt sentit & Iustus Orgelitanus, Beda, Rup. & alii. Hisce enim doctoribus, prædicatio Euangelica a Deo tradita tractanda est.

Cassiodo. *Vinũ prædicatio Euãgelica, labia, & dentes sancti Prædicatores.* Iustus. Beda. Rup. Abb. Greg. PP.

D

Gregorius Papa dignam Christo eamdem prædicationem dici ab Ecclesia inquit; quatenus dum rectè exercetur, suauiter illi sapit, eamve vt suauissimam potat in fidelibus audientibus ipsam, de quibus audientibus dici putat: *Labiis, & dentibus eius ad ruminandum*: de audientibus tamẽ, qui illam ruminent.

Beda, iuxta illam gutturis acceptionem pro oratione, & confessione laudis, ait, Ecclesiam annuentem verbis sponsi hæc intulisse: Iam multum cupio, vt dilectus meus solerti examine affectum, ac sinceritatem mentis, quam erga eum habeo diiudicet: Confido enim, quia etsi tanta eam discussione examinet, quanta examinare solet, potum, vel cibum, qui hunc solicitus gustare, vel masticare studuerit, iam dignam eam suis laudibus comprobabit.

Beda.

E

Versionem Septuag. *Guttur tuum sicut vinum bonum, vadens fraterno meo in rectitudinem aptũ*, seu, *sufficiens labiis, ac dentibus*, Theodorit. ita exponit, vt Ecclesia, vel pia anima hisce Christum alloquatur: Doctrina, quæ ex ore tuo fluit, quacumque vini suauitate, & qualibet huius vitæ voluptate iucundior est, eã que tu, fraterne mi, ad animas, quæ in te crediderunt dirigẽdas, profers, sufficit enim mihi doctrina tua, vt partim pronuntiem, ac

Theod. *Doctrina Christi suauitas quanta.*

quo

LITTERA. que diuulgem, partim conserué, atque custodiã labiorum vtens instrumentis, & dentes pro muro circumponens, iuxta illud Apostol. *a Audiui arcana verba, quæ non licet loqui homini.*

a 2. Corin. 4.

Tres Patr. *Sermones boni quō suscipiendi.*

Catena verò trium Patrum apud eumdem, tribuens ea Discipulis Ecclesiæ, vel animæ, ait, illat dicere: *Guttur*, idest institutionis tuæ sermo qui *ut vinum optimū*, corda afficit lætitia, cum nobis, dū pronuntiatur in dilecto tuo, cuius nobis desiderium instillasti, *in vias rectas*, vt eum tamquam veritatem amplectamur; ne per defectum, aut excessum a virtutis rectitudine deflectamus; *& sufficiens* nostris appetendi potentijs, quibus tamquã *labiis* osculamur, quod placuerit volūtati, & intelligendi facultatibus, quibus tamquam *dentibus*, quæ dura sunt, & ad cognoscendum difficilia, ad esum, & cibum spiritalē frangimus, & mollimus.

Vers. X Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

Communiter hæc dicta sumuntur in responsionem ad superiora, vel ad id, quod vltimo dictum est: *Dixi, Ascendam in palmam, &c.* vel ad totam panegyricam orationem. Communiter quoque id, quod hoc loco a sponsa dicitur existimatur, idē esse, atque id, quod & in cap.

a Cāt. 2. 16.
b Cāt. 6. 2.

2. ab eadem dictum fuerat: *a Dilectus meus mihi, & ego illi*: & in cap. quoque 6. *Ego dilecto meo & dilectus meus mihi*. Vt hic pariter, sicut & ibi mutuum, paremque inter se ac dilectum suum ostendat amorem; ac si dicat. *Dilecto meo* me tradidi, totaque illius sum, sicut ille me totam desiderat; atque *ad me* solā conuertitur. Qualis qualis sum, illius duntaxat sum: quin hæc laudum insignia, quæ in me cōtulistis, ipsi accepta fero *dilecto meo*, qui *ad me* solam conuertitur, meque unam desiderat.

Vel, ad eã quæ dixerat: *dilecto meo, Dixi, Ascendã in palmam &c. Ego* soli totã me tradidi *dilecto meo*, sicut ille mihi se tradidit totam; nec possum permittere, vt vel à puellis tangar: operæ pretium est, vt, si tuum explere velis decretum, ab eo id potiùs tibi concedatur.

SENSVS. Verum, duobus superioribus locis, quæ relata sunt ex cap. 2. & 6. diligenter expensis iuxta intellectum illum, quo a nobis exposita fuere; vt ex formula quadam locutionis consueta in sacris litteris, cum quid dicitur alicui in datiuo absq; alio verbo, significetur, ita id illi esse, vt nō sit ei alterū; cū hoc loco eadem locutionis formula dictū reperiamus; *Ego dilecto meo*, dicendum idem esse, ac si diceretur; *Ego* sola sum *dilecto meo*: Quod idē est, atque illud, quod subiectum est; *Et ad me conuersio eius*: Quæ certe verba explicatiua sunt præcedentium, & magna cum epithasi: nam, tametsi significent, dilectum ita erga sponsam suam esse affectum; vt eam solam habeat pro dilecta, eãque solam diligat; miro tamen modo hanc eius exprimunt conuersionem: Siquidē conuersionis uocabulum nedum simplicem significat conuersionē, sed insitū appetitum, & inclinationē ei propemodum similem, quam inanimata ad suum habent locū, & cētrū, inclinationē naturalē idcirco dictã: quòd naturali pondere ad illa inclinentur, & currant. Quinimò per idem conuersionis vocabulū,

Conuersionis vocis quid hic significetur.

A præter hæc significatur & quædã subiectio: Quæ omnia patent ex vi Hebraicæ uocis תשוקה theschukah, quæ si deducatur à verbo שקק schakak *discurrere, & excurrere*, propie excursionem significat, & inclinationem: Si verò deducatur ab alio verbo שוק schuk. *concupiscere appetere, & desiderare*, propriè desideriū, & appetitū significat, prout hoc loco cōiter verti solet. Porrò qualis ille sit dilecti appetitus ad spōsam, haud melius exprimi potest, quàm ex altero loco Genesis, vbi eadem voce, eademque phrasi à Deo dicitur mulieri, post quam in peccatum decidit: ואל אישך תשוקתך c veel iscech theschukatech, idest; *c Et ad virum tuum appetitus tuus*. Sept. *Et ad virum tuum conuersio tua*: vel secundum R. Abraham; *Et ad virum tuū obedientia tua*, prout & bene à nostro Interprete versum est; *Et sub viri potestate eris*: ita nimirum illum appetens, ad eumque inclinans, vt illi subiecta, & ei parere coacta. Quod apertius in vtroque textu exprimitur in verbis immediatè subsequentibus: *Et ipse dominabitur tui*: pro vt & in alio loco item Genesis, vbi idem met Deus explicans Cain ingentem peccati vim, & libertatem arbitrij; eadem phrasi inquit; *d Sub te, seu (vt est in Hebræo) & ad te erit appetitus illius*: subijcitque illico; *Et tu dominaberis illius*. Itaque cum sponsa dicit; *Et ad me conuersio*, seu, *desiderium eius*, significat, dilectū suum ita ipsam habere, & diligere solam, vt ipsi quodammodo subiectus, totus in eam voluntate, desiderio, actuque conuertatur.

c Gen. 3. 16.

B

d Gen. 4. 7.

C

I. SENSVS.

Quorsum vero hæc; Supponendū, ex improuiso in scena comparuisse dilectum, dum in agro, atque in itinere, quo sponsa ad illum properabat, supradicta inter sponsam ipsam, atque puellas haberentur colloquia. Viso autem dilecto, obuiam sibi procedente adeo inopinate, sponsam, nulla tã habita ratione encomiorum, quæ à sociabus in se collata acceperat, hæc ad puellas habuisse, hisve earum interrupisse sermonem; *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*: quomodo & alias ab eadem factū, vidimus supra in principio capit. sexti, vbi vt primùm aduentantem aspexit dilectū, omissa narratione, quã ad socias habebat, in ea prorupit verba; *e Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia*. Porrò, quod, hic dicit, tale mihi esse videtur.

D

e Cāt. 6. 2.

PARAPHRASIS.

Eia sociæ, ellum dilectum meum: sat mihi exploratum est, quòd ab illo sim dilecta; sat noui, reque ipsa iugiter probo, quòd ipse ita me solam habet dilectã; vt totus eius appetitus ad me sit, ellū ipsum ad me conuersum, ac si mihi esset subiectus uti ad propriam magnetem.

Hic mihi videtur huius sentētię sensus. Quòd si cui magis libeat communi expositorum consensu, hæc dicta sumere, vt mutuū explicantia amorem inter sponsam, atque dilectum, quod certè improbare non audeo, ne torrentis opprimar impetu. Tunc hac ratione connecti hæc poterunt cum superioribus, illud ipsum supponentes, quod necessario, vt postulant, quæ sequuntur, supponi debet, sponsum colloquentibus in agro ex improuiso adstitisse. Vt sponsa in his respondeat ad ea, quæ immediate præcesserunt, talia que respondeat, quę aduenienti gratissima essent dilecto suo. Cum enim à puella illa, quæ decreuisse se dixerat ipsum amplexari, & osculari, postrema ea accepisset verba: *f Guttur tuum sicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum, &c.* Quibus & id quoque intelligi potuisset, ipsius gustum talem esse, qui dignus esset dilecto illius, vtpote similem vino optimo, digno

E

II. SENSVS.

f Cāt. 7. 9.

DE ECCLESIA.

gno eodem dilecto; modicis hisce verbis, *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* duo tacit. Primò, id oino respuit, qd à puella illa dicebatur: *Dignum dilecto meo*, asserēs, gustum sui haud reputādū dignum alteri dilecto: quandoquidem ipsa tota esset dilecti sui peculiaris, cui soli se totam dederat. Secundò vero, puellarū more haud ferens quòd illa gloriari videbatur de dilecto suo, eumdéque tacite dilecto præferre sui ipsius, quòd ipsam dimisisset solam uagari per agros: vnde consequebatur nescio quid aduersus illum: arrepta occasione ex improuiso, subitoque illius aduentu, ait: *Et ad me conuersio eius*: Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Haud operæ pretium est, vt exinde laudibus me efferas, quòd tantum è me percepturus sis gustus, quod dignum tuo sit dilecto: Ego.n. haud alio dilecto dignā me esse ambio; cū tota sim solius dilecti mei, cui me ita dilectam noui; vt vere fateri queam, nullū ei reperiri posse in diligendo similem. Totū nam que desiderium ipsius, totaque voluntas, atque propensio *ad me* est, ita vt quasi subditus me sequatur; quod reipsa nunc cōprobat, cū enim ipsum ad me conuersum, cum & ego animo ad eum conuersa, ad illam me conferrem, vt nostis.

Vers. X. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS. *Ecclesia Catholica sola est Christo adiecta.* a Cāt. 6.8

QVòd vnam, solamque Ecclesiam Catholicā Christus habeat dilectam, ita ut verè nunc ab ea dicatur; *Ego dilecto meo*. haud melius probari pōt, quā per id, qd à Christo ipso in huiusce rei confirmationem dictum uidimus in capit 6. vbi dixit; *a Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ.* Quomodo vero propter istam Christi dilectionem dici ab eadem verissimè potuerit: *Et ad me conuersio eius*. eo sensu, qui explicatus est in prima expositione, explicatur ab Apostolo Paulo modicis hisce verbis.

b Eph. 5.25 *Ad ecclesiā Catholicā quæ conuersio fuerit Christi. In Eucharistia cōsecratione amor Christū subijcit potestati Ecclesiæ.*

b Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Certe enim haud à quopiam ad hoc impulsus nisi fuit quia desideriū, conuersionemq; suam ad illam habebat, per hanc verò conuersionem ita pro ea tradidit semetipsum; vt eius quoque se subiecerit ptāti. Id qd vel in vna apparet potestate, quā ei cōcessit cōsecrādi corporis, & sanguinis sui: Ita namq; ingenti hac amoris vi ad hanc suam solam conuertitur dilectam; vt ad prolationem verborum consecrationis sacerdotum ei præsens accurrat; adeo vt & nunc pariter id proferri queat, quod dicitur in lib. Iosue, *c Obediēte Deo voci hominis*, nedū stetisse Solem, sed & adstare ipsummet Deum. c Ios. 10.14

Vers. X. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

I. SENSVS. *Matrimonij spiritualis, atq; car-*

INsigne ex hoc loco colligere fas est discrimen connubii spiritualis animæ cū Deo, & cōnubii carnalis inter virum, & vxorem. Enimuero in cōnubio carnali mulieris conuersio est ad virū, sub

DE ANIMA.

A cuius potestate est, vt experientia cōprobamus, & habemus aperte expressum, in 3. c. lib. Gen. *d* vt explicatum est in prima exposit. At in connubio spirituali è contrario rem se habere, ipsamet, quę id probauit, pia asserit anima, dū hic ait: *Ego dilecto meo, & ad me conuersio*, seu, *appetitus*, & *desiderium*, atque *propensio eius*. Rationem huius discriminis hanc esse, censeo; quod in primo carnis connubio à viro culpa reiecta est in coniugem: sic.n. legimus in loco citato libri Genesis; *e Dixit Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi*. Ideoque cum in peccati pœnā hæc a Deo constituenda esset conuersio appetitus, atque subiectio, in mulierem decerni illa debuere, in qua maior reperiebatur culpa: Ideoque

nalis insigne discrimen. d Ge. 3.16. *Mulieris potestas per cōuersionē ad virū ob modicā eiusdē viri charitatem.* e Gen. 3.16 *In matrimonio spirituali Dei conuersio est ad animam sponsā, & cur.* f Isa. 53.6. & 12.

B eodem loco dicitur: *f Mulieri quoque dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios; & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Itaque, si rem exacte perpendamus, in connubio carnis id haud aliunde prouenit, quam ab exigua charitate Adæ erga coniugem suam, quippe qui se ipsum magis, quam suam dilexit vxorem; exinde enim hanc ei intulit pœnā. In connubio verò spirituali; quia Deus culpam peccatorum in semetipso suscipit, iuxta illud Isaiæ: *Posuit Deus in eo*, scilicet filio suo, *iniquitates omnium nostrum; & ipse peccata multorum tulit*: pœnam, quæ propter peccatum animæ debebatur, in se pariter suscepit, iuxta illud item Isaiæ: g Isa. 53.4

C *g Verè languores nostros ipse*, scilicet Christus Dei filius, tulit, *& dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra*. Simulque in hoc patefecit, quo ipsum adduxerit desiderium, quod habet ad animam, quippe qui à nimia charitate erga illam eò impulsus quodammodo fuit, vt proprio filio non pepercerit, sed pro singulis animarum tradiderit illum: quin & singulis quasi in seruum tradidit, donauitque eumdem, prout colligitur ex iis Pauli verbis: *h Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiā cum illo omnia nobis donauit*; donasse autem vt seruum, ipsemet significauit, cū dixit: *i Ego sum in medio vestro sicut qui ministrat*, Et, *K Nō veni ministrari, sed ministrare*. In eo verò charitatem istam maximam, suamque hanc in animas conuersionē commendauit, vt ait Apostolus, *l* quoniam hæc omnia fecit, *cum adhuc peccatores essemus*. Quòd si tanta Dei extitit conuersio, & propēsio ad animā, cum adhuc peccatis denigrata esset; qualem illā esse credimus in eamdem, iam per iustificationem sibi desponsatam, adeoq; pulchram in gratia redditā; vt perfecta ab ipsomet pronuntiata sit *m*; Sanè nō dedignabitur, id ab illa sibi tribui, quod ipse aliàs ad pœnam tribuit feminæ, *Et ad me conuersio eius*. Quin & illud, qd per eadē verba significatū uidimus; sub mei potestate es; quā doquidē id et per Isaiam Prophetam liberè significari voluit iis verbis: *n Ad vocem clamoris tui, statim vt audierit, respōdebit tibi*. Ac si minister eius esset, illius obseruans mandata. Significauit & Dominus Iesus hanc Patris subiectionē ex nimio amore sibi assumptā, cum in Euangelio Ioannis ea habet verba *o*: *In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrē de vobis: ipse enim Pater amat vos; quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui*. idest, ex quo in fide, & charitate despōsæ mihi estis, haud operæ pretium est, vt ego pro vobis rogem Patrem: ipse enim Pater amat vos, eòq. ab hoc deductus est amore, vt vestris obsecū daturus sit petitionib. Ideoq. crediderim, Apostolum

h Ro. 8.32

i Lu. 22.27 k Mat. 20.

l Rom. 5.8

m Cāt. 6.8 *Deū impulit amor, ut subiectus quodāmodo fieret aīæ suæ spōsæ.*

D

E

n Isa. 30.19

o Io. 16.26.

DE ANIMA.

lum Paulum ea locutionis formula aliquando vsum esse *a*: *Nihil solliciti, sitis*; id est haud operæ pretium est, vt quæ Deo desponsæ estis, iam amplius angamini solicitudine rei cuiuspiam; Sed *in*

a Phi. 4. 6.

parvi, in omni, scilicet, *re, oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum*; id est, satis est, vt in qualibet re vestra aperiatis os: Habetis enim Deum ad vos conuersum; vt, quasi famulus vestras obseruet petitiones Date vos operam, vt illæ ei innotescant; & tutò cōiungite gratiarum actionem cum ipsamet oratione, & obsecratione vestra, pro certo habētes, Deū statim ac petitiones vestræ illi innotuerint, executioni eas mandaturum, prout ipsemet contestatus est in Euangelio, dicens *b*; *Quicquid orantes petitis credite quia accipietis, & fiet vobis*. Neque vero orandi verbum, & vocabula orationis, & obsecrationis hisce repugnant, quæ hucusque dicta sunt, vt videlicet haud dici queat, amorem Dei in animam sponsam suam eò illum deducere, vt quasi minister ad ipsam conuersus, stet paratus, simplici eius petitioni, & simplici eiusdem dicto obedire: nam in Euangelio secundum Marcum apertè, & id contestatum voluit Christus Iesus, vbi dixit *c Habete fidem Dei*: idest, ò anima esto tu Dei spōsa, desponsata illi in fide: *Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti; Tollere, et mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat* (en imperium sponsæ) *fiet ei*: A quo fiet, nisi a Deo, cuius ea est conuersio ad ipsam, vt illico obediat voci illius, sicut dici voluit in libro Iosue, *d* se obedisse voci ipsius Iosue, cum is imperauit Soli, vt staret, & ille ad eius imperium stetit.

b Marc. 11. 24.

c Mar. 11. 22.

d Iosu. 10. 14

Dei desiderium est ad Deo, eiusdē verò cōuersio dicitur ad iustos, & cur.

e Gen. 3. 16

f Zach. 1. 3

Noster Interpres vertens: *Et ad me cōuersio eius* potius quàm; *Et ad me desiderium eius*; seu, *& sub mei potestate is est*, prout eumdem vertisse vidimus in 3. cap. lib. Gen. *e* ad illud eiusdemmet Domini respexisse videtur, quod in cap. 1. Zachariæ dixit *f*; *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*. Vt intelligeremus, charitatem quidem Dei in animas singulas eam esse, vt propterea desiderium illius sit ad singulas earum, desiderans, ipsas vniuersas saluas fieri; Conuersionem tamen suam ad illas duntaxat habere dici posse, quæ ad ipsum cōuersæ essent, de quarum sanè numero hæc est, quę hic loquitur. Et ratio huius rei est, quia re vera Deus, sicut desiderium habet ad omnes animas, ita & ad vniuersas earum est semper conuersus, cum ipsemet dicat *g*. *Ego Dominus, & non mutor*. Sola tamen, quæ eius sponsa est, hoc vere proferre potest; *Et ad me conuersio eius*: quia & ipsa sola ad illum est vere conuersa. Exemplo quodam probari, & explicari id potest. Repertuntur imagines quædam eo artificio a peritis pictoribus depictæ, vt quacumque ex parte inspiciantur, semper videantur, oculos ad intuentes habere cōuersos. Huiuscemodi sanè imagines ex parte sua semper ad quoscumque conuersæ sunt, qui in illo reperiātur cubiculo, vbi ipsæ fuerint; quòd si quis minimè percipiat, ab illis se respici, id haud ab eis, sed ab ipso prouenit potius, qui suam auertit faciem; ideoque vt primum is ad illas sese conuerterit, eas pariter ad se animaduertet cōuersas. Quid simile, & in re nostra fieri censendum est. Bene autem, quasi ad ipsam solam ista Dei esset conuersio, pia anima ait; *Ego dilecto meo* sola dilecta sum; *& ad me* (scilicet solam) *conuersio eius*. Sicut enim ingens aquarum riuus subtus terram per cuniculos currens, cum in medio cursus apponuntur fistulæ, ita ad illas conuertitur, vt quotquot appositæ sint, ad aquam conuersæ impleantur, æque ac si totus ad ipsas singulas ille esset conuersus; quippe qui cum tāta redundet aquarum copia, ita omnes, & singulas implet, ac si vnam duntaxat impleret. In eumdem modum Deus quoque, cuius vt fluminis impetus lætificat ciuitatem patriæ cælestis, atque etiam Ecclesiæ, quando animæ sese ei aperiunt ad ipsum conuersæ, ita ad singulas earū conuertitur, impletque illas, ac si ad vnam tantū conuerteretur.

g Malac. 3. 6.

Dei conuersio quō fieri dicatur ad animas.

Simile.

Dei conuersio quo dicatur esse ad vnā solā animā.

Simile.

DE B. MARIA

II. SENSVS.

Aia sancta digna soli Deo.

Haud minus autem verè, & rectè dici poterūt ab anima eadem in responsionem ad id, quod significatum sibi acceperat, ipsam dignam esse, quę alii dilecto, præterquam vni Deo dilecto suo, gustum exhibeat, iuxta sensum secundo loco allatū in prima expositione; dicens: *Ego dilecto meo*, soli nimirum digna sum; eo modo, quo & Apostolus Paulus, prout alias me notasse memini, de sanctis qui in fide a Deo probati fuere, dixit: *h Quorum dignus, nō erat mundus*; Sat namq. persuasum habet Dei sponsa, respectu capacitatis suæ, qua Deo dūtaxat immenso digna est, quicquid est in mundo extra ipsum Deum, iure dicendum *i* vanitatem vanitatum. Ad retundēdum verò id, quod à quopiam dici potest mundano, habere se quoque dilectum, cum à Principe aliquo, vel ab alio quopiā diligi videatur, prout ea significarat, quæ dixerat, *K Dignum dilecto meo ad potandum*; vt rectissime & id addere debuit; *Et ad me conuersio eius*; idest, & Deus, cui me soli dignam censui, ad me solam (eo sensu, quem iam explicaui) vt ad se dignam, desiderio propensus est; atque adeo *ad me* est & *conuersio ipsius*. Id quod apertius explicatum reperitur in lib. Sapientiæ, vbi de increata sapientia, atque adeo de ipsomet Deo dicitur; *l Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis*.

h Heb. 11. 38.

i Eccl. 1. 2

Aia sancta dignam se cēset Deo, & quō ad illa solā sit Dei conuersio.

k Can. 7. 9

l Sap. 6. 17

Vers. X. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

I. SENSVS.

DVobus modis tribui hæc possunt Virgini Benedictæ. Primo, vt eodem sensu hæc, proferat, quo alias dixit; *m Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes*, Aeque enim est, ac si dicat.

m Luc. 1. 48

Verbū descendit quodammodo vt lapis in propriū centrum.

PARAPHRASIS.

Humilis quidem, & vilis ex me eram; attamen *ego dilecto meo* sola; quia me solam dilexit præ ceteris, me solam respexit; sicve *ad me eius* extitit *conuersio*, vt in vterum meum, vti petra in proprium centrum, & vti fluminis impetus in proprium alueum descenderit; ex quo factum est, vt beatam me dicerent omnes generationes; sicuti è contra Euam matrem ærumnarum omnes alias ea data est potissima; vt *n conuersio* ipsius esset *ad virum*.

n Gen. 3. 16

Secundò, vt ad encomium præcedens de inexplicabili sui gustu respōdeat, cōfirmans id, quod in eo dictum fuerat, similem illum esse gustui, & felicitati Christi, vt tantumdem sit, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Etsi semper solius Christi dilecti mei fuerim, nunc tamen ad cœlestem thronum exaltata multò magis me, & quicquid ī me est, illius esse agnosco, & fateor; *Ad me conuersio eius*. Quamobrē ex eius conuersione, vt vas crystallinum, quem in me suscipio beatudinis illius gustum, & speciem,

hunc

APPENDIX. hunc vobis & refero: Ideoque non abnuo, quod aſſeris, mei guſtum dignũ eſſe dilecto meo, ſimul ac tuo: eius enim eſt magis, quàm meus.

Verſ. X. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Dixit Ieruſalẽ: In omni tempore, quo ego ambulabo in via dominatoris ſæculi, habitare facit maieſtatẽ ſuã in medio mei, & ad me eſt deſiderium eius, & in tempore, B quo ego declino à viis eius, aufert maieſtatem ſuam à me, & transfert me inter populos, & ipſe dominatur in me ſicut vir, qui dominatur vxori ſuæ.

Conuerſus ad nos Deus in Incarnatione. Caſſiodo. Iuſtus. Aponius. Beda.

Tributa hæc reperiuntur à Patribus vel Synagogæ, vel Eccleſiæ, vel piæ cuique animæ. Si Synagogæ tribuantur, ad Incarnationis myſterium referuntur à Caſſiodoro, Iuſto Orgelitano, Aponio, & Beda, quod ita explicat Caſſiodorus; vt quia in præcedentibus. *Dixi, Aſcendam in palmã*: promiſerat Verbũ, ſe in carnem venturum, & pro humano genere paſſurum, ipſa iam gratulabunda dixerat: Scio, illũ ſpirituali preſentia mihi ſemper adeſſe, & ideo ego ei vt *dilecto meo* omni deuotione C famulari cupio: ſed tandem *ad me conuerſio eius*: quia opto, vt tandem ſicut promiſit, in mea ſubſtantia mihi appareat,

Theod. Eccleſię vero ita hęc tribuit Teodorit. Ego fraterno meo me ipſam conſecraui, & alienam tum Gentilium, tum Iudæorum, tum hæreticorũ conſeutudinem contempſi: nam ipſe quoque me ceteris antetulit, & ad me ſe ſe conuertit. Cũ.n. prius vbi reclinaret caput, nõ haberet, iã reperit, vbi illud reclinet: cumq; multas habeat concubinas, & Reginas, & adoleſcentulas, me omnibus anteponit. Neque verò patiar, vt ego ſola ſacra illius fruar conſuetudine, ideo dico *Veni*, &c.

Tres Patr. Eodem ferè ſenſu & Tres Patres apud eumdẽ Theodoritum, pię hæc tribuunt animę.

D

Ambroſ. *Status triplex animę in Dei amore.* a Cãt.2.16 Sed Ambroſius in lib. de Iſaac, & Anima ca.8. cõſiderat, tribus vicib. à ſpõſa diuerſimode hęc repetita in hoc cantico, ad deſignandum triplicem animę ipſius ſtatum in Dei amore, ac famulatu; nimirum tyrocinii, profectus, & perfectionis. Primò namq; in cap.2. inquit: *a Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & amoueantur umbrę*: quia in prima inſtitutione adhuc umbras videt anima nec dum Verbi appropinquantis reuelatione commotas; ſic & in b Cãt.6.2. principio Eccleſiæ adhuc ei Euangelii dies non refulgebat, Secũdò, in cap.6. *b Ego* (inquit) *dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur, inter lilia*, In profectu namque ſine vmbrarum confuſione odores pios carpit. Tertiò demum hoc loco ait: E *Ego dilecto meo, & ſuper me conuerſio eius*, quia iam perfecta requiem in ſe Verbo miniſtrat vt cõuertatur ſuper eam, & caput ſuum reclinet, atque requieſcat.

Greg. PP. *Conuerſio Dei ad animã eſt per viſitationẽ ſpiritalẽ.* Porrò conuerſionis vocabulum communiori ſenſu pro dulciſſima Dei viſitatione apud Patres accipitur; vt quod hic ab eadem anima dicitur, tale ſit, vt bene explicat Greg. Papa: Quoniã fide, & dilectione ſoli Chriſto adhæreo, ſolum ſequor, ſolum cum Patre & Spiritu ſancto unum Deum videre concupiſco, reſpectionis eius ſuauitatem, viſitationis benignitatẽ, & conuerſationis dulce- A dinem gaudenter experior.

LITTERA.

Ad exauditionem orationum, eamdem vocem refert Iuſtus Orgelitanus, vnde hæc explicat per illud Iſaiæ: *c Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus dicam, ecce adſũ*, id eſt, ego exaudiam, *dicit Dominus*. Iuſt. Org. c Iſa.65.24

Conuerſio Dei ad animã eſt per exauditionem orationum. Sed Philo Carpathius eam ipſam intelligit de Dei cõuerſione ad animã per remunerationẽ: Ac ſi dicatur: Ego ſeruiam nunc filio Dei, & ille affatim me remunerabitur, cum ſecundò aduenerit iudex ſeſſurus omnium. Addit vero Philo: Sed illi primũ conuertamur oportet, & ille ad nos omnino, ſicut ſcriptũ eſt: *d Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* d Zach.1.3

Verſ. XI. Veni dilecte mi, egrediemur in agrum, commoremur in villis.

Expoſitio Prima. Iuxta ſonum Litteræ.

CVm ſponſa ſociabus ex improuiſo dilecti ſui aduentu, quo illũ à longe ſibi obuiam procedere animaduertit, ſingularem eius explicaſſet charitatem erga ipſam, vt viſum eſt in præcedenti ſententia, in qua & id pariter eſt conteſtata totam ſe illius eſſe debere ſolius, à quo ſola ea diligeretur charitate, vt ad ipſam & tota conuerſio, totũ deſideriũ, totaq. animi eius eſſet propẽſio: appropinquante iã illo, ad illũ, dimiſſis ſocijs, occurrit: Et quia huc vſque ad Ciuitatem iter habuerat, ob id duntaxat; quia illum intra Vrbis męnia reperturum ſperaret: eo inuento reſpuit jam Vrbis frequentiam; verenſque, ne à dilecto in Vrbem ipſam tunc duceretur (erant enim adhuc in itinere, & prope Ciuitatẽ) illum præoccupans, inuitat, vt conuerſo itinere, vlterius ſimul in agrum egrederentur, ruſve tenderent, & ibi in villis commorarentur, ſeu (vt ex Hebræo verti poteſt) pernoctarent: ad veſperam enim hęc habita fuiſſe idicat. quod ſubſequitur: *Manè ſurgamus ad vineas*, & c. vbi & rationẽ afferet, curtus dilectum inuitet.

Porrò tametſi locus iſte nulla inuolutus ſit difficultate, ita vt haud operæpretium ſit, vt in eo detineamur; duo nihilominus notanda mihi videntur. Primum, ex his colligi, quã conſoni moribus repræſententur a Spiritu Sancto duo coniuges, quippe qui ſicuti haud inuicẽ ſibi in mutua cedunt dilectione, vt vel ex præcedenti patet ſententia: ita nec in ſedulo ſibi cedunt ſtudio rei familiaris. Ideo enim ſicut in cap.2. *e* dilectum repræſentatũ vidimus, qui ſponſam inuitaret, rus vt egrederetur: itemque & in cap. 4. illum ipſum vidimus *f* inuitantem eamdem ad montem myrrhæ, & collẽ thuris; ita & in principio huius vltimi actus *g* ſponſam in ſcena repręſentauit deſcendentẽ in hortum nucum, vt videret *poma conuallium*, &c. & nunc eamdem in itinere proponit, dilectum ſuum pariter inuitantẽ, vt rus egrediatur. e Cãt.2.10 f Cãt. 4.6. g Cãt.6.10

Egredi in agrũ quid ſignificet. Alterum, quod notandũ mihi hic videtur, eſt circa vim verbi egrediamur: Vtitur. n. hoc loco ſponſa ea loquendi formula, qua vti cõſueuimus, quando extra vrbem exiſtentes, & quempiam in itinere obuiam habentes, quem nobiſcum ducere vellemus, in hunc modum ſolemus illũ affari: *Egrediamur in agrum.* Licet enim in agro ſimus, egredi nihilominus dicimus in illum tum quia volumus comitem illum à Ciuitate auertere, ac ſi is animo iam in illa eſſet: tum quia è

DE EC-CLESIA.

trita communique semita egredi optamus,& vlterius in agrum procedere. Quamquam facilius dici forsitan posset,agri nomine hic designatum agrum quempiam eorum particularem,propriúque rus aliquod,in quo plures essent villæ: Ad hunc enim proprio verbo ait,egrediendum ex cæpto nimirum itinere,atque è locis iis,in quib.tūc reperiebantur,vt soli videlicet eò commigrarent sponsa,& sponsus.Hæc dixi;quia pro apta antecedentium,& consequentium totiusque actus huius quinti connexione haud consentire cum communi possum sententia, quæ propter vim huius verbi egrediendi,asserit,hæc intra Ciuitatem habita fuisse.

Verſ.XI. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum,commoremur in villis.

Expositio Secunda. De prima sponsa,quæ est Ecclesia Sancta.

Prædicatorū sanctorū progressus i charitate qualis.

QVę in cap.2.blanditiis maximis,summoque artificio ad eumdum in mundum vniuersum,& prædicandum,disseminamdumque Euangelium vocata iam à Christo fuerat iis verbis: *a Surge,propera amica mea,columba mea, formosa mea,& veni:Iam enim hiems transiit*,&c. quæve ibi in tutum Dei confugium fuerat inuitata iteratis iis verbis; *b Surge amica mea, speciosa mea,& veni:Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*:vt videre est in secundis expositionibus eorum locorum:progressum nūc eidē dilecto suo exponit Sanctorum Prædicatorū suorum Ecclesia sancta,propriosve,quos in illis fecit progressus in charitate illi nunc patefacit, quippe quæ haud iam amplius ad prædicandum excitari ab eo expectet,quin potius ipsa ad id illū inuitet;& admodum congruenter statim ac ea protulerat verba: *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*:Cum enim nosset,primæ mulieri tunc à Deo dictum: *c Et ad virum tuum conuersio*,seu,*desiderium tuum*: immediate post commemorationem conceptus,& partus filiorū,(sic enim ibi dictum vidimus: *Mulieri autem dixit Deus; Multiplicabo ærumnas tuas,& conceptus tuos,in dolore paries filios & ad virum tuum conuersio*,seu, *appetitus tuus* , qđ in Vulg.legitur:*Et sub viri potestate eris*.) arbitrata & Christi conuersionem,atque desiderium ob id in primis esse ad ipsam,quia ex ipsa,& per ipsā filiorum prolem , conuersionemque infidelium ad fidem,& iniquorum ad iustitiam desideraret; sicuti & mulieris quoque cōuersionem ob prolis pariter appetitum,ad virum suum esse,non dubitabat;Hanc prolem & se super omnia optare,eidē significat dilecto,ad illamque egregiis illum inuitans metaphoris,ait;*Veni dilecte mi,egrediamur in agrum,commoremur in villis*.

a Cāt.2.10

b Cāt.2.13

c Gen.3.16 Iuxta Hep.

Ecclesia ardēter desideret filiorum prolē in Euangelio genitā.

Circa quam sententiam,quæ tres habet partes, tria notanda sunt.Primum,Sanctorum Prædicatorum charitatem eo progressam,vt iam laborem prædicationis in iis insumere satagant,qui bestiarum more in carnis libertate effrænes , per agros huius mundi absque vlla veri Dei cognitione, & absque rectæ rationis vsu spatiantur: Taliū enim bestiarum propriam sedem esse agrum,exinde deducitur,quòd frequentissimè in sacris litteris ab agro ipso denominantur vulgata illa appellatione bestiarum agri.

Notandum secundò,prudentissimè Ecclesiam, & necessario inuitare Christum dilectum suum,

A vt egressuræ in prædicatoribus hisce suis ad talem agrum,comitem is se exhibeat,dicēs: *Veni dilecte mi,egrediamur in agrum*;quoniā recolit, per Prophetam quemdam dictum: *d Nolite exire ad agros,& in via ne ambuletis,quoniam gladius inimici pauor in circuitu*.Animaduertit,& vndiq. à Principe huius mundi cōmouendas aduersum se turbas;præintelligit,quæ à Tyrannis sibi imminent tormenta,vulnera,& persecutiones ; satisque habet exploratum,sine Christo Duce , sine Christo comite facile se deiici posse , cum è vestigio, si is adsit comes,nullus timendus sit , non castra, non prælium,non gladius,non denique pauor vllus , iuxta illud psalmi: *e Si ambulauero in medio vmbra mortis,non timebo mala,quoniam tu mecum es*.

d Ier.6.25

Prædicatoribus necesse,vt Christus adsit comes.

e Psl.22.4.

B Quinimo spem certam cum huiuscemodi comitatu habet futuræ prolis in agro ipso , iuxta id,quod ab ipso Domino prænuntiatur apud Isaiam: *f Glorificabit me bestia agri,dracones,& struthiones,quia dedi in deserto aquas , flumina in inuio , vt darem potum populo meo electo meo.Populum istū formaui mihi,laudem meam narrabit* .

f Isa.43.20.

Notandum tertiò,per id,quod adiicitur in tertia parte:*Commoremur in villis*:aliud designari eorumdem prædicatorum studium,in quo non minus exhibetur charitatis specimen,Enimuerò vil-

C larum appellatione hoc loco significantur oppida,& suburbana,mœnibus destituta,quorum incolæ rustici esse solent,pauperes simplices, viles, atque ignari. Et certè , si quod est charitatis opus istud est,cum insignes Prædicatores pauperum , simplicium,& ignorātum eruditioni insudare nō erubescūt;Insudare,inquam;quoniam simplices, atque ignorantes,sicuti sunt incolæ villarum absque mænibus,ideoque omnium insultui exposita rum,ita absque scientiæ,veritatisque,& recti cognitione,quibus veluti præfortibus muris munitæ sunt animæ sapientum,facillime,& infidelium atheismo,& hæreticorum deceptioni,& impiorū quoque fidelium aditum præbent erroribus.Vnde & Redemptor noster dicebat Apostolis. *g Eamus in proximos vicos,& Ciuitates , vt & ibi prædicem,ad hoc enim veni*.Quo loco notandum,in hac

Prædicatores Sancti libenter in villis prędicāt idiotis, & pauperibus.

g Marc. 1. 38.

D Christi prædicatione vicos, qui idem sunt atque villæ,præpositos Ciuitatibus ob rationem præallatā.Indicatur hæc ipsa ratio clarius per id,quod habetur in textu Hebraico, verbum , נלינה nalinah,& pernoctabimus: per illud enim significat Christi sponsa,prædicatorum pauperum indulgere se velle conuersioni ; quoniam ii in obscurissima sunt ignorantiæ nocte.Sed per verbum , *commoremur*,quo vsus est noster Interpres vnà cū Septu.seu,*requiescamus*,vt legit Ambr.lib. de Isaac, & Anima c.8.alteram habemus rationem insudationis,fundatam in eadem,quæ primò allata iam est,quòd per tantum temporis ei indulgendū est studio quantum ruditas prædictorum pauperum

Ambr.

E exposcit,Neq,enim Sancti Prædicatores pauperū percurrunt villas,sed diutius in earum se detinēt eruditione.Quod ergo hic ait Ecclesia, breuiter tale est,

PARAPHRASIS.

Sācti,qui in me sunt Prædicatores,studio se dedere volunt conuersionis infidelium,& eorum,q moribus,& vita bestiæ agri dicendi potius sunt , quàm homines,sine te nil efficere possunt,*Veni* amabò,*egrediamur* simul *in agrum* mūdi huius ad has istius agri bestias:Quia verò iidem & summo illi indulgere volunt operi charitatis,vt pauperes rusticos,& ignorantes erud ant,quod facile te comite,perficere poterunt,*commoremur in villis*.

Vers.

DE ANIMA.

Vers. XI. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

In contemplatione aiam se Deo dat.

FActo iam id probare satagit pia anima, quod in præcedenti sententia dixit, totam se Dei esse dilecti sui, illi vere totam se exhibere nitens in studio contemplationis, *veni (inquit) in agrum, cõmoremur in villis*: Congruentissime autem contẽplationis studium agri exprimit vocabulo; quia & illud in solitudine, longeque ab hominũ conuersatione exerceri solet; & nonnunquam agrum eas dici terras, quę sunt in solitudine, longeque à conuentib. humanis, ac sicut ager, si excolatur, ingentem profert fructuũ vbertatem, quibus nutrimur in corpore; ita & contemplatio, si recte exerceatur, tantam profert uirtutum copiam, vt per eas in vita alamur spirituali. Vnde bene & in li. Gen. dicitur de Sancto Isaac; *Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die*. Nec minus congruè particulares meditationes villarum nomine designat, quandoquidem sicut villas ea appellare solemus prædia, in quibus præclaræ in agro sunt habitationes, ad id potissimum extructæ, vt in illas tunc se conferant homines, cum à mundanis negotiis respirare voluerint, cum ex infirmitate aliqua conualescere, aut quoquo pacto se recreare desiderant, & cum fructus ex agro colligere, atq. seruare curauerint: Ita & meditationes pariter præclara sunt ædificia ab anima ipsa in agro contemplationis sibi extructa, in quibus illa fugiens præsentis sæculi negotia, quiete commoretur, in quibus & commorans ex qualibet peccati ægritudine conualescat, summisque fruatur deliciis, ac demum eximios virtutum colligat, seruetque fructus.

Simile.

Contemplationis studiũ quam recte dicatur ager.

Ge. 24. 63.

Meditationes nominata villę, & cur.

Anima pia nil in hoc mundo degustat, nisi esse cũ Deo in contemplationis studio.

Bene quoque pia anima, cum Deo dilecto suo egredi se, inquit, velle in agrũ contemplationis, & commorari in villis meditationum, cum voluptatem nullam percipiet ex hominum cõuersatione. Quinimo quamuis terrenarum rerum copia exuberet in sæculo, quamuis prospere sibi cuncta contingant, minime tamen ex commodis hisce quippiam percipiat voluptatis, nec vnquam verè se arbitratur lætam, nisi cum sibi egredi liceat in hunc contemplationis agrum. Qua in re videtur se habere instar auis illius, quæ tametsi in cauea omnibus abundet rebus, tum quæ ad victũ sunt ei necessaria, tũ quæ voluptati illi esse possent: ię tam tamen nunquã se reputat, quoad vsque permissum sibi fuerit, è cauea ipsa in agrum egredi, liberè volare, & commorari in foraminibus. Iure aũt cum Deo egredi vult, quem vnũ habet dilectum: quia nec homines ardenter quempiã amantes, villarũ quidpiam percipiunt gustus, ni amicũ illum comitẽ habeant, ideoq. ipsum inuitant. Et experientia comprobamus, ẽt summos Reges, ac Princeps, ad quos difficillimus aditus esse solet, cũ in palatio, Regioq. in throno resident, in villis cõmorantes ẽt cum infimis rusticis libentissime conuersari. Et hoc ẽt illud est, quod aĩa intendit, cum illum dictũ inuitat agrum, & villas, vt familiariter cũ eo agat, vti cũ vnico dilecto. Neq; vero ad modicũ tẽporis huic indulgere vult studio contemplationis, & familiariter agere cum Deo, sed delectatione maxima diutius in eo optat persistere: id nãque iis indicat verbis: *Commoremur seu, pernoctemus, aut, requiescamus in villis*.

Simile.

Simile.

Michaelis Ghislerii.

DE B. MARIA

Vers. XI. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

Expositio quarta. De tertia sponsa quæ est Beata Maria.

EXcitat per hæc Virgo Gloriosa dilectũ suũ, ut tametsi in cœlis fructum laborum suorum summa manducent felicitate, per specialia tamẽ auxilia simul in agrum egrediantur Ecclesiæ huius inferioris, cui benedixit Deus, iucundeque in illa commorentur, æque ac iucunde Reges, atque Reginæ in rusticis commorantur villis, qui opulentissimas in vrbe habent ædes, regiamque supellectilem, & hortos, ac nemora omni voluptatum copia exuberantia. Non dicit autẽ: *Commoremur in villa*, sed *in villis*: singulas quasque illi proponens Ecclesias particulares pariter pias animas, quando quidem in singulis earum aliquid reperturi sint, quod ipsis delicias afferat, ita vt & nunc pariter id verè proferant; a *Et deliciæ nostræ esse cum filiis hominum*. Explicat autẽ in subsequentibus, quas in huiusmodi villis reperturi sint delicias.

Maria chrĩstũ in Ecclesiam, & in pias aias inuitat.

a Pro. 8. 31

Vers. XI. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica, Quando peccauerunt populus domus Israel, transmigrare eos fecit Dominus in terram Seir Regionis Idumeæ. Dixit cœtus Israel: obsecro te, Dominator totius sæculi, suscipe orationem meam, qua ego oro coram te in Vrbibus transmigrationis meæ, & prouinciis populorum.

Vniuersæ veterũ Patrum sententiæ in explicando hoc, & sequenti versu ad tres possunt reduci. Excitatur enim *Deus* vel ad Incarnationem, vel ad conuersionem populorum, vel inuitatur idem in ipsam fidelium Ecclesiam.

Inuitatur Verbum, vt incarnetur: Vnde Ambrosius serm. 19. in psal. 118. vers. 4. Aduertis, ait, quẽadmodum sponsa Verbum inuitet Dei, vt ueniat in terras, & tollat peccata mundi; Ager hic erat ante desertus, sentibus nostrorũ squalliduis peccatorum, horridus spinis: Castellum erat (legi enim: *Commoremur in castellis*) in quo relegatus Adã prepetuo suæ posteritatis heredes stringebat exilio. Illo ergo ducit Ecclesia Christũ, vt Adã liberet: deinde exulibus absolutis, cępit illius nũdi ager idoneos habere cultores, & qui erat ante ieiunus, factus est uitis æterna plantatione fœcundus. Nec tamen sic spiritualibus læta palmitibus euagatur, sed ad has uineas vocat Christum, vbi psallentes sint, & orãtes: vbi noctibus, ac diebus fructus innoxius perseueret. Hisce consententia habet & Cassiodorus, ac Beda, sed & Greg. Papa clarius, breuiusque ita hæc explicans: In agrum cum sponsa sponsus egreditur, quando Verbum Dei, carne suscepta, in thalamo Virginis mundo monstratur. In villis commoratur, quando gentes per fidem visitat, quam recipientibus largitur.

Ambrosi.

Ad incarnationẽ excitatur Deus à Patribus.

Cassiodo. Beda. Greg. PP.

Inuitatur secundò idem in Ecclesiæ agrum ad conuersionem populorum, iuxta sententiam Cassiodori, Aponij, Bedæ, Anselmi, & aliorum.

Conuersioni infidelium indulgere.

APPENDIX. Præ ceteris autem id clarius explicat Cassiod. Ac- A que est, inquit, ac si Ecclesia dicat: Iam mysterio Ascensionis assumptum hominem ad cœlos subleuasti, sed *veni*, diuinæ maiestatis præsentia me sæpius visitando, *egrediamur in agrum* mundi huius. Prædicemus tuæ Incarnationis fidem mundo *in villis*, ac pagis *commoremur*, ipsis quoque paganis fidem tuam annuntiantes.

Satagat Ecclesia. Cassiod. Aponius. Beda. Anselmus.

Sed communiori sensu inuitatur idem Verbū in fidelium Ecclesiam, agrum cum fertilē ad progressum eorumdem fidelium: Vnde Theodoritus, sponsum (inquit) vt animarum vilium adhuc, & abiectarum, quas metaphoricè agrū, & villas nominat, curam gerat, spōsa cohortatur. Neq. enim dicit; Egrediamur in Ciuitatem, sed *egrediamur in agrum, commoremur in villis*. Similiquemo B do Tres Patres piam animam ita loquentem inducunt: Age dilecte mi, exeamus ad chorum discipularum mearum, quem, vt agrum a tribulo, & spinis, à vitæ solicitudinibus, & prauis cogitationibus eum suffocantibus purgaui. *Egrediamur* ostendentes illi spiritualem coniunctionem nostram in virtutum moribus per actionem expressis. *Commoremur* in animab. quæ nomini tuo, vt villę incolas suos, cunctas, potentias, sensusque dedicarunt. Has tu domicilium tibi in Spiritu sancto cōstitues; ego verò illis meipsam, quo tibi placeant, exemplum præstabo.

Deus in Ecclesiam inuitatur. Theod. Tres Par.

C At excellentius Ambrosius in lib. de Isaac. ca. 8. ait; Supra ad hortum inuitabat, hic ad agrum habentem non solum florum gratiam, sed etiam triticum, & hordeum, hoc est, solidarum frumenta virtutum, vt fructus eius aspiciat.

Ambros.

Qua ratione autem exire eum in agrum vellet intellectus manifestus est, vt quasi bonus pastor pascat gregem suum, lassos alleuet, reuocet errantes. Ergo quasi perfecta anima non pro se, sed pro aliis interueniēt, vt de sinu patris exeat, vt procedat foras tamquam sponsus de thalamo suo, egrediens curratviam, vt infirmos lucretur. In lib. autem 3. de Virginit. hunc locum afferens, & perpēdens, Audite (ait) quid dicat sacrosancta Ecclesia: *Veni frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis.* Multos ager fructus habet, sed ille melior est, qui & fructibus redundat, & florib. D Est ergo Ecclesiæ ager diuersis fœcundus copiis. Hic cernas germina virginitatis flore vernantia, illic tamquam in campis siluæ viduitatem grauitate pollentem, alibi tamquam vberi fruge coniugii Ecclesiæ segetem, replentem mundi horrea, ac velut maritatæ vineæ fœtibus, torcularia Domini Iesu redundantia, in quibus fidelis coniugii fructus exuberat.

Ecclesia qualis ager sit.

Idem tamen Ambrosius in orat. de ob. Valent. perpulchre hæc aptat inuitationi animæ decedētis ad gloriam: ac si dicatur. Venisti eò, vbi diuersarum virtutum fructus pro singulorum meritis deferuntur, vbi abundant meritorum prēmia. E *Exeamus* ergo *in agrum*, in quo non vacuus labor, sed fœcundus prouentus est gratiarum. Qd in terris seminasti, hic mete: quod ibi sparsisti, hic collige. Aut certe veni in illum agrū, qui est odor Iacob; hoc est, veni in gremium Iacob, vt sicut Lazarus pauper in Abrahę sinu, ita etiam tu in Iacob Patriarchæ tranquillitate quiescas. Sinus enim Patriarcharum, recessus quidam est quietis æternę. *Requiescamus in castellis*, vbi requies est tutior, quæ septo cœlestis refugii munita, atque vallata non exagitatur secularium incursibus bestiarum.

Ambr. *Mortuus in stat inuitatur ad gloriā cœlestis patriæ.*

Denique Hugo de Sancto Victore instit. monast. de claustro animæ c. 7. Egreditur, inquit, animus à contemplatione ad sui circumspectionem; egreditur à cura sui ad agendam curam proximi vt consoletur pusillanimes, corripiat inquietos, vt fiat ager virtutum, qui prius fuerat vepriom, & spinatum. *Commoremur in villis*, id est, in illis, qui sunt villani, id est rudes, & tardi ad percipienda documenta curiæ Christi. Quæ Hugonis verba referri possunt ad tertium sensum.

Hug. Vict.

Versic. XII. Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.

LITTERA.

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

IAm apertius sponsa totam se suo exhibet dilecto, voluptatem nimirum cōuersationis, rem familiarem, atque semetipsam: quæ omnia modicis iis verbis, a *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius*, negarat puellæ illi, quæ ei dixerat; b *Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ & odor oris tui sicut odor malorum*: Nec vllā amplius rationem habet vel sociarum, à quibus tot fuerat euecta præconiis, vel tam insignium earumdem laudationum. Solum iam alloquitur dilectum.

a Cā. 7. 10. b Cāt. 7. 8.

Egressi, inquit, ambo simul in agrum pernoctātesque in villis, vt primum diluxerit cum maximè delectat agri, & vinearum amœnitas, *surgemus* simul *ad vineas*, haud iam amplius ad laborem sed, vt voluptatem exinde capiamus, videntes, *si floruit vinea*, floribusque cadentibus, fructus apparere incipiat vuarum minutarum; nec non, & si, quæ pulcherrima nobis esse solent, *floruerunt*, & germinauerunt *mala punica*; Ibi autem in vineis, hisce meis, nedum oia, quæ ibi erunt, tua esse fatebor; sed quod præ ceteris ab aliis expetitum noui, quodve iam vna ex illis puellis liberè efflagitauit, *tibi*, vni *mea* concedam *vbera*, quæ amplexeris quæve vti botros vineæ iam exprimas, quod illa fa futuram se, asserebat; vinumque exinde colligas amoris mei, *& vinū* pariter illud *optimū* gustus, ac voluptatis, *dignū* te vera te solo *dilecto meo ad potandum, labiisque, & dentibus suis ad ruminandū.* Hic est facillimus illorum verborum sensus, magisque superioribus consonus, quā, si ex Hebræo legatur: *Ibi dabo tibi amores meos*; prout ferè communiter verti solet.

PARAPHRASIS.

Illud duntaxat breuiter est notandum hic circa vocum varietatem, quod in Vulgata legimus; *Mane surgamus*; efficacius apud Sept. vno verbo dictum ὀρθρίσωμεν, *diluculabimus*, id est, surgemus diluculo. Secundo, perpulchro ordine hæc poni iuxta versionem Aquilæ, & sextæ editionis, quæ pro eo, quod dicitur. *Si floruit vinea*, legunt *si ἤνθησεν, si germinauit vinea*. Primo enim in vite germen erumpere incipit, tum apparent flores, & vua minuta. Hanc siquidem vuam acerbam primò post flores apparentem Hebraicam vocem סמדר semadar significare ostendimus & supra in prima expositione verborum illorum versicu. 13. cap. 12. *Vineæ florentes dederūt odorem suum*. Vnde apparet, bene, quod in Hebræo dicitur;

Pag. 374.

DE ECCLESIA. dicitur. *Si aperuit vua minutula, & acerba*: à noſtro Interprete redditum, *Si flores fructus*, vuę ſcilicet, *parturiunt*. Sept. Hebraicam vocẽ nouo reddiderunt vocabulo *κυπρισμὸς*, quo vuæ flos ſignificatur. Denique quod dicitur, *ſi floruerunt mala punica*, ex Hebræo ab alijs vertitur: *Si germinauerunt mala punica*. Noſter. Interpres ſupra in verſ. 10 c. 6. *Si germinauerunt mala punica*. Aquila, *εἰ ἤνθησαν, ſi aperuerunt*, ſeu *aperta ſint*.

Aquila.

Verſ. XII. Mane ſurgamus ad vineas: videamus ſi vinea floruit, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica; ibi dabo tibi vbera mea.

Expoſitio Secunda. De prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.

Prædicatorũ ſanctorũ fructus qui & qualis.

EN fructus prædicationis Eccleſię, Sanctorumque Prædicatorũ eius, qui beſtijs agri idololatris, ſceleratiſſimiſve quibuſque, nec non & idiotis ſimplicibus, atque ignorantibus verbum Dei prædicare aggreſſi ſunt, cũ in nocte infidelitatis, peruerſitatis, & ingorantiæ obcæcato ij eſſent corde, vnà cum Chriſto in agrum egreſſi, & cum eodẽ pernoctantes in villis. Iam enim nox præceſſit, dies autem appropinquauit: Ambulanti in umbra mortis lux orta eſt eis: Abiicientes opera tenebrarum induti ſunt arma lucis; quive inſtar infrugiferi agri & inſtar deſertarum villarum erant, in vineas conuerſi ſunt amœniſſimas, vinum pollicentes copioſiſſimũ charitatis, & voluptatis. Ideo namque primum dicit Eccleſiæ: Mane ſurgamus ad vineas. Et notandum, quòd ſignificatur, eas, quę plures ſunt vineę, vt diſtinctæ conſiderantur particulares conuerſorum fidelium Eccleſiæ, particulareſve & animæ, id quoque progreſſus in charitate feciſſe, vt in unã duntaxat vineã coaluerint, quandoquidem & de illis id proferri queat, quod de primitiua Eccleſia dictũ legimus in Actibus Apoſtolorũ: *a Multitudinis credentium erat cor unum, & anima vna.*

Charitas de plurib. vineis vnã facit.

a Act. 4.32

In Eccleſia Chriſtus voluptatẽ capit ex incipien. profician. & perfectis.

Porrò, quia in vinea iſta ex triplici conuerſorũ ordine & gradu, incipientium, proficientuum, ac perfectorũ uoluptas Chriſto proponitur, cõgruo ordine Eccleſia eidem Chriſto inquit: *Videamus ſi vinea floruit*, en ordo incipientium: *Tum addit*: fructus parturiunt, vuæ ſcilicet minutulæ, id eſt ſi qui incipientes erant, in id iam profecere, vt fructuum eximiorum dent ſpecimen, tametſi adhuc impeafectum: Addens denique tertium perfectorũ ordinem, cum dicere debuiſſet, *Si maturuerunt vuarum botri*: alio tamen pacto dixit potius: *Si floruerunt mala punica*; cum in flore malorum punicorum duo conſpiciantur, quibus ipſa deſignatur perfectio; igneus nimirum color, & eiuſdem coloris corona, inſigneque diadema; per quæ ea deſignantur, in quibus perfecti quique excellunt; ardens nimirum charitas, & in ipſa charitate ſumma perfectio, ita vt ob eam inſigne illius diadema quo quomodo adepti uideãtur regni cœlorũ, q & Regnum eſt charitatis. Vltimo demũ, & admodũ cõſequenter adijcit: *Ibi dabo tibi vbera mea*; illa nimirum, de quibus dictum fuerat: *b Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ*: ſignificans, ſe tum eidem Chriſto ſummum exhibiturum voluptatis guſtũ deſignatum in uineæ botris, ſeu potius in vino;

Perfecti deſignati per mala punica.

b Cãt. 7.8

quod ex eius uberibus, & è botris vineæ, in arctiſſimo unionis cõplexu expreſſum ab ipſomet fuerit. Hanc porrò uoluptatem tunc ei pollicetur, cũ ſuperiora enarrauit; quia ex prę expoſitis is illi eſſet exhibendus. Vulgata eſt enim ſacrarum literarum phraſis, vt particula, ſi, ſæpius haud pro conditionali, ſed pro affirmatiua ponatur, vt cũ Chriſti fratres in Euangelio Ioannis dixerunt illi, *c Si hæc facis, manifeſta te ipſum mundo*, id eſt, quando quidem hæc facis, manifeſta &c. Vel etiam pro cauſali, vt in eodem Euangelio Ioãnis, cum ait Ieſus; *d Et ego ſi exaltatus fuero à terra*, id eſt, cum ego exaltatus fuero, quia ego exaltabor à terra, *omnia traham ad meipſum*. In eumdem ergo modum & hoc pariter loco eadẽ particula, ſi, toties repetita cauſaliter accipi commodiſſime poteſt, & affirmanter, ac ſi dicatur.

DE ANIMA.

Particula, ſi ſæpius ſumitur affirmatiue, & cauſaliter.

c Ioãn. 7.6

d Io. 12.32

PARAPHRASIS.

Videamus, quòd floruit vinea, quòd flores fructus parturiũt, quòd floruerunt mala punica, atque adeo ibi in iis, qui & plures vineæ, & vna iam ſunt vinea, dabo tibi vbera mea, perfectiſſimo charitatis complexu in illis ipſis me tibi uniens; atque ex iiſdem cumulatiſſima te perfundam uoluptate.

Verſ. XII. Mane ſurgamus ad vineas; videamus, ſi vinea noſtra floruit, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica; ibi dabo tibi vbera mea.

Expoſitio Tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.

E ſtudio cõtẽplationis ad ſtudiũ Sacrę ſcripturæ ſe cõfert pia anima.

COntemplationis, ac meditationis ſtudio addicta anima deuota, ibique diuino illuſtrata lumine, ad uineas ſacrarum ſcripturarum vna cũ dilecto ſuo Deo primo diluculo ſurrectorã ſe, inquit, conſideratura. An uinea mentis ſuę floruerit per ſãcta deſideria, ſanctaq; propoſita, ſi flores fructus parturiũt, deſideriis, propoſitiſq. ad opus perductis; & in primis ſi floruerunt mala punica per charitatis progreſſum, atque per imitationem paſſionis Chriſti, ibique in tali contemplationis, meditationis, & ſacrarum ſcripturarũ ſtudio daturã ſe, inquit, totam in Dei complexus.

Circa hæc, multa ſane forent dicenda, ni dicta alias fuiſſent. Videatur in expoſit. tertia ſuper verbis illis, *e Poſuerunt me cuſtodem in vineis; vineam meam non cuſtodiui*, oſtenſum, quàm recte ſacræ ſcripturæ ſint deſignatæ ſub metaphora vinearũ; quàmve congrue ſub vineæ metaphora deſignetur & mens; ſancta deſideria, atque propoſita florum metaphora fructuum verò vocabulo uirtutes, & malorum punicorum appellatione charitatem, ac paſſionẽ Chriſti ſignificari ſolita, frequentius in hiſce commentariis explicatum videre eſt. Ne tamen ieiunus omnino ab huius ſentẽtiæ conſideratione recedam, referam aliqua, quæ in ea digna viſa mihi fuere, vt notarentur.

e Cãt. 1.6. Pag. 104. & 116.

Primò, ad modum congruenter, poſtquam anima ſancta egreſſa eſt in agrum contemplationis, atq; vnà cum Chriſto commorata eſt in villis meditationum, ſubdit: *Mane ſurgamus ad vineas*, ſacrarum, ſcilicet ſcripturarum, ex quibus colligitur vinũ diuinæ doctrinæ, deuotionis, atque amoris Dei. Neque n. ad diuinarum ſcripturarum ſtudium

DE ANIMA.

dium se conferre quisquam debet, qui prius in meditationum studio non sit versatus, diuq́ue per illud gratiæ lumine illustratus, sine quo fieri minime potest, vt cum fructu illas legere, & intelligere sano modo valeat. Sicut is, qui librum Græcum legere, & intelligere voluerit, antequam ad illum legendum accedat, operæpretium est, vt ad scholam se conferat, in qua linguam doceatur Græcam, alioquin oleum, & operam perdet. Porro veram sacrarum litterarum scholam ipsas congruentissime dicimus villas meditationum, ipsumque meditationis studium.

Simile.

Ex sacra scriptura studio colligimus quantũ in vita spirituali profecerimus.

Secundò & id quoque notandum, quòd apte, postquam pia anima surrexit ad vineas sacrarum scripturarum, illico videat, *si floruit vinea* mentis, siquidem ex sacrarum litterarum studio intelligimus quantum in vita spirituali profecerimus; cũ scriptura sacra sit veluti parius index, quo arguũtur, aut probantur nostra desideria, atque proposita. Neque hoc mirum; nam & miles legens librum, in quo perfectus, prauusque describitur miles, facillime cognoscit, an ipse bonus sit, necne, quantumve in militari profecerit arte: Et Princeps legens vitam Cyri Regis, in qua Xenophon optimum expressit Principem, ni sit omnino vecors, facillimè comprehendit, Princeps nè bonus dici & ipse queat. Satis autem omnibus est exploratum, in libris sacris ad viuum expressum militem Christianum, & fidelium Principem, qui sibimet, aliisve bene præsit.

Simile.

Simile.

Desideriorũ, & propositorum duo sunt genera admodũ diuersa.

Tertiò notandum, nostræ Vulgatæ phrasim, qua dicitur, *Si flores fructus parturiunt*; duo subindicare, quæ considerentur circa bona desideria sanctaque proposita deducta ad opus. Enimverò diuersi generis conspicimus esse flores, qui in campo nascuntur, atque in agris, seu etiam in olerum hortis ab iis, qui nascuntur in vineis: Illi nàque forma, & colore sunt quidem pulcherrimi, & plerumque etiam suaueolentes; at statim ac à sole tacti fuerint, tabescunt, arentesque decidunt: Sæpe etiam pro amissa odoris fragrantia fœtorem reddunt ingratissimum, vt patet in liliis, violis, gariophilis, & ceteris huiusmodi. At flores vineæ, præter pulchritudinem, & odorem, fructus ex se proferunt, atque adeo tametsi decidentes pulchritudinem, odoremque suum amittere videantur; haud tamen pereunt, quin potius iucundiores relinquunt vuas, sicut & flores pomorum pulcherrima, odoratissima, & suauissima relinquunt poma, quæ in longum tempus seruentur in Principum cubiculis. In eumdem modum reperiuntur diuersi generis desideria, atque proposita bona; quædam namque sunt instar florum campi, & agri, aut horti, hominum videlicet illorum, qui in huius sæculi agro, campove versantes, vel in deliciarum hortis commorantes desiderant aliquando, & proponunt aliquid agere boni, & hæc quidem ad tantillum æstus passionum, atque concupiscentiæ exarescunt, & in nihilum resoluuntur, quinimmo sæpe fætorem exhibent noui peccati, nouæque ingratitudinis, de quibus id intelligi commode potest, quod ait Isaias: *a Omnis gloria eorum sicut flos agri, exiccatum est fœnum & decidit flos.* Alia verò sunt instar florum vineæ, illorum nempe, qui animæ, ac mentis suæ vineam iugiter excolentes, sanctissima ex se proferunt desideria, & proposita, quæ ab æstu diuinæ gratiæ patefacta, tametsi decidere videantur, quatenus absconduntur oculis hominum, iucundissimos tamen ex se proferunt virtutum fructus, operaque deuotionis, contritionis, atque mortificationis:

a Is.40.6.

hæc enim in primis hoc loco significata indicat lectio Hebraica, quæ habet: *Si aperuit vua acerba.*

Sed parturiendi verbum, quod floribus hic tribuit noster Interpres, alterum significat mysteriũ. Cum etenim flores sanctorum desideriorum, & propositorum deducuntur ad actum, ingenti cũ difficultate fiunt, tum ob carnis repugnantiam, tũ ob prauas naturæ inclinationes, tum ob dæmonum impugnationem: At verò cum iam ad actum fuerint reducta, tunc summum ea consequitur gaudium: non secus ac in mulieris partu euenire solet iuxta illud Euangelii: *b Mulier cum parit, tristitiam habet: quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium; quia natus est homo in mundum.* Quod sane gaudium minime sequitur partum prauorum desideriorum: ea siquidem & in conceptu, & in partu, & post partum cum dolore sunt, quamquam aliquando dolor iste ob ingentem passionum stuporem nequaquam percipiatur, vnde David, *c Ecce* (inquit) *parturiit* iniustitiam. Si parturiit, ergo dolores in parturiendo sensit. quod apertè colligitur ex Græco verbo ὠδίνησε, Nec mirum: nam & in conceptu doloribus pressus est, ideo subiicit; *Concepit dolorem.* Quod si amarissimum quæris fructum post partum illum relictum audi: *Et peperit iniquitatem.*

Desideria sancta quo parturire dicantur vt flores fructus.

Simile.

b Io.16.21

c Ps.7.15.

Quarto notandum, necessariò postquam dictũ fuerat, *Si flores fructus parturiunt*, adiectum, *Si floruerunt mala punica*, quia ad vitam æternã nil bona prodessent opera, quantumlibet eximia, ni in illis flos esset charitatis, nisi ex charitate fierent: congruitque per optimè metaphorica ista locutio *Si floruerunt mala punica*: Cum enim inter poma omnia malum punicum in primis florem suum secum iugiter seruet, quem instar coronæ in suo exhibet vertice, indicari per id videtur, quod, licet in vniuersis bonis operibus nil in futurum sæculum relinquatur desiderii, cum totum impletum fuerit, quando ex flore fructus prodiit, in sola charitate semper illi conseruantur: nunquam tantum charitatis opus peragimus, quin adhuc non supersit desiderium, & affectus plura, & maiora exhibendi dilectionis indicia etiam in Patria, quod Apostolus indicat, cum ait: *d Charitas numquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue, linguæ cessabunt, siue scientia destruetur, Cum autem venerit, quod perfectum est*, cum flos in fructus prodierit, cum desiderium in opus perfectum fuerit commutatum, tunc id omne *euacuatur* desiderii, *quod ex parte est*, quod scilicet cum minime perfectum esset, erat ex parte tantum.

Sine charitate virtutes nil prosunt ad vitã æternã.

Charitatis desideratis in Patria perseuerat.

d 1.Cor.13. 8.

Denique illud pariter & hoc loco notandum, & ponderandum, quod vltimo ab anima dicitur; *e Ibi dabo tibi vbera mea*: Cum enim sat omnibus constet, *non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*, cuius est, vt det animæ vbera consolationum spiritualium: pia nihilominus anima & quæ Dei sponsa est, quæve in studio contemplationis, ac meditationis, in lectione sacrarum litterarum versata est, & inde nedum in sanctis desideriis, sed & in operibus quoque Sanctis, & in charitate præ omnibus profecit, libere asserit: *Ibi dabo tibi vbera mea*; spem habens certam, in talib. studiis cum Deo suo vniendam, deliciasque eidem exhibituram; Scit quippe, illum numquam sua nobis deesse ope, & expansis manibus esse semper paratũ, vt nos in suos suscipiat amplexus: nostrum tamen esse, vt vbera ei nostra demus cõplectenda, vt vnà cum vberibus nostrum ei præbeamus & cor, vnde illud à nobis efflagitans ait, *b Fili,*

e Ro.9.16

Fruitur Deo pia aĩa, cũ deq. oblectat in studiis cõtemplationis et sacrarũ scripturarum.

DE B. MARIA

a Fili, præbe mihi cor tuum: Et de quibuſdam ſumma cum ratione queritur apud Iſaiam, dicens, *b Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes ſuas.* Porrò, *ibi*, inquit, id eſt, in agro ſtudij contemplationis, & in villis meditationum, atque in vineis ſacrarum ſcripturarum *dabo tibi vbera mea*, tuos ſcilicet ſuſcipiens amplexus illos benigniſſimos pariter, ac ſuauiſſimos, quia & hoc quoq. compertum habet, in hiſce præſertim ſtudijs, in quibus quietum habere ſolet internæ pacis, & tranquillitatis, necnon & plerumque ecſtaſis ſomnum, a Deo ſuo complexandam, cum aliàs dictũ ab ipſa reperiamus, *c Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, quando Deus ſemper immediatè ſubiicit: *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, vt ſuſciteris, neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit*, de quibus aliàs.

a Prou. 23. 26.
b Iſa. 65. 2.
c Cãt. 2. 6. & 7.

Verſ. XII. Mane ſurgamus ad vineas, videamus, ſi vinea floruit, ſi flores fructus, &c.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

Maria proponit Christo fructus Eccleſiæ.

VIrgo Dei Genitrix, quæ pro ſumma, qua in nos ardet charitate, Chriſtum regnantem in cœlis excitauit filium ſuum, vt per ſpecialia auxilia ſimul in Eccleſiam egrederentur, in eaque vt in villis pernoctarent, proponit illi fructum diluculi reſurrectionis hominum, qui per peccatũ mortui ſedebant in tenebris, & in vmbra mortis, floritionis eiuſdem Eccleſiæ in compluribus ſanctorum generibus, eorumdemq. ſanctorum fructus ingentes in augenda fidelium, iuſtorumque prole per bona exempla, perque doctrinæ rectæ, & ſanctæ exhibitionem. Ac demum ſanctorum Martyrum, qui inſtar malorum punicorum ſanguine proprio purpureo floruerunt colore. Denique, *Ibi*, inquit, *dabo tibi vbera mea*, oſtendens nimirum illa, & porrigens, cum ibi pro meis deuotis preces tibi porrigam.

Verſ. XII. Mane ſurgamus ad vineas: videamus, ſi vinea noſtra floruit, ſi flores fructus, &c.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica: Dixerunt filij Iſrael ad inuicem, ſurgamus mane, & eamus ad domum Eccleſiæ, & ad domum examinis, & inueſtigemus in libro legis, & videamus, an peruenerit tempus redemptionis populi domus Iſrael, qui comparatus eſt viti, & redimatur de captiuitate ſua, & interrogemus ſapiẽtes, an manifeſta ſit coram Domino iuſtitia iuſtorum, qui pleni ſunt præceptis ſicut malogranata, & an peruenerit finis, vt aſcendamus in Ieruſalem, vt demus ibi laudẽ Deo cœli, & offeramus holocauſta, & victimas ſanctificatas.

Ad Eccleſiæ progreſſum coniudum inuitatur in illam Deus.

Si in præcedenti verſu excitatum accipimus Verbum ad Incarnationem iuxta primam ſententiam, rectè per aduerbiũ *mane*, deſignatur exortus nouæ lucis, per quem de poteſtate tenebrarũ mundus ereptus eſt, ſeu exortus nouæ gratiæ, prout aſſerunt Caſſiodorus, & Beda, aut etiam tẽ-

Caſſiod. Beda.

A pus Reſurrectionis, quo Dominus noſter verus iuſtitiæ ſol mundo illuxit, vt aſſerunt Greg. Papa, & Philo Carpathius. Porrò ſecundum iſtos Patres in verbis iis, *Videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica*, explicatur, ad quid tunc ad vineas, atque Eccleſias Chriſtus inuitetur, nempe ad illas inſtruendas, & ad intuendum earũ progreſſum. Floret .n. vinea, ait Caſſiodorus, cum Eccleſia prima fidei, & confeſſionis percipit rudimenta. *Flores parturiunt fructus*, cum fides ipſa prorumpit in opera, florent *mala punica*, cum hi, qui in fide, & recta operatione profecerint, deſiderium patiendi pro iuſtitia habent.

APPENDIX.
Greg. PP.
Caſſiod.

B Alio verò modo Greg. Papa, *Mane* (inquit) *ad vineas* ſurgit, quia poſt Reſurrectionem ſuam in gloria Patris ſedens Eccleſias, quas conſtruit, etiã defendit: *Si floruit vinea*, conſpicit, quia omnem perfectum Eccleſiæ diſtricto examine perpendit. Videt, *ſi flores fructus parturiunt*, quia proſpicit, ad quem profectum teneri quique, & imperfecti excreſcunt. Videt etiã, *ſi floruerunt mala punica*, quia perfectos quoſque reſpicit, & quid vtilitatis in proximis habeãt, quaſi in floribus fructum arboris cognoſcit. Idem tamen lib. 2. moral. c. vlt. Florent vineæ, ait, cum mentes fidelium bona opera proponunt, ſed fructus non pariunt, ſi ab eo, qđ propoſuerint, aliquibus victi erroribus infirmantur. Non ergo intuendum eſt, ſi vineæ floreant, C ſed, ſi flores ad partum fructuum conualeſcant, quia mirum non eſt, ſi quis bona inchoet, ſed valde mirabile eſt, ſi intentione recta in bono opere perduret, &c. quæ ibi egregie proſequitur.

Greg. PP.
Greg. PP.

Philo Carpathius per vineæ flores intelligit opera ipſa, quæ ex odore ſanctitatis fidei veræ præbent argumẽta. Pro, *ſi flores fructus parturiũt*, legens, *ſi floruit cyprus*, & cypri vocabulo intelligens plantam flore candido, de qua agitur in ca. 1. eorum innocentiam, & puritatem animi ſignificari cenſet, qui candore vitæ, & ſuaui ſanctitatis odore aliorum mentes ad bonum excitant, & alliciunt. Porrò eorum fructus deſignari, ait per id, quod ſequitur: *Si floruerunt mala punica*, quan- D doquidem à floribus virtutum ad fructus perueniere, & fructus mali punicæ, cum malum punicũ intrinſecus refertum granis, & extrinſecus rubẽs in cortice multitudinẽ deſignet fideliũ intra Eccleſiæ gremiũ concluſorum, & Martyrum ſanguinẽ, quo extrinſecus Eccleſia ipſa apparet decora.

Philo.

Per flores malorum punicorum Aponius intelligit deſideria conſeruandæ virginitatis, quæ, cũ adoleuerint, pulchriora efficiuntur.

Aponius.

Iuſtus Orgelitanus, Rup. Abbas, & Anſelmus conſentiũt cum Caſſiodoro, niſi quòd Iuſtus per id, quod dicitur: *Mane ſurgamus ad vineas*, putat expoſci, vt animæ, quæ per fidem coli iam meruerũt, in matutinis Chriſtũ reſurrexiſſe cognoſcãt, E ne vltra de ſui corporis reſurrectione diffidant.

Iuſtus. Rup. Abb. Anſelm.

Anſelmus verò per aduerbium *manè* arbitratur ſignificari diligentiam, & ſedulitatem, ac ſi dicatur, impigrè, prout & Hugo de S. Victore, qui in libro Inſtitut. Monaſt. de clauſtro animæ cap. 7. ſuper his verbis ait: Qui volũt alios, vt ſurgant ad opera, cogere, oportet, vt ſurgant manè, id eſt non pigre, ſed procedant exemplo, & operatione. *Videamus an floruerit vinea*, &c. id eſt, videre faciamus, an bonis cogitationibus animus floreat, an boni operis fructus gignat.

Anſelmus Hug. Vict.
Diligentiſſe debet, qui cura tidal ger animi.

Neq. aliquid noui reperio, apud antiquiores oĩum prædictorum Patrum, Theodoritũ, & Tres Patres, niſi quòd Theodoritus per flores malorum

Theod. Tres Patr.

APPENDIX.

rum punicorum intelligit initia charitatis.

In postremis ijs verbis, *Ibi dabo tibi vbera mea*, communiori sensu Theodoriti, Trium Patrum, Philonis Carpathij, Ruperti, & Anselmi Ecclesia, seu anima pollicetur exhibitionem doctrinæ fidelibus, atque adeo & Christo in illis. Secundum Cassiodorum, Iustum Orgelitanum, & Bedam, exhibitionem Doctorum vel ad Martyrium tolerandum, si opus fuerit, vt ait Iustus, vel ad alendos filios, seu, vt ait Cassiod. ad prolem generandam. Singulariter Greg. Pap. *Ibi*, ait, in malis punicis dat sponso sponsa vbera, quia in perfectis viuit charitas gemina, ex qua nutriuntur infirma Ecclesiæ membra.

Philo. Rup. Abib. Anselmus. Cassiodo. Iustus. Beda. Gre. Pap.

Dare vbera exhibitio doctrinæ vel Martyrũ, vel Doctorum.

Vers. XIII. Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

SVpposito, quod apud me, & communi ferè Expositorum consensu est certissimum, de herba illa hic loqui spõsam etiam in originali textu Hebr. quæ & Græco, & Latino vocabulo Mandragora appellatur, aut de eius fructibus, & pomis, quæ eadem voce Mandragoræ nuncupantur, quidquid dicant Hebræorum aliqui, insanientes (vt ita dicam) circa intellectum Hebraicæ vocis דודאים dudaim: quicquid & ex nostris dicant Franciscus Georgius problemate 215. to. 1. quem sequi videtur & Sixtus Senensis lib. 5. bibloth. annotat. 109. & Hieronymus Oleaster cõment. in cap. 30. lib. Gen. asserentes, haud bene à nostro Interprete eam vocem mandragorarum vocabulo redditam: cum per eam, secundum illorum opinionem, lilia potius designentur, vel (vt inquit Oleaster) lilia illa exigua, quæ vulgo dicuntur lilia conuallium. Quid enim? hisce rationabilius est credere, an vero Sept. Interpretibus Hebraicæ linguæ peritissimis, quos secutus est noster Interpres, Paraphrasi Chaldaicæ, & communi Hebræorum sententiæ? præsertim, cũ, vt iam iam explicabo, multo aptius mandragorarum hic fiat commemoratio, quàm liliorum, aut alterius floris.

Mandragora rectè à nostro interprete reddita est vox Hebraica dudaim.

Francisc. Georgius. Sixt. Senẽ. Hieron. Oleast.

Hoc supposito, omissisque compluribus mandragorarũ proprietatibus, quæ, & ab herbolariis, & super hunc locum ab Expositoribus congeruntur, quatuor illarum hic annotabo, quæ ad præsentis sententiæ, *Mandragoræ dederunt odorem suum*, faciunt intellectum, quarum duas, quòd scilicet perpulchræ sint specie, & suauem redolẽtes odorem, oculatus testis hisce asserit Augustinus libro 22. contra Faustum cap. 56. Cum hæc mala ipse vidissem, & propter istum ipsum sacræ lectionis locum (loquitur de loco Gen. 30. a in quo Rachel expetiuit mandragoras inuentas in agro à Ruben filio Liæ) id mihi contigisse gratularer, (rara .n. res est) naturam eorum diligenter, quantum potui, perscrutatus sum, non aliqua a communiori sensu remotiore sententia, quæ docet virtutes radicum, & potestates herbarum, sed quantum mihi, & cuilibet homini renuntiabat visus, & olfactus, & gustus. Proinde rem comperi pulchram, & suaueolentem, sapore autem insipido, & ideo cur eam mulier tantopere concupiuerit, ignorare me fateor, nisi forte propter pomi raritatem, & odoris iucunditatem. Hæc Augustinus, qui & eodem loco optimè iudicio meo opinionem illam respuit, quæ asserit, Rachelem expetiisse illas mandragoras vt optimum sterilitatis medicamentum, Vide ibi. Tertiam proprietatem eorumdem ex sacra libri Genesis historia colligimus, illas nimirum verno tempore in Mesopotamia, atque in Iudæa fructus, odoréque dare solitas: In 30. namque cap. Genes. dicitur; b *Egressus Ruben in agrum tẽpore messis triticeæ reperisse mandragoras.*

Mandragorarum proprietates præcipuæ.

August.

a Gen. 30. 14.

Mandragoras cur expetierit Rachel à Lia.

LITTERA.

b Gen. 30. 14.

Messis triticeæ tẽpus in Iudæa erat vere.

Porro messem verno tẽpore in eisdem Regionibus fieri, & in Luna Martii, habetur manifeste in libro Iosue, vbi, c cum sopra in cap. 3. dictum fuisset, extitisse tempus messis, quando populus Israel sicco vestigio transiuit Iordanem, adiicitur, d *Manseruntque filii Israel in Galgalis, & fecerunt Phase quartadecima die mensis*, scilicet Martii, *ad vesperam in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terræ die altero, azimos panes, & polẽtam eiusdem anni*, è tritico videlicet, quod eo anno, eoque tempore messuerãt. Quartam denique proprietatem, quòd amoris conciliatrices sint, facultatemq. habeant ciendi amores, à Theophrasto antiquissimo in lib. 9. hist. plantarum ca. 10. & S. Epiphanio in Physiologo cap. 4. de Elephante, habeo manifeste: Indeque communi ferè consensu existimatur, ab antiquis impositum eis nomen Circeiorum, de quo Plin. lib. 25. cap. 13. & Dioscorides lib. 4. cap. 61.

c Iosu. 3. 15

d & 5. 10.

Theophr. Epiphan. Plinius. Dioscor. Horrolan.

Quin & admodum mihi placet Cosmę Damiani Horrolani obseruatio in comment. super hũc locum, qua inquit, vocem דודאים dudaim (quo nomine pluraliter tantum hæc verba, fructusve eius ab Hebræis appellantur) deduci a singulari vocabulo דוד dod, quod inter alia amorem significat, idemque esse, ac vocem item aliam pluralem דודים dodim, amores, a qua adiectione dũtaxat vnius litteræ א aleph differt, vt inde deducta sit, quia & herba, fructusve ipsius ad amores spectarent, amoresque conciliarent.

Nec ab hac coniectura id me amouet, quod à Martino Del Rio impugnante duos Caluinistas istud ipsum asserentes dicitur, sæpe fallere petitionem significati ab etymologia, quòd ex eadem voce patet, quæ cum alio significatu in scripturis sacris vsurpatur pro ollis, & pro canistris, nec tamen quisquam dicere audeat, ollas, aut canistra ea voce nuncupata, quia essent amabilia, & ad amores spectarent. Hisce enim datis, vt certe verissimis, non tamen necessario sequitur, vt coniectura adhuc stare nequeat, præsertim, cum constet, mandragoras ab amore nomen obtinuisse circeiorum apud Latinos, & Græcos, quod & in aliis quoq. non nullis linguis factum obseruat ipsemet Del Rios. Adde, quòd si Del Rio licitum est coniicere, libereq. asserere, ea voce Hebraica illas appellatas, quòd eorum poma non dissimilia in rotunditate sint ollulis, seu vberibus, quæ idem sortita sunt vocabulum, cur non liceat dicere, & ab amoribus illa sic appellata? præsertim, cum sæpius supra obseruatum sit, quando vbera eo vocabulo exprimuntur, pro amoribus ea esse posita, vt videre est in exposit. prima illorum verborum cap. 1. e *Quia meliora sunt vbera tua vino.*

Martinus Del Rio.

e Cãt. 1. 1.

Præter hæc, quæ circa mandragorarum vocẽ, vt hic assumitur, necessario annotata fuere, illud quoque notandum, tametsi apud Latinos Patres ferè communiter ita distinguantur, quæ hic dicuntur, vt, *In portis nostris*, iungantur cum præcedenti-

LITTERA. dentibus, tum ſeiũctim ſubijciatur: *Omnia poma*, &c. ex Originalibus tamen Hebr. & Sept. aliter legendum apparet, prout & Codex Vaticanus nuper correctus legit: *In portis noſtris omnia poma, noua, & vetera*, &c. In verſione Sept. nouorum fructuum mentio ponitur vt quid addens, ſic enim legitur: *Et in portis noſtris omnes nuces*, ſeu, *omnia poma noua ſuper vetera*, &c. E contra verò alij ex Hebr. bene vertunt: *Et in portis noſtris omnia delicata poma noua, etiam vetera*, &c.

Quæ dicenda eſſent circa vocem Hebraicam, מגדים megadim, vt quodlibet delicatum ſignificat, & circa Græcam vocem, ἀκρόδρυα, vt poma quoque ſignificat, videri poſſunt explicata ſuperius expoſit. prima illorum verborum cap. 5. *a Et comedat fructus pomorum ſuorum*.

a Cãt. 5.1.

Notandum tertiò, quod dicitur, *In portis noſtris*, duplicem habere poſſe ſignificatum, alterũ, vt per ſynecdochem dictum ſit, ac ſi diceretur, In ædibus noſtris, quod ab aliquibus refertur ad ædes vrbanas, ſed melius ad agreſtes refertur, & ad domos villarum. Alterum, vt tantumdem ſit, ac ſi diceretur: Ad manus noſtras, & in promptu, iuxta conſuetam Hebræi ſermonis phraſim, quã dicitur in libro Geneſis, *b Peccatum tuum in foribus aderit*, idest, in promptu, & promptum.

In parraphraſi Hebraica ſignificat, in promptu.

b Gen. 4.7

Et in libro Iob, *c* iuxta lectionem Hebrai. & Sept. *Cum viderem in porta auxilium meum*, idest, ſtatim in ipſo aditu, atque in promptu. Non deſunt, qui, iuxta frequentiſſimam aliarum ſcripturarum phraſim ſæpius à nobis obſeruatam, portarum nomine exiſtiment, hic deſignari vrbis forũ, atque emporia, quæ in Ciuitatum portis haberi conſueuerunt: vnde Ludouicus Soto Maior hunc affert eorum ſenſum iuxta Hebrai. Lectionem, *Et in portis noſtris*, idest, & in vrbibus, & in locis publicis exiſtunt, & apparent iam nunc *poma noua*, ego verò, ô *dilecte mi*, *vetera* etiam *ſeruaui tibi*.

c Iob 31.21

Soto Mai.

Denique & illud notandum, Legionenſem arbitrari, è ſuperiori ſententia repetendum eſſe verbum, *Videbimus, ſi mandragora dederunt*, &c. quã tamen repetitionem ipſe haud neceſſariam cenſeo, cum commodiores abſque ea ſint ſenſus.

Legionẽſis

His fuſius, ſed neceſſariò prænotatis, eruamus iam eorum, quæ hic dicuntur, ſenſum, hunc autẽ quadruplicem eſſe poſſe, arbitror.

I. SENSVS.

Primum, vt quod dicitur, *Mandragora dederunt odorem ſuum*, ſit oratio ei ſimilis, quæ facta à ſponſo fuit in cap. 2. ſed efficacior, nam quod ibi pluribus confirmatum eſt indicijs eius temporis verni, nempe, *d Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra. Ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorem*, hic vnico tantum exprimitur ſigno, ſed eorum omnium efficaciſſimo, cum mandragorarum poma haud initium veris ſicuti ſigna illa, ſed medium, & iucundior. m illius deſignent partem. Siuè hæc dicta ſumẽtur, vt magis excitantia dilectum ad egrediendum in agrum, & commorandum in villis ex opportunitate temporis & ad tollendam ambiguitatem omnem, quæ ex præcedentibus ſub conditione prolatis in ſponſi animo ſuboriri potuiſſet, an re vera adhuc vernum tempus eſſet. Quod verò ſubiicitur, *In portis noſtris omnia poma*, &c. additum ſit pro alia ratione ad dilectum excitandum, nẽpe quòd ibi in agro, atque in villis eis futura ſit deliciarum, ac fructuum omnium copia: Vt ſi quod hic dicitur, tale quid ſit.

d Cãt. 2.12

Mandragorarum odo re indicatur tempus vernum.

A Temporis nos inuitat amœnitas, iam *mandragora dederunt odorem ſuum*, cum iam apparere incipiant mandragorarum poma, haud ſanè dubiũ eſſe poteſt reliquum, vernum eſſe tempus. Ibi autem vbertim deliciis frui poteris pomorum omnium, quandoquidem ad primas ædium noſtrarum fores tibimet *poma omnia ſeruaui*, tum quæ iam hoc collecta ſunt anno, tum quæ anni ſuperioris ſunt.

LITTERA. PARAPHRASIS

Alio verò ſenſu rectè etiam dici poteſt, verba iſta, *Mandragora dederunt odorem ſuum*, dicta à ſponſa non tam ad deſignandam temporis amœnitatem, quàm ad deſignandum tempus meſſionis, & operis neceſſarij in agro: Iam enim ſupra annotauimus, dictum in libro Geneſis, Ruben inueniſſe mandragoras, & notanter additum, id B eueniſſe tempore meſſionis triticeæ, ita vt ſponſa ad ea alluſiſſe viſa ſit, ac ſi diceret.

II. SENSVS. *Mandragorarum odor indicat tempus meſſionis triticeæ.*

Egrediamur dilecte mi in agrum, & commoremur in villis, nam & tam opus meſſionis triticeæ, quàm *mandragora*, dantes *odorem ſuum*, ad id te impellere debent. *Poma* quidem colligere à memetipſa poſſum, quin ecce, ea iam collegi, tibi que, *dilecte mi*, in foraneis ædibus noſtris ſeruaui *noua* cum veteribus, frugum autem collectionẽ, meſſionemque in primis tritici ſola facere nequeo, adſis & tu operæ pretium eſt.

PARAPHRASIS.

Tertio, & melius, vt quod hoc verſu dicitur, totum ſit adiectum eorum verborum, quibus in C fine ſuperioris verſus ſponſa dilecto ſuo ſignificauit, ſe illi daturam ſemetipſam in agro, atque in villis, & vineis, dicens: *Ibi dabo tibi vbera mea*, ſcilicet complexanda: Addatque modo, nedum ſemet, ſed & quicquid eximii habet, quicquid & reconditi, ibidem ei largituram, nominet autem in primis mandragoras, earum nimirum poma, quæ (vt ex Auguſtino probatum eſt) ob ſuauem fragrantiam, ob inſignem pulchritudinem, atq. ob raritatem chariſſima eſſent puellis, puellarũque ruſticarum ſeruans morem, quæ ex iis ſuis offerre ſolent dilectis, quæ ſibi chariora ſunt in agro: Ac ſi dicat.

III. SENSVS.

Egrediamur in agrum, &c. *Ibi* totam me tibi dedam, *dabo* enim *vbera mea*, dabo & perpulchra, D ſuauiterque redolentia mandragorarum poma, quæ tibi colligam, iam enim *dederunt odorẽ ſuum*, Quin dabo ſimul & quicquid pomorum experiri poteſt delicati: ſi quidem *tibi*, *dilecte mi*, in promptu ſeruata à me ſunt *omnia*, quæ delicata ſunt *poma*, tum *noua*, tum *vetera*.

PARAPHRASIS.

Quarto denique ſenſu, qui mihi præ ceteris placet, ni nouitatem illi obeſſe forſitam aſſerat aliquis, metaphorice, & tranſlate hæc dicta ſumentur, ad conteſtandos vehementis amoris æſtus, propter quos tantopere cum dilecto ſuo ſponſa optet egredi in agrum id, quod & verbis immediate præcedẽtibus. *Ibi dabo tibi vbera mea*, E & et iis, quæ immediate ſequentur in principio cap. 8. *Quis mihi det, te fratrem meum ſugentẽ vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te*, &c. optimè congruit. Pro quo ſenſu id facit, qđ ſupra notatum eſt, mandragoris id quartò competere, vt ad amorem excitent, quodve ſæpius in ſuperioribus a nobis fuit obſeruatum, mala, atque poma eſſe Hieroglyphicum amoris, tum in ſacris, tum in profanis litteris, ideoq; tam frequenter in hoc cãtico amatorio fieri illorũ cõmemorationẽ, ſicve, quod ſponſa hic dicet, tale erit.

IIII. SENSVS. *Mandragora excitant ad amorẽ.*

Egrediamur amabo ſoli *in agrum, commoremur in villis*, ibi certe *dabo tibi vbera mea*, nam profecto vehementius amore ſuccenſa ſum, percepi man-

PARAPHRASIS.

LITTERA.

mandragorarum odorem, philtrum efficacissimum, & quicquid in me est amoris deliciosissimi tum veteris, tum noui in promptu tibi seruatum habebis. Aquila pro, *seruaui*, vertit, *ἀπέκρυψά σοι*, *abscondi tibi*, honestius. Hunc sensum confirmare licet ex lectione Hebraica, in qua pro, *Omnia poma*, est כל מגדים chol megadim, idest, *Omnia delicata, omnesque delicias*, & pro, *dilecti mi*, est vox דודי dodi, quæ verti potest in vocatiuo, *Amor meus*, & etiam in accusatiuo, *amorem meū*, prout eam sumpsere ex Hebræorum doctoribus R. Dauid Kimri, & R. Innominatus apud Genebrardum, vt vertentes, *Omnes delicias nouas, quin etiam & veteres*, seu, *Omnia delicata poma noua, & etiam vetera amorem seruaui tibi*, sensus sit.

R. Dauid. R. Innominatus.

PARAPHRASIS.

B Pro omnibus delicatis bonis, atque pro omnibus delicijs nouis, atque veteribus vnum *tibi seruaui amorem meum*, vel *amorē meum tibi seruaui* cū vniuersis delicijs eius, nouis, atq. veteribus.

Mandragorarum vis commotus ignota.

Antequam ad alia accedamus, vnum hic admonitum velim lectorem, me haud notasse illam mandragorarum proprietatem, tametsi ad nostrū propositum maxime faceret, quòd mœrorem fugent, lætitiamque causent, quam affert Pierius Valerianus lib. 58. cap. de mandragora, asserens, propterea apud Xenophontem eam vsurpatam in lætitiæ hieroglyphicum, cum in eius symposio Socrates dicat, mæstitiæ, atque mærori vinū, sicut mandragoram mederi, lætitiamque suscitare sicut oleum flāmas. Deceptus est enim Pierius à praua Xenophontis versione latina, quæ circumfertur, & habet: Vinum animos rigans tristitias, & dolores, quemadmodum mandragora sopit, & hilaritatem quemadmodum oleum flammam excitat. Cum tamen in Græco Xenophontis textu multò aliter sic legatur: *τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς τὰς μὲν λύπας ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζει. τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐγείρει.* Id est, Verè enim vinum irrigans animas dolores sane sicut mandragora homines sopit, hilaritatem autem, & lætitias sicut oleum flammas suscitat.

Pierius Valer. Xenoph.

D E quibus verbis colligitur, vinum ob id duntaxat mandragoris comparari, quòd sopiat mœrores, sicut mandragora sopit homines, nam quod subditur de lætitia ab eodem excitata, alia explicatur similitudine: Nemo autem est, qui nesciat, illam esse præcipuam omnibusq. peruulgatā mādragorarum proprietatem vt soporiferæ sint: vnde celeberrimum illud est prouerbium, Mandragoram bibere, quo vsus est Demosthenes in Philipp. 4. Philo Iudæus in lib. de vita contemplatiua, & alij, de ijs, qui quasi dormitant in munere suo, ac si graui somno oppressi essent ob mandragoræ potum. Cuius tamen proprietatis mentionem ipse non feci, quia ad præsentis loci intellectum haudquaquam facere censui, sicut & multæ aliæ, quæ videri possunt apud Dioscoridem, & Plinium in locis citatis, atq. apud Cœlium Rhodiginum lib. 17. cap. 24. & in nostra appendice expositionum huius versus.

Mandragoræ somnum causant.

Mandragorā bibere, quid significet in prouerbio.

Demost. Philo Iudæus. Cœl. Rhodigin.

Vers. XIII. Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

Qvia Sanctis obijci potuisset Ecclesiæ Prædicatoribus, haud rem postulare, vt egre-

DE ECCLESIA.

A dientur in agrum ad prædicādum infidelibus & agri bestiis, & pernoctandum in eruditione rusticorum eorum, qui ignorantiæ tenebris obscuratum cor haben, relicto fideli populo, cui à Deo dati videntur, ita vt dici eis debeat, versuram dūtaxat facturos, sicut prouerbialiter dicitur, Obiectionem hanc vniuersam tollit hoc loco Ecclesia, dum pro ijs Prædicatorib. Christū exquirit comitem, significans illi, vernum, quod in fideli populo suo est tempus, pacem, tranquillitatemq. fidei, & Religionis permittere, imò & excitare, vt ad prædicationem egrediantur in agrum, tum quia transacta hyeme peruersitatis, & imbre perfidiæ, atque hæreseos, in fideli populo suo tranquilla relinquent omnia, virentia vniuersa ob studium pabulorum sacræ scripturæ, florida in incipientibus, fructus germinantia in proficiētibus, necnon & perfectorum poma habentia. Bene autem vernum istud fidelis populi tempus modicis hisce explicat verbis: *Mandragoræ dederunt odorē suum*, cum sicut in Iudææ regionibus ex odore pomorum mandragoræ arguebatur verni temporis perfectio, ita & in fideli populo perfectionem pacis, atque tranquillitatis ex bona eorum arguimus perfectorum fama, qui cum Apostolo dicere queunt, *a Christi bonus odor sumus in omni loco.*

Prædicatores in tranquillitate Ecclesiæ sūt ad cōuertēdos infideles, & vbi viget impietas, & ignorantia.

a 2. Cor. 2. 15

C Neque verò incongruè mandragorarum metaphora ij designantur, qui perfecti sunt in fideli populo, quandoquidem & perfectorum odor non minus, quam efficacissimus mandragorarum odor redolet, prout Thessalonicensibus testatur Paulus, cum ait, *b Facti estis forma omnibus credētibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini non solum in Macedonia, & in Achaia, sed in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, perfecta est, ita vt non sit nobis necesse quidquam loqui.*

Perfecti Christiani designati p mandragoras.

b 1. Thes. 1. 7.

Præterea, si mandragorarum odor optimum est signum appropinquationis Solis ad nostrum hemisphærium, & perfectorum quoque odor suauissimus adstantem fideli populo suo Christum, æstusve Sancti denuntiat Spiritus. Adde, quòd si mandragoræ id in primis suo perficiunt odore, vt dormire nos faciant, grauemque iis inferant soporem, qui ipsum percipiunt, haud certè minus bonus perfectorum odor in fidelium animos soporem eum inducit, quo summa quiete fideles Dei vacant obsequio, desistentes quidē ab externis sæculi huius sollicitudinibus, sed in interno mentis Verbum Dei concoquentes, atq. adeo & crescentes magis ac magis in vita spirituali.

Addit deinde Ecclesia & alteram rationem, propter quam Sancti eius Prædicatores ad agrū, & villas vna cum Christo admodum rationabiliter egredi volunt, ipsimet dilecto suo dicens: *In* E *portis nostris omnia poma, noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*; Cuius sanè rationis vis in certa sita est spe, quam habet, fructus faciendi in ea, ad quam egredi vult prædicatione; Atque adeo sicut in principio capit. 5. inuitans Christum ad perfruendum suauissimis fructibus sanctorum fidelium suorum iam in fideli populo redundantibus, dicens, *c Veniat dilectus meus in hortū suum, & comedat fructus pomorum*, seu, *deliciarum suarum*; ita & nunc tollens dubitationem omnem, quæ suboriri poterat ex eo, quod sub conditione, & quodammodo hæsitanter dictum a se fuerat in præcedenti; *Videamus d si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica,*

Prædicatores sancti à certa spe fructus mouentur ad prædicandū infidelibus, & idiotis.

c Cant. 5. 1

d Cāt. 7. 12

nunc

DE ECCLESIA.

nunc ob certissimam, quàm ex diuina gratia, & Christi societate concepit spem, tuta inquit, se & ibi pariter in agro, atque in villis ex bestiarum agri, atque ex villarum incolis lautissimum exhibituram dilecto suo conuiuium, quandoquidem prompta & ibi quoque habere confideret, & quasi ad fores poma delicatissima Sanctorum, similium nedum ijs, qui, vt noui nunc in suo redolēt fidelis populi horto, sed & iis quoque veteribus, qui in primitijs fragrarunt conuentus Apostolici, quive in veteri excelluere testamento.

Quo loco multis philosophari posset circa id, quod supponitur, infideles, bestiarum agri metaphora designatos, atque villarum incolas, iniquos, & ignorantes è bestijs, & ex hominibus rusticis per verbi Dei prædicationem à Sanctis Prędicatoribus insigni transformatione conuertendos in delicatissima poma, quæ à Christo postmodum comedantur summo cū illius gustu, & absque vlla mactatione. Videri autem possunt aliqua ex his à nobis dicta in exposit. secunda eorum verborum, *a Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.*

Pag. 718.

a Cant. 5. 1

Sed, iuxta secundum litteræ sensum, alia ratione Ecclesia ipsa pro sanctis ijsdem Prædicatoribus suis Christo suadere satagit, vt secū in agrū egrediatur, atque in villas, ex laboris nimirum, operisque necessitate, iucundaque colligendorū prouētuum spe. Quæ in ratione id primo animaduertendum, quomodo Sancti Prędicatores Christo sint similes in charitate erga proximorum animas, atque in Deum. Sicut enim Christus Iesus charitate ipsa cōmotus, hac ratione in Euangelio ad egrediendum in prædicationem discipulos excitauit, dicens, *b Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam*; messem appellās infidelium turbam, quæ conuertenda erat: Ita nunc vicissim Ecclesia pro iis prædicatoribus quasi quid tale Christo videtur loqui, & hisce eūdem excitare, vt qui verus, peritus, validusque agricola est, ipsi opem ferat in ea, quæ instat messe. Instare autem messem, exinde se colligere inquit, quòd in agro infidelium, & in villis ignorantium, & idiotarū aliqui appareant instar mandragorarum, quæ tempore messis triticeæ in agro reperiuntur, & externa insignes specie, & suaui olentes odore, morali quadam probitate, externave conuersatione decori, & longe lateque boni nominis fragrantes odore, ideoque ait: *Mandragoræ dederunt odorem suum.* Et bene mandragoræ inquit potius, quàm dulce aliquod pomum, quia sicut mandragoræ ita quidem pulchræ sūt specie, suauique fragrant odore, vt tamen insuaues sint ad gustum, vt ex Augustino relatum est supra: Ita & qui absque diuina gratia inter infideles, & rudes moraliter probi sunt, tametsi decori externa videantur conuersatione, & bene apud reliquum vulgus audiāt: nequaquam tamē Christi suaues sunt gustui, ita vt eius cibus dici queāt, prout de conuersa Samaritana dictum ab illo scimus, *c Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* &, *Meus cibus est, vt faciam voluntatē Patris.*

II. SENSVS. *Prædicatores sancti charitate mouentur ad prædicādū, sicut & per eamdē eos promouis Christus.*

Simile.

b Luc. 10. 2

Infideles ibi moraliter similes mandragoris dātibus odorē agro

Simile

c Ioā. 4. 32

d. Luc. 10 2

Illud quoque hoc ex loco coniuncto cum alio Euangelii loco, quem supra retuli, notandum est, optime infidelium turbam, quæ ad fidem conuertenda per Prædicatores est, atque ad rectum iustitiæ callem, sub triticeæ messis metaphora designari, nam sicut triticum, antequam metatur, in terra radicatum persistit, nec vnquā in cibos deseruire potest, nisi metatur, & colligatur in area, metitur autem, & colligitur per sectionem, & separationē ex terra illa, cui primò inhæsum in suis erat radicibus: Ita & infideles ante fidei susceptionem, & iniqui ante diuinæ gratiæ admissionem toti in sæculo isto radicati, in Dei & Ecclesiæ cibos deseruire, eamdemque reficere minimè queunt, ni prius ab alis separentur radicibus suis, quas fixas habent in terris, ni prius è terrenis seiungantur affectibus, & in ipsius Ecclesiæ area in aceruo congerantur aliorum fidelium, atque iustorum, quod certe fieri neutiquam potest nisi ipse adsit Dominus messis, qui speciali sua id efficiat gratia vna cum operariis suis, & sanctis Prædicatoribus. Idcirco sicut in Euāgelio suadet discipulis Christus, *e* vt rogent dominū messis, qui mittat operarios suos in messem suam, tacite pollicitans, se quoque vti filium, & heredē eiusdem Domini vna cum illis ad talem venturum messem, ita nunc Ecclesia cum suis Prædicatoribus hanc ei proponit messem, inuitatque eumdē dilectum suum ad id operis.

Simile.

DE ECCLESIA.

e Luc. 10. 2

Asserit autem, Prædicatores ipsos suos nihil omissuros ex parte ipsorum, ideo enim adiicit verba illa: *In portis nostris omnia poma, noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi*, quæ optime à Sāctis Patribus explicantur per illud Euangelii, *f Omnis scriba doctus in regno cœlorum*, idest in Ecclesia, *similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera*: Vt idem sit, ac si dicatur,

Prædicatores Ecclesiæ proferūt eloquia testamētū noui, tum & veteris.

f Matt. 13. 52.

Ex odore mandragorarum, & quorumdam infidelium, ac rudium probitate morali apparet, tempus esse triticeæ messionis in agro infidelitatis, & in villis ignorantiæ, ac ruditatis.

PARAPHRASIS.

Ipsa quidem, dilecte mi, in meis Prædicatoribus sanctis simul, ac doctis seruaui tibi quicquid præclari est tum in testamento nouo, tum in testamento veteri, vt prædicantes diuinum verbum, quod in sacris litteris continetur, dulcius quocumque pomo delicato, tibi opitulentur: Feci ipsa, quod potui, egrediaris & tu simul operæ pretium est, vt & de illis dicere queam, *g Lætabuntur, sicut qui lætantur in messe.*

g Isa. 9. 3.

Vers. XIII. Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma, noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi.

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quæ est Anima iusti.

DVo sunt præcipui contemplationis, & meditationis fructus: Alter, vt in ipsis pia anima se, & quicquid in se est præclari Deo exhibeat, illi totam se dedens, eidemque se, suauiter vniens. Alter, vt in illis tota in amorem Dei resoluatur per illas eiusdem amoris succensa æstibus. Ambo hi fructus in vna hac exponuntur sententia, iuxta diuersos tamen sensus accepta.

Contemplationis duo fructus præcipui.

Enim vero, si iuxta sensum illum, quem tertio loco in prima exposit. attulimus, eam intelligamus, primus prædictorum exprimitur fructus, quandoquidem ipsamet anima deuota, quam in præcedenti versu vidimus inuitare Deum, vt secum egrederetur in agrum contemplationis, & pernoctaret in villis meditationum, quæve postremo adiecit: *Ibi dabo tibi vbera mea*, hunc proponens, de quo loquimur, fructum, spondensque dilecto suo vbera, & quod sub vberibus reside-

III. SENSVS. *In studio cōtemplationis anima dat Deo semetipsam, & quidquid in se est boni.*

cor

DE ANIMA.

cor, vt arcto deuotionis complexu duo corda iungantur; Modo, vt eiusdem primi fructus compos perfecte fiat, addit, daturam se illi in eodem contemplationis agro, & illud omne, quod in se esset præclari, collecturam nimirum, illivè promptos exhibituram vniuersarum virtutum actus, tum illos, quos transactis temporibus protulit, tū illos, quos denuo ex variis meditationibus colligit. Hos verò vniuersos instar pomorum nouorū, ac veterum in portis suis seruasse se, asserit, idem Deo: quia ita virtutum collegit actus, vt earum habitus Deo seruat in potentiis suis. Quod eatenus verum est, quatenus iuxta doctrinam S. Thomæ, virtutes subiectantur in potentiis animæ; hac ve ratione, sicut in verbis illis, *Ibi dabo tibi vbera mea*, pollicetur Deo essentiam suam, quam vberum & metonymice cordis nomine expressit; sic in istis *In portis nostris omnia poma*, &c. ita eidem vniuersos suos offert virtutū actus, vt simul quoque ipsas item suas exhibeat potentias. Porrò in verbis illis, *Mandragora dederunt odorem suum*, sub metaphora pomorum mandragoræ, quæ pulchritudine, suauique excellunt fragrantia, & raro reperiuntur, illas designat virtutes, seu illos virtutum actus perfectiores, quos raro reperire est, reperiuntur tamen in agro contemplationis, quando ipsa anima arcto charitatis complexu Deo vnita est, vnà cum illo cor habens. Quos verè heroicos appellare possumus, iuxta Aristotelis doctrinam, qua in principio libri 7. Ethic. eam inquit virtutem heroicam dicendam, quæ supra homines est, & diuina. Quis verò suauem exprimere queat fragrantiam, & excellentiam perfectionis actuum illorum dilectionis, resignationis, & propensæ voluntatis ad patiendum pro Deo, quos deuota illa profert anima perfecte eidem Deo vnita & in eumdem absorpta? Sed rari fateor sunt; ideo specialis eorum habenda fuit ratio.

3.par.q.7. a.1 in cor.

Virtutum actus heroici reperiuntur in studio contemplationis.

Aristo.

IIII. SENSVS.

In contemplationis studio succenditur charitas in anima.

Iuxta quartum autem sensum, præclare alterū eadem, quæ in contemplatione Deo vnienda est anima, ipsius contemplationis explicat fructum; In prima namque parte rationem affert, cur in dicto contemplationis studio vbera sua, & in vberib. cor itē suū Deo daturā se, pollicita sit in verbis præcedētib. Ratio verò haud alia est, nisi quia in eodē agro contemplationis *Mandragora dederunt odorem suum*, atque adeo charitatis actu ibidem se se succendendam, confidit; ibi siquidem mandragorarum pulcherrimarum, & fragrantissimarum vim sentiet, qua ad Dei charitatem vehementius cieatur; vim nimirum Spiritus sancti, per quem, iuxta Apostoli dictum, *a charitas Dei diffunditur in cordibus nostris*. Tum bene subdit, & quid factura sit, cum sic charitate succensa, ibi in contemplatione dederit vbera sua, & vnà cum vberibus cor iucundissimis Dei manibus, atque brachiis amplexanda, dicens: *In portis nostris omnia poma, noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*. Quibus significat, se tunc eidem Deo prompta exhibituram vniuersa charitatis indicia, vniuersumque amorem suum, nedum illum nouum, sed & omnem alium, quo ab antiquo succensam in Deum se sensit alias, quando diuersis, & multiplicibus ab eo cumulata fuit beneficiis, cuncta nimirum illa in memoriam tunc reducturam, vt veluti oleum sint, quod flammæ superponatur; Vel per id, quod dicit; *In portis nostris*, suas designat potentias, per quas in se ingredi, & è se egredi nouit vniuersa, vt, quod ait; *In portis nostris omnia poma: noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi*: alium significet contēplationis effectum, seu potius alium effectum consequentem charitatem magnam, qua anima succenditur in contemplatione, effectum inquam illum, quē in fidelibus optauit aliquando Paulus, cum diceret, *b Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem*, idest, sicut membris, potentiisque vestris in vita veteri multiplicem exhibuistis amorem vestrum erga varias, & innumeras res sæculi, immundè, & inique illis seruientes; ita nunc eisdē potentiis in noua hac vita, qua nouum hominem induti estis, veterem illum exuti, similibus saltem amoris affectibus, vti iustum est, seruire Deo in sanctificatione, sanctos vos exhibentes, atq. adeo multò maiores addentes charitatis in eumdem Deum affectus. Hoc quippe melius explicat hic sponsa, dum ait: *Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*, idest, vltra amoris affectus, quos tibi exhibebo, illis similes, quos in vita veteri exhibui iniquitati ad iniquitatē, atque adeo sat vehementes, vehementiores etiam exhibebo & nouos, induta hominem nouum, & dilectissimum meum Iesum Christum filium tuum.

a Rom.5. In contemplatione anima offert Deo omnem amoris actū, & diuersimode.

b Rom. 6. 19.

Vel tertiò efficacius, iuxta illam Hebraici textus versionem, qua dicitur: *Amorem meum seruaui tibi*: in his verbis significat, se, cum charitate succensa in contemplationis studio vbera sua Deo dederit, vt illi per inexplicabilem vniatur complexum in omnibus potentiis suis, eidē vnū exhibituram amorem, quo multo lautius, atque iucundius reficiantur simul, quàm lautissimo pomorum nouorum, atque veterum conuiuio. Vel per pomorum metaphoram virtutum actus sumentes, qui in charitate facti sint, seu quos enumerat Apostolus fructus Spiritus sancti, idem eidem polliceatur amoris conuiuium multò certe lautius, quàm quod alias ipsi parare solita fuit, ex variis multiplicium virtutum actibus tum nouis, tum etiam veteribus: Nihil enim animæ cōtingere potest iucundius, nihilve exhibere potest Deo suauius, quàm vt tota in illius absorbeatur amorem, vnum illud agens necessarium opus charitatis quod nunquam euacuabitur, & in quo vno pomo vniuersæ aliæ continentur aliorū pomorum, aliarumque virtutum, & bonorum operum dulcedines.

In contemplatione anima exhibet Deo lautissimū conuiuium amoris.

Vers. XIII. Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Manifestat in his Christo dilecto suo Virgo Gloriosa, quid se consecuturam confidat per id, quod simul egressis in Ecclesiæ agrum, & villas, ibi ei ostendet, exhibebitq. vbera sua, per illa, quæ is suxit, eum pro peccatoribus obsecrās, fructum sanè maxime iucundum, conuersionem nimirum, & sanctificationem etiam illorum, qui in terra radices habebant infixas: Ac si dicat.

Maria promis Christo fructum cōuersionis etiam hominū mundi.

PARAPHRASIS.

Colligam ibi in agro speciosissima, & fragrantissima sanctitatis poma ex mandragorarum plātis, in terra radices habentibus quatenus terrena penitus relinquere nequeunt, promptaque tibi vltra

APPENDIX.

vltra priorum Sanctorum poma exhibebo, & noua: Exploratum enim habeo id, quod à re dictũ aliquando fuit, *a gaudium maius esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm supra nonaginta nouem iustis.* Nititur sensus iste in lectione versionis Sept. quæ habet, *Omnia poma noua super vetera,* &c.

a Luc.15.7

Vers. XIII. Mandragoræ dederunt odorem suum. In portis nostris omnia poma, noua, & vetera dilecte mi, seruaui tibi.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Et cum fuerit voluntas à facie Domini, vt redimat populum suũ de captiuitate, dicetur Regi Messiæ: Iam completus est finis captiuitatis,& meritum iustorum suaue est coram me, sicut odor balsami, & sapientes generationum constituti in portis gymnasij operam dant verbis scribarum,& verbis legis: nunc surge, suscipe Regnum, quod reposui tibi.

Iam supra notatum est in prima expositione, fere communiter apud Latinos Patres legi: *Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris:* Tum subdi quæ sequuntur. Huius ergo primæ partis istius versus primum, quos reperi, referam sensus, tum & alteram quoque partem examinabo, ne ex multiplicitate,& varietate dictorum aliqua gignatur confusio.

Poma bona designata p mandragoras.

August.

Ac primum, qui potior est sensus, ille est, qui nititur in ea mandragorarum proprietate, quam indicat textus ipse, nempe in odore. Augustinus lib.22. contra Faustum cap.56. per mandragoras, seu (vt ipse loquitur) per mandragoricum pomũ famam illam bonam commendatam censuit, de qua Apostolus: *b Oportet testimonium habere bonum etiam ab ijs, qui foris sunt.*

b 1 Timot. 3.7.

Cassiod.

Mandragorarum proprietates quinque.

Haud dissimili sensu Cassiodorus, post relatas quinque mandragorarum proprietates, nempe quòd sit herba aromatica, quòd in radice habeat similitudinem humani corporis, quòd eius poma suauem redoleant fragrantiam, quòd somnũ conciliet, & quod ob sui potionem eum inferat stuporem, vt quibus secandum sit aliquod membrum, sectionis sentire minime faciat dolores, per mandragoras ipsas fragrantiam intelligit virtutum, per portas verò sumens Apostolos, de quibus in psal. *c* dicitur: *Diligit Dominus portas Siõ super omnia tabernacula Iacob: In portis,* inquit Ecclesiæ *mandragoræ dederunt odorem suum,* quando Apostoli, vel successores eorum famam suauissimæ opinionis, & odorem virtutum longe, lateq. sparserunt, atque adeo bene, quando hoc factum est, inuitatur ab Ecclesia Christus. Hisce consentanea habet & Beda, qui & allatis a Cassiodoro mandragorarum cõditionibus addit & sextam, quòd medeatur nauseæ, illasve exactius perpendit, refertque ad spiritum.

c Ps 86.1.

Beda.

Mandragora medetur nauseæ.

Greg. PP.

Perfecti designati per mandragoras.

Nec a primo isto sensu distant, quæ ait Gregorius Papa, considerans mandragoras vt medicinalem herbam,& odoriferam, ideoque virtutem accipiens perfectorum, per quam perfecti ipsi dum imperfectorum infirmitatibus medentur, in fide, quam prædicant, idest in portis Ecclesiæ, veri medici esse comprobantur, qui dum exempla bonorum operum circumquaque per sanctam famam

A tribuunt, quasi odorem, quo ægroti sanentur, aspergunt.

AP PENDIX.

Eodemque recidunt,'& quæ dicuntur a Philone Carpathio, doctores sanctos per mandragorarum metaphoram designatos accipiens qui mandragorarum fructus, atque odores similes de se ferunt.

Philo. Iustus.

Doctores sancti designati per mandragoras.

Secundo principali sensu, Ambrosius ob alias mandragorarum conditiones Gentiles sub earũ metaphora designatos sumit: nam in serm. 19. in psal. 118. vers.4. hæc habet: Plerique discernunt quemdam inter mandragoras sexum, vt & mares putent esse, & feminas, sed feminas grauis odoris. Significat ergo, gentes, quæ ante fœtebant,

Ambrosi.

Gentiles designati per mandragoras.

B cum essent infirmiores, euitata quadam imbecillitate perfidiæ, boni odoris fructus ferre cœpisse, postquam in aduentum Domini crediderunt, Prosequitur verò Ambrosius ibidem & historiã perpendere mandragorarum Ruben, de quibus in lib. Gen. quæ non faciunt ad rem nostram.

Ad hunc Ambrosij sensum spectat, & quod ait Rupertus Abbas, qui præter proprietates allatas à Cassiodoro, addens & aliam mandragorarum vim, quòd medeatur sterilitati, illam Isaiæ prophetiam: *Lauda sterilis, quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius, quæ habet virum* &c. hoc loco impletam significari censet, ac si dicatur, *In portis nostris,* idest, dum adhuc sumus in finibus nostris, in finibus Iudaicis odo-

Rupertus.

C rem suum dederunt mandragoræ, fœcunditatẽ significantes, de loco sterilitatis, atque de gente sterili, prout patuit in Eunucho Candacis, in Cornelio, & aliis.

Ad sensum pariter istum referenda sunt, & quę dicuntur ab Aponio, qui tametsi per id, quod dicitur, *in portis nostris,* putet significari prope finem mundi, per mandragoras tamen herbam, cuius radix similitudinem habet hominis absque capite, Gentes intelligit illas, quæ per legem naturæ rationabilibus hominibus similes sunt, caput verò fidei non habent, vt significetur, prope finem mundi ex omni gente, quæ sub sole est, cõuertendos complures ad Dominum, & credendo, odorem confessionis suæ exhibituros.

Aponius.

D Porrò, quæ de vniuersis gentibus interpretatur Aponius, de conuersione Iudæorum accipit Anselmus, quòd Iudæi sint absque capite Christo, per portas tamen nostras Anselmus intelligit fidem, vt, quod hic dicitur significet, Iudæos iam dedisse bonam opinionem suæ conuersionis, idoneos se exhibentes ad recipiendam fidem.

Iudæi designati per mandragoras.

Anselmus.

Philo Carpathius per mandragoras Patres illos Sanctos veteris testamenti designatos hoc loco censet, qui cum virtutum odore ad inferos descendere, quandoquidem mandragoræ radices sub terram agunt, humanæ figuræ similes, quæ & cadaueris imaginem præ se ferunt, quemad-

Philo.

Patres, & Sancti veteris testamenti designati per mandragoras.

E modum & Patres ij humanæ quidem naturæ participes, sed à vera Dei gloria sub terra mortui, bene olentes extitere vsque ad Christi Resurrectionis diem, in quo mercedem sui odoris acceperunt sine fine victuri.

Denique Theodoritus, atque tres Patres mandragorarum mentionem hic factam arbitrantur, quatenus soporiferæ eædem sunt, at diuersimode, Nam Theodoritus, quod hic dicitur, referẽs ad mortificationem, ait; Mandragoræ vis est, vt medici tradunt, soporifera, quare, cum præceptũ sit nobis, vt mortificemus membra, quæ sunt super terram, idest, vt mortua ea malis actionibus reddamus, meritò mandragoram hic posuit, & dixit;

Theod.

Mortificatio designata per mandragoras.

APPENDIX.

dixit; *Mandragora dederunt odorem suum*, idest, cœperunt homines dormire peccatis. Et quemadmodum qui mandragoram hauserunt, corporis motiones non sentiunt, ita qui piæ doctrinæ poculum biberunt, perturbationes student consopire.

Tres Patr. *Species creaturarum, & notæ scripturæ designatæ per mandragoras.*

Tres verò Patres apud eumdem, Rerum, inquiunt, sensibilium species, & ipsius scripturæ notæ quasi mandragoræ quædam faciunt, vt mens per sensum illis inhærens, non autem per eas ad veritatem vigilanter ascendens obdormiscat, & torpore veluti stolida teneatur, præbuerunt odorem rationum veritatis in rebus omnibus existẽtis, si spiritualiter considerentur.

Ambros. Philo Car.

Qui versionem Sept. sequuntur, referunt ad subsequentia, quod dicitur, *In portis nostris*, tamet si in lectione non concordent, si quidem Ambrosius serm. 22. in psal. 118. vers. 8. ita legit; *Et in foribus nostris omnis fœtus arborũ.* Philo Carpathius, *Et in portis nostris omnis fructifera arbuscula*, quod ita exponit, & in sensibus nostris, per quos, vti per portas, & mors, & vita egreditur, in cogitationibus nostris nil est, quod Deum offendat, quin potius id omne est, quod in Dei laudem, honoremque redundet.

Theodo. Tres Patr. *In insitis sũt oĩa virtutũ genera.*

Theodoritus autem, atque Tres Patres; *Et in portis nostris nuces*, seu, *omnia poma*. Quod ob id dictum ait Theodoritus, quia varijs abundat fructibus, qui Ecclesiæ disciplinam susceperit. Tres vero Patres ita id tribuunt piæ animæ, ac si illa dicat. In sensibus meis, qui veluti portæ quædam, educunt quidem me ad te vt rerum omnium causam per naturalem ipsarum in spiritu contemplationem inquirendum; Introducunt autem te ad me per mentis cogitationem, promptæ sunt omnes in rebus procreatis insitæ veritatis rationes, quæ tamquam nuces tum per scripturæ notas, tũ per rerum sensibilium species Iudeorum, Græcorumque stultitiam nutriebant.

Præcepta et noui, & veteris testamẽti seruãtur ab Ecclesia. Ambr.

In postrema demum parte, quod dicitur. *Omnia poma noua, & vetera dilecte mi*, seu iuxta versionem Sept. *Noua, ad vetera*, aut, vt alij legunt, *Noua super vetera fraterne mi, seruaui tibi*, modicis hisce verbis exponit Ambrosius sermon. 22. in psal. 118. vers. 8. Teneo mandata omnia noui, & veteris testamenti, idque à sola Ecclesia dici

A posse ait, non à synagoga, quæ nec secundum literam noua tenet, nec secundum spiritum vetera, quod ne dum de præceptis, sed & de promissionibus, & vaticinijs, & dictis tã in nouo, quam in veteri testamento intelligunt ferè communiter Patres, probantque simili dicto Redemptoris nostri in Euangelio. *Omnis scriba doctus in regno Dei*, idest in Ecclesia, *similis est Patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Porrò Christo illa seruata asserit Ecclesia secundum Cassiodorum, Aponium, Bedam & alios, quia per Christum, & in Christo ea omnia impleri, & impleta esse, fatetur.

Mat. 13. 52. *Testamẽtũ nouũ, & vetus quomodo Christo seruauit Ecclesia.* Cassiodo. Aponius. Beda.

B Secundum Greg. Papam, quia sic nouum testamentum Ecclesia recipit, ut vetus non abiciat, sic vetus veneratur, vt nouum semper in ipsis sacrificijs carnalibus per Spiritum intelligat, in nouo Christum venisse congaudens, in veteri autem semper venturum expectans.

Greg. PP.

Theodoritus legens, *Noua super vetera, quæ dedit mihi mater mea nepos mi, seruaui tibi*: Veteris, inquit, testamenti præcepta, & noui testamenti mandata, quæ à matre mea Spiritus sancti gratia accepi, seruaui tibi, & depositum integrum custodiui.

Theod.

Quo loco notandum & id, quod ait Augusti-

Augustin.

C nus lib. 20. de ciuit. Dei cap. 4. præferri veteribus noua, quia, quamuis vetera priora sunt tempore; noua tamen præcellunt dignitate, cum illa vetera sint nouorum præconia.

Præter hunc autem sensum, Tres Patres ita hæc reddunt. Recentes euangelicas rationes cum antiquis Græcorum, Iudæorumq. ignorantiæ, tũ naturalibus, tum scriptis rationibus coaceruatas seruaui tibi, quoniam & per scriptas illas purgata, ac moribus instituta sum, & per naturales illuminata, vt per eorum quæ facta sunt, contemplationem te omnium conditorem agnoscerem, & per spiritales perfecta, vt te intelligerem, & prædicarem.

Tres Patr.

Cassiodorus, Beda, & Iustus Orgelitanus, Sanctos noui, & veteris testamenti ab Ecclesia Christo seruatos hic significari, inquiunt, per quem solum illi in cœlum ingredi poterunt. Et quia ipsum vnum prænuntiauerunt, aut prędicauerunt, & prædicant.

Cassiodo. Iustus. Beda. *Iusti & veteris, & noui testamẽti Christo seruati.*

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

1 QVis mihi det te fratrem meum sugentem vbe-
ra matris meæ, vt inueniam te foris, & deo-
sculer te, & iam me nemo despiciat?
2 Apprehendam te, & ducam in domum
matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi
poculum ex vino condito, & mustum ma-
lorum granatorum meorum.
3 Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
4 Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare fa-
ciatis dilectam, donec ipsa velit.
5 Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa
super dilectum suum. Sub arbore malo suscitaui te; ibi
corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.
6 Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum su-
per brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura
sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis, at-
que flammarum.
7 Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flu-
mina obruent illam: si dederit homo omnē substantiam
domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.
8 Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus soro-
ri nostræ in die, quando alloquenda est?
9 Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea;
si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.
10 Ego murus; & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum co-
ram eo quasi pacem reperiens.
11 Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos; tradidit eam
custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.
12 Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his,
qui custodiunt fructus eius.
13 Quæ habitas in hortis, amici auscultant; fac me audire vo-
cem tuam.
14 Fuge dilecte mi, & assimilare capræ, hinnuloque ceruorum
super montes aromatum.

CAPITIS OCTAVI
VERSICVLVS PRIMVS.

QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

Expositio Prima. Iuxta sensum Litteræ.

LITTERA.

Canticorũ caput octauũ est peroratio totius libri.

TAmetsi totum id, quod hoc capite octauo habetur, ad Actum quintum & vltimũ ita pertineat, vt illius principium sibi connectẽdum sit præcedẽtis capitis septimi; summæ tamen ratione illud à veteribus Patribus dissectũ a superioribus fuit, & tamquam totius amatorii huius Cantici peroratio, in extremum caput dispositum: vtpote in quo non iam amantium explicantur laudes; sed vel amor ipse celebratur, vel amoris mutui efficacissime exprimuntur affectus, quorum per totum opus sparsim hinc inde varia exhibita fuerunt indicia. Hos quippe affectus mirum in B modum hac ipsa prima, & subsequentibus sentẽtiis exprimit sponsa haud alii, quàm ipsimet dilecto suo, præsertim in lectione Hebraica, in qua per asyntheton profert verba omnia in hunc modum: *Inueniam te foris, deosculabor te, apprehẽdam te, ducam te in domum, &c. potabo te, &c.* Nouimus namque, iuxta Rhetorum doctrinam figuram istam *ἀσύνδετον* quam Latini dissolutionem appellant, seu Articulum, & secũdum quam dẽptis coniunctionibus plera dicuntur, acriora facere, quæ asseruntur, & vim quamdam præferentia velut sæpius erumpentis affectus, vt inquit Quintilianus lib. 9. cap. 3.

Quintil.

Porrò, cum constet, ea, quæ hic dicuntur, ad superiora spectare, & cum ijs connecti debere, quæ immediate dicta fuerunt, communiori quidem C sensu ea, vti superiorum ratio desumi solẽt; quod in hunc modum egregie explicat Legionensis, quem reliqui sequuntur recentiores; vt sponsa in his verbis significet, se ad eam amoris magnitudinem iam peruenisse, vt pati nullo modo possit, sibi vllum amori & complexibus vacuum præterire tempus, atque adeo optare, vt id quoque sibi liceret domi, forisque cum dilecto suo, quod licet sorori cum fratre infantulo, quem vbicumque in vlnas, complexusque accipit, & osculatur. Tunc enim nec ipsa ab vllo despiceretur, si eadẽ illi præstaret; sed quoniam neque pudor patitur neque mos permittitur, ea palam fieri in Vrbe, & ipsa hominum societas multas quotidie affert causas, quæ amantibus, quo minus sine interpel-

Legionẽsis

A latione se ament, solent esse impedimento: idcirco rus illum inuitare, & vitæ rusticę amare libertatem: In cuius sensus confirmationẽ facit, quod apud aliquos legitur: *Vt inueniã te foris solũ, &c.*

LITTERA.

Melius cũ iis, quæ mox dicta fuerant, *a Mãdragora dederunt odorem suum*, ita hæc ipsa connectit Martinus del Rio, vt in his explicetur prior mandragorarum effectus, nempe vehemẽter gliscens ardor amoris: cuius indicium clarissimum ista sit pathetica, & affectuosa exclamatio, qua per tenerrimam similitudinem affectum animi sponsa nititur explicare. Qualis verò iste eius esset affectus, his verbis ab eodem exponitur. „Peruenerat ad culmen amoris, & quia quod amabat, infinitum erat, non poterat id amando expleri: vt tamen quoad posset, consequeretur, vni amori vacare volebat. Ad hoc necessarium intelligebat, à dilecto numquam auelli, & solis eius amplexibus inhærere. Sed, quia nonnihil in publico sic illum deosculans conspici verecundabatur, moleste ferebat hunc sibi fructũ dilectionis nigem à spectatoribus turbari, & interrumpi: quamobrem optat, dilectum sibi cunctorum iudicio similem fieri infantulo fratri obuio, & vt tali sibi coram hominibus frui liceat, &c.

a Cant. 7. 13.

Mart. Del Rio.

I. SENSVS.

Vt autem dicã ipse quid sentiam; duobus modis crediderim hæc cum superioribus iungi comode posse, atque adeò, & duplicem eorum, quę hic dicuntur, afferri posso sensum. Vel enim referentur ad totum id, quod iam dictum fuerat: *b Ibi dabo tibi vbera mea: Mandragora dederunt odorem suum: In portis nostris omnia poma, &c.* vt per hæc sponsa prudentissima duo simul efficiat, & vehemẽtissimum suum erga dilectum eo modo, quo potest, patefaciat amorem, & tacitæ cuipiam satisfaciat obiectioni, quæ sibi fieri potuisset ob id, quod in prædictis modicis verbis sibi inuicẽ pugnantia asserere visa esset. Hæc nãque duo contraria esse quis dixerit: quod ait, se ita amore in suum succensam dilectum, vt prompta ei seruarit omnia poma, seu, vt in promptu habeat, omnia amoris indicia illi exhibere, prout supra explicatum est in sensu quarto; & tamen nullum tale tunc exhibeat vel in osculis, vel in amplexibus, sed dicẽs, *Ibi dabo tibi vbera mea*, pati se posse significet dilationem tantam, quanta illa fuerit, necesse est, quoadusque ad villas, vineamque peruenissent. Præclarè autem hisce omnibus

Spõsa præsentis Cãtici amor purissimus.

b Cãt. 7. 12. & 13.

LITTERA. bus satisfacit, dum insigni hac pathetica, & (vt ita dicam) affectuosa exclamatione coram adstantibus sociabus ita ipsum alloquitur dilectum: *Quis mihi det, &c.* indicans suam erga illum tantum esse dilectionem, adeoque prompta ei seruasse vniuersa amoris indicia; vt optet & in eo quoque loci, vbi tunc reperiebantur coram adstantibus osculari ipsum, atque complecti, si purum castumque amorem ipsum suum deceret, prout decet amorem sororculæ reperientis fratrem suum infantulum foris vel in agro, vel in foro, & platea, vt ita nec ipsam despiceret quispiam, si tunc inuentum, obuiumque eum oscularetur, cõplexu apprehenderet, &c. Sicut nemo est, qui sororculam illam subsannet: ideoque se dixisse, *Ibi* in villis, & in vinea, vbi soli versabimur, *dabo tibi vbera mea*, in tuos nimirum ruens complexus: æquè est namque, ac si dicat.

PARAPHRASIS. *Egrediamur in agrum*, &c. Ibi vbera, amoresq; meos affatim *tibi dabo*: sum enim vehemẽtissima tui dilectione succensa, ita vt mandragorarum philtrum sumpsisse videar; tibique vni prompta habeo vniuersa amoris indicia; & quidem, ni pudor ipse & decor me contineret honestatis, nil certe aliud impedire me posset, quin & nunc coram hisce omnibus in tuos ruerem amplexus O vtinam mihi modo esses tamquam fraterculus sugens *vbera matris meæ*. Sanè inueniens te quocumque loci, deoscularer, nec quisquam me despiceret, nec quid mihi esset dedecoris, quæ vt pudicissimi sponsi coniux pudicitiam præ omnibus, & decorum profiteor honestatis.

II. SENSUS. Vel secundò, hæc ipsa admodum congruenter iis subiecta sunt, quibus immediate ipsamet spõsa vehementiam sui expresserat amoris, quando, postquam dixerat, *a Mandragoræ dederunt odorem suum*, id est, vehementius amore succensa sum (vt supra explicatum est sensu quarto) adiecit: *Omnia poma, noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*: idest omnia amoris indicia tibi exhibẽda seruaui tum noua, tum vetera. Porrò, quòd noua seruarit, iam patefecerat, cum dixisset: *b Ibi dabo tibi vbera mea*: vti videlicet dilectissimo spõso propter nouam, recentemque desponsationẽ; Id reliquum erat, vt confirmaret, quomodo ei seruarit & vetera: hocve illud est, quod efficacissime in hac facit sententia, in qua testatur, se id quoque habere maxime in optatis, vt antiquissimum amorem illi posset exhibere, quem fratri pusioni exhibent sororculæ, ac si dicat.

a Cãt. 7. 13

b Cãt. 7. 13

PARAPHRASIS. O vtinam repuerascere possemus, liceretque mihi, vetustissimum illum tibi ostendere amorem, quem tibi tunc vt dilectissimo exhibebam fratri. O vtinam fieri posses mihi sicut frater germanus, & infantulus sugens *vbera matris meæ*. Quærerem te vt soror, inuentumque foris, & extra domesticos parietes deoscularer. Sanè pro certo haberem, quòd *iam me nemo despiceret*, prout à vobis filiæ Ierusalem *c* despectam noui aliquãdo, cùm in me consideraretis id tantum, quòd fusca essem: Viderent namque vniuersi, quòd tametsi essẽ *nigra formosa* nihilominus essem, vtpote tam formosi fratris soror, tamve speciosi dilecti charissima sponsa.

c Cãt. 1. 5.

Quoad lectionum varietatem notandum proco; quod noster Interpres consueta optandi sacrarum litterarum phrasi legit, *Quis mihi det te fratrem meum*, in Hebræo clarius haberi, *Quis det te sicut fratrem mihi*, prout rectè ad verbum transtulit Aquila. Sept. in vocatiuo sumentes fratris nomen vertunt, *τίς δώῃ σε ἀδελφιδέ μου θηλά-*

Aquila.

A *ζοντα*, *Quis det, fraterne mi, sugentem*, &c. Videtur autem vsurpasse fraterni vocabulum pro nomine fratris: vnde Ambros. serm. 19. in ps. 118. vers. 8. non fraternum, sed fratrem legit. Quod autem in Vulgata legimus, *Vt inueniã te*, quomodo vertit & Symmachus. Hebræa habent in futuro, *Inueniam te*. Sept. *εὑροῦσά σε*, *inueniens te*. Tertiò, pro voce, *foris*, qua vsus est noster Interpres, & Sept. in Hebr. est בחוץ bahutz, quæ & *foris* significat & in platea. Vnde quidam interpres Græcus illã vertit *ἐν ἀγρῷ*, in agro. Alius verò, *ἐν ἀγορᾷ*, *in foro*, seu *in platea* Denique, pro eo, quod legimus, *Et iam me nemo despiciet*, sexta editio habet. *Et nemo me paruifaciet*, seu, *vilipendet*, Aquila vero, *Haud amplius subsannabunt me*. Sũt qui in Vulg. B legunt, *Etiam me nemo despiciet*: Melior tamen lectio est, vt disiunctum legatur, *Et iam me nemo despiciet*.

DE ECCLESIA.

Symmach.

Aquila.

Vers. I. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSUS. C PErorationem eorum, quæ in hoc Cãtico hinc & inde huc vsque dicta fuerunt, cum in hoc extremo cap. 8. facere sancta velit Ecclesia, congruentissimo sane ordine inde illam incipit, vnde opus, & drama ipsum sumpsit exordium, ab osculis, & ab vberibus, sed diuersimode, & ordine pariter diuerso: In exordio namque oscula afflagitauit diuini Verbi, eiusdemque vberum gustatam euexit dulcedinem, dicens: *d Osculetur me osculo, seu, ab osculis oris sui*: *Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis*: Hic autem vbera præmittens osculis, sumet illi proponit vbera, proponit & oscula, vt grandior iam effecta, atque perfectior; quin & vinum quoque, & vnguenta pariter sua eidem in D subsequenti pollicetur sententia. Sed hæc certe haud quaquam ei auderet proponere, nisi iam ab ipso per Incarnationis mysterium & osculo oris osculata fuisset, & dulcedine, atque doctrina vberum fuisset refecta. Non incipit autem ex abrupto hanc perorationem, sicut inceperat exordiũ: at in confirmationem eorum, quæ a se dicta fuerant in vltima sententia capitis septimi, *e Mandragoræ dederunt odorem suum*; *In portis nostris, omnia poma noua, & vetera, dilecte mi seruaui tibi*, id probat, quomodo charitate succensa nedum noua, sed & vetera amoris indicia suo seruauit dilecto: quod enim noua seruarit, facile quilibet colliget ex iis, quæ superius ab ipsa dicta fuerunt E in noua infidelium conuersione, quæ facienda tunc erat per sanctos suos Prædicatores, vt nouo sponso exhibituram vbera sua, amore nimirum sponsæ etiam ingentibus illis Christum prosecuturam. Nunc antiquissimum quoque eidẽ suũ proponit affectum sororis in fratrem, sed quia semel tantum multis ab hinc annorum sæculis frater paruulus factus is est, quãdo infans natus est in præsepio, eumdẽ vt illi seruatũ exhibeat affectum suũ, ei exhibet desiderium inueniendi saltem illũ denuo fratrem paruulũ sibi foris cõcessum in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, in quo quædam fieri videtur Incarnationis renouatio.

Peroratio quam cõgruat exordio huius libri.

d Cãt. 1. 1.

e Cãt. 7. 13

DE ECCLESIA.

tio. Loquitur autem in persona eorumdem prædicatorum, in quorum persona locuta est & in præcedentibus. Qui sanè Prædicatores sancti duo in primis exoptant in iis, quos in agro, atque in villis conuerterint, frequentationem huius sanctissimi Sacramenti, atque deuotionem in orationibus ante idem Sacramentum exhibitis: quorum duorum affectum mirum in modum in his exprimunt, cum dicunt; *Quis nobis det te fratrem nostrum sugentem*, &c. Ostendamus primò, quo modo per hæc affectum exprimant ingentis desiderii frequentiæ sanctissimi Sacramenti: singula namque verba maximam habent vim. Primò enim, cum dicere potuissent simpliciter, Vtinam te videremus, seu te haberemus fratrem nostrum, multo efficacius singuli eorum dicunt, *Quis mihi det te fratrem meum*: quasi obstupescentes primum immensam sacerdotum potestatem, qua quandocumque voluerint, celsissimum, omnipotentem, & incomprehensibilem Deum nobis elargiri possunt, terris demissum, sub exiguis accidentium speciebus contentum, fratrem nostrum paruulum, & nostra carne indutum; quo modo eumdem iam diu nobis dedit Dei genitrix Maria, quando efficacius Spiritus sanctus in eam superuenit, & virtus Altissimi obumbrauit ei.

Eucharistia frequẽtationem quàm ardenter in fidelibus optent sancti quique.

Sed illico dicet aliquis, si frequentationẽ optant Prædicatores isti huius Sacramenti, cur dicunt: *Sugentem vbera matris meæ*, naturæ scilicet humanæ? sanè enim dicere potius debuissent: *Lactantem vberibus* naturam humanam, *matrem meam*. Facilè tamen huic satisfiet dubio, si recolamus; quæ de sponsæ vberibus ab ipsomet eius dilecto dicta fuere supra in cap. 4. *a* ibi namque exinde potissimum celebrata sunt, quòd pascantur potiùs, quàm pascant: atque adeò assimilata fuere duobus hinnulis capreæ gemellis, qui pascuntur in lilijs. An non candidissima lilia sunt species Sacramentales? An non & quod sub iisdem speciebus est corpus Christi, lilium est præstantissimum, & flos vniuersas in se habens species florum, qui de semet dixit, *b Ego flos campi, & lilium conuallium*? Pascuntur autem, vt hoc loco significatur, qui in Sacramento communicãt, quatenus Christus sugit eorum vbera: & tametsi in sumptione tanti Sacramenti ore pasci videantur; re vera tamen pascuntur potiùs vberibus affectuum, quæ, cum sint instar spongiæ, Christo sugenti & lac exhibent pietatis, deuotionis, ac puritatis, & à sugente tamquam a perenni gratiarum fonte dulcissimo implentur pabulo gratiæ, refectionis spiritualis, & virtutis eiusdem Sacramenti, sine quo nil certe prodesset, quæ per os fit sumptio sacramentalis.

In Eucharistia Christus sugit vbera affectuum, iisdemque vberibus illos pascit.

a Cãt. 4. 5.

b Cãt. 2. 1.

Bene autem in persona eorumdem sanctorum Prædicatorum addit, quid eorum singuli facturi tum sint, dicens: *Vt inueniam te*, seu simpliciùs, iuxta Hebr. *Inueniam te*, aut iuxta Sept. *inueniens te foris*, seu, *in agro deosculer*, seu, *deosculabor te, & iam me nemo despiciet*. Tantum enim gratiæ consecuti, vt & inter eos, qui prius bestiarum instar in sæculi huius agro viuebant, Christum inueniant fratrem paruulum in sanctissimo Sacramẽto effectum sugentem vbera affectuum eorum, iisdemque vberibus illos in eiusdem Sacramenti communione pascentem spirituali refectione. Quid efficerent, nisi id, quod per Prophetam iis significatum est: *c Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo*. In salutari eiusdem Sacramenti calice ipsum accipiunt fratrem paruulum; sed antequàm illum Sacramentaliter sumant, eius vt domini dilectique sui inuocant nomen, faciũtque id osculo, quo fit vnio spiritus, atque cordium osculantis, & osculati. Ideoque prius dicitur, *Osculabor te*: tum subditur, *apprehendam te*.

Prædicatores sancti nullarem magis referre Deo gratias norũt, quã de frequẽtia sacramenti, quã sumptione eiusdem sacramenti.

c Psal. 115.

DE ECCLESIA.

Porrò inter hæc duo admodum congruenter Ecclesia sancta in persona propria loquens, ea ponit verba. *Et iam me nemo despiciet*. Siquidem cum per purissimum iam dictum, castissimumque fidelium suorum osculum ita super ipsam inuocatur nomen Domini residentis in sanctissimo Sacramento vt eius & sponsi, & fratris paruuli, necessario consequitur, vt iam à nullo prorsus despici debeat; quandoquidẽ & illæ septem mulieres apud Isaiam, significantes vniuersam humanam naturam, & Ecclesiam ipsam apprehenso Christo viro illo vno, de quo per Salomonem dicitur: *d Virum de mille vnum reperi*: istud ipsum ei contestantes, dixere: *e Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum*.

In Eucharistia frequẽtia vniuersum Ecclesia aufertur opprobrium.

d Eccl. 7. 29.

e Isa. 4. 1.

Quamquam & in persona quoque vniuscuiusque exosculantis eumdem Christum in ipso Sacramento dicta hæc accipi commodissime possunt. Enimuerò qui, antequam Sacramentaliter Christum apprehendat, per spiritale osculum ita illi vnitur in spiritu; vt cum Apostolo dicere queat: *f Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus*: nomen profectò Christi super se inuocat; adeo vt iam amplius despici a nullo debeat, quòd sceleribus niger sit, quod ve a Domino sit derelictus, iuxta illud Isaiæ: *g Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua* (cordis tui) *non vocabitur vltra desolata: sed vocabitur voluntas mea in ea*. Verba sunt Domini ad animam. Quid est autem: *vocabitur voluntas Domini in ea*; nisi illa vocabitur habens in se Spiritum Domini, quem per osculum suscepit, & vocabitur vnus cum Domino spiritus, sicuti osculo professa est, quo illũ inuocauit super se? Ideoque egregiè apud eumdem Prophetam adiicitur: *h Et terra tua inhabitabitur; quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur*: bisque dicitur, *Et terra tua inhabitabitur*:

In Eucharistiæ communione anima per osculũ inuocat nomen Domini super se, quid ve per hoc consequatur.

f Gal. 2. 20.

g Isa. 62. 4.

Nam quæ primo desolatam habebat terram cordis sui, cum in tenebris peccatorum nigra esset, & a Domino derelicta, cùm primùm, inuento in sanctissimo Sacramento Christo ad eius accedit osculum, inhabitatur sanè ab eodem Christo, cuius in se suscepit spiritum, cui & vnitur, ideo primùm: *& inhabitabitur* (inquit) *terra tua, quia complacuit Domino in te*. Sed post modum cum & sacramentaliter eumdem in speciebus sumit sensibilibus, addendum denuo est: *Et inhabitabitur terra tua*, ab ipso scilicet Domino præsentia nedum spirituali; sed & sacramentali: Itaque quod in hac sententia asserit Ecclesia iuxta ea, quæ hucusque dicta sunt, breuiter tale est.

Per Eucharistiæ sumptionẽ quo inhabitari dicitur terra animæ.

PARAPHRASIS.

O vtinam & pomis veteribus, præstantissimisque amoris indicijs, quibus quando Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in antiqua illa cœna instituisti, te ex tunc prosecuta sum, prosequi & nunc possim in agro, atque in villis, vidẽs tanti sacramenti frequentationem inter eos, qui vel ex agro ad fidem, vel ex villis ad iustitiam conuersi sunt, quis tantæ erit potestatis, vt dare te, & nunc queat in hoc sanctissimo Sacramento paruulum *fratrem* nostrum, prout te exhibuisti in præsepio, *sugentem* non iam vbera Mariæ Virginis, matris tuæ, sed vbera humanæ naturæ *matris meæ* in hominibus hisce, quos tuo

pascis

DE ECCLESIA.

pascis corpore? sugensque, ex affectuum eorum vberibus spirituali te pascis deuotione. Sanè, cum in sanctis meis Prædicatoribus in agrum egressis, atque in villas foris in ipso te reperero agro, pro tantæ gratiæ compensatione in tua ruam oscula, spiritualiter primum communicans tantū Sacramentum, osculoque spiritum, nomenq; tuū inuocabo super me: vnde & spem concipio, quòd *iam me nemo despiciet* vt nigram: nemo despiciet Prædicatores ipsos meos vt derelictos, quos Domino vnitos, & vnum spiritum cum Domino existentes, atque adeo & nomen eiusdem Domini super se habentes intelligent.

ALTER SENSUS. *Orationū deuotionē ante sāctissimū Sacramentū quā optet Ecclesia.*

Reliquum modò est, vt & alterum explicemus, qua scilicet ratione Ecclesia in iisdem Prædicatoribus suis deuotionem per hæc se exoptare significet orationum ante idem Sacramētum ab iis effusarum, quos in agro conuerterunt, atque in villis. Pro qua re animaduertendum, Ecclesiam primo ipsum eorumdem Prędicatorum magno cum affectu proferre desiderium, cum dicit: *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ?* Ac si dicat.

PARAPHRASIS

Vtinam & id quoque mihi concedatur, vt in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento paruulum mihi exhibeatis *fratrem* etiam in agro, atque in villis: in iis, qui ex agro infidelitatis, & iniquitatis per meos conuersi sunt Prædicatores, *sugentem* deuotionis vbera naturæ humanæ, quæ mater mea est. Tum subdens, quid factura sit in vno quoque eorumdem Prædicatorum: qualiter deuotio ipsa ante idem Sacramentum exhibenda sit, edocet. Ait autem: *Inueniam te foris, osculabor te*, seu ēt optanter; *Quis mihi det, vt inueniam te*, sic *fratrem meum*, effectum, *Inueniam foris, & deosculer te?* sequeturq; postea in sequenti sententia: *Apprehendam te*, &c. Porrò dicens, *Vt inueniam te foris*, verbo inueniendi necessarium indicat studium eius, qui deuote orare voluerit, ad quod nos hortatur Isaias Propheta, qui ait: *a Quærite Dominum dū inueniri potest, inuocate eum dum prope est;* Quando verò magis prope est, quàm cū in sanctissimo est Sacramento? Propterea satis apte ad verbum ipsū inueniendi istud apponit aduerbium *foris*, nimirum extra illum celsissimum thronum, super quō in cælis residet absque illa inaccessibili maiestate, qua in altissimis regnat, ante quam cōtremiscunt, & Angeli. Hoc, inquit, opto, *vt inueniam te foris*, ac super altari in forma humili sub modicis speciebus paratum te exhibentem ad singulos audiēdos, ad vniuersis gratias elargiendas, atque ad omnium oscula suscipienda. Hinc bene subiicit: *Et deosculer te*: Nā sicut quando Rex magnus foris in agro, vel ruri residet, aut etiam quando priuatim in aula se exponit, singulis ad ipsum datur accessus, vnicuique & libellos supplices eidem offerre fas est, quin & genua eius deosculari: Ita & ad Christum foris sic super altari residentem nedum vnicuique accedere permittitur, sed & quisque accersitur iis vocibus, *b Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestra non confundentur:* Imò & quod summæ in nos gratiæ, & eximię illius humilitati ac dilectioni erga nos adscribendum est, vnicuique fas est, vt illum deosculetur nedum in pedibus, sed & in manibus, & in ipsomet eius ore Cum enim triplici affectuum genere Christo in sanctissimo Sacramento foris inuento orantes adstare velit Ecclesia, bene haud signans, quo osculo eum velit osculari, generice inquit. *Et deosculer te*, triplici nimirum, omnique osculi genere: osculatura illi cum Maria Magdalena sacratissi-

a Isa. 55. 6 *Quærendū sedulo, vbi oratio fiat ante sāctissimum Sacramētum super altare.*

Simile.

b Ps. 33. 6.

In oratione ante sāctissimū Sacramētū Christus quasi in triplici osculo ab aia orante. Osculū triplex.

A mos pedes affectibus contritionis, cum aspirationes ante eum proferet, confitens peccata sua, quibus iram Dei meruit, misericordiamque, & veritatem eiusdem Dei pedes lacrymis suis rigabit, secundoq; gratitudinis affectu manus pariter osculatura fratris sui Christi, cum aspirationes proferet gratiarum actionis pro innumeris eius muneribus, quæ è largissimis illius manibus in se collocata cognoscit. Osculo siquidem manuum eius, qui beneficia cōfert, gratiarum actionis affectus designatos, colligimus manifestè ex lib. Ecclesiastici vbi dicitur, *c Donec accipiant, osculantur manus dātis, & in promissionibus humiliant vocem suā.* Sed de hoc manuum osculo, deque gratitudinis, & gratiarum actionis affectu ascendere vlterius

B optans ad osculū oris, quo in primis, collimauit, *Et deosculer* (inquit) *te*, affectu nimirum ardentis charitatis; quomodo & ab ipso osculatam antiquitus se nouit in Incarnationis mysterio, iuxta id, quod ab eo peti erat in principio huius Cantici, *d* quomodo & in ipsomet Eucharistiæ Sacramento renouatis osculis ab eodem osculari se animaduertit, cum per illud in cellam vinariam introducta instructam super se agnouit omnem amoris aciem, & eleuatum vexillum charitatis, vt explicatum est supra in expositione secunda eorum verborum cap. secundi, *Vt deosculer* (inquit) *te*, internis nimirum præcordiorū affectibus charitatis, ardentibusque aspirationibus, quas optime frater ipse paruulus, veluti sororia percipere

C paratus est oscula, iuxta illud, quod in psal. 10. dicitur secundum versionem B. Hieronymi, *e. Desiderium pauperum audisti, Domine, præparasti, vt cor eorum audiat auris tua. Vt deosculer te*, denique ait, osculo ipso suo optans pascere propositū fratrem suum, & oblectare melle, & lacte affectuum deuotionis recolit namque, ob istud ipsum aliàs ab eodem sibi superius dictum; *f Fauus distillās labia tua; Mel, & Lac sub lingua tua*, vt explicatum videre est ibi. Congruenter autem iuxta lectionē Hebr. & Sept. *Osculabor* (inquit) *te*, postquam suum illud exposuit desiderium, vt sibi dilectus suus in hoc Sacramento proponeretur vti frater

D paruulus sugens vbera naturæ humanæ. Tantumdem enim esse arbitror, *osculabor te*, ac si dixisset, quomodo dixit superius. *g Dabo tibi vbera mea*, quæ nedum complectaris, vt sponsus, sed & sugas vt frater infantulus. Enimuero, dum sermo est de spiritualibus fidelium Ecclesiæ membris, vnum idemque cor reperio esse & os, quo osculum exhibetur dilectionis, & vbera, quæ sugenda traduntur. Ita vt sicut in auibus obseruamus, pullos à parentibus vno eodemque ore, ac rostro & oscula desumere, & cibos: eadem quodammodo ratione & Christus propositus vt frater noster pusio in sacratissimo Sacramēto, vno eodemque corde & oscula orantis animæ suscipiat affectuum charitatis, & veluti ex vberibus melleum sugat lac de-

E uotionis.

Non minus verò cōgruum id est, quod in hoc primo versu additum reperimus ad prædicta. *Et iam me nemo despiciat.* Siquidem nil est, quod magis fideles ad sacramentalem Christi præsentiam istam desiderandam, atque ad prædicta excitet oscula, orationes, atque deuotionis affectus, quàm vt non subsit despectui eorum, qui absentiam eis improperant Dei sui, vtque à Deo derelictam contemnunt: quod in Psal. 41. *h* Sancta illa ad viuum expressit anima, dicens. *Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat aīa mea ad te Deus: sitiuit aīa mea ad Deum*

DE ECCLESIA.

c Luc. 7. 38.

d Eccli. 29. 5. *In oratione ante sāctissimū sacramētū osculo potissimū oris, & charitatis anima Christū deosculatur.*

e Cāt. 1. 1. Cant. 2. 4. f Ps. 9. 17.

g Cāt. 4. 11

h Cāt. 7. 12 *Osculari, & dare vbera ab anima orante idē sūt. Cor est & os, & vbera animæ. Simile.*

Ad orationē antess. Sacramentum quid potissimum excitare debet.

i Psal. 41. 2

DE ECCLESIA.

fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Domini? quod idem est, ac id, quod hic dicitur: *Quis mihi det te fratrem meum, vt inueniam te foris?* Apertius vero se explicans idem Propheta subiicit: *a Haec recordatus sum*, has scilicet insultationes, praedictosque cõtemptus, *& effudi in me animam meam.* Quid est hoc, *Effudi in me animã meam?* Communiter quidem id refertur ad ingẽtem animae laetitiam, ac consolationem, ac si diceretur: Effusa laetata, & consolata sum, iuxta illud psalmi 76. *b Memor fui Dei, & delectatus sũ*: & illud Isaiae: *c Tunc videbis, & afflues, & dilatabitur cor tuum.* At ad rem nostrã congruentius, *Effudi in me animam meam*, id ipsum est, ac id, quod hoc loco dicitur, *osculabor te*, seu, *vbera mea* sugenda tibi porrigam: Effusio nãque animae effusio est cordis, qua certè orãs osculatur Deum: congruitque admodum effundendi verbum vberibus nẽ in oratione Christo infanti porrectis ad sugendũ. Nec minus congrue dicit Propheta: *Effudi in me animam meam*: cum dicere potius debuisset: Effudi in Deum animam; iuxta propositam materiã, secundum quam ex vberibus in illius certe os effunditur lac, cui vbera ipsa sugenda fuerint porrecta. Reuera enim in casu nostro piae, quae corã sanctissimo Sacramento orant animae, vbera quidem deuotionis suae infantulo Christo porrigũt sugenda; ideoque effusione cordis dulcissimum effundunt lac aestuantium affectuum: Attamen, Christo lac ipsum sugente, adhuc effusio ipsa lactis praedicti, praedictaeque dulcedinis in easdem redundat animas illas, quae orãt, iuxta illud psal. 36. *d Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*: sugens namque Christus vbera orantis, affectuosas quidem sugit petitiones, & aspirationes, vt illas exaudiat: at dulcedo ipsa affectuũ in orantem redundat; Id quod expressius significauit idem Propheta, cũ in alio psalmo dixit: *e Iucundum sit ei eloquium meum*, id est, dulcissimas effundam ei è corde meo precum aspirationes; & subdit: *Ego vero delectabor in Domino*: Ac si dicat: Sed tamen re vera dulcedo ipsa earum precum, & effusionum cordis in me redundabit, ego namq; ero, qui in Domino delectabor, sugente ipso vbera mea: propterea igitur aptissime ipsemet Dauid in eo loco psal. 41. *f* quem expendebamus, dicebat, *Effudi in me animam meam.*

a Psal.41.5

b Ps.76.4.
c Isa.60.5.

Effusio cordis in me animam meam, in oratione est idẽ quod osculum, et vberũ porrectio.

In oratione dulcedo lactis, quo Christus potatur, redũdat in orantem animam.

d Ps.36.4.

e Psal.103.34

f Ps.41.5.

Clarius autem semet explicat, iuxta versionem B. Hieronymi, & id profecto omne, idem ait Propheta, quod a Salomone filio (vt visum est) in hac dicitur sententia, *Quis mihi det te fratrẽ meum sugentem, &c.* subiicit namque, quomodo effusurus sit in se animam suam, dicens: *g Quia veniam ad vmbraculum.* Quis verò nesciat, sanctissimum Sacramentũ vmbraculum esse, in quo Christus sub sensibilium specierum vmbra veluti in vmbraculo latet? Additque; *Tacebo vsque ad domum Dei*: Quae est Domus illa Dei, nisi sanctum altare, sanctumque tabernaculum ipsum, in quo Deus in sãctissimo commoratur Sacramento? Quam belle autem affectuosarum precum suarum effusionẽ, quam sponsa osculandi verbo expressit, cum dixit, *Et deosculer te*, Propheta Dauid verbo exprimit tacendi: Loquentibus enim osculis, tacet lingua; & peruulgatum est etiam apud profanos auctores, Deum silentio potius adorandum, quàm verbis, prout & Dauid ipse aperte significauit in Psal. 64. cum iuxta Hieronymi pariter versionẽ ait; *h Tibi silentium laus Deus in Sion*: Et scimus, a Christo Iesu dictum in Euangelio; *i Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare*: Quamquam adoratio ista in spiritu, & veritate, ista ve deosculatio, atque silentium suas quoque habeat voces adeo altisonas, vt celsissimi quoque Dei penetrent aures. Vnde bene Dauid, postquam dixit, *k Quia tacebo vsque ad domum Dei*, subdit, *In voce laudis, & confessionis multitudinis festa celebrantis.* Ac si dicat: Osculis, & silentio orans ante Christum infantem in sanctissimo Sacramento sugentem vbera naturae humanae, clamabo in corde meo vocibus, quae peruenient nedum ad altare, & tabernaculum, in quo veluti in vmbraculo, atque domo ipsius commoratur in Sacramento, verum etiam vsque ad celsissimam domũ Dei in altissimo caelorum habitaculo residentis. Clamabo autem in voce laudis, & confessionis, internis illum efferens aspirationibus, & omnino in voce multitudinis festa celebrantis. Clamabo siquidem vna cum tota illa multitudine, quae me cum ante vmbraculum istud tuum feruẽtes effundens preces, iucundissima celebrat festa. Meliusq; iuxta versionem Vulgatae, *Clamabo* (inquit) *in voce exultationis, & cõfessionis, sonus epulantis*: Epulatur namque is, qui effundit in se animam suam in oratione, dum, sugente Christo lac affectuũ eius, ipse est, qui in eiusdem lactis delectatur dulcedine; ipseque est, qui eodem deuotionis suę lacte nutritur, & crescit in augmentum fidei, & dilectionis, vt dictum est. Sed sonus quoque epulãtis eadem sunt voces; quia ab eo proferuntur, qui ante vmbraculum sanctissimi Sacramenti effundens in se animam suam, spiritualiter praesenti communicat Christi corpori, vt talibus refecta epulis, validioribus exclamet vocibus: quem sensum significare videtur Ecclesia, dum in antiphona in festo Corporis Christi canit: *In voce exultationis, & confessionis resonent epulantes in mensa Domini.*

g Ps.41.5.

In oratione pia anima tacendo clamat ad Deum.

Silentio potius, quàm voce adorãdus Deus.

h Ps.64.2.
i Ioã.4.24.

DE ECCLESIA.

In oratione quo clamãdum cũ Prophetis.

k Ps.41.5.

Orans ante sanctiss. Sacramentũ spiritualiter corpori Christi communicat, vt magis exclamet.

Ex his itaque omnibus patet, id, quod verbis hisce, *Quis mihi det te fratrem meũ*, &c. iuxta hũc sensum acceptis sancta intendit Ecclesia, optans Christo exhibere & noua, & vetera poma, amorisque indicia, breuiter tale esse.

PARAPHRASIS

O vtinam id quoque in hisce, qui ex agro conuersi fuerint, atque ex villis mihi contingat, vt in sanctissimo Eucharistiae Sacramento proponaris vt frater paruulus, sugens vbera deuotionis naturae humanae *matris meae*: Viue ipsa in fidelibus hisce meis in agro *inueniam te foris* super altare, *& deosculer te* per affectuosissimas orationes, perque ardẽtissimos charitatis affectus, postquam & per affectus pariter contritionis te deosculata fuero, atque per affectus gratiarum actionis; vt sic post oscula pedum, atque manuum tuarum, os etiam ipsum tuum deosculer: *& iam me nemo despiciat*, quòd vt peccatis nigra a te derelicta sim.

Vers. I. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meae, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

Expositio Tertia. De Secunda Sponsa, quae est Anima Iusti.

I. SENSVS.

Deo per amorem inhaerere, quomodo optet pia anima.

INgens in his suum pia anima exprimit desiderium, quo ea ratione per amorem Deo vniri peroptat, vt nedum in secreto contemplationis, verum etiam foris, & coram proximis in vita actiua eidem inhaerere sibi liceat; ita vt omnibus aedificationi sit, nec quorumcumque mundanorum hominum vereatur contemptum: Acque est enim ac si dicat:

O vti-

DE ANIMA. PARAPHRASIS.

O vtinam tanto mihi astringereris amoris vinculo, Deus meus, quanto adstringuntur frater, atque soror: O vtinam tam tenere te diligerem, quam tenere a sorore diligitur frater paruulus, sugens vbera matris suæ; ita vt etiam palam, & coram fratribus dum proximorum indulgeo vtilitati, deosculer te osculo charitatis: ita vt non me pudeat ante omnes te confiteri, tibique obsequi oratione, ac bonis operibus.

Ad perfectionē tria necessaria sunt.

Notandum autem, eamdem animam per hęc in sensu isto accepta, tria nobis ob oculos ponere, quæ necessaria vnicuique sunt ad hoc, vt quis sanctus dici queat, atque perfectus.

Simile. *Humilitas maximè necessaria ad perfectionē.*

Primum est, vt Christum tam tenere diligat, quàm diligi solet frater infantulus sugens vbera matris suæ: ita vt, quemadmodum cum huiusmodi paruulo soror quantumuis grandæuior sit quodammodo paruula, loquens paruulorum verbis, conformansque se moribus illius, ludens cum illo, complexans illum, atque demittens se ad illum, quò ex paruulo illius ore suscipiat oscula, illumve vicissim exosculetur & ipsa; Eodem modo & is intuens mentis oculis, Deum stulta mundi elegisse, vt fortia quæque confundat, eumdemque videns, ita pro immēsa in nos benignitate exinanitum, vt frater noster fieri dignatus sit, nec solum instar paruuli vbera suxerit naturæ humanę sed insuper & opprobrium hominum sit factus, & abiectio plebis; debet & ipse sese demittere, loqui cum illo humilibus orationibus, ambulare cum illo humili conuersatione, ludere, ac delectari cum illo humiliter in studio contemplationis, humilibus illum complexari affectibus, ex humillimo illius ore humilitatis doctrinam quasi ex paruulo ore suscipiens oscula, vicissimq. per humiles gratiarum actiones, ardētesque aspirationes illum deosculari. Siquidem, sicut si grandæuior soror in sua grauitate persistere corā paruulo fratre suo velit; profectò neutiquam cum illo conuersari poterit, aut suum erga illum exhibere amorem: quinimo ingenti illum afficiens tristitia, eum quodammodo à se auertit: Ita & is, qui coram Deo, Christoque humillimo in sua animi elatione voluerit persistere, nullatenus cum illo conuersari, suamque in illum exhibere valebit dilectionem; imò, quantum in se est, illum summo affectum mœrore fugabit, nihilque ex ipso suauitatis, consolationisve percipiet.

Simile.

Perfectioni indulgens in quibusq. reb. Deum inuenit, & deosculatur.

Secundum, quod ad perfectionem necessariū hic asseritur, illud est: vt is ipse, qui eidem indulget in charitate radicatus, atque fundatus, foris, & in vniuersis rebus, quæ ei obiiciuntur extra cōtemplationem, Deum inueniat, eumdemque in externis rebus singulis repertum osculo deosculetur charitatis: tantumve in vita profecerit spirituali; vt etiam a contemplatione recedens, rebusque, aut actibus se immiscens terrenis ob suam vel proximi necessitatem, ac vtilitatem, in singulis aliquid inueniat, quod ipsum ad maiorem Dei dilectionem alliciat, & in singulis Deum osculetur: Non secus ac apis in floribus quibuscumque vel amarissimis aliquid inuenit, quod ad suauissimum mel faciendum sit idoneum: atque adeo singulos quodammodo deosculari videtur.

Simile.

Perfectioni indulgens nihil facit contemptus mundanorū. Simile.

Tertium denique est: ita extrinsecus conuersetur, vt Deo duntaxat placere satagens, mundi, mūdanorumque contemptum negligat, ita se gerens ac si eum nemo despiceret: Non secus ac is, qui à pueris, & ignorātib. ob id despiceretur, quòd Regē imitans, & sequēs aspera patiatur, viliaque a- A gat, nihili certè faceret istiusmodi contemptus, nec quidquam propter illos prætermitteret, quo eiusdem Regis gratia assequi se posse, cōsideret.

DE ANIMA.

ALIVS SENSVS.

Pręter hunc sensum possumus insuper duobus aliis modis hæc ipsa eidem tribuere animæ. Primum, vt ab ipsa tunc proferantur, quādo in agro studii contemplationis, & in villis meditationū secedens, ibi dilecto suo vbera dare volens nedū complectenda, sed & sugenda, talem ibi eum contemplari vult, qualis exhibitus & mundo est, cū vbera suxit matris suæ Mariæ. Peregregie autem suos exprimit affectus internos, quibus mysterium natiuitatis Christi meditari aggreditur; Aequè est enim ac si in hunc modum præsentem alloquatur Deum. B

Natiuitatis Christi mysterium quibus affectib. meditetur pia aīa.

PARAPHRASIS.

Quis mihi det, vt iam nedum te timeam, vt Deum zelotem, Dominum exercituum, ignem comburentem, & quidquid tale nominari voluisti, quo mihi tui incuteres pauorem, sed, vt etiam diligam tamquam *fratrem meum*; & talem fratrem, qui ob infantiam nihil incutiens metus, vel lapidea ad amorem pertrahas corda. Cum magnus, & excelsus esses, bonorum meorum non indigebas: Vtinam detur mihi, vt propter magnam charitatem tuam factus frater meus ex B. Virgine, lacte indigeas, quo sustenteris, sic enim confido, aliqua ex parte amorem meum me tibi exhibituram. Prius te inuenire nequibam, vnde & a Psal. 41. 4.
C querebar, deploransque cum Propheta *a* dicebam, *Fuerunt mihi lacrymæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* At nunc audiens Angelum ad pastores dicentem, *b Inuenietis infantem positum in præsepio*, confido, sanè, me quoque inuenturam *te foris*. Extra incomprehensibilem maiestatem illam, qua intra temetipsum ab æterno latebas, quærebam iam te in hoc mundo, & in creaturis, *c In lectulo* namque mentis meæ *quæsiui te, quem diligit anima mea, quæsiui, & nō inueni: Surgens, & circuiui Ciuitatem* præsentis mundi, *per vicos & plateas* creaturarum *quæsiui te, & nō inueni*: At modo teipsum inter easdem creaturas paruulum *fratrem meum* ex vberibus B. Virginis matris tuæ, simul ac meæ pendentem inueniens, haud continere me potero, quin totus in tua prorumpam oscula, quin totus tibi per dilectionem vniar, *& iam me nemo despiciat*, quòd adorem, quem nesciam, quòd osculer, quem non videam, quòd illi offeram preces, qui nostra non curet, quòdve illi obsequia exhibeam, ad quem accedere minime liceat. Deosculans profectò te, quem in primo conceptionis instanti *vnxit Deus oleo lætitiæ præ cōsortibus tuis*, osculis ipsis meis ita te meum adorabo fratrem, vt iisdem te & meum profitear Regem dilectissimum eo modo, quo & *d* Samuelem Saul in Regem vnctum osculo adorasse, lego in lib. Reg. Tibique vt Regi morem geram in omnibus, id quod & iisdem cōtestabor osculis meis, quæ tuo imprimam ori; sicut antiquo illi Ioseph per Aegyptiaci populi osculi signum totius Aegypti obedientiam promissam lego a Pharaone, cum ei dixit, *e Et ad os tuum cunctus populus deosculabitur*.

b Luc. 2. 12

c Cant. 3. 1

D E

Osculo Christus adoratur vt Rex. Psal 44. 8.

d 1. Reg 10. 1.

Osculo oris designata obedientia.

e Gen 41. 40. & ex Hebræo.

ALIVS SENSVS.

Tertiò denique modo hæc tribui possunt animæ Religiosæ exprimenti desiderium, quo exoptat Religionis suæ profectum: Ac si dicat.

Religiosus bonus quā ardenter optat religionis suæ profectum.

O vtinam, Deus meus, inspicere te mihi liceat *fratrem meum* per gratiam *sugentem vbera* Religionis *matris meæ*, quæ me tibi genuit, & auxit; *Quis mihi det te sugentē vbera* deuotionis, & charitatis illius, *vt inueniam te* in externa fratrum cōuersatione,

DE B. MARIA

fatione, sicque *deosculer te*, tantasque tibi referam gratias, vt charitate, & gaudio in te resoluar tota? *Et iam nemo* sit discolus, qui *me despiciat*, atq. illos, qui tibi per amorem inhærent.

PARAPHRASIS.

Vel alio modo: O vtinam tu, Christe dilecte mi, in fratribus meis fieres paruulus. O vtinam fratres mei per tuam gratiam facti paruuli, ita se exhibeant humiles, vt verè sint instar paruulorũ, qui sugant *vbera matris meæ*, Religionis meæ, qui regulæ Religionis meæ ita nutriantur lacte, vt toti ab illa pendeant, ab illa sese transferri patiantur, ab illa doceri, ab illa vestiri, & ab illa nutriri. Bene autem subditur, *Vt inueniam te foris, & deosculer te*; Nam ex huiusmodi fratrum conuersatione apparet Christi assistentia, non secus ac ex ingenti magnæ nauis ordine, quiete, consensuque nautarum omnium expertissimi gubernatoris eius arguitur præsentia, atque ex congruo membrorum omnium consensu, & harmonia in ijs, quæ in humano corpore fiunt, præsentia in illo arguitur animæ, quæ illa omnia moderetur, & regat. Porrò ex hac inuentione Christi in fratribus pia anima ad ipsum in ijsdem fratribus osculandum promouetur, & ad exhibenda iisdẽ signa charitatis, nec non ad pacificè, & summa suauitate cum illis conuersandum. Ex quo postmodum sequitur, vt a nemine despiciatur ob id, quòd parentes, & cognatos in sæculo reliquerit, quòdve vniuersas sæculi delicias abiecerit, quæ in Religione talem adepta sit fratrem, tantisve iuncta sit fratribus.

PARAPHRASIS ALIA.

Ex sancta religiosorũ conuersatione arguitur Christi assistentia in eis.

Simile.

Vers. I. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Maria quã ardẽter cõuersionẽ Iudaici populi optet.

EXprimit in his Virgo Sanctissima sedulum suum in conuersione Iudaici populi studiũ; Ideo namque, cum Christum in cęlo regnantem in agrum, villasque inuitasset Ecclesiæ militantis, singulari ratione id suum eidem exprimit desiderium, quo magis æstuat: Atque est autem, ac si dicat.

PARAPHRASIS.

O vtinam aspiciam te dilectissimum sponsum, filium, *fratremque meum, vbera sugentem* fidei, deuotionis, & charitatis *matris meæ* synagogæ, ita vt *te foris*, & in medio eorum inuentum deosculer, vt illis reconciliatum gratiarum actione, & precibus iis charitate succensis, quas tibi pro illis effundam, & *iam nemo* eorum sit, qui *me* tuam *despiciat matrem*.

Vers. I. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

Incarnationis desiderium.

PAraphrasis Chaldaica, Illo autem tempore apparebit Rex Messias Synagogæ Israel, & dicent ei filii Israel: Ades dum, esto nobiscum pro patre, & ascendemus Ierosolymam, & sugemus tecum sententias legis, quemadmodum sugit infans vbera matris suæ. Quoniam etiam omni illo tempore, quo vagus eram, & extorris a mea patria, dum recordabar nominis Dei magni, & tradebam animam meam pro diuinitate ipsius, populi exteri non me contemnebant.

APPENDIX.

Incarnationem Verbi quã ardenter optarint Patres antiqui.

Athanas. Amb. Theod. Cassiod. Gre. Pap. Phil. Car. Beda.

Variis, multisque modis præsentem locũ apud Veteres Patres explicatum reperio: Qui tamen cõmunior apud illos est sensus, is est, quo asseritur, per hæc exprimi Ecclesiæ in Antiquis Patribus desiderium Incarnationis Verbi, ac si Synagogæ sermo esset, quæ ante Christi aduẽtum despecta, & contemptui erat cunctis Gentibus. Ita Athanasius in Synopsi, Ambrosius de Instit. Virg. cap. 1. Theodoritus, Cassiodorus, Greg. Papa, Philo Carpathius, & Beda, licet haud omnes in hoc ipso sensu explicando conueniant. Siquidem Cassiod. quem sequuntur Greg. Papa, & Beda, facilius, optari inquit à Synagoga Christum per Incarnationem factum fratrem nostrum, sugentem vbera matris nostræ naturæ humanæ, idest sustinentem omnia, quæ humanæ fragilitati competunt: Vt hominem factum, vt eum, qui intus erat Deus, cũ in sinu maiestatis æternæ lateret, foris inuentum deosculetur, manifesta illum videns visione, quẽ antea fidei tantum tenebat oculo, seu per amorẽ iam illi seruiens, cui prius plus per timorem, quã per amorem seruiebat, vt ait Greg. Papa.

Ambrosi.

In eadem recidunt, quæ dicuntur ab Ambrosio vbi sup. Illud duntaxat in eo notandum, quod ex his infert, dicens: Foris ergo factus est, qui erat intus. Vide illum intus, quando legis, quòd in sinu est Patris, cognosce illum foris, quando nos quærit, vt redimat. Foris tibi factus est, vt mihi intus esset, & fieret medicus noster. Ibi ergo simus, vbi Christus medicus est radicatus, & fixus in cordibus nostris.

Theod.

Incarnatus Christus quo suxisse dicatur vbera Spiritus sancti.

Theodoritus, quòd Christus per Incarnationẽ factus frater noster dicitur suxisse vbera matris nostræ, intelligit de acceptione gratiæ Spiritus sancti, quem matrem nostram dici existimat, cum de illo dicatur in Euangelio, *a Puer autem crescebat ætate, & sapiẽtia, & confortabatur spiritu, & gratia Dei erat in eo*. Suxisti, ait, non quòd indigeres, sed vt doceres me, & quomodo mihi sugendum esset, & quo ex vbere gratia elicienda. Idcirco & ad baptisma accessisti, non vt peccatorũ sordes ablueres, cum peccatum non admiseris, neque vt Sancti spiritus reciperes gratiam, cuius eras plenus, sed vt mihi indicares, quæ sint spiritus dona, & qua ratione possim sugere gratiam spiritus.

a Luc. 2. 40.

Philo Car.

Sugit vbera sapientiæ Christus in gentibus nobis lac eruditionis.

Philo Carpathius, tametsi primam huius sententiæ partem eam, *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ*, ad mysticum corpus referat, vt pia anima matrem suam appellet æternam sapientiam, cuius vbera sint duo testamenta, quæ tunc Christus frater ipsius effectus per Incarnationem, sugere dicatur, cum eius mẽbra, nempe fideles in incipientium gradu adhuc existentes, atq. adeo infantes lac eruditionis, & dilectionis è prædictis sugunt vberibus, per quod nedum aluntur sed & proficiunt in vita spiritus crescentes quousq. perueniant ad perfectam ætatẽ plenitudinis eiusdem Christi, secundam tamen partem, quam ita legit, *Si foris inuenero, osculabor te, neque me contemnent*; ad ipsum Christi Incarnationis, & passionis refert mysterium. Tunc enim, ait, foris inuentus est sponsus, & osculatus a sponsa, cum humanitate vestitus, & extra Ierosolymam crucifixus, eam ipsam a sempiterna morte redemit, & per ineffabilem charitatem, solu-

Christus inuentus est foris, & osculatus ab Ecclesia quando extra portam crucifixus est.

10

APPENDIX.

to omni debito, sibimet amantissimè recõciliauit, & Patri: sicve illa neque ab Angelis posthac contemnitur, neque vilis esse ducitur, quæ talem, ac tantum meruit habere suæ captiuitatis redemptorem.

Ab hoc Philonis sensu haud multum distant, quæ dicuntur & à Iust. Orgelitano his verbis. Sugit vbera matris Christus, cum mysteriis priscæ legis reficitur Christianus populus; vel, cum spiritualibus Sacramentis doctores, & piissima expositione tamquam vero lacte reficiunt. Foris inuenitur, cum qui veteris testamenti figuris regebatur, per Euangelium reperitur in veritate: deosculatur verò per reconciliationem animarum, quæ illum ea ratione foris, & in veritate inueniũt atque cognoscunt.

Iust. Org.

Christus inuenitur foris, cū in veritate cognoscitur: deosculatur p reconciliationem.

Ad mysticum pariter eiusdem Christi corpus referunt primam partem Aponius, Rupertus Abbas, atque Anselmus, quin & Ambrosius, sed diuersimodè: Nam Aponius eidem Christo personã synagogæ assumenti hæc tribuere videtur, qui: optet, se per Iudæorum conuersionem à synagoga ipsa matre sua lactari. Quod verò sequitur, *Vt inueniam te*, &c. ita exponit: Assumpta persona Iudaicæ plebis, dicta anima Redemptoris optat, vt eam foris extra litteram in mysterio agni, & claudentem vastatorem Ægypti inueniat, & corporis eius Sacramentum suo corpori coniungendum, & sanguinem eius suo sanguini deosculetur, vt prius: & eorum, qui eam solebant habere despectui, iam nemo despiciat. Quibus verbis satis certè obscuris vltimam hanc partem videtur Apon. referre ad sacramentum Eucharistię, in quo Christus realiter foris reperitur, & per suscipientium communicationem, atque vnionem deosculatur.

Iudæorum cōuersionē quā optet Christus, et Iudæi iam conuersi.

In Eucharistia sacramento Christus inuentus foris, deosculatur ab eis cōicãte.

Anselmus quoque Iudæis ipsis, seu eidem Iudæorum synagogæ ita hæc tribuit, vt dicat: Vtinam quis mihi annuntiet, Christum fratrem meũ de carne mea natum, educatum doctrina Synagogæ: Cõuersaque ad ipsummet addat: *Vt inueniam te foris*: vt hominem te agnoscam, in quo turpiter erraui: *Et deosculer te*: idest, & delecter in agnita tui humanitate; *Et iam nemo* amplius despicabilem me censeat.

Anselmus.

Non tam Synagogæ, quàm Ecclesiæ Gentium tribuit hæc ipsa Rupertus Abbas, putatque, percunctationem istam, *Quis mihi det*, &c. illi esse similem, qua in Euangelio à B. Elisabeth dicitur: a *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Exultationem verò eam, *Vt inueniam te foris*, &c. esse similem illi B. Virginis responso ad Angelum: b *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*: Per matrem ipsius Ecclesiæ eamdẽ intelligat Dei genitricem Mariam. Non se capit intus, ait Rupertus, magnitudo gaudii intus in corde credentis, & felicitatem suã admirantis, quòd Deus filius Dei frater eius factus sit: frater eius, ò mater, ex te, cuius vbera suxit. Erumpit, & clamat: *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ*, & adiicit, *Vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?* Despiciebatur enim vt pote sterilis, & deserta sine viro, idest, sine Deo in hoc mundo. Porrò, inuenire Christum foris, esse inquit, exire ad illum extra castra; qui sicut extra portam passus est, ita extraneus factus est fratribus suis, & filiis matris suæ. Eumdem verò deosculari, esse, improperium ipsius venerari, & Sacramenta pietatis eius familiariter cognoscere: nam in quantum illa cognoscimus, & diligimus in tantum illum amabilem amantes deosculamur.

Rup. Abb.

Ob Christi incarnatio nẽ agnitã exultat Ecclesia gentium.

a Luc. 1. 43

b Luc. 1. 38

In passione Christus inuenitur foris, deosculatur, cūm eius passio cognoscitur, & veneratur.

Ex obscuris Ambrosii verbis ad finem orationis de ob. Valentin. quibus ait, Gratianum Imperatorem iam in cælis regnantem Valentiniano recenter mortuo fratri suo hæc habuisse; *Quis dabit te frater fratrem mihi lactantem vbera matris meæ?* hoc est, Non quicumque, sed Christus illuminabit te gratia spirituali. Ille te baptizauit; quia humana tibi officia defuerũt. Plus adeptus es, qui minora te amisisse credebas. Quæ sunt vbera Ecclesiæ, nisi sacramenta baptismatis? & bene ait, lactantem, quasi qui baptizatus lactis niuei succũ requirat. *Inueniens*, inquit, *te foris osculabor te*: hoc est extra corpus te reperiens osculo mysticæ pacis amplectar. Nemo te spernet, nullus excludet. *In penetralia te, & arcana Ecclesiæ matris inducam, & in omnia secreta mysteriis: vt bibas poculum gratiæ spiritualis*. Ex his, inquam, Ambrosii verbis perpulcher deduci potest sensus, vt hoc loco proponatur spiritualis quis ingenti charitate succensus, qui optans infidelem quempiam ad Christi fidem, atque ad vitæ sanctitatem conuerti, ita illũ alloquatur: O vtinam id mihi præstetur, quod ab vno præstari potest Deo, vt te per fidem fratrem meum effectum videam, ac per baptismum sugentem vbera Ecclesiæ matris meæ, quò, cùm ex hac vita discesserimus, inueniens te foris extra corpus, osculo mysticæ pacis amplectar: nec quis te spretum à cælesti excludat patria; sed in illam te vt in domũ matris meæ introducam, sicut in hac vita inuentum extra carnis affectus, atque illecebras, osculo itẽ pacis amplexus ero: eo sensu, quo idem Ambrosius lib. de Isaac cap. 8. hunc ipsum locum examinans, ait; Bona anima, quæ foris est, vt Verbum intus sit, illa extra corpus, vt Verbum habitet in nobis.

APPENDIX.

Ambrosi.

In baptismo sugimus vbera Ecclesiæ.

Proximi et uersione & salute quã ardenter optet, q charitate ardet.

Porrò, cum Ambrosium tractemus, illud pariter hic ex eodem annotandum est, quod serm. 10. in psalm. 118, vers. 4. pro huius loci intelligentia, licet diuerso sensu asseritur: tribuens nãque hęc Ecclesiæ, ait; Habens informationem nouarum, & veterum scripturarum, nec despicabilem se esse sentiens, non solum orationibus in secreto cordis Verbum tenet, verum etiam psallentis chori vocibus velut quibusdam cum osculis gratiæ osculatur.

Tres Patres piæ animæ hæc tribuunt desiderãti secundum Christi aduentum, atque hisce illum alloquenti, Quoniam prior aduentus tuus me ad te perfruendum præparauit, ecquis tribuat mihi secundo aduentu tuo nobiscum in cælesti Ierusalem, quæ mater nostra est, nouum bibentem poculum, quod ex ipsa in nos per gratiam sine medio quasi lac ex matris vberib. in eius filios fluat. Sic enim inueniens te foris, deosculabor: cognoscens namque te non vt nunc per fidem; sed per aspectum foris in nostra substantia, incorruptionem nobis, & immutabilitatem in communi largientem resurrectione, perfruamur te; & nemo quidem despiciet me, licet nunc a mundi sapientibus spernar, quòd propter tui amorem caduca omnia contemnam.

Tres Patr.

Secundum Christi aduentũ quã ardenter optet infans.

Denique noua, singularique ratione Ioa. Chrysostomus homil. 12. in varios Matth. locos, tom. 2. ita hæc legẽs. *Quis dabit tibi fratrem meum sugentem*, &c. aptatque ea contra Herodem quærentem animam pueri Iesu, Huius, inquit, scilicet Herodis, nequitiam olim præuidens Spiritus sanctus p Salomonẽ ex Ecclesiæ persona arguit, dicẽdo: *Quis dabit tibi fratrẽ meũ sugentẽ vbera matris meæ*: Dicens autem, *Quis dabit tibi*, ostendebat, potestatem illum non habiturum aduersus eum, qui

Io. Chrys.

Herodes nō habuit potestatẽ contra Christũ infantem.

LITTERA. qui Dominus, & Princeps est omnium potestatum.

Vers. II. Apprehendam te & ducam in domum matris meæ: Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

Hortolan. COEptam fratris similitudinẽ expletam in superiori sententia existimasse uidetur Cosmas Damianus Hortolanus, atque adeo hæc, quæ secundo illo versu dicuntur, non vt ad fratrẽ seu de fratre paruulo, sed de sponso, utroq; asserit dicta: ita.n. totũ hũc locũ sua explicat paraphrasi. O, si te tam facilem, sponse mi, & placabilẽ matri meę prębeas quàm si puellus fraterculus meus sis, qui primũ irritatus, deinde eidem placatus, ipsius sugas vbera. ò, si foras extra vrbem egrediamur versus villam matris meę, vbi te meis osculis, & quas tibi illic opto facere deliciis placare possim, nec iam posthac me quisquam despiciat; propterea quòd te matri meæ iratum videat. Ibi certe amplectar te, nec te dimittam, donec in domum matris meæ introduxero, vbi tu me doceas: ego verò te conuiuio excipiam, in quo uinum aromatitum, & mustum malorum granatorũ meorum tibi propinem.

Soto Mai. Ludouicus quoque Soto Maior eamdẽ similitudinem fratris paruuli terminare visus est primis hisce verbis; *Apprehendam te, & ducã in domũ matris meę*; subsequentia etenim verba, *Ibi me docebis*, existimat necessario adiecta, ne quis fortitan turpe, aut carnale quicquã ex verbis præcedentibus suspicari hoc loco posset.

Quid enim, inquit, hac voluntate, & consilio sponsæ honestius, castius, ac dulcius esse potest, cũ optat, dilectum suũ in domum matris suæ ob id potissimum introducere, vt ex ore ipsius solius proprio doceri per otium, & silentium possit, quę ad rem maxime pertinent? Vltimam verò partem, *Et dabo tibi poculum ex uino, &c.* in hunc modum ad propinationem amatoriorum poculorum refert; ac si sponsa per allusionem ad consuetudinẽ vulgarium amatorum dicat: Quod si contingeret mihi id, quod opto, ò sponse charissime, id est, si te haberem in domo matris meæ, & in cubiculo genitricis meæ, tunc pręberem tibi præstãtissima vina, seu potiones, & liquores, cuiusmodi est vinum conditum, & mustum malorum granatorũ meorum, quibus te non solũ oblectare, ac refocillare, sed etiam quasi philtris quibusdam amatoriis etiam magis conciliare, ac demereri possem, ne dicam, quodammodo amore meo inebriare.

SENSVS. Melius tamen, & congruentius, cũ communiori expositorum sententia, & hęc quoque omnia, quæ in secundo hoc versu habentur, ad eamdem referuntur fratris paruuli sumptam similitudinẽ vt sponsa ipsamet, suos exprimat erga dilectum suum affectus: In quorum explicatione ne latum quidem unguem à Legionensi recedendum mihi censui, quẽ alii quoque sequuntur; vt quod sponsa ipsa dicit, tale sit.

Legionēs. PARAPHRASIS. Quemadmodum fratrem paruulũ si quando sorores puellæ foris repererint in via, lętæ, & festinę illum arctè complectuntur, in domumque reducunt: ita & ipsa complexibus te apprehenderem, atque ducerem *in domum matris meæ*. Et sicut cum soror puella germanum paruulum domum deducit, quid egerit, quòve abierit ipsum rogat; Ad quæ ille ne rogatus quidem summa cum gratia respondens, ipsam de omnibus docet, & quæ egit, & quę sibi contigerunt, & quò profectus est, vicissimque à sorore prædulces accipit cibos, suauissimoque potatur poculo: Ita & ipsa, dum te *in domum matris meæ* deducerem, atque in ipsa domo à te plenissimè edocerer, darem *tibi poculum ex vino condito, & mustum malorũ granatorũ meorum*. Hebręa clarius hunc exprimunt sensum: sic enim habent ad verbũ: *Ducam te, venire faciã te in domum matris meæ: docebis me; bibere faciam te de vino conditura, seu condito, de musto mali granati mei.*

Porrò per id, quod dicitur, *de vino condito*, Legionensis intelligit vinum melle conditum, quod alio nomine mellicratum appellatum, antiquitus in maximis deliciis habitum, asserit Plinius lib. 14. cap. 17. & lib. 22. cap. 24. Martinus quoq; Del Rio eiusdem est sententiæ, putatque, hoc loco puerili more omnem potum vini nomine significari; & conditura, seu aromatis vocabulo quicquid dulce est: Vt intelligamus (inquit) non vinum myrrhatum, vel cynnameum, quæ parum puerulis sunt conuenientia, sed ex lacte, & melle mellicratum. — Vinũ cõditũ quid sit. Legionen. Plinius. del Rio.

Ipse tamen crediderim, proprie potius id intelligendum de vino odorifero, aromatibus à pigmentariis condito, de quo Plinius in citato c. 17. lib. 14. nam & Hebraica vox הרקח harekah, est à verbo רקח rakah, quod significat vnguenta cõficere ex variis aromatum speciebus: & vox pariter μυρεψικοῦ, qua vsi sunt Sept. significans vnguẽtarii, idipsum confirmat. Neque enim extra rem esse opinor, vt sponsa tale polliceatur vinum; cum minime repugnet, vt vel etiã puerulo vinum promittens, illud nominet vinum, quod præstantissimum sit maximeque suaue nedum sapore, sed etiam odore: præsertim cum, sicut ostendimus in principio expositionis de Ecclesia super præcedenti versu, sponsæ intentio hic sit, vt per orationem totius huius libri in præsenti cap. 8. ab iis ipsis exordiatur, à quibus cœptum totum est Canticum; nempe ab osculis, ab vberibus, atque ab vnguentis. Ac sicut ibi in principio oscula desiderauerat dilecti, eiusdemque vbera vino meliora: vnguentisve optimis fragrantiora: ita e vestigio hic eidem dilecto sua iam pollicetur oscula, suaque vbera, quin & vinum vnguentis conditum.

Circa lectionum varietatem præter ea, quæ notata sunt superius, notandum, in versione Sept. nec non & in aliquibus codicibus Vulgatæ illud, quod dicitur, *Ducam te in domum matris meæ*: additum, *Et in cubiculum eius quę me concepit*. seu, *genitricis meæ*, quæ verba desumpta uidentur ex capit. tertio, vbi dictum fuit ab eadem sponsa: a *Tenui eum, nec dimittam donec introducam illum in domũ matris meę & in cubiculũ genitricis meæ*. In Hebr. tamen non habentur, sicut nec in correctioribus codicibus latinis. — a Cãt. 3.4.

Notandum secundò, in eadem versione Sept. e contra non haberi alia verba illa *Ibi me docebis*, vt patet ex commentariis Theodoriti, Trium Patrum atque Philonis Carpathii, In Græco tamen Codice Aldino, necnon & apud Ambrosiũ serm. 19. in psal. 118. ver sic. 4. ea reperiuntur. Quamquam hebraicum verbum תלמדני thelammedeni, cum anceps sit, & tã in secunda persona masculinu

DE EC-CLESIA.

lini generis accipi possit, prout ferè communiter sumitur, quà in persona tertia generis feminini: ab Agathio, Vatablo, R. Abraham Aben Ezdra, & Rabbino innominato ad matrē referatur, ac si dicatur, *Doceret me* scilicet. Mater nostra, quonā pacto cibarem, & bibere facerē te, sicut docēt oēs matres paruulas puellas suas. Seu: Doceret me mater nostra, quomodo ostendere tibi deberem amorem meum; & quomodo tuam in me beneuolentiam possem captare. Denique & illud notandum Hebraicè esse in singulari, *Mali granati mei*, consueto sacrarum litterarum more, quo singulare sæpius pro plurali positum reperitur: Tametsi rectè & singulariter accipi idem queat pro arbore ipsa mali granati.

Vers. II. Apprehendam te & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

DIctum est in Expositione secunda præcedentis versus, Ecclesiam Sanctam tota hac sententia loqui in persona sanctorum Prędicatorum suorū, qui ingentem suum erga sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exprimant affectum, duplexve desiderium, frequentiæ nimirum illius apud eos, quos ipsi conuerterint, & deuotionis orationum, quas iidem ante ipsum Sacramentum fundant. Vt ordinate igitur procedamus: Iidē prosequētes, primum explicare desiderium frequentiæ Sanctissimi Sacramenti, præclarè nunc exponunt, quid ab eis faciendum sit, qui dignè ad idē Sacramentum suscipiendum accedere velint, quæve optent in iis, quos hoc Sacramentum frequentare desiderant: tria nimirum post prædicta, quæ vt præparatoria pręponenda significarunt. Primò enim vnusquisque eorum ait, *Apprehendam te*, sacramentalem designans sumptionem in visibilibus speciebus; aptissimoque vtitur verbo; licet nāque simplicius dicere potuisset, *Comedam, & bibam te*; cum sub speciebus panis, ac vini, atque vt cibus, potusve corpus, & sanguinem Christi in eo sumamus Sacramento: dicit tamen potius, *Apprehendam te*, quod sumptionem signat, manibus, & complexibus, atque etiam toto corpore factam. Quia qui dignè communicare velit, haud ore dūtaxat tam eximium sumere debet Sacramentum; sed, & internis manibus, atque cōplexibus, quin, & totius corporis obsequio: In ipsa nimirum sūptione Christo, quem sumit, prompta exhibere variarum virtutum opera, & in primis arctissima illum amplexari dilectione, necnon & omnia eidem offerre corporis mēbra, omnes & animi potentias, sicve seruire illi in sanctificatione. Vt autem solidum, & perdurantem ex huiusmodi apprehensione percipiamus fructum, operæ pretium est, vt eumdem Christum in Sacramento apprehensum eo modo, quo illum sumpsimus, vt fratrem nostrum paruulum, sugentem vbera naturæ humanæ matris nostræ in interiora nostræ deducamus mentis: ibique vti cum paruulo fratre nostro iucundè detineamur. Ideo benè hic subsequenter adiectum est, *Et ducam te in domum matris meæ*, mente ipsa designata per hanc meta-

Post electionē quid faciendum.

Eucharistia Sacramentū quō sumendū.

Post electionē Christus detinendus in mente nostra.

Mēs est domus propria naturæ humanæ.

A phoram domus matris nostræ; cum re vera natura humana, quam matrem nostram esse dixit, nullam magis propriam habeat, magisve tutam, atque secretam sedem, quam mentem ipsam, in quā velut in peculiarem domum se recipit post diutinam externorum sensuum diuagationem, in qua & tanto se detinet libentius, quantò magis se gerit instar bonæ matrisfamilias, & quanto minus à semet desciscere reperitur. Verum quia haud omnibus exploratus est modus, quo apprehensus is detinendus in mente est frater noster, nisi ipse illum nos doceat; idcirco necessario iste, qui loquitur, addit, *Ibi me docebis*: vt mente scilicet voluam, quam magnum in me contuleris B beneficium, sinens, vt te ita apprehenderem quanta pro me egeris; quanta & passus; quomodo sanguinem tuum super crucem pro me effuderis, mortemque subieris, in quorum commemorationem istud ipsum instituisti Sacramentum; & demum, quæ a me exposcas pro gratiarum actione. Porrò, vt ostendatur, talem Christi doctrinam in interiori mentis dignè communicantibus exhibitam, esse maximè efficacem, & operatoriam, fructus illius statim subiicitur in verbis iis, *Et dabo tibi poculum ex vino condito, & mustū malorum granatorum meorū*. Quorū sensus est.

Sic duplici à te cibatus cibo, corporis nimi- C rum, atque doctrinæ tuæ, tuo quoque potatus sanguine pretiosissimo, cum cibum inuenire nequeam idoneum, quem ante te exhibeam, porrigam saltem poculum: & quamuis dignus minimè sim, qui pro te meum fundam sanguinem, sicut tu pro vino perfectissimo propinasti mihi sanguinem tuum, porrigam saltem vinum compunctionis, atque deuotionis conditum dulcissimis affectibus, fragrantibusve aromatibus virtutum humilitatis, atque puritatis: Atqui, vt poculum ipsum meum tibi sit magis gratum, porrigam insuper *mustum malorum granatorum meorum*, lacrymas expressas ex duplici mea dilectione, tum erga te, tum erga proximum propter te.

Alterum verò desiderium, quo iidem Sancti Prædicatores deuotionem orationum effusarum D ante Sanctissimum Sacramentum expetunt in iis, quos in agro infidelitatis conuerterint, vel ex villis ignorantiæ, & iniquitatis; in hunc ferè modum hoc quoque versu secundò, *Apprehendam te &c.* exprimere prosequitur Ecclesia ex eorum persona. Non tantum inquiens, deosculabor te, cum te super altari inuenero foris in sanctissimo Sacramento, sed insuper *Apprehendam te* per fidem & spem, quasi complexu quodam iis te excipiens in ipsa oratione mea, & per attentæ meditationis studium *ducam* in mentem meam, quæ iure optimo domus dicitur humanæ naturæ *matris meæ*, cum illa in mente duntaxat vt in propria domo requiē reperiat; Mente mea perpendens, quisnam tu sis, E quisve sim ipsa, quæ tibi adstare audeo; quanta pro me egeris, atque perpessus sis; qua ratione per hoc me tibi deuinxeris Sacramentum; quomodo in eodem te mihi reliqueris, vt in memoriali mirabilium tuorum, ac præsertim sanctissimæ passionis tuæ; & quomodo in eodem Sacramento in arrham te mihi exhibueris gratiarum omnium, quas in me conferre paratus es, quandocumque aliquid a te efflagitauero. Sat autem noui, me cum te duxero in mentem meam, cumque te in oratione per contemplationis studium mente reuoluam, haud frustrandam fructu talium orationum; nam etsi tenui meo comprehendere illa nequeam intellectu, quæ meditabor, a te tamen docente,

DE EC-CLESIA.

In Eucharistia sumptum Christum quomodo nos doceat.

Post electionē quid Christo hospiti nostro debeamus dare.

PARAPHRASIS.

PARAPHRASIS.

In oratione deuota ante Sanctiss. Sacramentum oratiōni vacandum.

DE ANIMA.

cente; ipsique menti meæ spiritum tuum subministrante, maximos ex iis percipiam prouentus; si quidem *ibi me docebis* de iis omnibus, quæ meũ excedunt captum: ipsaque tantum ex doctrina tua colligens vtilitatis, quod potero tibi vicissim offeram poculum ex vino precum mearum, *condito* dulcissimis affectibus, fragrantissimisve virtutibus humilitatis, & confidentiæ, quibus scio, te delectari solitũ, æque ac homine vino aromatibus condito; Quin insuper porrigam tibi *mustum* lacrymarum meorum expressum haud ex vno duntaxat malogranato acri saporis compunctione; sed & ex altero malogranato saporis dulcis, ex dilectione: sicve tametsi perfectum exhibere tibi nequeam vinum charitatis, quod in cælesti patria bibis nouum, & in regno Patris tui à cælestibus tibi propinatur spiritibus beatis, porrigam saltem *mustum malorum granatorum meorum*, seu (vt est in Hebr.) *mali granati mei*, quale quale illud habere valeo in hoc sæculo.

Vers. II. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

Professionis culmen qui attigerit, quid facere debeat.

PRosequens pia anima explicare, quid factura sit, cum ad id peruenerit perfectionis, quod tantopere in optatis se habere significauit in versu præcedenti; enarratis ibidem tribus, quæ ad perfectionem tendenti cuique necessaria sunt, id modò exponit, quod ad eo faciendum sit, qui iam ad tria illa peruenerit, ideoque & perfectionis attigerit culmen, indicans, se facturam id, quod prudens quisque efficeret uidens, hominem probitate, & doctrina insignem in foro inter uilem plebẽ contemptum, abiectum, maleque se habentem. Nam sicut prudens ille ad tantum hominem accederet, manuque apprehensum domum suam deduceret, exploratum habens, multa se ab illo docendum, qui in omni scientia versatus emittat scientiæ imbres: Ita & anima ipsa vbicumque vel in infimis mundi huius rebus Deum, eius ve repererit sapientiam, quam *a* super omnia secundùm datum suum effusam legimus in lib. Ecclesiast. apprehensuram se, inquit illum: Neque enim sat est, ipsum inuenire; at opus est, vt eum intellectu apprehendamus, & voluntate: sicut ad promendam sensationem haud satis est visio obiecti, sed necessaria pariter est & illius apprehensio. Verùm, si statim ac Deum apprehendit, illum dimitteret, parum ex apprehensione hac perciperet utilitatis: sicut etiam parũ prodest, per iudicium rem aliquam apprehendas, si illico ea è mente excidat: Ideo postquam dixit, *Apprehendam te*, addit, *Et ducam in domum matris meæ*, in mente mea tibi habitaculum exhibebo, mentique meæ te recondam. Sed quid tum; *Ibi me docebis*, Eruditus quippe, & sapiens suam abscondere nequit sapientiam: Ac sicut lampas, & fax accensa locum vniuersum suo illustrat lumine, in quem fuerit illata: Ita & æterna sapientia cælare suam nequit doctrinam statimque mentem Deus illustrat, in quam fuerit ductum, *b* cum sit *vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in*

Simile.

Cum Deo quæ nos gerere debeamus.

a Eccl. 1. 10

Simile.

Simile.

b Ioh 1. 9.

A *hunc mundum*; *Ibi* inquit, *me docebis*, in mentem mihi reducens, quanta pro me egeris; quàm sis immẽsus, qamve pro me tete demiseris in Incarnatione, & passione; quanta in me flagres charitate, quã ta pro me tuleris; quæ sit hominum, meaque in primis ingratitudo, quid me facere opus sit, quas tibi referre debeam grates, quid mihi sit cauendum, & demum id omne, quod a me sciri necessã rium esse, cognoueris. Tu enim propterea apud Isaiam dixisti: *c Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia*. Præclare autem post doctrinæ Dei commemorationem pia ipsa anima subiicit: *Ibi dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum*: Æque est enim, ac si dicat.

c Isa. 48. 17

B *Ibi* in mente mea lautissimum simul faciemus conuiuium, in quo cum tu mihi cibos sanctissimæ exhibueris doctrinæ, ego vicissim *dabo tibi poculũ è vino* contemplationis, meditationis, atque orationis suauissimis *condito* aromatibus virtutum, atque operum; propinabo tibi porum illum suauissimum perpetuę orationis tam in contemplatione, quam in actione, qua instar uini exhilaratur cor tuũ, quove eo modo, quo potes, inebriari gaudes; daboque suauissimum simul lacrymarũ mearum *mustum* è mea expressum charitate, è meis malogranatis: cum vinum dare nequeam malorum granatorum tuorũ, quale tu mihi exhibuisti, tuum pro me effundens sanguinem.

PARAPHRASIS. *In contemplatione quid Deo exhibere debeamus.*

C Quòd si pia meditatione & id prosequi velimus, quod asseritur ab anima deuota, suos exprimente affectus in contẽplatione mysterii Natiuitatis Christi, prout supra cæptũ uidimus in sensu præcedentiũ secundo loco allato in expositione de Anima; quod ab ea hic dicitur, tale erit.

ALIVS SENSVS.

Tunc apprehendens te in vlnas meas, te mihi id minime prohibente, cum adeò paruulus sis, vt corporeis uiribus nihil polleas, *ducam in domum matris meæ*, non in palatium regium, non in domum excelsam, sed in eam ipsam domum, quàm habuit mea, quę & te genuit B. Virgo Maria, in quã & te reclinauit, quando te peperit: in paruulum pręsepe, quod tametsi angustissimum ex se esset, toto tamen orbe augustius est redditũ; cum D te recepit, quem cæli capere non poterant, *Ibi* in dicto præsepio in medio duorum animalium par uulus, nudusque cubans, ac vagiens, licet propter infantiam proferre nequeas verba, tuis nihilominus lacrymis, tuoque tremore multò *me docebis* meliùs, quam vel ab eloquentissimo quoque lucu lenta doceri possem oratione: *Ibi me docebis* vniuersam vitam spiritualem; quomodo me humilem, ac paruulum fieri oporteat propter te: quomodo terrena despicere debeam omnia: quomodo carnem meam mortificare operæpretium sit: qũo & à fletibus cessare nõ deceat tantis obnoxiũ E sceleribus; cũ tu pro sceleribus ipsis meis paruulus, nudus, ac tremens vagitib. omnia repleueris: *Ibi me docebis*, qũo Pater æternus propter nimiã charitatem suam te filium suum vnigenitũ nobis elargitus, oĩa nobis simul donauit; cum ibi vniuersa pro salute mea exultare conspiciam, & quæ in terris, & quæ super terra sunt: *ibi me docebis*, quisnam tu sis quem multitudo cælestis exercitus miris celebrat laudibus.

PARAPHRASIS. *In natiuitatis Christi meditatione quos affectus exprimere debeamus.*

In præsepio quanta nos doceas Christus.

Ibi me docebis, quod mihi factus es & cibus, cum tu lacte indigeres: & vestimentum, cum tu nudus esses; & habitaculum, cum tibi non fuerit locus in diuersorio, & medicamentum, cum tu me susceperis in infirmitates: & gaudiũ, cum tu totus in lachrymas difflueres. Ego vero, cum offerre tibi nequeam vel lac, quo nutrta-

ris,

DE ANIMA.

ris, quale de ſanctiſſimæ Genitricis tuæ vberibus ſugere dignatus es, vel agnos, atque arietes, quos tibi feliciſſimi donarunt paſtores: *dabo vinũ* lacrymarum, ac precum mearum *conditum* virtutum aromatibus, quod, etſi idoneum minime ſit, quo nutriaris; ſit tamen quoquo modo aptum ad lætificandum cor tuum, ad exhilarãdas lacrymas tuas. *Dabo* quoque *& muſtum malorum granatorum meorum*, exhibens tibi omnia dilectionis argumenta, quæ à me tantis innexa miſeriis poſſunt exhiberi, qualia qualia demum ea ſint. Neq. enim offerre tibi valeo vinum malorum granatorum, quod tibi porrigunt Angeli, quove à B. potatus es Virgine, nec muſtũ tale propinare tibi queo quale propinant tibi ſancti ii, qui perfectionis culmẽ iam attigere: *ſed dabo tibi muſtum malorum granatorum*, non qualiumcumque, ſed *meorum*, quod ſanè à te minime reſpuendum confido, qui nec ea dedignatus es accipere amoris ſigna, quæ tibi vilia exhibuere iumenta.

ALIVS SENSVS

Religioſus bonum q uácũq. in alius monaſtriis vide rit obſeruã tiam appre benſam in ſuũ defert monaſteriũ

Simile.

Denique ſi & eum proſequi velimus ſenſum, quem tertio loco in eadem expoſit. de Anima ſupra attulimus; Religioſa illa anima, quæ ſupra dixerat, inuentum Deum in fratribus ſe deoſculaturam; nunc addit & apprehenſuram, ac ducturam eumdem in domum matris ſuæ, ſignificãs, in quibuſcumque fratribus, in quocumque loco, ac monaſterio aliquam repererit virtutem, & obſeruantiam, in qua Deus ſibi manifeſtetur, apprehenſuram ſe eam obſeruantiam, illamve virtutem delaturam in clauſtrum Religionis ſuæ, quæ ipſam ad vitam genuit ſpiritualem. Qua in re indicat, ſe habituram inſtar pueri illius, qui fluente per mediũ viæ aquarũ torrente, inuentaq. precioſa margarita à torrente ipſo inter paleas, ſtipulas & quiſquilias rapta, apprehendit illam cum gaudio, defertque in domũ genetricis ſuæ, à qua edocetur, quã ea ſit pretioſa, quantive ſit valoris. In eundem enim modum Religioſa anima in torrente, & fluxu populi inter multas imperfectiones reperiens virtutem aliquam, & in monaſteriis obſeruantibus, atque inobſeruantibus inuentam obſeruantiam veluti pretioſam gemmam ad ſuum fert monaſterium; Atqui ſicut gemma in cæno reperta, ſed in domo expolita, per ſemetipſam ſuum docet pretium: ita & obſeruantia à bono Religioſo in monaſteriũ ſuum illata, ſeduloq. examinata, & exercitio perpolita, eumdem edocet religioſum, quantum per ipſam Chriſtus conferat vtilitatis, ſeu ipſamet Religio, vt mater filium, Religioſum illum edocebit, quantum ex illa, cum qua & Chriſtum duxit in domum ſuam, conſecuturus ſit lucri, & perfectionis, iuxta illam Hebraici textus lectionem, *Ibi me docebit*. Porrò in vita Religioſa exinde proficiens, Deo dilecto ſuo *poculum* exhibet *ex vino* orationum, *condito* cum lacrymis compũctionis, ac ſuauiſſimis charitatis affectibus, offerenſque eidem carnis mortificationem, *muſtum* pariter illi porrigit *malorum granatorum* ſuorum; tametſi vinum dare ei non liceat martyrii, & ſanguinis, ſicut à Chriſto in crucis torculari ex eius malogranatis expreſſum recolit, ac ſibi propinatum.

Religioſus bonum quid Deo exhibeat.

A **Verſ. II. Apprehendam te & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.**

APPENDIX.

Expoſitio Quarta. De Tertia Sponſa, quæ eſt B. Virgo Maria.

SVum ingens conuerſionis Iudaici populi deſiderium exprimere proſequens Virgo ſanctiſſima, *Apprehendam te*, ait ad Chriſtum precibus meis te complectens, & quaſi deuinciens, & tandem *ducam* in mentes Iudæorum quæ ſunt domus ſynagogæ *matris meæ. Ibi me docebis*, quantũ me dilexeris ſemper, cum etiam ad tam difficilẽ
B poſtulationem me exaudieris; Atque adeo & ipſa *dabo tibi poculum ex vino* eiuſdem populi, haud amplius ex felle, & aceto, quibus te iam in cruce potarunt; at ex optimo *vino* compunctionis, *condito*, fragrantiſſima deuotione, & feruentiſſimum *muſtum* dilectionis eorum, qui tamquam malogranata; mea ex ipſomet populo meo, pro te martyrium ſubire non verebuntur.

Maria deſiderium conuerſionis Iudæorum

Verſ. II. Apprehendam te & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.

Appẽdix Expoſitionum ex Antiquis Patrib. collecta.

C PAraphraſis Chaldaica. Ducam te, Rex Meſſias, & introducam te in domum ſanctuarii mei, & docebis me timere à facie Domini, & ambulare in viis eius, & ibi prandebimus prandium, & bibemus vinum vetus, quod reconditũ eſt in vuis ſuis à die, quo creatum eſt ſæculum, & de malis punicis, quę pparata ſunt iuſtis in paradiſo voluptatis.

Poſt incarnationẽ, & paſſionem Xpi qualiter ſe habitura fuerit Eccleſia.

Cassiod.

Beda.

Qui ad myſterium Incarnationis, & paſſionis Chriſti ſuperiora retulere eumdem proſequentes ſenſum, apprehenſionem, quæ fide fit, & charitate intelligũt; per introductionem in domum matris Eccleſiæ, vel animæ, intelligunt introductionem in cæleſtem Ieruſalem matrem noſtrã; q̃ ita explicat Caſſiod. vt Eccleſia dicat: per fidem, & charitatem tibi adhærens, proſequar te reuertentem in
D cælum poſt actum Incarnationis tuæ, & paſſionis myſterium; Aſcendente namque in cælos Domino, Apoſtoli oculis illum deduxerũt, piisque proſecuti ſunt aſpectu, quouſque nubes ſuſcepit eum. Cum cælo receptus fueris, & me quoque in cœlũ aſſumpſeris, *ibi me docebis*, & in omnem veritatem induces, & diuinitatem tuam facie ad faciem oſtẽdes, & ego oſtendam, quàm feruentiſſima charitate te diligam, potans te charitatis *vino condito* bonis aliarum virtutum operibus, *& dabo tibi muſtũ malorum granatorum meorum*, oſtendens in paſſionibus ſanctorum Martyrum quanta diligaris charitate: Dilectio namque Martyrum muſtũ eſt ma-
E lorum granatorum. Similia ferè ſunt, quæ dicuntur & a Iuſto Org. quamquam, quod anima dicit, ſe ducturum Chriſtum in cæleſtem Ieruſalem, de eo intelligat, quod ipſamet cum omnibus bonis, quæ per Chriſti gratiam conſecuta eſt, eò perduci meruerit. Porrò quod dicitur, *Ibi me docebis*, arbitratur idem Caſſiod. commodius referẽdum ad ſuperiora, *Inueniam te foris*, ac ſi dicatur: Cũ te in aſſumpta carne aſpexero, *ibi me docebis* quia ad omnia, quæ interrogare voluero, reſpondebis.

Iuſtus.

Caſſiodo.

Ad

APPENDIX.

Greg PP. *Synagoga conuersione quanto studio prosecutura sit Ecclesia.*

A Ad côuersionem Synagogæ referunt hæc Greg. Papa, Aponius, atq. Anselmus, licet cũ aliqua diuersitate, Apprehensum Ecclesia *in domum matris* suæ ducit, ait Gregor. quia Synagoga in fine mundi Christum prædicabit: Ibi Christus Ecclesiam docebit; quia se doceri gaudebit, quando Synagogam iam idem corpus factam erudiri secum videbit, *Poculum ex vino condito* dabit: quia ipsi Synagogæ nouum testamentum cum veteri prædicabit. *Mustum* verò *malorum granatorum* suorum tribuet, quia fortium virorum, qui vnitatem Ecclesię in martyrio tenuerunt, exẽpla apponet.

Aponius.

Et Aponius sola est, ait, anima, quæ sponsum desiderat apprehendere, & circumdatum carne in domum matris Synagogæ introducere: & ibi B ab ea doceri ea, quæ nec oculus vidit, nec auris, &c. Vinum conditum intelligit confessionem Trinitatis; *mustum* verò martyriũ, vt hic prophetatæ sint tribulationes, & martyria, quæ in fine mundi Iudæis contingent propter veræ fidei, quã susceperint, confessionem.

Anselmus

Anselmus Iudęis ipsis iã conuersis hæc tribuit, ac si dicant: Qui prius fueramus a te separati; modo tibi firmiter adhærebimus, & illos, qui modo seruiunt Synagogæ, tibi faciemus seruire; sicque te ducemus in domum matris nostræ: *Ibi*; dum te filiis Synagogæ annunciabimus, nos *docebis*; quia nos aperiemus os, & tu adimplebis illud, vt promisisti: & conuertemus multos de Iudæis, qui erunt tibi *poculum ex vino*, id est, ex viris æstuantib. C amore Dei, qui multis decori sint virtutib. quasi vinum multis aromatũ speciebus conditum, nec non & sanctorum Martyrum musto ibidem te potabo.

Rupert. *Gentiũ conuersionem quanto studio procuratura sit Ecclesia.* *In Eucharist. potatur Xps vino condito.*

E vestigio Rupertus Abbas Ecclesiæ Gentium hæc tribuit, atque de Gentium conuersione eadẽ accipit, propter quam conuersionem Ecclesia dicat, Christum ipsum, in quem ipsa credidit, fide iam apprehensum ducturam in palatio Regum idololatrarum, & in templa dęmonum, vt in domũ matris suæ, vt in eis inuocetur illius nomen. Porrò quod dicitur, *Et dabo tibi poculum ex vino condito*, de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento D intelligit Rupertus, quod est sacrificiũ in memoriam passionis Christi: per *mustũ malorum granatorum* suorum alterum intelligit sacrificium sanctorum Martyrum.

Theod. *Ecclesia est domus matris animæ piæ.*

Theodoritus per domum matris animæ piæ videtur intelligere sanctam Ecclesiam. Quæ est, ait, domus Spiritus sancti (hic enim sponsam genuit) nisi diuinum templum, quod cælestem imitatur Ierusalem, quo qui ingrediuntur sponsæ dignitatem suscipientes cum fiducia sponsum alloquuntur; Per *vinum conditum* intelligit doctrinam diuinã refertam gratia, ac veluti aromatibus conspersam: per *mustum* seu laticem *malorum granatorum* intelligit vtilitatem, quæ ex charitatis fructibus conficitur.

Tres Patr. *Per côtemplationẽ introducitur Christ⁹ ab anima in mentem domum gratiæ.*

E Alia ratione Tres Patres piæ item animæ hæc tribuunt, ac si illa dicat; Apprehendam te, qui mihi diuinitatem largiris, cupida splendoris tui; in eoque contemplando introducam te in mentem; quæ domus est gratiæ Spiritus sancti, à qua vt à matre per baptisma genita sum. Ad hæc tibi sitienti salutem meam, quasi poculum quoddam offeram perpetuam tui cognitionem ex compositione diuersarum rationum, quæ in omnibus creaturis, & in scriptura sunt, instructã. Hęc enim tamquam vinum odoratum lætificans cor, lætitia conspergit animas, à quibus percipitur, perennemque mihi tui vt summi boni amorem

A infundit ex præstantia timoris tui, & desiderii te perfruendi: quorum tamquã malorum punicorũ alterum acerbitate sua me comprimit, alterum dulcedine oblectat.

Philo Car. *Mors est domus, et prõptuariũ terra matris nostra.*

Duos diuersissimos sensus indicat potius, quã explicet Philo Carpathius eorũ, quibus dicitur, *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in promptuarium eius, quæ me collegit*: Sic legit ipse: Primũ, vt significetur, mors, & sepultura Christi in terra, quam ait dictam matrem nostram, cuius domus, & promptuarium, quod omnes homines colligit, ipsa sit mors: sensusque sit, animam contemplaturam Christum factum fratrem suum in carne, vt per mortẽ mortẽ destruxit, & vt in terra sepultus ex inferno sanctorum aĩas liberauit.

Scriptura sacra est domus matris Ecclesiæ, aut pia anima.

B Secundum, per domum matris sponsæ scripturas accipit sacras, quarum mysteria tamquam penus, & veluti promptuaria habentur, in quibus pia anima sæpe cum cælesti sponso loquitur, meditansque, in his sanctissimè reficitur. Per id, qđ subijcitur, *Potabo te vino condito ab unda punicorũ meorum*, arbitratur Philo, significari potatam Ecclesiam sanctam, per id, quod mundata est pretioso Christi sanguine; tum quòd per Apostolos Spiritusancto illustrata est; & tertio, quia nece, ac sanguine martyrũ confirmatur. Indicat demum potatam eamdem Ecclesiam vino sacratissimi sanguinis Christi in Sacramento Eucharistiæ: sed in omnibus est maximè confusus.

In Eucharistia quo modo potatur Christus.

Hierony.

C Notandæ demum hoc loco sunt duæ lectiones Hierony. Is enim primùm ad finem comment. in c. 9. Zachar. Ecclesiam ita hæc ad Christum dicere, inquit: *Potabis me de vino vnguentarij, de vinis malorum granatorum tuorum*: In ijsdẽ vero Commen. super c. 12. legit: *Potabis me de vino vnguentarij, de vino malorum*.

Vers. III. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Vers. IIII. Adiuro vos, filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

D

Pag. 333.

DE duob. versib. hisce fusius egimus supra in cap. 2. vers. 6. & 7. eoq. recurrendum pro intelligentia, tum eorum, quæ ad litteram, tum eorũ, quæ ad spiritum pertinent. Illud dumtaxat explicandum hoc loco superest, quod ad ipsorum pertinet connexionem cum antecedentibus, & consequentibus. Omissis autem, quæ ab alijs super hac re dicta reperio, breuiter ipse crediderim, hæc à sponsa in hunc locũ relata per hypotyposim figuram illam apud

Hypotyposis quid. Cicero li. de oratore.

E Rhetores celeberrimam, quam Rhetorum princeps Cicero illustrem appellat explanationem, quæ ve est proposita quædam rerum forma ita expressa verbis, vt cerni potius videatur, quam audiri. Proponit enim hic sponsa, succisęque narrat, idipsum tunc euẽturum, si iuxta desiderium suũ inuentum *foris* dilectum *fratrem sugentem vbera matris* suæ, deosculatũve apprehenderet, & duceret *in domum matris* suæ, *ibique* illum potare sibi liceret *vino condito*, & *musto malorum granatorũ* suorũm: quod & aliàs contigit: Vel cum ab illo introducta *a* fuit in cellam vinariam, ordinata, instructaque super ipsa charitatis acie vniuersa: Vel

a Cãt. 2. 4.

cum

LITTERA. cum ipſamet illum poſt longam quæſitionem a inuentum introduxit *in domum matris* ſuæ, *& in cubiculum genitricis* ſuæ. Ac ſi dicat,

a Cãt.3.4 Te apprehenſo fratre, dilectoque meo, & ducto *in domum matris meæ*, ibique dulciſſimis, ſuauiſſimiſque meis potato poculis: more ſanè conſueto præ ipſo charitatis languore animi patiar deliquium, decidéſque in vlnas tuas dicam, quod & aliàs in ſimili caſu dicere ſum ſolita: *Læua* eius, ſcilicet dilecti, fratriſque mei erit *ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Tuque viciſſim me, dulciſſimo ob deliquium conſopita ſomno, more pariter tibi conſueto adſtantes adiurabis filias Ieruſalem dicens, *Adiuro vos*, &c. Quibus expoſitis iam a dilecto ipſo ſuo ſuſtentata, eidemque B innixa ſimul cum illo iter verſus agros, & villas cæpit habere, prout in ſubſequenti videbimus verſu quinto.

PARAPHRASIS. Circa hæc ſat video, vnum mihi obiici poſſe, quòd, cum (vt ex dictis patet) etiam in duobus hiſce verſibus, quæ præ manib. habemus, adhuc in aſſumpta perſiſtatur ſimilitudine fratris paruuli, incongrue à ſponſa hæc dicantur, quæ infanti ſugenti adhuc vbera matris competere minime queant. Sed tamen huic obiectioni facile eſt ſatis facere; nam ſponſa dictam infantis ſimilitudinem ad hoc tantum aſſumpſit, vt ingens ſuum exprimeret deſiderium, quo ardebat, vt dilecto ſuo honeſtè, pudiceque vbicumque, & quandocumque potiri ſibi liceret: Non tamen indecens eſt, vt, cũ retulerit, deductum illum à ſe in domum matris ſuę, vbi honeſtiſſime amori vacent, non iam amplius, vti de paruulo, & ad paruulum fratrẽ loquatur, ſed de grandiori, & ad grandiorem virum, atque dilectum ſuum, qualem habebat ob oculos. Porrò, quòd hoc loco omiſſa reperiuntur nedum in Vulgata, ſed & in textu Hebr. verba illa, *Per capreas, ceruoſque camporum*, quæ tum in cap. 2. tum in cap. 3. in ſimili ſententia habentur, noſtram confirmat ſententiam; vt iſta hoc loco neutiquam à ſponſo prout in prædictis duobus locis, ſed ab ipſamet dicta ſint, ſponſa, eiuſdem dilecti verba referente, ſed feminco, amantiſque more diminuta. Adde, quòd, cum iuxta lectionem Hebraicam verba illa, *per capreas, ceruoſque camporum*, maximam ſignificent imprecationem dilacerationis ei ſimilis, quæ capreis, ceruiſque camporum fit in venatione à canibus (vt explicatum videre eſt in expoſit. 1. verſus 7. cap. 2.) admodũ modeſte, & pru-
Pap. 313. denter ſponſa ea omiſit, dum coram ſociabus loqueretur, quæ filiæ erant Ieruſalem.

Verſ. III. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Verſ. IIII. Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Dixit cœtus Iſrael: Ego electa ſum ſupra omnes populos; quia ego alligo frontalia manui ſiniſtræ meæ, & capiti: cartula que infixa eſt lateri dextro portæ meæ, cuius tertia pars reſpicit thalamum meum, vt non habeãt licentiam dæmones ad nocendum mihi.

Verſ. IIII. Dixit Rex Meſſias: Adiuro vos, popu- A lemi domus Iſrael, quare contenditis contra populos terrarum, vt egrediamini ex captiuitate? & quare vos vultis rebellare contra exercitum Gog, & Magog? ſuſtinete modicum, donec conſumantur populi, qui aſcenderunt ad belligerandum cõtra Ieruſalem, & poſtea recordabitur vobis dominator ſæculi miſerationum iuſtorum, & erit volũtas à facie eius, vt liberet vos. LITTERA.

Verſ. V. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluẽs, innixa ſuper dilectum ſuum?

Expoſitio Prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

COmmunior expoſitorum ſententia eo propendet, vt in hoc verſu quinto noua incipiat narratio, nouuſq. Actus dramatis, vel nouum, extremumque Canticum, ſecundùm illos, quib. liber iſte diuiditur in decem cantica. Verum, cum ſat probatum à nobis ſit Canticum iſtud eſſe drama quoddam; cumq. manifeſtum ſit, compoſitiones illas, quæ dramatico C more ſunt conſcriptæ, quinque duntaxat, non plurib. Actib. conſtare dẽre: nullatenus in prædictã ire poſſum opinionem: quãdoquidem exordium Actus quinti in verſu nono capitis ſexti admodũ congruenter conſtitui. Et, quæ hic dicuntur, congruentiſſime cum præcedentibus conueniunt, ita vt non ſit neceſſarium, vt perſonæ, quæ hucuſque locutæ ſunt, è ſcena diſceſſerint, nouaque inſtituatur ſcena, in quam denuo eædem introducantur, quæ loquantur, prout aſſerit Legionenſis, multique alij, qui illum ſequuntur. Facilius enim dicemus, eodem actu, eodemque temporis momento, quo ſponſa obuium præexpoſita oratione allocuta fuit dilectum, ſimul cum illo iter arripuiſſe ad villas, vineamque illam ſuam, ad quam in verſ. 11 & 12. cap. 7. eumdem inuitarat: innixam verò eſſe D dilecto ſuo: quia ex occaſione affectuum, quos immediatè expreſſerat, ab amoris vi eò impulſa ſit, vt iter capiens, ſuper eum inniteretur, cuius iam dixerat læuam futuram ſub capite ſuo, & dexterã ſe amplexaturam: quamquam & ob itineris pariter difficultatem; quia aſcendere ſibi erat difficile vt puellæ teneræ, ſuper fortem innixa eſt ipſum dilectum ſuum. Iter ergo hac ratione agente ſponſa vnà cum dilecto, obuij illis fiunt in ſcena amici, & ſodales aliquot ſponſi, de quibus in fine Cantici dicet ipſemet ſponſus: b *Amici auſcultant*: hi verò vt primum in ſponſam, eo pacto in agro procedentem, coniiciunt oculos, inſigni eius pulchritudine, nouoque illo commoti ſpectaculo ſumma E cum admiratione obſtupeſcentes, inuicemque ad ſemet exclamantes in hæc prorumpunt: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto*, &c. Et quidem, tametſi aliàs ſimili admiratione eamdem ſpõſam celebratam laudibus præſtantiſſimis viderimus ſupra, tũ in cap. 3. vbi dicebatur: c *Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatib.* &c. tũ in capit. 6. cum diceretur; d *Quæ eſt iſta, quæ progreditur ſicut aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa* &c. Si tamen rectè, quæ in præſenti ſententia dicuntur, exactè perpendantur, nuſquam efficacius eadem euehitur, quam hic, & ab hiſce, qui modo eam admirantur; quippe qui illi tribuunt laudem, quam vnam ab ipſa æſtimari

In his non eſſe principium noui Actus.

Legionẽſi.

b Cã.8.13

c Can.3.6

d Can.6.9

LITTERA. mari norunt: Ea verò est, quòd tali iuncta dilecto, cum illo, & super illum innixa progrediatur: exinde enim consequenter habet, vt & deliciis affluat, quod vnum ipsi semper extitit in optatis. Parum.n. illi esset id omne, quod alioquin in se admirationem alijs incuteret, ita vt diceretur vel erecta, & fragrans sicut virgula fumi ex aromatibus vniuersis, vel similis auroræ, Lunæ, Soli, aut etiam ordinatæ aciei castrorum; ni ob eximiā pulchritudinem ipsam suam eò peruenisset, vt ex eo delicijs afflueret, quia *innixa super dilectum suū* ascenderet. Quod ergo obuij illi hic inquiunt, breuiter tale est.

PARAPHRASIS. *Quaenam est ista* adeo insignis, adeo & pulchra quæ admirabili pulchritudine ipsa sua eò peruenit, vt talem deuincire sibi potuerit dilectum, *quave* & modo *super ipsum innixa dilectum* de agro progrediens, ex illius societate *delicijs* affluit inexplicabilibus;

Circa uocum significationem, lectionumque varietatem notandum primò: ex ijs, quæ dicta à nobis fuere supra in versu 6. c. 3. cōstare, verbum Pag. 46 a. ascendēdi hic vsurpatū ob qualitatē terræ Iudeæ, & in primis Ierosolymitanæ, quæ montuosa est, atque adeo dum per eam progreditur quis, ascēdere, vel descendere dr̄; & nomen deserti Hebraica phrasi positum ad significandum agrum, solū ve illud, q̄ est extra hominū habitationem. Porrò ob id, quod sponsa dicitur, ascendere de deserto seu de agro, fere communi consensu existimatur ab expositoribus, ex hoc loco colligendum, sponsam repræsentatam vna cum dilecto suo de agro nunc progredientem in Vrbem.

Id tamen me non conuincit, qui probabilius censui, dicendum, iter, de quo nunc est sermo, nō ad Vrbem, è qua uenerat sponsus, sed ad villas, & uineam potius sponsæ esse directum, ad quas uillas, & vineam obuium dilectum suum iam inuitarat, & de qua item vinea, in ipsomet itinere postmodum eadem sponsa illam celebrans, diceret: *a* b Cāt. 8. 12 *Vinea mea coram me est*, &c. De agro verò ascendere sponsa in hoc dicitur itinere; quia, vt patet ex superioribus, in agro iam erat, rediens ex horto nucum, conuersoque itinere eò pergere cœpit, quò ad prædictam tendebatur vineam suam, ad uillas, atq; ad hortos, de quibus in fine præsentis capitis, atq. totius operis, vt videbimus.

Vox dealbata quō sit posita à Sept. No andū secundò, Sept. pro eo quod in Hebr. est מן המדבר min hamidbar *de deserto*, diuersissimo significatu reddidisse λελευκανθισμένη, *dealbata*, respicientes ad mysterium dealbationis baptismi faciendę per sanguinē Christi. Videntur enim sumpsisse Hebraicam vocem מדבר midbar, desertum, vt deductam à verbo ברר barar, quod significat mundare, purificare, tergere, & polire, legentes ו vau pro ד daleth, המובר hamubbar, id est, de purificato, electo, & dealbato, pahul coniugationis Hiphnghil; seu alia ratione deducentes eamdem uocem à voce בר bar, quæ significat mundum. Quamuis autem in Biblijs Complutensibus in versione ipsa Sept. haud legatur uox ista *dealbata*, & quoddam scholion Græcum relatum in annotationibus Codicis Vaticani versionis Sept. iuxta lectionem Hebr. atq; Vulgatam habeat, ἐκ τῆς ἐρήμου, *è deserto* seu *ex eremo* ab uniuersis nihilominus antiquis Patribus eadem vox *dealbata* in ipsa uersione Sept. agnoscitur, vt videbimus in appendice.

Notandum tertiò, quia Hebraicum participiū מתרפקת mithrappeketh, quod hoc dūtaxat loco reperitur, duplicis esset significationis, duoq. significare posse, & delicianté, ī quo significatu DE ECCLESIA. sūpsit R. Dauid Kimki, & adhærentē, seu innixā, R. Dauid. prout illud sūpsere Sept. noster Interpres iuxta vtrūq. significatum ipsum accipiens duplici illud reddidit participio, vertēs, *Delicijs affluens*, &, *innixa*. R. Salomon, & R. Abraham Aben Ezdra, vt R. Salom. R. Abrah. vocem Ismaelicam, & Arabicam idem sumentes, sociatā significare, inquiunt: Ac si dicatur: *Quæ est ista ascendens de deserto associata dilecto suo?* Noua tamen ratione, nouoque significatu Origenes il- Orig. lud accipit hom. 1 ex duabus illis, quas in Latinū vertit B. Hieronymus, pro participio, ἐπιστηριζομένη, *innixa*, quod communiter legitur in versione Sept. legens, ἐπιστηθιζομένη, *super pectus recūbens*.

B

Vers. V. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

CVm admiratio iuxta Aristotelis dictum ex dubitatione proueniat, & ex ignorantia, nihil ve in re qualibet sit, quod magis ignoretur, ex citetque dubitationem, quàm, cum effectus in illa conspiciuntur, qui sibi inuicem aduersentur: *Admiratio ex ignorantia.* merito sanè in hac sententia vel Gentes proponū- C tur, vel etiam cœlestes spiritus, qui Catholicam, Arist li. 1. Metap. c. 2 & Orthodoxam admirentur Ecclesiam: simulque causa subindicatur tātæ admirationis, quod scilicet de arido, horridoque *deserto ascendat, delicijs affluens*. Quæ duo pugnantia inter se esse videntur sicut & id, quod, iuxta versionem Septua: vna eademque Ecclesia dicitur *dealbata*, quam ex ipsiusmet confessione nigram *a* extitisse, ex- a Cāt. 1. 5 ploratum est, repugnantiam quamdam primo aspectu videtur inuoluere. Sed tamen ita admirationem istam proponit Spiritus sanctus, vt simul quoque & id proponat, quo vniuersa tollitur admiratio, simul ac dubitatio: quandoquidem ex admiratione homines philosophari cœpisse, idē D asserit Aristoteles vbi supra; Atque adeo sicut ad Aristotel. miratio causa quodammodo est cognitionis, atque scientiæ; ita è vestigio per cognitionem, & *Admiratio causa scientia eadēq; tollitur & scientiam.* scientiam ipsa tollitur admiratio, sublata ignorantia eius, quod admirabiles causat effectus. Sic igitur & qui hoc loco proponuntur admirantes Ecclesiam, de deserto miseri huius mundi, nigramque ascendentem dealbatam, vtque deliciis affluentem, mirabili artificio proponuntur simul exponentes, sibi esse exploratam causam tantorum effectuum; vt libere vniuersos eam doceant, iis duntaxat verbis *innixa super dilectum suum*. Vn E de apparet artificium, quo in hisce vsus est Spiritus sanctus, quippe qui, proposita prius admira- *Ecclesia et inde, quod innixa est Christo laudatur, vt dealbata, & vt delicijs affluens.* tione, celsitudinem euexit laudis, quam in suam conferebat sponsam, quod *dealbata* esset, & *delicijs affluens*, tametsi & nigra extiterit, & in deserto; vt illico audientium animi admiratione istorum commoti causam nosse optarent eorum, quam & illico affert, dicēs, *Innixa super dilectum suum*: Ac si diceret.

PARAPHRASIS. Ne cui ob tantarum laudum admirationem vlla subrepat dubitatio earum: exinde enim Ecclesiæ, quæ nigra erat, obuenit dealbatio, eidemve, quæ & in deserto, & ipsummet erat desertum, deliciarum contigit cumulus maximus, quod, vt Christi sponsa *super* Christum *innixa est dilectum suum*.

Multa

DE EC-CLESIA

a Can. 3. 6.

Multa quidem circa hæc dici possent, ni aliàs in sæpe citato loco cap. 3. *a* explicatum a nobis esset, & quomodo Ecclesia ascenderit, & quomodo in mundo, per mundum, atque de mundo, vt ide deserto ascenderit. Id tantummodo superest explicandum, quòd ex desponsatione cum Christo, & innixione super Christum vt super sponsum suum fuerit dealbata, atque etiam inexplicabilibus cumulata delicijs. Et quidem quod de dealbatione asseritur, manifesto Pauli testimonio comprobatum reperimus, quo in epist. ad Eph. dicit: *b Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam*, &c. Sed, quod de deliciarum cumulo prædicatur, quin & totũ id, quod in præsenti asseritur Ecclesiæ encomio, per Isaiam, seu etiam per Deum ipsum apud Isaiam prænuntiatum, & comprobatum habemus, ubi in c. 51. hæc reperiuntur: *c Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius quasi delicias* (seu iuxta Hebr. & Sept. *quasi Paradisum*). *&* *solitudinem eius* (seu iuxta Sept. *& ad ea, quæ in occidentem*, id est in tenebris sunt) *quasi hortum* (seu paradisum) *Domini, gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis*. Si ergo in deserto erat, quin & desertũ ipsum erat horrore refertum, pollicetur ei Deus delicias eas, quibus competat nomen paradisi Domini: Si nigra, & in tenebris erat, talem pollicetur dealbationẽ, vt cãdori illius competat lucis appellatio: propterea enim postquam dixit, *& quæ ad Occidentem erant, quasi hortum* seu *paradisum Domini*, scilicet pulchra, subijcit Deus ipse: *Quia lex à me exibit, & iudiciũ meum in lucem populorũ requiescet*. Quòd si in præsenti Canticorum encomio, & causa ea assignatur prædictorum; quia Ecclesia, vt Christi sponsa cũ Christo progrediatur, & super Christum ascendentem innixa ascendat; id ipsum explicat & Dominus in eadem prophetia Isaiæ, post præallata namque subiicit immediatè, *Prope est iustus meus*. Cuinam verò Christus magis dicendus est prope, quàm Ecclesiæ sponsæ vnicæ ipsius? *Egressus est saluator* (Hebraicè, *Iesus*) *meus*: tunc certe egressus, quando illum Ecclesia inuitauit, & dixit, *d Egrediamur in agrum: Et brachia mea populos iudicabunt*, vel magis ad rem nostram, iuxta versionem Sept. *Et in brachio gentes sperabunt*: hoc est enim, Ecclesiam innixam esse super dilectum suum, quod in Dei duntaxat sperat robore, atque ope, quodve tota à Christo pendet, & quodammodo à Christi brachiis sustentari sinit: Id quod apertius verbis immediate sequentibus explicatur etiam in nostra Vulgata: *Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt* (seu, vt est in Hebræo, *Et super brachium meum sustinebunt*) scilicet sese, quod tantundem est, ac super brachium meum innitentur. Circa quæ postrema verba illud maxime animaduertendum, quàm cautè Dominus locutus sit: quandoquidem id in Ecclesia celebrans, quod præ ceteris oĩb. inea erat commendandũ vt ceterorum oĩum causa, nõ dixit, *Me* Sion, aut Ecclesia aut Gẽtes *expectabunt*, &c. at *Me insulæ expectabunt*, insularum appellatione indicans, ita Ecclesiam totam à Christo pẽdere, vnique innixam esse Christo, vt à quolibet alio dilecto, à quolibet sustentatore disiuncta sit, non secus atque Insulæ à qualibet disiunctæ sunt terra, qua fulciantur, præter ipsam vnam cui innituntur: Id quod vt singulare encomium in præsenti Cãticorum versu, quem modo exponimus,

Michaelis Ghislerii.

b Eph. 5. 25.

Delicijs affluit Ecclesia, quia Christo innititur.

c Isa. 51. 3.

d Can. 7. 11.

Ecclesia quõ ab vno pendeat Christo, adeoque sit vt Insula.

Simile.

A in Catholicam duntaxat Ecclesiam confertur, dum dicitur, *Innixa super dilectum suum*, vnum scilicet Christum duntaxat: hæreticorum enim sectæ cum & super proprios hæresiarchas nitantur, à quibus & nomen desumunt, nequaquam dici possunt *innixa super dilectum suum* Christum atque adeo nec dignæ sunt, quod hisce celebrentur laudibus, quòd de deserto ascendant dealbatæ, *& delicijs* affluentes; cum potius per desertũ descendant, & de deserto huius mundi in obscuriores semper prolabantur iniquitatis, & ignorantiæ foueas, per eos ipsos, quibus innituntur, sanguine deturpatæ peccatorum, & scelerum multorum, vtpote confidentes, iuxta id, quod dicitur apud Isaiam, *e Super baculum arundineum, confractum*, B *cui si innixus fuerit homo, intrabit in manus eius, & perforabit eam*.

DE ANIMA.

Hæreticorũ sectæ nõ possunt dici innixa super Christũ dilectũ suũ, quod est propriũ Ecclesia Catholica.

e Isa. 36. 6.

Verſ. V. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

C SI dum in incipientium statu pia adhuc persisteret anima, progressu ipso suo, quo ascendere satagebat per desertum, atque per propriæ vilitatis cognitionem, per varia mortificationum genera, per orationes, perque virtutum studium licet exiguum, intuentibus eam incussit admirationem, vt exclamarint: *f Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii?* Si & cum è gradu incipientium, relicto iam deserto, ad proficientium ascendit gradum, tales in uia illuminatiua egit lucis progressus, vt celsissimis, fulgentissimisq. assimilata rebus, maiori iam cum admiratione iis euecta sit verbis; *g Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra* D *vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Multo sanè rõnabilius est vt quæ nec in deserto iã est vitæ secularis, & imperfectæ, nec ita iã progreditur sicut ij progrediũtur, qui in proficientiũ ordine constituti planã, facilemque terunt viam illuminatiuam, quive solummodo ad creaturarum, sanctorumque virorum imitationem proficere satagentes, in virtutum studio similes esse nituntur nedum incipientibus, quibus per Isaiam dicitur: *h Frange esurienti panem tuũ* E *& egenos, vagosque induc in domum tuam*, &c. *Tũc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur*, sanitate indigentibus ex imperfectionibus, quibus adhuc ægrotant, quas & eæ indicant tenebræ, quæ luci admixtæ sunt matutinæ: sed & illis, qui puritatis candore Lunam æmulantur, ad rotunditatis perfectionem iugi tendentes solicitudine: qui inter Sanctos ipsos sunt perfectiores, *i Fulgentes sicut Sol in conspectu Dei*: Multo inquam cõgruentius est, vt admirationem sui ingerat eadem iã ita perfecta, vt tametsi adhuc progrediatur; quia perfectio præsentis vitæ est in continuo progressu; progressus tñ illius iugis ascensus est, quatenus Deũ imitari satagit in puritate, ac sanctitate celsissimũ, ambulans per viam vnitiuã, qua semper ascenditur: quandoqui-

Iustus quilibet sui causat admirationẽ.

f Can. 3. 6.

Perfecti Deũ habẽt ob oculos, quẽ imitẽtur, imperfecti vero sanctos,

g Cant. 6. 9.

h Isa. 58. 7.

Perfecti progressus est iugis ascensus, quia in imitationẽ Dei tendit.

i Ma. 13. 43.

DE ANIMA.

dem qui per illam graditur, vnitus cum Deo graditur, qui in altis habitās alta iugiter petit in quolibet virtutis genere. Iure igitur optimo perfectā animam ipſam admirantur quotquot illam intuētur ſpirituales, ipſamque cum admiratione. maris præconiis efferunt eius perfectionem, dicentes.

PARAPHRASIS.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit, non iam amplius *per deſertū*, ſed *de deſerto* duntaxat, quatenus adhuc in huius vitæ exilio degit, *delicijs* in ipſo ſuo aſcenſu *affluens*, cum *ſuper* Deum *innixa* ſit, Deoque dilecto ſuo vnita in vita aſcendat ſpirituali?

Vita ſpiritualis quā diuerſimodè transſigatur ab humilib. atq. à ſuperbis.

Simile.

Circa hæc autem, duo ſunt animaduertenda. Primum, ex ijs, quæ hoc loco dicuntur, colligi, quàm diuerſimodè transſigatur vita ſpiritualis ab his, qui totis innituntur Domino, atque ab iis, qui in propriis confidentes viribus, per ſemetipſos huiuſcemodi vitæ arripere audent ſtudium. Exemplo pueruli id facile intelligi poteſt. Neque enim ſpirituali vitæ indulgere quis poteſt, qui prius in ſtar pueruli ſe non exhibuerit, iuxta illud redemptoris noſtri: *a Niſi efficiamini ſicut paruulus, iſte, non intrabitis in regnum cælorum*; vbi regni cœlorum nomine vitam ipſam inſigniuit ſpiritualem, prout & ibi: *b Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro.* Nec plus virium nobis ineſſe cenſendum eſt, quam in puerulo ſit, atque infantulo, qui vix mouere ſe poteſt à ſemetipſo; cum iuxta Apoſtoli dictum, *c Nec ſimus ſufficientes cogitare aliquid à nobis tamquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra à Domino ſit.* Sicut enim puerulus, cum per aſperam, montuoſamque viam aſcendendum fuerit, ſi matris vlnis innixus geſtetur, difficillimum licet iter peragit, tantumque abeſt ab incommodis vllis ſentiendis, vt maximis perfruatur delicijs, ex chariſſimæ nimirum matris blanditiis, ex itineris nouitate, ex aſpectu fontium, viridantiumque pratorum, ac cæterorū, quæ in inferiorib. è celſo conſpicit, necnon ex cibis, quibus à matre ipſa ſua reficitur; cum è veſtigio, ſi idem ipſe puer à deſerto loco abſque vllius ope excelſum aſcendere nitatur montem, illico in ſudorem liqueſcet, ſpiritum vix haurire poterit, fame premetur, ac ſiti, cum pondus ferre nequiuerit alimentorum, adeoque defatigabitur, vt media in via à cœpto deſiſtere cogatur itinere pene animam agens. Simile quid euenire iis continuo probamus experimē to, qui de deſerto huius mundi viam aſcendere volunt virtutis, & vitæ ſpiritualis celſiſſimæ, vt potè qua ad celſiſſimum tenditur cœlum, atque adeo difficillimæ, ſi propriis duntaxat innixi viribus & per ſemetipſos iſtud aggrediantur iter, difficillimum ſanè illud ſentient, & inuium: cumque diuinæ gratiæ ſpiritum accipere nequeant, defatigati, ac laſſi in primis ipſis deficiunt vitæ ſpiritalis initiis: ita vt quod in mortis articulo, & in inferno de viis iniquitatis in libro Sapientiæ dicitur, *d Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, in malignitate noſtra conſumpti ſumus*, ipſi è contra ad iter tranſferant vitæ ſpiritualis, nec erubeſcant dicere, *laſſati ſumus in via* (virtutis) *& perditionis*: perditionis eam appellant eo ſenſu, quo peruerſi illi ad Ieremiam dixerunt: *e Ex eo tempore, quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cœli, & libare ei libamina* (vt ſcilicet Deo ſeruiremus, per viam mandatorum illius ambulātes) *indiguimus omnibus, & gladio, & fame conſumpti ſumus*; Atque adeo addunt: *Ambulauimus vias difficiles*, & in noſtro virtutis ſtudio *conſumpti ſumus*. At verò è contra reſpectu illius, qui ſuam agnoſcens debilitatem, totus Deo innixus dile-

a Matt. 18.

Regnū cælorū vocata vita ſpiritalis.

b Matt. 13. 44.

c 2. Corin. 3. 5.

Confidētia in Dei tantū ope, q̄ nobis neceſſaria ſit in vita ſpiritali.

Vita ſpiritualis quibus ſit difficillima.

d Sap. 5. 7.

e Iere. 44. 18.

Vita ſpiritualis qb. ſit facillima, & delicijs affluēs

A ctoſuo de mundi item deſerto iter ipſum aggreditur, & aſcenſus facillimus eſt, & inſuper in ipſo met aſcenſu ſuo maximis perfunditur delicijs, iuxta illud Iſaiæ: *f Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis, quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem* (id eſt, & in vita ipſa ſpirituali, quæ eſt vera Ieruſalem, & viſio pacis) *conſolabimini*. Probatque idem Iſaias peroptimè, quicquid hucuſque dictum eſt de eadem ſimilitudine pueri, cum in cap. 40. ait: *g Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Mutabunt fortitudinem*: quia qui infantuli vix pollebant B robore, iam diuinæ gratiæ fortitudine erunt accincti. *Aſſument pennas ſicut aquilæ*: quia celſiſſimum vitæ ſpiritualis iter ea facient facilitate, & voluptate, qua & aquilæ cœlum verſus volare gaudent. *Current* abſque vlla laboris defatigatione, quin & ſumma cum oblectatione, ita vt propterea dicturi ſint, quod Dauid ait: *h Viam mandatorum tuorum cucurri, quia dilataſti cor meum*: nouimus quippe, gaudio, lætitia, ac voluptate cor dilatari ſolitum.

Notandum ſecundò: tametſi ex lectione Vulgatæ manifeſte colligere nequeamus, quibus delicijs affluat anima ſancta, dum Deo innixa per cœleſtem aſcendit conuerſationem: ſeu quibuſnam in rebus ea ſitæ ſunt deliciæ, propter quas hanc meretur laudem, vt tanta cum admiratione hiſce celebretur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Ex verſione tamen Septuag. argnere eas licet: nam primò ex eo, quòd dicitur, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, innixa*, &c. indicatur, dealbationem ipſam eſſe hus eius delicias, puritatem nimirum cordis, & conſcientiæ tranquillitatem.

Quatenus enim per ſanguinem agni immaculati abluta eſt ab omni peccati ſorde, eoque dealbata candore, vt etiam à Deo *i Tota pulchra* dici queat, & ſine macula, iis perfunditur delicijs, quibus haud ſimiles reperiri poſſunt in vita præſenti. At, ſi aliqua explicandæ ſint ſimilitudine, vix D duntaxat exprimi poſſunt viſionis Dei, in qua ſumma eſt beatorum fœlicitas, deliciarumque omnium cumulus, prout in Euangelio conteſtatus eſt Chriſtus Dominus, vbi dixit: *k Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

Secundò ex eo, quòd pro, *Innixa ſuper dilectum ſuum* iuxta origenem legitur ſuper pectus recumbens dilecti ſui colligere licet, exinde quoque eādem animam ſpiritualium, ac diuinarum affluere cōſolationū delicijs; quia orationi, contemplationi, aliisve vacans ſanctis exercitiis, recumbit quodammodo ſuper Chriſti pectus, ex cuius vberib. ſuauiſſimum illud ſugit lac prædictarum conſo- E lationum, quæ guſtari quidē poſſunt, ſed nequeūt explicari, iuxta illud Iſaiæ: *l Vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius*, (ſcilicet Dei) *vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius*, quales certè delicias vbertim hauſiſſe, atque ſuxiſſe non ambigo dilectum illum diſcipulum, qui *m ſupra pectus Domini in cœna recubuit.*

DE ANIMA.

f Iſ. 66. 12.

g Iſ. 40. 30.

h Pſ. 118. 32.

Vita ſpiritualis delicia quæſint

Cordis puritas exhibet delicias cæleſtis patriæ

i Can. 4. 7.

k Matt. 5. 8.

Vita ſpiritualis idulgens, recūbit ſuper pectus Domini, indeq. ſugit lacteū ſolationū.

l Iſ. 66. 11.

m Ioā. 13. 23.

Verſ.

DE B. MARIA

Vers. V. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

De Assumptione B. Mariæ.

Celeberrimus est locus iste pro solemnitate Assumptionis Gloriosæ Virginis, præsertim apud recentiorum aliquot expositorum, inter quos præ ceteris exactius illum pertractat Hieron. Almonacyrius in suis comment: Magis tamen ad rem, de qua hucusque actum est in præce-
B dentibus, illud erit; vt dicamus, admodum conuenienter, postquam B. Virgo in superioribus suum ingens patefecit desiderium conuersionis
a Can. 8.2. Iudaici populi, vbi dixit, *a* apprehensuram se Christũ dilectũ suũ, eũdemq. ducturam in Iudæorum mentes, *& in domum* Synagogæ *matris suæ, ibique* in ijs, qui ex illo populo conuersi fuerint, ei daturam *poculum è vino* compunctionis, *condito* fragrantissima deuotione, & feruentissimũ exhibituram *mustum* dilectionis: nunc illico proponi talis desiderii, & talium precũ affectuosissimarum fructum in Iudæis ipsis, ad fidem conuersis; qui, cum prius ita sanctam ipsam Virginem in festo persequẽtur animo: vt absurdissimas aduersum eius virginitatem effutirent blasphemias, prout ipsamet Virgo Dei genitrix explicauit in
b Can. 1.5. cap. primo, vbi dixit: *b Nigra sum*, in opinione scilicet eorum, & *Nolite me considerare, quod fusca sim: quia decolorauit me Sol: Filii matris meæ pugna-*
Pag. 87. *uerunt contra me*, &c. vt uidere ibi potes in expositione quarta: nunc è contrario illam ipsam contemplantes, illiusque admirantes virginitatis candorem, quem ex unione arctissima cum Deo dilecto suo illustriorem redditum exhibuit, miris
PARAPHRASIS. hisce eam efferunt præconijs, dicentes, *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata* (iuxta Sept.) *innixa super dilectum suum*; Aeque est enim, ac si dicant.

O qualis, quantaque est ista, quæ iam in opinio-
D ne nostra in extremum descenderat nigredinis, & impudicitiæ, quomodo in celsissimum puritatis gradum ascendere eam conspicimus; Candidã certe eam semper extitisse, fatemur ob insigne virginitatis propositum, & votum, quod ante cõceptionem filij Dei illam emisisse nouimus. At illud maximè eam vniuersis reddit admirabilem, quòd quando per perfectam resignationem totã sese in Deum proiecit, innitens super ipsum, cui desponsata iam fuerat per Angelum paranymphum, eiusdem voluntati suam vniens voluntatem, vt in se humili ancilla eius fieret secundum
E verbum eiusdem dilecti sui, ex humillimo ancillæ gradu ad celsissimam euecta est Dei genitricis dignitatem: ita vt quę prius Virgo, atque adeo alba re vera erat, sed ancilla in humilitate demissa, iam esset & Mater, & Virgo, Soli nimirum unita,
c Ps. 18.6. quem peperit, iuxta illud psalmi. *c In sole posuit tabernaculum suum*: miraque, & inexplicabili ratio-
Simile. ne ab ipsomet Sole dealbata, puriorque post conceptum, & partum exhibita: non secus ac vas Crystallinum cum Solem in se concipit, eumdemque per emissos è se radios quodammodo parit, dealbatum, & illustratũ à Sole ipso, asserimus; tametsi etiam primò candidum illud esset, & fulgens.

Maria à Christo vero Sole quo- Quo loco duo notanda sunt. Primum, quomodo ab vno, eodemque Sole iustitiæ Christo filio Dei duo in vnamet Gloriosa Virigine contraria
A facta asserantur, dealbatio nimirũ, & denigratio: Sic enim in loco paulò ante citato legimus ab ipsamet Virigine dictum; *d Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol*: Siquidẽ secundum rei ueritatem à Sole prædicto dealbatio duntaxat causata in Maria est, sed decoloratio eidem tributa reperitur secundum falsam infidelium Iudæorum opinionem: quod eadem Virgo indicauit in his, quæ illico subiecit: *e Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis*, scilicet mundi: *Vineam meam* (scilicet Virginitatem) *non custodiui*, secundùm eorum videlicet opinionem. Quamquam alio modo dici posset, B. Virginem vt humillimam decoloratam se asserere à sole; quia in comparatione puritatis, & candoris Christi filij sui fuscam se reputabat, & nigram, vt explicatum est in loco citato. Porrò eamdemmet Virginem, vt à fidelibus consideratam ascendentem ad Dei genitricis dignitatem, rectè ab eo ipso sole dici dealbatam; quia per partum purior ostensa esse dignoscitur, vt explicatum est supra, vt pote quæ Christum peperit candorem lucis æternæ.

& decolorata dicatur & et dealbata
d Can. 1.6.
e Can. 1.6.

Secundò notandum, istud ipsum, quod iuxta uersionẽ Sept. explicatur, & in B. Virgine celebratur per verbum *ascendit*, & participium *dealbata*, ẽt in nostra Vulgata lectione, & fortasse apertius, & efficacius celebrari, p id, q haud simpliciter dicitur, *Quæ est ista, quæ ascendit*, sed additur, *de deser-*
C *to*, & pro participio, *dealbata*, alterũ habetur participium, *delicijs affluens*. Per id quippe, quòd dicitur Gloriosa Virgo ascendere *de deserto*, Maternitatis Dei in ea euehitur dignitas, qua de deserto maledictæ sterilitatis ad celsissimi Dei partum ascẽdit: Per id verò, quod dicitur, *delicijs affluens*, ipsa eius puritas virginalis significatur, quædam una cum partu seruata illi est, inexplicabilibus illam cumulauit delicijs, iuxta illud Bernardi ser. 4. in festo assumptionis B. Mariæ. Quidni delicias dixerim virginitatis decus cum munere fœconditatis;

Maria vt mater Dei ascendit de deserto, vt Virgo post partũ permansit delicijs affluens.

Bernard.

Vers. V. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Dixit Salomon Propheta Quando reuiuiscent mortui, futurum est. vt scindatur mons oliuarum, & omnes mortui Israel egressuri sunt ex eo: & etiam iusti, qui mortui sunt in captiuitate, venturi sunt per uiam spinarum sub terra, & egredientur ex monte oliuarum. Futurum est autẽ, vt impij, qui mortui sunt, & sepulti sunt in terra Israel, deiiciantur sicut lapis quem proiicit homo super terram. Tunc dicent omnes habitatores terrę: Quod est meritum populi huius, qui ascendit de terra in mille millibus, sicut in die, quo ascendit deserto in terram Israel, & delicijs affluũt propter miserationes Domini sui, sicut in die, qua visus est sub monte Sinai, vt susciperet legem.

Peruulgatus est locus iste apud veteres Patres: verum, cum duplex apud illos interpretata reperiatur lectio, tum ea, quæ est in Vulgat. tum ea, quæ est in versio. Sept. referamus primò, quæ ab illis ad nostram Vulgatæ lectionem dicuntur,

APPENDIX.

Communior certè eius lectionis sensus est, vt vel Synagoga, vel aliæ Gentes admirentur Ecclesiæ progressum de deserto infidelitatis ascendentis virtutum gradibus. Ita Cassiodorus, Beda, Rupertus Abbas, Anselmus, & Hugo de San. Victore erudit. Theolog. ex miscellan. 2. lib. 5. tit. 82. Delicijs affluere Ecclesia dicitur secundum Cassiodorum, Bedam, Anselmum, & Hugonem; quia virtutibus abundans. Secundum Rupertum; quia redundans gratiis, & donis Spiritus sancti. In hoc denique progressu in eo potissimum admirationem causat, quia fiducialiter agit in Christo, eique virtutes, & dona omnia accepta fert, vt asserunt Cassiodorus, & Beda, qui legerunt, *Innixa super dilectum meum* quod ita à Synagoga dictum inquiunt: quia ipsa sola putabat, se habere cognitionem Dei ceteris gentibus in ignorantia destitutis. Communiter tamen a reliquis Patribus vniuersis legitur, *Innixa super dilectum suum*: in quo præcipuam sanctorum laudem designatam censent, quòd haud in propriis fidentes sint viribus, sed toti super Deum nitantur dilectum suum.

Cassiodo. Beda. Rupert. Anselmus. Hugo Vi.

Fidendũ in Deo, non in nobismetipsis.

In hujus namque laudis comprobationem afferunt hunc locum, eumdemque perpendunt Bernard. sermo. 5. & sermon. 86. in Cantic. atque Richardus de Sanct. Victore lib. 9. de contempl. cap. 6. & 15. estque ferè omnium, qui hunc locum pertractant, sensus.

Bernard. Ric. Vict.

Ad ascensum Ecclesiæ item, & piæ animæ, sed qui per studium fit contemplationis, refert hæc Gregor. Papa in lib. 16. Moral. cap. 9. atque etiam expositon. in Cantic. vbi ait: Sancta Ecclesia, vel quælibet anima de deserto ascendit: quia in exilio huius peregrinationis posita ad cœlestia gaudia mente, & cogitationib. tendit: Delicijs affluit: quia sanctæ scripturæ meditationibus intendens, cœlesti pabulo assiduè mentes pascit, &c. & in præcitato loco moralium: Nisi verborum Dei dilicijs afflueret, de deserto vitæ præsentis ascendere ad superiora non posset. Delicijs ergo affluit, & ascendit: quia dum mysticis intelligentiis pascitur, ad superna quotidie contemplanda subleuatur.

Eamdem lectionem Vulgatæ ad animæ item progressum in sancta conuersatione refert & Bernardus in quadam sententiarum suarum, quæ habentur in tomo. 1. dicens: De valle plorationis ascensuri, semper ad altiora tendere, & anhelare debemus: est enim quasi quoddam desertum vita ista mortalis, de qua dicitur in psalmo: *a Terra deserta, inuia, & inaquosa*. Sed triformis est species desertorum: est quippe desertum, momentanea scilicet vanitas, quam despicere vitæ moderatione debemus, de quo deserto ascendere nos oportet, sicut dicitur in Canticis: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum*? Delicijs affluimus, cum virtutibus abundamus: Super dilectum innitimur, cum Deo adscribimus, quicquid boni operamur, &c. quæ ibi prosequitur de ascensu per desertum simplicitatis, seu humilitatis, & ad desertum integerrimę puritatis. Idem tamen Bernardus in sermo. 4. solemnit. assumpt. B. Mariæ, cœlestibus hæc tribuit spiritibus admirantibus gloriosissimam Virginẽ ascendentem in cœlos.

Progressus iusti in sancta conuersatione qualis.

Bernard. a Ps. 62. 2

Bernard. De Assumptione B. Mariæ.

Circa versionem Septu. quæ pro, *deliciis affluẽs*, habet, *dealbata*, ponderant primo Augustinus in libro de gratia, & libero arbitr. ad Valentin. capitol. 6. & sermon. 50. de Verbis Domini: Gregorius Papa libro decimo moral. capitul. 36. Origenes homil. 1. ex duabus in Cantic. Theodoritus, & alij, quod Ecclesia, & anima haud alba simpliciter sed dealbata asseritur: quia vitæ, ac puritatis candorem haud naturaliter, sed a diuina habeat gratia.

Alia cãdor haud est a natura, sed a gratia. August.

Greg. PP. Orig. Theodo.

A

Dealbata est, inquit, Augustinus vbi supra, quę per seipsam alba esse non posset, & a quo dealbata est, nisi ab illo, qui per Prophetam dicit: *b Si fuerint peccata vestra vt phæniceum, sicut niuem dealbabo*? Quando ergo dealbata est, nihil boni merebatur: iam vero alba facta, bene ambulat, sed si super eum, a quo dealbata est, perseueranter incumbat.

b Isa. 1. 18.

Consentanea hisce sunt, quæ asserit & Hieronymus circa initium epistolæ vigesimæ secundæ ad Eustochium.

Hierony.

B

Sponsa nigra de sponso, *c Nepos meus*, inquit *candidus*, non autem dixit dealbatus (ait Theodoritus) natura enim est talis: at ipsa cum esset deni grata, propterea quod eam Sol aspexisset, dealbata est, & candoris sponsi particeps effecta.

c Cãt. 5. 10 Theod.

Nihilominus Ambrosius sermon. 14. in psalm. 118. versicul. 5. & alias quoque frequenter, haud rationem habens huius obseruationis legit: *Quæ est ista quæ ascendit candida*? Candidam verò, seu dealbatam Ecclesiam, aut piam animam haud vnam solummodo ob causam, asserunt Patres: nã idem Ambrosius tum in libro de iis; qui initiantur myster. capitul. 7. tum in libro quarto de sacrament. capitu. 2. refert id ad puritatem candoremque baptismalem, atque adeo censet, in his Angelos admirari è baptismo ascendentem animam.

Ambros.

C

Ambrosi. Baptismali cãdore ꝑgrediens anima, admirationẽ sui causat.

Et Philo Carpathius, Vident (ait) hanc felicissimam sponsam sancti Apostoli, & iusti omnes ascendentem de sacro fonte baptismatis, & Spiritus sancti gratia lotam, mundam, atque firmam, hincque pulchritudinem, & admirabilem candorem eius admirantes, dicunt: *Quæ est ista, &c.*

Philo.

Notanda est autem in Philone lectio singularis: *Et confirmata in fratre suo*, id est, quæ Christum immobile firmamentum suæ speciei, & decoris habet.

Iusti dicũtur fundatur ĩ Christo.

D

Dealbatam eamdem dici; quia vtriusque fulget gratia testamenti, asserit Ambrosius sermon. 22. in psalmo. 118. versic. 8. Vtique dealbata; quia innouata mandato nouo charitatis, dicit Augustinus tractat. 65. in Ioan. In concione autem prima super psal. 103. præclare idem Augustinus, *Quid est* (inquit) *dealbata*? Illuminata, non dealbata, sicut fucata, quemadmodum se dealbant fœminæ, quæ volunt videri, quod non sunt; non dealbata sicut paries dealbatus, sed dealbata illuminata: quia non per se alba. Primo nigra fuisti, sed facta es alba ex gratia: *d Fuisti enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*.

Dealbata cur dicatur Ecclesia, & anima. Ambr. August.

d Eph. 5. 8

E

Haud prætereundem denique in fine huius appendicis, triplici modo de pia anima hæc accipi solere a Patribus. Vel enim Angeli, aut alii iusti eius admirantur progressum sanctæ conuersationis, quam *e* in cœlis esse nouimus ex Apostolo: Sic iuxta Theodoritum adolescentulæ illam intuentes dicunt; *Quæ est & c. innixa super nepotem suum*? Ab ipso enim recta, & quasi manu ducta ascendit in cœlum, & iter facit ad dilectum suum per firmam in ipsum fidem.

Progressũ sancta conuersationis admirãtur Angeli.

e Ph. 3. 20 Theod.

Origenes homilia. 1. ex duabus in Cantic. Fit, inquit, candida, quando ad maiora consurgit, & cum ab humilibus incipit ad alta conscendere; Legens autem pro, *innixa super pectus recumbens dilecti*, vt notatum est in prima expositio. ait;

Origenes.

Signi-

APPENDIX. Significanter de anima ſponſæ, & ſermone dicitur: *Super pectus illius recumbens*: quia principale ibi cordis eſt noſtri. Vnde a carnalibus recedentes, ſpiritualia ſentire debemus, & intelligere; multo melius eſſe ſic amare, quam amare deſiſtere.

Ambroſ. Ad eamdem Origenis lectionem, & ſenſum reſpicere uidetur Ambroſ. in libro de Iſaac capitulo octauo, dicens; Non immerito aſcendit adhuc ad ſuperiores manſiones, & ſemper proceſſum accipit: Quod ſignificant ſupernę virtutes, vel animæ, quæ dicunt: *Quæ eſt hæc, quæ aſcendit candida, innixa ſuper fratrem ſuũ*; Superius dixerunt: *a Quænã eſt hæc, quæ proſpiciens tamquã diluculũ ſpecioſa ſicut Luna, electa ſicut Sol*; Hic plus, quod diceretur, inuentũ eſt, eo quòd verbo Dei innixa aſcẽderet: Perfectiores enim ſupra Chriſtum recumbunt, ſicut *b* & Ioannes in Chriſti pectore recũbebat. Ita ergo & hæc vel recumbebat in Chriſtum, vel ſupra ipſum reclinabat.

a Cãt. 6. 9.

b Ioã. 14. 15

Tres Patr. Secundum Tres Patres de progreſſu item animæ eruditioris in cognitione, & eruditione ipſa hæc accipiuntur; vt diſcipulæ admiratione: ac ſtupore plenæ de magiſtra dicant: *Quænam eſt hæc*, quæ tam peritè docens a reb. arcanis ad magis arcanas, reconditaſque *progreditur*, ab omni peccatorũ macula purgata *atque innixa nepoti ſuo*;

Ambroſ. Tertiò denique dicta hæc arbitratur Ambroſius a cœleſtibus ſpiritibus iuſto, qui iã deceſſit, eiuſve animæ nuper è corpore egreſſæ, cœloſque ſcandenti. Vnde ſermon. 14. in pſalm. 118. verſ. 5. ait: Anima meritis aſcendit albentibus, ex iſto vitæ huius, vt habent plerique, deſerto, ad illum florentem ſemper locum iucunditatis æternæ; Mirantur illæ *c* Virtutes, ex iſto confragoſo, ſcopuloſoque deſerto aliquam aſcendere animã poſſe ſine magnorum labe uitiorum, & ideo gratulantur repertam, quæ veſtimenta innocentiæ naturalis non polluerit attramento inſipientiæ ſæcularis; ſed magis ſapientiæ ſpiritalis, & gratiæ candore mundarit.

c Iſaiæ 63.

Ex Verſ. V. Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.

Expoſitio Prima. Iuxta ſonum Litteræ.

Legion. Genebrar. Hortolan. Soto Maior. & alij.

QVamuis Hebræi omnes, & ex noſtris quotquot hebraicæ innituntur lectioni, ſponſæ hæc tribuant: cũ iuxta adhibita puncta pronomina *te*, & *tua*, quæ affixa ab eis nuncupantur, ſint maſculini generis: nihilominus, cum Patres uniuerſi, quotquot uiderim, tum Græci, tum etiam Latini ſponſo potius ea tribuenda cenſuerint, non video, cur tantum vel Hebrçorum opinioni, vel etiam Hebraico deferendum ſit textui, vt communis omniũ veterum Patrum ſenſus reiiciatur; præſertim, cum aduerſa Hebræorum ſententia tantum ex pũctis habeat robur: quæ puncta reſpectu multorum Patrum ſunt nouum inuentum. Nam, ſi Hebraica verba ſine adiectis punctis legantur, optime ſanè cum affixis, & pronominibus femininis legi poſſe, ſat iis conſtat, qui eam callent linguam; ſenſuſque & congruentior eſt, & magis pius.

Puncta Hebręorũ ſunt nouum inuentum.

Porrò, quia circa Hebraicũ textum verſamur,

A id quoque circa illud notabimus, antequam eorum, quæ hic dicuntur, connexionem, & intellectum attingamus.

LITTERA.

Pro eo quod in Vulg. legimus, *Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*, in Heb. ad verbum ſic habet: *Ibi cum dolore peperit, te mater: ibi cum dolore peperit, genuit te.*

Quam lectionem ſecuti & Sept. niſi quod pro vltimo verbo ילדתך ieladathecha *genuit te*, legerunt diuerſis punctis participium יולדתך ioladthech, *quæ genuit te, gignens te*. A quo certe Originalium ſenſu minime diſſentit lectio Vulgatæ: humano enim more, & etiam ſacrarum ſcripturarum phraſi, cum mulierem quamdam peperiſſe accipimus, corruptam eam tunc ſtatim proferi-

B mus, & violatã: idcirco in ſacris litteris primogeniti ea circũſcribũtur periphraſi, vt dicãtur adaperiẽtes vuluam. Hoc verò verbo, *corrupta*, ſeu uiolata eſt, noſter Interpres, ſequẽs Aquilam, Hebraicum reddidit verbum חבלה chibbelah à radice חבל chabal, quod, etſi ſignificet aliquando *parere cum dolore*; propriori tamen, & frequentiori ſignificatu vſurpatur pro *corrumpere*.

Quod autem idem Interpres noſter diuerſa phraſi id ipſum ſignificare voluerit, quod & Originalia Hebr. & Sept. exinde colligere facile licet, quod cum Hebraicum verbum actiuæ ſit cõiugationis, atque etiam actiuè vertere illud debuiſſet: *Ibi corrupit te*: reddidit tamen illud in ſi-

C gnificatu paſſiuo: *Ibi corrupta eſt*, ad prææallatam reſpiciens phraſim; voluitque hanc potius ſequi phraſim, quam ſimpliciter vertere: *Ibi cum dolore peperit te*: quia per eã duplex matris noſtræ ſignificabatur partus, alter ad vitam per carnis generationem; alter ad mortem per generationẽ in peccato originali; quæ duo ſpiritualibus ſenſibus maximè congruunt, vt videbimus.

His explicatis, eorumdem iam aggrediamur ſenſum. Conueniunt quidem ferè omnes expoſitores, vt poſt præcedentem ſententiam, per quã aperte ſignificatum fuit, ſponſam innixam dilecto ſuo ſimul cum illo arreptum iter habuiſſe; congruenti conſequentia hic, & in ſubſequentibus ea ſubiiciuntur, quæ ſimul iidem in itinere

D ipſo habuere amoris colloquia. Quod. n. & in hac quoq. ſententia, quam modo exponimus, ſicut & in iis, quæ ſubijciuntur, de amoris affectu verba fiant, & de excitatione ad ipſum amorem, arboris mali cõmemoratio ſat indicat, & probat, quippe quæ (vt & aliàs ſæpe, & præſertim expoſ. 1. illorũ verborum, *d Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*, oſtenſum à nobis eſt) amoris hieroglyphicum eſt, ideoque ſic frequenter in hocamatorio, ſimul ac bucolico cantico, ſicut & in profanis item eclogis Poetarum nominata reperitur.

Malus arbor hieroglyphicum amoris.

d Can. 2. 3

Eſt tamen diſſenſio inter eoſdem Expoſitores in connectendis hiſce cum ſuperioribus, & in eorumdem intellectu aſſignando: Quidnam enim,

E vt Iſidorus Clarius in ſuis annotationibus biblicis ex R. Abraham Aben Exdra ad odorem hæc referunt, atque fragrantiam eius, qui, aut quæ hic celebratur: ac ſi, dum ſimul iuncti ſponſus, ſponſave de deſerto deſcenderent, alter eorum diceret; Ita ſuaui redoles malorum odore, ac ſi modo te ſuſcitaſſem ſub arbore mali, ac ſi iugiter ſub arbore mali requieſceres, atque etiam ibidem concepiſſet, & peperiſſet te mater tua.

Iſid. Clarius.
R. Abrah.

Sunt, qui putent, hæc dicta in perſuaſionem ad conſedendũ in medio itineris ſub aliqua ma-

LITTERA. li arbore, ibique mutuo vacandum amori. Ita Cosmas Damianus Hortolanus, & Ludouicus Soto Maior, vt ad id duæ afferantur rationes validissimæ, a quocunque eorum hæc habeantur. Prima, quia sub arbore item mali prima eorum cœpere amoris indicia. Altera, quia sub eadem mali arbore in lucem prodierint.

Hortolan. Sot. Maio.

Tres Patr. Sot. Maio. Del Rio. Alii, vt Catena trium Patrum, Soto Maior & Martinus Del Rio a sponso in itinere ipso, atque ad significanda mutui amoris initia, dicta hæc cēsent, vt per ea duo efficeret, & antiquitatem sui in sponsam amoris contestaretur iis, qui in præcedēti sententia illam fuerāt admirati, quod *de deserto ascenderet; deliciis affluens, innixa super ipsum dilectum eius*: & simul arrogantiam ab illa auerteret, quæ ei exinde subrepere potuisset, quod i superiori admiratione adeo insigni ab obuiis illis celebrata esset encomio, dum ea a se accepisse insinuat.

Merito, inquit Soto Maior, post tot laudes, & » encomia, & ornamenta dilectus ipse sponsam cōmonefacit ortus, seu prioris vitæ, & in memoriam » ei reuocat pristinam fortunam, idest, humilitatē ortus, seu loci naturalis, vt ne de bonis suis plus nimio sibi placeat.

SENSUS Mihi simplicius, congruentius, magisque ad rē (pace tantorum virorum) dicendum videtur, recenseri quidem in hisce a dilecto sponsæ suæ secū sibique innixæ iter habenti, amoris ipsorum initia; at non ad retundendam eius superbiam, siue ad reducendum eidem in memoriam vilitatem natalium eius; verum ad maiores illi excitandas delicias per nouas in ea succensas flammas amoris, iuxta amantium ingenium, atque consuetudinem, qui, cum mutua habent colloquia, nulla de re libentius loquuntur, quàm de iis, quibus ipsorum augeatur amor, & quæ ex amore ipso proueniunt, deliciæ; quod ex consequentibus quoque patet, in quibus immediate post hæc ab eodem dilecto dicitur: a *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio, &c.*

a Can. 8. 6

Bene autem sponsus colloquium istud a commemoratione initiorum amoris exorditur: quia & hic quoque est amantium mos, vt libentissime de hisce verba habeant, quando felici in quopiam fuerint statu, prout modo dilectum, ac sponsam eius reperiri, id indicat, quod in præcedenti sententia dicta illa fuit, *deliciis affluens*. Quamquam haud incongrue & id pariter dici posset; è re nata, & ex occasione arboris cuiuspiam mali in ipso itinere ab illis visæ, dilectum ab hisce exordientē post diutinum silentium, hęc loqui cœpisse: *Sub arbore malo, &c.*

Et quidem hoc, quod dicitur: *Sub arbore malo suscitaui te*: quodve hæc amoris initia sub arbore mali extitisse dicunt, ob id duntaxat a recentioribus dictum existimatur, quia sub arbore ipsa mali, vt amori dicata, pastores amoribus indulgerēt; nuptiarum contraherent fœdera, & fętus plerumque parerent. Atque in huius rei confirmationem à Legionensi, ab Almonacyrio, & à Del Rio poetę latini versus isti afferūtur, quibus pastor indigno Nisæ deceptus amore, ait:

Virg. ecloga 8.

Sepibus in nostris paruam te roscida mala,
» *Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem*
» *Vix fragiles poteram à terra contingere ramos.*
» *Alter ab vndecimo iam tunc me ceperat annus,*
» *Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error.*

» Sed relinquamus amabo hæc, vt dicta a profano, & indignato pastore; cum a pastore sancto, deliciisque affluente ea, quæ hic habentur, dicta sciamus; & magis pie, congruentiusque ex hoc ipso facto Cantico vnà cum Theodorito eorum perscrutemur rationem. Refert hæc Theodoritus ad ea, quæ in cap. 2. habita fuere a sponsa: b *Sicut malus inter ligna siluarum; sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi.* Et certe admodum cōgruēter: vt hic sponsus dicat, amoris ipsorum initia extitisse sub arbore malo, quatenus dilectam ipsam suam excitauit ad amorem, quando ipsi exhibitus est, sicut malus inter ligna siluarum: quando & illa optauit esse sub vmbra eius, hoc est, in arrha nunc concessa sedere.

LITTERA. Theodo. b Can. 2. 3

Diximus supra in exposit. prima eorum verborum, *sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi*, per eam mali arboris similitudinem, perque metaphoram vmbræ eiusdem arboris sponsam explicasse, id tandem se assecutam, quod iam diu peroptarat desponsam dilecto suo, eiusdemque deliciis cumulatam. Ad hæc ergo nunc quoque alludit ipsemet sponsus; eaque sponsæ deliciis affluenti, sibique innixæ reducit in memoriam: Aeque est autē ac si dicat.

SENSUS. Pag. 312.

PARAPHRASIS. Heus tu, quam dulcis tibi tunc extitit fructus, gustusve meus, cum primum mihi desponsa, quasi sub vmbra arboris mali, quam tandiu, desideraueras, sedisti? Recordare amabò, qua ratione ipse te, vt arbor mali inter ligna siluarum, ad mei desiderium iam diu excitaui. Et certe admodum aptè ad amorem te *sub arbore malo* suscitatam assero: nam, arborem illam dextero aliquo sidere ad amorem vobis conciliandum, propitiam esse, existimo: quādo quidem sub eadē arbore & *mater* quoque *tua* primùm amori vacauit, quando primùm a patre tuo cognita fuit & violata. Vel melius: Et meritò *sub arbore malo* ad amorem te suscitasse, inquio, sicut tumet, & mei ut arboris mali vmbram desiderasse, significasti, & gustasse delicias, quas è me primas collegisti, vt arboris item mali fructus: Nam sub mali quoque arbore conceptà fuisti à matre ipsa tua.

Simile.

Ex Vers. V. Sub arbore malo suscitaui te; ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

Expositio Secunda. De prima Sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

Antiquissimum Ecclesiæ desiderium, quo ab exordio mundi iugiter peroptauit desponsationem cum Christo arbore illa mali, quæ nedū charitatis Hieroglyphicum, sed ipsamet est charitas, continuata sanctorum Patrum in quibuscumque sæculis vota testantur, quorum vniuersæ plenæ sunt sacrarum litterarum paginæ. Quomodo verò iam tunc ab exordio mundi Christus ad sui desiderium eamdem excitarit etiam sub arbore illa scientiæ boni, & mali, quam rectè arborem mali, seu pomi (vox enim Hebræa quodlibet significat pomum) ipsemet hoc loco appellauit, quia in ea obedientiam à primis parentibus primum exquisiuit amoris indicium, per id significatum est, quod sub ipsa arbore dictū ab eo legimus ab serpentem: c *Inimicitias ponam inter semē tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum*: clariusve apud Ieremiam id ipsum indicatum habemus, vbi ex persona eiusdē Ecclesiæ dicitur: d *Lō-*ge

*Incarnatio*nē *Christi Ecclesia desiderauit a mundi exordio.*

c Gen. 3. 15

d Ier. 31. 3.

DE ECCLESIA.

Ecclesiã peperit Eua sub arbore in qua peccauit.

ge Dominus apparuit mihi, id est, à longo, antiquissimoue tempore mihi sui exhibuit desiderium, & subditur ex persona Domini, à quã longo tempore illam ad sui excitarit amorem: *Et in charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te, miserans* Bene autem hoc loco adiectum à sponso est: *Ibi cum dolore peperit te mater tua, ibi cum dolore parturiuit genitrix tua*, seu iuxta Vulgata; *Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.*

Vt primum enim post peccatum admissum Prima omnium parens Eua illa dãnata est sententia, vt in dolore pareret filios, sicut sub arbore illa pomi per peccatum corrupta, ac violata est; ita sub eadem arbore excitata est ad Dei amorem; peperitque ibidem Ecclesiam, quę Christo incarnando desponsari cuperet.

B

Ideo namque in lib. Gen. statim post enarratũ peccatũ admissum in fructu arboris uetitæ, postque expositas pœnas, quas sub eadẽ arbore inobedientibus inflixit Deus, subijcitur: *a Et vocauit Adam nomen uxoris suæ, Eua*: affterturque eius nominis ratio: *Et quod mater esset cunctorum viuentium*: mater nimirũ Ecclesiæ, & quotquot viuentes dici deberent, vt eius membra: respectu enim aliorum mater potius morientium dicenda erat, vtpote quos ad mortem paritura esset animæ ultra mortem corporis: cuius sententiæ sub eadem arbore uniuersum genus humanum subiectum à Domino iam iam acceperat.

a Ge. 3. 20

Quod ergo à sponso hic ad Ecclesiam dicitur, iuxta sensum à nobis allatũ in prima expositione, breuiter tale est,

C

PARAPHRASIS.

Iam à prima mundi constitutione mutui amoris nostri, nostræque charitatis fuere initia, quandoquidem adhuc in paradiso in primis parentibus me, vt per Incarnationem tibi desponsandũ, tamquam malum arborẽ, sub cuius vmbra sederes, desiderare cœpisti; iam enim ex tunc sub ipsa pomi arbore te primũ per obedientiæ indicia in tuis parentib. ad mei excitaui charitatẽ: Multoq. magis ibidem, ac sub eadem arbore ad mei te excitaui dilectionem, cum post parentum tuorum præuaricationem, miserans attraxi te ad me desiderandum vt sponsum, dilectũq. tuum per humanæ naturæ assumptionem. Neque enim nouũ est, vt modo te sub arbore crucis duntaxat excitarim, sed & tunc quoque sub prædicta excitaui arbore, vbi per peccatum *corrupta, ac violata est* Eua *mater tua*, quandoquidem ibidem ob futura mortis meæ super crucẽ merita illa te peperit, genuitque, unde & nomen sortita est matris uiuentiũ.

D

Ad Dei dilectionẽ excitarum genus humanũ p pœnas illi illatas post cibum arboris vetitum.

Porrò, cum corruptionis primæ matris nostræ Euæ per peccatum, simulque & partus, atque excitationis Ecclesiæ ad charitatẽ fiat mentio, haud abs re esse crediderim, si dicamus excitatam hic dici Ecclesiã, omnesq; homines, qui eius sint membra, & suscitatam a Deo ad charitatem ipsius per ea, quæ post corruptionem peccati ab eodem Deo sub ipsa arbore facta, & dicta fuere erga uniuersum genus humanum. Tria vero potissimum hæc sunt. Primum, maledictio terrę; *b Maledicta terra in opere tuo*. Secundum dolorum, laborum, ac ærumnarum subiectio: *c Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios*: & *d In laboribus comedes ex terra cunctis diebus vitæ tuæ, spinas, & tribulos germinabit tibi: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et tertium mortis sententia: *e Morte morieris, & reuerteris in terram, de qua sumpta es.* Examinemus singula.

E

b Ge. 3. 17

c Ge. 3. 16.

d Ge. 3. 17

e Ge. 3. 19.

Primo, maledictione terræ sub pomi arbore Ecclesiam, eiusve fideles ab ipsa suscitauit terra:

A

Nam qua ratione animæ, quæ naturali inclinatione benedictionẽ exoptant, rei adhæreant maledictæ; cum exploratum habeant adhærentem maledicto maledictioni pariter esse obnoxium? ita vt quicunque maledictæ iam adhæreat terrę, à cœlo se elongans, atque à Deo, de se dici id mereatur, quod per Prophetam in psalmo asseritur: *f Et dilexit maledictionem, & veniet ei; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: & induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleũ in ossibus eius.* Sicut enim *g qui adhæret Deo, vnus spiritus cum Deo est*, vt inquit Apostolus, consors diuinæ factus naturæ: Ita, qui terræ adhæret, vna res est cum terra, atque adeo & maledictionem eiusdem vndique se ambientem, ac penetrantem habeat, operæpretium est.

DE ECCLESIA.

A terra animas auertit Deus maledicẽs terra.

f Ps. 108. 17

g 1. Cor. 6. 17.

Suscitauit secundò Deus sub eadem prima pomi arbore Ecclesiam, atq. homines ad ipsius charitatem per ærumnas, labores, atque dolores, gerens se instar benignissimi illius patris, qui vidẽs filium suum elongatum a se, quò illum ad se reuocet, iterumque ad sui excitet dilectionem, annuos illi subtrahi census, famemque, & inopia cum premi sinit: siceve ærumnis pressum, redeuntem tandem benignissimo fouet complexu, prout legimus in Euangelio *h* filij prodigi. Id, quod & iugiter ab eodem Deo, benignissimoque fideliũ patre fieri, colligimus ex prophetia Oseæ, vbi Deus post enarrata scelera Iudæorum, quibus ab ipso se elongarant, ad ærumnas confugiens ait: *i Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet: Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, &c.*

Tribulationib. & ærũnis aias Deus suscitauit ad charitatem.

Simile.

h Lu. 15. 20

i Ose. 2. 6. 1. & 14.

Tandemque subdit: *Propter hoc*, propter has scilicet ærumnas; quas longiori prosecutus fuerat comminatione. *Ecce ego lactabo eam*, consolationibus scilicet, vt ait B. Hieron. *& ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*, ad charitatem illã scilicet excitans. Et paucis interiectis: *Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me, Vir meus.* Quid clarius?

Tertiò demũ sub eadẽ arbore pomi suscitauit Deus Ecclesiam, eiusve mẽbra è somno peccati, atque ad dilectionem suã per sententiam mortis, qua certe nil inueniri potest aptius ad auertẽdos homines à peccato, atq. à cura carnis. Quomodo enim carnis desideria implere quis studeat, cui exploratum sit, carnem ipsam per mortẽ reducẽdam in terram, de qua sumpta est? Quomodo vnusquisque fidelium ad Deum non auolabit, cũ constet eum, qui in præsenti sæculo ad Deum se non converterit, separandum postmodum ab illo in æternum per mortẽ? Quomodo per eamdem mortis sententiã ad Dei dilectionem non excitentur, qui per mortem sese ab vniuersis ereptos miseriis cum Deo ipso iungendos cognoscant? Quãobrem præclare Socrates apud Platonẽ in Phædone philosophiam asserebat ingem mortis meditationem: & Gregorius Nazianzenus, orat. in funere patris circa finem, Mors, inquit, quæ non modò à præsentibus malis vindicat, verum ad supernam quoque vitam sæpe traducit, haud scio, an propriè mors appellari queat, vtpote nomine magis, quàm re formidabilis. Idemque oratione in Christi natiuitatem, ait: Mortem in paradiso elucratur homo, ac peccati præcisionem, ne malum immortale esset. Ita pœna ipsa in misericordia cecidit.

Mortis sententia excitatur aïa ad bonum.

Socrates apud Platonem.

Gregorius Nazianze.

Mortis meditatio optima philosophia.

Mortis sententia ex Dei misericordia.

DE ANIMA.

Ex Vers. V. Sub arbore malo suscitaui te; ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

a Can. 2. 3 *In cruce Christus vt arbor mali*

CVm pluribus supra in exposit. 3. illorum verborum cap. 2. a *Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios*; &, *Sub vmbra illius quē desideraueră sedi*, &c. ostēsum à nobis sit, Christum in cruce pendentem congruentissime malo arbori comparatum: atque ab eodē pariter vt cruci affixo Ecclesiam, singulasve animas desponsatas iuxta vetustissimum earum desideriū: haud multis immorandum nunc est, vt veritas comprobetur primæ partis istius sententiæ, *Sub arbore malo suscitaui te*. Illud potius est explicandum, quomodo cum hac prima parte conueniat pars, *Ibi corrupta est mater tua*, ibi, &c.

Seu iuxta Hebr. & Sept. *Ibi cum doloribus peperit te mater tua, ibi cum doloribus parturiuit te genitrix tua.*

Et quidem iuxta hanc postremam lectionem facile id explicatur; Aeque enim est, ac si à Christo dicatur.

PARAPHRASIS.

Initia amoris nostri antiquissima sunt: *sub arbore* enim crucis, dum crucifixus in ea penderem, vidi te somno decumbentem peccati, atque torporis; miseransque tui, iā ex tunc *suscitaui te*, prædestinans te, vt mihi desponsari optares, & sub vmbra crucis meæ sederes in meditatione passionis meę: ideoque ibi sub ipsa cruce excitaui te ad mei dilectionem, vbi & Gloriosa Virgo Maria *mater* & mea simul, & *tua*, Dei Patris charitate succensa, *doloribus* maximis, quibus stans iuxta crucem ipsam corde transfixa fuit, *te* quoque luci *peperit* gratiæ, quam suis tibi impetrauit affectuosissimis precib. Vel, per matrem animæ sanctam sumentes Ecclesiam, ibi ipsa Ecclesia eam peperisse dicitur, quatenus in baptismo illam genuit per lauacrum sanguinis Iesu Christi super crucem effusi; peperisse verò eam cum doloribus ob peccatorum compunctionem, quæ talem necessario comitatur partum.

Maria præcib. pia aīa excitata a Christo sub cruce.

Iuxta lectionem vero Vulgatæ difficilius hæc explicantur; explicabimus tamē ea quoquo pacto idque tripliciter. Primò, vt per hæc Christus sponsus piæ ostendens animæ singulare amoris, quod ei exhibuit priuilegium priuilegiis illius commemoratione ad suam magis eamdem excitaret, inflammaretque charitatem, dicat.

PARAPHRASIS.

In crucis meditatione excitatur aīa ad crucifigendum se cū Christo.

Sub arbore crucis, vbi per sanguinem, qui è meo defluxit corpore, *corrupta est* terra, quæ prima est *mater tua*, vbi & humana natura, qua & ipsa genita es, *violata est* per immane illud scelus, quod in me crucifigendo admisit: Sub hac, inquam *arbore* dum tu pariter vna cum matre, ac genetrice tua corrupta maneres, ac violata, ipse per eam nimiam qua te prosequebar, charitatem, *suscitaui te*, vt tu pariter cum charitate erga me mecum in crucem ipsam ascenderes. *In charitate* illa *perpetua*, qua ab æterno *te dilexi, attraxi* ibi *te, miserans*, & suscitando de corruptione peccati ad gratiam, deque terrenis ad cœlestia.

Simile.

Porrò, si modum exquirat quis istiusmodi suscitationis animæ, naturali explicari id potest exēplo pluuiæ, & imbris in terras defluentis. Enimuerò quemadmodum per imbrem, id, quod subtus terram extiterit semen, corrumpitur, & violatur quodammodo, ipsamet terra madefacta, cœnoq; deturpata ab ipso, & nihilominus Solis virtute ex eodem semine per imbrem corrupto, & ex eadem terra per imbrem item fædata suscitatur in sublime arbor, quæ & pulchras frondes, & redolentes flores, & dulcissimos proferat fructus.

DE ANIMA.

Ita etiam per imbrem sanguinis Christi in cruce effusi, corrupta quidem est humana natura, violata est terra, quæ eum suscepit: nihilominus virtute, & gratia eiusdemmet Christi veri iustitiæ Solis ex ipsamet humana natura in hunc modum corrupta, atque ex ipsamet terra sic violata, cœlum versus pia suscitata est anima, vt conuersationem habens in cœlis; & frondes emittat Sanctorum verborum, & flores sanctorum desideriorum proferat, & fructus insuper parturiat charitatis.

Crucē baiulās Xps excitauit nos à peccato ad suī dilectionem.

Secundò, per hæc ipsa verba piæ eidem animæ indicare videtur Christus, quomodo dum crucem super humeros gestaret, eam ad ipsum sequendum suscitarit, excitaritque ad cœlestia: Ac si dicat.

PARAPHRASIS.

Dum essem *sub arbore malo*, sub ligno crucis, dum super humeros meos lignum baiularem, in quo iamdiu *corrupta, violataque est* Eua *mater tua*, tuque cum illa corrupta, ac violata es per originale peccatum, *suscitaui te* de corruptione peccati ad diuinam gratiam: Cum enim agnoscerem, te per peccatum redditam grauissimam, nulla alia ratione in altum eleuari posse, quàm per mei demissionem, humiliaui memetipsum sub crucis ligno factus obediens vsque ad mortem crucis: sicve per humilitatem ipsam meam *suscitaui te* ad mei dilectionem, atque adeò & ad cœlos. Ac veluti ignis in distillatorio subiectus herbis quantumlibet corruptis, herbarum illarum vapores suscitat, eleuatque in altum: Ita & ipse, qui ardentissimus ignis sum charitatis, cum crucis lignum gestarem sicve *sub arbore malo essem*, in quo humana *corrupta* fuerat natura, *suscitaui* in ipso crucis distillatorio subtiliores eiusdem humanæ naturæ partes, animas videlicet illas, quas ab æterno prædestinaui, & te pariter inter eas *suscitaui* ab ipsa peccati corruptione ad potissimam aquam gratiæ, & sanctitatis.

Simile.

In Crucis meditatione excitatur aīa ad charitatē.

Tertiò, & literæ congruentius, per hæc ipsa significatur, Christum sub arbore malo suscitasse in eadem pia anima ignem charitatis, sub qua arbore corrupta fuerat vel Eua, vel humana natura, vt explicatum est; quatenus dum anima sub ligno crucis per meditationem staret, dumque sanctissimum contemplaretur crucis mysterium, & ingentem Dei prouidentiam, qua eodem instrumento dignatus est mundum seruare, quo idem fuerat damnatus, vt, quia per vnam arborem diabolus vniuersam corruperat naturam humanam, per vnam item arborem Christus illam iterum repararit, vehementius in ea excitaretur charitatis flamma. Quidni enim suscitetur hęc flamma, cum ei igni superponatur lignum? quomodo non suscitetur vsque ad cœlos; cum tanta super eumdem ignem iniecta sit olei, ac misericordiæ copia? cum tantus consideretur diuinæ misericordiæ excessus, quo ob tam immane primæ inobedientię, & crucifixionis eius scelus tantum mundo conferre dignatus est beneficium, vt (quod vix mente concipi potest) in ligno ipso, ex quo parentes nostri cum peccato, & inobedientia delicias percepere, clauis configi voluerit, sicve ibi

per

DE B. MARIA

A per Patris obedientiam perpeſſus ſit dolores, quibus nec ſint, nec fuerint inter homines ſimiles ſuper terram? Quomodò denique ſub hac crucis arbore non ſuſcitetur flamma charitatis in anima deuota, ſi eius ignis à tanto ſpiritus, & gratiarum perflatur impetu, qui ex eadem prouenit cruce?

Eua corrupta per peccatum perdidit corrupitque omnes filios ſuos.

Antequã ad vlteriora procedamus, vnum hoc loco notandum, cum hebraicum verbum, quod noſter Interpres vertit, *corrupta & violata eſt*, in paſſiuo, actiuum potius ſit, vt dictum eſt in prima expoſ. & duplicis ſit ſignificatus, vel pariendi cũ doloribus, vel corrumpendi, perdendi, aut deſtruendi, optimè per vnum idemque verbum ſimul hoc loco ſignificari tria, quæ Euæ contigere ſub arbore mali, poſtquam peccauit. Primum iuxta ſignificatum Vulgatæ, quòd *ibi* ipſamet *corrupta eſt* per eam, quam admiſit inobedientiam. Secundum, quòd ibi ſententiam Domini accepit, vt *in doloribus pareret*, multiplicatique ſint ei conceptus cum maximis ærumnis. Et tertium, quòd per corruptionem ſui ipſius corrupit, perdiditque vniuerſos, quos partura eſſet filios ſuos; ita vt rectè ita quoque verti poſſint Hebræa: *Ibi corrupit te mater tua, ibi perdidit te genitrix tua.*

Ex Verſ. V. Sub arbore malo ſuſcitaui te; ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.

Expoſitio Quarta. De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.

Maria filiis iuxta crucẽ feruentiſſimas pro Iudæis, fudit preces.

DVobus modis exponi hæc poſſunt, vt dicta à Chriſto ad Virginem. Vel enim ex occaſione præſtantiſſimi encomij, quo illam in præcedenti ſentẽtia audierat celebratã à Iudæis, qui eius precibus conuerſi erant ad fidem: nunc illi, totique mundo patefacit, quando potiſſimum ipſam ſuſcitauit ad maiores pro iiſdem Iudæis fundendas preces, atq; ad maioris ſuæ in Deum charitatis oſtenſionem in iiſdem exhibendam precibus: Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Sub arbore crucis, vbi ipſe nimiam meam expandi charitatem in vniuerſum genus humanum, vbi & Synagoga *mater tua*, quæ te genuit matrem meam, peſſimo *corrupta, & violata eſt* ſcelere, quo me Regem, ac Redemptorem ſuum in ipſam egit crucem, vehementius *ſuſcitaui te*, vt efficaciores pro illa effundens preces, maiorem mihi exhiberes charitatis tuæ oſtenſionem.

Maria X^{ſto} deſponſata in paradiſo Terreſtri.

Vel ſecundò, vt per hæc antiquitas amoris mutui inter Chriſtum, atque Beatam virginem oſtendatur, eiuſdemque initia, quæ in Paradiſo Terreſtri mundo exhibita fuere quando *ſub arbore* pomi ſcientiæ boni, ac mali, in quo Eua *violata, & corrupta* fuerat per peccatum, dictum à Domino fuit: a *Inimicitias ponam inter ſemen tuum, & ſemen mulieris: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Congruetque huic ſenſui etiam Originalium lectio: *Ibi in doloribus peperit te mater tua*, &c. Nam extunc humana natura, Euaque ipſa mater eiuſdem Virginis de admiſſo dolens peccato, fide, ac deſiderio illam concepit, & peperit, ſtatim ac præeſſata accepit Domini verba ad ſerpentem.

a Gen. 3. 15.

APPENDIX.

Ex Verſ. V. Sub arbore malo ſuſcitaui te; ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.

Appendix Expoſitionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Et futurum eſt in illa hora, vt Sion, quæ eſt mater Iſrael, pariat filios ſuos, & Ieruſalem ſuſcipiat filios captiuitatis.

B Conueniunt ferè omnes Latini Patres in hoc explicando, ſumentes per mali arborem ſanctam Crucem: per Eccleſiæ matrem Synagogam Iudæorum, ſeu præcipuam eiuſdem Synagogæ partem, Scribas nimirum, & Phariſæos, qui inſtar matris reliquam Iudæorum plebem regere, & erudire debuiſſent, ſicut aſſerunt Caſſiodorus, & Beda: Vt Chriſtus ſignificet Eccleſiæ, & Synagogæ conuerſæ ad fidem, vnde ei prouenerit, vt ſuperiorẽ cauſare quiuerit admirationem: Ac ſi illi dicat: *Sub arbore* crucis *ſuſcitaui te*, quæ peccatis mortua eras, in cruce, atque per crucem redimens te à peccatis mortua eras, in cruce, atque per crucem redimens te à peccato originali, & à poteſtate diaboli. *Ibi* ſub eadem cruce *corrupta, ac violata eſt* Synagoga *mater tua* per peccatũ, quod admiſit in mei crucifixione, & dum ſe ſubiecit maledictioni, dicens: b *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Ita ferè Caſſiodorus, Gregor. Papa, Iuſtus, Orgelitan. Beda, Rup. Abbas, atque Anſelmus: qui tamen Anſelmus, cùm dicitur, *Sub arbore malo ſuſcitaui te*, per arborem malum ita crucem ſignificatam exiſtimant, vt habeatur quoque reſpectus ad arborem paradiſi, in quo peccauerunt parentes noſtri; e cuius arboris ramo in Iudæam è paradiſo delato ipſam crucis Chriſti arborem factam, ait ex opinione aliquorum Græcorum, addens & id, quod à pleriſque aliis Sanctorum Patrum dicitur, Adam eo loci fuiſſe ſepultum, vbi crux ipſa fuit infixa, vt quod hic dicitur tantumdem ſit, ac ſi dicatur: Te iacente ſub peccato facto per arborem à primis parentibus. Porrò per Synagogæ corruptionem & violationem non tam illius peccatum, quàm peccati pœnam deſignatã arbitratur.

Caſſiodo. Greg. PP. Iuſtus. Beda. Rup. Abb. Anſelmus.

b Matt. 27. 25.

Anſelmus. *Crucis lignũ ex arbore ſciẽtię boni, & mali.*

Adã ſepultus vbi infixa fuit crux Chriſti.

Aponium inter eos, qui Vulgatam interpretantur, ſolum reperio, qui à communi hoc ſenſu recedat. Is quippe per arborem malum ſignificatum cenſet mortis arborem diabolum, re, & nomine malum contrariũ Chriſto arbori vitæ. Ac ſi Chriſtus ipſe dicat: Sub poteſtate diaboli te dormientem excitaui, *Suſcitaui te* mea doctrina, & exẽplo, ſub qua *violata eſt* plebs Iudaica *genitrix tua*.

Aponius. *Diabolus arbor mala, ſub qua iacentem Chriſtus excitauit Eccleſiam.*

Inter eos, qui verſionem Sept. interpretantur, Philo Carpathius ſenſu parum à communi Latinorum diuerſo, piæ animæ à Chriſto putat ſignificatum, ſub crucis arbore, & in cruce ipſa excitaſſe illam ad ſe amandum, eamdemque ſibi deſpondiſſe. Id, quod explicatum inquit per eã, quæ adiiciuntur: *Ibi in dolore te peperit, quæ te concepit*: quandoquidem caro Chriſti in tormento crucis paſſa, ſponſam ſibi peperit ſanguine redemptam, & aqua, quæ de eius latere fluxere.

Philo. *Sub cruce deſponſata eſt anima, vbi & genita per gratiam.*

E

Indicat tamen Philo & alterum ſenſum, nempe hic ſignificari, Eccleſiam, & piam animam à Chriſto excitatam ad amorem, & deſponſam non tam per crucis arborem, quàm per illius fructum, ac malum ipſum, per ſanctiſſimam corporis ſui eſcã in Euchariſtiæ ſacramento exhibitam.

Theodoritus (vt iam notatum eſt in prima expoſitione)

Theod.

APPENDIX.

positione) per pomum, & malum, Christum ipsum significatum existimaus, de quo superius dictum est; *Sicut pomum inter ligna siluarum; sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraueram, sedi:* vt idemmet Christus hic significet, se id animæ tribuisse, quod concupierat, vt in sua vmbra sederet, quãdo ad fidem eam adduxit, qua crederet quicquid de ipso fuerat prædicatum, & ad baptismum, per quod à gratia Spiritus sancti regenerata est, atque vt à peculiari genitrice genita.

Cant. 2. 2.

In baptismo excitata, & desponsata est anima, vbi & genita.

Diuersissimo modo apud eumdem Tres Patres, ita Christum ipsum eamdem alloqui aiunt animam: Sub rebus istis procreatis, quæ suauis pomi instar sensus omnes oblectant, te desidia ad bonum amplectendum inertem, & rerum caduca rum studio consopitam, excitaui prouidentiæ, iudiciique rationibus, & sermonibus impellens ad mei desiderium.

Tres Patr. In mundi rebus conspitam iacētem animā quomodo excitaris Christus.

Denique Ambrosius in lib. de Isaac cap. 8. pere gregie hunc locum pertractans, per arborem mali videtur intelligere publicam passionis, ac triumphi crucis Christi confessionem: Per matrem vero, quæ ad vitam Spiritus piam parturiuit animam, intelligere vel Ecclesiam, vel diuinam gratiam: faciens enim comparationem animæ sponsæ Christi cum Nathanaele, qui in Euangelio dicitur à Domino visus sub arbore fici, ait: Bona anima, quæ requiescit sub arbore fructuosa, & maxime boni odoris: Nam, si Nathanael bonus, in quo dolus nullus erat, sub arbore fici visus est: vtique bona anima, quæ sub arbore mali eleuata est à sponso suo: plus est enim eleuari, quàm videri; plus etiam à sponso eleuari: Nam, etsi Nathanael sub arbore videbatur; tamen anima eius sponsa non erat, qui occultè veniebat ad Christū, quia verebatur Iudæos. Non erat speciosa sicut Luna, non erat vt Sol, quæ erat in vmbra: quia sponsa per diem nubit, per diem confitetur, Ideo ista sub arbore mali, illa sub ficu: quia hæc confessionis suę odorem diffundebat longius: illa habebat innocentiæ suauitatem, fragrantiam spiritus non habebat, *Illic*, inquit, *parturiuit te mater tua*, &c. pariuntur autem, cum Christus formatur in eis: & parturit, qui in vtero accipit Spiritum salutis, & aliis infundit.

Ambr. Mali arbor est publica confessio passionis Christi.

Ioan. 1. 48

Vers. VI. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Expositio prima. Iuxta sensum Litteræ.

Quæ inter veteres Patres, atq; Hebræorum Doctores in superiori sententia extitit dissensio in assignanda persona, quæ loqueretur, eadem & hic pariter reperitur. Patres enim fere omnes sponso hæc tribuunt: Hebræi, qui ve illis addicti sunt, sponsæ ob eamdem adhibitorum punctorum rationem, cum iuxta adiecta pūcta in Hebraico textu affixa, & pronomina tuum, & tuum masculini sint generis: Vnde non possum non admirari aliquos ex nostris, qui Hebræorum sententiæ subscripsere in expositione versus superioris; cum tamen in hisce explicandis ab illis deficiant, quandoquidem eadem ibi, quæ & hic militet ratio, vt à communi veterum Patrum sensu quis dissentiat.

LITTERA.

Ob eamdem rationem nos & hic Patrum vestigiis inhærentes, adiectorumque punctorum nec hoc loco vllam habentes rationem, cum ea sint nouum Iudæorum inuentum, & sine illis eadem affixa legi possint vt fœminina, prout & in sententia præcedenti; Dicamus, eumdem sponsum, qui mutui amoris initia iam suæ recēsuit dilectæ, tria in amore ipso nunc ab ea efflagitare, vt maximè necessaria, nempe ipsius amoris (vt ita dicam) solitudinem, eiusdemque firmitatem, & vehementiam. Hæc enim omnia vnica signaculi similitudine, exposcit in modicis hisce verbis: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* Neque vero hæc, vt de eius ambigēs dilectione ab illa exquirit, sed vt maiores in ipsa exsuscitet charitatis flammas, prout ex subsequentibus apparebit.

Porro, cum signaculi, seu signi, aut sigilli vocabulum, cuius hic vsurpatur similitudo, duobus modis accipi queat, actiue, & passiuè nempe vel pro instrumento, quo vtimur ad signandū, quod alio nomine & in sacris, & in profanis litteris annulus quoque appellatur: quia antiquitus annulo vtebantur ad obsignandum: Vel pro ipsa eiusdem annuli impressione, imagine, & charactere; quomodocumque id sumatur, multi præsentis sententiæ nobis subministrantur sensus admodū congruentes.

Signaculi vocabulū pro annulo signatorio, et pro ill. us charactere impresso vsurpatur.

A prima tamē, & magis propria sigilli acceptione exordientes, primus, ceterisq; probabilior eorum, quæ hic dicuntur, intellectus ex consueta deducitur sacræ scripturæ phrasi illa, qua, cum exprimendum sit, quempiam alicui esse charissimū, hac potissimum signaculi, atque annuli explicatur similitudine, vt patet ex illo Aggæi, vbi Dominus significare volens, habiturum se Zorobabel maximè charum, atque dilectum: *a. Assumam*, inquit, *te Zorobabel serue meus, & ponam te quasi signaculum; quia te elegi*, & apud Ieremiam idem Dominus, *b. Viuo ego* (inquit) *si fuerit Iechonia, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.* Iuxta hanc itaque phrasim, quòd verbis hisce *Pone me*, &c. Dilectus a sua exposcit spōsa, breuiter tale est.

I. SENSVS. *Signaculi similitudine in scriptura significatur quid esse charissimū.*

a Aggæi 2. 24.

b Ier. 22. 24.

Ea ratione me, habeas charum, qua hominibus quibuscunque propria chara sunt signacula, sic ve me in tuo gestes corde, & in tuis me habeas brachiis, cum vel corde cogitandum aliquid, vel operibus quid brachiis agendum tibi sit, vt in digito semper annulus deferri solet signatorius, quem inde nullus eripiat.

PARAPHRASIS.

Quia vero sigilli, & annuli huius duplex apud antiquos erat vsus, duos quoque pacto diuersos ex iis colligere licet sensus. Antiquis enim annulus ingenui hominis fidē designabat, vnde haud licitum erat eum gestare seruis, usve, qui haud essent ingenui: ideoque vno duntaxat annulo vtebantur, & in eo illorum deferebāt imagines, quos præcipue sibi cordi esse satagebant, quibus & fidem suam illibatam esse volebant, & suam quoque nobilitatem, honorem, & gloriam omnem acceptam ferebant, eumque in primis, in quo gloriabantur: atque adeo in digito qui minimo læuæ proximus est, & in quo neruulus quidam terminat, à corde proueniens, vti in corde illum gestabant. Erat is, ait Pierius Valer. lib. 41. c. de annulo, cordis indicium, ideoque institutum ab Aegyptiis, vt annulo tamquam corona honestaretur. Ex quibus omnibus, vt ex primo signaculi vsu, alius iste colligitur sensus, vt, quod à sponsa petit dilectus, tale sit.

Annulū ad quid antiqui deferrēt.

II. SENSVS.

Annulus in digito annulari est veluti corona cordis.

Vide Pierium Val. cap. de annulo.

Suscitata *Sub arbore malo* ad mei dilectionem vbique

PARAPHRASIS.

LITTERA. *ibique* mihi ſponſata ſummam certè adepta es ingenuitatẽ:fidẽ ergo ingenuitatis huius tuæ haud aliam expoſco, præterquam *vt me* vnum tamquã vnum annulum *ſuper cor* habeas, *ac ſuper brachium tuum*: vt me ita habeas vnum,cui ingenuam tuam exhibeas fidem, cui honorem, & gloriam vniuerſam acceptam feras: quove potiſſimum quaſi Regia glorieris corona, ac ſi me in aureo impreſſum annulo in annulari geſtares digito. Bene autem,ſecundum hunc ſenſum dixit, *Pone me vt ſignaculum ſuper cor, & ſuper brachium*, non *ſuper brachia*: quia, vt ex anatomia patet, in annulari digito terminatur, vt dixi, neruulus, qui è corde natus per brachium læuum in illum tendit; atque adeo, dum ſuper eum digitum ponitur annulus, dici quodam modo poteſt poni, & ſuper cor, & ſuper brachiũ; ſicve ſignificari fidem tum in interno cordis, tum in externo operationis.

III. SENSVS. *Signaculi vſus ad ſeruãda ſecretarata, atque tuta, quæ obſignemus.*
a Cãt.6.16
b Dã.14 10
Clemens Alexandr.

Alter prædicti annuli, & ſignaculi vſus, iſque præcipuus eſt, vt eo nedum obſignentur litteræ, vnde ſæpius in ſacris paginis legimus, nomine Achab, vel Aſſueri miſſas litteras eiuſdem Regis annulo obſignatas, vt ſecretum, ac ratum id haberetur, quod in illis continebatur: Verum etiam id omne obſignetur, quod tutum ſeruari volumus. Sic in libro Danielis legimus, *a* Regem Darium, miſſo Daniele in lacum Leonum, poſuiſſe lapidem ſuper os laci, *quem obſignauit annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem*. Et idemmet Daniel *b* alias Regi ſuaſit, vt clauſo oſtio templi Bel, ſuo illud ſignaret annulo. Quinimo Clemens Alexandri. in lib.3. pędag. cap.2. eius eſt ſententiæ, vt ob ſecundum iſtum vſum à viris annulus ſuis daretur ſponſis, dicens: Dat ei annulum aureum nec eum quidem ad ornatum, ſed, vt ea obſignet, quæ domi digna ſunt, quæ cuſtodiantur: propterea quod ſeruandæ domus ad eam cura pertineat. Et poſt aliqua: Atque honeſtum quidem eſt, inquit, vt viri vxoribus ſuis fidem habentes, eis domus cuſtodiam permittant, vt quæ eis opitulatrices datę ſunt. Quòd ſi oporteat, nos quoque, dum Rempub. gerimus, & in agris etiam alia opera exercemus, vt ſæpe etiam ſumus ſine vxoribus, nonnulla, vt ſint tutiora, obſignare, dat nobis quoque vnum ad hoc ſignaculum, alii autem ſunt abiiciendi annuli.

Iuxta hunc igitur ſignaculi vſum, dum dilectus petit à ſponſa, poni ſe, vt ſignaculum ſuper ipſius cor, & ſuper brachium, hoc ſibi velle videtur.

PARAPHRASIS. Cum *te ſub arbore malo* mihi ſuſcitarim in dilectiſſimam ſpóſam, *ſignaculum* aliud habeas nolim, præterquam me ipſum dilectum tuum: *Me vt ſignaculum* ſerua *ſuper cor tuum*, quò quicquid deſiderii, & cogitationis ex illo prodierit, prompto obſignatum prodeat huiuſcemodi ſignaculo. Eademque ratione, & ſuper *tuum me* teneas *brachium*; vt quicquid operis per illud à te fuerit factum, me obſignatum conſpiciatur, vt quicquid vel corde cogitaueris, vel brachio, & lacertis operata fueris, hac vna tibi cuſtodias ratione, quod me id obſignaueris, vt ſignaculo ſanè tutiſſimo.

IV. SENSVS. Quamquam aptius forſitan eodem, aut parum diſſimili ſenſu, ſi ſignaculi vocabulum altero modo paſſiue ſumatur pro imagine per ſignaculum ipſum impreſſa, qualis ea eſt, quę cerę imprimitur, quæve in litteris, rebuſve aliis ex imprimẽte ſignaculo perſeuerans, ſecretas eas ſeruat, ratas, & tutas, eidem ſponſæ dicet dilectus.

Si tu mihi ſeruatas velis cogitationes, tuaque deſideria, cor tuum mei liqueſcat charitate, vt in illo veluti in molli cera me habeas impreſſum; idẽ

A que facito & *ſuper brachium* operationum tuarum, quo quicquid brachiis ipſis tuis factum à te fuerit operis, mihi vt vni tuo ſeruetur dilecto. Fauet huic ſenſui ſcholion quoddam Græcum, quòd pro, *θὲς*, *pone*, legit *περίθου*, id eſt, circumpone.

LITTERA.

PARAPHRASIS. Sed melius hæc explicabuntur, adhuc paſſiue ſumpto ſignaculi nomine, per ea, quæ habentur in cap.6. libro Deuteron. vbi Dominus Iſraelitico populo ait: *c* *Erunt verba hæc, quæ ego præcipio hodie, in corde tuo, & narrabis hæc filiis tuis; & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens; & ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua; eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos; ſcribeſque in limine, & oſtijs domus tuæ.*

c Deut.6.6

V. SENSVS.

B Quod enim his omnibus tunc efflagitauit Deus erga legem ſuam, atque adeo & erga ſeipſum, hoc breui ſententia iſta, *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum*, &c. à ſponſa expoſcit eius dilectus; vt ſcilicet ita ipſum vnum diligat, deſideret, cogitet, ac meditetur, ac ſi eius impreſſam imaginem haberet *ſuper cor*: ſicve pariter ipſum iugiter verſet ob oculos, ac ſi eamdem eius imaginem, non vt mobilem inter ipſos oculos, non vt impreſſam in limine, & oſtio domus; ſed vt impreſſam *ſuper brachium* ipſum ſuum indelebiliter, quam ſemper inſpicere queat. Vt ſit alluſio ad morem illum quarumdam gentium, quæ eorum, quos diligunt, notas, & ſigna quædam igne ſibi imprimunt, vel ſuper cor, vel ſuper brachia, quò ipſos, licèt abſentes, quoquo modo habeant præſentes; nullaque illos ex ipſorum corde deleat obliuio: Quem morem frequentiſſimum noſtris hiſce temporibus apud Mauras, Saracenaſque fæminas eſſe videmus.

Alluſio.

C Tametſi non crediderim ſponſum, qui hic loquitur, ſeu potius Spiritum ſanctum, qui in ſponſi loquitur perſona, ſenſibilem hanc, & materialem impreſſionem à ſua expoſcere dilecta: ſed trãslate, & metaphoricè locutum, effectum magis illius efflagitaſſe: quod & eius locutionis forma deſignatur cum non dicat: *Pone me ſignaculum ſuper cor, &c. Sed pone me, vt ſignaculum ſuper cor, &c.* Non dixit autem, ſuper brachia, aut ſuper digitũ; ſed ſuper brachium, illud videlicet duntaxat, quo

D pudiciſſimæ fæminarum operantur, quòd vt tunc tantum denudant, cum aliquid faciẽdum ſit operis, vt pudicitiæ ſeruetur decorum; vt & illa tunc tantum tam aliis, quàm dilecto ſuo eiuſdem dilecti ſibi impreſſam oſtenderet imaginem, & characterem, cum quid extrinſecus operari contingeret: Tuncvè vniuerſi, quotquot in operãs eius brachium oculos coniicerent, intelligerent ita pudicam, caſtamve, ſed vehemẽtiſſimam eſſe eius charitatem erga vnum dilectum ſuum, vt & quicquid efficeret operis, in illius factum vellet obſequium.

E Circa lectionum varietatem vnum duntaxat animaduertendum eſt, B. Hieronymum in fine epiſtol. ad Euſtoch. nouo, ſingularique modo ita hæc legere: *Pone ſicut vmbraculum ſuper corde tuo, ſicut ſignaculum in brachio tuo*: E qua lectione ſextum eruere poſſumus ſenſum fortaſſe non cõtemnendum, vt dilectus, poſtquam in præcedenti ſententia ſignificauit, ſuſcitaſſe ſe dilectam ſuam *ſub arbore mali*, quæ amoris eſt Hieroglyphicum, & ſuſcitaſſe illam ad ſui dilectionem, ſibiq; ipſã deſponſaſſe: dum ſimul cum illa ſibi innixa progrederetur, modum ei præſcribat in amore ipſo, quem adeo ardentem eſſe, nouerat, ac vehementem, vt, ni moderaretur, occidere ipſam poſſet, conſumere, atque in cinerem redigere: medicorum

Hierony.

VI. SENSVS.

DE ECCLESIA.

tum instar loquens, ita eam alloquatur.

PARAPHRASIS.

Languor charitatis, quo te grauissime langueresat mihi constat, febris est feruentissima, tua comburens præcordia: Ne ergo ob illum penitus intereas, da operam, vt ipse tibi instar vmbraculi tuo sim cordi; atque sicut sensibilis febris, qua præcordia æstuant, per brachii pulsus sui exhibet signa, quibus eius & qualitas dignoscatur, & quantitas: Ita tu quoque febris huius charitatis tuæ indicia in tuis exhibeto operibus, vt quisquis tua inspiciat opera, me in illis instar signaculi impressum intueatur: sicve quasi è pulsu brachii id quoque percipiat, quòd, si charitate ferues, propter me vnum ferues, qui ita tibi sum dilectus; vt sim pariter & *vmbraculum* cordis tui, ne nimio pereat feruore. *Quia dilectio* ex natura sua *fortis est, æquè ac mors*; adeoque & occidere potest, sicut & illa: nec minus consumit, quam sepulchrum consumat corpus. Et certè, ni ita tibi prouideas, vt mihi & in amoris quoque moderatione morem geras, in cinerem redigeris, cum *lampades* charitatis *lampades sint ignis* vehementissimi, *atque flammarum*.

Vers. VI. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Expositio Secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia Sancta.

I. SENSVS.

Christus est cor Ecclesia sicut corporis. *Christus brachium corporis Ecclesiæ.* a Isa 33.2. b Ioa.15.5

CHristum Dominum corporis Ecclesiæ cor esse, sicut & caput, satis, superque ostensum est supra in expositione 2. versi. 5. cap. 4. cum a Christo, vt vitæ principio vniuersa in illius corpus deriuet gratiæ vita: Quòd verò eiusdem Ecclesiæ brachium idem ipse sit Christus, testatur Isaias Propheta, qui in fidelium omnium persona ad illum ait: *Te expectauimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis*. Huc que illud spectat, quod ab ipsomet Christo dictum discipulis legimus: *b Sine me nihil potestis facere*; cum brachium sit totius operationis instrumentum, & brachium sit, cui vniuersa adscribenda est totius corporis defensio. Quòd si Christus & cor est, & brachium Ecclesiæ, idemque est eiusdem Ecclesiæ dilectus, qui modo illam alloquitur, profectò dum ait, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*, tantumdem est, ac si dicat; *Pone me vt signaculum super me*: quod primo aspectu tautologia esse videtur, & oratio superflua. Verùm haud superuacaneè à Christo prolata ea sunt, à quo singula librantur verba: At per ea prauum, maximumque à Catholica Ecclesia, quam sub crucis arbore in sponsam sibi suscitauit, auertere vult errorem hæreticorum, ac superborum quorumcumque, qui, cum à Christo, vti à corde proprio, Christianos se iactitent, & vt Ecclesiæ membra per eumdem Christum viuentia se prædicent: pro signaculo tamen, & annulo signatorio haud ipsum habent, quem vnum charissimum reputent, quove quicquid in se extiterit vel doctrinæ, vel operis, signent: at vel hæresiarcham aliquem, vel semetipsos, vel quid aliud huius mundi super Christum Ecclesiæ cor, atque brachium talia ponentes signacula, quicquid à Christo habent doctrinæ, proprio hæresiarchæ sui signaculo deprauatum eidem obiicientes:

Heretici signaculo super Christum ponunt hæresiarchas suos. *Vanagloriæ indulgens, ponit semetipsum vt signaculum super Christum.*

A quicquid gratiæ, & opis à Christo habent, vt bonum aliquid operentur, sui ipsius, vel humani auxilii signaculo signatum eidem superponentes, superbientes, atque dicentes: *c Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia*: Sic, iuxta hunc sensum Christus ita Orthodoxam hic alloquetur Ecclesiam.

DE ECCLESIA. c Deute. 32 27.

PARAPHRASIS.

Cum vnica mihi sis sponsa, quam *suscitaui sub arbore* crucis, hoc vnum à te, atque à tuis exposco fidelibus, vt supra me *cor tuum*, à quo vitam habes doctrinæ, & gratiæ, *brachiumve* item *tuum*, à quo robur omne habes operationis, nil ponas aliud, quod tibi instar signaculi charum sit, quove vt signaculo doctrinam meam oblignes & opera, quæ mea peragis ope, non hæresiarcham, non Principem quempiam huius mundi, non quid huius seculi, non denique temetipsum mihi præponans in re vlla: *Me vt signaculum* habeas solum, vt ve charissimam rem in iis, quæ habueris doctrinæ. & in iis, quæ effeceris operis me habeas, vt signaculum super me.

Christo bonum omne adscribere debemus.

B

III. SENSVS. d 1. Cor. 12.27. *Contemplatiui sunt cor Ecclesiæ* e Matt. 15. 18. f Ps. 76.7. g Ps. 18.15

Quod si per eiusdem Ecclesiæ cor, atque brachium, iuxta Apostoli *d* regulam, ordines duos accipere velimus fidelium, instar diuersorum membrorum diuersa exercentium munia; congruentissime contemplatiuorum ordinem cor esse dicemus, è quo prodeunt cogitationes, vt ait Dominus in Euangelio, *e* quove ipsa fit meditatio, iuxta illud psalmi: *f Et meditatus sum nocte cum corde meo*: & illud, *g Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*: Ordinem verò actiuorum asseremus eius esse brachium, iuxta illud Prouerbiorum, quo de muliere forti, quæ typum Ecclesiæ gerebat, & sponsa Christi, dicitur; *h Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum*, quando in actiuis istis suis viriliter se ad opus cōposuit. Sponsus ergo eius Christus Iesus, postquam illi significauit, quando illam sponsarit, & vbi, dicens: *Sub arbore malo suscitaui te*: nunc eidem reducit in memoriam, quomodo ei pariter vt sponsæ elargitus sit annulum, quo (vt dictum est in prima expositione sensu tertio) ab illa vniuersa obsignata custodirentur, quæ pretiosa haberet: Id autem potissimum ab ipsa exposcit, vt elargitum signaculum istud ponat super cor suum, & super brachium suum, dicens: *Pone me vt signaculum super cor*, &c. exponens primò, quomodo ipse tradens ei annulum signatorium, vt vnicæ sponsæ suæ, haudquaquam se gesserit instar sponsorum aliorum, qui propterea sponsis suis annulum præbent aureum: quia norunt, fieri non posse, vt ei iugiter adsint, suaque præsentia res custodiant domesticas: Sed pro aureo annulo illi semetipsum esse elargitum, qui iugiter ei adsit, quove, si ei libuerit, vniuersa tutissima queat seruare.

C

h Prou. 31 17. *Ecclesia sponsa Christus pro annulo tradidit semetipsum.*

D

Custodita seruantur omnia bona in Ecclesia, si Christus vt signaculum teneatur super contemplatiuos, & super actiuos.

E

Porrò se super cor potissimum, atque super brachium, super contemplatiuos, & super actiuos poni efflagitat ab Ecclesia: quia, si super hæc duo membra positus fuerit vt signaculum; si hæc duo membra ipso vt signaculo obsignata extiterint, quicquid Ecclesia habuerit pretiosi siue notitiæ sacrarum scripturarum, siue humanæ eruditionis, siue piarum meditationum, siue prædicationis diuini verbi, siue ministerii operum misericordiæ, siue solicitudinis Prælatorum, siue obedientiæ subditorum, id totum illæsum, atque illibatum absque vllo seruabitur periculo. Enimverò, si quid huiusmodi aliquando in Ecclesia perire contigerit, haud profectò aliunde id prouenit, quam ex eo, quòd haud super totum eius cor, & su-

Ecclesia vnde proueniant damna.

DE ANIMA.

& super totum illius brachium Christus positus tenetur vt signaculum: quia aliqui vel ex contemplatiuis, vel ex actiuis Christum ipsum à se auferunt, ansamque furibus præbent, vt furentur, & destruant quicquid eis libuerit; siue hæretici illi sint, siue Principes sæculi, siue potestates tenebrarum, siue ipsamet eorum caro.

Vers. VI. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Expositio Tertia. De Secunda sponsa, quæ est anima iusti.

I. SENSVS.

a Heb. 11. 24.

In tribulationibus Christũ crucifixum vt signaculũ ob oculos habere debemus.

SI tot ante Christi passionem sæculis Patriarcha Moyses, iuxta Apostoli *a* dictum, adeò Christum ipsum Crucifixum præ omnibus mundi diuitiis, ac voluptatibus sibi charum iugiter ante fidei oculos habuit; vt negarit, *se esse filium Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi*. Admodum sanè congruenter hoc loco piæ animæ sponsus ipsemet Christus Crucifixus, postquam illi in memoriam reduxit, suscitasse iam ipsam ad sui charitatem sub arbore Crucis, vbi & eam sponsauit: id vnum modo ab ea petit, vt se hoc pacto crucifixum vt rem maximè charam iugiter ob oculos habeat instar annuli, &

C signaculi, quod tamquam res charissima in digito fertur, vt iugiter ante oculos habitum, & in promptu à nullo possit auferri. Dicit autem: *Pone me vt signaculum super cor, & super brachium*: quia duplex nouit esse genus ærumnarum, quæ pro ipso eidem animæ tolerandæ occurrunt: quia duplex est Christi improperium, quod pia anima maiores diuitias æstimare debet thesauro Aegyptiorum, & tenebricosi huius sæculi: Alterum cordis; vt quod contra bonum nomen, & contra honorem per iniurias infligitur, per detractiones per calumnias, & per blasphemias: Alterum verò corporis externi; vt quod eidem fit per persecutiones, per bonorum expoliationem, per flagella, per cruciatus, & cetera similia. Vt ergo ambo hæc duo genera improperiorum Christi charissima ab ea habeantur, siue potius, vt in illis Christus crucifixus habeatur charissimus, *Pone me*, inquit, *vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*: Non dicit, super corpus tuum, tametsi totum eius corpus dicta laturum sit improperia, sicut dixit, *super cor tuum*; sed *super brachium*, in quo robur totius est corporis, quodve præcipuum est eiusdem corporis organum defensiuum; Vt significet, in talibus improperiis tolerandis summo id habẽdum pro robore, tutissimave pro defensione, si confixi simus cruci Christi, qui brachiis super crucem expansis paratum se exhibuit ad improperia multò plura, atque maiora toleranda.

In tribulationib. animi, & corporis Christus crucifixus habetur charissimus, dũ & illas habemus charissimas.

In tribulationibus tolerãdis sũmũ robur est præparatio ad maiores suscipiẽdas.

II. SENSVS.

Christo crucifixo omnẽ nobilitatẽ, gloriã, omnemque virtutẽ adscribere debemus.

Iuxta secundum litteræ sensum: idemmet Christus, cuius imperium fuit super humerum eius quando crucem super humeros sibi baiulauit, quive in crucis titulo Rex Iudæorum, idest; Deum confitentium, cruci affixus declaratus est; postquam in præcedenti sententia significauit animæ deuotæ, sub crucis arbore illam desponsasse, vt esset sponsa Regis, qui Cruci affixus fuisset, id modo ab ea exposcit, vt ipsum crucifixum tamquam annulum gestet: per ipsum fidei firmitatem, per ipsum libertatem, per ipsum denique

A gloriam, nobilitatem, & decus omne habere profiteatur; corde, atque operibus cõtestans, se haud aliunde gloriari, nisi in cruce ipsius Regis, sponsique sui, à qua habet, vt nobilitatem sortita sit gentis *b* sanctæ, generis electi, & Regalis sacerdotii; cuius pretio de seruitute *c* peccati redempta est: Ita, quod hic dicitur, duobus Apostoli dictis explicari facile potest, tum eo, quo ait: *d In duimini Dominum Iesum Christum*: per quod apertius explicatur, qua ratione Christus crucifixus, poni se ab anima velit *vt signaculum super cor, & super brachium*: nimirum vt interius, & exterius in eo glorietur, eiusve fidei, & imitationi innitatur: eo modo, quo & vestimenta nedum interna sunt, at & externa. Sed melius id exprimitur per

b 1. Pet. 2. 9.

Christus crucifixus vt signaculũ ab anima haberi debet, sicut & vt indumentum.

c Cor. 7. 23.

d Rom. 13. 14.

e 1. Cor. 6. 20.

Deus in corpore nostro quomodo glorificetur Qui gloriatur in Christo crucifixo, glorificat Deum, portatque illũ in corde, & in brachio vt signaculũ.

B alterum Apostoli dictum: *e Empti estis pretio magno. glorificate, & portate Deum in corpore vestro*: In quo per prima verba apertè exprimitur, iure optimo Christum exposcere, vt gestetur *tamquam signaculum* ad contestandam animæ libertatem: per secundam verò partem, *Glorificate, & portate*, &c. id quoque exponitur, quod diximus, Christum crucifixum ponendum *super cor, & super brachium*, vt in eo duntaxat gloriemur. Quamquam quod ab Apostolo dicitur, *Portate Deum in corpore vestro*, clarius exprimatur per hæc sponsi verba; *Pone me vt signaculum super cor, & super brachium tuum*: Cum enim in corpore duo sint membrorum genera, interna alia, alia ve-

C rò externa; commemoratione duorum membrorum, in quibus vel internum, vel externum omne situm est hominis robur, complectuntur omnia, & singula membra eiusdem corporis, omnesque designantur hominis operationes tum internæ, tum externæ, in quorum membrorum atque operationum singulis Deus ferendus est piæ animæ vti charissimum, regiumque *signaculum*: ferendus, inquam, ea ratione, qua positus ille est in signum populorum super crucem, Hocq; illud est, quod maximi à nobis est faciendum; quia Deus ipse, qui est Rex magnus, & excelsus super omnes cælos, cum per crucem in regiam sponsæ dignitatẽ piam euexerit animam, ita portari vult

D in corpore eius, vt in ipso crucifixo, vti in annulo, atque in signaculo vniuersam illa suam fidei, libertatis, & ingenuitatis cõstituat gloriam, tum in intimis præcordiorum, tum in externa conuersatione, quodve maius est, dum illa in tali gloriatur signaculo crucis, se pariter & vt Deum glorificatum reputat ab ea: hoc quippe indicare voluit Paulus, dum dixit: *f Glorificate, & portate Deum in corpore vestro*.

f 1. Cor. 6. 20.

III. SENSVS.

Cordis diuagatio quõ exercenda.

Præclarè autem & iuxta tertium litteræ sensũ eidem animæ Christus, qui illam sub crucis arbore suscitauit, ait, *Pone me vt signaculum super cor, & super brachium tuum*, contestans ei, sibi optimè exploratam inquietissimam humani generis di-

E uagationem, qua eò itinere semper nouo accurrit effræne, vbi quid æstimat instar sui thesauri, iuxta illud; *g Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum*; & illud, *h Abiit vagus in via cordis sui*. Atque adeò quando *sub arbore malo*, atque sub cruce illam sibi suscitauit in sponsam, semetipsum ei dedisse pro annulo, quo ipsa vt sponsa internum obsignaret, tutumque seruaret thesaurum; cordi quidem eius inditum, sanctarumque operationum armis defendendum. Neque verò quid aliud est Dei thesaurus, qui piæ animæ custodiendus in corde est, quàm timor eiusdem Dei, iuxta illud Isaiæ: *i Timor Domini ipse est thesaurus eius*. Nec quid aliud est Christi thesaurus cordi piæ animæ inditum,

g Mat. 6. 21

h Isa. 57. 17

Timor Domini quõ in corde custodiendus

i Isa. 33. 7.

DE ANIMA.

ditum, quàm ipsemet Christus crucifixus, *In quo* iuxta Apostoli dictum, *a sunt omnes thesauri, sapientiæ, & scientiæ absconditi*. Vt hunc ergo, seu vt hos duos thesauros sponsa tutos custodiat; *Pone me*, inquit ei, *vt signaculum super cor tuum*, id est, habe me semper cordi tuo proximum, vt tibi inditum præserues thesaurum; ne alioquin corde ipso tuo diutius euagari cogaris. Addit autẽ, *Pone me vt signaculum super brachium tuum*, id quoque ab illa exposcens, vt eodem signaculo & robur illud custodiat, quod a Deo exhibitum habet, vt bene operetur. Enimuero sicut nulla re magis intra cordis penetralia custoditur timor Domini, & Christi crucifixi memoria, quàm, si eiusdem Christi cruci fixi præsentiam in nostro seruemus corde, nostrasve in illo detineamus cogitationes: ita nulla re magis præstitum nobis a Deo robur diuinæ gratiæ conseruatur, quàm imitatione eiusdem Christi crucifixi in vniuersis operibus nostris: hoc siquidem est, illum habere *vt signaculum super brachium nostrum*.

a Colos. 2. 3.

Christus vt thesaurus noster quo intra nos custodiendus.

Christi crucifixi memoria, & imitatione custodire debemus thesaurum timoris Dei, & robur diuinæ gratiæ.

Ita verò hoc ipsum *signaculum*, Christus crucifixus, ponendum est animæ *super cor, ac super brachium*, quo tuta sibi sint vniuersa, & valida; vt illum semper, & cordi proximum habeat, & ad manus, quo vniuersas cogitationes, vniuersasque cordis meditationes, & preces tali signatas habeat signaculo, sicut & vniuersas brachii operationes; Quicquid enim precum, quicquid cogitationum, quicquid & operis sine hoc extiterit signaculo, deprædationi expositum est Dæmonũ & inanis gloriæ: nec quicquam à sponso ipso æstimatur. Atque adeo sapientissima mater Ecclesia cuilibet orationi illud apponit signaculum; *Per Dominum nostrum Iesum Christum*, &c. quò ex adhibito signaculo eæ, quas instar signatarum litterarum mittit preces, tutę ad Deum perueniant, ratæque habeantur, & validæ: Eaque sola opera nostra boni valoris sunt, & tamquam nummi, qui in cælesti patria expenduntur, & quibus cælum ipsum emere possumus, quæ hoc impressa sint signaculo: Quod quidem Christus nobis subindicauit, cum dixit: *b Sine me nihil potestis facere*, & *c Cum hæc omnia feceritis, dicite, quia serui inutiles sumus*: id est, quicquid egeritis, ob id vtile vobis esse censete, & alicuius apud Deum valoris, quod cuneo id signatum est meo; nam alioquin inutilia vobis essent, & in iisdem vos pariter essetis inutiles; talesq; vos censere debetis pro eo, quod ex vobis est.

Orationes nostræ vt validæ sint, debent esse obsignatæ Christo vt signaculo.

Opera nostra bona ea sola cælestis valoris, quæ Christo vt signaculo sint obsignata.

b Ioã. 15. 5
c Luc. 17. 10.

IV. SENSVS.

Insuper dicens, *Pone me vt signaculum super cor tuum*, idipsum ait, quod duplici ea sententia expressit & sapiens: *d Omni custodia serua cor tuũ; quia ex ipso vita procedit*: & *e Præbe, fili mi, cor tuum mihi*. Præberi sibi exposcit & Christus cor ab anima, edocetque & rationem, qua illud ei pręberé debeat, ponendo scilicet ipsum *super* idem *cor* suum vt *signaculum*. Enimuerò, tametsi cor humanum esset obduratum, non dico instar ceræ, sed & instar æris, ac ferri, si Christus crucifixus super ipsum fuerit adhibitus, mollescit illico eiusdemque Christi impressam suscipiens formã, illius esse conuincitur: quãdoquidem is & ignis vehementissimus est dilectionis, igneaque vi sua molle reddere aptũ est & ceram, & ferrum. Mollefacto verò corde, per semetipsum suam in illud imprimit imaginem, cum sit & signaculum: Impressa verò sui imagine, suum omnibus declarat esse cor illud, ac vndique ipsum ambiens omni illud seruat custodia. Idq; & in vi pariter operatiua eiusdem animæ efficere satagens, addit: *Vt signaculum super brachium tuum*, scilicet pone, aut *circumpone me*, iuxta scholion Græcum.

Cor nostrũ qua ratione præbere debeamus Christo crucifixo.

d Prou. 4. 23.
e Prou. 23. 26.

Christus positus super cor molle factum, illud sua obsignat imagine, idq; efficit in vi operatiua animæ.

DE ANIMA.

Iuxta quintum litteræ sensum, explicari hæc possunt quadruplici dicto Apostoli Pauli. Vel enim idipsum hic ab anima deuota petit Christus cruci affixus, quod nobis in epistol. ad Hebr. apertius suadet Paulus, dicens: *e Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contempta. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne defatigemini animis vestris, deficientes*. Vt tantumdem sit, *Pone me vt signaculum*, &c. ac, habeto me iugiter ob oculos, siue, cum contemplationi operam das, siue, cum quid extrinsecus operari tibi contigerit cum fratrum contradictione.

V. SENSVS

Christus crucifixus mente, & ob oculos semper habendus.

e Hebr. 12. 2.

Vel secundò id eidem suadet animæ, ne vllo pacto cõmittat, vt ipsius imago ab eius dimoueatur corde, ab eius & operatione, quam tantis doloribus cruci affixus in illa formauit, quando sub eadem arbore ipsam à gratia matre eius genitam suscitauit sibi in sponsam electam. Quem sensum suggerit Apostolus iis verbis, quibus Galatis exponit, quantos subeat dolores, vt amissam hanc Christi formam denuo in illis imprimat, dicens: *f filioli mei, quos iterum & iterum cum doloribus parturio, donec formetur Christus in vobis*: idest, filioli mei, pro quibus nouos quodammodo partus dolores subeo; vt in vobis denuo formam inducam Christi, sicut & Christus ipse prius doloribus multò vehementioribus eam in vobis prius formarat.

Xpi imago magnis doloribus impressa seruanda per iugem crucifixi memoriam.

f Galat. 4. 19.

Vel tertiò, iuxta illud Apostoli dictum; *g Sicut portauimus imaginem hominis terreni, portemus & imaginem cælestis; qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes*; Id in hisce exposcit à pia ipsa anima, vt quandoquidem cœlestis sponsi sponsa sub crucis arbore facta est, ita in sua conuersatione cœlestem se referat, & cruci cum sponso suo confixam; vt plane omnibus conspicuam exhibeat, quam defert, eius imaginem.

g 1. Cor. 15.

In cõuersatiõe nostra Xpi imaginem exhibere debemus.

Quamquam per verba Clementis Alexandrini, quibus ait (sint nobis signacula columba, vel piscis, vel nauis, quæ celeri cursu à vento feratur, vel lyra musica, vel ancora nautica: & si sit piscans aliquis, meminerit Apostoli, & puerorum, qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum sunt imprimendæ facies, quibus vel solum attendere prohibitum est: sed nec ensis, nec arcus iis, qui pacem persequuntur, nec pocula iis, qui sunt moderati, & temperantes. Multi autem libidinosi nudatos habent eos, quos amant, vel amicas: vt ne si velint quidem, possint affectionis amoris obliuisci, quod libido, & intemperantia eis perpetuo in mentem reuocetur) admoneamur, & quod ait Apostolus, *h* & quod ait hoc loco sponsus, ita intelligendum, vt totum studium nostrum in eo collocemus, vt veluti in annulo signatorio imaginem Christi crucifixi portantes, illum nobis præ omnibus dilectum significemus, sicve cogitationes, desideria, factaque nostra ad eius imitationem conformemus; vt omnibus conspicuum fiat, nos omnia ad illius facere exemplar, quod portamus, haud quidem in digito materiali, sed in interno cordis, & in vi operatiua, quæ brachii appellatione signatur; ne nobis id eueniat quod de aliquibus per quemdam Prophetam dictum fuit *i*; *Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt*, conformati nimirum huic sæculo.

Clem. Alexan. lib. 3. pædag. c.

h 1. Cor. 10. 48.

i Ose. 9. 10

Vel quarto ex eo, quod in epist. ad Galat. idem

Aposto-

DE ANIMA.

ia Apostolus ait; *De cetero nemo mihi molestus sit: Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo fero*: duplex alius subindicatur sensus istorum verborum sponsi, *Pone me vt signaculum*, &c. quod enim ait Apostolus duobus modis accipi potest: Aut, vt de cetero, & iam ex tunc nemo illi molestus esset, persuadens ipsi, vt haud tantis se subiiceret persecutionibus, tantasve subiret ærumnas, afflictiones, & dolores in ministerio verbi, & in obsequio Dei: quandoquidem insignia passionis Christi libentissime in corpore suo impressa portaret, iuxta id, quod & alias dixit: *b Semper mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferimus, vt & vita eius manifestetur in nobis*: quandoquidem: *c Christus passus est pro nobis, relinquens exemplum vt sequamur vestigia eius*: Sic, quod hic exposcit Christus cruci affixus nihil aliud erit, nisi vt mente, & opere in perferendis pro nomine eius tribulationibus, & ærumnis ipsum imitetur: vtve per mortificationem corpori suo insignia inprimat passionis eius Aut, vt amodo nemo de vlla alia re huius mundi, de vllo mundi respectu, de vllo interesse sibi aliquam ingerat molestiam quandoquidem ipse iam sit liber à seruitute mundi, Christi sanguine emptus de vana sæculi conuersatione, seruusq; effectus eiusdē Iesu Christi, cui seruit cum libertate spiritus. Exprimit vero hęc oia Apostolus efficacissima hac oratione, *d Ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto*, ad duas alludens consuetudines; ad eam, qua serui quibusdam notis igne candenti signari solent, vt quocumque tetenderint, illis notis dignoscantur, & quòd serui, ac mancipia sint, & cuius sint serui. Ita ergo Paulus seruum, ac mancipium Christi solus ab omnibus haberi, & in omnibus, vt talem se exhibeat, indulgere, se ait, ac si notis, & stigmatibus illius corpori suo impressis id exhiberet: Idq; & ipsemet Christus ab anima efflagitat, cum illi ait: *Pone me vt signaculum*, &c. Vult autem has notas *& super cor & super brachium* animæ poni, innuens, id optare; vt sicut operibus suam coram proximo exhibet Dei seruitutem, ita & intrinsecus mente pura, & intentione sancta eamdem exhibeat & coram Deo.

a Galat. 6. 17. — *In tribulationibus tolerandis Christū crucifixum imitari debemus.* — *b 2. Cor. 4. 10.* — *c 1. Petr. 2. 21.* — *Mortificatione imprimenda corpori nostro stigmata Christi.* — *Christi seruus liberū ab omni mūdi debitā qua libet re, & interesse mūdi, & carnis.* — *d Gal. 6. 17* — *Allusio.* — *Seruitus Dei a pia aia est exhibenda et coram proximis, & coram ipsomet Deo.*

Quamquam fortasse magis ad rem fuerit, vt dicamus, Apostolum Paulum in præcitatis verbis alludere ad alteram illam consuetudinē, qua (vt dictum est in prima litteræ expos.) qui vehementi inuicem se diligunt charitate, id moris habent in aliquibus Regionibus, vt candente ferro quasdam dilecti notas vel in corde imprimāt, vel in brachio, quibus & ipsimet excitentur iugiter ad maiorem dilectionem ipsam suam, tum eidem dilecto notam illam faciant, tum singulis aliis, quibus contigerit, notas illas inspicere. His ergo notis, se Christum duntaxat diligere, testari ait Apostolus, similibus se imprimi à pia anima super corde, & super brachio ipsius exposcit & Christus. Quod si vlterius exquiratur, quænam istæ sint notæ, ab eodem Apostolo Paulo id audiamus: *e Qui, scilicet Christus, & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris*: & *f Credente signati estis spiritu promissionis sancto*. Quis verò nesciat, Spiritū sanctum esse & ignem multo efficaciorem, quàm candens quodlibet ferrū, & amorem? Qua in re perpendendum discrimē, quo Christus, vt animæ dilectus notis se signauit ipsius animæ, quibus immensam suam in illam protestaretur charitatem: quove in eadem

Allusio. Charitatis & Spiritus sancti notis prestamur Christi seruitutem. — *e 2. Cor. 1. 2.* — *f Eph. 1. 13.*

A notis pariter signari se velit. Enimuero Christus acutissimo clauorum ferro illius stigmata sibi imprimenda curauit, idque summo cum dolore: propterea namque apud Isaiam dixit: *g Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et, si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui*, Id, quod notis ipsis atque stigmatibus manuum clauis cruci affixarum, probat, subiiciens: *Ecce in manibus meis descripsi te* ferro nimirum, atque sanguine. Quod si ferro animam in Christi manibus descriptam apertius significatum, videre quis velit, prophetiam illā legat, qua apud Zachariam ait Dominus: *Adducam seruum meum orientem, quia ecce lapis* (id est, corpus, & caro) *quem dedi coram Iesu* (quando B nimirum Verbum carnem assumpsit: quando incarnari feci filium meum, vt esset lapis angularis, & Iesus, & saluator mundi) *super lapidem vnum septem oculi sunt*: multa nimirū, & innumera vulnera super vnum eius sunt corpus, quæ septem dicuntur, vulgatissima illa sacrarum scripturarum phrasi, qua numerus septenarius pro indeterminato ponitur, secundum quam Augustinus lib. 3. de doctrina Christia. cap. 35. tantundem esse, inquit, quod dicitur in psal. 118. *Septies in die laudem dixi tibi*, atque id, quod dicitur in psalm. 33. *h Semper laus eius in ore meo*. Vocat autem vulnera Christi oculos: quia tanquam oculis quibusdam iis similibus, quibus decorus est pauo inter C aues pulcherrimus, Christus iisdem insignitus, ac decoratus sit vulneribus: aut melius: quia per illa tanquam per interni cordis sui oculos fideles, atque dilectas aspiciat animas, iisdemque summa prospiciat charitate. Id, quod ipsemet in præcitato Isaiæ loco subindicauit, quando postquam dixit, *Ego autem non obliuiscar tui, Ecce in manibus meis descripsi te*, addit illico: *i Muri tui coram me*; cum scilicet manibus ipsis meis, & per vulnera, quibus in manibus meis te descripsi, tibi, tuisque rebus prospiciam vniuersis. Porrò, quia inter vulnera Christi, ea in primis stigmatum, & notarum amoris eius erga animam nomen sortita fuere, quæ ferro vel in D manibus, vel in pedibus, vel etiam in corde impressa fuerunt, in prophetia Zachariæ, quam prę manibus habemus, addit Dominus: *k Ecce ego celabo sculpturam eius*. At verò idem Christus ab anima sponsa sua haud huiusce modi, tantoque dolore plenas sui exposcit notas, & stigmata; sed quas summa cū voluptate imprimere sibi queat, notas igne Spiritus sancti in corde, atque in brachio signatas: vt tantundem sit, *Pone me, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachiū tuum*, ac si diceret.

g Isa. 49. 15 — *Charitatis stigmatib. ferro signari voluit Christus, sic in suis manib. inscriptos describens.* — *Zach. 3. 4.* — *Vulnera in Christi corpore vt plures oculis in corpore pauonis* — *August.* — *Psalm. 118. 164.* — *h Ps. 33. 2.* — *Simile.* — *Vulnera Christi sūt oculi, quib. iustos aspicit.* — *i Isa. 49. 16* — *k Zach. 3. 9* — *Spiritus sā cti notis ob signari se vult. Christus in pia anima.*

Spiritum noli extinguere (vt aliquando dixit Apostolus) *l* me in interno Spiritus sancti feruore habeto in penetralibus cordis tui, meque E habeto pariter & in externo brachio operationum tuarum, opera illa exhibens, quæ sunt fructus eiusdem spiritus, de quibus Paulus ait: *m Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, benignitas*, &c. Id demum ab anima in his, *Pone me*, &c. exposcit Christus illius sponsus, quod idem Apost. in epist. ad Ro. ait: *n Vos in carne nō estis, sed in spiritu: si tamen Dei spiritus habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus verò viuit propter iustificationem*, &c.

PARAPHRASIS. — *l 1. Thes. 5.* — *m Galat. 5. 22.*

Haud tamen prætereunda est noua ratio explicandi hæc ipsa sponsi verba, *Pone me vt signaculum*,

DE ANIMA.

tuum, &c. per celeberrimum illum psalmi locum, quo Dauid affectu magno gratias Deo agens, ait: *a Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine; dedisti lætitiam in corde meo.* Quem locum, tametsi plures intelligant de signaculo imaginis Dei in nobis, alio tamen pacto intellectus alium nobis istorum suggerit sensum: vt tantumdem sit, *Pone me vt signaculum super cor tuum, & super brachium tuum*, ac si clarius diceretur.

a Psal. 4. 7.

Lex Dei ponenda a nobis super cor, & sup brachiũ vt signaculũ Christi impressum.

Imprime *super cor tuum* legem meam, meditans in ea die, ac nocte, cordisve voluntatem, desiderium, affectum, atque propensionem in eadem lege mea habens, prout dicitur in primo psalmo *b* de beato illo viro. Imprime pariter ipsam legem meam *super brachium tuum*, quo opera exercere soles, operans in illa, vt & tu quoq; digna sis, quæ in cælesti meo habites tabernaculo, iuxta illud psalmi 14. *c Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, cam.* nimirum, quæ in lege præcipitur. Declarantur autem hæc omnia per prælata verba psal. 4. Enimuero si prædicti psalmi consideremus textum, planè intelligemus, per lumen vultus Dei Prophetam intellexisse diuinam legem: cum enim in præcedentibus nonnulla dixisset de euitandis peccatis nedum externis, sed & internis, dicens: *d Irascimini, & nolite peccare; quæ dicitis in cordibus vestris & in cubilibus vestris compungimini*: cum & aliqua de bonis, quæ & extrinsecus, & intrinsecus forent facienda significasset, subiiciens: *Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in Domino*: Tandem, quia multi excusationes ad prædicta prætexerent, dicentes: *Quis ostendit nobis bona?* quis nos edocuit bona, quæ agere debeamus, vt iusti simus, & peccata vitemus? Respondet: *e Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*: Beneque adiicit: *Dedisti lætitiam in corde meo*, iuxta illud: *f Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Porrò ipsam Dei legem, quæ docet & bonum, quod sit faciendũ, & peccatum, quod sit euitandum, admodum cõgruẽter hoc expressit vocabulo luminis vultus Dei; nam si Salomon de sapientia viri prudentis loquens, ait: *g In facie prudentis lucet sapientia*, ita vt fortasse haud malè exinde inferri queat, sapiẽtiam prudentis esse, & nominari posse lumen faciei illius; multò certè congruentius id de lege Dei dici potest, in qua, & per quam Deus veram nobis exibuit sapientiam. Atq;, vt hoc nobis melius persuaderetur, effecit, vt & Moyses, *h* per quem tamquam per mediatorem id nobis exhibuit lumen, a facie, vultuque suo, lumen emitteret, dum legem ipsam populo deferret: vt lumine illo, quod in vultu Moysis effulgebat, ii, qui legem Dei ab ipso accipiebant, intelligerent, pari ratione eamdem legem a diuino vultu instar lucis emissam esse; atque adeo & lumen vultus Dei dicendam, prout per Salomonem significatum est, vbi legem aperte lucem appellauit, dicens: *i Mandatum lucerna est, & lex lux.*

b Psal. 1. 2.

PARAPHRASIS.

c Ps. 14. 1.

Lex Dei est lumen vultus illius.

d Psal. 4. 5.

e Psal. 4. 7.

f Psal. 118.

g Prou. 17. 24.

h Exod. 34

i Pro. 6. 23

Hoc supposito, dum Propheta Regius dicit hanc diuinam legem vt lumen vultus Dei signatam super nos, dumque & sponsus cælestis a pia exposcit anima, vt ipsum ponat *super cor, & super brachium suum vt signaculum*, indicatur, diuinam ipsam legem in corde hominum esse instar typorum, atque characterum, quibus prælo per artẽ typographiæ indelebiliter imprimitur quicquid promptum habere volumus ad legendum: Typi siquidem illi sunt etiam signacula quædam, cum

Simile.

Lex Dei in corde iusti est instar typorũ, & characterũ typographis.

A imprimant sui characterem, æque ac signacula, quæ & sigilla nuncupamus. Ideo bene Propheta eo vsus est verbo, *signatum est*, id, quod fortasse Dominus apud Isaiam subindicare voluit iis verbis: *K Signa legem meam in discipulis meis*: Quãuis non ignorem, ea alium quoque habere sensum antecedentibus congruentiorem. Porrò legis appellatione haud Moysis duntaxat legem intelligimus, sed multò magis legem Christi, & legem naturalem, quam alia appellatione aliqui dicunt lumen naturale, de quo lumine locutum Dauid, cum dixit: *l Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*; communior tenet sanctorum Patrum sententia. Quis vero dubitet, hanc naturæ legem, cui sanè consentiens extitit & lex Moysis, B & multo magis lex Christi, à Deo super nos impressam? quomodo ergo sponsus, hanc ipsam denuo à pia anima imprimi, exposcit super illius cor, & brachium? quia impressio est admodum diuersa sit ab impressione characterum, sensibilium. Enimuero, cum per lucem fiat, facillimè offuscatur, & quodammodo tollitur è corde hominis, vt primùm illud penetrarint tenebræ peccati, & obstinationis, atq; contemptus: *m Quæ enim societas*: ait Apostolus, *luci ad tenebras?* Atq; adeò nil frequentius in sacris litteris repetitum obseruamus, quàm vt in corde nostro sedulo custoditam seruemus legem Domini: Et de Redemptore C nostro, qui libere pro omni tempore dicere potuit; *n Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei*, asseuerãter ait Ioannes: *o Et tenebræ eum non comprehenderunt*: cum è contra singulis hominibus & Domini nostri competant verba, quib. apud eumdẽ Euangelistam dixit: *p Adhuc modicum lumen in vobis est: ambulate, dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant: Et, qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat.* Sed tamen, licet per tenebras contemptus, inobedientiæ, peccatorumque reliquorum facilè, vt dixi, quodãmodo lex ipsa Domini tollatur è corde nostro; facilè etiam eadem denuo imprimitur. Et ratio est; quia tollitur eo ipso modo, quo per tenebras è thesauro dicun- D tur tolli pretiosissimæ, ac fulgentissimæ gemmæ: quove per easdem tolluntur & flores multicolores è campo floribus ipsis pulcherrimo. Sicut enim tenebræ ita gemmas illas, illosve flores tollere dicuntur, quia ab humano eos tollunt aspectu: Licet enim adhuc sint in thesauro, atque in campo; ita tamẽ sunt, ac si non essent, quoad splẽdoris, & coloris pulchritudinem: Vnde fit, vt statim ac lux tenebras depulerit, cum denuo appareant, illico pariter & denuo thesauro, & campo reddantur: In eumdem modum lumen naturæ, quod super nos signatum à Domino est, lex naturalis, nec non, & lex vel per Moysem, vel per Iesum Christum à Deo exhibita, cum lux sit, facilli- E me per tenebras offuscatur, & suo modo ex humana tollitur anima. Verum, cum impressio ista non atramento facta fuerit, sed luce, vt primùm ipsamet anima signaculum cordi suo apposuerit lucis, illico denuo fieri dicitur illius eadem impressio: Ac propterea eiusdem animæ sponsus, qui est vera lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, nunc illi ait: *Pone me vt signaculum super cor tuum*: vt nimirum perpetuò legis suę hæc in eius corde perseueret impressio.

DE ANIMA.

k Isa. 8. 16

l Psal. 4. 7.

Lex Dei super cor nostrũ impressa a Deo, denuo imprimi dicitur à nobis, & quo modo.

m 2. Cor. 6. 14.

n Ps. 39. 9.

o Ioan. 1. 5

p Io. 12. 35

Lex Dei quo tolli dicatur a corde hominis.

Simile.

Lex Dei imprimi non potest nisi in corde puro.

Congruit autem optimè hoc loco istud impressionis vocabulum, cum subindicet nobis, quando Christus ab anima exposcit, vt ponatur ab ea super cor veluti signaculum, quo imprimatur lex

Dei;

DE ANIMA.

Legis Dei signaculum Christus, legis vero saculi mundus: ideoq; hae imprimuntur tenebrosis atramentis, illa autem imprimitur luce.

Dei; id pariter exposcere, vt studeat idem cor suũ ei exhibere purum instar chartæ candidæ; alioquin enim impressio pdicta fieri minime posset: Ex eodem quoque impressionis vocabulo preclarum colligere nobis licet discrimen legis Dei, atque legis huius mundi, quæ ambæ in hominum cordibus imprimi solent. Nam lex Dei pro signaculo proprio habet Christum veram lucem, qui est & primũ ipsius exemplar; atque adeo non atramẽto, vel colore alio imprimitur, sed luce, vt iam explicatum est: At verò lux mundi pro signaculo proprio ipsum habet mundum, quem tenebras appellauit Apostolus, vbi ait: *a Aduersus mundi rectores tenebrarum harum*, & cũ *b* aereos spiritus appellauit potestates tenebrarum harum; atque adeo nigerrimo fit atramento. Ex quo aliud consequitur discrimen, vt lux mundi ab ijs duntaxat legatur, qui sensuum lumine eam humano cordi impressam intueãtur; sicut impressio litterarum, quæ atramento facta sit, per sensibile duntaxat lumen; atque per sensus legitur: tantum enim abest, vt ea quid conferat lucis, vt frequenter etiam legentibus tenebras afferat cæcitatis. E contra lex Dei tunc melius legitur cordi impressa, cum sensuum lumine minime inspicitur: cum enim fit luce impressa, tunc melius legitur, cum sensuum adsint tenebræ, prout & de ea impressione, quæ per fulgentia sidera cęlis facta est, quave *cęli ipsi enarrant gloriam Dei*, dicere operæ pretium est: tantumque abest, vt hæc legis Dei impressio legentium obcæcet oculos, etiamsi illi numquam ab ipsa amoueãtur, vt eos potius illuminet, iuxta illud Psalmi: *c Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Est denique & tertium discrimẽ, quòd lex mundi, quæ atramento, vt dictum est, imprimitur, maximis laboribus opus habet, vt impressa exhibeatur, sicut & impressio ipsa atramenti, quę cum sionibus plurimis fit, ac sub durissimo prælo. Vnde Dauid in Psal. 93. *d* Deum alloquens, ait: *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?* id est, Nunquid aliquid tibi cõmune est cum throno, quo durissime, & iniquissime imperat mundus iste, qui totus in maligno pósitus est, vt & tu condas legem laboriosam, & duram? (Aut secundum Io. Chrysost. aliosve Græcos,) qui scilicet mundus, & sceleratorum hominum thronus fingit, formatque laboriosa loco statuti, & legis: cum è contra lex Dei facillimo negocio cordi nostro imprimatur: *e* est namque iugũ suaue, & onus leue; sicve facile, vt facile fit acris illuminatio, imprimitur: Cum enim luce, vt pariter dictum est, imprimatur, vt primũ lucis signaculum Christum animarũ sponsum super cor nostrum ponimus, illico fit eius impressio: atque etiam tamdiu impressio eadẽ perseuerat, quamdiu idem super cor nostrum persistit signaculum: opus enim hẽt iugi adhæsione signaculi, & Christi. Quia verò haud sat est, vt legem Dei quis custoditam feruet in corde, nisi & extrinsecus pariter eamdem custoditam ostendat in operatione, prout de Beato illo viro in Psal. 1. nedum dictum est. *f In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte:* Sed, vt ostensionem operationum eius secundum eamdem legem intelligeremus, adiectum est: *g Et erit tamquam lignũ, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo:* nõ alium certe fructum, quàm fructus lucis, de quibus Apostolus Paulus; *h Fructus lucis est in bonitate, & iustitia, & veritate:* quæ enim aduersus legem Dei fiunt opera, *i* merito ab eodem Apostolo opera vo-

a Eph. 6.12. b Colos. 1.13.

Lux mundi ab ijs legitur, qui sensuum tantum lumine vtũtur: lex verò Dei melius legitur absque hoc lumine sensuum.

c Psal. 18.1.

Lex mundi laboriosa, lux vero Dei facilis & iucũda.

d Psal. 18.9.

Io. Chrys.

e Matt. 11.30.

Lex Dei & operũ ostensione exhibenda est impressa super brachiũ nostrum.

f Psal. 1.2. g Psal. 1.3.

h Eph. 5.9. i Eph. 5.11.

cantur, & infructuosa, & tenebrarum. Ideo sponsus, qui signaculum legis est, & lucis, atque vt tale super cor sponsæ poni poposcit, cõsequenter addidit: *vt signaculum super brachium tuum*, scilicet pone me: quod idẽ est, atque illud, quod in Euangelio ipsemet alijs expressit verbis his: *Sic luceat lux vestra coram hominibus; vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui est in cęlis.* Matt. 5.16.

DE B. MARIA.

Vers. VI. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est B. Maria.

Quomodo Gloriosa Virgo Christum, cum in hoc sæculo degeret, *super cor* positum habuerit, sat ex iis constare potest Euangelii verbis: *k Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo*, quæ sæpius in superioribus à nobis tacta fuere. Quomodo verò positum pariter *vt signaculum super brachium* suum eumdem gestarit, sat obuiæ quæque illius imagines nobis id persuadent, quas cum ab antiquis, tum a recentioribus vbique ob oculos habemus propositas, in vlnis filium ipsum, sponsumque suum baiulantes. Porrò, quia quamdiu in hac vita perstitit Virgo Benedicta, vt doloris signaculũ illum & in corde habuit iugiter, & in brachio, siue cum paruulum ad brachiũ gestabat, vt signum, *l* cui iuxta Symeonis Prophetiam contradicendum erat: siue cũ eumdem inter brachia tenuit mortuum è cruce depositum: siue cum iugibus eius cor perfoderetur puncturis gladii illius, de quo per eundẽ Symeonem sibi dictũ acceperat: *m Tuam ipsius animam pertransibit gladius*: ita vt propterea & in hoc Cantico ipsamet hæc exponens dixerit: *n Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea:* id est super cor meum, *cõmorabitur*: *o* Et *Manus meæ distillauerunt myrrham.* Ideo congruũ quoque fuit, vt iam ex ista lacrymarũ valle discedens, cum in cœlũ progrederetur innixa super dilectũ suum (vt visum est supra) Christus ipse eius delectus totum se eidem tribuerit vt signaculũ, quonsque ad celsissimum cęlorum thronum pertingere posset, eoque penetrare, vbi per Euæ matris eius corruptionem fortissimis seris, atq; signaculis aditus omnes fuerant obsignati. Dicit autem ei, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum:* quia tunc in hanc formam illi innixa; cælos scanderet: vt ei similis sit locutio, qua sponsus teneram ad thalamum deducẽs dilectam sibi innitentem in hunc modum blandè illã alloquitur. Innitere super me, innitensque pone me super cor, & super me brachium tuum; instar signaculi tibi ero, quo viso a custodibus ædium nostrarum penetralia adibis vniuersa.

Verũ magis ad rem nostrã erit magisq; & antecedẽtibus, & subsequẽtibus consonũ, si dicamus, his verbis cælestẽ sponsam alludere ad morem illũ Principibus magis consuetũ, quo, cum cuipiã summũ exhibere volunt dilectionis, & confidentiæ indicium, suum illi præbent signaculum, quo rata, validaque reddantur quæcumque vel ad gratiam spectant, vel ad iustitiam. Sicut enim nullo isto maius a Rege exhiberi põt amoris specimen; quo vna cum signaculo & Regiam pariter dignitatem, & auctoritatem largiri videtur, quibus nihil habet charius, nihil præstantius: Ita & Christus

Maria Christũ paruulum posuit super cor, et super brachiũ vt signaculum.

k Luc. 2.19.

Maria posuit Xpm super cor, et super brachium, vt signaculũ doloris.

l Luc. 2.34. m Luc. 2.35.

n Cãt. 1.13. o Cãt. 5.5.

Maria in cęlum ascẽdens Christo innixa, eũ habuit vt signaculũ aduersus signacula, quibus aditus paradisi obsignati erãt.

Simile.

APPENDIX.

stus Rex ille pacificus, sponsusque cęlestis, postquam in pręcedenti versu B. Virgini significauit, se tunc maxime ipsam ad preces pro Iudaico populo fundendas suscitasse, cum super crucis throno tamquam Rex Iudæorum esset affixus, cum & illa *sub arbore mali* iuxta crucem staret, vbi eius *mater corrupta, & violata* fuit Synagoga; Nunc vlterius procedens, eo inquit suam erga ipsam processisse dilectionem; vt sicut illa particeps passionis suæ sub arbore extitit mali: ita ipse vicissim eamdem participem reddiderit dignitatis & auctoritatis Regiæ, seipsum ei largiens *vt signaculum* eorum omnium, quæ vel Dei conspectum adire merentur, vel è cęlesti regno ab omnipotente ipso Deo profluunt. Siue quæ ad iustitiam spectant, siue quæ gratiam concernunt, benignitatem, & misericordiam: vt conscia diuinorum secretorum effecta & ea, quæ è corde ipsius prodeunt desideria, precesque, & supplicationes, robur id omne habeant, quod ipsamet Dei voluntas haberet: *& brachium* pariter defensionis, quo dilectos suos tutari satagit, vires ferè easdem habeat, quas habet & brachium ipsius Dei.

Maria à Christo Rege facta particeps dignitatis ac potestatis Dei cū ille seipsum ei dederit ut Patris signaculum.

B

Vers. VI. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Caldaica. Dicent filij Israel in die illa Domino suo: obsecro te, pone nos sicut sculpturam annuli super cor tuum, & sicut sculpturam annuli super brachium tuum; vt non addamus vltra esse exules.

Veteres, quotquot vidi Patres, vno excepto Ruperto Abbate, sponso hæc tribuunt, & Christo domino; Multiplices autem eorum sensus ad tres reduci possunt præcipuos, iuxta triplicem signaculi operationem, & acceptionem. Qui communior est, nititur in eo signaculi effectu, quo sui imprimit characterem, & in eiusdem acceptione pro imagine, & charactere ipso impresso: ac si dicatur: Tene imaginem meam *super cor, & super brachium tuum*, vt exhibeas te mihi similem & in passione, & in omnibus alijs, & intrinsecus in cogitationibus, & extrinsecus in operationibus: & ex operibus tuis amici intelligant, te esse mihi similem; & inimici ab eorum moribus te videant alienum. Ita ferè Anselmus, sæpiusque Ambrosius in Psal. 118. serm. 15. vers. 5. & serm. 22. vers. 8. lib. de Isaac cap. 8. lib. de initiand. myster. cap. 7. lib. 6. de sacram. cap. 2. lib. de instit. Virg. cap. 17. & epist. 12. ad Irenæum.

Dei imago & intrinsecus, & extrinsecus seruanda, & exhibenda.

Anselm. Ambros.

Phil. Carpathius.

Ad peculiarem Christi crucifixi imaginem, & imitationem refert hæc ipsa eodem sensu Philo Carpathius, vt simile quid ei sit, quod aliàs à Domino dictum est: a *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*.

a Luc. 9. 23

Christi crucifixi imaginē in nobis exhibere debem⁹.

Theodoritus per animæ cor vim contemplatiuā accipiens, per brachium vero actiuam, Vult, ait, Saluator noster, vt eum pro signaculo in contēplationibus, & in actionib. nostris habeamus, & notā ipsius in omnibus tum dictis, tum factis imprimamus: Sic enim erūt vt numismata Regia nō adulterina, sed regiam imaginem proferentia.

Theod.

Imago Xp̄i & in contēplationibus & in actionib. nostris esse dēt impressa.

Eadem fere & Tres Patres, licet & alterū quoque indicent sensum, quem iam iam afferam: ita

TresPatr.

A enim hæc reddunt. In me exemplari permanens, mente seruans imaginem per veram contemplationem, & desiderium mei: vt autem, qua ad agendum vales, similitudinem seruans per actionem minime simulatam, ardentemque declinationem à malo: Sic enim ipse quoque in te manebo, tuasque vt signaculum, tum intelligendi, tum agendi potentias a rerum fragilium, & caducarum affectionibus integras conseruabo.

APPENDIX.

Ad eumdem primum sensum referenda sunt, quæ dicuntur à Gregorio Papa, & ab Aponio. Signum facta mens interius, & exterius portat, ait Gregorius, quia dum eius meditationib. assidue laborat, in exteriori actione eum imitari non cessat, quo eius dilecta esse dubitari non debeat.

Greg. PP. Aponius.

Vt militia symbolum, & signum habēdus a nobis Christus.

B Secundum Aponium verò idem est, ac si à Christo dicatur: Habe me in corde vt symbolum militibus à Duce traditum, quo amicos ab inimicis agnoscas; habe, vt signum in brachio, quo prohibeatur gladius commilitonis. Addit tamen Aponius, in his etiam verbis significari, frustra sibi plaudere animam, si Christum nō crediderit Dei sapientiam, quod est signaculum cordis, & Dei virtutem, quod est inuictum brachij signaculum. Quem sensum affert & Beda.

Beda.

Secundo sensu principali vocabulum signaculi refertur ad munimen; quia signaculo obsignari solent, quæ tuto seruanda sint. Hoc sensu Hieronymus ad finem epist. 22. ad Eustochium, ait:

Christus habēdus, ꝑ munimine nostro.

C Quotiescumque te vana sæculi delectauerit ambitio; quoties in mundo videris aliquid gloriosum, ad paradisum mente transgredere; esse incipe, quod futura es; & audies a sponso tuo; *Pone me sicut vmbraculum in corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo*: & corpore, pariter & mente munita clamabis, & dices: b *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, & flumina non operient eam*.

Hierony.

b Cā. 8. 7.

Clarius aūt Gregor. Papa lib. 29. moral. c. 4. Idcirco, ait, signaculum rebus ponitur; ne qua diripientiū præsumptione teneretur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur qñ fidei eius mysterium in custodiā nostræ cognitionis imprimitur, & aduersarius noster, cum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere non præsumat.

Greg. PP.

D

Alio modo Beda, Dominus noster ponendus est, inquit, vt *signaculum super cor* nostrum, *& signaculum super brachium* nostrum; vt cuncta, quæ in carne gessit, vel dixit, arcana esse, & cœlestia nouerimus.

Beda.

Et alia pariter ratione Anselmus: *Pone me* regētem *cor tuum*, & cogitationes tuas: vt pateat amicis, te continere mea secreta; & inimicis item pateat, ab eis secreta, quæ habes, esse clausa: habeasque me vt rectorem in omnibus operibus tuis.

Anselm.

Tertio sensu principali idem signaculi nomen pro annulo sumitur, atque pro signo memoriæ, quale deferri solet in digito, aut in brachio: vt

Xp̄us & in corde, & in operationes habendus, vt signifi- gnum iugis memoria.

E Christus ab Ecclesia, seu ab anima hoc petat, vt ipsum iugiter in corde, ac cogitationibus per fidem habeat, necnon & in brachio per dignam operationem: vt eius memoriam semper habeamus, ac rectè in illum credentes, fidem ipsam bonis operibus exornemus. Ita Cassiodorus, Beda, & Iustus Orgelitanus, indicatque Bernardus sermo. 15. in Cant.

Cassiodo. Beda. Iustus. Bernard.

Præter tres istos, est & sensus Ruperti Abbatis, qui haud sponso, sed sponsæ hęc tribuens, per Christi cor sacras intelligit scripturas; per brachium mirabilia eius opera narrata in ijsdem scripturis: vt Ecclesia, aut pia anima ab ipsomet Christo poscat, vt ponat eam vt *signaculum* defen-

Rup. Abb.

Scriptura sacra sunt cor Christi quæ tuentur Ecclesiam, signaculum.

siuum

LITTERA.

siuum prædictorum: & tantumdem sit, ac si dicat: Confidat in me *cor tuum*; roboretur ex adiutorio meo *brachium tuum*, sicut imperiale signum contra Iudæos, Paganos, & Hæreticos.

Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio.

Expositio prima. Iuxta sonum Litteræ.

SAt planè ex adhibita causali particula constat id, in quo Expositores omnes cōueniunt, allatam in his rationem maiorem præcedentis petitionis persuasionem. Et quidem, etsi nō desint, qui vt verba sponsæ hęc necessario sumūt, cum eidem & præcedentia tribuerint: ipse tamen non ambigo sponsi potius illa esse sicut, & superiora. Illud verò aliquid mihi ingerit difficultatis, atque adeo & dubitationis, quod de dilectione, & multo magis quod de æmulatione asseritur; cum nullum adiectum sit pronomen, ex quo colligi possit, de cuiusnam dilectione, & æmulatione hic verba fiant, & de quo ęmulationis genere. Est enim duplex æmulatio, seu duplex Zelus, vterque è vehementi consurgens amore. Altera æmulatio bona, quæ proprie est vehemens amor ille, cui adiunctus sit impetus, seu studium vlciscendi iniuriam amato illatam, & (vt vno verbo dicam) charitas, quæ ferre nequeat malū in amato: & reducitur potius ad perfectiorem amorem, qui dicitur amicitiæ, & vult bonum amato, quàm ad amorem concupiscentiæ, qui non tam amati vult bonum, quam amantis: qua æmulatione & zelo sæpius exarsisse legimus sanctos quosque; ita vt Elias aliquando dixerit: *a Zelo Zelatus sum pro Domino exercituum.* Altera vero æmulatio haud adeo bona, ea est, quę & ipsa vehemēs est amor cum adiuncto simili impetu vlciscendi iniuriam: in hoc tamen à prima differt, quòd impetus iste eius, cum nitatur in imperfectiori amore concupiscentiæ, directus magis est ad vlciscendam iniuriam eiusdem amantis, quā amati: ideoque zelus, atque æmulatio hæc, cum nimio studio malum in æmulante ipso, atque zelotypo ferre nequeat, damnatur sæpius nedum apud profanos, sed & in sacris litteris, iuxta illud Ecclesiastici. *b Dolor cordis & luctus, mulier Zelotypa; In muliere Zelotypa flagellum lingua, omnibus communicans*: quatenus mulier, in qua talis est æmulatio, lingua sua assiduè flagellat, & affligit virum suum querimonijs; ita vt in omnibus, quæ ab eo aguntur, semper querula sit, omnibusq; suas aduersus illum exponat querelas. Denique & vocabulum inferni auget præsentis loci difficultatem; cum incertum sit, an verè pro ipso sumendum sit inferno, vt communior, & sanior Expositorum pars tenet: an vero sumendum idem sit non tam pro loco illo pęnarum, quàm pro sepulchro, & loco, in quem cōduntur cadauera: quod ferè communiter asseritur ab Hebræis, quos libenter sequuntur Heretici: quamuis non desint & plerique etiam Catholicorum, qui idipsum sentiant, inter quos Theodoritus quoque annumerari potest, qui item pro morte idem sumit vocabulum, ac si vna duntaxat similitudo sit in vtraque parte.

Aemulatio et zelus duplex.

a 3. Re. 19. 10.

b. Eccl. 26. 8.

Inferni vocabulū qd significet, cui comparatur æmulatio.

Theod.

Non est præsentis loci disputare, an vocabulum istud inferni, & Hebræa vox שאול sceol sumatur aliquando in sacris litteris pro sepulchro: Est enim grauissima de hac re dissensio inter sacrarum litterarum peritos. At saniori, vt dictum est, inhærens sententiæ, quæ communis ferè omnium sanctorum est Patrum, pro loco pœnarum illud accipio: vt sponsus ad amplificandā, quoad fieri poterat, amoris, & charitatis vim, & tenacitatem, tres assumpserit similitudines rerum earum, quæ communi hominum consensu validissimæ habentur, mortis, inferni, atque ignis vehementis: quæve in eo in primis suum exhibeant robur, vt nulli rei cedentes, tenacissimè id seruēt, quod obtinuerint. Id quod apertè significat epithetum *Dura*, indicatque quod adiectum est ad similitudinem ignis, *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem*, &c. Vnde apparet, & primum epithetum, *fortis*, eodem sensu sumendum, prout antè illud sumpsit Symmachus, cum vertit, *δυσκαταμάχητος, inexpugnabilis*. Sicut autē hæc mihi sunt certa, ita & illud est certissimum, vt æmulationis, ac zeli nomen in bonum hoc loco sumatur: ita vt ex eo haud quippiam prauæ suspicionis de labe vlla in puritate amoris argui, aut inferri possit: Tametsi non ignorem, aliter alios sensisse, & in primis Aloysium Legionensem, qui arbitratus est, dilectum verbis hisce monere sponsam, gaudio se efferentem, ne quid suo erga ipsum amore indignum aliquando committat; eique amandi leges præscribere hoc potissimum loco, atq; tempore, quādo (vt ex superioribus constat) ipsorum mutuus amor ad summum peruenerat: Ac si dicat: Si meus erga te amor eatenus tibi charus est, ac esse debet, caueto, ne labe aliqua fidem, qua mihi es obstricta, commacules, aut amorem imminuas, quo me hactenus es prosecuta. Volo, vt me semper gestes in oculis, de me vno cogites: Etenim ipse amo te ardentissima charitate. Amore autem huiuscemodi, vt nihil est vehementius: ita nihil est ad quasuis minimas offensiones magis irritabile. Irritatus porro gignit suspiciones grauissimas, adeo vt infernus ipse, ipsaque mors præ eis flocci facienda sit.

LITTERA.

Symmach.

Legionensis sensus.

His suppositis, cum adhuc incertum sit, de cuiusnam amore hic verba fiant, sponsine, an sponsæ; cumque illud vnum sit certissimum, Salomonem in hisce omnes intendisse neruos, vt inexplicabiles, quoad tamen fieri posset, explicaret charitatis vires: tripliciter exponi hæc possunt: ac sicut nihil prohibet, quin & de amore ipsiusmet sponsi ea dicta sumantur, & de amore sponsæ, & etiam de amore in genere, qui sic celebretur, quo modo & in libro Prouerb. & in lib. Sapient. & in lib. Ecclesiast. sapientiam in genere sæpius celebratam videre est: ita nil prohibet, quin triplicem pariter eorumdem afferamus sensum.

I. SENSVS.

Primò enim, si de sponsi amore hæc accipiantur, congruentissimam simul, & efficacissimam idemmet sponsus affert in his rationem, qua id iure à sponsa efflagitasse significet, quod in præcedenti sententia ab illa poposcit, cum dixit. *Pone me vt signaculum super cor tuum*, &c. quādoquidem ipse ita illam diligeret, vt nulla vi eam à suo diuelli patiatur corde, vel oculis. Et eadem ratione efficacissimo medio idipsum ei persuadet, cum exploratum sit, aliàsve à nobis probatum, amoris nullum efficaciorē posse assignari causam, quàm ipsummet amantis amorem. Porrò adhibitis similitudinibus, & id tandem efficit in hac ratione, vt simul quoque præbeat illi modum, quo diligi ab illa velit, positus *vt signaculum super ipsius cor, atque brachium*: Aeque est autem, ac si dicat.

LITTERA. Debes autem me instar signaculi habere charum, cordique tuo instar signaculi habere impressum, atque in cunctis etiam operibus tuis habere ob oculos, vt vnicum dilectum tuum, cum & ipse pari ratione vt charissimã, maximéque dilectam meam ita indelebiliter te meo impressam habeam cordi, vt nulla vi, nullaue ratione diuelli ab eo queas: Est enim erga te mea *dilectio fortis aeque ac mors*; cum aeque ac mors nulli cedat rei: quin adeo ingens tui vlciscendi, ac defendendi meus est affectus; vt prae tenacitate ipsi non cedat inferno, qui quod semel apprehenderit, nulla vi à se finit auferri: Vel alio modo.

PARAPHRASIS. Quia & ipse ita te *vt signaculum* habeo *super cor ac super brachium* meum; ita te impressam in corde meo habeo, & in vniuersis operibus meis, vt prae tui dilectione mortuus in me sim, adeoquè pro tui defensione, & cura sim solicitus, quò iugibus tibi opem feram auxiliis, nouisque semper operibus meum tibi, altisve vniuersis patefaciam amoris ardorem; vt prae solicitudine ipsa duris inferni cruciatibus videar pregressus.

II SENSVS. Secundò, si de sponsae potius dilectione, & aemulatione haec dicta sumantur, aliam idemmet sponsus praedictorum hic affert rationem innixam facilitati eorum: sicve iuxta secundum illũ sensum, quod hic dicitur, tale est.

PARAPHRASIS. *Amor similis morti, & quomodo occidat.* Neque verò difficile tibi id erit, *vt portas me vt signaculum super cor, & super brachium tuum*, iugi me versans memoria, vt vnicum dilectum tuũ, iugique solicitudine ea operari satagens, quae vel mihi censeas grata, vel pro defensione dilectionis meae aestimes necessaria: quia eamet dilectio, qua me prosequeris, id in te effecit, vt transformata in me, mortua iã sis in temet. Quin & tanta tua est solicitudo, qua ex eiusdem dilectionis vehementia, perpetuaque aemulatione amoris, honorisve mei extrinsecus angeris; vt non verear, libere asserere, aemulationem istam tuam duram tibi esse instar inferni, cui nihil in ipsa cedit duritie.

Vt prima mortis similitudo absque hyperbole allata sit ad asserendum id, quod commune & antiquorum Philosophorum, & Theologorum dicitur affatu, Animam eius, qui diligit, esse magis, vbi amat, quam vbi animat: de quo saepius in nostris hisce comentarijs. Secunda verò similitudo inferni sit hyperbolica, summa energia vim exprimens aemulationis sponsae, qua iugiter pro suo solicita est dilecto.

III. SENSVS. *Amor riualem ferre non potest.* Tertiò denique, si de dilectione, & aemulatione, ac zelo in genere hic verba fieri, velimus, tertiam praeallatae suae petitionis idem sponsus assignabit rationem, per quam sponsa de eorum necessitate reddatur certior. Ratio autem ista in eo nititur, quòd amor ex sui natura duos simul compati nequeat riuales: Aeque enim est, ac si ipsemet sponsus dicat.

PARAPHRASIS. *Me* vnum, *vt* vnum duntaxat *signaculum*, vnumque dilectum tuo condas cordi, mihique vni opere te exhibeas dilectam: quia amor eius est naturae, vt fortissimus sit ad riualem quemlibet comprimendum. Ac sicut mors nulli parcit, ita nec ipse cuiquam indulget; estve instar inferni inflexibilis. Colligitur illius sensus veritas ex altero loco eiusdemmet Salomonis, qui in fine cap. sexti libri Prouerbiorum loquens de adultero, exprimensque, quomodo is ferri nequeat ab eo, qui vnus est mulieris vir, atque dilectus, haec habet: a *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi: & opprobrium illius non delebitur*. Explicans autem apertius haec omnia, simulque eorum afferens rationem, adiicit: *Quia Zelus, & furor viri non parcet in die vindictae, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima*. Quibus sanè postremis verbis quasi egregia paraphrasi ea exponuntur, quae duabus similitudinibus mortis, atque inferni à sponso hic dicta habemus. Quin ex eodem loco colligere quoquomodo possumus, haec à sponso dicta pro iis, qui adstabant, eius sodalibus, quosve supra in vers. 4. dilectae suae pulchritudinem admiraros audierat, non quod aliqua de sponsa ipsa ei suboriri potuerit suspicio, quam toties in praecedentibus, atque in isto vltimo in primis Actu, vniuersum ipsi vni amorem suum seruare, perceperat.

a Pro. 6. 32

Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus aemulatio.

Expositio secunda. De Prima sponsa, quae est Ecclesia sancta.

DE ECCLESIA.

I. SENSVS. SI id maxime Deó est in optatis, vt à tota Ecclesia vnicus habeatur dilectus, cui adscripta fetantur vniuersa, quae in ipsa sunt, bona vel doctrinae, vel morum: ita vt propterea ab illa poni se *super cor, ac super brachium*; & poni *vt signaculum*, atque annulum signatorium, efflagitarit, quo illi ea omnia custodita tutissimè seruarentur: Admodum congruenter modo efficacissimum eidem Ecclesiae proponit motiuum, quo ad id absque vlla resistentia impelli ea debeat: quia ipse solus ita eam dilexerit, vt dilectioni suae nihil passus sit obsistere, quomodo nec morti obsistere, quicquam potest. Quod quàm verum sit, explicatur peroptime ab Apostolo verbis hisce: b *Commendat Deus charitatem suam: quoniã, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum*. Enim vero si quid est, quod Dei dilectioni erga Ecclesiam obsistere possit, peccatum certè est quam maxime. Quod si nec peccatũ ipsum ei obstitit, quis ambigat, rectè illam dictam esse fortem vt mortem? Atque adeò bene dicebat Paulus: c *Commendat Deus, charitatem suam*, id est, palam facit, & manifestè ostẽdit vim charitatis suae; quòd ve in eiusdem charitatis fortitudine exprimenda nulla aptior adhiberi queat similitudo, quam fortitudinis mortis, quam nil est, quod valeat impedire. Hinc factum est, vt nec mors ipsa, quae peccato debebatur, eamdem Dei charitatem demorari potuerit: quandoquidem cum, adhuc peccatores essemus, ait Apostolus, ita vt & peccatis nostris, & mortis sententia Dei charitatem impedire debuissemus, tantum abest, vt eam impediuerimus; vt maiores potius illi dederimus vires, quibus mortem ipsam subire fecerit Deum carne indutum: quin & inexpugnabilem mortem eamdem deuicerit quando (vt per eumdem Apostolum dicitur) d *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea*, nimirum in mortem, vt tamdem Ecclesiam sanctificaret, *mundans eã lauacro aquae in verbo vitae*. Porrò per id, quod ab eodemmet Deo, qui tam validè dilexit Ecclesiã, eidem Ecclesiae hic dicitur, *Dura sicut infernus aemulatio*, duo praeclara significantur. Primum est vt

b Ro. 5. 8.

Charitati Dei nihil obsistere potuit, ideo dicta fortis vt mors.

c Rom. 5. 8.

Charitas morti subicit Deum.

d Eph. 5. 25

DE ECCLESIA.

vt Dei æmulatio, vehemenſque affectus Eccleſiã defendendi ob ingentem duritiem, & tenacitatem, atque ſoliditatem non modo tenaciſſimo rerum omnium non cedat inferno, à quo numquam dimittuntur, quos in ſe ſuſceperit: verum, quemadmodum in præcedentibus verbis, ita *fortis* dicta eſt eiuſdem Dei *dilectio, ſicut & mors*, vt & morti ipſi in eadem prælata ſit fortitudine: eadem ratione in hac inferni ſimilitudine ita duritiem, validiſſimamque ſoliditatem æmulationis ſuæ, ſtudiique ardentis tuendi Eccleſiam, duritiei Deus aſſimilat inferni, vt & inferno ipſo illam in eadem præferat duritie. Quod facto oſtenſum eſt; quandoquidem ipſa eius æmulatio Deũ impulit, vt & infernum ipſum duriſſimum adierit, eiuſve ſoluerit dolores, nedum carnem ſuam ab eius eruens corruptione, vt Petrus Apoſtolus iis conteſtatus eſt verbis: *Quem Deus* a *ſuſcitauit*, Chriſtum ſcilicet filium ſuum, *ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat, teneri illum ab eo, aſſerente Dauid* b *in illius perſona: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*: ſed & eos, qui captiui in ipſo tenebantur, ab illo extrahens, quos certè nullus extrahere potuiſſet è puris creaturis. Quæ omnia clarius ab ipſomet Deo expreſſa habemus apud Oſeam Prophetam, vbi ait: c *Ero mors tua, ò mors, morſus tuus ero, inferne*: per quæ deſignat, charitatem, æmulationemque ſuam in Eccleſiam tantum in fortitudine excelluiſſe, atque in duritie, & ſoliditate, vt præ fortitudine fortiſſimam rerum omnium occiderit mortem, quando pro hominum ſalute eidem ſe ſubiecit; & præ duritie duriſſimum pariter deuicerit infernum: quippe qui morderi ab illo permiſit, ſed cum morſu illo penetrari, & teneri ab illo nequiuerit, vt ipſo admodum durior, ab eius faucibus & eos eripuit Eccleſiæ ſanctos, qui ab illo deuorati iam fuerant. Quòd ſi quis & id pariter oſtendi ſibi velit, quomodo Dei erga Eccleſiam æmulatio inferno extiterit durior, nedum quoad illã eius partem, in qua ſancti ante Chriſti aduentum detinebantur, quamve alio nomine Limbum appellamus: verum etiam quoad partem illam, quæ alio nomine dicitur infernus inferior, in quo eſt maxima illius durities, cum in eo nulla ſit redemptio: hoc pariter ex dictis a Redemptore noſtro ad B. Petrum Eccleſiæ caput ſat euidenter probare poſſumus. Quid enim ſibi volunt ea verba, d *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, niſi, adeo ſolidè ſuper te duriſſimam petram ædificabo Eccleſiam meam, vt nec infernus ipſe, qui rerum omnium eſt duriſſimus, ei reſiſtere valeat? Quantumuis enim duras, & impenetrabiles habeat portas, tibi tamen obſiſtere eæ nequibunt, vt tuam impediant, ſententiam, qua quempiam ad illum deſtinatum ligaueris: Siquidem ex mea, qua pro te ſolicitus ſum, quave te tueor æmulatione, quæ *dura eſt ſicut infernus, Tibi dabo claues Regni cælorum: & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis*, id eſt, ſententia tua, qua aliquem ligaueris ſuper terram, tradens illum ſatanæ, &, ni eum pœnituerit, etiam inferno eumdem condemnans, rata erit & apud me in cælis: adeoque firma, dura, atque tenax; vt, ne duriſſimi inferni portæ obſiſtere ei valeant, quin ad tui iuſſum damnatos admittant.

Aemulatio Dei erga Eccleſiam durior ipſo inferno.

Charitas Dei, ſuperauit infernũ, cũ in illum Chriſtus deſcendit.

a Act. 2. 24

b Pſ. 15. 10

c Oſe. 13. 14.

Aemulatio Dei in Eccleſiam durior inferno inferiori.

Eccleſia inferno eſt potentior.

d Mat. 16. 18.

Alterum, quod per eadem verba, *Dura ſicut infernus æmulatio*, ſignificari dicebam, ex altera deſumitur ſignificatione iſtarum vocum, *Dura*,

A & *Aemulatio*: Nam, ſi æmulationis nomine deſignatum ſumpſerimus ardens Dei ſtudium tuendi Eccleſiam, quo illius puritatem illibatam ſeruare ſatagens, acriter eos caſtigat, quos illi idololatriæ, hæreſis, ſcelerumque aliorum maculas inurere animaduertit; & adiectiuum *Dura* pro dolorum grauitate, & duritie deſignanda poſitum acceperimus; præclariſſimum bonitatis Dei in hiſce ſubindicatum aduertere eſt encomium: quippe qui, cum aliquando Zelotem, & æmulatorem ſe exhibere cogitur, zelans Eccleſiam dilectam ſuã; ac propterea illos punire contendens, qui ſceleribus eam deturpant, dolores ita in ſeipſo ſentiat graues, vt ipſis inferni doloribus cõparari queãt. B Non quòd verè Deus aliquo afficiatur dolore, ſed quòd caſtigatio illa ita ab eius natura, & bonitate ſit aliena, vt, ſi inſtar hominis dolore concuti is poſſet; ob iſtiuſmodi æmulationem dolore cruciaretur tali, qui duriſſimis aſſimilari poſſet doloribus inferni, eo ipſo modo, quo Antropopathos apud Ieremiam ipſemet dixit: e *Ex quo locutus ſum de eo*, vt ſcilicet illum punirem, *adhuc recordabor eius: idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eũ*.

D. B ANIMA.

Zelotis & Aemulatoris nomen in Deo ſumtũ eius indicat bonitatem.

Deus, cũ punit peccatorẽ, quodam modo inferni dolorib. affici dicitur.

e Iere. 31. 20.

Ex Verſ. VI. Quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio.

C *Expoſitio Tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.*

DIlectiſſimus Chriſti diſcipulus Ioannes Apoſtolus, f *Qui nõ diligit*, inquit, *manet in morte*: & Dominus Ieſus in eiuſdem Ioannis Euangelio ait: g *Siquis ſermonem meum ſeruauerit* (me nimirum diligens; quia h *qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat*) *mortem non guſtabit in æternum*: Et nihilominus idemmet Ieſus piarum animarum ſponſus, vt ſponſæ ſuæ perſuadeat, ipſum iugiter habeat vt ſignaculum in corde, atque in brachio, eius imaginem impreſſam habens in cogitationibus, deſideriiſve, atque etiam in operibus ſuis, quo illi id perſuadeat, faciliimum iſtud futurum aſſerit ei, qui ardenter ipſum diligat; D quãdoquidem ipſius dilectio quædam mors eſt, cum & vim habeat ſeparandi, quomodo & mors: Nam ſicut mortis eſt proprium, vt animam ſeparet à corpore, idque fortitudine tanta; vt in ea ſeparatione nullus ſit, qui ei valeat obſiſtere; ita ardenti charitati piæ animæ in Deum id quoque peculiariter competit; vt robore ſanè maximo animam ipſam à ſemet ſeparatam mortuam quidem reddat in ſeſe, ſed in Deo, quem diligit, viuentẽ ita vt veriſſime dici illa debeat, quamdiu diligit, & per ipſam, qua Deum diligit, charitatẽ manere in morte, iuxta illud i Apoſtoli: *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in gloria*. Bene in gloria; quia viuens in Chriſto eam E ipſam guſtat mortem, qua in ſe mortua eſt; vt propter guſtum iſtiuſmodi audacter cum eodem Apoſtolo dicat: K *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum*. Ex quibus verbis rationem ſane optimam colligere poſſumus, qua illud omne diluatur difficultatis, quod ex præcitatis vel eiuſdem Chriſti, vel dilecti eius diſcipuli verbis aduerſus ea, quæ hic dicuntur, inſurgere videtur. Ratio enim, ob quam, qui non diligit Chriſtum, manere dicitur in morte, ea eſt; quia is, qui non diligit Chriſtum, pro Chriſto diligit mundum, & per dilectionem mundi imaginem in ſe impreſſam gerit eiuſdem mundi, quæ mortua eſt. Porrò, cum per amorem iam is ſibi mortuus ſit, cumve viuere

II. SENSVS.

f Io. 12. 17

g Ioã 8. 52

h Io. 14. 24.

Charitas eſt mors quædam.

i Coloſ. 3. 3

k Phi. 1. 21

Mundũ diligens quo dicatur manere in morte.

DE ANIMA.

satagat in mundo, qui mortem affert, ita manere dicendus est in morte; vt nihil ex morte ei proueniat lucri præter mortem ipsam, & mortem sẽpiternam; quodque grauissimum illi futurũ est, vt mortem ipsam gustaturus sit in æternum gustu sane omnium amarissimo. At verò is, qui Christum diligens, Christi in se gestat imaginem, in qua est vita, tametsi per charitatem mortuus sibi sit; in Christo tamen viuit: sicve mirabili sanè cõnexione vitam simul habet, & mortem: mortem quidem manifestam, propter quam, sicut dicitur mortuus, ita & dici potest manere in morte: Vitam verò absconditam in Christo, & in eius imagine, quam in se impressit, quamve per dictam lucratus est mortem, dum eius mortis dulcedinem suo percepit gustu. Vnde apparet, iam charitatem ac mortem ita redditas esse similes, vt nedum pari ratione sint fortes, sed & sibi inuicem nomina communicent, & arma, atque effectus; cũ & charitas, quæ vita est, mors dicta appareat; mors verò lucrum præstare dicatur, quòd exhibeatur charitate: & mors vitam afferre asseratur; charitas verò iaculis ipsius mortis vulnus inferre prędicetur, iuxta illud: *a Vulnerata charitate ego sum.*

Diligens Deũ habet simul vitã & mortẽ.

a Cant. 2. 5 iuxta Sept.

Per id, quod in secunda huius sententiæ parte adiicitur, *Dura sicut infernus*, nedum idipsum magis confirmat cælestis sponsus, quòd nimirum facillimum sit dilectæ suæ eum ponere *super cor, & super brachium vt signaculum*; quandoquidem sũma eum prosequatur & dilectione, & æmulatione, ardentique affectu de eius solicita sit honore; sed & simul mirum in modum hanc illius æmulationem, & solicitudinem extollit. Enimuero per hoc, quòd inferno similem eam asserit, triplicem in illam confert laudem. Primam, quòd, cũ quid contra Dei honorem fieri viderit, ob vehementissimos dolores, quibus afficitur, ipsa eius solicitudo dura, acrisve sit sicut infernus; Quod & Dauid apertius contestatur in psal. 17. *b Circumdederunt me*, inquit, *dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me*, ac si dicat: Quia iniquitas, qua Dei honor conculcatur, instar torrentis rapidissimi per orbem terrarum inundat, conturbatus quam maximè sum; ita vt dolores mortis me circumdederint; quin & dolores, qui nedum doloribus mortis, sed & durissimis adæquari queãt doloribus inferni; ideo bene subiicit: *Dolores inferni circumdederunt me.* Laudem porro secundã in eo sitam subindicat, quòd ob eamdem æmulationem ita solicita est de dilecti sui honore; vt haud modicum tempus doloribus ita grauibus ex Dei offensis angatur, sed & ob continuam solicitudinem istam doloribus angatur perpetuis; quippe qui, tametsi doloribus mortis comparari debeant propter eorum acerbitatem; ab illis tamen non occidatur, sed quasi in inferno iugi cõteratur dolore. Quod enim Dauid metaphora expressit comestionis, cum dixit: *c Quoniam Zelus domus tuæ comedit me*; per illud explicatur, quod ab eius filio Salomone in principio libri Prouerb. dicitur: *d Deglutiamus eum sicut infernus viuentem.* Enimvero id, quod in hoc mundo comeditur saltem per comestionem ipsam occiditur, occisoque nil reliquum est doloris: at quod infernus comedit, comeditur viuens, ita vt iugib. comestionis cõteratur dolorib. Vnde sub alia metaphora Propheta Regius iuges hosce exprimens dolores, ait: *e Tabescere me fecit Zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*: &, *Vidi præuaricantes, & tabescebam; quia eloquia tua non custodierunt*: Tabes quippe est febris, quæ consumit quidem, sed longo cruciat tempore. Tertiam denique æmulationis huius piæ animæ laudem per tertiam, subindicatur inferni proprietatem, quam idemmet Salomon affert in lib. Prouerb. *f* vbi infernum ipsum numerat inter quatuor, quæ asserit esse insaturabilia. Siquidem nec pia animæ æmulatio exsaturari potest accessionis, & augmenti gloriæ, honoris, & altitudinis Dei dilecti sui, quæ æmulatur, & pro quibus solicita semper est magis ac magis.

Zeli Dei laudes tres.

Zelus honoris Dei quã acri dolore cruciet sanctos.

b Psal. 17. 6.

Zelo Dei æstuans iugi cruciatur dolore ob Dei offensas.

c Prou. 1. 12.

d Psal. 118.

Zelus Dei quãque dolore vire Sancto.

e Psal. 118. 158.

Prou. 30. 16.

f Io. 2. 16.

Zelus honoris Dei insatiabilis sicut infernus.

III. SENSVS.

Circa tertium litteræ sensum, quo ea, quæ hic dicuntur, accipiuntur vt dicta in laudem charitatis in genere, multis philosophari licet. Ac primò notandum, neutram allatarum similitudinem esse sufficientem, seu adęquatam intentioni cœlestis sponsi; cum altera plus explicet, quàm per illam intendatur; altera verò & plus, & minus.

Consideremus primò primam. Quid aliud mortis similitudine explicare voluit Spiritus sãctus, cũ dixit, *Quia fortis est, vt mors, dilectio*, quã quòd charitas sit fortissima omnium, quæ sunt, quæve excogitare mens possit? Nam mortis tanta est fortitudo; vt nullus sit, qui resistere ei valeat, cum sic occidat leonẽ, sicut & agnum; sic elephantem, sicut & culicẽ; sic denique fortissimos quosque hominũ, sicut & maximè debiles. Nihilominus tam ingẽs eiusdẽ mortis fortitudo haud adęquatur fortitudini charitatis, quæ multò est illa fortior, id quod quinque confirmari potest rationibus.

Charitas est fortior morte.

Primò, quia mortis fortitudo haud tãta vnquã extitit, vt increatum Deum vel aggredi ausa sit: at charitatis vires eò peruenere, vt nedum immortalem sint aggressæ, sed & eum, qui alioquin inuincibilis est, vicerit, & occiderit. Per hoc siquidem maximas charitatis vires arguendas, docet B. Ioã. cum in epist. sua prima, quæ tota encomium est ipsius charitatis, ait: *g In hoc cognouimus charitatem Dei; quoniam ille animam suam pro nobis posuit*, idest charitatis vires in eo, quod illa in Deo effecit, cognoscemus peroptimè. Quod verò potissimũ charitatis virib. factũ est in Deo, occisio est: Quã. n. mors efficere nequibat animæ emissionẽ, ipsa effectum est charitate, propter quam vnam ille posuit animam suam pro nobis.

Charitas Deũ occidit quod per se efficere neq; bat mors.

g 1. Io. 3. 16.

Secũda ratio exinde desumitur, quòd quæ fortissima est mors, ab ipsa deuicta est charitate, quã dũ simul in Christo ad singulare certamen deuenere. Siquidẽ, tametsi primo impetu in eo certamine charitas ipsa vna cum Christo à morte visa sit superari; attamen instar præfortis illius Ducis, qui ab aduersario in terram se primò prosterni sinens, reassumptis postmodum viribus, gladio illum confodit, & victor tandem per campum obambulat: Et ipsa tunc temporis, cum Christus in cruce emisit spiritum, prostrata quidem visa est; reassumptis nihilominus, seu potius auctioribus exhibitis viribus, postmodum mortem ipsam penitus debellauit, iuxta illud Pauli: *h Absorpta est mors in victoria*: Sicve per mundi camptum victrix obambulans, eamdemque irridens ait; *Vbi est mors, victoria tua? vbi est, mors, stimulus tuus?* Putabas, te fortiorem me esse, qui & inuincibilem Deum superaui? Putabas, te ex me reuexisse victoriam, cum tibi aliquando cedere visa sim, quando immortalem tibi subiectũ esse permisi? At vbinam est nũc ista tua victoria? vbi est nũc stimulus tuus ille peccati, quo me confodisse videbaris? Iam superata

Charitas mortẽ debellauit in Christo.

Simile.

h 1. Cor. 15. 54.

Charitas irrisit mortem à se superatam.

DE ANIMA.

superata es: iam absorpta es in victoria, vti ad mei comparationem debilis maximo, maximeque infirma. Tertiò patet, charitatem ipsam morte esse fortiorem ex eo, quòd mors, post quam animam seiūxit a corpore, iam nihil amplius potest: at verò charitas nedum animā separat à corpore, æquè ac mors; sed & (quod multo est fortius) post animæ separationem, imò per separationem ipsam arctiori illam vinculo iungit cum corpore suo. Etenim primùm celsiori quadam ratione à carne separat animam, vniens eam Christo dilecto illius, adeò vt propterea dicat: *a Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus*: Tum per hanc ipsam separationem eam multò arctius iungit cum corpore suo, quàm iuncta eidem fuisset ante prædictam separationem. Mirabili namque mysterio propter validissimas eius vires ablata difficillima illa dissensione, & pugna, quæ ante separationem prædictam erat inter animam ipsam, & corpus, inter carnem, & spiritum, arctissima vnione & anima, & corpus inter se iunguntur, vincta funiculis eiusdem charitatis, quibus ita inuicem in vno colligantur Christo; vt & anima nihil aliud, quàm Christum velit; & caro eidem animæ subiecta, vnum ipsum sensibus vniuersis exquirat Christum. Ideoque Paulus, dum primam doleret dissentionem illam, & pugnam, propterquam infelicem se censebat, hasce magnopere exoptans separationem, atque vnionem eorumdem, ait: *b Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* subdit, faciendas per vnam charitatem, quam nomine gratiæ Dei appellat ob id, quòd præstantissimus sit eiusdem gratiæ effectus, dicens: *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*: Ac si dicat: Ipsa duntaxat charitas vires habet, vt hanc facere queat separationem: & per hanc carnis, & spiritus separationem perfectissimo modo corpus mortis cum anima in vno vniat Iesu Christo Domino nostro.

Charitas non solum separat animam a corpore vt mors, sed et separatam arctius eidem iūgit.

a Gal. 2. 20

b Rom. 7. 24.

Porrò ex admirabili hac vnione quartam quoque colligere licet rationem probantem, morte fortiorem esse charitatem: Siquidem mors, separans animam a corpore, sensus quoque omnes superat, haud ob id fortior dici debet, cum seiuncta à corpore anima, per ipsius animæ abscessum ipsi corporis sensus ita sint vincti; vt iam nil amplius supersit virium: At charitas fortissima iure proclamanda est, multoque eadem morte validior, cum post separationem animæ a corpore, vnionemque eorum in vno Christo, validissimis viribus præfortes, ac liberos in corpore ipso persistentes sensus deuincat; ita vt ipsos trahat secum, quocunque ei libuerit, vtaturque eis vt seruis. Post hanc quippe victoriam nec oculus quippiam intueri, nec auris quicquam audire attentat, quod charitatis non sit obiectum: nec manus quid operis aggrediuntur, quod imperatum non sit à charitate: nec aliquid lucrantur quod ad charitatem non referant: nec pedes pariter quòquam tendere audent, quo non impulerit charitas: siue per charitatem in sensibus vniuersis sentit Christus eius animæ dilectus, vt audacter anima ipsa cum Apostolo dicat: *c Mihi viuere, atque adeo & sentire, Christus est*.

Charitas fortior morte in eo, quòd separata anima a corpore, sensus deuincit adhuc viuentes.

c Phil. 1. 21.

Quinta demum, & extrema ratio ex soliditate desumitur, & perpetuitate eiusdem charitatis, vtpote cuius tanta est fortitudo, vt, cum a re nulla superari queat, numquam consumatur, nullumve habeat finem. Etenim mors fortissima certe est; cum viribus suis rem quamque consumat, & finem omnibus afferat: Nihilominus multo illa fortior dicenda est charitas, quam nec mors ipsa consumere valet. Mors, cum nihil aliud sit, quàm separatio animæ à corpore, post eum separationis actum nusquam iam est, siue iisdem viribus, quibus alia consumit, consumit pariter & seipsam: Sed charitas, tametsi per mortis vires ad tempus separetur a corpore, dum ab illo separatur & anima; haud tamen consumitur, aut finem habet: quinimo perfectior effecta, perseuerat in cælo validior, iuxta illud Apostoli: *d Charitas numquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue, &c.*

Charitas fortior morte, quòd non cōsumatur, nec habeat finem.

A

d 1. Cor. 13. 8.

Secunda, quæ in encomium eiusdem charitatis in genere, allata est similitudo inferni, cum ob ambiguitatem adiectiui, *dura*, dupliciter (vt visum est in præcedentibus) queat accipi: Vel, vt per illam exprimatur tenacitas durissima charitatis, eiusdemque affectus vehementissimi in amatum: hoc sensu accepta dum sermo est, de charitate, & æmulatione cuiusque sancti, qui in hoc sæculo adhuc vitam degat, hyperbolica est: Nam, licet qui in charitate radicatus, & fundatus est instar Pauli, vna cum ipso Paulo ob firmū propositum in charitate perseuerandi, firmamve fiduciam in Dei ope dicere queat: *f Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro*: haud tamen adhuc verè, nisi per hyperbolem ea dici potest *dura sicut infernus*, qui numquam dimittit, quod apprehenderit: quia ipsa eius charitas haud ei tollit libertatem arbitrij, propter quam semper a charitate potest declinare: Vnde fit, vt nec certitudinem habeat quis eiusdem in se existentis charitatis, præterquàm vel per reuelationem, vel coniecturalem, quam habuit Paulus.

B

C

Charitas in nullo, qui viuat in hac vita, dici potest dura sicut infernus, nisi per hyperbolem.

f Rom. 8. 35.

Vt tamen charitas, & æmulatio in genere charitatem, & æmulationem comprehendit Beatorum, atque etiam ipsius Dei; tunc eadem inferni similitudo haud hyperbolica est, sed adæquata quoad significatum immutabilis, & inflexibilis tenacitatis. Neque enim fieri potest, vt Beatus quis charitatem dimittat: sicut nec fieri potest vt infernus dimittat, quos comprehendit. Quinimo respectu charitatis Dei ipsamet inferni similitudo, sicut & prima similitudo mortis, deficit, nec totam exprimit eiusdem charitatis, & æmulationis duritiem, & tenacitatem: quia infernus, saltem per absolutam Dei potentiam dimittere eos potest, quos apprehenderit; cum charitas nullatenus à Deo queat dimitti, cuius natura est bonitas, ipsaque charitas: vnde & verissimè dicere potuit: *g In charitate perpetua dilexi*, addens, *& diligam te*.

D

Charitas beatorū dura vt infernus.

Charitas Dei durior inferno.

g Iere. 31. 3.

Quòd si per adiectiuum, *Dura*, non tam ipsa exprimatur tenacitas, quàm acerbitas dolorum, & cruciatuum comitantium æmulationem, ardensque eius charitatis studium defendendi dilectū, illius ve offensas vlciscendi: tunc certe eadem inferni similitudo hyperbolice semper sumenda est, de quacumque æmulatione sit sermo: præsertim, dum celebratur æmulatio Dei, quem nullus re vera attingere potest dolor. Estque hæc locutio, *Dura sicut infernus æmulatio*, ei similis, qua & Moyses ob ingentem, qua erga populum Israel flagrabat, charitatem, ardentissimumque studium eumdem vindicandi ab ira Dei, dixit ad Deum ipsum: *h Aut dimitte eis*

E

Aemulatio & zelus amoris Dei, & salutis proximi dicitur dura sicut infernus hyperbolice.

h Exo. 32. 32.

DE ANIMA.

hanc noxam, aut dele me de libro vitæ: quave & Paulus ob similem æmulationem ea protulit verba: *a Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis*. Ambo enim sancti isti ardentissima præditi charitate hyperbolim illius sententiæ, *Dura sicut infernus æmulatio*, sua expressere exhibitione: quandoquidem nil in inferno magis dãnatorum cruciat animum, quàm deletio de libro vitæ, & separatio a Deo, quam Theologi pœnam appellant damni.

a Rom. 9. 3

Dolores Christi quã duri sicut infernus.

Quamuis autem dicta inferni similitudo sic hoc loco sumpta, hyperbolice semper sit accipiẽda; haud tamen de qualibet æmulatione pari accipienda est hyperboli: Nam quoad dolorum acerbitatem æmulatio Christi erga genus humanum multò maiorem cum inferno habuit analogiam, quàm vlla alia æmulatio: nam, etsi verum sit, quod à Theologis asseritur, Christi dolores dolorum omnium, qui in hac vita percipi queãt, acerbissimos inferni doloribus minime æquiparãdos, verè nihilominus de eius charitate, & æmulatione dici id potuit; *Dura sicut infernus æmulatio*: quatenus eius æmulatio dolores illi causauit simillimos ipsis doloribus inferni. Enimuero cũ in sẽsibilibus inferni doloribus tria sint maximè acerba, traditio potestati dæmonum; omniũ partium, singulorumque sensuum, atque potentiarum cruciatus; & priuatio omnis consolationis: eorum similitudinem & Christus, quoad fieri potuit, in sua exhibuit æmulatione, in suis ve doloribus. Quòd enim potestati dæmonum se subiecerit, ex illiusmet patet verbis iis: *b Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*: Quòd in singulis membris, sensibus, atque potentiis idem acerbissimis affectus sit doloribus, tota passionis eius exponit narratio omnium Euangelistarum: Quod denique & omni destitutus fuerit consolatione, ipse sat per ea designauit verba, quibus morti proximus dixit: *c Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* de quibus aliàs actum a nobis est.

b Luc. 22. 53.

c Matt. 27. Pag. 261.

Cõtritio vere dici pãt dura sicut infernus.

Demum illud hoc loco haud prætermittendũ, istud æmulationis encomium, *Dura sicut infernus æmulatio*: maximè & in ea verificari æmulatione, qua veri pœnitentes per contritionem ob id in primis de peccatis a se iam admissis dolent, quòd per illa Deum offenderint, quem super omnia diligunt; cuius & offensas omni studio satagũt vindicare. Nam & contritio ipsa dura quodammodo est sicut infernus; quia sicut dolores inferni sunt super omnes dolores; ita & eiusdem contritionis dolor est super omnia, quatenus vniuersos excedit dolores alios, quibus dolendum esset pro qualibet alia re.

DE B. MARIA

A per mortem necata fuisset: ea, quæ sæpius citata sunt, indicant Symeonis verba, *d Tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Quòd vero eiusdem *æmulatio*, & solicitudo pro Christo *dura*, acerbaque extiterit, ita vt nulla aptiori similitudine explicari debuerit, quàm acerbitatis inferni, sat iis constat, qui magnitudinem, & fortitudinem prædictæ eius dilectionis penetrare studeãt; cum ea vulgata sit regula, vt amor, ac dolor æqua se habeant ratione circa vnam eamdemque rem, quæ fuerit dilecta.

d Luc. 2. 35. *Maria solicitudo pro Christo dura sicut infernus.*

ALIVS SENSVS.

Maria Xsti diuinã impertiuit potestatẽ in faciendis gratiis, & illa est confirmatam voluntati Dei eiusdẽque Dei Zelo affinem.

Congruunt tamen peroptimè, quæ hic dicũtur si sumantur vt ratio prædictorum *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculũ super brachiũ tuum*, iuxta eum sensum, quem in 4. illorum expositione vltimo loco attulimus, vt hæc locutio
B similis ei sit locutioni, qua Princeps dilectissimo cuipiam suum largiens signaculum, vt supra dictũ est, ita illum alloqueretur: Meum tibi trado signaculum, vnaque cum signaculo isto meo meã tibi impertio potestatem quoad gratias, & quoad iustitiam: quia sat mihi est cõpertũ, quàm a te diligar, quamve meæ sis æmulator voluntatis: sed & id quoque mihi est exploratissimum, quanta honoris, & maiestatis meæ flagres æmulatione ac Zelo. Pari siquidem modo Rex quoq; pacificus, & Rex Regum Christus dilectissimæ genitrici suæ Mariæ iam in cælo regnanti diuinam impertiens potestatem, & suammet Regiam digni-
C tatem, semet illi largiens vt Dei signaculum, quo illa preces, & desideria sua, nec non & vim defendendi, ac protegendi deuotos suos, ipso vt Regio, diuinoque signaculo redderet & rata, & valida, congruentissimè hæc adiicit: *Quia fortis est, vt mors, dilectio; dura sicut infernus æmulatio*: ac si dicat,

Libentissime me tibi exhibeo signaculum Dei Patris; quinimo rogo, vt *me ponas vt signaculum* super ea quę è corde tuo procedunt, vel desideria, vel preces: *& super brachium*, & robur, quo tuos defendere satagis deuotos: Quia sat noui dilectionem, qua Deum prosequeris, fortem esse vt mortem; cum propter illam perfectissima ratione di-
D uinæ conformata sis voluntati; & in te mortua, viuensque in illo, nil penitus velis, nisi quod velit & ipse. Nec ignoro, quo flagres zelo honoris, & maiestatis eiusdem; *cum æmulatio* ipsa tua instar inferni tenacissima sit; & si regnanti in cælo dolor contingere posset, haud minori sanè ob eãdem concuteretis dolorum acerbitate, quàm sũma illa sit dolorum durities, qua cruciantur, qui in infernum sunt detrusi: Vt efficacissima sit hyperbolica locutio.

Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut, &c.

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Maria dilectio erga Christũ fecum in hac vita degẽret, illi mortem causare apta erat.

HAud admodum laborandum nobis erit hæc exponere, si de iis verba fiant dilectione, & æmulatione Gloriosæ Virginis, quibus Christum prosecuta est, dum secum in hac vita is degeret; dumve illum *vt signaculum* poneret & *super cor, & super brachium*; vel quando paruulum illum baiulauit in vlnis, vel quando mortuum eum in suo habuit sinu: Quòd enim ipsa eius *dilectio fortis* extiterit *æquè ac mors*; ita vt, ni a Deo singulari fulta esset ope, per dilectionem æquè ac

E Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Quoniam fortis est vt mors dilectio deitatis tuæ, & robustus sicut gehenna zelus populorum, qui zelant nos.

Duas partes habet sententia ista, vtraque seiũctim pertractãda. Exordiar autẽ à prima, quæ hisce cõstat verbis, *Quia fortis est vt mors dilectio*: Cũ dilectionis vocabulũ duplicis sit significationis: Vel enim Dei in homines designat charitatem: Vel hominũ charitatẽ significat, qua & Deũ prosequuntur, & proximũ: Si primo modo sumatur, vnus,

Charitas subiecit Christum morti.

APPENDIX.

Ambrosi. Cassiod. Greg. PP. Iustus. Beda.

vnius, ac facilis est Patrum sensus; vt Dei, Christive *dilectio* dicta sit *fortis sicut mors*; quatenus Christus Iesus ea exarsit dilectione erga genus humanum, vt ab ipsa morti subiectus sit, quatenus dilectio mori eum fecit. Ita Ambr. lib. de Isaac cap. 8. Cassiodorus, Greg. Papa, Iustus Orgelitanus & Beda.

Charitas cur dicta fortis sicut mors.

August.

Quod si secundo modo idem sumatur dilectionis vocabulum, tunc multiplices vnius huius sententiæ, *Quia fortis vt mors dilectio*, à Patribus afferuntur sensus. Et quidem August. in episto. 39. ad Hieronym. tres tangit modicis hisce verbis; Meritò charitas dicta est sicut mors, siue quia nemo eã vincit; sicut mortem: siue quia in hac vita est vsq; ad mortem mensura charitatis, sicut Dominus ait; *Maiorem charitatem nemo habet, quàm, vt animam suam ponat quis pro amicis suis*: Siue potius, quia sicut mors animam auellit à sensibus carnis, sic charitas a concupiscentiis carnalibus. Atq. ad hos tres sensus facile reducuntur, quæ variis in locis vel ab ipso Aug. vel a ceteris Patrib. dicta reperiuntur. Enimuero, quam tertio loco affert August. huius dicti rationem, assignant, pertractántque idemmet Aug. enarratione in psal. 121. & tractat. 65. in Ioan. Tres Patres apud Theod. Cassio. Greg. Pap. hom. 7. in Euang. & lib. 10. moral. c. 12. Beda, Hugo de S. Vict. in principio libelli de laudibus charitatis, & Ansel. Hucque spectat, quod dicitur ab Ambrosio in lib. de Isaac c. 8. charitatẽ fortem dici sicut mortem: sicut mors est finis peccatorum; ita & charitas: quoniam qui diligit, peccare desinit. Id quod melius declaratur ab ipsomet Ambrosio serm. 15. in psalm. 118. versic. 8. his verbis: Valida est *charitas sicut mors*: Charitas. n. culpam, & omnia peccata mortificat. Charitas mortis ictus interimit. Deniq. morimur flagitiis, atque peccato, dum Domini mandata diligimus. Charitas est Deus, charitas Dei verbum est, quod est validum, & acutius omni gladio acutissimo, vsque ad diuisionem quidem animæ, ac spiritus, artusque, & intima penetrans medullarum. Similia habet & Bernardus, epistola. 43. ante dimidium.

Io. 15. 13

Charitas separat animam a corpore sicut mors.

August. Tres Patr. Cassiod. Greg. PP. Beda. Hug. Vict. Anselmus. Ambros.

Bernard.

Quem secundo loco assignauit August. sensum, vt quatenus mors est charitatis terminus, *charitas* ipsa *sicut mors* dicatur *fortis*, quandoquidem pro charitate tuenda mors ista contemnitur, afferunt, pertractantque Ambr. serm. 19. in ps. 118. vers. 4. Philo Carpathius, & Beda.

Charitatis terminus est mors, id eo sicut mors fortis ea dicitur.

Ambros. Beda. Philo. August. Theod. Anselmus

Quem verò primo loco attulit de inuincibilitate mortis pariter, atq. charitatis, quod ve tã mors, quam charitas omnia vincant, nec sit, qui eis obsistere queat, afferunt idemmet August. enarrat. in psalm. 49. & in psalm. 121. Theod. qui addit, charitatem morte ipsa esse fortiorem, quia & ipsam superat mortem, Atque Anselmus, dicens: Sicut mors impediri non potest, quin veniat; nec charitatem Dei impediri posse, quin saluationẽ faciat. Quamquam hoc, quod ait Anselmus; spectare videatur potius ad primam dilectionis acceptionem pro dilectione Dei in nos; Vnde addit, per mortẽ intelligi hic posse diabolum, vt sensus sit: Sicut diabolus inuincibiliter damnationem confert: ita dilectio Dei saluationem.

Charitas Dei impediri nequit sicut & mors.

Charitas magna quò dura dicatur sicut infernus, plures rationes

Secundam partem, *dura sicut infernus æmulatio*, communiori sensu in bonum interpretantur veteres Patres, sumentes æmulationis vocabulum pro vehementiori dilectione: vt quod in ea dicitur, ad idem spectet charitatis encomiũ. Qua verò ratione istiusmodi dilectio, & æmulatio comparetur inferno, & in duritie, diuersimode explicatur ab iisdem: Nam, si æmulatio, & vehementior Christi in homines dilectio celebrata sumatur, duobus modis *dura sicut infernus* ea asseritur. Primò secundum Cassiodorum, & Bedam; quia sicut infernus nescit misereri, & à pœnis mitigari; sic & Christus non potuit à misericordia cessare, nec desistere ab amore humani generis ob vllas improbitates. Secundò iuxta sententiam Philonis Carpathii; quia ob eiusdem dilectionis vim eò adductus est; vt & in infernum ipsum descẽderit.

APPENDIX.

Cassiodo. Beda.

Charitas Christi quò dura sicut infernus.

Philo.

Quòd si non tam Christi in nos, quam nostra in Christum ipsum dilectio, & æmulatio celebrata sumatur, *sicut infernus dura* ea dicitur multipliciter; Vel quia sicut infernus, quos semel acceperit, numquam dimittit, at durissime hos retinet semper: ita & vera, vehemensque dilectio, & æmulatio Dei durissime retinetur, ita vt, ac si a re nulla, nulloque tempore auferri queat, dicat Apostolus: *Quis nos separabit a charitate Dei? & certus sum, quia neque mors neque vita, &c. poterunt nos separare a charitate, quæ est in Christo Iesu*, prout asserunt Cassiodorus, & Beda. Vel quia qui hac succensus sit dilectione, nec suis ipsis parcit; quomodo nec infernus, vt asserit Ambrosius tum in lib. de Isaac cap. 8. tum in sermo. 15. super psalm. 118. vers. 8.

Charitas quò dura sicut infernus

Cassiodo. Beda.

Rom. 8. 35

Ambr.

Vel tertiò; quia ardens dilectio est insatiabilis in faciendo, & dando pro dilecto, sicut & infernus insatiabilis est, vt ait Anselmus. Quamquam idem Anselmus addat, etiam per æmulationis vocabulum accipi posse effectum ipsius æmulationis, qui ob id durus dicatur; quia efficere ea, quæ dilectio Dei exigit, vt plurimùm durissimum est carni. Et Hugo de Sancto Victore in libello de laudibus charitatis ob id eamdem æmulationem duram dictam asserit: quod faciat dura tolerare. Singulariter verò Philo Carpathius, æmulationem nostram duram dici, inquit, sicut infernum; quandoquidem precibus ex huiusmodi æmulatione prouenientibus animas a Purgatorio liberamus: frequens est enim & in Ecclesia mos, vt purgatorium inferni appellet vocabulo. Contrario sensu Rupertus Abbas, duram eamdem æmulationem dici, inquit, sicut infernum; quia inferno vero addicit, quatenus dilectio, & æmulatio Ecclesiæ, qua Christum prosequitur, quave sanctas illius tuetur scripturas, eos, qui aliquid contra easdem scripturas dicunt, quive contra diuinam Christi potentiam, & aduersus eius gesta quid prædicant, & morti, & inferno nulli parcens addicit per censuras Ecclesiasticas.

Hugo Vi. Philo Car.

A purgatorio liberãs aĩas dicitur charitas nostra dura vt infernus.

Rup. Abb.

Secundum Theodoritum haud noua similitudine per hæc celebratur æmulatio, & charitas: Inferni enim vocabulo mortem significatam censet ex opinione, ait, quæ inualuit, vt animaduersum à nobis fuit in prima expositione. Nec ab hac sententia crediderim, dissensisse Tres Patres apud eumdem, quippe qui ita hæc reddunt: Aemulatio propter me malo non cedit, sed tamquam infernus rationi repugnantes motus vincit, vinctosq;, ne progredi possint, coercet.

Theod.

Tres Patr.

Non desunt tamen, qui æmulationis vocem in malum sensum accipiunt pro inuidia: Vnde Cassiodorus, Quidam, ait, hoc, quod dicitur, *Dura est vt infernus æmulatio*, ad synagogam proprie referunt, quæ gentes æmulabatur, & inuidebat saluti eorum. Quam æmulationem duram dicit sicut infernum, inquit Beda: quia animam, quam ceperit impietatis peste consumit: vt in his verbis synagoga admoneatur, ne huiusmodi æmulatione cõtra Ecclesiam teneatur, cum eam viderit de deserto

Cassiod. Beda.

Aemulationis vocabulũ pro inuidia.

Synagoga æmulata Ecclesiam Gentium.

vitio-

LITTERA. vitiorum ascendisse, ac delicijs cælestibus affluentem, irreuocabili mente suo adhærere dilecto, ne fortè aliis inuidendo, bona, quæ ipsa habere poterat, amittat.

Iudæorum æmulatio cōtra Christū dura sicut infernus. Greg. PP. De eadē synagogæ æmulatione, at diuerso modo, ita hæc interpretatur Greg. Papa. *Dura vt infernus æmulatio*: quia dum synagoga Christum ad inferos posse transmittere se putauit, ei usque ad mortem corde immisericordi inuidit. *Vt infernus æmulatio dura* extitit; quia sicut infernus sine misericordia, quos tenet, cruciat; Sic Iudaica plebs Christum apprehendens sine respectu pietatis ad mortem trahebat.

Aponius. *Hæreticorū æmulatio quō dura sicut infernus.* Superbam Hæreticorum æmulationē hic dānatam censere videtur Aponius, quæ *dura sicut infernus* dicatur; quia superbè æmulando Ecclesiam, atq; Catholicos, p oīa æquatur diabolo, qui inferni uocabulo nuncupetur; quòd instar inferni, qui neque precibus, neq; lacrymis potest mollescere, & is ita est durus, vt nequeat à sua duritie molliri.

Ex Vers. VI. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Expositio Prima, iuxta sonum Litteræ.

EX multiplici significatu Hebraicæ uocis רשף resceph multiplex quidem versionum apud Interpretes exhibita est occasio. Licèt enim vox prædicta magis proprio significatu prunas significet, & carbones ac censos: vsurpatur nihilominus frequenter in sacris litteris ad exprimēdos eiusdē ignis effectus, & proprietates; quin & ad ea, quæ similes quoque habent effectus vt aues, & volatilia, quæ ignem in celeritate imitantur, vt Iob 5. vers. 8. ob eamdemque rationē & ad sagittas vt ps. 75. vers. 4. Ob id uerò, quod cito instar ignis conficiant, ad pestiferam ægritudinem, vt Deutero. 32. vers. 24. Quin ob eamdem rationem transfertur ad significandum quoque diabolum, vt Abachuc. 3. vers. 5. *Egredietur diabolus ante pedes eius.* Porrò, quia in ignitis carbonibus varij percipiuntur effectus, nempe lux, scintillatio, & scintillæ, flammę celeritas, atque impetus in erūpendo; noster Interpres effectum huius exprimens, cui tamen adiunctus sit eiusdem ignis calor, optime uertit: *Lampades eius lampades ignis*, idest ignitæ, *atque flammarum*: quomodo & scholion Gręcum legisse, inuenimus in annotationibus codicis Sept. in Vaticano impressi. Sexta editio expressit potius effectum scintillationis, cum vertit: *Scintillæ eius scintillæ ignis*. Symmachus effectum Symmach. uehementiæ, & impetus, sic enim uertit: *Impetus eius* (in plurali) *impetus ignis*. Sept. cum verterint, πτέρυγες αὐτῆς πτέρυγες πυρὸς φλόγες αὐτῆς. *Alæ*, seu *uolatilia eius alæ*, seu *volatilia ignis flamma* (in recto pluraliter) *eius*: vt certū quidē reliquerunt, ad effectū velocitatis se respexisse, at dubitandi ansam præbuerunt, An per alas, seu uolatilia translate significare uoluerint velocissimas ignis flammas; An verò item per translationem non tam celeres intelligere uoluerint flammas, quā celerrimas sagittas, quas vt alatas nouimus in psal. 90. uolantes dictas: a *A sagitta uolante in die*, & in psa. 75. appellatas τὰ κράτη τῶν τόξων, *potentias arcuum*. vbi Hieronymus ex Hebræo, *uolatilia arcus*. siquidem utrumq; sensum, ac signi-

a Psa. 90. 6
b Psa. 75. 4
Hieronym. Sagittę, alarū & volatiliū nomine appellatæ.

A ficatum patitur locus iste. Quamquam ipsum alarum nomen etiam proprie ab illis accipi potuit cum nouerimus, apud antiquos, amori datas, & alas, vt duplex sit vnius eorum versionis intellectus. Primus: *Alæ eius* scilicet charitatis, & æmulationis sunt *alæ ignis*, in quorum declarationem subijcitur, *flammæ eius*, scilicet sunt istæ illius alæ.

Secundus, *Sagittæ eius* celerrimæ *sagittæ ignis*, id est ignitæ, *flammæ eius*, scilicet sunt ipsæ eius sagittæ. Porrò iidem Septuag. [illegible] quæ in Hebraico textu est, vocem שלהבתיה scialhebethiah *flamma* (in genitiuo sing. [illegible]) Dei, Hebræa phrasi illa qua nomē Dei addi solet ad exag-
B gerationē, qua ve & *montes Dei* dicuntur, & *cedri Dei*, qui celsissimi sunt montiū, & cedri celsissimæ sunt cedrorū, legisse videntur שלהבת יה scialebetheha, quod facilè fieri potuit, cum adhuc adhibita non essent puncta: ideoque bene uerterunt, *flammæ eius*, pluraliter in recto. Noster autē Interpres quod Hebraica phrasi dicitur, *flamma Dei*, id est, ardentissimæ, optime explicauit, vertens, *atque flammarum*, iuxta aliam sacrarum scripturarum phrasim, qua (vt aliàs me quoque notasse recolo) in numero plurali pronūtiatur aliquid p epithasim, & amplificationem: vt tantumdem sit. *Lampades ignis, atque flammarum*, ac lampades ignis inflammatissimi; seu lampades ignis, & flāmæ maxi-
C mæ. Hæc pro cognitione variarum lectionum idgius fortasse dicta videantur cuipiam: at certè non abs re dicta ea sunt, quippe quæ ad plenum lectionis nostræ intellectum conferunt, & multiplices quoque suggerunt sensus, præsertim cū de spiritualibus agitur.

Dei nomē adijcitur sæpe in subsidium ad epithasim in scriptura.

In afferendo autem sensu soni litteræ totius huius sententiæ haud conueniunt Expositores. Quidam enim ad cruciatus hæc referunt ęmulationis, quam supra spōsus dixerat duram sicut infernum; ac si dicatur: Æmulatio, & zelus animam vrit æquè ac ignis, flammæque infernales. Quē sensum ex R. Salomone desumpsere Agathius, & SotoMaior. Neque à sensu isto admodum differt is, quem affert Legionensis, hæc referens item
D ad cruciatus suspicionum Zelotypi: ac si dicatur: Non sic corpus vrunt igniti carbones, facesque accensæ, ac suspiciones illæ, quas ęmulatio gignit, animum ęgritudine, atque cura conficiūt. Cui sensui ea fauet lectio Sept. *Sagittæ eius, sagittæ ignis, flamma eius.*

Zelotypia quā ardentibus vrat suspicionū flammis.
R. Salamō. Agathius. Soto Maioris. Legionen.

SENSVS. Verum cum in superioribus verbis, *Dura sicut infernus æmulatio*, iam ex toto hoc loco, in quo præstantissimum omnium prędictorum exponitur dilectionis encomium, vniuersas reiecerimus suspiciones; simplicius dicendum; in hisce tertia similitudine vehementius ignis, qui & res fortis-
E sima est, cui obsistere vix quicquam potest, sponsum robur idem exprimere charitatis, quod iam duabus expresserat similitudinibus mortis, atque inferni. Et necessario post prædictas similitudines sumptas è rebus, quarum fortitudo, & robur situm est in consumptione duntaxat, & corruptione, tertiam hanc adhibuit similitudinem ignis, quem iuxta Philosophorum dogmata maxime actiuum esse, nouimus. Quod si adhuc contendens, & ignē quoque esse maxime consumptiuum, quod certe non abnuo, quærat quis: in quo nam actiuitatis eius robur appareat, quod haud consumptio sit, sed perfectio: Ex variis certè pręsentis sententiæ versionibus facile illi responderi poterit. Quòd enim, vt est in accensis carbonibus, suum ipsum adhibitæ materiæ impertit calorē, quin

LITTERA. quin & igneam sui naturam,perfectio est; Quòd scintillis item,quas è se emittit, escam accendit, perfectio est,licèt per accidens esca illa corrumpatur: Quòd flammis volantibus illico calorem humido impertiat aeri,perfectio est: Ac demum,qd facibus splendoris sui lumen effundat, perfectio est. Quo loco notandum, quàm egregiè noster Interpres vniuersas perfectiones hasce expresserit lampadum metaphora,legens: *Lampades eius lampades ignis,atque flammarum*. Ac si diceretur.

PARAPHRASIS. Nedum instar mortis *dilectio est fortis, duraque* instar inferni; sed & fortissima quoque est in agẽdo,& perficiendo: est enim instar ignis,atq. adeò veluti accensis lampadibus sui exhibet indicia; & quæ intrinsecus amãtis cor reddit igneũ,extrinsecus pariter luce beneficiorũ,& gratiarũ scintillis sese manifestat; simulque quasi facibus ignitis cor pariter succendit amati, idque summa cum celeritate,& vehemẽtia. *Lampades* namque *illius* haud sunt simplicis ignis, sed sunt *lampades flammarũ* summo cum impetu inflammantes.

Porrò sensus iste facile accommodari potest tum ad sensum primum præcedentium verborũ; iuxta quem commendabatur dilectio sponsi; tum ad sensum secundum,in quo celebratur charitas sponsæ; cum denique & ad tertium, iuxta quem ibi actum vidimus de amore in genere.

Amor ardet,& vrit. Nititur autem præsens dilectionis encomium, iuxta hunc sensum acceptum,super tribus fundamentis,circa quæ multa forent dicenda,ni sæpius de iis actum à nobis fuisset in superioribus. Quorum primum id est,quòd communi tũ sacrarũ, tũ profanarum litterarum afflatu amori, & charitati effectus tribuitur ardendi,& vrendi; atque adeo & vulgato ignis vocabulo nuncupatur: pro quo sat illud sit,quod in Euangelio dictum reperimus a cælesti sponso: *a Ignem veni mittere in mundum & quid volo,nisi vt accendatur?* Secundum verò, ea est conclusio,quam & Philosophi, & Theologi certissimam supponunt,amorem nullam habere sui causam validiorem,quam amorem, vt optime probat S.Thom.q.27.art.4. sicut ignis præ ceteris omnibus ignem in alio accẽdit. Ex hoc enim prouenit,vt dilectio,quæ intra cor ardet amantis cum foras erumpit, instar ardentis facis etiam cor succendat amati, iuxta illud: Si uis amari, ama: Vnde & Ioannes dilectus Christi discipulus hanc ipsam conclusionem vt irrefragabilem supponẽs: *b Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos*: ac si dicat: Cum Deus nostri combustus sit dilectione, certè qui in illius præcordiis exæstuat ignis,corda quoq. nostra sui succendit charitate: quam obrem hoc igne flagrantes eum diligamus. Tertium denique eiusdem sensus fundamentum id est,quod & quotidiano probamus experimento,per beneficiorum exhibitionem quasdam quasi per lampades internam manifestari dilectionem,iuxta illud Gregorij: Ostensio dilectionis,exhibitio est operis: ipsaque beneficia nedum lucem exhibere dilectionis, sed & ignis quoque ardorem,igneumque amorem vehementius celeriusve impertire,suscitare,atque succendere, vel si in inimicum conferantur,iuxta illud *c* Prouerbior.ab Apostolo in epist. ad Ro. vsurpatum: *d Si esurierit inimicus tuus,ciba illum, si sitit, potum da illi, Sic enim carbones,seu prunas congeres super caput eius*: Quem locum Aug.ser.168. de tempore circa mediũ,reiecta opinione illa,quæ de prunis ignis infernalis eum intelligit, ex sentẽtia sanctorum Patrum intelligendum asserit de carbonibus, & prunis charitatis,quibus per beneficia ipsa mens

a Luc.12.49

Amoris causa potissima amor.

b 1.Io.4.9

Beneficia Indicia sunt internæ amoris.

Greg.Pp.

Beneficia collata ad amoré accẽdunt etiã inimicos.

c Pro.25.21.

d Rom.12.3.

August.

A vel ipsius inimici succenditur. Placetque mihi quàm maximè quod in commentariis super citatum Prouerbior.locum notat Cornelius Iãsenius ponderans vim verbi *congeres,& coacernabis*,quo ibi vsi sunt Septuag. Beneficia ipsa tales esse prunas,quæ totum hominem amore succendant, instar prunarum in aceruum ita magnum congestarum,vt earũ vis caput hominis excedat. Id, quod multò efficacius hoc loco idem expressit Salomõ, cum de dilectione verba faciens,& de æmulatione,qua dilectio ipsa impetu magno in dilectum erũpit, haud sat ei fuit dicere, *Lampades eius, lampades ignis*; sed & id quoque addit, *atque flammarum*,maxime scilicet eleuatarum: & quibus nedũ B caput superetur amati, sed & summa celeritate idem vehementissima succendatur charitate; quæ ve sic succendant, vt nil eis obsistere queat, vel si grauissimum præcesserit odium, implacabilesve inimicitiæ: sunt enim lampades, ac iuxta lectionem Hebr. *prunæ ignis flamma Dei*, cui nihil est, quod resistere valeat.

LITTERA.

Iansenius.

I. SENSVS. LECT. SEPT. *Beneficia sunt alæ.* Quæ omnia apertius forte designantur per versionem Septuag. Nam,siue eam legamus: *Alæ eius, alæ ignis flammæ eius*,scilicet dilectionis,& æmulationis,significat,Beneficia,studiaque,quibus instar flammarum foras erumpit dilectio, quæ instar ignis in corde ardet amantis, esse alas eiusdẽ dilectionis,alasve prædicti ignis,quibus præcorC dia exuruntur eiusdem amantis; esse inquam eius alas,quib. pernicissimo volatu ignis ille inflammationem efficit cordis,& eius,in quem ipsa confert beneficia.

II. SENSVS. LECT. SEPT. *Beneficia sunt sagittæ amoris.* Quòd si legamus: *Sagitta eius sagitta ignis, flammæ eius*: modus pariter istorum omnium per eadem significatur, vt tantumdem sit, ac si dicatur. Beneficia eius, quæ ex succenso intrinsecus igne dilectionis,instar flammarum splendentium, atque ardentium,foras erumpunt,sunt *sagittæ,& sagittæ ignis*: vt pote quæ ab ardente amantis corde in cor eiaculantur amati,succensoque illius corde totum planè illum eodem adurunt igne charitatis: iuxta id,quod in sensibilibus quoque febrib. animaduertimus,vt feruentibus præcordijs, ijs ipD sis,qui circa illa ardent,æstibus, vniuersum quoque corpus adustum sit.

Ex Versic. VI. Lampades eius lampades ignis,atque flammarum.

Expositio secunda. De prima sponsa,quæ est Ecclesia sancta.

NEmo e *accendit lucernam, & ponit eam sub modio,sed super candelabrum; vt luceant omnibus,qui in domo sunt*, ait Dominus Iesus Ecclesiæ E sponsus; quodque verbo in hisce significauit, idipsum in sacra passione sua exhibuit & facto,quando & iuxta id,quod dicitur in libro Iob, *f Lampas* fuerat *contempta apud cogitationes diuitum*, atque in eorum æstimatione, quibus diuitiæ lucebant,& res huius sæculi, *parata* tamen *ad tempus statutum*,vt luceret,& arderet,adueniente præordinato isto passionis suæ tempore,semetipsum vt lucernam ardentem super crucis candelabrum videndum omnibus exposuit, charitate combustũ, prout visum est in ijs,quę habita fuere supra in c. 3.iuxta Hebr.lectionem: *g Medium eius combustum charitate propter filias Ierusalem*: Ex charitatẽ ipsam suam vt facem ardentissimam super idem cande-

e Luc.11.33.

Passionis tẽpore Christus vt lãpadẽ accensam se exhibuit super crucis candelabrum.

f Iob.12.5.

Pag.509.

g Cã.3.10.

DE ECCLESIA.

candelabrum erexit: quin vnà cum maxima lampade ista sua, atque ex lampade ista plures emittit ipsiusmet dilectionis suæ scintillas, quæ haud essent instar aliarum scintillarum cito transeuntium, & deficientium, sed instar carbonum, prunarumque, ac etiam instar lampadum ignitarum, & instar plurimarum flammarum, & flammarum Dei.

Charitas super crucẽ à Christo exhibita, dicitur lãpas habens plures lampadas.

Bene autem Christi dilectio super Crucem exhibita & vna dicitur lampas, & plures lampades habens: Dominus enim Iesus, qui in natiuitate egressus fuerat vt splendor, in passione ipsa sua accensus est, vt lampas, prout per Isaiam prænuntiatũ fuerat, vbi dicitur: a *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur*: idest cũ Christus Dominus iustus noster mundo exoriens, è cælis egressus fuerit vt splendor, clamante eius luce, tunc ipse tacebo, & quiescam: idque multo magis cũ idem propter nimiã charitatem suam salutem super crucem operãs in medio terræ, vt lampas accendetur, clamante simul, & inflammante ipsa eius dilectione lãpade illa ardentissima, quæ toto in eius corpore splendet. Plures verò habuit lampades vna ista Christi corporis, ac dilectionis lampas, totque, quot in eodem corpore fuerunt & vulnera: sed illa in primis, quæ in manibus, pedibusve, & in latere ipsius conspiciuntur; quippe quæ tantũ illius charitatem illustrant; vt verè cæcus dicendus sit, qui istorum vulnerum lucẽ illam non videat. Porrò vulnera ista haud *lampades* dilectionis Christi dicuntur simpliciter, sed *lampades ignis*: vt, qui ex eis proueniunt, subindicarentur effectus illis omnino similes, quos & ignis efficere solet: Siquidem præter prædictum effectum illuminationis, & præter innumeros alios compassionis, cõtritionis, abominationis peccatorum, spei cælestis patriæ, atque inexplicabilium consolationum, præ ceteris vniuersis charitatis ignem in nobis accendunt, diuinæque gratię nitorẽ nobis impertiunt, atque per Sacramentorum exhibitionẽ purificatos nos roborant.

a Isa. 62. 1.

Vulnera Christi lampades sunt charitatis illius.

Vulnerum Christi effectus varij.

Neque verò sine mysterio lampades istæ dilectionis Christi nedum dicuntur *lampades ignis*, verum etiã *lampades flammarum*; Nec enim sunt vt reliquæ lampades dilectionis humanæ, quæ exiguam, & tenuem habet flammulam ignis charitatis; sed plurimis, ijsque maximis flammis ardent, quibus & vniuersum terrarum Orbem illustrant, socordiæque frigus ab eo expellunt, & vel corruptissimos quosque spiritus purgant, tutum periclitantibus indicant confugium, & tandem maximæ lætitiæ exhibent signum.

Vulneribus Christi expellitur ab Ecclesia frigus, & torpor segnitiei ac tenebra ignorantiæ.

Simile.

Enimuerò, quẽadmodum in magno exercitu, qñ prę ingenti frigore militũ corpora algent, nocturno tpe cõplures per campum accendi solent flammæ, quibus & tenebræ simul, & frigus fugentur: Ita cœlestis quoque Ecclesiæ sponsus, eiusdẽque exercitus Dux, vigente torporis, atque socordiæ frigore, tenebrisque ignorantię vndequaque diffusis in campo huius mundi, ita vt homines nec scirent, nec possent sese mouere ad bene operandum, magnas hasce *lampades flammarum*, vulnera ipsa sua accendit, quibus & ignorantiæ tenebrę, & torpor omnis ab hominibus possent expelli.

Vulneribus Xpi purgatæ animæ à peste peccati.

Quamquam & ob id pariter easdem accendit lãpades; vt sicut aer corruptus, ac pestilens plurimis, magnisve flammis solet purgari, prout Athenis ab Agrona eximio illo Medico factum ferunt, teste Celio Rhodigin. lib. 24. var. lect. cap. 22. Ita & ipse flammis hisce vulnerum suorum accensis in corpore suo, vniuersum orbem à maxima peccati pestilentia, animarumque corruptione seruaret.

DE ECCLESIA. Rhodigin.

Vulneribus Christi, vt accensis lãpadibus super turri ostenditur fidelib. tutũ confugium.

Quòd si in editissimis turribus magnę accendi solent lampades flammarũ, vt per eas qui in mari periclitantur, intelligãt, quò confugere debeant, siue iactentur à fluctibus, siue pyratarum periculo subsint: Et Christus quoque super excelsam crucis turrim sacrorum istorum vulnerum accendit lampades flammarum: vt qui in mari magno, & spatioso manibus, in hoc sæculo naufragantur, vel dæmonum tentationibus iactati, vel persecutionum, ærumnarum, ac tribulationum concussione turbati horum vulnerum aspectu intelligant, tutissimum sibi paratum in crucis ipsius turri confugium; ita vt libere cum Propheta dicere possint; *Quoniam tu es Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum*.

Simile. *Vulnera Christi vt lãpades, & flammæ accẽsa in signum lætitiæ.*

Quinimo, quemadmodum & quando Rex quispiam possessionem adit alicuius Regni, vel etiam cum insigne aliquod munus, seu priuilegiũ concedit populo; aut cum celebrem ex hostibus reuexit victoriam, frequentes, & maximæ super editiora loca accẽduntur lampades flammarum in signum lætitiæ, exultationis, & solemnitatis: Ita & Rex noster pacificus Ecclesiæ sponsus eorũdem vulnerum, & lampades accendit, & flãmas in signum lætitiæ, vt ea intuentes, celeberrimam agamus solemnitatem, maximoque exultemus gaudio, cum b *Dominus regnauit à ligno*; cum in signis illa Domino cõtigerit victoria, qua c *Princeps huius mũdi eiectus est foras, & absorpta est mors in victoria*; cũ singulare illud redemptionis priuilegium fideli collatum sit populo, vt iam sit d *gens sancta, populus acquisitionis, & regale sacerdotium*.

b Ps. 95. 10 iuxta psal. Rom
c Io. 12. 31
d 1. Cor. 15 54.
1. Pet. 2. 9.

Vulnera Christi sũt carbones igne succẽsi.

Porrò vulnera ista sanctissima, quæ iuxta lectionẽ Vulgatæ dicta vidimus *lampades* dilectionis, æmulationisve Christi, *lampadesve flammarũ*, in textu Hebraico dicuntur *carbones* eiusdẽ dilectionis, & *carbones ignis*, nec non & *flamma Dei*. Et quidẽ carbones ea bene dicuntur; quia instar carbonum nigra, & ignominiosa infidelibus, ac prauis videantur hominibus, iuxta illud Apostoli: e *Verbum crucis pereuntibus stultitia est: cum è contra iis, qui salui fiunt*, idest, fidelibus *Dei uirtus sit*: Vt pote quibus, etsi Christi vulnera carbones sint, non sunt tñ carbones extincti, ac turpes, & nigri; sed *carbones ignis*, charitatis ignẽ præ se ferentes: his quippe est exploratum; quia placuit Deo per hæc vulnera operari mirabilia; quia f *inclinauit cœlos, & descendit*, quando è cœlis ipsis in terram descendit, sed & vulnera, quæ prius instar nigerrimorum carbonum habebantur, cum hominibus infligerentur, passionis tempore super Crucis focum vti carbones succendit in corpore suo; ita vt propter charitatis ignem, quo succensa erãt vulnera ipsa sua, iã dicerentur & carbones ignis, & carbones g desolatorij, vt pote per quos terra ab omni desolata sit malitia, & iniquitate, animęque credentium ab omni desolatæ sint nequitia.

e 1. Cor. 1. 18.
f Psal. 17. 9

Vulnera Christi carbones ignis, & desolatorij.

g Ps. 119. 4.

Quamquam ob aliam quoque rationem eadem vulnera, & carbones desolatorii dicta sunt, & carbones ignis: nimirum, quia Christi corpus ab eius sacratissima desolarunt anima, & quia totum idẽ Christi corpus eodem charitatis igne combustũ reddiderunt, vt super crucis altare æterno Patri esset gratum, & acceptum holocaustum; cui iam vete-

DE ANIMA. vetera illa agnorum, ac vitulorum holocauſta eſſent abominationi, prout aliàs ex loco pſalmi 39. relato ab Apoſtolo in epiſtol. ad Hebr. a *Sacrificium, et oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtum, & pro peccato non expoſtulaſti,* &c. ſat probauimus.

a Heb. 10. 5.

Vulnera Christi dicuntur flãmæ Dei. Cum autem hac ratione in holocauſtum Patri oblatus ſit Chriſtus, totus per carbones hoſce igne combuſtus charitatis, nil mirum ſi eadẽ eius vulnera, iidemque carbones *ignis* dicti ſint, *& flamma Dei*, quibus nimirum Deus ardet, quandoquidem ſicut flammæ charitatis Dei tantæ ſunt, vt Deus ſit & totus ignis, & totus charitas, prout in ſequenti expoſ. explicabimus: Ita & vulnera Chriſti eæ extiterunt flammæ in illo, ſiue illum charitate ſuccenſum exhibuerunt, vt ille & ignis meritò dici potuerit, & charitas prout longius oſtenſum eſt in loco paulo ſuperius citato ex capitul. 3. huius Cantici, vbi dicitur: b *Media charitate conſtrauit*, vel ex Hebræo, *Medium eius ſuccenſus à filiabus Ieruſalem.*

b Cãt. 3. 10

Vulnera Christi sũt ſagitta charitatis. Denique quàm bene eadem Chriſti vulnera, iuxta verſionem Sept. nedum *flamma* dilectionis eiuſdem Chriſti dicta ſint, ſed & illius charitatis *ſagitta alata*, ipſamet teſtificari poteſt pia, deuotaque anima, quæ in eorum præſertim meditatione veluti ſagittis potentis acutis configi ſe ſenſit, atque adeo bis in ſuperioribus dixit: *Vulnerata charitate ego.*

c Cãt. 2. 5. Cant. 5. 8. iuxta Sept.

Ex Verſ. VI. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Expoſitio tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.

Zelãs honorẽ Dei eiuſue legẽ habet alas flammarũ quibus volat. HAec ad encomium ſi ſpectent æmulationis piæ animæ, qua ex vehementiſſima Dei charitate pro eiuſdem Dei honore, ac lege maximè ſolicita eſt, prout ſat congruenter ſpectare videntur. vt pronomen eius ad ſubſtantiuum id referatur, quod immediate præceſſit, vbi dicebatur: *Dura ſicut infernus æmulatio:* aptius eidem encomio congruere ea crediderim iuxta verſionem Sept. qua dicitur: *Alæ eius alæ ignis flammæ eius.* Hiſce enim ſignificatur, eam ipſam ſolicitudinem qua veluti flammis vehementibus ita intrinſecus pro Dei offenſis, & aduerſus præuaricatores legis exuritur, vt propterea ipſa dicta ſit *æmulatio dura ſicut infernus*: has inquam flammas, hoſque vehementiſſimos dilectionis Dei affectus eſſe alas, & alas ignis ob velocitatem nimirum, quam ex prædicta habet ſolicitudine; quaue vbi Dei honor tuendus ſit, vbi idem propagandus, vbi eiuſdem Dei obſequio ſit indulgendum, & via mandatorum illius proterenda, nedum currit, ſed & volat, alas nimirum habens, & non quaſcunque alas, ſed alas ignis, alas nimirum Spiritus ſancti, qui in linguis, & flammulis ignis in die Pentecoſtes deſcendit ſuper Apoſtolos.

SENSVS LECT. SEPT.

Amori data alæ ab antiquis, ad deſignãdũ illius incõſtãtiã. Quo loco notandum, multò congruentius, & verius in ſacris litteris charitati alas tribui, quã apud antiquos Idololatras eædem tribuerentur vel amori profano, vel falſo eiuſdem amoris Deo. Illæ enim antiquis inconſtantiam, maximamque humani amoris inſtabilitatem deſignabant, vt rectè ex Propertii tetraſtico probat Pierius Valerianus lib. 21. pag. 155.

Pier Valer.

Cum tamen eædem in ſacris litteris ei tribuantur charitati, quæ firmiſſimas habet radices, eique æmulationi Dei, quæ tenaciſſimum eſt charitatis ſtudium; adeoque tenax, & durum, vt & propterea inferno cõparetur, vt viſum eſt. Quin & ob id potius charitati eæ tribuuntur, vt per eas in ipſa magis firmemur charitate, quod illa ſignificat anima, quæ huius ſoliditatis, & quietis in charitate tenetur deſiderio, atque adeo cum Propheta exclamat: d *Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* volare cupiens, ſimul atque quieſcere: volare quidem in ſtudio æmulationis legis Dei, & in ſolicitudine obſequiorum eiuſdem, ac per volatum ipſum requieſcere in charitate ipſa radicata.

d Pſ. 54. 7.

Vbi notandum, aptiſſimè à tali anima columbæ pennas, & alas ad hunc volatum, atque quietem expetitas; cum & Spiritui ſancto, cui in ſanctiſſima Trinitate appropriatum nouimus amorem per eſſentiam, alæ tribuantur columbæ, ex quo ſuper Chriſtum Ieſum d deſcendit item in ſpecie columbæ: eidemque ſeſſionem tributam nouimus, & manſionem, tum quando ſuper ipſum Ieſum corporali volauit ſpecie, & ſuper eũ manſit, vt magnus ille Baptiſta conteſtatus eſt, dicens: *Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum*: tum etiam quando magno illo ſono, atque impetu deſcendit ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes, vnde & legimus: e *Seditque ſupra ſingulos eorum*: Et ſanctis quoque illis ſpiritibus, qui ab ardore charitatis nomen Seraphim ſortiti ſunt, ſex quidem alas apud Iſaiam tributas nouimus, eoſdemque & volaſſe legimus; cum tamen ſimul de iiſdem legamus: f *Seraphim ſtabant ſuper illud.*

Charitati data alæ columbæ, et cur. e Io. 1. 32. f Act. 2. 3. *Charitatẽ habens, & volat, & firmiſſimè ſtat.* g Iſa. 6. 2.

Quæ ſanè omnia peregregie hoc loco ſignificauit & ſponſus, dum hæce charitatis, & æmulationis alas aſſerit eſſe alas ignis, ipſas nimirum flammas. Nouimus autem, ſenſibiles flammas, quaſi volatu quodam celerrime per aera ſe eleuare, attamen quò altius volant, eò accẽdi tenacius, ſolidioremque igni cauſare firmitatem: Atque adeo bene in ſacris litteris, cui tribuuntur charitatis alæ, eidem ſemper tribuitur & ignis. Sic Spiritui ſancto ſicut ſpecies tribuitur columbæ, ita & ſpecies tribuitur ignis: ſic, cum multas alas cœleſtibus aſſignant Spiritibus, iis potiſſimũ eas aſſignant, qui ignei charitate, Seraphim, id eſt combuſti, ardenteſue dicuntur. Et, ſi apud g Ezechielem dantur alæ myſticis illis quatuor animalibus, quæ illuc gradiebantur, vbi erat impetus ſpiritus, cum eadem deſcribuntur, de eis dicitur: h *Et ſimilitudo animalium, & aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium; & quaſi aſpectus lampadarum.*

h Ezec. 1. 8. i Ezec. 1. 13

Charitate flagrantes, quamrectè deſignati p quatuor animalia Ezechielis. Porrò in myſtica hac ſanctorum animalium narratione tria mihi conſideranda occurrunt, quæ faciunt ad intellectum præſentis encomii æmulationis, vehementiſſimæque charitatis piæ animæ, qua Dei honorem zelatur, ſi id legamus iuxta verſionem Symmachi, *Impetus eius, impetus ignis, atque flammarum*: quæ certè pulcherrima eſt, & efficaciſſima. Enimuerò prædictis animalibus dicuntur primò fuiſſe alæ: tum additur, eadem habuiſſe aſpectum ignis non ſimpliciter fulgentis ſed fulgentis, ſimul & ardentis: ideo. n. puto, eumdẽ aſpectum aſſimilatum lampadibus, & prunis ardentibus: tertiò demũ, cũ de motu iſtorum animalium fit ſermo, nil dicitur de volatu, ſed hiſce explicatur verbis: i *Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur:* Vt exinde intelligeremus, ſanctos, qui per quatuor illa animalia deſignãtur eſſe ſuccenſos charitatis igne, quo nedum lucẽt

SENSVS LECT. SYMMA.

k Ezech. 1. 12.

per

APPENDIX.

Maria à Christo Rege facta particeps dignitatis ac potestatis Dei cũ ille seipsum ei dederit ut Patris signaculum.

stus Rex ille pacificus, sponsusque cęlestis, postquam in pręcedenti versu B.Virgini significauit, se tunc maxime ipsam ad preces pro Iudaico populo fundendas suscitasse, cum super crucis throno tamquam Rex Iudæorum esset affixus, cum & illa *sub arbore mali* iuxta crucem staret, vbi eius *mater corrupta, & violata* fuit Synagoga; Nunc vlterius procedens, eo inquit suam erga ipsam processisse dilectionem; vt sicut illa particeps passionis suæ sub arbore extitit mali: ita ipsę vicissim eamdem participem reddiderit dignitatis & auctoritatis Regiæ; seipsum ei largiens *vt signaculum* eorum omnium, quæ vel Dei conspectum adire merentur, vel è cęlesti regno ab omnipotente ipso Deo profluunt. Siue quæ ad iustitiam spectant, siue quæ gratiam concernunt, benignitatem, & misericordiam: vt conscia diuinorum secretorum effecta & ea, quæ è corde ipsius prodeunt desideria, precesque, & supplicationes, robur id omne habeant, quod ipsamet Dei voluntas haberet: *& brachium* pariter defensionis, quo dilectos suos tutari satagit, vires ferè easdem habeat, quas habet & brachium ipsius Dei.

Vers. VI. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Caldaica. Dicent filij Israel in die illa Domino suo: obsecro te, pone nos sicut sculpturam annuli super cor tuum, & sicut sculpturam annuli super brachium tuum; vt non addamus vltra esse exules.

Dei imago & intrinsecus, & extrinsecus seruanda, & exhibenda.

Veteres, quotquot vidi Patres, vno excepto Ruperto Abbate, sponso hæc tribuunt, & Christo domino; Multiplices autem eorum sensus ad tres reduci possunt præcipuos, iuxta triplicem signaculi operationem, & acceptionem. Qui communior est, nititur in eo signaculi effectu, quo sui imprimit characterem, & in eiusdem acceptione pro imagine, & charactere ipso impresso: ac si dicatur: Tene imaginem meam *super cor, & super brachium tuum*, vt exhibeas te mihi similem & in passione, & in omnibus alijs, & intrinsecus in cogitationibus, & extrinsecus in operationibus: & ex operibus tuis amici intelligant, te esse mihi similem; & inimici ab eorum moribus te videant alienum. Ita ferè Anselmus, sæpiusque Ambrosius in Psal. 118. serm. 15. vers. 5. & serm. 22. vers. 8. lib. de Isaac cap. 8. lib. de initiand. myster. cap. 7. lib. 6. de sacram. cap. 2. lib. de instit. Virg. cap. 17. & epist. 12. ad Irenæum.

Anselm. Ambros.

Phil. Carpathius. a Luc. 9. 23

Christi crucifixi imaginẽ in nobis exhibere debem⁹.

Ad peculiarem Christi crucifixi imaginem, & imitationem refert hæc ipsa eodem sensu Philo Carpathius, vt simile quid ei sit, quod aliàs à Domino dictum est: a *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

Theod.

Image Xpi & in contẽplationibus & in actionib. nostris esse dẽt impressa.

Theodoritus per animæ cor vim contemplatiuã accipiens, per brachium vero actiuam, Vult, ait, Saluator noster, vt eum pro signaculo in contẽplationibus, & in actionib. nostris habeamus, & notã ipsius in omnibus tum dictis, tum factis imprimamus: Sic enim erũt vt numismata Regia nõ adulterina, sed regiam imaginem proferentia.

TresPatr.

Eadem fere & Tres Patres, licet & alterũ quoque indicent sensum, quem iam iam afferam: ita A enim hæc reddunt. In me exemplari permaneto, mente seruans imaginem per veram contemplationem, & desiderium mei: vi autem, qua ad agendum vales, similitudinem seruans per actionem minime simulatam, ardentemque declinationem à malo: Sic enim ipse quoque in te manebo, tuasque vt signaculum, tum intelligendi, tum agendi potentias a rerum fragilium, & caducarum affectionibus integras conseruabo.

APPENDIX.

Greg. PP. Aponius.

Vt militia symbolum, & signum habẽdus a nobis Christus.

Ad eumdem primum sensum referenda sunt, quæ dicuntur à Gregorio Papa, & ab Aponio. Signum facta mens interius, & exterius portat, ait Gregorius, quia dum eius meditationib. assidue laborat, in exteriori actione eum imitari non cessat, quo eius dilecta esse dubitari non debeat. B

Secundum Aponium verò idem est, ac si à Christo dicatur: Habe me in corde vt symbolum militibus à Duce traditum, quo amicos ab inimicis agnoscas; habe, vt signum in brachio, quo prohibeatur gladius commilitonis. Addit tamen Aponius, in his etiam verbis significari, frustra sibi plaudere animam, si Christum nõ crediderit Dei sapientiam, quod est signaculum cordis, & Dei virtutem, quod est inuictum brachij signaculum. Quem sensum affert & Beda.

Beda.

Christus habẽdus à munimine nostro.

Secundo sensu principali vocabulum signaculi refertur ad munimen; quia signaculo obsignari solent, quæ tuto seruanda sint. Hoc sensu Hieronymus ad finem epist. 22. ad Eustochium, ait: C Quotiescumque te vana sæculi delectauerit ambitio; quoties in mundo videris aliquid gloriosum, ad paradisum mente transgredere; esse incipe, quod futura es; & audies a sponso tuo; *Pone me sicut vmbraculum in corde tuo, sicut signaculum in brachio tuo*: & corpore, pariter & mente munita clamabis, & dices: b *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, & flumina non operient eam.*

Hierony.

b Cã. 8. 7.

Greg. PP.

Clarius aũt Gregor. Papa lib. 29. moral. c. 4. Idcirco, ait, signaculum rebus ponitur; ne qua diripientiũ præsumptione tenerentur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur qñ fidei eius mysterium in custodiã nostræ cognitionis imprimitur, & aduersarius noster, cum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere non præsumat. D

Beda.

Alio modo Beda, Dominus noster ponendus est, inquit, vt *signaculum super cor* nostrum, *& signaculum super brachium* nostrum; vt cuncta, quæ in carne gessit, vel dixit, arcana esse, & cœlestia nouerimus.

Anselm.

Et alia pariter ratione Anselmus: *Pone me* regẽtem *cor tuum*, & cogitationes tuas: vt pateat amicis, te continere mea secreta; & inimicis item pateat, ab eis secreta, quæ habes, esse clausa: habeasque me vt rectorem in omnibus operibus tuis.

Xpus & in corde, & in operationes habendus, vt signifigнum iugis memoriæ.

Cassiodo. Beda. Iustus. Bernard.

Tertio sensu principali idem signaculi nomen pro annulo sumitur, atque pro signo memoriæ, quale deferri solet in digito, aut in brachio: vt E Christus ab Ecclesia, seu ab anima hoc petat, vt ipsum iugiter in corde, ac cogitationibus per fidem habeat, nec non & in brachio per dignam operationem: vtve eius memoriam semper habeamus, ac rectè in illum credentes, fidem ipsam bonis operibus exornemus. Ita Cassiodorus, Beda, & Iustus Orgelitanus, indicatque Bernardus sermo. 15. in Cant.

Rup. Abb.

Scriptura sãcta sunt cor Christi quas tutatur Ecclesiam signaculum.

Præter tres istos, est & sensus Ruperti Abbatis, qui haud sponso, sed sponsæ hęc tribuens, per Christi cor sacras intelligit scripturas; per brachium mirabilia eius opera narrata in ijsdem scripturis: vt Ecclesia, aut pia anima ab ipsomet Christo poscat, vt ponat eam vt *signaculum* defensiuum

siuum

LITTERA.

ſiuum prædictorum: & tantumdem ſit, ac ſi dicat: Confidat in me *cor tuum*; roboretur ex adiutorio meo *brachium tuum*, ſicut imperiale ſignum contra Iudæos, Paganos, & Hæreticos.

Ex Verſ. VI. Quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio.

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

SAt planè ex adhibita cauſali particula conſtat id, in quo Expoſitores omnes conueniunt, allatam in his rationem maiorem præcedentis petitionis perſuaſionem. Et quidem, etſi nõ deſint, qui vt verba ſponſæ hęc neceſſario ſumũt, cum eidem & præcedentia tribuerint: ipſe tamen non ambigo ſponſi potius illa eſſe ſicut, & ſuperiora. Illud verò aliquid mihi ingerit difficultatis, atque adeo & dubitationis, quod de dilectione, & multo magis quod de æmulatione aſſeritur; cum nullum adiectum ſit pronomen, ex quo colligi poſſit, de cuiuſnam dilectione, & æmulatione hic verba fiant, & de quo æmulationis genere. Eſt enim duplex æmulatio, ſeu duplex Zelus, vterque è vehementi conſurgens amore. Altera æmulatio bona, quæ proprie eſt vehemens amor ille, cui adiunctus ſit impetus, ſeu ſtudium vlciſcendi iniuriam amato illatam, & (vt vno verbo dicam) charitas, quæ ferre nequeat malũ in amato: & reducitur potius ad perfectiorem amorem, qui dicitur amicitiæ, & vult bonum amato, quàm ad amorem concupiſcentiæ, qui non tam amati vult bonum, quam amantis: qua æmulatione & zelo ſæpius exarſiſſe legimus ſanctos quoſque; ita vt Elias aliquando dixerit: *a Zelo Zelatus ſum pro Domino exercituum.* Altera vero æmulatio haud adeo bona, ea eſt, quę & ipſa vehemẽs eſt amor cum adiuncto ſimili impetu vlciſcendi iniuriam: in hoc tamen à prima differt, quòd impetus iſte eius, cum nitatur in imperfectiori amore concupiſcentiæ, directus magis eſt ad vlciſcendam iniuriam eiuſdem amantis, quã amati: ideoque zelus, atque æmulatio hæc, cum nimio ſtudio malum in æmulante ipſo, atque zelotypo ferre nequeat, damnatur ſæpius nedum apud profanos, ſed & in ſacris litteris, iuxta illud Eccleſiaſtici. *b Dolor cordis & luctus, mulier Zelotypa; In muliere Zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans*: quatenus mulier, in qua talis eſt æmulatio, lingua ſua aſſiduè flagellat, & affligit virum ſuum querimonijs; ita vt in omnibus, quæ ab eo aguntur, ſemper querula ſit, omnibuſq; ſuas aduerſus illum exponat querelas. Denique & vocabulum inferni auget præſentis loci difficultatem; cum incertum ſit, an verè pro ipſo ſumendum ſit inferno, vt communior, & ſanior Expoſitorum pars tenet: an vero ſumendum idem ſit non tam pro loco illo pęnarum, quàm pro ſepulchro, & loco, in quem cõduntur cadauera: quod ferè communiter aſſeritur ab Hebræis, quos libenter ſequuntur Heretici: quamuis non deſint & plerique etiam Catholicorum, qui idipſum ſentiant, inter quos Theodoritus quoque annumerari poteſt, qui item pro morte idem ſumit vocabulum, ac ſi vna duntaxat ſimilitudo ſit in vtraque parte.

Æmulatio et zelus duplex.

a 3. Reg. 19. 10.

b. Eccl. 26. 8.

Inferni vocabulũ quid ſignificet, cui comparatur æmulatio.

Theod.

Non eſt præſentis loci diſputare, an vocabulum iſtud inferni, & Hebræa vox שאול ſceol ſumatur aliquando in ſacris litteris pro ſepulchro:

Michaelis Ghiſlerij.

A Eſt enim grauiſſima de hac re diſſenſio inter ſacrarum litterarum peritos. At ſaniori, vt dictum eſt, inhærens ſententiæ, quæ communis ferè omnium ſanctorum eſt Patrum, pro loco pœnarum illud accipio: vt ſponſus ad amplificandã, quoad fieri poterat, amoris, & charitatis vim, & tenacitatem, tres aſſumpſerit ſimilitudines rerum earum, quæ communi hominum conſenſu validiſſimæ habentur, mortis, inferni, atque ignis vehementis: quæve in eo in primis ſuum exhibeant robur, vt nulli rei cedentes, tenaciſſimè id ſeruẽt, quod obtinuerint. Id quod apertè ſignificat epithetum *Dura*, indicatque quod adiectum eſt ad ſimilitudinem ignis, *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, &c. B Vnde apparet, & primum epithetum, *fortis*, eodem ſenſu ſumendum, prout antè illud ſumpſit Symmachus, cum vertit, *ἄμαχος*, *inexpugnabilis*. Sicut autẽ hæc mihi ſunt certiſſima & illud eſt certiſſimum, vt æmulationis, ac zeli nomen in bonum hoc loco ſumatur: ita vt ex eo haud quippiam prauæ ſuſpicionis de labe vlla in puritate amoris argui, aut inferri poſſit: Tametſi non ignorem, aliter alios ſenſiſſe, & in primis Aloyſium Legionenſem, qui arbitratus eſt, dilectum verbis hiſce monere ſponſam, gaudio ſe efferentem, ne quid ſuo erga ipſum amore indignum aliquando committat; eique amandi leges præſcribere hoc potiſſimum loco, atq; tempore, quã do (vt ex ſuperioribus conſtat) ipſorum C mutuus amor ad ſummum peruenerat: Ac ſi dicat: Si meus erga te amor eatenus tibi charus eſt, ac eſſe debet, caueto, ne labe aliqua fidem, qua mihi es obſtricta, commacules, aut amorem imminuas, quo me hactenus es proſecuta. Volo, vt me ſemper geſtes in oculis, de me vno cogites: Etenim ipſe amo te ardentiſſima charitate. Amore autem huiuſcemodi, vt nihil eſt vehementius: ita nihil eſt ad quaſuis minimas offenſiones magis irritabile. Irritatus porro gignit ſuſpiciones grauiſſimas, adeo vt infernus ipſe, ipſaque mors præ eis flocci facienda ſit.

LITTERA.

Symmach.

Legionenſis ſenſus.

Hiſ ſuppoſitis, cum adhuc incertum ſit, de cuiuſnam amore hic verba fiant, ſponſine, an ſponſæ; D cumque illud vnum ſit certiſſimum, Salomonem in hiſce omnes intendiſſe neruos, vt inexplicabiles, quoad tamen fieri poſſet, explicaret charitatis vires: tripliciter exponi hæc poſſunt: ac ſicut nihil prohibet, quin & de amore ipſiuſmet ſponſi ea dicta ſumantur, & de amore ſponſæ, & etiam de amore in genere, qui ſic celebretur, quo modo & in libro Prouerb. & in lib. Sapient. & in lib. Eccleſiaſt. ſapientiam in genere ſæpius celebratam videre eſt: ita nil prohibet, quin triplicem pariter eorumdem afferamus ſenſum.

Primò enim, ſi de ſponſi amore hæc accipiantur, congruentiſſimam ſimul, & efficaciſſimam idemmet ſponſus affert in his rationem, qua id iure à ſponſa efflagitaſſe ſignificet, quod in præ- E cedenti ſententia ab illa popoſcit, cum dixit. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*, &c. quã doquidem ipſe ita illam diligeret, vt nulla vi eam à ſuo diuelli patiatur corde, vel oculis. Et eadem ratione efficaciſſimo medio idipſum ei perſuaderet, cum exploratum ſit, aliãſve à nobis probatum, amoris nullum efficacioré poſſe aſſignari cauſam, quàm ipſummet amantis amorem. Porrò adhibitis ſimilitudinibus, & id tandem efficit in hac ratione, vt ſimul quoque præbeat illi modum, quo diligi ab illa velit, poſitus *vt ſignaculum ſuper* ipſius *cor, atque brachium*: Acque eſt autem, ac ſi dicat.

I. SENSVS.

LITTERA.

Debes autem me instar signaculi habere charum, cordique tuo instar signaculi habere impressum, atque in cunctis etiam operibus tuis habere ob oculos, vt vnicum dilectum tuum, cum & ipse pari ratione vt charissimã, maximèque dilectam meam ita indelebiliter te meo impressam habeam cordi, vt nulla vi, nullaue ratione diuelli ab eo queas: Est enim erga te mea *dilectio fortis æque ac mors*; cum æque ac mors nulli cedat rei: quin adeo ingens tui vlciscendi, ac defendendi meus est affectus; vt præ tenacitate ipsi non cedat inferno, qui quod semel apprehenderit, nulla vi à se sinit auferri: Vel alio modo.

PARAPHRASIS.

PARAPHRASIS.

Quia & ipse ita te *vt signaculum* habeo *super cor ac super brachium* meum; ita te impressam in corde meo habeo, & in vniuersis operibus meis, vt præ tui dilectione mortuus in me sim, adeoquè pro tui defensione, & cura sim solicitus, quò iugibus tibi opem feram auxiliis, nouisque semper operibus meum tibi, aliisve vniuersis patefaciam amoris ardorem; vt præ solicitudine ipsa duris inferni cruciatibus videar pregressus.

II SENSVS.

Secundò, si de sponsæ potius dilectione, & æmulatione hæc dicta sumantur, aliam idemmet sponsus prædictorum hic affert rationem innixam facilitati eorum: sicve iuxta secundum istũ sensum, quod hic dicitur, tale est.

PARAPHRASIS.

Amor similis morti, & quomodo occidat.

Neque verò difficile tibi id erit, vt *portas me vt signaculum super cor, & super brachium tuum*, iugi me versans memoria, vt vnicum dilectum tuũ, iugique solicitudine ea operari satagens, quæ vel mihi censeas grata, vel pro defensione dilectionis meæ æstimes necessaria: quia eamet dilectio, qua me prosequeris, id in te effecit, vt transformata in me, mortua iã sis intemet. Quin & tanta tua est solicitudo, qua ex eiusdem dilectionis vehementia, perpetuaque æmulatione amoris, honorisve mei extrinsecus angeris; vt non verear, libere asserere, æmulationem istam tuam duram tibi esse instar inferni, cui nihil in ipsa cedit duritie.

Vt prima mortis similitudo absque hyperbole allata sit ad asserendum id, quod communi & antiquorum Philosophorum, & Theologorum dicitur affatu, Animam eius, qui diligit, esse magis, vbi amat, quam vbi animat: de quo sæpius in nostris hisce comentarijs. Secunda verò similitudo inferni sit hyperbolica, summa energia vim exprimens æmulationis sponsæ, qua iugiter pro suo solicita est dilecto.

III. SENSVS.

Amor riualem ferre non potest.

Tertiò denique, si de dilectione, & æmulatione, ac zelo in genere hic verba fieri, velimus, tertiam præallatæ suæ petitionis idem sponsus assignabit rationem, per quam sponsa de eorum necessitate reddatur certior. Ratio autem ista in eo nititur, quòd amor ex sui natura duos simul compati nequeat riuales: Acque enim est, ac si ipsemet sponsus dicat.

PARAPHRASIS

Me vnum, *vt* vnum duntaxat *signaculum*, vnumque dilectum tuo condas cordi, mihique vni opere te exhibeas dilectam: quia amor eius est naturæ, vt fortissimus sit ad riualem quemlibet comprimendum: Ac sicut mors nulli parcit, ita nec ipse cuiquam indulget; estve instar inferni inflexibilis. Colligitur istius sensus veritas ex altero loco eiusdemmet Salomonis, qui in fine cap. sexti libri Prouerbiorum loquens de adultero, exprimensque, quomodo is ferri nequeat ab eo, qui vnus est mulieris vir, atque dilectus, hæc habet: a *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi: & opprobrium illius non delebitur*. Explicans autem apertius hæc omnia, simulque eorum afferens rationem, adiicit: *Quia Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima*. Quibus sanè postremis verbis quasi egregia paraphrasi ea exponuntur, quæ duabus similitudinibus mortis, atque inferni à sponso hic dicta habemus. Quin ex eodem loco colligere quoquomodo possumus, hæc à sponso dicta pro iis, qui adstabant, eius sodalibus, quosve supra in vers.4. dilectæ suæ pulchritudinem admiratos audierat, non quod aliqua de sponsa ipsa ei suboriri potuerit suspicio, quam toties in præcedentibus, atque in isto vltimo in primis Actu, vniuersum ipsi vni amorem suum seruare, perceperat.

a Pro.6.32.

DE ECCLESIA.

Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio.

Expositio secunda. De Prima sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

I. SENSVS.

SI id maxime Deó est in optatis, vt à tota Ecclesia vnicus habeatur dilectus, cui adscripta ferantur vniuersa, quæ in ipsa sunt, bona vel doctrinæ, vel morum: ita vt propterea ab illa poni se *super cor, ac super brachium*; & poni *vt signaculum*, atque annulum signatorium, efflagitarit, quo illi ea omnia custodita tutissimè seruarentur: Admodum congruenter modo efficacissimum eidem Ecclesiæ proponit motiuum, quo ad id absque vlla resistentia impelli ea debeat: quia ipse solus ita eam dilexerit, vt dilectioni suæ nihil passus sit obsistere, quomodo nec morti obsistere, quicquam potest. Quod quàm verum sit, explicatur peroptime ab Apostolo verbis hisce: b *Commendat Deus charitatem suam: quoniã, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum*. Enim vero si quid est, quod Dei dilectioni erga Ecclesiam obsistere possit, peccatum certè est quam maxime. Quod si nec peccatũ ipsum ei obstitit, quis ambigat, rectè illam dictam esse fortem vt mortem? Atque adeò bene dicebat Paulus: c *Commendat Deus, charitatem suam*, id est, palam facit, & manifestè ostẽdit vim charitatis suæ; quòdve in eiusdem charitatis fortitudine exprimenda nulla aptior adhiberi queat similitudo, quam fortitudinis mortis, quam nil est, quod valeat impedire. Hinc factum est, vt nec mors ipsa, quæ peccato debebatur, eamdem Dei charitatem demorari potuerit: quandoquidem cum, adhuc peccatores essemus, ait Apostolus, ita vt & peccatis nostris, & mortis sententia Dei charitatem impedire debuissemus, tantum abest, vt eam impediuerimus; vt maiores potius illi dederimus vires, quibus mortem ipsam subire fecerit Deum carne indutum: quin & inexpugnabilem mortem eamdem deuicerit quando (vt per eumdem Apostolum dicitur) d *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea*, nimirum in mortem, vt tandem Ecclesiam sanctificaret, *mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ*. Porrò per id, quod ab eodemmet Deo, qui tam validè dilexit Ecclesiã, eidem Ecclesiæ hic dicitur, *Dura sicut infernus æmulatio*, duo præclara significantur. Primum est vt

b Ro.5.8.

Charitati Dei nihil obsistere potuit, ideo dicta fortis vt mors.

c Rom.5.8.

Charitas morti subiicit Deum.

d Eph.5.25.

DE ECCLESIA.

Aemulatio Dei erga Ecclesiam durior ipso inferno.

Charitas Dei, superauit infernū, cū in illum Christus descendit.

vt Dei æmulatio, vehementique affectus Ecclesiā defendendi ob ingentem duritiem, & tenacitatem, atque soliditatem non modo tenacissimo rerum omnium non cedat inferno, à quo numquam dimittuntur, quos in se susceperit: verum, quemadmodum in præcedentibus verbis, ita *fortis* dicta est eiusdem Dei *dilectio, sicut & mors*, vt & morti ipsi in eadem prælata sit fortitudine: eadem ratione in hac inferni similitudine ita duritiem, validissimamque soliditatem æmulationis suæ, studiique ardentis tuendi Ecclesiam, duritiei Deus assimilat inferni, vt & inferno ipso illam in eadem præferat duritie. Quod facto ostensum est; quandoquidem ipsa eius æmulatio Deū impulit, vt & infernum ipsum durissimum adierit, eiusve soluerit dolores, nedum carnem suam ab eius eruens corruptione, vt Petrus Apostolus iis contestatus est verbis: *Quem Deus a suscitauit*, Christum scilicet filium suum, *solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat, teneri illum ab eo, asserente Dauid b in illius persona: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*: sed & eos, qui captiui in ipso tenebantur, ab illo extrahens, quos certè nullus extrahere potuisset è puris creaturis. Quæ omnia clarius ab ipsomet Deo expressa habemus apud Oseam Prophetam, vbi ait: *c Ero mors tua, ò mors, morsus tuus ero, inferne*: per quæ designat, charitatem, æmulationemque suam in Ecclesiam tantum in fortitudine excelluisse, atque in duritie, & soliditate, vt præ fortitudine fortissimam rerum omnium occiderit mortem, quando pro hominum salute eidem se subiecit; & præ duritie durissimum pariter deuicerit infernum: quippe qui morderi ab illo permisit, sed cum morsu illo penetrari, & teneri ab illo nequiuerit, vt ipso admodum durior, ab eius faucibus & eos eripuit Ecclesiæ sanctos, qui ab illo deuorati iam fuerant. Quòd si quis & id pariter ostendi sibi velit, quomodo Dei erga Ecclesiam æmulatio inferno extiterit durior, nedum quoad illā eius partem, in qua sancti ante Christi aduentum detinebantur, quamve alio nomine Limbum appellamus: verum etiam quoad partem illam, quæ alio nomine dicitur infernus inferior, in quo est maxima illius durities, cum in eo nulla sit redemptio: hoc pariter ex dictis a Redemptore nostro ad B. Petrum Ecclesiæ caput sat euidenter probare possumus. Quid enim sibi volunt ea verba, *d Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, nisi, adeo solidè super te durissimam petram ædificabo Ecclesiam meam, vt nec infernus ipse, qui rerum omnium est durissimus, ei resistere valeat? Quantumuis enim duras, & impenetrabiles habeat portas, tibi tamen obsistere nequibunt, vt tuam impediant, sententiam, qua quempiam ad illum destinatum ligaueris: Siquidem ex mea, qua pro te solicitus sum, quave te tueor æmulatione, quæ *dura est sicut infernus, Tibi dabo claues Regni cælorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis*, id est, sententia tua, qua aliquem ligaueris super terram, tradens illum satanæ, &, ni cum penituerit, etiam inferno eumdem condemnans, rata erit & apud me in cælis; adeoque firma, dura, atque tenax; vt, ne durissimi inferni portæ obsistere ei valeant, quin ad tui iussum damnatos admittant.

a Act. 2. 24

b Ps. 15. 10

c Ose. 13. 14.

Aemulatio Dei in Ecclesiam durior inferno inferiori.

Ecclesia in inferno est potentior.

d Mat. 16. 18.

Alterum, quod per eadem verba. *Dura sicut infernus æmulatio*, significari dicebam, ex altera de sumitur significatione istarum vocum, *Dura*,

Michaelis Ghislerii.

A & *Aemulatio*: Nam, si æmulationis nomine designatum sumpserimus ardens Dei studium tuendi Ecclesiam, quo illius puritatem illibatam seruare satagens, acriter eos castigat, quos illi idololatriæ, hæresis, scelerumque aliorum maculas inurere animaduertit; & adiectiuum *Dura* pro dolorum grauitate, & duritie designanda positum acceperimus; preclarissimum bonitatis Dei in hisce subindicatum aduertere est encomium: quippe qui, cum aliquando Zelotem, & æmulatorem se exhibere cogitur, zelans Ecclesiam dilectam suā; ac propterea illos punire contendens, qui sceleribus eam deturpant, dolores ita in seipso sentiat graues, vt ipsis inferni doloribus cōparari queāt. B Non quòd verè Deus aliquo afficiatur dolore, sed quòd castigatio illa ita ab eius natura, & bonitate sit aliena, vt, si instar hominis dolore concuti is posset; ob istiusmodi æmulationem dolore cruciaretur tali, qui durissimis assimilari posset doloribus inferni, eo ipso modo, quo Antropopathos apud Ieremiam ipsemet dixit: *e Ex quo locutus sum de eo*, vt scilicet illum punirem, *adhuc recordabor eius: idcirco conturbata sunt viscera mea super eū.*

DE ANIMA.

Zelotis & Aemulatoris nomen in Deo sumptū eius indicat bonitatem.

Deus, cū punit peccatorē, quodammodo inferni dolorib. affici dicitur.

e Iere. 31. 20.

Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti

C Dilectissimus Christi discipulus Ioannes Apostolus, *f Qui nō diligit*, inquit, *manet in morte*: & Dominus Iesus in eiusdem Ioannis Euangelio ait; *g Siquis sermonem meum seruauerit* (me nimirum diligens; quia *h qui non diligit me, sermones meos non seruat*) *mortem non gustabit in æternum*: Et nihilominus idemmet Iesus piarum animarum sponsus, vt sponsæ suæ persuadeat, ipsum iugiter habeat vt signaculum in corde, atque in brachio, eius imaginem impressam habens in cogitationibus, desideriisve, atque etiam in operibus suis, quò illi id persuadeat, facillimum illud futurum asserit ei, qui ardenter ipsum diligat; D quādoquidem ipsius dilectio quædam mors est, cum & vim habeat separandi, quomodo & mors; Nam sicut mortis est proprium, vt animam separet à corpore, idque fortitudine tanta; vt in ea separatione nullus sit, qui ei valeat obsistere; ita ardenti charitati piæ animæ in Deum id quoque peculiariter competit; vt robore sanè maximo animam ipsam à semet separatam mortuam quidem reddat in sese, sed in Deo, quem diligit, viuentē ita vt verissime dici illa debeat, quamdiu diligit, & per ipsam, qua Deum diligit, charitatē manere in morte, iuxta illud *i* Apostoli: *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in gloria*. Bene in gloria: quia viuens in Christo eam E ipsam gustat mortem, qua in se mortua est; vt propter gustum istiusmodi audacter cum eodem Apostolo dicat: *K Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*. Ex quibus verbis rationem sanè optimam colligere possumus, qua illud omne diluatur difficultatis, quod ex præcitatis vel eiusdem Christi, vel dilecti eius discipuli verbis aduersus ea, quæ hic dicuntur, insurgere videtur. Ratio enim, ob quam, qui non diligit Christum, manere dicitur in morte, ea est; quia is, qui non diligit Christum, pro Christo diligit mundum, & per dilectionem mundi imaginem in se impressam gerit eiusdem mundi, quæ mortua est. Porrò, cum per amorem iam is sibi mortuus sit, cumve viuere

II. SENSVS.

f Io. 12. 15

g Ioā. 8. 51

h Io. 14. 24.

Charitas est mors quædam.

i Colos. 3 3

k Phi. 1. 21

Mundū diligens quō dicatur manere in morte.

DE ANIMA.

fatagat in mundo, qui mortem affert, ita manere dicendus est in morte; vt nihil ex morte ei proueniat lucri præter mortem ipsam, & mortem sempiternam: quódque grauissimum illi futurũ est, vt mortem ipsam gustaturus sit in æternum gustu sane omnium amarissimo. At verò is, qui Christum diligens, Christi in se gestat imaginem, in qua est vita, tametsi per charitatem mortuus sibi sit; in Christo tamen viuit: sicve mirabili sanè cõnexione vitam simul habet, & mortem: mortem quidem manifestam, propter quam, sicut dicitur mortuus, ita & dici potest manere in morte: Vitam verò absconditam in Christo, & in eius imagine, quam in se impressit, quamve per dictam lucratus est mortem, dum eius mortis dulcedinem suo percepit gustu. Vnde apparet, iam charitatem ac mortem ita redditas esse similes, vt nedum pari ratione sint fortes, sed & sibi inuicem nomina communicent, & arma, atque effectus; cũ & charitas, quæ vita est, mors dicta appareat; mors verò lucrum præstare dicatur, quòd exhibeatur charitate: & mors vitam afferre asseratur; charitas verò iaculis ipsius mortis vulnus inferre prędicetur, iuxta illud: a *Vulnerata charitate ego sum.*

Diligens Deũ habet simul vitã & mortẽ.

a Cant.2.5 iuxta Sept.

Per id, quod in secunda huius sententiæ parte adiicitur, *Dura sicut infernus*, nedum idipsum magis confirmat cælestis sponsus, quòd nimirum facillimum sit dilectæ suæ eum ponere *super cor, & super brachium vt signaculum*; quandoquidem sũma cum prosequatur & dilectione, & æmulatione, ardentique affectu de eius solicita sit honore; sed & simul mirum in modum hanc illius æmulationem, & solicitudinem extollit. Enimuero per hoc, quòd inferno similem eam asserit, triplicem in illam confert laudem. Primam, quòd, cũ quid contra Dei honorem fieri viderit, ob vehementissimos dolores, quibus afficitur, ipsa eius solicitudo dura, acrisve sit sicut infernus: Quod & Dauid apertius contestatur in psal.17. b *Circumdederunt me*, inquit, *dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me*, ac si dicat: Quia iniquitas, qua Dei honor conculcatur, instar torrentis rapidissimi per orbem terrarum inundat, conturbatus quam maxime sum; ita vt dolores mortis me circumdederint; quin & dolores, qui nedum doloribus mortis, sed & durissimis adæquari queãt doloribus inferni: ideo bene subiicit: *Dolores inferni circumdederunt me.* Laudem porro secundã in eo sitam subindicat, quòd ob eamdem æmulationem ita solicita est de dilecti sui honore; vt haud modicum tempus doloribus ita grauibus ex Dei offensis angatur, sed & ob continuam solicitudinem istam doloribus angatur perpetuis; quippe qui, tametsi doloribus mortis comparari debeant propter eorum acerbitatem; ab illis tamen non occidatur, sed quasi in inferno iugi cõteratur dolore. Quod enim Dauid metaphora expressit comestionis, cum dixit: c *Quoniam Zelus domus tua comedit me*: per illud explicatur, quod ab eius filio Salomone in principio libri Prouerb. dicitur: d *Deglutiamus eum sicut infernus viuentem.* Enimvero id, quod in hoc mundo comeditur saltem per comestionem ipsam occiditur, occisoque nil reliquum est doloris: at quod infernus comedit, comeditur viuens; ita vt iugib. comestionis cõteratur dolorib. Vnde sub alia metaphora Propheta Regius iuges hosce exprimens dolores, ait: e *Tabescere me fecit Zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei*: &, *Vidi præuaricantes, & tabescebam; quia eloquia tua non custodierunt*: Tabes quippe est febris, quæ consumit quidem, sed longo cruciat tempore. Tertiam denique æmulationis huius piæ animæ laudem per tertiam, subindicatur inferni proprietatem, quam idemmet Salomon affert in lib. Prouerb. f vbi infernum ipsum numerat inter quatuor, quæ asserit esse insaturabilia. Siquidem nec pia animæ æmulatio exsaturari potest accessionis & augmenti gloriæ, honoris, & altitudinis Dei dilecti sui, quæ æmulatur, & pro quibus solicita semper est magis ac magis.

Zeli Dei laudes tres.

Zelus honoris Dei quã acri dolore cruciet sanctos.

b Ps.17.6.

Zelo Dei æstuans iugi cruciatur dolore ob Dei offensas.

c Prou.1.12

d Ps.118.

Zelus Dei quãque dã tabes vire Sancto.

e Ps.118. 158.

DE ANIMA.

Prou.30. 16.

f Io.2.16.

Zelus honoris Dei insatiabilis sicut infernus.

Circa tertium litteræ sensum, quo ea, quæ hic dicuntur, accipiuntur vt dicta in laudem charitatis in genere, multis philosophari licet. Ac primò notandum, neutram allatarum similitudinem esse sufficientem, seu adęquatam intentioni cœlestis sponsi; cum altera plus explicet, quàm per illam intendatur; altera verò & plus, & minus.

LII. SENSVS.

Consideremus primò primam. Quid aliud mortis similitudine explicare voluit Spiritus sãctus, cũ dixit, *Quia fortis est, vt mors, dilectio*, quã quòd charitas sit fortissima omnium, quæ sunt, quæve excogitare mens possit? Nam mortis tanta est fortitudo; vt nullus sit, qui resistere ei valeat, cum sic occidat leonẽ, sicut & agnum; sic elephantem, sicut & culicẽ; sic denique fortissimos quosque hominũ, sicut & maximè debiles. Nihilominus tam ingẽs eiusdẽ mortis fortitudo haud adęquatur fortitudini charitatis, quæ multò est illa fortior, id quod quinque confirmari potest rationibus.

Charitas est fortior morte.

Primò, quia mortis fortitudo haud tãta vnquã extitit, vt mortalium Deum vel aggredi ausa fuerit; charitatis vires eò peruenere, vt nedum immortalem sint aggressæ, sed & eum, qui alioquin inuincibilis est, vicerit, & occiderit. Per hoc siquidem maximas charitatis vires arguendas, docet B. Ioã. cum in epist. sua prima, quæ tota encomium est ipsius charitatis, ait: g *In hoc cognouimus charitatem Dei; quoniam ille animam suam pro nobis posuit*, idest charitatis vires in eo, quod illa in Deo effecit, cognoscemus peroptimè. Quod verò potissimũ charitatis virib. factũ est in Deo, occisio est: Qui.n. mors efficere nequibat animæ emissionẽ, ipsa effectum est charitate, propter quam vnam ille posuit animam suam pro nobis.

Charitas Deũ occidit quod per se efficere negbat mors.

Secũda ratio exinde desumitur, quòd quæ fortissima est mors, ab ipsa deuicta est charitate, quã do simul in Christo ad singulare certamen deuenere. Siquidẽ, tametsi primo impetu in eo certamine charitas ipsa vna cum Christo à morte visa sit superari, attamen instar præfortis illius Ducis, qui ab aduersario in terram se primò prosterni sinens, reassumptis postmodum viribus, gladio illum confodit, & victor tandem per campum obambulat: Et ipsa tunc temporis, cum Christus in cruce emisit spiritum, prostrata quidem visa est; reassumptis nihilominus, seu potius auctioribus exhibitis viribus, postmodum mortem ipsam penitus debellauit, iuxta illud Pauli: h *Absorpta est mors in victoria*: Sicve per mundi campum victrix obambulans, eamdemque irridens ait; *Vbi est mors, victoria tua? vbi est, mors, stimulus tuus?* Putabas, te fortiorem me esse, qui & inuincibilem Deum superaui? Putabas, te ex me reuexisse victoriam, cum tibi aliquando cedere visa sim, quando immortalem tibi subiectũ esse permisi? At vbinam est nũc ista tua victoria? vbi est nũc stimulus tuus ille peccati, quo me confodisse videbaris? Iam superata

Charitas mortẽ debellauit in Christo.

Simile.

h 1. Cor. 15.54.

Charitas irrisit mortem à se superatam.

ſuperata es: iam abſorpta es in victoria, vti ad mei comparationem debilis maxime, maximeq; infirma. Tertiò patet, charitatem ipſam morte eſſe fortiorem ex eo, quòd mors, poſt quam animam ſeiūxit a corpore, iam nihil amplius poteſt: at verò charitas nedum animā ſeparat à corpore, æquè ac mors; ſed & (quod multo eſt fortius) poſt animæ ſeparationem, imò per ſeparationem ipſam arctiori illam vinculo iungit cum corpore ſuo. Etenim primùm celſiori quadam ratione à carne ſeparat animam, vniens eam Chriſto dilecto illius, adeò vt propterea dicat: *a Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*: Tum per hanc ipſam ſeparationem eam multò arctius iungit cum corpore ſuo, quàm iuncta eidem fuiſſet ante prædictam ſeparationem. Mirabili namque myſterio propter validiſſimas eius vires ablata difficillima illa diſſenſione, & pugna, quæ ante ſeparationem prædictam erat inter animam ipſam, & corpus, inter carnem, & ſpiritum, arctiſſima vnione & anima, & corpus inter ſe iunguntur, vincta funiculis eiuſdem charitatis, quibus ita inuicem in vno colligantur Chriſto; vt & anima nihil aliud, quàm Chriſtum velit; & caro eidem animæ ſubiecta, vnum ipſum ſenſibus vniuerſis exquirat Chriſtum. Ideoque Paulus, dum primam doleret diſſentionem illam, & pugnam, propterquam infelicem ſe cenſebat, haſce magnopere exoptans ſeparationem, atque vnionem eorumdem, ait: *b Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* ſubdit, faciendas per vnam charitatem, quam nomine gratiæ Dei appellat ob id, quòd præſtantiſſimus ſit eiuſdem gratiæ effectus, dicens: *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*: Ac ſi dicat: ipſa duntaxat charitas vires habet, vt hanc facere queat ſeparationem; & per hanc carnis, & ſpiritus ſeparationem perfectiſſimo modo corpus mortis cum anima in vno vniat Ieſu Chriſto Domino noſtro.

Charitas non ſolum ſeparat animam a corpore vt mors, ſed et ſeparatam arctius eidem iūgit.

a Gal. 2. 20

b Rom. 7. 24.

Porrò ex admirabili hac vnione quartam quoque colligere licet rationem probantem, morte fortiorem eſſe charitatem: Siquidem mors, ſeparans animam a corpore, ſenſus quoque omnes ſuperat, haud ob id fortior dici debet, cum ſeiuncta à corpore anima, per ipſius animæ abſceſſum ipſi corporis ſenſus ita ſint victi; vt iam nil amplius ſuperſit virium: At charitas fortiſſima iure proclamanda eſt, multoque eadem morte validior, cum poſt ſeparationem animæ a corpore, vnionemque eorum in vno Chriſto, validiſſimis viribus præfortes, ac liberos in corpore ipſo perſiſtentes ſenſus deuincat; ita vt ipſos trahat ſecum, quocunque ei libuerit, vtaturque eis vt ſeruis. Poſt hanc quippe victoriam nec oculus quippiam intueri, nec auris quicquam audire attentat, quod charitatis non ſit obiectum: nec manus quid operis aggrediuntur, quod imperatum non ſit à charitate: nec aliquid lucrantur quod ad charitatem non referant: nec pedes pariter quòquam tendere audent, quo non impulerit charitas: ſicve per charitatem in ſenſibus vniuerſis ſentit Chriſtus eius animæ dilectus, vt audacter anima ipſa cum Apoſtolo dicat: *c Mihi viuere*, atque adeo & ſentire, *Chriſtus eſt*.

Charitas fortior morte in eo, qd ſeparata anima a corpore, ſenſus deuincit adhuc viuentes.

c Phil. 1. 21.

Quinta demum, & extrema ratio ex ſoliditate deſumitur, & perpetuitate eiuſdem charitatis, vt pote cuius tanta eſt fortitudo, vt, cum a re nulla ſuperari queat, numquam conſumatur, nullumve habeat finem. Etenim mors fortiſſima certe eſt; cum viribus ſuis rem quamque conſumat, & finem omnibus afferat: Nihilominus multo illa fortior dicenda eſt charitas, quam nec mors ipſa conſumere valet. Mors, cum nihil aliud ſit, quàm ſeparatio animæ à corpore, poſt eum ſeparationis actum nuſquam iam eſt, ſicve iiſdem viribus, quibus alia conſumit, conſumit pariter & ſeipſam: Sed charitas, tametſi per mortis vires ad tempus ſeparetur a corpore, dum ab illo ſeparatur & anima; haud tamen conſumitur, aut finem habet: quinimo perfectior effecta, perſeuerat in cælo validior, iuxta illud Apoſtoli: *d Charitas numquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue, &c.*

Charitas fortior morte, quod non conſumatur, nec habeat finem.

d 1. Cor. 13. 8.

Secunda, quæ in encomium eiuſdem charitatis in genere allata eſt ſimilitudo inferni, cum ob ambiguitatem adiectiui, *dura*, dupliciter (vt viſum eſt in præcedentibus) queat accipi: Vel, vt per illam exprimatur tenacitas duriſſima charitatis, eiuſdemque affectus vehementiſſimi in amatum: hoc ſenſu accepta dum ſermo eſt, de charitate, & æmulatione cuiuſque ſancti, qui in hoc ſæculo adhuc vitam degat, hyperbolica eſt: Nam, licet qui in charitate radicatus, & fundatus eſt inſtar Pauli, vna cum ipſo Paulo ob firmū propoſitum in charitate perſeuerandi, firmamve fiduciam in Dei ope dicere queat: *f Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro*: haud tamen adhuc verè, niſi per hyperbolem ea dici poteſt *dura ſicut infernus*, qui numquam dimittit, quod apprehenderit: quia ipſa eius charitas haud ei tollit libertatem arbitrij, propter quam ſemper a charitate poteſt declinare: Vnde fit, vt nec certitudinem habeat quis eiuſdem in ſe exiſtentis charitatis, præterquam vel per reuelationem, vel coniecturalem, quam habuit Paulus.

Charitas in nullo, g viuat in hac viradi ci poteſt dura ſicut infernus, niſi per hyperbolem.

e Rom. 8. 35.

Vt tamen charitas, & æmulatio in genere charitatem, & æmulationem comprehendit Beatorum, atque etiam ipſius Dei; tunc eadem inferni ſimilitudo haud hyperbolica eſt, ſed adæquata quoad ſignificatum immutabilis, & inflexibilis tenacitatis. Neque enim fieri poteſt, vt Beatus quis charitatem dimittat: ſicut nec fieri poteſt vt infernus dimittat, quos comprehendit. Quinimo reſpectu charitatis Dei ipſamet inferni ſimilitudo, ſicut & prima ſimilitudo mortis, deficit, nec totam exprimit eiuſdem charitatis, & æmulationis duritiem, & tenacitatem: quia infernus, ſaltem per abſolutam Dei potentiam dimittere eos poteſt, quos apprehenderit; cum charitas nullatenus à Deo queat dimitti, cuius natura eſt bonitas, ipſaque charitas: vnde & veriſſimè dicere potuit: *g In charitate perpetua dilexi*, addens, *& diligam te*.

Charitas beatorū dura vt infernus.

Charitas Dei durior inferno.

f Iere. 31. 3.

Quòd ſi per adiectiuum, *Dura*, non tam ipſa exprimatur tenacitas, quàm acerbitas dolorum, & cruciatuum comitantium æmulationem, ardenſque eius charitatis ſtudium defendendi dilectū illius ve offenſas vlciſcendi: tunc certe eadem inferni ſimilitudo hyperbolice ſemper ſumenda eſt, de quacumque æmulatione ſit ſermo: præſertim, dum celebratur æmulatio Dei, quem nullus re vera attingere poteſt dolor. Eſtque hæc locutio, *Dura ſicut infernus æmulatio*, ei ſimilis, qua & Moyſes ob ingentem, qua erga populum Iſrael flagrabat, charitatem, ardentiſſimumque ſtudium eumdem vindicandi ab ira Dei, dixit ad Deum ipſum: *h Aut dimitte, ſic*

Æmulatio & zelus honoris Dei, & ſalutis proximi dicitur dura ſicut infernus hyperbolice.

h Exo. 32. 32.

DE ANIMA.

hanc noxam, aut dele me de libro vitæ: quave & Paulus ob similem æmulationem ea protulit verba: *a Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis*. Ambo enim sancti isti ardentissima præditi charitate hyperbolim istius sententiæ, *Dura sicut infernus æmulatio*, sua expressere exhibitione: quandoquidem nil in inferno magis dănatorum cruciat animum, quàm deletio de libro vitæ, & separatio a Deo, quam Theologi pœnam appellant damni.

a Rom. 9. 3

Quamuis autem dicta inferni similitudo sic hoc loco sumpta, hyperbolice semper sit accipiēda; haud tamen de qualibet æmulatione pari accipienda est hyperboli: Nam quoad dolorum acerbitatem æmulatio Christi erga genus humanum multò maiorem cum inferno habuit analogiam, quàm vlla alia æmulatio; nam, etsi verum sit, quod à Theologis asseritur, Christi dolores dolorum omnium, qui in hac vita percipi queăt, acerbissimos inferni doloribus minime æquiparădos, verè nihilominus de eius charitate, & æmulatione dici id potuit: *Dura sicut infernus æmulatio*: quatenus eius æmulatio dolores illi causauit simillimos ipsis doloribus inferni. Enimuero cū in sĕsibilibus inferni doloribus tria sint maximè acerba, traditio potestati dæmonum; omniū partium, singulorumque sensuum, atque potentiarum cruciatus; & priuatio omnis consolationis: eorum similitudinem & Christus, quoad fieri potuit, in sua exhibuit æmulatione, in suis ve doloribus. Quòd enim potestati dæmonum se subiecerit, ex illiusmet patet verbis iis: *b Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*: Quòd in singulis membris, sensibus, atque potentiis idem acerbissimis affectus sit doloribus, tota passionis eius exponit narratio omnium Euangelistarum: Quod denique & omni destitutus fuerit consolatione, ipse sat per ea designauit verba, quibus morti proximus dixit: *c Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* de quibus aliàs actum a nobis est.

Dolores Christi quā duri sicut infernus.

b Luc. 22. 53.

c Matt. 27. Pag. 261.

Demum illud hoc loco haud prætermittendū, istud æmulationis encomium, *Dura sicut infernus æmulatio*: maximè & in ea verificari æmulatione, qua veri pœnitentes per contritionem ob id in primis de peccatis a se iam admissis dolent, quòd per illa Deum offenderint, quem super omnia diligunt; cuius & offensas omni studio satagūt vindicare. Nam & contritio ipsa dura quodammodo est sicut infernus; quia sicut dolores inferni sunt super omnes dolores; ita & eiusdem contritionis dolor est super omnia, quatenus vniuersos excedit dolores alios, quibus dolendum esset pro qualibet alia re.

Cŏtritio vera dici pŏt dura sicut infernus.

A

per mortem necata fuisset: ea, quæ sæpius citata sunt, indicant Symeonis verba, *d Tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Quòd verò eiusdem æmulatio, & solicitudo pro Christo dura, acerbaque extiterit, ita vt nulla aptiori similitudine explicari debuerit, quàm acerbitatis inferni, sat iis constat, qui magnitudinem, & fortitudinem prædictæ eius dilectionis penetrare studeăt; cum ea vulgata sit regula, vt amor, ac dolor æqua se habeant ratione circa vnam eamdemque rem, quæ fuerit dilecta.

DE B. MARIA

d Luc. 2. 35 *Mariæ solicitudo pro Christo dura sicut infernus.*

Congruunt tamen peroptimè, quæ hic dicūtur si sumantur vt ratio prædictorum *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculū super brachiū tuum*. iuxta eum sensum, quem in 4. illorum expositione vltimo loco attulimus, vt hæc locutio similis ei sit locutioni, qua Princeps dilectissimo cuipiam suum largiens signaculum, vt supra dictū est, ita illum alloqueretur: Meum tibi trado signaculum, vnaque cum signaculo isto meo meā tibi impertio potestatem quoad gratias, & quoad iustitiam: quia sat mihi est cōpertū, quàm a te diligar, quamve meæ sis æmulator voluntatis: sed & id quoque mihi est exploratissimum, quanta honoris, & maiestatis meæ flagres æmulatione ac Zelo. Pari siquidem modo Rex quoq; pacificus, & Rex Regum Christus dilectissimæ genitrici suæ Mariæ iam in cælo regnanti diuinam impertiens potestatem, & suammet Regiam dignitatem, semet illi largiens vt Dei signaculum, quo illa preces, & desideria sua, nec non & vim defendendi, ac protegendi deuotos suos, ipso vt Regio, diuinoque signaculo redderet & rata, & valida, congruentissimè hæc adiicit: *Quia fortis est, vt mors, dilectio; dura sicut infernus æmulatio*: ac si dicat.

ALIVS SENSUS. *Maria Xsto diuinā impertiuit potestatē in faciendis gratiis q. a illa est conformatam voluntati Dei eiusdemque Dei Zelo æstuans.*

B

C

Libentissimè me tibi exhibeo signaculum Dei Patris; quinimo rogo, vt *me* ponas *vt signaculum* super ea quę è corde tuo procedunt, vel desideria, vel preces: *& super brachium*, & robur, quo tuos defendere satagis deuotos: Quia sat noui dilectionem, qua Deum prosequeris, fortem esse vt mortem; cum propter illam perfectissima ratione diuinæ conformata sis voluntati; & in te mortua, viuensque in illo, nil penitus velis, nisi quod velit & ipse. Nec ignoro, quo flagres zelo honoris, & maiestatis eiusdem; *cum æmulatio* ipsa tua instar inferni tenacissima sit: & si regnanti in cælo dolor contingere posset, haud minori sanè ob eădem concuteteris dolorum acerbitate, quàm sūma illa sit dolorum durities, qua cruciantur, qui in infernum sunt detrusi: Vt efficacissima sit hyperbolica locutio.

D

Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut, &c.

E

Expositio Quarta. De Tertia Sponsa, quæ est B. Virgo Maria.

Haud admodum laborandum nobis erit hæc exponere, si de iis verba fiant dilectione, & æmulatione Gloriosæ Virginis, quibus Christum prosecuta est, dum secum in hac vita is degeret; dumve, illum *vt signaculum* poneret & *super cor, & super brachium*; vel quando paruulum illum baiulauit in vlnis, vel quando mortuum eum in suo habuit sinu: Quòd enim ipsa eius *dilectio fortis* extiterit *æquè ac mors*; ita vt, ni a Deo singulari fulta esset ope, per dilectionem æquè ac

Mariæ dilectio erga Christū secum in hac vita degētē, illi mortem causare apta erat.

Ex Vers. VI. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio.

Appendix Expositionum ex antiquis Patribus collecta.

Paraphrasis Chaldaica. Quoniam fortis est vt mors dilectio deitatis tuæ, & robustus sicut gehenna zelus populorum, qui zelant nos.

Duas partes habet sententia ista, vtraque seiūctim pertractāda; Exordiar autē à prima, quæ hisce cōstat verbis, *Quia fortis est vt mors dilectio*: Cū dilectionis vocabulu duplicis sit significationis: Vel enim Dei in homines designat charitatem: Vel hominū charitatē significat, qua & Deū prosequuntur, & proximū: Si primo modo sumatur, vnus,

Charitas subiecit Christum morti.

APPENDIX.

Ambroſi. Caſſiod. Greg. PP. Iuſtus. Beda.

vnus,ac facilis eſt Patrum ſenſus; vt Dei, Chriſti ve *dilectio* dicta ſit *fortis ſicut mors*; quatenus Chriſtus Ieſus ea exarſit dilectione erga genus humanum, vt ab ipſa morti ſubiectus ſit, quatenus dilectio mori eum fecit. Ita Ambr. lib. de Iſaac cap. 8. Caſſiodorus, Greg. Papa, Iuſtus Orgelitanus & Beda.

Charitas cur dicta fortis ſicut mors. Auguſt.

Quòd ſi ſecundo modo idem ſumatur dilectionis vocabulum, tunc multiplices vnius huius ſententiæ, *Quia fortis vt mors dilectio*, à Patribus afferuntur ſenſus. Et quidem Auguſt. in epiſto. 39. ad Hieronym. tres tangit modicis hiſce verbis; Meritò charitas dicta eſt ſicut mors, ſiue quia nemo eã vincit, ſicut mortem: ſiue quia in hac vita eſt vſq; ad mortem menſura charitatis, ſicut Dominus ait; a *Maiorem charitatem nemo habet, quàm, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*: Siue potius, quia ſicut mors animam auellit à ſenſibus carnis, ſic charitas a concupiſcentiis carnalibus. Atq. ad hos tres ſenſus facile reduc ntur, quæ variis in locis vel ab ipſo Aug. vel a ceteris Patrib. dicta reperiuntur. Enimuero, quam tertio loco affert Auguſt. huius dicti rationem, aſſignant, pertractãtque idemmet Aug. enarratione in pſal. 121. & tractat. 65. in Ioan. Tres Patres apud Theod. Caſſio. Greg. Pap. hom. 7. in Euang. & lib. 10. moral. c. 12. Beda, Hugo de S. Vict. in principio libelli de laudibus charitatis, & Anſel. Hucque ſpectat, quod dicitur ab Ambroſio in lib. de Iſaac c. 8. charitatẽ fortem dici ſicut mortem: ſicut mors eſt finis peccatorum, ita & charitas: quoniam qui diligit, peccare deſinit. Id quod melius declaratur ab ipſomet Ambroſio ſerm. 15. in pſalm. 118. verſic. 8. his verbis: Valida eſt *charitas ſicut mors*: Charitas. n. culpam, & omnia peccata mortificat. Charitas mortis ictus interimit. Deniq. morimur flagitiis, atque peccato, dum Domini mandata diligimus. Charitas eſt Deus, charitas Dei verbum eſt, quod eſt validum, & acutius omni gladio acutiſſimo, vſque ad diuiſionem quidem animæ, ac ſpiritus, artuſque, & intima penetrans medullarum. Similia habet & Bernardus, epiſtola. 43. ante dimidium.

a Io. 15. 13.

Charitas ſeparat aīam a corpore ſicut mors. Auguſt. Tres Patr. Caſſiod. Greg. PP. Beda. Hug. Vict. Anſelmus. Ambroſ. Bernard.

Quem ſecundo loco aſſignauit Auguſ. ſenſum, vt quatenus mors eſt charitatis terminus, *charitas* ipſa *ſicut mors* dicatur *fortis*, quandoquidem pro charitate tuenda mors iſta contemnitur, afferunt, pertractantque Ambr. ſerm. 19. in pſ. 118. verſ. 4. Philo Carpathius, & Beda.

Charitatis terminus eſt mors, ideo ſicut mors fortis ea dicitur. Ambroſ. Beda. Philo. Auguſt. Theod. Anſelmus

Quem verò primo loco attulit de inuincibilitate mortis pariter, atq. charitatis, quod vetã mors, quam charitas omnia vincant, nec ſit, qui eis obſiſtere queat, afferunt idemmet Auguſt, enarrat. in pſalm. 49. & in pſalm. 121. Theod. qui addit, charitatem morte ipſa eſſe fortiorem, quia & ipſam ſuperat mortem, Atque Anſelmus, dicens: Sicut mors impediri non poteſt, quin veniat; nec charitatem Dei impediri poſſe, quin ſaluationẽ faciat. Quamquam hoc, quod ait Anſelmus; ſpectare videatur potius ad primam dilectionis acceptionem pro dilectione Dei in nos: Vnde addit, per mortẽ intelligi hic poſſe diabolum, vt ſenſus ſit: Sicut diabolus inuincibiliter damnationem confert: ita dilectio Dei ſaluationem.

Charitas Dei impediri nequit ſicut & mors. *Charitas magnaquõ dura dicatur ſicut infernus, plures rationes*

Secundam partem, *dura ſicut infernus æmulatio*, communiori ſenſu in bonum interpretantur veteres Patres, ſumentes æmulationis vocabulum pro vehementiori dilectione; vt quod in ea dicitur, ad idem ſpectet charitatis encomiũ. Qua verò ratione iſtiuſmodi dilectio, & æmulatio comparetur inferno, & in duritie, diuerſimode explicatur ab iiſdem: Nam, ſi æmulatio, & vehementior Chriſti in homines dilectio celebrata ſumatur, duobus modis *dura ſicut infernus* ea aſſeritur. Primò ſecundum Caſſiodorum, & Bedam; quia ſicut infernus neſcit miſereri, & à pœnis mitigari; ſic & Chriſtus non potuit à miſericordia ceſſare, nec deſiſtere ab amore humani generis ob vllas improbitates. Secundò iuxta ſententiam Philonis Carpathii; quia ob eiuſdem dilectionis vim eò adductus eſt; vt & in infernum ipſum deſcẽderit.

Caſſiodo. Beda. *Charitas Chriſtiquõ dura ſicut infernus.* Philo.

Quòd ſi non tam Chriſti in nos, quam noſtra in Chriſtum ipſum dilectio, & æmulatio celebrata ſumatur, *ſicut infernus dura* ea dicitur multipliciter; Vel quia ſicut infernus, quos ſemel acceperit, numquam dimittit, at duriſſime hos retinet ſemper: ita & vera, vehemenſque dilectio, & æmulatio Dei duriſſime retinetur, ita vt, ac ſi a re nulla, nulloque tempore auferri queat, dicat Apoſtolus: *Quis nos ſeparabit a charitate Dei? & certus ſum, quia neque mors neque vita, &c. poterunt nos ſeparare a charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu*, prout aſſerunt Caſſiodorus, & Beda. Vel quia qui hac ſuccenſus ſit dilectione, nec ſuis ipſis parcit; quomodo nec infernus, vt aſſerit Ambroſius tum in lib. de Iſaac cap. 8. tum in ſermo. 15. ſuper pſalm. 118. verſ. 8.

Charitas quõ dura ſit ut infernus Caſſiodo. Beda. Rom. 8. 35 Ambr.

Vel tertiò; quia ardens dilectio eſt inſatiabilis in faciendo, & dando pro dilecto, ſicut & infernus inſatiabilis eſt, vt ait Anſelmus. Quamquam idem Anſelmus addat, etiam per æmulationis vocabulum accipi poſſe effectum ipſius æmulationis, qui ob id durus dicatur; quia efficere ea, quæ dilectio Dei exigit, vt plurimùm duriſſimum eſt carni. Et Hugo, de Sancto Victore in libello de laudibus charitatis ob id eamdem æmulationem duram dictam aſſerit: quod faciat dura tolerare. Singulariter verò Philo Carpathius, æmulationem noſtram duram dici, inquit, ſicut infernum; quandoquidem precibus ex huiuſmodi æmulatione prouenientibus animas a Purgatorio liberamus: frequens eſt enim & in Eccleſia mos, vt purgatorium inferni appellet vocabulo. Contrario ſenſu Rupertus Abbas, duram eamdem æmulationem dici, inquit, ſicut infernum; quia inferno vero addicit, quatenus dilectio, & æmulatio Eccleſiæ, qua Chriſtum proſequitur, quave ſanctas illius tuetur ſcripturas, eos, qui aliquid contra eaſdem ſcripturas dicunt, quive contra diuinam Chriſti potentiam, & aduerſus eius geſta quid prædicant, & morti, & inferno nulli parcens addicit per cenſuras Eccleſiaſticas.

Hugo Vi. Philo Car. *A purgatorio liberãs aĩas dicitur charitas noſtra dura vt infernus.* Rup. Abb.

Secundum Theodoritum haud noua ſimilitudine per hæc celebratur æmulatio, & charitas: Inferni enim vocabulo mortem ſignificatam cenſet ex opinione, ait, quæ inualuit, vt animaduerſum à nobis fuit in prima expoſitione. Nec ab hac ſentẽtia crediderim, diſſenſiſſe Tres Patres apud eumdem, quippe qui ita hæc reddunt: Aemulatio propter me malo non cedit, ſed tamquam infernus rationi repugnantes motus vincit, vinctoſq; ne progredi poſſint, coercet.

Theod. Tres Patr.

Non deſunt tamen, qui æmulationis vocem in malum ſenſum accipiunt pro inuidia: Vnde Caſſiodorus, Quidam, ait, hoc, quod dicitur, *Dura eſt vt infernus æmulatio*, ad ſynagogam proprie referunt, quæ gentes æmulabatur, & inuidebat ſaluti eorum. Quam æmulationem duram dicit ſicut infernum, inquit Beda: quia animam, quam ceperit impietatis peſte conſumit: vt in his verbis ſynagoga admoneatur, ne huiuſmodi æmulatione cõtra Eccleſiam teneatur, cum eam viderit de deſerto

Caſſiod. Beda. *Aemulationis vocabulũ pro inuidia.* *Synagoga æmulata ẽ Eccleſiam Gentium.*

vitio-

LITTERA.

vitiorum ascendisse, ac delicijs cælestibus affluentem, irreuocabili mente suo adhærere dilecto, ne fortè alijs inuidendo, bona, quæ ipsa habere poterat, amittat.

Iudæorum æmulatio circa Christũ dura sicut infernus. Greg. PP.

De eadẽ synagogæ æmulatione, at diuerso modo, ita hæc interpretatur Greg. Papa. *Dura vt infernus æmulatio*: quia dum synagogæ Christum ad inferos posse transmittere se putaint, ei usque ad mortem corde immisericordi inuidit. *Vt infernus æmulatio dura* extitit; quia sicut infernus sine misericordia, quos tenet, cruciat: Sic Iudaica plebs Christum apprehendens sine respectu pietatis ad mortem trahebat.

Aponius. *Hæreticorũ æmulatio quæ dura sicut infernus.*

Superbam Hæreticorum æmulationẽ hic designatam censere videtur Aponius, quæ *dura sicut infernus* dicatur; quia superbè æmulando Ecclesiam, atq; Catholicos, p oĩa æquatur diabolo, qui inferni uocabulo nuncupetur; quòd instar inferni, qui neque precibus, neq; lacrymis potest mollescere, & is ita est durus, vt nequeat à sua duritie molliri.

Ex Vers. VI. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Expositio Prima, iuxta sonum Litteræ.

EX multiplici significatu Hebraicæ uocis רשף resceph multiplex quidem versionum apud Interpretes exhibita est occasio. Licèt enim vox prædicta magis proprio significatu prunas significet, & carbones accensos; vsurpatur nihilominus frequenter in sacris litteris ad exprimẽdos eiusdẽ ignis effectus, & proprietates; quin & ad ea, quæ similes quoque habent effectus vt aues, & volatilia, quæ ignem in celeritate imitentur, vt Iob 5. vers. 8. ob eamdemque rationẽ & ad sagittas vt ps. 75. vers. 4. Ob id uerò, quod cito instar ignis conficiant, ad pestiferam ægritudinem, vt Deutero. 32. vers. 24. Quin ob eamdem rationem transfertur ad significandum quoque diabolum, vt Abachuc. 3. vers. 5. *Egredietur diabolus ante pedes eius.* Porrò, quia in ignitis carbonibus varij percipiuntur effectus, nempe lux, scintillatio, & scintillæ, flammę celeritas, atque impetus in erũpendo; noster Interpres effectum huius exprimens, cui tamen adiunctus sit eiusdem ignis calor, optime uertit: *Lampades eius lampades ignis*, idest ignitæ, *atque flammarum*: quomodo & scholion Gręcum legisse, inuenimus in annotationibus codicis Sept. in Vaticano impressi. Sexta editio expressit potius effectum scintillationis, cum vertit: *Scintilla eius scintilla ignis*. Symmachus effectum uehementiæ, & impetus, sic enim uertit: *Impetus eius* (in plurali) *impetus ignis*. Sept. cum verterint, περίπτερα αὐτῆς περίπτερα πυρὸς φλόγες αὐτῆς. *Alæ*, seu uolatilia eius, etc. seu *volatilia ignis flamma* (in recto pluraliter) *eius*: vt certũ quidẽ reliquerunt, ad effectũ velocitatis se respexisse, at dubitandi ansam præbuerunt, An per alas, seu uolatilia translate significare uoluerint velocissimas ignis flammas; An verò item per translationem non tam celeres intelligere uoluerint flammas, quã celerrimas sagittas, quas vt alatas nouimus in psal. 90. uolantes dictas: *a A sagitta uolante in die*, & in psal. 75. appellatas τὰ κράτη τῶν τόξων, *potentias arcuum*. vbi Hieronymus ex Hebræo, *volatilia arcus*. siquidem utrumq; sensum, ac significatum patitur locus iste. Quamquam ipsum alarum nomen etiam proprie ab illis accipi potuit cum nouerimus, apud antiquos, amori datas, & alas, vt duplex sit vnius eorum versionis intellectus. Primus: *Alæ eius* scilicet charitatis, & æmulationis sunt *alæ ignis*, in quorum declarationem subijcitur, *flammæ eius*, scilicet sunt istæ illius alæ.

Symmach.

a Psa. 90. 6
b Psa 75. 4
Hieronym. Sagittę, alarũ & volatilium nomine appellatæ.

Secundus, *Sagittæ eius* celerrimæ *sagittæ ignis*, id est ignitæ, *flammæ eius*, scilicet sunt ipsæ eius sagittæ. Porrò iidem Septuag. vltimam, quæ in Hebraico textu est, vocem שלהבתיה scialhebethiah *flamma* (in genitiuo singulari) Dei, Hebræa phrasi illa qua nomẽ Dei addi solet ad exaggerationẽ, quave & *montes Dei* dicuntur, & *cedri Dei*, qui celsissimi sunt montiũ, & quæ celsissimæ sunt cedrorũ, legisse videntur שלהבתיה scialebetheha, quod facilè fieri potuit, cum adhuc adhibita non essent puncta: ideoque bene uerterunt, *flammæ eius*, pluraliter in recto. Noster autẽ Interpres quod Hebraica phrasi dicitur, *flamma Dei*, id est, ardentissimæ, optime explicauit, vertens, *atque flammarum*, iuxta aliam sacrarum scripturarum phrasim, qua (vt aliàs me quoque notasse recolo) in numero plurali pronũtiatur aliquid p epithasim, & amplificationem: vt tantumdem sit. *Lampades ignis, atque flammarum*, ac lampades ignis inflammatissimi; seu lampades ignis, & flãmæ maximæ. Hæc pro cognitione variarum lectionum longius fortasse dicta videantur cuipiam; at certè non abs re dicta ea sunt, quippe quæ ad plenum lectionis nostræ intellectum conferunt, & multiplices quoque suggerunt sensus, præsertim cũ de spiritualibus agitur.

Dei nomẽ adijcitur ad superlatiui ad epithasim in scriptura.

Zelotypia quã ardentibus vrat suspicionũ flammis.

R. Salamõ. Agathius. Soto Maioris. Legionen.

In afferendo autem sensu soni litteræ totius huius sententiæ haud conueniunt Expositores. Quidam enim ad cruciatus hæc referunt ęmulationis, quam supra spõsus dixerat duram sicut infernum; ac si dicatur: Æmulatio, & zelus animam vrit æquè ac ignis, flammæque infernales. Quẽ sensum ex R. Salomone desumpsere Agathius, & Soto Maior. Neque à sensu isto admodum differt is, quem affert Legionensis, hæc referens item ad cruciatus suspicionum Zelotypi: ac si dicatur: Non sic corpus vrunt igniti carbones, facesque accensæ, ac suspiciones illæ, quas ęmulatio gignit, animum ęgritudine, atque cura conficiũt. Cui sensui ea fauet lectio Sept. *Sagittæ eius, sagittæ ignis, flammæ eius.*

SENSVS.

Verum cum in superioribus verbis, *Dura sicut infernus æmulatio*, iam ex toto hoc loco, in quo præstantissimum omnium prędlatorum exponitur dilectionis encomium, vniuersas reiecerimus suspiciones; simplicius dicendum; in hisce tertia similitudine vehementius ignis, qui & res fortissima est, cui obsistere vix quicquam potest, sponsum robur idem exprimere charitatis, quod iam duabus expresserat similitudinibus mortis, atque inferni. Et necessario post prædictas similitudines sumptas è rebus, quarum fortitudo, & robur situm est in consumptione duntaxat, & corruptione, tertiam hanc adhibuit similitudinem ignis, quem iuxta Philosophorum dogmata maxime actiuum esse, nouimus. Quod si adhuc contendens, & ignẽ quoque esse maxime consumptiuum, quod certe non abnuo, quærat quis: in quonam actiuitatis eius robur appareat, quod haud consumptio sit, sed perfectio: Ex varijs certè pręsentis sententiæ versionibus facilè illi respondere poterit. Quòd enim, vt est in accensis carbonibus, suum ipsum adhibitæ materiæ impertit calorẽ; quin

LITTERA.

quin & igneam sui naturam, perfectio est: Quòd scintillis item, quas è se emittit, escam accendit, perfectio est, licèt per accidens esca illa corrumpatur: Quòd flammis volantibus illico calorem humido impertiat aeri, perfectio est: Ac demum, qđ facibus splendoris sui lumen effundat, perfectio est. Quo loco notandum, quam egregiè noster Interpres vniuersas perfectiones hasce expresserit lampadum metaphora, legens: *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum*. Ac si diceretur.

PARAPHRASIS.

Nedum instar mortis *dilectio est fortis*, *duraque* instar inferni; sed & fortissima quoque est in agendo, & perficiendo: est enim instar ignis, atq. adeò veluti accensis lampadibus sui exhibet indicia; & quæ intrinsecus amãtis cor reddit igneũ, extrinsecus pariter luce beneficiorũ, & gratiarũ scintillis sese manifestat; simulque quasi facibus igniti scor pariter succendit amati, idque summa cum celeritate, & vehemẽtia. *Lampades* namque *illius* haud sunt simplicis ignis, sed sunt *lampades flammarũ* summo cum impetu inflammantes.

Porrò sensus iste facile accommodari potest tum ad sensum primum præcedentium verborũ; iuxta quem commendabatur dilectio sponsi; tum ad sensum secundum, in quo celebratur charitas sponsæ; tum denique & ad tertium, iuxta quem ibi actum vidimus de amore in genere.

Amor ardet & urit.

Nititur autem præsens dilectionis encomium, iuxta hunc sensum acceptum, super tribus fundamentis, circa quæ multa forent dicenda, ni sæpius de iis actum à nobis fuisset in superioribus. Quorum primum id est, quòd communi tũ sacrarũ, tũ profanarum litterarum affatu amori, & charitati effectus tribuitur ardendi, & vrendi; atque adeo & vulgato ignis vocabulo nuncupatur: pro quo sat illud sit, quod in Euangelio dictum reperimus a cælesti sponso: *a Ignem veni mittere in mundum & quid volo, nisi vt accendatur?* Secundum verò, ea est conclusio, quam & Philosophi, & Theologi certissimam supponunt, amorem nullam habere sui causam validiorem, quam amorem, vt optime probat S. Thom. q. 27. art. 4. sicut ignis præ ceteris omnibus ignem in alio accẽdit: Ex hoc enim prouenit, vt dilectio, quæ intra cor ardet amantis cum foras erumpit, instar ardentis facis etiam cor succendat amati, iuxta illud: Si uis amari, ama: Vnde & Ioannes dilectus Christi discipulus hanc ipsam conclusionem vt irrefragabilem supponẽs: *b Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos*: ac si dicat: Cum Deus nostri combustus sit dilectione, certè qui in illius præcordiis exæstuat ignis, corda quoq. nostra sui succendit charitate: quam obrem hoc igne flagrantes eum diligamus. Tertium denique eiusdem sensus fundamentum id est, quod & quotidiano probamus experimento, per beneficiorum exhibitionem quasdam quasi per lampades internam manifestari dilectionem, iuxta illud Gregorij: Ostensio dilectionis, exhibitio est operis: ipsaque beneficia nedum lucem exhibere dilectionis, sed & ignis quoque ardorem, igneumque amorem vehementius celeriusve impertire, suscitare, atque succendere, vel si in inimicum conferantur, iuxta illud *c* Prouerbior. ab Aposto. in epist. ad Ro. vsurpatum: *d Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi, Sic enim carbones, seu prunas congeres super caput eius*: Quem locum Aug. ser. 168. de tempore circa mediũ, reiecta opinione illa, quæ de prunis ignis infernalis eum intelligit, ex sentẽtia sanctorum Patrum intelligendum asserit de carbonibus, & prunis charitatis, quibus per beneficia ipsa mens

a Luc. 12. 49.
Amoris causa potissima amor.
b 1. Io. 4. 9.
Beneficia indicia sunt interni amoris.
Greg. PP.
Beneficia collata ad amorẽ accẽdunt etiã inimicos.
c Pro. 25. 21.
d Rom. 12. 3.
August.

A vel ipsius inimici succenditur. Placetque mihi quàm maximè quod in commentariis super citatum Prouerbior. locum notat Cornelius Iãsenius ponderans vim verbi, *congeres*, & *coacervabis*, quo ibi vsi sunt Septuag. Beneficia ipsa tales esse prunas, quæ totum hominem amore succendant, instar prunarum in aceruum ita magnum congestarum, vt earũ vis caput hominis excedat. Id, quod multò efficacius hoc loco idem expressit Salomõ, cum de dilectione verba faciens, & de æmulatione, qua dilectio ipsa impetu magno in dilectum erũpit, haud sat ei fuit dicere, *Lampades eius, lampades ignis*; sed & id quoque addit, *atque flammarum*, maxime scilicet eleuatarum: & quibus nedũ B caput superetur amati, sed & summa celeritate idem vehementissima succendatur charitate; quæ ve sic succendant, vt nil eis obsistere queat, vel si grauissimum præcesserit odium, implacabilesve inimicitiæ: sunt enim lampades, ac iuxta lectionem Hebr. *prunæ ignis flamma Dei*, cui nihil est, quod resistere valeat.

LITTERA.
Iansenius.

Quæ omnia apertius forte designantur per versionem Septuag. Nam, siue eam legamus: *Alæ eius, alæ ignis, flammæ eius*, scilicet dilectionis, & æmulationis, significat, Beneficia, studiaque, quibus instar flammarum foras erumpit dilectio, quæ instar ignis in corde ardet amantis, esse alas eiusdẽ dilectionis, alasve prædicti ignis, quibus præcor- C dia exuruntur eiusdem amantis; esse inquam eius alas, quib. pernicissimo volatu ignis ille inflammationem efficit cordis, & eius, in quem ipsa confert beneficia.

I. SENSVS LECT. SEPT.
Beneficia sunt alæ.

Quòd si legamus: *Sagittæ eius sagittæ ignis, flammæ eius*: modus pariter istorum omnium per eadem significatur, vt tantumdem sit, ac si dicatur. Beneficia eius, quæ ex succenso intrinsecus igne dilectionis, instar flammarum splendentium, atque ardentium, foras erumpunt, sunt *sagittæ*, & *sagittæ ignis*: vt pote quæ ab ardente amantis corde in cor eiaculantur amati, succensoque illius corde totum planè illum eodem adurunt igne charitatis: iuxta id, quod in sensibilibus quoque febrib. animaduertimus, vt feruentibus præcordijs, ijs ip- D sis, qui circa illa ardent, æstibus, vniuersum quoque corpus adustum sit.

II. SENSVS. LECT. SEPT.
Beneficia sunt sagittæ amoris.

Ex Versic. VI. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Expositio secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

NEmo *e accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt*, ait Dominus Iesus Ecclesiæ E sponsus; quodque verbo in hisce significauit, idipsum in sacra passione sua exhibuit & facto, quando & iuxta id, quod dicitur in libro Iob, *f Lampas fuerat contempta apud cogitationes diuitum*, atque in eorum æstimatione, quibus diuitiæ lucebant, & res huius sæculi, *parata* tamen *ad tempus statutum*, vt luceret, & arderet, adueniente præordinato isto passionis suæ tempore, semetipsum vt lucernam ardentem super crucis candelabrum videndum omnibus exposuit, charitate combustũ, prout visum est in ijs, quę habita fuere supra in c. 3. iuxta Hebr. lectionem: *g Medium eius combustum charitate propter filias Ierusalem*: Et charitatẽ ipsam suam vt facem ardentissimam super idem cande-

e Luc. 11. 33.
Passionis tempore Christus vt lapadẽ accensam se exhibuit super crucis candelabrum.
f Iob. 12. 5.
Pag. 509.
g Cã. 3. 10.

DE ANIMA.

vetera illa agnorum, ac vitulorum holocauſta eſſent abominationi, prout aliàs ex loco pſalmi 39. relato ab Apoſtolo in epiſtol. ad Hebr. a *Sacrificium, et oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtum, & pro peccato non expoſtulaſti*, &c. ſat probauimus.

a Heb. 10. 5

Vulnera Chriſti dicuntur flãmę Dei. Cum autem hac ratione in holocauſtum Patri oblatus ſit Chriſtus, totus per carbones hoſce igne combuſtus charitatis, nil mirum ſi eadẽ eius vulnera, ijdemque carbones *ignis* dicti ſint, *& flamma Dei*, quibus nimirum Deus ardet, quandoquidem ſicut flammæ charitatis Dei tantæ ſunt, vt Deus ſit & totus ignis, & totus charitas, prout in ſequenti expoſ. explicabimus: Ita & vulnera Chriſti eæ extiterunt flammæ in illo, ſicve illum charitate ſucenſum exhibuerunt, vt ille & ignis meritò dici potuerit, & charitas prout longius oſtenſum eſt in loco paulo ſuperius citato ex capitul. 3. huius Cantici, vbi dicitur: b *Media charitate conſtrauit*, vel ex Hebræo, *Medium eius ſuccenſus à filiabus Ieruſalem.*

b Cãt. 3. 10

Vulnera Chriſti ſũt ſagitta charitatis. Denique quàm bene eadem Chriſti vulnera, iuxta verſionem Sept. nedum *flamma* dilectionis eiuſdem Chriſti dicta ſint, ſed & illius charitatis *ſagitta alata*, ipſamet teſtificari poteſt pia, deuotaque anima, quæ in eorum pręſertim meditatione veluti ſagittis potentis acutis configi ſe ſenſit, atque adeo bis in ſuperioribus dixit: *Vulnerata charitate ego.*

c Cãt. 2. 5. Cant. 5. 8. iuxta Sept.

Ex Verſ. VI. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Expoſitio tertia. De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima iuſti.

Zelãs honorẽ Dei eiuſ ve legẽ habet alas flammarũ quibus volat. HAec ad encomium ſi ſpectent æmulationis piæ animæ, qua ex vehementiſſima Dei charitate pro eiuſdem Dei honore, ac lege maximè ſollicita eſt, prout ſat congruenter ſpectare videntur, vt pronomen eius ad ſubſtantiuum id referatur, quod immediate præceſſit, vbi dicebatur: *Dura ſicut infernus æmulatio*: aptius eidem encomio congruere ea crediderim iuxta verſionem Sept. quæ dicitur: *Alæ eius alæ ignis flammæ eius.* Hiſce enim ſignificatur, eam ipſam ſolicitudinem qua veluti flammis vehementibus ita intrinſecus pro Dei offenſis, & aduerſus præuaricatores legis exuritur, vt propterea ipſa dicta ſit *æmulatio dura ſicut infernus*: has inquam flammas, hoſque vehementiſſimos dilectionis Dei affectus eſſe alas, & alas ignis ob velocitatem nimirum, quam ex prædicta habet ſolicitudine; quave vbi Dei honor tuendus ſit, vbi idem propagandus, vbi eiuſdem Dei obſequio ſit indulgendum, & via mandatorum illius proterenda, nedum currit, ſed & volat, alas nimirum habens, & non quaſcunque alas, ſed alas ignis, alas nimirum Spiritus ſancti, qui in linguis, & flammulis ignis in die Pentecoſtes deſcendit ſuper Apoſtolos.

SENSVS LECT. SEPT.

Amori datæ alæ ab antiquis, ad deſignãdã illius inconſtãtiã. Quo loco notandum, multò congruentius, & verius in ſacris litteris charitati alas tribui, quã apud antiquos Idololatras eædem tribuerentur vel amori profano, vel falſo eiuſdem amoris Deo. Illæ enim antiquis inconſtantiam, maximamque humani amoris inſtabilitatem deſignabant, vt rectè ex Propertii tetraſtico probat Pierius Valerianus lib. 21. pag. 155.

Pier. Valer.

Cum tamen eædem in ſacris litteris ei tribuantur charitati, quæ firmiſſimas habet radices, eique æmulationi Dei, quæ tenaciſſimum eſt charitatis ſtudium; adeoque tenax, & durum, vt & propterea inferno cõparetur, vt viſum eſt. Quin & ob id potius charitati eæ tribuuntur, vt per eas in ipſa magis firmemur charitate, quod illa ſignificat anima, quæ huius ſoliditatis, & quietis in charitate tenetur deſiderio, atque adeo cum Propheta exclamat: d *Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* volare cupiens, ſimul atque quieſcere: volare quidem in ſtudio æmulationis legis Dei, & in ſolicitudine obſequiorum eiuſdem, at per volatum ipſum requieſcere in charitate ipſa radicata.

DE ANIMA.

d Pſ. 54. 7.

Vbi notandum, aptiſſimè à tali anima columbæ pennas, & alas ad hunc volatum, atque quietem expetitas; cum & Spiritui ſancto, cui in ſanctiſſima Trinitate appropriatum nouimus amorem per eſſentiam, alæ tribuantur columbæ, ex quo ſuper Chriſtum Ieſum e deſcendit item in ſpecie columbæ: eidemque ſeſſionem tributam nouimus, & manſionem, tum quando ſuper ipſum Ieſum corporali volauit ſpecie, & ſuper eũ manſit, vt magnus ille Baptiſta conteſtatus eſt, dicens: *Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum*: tum etiam quando magno illo ſono, atque impetu deſcendit ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes, vnde & legimus: f *Seditque ſupra ſingulos eorum*: Et ſanctis quoque illis ſpiritibus, qui ab ardore charitatis nomen Seraphim ſortiti ſunt, ſex quidem alas apud Iſaiam tributas nouimus, eoſdemque & volaſſe legimus; cum tamen ſimul de iiſdem legamus: g *Seraphim ſtabant ſuper illud.*

Charitati data alæ columbæ, et eur e Io. 1. 32.

f Act. 2. 3. *Charitas & habens, & volat, & firmiſſimè ſtat* g Iſa. 6. 2.

Quæ ſanè omnia peregregie hoc loco ſignificauit & ſponſus, dum hæce charitatis, & æmulationis alas aſſerit eſſe alas ignis, ipſas nimirum flammas. Nouimus autem, ſenſibiles flammas, quaſi volatu quodam celerrime per aera ſe eleuare, attamen quò altius volant, eò accẽdi tenacius, ſolidioremque igni cauſare firmitatem: Atque adeo bene in ſacris litteris, cui tribuuntur charitatis alæ, eidem ſemper tribuitur & ignis. Sic Spiritui ſancto ſicut ſpecies tribuitur columbæ, ita & ſpecies tribuitur ignis: ſic, cum multas alas cœleſtibus aſſignant Spiritibus, iis potiſſimũ eas aſſignant, qui ignei charitate. Seraphim, id eſt combuſti, ardenteſve dicuntur. Et, ſi apud h Ezechielem dantur alæ myſticis illis quatuor animalibus, quæ illuc gradiebantur, vbi erat impetus ſpiritus, cum eadem deſcribuntur, de eis dicitur: i *Et ſimilitudo animalium, & aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium; & quaſi aſpectus lampadarum.*

h Ezec. 1. 8.

i Ezec. 1. 13

Charitate flagrantes, quatuor eſſe deſignati per quatuor animalia Ezechielis. Porrò in myſtica hac ſanctorum animalium narratione tria mihi conſideranda occurrunt, quæ faciunt ad intellectum præſentis encomii æmulationis, vehementiſſimæque charitatis pię animæ, qua Dei honorem zelatur, ſi id legamus iuxta verſionem Symmachi, *Impetus eius, impetus ignis, atque flammarum*: quæ certè pulcherrima eſt, & efficaciſſima. Enimuerò prædictis animalibus dicuntur primò fuiſſe alæ: tum additur, eadem habuiſſe aſpectum ignis non ſimpliciter fulgentis ſed fulgentis, ſimul & ardentis: ideo, n. puto, eumdẽ aſpectum aſſimilatum lampadibus, & prunis ardentibus: tertiò demũ, cũ de motu iſtorum animalium ſit ſermo, nil dicitur de volatu, ſed hiſce explicatur verbis: k *Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur*: Vt exinde intelligeremus, ſanctos, qui per quatuor illa animalia deſignãtur eſſe ſuccenſos charitatis igne, quo nedum lucẽt per

SENSVS LECT. SYMMA.

k Ezech. 1. 12.

DE ANIMA.

per bona opera, quæ proximorũ oculis obijciunt, sed & ardent per feruorem, quo illa operantur: habere & alas, quibus per eamdem charitatem, & Dei æmulationem in eiusdem Dei obsequijs nedum currunt, sed & uolant: equinimo istum eorũ volatum multo in celeritate, & in efficacia, & robore quemlibet sensibilium uolucrum superare volatum.

Charitatis volatus, ŝ celerior, & efficacior volatu venerum.

Siquidem volatus cuiuscũq; volucris pernicissimi, & fi. in tempore, & volantem fatigat, & facile obiecto aliquo detineri potest impedimento: Nec mirum: quia per alas fit pennarum, quæ leuis res, sunt, & tenuis, ita vt obiectum reijcere neque ant impedimentum. At verò volatus charitatis fit in instanti sæpius, & tametsi iugis ille sit, haud tamen vllã affert defatigationẽ, ita vt de ijs, qui eo volant, dici id queat, quod in libro Ecclesiastici dicitur de sideribus: *a Non deficient in vigiliis suis*: quod vt maximum est omnium, nullo retardari potest impedimento, cum alis fiat eiusdem charitatis, quæ *fortis est vt mors*, cui nihil obsistere valet, *& dura sicut infernus*: cuius & *ala, alæ sunt ignis atque flammarum*: obiectum, n. impedimentũ quodlibet inexplicabili propellit impetu: Nec mirũ, cũ illuc iste fiat volatus, vbi sit impetus Spiritus sancti; & nouimus, nescire tarda molimina Spiritus sancti gratiam. Licet enim innumera piæ animæ in Dei obsequio volanti obijciantur obstacula, eo illa omnia propelluntur impetu Spiritus, vt planè dici queat, ipsam ea nescisse, & vix percepisse, Quæ optimè expressit Symmachus pro alis, hoc loco uertens *impetus*, vt charitatis, & æmulationis Dei, *impetus*, qui certe ijdem sunt; cum impetus Spiritus sancti, dicãtur esse *impetus ignis atque flammarum*.

a Eccl. 43. 11.

Charitatis impetus qualis.

Quorum certe impetuum ignis quanta sit & celeritas, & vis, ex impetu incensarum bombardarum facile quis intelliget, & ex impetu ignis tormentarii intra minarum cuniculos subtus celsissimam, validissimamque molem quamlibet accensi. Hæc, si in hisce æmulationem sponsæ commendatam velimus.

SENSVS LECT. VVLG.

Quòd si ad encomium charitatis in genere eadem referantur, prout & superiora, & subsequentia referri posse, vidimus, & videbimus: id nobis diligenter hoc loco perscrutandum, quomodo charitas dicatur, habere *lampades ignis, atq; flammarum*; quave ratione eadem comparetur igni, præsertim cum etiam apud Ethnicos ignis, lampadesque, & faces ardentes essent amoris hieroglyphicum. Licet enim illis amor diceretur ignis sicut & nobis charitas; diuersissima tamen ratio vtriusque est appellationis: Dicebant quippe illi amorem humanum, atque profanum ignem, eidemque faces tribuebant, vel quia eorum amor cruciatibus adureret præcordia amantium; vel, vt dictum est in prima expositione, quia potentissimus ille sit ad mutuum suscitandum alium amoris ignẽ in amato, & per beneficia, quasi per scintillas, ac lampades quasdam ardẽtes & se manifestet, & sui ipsius communicet æstus.

Amori cur ab antiquis attribuerentur ignis, & faces.

Altiori tamen ratione nos vna cum sacris litteris charitatem appellamus ignẽ: Ea verò nititur celsissimæ eiusdem charitatis dignitati, vi, atque naturæ, quæ sanè huiusmodi sunt, vt ipsemet Deus illius nomen non dedignetur, atque adeo & charitas dicatur, & vna cum charitate sit, iuxta vulgatissimum illud Ioannis: *b Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

Charitas cur appelletur ignis i scriptura

b Io. 4. 16.

Dionysius

Porrò, cum Deus, atque diuina, vt bene asserit Dionysius lib. de cœlesti hierarch. cap. 5. nulla alia re frequentius in sacris litteris explicetur, quàm igne, consentanea pariter ratione, & charitatem eamdem ignis similitudine aptius, quam vlla alia exprimi, operæ pretium est, præsertim cũ ignis proprietates, & charitati competant, sicut & Deo; ac per eiusdem ignis excellentias & Dei exprimatur sublimitas, & celsitudo celebretur charitatis.

DE ANIMA.

Ignis proprietates aque competunt Deo, ac charitati.

I. Affert in loco supra citato Dionysius complures ignis proprietates, quibus diuina exprimitur essentia, sed per eas haud minus exprimitur charitas, quam summus describatur & Deus.

Primò enim, sicut ignis præ elementis ceteris sensu percipitur, & Deus super omnia agnoscitur, quem sentiunt vniuersa etiam insensibilia, iuxta illud: *c Ecce cœlum, & cœli cœlorum, abyssus, & vniuersa terra, & omnia, quæ in eis sunt in cõspectu Dei commouebuntur*. Ita pariter & charitas præ omnibus præcipitur, quippe quæ in singulis, quæ à Deo condita conspicimus, agnoscitur, nec apud Deum quid opera nostra reddit magis perspicua, quàm charitas, sine qua nil quicquam apud illum apparet, prout longius probat Apostolus in Epist. *d* ad Corinth.

c Eccl. 16. 18.

d 1. Cor. 13. 1.

Sunt enim Deus, & charitas in rebus, & in operibus singulis, omnia absque vlla confusione, vel offensione, aut deturpatione penetrantes, æque ac ignis per omnia sine vlla sui admixtione proficiscitur, & ab omnibus prorsus excipitur: nam nec quid conseruari potest, ni Deus in illo esset, & charitas, per quam & perficitur & conseruatur, prout increata sapientia de se ait in lib. Eccles. *e Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti.* II.

e Ecc. 24. 8

Quòd si ignis cum lucidissimus sit, non admota tamen sibi materia, in qua vim suam ostendat, manet in seipso occultus præ summa sua subtilitate, & simplicitate, & Deus præ immensa sui simplicitate, tametsi per se sit maximè omnium intelligibilis, in seipso nihilominus est incomprehensibilis, neque enim alia ratione à nobis ille cognoscitur, quàm in operibus, in quibus suam patefacit virtutem, iuxta illud: *f Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Charitas pariter quamuis per se sit lucidissima, vt pote fons lucis omnis, quæ in virtute effulget: haud tamen alio pacto potest intelligi, quàm per opera, quæ per ipsam exhibeantur, iuxta illud Gregorii: Ostensio charitatis exhibitio est operis: Ideoque Paulus *g* eleemosynam ostensionem dicit ipsius charitatis. III.

f Ro. 1. 20

Greg. PP.

g 2. Cor. 8. 24.

Etsi immensurabilis est ignis, cum iuxta philosophiam semper crescat in infinitum, vnde & Salomon in lib. Prouerb. ait: *h Ignis numquam dicit, sufficit*: & Deus immensus est, ac infinitus: Immensa pariter est charitas, cui nullum est assignare terminum: quem enim posuisse visus est Iesus cum dixit *i Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis*: is ipse excessit, & pro inimicis animam suam ponens; Ideoque Paulus, *K Oro* (inquit) *vt charitas vestra magis ac magis abundet*. IV.

h Pro. 30. 16.

i Io. 15. 13.

k Phil. 1. 9

Quod si ignis primus est, & præstantior inter alia elementa, ac Deo nihil adæquari potest: Charitas quoque virtutibus supereminet vniuersis, teste Apostolo, dicente: *l Nunc autem manent tria hæc, fides, spes, charitas*, quæ vt virtutes Theologicæ virtutum reliquarum sunt præstantissimę; *maior autem horum est charitas*. Cõicat quidem V.

l 1. Cor. 13. 13.

dem ignis cuiuis, quòd sibi fuerit appropinqua-tum, igneam sui naturam, atque calorem: & Deus omni animæ appropinquanti sibi calorem impertit gratiæ, consortemque reddit diuinæ naturæ quemcunque inhabitare dignetur; Charitatiuũ pariter reddit & charitas cuicumque insederit; quinimo & maximè distantibus suum impertit calorẽ, ppea dicebat Paul.: *a Græcis & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum:* Ideoque secundum eumdem *b Christus Iesus pacem euangelizauit iis, qui longè, & pacem iis, qui prope.* Et quis est, qui se magis alteri cõmunicet, & præbeat, quàm ii qui charitatis igne sit succensus? cum eũdem Apostolum ita sese Christo, quem diligebat præbuisse nouerimus, vt dixerit: *c Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus.*

a Ro. 1. 14. b Ephe. 2. 17. c Gal. 2. 20

VII. Suo vitali calore renouat omnia ignis, vt patet in metallis, quorum consumit rubiginem, & in Phœnice: & Deus sua vitali gratia quasque renouat animas *d per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abũdè per Iesum Christum Saluatorem nostrum,* vt dicitur in epistol. ad Titum. Et charitatem quoque calore suo animas renouare, idem testatur Paulus, cum ait: *e Renouamini spiritu mentis vestræ: & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis.* Quid enim est iustitia, & sanctitas veritatis, nisi charitas, qua lex, & omnis iustitia impletur, quæ est vera sanctitas, vt pote vinculum perfectionis?

d Tit. 3. 5. e Ephe. 4. 23.

VIII. Quòd si, vt item in metallis patet, ignis vim habet discernẽdi aurum à quocumque metallo, cui sit commixtum, idque sine vlla sui mutatione, & Deus absque sui mutatione vlla bonos discernit, à malis, vt palam facturum se pollicetur Dominus noster in die iudicii, *f* Per charitatem pariter virtutes discernuntur à vitiis, tuncve quodlibet optimè examinatur opus, cum ad charitatis ignẽ fuerit appositum, atque adeo suadebat Apostolus, *g* vt omnia nostra in charitate fierent.

f Matth. 25. 32. g 1. Cor. 16. 14.

IX. Ignis superiora semper petit, nullaque vi adigi potest, vt inferius descendat, & impulsus deorsũ resilit illico, ac leuitate sua fertur in altum: Deum quoque in altis iugiter habitare, testatur Dauid; *h* quinimo, cum ab amore in terram fuit impulsus, ab altissimo tamen cœlorum habitaculo non recessit: Et pariter charitas petit semper cælestia, nullaque vi adigi potest, vt ad terrena descendat; & si quando ob corporis necessitates, carnisve imbecillitatem deorsum impellitur, resilit illico ad Deum, quem vnum suum constituit obiectum, quod in omnibus exoptans, Paulus ait; *i Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

h Ps. 112. 5 i 1. Cor. 10. 31.

X. Si in suis actionibus ignis est omnium maximè agilis, & celerrimus, & de Dei sapientia legimus, *k omnibus mobilibus mobilior est; attingit autem vbique propter suam munditiam:* & *l Attingit a fine vsque ad finem fortiter:* Certè quàm agilis, celerve sit & charitas, ex iis Prophetę verbis intelligere est, quibus ait: *m Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum:* calore certè non alio, quàm ipsius charitatis, propter quem & Paulus *n* cor suum dilatatum esse ait erga Corinthios; eodemque suadet Corinthiis, vt dilatentur.

k Sap. 7. 24 l Sap. 8. 1. m Ps. 118. 32. n 2. Cor. 6. 11.

XI. Si ignis semper eodemque motu se mouens in sua sphæra, simulque mouet & inferiora: Deus operatur semper, iuxta illud; *o Pater meus vsque modo operatur, & ego operor:* simulq. reb. vniuersis tribuit operari, iuxta illud: *p Vniuersa opera nostra operatus es nobis Domine.* Charitas enim numquam otiosa perpetuo cietur motu ad bona opera, ipsaque est, quæ vniuersos ad bona promouet exercenda: atque adeo illius motum intelligens Apostolus, *q Sectamini* (inquit) *charitatem:* Ac si dicat, currentem sectamini, haud retinentes illius impulsum: &, *Charitas Christi vrget nos;* ait alibi.

o Io. 5. 17. p If. 26. 12. q 1. Cor. 14. 1. 2. Co. 5. 14

XII. Si ignis nequit adstringi ab vlla re, neque Deus astringi a quoquam potest: Charitas pariter vndequaq., peruadens nusquam potest adstringi, & coangustari, Idcirco bene Corinthiis ait Paul. *r Cor nostrũ dilatatũ est; nõ angustiamini in nobis angustiamini autem in visceribus vestris,* id est, ex quo ostendimus vobis latitudinem cordis nostri per charitatem, non habetis à nobis exemplum, nec causã, vnde angustiamini; sed, si hoc facitis, angustiamini quidem, sed non ex nobis, imò ex visceribus vestris, & ex vobis. Si in angustum redigitis charitatem vestram, ex vobis certè id est, non ex charitate ipsa, cuius natura est, vt haud quaquam in angustum redigi se patiatur.

r 2. Cor. 6. 11.

XIII. Si ignis in sua sphæra haud alio eget, clamve sibimet incrementa suppeditat; & Deus in excelso solio gloriæ *s* residens bonorum quidem non indiget; *Exaltatur tamen, t & glorificatur in concilio sanctorum:* Charitas quoque per se quidem in fidelium cordibus nullius extrinsecæ rei indiget, & latenter ibidem sibi ipsi incrementa suppeditat per interna desideria, perque internos affectus; Vnde fit, vt nullus sit, qui excusationem pręteXere queat, si Deum non diligat, atque proximũ tametsi nihil habeat in bonis; tametsi & corporis teneatur ægritudine: *u Charitas namque Dei,* ait Apostolus, *diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis.*

s Ps. 15. 2. t Ps. 88. 8. u Ro. 5. 5.

XIV. Quamquam oblata occasione summam eadem illico ostendit, quantum possit & in externis, magnitudinem suam: Non secus ac Deus in iis, qui ei non ponunt obicem, vim suæ exhibet omnipotentiæ, quacumque oblata occasione, & ignis in qualibet suscipiente materia suam manifestat virtutem.

XV. Et demum, sicut ignis attritu, id est, ex contusione, insufflatione, & percussione, veluti irritatione quadam lucidam eleuatur in flammam, & Deus quò magis nostris irritatur peccatis, eò magis lucidissimas bonitatis suę excitat flammas, iuxta illud Isaiæ: *x Ideo Deus exaltabitur parcẽs vobis, quia Deus iudicii est:* Ita & charitas pariter quò maioribus atteritur persecutionibus, probris, atque ærumnis, veluti irritatione quadam ex natura sua in ardentiores, & splendidiores flammas excitatur, quales suscitatas nouimus in Sanctis Martyribus.

x If. 30. 18

Cum autem tot, tantæque inter Deum, & ignẽ, & inter charitatem, Deum, atque ignem sint similitudines, congruentiæ, & analogiæ; tres tamẽ potissimum à sponso in hac sententia, quam præ manibus habemus, *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum,* nobis proponuntur: nempe exhibitio luminis, inflammatio, & communicatio sui ipsius absque vlla sui diminutione, qualem in accensis obseruare est lampadibus, ac facibus, dum aliis lampadibus suum communicant lumen. Quod certè sicut propriissimum est Dei, ita & charitati maximè competit. Hæc fusius, sed ignoscendum, cum de charitate sit sermo.

Ex Verf.

DE B. MARIA

Ex Versic. VI. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Expositio Quarta. De Tertia sponsa, quæ est Beata Maria.

Maria cor combustū lampadib. ignis ob æmulationē Christi.

SI præcedentibus verbis, *Quia fortis est vt mors dilectio: dura*, &c. acerbitas designata est anxietatis, & solicitudinis; atque dolorum, quibus B. Virginis cor iugi verborum Symeonis memoria transfixum fuit pro immensa, qua Christum prosequebatur, dilectione; facillime & hæc quoque intelliguntur, vt dicta in eorumdē amplificationē.

ALIVS SENSVS.

Verùm, quia præter hunc sensum alterum quoque addidimus in quarta prædictorum exposit. nimirum vt per ea verba Christus ipsimet Virgini contestatus sit, compertissimum sibi esse, quā ipsa Deū diligat, quàmve de Dei honore semper fuerit solicita: Dicendū, per hæc pariter id ipsum ab eodem exinde confirmari, quòd pluribus id patentissimum sit eius dilectionis, & æmulationis indicijs: Ac si dicatur.

Maria in omnib. exhibet signa sua dilectionis in Deū.

PARAPHRASIS.

Porrò huiusce dilectionis, & æmulationis, qua erga Deum ardentissime flagras, vndiq; conspicere est signa. Siue enim iustos promoueri ad maiores progressus exoptas, siue peccatorū conuersionem exposcas, quasi accēsis lampadibus, maximisque flammis in cœlum elatis, tuā ipsam ostendis æmulationem tenacissimam honoris, & gloriæ ipsius.

Maria vbera dicta lāpades dilectionis illius erga Deū.

Possemus quoque non incongrue dicere, vbera ipsa Gloriosissimæ Virginis lampadum metaphora hic celebrata; vbera, inquā, quibus suam Christo patefecit æmulationē, & solicitudinem honoris Dei, dum ea filio ostendit, quādo pro peccatoribus illum deprecatur.

Quæ ubera bene dicantur *& lampades*, in quibus ignis exhibeatur dilectionis, non tam oleo, quam lacte exhibitus illo, quo ea Deū pro peccatoribus paruulum in carne effectum aluere: *& lampades flammarum* æmulationis, quas è purissimo Virginis corde erumpentes ob oculos ponunt dilecti sui.

Ex vers. VI. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica Et inimicitia, quam te seruant nobis, similis est prunis ignis gehennæ, quē creauit Deus, vt succendantur in eo cultores idololatriæ.

Apud eos, qui nostram Vulgatam exponunt, communiori quidem sensu in bonam partem hæc sumuntur Et quidem Cassiodorus, Beda, atque Anselmus per lampades dilectionis designatos putant Sanctos, seu eorumdem sanctorū præcordia, in quibus vt in vasibus dilectio habitat.

Iusti sunt lampades dilectionis. Cassiod. Beda. Anselmus

Porrò, has lampades *ignis* quidem dictas, inquiunt: quia in corde ardent per amorem: dictas verò *& flammarum*; quia exterius lucent per operationem.

Iustus. *Casti sunt lāpades dilectionis.*

Ad hunc reduci potest & sensus Iusti Orgelitani, qui ait, lampades dilectionis esse vasa, in quibus castitas habitat, quæ dicuntur ignis, atque flammarum: quia semper sunt splendida, & Spiritus sancti igne feruentia.

APPENDIX.

Alio modo Anselmus Ardores, ait, dilectionis sunt ardores Spiritus sancti, qui est ignis: suntq; tales, vt etiam luceant: quia eos, qui diligunt, lucere faciunt, vt verbo, & exemplo illuminent.

Anselmus. *Lampades dilectionis sunt ardores Spiritus sancti.*

Aponius quoque ad fulgorem Spiritus sancti hæc referens, obscurissimis sanè verbis inquit, vi- uacitas verbi Deitatis, & flammarum illuminationis mentium illuxit de lampade Spiritus san.

Aponius. *Inuidus vrbuntur lāpadib. ignis*

In malum tamen sensum hæc accipit Gregorius, vt sermo sit de lampadibus æmulationis, & inuidiæ Iudaicæ: Ac si dicatur, Antequam ad æternum ignem veniant, in præsenti consumuntur: quia in seipsis inuidiæ ignem portant, qui sine portantis combustione non portatur. Hic ignis inuidiæ flammas protulit, ait Gregorius, quando per exempla, in quibus accensus est etiam in Gentibus vsq. ad Christianorum martyria per mundum vniuersum excreuit.

Greg. PP.

Mixtè demum eadem sumere videtur Rupert. Abbas, dicens: Sicut ignis, cum concitatur, generat flammam: sic dilectio dum quid perceperit non secundum sensum Christi, parit æmulationem lucentem, & ardentem: ardentem quidem inimicos; illuminantem verò amicos.

Rup. Abb.

Eorum autem, qui versionem Sept. interpretantur, Ambrosius serm. 19. in Psalm. 118. vers. 4. legens; *Alæ eius alæ ignis flamma*. Habet, inquit, alas charitas, & alas sicut columba. Sunt enim pennæ columbæ deargentatæ, quibus euolat, qui diligit, dicens, a *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*: sed & alæ sunt ignis; quibus dilectionis inflammat amorem. Clariusve in lib. de Isaac c. 8. idem Ambros. dicit: Bona charitas habens alas ignis ardētes, quæ volitat per pectora, & corda Sanctorum, & exurit quicquid materiale atq; terrenum est: quicquid vero sincerū est, probat, & quod contigerit suo igne, meliorat. Hunc ignē misit in terras Iesus, & refulsit fides, accensa deuotio, illuminata est charitas, iustitia resplēduit. Hoc igne inflammauit corda Apostolorum suorū, sicut testatur Cleophas, dicens: b *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret scripturas?* Alæ igitur ignis in flamma scripturæ sunt diuinæ. Denique aperiebat scripturas, & ignis exibat, atque audientium corda penetrabat. Et verè alæ ignis: quia c *eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum*. d *Spiritus quoque sanctus descendit, & repleuit totam domum, in qua erāt plurimi sedentes, & visa sunt dispersa linguæ tanquam ignis*. Bonæ alæ charitatis, verè alæ, quæ volitabant per ora Apostolorum, & alæ ignis, quæ purgatum sermonem loquebantur.

Ambrosi. a Psl. 54. 7. b Luc. 24. 32. c Psl. 11. 7. d Act. 2. 2.

Duas dilectiones, Dei nimirum ac proximi, duas charitatis alas esse, ait Philo Carpathius legens: *Alæ ignis, carbones ignis, flammæ ipsius*.

Philo Car. *Charitatis alæ sunt opera.*

Eamdem lectionem sequuntur & Tres Patres apud Theodoritum; per alas tamen charitatis intelligunt illius opera. Porrò charitatem ipsam ignem, prunas, atque flammas dictā, inquiunt: quia illustret in luce veritatis mentem per contemplationem atque ignorantiæ tenebras discutiat; & per actionem, atque opera mandatorum malitiam omnem, vt flammæ materiem accensu facilem absumat, & incrementum suggerat.

Tres Patr.

Theodoritus varias miscens versiones legit; *Scintillæ eius, scintillæ ignis, sed alæ eius alæ ignis, prunæ ignis flammæ eius*. Ita fortis, ait, est charitas (vt dictum est) quia primum volucris est, deinde circum alas suas habet flammam ignis, & scintillas eiaculatur. Quid autem, cum tam ignea, flammeaque sit, ea possit esse vehementius?

Theodor. *Charitatis fortitudo vnde.*

Vers.

LITTERA.

Verſ. VIII. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

HÆc ſententia duas habet partes, & in vtraque nonnihil diuerſitatis in varijs reperitur codicibus etiã Vulgatæ. Compl. etenim in prima parte, *non potuerunt* in præterito, legunt *non poterunt* in futuro: quod magis cõſonũ eſt Original. Hebr. & Sept. Codex tamen Vaticani nuper emendatus id habet in præterito, ſicut & in ſecunda parte in ſingulari legit, *deſpiciet*, quod in plurali, *deſpicient*, legunt alii, vt habent pariter & Heb. & Sept.

Illud verò quàm maximè in ſecunda parte notandum, vltimum pronomen, *eam*, haud referri poſſe ad dilectionem, cum in Hebręo ſit לו lo maſculini generis, & אהבה ahaba dilectio, ſit feminini; ideoq. referẽdũ ad ſubſtantiã, quæ eſt generis maſculini הון hon: Tametſi Sept. idem retulerint ad hominẽ: ſic enim illi vertere hanc ſecundam partem: *Si dederit homo omnem vitam ſuam in dilectione, deſpectu deſpicient eum.*

C

I. SENSVS.

Poteſt autem iſtamet ſententia ſumi, vt continens duo dilectionis encomia, ſicut duabus conſtat & partibus: vt nimirum in prima parte, *Aquæ multæ, &c.* exinde dilectio ipſa celebretur. quod, cũ in cuiuſpiam accenſa ſit corde, nulla vi, nulloque impetu auferri ab eo queat: Id quod neceſſario dicendum erat; quandoquidem contrarium inferri à quoquam potuiſſet ex verbis præcedẽtibus, *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum*: Quia enim ignis iſte ſenſibilis ab aquis extingui conſueuit. *Lampades ignis, & flammæ charitatis*, ait ſponſus, haud tales ſunt, vt à quoquam aquarũ impetu, copiave poſſint extingui.

Aquarum metaphora deſignatur tribulationes.

Eſt autem metaphorica locutio, per quam, vt in aſſumpta perſiſtatur metaphora, vocabulo aquarum multarum, & fluminum, iuxta frequentiſſimum ſacrarum litterarum morem, irruens vis magna aliqua deſignatur, inſurgensque impetus vehementiſſimus perſecutionum, cruciatuũ, ac ærumnarum, vt ſatis patet ex principio pſalmi 68. In ſecundà vero parte, *Si dederit homo, &c.* è veſtigio exinde eadem celebratur, quod tã pretioſa ſit; vt, cum non habeatur, nec vniuerſis opibus emi queat: quippe quæ haud aliud habeat pretium ſibi adæquatum, quàm parem dilectionem: cetera namque omnia ad eius comparationem quaſi nihil æſtimanda ſunt: Ac, ſi ſponſus de ſuamet dilectione erga ſponſam verba faciens, prout in præcedentibus, dicat.

Charitatis pretiũ adæquatum eſt ſola charitas.

E

PARAPHRASIS.

Quia vero tui flagro charitate, eius eſt roboris, vt nec ærumnis multis, nec maximarum perſecutionum impetu extingui, aut opprimi potuerit vnquam. Quidni autem omnibus neruis illęſam eam ſeruare ſtudeam? Quidni & tu per eius lampades, flammaſve pari non accendaris dilectione erga me? cum dilectio ipſa tanti ſit pretii, vt quicquid pro illa dederit quis, etiam *ſi totam ſubſtantiam domus ſuæ*, etiamſi *vitam ipſam ſuam*, *quaſi nihil* illi deſpicietur.

PARAPHRASIS ALIA

Seu, cum, ſi me mutua non proſequaris charitate, quicquid *pro dilectione* ipſa mea exhibueris,

A

quaſi nihil id omne, etiam ſi tota ſubſtantia, etiãſi vita quoque tua id ſit, deſpicietur à quolibet: quandoquidem exploratiſſimum cuique eſt dilectioni præter parem dilectionem non adæquari pretium aliquod. Vt adhuc perſiſtatur in perſuaſione eius, quod in toto præcedenti verſu 6. dilectæ ſuæ ſuadere obnixus eſt ſponſus, vt poneret ipſum *ſuper cor ſuum ſicut ſignaculum, & vt ſignaculum ſuper brachium ſuum.* LITTERA.

II. SENSVS.

Quod ſi idem ſponſus non tam de dilectione propria, quàm de dilectione eiuſdem ſponſæ, quam alloquebatur, in ſuperioribus locutus ſit, vt fieri poſſe oſtẽdimus, & hic pariter de eadem loquatur, illamve adhuc euehat, vt exinde magis in eo illam confirmet; vt teneat ipſum *ſuper cor, & ſuper brachium ſuum veluti ſignaculum*; æque erit, ac ſi dicat.

B

PARAPHRASIS.

Fortem ſicut mortem noui dilectionem tuam, æmulationemque, & vehemens, quo pro me ſollicita es, ſtudium durum tibi eſſe inſtar inferni, ſat mihi eſt exploratum: Compertiſſima mihi quoque ſunt dilectionis, & æmulationis huius tuæ indicia: Noui, nec multis ærumnis, perſecutionibus, atque moleſtiis, quas pro me ſubire tibi contigit, vel tantillum opprimi illam potuiſſe. Cur ergo me non ponas ſuper *cor tuum vt ſignaculum*, remque chariſſimam, cum quicquid aliud mihi exhibueris loco dilectionis, quam vnam à te exquiro *quaſi nihil* deſpicietur à quolibet?

III. SENSVS.

Dici quoque non incongruè poſſet, per hæc à ſponſo eidem dilectæ ſuæ ſignificatum, è quib. potiſſimum indiciis certior de eius dilectione ab illa ſit factus: cumque ea multas pro ipſius æmulatione, & charitate ſuſtinuerit moleſtias, multiſve confecta ſit ærumnis, ſimulque ipſe multis ab illa donatus ſit muneribus, inde potius tutiora deſumpſiſſe ſe ait validiſſimæ dilectionis eius argumenta, quòd ærumnas, moleſtiaſve, & perſecutiones ita pro ipſo ſuſtinuit, vt nec multis tribulationum aquis extincta ſit eius erga ipſum charitas, nec per flumina inſurgentiũ aduerſum ſe perſecutionum opprimi illam ſiuerit: Ac ſi dicat.

PARAPHRASIS.

Hiſce lampadibus quam maxime mihi tua innotuit dilectio, qđ haud extincta eſt aquis multis, nec fluminibus ipſis oppreſſa: Nam munera alioquin vniuerſa, etiamſi detur omnis ſubſtantia domus, in comparatione prædictæ charitatis quaſi nihil deſpiciuntur.

D

IV. SENSVS.

Quòd ſi de dilectione in genere & hic verba fiant, ſicut & in præcedentibus, optimus ille eſt ſenſus, qui eſt communior, vt ita illa commendetur ex duplici parte: Primo ex robore, vtpote quę nedũ ſit inſtar ignis, vt in pręcedentibus ſignificatum fuerat; verum etiam ipſo igne ſit fortior multò, quandoquidem & ignis extinguatur per aquas; illa tamen nec multitudine aquarum extingui, nec fluminũ impetu opprimi queat. Secũdo verò ex præſtantia, & incõparabili pretio, qđ tale, tantũque eſt; vt, etiam *ſi homo pro illa dederit omnem ſubſtantiam domus ſuæ*, totum id pretii in illius comparatione *quaſi nihil* ipſe *deſpiciet*.

V. SENSVS.

Charitas nec terroribus, nec blanditijs ſuperatur.

Quamquam & id quoque dici admodum probabiliter poſſet, per vtrumq. membrum hic euehi robur veræ dilectionis: Cũ enim duobus mediis vti homines ſoleant, vt quem ab illa abſtrahant; vel moleſtiis nimirum, ac perſecutionibus, vel blanditiis, atque muneribus: contra vtrumq; medium validiſſimam eam eſſe, ſignificat ſpõſus. Siue enim, inquit *multæ* moleſtiarum *aquæ* in illã iniiciantur, fluminumque impetus contra eam

DE ECCLESIA. irruant persecutionum, ipsa nec extinguitur tantillum, nec opprimitur. Siue *homo* quis æmulator illius pro ea, vt nimirum eum, qui ipsi affectus est ab illa abstrahat, *omnem dederit domus suæ substantiam, quasi nihil* id omne ab illo despicietur, qui bene in illa radicatus est.

Ex versione Septu. & sextum colligere licet sensum, quem affert & Theodoritus, & Ambrosius, vt videre est in Appendice.

Vers. VII. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Expositio secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

I. SENSVS. *Charitatẽ Christi haud extingui potuisse per passione, & mortem.* QVòd multæ, quæ Christum circumdederũt, tribulationum aquæ, quando passionis tẽpore lampades coruscarunt charitatis illius, lampadesque æmulationis eius in magnas succensæ sunt flammas, atque impetus fluminum dolorum, & cruciatuum, eamdem illius charitatem instar ardentissimæ fornacis in eius corde succensæ nec extinguere, nec obruere quiuerint, quæ è vulnerato ipsius latere, etiam post emissum spiritum exiuit aqua cum igneo admista sanguine, sat confirmat: atque adeo dilectus eiusdem Christi discipulus, qui, cum super pectus illius recubuit, internæ illius fornacis sensit ardorem, factum id describens, testem se exhibet de visu, & testem (vt dici solet) omni exceptione maiorem: Sic enim ait: *a Sed vnus militum lancea latus eius aperuit* (vt nimirum quę super eum inundauerunt aquę, foras erũperent ab ipso eius charitatis calore succensæ, ideoque illico subdit) *& continuo exiuit sãguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius: & ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis.* a Io.19.34

Charitas Christi cõpensari nõ pôt alio, q̃ charitate. Porrò: quod nulla alia re tanta Christi charitas compensari possit, præter quàm charitate simili, idem ipse contestatus est dilectus eius discipulus in sua prima epistola, dicens: *b In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ipse animam suam pro nobis posuit*: subditque compensationem æquiualentem: *Et nos debemus pro fratribus animas ponere.* b 1. Ioa.3.16.

Quòd aurum omne, omneque argentum, quæve pretiosissima sunt in domus nostræ substantia, quasi nihil despiciantur respectu eiusdem charitatis, quæ vna compensari duntaxat potest charitate, haud obscure contestatur Petrus Apostolorum Princeps in prima item sua epistola, vbi ait: *c Sciẽtes, quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati*, effuso nimirum per illius charitatem, subdensque post nonnulla, quomodo tantæ correspondere debeamus charitati, quidve æquiualens tam prætiosæ charitati Christi exhibẽdum à nobis sit, ait: *Animas vestras castificantes*, idest, casto amore ei illibatas seruantes: quod melius explicat, addens, *in obedientia charitatis*, id est, exhibentes animas vestras, vt eius sponsas puras, ipsum vnum diligentes, eique ex vera charitate vt vni dilecto obedientiam præstantes. Et quia charitas Dei vera & ad proximum se extendit, addit, *In amore fraternitatis simplici ex corde inuicem diligen* c 1.Petr.1 18.& 22.

A tes attentius. Quòd denique quicquid vel externarum substantiarum exhibetur absque charitate, vel etiam si vita ipsa exponatur sine illa, quasi nihil id omne ab ipsa Dei charitate, seu ab ipso despiciatur Deo, vulgatissimo illo Pauli testimonio comprobatur: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultatẽs meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* DE ANIMA. 1.Cor. 13. 3.

Vers. VII. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, &c. Si dederit homo omnem substantiam domus suę, &c.

B

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

III. SENSVS. TAmetsi misericordiæ opera tanti apud Deum æstimentur, tantove sint in prætio, vt Dominus noster Iesus Christus iis potissimum in die iudicii largiturum se dicat Regnum Dei, qui effusione substantiæ suæ hisce illud emperint operibus; segregatis quippe à dãnatis dicturum se ait; *Venite d benedicti Patris mei, percipite Regnũ, quod vobis paratum est ab origine mundi*: subdensque pretium, pro quo illis paratum id est, ait: *Esuriui enim & dedistis mihi manducare; sitiui & c.* Nihilominus in hoc Cantico, vbi ab eodem Christo Iesu, non tã C vt iudice, quam vt spõso animarum, encomia proferuntur charitatis, cui certè vni, vt vinculo totius perfectionis, & plenitudini legis, Regnum, & corona debetur gloriæ, tanti ab illo fiunt ea eiusdem charitatis indicia, quæ ex pia anima habet, quando illa tribulationibus, ærumnis, persecutionib. & cruciatibus subiecta, nequaquam ab illis opprimi se sinit, fortissimam erga illa omnia se exhibẽs instar flammarum adeo magnarum, & fortium, vt nec aquis multis extingui, nec fluminibus opprimi queant: Tanti, inquam, hæc à se fieri, inquit, vt opera illa misericordiæ in eorum comparatione quasi nihil esse videantur: non quòd re vera sint nihil: cum & propter illa detur Regnum cœlorũ, D vt dictum est, sed quòd habeantur quasi nihil in illorum comparatione. Quòd quàm verum sit, exinde facile est probare, quòd ab eodem Domino dictum aliquando fuit: *e Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* *Ob opera misericordia datur regnũ cælorum.* d Matt.25 34. *Operib. misericordia præfertur patiẽtia in tribulationibus.* *Pati magis gratius Deo, quã operari pro ipso.* e Matt.11. 12.

Sanè enim si exactius disquiramus, qui nam isti sint violẽti, hosce illos esse reperiemus, qui instar vehementissimarum flammarum fortissimi sint aduersus ærumnarum aquas, persecutionumque impetus. Ideo namque Paulus in charitate fortissimus, *f Placeo mihi*, inquit, *in infirmitatibus meis in necessitatibus, & angustiis, cum enim infirmor, tũc potens sum*: Ac si dicat; Robur meum in eo potissimum probo, quòd ęrumnis pressus minimè oppri E mor, prout sibi significatum acceperat à Domino iis verbis: *g Virtus*, idest, robur, & fortitudo *in infirmitate perficitur*: Quæ apertius explicauit & sapientissimus Salomon, cum in libro Prouerbiorũ dixerit: *h Melior est patiens viro forti*: Quando q fortis est in agendo, etiã si misericordiæ agat opera, quibus paratum vidimus regnũ cęlorum, venit in comparationẽ cum viro forti item in patiendo & tolerandis tribulationib. pro charitate Dei; cũ viro, qui non excandescat in ærumnis, & persecutionibus aduersus eos, qui ipsum persequuntur, tunc certè apparet, patientem ipsum esse valde illo altero fortiorem: hoc enim significat vox *Melior*, prout declaratur per subsequentia: *Et* f 2.Cor.12 10. g 2.Cor.12 9. h Pro.16. 32.

qui

DE ANIMA.

A *qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium*, scilicet melior, & fortior est. Et bene; quia, vt ait Greg. hom. 35. in Euang. in expugnatione vrbiũ extra sunt, quę vincuntur; in patientia verò, & tolerantia internus vincitur hostis, fortissimaque possessione propria obtinetur anima charitate insignis, quam alioquin extinguere; & opprimere satagunt potestates tenebrarum.

Greg. PP.

Propterea & Dominus in Euangelio, cũ dixisset, *a Trademini à parentib. & fratribus, & cognatis; & morte afficient ex vobis & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ* subiicit, *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

a Luc. 21.

Patientia tribulationũ potissimum est regni cæli pretium.

Porrò, sicut ijs exhibetur Regnũ cœlorũ, qui per opera misericordiæ externa, quæ possident, B ex charitate largiuntur: Ita & multò rationabilius idem ijs competit qui animam suam, quam per patientiam possident, ex eadem largiuntur charitate.

Quamobrẽ, si dicere id liceat, quod conijcio, exinde ipse argumentum sumo veritatis huius sententiæ, *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam si dederit homo, &c.* iuxta tertium litterę sensum acceptę: Vnde in principio huius expositionis è vestigio argumentum desumi videbatur aduersus illam, ex eo, quòd in die iudicij, seiunctis iustis à peccatoribus, datur à Christo iudice regnum cœlorum C pro operibus misericordię, nulla mentione facta patientiæ, & ostensionis charitatis per tolerantiam ærumnarum.

Enimverò ii, quibus propter opera misericordiæ dandum est regnum cœlorum, ad iudicium venient, vt, iuxta singulorum merita pro mercede id detur regni præmium, quod operum suorum valore adepti fuerint; At ijs, qui fortes extiterint in tolerandis tribulationibus ob Iesu æmulationem, quive ea prædita extiterint charitate, vt lampades eius, lampades fuerint ignis, atque flammarum, quas *aqua multa extinguere* nequiuerint, *nec flumina* persecutionum potuerint opprimere; cum, vt violenti cęlorum regnum rapuerint, haud tam, vt merces, quàm vt tuta possessio illud obueniat: nam sicut per patiẽtiam pos- D sederunt animas suas, ita per eamdem possident regnum cœlorum; sicve illud possident totò, vt haud, vt iudicandi in extremo iudicio recenseãtur: quin potius, vt iudices, tanquam veri, & securi possessores vnà cum supremo iudice, atque Rege sedentes super thronos, opera ipsa examinaturi illorum, qui instar ouium segregabuntur ab hædis. Quod profectò dicere non auderem, nisi id per supremum ipsum iudicem dictum acceπissem in Euangelio, vbi hæc ab illo habita sunt: *b Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum: vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel*: Hæcve est ratio, propter quam Sancti de nullo opere glorian- E dum sibi putant, quantumuis magno, quantumuis eximio, cũ tamen hoc vnum gloriæ sibi æstimandum, & censeant. & liberè fateantur vnà cũ Apostolo dicentes: *c Nobis autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi*, id est, nisi, cum per ærumnarum tolerantiam Christo confixi sumus cruci: *d Si gloriari oportet, quæ infirmitatis nostra sunt*, idest, quæ ad ęrumnas nostras, & persecutiones sunt, *gloriabimur.*

Patientes pro Christo in die iudicij sedebunt cum illo vt iudices, & cœli possessores.

b Lu. 22. 28

Pati pro Christo gloriosius sibi putãt sancti quã operari pro eodem.

c Gal. 6. 14

d 2. Co. 11. 30.

Vnum, quod circa hunc sensum sanè pulcherrimum hac in sententia aliquid ingerit difficultatis, est verbum *despiciet eam*: Si enim diceretur, *quasi nihil censebit eam*, scilicet substantiam in misericordiæ opera effusam, bene omnia se haberent ea ratione intellecta, qua eadem explicauimus, sed non video, cur opera illa, quibus cœlorum Regnum dari ostendimus; despici dicantur, & efficacius iuxta Hebr. & Septu. despici despectione.

DE ANIMA.

Opera bona despicit diabolus, cũ nõ videt quem pati p Christo.

Facilè tamen ab hac nos expediemus difficultate, si dicamus, rectè à nostro Interprete, quod obscurius dicebatur in plurali, *despicient*, clarius redditum, *despiciet* in singulari; vt intelligeremus, apud Satanam ea despectui haberi, de quo Dominus apud Isaiam ait: *e Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion.*

e Is. 37. 22

Hoc est enim proprium Satanæ, eidemque admodum consuetum, vt quælibet despiciat opera, quæ à iustis fiunt: tametsi per id vnum confundatur, quòd fortes illos aduertit in tribulationibus pro Dei æmulatione perpessis; quodve in illis lampades æmulationis fulgentes aspicit, *& lampades ignis, atque flammarum*, quibus intelligit, illorum charitatem nulla vi tribulationum posse extingui, nullove persecutionum impetu posse opprimi: Id quod is patefecit in Iob, quem licet multis insignem operibus præsertim misericordiæ, vt colligitur ex ijs eiusdẽ Iob verbis: *f Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, &c.* contemptui nihilominus habuit, & quasi nihil ea omnia despiciens, minime eum considerandum à se putauit: ita vt quasi id illi exprobrans Deus, dixerit ei: *g Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis super terram? homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Quibus ille, ea omnia despiciens, respondit: *Nunquid Iob frustra timet Deũ, Nonne tu vallasti eum, &c. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi?* Ac si dicere voluerit: Id vnum reputo optimũ æmulationis, & sanctitatis indicium, si eius charitas non extincta sit aquis ærumnarũ: Hoc hucusq; non percepi in eo, idcirco illũ vt despectum minime consideraui; *Tange eum* tribulationibus tuncve eum considerabo.

Pati pro Christo maximè formidolosũ diabolo, qui alioquin opera despicit.

f Iob 29. 15

g Iob 1. 7.

Quod itaque hisce, *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum: aqua multa non potuerunt, &c.* hoc loco ait sponsus ad piam animam iuxta hunc tertium sensum, tale est.

PARAPHRASIS.

Inde & mihi, & ceteris, quin & ipsimet satanę maxime est exploratum robur tuæ erga me dilectionis, & æmulationis, quod charitatis tuæ flãmam *nec multa* tribulationum *aqua valuerunt extinguere*, nec impetus instar fluminum rapidissimorum vehementissimus persecutionum eamdem in te potuerunt opprimere: Nam certè *si homo* quilibet vel in misericordiæ operibus, atque *pro charitate dederit omnem substãtiam domus suæ*, Satan ille despector, & subsannator bonorum operum *quasi nihil* vniuersam *illam despiciet* substantiæ largitionem.

II. SENSVS.

Iuxta sensum secundo loco allatum in littera, peregregius est locus iste ad amplificandum excellentiam illius effectus charitatis, quo Deus iugiter in memoria habetur, atque ob oculos, quẽ se habuisse significauit Propheta, vbi dixit: *h Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear*: quemve tantopere à nobis Deus exposcit, vt visum est, vbi dixit: *i Pone me vt signaculum super cor tuum, &c.* Amplificatur autem peroptime, cum pręferatur etiam effectibus eiusdem charitatis præstantissimis,

Memoria Dei actualis præstantissimus charitatis effectus.

h Psa. 15. 8

i Cant. 8. 6

DE B. MARIA. tissimis, vt effusionis substantiæ in eleemosynas, nec non & obsequii corporalis Deo exhibiti per totam vitam, iuxta versionem Sept. quæ habet: *Si dederit homo omnem vitam suam, &c.* Sic, quod dicitur *pro charitate*, intelligendum est de charitate actuali, quæ prædicto eius effectui semper adiuncta est: cum, qui huic studet, vt iugiter Deum ob oculos habeat, ei quoque studeat operæpretium
a Psal. 33. est, vt eumdem actualiter diligat, *a* benedicens illum *in omni tempore semperque illius laudes in ore* suo habens, prout facile faciebat idem Propheta,
b Ps. 15. 8. qui iam dixerat: *b Prouidebam Dominum in omni tempore*: cum è vestigio multi sint, qui largissimas profundant eleemosynas, nihil de Dei cogitantes dilectione: quin & sæpius in peccato existentes, & ab illius charitate alieni: id ipsum sæpius contingit iis, qui pro toto vitæ suæ tempore Deo se emanciparunt, eisdemque indulgent seruitio.

Vers. VII. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, &c. Si dederit homo omnem substantiam domus suę, &c.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est B. Maria.

III. SENSVS. *Maria charitas maxima in eo quod orat pro suis persecutorib.* AMplificat in his mirum in modum cœlestis sponsus Gloriosæ Virginis charitatem illã, qua orat pro peccatoribus, & in primis pro Iudaico populo, necnõ & pro iis, qui ipsam blasphemiis insectantur, peccatis lacessunt, quive cõtra ipsius deuotos persecutiones cient, quæ omnia recte sub aquarum multarum metaphora designantur, iux-
c Apo. 17. 15. ta illud, *c Aquæ multæ populi multi*, & sub metaphora inundantium, rapidorumque fluminum: Vt sensus sit.

PARAPHRASIS. Veluti accensis lampadibus iisve instar flãmarum excelsarum tuæ vndique conspiciuntur præstantissimæ charitatis indicia: At in eo præcipuè, quòd nec populi aduersum te insurgentes, aut impetus hæreticorum, qui te, tuosque persequuntur deuotos, *charitatem* istam vel tantillum *extinguere* vel etiam ad tempus opprimere *potuerunt*, quin & preces pro illis fundas.

Sanè tantum est istud tuæ charitatis specimen, vt vel si *totam substantiam domus suæ*, vel etiam si totam *vitam suam quis dederit, quasi nihil* id omne despiciatur à quolibet in comparatione eius.

Vers. VII. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Dixit Dominator sæculi populo suo domui Israel: quamuis congregentur omnes populi, qui comparati sunt aquis maris, quæ sunt multæ, non poterunt extinguere miserationes meas à te: et si congregati fuerint omnes Reges terræ, qui comparati sunt aquis fluminis, quod defluit cum impetu, non poterunt euellere te à sæculo; Et si dederit vir omnem pecuniã domus suæ, vt possideat sapientiam in captiuitate ego reddam ei duplum in sæculo venturo: & om-

A nis præda, quam deprædabitur de castris Gog, ipsius erit. APPENDIX.

Prima istius sententiæ pars, *Aquæ multæ non potuerunt, &c.* communi Patrum omnium consensu omnimodam designat inuincibilitatem charitatis, quæ nec multis tribulationibus, grauissimisq. persecutionibus, nullove tentationum impetu superetur, quando perfecta ea sit; vt locus iste sit similis ei, quod dicitur ab Apostolo: *d Quis nos separabit à charitate Dei? &c. Certus sum, quia neque mors, &c.* prout declaratum à nobis est in prima expositione. d Rõ. 8. 35

Ita Hieronym. libro 14. in cap. 47. Ezech. vbi legit: *Aqua multa non poterit restinguere charitatem, & flumina non demergent eam*: Idemque libro 4. Comment. in cap. 24. Matth. Ita Ambrosius serm. 19. in psalm. 118. versic. 4. & sermo. 2. versic. 5. nec non & libro 1. de Iacob. cap. 27. ac libro item 2. de Iacob. cap. vltim. Theodoritus, Tres Patres, Cassiodorus, Gregor. Papa. Philo Carpathius, Iustus, Orgelitanus, Aponius, Beda, Rupertus Abbas, atque Anselmus. Hierony. Ambros. Cassiod. Greg PP. Theod. Tres Patr. Philo Car. Iustus. Orgelit. Aponius. Beda. Rup. Abb. Anselm.

Altera verò pars, *Si dederit homo, &c.* tribus modis exposita à Patribus reperitur: Quidam enim eam explicant per illud Apostoli ad Phili. *e Hæc omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum*, id est, eius dilectionem *lucrifaciam*; vt significetur, eius esse pretii charitatem, vt, cum quis pro ea acquirenda dederit *omnem substantiam domus suæ*, nil se dedisse videatur. Ita Cassiodorus, Grego. Papa, Beda, Anselm. & Rupertus, tametsi Rupertus, non tam de acquirenda dilectione per omnẽ substantiam, quàm de eadem non amittẽda, vel si omnis amittenda sit substantia, hic verba fieri cẽseat ac si dicatur: Tanta illi inest dilectio verbi, vt in comparatione talis margaritæ nihil faciat, & despiciat omne, quod foris auferri potuit. Simili ferè sensu Aponius: Si quis in dilectione incedat, nec periculum cogitat, nec si dederit omnem censum domus suæ, sentit. Cassiod. Greg. PP. Beda. Anselm. Rupert. Aponius. e Philip. 3. 8.

Alii arbitrantur, hic significari, nullius rei vel operis quantumuis eximiis haberi rationem, si dilectio ipsa desit; vt quod hic dicitur, simile sit ei, quod dicitur ab Apostolo: *f Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* f 1. Cor. 13. 3.

Ita Philo Carpathius, Iustus Orgelitanus, Aponius, & Beda, qui, cum legitur, *despiciet eam*, id refert ad supremum iudicem, ac si dicatur. *Si dederit hõ oẽm substantiam domus suæ* pauperib. *pro dilectione*, id est, pro eo vt diligeret, *quasi nil* dederit, ita *despiciet* eum Iudex, qui cor eius à dilectione vacuum esse conspicit. Cum legitur, *despicient eam*, Aponius id refert ad Angelos Satanæ, qui in die iudicii prædicta omnia despicient, si charitas desit in nobis. Philo. Iustus. Apon. Beda.

E Qui versionem exponunt Sept. quæ sic habet, *Si dederit vir omnem vitam suam in charitate, despectione despiciet eum*: contrario superioribus sensu existimant, per hæc significari, ita ab iniquis flocci fieri charitatem, vt & eos irrideant, qui ob illã se, suaque impenderint. Qui dictum, ait Theodoritus, fortunas, ac vitam denique profuderit pro charitate, eum contemnent, & pro nihilo ducent ii, qui sunt charitate spoliati, ac nudi, iuxta illud Pauli: *g Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus; tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium, peripsema vsque adhuc.* *Mundus despicit eos, qui ob charitatẽ se, suaque dedunt Deo.* Theodor. g 1. Cor. 4. 13.

Eodemque sensu Ambrosius sermo. 21. in psal. 118. vers. Ambros.

LITTERA. 118. verſ. 5. Quoties, inquit, benefacta crimini dantur, quoties virtus opprobrio ducitur quoties ipſa ingrata eſt gratia. Vendidit iuſtus facultates ſuas, diſpenſauit pauperibus, nihil ſibi reliquit, contemnitur plerumque in ipſa Eccleſia: quia di ues eſſe deſiit, ſicut ſcriptum eſt; *Si dederit vir omnes facultates ſuas in charitate contemptu con- temptus erit.*

Tres Patr. Tres Patres apud Theodoritum ad dæmones referunt, quod dicitur *deſpicient eum:* ac ſi Chriſtus dicat. Si quis propter ſuam in me charitatẽ omnia bona ſua pauperibus diſtribuerit, aduerſariæ poteſtates eum aſpernabuntur, eo nimirum contemptu, quo Iob, omnibus illis diuitiis ademptis, ita deſpexerunt, vt eum à me per carnis dolores explorandum flagitantes, etiam amicos ad ipſum contumeliis vexandum, incitarint.

Verſ. VIII. Soror noſtra parua, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

DVo ſunt, quæ in præſentis loci explicatione non exiguam mihi ingerũt difficultatem: Alterũ in dijudicando, à quonam hęc fuerint dicta: Alterũ in definiendo, ad quid dicta fuerint, quidve connexionis habeant cum ſuperioribus. Neque. n. probare poſſum, quod à Franciſco Titelmano, & alijs aſſeritur, carmen nouum in hiſce exordiri ob eamdẽ, quam & ſupra attuli rationem ex neceſſitate præfiniti numeri Actuũ diſtinctorum in carminibus dramaticis, quale hoc noſtrum eſt. Vnde & pro certo ſtatui totũ id, quod in hoc extremo capite continetur, ad quintum, vltimumq; actum vnũ pertinere; Quòd vero & hæc ad præcedentia ſpectent, patebit, vt primum ſtatuerimus, cuiuſnam perſonæ ea ſint verba. Neque enim ex textu, vel ex aliqua verſione colligere id licet, ideoque tot hac in re ſunt opiniones, quot fera ſunt expoſitores. Sunt quippe, qui ſponſæ; ſunt qui ſponſi; ſunt ve, qui & ſociarum ſponſæ ea eſſe cenſent, idque diuerſimode. Inter complures autem exponendi rationes tres ſunt potiores, & dignæ, quæ hoc loco afferantur, tametſi earum nulla meũ omnino ſedet animum.

Titelman.

Ambroſ. Prima, quę colligitur ex S. Ambr. ſerm. 22. in pſal. 118. verſ. 8. prout videre licet in noſtra appendice, vt hæc verba ſint ſociarum ſponſæ quærentium differre tempus nuptiarum illius, atque adeo excuſantium immaturam eius ætatẽ. Enim uero cũ ex præcedentibus collegiſſent, ſponſum, qui hucuſq; ſponſalia duntaxat cũ ipſa contraxerat, velle iam nuptias celebrare, atque è domo paterna eam traducere in domũ propriam, moleſte ferentes, illam ab ipſis ſeiungi, quam maximopere diligebant, hæc ipſo audiente ſponſo ſibi in vicem colloquuntur. Nititurq ue ſenſus iſte in more quodam, quem & noſtris hiſce tẽporibus, præſertim in quibuſdam ruſticorũ oppidis obſeruare eſt, vt vel multò ante ſponſalia cõtrahantur de futuro, vel poſt aliquod temporis interuallũ matrimonio ipſo contracto nuptæ à viris tradu cantur, nuptiarumque celebretur dies: cuius mo

Auguſtin. ris meminit & S. Auguſtinus lib. 8. Confeſſ. cap. 3. his verbis; Inſtitutum eſt, vt iam pactæ ſponſæ non tradantur ſtatim, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpicauerat ſponſus dilatam. Nititur quoque idem ſenſus in modo ipſo loquendi, cum in plurali dicatur, *ſoror noſtra:* at tamen poſtremum iſtud exigui eſt momenti, cũ ſatis ſuperque pateat, vt & vnus, ſeu vna pluraliter loquatur in prima perſona. Nec probare poſſum, quod aſſeritur, nunc proponi ſponſum qui velit ſponſam in domum propriam traducere, nuptiaſque celebrare, cum in cap. 2. ipſamet ſponſa conteſtata ſit; ſe nedum deſponſam, ſed & ductam à dilecto ſuo, tum vbi dixit: *a Sub vmbra illius quem deſiderauerã, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*, iuxta ſenſum à nobis in prima eorum expoſitione allatum; tũ, in ſubſequentibus ijs: *Introduxit me Rex in cellam vinariam ordinauit in me charitatem*, prout ibi videre eſt, prę terquam quod & ex multis aliis huius Cantici locis id ipſum arguatur manifeſtiſſimè. Nec id pariter probare queo, quòd à ſociabus ſponſæ huiuſcemodi prætexta ſit excuſatio nuptiarum ex puſillitate ſtaturæ, atque vberum ipſius ſponſæ, cum hoc ipſo actu vlt. in præcedenti cap. 7. eademmet ſponſa proceritate potius ſtaturæ, atque ex vberum tumore inſigni ſit encomio celebrata vt vidimus, vel à choro toto harummet ſociarum ſponſæ, vel ab vna ſaltem earum, vbi dicebatur; *b Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.* Omitto alias rationes, quibus ab hoc primo auertor ſenſu.

a Cãt. 2. 3.

b Can. 7. 7 Pag. 941.

Meliorem ſanè cenſeo ſenſum alium, quem affert Legionenſis, ſequunturque & Hieronym. Almonacyrius, & Martinus Del Rio, ſponſam potius de ſororcula ſua hic loqui arbitrantes, vt illa, cum à dilecto ſuo ſignificatum accepiſſet, ſe iugiter in eius memoria, atque præ oculis haberi velle ab ea, tacendo ipſius aſſenſerit petitioni, ac intra ſe dixerit: Hoc mihi curæ erit: intelligo namque, in eo omnes ſpes, omneſque fortunas meas verſari. At tu viciſſim ſororem meam curato, cuius me imbecillitas, & ſolitudo ſolicitat; *Soror*, ait, *noſtra parua* puſilloque eſt corpore, & quod deforme in fœmina habetur, depreſſo eſt pectore, & vberibus: quare prouideamus oportet, *quid* facto opus ſit *in die, qua alloquenda eſt*, vt ſcilicet collocetur: Vel, vt eſt in Hebræo, *in die, quando fiet ſermo de ea*, ſcilicet collocanda. Subdit Legionenſis, Salomonem hæc intuliſſe imitatum communis vitæ morem: quia in ipſis nuptiarum feſtis diebus ſolent nouæ nuptæ, ſi quas habent ſorores natu minores, vel ipſis audientibus ſermones quoſdam iacere de earum collocatione, & futuro matrimonio; Vel quia iam ſua ſorte contentæ ſororum eas cura ſolicitat: Vel certè ratæ id, quod ſæpe euenit, ipſas natu minores ſorores inuidentia, & cura morderi.

Legionen. Almonacyrius. Del Rio.

Licèt autem iſtum ſenſum multò cenſeam meliorem, quàm primum, ob id tamen eum omnino non probo, quòd incongruum mihi videatur, vt, quæ in hoc Cantico ſponſa proponitur prudentiſſima, ſummoque erga dilectum ſuum flagrans amore, audito eiuſdem dilecti ſui deſiderio, quo id potiſſimum ab ea efflagitauit, vt ipſum vnã poneret *ſuper cor, ac ſuper brachium* ſuum tamquam *ſignaculum*, perceptiſque immenſis charitatis viribus è veſtigio ſtatim eidem ſignificet, ſolicitudinem ipſam ſuam eſſe potius de ſorore, quam maximopere diligebat, & de cuius coniugio maximè erat anxia, cum è contra, ſi prudenter reſpondere præcedentibus voluiſſet,

LITTERA. prudentiamque suam, & mutuam in sponsum dilectionem eidem patefacere, ipsum vnum sibi esse cordi, significare, eique vnam se, suaque dedere debuisset.

Ideo cum communiori Patrum sententia sponsi hæc verba existimo, relata tamen nunc à sponsa ipsa, quæ ab illo iam ex tunc prolata acceperat, cũ adhuc pusilla esset, & nuptiis immatura. Neque enim arbitror, in præsentiarum ab illo hæc haberi potuisse, qui sæpius in præcedentibus vbera celebrauit sponsæ, & cui sponsa ipsa in fine capit. 7.
a Cãt.7.12 hoc eodem Actu dixit; *a Ibi dabo tibi vbera mea*: præsertim cum ab eadem sponsa in contrarium
b Cã.8.10 immediatè subiiciatur, *b Ego murus, & vbera mea quasi turris*. Ex quibus ipsis verbis suadeor, vt nec cum admittam sensum, quem, iuxta aliquorum sententiam refert Soto Maior, quove vt iro-
Soto Mai. nicè hæc dicta sumuntur, & per translationem, ac si à sponso dicatur, *Soror*, sponsaque mea perinde est innocens, & simplex, modesta, atque sincera, ac si *paruula* esset adhuc, *& vbera* non haberet; Ex prædicta B quidem eiusdem sponsæ responsione fat manifestè conuincitur, hæc non tam ad ipsius simplicitatem, & innocentiam commendandam, quàm ad immaturam eius ætatem contestandam, habita fuisse: Id quod apertius indicat, quod adiicitur: *Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est*, vel, *fiet sermo de ea*, scilicet matrimonio copulanda?

SENSVS AVCTORIS. Existimo igitur, sponsam, postquam dilecti sui eam audiuit efflagitationem, *c Pone me vt signaculum super cor tuum, &c.* cum præstantissimo eo
c Can.8.6 dilectionis encomio, *Quia fortis est vt mors, &c.* quæ omnia immediatè iis subiecta fuerant, quibus idem eius dilectus initia recensuerat mutui
d Can.8.5 ipsorum amoris, dicens: *d Sub arbore malo suscitaui te, &c.* Admodum consequenter tria illam significare in tota hac oratione, quam in hoc versu cœptam prosequitur vsque ad verba illa versi. 13. *Quæ habitas in hortis*, &c. Vbi enim id incipit in vers. 11. & seq. *Vinea fuit pacifico*, &c. se suaque illi seruata exhibet. Per id, quod in vers. 10. ait, *Ego murus, &c.* palam ei facit, atque adstantibus quomodo quicquid in se habet eximii, id omne ab illo recognoscat, illive ferat acceptum. Tertiò, & de eo pariter ipsum reddit certiorẽ, quòd iam ipsum posuerit *vt signaculum super cor, & super brachium* suum; cũ iugiter eum, & ob oculos habeat, & in corde vt signaculum, & annulum desponsationis suæ, ingens eiusdem desponsationis, eorumve, quæ per illum ante desponsationem ipsam in se, prouenere, amoris indicia, seruans memoriam, Porrò ab hoc postremo exordiẽs in hoc versu per mimesim ita illi respondere videtur.

PARAPHRASIS. Adeò mihi tua perspecta est in me charitas, adeò mihi es cordi, adeo tui in me amoris initia meæ impressa sunt menti: vt nedum illud recolam, q̃d me grandæuiorem *sub arbore malo* suscitasti, atq. sponsasti, sed & id quoque, quod, cum adhuc pusilla essem, adeo erga me eras affectus, vt diceres aliquando, *Soror nostra est parua*, & adhuc immatura nuptijs, depresso pectore, & vberibus, & quasi impatiens dilationis connubii subiiceres, *Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est*, pro nuptiis contrahendis? planè significans, optasse te rationem inuenire, vt pusillam redderes magnam, talemve me efficeres, vt nuptiis iam ex tũc statura, atque vberibus apta viderer.

Hic mihi videtur germanus istorum sẽsus, quẽ confirmat quàm maximè lectio Quintæ editionis antiquissimæ, habens ἀδελφὴ ἡμῶν μικρά, καὶ μαςοὺς
A οὐκ ἔχει, idest, *Soror nostra et parua, & vbera non habet*. Neque verò molestiam ingerere nobis debet DE ECCLESIA. sororis vocabulum; cum iam & in superioribus ab eodem sponso soror, & sponsa sæpius sit appellata. Nec numerus pluralis, *nostra*, huic repugnat sensui: iam enim dictum est, tantumdem esse, *soror nostra*, ac, *soror mea*: In Hebræo est, *Soror nobis parua, & vbera non ei: quid faciemus sorori nostræ in die* שידבר sciedubbar, *qua loquetur* passiue (si dici possit) *qua sermo fiet* בה bah, *in ea*? vt habent & Septuag. phrasis Hebraica, qua designatur tractatus connubii, quando super puella, quę nuptui tradenda est, multi habentur sermones de conditionibus nuptiarum inter virum, & parentes puellæ.
B Denique & id quoque hoc loco notandum est, q̃d & aliàs animaduertimus ex Aristotel. libro. 7. de Aristotel. histor. animal. cap. 1. puellarum vbera tunc primũ exuberare, cum ad nubilem ætatem peruenerint, tumoremque ipsum tempus arguere: ideoque pusillam sororem vbera non habere, hic dici: quia tumor in illis minime apparuerit.

Vers. VIII. Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?

C *Expositio secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia sancta.*

BOnam illam Dei voluntatem, & complacentiam à Christo Domino significatam iugi seruasse memoria, testatur hoc loco Ecclesia: diuersis tamen metaphoris pro opportunitate loci, & temporis, ac personarum, quas ipsa gessit: Id ipsum. n. & à Christo eius sponso explicatum videre est in Euangelio, & ab ipsa in verbis hisce. Enimvero sub metaphoris regni, atque gregis Christus apud Lucam discipulis pusillam Ecclesiam agentibus aliquando hæc habuit: *e Nolite timere pusillus grex; quia complacuit Patri vestro dare vobis regnũ*: e Luc.12.32
D Quo loco animaduertendum, haud dictum exiguus, aut modicus grex, prout dicendum videbatur, si ad numeri paucitatem duntaxat respexisset Christus, prout plures arbitrati sunt expositorum, sed dictum potius, pusillus grex; vt intelligeremus, primam illam discipulorum Ecclesiam nedum exiguam numero esse fidelium, sed & ineptam adhuc ad prolem gignendam, & sine vberibus Doctorum, quæ plena apparerent lacte eruditionis; cum tamen instar simplicium, & paruularum agnarum in vnum cœlestis pastoris gregem idiotæ, simplices, & ignorantes collecti fuissent, vt ex irrationalium ouium grege in Dei sponsam eueheretur, particeps regni effecta, quod eius
E obtinuit sponsus, cum Princeps huius mundi eiectus est foras, quando in omnem terram eorumdem discipulorum exiuit sonus, & in fines orbis terræ verba illorum.

De hoc siquidem desponsationis tempore locutum crediderim Redemptorem nostrum, cum vbi dixit: *Nolite timere pusillus grex*, adiecit: *Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum*. Aptioribus verò metaphoris hæc referens in præsentiarum sponsa, pro pusillo grege *Sororem paruam* à suomet sponso nuncupatam se primum ait: Tum subiiciens, *& vbera non habet*, explicat: cur parua ab eodem sit dicta: Ac tertio id exponit, quomodo iuxta æterni Patris complacentiam in Regiam,

DE ECCLESIA.

giam, & sponsæ dignitatē dato euecta sit regno. A

Ponderemus singula: Sororem paruam primò se ait à Christo dictam, cum tamen Christus pusillum gregem dixerit: vt efficacius suo contestaretur sponso, quā bene flagrantissimæ dilectionis eius specimen quodque suo impressum seruaret cordi; vt pote quæ optimè recoleret, ita vel tūc tēporis, cum adhuc istar irrationalium agnarū pusillus grex esset, ab ipso habitam vt sororem, & sororem paruam, maximeque dilectā, summaq. sedulitate nutritam, seruatam, & auctā. Vt ve intelligeremus & nos, qua ratione & Prælati, atque animarum pastores cum grege sibi commisso gerere se debeant; vt nimirum & totum gregem, & singulas eiusdem gregis animas haud quaquam vt bestias regant irrationales, at loco sororis paruæ habeant ea ratione, qua & in 2. lib. Reg. *a* de paupere illo per Natham Prophetam reperimus dictum: *Pauper habebat omnino vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis suis simul, de pane illius comedens, & de calice bibens, & in sinu illius dormiebat; eratque illi sicut filia*: circa quæ multis philosophari licet.

Christus gregē suum habuit ita dilectū, vt sororē suā paruam.

Prælati debēt habere gregē suū loco dilectissimæ sororis

a 2. Re. 12. 3

Præclare etiam ineptitudinem suam ad prolem eadem Ecclesia his explicatam ait verbis. *Et vbera non habet*: Nam, si parere dicenda illa est, per vbera certe doctrinæ, & eruditionis parit, vt significauit Paulus, cum dixit, *b Per Euangelium ego vos genui*: vbi notandum discrimen generationis carnalis à generatione spirituali: Siquidem in carnali generatione partus est causa, vt in vberibus lac fiat, quo natus alatur infans, vt constat ex naturali philosophia: In generatione vero spirituali è contra se res habet; nam vbera, atque Doctores lacte exuberantes sanctæ eruditionis causa quodammodo eius existunt, vtpote per quos fit, vt quis per fidē gignatur, & saluus fiat, prout colligitur ex iis Apostoli verbis, quibus in epistola ad Romanos ait: *c Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quomodo verò inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?* Quamquā re vera nec ipsa huiuscemodi vbera talem causare possent generationem, nisi prima, ac præcipua adesset causa, qua *d neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.*

Generationis spiritualis à carnali discrimē.

b 1. Cor. 4. 15.

c Ro. 10. 13

d 1. Co. 3. 7

Vnde ipsamet Ecclesia apud Isaiam optimè sciens, haud quaquam per homines hanc fieri posse generationem, maximam tamen sibi genitam admirans prolem ait: *e Quis genuit mihi istos?* Quòd si causant eamdem generationē spiritualis ista vbera, sanctive Doctores, quorum hic fit mentio, eatenus illam causant, quatenus pro lacte verbum Dei emittunt, quod nouimus in Euangelio appellatum *f* à Domino semen proferens fructum trigesimum, sexagesimum, atque centesimum, cum in bona seritur terra. Et certè per Apostolum Paulum dicentem. *g An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* habemus, verba, quæ à Sanctis prædicatoribus emittuntur, non tam eorum esse, quam Christi.

e If. 49. 21.

f Matt. 13.

g 2. Cori. 13. 3.

Christus verò cum circa principium Euangelij Ioannis Nicodemo significasset, generationē hāc spiritualem fieri per Spiritum sanctum, dicens, *h Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est*; postmodum morti proximus discipulis suis ostendit, quō ipse per eumdem Spiritum sanctum locutus sit in eis; quomodo cum illis desponsatus, eorū prædicatione prolem gignet ad fidem, inquiens; *i Paraclitus Spiritus sanctus, quē mittet Pater in nomine meo ille vos docebit, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.*

h Ioā. 3. 6.

i Io. 14. 26

Bene igitur ante istam Spiritus sancti missionem primitiuam illam discipulorum suorum Ecclesiam sororem quidem suam appellat, quomodo & in Euāgelio *K* eosdem discipulos fratres item suos nuncupauit post resurrectionem: Attamen quam Sororis suæ nomine insignit, paruam dicit, inhabilem nempe ad prolem: quod per id explicat, quod subiicit: *Et vbera non habet*: non quod re vera vberibus, sāctisve doctoribus destituta tunc esset, cum iam duodecim in primis electi fuissent Apostoli, designatique iam essent discipuli septuaginta duo, qui per vniuersum terrarum orbem Euangelium disseminarent, sicut præceptū eis legimus, vbi ab ipsomet dicitur: *l Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*. Sed quia hæc ipsa vbera aut adhuc eminebant, nec in ipso Ecclesiastico corpore apparebant: Apparere autem cœperunt, vt primum sanctus descendit Spiritus, quando in die Pentecostes Petrus Apostolorum Princeps *m* palam diuini verbi se exhibuit prædicatorē, vnaque eius prædicatione, atque vnius eius vberis expressione tanta in Ecclesia genita Christo est fidelium proles; vt in actibus Apostolorum legamus *n* appositas esse *in die illa animas circiter tria millia.*

k Matt. 28. 10.

B

l Matt. 28. 19.

m Act. 2

C

n Act. 2. 41

Neque vero minus congruè à sponso & ea expressa est dies Pentecostes, quando ipsam sibi spōsauit Ecclesiam illam, eamdemq; prolificam reddidit: Et modus pariter designatus est, quo despōsatio illa facta est, quove & fœcundissima est exhibita, iis verbis, *In die quando alloquenda est.*

In Spiritus sancti aduētu die Pētecostes facta est Ecclesia desponsatio per allocutionem.

Sanè enim dies illa Pentecostes ita dies extitit aduentus Spiritus sancti, vt fuerit quoque dies singularis, & eximiæ allocutionis Ecclesiæ per eumdem Spiritum sanctum; Id quod & externa designatum est eiusdem Spiritus sancti apparitione sub specie dispertitarum linguarum, & vt intelligeremus, desponsationem pariter, quæ in diuina facta est charitate, per allocutionem fuisse factam, refert Actuum Apost. historia, *o* apparuisse tunc temporis dispertitas linguas tanquam ignis, & subiicit *Sedit* (non sederunt linguæ, sed sedit) *Spiritus sanctus supra singulos discipulorum*; interno nimirum charitatis æstu illos alloquens & Ecclesiam ipsam, quæ prius pusilla erat.

D

o Act. 2. 3.

Itaque quod prima illa Ecclesia hic ait, breuiter tale est.

PARAPHRASIS.

Sat mihi cognitæ sunt *lampades* dilectionis tuæ, tuaque mei solicitudo optimè mihi est perspecta: Nedum enim id tuæ charitatis specimen, quo me *sub arbore* crucis suscitasti, meo impressum est cordi, sed & id pariter optimè recolo, quod de mea desponsatione solicitus dicere visus es, cum paruula, & imbecillis essem, haud adhuc Spiritu Sancto confirmata: *Soror nostra* inhabilis ad prolem Deo pariendam; Neque enim validos exhibet adhuc Doctores, per quos æque ac per vbera lac emittatur diuinæ eruditionis: *Quid illi faciemus die* Pentecostes, *quando* sponsa ancienda est nobis per aduentum Spiritus sancti in linguarum ignearum formam, & per internam quamdam allocutionem aptissima reddetur ad maximam fidelium prolem progignendam?

E

DE ANIMA

Vers. VIII. Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?

Expositio Tertia, De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

Christus de vltimo iudicij die maximè solicitus probis.

QVæ præ cæteris vniuersis singulorum fidelium cordi defixa esse debet solicitudo, vt quisque extremi iudicii diem iugiter ob oculos habens talem sese satagat exhibere, qui dignus sit, vt in sortem sanctorum admittatur, atque ad iudicis dexteram statuatur, ac perfectas domum cũ cœlesti illo sponso animæ suę expleat nuptias, *a* introductus ab eo in cellam ipsius, vbi plenissimo gaudio exultet, & lætetur in illo, memor vberum miserationum eius super vinum iustitiæ item ipsius: Hæc & cordi Dei dilecti animarum nostrarum iam ex tunc quàm maximè defixa est, cum primum apparuit benignitas, & humanitas eius super nos, frater noster effectus, & caro nostra, efficiens & nos naturæ diuinæ consortes. Quod vt quàm maxime in diuina erga nos prouidentia admirandum simul est, atque amandum, idem ipse, qui constitutus est iudex viuorum, & mortuorum, primo genitus omnis creaturæ Iesus Christus filius Dei destinatus est pariter, & sponsus, qui cupidissimus esset, vt in die illa, quando iudicis supremum exercebit munus, supremas pariter cum singulis animabus fidelium expleat nuptias. Hæ sunt quippe (vt sæpius ostensum est) amoris, & charitatis vires, vt amantium animos vnamet afficiat solicitudine, vnamet sollicitet, & cura. Et quidem admodum opportune, & congruenter pia anima hæc modò explicat, cum de immensis charitatis viribus dilectum ipsum suũ differẽtem accepit; atque vnica hac oratione duo simul ostendit: & quòd Christus dilectus eius iã à primis, quibus vitæ spirituali indulgere ipsa cœpit initiis, de extrema illa die solicitum se ipsi exhibuerit; & quòd ipsa pariter eumdem diem iugiter habeat ob oculos, iugem seruans memoriam eius, quem iudicem simul, ac sponsum habitura tunc est; Atque enim est, ac si ita illi respondeat.

a Cãt. 1. 4.

PARAPHRASIS.

Signaculum te vnum habeo super cor, ac super brachium, dilecte mi, recogitans, quòd sub crucis arbore me ad tui suscitaueris dilectionem, habeoq. iugiter ob oculos immensam charitatem tuã fortem vt mortem, duramque sicut infernum. Sat. n. mihi perspectum, quanta ab initio conuersionis meæ te solicitarit cura, vt quasi in te mortuus de me vna cogitans, anxiusve quodammodo æmulatione ipsa tua dura, sicut infernus, hæc habere visus sit. *Soror nostra parua*, pusillaque est in spiritu: *vbera* vix in illa conspiciuntur misericordiæ, & charitatis: *Quid faciemus ei* extrema illa iudicii *die, quando palam alloquenda est*, vt desponsetur in regno meo?

Præclarè autem, maximeque appositis vocibus relata hæc sunt; Nam primo admodum apte, quæ parua erat in spiritu, & adhuc in gradu incipiẽtiũ haudquaquam digna extitit, quæ à Domino sponsa diceretur, quo nomine honestantur, qui perfecta cum illo vnita sint charitate. Soror tamen dici debuit, quatenus, etsi parua adhuc sit, & incipiẽs, spiritualis tamen est, & consors diuinæ naturæ, q̃ dicere potest: *b Pater noster, qui es in cælis.* Ad hoc

b Matt. 6. 9.

A namque crediderim respexisse Spiritum sanctum dum effecit, vt Christus diceret potius, *Soror nostra*, quàm *soror mea*, vt per pronomen, *nostra*, eã quæ cordi sibi esset charitatem in proximum, designaret; propter quam charitatem & vnaquęque eius soror asserit, *Pater noster*, non, Pater meus. Bene quoque hæc, quæ haud tantum habet charitatis, vt sponsa Dei dici queat *Parua*, dicitur: quia magnitudo, & paruitas, atq. ætatũ gradus in uita spirituali ex magnitudine, & exiguitate sunt charitatis, adeo vt quem quisque obtineat charitatis gradum, eumdem & in gradibus habeat vitæ spiritualis: Ideo bene adiectum quoque est, *Et vbera non habet*, iam enim sæpius ostensum a nobis fuit, per vbera ipsam designari charitatem.

Charitatis & magnitudo, et paruitas arguit magnitudinẽ, & paruitatẽ animæ spiritualis.

B Neque verò cum de pia anima incipiente dicitur, *Et vbera non habet*, ob id dicitur, quòd canihil habeat charitatis; Neque enim tũc soror Christi dici posset, neque in gradu incipientium esset constituenda, sed quòd tam modicum illius habeat, vt eam quodammodo non habere videatur. Sicut cum dicimus, puellam paruulam vbera non habere, haud intelligimus illam vberibus esse omnino destitutam, cum reperiri nequeat femina, quę hac ratione vberibus careat, sed idcirco illud asserimus, quia illa adeo depressa eadem habet, vt vix appareant.

Simile.

C Quamquam, si per vbera hoc loco designata sũpserimus misericordiæ opera, quod magis ad rẽ facit, & ex Hebraica voce שדים sciadaim colligitur, vt ostensum videre est supra in expositione 3. versic. 5. cap. quarto, iure optimo cœlestis sponsus de hac anima maxime se exhibet solicitum, in qua vbera ista non appareant: & admodum rationabiliter ob illud ipsum paruam eam asserit. Enimverò, si secundam regulam illam magnitudinis, & pusillitatis anima quæque magna asserenda sit, vel parua, quam Dominus indicat in Euangelio, vbi ait: *c Qui fecerit, & docuerit sic homines, magnus vocabitur in regno cælorum.* Profecto sicut in Ecclesia, quam in prædicto Euangelij loco regni cœlorum vocabulo designatam censent Augustinus libro 1. de serm. Domini, & Gregor.

c Matth. 5.

August. Greg. PP.

D Papa libro 19. mor. cap. 5. ille vocatur magnus, qui misericordiæ operibus tum corporalibus, quæ designãtur per verbum, *fecerit*; tum spiritualibus, quæ verbo (*docuerit*) significantur, quasi duobus exuberãtibus, & suscipientis vberibus lac, eleemosynarum fuderit, & eruditionis in proximos: Ita è vestigio paruus is denique vocandus est, in quo istiusmodi non appareant vbera, qui ve non fecerit, nec docuerit sic, vt videlicet per charitatis legem instructus est. Quòd si in præcitato Euangelii loco nomine Regni cælorum non tam præsens Ecclesia, quàm dies extremi iudicii significetur, prout arbitratus est Ioan. Chrysostomus homil. 16. in Matthæ. & Theophilactus comment. super eumdem locum: quis non intelligat, quàm rationabili solicitudine anxium se exhibeat Christus piarum animarum dilectus, cuius *æmulatio dura est sicut infernus*, dum animam sororem suam ex ipsomet patre suo genitam, diuinæque naturæ consortem effectam, paruam inspiciat, atque ob id paruam, quòd absque vberibus esse videatur, cum in ea minime appareant misericordiæ opera? Cum satex eiusdem Domini verbis *d* constet, in extremo illo iudicii die eam, in qua ista non appareant vbera, excludendam à nuptiis agni, atque etiam in ignem damnandam æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius? Propterea qui prouidentissimus

Io. Chrys. Theophi.

E

d Matt. 25. 35.

est

DE B. ANIMA.

eſt eius animæ dilectus, tanto occurrere ſatagens periculo, quaſi conſilium iniens, ait: *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Ac ſi dicat,

PARAPHRASI.

Anima iſta, quæ *ſoror noſtra eſt*, cum expers videatur operum miſericordiæ, *parua* certè, ni opportune prouideatur, vocanda eſt in die reſurrectionis, atque iudicij, quando quæ ſine vberibus hiſce comparuerit, vt inepta ad ſponſæ dignitatem, excluderur à regno cęlorum. Aemulor tamen ipſam, vt dilectam ſororem, idque vnum ſtudeo, vt die illa extrema perfectas cum illa ineam nuptias. Quid igitur nunc facto opus eſt cum ſorore iſta noſtra pro ea die, *quando alloquenda* pro ipſis eſt nuptijs? Quo loco animaduertendum eſt, dum phraſis iſta; *quando alloquenda eſt*, ſeu, *quando ſermo fiet in ea*, aut *ſuper ea*, in bonum ſumitur eo ſenſu, quem diximus, quemve fere omnes ſequuntur, vt per eam deſignetur tractatus, & concluſio nuptiarum: haud obſcure hoc loco dilectum conteſtari, animam, de qua adeo ſe exhibet ſolicitum, ex ijs eſſe, quos Apoſtolus Paulus *a* dicit ſecundum propoſitum vocatos ſanctos, & è numero electorum, & pręđeſtinatorum, de quibus idem Paulus ait: *b Quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filii ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.*

a Ro. 8. 25.

b Ro. 8. 29.

Enim verò ea tandem vera eſt ſanctorum prædeſtinatio, vt prædeſtinati ſint conformes eidem Chriſto, vt ſint filii Dei, ſicut & ipſe filius cœleſtis eſt Patris: vtve habeant filiorum hæreditatē, ſicut & ipſe: ita tamen, *vt ipſe ſit primogenitus* vt filius naturalis *in multis fratribus* eiuſdem Patris filiis adoptiuis. Et hinc eſt, quòd non vna, ſed duabus vicibus modo idemmet Chriſtus de prædeſtinata loquens hac anima, ſororem eam appellat. Sororem namq; illam primo dicit, ēt cum parua eſt, & ſine vberibus eo modo, quē explicauimus: quia ad id ipſam prædeſtinatam præſciuit.

In die extremi iudicij pia anima adibit cęleſtem hæreditatē vt Chriſti ſoror, & ſponſa.

Addit verò iterum eam appellans ſororē, *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* ſuum exprimens deſiderium, ſuum in illam beneplacitum, æternumque Patris decretum, ſecundum quod in die iudicii, vt filia cœleſtis Principis, alloquenda per ipſum eſt, deque eo alloquenda, vt tanquam ſoror cœleſtem ſecum adeat hæreditatem, quæ certe hæreditas alio nomine nuptiarum agni nuncupata reperitur in Apocalypſi, *c* vbi auditam à ſe, ait dilectus diſcipulus, *quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruum magnorum dicentium. Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe.*

c Apoc. 19. 6.

Quanam ratione vero ea præparauit ſe? Quia audiuit alloquentem ſibi pacem, prout ſignificatur in Pſal. 84. ab ipſamet, quæ ita ſe præparauit, vbi ait: *d Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos*: prout, & apertius in 44. Pſalm. epithalamii eidem animæ ſuadetur iis Prophetæ verbis: *e Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam*, ideſt O *filia* cœleſtis Patris *audi*, quam tibi dabo præparationem ad nuptias Regis in die iudicii, quando alloquenda es: *vide iudicem*: attamen ne expaueſcas, *ſed inclina aurem tuam*; *quia concupiuit* idem *Rex decorem tuum*, & *ipſe eſt Dominus Deus*, quem *adorabunt* quæcumque in cœlo ſunt, in terra, ac ſubtus terram. *Aurem* itaque *tuam inclina*, vt dulce illud ex eius ore percipias

d Pſ. 84. 9.

e Pſ. 44. 11.

A ſororis nomen; dulciſſimaque ſponſæ euchatis appellatione. Atque hæc omnia ſubindicata habemus in modicis verbis hiſce, *Quid faciemus ſorori noſtræ, quando alloquenda eſt?*

DE B. MARIA.

Verſ. VIII. Soror noſtra parua, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?

Expoſitio quarta. De tertia ſponſa, quæ eſt B. Maria.

B SI à ſponſa de ſororcula ſua, iuxta ſenſum ex Legionenſe allatum, hæc dicta acciperentur, ta.illimus ſanè iſtorum verborum aſſerri poſſet ſenſus, iſque perpulcher, ſummam B. Mariæ explicans ſolicitudinem, quæ vel Synagogæ, vel animæ cuiuſque exigui meriti apud filium procurat ſalutem, ac perfectam cum illo deſponſationem. Nemo enim eſt, qui neſciat quàm parua ſit Synagoga apud Deum, quòdve ſanctis deſtituta ſit doctoribus, atque Prophetis, ſpiritualibus ſane vberibus: Et iam in pręcedenti expoſitione vidimus, animam, quæ in incipientium gradu exiſtat, iure optimo & paruam dici, & ſine vberibus: & ideo C paruam apud Deum, quia vbera vix habeat charitatis.

Maria ſolicitudo maxima ſalutis Synagogæ, & cuiuſcunque animæ.

Verum, cum de ipſa potius ſponſa, & à ſponſo dicta hæc ſumpſerimus, eidemq; ſponſo ab ſponſa relata dixerimus; haud ita facile eſt, vt ea explicemus: Nam ſi de Ioanne Baptiſta dictum ab Angelo nouimus; *f Erit magnus coram Domino*, antequam is conciperetur: ſanè rationi videbatur congruum, vt, quæ eiuſdem Domini prædeſtinata erat Mater, nedum magna, ſed & maxima coram ipſo diceretur: Et nihilominus nec magnam illam dicit, qui eius frater effectus eſt, & filius, & ſponſus; quin potius paruam eam pronuntiauit, cum ante Incarnationem, de ipſa tamen Incarnatione in eius vtero facienda decernens, & quaſi D conſilium iniens vnuſmet Deus in tribus perſonis, ait, *Soror noſtra parua, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Porro ſicuti eam non habere inquit vbera; quia illi fixum animo erat virginitatis propoſitum: notum eſt ſiquidem, atque apud Philoſophos peruulgatum, in virginibus ita eſſe vbera, ac ſi non eſſent; cum nequaquam intra illa gignatur lac (vt alias quoque dictum eſt) niſi ex ſementina materia: neque enim quicquam fruſtra fit à natura: Et, ni liberi adſint, qui lacte alantur, haud vlla eſt in vberibus lactis neceſſitas.

Maria quō dicatur parua.

f Luc. 1. 15.

In Maria ſimul fuere humilitas, & virginitatis propoſitū.

Ita pariter & ob id eamdem aſſerit paruam, quia intrinſecus ipſa ſe paruā, ac vilem tenebat, E vnde & dicebat: *Quia reſpexit humilitatem, τὴν ταπείνωσιν, vilitatem, & exiguitatem meam: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Quòd autem Virgo benedicta confeſſa eſt, cum immediate poſt prædicta ſubiecit, *Quia fecit mihi magna qui potens eſt*, idipſum & hoc quoque loco aſſerit, referens, quæ à Deo dicta acceperat ante Incarnationem, cum is de eadem decerneret faciēda per eam: *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Idem quippe eſt, *quando alloquenda eſt*, ac, quando Incarnatio facienda eſt in ea: quod expreſſius ſignificatur per Hebr. lectionem, & verſionem Sept. *Quando verbum fiet in ea?* Verbum inquam non tam audibile

APPENDIX.

bile auribus, quàm & visibile, & palpabile incarnatum. Quod elegantissimè explicat Bernardus, dum ad finem homil. 4. super Missus est, exponens ea eiusdem Virginis verba, *Fiat mihi secundum verbum tuum*, hæc habet: Fiat, obsecro, mihi verbum non prolatum, quod transeat, sed conceptum, vt maneat, carne videlicet indutum non aere. Fiat mihi non tantum audibile auribus, sed & visibile oculis, palpabile manibus, gestabile humeris. Nec fiat mihi verbum scriptum, & mutum, sed incarnatum, & viuum; hoc est, non mutis figuris mortuis in pellibus exaratum, sed in forma humana meis castis visceribus viuaciter impressum, & hoc non mortui calami depictione, sed sancti spiritus operatione, &c. Sic ergo quod hic à cœlesti sponso asseritur, breuiter tale est.

In incarnatione Maria dicitur allocuta, & quomodo. Bernard.

PARAPHRASI. Quæ filia est Dauid, è quo & nos oriundi sumus, atque adeo *& soror nostra*, duo illa in se habet, quæ in Dei genitrice maximè exposcuntur, humilitatem vna cum firmissimo virginitatis proposito: Reliquum igitur est, vt id denique decernamus, quod ei faciendum à nobis est, cum Verbum caro fiet in illa. Quod sane Dei consilium opportune hoc loco ipsamet retulit Virgo, vt confirmaret quæ à sponso in præcedentibus dicta acceperat de immensis viribus diuinæ in se charitatis.

Vers. VIII. Soror nostra parua, & vbera non habet: Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. In illo tempore dicent Angeli cæli ad inuicem: Gens vna est nobis in terra, & merita eius leuia sunt, & Reges, & Dominatores non habet, vt egrediatur ad pugnandum contra exercitum Gog. Quid faciemus sorori nostræ in die, qua locutæ fuerint nationes, vt ascendant contra eam ad bellum?

Communiori Latinorum sensu, vt etiam supra tactum est, hæc sumuntur vt verba Christi de primitiua Ecclesia ad antiquos Synagogæ Patres, quæ Apostolorum tempore exigua numero extiterit, & absque doctoribus. Hæc autem Cassiodorus, Beda, & alij de primitiua Gentium Ecclesia dicta existimant, quando non erat adhuc apta alios gignere, & docere; vt, quod dicitur, *Quid faciemus in die, quando* &c. intelligatur de ea die, quando vel per Apostolorum prædicationem, vel per internam inspirationem alloquenda ea foret: Ac si dicatur: Quomodo illi præcepta committemus? minima ne tantum? An verò, quò maior efficiatur, perfectorum illi secretorum cœlestium mysteria trademus.

Christus & Ecclesia primitiua parua maximè fuit solicitus. Cassiod. Greg. PP. Iustus. Beda. Rupert. Anselm.

Gregorius tamen Papa de ipsamet Apostolorum Ecclesia, quæ clausa detinebatur cœnaculo ante aduentum Spiritus sancti, ab eodem Christo ad antiquos Patres dicta arbitratur tum in comment. super Cant. tum in lib. 19. moral. capite 9. Porrò, hanc Ecclesiam dici, inquit, vbera non habere, quia post resurrectionem inter persecutores suos nedum prædicare, sed & videri timebat. Allocutum verò eamdem Christum, quando Spiritum sanctum super Apostolos misit, & eis in interioribus loquens, eos omnes mundi loquelas multiplici distributione docuit.

Greg. PP. *Apostolorũ Ecclesia ante aduentũ Spiritus sancti erat parua, & sine vberib. prædicantium.*

Rupertus Abbas hoc, quod dicitur, *Quando alloquenda est*, intelligit de allocutione facta primitiuæ Ecclesiæ a Nerone, ceterisve Tyrannis disquirentibus ab illa rationem fidei ipsius. Verè, ait Rupertus, qua *die* primum *alloquenda* erat, quando primum sub Nerone, & ceteris persecutoribus in iudicio contra illam proposita est quæstio de fide, quam suscipiebat, *parua* numero, *paruula* sensu, id est, simplex erat; *vbera* (scilicet legem, & Prophetas) nō habebat. Intelligit namque Rupertus cum Cassiodoro, & alijs hæc de primitiua Ecclesia gentium.

Rup. Abb. Cassiod.

Philo etiam Carpathius vt Christi verba hæc sumit, vt dicta tamen de pia anima incipiẽte, quę parua asseritur, quatenus nondum fide, speq; aucta, charitate feruet: diciturq; sine vberibus; quia duo testamenta, & duo sublimia charitatis præcepta ignorat. Quod verò subijcitur; *Quid faciemus*, &c. ita legit: *Quid faciemus sorori nostræ in die, qua locuta fuerit in se?* idque intelligit de examine conscientiæ, quo eademmet anima in semet loquens, tacitè recenset, quicquid egit in vita. Quamquam ad finem expositionis sententiæ huius addat idemmet Philo, postremas hasce voces, *Quid faciemus*, esse Patriarcharum, Apostolorum, & Prophetarum, atque Doctorum sponsæ gratulantium, eidemve bene esse cupientium.

Philo Car. *Christi solicitudo pro anima incipiente.*

Patriarcharum, Prophetarum, atque sanctorum veteris testamenti de Ecclesia nedum postrema illa verba, sed & totam hanc sententiam esse censet Theodoritus, ac si, vt nuptiarum conciliatores dicant: Quando Rex sororem nostram iam in sponsam est accepturus, quæ parua est, atque vberum expers; cum nec vim habeat prolificam, nec doctrinæ lac, aut solidum cibum possit egentibus subministrare, quid facto opus sit, nobis est cogitandum.

Theod.

Haud dissimili sensu, sed tamen ab Ecclesia ipsa hæc dicta arbitrantur Tres Patres, atque Aponius. Hic namque ab Ecclesia dici hæc ait de Synagoga in fine mundi conuersa, quæ exigua erit, & non habebit vbera, cum haud habitura tunc sit sapientes, & doctores, per quos nutriat alios: quia in infantiæ tempore nondum adducta sit ad pubertatem.

Aponius.

Sed tres Patres ab eadem Ecclesia de collectione tum Iudæorum, tum Gentium conuertenda hæc dicta existimant; ac si ita Christum alloquatur. Quæ naturæ similitudine *soror* est *nostra*, multitudo *parua* adhuc est propter infidelitatem, & ideo rationes, & mores, qui à te sponso tamquam *vbera* exhibentur, vt salutem tuam ex illis sugat, *non habet*, Et, *quid faciemus sorori nostræ in die, in qua verbum factum fuerit in ea?* Quid de illa eo tempore agemus, cum per fidem accipiet prædicationem tuam?

Tres Patr.

E contra vero Ambrosius serm. 19. in Psalm. 118. vers. 8. accipit hæc ipsa, vt verba filiarum Ierusalem apud Christum nuptias Ecclesiæ differentium. Audierunt, inquit, filiæ Ierusalem, quòd iam Dominus Iesus sibi Ecclesiam copulabat: & quia considerantes magnitudinem Verbi, imparem tantis nuptijs æstimabant, ne forte tantæ copulæ pondus sustinere non posset, excusant dicentes: *Soror nostra parua, & vbera non habet:* Sic enim qui volunt differre nuptias excusare consueuerunt, vt prætendant immaturæ ætatis infirmitatem, & adstruant, quòd vbera non habeant, quæ nubilis significant tempus ætatis. Turbatæ igitur, quòd studio dilectionis vrgeat nuptias sponsus,

Ambros. *Nuptias Ecclesiæ cum Christo, seu animæ cum Spiritu sancto quò alij differri exposcunt.*

LITTERA. ſponſus, dicunt: *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, qua loquenda eſt?* vel vt Symmachus: *qua loquetur ei:* hoc eſt, ſponſalium celebritate ſolet fieri collocutio, & confirmatio nuptiarum. A tantis nuptijs excuſare nõn poſſunt: nemo enim eſt, qui copulam vel animæ, & ſpiritus; vel Chriſti, & Eccleſiæ non beatam putet. Sed quia plenitudo Verbi, vel Spiritus ſancti vibrat, & fulget, & nihil eſt quod illis poſſit æquari; ideo differre deſiderant; vt illa dilatione vel anima, vel Eccleſia poſſit eſſe perfectior.

Symmach.

Verſ. IX. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: Si oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis?

Expoſitio prima. Iuxta ſenſum Litteræ.

QVia locus iſte ex difficillimis eſt eorum, quæ in hoc Cantico habentur, in ipſo explicando referam primo, quæ probabiliter ab alijs dicta reperi, prout in ſimilibus facere conſueui: tum & id ſubijciam, quod mihi videatur probabilius.

Senſuum igitur, quibus ſententia iſta explicari ſolet, duplex eſt ſeries: Vel enim ornatum, vel cuſtodiam ſpectat puellæ. Qui cuſtodiam ſpectat, triplicis eſt rationis. Nam vel cuſtodiæ hic ponitur prouiſio, habito generali reſpectu ad naturam puellarum, & ad id, quod cũ honeſtis quibuſque puellis obſeruari mos eſt in oppidis, quæ rectè ſint inſtituta. Sic iuxta expoſitionem Ludouici Soto Maioris, quod hic dicitur, tale eſt.

Sot. Maio.

Si muro opus eſt ad cuſtodiam ſororis noſtræ, ſicuti certè opus eſt, donec adoleſcat, & nubilis ſit; conſentaneum erit, vt murum ipſum vndique circumcingamus, & exornemus propugnaculis, ſeu caſtellis argenteis ad decorem. Quin etiam, ſi oſtio opus eſt aliquo, ſicut certè opus eſt, conſentaneum itidem erit, vt *oſtium* huiuſmodi ædificij, in quo illa ſeruanda eſt, *compingamus ex tabulis cedrinis*, ligno & forti, & pretioſo: vt cuſtodia nedum fortis, & firma ſit, ſed etiam pulchra, ac digna tali, tantave puella. Confirmat Soto Maior hunc ſenſum eximio Theopompi dicto in Apophthegmatibus Plutarchi, in reſponſionem ad eum, qui ſibi murum oſtentabat, ipſum interrogans, num pulcher, & altus videretur, nimirum. Minime, ſi mulierum eſt.

Plutarch.

Eodem ſenſu, nonnihil tamen variato, Ioannes de Pineda in ſuis comment. ſuper verſ. 16. cap. 34. Iob, perpulchre ita totum hunc explicat locũ; vt ſponſus dicat, *Quid faciemus, &c. Si murus eſt, &c.* ideſt, qua ſororem noſtram paruulam licet, ac teneram ratione cuſtodiemus ad diem, cum in matrimonium collocanda eſt? Quamuis muris, ac parietibus cincta, & munita ſit, tamen ſpecioſiſſimis, eque ac fortiſſimis propugnaculis munienda quoque domus eſt, ex quibus tamquam è ſpecula obſeruari, abigique poſſint pudicitiæ hoſtes, & oculi inſidiatores, atque ſubſeſſores. Quod ſi etiã *oſtium* ſit, non niſi ex materia duriſſima, ac fortiſſima compingi, & confici debet. Ad quæ ſponſa ipſa pudiciſſima ſubintulerit: *Ego murus, &c.* id eſt, Meam pudicitiam non externi iſti parietes, non propugnacula, non cuſtodes cuſtodire ſufficiũt, niſi ego ipſa murus eſſem fortiſſimus; atque mea pulchritudo adamantina eſſet, & inexpugnabilis.

Io. Pineda.

A Sic ſanè cum meo ſponſo pace iucundiſſima fruor, nullas ſubſeſſorum inſidias, neque zelotypiam pertimeſcens.

LITTERA.

Alij nedum ad generalem puellarum naturã, ſed & ad ſpecialem naturam eius, de qua eſt ſermo, reſpectum putant, idque duobus modis: Vel vt prima quidẽ pars ſumatur in bonum, bonamque deſignet illius naturam: Secunda verò conditionalem naturam in eadem ſupponat malam, prout arbitrati ſunt Hebræorum expoſitores, ac ſi dicatur: *Si* ipſa tamquam firmus, ac ſolidus murus in mei perſtat fide, ceteriſque aliis omnibus amaſiis, tamquam fortis, ac bene præcluſus *murus* aditum præcludat, parum mea intereſt, quàm parua, & puſilla ſit: nã ædificabo *ſuper eam propu*-

Hebræi.

B *gnacula*, ſeu palatium argenteum; dabo illi monilia, & torques, quibus non minus ornabitur, quàm ornetur, & muniatur murus, ſi ſuper illum ædificentur propugnacula argentea. Quòd *ſi* è contra ſit ipſa ianua, & *oſtium*, & ſe amaſiis aliis aperiat: ſi ſe geſſerit vt porta verſatilis, & cunctis expoſita, *compingamus illud oſtium tabulis cedrinis*: muniamus eam fortiſſimis, ac duriſſimis tabulis, ne videatur.

Vel, iuxta ſententiam Franciſci Titelmani, Genebrardi, & Del Rio, vtraque parte in bonum deſumpta, *Si murus eſt*, &c. vt in præcedenti ſenſu, *Si oſtium*, &c. id eſt, ſi ipſa tamquam firmum oſtium me ſolum intra cor ſuum admittat, cete-

Titelman. Genebrar. Del Rio.

C ris amaſiis vniuerſis aditum præcludens, decoremus eam præclariſſimis ornamentis, non ſecus ac exornari ſolet oſtium quodpiam, dum compingitur tabulis cedrinis, dum cooperitur lignis præſtantioribus.

Haud ad cuſtodiam, ſed ad exhibenda ornamenta in hiſce reſpectum putantes, duobus pariter modis iſta exponunt. Simpliciter enim Legionenſis hunc ait eſſe ſenſum: vt ſignificetur, decretum ſponſo eſſe, vt tunc temporis, *cum alloquenda eſt* ipſa *ſoror parua*, eius vitia naturalia corrigantur arte, & quod illi minus a natura tributum eſt, ſuppleatur veſtitus, atque ornamentorum exquiſito aliquo genere. Quemadmodum

Legionenſis.

D ſi quis vetuſtos vrbis muros reficiens, eis terres, atque pinnas addat auro illuſas, aut egregia aliqua pictura ornatas: aut ſi quis ianuæ fores veſtiat tabulis cedrinis.

Hieronymus verò Almonacyrius alia ratione, parum tamen ab hac diuerſa: Si (ait) vetuſtos vrbis muros, ruinamque minitantes, ſubſtructis cæmentis, lapidibuſque ſubiectis inſtauramus, aut ex coctis lateribus eos reſarcimus; confirmatis vero ſuperſtruimus turres, & pinnas auro, argentoque picturatas, & propugnacula, imò palatia pulcherrima: Si portas antiquitate, & carie deformatas tabulis cedrinis contegimus, & compingimus; facile etiam erit, paruæ ſtaturæ, & vbe-

Almonacyrius.

E rum defectui ſuccurrere: illi quidem coturnorũ artificio; huic veſtitu, & ornamentorum cultu, quæ vberum decorem, & corporis elegantiam ferre videantur.

Hæc ſunt, quæ probabiliora ad intellectum præſentis ſententiæ à doctiſſimis viris ſcripta reperio: vt tamen ingenuè fatear, per ea neutiquam mihi ſatisfactum ſentio. Enimuerò quòd haud propugnacula ſimpliciter ædificanda dicuntur, ſed propugnacula argentea, mihi perſuadet; vt non tam de veris, quæ ſuper muros ædificantur, propugnaculis, quam de metaphoricis, & de iis, quæ ad ornatum potius, quam ad cuſtodiam, & defenſionem inſeruiunt, intelligendum hoc cen-

ſeam,

LITTERA.

seam, quod in prima parte dicitur: *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea*. Nec adduci possum, vt opiner, hoc loco interpositam sententiam; per quam nescio quid sinistræ suspicionis contra honestissimæ sponsæ pudicitiam causari queat, vbi de validissimis dilectionis viribus verba fiunt.

Congruentius ergo, & rei ipsi, & antecedentibus, ac consequentibus existimo, primum hæc esse verba sponsi, relata tamen à sponsa, vt ab illo dicta iam multò ante coniunctim cum præcedentibus, ad contestandum, quomodo illum vt dilectum suum de ipsa maximè solicitum positum seruet in corde, habeatque ob oculos: Tametsi non ignorem, ab aliis, vel sociabus sponsæ, vel sponsi sodalibus, vel eidem etiam sponsæ de sua sororcula tributa reperiri. Insuper pro certo habeo, duas similitudines muri, atque ostii proprium quid, ac peculiare continere laudis in sponsam ipsam collatæ. Neque enim absque causa, cum ea decoranda decernitur eximiis ornamentis, muro, atque ostio potius, quam alii cuipiam rei assimilatur: præsertim cum multa alia suppeterent, quæ magis id explicarent, de quo agebatur.

SENSUS AUCTORIS.

Quamobrem crediderim, germanum difficillimi huius loci intellectum tunc fore conspicuũ, cum rationes perceperimus istarum similitudinum. Et quidem circa primam muri similitudinem, & circa primam partem totam haud multum hic nobis est laborandum; cum iamdiu illam exposuerimus supra in exposit. 2. eorum verborum cap. 4. a *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ, &c.* vt tota muri similitudo referatur ad sponsæ pectus, quod etiam apud profanos Poetas muri vocabulo celebratum reperitur ob robur, quod illi inest iuxta illud Horatii:

Pag. 601. a Cant. 4. 5

Hic murus aheneus esto.

Vnde vulgato sermone & validum murum, murum ferreum; & validum pectus, ferreum pectus dicere solemus: Similitudo verò propugnaculorum argenteorum ad candida referatur vbera, seu ad illa, quæ instar vberum pectus ipsum exornare deberent. Ostensum est namque in præcitato loco c. 4. vbera ipsa quasi quædam propugnacula, atque turres erecta esse in pectore pro infantibus, qui è materno ipso pectore pendent: sensusque sit.

PARAPHRASIS.

Tametsi *parua* ipsa sit, nuptiisque immatura; cum vbera in illa minimè appareant: *quando alloquenda est*, si habeat pectus instar muri eleuatum, sicut super murum ædificantur propugnacula; ita super ipsum eius pectus candida, vel etiam *argentea* apponemus ornamenta, quæ locum expleant vberum, instar propugnaculorum argenteorum se habentium in candido puellæ pectore.

Secunda tamen ostii similitudo maiorem mihi ingerit difficultatem: Neque enim vel id adhuc constat inter expositores, quid ipso ostii vocabulo hic significetur: vacuumne illud, ad ingrediendum, & egrediendum deseruiens; an vero id, quo idem vacuum clauditur, & aperitur. Vtrumque enim nedum ostii, sed & portæ, & ianuæ vocibus designari solet: suntve, qui in præsenti sententia vnum, quive alterum accipiunt.

Sane mihi aptius in secundo significatu id sumendum videtur pro foribus, & vacui operimento, quod ligneum solet esse vt plurimum: id vero colligo manifestè ex versione Sept. in qua pro eo, quod in Vulgata, *Compingamus illud tabulis cedrinis*, ita habetur, *διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν σανίδα κεδρίνην*, id est, *describamus*, seu, vt alii vertunt, *sculpamus super illud tabulam cedrinam*. Arbitror autem, sponsam huic ostio assimilatam propter summam sui custodiam; quæ in puella Virgine maximè est commendabilis; vt exinde laudetur, quòd vno duntaxat intra cor admissa dilecto suo, ceteris vniuersis occlusam se seruaret, ipsaq; sibimet, cordique suo esset ostium: Tum id quoque exponatur, quod pro huiuscemodi custodia exhibendum ei sit, insignia nimirum vestimentorũ ornamenta; sensusq; sit: quòd sicut ostium, quo domus penetralia constituuntur, vt pulchrius existat, super alio ligno vestiri solet pretiosis, odoratisve, atque etiam sculptis tabulis cedrinis: Ita ipsa, cum parua adhuc existens summa diligentia custoditam se seruaret, pretiosissimis, atque pulcherrimis decorandam indumentis, quibus attraheretur ad eam optandam, licet adhuc immaturam, qui pro ipsius nuptiis loqui festinaret: Ac si breuiter dicatur.

PARAPHRASIS.

Cum *soror nostra* pusilla sit, nec adhuc vberum extuberatio in illa appareat, *quid ei faciemus*, cum de ipsius nuptiis fiet sermo? Si pectus instar muri habeat eleuatum, tametsi vberum destituta sit tumore, supplebimus tamen illum argenteis quibusdam, & candidis ornamentis, quæ vbera videbuntur in pectore ipso suo erecta, vt duo naturæ propugnacula. Atque insuper maximè insignibus eam decorabimus ornamentis indumentorũ, sicut portæ ostium nobilioris alicuius ædificii pretiosis, & decoris vestiri solent tabulis cedrinis. Re.n. vera & ipsa ostio se exhibet similem, dũ me vno intra cordis sui penetralia admisso, arcta suimet custodia reliquis omnibus clausam se seruat.

Sic vnica sententia dilectus duo dilectæ suæ pollicetur ornamentorum genera, intrinsecum in prima parte, & extrinsecum in parte secũda. Hic mihi videtur sensus probabilior; quòd si cui is minime satisfaciat, ei adhæreat ex iis, quos ex aliorum sententia retulimus, qui sibi magis arriserit.

Circa lectionum varietatem duo essent notanda. Alterum circa Hebraicam vocem טירת thirat quam plerique Hæbreorum, & qui ex nostris illis addicti sunt, palatium significare inquiũt, aut arcem: Parum tamen eorum habenda est ratio, cum nõ desint etiam ex Hebræis Doctoribus grauissimi viri, qui iuxta interpretationẽ vulgatam propugnacula potius designare hoc loco censuerint; quomodo & Sept. Seniores doctissimi pariter inter antiquos Hebræos eamdem vocem interpretati sunt. Alterum circa significatum verbi, *Compingamus*: dubium enim est, An significet quod habetur in versione Sept. *διαγράψωμεν*, *describamus, seu sculpamus*; vt quid picturę sonet, prout aliquando illud vsurpari solet: An verò ipsum significet, quod significat verbum Symmachi *συσφίγξωμεν*, id est, *constringamus, arctemus* iuxta significatũ & verbi hebraici נצור Nathsur: vnum nihilominus est; quòd iuxta omnes lectiones idipsum significatur, nempe vt quòd ex simplici ligno est ostium operiatur, constringatur, arctetur, & vt ita dicam, armetur tabulis cedrinis, pulcherrimis, vel etiam pictura, aut sculptura decoris; parum namque refert, quod Sept. in singulari legunt, *sculpamus super eam*, scilicet portam, *tabulam cedrinam*: cum cedrinam sculpturam designet, siue in vna, siue in pluribus cedri tabulis.

Symmach.

Vers.

DE ECCLESIA.

Vers. IX. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis?

Expositio secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

Ecclesia primitiua Apostolorum, quo dici potuerit murus.

QVatuor hac sententia in primitiuam Apostolorum Ecclesiam à Christo Iesu conferuntur laudes: seu potius duæ explicantur illius laudes, quoq; proponuntur exhibita eidem munera. Duæ laudes sunt, vt extiterit murus, atque ostium. Porrò murus dici debuit, *Si murus est*, quia in Apostolis, qui tunc temporis quasi quoddam pectus illius erant, quasi quemdam habuit murum, dum quotquot erant fideles ante aduentum Spiritus sancti illis vniti persistebant. Cum ergo huiuscemodi haberet murum, cumque talis esset in pectore ipso suo murus, tametsi vbera non haberet; quatenus haud adhuc essent, qui audacter lac funderent prædicationis Euangelij, prolique indulgerent animarum: in Doctorum nihilominus; & huiuscemodi vberum spiritualium supplementum, ædificaturum se, ait Dominus, *propugnacula argentea*, ornamenta nimirum purissima, quæ infantium spiritualium essent propugnacula, quomodo propugnacula eorumdem vbera ipsa sunt, sanctive Doctores. Aedificata propugnacula ista explicat Lucas in fine Euangelij sui, vbi ait: *a Tunc aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas*. Nouimus quippe per Prophetam Regium aliquando dictum. *b Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum*: & nemo est, qui ignoret, quàm valida propugnacula eædem sint scripturæ, ad quæ semper confugiant, qui tamquam paruuli, rationabiles sine dolo lac concupiscunt: de quibus propugnaculis dicta aliqua sunt supra in exposit. 2. eorum verborum capitis quarti, *c Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis*: vbi & ostēsum videre est, quomodo eædem scripturæ sint & præstantissima ornamenta: vt ornamentū namque maxime eximium & hoc loco promittuntur sponsæ; & re vera nullum, antequam mitteretur Spiritus sanctus, a Christo Domino primitiuæ illi Ecclesiæ isto intellectu scripturarum præstantius collatum est donum. Et notandum, quod scripturæ sanctæ hoc loco eatenus dicuntur propugnacula, quatenus vbera referunt, quæ propugnacula sunt pro infantibus a natura in matrum pectoribus erecta: vt intelligeremus, easdem & instar vberum esse, è quibus lac sugere liceat immensæ consolationis; & instar propugnaculorū, è quibus cum labore, & sudore militandum sit, quod & diuersa vnius Hebraicæ vocis versione subindicatur: dum, quemadmodum animaduersum est ad finem primæ expositionis, vbi Vulgata, & versio Sept. habent, *Aedificemus super eum propugnacula argentea*, plures ex Hebræo legunt: *Aedificemus super eum palatium argenteum*: argentea quippe palatia, & pretiosas domos ad delectationem, & lætitiam, ac voluptatem percipiendam ædificari & habitari, nemo est, qui abnuat, præsertim cum in Psal. 44. haud obscure id significatum habeamus, vbi dicitur: *d A domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te*.

Scriptura sacra intellectu a Xpo Apostolis exhibitus, fuit ædificatio instar propugnaculorū argenteorū super murum.

a Luc. 24. 45.

b Ps. 11. 7.

Pag. 581.

c Can. 4. 4.

Scriptura sacra quo sint ornamenta, & propugnacula.

Scriptura sacra fluidum, & consolationem, & laborem exhibet.

d Ps. 44. 9.

Sicut autem primitiuę illi Ecclesię ob id, quòd quodammodo murus extitit (vt explicatum est) hoc ei a dilecto suo promissum, atque etiam da-

A tum est donum, hoc ornamentum intellectus ... rum scripturarum: Ita pariter & præstantissimum aliud ab eodem illi promissum, & datum est donum Spiritus sancti, cū ipsa instar ostij post Christi ascensionem, clausam se custodierit, perseuerantemque in oratione; ne sibi, quam intra se habebat, auferretur fides: hoc namque est quod dicitur, *Si ostium est*, id est, si instar ostij clausam, tutáque custodierit fidem meam, *compingamus illud tabulis cedrinis*, id est, sicut eximium ostium pretiosis, ac præfortibus vestiri solet tabulis cedrinis: ita prævalido ipsam exornemus, & præstantissimo indumento Spiritus sancti, iuxta id, quod eidem Apostolorum Ecclesię in fine Euangelij secundum Lucam ab ipsomet eius dilecto dictum

B est: *e Vos autem sedete in Ciuitate quoad vsque induamini virtute ex alto*. Vnde colligere licet, & nobis pariter, idem Sancti spiritus indumentum, ac ornamentum tunc potissimum a Deo præstandū, cum & nos instar ostii erimus, clausos nosmetipsos seruantes, atque in abscondito cœlestem Patrem orantes.

Spiritus sanctus collatus ecclesiæ vt indumentum, cū illa se habuit vt ostium.

e Luc. 24. 49.

Vers. IX. Si Murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

DE ANIMA.

C *Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.*

QVia, vt visum est in tertia expositione præcedentis sentētiæ, de pia anima agens Christus animarum dilectus, quæ adhuc in incipientium gradu persistebat, atque adeo pusilla erat in spiritu, & propter exiguam charitatem, vixque apparentibus in ea misericordiæ operibus, nō habere dicebatur vbera; supponebatur, illam è numero esse prædestinatorū ad hereditatem secum vt sororem suam ineundam in Regno cœlorum, & ad adeundas pariter Agni nuptias vt sponsam; Consilio iam inito, quod ibi proposuerat, cum di

D ceret, *Quid faciemus sorori nostræ, quando alloquenda est?* id modo omnibus explicat, ostendens qua ratione eam ipsam è gradu incipientiū ad gradus eleuaturus sit & proficientiū & perfectorum suppositis quippe in illa adhuc incipiente, & paruula duobus, quasi totius vitæ spiritualis fundamētis, fide nimirum præforti, & arcta suijpsius custodia, super ijs nobilissimum in ea ædificaturum se, ait, ædificium: per insignes namque metaphoras totum id explicat; ac primū, fidem validam, quæ in mystico animæ corpore pectoris obtinet locū, in quo vbera sunt charitatis, sub metaphora designat muri, & bene: quia qui fide vera pollet, is tamquam murus æneus profecto est, cui obsiste-

E re nequeunt omnes aduersarii eius, præsertim, si super fidem ædificata sint bonorum operum propugnacula. Dum ergo dicitur, *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula*, tantumdem est, ac si a Domino dicatur.

Vitæ spiritualis fundamenta, sunt fides, & custodia suijpsius.

Fides est murus, & pectus aiæ.

Tametsi anima ista, quæ est *soror nostrá*, vt per fidem genita cęlesti Ierusalem matri nostræ modo, cum in gradu est incipientium, *paruula* adhuc sit, & videatur esse sine vberibus charitatis, atque misericordiæ; attamen, *si* propter ipsam fidem, qua soror est nostra, *murus* sit validus: si fidem vt magnum, ac præforte habeat pectus, super huiuscemodi pectore exhibebo præstantissima virtutum opera, vti vbera quædam; quò ea dici queat

PARAPHRASI.

Fides cum operibus est murus cum propugnaculis.

fides

D B. ANIMA. fides, quæ per dilectionem operatur. Aedificabo autem illa quasi quædam super validum murum *propugnacula* præfortiora, simul atque perpulchra, vt pote argenti nitore præfulgida. Quo loco tria notanda sunt.

Primum, quod dicitur, *si murus est*, ita sub conditione prolatum; vt tamen conditio ipsa supponitur in esse, iuxta frequentissimã & sacrarũ litterarum phrasim, & peruulgatum quoque nostrum loquendi morem, quo sæpius particulam, si, vsurpamus pro alia particula quoniam: id quod colligitur ex eo, quòd ob fidem ipsam in anima existentem sororem suam appellauit Dominus Iesus. Secundò, ex verbo, *Aedificabimus*, duo colligi: & quòd opera nedum super fidem ipsam nitantur vt super fundamentum, verum etiam in charitate fiant; nam alioquin, ni ipsa adesset charitas, quæ est vinculum perfectionis, spirituale consurgere nequiret ædificium: Sicut nec sine cæmento ædificium consurgere potest materiale: Et quòd eadem opera, tametsi a nobis fieri videantur; vt tamen in spirituale ædificium consurgunt, a Deo potius fieri dicẽda sunt, iuxta illud Pauli: *a Dei adificatio est. b Nisi enim Dominus adificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui adificant eam.* Vnde & idem Paulus libere fatebatur: *c Non ego operor, sed gratia Dei mecum.* Bene haud simpliciter *gratia Dei*, sed & *mecum*, ad designandum nostrum concursum, propter quem fortasse & hoc loco animarum dilectus non dicit ædificabo, sed *adificabimus*; ipse nimirũ vt primus, ac precipuus architectus, tuque simul vt operarius manualis.

Opera bona nituntur in fide, & in charitate.

Operũ bonorum ædificium non tam à nobis, quam à Deo est.

a 1. Cor. 3. 9.
b Psal. 126. 1
c 1. Cor. 15. 10.

Tertio denique animaduertendum, operum ædificationem istam ita pro ornamento ædificari super murum fidei; vt tamen simul quoque pro eiusdem fidei seruiat robore, atque tutela: ob id quippe dicta sunt propugnacula: Cur verò argentea? An, quia pura sunt, atque candida è corde puro, & conscientia non ficta, iuxta illud Psalmi: *d Penna columba deargentata?* An, quia facta iuxta præscriptum, & regulam sacrarum scripturarum, diuinique eloquij, quod ex Psalmo 11. *e argentum* diximus esse *igne examinatum, probatum terra purgatum septuplum*, id est, purissimum, & absque omni scoria candidissimum? An, quia vt maxime pretiosa furum subiecta sint deprædationi, prout & quæcumque argentea?

d Ps. 67. 14
e Ps. 11. 7.

Sanè anima, quam ad cœlestes nuptias euehere vult sponsus, vt huic prospiciat bonorum operum suorum deprædationi, id in primis satagit, vt arcta sui custodia ostium se exhibeat, quod furibus, ac deprædantibus vniuersis sit clausum, iuxta Domini *f* consilium, simul & imperium, in singulis operibus suis absconditum obseruandum: Ideo statim ac propugnaculorum argenteorum facta est mentio, congruentissime hoc loco subiicitur, *si ostium est*, id est, cum instar præfortis ostii sedula se seruet custodia: Quid tum? *compingamus illud tabulis cedrinis*: id est, sicut ostium exornari solet operimento tabularum cedrinarũ, quæ pulcherrimæ sint, & fortissimæ, & odore fragrantes, incorruptibiles: Ita & eam perpulchro operiemus, & ornabimus indumento suaueolentium, præfortium, & imputribilium virtutum; vt, tametsi ipsa omni intentionis studio occulta seruare nitatur bona, quæ agit opera, per diuinã nihilominus operationem, & extrinsecus virtutum nitore præfulgeat, induta nimirum, iuxta Apostoli dictum *g* arma lucis, induta operimento tot cedrinis tabulis compacto, quot idem enumerat Paulus, vbi ait: *h Induite vos ergo sicut ele-*

Opera bona celanda.

f Matth. 5.

PARAPHRASI.

Opera bona quæ & in abscondito, & vt extrinsecum animæ indumentũ.

g Ro. 13. 12
h Col. 3. 12

MARIA. A *cti Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordia, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c.* Quæ ita inter se arcte compactæ sint, vt & arctè animam constringant, quam operiunt, iuxta vim verbi Hebraici, *arctabimus*. Quamquam per versionem Sept. *describamus*, seu *sculpamus* super eam scilicet portam, *tabulam cedrinam*, id quoque eidem animæ sese custodienti promittitur, quòd eo operietur, & exornabitur indumento, de quo per eumdem Paulum dicitur: *i Induite Dominum nostrum Iesum Christum*, quem iure optimo tabulam cedrinam appellatum crediderim, ob omnimodam imputribilitatem, & incorruptionem, & propter suaueolentiam, ob quam Paulus
B dicebat; *k Christi bonus odor sumus in omni loco*, sicut superius de eodem dictum est, *l electus vt cedri*. Nec modicam vim habent, verba describendi, atque sculpendi: nam re vera haud aptiori ratione Christum induit quis, quàm si illum, eiusque vitam in cunctis operibus scriptam quodam modo, & sculptam exhibeat, quod exposcebat aliquando Apostolus, cum diceret: *m Et vita Iesu manifestetur corporibus nostris*: quod vt ipsemet animarum dilectus à pia anima in hoc capite octauo efflagitauit, cum diceret: *n Pone me vt signaculum super cor tuum, et signaculum super brachium tuum.*

Per custodiã sui ipsius anima induitur Christo.

i Ro. 13. 14
k 2. Cor. 2. 15.
l Cant. 5. 14.

Christum quo anima induat.

m 2. Cor. 4. 10.
n Cãt. 8. 6.

C Vers. IX. Si Murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est B. Maria.

AD id, quod in præcedẽti sententia dictum est, quid faciendum tempore Incarnationis diuini Verbi: quandoquidem Beata Virgo, in cuius vtero ea facienda erat, præ eximia humilitate indignam ea se censeret gratia; præsertim cum propter firmissimũ virginitatis propositum vbera
D firmissum Virginitatis propositum vbera non haberet, quibus naturaliter genitum lactare potuisset filium; respondet modo idemmet Dominus, quod spectat ad vbera: cum Virgini Benedictæ pectus sit & miseratione maximum, & robore fortissimum, instar præfortis muri, vt natum ex ipsa filium ad illud gestet, daturum se operam, vt super idem pectus ædificentur *propugnacula argentea*, excuberent, & eleuentur vbera, lacte de cœlo dato tumentia: vbera virginitatis candore argentea, quæ in sanctissimo virginalis pectoris muro quædam sint propugnacula, ad quæ confugeret incarnatus filius Dei, cum lacte indigeret: & quibus mater ipsa, vt aduocata peccatorum misericordissimo prælio cum suo dimicaret filio, quan-
E documque eum in suam trahere vellet sententiam, vt suis parceret deuotis. Quod verò ad firmissimum spectat virginitatis propositum, ait, nullatenus quidpiam tam sancti labefactandum eius propositi; quinimo, si, quæ ob virginitatem est *hortus conclusus*, ob dictum propositum est et *ostium* seipsam obseratam seruans, dandum operam, quasi super ostio compingantur, describantur, atque sculpantur tabulæ, seu *tabula cedrina*, iuxta versionem Sept. vt ex sculpta tabula hac cedri, quæ, tum quia nascitur in Libano, qui interpretatur candidatio; tum quia non admittit corruptionem, aptissimum est incorruptæ virginita-

Maria vbera quæ vt propugnacula argentea ædificata sint a Deo.

Maria deferens natũ ad pectus virgo prædicatur.

Cant. 4. 12.

tis

APPENDIX. tis Symbolum, fiat omnibus perſpicuum, illā vna cum partu è pectore, atque è medio vberum eius pendente, & virginem eſſe.

Verſ. IX. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: Si oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphraſis Chaldaica. Dicet Michael princeps Iſrael: Si ipſa ſteterit ſicut fundamentum inter populos, & dederit argentum, vt poſſideat veritatem nominis Dominatoris ſæculi, erimus ego, & vos cum ſcribis eorum circumdātes eam, ſicut ordines argentei; & non habebunt poteſtatem populi, vt dominentur in eam, ſicut non eſt poteſtas vermi, vt dominetur argento: & quamuis ſit egena præceptis, quæremus miſerationem propter eam corā Domino, & recordabitur eius propter meritum legis, in qua laborant pueri, quę ſcripta eſt in tabulis cordis, & ſtat contra gentes ſicut cedrus.

Communiori veterum Patrum præſertim Latinorum ſenſu hæc ad Eccleſiam, & præcipuè ad primitiuam illam, de qua in præcedenti ſententia, hæc referuntur: Et quidem ob duas ſimilitudines muri, atque oſtij ad duo diſtincta fidelium genera eadem referunt, ſed diuerſimode: Nam Caſſiodorus, & Beda ad duo genera auditorum, ac ſi Chriſtus dicat: Cum cæperint Apoſtoli mei prædicare Eccleſiæ Gentium, ſi tales fuerint auditores, qui merito pfectionis *murus* appellari poſſint; dum videlicet, vel naturali ingenio præditi, vel philoſophica eruditione præſtantes, quaſi alios defendere, & munire poſſint vice muri *ædificemus ſuper talem* hūc murum *propugnacula argentea*, addentes illis *a* eloquia diuinarum ſcripturarum. Si vero auditores haud tales extiterint, ſed fuerint velut *oſtium*, vt ſimplicia annuntiantes, poſſint aliquos in Eccleſiam, & ad fidem adducere; quales ſunt ſacerdotes minoris gradus, qui baptizando, & diuinis myſterijs initiando, in Eccleſiam homines introducunt proponamus eis exempla præcedentium patrum, qui veluti imputribiles cedri immarceſcibilia opera habent, & veluti tabulæ ſcientia, & charitatis latitudine diffuſi ſunt: vt illorum imitando exempla, alijs Eccleſiam introeundi veluti oſtiū ianuam aperiant. Similia ferè ſunt, quæ dicuntur & ab Anſelmo, & a Ruperto, exiſtimantibus, per oſtium deſignatos fideles illos Eccleſiæ miniſtros ſimpliciores, qui introducere quidem per ſacramenta, & ſanctas exhortationes in Eccleſiam queunt; defendere tamen ab infidelium incurſibus, & repellere hæreticorum iacula minime valent: niſi quòd Anſelmus, id quod dicitur, *compingamus illud tabulis cedrinis*, tantumdem eſſe inquit, ac, Tales eis adiungamus, qui ſint ipſis auxilio, inſtar tabularum ſubtiles, ac bene aptati, ad voluntatem Chriſti imputreſcibiles, & odore ſuo vermes occidentes, vt tabulæ cedrinæ. Rupertus tantumdem id eſſe ait, ac, Faciamus, vt ſit memoriæ imputribilis, atque ſuauis ſecundum ſimilitudinem cedri, iuxta illud Pſalmi: *b Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicato.*

Caſſiod. Beda. Anſelm. Rupert. *Eccleſia dicitur murus, et oſtiū propter duo fidelium genera.* a Pſ. 11. 7. b Pſ. 91. 13

Iuſtus Orgelit. Iuſtus quoque Orgelitanus, & Aponius de diuerſis Eccleſiæ membris; duobus alijs modis accipiunt. Iuſtus quidem, qui cæperunt, inquit, in ſi-

A de creſcere, & ita ſtabiliri, vt robore ſuos infirmos, quoſque commoneant: Suſcepto honoris priuilegio, ad ceteros docendos inſtituātur. Dum iſta ſic in Eccleſia diſponuntur, tamquam *propugnacula argentea* muris adijciuntur. Et, ſi eſt quis idoneus ad loquendum, & velut oſtium, quod aperitur, & clauditur, tempus loquendi, & tacendi intelligit, *hoc tale hoſtium tabulis cedrinis compingamus*, vt dum odoriferum lignum in ſe ſuſcepit, cum Paulo dicere poſſit: *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri &c.* c Gal. 6. 14

Aponius. Aponius *muros*, illos eſſe cenſet fidelium, qui verum Deum omnipotentem cognouerunt, proximi facti Deo Patri. Illos verò *oſtium*, qui pro eius B nomine parati ſunt ſanguinem fundere, quive exemplo ſuo oſtium præbent credulitatis, & ingreſſum ad ſalutem. *Propugnacula argentea ſuper murum*, ædificari inquit verbo Dei per notitiam Trinitatis, per Baptiſmi Sacramenta, ac per ſpiritum ſeptiformem.

Ad vniuerſam Eccleſiam vtramque ſimilitudinem refert D. Ambroſius ſerm. 22. in Pſalm. 118. verſ. 8. & Gregorius Papa. Et quidem Gregorius videtur ſumere particulam, *ſi*, pro, *quoniam*, quod frequenter in Sacris litteris obſeruare eſt: Ait quippe: Dato Spiritu ſancto, *murus* ſancta Eccleſia efficitur, quia quæ prius timenda, inſtructa à ſpiritu ad reſiſtendum aduerſarijs impenetrabiliter roboratur. Quod manifeſtat idem Petrus, C ſub ancilla timidus, mox contra Principes rigidus, quib. dicebat: *d Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Super* hunc autem *murum propugnacula*, ædificantur; quia, vt non tantum ſe defendat, ſed & vt impugnantes reſiſtendo proſternat, miracula ei facere conceditur, quæ cum hoſtes viderint, ab eius aggreſſione, iacula timētes, teneantur: quæ *propugnacula* bene *argentea* eſſe perhibentur: quia ipſa cum verbi prædicatione donantur. *Oſtium* etiam benè eſſe Eccleſiam, dicimus, quam ab ipſo Chriſto poteſtatem aperiendi, & claudendi accepiſſe, ſcimus. Oſtium in ſuis prædicationibus exiſtit; quia per eos aditus ad vitam aperitur: *Vel oſtium* in ipſo capite ſuo exiſtit, quod dicit, *e Ego ſum oſtium, &c.* Dicitur D Eccleſia vt oſtium *tabulis cedrinis* compingi; quia fidem prædicans populorum multitudinibus decoratur, & dum populi varijs virtutibus aſperguntur, vt pictura multis coloribus, ſic Eccleſia multis diſtinctionibus honeſtatur.

Ambroſ. Greg. P. *Poſt Spiritus aduentum Eccleſia reddita eſt murus.* d Act. 5. 29 *Miracula ſunt propugnacula argentea.* *Eccleſia quo ſit oſtiū* e Io. 10. 9.

Ambroſ. Ambroſius loco ſupra citato, Eccleſiam murum illum eſſe ait, qui habet duodecim portas Apoſtolicas, per quas populo nationum patet ingreſſus: per propugnacula argentea intelligit diuina eloquia, quibus hoſtiles ictus repulſare conſueuit. Circa vltimam partem, quam legit, iuxta verſionem Sept. *Et, ſi ianua eſt ſculpamus ſuper eam tabulas cedrinas.* Et quia inquit ianua Chriſtus eſt; & Eccleſia ianua nuncupatur; quia per E ipſam populis patet aditus ad ſalutem. Sed, ne hæreticorum corrumpatur tineis, aut vermibus, dicunt filiæ Ieruſalem, vel Angeli, vel animæ iuſtorum, *Ædificemus ſuper eam tabulas cedrinas*, hoc eſt, fidei ſublimis bonum odorem: Eſt enim ſuauis huius materiæ odor, quam nō vermis, non tinea corrumpat; Ideo huius materiæ vſus eligitur tectorum faſtigijs eleuandis, formandiſque litterarum elementis, quibus ætas puerilis ad ſtudium liberalis eruditionis imbuitur. Eſt ergo materia iſta ſublimis ad gratiam, leuis ad onus, ſuauis ad odorem, vtilis ad inſtrumentum ſcientiæ, habilis ad miniſterium cognitionis æternæ.

De pia

LITTERA.

Iusti elo et murus, & ostiũ dicta. Theod.

A De pia anima hæc dicta sumpsere Patres Græci, indicatque idipsum, & ex Latinis Ambrosius vbi supra: Diuersimode tamen & ipsi id prosequuntur; nam Theodoritus sanctos veteris testamenti Prophetas in hunc modum ad præcedentia hæc inquit subintulisse: Cum magno Regi copulanda sit, & tamquam *murus* futura domus ipsius, vt curet, & custodiat ea, quæ intus sint, & tamquam *ostium* ea, quæ recondita fuerint, conseruet; tamquam super muro quodam *ædificemus argentea propugnacula* id est, eloquia ratione splendentia, vt in ipsis consistens hostes sagittis petat, & insidias struentes persequatur; Ipsi autem vt ostio tabulas, easque cedrinas, quæ peccati corruptionem suscipere nequeant, imponamus: Quæ B Theodoriti expositio tam Ecclesiæ, quam animæ congruit.

Tres Patr. Obscurius apud eumdem Tres Patres ita hæc reddunt. Si legalium præceptorum obseruatione tamquam *murus* extructa est, imponemus super ea veluti *propugnacula argentea*, fulgentes in legali littera mysteriorum rationes. Quod, si naturali ratione per sensum aperta est tamquam porta cognitionis aditũ patefaciens, formemus in ea quasi *tabulam cedrinam* mentem, quæ sensus contrahat imperfectos, quæque fidem ex operibus perfectam habeat, & gladio spiritus amputet tum falsas opiniones omnes, tum virtutis defectus, atq; excessus, quibus ex rebus in te huic multitudini C tu quidem largiere, ego autem ministrabo.

Philo Car. Philo Carpathius eamdem animam & *murum & ostium* dictam propter fidem: per *propugnacula argentea* vitæ probitatem, & salutaria sponsi præcepta sacrarum litterarum: per *tabulam cedrinam* exempla, atque doctrinam intelligit sanctorum, de quibus: *Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.* Psal. 91.13.

Vers. X. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

Expositio prima. Iuxta sonum Litteræ.

HAud ambigendum, sponsæ hæc esse verba, dictaque ea esse in responsionem ad immediate præcedentia. Supponentes itaque ex dictis, illam in tota hac oratione, quã cœpit a Vers. 8. id intendere; vt, auditis, quas dilectus exposuerat, dilectionis viribus immensis, eaque percepta eiusdem efflagitatione, qua ipsi dixerat, *Pone me vt signaculum, &c.* suomet dilecto, atque etiam adstantibus eius sodalibus palam faceret; satis sibimet experimento probatas vires dilectionis eius, iamque a teneris annis se, illum *vt signaculum super cor* posuisse, & *super brachium*: quod peregregie probauit, referens, cordi infixa vel prima illius amoris initia, quæ, paruula adhuc existens, ex eiusmet ore suscepit, verba ea, *Soror nostra, &c.* ex occasione autem eorum, quæ retulerat in Vers. 9. *Si murus est, &c.* nunc, conuerso sermone ad adstantes, dilecto tamen ipso audiente, exponit, quid virium ipsa illius dilectione in semet experta sit, & quomodo, & quando murus extiterit cum vberũ propugnaculis; simulque instar ostij conclusum pro illo solo seruaret quicquid in se esset. Porrò, vt, quæ hic ab ea dicũtur, clarius explicentur, nonnulla prius sunt animaduertẽda,

LITTERA.

Primum, totam orationem hanc metaphoricam esse, iisdem seruatis metaphoris, quæ in præcedentibus verbis fuerant vsurpatæ: muro enim designatur pectus; vbera assimilantur turribus super murum erectis, sicut ibi assimilabantur propugnaculis: ad id demum, quod ibi dictum fuit sub metaphora pro fortis ostii, quo in pace, tutoque seruantur, quæ intra domus penetralia clauduntur, respondent postrema verba hæc, *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*: admodum certè congruenter post bellicas muri, ac turrium metaphoras pacis metaphora adhibita; vt singulis fieret conspicuum, bellica illa vniuersa haud aliud spectare prælium, quam dilectionis, quod, tametsi grauissimum sit, & validissimum, ita nihilominus, taleve est bellum, quod sit quasi pax: Idcirco aptissime quoque dictum est, *Ex quo facta sum coram ipso quasi pacem reperiens*. Quamquam dici & id pariter queat, particulam *quasi* hoc loco adhibitam non tam ad significandam pacis similitudinem, quam ad illius veritatem statuendam, iuxta illam sacrarum litterarum phrasim, qua particulæ istæ, *quasi, tamquam* & *sicut*, quibus in Græco respondet, ὡς, seu ὡσεί, haud semper similitudinem, sed aliquando veritatem significant, prout aduertunt fere Patres omnes super illud Ioannis, *a Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a Patre*: vt tantumdem sit, ac, *Ex quo facta sum coram eo pacem reperiens*, pacis nomine vsurpato non tam pro pace ipsa, quam pro eius effectibus, benignitate, beneuolentia, & tranquilla animorum vnione.

Particula quasi, aliquando ponitur ad statuendã veritatem.

a Io. 1. 14.

Notandum secundo, quod dicitur, *Facta sum coram eo pacem reperiens*, dictum ea phrasi, quam & alias obseruauimus, & secundum quam dicitur inuenire gratiam apud aliquem, qui illi placet, & gratus est, & in quo is complacet.

Notandum tertio, aduerbium *ex quo*, dupliciter sumi posse: Vel, vt designat causam præcedentium eorum, *Ego murus, &c. ex quo*, id est, exinde, seu ex eo tempore, quo *facta sum, &c.* quomodo hæbraicum aduerbium אז intellexisse crediderim & Sept. cum verterunt, *Ego eram in oculis* D *eius quasi pacem reperiens*, vt iam iam explicabo. Vel, vt designat eorumdem præcedentium effectum, quod exinde consecutum est, vbi primum sponsa cœpit esse murus, &c. quomodo communiter prædictum aduerbium hebraicum desumitur & ab Hebræis, & à nostris recentioribus, qui in suis versionibus illos sequuntur, & etiam ab Aquila interprete antiquissimo, in hunc modum hæc vertente: *Tunc facta sum in oculis eius inueniens pacem*. Iuxta duplicem eius acceptionem duplex eorum, quæ hic dicuntur, assignari potest sensus æque congruus, æque probabilis, & æque bonus.

Aduerbiũ, ex quo, designat, vel causã, vel effectum.

Aquila.

Primus, isque facilior; vt, quod dicitur, tale sit.

I. SENSVS. PARAPHRASI.

E Vt primum intellexi, me illi beneplacitam: vt primum illius in me beneuolentiam percepi, seu: Vt primum pacifice, & tranquille, vti illius sponsa cœpi cohabitare cum eo; ita, quæ *parua* iam eram, meo excreui corpore, vt & elato pectore instar muri erecta sim: sicve & vbera mea extubuere; vt plane in pectore ipso meo turres repræsentent erectas super murum. Vt hæc iis propemodum sint similia, quibus quędam e puellarum choro tam subitum eiusdem sponsæ admirans pulchritudinis, & staturæ corporis incrementum supra in cap. 7. dixit, *b Quam pulchra es, & decora charissima in deliciis. Statura tua assimilata est*

palmæ,

LITTERA. *pulsus, & non erat ei apertus*, iuxta eum sensum, quē pro probabiliori allatum videre est ad finem primæ expositionis Vers. 6. capitis septimi. Hocque ipso sensu arbitror exponendam & versionem Septuag. iam supra relatam, ac si eadem sponsa dicat. Cum in oculis dilecti mei essem *quasi pacem reperiens* esse cœpi *murus, & vbera mea sicut turres*, vt explicatum est.

II. SENSVS. Quòd si altero significatu vsurpatum velimus aduerbium *ex quo*, secundo sensu sponsa quæ in præcedentibus solicitudinem retulit dilecti sui de ipsius pusillitate, & ineptitudine ad nuptias post relata & cōditionalia ea verba, *Si murus est*, &c. id modo patefacit, quo modo, amota iam dubitatione omni, grandæuior effecta, & *murus* eleuato euaserit pectore, & in pectore ipso suo vbera ita excreuerint, vt similia videantur turribus ad murum erectis, & quasi vberibus ipsis suis ita exuberantibus, quæ, vt supra sæpius visum est, potentissima sunt ad amorem conciliādum, atque ad animum quemque superandum, ac si è turribus cum ipso dilecto suo dimicasset, subiiciat, *Tunc facta sum coram eo quasi pacem reperiens*, illo nimirum superato, eique sponsata, tranquillam cum ipso inii pacem; quando & certior ille factus est, quòd, ipso admisso, reliquis vniuersis *ostium* essem fortiter clausum.

Hi duo sunt, qui mihi istorum verborum probabiliores videntur sensus: Quia tamen fieri facile potest, vt quis cuipiam eorum adhæreat sensuū quos supra retulimus in prima expositione præcedentium verborum, *si murus est ædificemus*, &c. ne inuidus censear, referam, quæ ab iisdem consequenter super hisce asseruntur.

I. SotoMaior. Ac primum Soto Maior, qui & primus in citato loco relatus fuit, hisce ad præcedentia responderi per hæc, ait, à sponsa. Haud opus est muro, propugnaculis, aliisve id genus munimentis ad paruulæ sororis nostræ pudicitiam seruandam; ego enim illi pro muro, & propugnaculis ero: futurumque spero, vt vbera mea sint illi pro turribus fortissimis, etiam si nulla alia externa adhibeantur claustra; ego sola sufficio ad conseruandam, & meam, & illius integritatem, ex quo. s. tēpore. i. tunc temporis, seu *ex quo* responso mirifice animum dilecti mei placaui, plene illi satisfaciēs mihique illum deuinxi.

II. Hebraei. Iuxta Hebræorum sensum, eadem sponsa sibi gratulans, ait, Ecce ego sum *ostium*, sed ex eo tempore, *quo facta sum sicut pacem reperiens* in oculis dilecti mei, sum *murus* validissimus; *& vbera mea* iam ita excreuerunt, vt promineant in pectore meo *veluti turres*: seu, quoniam *ego* non sum *ostium* versatile, sed sum *murus*; quia stabilis in eius fide perseueraui: & quoniam iam haud amplius sum sine vberibus: sed *vbera mea* sunt *sicut turres* in muro pectoris mei propterea *facta sum coram ipso quasi pacem reperiens*.

III. Genebrar. Quòd si ambæ præcedentes similitudines muri, & ostii in bonum sumantur, iuxta complurium posteriorum sententiam, quod hic dicitur, secundum eosdem tale erit. *Ego* veluti fortissimus *murus* in tua fide, ac dilectione perseuerans, te solum amatorem admittens ceteris amasiis omnibus fortiter restiti: iamque grandior effecta, ita vt *vbera mea* in pectore meo promineant, *veluti* duę *turres* in muro, *facta sum coram eo quasi pacem reperiens*.

IV. Ecce me vides sponse mi, qualem me videre optabas. Ecce *Ego murus* sum, & habeo *vbera* instar turrium: id autem ex eo habeo, *ex quo* tibi perfecte placui.

Del Rius. Vel, vt ait Del Rius: Prorsus statui facere, quod iubes: nam sentio, iam liberalitate tua meam obedientiam præueniri: tuis enim muneribus iam factum, vt videar tibi (neque fallor) *murus* quidam propugnaculis argenteis nitens: & gemino vbere, vt turribus paribus uallata.

Legionen. Denique, iuxta Legionensem, sibi ipsam & gratulatur sponsa, quòd opus ei non fuerit adscititiis ornamentis ornari; quodve placuerit viro suo, nullo adhibito exquisito cultu. Ac si dicat.

Pro muro, & pro turribus argenteis, pro aduentitiis, & exquisitis ornamentis mea mihi fuit pulchritudo. Aut certè: Tantus viri mei extitit amor, vt, quæ mihi minus erant bona, inesse tamen viderentur præ amore.

Circa lectionum varietatem, præter id, quod dictum est de aduerbio, *ex quo*, duo sunt animaduertenda. Primum, tamen in textu hebraico, quā in versione Septuag. pluraliter haberi, *Sicut turres*: Vnde, cum in Vulgata legimus, *sicut turris*, haud dubium, quin consueta sacrarum litterarum phrasi sumēdum sit singulare, positum pro plurali.

Notandum secundo, in Codice nuper in Vaticano impresso versionis Sept. ita pluraliter legi, *Ego eram in oculis eorum*: cum tamen Codices reliqui Complutensis, Regius, atque Aldinus, nec non & Patres Græci Theodoritus, & Catena Trium Patrum, quin & Ambrosius sermon. 22. in psalmum 118. vers. 8. singulariter potius legunt, *In oculis eius*: Crediderim potius id mendum esse in prædicto Codice Vaticano: quod colligi exinde potest: quia & in Annotationibus, quæ in eo ipso Codice habentur, vbi hæc ipsa referentur verba, singulariter sic habentur, [illegible]. *Ego eram in oculis eius*.

Vers. X. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.

Expositio secunda. De prima sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

DE ECCLESIA. SI materialem ignem istum nostratem ad fortissimum quemque apponamus murum, eius profecto is aduertitur esse roboris; vt, qui vix diebus pluribus, multisque ferreorum instrumētorum ictibus destrui potest, exiguo temporis momento eum demoliatur, atque prosternat: hincve illud est, vt ab igne multo magis, quam à re vlla alia continuatis excubiis fortissimæ quæque custodiantur munitiones. Nec auditum est vnquam, vt igne erigerentur parietes, cum ignis iste noster, etsi actiuus quam maxime sit, actiuitatem tamen suam in consumendo exhibet efficacius, quam in agendo. Quapropter cum cælestis, Spiritus sancti ignis è contra se habeat, vt actiuitatem suam, quæ lōge quacumque actiuitate est superior, in perficiendo exhibeat magis, quam in consumendo; vt primum Ecclesiæ, quæ absque muro erat, vt igneus adhæsit murus, nedum ipsam minime consumpsit, sed & insuper fortissimum illam erexit in murum. *a Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum*, dixerat aliquando Dominus per Zachariam prophetam, & subdit. *Et ego*

Ignis noster maxime a diuinus inc... sumēdo, ē ignis Spiritus sit in perficiendo.

DE ECCLESIA.

ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Si attentius inquiramus, quando se vera Dominus fuerit murus ignis in circuitu Ecclesiæ, tunc id factum asseremus, quando Ecclesia ipsa habitabatur sine muro: quando in Ecclesia haud erant, qui instar validi muri eam tuerentur: quando ante aduentum Spiritus sancti ipsimet Apostoli ingenti erant pauore concussi: Ideoque in præsenti sententia dicens, *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum quasi pacem reperiens*, significat, se ex eo tempore, quo ex collato Spiritu sancto dono amoris certior de reperta apud Deum pace facta est: quove igneo illo muro diuini Spiritus circumdata est, ita vt, interna pace reperta, instar munitæ se habuerit Ciuitatis, per murum ipsum igneum, perque Spiritum sanctum erectam, & solidatam in murum fortissimum, aduersus quem nec vniuersus orbis, nec tartareæ præualerent legiones. Porrò, si per murum igneum Spiritus sancti erecta & ipsa in murum est, haud dubium, quin & in igneum pariter erecta sit murum; id enim cuique innatum est igni, vt quicquid per ipsum fit, vel per participatam ignis naturam, vel saltem per communicatum nat calorem. Igneum verò murum illam esse, exinde pariter colligere licet, quòd per eius sponsum dictum aliquando fuit, *a Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?* accensus namque is est in die Pentecostes, quando *b lampades* Spiritus sancti, quem ipsam dilectionem esse, non ignoramus, *lampades* extitere *ignis, atque flammarum. Ego murus*, igitur ait Ecclesia, *ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*: Murus, ad quem quicumque accederet, igne succenderetur charitatis, vtpote qui nedum igneus sit, vt dictum est, sed & turres haud alias habeat, quàm vbera, quæ symbolum item charitatis existunt.

In Spiritus sancti aduentu Deus factus est murus ignis in circuitu Ecclesiæ.

Ecclesia est murus igneus.

a Luc. 12. 49.

b Cant. 8. 6

Ecclesiam murus igneus charitatis habet pro turribus.

Ac bene in primitiua illa Apostolorum Ecclesia, quæ per Spiritum sanctum sponsata, & roborata est in charitate, & pace, turres, vt in muro igneo, & turres erectæ dicuntur, è quibus prælia committerentur, & iacula iacerentur; Pace enim reperta à metu, & passionibus, quibus post Christi mortem Ecclesia ipsa, vt paupercula, & tempestate conuulsa, pauida sedebat in ciuitate, donec indueretur virtute ex alto. Apostoli charitatis igne succensi vt vbera lac fundere cœperunt doctrinæ, & eruditionis: vtve vbera dilectionis, & charitatis quasdam sese exhibuerunt in turres, e quibus ignea mitterentur iacula item charitatis cum ipsummet doctrinæ eorum lac dilectionem præ se ferret, & charitatem, neque enim *c* aliud prædicabant, iuxta Pauli dictum, *quàm Iesum, & hunc crucifixum*, quem ex capite tertio huius Cantici *d* nouimus, iuxta hebraicam lectionem appellatum *combustum charitate a filiabus Ierusalem*: hanc omnibus neruis in hominum corda immittere satagebant: per hanc, & præliati sunt, & vniuersum subiecerunt orbem.

Apostoli fuere & vbera, & turres in Ecclesia vt muro igneo

c 1. Cor. 1.

d Cant. 3. 10

A Vers. X. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.

DE ANIMA.

Expositio Tertia: De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

Congruunt verba ista perfectæ cuique animæ, tametsi & id pariter per ea significetur, quod in anima fit incipiente. Tria quippe sunt, quæ in incipiente anima aduertere licet. Primò, diuina gratia: secundò, declinatio à malis, & resistentia aduersus insurgentes tentationes: tertiùm denique, exercitium bonorum operum. B Diuinam gratiam, propter quã placere cœpit Deo, verbo iis anima ipsa significat, quibus ait, *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*: reperisse se inquiens pacem, quando per præuenientem, & adiuuantem gratiam talis effecta est, vt diuinum sibi conciliarit beneplacitum. Vnde consecutum est postmodum, vt præcedentium peccatorum occasionibus murum semet opposuerit: quo verò validior existeret murus, vbera instar turrium erecta exhibuit, misericordiæ, & charitatis se dedens operibus.

I. SENSVS. *In anima incipiente tria quæ fieri solēt.*

Sed licet incipienti animæ congruere hæc queant iuxta sensum primo loco in prima expositione à nobis allatum; iuxta secundum tamen C sensum perfectæ potissimum tribuenda sunt animæ, qualem summo studio quæritat Deus inter homines vniuersos; prout apud Ezechielem significauit, cum diceret: *a & quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem*, seu *maceriam*, (vt legit apud Hieronymum in Comment.) *& staret oppositus contra me pro terra: ne dissiparem eam: & non inueni*. Ex quo Ezechielis loco colligendus est, & intellectus præsentis sententiæ, *Ego murus, & c.* vt à perfecta dicitur anima, dummodo animaduertamus duas Hebraicas phrases à nostro Interprete minimè expressas. Pro eo enim, quod in Vulgata est simpliciter, *Qui interponeret sepem*, D in Hebræo est גדר גדר goder gader, idest, *sepientis sepē*, qua phrasi videtur supponi sepes, quę tamē cum fracturas aliquas habeat, aliquave foramina, alia ei obiiciatur sepes ad fracturas, & foramina illa, vt illa seruentur, quæ à sepe prima ambiuntur. Id quod efficacius statim idemmet Dominus altera significauit phrasi, qua pro eo, quod Vulgata habet, *Et staret oppositus contra me*, in Hebræo est ועמד בפרץ לפני vengomed bapperes lephanai, idest, *& qui staret in confractione ante faciem meam*. Quam secundam phrasim expressere & Sept. aliàs ad verbum illam reddentes in Psal. 105. *b* vbi dicitur. *Et dixit, vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.* Supponēdum ergo ex prædicto mo E do loquendi id, quod apud Prophetas est sæpius prædicatum, fidelium Ecclesiam à Deo, & veluti dilectissimam vineam sepe, *e* maceriaque circumdatam: vt tuta conseruaretur, & veluti Ciuitatem sanctam præforti munitam muro, haud alio sanè, quam ipso, iuxta illud psalmi: *f Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui.* & apud Isaiam dicitur: *g Saluator ponetur in ea murus, & antemurale.* Murum istum, istudve antemurale cum nec à tota vi mundi huius, vel etiam potestatum tenebrarum harum confringi, aperiri, aut perforari queat; facillimo tamen negotio ab vnoquoque rumpitur peccato morta-

II. SENSVS. *In oratione anima denota inmurum se opponit ira Dei.*

a Ezec. 22. 30.

Sepiens sepem quid significet.

In confractione stare in conspectu Dei, qd significet.

b Psa. 105. 23.

e Isai. 5. 2.

f Psa. 124. 2.

Deus est murus fortissimus simul ac maximè fragilis.

DE ANIMA.

Amorifero: atque adeo nedum murus ignis dicitur, nempe murorum omnium fortiſſimus; ſed & fragilis maceria, & quæ facillimè rumpitur ſepes. Quamquam re vera fortiſſimus ſemper is ſit, adeoque fortis, vt nec peccata illum confringant; ſed ea, quæ poſt peccata in illo apparet confractio, robore ipſo facta ſit Dei, eiuſque indignationis, irrumpere feſtinantis in prælium contra eos, qui peccatis ſuis laceſſiti eum fuerint.

Peccata rũpunt murũ protectionis Dei.

Verùm, quia *a vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas*; & quia irruptio iſta eſt opus ab eo alienum, ac peregrinum, vt conteſtatus eſt Iſaias: *b* nulla ſane re conciliatur magis eius beneuolentia, quàm cum Sanctus quis ad foramen in prædicta ſepe, maceriaque ſemetipſum oppoſuerit in ſepem, & in maceriam: quàmve, cum deuota quæpiam anima in prælium contra inſurgentem, & irrumpentem iram eius in ipſa muri confractione fortiſſimum ſe opponat murum; indeque eſt, vt qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat, tam ſedulo, vt dictum eſt, ſtudio talem per ſemetipſum quæſiſſe ſe dicat: ac de hoc aduerſus Prophetas, quorum id muneris eſſe debuiſſet, apud eundem Ezechielem conquerens, totum hoc apertius explicans, ait. *c Non aſcendiſtis ex aduerſo* (in Hebræo בפרצות bapperatzoth, ideſt, *in confractionibus*) *neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael: vt ſtaretis in prælio in die Domini.*

b Pſ. 24. 10.

c Iſa. 28. 21

c Eze. 13. 5

Porrò anima illa, quæ ſponſa eſt Chriſti, quæve Sancti Moyſis perfectionem æmulatur, & ſanctitatem, id tandem ſibi contigiſſe modo significat, quod Sanctiſſimo illi contigit, qui, viſa maxima illa, quæ per vituli adorationem facta fuerat, confractione, vt validiſſimus murus in confractione illa ſtetit, erumpentemque Dei indignationem detinuit: adeo vt, qui cum illo præliabatur Deus, ipſe diceret, *d Dimitte me, vt iraſcatur furor meus*; Ac ſi dixiſſet: confractione facta per tam immane ſcelus, perque iram meam, ſine, indignationem ipſam meam iam per illam in ſceleſtum irrumpere populum, qui haud tutum ſe ſeruare nouit intra integerrimum murum protectionis meæ: Magno prælio aduerſum me ſtas, egredi nequeo.

Deuota aiã quæ fortiter ira Dei ſe opponat in prælio orationis.

d Exo. 32. 10.

Et certè adeo fortem ſtetit in murum; vt tandem pacem, vel in prælio ipſo repererit: vnde in textu libri Exodi ſubiicitur. *e Placatuſque eſt Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat.* In eumdem ergo modum de ſemetipſa ita loquitur anima Chriſti ſponſa, *Ego murus*; Ac ſi dicat.

e Exo. 32. 14.

PARAPHRASIS.

Audiui conquerentem dilectum meum, quòd non inueniret, qui ſe ei opponeret irato, quiue ſtaret in confractione in conſpectu eius. Ellã me murum; ellum pectus meum, & robur mentis meæ: *ex quo*, tuncve *facta ſum coram ipſo pacem reperiens*. Adeo enim fortiter illum pro peccatoribus deprecans ſteti in confractione; vt indignatio ipſa eius me transgredi nequiuerit; & quaſi illo deuicto, reperi coram eo pacem, quæ omnino abſceſſiſſe videbatur.

Notandum eſt autem, ſponſam Chriſti multò validius cum Deo præliatam, & in confractione ſtetiſſe in conſpectu illius, quam Sanctiſſimus ſteterit Moyſes, quod per ea verba, *Et vbera mea ſicut turris*, peregregie ſubindicatur. Enimuero Moyſes ſtetit quidem vt murus in confractione in conſpectu Dei, precibus ipſis ſuis aduerſus illum præliatus: quove validius dimicaret, muro ipſi adhibuit & turres, ſanctos nimirum Patriarchas, dicens: *f Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iuraſti per temetipſum, dicens: Multiplicabo ſemen veſtrum, ſicut, &c.* pugnauitque, è turribus hiſce mittens in Deum iacula rationum nitentium in firmitate promiſſorum Dei, ſicut & paulò ante, cum diceret, *g Ne, quæſo, dicant Aegyptii: callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra*, armis pugnauit rationis nitentis in ipſiuſmet Dei honore.

Oratio ſponſæ Chriſti efficacior eſt oratione Moyſis, qua Deũ ſuperauit ac tenuit.

f Exo. 32. 13.

g Exo. 32. 12.

Quo muro, quibus turribus, atque armis potuit quidem pro tunc placatum reddere Deum; at iram ipſam Dei omnino auertere minime potuit: quia nec peccati maculam ab ipſo abſtulit populo, in veram illum deducens pœnitentiam, & contritionem, quam externo tantum ſignificauit ſigno illo *h* cotritionis vituli in puluerem: atque adeo ille ipſe, de quo dictum fuerat, *Placatuſque eſt Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat*, paulo poſt, ait: *i Ego in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum*: & adiicit textus: *Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* At ſponſa Chriſti, cum murum ſe exhibet, eis ſibimet muro, taleſve adhibet turres, quæ & vbera ſint, quinimo vbera ipſa ſua ſuper murum pectoris, & deuotionis ſuæ erigit in turres: Haud enim validiores exiſtimat ſibi fore turres, quàm charitatem, qua in ſuo ſuccenſa eſt corde. Porrò è turribus, & vberibus hiſce ſuis duo iacit ſpiculorum genera: alterum in peccatores, pro quibus preces fundere ſatagit: alterum in Deum, quem placare & in ſuam trahere contendit voluntatem.

h Exo. 32. 20.

i Exo. 32. 34.

In peccatores ſpicula iacit contritionis, pœnitentiæ ſcelerum admiſſorum, ex ipſis vberibus dilectionis lac mittens eruditionis, edocens illos peccatorum grauitatem, Dei, quem offendere bonitatem, & celſitudinem: paratas eis pœnas æternas, ni ipſos illorum pœnituerit: Dei promptitudinem ad eorum pœnitentiam ſuſcipiendam, & ſimilia.

In oratione aia deuota duo iacit ſpiculorum genera.

In Deum vero haud alia mittit iacula, quàm ea, quæ ex pulcherrimorum vberum ſpecie ad oculos traiiciuntur amantium: iacula dilectionis, & ardentia charitatis ſpicula illa, quæ vulgato vocabulo orationes dicuntur iaculatoriæ, quæ ita eiuſdem penetrẽt cor, vt exclamare quodãmodo eum cõpellãt verbis iis, quib. exclamaſſe eum vidimus ſupra in cap. 4. *K Quam pulchra ſunt mãma tua, ſoror mea ſponſa: pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*; victum nempe ſe eorum vberum ſpiculis aſſerit, ita vt vix alia proferre queat verba, quàm obſtupeſcens illorum vim, *Quàm pulchra*, ideſt Quàm ingentes ſunt vires charitate ſuccenſarum precum tuarum; iacit certè vinum ſua acutiſſima ſimul & validiſſima ſpicula, quæ ita cor penetrãt epotantis, vt mœrens, & iracundum immutent in lætum, atque placatum: *At pulchriora ſunt vbera tua vino* quocunque: multò enim efficacius, quàm vino, ſpecioſiſſimis, atq; ardentiſſimis precibus ipſis tuis cor immutatum eſt meum, ex indignato, aque commoto lætũ redditum, atque placatum: Neque verò minus quàm vino iiſdem & inebriatum me fateor; ita vt iam vix eorum recorder ſcelerum, pro quibus preces ipſas effuderis. Quinimo iiſdem dum me confodis iaculis, dumque à te per illa ſuperor, ſumma perfundor voluptate, multoque magis iis oble-

Orationes iaculatoriæ quã validæ, cũ è turribus vberũ, & charitatis mittuntur, i De ũ.

k Cãt. 4. 10

DE B. MARIA

ctor precibus tuis, quam omnibus aromatibus, quibus me recreare studuit Moyses in precibus suis, vel in sacrificiis iis vniuersis, quæ mihi offerenda mandauit in odorem suauitatis.

Orãnes catenus efficaces, quatenus Christi nitũtur meritis.

Iure igitur optimo gratulari sponsæ ipsi licet, & in Domino gloriari, ac dicere, *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo pacem reperiens*. Neque vero suo vacat mysterio, quod, iuxta Vulgatam nostram dicit in singulari, *Vbera mea sicut turris*: per id etenim innuit, & vnde potissimum vbera ipsa sua, ac preces charitate succensæ, ex vberibus charitatis nimirum emissæ, tantas habeant vires, etiam erga inuincibilem, & immutabilem Deum: ex eo videlicet, quòd eadem vbera, dilectionemque, & charitatem suam reddere satagit similem charitati Christi crucifixi, quem nouimus esse illam a turrim *David, quæ ædificata est cum propugnaculis, & è qua pendent mille clypei, omnis armatura fortium*: haud enim vlla ex vberibus suis in Deum iacit spicula, nec vllas emittit iaculatorias preces, quæ dictam non referant turrim; quæ Christum crucifixum æterno non repræsentent Patri, quasve per merita Christi crucifixi exaudiendas nó censeat.

a Cât. 4. 4.

Vers. X. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est B. Maria.

I. SENSVS. *Maria se offert peccatoribus aduocatã apud Deum.*

VErborum istorum intellectus, vt a B. Virgine prolata fuere, iuxta primum litteræ sensum, facillimus est, & sanè pulcherrimus; significant enim, quas vires obtinuerint & pectus, ad quod baiulatus est filius Dei in puerilibus annis, & vbera quibus idem lactatus est infans; & tantumdem sunt, ac si Virgo Benedicta, vt spem certissimam suis exhibeat deuotis, tutissimumque sui confugium, ita illos alloquatur, & coram ipso dilecto suo talia ad quoscumque, vel etiam scelestissimos habeat verba.

PARAPHRASIS. *Vbera sua Deo ostẽdit quãdo orat pro peccatoribus.*

Ne vereamini; ellam me turrim fortitudinis a facie cuiuscumque inimici, quin & a facie iræ Dei: *ex quo* enim *facta sum coram ipso pacem reperiens*: *ex quo* inueni gratiam apud eum: *ex quo* in me ille sibi bene complacuit, vt respiciens humilitatem ancillæ suæ, per Verbi Incarnationem efficeret, vt beatam me dicerent omnes; *ego* ex eius benignitate *murus* vobis sum validissimus: pectus quippe meum, vt murum æneum, vt murum ignis illi opponam, quandocumque ipsius iram in vos irrumpentem intellexero: eaque illi ostendens, quæ in pectore ipso meo cælesti lacte intumuerũt vbera mea, vt turrim insuperabilem ipsa ei obiiciam: ex iis enim acutissima pro vobis in illius cor iacio spicula precum, repræsentantium illi, quòd tanta vberibus ipsis meis eum charitate lactarim. Circa hæc multa quidem essent, quæ dicerentur: Videantur tamen, quæ dicta sunt supra, expos. 4. in vers. 18. capitis. 4. *Quam pulchra sunt mãma tua*.

Pag. 656.

ALIVS SENSVS.

Posset hic quoque dici, verba ista *Ego murus*, &c. idipsum significare, quod Gloriosissima Virgo ad Angelum dixit, suum in Incarnationem exhibens assensum, a *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*, sed efficaciori ostensione fidei iam ea omnia in se facta supponens, quæ sibi per eumdem Angelum Dei nomine fuerant prænunciata, id nimirum fixum suo obtinens animo, quod & Angelus dixerat, *quia non est impossibile apud Deum omne verbum*. Vt tantumdem sit, ac si dicat.

b Luc. 1. 38.

APPENDIX. PARAPHRASIS.

Ex quo facta sum coram ipso pacem reperiens; ex quo placui Altissimo, vt de meis visceribus gignerem Deum & hominem, ellum pectus ancillæ Domini eleuatum instar muri, vt ipsum e me natum robore deferam maximo: En & *vbera* ipsa prout certissima spero fide, lacte, quo eumdem nutriam, intumescent; ita vt, tametsi vbera Virginis sint, ob lactis nihilominus copiam, quo e cælo replenda esse non dubito, *turres* in pectore meo repræsentent: En tibi paratas, ad quas confugias turres, quando inermis, paruulus, ac vagiens mũdum istum adire tibi libeat.

Vers. X. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Respondebit cætus Israel, & dicet: Ego fortis sum in verbis legis sicut murus, & filii mei robusti, sicut turres: Et illo tempore cætus Israel inueniet misericordiam in oculis Domini sui, & salutabunt eam omnes habitatores terræ.

Ecclesiæ quidam hæc tribuunt veterum Patrum, quidam vero animæ iusti. Ecclesiæ tribuũt Ambrosius lib. 6. exaemer. cap. 8. enarrat. in psalmum 50. & serm. 22. in psalmum 118. vers. 8. necnon & lib. 1. de Virginibus, Cassiodorus, Greg. Papa, Iustus Orgelitanus, Beda, Anselmus, & Rupertus. Et quidem Ecclesiam ipsam murum se dici duas ob causas, ait Cassiodorus. Primùm; quia fundata supra firmam petram, & glutine charitatis solidata. Secundò; quia ædificata est de viuis, & electis lapidibus, quam secundam rationem tangit & Ambrosius in psalmum 50. Tametsi idem in lib. 1. de virginibus, murum eamdem dictam censuit ob Sanctarum Virginũ custodiã; ait enim; Facessat sacris Virginib. metus, quibus tanta prælia dedit primùm Ecclesia, quæ teneræ prolis solicita successu, ipsa quasi *murus* abundantibus in modum turrium increuit vberibus, donec, soluto obsidionis hostilis incursu, *pacem* validæ iuuentuti maternæ præsidio virtutis acquirat: vnde & Propheta ait. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*.

Ambros. Cassiodo. Greg. Pa. Iustus. Beda. Anselm. Rupert. *Virginib. Ecclesia est murus.*

Ps. 121. 7.

Secundum Rupertum Ecclesia murum se asserit, quatenus in scriptura sancta spiritu munita est, & littera. Reliqui ferè cum Cassiodoro.

Quod eiusdem Ecclesiæ *vbera sicut turres* esse dicuntur, ab Ambrosio intelligitur de sensu, & eruditione sacrarum litterarum: vnde serm. 22. in psal. 118. ita per hæc Ecclesiam loquentem inducit: Nolite dubitare, ac dicere, *Si murus est: ego murus sum*, & non parua vbera habeo sed *vt turres vbera mea* sunt. Quomodo dicitis, quia non habeo vberes sensus, quæ turres habeo sapientiæ, in quibus est abundantia sicut scriptum est: b *Et abundantia in turribus tuis*. Idem vero in lib. 6. Exaemeron, Ecclesiæ *vbera sicut turres* sacerdotes esse, ait, quibus abundat & de naturalibus verbum, & de moralibus disciplina.

Vbera Ecclesiæ sicut turres; ob sensum & sciẽtiã scripturarum. Ambros. c Ps. 121. 7. *Vbera Ecclesiæ sicut turres sunt Sacerdotes, & prædicatores.*

Communiori tamen sensu Sancti intelliguntur Doctores, Prædicatores, & explanatores sacræ scripturæ, *Sicut turres* hos dictos, ait Cassiodorus, *& sicut vbera*; quia alios & lacte doctri-

Cassiod.

næ

APPENDIX.

næ erudire possunt, & vice turrium defendere. Et, quia merito doctrinæ, & sanctæ conuersationis super fideles reliquos ita eminent, sicut turres eminent super murum.

Cassiod. Denique, quod dicitur, *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*, communiori quidē sensu intelligitur, prout explicatur a Cassiodoro, de tempore illo, quo Christus in cruce moriens, mundum suo reconciliauit Patri, quando inimicitiam omnem idemmet Christus per
Greg. PP. semetipsum de medio tulit. Gregorius tamen Papa refert eadem verba ad tempus aduentus Spiritus sancti, dicens: *Vbera sua sicut turrim habuit Ecclesia, ex quo pacem coram sponso reperit*; quia, postquam sub ipso spiritum pacis accepit, Prædicatores contemplatione altos, & robore inflexibiles nutriuit. Sed quid est, quod non ait *pacem*, sed *quasi pacem reperiens*; nisi, quia dum in hoc mundo sumus a peccatis omnibus non desistimus, & quamdiu cum peccato viuimus, pacem perfectam cum illo, qui sine peccato in carne vixit, non habemus? Ambrosius sermon. 22. in psalm. 118. His, inquit, vberibus, idest sensibus habilem se tantis nuptiis æstimabat Ecclesia: sed filiæ Ierusalem adhuc non poterant æstimare: quia sensuum eius abundantiam non videbant: & addidit, *Ego eram in oculis eius, tanquam inueniens pacem*; hoc est, deliberatis de meis sensibus, cum pacem Dei inuenerim, quæ exuperat omnem mentem, & custodit corda, & sensus in Christo Iesu. Talis, inquit, eram in oculis sponsi, qualis quæ habet pacem: scriptum est enim: *Qui rectè quærunt pacem, habebunt eam testimonium*.

Pax vera nō reperitur in hoc mundo. — Ambrosius. — Pro. 12. 20.

Tres Patr. Ad hunc primum sensum referendus est & sensus trium Patrum, qui multitudini ex Iudæis conuersæ hæc tribuentes, respondere eam dicunt in hunc modum ad Ecclesiam magistram suam, quæ dixerat de ipso, *Vbera non habet*, &, *si murus est*. *Murus* sum *ego* planè, vtpote ædificata legalium mandatorum disciplina. Turribus autem videntur similes figuræ, & notæ illæ legalis litteræ, quæ mihi, vberum instar, cibum infantibus, & rudibus nutriendis, atque imbuendis idoneum subministrant, meque gentilium moribus inexpugnabilem custodiunt. Etenim ego fui *in oculis eius, quasi pacem reperiens*: ego profectò visitatione diuina digna quondam fui. Ac tametsi veram pacem nos proprio patri reconciliantem non agnoui: eam tamen per figuram in Prophetis didiceram.

Theodor. Qui piæ animæ hæc tribuunt, sunt Theodoritus, & Philo Carpathius. Ad hæc, s. superiora, sponsa respondet, ait Theodoritus, sponsi magnificentia, atque opibus confisa: Cum me præsciuerit, & prædestinauerit; & sciens, quod pacem quæram, & persequar eam, & persequens comprehendam, me tum pacificam appellauit, tum Sulamitidem; & murum fecit inexpugnabilem, hostibus formidandum; atque vbera mea, idest, doctrinam moralem, & Theologicam in sublime extulit, & quasi turrem constituit, vt ex ea pugnans, sponsi hostes propellam.

Anima sancta quō se dicat murum.

Philo. Philo verò eamdem animam iam Spiritus sancti gratia illustratam, pulchramque totam atque formosam in sponso suo gloriantem, murum se dicere ait; quatenus est fide munita, & charitate referta: Vbera verò eiusdem dici sicut turres: quia duo testamenta, duoque charitatis præcepta, seu duplex vitæ genus, actiuum & contemplatiuum, diuina gratia duce ad altissimum probitatis gradum ipsam turris instar euexerunt, vbi iam prorsus aliena esse cœpit ab omni rerum humanarum solicitudine, & cura. Cum subdit, *Ego sedebam in oculis eius, tanquam ea, quæ pacem inuenit*: Rectè, inquit Philo, iam sedere, & conquiescere in oculis sponsi gaudet, postquam diuinæ gratiæ munus accepit, & pacem, dicente sponso, a *Pacem meam do vobis*. Vtitur autem tempore imperfecto, cum dicit, *sedebam*, non, sedi: vt ostenderet, numquam nos hic perfectè posse quiescere: b *Non enim habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus*.

Quies perfecta haberi nequit in hoc mūdo. — a Io. 14. 27. — b Heb. 13. 14.

Præter duos generaliores sensus istos, de Ecclesia alterum, alterum de anima pia, duos insuper alios reperio, alterum Hieronymi, alterum Aponii: Hieronymus namque epistola 7. ad Lætam de Institut. filiæ, Virgini potissimum hæc dicenda existimat, dicens: Quin potius, cum aliquis ostium eius pulsauerit, dicat, *Ego murus & vbera mea turris*.

Virgo Christi debet se habere vt murum. — Hierony.

Aponius autem videtur eadem tribuere humanitati Christi, quæ eo sensu dicat, *Ego murus*, quo in Euangelio dixit Apostolis, *Confidite; ego vici mundum*. Vbera huius muri Apostolos esse, ait, qui susceptam doctrinam porrigunt animabus paruulis: & dicuntur *sicut turris*; quia sicut per eos nutrit, ita per eos defendet Ecclesiæ ciuitatem: quiue, vt turris murum, ita doctrinam Christi orna e probantur. Ac sicut turris portatur a muro, & intra turres arma posita: ita per fidem a Christo iidem sustentantur Apostoli, & per Apostolos fidelium multitudo, in quibus vitæ exempla, & rectæ fidei arma sunt collocata. Eamdem demum Christi humanitatem de se dicere, ait, *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*: quia sola permansit verè, & omnino immaculata coram Deo, pacemque sola inter Deum, & hominem reperit, mundoque tradidit.

Aponius. Humanitas Christi murus. — Ioa. 16. 33. — *Apostoli vbera Christi sicut turris.*

Vers. XI. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Vers. XII. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti, his, qui custodiunt fructus eius.

Expositio prima. Iuxta sensum littera.

QVamuis primo aspectu nouæ narrationis initium hic sumi videatur, nihil ad præcedentia pertinētis; nec defuerint, qui id pro certo affirmarint, præsertim, cum nec constet inter expositores, cuiusnam ea sint verba existimantibus aliquibus, illa sponsi esse omnia: aliis verò sponsæ: & aliis prima, quæ habentur in Vers. 11. sponsæ: reliqua verò, quæ habentur in Vers. 12. spōso; tribuentibus, supposito nihilominus, quod communiori doctiorum expositorum consensu asseritur sponsam ipsam adhuc loqui, cœptumque cōtinuare sermonem, haud ambigendum, quin & hæc in responsionem eorum, quæ ab sponso audierat, in versiculis. 5. 6. & 7. dicta ab illa sint, sicut & præcedentia vers. 8. 9. & 10. quæ multò magis noua videbantur, & nihil spectantia ad ea, de quibus tunc erat sermo.

Fateor certè, locum esse maxime perplexum,

LITTERA. & qui difficile intelligi, connectique possit; Si tamen recte intelligatur, apparebit illico & eius connexio. Quo autem facilius intelligatur, non nulla præexponenda sunt, ex quorum ignorantia tota illius prouenit difficultas. Sciẽdum quippe primò, nomen pacifici hoc loco haud esse appellatiuum, sed proprium, vt constat ex Hebræo, & versione Septuaginta quæ pro *pacifico* habent *Salamoni*; Noster tamen interpres maluit idem nomen in latinam vertere linguam, fortasse, quia in præcedentibus pacis fuerat facta mentio, vbi dicebatur, *ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens*: & vt, vnicuique latentia in hisce mysteria scrutari fas esset. Ob quam eamdem rationem, & alterum pariter nomen proprium, בעל המון baal hamon, quod retinuerunt & Septuaginta latinè reddidit, *In ea, quæ habet populos*: quamquam, in versione secundi huius nominis habuit, quos imitatus est, Aquilam, & Symmachum: hic enim vertit, *In retinente populi*: Ille, *in habente multitudinem*, cum propriè hebraicum vocabulum significat Dominũ, siue possessorem multitudinis.

Aquila. Symmach.

Nec mihi displicet, quod aliqui afferunt Hebræorum, per illud significari Ierusalem, quæ Thren. primo, *a* dicitur *Ciuitas plena populo, Princeps Prouinciarum, & Domina gentium*.

a Thre.1.1

Sciendum secundò, in eo, quòd dicitur; *Vir affert*, vocem *vir* hebraica phrasi sumendam distributiue, acsi dicatur: Quisque reddit, seu, singuli reddunt; quomodo & in capit.19. leuitici *b* in Hebræo dicitur, איש idest, *vir*. Vulgata, *Vnusquisque patrem suum, & matrem suam timeat*. Reddere autem hoc loco dicuntur in canonem *mille argenteos* pro fructibus, quos ipsi percipiebant singuli custodum, quibus Salomon vineam ipsam tradiderat, atque locarat.

Vir pro quisque phrasi Hebraica.

b Leuit.19.3.

Sciendum tertiò, quod in Vulgata legimus, *Mille tui pacifici*, sumendum eo sensu, quem clarius exprimunt Hebræ. & Septuag. *Mille tibi pacifice*: vt pronomen *tui* sit genitiuus reciprocus, passiueque sumptus; atque vt genitiuus possessiuus iungatur cum suo substantiuo *pacifici*, seu, *Salomonis*, ac si dicatur: e dicta vinea multi quidem proueniunt census, quorum *tui Salamonis* sunt mille argentei: seu *tibi Salamoni* obueniunt mille argentei, a singulis nimirum custodibus, eo sensu, quo dictum fuerat, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*: ducenti vero alii argentei singulis obueniunt custodibus, quibus demandata est cura fructuum eius: quibus vnà cum vineæ locatione fructus obtingit prouentus; *Mille* autem dicuntur, iuxta frequentem sacrarum litterarum vsum, quo ingens numerus hac voce signatur, vt supra in capit.4. *Mille clypei pendent ex ea*, & Eccles.7.29. *Virum de mille vnum reperi*. De ducenario numero haud est, quod multis philosophemur: allatus est enim, vt quinta pars millenarii, qui vsurpatus fuerat ad signandum magnum numerum.

Demum sciendum, quod dicitur, *Vinea mea coram me est*, efficacius dictum in Hebræo, *Vinea mea, quæ mihi ante faciem meam*; & in versione Sept. *Vinea mihi mea in conspectu meo*: quod Hebraica phrasi significat, vineam illam, quæ propria sponsæ erat; vel quia pro dote assignata ei fuerat; vel quia vt hereditaria ipsi obuenerat; vel quia illi præ ceteris vineis item suis cordi esset, haud quaquam custodibus locatam pro ar-

A genteorum censu, sed sibimet, & (vt etiam Italice diceremus, *in facia sua, sopra di se*) seruatam, ita vt ad eam tendere posset, quandocumque sibi liberet, fructibus illius potiri, ac de illis disponere iuxta beneplacitum suum: seu etiam illam propriis manibus colere, propriaque inuisere, & custodire persona: eo modo, quo in capite primo ab eadem Sponsa dictum fuit, *c Filii matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui*. Porro, cum locutio ista, *Vinea mea coram me est*, sit manca, & ex omnium consensu, in tota hac sententia, quædam sit aposiopesis, & reticentia, quam vt frequentissima amantibus,

c Cãt.1.6.

B sæpius in hoc Cantico a sponsa ipsa vsurpatam obseruauimus: inde factum est, vt varios, multiplicesvè habeat intellectus, quorum tamen duos potissimum maioris reperio probabilitatis.

Primum affert Aloysius Legionensis, & sequuntur Hieronymus Almonacyrius, Martinus del Rio, & alii: vt sponsa loquatur de re sua familiari, suamque dilecto suo domesticarum rerum curam probet, ac sedulitatem: arguens a minori; positiue conclusionis principiis reticeat id, quod ex iis sequitur: quia illud dilecto, quo cum loquebatur notum esset, Ac si dicat.

Sensus Legionẽs. Almonacyrij. Del Rio.

Ex redditibus vineæ tuæ *mille* nummi tibi cedunt, Salomon, & *ducenti iis, qui custodiunt fru-*

C *ctus eius*; *Vinea autem mea*, industria, & opera mea custoditur, & colitur, nihilque ex eius fructu aut cultor, aut custos decerpit. Igitur maiores nos ex eo percipiemus prouentus, quàm perceperit ex ea Salomon. Vel: Etsi nobis minus lauta res familiaris sit: non est tamen ita angusta, quin suppeditare nostris sumptibus queat: Nam, si Salomoni vinea illa, quam habet non procul à nostra vinea in eodem vineto, reddit millenos aureos in singulos annos, & præterea alios ducentos iis, quorum custodiæ illam commisit; profecto pat est, nos e nostra vinea, quæ ipsa a nobis colitur, quæque nobis solis tota fructificat, vberiores redditus percepturos.

D Hæc Legionensis, iuxta morem nouarum nuptarum dicta asserit, quæ tamen haud meum implent animum: tum quia haud probabile id videtur, vt vna puella, & amori vacans tantum operæ in excolenda vinea impendat, quantum in altera plures vinitores; ita vt, si Salomonis vinea millenos ducentos aureos reddit, ipsius vinea multò plures redditus afferat ex eo, quia ipsa illam colat: quid enim, si non æquale esset latifundium, sed multò minus, etiam ne plus perciperet, quamuis ipsa eam coleret? Quod si dicatur, argumentationem intelligendam secundum proportionem; nec de sola vnius puellæ cultura sermonem fieri, sed de illius cura perso-

E nali, qua oculis propriis colonos illam colentes videre vellet; adhuc dicto intellectui minimè assentio vel ob id, quod non videtur mihi consentaneum, Carmen amorum tanto ardenti initio, tanto amorum progressu, tam frigido fine concludi; vt, omissis amoribus, sponsa rationẽ ineat suæ rei familiaris: sicut ob eamdem rationem, nec id mihi placuit, quod ab eodem Legionensi dicebatur, in superioribus verbis illis, *d Soror nostra parua, & vbera. &c.* Sponsam suam pro sororcula solicitudinem dilecto exponere.

d Cant.8.8

Idcirco magis ad rem facere, congruentiorem que illum censeo intellectum, quem Genebrardus desumptum à R. Abrahã Abenezdra in suis affert

Sensus Genebrardi, & R. Abraham.

LITTERA.

A afferet commentarijs: vt sponsa prosequens commendare animum suum, & vehementiam amoris item sui, per concessionem rhetoricam, Tibi, inquiat, fuerit vinea o Salomon pretiosissima, ac fructuosissima, & eam locaueris vinitoribus, vt inde mille argenteos annuo reddito à singulis recipias vinitoribus; & ipsi, qui eam conduxerint coloni, lucrum ducentorum argenteorum faciant; *At vinea mea coram me est*, non eam alteri sum commissura: ipsa eam curabo, fructum inde longe ampliorem sperans. Ego pecuniam nolo, sed, vt *vinea mea* sit *coram me*, in qua me cum dilecto meo oblectem; ea namque voluptas mihi est quacumque pecunia optatior. Volo, vt vinea mea parata sit ad secessus nostros, nemine amores nostros perturbante, aut eorum conscio, ac teste.

B Hæc sunt, quæ probabiliora ab aliis dicta reperio. Vt tamen & ipse dicam, quid sentiam; vt ve clarius eorum, quæ hic habentur, elucescat sensus, atque connexio cum præcedentibus, ac subsequentibus, duo sunt recolenda, quæ in capite primo huius Cantici animaduersa fuere.

Primum, sponsam in hoc Cantico repræsentatam, vt rusticam puellam, cuius potissimum id extiterit studii, vt vinearum curam haberet, illasque custodiret, ac coleret, & quidem quando sub fratrum potestate erat adhuc innupta, vineas aliorum, propria, quam habebat, dimissa, custodiebat: Sic enim ibi ipsamet retulit: *a Filii matris meæ pugnauerunt contra me; posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodiui.* Cum verò nuptui tradita est, iamque a fratrum tyrannide libera; eidem indulgens studio, peculiaris eius vineæ suæ initit curam; ideoque bene modo sub eadem persona rustica proponitur, dicēs, *Vinea mea coram me est*, congratulans quodammodo sibimet coram dilecto suo de adepta per eum libertate.

a Cant.1.6

C Secundum, Salomonem ita se in hoc ipso Cantico inducere sub pastoris persona: vt tamen nonnunquam, persona illa detracta, sese manifestet, prout notatum à nobis fuit primum in expos. 1. super ea verba capitis primi, *b Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea.* Sæpiusque obseruatum est in processu operis. Quapropter haud mirandum, si modo sponsa proponatur vt rustica, vineæque curam gerens, dilectū suum alloquens Salomonem, cui vt Regi optime congruat, vt vinearum curam aliis committeret: eo planè modo, quo & in capite tertio eadem pariter vt rustica, atque in agris versans ad nuptias inuitata est item Regis Salomonis, prout vidimus in expositionibus primis eorum verborum, *En lectulum Salomonis, &c. & Ferculū fecit sibi Rex Salomon.* Hisce suppositis, tertium insuper addendum, recolendumque, id, quod ab eadem sponsa ad finem capitis septimi eidem dictū fuit dilecto, nempe, *Mane surgamus ad vineas. Et, In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.*

Salomon inducitur aliquando in propria persona in hoc cantico.

b Can.1.9

SENSVS AVCTORIS.

D Ex his autem tribus colligo, triplicem esse sponsæ eiusdem intentionem, & tria dilecto item suo significare, quorum singula flagrantissimi sui in illum amoris specimen exhibent.

Primum, eius meminit libertatis, quam per illum consecuta est, *ex quo facta est coram eo quasi pacem reperiens*: vt idipsum prosequatur, quod in præcedentibus immediate agebat, dilecto ipsi suo referens acceptum quidquid in se esset præclari: Ac si dicat.

E *Ex quo* sponsata sum pacifico, nedum ita ex-

Michaelis Ghislerii.

A creui in corpore; vt quæ iam pusilla eram, & absque vberibus, cœperim esse pectore elato instar muri, extuberantibusve vberibus instar turrium: sed & optatam obtinuerim libertatem: ita vt iā *vinea mea*, quam ob fratrum meorum impugnationem custodire nequibam, *coram me* sit, in mei potestatem redacta, meis laboribus culta, meaque sedulitate custodita: quod certè multò mihi est iucundius quam quod maximæ illius vineæ tuæ particeps sim effecta. Sic, adstantes alloquens ait: *Vinea fuit Salomoni* in loco populorum frequentia celebri, eaque maxima, & ingentium prouentuum: tradita quippe, & locata custodibus, ex inde millenos argenteos a singulis eorum accipit. Tum conuersa ad dilectum ipsum suum, benignissima ita illum compellat facie: *Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt eā*, per aposiopesim: ac si dicat.

LITTERA.

PARAPHRASI.

B Sit vinea illa tua ditissima, & magnorum censuum: mihi mea magis est animo: ad eam iam te inuitatam, & certè multò illa est ea tua commodior, vt ibidem *tibi vbera mea*, & soli mutuo ibi vacemus amori, non existente in ipsa tanta custodum caterua; cum ego, ego sim, qui illam custodio vt murus; Adde, quòd in eadem cumulatissime id præstare possum, quod iam tibi significaui, cum dicerem, *In portis nostris omnia poma: noua, & vetera seruaui tibi*: cum e vinea tua ea ditissima fructuum simus expertes, quos ipsi sibi faciunt custodes, pro fructibus reddentes argenteorum census.

PARAPHRASIS.

C Quamquam facilius, & fortasse etiam congruentius, iuxta ea, quæ dicta à nobis sunt ad finem præcitatæ primæ expositionis illorum verborum cap. primi, *c Filii matris meæ*, &c.

II. SENSVS.

Vineam meam non custodiui: dixerimus, sponsam in hisce non tam sua, quam semetipsam, atque imprimis speciem omnem, & pulchritudinem, quæ in se maxime erat amabilis, suo offerre dilecto, a quo audierat dictum, *d Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*: vt, cum dicit, *Vinea mea coram me est*, vineæ vocabulum haud propriè, prout ibi, *Vinea fuit pacifico*, sed translate pro specie vsurpet, & forma ac pulchritudine, cuius puellæ quæque maiorem habent rationem, quam cuiuscumque vineæ: quamve & studiosius excolūt, præsertim sponsæ, ac nouæ nuptæ, quam vel vinea maxime dilecta a colono excolatur diligentissimo: quod magis explicant lectiones Hebr. *Vinea mea quæ mihi*, scilicet vna est cordi, & Sept. *Vinea mihi mea*: tametsi per hanc lectionem, & id pariter significet: pulchritudinem sibi inesse, quæ sua sit, & naturalis, haud aliunde extrinsecus adscita. Secundum hanc ergo translatam vineæ acceptionem, quod hic dicit, tale erit.

c Cāt.1.6.

d Cāt.8.7.

D

E Habet quidem (ad adstantes) Salomon, & pacificus dilectus meus ingentem & prædiuitem vineam in loco populi multitudine frequenti, quā *tradit custodibus*, vt pro eius fructu a singulis eorum millenos accipiat argenteos: At heus tu dilecte: sint tibi milleni illi argentei, & insuper *ducenti his qui custodiunt fructus eius*: sit vinea illa tua maximi prouentus; *Vinea* certe, & pulchritudo *mea*, quæ mihi pro vinea propria est, *coram me est*: ac si dicat. Mecum ea est, haud alteri exhibita, sed tibi vni seruata: Tibi eam excolo, tibi seruatam custodio. Aut præcedentibus fortasse congruentius.

PARAPHRASIS.

A te accipi *ex quo facta sum coram te quasi pacem reperiens*; per te habui, vt & corpore ex-

DE EC-CLESIA.

creuerim, & vberibus; ita vt essem *murus*, & *vbera mea sicut turris*: sed & pulchritudo mea, quæ multo magis mihi est cordi, quam quælibet vinea, *coram me est*: eamque ob oculos habeo, recolens, illam mihi per eam ipsam, quam coram te reperi pacem, obuenisse; ideoque illam quidquid illa est, tuam esse volo, tametsi sat mihi constat, quam tu pulchram magnamque habeas vineam in Baal hamon.

Vers. XI. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos; tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Vers. XII. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.

Expositio secunda. De primum sponsa, quæ est Ecclesia sancta.

Ecclesia quãdo extiterit vinea in ea, quæ habet populos.

ET si Ecclesiasticæ vineæ antiquitas tanta re vera sit, quanta est & humanæ naturæ; cum eo ipso temporis momento, quo cœlestis ille Paterfamilias paradisum plantauit voluptatis, in formatione mulieris e costa Adæ viri ipsius, Ecclesiam pariter plantarit in vineam: nihilominus vinea illa, quam plantauit dextera Dei, haud potuit dici fuisse *in ea, quæ habet populos*: cum in duobus tantum esset hominibus.

a Isai.5.1. Sicut & quando, iuxta Isaiæ canticum *a* eadem Ecclesia *vinea extitit dilecto in cornu filio olei*, in Iudaico nimirum populo diuinarum gratiarũ oleo maxime exuberante, dici minime potuit *in ea, quæ habet populos*: quia in vno duntaxat populo Israel conclusa erat, vno illo constabat populo, iuxta illud item Isaiæ, *b Vinea autem Domini exercituum domus Israel est, & vir Iuda germen eius delectabile*, & per Prophetam Regium dictũ nouimus *c notum in Iudæa Deum, in Israel magnum nomen eius; & factum esse in pace, seu in Ierusalem locum eius, & habitationem eius in Sion*. Quinimmo; & quando eadem vinea per agricolam sapientissimum, simul ac potentissimum in Christo plantata est vite illa vera super crucis arborem erecta, dici nequaquam potuit, extitisse *in ea, quæ habet populos*: quia vix exiguo discipulorũ eius constabat numero, qui & omnes ex vno erãt Iudeæ populo. Quando ergo dici illa potuit vinea fuisse *in ea, quæ habet populos*? Ipsamet Ecclesia, quæ sicut est sponsa ita est & vinea, id nobis in extremo huius explicat cantici: Dum enim, postquam dixit, se per Spiritus sancti aduentum factã esse reperientem pacem coram dilecto suo, sponsatam nimirum cum illo; adeoque per eumdem Spiritum redditam instar muri validam, doctoresque suos instar turris in se erectos, consequenter modo subijcit: *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos*; designans, per idem pacis donum, quod in dono Spiritus sancti accepit, duo simul obtinuisse præstantissima, & quòd veri Salomonis esset vinea; & vinea non iam amplius in vno Iudæo solo, nec exiguis duntaxat constans viribus Apostolorum, atque discipulorum Christi; sed *in ea, quæ habet populos*: quos certè populos linguarum, & Prouinciarum omnium eo ipso temporis momento, quo descendit Spiritus sanctus,

b Isai.5.7.

c Psal.75.2.

In die Pentecostes Ecclesia facta est vinea pacifici in ea, quæ habet populos.

A habuit, quando earum linguarum omnium dono insignita est, primæque illi, quæ in eo Spiritus sancti feruore facta est, prædicationi adfuisse leguntur *d Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem, & aduenæ Romani*: Nec dubium, quin audientibus iis vniuersis Apostolos linguis suis loquentes magnalia Dei, adeoque tantum obstupescentibus miraculum, ex singulis populis illis aliquot conuersi ea fuerint die; quando prædicante *e* Petro dicuntur apposita ad Apostolos, nimirum ad Ecclesiam, animarum circiter tria millia.

d Act.2.8.

e Act.2.41.

II Sicut ergo in præcedenti vers. 10. Christi sponsa suos enarrare cœpit progressus, quos ex Sancti Spiritus susceptione fecerat, non tam sibi, quàm sponso suo eos referens acceptos, de eisdemque Christo gratias agens: ita & nunc idem prosequitur argumentum: non loquitur autem in prima persona, sicut in præcedentibus, *Ego murus, &c.* at in tertia, *Vinea fuit pacifico, &c.* quia loquitur in persona eorum Prædicatorum, in quorum item persona iam dilectum ipsum suum alloqui cœperat in capite septimo, vbi dicebat: *e Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &c.* vt videre est ibi in secunda exposit. qui bene Ecclesiam ex multis populis constantem fuisse inquiunt Pacifico, indicantes, ex reperta coram Christo pace factum, vt illa esset vinea in ea, quæ habet populos: Tradidisse eamdem custodibus inquiunt, quia post aduentum Spiritus sancti, diuisis Apostolis, singuli iuxta eiusdem Spiritus sancti impulsum diuersas adiere Prouincias, sponsi implentes mandatum illud: *f Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*: & cum *g in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, singulis peculiaris Prouinciæ cura demandata est, atque custodia: verissimeque & de illis dici id potuit: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*: quandoquidem vnusquisque eorundẽ Apostolorum vt vir præfortis, expertusque vineæ colonus, pro fructu laborum, quos in cultu eiusdem vineæ impendebat, complures ad Christum adducebat, qui instar argenti & candore fulgerent vitæ, & sacrorum eloquiorum eruditione sonarent. Quo loco notandum, numerum millenarium appositum pro numero maximo, & indefinito ex more scripturarum; fructuum verò vocabulo ipsos designatos Apostolorum labores, eo modo, quo in Psal. 127. de iisdem laboribus dicitur: *h Labores manuum tuarum*, seu *fructuum tuorum* (vt legit Augustinus) *quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*; & colligitur id apertius ex versione Sept. in qua pronomen *eius*, manifeste refertur ad virum, non ad vineam, cum ἀμπελὼν vinea, sit feminini generis, & αὐτοῦ masculini: ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ *Vir affert in fructu eius*.

C

Ecclesiæ progressus post aduentum Spiritus sancti.

e Cãt.7.11.

Ecclesia ex Gentib. vinea Christi æstimata ex quo Christus in illis inimicitias &c.

f Mar.16.15.

g Psal.18.5.

D

h Psal.127.2.

E Post enarratos hosce ingentes sui progressus in vniuerso mundo, iam & de particulari quoque agit, nouoque progressu, tam de progressu ipso, quam de adepta in eo libertate Christo referens gratiam, cum adijcit: *Vinea mea coram me est*: loquitur enim de vinea, quam habet in Prouincia aliqua denuo ad Catholicam fidem per Sanctos suos Prædicatores reducta: quam ve prius custodire haud permissa est, dimicantibus aduersus ipsam hæreticis, qui, cum sibi vsurpassent Catholicorum nomen, suas eam coegerunt, vt custodiret hæresum vineas, iuxta ea, quæ dicta

fuere

DE ECCLESIA. fuere supra in expositio. secunda, sensu tertiò eorum verborum cap. primi, *a Filii matris meæ pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui.* De hæreticorum ergo tyrannica potestate erepta, ac pro adepta libertate per veram, & Catholicam fidem in dicta Prouincia gratias Christo agentes Prædicatores Sancti, proque illis Ecclesia ipsa Catholica, ait: *Vinea mea coram me est*; simul ad eamdem Prouinciam Christum inuitans, vt nouis gratiarum accessionibus eo se vna cum eis conferat: Addensq; prædictis verbis, *Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius, dūtū* non *vineæ* sed *pacifici*: per concessionem magnorum prouentuū, quos e Catholica ipsa Ecclesia habet tam Christus ipse pacificus, quam qui eius fructus bonorum operū, quæ à fidelibus proferuntur, vt fidi custodes illi custodiunt, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est: tacite & è vinea illa, quę eis nuper obtigit, è noua illa eius Prouinciæ Ecclesia, quam vt propriam, & peculiarem vineam sedulo excolunt studio, vigilantes super illam, vberrimos pollicentur fructus pomorum omnium, omniumque virtutum, & nouorum, & veterum Sanctorum virtutibus similes.

Pag. 108. a Cāt. 1. 6.

Vide quæ dicta sunt supra in citata exposit. 2. illorum verborum, *Filii matris meæ, &c.* vbi pluribus de iis actum reperies, quæ alioquin pertractāda essent hoc loco.

Verf. XI. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Verf. XII. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti, &c.

Expositio Tertia. De secunda sponsa, quæ est Anima iusti.

I. SENSVS. QVamuis multa in duobus hisce versibus contineantur, quæ pertractanda hic essent necessariò; breuiter nihilominus ab illis nos expediemus, cum fusius de iis omnibus egerimus in sæpius citato versic. 6. cap. primi, *Posuerunt me custodem in vineis: Vineam meam non custodiui.* Vt tamen aliqua & hic dicamus: Pia illa anima, quæ in præcedenti versu 10. insignibus muri, vberum, ac turrium metaphoris significauit, & quàm ardenter studio se addixerit orationis, & quas vires ipsæ suæ habuerint orationes, vt videre est in 3. eorum expositione. Nunc & sibimet gratulatur, & dilecto suo gratias agit, quòd permissa est è vita actiua ad contemplatiuam se dedere: simulque totam se se in vita ea eidem offert dilecto, inuitās tacitè illum, quò in contemplationis solitudine arctius charitatis vinculis vniantur.

Vita actiuę & cōtemplatiuę cōparatio sub metaphora vineæ. Egregiam vero vtriusque vitæ facit comparationem, vtramque sub eadem vineæ metaphora exprimens, & bene: quia ambæ iugi studio, continuaque sedulitate, non minus quam vineæ, sunt excolendæ; ambæ bonæ, ambæ fructiferæ. Si quis autem attente ea, quæ de earum singulis dicuntur perpendat, perpulchre profectò vtramque describtam intelliget. Enimvero de vita actiua dicitur, *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos*: Cuius quidem descriptionis singula fere verba peculiarem aliquam illius exprimunt proprietatem.

DE ANIMA.

Vitæ actiuæ proprietates explicatæ. Primò cum eam vineæ vocabulo appellat, multiplices, perpetuosque illi annexos indicat labores fodiendi, serendi, propagnandi, euellendi petras, herbasve noxias, sarriendi, potandi, & cetera, prout in præcitato loco fuit explicatum. Ne quis autem rectè secum agi existimet, si ita huius vineæ totum se dederit cultui, eiusque vitæ se inuoluat laboribus: vt nullam sibi seruet quietem, & interna penitus destituatur pace; apte vnà cum voce vineæ adiectum est & nomen pacifici, ea namque ratione in actiua vita proximorum saluti indulgendum cuique est, quò sibi quoque proficua ea sit vinea, vt suam non amittat pacem per quam inter pacificos, & beatus à Domino asseritur, & filius Dei.

Nec suo caret mysterio, quòd vita hæc, vt bona & sancta est, haud in præsenti esse, sed in præterito fuisse dicitur vero Salomoni, atque pacifico: quia, etsi idemmet Christus huic se dederit vitæ actiuæ, quando è cœlesti throno descendit in terras, vt in terra ipsa pax esset hominibus bonæ voluntatis, vt tamquam verè pacificus suis nos Deo reconciliaret laboribus, ærumnis, atque sudoribus: fuit tamen illi hæc *vinea in ea, quæ habet populos*; sicut & vitæ actiuæ id pariter est proprium, vt ibi exerceatur, vbi turba est populorum, & plebis, cuius procuratur salus: Fuit, quando in terra, & cum hominibus conuersatus est in carne visibili: at modo haud amplius ista ei est vinea; quando, in gloria residens cum Patre suo nihil ei contingere potest laboris, prout fortasse significauit Apostolus, cum diceret: *b Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus*, ita scilicet secundum carnem in laboribus vitæ actiuæ.

Matth. 5. 9

Vitæ actiuæ indulsit Christus tātū, dū esset in hoc sæculo.

b 2. Cor. 5 16.

Dimisit ergo Christus Ecclesiæ curam? dimisit hominum salutem, quæ fructus huius est vineæ? Nequaquam; sed dimisit labores, & perturbationes, quibus in vita actiua hæc procuratur salus, eaque exercetur cura: Quomodo vero qui vult, omnes homines saluos fieri istam procurat salutem? explicat id sponsa, cum subicit: *Tradidit eam custodibus*; explicat & Paulus in loco paulò ante relato, dicens: *c Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo*: Bene autem Prælatos, sanctosve Prædicatores non tam colonos, aut agricolas, quàm custodes sapientissima appellauit sponsa: vt intelligeremus, illos in procuranda proximorum salute id in primis studere debere, vt ortos fructus vero custodiant agricolæ, nihil sibi, suisve adscribentes laboribus: quia *d neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*: & vnà cum eodem Apostolo liberè iis ipsis, quos conuerterunt, contestentur, Dei agriculturam eos esse. Quamquam & ob id pariter custodes eosdem appellauit, vt de iugi, sedulaque vigilantia iidem monerentur, reddituri rationem villicationis suæ, ne dissipatorum, & vastatorum potius exercere reperiantur munus. Vnde & eorum quisque viri quoque nomine insignitur, à virtute nimirum, a vigilantia, atque a robore, quo eidem indulgent custodiæ: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*. Non dicitur, *Vir affert fructum eius vineæ*: quia, vt dictum est, haud ipsi sunt,

c 2. Cor. 5 20.

Prælati custodes dicti potius, quam coloni vineæ.

d 1. Cor. 3 7.

DE ANIMA.

sunt, qui ortos afferunt fructus, sed Christus Iesus: afferunt tamen pro fructu eius, scilicet pacifici, & Christi censum mille argenteorum, multarum nempe Dei benedictionum, gratiarum actionum, gloriosum illum in Sanctis, qui & fructus ipsius sunt, sua proclamantes lingua: notum est enim, quod per Sapientem dicitur: *a Argentum electum lingua iusti.*

Prædicatores Sancti quid Christo afferunt colentes vineam Ecclesiæ.

Quia verò, cum illi censum istum perfectæ benedictionis, & gratiarum actionis Christo afferunt Principi pacis, haud sua frustrantur mercede; sed & ipsis pariter ex ea illorum custodia, atque ex prædictæ vineæ cultu suus obuenit prouentus, congruenter post prædicta, ad Christum, pacificumque conuersa eadem anima ait: *Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.* Nam, tametsi perfecta laus & cumulata benedictio, quæ per mille argenteos designatur, cęlesti contingat agricolæ: duplicis tamen laudis, ac benedictionis ducenti argentei ipsis prouenit: *qui custodiunt fructus eius*: benedictio Dei, qua lingua eiusdem ijs laudatur verbis: *b Euge serue bone, & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam*: & benedictio pariter eorum, quos Deo fructificauit sua pastos doctrina, iuxta illud Prouerbiorum: *c Qui pronus est ad misericordiam benedicetur.*

a Prou. 10. 20.

Prædicatores Sancti quid consequantur pro laboribus suis.

b Matt. 25. 21.

c Pro. 22. 9.

Tot, tantisque descripta vita actiua, quæ contemplatiuam præcedit tempore, ipsam tandem Christi sponsa describit & vitam contemplatiuam, verum id modicis, & exiguis verbis, dicens: *Vinea mea coram me est.* Vineam eam appellat: quia & ipsi, prout dictum est, æque inuigilandum est, æque ac vineæ culturæ: sed vineam & ob id in primis: quia tot constat vitibus, quot in ea sunt, quæ humana mens contemplatur: vineaque idcirco maxima, & immensa toto terrarum orbe maior; cum nedum quæ super terram, sed & quæ subtus terram, quæ in mari, & in omnibus abyssis: quin, & quæ in cœlis, & quæ super cœlos, cœlestes spiritus, ipseque qui immensus, ac infinitus est Deus, tamquam peculiares vites singula simul, ac vniuersa intra illam sic contineantur: vt ex singulis eorum, veluti ex feracissimis vitibus pia anima vinum vbertim exprimat dulcissimæ consolationis. *Vinea mea*: inquit; quia ad hoc potissimum quælibet condita est anima super terram, vt hanc excoleret vineam tamquam paradisum voluptatis, vt nimirum spirituali mentis intuitu, & Deum, qui spiritus est, contemplaretur & quæcumque spiritualia sunt: & cum super terram sit, ea pariter contemplatione ipsa sua peragraret, quæ sub cœlis sunt. Mea inquit, quia vna ista est necessaria, ita vt postquam ex hac vita demigrarit hanc excolat, necesse sit; Mea: quia optima ipsius pars, quæ non auferetur ab ea; quia in peculiarem ei exhibita est hæreditatem, & dotem à Christo dilecto suo, ideo, iuxta lectionem hebraicam ait: *Vinea mea, quæ mihi.*

Vita contemplatiua quæ vinea propria animæ.

Porrò vinea ista haud est *in ea, quæ habet populos*: quia in solitudine potius excolitur, vbi nullæ sunt populorum cateruæ: at bene potius de ea ait, *Coram me est*: quia tunc ibi maxime est, vbi coram anima ipsa sola est: ideoque & in solitudine melius excolitur, & cum anima sola sit, iuxta illud: *d Sedebit solitarius, & tacebit & leuabit se super se*, & illud, *e Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.*

d Thre. 3. 28.

e Osee 2. 14.

A *Coram me est*, inquit: quia ipsamet absque alterius ope illam excolo: quia ipsam adeo quandocumque mihi libuerit: quia census vniuersus, quem ex ipsa colligo, vinum est, & vinum, quod mihimet obuenit; vinum inquam multiplex, vinum lacrymarum pro desiderio cælestium, vinum deuotionis, vinum contritionis, vinum denique optimum dilectionis, dignum dilecto meo ad potandum, & ruminandum. Quidni ergo exinde potissimum mihi gaudeam, quòd vinea ista mea corā me sit, cum exinde tātum colligere queam vini, quod lætificat cor hominis? Itaque quod hoc loco, his ve intendit pia anima, breuiter tale est.

PARAPHRASIS.

B Fuit tibi, sat noui, pacifice, vita actiua, cum in hoc mundo degeres inter populorum turbas: tradidisti postmodum, & commisisti eam Prælatis, ac Prædicatoribus Sanctis, quibus proximorum demandasti salutem; custodesque illos constituisti fructuum tuorum; quorum labore, sedulitate, & uigilantia eamdem excoli voluisti vitam, instar vineæ *in ea, quæ habet populos.* Et sane vnusquisque eorum, cum vir sit, atque virtute, & virili robore, præditus, tametsi in ea excolenda grauiter laboret *pro fructu* tamen, quem omnem tuum esse fatetur, multarum benedictionum, laudumque, ac gratiarum actionum censum tibi afferet sint tibi nihilominus, pacifice dilecte mi, tanti ex actiua vita iste, & ex hac vinea fructus, tanti vè, & tibi, & custodibus quoque ipsis benedictionum

C prouentus: Certè *vinea* contemplationis, quæ mihi peculiaris, est, quæve *mea* est: quia meum est, quod exinde colligo, multiplex voluptatis vinum, *coram me est*; ipsa sola illam excolo, ipsam & tibi paratam seruo: cō tendamus, solique mutua fruamur charitate.

II. SENSVS.

Hæc iuxta primū litteræ sensum: Quod, si & secūdū pariter attingere velimus, quo sub metaphora vineæ sponsa de propria specie, & pulchritudine ait: *Vinea mea coram me est.* Admodū congruè ter anima eadem, quę in principio huius Cantici conquesta de eo quam maxime est, quòd ob sensuum suorum impugnationem, obque ea, quæ admisit scelera, vineā iustitię, suę insignemq; illam speciem, qua in iustificatione decorata fue

Oratione in adiens anima debet habere corā se vineam sanctitatis.

D rat, minime custodierit: nunc ad finem eiusdem Cantici, quando iam ad perfectionis culmen euecta; *coram Deo* dilecto suo *facta* est *quasi pacem reperiens*; ita vt & murus sit; & vbera eius sicut turris, quando & pro peccatoribus orat, de recuperata sibimet gratulatur specie illa pristina perfectionis, & sanctitatis: hanc semper ob oculos se habere profitetur, ne quidquam iam amplius in ea contingat damni: hanc iugi excolere studio: hanc peculiarē sibi censere uineam in dotem à

E cœlesti Patre exhibitam: hanc & eidem Deo dilecto, sponsoque suo offerre, tūcve præsertim, cum in oratione murus esse contendit; cum norit, haud esse speciosam laudem in ore peccatoris: vt, quod dicit, breuiter tale sit.

PARAPHRASIS.

Habes dilecte mi Ecclesiā Catholicam in multitudine populorum fidelium, quam Prælatis, ac Prædicatoribus custodiendam tradidisti: colligis ex illa, sat noui, multorum fructuum prouentus: sit tibi, pacifice, ijsvè, quos custodes adhibuisti fructuum eius ingentis census vinea ista: Ipsa vineam spei, & iustitiæ, quam ex tui gratia adepta sum, *coram me* habeo; illam excolere satago, illam omni vigilantia obseruo, illam & tibi offero.

Ver. C.

DE B. MARIA.

Vers. XI. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos; tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Vers. XII. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.

Expositio quarta. De tertia sponsa, quæ est B. Maria.

A

QVæ Mater Ecclesiæ a fidelibus merito nuncupatur, haud ambigendum quin eiusdem Ecclesiæ bonum semper procuret, deque ea gaudeat, optetque inprimis: vt, quæ in vineam electam plantata a Deo est, indies augeatur, extendens palmites suos vsq. ad mare, & vsque ad flumen propagines suas: Quod tamen iugiter cordi eius inhæret, conuersio est Synagogæ, quam & vineam suam peculiarem dicit: non solum, quia in ea nata est; sed &, quia ipsa illam cum in hoc seculo degeret, vnà cùm Apostolis excoluit: Pro hac murum se opponit filio aduersus illam indignato: pro hac eidem filio preces fundens, vbera ipsa sua sicut turres ei ostentat: pro hac demum, quæ in fine mundi conuertetur, in fine etiam huius Cantici se maxime exhibens solicitam, & inuitat in illam Christum filium, dilectumque suum, & fructus ex illa non exiguos tacite pollicetur eidem; dicens quippe, *Vinea fuit pacifico, &c. Vinea mea, &c.* tantumdem est, ac si dicat.

B. Maria solicitudo maxima pro conuersione Synagoga.

PARAPHRASIS.

Fuit quidem iam diu, & est, eritque *Vinea* electa in Ecclesia, *quæ multos* in se continet *populos*: ipsaque Gentium Ecclesia *fuit* tibi iam, ex quo pacē mundo intulisti, Rex pacificus effectus: tradidisti eam Sanctis Apostolis, qui eam excolerent, & custodirent, & sane vinea ista haud fecit, sicut vinea altera, quam plantatā in cornu filio olei: protulit namque fructus, non spinas: adeo vt Apostoli, sanctiq. eorum successores multum tibi ex ea attulerint prouentus meritorum: sint vero & tibi, & Sanctis illis eius custodibus tot merita, summopere certè gratulor: Attamen domus Israel, quæ *vinea mihi* Sanctorum Patriarcharum hereditate obuenit, quamve excolere ipsamet studui, *coram me*, & ante faciem meam *est* semper; hanc, obsecro, simul adeamus; non deerunt, tu modo adsis, ex illa fructus.

Vers. XI. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

Vers. XII. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti, his, qui custodiunt fructus eius.

Appendix Expositionum ex Antiquis Patribus collecta.

PAraphrasis Chaldaica. Gens vna attendit in sortem Dominatoris sæculi, apud quem est pax, quæ comparata est vineæ. Collocauit eam in Ierusalem, tradiditque eam in manum Regum domus Dauid, vt custodirent eam sicut agricola custodit vineam suam. Postquam autem mortuus est Salomon Rex Israel, remansit in manu Roboam filii eius: & venit Ieroboam filius Nabath, & diuisit cum eo regnum, & tulit de manu eius decem Tribus, iuxta verbum oris Achiæ Silonitæ, qui erat vir magnus. Vers. XII. Quando audiuit Salomon Rex Israel prophetiam Achiæ Silonitæ, quæsiuit occidere eum: & fugit Achia a facie Salomonis, & abiit in Aegyptum, & in illo tēpore dictū est in prophetia Salomoni Regi, quòd dominaretur decem Tribubus omnibus diebus suis, & post mortem suam dominaretur eis Ieroboā filius Nabath: & duobus Tribubus, videlicet

APPENDIX.

B

Iuda, & Beniamin dominaretur Roboam filius Salomonis.

Duæ sunt præcipuæ huius sententiæ partes, diuisim ex Veterum Patrum riuulis nobis exponendæ. Prima, quæ continetur, Vers. XI. *Vinea fuit pacifico &c.* Altera, quę habetur in Versic. XII. *Vinea mea coram me, &c.* & quidem in expositione primæ partis conueniunt ferè omnes: vt *Vinea* illa, quæ à Sponsa dicitur fuisse *pacifico in ea, quæ habet populos*, ipsa sit Gentium Ecclesia, multis constans ex populis, quæ & dicatur ab eodem Christo vero Pacifico, & Principe pacis tradita Apostolis eorumque successoribus. Ita Ambrosius serm. 22. in psalm. 118. Vers. 8. Tres Patres apud Theodoritum, Cassiodorus, Gregorius Papa in psalmum 5. pœnitentialem, Philo Carpathius, Iustus Orgelitanus, Beda, Anselmus, & alii. Plantata est congregatio populorum, ait Ambrosius, sed vitis æternæ radice fundata, & spiritalia sub iugum verbi corde mansueto colla subiecit. Plantata autem in multitudine nationum: hoc enim intelligendum Beelamon, Symmachus, Aquila, aliæque translationes docuerunt. Repudiata est vetus copula, quæ fructum afferre non poterat; data est vinea nouis, fidelibusque cultoribus, qui non solum facere fructus possent, sed etiam custodire.

Ecclesia Gentium vinea pacifico in ea, quæ habet populos.

Ambros. Tres Patr. Cassiod. Greg. PP. Philo. Iustus. Beda. Anselm.

C

Anselmus Ecclesiam ipsam Gentium dici, inquit, fuisse pacifico; quatenus pacem inuenit cum Deo, in pace, in qua multi Gentilium cum eodem Deo sunt: Traditam verò custodibus, quatenus ordinari fuere in ea Pastores, ac Doctores, vel etiam Angeli custodes, prout asserunt & Cassiodorus, & Beda.

D

Porrò quòd adiicitur, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, communiori pariter sensu vnà cū Cassiodoro, intelligitur, vt significet, vnumquemque Sanctum, & qui in eadem Ecclesia virtutis robore sit sublimis, omnia sua relinquere, & in pauperes erogare, vt fructum habeat vitæ æternæ, vt millenarius numerus pro summa plenitudine ponatur, ac per mille argenteos designentur vniuersa, quæ in hoc mundo possideri queunt. Quem sensum sequitur & Gregorius Papa super Cant. licet in reliquis non conueniat cum Cassiodor.

Cassiod.

Mille denarii verū cōtemptu obtinetur vita æterna.

E

Tres Patres, *Vir*, inquiunt, idest is, qui ex numero perfectorū, destructis, quæ erant paruuli, in afferēdo his ab initiatoribus spirituali Ecclesiæ fructu, purgatione scilicet, & perfectione *fert* tamquam *mille argenteos* purgationis, atque illuminationis perfectionem.

Tres Patr.

Quæ clarius explicat Philo Carpathius, dicens: Omnis vir sapiens in Domino, magister probitatis, & doctor prudens, auditor legis, & factor, in manu sua portat *mille argenteos*, hoc est, totius legis, & mandatorum omnium plenitudinē salutarē secū in præmia defert ad patriam: in eaque de fructibus manuum suarum comedet sine fine victurus,

Philo.

APPENDIX.

A ...ctur...os, & beatus in sempiternum.

Iustus Orgelitanus, Viri nomine designatum censet Christum, de quo Propheta ait: *a Ecce vir, oriens nomen eius:* hunceve afferre, inquit, *pro fructu vineæ mille argenteos:* quia compensat Regnum cęlorum pro sanctis laboribus, vel eleemosynis, iuxta illud, quod dicitur in Euangelio: *b Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod* &c. In mille argenteis plenitudinem totius remunerationis, & mercedem consummatam iustorum dicit ostendi.

Iustus. Orgelit.
a Zac. 6.12.
b Matt. 25. 34.

Præter communiorem istum primæ huius partis sensum, tres insuper alios reperio: Nam Gregorius Papa, & Aponius non tam de Ecclesia Gẽtium, quam de Synagoga eam intelligunt. Et qui-B dem Aponius obscurissime, clarius verò Gregorius, dicens: Huic, Christo nimirum, per quẽ vniuersum hominum genus Deo pacificatum est, *vinea fuit*; quia in labore præceptorum carnalium Synagogam plantauit, de qua dicitur: *c Vinea Domini Sabbaoth, domus Israel est*. Quæ *vinea in ea, quæ habet populos,* extitit: quia in lege posita est, quæ multos populos ad se collegit, de quibus populis dicitur: *d Et populi meditati sunt inania.* Hanc vineam *custodibus tradidit*; quia Synagogã Moysi, & ceteris Patribus custodiendam subiecit.

Synagoga fuit vinea pacifico in ea, quæ hẽt populos.
Greg. PP.
Aponius.
c Isa. 5. 7.
d Psa. 2. 1.

C E contra Rupertus per vineam, quæ *fuit pacifico*, non hanc intelligit, quæ plantata est in lege, sed eam, quæ plantata est in fide: ac si dicatur:

Rup. Abb.
Vinea Christi plantata in fide.

Omnis plantatio, quã plantauit dilectus verè pacificus, per quem Deo reconciliati sumus, in fide plantata est Abrahæ, per quam ille omnes hereditauit populos. *Commisit eam custodibus*, & rectoribus: quiuis operarius fidelis, ac virtute præditus, scripturarum peritus, & ore facundus cunctas fidelis sermonis copias impendit prædicando, vt percipiat tempore suo quidpiam de fructu eius: Omnes argentei eius mille, idest, omnes sermones eius consonant in vna fide: quia numerus iste millenarius vnitas est.

Tertiò demum Theod. & Philo Carpat. vineæ D huius metaphora piã aĩam, seu animos, aut homines ipsos designatos sumunt. Vineã, inquit Theodoritus, vocat homines, qui ad pietatem accesserunt, seruantes verò, & colentes, & custodientes, eos, qui Sacerdotali funguntur munere, quibus mandatum est, vt eam spirituali doctrina simul & irrigent, & tueantur. Porrò, quod dicit, *Vir afferet pro fructu eius mille argenteos*, significat hic numerus dexteræ manus vnitatem: Quod quidẽ fructum ferentis salutem indicat, quem solum exigit is, qui vineam plantauit: Quibus verbis Theodoritus videtur ita hęc intelligere, vt significetur, Christum tamquam vineam sibi plantasse pios homines, quos Sacerdotibus excolendos E tradidit, atque eorum unumquemque fructum fructificare salutis in vitam æternam.

Theodor.
Philo Car.
Vinea Christi homines Sancti.

Secundam partem, *Vinea mea coram me est.* Ambrosius quidem sermo. 22. in psalm. 118. Vers. 8. legens, *Vitis mea in conspectu meo; mille Salomoni, & ducenti seruantibus fructum:* & Theodoritus spõsæ tribuũt, & Ecclesiæ: Obscurissime Ambrosius, Perfectio, ait, & plenitudo Christi est portio seruorum. Habes hoc mysterium in Genesi, *e* vbi quinq. partes Beniamin fratri iuniori tribuit Ioseph, singulas reliquis fratribus. Domino igitur quinque sensuum portio, & prærogatiua defertur, quam illi vtique tribuit ipse, quem diligit.

Ambros.
Theod.
e Gen. 45. 34.

A Paulò clarius Theodoritus in hunc sensum hisce loqui censet Sponsam, *Et vinea mea est*, & fructus est meus. Mille enim argentei, qui Salomoni pręsentantur exhiberi coram me sunt: Eos enim mihi iterum reddet. Nam quod in præsentia factum exigit, id facit, quia salutem meam exoptat, meque saluam cupit intueri. Porrò per id quod dicitur, *& ducenti his, qui custodiunt fructus eius*, Theodoritus arbitratur significari mercedem, quæ definita, & parata est custodibus dictæ vineæ, quam mercedem designatam inquit per ducentos argenteos, quia ea illis datur ob id, quod custodiunt quinque sensus: ducenarius namque numerus mercedem istam significat, quatenus illum mille, vt quintam sui partem quinquies continet. Videantur apud ipsum cetera, quibus circa hos numeros philosophatur.

Communiori tamen reliquorum Patrum consensu verba hæc, *Vinea mea, &c.* Sponso potius tributa reperiuntur: Quin & Ambrosius quoque lib. 1. de Virginibus, eidem ea tribuens ait: Tũc ipse pacis Dominus, postquam validioribus brachiis commissa sibi vineta complexus, palmites suos geminare conspexerit, vultu præsule nascentibus fructibus auras temperat, sicut ipse testatur dicens: *Vinea mea est in conspectu meo. Mille, &* C *ducenti, qui seruant fructus eius*. Supra cap. 3. ait. Sexaginta potentes in circuitu propaginis eius, strictis armatos telis, & eruditos præliaribus disciplinis hic Mille ducentos: creuit numerus, vbi creuit & fructus: quia quò sanctior quisque eò munitior.

Ambros.

Clarius eidem sponso hæc tribuunt alii, ac primùm Cassiodorus; secundum quem is loqui videtur ad sponsam. Tu dicis, quia Ecclesiam vineam meam tradidi custodibus: attamen ego semper curam illius habeo: Noli dubia esse pro æterna mercede; quandoquidem tibi paratus est fructus æternæ retributionis: *Mille* enim *tui*, idest, omnia illa, quæ pro me reliquisti *pacifici* (in recto) idest, proficui tibi sunt: porrò his, *qui custodiunt fructus* vineæ meæ, parati sunt *du-* D *centi* item pacifici, idest, duplicatus fructus, redditus est proficuus, quatenus, iuxta Apostoli dictum, *f Presbyteri duplici honore sunt digni, maxime, qui præsunt, & laborant in verbo.*

Cassiodor.
f Ti. 5. 17.

Haud admodum ab his diuerse Gregorius Papa, coram Christo vinea, inquit, sua extitit; quia perditis malis agricolis, sanctam Ecclesiam per bonos doctores respectu benigno erudit. *Mille, & ducenti* argentei Ecclesiæ existunt; quia, dum fideles quique omnia, & quæ possident, ex toto relinquunt; & pacem sibi cum sanctis faciunt, & præsentis vitæ remunerationem cum cœlesti percipiunt, iuxta illud Euangelii; *g Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres &c. qui non accipiat* E *centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.* Qui sunt autem, *qui fructus vineæ custodiunt* quibus & ista remuneratio duplicatur, nisi illi, qui in Sancto opere, quod cœperunt, perseuerantes existunt?

Greg. PP.
g Marc. 10. 29.

In Anselmo id tantum notandum reperitur, quod ait, ducentos his, *qui custodiunt fructus eius*, quia custodes Sanctæ Ecclesiæ duplex pretium Deo offerant, quatenus & se immaculatos Deo seruant, & alios lucrantur, ideoque, & duplici pariter præmio remunerantur.

Anselm.

Rupertus Abbas ita hæc reddit, ac si sponsus

Rup. Abb.

APPENDIX

ipse dicat: *Vinea mea coram me est*: ego nō sum mutatus, sed vbi plantaui, ibi quæro, & habeo vineā meam, scilicet non lege, sed in fide. O tu, quicumque es, qui in hac vinea *mille argenteos* expendis; *mille tui pacifici*, idest, pacem & remissionem peccatorum facientes, vel acquirentes sunt tibi; *& ducenti his, qui custodiunt fructus eius*, videlicet in eo, vt virginali cōiugio in cęlestibus nuptiis, quas hic significat binarius centenus, cum dilecto, & dilecta in sempiternum perfruantur. Vide apud ipsū Rupertum, quæ fusius de duobus hisce numeris mille, & ducenti pertractat.

Hi quidem omnes, ceterive Latinorum Patrum vocem *pacifici* cum pronomine *tui*, vt visum est, accipiunt pro recto, & nominatiuo plurali: Aliter tamen Græci exponentes versionem Septuag. quæ habet. *Mille tibi Salomon* &c. Vnde Catena trium Patrum apud Theodoritum, prima quidem verba: *Vinea mea coram me est, &c.* Spōso tribuit, quomodo & Cassiodorus. Reliqua vero, *Mille tibi*, &c. non item: sic autem ista exponit, ac si dicatur. Perfectio quidem munus est tuum, qui rerum es, & principium, & finis: qui & pax ipsa es, & pacis conciliator: Naturæ autem nostræ instauratio fit per mandatorum tuorum obseruationem, quod quidem est noster Ecclesiæ fructus. Vide Theodoritum explicantem, quomodo numerus millenarius significet perfectionem, & ducenarius obseruationem mandatorum.

Tres Patr. Cassiod.

Theodor.

Similimodo per ducenarium numerum obseruationem mandatorum, quæ in duobus testamentis continentur, designatam censet Philo Carpathius: Tametsi per id, quod Christus ait, *Vinea mea coram me*, arbitretur significatam sedulam Christi curam erga eos, qui charitate ardent: Et per id, quod dicitur, *Mille tibi, Salomon*, censeat designari, eidem Christo vt perfectissimo reseruatum omne iudicium: cum quo & iudicaturi dicuntur ii, qui duo testamenta custodiunt.

Philo.

Vers. XIII. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

Vers. XIV. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

Expositio prima. Iuxta sonum Litteræ.

DVo sunt, in quibus Expositores vniuersi hoc loco conueniunt: tria verò, in quibus dissentiunt. Cōueniūt primò, vt hæc apposita sint pro totius huius operis peroratione. Conueniunt secundo, vt fugiendi verbum hebraica phrasi sumendum sit in significatu accelerationis, & festinationis, & tantumdem sit, *fuge*, ac festina accelera.

Eorum, in quibus dissentiunt, primum est persona, quæ loquitur in versic. 13. Nam, cum Septuag. Interpretes verterint, ὁ καθήμενος, *Qui sedes*, Græci, & quotquot illorum exponunt versionem, sponsæ ea tribuunt: latini nihilominus fere omnes, omnesque & hebræi sponsi potius eadem esse volunt, iuxta lectionem textus hebraici, quam & noster Interpres secutus est, & antiquiores pariter Symmachus atque Aquila, vt notat Ambrosius ad finem sermonis 22. in psalmum 118. Tametsi in an-

Fugere pro festinare.

Symmac. Aquila.

A notationibus, quæ habentur in Codice Græco Septuag. qui vltimo impressus est in Vaticano, aliter Symmachum vertisse referatur, nempe: καθήμεναι, idest, *sedentes*, & *qui sedetis*, ac si ad amicos habita ea fuerint.

LITTERA.

Porrò & in eo pariter non exiguum inter expositores reperitur diuersitatis, quinam amicorum designentur vocabulo, Nec enim defuere qui eā vocem ironicè positam arbitrati sint pro æmulis, eo modo, quo & in capite primo vers. 7. vox sodalium, pro qua ibi tam in tex. Hebr. quam in versione Sept. eadem vox est, quæ & hic: vt sensus sit; O *quæ*, seu, qui habitare soles *in hortis*, aduerte, quia socii, atque æmuli, qui amicos se tibi exhibere stu-
B dēt, *auscultant* omnia, quę dicis: Quamobrem fac, ita loquaris, vt ipse solus audiam *vocem tuam*. Quibus apte subiciatur: Festina *super montes aromatum*, vt videlicet ibi in loco solitario tibi vni audire faciam vocem meam, amoremque meum cumulate tibi manifestem. Communiori tamen, & probabiliori sententia idem amicorum vocabulum in bonam partem, ac pro veris amicis vsurpatum accipitur, nec quemquam reperi veterum Patrum, qui alio id sumpserit sensu.

Amicorū nomen pro æmulis. Colligitur ex R. Abraham Aben exdra.

Tertium denique, in quo quid reperitur dissensionis, est circa illud ipsum significatum verbi, *fuge*, pro accelera, & festina, in quo omnes conuenire diximus. Enimvero Legionensis, quem sequi-
C tur & Hieronymus Almonacyrius, & alii, festinū regressum per illud designatum censet: vt in verbis hisce, *fuge dilecte mi, &c.* ea contineatur cantio, quā sponsa, suo obtemperans dilecto, & præcedenti illius satisfaciens petitioni, coram adstantibus vniuersis habuerit: totusve eorum quæ hic dicuntur, sensus sit: O dilecta, *quæ in hortis*, en *amici*, pastores, socii, atque æmuli mei *auscultant*: illis ergo audientibus, *fac*, vt ego te audiam canentem aliquid, quod mutuum nostrum testetur amorem. Post quæ illico ipsa, *Fuge*, inquiat, cantans, *fuge &c.* quibus id se optare cantu testatur, vt quando demum ipsum ab esse contigerit, tanta in redeundo *super montes aromatum*, vbi scilicet tunc erant, vtatur celeritate, quanta capreę, &c. hisce ni-
D mirum cōtestans, a se ita ipsum amari, vt ne ad pūctum temporis velit ab eo diuelli; quo nec quicquam sponso dici poterat iucundius. Sic, secundū istam sententiam, quod dicitur, *fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes aromatum*, idem omnino erit, ac illud, quod in fine capitis secundi dicitur: *Reuertere, similis esto capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bether*: ibi si quidem in exposit. prima probatum est, vnos eosdemque esse montes, & qui ab aromatiferis arboribus *montes aromatum* hoc loco dicuntur, & qui a frequentibus collium diuisionibus *montes* ibi dicuntur *Bether*, idest diuisionum.

Legionen. Almonac.

Cant. 2. 17

Pap. 421.

In eodem celeris reuersionis significatu acci-
E pit quidem idem fugiendi verbum & Soto maior; existimat tamen, ipsum fugiendi verbum ita celerem designare cursum in reuertēdo, vt alludat ad celerem illum capreæ, hinnulive ceruorum cursū, quo velocius festinant, dum insequentes fugiunt venatores, & canes.

Soto Mai.

Verum communiori, ac simpliciori sensu alii non tam ad festinum sponsi regressum hæc referūt quam ad celerrimum iter, & cursum, quo sponsa optet, tendere dilectum suum ad montes aromatū vt & ab illo ipsa pariter eò trahatur.

Sed iam, visis iis, in quibus Expositores alii vel conueniunt, vel dissentiunt, dicendum, quid & mihi omnium extremo pro connexione, & pro germa-

Germanus Sensus.

LITTERA. germano sensu istorum verborum, *Quæ habitas in hortis, &c.* & *fuge dilecte mi, &c.* asserendum videatur. Suppono enim ipse, hæc superioribus adiecta, pro coronide & totius operis, & eius perorationis, quam cæptam vidimus in principio cap. huius octaui. Et quidem, si in toto opere, & Cantico isto admirari licuit ingens Sapientissimi Salomonis, seu potius omnis sapientiæ fontis Spiritus sancti artificium; in hac eiusdem operis coronide idem quam maxime fas est obstupescere; &, si in extremo hoc capite octauo, vt in peroratione Cantici amatorij delineatos vidimus summos amoris affectus, in hac certè eiusdē perorationis coronide multò efficacius eosdem videre est, ob oculos quodammodo positos, ea tamen honestate, eoque decoro, quo talia à Spiritu sancto decuit pertractari: significatur enim in extremis hisce verbis, *fuge dilecte mi, &c.* duos hosce amantes in deliciosos aromatum hortos secessuros, ibique ab alijs seiunctos et vni duntaxat vacaturos, vt omni amoris significatione mutuā inuicem contestentur charitatem: eodem planè, iucundiori tamen, & efficaciori modo, quo in toto hoc opere coram adstantibus eamdem manifestare conati fuerant: idque non iam ad modicum temporis, quomodo in habito Cantico; sed iugiter, atque perpetuo.

Simile. Canticorū liber instar monilis artificiosissimi. Porrò artificiū illud est, quòd ita belle, atque concinne opus istud confiatum est; vt pulcherrimum, artificiosissimumque repræsentet monile: Nam, quemadmodum in præstantioribus monilibus id in primis eximij est operis, vt, cum annuli vniuersi aptè connexi sint, singulique inuicem iuncti, ij concinnius simul vniantur, qui sunt in duobus extremis, principio, atque fine; quandoquidem concinna illorum connexione in rotundum monile ipsum deducitur: Et notum est, aliasque à nobis probatum, rotundam ac circularem figuram figurarum omniū esse perfectissimam; cum quamdam in se repræsentet perpetuitatem. Principium istius operis, si rectè recolimus, is extitit eius titulus, *Canticum Canticorum Salomonis*; quem & proœmij locum obtinere, ostendimus; vt apta ergo esset eiusdem operis, monilisve huius connexio, operæ pretium erat, vt, & extremus illius annulus, atque coronis perpetuum aliquod signaret, & optineret Canticum: id que illud est, quod hic agitur, vt perpetuum Canticū huiuscemodi proponatur. Enimuero, cum hucusque Canticum dramaticum, atque in scena habitū esset, adstantibus etiam & puellarum choro, & Sodalibus sponsi, iidemve & suum intermiscentibus sermonem; inuitatus tandem à sponsa dilectus, vt in agrum soli secederent, vt visum est in fine cap. septimi, atque etiam in extremis verbis, quæ immediate præcesserunt, *Vinea mea coram me est, &c.* vltimum hunc addit monilis annulū, vltimam & operis coronidem: *Quæ habitas in hortis, &c.* Ac si sponsus iter arripiens, dicat.

PARAPHRASIS. O tu, quam id maximè delectat, vt ruri commoreris, atque in hortis, iam hucusque palam, & coram adstantibus cecinimus cantica dramatis, cantica & amoris: en te loquente, *amici*, tam sodales isti mei, quam sociæ tuæ in scena præsentes *auscultant* adhuc *vocem tuam*; id mihi sanè esset in optatis, vt ab hisce omnibus seiuncti, similia nos soli inter nos haberemus amoris cantica, dulcissimamque *vocem* istam *tuam me* vnum *audire* faceres. Quibus ipsa annuens, vt maxime suo quoque consonis desiderio, iterque post ipsum prosequens, & è scena se se proripiens, respondet:

LITTERA. *Fuge dilecte mi, &c.* id est festinato *dilecte mi*, meque tecum trahe: maturato iter, similem te exhibens capreæ, *hinnuloque ceruorum*: currentes *ad montes aromatum*, ibi iucundissimis sanè in hortis, atque ad areolam ipsam aromatum soli iugè canemus canticum, faciamque, vt postulas, meā audias vocem. Sic pro eo, valete, & plaudite, quo à profanis poetis profana concluduntur dramata, sanctissimum istud amoris drama verbis hisce Spiritus sanct. concludit, ingentia amoris semina in mentes iaciens eorum, qui adstantes repræsentati fuerant in scena, necnon & eorum, qui hæc lecturi erant, ab ipsomet spiritu moti.

Circa hæc, multa quidem forent dicenda, nisi superius dicta fuissent. Iam enim in fine cap. secundi, atque etiam in vers. 9. eiusdem cap. explicatū est, cur festinum iter expressum sit per similitudinem ad capream, hinnulumque ceruorum, seu ad eorum cursum. Dictumq; sæpius est, montes, in quib. horti essent sponsorum, varijs nominib. in hoc Cantico insignitos, atque inter alia hoc nūcupatos vocabulo *aromatum*, ob eamdem nimirū rationem, propter quam in cap. 4. dicti sunt *mons myrrhæ, & collis thuris*. Quod vero in montibus hisce aromatum horti eorum essent, colligitur manifestè, tum ex iis, quæ à sponso dicuntur in cap. 5. a *Veni in hortum meum, Soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis*, tum ex iis quæ à sponsa dicuntur in principio c. sexti. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat*: propter quæ fortitan Sept. quod in Hebræo legitur, *Quæ habitas in hortis*, verterunt, *Qui habitas in hortis*, referentes hæc ad sponsum, qui & dictus fuerat hortis oblectari, & in hortis suos pascere greges. Quamuis autem & iuxta hanc versionem Septuaginta, allatus à nobis sensus hisce competat: congruentior tamen idem est demum, vt iuxta lectionem vulgatam legimus: *Quæ habitas*, seu, *Quæ sedes, & commoraris in hortis*. Cum enim in præcedenti versu dictum à sponsa fuisset, *Vinea mea coram me est*, quibus & se libenter in vinea commorari, & ad illam dilectum quoque suum attrahere se velle, significauit, optimè hoc insignita est epitheto; & dicta, *habitans in hortis*: vineam enim illam suam in hortis ipsis habuisse, facilè possumus ex eo colligere, quod in capite sexto dixit: b *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea*: & ex eo, quod dixit in capite septimo, *Egrediamur in agrum commoremur in villis*: c *Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea*. Quod enim ibi dicitur, *Commoremur in villis*, idem esse arbitror, ac, quod hic asseritur, *Quæ commoraris in hortis*; cum & nostris hisce sæculis agrestes domos, in quibus insignes consiti sint horti, ac vineæ, villarum vocabulo nuncupemus.

Montes aromatū qui.

a Can. 5. 1

b Cā. 6. 10

c Cā. 7. 11

Vnum notandum super est circa lectionum varietatem; sensui à nobis allato non modicum fauere, quod & Hebræa sic habent: *Quæ habitas in hortis, amici intendunt voci tuæ, fac me audire*, & Sept. ὁ καθήμενος ἐν κήποις, ἑταῖροι προσέχοντες τῇ φωνῇ σου ἀκούτισόν με. *Qui sedes in hortis, amici attendentes voci tuæ, fac me audire.*

Porrò, quod pro, *super montes aromatum*, Scholion Græcum habet ἐπὶ ὄρη τῶν ἡδυσμάτων, *super montes suauitatum*, in idem recidit: nisi, quod id significatur, dictos montes, nedum aromaticis plenos esse arboribus, sed & floribus, qui suauissimum vndequaque spargerent odorem.

Vers.

DE ECCLESIA.

Verſ. XIII. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.

Verſ. XIV. Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum.

Expoſitio ſecunda. De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia ſancta.

a Câ. 2. 14

b Câ. 2. 17

TAmetſi & aliàs in capite ſecundò *a* huius Cãtici Chriſtus Eccleſiæ dilectus ab illa popoſcerit, vt audire ipſum faceret vocem ſuam, quæ ſibi dulciſſima eſſet; Tametſi ibidem *b* & ab Eccleſia id ille habuerit reſponſi, quod admodum ſimile iis eſſet, quæ & hoc loco ab eadem reſpondentur; multum tamen ea ab hiſce diſcrepant: diuerſiſſimus nãque eſt ille Eccleſiæ ſtatus a ſtatu, in quo nunc ea eſſe ſupponitur: diuerſiſſima eſt vox, quã ſponſus hic, ibive efflagitat: diuerſiſſimumque eſt & vtrumque reſponſum. Exponamus hæc ſingula, quò dilucidiora ſint, quæ pro manib. habemus. Status, in quo Eccleſia ſupponebatur in capite ſecundò, is erat, quando in Apoſtolorum primitiis perſecutionum metu concluſa ſeruabatur ante aduentum Spiritus ſancti: ſive, cum poſt eiuſdem Spiritu ſancti robur, infidelium, hæreticorum, ac falſorum fratrum expoſita eadem erat iactationibus, moleſtiis, perſecutionibus, ac demolitionibus, voxque quam tunc audire ab ea efflagitabat Chriſtus, erat ſonus prædicationis, cui neceſſario adiuncta eſſe debet ſancta conuerſatio, vt per eam mundus conuerteretur: Idcirco & appoſito eo inſigniebatur epitheto: *c Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*: congruentique illi ſtatui efflagitatione dicebatur: *Oſtende mihi faciẽ tuam, ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora*: ſtatimque ſubiiciebatur: *d Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea noſtra floruit.* Denique, quod ibi eadem Eccleſia reſpondit, regreſſum expoſcebat dilecti ſui, aduentumque illius in ſe, quæ adhuc diuiſa eſſet ab infidelibus, & ab hæreticis, atque in ſemetipſa ob multiplex plerumque fidelium ſuorum ſchiſma: Ideoque ſatis ad propoſitum iis reſpondit verbis: *e Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ*, id eſt, quamdiu dies eſt præſentis ſæculi, antequam iudicii dies aſpiret, antequam veſpera aduenat futuri ſæculi, *Reuertere ſimilis eſto dilecte, mi, capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Bather* ideſt diuiſionum: At verò in fine huius Cantici ſupponitur eadem Eccleſia in perfectiſſimo ſtatu illo, quo extremis temporibus, cum intrauerit in ipſam omnis plenitudo gentium, omnis quoque Iſrael intra eam ſaluus fiet; quando, cõuerſis quotquot ex Dei prædeſtinatione conuertendi erunt, in fidelibus, tranquilla perfruetur pace; ita vt vniuerſum terrarum Orbem in vnam ſuam concluſam habeat vineam, quam pacifice coram ſe totã obtineat, non iam, vt in illa deſudet, ac defatigetur, prout modò ei contingit; ſed, vt in ipſa oblectetur, vtve ex ea voluptatem percipiat: hoc enim eſt, quòd ſtatim ac dictum ab ea eſt, *Vinea mea coram me eſt*, quæ prius dixerat, *f Filii matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis. Vineam meam non cuſtodiui*, hoc inſignitur vocabulo, *Quæ habitas in hortis*; in eo ſiquidẽ ſtatu, quot in vna illa vinea particulares in diuerſis Prouinciis erunt Eccleſiæ, tot particulares erũt & horti, ac paradiſi deliciarum, in quibus ipſa ſũma ſedeat cum tranquillitate, & voluptate: quod melius exprimitur per alterum Hebraici verbi ſignificatum, quem ſecuti ſunt Sept. ſi dicatur: *Quæ ſedes in hortis*: peruulgata eſt quippe ea ſacrarum litterarum phraſis, qua ad magnam pacis tranquillitatem, quietamque poſſeſſionem deſignandam, dicitur vnuſquiſq; ſedere ſub ficu, & ſub vite ſua, de qua a nobis alias; ſicuti & aliàs pariter plurib. explicatum, quomodo Eccleſiis nomen competat hortorum. Nedum autem inſigni hac appellatione, *Quæ habitas, ſeu, ſedes in hortis*, tranquillus is deſignatur Eccleſiæ ſtatus; ſed & verbis iis, quæ ſubſequuntur, *Amici auſcultant*: quandoquidem hoc eſt potiſſimum tranquillitatis indicium, atque totius eius tranquillitatis cauſa, quod qui inimici erant Dei, & Eccleſiæ, reconciliati per mortem filii eiuſdem Dei, ſic ſalui facti ſunt per Chriſtum, ac per Eccleſiam, quæ eis prædicauit, ſanctave impertiit ſacramenta; vt iam amici cenſeantur, ac prædicentur: atque hoc amicorum nomine inſignes, in eo toti ſunt, vt eam auſcultent, factoque expleant Eccleſiæ prædicationem, qua ad ſpiritualis vitæ perfectionem promouentur, ac de diuina inſtruũtur charitate.

c Câ. 2. 14

d Câ. 2. 15

e Câ. 2. 17.

f Cant. 1. 6

Eccleſia ſtatus in fine mundi maxime tranquillus.

Perductis autem iam iis, qui ad vitam æternã prædeſtinati erant, & eruditis per eam Eccleſiæ vocem ad perfectionem charitatis, quod in toto hoc opere factum eſt excellentiſſimo modo; nil certè reliquum erit, niſi vt conſummentur nuptiæ Agni, & Eccleſia eiuſdem Agni ſponſa iam ſponſi ſui cœleſtes adeat ædes, vbi & ſumma perfruatur beatitudine, & iam tota in eo ſit, vt vocem laudis, & benedictionis vnum dilectum ſuum audire faciat: hocque illud eſt, quod & cœleſtis ipſemet ſponſus optare, ac velle tunc demum ſe dicit, cum ait: *fac me audire vocem tuam*: non iam amplius vocem prædicationis, quæ hucuſque adeo mihi extitit dulcis, ſed vocem benedictionis, & laudis, vocem cantici illius noui, eximii, atque perpetui, de quo in libro Apocalypſis dicitur: *g Et cantabant canticum nouum, dicentes. Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius; quoniam occiſus es: & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro Regnum &c.* Bene, cum itiuſmodi ab Eccleſia expoſcit in cœleſti patria vocem laudationis, *Fac me*, inquit, nimirum ſolum *audire vocem tuam*: quia, tametſi in cœleſti illa patria innumeræ ſint Angelorum myriades, qui preces, hymnos, ac laudes, quas Eccleſia in hoc ſæculo fundit, audiunt, & ante thronum Dei in phialis aureis deferunt, atque vt ſanctiſſima fundunt odoramenta; iidem tamen Angeli, quando Eccleſia erit triumphans in cœlis, vnum cum illa efficient corpus, vnamque emittent laudis vocem, prout Ioanni ſignificatum eſt, paulò poſt verba relata: Vnde is ait: *h Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum*: En vna vox & Angelorum, & totius Eccleſiæ, quam repræſentent animalia, & ſeniores illi: *& erat numerus eorum*, ſcilicet cæleſtium ſpirituum, quibus Eccleſiaſticum conſtat corpus, *millia millium, dicentium voce magna: Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

In cæleſti patria cantabitur perpetuò benedictionis canticum.

g Apoc. 4. 11.

h Apoc. 5. 6.

Iudicij extremi diem quã ardenter optet Eccleſia.

Porro, quia Chriſti ſponſa menti ſuæ illa infixa habet dilecti verba; *i In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: Si quo minus dixiſſẽ vobis: Vado parare*

i Ioa. 14. 2

rare

ECCLESIA. *nare vobis locum. Et si abiero, & praeparauero vobis, locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum vt vbi sum ego, & vos sitis*: intelligens, tunc à dilecto ipso suo rapiendam, eoque ducendam, vbi idem regnat, cum iterum ad iudicandum Orbem terrae venerit; *fuge*, inquit, *dilecte mi, & assimilare capreae, hinnuloque ceruorum super montes aromatum*, nil de iudicio illo recogitans; sed ad repositam duntaxat coronam oculos habens, ad fugam, velocissimóque eum solicitat iter illud, quo ad coelos, montium aromatũ vocabulo designatos, post se ipsam trahet: quando, habito, iudicio, iterque super dictos montes arripiens, dicet. c *Venite* scilicet mecũ *benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine mũdi, fuge*, ait, *& assimilare capreae, hinnuloque ceruorum*, meliori, qua potest similitudine cursus capreae, hinnulivè ceruorum eam exprimens celeritatem, qua iudicium illud peraget, caelestiaque petet cum Sanctis vniuersis: quam celeritatem futuram momentaneam, significauit Paulus, vbi dixit: d *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est; Absorpta est mors in victoria, &c.*

a Matt. 25. 34.

b 1. Cor. 15. 52.

Neque verò abs re factũ est, vt Ecclesia Sancta cũ per haec, *fuge dilecte mi, &c.* respondeat ad ea, *Fac me audire vocem tuam*, quibus excitata à dilecto ipso suo fuerat ad perpetuum in coelis habendum canticum dilectionis, & laudis, coelos haud, alio expresserit nomine, quàm *montium aromatũ* seu iuxta aliam lectionem, *montium suauitatum*. Quid enim coelis ipsis altius; & nouimus, altitudinis symbolũ peroptimum esse montes. Quid coelesti illa patria suauius, vbi nihil est, quod suauitatem non redoleat inexplicabilem, atque perennem? Quid denique coelestis eius patriae recensere debuit sponsa, quidve dilecto suo repraesentare, nisi, quae ille ab ipsa efflagitarat charitatis, laudis, ac benedictionis cantica perpetua?

Cali quare velit dicti montes aromatum.

Et, quis est, qui nesciat, sub aromatum metaphora istiusmodi designata cantica; cum apertè id contestatum habeamus in libro Apocalypsis, vbi dicitur: e *Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habẽtes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorũ, quae sunt orationes Sanctorum.*

e Apoc. 5. 8.

Quod itaque in hac istius Cantici coronide, iuxta sensum à nobis allatum dicitur, breuiter tale est: vt Christus Ecclesiae iam in perfectissimo huius vitae statu constitutae haec habeat.

PARAPHRASIS.

O tu, *quae* iam ea potiris tranquillitate, vt *in hortis* multiplicium Ecclesiarum summa cum voluptate, summavè *sedeas* cum quiete: cecinimus iã diutius in saeculo isto cantica dramatis; sonuit vox tua in auribus meis, cum mundo meam praedicasti fidem: etiam vniuersi, qui praedestinati sunt, tam ex Gentibus, quam ex Iudaeis amicos nobis sese exhibuere ob praedicationem ipsam tuam: iidemque tuae ita intendentes sunt praedicationi: vt & facto eam auscultent: Tempus est, vt expleto hoc dramate, & hac pariter, quam coram adstantibus in praesenti saeculo habes, praedicatione, mecum caelos petas, vbi iugibus item canticis *me* vnum *audire* facias *vocem* benedictionis, laudis, atque dilectionis. Ad quae Ecclesia ipsa, desiderio iam illum prosequens, *festina*, ait, *tu dilecte mi super montes aromatum*, caelumque petè, & iudicio habito, multo celerius, quam fugiant caprea, hinnulusve ceruorum, in momento, & in ictu oculi post te illuc & me pariter trahe: Trahe amabò, quam primum iter illud prosequens; vt super caelum, veluti super montes aromatum, aromata vberrim & perpetuo tibi fundam canticorum meorum, quae adeo ardenter efflagitas.

DE ANIMA.

Vers. XIII. Quae habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

Vers. XIV. Fuge dilecte mi, & assimilare capreae, hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

Expositio tertia. De secunda sponsa, quae est anima iusti.

QVod iusti in hoc saeculo veluti in scena propositi sint, qui coram Dei amicis quamdam quasi comoediam peragant, fat certe perspicuum est ex iis Pauli verbis, quibus de Sanctis agens Apostolis, ait: f *Spectaculum*, seu, vt habetur in Graeco, *Theatrum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus*. Mundus iste maximum sanè est theatrum, totve in eo sunt scenę, quot sunt mundanorum hominum conuentus: tot repraesentantur comoediae, quot ab hominibus aguntur actiones: si enim exactius vniuersos mundanorum istorum perpendamus actus, nemo iure negabit, quin iidẽ sint quidam comoediae actus; & ii ipsi, qui eas agunt quidam pariter sint comędiarum actores, & saepè saepius etiam ridiculi histriones. Nouimus quippe, omnes actus comoediarum tantum exhibere spectaculi, & oblectationis, quantum eorum perdurat recitatio: ea enim expleta, nihil eorum est reliquum, praeterquam in recitantibus defatigatio, & sudor: & peruulgatum id est, vt opulenti, & qui feliciores censentur huius saeculi, assimilentur comoediarum actoribus, qui in scena quidem & personam gerunt Principum, & Regio plerumque decori conspiciuntur ornatu: at expleta ficta, breuique scenica actione, & Regio exuuntur ornatu, & fictam deponunt personam: ita vt id iam appareant, quod verè sunt, vtiles, miseri, atque pannosi. Hocque studuisse, crediderim Apostolum, vt omnibus mundanis hisce esset perspectum, vbi dixit: g *Tempus breue est: Reliquum est, vt & qui habent vxores, tamquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent, tamquam non gaudentes; & qui emunt, tamquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur: praeterit enim figura huius mundi* παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου idest, dissoluitur (vt ait Theophilactus) figura & species huius mundi, eo nimirum modo, quo παράγει τὸ σχῆμα τῆς σκηνῆς, quo praeterit, atque dissoluitur species scenae theatricae, quam versatilem, ac ductilem ob id antiquitus nuncupabant, quod ita fabrefacta esset, vt facile eius verteretur species, eadẽq; & facile dissolueretur.

Iusti in hoc saeculo propositi sunt vt repraesentantes comoediam.

d 1. Co. 4. 9.

Mũdus est scena comoedia.

e 1. Cor. 7. 29.

Theophil.

Porrò in versatili ista mundi huius scena actores sunt mundani ipsi; mundani quoque sunt & spectatores, quotquot externam illius admirãtur speciem: nihil enim aliud is exhibet, quam externam oculis speciem. At verò quotquot iusti sunt, qui iuxta Dñi dictũ, non sunt de hoc mũdo, ita suũ agunt drama; vt & ipsi sint scena, non

tamen

DE ANIMA.

tamen versatilis, sed fixa, & stabilis, quale theatrum est: idcirco Paulus dicebat: *a Theatrum facti sumus*; & bene addidit: *Mundo, & Angelis, & hominibus*: Mundo, inquit: quia tametsi iusti non sint de hoc mundo, in mundo tamen sunt, quamdiu vitam agunt super terram: Verumtamen tale theatrum mundo sunt, vt Angelos potissimum oblectêt, & homines illos, qui in sanctitate sint eis similes: Idque clarius cælestis explicat sponsus, dum hoc loco ait: *Amici auscultant*, seu, iuxta Hebr. & Septua. *Amici intendentes sunt voci tuæ.*

a 1. Co 4.9

Et profecto peregregie duo hæc loca se inuicem exponunt; tametsi diuersissima videantur: cum Paulus consentiat quidem, Apostolos, sanctosve omnes suum in hoc mundo agere drama; sed tale, quod oculis spectandum exhibeatur, atque adeo apposite ait, *b Spectaculum*, seu, *Theatrum*, quod & visum signat, *facti sumus*. Salomon vero, iusti aiam vt Dei sponsam proponês suũ pariter agêtê drama, tale tñ illi tribuit drama qđ aurib. potissimũ percipiat: neq; n. dicit, *Amici inspectant*, seu, *Amici auscultant*. Nec mirum: nam Paulus de Apostolis loquebatur, qui factis drama peragerent, spectaculum exhibentes fidei, charitatis, & patientiæ suæ, quibus & persecutionibus, & cruciatibus, & morti quoque se exponebant pro nomine Christi; *Puto*, dicebat, *quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus*: & paulo post: *Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus.*

b 1. Co. 4.9

In Cantico isto quale exhibeatur drama.

At vero Salomon iusti animam Dei sponsam proponit, quidem in opere isto drama agentem, sed drama, quod dicitur Canticum dramatis: in quo nimirum ea, quæ ad mutuam inter Deum, atque animam ipsam spectarent charitatem, ita operæ exhiberentur, vt tamen præstantissimo amoris Cantico insignibus præconiis hinc, & inde tam à sponso, quam à sponsa; tam à Deo, quàm ab anima ipsa eadem extollerentur, atque denuntiarentur iis, qui simili accensi essent charitate: atque adeo tam eius animæ, quam Dei dici mererentur amici.

Propterea, habito respectu ad vocem, qua Canticum ipsum agitur, dixit: *Amici auscultant*, potius quam *Amici spectant*. Et quidem aptissimè: quia, etsi spectent quoque repræsentatos dramatis actus, cum tamen drama ipsum drama sit charitatis, cuius internus ardor spectari nequit, à pura creatura aliqua non debuit dici, *Amici spectãt*, dici tamen quoquo modo potuit, *Amici auscultant*, seu efficacius, iuxta lectionem aliam, *intendentes sunt voci tuæ*: quandoquidem id potissimũ in hoc Cantico ab anima sancta ageretur, vt latentes in præcordiis flammas charitatis ergaDeũ dilectum suum, saltem iis, quibus poterat, exprimeret vocibus. Et quia, nedum pia anima, quæ Dei sponsa est, sed & Deus ipse, vt illius vnicus dilectus personam egit sponsi eadem charitate succensi, atque vt actor in dramate, & vt cantans in Cantico flammas quoque suas alternis expressit vocibus; congruentissimè iuxta nostrã vulgatæ lectionem, vt iam toti huic dramatis Cantico finis imponatur, colloquentem ita ille affatur sponsam: *Quæ habitas in hortis, amici auscultant*, nos scilicet mutuam concinentes charitatem: seu iuxta aliam lectionem dicat, *Amici intendentes sunt voci tuæ*: quia ipsa erat, quæ immediatè A locuta fuerat.

Michaelis Ghislerii.

DE ANIMA.

Perfecta anima semp. delectatur multiplici diuinorum meditatione.

Tria autem in prima istius sententiæ parte sunt animaduertenda. Primum, quòd in coronide & extremo huius Cantici anima non iam amplius supponitur in gradu incipientium, aut proficientium, sed in statu perfectionis; idcirco præstantissima ea insignitur appellatione; *Quæ habitas*, aut, *Quæ sedes in hortis*, quo vocabulo duo in illa esse signantur, quibus perfectus quisque decoras quã maxime est in hac vita. Nam vel hortorum metaphora significantur variarum meditationum studia, prout aliàs à nobis explicatum est; & tunc rectè exinde potissimum perfecta Dei sponsa hisce celebratur, quòd iam culmen il- B lud attigerit perfectionis, vt quomodocumque res mundi huius se habeant, & in omni tempore tranquilla sit mente, atque multiplici oblectetur meditatione diuinorum; ac si in hortis sedeat: Vel eadem hortorum metaphora cœli designantur, quos & ob maximas voluptates paradisos sæpius nouimus nuncupatos: & tunc id in eadem anima euehitur perfectionis, quòd nedum conuersetur in cœlis, quasi c hospes, & aduena, prout plerique iustorum, qui eo adhuc minime peruenere perfectionis: sed, vt ciuis Sanctorum, & domestica Dei habitet in illis: quinimò vt eiusdem Dei sponsa vna cum supremo illo Rege vti Regina quasi super thro- C num sedeat in iisdem; quandoquidem sursum, atque ad Dominum habet cor suum, summa perfruens pace.

c Eph. 2.19

Perfecta anima quo sedere dicatur talis.

Continuum, istud à quibus audiri debeat.

In verbis illis, *Amici auscultant*, id præter ea, quæ dicta sunt, insuper est notandum, quòd, tametsi istud charitatis canticum palam habitum sit, ita vt ab vniuersis percipi posset: dicitur tamen, ab amicis duntaxat illud audiri, ab amicis, inquam, tum Dei, tum animæ sponsæ eius, à iustis: quia, iuxta Saluatoris dictum, *d Qui ex Deo est, verba Dei audit*; & propterea iniusti illud non audiunt, quia ex Deo non sunt.

d Ioã. 8.47

Ac bene iuxta aliam lectionem, iidem iusti dicuntur non tantum simpliciter auscultare, sed & D attentissima mente eidem intendentes se exhibere; vt indicetur sedulum Sanctorum studium, quo huic tam eximio intendunt Cantico. Bene quoque dicitur, *Amici auscultant*, potius quam *iusti auscultant*: vt designetur id, quod & in præfatione, & in expositione tituli totius operis huius animaduertimus, eos duntaxat aptos esse, qui huius Cantici indulgeant studio, quive illud intelligant, qui diuino succensi sint amore, atque adeo vt Dei amici amoris eius eruditionem percipere queunt.

Angeli delectatur nostris sermonib. de charitate.

Quamquam & ob id pariter dictum est, *Ami-* E *ci auscultant*, potius quam *iusti auscultant*; vt intelligeremus, nedum homines iustos talibus oblectari sermonibus charitatis, sed & cælestes spiritus quam maxime, qui cum in Dei charitate perstiterint radicati, & fundati, congruenti appellatione eiusdem Dei amici appellantur, & cũ ex eadem Dei charitate pias quasque animas summo prosequantur amore, rectè dicuntur amici & animæ sponsæ Dei, multò sanè verius, quam amici dicantur peccatricis animæ illius, quæ cum inimica sit Dei; dicit tamen audacter: *e Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt*: prout id psalmi de ipsis Angelis exponit Bern. serm. 1. in festo Sancti Michaelis.

e Ps. 37.12

Bernard.

Quis verò dubitet, cælestes amicos istos quam maxime hisce oblectari sermonibus charita-

DE ANIMA

tis, colloquentibus adesse; sicve eosdem auscultare, vt cuilibet intenti sint voci, quò eam ad cęlos deferant, condantque ante thronum Dei: cum in libro Tobiæ legamus, Angelum Raphaelem eidē Tobiæ significasse, se illi adstitisse, quando orabat cum lacrymis, & quando charitatis, atque misericordiæ opera exercebat; sicve iis intentū extitisse, vt sedulo ea seruarit, Dominoq. obtulerit.

a Tob. 12.12

Tertium denique, quod circa sponsi verba animaduertendum superest, illud est, quòd perfectā animam sponsam suam admodum congruenter in fine huius cantici ad cælestem vocat beatitudinem: vt illa, expleto huius vitæ curriculo, finem & ei imponat cantico, quod canticum quidem amoris est, sed canticum dramatis, & repræsentationis ante homines in hoc sæculo per ipsam exhibitæ; & canticum exordiatur nouum, quod haud tam externa voce, quam interno cordis affectu perpetuò cantabitur; illiusve solius attinget aures, qui solus scrutatur renes, & corda Deus, qui & ob id modo ait: *Fac me audire vocem tuam: vocem tuam* inquiens; quia vox amoris, & vox cordis amore succensi vox propria eius est animę, quæ Dei sit sponsa, & tota in Deum absorpta.

Canticum quale cantandum sit in cęlesti patria.

Supponendum itaque hoc loco, & in calce huius Cantici, repræsentari à Spiritu sancto piam animam, quæ culmen iam attigerit perfectionis, sitvè in extremo huius vitæ atque in mortis articulo, cui, prout moris plerumque esse solet, nedū viri adsint spirituales, sed & Angelorum chori, ipseque sponsus illius Christus filius Dei; qui, dū sermonibus ardentissimam charitatem proclamātibus adstantes vniuersos oblectat, inuitet eam, vt secum tandem cœlestem adeat patriam, consummatisque cum ipso nuptiis, ibi perpetuum sibi cōcinat canticum nouum: Cui illa, quæ id vnum iugiter habuit in optatis, vt dissolueretur, & esset cum Christo libentissimè obsequens, promptam se eidem exibeat, vt celerrimo eum prosequatur cursu, dicens: *Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes aromatum.*

Sensus breuiter explicatus.

In mortis articulo qd sancta contingat aiæ.

Ac si dicat: I præ, sequar, prout explicatum est in præcedenti expos. secunda: sicve, festinantem dilectum suum sequens ex hoc fugiat mundo, cōcludensque canticum dramatis, meditandum nobis relinquat cāticum illud nouum, quo iugiter supercælestes illos aromatum montes Deum, quem charitate hic prosecuta est, suam audire faciat vocem ab illo etiam efflagitatam. Quod, vt & mihi quandoque contingat, eumdem obsecro Deum eiusque filium Iesum Christū, ac Dei genitricem Mariā, cui hæc tandē aptanda supersunt, vt tota huius Cātici explanatio absoluatur.

Vers. XIII. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

Vers. XIV. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

Expositio quarta. De tertia sponsa quæ est Beata Maria.

Mariæ sedulū studium pro Iudaico populo.

SI iis connectenda hæc sint, quæ à Gloriosissima Virgine immediate prædicta fuere in versic. 12. *Vinea mea coram me est, &c.* vt Christo Regi Pacifico ingentem suam significaret solicitudinem pro Israelitico populo, quem & vineam suā appellauit, & vineam, quæ sibi in peculiarem, scilicet, hæreditatem obtigit, iuxta id, quod & in libro Ecclesiastici ipsamet significauit, vbi ait: *a In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi; In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare; Et in electis meis mitte radices;* sat certè congruenter & ea, quæ hic dicuntur, ita exponentur, vt Christus ex eo ipso tam sedulo studio conuersionis populi illius quem Deus præ ceteris populis in peculium sibi elegerat, Virginem benedictam commendet, innuens, se tandem & petitioni illius satisfacturum, cum videlicet intrauerit plenitudo gentium. Vocat autem illam habitantem in hortis, eadem ratione, qua & illa de semetipsa dixit; *b Et radicaui in populo honorificato, & in plenitudine sanctorum detentio mea*: Per hortos namque metaphoricè plenitudinem designat Sanctorum, ex quibus multiplices in toto terrarum orbe florent, suauissimeque redolent Ecclesiæ particulares, quas alibi ostendimus, proportionem maximam habere cum hortis, atque cum paradiso; quamquam per eamdem hortorum metaphoram specialius eumdem designat Israeliticum populum, quem Virgo vineam suam peculiarem appellarat; vt de vno eodemque Dei genitrix dixerit, *Vinea mea coram me est*; quatenus ipsa tota est in eo excolendo, cum illius conuersioni inuigilat; Christus vero vim respiciens desiderii, ac precum tantæ Virginis, sedulumque idem eius studium pro cultu eius vineæ, dicat; *Quæ habitas in hortis*, innuens matri suæ benedictæ, ita se illi & in eo satisfacturum, pro quo ipsam adeo solicitam intuebatur, vt laboriosam vineam illam redditurus sit in tot deliciarum hortos, quot in variis mundi Prouinciis erunt Ecclesiæ è dicto populo. Non dicit autem, *Quæ habitabis*, sed, *Quæ habitas*, vt firmiorem illi præstitam indicet gratiam. Vnde & subiicit, *Amici auscultāt*, per amicos Sanctos designans Angelos, qui eam pro dicto populo intercedentem, suamque erga illum solicitudinem pacifico exponentem attentissimis auscultare dicuntur auribus, promptos nimirum se exhibentes, vt cęlestis & Regis simul, & Reginæ iussa capessant pro eadem Iudaici populi conuersione adiuuando.

DE B. MARIA

a Eccl. 24. 12.

b Eccl. 24. 16

Porro in eo quod addit, *Fac me audire vocem tuam*, vocem exposcit benedictionis, laudis, & gratiarum actionis, pro ea ipsa conuersione tam certo ei pollicita, vt matri suæ dilectissimæ. Ipsa autem Virgo Gloriosa, in cuius cordæ flamma excreuit charitatis erga peculiarem populum suum; sicut & charitas pariter in Deum dilectum item suum altius semper crescit, & altius: *c charitas enim nunquam excidit*, vt ait Apostolus; id vnum iterum ab ipso dilecto suo exposcit, vt quantocius eam maturet conuersionem, insigni id exprimens metaphorica hac locutione: *Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum*: montes aromatum eos ipsos appellans, quos Christus nuncuparat hortos: vt totius huius sententiæ sensus hic sit.

c 1. Co. 13. 8

O Virgo mihi dilectissima, iucundissimum certe mihi est, quod Israeliticus populus, vt peculiaris vinea tua coram te sit, quòd ve tantū in eius vineę cultu, eiusve populi cōuersione solicita sis bono

PARAPHRASIS.

DE B. MARIA

no animo eſto, ac ſi in ipſo iam quieſcas, & ex eo dem iam ad fidem precibus tuis conuerſo, veluti ex delicioſiſſimis hortis voluptatem capias. Angeli amici noſtri auſcultant, quod exprimis tuum in illum ſtudium; paratique *intendentes ſunt voci tuæ*, vt iuſſa capeſſant, hoſce excolendi hortos: *fac* itaque, vt vnà *me* facias *audire vocẽ* benedictionis: & gratiarũ actionis. Ad quæ illa lætabũda pro certiſſimo hoc Dei decreto, rñdet: *Feſtina dilecte mi* quãtocius, & accelera cõuerſionẽ iſtã, ea velocitate ſup hos aduola hortos, qua currũt, & quaſi volant caprea, hinnuluſve ceruorum: pro certo namque habeo, illos tunc tibi futuros nedum hortos deliciarum, ſed & montes aromatum, vtpote celſiſſimos in hoc ipſo, quod te recreabunt odore ſuauitatis, benedictionis, & gratiarum actionis, perpetuò vna mecum te laudaturi cãtico laudis.

De Mariæ dormitione

B Sed, tametſi ſenſus iſte admodum ſit antecedẽtibus congruens: Multò tamen commodius iuxta ſenſum à nobis allatum in prima expoſ. eadẽ exponentur, vt dicta tempore dormitionis Glorioſiſſimæ Virginis, quando, eius & filius, & ſponſus Chriſtus Ieſus obuiam illi proceſſiſſe opinamur, eamque adſtantibus Apoſtolis, choriſve Angelicis ad cæleſtia vocaſſe; vt: quod dicitur, breuiter tale ſit.

PARAPHRASIS.

O Virgo Benedicta, *quæ* habitare conſueuiſti *in hortis*, ſuauiſſimum vndequaque ſpargentibus odorem liliorum puritatis, omniumque aliorum florum, atque virtutum; atque adeo ſuauiſſimam gratiarum omnium redoles fragrantiam; *Amici* iſti noſtri Apoſtoli, atque Angeli ſedulò quidem *auſcultãt*, quæ habita inter nos fuere cantica dilectionis, & dramatis, dum in ſæculi huius degeres vita: Iam tempus eſt, vt, emiſſo ſpiritu, *me* vnum *tuam audire facias vocem* cordis, proſequens me in cœlos abeuntem.

C Cui illa annuens, cum ſpiritum emiſſura eſſet, dicat: ellam me: *fuge* iam, & feſtina quantocius ſuper cœlos ipſos, vt ibi quaſi ſuper montibus aromatum meo te iugiter recreem odore benedictionis, laudis, & cantici illius noui.

Verſ. XIII. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.

Verſ. XIV. Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum.

Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.

E PAraphraſis Chaldaica. Dixit Salomon in fine prophetiæ ſuæ: Dicturus eſt Dominator ſæculi cœtui Iſrael in fine dierum: Tu congregatio Iſrael, quæ comparata es horto minimo inter nationes, & habitas in domo doctrinæ cum Sociis Concilii, & reliquis populis, qui auſcultant vocẽ Principis ſcholæ, & diſcunt ab ore eius verba eius: audire fac legem, vocem ſermonum tuorum in tempore, quo tu ſedes ad iuſtificandum, & condemnandum; & aſſentiar omnibus, quæ feceris.

Verſ. XIV. In illo tempore dicent ſenes cœtus Iſrael: fuge tibi dilecte mi Dominator ſæculi de terra hac immunda: & habitet maieſtas tua in cœlis excelſis: & in tempore tribulationis, quo nos

APPENDIX.

A orauerimus coram te, eris ſimilis capreæ, quæ in tempore, quo dormit, vnus oculus eius eſt clauſus, & alter oculus eſt apertus; aut ſicut hinnulus ceruorum, qui in tẽpore, quo fugit, reſpicit poſt ſe: ſic tu cõtẽplaueris nos, & reſpicies tribulationem noſtram, & afflictionem noſtram de cælis excelſis vſque ad tempus, quo beneplacitum erit tibi in nobis, & redimes nos, & introduces nos in montem Ieruſalem, & ibi adolebunt Sacerdotes coram te incenſum aromatum.

Caſſiod. Greg. PP. Beda. — *Prædicatio Eccleſiæ delectabilis Deo, & Angelis.*

Duæ ſunt iſtius ſententiæ partes. Prima in verſic. 13. Secunda in verſ. 14. Prima pars diuerſimode legitur, & exponitur a Patribus. Et quidẽ iuxta noſtram Vulgatæ lectionem communiori ſenſu ita explicatur; vt Chriſtus ſignificet Eccleſiæ, quanto deſiderio teneatur audiendi vocem prædicationis eius, qua ſummopere delectantur, qui amici reuera ſunt, cæleſtes ſpiritus tam Angelici, quam & homines iuſti in cælo iam regnantes: Habitantem vero in hortis dictam eamdem cenſent Eccleſiam, quia virtutum indulgeat cultui. Ita ferè Caſſiod. Beda & Greg. Papa nedum in expoſ. ſuper Cant. ſed & in hom. 14. ſuper Ezechiel, & tertia parte regulæ paſtoral. admonitione 26.

Anſelmus.

A quo ſenſu haud longe abſunt, quæ dicũtur ab Anſelmo exiſtimante, Chriſtũ monere Eccleſiam, vt quouſque in cœlos non aſſumitur, laboret, & operetur; dumque eſt in hortis, dignam ſe efficiat eius audiri; cum habeat amicos, tum Angelos, tum Sanctos quoſque, per quos perferãtur tam orationes, quam opera ipſius.

Rup. Abb. — *Scripturæ ſanctæ sũt horti in quibus habitat Eccleſia.*

Rupertus Abbas, habitantem in hortis dici inquit Eccleſiam; quia ſtudio detineatur ſacrarum ſcripturarum, quas hortos eſſe ait vberrimos, atque pulcherrimos. Moneri verò eamdem Eccleſiam, vt diuinã legem ſemper habeat in ore ſuo, prædicando, orando, atque pſallendo; hoc namque eſſe ait, *Fac me audire vocem tuam*. Quod deniq. dicitur, *Amici auſcultant*, exponit Rupertus per id, quod dicitur in pſalmo; a *In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* a Pſ. 137. 2

Iuſtus.

D Singulariter Iuſtus Orgelitanus, etiam Vulgatam exponens, hęc & legit, & explicat: ita enim legit: *Quæ habitas in hortis, Amice auſculta, fac me audire*; Vt prima quidem à Chriſto dicantur ad Eccleſiam, quæ in hortis habitare aſſeratur; quia redundet in populis ſub cultu iuſtitiæ conſtitutis, vel aqua doctrinæ ſpiritualis ſemper irriguis. Cetera ab Eccleſia ipſa ad Chriſtum, cui illa dicat: *Amice auſculta*; ſubdens, quid auſcultari ab eo velit: *Fac me audire vocem* nimirum illam tuã, qua dicturus es in remunerandis fidelibus; b *Euge ſerue bone, & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui.* b Matt. 25. 21.

Philo. — *Prælatus bonus qualis.*

E Ex iis, qui verſionem Septuag. interpretantur, Philo quidem Carpathius ſingulari ratione legit. *Qui ſedet in hortis, ſocii attendentes*: cenſetque commendari in his ſedulum paſtorem, atque doctorem, qui ceteris eſt exemplum ſanctitatis, & iter ſalutis oſtendit, ſuiſq. ouibus, tanquam hortis vita bene cultis, & fructu ſuauiter olentibus, ſancte præſidet, ac prodeſt. Porrò, cum qui talis eſt, multos habeat non modo honeſtiſſimæ ſuæ voluntatis, & officii adiutores, verùm etiam digniſſimos ſui Sacerdotii ſucceſſores, adiectum inquit, *Socii attendentes*. Et quia per hos Chriſtus notam facit Eccleſiæ vocem ſuam, ideo ab illa dictum: *Fac me audire vocem tuam.*

Haud ambigendum tamen Septuagin. non in tertia, ſed in ſecunda perſona vertiſſe: *Qui ſedes*

APPENDIX.

in hortis, &c. Triplicem autem istorum reperio intellectũ: Nam Theodoritus per hortos hoc loco intelligit naturam tum intelligibilem, tum sensibilem, quæ tanquam horti volũtatibus Dei plãtatæ sunt, in quibus ille & requiescit. Attentionẽ amicorum, & Angelorum non tam ad aures, quã ad oculos refert; ac si pia anima ita Deum alloquatur: Alii præter nos sunt, qui, quoniam corporeis vinculis non distrahuntur, intentis in te oculis perpetuò contuentur. Angelici nimirum ordines à materia remotissimi. Ego vero, quæ huiusmodi adstricta sum vinculis, vereor, ne deficiam, ac retrocedam, & muter. Itaque secundum aduẽtum tuum sedulo flagitans atque expectans, supplex oro, vt audire me facias vocem illam tuam optatissimam, *a Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis regnum.*

Theod.

a Matt. 25. 34.

Tres Patr.

Tribus Patribus apud eumdem Theodoritum horti, in quibus Christus dicitur habitare, diuina sunt templa, Martyrum monumenta, & Monasteria. Censent autem, piam animam in hisce eumdem Christum orare, vt non solùm cum Angelis colloquatur, sed ipsam quoque voce sua dignam efficiat: neve contemnat se, quæ desiderio ardet fruendi eius sermonibus.

Ambrosi.

Nec admodum dissimilis est Ambrosii sensus, qui serm. 22. in psal. 118. vers. 8. Delectabatur, inquit, Ecclesia, quòd in hortis Christus sedebat, & in hortis positi amici intendebant voci eius. Sed quia amici illi de cælestibus erant, Archangeli, vel Dominationes, & Throni, homines enim expulsi de paradiso fuerant propter inobedientiam cælestium mandatorum; atque ideo adhuc Ecclesia vocem eius audire non poterat, quam cupiebat audire: ideo ait, *Vocem tuam insinua mihi.* Vnde & nos, si volumus, eum in nobis sedere, simus horti clausi, atque muniti, feramus virtutũ flores, gratiæ suauitatem, vt disputantem cũ Angelis Dominum audire possimus. Idem autem Ambrosius lib. de bono mortis cap. 5. ponderans quod dicitur, *Vocem tuam insinua mihi*, ait, piam animam ingredi in hortos, & inuenire illic sponsum sedentem, & disputantem cum amicis dicere, *Qui sedes in hortis, vocem tuam insinua mihi*, non amicis.

Fugit ab improbis super sanctos Christus.

Greg. PP.

Secundæ partis, qua dicitur, *Fuge dilecte mi, & assimilare, &c.* multiplices reperio sensus. Quidam enim Christi fugam ab improbis ad Sanctos designatos per montes aromatum, ab Ecclesia efflagitatam arbitrantur. Vnde Gregorius Papa, fugit, ait, dilectus; quia e reprobis cordibus se, ne intelligatur, abscindit. Sed, fugiens reprobos, montes aromatum petit; quia peruersos dimittens, Sanctas animas visitare non desinit, quæ & per contemplationem excelsæ fiunt, & per confectiones virtutum odorifera vnguenta secum ferunt. Super hos montes dilectus capreæ, hinnuloque ceruorum assimilatur, quia in cordibus Sanctorum virorum manifestat, quam pia charitate humanitatem pro nobis assumpsit.

Ambros.

Ambrosius quoque eodem fere sensu lib. 3. de Virginibus, Ibi, inquit, filiæ, Christum quæramus, vbi quærit Ecclesia, in montibus boni odoris, qui excelsorum sublimitate factorum suauem vitæ odorem pro meritorum verticibus exhalãt. Fugit enim plateas, fugit conuentus, & strepitus fori, iuxta quod scriptũ est: *Fuge fraternus meus, & similis esto ceruo, aut hinnulo ceruo.* Serpentinis .n. inuisus colubris, & effugitãs canũ morsus, atq; humi raptantibus infestus serpentibus nescit cõmorari, nisi in talib. Ecclesiæ filiabus, quæ possũt dicere: *Christi bonus odor sumus Deo.* Eodem denique tendunt, & quæ dicuntur à tribus Patribus.

APPENDIX.

Tres Patr.

a Co. 2. 15.

Ambros.

Tangit alium sensum Ambrosius ad finem sermonis 22. in psalmum 118. dicens: Quia futurum erat; vt, cum ad plenitudinem Ecclesia peruenisset persecutionibus variis tentaretur, ideo cum verbi gratia delectaretur, subitò cernit insidias persecutorum, & quæ plus sponso, quam sibi timeret, aut, quia à persecutoribus Christus magis appetitur in nobis, ideo ait; *Fuge dilecte mi, &c.* Propter infirmos fugit, qui tentamenta grauiora ferre non possunt: Ideo scriptum est, vt de Ciuitatibus ad Ciuitates fugiamus, vt, *b* si nos in hac Ciuitate fuerint persecuti, fugiamus in aliã: Affert deinde Ambr. sensum iam primo allatum.

b Matt. 10. 23.

Greg. PP.

Rup. Abb.

Anselm.

Incomprehensibilitate e Deo quo expostat sponsa.

Tertium sensum afferunt Gregorius Papa, & Rupert. Abbas, Domini fugam referentes ad eius incomprehensibilitatem. Gregorius .n. lib. 17. Moral. cap. 15. ait: Fugit nos, dicimus, quoties id, qd reminisci volumus, memoria non tenemus, mentique nostræ, non occurrit. Sancta ergo Ecclesia postquam mortem, ac resurrectionem Domini, ascensionemque descripsit, clamat ei prophetico plena spiritu: *Fuge dilecte mi* fuge; ac si dicat; Tu, qui ex carne comprehensibilis factus es, ex diuinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, & in teipso nobis incomprehensibilis permane. Rupertus vero piam animam hæc sibi velle ait. Non quæro in præsenti vita gloriam, sed desidero gratiam: non quæro claritatem miraculorum, sed opto remissionem peccatorum; fuge, fuge cautus nobis, & prouidus, ne vnquam dum viuimus, nos comprehendisse arbitremur, sequentes, vt comprehendamus.

Rup. Abb.

Gratia diuina subtractione quo aliquando expostulat humilis.

Beda.

Idem tamen Rupert. quartum suggerit sensum, quem ante illum attulit Beda, referens hanc Domini fugam ad subtractionem gratiæ gratis datæ; Ac si pia, humilisve anima dicat: Domine non sum digna, vt intres sub tectum meũ, vt ve in me ostendas frequens præsentiæ & visitationis miraculum aliquod: *Fuge dilecte mi*, & saltus huiusmodi similes saltibus capreæ, aut hinnuli ceruorum effice, non super me sed *super montes aromatum*, super præcelsa merita Sanctorum, & perfectorũ. Quod ait, *fuge dilecte mi*, dicit Beda, non optando loquitur: Quis enim eum, quem diligit, à sua fugare præsentia velit? Sed eius potius voluntati se conformando, memor videlicet consuetudinis ipsius, qua se in medio sæpe sermonis relinquens transierit, ac declinauerit, sum de nomine solerti, ac longo quæsito possit inueniri: memor etiã suæ conditionis, quia illum in hoc peregrinationis loco continue videre non possit.

Addit tamen, *Assimilare capreæ, &c.* multum supplicando, sciens hanc sibi maximam in præsenti vita esse felicitatem; vt quia continua visione non valet, saltem crebra eius visitatione consoletur; quæ felicitas illis solis cõceditur, qui montes aromatum dici merentur ob contemptum terrenorum, & ob appetitum cælestium gaudiorum.

Theodo.

Aduentum secundum Christi expostit Ecclesia.

Theodoritus quinto sensu, secundum Christi aduentum in die iudicii in hisce ab Ecclesia efflagitari, existimat, ac si dicat.

Aduocans iustos ad paratum ipsius Regnum à constitutione mundi, abscede à prouidentia, quæ per sensus exercetur, dignos trahens ad sublimitates gratiarũ, eos spiritali odoris suauitate per diuinitatem perfundentiũ, quibus tu, quasi capreæ, aut cerui hinnulus venenosas destruens feras nequitiæ spiritus in nos sæuientes interimas, & bello, quo nos oppugnant, finem imponas.

Sed

APPENDIX.

Aſcenſio Chriſti neceſſaria, vt proſpera eſſet prædicatio Eccleſiæ. Ambr. Caſſiodo. Philo. Iuſtus. Aponius. Beda. Anſelmus. Bernard.

Sed tamen communior iſte eſt ſenſus, quē ſexto, & vltimo loco aſſerimus, vt per eum, & noſtra hæc concludamus commentaria; Fugam namq. hanc Domini, cuius hic fit mentio, ad Chriſti in cælos aſcenſum referunt Ambroſius in libro de bono mortis cap. 5. Caſſiod. Philo Carpathius, Iuſtus Orgelitanus, Aponius, Beda. Anſelmus, atq. Bernardus ſerm. 9. in pſalmum *Qui habitat*. Sic autem hæc explicant Caſſiodorus & Beda, vt Eccleſia primitiua ita per hæc Chriſto reſpondeat. Iubes, me prædicare? Vis vocem meam *audire? fuge dilecte mi*, id eſt impleto incarnationis tuæ, & paſſionis myſterio, reuertere ad cœlum, vt non iam te ſicut hominem, ſed ſicut Deum ſuper omnia cogitare incipiam: Tunc enim audies vocem meā; quia tūc te liberius omni modo prædicabo.

Addit aliam rationem Philo Carpathius: quia aſcendente Chriſto, deſcenſurus eſſet Spiritus ſanctus, cuius ope emittenda erat vox prędicationis. Dicens *& aſſimilare capreæ, &c.* hæc ſibi velle, inquit idem Caſſiodorus, ſed, ne me in præſenti ſine tua viſitatione deſeras. Sicut capreæ, & hinnuli ceruorum indomita animalia humanum cōſortium refugiunt; & tamen crebrò in montibus videntur; ſic & tu poſt tuam Aſcenſionem, licet inuiſibilis ſis, dignare mihi tamen ſæpius dono tuæ gratiæ apparere, & hoc *ſuper montes aromatum*, id eſt, ſuper ſanctos.

Bernard. *Angelis ūt montes Bethel, & aromatum.*

Bernardus loco citato, legens, *Super montes Bethel*, pro, *ſuper montes aromatum*, piam animam deprecari inquit Dominum, vt aſcendat ad cœlos ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, ſuper Angelos, & Arcangelos, Cherubim quoque, & Seraphim, qui ſunt montes Bethel, ideſt, domus Dei, planè in dextera Patris. Neque enim, inquit, ſic illa Deum ſitiens, aut cum Petro ei in terreno monte facere tabernaculum, aut cum Maria deinceps eum tangere vult in terra; ſed cæleſtis non ignara conſilij clamat; *fuge dilecte mi, &c.*

APPENDIX. Iuſtus.

Alio modo Iuſtus Orgelitanus ita hæc reddit. qui conuerſatus es nobiſcum in terris, pronus regredere ad ſuperiora: ſicque aſcendens in excelſis, qui nūc appares obtutibus carnis, adeſto ſemper oculis cordis: vt te in fide retineamus, quē aſpectu non cernimus. *Aſſimilare capreæ hinnuloque ceruorum*; quia tu es, qui carnem ſuſcepiſti mortalium, & ſaltu celeri omnes altitudines tranſcendiſti cęlorum, excelſior exiſtens ſuper omnem gloriam Angelorum, qui ſunt aromatum montes.

Ambroſ.

At magis ad rem noſtram Ambroſius in loco citato, Hortatur, inquit, pia anima, vt fugiat ſponſus; quia iam ſequi poteſt, etiam ipſa terrena fugientem. Dicit autem, vt ſit ſimilis damulæ, quæ euadit de retibus. Vult enim & ipſa fugere, & euolare ſupra mundum.

Et profectò nihil modulatius, & conſonantius in præſenti amoris Cantico concludendo, ab ea dici potuit, vt maximus ab ipſa fructus perceptus & qui ab aliis capi deberet, perſuaderetur: fuga nimirum præſentis ſæculi fluctuātis inſtar Oceani iugibus periclitantis procellis, & fluctib. exagitati: hac etenim fuga, quantum à mundanis ſeiungimur, tantum vtique Chriſto animarum noſtrarum amantiſſimo dilecto coniungimur, à fluxarum rerum curis abſtracti ad cęleſtia ſublimioris cuiuſdam amoris quaſi alis attollimur. Atque iſtud verè fuit Salomonis, ſeu potius Spiritus ſancti in præſenti opere conſcribendo cōſilium: hoc & mihi indigniſſimo tanti auctoris interpreti in meis hiſce ſuper hoc idem Canticum Commentarijs in animo ſemper extitit; vt per huius libri lectionem, diuina opitulante gratia, & ipſe, & qui hæc legerent, à terrenis ad cęleſtia eleuaremur cum Chriſto atque per Chriſtum dilectum noſtrum, cui vna cum Patre, & Spiritu ſancto ſit honor, & gloria in æternum.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE,

QVAE TOTO HOC OPERE SPARSIM

Exponuntur, etiam secundum lectiones Hebræam, & Græcam.

GENESIS.

1. 9. *Congregationesque aquarum appellauit maria.* 711.2.a

2. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem.* 10.1.c.680.1.c

2.15. *Vt operaretur, & custodiret illum.* 111.1.d

2.16. *Præcepit ei Deus; ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ, &c.* 727.2.c

2.22. *Et ædificauit Dominus costam, quam tulerat de Adam in mulierem.* 627.1.c

3. 1. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, &c.* 111.2.d

3. 6. *Vidit mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum, &c. & tulit de fructu illius, & comedit deditque viro suo,* 827.2.c. & 112.1.b.

3.15. *Inimicitias ponam inter te, & semen tuum.* 944.2.c

3.16. *Et ad virum tuum conuersio tua.* 956.2.b

3.20. *Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua, eo quòd mater esset cunctorũ viuentiũ.* 995.1.b

4. 7. *Nonne si bene egeris, &c. si autem, &c. statim in foribus.* 375.2.c.& 967.1.b

4.14. *Vagus, & profugus ero super terram.* 140.2.d

8.23. *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis.* 587.1.b

17. 1. *Ambula coram me, & esto perfectus.* 399.1.a

22.13. *Vidit arietem inter vepres hærentem cornib. &c.* 261.2.c

24.66. *Rebecca viso Isaac operuit vultũ suũ.* 568.1.d

26.15. *De Isaac fodiẽte puteos, pro quibus rixati sunt Philisthæi.* 222.2.d.& 141.1.a

27.16. *Iacob hædinis pellibus operuit manus, & collũ, quæ palpanda exhibuit Isaac.* 667.1.b

27.27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri ple.* 324.1.a

27.27. *Accessit, & osculatus est patrem suũ, statimq; vt sensit Isaac vestimentorum eius fragrantiam, benedicens illi ait, &c.* 675.1.d

30.14. *Egressus Ruben in agrũ tempore messis triticeæ reperit mandragoras, &c.* 966.1.c

30.38. *De ouibus concipientib. maculosas ex aspectu virgarum decorticatarum, cum ascenderant è canalibus.* 553.1.d

32.26. *Dimitte me iam enim ascẽdit aurora.* 232.2.c

32.26. *De lucta Iacob cũ Angelo.* 459.2.b. 402.1.a

38.26. *Propterea non tradidi eã Sela filio, &c.* 45.2.c

39.20. *Tradidit Ioseph Dom. eius in carcerẽ, vbi &c. Qui tradidit in manu illius vni. &c.* 568.2.b

41.40. *Et ad os tuum cunctus populus osculabitur. ex Hebr.* 979.2.c

49. 9. *Quis suscitabit illum?* 329.2.a

49.11. *Ligans ad vineam pullum suum, &c. Lauabit in vino stolam suam, &c.* 289.col.3.c

49.26. *Benedictiones Patris tui confortatæ sunt super benedict. montium stabil. seu Patrum eius,* 337.1.c

49.12. *Dentes eius lacte candidiores.* 552.2.c

49.20. *Pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus.* 757.1.b

EXODVS.

3. 5. *Solue calceamenta de pedibus tuis.* 915.1.a

3. 6. *Ego sum Deus Abrahã, Deus Isaac, &c.* 417.2.b

3.13. *Ego sum, qui sum, &c. Hæc dices, &c. Dominus Deus Patrum, &c.* 512.1.c

12. 5. *Iuxta quem ritum sumetis, & hædum.* 147.1.c

12.21. *Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase: Fasciculũque, &c.* 196.1.b

15.11. *Quis similis tui in fortibus Dom. &c.* 269.1.c

17. 6. De petra Horeb, virga percussa. 390.1.c

28.31. De tunica superhumerali cum malis punicis, & tintinnabulis. 693.1.c

30.10. *Sanctum Sanctorum erit Domino.* 655.2.a

32. Moyses quomodo mutauit Dei voluntatẽ. 638.1.d

32.9. *Cerno, quod populus iste duræ cer. &c.* 456.1.b.

32.10. *Dimitte me, vt irascatur furor meus, &c.* ibid. & 1039.1.c

32.20. Vitulus in puluerem redactus datur in potum populo. 101.2.b

32.32. *Aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dele me de libro tuo.* 652.2.c.& 1011.1.c

33.14. *Et facies mea precedet te.* 50.2.d

33.21. *Ecce est locus apud me, et stabis sup. &c.* 385.2.c

33.22. *Cum transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec &c.* 233.2.d.& 531.2.b

33.23. *Videbis posteriora mea, faciem autem m. videre non pot.* 355.2.a
34.29. De facie Mosis splendente, cum def. r. t t legem. 1004.1.e
38.8. *Fecit labrum aeneum cum basi sua de speculis mulierum, quae excubabant in ostio tabernaculi.* 153.2.c

N V M E R I.

6. 2. De Nazaraeorum caeremonijs. 537.2.e
17.8. De virga Aaron florente, &c. 236.1.b
21.17. *Ascendat puteus.* 710.2.a
22.4. *Delebit hic populus omnes, &c. quomodo solet bos, &c.* 366.1.d
24.5. *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua, &c.* 296.1.c

D E V T E R O N O M I V M.

16.21. *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta alt. &c.* 269.2.b
28.65. *Dabit Dominus cor pauidum, &c. & erit quasi pend. &c.* 360.2.e
32.1. *Audite cęli, quę loquor, audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluuiam doctrina mea, &c.* 663.2.d
32.5. *Deus fidelis, absque vlla iniquitate, peccauerũt.* 829.2.c
32.7 *Memento dierum antiquor. cogita, &c.* 211.1.d
32.8. *Statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei, &c.* Iuxta lect. Septuag. 145.1.a. & 260.2.a
32.13. *Vt sugeret mel de petra.* 751.2.a
32.31. *De vinea Sodomorũ vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhae: Vua corũ vua, &c.* 104.2.e
33.2. *In dextera Dei ignea lex.* 315.1.c
34.5. *Mortuusque est ibi Moyses seruus Dei in terra Moab, iubente Domino, super os Domini,* ex Hebr. 11.1.a

I O S V E.

8. 30. *Tunc ędificauit Iosue altare Dom. &c.* 19.2.c

I V D I C V M.

7. 16. *De praelio Gedeonis cũ lamp. & tubis.* 387.2.b
5. 8. *Noua bella elegit Dominus, &c.* 401.2.e
14.8. *Et ecce examen apum in ore Leonis erat, ac fauus mellis.* 749.2.c
14.14. *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* 664.2.a. & 732.1.b. & 749.1.c
16.13. *Si septẽ crines capitis mei cum licio plexueris, &c.* 635.1.c
16.17. *Ferrum numquam ascendit super caput meum quia, &c. si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, &c.* 538.1.a
18.24. *Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia, quae habeo, & dicitis, Quid tibi est?* 145.2.b

R V T H.

3. 9. *Expande pallium tuum super ancillam tuam.* 277.1.c

I. R E G V M.

10.1. *Samuel vnctum Saul osculatus est.* 979.2.d
13.14. *Inueni hominem iuxta cor meum,* 315.1.c
17.45. *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autem, &c.* 582.1.c

II. R E G V M.

6. 21. *Ludam, vt vilior fiam, plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* 586.2.c
7. 14. *Quòd si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominũ.* 798.1.e
7. 23. *Quem redemisti tibi ex Aegypto, Gentem, & Deum eius.* 611.1.b
12.25. *Vocauit nomen eius Amabilis Domino, eo, quod diligeret eum Dominus. Praefat. nume. 3. & 512.2.d*
24.13. *Ego sum, qui peccaui, ego iniquè egi: Isti, qui oues sunt, quid fecerũt? vertatur, &c.* 652.1.e

III. R E G V M.

8. 12. *Dominus dixit, vt habitaret ĩ nebula.* 467.1.e
19.9. *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituũ, quia &c.* 91.1.c
19.13. *Quod cum audisset Elias operuit pallio vultũ suum.* 531.2.b
21.2. *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortũ olerum, &c.* 691.2.b

IV. R E G V M.

8. 19. *Noluit Dominus disperdere Iudam propter Dauid.* 265.1.b
14.8. *Veni, & videamus nos.* 386.1.e
19.35. *Angelus Domini in castris Assyriorum occidit, &c.* 484.2.c
20.6. *Protegam vrbem istam propter me, & propter Dauid &c.* 512.1.c

II. P A R A L I P O M.

6. 19. *Ad hoc tantum haec domus facta est, quam aedificaui, vt respicias orationẽ serui tui.* 558.1.c
25. *Ascendit Ioas &c. & mutuos sibi praebuere conspectus, &c.* 386.2.d

I O B.

1. 6. *Cum venissent filij Dei, vt assisterent.* 259.1.e
1. 7. *Circuiui terram, & perambulaui eam.* 424.2.b & 442.2.c
1. 8. *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit, &c.* 1023.2.c
1. 10. *Nunquid Iob frustra timet Deum? nonne tu vallasti eum &c. sed extende &c.* ibid.e
1. 20. *Surrexit Iob, & scidit vestimenta sua.* 97.1.e
2.3. *Nunquid considerasti seruum meum Iob.* 644.2.c & 684.2.
2.7. *Accepta testa, saniem radebat.* 97.2.b
4.18. *Et in Angelis suis reperit prauitatem.* 160.2.d
4.19. *Habitant domos luteas.* 240.1.d

6.3. Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas, quam patior in statera; quasi arena &c. 83.2.e
7.4. Si dormiero, dico, Quando consurgam? & rursum &c. 358.1.a
7.17. Quid est homo, quia &c. visitas eum &c. 474.2.c
8.15. Innitentur super domum suam, & non stabit, fulciet eam, & non consurget. 240.1.d
12.5. Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata &c. 1015.2.d
13.21. Manum tuam longe fac à me. 313.2.a
15.7. Numquid ante colles formatus es? 337.1.d
15.26. Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. 583.1.a
17.2. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. 83.2.e
20.12. Cum dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. 660.2.c
24.15. Oculus adulteri obseruat caliginē, dicēs, Nō me videbit oculus, & operiet vultū suū. 139.2.e
28.25. Qui facit ventis pondus. 724.1.b
29.14. Iustitia indutus sum &c. 75.2.c
30.7. Esse sub sentibus, delicias computant. 523.1.b
30.20. Clamo ad te, & non exaudis: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem &c. 644.2.e
37.17. Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro. 721.1.c
39.29. Numquid per sapientiam tuam plumescit, accipiter expandens alas suas ad Austrum? ibi.d
40.20. An extrahere poteris Leuiathā hamo, & fune ligabis linguam eius? numquid illudes ei, &c. 559.1.b

PSALMI.

1.3. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructū suū dabit in tempore suo. 944.1.a
2.7 Filius meus es tu, ego hodie genui te. 272.2.c
2.12. Apprehendite disciplinam, Osculamini filium. ex Hebr. 6.2.e
4.5. Irascimini, & nolite peccare, quæ &c. 1004.1.c
4.7. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine dedisti lætitiam in corde meo. 96.2.d 300.1.a 685.1.b. 1004.1.a. & ibid.2.a
7.14. Sagittas suas ardentibus effecit. 514.2.b
7.15. Ecce parturijt iniustitiam, concepit, &c. 964.2.b
8.5. Quid est homo, quod memor es eius; aut filius hominis, quia reputas eum? Minuisti &c. 154.1.d. & 517.2.a
9.3. Lætabor, & exultabo in te, psallam &c. 73.1.d
9.17. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua, &c. 740.2.c. & 977.2.c
9.28. Sub lingua eius labor, & dolor. 660.2.c
9.30. Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauper. &c. 421.1.c
11.6. Propter miser. inop. & gemitum paup. nunc &c. 514.1.a & 781.1.e
11.9. In circuitu impij ambulant. 438.1.c
13.3. Non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnū. 274.2.e
14.2. Qui ingreditur sine macula, & oper. iust. 622.1.a
15.8. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper &c. 1023.2.e
16.1. Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam, auribus percipe &c. 669.1.c
16.2. Oculi tui videant æquitates, prob. &c. 884.2.c
16.15. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. 692.1.c
17.6. Dolores inferni circumdederunt me. 612.1.c
17.6. Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt. 1010.1.c
17.8. Carbones succensi sunt ab eo, Inclinauit cælos, &c. 1016.2.d
18.2. Cæli enarrant gloriam Dei. 1005.2.c
18.6. In sole posuit tabernaculum suum. 232.2.e & 517.1.c
18.6. Exultauit vt Gigas ad currendam viam. 339.2.c. & 52.2.a
18.7. A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque &c. 894.1.d
18.9. Præceptum Domini lucidum, illuminans, &c. 336.2.a. & 1005.1.c
18.10. Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsis. 917.2.c. & 843.1.a
18.15. Meditatio cordis mei in cōsp. tuo semp. 400.2.a
19.4. Memor sit omnis sacrificij tui. 67.2.d
21.15. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. 466.2.e. & 681.2.e
22.4. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala; quo. tu me. es. 195.1.e. & 344.2.c
22.5. Impinguasti in oleo caput meum. 756.2.b
22.6. Et calix tuus inebrians quàm præcl. est. ibid.2.e
24.10. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. 842.2.d. & 859.2.c
24.15. Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. 532.1.a
25.2. Proba me Domine, & tenta me; vre renes meos, & cor meum, &c. 722.1.c
26.1. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? 361.1.d
26.4. Vnum petij à Domino, vt inhabitē, &c. 393.1.b
26.8. Tibi dix. cor me exquis. te faci. mea. 400.1.e
28.5. Confringet Dominus cedr. &c. & comminuet, &c. 501.2.e
28.7. Vox Domini intercidentis flāmā ignis. 270.1.a
28.9. Vox Domini præparantis ceruos, & reuel condēsa, &c. 269.2.d & 323.2.e
29.6. Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. 70.2.e. & 798.1.c
29.6. Et vita in voluntate eius. 637.2.a
29.8. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. 337.1.c
30.20. Quam magna mult. dulc. tuæ, domine, quam abscon. &c. 283.1.a. & 863.1.d
31.2. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatū, nec est in spiritu eius dolus. 620.2.e
31.4. Quoniam die, ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus, &c. 800.2.c
31.8. Intellectum tibi dabo, & instruam te, &c. 17.1.a
31.9. Nolite fieri sicut equus, & mulus, &c. In chamo, & fræno maxillas eorum constrin. &c. 53.1.d
33.3. In Domino laud. anima mea: aud. mans. & lęt. 254.2.e
33.6. Accedite ad eum, & illumin. & facies vestræ non confundentur. 621.2.b
33.8. Immittet Angelus Domini in circuitu timen. eū 260.1.b

Retri-

34.12. Retribuebant mihi mala pro bon. sterilit. an. m. 437.2.a
34.13. Ego autem, cum mihi mol. esset, &c. & oratio mea, &c. 254.1.e
35.7. Iustitia tua sicut montes Dei. 339.2.d
35.9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 289.1.a
35.10. Quoniam apud te est fons vitæ, &c. 599.1.b. & 704.2.c
36.2. Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & sicut olera herbarum citò decident. 691.2.d
36.4. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones, &c. 533.2.e. 954.1.d. & 978.1.c
36.5. Reuela Domino viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet; Et educet quasi lu. iust. tu. & iudic. tu. tanquam mer. 540.2.d. & 669.1.e
36.7. Subditus esto Domino & ora eum. 669.1.e
36.16. Melius est modicum iusto super diu. &c. 318.1.a
36.27. Declina à malo, & fac bonum, &c. 621.2.e
37.6. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. 22.2.a
37.9. Afflictus sum, & hum. sum nimis, rug. &c. 401.1.b
37.12. Amici mei, & proximi mei adu. &c. 1053.2.e
38.13. Quoniā aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut &c. Remitte mihi, vt ref. ig. &c. 141.2.e
39.3. Statuit super petra pedes meos, & dire. 393.2.e
39.4. Immisit in os meum canticum nouum, carmē D. nostro. 670.2.e
39.6. Multa fecisti tu Domine De. me. mir. t. & cogitat. tuis, &c. 292.2.e
40.1. Beatus, qui intelligit super egenum, et pauperem; in die mala, &c. 606.1.a
40.4. Vniuersum stratum eius versasti in infirm. eius. 123.2.b. & 230.1.e
41.3. Sitiuit anima mea Deum fortem viuum, &c. 863.1.d
41.3. Quādo veniā, et apparebo ante fac. Dei 234.1.a
41.5. Hæc recordat. sū, & effudi in me ani. me. 978.2.a
41.5. Quia tacebo vsque ad domū, in voce laudis, &c. 978.1.c. & 2.a
41.7. Ad me ipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui, &c. 47.2.e
44.2. Lingua mea calam. scribæ veloc. scrib. &c. 3.2.e
44.3. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit, &c. 46.2.c. 224.1.b. 672.1.a
44.4. Accingere gladio tuo super femur tu. potentissime. 309.1.a & 481.2.d
44.5. Specie tua, &c. propter veritatem, &c. 420.1.c 525.2.e. & 673.1.b
44.6. Sagitta tua acu. populi sub te cad. in cor. in. Reg. 309.1.b. & 514.2.a
44.7. Sedes tua Deus in sæculū m &c. dilexisti, &c. propte. vnxit te Deus 34.1.e. 42.2.d. & 224.2.d
44.10. Astitit Reg. à dextris tuis. 636.1.a. et 831.2.d
44.11. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, &c. & concupiscet Rex, &c. 154.2.c. 332.2.b. & 1029.1.e
44.13. Vultum tuum deprecabuntur omn. diu. pleb. & ador. eum. 266.1.a
44.14. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbr. aureis. 213.2.a
45.5. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. 11.2.c. 708.1.a. & 711.1.e
45.11. Vacate, & videte. 766.1.a
47.4. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam. 239.1.c
47.6. Ipsi videntes sic admirati sunt, commoti, conturbati sunt. 879.1.a
48.12. Homo, cum in honore esset, non intell. cop. est iumētis insip. & similis, &c. 157.1.c & 22.1.c
48.14. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. 131.1.e
49.20. Sedēs aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filiū matris tuæ pon. scādalū. 103.2.e
50.5. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum, &c. Tibi soli, &c. 801.1.d
50.14. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu, &c. Docebo, &c. 720.2.e
50.16. Et exultabit lingua mea iustitiam tuā 71.1.c
52.4. Omnes declinauerunt, simul inutil. facti sunt, non est, qui faciat bonum. 765.1.c
54.6. Timor, & trem. ven. super me, &c. Et dixi, Quis dabit, &c. 392.1.a
54.7. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ; & volabo, & requiescam. 1017.2.a
54.8. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solit. 466.1.d
56.5. Dentes eius arma, & sagittæ. 552.2.b
56.9. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara, &c. 721.2.d
57.11. Manus suas lauabit sangui. pecca. 289. col. 3.d
58.10. Fortitudinem meam ad te custodiam; quia &c. 534.1.b
61.4. Quousq. irruitis in hominem? interficit. vniuersi, vos, tāquā parieti inclin. 344.2.e. & 589.1.c
61.9. Effundite coram illo corda vestra 466.2.e
61.12. Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi &c. Præfat. no. 12.
62.2. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. 11.2.e
62.2. In terra deserta inuia, & inaquosa, &c. 469.2.c
62.5. In nomine tuo leuabo manus meas. 485.1.c
62.6. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. 567.1.a
62.8. In vel. al. tuarum. adhæsit anima, &c. 313.2.d
62.9. Adhæsit anima mea post te, me suscepit. &c. 131.2.c
62.9. Dextera tua suscepit me. 315.2.a
63.8. Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur Deus. 187.1.a. & 882.2.e
64.10. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibū illorum quoniam ita est præparatio eius. Riuos &c. 705.2.b
64.9. Exitus matutini, & vespere delectabis. 830.1.c
64.10. Visitasti terram, & inebriasti eā, &c. 858.1.b
64.11. In stillicidijs eius lætabitur germinās. 695.1.e
64.12. Campi tui replebuntur vbertate. 285.1.c
64.14. Et valles abundabunt frumento. 252.1.c
65.17. Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea: Iniquitatem si aspexi, &c. 666.2.d
67.4. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. 761.2.d
67.10. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, &c. 283.1.a. & 869.2.d
67.11. Parasti in dulcedine tua paupe. Deus. 757.1.b
67.13. Et speciei domus diuidere spolia. 453.1.d
67.14. Si dormiatis inter medios Cleros, pennæ columbæ deargentatæ, &c. 97.2.c. & 768.2.e
67.17. Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare, &c.

&c. 423.1.a
68.6. Deus tu scis insipientiam meam, &c. extraneus factus sum fratribus meis, &c. 778.2.e
68.10. Quoniam zelus domus tuæ comedit me, &c. 93.1.e. & 1010.1.e
68.15. Eripe me de luto, vt non infigar. 364.2.e
68.16. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. 707.2.c
68.29. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis nõ scribantur. 262.1.e
68.32. Et placebit Deo super vitulum nouellũ, cornua producentem, & vngulas. 666.2.c
70.16. Memorabor iustit. tuæ soli. 71.2.b. & 843.1.c
70.20. Cõuersus viuificasti me, & de abis. &c. 364.1.b
72.18. Deiecisti &c. dum alleuarentur. 539.1.d
72.22. Ad nihilum redactus sum, & nesciui. 439.2.d
72.23. Vt iumẽtũ factus sũ apud te, &c. 457.1.c
72.26. Defecit caro mea, & cor meũ: Deus cordis mei. 306.1.b
73.5. Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt, &c. 299.2.a
73.20. Respice in testamentum tuum; quia repleti sũt, qui obscurati sunt terræ domib. iniqu. 240.1.a
76.2. Voce mea ad Dominum clamaui, &c. In die tribulationis, &c. 430.1.b
77.49. Misit in eos iram, &c. Immissiones per Angelos malos. 484.1.d
77.72. In intellectib. manuũ suar. deduxit eos. 487.2.e
79.11. Operuit montes vmbra eius. 281.2.e
79.18. Fiat manus tua super virũ dexteræ, etc. 801.2.e
81.6. Ego dixi, Dij estis, et fil. &c. Vos aũt, etc. 271.2.c
82.14. Pone illos vt rotam. 143.1.e
83.2. Quam dilecta tabernacula tua, Dom. virt. concupis. &c. 127.2.c
83.4. Passer inue. sibi dom. & turtur nidũ, &c. 372.2.c
84.7. Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs &c. 364.1.b. 858.2.b. & 863.1.b
84.8. Ostende nobis Domine misericordiã, &c. 781.2.a
84.9. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam &c. 863.1.b. & 1029.2.e
84.11. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia, & pax osculatæ sunt. 6.1.c
85.1. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego. 584.2.e
85.14. Deus, iniqui insurrexerũt sup. me, &c. Et tu Domine Deus miserator, & miseric. &c. 931.1.a
86.1. Fũdamẽta eius in mõtib. sanct. 332.2.a. 377.1.c 339.1.e. 340.2.d. 586.2.e. & 878.2.a
86.3. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. 878.1.d
86.5. Nũquid Sion dicet, Homo & homo, &c. 520.1.b
86.5. Mater Sion dicet homo, &c. 454.2.c
87.10. Traditus sum, & nõ egredien. oculi, etc. 152.1.a
88.6. Confitebuntur cœli mirabilia tua, etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, &c. 758.2.d
88.7. Quoniam quis in nubib. æquabitur, &c. 271.2.c
88.8. Deus, qui glorific. in concilio Sanctorũ. 415.2.b
88.15. Misericordia, & veritas præcedent faciem tuã. 842.2.d
88.30. Et thronum eius sicut dies cœli. 413.1.a
88.38. Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, &c. 165.2.d. & 413.1.a
88.41. Destruxisti om. sepes eius, posu. &c. 260.2.c
88.51. Memor esto Domine opprobrij, seruorum tuorũ quod continuo in sinu meo, etc. Quod exprobrauerunt. 20.2.c
90.6. Ab incursu, & dæmonio meridiano. 145.2.c
90.8. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis, &c. 581.1.c
90.10. Nõ accedet ad te mal. & flag. &c. Angelis, &c. 260.1.b
90.26. Cum ipso sum in tribulatione. 611.1.b
91.13. Iustus vt palma floreb. etc. 692.2.d. & 944.1.a
91.14. Plantati in domo Domini in atrijs domus Dei nostri florebunt. 691.2.e. 944.1.a
92.1. Dominus regnauit, decorem indutus est. 224.1.e 520.1.b. 653.1.b. & 673.1.a
93.20. Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? 1005.1.c
95.6. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctitas, & magnificentia in sanctifi. eius. 223.1.e
95.10. Quia Dominus regnauit à ligno. 737.2.a
95.11. Lætentur cœli, & exultet terra ante faciem Domini, quoniam venit. 762.1.a
99.2. Introite in cõspectu eius in exultatione. 335.2.e
101.18. Quia respexit in orationem humiliũ. 735.2.e
103.2. Cõfessionem, & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. 226.1.c
103.3. Et extendit cœlum, sicut pellem. 85.2.a
103.4. Qui facis Angelos suos sp. 332.1.e. & 720.2.b
103.10. Qui emittis fontes in conuallibus. 253.2.b
103.17. Illic passeres nidificabunt, &c. 700.1.a
103.18. Petra refugium herinacijs. 64.2.a
103.30. Emittes spiritum tuum, & creab. & reno. facter. 354.2.d
103.34. Iucundum sit ei eloquium meum, ego verò del. in Domino. 560.2.d. & 978.1.c
105.23. Si non Moyses el. eius stet. in confractione. 348.2.a. & 1038.2.d
106.4. Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis non inuenerunt, esurientes, &c. 138.1.b
108.4. Pro eo, vt me dil. det. mi. ego au. orabã. 254.2.a
108.18. Induit maledictionẽ sicut vestim. &c. 790.2.b
110.1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo in cõsilio iustorum, & congregatione. Magna opera Domini. 850.2.e
1. 3. Confessio, & magnificentia opus eius. 851.1.a
1. 4. Memoriam fecit mirab. suor. misericors, & miser. Dom. escam, &c. 197.1.e. & 745.2.d
111.3. In memoria ater. erit iustus, &c. 468.1.c
1. 5. Iucundus homo, qui mis. & commod. disp. serm. suos in iudicio. 605.2.b
1. 9. Dispersit dedit paup. iust. eius manet in sæculum sæculi. 605.1.c
112.5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in alt. habitat, & humilia respicit, &c. 584.2.d
1. 9. Qui habitare fac. ster. in domo, &c. 454.2.e
113.16. Similes illis fiant, qui faciunt ea, &c. 816.2.b
1. 12. Simulacra gentium argentum, & aurum opera, &c. Os habent, & non loquẽtur, &c. 16.2.a
1. 24. Cœlum cœli Domino. 85.2.a
115.1. Credidi, propter quod locutus sum: ego autẽ humil. sum. Ego dixi in excessu, &c. 759.2.c
1. 12. Quid retribuã Domino pro omnib. quæ retrib. mihi? Calicem salutaris accipiam, &c. 188.1.c. 730.2.d. & 976.1.e

Circum-

117.12.*Circumdederũt me sicut apes fauum.* 751.2.a
1. 12.*Et exarserunt sicut ignis in spinis.* 261.1.d
1. 24 *Hæc est dies, quã fecit Dominus, &c.* 124.1.e
118.20 *Cõcupiuit aĩa mea desid. iustific. &c* 280 2.d
1. 22 *Aufer à me opprob. & cõtẽp. quia &c.* 390 1.b
1. 24.*Consilium meum iustificationes tuæ.* 551.1.c
1. 39.*Amputa opprob. meũ, quod susp. &c.* 390 1.c
1. 47.*Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis, & leuaui manus me. ad mand. &c.* 75.2.e
1. 68.*Bonus es tu, & in bonitate tua doce, &c* 19.2.d
1. 81.*Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperaui.* 5.2.a
1. 82.*Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ, dicẽtes; Quando consolaberis me?* 10.2.d
1. 103.*Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua sup. mel. ori meo?* 557.1.e. & 664.1.b
1. 105.*Lucerna ped. meis verbum tuum, & lumen, &c.* 448.2.e
1. 119.*Præuar. reput. omnes peccatores terræ, ideo dil. &c.* 251.1.e
1. 131.*Os meum ap. & attraxi Spiritum, quia &c. aspice in me, &c.* 558.1.a
1. 139 *Tabescere me fecit zelus meus, &c.* 1010.1.a
1. 158.*Vidi præuaricantes, & tabescebã, qa &c.* ib.
1. 164.*Septies in die laudem dixi tibi.* 1003.2.b
119.4.*Cum carbonibus desolatorijs.* 1016.2.e
1. 5.*Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui &c. Cum his, qui oderũt, &c.* 83.1.a
120.1.*Leuaui oculos meos in montes.* 340.2.d
1. 8.*Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, &c.* 818.1.a
124.2.*Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi.* 680.2.e
125.4.*Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro.* 721.1.e
126.2.*Vanum est vobis ante lucem surgere.* 438.1.a
1. 3.*Ecce hæreditas Domini, filij mer. fructus vent.* 286.2.d
127.3.*Filij tui sicut nou. oliu. in circ. mens. tu.* 260.1.b
130.2.*Si nõ humiliter sentiebam, sed exaltaui animã me. sicut ablact. est, &c.* 17.1.d. & 321.1.c
131.1.*Si introiero in tabernaculum domus meæ, &c.* 321.1.b. & 395.1.b
1. 6.*Ecce audiuimus eam in Ephrata, &c.* ibid.
1. 18.*Super ipsum efflorebit sanctific. mea.* 252.2.d
132.1.*Ecce quàm bonũ, & quàm iuc. habit. fratres in vnum. Quoniam, &c.* 263.1.e. & 636.2.b
1. 2.*Sicut vnguentum in capite, quod &c.* 41.2.b
1. 3.*Sicut ros Hermon, qui descendit in &c.* 781.2.e
134.7.*Educens nubes ab extremo terræ, &c.* 585.1.e
136.3.*Quoniã illic interro. nos, &c. hym. &c.* 399.1.e
136.9.*Beatu. q ten. & allid. paru. su. ad pe. &c.* 408.1.a
137 6.*Excelsus Dom. & hum. resp. in cæl. &c.* 255.1.e
138.6.*Mirabilis facta est scientia tua ex me, cõfortata est, & nõ potero ad eã.* 153.2.a. & 706.1.d
138.5.*Tu formasti me, & posuisti super me manũ tuã Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me.* 850.2.d
138.9.*Si sumpsero pennas meas diluculo.* 336.1.c
138.12.*Et nox, sicut dies illum. sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* 123.2.d
138.14.*Confitebor tibi, quia terrib. mag. &c.* 850.2.e
138.16.*Imperfectum meũ viderunt oculi tui.* 526.1.d
140.3.*Pone Dom. custod. ori meo, & ostium circumstãtia labijs meis, Vt. &c.* 561.1.d
141.3.*Effundo in conspectu eius orationem meã.* 670.2.e. & 467.1.b
144.9.*Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.* 70 2.a
146.1.*Deo nostro sit iucunda, decoraq. laud.* 954.1.b
147.3.*Qui pos. fines tuos pacem, & adipe frum. satiat te.* 129.1.e. & 723.2.b
147.7.*Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* 718.1.e. & 723.2.b
147.9. *Nõ fecit id oĩ nationi, & iud. sua, &c.* 300.2.d
148.14.*Hymnus omnibus sãctis eius filijs Israel, &c.* 485.2.e
149.6.*Exultationes Dei in gutture eorũ, & gladii ancip. &c.* 486.1.e
149.6.*Gladii ancip. in man. eorum ad faciendam, &c.* 480.1.b

PROVERB.

1. 10.*Fili mi si te lactauerint peccatores, &c.* 17.2.b
1.11.*Deglutiamus eum sicut infer. viuentẽ.* 1010.1.e
3.16.*Longitudo dierum in dext. eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria.* 317.2.d
3.32.*Et cum simplicibus sermocinatio eius.* 253.2.a. 551.1.b. & 710.2.c
4.23.*Omni custodia serua cor tuum.* 1002.1.e
4.25.*Oculi tui recta videant.* 532.1.b
5. 3.*Fauus distillans labia meretricis.* 847.1.e
5. 3.*Nitidius oleo guttur eius.* 951.2.e
5.15.*Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta.* 682.2.a. 683.1.c. & 2.e
5.19.*Cerua charissima, & grat. hinnulus.* 603.1.b
8.17.*Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me, &c.* 56.1.a
8.20.*In vijs iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij.* 680.2.d
8.30.*Ludens coram eo omni tempore.* 817.1.a
8.31.*Deliciæ meæ esse cum filijs hominum.* 678.2.a
8.35.*Præparatur voluntas à Deo.* 678.2.a
9. 1.*Sapiẽtia ædificauit sibi domũ, misc. &c.* 288.1.e
9. 3.*Misit ancillas suas, vt vocarent, &c. Si quis est paruulus veniat ad me, &c.* 154.1.a
10.29.*Fortitudo simplicis via Domini.* 235.1.e
11.14.*Salus vbi multa consilia.* 550.2.b
1. 30.*Fructus iusti lignum vitæ.* 279.2.c
12.5.*Cogitationes iustorum, iudicia.* 543.1.d
12.11.*Qui suauis est in vini demoratiõ. nõ &c.* 72.2.e
13.4.*Vult, & non vult piger.* 436.1.b
14.24.*Corona sapientum diuitiæ eorum.* 318.1.a
15.22.*Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium.* 550.1.a
16.4.*Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* 833.2.b
16.32.*Melior est, qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* 174.2.a
16.32.*Melior est patiens viro forti, &c.* 1022.2.e
17.24.*Oculi stultorum in finibus terræ.* 219.1.d
17.24.*In facie prudentis lucet sapientia.* 566.1.b
17.27.*Vir eruditus pretiosi est spiritus.* 561.2.a
18.10.*Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam accurrit iustus, & exaltabitur,* 593.1.e
18.11.*Substãtia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus*

rus validus circumdans eum. 678.2.d
18.18.Frater,qui adiuuatur à fratre,quasi Ciuitas firma. 263.2.e
19.2.Vbi non est scientia animæ,nõ est bonũ. 153.2.e
19.17.Fœneratur Domino,qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. 605.1.a
20.1.Luxuriosa res vinum,& tumultuosa ebrietas,quicunque his delectatur non erit sapiens. 33.2.e
20.15.Est aurum,& multit.gemmarum:vas autẽ pretiosum labia scientiæ. 509.1.d
20.18.Cogitationes consilijs roborantur. 335.2.b
21.15.Gaudium est iusto facere iustitiam. 335.2.d
21.18.Pro iusto datur impius,& pro recto iniquus. 264.2.d
21.18.Vir obediẽs loq.victorias.174.2.b.& 591.1.a
22.29.Vidisti hominem velocem in opere suo?cũ Regibus,&c. 355.2.d
23.1.Quando sed.vt com.cum Principe,&c.& statue.cultrum in &c. 486.1.a
23.10.In agrum pupillorum ne introeas. 737.1.e
23.15.Fili mi,si sapiens fueris,gaudebit tecũ cor meũ, & exaltabunt renes mei, cum locuta fuerint recta,&c. 953.2.d
23.26.Præbe fili cor tuum mihi. 1002.1.a
23.29.Cui væ?cuius patri væ?cui rixæ?&c. 22.1.a
23.31.Ne intuearis vinum,quando flauescit,cũ splenduerit in vitro color eius:ingred.&c. 23.1.e
24.9.Cogitatio stulti peccatum. 542.2.d
25.21.Si esurierit inimicus tuus,ciba illum;si sitit,potũ da illi. Hoc enim faciens congeres carbones super caput eius. 1015.1.e
25.23.Ventus Aquilo dissipat pluuias. 720.1.a
25.28.Sicut Ciuitas muris diruta,sic vir,qui non cum consilio aliquid agit. 550.2.a
26.7.Quomodo frustra pulchras habet claud.tib.&c. 399.1.c.& 917.1.a
26.14.Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. 234.1.b
26.15.Piger abscõdit manus suas sub asc.&c.365.1.b
27.6.Meliora sunt vulnera diligentis,quàm osc.inim. 309.1.c.& 641.2.c
27.7.Anima saturata calcabit fauum. 284.2.a
27.9.Vnguento, & varijs odorib.delectatur cor,sic & bonis amici consilijs dulcoratur anima.30.2.e
27.18.Qui seruat ficum comedet fructus eius. 378.2.c
28.14.Beatus homo,qui semper est pauidus. 902.1.c
29.11.Totum Spiritum suum profert stultus: sapiens differt,& reseruat in posterum. 571.1.e
31.25.Fortitudo,& decor indumentum eius. 672.2.e
31.31.Laudent eam in portis opera eius. 741.1.d

ECCLESIASTES.

1. 2.Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum,& omnia vanitas. 614.2.c
1. 5.Oritur Sol,&c.Lustrans vniuersa in circuitu,&c 413.1.c.& 438.2.d
2. 2.Risum reputaui errorem,& gaudio dixi,quid frustra deciperis? 146.2.c
2.14.Sapientis oculi in capite eius. 219.2.a
4.11.Vnus quomodo calefiet?at,si dormiuerint,duo fouebuntur simul. 235.1.a
4.12.Funiculus triplex difficile rumpitur. 53.2.c
7.29.Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. 274.2.c.& 976.2.b
9. 1.Nescit homo,vtrum amore,vel odio dignus sit. 282.2.e
10.1.Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. 33.2.c
10.8.Qui dissipat sepem mord.eam colub. 260.1.e
11.1.Mitte panẽ tuũ super trãseuntes aquas.838.2.c
12.11.Verba sapientum sicut stimuli,& quasi claui in altum defixi,&c. 62.2.e

CANT. CANT.

1. 2.Osculetur me osculo oris sui. 671.1.a.& e.
1. 2.Quia meliora sunt vbera tuo vino. 953.1.e
1. 3.Fragrantia vnguentis optimis, oleum effusum no.tuum. 671.1.e
1.13.Alligamentum guttæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. 845.2.b
2. 5.Amore langueo 641.2.b
3.10.Media charitate constrauit. 599.1.d
4.4.Mille clypei pẽdẽt ex ea,om.arm.for.&c.479.1.d
4.10.Quam pulchræ sunt mammę tuæ,pulchriora,&c. 1039.2.d
5. 2.Ego dormio,& cor meum vigilat. 599.1.d
5. 6.Anima mea liquefacta est,vt dilectus meus locutus est. 17.1.c
5.8.Vulnerata charitate ego sum.639.1.c.& 641.2.b
5.15.Species eius vt Libani. 227.1.d
5.16.Totus desiderabilis. 692.1.d
7. 5.Comæ capitis tui sicut purpura;Rex ligatus in canalibus. 633.2.c
7.10.Ego dilecto meo,& ad me conuersio eius.56.1.b. & 210.2.a
7.12.Videamus,si floruit vinea,si flores fructus parturiunt. 692.1.e
8. 6.Fortis est vt mors dilectio.692.1.e.306.1.a.& 603.1.a.& 634.2.c
8. 9.Si murus est,ædificemus super eum propugnacula,&c. 600.2.e
8.10.Ego murus,& vbera mea quasi turris.ibidem.& 942.1.c

SAPIENTIA.

1. 5.Spiritus Sanctus disciplinæ effug.fictum,& auferet se,&c. 363.1.c.& 720.1.a
2. 7.Non prætereat nos flos temporis. 249.1.c
3. 5.Inuenit eos dignos se. 417.1.c
4. 1.O quàm pulchra est casta generatio cum claritate!immortalis est.n.memoria illius. 170.1.c
4.12.Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ trãsuertit sensum, etc. 99.2.d.& 143.2.d
7.10.Proposui pro luce habere illam;quoniam inextinguibile est lumen illius. 704.2.b
7.13.Quam sine fictione didici,& sine inuidia communico,& honestatem illius non abscondo:Infinitus est enim thesaurus eius. 601.1.e
8. 1.Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. 774.1.d
9.10.Mitte illam de cęlis sanctis tuis,& à sede magnitudinis tuæ,vt mecum sit,& mecum laboret. 611.1.d

Discen-

10.13. Descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, ibid. e
13.1. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest sapientia Dei. 558.1.d
18.21. Properãs homo sine querela propugnauit, &c. 401.2.d
19.20. In omnibus magnificasti popul. tuum, &c. 250.2.a.

ECCLESIASTICI.

1. 9. Ipse creauit illam in Spiritu Sancto, &c. 32.2.a
3. 2. Deus honorauit Patrem in filiis. 637.1.d
3.21. Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. 584.1.a
4.27. Non retineas verbum in tempore salutis, &c. 480.2.c
10.14. Initium superbiæ hominis apost. à Deo, &c. 255.2.a
15. Initium omnis peccati superbia ibid.
11. 1. Sapientia humilitati exaltabit caput illius. 683.2.e
3. Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris fructus illius. 662.2.e. & 665.1.b
30. In filiis suis agnoscitur vir. 273.1.d
14.13. Ante mortem benefac amico tuo, & secundũ vires tuas exporrigens da pauperi. Da, & accipe & iustifica animam tuam, &c. 604.2.e
16.23. Qui minoratur corde cogitat inania. 542.1.c
19.26. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus, amictus hominis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. 571.1.a
22.33. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum. Vt &c. 561.1.e
24.5. Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis. 234.1.d
24.17. Quasi cedrus exaltata sum in Libano. 861.2.d
24.20. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. 614.2.a
24.21. Ego quasi Libanus nõ incisus vap. &c. 667.1.b
24.26. Transite ad me oẽs, qui cõcup. me, &c. 266.1.e
24.29. Qui edunt me, adhuc esuriẽt, & qui &c. 755.2.c
24.35. Qui implet quasi Phison sapientiã, &c. qui mittit disciplinam sicut lucem, &c. 704.2.e
24.41. Ego quasi trames aquæ immẽsæ, ego quasi fluuii dioryx, &c. 35.1.c. & 704.1.e
24.42. Rigabo hortum meum plantationũ, & inebriabo prati mei fructũ. Penetrabo, &c. 705.1.c
24.44. Doctrinam meam quasi ante lucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsque ad longinquum, &c. 704.2.d
35.20. Qui adorat Deum in oblectatione suscipietur, et deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit 533.2.c
26.8. Dolor cordis, & luctus mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. 1007.1.d
26.19. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata omnis ponderatio, &c. 170.1.a
29.28. Ori tuo facito ostia, & vectes. 561.1.c
31.28. Splendidum in panibus benedicent, &c. 468.1.c. & 605.2.a
31.31. Ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. 17.2.e
32.14. Ante tonitruum præibit coruscatio, & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia. 569.1.c
35.18. Nonne lacrymæ viduæ à maxilla descendunt: à maxilla ascendũt vsq. ad cælum, &c. 187.1.e
35.21. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, &c. & nõ discedet donec Altissimus aspiciet. 669.2.c
35.26. Preciosa misericordia Dei in tẽpore tribulationis. quasi nubes pluuiæ in tẽpore siccitatis. 617.1.b
35.27. Vbi non est sepes diripietur possessio. 260.1.c
39.19. Florete flores quasi lilium. 253.2.d
39.17. Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarũ fructificate. 567.2.b
40.17. Gratia sicut paradis. in benedictionib. 605.2.a
42.14. Melior est iniquitas viri, quàm mulier benef. 266.2.a
43.2. Vas admirabile opus Dei. 181.2.a
43.3. Fornacem custodiens in operibus ardoris, tripliciter Sol exurens montes, &c. 99.2.b
43.22. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua super omnem congregationẽ aquarum requiescet, &c. 719.1.d
43.24. Medicina omniũ in festinatione nebulæ, & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum. 720.1.b
44.6. Homines diuites in virtute, pulchritudinis studiũ habentes, pacificantes in domib. suis. 234.2.a
45.1. Memoria eius in benedictione est. 266.1.c
45.14. Coronam auream super caput eius, expresſam signo sãctitatis, & gloria honoris, &c. 566.2.a
45.14. Desideria oculorum ornata. 862.1.a
47.18. In cantilenis, & Prouerbiis, & cõparationibus & interpretationibus mirata sunt. Præf. n.4.
48.12. Beati, qui in amicitia Dei decorati sũt. 212.1.c
49.1. Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarii. 37.2.b

ISAIAS.

1. 2. Filios enutriui, & exal. ipsi autem spreuer. me. 272.2.e
1. 9. Nisi Dominus reliquisset nobis semen quasi Sodoma fuissemus, &c. 106.1.c
1.15. Cum extenderitis manus vest. auertam, &c. manus enim vestra, &c. 486.1.d
1.18. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. 560.1.b
1.24. Heu consolabor super hostib. meis, &c. 829.2.d
1.29. Confundentur ab idolis, quibus sacrificauerunt & erubescetis super hortis, quos elegeratis. 22.1.d. & 146.2.b
2. 2. Erit in nouissimis diebus præparatus mons, &c. & fluent, &c. 816.2.b
4. 1. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos. 277.1.d. & 976.2.b
5. 1. Cantabo dilecto meo canticum, &c. 406.1.a
5. 2. Et sepem circumdedit ei. 260.1.a
5. 4. Quid est, quod debui facere vltra, &c. 406.1.b
5. 5. Auferam sepem eius, & erit, &c. 260.1.c
5.20. Væ ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. 284.2.b
6. 2. Seraphim stabant super illud. 1017.2.c

6. 2. *Duabus velabant faciem, duabus velabant pedes.* 792.2.e
6. 3. *Sanctus, &c. Plena est omnis terra gloria eius.* 161.1.b
6. 6. *In manu eius calculus, quem, &c.* 506.1.e
6. 9. *Audite audientes, & nolite intellig. &c.* 765.1.b
7. 9. *Si non credideritis, non intelligetis.* 69.1.c
7.11. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum supra, &c.* 181.1.b
7.14. *Ecce Virgo concipiet, &c. Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum.* 227.2.c. 664.2.e. 672.2.d. & 751.2.d
7.14. *Et vocabitur nomen eius Emanuel, &c.* 40.1.e. 664.2.e. & 751.2.d
8. 3. *Voca nomen eius Accelera, &c.* 40.1.e. & 337.2.e
8.16. *Liga testimonium, signa legem, &c.* 61.1.e. & 1004.2.a
9. 6. *Paruulus natus est nobis, &c.* 513.2.d
9. 6. *Cuius principatus super humerum eius.* 123.1.d. & 497.2.e
9. 6. *Et vocabitur nomen eius Admirabilis, &c.* 40.2.b
11.1. *Flos de radice eius ascendet.* 251.1.d
11.2. *Et requiescet super eum Spiritus Domini, &c.* 496.2.b
11.18. *In medio camporum fontes.* 253.2.b
12.3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* 711.1.c
16.1. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ.* 525.1.d
19.1. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, &c.* 279.1.a. & 517.1.a
22.22. *Et dabo clauem Dauid super humerum eius; & aperiet, &c.* 65.1.a
25.6. *Et faciet Dominus exercituum in monte hoc omnibus conuiuium pinguium.* 762.2.c
26.1. *Saluator ponetur in ea, aperite por. &c.* 681.1.a
26.7. *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.* ibid.
26.9. *Anima mea desidet in nocte, sed &c.* 280.2.c
28.5. *In die illa erit Iehouah exercituum corona gloriæ, &c.* 38.2.d
28.12. *Hæc est requies mea; reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, &c.* 604.2.c
28.20. *Coangustatum est stratũ, ita vt alter decidat, &c.* 231.1.a
29.20. *Consumpti sunt omnes, qui vigil. super iniquitatem.* 442.2.b
30.18. *Expectat Dominus, vt misereatur Vestri, & idõ exaltabitur parcens vobis; quia &c.* 21.1.d
30.19. *Ad vocem clamoris tui statim respondebit tibi.* 917.2.e
30.26. *Et erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter sicut, &c. in die, qua &c.* 124.1.a. 165.2.e. & 525.1.d
32.12. *Super vbera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili.* 21.2.d
32.17. *Erit opus iustitiæ pax, & cultus, &c.* 279.2.d
33.12. *Spinæ congregatæ igni comburentur.* 261.1.d
34.13. *Orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, &c.* 243.2.d
34.13. *Erit cubile draconum, & pascua struthionum.* 463.2.a
35.1. *Florebit quasi Lilium.* 252.2.d
35.2. *Gloria Libani data est ei.* 695.2.c
35.7. *Quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.* 619.1.b
37.22. *Despexit te, & subsannauit te, Virgo filia Sion.* 1023.2.a
38.17. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* 80.2.c
40.6. *Omnis gloria eius tanquam flos agri.* 964.1.e
40.9. *Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.* 123.1.d
40.30. *Deficient pueri, & laborabũt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, &c.* 990.2.a
42.1. *Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, &c.* 496.2.b
43.22. *Non me inuocasti Iacob, neque laborasti, &c. Verumtamen seruire me fecisti in peccatis, &c.* 53.2.c
43.24. *Adipe victimarum tuarum non inebriasti me.* 654.2.c. & 954.1.e
44.22. *Deleui vt nubem iniquitatem tuam.* 364.2.c. & 365.1.d
44.23. *Laudate cæli; quoniam misericordiam fecit Dominus; Iubilate extrema terræ, &c.* 762.1.a
45.23. *Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.* 39.1.c. & 520.2.d
46.3. *Audite me, &c. qui portamini à meo vtero, &c. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo, &c.* 25.1.e
49.1. *De ventre matris m. record. est nom. m.* 347.2.b
49.2. *Posuit os meum vt gladium acutum.* 480.1.a
49.2. *In pharetra sua abscondit me.* 514.2.a
49.3. *Seruus meus es tu Israel; quia in te gloriabor.* 520.2.d. & 883.1.e
49.10. *Non esurient, neque sitient, & nõ percutiet, etc.* 277.2.e
49.15. *Nũquid obliuisci potest mulier infantem suũ? & si illa &c. Ecce in manibus meis descripsi te. Muri tui, &c.* 1003.2.a
50.1. *Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam, &c.* 635.2.d
50.6. *Faciem meam non auerti ab increp. &c.* 386.2.a
51.3. *Consolabitur Dominus Sion, &c. Ponet desertum eius quasi delicias; & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium, &c.* 678.1.e. & 989.1.b
51.5. *Prope est iustus meus; egressus est saluator me.* 50.2.b
51.5. *Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt.* 989.1.e
51.13. *Oblitus es Domini, &c. & formid. &c.* 360.2.a
51.16. *In vmbra manus meæ protexi te, &c.* 278.2.c
52.1. *Consurge, &c. Induere fortitud. tua Sion, induere vestimẽtis gl. tu. Ierus. Ciuitas sãcti.* 876.1.a
52.6. *Propter hoc sciet populus meus, &c. ad sunt sicut Ver. &c.* 362.2.a
52.7. *Quàm pulchri super montes pedes, &c.* 353.2.a. & 913.1.e
53.2. *Non est species ei, neque decor, &c.* 224.2.d
53.2. *Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.* 697.1.a

Virum

53.3. *Virum dolorum, & scientē infirmitatē.* 497.2.e

53.12. *Et cum iniquis reputatus est.* 828.2.d

54.11. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos; & fundabo te in sapph. &c.* 876.1.e. & 81.2.d.

54.12. *Ponam iaspidem propugnacula tua; & portas tuas in lapides sculptos.* 878.2.c

55.1. *Omnes sitientes venite ad aquas, &c.* 24.1.e

55.3. *Misericordias David fideles.* 6.1.d

55.12. *Montes, & colles cantabunt coram Deo laudē.* 339.1.e

56.4. *Hæc dicit Dominus eunuchis; qui custodierint sabbatha mea, & elegerint, &c.* 566.1.d

56.7. *Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo, &c.* 668.1.b

57.15. *Hæc dixit excelsus, & sublimis, habitās in æternitatem, &c. & cum contrito, & humili spiritu, vt viuificet, &c.* 584.1.d

57.17. *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum. Abscondi, &c. Abijt vagus, &c.* 141.1.e

58.10. *Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erūt sicut meridies, &c.* 123.2.e

58.14. *Os Domini locutum est.* 13.2.e

60.8. *Qui sunt isti, qui vt nubes vol. & quo. col. &c.* 352.2.e

60.13. *Gloria Libani ad te veniet, &c. ad orandū, &c.* 500.2.d

60.15. *Ponam te in superbiam seculorum, gaudiū, &c.* 883.1.e

61.1. *Spiritus Domini super me; eo quòd vnxerit me Dominus; ad annunciandum, &c.* 30.2.c

61.10. *Gaudens gaudebo in Domino, &c. quia induit me vestimentis Iesu, & de indumento iustitiæ &c.* 622.2.a. & 791.2.e

61.11. *Sicut terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat; sic Dominus germinabit iustitiam, ac laudem coram vniuersis Gentibus.* 695.2.a

62.1. *Propter Sion non tacebo, &c. & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.* 850.2.c. & 1016.1.a

62.3. *Erunt in manu Domini corona gloriæ.* 262.2.e. 520.2.e. 850.2.c

62.4. *Vocabitur voluntas mea in ea.* 637.2.d

62.4. *Non vocaberis vltra derelicta; &c. sed vocaberis voluntas mea in ea, &c.* 876.1.a. & 976.2.c

62.5. *Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaud. &c.* 403.1.a. & 603.2.a

62.6. *Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes, tota die, & nocte non tacebunt, &c.* 681.1.a

63.1. *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum, &c.* 497.2.b

63.1. *Iste formosus in stola sua.* 498.1.b

63.3. *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* 106.2.d

63.7. *Miserationum Domini recordabor.* 843.1.e

63.9. *Non legatus, neq. Angelus, sed ipse saluauit eos, eo quod diligeret illos, &c. sic cum Sep.* 50.2.c

63.15. *Attende de cælo, &c. & de solio gloriæ tuæ.* 653.1.d

64.1. *Vtinam dirumperes cælos, & descēd. à fac. t. &c.* 564.1.c

64.5. *Occurristi lætanti, & facienti iustitiam, in vijs tuis recordabitur tui, &c.* 83.2.b

65.1. *Inuenerunt me, qui non me quæsierunt.* 451.1.b

66.2. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* 584.2.d

66.3. *Qui recordatur thuris, quasi qui benedicit idolo.* 67.2.d

66.12. *Ecce ego declinabo super eā quasi pluuiam pacis.* 7.1.c. & 863.1.c

66.12. *Ad vbera portabimini.* 598.2.e

66.13. *Quomodo, si cui blandiatur mater, ita ego consolabor, &c.* 990.1.e

66.14. *Gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini in seruis suis.* 695.1.b

66.23. *Sabbathum ex sabbatho.* 235.1.b

IEREMIAS.

2.25. Prohibe pedem tuum à nuditate. 789.2.c

2.30. *Frustra percussi filios vestros, &c.* 781.2.b

3.25. *Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra.* 144.1.d

6.7. *Sicut frigidam facit cisterna aquam suā, sic &c.* 363.2.e

7.22. *Non sum locutus cum Patribus vestris.* 429.2.a

8.5. *Quare auersus est populus iste in Ierusal. au. &c.* 363.2.b

8.13. *Non est vua in vitibus, & non sunt ficus, &c.* 365.1.a

9.15. *Ecce ego cibabo populum istum absynthio, &c.* 612.1.c

9.21. *Ascendit mors per fenestras, ingressa est domos nostras, disperdere, &c.* 115.2.a. & 349.1.e

15.19. *Si separaueris pretiosū, &c. quasi &c.* 400.1.c

16.16. *Ecce ego mitto multos piscat. & venat.* 340.2.e

17.16. *Tu es laus mea, & diem hominis non desidera.* 393.2.e

18.17. *Ostendam illis dorsum, & non faciem.* 387.1.e

23.6. *Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* 40.2.c

25.38. *Facta est terra in desolat. &c. à facie col. & à fac. &c.* 387.1.e

31.3. *Longe Dominus apparuit mihi. In charitate perpetua dilexi te: Ideo attraxi te, &c.* 54.2.c. & 994.2.e

31.4. *Adhuc ornaberis tympanis tuis, &c.* 54.1.c

31.20. *Ex quo locutus sū de eo, adhuc recordabor eius: idcirco conturbata sunt viscera mea super eū.* 1009.2.b

31.22. *Vsquequo delicijs dissoluer. filia vaga?* 144.2.a

31.22. *Fœmina circundabit virum.* 525.2.a

31.33. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* 437.1.b

48.10. *Maledictus, qui facit opus Domini negligenter* 790.2.e

51.9. *Curauimus Babylon, &c. Derelinq. eam, &c.* 260.1.d

THRENI.

1.9. *Sordes eius in pedibus eius.* 790.2.e

1.13. *Expandit rete pedibus, conuertit me [illegible] retrorsum.* 789.1.b

Oculus

1. 16. *Oculus meus deducens aquas.* 925.1.a
2. 19. *Effunde sicut aquam cor tuum ante Dominũ,* 467.1.a
3. 11. *Oculus meus deprædatus est animam meam.* 115.1.d
28. *Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se, &c.* 466.1.c
15. *Repleuit me amaritudinibus, inebr. me absynthio.* 612.1.b
4. 5. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* 22.1.d
8. *Denigrata est facies eius super carbones.* 85.1.a
20. *Spiritus oris nostri Christus Dominus cap. est in pecc.nos.* 262.1.b
20. *In vmbra tua, Domine, viu. in gent.* 279.2.c. & 286.1.c

EZECHIEL.

1. 1. De curru Cherubim quomodo moueretur. 521.1.a
8. De animalibus plura. 1017.2.d.& a
12. Quocumque libat Spiritus, & rotæ pariter, &c. 353.1.d
3. 1. De volumine tradito prophetæ ad comedendum. 547.2.c
13. 5. *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.* 1039.1.b
16. 27. *Ecce ego extendam manum super te, & auferã iustificationem tuam, seu ius tuum.* 799.1.c
22. 30. *Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepẽ, & staret oppositus contra me pro terra, &c.* 1038.2.c
32. 7. *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen, &c.* 165.2.c
34. 2. *Væ pastoribus Israel, qui pascebãt semetipsos. Nonne greges à pastoribus pascuntur, &c.* 131.2.b
34. 14. *In pascuis vberr. pascam eas, & in mõtib. &c.* 423.1.b
44. 1. *Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij, quæ &c.* 878.2.d
44. 2. *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam; quoniam Dominus Deus ingressus est, &c.* 682.2.d

DANIEL.

2. De statua Nabuchodonosor. 587.2.a
2. 34. *Abscissus est lapis sine manibus, & contriuit statuam, & factus est in montem magnum.* 618.2.b
3. 49. *Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, &c. & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit, &c.* 718.2.d
4. 24. *Peccata tua eleemosynis redime, &c. forsitan, &c.* 655.1.c
9. *Dei bonam volũtatẽ excitat Daniel.* 638.2.b
9. 5. *Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei, &c.* 829.2.c
9. 23. *Vir desideriorum tu es.* 277.2.b. & 862.1.a
10. 13. *Princeps Regni Persarum restitit mihi, &c.* 484.1.a
12. 4. *Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia.* 452.1.c

OSEÆ.

2. 1. *Dicite fratribus vestris, Populus meus, &c.* 788.1.b
3. *Ne forte expoliem eam nudam, & statuam, &c.* 788.2.a
6. *Propter hoc ego sepiam viam tuam spinis, &c. Propter hoc ecce ego lactabo eam, &c.* 995.2.c
2. 9. *Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo; & liberabo lanam meam, &c.* 799.2.b
14. *Ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinẽ, & loquar ad cor eius.* 10.1.d
19. *Sponsabo te mihi in sempiternum. Sponsabo te mihi in iustitia. &c.* 5.1.c. & 280.1.b
4. 17. *Particeps Idolorum Ephraim, dimitte eum, separatum est conuiuium eorum.* 21.1.d
5. 10. *Super eos effundam quasi aquam iram meam,* 798.2.b
6. 3. *Quasi diluculum præp. egressus eius, & veniet quasi imber temporaneus, &c.* 336.1.c
6. 4. *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.* 781.2.b
6. *Misericordiam volui, & non sacrificiũ.* 654.2.d
7. 4. *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente, &c.* 542.1.c
7. 6. *Omnes calefacti sunt quasi clibanus, quia applicauerũt quasi clibanum cor suum, &c.* 99.2.a
9. *Comederunt alieni robur eius.* 409.1.c
14. *Non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis super triticum, &c.* 542.1.c
10. 6. *Confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua.* 146.1.a
11. 4. *In funiculis Adam traham eos: in vinculis charitatis, &c.* 53.1.b
12. 3. *In fortitudine sua directus est Iacob.* 402.1.c
13. 14. *Ero mors tua ò mors: morsus tuus ero, Inferne.* 1009.1.b
14. 6. *Ero quasi ros Israel: germinabit vt lilium, & erumpet radix eius vt libani.* 695.2.b. & 697.1.c
8. *Memoriale eius sicut vinum.* 67.2.d
8. *Conuertentur sedentes in vmbra eius, & viuent tritico, &c.* 283.2.c

IOEL.

1. 5. *Expergiscimini ebrij, & flete, &c. omnes, qui bibitis vinum in dulcedinem; quoniam perijt ab ore vestro.* 24.1.d
7. *Ficum meam decorticauit, nudans spoliat eam, &c.* 789.1.b
2. 12. *Conuert. ad me in toto corde vestro, &c. scindite, &c.* 400.2.c
2. 29. *Et quidem super seruos meos, & ancil. m. effundam, &c.* 520.2.a

AMOS.

5.23.*Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cãtica lyræ tuæ non audiam.* 666.1.c
9. 6.*Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit.* 195.2.e

MICHÆAS.

4. 4.*Et sedebit vir subtus vin. su. & subtus fic, &c.* 379.2.b
5. 7.*Erit ex Stilla populi huius congregatus congregabitur Iacob.* 198.2.d

NAHVM.

1. 10.*Sicut spinæ seinuicem complectuntur, sic &c.* 263.2.e
2. 1. *Contẽplare viam, conforta lumbos, &c.* 326.1.e
2. 10.*Facies eorum sicut nigredo ollæ.* 81.1.b

HABACHVC.

3. 2.*In medio duorum animalium cognosceris, &c.* 272.1.c
3. 3.*Operuit cælos virtus eius.* 36.2.d
6.*Aspexit, & dissoluit Gentes, &c.* 95.1.b
11.*Sol & Luna steterunt in tabernac. suo.* 165.2.a
11.*In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore, &c.* 165.1.c

SOPHONIAS.

3. 14.*Lauda filia Sion, &c. Dom. Deus tuus in medio tui, &c. gaudebit super te in lat. sileb. in dilec. tua.* 526.1.a
17.*Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: Gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua.* 877.1.b

AGGÆVS.

2. 8.*Et veniet desideratus cunctis Gentibus.* 277.2.c

ZACHARIAS.

1. 3.*Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* 958.1.c
3. 8. *Adducam seruum meum orientem; quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu, Super lapidem vnum septem oculi.* 1003.2.b
9.*Super lapidem vnum septem oculi.* 839.1.a.219 2.d.& 636.1.d
9.*Ecce ego calabo sculpturam eius.* 1003.2.d. & 511.1.b
5. 6.*Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* 219.1.e
6. 12.*Ecce vir oriens nomen eius.* 41.1.a. 525.2.b.& 752.1.b
9. 1. *Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel.* 219.2.a
9. 17.*Quid.n. bonũ est eius, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum, &c.* 206.1.d
10. 3.*Posuit eos quasi equũ gloriæ suæ in bel.* 161.2.d
10.7. *Lætabitur cor eorum quasi à vino, &c.* 278.1.b

12.10.*Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & spiritum precum.* 670.2.d
13. 6.*Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum, &c.* 606.2.c

MALACHIAS.

2. 7. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam.* 443.1.d
4. 2. *Orietur, &c. & sanitas in pennis eius.* 514.2.e

MATTHÆVS.

2. 1. *Ecce Magi ab oriente venerunt, &c.* 136.2.e
9.*Qui cum audissent Regem, abierunt, & ecce, &c.* 147.2.e
12. *Et responso accepto in somnis, ne redirent, &c.* 410.1.b
3. 10. *Ecce iam securis ad rad. arb. pos. est.* 276.1.b
16.*Baptizatus Iesus ascendit de aqua; & ecce, &c.* 839.1.b
4. 4. *Non in solo pane viuit homo.* 581.1.c
4. *Assumpsit eum in montem excelsum, & ostẽdit illi omnia regna mundi.* 625.2.c
5. 6. *Beati, qui esuer. & sitiunt iustitiam, quon. ips. est regnum cæl. &c.* 283.2.a
8. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* 254.1.a.533.1.e.& 990.2.d
14. *Vos estis lux mundi: Non potest Ciuitas abscõdi supra montem posita; neque accendunt, &c.* 579.2.a
16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, et glorificent Patrẽ, &c.* 1143.1.a.730.2.a. & 1005.2.a
19. *Qui fecerit, & docuerit sic homines, magnus vocabitur in regno cælorum.* 1028.2.c
48. *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* 71.1.b.295.2.a
6. 1. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus, &c.* 687.2.b.605.1.d
3. *Te faciente eleemos. nesc. sini. &c.* 254.2.d
6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio, &c. vt Pater tuus, qui &c.* 532.1.c
9. *Pater noster, qui es in cælis.* 1028.1.e
10. *Adueniat regnum tuum; fiat voluntas tua.* 694.1.b
16. *Cum ieiunatis nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes, &c. Tu autem cum ieiunas, vnge caput, & faciem tuam laua.* 612.2.c
21. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* 127.1.a.634.1.e.1001.2.e. & 800.1.c
22. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuũ lucidum erit.* 551.1.b
28. *Considerate lilia agri, quomodo crescunt, &c.* 249.1.c
29. *Nec Salomõ in omni gloria sua ind. sicut vnũ, &c.* 252.2.d
31. *Nolite soliciti esse corpori vestro, quid manducetis, aut quid bibatis, &c.* 694.2.b
33. *Primum quærite Regnum Dei, et iustitiam eius.* 694.1.a
7. 16. *Nunquid collig. de spinis vuas, aut, &c.* 263.1.a

Et

8.24.Et ecce motus magnus,&c.ipse vero dormiebat, &c. 475.1.a
10.16.Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ: estote ergo prudentes sicut serpẽtes, & simpl. sicut columbæ. 550.2.e
10.34.Non veni pacem mittere,sed gladium.486.2.d
10.42.De potu aquæ frigidæ exhibito. 220.1.e
11.12.Regnum cælorum vim patitur; & violenti rapiunt illud. 220.2.e.641.2.c.643.2.a.673.1.b.& 1022.2.d
13.Omnes prophetæ,& lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. 369.1.c
25.Cõfiteor tibi,&c.& reuelasti ea paruulis.69.2.c 351.1.a.& 673.1.b
29.Discite à me;quia mitis sum,& hum.corde.255 2.b.& 587.2.a
30.Iugum meum suaue est. 613.2.b.& 1005.1.d
12.24.Reuertar in domum meam,vnde exiui.424.2.a
13.25.De parabola tritici.& zizaniorum. 94.1.e
13.52.Omnis scriba doctus in regno celorũ similis est patrifamilias,qui profert de thesauro suo noua,& vetera. 969.2.c.& 972.2.a
15.22.De muliere Chananæa. 58.1.b.218.1.c 580.1.& 645.1.e
16.18.Tu es Petrus,& super hanc petram,&c. 577.2.a.1009.1.d.858.2.c
17.5.Ecce nubes lucida obumbrauit eos. 278.2.e
18.3.Nisi efficiamini sicut paruuli,non intrabitis in regnum celorum. 990.1.b
18.4.Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in Regno celorum. 583.2.a
18.10.Angeli eorum semper vident faciem Patris, &c. 692.1.c
20.18.Ecce ascendimus Ierosolymã,& filius hominis tradetur &c. 617.2.d
20.28.Filius hominis non venit ministrari,sed ministrare. 455.2.c
21.19.Nunquam fructus ex te nascatur &c. 407.1.e
21.33.Et sepem circumdedit ei. 200.1.a
21.37.Nouissime autem misit ad eos filium suum &c. 729.1.c
22.1.Et respõdẽs Iesus,dixit iterũ i p.rab.etc.352.1.e
22.9.Ite ad exitus viarum,& quoscunque inueneritis vocate ad nuptias.& egressi &c. 755.1.b
22.11.Vidit ibi hominem non vest. veste nuptiali. 523.2.c
22.30.In resurrectione neque nubent &c.sed sunt sicut Angeli Dei. 556.1.c
22.37.Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde &c. 294.1.a.& 603.2.e
22.39.Secundum autem simile est huic, Diliges proximum &c. 244.1.c
22.40.In his duobus præceptis tota lex pendet &c. 859.1.d
24.12.Quoniam abundabit iniquitas,refrigescet charitas multorum. 719.1.c
24.20.Orate,vt non fiat fuga vestra hieme, vel sabbato &c. 365.1.a.& 370.1.e
24.30.Tunc apparebit signum filij hominis in cælo. 375.2.e
24.32.Ab arbore autem fici disc.parab. Cùm iã ram. eius &c. 375.2.a
24.35.Cælum, & terra trans. verba autem mea non &c. 390.1.b
25.1.Simile est regnum cælorum decem Virginibus, quæ &c. 179.1.b.& 565.2.d
25.6.Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit &c. 486.2.e
25.40 Quamdiu vni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis. 605.1.a
26.24.Bonum ei erat, si natus non fuisset homo ille. 157.2.d
25.34.Venite benedicti Patris mei &c. esuriui enim, &c. 122.2.d.& 1052.1.a
26.29.Non bibam amodo de genimine vitis &c. 379.2.d.& 746.1.c
26.55.Tamquam ad latronem existis cũ glad.& fust. comp. me. 273.1.c
27.34.Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. 612.1.e
27.44.Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur. 272.2.e
27.46.Deus meus,Deus meus,vt quid derel.me: 261.2.b.& 1012.1.c
27.51.Et velum templi scissum est à summo &c. 531.2.c
27.51.Et petræ scissæ sunt. 386.1.b
28.5.Respondens Angelus dixit mulieribus. 351.1.d
28.20.Ecce ego vobiscum sum vsque &c. 334.1.c.& 340.2.a

M A R C V S.

1.38.Eamus in proximos vicos,& ciuitates,vt et ibi prædicem. 960.2.e
3.10.Multos sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas. 641.2.d
5.12.Deprecabantur Dominum spiritus,dicentes,Mitte nos in porcos &c. 131.1.d
5.25.De muliere Aemorrohissa. 218.1.c
6.56.Quotquot tangebant eum, salui fiebant. 641.2.d
7.37.Bene omnia fecit, & surdos fecit audire &c. 851.1.e
9.30.Hoc genus demoniorum in nullo potest exire nisi in oratione,& ieiunio. 559.1.c
10.21. Iesus autem intuitus eum dilexit eum. 96.2.c
10.37.Da nobis,vt vnus ad dexteram,& alius ad sinistram sedeamus in gloria tua &c. 752.1.e
11.22.Habete fidem Dei; Amen dico vobis, quia &c. Propterea dico vobis, quodcunque orantes petitis &c. 664.2.c.958.1.b
11.24. Quicquid orantes petitis, credite, quia &c. 958.1.a
15.23.Et dabant ei bibere myrrhatum vinum. 612.1.c
16.2.Et valde mane vna sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam Sole. 134.2.a

L V C A S.

1,28.Aue gratia plena,Dominus tecum. 339.2.c 645.1.d.& 878.1.e

1. 30. *Inuenisti gratiam apud Deum.* 878.1.b
34. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.* 220.2.c
35. *Spiritus Sanctus superueniet in te,& virtus Altissimi obumbrabit tibi,* 236.2.c.277.1.c, 278.2.&. 285.2.d
38. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi &c.* 645.2.c 737.1.b.740.2.e.791.2.e.1040.1.e
39. *Abijt in montana cum festinatione.* 58.2.d
41. *Exultauit infans in vtero eius.* 347.2.d
45. *Beata, quæ credidisti; quoniam perficientur, quæ dicta sunt tibi à Domino.* 645.2.e
47. *Magnificat &c. Quia respexit humilitatem &c.* 878.1.c.220.2.e.& 782.1.b
2. 4. *Ascendit Ioseph, vt profit. cum Maria &c.* 356.2.b
9. *Et claritas Dei circumfulsit illos,* 124.1.b
15. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis: ex Gr.* 877.2.a
19. *Maria conseruabat omnia verba hæc &c.* 330.1.e.& 562.2.c
22. *Postquam impleti sunt dies purgationis eius etc.* 586.2.c
24. *Par turturum, aut duos pullos columbarum.* 372.1.e
40. *Puer autem crescebat ætate,& sapientia,& confortabatur spiritu,& gratia &c.* 980.2.c
43. *Remansit puer Iesus in Ierusalem.* 432.1.b
48. *Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus,& ego &c.* 132.2.e.& 155.1.d
49. *Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt oportet me esse?* 133.2.c.& 155.1.e
3. 8. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* 366.1.a
9. *Iam securis ad rad. arborum posita est.* 387.1.e
9. *Omnis arbor, non faciens fruct. bon. excid. &c.* 376.1.b
16. *Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti.* 915.2.a.& 916.1.b
22. *Descendit Spiritus Sanctus super eum &c.* 980.2.c
6. 32. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ &c.* 855.1.e
7. 47. *Dimittuntur ei peccata multa, quon. dil. multũ.* 48.1.c.& 532.2.d
47. *Cui minus dimittitur, minus diligit.* 48.1.b
8. 43. De Aemorrhoissa. 58.1.b.218.1.c.& 641.2.e
9. 23. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum,& tollat crucem suam,& sequatur me.* 538.1.d
58. *Filius hominis non habet, vbi reclin. caput &c.* 499.1.c
10. 2. *Messis multa operarij pauci. Rogate ergo &c.* 969.1.c
4. *Calceamenta ne tuleritis in via.* 353.2.e
16. *Qui vos audit, me audit,& qui &cet.* 590.2.c
21. *In ipsa hora exultauit spiritu,& dixit, Cõfiteor tibi Pater &c.* 585.1.b
41. *Martha, Martha sollicita es,& turb. &c. porro &c.* 326.1.c
42. *Maria optimam partem elegit.* 533.1.e
11. 3. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* 755.1.d
7. *Pueri mei in cubili.* 488.2.e
10. *Omnis, qui petit, accipit &c.* 559.1.e
21. *Cum fortis armatus custodit atrium suum &c.* 297.2.e
12. 25. *Reges Gentium dominantur eorum &c. Ego autem &c.* 525.2.e
27. *Nec Salomon in omni glo. su. coopertus est.* 256.2.a
32. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* 1016.2.c
13. 6. *Arborem fici habebat, quidam plant. &c.* 381.1.b
15. 10. De filio prodigo reuertente. 995.1.c
16. 16. *Lex,& Prophetæ vsque ad Ioan. ex eo regn. D. Euang. &c.* 369.1.c
17. 10. *Cum hæc omnia feceritis, dicite, quia serui inutiles sumus.* 1002.1.d
14. *Ite, ostendite vos sacerdotibus &c. Cum irent mũdati sunt &c.* 643.2.c
21. *Regnum Dei intra vos est.* 721.2.e
18. 1. *Oportet semper orare,& nunquam deficere.* 667.2.b
12. *Ieiuno bis in sabbatho, decimas do &c.* 560.1.d
19. 5. *Festinans descendit,& excepit, &c.* 606.1.b
41. *Appropinquantes Ciuitati fleuit super illam.* 533.1.a
21. 2. De vidua dante duo minuta. 220.2.c
16. *Trademini autem à parentibus &c.* In patientia *vestra possidebitis animas vestras.* 1023.1.d
29. *Videte ficulneam &c. Ita & vos cum videritis &c.* 375.2.d
22. 15. *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* 746.1.b
18. *Non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.* ibid.
26. *Qui maior est in vobis, fiat sicut iunior,& qui præcessor, sicut ministrator.* 637.1.c
28. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentat. meis & ego dispono vobis regnum &c.* 759.1.a. 760.1.e.& 1023.1.e
30. *Ego dispono vobis regnum sicut &c. vt edatis &c.* 518.2.d
43. *Apparuit illi Angelus confortans eum.* 261.2.b.& 751.1.e
48. *Iuda osculo filium hominis tradis?* 719.2.b
53. *Hæc est hora vestra,& potestas tenebrarum.* 1012.1.e
61. *Iesus respexit Petrum,& Petrus fleuit &c.* 95.1.c
23. 40. *Neque tu times Deum, qui in eadem damn. es,& nos &c.* 273.2.a
42. *Memento mei Domine, cum ven. in regnum tuũ.* 273.2.c.& 688.2.a.
43. *Hodie mecum eris in paradiso.* 273.2.d.& 688.2.a
24. 17. *Qui sunt hi sermones, quos confertis &cet.* 953.[illegible]d

Nomine

24.26.*Nonne hæc oport. pati Chris.& ita intrare &c.* 150.2.e
45.*Tunc aperuit illis sensum, vt intellig. script. &c.* 1033.1.c
49.*Sedete in Ciuitate donec induam. ex alt.* 323.1.c.& 352.1.c

IOANNES.

1. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum &c.* 185.2.d
3. *Quod factum est in ipso, vita erat.* 196.1.a
5. *Et tenebræ non eum comprehenderunt.* 1004.2.c
11. *In propria venit.* 737.1.d
14. *Et vidimus gloriam eius glor. quasi vnige. &c.* 508.1.b.& 1036.2.c
17. *Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* 315.2.b
32. *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum.* 1017.2.b
42. *Intuitus eum Iesus dixit, Tu es filius Ionæ.* 96.2.c
48. De Nathanaele à Christo viso sub ficu. 998.1.c
51. *Videbitis Angelos ascendentes, & descend. super fil. hom.* 275.2.c
2. 3. *Vinum non habent.* 291.1.a.& 644.2.d
4. *Quid mihi, & tibi est mulier?* 291.1.a.644.2.a
3. 16. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium &c.* 6.2.c. 300.1.d
19. *Dilexerunt magis tenebras, quàm lucem.* 75.2.b
4. 14. *Qui biberit ex aqua &c. fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* 710.1.b
4. 14. *Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons &c.* 681.1.e.& 340.1.d
5. 39. *Scrutamini scripturas: quia &c.* 324.1.b
6. 27. *Operamini cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam.* 733.1.c
55. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* 747.1.a
56. *Qui mand. meam car. & bibit m. sangu. in me ma. &c.* 300.2.a.506.1.d.747.1.c.& 755.2.c.
63. *Verba, quæ ego loqu. Spiritus, & vita sunt.* 481.1.c
68. *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia &c.* 224.1.c
7. 4. *Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo.* 963.2.a
6. *Tempus meum nondum aduen. Tempus autem vestr. &c.* 371.1.a
38. *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent &c.* 928.1.b
8. 47. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* 1053.2.c
51. *Si quis sermonem meum seruabit, mortem non videbit in æternum.* 115.2.b
56. *Abraham exultauit, vt videret diem meum: vidit &c.* 224.2.a
10. 9. *Ego sum ostium, si quis per me ingredietur, is & ingredietur & egredietur &c.* 818.2.a
10.17. *Ego pono animam meam, & iterum sumo eam &c.* 618.1.a.& d.
25. *Opera, quæ ego facio: ipsa testimonium perhibēt de me.* 580.1.a
26. *Vos non estis ex ouibus meis: oues meæ vocem meam audiunt.* 335.1.b
11. 3. *Ecce, quem amas, infirmatur &c.* 824.1.c.644.2.d
35. *Et lacrym. est Iesus &c. ecce quomodo dil. eum,* 533.1.a
12.24. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem etc.* 690.2.b
32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* 51.2.d.272.2.d.& 511.2.d.& 963.2.a
35. *Adhuc modicum lumen in vobis est &c.* 134.2.a
13. 1. *Cum dilexisset suos, in fin. dil. eos.* 599.2.c
8. *Nisi lauero tibi pedes, non habebis &c.* 353.2.b
10. *Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet.* 790.2.e
14. *Si ego laui ped. vestr. &c. exemplum enim dedi &c.* 587.2.c
23. *Qui & recubuit supra pectus Domini.* 77.2.d. 312.2.a.599.2.c.993.1.b
34. *Mandatum nouum do vobis, vt dilig. inuicem.* 295.2.d
35. *In hoc cognos. homines, quòd discip. m. estis, si dilectionem.* 299.2.b
14. 2. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* 242.2.e
12. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet.* 677.2.e
16. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitū dabit vobis, vt maneat vobiscum, Spi. veritatis etc.* 718.1.b.& 729.1.e
18. *Vado, & venio ad vos.* 332.1.b
31. *Surgite, eamus, &c.* 714.1.a
23. *Ad eum veniemus, & mans. apud eum faciemus* 340.2.a
23. *Si quis sermonem meum seruabit, Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus.* 858.1.a
25. *Paraclitus, quem mittet Pater in nomine meo.* 343.2.d
26. *Hæc locutus sum vobis ap. vos man. Paracl. autem Spir. &c.* 296.2.c
28. *Vado, & venio ad vos.* 871.2.e
15. 5. *Sine me nihil potestis facere.* 1000.1.c.& 1002.1.d
11. *Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit &c.* 332.2.b
17. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* 294.2.d
16.13. *Non loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet &c.* 333.1.a
16. *Modicum, & iam non videbitis me, & iterum &c.* 450.2.a
22. *Vt gaudium vestrum sit plenum &c.* 523.2.b
22. *Et nunc quidem tristitiam habetis, iterum autē videbo vos.* 332.2.c
26. *In die illo in nomine meo petetis, & non dico vobis &c. ipse enim Pater amat vos, quia vos me*

amasti s, quia à Deo exivi. 559.2.e.& 957.2.e
16.28.*Exivi à Patre, & veni in mundum &c.* 645.2.a
33.*In mundo præssuram habebitis, sed confidite: ego vici mundum.* 739.2.c
17.10.*Et mea omnia tua sunt &c. & clarific. sum in eis.* 520.1.a
11.*Pater sancte serua eos in nomine tuo &c. vt sint vnum &c.* 297.1.e
19.*Et pro eis ego sanctifico me ipsum, vt sint & ipsi &c.* 264.1.d
18. 8.*Si me quæritis sinite hos abire.* 323.2.a
11.*Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum.* 759.1.c
36.*Regnum meum non est de hoc mundo &c.* 497.2.b
37.*Tu dicis, quia Rex sum ego &c. ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* 525.2.c.& 759.1.b
19.19 *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* 41.2.b
28 *Sitio.* 760.1.a
30 *Consummatum est &c.* 19.2.b.& 382.1.a
30 *Inclinato cap. tradidit spiritum.* 592.2.d.& 499.1.e
34.*Et continuo exiuit sanguis, & aqua.* 510.1.e & 1022.1.c
20.16.*Maria? Rabboni.* 335.1.b
22.*Insufflauit in eis, dicens Accip. Spir. Sanctum.* 8 2.c
28.*Dominus meus, & Deus meus.* 394.1.a
29.*Quia vidisti me Thom. cred. beati qui non vid. & cred.* ibid.c
21.15.*Simon Ioannis diligis me plus his?* 180.1.c. 532.1.d.& 770.2.a

ACT. APOST.

2. 1. *Factus est repente de cælo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis.* 332.1.c.& 2.e
3. *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis.* 351.2.c.& 1027.2.d
3. *Seditque supra singulos eorum.* 1017.2.c
14.*Non sicut vos æstimatis hi ebrij sunt, sed &c.* 289.1.d.& 342.2.d
7. 55.*Ecce video cælos apertos, & Iesum stãtem &c.* 343 2 c
9. 1. *Saulus adhuc spirans minarum, & cædis &c.* 80 2.e.& 772.1.d
15.*Vas electionis est mihi, vt portet &c.* 492.1.d
16. *Ego ostendam illi quanta oporteat pro &c.* 493.1.d
10. 1.*Vir autem quidã er. in Cæsar. no. Cornelius &c.* 362.2.e
11.*Surge Petre, macta, & manduca.* 728.1.c
37.*Vos scitis &c. quomodo vnxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute.* 30.1.e
17.31.*Iudicaturus est orbem in viro, in quo &c.* 497.2.d
20.22.*Ecce ego alligatus Spiritu vado in Ierusalẽ, quę in ea ventura sunt mihi ignorans, nisi &c.* 644.2.b
21.13.*Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalẽ paratus sum propter nomen Domini Iesu.* ibidem.
25. 1.*Festus cum venisset in Prouinciam.* 737.1.d
26.29.*Exceptis vinculis his.* 944.1.e

AD ROMANOS.

1. 5. *Per quem accepimus gratiam, & Apostolatũ ad obediendum fidei in omnibus Gentib. &c.* 644.1.c
11.*Desidero videre vos; vt aliquid impertiar vobis gratiæ, id est, consolari simul in vobis per eã, quæ inuicẽ est, fidem vestram, atque meam.* 601.1.d
21.*Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt; sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens, cor eorum.* 16.2.e.542.1.e.& 364.2.e
4. 20.*Abrahã confortatus est fide, dans gloriam Deo,* 642.2.c
5. 1. *Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum.* 282.2.b
2. *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* 694.1.d
2. *Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* 244.2.b
5. *Charitas Dei diffusa est &c. per spiritum.* 324.2.d.& 520.2.b
8. *Commendat Deus charitatem suam in nobis.* 6.2 d.& 1008.2.d
6. 3. *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius &c. consepulti enim sumus cum illo per baptismum.* 707.2.c
5. *Si complantati facti sumus simil. mortis eius &c.* 306.1.d
12.*Non regnet peccatum in vestro mort. corpor.* 302.1.a
13.*Exhibite vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitię Deo.* 732.1.c
19.*Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati, Ita &c.* 970.2.a
21.*Quem ergo fructum habuistis, in quibus nũc erubescitis?* 105.1.b
22.*Nunc liberati à peccato &c. habetis fructum &c.* 282.1.d
23 *Gratia Dei est vita æterna.* 343.1.e
7. 14.*Carnalis ego sum, venundatus sub peccato; quod enim operor non intelligo.* 614.1.b
17.*Non ego operor, sed quod habitat in me peccatũ* 302.1.a
18.*Scio, quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: nam velle adiacet mihi &c.* 614.1.a
23.*Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem &c.* 774.2.a
24.*Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* 115.2.a.614.1.c.& 1011.1.c
8. 2. *Lex spiritus vitæ liberauit me à leg. peccati etc.* 314.1.d
3. *De peccato damnauit peccatum.* 829.1.e

Non

8.15.Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum &c. 717.1.b
8.20.Vanitati creatura subiecta est, non volens, sed propter eum, qui subiecit eam: quia & ipsa &c. 799.2.d
8.26.Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus &c. 559.2.a
8.29.Quos praesciuit, & praedestinauit conformes fieri imaginis filij sui &c. 1029.1.b
8.35.Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio &c. 295.2.e.& 600.1.a
9. 3.Optabam ego ipse anathema esse &c. 507.1.c 812.2.d.& 1012.1.a
9. 4.Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio. 768.2.b
10.9.Quia, si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod &c. 39.1.a
10.10.Corde creditur ad iustitiam. 400.1.a
13.Omnis, qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. 46.1.b
15.Quam speciosi pedes euangelizantium? &c. 353.2.a
17.Fides ex auditu. 332.2.e
12.2.Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini &c. 457.2.a
15.Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentib. 28.1.c
20.Si esurierit inimicus tuus ciba &c. hoc enim faciens carbones ignis cōgeres super caput eius, 73.2.a.& 1015.1.e
13.12.Induamur arma lucis. 1034.1.e
14.Induite Dominum nostrum Iesum Christum. ibid.2.a
14.15.Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas, 296.2.a
17.Regnum Dei non est esca, & potus, sed iust. & pax &c. 283.1.d.& 760.1.c
17.Gaudium in Spiritu Sancto. 694.2.a
16.26.Quod nunc patefactum est, &c. ad obeditionem fidei &c. 644.1.d

I. CORINTH.

1.21.Nam, quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis &c. 46.2.a.& 646.1.d
25.Quod stultum est Dei: sapientius est hominibus. 646.1.d
30.Ex ipso vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia &c. 35.1.e
2. 4.Sermo eius, & prædicatio mea non in persuasibilis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis. 557.1.c
14.Animalis homo non percipit, quæ Dei sunt. 298.1.e
3. 9.Dei agricultura estis. 680.1.a
18.Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo stultus fiat, vt &c. 585.1.d
4. 2.Hic iam quæritur inter dispēsatores, vt fidelis quis inueniatur. 849.2.c.& 852.1.b
3.Mihi pro minimo est, vt à vob. iud. aut ab humano die &c. 391.2.c
4.9. Spectaculum facti sumus mundo &c. 254.1.d.& 1053.1.b
12.Maledicimur, & benedicimus &c. 254.2.b
21.Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? 663.1.d
6. 13.Esca ventri, & venter escis: Deus autem &c. 412.1.c
17.Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. 9.1.c. 590.1.c.& 639.2.b
20.Empti estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. 1001.2.b
7.29.Tempus breue est: Reliquum est, vt &c. 1052.2.d
34.Mulier innupta, & virgo cogitat; quæ Domini sunt; vt sit sancta corpore, & spiritu. 567.1.b
34.Mulier nupta cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro &c. 544.1.b
8. 1.Scientia inflat, charit. aut. ædific. 386.1.d. 627.1.c.& 716.2.b
10.4.Petra autem erat Christus. 393.2.c
13.Tentatio vos non apprehendit nisi humana. 365.2.a
11. Explicatur id totum, quod dicitur de capillis mulierum. 543.2.c
15.Mulier si comam nutriat, gloria est illi. 633.2.c
26.Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunc. &c. 745.2.e
27.Quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit &c. 284.2.b
28.Probet autem se ipsum homo, & sic de pane &c. 757.1.e
29.Qui manducat, & bibit indig. iudicium sibi manducat, & bibit. 731.2.a
30.Ideo inter vos mul. inf. & ineb. & dor. multi. 284.2.a
12.4.Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spir. Sancto. 38.2.e
26.Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. 611.1.b
28.Opitulationes. 849.2.a
29.Numquid omnes Apostoli? numquid omnes. 297.1.d
13.3.Si distribuero in cibos pauperum &c. charitatē. 1022.2.a
4. Charitas patiens est, benigna est. 298.2.e. 513.1.a.& 558.2.d
8. Charitas nunquam excidit &c. cum autem venerit &c. 964.2.c.& 1001.2.b
12.Videmus nunc per speculum, & in ænigmate. 346.1.a
14.1.Sectamini charitatem. 1019.2.a
14.Si orem lingua spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? psallam spiritu, psallam & mente. 666.2.a
15.8.Nouissimè omnium visus est, & mihi tamquam abortiuo. Ego enim sum minimus &c. 586.1.d
22.In Adam omnes moriuntur. 316.1.e

15.49.*Sicut portauimus imaginem hominis terreni, portemus & imaginem cælestis, quia &c.* 1002.2.c

15.52.*In momento, in ictu oculi, in nouissima &c.* 1052.1.c

15.54.*Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?* 1010.2.e

16.14.*Omnia vestra in charitate fiant.* 296.2.a

2. CORINTH.

1. 3.*Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericord. & Deus totius consolat. &c.* 70.2.a

1. 5.*Sicut abundant passiones Christi in nob.* 739.1.b

1.21.*Signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* 681.2.e

2.10.*Placeo mihi in infirmitatibus meis, &c.* 475.1.b

2.14.*Deo autem gratias, qui semper triumphat &c.* 492.1.e

2.17.*Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed &c.* 663.2.a

3.18.*Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur &c.* 225.1.d

4. 5.*Non nosmetipsos prædicamus, sed &c.* 663.1.b

4. 6.*Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris &c.* 343.1.c

4. 8.*In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aperiamur, sed non destituimur, &c.* 652.2.a

4.10.*Mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur &c.* 732.1.d. 1034.2.b. & 809.1.e

4.17.*Id, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ &c.* 103.2.d

5.13.*Siue mente exced. Deo &c. Charitas enim Christi vrget, &c.* 467.1.a

5.14.*Quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* 690.2.c

5.16.*Et si cognouimus secundum carnem Christum; iã non.* 1045.2.d

5.21.*Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* 828.2.c

6.11.*Os nostrum patet ad vos, ò Corinthij: cor nostrũ dilat. est, non angustia. in nobis, sed &c.* 709.2.c

6.12.*Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris, &c.* 1019.2.a

6.16.*Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo.* 680.2.c

8.14.*In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantiã.* 605.1.b

9. 6.*Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* ibid.2.a

9. 8.*Potens est Deus omnem gratiam abundare facere vobis, vt in omnibus, &c.* ibid.1.b

10.17.*Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui &c.* 589.1.b

11.2.*Despondi vos vni viro Virginem castam &c.* 416.2.d

11.23.*Ministri Christi sunt, & ego vt minus sapiẽs dico, plus ego.* 80.1.e

11.30.*Si gloriari oportet; quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.* 1023.1.e

12.7.*Datus est mihi stimulus &c. propter quod &c.* 644.2.d

12.10.*Cum infirmor, tunc fortior sum.* 305.2.d

12.11.*Placeo mihi in infirmitatibus meis, &c.* 1022.1.d

AD GALATH.

2.19.*Christo confixus sum cruci.* 616.1.c

2.20.*Viuo ego, iam non ego: viuit vero in me Christus* 634.2.b. & 641.2.b

2.20.*Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* 417.2.c

4.19.*Filioli mei, quos &c. donec formetur Christus in vobis.* 457.2.a. & 524.1.d. & 1002.2.a

6. 14.*Mihi absit gloriari; nisi in Cruce &c.* 1023.1.e

6.17.*De cetero nemo mihi molestus sit: Ego enim Stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo fero.* 1003.1.a

AD EPHESIOS.

1.13.*Credentes signati estis Spiritu promissionis sancto.* 1003.1.e

2. 4.*Propter nimiam charitatem suam, quæ &c.* 6.2.c

2. 8.*Gratia estis saluati per fidem, & hoc &c.* 642.2.c

2. 15.*Legem mandatorum decretis euacuans.* 514.2.a

2.19.*Estis ciues Sanctorum superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo &c.* 577.2.c

4. 15.*Veritatem facientes crescamus in charitate in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo &c.* 35.1.a

5. 1.*Estote imit. Dei sicut fil. char. & amb. &c.* 467.2.c

5. 8.*Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* 86.1.b

5. 9.*Fructus autem lucis est in omni bonitate, & iustitia &c.* 621.2.c

5. 9.*Vt filij lucis ambulate; fructus enim lucis &c.* 572.2.b

5.18.*Nolite inebriari vino, in quo est luxu. &c. implemini Spiritu Sancto loquentes.* 758.1.c

5.20.*Subiecti inuicem in timore Christi.* 455.2.d

5.25.*Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea.* 1008.2.e

5.26.*Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam &c.* 619.2.b

5.31.*Propter hoc relinquet &c.* 645.1.e

6. 5.*Obedite Dominis carnalibus cum timore &c. sicut Christo, non ad oculum &c.* 591.2.b

6.13.*Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo &c. state ergo &c.* 581.1.d

6.15.*Calceati pedes in præparationem Euang. pacis.* 913.2.c. & 914.2.a

Et

6.17.*Et glad.spiritus,quod est verbum Dei, per omnē.* 486.2.b

AD PHILIPPENS.

1.21.*Mihi viuere Christus est,& mori lucrum,*1009 1.e.& 1011.1.e
1.29.*Vobis donatum est pro Christo &c.sed etiam vt pro &c.* 309.2.b
2. 5.*Hoc sentite in vobis,quod & in Christo.*616.1.c.& 718.2.a
2. 6.*Qui cum in forma Dei esset , non rapinam arbitratus est esse se equalē Deo:sed &c.* 588.1.a
2. 8.*Humiliauit semetipsum factus obediens , &c.* 498.2.e & 592.2.a
2. 9.*Propter quod & Deus exaltauit illum,& dedit illi nomen.&c.& omnis lingua cōfiteatur,quia Dominus Iesus in gloria.* 39.1.b & 251.1.a
2. 17.*Si immolor supra sacrificium,& obsequium fidei vestræ,gaudeo,& congratulor omnib.vobis.Idipsum autē & vos gaudete&c.*651.2.d
3.15.*Quicumque ergo perfecti sumus , hoc sentiamus, &c.* 621.1.b
4. 4.*Gaudete in Domino semper ; nihil soliciti sitis, &c.* 911.1.a
4. 5.*Modestia vestra nota sit oib.hominib.* 570.1.d
4. 6.*Nihil soliciti sitis,sed in omni oratione, &cet.* 401.1.c.& 958.1.a
4.13.*Omnia possum in eo,qui me confortat.* 641.2.b
4.18.*Repletus sum acceptis ab Epaphrodito,quæ misistis odorē suauitatis,hostiam acceptam, &c.* 655.1.e

AD COLOSSEN.

1.13.*Et transtulit in regnum filij dilectionis.*834.1.d
1.24.*Adimpleo ea, q̄ desunt passionū Christi.*651.2.c
1.27.*Christus in vobis spes gloriæ.* 552.1.d
3. 3.*Mortui estis,& vita vestra abscond. est cū Christo.*305.2.d.538.2.b.695.1.b& 1009.2.e
3.12.*Induite viscera misericordiæ , benignitatem &c.* 1034.2.a

I. AD THESSALON.

2. 7. *Facti sumus paruuli in medio vestrum , tanquā si nutrix foueat filios suos.* 601.1.c
5.17. *Sine intermissione orate.In omnibus &c. spiritū nolite extinguere.* 571.2.a.& 324.2.d

II. AD THESSAL.

2. 3. *Homo peccati &c. extollitur super omne , &c.* 270.2.c

I. AD THIMOTH.

1.5.*Finis præcepti charitas in corde puro &c.*417.1.e
1.15.*Venit Iesus peccatores saluos facere.* 251.2.a
1.16.*Ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam &c.* 718.2.a
3.15.*Columna,& firmamentum veritatis.* 620.1.a
6. 9.*Incidunt in tentationem & laq.Diab.* 565.2.b

II. AD TIMOTH.

1.12.*Scio cui credidi,& certus sum,quia potens est depositum meū seruare &c.*730.1.b.&741.1.e
2.19.*Firmum fundamentum Dei stat,habens signaculum hoc:cognouit Dominus qui sunt eius &c.* 681.2.c

AD TITVM.

2.11.*Apparuit gratia Dei salu.n.om.hominibus &c.* 288.2.d

AD HEBRÆOS.

2. 9.*Eum , qui modico quàm Angeli minoratus est Iesum propter passionem mortis gloria,& honore coronatum , vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* 522.2.c
2.10.*Decebat enim eum propter quem omnia &c. auctorem salutis eorum per passiones consummare &c.* 242.1.a
2.11.*Non confund.voc.eos fratres &c.Nusquam Angelos apprehendit.* 337.2.a
3. 6.*Christus tamquam filius in domo sua,quę domus sumus nos,si fiduciam , & gloriam spei firmā retineamus.* 244.1.c
4.12.*Vnus est sermo Dei , & penetrabilior &c.*480.1.d.481.1.c.705.1.d
5. 7.*Qui in diebus carnis suæ &c.* 740.2.a
5. 7.*Exauditus est pro sua reuerentia.* 512.2.c
5. 8.*Et quidem,cum esset filius Dei, didicit ex ijs,quæ passus est obedientiam &c.* 592.2.b
10.5.*Ideo ingrediens in mundum , dicit: Hostiam,& oblationem noluisti, corpus autem &c.* 592.1.e.& 733.1.e
11.16.*Ideo non confunditur Deus , vocari Deus eorū.* 417.1.c
11.37.*Lapidati sunt &c. quibus dignus non erat mundus.* 417.1.a
12.2.*Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem &c.* 523.1.e
12.13. *Gressus rectos facite pedibus vestris , vt non claud.quis erret.* 917.1.c

IACOBI.

3.13.*Quis sapiēs,& disciplinatus inter vosē ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine &c.* 572.1.c
5.15.*Oratio fidei saluabit infirmum,& alleuiabit eum Dominus &c.* 669.2.c

I. PETRI.

1. 1.*Electis ex præcognitione Dei Patris in sanctificatione Spiritus,in obedientiam , & aspersionē sanguinis Iesu Christi &c.* 592.2.c
1.12.*In quē desiderant Angeli prospicere &c.*692.1.c
1.18.*Scientes,quòd non corruptibilibus &c.*1022.1.d
2.21.*Christus pro nobis passus est &c.vobis relinquēs Exemplum.* 592.2.d
2 2.*Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo* lac

lac concupiscite &c. 17.1.e
2. 2. Quasi modo geniti infantes verbale lac concupiscite, vt in ipso crescatis in salutem, si gustastis, quòd Christus Dominus &c. ex Clemen. Alex. 747.2.b
2. 9. Vos autem genus electum, Regale sacerdotium. 770.1.e
2.12. Conuersationem vestram inter Gentes, habentes bonam, vt in eo &c. 572.1.e
3. 4. Sed qui in absconditio est cordis homo. 695.1.d
4. 1. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, vt &c. 592.2.e
4. 7. Estote prudentes, & vigilate in oratione. 550.1.d
4.12. Nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem &c. 522.1.d
4.13. Communicantes Christi passionibus gaudete &c. 846.2.a
4.16. Si quis pat. vt Christianus glorif. Deum in isto nomine. 522.2.e
5. 8. Circuit quærens, quem deuoret, 438.1.b

II. PETRI.

1. 4. Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes &c. 728.2.a
1. 5. Ministrate in fide vestra virtutem &c. 917.2.b

I. IOANNIS.

1. 5. Deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt vllæ. 31.2.e
2. 15. Qui non diligit, manet in morte, 1009.2.c
2. 16. Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis &c. 625.2.a
3. 9. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet &c. 620.2.c
3.15. Qui non diligit, manet in morte, 603.1.b
3.16. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit. 1010.2.c
4. 7. Omnis, qui diligit, ex Deo natus est. 621.1.a
4.10. In hoc est charitas Dei, nõ quasi nos &c. 501.1.b
4.16. Deus charitas est. 321.e & 1018.1.e
4.16. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 634.1.a
4.19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam prior dilexit nos. 1015.1.d
4.20. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrẽ suum odio habuerit, mendax est: qui enim &c. 603.2.d

III. IOANNIS.

1. 5. Charissime fideliter facis, quicquid operaris &c. 849.2.c

APOCALIPSIS.

1. 4. Ioannes septem Ecclesiis. 690.1.a
1.12. De septem candelabris. ibid.
2.17. Vincenti dabo manna absconditum &c. 282.2.e. & 306.1.e
3.15. Vtinam callidus esses, aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiã te euomere. 142.2.a. & 781.1.e
3.20. Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam &c. intrabo ad illũ & cœnabo &c. 730.1.b. 772.1.c. & 858.1.e
3.21. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno, sicut ego vici, & sedi &c. 588.1.c
4.10. Et mittebant coronas suas ante thronum, dicentes. 834.1.c
5.11. Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorũ. 1051.2.c
10.11. Et accepi librum de manu Angeli &c. & erat in ore meo tamquam mel dulce: & cum deuorassem eum &c. 664.1.d
12.1. Signum magnum apparuit in cælo Mulier &c. 878.2.c
13.11. Vidi aliam bestiam &c. habentem duo cornua &c. 407.1.a
14.1. Et vidi; & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo &c. Hi sunt, qui cum mulieribus &c. 565.2.a
14.1. Virgines dicuntur habere nomen Dei scriptum in frontibus suis &c. 566.1.e
14.4. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno. 568.2.e
19.7. Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. 1029.1.d
19.10. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eũ &c. 519.1.e
21.2. Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descẽdentem de cælo à Deo. 577.2.a. & 627.1.d
22.1. Et ostendit mihi fluuium aquæ vitæ splendidum tamquã crystallum, procedẽtem &c. 706.1.b

FINIS.

INDEX

INDEX VOCVM, ET RERVM, QVAE HOC OPERE CONTINENTVR.

A

A, Pręposítio ponitur pro prępositione, Propter. pag. 504.col.2.507.1.littera d. pręposítio pro Præ.825.2.d
Abundantia terrenorum quàm propriè dicatur lectulus,429.2.c
Accubitus quid propriè significet.184.2.a
Christi quid sit.190.1.c
Aceruo tritici cur comparata fidelium multitudo.924.1.a
In Actione aliquando percipitur Dei pręsentia, quę non percipiebatur in contemplatione.155.1.a
Actionum animæ, & corporis quanta sit connexio, 579.4.a
Actiones perfectas præcedere debet contemplatio. 326.1.c
ad Actionem vocat Deus per exhibitionem vehementis desiderij salutis proximi,357.2.c, vocásque, socium, ac ducem se promittit, ibid.
Actiones iusti directæ sunt ad salutem multorum. 675.1.c
Actiui quantis tribulationibus concutiantur in Ecclesia.801.c
remouere haud debent contemplatiuos à quiete, 325.2.b
sunt brachium Ecclesiæ.1000.2.c
Adam donatus est perfectissima sapientia. 60.2.c
in eo introducta est Ecclesia in cellaria scientię.ib.
in eo facta est compos secretorum Dei.61.1.a
introducta etiam est in cęlem empyreum.ibid.
ecclesiæ capite sustentatũ læua humanitatis Christi in sustentatione fomitis iustorum.316.2.a
sepultus vbi infixa fuit Crux Christi,997.2.c
Admiratio est ex ignorantia.988.2.b
est causa scientiæ,& tollitur per scientiam.ibi.c
Admitti vult Deus in iustos per deuotionis ianuam, 776.1.b
per ianuam orationis.ibid.
per ianuam fidei,ibid.c
per ianuas sensuum,ibid.d
ad Aduentum Christi quõ turbetur anima.804.2.c
aduentus Christi in Ecclesiam, & in animam fit per nouæ gratiæ exhibitionem.869.2.a
aduentum secundum Christi quam ardenter optet iustus.981.2.d
Adolescentularum triplex genus.48.2.d. animæ incipientes.ibid.proficientes.49.1.a. perfectæ,ib.c
Adulatores vulpes paruulæ, & quomodo capiendi. 411.2.a
Ædificium spirituale quomodo in nobis cõsurgat. 1034.1.b
Æmorrohissa traxit Christum ad se.58.1.a.& 641. 2.c
Aemulatio duplex.1007.1.b
æmulationis vocabulum pro inuidia.1013.2.e
Aeternitatis hieroglyphicum circulus.185.1.e
Affectiua via aptior ad vniẽdum animam cum Deo, quam studium intellectus.627.2.c
Affectus habent proprias voces, & quales sint. 418.2.c
in vno tantum Deo collocandi.399.2.d
peccatoris sunt cardines,& manubria pessuli,quo eius cor obseratur Deo,810.2.c
piæ animæ quomodo pedes pulchri.914.1.b
iusti quomodo pulchri in calceamentis.ibid.2.a
in Affectibus iusti laudatur in primis iugis operatio.914.2.c
affectuum in spiritu qualia esse debeant exercitia ibid.d
affectuũ moderatione anima fit filia Dei.914.2.a
in Agricultura spirituali diuersus ordo ab agricultura ordinaria.368.2.a
Alæ cur dentur amori, curvè charitati.1017.1.e
alarum vocabulum in Scriptura significat & flammas,& sagittas.1014.1.e
alas amissas recuperat anima per Christi intuitũ. 884.2.c
Albedinem,& dealbationem Ecclesia habet ex innixione super Christum.988.2.d
Alimenta corporea sunt indigniora doctrina spirituali.674.2.c
Allegoriæ duplex genus,Præf.num.8.
allegoria verborum qualis sit.ibid.
Almah.vox Hebraica quid propriè significet.46.1.a
Amandum nihil præter Deum.827.1.a
Amantis carnalis, & spiritualis differentia.328.2.c
Ambulare Dei in pia anima quid sit.680.2.b
ambulans in eadem quomodo voluptatem ex illa capiat,ibid.c
Amicitiæ species tres.74.1.e
in amicitiis eligendis quã diuersimode se habeant Deus ac homines.212.1.a
Amicam Dei dici præstantiùs est, quàm dici eiusdẽ filiam.262.2.a
amici Dei debent esse prompti ad Euangeliũ prædicationem.353.1.b
amici inuitati ad sponsi conuiuium.754.1.c
amicorum,& charissimorum discrimen. ibid.e

amico-

amicorum nomen pro æmulis.1049.2.a
amicum quò dignoſcere poſſimus, neceſſe eſt præcedat illius amor.335.1.a
amicus fidelis eſt hortus concluſus, & fons ſignatus.683.2.c
Amminadab, cuius recenſentur quadrigæ, quis fuerit.899.2.d
Amor Dei cur explicatur vocabulo vberum.76.1.c
amoris funiculi, quibus Deus traxit homines, fuere humanæ miſeriæ, paſſiones, & mors, quæ propter homines ſubiit.53.1.b
per eoſdem Chriſtus abſtulit ab homine omnia impedimenta, vt is facilè currere poſſet poſt ipſum.ibid.c
amoris Diuini quanta ſit vis.646.2.b
amoris vires ingentes.441.2.c
amoris vis quanta etiam in Deum.372.2.d.e.411.1.e & 418.2.d.
Amor noſter talis eſſe debet in Deum, qualis eſt amor Dei in nos.419.1.a.amicitiæ quis.74.2.a.ingens facit deſiderare vel vmbram amati. 286.2.a
Amoris languor eſt dulcis quidam ſomnus.322.2.d
eſt vehemens deſiderium vitæ æternæ.311.2.a
eſt tædium quoddam animæ.ibid.b
eſt defectus carnis ob vehemens deſiderium æternitatis. ibid. eo languore anima fit languida ad terrena.ibid.c
amore Dei languens totũ ſeſe in Dei manus proijcit inſtar pueruli in ſinum matris.317.2.c
Amoris languori Eccleſia ſuccurri ſibi poſcit cõuerſione fidelium, & vitæ integritate.305.2.b
languor qualis ſit.306.2.e
febre languens eccleſia vna cum deliquio, mortali ægrotat languore, & quomodo.305.1.c
Amor, & deſiderium vehementius impellunt amantem ad quærendam rem amatam.127.2.b
Amor proprius, & charitas vt contraria mutuò ſeſe expellun t ab anima.298.2.a
iuſtorum quomodo totus eleuetur in Deum, 416.2.a
amor iſte dicitur virgo, quia ad vnum Deum.ibid.c
apud Plutarchum appellatus Dictator. 296. 1.c
Ordinate amandus.302.2.b
Amoris vox eſt vox turturis, quæ in Patria auditur. 373.1.b.hanc vocem quis audiat.ibid.d
per Amoris gladiũ ſancti abſcindũt peccata.488.1.a
ad amoris perfectionem concurrunt tres actus. 458.1.d
amoris ſimulacrum Chriſtus in præſepio. 513.1.e
amore perfectiſſimo Deo vniri ſtudet iuſtus. 458.1.e
Amor inſtar ignis, & inſtar humoris è terra aſcendere dicitur.599.2.b
amores piæ animæ ſunt directi in vnum Deum. 602.2.b
Amor quomodo vulneret cor.633.1.c
quomodo auferat cor amanti.634.1.e
quomodo cor tribuat amanti.ibid.2.a
cauſat maximam fiduciam, & ingentes animos in amante.ibid.b
quomodo cauſet Ecſtaſim, & Raptum.ibid.c
amoris noſtri non eſt proportionatum obiectum, vel mundus totus.416.2.e
amor duplex, concupiſcentiæ, & amicitiæ: & vtroque à nobis diligitur Deus.398.2.e
Amor ſentitur magis, cum amatum eſt abſens.815.1.e
ſimilis morti, & quomodo occidat, 1008.1.c
riualem ferre nequit.ibid.d
ardet, & vrit.1015.1.c
Amori datæ alæ ab antiquis ad deſignandam inconſtantiam illius.1017.1.e
cur ab antiquis ſit tributus ignis.1018.1.d
Amoris proprium eſt, vt liquefaciat, & quomodo. 817.1.c
vires.1007.2. b.& 1008.1.e
menſura, languor, & defectio.825.1.e
cauſa potiſſima amor.1015.1.c
per amorem Deo inhærere quomodo optet pia anima.978.2.e
Amor, vide charitas, & dilectio.
Amare, vide diligere.
Angelus quomodo Chriſtum confortaſſe dicitur. 261.2.d
Angeli fuerunt equi, currus, & equitatus, quibus Deus pugnauit aduerſus Pharaonem.164.1.b.& 167.2.a
illis quomodo ſimilis pia aĩa. 164.2.a.& 167.2.c
pugnant in anima, vt in illa deſtruant vitia.118.2.b
ponunt eam cuſtodem ſenſuum, & dogmatum diuinorum.ibid.c
procurant piæ animæ progreſſum in ſanctitate. 183.1.c
cur dicti filii, ſeu filiæ Dei.259.1.e
ſic dicti, quia tamquam filij Deo ſemper aſſiſtunt. ibid.2.b
aſſiſtentes menſæ Dei Patris aſſiſtunt Eccleſiæ.ibidem.d
aſſiſtunt Deo, & Eccleſiæ diuerſimodè.ibid.
qua ratione dicantur ſpinæ. 260.1.a
inſtar ſepis circundant Eccleſiam.bid.b
illorum ſepem Deus deſtruere dicitur permittens, homines illam deſtruere.ibid.c
illos peccatis ſuis expellunt homines.ibid.
ijdem cuſtodiæ etiam impiorum à Deo aſſignati. ibid.e
ita Eccleſiam cuſtodiunt, vt tamen tribulationes à Deo immiſſas ab ea minimè arceant.260.2.b
quomodo tunc cuſtodire dicantur fideles.261.1.a
in tribulationibus recreant nos vmbra conſolationis.ibid.b
illis inferiorem ſe exhibens Chriſtus, ſaliit in montes, & tranſiliit colles.339.2.a
ab eorum miniſterio quòmodo diſcrepet Chriſti miniſterium.ibid.d
eorum munere fungens Chriſtus, illos ſuperauit. ibid.b
collium nomine vocati in ſcrip.337.1.d
& cur ſic dicti.ibid.e
dicti montes, & colles.338.1.a
ab illis edoceri rationes Incarnationis expoſcit anima.289.col.7.c
ſunt vites florentes, & exhibentes odorem doctrinæ.383.1.c
delectantur, noſtris ſermonibus de charitate. 1053.2.d
deferunt illos ad thronum Dei. 1054.1.a
faciunt in cœlo vnum corpus cum Eccleſia triumphante.1051.2.d
ab illis accipimus flores doctrinæ, fructus vero à Deo.383.1.d
Quomodo in cœlo dent odorem iuſtis. ibid.
eorum cuſtodia eſt cauerna maceriæ. 396.1.c
illorum ſedes vacuæ ſunt cauernæ maceriæ. ibidem, 2.a
quomodo capiant noſtras prauas cogitationes. 411.2.b
ita Deo proximi ſunt, & ſimiles, vt illis cognitis ad cognitionem Dei accedamus.451.1.e
per eorum opem inuenimus Deum.452.1.a
ab eis non expectanda Dei cognitio.ibid.b

illorum curæ Deus iustos commendat.758.2.b
ab illis quomodo se dicat inuenta anima, quæ illos semper habet adstantes.450.1.c
eosdem quomodo pertransire dicatur pia anima, ibid.d
eorum cōsolationem illi Deus exhibet, cui se inueniri non negat.444.2.c
ijdem quomodo inuenire animam dicātur.445.1.b.& 446.1.b
ij quomodo vigiles.446.1.b
quomodo dicantur fortes, & ex fortissimis Israel, dum adsunt tribulatis.475.2.a
quomodo custodiant iustum, dum est in tribulatione.ibid.c
eorum fortitudo est in recto vsu gladii verbi Dei, 483.1.e
cum alijs Angelis præliantur, & quale sit istiusmodi prælium.ibid.2.e
præliantur & cum dæmonibus pro anima tribulata, & quale sit hoc prælium.484.1.e
quomodo dimicent cum hominibus pro eadem anima.ibid.2.b
adsunt animæ promptissimi ad ei opem ferendā, ibid.c.& 488.2.b
illis manifestatur per Ecclesiam ea Dei sapientia, quæ res magnas efficit per contraria secundum Nyssenum.648.1.a
Secundum eundem ijdem vident Christū per Ecclesiam.ibid.b
eorum soror est anima sancta propter cognationē impassibilitatis, & sponsa propter coniunctionem cum Verbo.ibid.d
sunt custodes Ecclesiæ, & animarum.644.1.b
quomodo piam animam percutere dicantur.ibidem.c.& e
quomodo custodes Ciuitatis, quidve boni efficiāt in hac custodia.644.2.c
sunt cincinni Dei, per quos ad nos deriuat notitia diuinorum.783.1.e
quomodo nudare dicātur piam animam.822.2.c
causant animæ simplicitatem, vt Deū videre queāt, ibid.b
sunt comæ Christi, & quales.836.2.d
Angelicam naturam imitari debemus in studio charitatis.328.2.e
Anima vnde propriam nobilitatem arguere debeat, 154.1.a & 156.2.c
anima sancta oritur flos, & lilium ex campo naturæ nostræ, quave ratione è terra ascendat vt lilium.257.2.d
glorificata est tota pulchra, & sine macula.622.2.e
inuitat Deum ad comedendum sua opera in ipsa in suimet commodum.729.2.d
quæ est Christi sponsa, quàm sit bona.998.1.c
Anima iusti. Vide Iustus.
Animarum status tres diuersimode inuitantur, ad conuiuium diuinæ dulcedinis.763.2.d
Animi motus omnes comprimendi.813.2.e
animus iusti est Rex.938.1.a
animus, quem diabolus non tenet subiectum, dicitur à Deo terra nostra.373.1.a
Annæ viduæ vox, & oratio vox turturis.372.2.c
Annuli antei ad quatuor designanda deferuntur in manibus.850.2.a
Annulum ad quid deferebant antiqui.998.2.c
in digito annulari est veluti corona cordis, ibid.e
a viro datur sponsæ, vt illa obsignet, quæ eius curæ commissa sunt domi.999.1.c
Apes sunt hieroglyficum virginitatis.170.1.e
Apostoli pugnauerunt in Ecclesia, & contra Ecclesiam, vt in illa destruerent infidelitatem, & malitiam.118.2.a
vinearum custodum eam posuerunt, dantes illi libros sacros.ibid.c
per eorum prædicationem mundus conuersus.46.2.b
eorum prædicationem retardare aliqua poterant, quæve illa essent.353.2.a
quanta celeritate orbem peragrarunt.352.2.a
celeritas ista ex amore orta est, ibid.2.c
ijdem instar nubium, ibidem.a. & instar columbarum, ibid.b
a prædicatione duo illos præpedire poterāt, timor mundi, & lex Mosis; quæ ambo per Christum remota fuere.360.1.d
eorum doctrina magnifacienda, quia est à Christo, qui illos dilexit.77.2.c
ea est cauerna maceriæ.396.2.e
ab eis quomodo de diuinis erudita sit Ecclesia, 448.2.b
ijdem quomodo maceria.396.2.e
in conuersione infidelium antequam illos comederent, mactare eos debebant.728.1.b
præferuntur sanctis veteris testamenti in fragrantia gratiæ, & virtutum.37.1.b
eorum intima ornata diuinis eloquiis.515.1.a
cur tacuerint vsq. ad aduentū Spiritus san.323.1.e
cur illico post Christi mortem excitata eis nō fuerit persecutio.ibid.c
in die Pentecostes quomodo introducti in cælum cellam vinariam.289.col.8.d
inebriati sunt Spiritu sancto.763.1.a
ad prædicandum Gentibus impulsi à Spiritusancto, cum quàm maximè hac in re ancipites essent, 353.2.d
cur dicti vigiles.443.1.d.& 446.1.c
illi, & Ecclesia primitiua quàm aptè fumo comparata sit.463.2.e
ijdem cum essent abiectissimi, simul tamen & potentissimi extitere.464.1.a
eorum abiectio gloriam, & consolationem attulit Ecclesiæ.ibid.b
eos tam magnum progressum fecisse, cum prædicarent mortificationem, mirabile.ibid.2.e
quomodo dicantur currus.161.2.b
sunt equitatus Christi in curribus.166.2.b
& laquearia Ecclesiæ.246.1.b
in Ecclesia præcedunt Prophetas.ibid.
sunt emissiones Ecclesiæ, & paradisus &c.699.1.a
fuerunt grossi Synagogæ.382.1.c
appellati colles.340.2.c
& flores.371.2.a
quomodo vites.376.2.e
cum tribulationibus afficerentur, erant vineæ florentes, lætitiæque signa exhibentes, & odorem dantes bon. exemplorum.377.1.a
erant ferculum Christi.503.1.b
erecti instar turris Dauid.595.2.d
fluuii aromatum.723.2.c
ijs est similis pia aīa in duplici profectu. 166.2.d
eisdem est similis Ecclesia per imitationem.ibid.e
Apostolorum Ecclesia posita est custos in vineis Gentium à Iudæis.107.1.d
quomodo in ea decolorata fuerit.ibid.2.a
Apostoli post Christi ascensionem quomodo se gesserint cum Maria.822.1.b
sunt comæ, & corona Christi.836.1.d
dicti nigri ob peccata ante conuersionem.837.1.b
dicti sunt manus Christi.852.1.d
sunt crura Christi, & columnæ marmoreæ.857.1.d.& 858.2.c
in motu peragrationis per orbem quomodo dici potuerint columnæ, quæ stabiles fundatæ sunt super bases.857.2.a

super

super quibus basibus fundati essent.858.2.c
in die Pentecostes facti vt botri vineæ.951.1.c
pectus,& murus erant Ecclesiç.1033.1.a
fuerunt & vbera,& turres Ecclesię. 1038.1.d
charitatem in primis prædicabant.ibid.e
fuere vbera Christi sicut turris.1041.2.b
Appetitus sensitiuus laudatus in pia anima. 920.2.c
cur significatus metaphora vmbilici.ibid.
capacitatis est maximę.921.1.a
similis lunę plenę.ibid.
Aquarum metaphora designantur tribulationes, 1023.1.b
Aquilonis vocabulum male sonat in Sacra Scriptur, 713.2.c.& cur.714.2.a
hic ventus hortis infestus dicitur.713.2.d
idem quomodo proficuus hortis.714.1.b
idem aliquando bene sonat in scriptura. ibid. 2.d
Arbor plantata in cordibus nostris Christus, quousque proferat fructus.286.2.c
scientiæ boni, & mali fuit ficus secundum aliquos. 376.2.c
Arboribus spiritualibus vita iuncta est cum floribus & fructibus,ita vt quæ his carent, careant & vita.407.2.b
Argento qua ratione designetur partus, & proles Mariæ.181.2.a
Aridam se sentiens anima quid à Deo petere debet. 317.1.a
totam se consignare debet in Dei manibus suum comprimens intellectum,ac voluntatem.ibid.c
in Ariditate spiritus constituta anima quantis concutiatur molestiis.72.1.d
ea expulsa immittit Deus in piam animam dulcedinem Spiritus sancti,efficiens,vt iucundè bonũ operetur.724.2.a
Arma appendendi in arcibus mos antiquissimus. 576.1.d
Aromatum montes qui.1050.2.b
Articuli in lingua Græca,& Italica addunt vim nominibus.146.2.d
Ascendente Christo in cœlum quomodo remanserint Apostoli.816.2.a
Asyndeton quid sit.974.1.b
Attributa Dei sunt illius comæ.836.2.d
Auarus,cum tangitur in diuitiis, tangitur & in corde.800.1.c
Aureolę quomodo designentur per Murenulas aureas,&c.178.1.e
Aures Dei sunt aures fidelium.400.1.c
Aureum dici solet id omne, quod sit pulchrum. 831.1.e
Aurum variis epithetis insignitur in scriptura ex locis vnde aduehebatur.831.2.d
Auster aliquando male sonat in scriptura, idemve est hortis infestus.714.2.b

B

Balsamũ prouenisse in vineis En-gaddi.200.1.c
Eius planta est instar vitis.ibid.2.a
per Baptismum Ecclesia similis curribus Pharaonis. 167.2.c
ob illum Christus est botrus Cypri gaudio resurrectionis.209.1.c
eo introducimur in domum vini.204.1.c
haud dicendum fontem signatum.685.2.b
est Libanus, è quo fluunt dona Spiritus sancti, & intelligentia scripturarum.713.1.c
est similitudo mortis,& sepulturę Christi.707.2.c
ob eum Ecclesia dicitur puteus aquarũ viuentiũ. ibid.b
quoad eundem Ecclesia non tam est fons, quam puteus,ad quem baptizãdus accedere debet,& haurire aquam.708.1.c
eius ablutio quo dicta sit lotio lactis.839.1.c
in Baptismo anima induta simul,& exuta est.795.2.a
sugimus vbera Ecclesiæ.981.1.a
excitata,& sponsata est aia, vbi & genita.998.1.a
per baptismum Christo nihil ablutum fuit impuritatis.839.1.d
Baptismali candore progrediens anima admirationem sui causat.992.2.b
Baptizatus nuper optat trahi à Christo,vt currat in odorem resurrectionis eius.58.2.a
Beatorum consolationes percipi nequeunt in hac vita.41.1.d
Beati in cœlesti patria à Deo pascuntur triplici pastu.128.2.e. Primo, ex his, quæ ab eis seminata sint in vita.ibid. Secundò,liliis per visionem humanitatis Christi, B.Virginis,aliorumque sanctorum.ibid. Tertio,adipe frumenti visione diuinæ essentiæ.ibid.
illis communicauit se Deus vt Sol in meridie. 129.2.c
in patria duobus oculis duas videbunt columbas, Christum, & Spiritum sanctum.221.2.a
ex eorum felicitate quomodo Deus dicatur percipere delicias.402.2.c
florent in æternum in Patria ob iuge desiderium, quo in ipsamet visione desiderãt videre.692.1.b
in iis tres actus Visio, saturitas, & desideriũ sunt quodammodo vnus actus.ibid.c
Beatificans electos comedit Christus fauum cum melle.664.1.d
Beatitudo Patriæ quibus actibus fiat consummata. 119.2.c
eadem est potissimum in visione diuinæ essentiæ. 130.1.b
designatur per conuiuium.185.2.a.& 751.1.b
cur dicatur domus.243.1.a
est domus communis Christo atque beatis.ibid.b
beatitudinem vt sic quærens, quærit Deũ.431.2.c
quàm insipienter quæratur ab anima in rebus mũdanis.439.1.a
ad eius requiem non peruenitur, nisi per labores, & ærumnas.502.1.a
Beatitudo cælestis quam rectè explicetur metaphora comestionis,& potus.760.1.c
quas congruentias habeat magis cum sensu gustus,quàm cum sensu visionis,ibid.2.a
exprimitur sensu gustus ob eximiam voluptate.ib.
secundo ob vitam,quam exhibet.ibid.c
tertio ob possessionem boni, quo fruimur.ibid.d
quartò ob commensurationem eiusque.ibid.e
quintò ob penetrationem diuinæ essentiæ. ibidé. col.2.a
sextò,quia sine medio.ibid.b
septimò,ob vnionem cum Deo, quã exhibet.ibi.c
octauò,quia excludit omne malum.761.1.e
huius gaudium dicitur ebrietas propter copiam, & cumulum.ibid.b
ad illam dirigens perfectos, & imperfectos Christus bibere dicitur:sicut,cum perficit sanctum eo eundem desiderium dicitur comedere.753.2.d
beatitudine sua propriè solus Christus dici potest beatus.751.1.c
Bellum,quod suscitatur à pia anima,est summa pax. 87.1.b
intestinum quàm sit graue,ac miserum.115.1.b
Vide Prælium.
Benefaciendi nobis Deus quamlibet vel minimam arripit occasionem.502.1.a
Beneficiorum suorum commemoratione, quàm delc-

delectetur Deus.73.1.d
eorum memoria quàm vtilis.ibid.e
ob ipsorum copiam dicuntur vbera Dei.ibid.2.a
conferunt ad virtutum.ibid.c
cur amorum nomine appellata.74.1.a
Beneficia Dei cur dicantur vnguenta optima.29.1.b
in singulis eorum sunt plura beneficia.ibid.
eorumdem tanta est multitudo, vt in illis reperiri nequeat ordo.292.2.c. qui tamen ordo reperitur in sac.Script.ibid.d. sunt sagittæ, quibus vulneratur homo.308.1.b
eorum quatuor præstantiora, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, & cœlestis gloriæ hereditas.773.1.c
vt capilli e Dei charitate prodeuntia qualia sint.834.2.a
quomodo nigra dicta sint, & simul sint Deo gloriosa.ibid.c
Beneficia sunt indicia amoris interni.1015.1.e
ad amorem accendunt etiam inimicos.ibid.
sunt alæ amoris.ibid.2.a
sunt sagittæ amoris.ibid.c
terrena sunt exigua, breuia, & damnosa.73.2.b
Beneficiis animam pulsat Deus.771.2.a
Beneficium eò maius, quò magis ab amore procedit.29.1.e
Benignitas Christi est guttur illius.864.1.c
Blasphemandi Deum, eiusque seruos sunt causa mali Christiani.778.2.c
Blasphemiæ Iudæorum sunt ros super caput Christi.784.1.d
sunt sicut ros super caput Christi: quantum enim in eis est frigiditatem Deo inferunt.779.1.a
ex ignorantia simul, & malitia proueniunt.ibid.b
Bonitas moralis absque gratia non facit animã Deo amicam atque propinquam.877.1.a
Dei, quomodo Deum quodammodo subiiciat doloribus inferni.1009.2.a
Bona omnia, quæ sunt in mundo, sunt emissiones Mariæ 699.1.c.in primis gratia omnis, omnisq; virtus.ibid.
nostra omnia ex Deo proueniunt.734.1.e
Deo exhibenda.730.2.b
Bonum, & pulchrum quomodo differant, cum re idem sint.654.1.e
Botrus Cypri quid.200.2.b.& 207.2.c
est Humanitas Christi, eiusve Ecclesia, 208.1.b
nec non & incipientes vitam spiritualem, ac Cathecumeni.ibid.
Botrus Copher est botrus balsami.200.1.c
ex Brutorum consideratione anima cognoscit, quã præclaris donis naturalibus decorata sit.154.1.b & 156.2.e

C

CÆlestis patria cur vocata nomine cellariorũ.65.1.b.& 66.2.a
per fidem in ea introducimur.ibid.d
quàm magna sit illius quies, & pax.129.
eius fœlicitas designata per pastum meridianum.134.1.c
in ea Christus pascit, & cubat in meridie.ibid.d
qua ratione in ea sint vna, & plures domus.242.1.e
eius exemplar est in concordi fratrum congregatione.263.1.c
quomodo sit cella vinaria.289.1.a
illius gustus quidam exhibentur iustis in hac vita tanquam flores præcedentes fructus.371.1.b
est terra nostra.373.1.e
ad eius gaudia exprimenda trium duntaxat sensuum, visus, auditus, & olfactus obiecta recensentur, & cur.ibid.2.a
in ea sũt vna, & plures beatitudinis gloriæ.380.1.a
est lectulus Salomonis, quem ambiunt sancti quique.477.2.c.in hac vita quomodo illum ambiãt.478.1.a
cur illam sponsa appellet domum matris potius, quàm patris sui.457.2.d
est domus matris nostræ, & cubiculum, & donec Christum in illam introducat, iustus non dimittit eum.460.2.b
in ea sunt tres fontes maximè spectabiles, diuina essentia, humanitas Christi, & B.Maria.711.1.c
in ea perpetuo cantabitur canticum benedictionis.1051.2.c.& 1052.1.b
ad illius conuiuium inuitantur Sancti. 867.2.e
Cælestia semper spectare debemus.763.2.e
cœlestium amore Ecclesiam repleuit Christus moriens.515.1.d
Cælestes Spiritus, tam homines, quàm Angeli capreæ dicti, & ceruí.330.1.b
Cælum quomodo maceria, in qua per meditationẽ vnicuique licet sibi excauare cauernas.397.1.c
in cœlum nemo admittitur, qui non nitatur in meritis Christi.65.1.a
per spem, & tolerantiam tribulationum in ipsum introducimur.66.2.e
Cæli dicti montes aromatum, & cur.1051.1.c
Cænobitæ sunt præstantissimum monachorum genus.504.1.a
Calceaméta Ecclesiæ præparatio Euãgelii. 913.1.d 1014.2.a.e.915.2.c
pedum Ecclesiæ quæ sint.913.1.e
Calceamẽtorũ laus quàm eximia in femina.912.2.d
Canalium vocabulo significatæ vittæ.934.1.c
per Candelabra aurea cur designata Ecclesia.79.2.c
Candor, ac nitor pro eodem sumuntur sæpe in Scriptu.828.2.a
Christi, splendor est lucis.830.2.b
animæ haud est à natura, sed à gratia.992.1.e
Canticorum liber secundum aliquos scriptus à Salomone in vltima ætate. Præfat.1.nu.2.
probabilius esse, vt ab illo in iuuentute, antequã peccaret, fuerit conscriptus.ibid.3
idem est Propheticus.ibid.5.
quoad scopum, & materiam eiusdem errores qui fuerint.ibid.
nuptias filiæ Pharaonis nullatenus esse scopum, & materiam huius libri.ibid.
eædem an fuerint saltẽ occasio Salomoni, vt hunc librum conscriberet.ibid.6
verus Salomonis scopus in eo quis fuerit.ibid.7
allegoria huius libri qualis sit.ibid.8.
libri huius Auctor Spiritus sanctus, cuius instrumentum fuit Salomon.3.2.a
Canticum Canticorum liber carmine est compositus.Præfat.num.9.
est compositus in modum dramatis.ibid.378.1.b
est distinctus in actus quinque.ibid.in præf.
est carmen bucolicum.ibid.10.
in eo duo sunt præcipui sensus, alter soni litteræ, alter, qui verè dicitur litteralis.ibid.12.
eius sensus spiritualis est triplex.ibid.
a lectione huius libri iuniores arcebantur lege antiquorum Hebræorum.ibid.14.
eius lector, & Auditor debet esse accensus charitate.ibid.& 1053.2.c
ex eius lectione, & intellectu accendimur charitate.Præfat.num.15.
eius explicandi tres esse modos.ibid.16.
actoris præsentium commentariorum quæ sit ratio explicandi.ibid.18.

quem

quem in eisdem feruet ordinem.ibid.19.
in his commentariis qualis facta sit catena Patrũ. ibid.20.
stilus qualis.ibid.21.
eorum longitudinis excusatio.ibid.
Canticum Salomonis quibus Canticis præferatur 2.col.1.d.
excellit omnibus aliis canticis ob beneficium Incarnationis,quod in ipso tractatur, ibid.2.b
& ob coniunctionis animæ cum Deo beneficium, de quo in eodem agitur.ibid.c
canticorum caput octauum est peroratio totius libri.974.
quàm ea congruat cum exordio eiusdem libri.pagina.975.2.c
in Cantico isto à Salomone seruatus decor honestatis.919.1.b
Canticorum liber cõflatus instar monilis.1050.1.c
in hoc Cantico quale exhibeatur drama. 1053.1.c
Canticum quale cantandum sit in cœlesti patria. 151.2.c, 152.1.c.& 1054.1.a
Capilli sunt hieroglyphicũ Religiosorum. 538.1.b
quomodo gignantur,& crescant.542.1.c
de capillis mulierum velandis explicatur Apostolus.543.2.c
densi,crispi, & nigri bonam corporis habitudinẽ signant.853.1.a
nigri probantur in hominibus.ibid.
Caprea typus gratiæ.334.1.b
habet in se humorem, quo visus iuuatur.341.2.a
Caprarum prærogatiuæ descriptæ.544.2.d
similitudo cur in encomio capillorum adhibita. 885.1.d
Caput Dei est Deitas,& bonitas, charitasve illius. 778.1.a
Cardinales quomodo fulciant Ecclesiam Romanã. 491.2.a
sunt comæ Pontificis sicut purpura Regis.936.2.a
Carmelus pro cocco vsurpatus.992.1.e
Caro significata nomine calceamentorum.915.2.a
Casti sunt lampades dilectionis.1022.1.b
Castitatis pulchritudo signata per pulchritudinem calceamentorum Ecclesiæ.915.2.c
virtus laudata.918.1.c
prædicatio vox turturis.572.1.d
Cathecumeni nigri,& formosi per pœnitentiam candidi per baptismum.88.2.c
quomodo debeant introducere Christum intra se. 289.col.6.c
Cautela quanta necessaria in cõuersatione. 267.2.e
Cedrus quid sit.241.1.c
eius proprietates aptantur quatuor proprietatib. Sacræ Scripturæ.ibid.d
Cella triplex aromatica, vnguentaria, & vinaria. 289.col.8.e
Cella vinaria Mons Sinai.289.col.6.a
domus sapientiæ.ibid.d
mysteria corporis Christi.289.col.7.a
est ipsemet Christus.ibid.c
est Ecclesia.ibid.d
sacra Scriptura.ibid.col.8.a
studium contemplationis.ibid.
studium orationis.ibid.b
cœlum.ibid.c
& locus, vbi datur Spiritus sanctus. ibid.c
Cellariorum vocabulo quid significetur.60.1.d
Ceruus typus amoris.334.1.b
Chananea traxit Christũ ad se,& quomodo.58.1.b
Charismata spiritualia cur iusto hic dẽtur. 319.1.e
Charitatis doctrina præstantior quacunque cura temporali.28.1.b
eius vbera redolent suauissimum odorem per sancta vbera,& exempla.36.2.d
Charitas Christi immensa est vnguentum effusum in morte illius.44.2.a
impediri nequit sicut & mors.1013.1.d
quomodo dicatur dura sicut infernus. ibid.2.a & 1011.2.c
exhibita super Cruce dicitur lampas habẽs plures lampades.1016.1.a
extingui non potuit passionib.& morte.1020.1.e
compensari nequit alia re, quam charitate.ibi.2.a
excitat genus humanum per pœnas sibi illatas post cibum arboris vetiti.995.1.d
Charitas Dei superauit infernum, cum Christus in illum descendit.1008.2.e
in homines quanta sit.74.1.d
in creaturas nititur charitati Dei erga seipsum. 512.1.d
per charitatis pompam, quam Christus proponit in Cruce,charitatem à nobis amplexandam indicat.ibid.2.e
per eam superantur omnia vitia.ibid.
eius præceptum maximum quomodo positum sit medium in Scriptura Sacra.515.2.a
est lac imperfectorum.516.1.a
est media; quia cibus non incipientium,aut perfectorum,sed proficientium.ibid.
est ornamentum omnium virtutum.ibid.b
propter imperfectiores posita est in medio Ecclesiæ,vt communis sit vniuersis.ibid.c
est vestis,& ornatus nuptialis Christi, atque piarũ animarum simul,523.2.c
eadem quomodo,& quale sit diadema. ibid.e
eius vnico feruenti actu pia anima fit mater, & sponsa Christi,eundemve coronat.524.1.b
in eodem actu summum est gaudium tum Christo,tum animæ.ibid.2.a
Charitas nostra a Charitate Dei,& Christi.76.1.d
producitur per gratiam, quæ nobis confertur. 419.2.a
cur charitatis alienæ potiùs quàm suæ meminerit sponsa,cum dixit:Ideo adolesc.dilex.te.47.2.a
eadem dici potest causa, & effectus eiusdem rei. 48.1.b
Charitas duplex erga Deum consideratur in anima. 55.2.c
quanam eum trahamus ad nos diligendos.ibid.
quam congruè dicatur Deus trahi à charitate animæ.56.1.a
Charitas superat omnem molestiam.199.2.a
facit omnia communia.59.1.d
eius fragrãtiã habemus si singulis creaturis.75.1.b
eius in Deum excellentia super dilectiones creaturarum.74.2.e
est oleum effusum, per quam à Christo dicimur Christiani.44.1.e
ea diligimus Deum amore amicitiæ.ibid.2.a
idque ob eius honestatem,& rectitudinem.ibid.c
est regula vitæ spiritualis, & omnis rectitudinis. 76.2.a.& 78.1.d
in ea quàm solita fiat pia anima à Christo. 97.1.e
quomodo decoloret animam. 101.2.e
eius igne Christus omnem aliam extinguit ignẽ. 270.1.a
ordo illius duplex.293.2.b
vniuersis eius gradib.nos dilexit Christus.292.2.c
eiusdem duo præcepta quõ vnum sint.ibid.2.e
qua ratione dicẽda sit causa beatitudinis. 294.1.c
Charitas Dei ex toto corde &c. perficietur in Patria.ibid.e
eius præceptum quomodo intelligendum. ibi.2.a
qua ratione vexillum sit in acie virtutum. ibid.d
in ea,& ad eã cõuocati sunt i Eccl.fideles. 295.1.c

charita-

charitatis fraternæ præceptum quomodo nouũ. ibidem.e
quomodo possit illa prouocare ad præliũ.ibid.2.c
pro ea seruanda omnibus neruis pugnandum fidelibus.ibid.b
Non deiicitur, nec superatur tentationibus.ibid.e
eidem reseruatur merces plena bon. operum. 296.1.b
eam vt vexillum, ac itineris ducem sequi debent Christiani.ibid.c
eam elargiri sibi sanctorum intercessione exposcit Ecclesia.ibid.2.e
illius vnio ea esse debet in Ecclesia, vt non confundat membrorum ordinem.297.1.a
per eam sic Deo subiicimur, vt per validissimum exercitum.ibid.2.b
eius infusio qua ratione comparetur ordinationi exercitus.298.2.c
Obiecta illius suo quæque ordine diligenda. 302.1.e
hæc eius ordinatio admodum difficilis. ibid.2.a
Charitas debito ordine præsupponit fidem, & spē. ibid.d.
eius ordo est in ordinata fidelium communione. ibid.e
idem est diligens mandatorum obseruantia. ibid.
est ordinata cura suiipsius, & aliorum. 303.1.a
est discretio adiuncta zelo.ibid.2.a
est multiplex ordo charismatum.ibid.c
est illius plenitudo.ibid.d
est illius stabilitas,ibid.e
Charitas duplex, actualis, & effectualis: quarum oppositus ordo.303.1.b
eiusdem ordo animæ exhibetur, quando admittitur ad contemplationem ordinis, qui est in Trinitate.ibid.c
charitate ordinata Deus dilexit Ecclesiam. ibd. 2.c
dilexitque illam prior ordine.ibid.b
eius febris quomodo afferat deliquium, & mortem.305.2.d
eadem quomodo languorem afferat in exercitiis spiritualibus.308.2.c
eius vulnus quale.642.1.b
hoc eius vulnus est ab instructa acie charitatis. 308.2.e
infligitur pulchritudine ac beneficiis. 309.1.a
huius vulneris dolor quando sentiatur. ibid.c
hic dolor efficit, vt homo ardentius conuertatur in Deum.ibid.d
humanis artibus, ac viribus suscitari nequit. 324.1.c
per eam Christus dormit in Ecclesia tanquam in lecto proprio.325.1.e
tanta diligendus est Deus, quanta is vult. 328.2.a
excitanda per memoriam beneficiorum vt ignis oleo.ibid.c
ipsa est reclinatorium aureum. 502.1.b
nihil illa gloriosius apud homines habet Christus. 508.2.c
Charitatis nomine significatus Christus, & Deus. 329. 1.d
hoc nomine quam congruè exprimatur Deus, vt est in humanitate assumpta. 508.1.a
vnde Deus apud homines sortitus sit hoc nomen. ibid.c
In charitatis igne Christus ostendit gloriam suam in ferculo humanitatis.ibid.2.b
Charitatem pro pompa sua ante se præmittit Christus, cum triumphans ingreditur in aiam. 511.1.e
charitatis simulacrum corpus Christi exanime. ibid.2.b
eam Christus in cruce detulit instar opimorum spoliorum. 511.2.c. & in gloriosum titulum.ibi. d. & vt præstantissimum Dei simulacrum. ibid.e.
eadem quomodo sit Deus Dei. 512.1.a
charitas in homines à Deo quomodo adæquatur essentiæ suæ.ibid.b
ex Charitate similitudine vittæ coccineæ laudatur Ecclesia, quæ est os vnum, & labium vnũ. 563.1.d
Charitas omnis piæ aiæ est directa in Deũ. 602.2.a
est etiam ex Deo vniuersa.ibid.d
est tenera simul, & fortissima, & quomodo.603.1.a
æque ac vbera est turris, ac propugnacula Deo, ac proximo. ibid.
dum pascit pascitur.ibid.e
est læta, atque amabilis.ibid.2.c
in Deum, atque in proximum debet esse æqualis, & tanquam duo gemelli.ibid.d
eius præcepta sunt duo vbera Ecclesiæ.608.1.a
quomodo ædificet, ædificium eleuans.627.1.e
vires habet à Christi sanguine.659.1.a
est ornamentum colli, quo vulneratur cor Christi. 647.1.b
eius vbera sunt præstantiora vino curæ temporalis.658.2.d
charitas est vera sapientia, quæ opponitur hæresi. 714.2.c
quas congruentias habeat cum Austro. ibid.d
optima ea est cũ magna humilitate iuncta 865.1.a.
cur sit dicta aurum.834.1.b
de pluribus vineis vnam facit.963.1.c
decor illius quàm necessarius sit ad perfectam animæ pulchritudinem.877.1.c
in charitate proximi situs animæ decor.ibid.
ea fortior est morte.1010.2.b
Deum occidit, quod per se efficere nequibat mors. 1012.1.a
debellauit mortem in Christo.1010.2.d. superatã irrisit.ibid.e
non solum æquè ac mors animam separat à corpore, sed & separatam arctius iungit eidẽ.1011.1.a
est fortior morte in eo, quòd separata anima à corpore deuincit sensus adhuc viuentes.ibid.d
morte fortior est, cum non consumetur, nec habeat finem.ibid.e
eadem in nullo, qui viuat in hac vita, dici potest dura sicut infernus, nisi per hyperbolim.ibid.2.c
est mors quædam.1009.2.d
communicant sibi inuicem nomina arma, & effectus.1010.1.a
cur dicta fortis vt mors 1013.1.a
separat animam à corpore vt mors.ibid.b
peccato finem imponit vt mors.ibid.
eius terminus mors, ideoque fortis, vt mors.ibid.d
est inuincibilis vt mors, & magis.ibid.
cur dicatur dura sicut infernus.ibid.e.& 2.a
liberans animas à purgatorio dicitur dura vt infernus.ibid.c
nec terroribus, nec blanditiis superatur. 1020.1.c
habet alas columbæ, & alas ignis.1017.2.b
eius alæ sunt duę dilectiones.1020.1.a. sunt & opera.ibid.
eius fortitudo vnde.ibid.b
subiecit Deum morti.1008.2.e
quæ vera est haud superatur tribulationibus, persecutionibus, aut tentationibus. 1024.1.a
pro ea bene omnia flocci fiunt.ibid.b
quicquid absque illa fit, datur, aut toleratur contemptu est dignum.ibid.c
ea succensos, quomodo despiciunt dæmones. 1025.1.a
charitas pro turribus in Ecclesia vt muro igneo, 1038.1.c

Charitate frigescente ob iniquitates multorum, caput Christi eiusve crines pleni rore. 784.1.a
eadem potissimum trahitur ad nos Deus. 824.1.c
Charitati quæ firmissima sit, tribuūtur alæ in Scri, 117.2.a
ei dantur alæ columbæ, & cur. ibid.b
eam habens volat, & firmissimè stat. ibid.c
eius alæ igneæ, & instar flammarum. ibid.
ea flagrantes quàm rectè designati per quatuor animalia Ezechielis. ibid.d
eius volatus quàm celerior, & efficacior volatu volucrum. 1018.1.a
eius impetus quales. ibid.b
eadem cur in scriptura appelletur ignis, ibid.e
quomodo eidem competant ignis proprietates sicut & Deo. ibid.2.a
Charitatis languor qualis. 896.2.d
is causat bonum omne in anima. 834.2.d
duo contraria efficit, debilitatem, & robur. ibi.2.a
eo languens est similis phrenetico. Ibid.
Charitatis proprium quid. 891.1.d
affectus eius suscitat à socordia. 811.2.c
habitus illius quomodo similis vuarum botris. 944.2.c
desideria eiusdem in Patria perseuerant. 964.2.c
studium eius est ascensus in palmam. 950.2.c
stigmatibus illius ferro signari voluit Christus, sicve in manibus suis iustos descripsit. 1003.2.a
duo ipsius præcepta sunt duo Christi, & Ecclesiæ crura. 859.1.c
sunt crura, quibus Deus ambulat in anima. ibid.e
effectus illius præstantissimus est actualis Dei memoria. 1023.1.e
vbera eius validissimæ turres orantis animæ, 1040.1.a
pretium ipsius adæquatum est sola charitas, 1011.1.d
charitatis, & Spiritus sancti notis protestamur Christi seruitutem. 1003.1.d
absque charitate nihil roboris quidquam habet apud Deum. 824.1.c
absque illa virtutes nil prosunt ad vitam æternam, 964.2.b
ex mensura charitatis arguitur magnitudo, & paruitas animæ spiritualis. 1028.2.a
ob charitatem anima terribilis vt castrorum acies ordinata. 894.2.a
super ea fundata sunt itinera Dei in animam, 857.2.d
in Chori psalmodia osculamur Christum. 981.2.c
Chrismatis Sacramentum largitur robur currendi in via Dei. 59.2.b
Christiani mali cur dicantur sodales Christi, & cur greges. 145.2.b

Christus.

Christus est osculum Verbi assumentis carnem. 2.a
ipso nos osculante per incarnationem, osculis pluribus fuimus osculati. ibid.c
tot nobis dedit oscula, quot egit, docuit, & passus est. ibid.d
idem est os Dei. 15.1.a
est vnguentum compositum; quia eius cognitio composita ex notitia Dei, & notitia hominis. 44.1.d
est vnguentum effusum; quia in ipsum ab Ecclesia effusum est vnguentum charitatis. ibid.e
vt vnguentum exinanitum ita à nobis participandus, vt & nos quoque simus odor suauis. ibid.2.d
eum possumus imitari, æquales illi esse nequimus in virtutis studio. 55.2.a
is fuit foris niger, & intus formosus. 90.2.b
aspiciens animam & tribulationes in eam immittit, & à tribulationibus eam liberat. 95.1.a
eius aspectus effectus varii. ibid. & 96.1.c
is nedum est Sol, sed est ipsa lux. 123.2.e
pascit, & cubat in meridie Ecclesiæ præsentis sæculi. 134.2.c. in cathedra Petri. ibid.d. in iustis, vt in meridie. ibid.e, in sanctis Virginibus, & religiosis. 135.1.c
iuuentus in templo quam normam dederit matri, vt ipsum inuenire facilè posset. 155.1.e
pendens ex Mariæ collo fuit pretiosissimum monile. 175.2.e
instar nardi dat odorem suum, cum quid de eius diuinitate exprimitur, 190.1.e
qua ratione sit fraternus, & fratruelis Ecclesiæ, 195.1.a. & 198.2. b
illum duobus modis contemplari licet, vt passibilem, & vt gloriosum. 195.2.c
est nexus, & conseruatio gratiæ, dum est inter vbera piæ animæ, 199.1.b
ob ipsum pia anima contemnit omnia. ibid.a
eum, qui habet alligatum ad cor, nullo membro delinquere potest, nullaque potentia. 198.2. b
eius habitaculum est inter dilectionē Dei, & proximi. 199.2.c. inter sanctos Doctores. ibid.d. inter duo testamenta. ibid.
eundem tenet pia anima inter duo vbera congratulationis, & compassionis. ibid.
Deus, & homo quàm congruè comparetur botro balsami, aut Cypri. 202.2.b
præsentia sua summum gaudium, summumque dolorem simul exhibebat B. Mariæ. 207.2.a
quomodo proficiat in pijs animabus. 208.1.c
licet incipientibus non exhibeat vinum, præbet tamen quamdam odoris suauitatem. ibid.
non est idem in omnibus, sed iuxta profectum animarum crescit in singulis. ibid.e
cur dictus botrus Cypri in vineis oculi tentationis. 209.1.a
præsentia eius corporea quam dulcis, & suauis. 224.1.b
idem est spes nostra. 252.1.d
flos ortus à B. Maria, lilium ex humilibus parentibus. 256.1.d
factus est flos totius mundi pro ligno vitæ paradisi. ibid.e, flos tamen fuit in Iudaico populo, in Gentium verò Ecclesia est & lilium. ibid. vt flos contritus redoluit magis in passione. ibi.2.a. in cœlesti campo flos, post incarnationem factus liliū. ibid.c. idem flos campi, ob corpus, lilium ob salutem allatam mortuis. ibid.d. idem flos campi ob passionem, lilium ob gloriam, quam humilibus exhibet. ibid.e
instar canis venatici se habet in electione iustorū è medio spinarum, ac reproborum. 267.1.c
solus à semetipso bonum protulit fructū. 273.2.d
similitudine mali ad ligna siluarum hominibus tantùm, non Angelis præfertur secundum Bernardum. 255.2.a. Secundum Originem præfertur & Angelis, & hominibus. ibid.1.e, vt homo minoratus est Angelis, quos ipsemet vt Deus subiectos retinuit. ibid.2.b. idem collatus hominibus prauis est vt malus. ibidem e. factus est lignum siluæ, sed fructiferum, vt nobis insertum nos quoque fructiferos redderet ex siluestribus. 276.1.d
elongatus ab Ecclesia quō dici debeat. 305.1.d
quomodo significatus nomine florum, & pomorum. 308.1.c

stans

stans paratus ad nos adiuuandum, stat post parietem nostrum.343.2.c
dum humanas necessitates expertus est, respexit per fenestras,& per cancellos.350.1.b.similis capr. hinnuloque ceruorum ob originem à Patribus.341.2.b
similis capreæ ob discretionem.ibid.c
similis capreæ, hinnuloq; ceruorum ob misericordiam,& iudicium.ibid.
Christi respectum sequitur eiusdem vox, & amor. 358.2.d
proficiens apparuit instar florum.371.2.a
idem instar floris surrexit è terra.ibid.
fuit maceria propter mortalitatem, & petra propter immortalitatem.396.1.c
quomodo in se omnes recipiat.397.1.b
est lectulus Salomonis, in quo sancti quiescunt. 389.1.a
quomodo simul sit & cor,& caput Ecclesiæ, & piarum animarum.599.1.b
eius Synthesis,& liarea qualis.750.2.a
quomodo sit turris Dauid, quæ &c. 595.1.c. & 2.c
ob eius præsentiam anima imperterrita esse debet contra hostes.ibid.1.e
is;ipse quàm facilè vulneretur vt Deus.641.2.d
est cor Dei.645.1.c
est Libanus,è quo aquæ viuæ.713.1.b

Christus.

Christus non soluit calceamenta,quia eius corpus immune à peccato. 915.2.a
vt thesaurus noster quomodo custodiendus. 1002.1.a
candidus innocentia, rubicundus sanguine effuso pro peccatis.830.1.c
candid.in virginitate,rubicũdus in passione.ib.2.a
candidus vt Deus,rubicundus vt homo. ibid.
candidus carne,rubicundus sanguine.ibid.d
candid.& rub. ob sanguinem & aquam è latere de fluentem.ibid.e
rubicundus in passione, candidus in resurrectione.ibid.
candidus in pace,rubicundus in prælio.831.1.a
candid.iis,qui sine peccato,rubicundus iis, qui tẽtationibus purgati sint.ibid.
candidus ob chorum Virginum, rubicundus ob Martyres.ibid.
rubicundus ob Spiritum sanctum,ibid.b
Christi nuptias quomodo aliqui differri exposcat. 1030.2.c
quomodo iuncta fuerint in eo peccatum, & puritas. 828.2.c
in eo duplex natura, diuina & humana,& quomodo.830.2.a
Christus pastor bonus gregem suum ita habuit dilectum,vt sororem paruam.1027.1.a
habẽdus à nobis vt symbolum, & signum militię. 1006.2.b
habendus & pro munimine.ibid.c
in corde, & in operationibus habendus vt signum iugis memoriæ.ibid.d
inuenitur foris, cum in veritate cognoscitur. 981.1.a
ei bonum omne debemus adscribere. 1000. 2.a
in animam vt in palmam ascendit in illius profectu.950.2.c
Christi solicitudo quoad Euangelii pręedicationẽ. 903.2.a
cor est Ecclesiastici corporis.1000.1.c
brachium est Ecclesiastici corporis.ibid.

cur appellatus dilectus ex dilecto,827.1.e
Christus gratis nos illuminat, & gratis munerib. ornat 839.1.a
Christus in gloria dormit,vigilans in sanctis bene operantibus.766.2.e
Christus dormit,cum absens est corporaliter;vigilat,cum est præsens deitate.ibid.
Christus fugit vbera sapiẽtiæ,cum nos erudimur. 980.2.d
Christus pro annulo semetipsum tradidit Ecclesię sponsæ suæ.1000.2.c
est Luna,& Sol.896.1.b
solus sine peccato.831.1.a
dictus electus ex millibus,& cur,ibid.b
in eo id erat omne,quod recreare potest. 860.2.c
eius celsitudo qualis.ibid.c.& 861.2.b
Christus descendit in homines, vt illos faciat paradisos.872.2.b
Christus assimilatus templo Salomonis. 861.1.d
dicitur Libanus electus ad differentiã Libani praui,ac diaboli.ibid.
basis aurea Apostolorum,& Sanctorum. 858.2.e
eius solicitudo pro primitiua Ecclesia, & pro anima incipiente.1030.1.d
in Christo duplex natura.861.2.a
Deus & homo.865.1.c
per eum credentes dealbantur.861.1.b
Christum quomodo induamus.1034.2.b
non discedit,sed declinat à pia anima.866.2.d
incarnatus quomodo suxisse dicatur vbera, Spiritus sancti.930.2.c
in incarnatione similis factus est Soli. 830. 2.c
fugit ab improbis super sanctos.1056.1.d
in die iudicii se exhibebit vt iudicem, & vt sponsum.1028.1.c
actus omnis Christi fuit Patri sacrificium.861.2.a
humilitas eiusdem prædicata.ibid.b
diligit iusti animam amore materno. 888.2.a
ob charitatem in nos, habet nos in deliciis suis. 941.1.d

Christi aduentus.

Aduentus Christi in anima quanta sit celeritas. 336.1.c
aduenìens in animam comparatur Auroræ, & Soli,ibid.d.& imbri.ibid.2.b
temporis aduentus, & conuersationis eius descriptio.370.1.b
aduentus Christi in animas perfectas, & imperfectiores vario modo se habet.340.1.c
per eius aduentum ver allatum est mũdo.370.2.b
aduentus Christi spiritualis in ecclesiam secutus est Spiritus sancti missionem.729.1.c
eiusdem aduentus duo effectus.ibid.2.a
aduentus Dei nouus in piã animam est noua Dei communicatio illi præstita.ibid.c
aduentum Christi qualiter experat pia anima. 425.2.b
Christus veniens in mundum descendit, simul & ascendit.251.2.a
Christi discessus ab Ecclesia,& reditus ad eandem quomodo intelligendus.334.1.c
Christi incarnatio,vide Incarnatio.

Christi conceptio.

Conceptio Christi quomodo tribuatur Spiritui sancto.14.2.d
Christus ab instanti conceptionis stetit in vtero matris paratus ad faciendam Dei voluntatem. 347.1.a

Christi Natiuitas.

Christus nascens sine peccato de carne peccati, ortus est vt flos ex fimo.251.2.b
natus est Rex, simul & sponsus; quia per amorem regnaturus venit.525.2.b
dum cubat, pascit melius, ac tutius.122.2.c
flos in mundi campo impinguato fimo peccati idē ortus est.251.1.e
Christi sodales, cum natus ille est in præsepio quinam fuerint.137.1.b
Vide Natiuitas.

Christi anima, caro, corpus.

Christi anima quomodo reclinatorium in ferculo humanitatis eius.496.2.e
Christi corpus est purpura regis.936.1.b
corpus exanime, pendens in cruce, est simulacrum charitatis.511.1.b
idem tale est, vt Deus quoque illud venerari dicatur.512.2.b.c.
est Christi lectus communis Christo & sponsæ eius.237.1.c
fuit & mons myrrhæ.618.2.b
eiusdem corpus dicitur ascensus purpureus ferculi eiusdem humanitatis.497.1.c
idem sanguine conspersum, & miseriis expositum præseferebat Regiā Christi dignitatem. ibid.c
eidem corpori alligata diuinitas vt gutta in alligamento.198.2.b
Christi caro quomodo paries noster.344.1.c
eadem quomodo collis thuris.618.1.c.& fauus.746.2.d
Christus in carne factus est omnia omnib. 288.1.c
Christus carnem induens, illigauit se vinculis charitatis.198.2.e
Christus carne coronatus, æque ac Sol coronatur fulgore nubis in halone.516.1.c
carnis operimento quomodo pulchrior redditus sit.ibid.2.a
carnis huius corona quomodo & à Deo, & à Maria.517.2.c
cor Christi combustum fuisse igne caritatis, vnde colligatur.510.1.e
idem fornax ardentissima.ibid.2.a
idem est simulacrum charitatis.511.1.b
Christi labia coccinea; quia passionem propriam loquebantur.563.1.b
eorumdem labiorum vis maxima in persuadēdo. ibid.c
per eius oculos quid boni tribuatur aiæ. 884. 2.d

Christi nomen.

Christus tripliciter considerari potest, sicque & triplex habet nomen.38.1.a
Christi nomen competit tribus personarum generibus.41.2.e
Idem quam congruè approprietur Iesu Domino nostro.42.1.b
Sic autem dicitur esse vnguentum; quia plures in se includit dignitates. ibid. d. Et ob singularem vnctionem, quæ per ipsum designatur. ibi.e.& 44.1.c.& ex eo, quòd fideles Christianos reddit, & vnctos, 43.1.e. & propter largam effusionem Spiritus sancti. ibid.2.a. & ob effusionem charitatis in eum.44.1.a
idem nomen post passionem Christi effusum est in omnes Gentes.ibid.b
vnctio, qua vnctus dicitur Christus Iesus, quæ 42.1.e
nomen Christi vnguentum dicitur effusum propter effusionem Spiritus sancti signatam in vnctione, quæ fit in baptismo.44.1.c
Vide nomen.

Christi gratia.

Christus non modo plenus gratia, sed est ipsa gratia, ipsaque virtus, & quomodo. 195.1.c
gratiæ Christi sunt illius comæ.836.2.d
Christi impeccabilitas. Vide impeccabilitas.
Christus solus stetit in vtero matris absque omni peccato.346.2.e

Christi conuersatio.

Christi conuersatio in hac vita fuit quædam aurora.134.1.e
quomodo sicut areolæ aromatum.843.1.e
conuersationem suam extrinsecus ornauit preclaris verbis, & gestis.509.1.b
eius verba, & gesta pretiosiora quibusque gemmis.ibid.c

Christi manifestatio, & opera.

Christus se manifestauit per legem, per Prophetas, ac per Apostolos.349.2.e
in vtero matris quomodo ostenderit se Ioanni Baptistæ.346.2.c
in manifestatione humanitatis manifestauit, & diuinitatem suam.340.2.e
de Christi actionibus, & passionibus fasciculum in corde gestat Ecclesia, & pia anima. 195.2.d. & 199.2.a
solus coniunxit fortitudinem, & arma cum pace, 473.1.c
cur in præcipuis operibus oculos ad Patrem leuaret.512.1.c
Christi operum decor, atque fragrantia quanta, 171.1.c
ob miracula, & eximiam doctrinam maiores sustinuit persecutiones.274.1.d
eius actiones, & passiones vniuersæ vitam conferunt.196.1.a
faciens miracula saliit in montibus.339.1.c
in operibus mirabilibus superauit Sanctos. ibidem.

Christi dignitas.

Christus in corpore passibili Regem omnium miserorum se exhibuit. 497.2.c
regia hæc eius dignitas ex sanguine, & liuoribus eius colligitur.ibid.e
vt homo, est Ecclesiæ Rex, & caput.505.2.c
etiam vt homo præstantior Diis Gentium, Hæresiarchis, & Principibus mundi. 269.1.c
præstantior est Angelis, & quibuscumque Sanctis.271. 2.b

Pulchritudo Christi.

Christus vt homo pulcherrimus ob eximiam sanctitatem.223.2.b
pulcherrimus etiam quoad speciem extrinsecam. ibid.d
eius corpori ab anima communicata est sanctitas, & magnificentia.ibid.e
in eo quantus esset decor, gratia, & venustas. 224.1.d

quomodo

quomodo fuerit speciosissimus, ac suauissimus,& simul sine decore; atque doloribus expositus. ibid.2.c
idem pulcher deitate, decorus humanitate. 228.2.e
Vide pulchritudo.

Christi redemptio.

Christus à primo instanti conceptionis cœpit mysterium redemptionis humanæ.733.1.d.& 2.a
eius anima ab eodem instanti fuit compos visionis beatificæ.ibid.d
collegit in corde suo omnes passiones suas,cum futura salute hominum, metens myrrham cum aromatibus suis.742.2.d
Vide Redemptio.

Christi predicatio, & doctrina.

Christi prędicatione,& miraculis redoluit odor virtutis Dei.43.2.c
postquam baptizatus est, præposuit Euangelium affectui matris suæ Mariæ.433.2.e
quam indefesse indulserit animarū saluti.533.2.b
conuiuio se reficit in conuersione, & salute animarum.734.1.a
quomodo traxerit homines. 52.1.a.&c.ac.2.d
verborum gratia quanta extiterit in Christo.224.1.a.ex quàm aptè dicantur flores.307.2.c
Vide Doctrina.

Christi passio.

Christus cur passus sit.618.2.b
passus est,& resurrexit voluntate propria.ibid.1.d
Passionis tempore fuit lilium inter spinas.267.2.e
in passione ostendit se eum florem,qui contineret florum omnium species.251.2.d
crucifixus est botrus cypri.209.1.a
botrus Cypri idem propter resurrectionem.ibid.& d. Et dum excitat mœrorem pœnitentiæ. ibid.d
ijs est botrus Cypri, quos suæ charitatis igne accendit.208.2.e.& qui in tentationibus minimè Deum offendunt.ibid.
est botrus balsami in vineis En-gaddi ob spiritalia charismata.209.2.c
quomodo in passione destitutum se dicat ab omnibus.261.2.b
in passione reputatus miserrimus hominū.274.1.b
pendens in cruce fuit vt pomū.276.2.b. id vt ob aquam,& sanguinem,quem effudit è latere.ibid.c
idem dictus malus inter ligna siluarum, quia igne charitatis superauit omnem sæculi amorem. 230.1.a
crucifixus cur arbori mali assimilatus.273.1.b
in passione messuit myrrham, bibens vinum myrrhatum.743.2.a
mortuus per obedientiam messuit myrrham suam cum aromatibus suis,acquirens electos omnes. ibid.d
ex illo lancea compuncto profluxit gratia remissionis,& redemptionis,sicut ex ligno balsami cōpuncto suauissimum profluit vnguētum.209.2.b
latronū in medio crucifixus,cognitus est vt Deus. 272.1.c
ij crucifixi cum Christo dicti filii Christi multas ob causas.ibid.2.c
cur dicti ligna siluarum.273.1.a
in eorum medio Christus crucifixus, vt latro censeretur, & scelestus æque ac illi, cuius contrariū

Michaelis Ghislerij.

per eos manifestatum est.ibid.c
inter illos Christo pendēte, manifestatæ sunt eius excellentiæ.ibid.2.a
Christi crucifixi memoria sustentat animam charitate vulneratam.310.2.c
Christi mors, & Ecclesia consepulta cum illo germinabit plures sanctorum ordines.690.2.b
ei adstantes Mater,& Ioannes,causa extiterunt celerioris mortis eius.260.1.c
Christi cor in cruce vulneratum dicitur à pia anima.647.2.c
de eius agonia in horto.742.1.d
in passione ab Ecclesia inuentus est foris, & osculatus.980.2.e.& 981.1.c
in cruce vt lampas super candelabrum.1015.2.d
crucifixo Christo omnem nobilitatem,gloriam,& virtutem adscribere debemus.1001.e
debet haberi ab anima sicut & indumentum. ibidem.2.a
crucifixus in mente, & ob oculos semper habendus.1002.2.a
per eius iugem memoriam seruanda est ipsius imago magnis doloribus nobis impressa.ibid.
crucifixum præ omnibus dilectum portare Christum debemus quasi in annulo.ibid.d
Christus moriens dormiuit,& vigilauit.766.2.d
crucifixi Christi memoria, & imitatione custodire debemus thesaurum timoris Dei,& robur diuinæ gratiæ.1002.1.c

Christi sepultura.

Christi sepulchrum lectulus floridus.237.2.c
sepultura Christi cum vaticinijs Prophetarum est myrrha cum aromatibus eius.743.2.b
in infernum descendens Christus messuit myrrhā. &c.ibid.c

Christi Resurrectio.

In Resurrectione Christus quàm egregiè comparetur flori.203.1.c
post resurrectionem etsi mundo illuxerit dies, nō tamen facta est meridies.134.2.a. tunc inuentus est Christus per fidem in ipsam eius resurrectionem,& ascensionem.451.2.a
resurgentem quàm citò viderit Ecclesia.338.2.d
resuscitatus est Christus in resurrectione, suscitatus in Incarnatione.329.1.e
resurgens Christus non fuit amplius morti obnoxius.794.2.e
Vide Resurrectio,seu Resurgere.

De Ascensione Christi.
425.2.e.& 814.2.c.

Christo ascendente in cælum Apostoli petunt ab illo trahi.58.2.b
post ascensionem Christi quanā ratione se habuerint Apostoli vsque ad aduentum Spiritus sancti. 7.2.d
ascendens in cælum Christus messuit myrrham suam cum aromatibus suis.741.2.d
post ascensionem Ecclesiæ virtus per bonam famā dedit odorem suum.190.2.e
postquam ascendit in cælū Christus haud amplius requiri vult in præsentia corporea.884.2.a

Christus vt caput.

Christus Ecclesiæ caput est vt Carmelus eminēs,& floridum.932.2.d

Christi caput Deus quomodo aurum optimum. 920.1.c
Christus Ecclesiæ caput est aurum optimum ob summam puritatem.ibid.2.a
ita in nobis seruandus, vt seruamus caput.ibid.
est Ecclesiæ caput aureum in viris iustis.ibid.b
diuinitas in Christo cur dicta aurum optimum, 834.2.c.& 835.1.a

Christi Gloria.

Post mortem pluribus gloriis glorificatus est Christus.204.1.c
idem gloriosus quantum gaudij conferat iis, qui ipsum meditatione speculantur.ibid.d
per passiones gloriam obtinuit Christus vt flos cãpi per Solem,& imbres,250.2.d
glorificatus per passionem, humilitatem, & obedientiam, messuit myrrham cum aromatib. suis. 741.2.d
Christo nedum comparata à mundo,sed & prælata tria fortium genera.270.1.e.in quibus prçstantior illis sit,ibid,2.e

Christi Humanitas.

Humanitas Christi quàm pura, quàmve excelsa. 855.2.b
dicitur illius venter ibid.& e
in ea elucebant indicia diuinitatis,ibid.e
est decus,& pretium totius humani generis, ibid.
humanitas Christi murus fortissimus,1041.2.b
est caput mystici eius corporis,819.2.b
humanitas Christi aurora,Luna,& Sol,496.1.b
humanitas Christi una Dei columba,perfecta.890 1.e
humanitas in Christo decorauit quodammodo diuinitatem.830.1.b
Vide litteram H.Humanitas.Christi.

Christi Virtutes.

Christus quomodo sit ipsa virtus.35.1.c
virtutum, ac gratiarum eius excellentiæ, 34.1.b, & 2.a
sunt causa virtutum nostrarum.ibid.2.e
virtutes omnes in illo fuerunt perfectissimo modo.77.2.a
quicquid eius est,virtus est.420.1.d
doctrina,& exemplis constrauit animæ pauimentum.515.1.c
eius exempla sunt propugnacula turris Dauid. 595.2.c
quomodo constrauerit charitatem inter medium diuinitatis,& humanitatis,515.1.e
Christi charitas, Humilitas, & ceteræ virtutes, Vide charitas,humilitas,&c.
de Cinnamomo mirra asseruntur ex Gregorio Nysseno.701.1.c
Cincinni Christi sunt ii, qui sanctiores sunt in Ecclesia,779.2,d
mentis diuinæ sunt bonæ Patris voluntates plenæ iudiciis diuinis inuestigabilibus,783.1.e
Circuitus diaboli, & impiorum qualis.438.1.b
Circulus est hieroglyficum Dei, & æternitatis eius, 185.1.e
Circumspectio piæ animæ qualis.176.1.c
Claudicatio quàm turpis sit in anima,1017.1.e
Claues,quibus iustus aperit Deo ostium intellectus sui,quç sint.776.1.a
Claustra Virginum cur veli nomine significentur, 568.1.d
Castitas quam necessaria Virginibus.823.1.a
Clericorum ordo quomodo sit areola aromatum, 870.1.a
cur dicti phialæ aromatum.ibid.b
Clerus se habet instar laqueariorum cypressinorum in Ecclesia.242.1.c
Cogitationum sanctarum quanta sit vis. 488.1.e
eæ cum laudantur,laudatur charitas, è qua proueniunt illæ,541.2.b
Quomodo à corde, potius quàm à mente prouenire dicantur.542.1.a
inter eas, atque capillos tres congruentiæ, ibidem.b
quomodo proueniat è charitate.ibid.c
inhærent menti piæ animæ,vt capilli inhærent capiti.ibid.d
quàm sint subtiles,ac delicatæ, & quomodo fortes.ibid.e
quomodo sint longæ instar pulchrorum capillorũ feminæ.ibid.2.b
illas plures habet pia anima,easve ordinatissimas. ibid.d
quomodo splendeant.543.1.c
quæ iustorum sunt,cælestia intendunt. 545.2.b
eædem vniuersæ sunt in Christo.ibid.c
Cogitationum malarum damna.407.2.d
eæ tribus modis capi possunt.408.1.a
confusæ,quæ impiorum sunt.543.1.c
Cogitationes iusti quales.928.2.b
quam congruè comparentur purpuræ Regis. 936.2.c
quàm pulchræ, dum adstrictæ seruantur. ibidem.e
amorosæ dant piç animæ nomen charitatis. ibid. d.& 2.e
Cognitio diuinorum absque similitudinibus rerũ naturalium à Deo tantum dari potest.182.1.b
eius lumen est osculum Verbi,13.1.e
Cognitio diuinorum mysteriorum cur inducat lãguorem,303.1.d
Cognitio Dei ex operationibus causat admirationem.803.2.d
quid boni causare debeat in nobis.825.1.d
quàm eidem indulgendum.287.2.b
causat in iusto desiderium vlterioris cognitionis. 775.2.e
in ea æquè ac in amore proficiunt iusti. 776. 1.a
ex ea quomodo proficiat anima per illius opera. 804.2,a.& 1.a.
Cognitio Christi quàm excellentior cognitione Prophetarum,& Apostolorum,783.1.d
nostra rerum cælestium, est gutta noctium ob tenuitatem,& obscuritatem,ibid.c
sui cognitione replens Deus piam animam dicitur habere caput suum plenum rore.ibid.e
Cognitio Dei qualiter nobis exhibeatur in hac vita,qualiter in patria.346.1.c
eadem duplex per affirmationem, & per negationem.340.2.e
Cognitio distincta quidditatis Dei ex creaturis haberi nequit.434.2.c
tunc habetur, cum is intelligitur esse super omne creatum.451.2.c
eadem facilè habetur.452.2.b
ad eam Ecclesia venit per Christi,& Apostolorum doctrinam,397.1.a
ad eius lucem dignoscitur vanitas rerum temporalium.420.2.e
cognitionis duo genera sunt duo oculi animæ; & quomodo fidei tantùm oculo Christus vulneretur.640.2.d

Cognitio

Cognitio sui ipsius deducit hominem ad Dei cognitionem.153.1.d
est necessaria ministris Dei.ibid.2.c
in eam quomodo deuenire possit anima, 156.2.e
est duplex, altera quoad substantiam, altera quoad operationes.158.1.a
eam qui negligit, necesse est, implicetur multis erroribus.ibid.
cognoscere semetipsum, & præsentiam Dei in se quomodo possit anima.154.1.a
cognoscens seipsum cognoscit Deum, 156.1.a
cognoscitur vnusquisque ex facie, & voce. 334.2.c
Collium nomine significati terræ aggeres.331.2.c
Colloquia amantium Deum prouocant ad charitatem.826.1.d
colloquiis bonis quantum proficiant animæ in charitate.866.1.d
Vide Sermones.
Collum cum erectione typus superbiæ.582.2.e
turri comparatum typus est peruicacis inobedientiæ.583.1.b
colli congruentiæ cum humiditate.ibid.e
aptissimus est typus prælatorum, simul & obedientiæ.590.1.a
Collum spirituale Ecclesiæ nititur studio bene operandi.594.2.e
Columbæ vocabulum ex Hebræo sumitur pro deprædatrice, & vim inferente.216.1.c
ea symbolū est puritatis, & simplicitatis.515.2.d
columbas aucupandi egregius modus per odores.54.2.e
columba Dei cur dicatur iustus.354.2.c
Comedat quomodo Christus in Ecclesiæ horto iustos.728.1.d
in Comestione spirituali Christi transmutatio præcedit traiectionem in viscera.ibid.e
Comæ Christi sunt fidelium multitudo.937.1.d
Commixtio bonorum & impiorum in Ecclesia. Vide. Impiorum commixtio cum iustis.
Compassio reddit piam animam sicut monilia, 177.1.a
Communio sacramentalis præueniri debet à communione spirituali.750.2.e
Vide Eucharistia.
Comœdia quædam repræsentatur in hunc mundo.1052.2.b
in Conciliis Oecumenicis Ecclesia est tota pulchra, & sine macula secundum doctrinæ veritatem.619.2.e
Concordia fidelium Ecclesia redditur terribilis dęmonibus.879.2.b
Concordia, & mansuetudine Ecclesia similis equitatui in curribus Pharaonis velocissime currit ad sponsum.166.2.b
Concupiscentiæ nomen tripliciter sumitur.98.1.e
ea qua ratione dici queat extrinseca animæ, ibidem.2.b
cur dicatur Sol ibid.d
quomodo dicatur lucida.ibid.e
quomodo fascinet.ibid.99.1.a
quomodo decoleret animam.ibid.b
eius æstus quales sint.ibid.c
est fornax ardentissima.ibid.e
est qualibet fornace ardentior.ibid.2.b
quid faciat animæ, cum illam comburit æstibus suis.ibid.c
instar fundæ circumrotat animam.ibid.d
eius æstus, quæ mala causent.613.2.e
qualem lucem causet.614.2.c
vna cum luce æstu inflammat.132.1.d
Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ quam rectè designatæ sint per tres montes, à quibus est declinandum.625.2.a
Hæc tria studia quomodo sint cubilia leonum & montes pardorum.ibid.d
Confessarii sunt labia Christi stillantia myrrham.848.1.a
Confessio quam aptè dicatur putatio.566.1.a
comitari eam debent mortificatio, oratio, & eleemosynæ.472.1.c
per eam peccator aperit Deo.811.2.b
ex peccatorum præteritorum confessione magis apparet pulchritudo animæ iustificatæ.84.2.a
peccatorum, & laudis confessio sunt nostræ fenestræ, & cancelli, per quos respicit nos Deus.350.2.b
Conformatio animæ ad humilitatem, & passionem Christi vulnerat illius cor.639.2.d
in confractione stare in conspectu Dei, quid significet.1038.2.d
Coniugatorum, & Virginum encomium.683.2.b
Coniugati boni quales sint.922.2.e
sunt venter Christi.856.1.c
eorum ordo commendatus inter laudabilia Ecclesia membra.922.2.c
Conscientia pura est reclinatorium Christi.502.1.e
eius examen est ascensio per desertum.470.2.c
conscientiam propriam examinans, quærit Deum in se.440.1.c
cur dicta hortus nucum.897.1.d
quomodo eius examini indulgeant iusti. ibid.
Consiliorum Dei participes sunt iusti.26.2.e
eadem illis inseruiunt pro quolibet nutrimento.27.1.a
Consolationes, & delectationes quàm necessariæ sint ad studia quæque.308.2.b
consolationibus sensibilibus à Deo pascuntur incipientes.10.1.b
illis orbati quomodo ipsi langueant.ibid.2.a
Consolationes spirituales præsentis vitę quomodo differant ab iis, quibus fruuntur beati. 11.1.c
in hac vita sunt multæ, cum in futura vna tantum sit.ibid.2.b
exhibentur a Deo piæ animæ in singulis potentiis.ibid.e
eas nimias, gratiasve nimias metuit iustus.883.2.e
tanta vis earum est, vt aliquando Sancti eas ferre nequeant.ibid.b
non sunt in nostra potestate.818.1.c
sunt suauissimum Christi guttur.864.1.c
ijs orbata pia anima qualiter se habeat erga oblatas consolationes seculi.21.2.c
quàm necessariæ ad vitam spiritualem prorogandam.24.1.a
earum quanta sit copia.ibid.b
sufficientia qualis.ibid.2.a
in eis exhibendis quam promptus, & largus sit Deus.ibid.b
illis destitutus quid facere debeat.25.1.b
conferunt cognitionem Dei.33.1.c
habent coniunctos optimos virtutum affectus.ibid.2.d
per eas quàm facile erigatur animus.54.1.e
ijs destituta conuertitur anima ad Deum.ibid.d
non trahunt nisi admittantur.ibid.e
faciunt currere post Christum.55.1.d
coniungimur Deo per ipsas, & crescimus in vita spirituali.72.2.d
illis pascere Deus quodammodo tenetur eum, cuius anima ipsum diligit.130.2.e
pascuorum nomine designantur; quia sunt prius

prius animæ pastus.131.c
Consolationum verarum locus sicut & locus sapientię soli Deo est cognitus.130.2.b
ijs pascens Christus piam animam, pascit simul, & cubat.131.2.d
earum conuiuium, quo anima reficitur in hac vita, quàm diuersum à conuiuio, quo reficietur in patria,616.2.b
eas exhibet Christus ad perferendas tribulationes huius vitæ.285.2.e
Consortia malorum vitans, ascendit per desertum, 470.2.d
iustorum consortio delectatur Deus.420.1.b
Consuetudinum malarum quàm necessaria sit resecatio.378.1.a
Consuetudo praua quàm damnosa.794.2.c
Consultationes bonæ omnes æqualiter duos habẽt fœtus duorum præceptorum charitatis. 551.2.c
in illis nil irritum est.ibid.d
earum necessitas quanta.549.2.c
dependent ab oratione.550.1.c
earum defectus prænunciat animæ interitum. ibidem.e
earum robur quàm magnum sit,ibid.2.b
Candor earum vnde ibid.c
exornantur à simplicitate ibid.d
vitant omnem singularitatem.551.1.d
earum puritatem quid augeat,ibid.2.a
Requirunt expoliationẽ ab omni passione.ibi.2.d
Consulere superiores quã magnũ sit bonũ.449.2.a
ad Contemplanda cælestia quomodo tendendum, 397.1.b
Contemplatiui nedum actiui in Ecclesia nigri sunt tribulationibus.80.2.b
sunt collum, & ornamentum Ecclesiæ, 176.2.b
eos turbans offendit Angelos.330.1.c
Eorum delectatio est oratio efficacissima.533.2.d
quam sint delicati.530.2.b
quam proportionem habeant cum oculis. 531.1.a
tunc oculorum munia exercent, cum sunt intra velum.530.2.e
pusillanimes, nimiumque se amantes quomodo recusent suscipere curam proximi.786.1.b
aliqui auertuntur à procuranda salute proximi duplici errore.ibid.c
sunt oculi Christi, qualesve esse debeant.840.1.c
sunt cor Ecclesiæ.1000.2.c
metuunt exire ad prædicationem, & curam proximi.794.2.c
velo operti deducunt corpus Ecclesiæ oratione, 531.2.d
tuncque etiam micantiores ad Deũ de se emittunt radios.532.1.b
in Deum transformantur, quem vnum aspiciunt, ibid.c
quomodo se contineant intra velamẽ carnis Christi.ibid.2.a
ijdem sunt columbæ, quia gemitu suum testantur amorem.533.1.a
sunt præstantiores quocunque ordine fidelium, quo decoratur Ecclesia.ibid.c
eorum delectationes quàm magnam vim habeãt. ibid.2.b
sunt septem oculi super vnum lapidem Christum. 636.1.d
ij, quomodo cor Dei vulneretur.637.2.b
Contemplatio, & actio vt vbera iusti, vnde habeant pulchritudinem.659.1.b
earum vicissitudo necessaria.357.1.d
in hac vicissitudine mens fluctuare solet. ibid.e
Contemplatio diuinitatis Christi reclinatoriũ eius. 502.1.b
Contemplari Christum is aptus est, qui Spiritum sanctum, id est, characterem vitæ spiritualis habet in oculis.221.2.a
Contemplatio, & comprehensio Dei, quam difficilis.814.2.a
Contemplationis quanta sit vis.636.1.e
ei dedita pia anima haud perturbanda vel bonis studijs.329.1.b
eius sunt viæ tres purgatiua, illuminatiua, & vnitiua,63.1.c
eiusdem duo sunt genera, passionis Christi vnum, alterum patriæ cælestis.396.2.a
Duo alia eius genera, cœlestis patriæ vnum, alterum diuinæ maiestatis, quibus excauantur, vel foramina in petra, vel cauernæ in maceriе. 397.1.e
eius dulcedo breuis.340.1.a
quæ dulcedo est ex gratia, non ex homine. ibid.1.e
præcedere eam debet probitas vitæ.753.2.c
in ea potamus Christum, sicut per bona opera eũdem cibamus,ibid.
& si perfectior sit actione, vtraque tamen perfectior est vita mixta.326.1.b
contemplatio spiritualis laudatur in pia anima. 535.2.c
in ea Christus venit vt caprea; in actione verò vt hinnulus ceruorum.341.1.c
ab ipsa excitantur aliquando iusti ad actionem. 357.2.b
in ea haud requirendæ primo consolationes, sed Deus.299.1.b
ad eius conuiuium inuitantur Sancti.763.2.c
illius studio vacans, quid seruare debeat.73.1.b
idem studium quàm aptè dicatur cella vinaria. 289.2.a
in eo nullus exerceri potest absque Christo. ibidem.a
anima, quæ in eo non se exercet, non potest dici sponsa Christi.ibid.b
in contemplatione cuiuslibet puncti anima lætitia perfunditur.ibid.d
Contemplationis studium est Christi fructus dulcis.286.2.c
in eo supra animã Deus eleuat suum vexillum charitatem,299.2.b
Contemplatio est somnus aliquando cum vigilia, aliquando sine vigilia cordis.765.2.c
aliquando relinquenda propter proximũ.906.2.e
illius fructus mortificatio in potentiis.814.1.a
eiusdem studium quàm rectè dicatur ager.ibi.2.c
Ex eius studio ad studium Sacræ scripturæ se confert pia anima.963.2.c
duo præcipui illius fructus.969.2.d
In eiusdem studio anima Deo dat se, & quicquid in se est,ibid.b
in eo reperiuntur virtutum actus heroici.970.1.b
in eo suscitatur charitas in anima,ibid.d
in eo anima offert Deo omnem amoris actum, & diuersimodè.ibid.e
exhibet Deo conuiuium amoris,ibid.c
illius studium oculi piæ animę.917.1.b
Quomodo sint similes piscinis ob lacrymas.ibid.c
contemplatione qua dormiatur, & vigiletur. 767.1.e
in eius laborandum studio.813.2.a
in contemplatione anima deuota est tota stupor. 880.2.d
in eo totam se dat Deo pia anima.961.1.a
in eius studio anima vnitur Deo, eundemque oblectat.964.2.d
in ea quid sit exhibendum Deo.984.2.b
per eam introducitur Christus à pia anima in mẽtem

tem,vt in domum gratiæ.986.1.e
Contemptu mundanorum obtinetur regnum cælorum. 1047.2.d.
Continentiū multitudo magna in Ecclesia.171.2.d
horum ordo laudatus.920.1.e
Contritio prima pars pœnitentiæ florum nomine designatur.365.2.e
causat confessionem peccatorum.814.1.a
quæ vera est,dici pōt dura sicut infernus.1012.1.d
qua contritione pia anima conuersa fit à peccato.816.2.e
Conuersatio exterior Christi significata genis.844.1.c.
sancta piæ animæ est in iugi progressu.945.2.b
iusti excelsa instar palmæ.944.1.d
sanctorum redolet odorem Christi crucifixi.948.2.c
illius cum iusto quis fructus.949.1.c
sancta iustorum conuersatione Christus lætatur.783.2.c
hæc quomodo ab æterno dederit odorem suum.186.1.c
sanctam dici desertum.470.1.c
in conuersatione fratrum verè spiritualis est iucundus.939.2.d
conuersationis nostræ facies suscipit speciem eius, cui ostenditur, æquè ac speculum.399.2.b
in ea Christi imaginem exhibere debemus. 1002.2.c
per cæleste pedes iusti sunt stantes in cælo.794.2.c
quieta sanctorum est lectulus Salomonis. 477.1.e
Conuersationis habitus modestus,& cautus quantum decoris conferat piæ animæ.570.1.c
ex eo dignoscitur Christi præsentia intra animam.ibid.d
in eo erubescentia arguit internam probitatem, ibid.2.b
idem conseruat,& auget spiritum, promouetque, & adiuuat ad orationem.571.1.b
eadem conuersatio eleuata ad cælum, & versus ima est depressior.ibid.2.c
subfusca est propter tribulationes, simulq; est decora rubro charitatis colore.ibid.d
decoratur quàm maximè humilitate, & mansuetudine.572.1.b
quantum decoris suscipiat à custodia suiipsius, ibidem.c
quomodo decore suo dicatur excedere decorem internæ sanctitatis.ibid.d
quem fructum intra se contineat, propter quem vim habet alliciendi.ibid.2.a
eius grauitas laudatur.573.1.c
Conuersi ad fidem catholicam, & ad vitā spiritualis perfectionem quàm congruè dicantur flores, & mala.306.1.c
qui ad fidem & sanctitatem, sunt Christi venter.853.1.c
quomodo coronent Ecclesiam.630.1.c
Cōuersio mūdi quàm citò à Christo facta.340.1.a
Conuersionis Dei ad animam effectus qui.364.1.b
Conuersio peccatoris designata per apertionem ostij.810.1.a
in hac quomodo procedat Deus.771.2.c
in ea procedit Deus instar benigni Patris cum filio prauo.773.1.a
quomodo in ea Deus omnia disponat suauiter, 774.1.c
qualis in eadem sit ordo.378.1.d
hac coronatur Christus de cubilibus leonum, 6304.b
Cōuersioni infideliū indulgere satagit Eccl.961.2.e
Conuersionis voce quid significetur.956.1.e
in conuersione sua anima primò sentit tumultum cogitationum,secundò compunctionem pro offensa Dei, & tertiò voto confessionis peccata sua corde confitetur.800.2.c
ad eam nos vocans Christus quomodo stet post parietem,& respiciat per fenestras.350.2.b
Conuertendi plures ad fidem Christi prope finem mundi.971.2.c
Conuiuium sæculi diuersum à conuiuio spirituali, 21.2.c
conuiuium Deo exhibet anima iusti.733.2.e
ex bonis operibus ibidem.734.1.c
Cor,caput,& mens in anima pro eodem sumuntur, 541.2.c
cor,& voluntas hominis à solo Deo fulciri potest. 317.2.a
cor triplex.503.1.a
in cor quomodo introduci Deus debeat.460.2.a
in quod introducendus est Deus vult dilectionem teneram.ibid.b
bonum dicitur desertus.470.2.a
prauum est desertus.ibid.d
virtutis studio indulgens est ferculum Salomonis 502.2.d
purum vulnerat cor Christi.647.1.c
terrenum est currus Pharaonis.502.2.e
humanum simile speculo.401.2.a.& 403.2.c
mundum quale sit.923.1.e
Cor iustorum est venter Christi.856.1.d
est veluti purissima tabula legis Dei.ibidem.
cælestibus innixium est.ibidem.
iusti quale sit.923.1.c
peccatoris quomodo obseretur Deo.809.2.d
Cor est venter,& vterus animæ.929.2.c
est & os,& vbera animæ.977.2.d
eius puritas quàm necessaria fidelibus.253.2.d
signata per lac.749.1.c
exhibet delicias cælestis patriæ.990.2.c
eiusdem diuagatio quomodo coercēda.1001.2.d
ostia illius nunquam Deo claudenda.776.1.e
eius gemitus dulcis est Deo, sicut & cor ipsum eidem est decorum.400.2.c
cor nostrum qua ratione præbere debeamus Christo crucifixo.1002.1.d
super cor mollefactum positus Christus obsignat illud sua imagine, idemque efficit in vi operatiua.ibidem.
Cornelij Gentilis opera bona quomodo simul fuerint flores.377.1.e
Corona Christi est ex virtutibus vniuersis. 527.2.a
spinea gloriosissima fuit Christo; quia conpacta è spinis,quas diabolus victus porrexit. 521.1.d. & 526.2.d
eadem a Christo electa, quam vnam Deus hominibus præstiterat, vt per eam amissum regnum recuperaret.521.2.b
eadem Christus se exhibet regem tribulatorum, 522.2.d
spinis Christum coronauit synagoga; quia spinas tantùm produxit.523.1.b
Coronam fidelium Deus sibimet contexit. 521.1.e
in ea lætatus Deus.527.1.c
ex omnibus virtutibus,ibidem.
ad coronam ex conuersione fidelium,& iniquorū vocatur Ecclesia de Baptismo.629.2.e
vide Diadema.
Coronatur Ecclesia ex conuersione prauorum, & infidelium.726.1.d
quomodo iustus de diabolo,& de iniquis coronetur.631.1.c
Corporalia,& ea,quæ haud multùm necessaria sūt, signata per capillos.545.2.e

Cor-

Corpus humanum quomodo lectus Christi, simul & animæ.136.1.c
Idem cur vmbrosum.ibid.d
est lectus Regis Salomonis,503.1.e
quàm aptè expressum metaphora ficus.378.1.a
in eo existens anima quomodo dicatur esse in vmbra Christi etiam secundum corpus.336.2.d
corporis,atque animæ in bene agendo diuersitas, 379.1.a
Correctioni asperæ interponendum quid benignitatis.674.2.a
bona debet esse sicut vinum optimum,953.2.e
Creata omnia referenda in Deum. 535.2.c. & 1.c,
Credere Deo est non dimittere illum,quem teneas, 454.2.a
Crinis nomine significatæ trecæ.635.1.c
eas antiquitus mos erat deferre porrectas super collum.ibid.d.
Crux Christi quàm aptè designetur per ficum.376.1.e
eiusdem vilitas. ibidem.
eius fructus qualis, ibid.2.a
congruens cum arbore fici, & cum arbore congruit scientiæ boni,& mali, cuius fructum vetitum comederint primi parentes.ibid.b
fuit ferculum,& currus triumphalis Christi.498.2.a.& 503.2.b
quomodo de lignis Libani.498.2.b
In ea Christus se exhibuit Regem Salomonem, ibidem.
eius columnæ Maria Virgo, & Ioannes Euangelista.ibid.c
in ea humilitatem,& obedientiam duas columnas Christus erexit, quibus fulcitetur sua dignitas Regia. ibid.d
illius reclinatorium aureum ea est ipsius pars, in qua Christus incubuit.499.1.b
in ea quomodo reclinatorium habuisse dicitur Christus, qui in Euangelio dixit se non habere, vbi reclinaret caput.ibid.c
hunc currum Christus, qui in illo reclinat,trahit per orbem, impellitve in corda piorum. ibidem 2.b
in ea Christus exhibuit maximum charitatis specimen. ibid.c
Quomodo in eadem conuersus sit in ignem per charitatem,ibidem d
cur sic in ignem conuersus dicatur.ibid.e
quomodo in eadem charitatis ignis erupit è corde Christi.510.1.c
eadem ornata sacris vulneribus Christi tamquam gemmis.ibid.2.d
eadem gestamen pompaticum Christi.511.1.e
in ea Christus detulit pro pompa charitatem instar opimorum spoliorum, & in gloriosissimum titulum.ibid.2.d. & tanquam præstantissimum Dei simulacrum.ibid.e
eius signum apparens in die iudicij afferet prauis tribulationes infructiferas.375.2.c
iisdem tribulationibus reficiet electos. ibid.e
idem gladius sanctorum. 488.1.a
per eam tanquam per trochleam, & per vexillum erexit Christus humanam naturam. 51.1.c
ad eius meditationem prouocatio per exemplum Sanctorum complurium, qui ob id crucem ambire dicuntur.476.1.b
Crucem Christi erubescere non debet Christianus nec in conuersatione,nec in confessione sua.493.1.a
est omnis armatura fortium, & mille clypei. 595.2.c
eius lignum ex arbore paradisi scientiæ boni, & mali,secundum aliquos.997.1.c
eam baiulans Christus excitauit nos à peccatis ad sui dilectionem.996.2.b
sub Crucis arbore Christus Ecclesiam excitauit à peccato,vbi Synagoga peccauit.997.2.a
in ea manus Christi factæ sunt tornatiles. 852.2.e
& plenæ hyacinthis.853.1.a
in ea Christus vt arbor mali.996.1.a
in Crucis palmam ascendit per imitationem iustus.951.1.b
in eius meditatione excitatur anima ad se crucifigendum cum Christo.996.1.d
in eaque excitatur anima ad charitatem. ibid.2.d
in Crucem vt in palmam ascendit Christus.950.2.a
sub ea excitata, & desponsata est vnaquæque anima à Christo.996.2.c.& 997.1.d
Crucifixa sola caro Christi.813.2.b
Vide Christi passio.
Cultus Dei est propria tunica populi fidelis. 785.2.a
Dei veri,& idolorum cultus quomodo sint vineæ. 104.1.e.& 105.2.d
quomodo hanc vineam non custodisse dicatur Iudaicus populus.106.1.a.& 119.1.b
Cultus corporis eximius, & indumentum significatum nomine coronæ,& diadematis.516.2.c
Currus qualis sit anima.904.2.b
Currus Christi Ecclesia,& anima. ibid.c.& d.
Currere post Deum nequit is, quem Deus non traxerit per gratiam.58.1.b
Cursus velocitas similitudine capreæ explicari solita in sacris litteris.331.2.d
Cursus animæ charitate succensæ instar fluminis rapidi.721.1.d
Item similis fluxui odoris aromatum flâte Austro. ibidem.
tunc est velocior, cum anima magis à Spiritu sancto confirmatur in charitate. ibid.2.a
Custodia animæ qualis esse debeat.821.1.d
Custodia sui ipsius est fundamentum vitæ spiritualis.1033.2.d
quantum boni conferat animæ,671.1.c. & 2.a
per eam anima induitur Christo.1034.2.a
Custodia arcta in conuersatione est velum faciei Ecclesiæ.530.2.d
Custodita seruantur omnia in Ecclesia, si Christus teneatur vt signaculum super contemplatiuos, & super actiuos.1000.2.d
Cypri arbor,& botrus qualis.400.2.e

D

DÆmones quomodo dicantur filij matris nostræ.111.2.a
quibus armis pugnauerint contra homines in paradiso terrestri.ibid.c
ea illorum pugna cum primis parentibus qualis fuerit.ibid.& 118.1.d
quomodo exercuerunt dominium in homines, quos in paradiso deuicerant.112.1.c
pugnant iugiter cum anima.118.1.d
ponunt illam custodem vinearum vitiorum. ibidem 2.e
quomodo dicantur sodales Christi.145.1.b
eorum insidiæ vt vitentur,implorandum Dei auxilium.ibid.c
demonium meridianum quidnam sit.ibid.
metuunt iustos.163.2.b
præsertim quando ij se immergũt in mare sanguinis Christi,vel lacrymarum.ibid.e
quàm debiles sint,& quibus obesse queant. 409.

1.a. & 411.2.c
percutiunt,& vulnerant animas.823.1.a
ob dæmonum subiectionem Christus similis capreæ, hinnuloque ceruorum.341.2.b
despiciunt eos, qui sua pauperibus distribuerint ex charitate.1025.1.a
Damnati in die iudicii non dicũtur annihilari, sed inclinari cum potestatibus tenebrarum; & cur. 421.1.c
Datiui ponuntur pro Genitiuis phrasi hebraica, 2. a
Dealbata cur dicatur Ecclesia, & pia anima, 992. 2.c
Deceptionis periculum est tum in contemplatione, tum in actione.827.2.d
Decorus quis sit propriè.222.2.d
Delectatio quàm necessaria vitæ humanæ.9.2.e
Delectationes contemplatiuorum quàm magnam vim habeant apud Deum.533.2.b
sunt oratio efficacissima, ibid.d
Vide, Consolatio, & Voluptas.
Deliciæ iustorum quæ sint.940.2.e
sunt virtutes, & gratiæ Spiritus sancti.992.1.a
Deliciis affluit Ecclesia; quia innititur super Christum.989.1.b
quales eæ sint.ibid.
Dentes cur prius commendentur, quàm labia. 548. 1.a.& 554.2.d
laxiores breuis vitæ indicium sunt.548.2.c
dentium metaphora significantur Doctores, qui sacros componunt tractatus.547.2.d
Deserti nomen quid significet phrasi Hebraica.462. 1.a
Desertum, per quod ascendit anima deuota, quod nam sit.465.2.d
in quo profecit primitiua Ecclesia, mundus fuit. 463.1.e
per ipsum ascendens manet simul & sedet in ipso. 466.1.c
Desiderium procedit ab amore.11.2.e
excitatur ab amore, & ab inopia.127.2.a
aliquando sumitur passiue pro desiderabili. 861. 2.e
eius motus similis motui naturali.120.2.b
Desiderium cæleste quomodo decoloret animam. 101.2.e
in iustis excitatur in primis ob pericula vanæ gloriæ, & æmulationis.253.1.a
sanctum significatur fumo.471.1.c
supernorum est ascensus purpureus piæ animæ. 502.2.c
animæ ad Deum quadruplex.280.2.b
Desiderium Dei, ac diuinorum quale sit in pia anima.863.1.e
Excitatur à tribus.ibid.d
Desideria sancta quomodo parturire dicantur sicut flores fructus.964.2.a
bonorum duo sunt genera admodum diuersa. 964.1.c
Desiderabilis totus cur dicatur Christus.864.1.d
Desponsatio animæ cum Deo quomodo fiat. 280. 1.a
quomodo dicatur fieri per fidem, cùm per charitatem potiùs fieri videatur.281.1.b
celebrata à Christo est, cùm instituit Eucharistiæ Sacramentum.527.1.b.& d.
eius dies præsupponit filios, cuius contrarium euenit in die desponsationis carnalis.520.2.c
Ea fit mutua communicatione bonorum omnium 524.1.c
Detractores sunt vulpes paruulæ, & quomodo capiendi411.2.a
Deuotio cur expressa metaphora vnguentorum, aut ignium.306.2.e
est fumus, & nebula.467.1.e
actualis facit piam animam sponsam Christi.639. 1.e.
per eius officium Deo exhibitum pia anima diuinam accipit gratiam.190.1.c
affectus eiusdem haud exprimendus coacta violẽtia.326.2.e
studium eius quale.613.1.a
cur dictum collis thuris.ibid.c
eius teneritudo duplex.817.1.d
deuotio est fumus.614.2.e
eius studium cur in hac vita tam necessarium sit. 615.1.a
eius quantæ sint vires.882.2.d
eius dulcedine trahitur anima post Deum.58.1.e
Deuoti quique inuitantur à Christo ad meditandam vitam eius, & vitam B.Mariæ.762.1.e
Deuota anima nil in hac mundo gustat, nisi esse cũ Deo in contemplationis studio.961.1.c
quàm fortiter se opponat iræ Dei.1039.1.c
Deuotus sedens sub vmbra Christi, habet gustum contemplationis.286.1.d
quomodo ascendat, simul ac sedeat in deserto. 466.1.c
eiusdem progressus in eleuatione mentis quomodo fiat.ibid.2.b
quomodo effundit semetipsum.ibid.e
idem ex Spiritu, & charitate habet, vt ascendat ad Deum.467.1.c
quando ascendit ad Deum, se Deo in holocaustũ obtulit.ibid.2.b
offert se totum Deo per mortificationem, orationem, & eleemosynam.ibid.d
habet sub lingua mel, & lac, qui prægustauit dulcedinem diuinitatis, & humanitatis Christi.674. 1.c
Deus est actus purus.31.2.e
est cor Ecclesiæ, & piarum animarum.599.1.b
quodammodo est anima animæ.129.1.a
est lux.31.2.e
in hac vita prospiciendum se exhibet per phantasmata.260.1.c
inde ab hominibus amatur; quia incarnatus pascitur inter lilia.420.1.e
adueniens in piam animam, comedensque illius opera, triplicem ei exhibet nouam sui communicationem.730.1.a
apparitio eius facta per Angelos.341.1.a
assistentia eius in Ecclesia vnde præcipuè arguatur.150 2.e.& 156.1.a
quantum hæc roboris addat.387.1.c
Dei præsentia in anima signa.739.2.a
ad eamdem anima fit lilio paradisi similis. 356. 1.b
quomodo discedere dicatur Deus ab anima, dum in illa est: & quomodo petatur, vt reuertatur, cũ non discesserit.423.2.c
iste eius discessus, & reditus quales.ibid.d.& 424. 1.a
elongari se à iusto cur Deus insinuet.431.1.e
nobiscum est talis, quales nos ipsos ei paramus. 419.2.c
quomodo dicatur intendere vni soli animæ, ibidem.b
semper in mente habendus in hac vita.329.1.d
non inuenitur, dum quæritur in voluptatibus, & in tenebris ignorantiæ, ac peccatorum. 431. 2.b
non inuenitur, cùm sit incomprehensibilis, ibidem.d

& quia non vult inueniri. 433.1.c
inuocatus illico adest, venitque cum auctario in animam se illi offerentem.739.2.c
quàm socialiter loquatur cum Ecclesia. 411.1.d
Dei locum quomodo quærat pia anima, quæ iam ibi cum illo est.127.1.a
eiusdem mens significata vocabulo cellariorum eius.66.2.d
natura, & vnguentum diuinitatis nominari nequit aliunde, quàm ex eius effectibus.44.2.e
Eiusdem Dei filius nominari non potest, nisi nomine desumpto à communicatione bonitatis suę in creaturas.45.1.b
Dei nomen phrasi Hebr. additur cuipiã rei ad exaggerationem.661.1.c.& 1014.2.a
id erat ante Christi Incarnationem vnguentum inclusum in vase Iudææ.42.2.e
est Panoplia, & mille clypei.382.1.b
quomodo ex Prælatis pendere dicatur instar clypeorum, & torquium.ibid.d
Deus pacis cur dicatur Dominus Deus exercituum. 160.2.c
in eo quomodo perfectiones sint vnitæ, ac distinctæ.20.1.b & 393.1.c
Dei pulchritudo elucet maximè in eius misericordia.651.1.e
haud intellectui tantùm, sed & potentiis vniuersis omnimodam ea exhibet lætitiam.127.1.a
ipsam is intuetur, cuius oculi dici queunt columbæ.228.1.c
denigrari potest ab vno tantùm humano sensu, & quomodo.231.1.b
ita est splendida, vt tamen summopere oblectet mentis oculos.127.1.c
continet in summo tres gratias, quas ponebant antiqui.126.2.a
eius puritas, atque simplicitas non tollunt ab eo, quin sit pulcherrimus.225.2.b
pulcherrimus rerum omnium est, immo in eo solo est vera pulchritudo.ibid.c
in eo summa est symmetria.226.1.b
summus in eo splendor.ibid.2.c
in eo summa pulchritudinis permanentia.ibid.e
Deus solus dici potest semper fuisse in accubitu suo; quia solus in æterna accubuit felicitate. 185.2.a
quomodo dici queat transformatus in piam animam, à qua vulnus accepit charitatis. 643.1.b
videri nequit in præsenti sæculo. 233.2.c.& 433. 1.c
Deus, atque diuina quàm difficile percipiantur in præsenti vita.433.1.a
in hac vita manifestatur tantum in enigmate. 349.1.a
cum omnia videat, à nemine videtur.ibid.b
admissus intra nos, largitur nobis salutem, & eruditionem sanctam.783.1.c
quærendus toto corde.418.2.e.& 822. 2.c
non inuenitur in hac terra.818.2.c
cur aliquando abscondat se à pia anima.814.2.b
Quomodo, & in quibus ambulet.859.1.e
conuersus est ad homines in Incarnatione. 171. 2.c
Deus quomodo glorificetur in corde nostro. 1001.1.e
cum punit peccatores, quodammodo ipse maximis doloribus affici dicitur.1009.2.a
est murus fortissimus, simul ac maximè fragilis. 1038.2.e
Dei conuersio quomodo fieri dicatur ad animas. 958.1.d
quomodo eadem dicatur esse ad vnam solam animam.ibid.e
consilia, & cogitationes quales.835.1.c
manus vis effectrix, & conseruatrix illius. 853.1.a
alloquium internum quàm suaue sit animæ. 865. 1.a
desiderium est ad omnes; eiusdem verò conuersio dicitur esse ad iustos, & cur.958.1.c
conuersio ad animam est per spiritualem visitationem.959.1.e. & per exauditionem orationum. ibidem.2.a
memoria eius actualis est præstantissimus charitatis effectus.1023.2.e
Deo pulsanti quando, & quomodo aperiat anima. 793.1.e
ei gratias agere, eiusve beneficia celebrare, debet esse præcipuum studium fidelium.910.2.c.
cum pia anima nedum admiratur, sed & in ipso delectatur.860.1.e
eumdem impulit amor, subiectus quodammodo fieret animæ sponsæ suæ.957.2.e
cum Deo quomodo nos gerere debeamus. 984. 1.c
Dextera Dei signum amoris, & benignitatis: ideo per eam significatum Euangelium lex amoris. 315.1.c
per dexteræ Dei complexum iustis exhibetur Dei præsidium, & arcta vnio cum eodem Deo. 313. 2.c
quomodo hoc præsidium sit quàm maximè tutū ibidem.e
Diabolus cur dicatur Sol.93.1.e
quomodo per insidias vitia disseminet. ibidem. 2.d
cur Aquilo dictus.723.1.e
quomodo irrumpat in animam, eamque furetur. 774.2.a
est arbor mala, sub qua iacentem Christus excitauit Ecclesiam.997.1.d
nomine inferni appellatus.1014.1.b
ei adhæret, qui à Christo recedit.723.1.b
Diabolus, mundus, & caro dum voluptatibus sæculi pascunt animas, pascunt & semet animabus ipsis.130.2.e
iidem quomodo dicantur sodales Christi. 140. 2.e
Diadema Regium apud veteres fuit fasci candida. 525.2.e
Diadema Christi humanitas ipsius, qua à B. Virgine coronatus est in die Incarnationis suæ. 526. 1. d
quia est gloria nostra.ibidem.e
est etiam diadema Christi spinea corona.ibidem. 2.b
spinis cur coronari voluerit Christus.ibidem.c
in spinea corona Christi percipitur admirabilis modus salutis nostræ.ibidem.2.e
est etiam charitas.527.1.b
hoc diademate coronauit illum Synagoga nolens cum spinis illum coronauit.ibidem.d
est etiam Ecclesia.ibidem.2.a
est & auctoritas propheticæ veritatis.ibid. c
est & iustitia, qua eum coronauit Maria.ibid.d
Vide Corona.
Dies humanus in scriptura sumitur pro approbatione hominum.391.2.c
Digestio prima, & secunda piæ animæ quænam sint.549.2.e
Dignitates Ecclesiasticæ præsentis vitæ sunt grossi Ecclesiæ.382.1.d
Dii Gentium ligna siluarum, quia iis sacrabantur talia ligna.269.2.b

&

&quia arcent lucem, laudibus Dei silentium causant, & latronibus præstant latibula.ibid.c
&quia ignem plurimum excitant.270.1.a
Dilectionis nomen quàm aptè competat Christo. 134.1.a
per idem exprimitur quoquo modo à nobis Deus, qui proprio nomine exprimi nequit.ibid. c
Dilectioni Dei quæ animæ aptæ sint.49. 1.c
qualis esse debeat.134.1.b
cum ea inconueniens est, vt sit aliquid imperfectionis.77.1.c
eam aliquando habituros sperare debent etiam imperfecti.ibidem.
Dilecti nomen quomodo congruerit Salomoni in præf.n.3
cum Dilecta re triplici modo potest esse anima. 127.1.c
Diligere,& trahere Deum est vnus idemque actus. 56.1.c
diligere Christum quis potest; cuius tamen anima Christum non diligat; & quomodo id fieri queat.130.2.c
diligunt Christum animæ renouatæ per gratiam baptismi.48.2.c
diligit Deum pia anima,quomodo corpus diligit animam suam.128.1.b
diligentes Christum sunt animæ, per quas viuit Ecclesia.120.2.c
Deum diligens,ac desiderans,per amorem & desiderium est ibi,vbi est ipse Deus.ibid.2.b
habet simul vitam,& mortem.1010.1.a
diligenti Deum quàm suauis sit commemoratio nominis eius.47.2.c
diligens esse debet,qui conuersioni indulget proximi.965.2.c
disciplinæ ordo est,vt prius doceamur, posteadoquamur.554.2.d
Discretio spirituum est dentatura piæ animæ, ibidem.b
est & nasus Ecclesiæ.931.2.d
Discretio bona quæ.390.1.a
eius laudes ibidem.b
est rectitudo ex simplici obedientia. ibid.d
est eminentior reliquis virtutibus.930.2.a
est sagax,& prudens.ibidem.b
est dæmonibus terribilis.ibidem.c
est perfectorum. ibidem. 2.c
Discussio exacta diuinorum eloquiorum, dentatura animæ piæ.554.2.c
Despensatores rerum temporalium in Ecclesia sunt manus Christi.849.1.c.& 852.1.a
debent esse fideles.849.2.b
debent esse insigniti charitate.ibidem.
debent animabus quoque prospicere exemplo vitæ,suæ,& tollendæ occasiones peccatorum. ibidem.c.d
Diuinitas in Christo instar odoris in lilio.256.2.b
eam Christus manifestauit, postquam manifestauit humanitatem.256.2.c
fuit in Christo impassibilis.257.1.c
quomodo mel.746.2.d
quàm aptè,& lac quoque dicatur.747.2.a
quomodo in ipsum lac conuersa.748.1.d
Diuitiæ iustorum absque onere conferunt illis gloriam.318.1.b
quasi iniustæ detinentur apud ingratos, & peccatores, vellentque se transferre ad iustos. 799.2.d
Diuites adiuuantes pauperes, adiuuantur à pauperibus.700.1.a
Docentes praua circa mores, & diuinæ legis obseruationem, obseruandi sunt veluti hæresi proximi.406.2.b
Docere pusillos quanti sit apud Deum.658.2.c
Doctor bonus docet iuxta capacitatem cuiusque 896.1.a
Doctores sunt caput Ecclesiæ.836.1.b
sunt oculi Christi.839.1.b.& 840.1.b
sunt vbera Ecclesiæ,& sicut botri.946.1.b
designati per mandragoras.971.2.a
super Doctores sanctos salire dicitur Christus,eos illustrans.340.1.c
iidem dicuntur montes conuallium.425.1.c
ferculum,& currus Christi.503.1.c
oculi Ecclesiæ.535.2.c
sunt & Ecclesiæ dentes.553.2.c
quales conditiones habere debeant.ibidem.d
quàm puri,& fecundi.ibidem.
sunt vbera Ecclesiæ 607.2.a
Quomodo hinnuli.ibidem.d
in lingua habent laborem,sub lingua requiem, & super linguam ineffabilia mysteria.674.2.c
cur dicantur Christi aromata.739.1.b
doctores componentes tractatus,debent esse radicati in Christo.548.1.c
iidem quomodo omnes æquales sint,atque diuerso modo se habeant in scribendo.ibid.d
quàm alieni esse debeant à peccatis,& ab obstinatione.ibid.2.a
eorum dissensio signum ruinæ Ecclesiæ.ibid.c
eorum candor quomodo exhibeatur.ibidem.d
eorum æqualitas in duplici consistit profectu suo, & aliorum.549.1.b
antiqui, & recentiores quomodo simul iungantur arctissimè.ibid.c
Doctores Ecclesiæ alios docentes sui quoque curã habent.487.2.b
eorum variæ conditiones.607.2.c
extra Ecclesiam ascendere nequeunt.550.1.c
eos interrogamus,cum illos audimus, eorumque scripta legimus.447.1.d
insigniores ex infidelibus conuersi auxerunt Ecclesiæ pulchritudinem.161.2.c
in doctoribus cum est Christus,necesse est sit & in aliis Ecclesiæ membris.194.1.c
Doctrina bona est coma Ecclesiæ.938.1.a
moralis & naturalis sunt duo vbera Ecclesiæ. 608.1.d
Doctrina Christi tota est de amore.7.1.b
cur vberum nomine nuncupetur.17.1.c
quàm præstantior sit doctrina legis, & prophetarum.19.1.b.& 26.2.d
est diuina,& cælestis.20.1.a
esse perfectam colligitur ex Christi gestis.ibid.c
præstantior est quacunque sapientia humana. 27.1.c
cur melior doctrina Philosophorum.30.1.c
fuit fragrans gratia,& virtute.ibid.d.
& bonis exemplis.ibid.2.a
confert gratiam.ibidem.
confert & delectationem in bene operando ibidem.c
& medelam.31.1.b.
& vires,& auxilia ad bene operandum.ibid.c
quomodo,& à quibus diligatur.75.2.c
quàm clara.133.2.d
abstulit tria mala à mundo.269.2.d
cur dicta pastus inter lilia.415.1.c
ea quàm excellentior doctrina Prophetarum, & Apostolorum.783.1.d
nedum erudit intellectum,sed & mouet affectum. 847.1.a
quàm dulcis sit.863.1.d
quomodo simul amarissima,& dulcissima, ibi.2.b

ex-

exhibetur cum spiritu Christi.953.1.c.
eius suauitas quanta.955.2.c
Doctrina Ecclesiæ quomodo similis vberibus.943.1.e
profectus eius admirationem causat.458.1.a
quanam in re situs sit iste profectus.ibid.b
eadem vnde habeat pulchritudinem.ibid.c
est præstantior doctrina legis.ibid.
Doctrina,& spiritus Ecclesiæ suauitas quæ. 953.1.d
diuinæ exhibitio,atque susceptio per deosculationem significari solita in scriptura Sacra. 6.2.e.& 14.1.a
Doctrina iusti dicitur & vbera,& fructus palmæ,& botri vineæ,& cur.949.1.b
eadem qualis.951.1.b
Doctrina sumpta ex naturalibus transeundum ad eam,quæ est ex spiritualibus.358.1.e
Doctrinam aliquam complecti diuersimode possumus.75.2.a
Dogmata Sacræ Scripturæ. Vide Scripturæ Sacræ dogmata.
Dogmata pietatis sunt tigna cedrina.246.1.e
Dolor qualis haberi debeat ab anima penitente. 800.2.e
Domus spiritualis robur,& pulchritudo dignoscitur ex firma fiducia, firmaque gloria spei. 244.1.d
Christi est anima iusti,eiusue potentiæ.ibid. c
Donec aduerbium dupliciter sumitur. 414. 1.a.& 453.1.d
Dormit Ecclesia cum libera est à pressuris. 767.1.e
iustus paratus mori pro Christo; at vigilat spe regni cælestis.ibid.2.c
Dormierit,& vigilauerit quomodo Ecclesia in Iudaico populo, & in Christiano. 764.2.e. & 765.1.d
Dormiant,& vigilent quomodo sancti. 767.1.c
Dormiendum carni,& temporalibus.ibid.2.b
Drama,quid sit,præfat.num.9.
Dulcedo,quæ ex Dei præsentia percipitur, obliuisci facit præcedentes labores.449.2.d
efficit,vt modicum videatur totum tempus tribulationum.ibid.e
Dulcedine spiritus priuatur aliquando anima,vt ad illam magis afficiatur, & magis illam æstimet. 458.1.c

E

Ebria videtur anima rediens ex conuersatione Christi. 289.col.6.a
Ebrietas causata potu sanguinis Christi qualis.759 2.a
eiusdem causatæ à vino tribulationum duo effectus.756.2.b
spiritualis quid.762.2.c.& 763.2.c
Ecce,est dictio significans admirationem.210.1.b
frequenter ponitur ad significandum quid nouũ, magnum,& admirabile.212.2.a.& 792.1.a
Ecclesia vna & duplex.3.1.d
ante Christi aduentum qualis.5.1.b
post Christi aduentum qualis.ibid.d
antiqua Sanctorum Patrum quanto Christi desiderio flagraret.ibid.e.& 13.1.d
introducta est in cellaria Dei,cum introductus est Adam in paradisum terrestrem.60.2.c
est cellarium cibariorum,thesaurorum, & mysteriorum Dei,& locus,vbi diuino vacatur amori. 63.1.a
per commixtionem bonorum,atque malorum est simul nigra,atque formosa.81.1.b.88.1.e
est tabernaculum,in quo vnà cum Deo commoratur fideles.81.2.b
formosa est; quia tabernaculum Christi, & quia constat ex iis,qui se mortificant.89.2.d
nigra est;quatenus secundum opinionem insipientium censetur inimica totius mundi.ibid.
est custos vinearum mandatorum Dei. 118, 2. c & vinearum Gentium.ibid.d
translata fuit ad Gentes; quia vineam Iudææ non custodiuit.119.1.d
haud est occulta.144.2.e
quomodo sit pulcherrima inter omnes Gentium collectiones.148.2.e
est similis Israelitico populo, vt equitatui Dei in curribus Pharaonis.167.2.c
sponsata fuit à Christo per aquam,& sanguinem. 199.2.c
est pulchra & in præsenti,& in futuro sæculo.214. 2.d
est vnus,& plures campi, atque conualles. 255. 1.e
in eius campo flos multiplex.ibid.b
est flos campi odore virtutum, lilium conualliũ splendore operum.257.2.a
in Iudæis flos,in Gentibus lilium.ibid.b
florem se dicit propter Prophetarum vtilitatem, lilium propter Euangelium.ibid.c
circundata est ab improbis, vt à sepe spinarum. 267.1.a
incumbit super cathecumenos, & super sanctos fideles,vt super arbores.310.1.e
quatenus columba est,properare debet ad prædicationem.353.1.d
in hoc sæculo est columba agrestis,in futuro verò erit domestica.388.2.a
quomodo sit maceria.397.1.b
est vna ex pluribus.411.1.e
est vna ex diuersis sanctorum generibus. 471. 2.b
quomodo inuenta ab Angelis, & ab Apostolis. 446.2.d
Christum detentura est, donec introducat illum in synagogam.459.2.d
per quæ admirationem incusserit Gentibus vniuersis.462.2.d
ob preclaram virtutum omnium famam cunctis Gentibus fuit admirationi.465.1.c
est lectulus Salomonis.477.1.c
eam ambiunt Doctores sancti.ibid.d
est & ferculum Salomonis.501.2.b
in ipsa sunt multiplicia dona Spiritus sancti, sicut in ferculo plures partes ex varia materia.ibid.c
quomodo sit ornamentum,& diadema Christi. 519.2.c.& 527.2.a
est similis malo punico.574.2.e
fragmini non integro similis; quia quò magis frangitur, eò clarius internas exhibet virtutes. 575.1.a
est tota pulchra in præcipuis suis sanctis. 619. 2.d. & 623.1.c
est tota pulchra in futuro sæculo.ibid.c.
de infidelitate vocata est ad fidem.629.2.a.
ex Iudæis,ex Gentibus.ibid.b
per baptismum.ibid.c
Vocatur & ad cælum per bona opera,sed à principio fidei suæ.ibid.d
vocata & ad triplicem profectum.ibidem.e
est quasi proprius locus voluptatis Deo ob eximiam sui pulchritudinem.678.1.c
caretnus est sine macula, quatenus est hortus conclusus muro Sacræ Scripturæ, & Christo vt earum

rum ostio.ibidem.2.a
est & hortus conclusus muro charitatis. 684.1.c
item fide, & operibus. ibid.e
munimine disciplinæ.ibid.2.a
est hortus conclusus, & fons signatus tantùm in iustis.ibid.d
vt seruetur illibata, necesse est sit fons signatus. 679.1.c
est fons signatus ob doctrinæ fluenta signata signaculo Euangelicæ veritatis.ibid.b
est paradisus paradisorum.689.1.b
quo cum discrimine Ecclesia catholica, & Ecclesiæ particulares sint paradisus.ibid.2.a
ipsa est paradisus conclusa, & omnino tuta. ibidem.
est similis paradiso cælesti; quia est sponsa Christi; & quia est voluptati Deo.ibid.c
& ob concordem fidelium participationem. ibidem.d
& quia in medio sui habet Deum vnientem multas Ecclesias particulares.690.1.b
vt cum Christo consepulta quomodo sit paradisus in propaginibus.ibid.2.c
ipsa, atque eius propagines sunt vnusmet hortus. ibidem.d
est hortus haud olerum, sed nobilissimarum plantationum.691.2.c
est fons hortorum.712.1.c
quomodo puteus.ibid.2.c
est Libanus, è quo aquæ diuinæ eruditionis. 715.1.c
vt est in iustis nihil in se habet, quod non sit pulchrum, concinnum, & delectabile.692.1.e
ex infidelibus emersit vt lilium è medio spinarũ. 267.1.a
quomodo ex Apostolorum prædicatione ostenderit Christo faciem suam decoram per confessionem.404.1.d
quantum sectis vniuersis sit præstantior. 262.2.c
& scientiam, & quicquid in se est offert Christo. 728.1.a
Ecclesia Catholica percussa, vulnerata à Tyrannis. 820.1.d
extra eam nulla reperitur vnitas vera.262.1.c
eius excellentiam ignorantes fideles, facilè incidunt in sectas hæreticorum.158.2.c
illius progressus explicatus.90.1.c
Ecclesiæ primitiuæ progressus mirabilis propter nouitatem.463.1.c
progressus ille quàm rectè designatus per verbum ascendendi.ibid.a
extitit per modos contrarios modis, quibus in mundo proficiunt regna, aut sectæ. ibidem. 2.c
excellentia eius super reliquas populorum collectiones est ex excellentia Christi super illarum capita.270.1.e
eius intima Christus constrauit iustis charitate exi miis.515.1.c
eiusdem vnio cum Christo quàm arcta. 419.1.b
primitiuæ Ecclesiæ in cryptis latitanti quid dixerit Deus.386.1.e
antiquæ in Patribus quanta fuerit pulchritudo. 211.1.c
Eccl.Catholica dormit in hæreticis, & peccatoribus, vigilat autem in iustis.865.2.b
percussa, & vulnerata, & nudata à Tyrannis. 822.2.e
dicitur murus, & ostium iuxta diuersos fideles. 1035.1.c
quomodo similis sit Libano.860.1.c
eius celsitudo quanta.ibid.d
quomodo sit tota desiderabilis.862.2.c
in ea quomodo videatur Christus.864.2.e
suauis est Christo propter gratiam, qua in illa complacuit.876.1.a
similis est cœlesti Patriæ, & Angelis.879.1.e
quomodo terribilis vt castrorum acies ordinata. ibid.2.b
est vna Christi columba perfecta.879.2.e
quomodo vna sit matri, & electa genetrici. 890.1.a
cur dicta hortus nucum.898.1.a
cur destiterit à sedulo studio conuersionis Iudæorum.902.1.b
sicut ob orationem dicitur chorus, ita ob spiritualem pugnam dicitur castra.911.2.e
ob varios sanctorum ordines dicitur sicut chori castrorum.ibid.e
reddenda pulchra, & suauis tempore Incarnationis.942.2.c
est sola Christi dilecta.977.1.c
ad eam quomodo fuerit conuersio Christi. ibidem.d
quàm ardenter optet filiorum generationem in Euangelio.960.1.d
qualis ager sit.962.1.c
est domus matris piæ animæ.986.1.d
tota Christo soli innititur, ideoque comparatur insulis.989.1.e
est inferno potentior.1009.1.d
est murus igneus.1038.1.b
habet pro turribus charitatem.ibid.c
cur dicta murus.1039.1.a
quando fuerit vinea Christi in ea, quæ habet populos.1044.1.b
eius status in fine mundi maximè tranquillus. 1051.1.c
Ecclesia primitiua Apostolorum quomodo dici potuerit murus.1033.1.a
Ecclesia ex Gentibus æstimari cœpit in vineã Christi, ex quo Christus tulit de medio inimicitias. 1044.2.c
Ecclesia Gentium est vinea pacifici in ea, quæ habet populos.ibid.1.e
Ecclesiæ prærogatiuæ in antiquo Iudæorum populo.768.2.b
eius caput est Christus.835.2.c.& d.
sunt & Patriarchæ, & Doctores.836.1.b
& fides.ibidem.
concussæ hæresibus pij quique compatiuntur. 866.1.b
decor in quibus sit, & quomodo similis Ierusalẽ. 876.1.c
beatitudo à longè præuisa est à Patriarchis, & Prophetis.892.1.b
progressus qualis.893.1.c.& 895.1.b
idem in hæresum nocte similis progressui plenæ Lunæ.993.2.b
quomodo similis ille sit progressui Solis.ibid.c
progressus eiusdem in variis fidelium ordinibus. 895.2.a
hostes quibus quadrigis militent contra eam.903 2.c
prædicatio laudata.915.1.c
propagatio in duobus populis laudata. 918.1.c
per propagationem Ecclesia quasi insignibus decora est ornamentis.ibid.2.a
pulchritudo eius, & suauitas percipitur ex progressu, & doctrina illius.943.1.b
progressus quomodo similis progressui palmæ.ibidem.c

i
dam-

damna vnde ei proueniunt.1000.2.e
in Ecclesiæ perturbationibus quinam deficiant, 116.1.b
eam peperit Eua sub arbore, in qua peccauit. 995.1.a
In Ecclesia Apostolica reperitur Christus, 871. 2.e
quomodo in eam descendat, & ad quid.871.1.d, & 2.a
extra eam nemo tendere potest ad perfectionem, 890.1.b
in hortum Ecclesiæ qua ratione inuitetur Christus ad fructus comedendos, cùm Ecclesia, & iusti iam eius sunt fructus.728.2.e
Ecclesiæ particulares sunt vineæ florentes virtutibus.382.2.e
sunt emissiones,& propagines Ecclesiæ catholicæ. 680.1.a.& 699.2.c
omnes aptissime designatæ sub metaphora septem arborum aromaticarum sicut & septem candelabrorum.689.2.e
Ecclesia Romana. Vide Romana Ecclesia.
Ecstasis quibus à Deo concedatur.673.2.b
quid sit.815.2.e
sequitur ebrietatem spiritus.767.1.b
Effundere in se animam suam est effuse lætari. 978. 1.a
Effusio cordis in oratione est idem, quod osculum, & vberum porrectio.ibid.b
Egressus ad imperfectiora est impedimentum, quò Deus ab anima non inuenitur.818.2.b
Elate quid sint.832.1.a
elate palmarum quid sint.ibid.c.& 836.2.a.& 837 1.c
Electi vocabulum quid significet.828.1.c
Electio ad Dei amicitiam est mere ex illius gratia. 212.1.b
Eleemosyna significata nomine omnium puluerum pigmentarii.468.1.b
occulte facienda.574.2.d
eam faciens est puteus aquarum viuentium. 712. 2.c.
Eleemosynarii sunt vestes Ecclesiæ, & similes Martyribus.675.1.d
Eloquentia humana cur cauerna maceriæ. 386. 1.e
Eloquium Ecclesiæ vnde habeat dulcedinem. 557. 1.b
eius dulcedo sita in eo, quod affectus mouet. ibidem.
Emissionum voce quid significetur.685.2.e
En-gaddi quomodo interpretetur, 203.1.d.& 209. 2.a.
Episcopi nomen cur competat Prælato. 444.1.a.& 481.1.e
dicti sunt custodes murorum.822.1.a
Equi Dei tot sunt in Ecclesia, quot in ea sunt sancti. 161.1.d
Equitatus similitudine laudatur Ecclesia ex pulchritudine,& potentia.ibid.c
eidem quàm aptè comparetur pia anima. 163. 1.c
Erubescentia praua quàm damnosa sit exercitiis spiritualibus.390.2.a
Euangelii maximum impedimentum prædicationi.385.1.a
faciei vnde proueniat.570.2.b
eadem in externa conuersatione arguit internã animi probitatem.ibid.
est synthesis, & linea Christi; necnon & animæ, & quæ est illius sponsa.ibid.e
est & proprius virtutis color.ibid.
commendabilis maximè, quia causa est silentii. 573.2.c
Erubescẽtia de peccatis admissis,& humilitas similes fragmini mali punici.574.1.d
cum erubescentiam tribulationum pro Christo non fugit Anima, dicitur similis fragmini mali punici.ibidem.e
Essentia diuina cur dicatur adeps frumenti. 129. 1.e
Et, particula aliquando sumitur amplificatiuè.222. 2.c
aliquando pro alia particula, Vt.759.1.e
Eua cur dicatur ædificata è costa Adæ.627.1.c
peperit Ecclesiam sub arbore, in qua peccauit. 995.1.a
per peccatum corrupta perdidit,corrupitque omnes filios.997.1.a
Euæ,& Mariæ oppositiones in ostendenda facie, & resonando vocem confessionis, & gratiarum actionis.404.2.e
Euangelia sunt foramina petræ.396.2.e
Euangelium est fructus Christi.186.2.e
est lex gratiæ.315.1.d
est gratia ipsa quatenus illam confert.315.2.a
vniuerso mundo propositum,& prædicatum est. ibidem.b
est tegmentum petræ.398.1.a
est fons hortorum.712.1.c
eius largitione Ecclesia Catholica à Deo donata est duobus eximiis beneficiis.315.2.d
lex eius tota in amore sita.295.1.d.& 315.1.a
quas congruentias hæc habeat cum Austro. 717. 2.a
per ipsam arcetur lex Mosis ab Ecclesia.ibid.d
eius prædicationem cur Christus appellet aromata.719.1.e
prædicatio illius vox turturis.372.2.b
dicta quadrigæ Christi.903.1.c
cursus ei usdem factus per impulsus Spiritus sancti.494.2.c
quatuor eius prærogatiuæ.315.1.e
obseruatio illius est vestimenta Ecclesiæ.674.2.b
ad eius lucem inclinatæ sunt vmbræ legis. 420. 2.d
in eius curru anima ad celum vehitur. 904.1.d
ob celerrimam ipsius prædicationem cõmota est Synagoga.903.1.b
Euangelium amoris signo cosignatum est.19.2.e
Euangelii Doctrina. Vide Doctrina Christi.
Eucharistiæ Sacramentum melius est, ac suauius quacunque re mundi.27.2.a
est cellarium Christi.67.1.c
est turris Dauid,& arma.595.2.d
quam ardenti desiderio ad illud inhient sancti. 306.2.a
in eo cur corpus Christi appelletur nomine malorum.ibid.c
non tantum Sacramentum, sed & effectus desiderandi.ibid.d
ad dignam eius sumptionem maximè necessaria, deuotio.ibid.e
idem quomodo,& à quibus sit contemplandum. 518.2.d
est symbolum pacis.519.1.b
in eo fidelibus à Christo confertur regnum. ibidem.
quando vel consecratur, vel traditur fidelibus est dies desponsationis, & lætitiæ Christi. 527.1.b. & 2.a
in eius conuiuio nuptiæ celebrantur à Christo.ibidem.1.e
est omnis suauitatis, atque saporis.754.2.a

in eo est puritas omnis.ibid.
est Christi pascua.419.2.c
Et ascensus purpureus Ecclesiæ.502.1.c
in eo Christus erigit amorem vexillum suum super fideles, quave ratione id fiat.299.2.c
in hoc Sacramento multò perfectius, quàm in vlla alia re Christus exhibuit amorem suum. 300.1.c.
in eo fit quædam extensio Incarnationis dominicæ. ibidem.e
in eo Christus præsens, partim manifestus, partim occultus.344.1.a
à quibus, & quomodo ibi videatur.ibid.d
apparet pulcherrimus, & virtutum omnium odore fragrans.ibid.e
stat accinctus ad nobis opem ferendam.ibid.
in ipso Christus est botrus, & quomodo. 205.2.a
effectus eius quinque.ibid.c
per idem confertur gratia speciali modo. ibidem.d
quomodo conferat sanitatem vulneribus peccatorum.ibid.2.b
recreat mentem ineffabilibus consolationibus.ibidem.d
quomodo conferat incorruptionem, & immortalitatem & animæ, & corpori.ibid.e
largitur animæ ornatum, & pulchritudinem insignem.206.1.d
in eo Christus est sicut malus.276.2.b
in Ecclesia residet & secundum corpus, & vt est charitas.505.2.e
idem Sacramentum est amor & charitas. 506.1.a
est ignis.ibid.b
in ipso Christus est in accubitu suo.188.1.b
illud humiliter sumere, est maximum donorum omnium, quæ à nobis Deo offerri possint. ibidem.c
illud sumens, dum accipit corpus Domini, accipiens largitur ipsi Domino.ibid.2.a
præparatio ad illud fit triplici consideratione. ibidem.d
in eius susceptione pia anima nititur vicem rependere Deo pro omnibus, quæ ab ipso accepit. 730.2.d
ad eamdem se præparans indiget ope Spiritus sancti, eamque petere debet.731.1.a
præparatio autem vera sita est in contritione, & deuotione.ibid.b
communionis, quæ fit in Eucharistia dignitas omnis est ex parte Dei dignantis se demittere ad animam.ibid.c
communicatio mutua Dei, ac piæ animæ quomodo in ea fit.ibid.d
quàm diuersimodè in ea Christus veniat in illos, qui bene: & in illos, qui malè communicant. ibidem.e
in eo quomodo anima exhibeat conuiuium Deo, à quo admittitur potiùs ad conuiuium. ibidem.2.a
quid in hac communione, & quomodo is comedere dicatur.ibid.b
comedere in ea dicitur Christus, quia animam communicantem transmutat in se.732.1.a
in eius conuiuio fasciculi passionum, & virtutum Christi ob oculos habendi.745.2.c
an Christus ipsum comederit.746.1.a
illud comedens Christus in cœna exhibuit Ecclesiæ formam idem comedendi. ibidem. 2.a
est verus cibus, & verus potus.747.1.a
in eo caro, & sanguis Christi conferunt vitam propter vnitam sibi diuinitatem.ibid.c
in eo cum vino sanguinis sumitur diuinitas eiusdem conuersa in lac.748.1.d
præparationi ad illud quinque potissimum esse necessaria.750.2.b
in eius communione habentur simul omnia indicia amoris Christi.757.2.c.
in ea Christus summum amorem exhibet. ibidem.d
ad hanc frequentandam Christus inuitat animam, vt per hoc maiora percipiat gratiæ augmenta. 758.1.b
hoc Sacramentum quomodo sumendum. 983.1.d
deuote communicantes plures amoris actus proferunt per actualem gratiam, quæ à Deo donantur. ibid.c
eadem communio inebriat causando excessum animæ ad meliora.763.2.a
eius pastus efficit nos idoneos ad æternam requiem 134.2.b
ad illud quomodo inuitet nos Deus.14.2.b
ad idem admitti quomodo optet pia anima. ibidem.e
ad eius dignam sumptionem quæ sint necessaria. 283.1.d
eiusdem fructus quis sit.ibid.
haud cuilibet idem, sed quibusdam dulcis, quibusdam amarus, & mortifer, prout quisque voluerit. ibid.2.c.& 284.1.d
idem triplici satisfacit appetitui.284.1.c
illud indignè sumens amarum id sibi facit, & mortiferum.ibid.e
idem est Christi fructus.286.2.d
ad illius communionem fideles inuitat Christus, sed dignos.754.2.d
cur in eo Sacramento Christus se reliquerit Ecclesiæ comedendum, ac bibendum.ibid
primùm, quia & diabolus cibo hominem sibi subiecit in paradiso terrestri.ibid.e
secundò, vt per hoc innotesceret tanti Sacramenti necessitas.755.1.d
& tertiò, vt arctissimam cum communicantibus perficeret vnionem.ibid.2.c
Hæc vnio quomodo fiat.ibid.d
ad hoc Sacramentum qui debeant accedere, quove modo.755.1.a
ad illud Christus inuitat quotidie, & cur. ibidem.2.a
quomodo Amici, qui iam cum Christo vniti sunt, dicantur communicari, vt vniantur cum eodem Christo.756.1.b
in hoc Sacramento non tam gratia confertur, quàm augmentum gratiæ regulariter.ibid.c
communicans cur arctius semper vniatur cum Christo, quò frequentius communicat.ibid.d
ebrietas causata in potu sanguinis Christi qualis sit. ibid.2.a
cibus huius Sacramenti quomodo discrepet ab alijs cibis corporeis.ibid.1.c
sacerdotes potissimum inuitantur ad potum sanguinis.ibid.2.c
in communione inebriantur, qui deuote communicant.ibid.e
idque per actualis gratiæ, & dulcis satietatis susceptionem.ibid.
communicantes dicuntur simul pauperes, & Reges 757.1.b
deuotio actualis in communione quomodo fit causa actualis gratiæ, & ebrietatis spiritus. ibidem.2.a
cum deuotione communicare quid sit.ibid.c

post eius sumptionem immorandum meditationi passionis Christi.196.2.d
idem quomodo dicatur monumentum passionis Christi.197.1.c
eo pasta pia anima pascit Christum lacte deuotionis propriæ.ibid.c
Eucharistiæ beneficio anima fit amica, & proxima Dei.773.2.b
quomodo Sacramentum hoc sumendum.983.1.c
post communionem Christus detinendus in mente nostra.ibid.d
in eo sumptus Christus quomodo nos doceat. ibidem.2.b
post communionem quid Christo hospiti nostro dare debeamus.ibid.c
Eucharistiæ frequentationem quàm ardenter in fidelibus optent sancti quique.976.1.a
in hoc Sacramento vbera Christi botri vineæ.951.2.b
in eo Christus est guttur Ecclesiæ sicut vinum.955.2.b
Sacramentum hoc est salubre solis rectis corde. ibid.c
in eo amor Christum subiicit potestati Ecclesiæ. 957.1.d
sugit in eo Christus vbera communicantium, iisdēque vberibus illos pascit.976.1.c
id cum suscipitur, est optima gratiarum actio. ibi.c
in eius frequentia aufertur omne Ecclesiæ opprobrium.ibid.2.a
in eius communione anima inuocat nomen Domini super se &c.ibid.b
per eius sumptionem quomodo inhabitari dicitur terra animæ.ibid.c
in illo Christus inuentus foris osculatur à communicante.981.1.c
in eo potatur Christus vino condito. 986.1.d.& 2.b
in eodem excitamur ad Christi amorem, & cum Christo desponsantur fidelium animæ.997.2.c
Ex, præpositio pro Præ.825.2.d.& 828.1.b
Ex quo, aduerbialiter positum aliquando significat causam, aliquando designat effectum.1036.2.c
Excitetur quomodo Dei cor ab anima, vt conferat ei gratiam.644.1.a
Exempla Christi proponi nobis optare debemus. 310.2.a
virtutum Christi sunt foramina petræ.396.2.d
Exemplo bonæ vitæ plures excitantur ad virtutis studium.56.1.d
Exercitia, & studia iustorum iuncta sunt cum quiete maxima.234.1.c
etsi diuersa sint, sunt tamen omnia lectulus vnus. ibidem.2.d
eorum quies est florida flore spei, proferentis quietem æternam.235.1.b
conferunt robur per Christi præsentiam.ibid.c
per eamdem anima in iisdem quiescit in loco vmbroso.ibid.2.a
in iis inuenitur quies, & flores virtutum.237.1.c
illorum instabilitas quam damnosa.436.2.b
in eis quomodo se gerere debeat pia anima, dum in eis sanctos vult imitari.151.1.d
in ipsis cur langueant sancti, & quæ eorum languori sint apta remedia.307.2.a
Exhalationi terrestri similes iusti, quatenus ignei redduntur per viciniratem ad Deum.ibid.1.b
Exorcistæ sunt manus Christi.852.1.d
Externa piæ animæ pulchritudo, & sanctitas qualis. 71.1.d
Externam animæ bonam couersationem necessariā esse præter internatum virtutum robur.246.1.c
Exultatio explicari, solita similitudine cerui salientis. 331.2.c

H

FAciem ostendere alicui, significat certare cum illo.386.2.c
Facierum humanarum ingens varietas.334.2.c
Facies animæ puritas est fidei, atq. operum. 403.2.a
est cor, atque mens.400.1.d
hanc cordis faciem Deo ostendere, est cordis sonū in Dei aures immittere. ibid.c
Fama bona designata per mandragoras.971.1.c
Fames quid, quidve fames animæ.283.1.b
Fasciculi myrrhæ nomine quid significetur.192.1.c
Fasciculi similitudo qua ratione congruat Verbo diuino.195.2.a
Fascinatio quid sit.99.1.a
Fauum cum melle comedere quid sit.744. 2.a
Felicitas cælestis patriæ apte expressa per ficum, ac vitem.379.1.b
Vide Cœlestis patriæ felicitas ac beatitudo.
Femora animæ sunt virtutes.917.2.a
metaphora femorum designatur generatio, & qui generationi indulgent.917.1.c.& 918.1.c
Ferculum quid.489.1.c
Feruentes spiritu designati metaphora vini.749.1.c
Feruor nimius in principio conuersionis est periculosus.944.1 c
Ficus, ac vitis frequentius fit mentio in scriptura: qa præ reliquis arboribus multa in eis latent mysteria.374.1.d
quàm aptè Principem significet.377.2.d
& corpus.378.2.a
Ficus, & Crux Christi aptè proposita pro indicio instantis manifestationis Iesu per conuersionem mūdi.375.1.b
Fidelium tres ordines in Ecclesia.887.2.c.& 889.1.d
Fidendum semper in Deo.267.2.c.& 992.1.b
Fides est veluti fundamentum iustificationis.281.1.c
præcedere debet dilectionem.46.1.c
quā aptè exprimatur metaphora oculorū. 217.1.c
quid sit.ibid.2.a.
videt per lumen infusum a Deo.ibi.
est collum animæ sicut monilia propter bona opera, quæ habet annexa.177.1.d
est nardus Ecclesiæ, quo dat odorem per bona opera.197.1.c
est lectulus quietissimus intellectui humano. 230.2.c.
In ea quiescendum absque vllo motu hæsitationis, quia lectulus paruus.ibid.e
obiectum fidei est vnum, quodve sit.231.1.a
ea respectu visionis beatificæ non est lectus, sed lectulus humani intellectus.ibid.b
vt donum Dei, magis ipsius Dei dicenda est, quàm hominis.ibid.c
est lectulus communis Deo, & homini, cum per eā quiescat & homo in Deo & Deus in homine.ibi.d
eadem floret, & virescit charitate.ibid.2.c
est florens per virtutum opera, quæ sunt flores, & proferunt fructum vitæ æternæ.ibid.d
pertinet ad intellectum, eique subesse non potest falsum.233.1.c
debet præcedere opera.1033.2.c
est facies animæ.313.2.b
est caput Ecclesiæ.836.1.b
est murus, & pectus animæ.1033.2.c
cum operibus est murus cum propugnaculis.ibid.
in fidei tabernaculo abscondit se Deus, ne per solem humani sensus nigrescat.232.2.d
in eius vmbra melius se manifestat Deus, quam in luce

luce solis, humanæque rationis.233.1.b
fides, & cognitio diuinitatis, atque humanitatis Christi præ reliquis excellet in anima, 471.1.a
fides iusti quomodo sit informata charitate, & in charitate transformata.634.1.b
fidem multiplicem comedit Deus in nobis.753.1.a
est collum Ecclesiæ.596.2.e
quàm sit delicata.69.1.d
donum eius est præstantissimum amoris indicium ibid.2.b
est exhibitio diuinorum vberum.ibid.c
credentium proprietas.ibid.d
quamuis sit in intellectu, pendet tamen à memoria ibidem.e
eidem iuncta esse debet charitas.70.1.a
solidatur per collationẽ ad dogmata Ecclesiæ Romanæ.454.2.b
roboratur per studium scripturæ sacræ.455.1.c
quæ per dilectionem operatur, est funiculus coccineus.563.1.e
Fides Ecclesiæ est fides viua.217.2.c
purissima, & maximè simplex.ibid.c
Fidei actus est oratio efficacissima.669.2.c
is triplex est iuxta triplicem modum credendi. 453.2.e
& à Deo, & ab homine est.233.2.a
sublimitas eius est Libanus.713.1.d
dogmata sunt tigna domorum sacrarum scripturarum.240.2.d
claritas, & intelligentia diuinorum sunt oculi animæ.928.2.c
vires, quàmve eadem sit Deo grata.882.1.d
scuta simplicibus, & plebi deseruiunt pro omni armatura.479.2.b
rationes vinculis veritatis alligatas habet pia anima.199.1.a
odorẽ accipit anima, quæ Christo aperit. 814.1.b
oculis inspici vult Christus.884.2.b
iis quomodo pia anima vulneret cor Dei, & à Deo priùs vulnerata, & quomodo inuicem hoc pacto vulnera renouent.642.2.a
viuæ fidei quanta sit vis.218.1.b
Vim infert ipsimet Deo.ibid.c
discrimen fidei, ac scientiæ.68.2.d
Circa eas quàm diuersimode nos gerere debeamus.149.1.d
Fide trahimus Deum.57.2.e
quomodo rapiatur cor Dei.643.1.d
vna vulneratur cor Christi à pia anima.640.2.c
in fidei celeberrima diuulgatione per Apostolos Ecclesia similis equitatui in curribus Pharaonis. 167.1.a
euidentiam in ea quærens, fit expers quietis, quam priùs habebat, dum simpliciter crederet. 429.1.a
euidentiam quærens quantam inquietudinem habeat humanus intellectus.434.2.a
voluntas in rebus fidei debet præcedere intellectũ 149.2.a
per fidei iter qua ratione gradiendum. ibid.d
per eius munus Deo exhibitum acquiritur Spiritus sancti gratia, eiusve doctrina.190.1.b
pro fidei lectulo vmbroso promittuntur à Deo Ecclesiæ domus æternæ felicitatis in futuro sæculo. 242.2.b
Fiduciæ nomine quid significetur.244.1.d
quàm rectè significetur metaphora tignorum cedrinorum.ibid.c
eadem ornatur à spe.ibid.2.a
Filiæ vocabulum vsurpatum pro sponsa, & coniuge 912.2.a
adiicitur sæpe ad ornatum in phrasi Hebraica duntaxat, vt & vocabulum filiorum.925.2.e
Filiorum nomen absolute positum in script. in malũ sensum accipi solet.268.1.a
Filii sunt ornamenta matrum.175.2.b
inter eos, ac filias discrimen.276.1.c
Filii eiusdem matris appellatione quid significetur, in sacra scriptura.103.2.e
Flagella præsentis vitæ admodum exigua, & tenuia in comparatione flagellorum vitæ futuræ. 798. 1.d
iis excitat Deus nos ad conuersionem.803.2.c
iis venatur, & capit peccatores.799.1.a
Floret Ecclesia in baptismo infidelium.383.1.c
Flos Christus ita, vt sit omnes flores.351.1.c.& 2.c
in ipsa passione gloriosissimus.250.2.d
Flos campi Christus, quia decus mundi: lilium conuallium, quia virginitas humilium.257.1.c
flos est aliquibus, aliquibus Lilium pro diuersitate graduum.ibid.
flos est redolens in omnem terram: Lilium est effulgens in humilibus.ibid.d
flos ob simplicitatem: Lilium conuallium ob humilium virginitatem.ibidem.
flos, quia animæ præstat cæleste desiderium: Liliũ ob munditiem datam humilibus.ibid.b
Flores Ecclesiæ omnes in eo conueniunt, quòd sunt Lilium ob puritatem.253.2.c
Fomes, & reliquiæ peccatorum quid sint.86.1.e
ob illum anima dicitur fusca.ibid.
ex eius nigredine pia anima redditur illustrior. ibid.2.c.& 89.1.b
quomodo sustentari dicatur Christi læua. 316.1.d
Foraminis vocabulo quid significetur.795.1.c
Formosa cur dicatur iusti anima.354.2.d
Fons signatus dicitur Ecclesia ob aquas gratiarum, & aquas sacræ doctrinæ.679.1.b
& q a parit Virgo, & fundit puras doctrinæ aquas super fideles.ibid.e
illius similitudine exprimuntur duæ laudes spõsæ gratiarũ scilicet, & pudicitiæ virginalis.676.2.c
Fructus & à perfectis, & imperfectis percipit in Ecclesia Christus.753.1.b
Fructuum animæ quàm solicitus custos sit Deus. 407.2.c
Fruitionis Dei quanta erit suauitas. 59.1.b
ea in hac vita est in continuo progressu.§22.2.a
haberi non potest in hac vita.ibid.1.e
Fugere pro festinare.1049.1.e
fugiat quomodo, & quo Christus. 1056.1.d
Fulcitur Ecclesia, & anima donis Spiritus sancti, & bonis sermonibus.310.2.d
profectibus incipientium, & operibus perfectorũ. 311.1.a
Apostolis, & continentibus.ibid. Mysteriis passionis, & resurrectionis Christi.ibid.b
Fumum quàm aptè Christus exhibuerit in signum suæ præsentiæ, qua ducem se exhibet credentib. 464.1.e
per fumum, & per odorem Ecclesia proposita Gentibus in signum.ibid.2.a
Futura pro præteritis, & è contra frequenter poni solita in scriptura sacra.184.1.d

G

GAbriel Angelus signatus noĩe Austri.722.2.a
cum præuenit Verbum ad Mariam.339.2.c
Gaudium perfectum est à dilectione Dei.76.1.c iusti est cum debito timore, debitaq. solicitudine. 911.1.a
Gementes salubriter dicuntur vox vnius turturis; quia vnus Spiritus sanctus gemit in illis. 372.1.c
Gemitus est propriissima amoris loquela. 551.2.c

Genæ pulchræ quomodo similes cortici mali punici,564.1.c
Genarum piæ animæ pulchritudo qualis.171.2.e
Genæ animæ sunt duo, quæ necessaria sunt ad intentionem rectam; res,& causa bona.172.1.c
Generationis spiritualis à carnali discrimen, 1027.1.b
Gentilitas quomodo, quando Christus natus est, florens dederit odorem virtutum.381.1.a
plenitudo eius domus matris Ecclesiæ.460.1.c
Quomodo facta sit illa pulchra, suauis, &c. 879.2.d
Gentiles designati per mandragoras.971.2.a
Gentium Ecclesia ficus.382.1.c
prius erat fusca; quia non respiciebatur à vero Deo 102.2.d
Gentium conuersio dicta secatio.371.2.e
quanto eam studio procuratura sit Ecclesia. 986.1.d
Gladii vsus cur permissus antiquis Patribus, qui tamen post Christum natum non conceditur tendẽtibus ad perfectionem.488.2.b
Gladiis tantum cur instructi dicantur fortissimi Ecclesiæ, cum scuta sint omnis armatura fortium. 479.1.d
Gladius spiritualis duplex, quive ii sint.487.2.a
Gloria sanctorum qualis.246.1.c
omnis bonorum nostrorum Deo exhibenda. 730.2.a
sic pia anima se,& opera sua Deo exhibet, vt fructus eius comedendos.ibid.
Gloriandum in Domino, à quo omne bonum. 256.1.c
Glorians in Christo crucifixo glorificat Deum, portatque illum in corde,& in brachio vt signaculũ. 1001.2.b
Gratia est solius Dei.243.1.c
eadem instar tignorum sustentat opera nostra, & structuram domus æternæ beatitudinis,ibid.e
vmbrosas reddit animas, in quibus reclinat Christus.237.1.a
est mater piæ animæ,640.2.a
Dei idoneos nos reddit ad omnia,752.2.c
eam à Christo accipiens iustus in illius vicem repẽdit eius gratiæ vsum.196.1.d
quomodo illam meruerit nobis Christus per passiones,& actiones suas.203.1.b
eam & Spiritum sanctum diuersimode petit anima.721.1.c
illius plenitudo duplex.37.2.c
eius plenitudinem quomodo Christus,& B. Maria habuerint.101.1.a
Gratiæ omnis principiũ est Christus. 203.1.a.& 2.e
eius decorem, & ornatum multitudinis fidelium Christo acceptum fert Ecclesia.252.2.a
spiritualis varietas quanta,712.2.d
diuinæ ros tollit ab anima siccitatem, & tenebras omnes.783.2.a
plenus ita Christus gratia, vt non exhauriatur.ibidem,
Gratiæ diuinæ non trahunt, nisi admittantur. 55.1.b
Gratiarum omnium summa coniunctio in Christo, 34.1.c
sunt perfectissimæ.ibid.2.b
sunt principium,& causa gratiarum nostrarum. ibidem.e
eadem Christi gratia præfertur vnguentis Mosis, 36.2.a
Gratiarum munera multa ab vno fonte.ibid.b
illarum varietate,& copia illustratur quam maxime Ecclesia Catholica.707.1.b
ad eas suscipiendas præparare nos debemus per bona opera.67.1.e
Gressus indicant ingenuitatem hominis.912.2.e
eorum laus quanti facienda in puella honesta.ib.d
Grossi ficus in malum accepti,382.2.c
sunt fideles Iudaizantes.ibid.
Opera,& obseruantiæ legis, quæ in Christi morte desiere.ibid.d
Grossi qui sint.374.1.d.& 382.2.b
ex Gustu Dei intelligimus quanta ab illa in nos collata sint dona gratuita.154.2.a
Gustus cur non allatus ad exprimenda gaudia cœlestia,373.2.b
diuinorum quàm magnus.863.1.c
Guttur,& Palatus sumpta pro loquela,& verbis. 861.2.d
sumpta & pro gustu.ibid.e
Gutturis vocabulum quid significet in sacris litteris.951.2.e

H

Habitare in hortis designat pacem,& tranquillitatem.1051.1.e
Habitus virtutum quomodo progemmare dicãtur in iustificatione.368,1.e
vitiosi putandi falce actuum bonorum. ibid.2.b
Hæmorrhoissa Christum vulnerauit tangendo tantum illius fimbriam vestimenti.643.2.d
Hæresis est instar Aquilonis, eiusve damna.716.1.c
eius peruersitas fraudulenta notatur.ibid. 2.a
ei opponitur charitas sicut Aquiloni Auster.ibi. b
in eam incidendi periculum maximum. 145. 1.c. 442.1.c.& 125.2.d
Hæretici quando magis pullularint.135.1.c
sese iactantes dilectos Christo quibus malis subsint.325.1.b
quilibet eorum Catholicos sese asserunt.ibid.e
quàm infirmi sint,& quibus noceant.409.2.a
conuincendi in eorum initiis.410.2.b
quomodo conuincenda eorum fallacia. ibid. c. & 409.1.a
in horto Ecclesiæ sunt similes Euæ inuitanti virũ suum Adam ad esum fructus scientiæ.727.2.c
eorum proprietates,& mala quatuor.137.2.d
vagantur circa errores multiplices.ibid.e
circunducuntur instar nauiculæ in medijs fluctibus, & instar puellæ in medio pastorum ludentium.138.1.e
circunrotantur instar fundæ.ibid.d
cur comparentur meretrici.139.1.b
cur similes meretrici pallio coopertæ. ibid.1.d
eorum tres fraudes.140.1.a
cur dicantur sodales Christi.ibid.2.a
genus eorum duplex.406.2.e
quinam Ecclesiæ magis obsint.407.1.a.& 410.2.b
natura illorum qualis.442.1.e
sunt vigiles.ibid.2.a
custodiunt mundum circumeundo, vt decipiant. ibidem.e
sapientia illorum licet sit circa sacram scripturam, haud tamen est aqua viua.706.1.b
qua ratione Ecclesia ipsos dicat filios matris suæ; non autem fratres suos.107.2.d
iidem dissentiunt inter se de nomine Ecclesiæ catholicæ, licet simul conueniant in impugnando veram Ecclesiam.108.1.b
proprium eorumdẽ est, vt sub mentito nomine,& habitu Catholicorum decipiant.ibid.e. Ex eorũ fictione quanta mala proueniant Ecclesiæ. ibid.c
haud standum cum illis.448.1.c
decorant se nomine Orthodoxorum.820.2.a

pro

pro signaculo ponũt suos hæresiarchas super Christum.1000.1.e
similes sunt Diabolo.1014.1.a
Hæreticorum sectæ non possunt dici innixæ super Christum.989.2.a
æmulatio quomodo dura sicut infernus.1014.1.b
Hebræi ex scripturis sacris nequiuerunt colligere, Christum venturum humilem.433.1.c
Herodes,& Scribæ,& Sacerdotes Iudæorum fuere sodales Christi nuper nati.137.1.b.& 147.2.d
non habuit potestatem contra Christum infantem 981.2.e
Heroica virtus quæ.970.1.b
Heroici virtutum actus reperiuntur in studio cõtemplationis.ibidem
Hiems vnde fiat naturaliter.360.2.c
significat perturbationes,ac tribulationes.370.2.d
peccatum.ibidem.2.c
idololatriam.ibid.b
infidelitatis asperitatem.ibid.d
comminationes peccatorum.ibidem. potestatem tenebrarum.ibid.mortalem vitam.371.2.c
hiems mentis qualis.ibid.1.c
Homines duo,q in vnoquoq. reperiuntur,sunt duo vbera sponsæ,& qualiter ii sint in anima.607.1.d
Homini in statu innocentiæ plura fuere vmbracula commodissima.110.2.e
Primum,summa scientia.ibid.
Secundum,iustitia originalis.151.1.a
Tertium,gratia gratum faciens.ibid.c
Quartum,immortalitatis donum.ibid.
Honesta conuersatio signum prudentiæ.970.1.a
Horti conclusio duplex vna à Deo,altera ab anima ipsa,quæ talis est hortus.680.2.e
conclusi similitudine tres exprimuntur laudes pulchritudinis sponsæ.ibid.2.b
Humana natura ficus proferens grossos actuũ virtutis.382.1.e
erigenda erat à Christo per crucem tamquam per trochleam.51.2.c
Humanitas Christi botrus Cypri.208.2.b
cur dicatur cauerna maceriæ.394.1.b
est ferculum illius.503.2.a
illud sibi fecit Verbum,quando manifestare se voluit mundo.495.2.b
quomodo ipsummet sibi illam fecisse dicatur.ibidem.c
quomodo facta de lignis Libani. ibid.d
qua ratione fiat illi similis pia anima. 162.1. b
Vide Christi Humanitas.
Humiliatur tanto magis,quanto accẽditur ad amorem.440.1.b
Humilis non dedignatur se numerare cum imperfectis.594.c
altissimum locum obtinet.582.2.a
qua ratione quò demissior,eo fit excelsior. ibid.b
super eum tantum requiescit Christus, cũ ab aliis vndique eiiciatur offensus.784.1.e
Humiles sunt Christi crura,& columnæ.859.1.b
si exaltati ascendunt,de Christo ascendunt . 539.1.a
ad eos cum veniat Deus,trãsilit superbos. 340.2.a
in eisdem Christus floret vt lilium.255.1.c
Humili vna cogitatione vulneratur cor Christi à pia anima.640.1.e.& 641.1.d
plures iunctæ semper habentur cogitationes item humiles.641.1.e
Humilitas vera cur sit sicut monilia. 176.2.e
maximè necessaria est ad perfectionem.979.1.a
adæquari debet magnitudini,quam quisq. habet. 189.1.a
commendatur in oculis columbinis.222.1.b
Deum inueniri facit.449.1.a
dicitur desertum,& quomodo per ipsum ascendatur.469.2.e
interna quantum exornet puram intentionem. 534.2.d
designata per nardum.191.1.c
est duplex,altera in cogitatione,altera in affectu. ibidem.d
est eminentior virtutibus reliquis.583.1.e
est prima radix profectus spiritualis, & augmenti gratiæ.710.1.a
ea perficiuntur virtutes vniuersæ.471.2.c
sustentat Deum super molem virtutum omnium. 583.2.e
sustentatur à Deo capite,quod ipsa sustentat. ibidem.b
Mutua ista sustentatio quàm sit necessaria.ibid.c
quæ fortissima est in sustentando Deum, inclinat facilè semet,& Deum ipsum ad ima.ibid.2. b
per eam tamquam per collum cibi diuinorum mysteriorum,& panis Verbi Dei traiiciuntur in mẽtis stomachum.585.1.a
per eam impetratur diuina gratia;ex intimis quoque ardentes emittuntur affectus, ac preces. ibidem.2.b
quæ perfecta est,nititur virtutibus,super quas fundata est.586.1.a
est duplex,veritatis,& affectionis.ibid.b
in altum erigit suæ demissionis causas vilitatem suam omnibus proponens.ibid.2.a
perfecta,& rotunda.idest,continua,& in quocunque tempore.ibid.d
est multiplex.587.1.d
quid sit.ibid.588.2.d
est duplex,speculatiua,& practica.585.2.e
vera recta est,idest recta intentione procedens. 585.1.c
efficit piam animam exemplar humilitatis.ibidem 2.a
Humilitas, & humanitas Christi quomodo turris Dauid.ibid.c
eadem quàm perfecta sit.ibid.
fuit & est primum humilitatis exemplar.ibid.
In ea præclarus exhibitus circulus. 588.1.d
ex quo circulo laudatur humilitas animæ.ibidem. 2.a
Humilitatis actus est oratio efficacissima.669. 2.b
qua sequendus est Christus.357.1.c
vis quanta sit.199.1.e
turrim quantis ictibus impugnent hostes animæ. 588.2.d
Ex hac turri Deus pendere dicitur quasi mille clypei,omnisve armatura fortium:& quasi monile, ac torques.589.1.b
Humilitate,& obedientia fit anima similis humanitati Christi,& Dei amica,atque pulcherrima. 162.1.b.& 168.1.a
sua Christus superauit humilitatem omnem.339. 1.d
In eius contentione contendunt Christus, & Maria,in qua contentione quomodo Christus superior.255.2.b
in ea sunt simul demissio,& ascensio.539.1.a
Hypotyposis quid sit.986.2.d

I

IN Ianuis esse,phrasi Hebr.quid significet. 375. 1.c
Ideo particula duobus modis in scriptura sumitur: vt denotat effectum,vel vt denotat causam. 45. 1.e

Idololatræ erant instar durissimorum metallorum, 816.2.a
non custodierunt vineam rectæ rationis, 119, 2.a
à Christo vocati.629.2.a
Idololatria quàm rectè dicta ros spiritualis, 778, 1.b
vnde ortum habeat,ibid.c
Radix eius ab Ecclesia omnis amputata est, 922, 1.a
Idololatria causauit nigredinem Gentibus,& Synagogæ.103.2.a
eidem semper proclivis fuit Iudaicus populus, 104.1.e
quomodo,& qualis vinea sit.ibid.2.d
eius fructus vani,& fœtidi.115.1.a
Sunt iidem amarissimi,& mortiferi.ibid. d
illa euersa est per Christi aduentum.340.1.b
Jehouah,Vide,Nomen Tetragrammaton.
Jeiunium faciendum propter Deum,612.2.c
Jerusalem est Libanus,e quo legis fluenta in Ecclesiam fluxere,713.2.d
Jesu nomen quomodo sit proprium Christi,cum salvare sit totius Trinitatis.39.2.b
quàm suaue sit piæ animæ.ibid.c
dicitur vnguentum, quia Christus est ipsamet salus,ibidem,e
& quia illo significatur summa Christi misericordia.40.1.a
est medicamentum optimum.ibid.b
significat Medicum.ibid.c
includit in se omnia nomina,quæ Christo Domino imponenda erant.ibid.d
quando fuit vnguentum effusum.41.1.d
vnguentum est effusum,& infusum.45.1.c
eius virtus manifestata est in Christi passione. ibidem.41.2.a.& 46.1.e
ei quanta insit vis.46.1.c
Ignis est fortissimus non tam in corrumpendo, quã in perficiendo.1015.1.a
cur ab antiquis sit tributus amori.1018.1.d
nomen eius cur in scriptura tribuatur charitati, ibidem.e
proprietates eius æquè competunt Deo,& charitati.ibidem.2.a.
quindecim illius proprietates accommodatæ Deo & charitati.ibid.
Ignorans semetipsum fit deterior iumentis, 157. 1.e
Ignorantia sui ipsius quàm mala.153.2.d
causat animæ,vt sit nouissima inter peccatores, 157.2.e
ab ignorantia rerum fidei toto studio nitendum est.vt egrediamur.149.1.c
Illustrat animam Christus vndecumque illam suo fauore circumspiciens.103.1.a
Imago Dei extrinsecus,& intrinsecus in nobis seruãda,& exhibenda semper.1006.1.c
& in contemplationibus, & in actionibus nostris esse debet.ibid.e
Christi crucifixi imaginem in nobis exhibere debemus.ibid.
Imaginatiua cur dicta cor.764.2.a
est venter animæ.924.1.d
Imber quid sit.361.2.e
significat vitiorum procellam.370.1.e
peccatum.ibidem.2.b
eorumdem comminationes.ibid.c
Philosophiæ errorem.ibidem.
doctrinam legis,& Prophetarum.ibid.d
omnem prauam locutionem contra Deum, 371. 1.c
lacrymas.ibidem.
Imitatio Sanctorum potiùs,quàm Christi proponitur piæ animæ,quave ratione.152.1.c
in ea quomodo se gerere debeat anima.151.2.d
Immortalitatis vineam non custodiuit homo excidens è paradiso.119.1.e
experimētum aliquod etiam in hac vita experiunt iusti.425.2.c
Impeccabilitas quo discrimine competat Christo, atque B.Mariæ.100.2.c
Imperfecti in Ecclesia sunt ficus proferens grossos. 382.2.b.
Impij sunt equitatus diaboli.167.1.c
ijs æstuantibus in meridie, Christus in iustis per gratiam requiem & sibi,& illis parat. 135.2.b
eorum cum iustis commixtio in Ecclesia facta est à diabolo per insidias.53.2.d
ea commixtio non tollit pulchritudinem Ecclesiæ auferetur que aliquando ab illa.94.1.d
vide Iniusti,& Peccatores.
Imprecationes in scriptura sumendæ vel vt prophetiæ,vel vt comminationes.325.1.d

Incarnatio.

Incarnatio quàm proportionem habeat cum deosculatione. 6.1.a.& 13.2.b.c
per eã duæ naturæ vnitæ sunt in vna persona Verbi.6.1.a
eadem est præcipuum amoris signum,vt osculum. 6.2.b
quomodo per eamdem pluribus osculis osculati fuerimus.7.2.c
eadem dicitur osculatio propter pacem, quæ per ipsam exhibita est mundo.13.2.b
& propter vnionem naturæ diuinæ cũ natura humana.ibid.c
eam peccata impedire nequibant.20.1.d
necessaria quomodo.50.2.a
qua ratione dicatur vmbra.278.1.d
quæ vmbra Christi est Virtus Altissimi.ibid.2.c
eadem haud obscura,sed lucidissima.ibid.d
Firmissima est,& cur,279.1.e
sub hac Christi vmbra sedere,& fructus eius gustare,idem sunt.ibid.2.a
facta est tempore verno,& cur.371.1.c
eam quanta secuta sint bona.ibid.
erat maximè omnium desiderabilis,& desiderata 277.2.b
celerrimè facta est.339.1.e
quàm maximè necessaria,ne periret fructus Synagogæ.ac Gentilitatis.380.1.d
fuit prestantior plasmatione primorum parentum nostrorum.659.1.c
ipsam,eiusdemque prædicationem optarunt Patres.404.2.b
quomodo illam meruerint Sancti Patres. 645.1.b
eam contemplari volens cur, & quomodo necesse est egrediatur.518.1.e
quàm rectè dicta sit Christi desponsatio.ibid.c
dies eius quomodo dicta dies lætitiæ cordis Christi.519.1.d
in ea Verbum se obumbrauit,& cur.237.1.c
in ea Christus subiecit sibi dæmones.339.2.e
stetit post parietem carnis,& humanitatis.348.1.e
Partim se manifestauit,partim verò se abscondit, 349.1.c
in ea Mariæ labia osculata,fauus distillãs ob Christi conceptionem.675.2.c
in eadem Verbum descendit in hortum suum, 743.1.b
in eius aduentu quàm multos saltus dederit Christus.

ftus. 339. 1. a, b, c,
in ipsa Christus lætissimum egit festum nuptiale. 752.1.d
Tunc temporis quid in B. Virginis vtero comederit.ibid.2.a
in eius opere exhibitum est cor Trinitatis vulneratum ex amoris vehementia.647.2.d
illius beneficium optimum diuinæ bonitatis indicium.29.2.c
Mysterium eius quanta celeritate factum sit. 337. 2.c
Sacramenta eius sunt foramina petræ.396.2.c
Opus eius stultum visum est sapientibus mundi. 646.1.d
eius desiderium cuiusque iusti.733.2.e
ante ipsum Christus agnoscebatur tantùm per voces Prophetarum.338.1.e
post eam Christus odorem de se emisit, & peccata sanauit.43.2.c
Tuncque repletus est mundus odore notitiæ Dei. ibidem.d
in eadem Christus effusus, exinanitus, & euacuatus.ibidem.e
post eamdem Christi virtus Ecclesiæ maiorem dedit odorem.190.2.d
per ipsam quanta, quàmve suauia exhibita sint Ecclesiæ.288.2.c
discidit retia diaboli.349.1.e
Incarnationis opus quando, & quomodo factum. 803.1.a
motiuum, & causa præcipua fuerunt Dei bonitas, & hominum miseriæ.781.2.e
itinera eius, & columnæ.&c.859.2.a
mysterium quàm stabile aduersus omnes hæreticorum insultus.ibid.b
ex illius opere intelligimus, Deum factum sponsum animarum.850.2.c
in eius instanti quomodo intremuit venter B. Mariæ.802.1.c
in ea Deus misit manum per foramen.804.1.b
Eam quàm ardenter desiderarint Patres antiqui. 980.1.e
desiderauit illam Ecclesia à mundi exordio. 944. 2.d
in Incarnatione Christus descendit in torrentem. 898.1.c
descendit in Iudæam, vt in hortum suum.ibid.e
descendit in vterum Virginis, vt in hortum, & areolam aromatum.872.2.d
ad Incarnationem Verbi desiit doctrina legis, & Prophetarum.368.2.c
ad eam excitatur Deus à Sanctis Patribus. 961. 2.d
post eam quibus deliciis cumulata sit Ecclesia. 939.2.a
ob eam cognitam exultat Ecclesia Gentium. 981. 2.d
post incarnationem & passionem Christi qualiter habitura se fuerit Ecclesia.985.2.c
Incarnatus est Deus, vt è corporis gestis traheretur homo ad eius cognitionem.52.1.a
in Ecclesia quærendus Christus.432.2.c
incarnatum Verbum miscuit opera diuinitatis, & humanitatis.752.2.e
Incipientes fusci sunt, & formosi per pœnitentiam; candidi per profectum.88.2.e
sunt botrus Cypri &c.208.2.b
cur Deum non inueniant, cùm illum quærunt. 816.1.e
beatam illico prædicant quamcunque animam; nō ita autem faciunt perfectiores.891.2.e
Incipientis animæ progressus similis progressui Aurorae. 894.1.b
in ea tria fiunt, quæve ea sint.1038.2.a
Incomprehensibilitas Dei quanta.818.2.d
magis agnoscitur, cum magis illum comprehendere satagimus.814.2.a
illam in Deo quomodo exposcat anima, 1056. 2.b
Inebriari amoribus, quid significet dum ad id inuitantur amici, & conuiuæ.754.1.b
quomodo dicatur Deus per Sanctorum Prælatorum promptitudinem, qua se exponunt morti pro subditis.652.1.b
in scriptura sumitur pro bibere vsque ad satietatem.753.2.e
Inferni vocabulum quid significet.1007.1.e
illo validior est Ecclesia.1009.1.c
eo durior quomodo dicatur charitas, & æmulatio Dei.ibidem.
in eum descendens Christus descendit in hortum &c.872.1.e
Infideles boni moraliter similes mandragoris. 969. 1.c
Ingrediendi verbum sumptum pro captare possessionem.737.1.d.e
ex Ingratitudine nostra, eiusque actibus exaltatur flamma beneficiorum Dei.780.1.e
Inimici excitantur ad amorem per beneficia.1015. 1.e
iis benefaciens, vt lilium illustrat spinas. 267. 2.e
Iniquitates fidelium replent crines Christi guttis noctium.784.1.c
Vide Peccata.
Inobseruantiæ regularium quomodo dicantur demoliri religiones.408.1.e
Innocentes pro Christo occisi flores apparuerunt in terra.371.2.b
faciendam eorum cædem ab Herode Maria reuelat Magis.410.1.a
Inspirationes Dei fiunt per internam illustrationē. 336.1.e
vt plurimum sunt iuxta inclinationes cuiusque. 349.1.c
Per eas quomodo Deus ingrediatur in animā peccatoris.ibidem.d
qui sint, qui præcludunt iis aditum.344.2.c
illas aliquando in peccatorem immittit ob aliqua, quæ in illo reperiuntur bona moralia.345. 1.b
Inspirationem sanctam sequitur Christi aduentus in animam, quidve idem tunc in ea efficiat, dum aduenit.335.2.a
ex tribus signis dignosci potest, An illa sit à Deo. ibid.2.c
eam immittens Christus ingerit gaudium in opere ad quod inspirat.ibid.1.c
tuncque nos respicit per fenestras.350.2.a
Iis à Deo vocatur anima ad pœnitentiam. 776. 2.c
Diuinis obsistēs inspirationibus peccator, ad quid deueniat.788.1.a
Intellectus compescendus in perscrutatione diuinorum.882.2.b.& 884.1.c
purus piæ animæ est eius collum, & ornamentum. 177.1.e
noster quomodo sustētandus ab humanitate Christi.317.1.c
humanus ob discursum circuire dicitur. 434.2.e
eius vis magna in circumeundo vniuersum orbē. 435.1.d
eiusdem defectus ingens in eadem circuitione orbis.ibidem.c

Intellectus,& mens humana rerum omnium maximè instabiles.230.1.a
idem tres habet lectos,in quibus quiescere satagit opinionem,scientiam,& fidem,ibid.d
Ipse, & voluntas duæ præcipuæ partes animæ instar capitis,atque cordis in corpore.316 2.c
Intellectus duo,speculatiuus,& practicus sunt duo animæ oculi.641.1.b
Practici oculo vulneratur cor Christi.ibid.d
Intelligentia diuinorũ præfertur Philosophiæ Morali,& Naturali.36.2.b
Intentio spectat & ad intellectum,& ad voluntatẽ, 218.2.b
eadem quàm aptè significata oculorum metaphora.ibid.d
Inter nostram,ac Deum nihil interponendum est, ibidem.e
recta cur assimiletur oculis columbarum, vel ipsis columbis.219.1.c
ex illius rectitudine prouenit omnis sanctitas animæ.ibidem.a
pura seruiens illum quodammodo superbire facit. 883.1.d
praua mundani deturpant se ipsos,& omnia opera sua,219.1.c
Intentio recta,& vna,& plures.ibid.1.c
per rectam anima transformatur in spiritualia,atque etiam quodammodo in ipsum Spiritum sanctum.ibid.b
vna animæ sanctæ qua ratione fit plures columbæ, ibidem.d
Per rectam deprædamur quodammodo à Deo diuinam imaginem.220.1.b
Eadem vim inferimus cœlestibus,& quodammodo ipsimet Deo,ibid.d
Intentionem in Deum solum dirigunt iusti,vnde & pulchri redduntur.219.1.e
directam eam habere, est quid præstantissimum, dum carne circumdati sumus.534.2.a
est præstantissima virtutum omnium,quæ in anima sunt.ibid.c
Interna pulchritudo quibus in rebus sit sita. 710. 1.e
fit perfecta per externam in conuersatione. 213. 1.a
Ex ea,& animæ sanctitate prouenit & externa. ibidem.
Interna iusti quæ sint.536.1.c
Introduci in animam quàm optet Dominus. 289. col.6.c
Inuentio Dei haud ex merito, vel industria nostra, at ex benignitate Dei.450.2.c
quomodo contingat non quærenti Deum. 451. 1.c
Inuenire Deum est credere illum.454.1.c
gratiam apud aliquem,significat valde illi placere & gratum esse.878.1.c.
Inuenitur Deus,cum recedimus à malo.452.2.c
Tunc,cum agnoscimus, sapientes sæculi esse stultos,ibidem.d
Inuenit Christum anima,quæ moritur mundo,seq; mortificat.813.2.e
Et quæ cognoscit,quã inferiores eo sint sancti omnes.452.1.c
Inuenitur Deus fide.451.2.a
Fide,& spe,ibid.b
Affectu,& charitate.ibid.c
illico etiam, cum Sanctorum Doctorum dicta requirimus.452.1.c
non Inuenitur Christus humano sensu.432.2.d
Nec sine Ecclesia Catholica duce.866.1.e
postquam surrexit non inuenitur in infirmitate carnis.432.2.d
Non potest eum inuenire Ecclesia imbecillis per noctes seductorum,ibid.e
Inuidus comburitur lampadibus ignis.1022.1.c
Ioannes Baptista,& Io.Euangelista duo vbera Christi præstantiora doctrina quorumcũque Prophetarum.27.2.e
Io.Baptista vox Christi.339.1.e
Guttur Christi.864.1.a
Ille,& Christus qua ratione dicti flores apparentes in terra Iudææ.369.2.a
Ipsius,& Elizabeth exultatio vnde.78.1.a
an fuerit cum sensu,& cognitione in vtero Matris 346.2.b
Illi,& Elizabeth à Christo per Mariã data est Spiritus sancti gratia.347.1.c
Discipuli eius fuerunt grossi Synagogæ.382.1.b
Prædicatio ipsius vox turturis.372.2.a
Et quomodo Christus se exhibuerit prospiciendũ existenti in vtero matris.347.2.a
Eum Christus adhuc in vtero effecit lucernam ardentem,atque lucentem,ibid.d
Io.Euangelista correxit viam suam sequens Christũ 77.2.b
Diligens Christum fecit cor suum quasi spongiã, qua exprimerentur diuina.ibid.c
Illum dilexit Iesus,qui est rectitudo. ibid.d
Cur in vltima cœna recubuerit super pectus Domini.227.1.a
Irascibilis,& concupiscibilis motus compositi laudem conciliant iusto.919.1.a
Irascitur nulli anima iusti.222.1.a
Israelis nominis significatus quadruplex.474.1.b
Itinera Dei in anima qualia.857.2.b,& 859.1.e
multiplicia.858.1.a
in charitate tamquam basibus aureis fundata. ibidem.2.a
Iudææ terra montana.331.2.b
Iudæi pugnauerunt contra Ecclesiam.118.1.a
& contra ipsam Synagogam,persequendo Prophetas,ibidem.c
veniunt in vulnera Christi per fidei confessionem, 396.1.e
ex ouibus Christi conuersi sunt in montes diuisionis.422.2.c
ad fidem conuersi ,sunt dentes Ecclesiæ. 885. 2.e
designati per Mandragoras.971.2.c
Eorum conuersionem quàm optet Christus,& Iudæi iam conuersi.981.1.b
Eorum æmulatio contra Christum dura sicut infernus,1013.2.e
in iis quomodo dormiebat Ecclesia præpedita ad cognoscendum & operandum diuina. 765. 1.a
quomodo in iis vigilabat Ecclesia.ibid.c
Iudaicus populus semper fuit procliuis ad idololatriam,104.1.c
gloriosior redditus per ea,quæ passus est in deserto.250.1.e
totus terrenus.429.1.e
est Libanus à quo aquæ sacrarum litterarum.713. 1.e
venatur in campis sacr.scripturarum.324.1.b
expectatus est ad pœnitentiam.420.2.c
quàm peruerse sæpius cultum veri Dei reliquerit. 785.1.c
reprehensus à Deo ob idololatriam.777.2.d
eum flagellis aliquando Deus conuertit ab idololatria.796.1.c
quomodo tractarit Prophetas.821.1.c
est hortus nucum.897.1.a

Illum frequentissimè ad rectum tramitem reducere Deus est conatus.765.1.c
Eum conuertere quanto studio enixa sit Ecclesia. 897.1.a
Eius conuersionem obtinet Maria precibus suis. 1054.2.c
Cum eo in pessimum statum delapso quomodo se gesserit Deus.808.1.a
Eum vt vineam Dei quanti fecerint Christus,atq; Apostoli.106.2.c
In eadem vinea habuit Ecclesia complura,quæ sibi pro vmbraculis deseruiebant.107.1.a
Iudaizantes fideles pugnauerunt contra primitiuã Gentium Ecclesiam.118.1.b
coegerunt illam seruare cæremonias legis.ibidem. & 119.1.a
Iudicii, & mortis tempus est tempus putationis. 371.2.d
Diem eius quomodo exposcant iusti.425.1.e
Die illa Crucis signum apparens, diuersa operabitur in impiis,atque in electis.375.1.c.& e
diem quàm ardenter optet Ecclesia. 1051.2.e
in Iudicii die cur non fiat mentio patientiæ tribulationum.1022.2.b
despicietur à Iudice,& à dæmonibus quicquid est sine charitate.1024.2.c
se Christus exhibebit vt iudicem, & vt sponsum. 1028.1.c
in Iudicio extremo pia anima adibit cælestem hæreditatem vt Christi soror,atque vt eiusdem sponsa adibit nuptias.1029.1.c
Iudicium illud quanta faciendum sit celeritate. 1052.1.a
quam erit necessarium, vt in nobis appareant opera misericordiæ.1028.2.e
ad iustos conuertetur Christus.959.2.a
De illo Christus pro nobis maximè est solicitus. 1028.1.a
Iugum Christi non est oneri, sed ornamento. 176.2.a
Iustificari volens,quæ debeat facere.626.1.e
Iustificatio nostra prima est absque meritis nostris. 51.1.c
Eiusdem vsus est à Christo,& à nobis.ibid.d
quibus in operibus nitatur, maxime cõtrouersum. 216.2.c
Fidei potissimum,vt fundamento nititur.217.1.b
In ea infunduntur fides,spes,charitas. 281.1.d
Formaliter est à gratia inhærente, & à charitate. ibid.2.d
Eã habemus per merita passionis Christi. 282.2.b
est fructus ex arbore crucis prouenient.ibid.c
Iustificatum se esse, quomodo scire quis possit. ibidem.e
Iustitia quomodo competat Deo, cui proprium est misereri; & quomodo illum exornet. 829.2.b
Eam exercens, erubescit quodammodo Deus. 830.1.a
Iustitiæ opera quomodo Deus aliena sibi reputet. 70.2.d
germinatio similis germinationi montis Libani. 695.2.b
vocabulo significata misericordiæ.71.2.b
Iustus dicit se peccatorem, vt augeat decorem. 88.2.d
niger ob peccata, quæ semper habet ante oculos, formosus ob sanctam conuersationem. ibid.
in comparatione Christi videtur fuscus.103.1.a
non quærit quæ sua sunt.119.1.d
post conuersionem non custodit vineam vitæ pristinæ.ibid.e
erubescit intendere alii,quàm Deo.146.2.c
est Lilium puritate; quia proximus Christo, 264.1.b
fulcitur & timore comminationis,& spe præmiorum.319.2.e
est simul & scopus sagittæ diuinæ,& sagitta in manibus Dei.320.1.b
in eisdem manibus est quoque simul sagitta, & sponsa.ibid.
vt sagitta à Deo iacitur sursum; & tamen simul cõquiescit in Dei manibus.ibid.d
in morte vocatur ad Patriam.356.1.a
est ficus proferens grossos fructuum spiritus. 382.2.e
habet duplex munimen, Euangelii, & legis. 398.1.c
quomodo dicat, introducturum se Deũ in cælum. 457.1.a
Deum apprehensum fide, detentum deuotione introducit in cor suum per amorem. 460.1.c
est lectulus Salomonis.477.1.a
Hunc ambiunt,& tutantur efficaces cogitationes. ibidem.
Et perfecti omnes,ibid.b
Apostoli,& Martyres.ibid. C.Angeli, qui illi ministrant.ibid.d
& cum silet,& cum loquitur, commendabilis est. 563.2.a
Eius labia ligata ex charitate, ne mala loquantur; ideo similia vittæ coccineæ.ibid.
Eius verba dulcia; quia profluũt è corde pleno dulcedinis.ibid.2.b
dicitur totus pulcher,& sine macula;quatenus nõ habet peccatum mortale.620.2.c
deferens Christi iugum, est collum & turris Dauid.596.1.e
per propinquitatem ad Deum est totus pulcherrimus.621.2.b.& 623.1.b
est totus pulcher per impletionem totius legis, est sine macula per declinationem ab omni opere malo.621.2.e
etiam in hac vita dicitur totus pulcher, 623.1.b
in mente,in anima,& in carne.ibid.c
dicitur hortus conclusus;quia conclusus seruatur à Deo. 680.1.e. Et ob sedulam custodiam suipsius.681.1.b
moriens peccato vitam habet vegetiorem.695.1.b
diuinas in se existentes gratias,absconditas seruat & simul largissime easdem communicat. 709.1.c
conqueritur,quod,peccato à se abiecto, peccatoribus sit subiectus,793.2.e
metuit semper tentationes,& peccata.ibid.c
est spectaculum sanctitatis.904.1.d
similis Christo crucifixo.944.2.b,& 946.1.a
appellatur charitas.941.1.b
quilibet admirationem sui causat.189.2.c
quomodo se dicat murum,1041.1.d
eius pulchritudo qualis.880.2.d
Iusti anima pulchra sicut cœlum.185.2.a
etiam si contingat aliquando Dei absentiam pati; permanet tamen pulchra,& sancta.215.2.b
pulchra tum in actione,tum in contemplatione. ibid.d
ob duplicem dilectionem bis pulchra.215.1.b
& ob duplicem sanctitatem corporis, & spiritus. ibid.& ob innocentiam vitæ, atque humilitatẽ. ibid.c
dicitur formosa; quia tabernaculum Christi; & quia vestita eodem Christo.89.2.b
nigra corruptione mortalitatis; formosa mortificatione.ibid.e
formosa instar cœlestis Patriæ.90.1.d
quõ sit nigra,& formosa instar corporis Christi.ib.

est

est similis humanitati Christi.168.1.d
est domus Christi.146.2.a
eius tigna sunt virtutes simpliciter necessariæ ad salutem: Laquearia verò sunt eæ, quæ conferunt ad ornatum, & non sunt ita necessaria.ibid.b
eadem corrumpi nequit.ibid.d
In hac vita habet pulchritudinem imperfectam. 157.2.d
similatur animæ Christi.168.1.a
immo Christus ei assimilat animam suam.ibid.b
Christo comparata, est quasi currus, & iumentum irrationale.ibid.d
quomodo sit similis Ierusalem cœlesti.880.1.d. & 2.d
est tanquam portus in mari.176.1.d
quomodo pulchra, suauis, & decora.880.1.a
pulchra extrinsecus, & intrinsecus.212.2.c.& 215. 1.a
eius pulchritudo qualis.878.2.e
formosa Dei est, quia colūba Dei, Columba; quia amica Dei.354.2.b
dicitur, columba, & formosa Dei; quia tria habet; prædicationem, orationem, & cōtemplationem. 359.1.a
Cur dicta probatio, & beneplacitum.880.2.a
est ferculum Christi, & quomodo.502.1.d
quomodo de lignis Libani.ibid.2.a
est hortus conclusus muro mandatorum Dei. 684.2.b
item vallo sanctæ intentionis.ibid.
item extrinsecus silentio, & sensuum custodia, & intrinsecus absconsione bonorum suorum. ibidem.c
quomodo dici queat vnica, & sola dilecta Dei. 417.1.d.& 419.1.d.& 420.1.e
dicitur fons ob insignem gratiarum copiam. 681.1.e
cur dicatur fons signatus.ibid.2.a
est fons signatus quatenus gratias, & cognitionem mysteriorum Dei haud omnib.exponit. 685.1.a
item ob bonam fidei custodiam.ibid.b
item dum vigorem mentis custodit à voluptatib. ibid.e
item ob baptismi sacramentum.ibid.2.a
est paradisus.684.2.d.& 696.2.a
& plantat, & rigat simul.712.1.c
est fons fluens, & erumpens per charitatem. ibidem.b
diuinæ naturæ assimilata, ibid.2.b
puteus aquarum viuentium dicitur ob diuinā gratiam, quam habet.713.1.a
eam quomodo, & cur Deus efficiat hortum cōclusum.680.1.d
est vna Dei columba perfecta.&c.890.1.c
quomodo dicatur perfecta.888.1.e
cœlos ascendentem mirantur Angeli.895.2.e
digna solo Deo.958.1.b
pulchra vt cœlum.85.2.a
quomodo dicatur suauis Deo.877.1.a
currus Christi.903.2.b
in ea vt in tabula, atque speculo conspicitur Christi imago, & similitudo.873.2.b
Illa in cœlos tendente videntur speciosæ præliorū victoriæ.912.1.a
Iusti cor est hortus nucis.898.2.d
progressus qualis.895.2.d
incessus laudatus.915.2.a
animus est Rex.938.1.b
virtutes omnes redolent charitatem.949.2.b
decor fundatur in Christo.992.2.c
beneuolentia erga proximos quanta. 880.1.c
notitia, & intellectus quō sit spiritualis. 221. 1.c
qua ratione habeat oculos spirituales.ibid.
interiora debent esse ornata virtutibus. 515.1.b
cuiusque minimi eam rationem habet Deus, quā habet & Principis.646.2.a
germina sunt; diuina laus in verbis, & iustitia in operationibus.695.2.a
in eo quid potissimum sit spectandum. 911.1.a
quantum honoris ei Christus exhibeat.63.2.a
eidem dicenti, Non dimittam Deum, cur non irrogandum crimen.458.2.b
Propter iustum vnum multis peccatoribus parcit Deus.264.2.e
Iusti sunt meridies, in quo cubat Christus. 135.1.a
equitatus Dei.167.1.d
quave ratione sint & currus Dei. ibid. & equitatus.ibid.e
lectulus floridus Christi.237.2.d
instar Lilij erumpentis è medio spinarum fugientes sæculi solicitudines.267.1.d
quomodo lilium.ibid.d
inter tentationes, & tribulationes vt lilium.ibi.2.a
digni Dei amore super omnia creata.417.1.c
montes conuallium.425.1.d
armati armis iustitiæ, quomodo similes pueris iacentibus in lecto felicitatis.488.1.d
vestimenta Ecclesiæ.675.1.d
Ex duobus populis Iud.& Gent. duo vbera Ecclesiæ.608.2.d
dum repræsentant drama in hoc sæculo, sunt scenæ stabilis.1052.2.d
comæ Christi.836.1.c
genæ Christi.844.1.a
venter Christi, & pyxis eburnea sacrarum scripturarum.851.2.c
crura Christi & columnæ.859.1.a
sunt lampades dilectionis.1022.1.b
parati stant semper metuentes, quæ non vident. 447.2.c
Iusti cur per flagella probentur à Deo.797.1.d
quomodo sint caput Ecclesiæ.836.1.b
quàm rectè dicti sint aurum optimum. ibid.a
dicuntur nigri propter ipsorum humilitatem. 837.1.a
quomodo sicut corui.ibid.b
quàm rectè dicti abietes, ex quibus fiunt naues. 836.1.d
quam rectè sicut elate palmarum. ibid. 2.a
similes palmæ.ibid.c
veteris, & noui testamēti Christo seruati.972.1.d
Eorum animæ sunt areolæ, & phialæ aromatum. 872.1.d
eos persequentes, implent crines Christi guttis noctium.ibid.2.c
in pectore eos gestat Deus vt fasciculum.195.2.d
per commixtionem cum impiis non amittūt iustitiam. 264.1.e
fiunt illustriores. ibid.d.& 266.2.e
qua ratione appellati spinæ.263.2.e
quam arctè teneant Deum.459.2.b
persecutionibus impiorum fiunt illustriores. 265.1.c
in hoc sæculo propositi sunt, vt repræsentantes comœdiam. 1052.2.b
eos visitans Deus excitat ad procurandam salutē proximi.898.2.d
quomodo dormiant simul, & ascendant.471.2.d
custodiunt semetipsos se mortificantes. 487.2.c
quomodo clypeos, & iacula habere dicantur. 595.1.d
præsentis vitæ ita florent sanctis desideriis, vt desiderantibus desideriis fructus proferant operum. 691.2.e

pro-

proponuntur Christo comedendi vt dulcia poma. 728.1.c
comestio ista Christi quid sit.ibid.d
cur dicantur fructus in horto.ibid.2.b
cur nō fructus horti, sed fructus pomorum, idest, charitatis, & Christi.ibid.c
eorum, qui imperfectiores, laudati similitudine caprarum.545.1.a
In eorum curam Christus præter seipsum exhibet plures sanctos vt protectores, & adiutores. 738.2.c
eorum quatuor genera, quorum potissimum Deus specialem curam habet.748.2.c
ob eorum memoriam etiam defunctorum placatur Deus.265.1.b
quomodo cum illis & manere, & salire dicatur Christus.340.1.b

L

Labia Dei sunt filius, & Spiritus sanctus.846.1.c
dum deuotam osculantur animam, explent vberum munus.671.1.a
ea, & manus in Deo idem sunt.849.2.c
piæ animæ sunt eius preces.557.2.b
iusti quomodo fauus distillans, & quomodo hūc fauum congerant.673.2.c
Labiorum sponsæ laus triplex.555.1.c
Labores iustorū sunt lectulus quietissimus. 234.2.a
Lac est legis institutio.674.1.b
esse sanguinem.748.1.b
sumptum pro vino albo signando.744.2.c
eo lotum est periphrasis candoris eximii. 837.2.c
Lacrymæ causatæ a timore seruili sunt imber. 368.1.d
nostræ implent capillos Dei, quatenus is quodammodo consors est tribulationum nostrarum. 783.1.b
sunt tantum in hoc mundo.927.2.b
conterunt peccatum.ibi.c.
Lacrymarum commoda tria.ibid.a
effusio laudabiles reddit oculos.918.2.a
Lamed littera hebræa poni solita vt significat secundum.3.2.a
à Laqueis vitæ huius Christus nos liberat. 349.1.d
Latronem in cruce cōuertens Christus messuit myrrham.743.2.b
de Latronibus crucifixis cum Christo.272.1.c
Lauare in sanguine aliquid quid significet phrasi Hebræa.289.col.3.1.d
Laudes pro bonis operibus fugiendæ.684.2.b
Lex Christi. Vide. Doctrina Christi.
Lex Dei est tanquam inauris ad ornatum, & tanquā frænum ad compescendum.171.1.d
quomodo sit vinea.104.2.c.& 105.2.b
eam non custodiuit Synagoga.119.1.b
est in ornamentum iustorum instar murenularū. 181.2.c
quomodo, & cur immaculata.769.1.b
ponenda à nobis super cor, & super brachium vt signaculum Christi impressum.1004.1.c
est lumen vultus illius.1004.1.b
in corde iusti est instar typorum, & characterum typographiæ.ibid.c
super cor nostrum impressa à Deo quomodo imprimi à nobis dicatur.2.a
quomodo eadem tolli dicatur è corde hominis. ibid.c
imprimi non potest nisi in corde puro.ibid.c
melius legitur absque lumine sensuum, cum lex mundi ab iis legatur, qui tantum lumine sensuū vtuntur.1005.1.b
est facilis, & iucunda; cum lex mundi sit laboriosa.ibid.c
per operum ostensionem exhibenda est impressa super brachium nostrum.ibid.d
eam in se scriptam cōtinent iusti quique. 855.1.a
eius signaculum Christus; legis vero sæculi mundus; ideoque illa imprimitur tenebricoso atramento, hæc vero luce.1005.1.a
Lex Mosis quas congruentias habeat cum imbre vehementi.361.2.a
prohibebat consortium cum Gentibus.ibid.d
quomodo pertransiit instar imbris.362.1.a
similis nuci.898.1.a
cur dicta hiems.369.1.b
cur dicatur petra.385.2.c. eius legis obseruatio antiquitus erat foramen tutissimum in quo viderentur posteriora Dei.ibid.c. In eadem quando facta sint plura foramina.386.1.b
ficus proferens grossos, dum protulit germen spiritualis intelligentiæ.382.2.d
est promurale.398.1.c
Instar Aquilonis arcetur ab Ecclesia. 717.1.b
quas congruentias habeat cum Aquilone. ibid.b
arcetur ab Ecclesia per legem Euangelii.ibid.2.d
fuit fluuius aquarum; Euangelium autem fluenta aromatum.723.2.b
Ipsa, & lex noua duæ manus Dei, dextera, & sinistra.314.1.c
grauissimum extitit onus super Ecclesia.ibid.c
quomodo Christo Ecclesiæ capiti fuerit subiecta. ibid.2.a. eam abrogauit Christus perficiendo ipsam.ibid.b.
Leges mūdi sunt maceria quædam debilis. 391.2.c
Legis doctrina asperrima.19.1.b. terrena.ibid.20.2 d. est.& puteus.712 2.b
Opera per se iustificare nequibant.216.2.d
mundi cum Dei lege comparatio.1005.1.c
in eius largitione Deus laudabilis fuit coram Angelis.275.1.c
eam contringere studuit obnixe diabolus.391.1.a
in ea diabolus excauauit plura foramina; quæ vero ea sint.ibid.c
de ea transeundum ad gratiam Euangelicam. 398.1.a
Lex, & Prophetæ deficere cœperunt à sanctificatione Ioan.369.1.c
& Euangelium sibi inuicem cohærent.398.1.b
moralis est domus matris nostræ.460.1.d
vetus est venter Christi, & pyxis eburnea. 851.2.b
multo deterior Euangelio.ibid.c
in Legalibus obseruantiis non dignabatur Deus intueri faciem Synagogæ.398.1.d
Libanus generaliter vsurpatus ad designandum montem quemlibet celsum.702.1.c
Lilia cœlestis patriæ sunt angelici Spiritus sancti. 129.1.c
alia alba, alia nigra, seu violacea.249.2.d
quibus assimilentur labia sponsi.844.2.a
Lilium erat hieroglyphicum spei.252.1.c
est Christus propter vnionem diuinitatis, & humanitatis.256.2.c. & ob gloriam resurrectionis, & post passionem lilium repandum.ibid.c
conuallium Christus est; quia humilibus spes gloriæ.252.1.c
Lingua pœnitentis est gladius acutissimus. 366.1.c
cur dicatur gladius.ibid.
sub lingua esse, est periphrasis cordis.660.2.c
Liquefacta anima recedit à peccato.818.1.a
Liquefactio est languor charitatis.815.1.d
est idem, quod ecstasis.ibid.2.c
est exhibitio amantis ad amatum.ibid.b
causat simul amorē, & recessum à peccatis.818.1.a
causæ

causat lacrymas.ibid.b
reddit animæ facilia,quæ prius dura erant.ibid.a
non tam tribulationibus,quam interna sit Dei locutione.817.1.c
Liquefit anima deficientibus viribus corporis ad cælestes consolationes.818.1.c
Longanimitatis,& Misericordię Christi vbera sunt efficaciora ad profectum spiritualem, quam increpatio Prælatorum.27.2.c
Loqui de eo quam iucundum sit Sanctis. 827. 2.b Vide sermo.
Lotio in Maria non supponit sordes alicuius peccati.792.2.b
non semper supponit peccatum.ibid
pedum idem est cum solutione calceorum, & depositione peccatorum.793.2.b
Lucifer, & Angelus Gabriel duo venti spirituales; hic Auster,ille Aquilo.722.2.a
signatus nomine Aquilonis.723.1.e
Lucta Ecclesiæ, & iustorum cum Deo qualis. 459. 2.d
Lucus dictus à priuatione lucis.269.2.c
Ludere cum iusto videtur Deus, & quomodo, 817.1.e

M

MAculæ vox quid significet in scriptura. 619. 1.c
Magdalena quomodo quæsiuit Christum,eumque inuenit,ac tenuit.460.2.c
Nardus eius dedit odorem.191.2.c
Vide Maria Magdalena.
Magi quomodo à Ierusalem auertantur, vt natum, quem quærebant,inuenirent.145.1.c
pasti sunt à Christo per ipsammet, quam Christo exhibuerunt adorationem.148.1.a
quæ Christo obtulere munera, conuersa sunt illis in cibum.ibid.c
cur aberrauerint à via,qua ibant ad locú,vbi Christus natus erat.136.2.e
offerentes Christo munera extiterunt flores Ecclesiarum.383.2.b
illis mysteria Incarnationis exposuit Maria. 337. 1. a
in ijs Ecclesia Gentium instar metalli liquefacti fluxit.ad Christum.816.2.b
cur quæsierint Christum in Ierusalem. ibid.c
Mala punica designant charitatem,aut multos sanctorum ordines.698.2.c
Mali arbor est publica confessio passionis Christi. 998.1.b
Mammæ Ecclesiæ significant nuptias,vbera virginitatem,659.1.c
Mandragorarum proprietates præcipuæ.966.1.d
odore indicatur tempus vernum.967.1.d
indicatur tempus messionis triticeæ.ibid.& 2.a
proprietates quinque.971.1.c
Mandragoræ medentur nauseæ.ibid.d
reperiuntur mares,& feminæ.ibid.2.a
medentur sterilitati.ibid.b
an causent lætitiam.968.1.b
causant somnum.ibid.c
cur eas expetiuit Rachel.966.1.e
amorem conciliant, & ab amore Hebraicum nomen sumpserunt.ibid.2.a.& 967.2.d
recte reddita est vox Hebr.Dudaim.966.1.b
Mandragoram bibere,prouerbium quid significet. 968.1.c
Manus Christi quomodo efficiatur quis. 937.1.b
dextera,& sinistra cur diuinitatem, & humanitatem illius significent.316.1.d.& 319.2.b
de earum sensibili missione, & tactu, ac de tacti cordis dulci tremore.805.1.d
Manus Dei est auxilium eius efficax.803.1.e
extensio, missioque eiusdem quomodo differant inter se.797.2.b
Manus Dei sunt Verbum, & Spiritus sanctus, 850.1.b
sunt duplex eius prouidentia.319.1.a
tunc metuendæ quando vel sunt extensæ, vel sunt super aliquem.313.1.e
Manuum eleuatio in script. signific. actum orationis.486.1.c
dexteræ, & sinistræ Dei metaphora cur exprimatur gratia,& charitas,vt per ea sustentantur Prælati,& subditi.313.1.d

Maria Dei Genitrix.

Maria Incarnationem Verbi desiderauit super omnes.12.1.a
accelerauit Incarnationem abstrahendo Verbum quodammodo à Patre,idque sua charitate,fide, & humilitate.645.2.e
quomodo meruit Incarnationem Verbi. 645.1.a
idque per eximiam gratiam, & charitatem suam. ibidem.d, necnon & per fidem, & humilitatem suam.ibid.2.a
redempta fuit à Christo. 100.2.e
à Iudæis facta custos vinearum Gentium. 118.2.d
ideoque nõ custodiuit vineam Synagogæ.119.2.b
quantum gaudii perciperet ex Christi præsentia. 133.1.d
cur cum dolore quæsiuit Christum amissum, cum tamen sciret, vbi is esse deberet.135.2.d
multipliciter similis humanitati Christi. 165.2.a
à filio suscepit eius similitudinem.ibid.1.d
assimilata virgæ Mosis.168.1.c
apis attrahens mel Spiritus sancti, cum oscularetur Christum.672.1.b
quantam dulcedinem senserit in cõceptione Christi.285.1.a
quantam dulcedinem ex Christo perciperet.ibi.e
baiulans Christum, à Christo sustentabatur. 318.2.c
in nuptiis Canæ Galileę introducta fuit à Christo in cellam vinariam. 291.1.a
quomodo cęlitus instructa de omnibus mysteriis. 409.2.d
optat festinationẽ resurrectionis Christi. 426.2.b
quæsiuit Christum amissum in Ierusalem.432.1.c
quæsiuit Christum postquam Euangelium prędicare is cœpit; nec inuenit; & quomodo. 440.2.d
post Christi resurrectionem quomodo inuenta ab Apostolis.447.2.e
quomodo inuenisse se dicat Christum post resurrectionem.452.2.d
introduxit Christum in Iudæam dans occasionẽ primæ illius manifestationi.459.1.b
introduxit Christum in sepulchrum.ibid.c
erat lectulus Salomonis.476.1.d
eam ambierunt Patres antiqui.478.1.e
quomodo ferculum,& lectulus gestatorius Christi.500.1.c
est Ciuitas Regia, in qua Deus suam statuit sedẽ, suumque posuit vexillum charitatis.501.2. a
sacculus pecuniæ,ac scriptorum Dei.561.2.b
dementatum quodammodo reddidit Deum. 646.1.c
sponsata est Patri cælesti per Verbi Incarnationẽ. 284.2.d
sponsa Christi tripliciter.628.2.d. aliove modo sponsa,ac reliquæ animæ sanctæ.ibid.e

soror

soror,& sponsa Dei in pudicissimo vinculo nuptiali.645.2.e
soror Christi per fidem, sponsa per Spiritum sanctum.647.1.e
dulcis & in ore,& in corde ob mutua,quæ à Christo suscepit,eique dedit oscula.675.1.e
ministrans Christo filio suo, illi vt Deo ministrabat.ibid.2.a
est cisterna,& puteus.683.1.b
est similis paradiso tã terrestri, quam cœlesti, imo est paradisus paradisorum.697.2.b
est fons hortorum.211.1.d
secretarium omnium scripturarum. ibid.e
Euæ opposita in omnibus.358.2.b
commendatur à tota Trinitate, quia in labiis suscepit osculum Patris,in lingua Verbum,& in vnguentis Spiritum sanctum.675.2.b
greges eius ij sunt,qui & Christi.155.2.a
desideria eius inueniendi Christum amissum cur comparentur hœdis,ibid.b
collo eius murenulas facit, qui laudat Deum pro beneficio Incarnationis.183.2.e
ei quomodo obũbrauit Spiritus sanctus.236.1.d
ad breue aliquod tempus eam vidisse diuinam essentiam,probabile est.65.2.d
cur diligant eam recti omnes.78.1.b
quando Christum dimiserit.459.1.d
Maria contemplationi vacans,Incarnationis mysteria mente uersabat.766.1.d
dormiuit,requiem quærens in omnibus; vigilauit in contemplatione,& videns cælestia in somniis. ibidem.
excitata à Christo post resurrectionem ad prædicationem.776.2.c
eam quomodo participẽ fecerit misericordiæ suæ cum ex ipsa carnem sumere voluit.781.2.e
in eam Spiritus sancti missio tempore Incarnationis, quasi missio manus diuinæ per foramen. 803.1.b
quomodo liquefacta sit eius anima post Christi ascensionem.818.1.d
quam desiderauerit dissolui, & esse cum Christo. 824.2.c.& 825.1.d
excitat & nos ad istud desiderium.ibid.
adscribenda ei conuersio quorumlibet Iudæorũ. 824.2.c
quomodo Christi specie delectaretur.860.2.c
Similata Christo,exaltata vt Cedrus.861.2.d
præ ceteris omnibus Christi laudes proferre poterat.827.1.c
ei quam suauis esset Christi aspectus, & verba. 863.2.a
eius opem implorant Iudæi ad Christum quærendum.866.2.b
quomodo proxima Dei sit.878.1.a
quomodo suauis.ibid.d
eam oppugnare nituntur quotquot Christo aduersantur.ibid.2.e
quomodo terribilis vt castrorum acies ordinata. 879.1.b
vna Dei columba,& perfecta,&c. 890.1.c
laudatur & in cælis,& in terris. 891.2.e
quàm meritò beatissima prædicetur.ibid.c
beata ob virgineum partum.ibid.d
progressus eius triplex.894.2.c
aurora est.896.1.a.
Aurora,Luna,& Sol.ibid.b
in ea admirandus perfectionis progressus ob id, quod in carne factus.914.1.b.& 916.1.a
quibus deliciis suos illa deuotos recreet. 940.1.e
quibus deliciis, quave gratia cumulata sit in Incarnatione Verbi.ibid.2.a
in cœlo regnans quibus deliciis exuberet, & quas inde communicet aliis.ibid.b.c
assimilata Christo crucifixo.945.1.b
proposita vt præmium victoriæ, sicut & Christus. ibid.c
quæ percipitur ex ea voluptas, assimilatur voluptati felicitatis Christi. 953.1.b, est inexplicabilis. ibid.c
à Christo Sole quomodo & decolorata,& dealbata.991.2.a
vt mater Dei ascendit de deserto; vt Virgo post partum dicta est deliciis affluens.ibid.d
Christo desponsata in paradiso terrestri. 997.1.e
Christum paruulum posuit vt signaculum super cor,& super brachium.1005.1.b
posuit eumdem super brachium, & super cor vt signaculum doloris.ibid.e
cur dicta parua.1029.2.c

Mariæ Annuntiatio.

De Mariæ Annuntiatione.12.1.b.358.2.c.& 722. 2. b
Maria excitatur ad præbendum assensum mysterio Incarnationis in se consummando.775.1.c.& 2.e
cum vacaret contemplationi, adiuit Angelus nũcians ei mysterium Incarnationis. 766.1.e
quantum se exhibuerit humilem coram Gabriele. 791.2.e
intrinsecus instructa fuit à Verbo de modo, quo conceptura esset filium.802.2.c
quid eam retardarit à præbendo consensum Incarnationi.812.1.e
cum præbuit consensum Incarnationi, subiecit se mortificationi prauæ multorum opinionis circa puritatem suam.ibid.2.a
exhibito consensu Angelus disparuit.ibid.c
in instanti Incarnationis instructa est de obstinatione Iudaici populi.ibid.d
quàm sedula fuerit pro eiusdem populi conuersione.ibid.e
in Mariam vnam collatus totus Dei amor in Incarnatione.888.2.d
Verbum in eam descendit quodammodo, vt lapis in proprium centrum.958.2.d
quomodo dicatur allocuta in Verbi Incarnatione. 1030.1.a
exhibitio eius ad Incarnationis mysterium in se explendum.1040.1.e
admiratio eiusdem de modo, quo conceptura esset.791.1.b

Mariæ Assumptio.

de Mariæ assumptione.71.2.c.991.1.a. & 992.1.e
Maria post mortem assimilata est humanitati Christi in gloria.165.2.d
firmissime credidit,se ad cœlos assumendam,& regnaturam cum filio.66.1.b
quantum in se est, glorificationem suam impertit toti humanæ naturæ.ibid.c
ei morienti adstitit Christus cum choris Angelicis.1055.1.b
læuam Christi habuit sub capite, cum vidit eius gloriam in præsenti sæculo; amplexata est illius dexteram in assumptione ad cœlum 320.2.a
alio modo vocata fuit ad cælum, ac reliquæ animæ sanctæ vocentur.629.1.a
è mundo migrauit,ideo vocata è Libano. ibid.b
in cœlis coronata corona triplicis aureolæ.628.2.c
egressa è mundo per mortẽ,coronata est de regnis mundi per illorum salutem.631.1.e

corona-

coronata est de Diabolo, & de iniquis; & quomodo. ibid. 1.a
optat transferri cum Christo ad cęlum. 734.2.b
ei prænunciata est à Christo gloria resurrectionis, & immortalitatis. 657.2.a
eidem in cœlos ascendenti cõgratulantur Angeli. 993.1.b
assumptio eius in cœlum Angelis ingerit admirationem. 1004.1.c
dum in cœlum assumitur, quid spectandum. 1000.2.b
in cęlum ascendens Christo innixa, illum habuit vt signaculum aduersus signacula, quibus aditus paradisi erant obsignati. 1005.1.d
hos conceptus habuit semper in ijs omnibus, quę meditabatur. 553.1.e
diuerso admodum modo Maria considerabat Prophetias de Christi passione ab eo modo, quo easdem considerant homines mundi. ibid.c
in eius mente quicquid erat, cæleste erat. 245.1.d
ei infusa cognitio diuinorum mysteriorum. 65.2.a & 67.1.e
cogitationes eius similes Christo crucifixo. 937. 1.c.& 2.a
compunctio eiusdem qualis. 928.2.b
discretio qualis. 931.1.a
discretio perfectissima. 930.2.e
Mariæ conceptus. Vide, Mariæ partus.

Mariæ Charitas.

Maria ex amoris sui magnitudine testatum voluit filio, quem amiserat, dolorem, & solicitudinem suam. 132.2.e
amor illius in Christum qualis, & quantus fuerit. 133.1.b
in ea quàm eximia dulcedo fuerit amoris, & Spiritus sancti. 28.1.a
Christum ad collum baiulans, eximios illi offerebat & deuotionis, & charitatis actus. 189.1.e
dilexit Christum charitate ordinata, cum affectui suo prætulit mundi salutem. 303.2.b
vulnerata charitate in instanti conceptionis Christi, quatenus ex tunc communicare cępit passioni Christi. 309.2.c
post Christi ascensionem ægra charitate. 311.2.d
triplicem causam excessum amoris sui erga Christum exponit tribus Magis. 418.1.c
illius amor in Iudaicum populum quantus. 424. 1.a
ingens amor in Christum. 432.1.b. qui non impediuit Christi discessum, & mortem; quin potius ijs est cooperatus. 459.1.a
cor eius charitate contractum, ideo dicta est gloria plena. 512.1.b
Mariæ media constrata charitate, quando de Spiritu sancto concepit in vtero suo. ibid. c. & cum Christum in suo vtero tenuit. ibid.d
eius dilectio gemina, qua reis impetrat veniam, & iustis gratiam, sunt duo eius vbera. 608.2.d
charitas eius similis monti Carmelo ob eminentiam, cęterarumque virtutum coronam. 933.1.e
charitas maxima in eo, quod erat pro suis persecutoribus. 1024.1.c
dilectio eius erga Christum mortem illi causare apta erat. 1012.1.e
conuersatio eius est tota charitas. 950.1.e
illa in omnibus exhibet signa dilectionis suæ in Deum. 1021.2.d

Mariæ cogitationes.

Mariæ cogitationes quomodo se habuerint erga Christum. 544.1.c
assimilantur monachis. 545.2.c
spirituales dentes sunt eius vis ruminatiua, & contemplatiua, eiusdemve meditationes. 552.1.e
meditationes istæ haud consumptiuæ, sicut meditationes hominum vt sic, sed perfectiuæ. ibid.2.a
Eædem similes ouibus gemellos habentibus: cum meditationes aliorum Sanctorum similes sint lactei. ibid.c
eædem semper cum duobus fętibus gemellis, duobus conceptibus humanitatis, & diuinitatis Christi, quos semper Virgo habebat in mente. ibidem.e

Mariæ fides.

Mariæ fides quàm magna. 535.1.a
fuit quàm maxime exornata per adiunctam humilitatem internam. 534.1.e
quomodo similis piscinis præstantissimis. 927.2.e
Maria ex cognitione propriæ fidei, & humilitatis arguere potuit præsentiam Dei in se. 156.1.b
quomodo ob fidem beata dicatur. 775.1.c
fides in ea fuit fundamentum, & causa, vt partus, & virginitatis decoraretur pulchritudine. 220.2.b
eam fide, & spe peperit Eua in paradiso terrestri. 1036.1.e

Mariæ gratia & sanctitas.

Maria sub vmbra Dei stetit semper tuta ab omni peccato. 185.2.c.& 1.d
quam aliena extiterit ab omni peccato. 301.2.d. 307.1.c
quia plena omnibus gratiis, ideo dicitur habere oculos columbarum. 307.1.c
in instanti Incarnationis donata est singulari perfectione sanctificationis. 202.1.b
suam & corporis, & animæ puritatem omnem adscribit conceptioni Christi corporeæ, & mentali. 245.1.a
per quæ in primis meruerit augmentum gratiæ. 469.1.e
tota pura, & absque peccato. 621.2.b
inter sanctos vniuersos spectabilis æque ac fons pulcherrimus in medio horti. 710.2.d
præ omnibus sanctis spectabilis ob multiplicem diuinarum gratiarum varietatem. 711.1.c
& quia profundissime se demittens, fuit puteus aquarum gratię fluentium. ibid.d
ob gratiæ pulchritudinem dicta Deo suauis, & grata. 878.1.c
à Christo Rege facta particeps dignitatis, & potestatis, cum ille seipsum ei dederit vt signaculum Patris. 1005.1.e
Mariæ gratia qualis. 878.1.e
gratia super omnes gratias purarum creaturarum. 675.2.d
memoria quàm suauem afferat gratiæ odorem. 266.2.b
puritas similis quoquo pacto humanitati Christi. 165.2.a
puritas mentis quanta extiterit. 884.1.a
& quomodo competat plenitudo gratiæ. 1002.1.e
quomodo competat immunitas ab omni peccato. ibid.
largitus est Spiritus sanctus omnia charismata, quæ aliis diuidit sigillatim. 37.1.a
impertiuit Christus diuinam potestatem, quia illa est conformata voluntati Dei, æstuans eius æmulatione.

latione.1012.2.a
charitatem in ea ordinauit Deus, cum plenitudinẽ gratiarum ei contulit.301.2.c
in ea triplex gratiæ plenitudo.302.1.c
in eam, vt in locum proprium, & à Deo destinatũ fluxere omnes aquæ diuinarum gratiarum. 711.1.c

Mariæ humilitas.

Maria in humilitate præsertim, & obedientia similis humanitati Christi.166.1.a
retulit in Deum quicquid in se esset virtutis. 189.1.b
vulnerauit cor Christi in vniformi contemplatione, & humilitate item vniformi.647.1.c
in resignatione, & fide sua perfectissimis fatetur magnos esse defectus in comparatione perfectionis, & puritatis Dei.792.2.c
Mariæ humilitas vsq; ad sinum Patris odorem suũ dedit.191.1.c
eiusdem laus.471.1.c
Deum in illius vterum traxit.535.1.e
collum eius est simile turri Dauid.597.1.a
collum, & turris eburnea.924.2.d
Mariæ humilitatem respexit Deus, impertiendo illi rorem misericordiæ suæ.782.1.a
humilitatis expressio peregregia.781.2.b
eius gloriatio in Domino tantum.76.1.b
in ea præstantius eluxit humilitas, quam virtutes reliquæ.469.1.b
in ea simul fuere humilitas, & virginitatis propositum.1029.2.d
resignatio, qua consensum præbuit ad opus Incarnationis, quàm perfecta extiterit.792.1.d
patientia laudata encomio Nasi sicut turris Libani.930.2.e

Mariæ maternitas.

in Maria quid fuerit præstantius; esse gratia plenã, an esse matrem Dei.25.2.b
maternitas fuit illustrior ob virtutum connexionem.917.2.e
maternitas quam proportionem habeat cum vberibus.26.1.b
maternitatis gratia iũctas habuit omnes alias gratias, & ideo illa omnibus aliis præfertur.25.2.b
virtutum structura innixa fuit in maternitate Dei. 918.1.b
Maria ex gratia maternitatis magis, quam ex vlla alia re diuini in se amoris notitiam habuit.35. 2. c
in exhibitione lactis meruit vt Martyres.945.1.c

Mariæ martyrium.

Maria vitam transegit in tribulationibus sicut Christus.165.2.b
quanta passa sit à Iudæis, dum eorum anhelaret salutem.821.1.c
mente crucifixa est cum Christo.937.1.c
ex Christi præsentia habebat simul summum gaudium, & summum dolorem.207.1.a
optabat participem esse passionum, & exultationis Christi.318.2.a
passionem Christi semper habuit in corde. 396.1.d
illam recreabant fructus passionis Christi, ne in eadem passione deficeret ob dolorem.207.1.c
inter eam, & Christum quanta dolorum communicatio, &c.268.1.b
quomodo Christus ei simul fuerit fasciculus myrrhæ, & gladius pertransiens animam eius. 198.1.a
Mariæ nomen significat illam fuisse mare quoddã diuinarum gratiarum.711.2.a

Mariæ obedientia.

Mariæ obedientiæ encomium.722.1.a
in Maria fuit resignatio perfectissima.57.1.a
per eam perfectã quietissime illa semper egit somnum in Dei brachiis.227.2.c

Mariæ Oratio.

Mariæ oratio ad filium pro peccatoribus. 424. 1. c
est turris Dauid.593.2.a.& e
quas congruentias habeat cum collo.ibid.c
efficacissima redditur apud Christum per ostensionem vberum, quæ is suxit.606.2.b
Tribus mediis fit efficacissima apud Christum. 672.2.a
eiusdem vt turris est, propugnacula sunt merita ipsius Virginis.594.1.b
præsidia multiplicia sunt clypei pendentes ex eadẽ turri; & torques eiusdem orationis, vt collum est.ibi.c. In hac turri tot pendent clypei, quot votorum monumenta in Mariæ templis appensa cõspiciuntur.ibid.
Maria commemoratione gratiarum, quas à Christo suscepit, & obsequiorum, quæ ipsa eidẽ exhibuit, flectere illum nititur ad parcendum peccatoribus.672.2.b
orat Christum pro ijs, qui illum ad internecionẽ quærebant.424.1.c.& 426.2.a
precatur Spiritum sanctum, vt in se superueniat, quò Verbi fiat Incarnatio.723.1.b
orat filium exhibens se illi indutam, & armatam fortitudine, & decore.672.2.e. Istorum vestimentorum, & armorum eius quanta sit vis.673. 1. c

Mariæ Partus, & conceptio.

Maria decolorata in Christi conceptione, quia impleta à Sole diuino, per quem concepit. 103.1.b
quomodo ex Christi partu decolorata dicatur. 100.1.c
decolorata à Christo est quomodo terra, atq; crystallus decoloratur à Sole.ibid.c
Christum concipiens eidem desponsata est. 185.1.c
qua voluptate perfusa sit in conceptione Christi. 189.col.4.c
hortus est ob fructus partum.682.1.b
propago eius est Christus.697.1.c
Partus in ea quomodo exornauit Virginitatem. 181.1.c
ex ea incarnatum est Verbum; quia eam vnam dilexit ex omnibus.ibid.2.a
eius in Christo vna propagine plures sunt emissiones, plures Sanctorum ordines instar ramorum eiusdem Christi.697.1.e
partus eius est illi externus decor.878.2.c

Mariæ patrocinium.

Maria aduocata peccatorum sicut & Christus.165. 2.e.& 593.2.b
mediatrix inter Christum, & Ecclesiam constrata charitate.513.1.c

quomo-

quomodo accurrat in auxilium deuotorum suorum.711.2.b
quàm ardenter studium adhibuit saluti Iudæorũ, 1047.1.b
dimicat pro Ecclesia.902.2.e
quid opis afferat suis deuotis.911.1.e
inuitat Christum in Ecclesiam, & in pias animas. 961.2.a
orat pro nobis Christum ostendens illi vbera. 965.1.b.& 1040.1.d
proponit Christo fructum conuersionis etiam hominum mundi.895.1.c
quàm ardenter Iudaici populi conuersionẽ optet. 980.1.d
stans iuxta Crucem, feruentissimas pro Iudæis fudit preces.997.1.c
se offert peccatoribus aduocatam apud Deum. 1040.1.d
Mariæ sedulum studium erga Ecclesiam.897.1.e.& 902.2.b
fauor imploratur ab eius deuotis.907.2.a
gustus exhibitus eius deuotis est gustus Christi,& quomodo.958.2.e
desiderium conuersionis Iudæorum.979.2.d
æmulatio,& zelus Dei quantus.1012.2.b
solicitudo maxima salutis Synagogæ, & cuiuscunque animæ. 1029.1.a.1047.1.b.& 1054.2.a
eius solicitudo pro Christo dura sicut infernus. 1012.2.a
eius precibus excitati sumus ad Christum sub cruce.996.1.c
eius deuotioni addicere se volens quid animo decernat.950.1.a
ad eius opem confugiendum,cum quid tractatur fidei.739.1.d
ei commendant Angeli Ecclesiam, & piam quamque animam.476.2.e

Mariæ pietas, & misericordia.

Mariæ misericordia instar vberum lac nobis fluit; quia instar hinnulorum desuper lacte pietatis repletur.608.2.c
eleemosynæ Christo suauiores,quam eleemosynæ aliorum omnium.660.1.b

Mariæ pulchritudo.

Maria formosa instar templi Salomonis.90.1.d
comparata Christo,videtur fusca.101.2.a
geminatam habuit pulchritudinem,quia sanctitatem non amisit, & humilitate non caruit. 215.1.c
sola est lilium in comparatione aliarum mulierũ. 265.1.d
post Christi ascensionem prædicata est tota pulchra,& sine macula.623.1.e
prægnans nigra infidelibus,formosa fidelibus.87. 1.b.& 89.1.c
decora præ omnibus animabus.878.1.e
quomodo decora sicut Ierusalem.ibid.d
Mariæ decor qualis,quidve sit.ibid.2.a
pulchritudo sita in suauitate, & terribilitate. 880.2.e
pulchritudo ex virginitate,& partu. 213.2.d. 214. 1.e.& 215.1.c.Ideoque sic pulchra; quia proxima Dei.214.1.a.& propter eximiam fidem.220.2.a
pulchritudo externa, & interna qualis.265.2.e
pulchritudo virginitatis, ac partus ex pulchritudine Christi, qui Deus simul erat, & homo. 227.2.d
propriissime competit, vt dicatur tota pulchra, & sine macula. 621.1.e.& 623.1.e

Mariæ silentium, & verba.

Necessarium fuit,ne Herodes Christum occideret.330.1.e
Mariæ maxima cautela in loquendo; quia eius collum sicut monilia.177.1.c
loquela dulcis,& gratiosa.562.1.d
silentium quale.561.2.b. eo homines ad sui admirationem trahebat.562.1.a
ex eo constringuntur labia fidelium Virginum. ibidem.b
labia Deum magnificauerunt ex charitate: eiusque eloquium dulce ex interna illius dulcedine. 563.2.d
obseratum Maria tenuit os suum funiculo virginalis pudoris.561.2.c

Mariæ Virginitas.419.1.e

Mariæ Virginitas quàm apte comparetur cœlis. 87.2.e
Quomodo illam admirantur Iudæi.991.1.c
quam illustrata sit per partum.175.1.d. & 181.1.e
laudata.909.1.a.sub metaphora vmbilici laudata.911.1.e.& 912.1.b
præstantissima virginitatum omnium; quia cum fructu partus.573.1.b. Eoque præstantior,quod fuerit cum plenitudine gratiarum.ibid.d
eam quàm acriter impugnarint Iudæi.116.2.c
& fœcunditas sunt duo eius vbera.608.2.b
Virginitatis huius coniunctæ cum partu encomiũ præstantissimum.682.1.e.& 684.1.b
Maria Virgo in partu,& post partum.682.2.b
Quàm recte hoc expressum similitudine fontis signati.ibid.e
in Maria quam magnum prodigium extiterit Virginitas iuncta cum partu.236.1.a
pudicitia eius quomodo similis pudicitiæ turturis.171.1.a
duæ Mariæ Principes Virginum duæ genę Ecclesiæ.574.1.a
Maria voto Virginitatis expoliauit se tunica sua, & simul lauit pedes affectuum suorum.791.1.d
Virginitatis, & partus coniunctio in Maria fuit opus præstantissimum in eius ornamẽtum.181.1.a

Mariæ virtutes.

Maria profecit semper in melius quandiu vixit. 468.2.c
quantum profecerit in gratia.ibid.
quicquid in se est virtutum,Deo adscribit, & eius charitati in se.733.1.c
Mariæ profectus apparuit præcipue in actibus triũ virtutum.468.2.e
triplex eius virtus,pudicitia, religiositas, & silentium laudatæ similitudine fragminis mali punici.573.2.e
emissiones qualem efficiant Paradisum.700.1.a
vita tota permixta gaudio,atque dolore, vt diuersarum virtutum exempla proferret.723.1.a
simplicitas quàm perfecta.536.2.a

Mariæ visitatio.

Maria festinans ad Elisabeth trahitur à Christo,& currit in odorem vnguentorum eius. 58.2.e
instante partu egressa est in Bethlehem impulsa à Spiritu sancto.356.1.c
curvè eò impulsa.ibid.2.d

Maria vterus, & membra.

Mariæ vterus Verbi lectulus; cum eiusdem Verbi lectus sit vterus Patris.236.1.c.& 237.2.c
iste eius vterus, ac lectulus quomodo sit vmbrosus.ibid.
est sicut aceruus tritici.914.1.c
idem quomodo paries diaphanus.347.1.c
in eum vt in hortum eius Maria inuitat Verbum. 733.1.a
Mariæ vbera miraculum pulchritudinis.656.2.b
flectunt quodammodo violenter Deum ad misericordiam, cum ab ea orante pro peccatorib. ostenduntur.ibid.c
sunt efficaciora, quàm vinum diuinæ iustitiæ.ibidem.d
lætificant Christum magis, quàm dictum vinum. 657.1.b
dicta lampades dilectionis illius erga Deum. 1020.1.b
sunt præcipuum spectaculum beatorum. 950.1.c
quomodo Christum inebrient. 657.1.d
sunt oratio efficacissima.658.2.a
quomodo sint vnguenta pretiosissima.ibid.b
sunt efficaciora omnibus orationibus aliorum Sãctorum.ibid.c
ea ostendit Maria Deo, quando orat pro peccatoribus 1040.1.c
laudatur ex eo, quòd plena lacte virgindo.606.1.d
quomodo dicantur de cęlo plena. ibid.2.c
vt virginea pulchriora vino luxuriæ, è qua vbera alia habent, vt lactent.659.1.d
Mariæ capilli, & dentes. Vide M.cogitationes.
Mariæ oculi. Vide Mariæ fides.
Mariæ genæ locutionis munus exhibuere.573.1.a. & 574.1.b
de iisdem Mariæ genis. Vide M.Virginitas.
Mariæ cor aceruus tritici vallatus liliis.924.2.a
combustum lampadibus ignis ob æmulationem Christi.1020.1.a
Mariæ Collum: Vide Mariæ oratio, & Mariæ Patrocinium.
de Mariæ Natiuitate. 358.2.a. de eiusdem Conceptione purissima. 100.2.c. Vide Mariæ gratia.
Maria Magdalenæ capillos Christi vngens, reddidit illos sicut elatas palmarum.836.2.b
est turris Libani.932.1.b
Vide Magdalena.
Martyres sunt ornamentum Ecclesiæ.165.2.a
in tormentis amplexum Christi agnoscebant. 320.1.d
sunt grossi ficus Ecclesiæ.382.1.d
sunt reclinatorium aureum Ecclesiæ.502.1.c
sunt genæ Ecclesiæ similes fragmini mali punici. 574.2.d
sunt labia Ecclesiæ.563.1.a. Vitta coccinea, flagellans Dæmones.ibid.
ex eorum testimonio dulce est eloquium Ecclesię. ibid.b
quomodo comparentur Paradiso.699.2.a
sunt genæ Christi.843.2.c
sunt collum Ecclesiæ.925.1.a
sunt comæ Christi sicut purpura.937.2.d
tum ij, qui re Martyres sunt, tum ij, qui desiderio tantum, sunt fructus in cęlo repositi: alii verò Sãcti adhuc viuentes sunt arbores aromaticæ, 691.1.d
cur dicantur Christi myrrha.739.1.a
Martyrum symbolum sunt mala punica.691.1.a
voluntate tãtum, & desiderio, symbolum sunt poma.ibid.b.
duo genera sunt præstantiora germina, & emissiones Ecclesiæ propaginatæ in morte Christi. 690.2.c
ordo est mons myrrhæ; Confessorum verò ordo collis thuris.707.1.c
Martyrium est charitatis summum, ad quod vult Christus Ecclesiam suscitari.320.1.b
de Matrimonio spirituali inter Christum, & Ecclesiam.414.1.c
eius & carnalis insigne discrimen.957.1.a
eiusdem essentia, causa, effectus, & bonaquæ. 414.1.c
idem indiuisibile, & inseparabile.415.2.c. & 635. 2.c. Non sic fuit inter Deum, & Synagogam.ibid.
fit per Spiritum sanctum.520.1.c
in eo conuersio Dei est ad animam spõsam, & cur. 957.2.b
Matrimonia cum consanguineis contrahere cõsueuerunt Iudæi.632.1.b
Meditari significat gemere.400.2.a
Meditatio significat vocem cordis. ibid.
Meditationes sunt dentes animæ, & quales sint, 554.2.c.& 555.1.b
nominatæ villæ, & cur.961.1.a
Meditatione quomodo vnicuique liceat sibi excauare cauernas in cæli maceria.397.1.c
in ea introducitur aliquando anima deuota in cælum.66.2.b
in Meditatione Passionis suæ Christus præuenit, & comitatur animam contemplatiuam.742.1.c
ad hanc meditationem inuitatur anima. 743.2.b. & 761.2.c
in Meditationis studio qui modus, & ordo seruandus.615.2.c
vacantes huic, præliantur multipliciter. 48.2.c
debent tenere gladium orationis.ibid.d
idem studium dicitur mons; quia est difficile incipientibus.616.1.d
Mel non ab apibus fit, sed è cęlo defluit. 670.1.b
est prædicatio pænitentiæ.674.2.b
Memorem esse pro odorari vsurpatum in scriptura phrasi hebraica.67.2.d
Memoria Dei actualis est præstantissimus charitatis effectus.1023.2.c
Mens est domus propria humanæ naturæ. 985.1.e
est caput animæ.933.1.b.& 2.c
quàm rectè comparetur monti.ibid.1.b
similis monti Carmelo in amęnitate, &c. ibid.c
nostra, est domus, & cubiculum sapientiæ Dei. 460.1.d
iusti est vmbilicus sicut crater tornatilis, &c. 922. 1.c
quæ ea tantum cogitat, quæ Domini sunt, fons est signaculo puritatis signatus. 671.1.d. signatus quoque fons est diabolo signaculo diuinæ imaginis.ibid.e
Mentis oculo, quo Deum contemplamur, & vna ratione, qua decoramur in actione, vulneramus cor Christi.647.1.c
iustorum ac impiorum discrimen.334.1.c
Meriti gratiæ quidnam sit principium.644.1.a
locus non relinquitur post mortem.741.1.b
Meritum in hac vita semper crescere potest. ibidem.
Messis triticeæ tempus in Iudæa, Vere erat. 966. 2.a
metahora optime designatur turba infidelium conuertenda per Sanctos Prædicatores. 989. 1.b
Metendi verbum idem est ac colligere in manipulos.738.1.a
Mille vsurpatur pro magno numero.1041.1.d

Ministri facultatum Ecclesiæ laudati.933.1.e
quales ij esse debent.ibid.2.b
tum rerum temporalium, tum verbi Dei debent esse boni, vt Ecclesia non claudicet.917.1.a
eorum in varietate, & ordine Ecclesia est tota pulchra, & sine macula.620.1.b.& 623.1.b
Miracula Christi potestatem diuinitatis in eo esse, indicabant.851.1.b
eorum cognitio est odor vnguentorum illius.59.2.a
ijs manifestauit diuinitatem suam Christus.804.1.e
sunt propugnacula argentea.1635.2.c
Misericordes designati metaphora mallis.749.1.b
Misericordia præstantior vino rigoris iustitiæ.659.1.a
est vnguentum fragrantius omnibus virtutibus.660.1.a
est venter Dei.855.1.b
magis quàm iustitia Deo competit, vt probatur egregie.829.1.d
ea, & veritas duo sunt crura Christi, &c.859.2.c
Misericordia Dei comparata rori, & cor.781.2.b
candore pacem præ se fert, & lætitiam.855.1.c
est decora actionib. cælestibus, vt sapphiris.ibid.d
ex eius consideratione oritur nostra exultatio.70.1.e
eiusdem opera præferuntur omnibus operib. Dei.ibid.1.c
ea sunt opera propria Deo.ibid.
in eadem sita est quodammodo Dei perfectio.ibid.e.& gloria Dei.71.1.c
qua ratione ipsa dicatur præstantior, quàm iustitia in Deo.ibid.e
frequenter in scriptura appellatur nomine iustitiæ.ibid.2.b
memoriam eius habent sancti, nullam verò peccatores.ibid.a
eam maxime ad Incarnationem excitarunt prædestinatorum miseriæ.182.1.d
ingens misericordiæ Christi copia est ros implens caput Christi.784.1.a.
Christus in omnes suam effudit misericordiam.44.2.b
Misericordia, & iustitia Dei quomodo duæ genæ Dei.843.2.c
quomodo sint similes areolis aromatum.ibid.c
sunt sibi inuicem contextæ.ibid.
earum effectus quales.843.1.b
fragrantia quanta.ibid.c
Misericordiæ opera exercenda etiam cum inimicis.855.1.e
exhibent animam magnam in spiritu.1028.2.c
propter illa datur regnum cœlorum.1022.2.b
sunt duo vbera animæ.604.1.d
sunt albiora super cor charitatis.ibid.c
sunt turres, & propugnacula miserorum, necnon & Dei.ibid.2.b
per illa misericors pascit simul, & pascitur.ibid.c
pura sunt, atque nitida, quando sunt pura interiore.605.1.c
redolent cælestem fragrantiam.ibid.e
boni nominis odorem causant.ibid.2.a
hilariter exhibenda sunt.ibid.
tam spiritualia, quam corporalia exhibenda æqualiter.ibid.c. exhibēda circumspecte, & celeriter.ibi.e. exhibentur tantum in præsenti vita.606.1.c
quomodo illa impendenda.437.1.c
in ijs comedit Christus, cum pascuntur pauperes.734.2.a.& 753.1.b
Misericordiam iusti admiratur Deus, quatenus per illam refertur diuina pulchritudo.653.1.b
intra eluceat maxime Dei pulchritudo.ibid.d
est fortitudo, & gloria Dei.ibid.
præfertur contemplationi.ibid.2.b. quaue ratione ea sit præstantior.ibid.e
licet non sit melior contemplatione, est tamen pulchrior, quaue ratione.654.1.c
magis quam cōtemplatio lætificat, & inebriat pulchritudine sua.ibid.a
quomodo inebriet Deum.ibid.c
cur nomine vnguentorum appellata.655.1.d
dicitur ipsemet odor.ibid.e
est hostia acceptabilis Deo.ibid.
est præstantior omnibus virtutibus.ibid.2.a
cur Deo sit fragrantior omnibus virtutibus.ibi.c
etiam apud homines censetur præstantior omnib. virtutibus.656.1.a
ad eam vnde potissimum proueh amur.655.2.e
cur dicta vnguenta.656.1.a
causat bonum nomen magis quam vlla alia virtus.ibid.b
Misericors, simul & iustus quomodo sit Deus.849.1.c
Modestia. Vide, Conuersationis habitus modestus.
Monasteria sancta sunt lectulus floridus Christi.237.2.d
ad Monasterium quomodo vocatur Religiosus.631.2.b
Monialis quomodo vocetur à Christo ad monasterium.ibid.c
Montes Bather quinam sint.421.1.d
Montis, & collis diuersitas cur apposita in versic.6.618.2.e
Montium nomina vsurpata ad significanda loca ardua, & periculis exposita.618.2.e
Mori tunc vult pia anima, quando sit Dei beneplacitum.329.1.c
quam libenter debeat iustus.356.1.b
optans iustus, Christum precatur, vt ipsum ad se colligat.734.2.b
Moriēs iustus quomodo vocetur ad cœlum.630.2.e
inuitatur ad gloriam.962.1.d
ipse ad moriendum libenter solicitatione non indiget, qui hic incipit gustare cælestem felicitatē.350.2.a
morientibus iustis cōgratulantur Angeli.763.1.a
per Mortalitatem Christus ductus est ad immortalitatem.856.1.a
Mortui iusti animam in cœlum tendentem mirantur Angeli.933.1.b
Mors quam metuenda in peccato.370.1.c
quam apte dicatur putatio.367.2.c
est domus, & promptuarium terræ matris nostræ.986.2.a
est iucundissima, quam infert charitas.941.1.c
Mortis hora est Christi meridies.135.2.a
meditatio est optima philosophia.995.2.e
sententia excitat animam ad bonum.ibid.d
eadem ex Dei misericordia prouenit.ibid.e
tempore iusti sunt sub vmbra Christi.237.1.e
& excitantur ad Patriam.370.1.d.& 2.d.356.1.a.& 358.1.a
in Mortis articulo Christus piam animam ad se vocat.776.2.b.& 1054.1.b
cum acerbissimis doloribus dulcissima exhibetur iusto spes gloriæ, & quædam fœlicitatis initia.380.1.c
anima iusti promptam se exhibet, & ad vitam prorogandā in laboribus, & ad moriēdum.732.2.b
quàm grata sit Deo illa exhibitio.740.2.d
inuitat animam Deus ad gloriam pro perpessis laboribus.741.2.b
metitur, & secatur anima à Deo, quia colligitur cū radice totius meriti.ibid.2.b

Mortem

Mortem differre non renuunt iusti propter proximi charitatem.380.2.b
desiderat pia aia post profectum proximi.58.2.d
per Mortem colligit ad se Christus sanctos omnes. 743.2.a
sanctos ad se Deus colligit vt lilia quædã. 872.2.a
post eam quomodo ascendat iustus.470.2.e
Mortificantes se fideles, ex flagellis percipiunt voluptatem.877.1.e
Mortificatio ob quid pcipuè sit necessaria. 486. 2.e
præseruat à corruptione peccati.612.1.d
debet habere tria bona.ibid.2.a
facienda propter Deum.ibid.b
quàm proficua sit in hac vita.614.1.d
est tunica propria animæ peccatricis. 787.2. b
est vnguentum à Deo præstitum aptissimum pro pedibus animæ vulneratis.789.2.b
qualis esse debeat.813.1.c
designata per mandragoras.971.2.e
quæ prædicatorum est, qualis esse debeat.809.2.b
quæ carnis est, dicta calceamenta Christi. 915.2.a
Mortificationem cum reliquis virtutibus colligit Christus veniens in Ecclesiam, & animam. 743.1.b
abijciens quàm stulte se gerat peccator. 789.1.a
quomodo persuadeant verba Christi.847.2.c
ex mortificatione fidelium Deus voluptatem percipit.611.1.e
mortificationem potentiarum,& affectuum abijcere, quàm ingens sit stultitia.789.2.d
eius opera facta à peccatore excitant aliquando illum ad veram pœnitentiam per repræsentationẽ mortalitatis,& miseriarum eius.788.1.c
Mortificationi vacantes sunt Christi comæ, & quales ii sint.833.2.c
eidem & orationi indulgentes visitat Christus. 618.1.c
eadem corpori nostro imprimenda stigmata Christi.1003.1.b
Mortificationis studium cur dictum est mons myrrhæ.613.1.c
necessarium est in hac vita propter æstus concupiscentiæ.ibid.2.d
est primus animæ processus.659.2.e
hoc studio Deo aperimus.813.2.a
in eo si est dulcedo spiritus, multò maior est in studio amoris,& vnionis cum Deo.812.1.c
Mortificationis,& deuotionis studio obtinetur sanctitatis pulchritudo.610.2.c
eius, & pœnitentiæ tunicam expoliaturum se animam peccatricem, quomodo comminetur Deus. 788.2.a
ad illius studium quomodo se conferat Deus. 610.2.e
Mortificationis pœnæ Deus quodammodo est particeps,611.1.a
symbolum quomodo sit myrrha.ibid.2.d
amaritudo quàm diuersa sit ab amaritudine peccatorum,& pœnarum alterius vitæ,ibid.e
Moyses in vmbra duntaxat vidit Deum.233.2.d
dictus Turris Dauid,& cur.595.2.b
Mulier operta sumitur pro meretrice. 136.1. c. & 144.2.e
punita est per conuersionem ad virum, propter mo dicam ipsius viri charitatem.957.2.a
Mulieres vniuersæ sunt spinæ.265.2.b
orietales opertę velo incedere cõsueuerũt.632.2.a
continentes haud vsurpare vmquam debent officium docendi.920.2.b
Mulieris vocabulum dupliciter sumptum. 826.2.b
coniugatæ cogitationes totæ sunt circa domum, ac virum suum. 543.2.e
Mulierum aspectus, recordatio,& conuersatio quã sit damnosa,266.1.c.& e
oculi, atque crines amorem quàm maxime conciliant.633.2.b
interdictus iis apud Aegyptios calceorum vsus, vt foras prodire verecundarentur.568.1.c
Mundus, in quo viuimus dicitur terra nostra. 372.2.c
vniuersus non est proportionatum obiectum amoris nostri.416.2.e
quam apte dicatur Ciuitas.435.1.e
dicitur desertus,& cur.463.1.e.470.1.d.& 2.b
est scena comœdiæ.1052.1.b
est campus impinguatus fimo peccati.251.1.c
est puteus aquarum viuentium.712.2.c
dicitur porta filiæ multitudinis,& cur. 927.2.d
despicit eos, qui ob Dei dilectionem se, suaque exponunt.1024.2.e
Mundum spernens spem cœlestium præmiorum intrinsecus seruat.536.1.a
non est vna, sed plures vineæ, cum è contra vinea virtutum sit vna tantum.112.2.b
ipse, eiusque vitia continent in se vites rerum sæculi, ex quibus exprimitur vinum voluptatum sensibilium.113.1.b
dicuntur vineæ, quia in illis semper laborandum est vt in vineis. ibid.2.c
earum vindemia qualis sit.114.1.d
Mundi gloria cur explicata sub metaphora vini. 76.2.d
fabrica est mensa, & conuiuium homini propositum.187.2.e
contemptus causatus animæ per Christi intuitum. 884.2.e
in Mundi percipiendis rebus discrepãt spirituales, atque mundani.438.2.a
rebus cõsopitam animam quomodo suscitet Christus.998.1.b
Mundo seruiens, circuire quomodo dicatur, vt satanas.438.1.a
in eo quicquid est, respectu Dei se habet instar fugacium vmbrarum.614.2.c
Mundum contemnens dicitur ascendere per desertum.470.2.c
diligens quomodo dicatur manere in morte. 1009.2.e
Mundana omnia assimilata torrenti.899.1.c
sunt quadrigæ Amminadab. 902.2.a
Mundani cur dicantur greges in plurali.142.2.b
vt deliciosi sunt, eorum mala,& pœnæ ibid.c
auertere nituntur Sanctos à spiritualibus exercitiis: & quibus pœnis propterea sint subiecti. 327.1.d
quomodo perturbent quietem piorum.329.2.c
plures faciunt circuitus in singulis, quibus inhiãt. 438.2.b
Per mundum circumeuntes, habent mentem oppressam malitia.ibid.1.e
Mundanorum mens quam instabilis.234.1.d
grex quid vtilitatis habeat à suis pastorib.141.1.e
Munera animæ ad Deum sunt eius emissiones, 698.2.c
quæ Christus misit ad illam.699.2.d
quæ Deo offerimus, conuertuntur in nostrum pastum, etiamsi ea, quæ offerimus, alias mortem afferrent.148.1.c
Murenulæ quid sint.177.2.b.& 183.2.a
Murus ignis quando factus sit Deus in circuitu Ecclesiæ.1038.1.b
Myrrha,& stactes, seu gutta quid sint.192.1.a
cur ea sit mortificationis symbolum.611.2.d
Myrrhæ vindemia est vindemia fidei,716.1.a

mons, & collis thuris quinam fuerint.610.1.c
Myrrhatum vinum cur gustatū noluit bibere Christus.612.1.b
Mysteria diuina non omnibus exponenda.685.1.a
sunt cubiculum genitricis nostræ. 460.1.e
discere volens vocatur ad sinum Patris. 397.2.c
eorum participatio est introductio in cellaria illius. 66.2.a. In hæc sic introducta est Ecclesia in passione,& resurrectione Christi, vt nupta. 67.1.a
eorum manifestatio est ostensio pascuorum meridianorum.135.1.d

N

Nardus quid sit.184.2.c
Natiuitatis Christi extitit dies summi gaudii. 525.2.e
nox eius quàm fuerit lucida.123.1.d
cur dicatur Meridies. 124.1.c. Quomodo sit dies illa,quam fecit Dominus.ibid.e
eo die inuitantur Angeli ad commune gaudium. 761.2.e
natiuitatis eiusdem locus reuelatus Dauidi, & B. Mariæ.395.1.b. fuit in spelunca in Bethlehem. ibid.c
illius tempore Christus extitit infans,simul & vir. 751.2.d
mysterium eius quibus affectibus meditetur pia anima.979.2.a
nascente Christo, Angeli beatissimum illum prædicarunt.892.1.c
Nasus pro seueritate faciei.929.1.a
pro fronte expressus,ibid.
Nazareorum cæremonia præcipua in capillis.450. 1.e
Necessitatibus quibus premeretur Ecclesia ante Incarnationem.277.2.c
Negligens in vita spirituali quomodo postea ex affectu charitatis se corrigat. 811.2.c. quod is surgat ad feruorem Spiritus prouenit à Deo tangente pessulum.712.1.b
ob Negligentiam transactam aliquando Deus dimittit piam animam in ariditate.ibid.a
Negotiis alienis implicati, nostra negligimus. 119.1.a
Nigredo quid sit.79.1.a
significat abditum,& occultum.837.1.c
Nigredo animæ quid sit.84.2.d
Nomen Tetragrammaton diuinam naturam attingit magis, quam reliqua omnia Dei nomina. 38.1.c
eiusdem vis,ac significatio quæ.ibid.d
quomodo sit vnguentum effusum.ibid.e
cum sit proprium toti Trinitati; appropriatur nihilominus præcipue filio.ibid.2.b
quare dicatur ineffabile,ibid.c
Tribuit illud Christo Iesu Paulus Apostolus. ibidem.d
Nomen Domini prædicari cœpit post Christi mortem.46.1.e
si magna operatur in anima, quanto maiora operabitur eiusdem substantia.59.1.c
Nouum phrasi Hebr.significat eximium. 379.2.e
Nox spiritualis quomodo fiat.430.2.b
Quomodo sit iis,quibus Deus est præsens, & cæt. ibid.1.e
noctis spiritualis à nocte sensibili discrimen. ibidem.2.b
Nocturnum tempus in scriptura significat subitum,& improuisum,& insidiosum. 433.1.b
Numerus pluralis aliquando ponitur in scriptura ad significandam magnitudinem rei.757.2.d

O

Obediens non debet propter vllum respectum retro respicere.163.2.b
coronatur corona, & monilibus sicut expugnatores Vrbium.174.2.a
in ipso actu obedientiæ Deum inuenire dicitur, 456.2.b
obediendo intelligens Dei voluntatem,tenet Dominum ipsum secum adstrictum,ibid.c
semper est in deliciis ob maximam voluptatem, quam in obedientia reperit,ibid.d
instar equi portans Deum introducit illum in cœlum.457.1.c
in eo Deus formatur per obedientiam.ibid.e
præficitur à Deo aliis.150.1.a
ei vulnera Christi sunt clypei,&armatura.592.2.d
Obedientia designata per vas myrrhæ,.809.1.a
est tabernaculum,& domus tutissima.132.2.d
vt grata sit Christo ,non debet esse coacta,155.1.b
facilem reddit molestissimam hanc vitam. 162. 2.a
est potissimum armorum genus contra omnes aduersarios.ibid.d
celerrime ducit ad brauium felicitatis æternæ. 163.1.a
est similis naturæ boni.174.1.d
sine illa nihil potest perdurare.ibid.
ea maxime laudabilis,quia & maxime difficilis. ibid.e
quomodo sit exornata monilibus.ibid.2.c
facit maxime liberum,summumque confert honorem.ibid.c
est monile ex tot annulis,quot constat gradibus. ibid.e
quæ est perfecta,est in omnibus rebus,& erga superiores omnes.175.1.e
non ligat,sed est ornamento.176.1.e
eidem subdito subiectum facit Prælatum.455.2.c
quam apte designetur per colli metaphoram. 590.1.b
quomodo dicatur eminentior reliquis virtutibus ibid. Proxima Deo est.ibid.b
connectit cum Deo omnes actiones virtutis,facitve illas meritorias.ibid.e
sustentat Deum caput animæ, quatenus animam ipsam subiicit iugo Prælatorum.ibid.2.b
quomodo simul & durissima sit, & maxime flexibilis.ibid.c.
est causa victoriarum multiplicium.591.1.a
quomodo sit turris.ibid.b
facit proficua, quæ prius erant inutilia.499.1.e
quæ perfecta est, fit conspicua omnibus promptitudine,& hilaritate.679.1.c
est continua,& cum iugi perseuerantia. ibid.e
quomodo esse debeat recta,ibid.2.a
eam exornant, fortemque reddunt lex diuina, & humana,ibid.c
eius exemplar est vir obediens.ibid.
viro obedienti deseruit pro torquibus, pro mille clypeis,& pro omni armatura fortium. 591.2.e
quæ perfecta est, similis est obedientiæ Christi. 592.1.d.& 176.2.b
Obedientia Christi fuit vsquequaque perfecta, & est exemplar veræ obedientiæ.592.1.e
Obedientia Religiosi efficit,vt Religiosus in cũctis operibus suis vulneret cor Dei.636.2.d
qualis esse debeat.637.1.b
quanti eam faciat Deus.ibid. Eo ipso,quod subiicit,subditum reddit superiorem,& est ornamentum Prælato.ibid.c
Obedientia, & subiectio,sicut & reliqua virtutum

opera sunt vestimenta animæ.668.2.c
est & efficacissima oratio.669.1.d
Obedientia vna vulneratur cor Christi à pia anima.640.2.c
eius crinis, quomodo vnus solus.641.1.a
præceptorum suorum Christus pascitur inter lilia.684.2.b
Obedientiæ gradus septem.175.1.b
vis tãta est, vt & Deum subiectum faciat viro obedienti.455.2.d
eius studium quam vtile, & necessarium sit piæ animæ.152.2.e
præclara opera per humilitatem maxime cõmendantur.180.2.e
ei plerumque conceditur facultas faciendi miracula.180.2.a
per Obedientiã illico inuenitur Deus, qui per studia propriæ voluntatis inueniri nequit.448.2.e
dirigitur quisque ad rectæ rationis vsum.162.2.b
obediens ad simplicem nutum intelligit Prælatũ. 449.1.c. Prælati præcepta sumit, vt præcepta Dei.ibid.d
per illam vulnerat Dei cor pia anima, æque ac per crinem vulneratur membrum, quod arctius constringit.643.1.a
eadem quomodo abripiat cor à Christo. ibid.2.c
sine obedientiæ luce non inuenitur Deus.446.2.a
Oblique ambulans coram Deo, efficit, vt Deus pariter contra ipsum oblique procedat.102.2.b
Obliquitas, & peruersitas omnis est à nobis.ibid.c
Obsequium Deo exhibitũ, nisi anima se prius mortificauerit, non est acceptum coram Domino. 469.2.e
Obseruatio diuinorum præceptorum est collum animæ.925.1.c
Occasiones benefaciendi desiderat iustus.951.1.a
Occasiones peccatorum quanto studio amputãdæ. 368.1.a
Oculi sunt sedes, & domicilium animi, 633.2.b.
efficaciores, quam lingua ad conciliandum, & contestandum amorem.332.2.b
casti, & puri sunt oculi columbini.221.2.c
sanctorum simplices.222.1.a
Oculi duo piæ animæ qui sint.640.1.c
Ijdem quomodo vnus oculus, quo vulneratur cor Christi.ibid.
sunt memoria, & intellectus.222.1.c
sunt & duæ cogitationes, intelligibilium, & sensibiliũ; quib. primo vulneratur cor Christi. 647.1.a
Oculi Ecclesiæ multiplices.636.1.c
Virginitas, & nuptiæ.646.1.e
Oculo vno gratiæ, & fidei capitur cor Christi.ibi.e
Oculos vim quamdam de se emittere, qua afficiunt opinio est illustrium Philosophorum. 633.1.a
eorum excellentiæ.536.1.d
Oculus, & fons eodem vocabulo significantur lingua Hebraica, & Græca.925.2.e
hebraica lingua est generis communis. 837.2.e.
Odor diuinorum quidnam sit.31.1.c
significat notitiam, & cognitionem.33.1.e
Christi efficit, vt auertamus olfactum a peccatis. 59.2.a
solus redoleat in Ecclesia.44.1.c
iustorum in bonis exemplis, & in fidei cõfessione. 383.2.c
proprius hominis est eius liberum arbitrium.ibidem.a
Omnipotentiam Dei considerans, non expauescit aggredi opus quodcunque, ad quod Deus illum vocauerit.796.2.b
Opera habent os, immo sunt os loquens, & clamãs. 580.1.a
Opera bona sunt nardus sponsæ Christi 190.2.c
sunt lectulus floridus Christi.232.2.c
sunt hominum, simul ac Dei.1034.1.b
Instar laqueariorum sustẽtant, & ornant diuinam gratiam.243.1.e
huius vitæ ea sunt potius flores, quàm fructus. 379.1.b
quomodo dici queant fructus.ibid.
pluribus vicibus proferenda, bisque eorum fructus percipi à iustis.ibid.c
quomodo fiant paradisus per fructum charitatis. 694.1.c
debent esse voluntaria.329.2.d
cum charitate, & ex charitate facienda, vt bona sint.515.2.b
cur dicantur vestimenta.665.1.b.& 674.2.e
sunt oratio efficacissima.668.2.d
ijs impletur præceptum continuæ orationis. 674.2.d
ea, & oratio debent esse simul iuncta.675.1.a
per ea præparare nos debemus ad suscipiẽdas gratias.67.1.e
Opera Ecclesiæ dicuntur paradisus: quia sunt vitæ æternæ.688.1.e
occulte facta manifestantur à Deo.821.1.c
opera virtutis ita sunt flores, vt sint etiam fructus. 235.1.c
despicit Diabolus, cum non videt quem pati pro Christo.1023.2.a
nedum in fide, sed in charitate nituntur.1034.1.a
sunt propugnacula fidei.ibid.c
cur dicta argentea.ibid.
sunt celanda.ibid.d
quomodo sint animæ indumentum.ibid.e
secundum doctrinam Euangelicam sunt præstantiora sacrificiis legalibus.659.2.a
Opera Christi sunt illius manus. 853.1.b.& 85.2.b
sunt consona eius doctrinæ.851.1.c
confirmabant eius doctrinam.ibid.d
omnia perfectissima & purissima.ibid.d.& 852.2.c
facta fuere ex charitate præstantissima. 851.2.d
quàm citò fierent.852.2.b
fiebant potestate diuina.ibid.c
cur dicta plena hyacinthis.ibid.d
in iis videbatur esse quidam concentus.ibid.b
ex eorum consideratione confunduntur, qui curã proximi refugiunt, & infirmi sumunt animos. 804.1.d
Opera Dei sunt veluti annuli aurei in manib. eius. 850.1.d
in iis multa proponuntur cœlestia. ibid.
Opera iustorum quantũ horreãt dæmones.383.1.b
sunt manus Christi.852.1.e
ea, & præsertim misericordiæ, sunt refrigerium Christi.783.2.d
propter ea, quæ misericordiæ sunt, datur regnum cælorum. 1022.2.b. ijs præfertur patientia in tribulationibus.ibid.c
Opera nostra bona ea sola sunt cælestis valoris, quæ Christo sint obsignata, vt signaculo.1002.1.c
eorumdem, & illorum, quæ dono Spiritus sancti in nobis sunt, discrimen.675.1.a
Operum bonorum initia habẽtes sunt lectulus floridus Christi.ibid.
ijs Sancto congaudendum cum imitationis conatu.763.1.e
eorum actus quoslibet colligit, & seruat Deus animæ ea operanti.741.1.c. sed præcipue labores, tribulationes, & ærumnas, quas illa pertulerit pro eius nomine.ibid.d
eorumdem haud initia, sed finis est considerandus.965.1.e

Opus nostrum, vt sit cibus Dei, debet esse inter lilia, & virtutes. 420.2.c
ad Operandum bene iusti non mouentur timore supplicii, sed amore æternorum. 319.2.d
Operationes suas cum ad memoriam nobis reducit Christus, mittit manum per foramen. 805.2.e
in ijs tantum cognoscitur Deus in hac vita. ibid.d
Opinio, & scientia licet sint lectuli intellectus, sunt tamen lectuli inquietissimi. 230.1.d
Oratio iustorum equitatus Dei contra Pharaonem, 166.1.c
vox turturis. 372.1.c
humilis, quomodo vsque ad cœlos ascendat tunc, cum magis demittitur. 180.2.d. descendit, & ascẽdit simul. 187.1.c. est munus maximè honorificum, & gratum Deo. ibid.2.a
cur dicatur maceria. 392.2.d
fit instar stillationis florum. 392.1.
bona qualis esse debeat. 470.2.b
facienda noctu & in occulto. 433.2.c
quæ cordis est, laudatur. 536.1.a
Petens in nomine Christi, quam efficax. 559.2.e
quæ perfecta est, interiorem deuotionem, & vitæ probitatem voci habet annexam. 666.1.a
vocalis sine deuotione interna, nihil valet. ibi.2.a
quæ delectationẽ Deo allatura est, delectare prius debet orantem. ibid.d
illa est Deo grata, quæ fit ab anima operiente se, & ipsam orationem suam vestimento meritorum Christi. ibid.e
species eius sunt tres, vocalis, mentalis, & operum. 667.1.e
continuæ orationis præceptum quomodo impleatur. ibid.2.a
vocalis quàm apte comparetur fauo mellis. ibid.c
ea dulcis Deo, quæ fit corde contribulato. ibid.d
mentalis est conseruatrix delectationis, quæ percipitur in studio orationis, & contemplationis. ibid.e
eiusdem præstantia super oratione vocali. 668.1.a
in ea quam ingens sit copia dulcedinis. ibid.b
inducit ecstasim. ibid.e
ei deditus habet in illa delectationes, cibos, vestimenta, & quicquid necessarium est ad vitam spiritualem. ibid.2.a
efficacissima, virtutum operationes. ibid.d
eadẽ primas tenet inter species orationis. 669.1.a
in deuota fit mutua communicatio spiritus inter Deum, & animam, & quomodo id fiat. 670.1.e
eadem susceptum à Domino spiritum anima stillat in os eiusdem Dei per osculum spirituale. ibid.2.b
Spiritus iste cur dictus mel, & lac. 671.1.a
Oratio significata per labiorum metaphoram. 557.2.b
per eam anima vnitur Deo sicut amans vnitur amato per labia, quibus fit osculum. ibid.c
instar labiorum est ostium, per quod admittitur Spiritus sanctus, & ex præcordiis emittitur affectuum spiritus. ibid.d
eadem facta in silentio delectat visum Domini, sicut pulchra labia conclusa oblectant intuentes. 558.1.a
quam vim habeat constringendi instar vittæ, & funiculi. ibid.e
quomodo constringantur per illam cum Christo cogitatione, ne diffluant. ibid.d
eadem quasi funiculo quodam omnes virtutum habitus colligantur cum charitate. ibid.2.a
Eadem creata omnia constringũtur, & trahuntur cum voluntate animæ orantis. ibid.e
constringitur, & trahitur etiam Deus. 559.1.d
quomodo semper Deum constringat impetrando effectum petitionum suarum. ibid.2.a
Vt sit impetratoria, & Deum constringens; debet habere tres conditiones. ibid.c
dum Patri offert coccineum Christi sanguinẽ, candidior eidem Patri exhibetur in meritis propriæ innocentiæ. 560.1.a
haud tam grata Deo est per seipsam, quam per modum, quo fit. ibid.e. Quis iste sit modus. ibid.2.a
eadem dulcis primo in se est ob dulcedinem à Deo in se deriuatam, tum dulcis est ipsi Deo. ibid.c
humilis orationis qualis fragrarit odor in primitiua Ecclesia. 278.2.c
Apostolorum humilis oratio ad eos regressa detulit odorem Dei, id est, Spiritum sanctum. ibid.d
gladium orationis tenere debent, qui vacant studio meditationis. 485.2.e
ea quàm rectè exprimatur sub gladii metaphora. ibid.e
est gladius in gutture, & in manibus. ibi. in gutture per pronuntiationem, & in manibus per puritatem. 486.1.c
absque puritate actionum nullam habet vim. ibid.d
plures eius sunt species, & ideo plures gladij tenentur à Sanctis. ibid.2.a
cum ea debet esse iuncta mortificatio carnis, & passionum. ibid.c
in eius studio catenus quis est excellens, quatenus est hortus conclusus, & fons signatus. 679.2.e
ob eiusdem, & deuotionis studium, omittere necessaria haud placitum est Deo. 883.1.a
in eodem quò Christus adsit piæ animæ. 615.2.b
accedens ad orationem auertere se debet ab omni præcedente cogitatione. 616.2.a
eadem est funis, qua & Deum trahimus, & ad Deũ trahimur. 56.2.d
ea quasi catena trahitur, & ligatur Deus. 58.1.e
Oratio debet esse præcipuum studium fidelium. 910.2.c
est prælium. 911.1.d
bona, est sicut vinum optimum. 954.1.a
est dulcis animæ oranti, & Deo. ibid.c
delectans Deũ efficit, vt & oranti à Deo ipsius reddatur dulcedo per exauditionem. ibid.d
instar vini optimi ascendit recta ad Deum. ibi.2.a
habet vim immutandi sermones Deo. ibid.b
habet vim impetrandi pro viuis, & pro mortuis. ibid.e
quæ Ecclesiæ est, sicut vinum optimum Deo est. 955.2.a
quæ animæ sponsæ Christi, ea est multo validior ea oratione Mosis, qua Deum tenuit, ne irasceretur. 1039.1.e
in Oratione deuota ante Sanctiss. Sacramentũ meditationi vacandum. 985.2.e
ante Sanctissimum Sacramentum vbi fiat oratio, quærendum sedulo. 977.1.c. feruorem eius quẽ optet Ecclesia. ibid.1.b
in ea Deus triplici osculo osculatur ab anima orante. ibid.e
osculo triplici, sed potissimum charitatis Christũ exosculatur pia anima. ibid.2.a
idem sunt osculi, & vberum exhibitio. 978.1.b
ad eam quid potissimũ excitare debeat. 977.1.e
in Oratione deuota fit mutua exhibitio odoris sanctitatis inter Deum, atque animam inuicem se osculantes. 671.1.c
quomodo pugnetur duplici prælio. 401.2.c
quæ confertur gratia, est melior scientia sæculari. 28.1.b

anima

anima deuota se opponit vt murum iræ Dei.1038. 2.c
quas adhibeat turres deuota Christi sponsa. 1039.2.c
eadem deuota sponsa in ea duo iacit spiculorum genera.ibid.
dulcedo lactis,quo Christus potatur, redundat in orantem animam.978.1.b
quomodo facienda sit effusio animæ.ibid.d
tacendo pia anima clamat ad Deum.ibid.
quomodo clamandum cum partibus.ibid.2.a
ad eam accedens anima,debet habere coram se vi neam sanctitatis.1046.1.c
Orationis prælium quàm validum.1039.1.c
assiduitate quomodo teneatur Deus.459.2.b
quæ sit vis.617.1.a
eiusdem,& meditationis studia Prælatis sunt tanquam collaria ipsos exornantia,& tanquam propugnacula turrium.580.1.b
non tam alienæ,quàm propriæ fidendum orationi.ibid.d. nostra debet niti in meritis passionis Christi.617.1.c
ad orantem animam quõ fiat descensus Dei.ibid.b
Orationes piæ animæ sunt illius propagines, & emissiones.692.2.d
cur dicantur paradisus.ibid.
requirunt tres conditiones ad hoc, vt dici queant paradisus.693.1.a
nituntur in sanguine Christi, ideoque dicuntur paradisus malorum punicorum.ibid.b
ex internis actibus charitatis Christi sanguinem Deo obiiciunt.ibid.c
debent habere vniuersitatem virtutum comitantẽ charitatem.ibid.2.a
fructus earum triplex.ibid.c. præcipui sunt beata vita,& charitas.694.1.a
quõ fiant paradisus per fructum vitæ beatæ. ibi.c
orationib. perfectis necessario reperitur adiectus fructus habituum vniuersarum virtutum in orãte.ibid.2.a
Orationes aliorum nobis proficuæ.825.1.a
quomodo exquirere debeamus.ibid.b
illis se commendãt iusti quique,& sancti.824.1.a & 2.c
cur se illi commendent sancti.825.1.a
ad eas confugiendum.824.1.c
Orationes nostrę vt sint validæ,debent esse obsignatæ Christo,vt signaculo.1002.1.c.
eas quàm cito,quamve liberaliter exaudiat Deus. 388.2.d
Orationes piorum fauus distillans.673.2.b
cur dicantur vnguenta,& aromata.657.2.a. præuenit eas Deus.743.1.b
audire aliquando differt Deus ex fiducia, quã habet in pia anima.644.2.d
Orationes eatenus efficaces,quatenus Christi nitũtur meritis.1040.1.a
iusti obseruat Deus vt illius famulus, & minister. 958.1.a
in iis quomodo se erigant iusti.471.1.c
iaculatoriæ quam sint validæ, cum è turribus verum, & charitatis mittuntur in Deum. 1039.2.d
cur aliquando non exaudiat Deus.818.2.c
quomodo semper eas exaudiat.ibid.d
Orandum vigilanter,& attente.767.2.a
non tãtum voce,sed & corde,vt petitiones nostræ innotescant apud Dominum.402.1.c
Orans debet facere cor suum thuribulum.471.1.d
debet esse ornatus habitibus virtutum.693.2.a
charitatis actus habere debet.ibid.c
ante Sanctissimum Sacramentum spiritualiter corpori Christi communicat, vt magis exclamet. 978.2.b
Orantis vota Deus exaudit in mediis precibus. 26. 2.b
& antequam inuocetur.ibid.c
Ordo,quẽ Deus seruat,cũ venit in animã.354.1.e
reddit in operibus animam similem Angelis. 880. 1.d,& 2.a
Ordines tres adhærentium Deo.Incipientium,Proficientium,& Perfectorum.887.2.c. & 888.1.c
Osculari,& dare vbera Deo in oratione idem sunt. 977.2.d
Osculum triplex.ibid.1.e
manuum significat gratiarum actionem.ibid.2.a
Osculo Christus adoratur vt Rex.979.2.d
oris designata obedientia.ibid.e
ex Osculo Verbi hauritur spiritus,& vita.14.1.b
Illud cum petit pia anima,petit Dei fruitionem,& vnionem.ibid.c
Ostium quomodo dicatur Ecclesia.1035.2.c
Oues propriæ Christi Iudæi,& cur dispersæ sunt à suo pastore.422.2.a

P

Pacificus,& Pacifica,Vide Pax.
Palmæ cur assimilentur iustis, rationes plures. 945.2.c.943.2.c.994.1.d.& 2.b
Parabolarum Sacræ scripturæ explicandarum ratio.Præfat.num.17.
Paradisi vocabulum quid significet in scriptura. 110.1.e & 686.2.b
sumitur pro regno cœlorum.688.2.a
Paradisus terrestris locus, in quo seruabantur cibaria.60.2.d
propria possessio hominis.110.1.c
quid commodi habuerit præ vineis mũdi. ibi.2.d
quomodo custodiendus erat homini.111.1.d
in eo conuiuium instructum Adæ.752.2.d
quomodo dici queat vinea hominis.110.1.d
Paradisum esse in homine.684.2.d
Paries noster conditio naturæ nostræ.348.2.c
concupiscentia.ibid.
structura bonorum operum nostrorum. ibid. d.
firmitas dogmatum,& littera Sacræ scriptu. ibi.e
natura creata.349.1.a
Participatio bonorum,& meritorum quanta in Ecclesia.47.2.b
Paruulorum duplex genus.17.2.a
in Paschali solemnitate cur Agnus & hœdus comedendus præcipiatur.147.1.c
Pascit,dum pascitur Christus.420.1.d
oues suas Christus Spiritu sancto.ibid.a
inter virtutum lilia, ex quibus decorem sumit. ibid.c
quia virtutibus delectatur.ibid.d
Pastor verus,ac bonus est solus Christus. 131.1.c
Pastoris nomen significat dilectionem Dei ad plures,dilecti verò nomen eandem significat,vt habet respectum ad vnum.416.1.b
Pastus Christi terminus in Patria,quia ibi non est cibus operis. 421.1.a. In eadem patria Christus non dicitur pasci, sed bibere, & quomodo.ibi.b
Passio Christi nox serena.783.2.c
quomodo myrrha.617.2.d
cur dicta mons, & resurrectio collis.ibidem.c.& 618.1.e
Martyres excitauit ad martyrium.190.2.b
quantum dulcedinis præstet contemplatiuis.225. 1.a
quomodo meditanda.616.1.e
Passionis Christi tempus dicitur hiems perdurans

vsque ad aduentum Spiritus sancti.370.2.e
eodem tempore Christus se exhibuit lampadem, 1015.2.d
Horam suam illud dixit Christus; quia tunc illustrius manifestandus esset.272.2.e
illius tempore Christus possessionem adiit regni Ecclesiæ, idque per passionem ipsam, 737.1.d
eodem tempore Christus cōtulit Ecclesiæ tria munera.ibid.2.d
Passionis Christi præsidium est tegmentum petræ, 398.1.a
prædicatio, eiusdemque fructus remissio peccatorum dulcissimus est Christi fructus. 266.1.e
E memoria,& futuræ gloriæ consideratio consolantur fideles in hac vita.396.2.b
Passionis Chris.meditatio incipientib.primò adeūda.616.1.a
cur dicta mons myrrhæ.ibid.b
quibus sit difficilis.871.2.a
quomodo dicta areola aromatum.ibid.b
est cibus omnibus congruens.751.2.c
in Passionis Chris.meditatione est vinum & lac nutriens.ibid.
quinam à Christo pascantur.871.2.b
pia anima accipit coronam sponsalitiæ dignitatis, 628.1.d
ingens voluptas.870.2.d
quàm bonum experiamur Christum consolationibus nos reficientem.871.1.b
ex Passionis meditatione hauritur triplex fructus. 396.1.c
ad Dei dilectionem accendimur.78.1.e
ornare se potest anima corona florum virtutum, Christi.628.1.b
in Passione quomodo lætatus sit Christus. 523.1.e
quomodo Christus certauit.986.2.e
ob quid conturbata sit anima Christi.903.2.a
occumbens Christus per humanitatem, stetit diuinitate. 348.2.a. In cruce fuit & homo manifestus,& Deus absconditus.ibid.b
exultasse in ea dicitur, quatenus per dolores exultationem attulit mundo.737.1.a
in eius prælio quibus curribus vsus sit diabolus. 167.1.d
Passiones Christi sunt in illo mirabiliores, quam quidlibet aliud, quod vel in ipso, vel ab ipso factum sit.197.1.e
Christus eas melleas reddidit cōtēplantibus.751.1.d
earum munus quomodo,& ad quid Christus Ecclesiæ detulerit.738.1.a
earumdem effectus varij in Ecclesia.ibid.c
passionibus confectum Christum Angeli videre desiderant.225.1.b
Passiones pugnant contra spiritum . 118.1.c
ijs anima, atque affectibus, velut equis effrenibus rapitur.903.1.c
Pati pro Christo gratius Deo, quam operari pro ipso.1022.2.c
id gloriosius sibi reputant Sancti, quàm operari pro eodem.1023.1.e
maximè formidolosum diabolo, qui alioquin opera despicit.ibid.2.a
In patiendo pro Christo magis dignoscitur sanctorum robur, quàm in operando pro eodem. 1022.2.d
Patiens cum Christo cum eodem etiam glorificabitur.618.1.d
Patientes pro Christo sedebunt cū illo in die iudicii vt iudices,& cæli possessores.1073.1.c
Patientia est collum, & ornamentum piæ animæ. 177.1.b
In tribulationibus, præfertur operibus misericordiæ.1022.2.e
est potissimum pretium regni cælorum.1023.2.b
Patientiam suam Deus ob impiorum oculos ponit, vt illos ab infestatione iustorum auertat.931.2.a
Patres antiqui quomodo capreæ, & cerui.330.2.b
montium nomine vocantur in scriptura.337.1.c
cur sic dicti.ibid.& inferius ibid.e
Patrum dictis inhærendum.246.1.a
Patriarchæ dicti cerui à partu.323.2.d
sunt sublimiores Angelis, quave ratione.337.1.e
cur dicti cancelli.350.1.a
Paulus Apostolus currus triūphalis Christi.492.1.d
quomodo fuerit collum,& turris Dauid.594.2.a
crucibus duabus tanquam duabus columnis fulciuit suam gloriationē in passione Christi.494.1.b
nasus Ecclesiæ sicut turris Libani.931.2.b
Pauli conuersionis prærogatiuæ tres.492.2.a
animus reclinatorium Christi triumphantis. 493.2.e
sapientia qualis.ibid.b
gloriatio in Cruce Christi.ibid.d
prædicatio vox turturis.371.2.b
cor quomodo constratum charitate potissimum in Iudæos.507.1.c
in illo triumphauit Christus charitate.ibid.b
in eo quàm eximiè operata sit gratia Dei.294.1.e
Pauperes Christi sunt Reges.935.2.c
sunt comæ Christi 937.2.e
Pax est manna suauissimum.282.2.b
extinguit omnem famem , & sitim animæ, 283.1.b
à Christo relicta in signum militiæ Ecclesiasticæ, 876.2.b
vera non reperitur in hoc mundo.1041.1.b
interior est lectulus iusti.431.1.c
Pacis dulcedo assimilatur dulcedini regni cælestis, 283.1.c
internæ dulcedo qualis,& quanta.282.2.d
decore anima est insignis, suauis, & grata Deo. 877.1.e
in eius alloquio summa Dei dulcedo percipitur. 863.1.c
ob eius multitudinem Ecclesia similis ordinatæ aciei.876.2.a
pace fidelium terribilis est.ibid.
in ea maiorem Dei prolem gignit Ecclesia.237.1.a
Pacificus facilè corrigitur, si peccauerit.996.1.d
Pacifica anima est terribilis,& spectabilis. 877.2.b
Peccans qua ratione similis sit cisternæ.363.2.d
Peccatum originale est prima causa omnium tribulationum,& omnium peccatorum.114.1.e
remissum resoluitur in nihilum.370.2.e
habitare, aut regnare in aliquo nō est idem,& quomodo differant.301.2.e
est hiems,& fit à similibus causis; sed ordine contrario ab illis, à quibus fit hiems.363.1.e
deficit eodem modo, quo deficit hiems. ibid.2.e
est maximè noxium charitati.719.1.b
quas congruentias habeat cum Aquilone.ibid.c
Aliquando in sanctioribus firmius, ac fortius insidet,& pugnat aduersus Deum.ibid.e
Tametsi frigidissimum sit, suscitat flammas concupiscentiæ.ibid.2.c
fugat Spiritum sanctum ab anima.ibid.e
quomodo surgens aufugiat ab anima.720.1.e
quomodo prius fugetur, quam animæ infundatur gratia.ibid.2.a
irrepsit in animam ex tentationis æstu.103.1.c
quomodo vniuersa deturpet in anima.364.1.c
ineptas reddit omnes potentias.365.1.b
quomodo tentationibus animam concutiat. ibid.d

Peccati damna quæ.719.2.b
triplex genus.720.1.a
nigredo assimilata tenebris.89.2.a
macula qualis.85.1.b
cum hieme congruentiæ.364.2.b
conspurcatio quàm aptè nomine luti expressa, ibidem.d
remissio priùs natura est, quàm infusio gratiæ respectu animæ, quæ iustificatur.365.2.c
labem quomodo abstersit Deus sanguine.829.1.a
Peccato moriens vitam habet vegetiorem.695.1.b
decoloratur anima; quia non admittit Christi intuitum.102.1.b
ex eo vt fimo mundi huius quæ bona proueniant sanctis.251.1.d
per idem anima priuatur omni bono, quod habebat.365.1.a
ab eo immunis esse debet, qui bona opera facere velit.720.2.b
Peccata sunt paries noster.344.2.c
denigrant hominem; formosum verò reddit pœnitentia.88.1.b.& 2.c
venialia perfectionis studio contraria sunt vitanda religiosis.408.2.b
demoliunturque vineas religiosorum.408.1.d
nostra subtilius debemus inspicere, & scrutari, ne Deus acutissimè illa scrutetur.621.1.c
piæ animæ, quæ amica Dei sit, non videntur à Deo, & cur.ibid.e
ita abiicienda, vt simul omnis eorum memoria, prauaque abiiciatur consuetudo.794.1.a
ex natura sua eo tendunt, vt si fieri posset, Deum, eiusque charitatem è medio tollant.780.1.c
totius mundi, respectu charitatis sunt instar exigui roris, & guttæ aquæ super ardentem fornacem.ibidem.b
hominum sunt guttæ noctiū super cincinnos Christi.784.1.a
rumpunt murum protectionis Dei.1038.2.e
qualem nigredinem inferant animæ.85.1.a
Peccatorum occasiones quanto studio amputandæ.368.1.a
nigredo vnde fit.81.1.c
quid ea fit.85.1.b
nostrorum ex tolerantia peccatorum exaltantur flāmæ charitatis diuinæ.780.1.e
Peccatis hominum tractus est Deus è cœlo in terrā.53.2.a
denigratur anima quia fit tabernaculum dæmonū.85.1.c
nigra anima quomodo fiat formosa.88.1.b
turbatur quies sanctorum.330.1.b
recessum ab iis quæ impediant.811.1.e
Peccator tacere cogitur ob quinque causas.ibid.
haud tota Dei manu flagellatur in hac vita. 798.1.c
grauius à Deo castigatur per id ipsum, quòd in hac vita non flagellatur.797.1.c
dicitur niger, quia destitutus aspectu diuino. 102.2.a
decoloratur per aspectum Dei ex mala sui dispositione.ibid.d
cur dicatur expiatio iusti.264.2.e
resistentia eius, qua obsistit vocationi Dei. 787.2.a
in conuersione eiusdem quomodo procedat Deus & voce, & pulsatione.771.2.c
attingunt eum flagella, quæ iusto quoque deberentur.264.2.d
vitia omnia super illum eleuant vexillum.299.2.a
Peccatores sunt spinæ.264.2.b.& 267.1.a
sunt iniusti diuitiarum possessores.799.2.d
pulsat, vocatque Deus per lectiones, & voces prædicatorum, & per inspirationes.776.2.d
flagellare solet in iis Deus, per quæ ipsum offendūt.798.2.c.& 799.1.c
priuare iis plerunque solet Deus, per quæ peccare sunt soliti, sicque eos conuertere.ibid.
ad grauiorem pœnam Deus tunc flagellat frugum penuria, cum maiores earum conceperunt spes.799.2.c
Peccatorum plebe ornatur Christus, æquè ac caput capillis.545.1.e
aduocata apud Deum iis se offert Maria. 1040.1.c
eorum conuersionem quomodo causet Deus per prædicatores.769.2.c
Pedes animæ sunt eius affectus, & potentiæ, qui in peccatore vulnerati esse comperiuntur.789.1.c
nudis incedit pedibus iustus per viam, quæ Christus est.793.2.d
Pentecostes die Ecclesia facta est vinea pacifica in ea quæ habet populos.1044.1.e
descendit impetus à Libano.712.2.e
primùm corona fidelium Christo collata est è Sion 520.1.b
idem dies rectè dicitur dies desponsationis Christi cum Ecclesia.ibid.d
Peregrinationem à cœlesti patria cur haud ægre ferat pia anima vt vagationem.141.2.b
A peregrinatione liberari petere non audet, ibidem.c
Perfecta anima pia dicitur triplici perfectionis genere.888.1.e
semper delectatur multiplici meditatione diuinorum.1053.2.a
dicitur virtus ipsa, ipsaque rectitudo.77.2.d
quomodo sedere dicatur in cœlis, dum est in hoc sæculo.1053.2.b
Progressus eius similis progressui solis.894.1.c
Perfecti designati per mala punica.896.1.c
designati per mandragoras.971.1.c
se demittunt libenter ad erudiendos infirmiores.946.1.d
christiani designati per mandragoras.968.2.c
Deum ob oculos habent, quem imitentur. 989.2.c
soli possunt percipere gratiam diuini odoris. 209.1.a
cubiculum Deo parant.460.1.a
sunt capilli Ecclesiæ.544.2.c
sunt Libanus, è quo aquæ viuificantes fluūt ad correctionem.713.1.e
tanquam genæ Ecclesiæ comparantur fragmini mali punici.574.2.b
Profectio cur in præsenti vita sit in iugi progressu.355.1.e
iustitiæ vitæ præsentis est imperfecta.621.1.a
Perfectionis Euangelicæ fama est super omnem laudem legalis obseruationis.659.2.b
culmen qui attigerit, quid facere debeat.984.1.c
Perfectioni indulgens in quibusque rebus Deum inuenit, & osculatur.979.1.d
nihili facit contemptum mundanorum.ibid.e
Perfectionem attingere quomodo debeamus. 355.1.a
tria sunt ad eam necessaria.979.1.e
Perfectiones Christi quales.835.1.b
Perfectum quid sit.888.1.c
tripliciter sumitur.ibid.c
Perpetuitatis periphrasis.412.2.e
Persecutionibus Ecclesia post Christi aduentum reddita est splendida instar auri.183.1.c
Perseuerantia est, quæ perficit structurā domus æternæ

næ beatitudinis.243.2.a
Petra quomodo sit Christus.393.2.b
integerrima est diuinitas Christi, in qua per intellectum hominis excauātur foramina attributorū. ibid.c
Petrus Apostolus est guttur Ecclesiæ.955.2.a
dictus crura Christi,& columnæ marmoreæ. 955.2.d
in eius cathedra.vt in proprio reclinatorio reclinatur Christus.491.1.c
Petrus, & Paulus sunt comæ Christi. 836. 1. c.& 2.d
sunt duo vbera Ecclesiæ Romanæ.598.2.b
Philosophi ad fidem conuersi quomodo capræ, & cerui. 329.1.c
quomodo errantem inuenire dicantur animam vt vigilantes, & custodientes Ciuitatem.445.1.c
Philosophorum doctrina haud confirmata exemplis 30.2.a
scholæ dicuntur opertę:quia apud eos veritas tecta est.145.1.a
Pictoris instar Deus intuetur animam, vt ipsam perficiat.403.2.c
Pietas, atque compassio sunt duo vbera piæ animæ, quæ desuper replentur, vt aliis lac fundant. 609. 1.b
propriam illius sedem nunquam relinquit Christus, licet exasperatus sit ab hominibus. 426. 1.b
Piger verba Dei contrario accipit sensu.794.1.c
Pigritiam omnem aufert charitatis æstus.873.2.c
Plato colligit ex Sacra scriptura hortum mentis.685 1.a
Plebs fidelium instar capillorum Christum ornat, & instar caprarum in altis se pascit.545.1.c
est capillitium Ecclesiæ.ibid.d
quomodo sit venter Christi.854.2.c
in ea qualis quisque esse debeat.ibid.d
illa erroribus plena,sunt pleni guttis noctium cincinni Christi.784.1.d
Pluraliter aliquando phrasi Hebraica pronuntiatur substantiuum per auxesim.1014.2.b
Pluuia,& imber quomodo fiant.361.2.a
Pœnitens quomodo ascendat per confessionem.472 1.b
Pænitentes sunt genæ Ecclesiæ.885.2.d
Pęnitentis animæ dolor qualis esse debeat. 800. 2.c
Pænitentia nardus odorata.191.2.b
est tunica propria peccatricis animæ.787.1.b
proprium tegmentum peccati.ibid.d
reddit Ecclesiam totam pulchram,& sine macula. 623.1.b.c
agenda antequam veniat dies mortis.398.1.c
Pęnitentiæ actus externi tres.811.1.b
tunica quomodo Deus dicatur expoliare peccatorem.788.2.a
tres partes indicant in peccatores esse vernum,& iustificationis tempus.364.2.a
tempus est putationis.371.2.c
Prædicatio fuit securis peracuta.387.2.c
Deo est dulcis.ibid.d
ad Pænitentiam cur anima quater vocetur. 906. 2.b,c,
expectat nos Christus stans post parietem peccatorum.348.2.b
post eius lacrymas Christus exhibet animæ gaudiū spei,vitæ,& resurrectionis.209.1.c
Pocula pro vino in poculis.919.1.c
Pontifex Romanus laudatus sub nasi metaphora. 929.2.c
Ecclesiæ caput sicut Carmelus.936.2.a
Portæ animæ sunt multiplices.776.1.d
in Porta,phrasi hebraica significat in promptū. 967. 1.c
Potentia Dei cognita, subiicit se illi anima. 803. 2.c
eam manifestans Deus, mittit manum per foramen.804.1.a
Potentiæ animæ cur dicantur montes, & quomodo Christus in illis saliat, cum venit in animam.335 2.b
quales reddantur per Christi præsentiam. 243. 2.d
sunt domus animæ.ibid.
cur dicantur vineæ,& vites.379.1.b
Præcepta vtriusque testamenti seruantur ab Ecclesia.887.2.c
plura in lege veteri:in noua vnum.698.2.d
se seruantibus conferunt odorem, & incorruptionem.241.2.c
sunt laquearia domorum sacrarum scripturarum. 240.2.c
haud impossibilia.294.2.a
Præcepta Dei quàm congrue designētur per currus. 162.1.c
Prædicandum propter Deum duntaxat.404.1.c
Prædicatio debet esse iuncta cum operibus.ibid.b
fieri debet post studium mortificationis, & discretionis.814.1.d
quæ recte exercetur,suauiter Deo sapit.955.2.d
euangelica latius diffusa,quàm fama iustorum veteris testamenti.659.2.c
Prædicatio verbi Dei est duplex Echo.388.1.c
semper secum habet fructum aliquem.769.2.c
dulcedo quàm ingens.664.2.c
in ea Ecclesia similis fonti hortorum.707.2.a
quibus,& quomodo ab Ecclesia fiat.708.1.b
Prædicatio Ecclesiæ quomodo similis vino optimo. 955.1.c
vox columbina,simulque summum habens robur. 387.2.c
robur istud quale.ibi.d
est delectabilis Deo,& Angelis.1055.2.b
Prædicator impurus quis.404.1.a
debet esse purus,vt eius prædicatio Deo sit grata. 403.2.c
vt auditores conuertat,opem Dei petere debet. 426.1.b
pusillanimis excitatur ad prædicationem per maiorem gratiæ visitationem.804.2.d
debet priùs facere,quàm dicere.813.1.d
agnoscens dispositos ad audiendum,& benefaciendum infirmiorum animos,non potest renuere prædicationis officium.803.2.c
bonus condescendere debet simplicioribus. 884. 1.d
persecutiones haud huic metuendæ sunt. 906. 2.d
Prædicatores antecedit Deus in conuersione animarum.814.2.d
dare se debent studio continentiæ,& mortificationis, idque cum recta intentione. 813. 2.c
sunt oculi Christi.840.1.b.& 839.2.c
esse debent puri, & donis Sancti spiritus insigniti. 839.2.c
scripturæ sacræ studio præcauent diaboli insidias. ibidem.d
sunt Christi venter.856.1.b
sunt crura Christi, & columnæ &c.859.1.a
sunt guttur Christi.864.1.a
per eos quomodo causet Deus conuersionem iniquorum.769.2.c

conque-

conqueruntur aduersus impedientes prædicationem.904.1.b
sunt currus Christi.ibid.
sunt femora Ecclesiæ.917.1.c
sunt vmbilicus Ecclesiæ,& crater tornatilis. 921.2.b
sunt collum Ecclesiæ.176.2.b
discreti sunt nasus Ecclesiæ.931.1.e
habent a Christo, vt proficiant.951.1.c
in tranquillitate Ecclesiæ se dedunt conuersioni infidelium,& ignorantium.968.1.a
vnde ad id moueantur.ibid.971.1.e.& 969.1.c
sunt Ecclesiæ oculi sicut piscinæ.&c.928.1.d
sunt ostium Ecclesiæ.1035.2.c
cur dicti potius custodes, quam coloni Ecclesiæ vineæ.1045.2.d
quid Christo afferant colentes vineam.ibid.e
quid consequantur pro laboribus suis. 1046.1.a
sunt vbera Ecclesiæ sicut turres. 1040.2.e
quò maioribus premuntur angustiis, eo maiorem in Ecclesia colligunt fructum.161.2.e
imitantur Christum in pudicitia.171.2.e
sunt similes turturi quærenti solitudinem. ibidem.
cur comparati monilibus.ibid.176.2.d
Deum sibi adstantem,& audientem ob oculos habere debent.388.1.a
in vanum laborant, ni Deus prædicatum verbum deferat ad corda audientium.ibid.c
quàm validos illos reddat Deus præsentia sua. ibidem.2.d
quas congruentias habeant cum columbis. 222.1.d
sunt tigna cedrina sustentantia populos, qui sunt laquearia Ecclesiæ.245.2.d
eis quàm congruant Cedri proprietates.ibid.
quid facere debeant ante,& post prædicationem,& dum prædicant.389.1.a
indulgere debent studio Sacræ scripturæ, & contemplationi passionis Christi.ibid.2.d
exempla bonæ vitæ exhibere debent vna cum bona doctrina.399.1.b
cur exhibere debeant Christo faciem conuersationis,& vocem prædicationis,ibid.2.a
ab eis exposcit Christus internam fidem, & eius confessionem.ibid.e
qua charitate præditi esse debeant.556.1.c
charitatem in primis prædicare debent. ibid.
infirmiorum præcipuè rationem habere debent. 665.2.c.d
charitate,& virtutum omnium exemplo animas ad Christum attrahunt.666.1.a
sunt dentes Ecclesiæ,& quales esse debeant. 553.1.c
sunt Ecclesiæ labia.556.1.b.& 661.2.d
vniuersi sunt vna tantum vitta coccinea; quia vnum sunt per charitatem, & vnam prædicant charitatem.556.1.c
quomodo constringant fideles.ibid.e
iis maximè necessaria probitas, quæ sita est præcipue in humilitate,& rectitudine.ibid.2.a
quæ rectitudo duplex in eis esse debet.ibid.c
cur dicantur labia potiùs, quàm lingua, aut guttur Ecclesiæ.ibid.c
se habent instar tubarum,& ideo dicuntur tubæ. 557.1.a
sunt genæ Ecclesiæ.172.1.c.& 574.2.a
cur similes fragmini mali punici.574.2.a
cur sunt Ecclesiæ collum, ac turris Dauid, quæ &c. Plures Patrum rationes. 594.1.c.& 2.b.& 596.1.a
sunt duo vbera Ecclesiæ; quia prædicant duo testamenta.608.1.a
eorum aliquæ conditiones.ibid.
cur dicantur fauus.662.2.e
quomodo & mittant imbres sapientiç,& stillare dicantur mel verbi Dei.663.2.c
non tam aures delinire debent, quàm gustum reficere audientium.ibid.e
sunt fauus stillans mel, etiam cum prędicant ea quæ amara sunt sensualitati.664.1.c.& 673.2.c
dum afficere alios volunt, priùs ipsi affici studeant ibid.2.a
singulis congruum exhibere student doctrinæ cibum.ibid.c
dulcedinis verbi Dei gustum auditoribus exhibere satagunt.665.1.a
nedum verbo, sed & exemplo auditores ad bonum trahunt.ibid.b
quomodo sint & vitta constringens,& fauus stillãs dulcedinem.673.2.c
Prædicatores sunt quasi riui Ecclesiæ Catholicę, quę est vnus fons.705.1.a
quod prædicant in se habere nituntur: habentque sic mel,& lac sub lingua.674.1.e
eademque habent sub lingua dum inter asperas correctiones interponunt quiddam benignitatis.ibidem.2.a
sunt fauus cum melle, auditores sunt mel cũ lacte: hos omnes comedit Christus, cum eorum bona intentione pascitur.753.2.a
iis lætandum de conuersione peccatorum. 763.1.b
iidem quomodo indulgere debeant cõuersioni animarum.ibid.c
Prædicatores boni quàm doleant de offensis Dei. 816.1.b
quomodo percutiant, vulnerentque.821.2.d
cur dicti custodes murorum.ibid.e
impellunt ad Christum.822.1.a
quales.495.1.c
iis haud metuendæ persecutiones.906.1.e
Prædicatores sancti non irruunt in persecutores. 820.2.a
eos quam difficile habeat Ecclesia his temporibus. 787.1.d
quomodo docentes percutiant, & vulnerent animas.821.2.d
quomodo ab illis tollant velum ignorantiæ. ibidem.e
eos à se auferri nollent, qui progredi optant. 505.2.b
libenter villis prædicant,& idiotis.960.2.c
e contemplatione surgunt ad prædicationem. 808.2.c
intentione recta mouentur ad prædicandum. ibidem.d
facto implent, quod verbis prædicant.809.1.a
a pœnitentia exordiuntur.ibid.c
mortificationem, quam aliis prædicant, in suo ostẽdunt corpore.ibid.& 816.2.a
qua ratione potissimùm conuertant peccatores.ibidem.d
Prædicatores sancti sunt puritate, & charitate insignes.846.1.a
mortificationis Christi odorem ex se spirant. ibidem.b
sunt labia Christi, & lilia stillantia myrrham primam.847.2.d
sunt spectaculum pulchritudinis Ecclesiæ. 905.2.c
Ii,& doctores sancti sunt genæ Christi.843.2.e
mouentur ad prædicandum infidelibus, & idiotis à certa spe fructus.968.2.a

& à charitate.969.1.b
iidem proferunt eloquia testamenti & noui, & veteris.ibid.2.b
Prædicatorum verbi Dei quatuor necessariæ conditiones.770.2.b
motiua ad procurandum conuersionem peccatorum.770.1.c
aliud motiuum.778.2.b.& 779.2.a
progressus in charitate qualis.960.1.b
iis necessarium, vt Christus adsit comes. ibidem.2.a
fructus qui, & quales.963.1.a
bonorum inopiam maximè habet Ecclesia. 794.2.a
in illis Ecclesia sustinet persecutiones.820.1.e
munus peculiare est, vt Christum deferant. 495.1.c
eloquium est ipsum eloquium Dei.556.2.e
ingens vis persuasionis.562.2.c
ex hac vi dignoscitur, signum passionis Christi esse in illis.ibid.c
iidem feruore charitatis, quam prædicant, constringunt fideles inter se.ibid.d
doctrinam suam dulcem reddunt, dum faciũt, quæ dicunt.ibid.e
sunt vitta coccinea, dum incredulos constringunt testimoniis Martyrum.563.1.a
Prælati sancti obeuntis solicitudo erga subditos. 409.1.e
Prælatus petit trahi à Christo, vt à magistro. 58.2.b
is, aut sacerdos nullus est contemnendus in Ecclesia, etiamsi minus bonus videatur.90.1.b
bonus fatetur se nescire custodire vel animam propriam.119.1.c
in correctionibus vti debet zelo, & mansuetudine. 209.2.d
complecti debet nedum perfectos, sed & imperfectos, & peccatores.157.1.b
aduersus improbos murmurantes sufficere ei debet opinio bonorum, & testimonium bonæ conscientiæ.77.2.e
quid illi agendum.109.1.d
bonus etiam dormiens cogitat de subditis.767.1.a
Prælati positi custodes animarum.118.2.c
sunt tigna cedrina domorum Ecclesiæ. 242.1.c.& 245.2.b
ex ipsorum, & Cleri commendatione, cæterorum quoque ordinũ, qui sunt in Ecclesia, resultat laus; & quare.242.1.d
quales esse debeant.245.2.c
a subditis in corpore Ecclesiæ distinguuntur, vt caput à membris reliquis, & à toto corpore. 312.2.c
diuerso modo à subditis per Christum fulciuntur. 313.1.d
quomodo obuiam eant subditis contra eorum voluntatem.443.2.b
vigiles potius quàm vigilantes dicuntur, & cur.ibidem.c
quomodo sint custodes.444.1.a
eorum prudentia quomodo ad obedientiam reducitur is, qui sequebatur propriam voluntatem. 443.2.a.& 444.1.c
eorum diligentia quanta esse debeat.445.1.c
sunt vigiles, qui custodiunt &c.446.1.d
debent esse fortes.473.2.d
qui dicendi sint fortissimi.ibid.e
gladio verbi Dei in primis armati esse debent.479.2.c
quàmve eis necessarius sit.48[illegible].2.d
Castris militantium præficiuntur, cum eliguntur. 481.1.e
iis multiplex bellum gerendum, assuefacti ad id esse debent, antequàm ad prælaturam euehantur. ibidem.2.a
decore pudicitiæ apprime ornati esse debent. ibidem.c
eorum potissima gloria est pudicitia, & continentia.482.1.a
sunt ferculum Christi.503.2.b
sunt oculi Ecclesiæ.535.2.c
Prælati boni quales.536.1.c
id omne exhibent Reipub. Christianæ, quod illi necessarium sit.577.1.b
Christum sustentant in Ecclesiæ corpore, sustentati & ipsi à Christo.ibid.e
sustentant Christum, eius fidem infidelibus fulciẽdo, Christoque vniti per charitatem.ibidem.2.c
Christi fidem sustentant prædicatione, & doctrina. 578.1.a
in hac prædicatione quomodo habere se debeant. ibidem.d
sunt medii inter Deum, & subditos ipsorum. ibidem.2.a
cur sic appellati Prælati.ibid.b
supreminentiam suam arbitrari debent, sibi prouenire ex sua subiectione ad onera.ibid.c
conformare se debent iuxta occurrentes necessitates suas, & proximorum.ibid.e
quomodo vnum Ecclesiæ collum constituant, quo vnum caput Christus sustentatur.579.1.c
sunt tamquam Pharus erecti, vt ex eorum conspectu subditi discant viam cæli.ibid.2.a
exemplo magis, quàm verbis docere debent. ibidem.c
eis orationis, & meditationis studia sunt tamquam collaria ipsos exornantia, & tamquam propugnacula turrium.580.1.b
quomodo recti esse debeant, quàmve eis necessaria sit rectitudo.ibid.2.a
duplex illis est decor, gratiæ gratum facientis, & gratiarum gratisdatarum.ibid.d
torques ac monile eorum Sacra Scriptura. 581.1.a
debent esse tamquam armamentarium Sacrarum scripturarum.582.1.a
eorum panoplia est nomen Domini, quod & pro mille clypeis deseruit eisdem.ibid.b
ex ipsis quomodo pendere dicatur nomen Domini instar clypeorum, & torquium.ibid.d
nutriuntur eo ipso lacte doctrinæ, quo nutriunt infirmiores subditos.600.1.c
sunt turres, ac propugnacula infirmiorum; quomodo, & vbera sunt turres, & propugnacula infantiũ ibidem.c
sunt amabiles, ac benigni.ibid.2.c
æqualitatem inter se seruant humilitatis, atque doctrinæ.ibid.d
quomodo succipleni fiant lacte doctrinæ, dum idẽ communicant lac.601.1.a
pascentes pascuntur, sicut euenit & vberibus. ibidem.b
quomodo pascantur in liliis vitæ, & passionis Christi.ibid.2.a
habentque per hoc odorem, & nitorem. ibid.c
pascuntur in liliis Sacrarum scripturarum. ibidem.d
quomodo in præsenti tantum vita pasci dicantur in liliis.602.1.a
sunt Ecclesiæ collum.594.2.e
sunt vbera Ecclesiæ.598.[illegible].b
munus eorum est pascere infirmiores, & illos pariter, quia à corpore Ecclesiæ sunt disiuncti. ibid.e

ardenardentes

ardentissima charitate flagrant; quia sunt sicut vbera sita super cor.599.1.a
quomodo sint subiecti Deo vt collum capiti, & simul quoque sint super Deum vt vbera super cor. ibidem.d
quatenus charitate flagrant, dicuntur esse super Deum.ibid.2.b
quomodo à Christo calefacti Christum recalefaciunt.ibid.2.d
Quomodo sunt propugnacula diuinæ charitatis. ibidem.e
paratum semper in se habent lac doctrinæ, quod ex Deo attrahunt.600.1.b
eximia sanctitate sua obstupescere faciunt nedum homines, sed & Deum.651.1.c
perfectio eorum sita est in perfectione charitatis. ibidem.d
iidem quomodo gaudeant in tribulationibus, quas subeunt pro salute subditorum.ibid.2.b
gaudio ipso inebriant quodammodo & subditos, & Deum.ibid.d
sunt vnguenta pretiosissima, dum in se exprimunt, similitudinem vitæ, ac mortis Christi. 265.2.a
odor illorum instar odoris Christi est super omnes virtutes, super omnia scripta, & dicta sapientum mundi.ibid.c
vbera eorum sunt congratulatio, & compassio. 28.1.c
ordo eorum est instar capitis in corpore Ecclesiæ. 312.2.d
in eorumdem electione cur summum studium adhibendum.482.1.d
iidem in vsu verbi Dei debent prudentes esse. ibidem.2.c
Prælati mali insectantur indulgentes vitæ spirituali. 821.1.b
infecti hæresi quomodo officiant Ecclesiæ Catholicæ.820.2.e
boni impellunt ad Christum.824.1.a
docentes percutiunt, & vulnerant bono vulnere. 821.2.d
Prælati sancti sunt oculi Christi. 838.1.c. & 840.1.b
iis quæ simplicitas sit necessaria.838.1.e
vitæ, doctrinæque puritas necessaria iisdem est. ibidem.2.a
quales sint.839.2.e
sunt crura Christi, & columnæ, &c.859.1.b
debent cum grege suo ita se gerere vti cum sorore parua.1027.1.a
illis ignorantia plenis, est plenum rore caput Christi.784.1.c
iis Christum haud sincere annuntiantibus, plenum est eius caput rore.ibid.
sanctos quomodo difficile habeat Prælatos Ecclesia his temporibus.787.1.d
Prælatura sæpe datur à Deo in donum, & ornamentum animæ obedienti.180.1.b
est cella vinaria: quia in illa reconditur vinum zeli in charitate feruentis.289.col.8.c
onera eius, laboresque quanti.292.1.d
in ea suscipienda quàm diuersimodè se habeant stulti, ac sapientes.ibid.2.c
Præsentem sibi esse Deum, cur ignoret homo. 154.2.b
cui se exhibeat Deus.775.2.d
Præsentia Christi quantum gaudii afferret Mariæ, iisve vniuersis, qui illum intuerentur. 133.1.d
Præsentia Dei in æternitate fuerunt omnia, quæ cœperunt in tempore.186.1.a
præsentia Dei crescunt Ecclesiæ fideles. 236.2.b
eam quàm ardenter optent iusti.135.2.c.d
per cognitionem sui, & per mortificationem habere potest anima.156.1.c
Præsepe Christi quàm ardenti desiderio quæsierint pastores, & Magi.120.2.e
id ab vno indicatur Christo.121.1.a
locus eius quomodo ferculum Salomonis. 500.2.c
in Præsepio Christi quæritur vt pastor. 121.1.d
Christus pascit iumenta feno, factus ipse fenum. ibidem.e
pascit & homines semetipso vt pane cœlesti. ibidem.2.c
qui sunt imbecilliores pascuntur pane lacrymarum Christi.ibid.d
pascit & oues suas pane.ibid.d
& herbis virentibus doctrinæ.ibid.e
cubans Christus quomodo fuerit pastor bonus, maximeque solicitus.ibid.c
habet oues suas super humeros.123.1.c
cubat ex infirmitate, vt nos cubare faciat ex virtute in pace, ac gloria.ibid.2.a
quomodo versatum sit stratum Christi. ibid.b
Christus infans optauit Mariæ preces. 403.1.d
quanta nos doceat Christus.984.2.d
in illius medio reclinatus est Christus, id suo exornans corpusculo charitatis. 513.2.b
vbi Christus natus est, adstitit multitudo Angelorum, Christum ipsum orans, & custodiens. 487.1.c
Christus puer cæcus vt amoris simulacrum. 513.2.e
vt simulacrum amoris puer alatus; quasve alas habuerit, 514.1.d
quam pharetram gestarit.ibid.2.a
conspicitur coronatus, dum carne circumdatus est, atque fasciis. 516.1.b
cur fascia vt diademate coronatus sit à matre non in capite, sed in corpore. 525.1.b
carne vt fascia candida coronari voluit: vt diademate ipso suo alligaret vulnera nostra, regnumque nobis conferret.ibid.c
etsi paruulus esset corpore, sponsum se exhibuit animarum.ibid.2.a
Præsepium Christi quibus rebus exornatum sit ad delectationem piarum animarum. 514.2.c
ad Præsepium inuitant Angeli Mariam. 476.2.b
cur tracti sint Pastores, & Reges. 147.2.c
Præterita pro futuris poni solita in scriptura.59.2.c. 184.1.d.& 735.2.c
in præterito exprimitur sæpiùs in scriptura id, quod iam decretum est, vt fiat.735.1.d
Princeps quàm aptè significatus metaphora ficus. 317.2.d
eius opera bona quantum conferant ad populi conuersionem.ibid.c
eorum conuersio in primis coronat Ecclesiam.630.1.c
Vide Prælatus.
Probat Deus per flagella duplici genere probationis.797.2.c
Profectus animæ est ex Dei præsentia.813.1.c
descriptus multis similitudinibus.469.2.d
est per actionem, & contemplationem. 470.1.a
est in virtute, & scientia.ibid.

Digitized by Google

Profectus spiritualis ascensio velox.471.2.c
quid magis ei conferat.27.2.c
in eo iustus semper timet, ne in Dei seruitio negligens sit,& ne immundus progrediatur ante Deum 790.2.b
qualis eidem iusto operandus.630.2.a
ad Profectum quomodo progrediendum.ibid.c
ad maiorem iustus vocatur à Christo.ibid.1.c
Proficere quomodo quis valeat cum accedit ad spiritualem aliquem.949.1.c
Proficiendi studium est ipsa perfectio.355.1.c
in vita spirituali fiduciam habere debet vnusquisque fidelis.89.2.b
Proficiens in vita spirituali vocatur ad perfectionē.368.2.b
Proficientis animæ progressus similis progressui Lunæ.894.1.b
Progressus spiritualis est ab vmbra Dei ad eiusdem fructus.286.2.b
semper vlterius eleuat.383.2.c
paulatim ab imis est ad superiora.944.1.b
Progressus animæ piæ qualis.659.2.c
est continuus in hac vita, cùm trahatur à verbo transeunte.818.2.a
admirabilis est. 893.2.e.de eo.822.1.c
qualis sit in contemplatione.994.1.c
Progressus iusti quomodo similis palmæ.943.2.e
in sancta conuersatione qualis.991.1.c
Progressus perfectorum est iugis ascensus; quia tendit in imitationem Dei.985.2.d
Ecclesiæ ex infidelitate est talis, vt admirationem causet.991.1.a
Progressum tam magnū fecisse Ecclesiam, cùm prædicaret mortificationem, valde mirabile est. 464.2.e
multoque magis cùm prædicaret nouum religionis cultum.465.1.a
ad eum inuitatur Deus in Ecclesiam. 962.1.a.& 965.1.e
in Progressu ardentiori ad perfectionem maior est quies.393.2.a
Præliandum qua ratione nobis sit cum aduersarijs. 387..a
ad Prælium fidei quàm diuersimodè concurrant facies Dei,& facies Ecclesiæ.ibid.e
Prooemium est simile præludio tibicinis, aut cytharædi.1.1.a eo quid agendum.ibid.2.b
Pronomina phrasi Hebraica sæpius post verba ponūtur ad ornatum solummodo orationis.146.1.a
Prophetæ pugnauerunt contra Synagogam, vt tollerent ab ea malum.118.2.c
sunt tigna Ecclesiæ.246.1.b
dicti capreę ob visionem, sicut & Videntes.323.2.d
dicti & montes.340.2.c
cur dicti fenestræ.350.1.a
cur imber.369.1.b
sunt oculi Ecclesiæ,& Christi.839.2.e
ipsi,& Patriarchæ vineæ florentes, qui in Incarnatione Verbi dederunt odorem suum.833.2.a
Prophetarum dicta bases aureæ Apostolorum. 858.2.c
doctrina aspera.19.2.b
Prophetia expressa sub allegoria somnii,& vigiliæ. 765.1.d
Prophetiæ Antiquorum Patrum fuerunt cantica quædam.2.col.2.d
Propterea denotat causam finalem.34.2.a
Prospera admodū metuenda in hoc sæculo.367.1.d
cùm quęruntur, plerumque à Deo non dantur. 818.2.c
Prosperitates nimias respuit iustus.883.2.c
Prouidentia Christi aduenientis in animum quanta sit.356.2.c
erga iustos designata per metaphoram comestionis.728.1.d
ea Christus nos respicit per connexionem virtutum nostrarum.350.1.c
Prouidentia Dei circuit quærens quærentem ipsum Deum.444.1.c
non deturpatur vilitate rerum.388.2.d
est illustrior ex gratiarum effusione.ibid.e
quid eam reddat amabiliorem.ibid.c
Prouidet Deus iustis etiam in hac vita de æternis bonis.318.1.c
diuersimodè iusto de temporalibus, ac de æternis. 317.2.d
Proximus qui est Deo, properare debet ad prædicationem.353.1.d
Proximi conuersionem, & salutem quàm ardenter optet iustus.353.1.d
Proximorum curæ quomodo indulgeat pia anima. 329.1.c
ad eorum salutem procurandam Christus nos inuitat nedum voce, sed & exemplo. 339.1.a
Prudenter consultare volens, debet esse expoliatus omni vehementi passione.551.1.e
Prudentia quid.550.1.b
Vide Consultatio.
Pudicitia est fortissimum vallum virginitatis,& honestatis.921.2.b
est frænum sponsarum Christi.171.2.b
pudicitia sponsæ multò magis, quàm aliqua alia re vulneratum se significat sponsus.632.1.d
Pudicitiæ encomium.171.1.e
hieroglyphicum testudo.568.1.c
Pudicæ animæ sunt genæ Ecclesiæ.573.2.a
Pudicus amor piæ animæ vulnerat cor Christi. 639.2.d
Pudor virginalis qualis,& quomodo fiat.567.2.c
Puellis quanta adhibenda sit custodia.103.1.c
Pulchritudo quid sit.79.1.a.& 223.2.b
est gratia quædam alliciens ad sē.ibid.211.1.a
& splendor sunt ferè synonima.226.2.b
est Christi gladius.309.1.a
interna quibus in rebus sita sit.213.2.d
interna indicia sui exhibet extrinsecus in verbis,& operationibus.695.1.d
animæ sita est in perfecta illius pace. 83.2.a.& 84.2.e
qualis sit.623.1.c
est similis pulchritudini cæli.85.2.a.& 90.2.a
& pulchritudini Angelorum.ibid.
in anima est; quia Christus habitat in illa.86.2.e
in hac vita est imperfecta.157.1.d
est Dei potiùs, quàm animæ.225.1.d
est enim pulchritudo apparens in speculo.ibid.
in iustis est ex passione,& resurrectione Christi. 622.2.e
quàm aptè explicetur similitudine horti.680.1.a
eius descriptio.ibid.2.e
sita est in duobus.828.2.b
perfecta quibus constet.874.1.b
vera in Deo tantum est.226.1.a.& 228.1.e
Pulchritudo Ecclesiæ,& animæ nihil aliud est, quā bonitas.214.1.e
in quibus sita sit.79.2.c.& 677.1.c
quanta à Christo collata sit Ecclesiæ.212.1.a
ea magis fulget ex commixtione impiorum.81.2.&. 94.1.d.& 266.2.e
ferè est inexplicabilis æque ac pulchritudo Dei. 211.2.d
sita præcipuè in pedibus festinantium ad prædicationem Euangelii.353.2.a
Pulchritudinis spiritualis ac corporalis discrimen. 488.1.b

animæ

anima, causa est Dei amicitia.212.1.c
approximatio ad Deum.214.2.c
Pulchra debet esse anima, quæ Christo adhæserit, 228.2.d
dicitur propter iustificationem, pulchrior propter augmentum iustificationis.212.1.c
Pulchram dici animam est magnum, & admirabile, ibidem.a
dum dicit Deus animam, infundit ei pulchritudinem; anima è contrà dum Deum dicit pulchrum, refundit in illum suam pulchritudinem, 228.2.b
Pulcherrima aliarum qua ratione dicatur quælibet pia anima.151.2.c
Pulchrum nihil iusto videtur, præter quàm Deus. 228.1.e
Pulsat Deus animam beneficiis, & flagellis. 772. 2.a
Puncta Hebræorum sunt nouum inuentum. 993. 2.d
à Purgatorio liberans animas per orationes, dicitur charitas nostra dura sicut infernus.1083.2.c
Puri corde magis diligunt Deum; quia eum magis agnoscunt, maioremque suscipiunt gratiam, 47. 2.c
Puram mentis faciem ostendi sibi vult Deus ab eo, qui secum colloqui velit.403.2.d
in Pura anima Deus delectatur, intuens in ea se ipsum repræsentatum vt in speculo.ibid.c
Puritas necessaria ad omnes virtutes.417.2.d
quid propriè sit.ibid.e
Putationis tempus non aduenit quoad vsque non descendit Spiritus sanctus in die Pentecostes. 731. 1.a

Q

Quadrigæ Amminadab quæ essent.899.2.b
Quasi, ad uerbium aliquãdo ponitur vt statuês veritatem.1036.1.b
Quærat quomodo locum Dei pia anima, cùm is ibi sit cum ipsomet Deo.127.1.a
Quæratur Deus cur a iusto.433.2.a
quàm insipienter ab anima in rebus mundi. 439. 1.a
Quærendus Deus cum sedulitate.433.1.b
haud perfunctoriè.822.1.c
quanto studio.866.1.e
Quærere Deum quàm magnum sit bonum. 433. 1.c
non posset quis, nisi prius à Deo quæsitus ipse esset, ibidem.e
Quærens Christum etsi illum non inueniat, acquirit tamen semper multum spiritus.439.2.c
quantò maiorem gratiam acquirit, tantò magis accenditur ad quærendum.440.1.a
Quærit Deum iustus verecundè, & cautè.433.2.c
contra infirmitatem, & ignorantiam.ibid.d
Quæritur Deus in Ecclesia per duo genera personarum spiritualium, laxiorum, & arctiorum. 440.1.c
in Scriptura sacra.ibid.
in cælesti patria.ibid.d
in ipsamet anima.ibid.2.a
in triplici creatura.451.2.e
quærẽti in occursum mittit Deus, qui eum instruat. 446.1.c
de Quæstione, & inuentione Dei complura. 439. 2.b
Quæsitus Christus in foro, & in plateis non inuenitur.441.1.a
sicut nec Deus inuenitur, cùm quæritur apud homines sæculi.ibid.
idem post resurrectionem haud ampliùs inuenitur in carne mortali, aut in opere prędicationis, ibidem.b
Quies præsentis sæculi modica.135.1.a
impiorum, est maxima perturbatio.234.1.b
haud quærenda in hoc mundo.250.2.c
in Deo tantùm quærenda, à quo prouisio bonorum omnium.319.1.b
perfecta haberi nequit in hoc mundo.1041.2.a

R

Ratio animæ est collum eius, & sicut monilia. 177.1.a
quomodo eius collum, & turris Dauid.596.2.b
quomodo dicatur vinea hominis.116.1.d
ei obtemperans nequit peccare, & cur.ibid.e
ei, ac sensibus simul inseruire impossibile est. ibid. 2.a
vis eius est collum animæ.925.1.c
Recidiuatio in peccatis cauenda.794.1.b
post recidiuum anima vocatur ad pœnitentiam. 398.1.d
Rectus dicendus quis sit.76.2.a.& 78.1.a
Rectitudo est fundamentum dilectionis Dei. 78. 1.c
in quonam sita sit.ibid.2.a
Redemptio, & reparatio generis humani non poterat fieri aliter, quàm per Christi Incarnationem, & passionem, supposita diuina præordinatione illius.50.2.a
facta est absque meritis nostris.51.2.c
virtute maxima facta est à Christo.ibid.2.a
Redemptionis mysterium Christus cœpit in vtero Virginis.733.1.c
in primo instanti conceptionis obtulit se Patri in holocaustum.ibid.d
eodem instanti pati cœpit, gustuque percepit passiones, quas subiturus erat.733.2.a
Reformatio Ecclesię elucet maximè in reformatione Cleri.869.2.c
& Religiosorum.870.1.c
eam in Ecclesia quando magis excitet Deus. ibidem.d
Regnum Dei regnum est dilectionis.854.1.c
animæ quomodo sibi vsurpauit diabolus, eumque quomodo ab ea expulerit Christus, &c. 297. 2.c
Religio optimum exemplar patriæ cælesti. 463.1.c. & 289.col.4.c
quomodo sit scala.393.1.c
est domus charitatis.289.col.4.c
in Religione quomodo fulciatur Deus.393.1.d
tria personarum genera, quibus Religio ipsa dicitur amica, columba, & formosa Dei. 359. 1.b
quàm multiplex propinetur vinum. 289. colum. 4.a
augetur charitatis habitus in anima per frequentatos actus.300.2.e
Religionis statum quibus verbis expostrant iusti.289 colum.3.a
claustra quàm aptè dicantur domus vini. ibidem.b
essentia in quibus sita sit.538.1.b
ad eius statum admissus, habet instructam super se aciem charitatis.300.2.b
Vocatio ad religionem quàm ingens sit beneficiũ. ibidem.c
Reli-

Religionum claustra sunt montes Barher, & Bethel. 422.2.e
- sunt & montes aromatum, & conuallium. ibidem.c
- in eorum monasteriis non sunt grauium peccatorum occasiones: & ideò supponuntur ea peccata ab illis abesse.408.1.c

Religiosus dum se deuouet Deo, summam adipiscitur dignitatem, & potestatem.173.1.d
- haud satis est, vt tendat ad statum perfectionis, sed necesse est, habeat candorem vitæ.174.1.b
- amor, non habitus facit religiosum. 289.column.3.a
- imò habitus ipse amorem præseferre debet. ibidem.e
- vulnerat Deum per coniunctionem voluntatis suæ cum voluntate Dei.637.1.e
- suauis in moribus, est ficus, quæ in hac vita dicitur proferre grossos suos.582.2.a

Religiosus bonus quàm ardenter optet Religionis suæ profectum.979.2.e
- quid Deo exhibeat.985.1.e
- debet esse instar mortui.538.2.b
- quamcunque in aliis monasteriis viderit obseruantiam, apprehensam defert in monasterium suum. 985.1.c

Religiosus apostata euulsus est à Christo. 538.2.a

Religiosi sunt Ecclesiæ collum.173.1.b
- sunt in statu perfectionis, & quomodo. ibidem. 2.d
- sunt sibi ornamentum, cùm boni extiterint. 174.1.b
- feruentiores spiritu sunt vineæ florentes. 583.1.e
- semper progredi in claustris debent.391.1.e
- in cella vinaria semper reperiunt multiplex vinum. 289.col.4.e
- quàm aptè dentes Ecclesiæ dicantur.554.1.c
- per vnionem spiritus feriunt cor Dei.636.2.a
- quàm eos dedeceat singularitas, ibid.
- sunt guttur Christi.864.1.b
- comæ Christi quales.833.2.e
- sunt Reges.935.2.e
- sunt sicut purpura Regis vittis concinnè adstricta. 936.1.a
- similes Christo crucifixo.ibid.c
- designati metaphora faui.749.1.a
- sunt instar operis topiarii in Ecclesia, quatenus ea hortus est.677.1.e
- qui sanctiores ex ipsis sunt, dicuntur eminentiores ipsomet Christo, cui inhærent, & ratio. ibidem 2.c
- sunt semper Christo inhærentes, vt capilli inhærēt capiti.538.1.c
- Dum obedientiam exhibent, semper habent Christum comitem, & impulsorem.ibid.
- quam connexionem habeant cum contemplatiuis. ibid.2.c
- cum humillimi sunt, dici possunt longi instar capillorum puellæ.539.1.a
- quamuis augmentum omne in Christo habeant; ipsi tamen eidem cooperantur.ibid.2.a
- cur dicti similes capris.ibid.c

Religiosi diuersorum ordinum sunt & vnum quid, & plures.540.1.a
- quanta bona capiant ex studio Sacrarum Scripturarum.ibid.c
- ob regulares obseruantias nitent.ibid.2.b
- nitorem eorum quomodo Deus educat, cùm illi ex humilitate occultare eum studeant.ibid.c
- obseruantes religiones sunt horti, in quibus Christus pascit fideles etiam sæculares.870.1.e

Religiosorum triplex virtus laudata.895.1.c
- Vota eorum. Vide, Vota.
- reformatio quàm necessaria ad reformationem Ecclesiæ.870.1.c
- concors habitatio suauis, decora, &c.879.2.e
- claustra cur foramina petræ appellentur. 393.1.a
- obedientiæ vis.636.2.d
- quanti eam faciat Deus.637.1.b
- qualis eadem esse debeat.ibid.
- typus extitere Nazaræi.537.2.d
- typus, & hieroglyphicum sunt capilli. 538.1.b.& 544.2.c
- ex eorum sancta conuersatione arguitur Christi assistentia in eis.590.1.b
- eos sustentantes sunt crura Christi, & columnæ. 859.1.c
- in bonis duo contraria simul vnita, summa altitudo status, & summa humilitas.423.1.c
- ad eorumdem claustra, in quibus vacatur studio Sacræ Scripturæ, inuitatur Christus.754.1.d

Remissionis peccatorum tempus est tempus putationis.371.2.c

Requies animæ interna est lectulus Salomonis. 477.2.e

Resignationis virtus est summa totius vitæ spiritualis.57.1.b

Respectus humanus cur dicatur cauerna maceriæ. 391.2.a

Respondendi verbum duplicem habet significatum 346.2.d

Resurrectio Christi quomodo thus.612.1.b
- cur dicta collis.ibid.1.c
- matutina significata per caput Christi rore plenum 783.2.e
- in Resurrectione cessabant vmbræ ænigmatum, & figurarum.421.1.d
- comedit Christus, sicut bibit in Ascensione, & missione Spiritus sancti.754.1.a

Retributionis æternæ tempus est tempus putationis 371.2.e

Reuerti significat nouam dominii susceptionem. 424.2.c

Roma fortissima omnium Ciuitatum, & cur. 475.2.b

Romana Ecclesia est firmamentum veritatis. 145.1.c.
- quomodo petat sibi indicari, Christum residere in cathedra Petri, quod omnibus constat.ibid.d
- ex persona imperfectiorum id petit.ibid.2.d
- cubat in ea Christus ob iugem assistentiam. 126.1.c
- per quam eidem maximam exhibet pacem, ibid.c
- quomodo dicatur domus Ecclesiæ catholicæ.454.2.c
- quomodo sit simul domus, & mater.ibid.
- à Christo ornata multiplici ordine sanctorum, & virtutum.506.2.d
- cur dicta lectus Ecclesiæ Catholicæ.475.1.e
- est thalamus, in quo Christus iacet cum sponsa sua Ecclesia vniuersali.ibidem.
- quomodo lectulus simpliciter, & ferculum, seu lectulus gestatorius Salomonis.489.2.a
- adeò est excellens, vt à Christo solo fieri potuerit. 490.2.d
- quomodo fulciatur à Cardinalibus.491.1.a

Romanæ Ecclesiæ encomium. 887.1.d. & 891.1.b
- robur omne est à Christo, & à sancta Prælatorum succes-

successione.475.1.c
robur quale.491.1.a
odor qualis.ibid.c
primatus auro designatus.ibid.d
Rom.Ecclesiam elegit sibi Christus, sicut antiquitus elegerat sibi Ciuitatem Ierusalem.125.1.a
quomodo charitate constrasse dicatur.505.2.d
cur sibi fecisse Christus dicatur.490.2.e
in Rom. Ecclesia sedens Christus sedet super soliũ Dauid.505.2.a
quomodo residere dicatur Christus in Eucharistia.506.1.e
secura ob id quies, quia Christus in ea residet in suo Vicario.475.2.d
quomodo quiescat Ecclesia Catholica.ibid.d
Christus extendit bonitatem suam, vt corpus extẽditur in lecto.ibid.b
non potest esse caries corruptionis.491.1.b
regia maiestas inest.ibid.e
Ros quid sit, & quomodo fiat.778.1.e
Rythmi vocabulo quid significetur.916.2.b

S

Sacerdotes vt vncti currere debent post Christũ velociùs, quàm sæculares.612.b.c
sunt dentes Ecclesiæ.553.2.b
cur dicantur Christi aromata.739.1.b
sunt Ecclesiæ vmbilicus sicut crater tornatilis.922.1.a
sunt collum Ecclesiæ.925.1.a
sunt vbera Ecclesiæ sicut turres.1040.2.e
Sacerdotis indumentum pedum est, illos habere nudos.793.2.c
Sacramenta ministrantes in peccato replent cincinnos Christi guttis noctium.784.1.c
Sæculum istud nox serena.783.2.d
præsens, cur dicatur meridies.132.1.d
Sagittæ appellatæ nomine alarum, & volatilium.1014.1.c
Salomon an egerit pœnitentiam ante mortem. præf. num.1.
Eius nomen cur adiectum titulo libri Cant. Cant. Vide, Titulos libri Cant. Cant.
aliquando is inducitur in propria persona in hoc cantico.1045.1.a
Salus hominum quomodo dicatur fructus nucum.734.1.b
eius munus quomodo attulit Christus in passionẽ.738.1.d
Salutem fidelium comedit Christus tanquam panem.755.1.a
Sanctitas animæ quàm inferior sanctitate Christi.255.1.b
interna simul, & externa genis pulchris significata.844.1.d
Sanctitatis decorem solus Christus conferre potest.264.1.c
odorem eliciens Christus ex anima, vindemiat in illa myrrham cum aromatibus suis.743.1.d
& pulchritudinis internæ encomium.695.2.a.& 696.1.d
hæc indicia sui exhibet extrinsecus in verbis, & operationibus.695.1.e
Sanctus quomodo Deus.32.1.a.b
Sancti omnes in Christi comparatione sunt arbores infructiferæ.275.1.a.& 2.a
à Christo seiuncti sunt vno tantùm concupiscentiæ, alii vero pluribus parietibus peccatorum.348.2.c
ex iis quantum vtilitatis sumatur.552.1.c
florent in cælo.371.2.d
sunt genæ Ecclesiæ.885.2.b
per quos ad nos deriuat notitia diuinorum, sunt cincinni Dei.783.1.e
capris assimilantur, quatenus earum præcipuus vsus in lacte est.545.1.a
quatenus è supernis pastum optant. ibid.b
Sanctorum vestigia sunt & Christi vestigia.152.1.d
greges cur dicantur greges nostri.ibid.2.a
protectio cauerna maceriæ.396.1.d
varii ordines sunt emissiones Ecclesiæ.699.1.a.& c.& d
plures ordines etsi instar ramorum sint in vno Christo; diuersissimos tamen proferunt fructus iuxta distincta ipsorum munia.697.1.c
ex puritate, & sanctitate Deo quodammodo adiici gloriam.415.2.b
in iis nihil insensibile, nihil superfluum.544.2.e
è quolibet eorum ordine Deus colligit fructus pacis, & charitatis.697.2.b
Sanguis Christi quomodo dealbans.747.2.e
nos Reges constituit.938.1.b
è capite fluens cur ros appellatus.779.2.d
rubedinem simul inducit, & albedinem.90.1.a.& 748.1.a
& aqua profluens ex eius latere sunt duo vbera Ecclesiæ.604.2.a
Sapientes sæculi sunt vigiles, qui custodiunt Ciuitatem.447.1.d
Sapientia humana cur dicatur maceria.386.1.c
philosophorum instar aquarum pluuiæ.705.2.c
huius mundi contemnenda, vt Deus inueniatur.451.1.a
haud reddit probos.16.1.c
est idolum.ibid.e
dicta est vinum: quia eadem affert damna, quæ & vinum.17.2.d
suscitat superbiam.ibid.e
facit proferre delitia.18.1.c
causat indignationes, & dolores.ibid.d
inducit stuporem, turbat aciem intellectus, charitatem refrigerat.ibid.e.& 2.a
Sapientia designata per capillamentum.544.2.d
mysteriorum vox turturis.372.1.c
Dei occulta in rebus creatis, quæ videntur, veluti in libro perspicitur.856.1.e
vera illustrat intellectum, & mouet affectum.16.2.c
exhibetur humilibus tantùm.17.1.d
humilitatem conferens quanta bona largiatur.18.1.a
eius studio vacans dormit, & vigilat.767.1.e
Sapientia, & scientia diuinorum est aqua viua Ecclesiæ.704.1.d
quam pulchritudinem afferat Ecclesiæ Catholicæ.ibid.2.a
quàm congruè comparetur & aquæ, & loci. ibidem.c
quomodo suum præcipuum consequatur effectũ productionis, & augmenti gratiæ.705.1.b
multiplex continetur in vna Ecclesia catholica.ibidem.e
est profundissima simul, & altissima.706.1.c
est in humilibus, & per humilitatem obtinetur.ibidem.e
est præstantissima Ecclesiæ dos; quia illam sequuntur omnia bona.716.1.a

Sapientiæ diuinorum puritas.704.2.c
velocitas.ibid.d
ingens copia.ibid.e
necessitas,ac vtilitas.705.1.a
discrimen ab humana sapientia.ibid.2.c
viæ in anima sunt ignotæ hominibus.ibid.b
ingens vis. ibid.d
eam comitatur Spiritus sanctus.ibid.d
Saron propriè quid significet.250.1.a
Satisfactio tertia pars pœnitentiæ aptè designata per vocem turturis,seu per ipsam turturem.366.2.b
Schismatum tempore quomodo,& vbi quærendus Christus.125.2.d
Scientia pendet ex sensuum cognitione.69.1.b
humana aptè significata metaphora montium altissimorum,cùm inflet.627.2.a.& d
quæ vtilis,quæve inutilis.628.1.b
Ecclesiæ celebrata sub oculorum metaphora,& similitudine piscinarum.926.2.c
eadem est ampla,quieta,clara instar speculi. ibid.d
Scientiæ dona sunt magis necessaria vino contemplationis.28.1.c
desiderium quantas vires habeat.15.2.e
Vide Sapientia.
Illius,ac fidei discrimen.Vide,fides.
Scribæ,& Sacerdotes quàm malè pascerent Iudæorum populum,quando Christus natus est . 137.1.d
Scripta sapientum mundi sunt domus vilissimæ , & maximè fragiles.240.1.d
Scriptura Sacra venter Christi,& penu cognitionis. 856.2.a
quibus sit obscura,quibus perspicua.ibid.b
est hortus nucis.899.1.d
similis botris palmæ.945.2.a
instar botri vuarum pendet è Christo crucifixo pro humilibus.ibid.b
sicut vinum optimum.955.2.a
est domus matris Ecclesiæ,& piæ animæ. 986.2.b
eam penetrantes,sunt oculi Christi.840.1.c
qui præcipuè eam ruminent.953.2.a
quomodo dicatur montes Israel,quæve sint herbæ horum montium.126.2.d
est domus nostra odorem exhibens, & incorruptionem.246.1.d
est lectus,in quo Ecclesia cum Christo quiescit sub vmbra.236.2.d
vim habet fulciendi.310.1.b
est campus aptissimus ad venationem.324.1.a
quomodo,& cur petra dicatur.390.1.b
est cauerna maceriæ.366.2.c
Christi pascua.419.2.e
quàm aptè designata vocabulo Ciuitatis . 455.2.b
cur dicta cubiculum genitricis.455.1.c
est lectulus Salomonis , in quo Ecclesia quiescit,& concipit.478.1.d
quomodo tractanda.481.1.d
est ferculum Salomonis.503.2.d
eius auctor haud homines,sed Deus.240.2.c
quomodo ad eius intellectum ascendatur . 503.2.d
est mons Galaad,& aceruus testimonii.540.1.c
est torques,& monile Sanctorum Prælatorum . 581.1.a
clypeus,& mille clypei.ibidem.c
est omnis armatura fortium.ibidem.d
est Ecclesiæ collum,& turris Dauid.596.1.c
est pascua plena liliis.601.2.d
fauus mellis.674.1.b
murus est circumdans Ecclesiam.678.2.a
est fons hortorum.712.1.a
exuberans aquis charitatis.ibidem.
est puteus aquarum viuentium ob mysteriorum profunditatem.ibidem.e
humiliter legenda.ibidem.
eam gustans , reiicit humanam sapientiam. 27.2.a
in eius sensu spirituali perscrutando delectatur pia anima ibidem.1.d
eam intelligere studens,debet esse charitate succensus.29.1.a
ea quomodo sit cella vinaria.288.1.d
Vina,quæ in illa seruantur,sunt multiplices sensus & variæ consolationes.ibidem.2.b
Scripturæ sacræ mysteria cur dicta foramina petræ . 390.2.c
promurale est sensus Sanctorum Patrum.ibid.d
doctrina præstantior,& suauior quacumque delectatione humana,atque sensibili.27.2.d
sensus tres.135.1.e
gladios quomodo teneant sancti.487.2.d
fructus ostendit , An quis amicus Dei sit , vel charissimus.763.1.d
sensus peruersi sunt guttæ noctis super cincinnos Christi.784.1.e
notitia est collum Ecclesiæ.925.1.b
intellectus Apostolis à Christo exhibitus,fuit quædam ædificatio propugnaculorum argenteorum super murum.1033.1.b
in eius lectione vt in hortum descendit Christus. 873.1.a
studium & consolationi est,& labori. 1033.1.d
meditationes sunt deliciæ Ecclesiæ,& piæ animæ . 991.1.c
veritates sunt comæ deitatis.836.2.e
quomodo nigræ.837.1.b
verba sunt stimuli amoris,& claui igniti.62.2.a
Scripturæ sacræ intellectus per Christum.61.2.a
quando exhibitus . ibid.e.& 943.2.b
exhiberi debuit à Rege.61.2.e
in eo videtur nobis Verbum diuinum salire super montes,& colles.339.1.a
Scripturæ sacræ dogmata & præcepta inter se debēt esse connexa.241.1.b
quàm ea sint valida.ibidem.2.a
sunt æterna.ibidem.e
quam pulchra.ibidem.2.a
ab expertis tantùm tractanda.ibidem.
domorum Scripturarum Sacr.tigna sunt dogmata fidei;laquearia sunt præcepta.240.2.e
Sacræ Scripturæ studio quomodo indulgendum, 390.1.d
in eo anima vnitur Deo,eumque delectat. 964.2.d
reperiuntur maxima incentiua amoris diuini.62.1.e
surgendum è littera ad intellectum spiritus . 358.1.d
Christus nobis fit modò præsens , modò absens . 340.2.c
illi indulgentes sunt venter Ecclesiæ.914.1.b
studiosis illius oblectatur Deus.753.2.c
ei indulgentes habent duplicem gladium, alterum reprehensionis , alterum intelligentiæ.487.2.a
eidem haud priùs dare se debet quis,quàm in oratione versatus sit,& in contemplatione.963.2.c
ex eo colligimus quantum in vita spirituali profecerimus.964.1.a
in Script.Sacra ingens ciborum copia.62.1.b
exhibentur Ecclesiæ thesauri iudiciorum , & mandatorum Dei.ibidem.c
reuelantur altissima Dei mysteria.ibidem.d.& 66.2.a
intelligimus Dei charitatem instar aciei instructā super

super nos.293.1.b
docemur, quomodo charitas vniuersa ad Deum ordinanda sit.ibid.2.a
quomodo in charitate,& ad charitatem vocati sint fideles.ibidem.
ad illius exempla dirigenda sunt nostra & dicta,& facta.184.1.d
in eius intelligentia iucunditas maxima.288.1.b
Scripturæ Sacræ quomodo sint ornamenta,& propugnacula.1033.1.c
quibus nigræ,quibus candidæ.840.2.b
sunt genæ Christi.854.1.d
sunt alæ ignis in flamma.1020.2.c
sunt cor Christi, quod tutatur vt signaculum. 1006.2.c
quomodo semper eas inspexerit Christus. 840.2.c
apertæ sunt post Christi mortem,& resurrectionẽ, 182.1.d
sunt murenulæ aureæ vermiculatæ argento, 183.2.c
sunt domus communes Christo,& Ecclesiæ.239.1.c.& 286.1.d
ad earum intellectum quàm necessaria sit Christi assistentia.239.2.a
eædem absque assistentia Christi vilissimæ videntur.ibid.d
sunt hæreticis domus iniquitatum;quia in eis Christum non habent præsentem.240.1.a
excellentia earum soli Ecclesiæ catholicæ est perspecta ob Christi assistentiam.ibid.c
domus illarum à parte superiori potissimùm laudãtur; quia desuper habent verum fundamentum, cui innituntur.ibidem.2.b
illis melius,quàm vlla alia re cognoscitur Deus. 239.1.b
in eis sæpius eadem res & in bonum, & in malum sumitur.93.1.d
in iisdem apparens Christus, dicitur salire super montes, & colles.340.2.c
per illas quomodo apparere cœperit Deus, 349.2.b
Scrupuli auertunt ab vnione Dei.905.1.d
eorum duplex genus.392.1.a
cur foramina petræ dicantur ii,qui habentur in diuinæ legis impletione.ibid.b
cur ii,qui habentur in oratione, dicantur cauerna maceriæ.ibidem.d
ab iis auertitur pia anima.905.2.c
ab iis animam auertitur Deus. 392.1.d
Sedes Apostolica est cacumen Ecclesiæ,vt palma est. 948.1.c
Sensitiua vis est vmbilicus animæ.922.1.d
Sensus humanus exprimitur metaphora solis. 223.1.b
Sensus Sacræ Scripturæ tres.235.1.d
plures esse possunt litterales vnius sententiæ. præfat.num.12.
Sensus nostri sunt fenestræ,per quas Christus nos respicit,cùm nos eis bene vtimur.349.1.c
cur homo eos appellet filios matris suæ.114.2.d
cum spiritum vicerint,captiuum ducunt hominẽ. 115.1.d
inferunt mortem peccati.ibid.c
eos quomodo in simplicitate custodiant sancti. 221.2.c
Sensuum intestinum bellum quantas afferat miserias.115.1.c
custodia quàm necessaria.ibid.2.c
externorum,ac spiritualium discrimen; & ratio. 332.2.c
per eos quomodo ingreditur Deus in animam, illã inspirans.345.1.d
per eos quomodo ingrediatur mors.115.2.a
ex eorum victoria fit animæ deprædatio.ibid.1.d
ab illis superantibus rationem quanta mala perferat anima.ibid.2.b
Sepeliri inter iustos optant sancti.309.2.c
Sepiens sepem quid significet.138.2.c
Sepulchrum Christi lectulus Salomonis.478.1.c
Sequens Christum errare nequit.77.2.b
Sequi Christum haud omnibus datum.58.1.d
debemus cœlum versus.59.1.c
Sequimur Christum liberè,& compulsi, atque ab illo tracti.51.2.c
Sermo iusti ad mensuram profertur.563.1.c
dulcis est; quia e corde pleno dulcedinis.ibid.2.b
qualis:idem fauus mellis.673.2.a
Sermo Christi illius maxilla.844.1.b
noster omnis de diuinis instar puncti.182.2.c
Sanctorum qualis.685.2.b
absque simulatione,& amaritudine est mel, & lac sub lingua.674.1.d
Sermones boni quantùm charitatis conferant animæ.824.1.a
quàm dulces sint Deo.953.2.c
eorum dulcedo qualis.ibid.b
bonæ doctrinæ quomodo suscipiendi.956.1.a
illis illico adest Deus.27.1.c
Sermones sancti sunt emissiones Ecclesiæ, & piæ animæ.698.1.c
in cordibus audientium sunt paradisus plantarum virtutum omnium.ibid.d
Sermonum varia genera designata per varios cibos. 753.1.d
Seruitio Dei addicti & Reges ipsi sunt, & regnum eidem conferunt Deo vnà cum coronis. 520.2.c
Seruitus Dei exhibenda à nobis est & coram proximis, & coram ipsomet Deo.1003.1.c
quibus nobis eam prosequimur.ibid.
Seruus Christi liberum se seruare debet à qualibet re mundi.ibid.b
Sexagenarius numerus includit perfectionem. 472.2.d
illius,vt dicitur de iustis,subtiles expositiones.476 2.c.& 477.2.b
Si,cõiunctio vsurpatur in scriptura pro Ne,&,Quod non.321.1.b
accipi potest dupliciter.819.1.d
sumitur sæpius affirmatiuè,& causaliter.963.2.a
sæpe pro alia particula,Quoniam.1034.1.a
Signaculum triplex, ob quæ anima dicitur fons signatus.681.2.b
Signaculi vocabulum pro annulo signatorio, & pro illius charactere impresso vsurpatur. 998.2.b
vsus ad seruanda secreta, rata,ac tuta,quæ obsignamus.999.1.b
similitudine significatur in scriptura,quid esse charissimum.ibid.c
Silentium vbi est,ibi Christus reclinat.237.1.a
ornat mentem.563.2.b
quàm deceat virgines.568.2.c
cum modestia commendatum.573.2.c
eo venerandus Deus.535.2.c
potiùs,quàm voce.978.1.c
ad id seruandum quanta cura sit adhibenda. 561.1.c
Silua,& Apiarium eadem voce hebraica significata. 743.2.c
dicta à silentio.269.2.c
Siluam depasci,quid sit.744.1.a
Similitudinibus, & exemplis erudit nos de diuinis

anima adhuc imperfecta.182.1.c
absque iisdem nec concipere, nec exprimere possumus diuina.ibid.2.c
Simplices. Vide, Puri corde.
Simplices, ac imperfecti qua ratione rectam Christi fidem consequi valeant.148.2.a
Simplicitas exornat prudentiam, quæve illam, & quomodo concitare debeat.550.2.d
ea, diuinæque gratiæ simplex vsus perfectam facit sanctitatem internam, & externam.710.2.c
eam causant in anima Angeli, vt illa videre queat Deum.822.2.b
Singulare frequenter poni solitum pro plurali in scriptura.896.2.c
Singularitas haud placet Deo.420.1.b
Religioso etiam in operibus bonis nihil potest, aut prodest.645.2.a
quantum eam detestentur sancti.55.1.c
Sinistra Dei typus comminationis, & suppliciorum 315.1.a.319.2.c.& c.
ea eius supplicia, dextera beneficia significantur. 319.2.c
sub capite, est scutum fidei; dexteræ amplexus est gladius orationis.320.2.a
in ea merita hominum, in dextera sunt præmia. 319.2.a
Sinistra Christi eius humanitas, dextera diuinitas. ibid.b
Sinus Patris lectus Verbi.495.2.b
Sion quam vere dicatur mater Christi.520.1.c
Sitis quid, quidve sitis animæ.285.1.b.c
Socordia quomodo arcenda.767.1.b
de Sodomorum terra mirabile.105.1.a
Solicitudo quam sit necessaria in Dei seruitio. 355.2.b.& 357.1.b
Solicito ad bona Deus præstat gratiam maiorem.518 2.c
Solicitior in vita spirituali, qui & sanctior.355.2.c
Solis sensibilis, ac spiritualis diuersitas in denigrando.102.1.d
Solitaria anima dicitur desertum.470.1.c
Somnia bonorum qualia.764.2.a
Somnus quid sit.ibid.c
De Somno ecstatis.767.1.b
Soror Christi pia anima per gratiam.630.1.c
non omnis, quæ soror sit, est & sponsa eius.ibidem 2.a
anima in actione.535.1.c
Sororis nomen adiunctum nomini sponsæ duo ad illud addit.632.1.a
significat incommutabile vinculum connubii inter Christum, & Ecclesiam.635.2.b
significat & amoris puritatem.646.2.c
& carnis coniunctionem.ibid.
Speculationes altiores causant fidei, & charitatis teporem, & frigus.828.1.a
Speculatiuæ potentiæ sunt oculi animæ.928.2.c
Speculo similis est homo repræsentãs ea, ad quæ fuerit approximatus.214.2.c
In Spelunca Christus & nasci, & sepeliri voluit.395. 1.d
Spes ornat fiduciam, vt laquearia ornant tigna. 244.2.b
quàm rectè exprimatur metaphora laqueariorum. ibid.c
Spei gloria quid sit.ibid.b
fructus quàm sit efficax doctoribus.378.1.b
Spinæ sunt tentationes, & tribulationes. 267. 2.c
ad quid hominibus datæ fuerint.2.c
eorum nomen competit iustis.263.2.c
è Spinis infixis in cerebro Christi colliguntur rosæ guttarum sanguinis, & tribulationum. 521. 2.c
ex iis quomodo colligantur rosæ tribulationum. 522.1.c
Spinea corona Christum redimitum contemplanti quomodo sit egrediendum.ibid.c
Spirituales cogitationes, sermones, & studia sunt capilli piæ animæ.545.2.a
Spiritualium rerum processus diuersus à processu carnalium.897.2.c
Spiritus, quem habet iustus, illum impellit ad interrogandum doctores de Christo.446.2.a
Spiritus Sanctus quos vngit, efficit veros reges, & sacerdotes.37.1.c
est vexillum charitatis, quod in die Pentecostes super Ecclesiam eleuatum est.296.2.a
est vexillum Christi, & ductor fidelium.ibid.2.c
eum largiri fidelibus omnibus sanctorum intercessione exposcit Ecclesia.289.1.b
aduenieus gaudium attulit mundo.351.2.b
idem est gaudium ipsum.ibid.
per eius apparitionem manifestus Ecclesiæ est & Christus aduenieus.333.1.a
quomodo eum obtinere queat anima.1093.2.b
collatus Ecclesiæ vt indumentum, cùm illa se exhibuit vt ostium.ibid.a
resedit super Christum vt super fluenta plenissima. 841.2.c
est manus Verbi diuini.803.1.a
quomodo venisse dicatur super Christum. 980. 2.d
clarificans semet, clarificauit & Christum. 333. 1.a
salit in montibus, cùm in dispertitis linguis resedit super Apostolos.ibid.c
datus secundum omnem plenitudinem Apostolis, & discipulis omnibus in die Pentecostes.ibid.c
cur in die Pentec. descendit in formam dispertitarum linguarum.333.1.d.& 351.2.c
aduenieus in die Pentecostes amouit omnia impedimẽta retardantia prædicationem Apostolorum. 333.2.a
attulit Ecclesiæ gratiam, & charitatem.ibid.c
in animabus penè totus lingua esse videtur. 352. 1.a
ad illius aduentum timor omnis fugatus est à cordibus fidelium.361.1.c
in die Pentecostes præsens existens haud agnitus ab adstante populo.342.2.c
præsens animæ quomodo appareat, & non appareat 343.1.c
manifestat se per externa opera.ibid.c
cur aliquando significatus nomine turturis, aliquando nomine columbæ.372.1.a
dicitur dies.607.1.c
dictus & fons signatus.685.2.c
aduocatur in Ecclesiam, vt, expulso diabolo, fluat ex ore Apostolorum Euangelii prædicatio. 723. 1.c
in anima stare nequit cum diabolo.ibid.2.c
eius dona in omnimoda puritate fuere tantum in Christo.838.2.d
in Christo resedit vt in proprio habitaculo. ibidem.c
cur comparetur impetui fluentorum.708.2.a
accersitur sub duorum ventorum metaphora.723. 2.c
spirans in animam fugat omne peccatum, tollitve omnia illius damna.720.1.b
fugat peccatum media gratia.ibid.c

cum

eum rogat pia anima, vt ipsam perflet. ibid. 2. d
est Aquilo, & lætitia salutaris. 721. 1. a
est ductor ad bene operandum, quatenus instar Austri calefacit calore charitatis. ibid. c
eum, & gratiam diuerso modo petit anima. ibi. 2. c
quomodo in animam mitti dicatur. ibid. d
cur dictus Auster. 723. 1. a
cur dicatur osculum oris diuini, per quod nos à Deo osculamur. 9. 1. a
eumdem esse donum. 9. 2. a
& vnum donum, & plura dona. ibidem. c
eidem quomodo tribuatur conceptio Christi. 12. 2. c
in eius aduentu super aliquem vt plurimum in Sacra Scriptura fit mentio orationis. 557. 2. d
ob illius exhibitionem Ecclesia dicitur fluenta, seu impetus de Libano. 707. 2. e
per eamdem fideles item ab Ecclesia promouentur ad bona opera. 708. 1. e
cur comparentur impetui fluentorum. ibid. 2. a
Spiritus sancti aduentus in die Pentecostes dictus & aduentus Christi spiritualis. 332. 1. b
idem aduentus quam apte comparetur vento. ibidem. e
sonitus est vox Verbi. 333. 1. a
vox eius prima in die Pentecostes fuit vocatio ad prædicationem. 352. 1. d
doctrina vox torturis. 372. 1. b
gratia turtur. ibidem.
missio cur petatur metaphora deosculationis. 8. 2. b. & 13. 2. d
munera designata per oculos. 219. 2. d
fructus sunt fructus Christi. 286. 2. e
dona in ferculo humanitatis Christi vt columnæ ad ornatum potiùs, quàm ad sustentationem à Christomet erecta. 496. 1. d
quomodo illa requieuisse dicantur super Christum ibidem. 2. a
missionem Christus rogat à Patre, vt fluat Euangelii prædicatio. 718. 1. e
vtve exhibeatur refrigerium in persecutionibus, & feruor in frigore timoris. ibid. 2. c
ob illius exhibitionem Ecclesia dicitur fluenta, seu impetus de Libano. 707. 2. e
per eamdem fideles item ab Ecclesia promouentur ad bona opera. 708. 1. e
eum ad Apostolos detulit eorum oratio humilis regressa ad ipsos. 191. 2. a
in omnibus fidelibus illum optat Ecclesia. 289. 1. b
cenaculum, in quod descendit, dictum cella vinaria. ibidem. c
Spiritus Sancti charismata sunt oculi Christi. 839. 1. b. & 840. 1. d
dona quando potissimùm, & aperte Christo fuerint exhibita. 839. 1. b
notis signari se vult Christus in pia anima. 1003. 2. d
ardores sunt lampades dilectionis. 1020. 2. a
missione Deus in anima corripit omne genus intemperantiæ. 804. 2. c
in Spir. Sancti aduentu Deus factus est murus ignis in circuitu Ecclesiæ. 1038. 1. a
die Pentecostes facta est Ecclesiæ desponsatio per allocutionem quandam. 1027. 2. c
ante eius aduentum quomodo Ecclesia Apostolorum parua, & sine vberibus. ibidem. b & 1030. 1. e
post eiusdem aduentum Ecclesia exhibita est vt murus. 1035. 2. c
post ipsum cœpit Ecclesiæ progressus. 1044. 2. e
Sponsa Christi coronatur corona spinea tribulationum. 628. 2. c
est pia anima per actualem vnionem, ac deuotionẽ. 639. 1. c
est anima in contemplatione. 641. 1. b
est anima vt conformata humilitati, & passioni Christi. 640. 1. d
Sponsæ præsentis cantici amor purissimus. 974. 2. c
nomen significat vnionem charitatis. 646. 2. c
significat & continuam amoris magnitudinem. ibidem. d
Sponsus cur dicitur Rex. 67. 1. d
Status animæ triplex in Dei amore. 959. 1. c
Stillandi verbo cur vtantur Prophetæ loquentes de flagellis Dei. 798. 2. c
Sudor sanguineus Christi fluxus aromatum. 742. 1. e
Sulamitis vox quid significet. 904. 1. c
Superbia vitæ, & concupiscentia oculorum sunt viæ ad concupiscentiam carnis; ideo ab illis primò declinandum. 626. 1. b
illi adiuncta semper concupiscentia oculorum. ibidem. c
à Superbia penitus recedendum. 625. 2. e
Superbus est barathrum, & concauitas. 425. 1. a
Surgendum de malo ad bonum. 357. 1. a
quia Christus viam fecit. ibid. b
Surgere animæ quid sit. ibidem. c
Suscitatur Christus in nouiter conuersis: resuscitatur in his, qui in peccata reinciderunt. 329. 2. a
Sustentat Deus animam læua compunctionis, ne corruat ad sinistram; & dextera sua, ne corruat ad superbiam. 320. 1. e
Synagoga nigra propter perfidos, formosa propter Christum, & Apostolos. 88. 2. b
est fusca, quia est destituta aspectu Christi. 102. 1. a
non reperit Christum; quia eum non diligit. 134. 1. c
quæ Christum à se repulit, aliquando petet admitti inter illius mercenarios. 145. 1. c
tunc erit salua, cum vnà cum Christo se adiunxerit dispersioni Gentium. 156. 2. b
quàm aptè expressa metaphora fici. 381. 1. b. & 2. b
in fine mundi conuertenda. 460. 1. a
ab Ecclesia introducitur in cubiculum Sacræ Scripturæ. 459. 2. e
cum conuertitur, fit similis Ecclesiæ, pulchra. 880. 1. c
ad fidem conuersa erit chorus castrorum. 911. 2. c
fuit vinea pacifici in ea, quæ habet populos. 983. 2. c
eam inuitat Ecclesia ad fidem. 995. 1. c
Synagogæ quanta mala prouenerint ex ignoratione collatarum sibi gratiarum. 159. 1. a
communicare dilectum suum, & nomen sponsæ parata est Ecclesia ex ingenti charitate. 460. 1. b
eam quomodo æmuletur Ecclesia. 1013. 2. e
Synagogæ grossi fuerunt Esseni, & Pharisæi. 381. 1. a
cœtus scribarum, & Pharisæorum. 903. 1. d
conuersionem quanto studio procuratura sit Ecclesia. 986. 1. a

T

TEmperantiam commendat pudor. 573. 2. c
eius fructus conseruatur per vitam austeram. ibidem.
Templum, & domus sanctuarii lectulus Salomonis 477. 1. b
Tenere Deum est credere in illum. 454. 1. e
Tenetur fide, charitate, & reliquis virtutib. 459. 2. a

Teneri non potest Deus nisi ab eo, quem is prius teneat.ibid.d
Tentationis tépore Christus pascens oues suas,quiescit in illis.135.2.a
ea ab Hæreticis illata quomodo proficiat Ecclesia, 448.1.a
Tentationum genera duo, humanæ, & diabolicæ, 365.2.a
Tepidus quodammodo peior scelestis peccatoribus, 142.2.a
magis tunc quisque est,cùm est in prosperis, cùmque animum relaxat.781.1.b
à Tepiditate,& indeuotione excitatur anima ad feruorem spiritus.780.2.e
à Terra animas auertit Deus,dum illi maledixit, 995.2.a
Terrena,& carnalia sunt pessulum obserans Deo cor peccatoris.809.2.e.& 810.2.c
eorum contemptum in primis prædicare debent prædicatores, vt conuertant peccatores, 809.2.c & 810.2.b
Testamentum nouum est guttur Christi.864.1.b
præstantius veteri.972.2.b
montium vocabulo expressum.340.2.e
consignatú est signo amoris in vulnere lateris Christi.19.2.b
nouum & vetus quomodo Christo ab Ecclesia seruatum dicatur.971.2.a
sunt vbera Ecclesiæ.608.1.e
vetus collium vocabulo significatum.340.2.e
eius Patres designati per mandragoras.971.2.d
Theristum est velum pudicitiæ.819.2.e
Thesaurum suum anima habet intra semetipsam. 885.2.a
Thomas Apostolus tangens vulnus lateris Christi quomodo ascenderit scalam fidei,& cognitionis, 394.1.e.& 396.1.c
misit manum suam per foramen lateris ; & animo intremuit ad veram resurgentis præsentiam. 805.1.c
manus eius distillauerunt myrrham.814.1.c
eum quomodo Christus post resurrectionem suam pulsauerit,& vocauerit 776.2.e
Thus optimum candidum,& lucidum.661.1.c
odor eius ponitur in scriptura pro odore præstantissimo.ibid.2.b
Timor seruilis dicitur hiems.368.1.c
Timor Domini quomodo in corde custodiendus. 1001.2.e
iusti est,ne quid in ipsius conscientiam irrepat mali.902.1.c
est basis aurea.858.2.c
Timor mundi est causa peccatorum.360.2.e
diuinas gratias reddit inutiles,& damnosas.ibid.
vnde sit.ibid.c
arcetur ab Ecclesia vt impediens Euangelii prædicationem.718.1.c
eius congruentiæ cum hieme.360.2.c
Titulus libri Cant.Canticorum est,& proœmium,& præludium.1.1.c
præfertur titulo Christi Crucifixi.2.1.a
repræsentat Christum in hoc libro loquentem. 3.1.c
congruentissimus amori, de quo agitur.ibid.d
Salomonis nomen ei adiectum maxima de hoc lib. promittit.3.1.a
in ipso indicatur quis sit dignus lector huius libri, 3.1.e
de Titulo posito super Cruce Christi.2.1.a
Trahitur trahens Deum.58.2.b.& 57.2.e
Deus quomodo dilectione nostra.56.1.a
ab oratione.56.2.b
fide, vitæ probitate,dilectione.57.2.e
Traxit Christus homines ad Dei notitiam vt bonus magister.52.1.a
secum ad Deum vt fortis gigas.ibid.e
Et vt primum mobile.ibid.
Vt vexillifer.51.2.e
& per amorem.52.1.e
vt magnes.ibid.
Tranquillitas sanctorum est somnus cum vigilia. 767.1.d
lectulus eius floridus ob varietatem virtutum.237.1.e
Transit Deus penetrans intima piæ animæ.814.2.d
Transformatio quomodo contingat Deo.643.1.c
in Transfiguratione ostensa est facies Christi decora.404.2.c
Transfiguratus cur in monte Christus.340.2.c
Tremor in iusto est ex feruore charitatis.811.1.a
Tribulando iustos Deus,communicat quodammodo illis beatitudinem, & participationem suiipsius.846.2.e
Tribulationes,& miseriæ sunt nigredo Ecclesię,quę illi inhæsit ab Adæ peccato.79.1.e.& 89.1.a
non tollunt,sed augent decorem. 79.2.a.84.1.c.& 89.1.b
in iis nigra Ecclesia,quia adhuc est in militia.80.1.a
iis concutiuntur singuli,qui sunt in Ecclesia. ibidem.c
quod iis concutiantur iusti, triplex ingerit scandalum.82.1.c
eas patitur anima propter coniunctionem corporis ibid.2.c.& 90.1.e
qua ratione simul cum felicitatibus sint in vna eademque anima.83.2.a
eæ haud semper arguunt peccatá præcedentia. ibidem.2.d
Tribulationes vitæ præsentis sunt guttæ modicæ. 779.2.c
instar vmbræ leuissimæ,& maximè fugaces. 95.1.c
earum causa propria non est Christus sed corpus nostrum.ibid.2.a
eas immittit Christus in hac vita ; quia nos aspicit obliquè,non directè.ibid.e
vna cum illis quæ bona piæ animæ conferantur à Deo.96.2.d
per eas Christus comburit animas, confirmans illas in fide,& in dilectione sua.97.1.a
Toleratæ propter Christum non faciunt hominem contemptibilem.102.2.c
sunt dulcissimi fructus crucis Christi.375.2.b
sunt iusto leuis fasciculus,quem hilariter fert inter vbera.198.2.a
præstantissimum obtinent locum inter beneficia Dei.309.2.a
tolerandæ pro nomine Iesu.404.1.c
à Deo immissæ maxima sunt eius gratia.474.2.b
has pro lectulo suo elegit Christus.475.1.a
eæ iustis quidem sunt lectulus pacatissimus.ibid.b
non sic improbis.ibid.d
eatenus timentur, quatenus earum vis, & effectus ignoratur.485.1.b
ita coronant iustos,vt simul conferant & regnum. 522.1.b
eas in hereditarium regnum filiis suis reliquit Christus, sicut iisdem reliquit & pacem. ibidem.2.e
in iis summam exhibet pacem Christus spinea corona redimitus.523.1.a
immittens eas Deus in iustum, fiducialiter cum illo agit.644.1.d

hinc

hanc fiduciam desumit Deus præcipuè ex fide, & obedientia illius.ibid.2.a
sunt dulces & gloriosæ iusto;quia in illis comitem Christum habet gloriosum.750.1.c
sunt præstantissima Dei dona cum actibus virtutũ. 739.2.d
fuerunt opes Christi.ibid.c
eæ,& persecutiones impedire nequeunt sanctos,ne Christum sequantur.819.2.b
eæ sunt guttæ modicæ.779.2.c
quibus in hac vita præmuntur iusti,debent dici tantummodo tactus Dei ob breuitatem durationis. 800.1.d
sunt Dei legati,quos ille præmittit.740.1.d
quàm pretiosæ res sint.846.2.b
dantur quodammodo per osculum.ibid.c
sunt deliciæ propriæ iustorum.940.1.b
reddunt animam pulchram, & iucundam. ibidem.c
designatæ nomine deliciarum.940.1.a
designatæ per aquas.1021..1.c
Tribulationes permittit Deus venire in sponsam pro eius fructificatione.724.1.b
immittit Deus in eamdem virtute gratiæ spiritualis.ibid.c
delectabiliter patiente pia anima, Christus metit myrrham suam cum aromatibus suis.743.2.c
à se immissas Deus singulari metamorphosi dulcissimas reddit.749.2.a
sibi soli optat pia anima;consolationes verò omnibus proximis.59.1.b
patienter non ferens,quid patiatur.158.2.a
hilariter tolerare,& delectari in bonis operibus, sunt signa,quòd Deus sit in anima.739.2.a
patienter ferre est gratius,quàm bene pro Deo operari.1022.2.c
dum habemus charissimas,charissimum habemus & Christum crucifixum.1001.1.c
in Tribulationib.Christus sponsatur cum anima,fitque ei sponsus sanguinum.523.1.c
pia anima habet Christum sibi maxime iunctum. ibidem.d
in iis iustus sentit suauitatem Christi, quanto magis in alia vita.199.2.c
in iis inspiciendus Christus coronatus corona spinea,& corona gloriæ.527.2.d
quale gaudium sentiant iusti.523.2.a
patientem animam videns,gaudet Christus. 750.1.b
iis se à Deo subiectum ignorans, quid patiatur. 158.1.d
melius quàm in quiete inuenitur Deus.394.1.d
quàm & in prosperis.452.2.b
iustus agnoscitur esse maximè vnitus Deo. 939.2.c
iustus est similis palmæ in robore.944.2.b
iustus emittit è se doctrinam patientiæ.ibid.d
Christum Crucifixum vt signaculum ob oculos habere debemus.1001.1.b
summum robur præparatio ad maiores suscipiendas.ibid.d
ex iis habetur voluptas,feruor spiritus, & nutrimẽtum vitæ spiritualis.449.2.c
absque iis esse,quàm sit periculosum.341.1.c
in earum tolerantia, & in charitate quàm solida fiat à Christo pia anima.97.1.d
per earum nigredinem decoratur iustus quàm maximè à Christo.ibid.2.d
ad earum ignem iusti stillant aquas orationis.vt flores stillant aquas odoratas.254.1.c
iis pressus iustus profert vinum lætitiæ, & odorem suauitatis.951.1.c
iisdem excitat Deus ad charitatem.995.2.b
in tolerandis ipsis Christum Crucifixum imitari debemus.1003.1.a
Tribulationum doctrina qualis.948.2.a
tolerantia quantum afferat gaudii.ibid.b
sol causat nigredinem miseriarum Ecclesiæ, & animæ.103.1.c
tanta in præsenti vita vtilitas, quanta hiemis, imbriumve terræ,ac frugum. 367.1.a
sic earumdem tanta pariter necessitas quanta hiemis.ibid.c
myrrham seminauit Deus post primum Adæ peccatum.736.2.c
eam quomodo in passione sua Christus messuerit cum exultatione.ibid.d
per illas trahimur à Deo.58.2.c
Tribulationibus iustos concuti vult Deus, cùm illi tranquillitatem ament.237.2.b
expositum esse oportet,qui cum Christo florere volit.250.2.c
probari,& Spiritus sancti igne succendi rogat pia anima,vt virtutum emittat odorem.722.1.b
augetur calor Spiritus Sancti, ita vt largius fluant aromata lacrymarum.ibid.c
ad eas vt ad lautissimum conuiuium sancti quique inuitantur à Domino.759.2.a
ebrietatis causatæ à vino tribulationum duo præstantissimi effectus.ibid.b
Tribulatus cur præsentem Deum nõ videat.430.2.d
non inuenit Deum,dum illũ quærit,vt ipsum eruat à tribulationibus.432.2.c
ad eum quam citò accurrat Deus,cùm ab illo inuocatur.740.1.c
eo proferente preces,quas Christus protulit in passione sua,metit Christus myrrham cum aromatibus suis.ibid.2.a
præsertim quando vna cùm tribulationibus sunt actus virtutum similes illis, quos Christus exhibuit item in cruce.ibid.b
Tribulatum iustum Christus introducit in sua vulnera.64.1.d
quàm iucundè inspiciat Deus, quando is vnà cum patientia & reliquas etiam exhibet virtutes. 740. 1.d
eum nedum Angeli,sed & sancti viri custodiunt. 475.2.c
eum timor offensæ Dei tantum angit: & quomodo in hoc illum adiuuent Angeli.484.2.c
Tribulati iusti sunt amici,& charissimi Christi. 758.2.c
sunt participes regni Christi, quod illi in hac vita dispositum fuit à Patre.759.1.a
dum Christum glorificant sunt testes charitatis Ecclesiasticæ.823.2.c
eos visitans Deus,tribulationes perferens & ipse. 784.1.c
iis quàm subito Christus ferat opem.334.1.d
quomodo succurrat.349.2.b.&c.
quomodo præsens iis assistat Deus ostendens se illis,seque simul occultans.350.1.d
eorũ Rex est Christus crucifixus.64.1.c.& 497.2.b
& in corpore passibili.497.1.c
Tunica peccati, & passionum ita abiicienda, vt nequeat amplius deseruire pro indumento. 794.1.c
Tunicam veterem vnà cum noua habere non licet. 793.2.b
Turris Libani quæ fuerit.929.1.d
Dauid,quæ.575.2.b
Turtures pro Christo offerri quàm fuerit decens. 372.1.c
Turturum pudicitia qualis.169.1.c

par, quo d'offerendum præcipiebat Dominus, significabat Christum, & Mariam. 171.1.c

V

Vagari cœpit Ecclesia in tribus Magis quærentibus locum natiuitatis Christi. 137.2.b
non potest pia anima, dum est in gratia. 142.1.a
quomodo contingat animæ, quæ in se habet gratiã. 145.2.a
Vagationem quantum timeat pia anima. 141.2.b
Vagum fieri super terram maxima peccatoris pœna. 140.2.b
Vana gloria quomodo vitanda in exercendis bonis operibus. 391.1.a
ob eius periculum non desistendum à bono opere. 391.2.d
Vanæ gloriæ spiritus maxime noxii incipientibus. 408.2.d
periculum quanam in re, & quomodo illud vitent iusti. 254.2.c.d
ei indulgens ponit se ipsum vt signaculum super Christum. 1000.1.e
Vasis vocabulo phrasi Hebraica significatur quodlibet instrumentum, & quodlibet opus, cuius est vsus. 492.1.c
Vbera vnde sic dicta. 604.1.d
pulchra quid proportionis habeant cum vino. 649.1.b
sponsæ cur vnguentorum vocabulo sint appellata, curue comparata cum aromatibus. ibid.2.a
Ecclesiæ sunt eius doctrina, Doctores, & charitas, atque misericordia. 658.1.e
duplici ex causa in feminarum pectoribus collocata. 650.2.c
Ecclesiæ duplex vitæ genus. 946.1.d
& guttur sunt idem in Christo, & in Ecclesia. 953.1.e
Vberum nomine significatur amor. 15.1.c
eorum metaphora significari duo amores; in Deũ, & in proximum. 602.2.a
Velamen in capite significat subiectionem. 543.2.e
Velum faciei Ecclesiæ arcta custodia in conuersatione. 530.2.d
cur in synagoga ponebatur super obiecta visibilia, in Ecclesia autem super oculos videntes. 531.1.d
Veni, cur ter dicatur Ecclesiæ. 815.2.e
Veniens in animam Christus quomodo eius transformet opera. 752.2.c
Venio, sumitur aliquando pro, Eo. 727.1.a
& pro possessionem capto. 737.1.d
Venter animæ est illius mens, & cor. 924.1.c
Ecclesiæ est multitudo fidelium. 923.2.d
Ventris vocabulum quid significet. 795.1.e
pro corde, & præcordiis. 853.2.a
Verbum increatum est osculum Patris. 7.1.c
ab orbe condito effusum est super omnes creaturas. 194.2.c
vt melius ab omnibus posset agnosci, alligauit se carni, & humanitati. ibid.d
quomodo fuerit medium combustum in ferculo humanitatis. 508.2.d
caro factum in Virgine est fauus distillans. 674.1.b
sub carne est mel, lac sub lingua Mariæ. 675.2.c
est forte, ac molle pro diuersitate virtutum, aut vitiorum nostrorum. 44.1.a
cur dictum fasciculus myrrhæ potius, quàm aliorũ florum. 193.2.d
Verbum Dei cur dicatur gladius, & congruentiæ inter ipsum, & gladium materialem. 479.1.e
est potentissimum, æquè ac gladius cæteris armorum generibus potentior esse probatur. 480.1.a
penetrat, & scindit vt gladius. ibid.d
eius bonus vsus adiunctas habere debet sanctas operationes, sicut vsus gladii comites habet manus. ibid.2.a
idem & vnum & multiplex. ibid. 481.1.a
viuum existens, vitam aliis confert, licet sit gladius. ibidem.c
quomodo tractandum. ibid.d
gladium eius tenet, qui illud non tantum nouit, sed & opere complet. 488.1.a
hunc gladium sancti habent super femur voluptatum propter peccata imminentia. idid.
Verba Dei sunt collum Ecclesiæ, & turris Dauid. 596.1.c
experit pia anima, vt eorum ope proferat aromata bonorum operum. 724.2.c
stuporem, & ecstasim causabant. 816.1.c
sensibus omnibus grata. 846.2.e
dicuntur lilia; quia à lilio. 847.1.c
veritatem, & mortificationem sunt prædicantia, quæ erant in ipso Christo. ibid.e.& 848.1.b
quàm sint diuersa à verbis hominum mundi. 847.1.e
stillant suauiter instar pluuiæ, & roris. ibid.2.b
quomodo persuadeant mortificationem. ibid.c
sunt illius guttur. 864.1.c
eorum quanta habenda sit ratio. 847.2.c
sensus eorum internus est guttur illius. 864.1.c
Verbi Dei prædicatio semper fructifera. 769.2.e
quàm magna sit vis. 817.1.a
actus in omnibus conspiciunt. 861.1.e
Verba Ecclesiæ dicuntur paradisus; quia sunt verba vitæ æternæ. 688.1.d
iusti sunt instar liliorum. 695.2.a
& operationes piæ animæ sunt paradisus. ibid.c
cur ve id. ibid.e
Verecundia, & pudicitia mulieris commendata sub metaphora capillorum. 545.2.e
Veris descriptione quàm rectè intelligatur Christi præsentia. 362.1.d
Veritas colligitur ex pluribus, variisquè naturis, vt botrus florens. 208.2.c
visu, atque auditu perfectè comperta. 373.2.c
est basis aurea sanctorum. 858.2.c
Vestimenta sponsæ Christi. 674.2.b,c,d,e
Vexilli eleuatio accipitur tripliciter in scriptura. 295.1.b
Vexillum in medias hostium acies proiiciebant aliquando Duces, & ad quid. ibid.2.c
apud idem seruabant partem stipendiorum militũ. ibidem.
iuxta vexillum, quod super se habet anima, arx est Dei, vel diaboli. 299.1.c
in acie ad quid inuentum. 291.2.a.& 295.1.b
Via, qua ad Christum eundum est. 396.2.c
qua Christus venit ad animam. 618.2.e
strata quomodo sit Christus. 793.2.d
Viæ contemplationis tres, purgatiua, illuminatiua, & vnitiua. 63.1.c
in his anima contemplatiua habet tria cellaria, quæ ve in singulis eorum reperiat. ibid.2.d
Videre nequit, qui ita mundus non sit, vt à Deo videri mereatur. 906.1.c
Vigilandum in expectatione sponsi. 767.2.b
Vigilia cordis arcenda socordiæ dormitatio. 766.2.c
Vigilum Ciuitatis duo genera. 819.1.d.
Vinea quid sit. 104.2.c
Christi, plantata est in fide. 1048.1.b
Christi, homines sancti. ibid.c

Vineæ

Vineæ spirituales excelsæ quæ sint.409.1.b
pusillæ spirituales quæ sint, & quod iis timendum sit à spiritibus vanægloriæ.ibid.c
vinearum duplex genus.408.2.c
Vinum,& vnguenta cur iusti aliquando renuant,& aliquando exposcant.308.1.e
cur in scriptura significatum nomine sanguinis. 745.2.a
est symbolum contemplationis.653.2.c
conditum quid sit.982.2.b
vini nomine significatur indignatio, eiusque effectus.15.2.e
Vir pro, Quisque, phrasi hebraica.1042.1.c
Virga Mosis fuit equitatus in curribus Pharaonis. 168.1.c
Virginalis pudicitia est flos, simul & fructus. 567. 2. b
eius prædicatio quando primùm audita est in iudea.372.1.e
Virginitas cur non fuerit in vsu in veteri testamento.48.1.e
cur dicatur vinea.116.2.e.& 117.1.c
quas congruentias habeat cum vinea.116.2.e
perfecta est ornata decore charitatis, & humilitatis.179.2.a
est pauimentum Ecclesiæ,& piæ animæ.515.1.b
in carne præstantior fortitudine.567.1.b
commendatur in genis: curue assimiletur fragmini mali punici.573.2.e
est hortus conclusus, & fons signatus.684.1.a
est paradisus cum concentu virtutum omnium. 698.2.a
in homine admirabilis, cùm per eam eleuetur ad naturam Angelicam.170.1.b
est donum Dei. ibid.2.b
excoli cœpit post Christi aduentum.171.2.c
Virginitatis hieroglyphicum apes.170.2.e
vinea quomodo plantata in B.Maria.117.1.b
eam plantauit Christus.ibid.c
sepes iugis clausura.ibid.
turris, Christus.ibid.d
torcular humilitas, ex qua expressum est vinum, quod est Christus.ibid.e
aureola cur aurea argento vermiculata.178.2.d
similitudines tantùm habet Ecclesia ante aduentū Christi.183.1.e
oculo vulneratur cor Christi.647.1.a
fructum delibauit Christus, cùm processit ex Virgine.734.2.b
pro ea colenda illa omnia agenda sunt, quæ fiunt in vineis terrenis.117.2.b
Virgo quomodo custodire debeat decorem suum Christo.159.1.a
Christi se debet habere vt murum.1041.2.b
est hortus conclusus,& fons signatus.683.2.d
cum os suum silentio custodit, talis est.ibid.e.
nigra per carnem, formosa per virginitatē. 89.1.c
nomen eius quomodo competat Ecclesiæ, & animæ peccatrici.46.2.d
Virgines non vult à quoquam videri Christus earū sponsus.146.2.d
sunt primitiæ fructuum sanguinis Christi.169.1.b
sanctæ, id vnum student, vt præter Christum nullum admittant amatorem.ibid.d
in quibus sint similes turturi.ibid.2.b
gementes cantant canticum nouum.ibid.d
duo, Christus, & Maria designati per turtures, quos offerendos præcipiebat Dominus.171.1.b
cur Deo consecrentur sacro velamine. 554.1.d
in silentio debent labia sua tenere cōstricta.652.1.b
quomodo dicantur genæ Ecclesiæ, cùm genæ sitæ sint in parenti faciei,& virgines absconditum quærere debeant. 565.1.d
eis tribuitur genarum locus ob ipsarum eminentiam.ibid.e
ex earum ordine dignoscitur, Ecclesiam esse virginem, sicut ex genis, & facie vnusquisque cognoscitur qualis sit.ibid.2.c
idem earum ordo ad hoc potissimum inseruit, vt Ecclesiæ decorem augeat; sicut & genæ id in primis præstant, quòd faciem ornant.ibid.e
ex eodem redundat in Ecclesia decor angelicus, ac diuinus.566.1.b
Quomodo eleuatæ sint ad superna; depressæ verò ad inferiora.ibid.2.e
vt virginitatem seruant in carne, Angelis præstantiores sunt in fortitudine.567.1.b
eas quam deceat neglectus corporis cultus.ibid.c
eas quam deceat claustris esse conclusas. ibid.2.b
decore pudoris exornantur quàm maximè; qualisve sit illarum pudor.ibid.c
in claustris conclusæ summam habent libertatē. 568.2.a
eas quàm deceat silentium.ibid.c
sanctæ quō similes areolis aromatum. 842.1.e
sanctæ assimilatæ Christo.861.1.c
sanctæ Israeliticæ optabant eligi in Christi matrē. 891.2.d
fatuæ quæ sint.179.1.d
perfectæ quæ sint.ibid.e
Virginum claustra se habent instar velaminis ad genas corporeas.566.2.c
qualis debeat esse cultus externus, & internus. 567.1.e
claustra cur veli nomine designentur.568.1.d
decor excellit super omnem alium Ecclesiæ decorem,& quomodo.ibid.2.d
decor tantam habet vim, vt Deum quodammodo compellat benedicere,& propitium esse reliquis fidelibus.569.1.b
preces quantam vim habeant.ibid.c
cogitationes quomodo ad Christum eleuatæ sint, ac de Christo solo.544.1.b
earum, & continentium reformatio quàm necessaria ad reformationem Ecclesiæ.870.2.a
Virginibus quàm necessaria clausura. 823.1.a.& 684.1.a
ecclesia sancta est murus.1041.2.a
quam necessaria humilitas.117.2.a
datur Aureola,& qualis ea sit. 178.1.c
prudentibus, ac fatuis cur comparatum regnum cælorum.179.1.c
per Viriditatis gratiam ab antiquis significata venustas, & decor, qui intuentium oblectat aspectū. 227.1.c
Virtus qua ratione dicatur dilexisse Christum peculiari modo.75.2.d
nostra vniuersa referenda in Deum.186.1.e
sanctorum dat odorem suum per sancta desideria. 191.1.a
Ecclesiæ dedit odorem suum; quia Christus passus est,& resurrexit.ibid.b
interna,& occulta perfectior.536.1.e
quantam vim habet alliciendi ad se.949.1.a
Virtutis difficultas quanta.267.2.b
perfectio in hac vita nullū habet terminū.355.1.d
definitio vera est ordo amatoris.389.2.d
studium simile arbori mali punici proferentis fructus malorum omnium, omniumque aromatū. 698.1.e
perfectioni indulgentes quàm aptè designantur per cinnamomum.701.1.c

studium est hortus nucis. 899.1.c. est ascensus in palmam.950.2.c
Virtutes Dei quam præstantiores sint virtutib.creaturarum.31.1.c.& 36.2.c
sunt omnes in singulis absque vlla compositione. 31.1.e
& absque omni imperfectione,ibid.2.d
sunt & origo,& causa virtutum omnium.32.1.c
Virtutes morales sunt animæ femora,918.2.d
Christi sunt eius cincinni nunquam ab ipso præcisi.783.2.b
nostræ adeò imperfectæ,vt nullatenus comparari possint cum virtutibus Dei.32.1.b
earum instabilitas.ibid.2.b
hæroicæ & perfectæ diiudicandæ ex quatuor signis.34.1.c
nihil conferunt ad vitam æternam, nisi anima per baptismum induerit Christum.190.2.b
sunt laquearia domus Ecclesiæ.146.2.b
singulæ sunt sagittæ vulnera infligentes.311.2.e
sunt flores animæ.371.1.e
morales sunt columnç animæ iusti.502.2.b
eç solæ redolent in naribus Dei, quæ sunt ex charitate.653.2.c
quæ ecclesiæ,omni virtute legali præstantiores.ibidem,a
sunt emissiones animæ.699.1.2.& 2.b
quam congruentiam habeant cum vestimentis. 675.1.b
Virtutum opera exactius perpendenda. 471.1.d
studium parum,aut nihil prodest extra Ecclesiam. 65.1.a
Christi fructus conculcari à Iudæis.274.1.e
multiplicium dapibus est plenum ferculum Salomonis.515.2.e
in montibus variis saliit Christus.339.2.d
profectus designatur per arbores aromaticas. 698.2.c
profectus,& incrementum est ex bono vsu gratię. 709.2.c
profectus prima radix est humilitas,quæ est & radix prima augmenti gratiæ.710.1.a
suarum munus quomodo attulit in passione Christus.738.1.d
diuersarum mel comedit Christus in pia anima. 753.1.d
ornamenta à se abiiciens populus,quis,abiicit postmodum & fidem & cultum Dei.785.1.b
genera varia in iusto reperiuntur.972.1.b
connexio quam necessaria, estve instar monilis. 917.2.b
per earum actus assimilamur diuinæ naturæ. 675. 1.a
Virtutibus tanquam monilibus ornata est iusti anima.176.1.d
piæ animæ nil comparari potest.659.2.b
in iis stabilitas optanda.310.2.a
ex iis arguimus Dei virtutes,quę per se incomprehensibiles sunt, aliisve easdem notas facimus. 190.1.c
per progressum in iis acquiritur Dei cognitio, licet exigua.ibid.d
Visio diuinæ essentiæ est præcipuus beatorum pastus.129.1.d
claritatis Dei est temporis futuri,in hac autem vita instruitur auditus.184.1.a
Dei Patris non est nisi per filium.350.2.c
spiritualis vt fiat, quæ nam sint necessaria.531.1.b
Visionis Dei secundum aliquos compos factus est Adam.61.1.b
Visitationem Christi optant iusti.337.2.a
Vita hominum est silua,& quomodo.276.1.c
actiua iunctam habet solicitudinem.437.1.a
contemplatiua,& actiua vniformi vulneratur cor Christi.647.1.d
præsens est hortus nucis 899.1.a
actiua, & occupationes sęculi sunt instar tunicę interulæ,quæ exuitur sordida, & induitur munda,& candida.786.1.c
contemplatiua cur dicta sit vinea, quamve vinea magna sit.1046.1.d
& quomodo dicatur animæ vinea propria. ibid.d
spiritualis quam diuersimode transfigatur ab humilibus,atque à superbis.990.1.b
spiritualis vocata regnum cælorum. ibid.c
spiritualis quibus sit difficillima. ibid.d
spiritualis quibus facillima, & deliciis affluens. ibid.2.a
in ea quam necessaria sit confidentia in Dei ope. ibid.1.c
Vitæ actiuæ maior fructus, quàm contemplatiuæ. 28.1.c
proprietates explicatæ.1045.2.a
ei indulsit Christus tantùm, cum in hoc sæculo esset.ibid.b
eidem indulgentes necessario se implicant exterioribus.794.2.c
in eius itinere ambulari potest pedibus affectuũ, mundis,786.1.c
ipsius, & contemplatiuæ comparatio sub vineæ metaphora.1045.1.e
Vitæ spiritualis perfectio sita est in vicissitudine curæ sui ipsius,& curæ proximorum.708.2.d
quæ sint deliciæ.990.2.c
fundaméta sunt fides,& custodia sui ipsius. 1035. 2. d
ei indulgens recumbit super pectus Domini, & inde sugit lac consolationum.990.2.d
in Vita spirituali quam necessarius ductor.446.2.b & 613.2.a
quanta ab impiis sustineantur; & quomodo cum illis nos gerere debeamus.820.2.d
semper vlterius progrediendum.555.1.c
est labor,atque voluptas.613.2.a
in eius studio quis sit ordo.378.1.d
in Vituli adoratione Iudæi facti fętidi. 189.2.b
Vitia quomodo vineæ.113.1.b.& 2.c
sunt currus,& equi dæmonum.167.2.e
suum vexillum omnia eleuant super peccatorem. 299.2.a
pallio virtutum operta sunt vulpes, & quomodo capiantur.412.1.a
in Vitiorum mundi meridie Deus pascit, & cubat in iustis.135.2.b
Vmbilici metaphora cur significetur appetitus feminiuus.920.2.d
Vmbra vnde habeat,vt fugacissima sit.279.1.c
Vmbræ Dei nomine significatur gratia, & charitas.281.2.d
sub Vmbra alicuius dilecti esse puellam, significat sponsatam illi esse, sicut & vocari super illam nomen eiusdem.277.1.c
alicuius esse significat in illum fidere,281.2.c
Vmbra Christi est protectio Spiritus san.285.2.e
lex,& fides eius.286.1.a
respublica Christiana.ibid.e
Eucharistiæ Sacramentum.ibid.
in ea sedere est esse sub eius protectione. 285. 2.d
ex eius desiderio significatur ingens amor animæ in Christum.286.1.a
ab ea deuenitur ad eius fructus.ibid.b
sub ea sedere plus est, quam sub ea viuere.ibid.c

Vm-

Vmbrosus Deus quietem parat, cum opem fert, & tamen abesse videtur.235.2.b
Vnguenta piæ animæ triplicia.37.1.c
Christi quæ.59.2.b
Vnguentis perfundere amantes fuit mos Palæstinę.806.2.d
se inungere, cum lauarentur, mos fuit feminarum orientalium.807.1.b
Vnio in Ecclesia debet esse similis vnioni aciei. 297.1.a
Vnionem, & fruitionem Dei petit anima in osculo. 14.1.c
illi indulgendum potiùs per viam affectus; quàm per intellectum.627.2.c
Vnitur speciali vnione anima cum Deo, cum illum inuenit.450.2.b
Vocationis Dei modus eximius.383.2.e
ei resistens peccator, eò deuenit, vt sibimet complaceat in nuditate sua.788.1.b
Vocans ad aliquid Deus cum uocat, dat simul effectum.357.1.c
Vocat iterum piam animam Christus post primam vocationem; quia illa iterum in peccata decidit. 383.2.b
Vocantur iusti ad veram fidei doctrinã, & ad mortificationem.397.2.d
ex omnibus mundi partibus Gentes ad fidem rectam.723.2.e
Voluntaria opera bona commendantur à Deo. 880.2.d
Voluntas Dei quomodo vna, & multiplex.638.1.a
quomodo mutetur.ibid.
quomodo eam excitet Ecclesia per cõtemplatiuos, & religiosos.ibid.2.a
eam quasi Dei cor Ecclesia à Deo aufert, exhibens illi cor voluntatis propriæ, & quomodo. 637.2.e
eidem obediens, pulchra est anima.214.1.e
Voluntas propria est paries occludẽs aditum Deo. 344.2.e
impedit, ne, Deus præsens videatur.431.1.a
est forma, qua, quisq; suus est, & non Dei.457.2.c
est causa omnis inquietudinis, & mali.436.1.e
quomodo semper in deteriora declinet.ibid.2.a
ei inhærens obstinatè, expertem se reddit omnis quietis.ibid.1.b
ad illius studia quasi ad lectulum floridum Deum trahere volunt quidam.237.2.e
in eius pariete quas fenestras reperiat Deus. 345.1.e
eiusdem vineam custodire per se nolens pia anima, Prælato illam tradit custodiendam. 108.2.e
eam sequens quomodo dicatur circuire.436.2.a
Voluptas, & delectatio trahunt voluntatem cuiuscunque.54.1.b
in ea quam inaniter quæratur Deus.431.2.e
Voluptatis hortus Deo est Ecclesia, quatenus sancti, qui in ea sunt, voluptate fruuntur.678.1.c
Voluptatem ex pia anima exinde potissimùm percipit Deus; quia illa est hortus conclusus.680.2.d
ex Voluptate Ecclesiæ voluptatem percipit Deus. 678.2.a
Voluptates speculatiuæ cur vocẽtur, vnguẽta.33.1.e
Cur postponatur consolationibus spiritualibus. ibid.2.b
Voluptas sæculi meretrix maxima.145.1.c
Voluptates terrenæ reddunt homines terrenos. 72.2.d
quàm sint amaræ, damnosæ, & modicæ. 114.1.c
quàm amaritudinem afferant.22.1.c
obsunt honori.ibid.
causant ęgritudines, & dolores in corporib.ibi.2.a
& contentiones.ibid.c
conturbant familias.23.1.c
affligunt animam.ibid.d
nedum non sunt necessariæ, sed & superfluæ.ibidem.2.c
Earum quanta sit inopia, & breuitas.24.2.d
& si pascere videantur, non tamen quietem afferunt.132.1.a
sunt flagella, quibus anima circunducitur instar trochi.143.2.a
sunt fortissima instrumenta bellica hostium Christi contra fideles.ibid.c
sunt similes meretricibus.144.2.c
sunt peioris conditionis, quàm meretrices.ibid.e
Voluptatibus pascentes animas diabolus, mundus, & caro, pascunt semetipsos ijsdem animabus. 131.1.e
Christus quidem pascit, at non cubat cum illis. ibidem.2.b
sæculi renuntiandum, & Christo aperiendum cor. 814.1.d
contemnere illas aliquando vanum quid.438.1.a
Voluptatibus indulgentes excæcationem inde referunt.143.1.c
circunducuntur instar eius rei, quæ rotæ adiacet currenti.ibid.b
indulgentium ijs mala, & pęnæ.ibid.d
cur vagationis pęnam habent.142.2.c
fiunt iocus dæmonum.143.1.e
ijs cùm indulgent spirituales, quantum obsint simplicioribus.154.1.c
ijsdem indulgens, est in luctu.145.2.b
in ijs permanere, simulque lugere Christi amissionem est pęna, ac malum grauissimum.ibid.d
cooperitur confusione idem in ipsis voluptatibus. 146.1.a
ad illas dum se conuertunt iusti, erant multò magis, quam homines mundani. 142 2.d
Voluptatum naturalium duo sunt genera, alterum carnis, alterum mentis.32.2.e
Vota Religiosorũ ita ligant, vt non dehonestẽt, sed potius summam præ se ferant libertatem.173.1.c
Voti confessionis necessitas in compunctione. 801.1.e
Vox Dei ad animam duplex, interna, & externa. 771.2.b
Christi Io.Baptista, vel eius minæ, & promissiones: vel vox, qua in die iudicii vocandi sunt mortui: vel Scriptura sacra.378.2.a.b
animæ, oratio, seu etiam prædicatio.403.1.e.& 2.a.b
Vocis humanæ varietas ingens.334.2.c
Vulneratio cordis amanti quomodo contingat. 633.1.e
Vulneratur quomodo cor amãtis ab amatæ oculis. 632.2.e
Deus à pia anima, & vim ab ea patitur; effunditq; è vulnere effectus bonitatis suæ.641.2.b
Christus a iustis, qui ad æterna respiciunt, indeq; ornari student.647.2.b
Vulnerat cor Dei pia anima eo modo, quo speculũ vulnerat Solem.642.1.d
Vulnerant sponsæ viros charitate: vulnerant eas viri & ferro, & charitate.639.1.b
Volnus inflictum voluntati Dei, vitam ex ipsa promanare facit.637.2.a
Volnus lateris Christi cur cauerna maceriæ.389.2.a & 396.1.c
cur ad eius humanitatem designandam ponatur. 394.1.b

est

est scala: & cor eiusdem vulneratum est secretum scalæ.ibid.d
quomodo sit scala cognitionis; & cauerna obscura.ibid.2.a
in eo Christus nos respexit per fenestras. 350. 2.b
Vulnus charitatis quale sit.311.1.c
affert salutem.ibid.c
habet, qui libenter tolerans, imitatur passionem Christi.ibid.2.a
in eo vnà cum sagitta suscipitur Deus sagittarius ibid.1.c
Vulnera pedum, & affectuum animæ qualia sint, 789.1.d
inflicta cordi carneo quomodo differant à vulneribus inflictis cordi spirituali.642.1.a
ea,& passiones animæ Christi sunt clypei, & omnis armatura viro obedienti.592.2.d
Vulnera Christi sunt signa eius charitatis,qua crucifixus est.936.1.d
in eius corpore,vt plures oculi in corpore pauonis. 1003.2.b
sunt oculi,quibus ille aspicit iustos.ibid.c
manuum,ac pedum Christi cur dicta foramina petræ.389.1.a.& 396.1.b
sunt lampades charitatis illius.1016.2.c
eorum effectus varii.ibid.
ijs expellitur ab ecclesia frigus nequitiæ, torpor segnitiei,& tenebræ ignorantiæ,ibid.c
purgantur iis animæ à peste peccati. ibid.c
ijs in Christi corpore accensis vt lampadibus, ostéditur fidelibus tutum confugium. ibid.2.a
ea sunt vt lampades,& flammæ accensæ in signum lætitiæ.ibid.c
sunt carbones ignis desolatorii. ibid.e
dicta sunt flammæ Dei.1017.1.a
sunt sagittæ charitatis.ibid.b
sunt quibuslibet gemmis pretiosiora.511.1.a
ita chara sunt piis animabus, vt ideo dicantur charitas.ibid.b
in Christi carne fuerunt instar cellariorum in templo Salomonis.64.1.c
in ea introducitur à Christo pia anima tribulata. ibid.d
hæc introductio quomodo fiat.ibid.2.a
in iis quanta reperiantur.ibid.b
quantave eorum dulcedo.ibid.c
Vulpes quomodo dicatur demoliri vineas, 405.1.c
sunt,qui praua docent fideles.406.2.b
sunt hæretici hypocritæ, ibid.2.c.410.2.d.& 411.1.a
sunt cogitationes malæ.407.1.c.& 411.2.b
sunt spiritus vanæ gloriæ.408.2.c
peccata venialia.ibid.1.b
earum ingens copia in Iudæa.405.1.c
periculo earum cur non dicatur Deus prouidisse in vineæ Synagogæ,Ecclesiæ vero sic.406.1.a
Vxor,& sponsa ædificium quoddam est. 627.1.d
ædificatur cæmentis charitatis.ibid.c

Z

Zelus honoris Dei cur comparatus soli.91.1.c
quomodo illuminet Ecclesiam.ibid.2.a
nil nobis latere permittit,quod fiat contra Deû. ibid.c
quomodo dicatur comburere.92.1.a
quid sit.ibid.
indurat,& firmat animas in charitate. ibid.2.b
causauit persecutiones Ecclesiæ.ibid.c
eius effectus quatuor.91.2.a
per eum Ecclesia reddita est illustrior.ibid.d
quàm acri dolore &c. 1010.1.c
quomodo comedere dicatur.ibid.c
quomodo sit tabes quædam.ibid.
est insaturabilis sicut Infernus. ibid.2.a
laudes eius tres.1010.1.c
Zelus duplex.1007.1.c
& æmulatio Dei erga Ecclesiam est durior inferno.1009.1.a
Zelans Dei honorem decoloratur a Sole. 101.2.d
& lege Dei habet alas flammarum, quibus volet ob summam solicitudinem eius tuendi. 1017.1.c
Zelantes pro Christi fide sunt nasus Ecclesię. 931.2.d
Zelotypia quam ardentibus vrat suspicionum flammis.1014.2.c
Zelotis nomen in Deo summam eius indicat bonitatem.1009.1.a
Zotici arguuntur.939.2.b

Laus Deo Opt. Max.

Errata corrigenda, quæ sunt maioris momenti.

Præfa. cap. 7. nu. 16. linea 1. cũ Sãcti. Adde, Patres, tum alij.
Pag. 8. col. 2. litte. A. lin. 3. Hic omnes. Corrige, Hi omnes.
p. 15. 2. E. 3. si improb. in ipsius sciẽtiæ appetitu. si improbus in ipsius scientiæ appetitus.
p. 17. 2. E. 9. dicatur. discatur.
p. 18. 2. B. 11. accipere, accepere.
p. 23. 1. D. 5. dum istius. dum istis.
p. 25. 1. B. 9. vel osculetur. vel osculeris.
p. 31. 1. A. 2. testamentorum. testimoniorum.
p. 33. 2. D. 2. quibus ne delectatione me cumulas, sed & tui eximiam. i. mihi prestas notitiam, tã vino præferendæ sunt dum carnaliũ. Corrige, quibus nedum delectatione me cumulas, sed & tui eximiam mihi prestas notitiam, tam vino preferendæ sunt carnalium.
p. 86. 2. D. 6. est, vt. est nigra, vt.
p. 90. 2. B. 14. & terram. & terras.
p. 92. 2. B. 11. indicatum. induratum.
p. 101. 1. A. decem primæ lineæ supersunt.
p. 113. 1. C. 8. melleolorum, malleolorum, ibi. 2. D. 5. in eps. in eos.
p. 125. 1. E. 7. imbellicores. imbecilliores.
p. 223. 2. A. 1. disentiendum. discutiendum.
p. 254. 2. D. 13. tabe, labe.
p. 26. 2. A. 18. neque. meque.
p. 291. 1. D. 5. insignior. insignius.
p. 391. 1. C. 8. legis diuinæ. Adde, petram.
ibid. D. 7. conseruationis. conuersationis.
p. 430. 1. A. 7. ingentem percipi voluptatem. ingẽtis percipi voluptas.
p. 405. 1. D. 9. extent, efitent.
p. 490. 2. E. 13. sensibus. sedibus.
p. 493. 1. A. 10. ad Christi odorem. Ad Christi vsum, & Christi.
p. 513. 1. A. 6. Nõ quęrit nisi. dele nisi.
p. 540. 2. B. 6. adscitias. adscititias.
p. 565. 1. C. 4. patientissima. patentissima.
p. 685. 1. D. 3. dictu. dic tu.
p. 722. 1. E. 6. superanda, superabbunda.
Ibid. 2. A. 6. in vterum suum. adde, traxit. Nihil.
p. 740. 1. B. 6. prope. proq;.
Ibid. 2. B. 13. accirescere. accersere.
p. 743. 2. E. 1. dele, hic nodum.
p. 753. 2. D. 7. vt emendatos tem. vt emendatio morum.
p. 754. 1. A. 9. quia dilectio proximi Dei, dele, proximi.
p. 755. 1. D. 1. amantibus. animãtibus.
p. 797. 1. A. 11. capere. ac per.
p. 804. 1. B. 30. examinauit. exinaniuit.
p. 881. 1. D. 9. per substantiam, per substantiuum.
Ibid. 2. A. 8. vt ipsa su. vt ipsa sua.
p. 833. 2. E. 11. An no quod. An non quod.
p. 838. 2. D. 14. vltimas. vilissimas.

Ne incassum, bone Lector, in nostris euoluendis elenchis, atq; indicibus laborem expenderes, errata, quæ circa paginarum numeros in eorum obtigerunt impressione, in vnum hoc loco cum suis congessi correctionibus. Non notaui & illa, quæ irrepsere, circa assignationem duntaxat columnarum, vel litterarum, quia tu met, integro paginæ numero, facilè ex postillis in margine id, quod quæsieris reperies.

ERRATA ELENCHI PRIMI.

In Dominica prima Aduentus.

Respicient, &c. 502. *corrige*, 529. 1. c
Quomodo; & cur. 478. 2. d. 390. 1. b
Dom 2. De tribulationib. &c. 1121. 1021. 2
Faciens miracula saliit, &c. 239. 339. 1. c
Miracula Christi potestatẽ, 965. 851, 2. 2
Dom 3. Voluptatib. seculi, 143. 142, 2. c
Quomodo cũ Deus, &c. 424. 1. b. 423. 2. d
Qũo, & in quibus, &c. 859. 1. e. 680. 2. b
Dei præsẽtię in anima signa, 379. 739. 2. a
De virtute humilitatis, 587. 585. 1. e
Do. 4. Eccl. inscriptis latitãs, 384. 386. 1. e
De pdicatorib. eorũq. cõdit. 127. 609. 1. e
Qũo anima viã Domino, &c. 836. 436. 2. b

Natiuitas Domini.

Christi partus necessitas, 433. 380. 2. d
Fasciis dũ circũdatus est, 348. 524. 2. e
Verbũ diuinũ vt melius, &c. 192. 194. 2. d

Circumcisio Domini.

De hac Christi humilitate, 687. 587. 2. c
Charitas Christi cõpẽsari, 1020. 1022. 1. d
Sanguis Xpi, 850. 829. 1. 2. & 861. 830. 1. e
Ad nomen Domini, &c. 506. 593. 1. e

Epiphania Domini.

Quod Prælati debeant, &c. 60. 381. 1. a
Auro design. 836. 835. 2. b. & 894. 834. 1. e
Myrrha cur sit, 699. 681. 2. d
Myrrha designata tribul. tolerantiã, 379. 739. 1. b

Dominica infra Oct. Epiphaniæ.

Lex vetus, &c. 401. 314. 1. d
Labiorũ eius vis magna &c. 369. 363. 1. e
Christi sollicitudo, &c. 1030. 1. d
Dom. 2. Dies istarum, &c. 518. 520. 1. b
Fiunt per Spiritũ Sanctum, 150. 480. 2. a
Qũo in Sãctissimo Sacrmẽto, 986. 983. 1. e
Dom. 3. Quod Predicator &c. 896. 808. 2. e
De manus Dei extensio, &c. 497. 797. 2. b

Dominica quarta Epiphaniæ.

Qũo oratio Deũ constringat, 57. 56. 2. d
Qũo idem suscitatus, 243 329. 1. e
Dom. 5. Quod mũdus iste, &c. 252. 251. 1. c
Quod in eccl. Christus plan 612. 619. 2. b
Ecclesia quomodo, 69. 692. 2. e
Quod ecclesia dormiat, &c. 375. 765. 2. b
Vide plures eorũ proprietat. 138. 137. 2. d
Quomodo Diab. 92. 93. 2. e

Dominica Septuagesimæ.

Quod Incarnationis benefic. 31. 19. 2. c
De vocatione contẽplat. 10. 55. 963. 1. b
Quod ab initio, 114 114. 2. b
Hæc vocatio, 387 309. 2. c
Religio ipsa, &c. 388. 1. 300. 2. b, & 375, 289. col. 3. b.
De vinea vitæ actiuæ, &c. 318. 332. 2. b.
Operarii vineæ, &c. 844. 845. 2. b
Vitæ actiuæ, &c. 1048 1945. 1. e
In eisdem quomodo, 168 151. 1. d
Quòd praui homines, &c. 133. 112. 2. b

Dominica Sexagesimæ.

In mundi opibus, &c. 134. 113. 2. b
Quod virtutũ opera, 264. 235. 1. b

Dominica Quinquagesimæ.

Vt ve discipulos, &c. 310. 2. c
Et ad eiusdem passionis, 703 616. 1. b
De diuina Xpi misericord. 784. 283. 2. e

Feria quarta Cinerum.

In conuersione peccatoris, 861 772. 2. b
In hac conuersione, &c. 862, 773. 1. a
Quod tunica propria, &c. 788. 787. 2. b
Quod aliquando Deus, &c. 894 788. 2. a
De peccati nigredine, 92. 85. 1. a
Memento homo, &c. 588 587. 1. b
Fer. 6. Audistis, quia, &c. 349 30. 2. d
Quia fuit lex gratiæ, 321 315. 2. d
In huius legis largitione, 316 315. 2. d
Tria ad perfectionem, 978 877. 2. b
Puteus aquarum, &c. 766 732. 2. e
Sab. Cin. Quod necesse sit, 349 335. 1. a

Dominica prima Quadragesimæ.

Christus in desertum, &c. 118 769. 2. b
Diabolus modis omnib. obesse, 955. 950. 1. e
Qũo eius insidias vitare, 145 147. 2. b
Paterinus istius, &c. 257 350. 1. d
Fer. 2. Quod Xps, 61. 61. 2. e. & 64. 650. 2. a
Quomodo dictum est, 389 289. 1. a
Fer. 3. Et omnib. hominibus, 575 275. 2. a
De duplici paruulorũ genere, 19 17. 2. a
Fer. 4. De continentia, &c. 655 565. 1. b
De orationis speciebus trib. 697. 663. 1. e
Quomodo p tribulationes, 497 297. 2. c
Quòd in tribulationibus, 532 525. 1. c
Sabba. Quomodo in passione, 839 224. 2. d

Dominica secunda Quadragesimæ.

Quod ea sequatur, &c. 870 767. 1. b
De Christi vestimẽtis, &c. 850 671. 2. e
Pulchritudinem veram, 191 226. 1. a
Delectationes animæ, &c. 534 533. 2. b
Ipsæmet delectationes, animæ contemplatiuæ, &c. 586 535. 2. d
In eadem qũo resederit, 838 840. 2. c
Fer. 2. Cum per peccatum, 125 135. 2. a
Quæ tamen gratia non trahit, 54. 55. 1. b
Peccator sequi non põt Xpm, 545 611. 1. e
Multa habeo, 497 747. 1. d
Fer. 3. Quòd Prælati, &c. 659 579. 1. e
Quam necessaria, ibid. 580. 2. a
Vos autem nolite vocari, &c. 710 711. 1. b
Laudantur Prælati, &c. 600 598. 1. 2
Quòd collum sit superbiæ, 586 582. 2. e
Qua ratione humilis, &c. ibid. 583. 2. e
Fer. 4. Ex eo quòd Iesus, 994 1002. 2. a
Secundum excitationem, &c. 33 32. 2. e
Fer. 5. Etsi lecto iaret, &c. 478 477. 1. a
Esse deformem, &c. 266 267. 2. a
Fer. 6. Quòd sepes synagogæ, 259. 280. 1. c
Quòd vineę virginitatis sepes, &c. 658. 568. 1. e
Sabb. Qua ratione Diabolus, 835. 212. 1. d
Quomodo anima ista, &c. 280 281. 1. b

Domi-

Dominica tertia Quadragesimæ.
Quòd tanti eas faciat Deus, &c. 957. 2.c
Et cum in nobis, &c. 319 283.1.c
Et cum eius seruitio, &c. 250 520 2.c
Et instar cælestis, &c. 520 880.1.d. & 2.d
De Christi potentia super, 369 269.1.b
Cur Deus dicatur Deus, &c. 161. 160 2.b
Quod heretici sint arma, &c. 198. 138.2.d
Fer.2. Quo igne cóburatur, 1021. 1020.2.a
Quòd misericordiam iusti, 652. 653.1.d
Quòd Iudæorum æmulat. 1105. 1013.2.c
De immensa Dei patientia, &c. 931.1.a
Fer.4. Quòd iudaicæ tradit. 586. 386.1.b
Quòd verba, & sermones, 898. 698.1.c
Quamve in primis deceat, 640. 568.2.c
Fer.6. Cũ in ea Deus se exhi. 580 280.1.a
Necnon & internam eiusdẽ. 763. 710.1.c
Quos cibos comederet &c. 752 752.2.a

Dominica quarta Quadrag.
Diuinam prouidẽtiam esse. 837. 838.2.c
Quòd tanta hominum multit. 53. 54.2.a
Fer.3. Exhiberi tãtum humilib. 20 18.2.c
Est fragilis instar maceriæ. 369. 386.1.d
Fer.4. Et quod factus homo 837. 838.2.c
Quòd autem istiusmodi. &c. 538. 474.2.c
Fer.5. Et instar velocissimar. 901. 902.2.a
Et tetigit loculum &c. 469. 796.2.c
Quam magnus Propheta, &c. 42. 42.1.b
Fer.6. Quòd orationes nost. 662. 666 2.c
Quòd Deus sæpe ex fiducia. 649. 644.2.d
Sabb. Eadem solis, 181. 94.2.2. & 99 96.2.c
Sequimur Christum vt famu. 170. 570.2.a
Vide de lumine huius cognitio. 44. 14 1.a
Ambulare in dictis tenebris, 92 98.2.d

Dominica Passionis.
Quod veritas sit basis, &c. 130 858.2.c
Fer.2. Quantum synagoga, 977 1013 2.c
Fer.3. Quin potius admirat, 385. 835.1.d
Quòd Christus fugiat pers. 177. 1056 2.a
Mũdi metũ omnẽ abiiciẽdũ. 434. 386.1.c
Fer.4. Cũ Christi doctrina, 137 133.2.d
Quomodo in hoc gustu, &c. 247 863.1.d
Fer.5. Qua ratione Christus, 34. 739.1.d
Sed ipsomet gemitu suo, &c. 132. 532.2.c
Qua ratione dilectioni, &c. 280. 281.1.b
Fer.6. De necessitate bonæ. 637 549.2.d
Quòd eius defectus, &c. 638 550.2.a
Quam abesse debeat passion. 639. 551.1.c
Consolationes bonorum, Ibid. 550.2.b
Quibus decoræ sint cõdit. Ibid. d. Ibid. 1.c
Ab oratione in primis illos, 638 550.1.c
Potes hic pariter agere, &c. 519 619.2.c
Quòd cœtus iste Pontificũ. 886. 903.1.c
Nota quod inquit, hic homo, 38 37.2.a
Quomodo per vitius, &c. 555 1010.2.d
Vide de tuto cõfugio crucis, 192. 592.2.d
Sabb. Quis vnquam, &c. 983 1038.2.d

Dominica Palmarum.
Festum autem instruxit, vt, 591 523.1.c
Vtue qui eo passio tẽpore, 736. 737.1.d
Regem omnium miserorũ, 496. 522.2.d
Cum vestimenta nostra sint, 664. 674.2.d
Tunc autẽ Christũ equitãtẽ, 752. 734.1.c
Fer.2. Bethania interpretatur Deus obedientiæ, &c. Domus obedientiæ.
Vide quomodo ss per, &c. 452 455.2.c
Quòd Iesus fugiat, &c. 1085 1056.1.d
Fer.3. Desiderio desideraui, 761 746.1.b
Ego dispono vobis regnũ, 1022. 1023.1.d
Apparuit illi Angelus, &c. 755 751.1.c
Respexit Iesus Petrum, &c. 94 95.1.b
Sitio, 760 759.1.c
Fer.6. Vnde colligatur, &c. 326 310.1.c

Dominica Paschæ.
Quàm magnæ sint amoris, 455 441.2.c
Fer.2. Quòd Christi passio, 769 779.2.c
Cognoscitur in eadem, &c. 770. 505.2 c
Fer.3. Ideo boni prædicator. 508. 507.2.b

Potes hic etiam tractare, &c. 516. 515.2.b
Quàm rectè cogitatio 152. 542.1.b. & 2.c
Quòd mellis comestione, 351 751.1.a
Quod Christus respo. &c. 332 349.2.d
Aperiens sensus, &c. 333 293 1.a
Quòd in ipsis sicut in lecto, 237. 236.2.a
Atq; vt murenulis aureis, 184. 183.1.d
Quòd vacãtibus eidem, &c. 754 753 2.c
Quòd qui illas gustat reiiciat, 28 37.2.a

Dominica in Albis,
De interna animæ pace, 395 431.1.c
Quòd pacis dulcedo, &c. 283 282.2.d
Quantum per eandem pacem, &c. 887. 877.1.c. & 2.b
Dom.2. De bonorũ pastorũ, 347. 447 1.b
Etiam cũ dormiunt cogitãt 737. 767.1.a
Quòd Dei charitas, &c 1030 1022.1.b
Dom.3. De instabilitate, &c. 304. 303.2.d
Ad modicum tempus sua, 430 431.1.d
Quòd Christus post assensio 84. 884.2.a
Ius expositum esse, &c. 251 250.2.d
Sint & peculiares iustorum, 986 940.1.a
Quia potissimum regni, &c. 1042. 1023.1.a
Si per Christi aspectum, &c. 94 95 1.b
Quia erit perfectum, &c. 74 76.1.c
Dom.4. Quàm pprũ Christi, 607. 847.1.c
Quòd per Spiritus sancti, 317 316.2.d
Quo per Christi gratiã, &c. 752. 2.c.2.a
Dom.5. Necnõ & per diuinę, 260. 159.2.a
Tertiam, vt sint factæ, &c. 1001. 1002.1.b
Quòd charitatem, &c. 461. 46.1.c. & 289. col.3.a 281.1.b
Quòd Christus exisse, &c. 680 645.2.a

In Rogationibus.
Quòd in istiusmodi prœlio, 396. 485.2 c
Id verificari, quia oratio, &c. 658. 558.1.c
Sed etiã vt exiguus funicul. 558. 559.1.c

In Ascensione Domini.
In illius curru animam, &c 905. 904.1.d

Dominica infra Oct. Ascensio.
Et hoc est præcipuũ, &c. 339 739.2.a
Ita Spiritus sanctus missio cur, &c. 85 8.1.b
Quòd prædicatori, &c 906 1.c.2.d

Dom. Pentecost. Euang.
De duplici charitate, &c. 309 303.1.b
Quòd tanta charitate, &c. 918 958.1.d
Vulnera charitatis, &c. 289 642.1.b
Quòd si idem Paracliti, &c. 736. 559.2.a
Fer.2. Potes, vt tantundẽ, &c. 833. 834 1.b
De eadem fide nedum, &c. 533 534 1.b
Qd Christus descen. &c. 873. 1.a. 874.2.b
Si p credere i Christũ, &c. 900. 1009 2.c
Potes hæc intelligere de, &c. 80 75.2.a
Fer.3 Amen, amen, &c. Vide 773. 774.1. et explicatum, &c.
Qd ee Solę orationes, &c. 1093. 1003.1.b
Quòd per Christũ ostiũ, &c. 991. 990.2.c
Quòd sancti pdicatores, &c 301. 389.1 b
Vide de directione ipi. 930.1.a. & 931.2.c

In Dom. Trinitat.
Põderas dictionẽ, ergo vide, 496. 796.2.c
Hæc eiusdẽ assistentia, &c. 348. 156.1.a

In Festo sanctissimi Sacramenti.
Quòd sacramentalis, &c. 74 747.1.a
Qui manducat, &c. De quibus, 505. 506.1 d. & 247. 747.1.c
Quòd è cœlo exhibitus, &c. 246 746.2.d
In eo diuinitas cõuersa, &c. 247. 747.2.a
Quomodo idem ipse, &c. 258 344.1.a
Et in cellam vinariam, 289 299.1.a
Quòd in illo Christus sit, &c. 148 188 1.b
Quòd illud accipiens, &c. ibid. 188.2.a

Dom. inf. Oct. Corp. Christi.
Quòd hoc sacramentum, &c. 258 344.1.d
His adde, & quartam, &c. 158 196.2.b
Dom.3. Quòd summo iure, &c. 39. 40.1.c
Quibus addes, quòd iuxta, &c. 59. 57.2.b
Dom.4. Et assimulãt, &c. vide, 811. 808.1.c

Quòd progressus vitæ, &c. 94 944.1.b
Quantum laborent, &c. 131 113.2.c
Quòd pdicato à Deo vide & 351. 951.1.c
Dom.5. Quo religio sit, &c. 306 393.1.c
Ad dignam sacramenti, &c. 432 283.2.a
Dom.6. Deq; panib. volupt. &c. 26. 23.2.d
Dom.7. Quòd veri, boniq; &c. 213. 212.2.d
Quo eorũ singuli catho &c. 905. 820.1.a
Quòd opera bona sint, &c. 739 779.1.a
Dom.8. Quòd peccator, &c. 58 580.1.a
Dom.9. Quòd dies, & ips, &c. 519. 518.1.d
Cum ab eius patribus, 734. 733.1.c
Dom 10. Quòd orõ super. &c. 466 467.1.c
Humilitate tãtam esse debere, 111. 189.2.a
Dom.11. Quòd Christi doctrina nedum erudiat, &c. 846 847.2.a
Dom.12. Quomodo tractãda, 392. 481.1.d
Quòd in charitate proximi, 96. 877.1.c
Occasiones benefaciendi, 951.1.a
Dom.14. De diuersitate, &c. 130 112.1.c
Quòd Dei seruitus &c. 297 289. col.4.b
Quòd fideles proiicere se debeant, &c. 410. 419.2.a. & 453. 957.2.c
Dom.16. Inuitatus veniet, 773 729.2.c
Dom. 17. Quòd Christus &c. 67 61.1.d
Quòd ad perfectam, &c. 887. 877.1.c
Qua ratione charitas sit, &c. 394 394.2.d
Quòd Christus, &c. 305 505.1.c
Dom.18. Sicuti & Apostolum B. Paulum. q fides sit orõ efficacissima, 659. 669.2.c
Dom.19. Quòd prandium, &c. 717 521.a
Dom.20. Cũ infirmitas ista, &c. 90 99.1.c
q febres, &c. 717. 716.2.c, et 719.1.d. & 2.c
Quòd in itinere nostro, &c. 617. 615.2.b
Quòd verbum & vox, &c. 934. 850.1.c
Dom.21. Quòd tanta sit, &c. 1038 1039.1.a
Dom.22. Qua ratione, &c. 658. 158
De imagine Dei in anima, 1031 170.1.c
Tum quia est illius lectulus, 478 477.2.a
Dom.23. Habeat motũ, quo &c. 146. 54.2.b
Quòd à sensibus morte, &c. 113 115.2.c
Quamobrem haud mirum, 364 365.1.b
Dom.24. Tum quia abhominantur illud etiam irrationales, &c. 800 799.2.c
Fetidũq;, ac putridum, &c. 727 559.2.c
Quòd peccatum in iis, &c. 710 719.2.c

Sancti Andr. Apostoli.
Quòd Christus visu suo, &c. 97 96.2.b
Quòd obedientia persec. &c. 391 591.1.c
q ipnẽs mundũ spernet, cor Seruet, &c.
Quòd crux fuerit, &c. 449 499 2.b
In tribulationibus quale, &c. 948. 1.b

Expect. B. Mariæ.
Quã ardẽter eadẽ desi. &c. 440. 404 2.b.
Quòd Maria vacans, &c. 266 766.1.d
Cum per illam sponsarit, &c. 47 5.1.c
Eam quanta consecuta, &c. 422 371.1.d

Sancti Stephani Euang.
Motiua, quibus ijdem, &c. 761 770.1.b

In Lect. Actuum.
Quàm aptè Stephani, &c. 613 631.1.b

S. nti. Ioannis Euangelistæ.
Quàm congrue, &c. 292. 212.1.a
Quàm ingens fuerit, &c. 206 292.1.d
Quòd in celsissimam, &c. 318 289.2.a
Quòd per has ipsas, &c. 73 72.2.c

Sanctorum Innocent. Euang.
Ambientes tamen, &, &c. 346 260.2.b
Quàm Christus ipse, &c 98 197.2.c
Obedientia vero perf. &c. 391 591.2.c

In Lect. Actuum.
Et cantabant, &c. 178 169.2.d

Sanctorum Fab. & Sebast.
Quomodo differant vel, &c. 161 642.1.a

Sanctę Agnetis.
De initiis, & præuentione, &c. 994.1.c
Cum ad Angelicam simil. &c. 178 270.1.c
Quòd electio Agnetis, &c. 202 212.1.a

De

De desponsatione Agne.&c.380 380.1.a
Quanta pudicitia,&c.612 638,1,d
Induit te Deus cyclade auro [illegible]
In Conuers.S.Pauli.
Pauli crimina prius,&c.88 80,1,d
Quanta fuerit illius obstina.781. 772,1,a
In Purific.B.Mariæ.
Purgamur,& purificamur nos, 87,84,1,b
Cum illam,&c.361 [illegible],b
Quod sit esse sanctum,&c.15 [illegible],d
Atque in iis proprietatibus,&c. [illegible],e
Quam ardenter sanctus iste senex,&c. 890,980,2,a,& 886,961,2,d
Non videant,nec gustent,&c.116 115,2,a
Vsitatus,&c. 912,2,b
Sancti Matthiæ Apostoli.
Quòd Petrus,&c.315 339,1,a
Quòd p. c. atum,&c.718 719,1,e
Et fumus aromatum,&c.273 723,1,b
Annunc.B.Mariæ.
Neque vero,&c.593 875,1,b
Quanto studio,&c.875 [illegible]
Spiritus sanctus quomodo,&c. 236,2,d
Quòd Christus solus dici q. 340,346,2,a
Quantum & resignationis, 272, 791,1,d, & 11.12,&c.
Quid in primo,&c.252 750,2,a
Inuent. Sanctæ Crucis.
Quò per baptismum,&c.289, 290,1,d
Quò idè exaltatus in cruce,&c. 728,1,c
Quò lignum crucis,&c.499 498,1,a
Sancti Ioan.Bapt.
Ex quartam,&c.269 309,1,c
Cumque esset prædicator,&c.89,309,1,d
Commem.Sancti Pauli.
Apostolorum progressus,&c.465 463,1,a
Visitat.B.Mariæ.
An Ioannes sensit,&c.344 346,2,b
Sancti Apollinaris.
Quòd superiores,&c.630 455,2,c
Sanctæ Mar.Magdal.
Sicut per amorem,&c.316 [illegible]
Sancti Petri ad Vincula.
De quarto vinculorũ genere, 549,56,2,d
Tum ostende,&c.931 [illegible]
Neque Dæmonibus,&c.932 1003,2,b
Vnde nil mirum,&c.932 1003,1,c
Sanctæ Mariæ ad Niues.
Cũ mulier eadẽ typũ gesserit,155.[illegible]
Quinta,quia,&c.811 [illegible],b
Sexta,quia,&c.963 961,1,c
Septima,quia &c.895 894,1,c
Et ob idipsum,&c.649 619,1,a
Quòd eadem sint,&c.950 906,1,b
Quòd ea filio ostẽdit Maria,[illegible]
Quòd eadem sint,&c.857 [illegible]
Quòd dicta sint,&c.1021 1020,1,c
Iustos esse,&c.941 856,2,d
Sancti Laurentij.
Quòd ignis charitatis,1020. 1021,1,c
Assumpt.B.Mar.Euang.
Quòd intrandi verbum sign.340,732,1,d
Quòd & anima,&c.906 460,1,a
Contemplationem non,&c.460.906,1,e
Tertiò,quia in illo anima,&c.16,&c. 885
Item in Assumpt.
Ei morienti adstitisse,&c.1054,1055,1,b
Lætam eiusdem Christi,&c.323,320,1,b
Congratulatos n illi Angel.905, 906,1,b
Quotquot in cælo,&c.641. 692,2,b
De illius intercessione pro.588, 606,1,b
Sancti Bartholom.
Eiusdem orationis perfect.647. 360,1,d
Hancque cordis,&c.878 978,1,b
Quòd bene dies dicatur fact.411.410,2,e
Secundò,&c.In qua,&c.993 1002,1,b
In hac eorumdem electione,466,463,1,c
Plures ob rõnes Sanct.Euãg.347, 337,1,c
Decollat.S.Io.Bapt.
Haud mirum,&c.905 877,1,b
Quòd & iniqui custodire.262. 264,1,e
Eidem sunt fauus stillans mel.[illegible]
Natiuit.B Mariæ.
Et omnium fructuum,&c.672 [illegible]
Et equitatus validissimi,&c.[illegible]
Cum spõso,qui Deus,& ho. 829,832,1,a
Quis vero melius quantum,&c.[illegible],1,d
Exaltat.Sanctæ Crucis.
Per crucem tamquã per troch.[illegible]
Sancti Matthæi Apostoli.
Quò peccatorẽ dum vocat,764. 773,1,a
Sancti Michaelis.
Quare ad quid paruulũ,&c.455 485,1,b
De Sanctis Angelis.
Nonò,opera ipsa bona,&c.1050,1053,2,c
Decimò deniq;nos erudiétes,289,290,1,c
Sancti Francisci.
Et quomodo sapientia illa,&c.19,33,1,d
Quod mundani, 20,112,2,b,& 564 [illegible]
Assimilantur,&c.293 283,1,e
Eugeni Christi,&c.916 1005,1,e
Opus legis Dei,&c.905 904,1,c
Sanctorum Sim.& Iudæ.
Pati odia,& persecution.1021. 1022,2,c
Omnium Sanctorum.
Tertio per assensum,&c.32 30,1,c
Simplices,ac mundos,&c.40 47,1,c
Sancti Martini.
Quę sint necessaria,&c.Ibid. 250,2,b
Viue in lautissimum voluptatũ,750, 741,
Sancti Greg.Thaumat.
Quòd fidei actus sit oratio,679 669,1,c
Eadem fide animam,&c.687 643,1,d
Sanctos aliquos fecisse,&c.679 677
Præsent.B.Mariæ.
Septimò,q fuerit obsoleuit,372. 373,1,d
Commun.Apostolorum.
Per obsequium,&c.356 354,2,b
In 1.Euang.vnius Mart.
In mortificat.347.789,1,a,& 338,780,1,d
Aedificium vitæ spirit.&c.982,1034,1,a
Si specialiter bonum,&c.[illegible]
In 2.Euang.vnius Mart.
Immo tm abest,vt is,qui,&c.238,237,1,c
Quò Martyres,qui &c.1021 1022,1,d
In 3.Euang.vnius Mart.
Vide ex hoc loc.&c.505 220,2,e
Per gladium spiritus,& &c.489,480,1,e
In 4.Euang.vnius Mart.
Per metaphoram,&c.275 273,1,b
Commun Mart.Temp.Pasch.
Quàm perfectus agricola, 679 680,1,a
Erit autem,&c.702 491,1,b
Et duabus aliis,&c.669 [illegible]
In 1.Euang.Plur.Mart.
Sanctorum Martyrum,&c.544 545,1,c
Ex Martyrum,&c.569 563,1,b
Tum myrrha,&c.379 719,1,a
Sicut & persecutiones,&c.457 474,1,b
Quòd eloquia,&c.656 557,1,c
De vi,& efficacia,&c.772 489,1,c
In 2.Euang.Plur Mart.
Quòd tanta,&c.53 54,1,a
Christũ vel minimo tactu,642, 641,2,d
In 3.Euang.Pl.Mar.
Cum enim quis hilariter,379. 379,2,a
In 7.Euang.Pl.Mar.
Idque prædicationes & doct.585 578,1,a
Eorumdemque ordo in Eccl 227 312,2,d
In 8.Euang.Pl.Mar.
Excitat Christus ad dictam,385, 386,1,e
Et ad illum,&c. & 958,1,c
In 1.Euang.Conf.Pont.
Iustus gratiam,& donum,195, 196,1,d
In Euang.Doctorum.
Inter plu.389,390,1,b,& 561,1,a,561,1,c
Sed & diuina,&c. [illegible]
Sanctis Doctoribus,&c.578 [illegible]
In eodem Euang.Conf.non Pont.
Sanctos quosque,&c.379 [illegible]
In 2.Euang.Conf.non Pont.
Quàm aliud quidem,&c. [illegible]
In Euang.Abbatum.
Tametsi miseri,&c.1026 [illegible]
Eodem quomodo,&c.93 [illegible]
In 1.Euang.Virginum.
Quanta pudicitia,&c.612 [illegible]
Iubetur quippe illis,[illegible] 68,1,d
In 2.Euang.Virginum.
Virginitatem non iam [illegible]
Agni quoque [illegible]
Thesaurus,quia Virgines [illegible]
Arctissima [illegible]
In Euang.non Virginum.
Superabundantiã opũ,&c.[illegible]
In dedicat.Ecclesiæ.
Quò vero ambulet,&c.757 749,1,d
Imperfectum adhuc,&c.150. [illegible]
Quid autem præsertim,&c.[illegible]
ERRATA ELENCHI SECVNDI
X L. Horarum. *Sermones.*
Quemadmodum & oratio,&c.[illegible]
Ser. [illegible] Quàm quieté ibidem,[illegible],b
Ser.11. Eandẽ nõ solum esse,904. 903,2,a
Ser.19 Secundo mederetur,190 [illegible],d
Ser.22 A tribulationum,&c.[illegible],b
Ser.23. Quæ rõne pia anima,[illegible]
Qui & hi Dei,264 [illegible] 259,2,c
Ser.24. Quòd ille deuota,266. 264,1,b
Ser.31. Quòd consolationes,[illegible]
Ser.37. Quale sit hæc charitas,[illegible],c
Ser.39. Semper eandẽ animã,[illegible] 9,2,b
Ser.41. Immo iisdem,[illegible]
Ser.44. In hoc propriè volũtas,[illegible]
Ser.48. De secundâ materia,396 [illegible],2,c
Ser.51. Quãuis in iisdem,&c.[illegible],d
Quamuis locutionem,&c.Ibid. 418,2,c
Tum eandem dicis,&c.438 416,2,a
Ser.53. Tribulatus est,&c.431. 430,2,d
Ser.56. Et eidem quærit 430 [illegible]
Quòd anima deuota,[illegible]
Ser.57. Quàm promptũ,&c.681 [illegible],b
Ser.57. Quantum dehoc,&c.469 [illegible],d
Ser.58. Templum Dei,&c.476 477,1,c
Ser.59. Cum oratione,&c.456 [illegible],c
Ser.60. De eiq; meditãdũ,&c.509 [illegible],b
Ser.61. Cum necesse sit,&c.536 [illegible]
Ser.63. Porrò hoc,&c.[illegible]
Seu herbis virentibus,&c.Ibid. [illegible],e
Ser.64. Anima deuota,&c.568 [illegible],a
In tali autem,&c. Vide,&c.126 [illegible],d
Quàm rectè,&c.Ibid. [illegible],c
Ser.75. Eadem oratione,&c.548 558,2,a
Ser.76. Quo actus quoque,Ibid. 643,2,c
Ser.75. Animum id quãmaxi,893, 643,2,c
Ad ea ctiã contemplanda,398 397,1,b
plurima ad,498. [illegible] Vide & [illegible],d
Ser.76. A plãcentibus,&c.[illegible],c
Ser.77. Deum cum,&c.815 [illegible],c
Quò iustus Iob &c Ibid. [illegible] 644,1,c
Prouenire aliquando,&c.684 [illegible],d
Ser.78. Ad Dominum orationem,pa.666,1,a
Ser.79 Vbera Mariæ,&c.674 656,1,c
Commemorationem toris,&c.72. 73,1,c
Ser.80. Cum anima deuota,&c.[illegible],d
Ser.81 Orationum deuotam,684 692,2,d
Ser.83. Accedens ad orationẽ,[illegible],d
quàm congrue Spirit.&c.722 721,1,a
Nõ dubit.n.mult Deo,&c.93 [illegible]
Ariditate expulsa,&c.Ibid. 7 4 2,a
Ser.89. Atque ideo cũ Deus,&c.[illegible] 720,1,a
Ser.81. Eodem tẽpore actu,336 337,1,d
Quomodo in vno mulieres,[illegible],d

Ser.86.Eadem anima,&c.440 740.2.a
Ser.87.Ebrietas spiritualis, 764 762.2.c
Ser.91.Quartò, quomodo, 596 773.1.c
Ser.94.Ad tanta,&c.817 818.1.c
Per eamdem,&c 729 818.1.c
Ser.95.Animam deuotam,729 818.2.b
Cur Deus,&c.729 818.2.d
Cum tamen.&c.817 818.2.d
Ser.97.Et bene,&c.808 508,1,d
Quia & pro regio,&c.524 523,2,c
Ser.99 Quod Deus,&c.918 818,2,d
Ser.100 Animam deuotam, 589 616,1,b
Ser.102.Quanta ex hoc,&c.103 263,1,a
Quia & cæleste,&c.791 879,2,a
Quam anima deuota,&c Ibid. 880,1,d
Et anima,&c.817 877,1,a
Ser.103.Verum si hæc,&c.91 883,1,d
Ser.104.Quarum enim,&c.458 438,1,d
Tantum ad,&c.358 858,2,c
Ser.106.Vnde fit,&c. 945,2,c
Ser.108.Dei desiderium,&c.918 958,1,c
Ser.113.Quod egresso,&c.296, 313,2,c
Ser.115.Tertiò,&c.998. 999,1,b
Ser.116.Christum cruci.&c.Ibi. 1002,2,a
Etiam in nostra,&c.1000, 1001,2,c
Ser.119.Quòd dicta Dei,1020. 1022,1,b
Quin & i,&c.1009,1013,2,a,Vid.1009,1,a
Charitatem Christi,&c.1020, 1022,1,d
Io eo vero,&c.Ibid. 1009,2,a
Ser.123.Et in medio.&c. ibid. 172,1,e
Et in medio humanitat &c.496, 508,2,b
Ser.124.Deuotionis vbera,&c.601 603,1,a

Pro Episcopo in primo Ecclesiæ suæ ingressu.

Ser.3.Id quod se,&c.385, 473,2,d
Neq; vt oportet,&c.ibid.

Pro Episcopo tempore Ordinationis.

Ser.3.De quadruplici,&c.406 906,1,e
Ser.4.Tertiò peculiariter, 977 957,1,d

Cum quis induit Relig.habitum.

Ser.3.Quartò,&c.76. 78.2.b,& e
Ser.6.Quòd sint,&c.701 677,1,e
Ser.13.Quòd ex hac,&c.233 234,2,b

PRO MONIALIBVS.

Ser.1.Quòd Christus,&c.45 37,1.d
Ser.3.Turrim esse Christ.119 117,1,e
Ser.16.Eundem profectum,472 471,2,d
Ser.17.De tertio diademate,ibi.523, 2,c
Ser.20.Quæ,& quanta,570 569,1,b
Ser.21 Propter concupiscen.516,613,2.d
Sicut & necessariū,&c.517 614,2,b
Duplici isto mort.&c.523 610,2,b
Quòd Deus,&c.523 610,2,e
Ex mortificationib.&c. ibi. 611,2,e
Quàm apte,&c.524 611,2,d
Mortificationem,&c.ibid. 612,2,a
Deuotionis,525 613,1,a,& 614.2.e
In monasterio,&c.ibid. 613,2,a
Ser.25.Atque ob id,&c.679 680,2,d
De triplici eiusdem,&c.682 681,2,b
Ser.26.Illius germina,&c.ibi. 695,2,a
Ser.28.Sancta Christi,&c.886 877,1,a
Ser.31.Necnon,&c.ibid. 915.2.a
Et ingressibus,&c. 915.2.d
Ser.32.Iste eius progressus,946 945,2,c
Ser.38.Et super muru,&c.1034 1033,2,e

Serm.pro concordia.

In concordi,& vnanimi,236 263,1,c

Serm.pro Præpar.ad Communionem.

Quinam,qua ve ratione,&c.775 755,1,a

Serm.ad Communicates.

Animam in coione,&c 285 197,2,c

Serm.pro gratiarum Act.

Gratias Deo agendas,&c 285 292,2,c

Serm.in Exequijs.

Colliguntur,&c.839 741,1,a
Pondera quomodo, &c.393 305,2,d

ERRATA IN INDICE locorum Sacr.Script.

Genesis. Cap.3. Ver.6. Vidit mulier, &c. 817 727,2 c
3.15.Inimicitias,&c 944 994,2,e
4.7.Nonne si bene eger.&c.657.956,2,b
26.15.De Isaac fodiente,224 22,2,d
27.27.Accresse,&c.675 675,2,d
Deut.19.14 Statuit terminos,145,147,1,a
Iob.29.14 Iustitia indutus,&c. 75,71,2,c
2.3.Núquid cōsiderasti, secūdū numerū.
24.15.Oculus adulteri,&c. 140,1,a
Psalm.22.4 Si ambulauero,195 95,1,e
41.7.Ad me ipsum,&c.47 45,2,c
44 3.Diffusa est,&c.46 45,2,c
58.10.Fortitudinem meam,534 584,1.b
64 12.Campi tui,&c.18, 253,2,a
67.10.Pluuiam voluntariā,283 368,1,e
86.1.Fundamenta eius,&c 377 337,1.c
90 6.Ab incursu,&c.145 147,2,c
101.18.Quia respexit,&c.735 558,2,b
103.3.Qui facis Angelos,&c.720 722.2.b
110.3.Confessio,&c.851 850,2,b
127.3.Filii tui sicut,&c.260 259,2.b
147.3.Qui posuit fines,&c.723 900.2 c
Prouerbio. 8.35. Preparatur,678 128,1,c
9.3.Misit ancillas,&c.154 755,1,a
16.4.Vniuersa,&c.833 834,2,b
20.18.Cogitationes,&c.335 550,2,c
Ecclesiastes.2.2.Risum,&c.146 142,2,e
Ecclesiastici.11.1.Sapientia,683 583,1,e
Isaias.26.7.Semita iusti,&c ibi. 680.2,b
30.19.Ad vocem clamoris,917 957,2,e
35.7.Quæ erat arida,&c 619 679,1,b
57.17 Propter iniquitatem,145. 140,1,e
64.1.Vtinam disrumperes,564 364,1.c
Ieremias.2.30.Frustra perc. 781, 772,1,d
3.25.Dormiemus,&c.144 146,1,d
Ezechiel.1.De curru Cherub.521, 494.2 e
13.5.Non ascendistis,&c. 1039,1,b
Zacharias.10 7.Lætabitur,278, 288.1,b

Matthæus.

5.16.Sic luceat,lux. &c. *dele* 1143.1,a
6.1 Attendite,ne iusti. *dele* 687,2,b
11.25.Confiteor tibi,&c.673 585,1.a
21.33.Et sepem circun.100 260,1.a
22.30.In resurrectione,&c.556 566,1,c
22.39.Secundum autem,&c.244 294,1,a
25 34.Venite benedicti,&c.1122 1022.1.b
Lucas 1.38.Ecce ancilla,&c.737.733,1,a & 740,742 2.b
2.19.Maria cōseruabat.&c.562 561,2,c
22.30.Ego dispono,&c.518 519,1,c
24 26 Nonne hæc,&c.150 250,2,e
Ioan.15.17 Hæc mando,&c.294 295.1.d
19.28.Sitio,760 759,2,e
1.Corinth.7.34.Mulier,&c.567 566,2,e
13.8.Charitas,&c.1001 1011,1,a
2.Corin.4.17.Id quod in &c.105 95,1 d
Coloss.1.27.Christus,&c.552 252,1,c
Hebr.2.10.Decebat enim,242 742,1,a
1.Ioannis 4.7.Omnis,qui,dil.621 620,2,c
4,10.In hoc est,&c.501 510,1,a

ERRATA IN INDICE RERVM.

Amor duplex,&c.398 298,2,e
Angeli qūo vigiles,446 445,2,c
Sunt custodes Ecclesiæ,&c.644 822,1,e
Quomodo custodes ciuita.644 822.2,d
Baptismo introducimur, 204. 290, 2.c
Beatificans electos,664 753.2,b
Sexto, quia sine medio,Ibid. 761,1,b
Beneficia Dei,&c.308 309,1,b
C In ea perpetuo,&c.1052. 1051.2.c, & 1050 1054.1,a
Ad illius conuicium,&c.867 763,2,e

Cælestia semper,&c.763 403,2,d
Cænobitæ,&c.504 540,1,a
Capilli,crispi,&c.853 833,1,a
Casti sunt,&c.1022 1020,1,e
Charitas Christi extingui,1020.1022,1,b
Propter imperfectiores,&c.Ibid. 515,2,c
Ea diligimus Deum,ibid. 74,2,b
Charitas est vera sapientia,714.716,2,b
Deum occidit, quod,&c.1012 1010,2,e
Nec blanditiis,nec terror.1020 1021,1,e
Charitati, quæ firmissima sit,1127.1017,2,a
Charitatis languor,834 824,1,d
Christus est osculum,&c. 7,2 a
Eum qui alligatum, &c. 198 199,1,a
Solus à semetipso,&c.273 274,2,d
Similitudine mali,&c.255 275,2,a
Est lectulus Salomonis,&c.389 478,1,e
Eius syntesis,&c.750 570,2,a
Gratis nos illuminat,&c.833 840,2,c
Christi conceptio quomodo,14 12,2,c
Christi nomen . Sicaut dicitur, &c. & ex eo 9 fideles Christianos,43 42,2,e
Et propter largam, &c.Ibid. 43,1,a
Christus dictus est malus,&c.230 270,1,a
Ei adstantes Mater,& Ioan.260 261,2,e
Christi humanitas est,&c 829 833,2,b
Christi caput Deus, qūo , &c. 835 2,a
Est aurora,Luna,& Sol,496 896,1,b
Christo crucifixo,&c. 1000 1001,1,e
Cognitionis diuinorum,&c.13 14.1,a
Quam eidem indulgendum,287. 827.2,b
In ea æque ac in,&c. 776 775,2.e
Columba est symbolum,515 215,2,d
Consolationes spirituales,Ibid. 55,1,b
Conuersi ad fidem,& sanct 853 856,1,c
Cōtemplationis dulcedo breuis, 340.1.c
Quæ dulcedo est ex gratia,Ibid. 341,1,c
Eiusdem studium,&c.Ibid. 961,1,a
Coronatur Ecclesia,&c.726 626.1,d
Crucem Christi,&c.493 404,1,c
Cor est venter,&c. 923.1,b
D Atiui ponuntur , &c. 3.2.a
Desiderium excitatur,227. 277.2,a
Desiderium coeleste,&c.101 102,1,a
Deus quodammodo est,&c.129 128,1,a
In hac vita prospiciendum,260 345.2,d
Dei nomen ante Christi,&c.42 43,1,e
Deus quærendus toto corde,418.818,2,e
Non inuenitur in hac terra,818 819,1,a
Conuersus est ad homines,171 959,1,b
Diabolus,mundus,&c.130 131,1,e
Doctores extra Ecclesiam,550 463.1,b
Dormierit,& vigilauerit.760 765,1,a
E Cclesia est vna , & duplex,3 4,2,e
Haud est occultata,144 146,2,e
Est tota pulchra in futuro, Ibid. 622.2,a
Antiquæ in patribus quanta,211. 210,2,c
Ecclesia catholica dormit,865 765,1,b
Est vna Christi columba,879 889,2,e
Est sola Christi dilecta,&c.977 957,1.c
Cur dicta murus,1039 1038,1,a
Ecclesiæ progressus,&c.993 893,2,b
Hostes quibus quadrigis, 903 902,2,c
Ecclesiæ particulares,&c. 680 689,1,a
Ecstasis quibus à Deo, &c 673 762,2,a
Euangelii prædicationem,719 718,1,e
Eucharistiæ sacramentū,&c.754.752,2,d
F Ides est nardus Eccl.&c. 197.198 1,c
est facies animæ 313.399,2,c
Fides iusti quomodo fit,&c. 634 534,1,b
G Ratia est mater piæ aiæ,640.460,2,a
Illius plenitudo duplex, 37.35,2,e
Gratiæ omnis 202,1,e
Guttur,& palatus,Ibid. 862.1.e
H Omini in statu inno.&c.151.111,1,a
Hiēs significat & mort.370.372,2,d
Horti conclusi similitud.&c.ibid.676,1,e
Humilis altissimū locū obti. 582.583,1,e

Humilitas

Humilitas dicitur defer.&c.469.470.1.e
Sustentatur à Deo capite,Ibid. 584.1.b
Speculatiua,& practica, 585,586,2,e
Vera recta est.i.rect. 585.587,1.c
IDololatriæ fructus va.&c. 115.105,1,b
Incarnationis dies quomodo dies lætitiæ,&c. 519.518,1.d
Inebriari in scriptura sumitur pro bibere, &c. 753.754.1.c
Inspirationes sunt iuxta inc.349.345.1.c
Inuidus cōburitur lāp.&c.1022.1013.2.e
Ioannes Euang.cur in vlt.cę.227.312.1.e
Iudaicus populus qūo tract. 821.820.1.c
Iustitiam exercēs erubescit 830.829.2.e
Iustus qilibet admirat. &c. 189.989.2.c
Iusti anima,&c. 115.114.2.a
Eius pulchritudo qualis, 878 880.2.d
Iusti sunt venter Christi,&c.851.856.2.d
Sunt lampades dilection.1025.1020.1.c
Parati stant semper,&c. 447.487.2.d
Eos persequentes.Ibid. 779.2.c
LAbia,& manus,&c. 849.859.1.c
Lex vetus vēter Christi,851.856.2.c
MAgi qūo à Ierusalē,vt, 145 147.2.d
Manus Dei est,&c. 803.801.2.a
Maria est fons hortorum. 212.712.1.d
de Mariæ assumptione. 71.471.2.c
Dum in coelū assumitur quid,&c.1000.
Mariæ charitas. Illa,&c. 1021. 1020 1.b
Mariæ fides.&c. 534.535.1.d
Eā fide,& spe peperit Eua.1006.997.1.c
Marię gratia. Quam aliena extiterit ab omni peccato. 307.221.1.c
Quia plena omnib.gratiis, 307 221.1.c
Maria in instanti,&c. 202.302.1.b
Tota pura,& absq; peccato, 621.622.2.e
Ei qūo competat plenit.gr.1002.100.1.c
Qūo cōpetat immunitas,&c. Ibid.2.c
Mariæ humilitatis expressio,781.791.2.b
Maria per obedientiam,&c. 237.327.2.e
Maria qua voluptate perfusa sit in conceptione Christi. 289.col.5.b
Mariæ patrocinių. Orat pro nobis Christum.ostend. 965.1.b.& adde.657.2.c
Proponit fructum conuersi. 895.965.1.b
Desiderium cōuersionis Iud.978.980.1.d
Ad eius,opem confugiendū.799.827.2.c
Mariæ pulchritudo. Propriissime ei competit, vt dicatur tota,&c. 621.622.1.d
Marię Virtutes.Triplex eius,573.574.1.b
Mariæ vterus, & membra. Vbera illius sunt oratio efficacissima.. 658. 657.2.c
Martyres sūt ornamētū eccl.165.184 1.c
Eorū ordo mons myrrhæ,&c.707.619.1.a
Martyriū est charitatis,&c. 320.329.1.b
Meditationis studio vacātes. 48.485.2.d
Mens,quæ ea tātum cogitat, 671.685.1.d
Mentis iustorum,ac impior. 334.234.1.c
Misericordiam Dei maximæ,282.782.1.d
Misericordiæ Christi ingēs, 784.783.2.c
Misericordia,& iustitia Dei Ibid.243.1.a
Mortificantes se fideles,&c. 877.611.2.a
Myrrhæ vindemia est vinde.716.743.1.e
NAzaręorum ceremonia.450.537.2.e
Negligens quòd surgat.711.811.1.b
Nocturnum tempus in scriptura.486.2.e
OBedientia vt grata sit. 155.153.1.b
Facit proficua. 499.449 1.e
Quæ perfecta est, 679.591.1.c
Oculi efficaciores quā ling. 332.532.1.b
Odor diuinorum quidnam sit. 31.29.1.d
Iustorum in bonis exemplis. 383.1.b
Opera bona sūt lectulus flor.232.237.2.c
Operum bonorū initia hab.Ibid.237.2.c
Opera Christi sunt illius ma. 85 851.1.b
Oratio humilis,&c. 180.186.2.d
Oratio fit instar stillationis,392.254.1 b
Orationis humilis qualis fra.278.191.2.a
Orationes nostras quā cito, 338.338.2.d
Ordines tres adhærentium, 388.389.1.c
PAssionis Christi prædic. 266.286.2.d
in Paulo q̄ eximie oper.294.494.1.e
Pacificus facile corrigitur, 996 900.2.a
Perfecti designati per mala,896.963.1.d
Petrus dictus crura Christi,&c. 858.1.c
Præcepta veriusq; testamen.887.972.2.c
Prædicator agnoscens disp. 803.805.1.a
Prædicatores qua charitate,556.507.2.b
Infirmiorum præcipue, 660.507.2.c
Charitate & virtutū oium.666.507.2.d
Iis haud metuendæ sunt, &c. 906.2.d
Mortificationē,quam aliis. 816.810.2.a
Prælati diuerso modo a sub. 313.312.1.e
Sunt vnguenta preciosissi 265.652.2.a
in Præsepio Christus pascit,Ibid.122.1.c
In eo Christus cōspicitur, 516.524.2.e
ad Præsepium inuitant,&c. 476.477.1.a
Princeps quā apte signific. 317.377.2.d
Præterita p futuris poni sol. 165.184.1.d
Prophetæ,& Patriarchæ, 833.383.2.a
Prouidentia Dei nō deturp.388.838.1.d
Putationis tempus non extit.731.371.1.a
REformationem in Eccl.Ibid.869.2.b
Religiosorū ex sancta, 590.980.1.a
Religio est domus charitat. 289.col.3.c
Religiosorū claustra sunt &c.Ibi.423.2.c
Respondendi verbum dupl. 346.351.1.c
Resurrectio Christi qūo thus.612 617.2.d
Roma fortissima omniū,&c. 475 472.2.c
Ro.Ecclesia cur dicta lec.&c.475.473.2.c
Qūo lectulus simpliciter, 489.490.2 a
SAcerdotes vt vncti, &c. 61.59.2.b.c
Salomō aliquādo, &c.1045.1043,1.c
Sanguis Christi rubedinē,&c.50.560.1.a
Sāguis,& aqua proflués,&c. 604 608.2.a
Sapientiæ diuinorum, Ibid. 706.2.b
Scriptura sacra est cauerna, 366 396.1.d
Ad Script.sacræ exempla, 184.183.2.d
Scripturæ sacræ sunt genæ. 854.844.1.d
Sēsus humanus exprim.&c. 223.232.2.c
Sepeliri inter iustos opt.&c.309.310.2.b
Sermonib.bonis illico adest, 27.26 2.c
Si,accipi pōt dupliciter, 829.823.1.d
Signaculi similitudine,sign.Ibid 988.2.c
Singularitas religioso, &c. 645 636.2.a
Soror Christi anima in &c. 533 641.1.b
Spirit.sanctus,&c.841.840.2.c.& 839.1.a
Spiritus sancti dona in omni.838.839.1.c
Sponsa Christi est aia,&c. 640.639.2.d
Synagoga cum cōuertitur. 880.879.2.c
Fuit vinea pacifici in ea, 983 1048.1.a
TRemor in iusto,&c. 811.802.1.c
Tribulationes patitur aia,Ibi.83.1.c
Toleratæ propter Christum,102.103.1.b
Sunt iustos leuis fasciculus. 198 199.1.e
Eæ,& persecutiones,&c. 819.820.2.b
In iis iustus sentit suauitat.199 208.1.d
In Tribulationib.melius,&c.394.430 1.a
Ex iis habetur voluptas, 449.749.2.c
VIrgines cur Deo consec.554.544.1.d
In silentio debent,&c. 652.562,1.b
Virtutis definitio vera est, 389.302.2.b
Virtutes ex solæ redolent, 653.659.1.c
Visio Dei patris non est,nisi 350.341.1.e
Visitationē Christi optant, 337.425.2 c
Voluptatib.cum indulgent, 154 144.1.d
Vox Christi Io.Baptis.&c.378.338.2.a.b

BIBLIOT. NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

REGISTRVM.

a b c d e f g h i K l m.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sff Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc

Omnes Quaterniones, præter a, Ternionem, & m, Duernionem.

VENETIIS, M DC XIII.

Apud Petrum Dusinellum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google